A propos de ce livre

Ceci est une copie numérique d'un ouvrage conservé depuis des générations dans les rayonnages d'une bibliothèque avant d'être numérisé avec précaution par Google dans le cadre d'un projet visant à permettre aux internautes de découvrir l'ensemble du patrimoine littéraire mondial en ligne.

Ce livre étant relativement ancien, il n'est plus protégé par la loi sur les droits d'auteur et appartient à présent au domaine public. L'expression "appartenir au domaine public" signifie que le livre en question n'a jamais été soumis aux droits d'auteur ou que ses droits légaux sont arrivés à expiration. Les conditions requises pour qu'un livre tombe dans le domaine public peuvent varier d'un pays à l'autre. Les livres libres de droit sont autant de liens avec le passé. Ils sont les témoins de la richesse de notre histoire, de notre patrimoine culturel et de la connaissance humaine et sont trop souvent difficilement accessibles au public.

Les notes de bas de page et autres annotations en marge du texte présentes dans le volume original sont reprises dans ce fichier, comme un souvenir du long chemin parcouru par l'ouvrage depuis la maison d'édition en passant par la bibliothèque pour finalement se retrouver entre vos mains.

Consignes d'utilisation

Google est fier de travailler en partenariat avec des bibliothèques à la numérisation des ouvrages appartenant au domaine public et de les rendre ainsi accessibles à tous. Ces livres sont en effet la propriété de tous et de toutes et nous sommes tout simplement les gardiens de ce patrimoine. Il s'agit toutefois d'un projet coûteux. Par conséquent et en vue de poursuivre la diffusion de ces ressources inépuisables, nous avons pris les dispositions nécessaires afin de prévenir les éventuels abus auxquels pourraient se livrer des sites marchands tiers, notamment en instaurant des contraintes techniques relatives aux requêtes automatisées.

Nous vous demandons également de:

+ *Ne pas utiliser les fichiers à des fins commerciales* Nous avons conçu le programme Google Recherche de Livres à l'usage des particuliers. Nous vous demandons donc d'utiliser uniquement ces fichiers à des fins personnelles. Ils ne sauraient en effet être employés dans un quelconque but commercial.

+ *Ne pas procéder à des requêtes automatisées* N'envoyez aucune requête automatisée quelle qu'elle soit au système Google. Si vous effectuez des recherches concernant les logiciels de traduction, la reconnaissance optique de caractères ou tout autre domaine nécessitant de disposer d'importantes quantités de texte, n'hésitez pas à nous contacter. Nous encourageons pour la réalisation de ce type de travaux l'utilisation des ouvrages et documents appartenant au domaine public et serions heureux de vous être utile.

+ *Ne pas supprimer l'attribution* Le filigrane Google contenu dans chaque fichier est indispensable pour informer les internautes de notre projet et leur permettre d'accéder à davantage de documents par l'intermédiaire du Programme Google Recherche de Livres. Ne le supprimez en aucun cas.

+ *Rester dans la légalité* Quelle que soit l'utilisation que vous comptez faire des fichiers, n'oubliez pas qu'il est de votre responsabilité de veiller à respecter la loi. Si un ouvrage appartient au domaine public américain, n'en déduisez pas pour autant qu'il en va de même dans les autres pays. La durée légale des droits d'auteur d'un livre varie d'un pays à l'autre. Nous ne sommes donc pas en mesure de répertorier les ouvrages dont l'utilisation est autorisée et ceux dont elle ne l'est pas. Ne croyez pas que le simple fait d'afficher un livre sur Google Recherche de Livres signifie que celui-ci peut être utilisé de quelque façon que ce soit dans le monde entier. La condamnation à laquelle vous vous exposeriez en cas de violation des droits d'auteur peut être sévère.

À propos du service Google Recherche de Livres

En favorisant la recherche et l'accès à un nombre croissant de livres disponibles dans de nombreuses langues, dont le français, Google souhaite contribuer à promouvoir la diversité culturelle grâce à Google Recherche de Livres. En effet, le Programme Google Recherche de Livres permet aux internautes de découvrir le patrimoine littéraire mondial, tout en aidant les auteurs et les éditeurs à élargir leur public. Vous pouvez effectuer des recherches en ligne dans le texte intégral de cet ouvrage à l'adresse `http://books.google.com`

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIORUM

SACRORUM

LATINÆ VERSIONES ANTIQUÆ.

Digitized by Google

Digitized by Google

BIBLIORUM
SACRORUM
LATINÆ VERSIONES ANTIQUÆ.

Digitized by Google

Digitized by Google

Bibl. Latin. Bibl. Latin. 1743.

BIBLIORUM SACRORUM

LATINÆ VERSIONES ANTIQUÆ,

SEU

VETUS ITALICA,

ET

Cæteræ quæcunque in Codicibus Mſſ. & antiquorum libris reperiri potuerunt:

Quæ cum Vulgata Latina, & cum Textu Græco comparantur.

ACCEDUNT

Præfationes, Obſervationes, ac Notæ, Indexque novus ad VULGATAM è regione editam, idemque locupletiſſimus.

Operâ & ſtudio D. PETRI SABATIER, Ordinis Sancti Benedicti, è Congregatione Sancti Mauri.

TOMUS SECUNDUS.



BS
73
1743a
v. 2

INDIANA UNIVERSITY
LIBRARIES
BLOOMINGTON

REMIS,

Apud REGINALDUM FLORENTAIN, Regis Typographum & Bibliopolam, ſub ſigno Bibliorum aureorum.

M. DCC. XLIII.

CUM APPROBATIONE, ET PRIVILEGIO REGIS.

Digitized by Google

Reprint 1981 **BREPOLS** Turnhout-Belgium

Digitized by Google

MONITUM IN PSALMOS

ſecundùm Verſionem antiquam.

PSALMI ſecundùm Latinam Verſionem antiquam nunc primùm prodeunt integri ex inſigni Mſ. S. Germani à Pratis, annorum mille & ampliùs, quem olim D. Jacobus DU BREUL, *eruditus ejuſdem Cœnobii Monachus, totum propria manu, & cum diligentia plurima tranſcribendum judicavit. De hoc autem venerandæ antiquitatis monumento ſic præfatur doctus Aſceta :* « *Hoc Pſalterium, quo Beatiſſimus Germanus Pariſiorum antiſtes quondam uſus eſt, cùm inter Sanctorum reliquias diu in Sacrario conſervatum fuiſſet, ad Bibliothecam, ſtudioſorum gratiâ, tandem translatum eſt. Hujus non modò antiquitatem, ſed etiam pretium ipſæ membranæ purpurâ violaceâ tinctæ, & litteræ argenteæ unciales ſatis indicant ; unde tales habere libros olim ditiorum erat, non eorum quibus res eſſet anguſta domi. Id quippe refert Hieronymus in prima libri Job præfatione :* Habeant, *inquit*, qui volunt veteres libros, vel in membranis purpureis auro argentoque deſcriptos, vel uncialibus, ut vulgò aiunt, litteris, onera magis exarata quàm codices, *&c. Et in epiſtola ad Euſtoch. ait :* Inficiuntur membranæ colore purpureo, aurum liqueſcit in litteras, gemmis codices veſtiuntur, *&c.* » *Addit Brolius :* « *Anno Incarnationis* 1269. *erat hujus Monaſterii Sacriſta pius, Alexander nomine, qui in dinumeratione Reliquiarum ſibi commiſſarum, ſpecialiter Pſalterium S. Germani nominat cum quibuſdam aliis Reliquiis, quibus modò caremus.* »

Jam verò ſi hoc Pſalterium curioſiùs diſpiciatur aut excutiatur, nonnulla notatione & obſervatione digna reperientur ; v. g. commutatio litterarum, quarumdam vocum ſcribendarum ratio, hoc vocabulum, Diapſalma, *Pſalmis intermixtum, convenientia ſeu cognatio hujus Pſalterii cum veteribus aliis, tum iis quæ in Mſs. codd. etiamnum exſtant, tum Pſalmis illis qui in veterum Patrum ſcriptis, vel in unum coacti, vel diſperſi occurrunt. Ad litteras quod attinet, has potiſſimùm immutatas & converſas paſſim invenimus ; nempe* v *in* b, *&* b *in* v ; *item* e *in* i, *&* i *in* e ; *rurſum* o *in* u, *&* u *in* o. *Exempli gratiâ, legitur :* Quis davit ex Sion, *&c.* oves & vobes univerſas, *&c.* intellege clamorem meum, *&c.* contritio & infilicitas, *&c.* perfice greſſos meos, *&c.* dulces capiebas cibus, *&c.* u *etiam non geminatur in hoc Mſ. verbi gratiâ, non ſcribitur* manuum, equus, iniquum ; *ſed* manum, equs, iniqum. *Non duplicatur pariter littera* j *in medio dictionum, ne occurrat* j *conſonans ; exempli gratiâ, non legitur* projicit, *ſed* proicit ; *non* adjiciet, *ſed* adiciet : *item habetur* ſubecit, *pro* ſubjecit, *&* deiciſti, *pro* dejeciſti. *Numero etiam plurali ſæpe legitur* fili, *pro* filii ; *v. g.* fiant fili ejus orphani ; fili excuſſorum. *Verba quoque compoſita ita ſcribuntur :* adſtiterunt, adprehendite, adnuntiate, inritavit, inlumina, conlocavit. *Legitur* cornum, *non* cornu ; Iſtrahel *ſæpe, pro* Iſraël. *Præterea* ſuſum, *pro* ſurſum ; *v. g.* Deus noſter in cœlo ſuſum ; advocavit cœlum ſuſum. *De hac autem ultima dictione hæc leguntur apud Auguſt. tract.* 8. *in* 1. *Joan.* 4. *col.* 878. *c.* Perverſi homines videte quàm præpoſteri ſint : quod faciunt bene, volunt ſibi tribuere ; ſi malè faciunt, Deum volunt accuſare. Converte hoc diſtortum neſcio quid & præpoſterum, faciens illud quodam modo capite deorſum : quod ſuſum, faciens juſum ; quod deorſum, faciens ſurſum. Juſum vis facere Deum, & te ſuſum ? Præcipitaris, non elevaris : ille enim ſemper ſurſum eſt. *Et infra tract.* 10. *n.* 8. *col.* 899. *c.* Suſum me honoras, juſum me calcas. *Ne tamen barbaris hujuſcemodi vocibus nimiùm fœdaretur, & onerarétur noſter contextus, nonnullas aliquando reſecuimus, maximè cùm ſolæciſmi plus æquo ſermonem vitiabant ; rarò tamen & minùs ſæpe id contigit nobis, ne hac in re Latinæ locutionis puritati indulgere plus videremur, quàm antiquitati & auctoritati Mſ. codicis.*

De Diapſalmate *id accipimus ab Hilario tract. in Pſ.* 2. *n.* 3. Septuaginta Interpretes, *inquit*, Pſalmos inter cæteros libros transferentes, & in numerum redegerunt, & in ordinem collocaverunt, & Diapſalmis diſtinxerunt, qui omnes ſecundùm Hebræos confuſi & habebantur, & habentur. *Et prologo in Pſ. n.* 23. *col.* 13. *a. ait :* In *Diapſalma*, quod interjectum plurimis Pſalmis eſt, cognoſcendum eſt demutationem aut perſonæ aut ſenſûs ſub converſione modi muſici inchoari : ut ſicubi *Diapſalma* interceſſerit, aut aliquid aliud dici, aut etiam ab altero dici, aut in altero artis muſicæ modulo cantari intelligendum ſit. *De hoc etiam vocabulo hæc notat eruditus noſter Cuſtantius not.* 2. *in hunc Hilarii loc.* « *De hujus vocis ſignificatione non convenit inter Veteres. In Hilarii ſententiam poſt Auguſtinum* « *in Pſ.* 4. *n.* 4. *abit Caſſiodorus præfat. in Pſalt. c.* 11. *Hieronymi ſententiæ quamvis op-* «

Digitized by Google

» *posita non ignarus. Hic de eadem voce à Marcella quæsitus epist.* 138. Quidam, *inquit*, » *Diapsalma* commutationem metri esse dixerunt, alii pausam Spiritus Sancti, nonnulli al- » terius sensus exordium; sunt qui rithmi distinctionem, &..... cujusdam musicæ varietatis. » *Ita fere explicat Euthymius, præfat. in Psalt.* Diapsalma, *inquit*, mutationem senten- » tiæ aut cantûs significat, aut pausam, seu interjectionem quamdam pulsationis, vel fulgo- » rem atque illuminationem divini Spiritus, quæ tum canentibus apparebat; scribebantur » enim omnia hæc ab eis diligenter. *Horum sententiam nullam Hieronymus probat: ma-* » *ximè quia hæc vox etiam in Psalmorum fine nonnunquam occurrit, & contrà in aliquot Psal-* » *mis plurimorum versuum penitus non invenitur..... Quare mavult cum Origene*, hoc ver- » bum superiora pariter inferioraque connectere, aut certè docere sempiterna esse quæ dicta » sunt. » *Ita Custantius.*

Psalterium ipsum quod attingit, id maximè deprehendimus, illud nonnunquam dissidere ab Augustini Psalterio, plurimùm convenire cum his qui apud Hilarium tractantur Psalmis, sæpe concordare cum aliis similibus ex Ambrosio, Prospero, Cassiodoro, &c. collectis, nec multùm etiam discrepare à veteribus aliis Psalteriis, v. g. à Romano, Corbeiensi, Carnutensi, &c. id maximè liquet ex variis eorumdem lectionibus Textui nostro subjectis, ut in re oculis ipsis inspicienda diutius immorari supervacaneum omnino sit, ac inutile.

At verò inter Latinos Patres, è quorum scriptis Psalmos plures expressimus, Hilarius primatum tenet. Is commentarium in Psalmos elucubravit; an Psalmos omnes exposuerit, incertum: « *at multa suppetunt argumenta, si Custantio nostro fides, quibus Psal-* » *mos omnes ab eo enarratos esse approbetur.* » *Ad nos usque pervenerunt tantùm tracta-* » *tus in Psalmos septem supra quinquaginta, nempe in Psal.* 1. *&* 2. *deinde in Ps.* 13. *&* 14. *tum in Ps.* 51. *necnon decem & octo sequentes, demum in Psal.* 91. *& in Ps.* 118. *&* 119. *ac reliquos alios; quibus adjungendi sunt tractatus quatuor in totidem Psalmos, scilicet in Ps.* 15. 31. 41. *&* 149. *recens editi ab Edmundo nostro Martene to.* 9. *Collect. ampliss. Addit novus Editor Hilarii, admonit. præv. in Ps.* « *negari non* » *posse quin Hilarius Latinum codicem exponendum susceperit. Sacri tamen textûs codices* » *Latinos atque Græcos ad faciliorem Psalmorum intelligentiam consequendam sese consu-* » *luisse non semel testificatur.* » In plurimis, *inquit*, *(Prologo in Psalmos num.* 2.*)* Latinis & Græcis codicibus sine nominibus simplices tantùm Psalmorum tituli præferuntur. *Et in Ps.* 118. *litt.* 8. *n.* 1. Plures, *inquit*, Psalmorum codices legentes, & nos ita opinabamur, versum qui octavæ litteræ primus est..... in superioribus septimæ litteræ octo versibus contineri; quia ita in Latinis codicibus, atque etiam in nonnullis Græcis scriptum continebatur..... Sed secundùm Hebræos emendatum apud Græcos Psalmorum librum legentes, invenimus hunc versum non septimæ litteræ novissimum esse, sed octavæ primum.

Custantius noster sic pergit: « *Latinum sequi solet, usu, uti probabile est, tunc receptum.* In Ps. 67. n. 21. » *Hunc litteræ paulò tenaciorem esse sæpe admonet*, Interpretesque *illius*, dum collationem » ordinemque verborum demutare ac temperare non audent, minùs dilucidè proprietatem » declarasse dictorum. *Codicis hujus Psalterium aliud ab eo esse quod* Gallicanum *vocant,* » *minimè mirum est; cùm hoc ipsum sit quod Hieronymus postmodum emendavit. Illi au-* » *tem non ita scrupulosè adhæret, ut in una eademque lectione repetenda semper constans* » *sit. Sæpe enim verbis utitur Vulgatæ nostræ, dum versum enarrandum repetit; licet lec-* » *tionem primò proposuerit ab eadem dissonantem. Imo textum aliquando præmittit aliter* » *quàm nunc habemus, sed hunc postea sic explicat, ac si id tantùm legisset, quod modò apud* » *nos obtinet. Videri hinc posset familiaris Hilario fuisse Vulgata nostra. Ignotæ tamen ei* » *fuerunt plures lectiones, quæ modò in illa exstant, quasque spectare licet velut exempla* » *eorum, quæ postea Hieronymus in Itala Versione correxit.*

» *Addit doctissimus Editor: Singulis hisce Hilarii tractatibus in Ps. integri iidem præ-* » *figuntur Psalmi. Hi Editione Parisiensi anni* 1605. *primùm vulgati sunt ex antiquo* » *codice aliàs S. Maximini Miciacensis, postea reginæ Suecorum Christinæ, ac tandem Va-* » *ticanæ bibliothecæ. Psalmos eosdem præ se ferunt Vaticani minoris antiquitatis codices:* » *at in reliquis cùm scriptis, tum editis neutiquam exstant. Alienum opus produnt tex-* » *tus Psalmi* 119. *ante præfationem in Cantica graduum, necnon primum Psalmi* 118. » *Octonarium ante præfationem in totum Psalmum, inconcinno prorsus loco ordinata. Ve-* » *rùm singuli Psalmi ab eo textu, quem in enarrationibus suis sequitur Hilarius, tot locis* » *dissident, ut hos illius esse nemini persuaseris. At cùm à Vulgata non minùs, quàm ab* » *Hilariano Psalterio dissentiat; sic eam versionem, quæ ex Mss. antiquitate auctoritatem ob-* » *tinet, conservandam duximus.* »

Psalterio Hilariano succedit Ambrosianum, id est, Psalmi ex S. Ambrosii commentariis excerpti, ex his autem nonnisi tredecim tractatus supersunt in Psalmos totidem, nempe in Psal. 1. *deinde in Ps.* 35. *& sequentes alios quinque; denique in Psalmos* 43. 45. 47. 48. *&* 118. *Præterea aliis libris Ambrosium expositiones Psalmorum aliquot inseruisse mo-*

Digitized by Google

nent noviſſimi Editores noſtri: « *Illos Pſalmos, inquiunt, temporibus occaſionibuſque di-* «
verſis, partim concionando, partim dictando, explanavit S. Doctor. Ex præfat. enim quæ «
primo Pſalmo præmittitur, intelligimus ipſum in eccleſia ſua, & poſt conſuetos Pſalmorum «
cantus ſermonem habuiſſe : Quantùm laboratur, *inquit*, in eccleſia ut fiat ſilentium, cùm «
lectiones leguntur : ſi unus loquatur, obſtrepunt univerſi ; cùm Pſalmus legitur, ipſe ſibi eſt «
effector ſilentii. *Eandem etiam Ambroſius admiſiſſe videtur verſuum diſtributionem, quæ* «
nunc habetur in Vulgata ; id ſanè conſtat de Pſalmo 118. *explicato enim, v. g. verſu* 3. «
ultimi Octonarii, ait : Sequitur verſus quartus : Loquetur lingua mea verbum tuum, quo- «
niam omnia mandata tua juſtitia eſt. *Subinde ſic pergit :* Sequitur verſus quintus : Fiat ma- «
nus tua ſalvum facere me, quoniam mandata tua elegi. » *Eandem quoque diviſionem reti-*
nuit Hilarius, cùm dicat Prologo in hunc Pſ. col. 241. *e.* Secundùm Hebræorum litte-
ras in ſingulis octonis verſibus ſingulæ litteræ præferuntur. Eſt autem omnis numerus ver-
ſuum in centum ſeptuaginta ſex verſibus, *&c. Totum hunc Pſalmum ſermonibus* 22. *exe-*
git Ambroſius pro totidem elementis Hebraicis. « *Poſt explicatum unumquodque elemen-* « *Admonit. prav. nov. Ed.*
torum, ad interpretationem textûs accedit. Primò proponit ipſa verba cujuſque verſus, & «
ſi quid occurrat varietatis, ſive in Græcis, ſive in Latinis exemplaribus, ſive etiam in di- «
verſis Interpretibus, hoc ille non ſine magna eruditione ſubjicit, & quaſi digito indicat «
fontes iſtiuſmodi diſcriminis, quod nonnunquam diſſidentibus Interpretum opinionibus, ſæ- «
pius verò antiquariorum Scripturam imperitiâ vel indiligentiâ ſuâ corrumpentium culpæ «
adtribuit. Inſuper quid de variis Scripturæ verſionibus ſentiat, candidè in medium pro- «
fert, docetque tunc temporis in Eccleſia potiſſimùm valuiſſe LXX. Senum interpretationem. «
Nihilominus tamen libentiùs ipſemet utebatur exemplari ſuo Græco ; quamvis etiam mini- «
mè negligeret & alia ſubinde conſulere, & diverſas textûs interpretationes, quæ defendi «
poſſe aliqua ratione videbantur, proponere. »

Ambroſii Pſalterium excipit Auguſtinianum : hoc integrum eſt, nec ulla ſui parte muti-
lum, editumque jam fuit à Jac. Fabro Stapulenſi in quincuplici ſuo Pſalterio, ſub titulo Pſal-
terii veteris ; *enim verò, quod etiam obſervatum eſt à noſtris to.* 4. *nov. Edit. Auguſt. nihil*
ipſum ab Auguſtiniano diſſidere certo certius eſt. « *Et jam nulli dubitamus, inquiunt, quin* «
illud totum ex Auguſtini commentariis exſcripſerit ejuſdem in quincuplici Pſalterio editor «
Jacobus Faber. Id non ſatis adverterunt ii qui vetus *iſtud & Auguſtinianum in ſuis ad* «
LXX. Interpretes ſcholiis & notis, non pro uno eodemque, ſed pro duobus habent Pſal- «
teriis. » *Quod verò ad litteram ſpectat, ut eam integram atque illibatam haberet Auguſ-*
tinus, hæc referunt doctiſſimi Editores iidem præfat. in hunc tomum : « *Latinas Editiones* «
inter ſe componit, exemplaria Græca conſulit, colligit varias lectiones, undenam irrepſerit «
diverſitas, ex Interpretum vitio, an è textus Græci ambiguitate, inveſtigat ; ejus denique «
illa ſedulitas qua tot locos tam anxiè diſcuſſit, huc eum impulit, ut Pſalterium multoties «
ad idioma Hellenicum recenſeret caſtigaretque. Hoc intelligas licet ex ejuſdem epiſt. 261. «
n. 5. *ad Audacem, ubi cùm dixiſſet Pſalterium à Beato Hieronymo ex Hebræo ſermone* «
converſum non habere ſe, proſequitur in hunc modum : Nos autem non interpretati «
ſumus, ſed codicum Latinorum nonnullas mendoſitates ex Græcis exemplaribus emenda- «
vimus. Unde fortaſſis fecerimus aliquid commodius quàm erat, non tamen tale quale eſſe «
debebat. Nam etiam nunc, quæ fortè nos tunc præterierunt, ſi legentes moverint, colla- «
tis codicibus emendamus. »

Auguſtini Pſalterio alia duo annectimus, nempe Proſperi & Caſſiodori. Proſperi Pſal-
terium majori ſui parte diminutum eſt, cùm non complectatur niſi quinquaginta Pſal-
mos poſteriores, qui quidem Pſalmi vix diſſidere viſi ſunt ab his qui leguntur apud Au-
guſtinum. Caſſiodori verò Pſalterium optimè concordat cum Pſalterio Romano, quale tum
à Fabro Stapulenſi in quincuplici ſuo Pſalterio anno 1508. *tum à Martianæo noſtro edi-*
tum eſt tomo primo novæ Edit. operum S. Hieron. p. 1223. *è regione Pſalterii Gallicani.*
Idem verò Pſalterium ſecundùm LXX. Interpretes, ſecundis curis ab Hieronymo emenda-
tum, jam editum fuerat cum aſteriſcis & obelis Romæ, ſtudio & opera Joannis Cari Pres-
byteri. De duplici autem illa emendatione Pſalterii ipſe Hieronymus in epiſt. ſua ad Pau-
lam & Euſtochium ita loquitur : Pſalterium Romæ dudum poſitus emendaram, & juxta
LXX. Interpretes, licet curſim, magna illud ex parte correxeram. Quod quia rurſum vi-
detis ſcriptorum vitio depravatum, pluſque antiquum errorem, quàm novam emendatio-
nem valere, cogitis ut veluti quodam novali ſciſſum jam arvum exerceam, & obliquis
ſulcis renaſcentes ſpinas eradicem. Unde commoneo tam vos quàm eos qui exemplaria iſ-
tiuſmodi habere voluerint, ut quæ diligenter emendavi, cum cura & diligentia tranſcribantur.

Addunt Editores noſtri præfat. in to. 4. *Auguſt. Duplex igitur Pſalterii emendatio ad-*
hibita ab Hieronymo : « *Primò* curſim & magna ex parte, *cùm adhuc in urbe verſaretur :* «
ſecundò diligenter, *jamque in ſeceſſu abditus Bethlehemitico. Ultimæ hujus correctionis* «
exemplaria optat ut cum cura & diligentia tranſcribantur ; necnon eidem addita abs ſe «

Digitized by Google

» *notæ appingantur, obeli videlicet, à quibus uſque ad ſequentia duo puncta, quæ legeban-*
» *tur apud LXX. cùm in Hebræo deeſſent, includebantur; & aſteriſci, quibus ſimiliter quæ*
» *ad proxima duo puncta ſequebantur, ex Hebræo juxta Theodotionis Editionem LXX.*
» *Interpretibus acceſſiſſe notum fieret. Atqui hujuſmodi ſigna etiamnum in veteribus quibuſ-*
» *dam Vulgatæ Mſs. non autem in alio ullo Pſalteriorum Latinorum invenire eſt. Hæc ip-*
» *ſa in compluribus codicibus ſibi obſervata Jacobus Faber Stapulenſis affirmat: ipſique habe-*
» *mus præ manibus antiquiſſimum tripartitum Pſalterium Abbatiæ S. Petri Carnutenſis, quod*
» *in prima columna Pſalterium Hieronymi ex Hebræo continet; in tertia vetus Pſalterium à*
» *Romano, atque ab eo quo uſus eſt Auguſtinus, parum diſcrepans; in ſecunda verò Editionem*
» *Vulgatam exhibet cum ſupra memoratis Hieronymi obelis & aſteriſcis. Hinc facilè perſua-*
» *demur Vulgatam eſſe ipſam illam Verſionem ab Hieronymo ſecundis curis emendatam: quæ*
» *noſtra ſententia inſuper auctoritate Mſ. Bibliothecæ Colbertinæ ante ſeptingentos annos*
» *exarati confirmatur, qui Vulgatam cum iiſdem Hieronymianis notis, & ſub hac inſcriptio-*
» *ne comprehendit:* Liber Pſalmorum de translatione Septuaginta Interpretum, emendatus à
» S. Hieronymo in novo. » *Atque illud eſt Pſalt. quod Vulgatum eſt à Martianæo noſtro to.*
1. *novæ Edit. S. Hieron. ſub titulo Pſalterii Gallicani. De utroque autem hoc Pſalterio*
tum Romano tum Gallicano ita loquitur Valafridus Strabo de rebus Eccleſiaſticis cap. 25.
Pſalmos cùm ſecundùm LXX. Interpretes Romani adhuc habeant, Galli & Germanorum
aliqui ſecundùm emendationem quam Hieronymus pater de LXX. Editione compoſuit,
Pſalterium cantant: quam Gregorius Turonenſis Epiſcopus à partibus Romanis mutuatam,
in Galliarum dicitur Eccleſias tranſtuliſſe. *Sed hanc opinionem confutat Mabillonius noſ-*
ter in diſquiſitione ſua de curſu Gallicano, probatque longè poſt Gregorium Turonenſem
allatam fuiſſe in Gallias hanc poſtremam Hieronymianam Pſalterii emendationem.

« *Hocce Pſalterium, inquiunt Editores præfati, quod, quia illo primi omnium Galli*
» *uſi ſunt, Gallicanum vocant, ſenſim in omnes Occidentales Eccleſias fuit receptum. Vir*
» *eximiæ eruditionis ac piæ memoriæ Cardinalis Bona de rebus Liturgicis lib.* 2. *cap.* 3. *cen-*
» *ſet ejus uſum ante annos abhinc ſexcentos admiſſum in Italia fuiſſe, præterquam in Me-*
» *diolanenſi Eccleſia, quæ antiquum ſuum Pſalterium hodicque retinet; præterquam etiam*
» *in Urbis Eccleſiis, in quibus proprium ſuum obtinuit ad ætatem uſque Pii V. cujus juſſu*
» *illa Vulgatam Editionem amplexæ ſunt, exceptâ unâ Vaticanâ, ubi etiam nunc Romanum*
» *canitur Pſalterium.* »

Pſalterii autem hujus Gallicani nullus pene nobis uſus fuit in opere iſto, cùm ipſum à Vulgata vix diſcrepare videatur. At Romani Pſalterii non eadem ratio; quamvis enim plus ad Vulgatam accedat quàm noſtrum S. Germani Pſalterium, tamen ab eadem Vulgata ſæpe & ſæpius diſtare conſtat; unde varietates ejus omnes ſummâ curâ annotavimus, illamque ipſius Editionem uſurpavimus, quam in quincuplici Pſalterio Jacobus Faber Stapulenſis inſtruendam curavit in Pariſienſi noſtro S. Germani Cœnobio anno 1508. *nequaquam tamen à nobis prætermiſſâ eâ quæ à Martianæo noſtro vulgata eſt to.* 1. *oper. S. Hieronymi. Huic Romano Pſalterio vetera quoque alia nonnulla adjunximus, maximè illa quorum variantes lectiones inſignes à noſtris collectæ ſunt & impreſſæ initio tomi* 4. *nov. Edit. op. S. Auguſt. His adde alias infinitas cùm ex Breviario Mozarabico Miſſâlique Romano, tum à Patrum Latinorum Scriptorumve Eccleſiaſticorum operibus mutuò ſumptas, quas omnes Sangermanenſi Pſalterio ſubnectendas duximus.*

Digitized by Google

ARGUMENTA VARIA LIBRI PSALMORUM,

qualia edita sunt in Bibliis Vulgatæ edit. *fol. Pariſ. Vitré.* 1662.

PSAL. I. *Pios & probos esse beatos; impios contrà, & peccatores esse miseros.*

PSAL. II. *Frustra homines, præsertim reges & principes, sese Christi regno opponere: nam eum esse universum regem à Deo patre constitutum, cui sit parendum, si salvi esse velimus.*

PSAL. III. *Deum, ut se ab exercitu hostili defendat, uti facere consuevit, precatur. Congruit Christo.*

PSAL. IV. *Hostes hortatur, ut Deum colant, cujus bonis multiplicantur; à Deo autem contra ipsos sibi opem poscit. Congruit Christo.*

PSAL. V. *Deum orat, ut malignos malis, innocentes bonis afficiat.*

PSAL. VI. *Deum orat, ut se & à morbo, & à peccato sanet: exauditus autem, inimicis insultat.*

PSAL. VII. *Pro se contra Saulem orat, ut ipse ob suam innocentiam servetur, ille verò ob pertinaciam pœnas luat.*

PSAL. VIII. *Dei magnitudinem prædicat à miris ejus operibus, præsertim hominis, atque adeo Christi exaltatione. Psalmus est propheticus.*

PSAL. IX. *Gratias agit Deo, quòd se, & alios afflictos ab hostium injuria tueatur: orat, ut id perpetuò faciat, impios evertens, & pios inopes defendens. Quare hic Psalmus in duos apud Hebr. secatur.*

PSAL. X. *Se, suique similes, quòd Deo fidant, in tuto esse; impios autem & peccatores, malè perituros.*

PSAL. XI. *Petit ut servetur, quòd impiorum regnum omnia occupet: idem precatur piis cæteris; Dei promissum urgens.*

PSAL. XII. *A Deo petit, ut se ab inimico defendat, ut à morte liberatus, ejus beneficentiam cantet.*

PSAL. XIII. *Quòd impiorum plena sunt omnia, optat Christi adventum, velut bonis salutem allaturum.*

PSAL. XIV. *Pueros & innocuos terrâ sanctâ, vel potiùs cœlo, & æterna quiete potituros.*

PSAL. XV. *Christus Deum patrem orat, ut se piorum studiosum, & impiorum osorem conservet: gratias deinde agit, quòd ab eo sit è mortuis excitandus, & perpetua felicitate donandus.*

PSAL. XVI. *Obsecrat ne persecutionibus obruatur. Inimicos quidem in hac vita fortunari, se verò gloriam æternam exspectare.*

PSAL. XVII. *Gratias agit, quòd ex maxima rerum desperatione, quam poeticè describit, victoriam & regnum sit consecutus. Multa hîc soli Christo conveniunt.*

PSAL. XVIII. *Deum, cùm ex cœlestium rerum opificio, tum è divina lege cognosci: cognitum precatur, ut sibi omnia per errorem, vel conscientiam commissa remittat.*

PSAL. XIX. *Oratio pro pio rege ad bellum proficiscente, ut Deum habeat propitium.*

PSAL. XX. *Gratias agit, quòd Christum regem multâ gloriâ affecerit, ejusque hostes sit tandem perditurus.*

PSAL. XXI. *Christus Patrem in cruce obsecrat, enumeratis sua perpessionis appendicibus, ut sibi adsit: sese in vitam revocatum, ejus laudes toto mundo propagaturum. Congruit morbo desperatis.*

PSAL. XXII. *Celebrat beneficia à Domino accepta. Se per eum tutum fuisse, & semper fore.*

PSAL. XXIII. *Deum toti terræ imperare: ejus autem cœlestem montem innocentes ingressuros, siquidem Christus triumphans portas aperuerit.*

PSAL. XXIV. *Rogat, ut ex inimicis liberetur; peccatis absolutis, periculis tum ipse, tum populus eripiatur.*

PSAL. XXV. *Petit ne se innocentem in improborum numero habeat.*

PSAL. XXVI. *Se esse tutum adversùs omnem vim, modò in Dei domo, id est Ecclesia, permaneat, & à Deo contra adversariorum injurias defendatur.*

PSAL. XXVII. *Christus à Deo patre poscit, ne se in inferis retineat, peccatorum loco habens; sed illis punitis, se & Dei populum perpetuò servet. Mysterium resurrectionis suæ indicat.*

PSAL. XXVIII. *Pios ad Deum gloriâ afficiendum hortatur, qui tam terrifica voce, sive tonitru suam potentiam ostendat. Verbo Dei competit.*

PSAL. XXIX. *Gratias agit, quòd ex periculis ereptus & exauditus sit. Congruit Christo.*

PSAL. XXX. *Precem instituit contra pericula, & hostium studia; tum divinam in pios providentiam extollit, illos ad Deum diligendum invitans, qui pro suis operibus quemque remuneretur. Christo congruit.*

PSAL. XXXI. *Beatos esse, quibus remissa sunt peccata: inde suo & sanctorum omnium exemplo hortatur, ut hanc beatitudinem quisque sibi quærat, & contumaciam belluinam abjiciat: hinc enim manere pœnas, illinc præmia*

PSAL. XXXII. *Justos invitat ad celebrandum Deum ex ipsius physico opificio, erga homines benignitate, & providentia.*

PSAL. XXXIII. *Se & alios adhortatur ad Deum piè colendum, quòd suos ab omnibus malis defendat, impios perdat.*

PSAL. XXXIV. *Christus hostibus, non suis propriè, sed Dei, excidium, sibi salutem precatur. Psalmus est propheticus.* Joann. 15. *Congruit piis.*

PSAL. XXXV. *Miratus in impio nullum Dei esse metum, exclamat Dei patientiam, atque in omnia benignitatem; & ut misericordiâ in se & pios utatur, excisis impiis, supplicat.*

PSAL. XXXVI. *Non esse à pietate discedendum, quòd impii floreant: nam & impios plagas, & pios præmia accepturos.*

PSAL. XXXVII. *Deum obsecrat, ut se graviter ægrotum ob peccata, ab amicis neglectum, ab inimicis exagitatum juvet, sanetque. Multa conveniunt Christo.*

PSAL. XXXVIII. *Ægrotus, abrupto diuturno silentio, Deum orat, ut sibi veniam det; & saltem vitæ brevitatem, quæ homini conceditur, ne deneget.*

PSAL. XXXIX. *Christus gratias agit, quòd Deum patrem semper habeat præsentem; & obedientiam (eam ut sacrificio præponenti) offert: sed interim se nunc quoque liberet, ultus adversarios. Psalm. est propheticus.* Hebr. 10.

PSAL. XL. *Orat pro iis, qui afflictis benefaciunt, & pro se, quem in morbo constitutum æmuli exstinctum cupiebant. Christo congruit.*

PSAL. XLI. *Suum exilium consolatur Dei & rerum divinarum meditatione, orans, ut se in patriam restituat; quod & futurum sperat.*

PSAL. XLII. *Orat, ut se Jerosolymam ab exilio, ad frequentandum templum, revocet.*

Digitized by Google

PSAL. XLIII. *Queruntur pii ſe, contra majorum exempla, impiorum libidini exponi ob religionem; Deumque obſecrant, ut tandem ſubveniat. Congruit apoſtolis, & martyribus.* Rom. 8.

PSAL. XLIV. *Carmen nuptiale, Chriſti & Eccleſiæ notas, virtutes, dotes, gratias, conjunctionem canens.*

PSAL. XLV. *Civitatem Dei, ſive Eccleſiam, Domini præſidio contra omnem vim eſſe tutam.*

PSAL. XLVI. *Omnes gentes invitat ad Deum celebrandum, quòd in ſanctorum Iſraelitarum communionem & eccleſiam cooptandæ ſint. Eccleſiæ congruit.*

PSAL. XLVII. *Deo cariſſimam eſſe Jeroſolymam, ut qui eam ſingularibus victoriis, donis, & beneficiis exornaverit, atque ex eo miſericordiam ſuam in omnes terræ fines derivaverit. Congruit Eccleſiæ.*

PSAL. XLVIII. *Nihil contra mortem & infernum prodeſſe divitias, ſolam juſtitiam ex iis eripere, ſive redimere.*

PSAL. XLIX. *Chriſtum homines in ſuo ultimo judicio ſalvaturum, non ex cæſis victimis, ſed animi pietate, vitæ innocentia, puritate juſtitiæ.*

PSAL. L. *Parricidium in Uriam, adulterium in Bethſabeam expiari, Spiritu ſancto ſibi reddito, obſecrat, non propter Moſis ſacrificia; ſed Chriſtum Eccleſiam ædificaturum, cujus ſacrificium juſtitiæ ſit placiturum.*

PSAL. LI. *Doeg Saulis pecuarium increpat, ei exitium, ſibi ſalutem præſagiens.*

PSAL. LII. *Impiorum infinitum eſſe numerum: quare optat adventum Chriſti, qui ab illis bonos ſervet.*

PSAL. LIII. *Deum contra adverſarios implorat: ſeſe ejus laudes, poſt liberationem, prædicaturum.*

PSAL. LIV. *Deum, ut ſe à falſis ſimulatiſque amicis ſervet, eoſque puniat, obteſtatur. Chriſto congruit.*

PSAL. LV. *A Deo petit, promiſſionibus ejus erectus, ut ſibi contra tot hoſtes ſubveniat: ſeſe eum poſtea celebraturum.*

PSAL. LVI. *Opem implorat contra tam pertinaces æmulos: ſe eum publicè cantaturum. Chriſto etiam convenit.*

PSAL. LVII. *Perituros impios & peſtilentes, pios & juſtos fructum ſuæ virtutis percepturos, ita ut Dei providentia, & judicium appareat.*

PSAL. LVIII. *Opem efflagitat adversùs Saulem, & ejus aulicos: eis punitis, ſe Dei potentiam & gratiam perſonaturum. Chriſto competit.*

PSAL. LIX. *Populus Dei auxilium petit in expeditione contra Idumæos & cæteros vicinos. Apoſtolis congruit.*

PSAL. LX. *Ab exilio poſcit reſtitutionem, longamque vitam, ubi regnum fuerit conſecutus. Chriſto accommodatus eſt.*

PSAL. LXI. *Se in Dei tutela poſitum fruſtra oppugnari: in eo juſtis eſſe ſalutem, qui pro ſuis quemque factis remuneretur.*

PSAL. LXII. *Exul ſe Deo laudibus & gratiarum actione afficiendo conſolatur, hoſtibus interitum, ſibi malorum finem ſperans.*

PSAL. LXIII. *Contra inſidias & calumnias opem implorat, confidens earum auctores magna juſtorum voluptate oppreſſum iri.*

PSAL. LXIV. *Deum eſſe laudandum ob ipſius in Sionem, atque adeo univerſum hominum genus, beneficentiam.*

PSAL. LXV. *Omnes invitat ad Deum celebrandum & adorandum, qui mundum, præcipuè populum ſuum, tot bonis afficit.*

PSAL. LXVI. *Deum obſecrat, ut ſe toto orbe cognoſcendum exhibeat. Eſt propheticus de Eccleſia propagatione & collectione.*

PSAL. LXVII. *Canit Eccleſiæ de hoſtibus victorias; ut in exitu ex Ægypto. Chriſtum Deum in cœlum aſcenſurum, indeque apoſtolos de diverſis tribubus miſſurum ad gentes convertendas.*

PSAL. LXVIII. *Chriſtus ſe ob religionis zelum multa pati conqueritur: auxilium à Patre petit, & Judæorum punitionem: ſe illi laudes dicturum.* Joann. 2. & 15. Rom. 10. 11.

PSAL. LXIX. *Sibi, boniſque opem, æmulis ignominiam precatur.*

PSAL. LXX. *Senex contra impios opem implorat, perpetuam gratiarum actionem pollicens.*

PSAL. LXXI. *Chriſti regnum juſtum, pacificum, amplum, felixque fore.*

PSAL. LXXII. *Improbos in hac vita felices eſſe: probos qui inde commoventur, ex fine & exitu, quòd ſua quemque tandem maneant præmia, ſe debere conſolari.*

PSAL. LXXIII. *De populi Domini, & templi calamitate conqueritur; Deum obteſtans, ut ſuccurrat, quemadmodum olim.*

PSAL. LXXIV. *Chriſtus perpetuò hîc de ſe & ſua judiciaria poteſtate loquitur, de quo & agit gratias.*

PSAL. LXXV. *Invitat ad Deum colendum ex perpetua ipſius erga Eccleſiam gratia & auxilio.*

PSAL. LXXVI. *Queritur ſe multis malis premi: Deum nihilominus celebrat, & mulcet à miris operibus.*

PSAL. LXXVII. *Canit ea, quæ acta narrabantur in veteri populo, monens ne majorum ſuorum contumaciam æmulentur, propter quam Deus tribum Ephraim abjecit, Judæ autem elegit, Davide in regem evecto.*

PSAL. LXXVIII. *Populus deplorat pollutam urbem & templum, factaſque ſuorum cædes: parem vicem gentibus imprecatur, Deo laudem promittens.*

PSAL. LXXIX. *Populus ab hoſtibus vexatus, iram Dei deprecatur: orat, ut quos ex Ægypto tranſtulit, velit tueri, præcipuè filium dextera ſuæ, id eſt Chriſtum, & Chriſti membra.*

PSAL. LXXX. *Celebrat beneficium liberationis ex Ægypto: deinde Deum denunciantem inducit, ſi ſibi non obtemperetur, calamitatem; ſin obtemperatur, felicitatem.*

PSAL. LXXXI. *Injuſtè jura adminiſtrantibus exitium minatur, precans Chriſti adventum, qui id ſeriò præſtet.*

PSAL. LXXXII. *Iſmaeliticis, Saracenis, & cæteris, eorum partes contra Eccleſiam ſequentibus, exitium precatur. Pſalm. eſt propheticus.*

PSAL. LXXXIII. *Suſpirat ex exilio in templum, ut in eo Deum poſſit colere. Beatos eſſe, qui non careant uſu religionis.*

PSAL. LXXXIV. *Orat, ut iis, quos captivitate Babylonica liberavit, ſolidè placetur, Chriſto exhibito.*

PSAL. LXXXV. *Chriſtus Patrem precatur, ut ſe ab hoſtibus defendat: omnes gentes ipſum adoraturas.*

PSAL. LXXXVI. *Sionem, id eſt Eccleſiam, fore glorioſam: civium illius numerum fore infinitum & felicem. Pſalm. eſt propheticus.*

PSAL. LXXXVII. *Chriſtus ab inimicis vexatus, ab amicis deſtitutus, opem Patris implorat. Ægrotis & afflictis congruit.*

PSAL. LXXXVIII. *Canit miſericordias Domini, potentiam, promiſſiones ſibi factas: deinde queritur poſt tot promiſſiones Chriſtum differri, ſuum populum, ſuam domum & familiam externis gentibus exponi, orans ut ſui recordetur.*

PSAL. LXXXIX. *Inanem & fugacem eſſe hominum vitam: proinde Deum orat, ut ſaltem eis recon-*

Digitized by Google

tilietur, & eorum opera dirigat, atque perficiat.

PSAL. XC. *Ab omnibus periculis & hoſtibus eſſe ſecuros, qui ſunt in Dei tutela.*

PSAL. XCI. *Deum collaudandum, quòd ejus omnia ſint magna, malos perdat, bonos ſervet.*

PSAL. XCII. *Dei præſtantiam & legem extollit.*

PSAL. XCIII. *Precatur, ut ſuperbos & impios puniat; & id ſibi, Deique populo promittit.*

PSAL. XCIV. *Hortatur, ut Chriſtum Deum & regem colant, eique pareant, tum ob antiqua creationis beneficia, tum ob ipſius incarnationem; ne, ut patres ex Ægypto egreſſi, ſibi introitum ad requiem precludant.* Hebr. 3. & 4.

PSAL. XCV. *Omnia incitat ad Chriſtum Dominum extollendum, qui ſit homines ex æquo judicaturus.*

PSAL. XCVI. *Homines & angelos invitat ad Chriſtum Dominum adorandum, qui ſit extremo ſuo adventu idololatras pudore affecturus, boniſque lucem allaturus.* Hebr. 1.

PSAL. XCVII. *Invitat ad Deum celebrandum, qui ſit Chriſtum omnibus exhibiturus, & per eum orbem judicaturus.*

PSAL. XCVIII. *Chriſtum ut Dominum celebrat, & ad eum invocandum, ejuſque veſtigia adorandum inducit exemplo Moſis, Aaronis, Samuelis.*

PSAL. XCIX. *Ad Dei laudes & cultum omnes cohortatur.*

PSAL. C. *Probæ ſuæ anteactæ vitæ rationem Deo proponit, ejus extollens gratiam. Juxta Hebræos, qui hæc exponunt in futuro, ſe rectè victurum vovet. Congruit Chriſto.*

PSAL. CI. *Valde mœſtus orat Chriſtum, terræ cœlique fundatorem, ut Sionis miſereatur, ex eaque ædificet Eccleſiam, in quam populi & reges ad Deum colendum conveniant.*

PSAL. CII. *Se, angelos, & omnia excitat ad innumerabilia Dei beneficia prædicandum.*

PSAL. CIII. *Deum ab opificio & providentia celebrat.*

PSAL. CIV. *Ad Deum laudandum vocat, qui Iſraelitas multis bonis affecerit, conſervaverit, & in terram promiſſam perduxerit.*

PSAL. CV. *Captivi Deo peccata ſua, majorumque ſuorum confitentur, & veniam ſalutemque poſcunt.*

PSAL. CVI. *Deum laudandum, qui ex itinerum errore, carcere, morbo, navigationum diſcriminibus, denique periculis omnibus ſe invocantes liberet, & bonis cumulet.*

PSAL. CVII. *Eccleſia precatur Deum ſibi proſperum contra Moabitas, Paleſtinos, Idumæos, (id eſt Mahometanos.) Pſalmus eſt propheticus.*

PSAL. CVIII. *Judæ proditori, cæteriſque malevolis dignas pœnas, ſibi ſalutem Chriſtus precatur.* Act. 1.

PSAL. CIX. *Chriſtum ad Patris dexteram ſeſſurum, regnum è Judæa auſpicaturum, ſacerdotio Melchiſedech perpetuò functurum, toto orbe victorem dominaturum.*

PSAL. CX. *Dominum laudat, qui tot beneficia in Eccleſiam contulerit.*

PSAL. CXI. *Religioſos & beneficos eſſe beatos; peccatores perituros.*

PSAL. CXII. *Deum laudandum, qui excelſus ima curet.*

PSAL. CXIII. *Recolit Dei miracula, Iſraelem de Ægypto educentis: deinde eum precatur ut ſuam gloriam aſſerat, quòd cæterarum gentium dii ſimulacra ſint vana; ipſe verò ſit omnis generis piorum præſidium. Apud Hebræos in duos ſcinditur.*

PSAL. CXIV. *Orat, ſimul & gratias agit, quòd fuerit magno è periculo ereptus. Chriſto congruit.*

PSAL. CXV. *Pergit gratias agere Deo, à quo fuerat liberatus: nam hic Pſalmus in Hebræo pars eſt altera ſuperioris.*

PSAL. CXVI. *Invitat omnes gentes ad Deum collaudandum, ob Chriſtum exhibitum.* Rom. 15.

PSAL. CXVII. *Gratias agit Eccleſia, quòd poſt tot rerum diſcrimina, ſalutem & Chriſtum ſit conſecuta.* Matth. 21. & 22.

PSAL. CXVIII. *Domini legem, verbum, & præcepta laudat, quorum amantiſſimum & ſtudioſiſſimum ſe conſervari optat ac precatur, 22. octonariis.*

PSAL. CXIX. *Petit Eccleſia à maledicis & Cedarenis (id eſt Mahometanis) à Cedar Iſmaelis filio, inter quos verſatur, liberari. Canticum eſt propheticum, ut & ſequentia, quæ Graduum inſcribuntur.*

PSAL. CXX. *Eccleſiam ubique eſſe tutam, quòd Dominum habeat cuſtodem.*

PSAL. CXXI. *Eccleſiam laudat à concordia, pietate, juſtitia, eique bene precatur.*

PSAL. CXXII. *Eccleſia precatur contra impiorum calumnias.*

PSAL. CXXIII. *Eccleſia gratias agit, quòd ab extremo periculo ſit erepta.*

PSAL. CXXIV. *Eccleſiam ejuſque cives eſſe tutiſſimos, impios autem perituros.*

PSAL. CXXV. *Eccleſia orat ut liberetur è captivitate, videlicet per Chriſtum. Congruit martyribus.*

PSAL. CXXVI. *Nec familiam, nec urbem cuſtodiri, nec liberos haberi citra Dei favorem & donum.*

PSAL. CXXVII. *Timore Domini, beatitudinem hujus etiam vitæ, conciliari.*

PSAL. CXXVIII. *Eccleſia gratias agit, quòd Domini ope tuta ſemper permaneat, precans, ut ſui hoſtes dent pœnas.*

PSAL. CXXIX. *Peccatorum veniam magno ardore depoſcit, redemptionem, per Chriſtum videlicet, pollicens.*

PSAL. CXXX. *Humilitatem & modeſtiam ſuam Deo offert & proponit, ſacrificium longè gratiſſimum.*

PSAL. CXXXI. *Eccleſia Deum obteſtatur, ut memor Davidis ejuſque voti, in Sione habitet, Chriſtumque exhibeat, quem ipſe magna verborum ſolemnitate promiſit.*

PSAL. CXXXII. *Eccleſiæ conſenſionem eſſe ſuaviſſimam, à Deo cumulatè benedictam.*

PSAL. CXXXIII. *Eccleſia Domini cultores ad Dei laudes hortatur.*

PSAL. CXXXIV. *Ad Deum celebrandum invitat, quòd Iſrael magnis beneficiis cumulaverit, & idola ſint inutilia.*

PSAL. CXXXV. *Ad Dei confeſſionem excitat, propter ipſius in omnia, maximè in populum ſuum, providentiam atque beneficia.*

PSAL. CXXXVI. *Captivi lacrymantes reſtitui optant, pœnaſque Idumæis & Babyloniis precantur. Congruit Eccleſia inter Mahometanos exulanti.*

PSAL. CXXXVII. *Se Deum ob favorem perpetuò confeſſurum & adoraturum, optans ut cæteri quoque reges hoc nomine idem faciant.*

PSAL. CXXXVIII. *Deum omnia penitus ſcire, ubique præſentem eſſe, ejus providentiam & vim nihil, quantumvis occultum & exile, evadere: quare ſe eum prædicaturum, & impios odio perſecuturum.*

PSAL. CXXXIX. *Ut ſe ab improbis & maledicis defendat, illoſque puniat, deprecatur. Chriſto congruit.*

PSAL. CXL. *Orat ut ſit patiens in afflictionibus, &*

Digitized by Google

ab adverſariis tutus. Congruit Chriſto.

PSAL. CXLI. *Humana ope deſertus, contra inſectatores auxilium implorat. Eccleſiæ congruit.*

PSAL. CXLII. *Petit ne Deus ad ſuam juſtitiam reſpiciat, ſed ad miſeriam & perſecutionem, à qua ſe ſublevet, punitis hoſtibus. Eccleſiæ congruit.*

PSAL. CXLIII. *Gratias agit, quòd pacato regno fruatur: deinde orat, ut ſe ab externis hoſtibus, alioqui tumentibus, defendat.*

PSAL. CXLIV. *Deum extollit ut regem, ut bonum, miſericordem, omnia gubernantem, conſervantem, hominibus ingentia beneficia conferentem.*

PSAL. CXLV. *Deo fidendum, non hominibus, non principibus.*

PSAL. CXLVI. *Laudandum Deum ex ipſius in populum ſuum providentia, & aliis operibus. Eſt propheticus de Eccleſiæ collectione.*

PSAL. CXLVII. *Pergit Eccleſiam ad Dei laudes hortari, præcipuè quod in ipſam ſingularis ejus ſit beneficentia: hic enim Pſalmus ſuperiori in Hebræo adnectitur.*

PSAL. CXLVIII. *Angelos, omne hominum genus, cœleſtia, terreſtriaque omnia ad Deum laudibus afficiendum adhortatur. Pſalmus eſt propheticus.*

PSAL. CXLIX. *Regem Chriſtum canendum eſſe, qui ſuos ſit ſalvaturus, eiſque in gentes ultricem poteſtatem daturus. Eſt propheticus de Eccleſiæ victoria.*

PSAL. CL. *Omnem ſpiritum ad Deum omnis muſica genere laudandum invitat.*

OBSERVATIO.

IN edendo Pſalmorum libro conſilium primum erat rationem hucuſque à nobis adhibitam ſervare, id eſt, Pſalmos non edere niſi ſecundùm Verſionem antiquam, & illam cujus communis vulgariſque eſt uſus hodie in Eccleſia. Sed cùm deprehendiſſemus utramque illam Verſionem ex uno fonte Græco LXX. Interpretum prodiiſſe, nec unam ab altera diſcrepare, niſi his plurimis quæ Hieronymus ſemel & iterum corrigenda & emendanda judicaverat: (nam hæc ipſa ſola denuo caſtigata in uſum communem admiſſa eſt ab Eccleſia, ſeclusâ poſteriori Interpretatione Hieronymi ex Hebræo, ne ſcilicet, opinor, ſi à recepta conſuetudine nimiùm diſcederetur, vulgus à Pſalmis decantandis aut recitandis avocaretur, indeque perturbatio & confuſio ſequeretur:) hæc, inquam, cùm animo reputaremus, à mente ſuſcepta deſtitimus, utilitatique & commodis omnium, ac potiſſimum doctorum & Litterarum Sacrarum amatorum, ſervituros nos judicavimus, ſi Verſionem Latinam Hieronymi ad Hebraïcum fontem accommodatam, duabus aliis è Græco prognatis adnecteremus; maximè cùm illam ipſam, ut dixi, non diſtrahendam duxerit Eccleſia, niſi ut multitudini, alterâ de Græco aſſuefactæ, mos gereretur. Quominus tamen Pſalterium illud triplex diſtinctis totidem columnis ſimul ederemus, id maximè impedire poterat, quòd Verſio Latina Pſalmorum, ut ſe habet in Vulgata nova, non rarò conveniat cum Veteri: ſed præterquam quòd earum alterutra è medio tolli debuiſſet, nec facilè diſtingui potuiſſet ac decerni eccuinam id forte obtigiſſet, rationibus noſtris utramque ſervari maximè conducebat, illarumque neutram excludi, quòd ambæ, licet uno ex fonte prolatæ, multis adhuc, iiſque non levibus, à ſe invicem differre viderentur. Et ſanè cùm Latina Pſalmorum interpretatio, quæ inſerta eſt in Vulgata noſtra, illa ipſa ſit quæ ab Hieronymo ſecundis curis emendata fuit ad Græcum purum Hexaplare LXX. Interpretum; non verò illa ipſiſſima Vetus Latina, quæ proximè derivata eſt à Græco editionis illius, quæ Κοινὴ olim, ſeu *Communis* dicebatur; inde contigit ut diverſitates plurimæ, eæque non contemnendæ, inter utramque etiamnum deprehendantur. Quapropter ſatius duximus utramque illam operi noſtro adjungere, quàm unam ſeclusâ alterâ admittere. Ad Verſionem autem Latinam Hieronymi ex Hebræo quod attinet, ipſa columnâ intermediâ, typiſque diſtinctis excudetur: illaque præferetur à nobis Editio, quæ non multis abhinc annis prodiit in publicum ſtudio & operâ D. noſtri Johannis Martianæi, to. 1. noviſſimæ Editionis operum S. Hieronymi, Pariſiis, anno 1693.

Digitized by Google

LIBER
PSALMORUM.

VULGATA HODIERNA seu Verſio Latina ſec. LXX. ſecundis curis emendata à S. Hieronymo.	*VERSIO LATINA S. Hieronymi ex Hebræo.*	VERSIO LATINA ANTIQUA ſcc. LXX. uſu recepta ante Hieronymum.
PSALMUS I.	*PSALMUS I.*	* PSALMUS I.
1. BEATUS vir, qui non abiit in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit:	*BEATUS vir, qui non abiit in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra deriſorum non ſedit:*	1. BEATUS vir, qui non abiit in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit:
Joſ. 1. 8. 2. Sed in lege Domini voluntas ejus, & in lege ejus meditabitur die ac nocte.	*Sed in lege Domini voluntas ejus, & in lege ejus meditabitur die ac nocte.*	2. Sed in lege Domini fuit voluntas ejus, & in lege ejus meditabitur die ac nocte.
Jere. 17. 8. 3. Et erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo:	*Et erit tanquam lignum tranſplantatum juxta rivos aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo:*	3. Et erit tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecundùm decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo:

Verſus tres priores eruuntur ex Aug. comment. in Pſal. t. 4. p. 1. col. 1. ſeqq.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* *Hic Pſ. non habet titulum;* ita Caſſiod. in Pſ. 1. p. 11.

℣. 1. Cùm verſus iſte, necnon alii duo ſubſequentes vix legi poſſint in Pſalt. S. Germ. ob fugientes præ vetuſtate litteras, & lacerum media ſui parte folium, iidem ſuppeditantur è Comment. S. Auguſt. in Pſ. ut notatum eſt ſup. Ad ℣. igitur primum quod attinet, legitur ut ſupra tum apud Hilar. in Pſ. 1. col. 15. b. 16. f. & in Pſ. 118. col. 313. d. tum apud Ambroſ. l. 2. de Jac. c. 1. col. 459. d. & l. de interpel. Job. & Dav. col. 626. 638. 654. 662. & in Pſ. 1. col. 745. e. & l. 2. offic. to. 2. col. 73. a. Suffragantur etiam Optat. l. 2. cont. Donat. p. 31. b. Auctor quæſt. V. & N. Teſt. quæſt. 110. col. 109. e. & Caſſiod. in Pſalmos. Concinunt denique Pſalteria Rom. Mediol. Mozarab. &c. quæ deinceps vulgò non citabuntur niſi cùm præferent diſſimilitudines & varietates alicujus momenti. Apud Hilarium quoque comment. in Pſalmos quoſdam, iidem Pſalmi toti præmittuntur ſubjectis quibuſque tractatibus; ſed cùm non conſtet hos Pſalmos ab Hilario ipſo ibidem fuiſſe præfixos, quinimo veriſimile ſit (ut optimè probavit D. noſter Cuſtantius) eoſdem ibi aſſutos fuiſſe ex antiquo cod. Miciac. poſtea Vatic. ſatis erit variantes eorumdem lectiones Notis inſerere. Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 735. a. verſum hunc 1. refert ut ſupra, excepta voce *peſtium*, loco *peſtilentiæ*; in Græco etiam eſt λοιμῶν: item l. 2. cont. Marc. p. 651. c. idem Tertul. habet *peſtilentium*; at l. de pudic. p. 1011. a. legit *peſtilentiæ*: lib. verò de ſpectac. c. 3. p. 213. b. ita: *Felix qui non abiit in concilium impiorum ..... & in cathedra peſtium non ſedit:* ſimiliter l. 2. cont. Marc. p. 651. c. habet *in concilium*. Auguſt. in Pſ. 39. col. 336. a. conſtanter, *in conſilio*, è Gr. ἐν βουλῇ; ſed infra leg. *peſtilentiarum*, ut & in Pſ. 150. col. 1695. c. In Pſalt. noſtro Germ. legitur, *& in cathedra peſtilentiæ non ſedit*, ut ſup.

℣. 2. Sic apud Hilar. in hunc Pſal. col. 14. ubi etiam ſæpe repetitur verbum *fuit*; ſic etiam in Pſ. 118. col. 313. d. Similiter habent Ambroſ. in Pſ. 1. col. 751. d. Auct. quæſt. V. & N. Teſt. q. 110. col. 110 c. & Caſſiod. in eund. Pſ. quibus favent Pſalt. Rom. Mediol. German. Carnut. & Corb. Apud Cypr. verò l. 3. Teſtim. p. 329. b. deeſt verbum *fuit*, ſicut apud Auct. op. imp. in Matth. hom. 51. col. 214. c. & apud Optat. l. 2. cont. Donat. p. 31. b. ſi nonnullos Mſs. excipias. Apud Tertul. etiam l. 2. cont. Marc. p. 651. c. non legitur *fuit*, ſed bis *in lege Domini*. Græcum cum Vulgata concinit ad verbum.

℣. 3. Accinunt Ambroſ. in Pſ. 1. col. 754. f. & Caſſiod. in eund. Pſ. niſi quòd ambo legunt *ſecus*, non *ſecundùm*. Sic etiam in Pſalt. noſtro Germ. eſt. Hilar. in hunc Pſ.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
* Et folium ejus non decidet, & omnia quæcunque fecerit proſperabuntur.	*Et folium ejus non defluet, & omne quod fecerit proſperabitur.*	Et folium ejus non defluet: & omnia quæcunque faciet proſperabuntur.
Ex Mſ. Sangerm. ſeu Pſalter. S. Germani, ut vocant, egregia nota ac formæ, annorum circiter 1100. 4. Non ſic impii, non ſic: ſed tanquam pulvis, quem projicit ventus à facie terræ.	*Non ſic impii; ſed tanquam pulvis, quem projicit ventus.*	4. Non ſic impii, non ſic: ſed tanquam pulvis, quem projicit ventus à facie terræ.
5. Ideo non reſurgent impii in judicio: neque peccatores in conſilio juſtorum.	*Propterea non reſurgent impii in judicio, neque peccatores in congregatione juſtorum.*	5. Ideo non reſurgent impii in judicio: neque peccatores in concilio juſtorum.
6. Quoniam novit Dominus viam juſtorum, & iter impiorum peribit.	*Quoniam novit Dominus viam juſtorum, & via impiorum peribit.*	6. Quoniam novit Dominus viam juſtorum: & iter impiorum peribit.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

habet, *juxtà decurſus*, &c. ut ſup. Pſalmus verò ibidem præfixus *ſecus*: ſimiliter Hilar. ipſe ibid. n. 2. at infra n. 9. bis legit *juxta*, cum Auct. quæſt. Vet. Teſt. q. 110. col. 110. d. Apud Tertul. l. 2. cont. Marc. p. 651. c. *juxta exitus*. Græc. παρὰ τὰς διεξόδους, &c. ut ſup. Rurſus Tertul. l. de pœnit. c. 4. p. 166. c. alludens, dicit: *Arbor exinde fias illa, quæ penes aquas ſeritur, & in foliis perennat, & tempore ſuo fructus agit.* Hieron. in Iſai. 44. to. 3. col. 328. d. ſic: *Et erit ſicut lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, quod fructus ſuos dabit in*, &c. Ambroſ. in Pſ. 1. col. 758. a. hæc notat: *Græcus ita dixit, ὃ τὸν καρπὸν αὐτῆ δώσει, quod poteſt ad Beatum referri*, Μακάριος καρπὸν δώσει, *Græcè; Latinè autem ſic dicitur, ut ſit: Quia beatus dabit fructum, in reſurrectione ſcilicet ſua..... Poteſt & ſic: ὃ τὸν καρπὸν αὐτῆ ὑπὲρ ξύλου, ut referatur ad lignum, cujus facta omnia proſperabuntur.*

* Ita Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. excepto uno *faciet*, pro *fecerit*. Similiter habet Tertul. l. 2. cont. Marc. p. 651. c. ſed addit *illi*, ad verbum *proſperabuntur*. Ambr. in eund. Pſ. col. 754. f. Vulgatæ favet ad verbum. In Pſalt. Germ. extrema tantùm leguntur, *fecerit*, *proſperabuntur*. Item in Corb. *fecerit*, ſicut apud Auct. quæſt. Vet. Teſt. q. 110. Apud Hilar. verò in Pſ. 1. n. 8. & 13. & prologo, n. 2. necnon in Pſalmo ibidem præfixo ex Mſ. Vatic. ſic: *Et folium ejus non defluet, & omnia quæcunque faciet bene dirigentur;* at infra, col. 23. b. in Mſs. *proſperabuntur*. Ambr. ubi ſup. col. 758. b. ait Aquilam habere *dirigentur*. Gr. Καὶ πάντα ὅσα ἂν ποιῇ καλῶς διωθήσεται. Hieron. in Iſai. 44. to. 3. col. 328. d. legit ut ſup. *Et folium ejus non decidet.* In Pſalt. Germ. ultima tantùm apparet ſyllaba *fluet:* in Gr. ἀποῤῥυήσεται, ap. Aquilam verò, ἀποστεγνῶται.

℣. 4. Similiter habent Hilar. in Pſ. 1. Ambroſ. in eund. Pſ. col. 758. c. & alibi, to. 1. col. 277. c. 660. a. Auguſt. & Caſſiod. in eund. Pſ. necnon Auct. quæſt. ap. Aug. q. 110. In Pſalt. Corb. legitur *projiciet*, non *projicit*, quod habetur in aliis; Gr. ἐκρίπτῃ, &c. ut in Lat. ſup.

℣. 5. Sic Auct. quæſt. Vet. Teſt. apud Auguſt. quæſt. 110. Aug. verò in hunc Pſ. legit, *Ideo non reſurgunt*, &c. ut ſup. Ita quoque Auct. op. imp. in Matth. hom. 41. p. 171. c. cum Caſſiod. & Pſalt. Corb. Cyprianus l. 3. Teſtim. p. 315. b. *Propterea non reſurgent impii in judicio*, &c. ut ſup. Similiter Hilar. in Pſal. 1. n. 18. at n. 15. & 19. *Propterea non reſurgent impii in judicium:* infra autem in Pſ. 118. col. 306. e. *Non reſurgunt impii in judicio, neque peccatores in*, &c. Ambr. in Pſ. 1. 761. f. 764. b. & in Pſ. 118. col. 1032. b. 1229. a. *Quoniam non reſurgunt impii in judicio;* at infra in Pſal. 118. col. 1254. a. *Non reſurgunt impii in judicium:* & in Pſ. 1. col. 764. b. addit: *nec peccatores reſurgunt in conſilio juſtorum.* Ambroſiaſt. col. 39. e. *Quia non reſurgunt impii in judicio;* ſed col. 167. a. *Ideo non reſurgent*, &c. Gr. Διὰ τοῦτο οὐκ ἀναστήσονται οἱ ἀσεβεῖς ἐν κρίσει· οὐδὲ ἁμαρτωλοὶ ἐν βουλῇ δικαίων. Aquila ἐν Συναγωγῇ, Theodot. ἐν Συμπόσῳ. Pſalt. vet. Fabri, *in concilio.*

℣. 6. Sic Ambroſ. & Caſſiod. in hunc Pſal. Sic etiam Auguſt. ibid. niſi quòd hab. *iter autem impiorum.* Hilar. in eund. Pſ. n. 19. *Quia cogneſcit Dominus viam juſtorum, & via impiorum peribit:* Pſalmus ibid. præfixus ex Mſ. Vat. *Quoniam ſcit Dominus*, &c. Similiter Auct. quæſt. V. Teſt. q. 110. Græc. Ὅτι γινώσκει Κύριος ὁδὸν δικαίων, καὶ ὁδὸς, &c. Ambr. ubi ſup. n. 58. col. 765. a. hæc addit: *Pulchrè autem ait:* & iter impiorum peribit: *ſeparavit Latinus, ut* iter *diceret, & tanquam diſcrevit* iter à via: *Græcus autem in utroque* viam *dixit. Non etiesè tamen Latinus; quia & Dominus*, Ego ſum via, *dixit; non dixit*, Ego ſum iter.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
* In finem, Pſalmus ipſi David. II.	*Pſalmus II.*	Pſalmus II.
Ex Mſ. Sangerm. 1. QUare fremuerunt gentes, & populi meditati	*Quare turbantur gentes, & tribus meditabuntur inania?*	1. QUare fremuerunt gentes; & populi meditati ſunt *Act. 4. 25.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Orig. in hunc Pſal. hæc hab. teſte Montfalconio noſtro, Hexapl. to. 1. p. 475. Δυσὶν ἐντυχόντες Ἑβραϊκοῖς ἀντιγράφοις, ἐν μὲν τῷ ἑτέρῳ εὐθέως ἀρχὴν δευτέρου Ψαλμοῦ ταῦτα, ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ Συνῆπτο τῷ πρώτῳ· καὶ ἐν ταῖς Πράξεσι δὲ τῶν Ἀποστόλων τὸ, Υἱός μου εἶ σύ, ἐγὼ Σήμερον γεγέννηκά σε, ἐλέγετο εἶναι τῦ πρώτου Ψαλμοῦ· ὡς γὰρ γέγραπται, φησὶν, ἐν πρώτῳ Ψαλμῷ, Υἱός μου εἶ Σύ. Τὰ Ἑλληνικὰ δὲ ἀντίγραφα δευτέρου εἶναι τοῦτον μιμοῦνται· ἐν μέντοι τῷ Ἑβραϊκῷ οὐδέν ἐστι τῶν Ψαλμῶν ἀριθμὸς παράκειται, πρῶτος εἰ τύχοι, ἢ Β'. ἢ Γ'. id eſt, *Cùm in exemplaria duo Hebraïca incidiſſemus, in altero quidem ſecundi Pſalmi principium invenimus hoc loco, in altero autem hic primo conjungebatur:* & *in Actibus Apoſt. illud*, Filius meus es tu, ego hodie genui te, *dicitur eſſe ex Pſalmo primo:* ſicut enim ſcriptum eſt, *inquit*, in primo Pſalmo, Filius meus es tu. *Græca verò exemplaria hunc ſecundum eſſe indicant; in Hebræo ſiquidem nulli Pſalmorum numerus apponitur, ſive primus, ſive ſecundus, vel tertius fuerit.* In Vulgata autem hic Pſ. numeratur ſecundus, ſicut Actor. 13. 33. ibid. & in Græco: at primus nuncupatur à Juſtino apolog. 2. & à Tertul. l. cont. Marcion. necnon ab Optato l. 3. cont. Donat. p. 50. b. Hilarius in Pſ. de his ita diſſerit col. 27. c. *Plures noſtrûm ambigues facit Apoſtolica auctoritas, utrùm Pſalmum hunc cohærentem primo, & veluti primi extimum putent eſſe; an verò ſubjacentem, & ſecundum potiùs connumerent: namque in Actis Apoſtolorum primum hunc haberi atque eſſe, ſub oratione beati Pauli ita decemur.....* Sicut in Pſalmo primo ſcriptum eſt, Filius meus es tu..... *Ob hanc ergo Apoſtolicam auctoritatem errore ſcribentium fieri creditur, ut in ordine ſecundus Pſalmus iſte numeretur, cùm primus eſſe, ipſo Doctore gentium teſtante, noſcatur. Cognoſcenda itaque ea ratio eſt, cur & à nobis ſecundus eſſe intelligendus ſit, & ab Apoſtolo eſſe primus oſtenſus ſit:* tum relatis multis de translatione LXX. Interpretum, ſubdit p. 29. b. *Hi ergo Pſalmos inter cæteros libros transferentes, & in numerum redegerunt, & in ordinem collocaverunt, & Diapſalmis diſtinxerunt, qui omnes ſecundùm Hebræos confuſi habebantur & habentur.* Et poſt pauca: *Beatus ergo apoſtolus Paulus, ſecundùm profeſſionem ſuam Hebræus ex Hebræis, etiam ſecundùm Hebraïcam cognitionem & fidem, Pſalmum hunc primum eſſe dixit, Tranſlatorum diſtinctione non uſus..... Tenuit itaque hunc modum, ut Hebræus ipſe & Hebræis prædicans, Hebræorum conſuetudine uteretur; ſed nobis Translatorum utendum auctoritate eſt*, &c. Nunc etiam in Mſ. Cantabrig. perantiquo, Actor. 13. 33. legitur: *Et in Pſalmo primo ſcriptum eſt.* Item in nonnullis exemplaribus Græcis, τῷ πρώτῳ, in aliis τῷ δευτέρῳ. Legêre poſt Hilarium, τῷ τρίτῳ, vulgatus Hieron. in Pſal. Oecumen. in Acta, Beda, &c. At Cypr. l. 1. & 3. Teſtim. pp. 279. b. & 329. a. legit, *In Pſalmo ſecundo*; cui ſuffragatur Ambroſ. to. 1. col. 680. b. Titulus autem nullus præfigitur huic Pſalmo cùm in Vulg. tum in Græco: edd. tamen Ald. & Compl. ferunt iſtum: Ψαλμὸς τῷ Δαυίδ. Vetus Pſalt. Fabri, *Pſalmus David.* Carnut. Corb. Gallic. ap. Fabrum, *In finem, Pſalmus ipſi David*, ut ſup.

℣. 1. Sic hab. Hilar. in Pſ. 1. col. 29. f. cum Ambr. in Pſ. 45. col. 930. d. Julius verò Firm. l. de err. profa-

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
inania?		ſunt inania? *Ex Mſ. Sangerm.*
2. Aſtiterunt reges terræ, & principes convenerunt in unum, adversùs Dominum, & adversùs Chriſtum ejus.	*Conſurgent reges terræ, & principes tractabunt pariter adversùs Dominum, & adversùs Chriſtum ejus.*	2. Adſtiterunt reges terræ, & principes convenerunt in unum, adversùs Dominum, & adversùs Chriſtum ejus.
3. Dirumpamus vincula eorum: & projiciamus à nobis jugum ipſorum.	*Diſrumpamus vincula eorum, & projiciamus à nobis laqueos eorum.*	3. Diſrumpamus vincula eorum: & projiciamus à nobis jugum ipſorum.
4. Qui habitat in cœlis irridebit eos: & Dominus ſubſannabit eos.	*Habitator cœli ridebit: Dominus ſubſannabit eos.*	4. Qui habitat in cœlis deridebit eos, & Dominus ſubſannabit eos.
5. Tunc loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo conturbabit eos.	*Tunc loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo conturbabit eos.*	5. Tunc loquetur ad eos in ira ſua, & in furore ſuo conturbabit eos.
6. Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum ejus, prædicans præceptum ejus.	*Ego autem orditus ſum regem meum ſuper Sion montem ſanctum meum. Annuntiabo Dei præceptum:*	6. Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum ejus, prædicans præceptum. * DIAPSALMA.
Act. 13. 33. *Heb.* 1. 5. & 5. 5. 7. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te.	*Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te.*	7. Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te.
8. Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſ-	*Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſſio-*	8. Poſtula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

nar. relig. c. 24. col. 174. a. & Auguſt. in Pſ. 1. col. 4. c. ita: *Ut quid fremuerunt gentes*, &c. ut ſup. Addit Aug. ibid. *Pro eo dictum eſt*, ut quid, *ac ſi diceretur*, *fruſtra:* at infra in Pſ. 7. col. 32. b. legit: *Quare fremuerunt gentes*, &c. Cypr. l. 1. & 3. Teſtim. p. 279. b. 329. a. *Ad quid tumultuata ſunt gentes*, &c. ut ſup. Similiter apud Tertul. l. de reſurr. carn. p. 573. c. *Tumultuata ſunt gentes*, &c. ut ſup. ſic etiam l. 4. cont. Marc. p. 734. c. præter vocem *nationes:* & l. 1. 626. c. necnon l. 3. p. 679. b. ac l. 5. p. 784. c. *Diſrumpamus à nobis vincula eorum..... ex quo tumultuata ſunt gentes:* vel *Diſrumpamus vincula eorum..... poſtea certè quàm tumultuata ſunt gentes*, &c. Græc. Ἱνατί ἐφρύαξαν ἔθνη, &c. ut ſup. Aquila, Ἱνατί ἐθορυζήθησαν, &c. al. ἐθορύζησαν. Symm. Εἰς τί ἔθνη κυκᾶ.

℣. 2. Sic iterum Hilar. in hunc Pſ. col. 29. e. cum Aug. & aliis Pſalteriis veteribus. Similiter Ambr. in Luc. 23. col. 1530. b. ad hoc uſque, *adversùs Dom.* &c. Tertul. verò l. 1. cont. Marc. 626. c. ita: *Aſtiterunt reges terræ*, & *magiſtratus convenerunt*, &c. ut ſup. at l. 3. p. 679. b. legit, *principes congregati ſunt in unum*, &c. & l. 4. p. 734. c. *archontes congregati ſunt*, &c. ſimiliter l. de reſurr. carn. p. 573. c. & cont. Praxeam p. 858. b. item l. 5. adverſ. Marc. p. 785. c. 786. b. excepto uno *ipſius*, in fine; at ſup. p. 784. c. iterum legit, *magiſtratus congregati ſunt*, &c. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 329. a. *Aſtiterunt reges terræ*, & *principes congregati ſunt*, &c. ut ſup. at l. 1. Teſtim. p. 279. b. & *principes collecti ſunt*, &c. Gr. ἀρχοντες ζυνήχθησαν, &c. ut in Lat. In Mſ. Alex. poſt hoc, *Chriſtum ejus*, ponitur Διάψαλμα. Hilar. etiam in Pſ. 2. col. 31. b. ait: *Et quia non ambiguum eſt ex perſona Dei Patris ſecundùm Apoſtolicam auctoritatem Pſalmum cœptum eſſe..... idcirco ad intelligendam perſonæ demutationem ab interpretantibus interjectum* Diapſalma *eſt*, *licet in libris Hebræorum non contineretur. Perſona ergo quæ demutatur*, *Apoſtolorum eſſe intelligenda eſt dicentium*, Diſrumpamus, &c. Euſebius quoque teſtatur exſtare ibi *Diapſalma* apud LXX. non verò apud Theod. & Symm. Vide Hexapl. to. 1. cum notis Flaminii Nobilii.

℣. 3. Sic eſt in Gr. Apud Tertul. verò l. 1. cont. Marc. p. 626. c. ita, inverſis vocibus: *Diſrumpamus vincula à nobis eorum: & abjiciamus eorum jugum à nobis:* at l. 3. p. 679. b. ut ſup. *Diſrumpamus vincula eorum: & abjiciamus à nobis jugum eorum:* ſimiliter l. 5. p. 785. c. excepto ult. *ipſorum*, uti ſupra, p. 784. c. ſed addit ibid. *à nobis*, poſt verbum *diſrumpamus*. Hilar. & Aug. in hunc Pſ. textui favent, niſi quòd loco *projiciamus*, legunt *abjiciamus*. Similiter Ambr. in Pſ. 118. col. 1071. a. at in Luc. 13. col. 1459. b. legit *projiciamus*, &c. Cypr. l. 1. Teſtim. p. 279. b. *Diſrumpamus vincula eorum: & abjiciamus à nobis jugum eorum:* ſed l. 3. p. 329. a. *Dirumpamus vincula eorum: & projiciamus à nobis jugum eorum.*

℣. 4. Sic apud Hilar. & Aug. in hunc Pſal. ſi excipias verbum *irridebit*, pro *deridebit:* Græcè, ἐκγελάσεται; at in Mſ. Alex. ἐκγελάσεται. Item ubique conſtanter, *ſubſannabit*, ut & inf. *conturbabit*, non *ſubſannavit*, & *conturbavit*, quæ habet Mſ. Germ. more vet. codicum in quibus nimiùm ſæpe mutatur *b.* in *v.* & vice verſa.

℣. 5. Concinunt Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Græco. Hilar. in eund. Pſ. ſic leg. col. 33. c. & 36. c. *Tunc loquetur ad eos in ira ſua*, & *in indignatione ſua conturbabit eos:* at inf. col. 37. e. & *in furore ſuo conturb. eos.* Pſalm. ibidem præfixus, & *in furore conturb.* &c. abſque *ſuo.* Gr. ἐν ὀργῇ αὐτοῦ ταράξει αὐτούς.

℣. 6. Ita Aug. in hunc Pſ. addito uno *ipſius*, in fine; quod etiam hab. paulò infra: tract. verò 117. in Joh. 19. to. 3. col. 798. d. hab. cum Caſſiodoro, *prædicans præceptum Domini.* Auct. l. ad Novat. hær. p. 499. f. *annuntians imperium ejus.* Itidem Auct. l. cont. Jud. ap. Cypr. p. 497. Hilarius in eund. Pſ. col. 37. f. & 40. c. leg. *annuntians præceptum ejus*, cum cæt. ut ſup. Vide etiam in Pſ. 64. col. 163. a. & in Pſ. 144. col. 563. b. Cypr. l. 2. Teſtim. p. 297. a. *Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſup. Sion mont. ſ. ejus*, *annuntians imperium ipſius.* Tichon. reg. 7. p. 64. d. *Ego autem..... annuntians imperia ipſius.* Gr. διαγγέλων τὸ πρόσταγμα Κυρίου cæt. ut in Lat. Apud Optat. l. 3. cont. Donat. p. 50. b. ſic: *Quoniam regem conſtituit me ſuper Sion montem ſanctum ſuum.*

* Hujus Diapſalmatis non fit mentio in aliis Pſalt. neque etiam in textu Græco. De *Diapſalmate* autem ita diſſerit Hieron. epiſt. ad Marcell. to. 2. p. 707. c. *Sæpe quærens cauſas cur in quibuſdam Pſalmis interponatur* Diapſalma, *obſervavi diligentiſſimè in Hebræo*, & *cum Græco contuli*, *invenique quia ubi lingua Hebr.* Sela *habet*, *Græca verò* Semper, *aut aliquid iſtiuſmodi*, *ibi LXX.* & *Theodot.* & *Symm. tranſtulerunt* Diapſalma. Hilarius verò prologo in Pſalmos, n. 23. p. 13. a. ait: *In* Diapſalma, *quod interjectum plurimis Pſalmis eſt*, *cognoſcendum eſt demutationem aut perſonæ aut ſenſûs ſub converſione modi muſici inchoari; ut ſicubi* Diapſalma *interceſſerit*, *aut aliquid aliud dici*, *aut etiam ab altero dici*, *aut in altero artis muſicæ modulo cantari intelligendum ſit.* Vid. Not. a. ibid. ut & infra Aug. ad ℣. 4. Pſalmi IV.

℣. 7. Concinunt PP. Lat. Cypr. l. 2. Teſtim. p. 288. b. Hilarius in Pſ. 2. col. 40. c. & in Pſ. 58. col. 130. b. & in Pſ. 67. col. 202. a. & in Pſ. 144. col. 563. b. Auguſtinus in Pſ. 1. col. 5. d. & Collat. Carthag. col. 393. a. Similiter hab. Tertullianus ab his, *Filius meus es tu*, &c. videlicet l. 4. adv. Marc. p. 716. b. & l. cont. Jud. c. 11. & 14. p. 145. c. 148. c. & adv. Prax. p. 846. b. at inf. p. 848. b. legit, *generavi te*, ut & l. 3. adv. Marc. p. 678. a. Gr. γεγέννηκά σε. Novatianus de Trin. p. 1043. b. hab. *genui te*, necnon Ambroſius in Pſ. 40. col. 881. d. & in Luc. 3. & 9. col. 1317. c. & 1409. e. item l. 5. de fide, col. 555. a. & l. 5. de Sacram. col. 379. a. Succinit etiam Tichonius reg. 1. col. 50. h. cum Pſalteriis veteribus. Vide infra Not. ad Act. 13. 33.

℣. 8. Ita legunt Irenæus l. 4. c. 21. p. 258. b. Tertul. l. 3. adv. Marc. p. 678. a. & l. 4. p. 710. c. 719. b. at l. 4. & 5. p. 732. c. 799. a. hab. *Poſtula de me*, &c. & l. cont. Jud. c. 11. & 14. p. 145. c. & 148. c. *Pete à me*, &c. ſicut Caſſiod. in Pſ. 5. p. 24. c. Novatianus de Trin. p. 1036. a. & 1043. b. *Poſtula à me*, &c. Similiter Cypr. l. 2. Teſtim. p. 288. b. Auguſt. in 1. Pſ. col. 5. e. Gaud. Brix. ſerm. 18. p. 927. b. & Maxim. Taurin. p. 19. e. Hilar. verò in Pſ. 2. col. 42. *Poſce à me*, &c. item conſtanter in Pſ. 67. col. 197. a. 202. a. & in Pſ. 126. & 144. col. 421. a. & 563. b. Similiter hab. Ambr. Hex. 1. col.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. & poſſeſſionem tuam terminos terræ.	*nem tuam terminos terræ.*	ſionem tuam terminos terræ.
9. Reges eos in virga ferrea: tanquam vas figuli confringes eos.	*Paſces eos in virga ferrea: ut vas figuli conteres eos.*	9. Reges eos in virga ferrea, & tanquam vas figuli confringes eos. *Apoc. 2. 27. & 19. 15.*
10. Et nunc reges intelligite: erudimini qui judicatis terram.	*Nunc ergo reges intelligite: erudimini judices terræ.*	10. Et nunc reges intelligite: erudimini qui judicatis terram.
11. Servite Domino in timore, & exſultate ei cum tremore.	*Servite Domino in timore, & exſultate in tremore.*	11. Servite Domino in timore; & exſultate ei cum tremore.
12. Adprehendite diſciplinam, nequando iraſcatur, & pereatis de via juſta.	*Adorate purè, ne fortè iraſcatur, & pereatis de via.*	12. Apprehendite diſciplinam, nequando iraſcatur Dominus, & pereatis de via juſta.
13. Cùm exarſerit in brevi ira ejus, beati omnes, qui confidunt in eum.	*Cùm exarſerit poſt paululum furor ejus, beati omnes, qui ſperant in eum.*	13. Cùm exarſerit in brevi ira ejus, beati omnes, qui confidunt in eo.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

9. f. *Poſco à me*, &c. ut ſup. Vide etiam in Pſ. 1. col. 761. a. Auguſt. de unit. Eccl. to. 9. col. 350. c. extremò legit *fines terræ*. At in Collat. Carthag. col. 393. a. *Poſtula à me ..... terminos terræ*. Sic etiam apud Oprat. l. 2. cont. Donat. p. 26. b. c. & Auct. l. de vocat. Gent. c. 9. p. 7. a. Concinunt antiq. Pſalteria unà cum Græco. Auctor verò l. de promiſſ. p. 1. c. 35. col. 116. *Dabo tibi gentes hæreditatem, & poſſ. tuam fines terræ.*

℣. 9. Sic Hilar. in Pſ. 2. col. 45. a. niſi quòd præponit & voci *tanquam*; ſubinde hæc addit: *Quod nobiſcum eſt*, reges eos, *cum illis eſt*, ποιμανεῖς αὐτούς, *id eſt*, *paſtoraliter reges*; & poſt pauca: *Hæc ergo virga ferrea, ut reget, ita confringet & conteret: nam magis hoc ſecundùm LXX. Translatores græcitatis proprietas enunciat, ita enim ſcriptum eſt*, ὡς σκεύη κεραμέως συντρίψεις αὐτούς. Auguſt. in l. ſ. 2. col. 5. f. legit, *conteres eos*: ſimiliter in Pſ. 58. p. 558. b. & l. 2. de conſ. Evang. to. 3. col. 30. e. Apud Ambroſ. de apol. David, col. 731. c. hæc ſola leguntur: *Reges eos in virga ferrea*: ſicut ap. Hilar. in Pſ. 144. col. 563. b. In Græco deeſt &, poſt *ferrea*; ſed in Mſ. Alex. adeſt ἡ ὡς Σκεύη, in edd. Ald. & Compl. ὡς Σκεύη, in Vatic. ὡς Σκεύος, &c. ut in Lat. ſup.

℣. 10. Sic Hilar. in Pſ. 2. col. 48. e. Gr. addit πάντες, ad verbum *erudimini*; cæt. ut in Lat. Rectè Aug. in Pſ. 2. col. 6. a. & Auct. l. de promiſſ. p. 3. col. 184. d. *Eruditimini omnes*, &c. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 328. b. *Emendamini qui judicatis terram*; cæt. ut ſup. Xiſtus III. epiſt. 6. Conc. to. 1. col. 1261. c. *Intelligunt, ſicut ait David, & eruditi ſunt, qui judicant terram.*

℣. 11. Ita Hilar. & Aug. in hunc Pſal. Sic etiam apud Cypr. l. 3. Teſtim. 311. c. excepto hoc ult. *in tremore*, juxta Gr. ἐν τρόμῳ. Hilarius infra, col. 51. a. b. admittit utrumque *in tremore*, & *cum tremore*.

℣. 12. Sic apud Aug. in Pſ. 2. col. 6. d. addito uno *Dominus*, poſt verbum *iraſcatur*. Succinit Hilar. in eund. Pſ. col. 48. e. & 52. b. niſi quòd legit, *ne ſorte iraſcatur*: ſic etiam habet Pſalmus ibid. præfixus, col. 27. a. at Hilar. infra, col. 52. a. legit *nequando*. Ap. Cypr. epiſt. 62. p. 102. b. ita: *Continete diſciplinam, ne ſorte iraſcatur Dominus, & pereatis à via recta*: ſimiliter l. de hab. virg. p. 173. a. & l. 3. Teſtim. p. 324. a. Item Auct. l. de promiſſ. p. 3. col. 184. d. *Continete diſciplinam, nequando*, &c. ut in Vulg. In Gr. Δράξασθε παιδείας, μή ποτε ὀργισθῇ Κύριος, καὶ ἀπολεῖσθε ἐξ ὁδοῦ δικαίας. Aug. in Job, to. 3. col. 665. g. habet, *de via recta*.

℣. 13. Similiter hab. Hilar. in eund. Pſal. col. 48. e. & 52. e. Sic etiam Aug. ep. 153. to. 2. col. 526. e. at in Pſ. 2. col. 6. e. legit *in eo*, in fine. Gr. οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτῷ. Pſalt. vetera ferunt *in eum*, ut ſup. Apud Cypr. epiſt. 62. p. 102. b. ſic habetur: *Cùm exarſerit citò ira ejus ſuper vos*: ſic etiam l. de hab. virg. p. 173. a. & l. 3. Teſtim. p. 324. a. ſed ultimo loco addit: *beati omnes, qui confidunt in eo.*

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 1. Pſalmus David, cùm fugit à facie Abeſſalon fili ſui. III.	*Pſalmus David, cùm fugeret à facie Abſalom filii ſui. III.*	1. Pſalmus David, cùm fugeret à facie Abſalom filii ſui. (2. *Reg.* 15. 14.) III.
2. DOmine quid multiplicati ſunt qui tribulant me? multi inſurgunt adversùm me.	*DOmine, quare multiplicati ſunt hoſtes mei? multi conſurgunt adversùm me.*	2. DOmine quid multiplicati ſunt qui tribulant me? multi inſurgunt adversùm me.
3. Multi dicunt animæ meæ: Non eſt ſalus ei in Deo ejus. DIAPSALMA.	*Multi dicunt animæ meæ: Non eſt ſalus huic in Deo.* SEMPER.	3. Multi dicunt animæ meæ: Non eſt ſalus ipſi in Deo ejus.
4. Tu autem Domine ſuſceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum.	*Tu autem Domine, clypeus circa me; gloria mea, & exaltans caput meum.*	4. Tu autem Domine ſuſceptor meus es, gloria mea, & exaltans caput meum.
5. Vocem meam ad Dominum clamavi, & exaudivit me	*Voce mea ad Dominum clamabo, & exaudiet me de monte ſancto*	5. Voce mea ad Dominum clamavi: & exaudivit me de monte

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Aug. in hunc Pſ. præter unum *fugeret*, pro *fugit*. Gr. ὁπότε ἀπεδίδρασκεν, &c. Brev. Mozarab. habet, *Ipſi David*, è Gr. τῷ Δαυίδ. Pſalt. vet. Fabri ſimpliciter, *Pſalmus David*, abſque ſeqq. In Corb. *Pſalmus David*, & ſequentia. Caſſiod. in hunc Pſ. ſcribit *Abeſſallem*, è Gr. Ἀβεσσαλώμ. Ambr. de apolog. David, c. 4. col. 680. b. *In tertio Pſalmo*, inquit, *Abeſſalon titulus præmittitur.*

℣. 2. Sic ap. Aug. in Pſ. 3. col. 7. f. ſi excipias ult. *ſuper me*; Gr. ἐπ' ἐμέ; at infra, col. 10. f. & 11. e. Aug. legit *adversùm me*. Tertul. l. cont. Prax. p. 848. b. ſic: *Domine quid multiplicati ſunt qui comprimunt me?* Græc. οἱ θλίβοντές με.

℣. 3. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. habent, *illi in Deo ejus*, ſicut Ambr. l. de lapſ. virg. p. 319. a. Ita quoque in Græco.

℣. 4. Similiter huic ℣. præponitur *Diapſalma* in Pſalt. Carnut. Corb. & in Gr. at neque ab Aug. neque à Caſſiod. memoratur: exſtat in utroque Pſalt. Rom. & Gallic. to. 1. nov. ed. Hieron. In Gallicano Fabri, ejus loco ponitur *Semper*, juxta Quintam edit. in qua hîc & deinceps, Διαψαλτός: neutrum admittitur in Vulg. Hoc autem vocabulum *Diapſalma*, in ſubſeq. Pſalm. toties pene Mſs. codd. exhibent, quoties habetur in Græco edit. Rom. Vide Aug. inf. Not. in Pſ. 4. ℣. 4. ſicut Hieron. epiſt. ad Marcellam. Sequens verſic. *Tu autem*, &c. idem eſt ap. Aug. Caſſiod. ut & in vet. Pſalt. quibus omnibus favet Gr.

℣. 5. Gr. habet φωνῇ μου, &c. ut ſup. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 706. c. *Voce mea ad Dominum exclamavi*, &c. Gr. ἐκέκραξα. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. *Voce mea ad Dominum clamavi*, ut in aliis Pſalteriis vet.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
ſancto ſuo.	*ſuo. SEMPER.*	de monte ſancto ſuo. DIAPSALMA. *Ex Mſ. Sangerm.*
6. Ego dormivi, & ſoporatus ſum: & exſurrexi, quia Dominus ſuſcepit me.	*Ego dormivi, & ſoporatus ſum: evigilavi, quia Dominus ſuſtentavit me.*	6. Ego dormivi, & ſoporatus ſum: & exſurrexi, quoniam Dominus ſuſcipit me.
7. Non timebo millia populi circumdantis me: exſurge Domine, ſalvum me fac Deus meus.	*Non timebo millia populi, quæ circumdederunt me: ſurge Domine, ſalvum me fac Deus meus.*	7. Non timebo millia populi circumdantium me: exſurge Domine, ſalvum me fac Deus meus.
8. Quoniam tu percuſſiſti omnes adverſantes mihi ſine cauſa: dentes peccatorum contriviſti.	*Quia percuſſiſti omnium inimicorum meorum maxillam: dentes impiorum confregiſti.*	8. Quoniam tu percuſſiſti omnes adverſantes mihi ſine cauſa: dentes peccatorum conteruiſti.
9. Domini eſt ſalus: & ſuper populum tuum benedictio tua.	*Domini eſt ſalus: ſuper populum tuum benedictio tua. SEMPER.*	9. Domini eſt ſalus: & ſuper populum tuum benedictio tua.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 6. Vet. Irenæi Interp. l. 4. c. 31. p. 269. a. ita legit cum Pſalt. Corb. *Ego dormivi, & ſomnum cepi.* Item Cypr. l. 2. Teſtim. p. 295. a. cum Lactantio, l. 4. Inſtitut. c. 19. p. 582. *Ego dormivi, & ſomnum cepi: & reſurrexi, quoniam Dominus auxiliatus eſt mihi.* Hilar. in Pſ. 131. col. 449. f. *Ego dormivi, & ſomnum cepi: & ſurrexi, quon. Dom. ſuſcipiet me.* Ambr. l. de Tob. c. 20. col. 616. a. *Ego dormivi, & quievi: & ſurrexi;* ſimiliter l. de Nab. c. 15. col. 584. b. additque, *quoniam Dominus ſuſcipiet me:* itidem in Pſ. 36. col. 809. d. ſed habet *reſurrexi:* lib. verò de bened. Patriarch. c. 4. col. 519. c. & l. de bon. mort. c. 8. col. 404. c. ſic: *Ego dormivi, & requievi: & ſurrexi, quon. Dom. ſuſcepit me:* ſimiliter l. 6. Hex. col. 142. f. niſi quòd legit, & *exſurrexi.* Auguſt. in Pſ. 3. col. 8. f. ita: *Ego dormivi, & ſomnum cepi: & exſurrexi, quon. Dominus ſuſcipiet me;* ſubinde ait: *Nonnulli autem codices habent:* Dormivi, & ſoporatus ſum; & *alii aliter quomodo interpretari potuerunt quod Græcè poſitum eſt,* Ἐγὼ ἐκοιμήθην, καὶ ὕπνωσα· & inf. col. 9. a. *Hoc magis animadvertendum eſt, quemadmodum in una ſententia & præteriti temporis verbum poſuit & futuri:* & exſurrexi *enim dixit, quod eſt de præterito;* & ſuſcipiet, *quod eſt de futuro.* Similiter iterum legit Aug. in Pſ. 56. col. 535. g. & l. 17. de civit. Dei, c. 18. to. 7. col. 481. a. niſi quòd hoc ult. loco delet &, poſt verbum *cepi;* at l. 2. de Gen. to. 1. col. 680. e. hab. & *exſurrexi, quon. Dom. ſuſcepit me.* Vigilius Tapſ. l. cont. Varim. p. 733. h. *Ego dormivi, & ſomnum cepi: & ſurrexi, quon. Dom. ſuſcepit me.* Ita quoque in Pſalt. vet. Fabri, præter hoc, & *exſurrexi.* Apud Cerealem, l. cont. Maximin. c. 6. *Ego dormivi, & ſomnum cepi: & reſurrexi, quia Dominus ſuſcepit me.* In Pſalt. Mediolan. *Ego dorm. & quievi.* In Carnut. & *ſomnum cepi,* cum hoc, *ſuſcipiet me.* In Romano to. 1. nov. ed. Hieron. *ſomnum cepi: & reſurrexi, quon. Dom. ſuſcipiet me.* In Breviario Mozarab. & apud Iſidor. Hiſpal. in Gen. c. 3. p. 285. h. *Ego dormivi, & quievi: & reſurrexi, quon. Dom. ſuſcitavit me.* Idem Iſidor. de reſurr. Dom. c. 53. legit *exſurrexi.* A Græco abeſt ἐγώ, ante ἐξανέστην; extremò verò ſic, ἀντιλήψεταί μου; apud Juſtinum, ἀντιλαβέσθαί μου; ita quoque eſt in Paraph. Chald. & in Pſalt. Æthiop. & Arab.

℣. 7. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. legunt *circumdantis me*, unà cum veterib. Pſalt. reliqua ut ſup. in uno tamen Corb. *circumdantes me.* In Gr. ſic: Οὐ φοβηθήσομαι ἀπὸ μυριάδων λαῶν τῶν κύκλῳ ἐπιτιθεμένων μοι, &c. *Non timebo à decem millibus populi in circuitu imminentibus mihi*, &c. in Mſ. Alex. τῶν κύκλων ⟨συνεπιτιθεμένων.

℣. 8. Ita Aug. & Caſſiod. in hunc Pſalm. niſi excipias verbum ult. *contriviſti.* Similiter ap. Hilar. in Pſ. 56. *dentes pecc. contriviſti;* in Pſalt. Corb. *conteruiſti*, ut ſup.

℣. 9. Ita Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum vet. Pſalt. In Gr. non exprimitur *eſt.*

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
1. In finem in carminibus, Pſalmus David. IV.	*Victori in Pſalmis, Canticum David. IV.*	1. In finem, Pſalmus Cantici ipſi David. IV. *Ex Mſ. Sangerm.*
2. CUm invocarem, exaudivit me Deus juſtitiæ meæ: in tribulatione dilataſti mihi.	*INvocantem me exaudi me Deus juſtitiæ meæ: in tribulatione dilataſti mihi.*	2. CUm invocarem te, exaudiſti me Deus juſtitiæ meæ: in tribulatione dilataſti me.
Miſerere mei, & exaudi orationem meam.	*Miſerere mei, & exaudi orationem meam.*	Miſerere mei Deus, & exaudi orationem meam.
3. Filii hominum uſquequo gravi corde? ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?	*Filii viri, uſquequo inclyti mei ignominiosè diligitis vanitatem, quarentes mendacium? SEMPER.*	3. Fili hominum uſquequo gravis corde? ut quid diligitis vanitatem, & quæris mendacium? DIAPSALMA.
4. Et ſcitote quoniam mirifica-	*Et cognoſcite quoniam mirabi-*	4. Et ſcitote quoniam ma-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita in Pſalt. Mozarab. In Corb. *In finem, Pſalm. Cantici David.* Ap. Aug. in hunc Pſ. ſic: *In finem, Pſalm. Canticum David.* Ap. Caſſiod. in eund. *In finem, Pſalmus David Canticum.* Concordat Pſalt. Rom. to. 1. nov. edit. Hieron. at in Rom. & Gallic. Fabri, ſic: *In finem, Pſalmus Cantici David.* In vet. Pſalt. ejuſd. Fabri ſimpliciter, *Pſalmus David.* In Gr. Εἰς τὸ τέλος ἐν ψαλμοῖς, Ὠδὴ τῷ Δαυίδ· in Mſ. Alex. Ψαλμὸς τῷ; in Ald. & Compl. ἐν ὕμνοις, Ψαλμὸς τῷ, &c.

℣. 2. Aug. in hunc Pſ. non differt à Vulg. neque etiam l. 9. confeſſ. to. 1. col. 160. c. d. niſi quòd hîc leg. *Domine*, loco *Deus.* Caſſiod. in eund. Pſ. ſimiliter hab. *Domine*, ſed cum hoc, *exaudiſti me.* Breviar. Mozarab. ita: *Cùm invocarem te, exaudiſti me Deus juſtitiæ meæ: in tribulatione mea dilataſti mihi.* Similiter Pſalt. Rom. Fabri, niſi quòd habet *dilataſti me:* deinde, *Miſerere mihi Domine*, &c. Mediolan. & Carnut. *Cùm invocarem te, exaudiſti me*, &c. Corb. *Cùm invocarem, exaudiſti me ..... in tribulatione dilataſti me. Miſ. mihi Domine*, & *exaudi*, &c Ap. Ambr. in Pſ. 43. col. 925. c. & in Pſ. 118. col. 1042. a. & 1129. e. hæc pauca: *in tribulatione dilataſti mihi.* In Gr. Ἐν τῷ ἐπικαλεῖσθαί με, εἰσάκουσόν μου ὁ Θεὸς ..... ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς μοι. Οἰκτείρησόν με, &c. Ald. ed. habet, εἰσάκουσάς μου ..... ἐπλάτυνάς με.

℣. 3. Aug. in hunc Pſ. legit *graves corde;* cæt. ut in Vulg. item epiſt. 76. to. 2. col. 179. d. lib. verò 9. confeſſ. to. 1. col. 160. c. d. *quouſque graves corde.* Ennodius ap. Sirm. to. 1. p. 1639. b. cum Fulg. epiſt. 7. c. 13. p. 195. *uſquequo graves corde*, &c. Similiter in Breviar. Mozarab. & Pſalt. Rom. Fabri; at in Rom. & Gallic. to. 1. nov. ed. Hieron. *gravi corde*, ut & apud Maxim. Taurin. p. 8. d. & Caſſiodorum. In Gr. Υἱοὶ ..... βαρυκάρδιοι ..... ζητεῖτε, &c.

℣. 4. Aug. in hunc Pſ. conſtanter legit: *Et ſcitote quoniam admirabilem fecit Dom..... dum clamavero*, &c. at l. 9. confeſſ. to. 1. col. 160. d. *quon. Dom. magnificavit ſanct.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. gnificavit Dominus ſanctum ſuum: Dominus exaudiet me dum clamavero ad eum.	*lem reddidit Dominus ſanctum ſuum: Dominus exaudiet, cùm clamavero ad eum.*	vit Dominus ſanctum ſuum: Dominus exaudiet me cùm clamavero ad eum.
5. Iraſcemini, & nolite peccare: dicite in cordibus veſtris, & in cubilibus veſtris compungemini. DIAPSALMA.	*Iraſcimini, & nolite peccare: loquimini in cordibus veſtris ſuper cubilia veſtra, & tacete.* SEMPER.	5. Iraſcimini, & nolite peccare: quæ dicitis in cordibus veſtris, in cubilibus veſtris compungimini. *Epheſ. 4. 26.*
6. Sacrificate ſacrificium juſtitiæ, & ſperate in Domino: multi dicunt: Quis oſtendit nobis bona?	*Sacrificate ſacrificium juſtitiæ, & fidite in Domino: multi dicunt: Quis oſtendit nobis bonum?*	6. Sacrificate ſacrificium juſtitiæ, & ſperate in Domino: multi dicunt: Quis oſtendit nobis bona?
7. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine: dediſti lætitiam in corde meo.	*Leva ſuper nos lucem vultus tui Domine: dediſti lætitiam in corde meo.*	7. Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine: dediſti lætitiam in corde meo.
8. A tempore frumenti, vini, & olei ſui, multiplicati ſunt.	*A tempore frumentum & vinum eorum multiplicata ſunt.*	8. A fructu frumenti, vini, & olei ſui, multiplicati ſunt.
9. In pace in idipſum requieſcam, & dormiam:	*In pace ſimul requieſcam & dormiam:*	9. In pace in idipſum dormiam, & requieſcam:
10. Quoniam tu Domine ſingulariter in ſpe conſtituiſti me.	*Quia tu Domine ſpecialiter ſecurum habitare feciſti me.*	10. Quoniam tu Domine ſingulariter in ſpe conſtituiſti me.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Similiter Caſſiod. in Pſ. 1. p. 22. a. *magnificavit Dominus.* Pſalt. Rom. Fabri, *quoniam mirificavit..... dum clamavero;* at Rom. Martian. *magnificavit ..... dum clamavero:* ſimiliter in Pſalt. Carnut. & Corb. *magnificavit.* Ennod. apud Sirmond. to. 1. p. 1639. b. *mirificavit.* Gr. ἐθαυμάσωσε, &c. ut in Lat. Non omittendum quod Auguſt. obſervat in hunc verſum, col. 13. e. *Interpoſitum*, inquit, *Diapſalma, vetat iſtam* [ſupp. ſententiam] *cum ſuperiore conjungi: ſive enim Hebræum verbum ſit, ſicut quidam volunt, quo ſignificatur* fiat; *ſive Græcum, quo ſignificatur intervallum pſallendi; ut Pſalma ſit quod pſallitur, Diapſalma verò, interpoſitum in pſallendo ſilentium; ut quemadmodum Sympſalma dicitur vocum copulatio in cantando, ita Diapſalma disjunctio earum, ubi quædam requies disjuncta continuationis oſtenditur: ſive ergo illud, ſive hoc, ſive aliud aliquid ſit, certè illud probabile eſt non rectè continuari & conjungi ſenſum, ubi Diapſalma interponitur.* Vide Hilar. & Hieron. ſup. ad Pſ. 2. ℣. 6. Verùm *Diapſalma* hîc & infra deeſt in edd. Ald. & Compl. exſtat verò in Gr. ed. Rom. necnon in Pſalt. Lat. Corb.

℣. 5. Tertullianus l. 2. adv. Marc. p. 651. c. monet *Iraſci & non delinquere.* Apud Cyprianum de orat. Dom. p. 205. b. ſic: *Dicite in cordibus, & in ſtratis veſtris, & tranſpungimini.* Ap. Ambr. l. de exhort. virg. to. 2. col. 298. b. omnia ut in Vulg. ſic etiam to. 1. col. 394. d. 444. a. 628. c. 690. f. 772. b. 785. d. 1080. d. 1368. f. & to. 2. col. 5. d. 26. f. 1202. b. Concinit Philaſtr. Brix. l. de hæreſ. p. 720. a. Chromat. verò Aquil. in Matth. p. 982. b. legit *dicite*, loco *quæ dicitis*, cum Pſalt. Carnut. In Corb. *Dicite in cordibus veſtris, & in cubil.* &c. Auguſtinus l. 9. confeſſ. to. 1. col. 161. b. & in Pſ. 4. col. 13. g. concordat cum Vulg. & Græco: ad hoc verò, *quæ dicitis*, ait col. 14. b. *ſubauditur*, dicite, *ut ſit plena ſententia: Quæ dicitis in cordibus veſtris, dicite, id eſt, nolite*, &c. ſubinde ad verbum *compungimini*, addit: *Nonnulli autem, non* compungimini, *ſed* aperimini *dicunt melius legi, quoniam in Græco Pſalterio eſt* κατανύγητε; ſed aperto mendo, pro καλανοίγητε, quod etiamnum legitur in Mſ. Alex. In ed. tamen Rom. κατανύγητε.

℣. 6. Præmiſſum *Diapſalma* exſtat in Pſalt. Corb. & memoratur ab Auguſt. in Pſ. 4. col. 14. e. reliqua prorſus ſimilia. Sic etiam apud Ambr. l. de apolog. Dav. to. 1. col. 703. b. ut & al. col. 412. c. 1001. f. & to. 2. col. 783. d. 906. a. nec aliter in Gr. ſi excipias unum aut alterum, ἐπὶ Κύριον, *in Dominum*, & λείξει, *oſtendet.*

℣. 7. Tertul. l. 5. adv. Marc. p. 794. a. *Significatum eſt ſuper nos lumen perſonæ tuæ Domine.* Hilar. in Pſ. 65. col. 178. e. & 186. b. *Deſignatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine:* & in Pſ. 121. col. 389. a. *dediſti lætitiam in corde meo.* Ambr. l. de Spir. S. to. 2. col. 616. f. *Signatum eſt in nobis lumen vultus tui*, &c. ut ſup. ſic etiam col. 622. a. 630. d. & 906. b. Auguſt. in hunc Pſ. col. 15. a. c. *Signatum eſt in nobis lumen vultus tui Dom. ded. læt. in cor meum:* ſimiliter l. 9. confeſſ. to. 1. col. 161. b. & epiſt. 140. ad Honorat. to. 2. col. 452. e. *Signatum eſt in nobis*, &c. at in Pſ. 105. col. 1194. f. *Signatum eſt ſuper nos..... dediſti læt. in cor meum.* Similiter Hieron. ep. ad Damaſ. col. 155. d. & in Jerem. c. 23. to. 3. col. 636. e. Ita quoque in Pſalt. vet. Fabri. Item Græcè, Ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς..... εἰς τὴν καρδίαν μου.

℣. 8. Ita Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. quibus favent Pſalt. Mozarab. Mediolan. Corb. Carnut. & Rom. Martianæi: Romanum Fabri hab. *A tempore frum. & vini*, &c. Hilarius in Pſ. 121. col. 389. a. *A tempore frum. vini, & olei ſui, multiplicati ſunt in idipſum.* Ambr. in Pſ. 36. col. 786. d. *A fructu frum. vini, & olei, multipl. ſunt.* Gr. Ἀπὸ καρποῦ σίτου, ᾗ οἴνου, &c. ab edd. Ald. & Compl. abeſt ᾗ: ſed ἀπὸ καιροῦ, non ἀφὸ καρποῦ, legendum eſſe pro certo credit D. noſter Bernard. de Montfaucon Hexap. to. 1. not. 7. Origenis auctoritate nixus, qui ſic habet apud Danielem Barbarum: *In Hebræo*, à tempore, *habetur: ſic quoque LXX. poſuere, ut totius dictionis ſententia ſit:* In tempore, quo frumenti, hordei, & leguminum omnium meſſis eſt, multiplicati ſunt.

℣. 9. Aug. in hunc Pſ. col. 15. g. 16. a. & l. 9. confeſſ. to. 1. col. 161. b. c. *In pace in idipſum obdormiam, & ſomnum capiam.* Vetus Pſalt. Fabri, *dormiam, & ſomnum capiam.* Rom. ejuſdem, *obdormiam, & requieſcam.* Gr. κατα-μηθήσομαι, ᾗ ὑπνώσω.

℣. 10. Sic Ambr. de obitu Theod. to. 2. col. 1213. c. at in Pſ. 118. to. 1. col. 982. d. delet vocem *Domine*, ſicut l. de obitu Valent. to. 2. col. 1177. b. Aug. in Pſ. 4. col. 16. b. ſic habet: *Quoniam tu Domine ſingulariter in ſpe habitare feciſti me.* Similiter in Pſalt. vet. Fabri. In Gr. κατῴκισάς με.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 1. In finem pro his qui hæreditabunt, Pſalmus David. V.	*Victori ſuper hæreditatibus, Canticum David.* V.	1. In finem pro ea, quæ hæreditatem conſequitur, Pſalmus David. V.
2. VErba mea auribus percipe, intellige clamorem meum.	*VErba mea auribus percipe Domine, intellige murmur meum.*	2. VErba mea auribus percipe Domine, intellige clamorem meum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Pſalt. Corb. *In finem pro hæreditate, Pſalmus David.* Itidem in Carnut. & Rom. Martian. In Mozarab. *In finem pro hæreditatem;* in Rom. Fabri, ut in Vulg. Apud Aug. in hunc Pſ. *Titulus Pſalmi eſt: Pro ea, quæ hæreditatem accipit.* Gr. Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῆς κληρονομούσης, Ψαλμὸς τῷ Δαυίδ.

℣. 2. Aug. in hunc Pſ. *Verba mea exaudi Domine, intellige*, &c. cui favet Pſalt. vetus Fabri. Gr. ἐνώτισαι Κύ-

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
3. Intende voci orationis meæ, rex meus & Deus meus.	*Adverte ad vocem clamoris mei, rex meus & Deus meus,*	3. Intende voci orationis meæ, rex meus & Deus meus. *Ex Mſ. Sangerm.*
4. Quoniam ad te orabo: Domine manè exaudies vocem meam.	*Quia te deprecor: Domine manè audies vocem meam.*	4. Quoniam ad te orabo Domine deluculo, & exaudies vocem meam.
5. Manè aſtabo tibi & videbo: quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.	*Manè præparabor ad te, & contemplabor: quoniam non Deus volens iniquitatem tu,*	5. Manè adſtabo tibi & videbo: quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.
6. Neque habitabit juxta te malignus: neque permanebunt injuſti ante oculos tuos.	*Nec habitabit juxta te malignus: non ſtabunt iniqui in conſpectu oculorum tuorum.*	6. Non habitabit juxta te malignus: neque permanebunt injuſti ante oculos tuos.
7. Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem: perdes omnes, qui loquuntur mendacium.	*Odiſti omnes operantes iniquitatem: perdes loquentes mendacium.*	7. Odiſti omnes, qui operantur iniquitatem: perdes eos, qui loquuntur mendacium.
Virum ſanguinum & doloſum abominabitur Dominus: 8. ego autem in multitudine miſericordiæ tuæ,	*Virum ſanguinum & doloſum abominabitur Dominus: ego autem in multitudine miſericordia tua*	Virum ſanguinum & doloſum abominabitur Dominus: 8. ego autem in multitudine miſericordiæ tuæ,
Introibo in domum tuam: adorabo ad templum ſanctum tuum in timore tuo.	*Introibo domum tuam: adorabo in templo ſancto tuo in timore tuo.*	Introibo Domine in domum tuam: adorabo templum ſanctum tuum in timore tuo.
9. Domine deduc me in juſtitia tua: propter inimicos meos dirige in conſpectu tuo viam meam.	*Domine deduc me in juſtitia tua propter inſidiatores meos: dirige ante faciem meam viam tuam.*	9. Domine dirige in me juſtitiam tuam: propter inimicos meos dirige in conſpectu tuo viam meam.
10. Quoniam non eſt in ore eorum veritas: cor eorum vanum eſt.	*Non eſt enim in ore eorum rectum: interiora eorum inſidiæ.*	10. Quoniam non eſt in ore eorum veritas: cor eorum vanum eſt.
Inf. 13. 3. *Rom.* 3. 13. 11. Sepulcrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſè agebant, judica illos Deus.	*Sepulcrum patens guttur eorum, linguam ſuam lenificant; condemna eos Deus.*	11. Sepulcrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſè agebant, judica illos Deus.
Decidant à cogitationibus ſuis, ſecundùm multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritaverunt te Domine.	*Decidant à conſiliis ſuis, juxta multitudinem ſcelerum eorum expelle eos, quoniam provocaverunt te.*	Decidant à cogitationibus ſuis, ſecundùm multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam inritaverunt te Domine.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ea, Cùres ἵνα, &c.

℣. 3. Pſalt. vet. Fabri, cum Aug. in hunc Pſ. col. 16. g. *Intende voci obſecrationis meæ*, &c. Gr. τῆς δεήσεώς μου.

℣. 4. Aug. in hunc Pſ. & vetera Pſalt. concordant cum Vulg. nec aliter in Græco eſt. Sic etiam apud Cypr. l. de orat. Dom. p. 215. b. & l. 2. Teſtim. p. 297. b. In Pſalt. Corb. *Domine manè, & exaudies*, &c.

℣. 5. Sic apud Auguſt. in hunc Pſ. col. 17. f. g. at in Pſ. 36. col. 121. g. ita legit: *Manè adſtabo tibi & contemplabor:* ſimiliter in Pſ. 58. col. 575. b. & in Pſ. 143. col. 1606. b. & tract. 34. in Johan. to. 3. p. 2. col. 536. e. Ap. Cypr. l. 2. Teſt. p. 297. b. & de orat. Dom. p. 215. b. ſic: *Manè aſſiſtam tibi, & contemplabor te.* In Gr. ᾧ ἐπόψομαι, abſque ſeq. *te*, al. ᾧ σχοπίσω, al. ἀποσκοπεύσω· Mſ. Alex. ἐπόψη με, Ald. & Compl. ἐπόψῃ με. Vide ſis Flamin. Nobil. In Breviario Mozarab. ita ſequitur: *quoniam tu es Deus qui non vis iniquitatem.* In Pſalt. Rom. *quoniam non volens Deus*, &c. ut in textu. In Gr. ὅτι οὐχὶ Θεὸς θέλων, &c.

℣. 6. Similiter habet Auguſt. in hunc Pſ. *Non habitabit*, &c. Sic etiam Pſalt. Rom. & Corb. In Gr. οὐδὲ, &c. at in ed. Compl. οὐ. De hoc verſu interrogatus Hieron. à Sunnia & Fretela, ita reſpondet ep. ad eoſdem, to. 2. nov. ed. col. 627. c. *Prima de quinto Pſalmo quæſtio ſuit:* Neque habitabit juxta te malignus: *pro quo habetur in Græco*, Οὐτε παροικήσει σοι πονηρὸς, ſive πονηρευόμενος, *ut Vulgata editio continet:* [ita etiam ed. Rom.] *Et miramini, cur* παροικίαν, *id eſt*, incolatum, *Latinus interpres non verterit, ſed pro hoc poſuerit*, habitationem, *quæ Græcè dicitur* κατοικία..... *& ſciendum quòd ſi voluerimus dicere*..... Neque incolet juxta te malignus, *perdet* ὠφωλίαν; *& dum interpretationis* κακοζηλίαν *ſequimur, omnem decorem translationis amittimus; & hanc eſſe regulam boni Interpretis, ut idiώματα linguæ alterius, ſuæ linguæ exprimat proprietate.* In ed. Rom. non additur σοι, ad verbum παροικήσει· cæt. concordant cum Lat.

℣. 7. Græc. addit Κύριε, verbo *odiſti*, paulòque poſt loco *eos*, habet πάντας; cæt. ad verbum ut ſup. Concinunt Pſalt. Rom. & vetus Fabri, in quibus *Domine*, & *omnes*; at Breviar. Mozarab. ſervat *eos*, ſicut Iſidor. Hiſpal. l. 2. ſentent. c. 30. & Caſſiod. in hunc Pſ. In Pſalt. Rom. Martianæi utrumque legitur, & *Domine*, & *eos*. In Corb. ſimiliter, *perdes eos qui*, &c. Ap. Aug. in hunc Pſ. omnia ut in Vulg. in ejus tamen edd. additur *Domine*, ſed reniuntur Mſs. Apud Hilar. in Pſ. 138. col. 524. e. poſtrema tantùm exſtant: *Virum ſanguinum & doloſ. abominab. Deus*; Gr. Κύριος.

℣. 8. Græc. concinit ad verbum cum Vulg. in illo ſcilicet deeſt *Domine*, additurque πρὸς, verbo *adorabo*. Similiter ap. Aug. in hunc Pſ. niſi quòd loco *miſericordia*, legitur *miſerationis*, Gr. ἐλέους. In Rom. Pſalt. additur *Domine*, poſt *introibo*, & legitur *miſericordia*. In Corb. *Introibo Domine..... adorabo templum*, &c. ut ſup.

℣. 9. Gr. Κύριε ὁδήγησόν με ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου, &c. ut in Lat. ſup. Auguſt. in hunc Pſ. *Domine deduc me in tua juſtitia: propter inimicos meos dirige in conſp. tuo iter meum.* Pſalt. Rom. *Deduc me Domine in tua juſtitia*, &c. ut in textu. Pſalt. verò Carnut. Colb. & Germ. addunt: *dirige in conſpectu meo viam tuam;* cui lectioni favet Aquila in Hexaplis, ubi ſic: A. κατεύθυνον εἰς πρόσωπόν μου ὁδόν σου· item Symm. ὁμάλισον ἔμπροσθέν μου τὴν ὁδόν σου· at ibi LXX. & Theod. concordant cum Vulg. niſi quòd hoc additur ibid. Αλλ. ἐνώπιόν μου τὴν ὁδόν σου· unde Hieron. in epiſt. ad Sun. & Fretel. to. 2. col. 630. a. ait: *De eodem Pſalmo*, Dirige in conſp. meo viam tuam: *pro quo habetur in Græco*, Κατεύθυνον ἐνώπιόν σου τὴν ὁδόν μου, *hoc eſt*, Dirige in conſpectu tuo viam meam; *quod nec LXX. habent, nec Aquila, nec Symm. nec Theodotio, ſed ſola Κοινὴ editio. Denique & in Hebræo ita ſcriptum reperi*, Oſer daphanai darchach, *quod omnes voce ſimili tranſtulerunt*, Dirige in conſpectu meo viam tuam: & l. 3. cont. Pelag. to. 4. col. 538. d. legit: *Rectam fac in conſpectu meo viam tuam: ſive ut alia exemplaria habent: Rectam fac in conſp. tuo viam meam.*

℣. 10. Ita Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. Græcè non exprimitur ult. *eſt*.

℣. 11. Ita Aug. in hunc Pſ. præter unum *inamaricaverunt*, loco *inritaverunt*. Caſſiod. in eund. Pſ. cum Pſalt. Rom. Mediolan. Carnut. & Corb. *exacerbaverunt*: Gr. παρεπικράναν; item ibid. pro *à cogitationibus*, eſt ἀπὸ διαλογισμῶν; Pſalt. Mediolan. hab. *à conſiliis*; propriè *à conſiliis malis*. Ap. Hilar. in Pſ. 36. col. 494. c. hæc pauca: *Sepulcrum patens eſt guttur eorum.* Similiter ap. Ambr. l. de

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 12. Et lætentur omnes, qui ſperant in te, in æternum exſultabunt: & inhabitabunt eis, Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum: 13. quoniam tu Domine benedicis juſtum.	*Et lætentur omnes, qui ſperant in te, in perpetuum laudabunt: & proteges eos, Et lætabuntur in te, qui diligunt nomen tuum: quia tu benedices juſto.*	12. Et lætentur omnes, qui ſperant in te, in æternum exſultabunt: & habitabis in eis. Et gloriabuntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum, 13. quoniam tu benedices juſto.
Domine, ut ſcuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos.	*Domine, ut ſcuto placabilitatis coronabis eum.*	Domine, ut ſcuto bonæ voluntatis tuæ coronaſti nos.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Noe & Arca, c. 29. to. 1. col. 273. c. ſicut inf. col. 951. c. 1369. b. 1377. a. 1435. c. 1535. b. Sic etiam apud Optat. l. 2. cont. Donat. p. 44. a.

℣. 12. Sic apud Aug. in hunc Pſ. ſi hoc excipiatur ult. *& inhabitabis in eis.* Similiter in Pſalt. Rom. Martian. & Corb. in Rom. verò Fabri, *& habitabis*, &c. Ap. Hilar. in Pſ. 131. col. 449. a. *& inhabitabo in his.* In Gr. ἐν κατασκηνώσει σὺ αὐτοῖς cæt. ut in Lat. niſi quòd initio additur ἐπὶ Σοὶ, *in te*, ad verbum *lætentur*, nequaquam detracto eo poſt verbum *ſperant*: ita etiam in Pſalt. Arab. & Æthiop. ſed in edd. Ald. & Compl. ſimpliciter, ὑφέξουσιν πάντες, abſque hoc medio ἐπὶ Σοί.

℣. 13. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. habent, *quoniam tu benedices juſtum*, &c. ut ſup. Similiter in Pſalt. Rom. Fabri; at in Rom. Martianæi, & Corb. *quoniam tu Domine benedices juſtum:* in Mediolan. & Carnut. *benedicis juſtum.* In Gr. ὅτι Σὺ εὐλογήσεις δίκαιον at inſra detrahitur vox *tuæ*, poſt hanc, *voluntatis.* Ambr. in Luc. 4. p. 1345. d. hab. *Scuto bonæ voluntatis ſuæ circumdabit te.*

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 1. In finem pro carminibus, pro die octava, Pſalmus ipſi David. VI.	*Victori in Pſalmis ſuper octava, Canticum David. VI.*	1. In finem in carminibus, Pſalmus David, pro octava. VI.
2. DOmine, ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripias me.	*DOmine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.*	2. DOmine, ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.
3. Miſerere mei Domine quoniam infirmus ſum: ſana me Domine quoniam infirmus ſum.	*Miſerere mei: Domine, quoniam infirmus ſum ego: ſana me Domine, quoniam conturbata ſunt oſſa mea.*	3. Miſerere mei Domine quoniam infirmus ſum: ſana me Domine quoniam conturbata ſunt oſſa mea.
4. Et anima mea turbata eſt valde: & tu Domine uſquequo?	*Et anima mea conturbata eſt valde: & tu Domine uſquequo?*	4. Et anima mea turbata eſt valde: ſed tu Domine uſquequo?
5. Convertere Domine, & eripe animam meam: ſalva me propter miſericordiam tuam.	*Revertere Domine, erue animam meam: ſalva me propter miſericordiam tuam.*	5. Convertere Domine, & eripe animam meam: ſalvum me fac propter miſericordiam tuam.
6. Quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?	*Quoniam non eſt in morte recordatio tui: in inferno quis confitebitur tibi?*	6. Quoniam non eſt in morte quī memor ſit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?
7. Laboravi in gemitu meo, lavabo per ſingulas noctes lec-	*Laboravi in gemitu meo, natare faciam tota nocte lectum meum:*	7. Laboravi in gemitu meo, lavabo per ſingulas noctes lectum

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Pſalt. Rom. Fabri, *In finem in hymnis, Pſalmus David, pro octava.* Aug. in hunc Pſ. col. 22. d. *In finem in hymnis, de octavo, Pſalmus David.* Hilar. prolog. in Pſal. n. 13. *pro octavo;* Caſſiod. in Pſ. p. 27. c. cum Pſalt. Rom. Martian. Corb. & Mozarab. *In finem in hymnis, pro octava, Pſalmus David:* ſic etiam in Gr. cum hoc ult. τῷ Δαυίδ, *ipſi David.* Ambr. l. 5. in Luc. to. 1. col. 1367. d. dicit: *Pro octava enim multi ſcribuntur Pſalmi.*

℣. 2. Sic Ambroſius l. de apolog. Dav. col. 712. b. cum Pſalt. Corb. item infra, to. 1. col. 740. b. 1082. c. & to. 2. l. 3. de Spir. S. col. 671. f. Similiter Hieron. ep. ad Cypr. to. 2. col. 702. a. & Auguſt. in Pſ. col. 23. g. Succinunt Caſſiod. in Pſ. p. 28. a. b. & S. Petr. Chryſol. ſer. 4. to. 7. p. 880. f. cum Pſalt. Rom. Mozarab. Mediolan. & Carnut. In Gr. Μὴ τῷ θυμῷ..... μηδὲ τῇ ὀργῇ, &c. Nec omittendum quod Auguſt. obſervat ad hunc verſum col. 23. g. & ſeqq. *Quoniam* furor, inquit, *plus videtur eſſe quàm* ira, *poteſt movere cur illud quod eſt mitius, id eſt*, correptio, *cum eo poſitum eſt quod eſt durius, id eſt, cum* furore: *ſed ego puto unam rem duobus verbis ſignificatam; nam in Græco* θυμὸς, *quod eſt in primo verſu, hoc ſignificat quod* ὀργὴ, *quod eſt in ſecundo verſu: ſed cùm Latini vellent etiam ipſi duo verba ponere, quæſitum eſt quid eſſet vicinum* iræ, *& poſitum eſt* furor. *Ideo variè codices habent; nam in aliis priùs invenitur* ira, *deinde* furor; *in aliis priùs* furor, *deinde* ira; *in aliis pro furore*, indignatio *ponitur, aut* bilis: *ſed quidquid illud eſt, motus eſt animi provocans ad pœnam inferendam..... in qua ira non ſolùm arguì ſe non vult anima, quæ nunc erat; ſed nec corripi, id eſt, emendari, vel erudiri: nam in Græco* παιδεύσῃς *poſitum eſt, id eſt, erudias.*

℣. 3. Auguſt. in hunc Pſ. loco poſter. *infirmus ſum*, habet cum Vulg. *conturbata ſunt oſſa mea;* Caſſiod. in eundem Pſ. 28. b. *omnia oſſa mea;* Gr. ἐταράχθη τὰ ὀστᾶ μου. In Pſalt. Rom. *Miſerere mihi Domine..... quon. conturbatæ ſunt omnia oſſa mea.* Apud Ambr. l. de apol. Dav. to. 1. col. 712. b. *Miſerere mei Dom. quon. infirmus ſum:* & apud Auct. l. de XLII. manſ. col. 8. b. *Sana me Domine quon. conturb. ſunt omnia oſſa mea.*

℣. 4. Ita Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. quibus favent Pſalt. Rom. Corb. Mediolan. Mozarab. Carnut. Colb. & Gr. in quo etiam ἐν Σοὶ, &c. Apud Hilar. in Pſ. 56. col. 119. a. ſic: *Nunc anima mea turbata eſt valde.* Similiter apud Ambr. in Luc. 22. col. 1517. c. at l. de bon. mort. c. 7. col. 401. d. ſimpliciter, *Anima mea turb.* &c.

℣. 5. Aug. in hunc Pſ. habet: *Convertere Domine, & erue anim. meam: ſalvum me fac*, &c. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. *Convertere, & eripe*, &c. ut in Vulg. In Gr. Ἐπίστρεψον Κύριε, ῥῦσαι..... σῶσόν με, &c. ut ſup.

℣. 6. Ita Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. una cum Gr. Breviar. Mozarab. hab. *in infernum;* at Gr. ἐν δὲ τῷ ᾅδῃ. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 328. b. *Apud inferos autem quis confit. tibi?* Lucif. Cal. l. de reg. apoſt. p. 220. e. *Apud inferos quis*, &c. Hilar. in Pſ. 51. col. 81. d. *In inferno autem*, &c. Succinunt Leo M. ſer. 34. p. 95. b. 97. e. & Philaſtr. Brix. l. de hæreſ. p. 718. a.

℣. 7. Ita Pſalt. Mozarab. cum Rom. & Corb. abſque *meis*, poſt *lacrymis;* Græc. verò ἐν δάκρυσί μου; item ſup. καθ' ἑκάστην νύκτα, num. ſingul. Aug. in hunc Pſ. legit: *per ſingulas noctes..... in lacrymis ſtratum*, &c. Item S. Pacian. epiſt. 1. p. 306. f. Hilar. verò in Pſ. 118. col. 286. b. & 347. d. cum Vulg. *Lavabo per ſingulas noctes lectum meum: lacrymis meis*, &c. Ambr. ſimiliter addit *meis*, poſt *lacrymis*, abſque præp. *in*, nempe in Luc. 5. to. 1. col. 1358.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
meum : lacrymis meis ſtratum meum rigabo.	*lacrymis meis ſtratum meum rigabo.*	tum meum : lacrymis ſtratum meum rigabo. *Ex Mſ. Sangerm.*
8. Turbatus eſt à furore oculus meus : inveteravi inter omnes inimicos meos.	*Caligavit præ amaritudine oculus meus : conſumptus ſum ab univerſis hoſtibus meis.*	8. Turbatus eſt præ ira oculus meus : inveteravi inter omnes inimicos meos.
Matth. 7. 23. & 25. 41. *Luc.* 13. 27. 9. Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem : quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.	*Recedite à me omnes qui operamini iniquitatem : quia audivit Dominus vocem fletus mei.*	9. Diſcedite à me omnes qui operamini iniquitatem : quoniam exaudivit Dominus vocem fletus mei.
10. Exaudivit Dominus deprecationem meam, Dominus orationem meam ſuſcepit.	*Audivit Dominus deprecationem meam, Dominus orationem meam ſuſcepit.*	10..... *Vide Not.*
11. Erubeſcant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei : convertantur & erubeſcant valde veloci ter.	*Confundantur, & conturbentur vehementer omnes inimici mei : revertantur, & confundantur ſubitò.*	11..... convertantur & erubeſcant valde velociter.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

d. & l. 3. de virg. to. 2. col. 179. d. & l. 1. de pœnit. col. 431. c. at in Pſ. 118. to. 1. col. 1193. e. tollit *meis*, ut & ſup. col. 684. b. Vide etiam col. 1054. b. 1430. e. Chromat. Aquil. in Matth. p. 978. d. & S. Pacian. paræn. ad pœnit. p. 317. concordant cum Vulg.

℣. 8. Auguſt. in hunc Pſ. col. 26. d. f. legit : *Turbatus eſt ab ira oculus meus : inveteravi in omnibus inimicis meis :* at ſer. 1. in Pſ. 36. col. 262. c. *Turbatus præ ira*, &c. & inf. in Pſ. 102. col. 1118. g. & in Job, to. 3. p. 1. col. 633. c. conſtanter, *inveteravi in omnibus inimicis meis.* Apud Caſſiod. in Pſ. p. 29. b. *Turbatus eſt præ ira*, &c. ut in Vulg. Similiter in Pſalt. Rom. Mediolan. Corb. & Carnut. In Gr. Ἐταράχθη ἀπὸ θυμοῦ ..... ὑπαλαιώθην ἐν πᾶσι τοῖς ἐχθροῖς μου.

℣. 9. Ita Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Græco. Concinit Ambr. in Pſ. 118. to. 1. col. 1194. f. Lucif. verò Cal. l. de non conven. cum hæret. p. 222. e. delet *omnes.*

℣. 10. Hic verſus abeſt à Mſ. S. Germani, ut & pars media verſûs ſubſeq. ita ſuppletur ex Auguſt. col. 27. d. *Exaudivit Dominus deprecationem meam, Dominus orationem meam adſumpſit.* Similiter in Pſalt. Rom. & ap. Caſſiod. p. 29. c. In Breviar. Mozarab. *ſuſcepit*, pro *adſumpſit ;* in Gr. προσεδέξατο.

℣. 11. Aug. in hunc Pſ. col. 27. e. 28. c. ſic : *Erubeſcant, & conturbentur omnes inimici mei : convertantur & confundantur valde velociter :* at infra 28. e. *convertantur & erubeſcant valde velociter.* In Pſalt. Corb. *Erubeſcant, & revereantur omnes inimici mei : avertantur & erubeſc. valde velociter.* In Rom. Mediolan. & Carnut. *avertantur retrorsùm, & erubeſcant valde velociter.* Similiter ap. Caſſiod. in hunc Pſ. p. 30. a. qui etiam delet ſup. *vehementer*, cum edd. Ald. & Compl. In Breviar. Mozarab. *avertantur & confundantur valde velociter.* Apud Ambr. l. de parad. to. 1. col. 177. b. *confundantur & convertantur omnes valde velociter.* Græcum Vat. cum Vulgata concinit ; at in Mſ. Alex. ſic : ἀποστραφήσαν εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ καταισχυνθήσαν, &c. in Vat. ἐπιστραφήσαν καὶ αἰσχυνθήσαν, &c.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
1. Pſalmus David, quem cantavit Domino pro verbis Chuſi filii Jemini. (2. *Reg.* 16.) VII.	*Ignoratio David, quod cecinit Domino ſuper verba Æthiopis filii Jemini. VII.*	1. Pſalmus David, quem cantavit Domino pro verbis Chuſi filii Emini. VII. *Ex Mſ. Sangerm.*
2. DOmine Deus meus in te ſperavi : ſalvum me fac ex omnibus perſequentibus me, & libera me.	*DOmine Deus meus in te ſperavi : ſalva me ab omnibus perſequentibus me, & libera me.*	2. DOmine Deus meus in te ſperavi : libera me de omnibus perſequentibus me, & eripe me.
3. Nequando rapiat ut leo animam meam, dum non eſt qui redimat, neque qui ſalvum faciat.	*Ne fortè rapiat ut leo animam meam : laceret, & non ſit qui eruat.*	3. Nequando rapiat ut leo animam meam, dum non eſt qui redimat, neque qui ſalvum faciat.
4. Domine Deus meus ſi feci iſtud, ſi eſt iniquitas in manibus meis :	*Domine Deus meus ſi feci iſtud, ſi eſt iniquitas in manibus meis :*	4. Domine Deus meus ſi feci iſtud, ſi eſt iniquitas in manibus meis :
5. Si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam meritò ab inimicis meis inanis.	*Si reddidi retribuentibus mihi malum, & dimiſi hoſtes meos vacuos :*	5. Si reddidi retribuentibus mihi mala, decedam meritò ab inimicis meis inanis.
6. Perſequatur inimicus animam meam, & comprehendat, & conculcet in terra vitam meam, & gloriam meam in pulverem deducat.	*Perſequatur inimicus animam meam, & apprehendat, & conculcet in terra vitam meam, & gloriam meam in pulverem collocet.*	6. Perſequatur inimicus animam meam, & comprehendat, & conculcet in terra vitam meam, & gloriam meam

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Aug. in hunc Pſ. niſi quòd habet *ipſi David*, è Gr. τῷ Δαυίδ ; & in fine *Gemini*. Pſalt. Rom. delet *ipſi*, & habet *Jemini*. In Breviario Mozarab. ſic : *pro verbis quaſi filii Gemini*, ſed mendosè, pro *Chuſi filii*, in Gr. Χοὶ υἱοῦ Ἰεμεναί· cætera ut in Latino.

℣. 2. Sic apud Caſſiod. in hunc Pſ. p. 31. b. exceptâ unâ præp. *ab*, pro *de :* ſic etiam in Pſalt. Rom. Auguſt. in eund. Pſ. equidem legit in fine, *eripe me*, ſed habet ſup. *ſalvum me fac ex*, &c. cum Vulg. Auguſtino favet Breviar. Mozarab. In Corb. ſic : *ab omnibus perſeq. me, & eripe me.* In Gr. σῶσόν με ἐκ..... ἐκ ῥῦσαί με.

℣. 3. Ita Aug. & Caſſiod. in eund Pſ. cum Græco. In Pſalt. Corb. *dum non ſit qui redimat.*

℣. 4. Concinunt Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Græco. Breviar. Mozarab. loco *iſtud*, habet *hæc ;* Chromat. Aquil. in Matth. p. 985. e. *hæc ;* Gr. τοῦτο. Ambr. l. 2. de Jacob, c. 5. to. 1. col. 466. b. ſimiliter habet, *ſi eſt iniquitas*, &c.

℣. 5. Similiter Ambroſ. lib. de Joſ. c. 1. to. 1. col. 484. a. & l. 2. de Jacob, c. 5. col. 466. b. cum verbo *decidam :* vide etiam inf. col. 326. e. 740. c. 1100. d. 1327. e. & l. 3. offic. to. 2. col. 122. f. cui ſuccinit Chromat. Aquil. in Matth. p. 985. e. cum Caſſiodoro. At Auguſt. in hunc Pſ. col. 30. f. pro *meritò*, legit *ergo ;* item infra, col. 31. a. & 34. g. Gr. ἄρα, &c. ut ſup. In Pſalt. Corb. ita : *Si retribui retribuentibus.... decedam meritò*, &c.

℣. 6. Sic Ambr. l. 2. de Jac. c. 5. col. 466. b. uſque ad verbum *comprehendat*. Similiter Aug. in eund. Pſ. ſed addit, & *conculcet in terram*, &c. ut ſup. Gr. εἰς γῆν. Caſſiod. in eund. Pſ. hab. & *comprehendat eam*, cum Pſalt. Rom.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. in pulverem deducat. DIAPSALMA.	SEMPER.	
7. Exſurge Domine in ira tua : exaltare in finibus inimicorum meorum.	*Surge Domine in furore tuo : elevare indignans ſuper hoſtes meos,*	7. Exſurge Domine in ira tua : & exaltare in finibus inimicorum meorum.
Exſurge Domine Deus meus in præcepto quod mandaſti : 8. & Synagoga populorum circumibit te.	*Et conſurge ad me judicio quod mandaſti : & congregatio tribuum circumdet te,*	Et exſurge Domine Deus meus in præcepto quod mandaſti : 8. & ſynagoga populorum circumdabit te.
Et propter hanc in altum convertere : 9. Domine judica populos.	*Et pro ea in altum revertere : Dominus judicabit populos.*	Et propter hanc in altum regredere : 9. Dominus judicat populos.
Salvum fac me Domine ſecundùm juſtitiam meam, & ſecundùm innocentiam meam ſuper me.	*Judica me Domine ſecundùm juſtitiam meam, & ſecundùm ſimplicitatem meam quæ eſt in me.*	Judica me Domine ſecundùm juſtitiam meam, & ſecundùm innocentiam meam ſuper me.
10. Conſummetur verò nequitia peccatorum, & diriges juſtum ; & ſcruta corda & renes Deus.	*Conſumatur malum iniquorum, & confirmetur juſtus : & probator cordis & renum Deus juſtus.*	10. Conſumetur nequitia peccatorum, & diriges juſtum, ſcrutans corda & renes Deus. *1. Par. 28. 9. Jer. 11. 20. 17. 10. & 20. 12.*
Juſtum 11. adjutorium meum à Domino, qui ſalvos facit rectos corde.	*Clypeus meus in Deo, qui ſalvat rectos corde.*	Juſtum 11. adjutorium meum à Domino, qui ſalvos facit rectos corde.
12. Deus judex juſtus, & fortis, & patiens : nunquid iraſcetur per ſingulos dies ?	*Deus judex juſtus, & fortis, & comminans tota die.*	12. Deus judex juſtus, fortis, & patiens : nunquid iraſcitur per ſingulos dies ?
13. Niſi converſi fueritis, gladium ſuum vibrabit : arcum ſuum tetendit, & paravit illum.	*Non convertenti gladium ſuum acuet : arcum ſuum tetendit, & paravit illum.*	13. Niſi converſi fueritis, gladium ſuum vibrabit : arcum ſuum tetendit, & paravit illum.
14. Et in ipſo paravit vaſa mortis, ſagittas ſuas ardentibus effecit.	*Et in ipſo paravit vaſa mortis, ſagittas ſuas ad comburendum operatus eſt.*	14. Et in eo paravit vaſa mortis, ſagittas ſuas ardentibus effecit.
15. Ecce parturivit injuſtitiam : concepit dolorem, & peperit iniquitatem.	*Ecce parturit iniquitatem, & concepto dolore, peperit mendacium.*	15. Ecce parturiit injuſtitiam : concepit dolorem, & peperit iniquitatem. *Job. 15. 35. Iſa. 59. 4.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Aug. delet *eam*, cum Græco ; ubi κατασκηνώσαι, pro *deducat*.

℣. 7. *Diapſalma* hîc non præmittitur in edd. Ald. & Compl. neque id memoratur ab Auguſt. in conſequentibus etiam ipſe concordat cum Vulg. Caſſiodorus legit *inimicorum tuorum*, cum Pſalt. Rom. & Corb. abſque ſeq. *&*, quod etiam in Gr. deeſt, ut ſup. ante *exaltare* ; at loco *tuorum*, legitur *μῦ* ; in edd. Ald. & Compl. *οὗ* : deinde ἐν ἐξεγέρθητι ſ in Mſ. etiam Alex. præponitur *καί*. In Pſalt. Corb. exſtat ſup. *Diapſalma*, deeſtque *&*, ante *exaltare*, ut & poſt *tuorum* ; ſed pro *quod mandaſti*, eſt *quo mandaſti*.

℣. 8. Auguſt. in hunc Pſ. col. 32. f. *& congregatio populorum circumdabit te. Et propter hanc in altum regredere.* Hieron. in Iſai. 56. to. 3. col. 411. f. *congregatio populorum circumdabit te. Propter hanc in excelſum convertere.* Pſalt. Rom. & Corb. habent *regredere*. Gr. ἡ συναγωγὴ λαῶν κυκλώσει σε. Καὶ ὑπὲρ ταύτης εἰς ὕψος ἐπίστρεψον.

℣. 9. Aug. in hunc Pſ. n. 8. nil differt à Vulg. Caſſiod. verò in eund. p. 32. c. habet cum Pſalt. Rom. & Corb. *Domine judica populos. Judica me Domine ſecundùm juſtitiam meam, & ſec. innocentiam manuum mearum ſuper me.* Similiter in Pſalt. Mozarab. & Mediolan. *manuum mearum ſuper me.* In Carnut. *Domine judica populos.* In Gr. Κύριος κρινεῖ λαούς. Κρῖνόν με Κύριε κατὰ τὴν δικαιοσύνην μου, & κατὰ τὴν ἀκακίαν μου ἐπ' ἐμοί. Hieronymus epiſt. ad Sun. & Fretel. to. 2. col. 630. c. ait ſic haberi in Græco, κατὰ τὴν δικαιοσύνην σου, *id eſt*, juxta juſtitiam tuam : *ſed & in hoc malè*, inquit ; *in Hebræo enim* ſedeci *hab. quod interpretatur* juſtitia mea : *ſed & omnes Interpretes* juſtitiam meam *voce ſimili tranſtulerunt.*

℣. 10. Aug. in hunc Pſ. n. 9. ſic habet : *Conſummetur autem nequitia*, &c. ut in Vulg. Pſalt. Mediolan. *Conſummetur verò*, &c. Caſſiod. in eund. Pſ. p. 32. c. *Conſummetur nequit. pecc. & dirige juſtum, ſcrutans corda & renes Deus juſtus.* Similiter in Pſalt. Rom. & Corb. excepto ultimo *juſtus*, quod deeſt. Hilarius in Pſ. 139. p. 527. d. *ſcrutans corda & renes Deus.* Eidem ſavet Tertul. l. 5. contra Marc. Ambroſ. verò l. 3. de Spir. S. to. 2. col. 695. e. hab. *Deus ſcrutans corda & renes.* Gaud. Brix. ſer. 8. p. 944. a. *ſcrutans corda & renes Deus.* In Gr. Συντελεσθήτω δὴ πονηρία..... & κατευθυνεῖς δίκαιον, ἐτάζων καρδίας & νεφροὺς ὁ Θεός· ed. Compl. addit δίκαιως, *juſtè*, al. δίκαιος, *juſtus*.

℣. 11. Aug. in hunc Pſ. n. 10. *Juſtum auxilium meum* à, &c. Gr. Δικαία ἡ βοήθειά μου, &c.

℣. 12. Hilar. in Pſ. 2. & 59. col. 35. e. 137. e. ita legit : *Deus judex juſtus, fortis, & magnanimus : nunquid iraſcetur per ſing. dies ?* at infra, l. 4. de Trin. col. 830. f. habet *fortis, & patiens.* Caſſiod. in Pſ. 7. p. 33. a. *fortis, & longanimis : nunquid iraſcetur*, &c. Auguſt. in eund. Pſ. n. 12. *Deus jud. juſtus, fortis, & longanimis ; non iram adducens per ſingulos dies ;* tum addit : *Significantius fortaſſe dicitur* iram adducens, *quàm* iraſcens ; *& ita in exemplaribus Græcis invenimus.* Apud Tertul. l. de pudic. p. 1005. b. *Deus judex juſtus*, nec plura. In Pſalt. Corb. *Deus judex juſtus, & fortis, & patiens : nunquid iraſcetur*, &c. Item in Carnut. *nunquid iraſcetur ;* at in Mediolan. *non iram adducens.* In Rom. *fortis, & longanimis : nunquid iraſcitur*, &c. In Mozarab. *fortis, & longanimis, & non iram adducens*, &c. In Gr. Ὁ Θεὸς..... ἰσχυρὸς, & μακρόθυμος· μὴ ὀργὴν ἐπάγων καθ' ἑκάστην ἡμέραν ; Vide Agellium in hunc loc. Hexapl. to. 1. p. 481. Not. 11.

℣. 13. Similiter hab. Hilar. in Pſ. 2. n. 18. col. 35. e. addito uno *&*, poſt *vibravit ;* quod ult. rurſus habet ibid. non *vibrabit*. Auguſt. in hunc Pſ. n. 13. ita : *Niſi convertimini, gladium ſuum vibrabit*, &c. Fulg. l. 2. de verit. præd. c. 5. p. 461. & Caſſiod. in eund. Pſ. p. 33. b. cum Pſalt. Mozarab. & Corb. *Niſi convertamini*, &c. ut in Vulg. In Pſalt. Rom. *Niſi convertamini, gladium ſuum vibravit*, &c. Obſervat Aug. in hunc Pſ. n. 13. col. 36. d. *in aliis exemplaribus, pro eo quod eſt, Gladium ſuum vibrabit*, ita legi, *frameam ſuam ſplendificabit.* In Gr. Ἐὰν μὴ ἐπιστραφῆτε, τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ σιλεῖ ὠσει, &c. ut in Lat.

℣. 14. Ita Pſalt. Rom. cum Corb. & Mozarab. Hilarius in Pſ. 2. n. 18. col. 35. e. ſic habet : *Et in eo paravit vaſa mortis, ſagittas ſuas arſuris operatus eſt :* ſimiliter in Pſ. 59. col. 137. e. & in Pſ. 118. col. 373. a. & in Pſ. 126. col. 421. f. In Gr. Καὶ ἐν αὐτῷ ἡτοίμασε..... τοῖς καιομένοις ἐξειργάσατο. Auguſt. in Pſ. 7. n. 14. *Et in ipſo paravit..... ardentibus operatus eſt :* & infra, col. 37. a. addit : *Nam in Græcis exemplaribus ita invenitur,* ſagittas ſuas ardentibus operatus eſt ; *Latina autem* ardentes *plenius habent.* Nunc etiam in Pſalt. Carnut. ita legitur, *ardentes operatus eſt.*

℣. 15. Ambroſ. l. 3. de interpel. Job, c. 4. col. 658. c. & Auguſt. in Pſ. 7. n. 16. legunt *laborem*, non *dolorem* ; in Gr. πόνον ; cætera ut in textu.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
16. Lacum aperuit, & effodit eum: & incidit in foveam, quam fecit.	*Lacum aperuit, & effodit eum; & incidet in interitum, quem operatus eſt.*	16. Lacum aperuit, & fodit eum: & incidit in foveam, quam fecit. *Ex Mſ. Sangerm.*
17. Convertetur dolor ejus in caput ejus: & in verticem ipſius iniquitas ejus deſcendet.	*Revertetur dolor ſuus in caput ejus, & ſuper verticem ejus iniquitas ſua deſcendet.*	17. Convertetur dolor ejus in caput ejus: & in verticem ejus iniquitas ejus deſcendet.
18. Confitebor Domino ſecundùm juſtitiam ejus: & pſallam nomini Domini altiſſimi.	*Confitebor Domino ſecundùm juſtitiam ejus, & pſallam nomini Domini altiſſimi.*	18. Confitebor Domino ſecundùm juſtitiam ejus: & pſallam nomini Domini altiſſimi.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 16. Concinit Breviar. Mozarab. ad verbum. Pſalt. verò Rom. hab. *effodit eum:* & *incidet*, &c. Ambroſ. l. de Spir. S. to. 2. col. 634. b. *Lacum aper.* & *effodit eum:* & *incidit in foveam, quam operatus eſt.* Auguſt. in hunc Pſ. n. 17. *Lacum aperuit*, & *effodit illum:* & poſt paulò: *incidet ergo in foveam, quam fecit:* at in Pſ. 5. col. 20. b. *incidit in foveam, quam operatus eſt.* Suffragatur S. Paulin. epiſt. 1. p. 3. a. dicens: *Incident in foveam, quam operantur.* In Gr. ᾧ ἀνέσκαψεν αὐτόν· ᾧ ἐμπεσεῖται..... ὃν εἰργάσατο.

℣. 17. Ita legit Caſſiod. in hunc Pſ. p. 33. b. cum Pſalt. Rom. Aug. verò in eund. n. 18. ſic: *Convertetur labor ejus in caput ejus:* & *iniquitas ejus in verticem ejus deſcendet:* itidem in Pſ. 37. col. 298. f. In Gr. Ἐπιστρέψει ὁ πόνος αὐτοῦ, &c. ut ſup. In Pſalt. Corb. & *ſuper vertice ejus iniquitas ejus deſcendit.* S. Paulin. epiſt. 1. p. 3. a. alludens dicit: *In caput eorum iniquitas ipſorum convertetur:* item vit. Ambr. to. 2. p. 4. c. *ſed iniquitas ejus in verticem ipſius deſcendit.*

℣. 18. Ita Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. In Gr. deeſt tantùm &, ante *pſallam;* at in Mſ. Alex. eſt ᾧ ψαλῶ.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
1. In finem pro torcularibus, Pſalmus David. VIII.	*Victori pro torcularibus, Canticum David. VIII.*	1. In finem pro lacis torcularibus, Pſalmus ipſi David. VIII. *Ex Mſ. Sangerm.*
2. DOmine Dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum in univerſa terra!	*DOmine dominator noſter, quàm grande eſt nomen tuum in univerſa terra;*	2. DOmine Deus noſter, quàm admirabile eſt regnum tuum in univerſa terra!
Quoniam elevata eſt magnificentia tua ſuper cœlos.	*Qui poſuiſti gloriam tuam ſuper cœlos!*	Quoniam elevata eſt magnificentia tua ſuper cœlos.
3. Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem propter inimicos tuos, ut deſtruas inimicum & ultorem.	*Ex ore infantium & lactentium feciſti laudem propter adverſarios tuos, ut quieſcat inimicus, & ultor.*	3. Ex ore infantium & lactantium perfeciſti laudem propter inimicos tuos, ut deſtruas inimicum & defenſorem.
4. Quoniam videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum: lunam & ſtellas, quæ tu fundaſti.	*Videbo enim cœlos tuos, opera digitorum tuorum; lunam & ſtellas, quæ fundaſti.*	4. Quoniam videbo cœlos, opera digitorum tuorum: lunam & ſtellas, quas tu fundaſti.
5. Quid eſt homo, quòd memor es ejus? aut filius hominis, quoniam viſitas eum?	*Quid eſt homo, quoniam recordaris ejus? vel filius hominis, quoniam viſitas eum?*	5. Quid eſt homo, quòd memor es ejus? aut filius hominis, quoniam viſitas eum?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Auguſt. in hunc Pſ. dempta voce *lacis*, quæ etiam abeſt à Græco. In Pſalt. Rom. non *lacis*, ſed *laſſis*, abſque *torcularibus*, & *ipſi David*. In Mozarab. ſimpliciter: *In finem, Pſalmus David*. In Corb. *In finem pro lacis, Pſalmus David*. Ejuſdem tituli mentionem facit Hilarius, prologo in Pſ. n. 13. col. 8. d. *In Pſalmo*, inquit, *qui octavo in numero diſpoſitus eſt.....* pro torcularibus *titulus adjectus eſt:* & inf. *Octavus*, & *octogeſimus*, & *octogeſimus tertius Pſalmus hunc habent titulum.* Similiter Ambroſ. in Pſ. to. 1. col. 741. e. & 777. c. Vide etiam Auguſt. in Pſ. 83. to. 4. col. 878.

℣. 2. Ambroſ. l. de inſtit. virg. to. 2. col. 251. e. & l. 6. de Sacram. col. 386. b. c. concordat cum Vulg. ſicut Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſal. necnon vetera Pſalt. In Græco ſimiliter, Κύριε ὁ Κύριος ἡμῶν, ὡς θαυμαστὸν τὸ ὄνομά σου, &c.

℣. 3. Accinunt magno conſenſu Pſalt. Rom. Mediolan. Corb. Carnut. & Mozarab. ultimòque legunt *defenſorem*. Similiter Ambroſ. in Pſ. 37. to. 1. col. 825. f. Vide etiam ſup. 575. b. & to. 2. col. 223. c. 251. e. 869. b. 1485. e. Item Sulpic. Sev. vit. S. Mart. p. 351. c. & S. Paulin. ep. 24. p. 165. b. Auguſt. verò in Pſ. 102. col. 1122. f. legit *inimicum* & *vindicatorem*; tum addit: *Nonnulli codices* defenſorem *habent*, *ſed verius* vindicatorem. S. Pacianus ſer. de Bapt. p. 318. e. *ut reſolvas inimicum* & *vindicatorem*. Gr. τὸ καταλῦσαι ἐχθρὸν καὶ ἀντιδικητήν. cæt. ut in Lat. ſup. PP. Lat. conſtanter ſcribunt *lactentium*, non *lactantium*. Apud Tertullianum etiam hoc legitur, lib. de anima, p. 486. f. *Chriſtus ex ore lactentium* & *parvulorum expediendo laudem, nec pueritiam, nec infantiam hebetes pronunciavit.*

℣. 4. Apud Aug. in hunc Pſ. col. 41. e. legitur *cœlos tuos*, ſed renitentibus xi. Mſs. imo infra, col. 41. f. & 42. d. bis omittitur *tuos*; conſtanter etiam habetur infra *quas*, non *quos*. Ambroſius, l. de apolog. Dav. to. 1. col. 730. b. & in Pſ. 43. col. 914. d. leg. *cœlos tuos:* item l. 6. de Sacram. to. 2. col. 386. b. c. & l. 3. de Spir. S. col. 671. b. cum hac voce *quas:* at vocem *tuos* omittunt conſtanter antiq. Pſalteria, Rom. Mediolan. Carnut. Corb. & Moz. In Rom. autem & Corb. legitur *quas*, ſicut apud Caſſiod. in hunc Pſ. p. 35. b. qui etiam retinet *tuos*. Ap. S. Pacianum, ſer. de Bapt. p. 318. e. ita: *Quoniam videbo cœlos, opus digitorum tuorum.* In Gr..... τὰς ἡμέρας, ἔργα τῶν..... ἃς ἀσέβεις, ἃ σὺ ἐθεμελίωσας. De hoc autem, *cœlos tuos*, ita Hieronym. reſpondet Sun. & Fretel. to. 2. col. 630. c. *Et dicitis*, inquit, *quòd* tuos *in Græco non habeat: verum eſt; ſed in Hebræo legitur* ſamacha, *quod interpretatur* cœlos tuos, & *de editione Theodotionis in LXX. Interpretibus additum eſt ſub aſteriſco.* Hunc etiam aſteriſcum præfert Pſalt. Gallic. editum to. 1. nov. edit. Hieron. col. 1229. d.

℣. 5. Sic habet Hilar. in Pſ. 143. col. 555. c. Similiter Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. col. 1093. a. ni excipias *quia*, pro *quoniam:* at l. 3. de interpel. Job, c. 6. col. 632. f. & l. 2. de fide, to. 2. col. 482. b. habet, *niſi quia viſitas eum?* & lib. de Iſaac, c. 2. to. 2. col. 358. a. *niſi quòd*, &c. verùm l. 6. de Sacram. col. 386. b. c. ita: *Quid eſt homo, quòd meminiſti ejus? aut filius hom. quoniam viſitas eum?* at in Pſ. 38. to. 1. col. 850. e. & l. 4. de interpel. Dav. c. 9. col. 670. f. *Quid enim eſt homo, niſi quia memor es ejus?* Similiter ap. Aug. epiſt. 186. to. 2. col. 675. f. *Quid eſt homo, niſi quòd memor es ejus?* ſed in Pſ. 8. col. 42. e. ita: *Quid eſt homo, quia memor es... quoniam tu viſitas eum?* Junil. Afric. l. 2. de partib. div. leg. c. 22. p. 348. *Quid eſt homo, niſi quòd memor es ejus? aut filius hom. niſi quia viſitaſti eum?* Gr. Τί ἐστιν ἄνθρωπος, ὅτι μιμνήσκῃ (al. μνημονεύεις) αὐτοῦ; ἢ υἱὸς ἀνθρώπου,

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.	
Ex Mſ. Sangerm. 6. Minuiſti eum paulò minùs ab angelis, gloriam & honorem coronaſti eum : 7. & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.	*Minues eum paulò minùs à Deo, gloria & decore coronabis eum : dabis ei poteſtatem ſuper opera manuum tuarum.*	6. Minuiſti eum paulò minùs ab angelis, gloria & honore coronaſti eum : 7. & conſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.	*Hebr.* 2. 7.
8. Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus, oves & boves univerſas, inſuper & pecora campi ;	*Cuncta poſuiſti ſub pedibus ejus, oves & armenta omnia, inſuper & animalia agri ;*	8. Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus, oves & boves univerſas, inſuper & pecora campi ;	*Gen.* 1. 28. *1. Cor.* 15. 26.
9. Volucres cœli, & piſces maris, qui perambulant ſemitas maris.	*Aves cœli, & piſces maris, qui pertranſeunt ſemitas marium.*	9. Volucres cœli, & piſces maris, qui perambulant ſemitas maris.	
10. Domine Dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum in univerſa terra !	*Domine dominator noſter, quàm grande eſt nomen tuum in univerſa terra !*	10. Domine Dominus noſter, quàm admirabile eſt nomen tuum in univerſa terra !	

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ὅτι ἐπισκέπτῃ αὐτόν ;

℣. 6. Concinit Pſalt. Corb. ad verbum. Tertul. l. de carne Chr. p. 550. a. legit : *Minuiſti eum modicum quid citra angelos ;* paulò verò poſt, *Minoraſti eum modicò citra angelos :* ſic etiam l. cont. Prax. p. 855. b. ſed l. adv. Gnoſt. p. 847. b. ita : *Minoratus modicum quid citra*, &c. at lib. adv. Jud. c. 14. p. 148. a. deeſt *quid :* & lib. 4. adv. Marc. p. 715. c. legit : *Minoratus modicò citra*, &c. & lib. adv. Jud. c. 14. p. 148. a. *Diminuit illum modicum quid citra angelos, gloria & honore coronavit illum :* ſimiliter l. 3. adv. Marc. p. 671. c. lib. verò 2. p. 654. c. *Diminuens illum modicò citra angelos.* Ambroſ. l. 2. de interpel. Dav. c. 4. to. 1. col. 644. b. & l. 2. de fide, to. 2. col. 482. b. & l. 6. de Sacram. col. 386. b. *Minoraſti eum paulò minùs ab angelis, gloriâ &*, &c. Ambroſio favet Fauſtinus presb. l. cont. Arian. p. 647. b. cum Fulg. de fide orth. ad Donat. p. 203. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. *Minuiſti eum paulò minùs ab*, &c. ut in Vulg. In Pſalt. Mozarab. *Minoraſti*, &c. In Gr. Ἠλάττωσας αὐτὸν βραχύ τι παρ' ἀγγέλους, δόξῃ καὶ, &c.

℣. 7. In Mſ. Germ. mendosè legitur *ſupera*, pro *ſuper opera*, quod correximus è Gr. ἐπὶ τὰ ἔργα. Accinunt Ambr. l. 6. de Sacram. to. 2. col. 386. c. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. Tertul. verò, l. 3. cont. Marc. p. 671. c. & l. contra Jud. c. 14. p. 148. a. hunc verſiculum prætermittere videtur, cùm jungat utroque loco verſum anteced. cum ſubſeq. hoc modo : *Coronavit illum*, & *ſubjecit omnia ſub*, &c. In Pſalt. Corb. & *conſtituiſti eum ſuper omnia opera man. tuarum.*

℣. 8. Concinunt Auguſt. in hunc Pſ. & Ambroſ. l. de Noe, c. 10. to. 1. col. 239. f. ut & l. de Elia, c. 19. col. 557. c. item to. 2. col. 36. a. 386. c. 546. d. 578. c. Ambroſiaſt. p. 161. a. ſic habet : *Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus, gloria & honore coron. eum.* Tertull. l. 5. adv. Marc. p. 799. a. *Omnia ſubjeciſti ſub pedibus ejus :* item l. 3. adv. Marc. p. 671. c. & l. cont. Jud. c. 14. p. 148. a. Exinde Gr. hab. πάσας, pro *univerſas*, ſicut ἔτι δὲ, pro *inſuper*. Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. ἅπασας, ἔτι δέ. Apud Caſſiodor. p. 36. a. deeſt vox *univerſas.*

℣. 9. Sic Ambroſ. l. de Elia, c. 19. to. 1. col. 557. c. cum Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. Gr. hab. in fine, τρίβους θαλασσῶν. In Pſalt. Corb. deeſt &, poſt *cœli.*

℣. 10. Ita Auguſt. in hunc Pſ. cum Caſſiod. In Græco, ὡς θαυμαστὸν ὄνομά σου ἐν πάσῃ, &c.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
1. In finem propter occulta filii, Pſalmus ipſi David. IX.	*Victori ſuper morte filii, Canticum David. IX.*	1. In finem pro occultis filii, Pſalmus David. IX.
Ex Mſ. Sangerm. 2. CONfitebor tibi Domine in toto corde meo : narrabo omnia mirabilia tua.	*CONfitebor Domino in toto corde meo : narrabo omnia mirabilia tua.*	2. CONfitebor tibi Domine in toto corde meo : narrabo omnia mirabilia tua.
3. Lætabor & exſultabo in te : pſallam nomini tuo Altiſſime,	*Lætabor & gaudebo in te : canam nomini tuo Altiſſime,*	3. Lætabor & exſultabo in te : pſallam nomini tuo Altiſſime,
4. In convertendo inimicum meum retrorsùm : infirmabuntur, & perient à facie tua.	*Cùm ceciderint inimici mei retrorsùm, corruerint, & perierint à facie tua.*	4. In convertendo inimicum meum retrorsùm : infirmabuntur, & peribunt à facie tua.
5. Quoniam feciſti judicium meum & cauſam meam : ſedis ſuper thronum qui judicas æquitatem.	*Feciſti enim judicium meum, & cauſam meam : ſediſti ſuper ſolium judex juſtitiæ.*	5. Quoniam feciſti judicium meum & cauſam meam : ſediſti ſuper thronum qui judicas juſtitiam.
6. Increpaſti gentes, & periit impius : nomen eorum de-	*Increpaſti gentes, periit impius : nomen eorum deleſti in ſempiter-*	6. Increpaſti gentes, & periit impius : nomen eorum deleſti in æter-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Titulus hujus Pſalmi is eſt apud Hilar. col. 53. *In finem pro occultis, Pſalmus David ;* at infra, n. 1. ſic habet cum Pſalt. Corb. *In finem pro occulta filii, Pſalmus David :* item n. 2. *In finem pro occulta filii ;* paulò verò poſt, *In finem pro occultis :* item ibid. n. 2. bis legit, *In fine.* Hieron. epiſt. ad Princip. to. 2. col. 692. a. ait : *In nono Pſalmo titulus inſcribitur : Pro abſconditis filii :* item in Iſai. 7. to. 3. col. 70. f. dicit : *In titulo Pſalmi noni, ubi in Hebræo poſitum eſt* alamoth, *cæteri Interpretes tranſtulerunt*, pro adoleſcentia, *quod LXX. interpretati ſunt*, pro abſconditis. Apud Auguſt. in hunc Pſ. col. 45. g. *Pſalmi hujus inſcriptio eſt : In finem pro occultis filii, Pſalmus ipſi David.* In Pſalt. Rom. Martian. *In finem propter occulta filii, Pſalmus David.* In Breviar. Mozarab. *In finem pro occultis filiis, Pſalmus David.* In Gr. Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῶν κρυφίων τοῦ υἱοῦ, Ψαλμὸς τῷ Δαυίδ.

℣. 2. Ita Auguſt. & Caſſiod. cum Græco.

℣. 3. Sic apud Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. & in Gr.

℣. 4. Pſalt. Mediolan. *Dum avertatur inimicus meus*, &c. ut ſup. Breviar. Mozarab. *In avertendo inimicum meum*, &c. & infra, *cadent*, loco *perient.* Auguſt. in hunc Pſ. col. 48. a. b. *In convertendo.....* & *peribunt*, &c. Caſſiod. in eund. Pſ. cùm Pſalt. Rom. & Corb. & *perient.* Gr. Ἐν τῷ ἀποστραφῆναι τὸν ἐχθρόν μου εἰς τὰ ὀπίσω..... ἠσθένησαν, &c.

℣. 5. Auguſt. in hunc Pſ. ſimiliter habet *æquitatem*, cum Caſſiod. Breviar. Mozarab. Pſalt. Rom. & Corb. at Auguſt. legit *ſedisti ;* Caſſiod. *ſedes*, cum Pſalt. Rom. & Corb. Carnut. *ſedens.* Græc. ἐκάθισας..... ὁ κρίνων δικαιοσύνην.

℣. 6. Ita Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. & aliis. Auguſt. in eund. Pſ. col. 48. f. loco *in æternum*, legit *in ſæculum*, *id eſt*, inquit, *quandiu temporale ſæcu-*

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
num, & in ſæculum ſæculi.	*num, & jugiter.*	leſti in æternum, & in ſæculum ſæculi. *Ex Mſ. Sangerm.*
7. Inimici defecerunt frameæ in finem : & civitates eorum deſtruxiſti. Periit memoria eorum cum ſonitu : 8. & Dominus in æternum permanet. Paravit in judicio thronum ſuum : 9. & ipſe judicabit orbem terræ in æquitate, judicabit populos in juſtitia.	*Inimici completæ ſunt ſolitudines in finem, & civitates ſubvertiſti : Periit memoria eorum cum ipſis. Dominus autem in ſempiternum ſedebit, Stabilivit ad judicandum ſolium ſuum : & ipſe judicabit orbem in juſtitia, judicabit populos in æquitatibus.*	7. Inimici defecerunt frameæ in finem : & civitates deſtruxiſti. Periit memoria eorum cum ſonitu : 8. & Dominus in æternum permanet. Paravit in judicio ſedem ſuam : 9. & ipſe judicavit orbem terræ in æquitatem, judicavit populos cum juſtitia.
10. Et factus eſt Dominus refugium pauperi : adjutor in opportunitatibus, in tribulatione.	*Et erit Dominus elevatio oppreſſo, elevatio opportuna in anguſtia.*	10. Et factus eſt Dominus refugium pauperum : adjutor in opportunitatem, & tribulationem.
11. Et ſperent in te qui noverunt nomen tuum : quoniam non dereliquiſti quærentes te Domine.	*Et confident in te qui noverunt nomen tuum : quoniam non dereliquiſti quærentes te Domine.*	11. Et ſperent in te qui cognoverunt nomen tuum : quoniam non dereliquiſti inquirentes te.
12. Pſallite Domino, qui habitat in Sion : annuntiate inter gentes ſtudia ejus : 13. Quoniam requirens ſanguinem eorum recordatus eſt : non eſt oblitus clamorem pauperum.	*Cantate Domino habitatori Sion : annuntiate in populis cogitationes ejus : Quoniam quærens ſanguinem eorum recordatus eſt, nec oblitus eſt clamoris pauperum.*	12. Pſallite Domino, qui habitat in Sion : adnuntiate inter gentes voluntates ejus : 13. Quoniam requirens ſanguinem eorum moratus eſt : non eſt oblitus orationem pauperum.
14. Miſerere mei Domine : vide humilitatem meam de inimicis meis.	*Miſerere mei Domine : vide afflictionem meam ex inimicis meis,*	14. Miſerere mei Domine, & perſpice humilitatem meam de inimicis meis.
15. Qui exaltas me de portis mortis, ut annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.	*Qui exaltas me de portis mortis, ut narrem omnes laudes tuas in portis filiæ Sion.*	15. Qui exaltas me de portis mortis, ut adnuntiem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.
16. Exſultabo in ſalutari tuo : infixæ ſunt gentes in interitu, quem fecerunt. In laqueo iſto, quem abſconderunt, comprehenſus eſt pes eorum.	*Exſultabo in ſalutari tuo : demerſæ ſunt gentes in interitu, quem fecerunt : In reti quod abſconderunt, captus eſt pes eorum.*	16. Exſultabo in ſalutari tuo : infixæ ſunt gentes in interitu, quem fecerunt. In laqueo iſto, quem abſconderunt, comprehenſus eſt pes eorum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

lum volvitur : at infra, col. 49. b. hæc obſervat : *In Græcis exemplaribus ſic eſt :* εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, *quod Latini plerique interpretati ſunt, non* in ſæculum, & in ſæculum ſæculi ; *ſed* in æternum, & in ſæculum ſæculi ; *ut in eo quod dictum eſt* in ſæculum ſæculi, *illud exponeretur quod dictum eſt* in æternum. *Nomen ergo impiorum deleſti in æternum, quia deinceps nunquam erunt impii :* & *ſi in hoc ſæculum non tenditur nomen eorum, multò minùs in ſæculum ſæculi.* Græc. hodiernum quadrat.

℣. 7. Pſalt. Mozarab. & Corb. hab. *frameâ*, paulòque poſt addunt *eorum*, ad *civitates*. Auguſt. in hunc Pſ. legit *frameæ*, cum Caſſiod. ſed uterque tollit *eorum :* præterea Aug. ibid. & in Pſ. 109. p. 1234. f. pro *ſonitu*, hab. cum Pſalt. Corb. *ſtrepitu*. Item Ambr. in Pſ. 45. to. 1. col. 930. d. *Periit mem. eor. cum ſtrepitu*. Similiter apud Auct. l. de promiſſ. p. 3. col. 187. b. In Græco, Τῷ ἐχθρῷ ἐξέλιπον αἱ ῥομφαῖαι..... καὶ πόλεις καθεῖλες..... μετ' ἦχου.

℣. 8. Ita Pſalter. Rom. & Corb. cum Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. Sic etiam in Breviar. Mozarab. In Gr. εἰς τὸν αἰῶνα μένει. Ἡτοίμασεν ἐν... τὸν θρόνον αὐτοῦ. Idem Aug. in Pſ. 109. col. 1234. f. legit : & *Dominus in æternum manet*. Vigilius Tapſ. l. contra Varim. p. 746. g. *Præparavit in jud. thronum ſuum.*

℣. 9. Aug. in hunc Pſ. & *ipſe judicabit orbem terrarum in æquitate, judicabit populos cum juſtitia*. Item ap. Caſſiod. *cum juſtitia ;* ſicut in Pſalt. Rom. Corb. Carnut. & Moz. In Gr. κρινεῖ τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, κρινεῖ λαοὺς ἐν εὐθύτητι.

℣. 10. Auguſtinus in hunc Pſ. concordat cum Vulg. Caſſiod. verò in eund. legit *pauperum*, cum Breviar. Mozarab. & Pſalt. Rom. In Corb. *pauperis*. In Gr. τῷ πένητι... ἐν εὐκαιρίαις, ἐν θλίψει. Clemens Alex. Stromat. 6. hab. ἐν εὐκαιρίᾳ, ἐν θλίψει. Aquila, εἰς καιρόν.

℣. 11. Auguſt. in hunc Pſ. legit : *Et ſperent in te qui cognoſcunt nomen tuum : quon. non dereliquiſti quærentes te Domine*. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. *Et ſperent in te omnes qui noverunt..... quon. non derelinquis quærentes te Domine.* Pſalt. Carnut. & Mozarab. *non derelinques*. Corb. *non derelinquis*. Gr. Καὶ ἐλπισάτωσαν ἐπὶ σὲ οἱ γινώσκοντες..... ὅτι οὐκ ἐγκατέλιπες τοὺς ἐκζητοῦντάς σε Κύριε. In Mſ. Alex. πάντες οἱ γινώσκοντες ; & infra in Compl. τοὺς ζητοῦντας, &c.

℣. 12. Brev. Moz. hab. *qui habitatis in Sion ;* & in fine, non *voluntates*, ſed *mirabilia ejus*. Similiter apud Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. ſicut in Pſalt. Rom. Corb. & Carnut. *mirabilia ejus*. In Gr. τῷ κατοικοῦντι ἐν Σιών... ἐν τοῖς ἔθνεσι τὰ ἐπιτηδεύματα αὐτοῦ.

℣. 13. Auguſt. in hunc Pſ. legit... *memoratus eſt : non eſt oblitus clamorem paup.* Caſſiod. in eund. Pſ..... *memoratus eſt : non eſt oblitus orationem paup.* Brev. Moz..... *memoratus eſt :* & *non eſt oblitus orationes paup.* Pſalt. Rom..... *memoratus eſt :* & *non eſt oblitus orationis paup.* Carnut. *orationem.* Corb. *Quia requirens... memoratus eſt :* & *non eſt oblitus orationem pauperum.* Græc..... τὰ αἵματα αὐτῶν ἐμνήσθη· οὐκ ἐπελάθετο τῆς δεήσεως τῶν, &c. Mſ. Alex. τῆς φωνῆς τῶν ; Ald. & Compl. τῆς κραυγῆς.

℣. 14. Brev. Moz. loco & *perſpice*, habet & *vide*. Similiter in Pſalt. Rom. ut & *mihi*, loco *mei*. Auguſt. in hunc Pſ. concordat cum Vulg. niſi quòd habet *ab*, loco *de :* ſimiliter in Pſalt. Corb. In Gr. Ἐλέησόν με Κύριε ἴδε..... ἐκ τῶν, &c.

℣. 15. Sic Ambroſ. l. de bono mort. c. 12. to. 1. col. 413. a. & l. 4. de fide, to. 2. col. 525. e. Sic etiam ap. Hilar. in Pſ. 126. col. 422. e. & Caſſiod. in Pſ. 9. præter vocem *laudes*, loco *laudationes*. Apud Auguſt. in eund. Pſ. *univerſas laudes*. In Pſalt. Rom. & Corb. *omnes laudes*. In Gr. ὅπως ἂν ἐξαγγείλω πάσας τὰς αἰνέσεις, &c.

℣. 16. Auguſt. in hunc Pſ. ita legit : *Exſultabo ſuper ſalutare tuum : infixæ ſunt gentes in corruptione, quam fecerunt. In muſcipula iſta, quam occultaverunt, comprehenſus eſt*, &c. Apud Caſſiod. ſimiliter *occultaverunt*, ſicut in Pſalt. Corb. & Mozarab. In Pſalt. Rom. *occultaverunt mihi*. In Gr. Ἀγαλλιάσομαι ἐπὶ τῷ (Mſ. Alex. ἐν τῷ) σωτηρίῳ σου... ἐν διαφθορᾷ, ᾗ ἐποίησαν. Ἐν παγίδι ταύτῃ, ᾗ ἔκρυψαν,

Digitized by Google

Versio antiqua.	Hebr.	Vulgata hod.
Ex Mſ. Sangerm. 17. Cognoſcitur Dominus judicia faciens : in operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator. Canticum diapsalmatis.	*Agnitus eſt Dominus judicium faciens : in opere manuum ſuarum corruit impius, ſonitu.* Semper.	17. Cognoſcetur Dominus judicia faciens : in operibus manuum ſuarum comprehenſus eſt peccator.
18. Convertantur peccatores in infernum, omnes gentes quæ obliviſcuntur Deum.	*Convertantur impii in infernum, omnes gentes quæ oblitæ ſunt Deum.*	18. Convertantur peccatores in infernum, omnes gentes quæ obliviſcuntur Deum.
19. Quia non in finem oblivio erit pauperum : patientia pauperum non peribit in finem.	*Quoniam non in æternum oblivioni erit pauper : exſpectatio pauperum (ſupple non) peribit in perpetuum.*	19. Quoniam non in finem oblivio erit pauperis : patientia pauperum non peribit in finem.
20. Exſurge Domine, non confortetur homo : judicentur gentes in conſpectu tuo Domine.	*Surge Domine, non confortetur homo : judicentur gentes ante faciem tuam.*	20. Exſurge Domine, non confortetur homo : judicentur gentes in conſpectu tuo.
21. Conſtitue Domine legislatorem ſuper eos : ſciant gentes quoniam homines ſunt. Diapsalma.	*Pone Domine terrorem eis : ſciant gentes homines eſſe ſe.* Semper.	21. Conſtitue Domine legislatorem ſuper eos : ut ſciant gentes quoniam homines ſunt.
* *Vide Not.*	*Pſalmus X.*	*Pſalm. X. ſecundùm Hebræos.*
1. Ut quid Domine receſſiſti longè, diſpicis in opportunitatibus, in tribulatione?	*Quare Domine ſtas à longè, deſpicis in temporibus angustiæ?*	1. Ut quid Domine receſſiſti longè, deſpicis in opportunitatibus, in tribulatione?
2. Dum ſuperbit impius, incenditur pauper : comprehenduntur in cogitationibus ſuis quas cogitant.	*In ſuperbia impii ardet pauper : capiantur in ſceleribus quæ cogitaverunt.*	2. Dum ſuperbit impius, incenditur pauper : comprehenduntur in conſiliis quibus cogitant.
3. Quoniam laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ : & qui iniquè gerit, benedicetur.	*Quia laudabitur impius in deſiderio animæ ſuæ :*	3. Quoniam laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ : & iniquus benedicitur.
4. Inritavit Dominum peccator, ſecundùm multitudinem iræ ſuæ inquiret.	*Et avarus applaudens ſibi, blaſphemavit Dominum : impius ſecundùm altitudinem iræ ſuæ non requiret,*	4. Exacerbavit Dominum peccator, ſecundùm multitudinem iræ ſuæ non quæret.
5. Non eſt Deus in conſpectu ejus : polluuntur viæ ejus in	*Nec eſt Deus in omnibus cogitationibus ejus : parturiunt viæ ejus*	5. Non eſt Deus in conſpectu ejus : inquinatæ ſunt viæ illius in

Notæ ad Versionem antiquam.

αντελήφθη, &c.

℣. 17. Sic apud Aug. in hunc Pſ. *cognoſcitur*, &c. è Gr. γινώσκεται. Similiter in Pſalt. Mediolan. Corb. & Carnut.

℣. 18. Auguſt. in hunc Pſ. ait : *Hic interponitur, Canticum diapſalmatis : quaſi occulta lætitia.....* & *ſequitur : Convertantur... gentes quæ*, &c. Similiter in Pſalt. Rom. & Carnut. In Corb. *Canticum diapſalma*. Ap. Caſſiod. ſimpliciter, *Diapſalma*. In Gr. Ὠδὴ διαψάλματος· deinde ſic : Ἀποστραφήτωσαν οἱ..... ἔθνη τὰ ἐπιλανθανόμενα τοῦ Θεοῦ. Caſſiodor. cum Pſalt. Rom. & Corb. legit *Dominum*, non *Deum*. Tertull. l. 4. contra Marc. p. 707. b. *Avertantur peccat. in inferos, omnes nationes quæ Dei obliviſcuntur*. Gr. εἰς τὸν ᾅδην. Ambr. in Pſ. 118. to. 1. col. 1137. b. *Avertantur peccat. in infernum.*

℣. 19. Auguſt. in hunc Pſ. legit *pauperis ;* & in fine, *non periet in æternum :* quinque tamen Mſs. ferunt *peribit ;* alii cum editt. *periet*. Pſalt. Rom. hab. *pauperum ;* item Brev. Moz. *in æternum*. Corb. verò ita : *Quia non in finem obliviſcetur pauperum : patientia pauperum non periet in æternum*. Gr..... ἐπιλανθάνεται ὁ πτωχός· ἡ ὑπομονὴ τῶν πενήτων οὐκ ἀπολεῖται εἰς τὸν αἰῶνα. Mſ. Alex. cum Ald. & Compl. εἰς τέλος. Tertull. l. 4. adv. Marc. p. 707. b. *Quoniam non in finem oblivioni habebitur mendicus : tolerantia pauperum non peribit in finem :* at infra, p. 732. b. *tolerantia juſtorum non periet in finem.*

℣. 20. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſalm. legunt, *non prævaleat homo*. Similiter in Pſalt. Rom. Corb. Carnut. & Brev. Moz. In Gr. μὴ κραταιούσθω ἄνθρωπος. Chryſoſt. Ἅλως, θερευνέσθω. Sed aliubi non additur *Domine* in fine.

℣. 21. Ita Auguſt. in hunc Pſ. abſque conjunct. *ut*, ante *ſciant*, quæ pariter abeſt à Pſalt. Carnut. Corb. & à Græco. Hilarius in Pſ. 118. col. 319. b. c. ſic habet : *Domine, conſtitue legiſlat. ſuper eos : ſciant*, &c. Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1137. a. d. *Conſtitue Domine..... ſup. eos : ſciant*, &c. at infra, 1137. c. & *diſcant gentes*. Gr. γνώτωσαν ἔθνη.

* Hîc Hebræi incipiunt decimum Pſalmum contra Latinorum & Græcorum diſtinctionem ; quo fit ut inter eos numeri Pſalmorum non conveniant uſque ad Pſ. 147. quem Hebræi cum præcedenti conjungentes, atque ex utroque unum facientes, ſic tandem ad numerum Latinorum redeunt. In Pſalt. etiam Corb. interponitur hîc *Diapſalma*.

℣. 1. Auguſt. in hunc Pſ. habet : *Interpoſito Diapſalmate, ſubjicit..... Ut quid Domine..... in oppertunitatibus, in tribulationibus ?* Ambr. in Pſ. 118. to. 1. col. 1137. c. *Ut quid Dom. diſceſſiſti longè ?* Gr. Ἱνατί Κύριε ἀφέστηκας μακρόθεν..... ἐν θλίψει ; at in edd. Ald. & Compl. ἐν θλίψεσι.

℣. 2. Ita Brev. Moz. hab. & Pſalt. Rom. cum Caſſiod. in hunc Pſ. p. 40. c. Auguſt. verò in eund. Pſ. *in cogitat. ſuis quibus cogitant*. In Pſalt. Corb. *in cogit. ſuis quæ cogitant*. In Gr. ἐν διαβουλίοις οἷς διαλογίζονται.

℣. 3. Ita Caſſiod. hab. in hunc Pſ. p. 40. b. cum Pſalt. Rom. Martianæi. Similiter ap. Aug. in eund. Pſ. & lib. 2. de civitate Dei, c. 14. to. 7. col. 69. e. excepto ult. *benedicitur*. Sic etiam in Pſalterio Corb. eſt ut & apud Lucif. Cal. l. de reg. apoſt. p. 219. d. ac Auct. epiſt. ad Demetriad. p. 41. a. & in Pſalt. Rom. Fabri. In Brev. verò Moz. ita : & *qui iniqua agit, benedicetur*. Apud Optat. l. 2. cont. Donat. p. 42. a. & *qui iniqua egerit, benedicetur*. In Gr. καὶ ὁ ἀδίκων εὐλογεῖται· in Ald. & Compl. εὐλογεῖται.

℣. 4. Lucif. Cal. l. de reg. apoſt. p. 219. d. hab. *Exacerbavit Dom... non inquiret*. Breviar. Moz. *Inritabit..... non inquiret*. Auguſt. in hunc Pſ. *Irritavit..... non exquiret*. Caſſiod. in eund. cum Pſalt. Rom. *Irritavit... non inquiret*. Similiter hab. *Irritavit*, Pſalt. Mediolan. & Carnut. Corb. verò, *Inritavit..... ira ſua inquirit*. Græc. Παροξύνει..... οὐκ ἐκζητήσει.

℣. 5. Ita Caſſiod. in hunc Pſal. p. 40. b. cum Pſalt. Moz. Corb. & Carnut. In Rom. ſimiliter *polluuntur ;* ſed abſque *omni*, ante *tempore :* ſecus in Rom. Fabri. Apud Aug. in eund. Pſ. ita : *contaminantur viæ ejus in omni temp...* &

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
omni tempore.	*in omni tempore.*	omni tempore. *Ex Mſ. Sangerm.*
Auferuntur judicia tua à facie ejus : omnium inimicorum ſuorum dominabitur.	*Longe ſunt judicia tua à facie ejus : omnes inimicos ſuos deſpicit.*	Auferuntur judicia tua à facie ejus : omnium inimicorum ſuorum dominabitur.
6. Dixit enim in corde ſuo : Non movebor à generatione in generationem, ſine malo.	*Loquitur in corde ſuo : Non movebor ; in generatione & generatione ero ſine malo.*	6. Dixit enim in corde ſuo : Non movebor de generatione in generationem, ſine malo.
Iſ. 13. 3. *Rom.* 3. 14. 7. Cujus maledictione os plenum eſt, & amaritudine, & dolo : ſub lingua ejus labor & dolor.	*Maledictione os ejus plenum eſt, & dolis, & avaritia : ſub lingua ejus dolor & iniquitas.*	7. Cujus maledictione os plenum eſt, & amaritudine, & dolo : ſub lingua ejus labor & dolor.
8. Sedet in inſidiis cum divitibus in occultis, ut interficiat innocentem.	*Sedet inſidians juxta veſtibula in abſconditis : interficit innocentem.*	8. Sedet in inſidiis cum divitibus in occultis, ut interficiat, interficiant innocentem.
9. Oculi ejus in pauperem reſpiciunt : inſidiatur in abſcondito, quaſi leo in ſpelunca ſua.	*Oculi ejus robuſtos circumſpiciunt : inſidiatur in abſcondito, quaſi leo in cubili.*	9. Oculi ejus in pauperem reſpiciunt : inſidiatur in occulto, ſicut leo in cubili ſuo.
Inſidiatur ut rapiat pauperem : rapere pauperem dum attrahit eum.	*Inſidiatur ut rapiat pauperem : rapiet pauperem, cùm attraxerit eum ad rete ſuum ;*	Inſidiatur ut rapiat pauperem : rapere pauperem dum abſtrahit illum.
10. In laqueo ſuo humiliabit eum, inclinabit ſe, & cadet cùm dominatus fuerit pauperum.	*Et confractum ſubjiciet, & irruet viribus ſuis valenter.*	10. In laqueo ſuo adflictabit illum, inclinavit ſe, & cadet dum dominabitur pauperem.
11. Dixit enim in corde ſuo : Oblitus eſt Deus, avertit faciem ſuam ne videat in finem.	*Dixit in corde ſuo : Oblitus eſt Deus ; abſcondit faciem ſuam, non reſpiciet in perpetuum.*	11. Dixit enim in corde ſuo : Oblitus eſt Deus, avertit faciem ſuam ne videat uſque in finem.
12. Exſurge Domine Deus, exaltetur manus tua : ne obliviſcaris pauperum.	*Surge Domine Deus, leva manum tuam : noli obliviſci pauperum.*	12. Surge Domine Deus, exaltetur manus tua : ne obliviſcaris pauperum in finem.
13. Propter quid irritavit impius Deum ? dixit enim in corde ſuo : Non requiret.	*Quare blaſphemat impius Deum, dicens in corde ſuo, quòd non requiras ?*	13. Propter quid inritavit Dominum peccator ? dixit enim in corde ſuo : Non requiret.
14. Vides, quoniam tu laborem & dolorem conſideras : ut tradas eos in manus tuas.	*Vides, quia tu laborem & furorem reſpicis, ut detur in manu tua.*	14. Vides, quoniam tu laborem & dolorem conſideras : ut tradas eos in manibus tuis.
Tibi derelictus eſt pauper : orphano tu eris adjutor.	*Tibi relinquuntur fortes tui : pupillo tu es factus adjutor.*	Tibi derelictus eſt pauper : pupillo tu eras adjutor.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

omnium inimic. &c. In Pſalt. Carnut. exſtat pariter *contaminantur*. Apud Lucif. Cal. l. de reg. apoſt. p. 219. d. *Non eſt Deus... inquinata ſunt via ejus in omni temp. Auferantur judicia ejus à facie ejus.* In Gr. βεβηλῦνται αἱ ὁδοὶ αὐτῦ ἐν παντὶ καιρῷ. Ἀρταιρεῖται τὰ κρίματά συ ἀπὸ, &c. ut ſup.

℣. 6. Ita legunt Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. In Breviar. Moz. *à generatione & generatione.* In Gr. Οὐ μὴ σαλευθῶ ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεὰν, &c. Lucif. Calar. l. 1. pro S. Athan. p. 191. c. *Dixit in corde ſuo : Non movebor à ſæculo in ſæculum, ſine malo.*

℣. 7. Ita Aug. in hunc Pſ. Caſſiod. verò in eund. p. 41. a. cum Brev. Moz. & Pſalt. Rom. ſic : *Cujus os maledictione, & amaritudine plenum eſt, & dolo*, &c. Lucif. Calar. l. 1. pro S. Athan. p. 191. c. *Cujus os maledict. plenum eſt, & amaritud. & dolo*, &c. In Gr. Οὗ ἀρᾶς τὸ σόμα αὐτῦ γέμει, καὶ πικρίας, καὶ δόλυ, &c.

℣. 8. Sic in Mſ. noſtro cod. geminatur verbum *interficiens*, ſed mendosè, ni fallor, cùm aliubi non ita reperiatur. Lucif. Calar. ubi ſup. concordat cum Vulg. ſicut Auguſt. in hunc Pſal.

℣. 9. Auguſt. in hunc Pſal. habet : *Inſidiatur in occulto, velut leo in cubili ſuo..... rapere paup. dum adtrahit eum.* Pſalt. Corb. *Inſidiatur in occulto, ſicut leo in cubili ſuo. Inſid. ut rapiat inopem : rapere paup. dum adtrahit illum.* Similiter hab. Caſſiod. in eund. Pſ. cum Brev. Moz. & Pſalt. Rom. *Inſidiatur in occulto, ſicut leo in cubili*, &c. & in fine, *attrahit eum.* Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 191. c. *Oculi ejus..... inſidiatur in abſconſo, ſicut leo in ſpelunca ſua. Inſid. ut rap. paup. rapere paup. donec adducat eum in converſatione ſua.* Hieron. in Iſai. 64. to. 3. col. 473. f. *Inſidiatur in apocrypho, quaſi leo in ſpelunca ſua*, &c. S. Paulin. epiſt. 1. p. 3. a. *Inſidiatur in occulto, ut rapiat paup.* Græc. Ἐνεδρεύει ἐν ἀποκρύφῳ, ὡς λέων ἐν τῇ μάνδρᾳ αὐτῦ..... ἁρπάσαι πτωχὸν ἐν τῷ ἑλκύσαι αὐτόν.

℣. 10. Auguſt. in hunc Pſ. ſic legit : *In muſcipula ſua humiliabit eum, inclinabitur, & cadet dum dominabitur pauperum.* Similiter hab. Caſſiod. in eund. Pſ. cum Pſalt. Corb. Mediolan. & Carnut. *dum dominabitur pauperum.* In Brev. Mozar. & *cadent cùm dominabitur pauperum.* In Pſalt. Rom. Martianæi, *dum dominab. pauperis :* in Rom. Fabri, *dum dominabitur pauperum.* Apud Lucif. Calar. l. 1. pro S. Athan. p. 191. c. *In laqueo ſuo humiliavit eum, inclinavit ſe, & cadet dum dominatur pauperum.* In Gr. Ἐν τῇ παγίδι αὐτῦ ταπεινώσει αὐτὸν, κύψει, καὶ πεσεῖται ἐν τῷ αὐτὸν κατακυριεῦσαι τῶν πενήτων.

℣. 11. Ita Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. necnon Pſalt. Rom. & Corb. cum hoc ult. *uſque in finem.* Similiter apud Lucif. Calar. l. 1. pro S. Athan. p. 191. c. niſi quòd deeſt *enim*, poſt *dixit*. At in Gr. Εἶπε γὰρ... εἰς τέλος.

℣. 12. Similiter addunt *in finem*, Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Mediolan. Carnut. & Moz. præterea Rom. & Moz. habent, *Deus meus*, & *exaltetur*, &c. Corb. *Exſurge Domine Deus meus, exaltetur..... ne obliviſc. pauperem in finem.* Gr. Ἀνάστηθι Κύριε ὁ Θεὸς, ὑψωθήτω... μὴ ἐπιλάθῃ τῶν πενήτων· at in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. ὁ Θεός μυ ; item in Ald. & Compl. πενήτων συ εἰς τέλος.

℣. 13. Aug. & Caſſiod. concordant cum Vulg. In Pſalt. Rom. ſic : *irritavit impius Dominum ;* extremòque, *non requiret Deus.* In Corb. *inritavit Dominum peccator..... non requiret Deus.* In Gr. παρώξυνεν ὁ ἀσεβὴς τὸν Θεόν..... ὐ ζητήσει· in Mſ. Alex. Ald. & Compl. ὐκ ἐκζητήσει.

℣. 14. Auguſt. in hunc Pſ. loco *laborem*, legit *iram ;* paulòque poſt, *in manus tuas ;* extremòque, *pupillo tu eris adjutor.* Caſſiod. in eund. Pſ. *Tibi enim derelictus eſt pauper : pupillo tu eris*, &c. Conc. Rom. 3. to. 4. col. 1697. b. *Tibi enim derel... pupillo tu es adjutor.* Pſalt. Rom. & Corb. *in manibus tuis. Tibi enim derelictus eſt pauper : pupillo tu eris*, &c. Brev. Mozarab. *enim in manibus tuis... pupillo tu eris*, &c. In Gr. Βλέπεις, ὅτι σὺ πόνον καὶ θυμὸν κατανοεῖς, τῦ παραδῦναι αὐτὺς εἰς χεῖράς συ. Σοὶ ἐγκαταλέλειπται... ὀρφανῷ σὺ ἦσθα (al. ἔσῃ) βοηθός. Mſ. Alex. non πόνον legit, ſed κόπον ; ſicut Ald. & Compl.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 15. Contere brachium peccatoris & maligni : requiretur delictum ejus, nec invenietur.	*Contere brachium impii & maligni : quæres impietatem ejus, & non invenies.*	15. Contere brachium peccatoris & maligni : quæretur peccatum illius, & non invenietur.
16. Dominus regnavit in æternum, & in ſæculum ſæculi : peribunt gentes de terra ejus.	*Dominus rex ſæculi, & æternitatis : perierunt gentes de terra ejus.*	16. Dominus regnabit in æternum, & in ſæculum ſæculi : peribitis gentes de terra illius.
17. Deſiderium pauperum exaudivit Deus : deſiderium cordis eorum exaudivit auris tua.	*Deſiderium pauperum audivit Dominus : præparaſti cor eorum, audiat auris tua,*	17. Deſiderium pauperum exaudivit Dominus : præparationem cordis eorum audivit auris tua.
18. Judicavit pupillo & humili, ut non apponat ultra magnificare ſe homo ſuper terram.	*Ut judices pupillum & oppreſſum; & nequaquam ultra ſuperbiet homo de terra.*	18. Judicare pupillo & humili, ut non apponat ultra magnificare ſe homo ſuper terram.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

αὐτόν, non αὐτές.

℣. 15. Sic apud Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. ſicut in Pſalt. Corb. & Mozarab. Conſonat etiam Rom. niſi quòd hab. *conteres*, non *contere*. In Gr. Σύντριψον..... ζητηθήσεται ἡ ἁμαρτία αὐτοῦ, καὶ οὐ μὴ, &c. Ap. Symm. ἐκζητηθήσεται.

℣. 16. Auguſt. & Caſſiod. concordant cum Vulg. Pſalt. Corb. hab. *Dom. regnavit..... peribitis*, &c. Gr. Βασιλεύσει Κύριος εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ..... ἀπολεῖσθε, &c.

℣. 17. Auguſt. in hunc Pſ. cum Vulgata concinit, niſi quòd bis leg. *exaudivit*, ut ſup. In Brev. Moz. ſic: *Præparationes cordis eorum exaudivit*, &c. In Pſalt. Rom. *Deſideria cordis eorum exaudivit*, &c. In Corb. *Deſiderium cordis eorum exaudivit*, &c. In Carnut. *Deſiderium cordis eorum audivit*, &c. In Mediolan..... *exaudiſti Domine : præparationes cordis eorum audivit*, &c. Apud Caſſiod. in eund. Pſ. p. 42. a..... *exaudivit Dominus : concupiſcentiam cordis eorum exaudivit*, &c. In Gr... ἐἰσήκουσε Κύριος τὴν ἑτοιμασίαν τῆς καρδίας αὐτῶν προσέσχε τὸ οὖς σου. Edd. Ald. & Compl. circa initium hab. εἰσήκουσας Κύριε.

℣. 18. In Pſalt. Corb. *Judicabit pupillo*, &c. ut ſup. Ap. Aug. & Caſſiod. & al. conſtanter, *Judicare*, è Gr. Κρῖναι. Hieron. in Ezech. 32. col. 926. f. legit : *ut non magnificetur ultra homo ſuper terram*. In Gr. ἵνα μὴ προσθῇ ἔτι μεγαλαυχεῖσθαι ἄνθρωπος ἐπὶ τῆς γῆς.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 1. In finem, Pſalmus ipſi David. X.	*Victori David. XI.*	1. In finem, Pſalmus David. X.
2. IN Domino confido : quomodo dicetis animæ meæ : Tranſmigra in montem ſicut paſſer ?	*IN Domino ſperavi, quomodo dicitis anima mea : Tranſvola in montem ſicut paſſer ?*	2. IN Domino confido : quomodo dicitis animæ meæ : Tranſmigra in montem ſicut paſſer ?
3. Quoniam ecce peccatores tetenderunt arcum, paraverunt ſagittas in pharetram, ut ſagittent in obſcuro rectos corde.	*Quia ecce impii tetenderunt arcum, poſuerunt ſagittam ſuam ſuper nervum, ut ſagittent in abſcondito rectos corde ;*	3. Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, paraverunt ſagittas ſuas in pharetra, ut ſagittent in obſcuro rectos corde.
4. Quoniam quæ perfeciſti, deſtruxerunt : juſtus autem quid fecit ?	*Quia leges diſſipata ſunt : juſtus quid operatus eſt ?*	4. Quoniam quæ perfeciſti, deſtruxerunt : juſtus autem quid fecit ?
5. Dominus in templo ſancto ſuo, in cœlo ſedes ejus : Oculi ejus in pauperem reſpiciunt : palpebræ ejus interrogant filios hominum.	*Dominus in templo ſancto ſuo, Dominus in cœlo thronus ejus : Oculi ejus vident, palpebræ ejus probant filios hominum.*	5. Dominus in templo ſancto ſuo, Dominus in cœlo ſedes ejus : Oculi ejus in pauperem reſpiciunt : palpebræ ejus interrogant filios hominum. *Habac.* 2. 20.
6. Dominus interrogat juſtum & impium : qui autem diligit iniquitatem, odit animam ſuam.	*Dominus juſtum probat : impium autem & diligentem iniquitatem, odit anima ejus.*	6. Dominus interrogat juſtum & impium : qui autem diligit iniquitatem, odit animam ſuam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Auguſt. in hunc Pſ. col. 58. e. cum Græco. In Pſalt. Rom. & Corb. deeſt *ipſi*.

℣. 2. Ita Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 191. c. necnon Ambroſ. in Luc. 12. to. 1. col. 1437. b. & l. de virgin. to. 2. col. 241. e. item Hieron. l. 3. in epiſt. ad Epheſ. to. 4. col. 404. f. niſi quòd omnes leg. *dicitis* ; at in Gr. εἴπατε, *dicetis*, ut ſupra. Aug. in hunc Pſ. bis legit *dicitis* ; poſt paulò verò hab. num. plur. *in montes*, è Gr. εἰς τὰ ὄρη. In Pſalt. Corb. *dicetis... in montem*.

℣. 3. Lucif. Cal. ubi ſup. concordat cum Vulg. Aug. in hunc Pſ. habet *in obſcura luna*, non *in obſcuro* ; cæt. ut in Vulg. item conſtanter epiſt. 55. ad Januar. to. 2. col. 131. f. Apud Optat. l. 2. cont. Donat. p. 41. b. ita : *Quoniam ecce pecc. intenderunt... ſagittas in pharetra ſua, ad ſagittandas obſcurâ lunâ rectos corde*. S. Paulin. ep. 40. p. 245. b. *Paraverunt ſagittas in pharetra, ut ſagitt. in obſcuro*. Hieron. l. 3. in epiſt. ad Epheſ. to. 4. col. 404. f. legit *in pharetris*. Cæcilianus I. epiſt. 25. Conc. to. 1. col. 1210. alludens, dicit : *Tetendit arcum ſuum frequenter, ut legimus, & ore ſuo ſpecula temerata pulſavit... retorta in ſe tela redierunt, pectoribus ſagittare in obſcuro rectos corde non potuit*. In Pſalt. Corb..... *intenderunt arcum, paraverunt ſagittas in pharetram, ut*, &c. ut in Vulg. Græcè ita : Ὅτι..... ἐτέτειναν..... βέλη εἰς τὰ παρίτορα, τοῦ κατατοξεῦσαι ἐν σκοτομήνῃ τοὺς, &c. Pſalt. Rom. cum Mozarab. hab. *tetenderunt*, ut ſup. in textu.

℣. 4. Ita Aug. in hunc Pſ. col. 62. d. 64. e. In Pſalt. Moz. *Quoniam quem tu perfeciſti, ipſi deſtruxerunt*. Ap. Optat. l. 2. cont. Donat. p. 41. c. *qua tu perfeciſti, ipſi deſtrux.* In Gr. Vat. Ὅτι ἃ κατηρτίσω, καθεῖλον, &c. at in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. ἃ κατηρτίσω, αὐτοὶ καθεῖλες, &c. In Pſalt. Rom. Martianæi legitur *quem perfeciſti* ; in Rom. Fabri, *qua*.

℣. 5. Auguſt. concinit cum Vulg. ad verbum. Sic etiam Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. col. 191. d. niſi quòd præponit ℣, voci *palpebræ*. In Brev. Moz. ſingulariter, *palpebra ejus interrogat* ; cæt. ut in Vulg. Apud Ambr. l. de Spir. S. to. 2. col. 684. a. priora tantum : *Dominus in templo ſancto ſuo*. In Gr. Κύριος ἐν ναῷ..... Κύριος ἐν οὐρανῷ ὁ θρόνος αὐτοῦ..... τὰ βλέφαρα αὐτοῦ ἐξετάζει τοὺς, &c.

℣. 6. Ita Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 191. d. & Auguſt. in hunc Pſ. cum Gr. at Aug. in Pſ. 93. col. 999. a. & epiſt. 155. to. 2. col. 541. c. legit *amat*, loco

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
7. Pluet ſuper peccatores laqueos : ignis, & ſulphur, & ſpiritus procellarum, pars calicis eorum.	*Pluet ſuper peccatores laqueos : ignis, & ſulphur, & ſpiritus tempeſtatum, pars calicis eorum.*	7. Pluet ſuper peccatores laqueos : ignis, & ſulphur, & ſpiritus procellarum, pars calicis eorum. *Ex Mſ. Sangerm.*
8. Quoniam juſtus Dominus & juſtitias dilexit : æquitatem vidit vultus ejus.	*Quoniam juſtus Dominus juſtitias dilexit : rectum videbunt facies eorum.*	8. Quoniam juſtus Dominus & juſtitias dilexit : æquitatem vidit vultus ejus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

diligit ; in Gr. ὁ δὲ ἀγαπῶν.

℣. 7. Caſſiod. in hunc Pſ. p. 44. ſcribit *pluit*, cum Pſalt. Rom. Corb. & Mozarab. præterea eadem Pſalteria delent &, ante *ſulphur*. Auguſt. in hunc Pſ. leg. *ſpiritus procella*, cum Ambr. l. 2. de Spiritu S. to. 2. col. 643. f. cæt. ut in textu. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 191. d. *Pluet... laqueos : ignis, & ſulphur, & ſpiritus procellar. & pars cal.* &c. Vigil. Tapſ. cont. Varimad. p. 742. e. *Pluet... laqueos : ignis, & ſpir. procella, pars cal.* &c. In Gr. Ἐπιβρέξει..... παγίδας· πῦρ, καὶ θεῖον, καὶ πνεῦμα καταιγίδος, τὸ μερὶς, &c.

℣. 8. Ita Lucif. Calar. ubi ſup. ad verbum. Ambroſ. in Luc. 7. to. 1. col. 1384. e. legit, *& juſtitiam dilexit.* Pſalt. Rom. *juſtitiam*, abſque præced. &. Auguſt. in hunc Pſ. *& juſtitias* ; extremò verò, *vidit facies ejus.* Pſalt. Mozar. *videt.* Gr. καὶ δικαιοσύνας... εἶδε τὸ πρόσωπον αὐτοῦ.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
1. In finem pro octava, pſalmus David. XI.	*Victori pro octava, Canticum David. XII.*	1. In finem pro octavo die, Pſalmus ipſi David. XI. *Ex Mſ. Sangerm.*
2. SAlvum me fac Domine, quoniam defecit ſanctus : quoniam diminutæ ſunt veritates à filiis hominum.	*SAlva Domine, quoniam defecit ſanctus : quoniam imminuti ſunt fideles à filiis hominum.*	2. SAlvum me fac Domine, quoniam defecit ſanctus : quoniam diminutæ ſunt veritates à filiis hominum.
3. Vana locuti ſunt unuſquiſque ad proximum ſuum : labia doloſa, in corde & corde locuti ſunt.	*Fruſtra loquuntur unuſquiſque proximo ſuo : labium doloſum in corde & corde locuti ſunt.*	3. Vana locuti ſunt unuſquiſque ad proximum ſuum : labia doloſa, in corde & corde locuti ſunt mala.
4. Diſperdat Dominus univerſa labia doloſa, & linguam magniloquam.	*Diſperdat Dominus omnia labia doloſa, linguam magniloquam.*	4. Diſperdat Dominus univerſa labia doloſa, & linguam magniloquam.
5. Qui dixerunt : Linguam noſtram magnificabimus, labia noſtra à nobis ſunt, quis noſter Dominus eſt ?	*Qui dixerunt : Linguam noſtram roboremus, labia noſtra nobiſcum ſunt, quis Dominus noſter ?*	5. Qui dixerunt : Linguam noſtram magnificabimus, labia noſtra à nobis ſunt, quis noſter Dominus eſt ?
6. Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exſurgam, dicit Dominus.	*Propter vaſtitatem inopum, & gemitum pauperum, nunc conſurgam, dicit Dominus :*	6. Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum, nunc exſurgam, dicit Dominus.
Ponam in ſalutari : fiducialiter agam in eo.	*Ponam in ſalutari auxilium eorum.*	Ponam ſuper ſalutare : fiducialiter agam in eum.
Prov. 30. 5. 7. Eloquia Domini, eloquia caſta : argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum ſeptuplum.	*Eloquia Domini, eloquia munda : argentum probatum, ſeparatum à terra, colatum ſeptuplum.*	7. Eloquia Domini, eloquia caſta : argentum igni probatum terræ, purgatum ſepties.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Apud Auguſt. in hunc Pſ. *In finem pro octavo, Pſalmus David.* Pſalt. Moz. addit *die*, cum Corb. Rom. habet, *In finem pro octava die, Pſ. David.* In Gr. Εἰς τὸ τέλος ὑπὲρ τῆς ὀγδόης, Ψαλ. τῷ Δαυὶδ.

℣. 2. In Mſ. S. Germ. deeſt vox *ſanctus*, quam addidimus ex Auguſt. qui cætera habet quæ ſupra. In Gr. ὅσιος, &c. Apud Ambr. l. de Spir. S. to. 2. col. 680. a. ſimiliter exſtat : *Diminuta ſunt veritates à filiis hominum.* Auct. verò op. imp. in Matth. hom. 53. p. 218. b. leg. *Diminuti ſunt fideles à filiis hominum.*

℣. 3. Brev. Moz. initio hab. *Vana locutus eſt* ; ultimòque, *in corde & de corde locuti ſunt mala.* Auguſt. ſimiliter in principio habet, *Vana locutus eſt*, & *mala* in fine. Item in Pſalt. Rom. Corb. Mediolan. & Carnut. extremò, *locuti ſunt mala.* In Gr. Μάταια ἐλάλησεν ἕκαστος... ἐν καρδίᾳ καὶ ἐν καρδίᾳ ἐλάλησαν· Mſ. Alex. addit κακά.

℣. 4. Auguſt. in hunc Pſ. omittit &, ante *linguam* ; abeſt pariter à Pſalt. Corb. & à Gr. ed. Compl.

℣. 5. Apud Auguſt. in hunc Pſ. ſimiliter, *magnificabimus* ; deinde verò ita, *labia noſtra apud nos ſunt*, &c. In Brev. Moz. *nobiſcum ſunt.* In Pſalt. Rom. *à nobis ſunt, quis noſter eſt Dominus ?* In Gr. μεγαλυνθῦμεν....., παρ' ἡμῶν (in edd. Ald. & Compl. παρ' ἡμῖν) ἐσι, τίς ἡμῶν Κύριός ἐσι ;

℣. 6. Pſalt. Corb. *Propter miſericordiam inopum, & gemit... Ponam ſuper ſalutare meum : fiducial. agam in eo.* Brev. Moz. *Propter miſerias inopum* ; & infra, *Ponam in ſalutari tuo : fiduc.* &c. Similiter hab. Pſalt. Mediolan. *in ſalutari tuo* ; Carnut. *ſuper ſalutare* ; Rom. Martianæi, *ſuper ſalutare meum* ; Rom. Fabri, *in ſalutare meum* ; Caſſiod. in hunc Pſ. p. 46. a. *ſuper ſalutari meo* ; Auguſt. in eund. Pſ. & infra, in Pſ. 93. Vulgatæ ſuffragatur. Græcè ita : Ἀπὸ τῆς ταλαιπωρίας τῶν..... & ἀπὸ τῶν..... λέγει Κύριος. Θήσομαι ἐν σωτηρίῳ· παῤῥησιάσομαι ἐν αὐτῷ. In edd. Ald. & Compl. deeſt alterum ἀπό. In Mſ. noſtro Sangerm. omittitur *Dominus*, poſt verbum *dicit*, ut & alibi ſæpiùs : cùm enim librarius nomen *Dei*, vel *Domini*, aureis litteris ſibi ſcribendum propoſuerit, non mirum ſi ejus negligentiâ vel oſcitantiâ nonnunquam id nomen prætermiſſum fuerit ; maximè ſi in reliquo opere litteris argenteis deſcripto, varia id genus auro depingenda ſcriptor in aliud tempus diſtulerit, ut & ſatis indicant vacua identidem relicta.

℣. 7. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. hab. *Argentum igne examinatum terræ, purgatum ſeptuplum.* Similiter in Pſalt. Rom. Corb. Carnut. & Mozarab. Ap. Ambroſ. l. de Tob. c. 18. col. 612. b. ita : *Argentum igne examinatum, probatum terræ, purg. ſeptuplo.* Itidem epiſt. 74. col. 1082. e. & l. 2. de fide, col. 473. b. at in Pſ. 118. to. 1. col. 1114. e. *Arg. igne exam. purgatum terræ, probatum ſeptuplum :* vide etiam to. 1. col. 381. e. 991. a. & to. 2. col. 5. a. 552. f. Hieronym. epiſt. ad Damaſ. to. 3. col. 524. d. *Arg. igne probatum terræ, purgatum ſeptuplum :* ſimiliter in Eccleſ. to. 2. col. 777. a. at in Iſai. 54. to. 3. col. 401. b. *Argentum igne examinatum terræ, purgatum ſeptuplum.* S. Paulin. ep. 20. p. 112. c. & epiſt. 23. p. 125. c. *Argentum igne exam. probat. terræ, purgat. ſeptuple.* In Gr. Ἀργύριον ἀπυρωμένον, δοκίμιον τῇ γῇ, κεκαθαρισμένον ἑπταπλασίως.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 8. Tu Domine ſervabis nos: & cuſtodies nos à generatione hac, & in æternum.	*Tu Domine cuſtodies ea: ſervabis nos à generatione hac in æternum.*	8. Tu Domine ſervabis nos: & cuſtodies nos à generatione hac in æternum.
9. In circuitu impii ambulant: ſecundùm altitudinem tuam multiplicaſti filios hominum.	*In circuitu impii ambulant, cùm exaltati fuerint viliſſimi filiorum hominum.*	9. In circuitu impii ambulant: ſecundùm altitudinem tuam multiplicaſti filios hominum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 8. Ita ſert Pſalt. Mediolan. Auguſt. verò cum aliis Pſalt. omittit ℭ, ante hoc, *in æternum*. In Gr. φυλάξεις ἡμᾶς, ℭ διατηρήσεις..... ℭ εἰς τὸν αἰῶνα.

℣. 9. Ita Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. In Pſalt. verò Mozarab. & Corb. *In circuitu impii ambulabunt*, &c. Apud Ambr. in Pſ. 43. to. 1. col. 908. e. *In circ. impii ambulant*. In Gr. περιπατῶσι; apud Chryſoſt. Ἅλως, περιπατήσει.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 1. In finem, Pſalmus ipſi David. XII.	*Victori Canticum David. XIII.*	1. In finem, Pſalmus David. XII.
* USquequo Domine obliviſceris me in finem? quouſque avertis faciem tuam à me?	*USquequo Domine obliviſcêris me penitus? uſquequo abſcondes faciem tuam à me?*	USquequo Domine obliviſceris me in finem? uſquequo avertis faciem tuam à me?
2. Quandiu ponam conſilium in animam meam, dolorem in corde meo per diem?	*Uſquequo ponam conſilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem?*	2. Quandiu ponam conſilia in anima mea, dolorem in corde meo per diem?
3. Uſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me? 4. convertere, & exaudi me Domine Deus meus.	*Uſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me? convertere, exaudi me Domine Deus meus.*	3. Uſquequo exaltabitur inimicus meus ſuper me? 4. reſpice, & exaudi me Domine Deus meus.
Inlumina oculos meos, ne unquam condormiam in mortem: 5. nequando dicat inimicus: Prævalui adversùs eum.	*Illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte: nequando dicat inimicus meus: Prævalui adversùs eum.*	Illumina oculos meos ne unquam obdormiam in morte: 5. nequando dicat inimicus meus: Prævalui adversùs eum.
Qui tribulant me, exſultabunt ſi motus fuero: 6. ego autem in miſericordia tua ſpero.	*Hoſtes mei exſultabunt cùm motus fuero: ego autem in miſericordia tua confido.*	Qui tribulant me, exſultabunt ſi motus fuero: 6. ego autem in miſericordia tua ſperavi.
Exſultavit cor meum in ſalute tua: cantabo Domino qui bona tribuit mihi, & pſallam nomini tuo Altiſſime.	*Exſultabit cor meum in ſalutari tuo: cantabo Domino, qui reddidit mihi.*	Exſultabit cor meum in ſalutarî tuo: cantabo Domino qui bona tribuit mihi: & pſallam nomini Domini altiſſimi.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Auguſt. in hunc Pſ. delet *ipſi*, cum Pſalt. Rom. & Corb. Brev. verò Mozarab. delet *in finem*. Gr. hab. ut ſup. in textu.

* Ita Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Corb. & Moz. In Gr. Ἕως πότε... ἐπιλήσῃ μου... ἕως πότε ἀποστρέψεις, &c. in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. ἀποστρέφεις.

℣. 2. Similiter in Pſalt. Moz. & Corb. Auguſt. etiam & Caſſiod. in hunc Pſ. habent *conſilium*, cum Pſalt. Rom. Martianæi; Rom. verò Fab. *conſilia*. Gr. Ἕως τίνος θήσομαι βουλὰς ἐν ψυχῇ μου, ὀδύνας ἐν καρδίᾳ μου ἡμέρας;

℣. 3. Sic apud Aug. & Caſſiod. & al. ſicut etiam in Græco.

℣. 4. Pſalt. Corb. *Convertere*, ℭ *exaudi me... Inlumina oculos meos, ne unquam obdormiam in mortem*. S. Paulin. epiſt. 49. p. 286. c. *Illumina oc. meos Domine, ne unq. obdormiam in mortem*. Similiter habet *in mortem*, Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 22. col. 148. d. Auguſt. verò, & Caſſiod. cum veterib. Pſalt. concordant cum Vulgata. In Gr. ſimiliter, Ἐπίβλεψον, εἰσάκουσόν μου..... Φώτισον τοὺς..... μή ποτε ὑπνώσω εἰς θάνατον· fortè initio ſcriptum erat ἐπίστρεψον, non ἐπίβλεψον.

℣. 5. Auguſt. & Caſſiod. concinunt cum Vulg. Gr. etiam hab. ὁ ἐχθρός μου.

℣. 6. Auguſt. in hunc Pſ. legit: *Ego autem in tua miſericordia ſperavi*, &c. ut in Vulg. Pſalt. verò Rom. habet cum Corb. *Ego autem in tua miſ. ſperabo*. Item in Mediolan. Moz. & Carnut. *ſperabo*. In Carnut. etiam, Corb. & Rom. Fabri extremò, ℭ *pſallam nomini tuo Altiſſime*, ut ſup. in textu. In Gr. Ἐγὼ δὲ ἐπὶ τῷ ἐλέει σου ἠλπισα. Ἀγαλλιάσεται... ἐν τῷ σωτηρίῳ σου· ᾄσω..... τῷ εὐεργετήσαντί με, ℭ ψαλῶ τῷ ὀνόματι Κυρίου τοῦ ὑψίστου. Vide Nobil. in hunc verſum.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 1. In finem, Pſalmus ipſi David. XIII.	*Victori David. XIV.*	1. In finem, Pſalmus David. XIII.
* DIxit inſipiens in corde ſuo: Non eſt Deus.	*DIxit ſtultus in corde ſuo: Non eſt Deus.*	DIxit inſipiens in corde ſuo: Non eſt Deus. *Pſ. 52. 1.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hilar. in hunc Pſ. col. 57. b. ait: *Qui lectus eſt Pſalmus*, In finem, *inſcribitur*; paulò verò poſt habet, *In finis*. Item in Pſ. 52 col. 83. c. *Tertius decimus ita inſcribitur*: In finem, illius David. Pſalmus præfixus ap. Hilar. ex Mſ. Vatic. hunc titulum habet: *In finem, filio David*; ſed Hilar. infra ſuam lectionem firmat, dicens: *Hoc titulo id ſignificatur, Pſalmum illum à David prophetatum fuiſſe*; & poſt pauca: *Ubi* illius *inſcribitur, ibi eum qui dixerit, ſignificat: ubi verò* illi *eſt, ibi eum ad quem dicatur, oſtendit*. Auguſt. in eund. Pſ. col. 67. legit ut ſup. *In finem, Pſalmus ipſi David*. In Pſalt. Rom. deeſt *ipſi*. In Gr. τῷ Δαυίδ.

* Sic Hilar. in hunc Pſalm. n. 2. col. 57. c. ut in Pſ. ibid. præfixo. Similiter in Pſalt. Rom. Mediolan. Carnut. & ap. Caſſiod. at infra Hilar. in Pſ. 52. col. 84. c. ait: *Tertius decimus Pſalmus pro eo quod*, abominabiles facti

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in ſtudiis ſuis: non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum.	*Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt ſtudiosè: non eſt qui faciat bonum.*	Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in voluntatibus ſuis: non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum. *Ex Mſ. Sangerm.*
2. Dominus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum, ut videat ſi eſt intelligens, aut requirens Deum.	*Dominus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum, ut videret ſi eſt intelligens, requirens Deum.*	2. Dominus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum, ut videat ſi eſt intelligens, aut requirens * Deum. * *Mſ. omittit* Deum.
3. Omnes declinaverunt, ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum.	*Omnes receſſerunt, ſimul conglutinati ſunt: non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum.*	3. Omnes declinaverunt, ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum.
Sepulcrum patens eſt guttur eorum: linguis ſuis dolosè agebant, venenum aſpidum ſub labiis eorum.		** Sepulcrum patens eſt guttur eorum: linguis ſuis dolosè agebant, venenum aſpidum ſub labiis eorum.
Quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt: veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem.		Quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt: veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem.
Contritio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognoverunt: non eſt timor Dei ante oculos eorum.		Contritio & infelicitas in viis eorum, & viam pacis non cognoverunt: non eſt timor Dei ante oculos eorum.
4. Nonne cognoſcent omnes qui operantur iniquitatem, qui devorant plebem meam ſicut eſcam panis?	*Nonne cognoſcent omnes qui operantur iniquitatem, qui devorant populum meum ut cibum panis?*	4. Nonne cognoſcent hæc omnes qui operantur iniquitatem, qui devorant plebem meam ſicut eſcam panis?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ſunt in iniquitate, (ex Pſ. 52.) *ita ait:* abominabiles facti ſunt in adinventionibus ſuis. Aug. verò in hunc Pſ. habet: *Dixit imprudens in corde ſuo ..... abominabiles facti ſunt in affectionibus ſuis: non eſt qui faciat benitatem, non eſt*, &c. & in Pſ. 88. p. 933. b. *Dicat ſtultus in*, &c. Ambr. in Pſ. 35. p. 775. a. *Inſipiens in corde ſuo dixit, quia non eſt Deus:* item in Pſalm. 1. col. 751. c. & in Luc. 18. p. 1487. d. *Corrupti ſunt, & abom. facti ſunt: non eſt qui faciat benitatem*, &c. Hieron. in c. 57. Iſai. to. 3. col. 420. b. *Dixit ſtultus in corde ſuo: Non eſt Deus.* Breviar. Mozar. *Dixit inſipiens..... Correpti ſunt..... in voluntatibus ſuis*, &c. ut in textu. Pſalt. Corb. *Corrupti ſunt... in voluptatibus ſuis.* Gr. Εἶπεν ἄφρων ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ· Οὐκ..... Διέφθειραν (Alex. Ald. & Compl. ᾐσχύνθησαν,) ἢ ἐβδελύχθησαν ἐν ἐπιτηδεύμασιν· οὐκ ἔστι ποιῶν χρηστότητα, &c.

℣. 2. Ita Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. niſi quòd addunt *Deum* in fine, cum omnibus Pſalt. & Græco. Brev. Moz. habet *ut videret*, loco *ut videat*. Ambr. in Luc. 20. to. 1. col. 1508. e. ſic: *Dominus reſpexit ſuper filios hominum, ſi eſt intelligens, aut requirens Deum:* at l. 4. Hexa. col. 78. a. habet, *Dominus de cœlo proſpexit:* & ſupra l. 1. col. 14. f. *Dominus reſpexit ſuper fil. hom. ut videret ſi eſt intell. aut req. Deum.* Verùm hìc editores noſtri BB. monent decem Mſs. cum edd. Am. Pet. Eraſ. omittere *ut videret.* In Gr. ſic: Κύριος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ διέκυψεν ἐπὶ τοὺς..... τοῦ ἰδεῖν εἰ ἔστι, &c. Apud Iren. l. 1. cont. hæreſ. c. 19. p. 90. d. *Non eſt intelligens, aut requir. Deum.*

℣. 3. Concordant Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Maximo Taurin. p. 3. h. & vet. Pſalteriis. Similiter ap. Iren. l. 1. c. 19. p. 90. d. & Hieron. ep. ad Damaſ. to. 4. col. 158. d. *Omnes declin. ſimul inutiles facti ſunt.* Ambr. de apol. Dav. to. 1. col. 693. c. loco *ſimul*, hab. & item ſup. col. 651. a. *Non erat qui faceret benitatem, non erat uſque ad unum.* Brev. Moz. verbo *facti ſunt*, addit *in voluntatibus ſuis.* In Græco ſic: Πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν· οὐκ ἔστι ποιῶν χρηστότητα, οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός.

** Hi verſiculi omnes ita leguntur ad verbum ap. Auguſt. & Caſſiod. ac in veterib. Pſalt. Lat. necnon in Gr. edit. Rom. in Mſ. verò Alex. ac edd. Ald. & Compl. deſunt: habentur tamen apud Juſtinum, & in Pſalt. Arab. & Æthiop. Ambr. etiam in Pſ. 118. to. 1. col. 1178. c. legit: *Sepulcrum patens eſt guttur eorum.* Optat. l. 2. cont. Donat. p. 37. c. 44. b. 45. b. *Os eorum maledictione & amaritud. plenum eſt: veloces pedes eorum*, &c. ut in textu. Ad hæc Auguſtinus l. 2. de doctrina Chriſt. to. 3. p. 1. col. 26. a, b. *Quidam*, inquit, *codices habent*, acuti pedes eorum ad effundendum ſanguinem; ὀξὺς *enim*, & acurum *apud Græcos*, & velocem *ſignificat. Ille ergo vidit ſententiam qui tranſtulit*, veloces pedes eorum ad effund. ſanguinem. *Ille autem alius, ancipiti ſigne in aliam partem raptus, erravit:* & *talia quidem non obſcura, ſed falſa ſunt, quorum alia conditio eſt; non enim intelligendos, ſed emendandos tales codices potiùs præcipiendum eſt.* Fauſtin. Presb. libel. prec. p. 660. f. ultima tantùm refert verba, & *viam pacis non cognov.* &c. De his autem ita differit Hieron. præfat. in Iſai. 57. ad Euſtoch. to. 3. col. 415. *Cùm anteriores libri præfatiunculam legeres, in qua aſſerui Apoſtolos & Evangeliſtas ea tantùm de LXX. Interpretibus, vel ſuis, vel eorum verbis ponere teſtimonia, quæ cum Hebraïco conſonarent; ſi qua autem ab aliis addita ſunt, omnino negligere: illico mihi non parvam quæſtiunculam detuliſti, quòd ſcilicet octo verſus, qui leguntur in eccleſiis,* & *in Hebraïco non habentur, tertii decimi Pſalmi, Apoſtolus uſurparit, ſcribens ad Romanos* (c. 3. ℣. 13.) Sepulcrum patens eſt guttur eorum, &c. ut ſup. *Quod cùm audiſſem, quaſi à ſortiſſimo pugile percuſſus eſſem, cœpi tacitus æſtuare,* & *ſuperem mentis vultûs palloré ſignare: Hebræus, inquam, ex Hebraïs, ſecundùm legem Phariſæus, erudituſque ad pedes Gamalielis, aut ignoravit hæc, aut eorum, qui lecturi erant, abuſus eſt ignorantiâ..... Tandem in memet reverſus..... omnem Scripturam mente perluſtrans, animadverti, ſicut omnis pene ad Romanos epiſtola de Veteri ſtructa eſt Inſtrumento, ſic* & *hoc teſtimonium de Pſalmis,* & *Iſaia eſſe contextum: nam duo primi verſus:* Sepulcrum patens eſt..... Linguis ſuis, &c. *quinti Pſalmi ſunt: illud autem quod ſequitur:* Venenum aſpidum, &c. *cxxxix. Pſalmi eſt: verſumque quod dicitur:* Quorum os maledictione, &c. *de nono Pſalmo ſumptum eſt: tres autem verſiculi qui ſequuntur:* Veloces pedes..... Contritio & infelicitas..... Et viam pacis, &c. *in Iſaia propheta reperi..... Ultimus autem verſus, id eſt octavus:* Non eſt timor Dei, &c. *in xxxv. Pſalmi principio eſt. Nec in hoc cuiquam videatur eſſe diverſum, ſi quod in ſuis locis numero dicitur ſingulari, ab Apoſtolo pluraliter dicatur, qui ſcribebat ad plurimos,* & *in unum ſenſum multa cogebat exempla. Arbitror jòlutam quæſtionem tuam,* & *noſtram regulam ſuper translatione Veteris Inſtrumenti concuſſam magis eſſe, quàm motam; & non tam Apoſtolum de Pſalmo xiii. ſumpſiſſe, quod in Hebraïco non habetur, quam eos, qui artem contexendarum inter ſe Scripturarum Apoſtoli neſciebant, quæ-ſiſſe aptum locum, ubi aſſumptum ab eo ponerent teſtimonium, quod abſque auctoritate in Scriptura poſitum non putabant. Denique omnes Græciæ tractatores, qui nobis eruditionis ſuæ in Pſalmos commentarios reliquerunt, hos verſiculos verum annotant atque præterennt, liquidò confitentes in Hebraïco non haberi, nec eſſe in LXX. Interpretibus, ſed in editione Vulgata, quæ Græcè Κοινὴ dicitur,* & *in toto orbe diverſa eſt.*

℣. 4. Ita Caſſiod. in hunc Pſ. cum vet. Pſalt. Rom. &c. excepto uno *hæc*, quod delent unà cum Gr. Similiter ap. Aug. in hunc Pſ. præter iſta: *qui devorant pop. meum ſicut cibum panis.* Vatic. tamen codex ibid. cum Gallicanis al. 7. Mſs. hab. *populum meum in cibo panis.* Gr. οἱ κατέσθοντες τὸν λαόν μου βρώσει ἄρτου· Mſ. Alexandr. κατεσθίοντες..... ἐν βρώσει ἄρτου· Symmach. ὡσεὶ ἄρτον.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 5. Dominum non invocaverunt, illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor.	*Dominum non invocaverunt, ibi trepidabunt formidine:*	5. Dominum non invocaverunt, illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor.
6. Quoniam Dominus in generatione juſta eſt, conſilium inopis confudiſti: quoniam Dominus ſpes ejus eſt.	*Quoniam Deus in generatione juſta. Conſilium pauperum confudiſtis: quoniam Dominus ſpes ejus eſt.*	6. Quoniam Dominus in generatione juſta eſt, conſilium inopis confudiſtis: quoniam Dominus ſpes ejus eſt.
7. Quis dabit ex Sion ſalutare Iſraël? dum avertit Dominus captivitatem plebis ſuæ, lætetur Jacob, & exſultet Iſraël.	*Quis dabit de Sion ſalutem Iſraël? quando reduxerit Dominus captivitatem populi ſui, exſultabit Jacob, lætabitur Iſraël.*	7. Quis dabit ex Sion ſalutare Iſraël? cùm averterit Dominus captivitatem plebis ſuæ, exſultabit Jacob, & lætabitur Iſraël.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 5. Ita Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Gr. Item apud Vigil. Tapſ. l. 2. cont. Eutych. p. 21. c.

℣. 6. Brev. Moz. ſimiliter habet, *confudiſti*; dein *quoniam Deus*. In Pſalt. Rom. bis *Deus*, loco *Dominus*. In Gr. ſemel initio, abſque *eſt*, poſt *juſta*; at loco *confudiſti*, ſic, καὶ ηὐχύναϛε. Ap. Auguſt. in hunc Pſ. *Quoniam Deus in gener.* &c. ut in Vulg. Similiter apud Hilar. col. 55.

℣. 7. Sic Hilar. in hunc Pſ. n. 2. col. 57. d. uno excepto *dum averterit*: at infra n. 6. col. 59. legit, *dum avertit*. In Pſalt. Rom. Fabri ſimiliter: *dum averterit..... lætetur Jacob, & exſultet Iſraël.* In Rom. Martian. & Corb. *dum avertet..... lætetur Jacob, & exſultet Iſraël.* In Brev. Mozar. *dum converterit Dominus* (ſeu) *in avertendo Dominus captivitatem..... lætetur Jacob, & exſultet Iſraël.* Ap. Caſſiod. in hunc Pſ. p. 50. c. ſimiliter, *lætetur..... & exſultet.* Ap. Aug. in eund. *cùm averterit*; & inf. *lætabitur..... & exſultabit.* In Gr. ἐν τῷ ἐπιϛρέψαι Κύριον..... ἀγαλλιάϑω..... ἐν εὐφροσύνῃ τῷ, &c. at in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. ἀγαλλιάσεϑαι..... ἐν εὐφροσύνῃ ϑήσεϑαι.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 1. In finem, Pſalmus ipſi David. XIV.	*Canticum David. XV.*	1. Pſalmus David. XIV.
* DOminus quis habitavit in tabernaculo tuo? aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?	*DOmine quis peregrinabitur in tentorio tuo? quis habitabit in monte ſancto tuo?*	DOmine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requieſcet in monte ſancto tuo?
2. Qui ingreditur ſine macula, & operatur juſtitiam:	*Qui ingreditur ſine macula, & operatur juſtitiam,*	2. Qui ingreditur ſine macula, & operatur juſtitiam:
3. Qui loquitur veritatem in corde ſuo, qui non egit dolum in lingua ſua:	*Loquiturque veritatem in corde ſuo: qui non eſt facilis in lingua ſua,*	3. Qui loquitur veritatem in corde ſuo, qui non egit dolum in lingua ſua:
Nec fecit proximo ſuo malum, & opprobrium non accepit adversùs proximum ſuum.	*Neque fecit amico ſuo malum, & opprobrium non ſuſtinuit ſuper vicinum ſuum:*	Nec fecit proximo ſuo malum, & opprobrium non accepit adversùs proximos ſuos.
4. Ad nihilum deductus eſt in conſpectu ejus malignus: timentes autem Dominum magnificant:	*Deſpicitur in oculis ejus improbus, timentes autem Dominum glorificabis:*	4. Ad nihilum deductus eſt in conſpectu ejus malignus: timentes autem Dominum glorificat:
Qui jurat proximo ſuo, & non decipit, 5. qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram, & munera ſuper innocentes non accepit.	*Jurat ut ſe affligat, & non mutat: pecuniam ſuam non dedit ad uſuram, & munera adversùs innoxium non accepit.*	Qui jurat proximo ſuo, & non decipit, 5. qui pecuniam ſuam non dedit ad uſuram, & munera ſuper innocentem non accepit.
Qui facit hæc, non movebitur in æternum.	*Qui facit hæc, non movebitur in æternum.*	Qui facit hæc, non movebitur in æternum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic in Breviar. Mozar. Caſſiod. delet *ipſi*, cum Pſalt. Rom. & Corb. Hilar. in hunc Pſ. n. 1. col. 60. *Pſalmus*, inquit, *qui lectus eſt, inſcribitur, Pſalmus David.* Apud Aug. col. 69. *Pſalmus ipſi David*, juxta Græc. tum addit: *De hoc titulo nulla quæſtio eſt.*

* Hilar. in hunc Pſ. n. 1. 6. 7. col. 60. &c. leg. cum Vulg. *Domine quis habitabit in tab. tuo? aut quis*, &c. Similiter Ambr. l. 1. de pœnit. to. 2. col. 401. c. & l. de apol. Dav. col. 690. d. Item Leo M. ſerm. 16. p. 66. b. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Moz. &c. At Aug. in hunc Pſ. ita: *Domine quis peregrinabitur in tabernaculo tuo? & quis*, &c. Gr. Κύριε τίς παροικήσει ἐν τῷ..... καὶ τίς κατασκηνώσει, &c. Mſ. Alex. Ald. & Compl. ἢ τίς, &c. Hieron. epiſt. ad Sun. & Fretel. to. 2. col. 627. c. de verſu 6. Pſalmi 5. *neque habitabit juxta te malig.* diſſerendo, ait: *Miraminì cur* παροικίαν, *id eſt*, incolatum, *Latinus interpres non verterit, ſed pro hoc poſuerit* habitationem, *quæ Græcè dicitur* καλοικία..... *& in decimo quarto Pſ. rurſum pro* incolatu, habitationem *poſuit:* Domine quis habitabit in tab. tuo? *Et ſciendum quod ſi voluerimus dicere:* Domine quis incolet tabernaculum tuum..... *perdet ſυμφωνίαν; & dum interpretationis* κακοζηλίαν *ſequimur, omnem decorem translationis amittimus.*

℣. 2. Sic hab. Hilar. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. Item Ambroſ. l. 1. de exceſſu Sat. to. 2. col. 1130. d. & Auct. l. de XLII. Manſ. col. 8. d. cum vet. Pſalt. In Gr. Πορευόμενος ἄμωμος, ἢ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην.

℣. 3. Ita legit Aug. in hunc Pſ. Hilar. verò in eund. n. 8. col. 64. e. initio hab. *Et loquitur veritatem*; & in fine, *adversùm proximos ſuos*; infra, *adversùs*. Caſſiod. in eund. p. 51. a. cum Pſalt. Rom. *Qui loquitur..... & non egit dolum..... adversùs proximum ſuum.* Item in Pſalt. Mediolan. *adversùs proximum ſuum.* Ambr. l. 1. de exceſſu Sat. to. 2. col. 1130. d. ait: *Locutus eſt veritatem, non decepit proximum:* item l. 3. offic. col. 124. c. *Nec fecit proximo ſuo malum.* In Gr. Λαλῶν ἀλήϑειαν..... ὃς οὐκ ἐδόλωσεν ἐν.....ἐπὶ τὸν ἕτερον αὐτοῦ.

℣. 4. Hilar. in hunc Pſ. n. 13. legit *magnificat*, num. ſing. cum Pſalt. Moz. reliqua ut in Vulg. Caſſiod. in eund. Pſ. p. 51. b. habet *magnificant*; ultimoque, *& non decipit eum.* Pſalt. Corb. *magnificat..... & non decepit eum.* Rom. *magnificat..... & non decipit eum.* Aug. in hunc Pſ. *glorificat*, abſque *eum* in fine. Philaſtr. Brix. de hæreſ. p. 723. c. *glorificavit.* Græc. δοξάζει..... ὃς οὐκ ἀθετεῖ.

℣. 5. In Mſ. Sangerm. mendosè ſcriptum eſt, *nononcepit*, pro *non accepit*, quod ita correximus. Hilar. in hunc Pſ. n. 16. col. 67. 68. cum eodem Pſal. in fronte poſito habet ſimiliter, *ſuper innocentes non accepit*, &c. Sic etiam

Digitized by Google

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Caſſiod. cum Pſalt. Corb. Rom. verò, & Mozar. *ſuper innocentem*; ac in fine, *non commovebitur in æternum*. Aug. in hunc Pſ. juxta quinque Mſs. leg. *ſuper innocentem*, ſecundùm al. ac edit. *ſuper innocentes*; ex omnibus, *non commovebitur in æternum*. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 318. c. ita: *Qui pecuniam ſuam non dedit in fœnore, & munera ſuper innocentes non accepit. Qui iſta fecerit, non commovebitur in æternum.* Vide etiam Leon. M. ſerm. 16. p. 66. b. In Gr. Τὸ ἀργύριον αὐτῦ οὐκ ἔδωκεν ἐπὶ τόκῳ, καὶ δῶρα ἐπ' αὐτοῖς οὐκ ἔλαβεν. Ὁ ποιῶν ταῦτα, οὐ σαλευθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα.

VULGATA HOD.

1. Tituli inſcriptio ipſi David. XV.

COnſerva me Domine, quoniam ſperavi in te. 2. Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.

3. Sanctis, qui ſunt in terra ejus, mirificavit omnes voluntates meas in eis.

4. Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum: poſtea acceleraverunt.

Non congregabo conventicula eorum de ſanguinibus: nec memor ero nominum eorum per labia mea.

5. Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis mei: tu es, qui reſtitues hæreditatem meam mihi.

6. Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara eſt mihi.

7. Benedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum: inſuper & uſque ad noctem increpuerunt me renes mei.

Al. 2. 8. Providebam Dominum in

HEBR.

Humilis & ſimplicis David. XVI.

CUſtodi me Deus, quoniam ſperavi in te. Dixi Domino: Dominus meus es tu, bene mihi non eſt ſine te.

Sanctis qui in terra ſunt, & magnificis, omnis voluntas mea in eis.

Multiplicabuntur idola eorum, poſt tergum ſequentium.

Non libabo libamina eorum de ſanguine, neque aſſumam nomina eorum in labiis meis.

Dominus pars hæreditatis mea, & calicis mei: tu poſſeſſor ſortis mea.

Linea ceciderunt mihi in pulcherrimis, & hæreditas ſpecioſiſſima mea eſt.

Benedicam Domino, qui dedit conſilium mihi: inſuper & noctibus erudierunt me renes mei.

*Proponebam Dominum in conſ-

VERSIO ANTIQUA.

1. Tituli inſcriptio ipſi David. XV.

* COnſerva me Domine, quoniam in te ſperavi. *Ex Mſ. Sangerm.*
2. Dixi Domino: Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.

3. Sanctis, qui in terra ſunt ejus, mirificavit omnes voluntates meas inter illos.

4. Multiplicatæ ſunt enim infirmitates eorum: poſtea adceleraverunt.

Non congregabo conventicula eorum in ſanguinibus: nec memor ero nominum illorum per labia mea.

5. Dominus pars hæreditatis meæ, calicis mei: tu es, qui reſtituiſti mihi hæreditatem meam.

6. Funes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hæreditas mea præclara eſt mihi.

7. Benedicam Dominum, qui mihi tribuit intellectum: inſuper & uſque ad noctem increpaverunt me renes mei.

8. Providebam Domino in

25.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Pſalt. Rom. Fab. cum Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. Pſalt. verò Corb. & Moz. delent *ipſi*. Rom. Martianæi, *In tituli inſcriptione ipſi David*. Gr. Στηλογραφία τῷ Δαυίδ.

* Ita Aug. & Caſſiod. in hunc Pſalm. unà cum Pſalt. Rom. Corb. & Moz. Hilar. in hunc Pſ. è ſchedis Marten. *Cuſtodi me Domine, quoniam in te ſperavi*. In Gr. Φύλαξόν με Κύριε, ὅτι ἐπὶ Σοὶ ἤλπισα.

℣. 2. Sic apud Aug. in hunc Pſ. & in Pſalt. Rom. Fabri. In Rom. verò Martianæi, Corb. & Moz. *non indiges*, ſicut ap. Hilar. in hunc Pſ. è ſchedis Marten. Item ap. Ambr. l. de Nab. c. 16. to. 1. p. 585. e. & epiſt. 29. to. 2. p. 908. e. at l. de Iſa. c. 8. p. 382. d. & l. 2. de Jac. c. 4. p. 464. c. *non eges*; cæt. ut in textu. Apud Caſſiod. in hunc Pſ. p. 52. c. *non indiges*. In Gr. ὑ χρείων ἴχεις.

℣. 3. Ita Caſſiod. in hunc Pſalm. cum Pſalt. Rom. In Corb. ſic: *Sanctis, qui in terra ſunt ejus, mirificavit mihi omnes voluptates meas inter illos*. Ap. Aug. in eund. Pſ. ita: *Sanctis, qui ſunt in terra ejus, mirificavit omnes volunt. meas in illis*: editt. Aug. ferunt *mirificavi*; at Mſs. omnes, *mirificavit*. Hilar. in hunc Pſ. è ſchedis Edm. Marten. *Sanctis, qui ſunt in terra*; & poſt paulò: *ipſi miras fecerunt voluntates tuas in ſe*. S. Paulinus, epiſt. 50. p. 293. c. *Sanctis, qui in terra ſunt ejus, mirificavit omnes voluntates ſuas inter illos*: at inf. p. 294. f. *miras fecit*, &c. unde Aug. epiſt. 149. ad ipſum, to. 2. col. 505. f. g. ait: *In xv. Pſalmo quod ſcriptum eſt*, mirificavit, *vel* mirificet omnes voluntates ſuas inter illos, *nihil prohibet intelligi; imo & convenientius videtur*, *non* inter illos, *ſed* in illis: *ſic enim Græci codices habent. Sæpe autem quod habet illa lingua*, in illis, *noſtri interpretantur*, inter illos, *ubi videtur ſententia convenire. Accipiamus ergo*: Sanctis, qui ſunt in terra ejus, mirificavit omnes voluntates ſuas in illis; *quod plerique codices habent; & intelligamus* voluntates ejus, *munera gratiæ, quæ gratis data eſt*: at infra p. 506. e. f. addit: *Sanè codices emendatiores, & electioris auctoritatis, non habent* voluntates ſuas, *ſed* voluntates meas. In Gr. hod. ἐθαυμάσωσε πάντα τὰ θελήματα αὐτῦ ἐν αὐτοῖς. Ambroſio in Pſ. 37. p. 830. e. Apud Hilar. in hunc Pſ. è ſchedis Marten. *Multiplic. ſunt infir. eor. poſtea acceleravi. Non congregabo ſynagogas eorum de ſanguine meo: nec memorabor nomina eorum per labia mea*. Græcè: Ἐπληθύνθησαν αἱ ἀσθένειαι αὐτῶν· μετὰ ταῦτα..... Οὐ μὴ ϛυναγάγω τὰς ϛυναγωγὰς αὐτῶν ἐξ αἱμάτων· οὐδὲ μὴ μνησθῶ τῶν ὀνομάτων, &c.

℣. 5. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. legunt cum Brev. Moz. & Pſalt. Rom. Fabri, *tu es, qui reſtitues mihi hæred. meam*. Corb. & Rom. Martianæi, *tu es, qui reſtituiſti mihi*, &c. ut ſup. Ambr. l. 1. offic. to. 2. col. 65. c. & Philaſtr. Brix. de hæreſ. p. 712. a. hæc tantùm citant: *Dominus pars hæredit. meæ, & calicis mei*. Hilar. in hunc Pſ. è ſchedis Edm. Marten. *Dominus portio hæredit. meæ, & calicis mei: tu es, qui cuſtodiſti hæreditatem meam*: ſupra verò, *Dominus eſt portio*. Auct. l. de promiſſ. p. 2. cap. 16. col. 140. b. *Dominus portio hæredit. meæ..... tu es, qui reſtitues mihi hæreditatem meam*. Gr. Κύριος μερὶς τῆς..... Σὺ εἶ, ὁ ἀποκαθιϛῶν τὸν..... μοῦ ἐμοί.

℣. 6. Sic Ambr. in Luc. 19. to. 1. col. 1499. d. & in Pſ. 118. col. 1070. d. ac l. 2. de Spir. S. col. 655. e. cui ſuffragantur Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum vet. Pſalt. At Hilar. in eund. Pſ. è ſchedis Edm. Marten. ita legit: *Funiculi ceciderunt mihi in potentiſſimis: etenim hæreditas mea maxima eſt mihi*: ſupra verò ſic: *Funes cecid. mihi in ipſis potentiſſimis: etenim hæreditas mea perquam maxima eſt mihi*. Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 16. *nam & hæred. mea præclara eſt mihi*. In Gr. Σχοινία ἐπέπεσάν μοι ἐν τοῖς κρατίϛοις· ϗ γὰρ ἡ κληρονομία μου καλίϛη μοι ἐϛίν.

℣. 7. Ita Pſalt. Rom. & Corb. cum Brev. Mozar. niſi quòd Corb. hab. *Domino*. Aug. in hunc Pſ. *Benedicam Dominum, qui mihi trib. intell. inſuper autem & uſque ad noctem emendaverunt me renes mei*: at ſupra in Pſ. 7. p. 35. f. legit, *increpaverunt me*, &c. Hilar. in eund. Pſ. è ſchedis Edm. Marten. *Benedicam Dom. qui me intelligere fecit: adhuc autem & ſicut in nocte erudierunt me renes mei*; & infra, *adhuc autem & quaſi in nocte erudierunt*, &c. Gr. Εὐλογήσω τὸν Κύριον, τὸν ϛυνεβίβαϛά με· ἔτι δὲ ϗ ἕως νυκτὸς ἐπαίδευσάν με οἱ νεφροί μου.

℣. 8. Ambr. in Pſ. 118. to. 1. col. 1170. e. legit, *Providebam Dominum*, &c. ut in textu: vide etiam col. 671. b. d. 1275. e. 1327. f. Similiter apud Aug. in hunc Pſ.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. conſpectu meo ſemper : quoniam à dextris eſt mihi, ne commovear.	*pectu meo ſemper : quia à dextris meis eſt, ne commoveat.*	conſpectu meo ſemper : quoniam à dextris eſt mihi, ne commoveat.
9. Propter hoc delectatum eſt cor meum, & exſultavit lingua mea : inſuper & caro mea requieſcet in ſpe.	*Propterea lætatum eſt cor meum, & exſultavit gloria mea ; & caro mea habitabit confidenter.*	9. Propter hoc lætatum eſt cor meum, & exſultavit lingua mea : inſuper & caro mea requieſcet in ſpe.
10. Quoniam non derelinques animam meam in infernum : nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem.	*Non enim derelinques animam meam in inferno : nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem.*	10. Quoniam non derelinques animam meam in inferno : nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem. *Act. 2. 31. & 13. 35.*
11. Notas mihi feciſti vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo : delectationes in dextera tua uſque in finem.	*Oſtendes mihi ſemitam vitæ, plenitudinem lætitiarum ante vultum tuum ; decores in dextera tua æternos.*	11. Notas mihi feciſti vias vitæ, adimplebis me lætitia cum vultu tuo : delectationes in dextera tua uſque in finem.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

& ſup. in Pſ. 7. col. 35. f. Item apud Caſſiod. & in vet. Pſalt. Hilarius in eund. Pſ. è ſchedis Edm. Marten. *Providebam Dominum..... quia à dextris eſt mihi, ut non commovear.* Fulg. l. 1. ad Traſim. p. 86. *Providebam Dom. coram me ſemper*, &c. ut in Vulg. Gr. Προορώμην τὸν Κύριον..... ὅτι ἐκ δεξιῶν μού ἐστιν, ἵνα μὴ σαλευθῶ.

℣. 9. Ita Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. & Corb. Similiter in Brev. Moz. præter unum *requieſcit*. Ap. Aug. in hunc Pſ. ut & apud Fulg. l. 1. ad Traſim. p. 86. ita : *Propter hoc jocundatum eſt cor meum..... requieſcet*, &c. Item ap. Hilar. in eund. Pſ. è ſchedis Edm. Marten. *jocundatum eſt ;* paulò verò poſt, *inſuper & caro mea habitabit in ſpe.* In Gr. Διὰ τοῦτο ηὐφράνθη ἡ καρδία μου..... ἔτι δὲ ἡ σάρξ μου κατασκηνώσει ἐπ' ἐλπίδι.

℣. 10. Ambr. conſtanter legit *in inferno*, cùm l. 1. de interpel. Job. c. 9. col. 636. e. tum inf. col. 931. c. 981. a. 1409. f. 1531. b. & to. 2. col. 571. a. 713. b. hoc ultimo loco hab. *non relinques*. Similiter Hilar. in Pſ. 56. 68. & 139. col. 117. d. 222. c. & 530. b. at in Pſ. 15. è ſchedis Edm. Marten. leg. *in infernum*, &c. Cypr. l. 2. Teſtim. p. 295. a. ita : *Non derelinques anim. meam ap. inferos : neque dabis*, &c. ut ſup. Similiter Auct. l. de promiſſ. p. 2. col. 144. c. & p. 3. col. 180. b. Lactant. l. 4. Inſtitut. c. 19. p. 582. *Non derelinques animam meam apud inferos : nec dabis..... videre interitum.* Itidem S. Pacian. ſerm. de Bapt. p. 318. f. Victorin. Afer verò, l. 3. adv. Arium, p. 276. a. legit *in inferno*, cum Gaud. Brix. ſerm. 10. p. 960. c. & infra, *videre corruptionem*. Apud Eucher. q. in Pſ. p. 844. f. ita : *Non dabis ſemen tuum videre corruptionem*. Ap. Aug. ep. 149. p. 506. f. habetur *in inferno*, ut & in hunc Pſ. col. 71. ſed tres Mſs. ferunt ibid. *in infernum ;* mox ita : *neque dabis ſanctum tuum videre corruptionem*. In Gr. Ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν..... εἰς ᾅδου· οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν. Mſ. Alex. hab. εἰς ᾅδ. Pſalt. Carnut. & Corb. *in infernum*.

℣. 11. Sic ap. Aug. in hunc Pſ. ſi excipiatur vox *delectatio*, loco *delectationes*. Hilar. in eund. Pſ. è ſchedis Edm. Marten. ſic : *Notas feciſti mihi vias vitæ, implebis me lætitiâ..... delectationes in dextera tua*, &c. Fulgent. l. 1. ad Traſim. p. 86. *Notas mihi feciſti vias vitæ, adimplebis me jocunditate cum facie tua.* Græc. Ἐγνώρισάς μοι ὁδοὺς ζωῆς, πληρώσεις με εὐφροσύνης... τερπνότητες ἐν τῇ δεξιᾷ σου εἰς τέλος. Mſ. Alex. hab. τερπνότης, cum ed. Compl. & Theodoreto.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
1. In finem, oratio ipſi David. XVI.	*Oratio David. XVII.*	1. Oratio David. XVI.
Ex Mſ. Sangerm. * Exaudi Domine juſtitiam meam : intende deprecationi meæ.	*AUdi Deus juſtum : intende deprecationem meam.*	Exaudi Domine juſtitiam meam : intende deprecationem meam.
Auribus percipe orationem meam, non in labiis doloſis.	*Auribus percipe orationem meam, abſque labiis mendacibus.*	Auribus percipe orationem meam, non in labiis doloſis.
2. De vultu tuo judicium meum prodeat : oculi mei videant æquitates.	*De vultu tuo judicium meum prodeat : oculi tui videant æquitates.*	2. De vultu tuo judicium meum prodeat : oculi tui videant æquitates.
3. Probaſti cor meum, & viſitaſti noctem : igne me examinaſti, & non eſt inventa in me iniquitas.	*Probaſti cor meum, viſitaſti nocte : conflaſti me, & non inveniſti.*	3. Probaſti cor meum, & viſitaſti nocte : igne me examinaſti, & non eſt inventa in me iniquitas.
4. Ut non loquatur os meum opera hominum : propter verba labiorum meorum ego cuſtodi vias duras.	*Cogitatio mea utinam non tranſiſſet os meum : in opere Adam, in verbo labiorum tuorum ego obſervavi vias latronis.*	4. Ut non loquatur os meum opera hominum : propter verba labiorum tuorum ego cuſtodivi vias duras.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Aug. id omittit, *in finem*, cum Brev. Moz. In Pſalt. Rom. & Corb. ſimpliciter, *Oratio David*. Sic etiam apud Caſſiod. in hunc Pſ. Hieronymus quoque ep. ad Cypr. to. 2. col. 695. b. dicit : *Sextus decimus inſcribitur*, Oratio David. In Gr. Προσευχὴ τῷ Δαυίδ.

* Ita ferunt Pſalt. Rom. & Corb. Item Aug. & Caſſiod. in hunc Pſalm. *Exaudi Deus..... intende deprecationi meæ*, &c. ut ſup. In Brev. Moz. ſimiliter, *Exaudi Deus*. In Gr. Εἰσάκουσον Κύριε..... πρόσχες τῇ δεήσει μου, &c. ut ſup.

℣. 2. Similiter habent, *oculi mei*, Pſalt. Rom. Mediol. Corb. & Brev. Moz. at in fine, *æquitatem*. Item Auguſt. in hunc Pſ. *A vultu tuo jud..... oculi mei vid. æquitatem*. Hilar. verò in Pſ. 65. col. 178. e. *oculi tui videant æquitates*. Caſſiod. in Pſ. 16. p. 55. *oculi tui videant æquitatem*. Et verò Hieron. epiſt. ad Sun. & Fretel. to. 2. col. 631. a. ad hæc, *oculi tui videant æquitates*, ait : *In Græco vos legiſſe dixiſtis*, οἱ ὀφθαλμοί μου, *id eſt*, oculi mei ; *ſed rectiùs*, oculi tui, *quia & ſupra dixerat*, De vultu tuo judicium meum prodeat ; & *oculi Dei in Prophetâ recta operante, non prava, ſed recta conſpiciant*. Apud Ambr. l. de apol. David, col. 697. e. & epiſt. 43. col. 974. e. hoc tantùm legitur : *De vultu tuo judicium meum prodeat*. In Gr. Ἐκ προσώπου σου τὸ κρίμα μου ἐξέλθοι· οἱ ὀφθαλμοί μου ἴδοιεν εὐθύτητας· nonnulli codd. habent ὀφθαλμοί σου.

℣. 3. Pſalt. Rom. cum aliis conſtanter hab. *viſitaſti nocte*. Sic etiam Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. Apud Ambr. l. 1. de Nab. c. 12. col. 579. e. & de apol. Dav. col. 687. b. poſteriora tantùm exſtant : *igne me examinaſti*, &c. ut ſup. Græcè : Ἐδοκίμασας τὴν καρδίαν μου, ἐπισκέψῃ νυκτός· ἐπύρωσάς με, &c.

℣. 4. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum veterib. Pſalt. & Gr. conſtanter legunt *labiorum tuorum*, non *meorum* ; cæt. ut ſupra. Ambr. l. de Incarn. to. 2. col. 710. c. ſimiliter hab. *Ut non loquatur os meum opera hominum*. S.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
5. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis : ut non moveantur veſtigia mea.	*Suſtenta greſſus meos in callibus tuis, & non labantur veſtigia mea.*	5. Perfice greſſus meos in ſemitis tuis : ut non moveantur veſtigia mea. *Ex Mſ. Sangerm.*
6. Ego clamavi, quoniam exaudiſti me Deus : inclina aurem tuam mihi, & exaudi verba mea.	*Ego invocavi te, quia exaudies me Deus : inclina aurem tuam mihi, audi eloquium meum.*	6. Ego clamavi, quoniam exaudiſti me Deus : inclina aurem tuam mihi, & exaudi verba mea.
7. Mirifica miſericordias tuas, qui ſalvos facis ſperantes in te.	*Mirabiles fac miſericordias tuas, ſalvator ſperantium*	7. Mirifica miſericordias tuas, qui ſalvos facis rectos corde
8. A reſiſtentibus dexteræ tuæ cuſtodi me, ut pupillam oculi.	*A reſiſtentibus dextera tua : cuſtodi me quaſi pupillam intus oculi.*	8. A reſiſtentibus dexteræ tuæ : cuſtodi me Domine, ut pupillam oculi.
Sub umbra alarum tuarum protege me : 9. à facie impiorum qui me afflixerunt.	*In umbra alarum tuarum protege me, à facie impiorum vaſtantium me.*	Sub umbra alarum tuarum protege me, 9. à facie impiorum qui me adflixerunt.
Inimici mei animam meam circumdederunt, 10. adipem ſuum concluſerunt : os eorum locutum eſt ſuperbiam.	*Inimici mei animam meam circumdederunt, adipe ſuo concluſerunt ; & ore locuti ſunt ſuperbè.*	Inimici mei animam meam circumdederunt, 10. adipem ſuum concluſerunt : os eorum locutum eſt ſuperbiâ.
11. Projicientes me nunc circumdederunt me : oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram.	*Incedentes adversùm me, nunc circumdederunt me : oculos ſuos poſuerunt declinare in terram.*	11. Projicientes me nunc circumdederunt me : oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram.
12. Suſceperunt me ſicut leo paratus ad prædam : & ſicut catulus leonis habitans in abditis.	*Similitudo ejus quaſi leonis deſiderantis prædam, & quaſi catuli ſedentis in abſconditis.*	12. Suſceperunt me ſicut leo paratus ad prædam, & ſicut catulus leonis habitans in abditis.
13. Exſurge Domine, præveni eum, & ſupplanta eum : eripe animam meam ab impio, frameam tuam 14. ab inimicis manus tuæ.	*Surge Domine, præveni faciem ejus, incurva eum : ſalva animam meam ab impio, qui eſt gladius tuus ; à viris manus tua Domine,*	13. Exſurge Domine, præveni eos, & ſubverte eos : eripe animam meam ab impio, frameam tuam 14. de manu inimicorum.
Domine à paucis de terra divide eos in vita eorum : de abſconditis tuis adimpletus eſt venter eorum.	*Qui mortui ſunt in profundo, quorum pars in vita ; & quorum de abſconditis tuis repleſti ventrem :*	Domine à paucis à terra diſpartire eos, & ſubplanta eos in vita eorum : de abſconditis tuis adimpletus eſt venter eorum.
Saturati ſunt filiis : & dimiſerunt reliquias ſuas parvulis ſuis.	*Qui ſatiabuntur in filiis, & dimittent reliquias ſuas parvulis eorum.*	Saturati ſunt ſuillam, & reliquerunt quæ ſuperfuerant parvulis ſuis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Paulin. epiſt. 32. p. 205. c. *propter mandata labiorum tuorum ego ambulavi vias duras :* at in Gr. Διὰ τὺς λόγυς τῶν χειλέων συ ἐγὼ ἐφύλαξα, &c.

℣. 5. Aug. in hunc Pſ. legit : *Ad perficiendos greſſus meos*, &c. ut ſup. alii conſtanter, *perfice*. Varietas orta eſt à Gr. καΤάρΤισαι, vel ita mutato accentu, καΤαρΤίσαι. Ap. Symm. Συμπεράνωσον, Theod. τελείωσον, Aquil. ἀνΤιλαβέσθαι.

℣. 6. Ita Auguſt. & Caſſiod. & al. unà cum Gr.

℣. 7. Auguſt. & Caſſiod. cum veterib. Pſalt. conſtanter habent *ſperantes in te*, non *rectos corde*. Græc. ſimiliter, ὁ Σώζων τὺς ἐλπίζονΤας ἐπὶ σέ.

℣. 8. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. jungunt pariter hunc verſic. *à reſiſt. dextera tua*, cum præcedenti, & inf. addunt *Domine* ; ſic etiam in Pſalt. Rom. In Gr. verò deeſt *Domine* : unde Hieron. ep. ad Sun. & Fret. to. 2. col. 631. a. *In ipſo*, inquit, Cuſtodi me ut pup. oculi, *dicitis in Græco legi*, Cuſtodi me Domine, *quod nec in Hebræo, nec in ullo habetur Interprete* : attamen in edd. Ald. & Compl. additur Κύριε ; & Ambr. l. 6. Hexa. col. 137. e. legit : *Cuſtodi me Domine, ut pupillam oculi*, cum Vigil. Tapſ. cont. Varim. p. 750. c. & Pſalt. Corb. Aug. ubi ſup. addit : *In tegmine alarum tuarum protege me ;* editt. *proteges*, renitentibus Mſs. Græcè, Ἐν σκέπῃ τῶν πΤερύγων συ σκεπάσεις με. Ambr. de apol. Dav. to. 1. col. 683. f. & l. 4. Hex. 73. b. & in Pſ. 118. col. 1210. d. legit : *Sub umbra..... protege me* : at in Pſ. 118. col. 998. f. *In umbra..... protege*. Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 750. c. & Caſſiod. *Sub umbra*, &c.

℣. 9. Ita Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum vet. Pſalt. & Græco.

℣. 10. Brev. Moz. habet *adipe ſuo ;* at Aug. & Caſſiod. conſtanter *adipem*, & *ſuperbiam*, cum Pſalt. Rom. & Gr. In Corb. *adipem..... ſuperbiâ*, ut ſup. in Sangerm.

℣. 11. Sic apud Aug. & Caſſiod. & al. In Gr. ἘκβαλόνΤες με..... ὀφθαλμὺς αὐΤῶν ἔθεΤο ἐκκλίναι ἐν Τῇ γῇ.

℣. 12. Ita Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. & al. at Auguſt. in eundem, pro *abditis*, legit *occultis*. Gr. ἐν ἀποκρύφοις.

℣. 13. Brev. Moz. *Præveni eos, & ſupplanta eos : eripe animam meam ab impiis*, &c. Aug. in hunc Pſ. *Præveni eos, & ſubverte eos : erue animam meam ab impiis*, &c. & inf. in Pſ. 34. col. 229. f. *erue ab impiis animam meam*. Caſſiod. in eund. Pſ. *Præveni eos, & ſupplanta eos..... meam ab impio*, &c. Pſalt. Rom. & Corb. *Præveni eos, & ſubverte eos..... meam ab impio*. Græc. Πρόφθασον αὐΤὺς, καὶ ὑποσκέλισον αὐΤύς· ῥῦσαΤὴν ψυχήν μυ ἀπὸ ἀσεβῶς, &c. Hieron. epiſt. ad Sun. & Fret. to. 2. col. 631. b. ait : *In eodem :* Exſurge Domine, præveni eum, & ſuppl. eum : *pro quo in Græco*, πρόφθασον αὐΤύς, *i. e.* præveni eos, & ſuppl. eos : *ſed melius ſi legatur numero ſingulari ; ſiquidem de impio dictum eſt, de que ſtatim ſequitur.....* eripe animam meam ab impio ; *nullique dubium quin diabolum ſignificet*. Vid. not. ad ℣. ſeq.

℣. 14. In Pſalt. Rom. & Corb. ſic : *frameam inimicorum de manu tua. Domine à paucis à terra diſpartire eos, & ſupplanta eos in vita ipſorum : de abſconditis tuis adimpletus eſt venter eorum. Saturati ſunt porcina :* & *reliquerunt quæ ſuperfuerunt parvulis ſuis.* Item in Pſalt. Carnut. *Domine à paucis à terra diſpartire eos, & ſuppl. eos..... Saturati ſunt porcina*, &c. S. Eucher. quæſt. in Pſ. p. 844. g. ſimiliter hab. *Saturati ſunt porcina :* & *reliquerunt quæ ſuperfuerunt*, &c. Caſſiod. in hunc Pſ. *frameam tuam ab inimicis manus tuæ. Domine à paucis à terra diſpertire eos, & ſupplanta eos in vita eorum* (inf. *ipſorum :*) *de abſconditis..... Saturati ſunt porcina :* & *reliquerunt quæ ſuperfuerunt*, &c. S. Paulinus utramque ſcripturam videtur admittere, ep. 50. p. 295. c. dicens : *Saturati ſunt porcina ; vel ſicut in quibuſdam Pſalteriis ſcriptum audio : Saturati ſunt filiis :* & *reliquerunt quæ ſuperfuerunt*, &c. Auguſtinus in Pſ. 34. col. 229. f. legit, *frameam tuam ab inimicis manus tuæ :* rurſuſque in hunc Pſ. col. 73. b. & epiſt. 49. p. 504. 505. ubi addit : *Domine perdens de terra, diſpertire eos in vita eorum :* & *de abſconditis... Saturati ſunt porcina :* & *reliquerunt reliquias parvulis ſuis :*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 15. Ego autem cum juſtitia parebo in conſpectu tuo : ſatiabor dum manifeſtatur gloria tua.	*Ego in juſtitia videbo faciem tuam : implebor, cùm evigilavero, ſimilitudine tua.*	15. Ego autem in juſtitia apparebo conſpectui tuo : ſatiabor cùm apparuerit gloria tua.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

& poſt pauca : *Ubi dictum eſt*, inquit, Saturati ſunt porcina, *nonnulla exemplaria*, Saturati ſunt filiis, *habent : ex ambiguo enim Græce interpretatio duplex evenit ;* ſcilicet cùm in quibuſdam libris eſſet υἱῶν, *filiis*, in aliis υείων, *porcinis*. De iiſdem iterum diſſerit Aug. ep. 149. ad Paulin. to. 2. col. 504. d. *Quia ergo tunc, ſicut ſcripſi, non poteram inſpicere codices Græcos propter quædam Pſalmi decimi ſexti, inſpexi poſtea quos inveni : & unus habebat, quod & Latini noſtri*, Domine perdens de terra, diſpertire eos ; *alius, ſicut ipſe poſuiſti*, à paucis de terra : & infra, col. 504. f. 505. a. b. *Quod verò ſequitur*, Saturati ſunt porcina, *jam quid mihi ex hoc videretur, aperui : ſed quod alii codices habent, & veriùs habere perhibentur, quia diligentiora exemplaria per accentûs notam ejuſdem verbi Græci ambiguitatem, Græce ſcribendi more, diſſolvunt, obſcurius eſt quidem, ſed electiori ſententiæ videtur aptiùs convenire..... continuò ſubjunctum eſt*, Saturati ſunt filiis. In Brev. Mozarab. ſic : *Domine à paucis de terra diſpartire eos, & ſupplanta eos in vita ipſorum..... Saturati ſunt deſideriis : & reliquerunt quæ ſuperfuerunt parvulis ſuis.* In Pſalt. Mediolan. *Saturati ſunt filii eorum.* Symm. Χορτασθήσονται υἱοῖς. Gr. edit. Rom. ἐμπλησθήσονται ἀπὸ ἐχθρῶν τῆς χειρός σου. Κύριε ἀπόλυσον (Ald. & Compl. ἀπὸ ὀλίγων) ἀπὸ γῆς διαμέρισον αὐτοὺς ἐν τῇ ζωῇ αὐτῶν ἐκ τῶν κεκρυμμένων σου ἐπλήσθη ἡ γαστὴρ αὐτῶν. Ἐχορτάσθησαν υἱοῖς (Alex. Ald. & Compl. υἱῶν) καὶ ἄφηκαν τὰ κατάλειπα τοῖς νηπίοις αὐτῶν.

℣. 15. Itidem in Pſalt. Corb. Mozarab. verò cum Caſſiod. hab. *Ego autem cum juſtitia apparebo in conſpectu tuo : ſatiabor dum manifeſtabitur gloria tua.* Similiter in Miſſ. Rom. fer. 6. poſt Dom. 2. Quadr. ad Introit. Item apud Theodulf. Aurel. de ord. Baptiſ. ap. Sirm. to. 2. p. 968. b. præter hoc, *cùm manifeſtabitur*. Aug. in eund. Pſ. *Ego autem in tua juſtitia appar. in conſp. tuo : ſatiabor dum manifeſtabitur*, &c. at l. 21. de civit. Dei, c. 24. to. 7. col. 644. e. *ſaturabor cùm manifeſtabitur*, &c. Anonymus de Trin. apud Ambr. col. 336. c. *Ego autem cum juſtitia appar. in conſpectu tuo : ſatiabor dum manifeſtabitur mihi gloria tua.* Græc. Ἐγὼ δὲ ἐν δικαιοσύνῃ ὀφθήσομαι τῷ προσώπῳ σου· χορτασθήσομαι ἐν τῷ ὀφθῆναι τὴν δόξαν σου.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 1. In finem pro puero Domini David, quæ locutus eſt ad Dominum verba Cantici hujus, in die, qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum ejus, & de manu Saul, & dixit : XVII.	*Victori ſervo Domini David, qua locutus eſt Domino verba Cantici hujus, in die, qua liberavit eum Dominus de manu omnium inimicorum ſuorum, & de manu Saul, & ait : XVIII.*	1. In finem puero Domini David, qui locutus eſt Domino verba Cantici hujus, in die, qua eripuit eum Dominus de manu omnium inimicorum ejus, & de manu Saul, & dixit : (2. *Reg.* 22. 2.) XVII.
2. DIligam te Domine virtus mea, 3. firmamentum meum, & refugium, & liberator meus.	*DIligam te Domine fortitudo mea. Dominus petra mea, & robur meum, & ſalvator meus :*	2. DIligam te Domine fortitudo mea : 3. Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus.
Deus meus adjutor meus, & ſperabo in eum :	*Deus meus, fortis meus, & ſperabo in eo :*	Deus meus adjutor meus, & ſperabo in eum. *Hebr.* 2. 13.
Protector meus, & cornu ſalutis meæ, adjutor meus.	*Scutum meum, & cornu ſalutis mea, ſuſceptor meus.*	Protector meus, & cornu ſalutis meæ, & ſuſceptor meus.
4. Laudans invocabo Dominum, & ab inimicis meis ſalvus ero.	*Laudatum invocabo Dominum, & ab inimicis meis ſalvus ero.*	4. Laudans invocabo Dominum : & ab inimicis meis ſalvus ero.
5. Circumdederunt me gemitus mortis, & torrentes iniquitatis conturbaverunt me.	*Circumdederunt me funes mortis, & torrentes diaboli terruerunt me.*	5. Circumdederunt me dolores mortis : & torrentes iniquitatis conturbaverunt me.
6. Dolores inferni circumdederunt me : prævenerunt me laquei mortis.	*Funes inferi circumdederunt me : prævenerunt me laquei mortis.*	6. Dolores inferni circumdederunt me : præoccupaverunt me laquei mortis.
7. Et in tribulatione mea	*In tribulatione mea invocabo*	7. In tribulatione mea invoca-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic eſt in Brev. Mozarab. deletis tamen vocibus ſeqq. *pro*, & *ad Dominum*, & *omnium*. Aug. in hunc Pſ. *In finem puero Domini ipſi David, qua locutus eſt Domino ;* reliqua ut in textu. Caſſiod. Vulgatæ ſuffragatur, niſi quòd legit, *ad Dominum*, pro *Domino*. Pſalt. quoque Rom. Fabri, & Carnut. habent, *qua locutus eſt ;* Rom. Martianæi, *qui locutus eſt ad Dominum..... qua eripuit eum Dominus de manu Saul*, & *de manu omnium inimicor. ejus*. Corb. *In finem puero Domini, qua locutus eſt Domino verba Cantici hujus..... de manu inimicorum ejus*, &c. ut ſup. Gr. Εἰς τὸ τέλος τῷ παιδὶ Κυρίου τῷ Δαυὶδ, ἃ ἐλάλησε τῷ Κυρίῳ..... πάντων τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ, καὶ ἐκ χειρὸς Σαοὺλ, &c. ut ſup.

℣. 2. Ita legit Auguſt. in hunc Pſ. & epiſt. 55. to. 2. col. 538. b. cum S. Paulino, epiſt. 23. p. 151. a. necnon Caſſiod. & Anonymo apud S. Paulin. epiſt. ad Marcell. to. 2. p. 4. His accedunt Pſalt. Rom. Corb. & Mozarab. In Gr. ἰσχύς μου. Auguſt. in hunc Pſ. τό *virtus mea*, ita explicat, *per quem fortis ſum*. Similiter Auct. Comment. in Reg. S. Eucherio falsò aſcripti, p. 961. f.

℣. 3. Auguſt. in hunc Pſ. *Domine firmamentum meum*, & *refug. meum*, & *lib..... adjutor meus*, & *ſperabo..... cornu ſalutis mea*, & *redemptor meus*. Pſalt. Rom. Fabri, & Corb. ſimiliter habent in principio, *Domine*, ſicut *meum*, poſt *refugium ;* & in fine, *adjutor meus*, abſque præced. &. In Rom. Martianæi : *Dominus firmamentum meum*, & *refugium meum..... adjutor meus, ſperabo..... cornu ſalutis mea, adjutor meus*. Item in Pſalt. Carnut. ſicut apud Caſſiod. in hunc Pſ. *adjutor meus* in fine, abſque præced. &; quæ conjunctio etiam deeſt in Brev. Mozar. ante verbum *ſperabo*. Pſeudo-Eucherius in Reg. p. 961. *Domine firm. meum*, & *refug..... cornu ſalutis meæ*, & *liberator meus*. Gr. Κύριος στερεωμά μου, καὶ καταφυγή μου..... βοηθός μου, ἐλπιῶ..... καὶ ἀντιλήπτωρ μου.

℣. 4. Ita Aug. & Caſſiod. cum veterib. Pſalt. quibus conſonat Græcum, niſi quòd pro *ab*, habet ἐκ.

℣. 5. Ita Hilar. in Pſ. 139. col. 532. a. & Caſſiod. in hunc Pſal. cum Pſalt. Rom. Corb. Mediolan. & Carnut. Auguſt. verò in eund. Pſ. habet, *dolores mortis*, &c. Gr. ὠδῖνες θανάτου ; at in Miſſali Rom. ad Introitum Dominicæ Septuag. *gemitus mortis*.

℣. 6. Concordant Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. ut & Pſalt. Mediolan. Carnut. Corb. Mozar. & Rom. Fabri. In Rom. Martianæi, & *prævenerunt me*. In Gr. προέφθασάν με, abſque præced. &, quod delet etiam Pſeudo-Eucherius in Reg. p. 961. ante *prævenerunt*.

℣. 7. In principio ſimiliter habetur &, ap. Caſſiod. in

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
vi Dominum, & ad Deum meum clamavi:	*Dominum, & ad Deum meum clamabo:*	invocavi Dominum, & ad Deum meum clamavi: *Ex Mſ. Sangerm.*
Et exaudivit de templo ſancto ſuo vocem meam: & clamor meus in conſpectu ejus, introivit in aures ejus.	*Exaudiet de templo ſancto ſuo vocem meam, & clamor meus ante faciem ejus, veniet in aures ejus.*	Et exaudivit de templo ſuo vocem meam: & clamor meus in conſpectu ejus, introivit in aures ejus.
8. Commota eſt, & contremuit terra: fundamenta montium conturbata ſunt, & commota ſunt, quoniam iratus eſt eis.	*Commota eſt, & contremuit terra: & fundamenta montium concuſſa ſunt, & conquaßata ſunt, quoniam iratus eſt.*	8. Et commota eſt, & contremuit terra: & fundamenta montium conturbata ſunt, & commota ſunt, quoniam iratus eſt eis Dominus.
9. Aſcendit fumus in ira ejus: & ignis à facie ejus exarſit: carbones ſuccenſi ſunt ab eo.	*Aſcendit fumus in furore ejus, & ignis ex ore ejus devorans: carbones accenſi ſunt ab eo.*	9. Aſcendit fumus in ira ejus: & ignis à facie ejus exardeſcit: carbones ſuccenſi ſunt ab eo.
10. Inclinavit cœlos, & deſcendit: & caligo ſub pedibus ejus.	*Inclinavit cœlos, & deſcendit: & caligo ſub pedibus ejus.*	10. Et inclinavit cœlum, & deſcendit: & caligo ſub pedibus ejus.
11. Et aſcendit ſuper cherubim, & volavit: volavit ſuper pennas ventorum.	*Et aſcendit ſuper cherub, & volavit: & volavit ſuper pennas venti.*	11. Et aſcendit ſuper cherubin, & volavit: volavit ſuper pennas ventorum.
12. Et poſuit tenebras latibulum ſuum, in circuitu ejus tabernaculum ejus: tenebroſa aqua in nubibus aeris.	*Poſuit tenebras latibulum ſuum, in circuitu ejus tabernaculum ejus: tenebroſas aquas in nubibus aeris.*	12. Et fecit tenebras latibulum ſuum, nubes ipſius tranſcucurrerunt: liberavit me de inimicis potentibus. In circuitum ejus tabernaculum ejus: tenebroſa aqua in nubibus aeris.
13. Præ fulgore in conſpectu ejus nubes tranſierunt, grando, & carbones ignis.	*Præ fulgore in conſpectu ejus nubes tranſierunt, grando, & carbones ignis.*	13. Præ fulgore in conſpectu ejus nubes tranſierunt, grando, & carbones ignis.
14. Et intonuit de cœlo Dominus, & Altiſſimus dedit vocem ſuam: grando & carbones ignis.	*Et intonuit in cœlis Dominus, & Altiſſimus dedit vocem ſuam: grandinem & carbones ignis.*	14. Et intonuit è cœlo Dominus, & Altiſſimus dedit vocem ſuam.
15. Et miſit ſagittas ſuas, &	*Et miſit ſagittas ſuas, & diſſi-*	15. Et miſit ſagittas ſuas, &

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

hunc Pſ. & in Pſalt. Rom. ac Moz. In Corb. ſic: *Et in preſſura mea invocabo Dom.* &c. Auguſt. in eund. Pſ. legit cum Pſeudo-Eucherio in 2. Reg. p. 961. g. *Et in preſſura mea invocavi*, &c. aliubi autem non tollitur τὸ *ſanctο*, poſt *templo*. In Gr. ſic: Καὶ ἐν τῷ θλίβεσθαί με ἐπεκαλεσάμην..... ἐκέκραξα· ἤκουσεν ἐκ ναοῦ ἁγίου αὐτοῦ..... εἰσελεύσεται εἰς τὰ ὦτα αὐτοῦ. Apud Hilar. in Pſ. 143. col. 553 d. *Audivit de templo ſancto ſuo*, &c. ut ſup.

℣. 8. Ita Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſeudo-Eucherio in Reg. p. 961. h. necnon Pſalt. Rom. Fabri, & Corb. In Brev. Moz. ſimiliter ponitur &, ante *fundamenta*, ut & in fine, *Deus*. Item in Gr. Καὶ ἐσαλεύθη, καὶ ἐτρόμος ἐγενήθη ἡ γῆ· καὶ τὰ θεμέλια..... ὅτι ὠργίσθη αὐτοῖς ὁ Θεός. In Pſalt. Rom. Martianæi deeſt &, ante *fundamenta*; cæt. ut ſup. Apud Hilar. in Pſ. 64. col. 166. d. e. *Et commota eſt, & intremuit terra: & fundamen..... quoniam iratus eſt his:* & in Pſ. 143. col. 553. d. *Et commota eſt, & contremuit..... & fundamenta*, &c. Ap. Tichonium reg. 7. col. 64. c. *Fundamenta montium conturb. ſunt, & commota ſunt, quon. iratus eſt Deus.*

℣. 9. Sic eſt in Pſalt. Rom. Mediol. & Mozarab. ſicut ap. Auguſt. in hunc Pſ. at in Pſalt. Carnut. & Corb. *exardeſcet*; quibus duobus ſuffragatur Hilar. in Pſ. 67. col. 191. d. niſi quòd unus Mſ. Reg. hab. ibid. *exardeſcit*: item in Pſ. 143. col. 556. c. *exardeſcit*; at correctum eſt *exardeſcet* ex alio loco, nempe in Pſ. 64. col. 166. d. e. ubi ſic Hilar. habet: *Aſcendit fumus ab ira ejus: & ignis à facie ejus exardeſcet: carbones accenſi ſunt ab eo.* Nec illud obſtat, quòd eodem loco editi ferant *exardeſcit*; etenim malè, cùm infra, col. 167. b. rurſus legatur: *Aſcendit fumus ab ira ejus: & ignis à conſpectu ejus ardeſcet*: & ſup. p. 166. f. ſubnectantur iſta ab eodem Hilario: *In fumo qui aſcendit, præteriti temporis res eſt; in igne autem accendendo, futuri ſignificatio continetur*; quæ manifeſtò arguunt *exardeſcet*, quod ipſe habet in Pſ. 64. ſup. cum Theodor. Attamen Hilar. in Pſ. 143. p. 556. c. legit *exardeſcit*, ut notavi ſupra. Pſeudo-Eucher. verò in 2. Reg. p. 961. g. *exardeſcet*. In Gr. κατεβλόγισεν; at in edd. Ald. & Compl. κατεφλογήσθησαν· item ſup. conſtanter, ἐν ὀργῇ αὐτοῦ.

℣. 10. Ita Aug. in hunc Pſ. cum Pſalt. Corb. & Moz. Concinit etiam Hilar. in Pſalm. 64. col. 166. d. niſi quòd tollit &, ante *inclinavit*: at in Pſ. 143. col. 556. c. retinet, & *inclinavit*. Pſalt. Rom. habet, & *inclinavit cæ-*

los; ſicut Ambroſ. de apol. Dav. col. 730. d. & Caſſiod. in hunc Pſal. Pſeudo-Eucherius in Reg. *inclinavit cœlum*. Græc. ἔκλινεν οὐρανόν· Ald. verò & Compl. ὑρανούς.

℣. 11. Aug. & Caſſiod. Vulgatæ favent, cum veterib. Pſalt. & Gr.

℣. 12. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. rurſus concinunt cum Vulg. & Græco. Ap. Ambr. l. de Iſai. c. 5. col. 367. e. & in Pſal. 35. & 45. col. 772. f. 928. a. prior tantùm legitur verſiculus: *Poſuit tenebras latibulum ſuum*. Unde autem duo ſequentes in textum irrepſerint, me latet: primus enim ad ℣. 13. pertinere videtur, alter ad ℣. 18. quî ult. rurſum inſeritur infra, ℣. 20. Perturbatum quid potiùs hîc ſuſpicor in archetypo, à quo deſcriptus eſt Sangerm. codex, quàm ut credam duos illos verſiculos primitus illic additos fuiſſe; maximè cùm ita poſiti, ſenſum interturbent, nec aliubi reperiantur eò loci, neque in Græcis, neque in Latinis. Brev. Moz. habet, *in navibus aeris*, pro *in nubibus*, &c. ſed aperto mendo; nam in Græco conſtanter, ἐν νεφέλαις ἀέρων.

℣. 13. Aug. in hunc Pſ. addit *ipſius*, ad *nubes*. Brev. Moz. loco *tranſierunt*, hab. *tranſcurrerunt*; reliqua ut ſup. In Gr. Ἀπὸ τῆς τηλαυγήσεως ἐνώπιον αὐτοῦ αἱ νεφέλαι διῆλθον, &c. Hilar. in Pſ. 146. col. 579. b. legit: *Ira fulgore ejus in conſpectu ejus nubes tranſierunt*. Caſſiod. verò in eund. Pſ. *Præfulgora in conſpectu ejus*, &c. tum addit: *Præfulgora, una pars orationis eſt, id eſt, nominativus pluralis, & reſpondet ad nubes..... & ſenſus talis eſt: Illæ nubes..... ſicut in hoc aere tenebroſæ, hoc eſt, obſcuræ videntur; ita in conſpectu Dei præfulgora ſunt, ubi ſemper veritas patet*: at hæc mera Caſſiodori conjectura, quæ nullius antiquæ Verſionis, quod ſenſerim, aut Mſ. auctoritate nititur.

℣. 14. Ita Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Mediolan. Corb. Carnut. & Græco; à quibus omnibus abſunt eò loci, *grando & carbones ignis*. De hoc etiam verſiculo Hieron. ep. ad Sun. & Fret. to. 2. col. 631. b. hæc habet: *Et quæritis, cur Græcus iſtum verſum ſecundò non habeat, interpoſitis duobus verſibus: ſed ſciendum, quia de Hebraïco, & de Theodotionis editione in LXX. Interpretibus ſub aſteriſco additum ſit.*

℣. 15. Ita Pſalt. Rom. cum Caſſiod. in hunc Pſal. niſi quòd apud utrumque deeſt & initio, ſicut ante *fulgura*. In Corb. ſic: *Et miſit ſagittas ſuas, diſſipavit eos: & fulgura multiplic, & conturbavit eos.* Apud Hilar. in Pſ. 67.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. diſſipavit eos: & fulgura multiplicavit, & conturbavit eos.	*pavit eos : fulgura multiplicavit, & conturbavit illos.*	diſſipavit eos : fulgura multiplicavit, & conturbavit eos.
16. Et paruerunt fontes aquarum, & revelata ſunt fundamenta orbis terræ;	*Et apparuerunt effuſiones aquarum, & revelata ſunt fundamenta orbis,*	16. Et apparuerunt fontes aquarum, & revelata ſunt fundamenta orbis terrarum ;
Ab increpatione tua Domine, ab inſpiratione ſpiritûs iræ tuæ.	*Ab increpatione tua Domine, ab inſpiratione ſpiritûs furoris tui.*	Ab increpatione tua Domine, ab inſpiratione ſpiritûs iræ tuæ.
17. Miſit è ſummo, & accepit me : adſumpſit me de multitudine aquarum.	*Miſit de alto, & accepit me : extrahet me de aquis multis.*	17. Miſit de ſummo, & accepit me : & aſſumpſit me de aquis multis.
18. Eripuit me de inimicis meis fortiſſimis, & ab his qui oderunt me : quia confirmati ſunt ſuper me.	*Liberavit me de inimico meo potentiſſimo, & de his qui oderunt me : quoniam robuſtiores me erant.*	18. Eripuit me de inimicis meis fortiſſimis, & ab his qui oderunt me : quoniam confortati ſunt ſuper me.
19. Prævenerunt me in die adflictationis meæ : & factus eſt Dominus protector meus.	*Prævenerunt me in die afflictionis meæ, & factus eſt Dominus firmamentum meum.*	19. Prævenerunt me in die afflictionis meæ : & factus eſt Dominus protector meus.
20. Et produxit me in latitudinem : ſalvum me faciet, quoniam voluit me.	*Et eduxit me in latitudinem : liberabit me, quoniam placui ei.*	20. Et eduxit me in latitudinem : ſalvum me fecit, quoniam voluit me.
Liberavit me de inimicis meis potentiſſimis, & ab his qui oderunt me gratis.		
21. Et retribuet mihi Dominus ſecundùm juſtitiam meam : & ſecundùm innocentiam manuum mearum retribuet mihi :	*Retribuit mihi Dominus ſecundùm juſtitiam meam : ſecundùm munditiam manuum mearum reddidit mihi :*	21. Et retribuet mihi Dominus ſecundùm juſtitiam meam : & ſecundùm puritatem manuum mearum retribuet mihi :
22. Quia cuſtodivi vias Domini, nec impiè geſſi à Deo meo.	*Quia cuſtodivi vias Domini, & non egi impiè à Deo meo.*	22. Quia cuſtodivi vias Domini, nec impiè geſſi à Deo meo.
23. Quoniam omnia judicia ejus in conſpectu meo ſunt : & juſtitias ejus non repuli à me.	*Omnia enim judicia ejus in conſpectu meo, & præcepta ejus non amovi à me.*	23. Quoniam omnia judicia ejus in conſpectu meo : & juſtitias ejus non repuli à me.
24. Et ero immaculatus co-	*Et fui immaculatus cum eo, &*	24. Et ero immaculatus cum eo:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

col. 191. d. & in Pſ. 126. col. 421. d. *Miſit ſagittas ſuas, & diſſipavit eos : & fulgura multipl. & conturb. eos.* Similiter hab. in Pſ. 143. col. 556. c. niſi quòd delet *ſuas*, poſt *ſagittas :* at in Pſ. 64. col. 166. e. leg. *Miſit ſagittas ſuas, & diſperſit eos : & fulgura*, &c. Aug. verò in hunc Pſ. ita : *Et emiſit ſagittas ſuas, & diſperſit eos : & coruſcationes multiplicavit, & conturbavit eos.* Pſeudo-Eucherius in 2. Reg. p. 962. e. *Et emiſit ſagittas, & diſſipavit eos : & coruſcationes multipl.* &c. ut ſup. Græcè : Καὶ ἐξαπέστειλε βέλη, καὶ ἐσκόρπισεν αὐτούς· καὶ ἀστραπὰς ἐπλήθυνε, &c. In Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. deeſt καὶ, ante ἐξαπέστειλε.

℣. 16. Mſ. Sangerm. ita ſcriptum exhibet, *parunt unt*, mendosè, pro quo poſuimus *paruerunt*. Auguſt. in hunc Pſ. *Et apparuerunt.....fundamenta orbis terrarum*, &c. ut ſup. Similiter in Pſalt. Rom. *apparuerunt*, ut & ap. Caſſiod. in eund. Pſalm. ſed uterque habet cum Pſalt. Corb. *orbis terræ*. In Gr. Καὶ ὤφθησαν αἱ..... τῆς οἰκουμένης..... Κύριε, ἀπὸ ἐμπνεύσεως, &c. Brev. Moz. *& ab inſpiratione*, &c.

℣. 17. Sic habet Pſalt. Corb. Sic etiam Hilar. in Pſ. 143. col. 556. c. poſito *&*, ante *aſſumpſit*. Itidem in Pſalt. Rom. excepto *de*, pro *è*. Item apud Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. & ap. Pſeudo-Eucherium in 2. Reg. p. 962. ſublato *&*, ante *aſſumpſit*. In Brev. Moz. ita : *Miſit ex alto, & accepit me : aſſumpſit me de altitudine aquarum*. Græcè, Ἐξαπέστειλεν ἐξ ὕψους, καὶ ἔλαβέ με· προσελάβετό με ἐξ ὑδάτων πολλῶν.

℣. 18. Brev. Moz. hab. *Eripiet me de*, &c. ut ſup. Hilar. in Pſ. 143. col. 556. c. *Eripuit me de*, &c. Auguſt. in hunc Pſ. cum Pſeudo-Eucher. in 2. Reg. p. 962. *Eruit me ;* & infra, *quoniam confortati ſunt*, &c. In Gr. Ῥύσεταί με ἐξ ἐχθρῶν μου δυνατῶν, καὶ ἐκ τῶν.....ὅτι ἐστερεώθησαν, &c.

℣. 19. Auguſt. in hunc Pſ. cum Pſeudo-Eucherio in 2. Reg. p. 962. *Prævenerunt me in die afflictionis meæ : & factus eſt Dominus firmamentum meum*. Caſſiod. cum vet. Pſalt. Vulgatæ conſonat. In Gr. ſic : Προέφθασάν με ἐν ἡμέρᾳ κακώσεώς μου· καὶ..... ἀντεσύεγμάμν. Symm. loco κακώσεως, hab. θλιψεως.

℣. 20. Similiter habet Caſſiod. in hunc Pſ. *Et produxit me in latitudinem*. Brev. Moz. *in latitudine ;* mox ita : *liberavit me, quoniam voluit me ;* nec ipſum, nec Caſſiodorus addunt plura. In Pſalt. Corb. ſic : *Et eduxit me in latitudinem : ſalvum me faciet, quoniam voluit me :* tum ſequitur intervallum, lineis duabus ſufficiens. Apud Aug. in eund. Pſ. ſic : *Et eduxit me in latitudinem : eruit me, quoniam voluit me :* tum addit : *Antequam illum ego vellem, eruit me ab inimicis meis potentiſſimis, qui mihi invidebant jam volenti eum ; & ab his qui oderunt me, quia volo eum :* quæ ſatis indicant ſubnexos in Mſ. Germ. verſiculos duos, pariter exſtitiſſe in codice Auguſtini : & verò etiamnum leguntur in Pſalt. Carnut. nempe ſic : *Salvum me faciet, quon. voluit me. Eripuit me de inimicis meis fortiſſimis, & ab his qui oderunt me ;* ut ſupra ℣. 18. Similiter habet Pſeudo-Eucher. in 2. Reg. p. 962. *Et eduxit me in latitud. eruit me, quon. voluit me. Eruit me de inimicis meis potentiſſimis, & ab his qui oderunt me.* At neque in Pſalt. Rom. neque in veteribus aliis, hoc additamentum reperitur. In Græco etiam edit. Rom. nulla alia ſunt, præter ſeqq. Καὶ ἐξήγαγέ με εἰς πλατυσμόν· ῥύσεταί με, ὅτι ἠθέλησέ με. Solus Mſ. Alex. hæc addit : Ῥύσεταί με ἐξ ἐχθρῶν μου δυνατῶν, καὶ ἐκ τῶν μισούντων με.

℣. 21. Ita Pſalt. Corb. cum Rom. Martianæi. Mozar. habet initio, & in fine, *retribuit ;* ſed *innocentiam*, ut ſup. Similiter in Pſalt. Rom. Fabri. Apud Auguſt. in eund. Pſ. *Et retribuet mihi..... ſecundùm puritatem manuum*, &c. ut in Vulg. Ap. Caſſiod. *ſecundùm innocentiam*, &c. Pſeudo-Eucherius in 2. Reg. p. 962. ſic habet : *Et retribuet mihi Dom. ſecund. juſtitiam bonæ voluntatis : & ſecund. puritatem manuum*, &c. Græc. Καὶ ἀνταποδώσῃ μοι..... κατὰ τὴν καθαριότητα τῶν..... ἀνταποδώσῃ μοι.

℣. 22. Ita Aug. & Caſſiod. cum vet. Pſalt. & Græco.

℣. 23. Sic eſt in Pſalt. Corb. Brev. verò Moz. addit *ſemper*, verbo *ſunt ;* & loco *repuli à me*, habet *repulit me*. Caſſiod. in hunc Pſ. ſimiliter leg. *ſunt ſemper*, cum Aug. edd. ſed in Mſs. melioris notæ ibid. ſimpliciter, *in conſpectu meo ſunt*, &c. ut in Vulg. In Pſalt. Mediolan. ac Rom. Fabri, *ſunt ſemper*, ſicut ap. Pſeudo-Eucher. in 2. Reg. p. 962. Itidem in Rom. Martianæi, niſi quòd hab. *juſtitiam ejus*, non *juſtitias*. Græc. Ὅτι πάντα..... ἐνώπιόν μου· καὶ τὰ δικαιώματα αὐτοῦ οὐκ ἀπέστησαν ἀπ' ἐμοῦ· in edit. Compl. ἀπέστησα.

℣. 24. Aug. in hunc Pſ. hab. cum Pſalt. Rom. Fabri, & Vulg. *immaculatus cum eo*. Caſſiod. verò in eund. Pſ.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
& obſervabo me ab iniquitate mea.	*cuſtodivi me ab iniquitate mea.*	ram eo: & obſervabo ab iniquitate mea. *Ex Mſ. Sangerm.*
25. Et retribuet mihi Dominus ſecundùm juſtitiam meam, & ſecundùm puritatem manuum mearum in conſpectu oculorum ejus.	*Et reſtituet mihi Dominus ſecundùm juſtitiam meam: ſecundùm munditiam manuum mearum in conſpectu oculorum ejus.*	25. Et retribuet mihi Dominus ſecundùm juſtitiam meam: & ſecundùm innocentiam manuum mearum retribuet mihi in conſpectu oculorum ejus.
26. Cum ſancto ſanctus eris, & cum viro innocente innocens eris:	*Cum ſancto ſanctus eris: cum viro innocente innocenter ages.*	26. Cum ſancto ſanctus eris, & cum viro innocente innocens eris:
27. Et cum electo electus eris: & cum perverſo pervertêris.	*Cum electo electus eris, & cum perverſo ſubvertêris.*	27. Et cum electo electus eris: & cum perverſo ſubvertêris.
28. Quoniam tu populum humilem ſalvum facies: & oculos ſuperborum humiliabis.	*Quia tu populum pauperem ſalvabis, & oculos excelſos humiliabis.*	28. Quoniam tu populum humilem ſalvum facies: & oculos ſuperborum humiliabis.
29. Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine: Deus meus illumina tenebras meas.	*Quia tu illuminabis lucernam meam: Domine Deus meus illuſtrabis tenebram meam.*	29. Quoniam tu inluminas lucernam meam Domine: Deus meus inlumina tenebras meas.
30. Quoniam in te eripiar à tentatione, & in Deo meo tranſgrediar murum.	*In te enim curro accinctus, & in Deo meo tranſiliam murum.*	30. Quoniam à te eripiar à tentatione, & in Deo meo tranſgrediar murum.
31. Deus meus impolluta via ejus: eloquia Domini igne examinata: protector eſt omnium ſperantium in ſe.	*Deus immaculata via ejus: eloquium Domini examinatum: ſcutum eſt omnium ſperantium in ſe.*	31. Deus meus impolluta via ejus: eloquia Domini igne examinata: protector eſt omnium ſperantium in ſe.
32. Quoniam quis Deus præter Dominum? aut quis Deus præter Deum noſtrum?	*Quoniam quis eſt Deus præter Dominum? & quis fortis præter Deum noſtrum?*	32. Quoniam quis Deus præter Dominum? & quis Deus præter Deum noſtrum?
33. Deus qui præcinxit me virtute: & poſuit immaculatam viam meam.	*Deus qui accingit me fortitudine, & poſuit immaculatam viam meam:*	33. Deus qui præcinxit me virtutem: & poſuit immaculatam viam meam.
2. Reg. 22. 34. 34. Qui perfecit pedes meos tanquam cervorum, & ſuper excelſa ſtatuens me.	*Coæquans pedes meos cervis, & ſuper excelſa mea ſtatuens me:*	34. Qui perficit pedes meos tanquam cervi, & ſuper excelſa ſtatuit me.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

cum Rom. Martianæi, *coram eo.* In omnibus conſtanter, *obſervabo me.* In Pſalt. Corb. *cum eo.....* & *obſervabo ab*, &c. Pſeudo-Eucher. in 2. Reg. p. 962. *Et ero immacul. coram eo:* & *cuſtodiam me ab iniq. mea.* S. Bened. Reg. c. 7. *Tunc ero immaculatus coram eo, ſi obſervavero me ab*, &c. Gr. Καὶ ἔσομαι ἄμωμος μετ' αὐτοῦ· ἢ φυλάξομαι ἀπὸ τῆς, &c.

℣. 25. Sic eſt in Pſalt. Corb. ad verbum. Mozarab. in principio habet *retribuit*, cum his, *ſecundùm innocentiam manuum*, &c. Auguſt. in hunc Pſ. *Et retribuet.....* & *ſecundùm puritatem*, &c. Caſſiod. in eund. Pſ. cum Pſalt. Rom. *Et retribuet.....* & *ſecundùm innocentiam*, &c. ſed non repetitur hîc, *retribuet mihi*, poſt vocem *mearum*, præterquam in Pſalt. Corb. & apud Pſeudo-Eucher. in 2. Reg. p. 962. In Mſ. Sangerm. ſcriptum erat ibid. *retribue*, ſed aperto mendo, quod ſuſtulimus. In Gr. Καὶ ἀνταποδώσει μοι..... ἢ κατὰ τὴν καθαριότητα τῶν χειρῶν μου ἐναντίον, &c. ſed in Mſ. Alex. iterum, ἀνταποδώσει μοι ἐναντίον, &c. ut in Lat. ſup.

℣. 26. In Mſ. Germ. ita corruptè legitur, *innocente innocente inn*, cujus loco poſuimus, *innocente innocens eris*, uti legunt Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum veterib. Pſalt. Similiter hab. Tertull. l. de pudicit. p. 1011. a. *Cum ſancto ſanctus eris*, & *cum viro innoc.* &c. at l. de exhort. ad caſtit. p. 942. c. ita: *Cum ſancto ſanctificaberis*, & *cum viro innoc.* &c. Cypr. l. 3. Teſtimon. p. 326. c. *Cum juſto juſtificaberis*, & *cum viro innoc.* &c. Hilar. in Pſ. 120. col. 381. a. *Cum ſancto ſanctus eris*, & *cum perverſo perv.* &c. omiſſis intermediis. Similiter Ambr. l. 1. de Abr. c. 9. to. 1. col. 309. b. & epiſt. 27. to. 2. col. 899. e. & l. 1. offic. col. 45. c. at l. de bon. mort. c. 9. p. 406. e. verſiculos ita perturbatos exhibet: *Cum ſancto ſanctus eris*, & *cum electo electus eris*: & *cum perverſo perverſus eris*, & *cum innocente innocens eris.* In Gr. ſic: Μετὰ ὁσίου ὁσιωθήσῃ [Ald. & Compl. ὅσιος ἔσῃ,] ἢ μετὰ ἀνδρὸς ἀθῴου ἀθῷος ἔσῃ.

℣. 27. Ita Brev. Moz. hab. cum Pſalt. Rom. Corb. & Mediolan. Sic etiam Caſſiod. in hunc Pſ. ac in Pſ. 25. p. 87. c. cum Auct. l. ad virg. devot. ap. Ambr. p. 366. f. & Pſeudo-Eucherio in 2. Reg. p. 963. Tertul. verò, l. de pudic. p. 1011. a. & Aug. in hunc Pſ. ſic: *Et cum electo electus eris*: & *cum perv. perverſus eris*. Idem Tertull. l. 5. adv. Marc. p. 800. b. ita: *Cum juſto juſtus eris*: & *cum perv. pervertêris*: & l. de exhort. caſtit. p. 942. c. *Et cum electo electus eris.* Cypr. l. 3. Teſtim. p. 326. c. *innocens eris*: & *cum perverſo perverſus eris.* Similiter apud Ambr. epiſt. 27. to. 2. col. 899. e. *perverſus eris.* Ap. Hilar. in Pſ. 120. col. 381. a. *ſanctus eris*: & *cum perv. pervertêris.* In Gr. Καὶ μετὰ ἐκλεκτοῦ ἐκλεκτὸς ἔσῃ· ἢ μετὰ στρεβλοῦ διαστρέψεις.

℣. 28. Accinunt Aug. Caſſiod. & al. unà cum Græco.

℣. 29. Auguſt. in hunc Pſ. bis legit *illuminabis*, loco *inluminas*, & *inlumina.* Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 751. b. initio tantùm hab. *illuminabis*; Pſeudo-Eucher. verò in 2. Reg. p. 963. ſub finem, loco *inlumina.* Ambr. l. de bon. mort. c. 9. col. 406. e. *Quoniam tu illuminas*, &c. ut in Vulg. Similiter Caſſiod. cum vet. Pſalt. unum tamen Corb. habet: *Quoniam tu inluminans*, &c. In Gr. bis, φωτιεῖς.

℣. 30. Ita legit Caſſiod. in hunc Pſ. cum Brev. Moz. & Pſalt. Rom. Fabri. Similiter Pſeudo-Eucher. in 2. Reg. p. 963. Auguſt. verò in eund. Pſ. ita: *Quoniam à te eruar à tentatione*, &c. ſic etiam l. 12. de Trin. to. 8. col. 916. c. niſi quòd addit, *ſperans tranſgrediar*, &c. plures tamen Mſs. ibid. omittunt verbum *ſperans*, quod etiam abeſt à Græco. Pſalt. Rom. Martianæi hab. *Quoniam in te eripiar*, è Gr. Ὅτι ἐν σοὶ ῥυσθήσομαι, &c.

℣. 31. A Mſ. Sangerm. ipſo initio abeſt *Deus*, ſed aperto mendo. Auguſt. in hunc Pſ. & Pſeudo-Eucher. in 2. Reg. p. 963. legunt: *Deus meus*, *immaculata eſt via ejus*, &c. ut ſupra. Similiter in Brev. Moz. *immaculata via ejus*; at in fine, *in eum*, pro *in ſe.* In Græco: Ὁ Θεός μου ἄμωμος ἡ ὁδὸς αὐτοῦ, &c. ultimòque, ἐπ' αὐτόν.

℣. 32. Sic ap. Aug. in hunc Pſ. & *quis Deus*; in Pſalt. Rom. & al. *aut quis*; in Græco, καὶ τίς Θεός, &c. ut ſup. Pſeudo-Eucher. in 2. Reg. p. 963. legit: & *quis Deus præter Dominum noſtrum?*

℣. 33. Sic in Pſalt. Rom. Martianæi, & Corb. In Rom. verò Fabri, *virtute*, ſicut apud Aug. & S. Paulinum, epiſt. 23. p. 135. b. In Gr. Ὁ Θεὸς ὁ περιζωννύων με δύναμιν, &c.

℣. 34. Sic in Pſalt. Rom. Martianæi ad verbum; ut & in Corb. & apud Caſſiod. in hunc Pſ. necnon ap. S. Paulinum, epiſt. 23. p. 135. b. niſi quòd habent omnes *per-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 35. Qui docet manus meas in prælium : & poſuiſti ut arcum æreum, brachia mea.	*Docens manus meas ad prælium, & componens quaſi arcum æreum brachia mea.*	35. Qui docet manus meas ad prælium : & poſuiſti ut arcum æreum, brachia mea. 2. Reg. 22. 35.
36. Et dediſti mihi protectionem ſalutis meæ : & dextera tua ſuſcepit me : Et diſciplina tua ipſa docebit me.	*Dediſti mihi clypeum ſalutis tuæ, & dextera tua confortavit me : Et manſuetudo tua multiplicavit me.*	36. Et dediſti mihi protectionem ſalutis tuæ : & dextera tua ſuſcepit me : Et diſciplina tua correxit me in finem, & diſciplina tua ipſa me docebit.
37. Dilataſti greſſus meos ſubtus me : & non ſunt infirmata veſtigia mea.	*Dilatabis greſſum meum ſubtus me, & non deficient tali mei.*	37. Dilataſti greſſus meos ſubtus me : & non ſunt infirmata veſtigia mea.
38. Perſequar inimicos meos, & comprehendam eos : & non convertar donec deficiant.	*Perſequar inimicos meos & apprehendam, & non revertar donec conſumam eos.*	38. Perſequar inimicos meos, & comprehendam illos : & non convertar donec deficiant.
39. Confligam illos, nec poterunt ſtare : cadent ſub pedibus meis.	*Cedam eos, & non poterunt ſurgere : cadent ſub pedibus meis.*	39. Confringam illos, nec poterunt ſtare : cadent ſubtus pedes meos.
40. Et præcinxiſti me virtutem ad bellum : ſubplantaſti inſurgentes in me ſubtus me.	*Et accinxiſti me fortitudine ad prælium : incurvabis reſiſtentes mihi ſub me.*	40. Et præcinxiſti me virtute ad bellum : & ſupplantaſti inſurgentes in me ſubtus me.
41. Et inimicorum meorum dediſti mihi dorſum, & odientes me diſperdidiſti.	*Inimicorum meorum dediſti mihi dorſum, & odientes me diſperdidiſti.*	41. Et inimicos meos dediſti mihi dorſum, & odientes me diſperdidiſti.
42. Clamaverunt, nec erat qui ſalvos faceret ; ad Dominum, nec exaudivit eos.	*Clamabunt, & non erit qui ſalvet ; ad Dominum, & non exaudiet eos.*	42. Clamaverunt, nec erat qui ſalvos faceret ; ad Dominum, nec exaudivit eos.
43. Et comminuam illos, ut pulverem ante faciem venti : ut lutum platearum delebo eos.	*Delebo eos ut pulverem ante faciem venti : ut lutum platearum projiciam eos.*	43. Et comminuam eos, ut pulverem ante faciem venti : ut lutum platearum delebo eos.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

fecit, cum Pſalt. Rom. Fabri. Idem verò S. Paulinus, ep. 9. p. 45. a. ſic legit : *Perficiet pedes noſtros ſicut cervi, & ſuper excelſa ſtatuet nos :* at epiſt. 21. p. 115. c. *Pedes tanquam cervi perfeciſti.* Auguſt. in hunc Pſ. *Qui perfecit..... tanq. cervi, & ſup..... ſtatuet me.* In Pſalt. Mediolan. & Carnut. conſtanter *cervi ;* & in Mozarab. *ſtatuis me.* Similiter ap. Pſeudo-Eucher. in 2. Reg. p. 963. Attamen Hieronymus epiſt. ad Sun. & Fretel. to. 2. col. 631. b. ad hoc, *cervorum*, dicit : *Scribitis in Græco inveniri, ὡσεὶ ἐλάφου, id eſt*, tanquam cervi, *ſingularem numerum pro plurali ; ſed in Hebræo pluralis numerus eſt*, chaialoth ; & *omnes Interpretes pluralem numerum tranſtulerunt.* In edit. tamen Rom. & alibi conſtanter : Ὁ καταρτίζομενος τὰς πόδας μου ὡσεὶ ἐλάφου, καὶ ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ ἱστῶν με. Solus Mſ. Alex. hab. ἐλάφους, & Aquila, καὶ ἐπὶ τὰ ὑψώματά μου στήσεις με.

℣. 35. Auguſt. in hunc Pſ. leg. *ad prælium ;* duo tamen Mſs. ferunt ibid. *in pralium*, alii plerique, *in pralie*. Caſſiod. in eund. Pſ. hab. *ad pralium ;* deinde, & *poſuit ut arcum*, &c. Sic etiam in Brev. Moz. & Pſalt. Rom. Martianæi. In Rom. verò Fabri, & *poſuit arcum*, &c. Apud Hilar. in Pſ. 143. p. 553. d. & in Pſalt. Corb. ſic : *Qui docet manus meas in prælium : & poſuiſti ut arcum*, &c. Gr. Διδάσκων..... εἰς πόλεμον· καὶ ἔβη τόξον, &c. Compl. ἔθετο.

℣. 36. Itidem in Pſalt. Corb. & Rom. Fabri, niſi quòd in fine habetur, *me docebit*. In Rom. Martianæi, *ſalutis tuæ, & me docebit*, ut & ap. Caſſiod. in hunc Pſ. in ſingulis autem non leguntur plura, nec etiam in Pſalt. Carnut. Secus in Mozarab. in quo ſic : *Et diſciplina tua ipſa me docebit : & doctrina tua diriget me uſque in finem.* Similiter ap. Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 750. f. excepto uno *uſque*, quod deeſt. In Pſalt. Mediol. *ſtabilivit me in finem.* Aug. in eund. Pſ. ſic hab. *Et dediſti mihi protect. ſalutis meæ..... ſuſcepit me : & diſciplina tua me direxit in finem : & diſciplina tua ipſa me docebit.* Notant tamen editores noſtri BB. octo Mſs. ibid. habere *ſalutis tuæ*, non *meæ :* unde Hieron. ep. ad Sun. & Fretel. to. 2. col. 631. b. ita ſcribit : *In Græco vos legiſſe dixiſtis*, τῆς σωτηρίας μου, *id eſt*, ſalutis meæ ; *ſed in Hebræo*, Ieſacha, ſalutis tuæ *ſignificat*, *non* meæ ; *quod & omnes Interpretes tranſtulerunt.* Pſeudo-Eucher. in 2. Reg. p. 963. ita : *Et dediſti mihi protect. ſalutis tuæ..... & diſciplina tua direxit me in finem : & diſciplina tua*, &c. ut in Vulg. Edit. Rom. LXX. fert σωτηρίας μου ; in editt. verò Ald. & Compl. deeſt μοῦ ; mox ita in Rom. καὶ ἡ παιδεία σου ὠρθωσέ με· καὶ ἡ παιδεία σου εἰς τέλος· καὶ ἡ παιδεία σου αὐτή με διδάξει. Verùm hic ult. verſiculus citatur in Ἑξαπλοῖς ex Theodot. ut notatur in cod. Coislin. IX. vel X. ſæculi : & verò ita in Schol. τὸ, Καὶ ἡ παιδεία σου αὐτή με διδάξει, Θεοδοτίωνός ἐστιν ἀντὶ τοῦ, Καὶ ἡ παιδεία σου ὠρθωσέ με εἰς τέλος. In Hexapl. deeſt εἰς τέλος.

℣. 37. Auguſt. in hunc Pſ. legit *ſubter me*, Gr. ὑποκάτω μου.

℣. 38. Ita Auguſt. in hunc Pſ. cum ver. Pſalt. ni excipias *illos*, pro *eos*. Brev. Moz. hab. & *non revertar donec*, &c. Gr. καὶ οὐκ ἀποστραφήσομαι. Pſeudo-Eucher. in 2. Reg. p. 963. *Perſequar inimicos meos*, & *comprimam illos*, &c. ut in Vulg. Gr. καὶ καταλήψομαι, &c.

℣. 39. Pſalt. Rom. & Carnut. antiqua manu correctum : *Affligam illos, nec poterunt*, &c. ut in Vulg. Similiter Caſſiod. in hunc Pſ. cum hoc, *ſub pedibus meis*. Aug. in eund. Pſ. *Confringam illos, nec poterunt*, &c. ut in Vulg. Brev. Moz. *nec potuerunt*. Pſalt. Corb. *Confingam illes, nec poterunt..... cad. ſub pedibus meis.* Gr. Ἐκθλίψω αὐτούς, καὶ οὐ μὴ λύσωσι..... ὑπὸ τοὺς πόδας μου.

℣. 40. Brev. Moz. ipſo initio tollit &, nec hab. ante *ſupplantaſti ;* addit verò *omnes inſurgentes*, &c. Similiter in Pſalt. Rom. Fabri, Carnut. & Mediol. *ſupplantaſti omnes*, abſque præced. &, quod ult. etiam tollunt Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum voce *omnes*. In Pſalt. Rom. Martianæi, & Corb. *Et præcinxiſti me virtutem ad bellum : ſuppl. omnes.....ſubtus me :* Auguſt. cum Pſeudo-Eucherio in 2. Reg. *ſubter me*. In Gr. Καὶ περιέζωσάς με δύναμιν εἰς πόλεμον· συνεπόδισας πάντας τοὺς..... ὑποκάτω μου. Hieron. ep. ad Sun. & Fretel. to. 2. col. 631. c. ad hoc, *inſurgentes*, ait : *In Græce plus invenisse vos dicitis*, omnes inſurgentes ; *ſed* omnes, *additum eſt.*

℣. 41. Ita Brev. Moz. cum Pſalt. Rom. & Caſſiod. in hunc Pſ. at Aug. in eund. cum Pſeudo-Eucher. in 2. Reg. *Et inimicos meos dediſti mihi dorſum*, & *odio habentes me diſperdidiſti.* In Gr. Καὶ τοὺς ἐχθρούς μου ἔδωκάς μοι νῶτον, καὶ τοὺς μισοῦντάς με ἐξωλέθρευσας.

℣. 42. Ita leg. Hilarius in Pſ. 143. col. 553. e. necnon Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum ver. Pſalt. & Gr. Pſeudo-Eucherius verò in 2. Reg. p. 963. ita : *Clamabunt, nec erit qui ſalvum faciat ; ad Dominum, nec exaudiet eos.*

℣. 43. Sic Hilar. in Pſ. 1. col. 23. & in Pſ. 143. col. 553. e. Item Auguſt. in hunc Pſ. ſed Mſs. XI. hab. ibid. *juxta faciem venti.* Ita quoque Pſeudo-Eucher. in 2. Reg. p. 963. Caſſiodor. verò cum ver. Pſalt. *ante faciem*, &c. Ambr. in Pſ. 1. to. 1. col. 759. d. *Comminuam eos..... ante faciem venti*, & *ut lutum*, &c. at inf. in Pſ. 35. col. 765. d. *ut lutum.* Item Anon. apud ipſum, to. 2. col. 4. d. Græc. Καὶ λεπτυνῶ αὐτοὺς..... κατὰ πρόσωπον ἀνέμου· ὡς πηλὸν, &c.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
44. Eripies me de contradictionibus populi : conſtitues me in caput gentium.	*Salvabis me à contradictionibus populi : pones me in caput gentium.*	44. Eripies me de contradictionibus populi : conſtitues me in caput gentium. *Ex Mſ. Sangerm.*
45. Populus, quem non cognovi, ſervivit mihi : in auditu auris obedivit mihi.	*Populus, quem ignoravi, ſerviet mihi : auditione auris obaudiet mihi.*	45. * Populus, quem non cognovi, ſervivit mihi : ad auditum auris obaudivit mihi. * *Mſ.* Populum.
46. Filii alieni mentiti ſunt mihi, filii alieni inveterati ſunt, & claudicaverunt à ſemitis ſuis.	*Filii alieni mentientur mihi : filii alieni defluent, & contrahentur in anguſtiis ſuis.*	46. Filii alieni mentiti ſunt mihi : fiiii alieni inveteraverunt, & claudicaverunt à ſemitis ſuis.
47. Vivit Dominus, & benedictus Deus meus, & exaltetur Deus ſalutis meæ.	*Vivit Dominus, & benedictus Deus meus, & exaltabitur Deus ſalutis meæ.*	47. Vivit Dominus, & benedictus Deus meus, & exaltetur Deus ſalutis meæ.
48. Deus qui das vindictas mihi, & ſubdis populos ſub me, liberator meus de inimicis meis iracundis.	*Deus qui das vindictas mihi, & congregas populos ſub me : qui ſervas me ab inimicis meis,*	48. Deus qui das vindictam mihi, & ſubdidiſti populos ſub me, liberator meus Dominus de gentibus iracundis.
2. Reg. 22. 49. 49. Et ab inſurgentibus in me exaltabis me : à viro iniquo eripies me.	*Et à reſiſtentibus mihi elevas me, à viro iniquo liberabis me.*	49. Ab inſurgentibus in me exaltabis me : à viro iniquo eripies me.
Ibid. 50. *Rom.* 15. 9. 50. Propterea confitebor tibi in nationibus Domine : & nomini tuo pſalmum dicam.	*Propterea confitebor tibi in gentibus Domine, & nomini tuo cantabo :*	50. Propterea confitebor tibi in gentibus Domine : & pſalmum dicam nomini tuo.
51. Magnificans ſalutes regis ejus, & faciens miſericordiam chriſto ſuo David, & ſemini ejus uſque in ſæculum.	*Magnificanti ſalutes regis ſui, & facienti miſericordiam Chriſto ſuo, David & ſemini ejus uſque in æternum.*	51. Magnificans ſaiutarem regis ipſius, & faciens miſericordiam chriſto ſuo David, & ſemini ejus in ſæculum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 44. Sic iterum Hilar. in Pſ. 143. col. 553. e. & Caſſiod. cum vet. Pſalt. Auguſt. verò in hunc Pſ. cum Pſeudo-Eucher. in 2. Reg. *Ernes me de*, &c. Gr. Ῥῦσαί με ἐξ ἀντιλογιῶν, &c. Symm. Ῥύσῃ με ἀπὸ, &c. Auguſt. l. 17. de civitate Dei, c. 16. to. 7. col. 479. d. legit ut ſup. *conſtitues me in caput gentium*; at ibi Mſs. habent *in capite* : Cypr. l. 1. Teſtim. p. 282. a. & Lact. l. 4. Inſtit. c. 11. p. 575. conſtanter, *in caput*; è Gr. εἰς κεφαλήν.

℣. 45. Tertul. adv. Jud. c. 3. p. 137. b. *Populus, quem non noveram, ſervivit mihi : in auditu auris obedivit mihi.* Itidem Cypr. l. 1. Teſtim. p. 282. a. hoc excepto, *quem non cognovi*. Lactant. l. 4. Inſtit. c. 11. p. 575. *Populus, quem non cognovi, ſerviet mihi.* Sic etiam Pſeudo-Eucher. in 2. Reg. ſed addit : *in obauditu auris obaudivit mihi.* Hilar. in Pſ. 1. col. 14. c. & in Pſ. 143. col. 553. e. cum Pſalt. Corb. *Populus, quem non cognovi, ſervivit mihi : ad auditum auris obaudivit mihi.* Similiter hab. Auguſt. in hunc Pſ. exceptis his, *in obauditu auris obedivit mihi*; at l. 17. de civit. Dei, to. 7. col. 479. d. *obaudivit mihi.* Item ap. Caſſiod. in eund. Pſ. & in Breviar. Moz. niſi quòd apud utrumque deeſt *in*, ante vocem *obauditu*. In Pſalt. Rom. ſimiliter *obauditu*, abſque præced. *in*; at legitur *obedivit*. Apud Auct. l. de promiſſ. p. 3. col. 184. *in obauditu auris obaudivit mihi.* In Græco, Λαός, ὃν οὐκ ἔγνων, ἐδούλευσέ μοι· εἰς ἀκοὴν ὠτίου ὑπήκουσέ μοι, Mſ. Alex. ὑπήκουσας.

℣. 46. Ita legunt Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Moz. Corb. & Rom. Concinunt pariter Hilar. in Pſ. 143. col. 558. d. & Hieron. in Iſai. c. 25. & 60. to. 3. col. 214. a. & 445. b. Hieron. priori loco habet, *in ſemitis ſuis.* Ap. Iren. l. 4. p. 288. e. priora tantùm exſtant : *Filii alieni mentiti ſunt mihi.* Similiter ap. Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. col. 1102. f. In Gr. Υἱοὶ ἀλλότριοι... υἱοὶ ἀλλότριοι ἐπαλαιώθησαν, ἢ ἐχώλανεν ἀπὸ τῶν, &c.

℣. 47. Accinunt Auguſt. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Martianæi : in Rom. Fabri, deeſt *meus*, poſt *Deus*; de quo Hieron. epiſt. ad Sun. & Fretel. to. 2. col. 631. c. ita ſcribit : *Dicitis in Græco non haberi* meus, *quod non ſub aſteriſco, ſed ab ipſis LXX. de Hebraïca veritate translatum eſt; & cuncti Interpretes in hac parte conſentiunt.* In ed. etiam Rom. nunc legitur, ὁ Θεός μου; at in edd. Ald. & Compl. deeſt μοῦ.

℣. 48. Ita fert Pſalt. Rom. cum Carnut. Sic etiam in Mediolan. & apud Caſſiod. in hunc Pſ. detracta tantùm voce *Dominus*; tres etiam Mſs. Caſſiod. habent *ſubdis*, non *ſubdidiſti*. Brev. Moz. ita : *Deus qui das vindictas mihi, & ſubdidiſti populos ſub me, liberator meus de gentibus iracundis.* Auguſt. in eund. Pſ. nil differt à Vulg. Gr. Ὁ Θεὸς ὁ δοὺς ἐκδικήσεις ἐμοί, καὶ ὑποτάξας λαοὺς ὑπ' ἐμὲ, ὁ ῥύσης μου ἐξ ἐχθρῶν ὀργίλων. De his autem, *liberator meus de gentibus iracundis*, Hieron. ep. ad Sun. & Fretel. to. 2. col. 631. c. ita differit : *In Græco inveniſſe vos dicitis*, ab inimicis meis fortibus, *ſive* potentibus; & *quia ſemel veritati ſtudemus, ſi quid vel tranſferentis feſtinatione, vel ſcribentium vitio depravatum eſt, ſimpliciter confiteri & emendare debemus : in Hebræo nihil aliud habet niſi hoc*, liberator meus ab inimicis meis : *LXX. autem* iracundis *addiderunt*; & *pro* gentibus, *tam in Hebræo, quàm in cunctis Interpretibus*, inimici *poſiti ſunt*; & *miror quomodo pro* inimicis, gentes *mutata ſint.*

℣. 49. Ita Pſalt. Corb. Auguſt. etiam cum Pſeudo-Eucher. in 2. Reg. tollit & in principio, una cum Gr. at Aug. legit in fine, *ernes me*; Pſeudo-Eucher. *eripe me*; Gr. ῥῦσαί με.

℣. 50. Ita Pſalt. Corb. Sic etiam in Mozarab. detracto tamen &, poſt *Domine*. Pſalt. Rom. hab. *confitebor tibi in populis.* Auguſt. in hunc Pſ. *tibi in gentibus Domine* : & *nomini tuo pſallam.* Pſeudo-Eucherius in 2. Reg. p. 964. *tibi in generationibus Domine* : & *nom. tuo pſallam.* Caſſiod. in eund. Pſ. *tibi in populis Domine* : & *pſalmum dicam tibi inter gentes.* Gr. Ζαὶ ὐ ἔθνεσι Κύριε· ἢ τῷ ὀνόματί Ζυ ψαλῶ.

℣. 51. Brev. Moz. hab. cum Pſalt. Corb. *ſalutem regis ipſius*; Rom. cum Caſſiod. *ſalutare regis ipſius*; Mediolan. *ſalutaria*; Carnut. *ſalutem.* Aug. in hunc Pſ. cum Pſeudo-Eucherio in 2. Reg. *ſalutes regis ipſius.* Tichon. reg. 1. col. 50. g. legit, *faciens miſericordias*, &c. ut in Vulg. Gr. Μεγαλύνων τὰς σωτηρίας τοῦ βασιλέως αὐτοῦ, ἢ ποιῶν ἔλεος τῷ... Δαυὶδ, ἢ τῷ..... ἕως αἰῶνος.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
1. In finem, Pſalmus David. XVIII.	*Victori Canticum David. XIX.*	1. In finem, Pſalmus ipſi David. XVIII. *Ex Mſ. Sangerm.*
2. CŒli enarrant gloriam Dei, & opera manuum ejus an-	*CŒli enarrant gloriam Dei, & opus manuum ejus annun-*	2. CŒli enarrant gloriam Dei, & opera manuum

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Auguſt. in hunc Pſ. Pſalt. verò Rom. & Corb. delent *ipſi*, cum Caſſiod. In Gr. τῷ Δαυίδ.

℣. 2. Sic Ambroſ. l. 1. & 2. Hex. to. 1. col. 8. e. 30. a. uno excepto *annuntiat* : item infra, col. 335. f. & to. 2.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. ejus adnuntiant firmamentum.	*tiat firmamentum.*	nuntiat firmamentum.
3. Dies diei eructuat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam.	*Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam.*	3. Dies diei eructat verbum, & nox nocti indicat ſcientiam.
4. Non ſunt loquelæ, neque ſermones, quorum non audiantur voces eorum.	*Non eſt ſermo, & non ſunt verba, quibus non audiatur vox eorum.*	4. Non ſunt loquelæ, neque ſermones, quorum non audiantur voces eorum.
5. In omnem terram exiit ſonus eorum: & in finibus orbis terræ verba eorum.	*In univerſam terram exivit ſonus eorum, & in finem orbis verba eorum:*	5. In omnem terram exivit ſonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. *Rom. 10. 18.*
6. In ſolem poſuit tabernaculum ſuum: & ipſe tanquam ſponſus procedit de thalamo ſuo:	*Soli poſuit tabernaculum in eis. Et ipſe quaſi ſponſus procedens de thalamo ſuo,*	6. In ſole poſuit tabernaculum ſuum: & ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo: *Luc. 24. 46.*
Exſultavit ut gigas ad decurrendam viam, 7. à ſummo cœlo egreſſio ejus:	*Exſultavit ut fortis ad currendam viam: à ſummitate cœli egreſſus ejus,*	Exſultavit ut gigas ad currendam viam, 7. à ſummo cœlo egreſſio ejus:
Et occurſus ejus uſque ad ſummum ejus: nec eſt qui ſe abſcondat à calore ejus.	*Et curſus ejus uſque ad ſummitatem illius; nec eſt qui ſe abſcondat à calore illius.*	Et occurſus ejus uſque ad ſummum ejus: nec eſt qui ſe abſcondat à calore ejus.
8. Lex Domini inreprehenſibilis, convertens animas: teſtimonium Dei fidele, ſapientiam præſtans parvulis.	*Lex Domini immaculata, convertens animam: teſtimonium Domini fidele, ſapientiam præſtans parvulo.*	8. Lex Domini immaculata, convertens animas: teſtimonium Domini fidele, ſapientiam præſtans parvulis.
9. Juſtitiæ Domini rectæ,	*Præcepta Domini recta, latifi-*	9. Juſtitiæ Domini rectæ, læ-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

524. e. 671. a. 1126. b. Similiter Aug. in hunc Pſ. & l. 1. de conſ. Evang. to. 3. p. 2. col. 20. & Leo M. ſer. 18. p. 67. f. & Ambroſiaſt. p. 32. b. & Caſſiod. cum veterib. Pſalt. Corb. tamen & Mozarab. hab. *annuntiant*, ut ſup. In Gr. πείσαν δὲ χειρῶν αὐτῶ ἀναγγέλει τὸ, &c.

℣. 3. Hilar. in Pſ. 118. col. 365. d. *eructat.* Similiter Ambr. ep. 22. col. 876. a. c. *eructat*; cæt. ut ſup. item l. de Iſai. c. 5. to. 1. col. 367. e. & 1054. e. & to. 2. col. 244. b. 279. f. 1209. a. Auguſt. in hunc Pſ. *eructuat..... annuntiat ſcientiam:* item l. 1. de conſ. Evang. to. 3. p. 2. col. 20. f. excepto verbo *eructat.* Caſſiod. cum Pſalt. Corb. *eructuat... indicat.* Gr. ἐρεύγεται ῥῆμα..... ἀναγγέλει γνῶσιν.

℣. 4. Ita Aug. in hunc Pſ. & l. 1. de conſ. Evang. to. 3. p. 2. col. 20. f. Item Caſſiod. in eund. Pſ. & Gaud. Brix. ſer. 8. p. 955. g. cum Pſalt. Rom. In Brev. Moz. *quibus non audiantur*; Græcè, ὧν οὐχὶ ἀκούονται, &c.

℣. 5. Auguſt. in hunc Pſ. *exiit... & in fines*; at l. 1. de conſ. Evang. to. 3. p. 2. col. 20. f. *exivit.* Hilar. in Pſ. 65. p. 180. a. *exiit.* Hormiſd. ep. 45. Conc. to. 4. p. 1497. b. *exivit... & in fines terræ*, &c. Caſſiod. in eund. Pſ. & Gaud. Brix. ſer. 8. p. 955. g. Vulgatæ conſonant cum Pſalt. Rom. Similiter Ambroſ. de parad. to. 1. p. 151. c. & in Pſ. 118. to. 1. p. 1160. f. & infra, 1286. d. 1453. e. & to. 2. 654. f. 913. d. Tertull. l. 5. adv. Marc. p. 801. b. *In omnem terram exiit ſonus eorum: & in terminos orbis verba eorum:* at l. cont. Jud. c. 7. p. 139. b. *In univerſa terra exiit ſonus eorum: & uſque ad terminos terræ verba eorum:* item l. de fuga in perſ. p. 971. b. alludens dicit: *Ut in totam terram exiret ſonus eorum, & in terminos orbis voces eorum:* & l. 4. adv. Marc. p. 735. c. *In omnem terram..... & in terminos terræ voces eorum.* Gr. Εἰς πᾶσαν τὴν γῆν..... καὶ εἰς τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν.

℣. 6. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. Vulgatæ ſuffragantur, uſque ad verbum *exſultavit.* Concinit Ambroſ. l. de exhort. virg. to. 2. col. 293. a. & l. de inſtit. virg. col. 251. a. & l. de Incarn. col. 711. e. & in Pſ. 43. to. 1. col. 899. f. Item Auguſt. l. 1. de conſ. Evang. to. 3. p. 2. col. 20. f. & in Pſ. 44. col. 381. f. Sic etiam Gaud. Brix. ſer. 8. p. 955. g. Maxim. Taurin. p. 5. h. & Philaſtr. Brix. de hæreſ. p. 707. g. unà cum Pſalt. Rom. Græc. Ἐν τῷ ἡλίῳ... ὡς νυμφίος ἐκπορευόμενος, &c. Tertull. verò l. 4. cont. Marc. p. 705. a. legit: *Ipſe tanquam ſponſus egrediens de thalamo ſuo.* Novatian. de Trin. p. 1038. b. *Sicut ſponſus egreditur de thalamo ſuo:* deinde: *Exſultavit ut gigas ad currendam viam.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 293. a. & Jul. Firmic. l. de erro. prof. relig. c. 20. *Et ipſe velut ſponſus egrediens de thalamo ſuo: exſultavit ut gigas viam currere.* Hilar. in Pſ. 58. col. 129. d. *Exſultabit ut gigas ad currendam viam:* ſimiliter in Pſ. 59. col. 138. bis *exſultabit*, licet habeatur in editt. *exſultavit*; ſed emendatum eſt *exſultabit* ex Mſ. Regio, in quo etiam non *gigas*, ſed *gigans.* Ambroſius in Pſ. 118. col. 1034. f. *Exſultavit tanquam gigas ad currendam viam:* ſimiliter in Pſ. 43. col. 895. d. 899 f. 903. e. & to. 2. col. 251. a, 711. e. 1166. b, &c. Aug. in hunc Pſ. legit; *Exſultavit ſicut gigas ad curr. viam*; at infra, col. 85. b. *ut gigas.* Itidem Caſſiod. in eund. Pſ. & Philaſtr. Brix. de hæreſ. p. 715. a. cum Pſalt. Rom. In Mozarab. *gigans.* Apud Hieron. ep. ad Sun. & Fret. to. 2. col. 632. a. ſic: *Exſultavit ut gigas ad currendam viam ſuam*; tum ſequitur: *Et dicitis quòd in Græco ſuam non habeat; ſed hoc nos ſub vero additum reperimus, & in Hebræo non eſſe manifeſtum eſt.* Scriptores etiam Latini ſupra citati non habent *ſuam*, uti nec vet. Pſalteria, exceptis tamen Arab. & Æthiop. necnon Vulgatæ Mſs. tribus, Carnut. Colb. & Germ. qui addunt *ſuam.* In Gr. hod. ſic: Ἀγαλλιάσεται ὡς γίγας δραμεῖν ὁδὸν αὐτοῦ· ſed abeſt αὐτοῦ ab edd. Ald. & Compl.

℣. 7. Ita Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. & Moz. Vet. Irenæi Interp. l. 4. c. 33. p. 274. b. ita legit: *A ſummo cœlo... & occurſus ejus uſque ad ſummum cœli: & non eſt qui ſe abſcondat*, &c. Similiter Auguſt. in hunc Pſ. & in Pſ. 58. col. 563. f. at l. 1. de conſ. Evang. to. 3. p. 2. col. 20. g. ita legit: *A ſummo cœli egreſſio ejus: & recurſus ejus uſque ad ſummum cœli: & non eſt qui ſe abſc.* &c. Tertull. l. 4. adv. Marc. p. 705. a. *A ſummo cœli profectio ejus: & deverſio* (f. *reverſio*) *ejus ad ſummum uſque ejus.* Novatian. l. de Trin. p. 1038. b. *A ſummo cœlo egreſſio ejus: & uſque ad ſummum regreſſio ejus.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 293. a. *A ſummo cœli egreſſio ejus: & decurſio ejus uſque ad ſummum ejus: & non eſt qui lateat à calore ejus.* Ita quoque Jul. Firm. l. de errore prof. relig. c. 20. excepta voce una *profectio*, loco *egreſſio.* Hilar. in Pſ. 58. col. 129. d. *A ſummo cœli egreſſio ejus*, &c. ut in textu. Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. col. 1034. f. *A ſummo cœlo*, &c. ut ſup. ſimiliter in Pſ. 43. col. 895. d. at l. de Iſai. c. 3. to. 1. col. 360. a. ſic: *Egreſſus ejus à ſummo cœlo*, &c. ut ſup. Ambroſiaſt. col. 241. b. *A ſummo cœlo egreſſio ejus: & regreſſus ejus uſque ad ſummum ejus.* Avit. Vien. ap. Sirm. to. 2. p. 164. e. *A ſummo cœli egreſſio ejus: & recurſus ejus uſque ad ſummum ejus.* Gaud. Brix. ſerm. 3. p. 948. c. *A ſummo cœli egreſſio ejus: & occurſus*, &c. ut in Vulg. Græc. Ἀπ' ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ ἡ ἔξοδος αὐτοῦ· καὶ τὸ καθέζημα αὐτοῦ ἕως ἄκρου τοῦ οὐρανοῦ· καὶ οὐκ ἔστιν ὃς ἀποκρυβήσεται τὴν θέρμην αὐτοῦ. Ald. & Compl. τῆς θέρμης.

℣. 8. Ita Pſalt. Rom. niſi quòd habet *teſtimonium Domini*; Mozarab. *Dei.* Mediol. Corb. & Carnut. *Lex Domini irreprehenſibilis.* Similiter in Miſſali Rom. ad Introit. ſabb. poſt Dom. 2. Quadrag. Succinunt S. Paulinus ep. 38. p. 235. c. & Caſſiod. in hunc Pſ. Hilarius verò in Pſ. 118. p. 242. d. ita: *Lex Domini immaculata, convertens animas: teſtimonium Domini fidele, erudiens parvulos.* Ambroſ. in Pſ. 1. col. 752. b. & in Pſ. 118. col. 1183. c. *Lex Domini inreprehenſibilis, convertens animam.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 19. p. 101. d. *Lex Dom. irreprehenſibilis eſt, convertens animas.* Tertull. l. de pudic. p. 1002. a. *Lex Domini invituperabilis, convertens animas.* Aug. in hunc Pſ. concordat cum Vulg. Gr. Ὁ νόμος τοῦ Κυρίου ἄμωμος, ἐπιστρέφων ψυχάς· ἡ μαρτυρία Κυρίου πιστὴ σοφίζουσα νήπια.

℣. 9. Pſalt. Rom. & al. conſtanter habent *lætificantes*, & *illuminans*, cum cæt. ut ſupra. Similiter Hilar. in Pſ.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
tificantes corda : præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.	*cantia cor : mandatum Domini lucidum, illuminans oculos.*	lætificantis corda: præceptum Domini lucidum, inluminans oculos. *Ex Mſ. Sangerm.*
10. Timor Domini ſanctus, permanens in ſæculum ſæculi : judicia Domini vera, juſtificata in ſemetipſa.	*Timor Domini mundus, perſeverans in ſæcula : judicia Domini vera, juſtificata in ſemetipſis.*	10. Timor Domini ſanctus, permanens in ſæculum ſæculi : judicia Dei vera, juſtificata à ſemetipſa.
11. Deſiderabilia ſuper aurum & lapidem pretioſum multum : & dulciora ſuper mel & favum.	*Deſiderabilia ſuper aurum & lapidem pretioſum multum, & dulciora ſuper mel & favum redundantem.*	11. Deſiderabilia ſuper aurum & lapidem pretioſum multum : & dulciora ſuper mel & favum.
12. Etenim ſervus tuus cuſtodit ea, in cuſtodiendis illis retributio multa.	*Unde & ſervus tuus docebit ea : in cuſtodiendis eis fructus multus.*	12. Nam & ſervus tuus cuſtodit ea, in cuſtodiendo ea retributio multa.
13. Delicta quis intelligit ? ab occultis meis munda me : 14. & ab alienis parce ſervo tuo.	*Errores quis intelligit ? ab occultis munda me : à ſuperbis quoque libera ſervum tuum.*	13. Delictum quis intelligit ? ab occultis meis munda me Domine : 14. & ab alienis parce ſervo tuo.
Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero : & emundabor à delicto maximo.	*Si non fuerint dominati mei, tunc immaculatus ero, & mundabor à delicto maximo.*	Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero : & mundabor à delicto maximo.
15. Et erunt ut complaceant eloquia oris mei : & meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.	*Sint placentes ſermones oris mei, & meditatio cordis mei in conſpectu tuo :*	15. Et erunt ut complaceant eloquia oris mei : & meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.
Domine adjutor meus, & redemptor meus.	*Domine fortitudo mea, & redemptor meus.*	Domine adjutor meus, & redemptor meus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

118. col. 242. d. 246. c. & in Pſ. 120. col. 378. e. at in Pſ. 118. col. 260. b. legit : *Mandatum Dei lucidum*, &c. Ambr. in Pſ. 118. to. 1. col. 1006. b. *Mandatum Domini lucidum*, &c. Similiter Hieron. ep. ad Damaſ. to. 3. col. 524. d. & l. 3. in ep. ad Epheſ. to. 4. col. 385. f. Auguſt. in hunc Pſ. *Juſtitiæ Dom. rectæ, lætificantes cor*, &c. ut in Vulg. Similiter hab. Caſſiod. in eund. Pſ. præter vocem *corda*. Ita quoque in Miſſali Rom. ad Offertor. Dom. 9. poſt Pent. Ap. Tertul. verò, l. de pudic. p. 1002. a. ſic : *Jura Domini directa, oblectantia corda : præceptum Dominii longè lucens, inluminans oculos.* Græcè : Τὰ δικαιώματα Κυρίε εὐθέα (Mſ. Alex. εὐθεῖα,) εὐφραίνοντα καρδίαν· ἡ ἐντολὴ Κυρίε τηλαυγὴς, φωτίζουσα ὀφθαλμούς.

℣. 10. Sic Hilar. hab. in Pſ. 118. col. 242. d. præter ult. iſta, *Domini vera, juſtificata in ipſum.* Ambr. in Pſ. 118. to. 1. col. 1049. 1272. c. *Domini vera, juſtif. in ſemetipſa.* Hier. in Ezech. 18. to. 3. 820. a. *Domini vera, juſtif. in ſemetipſis.* Cypr. l. 3. Teſtim. p. 313. c. *Timor Domini caſtus, perſeverans in ſæcula ſæculorum.* Aug. in hunc Pſ. & tract. 9. in 1. Johan. to. 3. p. 2. col. 888. g. *Timor Domini caſtus, permanens in ſæculum ſæculi : judicia Dom. vera, juſtif. in idipſum.* Fulg. l. 1. de dupl. præd. c. 23. p. 19. *Judicia Dei vera, juſtificata in ſemetipſis.* Caſſiod. in eund. Pſ. *Judicia Dei vera*, &c. ut in Vulg. In Pſalt. Moz. ac Rom. Martianæi : *Timor Dom. ſanctus, permanet in ſæculum ſæculi : judicia Dei vera, juſtif. in ſemetipſis.* In Rom. Fabri, *in ſemetipſa.* In Mediol. etiam *permanet.* In Gr. Ὁ φόβος Κυρίε ἁγνὸς, διαμένων εἰς αἰῶνα αἰῶνος· τὰ κρίματα Κυρίε ἀληθινὰ, δεδικαιωμένα ἐπὶ τὸ αὐτό.

℣. 11. Ita Lucif. Cal. l. de mor. pro Dei filio, p. 249. vel 251. d. necnon Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Fulg. l. 1. de dupl. præd. c. 23. p. 19. & Pſalt. Rom. Ambroſ. verò in Pſ. 118. to. 1. col. 1049. a. delet *multum.* S. Paulinus epiſt. 37. col. 226. b. hab. *pretioſum nimis*, cum Brev. Mozarab. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 711. c. ita : *Eloquia Domini dulciora ſuper mel & favos.* Miſſale Rom. ad Offert. Dom. 9. poſt Pent. *Judicia ejus dulciora ſuper mel & favum.* Gr. Ἐπιθυμητὰ ὑπὲρ χρυσίον καὶ λίθον τίμιον πολύν καὶ γλυκύτερα ὑπὲρ μέλι καὶ κηρίον.

℣. 12. Ita in Brev. Moz. & Pſalt. Rom. niſi excipias *illa* pro *ea.* Miſſale Rom. ad Offert. Dom. 9. poſt Pent. *Nam & ſervus tuus cuſtodit ea.* Lucif. Calar. l. de mor. pro Dei fil. p. 249. d. vel 251. d. *Etenim ſervus tuus cuſtodit ea, in cuſtodiendis illis*, &c. Aug. in hunc Pſ. *Etenim..... cuſtodit ea, in cuſtodiendo illa*, &c. Caſſiod. in eund. Pſ. *Nam & ſervus tuus cuſtodiet ea, in cuſtodiendo illa retrib. multa.* Sic etiam in Pſalt. Corb. excepto uno *cuſtodit.* Gr. Καὶ γὰρ ὁ δοῦλός σου φυλάσσει αὐτὰ, ἐν τῷ φυλάσσειν αὐτὰ, &c.

℣. 13. Pſalt. Rom. Corb. & Mozarab. necnon Cypr. l. 3. Teſtim. p. 320. a. cum Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. conſtanter hab. initio *delicta*, extremòque addunt *Domine*, ut ſup. Ambroſ. verò, l. de apol. Dav. to. 1. col. 690. d. ita legit : *Lapſus quis intelligit ?* & in Pſ. 45. col. 927. a. & f. addit : *ab occultis meis munda me Domine.* Similiter Nicetius, Spicil. to. 3. c. 2. p. 2. c. addit *Domine.* In Gr. Παραπτώματα τίς συνήσει ; ἐκ τῶν κρυφίων μου καθάρισόν με, καὶ ἀπὸ, &c.

℣. 14. Auguſt. in hunc Pſ. *& ab alienis..... Si mei non fuerint dominata..... & mundabor à delicto magno.* Similiter in Pſalt. Corb. & Moz. *& mundabor.* In Pſalt. Rom. & ap. Caſſiod. *dominati..... & emundabor.* In Gr. Ἐὰν μή μου κατακυριεύσωσι..... καθαρισθήσομαι ἀπὸ ἁμαρτίας μεγάλης.

℣. 15. Similiter habet Auguſt. in hunc. Pſ. col. 81. c. cum Caſſiod. & vet. Pſalt. At Aug. infra, col. 87. f. legit, *Et per hoc ut complaceant*, &c. In Gr. Καὶ ἔσονται εἰς εὐδοκίαν τὰ λόγια, &c. Ap. Hilar. quoque in Pſ. 51. p. 79. c. *Domine adjutor meus*, &c. ut ſup.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
1. In finem, Pſalmus Dávid. XIX.	*Victori Canticum David. XX.*	1. In finem, Pſalmus ipſi David. XIX. *Ex Mſ. Sangerm.*
2. EXaudiat te Dominus in die tribulationis : protegat te nomen Dei Jacob.	*EXaudiat te Dominus in die tribulationis : protegat te nomen Dei Jacob.*	2. EXaudiat te Dominus in die tribulationis : protegat te nomen Dei Jacob.
3. Mittat tibi auxilium de ſancto : & de Sion tueatur te.	*Mittat tibi auxilium de ſancto, & de Sion roboret te.*	3. Mittat tibi auxilium de ſancto : & de Sion tueatur te.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Itidem in Brev. Moz. & Græco. In Pſalt. Rom. Fabri deeſt *ipſi*, ſicut apud Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. In Rom. Martianæi ſimpliciter, *Pſalmus David.*

℣. 2. Ita Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum vet. Pſalt. & Gr.

℣. 3. Sic apud Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. ſicut in Pſalt. Rom. In Mediolan. verò, Corb. & Carnut. loco *tueatur te*, eſt *ſuſcipiat te*, è Gr. ἀντιλάβοιτό σου.

Digitized by Google

Versio antiqua.	Hebr.	Vulgata hod.
Ex Mſ. Sangerm. 4. Memor ſit omnis ſacrificii tui: & holocauſtum tuum pingue fiat. Diapsalma.	*Memor ſit omnis ſacrificii tui, & holocauſtum tuum pingue fiat. Semper.*	4. Memor ſit omnis ſacrificii tui: & holocauſtum tuum pingue fiat.
5. Tribuat tibi Dominus ſecundùm cor tuum: & omne conſilium tuum confirmet.	*Det tibi ſecundùm cor tuum, & omnem voluntatem tuam impleat.*	5. Tribuat tibi ſecundùm cor tuum: & omne conſilium tuum confirmet.
6. Lætabimur in ſalutario tuo: & in nomine Domini Dei noſtri magnificabimur.	*Laudabimus in ſalutari tuo, & in nomine Dei noſtri deducemus.*	6. Lætabimur in ſalutari tuo: & in nomine Dei noſtri magnificabimur.
7. Impleat Dominus omnes petitiones tuas: nunc cognovi quoniam ſalvum faciet Dominus Christum ſuum.	*Impleat Dominus omnes petitiones tuas: nunc ſcio quoniam ſalvabit Dominus Christum ſuum:*	7. Impleat Dominus omnes petitiones tuas: nunc cognovi quoniam ſalvum fecit Dominus Christum ſuum.
Exaudiet illum de cœlo ſancto ſuo: in potentatibus ſalus dexteræ ejus.	*Exaudiet eum de cœlo ſancto ſuo, in fortitudinibus ſalutis dexteræ ſuæ.*	Exaudiet illum de cœlo ſancto ſuo: in potentatibus ſalus dexteræ ejus.
8. Hi in curribus, & hi equis: nos verò in nomine Domini Dei noſtri magnificabimur.	*Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Domini Dei noſtri recordabimur.*	8. Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Domini Dei noſtri invocabimus.
9. Ipſi obligati ſunt, & ceciderunt: nos verò reſurreximus & erecti ſumus.	*Ipſi curvati ſunt, & ceciderunt: nos verò ſurreximus, & erecti ſumus.*	9. Ipſi obligati ſunt, & ceciderunt: nos autem ſurreximus & erecti ſumus.
10. Domine ſalvum fac regem: & exaudi nos in quacunque die invocaverimus te.	*Domine ſalva: rex exaudiet nos in die, qua invocaverimus eum.*	10. Domine ſalvum fac regem: & exaudi nos in die, qua invocaverimus te.

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 4. Ita Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. Pſalt. Rom. hab. *Memor ſit Dominus*, &c. ut ſup. Item ap. Ambr. l. 2. de Cain, c. 5. p. 214. c. & *holocauſtum*, &c. ut ſup. Gr. Μνησθείη σάσης..... ἠ τὸ ὁλοκάυτωμά σου πιαίνετω, *pingue faciat*. Seq. *Diapſalma* eſt in Pſalt. Rom. & Corb. memoraturque ab Auguſt. in hunc Pſ. non verò à Caſſiod. abeſt etiam ab edd. Ald. & Compl.

℣. 5. Ita Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Corb. Rom. Moz. & Mediolan. Similiter Aug. in eund. Pſ. addit *Dominus*; ſed loco *confirmet*, legit *compleat*. Cypr. epiſt. 20. p. 29. b. *Det tibi Dominus ſecundùm cor tuum.* Ambroſ. l. 2. de Cain, p. 214. c. *Tribuat tibi ſecundùm cor tuum: & omnes petitiones tuas confirmet.* Gr. Vat. Δώη σοι κατὰ τὴν καρδίαν σου· ἠ πασαν τὴν βυλὴν σου πληρώσαι. Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. Δώη σοι Κύριος, &c. unde Hieron. epiſt ad Sun. & Fretel. to. 2. col. 634. a. ait: *Et dicitis in Græco vos hoc verſiculo additum nomen* Domini *reperiſſe, quod ſuperfluum eſt; quia ex ſuperioribus ἀπὸ κοινῦ ſubauditur, unde cœpit & Pſalmus:* Exaudiat te Dominus, &c. *ut & hic ſub eodem ſenſu dicatur:* Tribuat tibi ſecundùm cor tuum.

℣. 6. Ita Pſalt. Corb. & Rom. Martianæi, niſi quòd habent *ſalutari*, non *ſalutario*. Rom. Fabri delet &, cum ſeq. *Domini*. Auguſt. in hunc Pſ. legit: *Exſultabimus in ſalutari tuo: & in nomine Domini Dei noſtri magnif.* Caſſiod. in eund. Pſ. cum Vulgata concinit ad verbum. Gr. Ἀγαλλιασόμεθα ἐν τῷ σωτηρίῳ σου· ἠ ἐν ὀνόματι Θεῦ, &c. In Ald. & Compl. Κυρίου Θεῦ.

℣. 7. Itidem in Pſalt. Moz. & Carnut. In Rom. pariter, *ſalvum faciet*, ſed præponitur &, verbo *exaudiet*. Apud Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. *ſalvum fecit*, abſque &, juxta Gr. In Pſalt. Corb. *ſalvum facit*.

℣. 8. Tertul. de Corona mil. c. 13. p. 293. b. *Iſti in aurribus, & iſti in equis: nos autem in nomine Domini Dei noſtri invocabimus.* Similiter hab. Cypr. ep. ad Fortun. 267. b. excepto ult. *magnificabimus:* item l. de exhort. mart. in editt. eſt *magnificabimus*; at in Mſs. nonnullis *invocabimus*. Ap. Ambr. l. de Nab. c. 15. to. 1. col. 585. a. ita: *Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Domini magnificabimur:* item in Pſalm. 35. col. 778. a. hoc excepto, *in nomine Dei noſtri:* at in Pſ. 40. col. 880. b. & epiſt. 22. to. 2. 877. a. *in nomine Dom. Dei noſtri magnificabimur.* Similiter hab. Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Martianæi. Rom. Fabri delet *Domini*, cum Coisl. utrumque verò habet *magnificabimus*. Sic etiam Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 17. p. 140. Auguſt. verò, *in nomine Domini Dei noſtri exſultabimus*. Hieron. in Oſe. cap. 10. cum Pſalt. Carnut. necnon Arab. & Æthiop. *magnificabimur*. Gr. Vat. Οὗτοι..... ἠ οὗτοι ἐν..... Κυρίου Θεοῦ ἡμῶν μεγαλυνθησόμεθα. A Mſ. Alex. abeſt Κυρίου; & in edd. Ald. & Compl. eſt ἐπικαλεσόμεθα.

℣. 9. Ita Brev. Moz. cum Pſalt. Rom. Fabri, & Coislin. Rom. verò Martianæi, *nos autem reſurreximus*, &c. Cypr. epiſt. ad Fortun. ut & Ambroſ. l. de Nab. c. 15. to. 1. col. 585. a. *Ipſi obligati ſunt, & cecid. nos autem ſurreximus*, &c. & in Pſ. 35. col. 778. a. cum Auguſt. *nos verò ſurreximus*, &c. Cyprianus de exhort. mart. ita: *Ipſis copulati ſunt pedes, & ceciderunt.* Hieron. in Amos 2. to. 3. 1388. b. *Iſti impediti ſunt, & ceciderunt.* Auct. l. de promiſſ. c. 17. p. 140. e. *Ipſis obligati ſunt pedes, & ceciderunt: nos verò ſurreximus*, &c. Gr. Αὐτοὶ ζυπεδήθησαν, ἠ..... ἡμεῖς δὲ ἀνέσημεν, &c.

℣. 10. Sic habet Pſalt. Mediolan. Rom. verò Fabri cum Coisl. *in die, in qua.* Rom. Martian. cum Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. *in die, qua.* Gr. ἐν ᾗ ἂν ἡμέρᾳ. Hieron. ep. ad Sun. & Fretel. col. 634. a. ad hoc, *in die, qua*, ait: *Legiſſe vos dicitis*, in quocunque die; *ſed ſuperius cum Hebraïca veritate concordat, ubi ſcriptum eſt* biom, *id eſt*, in die.

Versio antiqua.	Hebr.	Vulgata hod.
Ex Mſ. Sangerm. 1. In finem, Pſalmus ipſi David. XX.	*Victori Canticum David. XXI.*	1. In finem, Pſalmus David. XX.
2. Domine in virtute tua lætabitur rex: & ſuper ſalutarem tuum exſultabitur vehementer.	*Domine in fortitudine tua lætabitur rex, & in ſalutari tuo exſultabit vehementer.*	2. Domine in virtute tua lætabitur rex: & ſuper ſalutare tuum exſultabit vehementer.
3. Deſiderium cordis ejus	*Deſiderium cordis ejus dediſti*	3. Deſiderium cordis ejus tribuiſ-

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Ita Auguſt. in hunc Pſ. cum Græco. Caſſiod. verò cum Pſalt. Rom. & Coiſlin. delet *ipſi*.

℣. 2. Sic in Pſalt. Corb. eſt, præter unum *ſalutare*. Ap. Auguſt. in hunc Pſ. & *ſuper ſalutari tuo exſultabit*, &c. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Vulgatæ favet. Gr. ἠ ἐπὶ τῷ σωτηρίῳ σου ἀγαλλιάσεται σφόδρα.

℣. 3. Brev. Moz. cum Pſalt. Rom. & Carnut. *Deſiderium animæ ejus*, &c. ut ſup. Similiter ap. S. Paulinum, epiſt. 21. p. 116. b. & Caſſiod. in hunc Pſ. In Pſalt. Corb. ita: *Deſiderium animæ ejus tribuiſti ei: & voluntatem lab. ejus non fraud.* &c. Apud Auguſt. in eund. Pſ. *Deſiderium animæ ejus dediſti ei: & voluntate labiorum ejus*

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
ti ei : & voluntate labiorum ejus non fraudaſti eum.	*ei, & voluntate labiorum ejus non fraudaſti.* SEMPER.	tribuiſti ei : & voluntate labiorum ejus non fraudaſti eum. *Ex Mſ. Sangerm.*
		* DIAPSALMA.
4. Quoniam præveniſti eum in benedictionibus dulcedinis : poſuiſti in capite ejus coronam de lapide pretioſo.	*Quoniam prævenies eum benedictionibus bonitatis : pones in capite ejus coronam obrizam.*	4. Quoniam præveniſti eum in benedictione dulcedinis : poſuiſti in capite ejus coronam de lapide pretioſo.
5. Vitam petiit à te : & tribuiſti ei longitudinem dierum in ſæculum, & in ſæculum ſæculi.	*Vitam petivit à te, dediſti ei : longitudinem dierum in ſæculum, & in æternum.*	5. Vitam petiit : & tribuiſti ei longitudinem dierum in ſæculum, & ſæculum ſæculi.
6. Magna eſt gloria ejus in ſalutari tuo : gloriam & magnum decorem impones ſuper eum.	*Magna gloria ejus in ſalutari tuo : gloriam & decorem pones ſuper eum.*	6. Maxima eſt gloria ejus in ſalute tua : gloriam & magnum decorem impones ſuper eum.
7. Quoniam dabis eum in benedictionem in ſæculum ſæculi : lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo.	*Pones enim eum benedictiones in ſempiternum : exhilarabis eum lætitiâ apud vultum tuum.*	7. Quoniam dabis eum benedictionem in ſæculum ſæculi : lætificabis eum cum gaudio vultus tui.
8. Quoniam rex ſperat in Domino : & in miſericordia Altiſſimi non commovebitur.	*Quia rex confidet in Domino, & in miſericordia Excelſi non decipietur.*	8. Quoniam rex ſperavit in Domino : & in miſericordia Altiſſimi non commovebitur.
9. Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis : dextera tua inveniat omnes, qui te oderunt.	*Inveniet manus tua omnes inimicos tuos : dextera tua inveniet odientes te.*	9. Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis : dextera tua inveniat omnes, qui te oderunt.
10. Pones eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui : Dominus in ira ſua conturbabit eos, & devorabit eos ignis.	*Pones eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui : Dominus in furore ſuo præcipitabit eos, & devorabit eos ignis.*	10. Pones eum ut clibanum ignis ; in tempore vultus tui conſummabis eos : Dominus in ira ſua conturbabit eos, & devoravit eos ignis.
11. Fructum eorum de terra perdes : & ſemen eorum à filiis hominum.	*Fructum eorum de terra perdes, & ſemen eorum de filiis hominum.*	11. Fructum eorum de terra perdis : & ſemen eorum à filiis hominum.
12. Quoniam declinaverunt in te mala ; cogitaverunt conſilia, quæ non potuerunt ſtabilire.	*Quoniam inclinaverunt ſuper te malum : cogitaverunt ſcelus, quod non potuerunt.*	12. Quoniam declinaverunt in te mala ; cogitaverunt conſilium, quod non potuerunt ſtabilire.
13. Quoniam pones eos dorſum : in reliquiis tuis præparabis vultum eorum.	*Quoniam pones eos humerum : funes tuos firmabis contra facies eorum.*	13. Quoniam pones eos dorſum : in reliquiis tuis præparabis vultum illorum.
14. Exaltare Domine in virtu-	*Exaltare Domine in fortitudi-*	14. Exaltare Domine in vir-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

non privaſti eum ; (editt. *frandaſti*, renitentibus Mſſ.) Gr. Τὴν ἐπιθυμίαν τῆς ψυχῆς (Ald & Compl. καρδίας) αὐτῷ ἔδωκας ; αὐτῷ· καὶ τὴν δέησιν (al. θέλησιν) τῶν χειλέων αὐτῷ οὐκ ἐστέρησας αὐτόν.

* Similiter hîc habetur *Diapſalma* in Pſalt. Rom. Martianæi ; at in Corb. & Rom. Fabri deeſt, ut & in edd. Ald. & Compl. nec etiam à Caſſiodoro memoratur. Apud Auguſt. in eund. Pſ. transfertur in ℣. ſeq. poſt vocem *dulcedinis.*

℣. 4. Sic in Brev. Moz. eſt, & Pſalt. Corb. ac Rom. Fabri. Rom. verò Martianæi, cum Aug. in hunc Pſ. hab. *in benedictionibus.* Caſſiod. in eund. Pſ. *in benedictione.* S. Paulinus, epiſt. 21. ut & 40. & 42. p. 116. b. 243. b. 256. a. *Quoniam prævenisti nos in benedictione dulced.* Gr. Ὅτι προέφθασας αὐτὸν ἐν εὐλογίαις χρηστότητος· ἔθηκας ἐπὶ τὴν κεφαλὴν, &c. Apud Ambroſ. de ob. Theod. to. 2. col. 1212. a. *poſuiſti in capite*, &c.

℣. 5. Ita in Pſalt. Corb. repetito *in*, ante 2. *ſæculum.* Mozarab. verò hab. *Vitam petiit :* & *dediſti ei longitudinem dierum in æternum*, & *in ſæculum ſæculi.* Similiter in Pſalt. Coislin. deeſt *à te*, poſt *petiit.* Vet. Iren. Interp. l. 2. c. 34. p. 269. c. legit : *Vitam petiit à te :* & *tribuiſti ei longit. dier. in ſæculum ſæculi ;* (deeſt tamen *à te*, in Mſs. Clarom. Arund. & Voſſ.) In Pſalt. Rom. Fabri habetur *à te*, & *tribuiſti*, ſicut in fine ſimpliciter, *in ſæculum ſæculi.* In Rom. Martian. deeſt &, poſt *à te ;* reliqua ut ſup. apud Fabrum. Auguſt. in hunc Pſ. legit : *Vitam petiit :* & *dediſti ei longit. dier. in ſæculum ſæculi.* Caſſiod. in eund. Pſ. *Vitam petiit :* & *tribuiſti ei longitud. dierum in ſæculum ſæculi.* Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 27. col. 154. a. *Vitam petiit :* & *dediſti ei.* Gr. Ζωὴν ᾐτήσατό σε· καὶ ἔδωκας... ἡμερῶν εἰς αἰῶνα αἰῶνος.

℣. 6. Sic eſt in Pſalt. Corb. ad verbum. Item in Moz. & Coislin. *maxima eſt ;* ſicut in Carnut. & ap. Aug. in hunc Pſ. *in ſalute tua.* Caſſiod. in eund. Pſ. cum Pſalt. Rom. Vulgatæ favet. In Gr. ſic : Μεγάλη ἡ δόξα αὐτοῦ ἐν τῷ σωτηρίῳ σου, &c. Pſalt. Coislin. leg. inf. *imponet ;* at in Gr. ἐπιθήσεις.

℣. 7. Auguſt. in hunc Pſ. cum Brev. Moz. *Quoniam dabis ei benedictionem ;* reliqua ut in Vulg. Caſſiod. in eund. Pſ. cum Pſalt. Rom. Fabri : *Quoniam dabis eum in benedictione.* Corb. *Quoniam dabis eum benedictionem*, &c. ut in Vulg. Gr. Ὅτι δώσεις αὐτῷ εὐλογίαν εἰς αἰῶνα..... ἐν χαρᾷ μετὰ τοῦ προσώπου σου.

℣. 8. Similiter hab. Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. *Quoniam rex ſperavit in Domino*, &c. Auguſt. in eund. Pſ..... *ſperat in Domino :* & *in Altiſſimi miſericord. non commovebitur.* Pſalt. Coislin. & Corb. *non conturbabitur.* Gr... ἐλπίζει ἐπὶ Κύριον· καὶ ἐν τῷ ἐλέει τοῦ Ὑψίστου οὐ μὴ σαλευθῇ.

℣. 9. Ita Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Fabri, & Græco : in Rom. Martianæi, & *dextera tua*, &c.

℣. 10. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Vulgatæ ſuffragantur. In Gr. Θήσεις αὐτοὺς... εἰς καιρὸν τοῦ προσώπου σου· Κύριος ἐν ὀργῇ... καὶ καταφάγεται αὐτοὺς πῦρ.

℣. 11. Auguſt. in hunc Pſ. *Fructum illorum de terra perdes*, &c. ut ſup. Gr. ἀπολεῖς.

℣. 12. Ita Auguſt. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. & Corb. In Gr. Vat... βουλὴν ἣν οὐ μὴ στήσωσι. In Alex. Ald. & Compl. βουλὰς ἃς.

℣. 13. Ita Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Fabri. In Rom. Martianæi, *præparare vultum illorum.* In Coisliniano, *in reliquis tuis præparabis vultum illorum.* In Mozarab... *in reliquiis tuis*, & *præparabis vult. illorum.* Similiter ap. Ambroſ. l. de Joſ. c. 3. to. 1. col. 486. c. *ponet eos dorſum.* In Gr. Ὅτι θήσεις αὐτοὺς νῶτον· ἐν τοῖς περιλοίποις σου ἑτοιμάσεις, &c.

℣. 14. Ita Pſalt. Coislin. hab. Alia verò cum Aug. &

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. tute tua : cantabimus & pſallimus virtutes tuas.	*ne tua : cantabimus & pſallemus fortitudinem tuam.*	te tua : cantabimus & pſallemus virtutes tuas.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Caſſiod. conſtanter *pſallemus*, &c. In Gr. ψαλῶμεν τὰς δυνάμεις σου· Mſ. Coiſlin. ψάλωμεν.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 1. In finem pro ſuſceptione matutina, Pſalmus ipſi David. XXI.	*Victori pro cervo matutino, Canticum David. XXII.*	1. In finem pro ſuſceptione matutina, Pſalmus David. XXI.
2. DEus Deus meus reſpice me : quare me dereliquiſti ? longè à ſalute mea verba labiorum meorum.	*DEus meus, Deus meus quare dereliquiſti me ? longè à ſalute mea verba rugitus mei.*	2. DEus Deus meus reſpice in me : quare me dereliquiſti ? longè à ſalute mea verba delictorum meorum. *Matth. 27. 46. Marc. 15. 34.*
3. Deus meus clamabo per diem, nec exaudies : & nocte, & non ad inſipientiam mihi.	*Deus meus clamabo per diem, & non exaudies : & nocte, nec eſt ſilentium mihi.*	3. Deus meus clamabo per diem, & non exaudies : & nocte, & non ad inſipientiam mihi.
4. Tu autem in ſancto habitas, laus Iſraël.	*Et tu ſancte : habitator, laus Iſraël.*	4. Tu autem in ſancto habitas, laus Iſraël.
5. In te ſperaverunt patres noſtri : ſperaverunt, & liberaſti eos.	*In te confiſi ſunt patres noſtri : confiſi ſunt, & ſalvaſti eos.*	5. In te ſperaverunt patres noſtri : ſperaverunt, & liberaſti eos.
6. Ad te clamaverunt, & ſalvi facti ſunt : in te ſperaverunt, & non ſunt confuſi.	*Ad te clamaverunt, & ſalvati ſunt : in te confiſi ſunt, & non ſunt confuſi.*	6. Ad te clamaverunt, & ſalvi facti ſunt : in te ſperaverunt, & non ſunt confuſi.
7. Ego autem ſum vermis, & non homo : obprobrium hominum, & abjectio plebis.	*Ego autem ſum vermis, & non homo : opprobrium hominum, & deſpectio plebis.*	7. Ego autem ſum vermis, & non homo : opprobrium hominum, & abjectio plebis.
8. Omnes qui videbant me, ſubſannabant me : & locuti ſunt labiis, & moverunt caput.	*Omnes videntes me, ſubſannant me : dimittunt labium, movent caput.*	8. Omnes videntes me, deriſerunt me : locuti ſunt labiis, & moverunt caput. *Matth. 27. 39. Marc. 15. 29.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Maxim. Taurin. in homil. p. 17. d. at Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Coiſl. Corb. & Rom. Fabri, delent *ipſi*. In Rom. Martianæi ſic : *pro aſſumptione matutina*, abſque ſeq. *ipſi*. Similiter apud Hieron. epiſt. ad Cypr. to. 2. col. 703. b. *Inſcribitur*, inquit, *pro aſſumptione matutina ; &* in Oſe. to. 3. col. 1274. e. *Vigeſimi Pſalmi titulus eſt*, pro aſſumprione matutina, *licet in Hebræo ſcriptum ſit*, pro cervo matutino. Gr. Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ τῆς ἀντιλήψεως τῆς ἑωθινῆς, Ψαλμὸς τῷ Δαυίδ.

℣. 2. Ambroſ. l. de Incarn. to. 2. 712. b. *Deus Deus meus reſpice in me*, &c. ut in Vulg. Similiter in Pſ. 39. col. 863. b. c. & in Pſ. 118. col. 980. f. & to. 2. col. 462. d. at in Pſ. 43. to. 1. col. 900. b. *Deus Deus meus reſpice me : quare me derel.* & l. 2. de fide, to. 2. col. 480. f. *Deus Deus meus, quare me derel.* abſque hoc med. *reſpice me*. Hilar. in Pſ. 141. col. 544. e. *Deus meus, quare me dereliquiſti ?* fortaſſe ex Matth. 27. ℣. 46. aut Marci 15. ℣. 34. ubi ſic : *Eloi Eloi*... id eſt, *Deus meus*, &c. Auguſtinus in hunc Pſ. col. 90. f. *Deus Deus meus reſpice me : quare me dereliquiſti longè à ſalute mea ? verba delictorum meorum :* at infra, col. 94. g. 95. b. c. *Deus meus, Deus meus reſpice me : quare me dereliquiſti ? longè à*, &c. at in Pſ. 37. col. 297. c. & in Pſ. 53. col. 496. d. *Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquiſti ? longè à ſalute mea verba delictorum meorum :* & in Pſ. 58. col. 558. e. *Deus meus, Deus meus reſpice in me : quare me derel.* Similiter in Pſ. 43. col. 371. f. paulò verò poſt : *Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquiſti ? longè à ſalute..... delictorum meorum :* verùm epiſt. ad Honorat. to. 2. col. 428. a. ait : *In iſto Pſalmo, cùm dixiſſet*, Deus meus, Deus meus reſpice in me : quare me dereliquiſti ? *continuò ſubjungit*, longè à ſalute mea verba delict. &c..... *Quanquam etiam ſic diſtingui poteſt :* Deus meus, Deus meus reſpice in me : quare me dereliquiſti longè à ſalute mea ?.... *ut alius ſenſus ſit*, verba delictorum meorum. In Gr. Ὁ Θεὸς ὁ Θεός μου πρόσχες μοι· ἱνατί ἐγκατέλιπές με ; μακρὰν ἀπὸ τῆς..... οἱ λόγοι τῶν παραπτωμάτων μου. Symmach. τῶν ὀλυρμῶν μου· Quinta edit. τῆς βοήσεώς μου. Hieron. in Iſai. 49. to. 3. col. 351. f. *longè à ſalute mea verba lamentationum mearum*. Euſebius hoc notat : Τὸ, πρόσχες μοι, ὡς μὴ κείμενον ἐν τῷ Ἑβρ· καὶ ὁ Σωτὴρ παρακέλοιπε· id eſt, *Illud*, reſpice in me, *tanquam quod in Hebraïce non ſit, ſed apud ſolos LXX. Salvator etiam omiſit ;* videlicet Matth. 27. 46. aut Marc. 15. 34. Et verò Hieron. l. de opt. gen. interpret. to. 4. col. 254. f. ait *Septuaginta Tranſlatores interpoſuiſſe*, reſpice me : *ita enim*, inquit, *verterunt*, Deus Deus meus reſpice me : quare me dereliquiſti ? Caſſiod. Vulgatæ congruit, ut & Pſalt. Rom. Sic etiam in Tractu miſſæ Dom. Palm. at in Pſalt. Corb. *reſpice me*.

℣. 3. Ita Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Coislin. Corb. Moz. & Rom. Fabri. In Rom. Martianæi, *nec exaudies : in nocte*, &c. ſic etiam in Tractu miſſæ Domin. Palm. Apud Auguſt. in hunc. Pſ. col. 90. f. *Deus meus clamabo ad te per diem, nec exaudies :* & *nocte*, &c. Itidem infra, col. 95. d. hoc excepto, & *non exaudies :* at in Pſ. 53. col. 496. d. ita : *Clamavi ad te per diem, nec exaudiſti :* & *nocte*, &c. Epiſt. etiam ad Honorat. to. 2. col. 428. f. ait : *Sequitur Pſalmus*, & *dicit : Clamavi ad te per diem, nec exaudies :* & *nocte*, & *non ad inſipientiam mihi*. Tertul. verò l. 4. adv. Marc. p. 706. c. legit : *Deus meus clamabo per diem*, & *exaudies :* & *nocte*, *non in vanitatem mihi*. Gr. Ὁ Θεός μου κεκράξομαι ἡμέρας πρός σε, καὶ οὐκ εἰσακούσῃ· καὶ νυκτὸς, καὶ οὐκ εἰς ἄνοιαν ἐμοί. In edd. Ald. & Compl. deeſt πρός σε.

℣. 4. Succinunt Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum vet. Pſalt. & Gr. Ita etiam in Tractu miſſæ Dom. Palm.

℣. 5. Sic in Pſalt. Rom. eſt, & Tractu miſſæ Domin. Palm. necnon ap. Caſſiod. in hunc Pſ. Auguſt. verò in eund. Pſ. col. 91. b. & 96. c. ac epiſt. ad Honorat. to. 2. col. 429. b. e. & 430. f. legit : *ſperaverunt*, & *eruiſti eos*. In Gr. καὶ ἐρρύσω αὐτούς. Mſ. Alex. ἐρύσω.

℣. 6. Sic habet Aug. in hunc Pſ. ac epiſt. ad Honorat. col. 429. 430. f. Item Caſſiod. cum vet. Pſalt. & Græco.

℣. 7. Concinit Ambroſ. l. de apol. Dav. to. 1. col. 678. f. & in Pſ. 118. col. 1226. e. ac to. 2. col. 482. a. 985. e. Item Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Gaud. Brix. in ſer. p. 975. a. necnon vet. Pſalt. & Græco. Similiter etiam in Tractu Dom. Palm. Ap. Cypr. verò, l. 2. Teſtim. p. 290. a. ita : *Ego autem ſum vermis*, & *non homo : maledictum hominis*, & *abjectio populi*. Apud Tertul. l. 3. cont. Marc. p. 676. b. *vermis*, & *non homo : ignominia hominis*, & *nullificamen populi :* ſic etiam ſup. conſtanter, p. 671. b. & infra, l. 4. p. 715. c. Item l. adv. Jud. c. 14. p. 148. a. ait : *Vermem ſe pronunciat*, & *non hominem ; ignominiam hominis*, & *abjectionem populi :* vide etiam l. de carne Chr. p. 550. b. In Gr..... ὀνειδος ἀνθρώπων, καὶ ἐξουθένημα λαοῦ. Mſ. Alex. ἀνθρώπου.

℣. 8. Sic in Brev. Moz. eſt, detracto uno &, ante *locuti ſunt*. Pſalt. verò Rom. cum Tractu miſſæ Domin. Palm. & Caſſiod. hab. *Omnes qui videbant me, aſpernabantur me : locuti ſunt*, &c. Similiter in Pſalt. Corb. & Coislin. præpoſito &, verbo *locuti ſunt*. Tertul. l. 4. adv.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
Matth. 27. 43. 9. Speravit in Domino, eripiat eum: ſalvum faciat eum, quoniam vult eum.	*Confugit ad Dominum, ſalvet eum: liberet eum, quoniam vult eum.*	9. Speravit in Domino, eripiat eum: ſalvum faciat eum, quoniam vult eum. *Ex Mſ. Sangerm.*
10. Quoniam tu es, qui extraxiſti me de ventre: ſpes mea ab uberibus matris meæ.	*Tu autem propugnator meus ex utero: fiducia mea ab uberibus matris meæ.*	10. Quoniam tu es, qui abſtraxiſti me de ventre: ſpes mea ab uberibus matris meæ.
11. In te projectus ſum ex utero: de ventre matris meæ Deus meus es tu, 12. ne diſceſſeris à me:	*In te projectus ſum ex vulva: de ventre matris mea Deus meus es tu. Ne longè fias à me,*	11. Ad te projectus ſum ex utero: de ventre matris meæ Deus meus es tu, 12. ne diſceſſeris à me:
Quoniam tribulatio proxima eſt: quoniam non eſt qui adjuvet.	*Quoniam tribulatio proxima: quoniam non eſt adjutor.*	Quoniam tribulatio proxima eſt: quoniam non eſt qui adjuvet.
13. Circumdederunt me vituli multi: tauri pingues obſederunt me.	*Circumdederunt me vituli multi: tauri pingues vallaverunt me.*	13. Circumdederunt me vituli multi: tauri pingues obſederunt me.
14. Aperuerunt ſuper me os ſuum, ſicut leo rapiens & rugiens.	*Aperuerunt ſuper me os ſuum: leo capiens & rugiens.*	14. Aperuerunt in me os ſuum, ſicut leo rapiens & rugiens.
15. Sicut aqua effuſus ſum: & diſperſa ſunt omnia oſſa mea.	*Sicut aqua effuſus ſum, & ſeparata ſunt omnia oſſa mea.*	15. Sicut aqua effuſa ſunt, & diſparſa ſunt omnia oſſa mea.
Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens in medio ventris mei.	*Factum eſt cor meum ſicut cera liquefacta in medio ventris mei.*	Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſcens in medio ventris mei.
16. Aruit tanquam teſta virtus mea, & lingua mea adhæſit faucibus meis: & in pulverem mortis deduxiſti me.	*Aruit velut teſta fortitudo mea, & lingua mea adhæſit faucibus meis, & in pulverem mortis detraxiſti me.*	16. Exaruit ſicut teſtum virtus mea, & lingua mea adhæſit faucibus meis: & in pulverem mortis deduxerunt me.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Marc. p. 734. c. ſic: *Omnes qui ſpectabant me, naſo irridebant me: locuti ſunt labiis, & capita moverunt.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 290. a. *Omnes qui me videbant, deſpiciebant me: & locuti ſunt in labiis, & moverunt caput.* Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. col. 1160. a. *Omnes qui conſpiciebant me, aſpernabantur me: & locuti ſunt labiis, & moverunt caput:* itidem in Pſ. 61. col. 961. e. hoc excepto, *qui videbant me.* Auguſt. epiſt. 140. ad Honorat. to. 2. col. 430. f. *Omnes qui conſpiciebant me, ſubſannabant me: & locuti ſunt labiis, & moverunt caput:* ſimiliter in Pſ. 21. col. 91. d. ſed infra, col. 97. a. *Omnes qui videbant me, ſubſannabant me,* abſque ſeq. *& :* vide etiam epiſt. 102. col. 286. f. In Gr. Παίζες οἱ θεωρῦντές με, ἐξεμυκτήρισάν με· ἐλάλησαν ἐν χείλεσιν, ἐκίνησαν κεφαλήν. Pſalt. Coislin. καὶ ἐλάλησαν, &c.

℣. 9. Sic in Pſalt. Rom. & aliis vet. necnon in Tractu miſſæ Domin. Palm. Concinunt Cypr. l. 2. Teſtim. p. 290. a. Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. col. 1160. a. & l. de exhort. virg. to. 2. col. 297. f. & Caſſiod. in hunc Pſ. p. 73. b. Tertul. verò, l. 4. adv. Marc. p. 734. c. legit: *Speravit in Deum, liberet eum.* Item Ambroſ. in Pſ. 61. col. 960. f. *liberet nunc eum, quoniam vult eum;* ſed alludit ad verba Judæorum, Matth. 27. ℣. 43. Auguſtinus in hunc Pſ. col. 91. d. 97. a. *Speravit in Dominum, eruat eum: ſalvum faciat eum, quoniam vult eum:* itidem ep. 140. & 102. to. 2. col. 286. f. 430. f. præter *Deum*, loco *Dominum*. Græcè: Ἤλπισεν ἐπὶ Κύριον, ῥυσάσθω αὐτόν· ζωσάτω αὐτὸν, ὅτι θέλει αὐτόν.

℣. 10. Ita Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. & Corb. In Coislin. verò, & Moz. ſic: *Quoniam tu es, qui eduxiſti me de ventre*, &c. Apud Auguſt. in hunc Pſ. col. 91. e. & 97. a. *Quoniam tu es, qui extraxiſti me*, &c. ut in Vulg. paulò verò poſt: *Quoniam tu extraxiſti me de ventre: Deus meus ab uberibus matris meæ:* & epiſt. 140. ad Honorat. to. 2. col. 433. d. *Quoniam extraxiſti me de ventre: ſpes mea ab uberibus*, &c. & infra: *Tu extraxiſti me de ventre matris meæ.* Apud Tertul. l. de carne Chr. p. 552. b. ita: *Quia tu es, qui avulſiſti me ex utero matris meæ: & ſpes mea ab uberibus*, &c. Gr. Ὅτι σὺ εἶ, ὁ ἐκσπάσας με ἐκ γαστρός· ἡ ἐλπίς μου ἀπὸ μαστῶν τῆς μητρός μου.

℣. 11. Pſalt. Rom. Corb. Carnut. & Coislinian. *In te jactatus ſum ex utero*, &c. ut ſup. Tertul. l. de carne Chr. p. 552. b. *Super te ſum projectus ex vulva: & ab utero matris meæ Deus meus es tu.* Ambroſ. l. 1. de fide, to. 2. col. 462. d. & l. 2. de interpel. Dav. c. 6. to. 1. col. 646. e. *In te projectus ſum ex utero*, &c. ut in Vulg. & poſt paulò, col. 647. a. addit: *Poteſt & ſic legi:* In te projectus ſum ex utero, de ventre matris meæ: *ut ſequatur:* Deus meus es tu, ne diſcedas à me. *Poteſt & ſic:* de ventre matris meæ Deus meus es tu. Hieron. l. 1. in epiſt. ad Gal. to. 4. col. 232. f. *In te projectus ſum ex vulva: ex utero matris meæ Deus*, &c. Aug. in hunc Pſ. col. 91. f. *In te confirmatus ſum ex utero: de ventre*, &c. at infra, col. 97. c. & epiſt. 140. to. 2. col. 433. d. *In te jactatus ſum ex utero: de ventre*, &c. Itidem apud Caſſiod. in eund. Pſ. Gr. Ἐπὶ σὲ ἐπερρίφην ἐκ μήτρας· ἐκ κοιλίας μητρός μου θεός μου εἶ σύ.

℣. 12. Brev. Moz. *ne diſcedas à me: quoniam tribulatio proxima eſt: & non eſt qui adjuvet.* Similiter in Pſalt. Coislin. & Corb. *ne diſcedas à me.* In Rom. *ne diſceſſeris... & non eſt qui*, &c. Itidem apud Caſſiod. in hunc Pſ. Aug. verò in eund. col. 91. g. & 97. c. ac ep. 140. to. 2. 434. e. 435. c. legit: *ne diſcedas à me... quoniam non eſt qui*, &c. Gr. μὴ ἀποσῇς ἀπ' ἐμοῦ· ὅτι θλῖψις ἐγγύς· ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ βοηθῶν.

℣. 13. Concinit Lucif. Calar. l. de non parc. in De. del. p. 241. d. vel 243. d. ut & Hilar. in Pſ. 67. col. 209. f. Similiter Ambroſ. in Pſ. 43. col. 908. c. & l. de Joſ. c. 7. col. 497. f. ac l. 1. de fide, to. 2. col. 463. d. Sic etiam Auguſt. in hunc Pſ. ac epiſt. 140. ad Honorat. col. 435. e. & Caſſiod. unà cum Pſalt. Rom. & Gr.

℣. 14. Ita Brev. Moz. cum Pſalt. Rom. Corb. & Coislin. Conſentit Lucif. Calar. l. de non parc. in De. del. p. 241. d. Item Aug. in eund. Pſ. p. 92. a. cum Caſſiod. at infra, col. 97. c. legit Aug. *Aperuerunt ſuper me*, &c. epiſt. verò 140. ad Honorat. col. 435. e. *Aperuerunt in me..... quaſi leo rapiens*, &c. In Gr. Ἤνοιξαν ἐπ' ἐμὲ... ὡς λέων, &c.

℣. 15. Ita Caſſiod. in hunc Pſ. Sic etiam in Pſalt. Rom. poſito uno & , ante *factum eſt*. Item in Mediolan. Corb. & ap. Ambroſ. *effuſa ſunt.* Apud Hilar. in Pſ. 57. col. 124. d. *Effuſus ſum tanquam aqua: & diſperſa ſunt oſſa mea. Factum eſt cor meum tanquam cera liqueſiens*, &c. item in Pſ. 140. col. 540. c. *diſperſa ſunt omnia oſſa mea.* In Pſalt. Moz. *liqueſiens;* in Corb. *liquens.* Apud Auguſt. in hunc Pſ. col. 92. a. *Sicut aqua effuſus ſum: & diſperſa ſunt... Factum eſt... ſicut cera liqueſcens*, &c. itidem infra, col. 97. e. hoc excepto, *tanquam cera*, ſicut epiſt. 140. ad Honorat. col. 435. f. In Gr. Ὡσεὶ ὕδωρ ἐξεχύθην· καὶ διεσκορπίσθη πάντα, &c. In edd. Ald. & Compl. ἐξεχύθη. In cod. Reg. antiquiſſimo hæc additur nota, Montfalconio noſtro teſte, Hexapl. to. 1. Ἐξηχύθην, μετὰ τοῦ ν, κεῖται ἐν τῷ Ἑξάπλῳ παρὰ πᾶσιν· οὕτω δὲ καὶ Ἀπολινάριος καὶ Εὐσέβιος γράφει. i. e. *Effuſus ſum, cum* ν, *jacet in Hexaplo apud omnes: ſimiliterque ſcribunt Apolinarius & Euſebius.*

℣. 16. Sic in Pſalt. Corb. excepto uno *velut*, pro *ſicut*. In Rom. Fabri, *Exaruit velut teſta virtus mea*, & in fine, *deduxerunt me.* Rom. Martianæi hab. *Exaruit velut teſta... deduxiſti me.* Brev. Moz. *Aruit tanquam teſta.* Pſalt. Coislinian. *Aruit velut teſta... & in pulverem mortis deduxerunt me.* Carnut. *& in limum mortis deduxerunt me.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 290. a. *Aruit velut teſta virtus mea*, &

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 17. Quoniam circumdederunt me canes multi : concilium malignantium obſedit me.	*Quoniam circumdederunt me venatores, conſilium peſſimorum vallavit.*	17. Quoniam circumdederunt me canes multi : concilium malignantium obſedit me.
Foderunt manus meas & pedes meos : 18. dinumeraverunt omnia oſſa mea.	*Fixerunt manus meas & pedes meos : numeravi omnia oſſa mea:*	Foderunt manus meas & pedes meos : 18. dinumeraverunt omnia oſſa mea.
Ipſi verò conſideraverunt, & conſpexerunt me : 19. diviſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtimentum meum miſerunt ſortem.	*Quæ ipſi reſpicientes viderunt in me. Diviſerunt veſtimenta mea ſibi : & ſuper veſtimentum meum miſerunt ſortem.*	Ipſi verò conſideraverunt & inſpexerunt me : 19. diviſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem. *Matth. 27. 35. Joan. 19. 23. 24.*
* *Mſ. vitiosè, ut videtur,* memor eris. 20. Tu autem * ne moreris Domine auxilium tuum : in defenſione mea aſpice.	*Tu autem Domine ne longè fias : fortitudo mea in auxilium meum feſtina.*	20. Tu autem Domine ne elongaveris auxilium tuum à me : ad defenſionem meam conſpice.
21. Eripe à framea animam: & de manu canis unicam meam.	*Erue à gladio animam meam, & de manu canis ſolitariam meam.*	21. Erue à framea Deus animam meam : & de manu canis unicam meam.
22. Libera me de ore leonis : & à cornibus unicornuorum humilitatem meam.	*Salva me ex ore leonis, & de cornibus unicornium exaudi me.*	22. Salva me ex ore leonis : & à cornibus unicornium humilitatem meam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

lingua mea adglutinata eſt faucibus meis. S. Paulin. epiſt. 15. p. 87. c. 88. a. *Exaruit ſicut teſta guttur meum, & lingua mea adhæſit faucibus meis.* Ambroſ. l. de lapſ. virg. to. 2. col. 318. c. & in Pſ. 118. to. 1. col. 1253. d. *Adhæſit lingua mea faucibus meis : & in pulv. mortis deduxiſti me.* Similiter Hilarius in Pſ. 118. col. 265. d. & 303. b. & *in pulv. mortis deduxiſti me.* (Mſs. Reg. & Albin. priori loco hab. *deduxit me.*) Auguſt. in hunc Pſal. col. 92. c. 97. f. & epiſt. 140. to. 2. col. 436. b. c. cum Fulg. ſer. 9. p. 571. c. *Exaruit velut teſta virtus mea... & in pulv. mortis deduxiſti me.* Similiter ap. Caſſiod. in eund. Pſ. ſi excipias ult. *deduxerunt me.* In Gr. Ἐξηράνθη ὡσεὶ ὄστρακον ἡ ἰσχύς μου, καὶ ἡ γλῶσσά μου κεκόλληται τῷ λάρυγγί μου· καὶ εἰς χοῦν θανάτου κατήγαγές με.

℣. 17. Ita Pſalt. Rom. cum veteribus aliis, quibus favent Lucif. Calar. l. de non parc. in De. del. p. 241. vel 243. d. & Auguſt. epiſt. 140. col. 436. g. ſed in Pſ. 21. col. 92. c. & 97. g. Aug. legit : *conciliom malignantium circumdedit me*, &c. Hieron. in Matth. 27. to. 4. col. 135. f. & *congregatio malign. obſedit me.* Leo M. ſer. 53. p. 123. d. cum Caſſiod. in hunc Pſ. textui conſonat, & Vulgatæ. Tertul. verò l. 4. adv. Marc. p. 734. c. legit : *Circumdederunt me canes : ſynagoga maleficorum circumvallavit me. Foderunt manus meas & pedes meos :* at l. cont. Jud. c. 8. to. 13. pp. 141. 143. 144. ita : *Exterminaverunt manus meas & pedes :* & p. 144. b. *Foderunt manus meas & pedes :* ſicut l. 3. adv. Marc. p. 677. c. unde l. de reſurr. carn. p. 574. a. ſic alludit : *Perfoſſus manus & pedes.* Novatianus l. de Trin. p. 1050. b. *Effoderunt manus meas & pedes.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 294. a. cum Lactant. l. 4. Inſt. c. 18. p. 581. *Effoderunt manus meas & pedes meos.* Auguſt. epiſt. 76. 102. & 105. col. 179. f. 287. a. 302. f. conſtanter *foderunt*, &c. ſed delet *meos*, poſt *pedes*, uti ſup. in Pſ. 21. col. 92. c. ſecus inf. col. 97. g. 98. a. & tract. 35. in Johan. to. 3. p. 2. col. 542. b. Gr. Ὅτι ἐκύκλωσάν με... Συναγωγὴ πονηρευομένων περιέσχον με. Ὤρυξαν χεῖράς μου καὶ πόδας· Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. addit μου. Latinius ad hoc Tertulliani verbum ſup. *exterminaverunt*, putat ſcriptum fortè in quibuſd. exemplar. ἐξώρυξαν ; in aliis, ὤρυξαν.

℣. 18. Ita Auguſt. tract. 35. in Joh. to. 3. p. 2. col. 542. b. item in hunc Pſ. col. 92. d. 98. b. & epiſt. 76. 102. & 140. to. 2. col. 179. f. 287. a. 436. g. at epiſt. 105. col. 302. b. & *adſpexerunt me.* Fulg. cont. Faſtid. p. 348. & Caſſiod. in eund. Pſ. cum Pſalt. Moz. & Corb. & Tract. miſſæ Domin. Palm. *conſpexerunt me.* Similiter in Pſalt. Rom. cum hoc in principio, & *dinumeraverunt.* Item ap. Novatian. de Trin. p. 1050. b. ſicut in Pſalt. Coislin. & *dinumeraverunt.* Tertul. l. adv. Jud. c. 13. p. 144. cum Cypr. l. 2. Teſtim. p. 294. a. & Lact. l. 4. Inſtit. c. 18. p. 581. *dinumeraverunt omnia oſſa mea. Ipſi autem contemplati ſunt, & viderunt me.* Gr. ἐξηρίθμησαν πάντα..... Αὐτοὶ δὲ κατέσκοπσαν, καὶ ἐπεῖδόν με.

℣. 19. Sic apud Aug. in hunc Pſ. col. 98. b. & epiſt. 76. 105. to. 2. col. 179. f. 302. b. item l. 1. de ſerm. Dom. in monte, to. 3. p. 2. col. 196. g. & tract. 35. in Joh. col. 542. b. at in Pſ. 21. col. 92. d. legit, *ſuper veſtem meam ;* ſicut epiſt. 102. col. 287. a. & epiſt. 140. col. 437. a. Itidem in Tractu miſſæ Domin. Palm. necnon in Pſalt. Rom. Martianæi, & aliis ; in Rom. Fabri, & *ſuper veſte mea.* Tertul. verò l. 4. adv. Marc. p. 734. c. legit : *Diſpertiti ſibi ſunt veſtimenta mea*, & *in veſtitum meum ſortem miſerunt :* at l. adv. Jud. c. 10. p. 143. c. cum Novatiano de Trin. p. 1050. b. ſic : *ſuper veſtem meam miſerunt ſortem :* lib. etiam de reſurr. carn. p. 574. a. ait : *ſortem paſſus in veſtimento.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 294. a. *Et diviſerunt veſtimenta mea ſibi*, & *ſuper veſtem meam ſortem miſerunt.* Lact. l. 4. Inſtit. c. 18. p. 581. *Diviſerunt ſibi... & ſuper veſtem meam ſortem miſerunt.* Hilar. in Pſ. 62. col. 153. a. *Diſciderunt veſtem*, & in Pſ. 138. col. 510. b. & *ſuper veſtim. meum miſerunt ſortem :* ſed in Pſ. 1. col. 14. *Diviſerunt ſibi veſtim. mea*, & *ſuper veſtem meam*, &c. Similiter Ambr. l. de Tob. c. 20. to. 1. 616. a. & l. 1. de fide, to. 2. col. 463. d. unà cum Caſſiod. in hunc Pſ. Maxim. verò Taurin. in homil. p. 17. h. cum Pſalt. Corb. *Diviſerunt.....* & *ſuper veſtimentum meum*, &c. Fulg. cont. ſerm. Faſtid. p. 348. & *in veſtimentum meum miſ. ſortem.* Fredeg. Schol. chronic. p. 600. b. & *ſuper veſtimenta mea poſuerunt ſortem.* In Gr. Διεμερίσαντο τὰ ἱμάτιά μου ἑαυτοῖς, καὶ ἐπὶ τὸν ἱματισμόν μου ἔβαλον κλῆρον.

℣. 20. Pſalt. Rom. & Coislin. cum Caſſiod. in hunc Pſ. *Tu autem Domine ne longè facias auxilium tuum à me, ad def. meam aſpice ;* Coisl. *reſpice ;* Corb. *aſpice.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 294. a. *Tu autem Domine ne elongaveris auxilium tuum à me, in auxilium meum attende.* Auguſt. in hunc Pſ. col. 92. d. *Tu autem Domine ne longè feceris auxilium tuum à me, in defenſionem meam aſpice :* itidem infra, col. 98. d. detracto uno *à me :* ſic denique epiſt. 140. to. 2. col. 437. b. præter hoc, *ne longè facias.* A Pſalt. eriam Carnut. & Colb. abeſt *à me.* In Gr. Σὺ δὲ Κύριε μὴ μακρύνῃς τὴν βοήθειάν μου, εἰς τὴν ἀντίληψίν μου πρόσχες. In edd. Ald. & Compl. Βοήθειάν σου ἀπ' ἐμοῦ. Hieronymus etiam epiſt. ad Sun. & Fretel. to. 2. col. 634. b. ad hoc, *Tu autem Domine ne elongaveris aux. tuum à me*, ait : *Et dicitis invenisſe vos* meum, *quod & verum eſt*, & *ita corrigendum. Brevi enim, ſi quid ſcripturum errore mutatum eſt, ſtultâ credimus contentione defendere.*

℣. 21. Ita Pſalt. Mozarab. & Corb. niſi quòd hab. *animam meam.* Cypr. verò l. 2. Teſtim. p. 294. a. *Libera à gladio animam meam : & de manu canis*, &c. Aug. in hunc Pſ. & ep. 140. to. 2. 437. c. cum Pſalt. Rom. *Erue à framea animam meam*, &c. ut ſup. Caſſiod. in eund. Pſ. *Eripe à framea Deus animam meam ;* ſed vox *Deus* abeſt à vet. Pſalt. Rom. Mediolan. Carnut. & Colb. In Gr. Ῥῦσαι ἀπὸ ῥομφαίας τὴν ψυχήν μου, &c.

℣. 22. Ita Pſalt. Rom. hab. cum Caſſiod. in hunc Pſ. In Pſalt. Moz. ſimiliter : *Libera me de ore leonis ;* ſicut in Corb. & Tractu miſſæ Domin. Palm. at utrobique *unicornium ;* in Pſalt. Coislin. *unicornuorum*, ut ſupra. Apud Tertull. l. cont. Jud. c. 10. p. 144. b. *Salvum me fac ex ore leonis*, & *de cornibus unicornuorum humilit. meam :* ſic etiam l. 3. adv. Marc. p. 677. c. niſi quòd hab. *Salvum fac me*, & *unicorniorum*, deletque *meam* in fine. Cypr. l. 2. Teſtim. p. 294. a. Vulgatæ congruit. Auguſt. verò in hunc Pſ. col. 92. e. legit : *Salvum me fac de ore leonis*, & *à cornibus unicornuorum*, &c. item infra, col. 98. e. & epiſt. 140. to. 2. col. 437. f. excepto uno *unicorninm.* Ap. Hilar. conſtanter tum in Pſ. 56. col. 119. b. tum in Pſ. 58. col. 131. b. tum etiam in Pſ. 120. col. 382. b. *Libera me de ore leonis*, & *de manu canis unicam meam.* In Gr. Σῶσόν με ἐκ... καὶ ἀπὸ κεράτων μονοκερώτων τὴν ταπείνωσίν μου.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
Hebr. 2. 22. 23. Narrabo nomen tuum fratribus meis : in medio eccleſiæ laudabo te.	*Narrabo nomen tuum fratribus meis : in medio eccleſia laudabo te.*	23. Narrabo nomen tuum fratribus meis : in media eccleſia laudabo te. *Ex Mſ. Sangerm.*
24. Qui timetis Dominum, laudate eum : univerſum ſemen Jacob glorificate eum :	*Timentes Dominum laudate eum : omne ſemen Jacob glorificate eum,*	24. Qui timetis Dominum laudate eum : univerſum ſemen Jacob magnificate eum :
25. Timeat eum omne ſemen Iſraël : quoniam non ſprevit, neque deſpexit deprecationem pauperis :	*Et metuite eum univerſum ſemen Iſraël : quoniam non deſpexit, neque contempſit modeſtiam pauperis,*	25. Timeat eum omne ſemen Iſraël : quoniam non ſprevit, neque deſpexit precem pauperum :
Nec avertit faciem ſuam à me : & cùm clamarem ad eum, exaudivit me.	*Et non abſcondit faciem ſuam ab eo : & cùm clamaret ad eum, exaudivit.*	Neque avertit faciem ſuam à me : & cùm clamarem ad eum, exaudivit me.
26. Apud te laus mea in eccleſia magna : vota mea reddam in conſpectu timentium eum.	*Apud te laus mea in eccleſia multa : vota mea reddam in conſpectu timentium eum.*	26. Apud te laus mihi in eccleſia magna : vota mea reddam coram timentibus eum.
27. Edent pauperes, & ſaturabuntur : & laudabunt Dominum qui requirunt eum : vivent corda eorum in ſæculum ſæculi.	*Comedent mites, & ſaturabuntur : laudabunt Dominum quærentes eum : vivet cor veſtrum in ſempiternum.*	27. Edent pauperes, & ſaturabuntur : & laudabunt Dominum qui requirunt eum : vivet cor eorum in ſæculum ſæculi.
28. Reminiſcentur, & convertentur ad Dominum univerſi fines terræ :	*Recordabuntur, & convertentur ad Dominum univerſi fines terræ,*	28. Reminiſcentur, & convertentur ad Dominum univerſi fines terræ :
Et adorabunt in conſpectu ejus univerſæ familiæ gentium.	*Et adorabunt coram te univerſa cognationes gentium :*	Et adorabunt in conſpectu tuo omnes patriæ gentium.
29. Quoniam Domini eſt regnum : & ipſe dominabitur gentium.	*Quia Domini regnum, & dominabitur gentibus.*	29. Quoniam Dominus eſt regnum : & ipſe dominabitur gentium.
30. Manducaverunt, & adora-	*Comederunt, & adoraverunt*	30. Manducaverunt, & ado-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 23. Sic in Pſalt. Coislin. eſt. Hilarius in Pſ. 51. n. 3. p. 70. c. ſimiliter hab. *in media eccleſia ;* initio verò, *Annuntiabo nomen tuum.* Pſalt. Rom. *Narrabo..... in medio eccleſia laudabo te.* Corb. *in media eccleſia cantabo tibi.* Tertul. verò l. 3. adv. Marc. p. 679. b. *Enarrabo nomen..... in medio eccleſia hymnum tibi dicam.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 294. a. *Enarrabo nomen... in medio eccleſia laudabo te.* Ambr. l. de bened. Patr. c. 11. to. 1. 528. d. *Narrabo..... in medio eccleſia cantabo tibi :* at l. de Tob. c. 15. col. 608. e. & l. de inſtit. virg. to. 2. col. 259. f. *Narrabo..... in medio eccleſia laudabo te :* item conſtanter hab. *Narrabo*, to. 1. col. 518. d. 894. a. 913. d. 949. d. 1227. d. Aug. in hunc Pſ. & epiſt. 140. to. 2. col. 438. b. *Narrabo..... in medio eccleſia cantabo te.* Similiter Hieron. l. 1. in epiſt. ad Galat. to. 4. col. 236. d. Apud Caſſiod. in hunc Pſ. *laudabo te.* In Græco : Διηγήσομαι τὸ... ἐν μέσῳ ἐκκλησίας ὑμνήσω σε.

℣. 24. Concordant Pſalt. Rom. Corb. Coislinian. & Tractus miſſæ Domin. Palm. Sic etiam apud Auguſt. bis in hunc Pſ. ac epiſt. 140. to. 2. col. 439. c. necnon ap. Caſſiod. in eund. Pſ. Hieron. quoque, ep. ad Sun. & Fretel. to. 2. col. 634. b. ſcribit, *magnificate eum ;* tum addit : *pro quo in Græco ſcriptum...* Λοξάσατε αὐτὸν, *id eſt*, glorificate eum : *ſed ſciendum*, inquit, *quòd ubicunque in Græco ſcriptum eſt* glorificate, *Latinus interpres* magnificate *tranſtulerit, ſecundùm illud quod in Exodo dicitur*, 15. 1. quod vide.

℣. 25. Pſalt. Rom. cum Moz. & Coislin. *neque deſpexit preces pauperum, neque*, &c. ut ſup. Auguſt. in hunc Pſ. col. 92. g. 100. d. cum Pſalt. Corb. *neque deſpexit precem pauperis, neque*, &c. at Aug. ibid. 99. c. *pauperum :* epiſt. verò 140. to. 2. col. 443. f. g. ſeq. conſtanter, *precem pauperis, neque*, &c. ſubinde, & *cùm clamarem*, &c. ut ſup. Caſſiod. in eund. Pſalm. *precem pauperum, neque.....* & *cùm clamarem*, &c. Pſalt. Rom. & *dum clamarem.* Græc. Φοβηθήσεσθε αὐτὸν πᾶσα τὸ..... ὑλὲ προσώχθισε τῇ λιτῇ τοῦ πτωχοῦ, οὐδὲ..... ἐν τῷ κεκραγέναι με, &c.

℣. 26. Ita Brev. Moz. hab. cum Pſalt. Corb. Sic etiam in Rom. niſi quòd additur *Domino*, poſt *vota mea.* Coislin. hab. ut ſup. *vota mea reddam coram timentibus eum.* Auguſt. in hunc Pſ. conſtanter : *Apud te laus mea, in eccleſia magna confitebor tibi : vota mea reddam coram timentibus eum :* itidem ep. 140. to. 2. col. 444. b. c. Pſalt. Mediolan. *Apud te laus mihi*, (Ambroſ. *A te laus mea,*) *in eccleſia magna confitebor tibi : vota mea*, &c. Ap. Tertul. l. 3. cont. Marc. p. 679. b. *A te laus mihi in eccleſia magna.* Ap. Caſſiod. in eund. Pſ. *Apud te laus mea in eccleſia magna : vota mea Domino reddam coram timentibus eum.* In Gr. Παρὰ σοῦ ὁ ἔπαινός μου ἐν ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ· τὰς εὐχάς μου ἀποδώσω ἐνώπιον τῶν φοβουμένων αὐτόν. In edd. Ald. & Compl. ἐν ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ ἐξομολογήσομαί σοι τὰς, &c.

℣. 27. Sic in Pſalt. Rom. & Corb. ad verbum. In Mozarab. & apud Caſſiod. in hunc Pſ. *vivit cor eorum.* Apud Aug. in eund. Pſ. & epiſt. 140. col. 444. e. *vivent corda eorum.* Apud Chromat. Aquil. in Matth. p. 978. b. & *vivet cor eorum.* In Gr. ζήσονται αἱ καρδίαι αὐτῶν. Ambr. quoque in Pſ. 118. to. 1. col. 1120. c. initio hab. *Edent paup.* & *ſaturabuntur*, ut & Chromat. ſup.

℣. 28. Ita in Pſalt. Corb. & Moz. verbum è verbo. Similiter in Rom. Coislin. & apud Caſſiod. in hunc Pſ. præter unum *ejus*, pro *tuo.* Apud Cypr. l. 2. Teſtim. p. 297. a. *Commemorabuntur*, & *convertentur ad Dominum omnes termini terræ :* & *adorabunt in conſpectu tuo omnes patriæ gentium.* Apud Fulg. l. de Trin. c. 1. p. 329. ſicut apud Auguſt. conſtanter, cùm in hunc Pſ. tum epiſt. 51. 76. &c. to. 2. col. 118. d. 180. a. 287. b. 302. b. 446. f. ut & tract. 13. ac 35. in Joh. to. 3. p. 2. col. 398. a. 542. b. & tract. 2. in 1. Johan. ibid. 837. a. *Commemorabuntur*, & *convertentur ad Dom. univerſi fines terræ :* & *adorab. in conſp. ejus univerſa patriæ gentium :* ita rurſum l. 1. cont. ep. Parmen. to. 9. col. 18. e. cum eod. Fulg. l. cont. Arian. p. 66. excepto verbo *reminiſcentur*, pro *commemorabuntur.* Hieron. in Iſai. 52. to. 3. col. 377. f. 380. e. *Recordabuntur*, & *redibunt* (col. 380. e. *convertentur*) *ad Dom. omnes fines terræ :* & *adorabunt in conſpectu ejus omnes familiæ gentium :* at l. 2. in epiſt. ad Epheſ. to. 4. col. 356. a. *omnes patriæ gentium.* Item in Pſalt. Mediolan. & Carnut. *omnes patriæ gentium.* Apud Philaſtr. Brix. de hæreſ. p. 702. b. *Recordabuntur*, & *convertentur ad Dominum Chriſtum omnes fines orbis terrarum.* In Gr. Μνησθήσονται, καὶ ἐπιστραφήσονται... πάντα τὰ πέρατα..... καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιον αὐτοῦ πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῶν ἐθνῶν. Aq. & Symm. Συγγένειαι.

℣. 29. Gr. Ὅτι τοῦ Κυρίου ἡ βασιλεία, &c. ut ſup. Cypr. l. 2. Teſtim. p. 297. a. *Quoniam Domini eſt regnum :* & *ipſe dominab. omnium gentium.* Hieron. in Iſai. 52. to. 3. col. 377. f. 380. e. *Quoniam Domini regnum eſt*, &c. ut in textu. Aug. epiſt. 76. to. 2. col. 180. a. & l. 1. cont. ep. Parmen. to. 9. col. 18. e. *Quoniam ipſius eſt regnum :* & *ipſe dominabitur gentium :* at epiſt. 102. &c. col. 287. b. 302. b. 446. f. *Quoniam Domini eſt regnum*, &c. Itidem tract. 35. in Joh. to. 3. p. 2. col. 542. b. & in hunc Pſ. col. 93. c. 102. c. ſicut apud Fulg. l. de Trin. c. 1. p. 329. Caſſiod. in eund. Pſ. & in Pſalt. Rom. & al.

℣. 30. Pſalt. vetera Rom. Corb. Mediolan. Carnut. Coislin. & Moz. conſtanter hab. *divites terræ*, non *divi*, quod fortè mendum eſt ſcribæ. In iiſd. quoque Pſalt. ita : *In conſpectu ejus procident univerſi qui deſcendunt*, &c. Solum Coislin. hab. *procedunt omnes qui deſcendunt*, &c. Auguſt.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. raverunt omnes divi terræ : in conſpectu ejus decident univerſi qui deſcendent in terram.	*omnes pingues terræ : ante faciem ejus curvabunt* (ſupp. *genu*) *omnes qui deſcendunt in pulverem,*	verunt omnes pingues terræ : in conſpectu ejus cadent omnes qui deſcendunt in terram.
31. Et anima mea ipſi vivet : & ſemen meum ſerviet illi.	*Et anima ejus non vivet. Semen ſerviet ei :*	31. Et anima mea illi vivet : & ſemen meum ſerviet ipſi.
32. Adnuntiabitur Domino generatio ventura : adnuntiabunt juſtitiam ejus populo qui naſcetur, quem fecit.	*Narrabitur Domino in generatione : venient, & annuntiabunt juſtitiam ejus populo qui naſcetur, quam fecit.*	32. Annuntiabitur Domino generatio ventura : & annuntiabunt cœli juſtitiam ejus populo qui naſcetur, quem fecit Dominus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

& Caſſiod. in hunc Pſ. rurſuſque Aug. epiſt. 140. to. 2. col. 446. g. 447. d. ut ſupra..... *divites terræ..... procident univerſi qui deſcendunt*, &c. In Gr. οἱ πίονες τῆς γῆς..... προπεσοῦνται πάντες οἱ καταβαίνοντες εἰς τὴν γῆν.

℣. 31. Sic habent Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. rurſuſque Auguſt. epiſt. 140. to. 2. col. 448. cum Pſalt. Rom. Coiſlin. & Corb. ſic etiam in Mozarab. præter unum *ſemen ejus*. Vet. Iren. Interp. l. 5. c. 7. p. 300. legit *illi vivet*. Græc. αὐτῷ ζῇ· ἢ τὸ σπέρμα μου λατρεύσει αὐτῷ.

℣. 32. Pſalt. Coiſlin. *Annuntiabitur Domino generationi ventura : & annuntiabunt juſtitiam ejus populo... quem fecit Dominus*. Ap. Auguſt. verò & Caſſiod. in hunc Pſ. & in Pſalt. Rom. & Tractu miſſæ Palmar. omnia ut in Vulg. Similiter in Pſalt. Corb. præter hoc, & *adnuntiabitur Domino*. In Pſalt. Carnut. deeſt vox *cœli*, poſt *annuntiabunt*. Apud Ambroſ. ſic : *annuntiabit juſtitiam ejus*, &c. In Gr. Ἀναγγελήσεται τῷ Κυρίῳ γενεὰ ἡ ἐρχομένη· καὶ ἀναγγελοῦσι τὴν δικαιοσύνην... ὃν ἐποίησεν ὁ Κύριος. Aquila & Theodot. ὅτι ἐποίησεν, abſque voce Κύριος.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 1. Pſalmus David. XXII.	*Canticum David. XXIII.*	1. Pſalmus David. XXII.
* DOminus reget me, & nihil mihi deerit : 2. in loco paſcuæ ibi me conlocavit.	*DOminus paſcit me, nihil mihi deerit. In paſcuis herbarum accubavit me :*	DOminus regit me, & nihil mihi deerit : 2. in loco paſcuæ ibi me collocavit. *Iſa. 40. 11. Jere. 23. 4. Ezec. 34. 11. 23. 1. Pet. 2. 25. & 5. 4.*
Super aquam refectionis educavit me : 3. animam meam convertit.	*Super aquas refectionis enutrivit me : animam meam refecit.*	Super aquam refectionis educavit me : 3. animam meam convertit.
Deduxit me ſuper ſemitas juſtitiæ, propter nomen tuum.	*Duxit me per ſemitas juſtitiæ, propter nomen ſuum.*	Deduxit me ſuper ſemitas juſtitiæ, propter nomen ſuum.
4. Nam, & ſi ambulem in medio umbræ mortis, non timebo mala : quoniam tu mecum es.	*Sed, & ſi ambulavero in valle umbra mortis, non timebo malum : quoniam tu mecum.*	4. Nam, & ſi ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala : quoniam tu mecum es.
Virga tua, & baculum tuum, * ipſa me conſolata ſunt.	*Virga tua, & baculus tuus, ipſa conſolabuntur me.*	Virga tua, & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt.
* Mſ. vitioſè, ipſe me conſolatæ ſunt.		
5. Paraſti in conſpectu meo menſam, adversùs eos, qui tribulant me.	*Pones coram me menſam, ex adverſo hoſtium meorum.*	5. Paraſti in conſpectu meo menſam, adversùs eos, qui tribulant me.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Martianæi, & Coiſlin. Rom. verò Fabri, *In finem, Pſalmus David*. Aug. in eund. unà cum Gr. *Pſalmus ipſi David*; editt. tamen ibi præponunt, *In finem*, ſed repugnant codd. Mſs. omnes.

* Ambroſ. lib. de Joſ. c. 7. to. 1. col. 498. f. & lib. de myſt. to. 2. col. 336. d. & l. 5. de ſacram. 375. e. *Dominus paſcit me*, &c. item l. de apol. Dav. to. 1. col. 696. e. & in Pſ. 36. p. 805. c. & in Luc. 2. p. 1296. c. Concinunt Auguſt. in hunc Pſ. & Hieron. in Iſai. 5. 14. & 49. to. 3. col. 53. a. 165. e. 354. b. item in Ezech. 34. & 45. col. 945. b. 1042. b. ſed Caſſiod. in eund. Pſ. leg. *Dominus regit me*, cum Pſalt. Rom. Coiſlin. & al. Gr. Κύριος ποιμαίνει με, &c. Alex. ποιμανεῖ.

℣. 2. Sic Ambroſ. in Pſ. 43. & 118. to 1. col. 894. c. 1140. d. & l. de myſt. to. 2. col. 336. d. & l. 5. de ſacram. col. 375. f. at l. de apol. Dav. to. 1. col. 696. e. & in Pſ. 36. col. 805. c. habet : *In loco viridi ibi me collocavit*, &c. Similiter in Pſalt. Moz. In Coisliniano, *conlocavit*, ut ſup. Hilar. in Pſ. 54. col. 111. b. *Super aquam refectionis enutrivit me*. Ambroſ. in Pſ. 43. to. 1. col. 894. c. *Super aquam refect. conſtituit me* ; aliis locis, *educavit*. Hieron. in Iſai. 49. to. 3. col. 354. b. *Super aquas refectionis educ.* &c. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. textui Sangerm. favent cum Pſalt. Rom. & aliis. In Gr. Εἰς τόπον χλόης ἐκεῖ με κατεσκήνωσεν. Ἐπὶ ὕδατος ἀναπαύσεως ἐξέθρεψέ με. Symm. ἀνεκλίνασέ με.

℣. 3. Similiter hab. Ambroſ. l. de bono mort. c. 6. to. 1. col. 400. d. & l. 5. de ſacram. to. 2. col. 375. f. præter ult. *nomen ſuum*. Pſalt. Moz. hab. *Animam meam ibi convertit* ; paulòque poſt in Rom. *ſuper ſemitam*. Apud Aug. in hunc Pſ. *in ſemitis* ; ubique, *nomen ſuum*. Gr. Τὴν ψυχήν μου ἐπέστρεψεν. Ὡδήγησέν με ἐπὶ τρίβους..... ἕνεκεν τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ.

℣. 4. Ambroſ. l. de myſt. to. 2. col. 336. f. & l. 5. de ſacram. col. 375. f. *Nam, & ſi ambulem... & baculus tuus ipſa me conſolata ſunt*. Similiter Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. & Moz. In Corb. *Nam, & ſi ambulem... virga tua, & baculum tuum, ipſa me conſolata ſunt*. In Coisliniano : & *baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt*. In Gr. Ἐὰν γὰρ καὶ πορευθῶ... ἡ ῥάβδος σου, καὶ ἡ βακτηρία σου, αὗταί (Alex. αὐτά) με παρεκάλεσαν. Vide ſis Iren. l. 5. c. 31. p. 331. b. & Ambr. in Luc. 17. to. 1. col. 1477. b.

℣. 5. Ita ferunt Pſalt. Rom. Fabri, Mediol. Carnut. & Moz. Corb. vitioſè, & *poculum tuum inebrians quàm præclarus eſt !* Rom. Martianæi, & Sorb. *poculum meum*. Ambr. l. 2. de interpel. David, c. 8. col. 650. f. legit : *Paraſti... adversùs eos, qui conterunt me* : at l. de myſter. to. 2. col. 336. f. *Paraſti... adversùs eos, qui tribulant me*..... & *poculum tuum inebrians quàm præclarum eſt !* Obſervant etiam hìc noſtri BB. editt. omnes cum nonnullis Mſs. habere, & *poculum meum* ; Mſs. verò multò plures ac antiquiores, & *poculum tuum* : attamen l. 5. de ſacram. col. 376. a. legitur *poculum meum*, nullo repugnante Mſ. Verùm l. de Joſeph, c. 11. to. 1. col. 504. e. ita, & *poculum tuum* ; item infra, col. 545. a. c. 696. e. 754. a. 1239. d. & to. 2. col. 1030. c. ſed l. de Noe, c. 29. col. 272. e. ſimpliciter, & *poculum inebrians*, &c. ſicut inf. col. 869. d. & in Pſ. 118. col. 1138. c. ſimiliter in Pſ. 35. col. 773. e. f. *poculum inebrians quàm præclarum !* Ambroſ. addit, *vel quàm validum !* κράτιστον enim dixit Græcus, *vel potens, vel forte, vel validum*. Cypr. epiſt. 63. p. 107. b. c. bis, *calix tuus inebrians perquam optimus*. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. & *poculum tuum inebrians quàm præclarum eſt !* At Auguſt. infra in

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
Impinguaſti in oleo caput meum: & calix meus inebrians quàm præclarus eſt!	*Impinguaſti in oleo caput meum: calix meus inebrians.*	Impinguaſti in oleo caput meum: & poculum tuum inebrians quàm præclarum eſt! *Ex Mſ. Sangerm.*
6. Et miſericordia tua ſubſequetur me omnibus diebus vitæ meæ:	*Sed & benignitas & miſericordia ſubſequentur me, omnibus diebus vitæ meæ:*	6. Et miſericordia tua ſubſequetur me omnibus diebus vitæ meæ:
Et ut inhabitem in domo Domini, in longitudinem dierum.	*Et habitabo in domo Domini, in longitudine dierum.*	Et ut inhabitem in domo Domini, in longitudine dierum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Pſ. 35. col. 254. d. *calix tuus inebrians quàm præclarus eſt!* ut in Pſalt. Coislin. Gaud. Brix. ſerm. 19. p. 975. h. ſic: & *calix meus inebrians*, &c. cum Pſalt. Æthiopico. Unde Hieron. epiſt. ad Sun. & Fretel. to. 2. col. 634. b. ait: *In Græco legiſſe vos dicitis*, calix tuus, *ſed hoc in Κοινῇ error obtinuit. Cæterùm & LXX. & Hebraïcum, & omnes Interpretes*, calix meus, *habens, quod Hebraïce dicitur* choſi; *alioquin ſi* calix tuus *eſſet, diceretur* choſach. In edit. tamen Rom. ἡ τὸ ποτήριόν σου μεθύσκον ὡς κράτιστον. Theod. ποτήριόν μου. Symm. ποτήριον μεθύσκον πολὺν ἀγαθόν. Quinta editio, ἡ ποτήριόν μου.

℣. 6. Pſalt. Rom. Fabri, cum Coislin. *Et miſeric. tua ſubſequitur me omnib. dieb. vitæ meæ: ut inhabitem... in longitudine dierum.* Rom. Martianæi, cum Mediolan. & Moz. *ſubſequatur me... in longitudinem dierum.* Corb. *ſubſequitur me*, &c. ut in Vulg. Apud Aug. in hunc Pſ. *ſubſequetur me*, abſque &, ante *ut inhabitem*; reliqua ut in Vulg. Fulg. l. 1. ad Monim. p. 9. ſic legit: *Miſericordia tua ſubſequitur me per omnes dies vitæ meæ.* Gr. Καὶ τὸ ἔλεός σου καταδιώξεταί με πάσας τὰς..... ἡ τὸ καθοικεῖν με..... εἰς μακρότητα ἡμερῶν.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
1. Prima ſabbati, Pſalmus David. XXIII.	*Canticum David. XXIV.*	1. Pſalmus David, prima die ſabbati. XXIII. *Ex Mſ. Sangerm.*
Pſ. 49. 12. 1. Cor. 10. 26. DOmini eſt terra, & plenitudo ejus: orbis terrarum, & univerſi qui habitant in eo.	*DOmini eſt terra, & plenitudo ejus: orbis, & habitatores ejus:*	* DOmini eſt terra, & plenitudo ejus: orbis terrarum, & univerſi qui habitant in eam.
2. Quia ipſe ſuper maria fundavit eum: & ſuper flumina præparavit eum.	*Quia ipſe ſuper maria fundavit eam, & ſuper flumina ſtabilivit eam.*	2. Ipſe ſupra maria fundavit eam: & ſuper flumina præparavit eam.
3. Quis aſcendet in montem Domini? aut quis ſtabit in loco ſancto ejus?	*Quis aſcendet in montem Domini, & quis ſtabit in loco ſancto ejus?*	3. Quis aſcendit in montem Domini? aut quis ſtabit in loco ejus?
4. Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam ſuam, nec juravit in dolo proximo ſuo.	*Innocens manibus, & mundo corde: qui non exaltavit fruſtra animam ſuam, & non juravit doloſè.*	4. Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam ſuam, nec juravit in dolo proximo ſuo.
5. Hic accipiet benedictionem à Domino: & miſericordiam à Deo ſalutari ſuo.	*Accipiet benedictionem à Domino, & juſtitiam à Deo ſalutari ſuo.*	5. Hic accipiet benedictionem, & miſericordiam à Domino ſalutare ſuo.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Brev. Moz. delet vocem *die*, cum Pſalt. Rom. Corb. & Caſſiodoro. Apud Aug. in hunc Pſ. ſic: *Pſalmus ipſi David, primâ ſabbati*, è Græco, Ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ, τῇ μιᾷ σαββάτου. Auct. quæſt. Vet. Teſt. apud Aug. to. 3. q. 111. p. 111. a. *Huic David, primâ ſabbati.*

* Auguſtinus, & Caſſiod. in fine legunt *in ea*, cum Pſalt. Rom. & Corb. cæt. ut ſup. Gr. Τῷ Κυρίῳ ἡ γῆ, καὶ... οἰκουμένη, καὶ πάντες.... ἐν αὐτῇ. Vet. Irenæi Interp. l. 4. c. 36. p. 280. c. *Domini eſt terra, & plenit... terrarum, & omnes..... in ea.* Tertul. l. cont. Hermog. p. 419. a. *Domini eſt terra: plenitudo ejus, orbis terra, & omnes qui habitant in illa.* Ambroſ. in Pſalm. 48. to. 1. col. 945. f. 946. a. *orbis terrarum, & qui habitant in eo*; tum addit: *Græci οἰκουμένην dicunt, eò quòd inhabitetur à Chriſto*: at in Luc. 2. col. 1294. a. legit, *& univerſi qui hab. in eo*: vide etiam col. 1077. & 1500. & to. 2. col. 617. b. Concinunt Ambroſiaſter, p. 238. c. & Auct. quæſt. apud Aug. q. 111. hic tamen paulò ſupra legit, *omnes qui habit.*

℣. 2. Sic eſt in Brev. Mozarab. In Rom. Fabri: *Ipſe ſuper maria fundavit ea: & ſuper flumina præp. illa.* Rom. Martianæi, & Corb. *Ipſe... fundavit eam... præparavit illam.* Corb. *illa.* Apud Tertull. cont. Hermog. p. 419. a. *Ipſe... fundavit eam... prapar. eam.* Similiter Ambroſ. epiſt. 3. & 58. to. 2. col. 755. a. & 1017. a. item l. 5. Hexa. to. 1. col. 86. b. & in Pſ. 118. col. 1077. d. ſi excipias ult. *illam*: at in Pſ. 48. col. 945. f. *Ipſe... fundavit eum... præp. eum.* Hilar. in Pſ. 2. n. 32. col. 43. & Auct. quæſt. apud Aug. to. 3. q. 111. *Ipſe... fund. eam... præp. illam.* Similiter Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. bis legunt *eam.* Hieron. in Iſai. 34. to. 3. col. 278. a. *Ipſe... fund. eum: & ſuper flum. collocavit illum*: nec uſpiam initio habetur *Quia*, quod etiam abeſt à Pſalt. Mediolan. & Carnut. Item in Gr. Αὐτὸς ἐπὶ... ἐθεμελίωσεν αὐτὴν... ἡτοίμασεν αὐτόν.

℣. 3. Cypr. l. 2. & 3. Teſtim. p. 292. c. 325. b. cum Vulg. *Quis aſcendet in montem Dom..... in loco ſancto ejus?* Concinunt Ambroſ. in Pſ. 39. to. 1. col. 863. d. & l. 1. de pœnit. to. 2. col. 401. c. necnon Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. Sic etiam hab. Auct. quæſt. ap. Aug. to. 3. q. 111. & Chromat. Aquil. in Matth. p. 979. a. cum Pſalt. Rom. Hilarius in Pſ. 14. n. 5. col. 63. b. legit: *Quis aſcendet montem*, &c. ut in Vulg. Pſalt. Moz. cum Corb. *Quis aſcendit*, &c. Gr. Τίς ἀναβήσεται..... ἐν τόπῳ ἁγίῳ αὐτοῦ;

℣. 4. Ita Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Tertul. verò, l. 2. adv. Marc. p. 651. c. legit: *Innocens autem & purus corde, qui non accepit in vanum nomen Dei, & non juravit ad proximum ſuum in dolo.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 292. c. 325. b. *Innocens manib. & mundo corde, qui non accepit in vano animam ſuam, & non juravit ſubdolè proximo ſibi.* Ambr. l. 1. de exceſſu Satyri, to. 2. col. 1130. d. *Innocens manib. & mundo corde, qui non acc. in vanum anim. ſuam, nec fecit proximo ſuo dolum*: item l. de bono mort. c. 7. col. 401. f. *in vanum*: at l. 1. de. pœnit. to. 2. col. 401. c. *in vano*; ut & Chromat. Aquil. in Matth. p. 979. a. Auguſt. in hunc Pſ. ita: *Innocens manibus & mundus corde, qui non accepit in vano anim. ſuam, & non juravit proximo ſuo in dolo.* Tichon. ſimiliter, reg. 3. p. 55. f. *qui non juravit proximo ſuo in dolo.* Auct. verò quæſt. ap. Aug. to. 3. q. [illegible] col. 111. f. legit cum Chromat. Aquil. in Matth. p. 984. e. *nec juravit proximo ſuo in dolum.* Græc. Ἀθῷος χερσὶ καὶ καθαρὸς τῇ καρδίᾳ, ὃς οὐκ ἔλαβεν ἐπὶ ματαίᾳ... καὶ οὐκ ὤμοσεν ἐπὶ δόλῳ τῷ, &c.

℣. 5. Tertul. l. 2. cont. Marc. p. 651. c. *Iſte accipiet benedict. à Domino: & miſericordiam à Deo ſalutificare ſuo.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 292. c. *Iſte accipiet benedict. à Dom. & miſ. à Deo ſalutari ſuo.* Item apud Tichonium, reg. 3. p. 55. f. *Iſte accipiet*, &c. Apud Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. & in Pſalt. Rom. *Hic accipiet*, &c. ut in Vulg.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 6. Hæc eſt generatio requirentium eum, quærentium faciem Jacob. * DIAPSALMA.	*Hæc generatio quærentium eum, quærentium faciem tuam Jacob.* SEMPER.	6. Hæc eſt generatio quærentium eum, quærentium faciem Dei Jacob.
7. Tollite portas principes veſtri, & elevamini portas æternales: & introibit rex gloriæ.	*Levate porta capita veſtra, & elevamini januæ ſempiternæ; & ingrediatur rex gloria.*	7. Attollite portas principes veſtras, & elevamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ.
8. Quis eſt iſte rex gloriæ? Dominus fortis & potens: Dominus potens in prælio.	*Quis eſt iſte rex gloria? Dominus fortis & potens: Dominus fortis in prælio.*	8. Quis eſt iſte rex gloriæ? Dominus fortis & potens: Dominus potens in prælio.
9. Tollite portas principes veſtri, & elevamini portas æternales: & introibit rex gloriæ.	*Levate porta capita veſtra, & erigite januæ ſempiternæ; & ingrediatur rex gloria.*	9. Attollite portas principes veſtras, & elevamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ.
10. Quis eſt iſte rex gloriæ? Dominus virtutum ipſe eſt rex gloriæ.	*Quis eſt iſte rex gloria? Dominus exercituum: ipſe eſt rex gloria.* SEMPER.	10. Quis eſt iſte rex gloriæ? Dominus virtutum ipſe eſt rex gloriæ.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Sic habet etiam Auct. quæſt. apud Aug. to. 3. q. III. In Gr. Οὗτος λήψεται... παρὰ Κυρίου ϗ ἐλεημοσύνην παρὰ Θεοῦ Σωτῆρος αὐτοῦ.

℣. 6. Sic in Pſalt. Corb. eſt, addito nomine *Dei*, ad *faciem*. Cypr. l. 2. Teſtim. p. 292. c. legit: *Iſta nativitas eorum qui eum quærunt, qui quærunt faciem Dei Jacob.* Ambr. l. 1. de exceſſu Satyri, to. 2. col. 1130. d. *Hæc eſt generatio requirentium Deum.* Auguſt. in hunc Pſ. cum Auct. quæſt. ap. ipſum, to. 3. q. III. & Brev. Moz. *Hæc eſt generatio quærentium Dominum..... Dei Jacob.* Caſſiod. in eund. Pſ. cum Pſalt. Rom. *Hæc eſt generatio quærentium Dominum, requirentium faciem Dei Jacob.* In Gr. Αὕτη ἡ γενεὰ ζητούντων αὐτόν, (edd. Ald. & Compl. τὸν Κύριον,) ζητούντων τὸ πρόσωπον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ. Schol. Aquila, Symm. LXX. V. editio, & VI. προσώπου Ϛυ Ἰακώβ· hoc tamen ult. aliubi non reperitur, teſte Nobilio.

* Hoc *Diapſalma* habetur in Pſalt. Corb. Rom. & in Gr. Memoratur etiam ab Auguſt. in hunc Pſ. col. 105. a.

℣. 7. Pſalt. Rom. & Moz. ut & Grad. miſſæ fer. 4. IV. temp. Advent. *Tollite portas principes veſtras*, &c. ut in Vulg. Similiter Ambr. in Pſ. 37. to. 1. col. 830. f. nonnulli tamen Mſs. ferunt ibid. *Tollite portas principis veſtri*; ſicut Hilar. hab. infra, ℣. 9. cum Ambroſ. & Ambroſiaſt. Meliùs Ambroſ. l. 4. de fide, to. 2. col. 523. d. cum Pſalt. Corb. *Tollite portas principes veſtri*, &c. ut in Vulg. at in Pſ. 118. to. 1. col. 1118. c. *Tollite portas principes veſtras*, &c. item l. de inſtit. virg. to. 2. col. 259. a. & 263. a. niſi quòd unus Mſ. Vatic. habet ibid. *principes veſtri*. Sic etiam Auguſt. in hunc Pſ. & epiſt. 237. n. 8. Auct. verò quæſt. apud ipſum, to. 3. q. III. & Caſſiod. in eund. Pſ. *Tollite portas principes veſtras*, &c. Tertull. adv. Gnoſt. p. 830. b. *Auferte portas principes veſtras, & ſubleventur porta aterna: & intrabit rex gloria.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 297. a. *Auferte portas principes veſtras, & extollimini portæ æternales: & introibit rex claritatis.* Julius Firm. l. de errore prof. relig. c. 25. p. 174. d. *Tollite portas principes veſtras, & extollite portæ æternales: & introibit rex gloria.* Hieron. in Iſai. 63. to. 3. col. 464. d. *Levate portas principes veſtras*: ſic etiam LXX. tranſtuliſſe teſtatur, comment. in Jerem. 2. col. 535. d. & ipſe epiſt. ad Damaſ. to. 2. col. 565. b. legit: *Elevate portas principes veſtras: & introibit rex gloriæ.* Capreol. Carthag. ap. Sirm. to. 1. p. 368. d. *Auferte portas princip. veſtras*, &c. ut in Vulg. In Gr. Ἄρατε πύλας οἱ ἄρχοντες ὑμῶν, ϗ ἐπάρθητε πύλαι αἰώνιοι· ϗ εἰσελεύσεται ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης.

℣. 8. Ita Julius Firm. l. de errore prof. relig. c. 25. necnon Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Item ap. Ambr. l. de Myſt. to. 2. col. 334. b. & l. 4. de fide, col. 523. d. e. at l. de inſtit. virg. col. 259. a. poſt hoc, *potens in prælio*, addit, *ipſe eſt rex gloria*; dein *tollite*, &c. Cypr. l. 2. Teſtim. p. 297. a. *Quis eſt iſte rex claritatis? Dominus fortis & potens: Dominus fortis in prælio.* Similiter Hieron. in Dan. 8. to. 3. col. 1106. f. excepta voce *gloria*, loco *claritatis*. Apud Tertull. l. 4. adv. Marc. p. 714. a. ſic: *Dominus validus, Dominus potens in bello.* In Gr... Κύριος κραταιὸς ϗ δυνατός· Κύριος δυνατὸς ἐν πολέμῳ.

℣. 9. Cypr. l. 2. Teſtim. p. 297. a. conſtanter: *Auferte portas principes veſtras, & extollimini portæ aternales: & introibit rex claritatis.* Capreol. ep. Conc. Hiſp. to. 2. p. 199. & S. Fulg. l. pro fide cath. p. 541. *Auferte portas principes veſtras, & elevamini*, &c. ut in Vulg. Julius Firm. l. de errore prof. relig. c. 25. p. 174. e. *Tollite portas qui præſtis illis, & extolliste vos porta aterna: & introibit rex gloria.* Hilar. in Pſ. 67. col. 207. c. *Tollite portas principis veſtri*, &c. ut in Vulg. (Miciac. cod. hab. ibid. *principes veſtras.*) Similiter Ambroſ. l. de Myſter. to. 2. col. 334. b. *Tollite portas principis veſtri*, &c. in Mſs. tamen nonnullis, *principes veſtras*; in quibuſdam, *principes veſtri*; in aliis pluribus, *principis veſtri*. Rurſus Ambroſ. l. 4. de fide, col. 523. d. e. *Tollite portas principes veſtri*, &c. & infra, col. 525. a. & *elevamini porta at. & introibit*, &c. Mſs. quidam ibid. cum editt. hab. *ut introeat in te rex gloria.* Ambroſiaſt. p. 238. c. *Tollite portas principis veſtri*, &c. ut in Vulg. Mſs. nonnulli, *principes veſtras.* Sic etiam leg. Hieron. epiſt. ad Damaſ. to. 3. col. 519. a. cum Pſalt. Rom. & Caſſiod. Apud Auguſt. in hunc Pſ. ſic: *Tollite portas principes veſtri*, &c. ut in Vulg. Ita etiam in Pſalt. Corb. Auctor quæſt. apud Aug. to. 3. q. III. *Tollite portas princ. veſtras*, &c. In Gr. ut ſup. ℣. 7.

℣. 10. Concinunt Tertull. l. 5. adv. Marc. p. 799. a. Hilar. in Pſ. 67. col. 207. c. Ambroſ. l. 4. de fide, to. 2. col. 523. f. & Ambroſiaſt. p. 238. c. Item Hieron. epiſt. ad Damaſ. to. 3. col. 519. a. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. &c. necnon Fulg. l. pro fide cath. p. 541. At Cyprianus l. 2. Teſtim. p. 297. a. conſtanter legit: *Quis eſt iſte rex claritatis? Dominus virtutum ipſe eſt rex claritatis.* In Gr. Τίς ἐστιν..... τῆς δόξης; Κύριος τῶν δυνάμεων, αὐτός ἐστιν οὗτος ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. Apud Juſtin. αὐτὸς οὗτός ἐστιν at in Mſ. Alex. Ald. & Compl. αὐτός ἐστιν ὁ βασιλεύς. Hieron. in Iſai. 1. to. 3. col. 13. e. hæc hab. *Quis eſt iſte rex gloria? Dominus ſabaoth, id eſt, Dominus virtutum, ipſe eſt rex gloria:* & ſupra, ep. ad Damaſ. ait *Ubicunque LXX. Interpretes* Dominum virtutum, & Dominum omnipotentem *expreſſerint, in Hebræo eſſe poſitum, Dominus ſabaoth.* Item Ambroſ. l. 4. de fide, col. 525. a. legit: *Et introibit rex gloria, Dominus ſabaoth:* & ſupra, col. 524. a. *Dominum*, inquit, *ſabaoth patrem, Dominum ſabaoth filium legimus: nam & hic ſic poſitum plerique codices habent, quòd Dominus ſabaoth ipſe ſit rex gloria.*

Digitized by Google

VULGATA HOD.

1. In finem, Pſalmus David. XXIV.

AD te Domine levavi animam meam: 2. Deus meus in te confido, non erubeſcam:

3. Neque irrideant me inimici mei: etenim univerſi, qui ſuſtinent te, non confundentur.

4. Confundantur omnes iniqua agentes ſupervacuè.
Vias tuas Domine demonſtra mihi: & ſemitas tuas edoce me.

5. Dirige me in veritate tua, & doce me: quia tu es Deus ſalvator meus, & te ſuſtinui tota die.
6. Reminiſcere miſerationum tuarum Domine, & miſericordiarum tuarum, quæ à ſæculo ſunt.
7. Delicta juventutis meæ, & ignorantias meas ne memineris.

Secundùm miſericordiam tuam memento mei tu: propter bonitatem tuam Domine.
8. Dulcis & rectus Dominus: propter hoc legem dabit delinquentibus in via.
9. Diriget manſuetos in judicio: docebit mites vias ſuas.

HEBR.

David. XXV.

AD te Domine animam meam levo: Deus meus in te fiſus ſum, ne confundar.

Ne lætentur inimici mei: ſed & univerſi, qui ſperant in te, non confundantur.

Confundantur qui iniqua gerunt fruſtra.
Vias tuas Domine oſtende mihi: ſemitas tuas doce me.

Deduc me in veritate tua, & doce me: quia tu Deus ſalvator meus, te exſpectavi tota die.
Recordare miſerationum tuarum Domine, & miſericordiarum tuarum, quia à ſæculo ſunt.
Peccatorum adoleſcentiæ meæ, & ſcelerum meorum ne memineris.

Secundùm miſericordiam tuam recordare mei tu, propter bonitatem tuam Domine.
Bonus & rectus Dominus: propterea docebit peccatores in via.

Deducet manſuetos in judicio, & docebit modeſtos viam ſuam.

VERSIO ANTIQUA.

1. In finem, Pſalmus ipſi David. XXIV. *Ex Mſ. Sangerm.*

* AD te Domine levavi animam meam: 2. Deus meus in te confido, non erubeſcam:
3. Neque inrideant me inimici mei: etenim univerſi, qui te exſpectant, non confundentur.
4. Confundantur iniqua facientes ſupervacuè.
Vias tuas Domine notas fac mihi: & ſemitas tuas edoce me.
5. Dirige me in veritate tua, & doce me: quia tu es ſalutaris meus, & te ſuſtinui tota die.
6. Reminiſcere miſerationum tuarum, & quia miſericordiæ tuæ à ſæculo ſunt.
7. Delicta juventutis meæ, & ignorantiæ meæ ne memineris.
Secundùm miſericordiam tuam memor eſto mei: propter bonitatem tuam Domine.
8. Dulcis & rectus Dominus: propter hoc legem ſtatuit delinquentibus in via.
9. Dirigit mites in judicio: docebit manſuetos vias ſuas.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Aug. in hunc Pſ. cum Brev. Moz. Ap. Caſſiod. ſicut in Pſalt. Corb. & Rom. deeſt *ipſi*. In Gallic. & Carnut. ſimpliciter, *Pſalmus David*. In Coislin. *Diapſalma David*. In Gr. Vatic. Ψαλμὸς τῷ Δαυίδ. Hic verò Pſalmus apud Caſſiod. dividitur ſecundùm litteras Hebraïcas: *Pſalmus iſte*, inquit, *Hebræorum primus alphabeto deſcriptus eſt*: & infra: *Nunc autem noverimus hunc ſextam & decimam nonam litteras non habere; reliquas verò in textu Pſalterii minio pingendas eſſe judicavi, ne qua legentibus confuſa naſceretur obſcuritas.*

* Ita Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum vet. Pſalt. & Græco.

℣. 2. Sic Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. col. 1165. f. detracto iſto, *Deus meus*. Aug. verò & Caſſiod. in hunc Pſ. cum vet. Pſalt. textui conſentiunt ad verbum. Gr. Ὁ Θεός μου ἐπὶ σοὶ πέποιθα, μὴ καταισχυνθείην.

℣. 3. Ita Auguſt. in hunc Pſ. cum Pſalt. Coislin. Carnut. Corb. Mediol. & Rom. Martianæi. Sic etiam in Miſſali Rom. ad Introit. miſſæ Domin. 1. Advent. In Pſalt. Rom. Fabri, & Moz. *qui te exſpectant, non confundantur*. Apud Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. col. 1225. e. *etenim qui ſperant in te, non confundentur*. Caſſiod. Vulgatæ favet. In Gr..... καὶ γὰρ πάντες οἱ ὑπομένοντές σε, οὐ μὴ καταισχυνθῶσι.

℣. 4. Brev. Moz. cum Pſalt. Corb. Rom. Fab. & Caſſiod. *Confundantur iniqui facientes vana. Vias tuas Dom. notas fac mihi*, &c. Pſalt. Rom. Martianæi, *Confundantur iniqua facientes vanè. Vias tuas Dom. notas fac mihi*, &c. Carnut. *Confundantur iniqui facientes vana.* Mediolan. *Confund. iniqua gerentes ſupervacuè.* Coislin. *Confundantur iniqua facientes ſupervacuè.* Apud. Auguſt. in hunc Pſ. *Confund. iniquè facientes vana... notas fac mihi*, &c. Hieron. epiſt. ad Sun. & Fretel. to. 2. col. 634. b. ad hæc, *Confundantur omnes iniqua agentes*, addit: *Et dicitis quòd omnes in Græco non habeat, & benè; nam nec in Hebræo habet, ſed in LXX. ſub vero additum eſt.* In ed. Rom. Αἰσχυνθήσεσαν οἱ (Mſ. Alex. πάντες οἱ) ἀνομοῦντες διαχερῶς. Τὰς ὁδούς σου Κύριε γνώρισόν μοι, &c. Cypr. l. 2. Teſtim. p. 288. a. legit: *Vias tuas Domine oſtende mihi: & ſemit. tuas edoce me.* Ambroſ. l. 3. de fide, to. 2. col. 506. e. cum Arnob. de Deo trino, p. 212. c. *Vias tuas Domine notas fac mihi*: & in Luc. 2. to. 1. 1309. c. *Vias tuas edoce me.* Aug. retract. 1. to. 1. col. 7. d. *Vias tuas Dom. notas fac mihi: & ſemit. tuas doce me.* Gr. Δίδαξόν με.

℣. 5. Sic in Pſalt. Rom. Coislin. Corb. & Moz. ſicut apud Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. niſi quòd apud omnes habetur *Deus ſalutaris*, & apud Auguſt. *quoniam*, pro *quia*. In uno Mozarab. deeſt *meus*, poſt *ſalutaris*. Cypr. verò l. 2. Teſtim. p. 288. a. legit: *Et deduc me ad veritatem tuam, & doce me: quoniam tu es Deus ſalvator meus.* Fulgent. l. 1. ad Traſim. *Tu es Deus ſalvator meus, & te exſpectavi tota die.* Gr. Ὁδήγησόν με ἐπὶ τὴν ἀλήθειάν σου... ὅτι σὺ εἶ ὁ Θεὸς ὁ σωτήρ μου, καὶ σὲ ὑπέμεινα, &c.

℣. 6. Ita Aug. in hunc Pſ. addito uno *Domine*, ad vocem *tuarum*. In Pſalt. Rom. & Moz... *tuarum Domine, & miſericordiæ tuæ, quæ à ſæculo ſunt.* Sic etiam habetur ad Introit. Dom. 2. Quadr. ſicut in Pſalt. Corb. dempto *Domine*. Caſſiod. Vulgatæ congruit. In Græco: Μνήσθητι... Κύριε, καὶ τὰ ἐλέη σου, ὅτι ἀπὸ τοῦ αἰῶνος εἰσί.

℣. 7. Ita Brev. Mozarab. habet, deleta voce *mea*, poſt hanc, *juventutis*. Auguſt. in hunc Pſ. leg. *juventutis meæ*; & poſt paulò, *memor eſto mei Deus*; reliq. ut ſupra. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. *Delicta juventutis, & ignorantia mea ne memineris. Secundùm magnam miſericord. tuam memor eſto mei Deus: propter*, &c. Coislin. *Delicta juventutis, & ignorantias meas ne memin. Deus. Secundùm magnam miſeric. tuam memor eſto mei Deus: propter benit. tuam* & deeſt *Domine*. Pſalt. Corb. *Delicta juventutis meæ, ignorantia ne memineris. Secundùm miſeric. tuam memor eſto: propter benit. tuam Domine.* Hilar. in Pſ. 118. col. 252. b. *Delicta juventutis meæ Domine ne memineris.* Ambroſ. l. 1. de interpel. Job, c. 7. to. 1. col. 633. f. *Delictum juventutis meæ, & ignorantia ne memineris Domine*: at in Pſ. 38. col. 843. e. & in Pſ. 118. col. 982. b. necnon de ob. Valent. to. 2. col. 1178. c. *Delicta juventutis meæ, & ignorantia mea ne memineris.* Similiter hab. Fulg. l. 1. de remiſ. pecc. c. 13. p. 370. cum Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 5. p. 129. c. deleto uno *meæ*, poſt *juventutis*. In Gr. Ἁμαρτίας νεότητός μου, καὶ ἀγνοίας μου μὴ μνησθῇς. Κατὰ τὸ ἔλεός σου μνήσθητί μου (Ald. & Compl. add. σύ) ἕνεκεν τῆς χρηστότητός σου Κύριε.

℣. 8. Ita Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Corb. Carnut. & Coislin. In Mediolan. *legem ſtatuet.* In Mozarab. *Bonus & rectus Dominus: propter hoc legem ſtatuit*, &c. In Græco: Χρηστὸς καὶ εὐθὺς ὁ Κύριος· διὰ τοῦτο νομοθετήσει, &c.

℣. 9. Concinit Brev. Mozarab. Sic etiam in Pſalt. Rom. & Coislin. ut & apud Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. excepto

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 10. Univerſæ viæ Domini, miſericordia & veritas, requirentibus teſtamentum ejus, & teſtimonia ejus.	*Omnes ſemitæ Domini, miſericordia & veritas, his qui cuſtodiunt pactum ejus, & teſtificationes ejus.*	10. Univerſæ viæ Domini, miſericordia & veritas, requirentibus teſtamentum ejus & teſtimonia ejus.
11. Propter nomen tuum Domine & propitiaberis peccato meo: copioſum eſt enim.	*Propter nomen tuum Domine propitiare iniquitati meæ: quoniam grandis eſt.*	11. Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo: multum eſt enim.
12. Quis eſt homo qui timeat Dominum? legem ſtatuit ei in via, quam elegit.	*Quis eſt iſte vir timens Dominum, quem docebit in via quam elegerit?*	12. Quis eſt homo qui timet Dominum? legem ſtatuit ei in via, quam elegit.
13. Anima ejus in bonis demorabitur: & ſemen ejus hæreditate poſſidebit terram.	*Anima ejus in bono commorabitur: & ſemen ejus hæreditabit terram.*	13. Anima ejus in bonis demorabitur: & ſemen ejus hæreditabit terram.
14. Firmamentum eſt Dominus timentibus eum: & teſtamentum ipſius ut manifeſtetur illis.	*Secretum Domini timentibus eum: & pactum ſuum oſtendit eis.*	14. Firmamentum eſt Dominus timentibus eum: & teſtamentum ipſius ut manifeſtetur illis.
15. Oculi mei ſemper ad Dominum: quoniam ipſe evellit de laqueo pedes meos.	*Oculi mei ſemper ad Dominum: quia ipſe educet de reti pedes meos.*	15. Oculi mei ſemper ad Dominum: quoniam ipſe evellet de laqueo pedes meos.
16. Reſpice in me, & miſerere mei: quoniam unicus & pauper ſum ego.	*Reſpice in me, & miſerere mei: quoniam ſolus & pauper ego.*	16. Reſpice in me, & miſerere mei: quia unicus & pauper ſum ego.
17. Tribulationes cordis mei dilatatæ ſunt: de neceſſitatibus meis eripe me.	*Tribulationes cordis mei amplificatæ ſunt: de anguſtiis meis educ me.*	17. Tribulationes cordis mei multiplicatæ ſunt: de neceſſitatibus meis erue me.
18. Vide humilitatem meam, & laborem meum: & remitte omnia peccata mea.	*Vide afflictionem meam & laborem meum, & porta omnia peccata mea.*	18. Vide humilitatem meam, & laborem meum: & dimitte univerſa delicta mea.
19. Reſpice inimicos meos quoniam multiplicati ſunt, & odio iniquo oderunt me.	*Vide inimicos meos, quoniam multiplicati ſunt, & odio iniquo oderunt me.*	19. Reſpice inimicos meos quoniam multiplicati ſunt, & odio iniquo oderunt me. *Joan. 15. 25.*
20. Cuſtodi animam meam, & eripe me: non confundar, quoniam invocavi te.	*Cuſtodi animam meam, & libera me: non confundar, quoniam ſperavi in te.*	20. Cuſtodi animam meam, & erue me: non erubeſcam, quoniam ſperavi in te.
21. Innocentes & recti adhæſerunt mihi: quoniam cuſtodivi te.	*Simplicitas & æquitas ſervabunt me: quia exſpectavi te.*	21. Innocentes & recti adhæſerunt mihi: quia ſuſtinui te.
22. Redime me Deus Iſraël, ab omnibus anguſtiis meis.	*Redime Deus Iſraël, ex omnibus anguſtiis ſuis.*	22. Libera Deus Iſraël, ex omnibus tribulationibus ſuis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

uno *diriget*, pro *dirigit*. In Pſalt. Corb. *Dirigit manſuetos in judicio: docebit manſuetos vias ſuas.* In Græco: Ὁδηγήσει πραεῖς... διδάξει πραεῖς, &c.

℣. 10. Conſentiunt Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Pſalt. Rom. Corb. & Gr. In Brev. Moz. & *teſtimonia ipſius*; Gr. αὐτῦ.

℣. 11. Similiter in Pſalt. Rom. Mozarab. Corb. & Coisliniano, *copioſum eſt enim*; ſicut apud Caſſiod. in hunc Pſ. Apud Aug. *multum eſt*, &c. at ſup. nuſquam præponitur &, verbo *propitiaberis*, præterquam in Pſalt. Corb. In Gr. etiam, καὶ ἱλάσῃ..... πολλὴ γάρ ἐστι.

℣. 12. Concinunt Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Pſalt. Rom. Moz. & Coislin. Apud Auguſt. ſimiliter *timeat*; paulò verò poſt, *legem ſtatuet*, cum Pſalt. Mediolan. In Corb. *qui timeat..... leg. ſtatuit ei in viam*, &c. In Gr. ὁ φοβούμενος... νομοθετήσει αὐτῷ ἐν ὁδῷ, &c.

℣. 13. Ita Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Moz. & Rom. Fabri. In Rom. Martianæi, Corb. & Coislin. *hæreditatem poſſidebit*, &c. Apud Ambr. l. de bono mort. c. 9. to. 1. col. 405. f. *hæreditabit terram*. In Gr. κληρονομήσει γῆν.

℣. 14. Auguſt. in hunc Pſ. *Firmam. eſt Dominus timentium eum*; Caſſiod. cum vet. Pſalt. *timentibus*; Moz. *ut manifeſtetur illi*. Gr. τῶν φοβουμένων αὐτόν... τῦ δηλῶσαι αὐτοῖς.

℣. 15. Prima verſiculi pars ſic habetur apud Ambr. l. de Joſeph, c. 3. col. 486. c. & inf. 684. c. 700. c. deinde ap. Auguſt. in hunc Pſ. *quia ipſe evellet*, &c. ut ſup. Sic etiam in Pſalt. Coislin. & Græco.

℣. 16. Pſalt. Coislin. hab. *quoniam unicus & pauper ego ſum*. Rom. & al. ut in Vulg. quibus etiam ſuffragantur Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. Gr. ὅτι μονογενὴς & πτωχός εἰμι ἐγώ.

℣. 17. Sic in Pſalt. Rom. Coislin. & apud Caſſiod. in hunc Pſ. Apud Auguſt. verò in eund. *Tribulationes cordis mei multiplicatæ ſunt: de neceſſitat. meis educ me.* In Brev. Mozar. *dilatata ſunt... libera me.* In Pſalt. Corb. *Cogitationes cordis mei dilatata ſunt: de neceſſ. eripe me.* In Grad. miſſæ Domin. 2. Quadr. *Tribul. cordis mei dilatata ſunt: de neceſſitat. meis eripe me Domine.* In Gr. ἐπληθύνθησαν· ἐκ τῶν... ἐξάγαγέ με.

℣. 18. Sic Ambroſ. l. de lapſ. virg. to. 2. col. 319. b. & Aug. in hunc Pſ. In Pſalt. Rom. Corb. & apud Caſſiod. & *dimitte omnia peccata mea*; ſicut in Grad. Domin. 2. Quadr. In Pſalt. Moz. ita: & *dimitte mihi omnia pecc. mea.* In Coislin. & *dimitte mea omnia peccata mea.* In Gr. καὶ ἄφες πάσας τὰς ἁμαρτίας μου.

℣. 19. Concordant Auguſt. & Caſſiod. unà cum vet. Pſalt. In Gr. Ἴδε τὰς ἐχθράς μου, &c. ut ſup.

℣. 20. Ita Pſalt. Moz. & Corb. cum Caſſiod. in hunc Pſ. Similiter in Pſalt. Rom. niſi quòd poſt *eripe me*, additur *Domine*; quod verbum apud Fabrum jungitur cum præced. *eripe me*; apud Martianæum verò cum ſeq. *non confundar*. Auguſt. in hunc Pſ. ſic legit: *Cuſtodi.....* & *erue me: non confundar, quon. ſperavi in te.* Pſalt. Coislin. ut ſup. *non confundar, quia invocavi te.* Gr. Φύλαξον... καὶ ῥῦσαί με· μὴ καταισχυνθείην, ὅτι ἤλπισα ἐπὶ σέ. In Pſalt. Coislin. ὅτι μὴ ἐπεκαλεσάμην σε.

℣. 21. Pſalt. Rom. Fabri hab. *quoniam ſuſtinui te*; Rom. verò Martian. cum Corb. *ſuſtinui te Domine.* Similiter ap. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. In Pſalt. Sorbonico deeſt *Domine*, quamvis in adverſa columna, ubi Græcus contextus latinis litteris deſcriptus eſt, legatur hoc modo, *ipemina ſe Kŕe.* In Pſalt. etiam Mozarab. & Coislin. *quia ſuſtinui te Domine.* Item in Gr. conſtanter, ὅτι ὑπέμεινά σε Κύριε· unde Hieron. epiſt. ad Sun. & Fretel. to. 2. col. 634. b. *Et dicitis*, inquit, *in Græco vos reperiſſe*, Domine, *quod ſuperfluum eſt.*

℣. 22. Ita Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Coislin. Carnut. Corb. & Moz. ſi excipias unum *ex*, pro *ab*. Apud Auguſt. in eund. Pſ. *Redime Deus Iſrael, ex omnibus tribulationibus ejus.* In Pſalt. Mediolan. *anguſtiis ejus.* In Gr. Λύτρωσαι ὁ Θεὸς τὸν Ἰσραὴλ, ἐκ πασῶν τῶν θλίψεων αὐτῦ.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
1. In finem, Pſalmus David. XXV.	*David. XXVI.*	1. Pſalmus David. XXV. *Ex Mſ. Sangerm.*
JUdica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingreſſus ſum: & in Domino ſperans non infirmabor.	*JUdica me Domine, quia ego in ſimplicitate mea ambulavi: & in Domino confidens non deficiam.*	* JUdica me Domine, quoniam ego in innocentiam meam ingreſſus ſum: & in Domino confidens non erubeſcam.
2. Proba me Domine, & tenta me: ure renes meos & cor meum.	*Proba me Domine, & tenta me: ure renes meos & cor meum.*	2. Proba me Domine, & tempta me: ure renes meos & cor meum.
3. Quoniam miſericordia tua ante oculos meos eſt: & complacui in veritate tua.	*Quia miſericordia tua in conſpectu oculorum meorum, & ambulabo in veritate tua.*	3. Quoniam miſericordia tua ante oculos meos eſt: & complacui in veritate tua.
4. Non ſedi cum concilio vanitatis: & cum iniqua gerentibus non introibo.	*Non ſedi cum viris vanitatis, & cum ſuperbis non ingrediar.*	4. Non ſedi in concilio vanitatis: & cum iniqua gerentibus non introibo.
5. Odivi eccleſiam malignantium: & cum impiis non ſedebo.	*Odivi eccleſiam peſſimorum, & cum iniquis non ſedebo.*	5. Odivi congregationem malignantium: & cum impiis non ſedebo.
6. Lavabo inter innocentes manus meas: & circumdabo altare tuum Domine:	*Lavabo in innocentia manus meas, & circuibo altare tuum Domine:*	6. Lavabo inter innocentes manus meas: & circumibo altare tuum:
7. Ut audiam vocem laudis, & enarrem univerſa mirabilia tua.	*Ut clara voce pradicem laudem, & narrem omnia mirabilia tua.*	7. Ut audiam vocem laudis, & enarrem univerſa mirabilia tua.
8. Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ.	*Domine dilexi habitaculum domus tuæ, & locum tabernaculi gloria tua.*	8. Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ.
9. Ne perdas cum impiis Deus animam meam, & cum viris ſanguinum vitam meam:	*Ne auferas cum peccatoribus animam meam, & cum viris ſanguinum vitam meam:*	9. Ne perdas cum impiis animam meam, & cum viris ſanguinum vitam meam:
10. In quorum manibus iniqui-	*In quorum manibus ſcelus, &*	10. In quorum manibus

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic in Pſalt. Rom. Coislin. Moz. & ap. Caſſiod. in hunc Pſ. Apud Aug. ſimpliciter, *Ipſi David*. In Pſalt. Corb. *David*, tantùm. In Gr. Τῷ Δαυίδ. In edd. Ald. & Compl. Ψαλμὸς τῷ Δαυίδ.

* Pſalt. Mozar. & Coislin. habent ſimiliter *in innocentiam meam*; Rom. verò cum Caſſiod. *in innocentia mea*; cæt. ut in Vulg. Apud Auguſt. col. 108. b... *in innocentia mea ambulavi: & in Domino ſperans non movebor*; ſeptem tamen Mſs. ferunt ibid. *non infirmabor*; at infra col. 112. b. conſtanter, *non movebor*. In Gr... ἐν ἀκακίᾳ μου ἐπορεύθην... ἐλπίζων οὐ μὴ σαλευθῶ. Mſ. Alex. cum Ald. & Compl. οὐ μὴ ἀσθενήσω.

℣. 2. Sic Ambroſ. habet l. de apol. Dav. to. 1. col. 687. a. ut & inf. col. 893. f. 1063. c. 1146. d. Ita quoque Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Chromat. Aquil. in Matth. p. 987. e. necnon vet. Pſalt. & Gr. Ambroſ. l. 1. de Abr. c. 8. col. 304. b. legit, *Proba me Deus*.

℣. 3. Concinit Lucif. Calar. l. de non conv. cum hæret. p. 222. e. ſicut Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. & Gr. In Pſalt. Corb. ſic: *ante oculos meos eſt ſemper*, &c.

℣. 4. Ita legunt Lucif. Calar. l. de non conv. cum hæret. p. 222. e. Ambroſ. epiſt. 63. to. 2. col. 1032. f. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Coisl. Moz. & Rom. Fabri. Rom. Martianæi ſcribit *in conſilio*. Gelaſ. 1. ep. 13. Conc. to. 4. col. 1206. e. *in concilio*. Aug. in eund. Pſ. p. 108. d. & 112. f. *cum concilio*. Tertull. verò l. de pudic. p. 1011. a. *cum conceſſu vanitatis: & cum iniquè agentibus*, &c. Parmen. ap. Auguſt. to. 9. p. 2. col. 71. c. 73. d. *cum concilio vanit. & cum facinoroſis*, &c. Ambroſ. in Pſ. 1. to. 1. col. 751. c. *in concilio malignantium: & cum iniqua gerentibus*, &c. Gr. μετὰ ζυνεδρίου ματαιότητος· καὶ μετὰ παρανομούντων, &c.

℣. 5. Ita Pſalt. Rom. & Carnut. cum Caſſiod. in hunc Pſ. Pſalt. verò Moz. & Coislin. *Odivi congregationes malignorum*, &c. Lucifer Calarit. l. de non conven. cum hæret. p. 222. e. legit: *Odivi eccleſiam malignantium*, &c. ut in Vulg. Hilar. in Pſ. 57. col. 126. a. *Odie habui congregationem malignorum*, &c. Similiter hab. Auguſt. in hunc Pſ. col. 108. d. & 113. a. Item Ambroſ. epiſt. 63. to. 2. col. 1033. a. at infra col. 1042. e. legit *malignantium*. Gild. Sap. caſtig. in eccl. ord. p. 719. e. cum Cæleſtino I. epiſt. 22. to. 1. p. 1197. a. *Odivi congregationem malignorum*. Sic etiam in Pſalt. Corb. In Conc. verò pro fund. Agaun. monaſt. to. 4. 1558. c. *Odivi congregationem malignum*. Similiter hab. Gelaſ. I. ep. 13. ibid. p. 1206. e. Parmen. ap. Aug. to. 9. p. 2. col. 73. d. *Odio habui curiam nequiſſimorum*; mox ita, *Lavabo*, &c. omiſſis intermediis. Tertul. verò l. de pudic. p. 1011. a. poſt hoc, *non introibo*, ſubdit: *& cum impiis non ſedebo*, omiſſis his quæ proximè antecedunt. Gr. Ἐμίσησα ἐκκλησίαν πονηρευομένων, &c. ut in textu.

℣. 6. Pſalt. Rom. cum Moz. *Lavabo inter innocentes... & circuibo altare tuum Domine*. Caſſiod. in hunc Pſ. *& circumibo*, ut ſup. addito *Domine*. Tertull. l. de pudic. p. 1011. a. *Lavabo cum innocentibus man. meas: & altare tuum circumdabo Domine*. Hilar. in Pſ. 57. col. 126. a. *Lavabo inter innocentes*. Auguſt. in hunc Pſ. col. 108. e. 114. b. *Lavabo in innocentibus... & circumdabo altare tuum Domine*: at infra, col. 113. b. *& circumdabo altare Domini*. Parmen. apud Auguſt. to. 9. col. 73. d. *Lavabo cum innocentibus... & circumdabo altare Domini*. Græc. Νίψομαι ἐν ἀθῴοις... καὶ κυκλώσω τὸ θυσιαστήριόν Ϛου Κύριε.

℣. 7. Pſalt. Rom. Coislin. Mediolan. Corb. Carnut. & Moz. habent *vocem laudis tuæ*. Similiter Caſſiod. in hunc Pſ. cum Auguſt. in eund. col. 108. e. & 114. b. at ſup. col. 113. c. deeſt *tuæ*. Parmen. apud ipſum, to. 9. col. 73. d. *voces laudis*, & inf. *omnia mirabilia tua*. In Gr. φωνῆς αἰνέσεως, καὶ, &c. edd. Ald. & Compl. αἰνέσεώς Ϛου, καὶ, &c.

℣. 8. Ita Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Moz. & Coislin. Similiter hab. Hilar. in Pſ. 121. p. 385. d. niſi quòd omittit vocem *Domine*. Pſalt. Rom. loco *habitationis*, ponit *tabernaculi*; ſicut etiam Hilar. loco cit. ex Mſs. Turon. & Regio. Parmen. ap. Auguſt. l. 3. to. 9. col. 73. d. ſic: *Dilexi ſpeciem domus tuæ, & locum tabernaculi claritatis tuæ*. Ruric. epiſt. 14. p. 568. h. *Domine dilexi decorem habitationis tuæ*, &c. ut in Vulg. Gr. Κύριε ἠγάπησα εὐπρέπειαν... καὶ τόπον σκηνώματος δόξης Ϛου.

℣. 9. Ita Pſalt. Rom. cum Moz. Corb. & Coislin. omiſſa voce *Deus*. Similiter hab. Hilar. in Pſ. 57. col. 126. a. ut & Auguſt. in hunc Pſ. col. 108. f. at infra col. 115. a. & in Pſ. 47. col. 422. c. *Ne comperdas cum impiis animam*, &c. Parmen. apud ipſum, to. 9. p. 2. col. 73. d. *Ne ſimul perdideris cum peccatoribus animam meam*, &c. Ambr. in Pſ. 1. to. 1. col. 746. d. *Ne perdas cum impiis Deus animam*, & *cum viris*, &c. Caſſiod. in hunc Pſ. *Ne ſimul perdas cum impiis animam meam*, &c. Gr. Μὴ ζυναπολέσῃς μετὰ ἀσεβῶν τὴν ψυχήν μου, καὶ, &c.

℣. 10. Sic apud Auguſt. & Caſſiod. ac in vet. Pſalt. Parmen. verò ap. Auguſt. l. 3. to. 9. p. 2. col. 73. d.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. iniquitates ſunt : dextera eorum repleta eſt muneribus.	*dextera eorum repleta eſt muneribus.*	tates ſunt : dextera eorum repleta eſt muneribus.
11. Ego autem in innocentiam meam ingreſſus ſum : redime me, & miſerere mei.	*Ego autem in ſimplicitate mea gradiar : redime me, & miſerere mei.*	11. Ego autem in innocentia mea ingreſſus ſum : redime me, & miſerere mei.
12. Pes enim meus ſtetit in via recta : in eccleſiis benedicam Dominum.	*Pes meus ſtetit in recto : in eccleſiis benedicam Domino.*	12. Pes meus ſtetit in directo : in eccleſiis benedicam te Domine.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

legit : *In quorum manibus deliƈta ſunt : dextera eorum impleta eſt muneribus.* Gr. Ὧν ἐν χερσὶν ἀνομίαι· ἡ δεξιὰ αὐτῶν ἐπλήσθη δώρων.

℣. 11. Auguſt. in hunc Pſ. col. 109. a. & 116. a. *Ego autem in innocentia mea ambulavi*, &c. ut ſup. Caſſiod. cum vet. Pſalt. Vulgatæ congruit. Græc. Ἐγὼ δὲ ἐν ἀκακίᾳ μου ἐπορεύθην· λύτρωσαί με, ℣, &c. Introit. miſſæ fer. 2. poſt Domin. 2. Quadrag. *redime me Domine*, ℣ *miſerere mei.* Mſ. Alex. λύτρωσαί με Κύριε, καί. In Pſalt. Corb. *Ego autem in innocentiam meam ingr. ſum : libera me*, ℣, &c.

℣. 12. Sic habetur ad Introit. miſſæ fer. 2. poſt Dom. 2. Quadrag. Sic etiam in Pſalt. Rom. & ap. Caſſiod. In Pſalt. Coislin. ita : *Pes enim meus ſtetit in viam rectam : in eccleſiis benedicam Domino.* In Moz. Carnut. & Mediolan. *Pes enim meus ſtetit in via recta*, &c. ut in Vulg. In Corb. *Pes meus ſtetit in via recta : in eccleſiis benedicam Domine.* Apud Auguſt. in hunc Pſ. col. 109. b. & 116. b. *Pes meus ſtetit in rectitudine : in eccleſiis benedicam te Domine.* In Gr. Ὁ πὺς μου (Alex. Ὁ γὰρ πούς μου) ἔστη ἐν εὐθύτητι· ἐν ἐκκλησίαις εὐλογήσω Σε Κύριε.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 1. Pſalmus David priuſquam ungueretur. XXVI.	*David. XXVII.*	1. Pſalmus David priuſquam liniretur. XXVI.
* DOminus inluminatio mea, & ſalus mea, quem timebo ?	*Dominus lux mea, & ſalutare meum, quem timebo ?*	DOminus illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo ?
Dominus defenſor vitæ meæ, à quo trepidabo ?	*Dominus fortitudo vitæ meæ, quem formidabo ?*	Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo ?
2. Dum adpropinquant ſuper me nocentes, ut edant carnes meas :	*Cùm appropinquarent mihi maligni, ut comederent carnem meam :*	2. Dum appropiant ſuper me nocentes, ut edant carnes meas :
Qui tribulant me inimici mei, ipſi infirmati ſunt & ceciderunt.	*Hoſtes mei & inimici mei, ipſi impegerunt & ceciderunt.*	Qui tribulant me inimici mei, ipſi infirmati ſunt & ceciderunt.
3. Si conſiſtant adversùs me caſtra, non timebit cor meum.	*Si ſteterint adversùs me caſtra, non timebit cor meum :*	3. Si conſiſtant adversùm me caſtra, non timebit cor meum.
Si exſurgat in me prælium, in hoc ego ſperabo.	*Si ſurrexerit contra me bellum, in hoc ego confidam.*	Si exſurgat adversùm me prælium, in hoc ego ſperabo.
4. Unam petii à Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ :	*Unum petii à Domino, hoc requiram, ut habitem in domo Domini omnibus diebus vitæ mea.*	4. Unam petii à Domino, hanc requiram, ut inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ :
Ut videam voluntatem Domini, & protegi templum ſanctum ejus.	*Ut videam pulchritudinem Domini, & attendam in templum ejus.*	Ut videam voluptatem Domini, & viſitem templum ejus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Pſalt. Moz. cum Rom. Martianæi. In Rom. Fabri, & Corb. *priuſquam liniretur*, ſicut apud Caſſiod. in hunc Pſ. Apud Aug. in eund. col. 116. *Ipſi David priuſquam liniretur :* at inf. 118. g. *Hoc habet*, inquit, *titulus Pſalmi :* Pſalmus David priuſquam liniretur, *hoc eſt*, *priuſquam ungueretur.* In Pſalt. Coislin. *David priuſquam leniretur.* In Gr. Τῷ Δαυὶδ πρὸ τοῦ χρισθῆναι. Mſ. Alex. Τῷ Δαυὶδ. Ald. & Compl. Ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ, &c.

* Sic in Pſalt. Coislin. Rom. Corb. & Moz. Sic etiam ap. Lucif. Calar. l. de mor. pro Dei filio, p. 245. e. vel 247. e. necnon Ambroſ. de Incarn. to. 2. col. 719. d. Leonem M. ſerm. 25. p. 80. f. & Caſſiod. in hunc Pſ. Aug. verò in eund. ſic legit : *Dominus illum. mea*, ℣ *ſalutaris meus... Dominus protector*, &c. Hieron. in Iſai. 52. & 57. to. 3. col. 371. a. 421. a. *Dominus illum. mea*, ℣ *ſalvator meus, quem timebo ?* Ap. S. Paulin. epiſt. 20. p. 113. a. *Dominus illuminatio noſtra*, ℣ *ſalus noſtra, quem timebimus ?* Græcè : Κύριος φωτισμός μου, ℣ Ζωή μου, τίνα..... Κύριος ὑπερασπιστὴς τῆς, &c.

℣. 2. Ita Ambr. l. 1. de pœnit. to. 2. col. 410. d. cum Aug. in hunc Pſ. In Pſalt. Rom. *Dum appropiant*, &c. ut ſup. Similiter ap. Lucif. Cal. l. de mor. pro Dei fil. p. 245. vel 247. e. & apud Caſſiod. Hieron. verò in Iſai. 50. to. 3. 358. f. legit : *Cùm appropinquarent mihi qui affligebant, ut comederent carnes meas :* & in Ezech. 5. col. 728. a. *Cùm appropinquarent adversùm me qui affligunt me, ut comederent carnes meas.* In Gr. Ἐν τῷ ἐγγίζειν ἐπ' ἐμὲ κακοῦντας, τοῦ φαγεῖν... οἱ θλίβοντές με ἢ οἱ ἐχθροί μου, αὐτοί, &c. ut ſup.

℣. 3. Pſalt. Rom. Fabri : *Si conſiſtant adversùs me caſtra... Si ſurgat in me prælium, in hoc*, &c. Rom. Martianæi cum Coislin. *Si inſurgat in me præl. in hoc*, &c. Lucif. Calar. l. de mor. pro Dei fil. p. 245. vel 247. e. *Si exſurgat adversùs me præl. in hoc*, &c. Auguſt. in eund. Pſ. col. 117. a. *Si inſurgat in me bellum, in hac ego*, &c. & infra 120. b. e. *Si exſurgat in me bellum, in hac*, &c. Pſalt. Corb. *Si exſurgat in me prælium, in hac*, &c. Similiter hab. Carnut. *in hac ego*, &c. Ambroſ. in Luc. 20. to. 1. col. 1506. f. Vulgatæ ſuccinit ad verbum. Cypr. verò epiſt. ad Fortunat. p. 267. e. ſic legit : *Si directa fuerint in me caſtra... Si exſurrexerit ſuper me bellum, in illud ego ſperabo.* Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 17. col. 141. a. *Si exſurgat in me bellum, in illud ego ſperabo.* In Gr. Ἐὰν παρεμβολὴν ἐπ' ἐμὲ παρεμβολή... Ἐὰν ἐπανασῇ ἐπ' ἐμὲ πόλεμος, ἐν ταύτῃ ἐγὼ ἐλπίζω.

℣. 4. Itidem in Pſalt. Corb. Rom. verò cum Caſſiod. hab. *Unam petii... ut videam voluntatem Domini*, ℣ *protegar à templo ſancto ejus.* Similiter in Moz. & Coislin. excepto uno *in templo.* In Carnut. *Ut videam voluntatem Domini*, ℣ *protegi templum ejus.* Grad. miſſæ fer. 6. Cinerum, *voluptatem Domini*, ℣ *protegar à templo ſancto ejus.* Hilar. in Pſ. 121. p. 385. d. *Unam petii... ut inhab... omnes dies... Ut videam delectationes Domini*, ℣ *viſitem templum ejus.* (Mſ. Reg. ibid. 1. manu, *voluntatem Domini*, ſecundâ *dilectiones.*) Ambroſ. l. de Iſa. c. 8. to. 1. col. 382. d. & l. de Jac. c. 7. p. 454. f. *Unam petii... ut inhab... omnes dies vitæ meæ : & videam delectationem Domini*, ℣ *conſiderem templum ejus :* ſimiliter l. 2. de interpel. Dav. c. 2. col. 641. d. & in Pſ. 118. col. 1002.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.	
5. Quoniam abſcondit me in tabernaculo ſuo: in die malorum protexit me in abſcondito tabernaculi ſui.	*Abſcondet enim me in umbra ſua in die peſſima : abſcondet me in ſecreto tabernaculi ſui ;*	5. Quoniam abſcondit me in tabernaculo in die malorum : protexit me in abſcondito tabernaculi ſui.	*Ex Mſ. Sangerm.*
6. In petra exaltavit me : & nunc exaltavit caput meum ſuper inimicos meos.	*In petra exaltabit me. Nunc quoque exaltavit caput meum ſuper inimicos meos, qui ſunt in circuitu meo ;*	6. In petra exaltavit me : nunc autem exaltavit caput meum ſuper inimicos meos.	
Circuivi, & immolavi in tabernaculo ejus hoſtiam vociferationis : cantabo, & pſalmum dicam Domino.	*Et immolabo in tabernaculo ejus hoſtias jubili : cantabo & pſallam Domino.*	Circuivi, & immolavi in tabernaculo ejus hoſtias jubilationis : cantabo, & pſalmum dicam Domino.	
7. Exaudi Domine vocem meam, qua clamavi ad te : miſerere mei, & exaudi me.	*Audi Domine vocem meam invocantis, & miſerere mei, & exaudi me.*	7. Exaudi Domine vocem meam, quam clamavi ad te : miſerere mei, & exaudi me.	
8. Tibi dixit cor meum, exquiſivit te facies mea : faciem tuam Domine requiram.	*Tibi dixit cor meum, quæſivit vultus meus : faciem tuam Domine requiram.*	8. Tibi dixit cor meum, quæſivi faciem tuam : vultum tuum Domine requiram.	
9. Ne avertas faciem tuam à me : ne declines in ira à ſervo tuo.	*Ne abſcondas faciem tuam à me : ne declines in furore à ſervo tuo.*	9. Ne avertas faciem tuam à me : nec declines in ira * à ſervo tuo.	* *In hoc Mſ. deeſt* à, *ſed ſolo.*
Adjutor meus eſto : ne derelinquas me, neque deſpicias me Deus ſalutaris meus.	*Auxilium meum fuiſti : ne derelinquas me, & ne dimittas me Deus ſalvator meus.*	Adjutor meus eſto : ne derelinquas me, neque deſpicias me Deus ſalutaris meus.	
10. Quoniam pater meus, & mater mea, dereliquerunt me : Dominus autem aſſumpſit me.	*Pater enim meus & mater mea dereliquerunt me : Dominus autem collegit me.*	10. Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt me : Dominus autem adſumpſit me.	
11. Legem pone mihi Domine in via tua : & dirige me in ſemitam rectam propter inimicos meos.	*Oſtende mihi Domine viam tuam, & deduc me in ſemita recta propter inſidiatores meos.*	11. Legem mihi ſtatue Domine in via tua : & dirige me in ſemita recta propter inimicos meos.	
12. Ne tradideris me in animas	*Ne tradas me anima tribulan-*	12. Ne tradideris me in	

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

e. niſi quòd habet, & *ut videam* : at epiſt. 29. to. 2. col. 905. d. e. *Unam petivi à... omnes dies... & videam delectationes Domini*, & *conſiderem templum ejus* : & l. de fide Reſurrect. col. 1170. d. *Unam petivi... omnes dies... & videam voluptatem Domini* : & l. 5. de fide, col. 566. c. *Ut videam voluptatem Domini* ; non pauci tamen Mſs. ibid. *voluntatem*. Hieron. in Iſai. 2. & 54. to. 3. col. 21. f. 392. b. *Unum petivi à Domino, hoc requiram... omnes dies vitæ meæ* : ſimiliter in Ezech. 42. col. 1003. d. ſed addit : *Ut videam jucunditatem Domini*, & *viſitem templum ſanctum ejus* : & in Eccleſiaſt. c. 7. to. 2. col. 757. c. ait : *Quod nos ſolemus abſolutè & neutraliter appellare... Hebræi feminino genere pronunciant* : *ſicut in Pſ.* Unam petii à Domino, hanc req. *pro eo quod eſt*, unum. Græcè : Μίαν ἠτησάμην... ταύτην ἐκζητήσω, &c. Aug. in hunc Pſ. col. 117. b. 122. f. *Unam petii... omnes dies vitæ meæ : Ut contempler delectationem Domini*, & *protegar templum ejus* : at ep. 130. to. 2. col. 387. g. *ut habitem in domo Domini omnes dies... Ut contempler delectationem Dei*, & *viſitem templum ejus* : & tract. 3. in Johan. to. 3. p. 2. col. 312. e. *ut inhabitem... per omnes dies... Ut contempler delectationem Domini* : item ſerm. 37. to. 5. col. 193. g. *per omnes dies*, &c. Apud Lucif. Calar. l. de morien. pro Dei filio, p. 245. e. *ut inhab. in domo Dei per omnes dies vitæ meæ*. Apud Cypr. epiſt. ad Fortun. p. 267. c. *in domo Domini per omnes dies*, &c. In Gr... τῦ καθοικεῖν με ἐν οἴκῳ Κυρίυ πάσας τὰς ἡμέρας... Τῦ θεωρεῖν με τὴν τερπνότητα Κυρίυ, & ἐπισκέπτεσθαι τὸν ναὸν αὐτῦ. Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. τὸν ναὸν τὸν ἅγιον αὐτῦ.

℣. 5. Pſalt. Rom. & al. vet. unà cum Caſſiod. Vulgatæ favent. Auguſt. verò in hunc Pſ. col. 117. b. 122. g. 123. a. b. d. e. *Quoniam abſc. me in tabernaculo ſuo in die malorum meorum : protexit me in abſc.* &c. Similiter in Pſalt. Mediolan. *malorum meorum*. Item Græcè : Ὅτι... ἐν σκηνῇ αὐτῦ ἐν ἡμέρᾳ κακῶν μυ ἐσκέπασέ με ἐν, &c.

℣. 6. Pſalt. Moz. *In petra exaltabit me* : & *nunc ecce exaltabit... Circuibo*, & *immolabo in tab. ejus hoſtiam jubilationis*, &c. Rom. *nunc autem exaltavit... Circuibo*, & *immolabo..... hoſtiam jubilationis*, &c. Coislin. & Mediolan. & *nunc ecce exaltavit... & immolavi hoſtiam jubilationis*, &c. Similiter in Corb. & Carnut. *hoſtiam jubilationis*. Hilar. in Pſ. 133. col. 465. e. *In petra exaltaſti me* : & in Pſ. 65. col. 174. e. *Circuivi*, & *immolavi... hoſtiam jubilationis*. Auguſt. in hunc Pſ. col. 117. c. *In petra exaltavit me* : & *nunc ecce exaltavit... Circuivi*, & *immolavi... hoſtiam jubilationis* : *cantabo & pſallam Domino* : at infrà col. 123. f. 124. g. & *nunc exaltavit... circumivi*, &c. Et verò Hieron. epiſt. ad Sun. & Fretel. to. 2. col. 634. b. ad hoc, & *nunc ecce*, ait : *ſed* ecce *ſuperfluum eſt*. Caſſiod. in eund. Pſ. *nunc autem exaltavit... Circumibo*, & *immolabo... hoſtiam jubilationis*, &c. ut in textu. In Græco : Ἐν πέτρᾳ ὕψωσέ με· καὶ νῦν ἐν τῷ ὑψῶσε τὴν κεφαλήν μυ... Ἐκύκλωσα, καὶ ἔθυσα... θυσίαν ἀλαλαγμῦ· ᾄσομαι, & ψαλῶ, &c. Aquila, ὑψωθήσεται ἡ κεφαλή μυ· edd. Ald. & Compl. θυσίαν αἰνέσεως & ἀλαλαγμῦ.

℣. 7. Concordant Aug. & Caſſiod. ut & vet. Pſalt. In Corb. *miſerere mihi*. A Gr. abeſt *ad te*, præterquam à Mſ. Alex.

℣. 8. Ita Brev. Moz. habet. Pſalt. verò Corb. Carnut. Rom. & Coislin. cum Miſſ. Rom. ad Introit. miſſæ fer. 3. poſt Dom. 2. Quadrag. *Tibi dixit... quæſivi vultum tuum : vultum tuum Domine requiram.* Itidem Auguſt. in hunc Pſ. col. 117. e. 125. d. Apud Caſſiod. in eund. Pſ. *Exquiſivi vultum tuum, vultum tuum Dem.* &c. Pſalt. Mediolan. *Dominum requiram : exquiſivit te vultus meus.* Ambroſ. verò l. de apol. Dav. to. 1. col. 699. c. *Vultum tuum Domine requiram.* Hieron. epiſt. ad Sun. & Fretel. to. 2. col. 634. c. *exquiſivit te facies mea* : tum addit : *Pro quo in Græco poſitum*, quæſivit te facies mea ; *ſed melius ſuperius.* In Gr. tamen hod. ἐξεζήτησα τὸ πρόσωπόν Cυ· τὸ πρόσωπόν Cυ Κύριε ζητήσω. Sic etiam in Pſalt. Æthiop. & Arab. Apud Symm. Cὸ εἶπας τὸ πρόσωπόν μυ. In edd. Ald. & Compl. Κύριον ζητήσω· ἐξεζήτησέ Cε τὸ πρόσωπόν μυ.

℣. 9. In Pſalt. Moz. & Rom. & *ne declines*, &c. exinde in Mozarab. *Adjutor meus es tu Domine : ne der.* &c. In Coislin. *Nec declines..... Adjutor meus es tu : ne der.* &c. Similiter apud Ambroſ. epiſt. 36. col. 929. c. *Adjutor meus es tu : ne*, &c. ut ſup. Apud Caſſiod. in hunc Pſ. *Neque declines... Adjutor meus eſto.* Apud Auguſt in eund. Pſ. col. 117. f. *Ne avertas vultum tuum à me : ne declines... Adjut. meus eſto*, &c. at inf. col. 125. d. ſeq. *Ne avertas faciem tuam à me*, &c. ut in Vulg. Innoc. I. epiſt. 30. Conc. to. 1. p. 897. c. *Adjutor meus eſto*, &c. In Gr. Μὴ ἀποτρέψῃς τὸ πρόσωπόν Cυ ἀπ' ἐμῦ· μὴ (Ald. & Compl. ἐν μὴ) ἐκκλίνῃς... Βοηθός μυ γενῦ· μὴ... ὁ Θεὸς ὁ Cωτήρ μυ.

℣. 10. Sic in Gr. ut & apud Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ.

℣. 11. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Moz. Corb. & Coislin. *Legem mihi conſtitue... in ſemita recta*, &c. Rom. pariter hab. *conſtitue* ; paulò verò poſt, *in ſemitam rectam.* Carnut. *in ſemita recta* : ſic etiam hab. Vulg. ipſa in Mſs. Colb. Carnut. Germ. & Gal. Græc. Νομοθέτησόν με Κύριε... ἐν τρίβῳ εὐθείᾳ, &c. al. deeſt Κύριε.

℣. 12. Pſalt. Carnut. *Ne tradid. in manibus*, Mozarab.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. manus perſequentium me : quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi.	*tium me : quoniam ſurrexerunt contra me teſtes falſi, & apertum mendacium.*	tribulantium me : quoniam inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi.
13. Credo videre me bona Domini in terra viventium.	*Ego autem credo quòd videam bona Domini in terra viventium.*	13. Credo videre bona Domini in terra viventium.
14. Exſpecta Dominum, viriliter age : & confortetur cor tuum, & exſpecta Dominum.	*Exſpecta Dominum, confortare : & roboretur cor tuum, & ſuſtine Dominum.*	14. Exſpecta Dominum, viriliter age : & confortetur cor tuum, & ſuſtine Dominum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Ne tradas me in animas perſequentium me, &c. ut ſup. Coislin. & Rom. cum Caſſiod. in hunc Pſ. *Ne tradideris me in animas perſequentium me*, &c. Corb. *Ne tradideris me in animabus perſequentium me*, &c. Auguſt. in eund. Pſ. col. 118. b. *Ne tradideris me in animas tribulantium me : quoniam inſurrexerunt mihi*, &c. at infra col. 128. c. *Noli me tradere in animas tribul. me : quon. inſurrexerunt in me :* & poſt paulò : *exſurrexerunt mihi teſtes*, &c. Græc. Μὴ συνελκύσῃς με σὺν ψυχαῖς θλιβόντων με· ὅτι ἐπανέστησάν μοι, &c. Apud Ambr. in Pſ. 35. col. 769. f. & *mentita eſt iniquitas ſibi*, ut ſup.

℣. 13. Sic Ambr. l. de bono mort. c. 12. to. 1. col. 412. c. ut & al. inf. 432. a. 786. e. 891. d. & to. 2. col. 905. e. Similiter Hieron. epiſt. ad Damaſ. to. 4. col. 152. c. at l. 3. in ep. ad Epheſ. to. 4. col. 369. a. habet *in regione viventium*. S. Paulin. epiſt. 13. p. 82. a. *in lumine viventium*. Gr. ἐν γῇ ζώντων.

℣. 14. Pſalt. Rom. *Et viriliter age : & confort... & ſuſtine Dominum*. Coislinian. *Viriliter age : confortetur cor tuum, & exſpecta Dominum*. Item in Corb. & Mozarab. extremò, *& exſpecta Dominum*. Apud Auguſt. in hunc Pſ. col. 118. c. & 129. b. c. *Suſtine Dominum, viriliter age : & confort... & ſuſtine Dominum*. In Gr. Ὑπόμεινον τὸν Κύριον, ἀνδρίζου... καὶ ὑπόμεινον τὸν Κύριον.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
* Ipſi David. XXVII.	*David. XXVIII.*	Pſalmus ipſi David. XXVII.
Ex Mſ. Sangerm. 1. AD te Domine clamavi, Deus meus ne ſileas à me : & ero ſimilis deſcendentibus in lacco.	1. *AD te Domine clamabo fortis meus, ne obſurdeſcas mihi : ne fortè tacente te mihi, comparer bis qui deſcendunt in lacum.*	1. AD te Domine clamabo, Deus meus ne ſileas à me : ne quando taceas à me, & aſſimilabor deſcendentibus in lacum.
2. Exaudi vocem deprecationis meæ dum oro ad te : dum extollo manus meas ad templum ſanctum tuum.	2. *Audi vocem deprecationum mearum, cùm clamavero ad te : cùm levavero manus meas ad oraculum ſanctum tuum.*	2. Exaudi Domine vocem deprecationis meæ dum oro ad te : dum extollo manus meas ad templum ſanctum tuum.
3. Ne ſimul trahas me cum peccatoribus : & cum operantibus iniquitatem ne perdideris me :	3. *Ne trahas me cum impiis, & cum operantibus iniquitatem :*	3. Ne ſimul trahas me cum peccatoribus : & cum operantibus iniquitatem ne perdas me :
Cum his qui loquuntur pacem cum proximo ſuo, mala autem ſunt in cordibus eorum.	*Qui loquuntur pacem cum amicis ſuis, & eſt malum in corde eorum.*	Qui loquuntur pacem cum proximo ſuo, mala autem in cordibus eorum.
4. Da illis ſecundùm opera ipſorum, & ſecundùm nequitiam ſtudiorum ipſorum.	*Da eis ſecundùm opus ſuum, & ſecundùm malum adinventionum ſuarum :*	4. Da illis ſecundùm opera eorum, & ſecundùm nequitiam adinventionum ipſorum.
Secundùm operationem manuum illorum retribue illis : redde retributionem ipſorum illis.	*Juxta opus manuum ſuarum da eis : redde retributionem ſuam illis.*	Secundùm opera manuum eorum tribue illis : redde retributionem eorum ipſis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Pſalt. Corb. *Pſalmus David*. Rom. Fabri, *Ipſi David*. Rom. Martianæi, *Huic David Pſalmus*. Carnut. & Gallic. Fabri, *Huic David*. Coislinian. *Hunc David*. Aug. in hunc Pſ. *Ipſius David*. Caſſiod. ut in Vulg. Græc. Τῷ Δαυίδ. Edd. Ald. & Compl. Ψαλμὸς τῷ Δαυίδ.

℣. 1. Sic in Pſalt. Corb. & Moz. eſt, ut & ap. Caſſiod. ſi excipias unum *lacum*, pro *lacco* ; omittitur quippe ibi verſiculus medius, *nequando taceas à me*, qui pariter deeſt in Pſalt. Carnut. & Rom. utroque Martianæi & Fabri ; ſed apud Fabrum legitur *clamabo*, apud Martian. *clamavi* ; apud utrumque, ut & in Coislin. *& ero ſimilis deſcend. in lacum*. Apud Auguſt. in hunc Pſ. *Ad te Domine clamavi... ne ſileas à me : nequando ſileas à me*, & *ero ſimilis deſcend. in lacum*. Legitur etiam *clamavi* in Pſalt. Carnut. ſicut in Æthiop. & Arab. In Gr. Vat. pariter εἰσήκουσα ; in Alex. verò, ac edd. Ald. & Compl. κεκραξόμαι ; mox in Vat. ὁ Θεός μου μὴ παρασιωπήσῃς ἐπ' ἐμοί· μή ποτε παρασιωπήσῃς ἐμοί, καὶ ὁμοιωθήσομαι τοῖς..... εἰς λάκκον. In Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. ἀπ' ἐμοῦ, loco ἐπ' ἐμοί ; abeſt autem ab ed. Ald. verſic. iſte, *μή ποτε παρασιωπ. ἐπ' ἐμοί* qui habetur in Pſalt. Æthiop. & Arab.

℣. 2. Sic eſt in Brev. Mozarab. abſque *Domine*. Item in Pſalt. Rom. & Corb. ſi excipias hoc, *& dum extollo* ; in Corb. *cùm extollo*. Lucif. Cal. l. de non conven. cum hæret. p. 222. g. leg. *Exaudi Domine vocem depr. mea cùm oro ad te : cùm extollo*, &c. Sic etiam ap. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. *Exaudi Domine*, &c. ut ſup. ſed Hieron. epiſt. ad Sun. & Fretel. to. 2. col. 634. c. ait *& hoc* Domine *additum eſſe*. In Gr. Εἰσάκουσον (Ald. & Compl. add. Κύριε) τῆς φωνῆς τῆς δεήσεώς μου, &c. Pſalt. Coislin. ſimiliter hab. *vocem orationis meæ*. Gr. ultimò, εἰς ναὸν ἅγιόν σου. Alex. Ald. & Compl. πρὸς ναόν.

℣. 3. In Pſalt. Rom. Mediolan. Corb. Carnut. & Mozarab. *Ne ſimul tradas me cum*, &c. exinde in Corb. Rom. & Moz. *cum bis qui loquuntur... mala autem ſunt*, &c. ut ſup. Item in Coisliniano, *mala autem ſunt*. Apud Lucif. Calar. l. de non conven. cum hæret. p. 222. g. h. *Ne ſimul trahas cum peccatoribus animam meam : & cum oper... ne perdas me : cum bis qui loquuntur... mala autem ſunt in cordibus eorum*, (al. *in corde*.) Similiter ap. Auguſt. in hunc Pſ. præter hæc ult. *mala autem in cordibus ſuis* ; editt. tamen Aug. initio ferunt *ne ſimul tradas*, ſed Mſs. nonnulli, *trahas*. Apud Caſſiod. in eund. Pſ. *Ne ſimul tradas cum pecc. animam meam... cum bis qui loq. pacem... mala autem ſunt in cordibus eorum*. S. Paulin. epiſt. 42. p. 257. b. dicit : *Ut non confundamur, neque ſimul trahamur cum iis qui loquuntur... mala autem ſunt in cordibus eorum*. In Gr. Μὴ συνελκύσῃς μετὰ... τὴν ψυχήν μου· ἐν... μὴ συναπολέσῃς με· τῶν λαλούντων εἰρήνην... κακὰ δὲ ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν.

℣. 4. Itidem in Brev. Moz. exceptis his duobus, *opera eorum*, & in fine *ipſorum ipſis*. Sic etiam in Pſalt. Corb. præter ſeqq. *opera illorum... opera manuum... ipſorum illis*. In Rom. & Coislin. ita, nonnullis omiſſis circa med. *Da illis Domine ſecundùm opera eorum*, & *ſec. nequitiam* (al. *nequitias*) *ſtudiorum ipſorum retribue illis : redde retributionem eorum ipſis* (Coislin. *ipſorum illis*.) Cyprianus l. 1. Teſtim. c. 3. p. 227. b. & Lact. l. 4. Inſtit. c. 13. p. 577.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
5. Quoniam non intellexerunt opera Domini, & in opera manuum ejus, deſtrues illos, & non ædificabis eos.	*Quoniam non intelligunt in opera Domini, & opus manuum ejus, deſtrues eos, & non ædificabis.*	5. Quoniam non intellexerunt in operam Domini, & in operam manuum ejus non conſideraverunt, deſtrue illos, & ne ædifices eos. *Ex Mſ. Sangerm.*
6. Benedictus Dominus: quoniam exaudivit vocem deprecationis meæ.	*Benedictus Dominus: quia audivit vocem deprecationis meæ.*	6. Benedictus Dominus: quoniam exaudiit vocem deprecationis meæ.
7. Dominus adjutor meus, & protector meus: in ipſo ſperavit cor meum, & adjutus ſum. Et refloruit caro mea: & ex voluntate mea confitebor ei.	*Dominus fortitudo mea, & ſcutum meum: in ipſo confiſum eſt cor meum, & habui adjutorium: Gaviſum eſt cor meum, & in cantico meo confitebor illi.*	7. Dominus adjutor meus, & protector meus: in ipſo ſperavit cor meum, & adjutus ſum. Et refloruit caro mea: & ex voluntate mea confitebor illi.
8. Dominus fortitudo plebis ſuæ: & protector ſalvationum chriſti ſui eſt.	*Dominus fortitudo eorum, & robur ſalutarium chriſti ſui eſt.*	8. Dominus fortitudo plebis ſuæ: & protector ſalutarium chriſti ſui eſt.
9. Salvum fac populum tuum Domine, & benedic hæreditati tuæ: & rege eos, & extolle illos uſque in æternum.	*Salva populum tuum, & benedic hæreditati tuæ: & paſce eos, & ſubleva eos uſque in ſempiternum.*	9. Salvum fac populum tuum, & benedic hæreditatem tuam: & rege illos, & extolle illos uſque in ſæculum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ſimpliciter hab. *redde eis* (Lact. *illis*) *retributionem eorum.* Lucif. Cal. l. de non conv. cum hæret. p. 222. g. *Da illis ſecundùm opera illorum, & ſecundùm nequitiam ſtudiorum ipſorum. Secundùm operationem manuum ipſorum tribue illis: redde retribut. eorum ipſis.* Similiter ap. Caſſiod. in hunc Pſ. præter hæc pauca: *opera eorum..... manuum eorum retribue illis.* Ap. Auguſt. verò in eund. Pſ. ſic: *Da illis ſecund. opera ipſorum, & ſecundùm malignitatem affectionum ipſorum. Secundùm opera manuum eorum da eis: redde retribut. eorum ipſis.* In Pſalt. Mediol. & Carnut. conſtanter ut ſup. *ſecundùm nequitiam ſtudiorum ipſorum.* Gr. Δὸς αὐτοῖς (Ald. & Compl. addunt Κύριε) κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν, καὶ κατὰ τὴν πονηρίαν τῶν ἐπιτηδευμάτων αὐτῶν. Κατὰ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτῶν δὸς αὐτοῖς· ἀπόδος τὸ..... αὐτῶν αὐτοῖς.

℣. 5. Sic eſt in Pſalt. Rom. Fabri, præter hoc, *in opera*, pro duplici *in operam*; & in fine, *nec ædificabis eos.* Similiter in Rom. Martianæi, detracto uno *in*, ante 1. *opera.* Carnut. ſimiliter habet: *in opera Domini, & in opera manuum ejus non conſideraverunt*, &c. Coislin. *in opera Domini, & in opera... non conſiderant, deſtrues illos, nec ædificabis eos.* Corb. *opera Dom. & in opera... non conſideraverunt, deſtrue illos, ne ædificabis eos.* Mozarab. *opera Domini, & in operibus manuum ejus, deſtrue illos, & non ædificabis eos.* Lactant. l. 4. Inſtitut. c. 13. p. 577. *Quoniam non intellexerunt opera Domini.* Cypr. l. 1. Teſtim. p. 277. b. *Quon. non intellex. in operibus Domini.* Aug. in hunc Pſ..... *in opera Domini*, &c. ut in Vulg. Caſſiod. verò in eund. *opera Domini, & in opera man. ejus non conſideraverunt, deſtrues illos, nec ædificabis*, &c. In Gr..... εἰς τὰ ἔργα Κυρίου, καὶ εἰς τὰ ἔργα τῶν χειρῶν αὐτοῦ, καθελεῖς αὐτοὺς, καὶ οὐ μὴ οἰκοδομήσεις αὐτούς.

℣. 6. Ita Auguſt. & Caſſiod. cum vet. Pſalt. & Gr.

℣. 7. Ita Auguſt. in hunc Pſ. ſicut etiam Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Coislin. poſito uno &, ante hoc, *in ipſo ſperavit.* In Mozarab. *Dominus adjutor meus, & redemptor meus: in ipſo ſperavit*, &c. In Mediolan. *& adjutum eſt, & refloruit.* In Corb. *adjuvatus ſum, & refloruit.* In Gr. Κύριος βοηθός μου, καὶ ὑπερασπιστής μου· ἐπ' αὐτῷ... καὶ ἐβοηθήθην, &c. ut ſup.

℣. 8. Conſentiunt Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Pſalt. Rom. Moz. Coislin. Mediolan. Corb. & Carnut. In Gr. Κύριος κεφαλαίωμα... καὶ ὑπερασπιστὴς τῶν σωτηρίων, &c. ut ſup.

℣. 9. Ita Auguſt. in hunc Pſ. cum Pſalt. Corb. abſque *Domine.* Rom. verò addit τὸ *Domine*, deinde & *benedic hæreditatem tuam: & rege eos*, &c. ut ſup. Coislinian. ita: *Salvum* (ſupp. *fac*) *plebem tuam, & benedic hæreditati tuæ: & rege illos*, &..... *usque in ſæcula.* Caſſiod. in eund. Pſ. cum Brev. Moz. *Salvum fac populum tuum Domine, & benedic hæreditatem tuam*, &c. ut in Vulg. Gr. Σῶσον τὸν λαόν σου, καὶ εὐλόγησον τὴν κληρονομίαν σου· καὶ ποίμανον αὐτοὺς..... ἕως τοῦ αἰῶνος.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
Pſalmus David, 1. In conſummatione tabernaculi. XXVIII.	*Canticum David. XXIX.*	Pſalmus David, 1. Conſummatio tabernaculi. XXVIII. *Ex Mſ. Sangerm.*
Afferte Domino filii Dei: afferte Domino filios arietum.	*Afferte Domino filios arietum:*	* Adferte Domino filii Dei: adferte Domino filios arietum.
2. Afferte Domino gloriam & honorem, afferte Domino gloriam nomini ejus: adorate Dominum in atrio ſancto ejus.	*Afferte Domino gloriam & imperium, afferte Domino gloriam nomini ejus: adorate Dominum in decore ſancto.*	2. Adferte Domino gloriam & honorem, adferte Domino gloriam nomini ejus: adorate Dominum in aula ſancta ejus.
3. Vox Domini ſuper aquas, Deus majeſtatis intonuit: Dominus ſuper aquas multas.	*Vox Domini ſuper aquas, Deus gloriæ intonuit: Dominus ſuper aquas multas.*	3. Vox Domini ſuper aquas, Deus majeſtatis intonuit: Dominus ſuper aquas multas.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Pſalt. Rom. Martianæi, cum Corb. *Pſalmus David, In exitu tabernaculi.* Coisl. ſimpliciter, *Pſalmus David.* Rom. Fabri addit, *In conſummatione tabernaculi*, cum Caſſiod. Apud Aug. in hunc Pſ. *Pſalmus ipſi David conſummationis tabernaculi.* Græcè: Ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ ἐξοδίου σκηνῆς. Schol. Ἐν τῷ Ἑξαπλῷ οὐχ εὕρηται, ἐξοδίου σκηνῆς, ἡ ἐπιγραφή. *In Hexaplo non eſt inventa inſcriptio iſta*, exodii tabernaculi.

* Ita Auguſt. & Caſſiod. cum vet. Pſalt. & Gr. Apud Ambroſ. l. de Incarn. to. 2. col. 704. a. poſterior tantùm verſiculus memoratur: *Afferte Domino filios arietum.* Et verò in Ἑξαπλοῖς, primus obelo confoditur. Euſebius idem obſervat, dicens: Κατὰ τὴν Ἑβραίων ἀνάμνησιν οὐκ ἐκφέρεται τὸ, Ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ υἱοὶ θεοῦ· διὸ καὶ ὠβέλισται παρὰ τοῖς Ο. ὡς μὴ κείμενον μήτε ἐν τῷ Ἑβραϊκῷ, μήτε παρὰ τοῖς λοιποῖς Ἑρμηνευταῖς· id eſt, *Juxta Hebræorum traditionem non effertur illud*, Afferte Domino filii Dei: *quare & apud LXX. obelo notatum eſt, tanquam quod neque in Hebraïco habeatur, neque apud cæteros Interpretes.*

℣. 2. Ita Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. & Carnut. In Corb. *adorate Domino in aula ſancta ejus.* Ap. Auct. op. imp. in Matth. hom. 13. p. 74. e. *Adorate Dominum in regia ſancta ejus.* In Gr. ἐν αὐλῇ ἁγίᾳ αὐτοῦ.

℣. 3. Vox *Deus* omittitur in Pſalt. Sangerm. ſed incuriâ librarii, ut ſuſpicor, cùm apud Ambroſ. l. de apol.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 4. Vox Domini in virtute: vox Domini in magnificentia.	*Vox Domini in fortitudine: vox Domini in decore.*	4. Vox Domini in virtute: vox Domini in magnificentia.
5. Vox Domini confringentis cedros: confringet Dominus cedros Libani:	*Vox Domini confringentis cedros: & confringet Dominus cedros Libani.*	5. Vox Domini confringentis cedros: & confringet Dominus cedros Libani.
6. Et comminuet eos tanquam vitulum Libani: & dilectus ſicut filius unicornuorum.	*Et diſperget eas quaſi vitulum: Libanum & Sarion quaſi filium rhinocerotum.*	6. Et comminuet eas tanquam vitulum Libani: & dilectus quemadmodum filius unicornium.
7. Vox Domini intercidentis flammam ignis: 8. Vox Domini concutientis ſolitudinem: & commovebit Dominus deſertum Cades.	*Vox Domini dividens flammas ignis: Vox Domini parturire faciens deſertum: parturire faciet Dominus deſertum Cades.*	7. Vox Domini intercidentis flammam ignis: 8. Vox Domini concutientis deſertum: & commovebit Dominus deſertum Cades.
9. Vox Domini præparantis cedros, & revelavit condenſa: & in templo ejus omnes dicent gloriam.	*Vox Domini obſtetricans cervas, & revelans ſaltus: & in templo ejus omnis loquitur gloriam.*	9. Vox Domini præparantis cervos, & revelabit condenſa: & in templo ejus omnes dicent gloriam.
10. Dominus diluvium inhabitat: & ſedebit Dominus rex in æternum.	*Dominus diluvium inhabitat: & ſedebit Dominus rex in æternum.*	10. Dominus diluvium inhabitare facit: & ſedebit Dominus rex in æternum.
11. Dominus virtutem populo ſuo dabit: & benedicit populum ſuum in pace.	*Dominus fortitudinem populo ſuo dabit: Dominus benedicet populo ſuo in pace.*	11. Dominus virtutem populo ſuo dabit: Dominus benedicet populo ſuo in pace.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Dav. to. 1. col. 696. e. & l. de myſt. to. 2. col. 331. f. reperiatur cum reliquis. Item apud Auguſt. & Caſſiod. ac in vet. Pſalt. legitur. Apud Tertull. l. 4. adv. Marc. p. 714. a. hæc ſola: *Dominus ſuper aquas multas.* In Gr. ὁ Θεὸς τῆς δόξης ἐβρόντησε, &c. ut ſup.

℣. 4. Similiter hab. Auguſt. & Caſſiod. cum vet. Pſalt. & Gr.

℣. 5. Pſalt. Rom. cum Caſſiod. in hunc Pſ. & *confringet*; Coislin. & *confringit*. Auguſt. in eund. Pſ. *Vox Domini conterens cedros: conteret Dominus cedros Libani.* Gr. Συντρίβοντος κέδρους· Συντρίψει, &c. Ald. & Compl. ἢ Συντρίψει, &c. Item Ambroſ. ep. 66. to. 2. col. 1055. c. & *confringet*, &c.

℣. 6. Sic eſt in Brev. Moz. Sic etiam in Pſalt. Corb. & Rom. præter hoc, & *commin. eas.* In Coislin. & *comminuit eos..... ſicut filius unicornium.* Ap. Ambroſ. epiſt. 66. to. 2. col. 1055. c. & *comminuet eas*, &c. item l. de bened. Patriarch. c. 11. to. 1. col. 529. e. & *dilectus tanquam filius unicornuorum.* Ap. Auguſt. in hunc Pſ. & *comminuet eas..... ſicut filius unicornium.* Caſſiod. in eund. Pſ. & *comminuet eas..... & dilectum ſicut filios unicornuorum.* In Gr. ἢ λεπτυνεῖ αὐτὰς ὡς τὸν μόσχον τὸν Λίβανον· ἢ ὁ ἠγαπημένος ὡς υἱὸς μονοκερώτων. Ed. Compl. hab. τῷ Λιβάνῳ. Baſil. τὸν Λίβανον, ut ſup.

℣. 7. Ita Pſalt. Rom. hab. cum Caſſiod. in hunc Pſ. Apud Aug. in eund. *Vox Domini præcidentis*, &c. In Gr. διαχόπτοντος.

℣. 8. Sic in Pſalt. Rom. Moz. Corb. & Coisl. necnon ap. Hieron. in Iſai. 35. to. 3. col. 280. c. & Caſſiod. in hunc Pſ. Apud Aug. verò in eund. *Vox Domini commoventis ſolitudinem:* & *commovebit*, &c. In Gr. Συσσείοντος ἔρημον Συσσείσει, &c. Ald. & Compl. ἢ Συσσείσει. Auct. l. de XLII. manſ. apud Ambroſ. p. 16. e. & *commovebit*, &c. ut ſup.

℣. 9. Ita Pſalt. Corb. habet adverbum. Sic etiam in Rom. eſt, ſi excipias unum *cervos*, pro *cedros*, quod ult. ſuſpicor malè irrepſiſſe in codd. Germ. & Corb. cùm in aliis omnibus legatur *cervos*, non *cedros*. In Coislin. deeſt & ante hoc, *in templo*. In Mozarab. verò ita: *Vox Domini perficientis cervos*, & *revelavit condenſa*: & *in templo ſancto ejus omnes dicunt gloriam.* In Mediol. quoque id legitur, *perficientis cervos*. Apud Ambroſium in Pſalm. 118. to. 1. col. 1089. d. *præparantis cervos*. Apud Auguſt. autem in hunc Pſalm. *Vox Domini perficientis cervos*, & *revelabit ſilvas*: & *in templo ejus unuſquiſque dicit gloriam.* Similiter ap. Hieron. in Iſai. 35. to. 3. col. 279. f. *Vox Domini perficientis cervos*: at infra, col. 280. c. *præparantis cervos*, ſtatimque, & *revelabit condenſa ſilvarum*: rurſum in Ezech. 34. col. 946. d. & *revelabit condenſa ſilvarum*: deinde, & *in templo ejus omnes dicent gloriam*: ſed epiſt. ad Sun. & Fretel. to. 2. col. 634. c. leg. *omnis dicet gloriam*: additque: *pro quo in Græco* πᾶς τις, *quod ſi transferre voluerimus ad verbum*, omnis quis, *in* κακοζηλίαν *interpretationis incurrimus*, & *fit abſurda translatio.* Caſſiod. in hunc Pſ. concordat cum Vulg. Græcè ita: Φωνὴ Κυρίου καταρτιζομένου ἐλάφους, ἢ ἀποκαλύψει δρυμούς· ἢ ἐν τῷ ναῷ αὐτοῦ πᾶς τις λέγει δόξαν.

℣. 10. Concordant Pſalt. Rom. Mediol. Carnut. Corb. & Coislinian. Mozarab. verò hab. *inhabitet*. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſalm. *inhabitat*; rurſumque Auguſt. epiſt. 187. to. 2. col. 691. a. b. Græc. Vat. καθοικεῖ; al. καθοικεῖ. Hieron. epiſt. ad Sun. & Fretel. to. 2. col. 634. c. ad hoc, *inhabitare facit*, ait: *pro quo legiſſe vos dicitis.....* inhabitat; *quorum prius ad gratiam pertinet in credentibus, ſecundum ad ejus, in quo credunt, habitaculum. Sed quia* jaſab *verbum ambiguum eſt*, & *poteſt utrumque ſonare* (*nam* & ſeſſio, & habitatio *dicitur*) & *in ipſo Pſalmo de gratia baptiſmatis dicebatur*: Vox Domini ſuper aquas, Dominus ſuper aquas multas: &: Vox præparantis cervos, & revelabit condenſa: & in templo ejus omnis dicet gloriam: *de ipſis ſentire volumus, qui glorificant Dominum*, & *interpretati ſumus*: Dominus diluvium inhabitare facit.

℣. 11. Pſalt. Rom. & *benedicet populum ſuum*, &c. Moz. & *benedicet plebem ſuam*, &c. Corb. *Dominus virtutum populo ſuo dabit*: & *benedicit populum ſuum in pace.* Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Gr. *Dominus benedicet populum ſuum*, &c.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. In finem, Pſalmus Cantici 1. Dedicationis domus David. XXIX.	*Pſalmus Cantici Pro dedicatione domus David. XXX.*	Pſalmus Cantici 1. In dedicatione domus David. XXIX.
2. EXaltabo te Domine quoniam ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſuper me.	*EXaltabo te Domine, quoniam ſalvaſti me, & non delectaſti inimicos meos ſuper me.*	2. EXaltabo te Domine quoniam ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſuper me.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Pſalt. Corb. hab. Rom. verò cum Caſſiod. Vulgatæ conſonat. In Coisl. ſimpliciter: *Pſalmus Cantici dedicationis*, &c. ut ſup. Ap. Aug. verò in hunc Pſ. col. 132. & 136. f. *In finem, Pſalmus Cantici dedicationis domûs ipſi Davidi.* Similiter in Pſalt. Carnut. *In finem Pſalmus Cantici*; ut & in Moz. *ipſi David.* In Gr. Εἰς τὸ τέλος, Ψαλμὸς Ὠδῆς τῷ ἐγκαινισμῷ τοῦ οἴκου τοῦ Δαυίδ· Mſ. Alex. hab. τῷ Δαυίδ, ſed initio omittit, εἰς τὸ τέλος, cum edd. Ald. & Compl.

℣. 2. Ita Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Ambroſius etiam l. de Iſaac, c. 7. col. 375. a. primum verſiculum hab. ut ſup.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
3. Domine Deus meus clamavi ad te, & ſanaſti me.	*Domine Deus meus clamavi ad te, & ſanaſti me.*	3. Domine Deus meus clamavi ad te, & ſanaſti me. *Ex Mſ. Sangerm.*
4. Domine eduxiſti ab inferno animam meam: ſalvaſti me à deſcendentibus in lacum.	*Domine eduxiſti de inferno animam meam: vivificaſti me, ne deſcenderem in lacum.*	4. Domine eduxiſti ab inferis animam meam: ſalvaſti me à deſcendentibus in lacum.
5. Pſallite Domino ſancti ejus: & confitemini memoriæ ſanctitatis ejus.	*Cantate Domino ſancti ejus, & confitemini memoriæ ſanctitatis ejus.*	5. Pſallite Domino ſancti ejus: & confitemini memoriæ ſanctitatis ejus.
6. Quoniam ira in indignatione ejus: & vita in voluntate ejus.	*Quoniam ad momentum eſt ira ejus, vita in repropitiatione ejus:*	6. Quoniam ira in indignatione ejus: & vita in voluntate ejus.
Ad veſperum demorabitur fletus; & ad matutinum lætitia.	*Ad veſperum commorabitur fletus, & in matutino laus.*	Ad veſperum demorabitur fletus; & ad matutinum lætitia.
7. Ego autem dixi in abundantia mea: Non movebor in æternum.	*Ego autem dixi in abundantia mea: Non commovebor in ſempiternum.*	7. Ego autem dixi in abundantia mea: Non movebor in æternum.
8. Domine in voluntate tua, præſtitiſti decori meo virtutem.	*Domine in voluntate tua ſtatuiſti monti meo fortitudinem:*	8. Domine in voluntate tua, præſtitiſti decori meo virtutem.
Avertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus.	*Abſcondiſti faciem tuam, & factus ſum conturbatus.*	Avertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus.
9. Ad te Domine clamabo: & ad Deum meum deprecabor.	*Ad te Domine clamabo, & ad Dominum deprecabor.*	9. Ad te Domine clamabo: & ad Deum meum deprecabor.
10. Quæ utilitas in ſanguine meo, dum deſcendo in corruptionem?	*Qua eſt utilitas in ſanguine meo, cùm deſcendero in corruptionem?*	10. Quæ utilitas in ſanguine meo, dum deſcendo in corruptionem?
Nunquid confitebitur tibi pulvis, aut annuntiabit veritatem tuam?	*Nunquid confitebitur tibi pulvis, aut annuntiabit veritatem tuam?*	Nunquid confitebitur tibi pulvis, aut adnuntiabit veritatem tuam?
11. Audivit Dominus, & miſertus eſt mei: Dominus factus eſt adjutor meus.	*Audi Domine, & miſerere mei: Domine eſto adjutor mihi.*	11. Audivit Dominus, & miſertus eſt mihi: Dominus factus eſt adjutor meus.
12. Convertiſti planctum meum in gaudium mihi: conſcidiſti ſaccum meum, & circumdediſti me lætitiâ:	*Convertiſti planctum meum in chorum mihi: ſolviſti ſaccum meum, & accinxiſti me lætitiâ:*	12. Convertiſti planctum meum in gaudium mihi: conſcidiſti ſaccum meum, & præcinxiſti me lætitiâ:
13. Ut cantet tibi gloria mea,	*Ut laudet te gloria, & non ta-*	13. Ut cantet tibi gloria

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Aug. in hunc Pſ. col. 132. b. 133. e. 136. b. c. d. 138. c. addit: *nec jocundaſti inimices meos ſuper me.* Gr. ἢ οὐκ εὐ-φρανας, &c. Aug. ibid. 140. b. & *non jocundaſti*, &c.

℣. 3. Ita Auguſt. & Caſſiod. cum Pſalt. vet. & Gr.

℣. 4. In Mſ. Sanger. mendum ſubeſt, nempe *menſeris*, quod abſtulimus ſcribendo *ab inferis*, ut etiam legitur in Pſalt. Moz. & al. In Rom. & Corb. ſic: *Domine abſtraxiſti ab inferis*, &c. ut ſup. Itidem in Carnut. & ap. Caſſiod. in hunc Pſ. In Mediolan. *Domine abſtraxiſti ab inferno*, &c. Apud Cypr. l. 2. Teſtim. p. 295. a. *Domine reduxiſti ab inferno*, &c. Apud Hilar. in Pſalm. 142. col. 549. c. *Tu Domine abſtraxiſti ab inferno..... ſervaſti me à deſcendentibus*, &c. Mſs. *ſalvaſti me.* Apud Auguſt. in hunc Pſ. col. 132. c. 140. d. *Domine reduxiſti ab inferis..... ſalvum feciſti me à deſcendentib.* &c. Auct. op. imp. in Matth. hom. 54. p. 227. d. *Domine revocaſti ab inferis animam meam.* Gr. Κύριε ἀνήγαγες ἐξ ᾅδου..... ἔσωσάς με, &c.

℣. 5. Concinunt Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum vet. Pſalt. & Gr.

℣. 6. Ita Leo M. ſer. 11. p. 60. a. & Caſſiod. in hunc Pſ. Similiter in Pſalt. Rom. ſi id excipias, *in voluntate ipſius.* Ap. Aug. in eund. Pſ. col. 132. d. & 141. b. *voluntate ejus*; mox ita: *Veſpere demorab. fletus*; & *in matutinum exſultatio*: & in Pſ. 58. col. 575. b. *in matutino exſultatio.* Hilar. verò in Pſ. 142. col. 549. e. & Ambroſ. l. de virginit. to. 2. col. 224. d. legunt: *Ad veſperum demorab. fletus*; & *ad matutinum lætitia*, ut ſupra. In Pſalt. Corb. & *vitam in voluntatem ejus.....* & *ad matutinum lætitia.* Græcè, Τοσπέρας αὐλισθήσεται..... καὶ εἰς τὸ πρωὶ ἀγαλλίασις.

℣. 7. Ambroſ. l. de apol. Dav. to. 1. col. 687. b. & in Luc. 3. & 22. col. 1327. e. 1523. e. conſtanter legit, *in mea abundantia*; ſicut etiam Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. & Moz. Auguſt. verò in eund. Pſ. col. 132. e. *in abundantia mea*: at infra col. 141. c. *in mea abundantia.* Gr. ἐν τῇ εὐθηνίᾳ μου.

℣. 8. Concinunt Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. In Pſalt. verò Rom. ſic: *Domine in bona voluntate tua præſtitiſti*, &c. Apud Ambroſ. in Luc. 3. & 22. to. 1. col. 1327. e. 1523. e. poſtrema tantùm: *Avertiſti faciem tuam à me*, &c. ut ſup. Hilar. in Pſ. 65. col. 178. e. omittit *à me.* In Gr. Κύριε ἐν τῷ θελήματί σου παρέσχες τῷ..... Ἀπέστρεψας δὲ τὸ πρόσωπόν σου, καὶ, &c.

℣. 9. Similiter hab. Auguſt. & Caſſiod. cum vet. Pſalt. & Gr.

℣. 10. Ita Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. In Mozarab. *dum deſcendero.* Apud Hilar. in Pſ. 118. col. 263. d. *dum deſcendo*, &c. Similiter apud Ambroſ. l. de virginit. to. 2. col. 245. a. & de lapſu virg. col. 318. f. vide etiam ſup. col. 76. d. & to. 1. col. 453. d. at l. de fide, to. 2. col. 492. f. *Quæ utilitas in ſang. meo, quia deſcendi in*, &c. In Gr. Τίς ὠφέλεια..... ἐν τῷ καταβῆναί με..... Μὴ ἐξομολογήσεταί σοι χοῦς, &c. Apud Cypr. l. 3. Teſtim. p. 328. c. & Lucif. Cal. l. de Regib. apoſt. p. 220. e. *Nunquid exomologeſin faciet tibi pulvis?*

℣. 11. Sic in Pſalt. Rom. Corb. & Moz. Item apud Auguſt. in hunc Pſal. col. 133. a. at infra, col. 142. b. legit *miſertus eſt mei*, cum Caſſiod. in eund. Pſ. & Vulg. in Gr. ἐλέησόν με.

℣. 12. Ita Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Moz. & Mediolan. Ambroſ. verò epiſt. 20. to. 2. col. 858. a. ſic: *Tu Domine ſalvum feciſti populum tuum: conſcidiſti ſaccum meum*, & *præcinxiſti me lætitiâ*: at lib. de Joſeph, c. 9. to. 1. col. 502. b. & *induiſti me lætitiâ*, ſicut in Pſalt. Carnut. & Corb. Apud Auguſt. in 1. Joh. to. 3. p. 2. col. 888. e. *Convertiſti luctum meum in gaudium mihi: conſcidiſti.....* & *cinxiſti me lætitia*: itidem in Pſ. 107. col. 1214. f. ſed in Pſ. 29. col. 133. b. *Convertiſti planctum meum.....* & *præcinxiſti me lætitiâ*; at inf. col. 142. b. *accinxiſti me*; paulòque poſt, *cinxiſti me.* Ruric. epiſt. 20. p. 571. d. *præcinxiſti me lætitiâ.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 978. e. *Convertiſti planctum meum..... diſrupiſti ſaccum meum*, & *præcinxiſti me lætitiâ.* In Gr. Ἔστρεψας τὸν κοπετόν μου..... διέρρηξας..... καὶ περιέζωσάς με εὐφροσύνην.

℣. 13. Accinunt Auguſt. & Caſſiod. cum vet. Pſalt. In Gr. Ὅπως ἂν ψάλῃ..... καὶ οὐ μὴ κατανυγῶ, &c. ut in Lat.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. mea, & non compungar : Domine Deus meus in æternum confitebor tibi.	*ceat : Domine Deus meus in ſempiternum confitebor tibi.*	& non compungar : Domine Deus meus in æternum confitebor tibi.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 1. In finem, Pſalmus ipſi David. XXX.	*Victori Canticum David. XXXI.*	1. In finem, Pſalmus David, pro exſtaſi. XXX.
2. IN te Domine ſperavi, non confundar in æternum : in tua æquitate eripe me.	*IN te Domine ſperavi, non confundar in æternum : in juſtitia tua ſalva me.*	2. IN te Domine ſperavi, non confundar in æternum : in juſtitia tua libera me.
3. Inclina ad me aurem tuam, adcelera ut eripias me.	*Inclina ad me aurem tuam, velociter libera me :*	3. Inclina ad me aurem tuam, accelera ut eruas me.
Eſto mihi in Deum protectorem, & in domum refugii tui, ut ſalvum me facias.	*Eſto mihi in lapidem fortiſſimum, in domum munitam, ut ſalves me.*	Eſto mihi in Deum protectorem, & in domum refugii, ut ſalvum me facias.
4. Quia fortitudo mea, & refugium meum es tu : & propter nomen tuum dux mihi eris, & enutries me.	*Quia petra mea, & munitio mea tu : & propter nomen tuum deduces me, & enutries me.*	4. Quoniam fortitudo mea, & refugium meum es tu : & propter nomen tuum deduces me, & enutries me.
5. Educes me de laqueo, quem occultaverunt mihi : quoniam tu es protector meus.	*Educes me de reti, quod abſconderunt mihi : quia tu fortitudo mea.*	5. Educes me de laqueo hoc, quem abſconderunt mihi : quoniam tu es protector meus.
6. In manibus tuis commendo Domine ſpiritum meum : redemiſti me Domine Deus veritatis.	*In manu tua commendabo ſpiritum meum : redemiſti me Domine Deus veritatis.*	6. In manus tuas commendo ſpiritum meum : redemiſti me Domine Deus veritatis. *Luc. 23. 46.*
7. Odiſti omnes obſervantes vanitatem, ſupervacuè.	*Odivi cuſtodientes vanitates fruſtra.*	7. Odiſti obſervantes vanitates, ſupervacuè.
Ego autem in Domino ſperavi : 8. exſultabor, & lætabor in tua miſericordia.	*Ego autem in Domino confiſus ſum : exſultabo, & lætabor in miſericordia tua.*	Ego autem in Domino ſperavi : 8. exſultabo, & lætabor in miſericordia tua.
Quia reſpexiſti humilitatem meam, ſalvam feciſti de neceſſitatibus animam meam.	*Quia vidiſti afflictionem meam, cognoviſti tribulationes animæ meæ :*	Quoniam reſpexiſti humilitatem meam, ſalvaſti de neceſſitatibus animam meam.
9. Nec concluſiſti me in manibus inimici : ſtatuiſti in ſpatioſo loco pedes meos.	*Et non concluſiſti me in manu inimici, ſtatuiſti in latitudine pedes meos.*	9. Nec concluſiſti me in manibus inimici : ſtatuiſti in loco ſpatioſo pedes meos.
10. Miſerere mihi Domine	*Miſerere mei Domine, quoniam*	10. Miſerere mei Domine quo-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic in Pſalt. Rom. Corb. Moz. & Coislin. deleta voce *ipſi*. Sic etiam apud Caſſiod. in hunc Pſ. Apud Aug. verò in eund. col. 142. g. 145. f. ita : *In finem ; Pſ. ipſi David, exſtaſis.* In Gr. hod. Εἰς τὸ τέλος, Ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ, ἐκστάσεως· vox autem iſta, ἐκστάσεως, in aliquibus tantùm exemplaribus invenitur, teſte Theodoreto. Vide Nobilii Notas hac de re.

℣. 2. Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. & Mediol. *in tua juſtitia libera me*, & *eripe me*. In Coislin. & *in tua juſtitia lib. me*, & *eripe me*. In Corb. *in tua juſtitia eripe me*. Ap. Aug. in eund. Pſ. col. 143. b. *in juſtitia tua erue me*, & *exime me* : & inf. col. 148. f. & *in tua juſtitia erue me*, &c. In Gr..... μὴ καταισχυνθείην εἰς τὸν αἰῶνα· ἐν τῇ δικαιοσύνῃ Cυ ῥῦσαί με, καὶ ἐξελοῦ με.

℣. 3. Pſalt. Coislin. & *adcelera ut eripias me*, &c. Rom. *accelera ut eripias me* ; paulòque poſt, & *in locum refugii, ut ſalvum me*, &c. In Moz. *accelera ut eripias me*.... & *in locum munitum, ut*, &c. Ad Introit. miſſæ Quinquag. & *in locum refugii, ut*, &c. Ap. Ambr. l. 3. de fide, to. 2. col. 504. b. & *in domum refugii*, &c. Apud Aug. in hunc Pſ. *accelera ut eximas me*..... & *in domum refugii, ut*, &c. Caſſiod. cum Pſalt. Corb. *accelera ut eripias me*... & *in domum refugii, ut*, &c. Gr. τάχυνον τοῦ ἐξελέσθαι με... καὶ εἰς οἶκον καταφυγῆς, &c.

℣. 4. Ita Auguſt. in hunc Pſ. cum Pſalt. Corb. In Rom. ſic : *Quoniam firmamentum meum*, & *refugium*..... *dux mihi eris*, & *enutries me*. Similiter in Coislin. Moz. & ad Introit. miſſæ Quinquageſ. ſicut apud Caſſiod. in eund. Pſ. Item in Carnut. *dux mihi eris* ; & in Mediolan. *educabis me*. In Gr. Ὅτι κραταίωμά μου (Mſ. Alex. κραταίωσίς μου,) καὶ καταφυγή... ὁδηγήσεις με, καὶ διαθρέψεις με. Symm. καὶ τιμελήσεις με.

℣. 5. Brev. Moz. hab. *de laqueo iſto* ; cæt. ut ſupra. Pſalt. Corb. cum Rom. *Et educes me de laqueo iſto, quem occultaverunt mihi : quoniam tu es protector meus Domine*. Similiter in Coislin. & apud Caſſiod. in hunc Pſ. dempto uno &, ante *educes*, quod etiam abeſt à Pſalt. Corb. Auguſt. in eund. Pſ. col. 143. d. & 152. a. ita leg. *Educes me de muſcipula iſta, quam occultaverunt mihi*, &c. abſque ult. voce *Domine* ; de qua Hieronymus epiſt. ad Sun. & Fretel. to. 2. col. 635. a. ita ſcribit : *Rurſum in hoc loco nomen* Domini *additum eſt* : & *no eadem ſemper inculcem, obſervare debetis nomen* Domini & Dei *ſapiſſimè additum* ; & *id vos debere ſequi, quod de Hebraïco*, & *de LXX. Interpretibus emendavimus*. In edit. Rom. Ἐξάξεις με ἐκ παγίδος ταύτης, ἧς ἔκρυψάν μοι· ὅτι σὺ..... μου Κύριε· at in Scholio ita legitur : Τὸ Κύριε, ὔτε παρὰ τοῖς Ο. ὔτε παρὰ τοῖς ἄλλοις ἔκειτο· i. e. *Illud* Κύριε, *neque apud LXX. neque apud alios ponitur*. In multis tamen exemplaribus Græcis eſt Κύριε, teſte Nobilio.

℣. 6. Ambroſ. epiſt. 46. to. 2. col. 987. b. *In manus tuas commendo ſpiritum meum*, &c. ut in Vulg. Similiter in Pſalt. Rom. ſicut apud Auguſt. & Caſſiod. necnon Vigil. Tapſ. l. contra Varimad. p. 751. b. In Gr. Εἰς χεῖράς Cυ παραθήσομαι τὸ πνεῦμα, &c.

℣. 7. Ita Pſalt. Moz. cum Corb. Rom. verò delet *omnes*, & hab. *vanitates*. Similiter ap. Auguſt. in hunc Pſ. Apud Caſſiod. verò in eund. *Odiſti omnes obſ. vanitatem*..... *in Domino ſperabo*. In Gr. Ἐμίσησας τὰς διαφυλάσσοντας ματαιότητας, διακενῆς. Ἐγὼ δὲ ἐπὶ τῷ..... ἤλπισα.

℣. 8. Ita Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Corb. Coislin. & Moz. ſi unum excipias *exſultabo*. Apud Aug. in eund. Pſ. *exſultabo*, & *jocundabor in tua miſ. Quia*..... *ſalvam feciſti*, &c. In Gr. ἀγαλλιάσομαι, καὶ εὐφρανθήσομαι ἐπὶ τῷ ἐλέει Cυ. Ὅτι ἐπεῖδες..... ἔσωσας, &c.

℣. 9. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Moz. Coisl. Corb. & Rom. Martianæi hab. *in manus inimici* ; Rom. Fabri, *in mann* ; at ſolum Moz. *in ſpatioſo loco*, ut ſupra. Aug. ibid. 143. f. 154. c. *ſtatuiſti in loco ſpatioſo*, &c. at col. 153. g. ter, *poſuiſti in ſpatioſo pedes meos* : tum ibid. & col. 154. d. *ſtatuiſti in ſpatioſo pedes*, &c. Ambr. l. 5. de fide, to. 2. 570. e. & epiſt. 46. col. 987. b. *in loco ſpatioſo*, &c. Gr. Καὶ ἐξήγαγές με εἰς χεῖρας..... ἔσωσας ὡς εὐρυχώρου, &c.

℣. 10. Sic eſt in Pſalt. Rom. ad verbum. Item in Corb. & Moz. *Miſerere mihi* ; paulò verò poſt, *conturbatus eſt*

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
nam tribulor : conturbatus eſt in ira oculus meus, anima mea, & venter meus:	*tribulor : caligavit in furore oculus meus, anima mea, & venter meus:*	quoniam tribulor : conturbatus eſt in ira oculus meus, anima mea, & venter meus : *Ex Mſ. Sangerm.*
11. Quoniam defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus.	*Quia conſumpta ſunt in mœrore vita mea, & anni mei in gemitu.*	11. Quoniam defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus.
Infirmata eſt in paupertate virtus mea : & oſſa mea conturbata ſunt.	*Infirmata eſt in iniquitate mea fortitudo mea, & oſſa mea contabuerunt.*	Infirmatus eſt in paupertate vigor meus : & oſſa mea conturbata ſunt.
12. Super omnes inimicos meos factus ſum opprobrium & vicinis meis valde, & timor notis meis.	*Apud omnes hoſtes meos factus ſum opprobrium & vicinis meis nimis, & timor notis meis :*	12. Super omnes inimicos meos factus ſum obprobrium & vicinis meis vehementer, & timor notis.
Qui videbant me, foras fugerunt à me: 13. oblivioni datus ſum, tanquam mortuus à corde.	*Qui videbant me in plateis, fugiebant à me : oblivioni traditus ſum, quaſi mortuus à corde.*	Qui viderunt me, foris fugerunt à me: 13. excidi, tanquam mortuus à corde.
Factus ſum tanquam vas perditum : 14. quoniam audivi vituperationem multorum commorantium in circuitu.	*Factus ſum ſicut vas perditum : audivi enim opprobrium multorum, congregationem in circuitu,*	Factus ſum ſicut vas perditum : 14. quia audivi vituperationem multorum circumhabitantium :
In eo dum convenirent ſimul adversùm me, accipere animam meam conſiliati ſunt.	*Cùm inirent conſilium adversùm me : & ut auferrent animam meam cogitaverunt.*	Dum congregantur omnes ſimul adversùm me, ut acciperent à me animam meam conſiliati ſunt.
15. Ego autem in te ſperavi Domine : dixi : Deus meus es tu : 16. in manibus tuis ſortes meæ.	*Ego autem in te ſperavi Domine : dixi : Deus meus es tu : in manu tua tempora mea.*	15. Ego autem in te ſperavi Domine : dixi : Tu es Deus meus : 16. in manibus tuis tempora mea, libera me.
Eripe me de manu inimicorum meorum, & à perſequentibus me.	*Libera me de manu inimicorum meorum, & perſequentium me.*	Eripe me de manibus inimicorum meorum, & à perſequentibus me.
17. Illuſtra faciem tuam ſuper ſervum tuum, ſalvum me fac in miſericordia tua : 18. Domine non confundar, quoniam invocavi te.	*Illumina faciem tuam ſuper ſervum tuum, ſalva me in miſericordia tua : Domine non confundar, quia invocavi te.*	17. Inlumina faciem tuam ſuper ſervum tuum, ſalvum me fac in tua miſericordia : 18. Domine non confundar, quoniam invocavi te.
Erubeſcant impii, & deducantur in infernum : 19. muta fiant labia doloſa.	*Confundantur impii, taceant in inferno : muta fiant labia mendacii :*	Erubeſcant inimici mei, & deducantur in infernum : 19. muta efficiantur labia iniqua.
Quæ loquuntur adversùs juſtum	*Quæ loquuntur contra juſtum*	Quæ loquuntur adversùs

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

præ ira. Apud Auguſt. in hunc Pſ. col. 143. f. 154. a. f. 155. d. *Miſerere mei..... conturbatus eſt in ira ;* at col. 156. b. *turbatus eſt præ ira.* S. Paulinus epiſt. 15. p. 88. a. *defecit anima mea, & venter meus.* Caſſiodorus Vulgatæ ſuffragatur. Græc. Ἐλέησόν με..... ἐταράχθη ἐν θυμῷ, &c. ut in textu Lat.

℣. 11. Ita Brev. Moz. hab. cum Pſalt. Coislin. Auguſt. verò in hunc Pſ. col. 144. a. & 156. f. *Infirmatus eſt in egeſtate vigor meus*, &c. Caſſiodor. Vulgatæ favet cum Pſalt. Rom. Græcè, Ἡ δύναμίς μου ἐν πτωχείᾳ ἠσθένησε μου, &c.

℣. 12. Pſalt. Mediolan. *Præ omnibus inimicis meis factus ſum oppreb.* &c. Ambroſ. l. 5. de fide, to. 2. col. 570. e. *Super omnes inimicos meos*, &c. Sic etiam in Pſalt. Coislin. Corb. & Moz. ſubinde in his tribus, & *vicinis meis nimium ;* paulòque poſt : *Qui videbant me, foris fugiebant à me.* Similiter in Rom. dempto uno &, ante *vicinis :* in Rom. tamen Martianæi legitur *foras*, non *foris ;* at ubique ponitur *notis meis.* In Corb. *fugierunt à me.* Apud Auguſt. in hunc Pſ. col. 144. b. c. *Super omnes inimicos meos:..... & vicinis meis nimium, & timor notis meis. Qui videbant me, foras fugiebant à me :* at infra col. 158. 159. d. *foras fugerunt à me.* Caſſiod. in eundem Pſ. *foras fugiebant ;* cæt. ut apud Aug. In Gr. Παρὰ πάντας τοὺς ἐχθρούς μου..... καὶ τοῖς γείτοσί μου σφόδρα..... γνωστοῖς μου. Οἱ θεωροῦντές με, ἔξω ἔφυγον ἀπ' ἐμοῦ.

℣. 13. Ita Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Corb. Similiter in Rom. Coislin. & Moz. poſito uno &, ante *factus ſum*, quod tamen abeſt à Gr. Item in Pſalt. Carnut. *excidi ;* in Mediolan. *exivi.* Apud Auguſt. in eund. Pſ. col. 144. c. & 159. e. *Oblitus ſum tanquam..... factus ſum tanquam*, &c. In Gr. Ἐπελήσθην ὡσεί, &c.

℣. 14. Ita Pſalt. Corb. habet, dempto uno *à me*, poſt *acciperent.* Caſſiod. verò cum Pſalt. Rom. *Quoniam audivi..... circumbabitantium : in eo dum congregarentur omnes ſimul..... ut acciperent animam*, &c. Brev. Moz. *Quoniam audivi vituperationes..... circumbabitantium : in eo dum congregarentur ſimul in unum adversùm me, ut acciperent animam*, &c. Pſalt. Coislin. *vituperationem multor. circumbabitantium : dum congregarentur omnes ſimul.....* concon*ſiliati ſunt.* Apud Auguſt. in eund. Pſ. col. 144. d. & 159. f. g. *Quoniam audivi vituperationem multorum accolentium in circuitu : dum congregarentur ipſi ſimul adversùm me, ut acciperent animam meam conſil.* &c. In Gr. Ὅτι ἤκουσα ψόγον πολλῶν παροικούντων κυκλόθεν· ἐν τῷ συναχθῆναι αὐτοὺς ἅμα ἐπ' ἐμὲ, τοῦ λαβεῖν τὴν, &c.

℣. 15. Itidem in Pſalt. Corb. ut & ap. Auguſt. in Pſ. col. 144. e. 160. d. necnon ap. Caſſiod. Similiter in Pſalt. Rom. & Moz. niſi excipias unum *verò*, pro *autem.* In Coislin. *Ego autem in te Domine ſperavi*, &c. Sic etiam ap. Auguſt. poſt locum ſup. cit. at infra, *dixi Domine : Deus meus es tu.* In Gr. Ἐγὼ δὲ ἐπὶ Σοὶ ἤλπισα Κύριε (Alex. Ald. & Compl. Κύριε ἠλπίσα) εἶπα· Σὺ εἶ ὁ, &c.

℣. 16. Sic apud Caſſiod. eſt, & in Pſalt. Coislin. Corb. ac Rom. addito uno &, poſt *libera me.* In Mozar. deeſt *libera me ;* cæt. verò ut in textu. Apud Aug. in Pſ. col. 144. e. 160. e. 162. b. *In manibus tuis ſortes meæ. Erue me de manibus*, &c. In Pſalt. Carnut. *tempora mea*, non *ſortes.* Græc. verò hab. Ἐν ταῖς χερσί Σου οἱ κλῆροί μου. Ῥῦσαί με ἐκ χειρὸς ἐχθρῶν μου, καὶ ἐκ τῶν, &c. In Pſalt. Arab. Æthiop. & Apollinar. ſimiliter κλῆροι, *ſortes :* Interpr. quidam legunt οἱ καιροί μου ; Theodoretus, καιρὸς, vel κλῆρος, vocat ipſas rerum mutationes, divitias & paupertatem, bellum & pacem, &c. hujusmodi.

℣. 17. Ita Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Corb. Similiter in Rom. Coislin. & Moz. poſito &, ante *ſalvum.* Ap. Ambroſ. l. 5. de fide, to. 2. col. 570. e. & epiſt. 46. col. 987. b. necnon ap. Aug. in eund. Pſ. *Illuſtra faciem tuam*, &c. ut in textu. In Gr. Ἐπίφανον..... Σῶσόν με ἐν τῷ ἐλέει Σου.

℣. 18. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. Vulgatæ ſuffragantur cum vet. Pſalt. & Græco.

℣. 19. Sic in Pſalt. Corb. Moz. & Coislin. At in Rom. *muta efficiantur labia doloſa : quæ loq. adv. juſtum iniquitatem, in ſup. & contemptu.* Succinunt Auguſt. & Caſſiod.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. juſtum ſcelus, in ſuperbia, & contemptu.	*vetera, in ſuperbia & deſpectione.*	iniquitatem, in ſuperbia, & in abuſione.
20. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ, quam abſcondiſti timentibus te! Perfeciſti ſperantibus in te, in conſpectu filiorum hominum.	*Quàm multa eſt bonitas tua, quam abſcondiſti timentibus te! Operatus es ſperantibus in te, in conſpectu filiorum hominum.*	20. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te! Perfeciſti eis, qui ſperant in te, in conſpectu filiorum hominum.
21. Abſconde eos in abſcondito vultus tui à conturbatione hominum. Proteges eos in tabernaculo tuo à contradictione linguarum.	*Abſcondes eos in protectione vultus tui à duritia viri: Abſcondes eos in umbra à contradictione linguarum.*	21. Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ à conturbatione hominum. Proteges eos in tabernaculo tuo à contradictione linguarum.
22. Benedictus Dominus: quoniam mirificavit miſericordiam ſuam in civitatem circumſtantiæ.	*Benedictus Dominus, qui mirabilem fecit miſericordiam ſuam mihi in civitate munita.*	22. Benedictus Dominus: quoniam mirificavit miſericordiam ſuam mihi in civitate munita.
23. Ego dixi in pavore meo: Projectus ſum à vultu oculorum tuorum. Ideo exaudiſti Domine vocem orationis meæ, dum clamarem ad te.	*Ego autem dixi in ſtupore meo: Projectus ſum de conſpectu oculorum tuorum: Ergone audiſti vocem deprecationis meæ, cùm clamarem ad te?*	23. Ego autem dixi in exceſſu mentis meæ: Projectus ſum à facie oculorum tuorum. Ideo exaudiſti vocem orationis meæ, dum clamarem ad te.
24. Diligite Dominum omnes ſancti ejus: quoniam veritatem requirit Dominus, & retribuet his qui abundanter faciunt ſuperbias.	*Diligite Dominum omnes ſancti ejus: fideles ſervat Dominus, & tribuit his qui ſatis operantur ſuperbiam.*	24. Diligite Dominum omnes ſancti ejus: quoniam veritatem requiret Dominus, & retribuet abundanter facientibus ſuperbiam.
25. Viriliter agite, & confortetur cor veſtrum, omnes qui ſperatis in Domino.	*Confortamini, & roboretur cor veſtrum, omnes qui exſpectatis Dominum.*	25. Viriliter agite, & confortetur cor veſtrum, omnes qui ſperatis in Domino.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

in hunc Pſ. Pſalt. quoque Mediolan. & Carnut. hab. & *contemptu.* Græc. ἄλαλα γενηθήτω τὰ χείλη τὰ δόλια· τὰ λαλοῦντα..... ἀνομίαν, ἐν ὑπερηφανίᾳ, καὶ ἐξουδενώσει.

℣. 20. Ita Pſalt. Coislin. cum Moz. niſi quòd utrumque hab. *dulcedinis tuæ Domine..... Et perfeciſti ſperantib.* &c. Rom. quoque addit τὸ *Domine*, paulò verò poſt, *Et perfeciſti eam ſperantib.* &c. Itidem Caſſiod. in Pſ. 16. p. 57. c. at in Pſ. 30. tollit *eam.* Sic etiam ap. Auguſt. in eund. Pſ. col. 145. a. & in Pſalt. Corb. Aug. verò inf. col. 165. b. c. leg. *Quàm multa multitudo*, & inf. *Perfeciſti autem ſperantibus*, &c. Hieron. in Iſai. 66. to. 3. col. 514. f. ita: *Quàm grandis multitudo bonitatis tuæ Domine, quam abſcond. timentibus te!* & l. 2. in epiſt. ad Epheſ. to. 4. col. 352. a. *Quàm infinita multitudo bonitatis tuæ, quam abſc.* &c. Gr. Ὡς πολὺ τὸ πλῆθος τῆς χρηστότητός σου Κύριε... Ἐξειργάσω τοῖς ἐλπίζουσι, &c. Apud Symmach. Τί πολὺ τὸ ἀγαθόν σου, &c.

℣. 21. Auguſt. in hunc Pſ. & l. 2. de ſerm. Dom. in monte, to. 3. p. 2. col. 215. c. cum Caſſiod. & Pſalt. Rom. Fabri: *Abſcondes eos in abſcondite vultus tui*, &c. ut ſupra. Rom. Martianæi, *in abdito vultus tui.* Moz. *Abſcondes eos in abditum vultus tui.* Coislinian. *Abſcondis eos in abdito vultus tui*, &c. Corb. *Abſcondes eos in abditu vultus tui.* Græc. Καλαχρύψεις αὐτοὺς ἐν ἀποκρύφῳ τοῦ προσώπου σου, &c.

℣. 22. Ita Brev. Moz. cum Pſalt. Coislin. Similiter in Rom. Corb. Mediolan. & Carnut. ſicut apud Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. niſi quòd habent conſtanter, *in civitate.* Gr. τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐν πόλει περιοχῆς.

℣. 23. Sic. in Pſalt. Coislin. eſt, addito uno *autem*, poſt *ego.* Similiter in Brev. Moz. exceptis his, *exaudiſti vocem deprecationis meæ, dum orarem ad te.* Pſalt. Rom. hab. initio, *Ego autem*; deinde ut in textu, præter iſta, *exaudiſti vocem deprec. meæ.* Apud Caſſiod. in hunc Pſ. *exaudiſti vocem orationis meæ*; cæt. ut in Rom. Apud Aug. in Pſ. col. 145. d. & 167. b. c. *Ego dixi in extaſi mea: Projectus ſum à facie*, &c. ut in textu; excipiendum tamen *cùm*, pro *dum.* In Pſalt. Corb. *Ego autem dixi in pavore meo: Projectus ſum à conſpectu oculorum tuorum. Ideo exaudiſti Domine vocem orationis meæ, dum*, &c. Similiter in Pſalt. Mediol. & Carnut. *in pavore meo.* In Gr. Ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ ἐκστάσει μου· Ἀπέῤῥιμμαι ἀπὸ προσώπου..... Διὰ τοῦτο εἰσήκουσας Κύριε τῆς φωνῆς τῆς δεήσεώς μου, ἐν τῷ κεκραγέναι με πρός σε. Ad hoc autem, *in exceſſu mentis meæ*, Hieronym. epiſt. ad Sun. & Fretel. to. 2. col. 635. a. ſcribit: *In Latinis codicibus legebatur* in pavore meo: *& nos juxta Græcum tranſtulimus* ἐν τῇ ἐκστάσει μου, *id eſt*, in exceſſu mentis meæ: *aliter enim Latinus ſermo* ἔκστασιν *exprimere non poteſt, niſi mentis exceſſum.*

℣. 24. Sic apud Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. necnon in Pſalt. Rom. Coislin. Mediol. Carnut. & Mozarab. exceptis his duobus, *requiret*, & *ſuperbiam.* Coislin. tamen hab. *retribuit*, & *ſuperbias.* Lucif. Calar. l. 1. pro S. Athan. p. 191. e. ſic: *Veritatem requirit Dominus, & retribuet facientibus abundanter ſuperbiam.* Gr..... ὅτι ἀλήθειαν ἐκζητεῖ Κύριος, καὶ ἀνταποδίδωσι τοῖς περισσῶς ποιοῦσιν ὑπερηφανίαν.

℣. 25. Itidem ap. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. & in vet. Pſalt. In Gr. Ἀνδρίζεσθε..... πάντες οἱ ἐλπίζοντες ἐπὶ Κύριον. Auguſt. quoque epiſt. 153. to. 2. 526. g. legit cum Pſalt. Corb. *qui ſperatis in Dominum.*

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. * Intellectus ipſi David. XXXI.	*David erudito. XXXII.*	Ipſi David intellectus. XXXI.
1. BEati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates: & quo-	*BEatus, cui dimiſſa eſt iniquitas, abſconditum eſt pecca-*	1. BEati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates: & quorum tecta *Rom. 4.* 7.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Pſalt. Rom. Fabri, *Intellectus David.* Rom. Martianæi, ut in Vulg. Coislinian. cum Gallic. *Huic David intellectus.* Corb. *Huic in finem Pſalmus David.* Auguſt. in hunc Pſ. *Ipſi David intelligentia.* Caſſiod. in eund. *David intellectus.* Gr. Συνέσεως τῷ Δαυίδ. Mſ. Alex. Ψαλμὸς τῷ Δαυίδ. Ald. & Compl. Ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ Συνέσεως.

℣. 1. Concinit Ambroſ. l. de eleem. & jejun. c. 4. to. 1. col. 538. f. item 274. f. 430. e. 692. b. 851. e. 906.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
ſunt peccata.	*tum.*	rum tecta ſunt peccata. *Ex Mſ. Sangerm.*
2. Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum, nec eſt in ſpiritu ejus dolus.	*Beatus homo, cui non imputabit Dominus iniquitatem, nec eſt in ſpiritu ejus dolus.*	2. Beatus vir, cui non imputavit Dominus peccatum, nec eſt in ore ejus dolus.
3. Quoniam tacui, inveteraverunt oſſa mea, dum clamarem tota die.	*Quia tacui, attrita ſunt oſſa mea: in rugitu meo tota die.*	3. Quoniam tacui, inveteraverunt omnia oſſa mea, dum clamarem tota die.
4. Quoniam die ac nocte gravata eſt ſuper me manus tua: converſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina.	*Die enim & nocte gravatur ſuper me manus tua: verſatus ſum in miſeria mea, cùm exardeſceret meſſis.* JUGITER.	4. Quoniam die ac nocte gravata eſt ſuper me manus tua: converſus ſum in ærumna, dum confringitur ſpina. DIAPSALMA.
5. Delictum meum cognitum tibi feci: & injuſtitiam meam non abſcondi.	*Peccatum meum notum facio tibi, & iniquitatem meam non abſcondi.*	5. Delictum meum tibi cognitum feci: & injuſtitiam meam non abſcondi.
Iſa. 65. 24. Dixi: Confitebor adversùm me injuſtitiam meam Domino: & tu remiſiſti impietatem peccati mei.	*Dixi: Confitebor ſcelera mea Domino: & tu dimiſiſti iniquitatem peccati mei.* SEMPER.	Dixi: Eloquar adversùm me injuſtitiam meam Domino: & tu remiſiſti iniquitatem cordis mei. DIAPSALMA.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

a. 1176. f. & to. 2. col. 424. d. 1068. a. at l. 3. de fide, col. 500. c. legit: *Beati, quibus remiſſa ſunt iniq.* Ambroſiaſt. col. 48. e. & Victor Tun. apud Ambr. col. 594. e. *Beati, quorum*, &c. ut ſup. Similiter Iren. l. 5. c. 17. p. 314. c. Hilar. in Pſ. 129. col. 440. c. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Gaud. Brix. ſer. 2. p. 946. e. & Pſalt. Rom. Tertul. verò cont. Gnoſt. p. 828. a. ita: *Beati, quorum dimiſſa ſunt delicta: & quorum operta ſunt iniquitates.* S. Pacianus ſer. de Bapt. p. 319. d. *Felices ſunt, quorum remiſſa ſunt facinora: & quorum tecta ſunt peccata.* Græc. Μακάριοι, ὧν ἀφέθησαν αἱ ἀνομίαι· καὶ ὧν ἐπεκαλύφθησαν αἱ ἁμαρτίαι.

℣. 2. Ita Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Corb. Mediolan. Carnut. & Moz. in Carnut. tamen & Coislin. *imputabit.* Tertul. adv. Gnoſt. p. 828. a. *Beatus vir, cui non reputaverit Deus delictum.* Iren. l. 5. c. 17. p. 314. c. & Ambr. l. 2. de pœnit. to. 2. col. 424. d. *cui non imputavit Dom. peccatum.* Gr. ᾧ οὐ μὴ λογίσηται Κύριος ἁμαρτίαν. Hilarius in hunc Pſ. è ſchedis Marten. add. *neque inventus fuerit in ore ejus dolus.* Gr. οὐδὲ ἔστιν ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ δόλος. Scholion, Ἄλλως, ἐν τῷ πνεύματι αὐτοῦ. Unde Hieron. epiſt. ad Sun. & Fretel. to. 2. col. 635. b. ſcribit, *nec eſt in ſpiritu ejus dolus*; tum addit: *Pro quo in Græco vos legiſſe dicitis, ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ δόλος, id eſt*, in ore ejus dolus, *quod ſolus Symmachus poſuit: aliequin & LXX. Interpretes, & Theodotie, & Quinta, & Sexta editio, & Aquila, & ipſum Hebraïcum* in ſpiritu ejus *habet, quod Hebraïcè dicitur* brucho; *ſin autem eſſet* in ore ejus, *ſcriberetur* baffio.

℣. 3. Sic in Pſalt. Rom. & Corb. & ap. Caſſiod. In Coislin. *omnia oſſa mea, in eo dum clamarem*, &c. Apud Hilar. in hunc Pſ. è ſchedis Marten. *omnia oſſa mea, cùm clamaſſem tota die.* Apud Auguſt. in eund. Pſ. *inveteraverunt oſſa mea, à clamando me tota die.* In Gr..... ἐπαλαιώθη τὰ ὀστᾶ μου, ἀπὸ τοῦ κράζειν με ὅλην τὴν ἡμέραν.

℣. 4. Pſalt. Rom. Martian. hab. *in ærumna, dum configitur ſpina.* Rom. Fabri, *in ærumnam, dum confringitur ſpina.* Mediolan. & Carnut. ſimiliter *in ærumna*, abſque ſeq. *mea*: deinde in Coislin. *dum configitur mihi ſpina.* Itidem in Corb. abſque *mea*, poſt *ærumna.* In Mozarab. *dum confringeretur ſpina*, omiſſâ pariter præced. voce *mea.* Apud Hilar. in hunc Pſ. è ſchedis Marten. ſic habetur: *Cùm clamaſſem tota die ac nocte, gravata eſt in me manus tua: converſus ſum in miſeriam, dum infixa eſt mihi ſpina:* at in Pſ. 57. col. 125. c. ita: *in ærumnam incidi, dum configitur ſpina*, al. *confringitur.* Apud Hieron. in Iſai. 29. to. 3. col. 246. e. *verſatus ſum in infirmitate, dum configitur mihi ſpina:* & in Iſai. 66. col. 514. b. necnon l. 2. cont. Pelag. to. 4. p. 2. col. 528. d. *verſatus ſum in miſeria, dum infigitur mihi ſpina:* at in Ezech. 3. col. 717. d. *converſus ſum in ærumna mea, dum mihi infigitur ſpina.* In Gr. ἐστράφην εἰς ταλαιπωρίαν, ἐν τῷ ἐμπαγῆναι ἄκανθαν. Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. μοὶ ἄκανθαν; Pſalt. quoque Mediolan. hab. *mihi ſpina.* Hieron. epiſt. ad Sun. & Fret. to. 2. col. 635. c. ad hoc, *in ærumna mea*, ait: *In Græco* mea *non eſſe ſuggeritis; quod ex Hebraïco, & de translatione Theodotionis ſub aſteriſco additum eſt.* Ap. Auguſt. in eund. Pſ. col. 169. d. legitur quidem, *converſus ſum in ærumna mea, dum configeretur ſpina:* ſed ibid. Mſs. plerique tollunt vocem *mea*, conſtanterque ferunt *in ærumnam*; infra tamen, col. 179. d. legitur *in ærumna mea*; ſicut etiam quæſt. in Exod. to. 3. col. 469. c. Apud Caſſiod. in hunc Pſ. deeſt vox *mea*, ſubnectiturque, *dum confringitur mihi ſpina.* Ad ſeq. *Diapſalma* quod attinet, hîc pariter habetur in Pſalt. Corb. & Rom. Martianæi. Item ap. Auguſt. in hunc Pſ. ſicut in Gr. Vatic. Abeſt autem ab editt. Ald. & Compl. ut & à Pſalt. Rom. Fabri.

℣. 5. Pſalt. Rom. *Delictum meum cognitum tibi feci: & injuſtitias meas non operui. Dixi: Pronunciabo adversùs me injuſtitias meas Domino: & tu remiſiſti impietatem cordis mei.* Similiter in Pſalt. Moz. præter duo; *peccatum*, pro *delictum*, & *impietates*, loco *impietatem.* In Coislin. *Delictum meum ego agnoſco: & injuſtitias meas non operui. Dixi: Pronunciabo adversùm me injuſtitias meas Domino: & tu remiſiſti impietatem peccatis meis.* In Corb. *Delictum meum ego cognoſco: & injuſtitiam meam non operui. Dixi: Pronunciabo adversùm me injuſt. meam Domino: & tu remiſiſti impietatem cordis mei.* Carnut. etiam hab. *ego cognoſco*; extremòque *impietatem cordis mei*, unà cum Mediolan. Hilarius in Pſ. 129. col. 440. c. *Iniquitatem meam ego agnovi: & peccatum meum non abſcondi:* & in Pſ. 118. col. 266. c. *Pronunciabo adversùm me injuſtitias meas Domino.* Idem in Pſ. 31. è ſchedis Marten. *Peccatum meum cognitum mihi fac, quia iniquitas ignota eſſe minimè poteſt;* ſubinde: *Ego renuntiabo adversùm me iniquitatem meam, Domine:* & infra: *Dixi: Pronunciabo adversùm me iniquit. meam Domino: & tu remiſiſti impietatem cordis mei.* Ambroſ. l. de apol. Dav. to. 1. col. 688. a. *Delictum meum agnoſco: & injuſtitiam meam non operui. Dixi: Pronunciabo adversùm me injuſtitiam meam Domino: & tu dimiſiſti impietatem cordis mei:* item epiſt. 37. to. 2. col. 941. b. *Dixi: Pronunciabo*, &c. ut ſup. ſi unum excipias *remiſiſti:* at in Pſ. 118. to. 1. col. 1012. d. ſic: *Annuntiabo adversùm me iniquitatem meam Domino:* & l. 1. de Jacob, c. 6. col. 451. e. alludens dicit: *Cæpi delictum meum cognoſcere, & injuſtitiam meam non operire. Cæpi pronunciare adversùs me injuſtitiam meam Domino: & tu remiſiſti impietates cordis mei.* Vict. Tun. apud Ambroſ. col. 593. f. 594. a. rurſuſque 594. e. & 595. a. *Peccatum meum ego ſcivi: & iniquitatem meam non cooperui. Dixi: Confitebor adversùm me injuſtitiam meam Domino: & tu remiſiſti iniquitatem peccati mei:* at inf. 595. e. *Dixi: Confiteber..... iniquitatem meam Domino: & tu remiſiſti impietatem peccati mei.* Hieronymus in Iſai. 64. to. 3. col. 475. f. *Peccatum meum notum feci tibi: & iniquitatem meam non operui. Dixi: Pronunciabo adversùm me iniquitatem meam Domino: & tu dimiſiſti impietatem cordis mei.* Gelaſ. I. Conc. to. 4. p. 1241. e. *Dixi: Pronunciabo adversùm me injuſtitiam meam Domino: & tu remiſ. impietatem peccati cordis mei.* Auguſt. in Pſ. col. 169. d. 179. f. *Peccatum meum cognovi: & injuſtitiam non operui. Dixi: Pronunciabo adversùm me injuſtitiam* (inf. *iniquitatem*) *meam Domino: & tu remiſiſti* (inf. *dimiſiſti*) *impietatem cordis mei:* at quæſt. 154. in Exod. to. 3. col. 469. d. *Peccatum meum cognovi: & ſacinus meum non operui. Dixi: Pronunciabo adversùm me delictum meum Domine: & tu remiſiſti impiet. cordis mei.* S. Pacian. epiſt. 1. p. 306. f. *Peccatum meum ego agnoſco: & facinus meum non texi. Dixi: Confitebor adversùm me delictum meum Deo meo: & tu remiſiſti impietatem cordis.* Ruricius epiſt. 14. p. 569. a. *Delictum meum ego cognoſco: & injuſtitias meas non operui. Dixi: Pronunciabo adversùs me injuſtitias meas Domino: & tu remiſiſti impietatem cordis mei.* Caſſiod. in hunc Pſ. *Delictum meum cognitum tibi feci: & injuſt.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 6. Pro hac oravit ad te omnis ſanctus, in tempore opportuno.	*Pro hac orat omnis ſanctus ad te: ad tempus inveniens,*	6. Pro hac orabit ad te omnis ſanctus, in tempore opportuno.
Veruntamen in diluvium multarum aquarum, ad eum non proximabunt.	*Ut cùm inundaverint aquæ multæ, ad illum non accedant.*	Veruntamen in diluvio aquarum multarum, ad eum non approximabunt.
7. Tu mihi es refugium à tribulatione, quæ circumdedit me: exſultatio mea redimet me à circumdantibus me. DIAPSALMA.	*Tu protectio mea, ab hoſte cuſtodies me, laus mea ſalvans: circumdabis me.* SEMPER.	7. Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circumdedit me: exſultatio mea erue me à circumdantibus me.
8. Intellectum dabo tibi, & inſtruam te in via hac, in quam ingredieris: firmabo ſuper te oculos meos.	*Erudiam te, & illuminabo tibi viam per quam ambules: cogitabo de te oculo meo.*	8. Intellectum tibi dabo, & inſtruam te in via hac, qua gradieris: firmabo ſuper te oculos meos.
9. Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus.	*Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intelligentia:*	9. Nolite fieri ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus.
In freno & camo maxillas eorum conſtringe, qui non proximant ad te.	*In camo & freno maxillas ejus conſtringis, ut non appropinquet ad te.*	In camo & freno maxillas eorum conſtringe, qui non approximant ad te.
10. Multa flagella peccatorum, operantes autem in Domino miſericordia circumdabit.	*Multi dolores impii: confidentem autem in Domino miſericordia circumdabit.*	10. Multa flagella peccatoris, ſperantem autem in Domino miſericordia circumdabit.
11. Lætamini in Domino & exſultate juſti, & gloriamini omnes recti corde.	*Lætamini in Domino & exſultate juſti, & laudate omnes recti corde.*	11. Lætamini in Domino & exſultate juſti, & gloriamini omnes recti corde.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

meam non operui. Dixi: Pronunciabo adversùm me injuſtitias meas Domino: & tu remiſiſti impietatem cordis mei. Similiter in reg. S. Ben. c. 7. præter hoc, *injuſtitias meas non operui.* Græc. Τὴν ἁμαρτίαν μου ἐγνώρισα· καὶ τὴν ἀνομίαν μου οὐκ ἐκάλυψα. Εἶπα· Ἐξαγορεύσω κατ' ἐμοῦ τὴν ἀνομίαν μου τῷ Κυρίῳ· καὶ Σὺ ἀφῆκας τὴν ἀσέβειαν τῆς καρδίας μου. Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. Τὴν ἀνομίαν μου ἐγνώρισα· καὶ τὴν ἁμαρτίαν, &c. Subinde Aquila, καὶ Σὺ ἦρας ἀνομίαν ἁμαρτίας μου. Sequens *Diapſalma* non memoratur ab Aug. ſed exſtat in Pſalt. Rom. & Corb. ſicut in ed. Rom. LXX. non verò in edd. Ald. & Compl.

℣. 6. Manifeſta corruptio eſt in Pſalt. Sangerm. ubi ita legitur, *ante omnes ſanctos*, loco *ad te omnis ſanctus*, quod ult. ſubſtituendum duximus è Pſalt. Corb. in quo ſimiliter: *Pro hac oravit ad te omnis ſanctus..... ad illum non proximabunt.* Pſalt. Rom. cum Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſalm. Vulgatæ conſonat, niſi quòd Auguſtinus extremò legit, *ad eum non appropinquabunt.* Brev. Mozarab. vitiosè *ad Deum*, non *ad eum*. Hilarius in eund. Pſ. è ſchedis Marten. *Pro hoc deprecabitur humilis & juſtus ad te in tempore rectè. Verùm in diluvium multarum aquarum ad illum non appropinquabunt.* In Gr..... προσεύξεται πρὸς Σὲ πᾶς ὅσιος, ἐν καιρῷ εὐθέτῳ. Πλὴν ἐν κατακλυσμῷ ὑδάτων πολλῶν, πρὸς αὐτὸν οὐκ ἐγγιοῦσι.

℣. 7. Pſalt. Rom. *Tu es mihi refugium à preſſura..... redime me à circumd.* &c. Coislin. Corb. & Mozarab. *Tu mihi es refug.* &c. ut in Rom. Sic etiam apud Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. Apud Hilar. verò in eund. Pſ. è ſchedis Marten. *Tu es refugium meum à tribulatione circumdanti me: exſultatio mea libera me à*, &c. ut ſup. In Gr. Σύ μου εἶ καταφυγὴ ἀπὸ θλίψεως..... λύτρωσαί με ἀπὸ, &c. *Diapſalma* proximè ſequens ſimiliter habetur apud Aug. ut & in Pſalt. Rom. Corb. ac ed. Rom. LXX. deeſt verò in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. de more.

℣. 8. Pſalt. Rom. Fabri, & Corb. cum Caſſiod. *Intellectum dabo tibi..... in via hac, qua ingredieris*, &c. Rom. Martianæi, *hac, qua gradieris*. Moz. *in via, qua egredieris*. Hilarius ubi ſup. *Intelligam, & conjungar tibi in via hac, qua ambulabis: firmabo in te oculos meos;* infra, *confirmabo in te.* Auguſt. in Pſ. col. 169. g. 183. a. juxta Mſs. codd. *Intellectum dabo tibi, & ſtatuam te in via hac, qua ingredieris: obfirmabo ſuper te*, &c. Hieron. ad Algaſiam quæſt. 8. to. 4. col. 202. f. *Intelligere te faciam, & docebo te in via hac, qua ambulabis: confirmabo ſuper te oculos meos.* Gr. Συνετιῶ Σε, καὶ Συμβιβῶ Σε ἐν ὁδῷ ταύτῃ, ᾗ πορεύσῃ· ἐπισκοπεύσω ἐπὶ Σοί, &c.

℣. 9. Itidem in Pſalt. Corb. & ap. Caſſiod. Sic etiam in Rom. Pſalt. exceptis his duobus, *conſtringes*, & *approximant*. Moz. habet, *in quibus non eſt intellectus*; ſtatimque cum Coislin. *In freno & camo.* Hilarius ubi ſup. *In freno & camo maxillas eorum deduc, qui non approximant ad te.* Apud Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. col. 1090. b. ut in textu Sang. præter ſeqq. *equus aut mulus..... In camo & freno..... qui ad te non appropinquant:* at epiſt. 37. to. 2. col. 940. a. *equus & mulus..... in freno & camo..... qui non appropinquant tibi.* Vide etiam l. 6. Hexa. to. 1. col. 117. c. & to. 2. col. 1212. d. Apud Auguſt. in eund. Pſ. col. 169. g. *Nolite eſſe ſicut equus*, &c. *In freno & camo..... qui non propinquant ad te:* inf. 183. e. *appropinquant.* Hieronym. in Iſai. 14. to. 3. col. 163. d. *Nolite fieri ſicut equus & mulus, in quibus non eſt intelligentia:* ſed in Ezech. 27. col. 884. f. *in quibus non eſt intellectus:* & in Ezech. 8. col. 749. a. add. *In camo & freno..... qui non appropinquant ad te.* Gr. Μὴ γίνεσθε ὡς ἵππος καὶ..... οἷς οὐκ εἰσὶ σύνεσις. Ἐν χαλινῷ καὶ κημῷ..... ἀγξαι τῶν μὴ ἐγγιζόντων πρὸς Σέ.

℣. 10. Vox una *Domino*, prætermittitur in Mſ. Sangerm. addita à nobis eſt ex Aug. & Græco. In Pſalt. Rom. Coislin. Moz. & apud Caſſiod. ſimiliter exſtat cum iſta *peccatorum*, num. plurali; at loco *operantes*, conſtanter legitur *ſperantes*, ut in Vulg. unde ſuſpicor mendum eſſe in Mſ. noſtro, quod facilè irrepere potuit ob vicinitatem utriuſque verbi; *operantes* enim & *ſperantes*, unâ tantùm litterâ differunt inter ſe: lapſu ſimili ſcriptum eſt infra *miſericordiam*, pro *miſericordia*, quod ult. ſubſtituimus. Hilarius quoque in hunc Pſ. è ſchedis Marten. leg. *ſperantem autem in Dominum miſericordia circumdabit.* S. Paulin. ep. 17. p. 97. a. *Multa flagella peccatoris, ſperantes in Dominum miſericordia circumdabit.* Ap. Auguſt. in hunc Pſ. omnia ut in Vulg. nec aliter in Græco, præter unum ἐπὶ Κύριον, *in Dominum.*

℣. 11. Itidem in vet. Pſalt. ut & ap. Auguſt. & Caſſiod. in Pſ. Brev. Moz. hab. *Lætamini Domino*, &c. Hilar. ubi ſup. *Jocundamini in Domino & exſultate juſti, & gaudete omnes recti corde.* Græc. Εὐφράνθητε ἐπὶ Κύριον..... καὶ καυχᾶσθε πάντες, &c.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
Pſalmus David. XXXII.	*XXXIII.*	* In finem, Pſalmus ipſi David. XXXII. *Ex Mſ. Sangerm.*
1. EXſultate juſti in Domino: rectos decet collaudatio.	*LAudate juſti Dominum: rectos decet laudatio.*	1. GAudete juſti in Domino: rectos decet conlaudatio.
2. Confitemini Domino in citharа: in pſalterio decem chordarum pſallite illi.	*Confitemini Domino in citharа: in pſalterio decachordo pſallite ei.*	2. Confitemini Domino in cithara: in pſalterio decem chordarum pſallite ei.
3. Cantate ei canticum novum: bene pſallite ei in vociferatione.	*Cantate ei canticum novum: bene pſallite in jubilo.*	3. Cantate ei canticum novum: benedicite in jubilationem.
4. Quia rectum eſt verbum Domini, & omnia opera ejus in fide.	*Quia rectum eſt verbum Domini, & omne opus ejus in fide.*	4. Quoniam rectus eſt ſermo Domini, & omnia opera ejus in fidem.
5. Diligit miſericordiam & judicium: miſericordiâ Domini plena eſt terra.	*Diligit juſtitiam & judicium: miſericordiâ Domini plena eſt terra.*	5. Diligit miſericordiam & judicium: miſericordiâ Domini plena eſt terra.
6. Verbo Domini cœli firmati ſunt: & ſpiritu oris ejus omnis virtus eorum.	*In verbo Domini cœli facti ſunt, & ſpiritu oris ejus omnis ornatus eorum.*	6. Verbo Domini cœli firmati ſunt: & ſpiritu oris ejus omnis virtus eorum.
7. Congregans ſicut in utre aquas maris: ponens in theſauris abyſſos.	*Congregans quaſi in utre aquas maris: ponens in theſauris abyſſos.*	7. Congregans ſicut in utrem aquas maris: pones in theſauris abyſſos.
8. Timeat Dominum omnis terra: ab eo autem commoveantur omnes inhabitantes orbem.	*Timeat Dominum omnis terra: ipſum formident univerſi habitatores orbis.*	8. Timeat Dominum omnis terra: ab ipſo autem commoveantur univerſa, & omnes qui inhabitant orbem.
Judith 16. 17. 9. Quoniam ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandavit, & creata ſunt.	*Quia ipſe dixit, & factus eſt: ipſo præcipiente, ſtetit.*	9. Quoniam ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandavit, & creata ſunt.
10. Dominus diſſipat conſilia gentium: reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat conſilia principum.	*Dominus ſolvit conſilium gentium: irritas fecit cogitationes populorum.*	10. Dominus diſſipavit conſilia gentium: reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat conſilia principum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Ita fert Pſalt. Rom. Fabri cum Gallic. deleto uno *ipſi*. In Rom. & Gallic. Martianæi ſimpliciter, *Pſalmus David*, ſicut in Coisl. Corb. & ap. Caſſiod. Aug. verò in hunc Pſ. col. 188. a. ait: *Inſcribitur, Ipſi David*; & verò in Gr. ſimpliciter, Τῷ Δαυίδ. In Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. Ψαλμὸς τῷ Δαυίδ.

℣. 1. Sic in Pſalt. Rom. Carnut. Corb. Coisl. Moz. & ap. Caſſiod. Apud Auguſt. verò in eund. Pſ. *Exſultate juſti*, & in fine, *laudatio*. Item in Pſalt. Carnut. Colb. & Gallic. Fabri, *laudatio*. In Gr. αἴνεσις, ap. Aquil. ὑμνεῖς.

℣. 2. Ita Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Aug. autem in eund. Pſ. col. 186. c. leg. *in pſalterio decachordo*; at infra col. 190. c. 193. b. *decem chordarum*. Gr. Δεκαχόρδῳ.

℣. 3. Pſalt. Rom. ſub fin. *bene pſallite ei in jubilatione*. Itidem in Moz. Mediolan. Carnut. & apud Caſſiod. In Pſalt. Coislin. *bene canite ei in jubilatione*. In Corb. *bene canite ei in jubilationem*. Apud Auguſt. in hunc Pſ. *bene cantate ei in jubilatione*. In Gr. καλῶς ψάλατε ἐν ἀλαλαγμῷ· in Ald. & Compl. αὐτῷ ἐν ἀλαλαγμῷ.

℣. 4. Sic in Pſalt. Rom. Coislin. Corb. & Moz. ſi ult. excipias, *in fide*. Similiter apud Ambr. l. 1. de fide, to. 2. col. 459. e. necnon Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. ac in Græco. Nota additum à nobis eſſe nomen *Domini*, quod oſcitantiâ librarii omiſſum eſt in Pſalt. Sangerm. ut & alibi ſæpiùs. Vid. Not. ſup. in Pſ. 11. ℣. 6.

℣. 5. Concordant Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Pſalt. Rom. & Gr. Vat. Apud Lucif. Calar. l. 1. pro S. Athan. p. 191. e. additur *Dominus*, ad verbum *diligit*, ſicut &, poſt *judicium*. In Pſalt. Coislin. ita, & *judicium Dominus*, &c. Item in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. καὶ κρίσιν ὁ Κύριος, &c.

℣. 6. Sic in Pſalt. Rom. eſt, & ap. Ambroſ. l. 1. Hex. to. 1. col. 16. f. item infra col. 251. f. 730. a. 914. d. 1078. b. 1091. d. 1278. f. 1350. b. 1432. d. 1470. c. & to. 2. col. 327. d. 529. d. 610. f. 640. f. 653. a. 682. b. 730. a. Concordant Iren. l. 3. c. 8. p. 183. b. Hilarius l. 12. de Trin. col. 1132. a. Auguſt. ſerm. 1. in hunc Pſ. & Caſſiod. cum Philaſtr. Brix. de hæreſ. p. 708. h. 715. b. e. & Fauſt. Presb. cont. Arian. p. 650. h. Auguſt. tamen ſerm. 3. in eund. Pſ. col. 197. d. ita legit: *Sermone Domini cœli ſolidati ſunt*, &c. & infra: *Verbo Domini cœli ſolidati ſunt*, &c. Tertul. verò l. cont. Hermog. p. 423. a. *Sermone ejus cœli confirmati ſunt: & ſpiritu ipſius univerſa virtutes eorum*: item adv. Marc. p. 852. c. *Sermone cœli confirmati ſunt*: & lib. contra Praxeam p. 846. b. addit: *& ſpiritu ejus omnes vires eorum*: & infra p. 852. c. *Sermone ejus cœli firmati ſunt: & ſpiritu ejus omnes virtutes eorum*. Cyprian. l. 2. Teſtim. p. 285. b. *Sermone Dei cœli ſolidati ſunt*, &c. ut in textu. Lactant. l. 4. Inſtit. c. 8. p. 574. *Verbo Dei cœli ſolidati ſunt: & in ſpiritu oris ejus omnis virtus eorum*; Mſ. 1. & *ſpiritu*. Gr. Τῷ λόγῳ τοῦ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν· καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν.

℣. 7. Pſalt. Carnut. cum Rom. Martianæi ſimiliter habet *in utrem*, Rom. Fabri, *in utre*; utrumque Rom. *ponens*; Coislin. *pones*, prima manu; Mozarab. *ponens in theſauros*. Apud Ambroſ. l. 3. Hexa. to. 1. col. 36. d. ita: *Quomodo tanquam in utrem congregaverit aquas maris*. Aug. quoque & Caſſiod. in hunc Pſ. legunt *in utrem*, at conſtanter *ponens*, non *pones*. In Gr. Συνάγων ὡσεὶ ἀσκὸν..... τιθεὶς ἐν θησαυροῖς, &c. Ap. Symm. ὡς ἐν ἀσκῷ.

℣. 8. Pſalt. Rom. Fabri..... *ab ipſo autem commoveantur univerſi, & qui habitant orbem*. Rom. Martianæi, *univerſi, & omnes qui habit.* &c. Coislinian. cum Caſſiod. *univerſa, & omnes qui habitant*, &c. Corb. & Moz. *ab ipſo autem commoveantur omnes qui habitant* (Moz. *inhabitant*) *orbem*. Mozarabico favet Auguſt. in hunc Pſ. col. 186. f. at infra col. 200. d. e. addit *orbem terræ*. In Gr. ἀπ' αὐτοῦ δὲ ταραχθήτωσαν πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην. Ap. Tichon. reg. 7. p. 64. d. ita: *Timeat à facie Domini omnis terra, quoniam exſurgit de nubibus ſanctis*.

℣. 9. Ita Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. In Mozarab. *Quia ipſe dixit*, &c. ſicut ap. Ambroſ. in Pſ. 36. to. 1. col. 777. b. Iren. verò l. 3. c. 8. p. 183. b. ita legit: *Quoniam ipſe præcepit, & creata ſunt: ipſe dixit, & facta ſunt*. Gr. Ὅτι αὐτὸς εἶπε, καὶ ἐγενήθησαν· αὐτὸς ἐνετείλατο, καὶ ἐκτίσθησαν.

℣. 10. Itidem in Pſalt. Corb. Moz. quoque hab. *Dominus diſſipavit*; at in fine ita, *ſpernit conſilia principum*. Lucif. Calar. l. de non conven. cum hæret. p. 223. a. Vulgatæ ſuffragatur, ſicut etiam Auguſt. & Caſſiod. in

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 11. Conſilium verò Domini manet in æternum : cogitationes cordis ejus in ſæculum & ſæculum.	*Conſilium Domini in æternum ſtabit : cogitationes cordis ejus in generatione & generatione.*	11. Conſilium autem Domini in æternum manet : cogitationes cordis ejus in generatione & generationem.
12. Beata gens, cujus eſt Dominus, Deus eorum ; populum, quem elegit Dominus in hæreditatem ſibi.	*Beata gens, cujus Dominus Deus ejus ; populus, quem elegit in hæreditatem ſibi.*	12. Beata gens, cujus eſt Dominus, Deus ejus : populus, quem elegit in hæreditatem ſibi.
13. De cœlo reſpexit Dominus : & vidit omnes filios hominum.	*De cœlo proſpexit Dominus : vidit omnes filios Adam.*	13. De cœlo reſpexit Dominus : vidit omnes filios hominum.
14. De præparato habitaculo ſuo reſpexit ſuper omnes, qui inhabitant terram.	*De firmiſſima ſede ſua proſpexit ad univerſos habitatores terræ.*	14. De præparato habitaculo ſuo reſpexit ſuper omnes, qui habitant terram.
15. Qui finxit ſingillatim corda eorum : qui intelligit omnia opera eorum.	*Fingens pariter cor eorum : intelligens omnia opera eorum.*	15. Qui finxit ſigillatim corda eorum : qui intelligit omnia opera eorum.
16. Non fit ſalvus rex per multitudinem virtutis ſuæ : non gigans ſalvus erit in multitudinem virtutis ſuæ.	*Non ſalvabitur rex in multitudine exercitûs : nec fortis liberabitur in multiplicatione virtutis.*	16. Non ſalvatur rex per multam virtutem : & gigas non ſalvabitur in multitudine virtutis ſuæ.
17. Falſus equus in ſalutem : in abundantia autem virtutis ſuæ non erit ſalvus.	*Fallax equus ad ſalutem : & in multitudine roboris ſui non ſalvabit.*	17. Fallax equus ad ſalutem : in abundantia autem virtutis ſuæ non ſalvabitur.
18. Ecce oculi Domini ſuper timentes eum ; ſperantes in miſericordia ejus :	*Ecce oculus Domini ſuper timentes eum ; ad exſpectantes miſericordiam ejus :*	18. Ecce oculi Domini ſuper metuentes eum : & in eis, qui ſperant ſuper miſericordia ejus.
19. Ut eripiat à morte animas eorum : & alat eos in fame.	*Ut eruat de morte animas eorum, & vivificet eos in fame.*	19. Ut eruat à morte animas eorum : & alat eos in fame.
20. Anima noſtra patiens eſt in Domino : quoniam adjutor & protector noſter eſt.	*Anima noſtra exſpectavit Dominum : auxilium noſtrum, & clypeus noſter eſt.*	20. Anima noſtra ſuſtinet Dominum : quoniam adjutor & protector noſter eſt.
21. Et in ipſo lætabitur cor noſtrum : & in nomine ſancto ejus ſperavimus.	*In ipſo enim lætabitur cor noſtrum : quia in nomine ſancto ejus ſperavimus.*	21. Quia in eo lætabitur cor noſtrum : & in nomine ſancto ejus ſperavimus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. In Gr. Κύριος διασκεδάζει..... ἀθετεῖ δὲ..... καὶ ἀθετεῖ βουλὰς ἀρχόντων.

℣. 11. Ita Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Corb. Carnut. Coisl. & Moz. ſi excipias ult. *in ſæculum ſæculi* ; Mediolan. hab. *à generatione & progenie* ; Aug. *in ſæcula ſæculorum* ; cæt. ut in textu. Græc. Vatic. Ἡ δὲ βουλὴ τοῦ Κυρίου εἰς τὸν αἰῶνα μένει· λογισμοὶ..... ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεάς. Mſ. Alex. cum Ald. & Compl. εἰς γενεὰν καὶ γενεάν.

℣. 12. Sic eſt in Pſalt. Corb. Item in Miſſali Rom. ad Grad. Dom. 17. poſt Pent. ut & in Pſalt. *Dominus, Deus eorum.* In Moz. *Dominus, Deus ejus ; populus*, &c. ut in Vulg. In Coislin. *populum, quem elegit in hæredit.* &c. Aug. in hunc Pſ. concordat cum Pſalt. Rom. Item Caſſiod. in eund. Pſalm. ſed delet vocem *Dominus*, poſt *elegit*. In Gr..... Κύριος, ὁ Θεὸς αὐτοῦ· λαὸς, ὃν ἐξελέξατο εἰς κληρονομίαν ἑαυτῷ.

℣. 13. Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. *De cœlo proſpexit..... & vidit*, &c. Coislinian. *E cœlo reſpexit..... & vidit*, &c. Corb. *De cœlo reſp. Dominus, videre omnes*, &c. Auguſt. in eund. Pſ. concordat cum Vulg. Græc. Ἐξ οὐρανοῦ ἐπέβλεψεν ὁ Κύριος, εἶδε, &c.

℣. 14. Ita Auguſt. in Pſ. col. 187. b. at infra col. 204. g. 205. a. leg. *qui habitant terram.* Caſſiod. in eund. Pſ. cum Pſalt. Rom. *qui habitant orbem.* Mozarab. *De præparato habitac. ſanctio ſuo..... qui inhabitant terram.* Græc. Ἐξ ἑτοίμου καταγειοκτηρίου αὐτοῦ ἐπέβλεψεν ἐπὶ πάσας τὰς κατοικούσας τὴν γῆν.

℣. 15. Ita Auguſt. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Fabri. Moz. hab. *qui fingit.* Rom. Martianæi ſub finem cum Caſſiod. *qui intelligit in omnia opera eorum.* Græc. Ὁ πλάσας καθ' ἓν ἕκαστον..... ὁ συνιεὶς πάντα τὰ, &c.

℣. 16. Ita Pſalt. Corb. habet, præter hoc ult. *fortitudinis ſuæ*, loco *virtutis ſuæ*. Sic etiam in Moz. exceptis his, *nec gigans ſalvus erit in abundantia fortitud. ſuæ.* In Coislin. *Non fit ſalvus rex in multitudine virtutis ſuæ : nec gigas ſalvus erit in multitudine fortitudinis ſuæ.* Ap. Auguſt. in hunc Pſ. col. 187. c. *Non ſalvus fiet rex in multitudine virtutis : nec gigans ſalvus erit in multitudine virtutis ſuæ :* at infra 205. c. *per multitudinem virtutis ſuæ..... in multitudine fortitudinis ſuæ.* Caſſiod. verò cum Pſalt. Rom. ſic hab. *Non ſalvabitur rex per multam virtutem* (Rom. add. *ſuam :*) *nec gigas ſalvus erit in multitudine fortitudinis ſuæ.* Mſs. 2. Caſſiod. utrobique *ſalvabitur.* In Gr. Οὐ σωζεται βασιλεὺς διὰ πολλὴν δύναμιν· καὶ γίγας οὐ σωθήσεται ἐν πολλῇ ἰσχύϊ αὐτοῦ. Symmach. διὰ γὰρ πλῆθος.

℣. 17. Itidem in Pſalt. Rom. & ap. Caſſiod. excepto uno *ad ſalutem.* Concinit pariter Corb. niſi quòd hab. initio *fallax..... ad ſalutem*, non *falſus.* Ambroſ. l. de Nab. c. 15. to. 1. col. 585. a. & ep. 63. col. 1044. f. *Mendax equus ad ſalutem.* Sic etiam ap. Aug. in hunc Pſ. cum aliis quæ leguntur ſup. in textu. In Gr. Ψευδὴς ἵππος εἰς..... οὐ σωθήσεται.

℣. 18. Ita Caſſiod. in hunc Pſ. Sic etiam in Pſalt. Rom. & Coisl. niſi quòd verbo *ſperantes*, additur *autem.* In Moz. ſic : *ſuper timentes eum : & in eos, qui ſperant in miſericordia ejus.* In Corb. *ſuper timentes eum ; ſperantes ſuper miſericordia ejus.* Apud Auguſt. in eund. Pſ. col. 187. d. *ſuper metuentes eum ; ſperantes ſuper miſericordiam ejus :* at infra col. 206. c. legit *timentes eum ;* extremòque *in miſericordia ejus.* Tertul. l. 2. adv. Marc. p. 651. c. *Oculi enim Domini ſuper timentes eum ; ſperantes in miſericordiam ipſius.* Græc. Ἰδοὺ οἱ..... ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτὸν τοὺς ἐλπίζοντας ἐπὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

℣. 19. Sic eſt in Pſalt. Rom. Corb. Coislin. Moz. & ap. Caſſiod. in hunc Pſ. Apud Auguſt. in eund. Pſ. *Ut eruat*, &c. ut ſup. Auct. l. de promiſſ. c. 29. col. 112. a. *Ut eruat..... & pajcat eos in fame.* Tertul. verò l. 2. adv. Marc. p. 651. c. ita : *Ad deliberandas animas eorum de morte : & nutricandos eos in fame.* Gr. Ῥύσασθαι ἐκ..... καὶ διαθρέψαι, &c.

℣. 20. Itidem in Pſalt. Corb. In Coislin. verò, & Moz. *Anima autem noſtra patiens eſt Domino*, &c. in Carnut. *patiens eſt in Domino.* In Rom. & ap. Caſſiod. *Anima autem noſtra ſuſtinet Dominum*, &c. Ap. Auguſt. in eund. Pſ. *Anima noſtra patiens erit Domino.* Gr. Ἡ ψυχὴ ἡμῶν ὑπομένει τῷ Κυρίῳ, &c. Edd. Ald. & Compl. Ἡ δὲ ψυχὴ... ὑπομενεῖ, &c. Pſalt. Coislin. delet *eſt* in fine, repugnante Græco.

℣. 21. Ita Pſalt. Moz. hab. ſi excipias ult. *ſperabimus.* Sic etiam in Rom. Fabri, & ap. Caſſiod. In Rom. Martianæi *ſperavimus.* Coislin. etiam & Corb. initio ferunt, *Et in ipſo lætabitur.* Auguſt. verò in hunc Pſ. *Quoniam in ipſo lætabitur*, &c. ultimòque *ſperavimus ;* editt. *ſperabimus.* Gr. Ὅτι ἐν αὐτῷ εὐφρανθήσεται..... ἠλπίσαμεν.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
22. Fiat miſericordia tua Domine ſuper nos : quemadmodum ſperavimus in te.	*Sit miſericordia tua Domine ſuper nos, ſicut exſpectavimus te.*	22. Fiat miſericordia tua Dominus ſuper nos : ſicut ſperavimus in te. *Ex Mſ. Sangerm.*

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 22. Pſalt. Rom. Coislin. & Moz. cum Caſſiod. *Fiat Domine miſericordia tua ſuper nos : ſicut ſperavimus in te.* Corb. cum Auguſt. *Fiat miſeric. tua Domine..... ſicut*, &c. Gr. Γένοιτο τὸ ἔλεός σου Κύριε.... καθάπερ, &c. Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. Κύριε τὸ ἔλεός.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
1. Davidi, cùm immutavit vultum ſuum coram Achimelech, & dimiſit eum & abiit. (1. *Reg.* 21.) XXXIII.	*David quando commutavit os ſuum coram Abimelech, & ejecit eum, & abiit. XXXIV.*	1. Pſalmus David, cùm immutavit vultum ſuum coram Amelech, & dimiſit eum, & abiit. XXXIII. *Ex Mſ. Sangerm.*
2. BEnedicam Dominum in omni tempore : ſemper laus ejus in ore meo.	*BEnedicam Dominum in omni tempore : ſemper laus ejus in ore meo.*	2. BEnedicam Dominum in omni tempore : ſemper laus ejus in ore meo.
3. In Domino laudabitur anima mea : audiant manſueti, & lætentur.	*In Domino laudabitur anima mea : audiant mites, & lætentur.*	3. In Domino laudabitur anima mea : audiant manſueti, & lætentur.
4. Magnificate Dominum mecum : & exaltemus nomen ejus in idipſum.	*Magnificate Dominum mecum, & exaltemus nomen ejus pariter.*	4. Magnificate Dominum mecum : & exaltemus nomen ejus in invicem.
5. Exquiſivi Dominum, & exaudivit me : & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.	*Quæſivi Dominum, & exaudivit me, & ex omnibus anguſtiis meis liberavit me.*	5. Inquiſivi Dominum, & exaudivit me : & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.
6. Accedite ad eum, & illuminamini : & facies veſtræ non confundentur.	*Reſpicite ad eum, & confluite, & vultus veſtri non confundentur.*	6. Accedite ad eum, & inluminamini : & vultus veſtri non erubeſcent.
7. Iſte pauper clamavit, & Dominus exaudivit eum : & de omnibus tribulationibus ejus ſalvavit eum.	*Hic pauper clamavit, & Dominus exaudivit, & de omnibus tribulationibus ejus ſalvavit eum.*	7. Iſte pauper clamavit, & Dominus exaudivit eum : & ex omnibus tribulationibus ejus liberavit eum.
8. Immittet angelus Domini in circuitu timentium eum : & eripiet eos.	*Circumdabit angelus Domini in gyro timentes eum, & eruet eos.*	8. Immittet angelus Domini in circuitu timentium eum : & eruet eos.
9. Guſtate, & videte quoniam ſuavis eſt Dominus : beatus vir, qui ſperat in eo.	*Guſtate, & videte quoniam bonus Dominus : beatus vir, qui ſperat in eo.*	9. Guſtate, & videte quoniam ſuavis eſt Dominus : beatus vir, qui ſperat in eum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſal. cum Pſalt. Corb. *In finem, Pſalmus David*, &c. ut in textu. Rom. Fabri, *Pſalmus David, cùm mutavit..... coram Abimelech*, &c. ut ſupra. Rom. Martian. *cùm commutavit*, &c. Coislin. *David, cùm immutavit... coram Abimelech*, &c. Moz. verò ita : *Pſalmus David, cùm immutavit... coram Abimelech, & dimiſit eum, & abiit, & fuga iniit, & dixit.* Gr. Τῷ Δαυὶδ, (Ald. & Compl. Ψαλμὸς τῷ,) ὁπότε ἠλλοίωσε... ἐναντίον, Ἀβιμέλεχ, καὶ ἐξέλυσεν αὐτὸν, καὶ ἀπῆλθε. Caſſiod. ubi ſup. *Per totum Pſalmum*, inquit, *verba Prophetæ ſunt alphabeti Hebraï litteræ, exceptâ ſextâ, in capitibus verſuum per ordinem ponentis.*

℣. 2. Concordant Cypr. l. 3. Teſtim. p. 309. b. Ambroſ. in Pſ. 43. to. 1. col. 897 e. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. Gaud. Brix. ſer. 2. p. 944. c. unà cum vet. Pſalt. & Gr. Ap. Tertul. de orat. c. 3. p. 180. c. ſic : *Benedici Deum omni loco ac tempore*, &c. In Pſalt. Coisl. *Benedicam Domino.*

℣. 3. Ita Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. In Moz. ſic : *Audient manſueti, & lætentur.* Ap. Aug. verò l. 2. de ſerm. Dom. in monte, to. 3. p. 2. col. 201. b. 215. e. *Audiant mites, & jocundentur.* Gr. Ἀκουσάτωσαν πραεῖς, καὶ εὐφρανθήτωσαν.

℣. 4. Ita Pſalt. Rom. Corb. Mediolan. & Coislin. cum Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. necnon Leone M. ſerm. 1. p. 50. a. Brev. Mozarab. extremò habet, *nomen ejus in unum.* Et verò Auguſt. loco cit. col. 218. d. ait : *Quid eſt*, exaltemus nomen ejus in idipſum ? *hoc eſt*, in unum, *nam multi codices ſic habent :* & poſt pauca : *Sive* in idipſum *dicatur*, *ſive* in unum, *hoc idem dicitur.* Greg. Turon. vit. Patr. p. 1216. c. *Magnificate Dom.....* & *exaltemus nomen ejus in commune.* Gr. ἐπὶ τὸ αὐτό. Aquila, ὁμοθυμαδόν.

℣. 5. Ita Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Coislin. & Rom. In Corb. & Moz. *Inquiſivi Dom.....* & *ex omnibus anguſtiis meis eripuit me.* Ap. Aug. in eund. Pſ. *eruit me* ; cæt. ut in textu. In Gr. Ἐξεζήτησα τὸν..... καὶ ἐκ πασῶν τῶν παροικιῶν μου ἐῤῥύσατό με. Mſ. Alex. τῶν θλίψεών μου, al. θλίψεων.

℣. 6. Similiter in Conc. to. 4. pro fundat. Agaun. monaſt. col. 1558. b. Ita quoque leg. Ambr. in Pſ. 118. to. 1. col. 1031. d. 1392. e. 1512. d. 1562. a. Item Aug. in hunc Pſ. col. 221. a. & tract. 1. in 1. Johan. to. 3. p. 2. col. 829. a. necnon Leo M. ſerm. 26. p. 82. b. & Caſſiod. in eund. Pſ. cum Pſalt. Rom. Corb. & Moz. Coislin. verò initio hab. *Accedite ad Dominum ;* reliqua ut in textu. Aug. tamen l. 22. de civit. Dei, to. 7. col. 698. e. leg. *facies veſtra*, loco *vultus veſtri.* In Gr. Προσέλθατε πρὸς αὐτὸν..... καὶ τὰ πρόσωπα ὑμῶν οὐ μὴ καταισχυνθῇ.

℣. 7. Sic in Pſalt. Rom. Corb. & ap. Caſſiod. Ambroſius priorem ℣. partem ſimiliter habet tum l. de apol. Dav. to. 1. col. 728. c. & l. de exhort. virg. to. 2. col. 288. c. tum epiſt. 63. col. 1043. f. & de ob. Valent. col. 1183. d. Aug. verò in eund. Pſ. ſic : *Iſte inops clamavit.....* & *ex omnibus tribul. ejus ſalvum fecit eum.* Arnob. de Deo trino, p. 215. d. & *ex omnibus anguſtiis eripiet eum.* Gr. Οὗτος ὁ πτωχὸς ἐκέκραξε, &c. ut in Vulg.

℣. 8. Pſalt. Coislin. *Emittet angelus*, &c. Moz. *Immittit*, ultimòque *eripuit eos.* Rom. Vulgatæ ſavet. Ambroſ. verò in Luc. 2. to. 1. col. 1309. d. legit : *Immittit angelos Dominus in circuitu timentium eum :* & *eripiet eos.* Item Caſſiod. in hunc Pſ. *Immittet angelum Dominus.....* & *eripiet eos.* Arnob. etiam de Deo trino, p. 215. d. *Miſit angelum Dominus*, &c. At Auguſt. in eund. Pſ. conſtanter : *Immittet angelus Domini.....* & *eruet eos :* tum addit : *Sic ſcriptum eſt, fratres, non quomodo habent aliqui mendoſi codices : Immittet angelum Dominus*, &c. Hilarius quoque in Pſ. 137. col. 499. a. hab. *angelus Domini*, &c. Gr. Παρεμβαλεῖ ἄγγελος Κυρίου..... καὶ ῥύσεται αὐτούς.

℣. 9. Ita Auguſt. in hunc Pſ. cum Brev. Moz. Pſalt. verò Rom. hab. *in eo*, in fine. Similiter Ambroſ. l. de virginit. to. 2. col. 237. e. & l. de myſter. col. 341. a. vide etiam in Pſ. 118. to. 1. col. 1023. c. 1032. a. Itidem ap. Caſſiod. in hunc Pſ. Cypr. verò l. 1. Teſtim. p. 282. c. legit : *Guſtate*, & *videte quoniam dulcis eſt Dominus : felix eſt vir, qui ſperat in eum.* Item Jul. Firmic. l. de errore profan. relig. *quoniam dulcis eſt Dominus.* Auguſt. in Pſ. 99. col. 1075. f. *Guſtate*, & *videte quàm dulcis eſt Domi-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 10. Timete Dominum omnes ſancti ejus: quoniam nihil deeſt timentibus eum.	*Timete Dominum ſancti ejus: quoniam non eſt inopia timentibus eum.*	10. Timete Dominum omnes ſancti ejus: quoniam non eſt inopia timentibus eum.
11. Divites eguerunt & eſurierunt: inquirentes autem Dominum non deficient omni bono. DIAPSALMA.	*Leones indiguerunt & eſurierunt: quærentibus autem Dominum non deerit omne bonum.*	11. Divites eguerunt & eſurierunt: inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono. *Luc. 1. 53.*
12. Venite filii, audite me: timorem Domini docebo vos.	*Venite filii, audite me: timorem Domini docebo vos.*	12. Venite filii, audite me: timorem Domini docebo vos.
13. Quis eſt homo qui vult vitam, & cupit videre dies bonos?	*Quis eſt vir qui velit vitam, diligens dies videre bonos?*	13. Quis eſt homo qui vult vitam: diligit dies videre bonos? *1. Pet. 3. 10.*
14. Cohibe linguam tuam à malo: & labia tua ne loquantur dolum.	*Cuſtodi linguam tuam à malo: & labia tua ne loquantur dolum.*	14. Prohibe linguam tuam à malo: & labia tua ne loquantur dolum.
15. Deverte à malo, & fac bonum: inquire pacem, & ſequere eam.	*Recede à malo, & fac bonum: quære pacem, & perſequere eam.*	15. Diverte à malo, & fac bonum: inquire pacem, & perſequere eam.
16. Oculi Domini ſuper juſtos: & aures ejus ad preces eorum.	*Oculi Domini ad juſtos, & aures ejus ad clamores eorum.*	16. Oculi Domini ſuper juſtos: & aures ejus in preces eorum. *Eccli. 15. 20. Hebr. 4. 13.*
17. Vultus Domini ſuper facientes mala: ut perdat de terra memoriam eorum.	*Vultus Domini ſuper facientes malum: ut perdat de terra memoriam eorum.*	17. Vultus autem Domini ſuper facientes mala: ut perdat de terra memoriam eorum.
18. Clamaverunt juſti, & Dominus exaudivit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos.	*Clamaverunt, & Dominus exaudivit, & ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos.*	18. Clamaverunt juſti, & Dominus exaudivit eos: & ex omnibus tribulationibus eorum liberavit eos.
19. Juxta eſt Dominus his,	*Juxta eſt Dominus contritis cor-*	19. Juxta eſt Dominus iis, qui

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

eos. Fulg. l. 1. ad Monim. p. 19. a. *quàm ſuavis eſt Dominus.* Gaud. Brix. ſerm. 2. p. 947. g. *quoniam ſuavis eſt.* Philaſtr. Brix. de hæreſ. p. 720. h. *quia ſuavis eſt.* Gr. ὅτι χρηστὸς ὁ Κύριος· μακάριος ἀνὴρ, ὃς ἐλπίζει ἐπ' αὐτόν.

℣. 10. Sic apud Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. ut etiam in Pſalt. Rom. Corb. & Coislin. In Mozarab. deeſt tantùm *omnes.* Apud Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. col. 1076. f. *Timete Dominum omnes ſancti ejus:* at infra col. 1240. d. deeſt *omnes.* Apud Cypr. verò l. 1. Teſtim. p. 282. c. ſic: *Timete Dominum Deum omnes ſancti ejus: quoniam non eſt inopia eis, qui eum metuunt:* ſimiliter l. 3. p. 313. c. omiſſo uno *Deum.* Ita quoque habet Jul. Firmic. l. de errore prof. relig. c. 19. In Gr. Φοβήθητε τὸν Κύριον πάντες..... ὅτι οὐκ ἔστιν ὑστέρημα τοῖς φοβουμένοις αὐτόν.

℣. 11. Ita Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Corb. & Coislin. Item ad Grad. miſſæ feſti omnium SS. Apud Ambroſ. l. de apol. Dav. to. 1. col. 728. c. *Inquirentes enim Dominum non deficient*, &c. S. Paulin. ep. 1. p. 5. a. *non deficientur*, &c. Hilar. in Pſ. 131. col. 458. d. & Aug. in hunc Pſ. *non minuentur*, &c. Julius Firm. l. de errore prof. relig. c. 19. & Cypr. l. 1. Teſtim. p. 282. c. *qui autem inquirunt Dominum, non indigebunt omni bono.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 40. p. 165. d. *non deficient omni bono.* Brev. Moz. *non deficient ab omni bono.* Gr. οἱ δὲ ἐκζητοῦντες τὸν Κύριον οὐκ ἐλαττωθήσονται παντὸς ἀγαθοῦ. Vide ſis Ambroſ. to. 1. p. 797. c. 948. e. 1120. c. 1186. d. & to. 2. p. 943. c. Subnexum pariter *Diapſalma* eſt in Pſalt. Corb. non memoratur tamen ab Auguſt. nec habetur in edd. Ald. & Compl. at in Gr. Vatic. exſtat ut ſup.

℣. 12. Concinunt Hilar. in Pſ. 127. col. 424. b. & Ambroſ. l. 1. de Jac. c. 3. to. 1. col. 447. b. & l. 1. offic. to. 2. col. 1. b. necnon Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum vet. Pſalt. & Gr.

℣. 13. Sic eſt in Pſalt. Rom. Coislin. Corb. & Moz. ſicut apud Caſſiod. in hunc Pſ. & Anonym. ap. S. Paulin. epiſt. ad Celanc. to. 2. p. 10. a. Vet. Irenæi Interpres l. 4. c. 17. p. 249. c. leg. *& amat videre dies bonos.* Huic ſuffragantur Lucifer Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 191. f. & Cypr. l. 3. Teſtim. p. 308. c. at l. de unit. Eccl. p. 202. c. hab. *& amat videre dies optimos.* Hieron. l. 3. in epiſt. ad Galat. to. 4. p. 312. b. *cupit videre dies bonos.* Aug. in hunc Pſ. *& diligit dies videre bonos:* item ſerm. 16. to. 5. col. 91. g. at infra col. 92. g. *& cupit dies videre bonos.* Gr. Τίς..... ὁ θέλων ζωὴν, ἀγαπῶν ἡμέρας ἰδεῖν ἀγαθάς;

℣. 14. Ita Pſalt. Coislin. Corb. Moz. & Rom. Martianæi ad verbum. Accinunt Irenæus l. 4. c. 36. p. 278. c. & Ambroſ. l. 1. offic. to. 2. p. 26. a. & l. de exhort. virg. p. 300. c. Item Auct. op. imp. in Matth. hom. 9. p. 57. d. ut & Severus Presb. to. 1. Miſcellan. p. 345. cum Caſſiod. in hunc Pſ. & Hieron. in Iſai. 58. to. 3. col. 436. b. ſed in Iſai. 11. col. 101. d. legit: *Compeſce linguam tuam*, &c. Sic etiam Tertul. l. 2. adv. Marc. p. 651. c. Luciſer verò Calar. l. 1. pro S. Athan. p. 191. f. & Anonym. ap. S. Paulinum, epiſt. ad Celanc. to. 2. p. 10. a. *Probibe linguam tuam*, &c. itidem in Pſalt. Rom. Fabri. Apud Cypr. l. de unit. Eccleſ. p. 202. c. & epiſt. 42. p. 56. c. *Contine linguam..... & labia tua ne loquantur infidieſè;* l. verò 3. Teſtim. p. 308. c. *ne loquantur dolum.* Apud Ambroſ. de bono mort. c. 9. to. 1. col. 406. b. *lingua tua non loquatur perverſa.* Apud Auguſt. in hunc Pſ. ſimiliter, *Contine linguam tuam*, &c. ut in textu; at ſerm. 16. to. 5. col. 92. a. *Cohibe linguam*, &c. In Gr. Παῦσον τὴν γλῶσσάν σου..... μὴ λαλῆσαι δόλον.

℣. 15. Ita vetus Iren. Interpres l. 4. c. 36. p. 278. c. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. & Corb. In Moz. verò, *Declina à malo..... inquire pacem, & ſequere eam.* Itidem Ambroſius l. de fuga ſæc. c. 5. to. 1. col. 428. e. & l. 1. offic. to. 2. col. 26. a. cum Anonymo apud S. Paulin. to. 2. p. 10. a. Sic etiam apud Cypr. l. de unit. Eccl. p. 202. c. & Auguſt. in hunc Pſ. ſi excipias unum *quære.* Similiter ap. Tertul. l. 2. & 5. adv. Marc. p. 651. c. 797. a. excepto præterea verbo *ſectari*, pro *ſequere.* Luciſer Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 191. f. leg. *Averte à malo, & fac bonum.* Ambr. l. 1. Hexa. col. 17. d. & de obitu Valent. to. 2. col. 1176. f. *Deſine à malo*, &c. Optat. l. 2. 3. & 4. contra Donat. p. 31. c. 60. a. 61. b. 71. a. *quære pacem, & conſequêris eam;* ſed lib. 2. p. 31. b. Vulgatæ congruit. In Gr. Ἔκκλινον ἀπὸ κακοῦ..... ζήτησον εἰρήνην, καὶ δίωξον αὐτήν.

℣. 16. Ita Auguſt. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Coiſlin. & Moz. Hilarius verò in Pſ. 65. col. 178. e. legit *in preces*, cum Caſſiod. in Pſ. 33. Hieron. in Iſai. 52. to. 3. col. 379. b. *in precem.* Greg. Turon. de mirac. mart. p. 847. a. *ad preces*, al. *in precem*, Gr. εἰς δέησιν. Vide ſis Novatian. de Trin. p. 1034. a. Hilar. l. 12. de Trin. col. 1117. b. & Ambr. to. 1. p. 397. e. 787. a. 1038. d. 1246. d. 1299. d. & to. 2. p. 20. e.

℣. 17. Sic in Pſalt. Corb. Auguſt. verò & Caſſiod. Vulgatæ ſavent, cum Pſalt. Rom. Similiter ap. Iren. l. 4. c. 28. p. 265. e. excepto ult. *ipſorum.* Hilar. verò in Pſ. 118. col. 346. f. legit: *Vultus Domini eſt ſuper facientes mala: ut expugnet de terra memoriam eorum:* & in Pſ. 138. col. 514. b. *Vultus Dei ſuper fac. mala.* Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. col. 1054. a. *Vultus Domini*, &c. at in Pſ. 37. col. 826. b. *Oculi Domini ſuper facientes mala.* Hieron. in Ezech. 4. & 13. to. 3. col. 719. d. 775. b. *Facies Domini ſuper facientes mala: ut diſperdat*, &c. Gr. Πρόσωπον δὲ Κυρίου ἐπὶ..... τοῦ ἐξολοθρεῦσαι, &c.

℣. 18. Sic in Pſalt. Rom. eſt. In Moz. verò, *Clamaverunt juſti ad Dominum, & exaudivit eos.* Apud Aug. in hunc Pſ. ut in textu, præter ult. *ernit eos.* Apud Caſſiod. *liberavit.* In Gr. Ἐκέκραξαν οἱ δίκαιοι, καὶ ὁ Κύριος..... ἐρρύσατο αὐτούς.

℣. 19. Accinit Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom.

Digitized by Google

Vulgata hod.	Hebr.	Versio antiqua.
tribulato ſunt corde : & humiles ſpiritu ſalvabit.	*de, & confractos ſpiritu ſalvabit.*	qui tribulato ſunt corde : & humiles ſpiritu ſalvabit. *Ex Mſ. Sangerm.*
20. Multæ tribulationes juſtorum : & de omnibus his liberabit eos Dominus.	*Multæ tribulationes juſto : & ex omnibus illis liberabit eum Dominus.*	20. Multæ tribulationes juſtorum : & de omnibus his liberavit eos.
21. Cuſtodit Dominus omnia oſſa eorum : unum ex his non conteretur.	*Cuſtodit omnia oſſa ejus : unum ex eis non confringetur.*	21. Dominus cuſtodit omnia oſſa eorum : unum ex his non conteretur.
22. Mors peccatorum peſſima : & qui oderunt juſtum delinquent.	*Interficiet impium malitia, & odientes juſtum culpabuntur.*	22. Mors peccatorum peſſima : & qui oderunt juſtum delinquent.
23. Redimet Dominus animas ſervorum ſuorum : & non delinquent omnes qui ſperant in eo.	*Redimet Dominus animas ſervorum ſuorum, & non peccabunt omnes ſperantes in eo.*	23. Redimet Dominus animas ſervorum ſuorum : & non derelinquet omnes qui ſperant in eum.

Notæ ad Versionem antiquam.

Fabri. In Rom. Martianæi extremò legitur *ſalvavit*. Apud Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. col. 1223. b. & l. 2. offic. p. 92. b. *ſalvabit*. Hilar. verò in Pſ. 118. col. 359. e. dicit *Juxta Dominum eſſe his, qui recto ſunt corde :* at in Pſ. 137. col. 502. c. *Deus prope eſt his, qui tribulato ſunt corde*. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 306. a. *Proximus eſt Dominus contritis corde : & humiles ſpiritu ſalvabit*. Victor Tun. de pœnit. apud Ambr. col. 599. b. *Proximus eſt Deus tribulatis corde : & humiles ſpiritu ſalvos faciet*. Auguſtinus l. 2. de ſerm. Dom. in monte, to. 3. p. 2. col. 207. c. *Prope eſt Dominus obtritis corde :* & in Pſ. 7. to. 4. col. 27. c. *Prope eſt Dom. adtritis corde :* at in Pſ. 31. col. 177. f. *Prope eſt Dom. his, qui obtriverunt cor :* & in Pſ. 33. col. 226. d. *Juxta eſt Dom. his, qui obtriverunt cor : & humiles ſpiritu ſalvos faciet*. Gr. Ἐγγὺς Κύριος τοῖς συντετριμμένοις τὴν καρδίαν· καὶ τοὺς..... σώσει.

℣. 20. Pſalt. Rom. Fabri, *Multa tribulat.....* & *de iis omnibus libe-abit eos Dominus*. Rom. Martianæi cum Coisl. Corb. Moz. & Caſſiod. in hunc Pſ. & *de his omnibus liberavit eos Dominus*. Tertul. l. 2. adv. Marc. p. 651. c. *Multæ enim preſſuræ juſtorum : & ex omnibus liberabit eos Dom.* Cypr. l. 3. Teſtim. p. 306. a. *Multæ preſſuræ juſtorum : ſed ex omnibus illis liberabit eos Dom.* Ambr. in Luc. 4. to. 1. col. 1344. d. *Multæ tribulationes juſtorum*. Similiter Auguſt. in hunc Pſ. ſed addit : & *de omnibus his eruet eos Dominus*. Gr. Πολλαὶ αἱ θλίψεις..... καὶ ἐκ πασῶν αὐτῶν ῥύσεται αὐτοὺς ὁ Κύριος.

℣. 21. Concordant Pſalt. Rom. Corb. & Moz. unà cum Caſſiod. In Coisl. ſic : *Dominus cuſtodit.....* & *unum ex his*, &c. Tertul. l. 2. adv. Marc. p. 651. c. leg. *Dominus cuſtodit omnia oſſa eorum : unum ex ipſis non comminuetur*. Hilar. in Pſ. 52. p. 91. b. *Cuſtodit Dom. omnia oſſa juſtorum : unum*, &c. ut in textu. Aug. in hunc Pſ. col. 226. g. Vulgatæ favet : at poſt paulò habet, *Dominus cuſtodit*, &c. ut in textu. Gr. Φυλάσσει πάντα..... αὐτῶν· ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ συντριβήσεται.

℣. 22. Ita Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Gaud. Brix. ſer. 2. p. 944. e. & Pſalt. Rom. Martianæi. In Rom. Fabri, *delinquunt*. In Gr. Θάνατος ἁμαρτωλῶν πονηρός· καὶ οἱ..... πλημμελήσουσι. Apud Ambr. l. de bono mort. c. 7. p. 404. b. & infra 664. f. conſtanter *peſſima*. Auct. l. ad Novatian. hæret. apud Cypr. p. 440. *Mors peccatorum mala*.

℣. 23. Ita Caſſiod. in hunc Pſ. cum Brev. Moz. Similiter in Pſalt. Coislin. *derelinquet ;* at in fine exſtat *in eo*. Auguſt. in hunc Pſ. cum Pſalt. Corb. & *non delinquent omnes..... in eum*. Pſalt. Rom. Vulgatæ conſonat. In Gr. ὃς δὲ μὴ πλημμελήσουσι πάντες οἱ.... ἐπ' αὐτόν. Theodot. & Symm. ἐπ' αὐτῷ. Apud Tertull. l. 2. adv. Marc. p. 651. c. prior tantùm verſiculus legitur ut ſup.

Vulgata hod.	Hebr.	Versio antiqua.
1. Ipſi David. XXXIV.	*David. XXXV.*	1. Pſalmus ipſi David. XXXIV. *Ex Mſ. Sangerm.*
JUdica Domine nocentes me, expugna impugnantes me.	*JUdica Domine adverſarios meos : pugna contra impugnantes me.*	* JUdica Domine nocentes me, expugna expugnantes me.
2. Apprehende arma & ſcutum : & exſurge in adjutorium mihi.	*Apprehende ſcutum & haſtam, & ſurge in auxilium meum.*	2. Adprehende arma & ſcutum : & exſurge in adjutorium mihi.
3. Effunde frameam, & conclude adversùs eos, qui perſequuntur me : dic animæ meæ : Salus tua ego ſum.	*Evagina gladium, & præoccupa ex adverſo perſequentes me : dic anima mea : Salus tua ego.*	3. Effunde frameam, & conclude adversùs eos, qui me perſequuntur : dic animæ meæ : Salus tua ego ſum.
4. Confundantur & revereantur, quærentes animam meam.	*Confundantur & revereantur, qui quærunt animam meam :*	4. Confundantur & revereantur, omnes requirentes animam meam.
Avertantur retrorsùm, & confundantur cogitantes mihi mala.	*Convertantur retrorsùm & confundantur, qui cogitant malum mihi.*	Avertantur retrorsùm, & confundantur qui cogitant mihi mala.
5. Fiant tanquam pulvis ante faciem venti : & angelus Domini coarctans eos.	*Fiant ſicut pulvis ante faciem venti, & angelus Domini impellat.*	5. Fiant tanquam pulvis ante faciem venti : & angelus Domini adfligens eos.

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Pſalt. Moz. & Rom. Martian. ſimpliciter hab. *Huic David*. Coislin. & Corb. *Pſalmus David*. Auguſtinus, & Caſſiod. in hunc Pſalm. cum Pſalt. Rom. Fabri, & Vulg. *Ipſi David*. Gr. Vat. Τῷ Δαυίδ. Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. Ψαλμὸς τῷ Δαυίδ.

* Brev. Mozar. & *expugna*. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. Vulgatæ favent, cum Pſalt. Rom. Gr. Δίκασον Κύριε τοὺς ἀδικοῦντάς με, πολέμησον τοὺς πολεμοῦντάς με.

℣. 2. Concinunt Auguſt. & Caſſiod. unà cum vet. Pſalt. & Græco.

℣. 3. Ita Auguſt. in hunc Pſ. cum Pſalt. Coislin. & Rom. In Mozarab. & Corb. legitur *framea*. Apud Hieron. in Ezech. 9. to. 3. col. 755. d. *Effunde frameam*, & *conclude ex adverſo eorum, qui perſeq. me*. Gr. Ἔκχεον ῥομφαίαν, καὶ ζύγκλεισον ἐξεναντίας τῶν καταδιωκόντων με, &c. ut in Lat.

℣. 4. Sic apud Auguſt. in hunc Pſ. præter unum *omnes*, quod deeſt. Apud Caſſiod. in eund. Pſ. *Confundantur & rever. inquirentes animam meam. Avertantur retrorsùm, & erubeſcant, qui cogitant mihi mala*. In Pſalt. Moz. ſimiliter, *qui cogitant mihi mala*. In Corb. *Conf. & revereantur omnes, qui quærunt anim. meam. Avertantur retrorsùm, & conf. qui cogitant mihi mala*. In Rom. *Confundantur & rever. inimici mei, qui quærunt animam meam. Avert. retror. & erubeſcant, qui cogit. mihi mala*. Similiter in Coislin. excepto verbo *confundantur*, pro *erubeſcant*. In Gr. Αἰσχυνθείησαν καὶ ἐντραπείησαν, οἱ ζητοῦντες..... καὶ καταισχυνθείησαν οἱ λογιζόμενοί μοι κακά.

℣. 5. Sic in Pſalt. Rom. Mediolan. Coislin. Moz. & ap.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
In Mſ. Sangerm. 6. Fiat via eorum tenebræ & lubricum : & angelus Domini perſequens eos.	*Sit via eorum tenebræ & lubricum, & angelus Domini perſequatur eos.*	6. Fiat via illorum tenebræ & lubricum : & angelus Domini perſequens eos.
7. Quoniam gratis abſconderunt mihi interitum laquei ſui : vanè exprobraverunt animam meam.	*Quia fruſtra abſconderunt mihi inſidias retis ſui : ſine cauſa foderunt animæ meæ.*	7. Quoniam gratis abſconderunt mihi interitum laquei ſui : ſupervacuè exprobraverunt animam meam.
8. Veniat illis laqueus, quem ignorant : & captio, quam ignoraverunt, adprehendat eos : & in laqueum incident in ipſum.	*Veniat ei calamitas quam ignorat, & rete ſuum quod abſcondit comprehendat eum, & cadat in laqueum.*	8. Veniat illi laqueus, quem ignorat : & captio, quam abſcondit, apprehendat eum : & in laqueum cadat in ipſum.
9. Anima autem mea exſultavit in Domino : delectabitur ſuper ſalutare ejus.	*Anima autem mea exſultabit in Domino, lætabitur in ſalute ſua.*	9. Anima autem mea exſultabit in Domino : & delectabitur ſuper ſalutari ſuo.
10. Omnia oſſa mea dicent : Domine, quis ſimilis tibi ?	*Omnia oſſa mea dicent : Domine quis ſimilis tui?*	10. Omnia oſſa mea dicent : Domine, quis ſimilis tibi ?
Eripiens inopem de manu fortioris ejus : & egenum & pauperem à rapientibus eum.	*Eruens inopem à validiore, & pauperem ac mendicum à violento.*	Eripiens inopem de manu fortiorum ejus : egenum & pauperem à diripientibus eum.
11. Exſurgentes teſtes iniqui, quæ ignorabant interrogabant me.	*Surgentes teſtes iniqui, quæ neſciebam interrogabant me.*	11. Surgentes teſtes iniqui, quæ ignorabam interrogabant me.
12. Retribuebant mihi mala pro bonis : & ſterilitatem animæ meæ.	*Reddebant mihi mala pro bono : ſterilitatem animæ meæ.*	12. Retribuebant mihi mala pro bonis : ſterilitatem animæ meæ.
13. Ego autem cùm mihi moleſti eſſent, induebam me cilicium.	*Ego autem cùm infirmarentur, induebar cilicio :*	13. Ego autem cùm mihi moleſti eſſent, induebar cilicio.
Et humiliabam in jejunio animam meam : & oratio mea in ſinu meo convertetur.	*Humiliabam in jejunio animam meam, & oratio mea in ſinum meum revertetur.*	Humiliabam in jejunio animam meam : & oratio mea in ſinu meo convertetur.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Caſſiod. in hunc Pſ. Pſalt. Carnut. & Corb. extremò hab. *confligens eos.* Auguſt. in eund. Pſ. *tribulans eos.* Græc. ἐκθλίβων αὐτούς.

℣. 6. Accinunt Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. Pſalt. verò Rom. Coislin. Corb. & Moz. hab. *Fiant viæ eorum*, &c. Gr. Γενηθήτω ἡ ὁδὸς αὐτῶν, &c.

℣. 7. Ita Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Corb. & Coislin. In Moz. ſimiliter *vanè* ; at ſupra, *in interitum.* Apud Auguſt. in hunc Pſ. *Quoniam gratis abſconderunt mihi muſcipulæ ſuæ corruptionem : vanè exprobraverunt*, &c. In Gr. Ὅτι δωρεὰν ἔκρυψάν μοι διαφθορὰν παγίδος αὐτῶν· μάτην ὠείδισαν, &c.

℣. 8. Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. & Corb. *Veniat illis laqueus, quem ignorant : & captio, quam occultaverunt, apprehendat eos : & in laqueum incidant in idipſum*, Corb. *in ipſo.* Moz. & Coislin. Romano favent, niſi quòd hab. Moz. *in laqueo ;* Coislin. *in laqueo incedant in ipſum.* Auguſt. in eund. Pſ. ita : *Veniat illis muſcipula, quam ignorant : & captio, quam occultaverunt, comprehendat illos : & in muſcipula incidant in ipſa.* In Pſalt. Mediol. & Carnut. ut ſup. *Veniat illis laqueus, quem ignorant.* In Gr. Ἐλθέτω αὐτοῖς (Ald. & Compl. αὐτῷ) παγὶς, ἣν οὐ γινώσκουσι· καὶ ἡ ἕνεδρα, ἣν ἔκρυψαν (Ald. & Compl. ἔκρυψε,) ζυναβέτω αὐτούς (Alex. Ald. & Compl. αὐτόν) καὶ ἐν τῇ παγίδι πεσοῦνται ἐν αὐτῇ. Alex. Ald. & Compl. πεσεῖται.

℣. 9. Ita Pſalt. Corb. hab. & Coislin. In Rom. & apud Caſſiod. *exſultabit in Domino : & delectabitur ſuper ſalutare ejus.* Sic etiam in Brev. Moz. ut & ap. Aug. in eund. Pſ. deleto &, ante *delectabitur.* Vet. Iren. Interpres l. 4. c. 11. p. 240. a. ita : *Anima mea exſultabit in Dño : jucundabitur in ſalutari ejus.* Pſalt. Mediolan. conſtanter, *ſuper ſalutare ejus.* Gr. Ἡ δὲ ψυχή μου ἀγαλλιάσεται ἐπὶ τῷ Κυρίῳ· τερφθήσεται ἐπὶ τῷ ζωηρίῳ αὐτοῦ.

℣. 10. Ita in Pſalt. Corb. & Coislin. Item in Rom. & apud Caſſiod. dempto uno & ante *egenum.* In Breviar. Moz. *Eripiens inop. de manu fortioris ejus : & egen. & paup. ab inſipientibus eum ;* vitiosè, pro *diripientibus.* Apud Auguſt. in eund. Pſ. *Eruens inopem de manu fortiorum ejus : egenum & paup. à diripientibus eum.* Victor Tun. l. de pœnit. apud Ambr. p. 599. a. priora tantùm verba citat, *Omnia oſſa*, &c. ut ſup. Vide etiam Ambroſ. l. de apol. Dav. to. 1. col. 697. b. Ap. S. Paulin. epiſt. 15. p. 85. c. hæc leguntur : *Liberaſti pauperem de potente, & humilem de manu fortioris ejus.* In Gr. Ῥυόμενος πτωχὸν ἐκ χειρὸς ἰσχυροτέρου αὐτοῦ· καὶ πένητα ἀπὸ τῶν διαρπαζόντων αὐτόν. Ad hæc autem verba, *oſſa mea dicent : Domine*, Hieron. epiſt. ad Sun. & Fretel. to. 2. col. 635. b. ait : *In Græco bis* Domine *inveniſſe vos dicitis : ſed ſciendum quod multa ſunt exemplaria apud Hebræos, quæ ne ſemel quidem* Dominum *habeant.* In Gr. Vat. ſemel tantùm exſtat Κύριε ; at in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. geminatur, Κύριε Κύριε, τίς, &c.

℣. 11. Sic habet Pſalt. Corb. Caſſiod. etiam in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. & Coislin. legit *exſurgentes.* Auguſt. in eund. Pſ. *inſurgentes*, &c. at ubique conſtanter, *quæ ignorabam*, non *ignorabant.* In Gr. Ἀναστάντες... ἃ οὐκ ἐγίνωσκον, &c. ſed hoc ult. οὐκ ἐγίνωσκον, horum alterutro æquè reddi poteſt, vel *ignorabam*, vel *ignorabant ;* cùm utrique perſonæ, & primæ num. ſing. & tertiæ num. plur. Gr. ἐγίνωσκον peræquè conveniat. Hebr. cum al. ſup. ſingulariter *neſciebam ;* ut hoc ſuſpicari liceat mendum irrepſiſſe in Mſ. Sangerm. legendumque potiùs *ignorabam*, quam *ignorabant.*

℣. 12. Pſalt. Rom. *Et retribuebant.....* & *ſterilitatem*, &c. Moz. & Corb. poſteriorem tantùm & conjunct. admittunt cum Auguſt. in hunc Pſ. Coislin. verò priorem ſolam, Caſſiod. in eund. Pſ. neutram : ſic etiam Tertul. adv. Jud. c. 10. p. 143. & Ambroſ. in Pſ. 40. to. 1. col. 880. e. & in Luc. 4. col. 1349. c. Gr. Ἀνταπέδιδοσαν..... καὶ ἀστοχίαν, &c.

℣. 13. Sic in Pſalt. Moz. eſt, ſi ultimum excipias verbum *convertebatur.* In Corb. *Ego autem..... induebant me cilicium. Et humil..... in ſinu meo convertetur.* In Rom. Fabri : *Ego autem dum mihi moleſti eſſent, induebam me cilicium. Et..... in ſinum meum convertebatur.* Rom. Martianæi hab. *cilicio*, & *in ſinu meo.* Coislin. ſimiliter præponit &, verbo *humiliabam*, & habet *convertebatur.* Ambroſ. in Pſ. 38. to. 1. col. 845. b. ita : *Ego autem cùm in aliquo mihi moleſti eſſent, induebam me cilicio. Et humiliabam..... in ſinu meo convertetur :* tum addit : *Quid eſt*, in aliquo ? Idem in Pſ. 40. col. 884. e. legit, *in ſinum meum convertetur*, cum Pſalt. Mediolan. Sic etiam Hieron. in Iſai. 65. to. 3. col. 483. f. Auguſt. quoque in hunc Pſ. leg. *Ego autem cùm..... induebam me cilicio. Et humil..... in ſinum meum convertetur.* Similiter apud Caſſiod. in eund. Pſ. exceptis his, *in ſinu meo convertebatur.* Auct. l. 1. de promiſſ. p. 1. c. 35. p. 116. c. hab. *in ſinum meum convertebatur.* S. Paulin. ep. 38. p. 234. c. *induebam me cilicium*, & *humiliabam*, ut ſup. Gr. Ἐγὼ δὲ ὡς τῶν αὐτὸς παρενοχλεῖν μοι, ἐνεδυόμην ζάκκον. Καὶ ἐταπείνουν ἐν..... εἰς κόλπους μου ἀποστραφήσεται. Mſ. Alex. ἀποστραφήτω.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
14. Quaſi proximum, & quaſi fratrem noſtrum, ſic complacebam: quaſi lugens & contriſtatus ſic humiliabar.	*Quaſi ad amicum, quaſi ad fratrem meum, ſic ambulabam: quaſi lugens mater triſtis incurvabar.*	14. Sicut proximum, ſicut fratrem noſtrum, ita complacebam: tanquam lugens & contriſtatus ita humiliabar. *Ex Mſ. Sangerm.*
15. Et adversùm me lætati ſunt, & convenerunt: congregata ſunt ſuper me flagella, & ignoravi.	*Et in infirmitate mea lætabantur, & congregabantur: collecti ſunt adversùs me percutientes, & neſciebam;*	15. Et adversùs me lætati ſunt, & convenerunt: congregata ſunt in me flagella, & ignoraverunt.
16. Diſſipati ſunt, nec compuncti, tentaverunt me, ſubſannaverunt me ſubſannatione: frenduerunt ſuper me dentibus ſuis.	*Scindentes, & non tacentes: in ſimulatione verborum fictorum frendebant contra me dentibus ſuis.*	16. Diſſoluti ſunt, & compuncti ſunt, tentaverunt me, & deriſerunt me deriſum: ſtriderunt ſuper me dentibus ſuis.
17. Domine quando reſpicies? reſtitue animam meam à malignitate eorum, à leonibus unicam meam.	*Domine quanta videbis? converte animam meam à calamitatibus eorum, à leonibus ſolitariam meam.*	17. Domine quando reſpicies? reſtitue animam meam à malefactis eorum, à leonibus unicam meam.
18. Confitebor tibi in eccleſia magna, in populo gravi laudabo te.	*Confitebor tibi in eccleſia grandi: in populo forti laudabo te.*	18. Confitebor tibi Domine in eccleſia magna, in populo gravi laudabo te.
19. Non ſupergaudeant mihi qui adverſantur mihi iniquè: qui oderunt me gratis & annuunt oculis. *Joan. 15. 25.*	*Non lætentur ſuper me inimici mei mendaces, odientes me fruſtra, conniventes oculo.*	19. Non inſultent in me qui adverſantur mihi iniquè: qui oderunt me gratis & adnuerunt oculis.
20. Quoniam mihi quidem pacificè loquebantur: & in iracundia terræ loquentes, dolos cogitabant.	*Non enim pacem loquuntur: ſed in rapina terræ verba fraudulenta concinnant.*	20. Quoniam mihi quidem pacificè loquebantur: & ſuper iram doloſè agebant.
21. Et dilataverunt ſuper me os ſuum: dixerunt: Euge, euge, viderunt oculi noſtri.	*Et dilataverunt ſuper me os ſuum: dixerunt: Vah, vah, vidit oculus noſter.*	21. Et dilataverunt in me os ſuum: dixerunt: Euge, euge, viderunt oculi noſtri.
22. Vidiſti Domine, ne ſileas: Domine ne diſcedas à me.	*Vidiſti Domine, ne taceas: Domine ne elongeris à me.*	22. Vidiſti Domine, ne ſileas: Domine ne diſcedas à me.
23. Exſurge & intende judicio meo; Deus meus, & Dominus meus	*Conſurge & vigila in judicium meum; Deus meus, & Domine*	23. Exſurge Domine, & intende judicium meum; Deus

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

¥. 14. Ita Pſalt. Corb. hab. ad verbum. Similiter Aug. l. 1. de doctr. Chr. to. 3. p. 1. col. 15. e. & in hunc Pſ. col. 241. d. paulò verò poſt leg. *ut lugens.....ſic humiliabar.* In Pſalt. Rom. Coislin. & Moz. omnia ut in textu, niſi quòd poſt *proximum*, additur ϑ. Caſſiod. in eund. Pſ. tollit ϑ, & in fine legit *ſic humiliabar*; cætera ut ſupra. In Gr. Ὡς πλησίον, ὡς ἀδελφὸν ἠμῖτεφον, ὕτως εὐηρέστουν· ὡς..... ὕτως ἐταπεινούμην.

¥. 15. Pſalt. Corb. *Et adversùm latati ſunt, & convenerunt: congregati ſunt in me, & ignoraverunt.* Rom. *Adversùs me latati ſunt, & convenerunt: & congregaverunt in me flagella, & ignoraverunt.* Coislinian. *congregata ſunt in me flagella, & ignoravi.* Carnut. *congregati ſunt in me flagella, & ignoraverunt.* Mozarab. *Et adversùm me locuti ſunt, & convenerunt: congregata ſunt in me flag. & ignoraverunt.* Apud Auguſt. in hunc Pſ. omnia ut in textu Sangerm. Apud Caſſiod. in eund. ut in Vulg. præter hoc ult. *& ignoraverunt.* Item apud Lact. l. 4. Inſtitut. c. 18. p. 581. *congregata ſunt in me flag. & ignoraverunt.* In Gr. Καὶ κατ' ἐμοῦ εὐφράνθησαν, καὶ συνήχθησαν· συνήχθησαν ἐπ' ἐμὲ μάστιγες, καὶ οὐκ ἔγνων.

¥. 16. Pſalt. Rom. cum Lactant. l. 4. Inſtit. c. 18. p. 581. *Diſſoluti ſunt, nec compuncti ſunt, tentaverunt me, & deriſerunt deriſu: ſtriderunt in me dentibus ſuis;* Lact. *& ſtriderunt ſuper me.* Romano Pſalt. favet Mozar. ſi excipias unum *ſtridebant.* Item in Coislin. *Diſſoluti ſunt, nec comp. ſunt..... & deriſerunt deriſu.* In Mediolan. etiam & Carnut. *diſſoluti ſunt.* In Corb. *Diſſoluti ſunt, & compuncti ſunt, tentaverunt me, & deriſerunt deriſum: ſtriderunt in me dentibus ſuis.* Apud Auguſt. tract. 10. in Joh. to. 3. p. 2. col. 371. b. *Diſciſſi ſunt, nec compuncti ſunt:* item in Pſ. 57. to. 4. col. 555. a. at in Pſ. 34. col. 242. d. omiſſa priori parte hujus verſiculi 16. ita incipit: *Tentaverunt me, & ſubſannaverunt me ſubſannatione: ſtriderunt in me dentibus ſuis.* In Gr. Διεχλίσθησαν, καὶ οὐ κατενύγησαν, ἐπείρασάν με, ἐξεμυκτήρισάν με μυκτηρισμόν· ἔβρυξαν ἐπ' ἐμὲ τοὺς ὀδόντας αὐτῶν.

¥. 17. Ita Pſalt. Corb. & Moz. cum Rom. Martianæi, niſi quòd hab. *& à leonibus.* Similiter in Rom. Fabri, & Coislin. ſed legitur *reſtitues*, non *reſtitue.* Item in Mediolan. Carnut. & ap. Caſſiod. *à maleſactis.* Apud Ambroſ. l. de lapſu virg. to. 2. col. 319. b. ita: *Quando reſpiciens reſtitues animam meam?* Apud Auguſt. in hunc Pſ. *Dñe quando reſpicies? reſtitue animam meam ab aſtutiis eorum, à leonibus*, &c. In Gr. Κύριε πότε ἐπόψῃ; ἀποκατάστησον..... ἀπὸ τῆς κακουργίας αὐτῶν, ἀπὸ λεόντων, &c.

¥. 18. Sic in Pſalt. Rom. Coislin. Corb. Moz. ut & apud Ambroſ. in Pſ. 39. to. 1. col. 867. b. necnon Caſſiod. in hunc Pſ. Apud Auguſt. in eund. ſic: *Confitebor tibi Domine in eccleſia multa, in populo gravi*, &c. Item ap. Hilar. in Pſ. 121. col. 389. c. *in populo gravi*, &c. S. Pacian. epiſt. 3. p. 315. a. leg. *Pſallam nomini tuo in eccleſia multa*, &c. ut ſup. Gr. Ἐξομολογήσομαί σοι ἐν ἐκκλησίᾳ πολλῇ, &c. ut in Lat.

¥. 19. Pſalt. Rom. initio hab. *Ut non inſultent in me;* & in fine, *annuebant oculis.* Similiter in Moz. demptâ 1. voculâ *ut.* In Coislin. & Corb. *Non inſultent in me qui adverſantur mihi iniqui: qui oderunt..... & adnuentes oculis;* Corb. *& adnuerunt.* In Mediolan. etiam & Carnut. *Non inſultent in me.* Item apud Caſſiod. in hunc Pſ. cum hoc, *annuentes oculis.* Apud Aug. in eund. Pſ. *Non inſultent mihi..... & annuentes oculis.* In Pſalt. Mediolan. *& annuebant.* In Carnut. *& annuerunt.* In Gr. Var. Μὴ ἐπιχαρείησάν μοι οἱ ἐχθροί μου ματαίως· οἱ..... ὁ διανεύοντες ὀφθαλμοῖς. Mſ. Alex. cum editt. Ald. & Compl. loco ματαίως, hab. ἀδίκως.

¥. 20. Ita Pſalt. Moz. habet. Rom. verò, Mediolan. Carnut. cum Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. *& ſuper iram doloſè cogitabant.* In Coislin. ſic: *pacifica loquebantur: & intra doloſè cogitabant.* Ad Graduale miſſæ ſer. 6. poſt Dominic. Paſſion. ſic habetur: *Pacificè loquebantur mihi inimici mei: & in ira moleſti erant mihi:* ſed hæc ult. verba pertinent ad Pſ. 54. ¥. 4. Apud Auguſt. juxta Mſs. quoſdam legitur *pacifica.* In Pſalt. etiam Corb. *pacifica loqueb. & ſuper iram doloſè cogitabant.* In Gr. εἰρηνικὰ..... καὶ ἐπ' ὀργῇ δόλους διελογίζοντο. Mſ. Alex. cum Ald. & Compl. ἐπ' ὀργήν.

¥. 21. Ita Auguſtinus in hunc Pſ. cum Pſalt. Corb. Sic etiam in Rom. Coislin. Moz. & apud Caſſiod. dempto uno ϑ, ante *dilataverunt.* Gr. Καὶ ἐπλάτυναν ἐπ' ἐμὲ, &c. ut ſup.

¥. 22. Sic in Pſalt. Rom. ut & apud Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. Auguſt. paulò inf. loco *ne ſileas*, legit *ne tacueris.* Ambroſ. in Pſ. 38. to. 1. col. 845. f. *Tu autem ne taceas Domine; ne diſcedas à me.* Gr. Εἰδες Κύριε, μὴ παρασιωπήσῃς· Symm. μὴ ἡσυχάσῃς.

¥. 23. Ita Pſalt. Rom. Martianæi: Rom. verò Fabri delet ϑ, ante *intende.* In Coislin. pariter, *Exſurge Domine, intende judicium meum;* ultimò verò *in cauſa mea.* In Corb. *Exſurge Domine, & intende judicio meo..... in cauſa mea.* In Moz. etiam, *Exſurge Domine;* ſicut ap. Aug. & Caſſiod.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. meus, & Dominus meus in cauſam meam.	*in cauſam meam.*	in cauſam meam.
24. Judica me ſecundùm miſericordiam tuam Domine Deus meus: non inſultent in me inimici mei.	*Judica me ſecundùm juſtitiam tuam Domine Deus meus, & ne inſultent mihi.*	24. Judica me ſecundùm juſtitiam tuam Domine Deus meus, & non ſupergaudeant mihi.
25. Non dicant in corde ſuo: Euge, euge, animæ noſtræ: nec dicant: Abſorbimus eum.	*Nec dicant in corde ſuo: Vah, anima noſtra: & ne dicant: Abſorbuimus eum.*	25. Non dicant in cordibus ſuis: Euge, euge, animæ noſtræ: nec dicant: Devoravimus eum.
26. Erubeſcant & turbentur ſimul, qui gratulantur malis meis.	*Confundantur & revereantur pariter, qui lætantur in afflictione mea:*	26. Erubeſcant & revereantur ſimul, qui gratulantur malis meis.
Induantur confuſionem & reverentiam qui magna loquuntur adversùm me.	*Induantur confuſione & verecundia, qui magnificantur ſuper me.*	Induantur confuſione & reverentia qui magna loquuntur ſuper me.
27. Exſultent & lætentur qui volunt juſtitiam meam: & dicant ſemper: Magnificetur Dominus, qui volunt pacem ſervi ejus.	*Laudent & lætentur qui volunt juſtitiam meam, & dicant ſemper: Magnificetur Dominus, qui vult pacem ſervi ſui.*	27. Exſultent & lætentur qui volunt juſtitiam meam: & dicant ſemper: Magnificetur Dominus, qui volunt pacem ſervi ejus.
28. Et lingua mea meditabitur juſtitiam tuam, tota die laudem tuam.	*Et lingua mea meditabitur juſtitiam tuam, tota die laudem tuam.*	28. Et lingua mea meditabitur juſtitiam tuam, tota die laudem tuam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

in hunc Pſ. cæt. ut in Vulg. In Gr. Ἐξεγέρθητι Κύριε, ἡ προσχές τῇ κρίσει μου..... εἰς τὴν δίκην μου.

℣. 24. Sic in Pſalt. Coisliniano, addito uno *Domine*, poſt *judica me*. Item apud Caſſiod. in hunc Pſ. niſi quòd tollitur *Domine*, poſt *tuam*, additurque &, poſt *meus*. In Pſalt. Corb. *Judica me Domine ſecundùm miſericordiam tuam, Domine Deus meus, & non inſultent in me inimici mei.* In Rom. *Judica me ſecundùm magnam miſericordiam tuam Domine Deus meus, ut non inſultent in me inimici mei.* In Moz. *Judica me ſecundùm juſtitiam meam Domine Deus meus: non inſultent*, &c. ut ſup. In Carnut. *ſecundùm miſericordiam tuam.* Apud Auguſt. in eund. Pſ. *Judica me Domine ſec. juſtitiam meam, Domine Deus meus, & non inſultent in me inimici mei.* In Gr. Κρῖνόν με κύριε κατὰ τὴν δικαιοσύνην σου, Κύριε ὁ θεός μου, καὶ μὴ ἐπιχαρείησάν μοι.

℣. 25. Sic in Pſalt. Corb. ad verbum. Item in Mozarab. hoc excepto, *Nec dicant in*; & in fine, *Devorabimus eum.* In Rom. ac Coislin. *Nec dicant in cordibus ſuis... Obſorbuimus eum*; Coislin. *Abſorbuimus*, cum Caſſiod. Auguſt. in hunc Pſ. *Non dicant in corde ſuo..... non* (al. *nec*) *dicant: Abſorbuimus eum.* In Gr. Μὴ εἴπωσιν ἐν καρδίαις αὐτῶν.....

μηδὲ εἴπωσιν· Κατεπίομεν αὐτόν.

℣. 26. Pſalt. Rom. *Erubeſcant & revereantur ſimul..... Induantur pudore & rever. qui magna loquuntur adversùs me.* Mozarab. *Confundantur & revereantur ſimul..... Induantur confuſione & verecundia qui magna loq. adversùm me.* Corb. *Erub. & revereantur ſimul, qui.... Iuduantur pudore & reverentia qui maligna loquuntur adversùm me.* Item in Coislin. & Carnut. *qui maligna loquuntur*; ſic etiam hab. Vulg. in Mſs. Colb. Carn. & Sangerm. Item Aug. in hunc Pſ. *Erubeſcant & rever..... Induantur confuſione & verecundia qui maligna loquuntur adversùm me.* Apud. Caſſiod. *Induantur pudore & reverentia qui maligna loq. adversùm me.* In Græc. Αἰσχυνθείησαν καὶ ἐντραπείησαν ἅμα..... Ἐνδυσάσθωσαν αἰσχύνην καὶ ἐντροπὴν οἱ μεγαλορρημονοῦντες ἐπ' ἐμέ.

℣. 27. Concordant Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Pſalt. Rom. & Gr. ſolum Mozarab. addit *in te*, poſt *lætentur*, ut & Mſ. Alex. ἐπὶ σοί.

℣. 28. Ita Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. In Pſalt. Rom. & Moz. ſic: *Sed & lingua mea*, &c. In Gr. Καὶ ἡ γλῶσσά μου, &c.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 1. In finem, pro ſervo Domini, Pſalmus ipſi David. XXXV.	*Victori ſervo Domini David. XXXVI.*	1. In finem, ſervo Domini ipſi David. XXXV.
2. DIxit injuſtus ut delinquat ſibi: non eſt timor Dei ante oculos ejus.	*DIxit ſcelus impii in medio cordis ejus: non eſt timor Dei ante oculos ejus.*	2. DIxit injuſtus ut delinquat in ſemetipſo: non eſt timor Dei ante oculos ejus.
3. Quoniam dolosè egit in conſpectu ejus: ut inveniret iniquitatem ſuam, & odium.	*Quia dolosè egit adversùs eum in oculis ſuis, ut inveniret iniquitatem ejus ad odiendum.*	3. Quoniam dolosè egit in conſpectu ejus: ut inveniatur iniquitas ejus ad odium. *Sup.* 13. 3.
4. Verba oris ejus iniquitas, & dolus: noluit intelli-	*Verba oris ejus iniquitas, & dolus: ceſſavit cogitare ut benefa-	4. Verba oris ejus iniquitas, & dolus: noluit intelligere ut bene

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Pſalt. Rom. Martian. *In finem, ſervo Domini David Pſalmus.* In Rom. Fabri, & Corb. deeſt *Pſalmus.* In Mozarab. & apud Caſſiod. ita: *In finem, ſervo Domini, Pſalmus David.* In Coisl. *In finem, puero David.* Ap. Aug. non legitur inſcriptio. Ambroſ. verò in hunc Pſ. to. 1. col. 765. f. ait: *Titulum conſideremus:* In finem, ſervo Domini, Pſalmus David. *In toto Pſalterii corpore ſolus hic titulus eſt, quo Pſalmum* ſervo Domini *ſe ſcripſiſſe teſtetur.* Græcè: Εἰς τὸ τέλος, τῷ δούλῳ Κυρίου τῷ Δαυίδ· in Mſ. Alex. τῷ Δαυὶδ Ψαλμός· in Ald. & Compl. παιδί, pro δούλῳ. Euſebius ſcribit: *Neque* ψαλμὸς, *neque* ᾠδὴ, *neque quidquam hujuſmodi inſcriptum eſt*, teſte Nobilio.

℣. 2. Ita Pſalt. Corb. hab. Moz. verò ita: *Dixit injuſtus ut derelinquat ſibi*, &c. ſed mendosè, nam in Gr. conſtanter, τῷ ἁμαρτάνειν. Rom. cum Auguſt. Caſſiod. & Vulg. *ut delinquas in ſemetipſo.* Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 191. f. *ut delinquat in ſemetipſum*, &c. Ambroſ. in eund. Pſ. to. 1. col. 768. b. & ſeqq. cum Pſalt. Mediol. & Carnut. *ut delinquat ſibi*, &c. ut ſup. idem Ambr. infra col. 775. e. ait: *Primò injuſtum expoſuit qui vel in corde ſuo, vel in ſermone dicit*, ut ſibi delinquat, *vel* in ſe delinquat; *habet enim Græcus codex* ἐν ἑαυτῷ, *id eſt*, in ſeipſo, *ſed non omnes.* Gr. hod. pariter ἐν ἑαυτῷ.

℣. 3. Sic Ambroſ. in hunc Pſ. col. 770. e. cum Caſſiod. in eund. necnon Pſalt. Moz. Rom. & Coislin. Apud Lucif. verò Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 191. f. ita: *ut inveniatur iniquitas ejus, & odium*; ſic etiam in Pſalt. Corb. Apud Auguſt. in eund. Pſ. *ut inveniret iniquitatem ſuam, & odiſſet:* Pſalt. Mediol. & Carnut. hab. *& odium.* Gr. τοῦ εὑρεῖν τὴν ἀνομίαν αὐτοῦ, καὶ μισῆσαι.

℣. 4. Concinit Lucif. Calar. l. 1. pro S. Athan. p. 191. f. Sic etiam Ambroſ. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
ageret.	*ceret.*	gere ut bene ageret. *Ex Mſ. Sangerm.*
5. Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo : aſtitit omni viæ non bonæ, malitiam autem non odivit.	*Iniquitatem cogitat in cubili ſuo: ſtabit in via non bona, malum non abjiciet.*	5. Iniquitatem meditatus eſt in cubili ſuo : adſiſtit omni viæ non bonæ, malitiam autem non odiit.
6. Domine in cœlo miſericordia tua : & veritas tua uſque ad nubes.	*Domine in cœlo miſericordia tua: fides tua uſque ad nubes.*	6. Dominus in cœlo miſericordia tua : & veritas tua uſque ad nubes.
7. Juſtitia tua ſicut montes Dei : judicia tua abyſſus multa.	*Juſtitia tua quaſi montes, Deus: judicium tuum abyſſus multa.*	7. Juſtitia tua ſicut montes Dei : judicia tua ſicut abyſſus multa.
Homines & jumenta ſalvabis Domine : 8. quemadmodum multiplicaſti miſericordiam tuam Deus. Filii autem hominum, in tegmine alarum tuarum ſperabunt.	*Homines & jumenta ſalvos facies Domine : quàm pretioſa miſericordia tua Deus !* *Et filii Adam in umbra alarum tuarum ſperabunt :*	Homines & jumenta ſalvos facies Domine: 8. multiplicaſti miſericordiam tuam Deus. Filii autem hominum, in protectione alarum tuarum ſperant.
9. Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ : & torrente voluptatis tuæ potabis eos.	*Inebriabuntur de pinguedine domus tua, & torrente deliciarum tuarum potabis eos.*	9. Inebriabuntur ubertate domus tuæ : & torrentem voluntatis tuæ potum dabis illis.
10. Quoniam apud te eſt fons vitæ : & in lumine tuo videbimus lumen.	*Quoniam tecum eſt fons vitæ: in lumine tuo videbimus lumen.*	10. Quoniam apud te fons vitæ eſt : in lumine tuo videbimus lumen.
11. Prætende miſericordiam tuam ſcientibus te, & juſtitiam tuam his, qui recto ſunt corde.	*Attrahe miſericordiam tuam ſcientibus te, & juſtitiam tuam rectis corde.*	11. Prætendit miſericordia tua ſcientibus te, & juſtitiam tuam his, qui recto ſunt corde.
12. Non veniat mihi pes ſuperbiæ : & manus peccatoris non moveat me.	*Ne veniat mihi pes ſuperbia : & manus impiorum non me commoveat.*	12. Non veniat mihi pes ſuperbiæ : & manus peccatorum non moveat me.
13. Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem : expulſi ſunt, nec potuerunt ſtare.	*Ibi ceciderunt operantes iniquitatem : expulſi ſunt, & non potuerunt ſurgere.*	13. Ibi ceciderunt omnes operantes iniquitatem : expulſi ſunt, nec poterunt ſtare.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

vet. Pſalt. & Gr.

℣. 5. Sic iterum Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 191. f. niſi quòd ſcribit *odivit*. Item Ambroſ. in hunc Pſ. col. 772. a. b. ſed habet *adſtitit*, & in fine, *odio non habuit*. Itidem Auguſt. in eund. Pſ. Caſſiod. verò & Pſalt. Rom. ut in Vulgata. Gr. παρέστη..... τῇ δὲ κακίᾳ ὐ προσέχθησε.

℣. 6. Sic apud Ambroſ. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. ac in vet. Pſalt. excepto uno *Domine*. In Gr. Κύριε, &c.

℣. 7. Sic iterum Ambroſ. in hunc Pſ. col. 772. e. ſeqq. item to. 1. col. 644. e. 766. b. 991. f. 1006. b. 1461. e. Sic etiam Auguſt. in eund. Pſ. & in Pſ. 9. col. 43. b. & epiſt. 140. to. 2. col. 449. d. f. & tract. in Johan. to. 3. p. 2. col. 534. f. Item Hieron. in Jer. 32. to. 3. col. 697. b. in Ezech. 45. col. 1041. b. & l. 2. in ep. ad Epheſ. to. 4. col. 365. b. Apud Hilar. quoque in Pſ. 118. col. 254. a. 301. e. *ſicut abyſſus multa*. Caſſiod. in hunc Pſ. legit : *Juſtitia tua ſicut montes Domine : judicia tua abyſſus multa..... ſalvos facies Domine :* tum addit : *Quamvis uſus habeat*, ſicut montes Dei ; *multò tamen abſolutior eſt Hieronymi fida tranſlatio*, *quæ* Domine, *magis quàm* Dei, *poſuit*. In Pſalt. Corb. Coislin. & Moz. conſtanter, *montes Dei*, & *ſalvos facies Domine*. Sic etiam in Rom. cum hoc inſuper, & *judicia tua*. Auct. quæſt. apud Aug. to. 3. par. 2. q. 7. col. 158. d. habet pariter, *Homines & jumenta ſalvos facies*. Gr..... ὡς ὥρη Θεοῦ· τὰ κρίματά σου ἄβυσσος..... σώζεις Κύριε. In Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. deeſt σοῦ, ante ἄβυσσος. In Pſalt. Carnut. & Corb. eſt, *tanquam abyſſus multa*.

℣. 8. Ita Pſalt. Corb. hab. præpoſito uno *quemadmodum*. Rom. verò & Moz. cum Caſſiod. ita : *quemadmodum multipl. miſericordias tuas Deus. Filii..... in protectione..... ſperabunt*. Coislin. *quàm* (f. pro *quoniam*) *multiplicaſti miſericordiam tuam Deus..... in protectione*, &c. ut in Rom. Ambroſ. in hunc Pſ. to. 1. col. 773. d. *ſicut multiplicaſti miſericordiam tuam..... in protectione..... ſperabunt*. Auguſt. in eund. Pſ. *ſicut multiplicata eſt miſericordia tua Deus. Filii..... ſub tegmine*, &c. ut ſupra : ſimiliter in Pſ. 9. col. 43. b. c. & epiſt. 40. to. 2. col. 449. f. & tract. 34. in Joh. to. 3. p. 2. col. 535. a. In Gr. ὡς ἐπληθύνας τὸ ἔλεός σου..... ὐ σκέπῃ..... ἐλπιοῦσι.

℣. 9. Pſalt. Roman. Vulgatæ conſonat ; ſicut etiam Ambroſ. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. Ambroſ. tamen lib. de parad. to. 1. col. 146. c. habet : *ex torrente voluptatis tuæ potabis eos* : & in Pſ. 35. col. 774. c. *Confidemus*, inquit, *cur torrentem voluptatis dixerit potabis eos ?* Succinit Hieron. in Eccleſ. to. 2. col. 726. c. at in Ezech. 47. to. 3. col. 1055. e. ſic habet : & *torrente deliciarum tuarum potabis eos*. Similiter Auguſt. in Pſ. 9. col. 43. b. c. cum Brev. Moz. Pſalt. verò Coislin. & *torrente voluntatis tuæ potum dabis eis*, ut ſup. in textu. Corb. *in torrente voluntate potabis eos*. Gr. μεθυσθήσονται ἀπὸ..... ὐ τοῦ χειμάῤῥου τῆς τρυφῆς σου ποτιεῖς αὐτούς· codd. nonnulli ferunt τῶν χειμάῤῥων, num. plurali.

℣. 10. Pſalt. Moz. *Quoniam apud te eſt Domine fons vitæ*. Coislin. *Quoniam apud te fons vitæ*. Similiter apud Aug. in hunc Pſ. juxta Mſs. codd. qui etiam tollunt &, ante ſeq. *in lumine :* at ſup. in Pſ. 9. col. 43. b. c. concordat Aug. cum Vulg. Sic etiam Ambroſ. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Victorino Afro l. 2. adv. Arium, p. 274. h. 295. h. & Fauſtino Presb. cont. Arian. p. 639. h. necnon Auct. lib. de fide orthod. ap. Ambr. p. 352. c. ac Pſalt. Rom. Item rurſum Ambroſ. to. 1. col. 310. f. 438. e. 640. f. 833. c. & to. 2. col. 293. a. 453. c. 629. c. at inf. col. 631. b. legit *apud te fons vitæ*, abſque verbo *eſt*. Itidem S. Paulinus epiſt. 20. p. 113. b. Græcè pariter, Ὅτι παρὰ σοὶ πηγὴ ζωῆς· ἐν τῷ, &c.

℣. 11. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 191. g. cum Pſalt. Moz. *Oſtendo miſeric. tuam ſcientibus te*, &c. Similiter in Coislin. addita conjunct. &, poſt *tuam*. Sed Ambr. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. Vulgatæ ſuffragantur cum Pſalt. Rom. In Gr. Παράτεινον τὸ ἔλεός σου τοῖς..... τοῖς εὐθέσι τῇ καρδίᾳ.

℣. 12. Similiter hab. Ambr. l. 4. de interpel. Dav. c. 3. col. 664. c. cum Pſalt. Rom. at in hunc Pſ. col. 774. d. & 776. c. leg. ipſe, *manus peccatorum non moveant me*, cum Pſalt. Coisl. & Corb. Lucifer Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 191. g. ſicut Auguſt. & Caſſiod. in eund. Pſ. Vulgatæ congruunt. Gr. ὐ χεὶρ ἁμαρτωλῶν μὴ σαλεύσαι με· Mſ. Alex. Ald. & Compl. ἁμαρτωλῶ.

℣. 13. Lucif. Calar. l. 1. pro S. Athan. p. 191. g. *Ibi ceciderunt omnes qui operantur*, &c. ut in Vulg. Similiter Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. col. 1136. d. cum Pſalt. Rom. Corb. & Moz. at in Pſ. 35. col. 775. c. & ſeq. leg. *Ibi cecid. operantes iniquitatem..... nec potuerunt*, &c. & infra, 776. e. *Ibi cecid. qui operantur iniquit.* Itidem Aug. in hunc Pſ. col. 256. e. at paulò ſupra habet, *omnes qui operantur*, &c. cum Caſſiod. in eund. Pſ. In Gr. Ἐκεῖ ἔπεσον πάντες οἱ ἐργαζόμενοι..... ὐ μὴ δύνωνται στῆναι.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
In Mſ. Sangerm. 1. In finem, Pſalmus ipſi David. XXXVI.	*David. XXXVII.*	1. Pſalmus ipſi David. XXXVI.
* NOli æmulari inter malignantes: neque æmulatus fueris facientes iniquitatem.	*NOli contendere cum malignis: neque æmuleris facientes iniquitatem.*	NOli æmulari in malignantibus: neque zelaveris facientes iniquitatem.
2. Quoniam tanquam fœnum citò areſcent: & ſicut olera herbarum citò decident.	*Quoniam ſicut herba velociter conterentur, & ſicut olus viride marceſcent.*	2. Quoniam tanquam fœnum velociter areſcent: & quemadmodum olera herbarum citò decident.
3. Spera in Domino, & fac bonum: & inhabita terram, & paſcêris in divitiis ejus.	*Spera in Domino, & fac bonum: peregrinare in terra, & paſcere fide:*	3. Spera in Domino, & fac bonitatem: & inhabita terram, & paſcêris in divitiis ejus.
4. Delectare in Domino: & dabit tibi petitiones cordis tui.	*Et delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui.*	4. Delectare in Domino: & dabit tibi petitiones cordis tui.
5. Revela ad Dominum viam tuam, & ſperate in eum: & ipſe faciet.	*Volve ſuper Dominum viam tuam, & confide in eo, & ipſe faciet.*	5. Revela Domino viam tuam, & ſpera in eo: & ipſe faciet.
6. Et educet juſtitiam tuam tanquam lumen, & judicium tuum ſicut medium diem: 7. ſubditus eſto Domino, & obſecra eum.	*Et educet ſicut lumen juſtitiam tuam, & judicia tua ſicut meridiem: tace Domino, & exſpecta eum.*	6. Et educet quaſi lumen juſtitiam tuam, & judicium tuum tanquam meridiem: 7. ſubditus eſto Domino, & ora eum.
Ne æmulatus fueris eum, qui proſperatur in via ſua; in homine faciente iniquitates.	*Noli contendere adversùs eum, qui proficit in via ſua: adversùs virum, qui facit qua cogitat.*	Noli æmulari in eo, qui proſperatur in via ſua; in homine faciente injuſtitias.
8. Deſine ab ira, & dere-	*Dimitte iram, & derelinque*	8. Deſine ab ira, & derelinque

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Pſalt. Rom. Fabri ſimpliciter, *Ipſi David.* Rom. Martianæi, & Corb. *Huic David.* Coislin. *Pſalmus David.* Græc. Vat. Τῷ Δαυίδ. Mſ. verò Alex. Εἰς τὸ τέλος, Ψαλμὸς τῷ Δαυίδ. Edd. Ald. & Compl. delent Εἰς τὸ τέλος. Titulus apud Auguſt. non legitur. Apud Caſſiod. ut in Vulg. nec prætereundum puto totum hunc Pſalmum in Pſalt. Rom. Martianæi, & apud Caſſiodorum dividi ſecundùm litteras Hebraïcas: nempe ad ℣. 1. ponitur *Aleph*, ad ℣. 3. *Beth*, ad ℣. 5. *Gimel*, & ſic de cæteris. Unde Caſſiod. ait: *Eſt etiam alphabeti Hebræi ordine digeſtus, minùs habens litteram ſextam decimam;* & paulò infra: *Memento quòd iſtorum alphabetorum jam tertius Pſalmus eſt, quoniam & ipſi ad ſeptenarium numerum tendunt.*

* Ita Pſalt. Corb. Rom. & Moz. cum Caſſiod. in hunc Pſ. Similiter ap. Lucif. Calar. l. 1. pro S. Athan. p. 192. a. uno excepto; *zelaveris*, pro *æmulatus fueris.* Ambroſ. in hunc Pſ. to. 1. col. 778. d. & ep. 63. to. 2. col. 1033. b. legit: *Noli malignari inter malignantes: neque æmulatus fueris facientes*, &c. & infra, col. 1042. e. *Noli malignus eſſe inter malignantes.* Hieron. in Iſai. 51. to. 3. col. 373. c. *Ne zeleris in malignantibus: neque æmuleris facientes iniquitatem.* Aug. in hunc Pſ. *Noli æmulari in malignantibus: neque æmuleris*, &c. Pſalt. Coiſl. *neque æmulatus fueris*, &c. Ennod. ep. 19. apud Sirm. to. 1. p. 1419. a. *Noli æmulari inter malignantes.* Ambroſ. quoque in hunc Pſ. p. 779. a. dicit: Παραζηλώσω (Rom. 11. 14.) *Gr. habet; & hic:* Μὴ παραζήλει ἐν πονηρευομένοις habet; μηδὲ ζήλει τὰς πεύκτας τὴν ἀνομίαν· hoc eſt, *Noli malignos in æmulationem excitare, quoniam illi non de bono, ſed de malo certant:* & infra, col. 781. d. *Noli eſſe æmulus & obliquus; noli eſſe contentioſus & decertator in zelo: unde & Aquila dixit: Noli concertare in malignantibus: Symmachus: Noli contendere.*

℣. 2. Pſalt. Rom. *Quoniam tanq. fœnum velociter areſcent: & ſicut olera herb. citò cadent.* Similiter in Moz. excepto uno *citò*, pro *velociter.* In Coislin. *Quoniam ſicut fœnum citò areſcent*, &c. ut in Rom. In Corb. *Quon. tanq. fœnum velociter areſcit: ſicut olera herbarum citò cadent.* Ap. Lucif. Calar. l. 1. pro S. Athan. p. 192. a. & Caſſiod. in hunc Pſ. omnia ut in Pſalt. Rom. præter ult. *decident.* Item apud Hieron. in Iſai. 51. to. 3. col. 373. c. ni excipias *ſicut*, pro *tanquam.* Apud Auguſt. in hunc Pſ. *Quoniam tanquam fœn. citò areſcent: & ſicut olera prati citò cadent.* Apud S. Paulin. epiſt. 40. p. 243. b. *Sicut fœnum velociter areſcit: & ſicut flos agri citò decidit.* Ambr. in hunc Pſ. col. 781. d. ſic alludit: *Quid enim prodeſt, cùm ipſæ divitiæ, & omnis gloria ſecularis tanquam fœnum citò areſcat, & tanquam olera herbarum in ipſa ſpecie ſui floris intercidant?* In Gr. Ὅτι ὡσεὶ χόρτος ταχὺ..... ἢ ὡσεὶ λάχανα χλόης ταχὺ ἀποπεσοῦνται.

℣. 3. Ambroſ. & Caſſiod. in hunc Pſ. Vulgatæ accinunt cum Pſalt. Rom. Apud Auguſt. in eund. Pſ. *Spera in Dominum, & fac bonitatem*, &c. Græcè: Ἔλπιζον ἐπὶ Κύριον, καὶ ποίει χρηστότητα, &c.

℣. 4. Concordant Ambroſ. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum vet. Pſalt. Item apud Hieron. in Jer. 31. to. 3. col. 681. a. *Delectare in Domino*, &c. *pro quo*, inquit, *in Græco & in Hebræo habetur, Deliciis affluе.* Ambroſ. l. 1. offic. to. 2. col. 43. d. conſtanter, *Delectare in Domino.* Gr. Καταῤῥόνησον τῷ Κυρίῳ, &c.

℣. 5. Ita legit Ambroſ. in hunc Pſ. col. 782. e. & in Pſ. 118. col. 1075. a. & l. de Iſaac, c. 4. col. 361. d. & de Joſeph, c. 10. col. 502. c. Sic etiam Auguſt. in eund. Pſ. necnon Fulgent. ep. 3. p. 175. cum Pſalt. Moz. & Corb. ſi excipias unum *ſpera.* Ambroſ. quoque in Pſ. 36. col. 783. e. hab. *Revela Domino..... ſpera in eum.* Caſſiod. Vulgatæ congruit, cum Pſalt. Rom. Græcè: Ἀποκάλυψον πρὸς Κύριον..... καὶ ἔλπισον ἐπ' αὐτόν, &c.

℣. 6. Pſalt. Rom. & Moz. cum Caſſiod. *Et educet tanquam lumen juſtitiam tuam, & judicium tuum ſicut meridiem.* Similiter in Corb. præter ult. *medium diem.* Ambroſ. in hunc Pſ. col. 782. e. 792. b. & in Pſ. 118. col. 1075. a. legit: *Et educet ſicut lumen..... ſicut meridiem:* item l. de Iſaac, c. 4. col. 361. d. ſi excipias ult. *tanquam meridiem:* at lib. de Joſeph, c. 10. col. 502. e. *tanquam lumen..... ſicut meridiem:* & in Pſ. 118. col. 985. e. *Deduces eorum juſtitiam tanquam lumen, & judicium eorum tanquam meridiem:* & l. 4. Hexa. to. 1. col. 65. f. *Et educet quaſi lucem juſtitiam tuam, & jud. tuum quaſi meridiem.* Aug. in hunc Pſ. *Et educet ſicut lumen..... ſicut merid.* paulò poſt, *velut lumen.* Græc. Καὶ ἐξοίσει ὡς φῶς τὴν δικαιοσύνην..... ὡς μεσημβρίαν.

℣. 7. Sic in Pſalt. Rom. & Coiſl. præter hoc, *& in homine faciente iniquitatem.* Rom. Martianæi tollit &, ante hoc, *in homine.* Moz. habet: *Subditus eſto Deo, & obſecra eum. Ne æmuleris eum..... & in homine fac. iniquitatem.* Corb. *Subditus eſto..... & obſecra eum. Ne æmulatus fueris eum, qui..... ſuâ; in hominem facientem iniquitatem.* Cypr. l. de zelo & liv. p. 258. a. *Noli zelare bene ambulantem in via ſua.* Ambroſ. in hunc Pſ. col. 783. e. *Subditus eſto Domino, & obſecra eum. Ne æmulatus fueris eum, qui proſperè dirigitur in via ſua, faciens iniquitatem.* Auguſt. in eund. Pſ. *Subditus eſto Domino, & obſecra eum. Ne ſubæmuleris eum, qui proſp..... ſuâ; in homine faciente iniquitatem.* Itidem apud Caſſiod. hoc excepto, *ne æmulatus fueris.* In Gr. Ὑποτάγηθι τῷ Κυρίῳ, καὶ ἐκλίτευσον αὐτόν. Μὴ παραζήλει ἐν τῷ κατευοδουμένῳ ἐν τῇ ὁδῷ αὐτοῦ· ἐν ἀνθρώπῳ ποιοῦντι παρανομίας, Mſ. Alex. cum edit. Ald. & Compl. παρανομίαν.

℣. 8. Ita Pſalt. Coislin. & Corb. Similiter in Rom. Mediol. Carnut. & Moz. præter unum *furorem*, loco *indignationem.* Apud Ambroſ. in hunc Pſ. *Relinque indignationem*, &c. ut in textu. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
furorem : noli æmulari ut malignéris.	*furorem : noli contendere ut malefacias.*	linque indignationem : ne æmuleris ut nequiter facias. *Ex Mſ. Sangerm.*
9. Quoniam qui malignantur, exterminabuntur : ſuſtinentes autem Dominum, ipſi hæreditabunt terram.	*Quoniam qui malefaciunt, interibunt : exſpectantes autem Dominum, ipſi hæreditabunt terram.*	9. Quoniam qui iniquè agunt, exterminabuntur : & qui exſpectant Dominum, ipſi hæreditatem poſſidebunt terram.
10. Et adhuc puſillum, & non erit peccator : & quæres locum ejus, & non invenies.	*Adhuc enim modicum, & non erit impius : & cogitabis de loco ejus, & non ſubſiſtet.*	10. Puſillum adhuc, & non erit peccator : & quæres locum ejus, nec invenies.
Matth. 5. 4. 11. Manſueti autem hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.	*Mites autem hæreditabunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.*	11. Manſueti autem poſſidebunt terram, & delectabuntur in multitudine pacis.
12. Obſervabit peccator juſtum : & ſtridebit ſuper eum dentibus ſuis.	*Cogitat impius de juſto, & frendet adversùs eum dentibus ſuis.*	12. Obſervabit peccator juſtum : & fremebit ſuper eum dentibus ſuis.
13. Dominus autem irridebit eum : quoniam proſpicit quòd veniet dies ejus.	*Dominus deridebit eum : quia vidit quoniam venit dies ejus.*	13. Dominus autem inridebit eum : quoniam proſpicit eò quòd veniat dies ejus.
14. Gladium evaginaverunt peccatores : intenderunt arcum ſuum,	*Gladium evaginaverunt impii : tetenderunt arcum ſuum,*	14. Gladium evaginaverunt peccatores : & tetenderunt arcum ſuum,
Ut dejiciant pauperem & inopem : ut trucident rectos corde.	*Ut percutiant egenum & pauperem, & interficiant rectos in via.*	Ut dejiciant inopem & pauperem : ut trucident juſtos corde.
15. Gladius eorum intret in corda ipſorum : & arcus eorum confringatur.	*Gladius eorum ingrediatur in cor eorum, & arcus eorum confringantur.*	15. Framea eorum intret in cor ipſorum : & arcus eorum confringatur.
16. Melius eſt modicum juſto, ſuper divitias peccatorum multas.	*Melius eſt parum juſto, quàm divitiæ impiorum multæ.*	16. Melius eſt modicum juſto, ſuper divitias peccatorum multas.
17. Quoniam brachia peccatorum conterentur : confirmat autem juſtos Dominus.	*Quia brachia impiorum confringentur : ſublevat autem juſtos Dominus.*	17. Quoniam brachia peccatorum conterentur : ſuffulcit autem juſtos Dominus.
18. Novit Dominus dies immaculatorum : & hæreditas eorum in æternum erit.	*Novit Dominus dies immaculatorum, & hæreditas eorum æterna erit.*	18. Novit Dominus dies immaculatorum : & hæreditas eorum in æternum manet.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

191. g. Vulgatæ ſuffragatur. Hieron. verò l. 3. in ep. ad Eph. to. 4. col. 377. f. legit : *Quieſce ab ira*, & *dimitte furorem*. Chromat. Aquil. in Matth. p. 982. e. *Deſine ab ira*, & *derelinque indignationem*, ut ſup. Aug. in eund. Pſ. *Deſine ab ira*, & *derel. furorem :* ſed Mſs. nonnulli ibi ferunt *indignationem*, ſicut infra conſtanter cum editt. deinde ſic : *ne ſubæmuleris ut malignè facias*. In Gr. Παῦσαι ἀπὸ ὀργῆς, καὶ ἐγκατάλιπε θυμόν· μὴ παραζήλου ὥστε κακοποιεῖσθαι.

℣. 9. Pſalt. Rom. cum Caſſiod. *Quoniam qui nequiter agunt, exterminab. qui verò exſpectant Dominum, ipſi hæreditate poſſideb. terram.* Similiter in Moz. excepto uno *autem*, pro *verò*. In Coislin. *nam qui exſpectant Dom. ipſi hæreditatem*, &c. in Corb. *Quoniam qui nequiter agunt, exterminab. nam qui*, &c. ut in Coislin. Item in Mediol. & Carnut. *qui nequiter agunt*. Apud Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 191. g. *qui malignantur*. Apud Ambroſ. in hunc Pſ. col. 786. e. *Quoniam qui nequiter agunt, exterminab. ſuſtinentes enim Dominum, poſſidebunt terram :* paulò verò poſt, *ſuſtinentes autem Dom. hæreditate poſſidebunt terram*. Apud Aug. in eund. Pſ. *Quoniam qui malignè agunt, exterminab. ſuſtinentes autem Dom. ipſi hæreditate poſſid.* &c. In Conc. Pariſ. 5. Conc. to. 5. col. 925. a. *Quoniam qui nequiter agunt, exterminab. qui verò exſpectant Dom. ipſi hæreditabunt terram*. In Gr. Ὅτι οἱ κακοποιούμενοι..... οἱ δὲ ὑπομένοντες τὸν Κύριον, αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν.

℣. 10. Sic in Pſalt. Coislin. Rom. & apud Caſſiod. In Mozarab. *Et puſillum adhuc*. In Corb. *Et adhuc puſillum*, & *non erit pecc. quærens locum ejus*, & *non invenies*. Apud Ambroſ. & Auguſt. in hunc Pſ. *Et adhuc puſillum*, &c. ut in Vulg. In Gr. Καὶ ἔτι ὀλίγον..... καὶ οὐ μὴ εὕρῃς.

℣. 11. Ita Ambroſ. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Chromat. Aquil. in Matth. p. 978. f. necnon Pſalt. Rom. Coiſlin. Corb. & Mozar. Apud Auguſt. in eund. Pſ. *hæreditate poſſidebunt terram*, &c. ut ſup. Ap. S. Paulin. epiſt. 45. p. 274. a. *delectab. in abundantia pacis*. In Gr. Οἱ δὲ πραεῖς κληρονομήσουσι γῆν, καὶ καλατρυφήσουσιν ἐπὶ πλήθει εἰρήνης.

℣. 12. Pſalt. Rom. Corb. & Moz. cum Ambroſ. & Caſſiod. in hunc Pſ. & *fremet* ; Coislin. & *fremit*. Cypr. de zelo & liv. p. 258. a. & *ſtridebit ad eum*. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 191. h. & *ſtridebit ſuper eum*, &c. Aug. in eund. Pſ. & *ſtridet*. Græc. καὶ βρύξει ἐπ' αὐτὸν τοὺς ὀδόντας αὐτοῦ.

℣. 13. Cypr. de zelo & liv. p. 258. a. *Deus autem irridebit eum : quoniam providet quia veniet dies ejus*. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 191. h. *Dominus autem deridebit eum : quoniam proſpicit quia veniet*, &c. Ambroſ. in hunc Pſ. *quoniam proſpicit quod veniat dies ejus*. Pſalt. Coislin. *quòd venient dies ejus*. Auguſt. & Caſſiod. in eund. Pſ. *quòd veniet*, &c. Gr. ὅτι προβλέπει ὅτι ἥξει ἡ ἡμέρα αὐτοῦ.

℣. 14. Ita in Pſalt. Corb. excepto hoc ult. *rectos corde*. Sic etiam in Rom. deleto &, ante *tetenderunt*. In Mozar. *Ut dejicerent inopem & pauperem*, & *trucident rectos corde*. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 191. h. legit : *Gladium evagin. pecc. intenderunt..... ut dejiciant inopem & paup. & trucid.* &c. Ambroſ. in hunc Pſ. *Ecce gladium evaginaverunt pecc. extenderunt..... ut dejiciant paup. & inopem* : nec plura addit. Apud Auguſt. in eund. Pſ. ſic : *Gladium eduxerunt peccatores : intenderunt..... ut dejiciant inopem & paup.* &c. ut in Vulg. Apud Caſſiod. *Gladium evaginaverunt pecc. tetenderunt*, &c. ut in Vulg. In Gr. Ῥομφαίαν ἐσπάσαντο οἱ ἁμαρτωλοί· ἐνέτειναν..... τοῦ καταβαλεῖν πτωχὸν καὶ..... τοῦ (Compl. καὶ τοῦ) σφάξαι τοὺς εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ.

℣. 15. Sic in Brev. Moz. eſt, excepto ſeq. *in cor eorum*, cum hoc ult. *conteretur*. In Pſalt. Rom. *Gladius eorum intret in cor ipſorum :* & *arcus eorum conteratur*. Similiter apud Auguſtinum in hunc Pſalm. præter vocem *framea*, pro *gladius*. Apud Ambroſ. in hunc Pſ. *Framea peccatorum intret in corda ipſorum :* & *arcus eorum confringatur*. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 191. h. & Caſſiod. nil omnino differunt à Vulg. Græcè : Ἡ ῥομφαία αὐτῶν εἰσέλθοι εἰς τὴν καρδίαν αὐτῶν καὶ τὰ τόξα αὐτῶν συντριβείη.

℣. 16. Ita Auguſt. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Apud Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 191. h. *Melius modicum juſto*, &c. Apud Ambroſ. in hunc Pſ. *Melius eſt parum juſto*, &c. In Gr. Κρεῖσσον ὀλίγον τῷ, &c.

℣. 17. Ambr. l. 6. Hexa. & in hunc Pſ. cum Aug. Caſſiod. & Pſalt. Rom. *confirmat autem*, ut in Vulg. In Gr. ὑποστηρίζει δέ. Symm. ἀντιλαμβάνεται.

℣. 18. Pſalt. Rom. cum Moz. Mediolan. Carnut. & Corb. hab. *vias immaculatorum*, &c. ut in Vulg. Similiter

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 19. Non confundentur in tempore malo, & in diebus famis ſaturabuntur: 20. quoniam peccatores peribunt.	*Non confundentur in tempore malo, & in diebus famis ſaturabuntur: quia impii peribunt,*	19. Non confundentur in tempore malo, & in diebus famis ſaturabuntur: 20. quia peccatores peribunt.
Inimici autem Domini ſtatim honorabuntur & exaltabuntur: deficientes, ut fumus deficient.	*Et inimici Domini gloriantes ut monocerotes, conſumentur, ſicut fumus conſumitur.*	Inimici verò Domini mox ut honorificati fuerint & exaltati: deficientes, quemadmodum fumus deficient.
21. Mutuatur peccator, & non ſolvet: juſtus autem miſeretur & commodat.	*Fœnus accipit impius, & non reddet: juſtus autem donat & tribuit.*	21. Mutuabitur peccator, & non ſolvet: juſtus autem miſeretur & tribuet.
22. Quoniam benedicentes eum poſſidebunt terram: maledicentes autem illum diſperient.	*Quia qui benedicti fuerint ab eo, hæreditabunt terram: & qui maledicti, interibunt.*	22. Quia benedicentes ei hæreditabunt terram: maledicentes autem ei diſperibunt.
23. Apud Dominum greſſus ejus dirigentur: & viam ejus capient.	*A Domino greſſus viri firmantur, & viam ejus volet.*	23. Apud Dominum greſſus hominis dirigentur: & viam ejus volet.
24. Cùm ceciderit juſtus, non conturbabitur: quia Dominus firmat manum ejus.	*Cùm ceciderit, non allidetur: quia Dominus ſuſtentat manum ejus.*	24. Cùm ceciderit, non collidetur: quia Dominus ſupponit manum ſuam.
25. Juvenior fui, & ſenui: & non vidi juſtum derelictum, neque ſemen ejus egentem panem.	*Puer fui, ſiquidem & ſenui; & non vidi juſtum derelictum, neque ſemen ejus quærens panem.*	25. Junior fui, etenim ſenui: & non vidi juſtum derelictum, nec ſemen ejus quærens panem.
26. Tota die miſeretur & fœnerat: & ſemen ejus in benedictione erit.	*Tota die donat & commodat: & ſemen ejus in benedictione.*	26. Tota die miſeretur & commodat: & ſemen illius in benedictione erit.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Ambroſ. in Luc. 1. col. 1272. c. & in hunc Pſ. col. 791. e. tum addit: *& hæreditas eorum immaculata erit;* paulò verò poſt, *in æternum erit:* item infra, col. 792. a. ait: *Græcum habet: Novit Dom. dies immaculatorum.* Auguſt. & Caſſiod. in eund. Pſ. *vias immaculatorum*, &c. ut in Vulg. Hieron. in Iſai. 65. to. 3. col. 488. e. *Cognoſcit Dñus vias immacul. & hæreditas eorum erit in ſempiternum.* In Gr. Γινώσκει Κύριος τὰς ὁδοὺς..... εἰς τὸν αἰῶνα ἔσται.

℣. 19. Succinunt Ambroſ. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. & Gr. Ambroſ. tamen in eund. Pſ. col. 793. a. alludendo fortè dicit: *Et non habebunt de quo erubeſcant in tempore malo*, &c. Hieron. in Iſai. 65. to. 3. col. 488. e. *Non confundentur in tempore peſſimo*, &c.

℣. 20. Ita in Brev. Moz. excepto uno *mox*, pro *ſtatim*. Item in Rom. præter ſeqq. *mox honorati & exaltati fuerint*. In Corb. *Inimici autem Domini ut honorabuntur & exaltabuntur: deficientes, ſicut fumus deficient*. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 191. h. legit: *Inimici Domini mox ut honorabuntur & exaltabuntur: deficientes, ut*, &c. Ambroſ. in hunc Pſ. *deficientes, ſicut fumus deficient*, additque: *Græcum habet ἐξέλιπον, hoc eſt, defecerunt*. Auguſt. in eund. Pſ. *Inimici autem Dom. ſtatim ut gloriabuntur & exaltabuntur: defic. ſicut*, &c. Itidem ap. Caſſiod. in eund. Pſ. exceptis his, *mox honorificati fuerint & exaltati*. In Gr. ἅμα τῷ δοξασθῆναι αὐτὸς ὑψωθῆναι· ἐκλείποντες..... ἐξέλιπον.

℣. 21. Ita Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Moz. & Carnut. Similiter in Rom. præter unum *ſolvit*. Ambroſ. l. de Tob. c. 18. to. 1. col. 611. d. 614. b. cum Vulg. *Mutuabitur pecc. & non ſolvet..... & tribuet:* at in Pſ. 36. col. 796. d. f. & l. 3. offic. to. 2. col. 112. f. leg. *& tribuit;* lib. verò 2. offic. col. 80. f. *& fœnerat:* l. de Tob. c. 2. col. 593. b. *& commodat*, ut in Pſalt. Corb. Aug. in hunc Pſ. *Fœneratur peccator, & non ſolvet: juſtus autem miſeretur & commodat*. Gr. Δανείζεται..... καὶ οὐκ ἀποτίσει..... οἰκτείρει καὶ δίδωσι. Compl. ἀποδίδωσι..... δίδωσι.

℣. 22. Sic in Pſalt. Rom. Corb. Moz. & ap. Caſſiod. in hunc Pſ. Similiter ap. Ambroſ. in eund. præter ult. *diſperibunt*. Ap. Auguſt. in eund. Pſ. ita, *hæreditate poſſidebunt terram;* extremòque, *diſperient*. In Gr. κληρονομήσουσι..... ἐξολοθρευθήσονται.

℣. 23. Pſalt. Rom. *A Domino greſſus hominis dirigunur: & viam ejus cupit nimis*. Mozarab. *A Domino greſſus hom. dirigentur..... cupiet nimis*. Mediolan. *cupiet valde*. Corb. *& viam ejus cupient*. Apud Ambroſ. in hunc Pſ. col. 798. a. *A Domino greſſus viri corrigentur;* mox ita: *Græcus διαβήματα dixit, hoc eſt, tranſitus*. Auguſt. in hunc Pſ. cum Auct. lib. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 15. b. *A Domino greſſus hominis dirigentur..... volet*. Ita rurſum ap. Aug. epiſt. 217. to. 2. col. 800. b. præter unum *dirigunsur*. Itidem ap. S. Paulin. epiſt. 29. p. 181. b. Hieron. verò in Jerem. 10. to. 3. p. 581. e. legit: *A Domino..... dirigentur..... volet nimis:* unde epiſt. ad Sun. & Fretel. to. 2. col. 635. b. ait: *In Græco* volet nimis *vos legiſſe dicitis; quod additum eſt, nec apud quemquam habetur Interpretum*. In Gr. Vat. Παρὰ Κυρίου τὰ διαβήματα ἀνθρώπου κατευθύνεται· καὶ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ θελήσει. Mſ. Alex. Ald. & Compl. addunt σφόδρα. Apud Symm. καὶ ἡ ὁδὸς αὐτοῦ εὐδοκεῖται.

℣. 24. Ita Pſalt. Rom. & Mediolan. cum Caſſiod. in hunc Pſ. In Corb. etiam & Carnut. *non conturbabitur;* at in fine, *confirmat manum ejus*. Itidem apud Ambroſ. in hunc Pſ. col. 799. d. detracto verbo *juſtus:* at infra, col. 800. a. leg. *non turbabitur*. In Brev. Mozarab. *Cùm cecid. juſtus, non commovebitur: quoniam Dominus confirmat manum ejus:* in Pſalt. Corb. *manu ejus*. Ap. Aug. in hunc Pſ. deeſt *juſtus;* deinde ſic: *non conturbabitur: quon. Dom. confirmat manum ejus*. Ap. Greg. Turon. de glor. Conf. p. 912. d. *Cùm ceciderit juſtus, non conlidetur: quia Dom. firmat manum ejus*. Fulg. l. de Incarn. p. 427. *Dum ceciderit juſtus, non conturbabitur: quon. Dom. confirmas manum ejus*. In Gr. Ὅταν πέσῃ, οὐ καταῤῥαχθήσεται· ὅτι Κύριος ἀντιλαμβάνεται χειρὸς αὐτοῦ.

℣. 25. Ita Brev. Mozarab. hab. præter vocem 1. *inmemor*, loco *juvenior:* at hîc mendum ſuſpicor, nam in Pſalt. Rom. Fabri, & Corb. conſtanter, *Junior fui, & ſenui:* ſubinde, *nec ſemen ejus egens pane*. Corb. *quærentem panem:* ſic etiam leg. Cypr. l. de op. & eleem. p. 243. c. at l. de orat. Dom. p. 210. c. *neque ſemen ejus quærens panem:* & l. 3. Teſtim. p. 303. a. *Junior fui, etenim ſenui... nec ſemen ejus quærens panem*. Ambroſ. de Tob. c. 18. to. 1. col. 611. d. & in Luc. 6. p. 1369. c. & l. 1. offic. to. 2. col. 49. c. *Juvenis fui, & ſenui..... nec ſemen ejus quærens panem:* item in Pſ. 36. to. 1. col. 802. e. ait: *Aliqui autem juxta Græcos habent: Juvenis fui, etenim ſenui*, &c. ut ſup. inf. etiam col. 804. b. c. e. legit ipſe, *etenim ſenui*. Hieron. in Iſai. 5. to. 3. col. 51. f. *Juvenis fui, & ſenui*, &c. ut in Vulg. S. Paulinus epiſt. 23. p. 127. a. *Junior fui, & ſenui:* Mſ. tamen Reg. cum edit. Grav. hab. *Juvenior*. Auguſt. in hunc Pſ. col. 283. d. *Juvenis fui, & ecce ſenui: & non vidi;* reliqua ut in Vulg. & infra, col. 285. a. *Junior fui, & ecce ſenui: & nunquam vidi..... quærens panem*. Caſſiod. in eund. Pſ. cum Pſalt. Rom. Martianæi: *Juvenior fui, & ſenui: & non vidi..... egens pane*. Auct. quæſt. ap. Aug. to. 3. q. 119. *Puſillus fui, etenim ſenui: & nunquam vidi*, &c. Gr. Νεώτερος ἐγενόμην, καὶ γὰρ ἐγήρασα· καὶ οὐκ εἶδον..... οὐδὲ τὸ σπέρμα αὐτοῦ ζητῶν ἄρτους.

℣. 26. Sic Ambroſ. in hunc Pſ. col. 805. d. 806. a. & Hieron. in Iſai. 65. col. 488. c. Ita etiam Cypr. l. de op. & eleem. p. 243. c. & l. 3. Teſtim. p. 303. a. excepto ult. *eſt*, pro *erit*. Caſſiod. in hunc Pſ. Vulgatæ congruit cum Pſalt. Rom. Aug. in eund. Pſ. leg. *miſeretur & fœneratur*, &c. ut in textu: tum addit: *Fœneratur quidem Latinè dicitur, & quæ dat mutuum, & qui accipit: planiùs hoc autem dicitur, &*

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
27. Declina à malo, & fac bonum: & inhabita in ſæculum ſæculi.	*Recede à malo, & fac bonum, & habita in ſempiternum.*	27. Declina à malo, & fac bonum: & inhabita in ſæcula ſæculorum. *Ex Mſ. Sangerm.*
28. Quia Dominus amat judicium, & non derelinquet ſanctos ſuos: in æternum conſervabuntur.	*Quia Dominus diligit judicium, & non derelinquet ſanctos ſuos: in æternum cuſtoditi ſunt,*	28. Quoniam Dominus amat judicium, & non derelinquet ſanctos ſuos: in æternum conſervabuntur.
Injuſti punientur: & ſemen impiorum peribit.	*Et ſemen impiorum peribit.*	Injuſti punientur: & ſemen impiorum peribit.
29. Juſti autem hæreditabunt terram: & inhabitabunt in ſæculum ſæculi ſuper eam.	*Juſti hæreditabunt terram, & inhabitabunt in ſæculum ſuper eam.*	29. Juſti in hæreditate poſſidebunt terram: & habitabunt in ſæcula & ſæcula ſæculorum ſuper eam.
Prov. 31. 26. 30. Os juſti meditabitur ſapientiam, & lingua ejus loquetur judicium.	*Os juſti meditabitur ſapientiam, & linĝua ejus loquetur judicium.*	30. Os juſti ediſcit ſapientiam, & lingua ejus loquetur judicium.
Iſa. 51. 7. 31. Lex Dei ejus in corde ipſius: & non ſupplantabuntur greſſus ejus.	*Lex Dei ejus in corde ejus: non deficient greſſus ejus.*	31. Lex Dei ejus in corde ipſius: & non ſubplantabuntur greſſus ejus.
32. Conſiderat peccator juſtum: & quærit mortificare eum.	*Conſiderat impius juſtum, & quærit ut occidat eum.*	32. Conſiderat peccator juſtum: & quærit perdere eum.
33. Dominus autem non derelinquet eum in manibus ejus: nec damnabit eum cùm judicabitur illi.	*Dominus non derelinquet eum in manu ejus, & non condemnabit eum, cùm judicabitur.*	33. Dominus non relinquet eum in manibus ejus: nec damnabit eum cùm judicabitur illi.
34. Exſpecta Dominum, & cuſtodi viam ejus: & exaltabit te ut hæreditate capias terram: cùm perierint peccatores, videbis.	*Exſpecta Dominum, & cuſtodi viam ejus, & exaltabit te ut poſſideas terram: cùm interibunt impii, videbis.*	34. Exſpecta Dominum, & cuſtodi viam ejus: & exaltabit te ut inhabites terram: cùm pereunt peccatores, videbis.
35. Vidi impium ſuperexaltatum, & elevatum ſicut cedros Libani.	*Vidi impium robuſtum, & fortiſſimum ſicut indigenam virentem.*	35. Vidi impium ſuperexaltatum, & elevatum ſicut cedros Libani.
36. Et tranſivi, & ecce non erat: & quæſivi eum, & non eſt inventus locus ejus.	*Et tranſivi, & ecce non erat: & quæſivi eum, & non eſt inventus.*	36. Et tranſivi, & ecce non erat: & quæſivi eum, & non eſt inventus locus ejus.
37. Cuſtodi innocentiam, &	*Cuſtodi ſimplicitatem, & vide*	37. Cuſtodi veritatem, &

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

dicamus fœnerat. Quid ad nos quid Grammatici velint? melius in barbariſmo noſtro vos intelligitis, quàm in noſtra diſertitudine vos deſerti eritis. Ergo juſtus iſte tota die miſeretur & fœnerat; & ſic deinceps. In Gr. ἐλεεῖ καὶ δανείζει..... εἰς εὐλογίαν ἔσαι.

℣. 27. Concinit Ambroſ. in hunc Pſ. col. 806. b. ut & Auguſt. in eund. col. 287. c. cum Pſalt. Corb. Caſſiodorus verò Vulgatæ congruit cum Pſalt. Rom. Gr. habet in fine, εἰς αἰῶνα αἰῶνος.

℣. 28. Ita rurſum Ambroſ. in hunc Pſ. col. 806. b. necnon Auguſt. & Caſſiod. in eund. cum Pſalt. Rom. Corb. & Moz. addito uno *autem*, poſt *injuſti*. In Gr. ἄμωμοι ἐκδικηθήσονται. Mſ. Alex. ἄνομοι δέ. Ald. & Compl. ἄμωμοι δὲ ἐκδικοχθήσονται· al. libb. οἱ δὲ ἄνομοι ἐκδικοχθήσονται.

℣. 29. Pſalt. Rom. & Moz. *Juſti verò hæreditate poſſidebunt terram: & inhabitabunt in ſæculum ſæculi*, &c. Similiter in Corb. ſi hoc excipias, *in ſæcula ſæculorum*. Itidem apud Ambroſium in hunc Pſ. col. 806. b. necnon apud Auguſt. & Caſſiod. in eund. detractâ voculâ *verò*, poſt *juſti*. In Gr. Δίκαιοι δὲ κληρονομήσουσι γῆν· καὶ κατασκηνώσουσιν ἐπ' αὐτῆς εἰς αἰῶνα αἰῶνος, &c.

℣. 30. Ambroſ. in hunc Pſ. col. 806. f. & in Pſ. 118. col. 1100. a. legit cum Auguſt. Caſſiod. & Pſalt. Rom. *Os juſti meditabitur ſapientiam*, &c. ut ſupra. Corb. hab. *Os juſti meditabitur juſtitiam*, &c. Gr. verò, μελετήσει σοφίαν. Ambroſ. in eund. Pſ. p. 807. d. *Propheta* meditabitur *dixit, licet unus è pluribus* meditatur *ſcripſerit; nec abhorret à ſenſu.*

℣. 31. Accinunt Ambroſ. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Pſalt. Rom. & Gr.

℣. 32. Ita Ambroſ. in hunc Pſ. col. 810. f. & Caſſiod. in eund. cum Pſalt. Rom. Corb. & Carnut. In Moz. ſic: *& quaret perdere eum.* In Mediolan. *occidere eum.* Apud Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 191. h. *Conſpicit peccator juſtum: & quærit mortificare eum.* Item apud Auguſt. in eund. Pſ. *mortificare eum.* Gr. Καταυοεῖ..... καὶ ζητεῖ τοῦ θανατῶσαι αὐτόν.

℣. 33. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 191. h. necnon Ambr. in hunc Pſ. col. 806. f. 810. f. cum Aug. & Caſſiod. in eund. & Pſalt. Rom. Vulgatæ congruunt. In Mozarab. deeſt ult. *illi.* Ambroſ. loco citato notat Aquilam dixiſſe, *nec damnabit eum in judicando eo*; Symmach. *nec damnabit cùm judicabitur juſtus: ſed LXX. Viri*, inquit, *ſic poſuerunt, Cùm judicabitur illi.* Præterea Auguſt. ubi ſup. col. 290. b. ait in quibuſdam exemplaribus legi, & *cùm judicabit eum, judicabitur illi.* In Pſalt. Corb. ſic · *Deminus autem non tradat eum in manus ejus: nec damnabit eum cùm judicab.* In Gr. Vat. Ὁ δὲ Κύριος οὐ μὴ ἐγκαταλίπῃ αὐτὸν εἰς τὰς χεῖρας αὐτοῦ· οὐδὲ μὴ κατακρίνας αὐτὸν ὅταν κρίνηται αὐτῷ. Alex. Ald. & Compl. κατακρινάσης, dein Alex. αὐτὸν, κρίνεται αὐτῷ.

℣. 34. Ita Pſalt. Corb. habet. Sic etiam in Moz. præter hoc, *vias ejus.* Itidem in Rom. hoc inſuper excepto, *perient*, pro *pereunt*. Apud Ambroſ. in hunc Pſ. col. 807. a. 812. a. *cuſtodi viam ejus: & exaltabit te, ut hæreditate poſſideas terram: cùm perierint pecc.* &c. at infra, col. 811. f. leg. *vias ejus.* Item Auguſt. in eund. Pſ. *vias ejus..... ut hæreditate poſſideas terram: cùm pereunt pecc.* &c. unus tamen aut alter Mſ. hab. *cùm perient.* Caſſiod. in eund. Pſ. *viam ejus..... ut inhabites terram: cùm perierint*, &c. In Gr. τὴν ὁδὸν αὐτοῦ..... τοῦ κατακληρονομῆσαι τὴν γῆν· ἐν τῷ ἐξολεθρεύεσθαι, &c.

℣. 35. Ita Hilar. in Pſ. 128. col. 435. c. & Ambroſ. in Pſ. 1. to. 1. col. 759. a. & de obitu Theod. to. 2. col. 1209. a. In Pſalt. Rom. Mediol. Moz. & apud Caſſiod. *ſuper cedros Libani.* Similiter apud Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 191. h. necnon Ambroſ. l. 1. de Cain & Ab. c. 5. to. 1. col. 191. f. 192. a. ut & infra, col. 669. c. 798. b. 812. c. at l. de fuga ſæc. c. 5. col. 428. c. & in Pſ. 36. col. 814. a. & l. 1. de pœnit. to. 2. col. 409. f. *ultra cedros Libani*: item in Pſ. 118. to. 1. col. 1159. b. *exaltatum ultra cedros Libani.* Cypr. verò epiſt. 55. p. 80. c. legit: *Vidi impium exaltatum, & extolli ſuper cedros Libani.* Auguſt. in hunc Pſ. *Vidi impium ſuperexaltari, & elevari ſuper cedros Libani.* Gr. Εἶδον τὸν ἀσεβῆ ὑπερυψούμενον, καὶ ἐπαιρόμενον ὡς τὰς κέδρους, &c.

℣. 36. Ita Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 191. h. & Ambroſ. l. 4. de interpel. Dav. c. 8. to. 1. col. 669. c. & in hunc Pſ. col. 814. a. Item Auguſt. & Caſſiod. in eund. cum Gr. In Pſalt. Rom. & Moz. deeſt &, ante verba *tranſivi*, & *quæſivi*. Apud Cypr. epiſt. 55. p. 80. c. 81. a. ſic: *Et tranſivi, & ecce non fuit: & quæſivi*, &c. In Gr. Καὶ παρῆλθον, καὶ ἰδοὺ οὐκ ἦν· καὶ ἐζήτησα, &c.

℣. 37. Ita Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Corb. & Carnut. Ambroſ. verò in eund. Pſ. col. 814. c. legit:

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
In Mſ. Sangerm. vide æquitatem : quoniam ſunt reliquiæ homini pacifico.	*rectum : quia erit in extremum viro pax.*	vide æquitatem : quoniam ſunt reliquiæ homini pacifico.
38. Injuſti autem diſperibunt ſimul : reliquiæ impiorum peribunt.	*Prævaricatores autem interibunt pariter, & noviſſimum impiorum peribit.*	38. Injuſti autem diſperibunt ſimul : reliquiæ impiorum interibunt.
39. Salus juſtorum à Domino : & protector eorum eſt in tempore tribulationis.	*Salus autem juſtorum à Domino : fortitudo eorum in tempore tribulationis.*	39. Salus autem juſtorum à Domino : & protector eorum in tempore tribulationis.
40. Et adjuvabit eos Dominus, & liberabit eos : & eripiet eos à peccatoribus, & ſalvos faciet eos : quoniam ſperaverunt in eum.	*Et auxiliabitur eis Dominus, & ſalvabit eos : eripiet eos ab impiis, & ſalvabit eos : quia ſperaverunt in eo.*	40. Et adjuvabit eos Dominus, & liberabit eos : & eruet eos à peccatoribus, & ſalvabit eos : quia ſperaverunt in eo.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Cuſtodi innocentiam, & vide æquitatem, &c. paulò verò poſt, ait : *Alii poſuerunt : Cuſtodi perfectionem.* Auguſt. in eund. Pſ. col. 264. f. 291. b. *Cuſtodi innocentiam, & vide directionem*, &c. Gr. Φύλαξαι ἀκακίαν, καὶ ἴδε εὐθύτητα· ὅτι ἔστιν ἐπαλάλημμα, &c.

℣. 38. Ita Caſſiod. in hunc Pſ. Similiter in Pſalt. Rom. & Moz. præter hoc, *diſperient ſimul :* vox autem *ſimul*, jungitur cum ſeq. *reliquiæ*, ſaltem in Rom. In Carnut. & Corb. *punientur ſimul ;* ſubinde in Corb. *reliq. impior. peribunt.* Ap. Aug. in eund. Pſ. *diſperient in idipſum : reliq. imp. interibunt.* Ambr. in hunc Pſ. col. 814. e. concordat cum Vulg. In Gr. ἔξολοθρευθήσεται ἐπιτοαυτὸ..... ἐξολοθρευθήσονται.

℣. 39. Pſalt. Rom. *Salus autem juſtorum à Domino eſt : & protector eorum eſt*, &c. Itidem in Pſalt. Corb. & Gr. necnon apud Ambroſ. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. deleto primo *eſt*. Brev. Moz. delet *eorum*.

℣. 40. Ita Caſſiod. in hunc Pſ. cum Brev. Moz. Item in Pſalt. Corb. & Rom. niſi quòd in fine ſcrib. *in eo.* Auguſt. in eund. Pſ. *Et adjuvabit eos Dominus, & eruet eos : & eximet eos à peccatoribus ;* nec addit plura. In Gr. Καὶ βοηθήσει αὐτοῖς..... καὶ ῥύσεται αὐτούς· καὶ ἐξελεῖται αὐτοὺς ἐξ..... καὶ ζώσει αὐτούς· ὅτι..... ἐπ' αὐτόν.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
In Mſ. Sangerm. 1. Pſalmus David, in commemoratione ſabbati. XXXVII.	*Canticum David in commemoratione. XXXVIII.*	1. Pſalmus David, in rememorationem de ſabbato. XXXVII.
2. DOmine ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripias me.	*DOmine ne in ira tua arguas me, neque in furore tuo corripias me.*	2. DOmine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. *Pſal. 6. 2.*
3. Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi : & confirmaſti ſuper me manum tuam.	*Quia ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi, & tetigit me manus tua.*	3. Quoniam ſagittæ tuæ infixæ ſunt mihi : & confirmaſti ſuper me manum tuam.
4. Nec eſt ſanitas in carne mea à vultu iræ tuæ : non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum.	*Non eſt ſanitas in carne mea à facie indignationis tuæ : non eſt pax oſſibus meis à facie peccati mei.*	4. Non eſt ſanitas in carne mea à facie iræ tuæ : non eſt pax oſſibus meis à facie peccatorum meorum.
5. Quoniam iniquitates meæ ſuperpoſuerunt caput meum : ſicut onus grave gravatæ ſunt ſuper me.	*Quia iniquitates meæ tranſierunt caput meum : quaſi onus grave aggravata ſunt ſuper me.*	5. Quoniam iniquitates meæ ſupergreſſæ ſunt caput meum : & ſicut onus grave gravatæ ſunt ſuper me.
6. Computuerunt & deterioraverunt cicatrices meæ, à facie inſipientiæ meæ.	*Computruerunt & tabuerunt cicatrices meæ, à facie inſipientia mea.*	6. Putruerunt & corruptæ ſunt cicatrices meæ, à facie inſipientiæ meæ.

* *Mſ. vitioſè* meas.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Pſalt. Moz. hab. cum Corb. & Rom. Fabri. Rom. verò Martianæi, *in rememoratione ſabbati.* Similiter apud Hilar. in Pſ. 69. col. 232. a. *in rememoratione.* Apud Ambroſ. in hunc Pſ. col. 815. e. *In commemorationem diei ſabbati, Pſalmus David ;* & infra : *aut ſicut alius habet, ſabbatorum.* Item Hieron. Algaſ. quæſt. 8. col. 202. f. *Titulus eſt*, inquit, *In commemorationem.* Auguſt. in eund. Pſ. *Titulus ejus eſt : Pſalmus ipſi David, in recordationem ſabbati.* Apud Caſſiod. ſimpliciter : *Pſalmus David, in commemoratione.* In Gr. Ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ, εἰς ἀνάμνησιν περὶ Σαββάτου.

℣. 2. Concinit Ambroſ. in hunc Pſ. col. 820. b. & l. de lapſu virg. to. 2. col. 318. d. Item Caſſiod. in eund. Pſ. cum Pſalt. Rom. Corb. & Moz. Apud Auguſt. verò in eund. Pſalm. ita : *Domine ne in indignatione tua arguas me, neque in ira tua emendes me.* In Gr. Κύριε μὴ τῷ θυμῷ σου ἐλέγξῃς με, μηδὲ τῇ ὀργῇ σου παιδεύσῃς με.

℣. 3. Sic Ambroſ. in Pſ. 36. col. 791. c. & in hunc Pſ. 37. col. 821. d. & l. de lapſu virg. to. 2. 318. d. Item Auguſt. & Caſſiod. in eund. Pſ. cum vet. Pſalt. & Gr.

℣. 4. Sic Ambroſ. l. de lapſu virg. to. 2. col. 318. d. cum Caſſiod. in hunc Pſ. Sic iterum apud Ambroſ. in eund. Pſ. col. 826. b. excepto uno *non*, pro *nec.* In Pſalt. Moz. *Et non eſt ſanitas..... à vultu.....* & *non eſt pax*, &c. Similiter in Rom. & Corb. præter hoc, *Nec eſt ſanitas.* Apud Auguſt. in eund. Pſ. *Non eſt ſanitas.... à vultu..... non eſt pax*, &c. nec abſimile Græcum eſt.

℣. 5. Itidem in Pſalt. Rom. Corb. Mediol. & Carnut. cum voce *mea*, loco *meas* Mſ. codicis. Iiſdem favet Ambr. in hunc Pſ. p. 827. b. & in Pſ. 35. & 48. p. 769. f. 948. a. item l. de lapſu virg. to. 2. p. 318. d. niſi quòd hîc habet & *ſicut onus.* Similiter apud S. Paulin. epiſt. 12. p. 65. a. *Superpoſuerunt iniquitates meæ caput meum : & ſicut onus*, &c. item epiſt. 23. p. 135. e. abſque & : at epiſt. 40. p. 244. c. loco *ſicut onus*, &c. leg. & *multiplicatæ ſunt ſuper capillos, capitis noſtri ;* quæ pertinent ad Pſ. 39. ℣. 13. Hieron. verò Algaſ. quæſt. 8. p. 202. f. *Quoniam iniquit. meæ elevatæ ſunt ſuper caput meum : quaſi onus*, &c. item l. 3. in ep. ad Galat. to. 4. p. 292. c. 309. f. at in Iſai. 1. to. 3. p. 11. a. *Elevatæ ſunt iniquit. meæ ſuper cap. meum : quaſi onus grave ingravatæ ſunt*, &c. & in Iſai. 58. p. 435. c. *Iniquitates meæ elevatæ ſunt ſupra..... quaſi onus grave aggravatæ ſunt*, &c. Aug. in hunc Pſ. *Quoniam iniquitates meæ ſuſtulerunt caput meum : ſicut faſcis gravis gravatæ ſunt*, &c. Auct. op. imp. in Matt. hom. 29. p. 121. b. cum Petro Chryſol. ſ. 44. p. 880. c. & Caſſiod. in hunc Pſ. *Quoniam iniquit. meæ ſuperpoſuerunt*, &c. ut in textu. Id Ambr. in hunc Pſ. ita explicat : *Supertranſierunt caput meum*, & *ſupereminent mihi ut ſenſus meos deprimant.* In Gr. Ὅτι αἱ ἀνομίαι μου ὑπερῆραν τὴν κεφαλήν μου· ὡσεὶ φορτίον βαρὺ ἐβαρύνθησαν, &c.

℣. 6. Ita Ambr. l. de lapſu virg. to. 2. p. 318. d. necnon S. Paulin. epiſt. 40. p. 244. c. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Corb. & Moz. niſi quòd ſcribunt *computruerunt.* Ambroſius in Pſ. 37. p. 828. a. alludens dicit, *corruptas eſſe & computruiſſe cicatrices*, &c. Pſalt. verò Mediolan. & Carn. hab. *deterieraverunt*, ut ſup. Aug. in eund. Pſ. *Computruerunt & putuerunt livores mei, à facie*, &c. Item in Pſalt. Mediol. *livores mei.* Ap. Fulg. ep. 4. ad Prob. p. 178. *Computruerunt & deterioratæ ſunt cicatr. meæ*, &c. ut in Vulg.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
7. Miſer factus ſum & curvatus ſum uſque in finem: tota die contriſtatus ingrediebar.	*Afflictus ſum & incurvatus ſum nimis: tota die mœrens ambulabam.*	7. Miſeriis adflictus ſum & turbatus uſque ad finem: tota die contriſtatus ingrediebar. *Ex Mſ. Sangerm.*
8. Quoniam lumbi mei impleti ſunt illuſionibus: & non eſt ſanitas in carne mea.	*Quia lumbi mei repleti ſunt ignominiâ, & non eſt ſanitas in carne mea.*	8. Quoniam anima mea completa eſt inluſionibus: & non eſt ſanitas in carne mea.
9. Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei.	*Evigilavi, & afflictus ſum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei.*	9. Incurvatus ſum, & humiliatus ſum nimis: rugibam à gemitu cordis mei.
10. Domine, ante te omne deſiderium meum: & gemitus meus à te non eſt abſconditus.	*Domine in conſpectu tuo omne deſiderium meum: & gemitus meus à te non eſt abſconditus.*	10. Et ante te omne deſiderium meum: & gemitus meus non eſt abſconditus à te.
11. Cor meum conturbatum eſt, dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum.	*Cor meum fluctuabat, dereliquit me fortitudo mea: & lux oculorum meorum etiam ipſa non eſt mecum.*	11. Cor meum conturbatum eſt, & deſeruit me fortitudo mea: & lumen oculorum meorum non eſt mecum.
12. Amici mei, & proximi mei adversùm me appropinquaverunt, & ſteterunt.	*Cari mei, & amici mei contra lepram meam ſteterunt,*	12. Amici mei, & proximi mei adversùm me adpropiaverunt, & ſteterunt.
Et qui juxta me erant, de longè ſteterunt: 13. & vim faciebant qui quærebant animam meam.	*Et vicini mei longè ſteterunt: & irruebant quærentes animam meam:*	Et proximi mei à longè ſteterunt: 13. & vim faciebant qui quærebant animam meam.
Et qui inquirebant mala mihi, locuti ſunt vanitates: & dolos tota die meditabantur.	*Et inveſtigantes mala mihi, loquebantur inſidias, & dolos tota die meditabantur.*	Et qui inquirebant mala mea, locuti ſunt vanitatem: & dolum tota die meditabantur.
14. Ego autem tanquam ſurdus non audiebam: & ſicut mutus non aperiens os ſuum.	*Ego autem quaſi ſurdus non audiebam, & quaſi mutus qui non aperit os ſuum.*	14. Ego autem velut ſurdus non audiebam: & ſicut mutus qui non aperit os ſuum.
15. Et factus ſum ſicut homo non audiens: & non habens in ore ſuo redargutiones.	*Et eram quaſi homo non audiens, nec habens in ore ſuo redargutiones.*	15. Et factus ſum ut homo non audiens: & non habens in ore ſuo increpationes.
16. Quoniam in te Domine ſperavi: tu exaudies me Domine Deus meus.	*Te enim Domine exſpectabam: tu exaudies Domine Deus meus.*	16. Quoniam in te Domine ſperavi: & exaudies me Domine Deus meus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

In Gr. Περιεσπάσθην καὶ ἐταράχθησαν οἱ μώλωπές μου, ἀπὸ, &c.

℣. 7. Sic in Pſalt. Corb. ad verbum. Item in Rom. Fabri, addito *ſum*, ad *turbatus*, ſicut *in*, poſt *uſque*. In Rom. Martianæi, & *curvatus ſum*, ut in Vulg. Similiter apud Hieron. Algaſ. quæſt. 8. col. 202. f. Item apud Ambroſium in hunc Pſ. p. 828. f. & l. de lapſu virg. to. 2. p. 318. d. *Miſeriis afflictus ſum & curvatus ſum uſque in finem*, &c. Sic etiam legunt Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. niſi quòd Auguſt. loco *ingrediebar*, ponit *ambulabam*. Hieron. in Iſai. 58. to. 3. p. 428. f. *Afflictus ſum & incurvatus ſum uſque ad*, &c. In Gr. Ἐταλαιπώρησα καὶ καλκάμφθην ἕως τέλους..... ἐπορευόμην. Suſpicor mendum in Mſ. Sangerm. ubi ſcriptum *turbatus*, pro *curvatus*: ſæpe enim in hoc codice littera *v* mutatur in *b*, & vice verſa; prima etiam littera *s* facilè potuit ſcribi pro *c*: attamen in Pſalt. Corb. & Rom. Fabri etiam legitur *turbatus*, quod Græco textui repugnat, ut & PP. Lat. Item in Mſ. Sangerm. ſcriptum eſt, *Miſertis adflictus ſum*, ſed aperto mendo, pro *miſeriis*.

℣. 8. Ita legit Ambroſ. in hunc Pſ. p. 829. d. paulòque poſt monet *Symmachum* dixiſſe *lumbos*; & infra p. 830. a. *Bene*, inquit, *LXX. Viri* animæ illuſiones *dixerunt*: quam lectionem admittunt Auguſt. & Caſſiod. in eund. Pſ. cum Pſalt. Rom. Corb. Mediol. & Carnut. Sic etiam habet ℟. ad lect. 7. Domin. Paſſionis, cum Pſalt. Arab. & Æthiop. In Moz. ſic: *Anima mea completa eſt inviſionibus*, ſed errore manifeſto, pro *inluſionibus*. In Gr. ed. Rom. Ὅτι ἡ ψυχή μου ἐπλήσθη ἐμπαιγμῶν, &c. Mſ. verò Alex. cum edd. Ald. Compl. & Symm. hab. Αἱ ψύαι μου ἐπλήσθησαν ἐπιγεμάτων, &c.

℣. 9. Concinit Ambroſ. in hunc Pſ. col. 829. d. & in Luc. 19. col. 1497. b. niſi quòd hoc ult. loco delet *ſum*, poſt *incurvatus*, & conſtanter ſcribit *rugiebam*: at l. 5. de fide, to. 2. col. 570. f. legit: *Afflictus ſum, & humiliatus ſum nimis*: & l. de lapſu virg. col. 318. d. *rugio à gemitu*, &c. Auguſt. in hunc Pſ. *Infirmatus ſum, & humiliatus ſum uſque nimis: rugiebam*, &c. Caſſiod. in eund. Pſ. cum Pſalt. Rom. Corb. & Moz. *Incurvatus ſum, & humiliatus ſum uſquequaque*, &c. Item in Mediol. & Carnut. *Incurvatus ſum*. In Gr. Ἐκακώθην, καὶ ἐταπεινώθην ἕως οφόδρα· ἐπορευόμην, &c.

℣. 10. Sic Ambroſ. in hunc Pſ. p. 829. d. 832. b. & inf. p. 930. a. Itidem in Pſalt. Moz. præter unum &, quod initio ipſo deeſt. In Rom. ſic: *Et ante te eſt omne deſiderium..... à te non eſt abſconditus*. Similiter apud Aug. in eund. Pſ. præter hoc, *non eſt abſconditus à te*. Ap. Caſſiod. & in Pſalt. Corb. *Et ante te omne deſiderium..... non eſt à te abſconditus*. In Gr. Vat. Καὶ ἐναντίον Ϛυ πᾶσα..... ὐκ ἀπεκρύβη ἀπὸ Ϛυ. Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. Κύριε, ἐναντίον Ϛυ..... ἀπὸ Ϛυ ὐκ ἀπεκρύβη.

℣. 11. Ita legunt Ambr. & Aug. in hunc Pſ. Similiter in Pſalt. Rom. & ap. Caſſiod. hoc addito, *in me*, poſt *conturbatum eſt*. Item in Moz. dempto &, poſt *in me*. Sed Ambr. l. de lapſu virg. to. 2. p. 318. e. legit: *Cor meum turbatum eſt intra me, dereliquit me virtus mea*, &c. ut ſupra. In Pſalt. Corb. *Cor meum conturbat. eſt, deſeruit me virtus mea: & lumen oculorum meor. non eſt mecum*. In Gr. Var. Ἡ καρδία μου ἐταράχθη, ἐγκατέλιπέ με ἡ ἰσχύς μου· καὶ τὸ φῶς τῶν ὀφθαλμῶν μου ὐκ ἔστι, &c. Alex. verò cum edd. Ald. & Compl. hab. μου καὶ αὐτὸ ὐκ ἔστιν, &c.

℣. 12. Ita ferunt Pſalt. Rom. & Moz. ad verbum. Similiter Corb. cum Ambr. Aug. & Caſſiod. excepto uno *appropinquaverunt*. Item ap. S. Paulin. ep. 11. p. 50. a. *proximi mei à longè*, &c. ficut in Pſalt. Mediol. & Carnut. Auguſt. verò loco cit. delet utrumque *mei*, ſed infra addit. In Gr. καὶ οἱ ἐγγίσα μου μακρόθεν, &c. Mſ. Alex. cum Ald. & Compl. ἀπὸ μακρόθεν.

℣. 13. Sic in Pſalt. Corb. & Moz. eſt. Rom. verò Vulgatæ congruit; ſicut etiam Ambroſ. & Caſſiod. in hunc Pſ. niſi quòd hab. *vanitatem* ut ſup. item apud Ambr. & *dolum*. Ap. Auguſt. in eund. Pſ. ſimiliter: *qui quærebant mala mea, locuti ſunt vanitatem: & dolum*, &c. In Gr..... καὶ οἱ ζητοῦντες τὰ κακά μοι, ἐλάλησαν ματαιότητας· καὶ δολιότητας..... ἐμελέτησαν.

℣. 14. Sic Ambroſ. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. & Corb. In Moz. & apud Caſſiod. *velut ſurdus..... qui non aperuit*, &c. Apud Auguſt. in eund. Pſ. *velut ſurdus..... non aperiens*, &c. In Gr. ὡσεὶ κωφὸς..... ὐκ ἀνοίγων, &c.

℣. 15. Similiter in Pſalt. Rom. Corb. & ap. Caſſiod. in hunc Pſ. Moz. etiam, Mediolan. & Carnut. ferunt *increpationes*; ſicut Ambr. in hunc Pſ. p. 833. f. Rufin. in Symb. p. 182. a. & Hieron. in Jerem. 28. to. 3. p. 662. f. Auguſt. verò in eund. Pſ. leg. *redargutiones*. Gr. ἐλεγμός, & ſupra ὡσεὶ, pro *ut*, Ambroſ. & alii *ſicut*. Hieron. *quaſi*.

℣. 16. Pſalt. Corb. *Quoniam in te Dom. ſperavi: tu exaudies Deus meus*. Rom. Fabri: *ſperavi: dixi: Tu exaudies Domine Deus meus*. Rom. Martianæi: *dixi: Tu exaudies me Domine*, &c. Mozarab. *ſperavi Domine: tu exaudies Do-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 17. Quia dixi : Ne aliquando inſultent in me inimici mei : & dum commoventur pedes mei, in me magna locuti ſunt.	*Quia dixi : Ne fortè inſultent mihi, & cùm vacillaverit pes meus, ſuper me magnificentur.*	17. Quia dixi : Nequando ſupergaudeant mihi inimici mei : & dum commoventur pedes mei, ſuper me magna locuti ſunt.
18. Quoniam ego in flagella paratus ſum : & dolor meus ante me eſt ſemper.	*Quia ego ad plagam paratus ſum, & dolor meus contra me ſemper.*	18. Quoniam ego in flagella paratus ſum : & dolor meus in conſpectu meo ſemper.
19. Quoniam iniquitatem meam ego pronuncio : & cogitabo pro peccato meo.	*Quia iniquitatem meam annuntio, & contriſtabor pro peccato meo.*	19. Quoniam iniquitatem meam annuntiabo : & cogitabo pro peccato meo.
20. Inimici autem mei vivunt, & confirmati ſunt ſuper me : & multiplicati ſunt qui me oderunt iniquè.	*Inimici autem mei viventes confortati ſunt, & multiplicati ſunt odientes me mendaciter.*	20. Inimici autem mei vivunt, & confirmati ſunt ſuper me : & multiplicati ſunt qui oderunt me iniquè.
21. Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi : quoniam ſubſecutus ſum juſtitiam.	*Et qui reddunt malum pro bono, adverſabantur mihi : quia ſequebar bonum.*	21. Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi : quoniam ſequebar bonitatem.
22. Ne derelinquas me Domine Deus meus : ne diſceſſeris à me.	*Ne derelinquas me Domine : Deus meus ne elongeris à me.*	22. Ne derelinquas me Domine Deus meus : ne diſceſſeris à me.
23. Intende in adjutorium meum, Domine Deus ſalutis meæ.	*Feſtina in auxilium meum, Domine ſalutis meæ.*	23. Intende in adjutorium meum, Domine Deus ſalutis meæ.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

mine Deus meus. Ambroſ. *Domine ſperavi : tu exaudies me Domine*, &c. Itidem ap. Auguſt. & Caſſiod. in eund. Pſ. dempto uno *me*. In Gr..... Κύριε ἤλπισα· ζῦ εἰσακούσῃ Κύριε, &c.

℣. 17. Sic in Pſalt. Rom. uno excepto *commoverentur*. Item in Mozarab. *commoverentur..... in me :* at ſupra, *Ne unquam inſultent in me*, &c. Apud Ambroſ. in hunc Pſ. p. 837. a. d. *Ne aliquando exſultent in me..... & dum commoventur..... in me.* Similiter ap. Aug. & Caſſiod. in eund. præter hoc, *Nequando inſultent.* Item in Pſalt. Corb. *Nequando inſultent inimici mei : & dum commov. ped. mei, in me magna loc. ſunt.* In Gr. Μή ποτε ἐπιχαρῶσί μοι..... ἐν τῷ ζαλευθῆναι..... ἐπ' ἐμέ, &c.

℣. 18. Ita Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Fabri. In Corb. deeſt tantùm *ſum*, poſt *paratus*. In Rom. Martianæi, & Moz. ſic, *ad flagella paratus ſum :* præterea in Moz. *contra me eſt ſemper.* Apud Ambroſ. in eund. Pſ. *in flagella paratus eſt.* In Gr. Ὅτι ἐγὼ εἰς μάστιγας ἕτοιμος· καὶ ἡ ἀλγηδών μου ἐνώπιόν μου διαπαντός· Alex. Ald. & Compl. ἐστὶν διαπαντός.

℣. 19. A Pſalt. Sangerm. hæc abſunt tria, *meam ego pronuncio*, ſed calami lapſu aperto ; totidem verba ſuffecimus ex Pſalt. Rom. Carnut. Corb. & Moz. Apud Caſſiod. in hunc Pſ. *Quon. iniquit. meam pronunciabo : & cogitabo*, &c. ut ſup. Ap. Aug. verò in eund. Pſ. *ego pronuncio : & curam geram pro peccato meo.* Ambr. in hunc Pſ. dicit : *Iniquitatem ſuam David pronunciabat*, &c. Ruric. l. 2. epiſt. ep. 14. p. 569. d. *Quoniam iniquitates meas ego pronuncio*, &c. Gr. Ὅτι τὴν ἀνομίαν μου ἀναγγελῶ (Alex. Ald. & Compl. ἐγὼ ἀναγγελῶ·) καὶ μεριμνήσω ὑπὲρ τῆς, &c.

℣. 20. Ita Aug. in hunc Pſ. In Pſalt. Moz. & Rom. Fabri : *Inimici autem mei vivent, & confortati ſunt ſuper me.* In Corb. *vivent, & confirmati ſunt.* In Rom. Martianæi, & ap. Caſſiod. *Inimici mei autem vivunt, & confortati ſunt*, &c. Apud Ambroſ. in eund. Pſ. 838. f. *Inimici mei vivunt, & confirmati ſunt*, &c. ut in Vulg. In Gr. Οἱ δὲ ἐχθροί μου ζῶσι, καὶ κεκραταίωνται ὑπὲρ ἐμέ..... μισοῦντές με, &c.

℣. 21. Sic Ambroſ. in hunc Pſ. p. 838. f. cum Pſalt. Corb. In Rom. ſic : *Qui retribuebant mihi mala pro bonis*, &c. quæ in textu. Itidem in Moz. & ap. Caſſiod. dempto uno *mihi*, poſt *retribuebant*. Apud Auguſt. in eund. Pſ. ita : *Detrahebant mihi, qui retribuunt mala pro bonis : quoniam perſecutus ſum juſtitiam.* In Pſalt. Carnut. & apud S. Paulin. epiſt. 38. p. 233. b. *ſubſecutus ſum juſtitiam ;* in Mediolan. *ſubſequebar juſtitiam.* In Gr. Οἱ ἀνταποδιδόντες κακὰ (Alex. Ald. & Compl. μοι κακὰ) ἀντὶ ἀγαθῶν, ἀνελαίβανόν με· ἐπεὶ κατεδίωκον δικαιοσύνην· in aliis libb. ἀγαθωσύνην, ut in Vulg.

℣. 22. Concordant Ambroſ. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum vet. Pſalt. & Gr. In Brev. verò Moz. præmittuntur iſta : *Et projecerunt me dilectum tanquam mortuum abominatum ;* tum ſequitur : *Ne derelinquas me*, &c. Ambroſ. quoque ſub finem expoſitionis hujus Pſalmi, p. 841. a. ait : *Complevimus Pſalmum etiam cum ejus interpretatione verſiculi, quem Græci nonnulli codices, ſed non omnes habent Latini. Nam ante reſponſorium proximum verſiculus eſt :* Et projecerunt me ſicut mortuum abominatum. Sed tu ne derelinquas me Domine : ne diſceſſeris à me ; *hoc enim ſequitur, id eſt : Tu ne derelinquas, qui mortuum fœtentem curare conſueſti.* Verſiculum autem illum vix aliubi etiamnum reperias, præterquam in Verſione Arabica, Æthiopica, & apud Theodoretum. Prima nempe ſic habet : *Reſpuerunt me dilectum quaſi mortuum abominandum, & clavis confixerunt corpus meum :* Æthiop. *Et repulerunt fratres ſuos tanquam cadaver immundum. Ne derelinquas*, &c. Theodoretus denique : Καὶ ἀπέῤῥιψάν με τὸν ἀγαπητὸν ὡς νεκρὸν ἐξουδενωμένον.

℣. 23. Ita Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Apud Auguſt. in eund. Pſ. deeſt vox *Deus*, ſicut in Gr. Apud Ambroſ. verò in hunc Pſ. p. 840. f. ita : *Tu autem Domine, curas..... adjuvas..... quia Deus ſalutis meæ es.*

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 1. In finem, Edithun, Canticum David. XXXVIII.	*Victori Idithun Canticum David. XXXIX.*	1. In finem, ipſi Idithun, Canticum David. XXXVIII.
2. DIxi : Cuſtodiam vias meas : ut non delinquam in lingua mea.	*Dixi : Cuſtodiam vias meas, ne peccem in lingua mea :*	2. DIxi : Cuſtodiam vias meas : ut non delinquam in lingua mea.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. De hoc titulo ita diſſerit Ambroſ. præfat. in hunc Pſ. p. 842. *Hunc Pſalmum David ſcripſit, & Idithum, viro diſciplinis Leviticis & Sacerdotalibus erudito, canendum dedit, qui ante arcam Domini Pſalmorum ſeriem pangendi ſolertiſſimus præcinebat. Ergo quia non Idithum ſcripſit hunc Pſalmum, ſed prophetа David, & Idithum viro canendi perito pſallendum dedit, ideo ſic inſcriptus eſt titulus :* In finem, pro Idithum, Canticum ipſi David. Eadem repetit l. 1. offic. to. 2. p. 8. b. In Brev. Mozar. ſic titulus exſtat : *In finem, pro Idithum, Pſalmus David.* In Pſalt. Rom. Fabri, *In finem, Idithum, Canticum David.* In Rom. Martianæi, & ap. Caſſiod. *pro Idithun*, &c. Apud Aug. in eund. Pſ. *In finem, pro Idithun, Canticum ipſi David.* Sic etiam in Pſalt. Carnut. dempto uno *ipſi*. In Gr. Εἰς τὸ τέλος, τῷ Ἰδιθὺν, ᾠδὴ τῷ Δαυίδ· in Alex. Ald. & Compl. τῷ Ἰδιθύμ.

℣. 2. Ita legunt Ambroſ. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. & Corb. Sic etiam in Moz. excepto uno *derelinquam ;* ſed Ambroſ. in Pſ. 118. p. 983. a. & l. 1. offic. to. 2. p. 3. e. habet cum Chromat. Aquil. in Matth.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
Poſui ori meo cuſtodiam, cùm conſiſteret peccator adversùm me.	*Cuſtodiam os meum ſilentio, donec eſt impius contra me.*	Poſui ori meo cuſtodiam, dum conſiſtit peccator adversùm me. *Ex Mſ. Sangerm.*
3. Obmutui, & humiliatus ſum, & ſilui à bonis: & dolor meus renovatus eſt.	*Obmutui ſilentio, tacui de bono: & dolor meus conturbatus eſt.*	3. Obmutui, & humiliatus ſum, & ſilui à bonis: & dolor meus renovatus eſt.
4. Concaluit cor meum intra me: & in meditatione mea exardeſcet ignis.	*Incaluit cor meum in medio mei: in meditatione mea incenſus ſum igne.*	4. Concaluit cor meum intra me: & in meditatione mea exardeſcit ignis.
5. Locutus ſum in lingua mea: Notum fac mihi Domine finem meum,	*Locutus ſum in lingua mea: Oſtende mihi Domine finem meum,*	5. Locutus ſum in lingua mea: Notum fac mihi Domine finem meum,
Et numerum dierum meorum quis eſt: ut ſciam quid deſit mihi.	*Et menſuram dierum meorum quæ ſit: ſciam quid mihi deſit.*	Et numerum dierum meorum quis eſt: ut ſciam quid deſit mihi.
6. Ecce menſurabiles poſuiſti dies meos: & ſubſtantia mea tanquam nihilum ante te.	*Ecce breves poſuiſti dies meos, & vita mea quaſi non ſit in conſpectu tuo:*	6. Ecce veteres poſuiſti dies meos: & habitatio mea tanquam nihil ante te.
Veruntamen univerſa vanitas, omnis homo vivens.	*Omnia enim vanitas, omnis homo ſubſiſtens.* SEMPER.	Veruntamen univerſa vanitas, omnis homo vivens. DIAPSALMA.
7. Veruntamen in imagine pertranſit homo: ſed & fruſtra conturbatur.	*Tantùm in imagine ambulat homo, tantùm fruſtra conturbatur:*	7. Quanquam in imaginem ambulet homo: tamen vanè conturbatur.
Theſaurizat: & ignorat cui congregabit ea.	*Congregat, & ignorat cui dimittat ea.*	Theſaurizat: & ignorat cui congregavit ea.
8. Et nunc quæ eſt exſpectatio mea? nonne Dominus? & ſubſtantia mea apud te eſt.	*Nunc ergo quid exſpecto Domine? præſtolatio mea tu es.*	8. Et nunc quæ eſt exſpectatio mea? nonne Dominus? & ſubſtantia mea ante te eſt.
9. Ab omnibus iniquitatibus	*Ab omnibus iniquitatibus meis*	9. Ab omnibus iniquitati-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

p. 982. d. & vet. Pſalt. *delinquam.* Similiter ap. Aug. in eund. Pſ. extremòque, *dum conſiſtit adversùm me peccator.* Itidem Ambroſ. l. de exhort. virg. to. 2. p. 300. e. Hieron. verò in Iſai. 37. to. 3. col. 287. e. *cùm conſiſteret adversùm me peccator.* Græc. *ἐν τῷ ζυσῆναι τὸν ἁμαρτωλὸν ἐναντίον μου.*

℣. 3. Succinit Ambroſ. in hunc Pſ. p. 847. c. e. & l. 1. offic. to. 2. p. 7. & de lapſu virg. p. 317. c. Item Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Apud Auguſt. in eund. Pſ. ſic: *Obſurdui, & humiliatus ſum, & ſilui à bonis*, &c. Apud Hieron. in Iſai. 37. to. 3. col. 287. e. *Obmutui, & humiliatus ſum, & tacui de bonis.* In Gr. Ἐκωφώθην, ἐταπεινώθην, ἐσίγησα ἐξ ἀγαθῶν, &c. ut ſup.

℣. 4. Ita Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Moz. & Rom. Apud Ambroſ. in hunc Pſ. p. 848. c. & l. de lapſu virg. to. 2. p. 317. c. *exardeſcet.* Item apud Aug. in eund. Pſ. ſed ſilentio præterit iſta: *Concaluit..... intra me.* S. Paulinus verò epiſt. 23. p. 121. c. habet: *Concaluit.....* & *in meditatione ignis exarſit.* Gr. Ἐθερμάνθη..... ἐν τῇ μελέτῃ μου ἐκκαυθήσεται πῦρ.

℣. 5. Similiter ap. Ambroſ. & Auguſt. in hunc Pſ. ſi excipias unum *qui eſt.* In Pſalt. Moz. *quid eſt*; ſed Ambr. l. 4. de interpel. Dav. c. 7. to. 1. p. 668. e. & l. 1. offic. to. 2. p. 62. f. legit *quis eſt*, cum Caſſiod. & Vulg. Vide etiam Ambroſ. l. 2. de fide Reſur. p. 1142. e. Similiter in Pſalt. Rom. niſi quòd hab. *Notum mihi fac.* In Gr. Γνώρισόν μοι..... τίς ἐστιν, &c.

℣. 6. Pſalt. Rom. & Moz. cum Caſſiod. *Ecce veteres poſ. dies meos: & ſubſtantia mea tanquam nihil ante te eſt. Veruntamen*, &c. Similiter hab. Aug. in eund. Pſ. dempto uno *eſt.* Ambroſ. l. de fide Reſurr. to. 2. p. 1142. f. cum Pſalt. Corb. *Ecce veteres.....* & *habitudo mea tanquam nihil ante te*, &c. at in Pſ. 38. to. 1. p. 850. e. legit *ſubſtantia mea*, Pſalt. Carnut. *habitudo.* Phœbad. Agin. contra Arian. p. 301. d. *Subſtantia mea tanquam nihilum ante te.* Ambroſiaſt. p. 75. a. *Veruntamen vanitas, omnis homo vivens.* Pſalt. Moz. & *omnis homo vivens.* Ambroſ. to. 1. p. 661. d. & epiſt. 34. to. 2. p. 923. a. conſtanter, *univerſa vanitas, omnis*, &c. ſed tract. in hunc Pſ. col. 850. e. initio leg. *Ecce noviſti dies meos*; paulò verò ſup. 849. f. *Ecce veteres poſuiſti*, &c. tum addit: *Alius habet:* Palæſtas poſuiſti dies meos; mox ita: *Si ſecundùm LXX. Viros*, veteres *accipimus dies, hoc eſt ſecundùm veterem hominem intelligimus exactos..... Quod ſi* palæſtas *accipimus dies, ex nomine intelligimus plenos certaminis & laboris; quoniam* palæſtæ *luctatores in agone dicuntur.* In Gr. hod. Ἰδοὺ παλαιὰς ἔθου..... ἡ ὑπόστασίς μου ὡσεὶ οὐθὲν ἐνώπιόν σου, &c. Mſ. Alex. Ἰδοὺ παλαιάς, &c. edd. Ald. & Compl. Ἰδοὺ παλαιᾶς. Ita quoque legunt Chryſoſt. & Greg. Naz. orat. in Cæſar. fratrem. Vide Flamin. Nobil. in hunc locum. Ad ſeq. *Diapſalma* quod attinet, de ipſo meminit Ambroſ. in hunc Pſ. p. 851. f. *Et poſt Diapſalma*, inquit, *reſumpto ſpiritu, ait: Quanquam in imagine*, &c. Habetur pariter ibid. in Pſalt. Corb. & Rom. Martianæi; at in Rom. Fabri, & Gallic. præponitur huic verſiculo, *Veruntamen univerſa vanitas*, &c. In Gr. verò Vat. poſtponitur ut ſupra. In edd. Ald. & Compl. deeſt; nec memoratur ab Auguſt. in eund. Pſ.

℣. 7. Ambr. & Caſſiod. in hunc Pſ. ita legunt: *Quanquam in imagine Dei ambulet homo: tamen vanè conturbatur. Theſaurizat..... cui congregat ea.* Caſſiod. hab. *conturbabitur.* Ambroſ. ubi ſup. p. 852. c. ait: *Græcus tamen non habet* in imagine Dei, *ſed tantummodo* in imagine: verùm l. 4. de interpel. Dav. c. 1. to. 1. p. 661. leg. *in imaginem Dei*, ut & inf. *conturbabitur*: lib. verò de Nabut. c. 4. col. 569. e. ſic addit: *Theſauros condit:* & *ignorat cui congregat eos.* Anonym. de Trin. ap. Ambr. to. 2. p. 332. f. *Quanquam in imagine Dei perambulet homo: tamen vanè conturbabitur.* Hieron. in Eccleſ. to. 2. p. 761. c. *In imagine enim perambulat homo:* at in Ezech. 8. & 16. to. 3. p. 748. f. 794. e. & l. 2. cont. Pelag. to. 4. p. 511. f. *Veruntamen in imagine perambulat homo: veruntamen fruſtra conturbatur.* Apud Aug. in hunc Pſ. ſic: *Quanquam in imagine ambulat homo: tamen vanè conturbatur. Theſaurizat:* & *non cognoſcit cui congregabit ea:* & in Pſ. 48. p. 443. d. *ambulet homo.....* & *neſcit cui*, &c. In Pſalt. Moz. *Quanquam in imaginem ambulet homo: tamen vanè conturbabitur. Theſaurizat:* & *neſcit cui congreget ea.* Similiter in Rom. Fabri, præter hæc, *in imagine Dei.....* & *ignorat.* Item in Carnut. *in imagine Dei ambulet.* A Rom. Martianæi abeſt ſeq. *tamen.* In Corb. *Quanquam in imaginem Dei ambulat homo: tamen vanè conturbatur. Theſaurizat:* & *ignorat cui congregabit ea.* In Gr. Μέντοιγε ἐν εἰκόνι διαπορεύεται ἄνθρωπος· πλὴν μάτην ταράσσεται. Θησαυρίζει· καὶ οὐ γινώσκει τίνι συνάξει αὐτά· Mſ. Alex. συνάγει.

℣. 8. Similiter Ambroſ. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Corb. & Carnut. Apud Auguſt. in eund. Pſ. ita, & *ſubſt. mea ante te eſt ſemper.* Sic etiam hab. Phœbad. Agin. cont. Arian. p. 301. d. ſed abſque &. In Pſalt. Rom. & Mozarab. *tanquam nihil ante te eſt.* In Gr. ἡ ὑπόστασίς μου παρὰ σοί ἐστι. Ed. Rom. hîc addit Διάψαλμα, cujus nulla fit mentio in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. nec etiam apud Ambr. Aug. nec in vet. Pſalt.

℣. 9. Sic Ambroſ. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. & Corb. Apud Auguſt. in eund. Pſ. *erue me*, &c. In Brev. Moz. *eripe me:* ſtatimque, *opprobrium inſi-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. bus meis eripe me : obprobrium inſipienti dediſti me. 10. Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu feciſti me : 11. amove à me plagas meas.	*libera me : opprobrium ſtulto ne ponas me.* *Obmutui, non aperui os meum, quia tu feciſti : tolle à me plagas tuas.*	meis erue me: opprobrium inſipienti dediſti me. 10. Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu feciſti : 11. amove à me plagas tuas.
12. A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus : propter iniquitatem erudiſti hominem. Et tabeſcere feciſti ſicut aranea animam ejus : veruntamen vanè conturbatur omnis homo vivens. DIAPSALMA.	*A contentione manus tuæ ego conſumptus ſum : in increpationibus pro iniquitate corripuiſti virum,* *Et poſuiſti quaſi tineam deſiderabilia ejus : veruntamen vanitas omnis homo. SEMPER.*	12. A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus : propter iniquitatem corripuiſti hominem. Et tabeſcere feciſti ſicut araneam animam ejus : veruntamen vanè conturbatur omnis homo.
13. Exaudi orationem meam, & deprecationem meam : auribus percipe lacrymas meas. Ne ſileas à me : quòd incola ego ſim apud te in terram, & peregrinus, ſicut omnes patres mei.	*Audi orationem meam Domine, & clamorem meum exaudi ; ad lacrymam meam ne obſurdeſcas :* *Quia advena ego ſum apud te ; peregrinus, ſicut omnes patres mei.*	13. Exaudi orationem meam Domine, & deprecationem meam : auribus percipe lacrymas meas. Ne ſileas : quoniam advena ego ſum apud te, & peregrinus, ſicut omnes patres mei.
14. Remitte mihi, ut refrigerer priuſquam abeam, & ampliùs jam non ero.	*Parce mihi, ut rideam antequam vadam, & non ſubſiſtam.*	14. Remitte mihi, ut refrigerer priuſquam abeam, & ampliùs non ero.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

pientium dediſti me. Ambroſius ubi ſup. col. 854. e. ait *alios habere codices : Opprobrium inſipienti ne tradas me ;* ſed alteram lectionem præferre videtur. In Gr..... *ῥῦσαί με· ὀνειδος ἄφρονι ἔδωκάς με.* Quinta editio, *μὴ δῷς με.*

℣. 10. Accinunt Ambroſ. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Pſalt. Rom. Corb. & Carnut. Apud Aug. in eund. Pſ. ſic : *Obſurdui, & non aperui..... quoniam tu es qui feciſti me.* In Gr. Ἐκωφώθην, καὶ οὐκ..... ὅτι σὺ εἶ ὁ ποιήσας με.

℣. 11. Ita Pſalt. Moz. hab. cum Corb. Rom. verò *plagas tuas*, cum Ambroſ. & Caſſiod. in hunc Pſ. Aug. in eund. ita : *amove à me flagella tua.* Gr. τὰς μάστιγάς σου.

℣. 12. Itidem in Pſalt. Corb. præter duo ſeqq. *ſuper iniquitatem, & ſicut araneam.* In Rom. ſic : *A fortitudine enim manus tuæ... propter iniquit. corripuiſti hominem... ſicut araneam animam ejus : veruntamen univerſa vanitas, omnis homo vivens.* In Mediol. & Carnut. *erudiſti hominem.* In Moz. *velut arenam animam ejus : veruntamen vanè conturbabitur omnis homo vivens.* In Carnut. etiam additur *vivens.* Ambroſ. in hunc Pſ. p. 855. f. legit : *A fortitudine manus tuæ ego defeci ;* ſubinde : *& addidit*, inquit, In increpationibus ſuper iniquitatem erudiſti hominem..... ſicut araneam animam ejus. *Græcus ὑπὲρ ἀνομίας dixit, hoc eſt, pro iniquitate ; & integrum verſum*, Ἐν ἐλεγμοῖς ὑπὲρ ἀνομίας ἐπαίδευσας ἄνθρωπον, *poſuit ; quod eſt : In increpationibus pro iniquitate erudiſti hominem :* item inf. de aranea loquens, ait : *Sed vanum eſt omne quod fecerit ; ſic homo omnis eſt..... vanè..... & ipſe turbatur*, &c. at l. de lapſu virg. to. 2. p. 319. b. legit : *propter iniquitatem corripuiſti..... ſicut araneam*, &c. Caſſiod. in eund. Pſ. *A fortitudine enim..... ego defeci ;* deinde : *in increpationibus propter iniquitatem corripuiſti hominem..... ſicut araneam... vanè conturb. omnis homo vivens.* Auguſt. verò in eund. Pſ. ita : *A fortitudine manus tuæ ego defeci in argutionibus : pro iniquitate erudiſti hominem. Et tentabeſcere feciſti ſicut araneam animam meam : veruntamen vanè conturb. omnis homo vivens :* infra legit *tabeſcere.* In Gr. Ἀπὸ τῆς (Alex. Ald. & Compl. Ἀπὸ γὰρ τῆς) ἰσχύος τῆς χειρός σου ἐγὼ ἐξέλιπον· ἐν ἐλεγμοῖς ὑπὲρ ἀνομίας (Symm. δι' ἀδικίαν) ἐπαίδευσας ἄνθρωπον. Καὶ ἐξέτηξας ὡς ἀράχνην τὴν ψυχὴν αὐτοῦ· πλὴν μάτην ταράσσεται πᾶς ἄνθρωπος· à Mſ. Alex. & ab edd. Ald. & Compl. abeſt verbum ταράσσεται. Hieron. etiam ad hoc, *vanè conturbatur*, ita ſcribit ad Sun. & Fretel. to. 2. p. 635. *Et dicitis vos in Græco non inveniſſe* conturbatur ; *ſed & hoc in LXX. ſub vero additum eſt : & hinc apud vos, & apud pleroſque error exoriatur, quòd ſcriptorum negligentiâ, virgulis & aſteriſcis ſubtractis, diſtinctio univerſa confunditur.* Ad ſubjectum *Diapſalma* quod ſpectat, ita pariter ſubnectitur cùm in Pſalt. Rom. tum in Gr. ed. Rom. Sed nulla ejus fit mentio apud Auguſt. deeſtque in Pſalt. Corb. ſicut in editt. Ald. & Compl.

℣. 13. Pſalt. Rom. & Corb. *Exaudi Deus orationem meam..... ne fileas à me : quoniam incola ego ſum apud te in terra, & peregrinus*, &c. Mozarab. *Exaudi orat. meam Domine..... ne fileas à me : quia incola ego ſum apud te, & peregrinus*, &c. Ambroſ. in hunc Pſ. p. 858. f. & in Pſ. 48. p. 951. d. *Exaudi Domine orat..... ne fileas à me : quoniam advena ego ſum apud te in terra, & peregrinus*, &c. ſic etiam l. de bono mort. c. 2. to. 1. p. 391. c. at l. 2. de Abrah. c. 9. p. 340. b. *advena ego ſum in hac terra, & peregr.* &c. Similiter Auct. op. imp. in Matt. hom. 54. p. 227. c. *quoniam advena ſum ego apud te in terra, & peregr.* &c. Auguſt. in hunc Pſ. *ne fileas à me ;* tum videtur addere, *ne obſurdeſcam in æternum ;* deinde ſic : *quoniam inquilinus ego ſum apud te, & peregr.* &c. item quæſt. 156. in Gen. to. 3. p. 417. a. *inquilinus ego ſum in terra, & peregrinus*, &c. Auct. etiam l. de promiſſ. p. 1. c. 12. leg. *inquilinus ſum, & peregrinus*, &c. Hieron. verò in Iſai. 14. to. 3. p. 166. b. *accola ſum, & peregrinus, ſicut*, &c. Caſſiod. in eund. Pſ. *Exaudi Deus orat..... ne fileas à me : quoniam ego incola ſum apud te in terra, & peregr.* &c. Pſalt. Mediolan. ſic interpungit : *Exaudi..... & deprec. meam auribus percipe. Lacrymis meis ne fileas : quoniam*, &c. Gr. Εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου Κύριε, καὶ..... ἐνώτισαι τῶν δακρύων μου· μὴ παρασιωπήσῃς· ὅτι πάροικος ἐγώ εἰμι ἐν τῇ γῇ, καὶ, &c. Alex. Ald. & Compl. ἐν τῇ γῇ παρά σοι, καὶ, &c. De his autem Lat. *incola, advena, accola*, ita diſſerit Ambroſ. in hunc Pſ. p. 857. b. *Alius eſt incola*, inquit, *alius advena, alius accola. Incola, qui de loco eſt ; advena, qui aliunde venit ; accola, qui ad tempus colit, & mutatur annorum vicibus.*

℣. 14. Pſalt. Rom. *priuſquam eam, & ampliùs non ero.* Similiter hab. Ambroſ. in hunc Pſ. p. 858. a. at l. de bono mort. c. 2. p. 391. d. & de lapſu virg. to. 2. p. 320. a. *priuſquam abeam.* Caſſiod. in eund. Pſ. cum Fulg. l. 2. de remiſſ. pecc. c. 20. *priuſquam eam*, &c. ut in Rom. In Corb. vitiosè, *priuſquam habeam*, &c. Moz. *priuſquam eam, & ampliùs jam non ero.* Itidem ap. Aug. in eund. Pſ. Apud Hieron. verò epiſt. ad Cypr. to. 2. p. 703. a. *priuſquam abeam, & non ſubſiſtam.* Ap. Philaſtr. Brix. de hæreſ. p. 718. c. *priuſquam vadam, & jam non ero ampliùs.* In Gr. πρὸ τοῦ με ἀπελθεῖν, καὶ οὐκέτι μὴ ὑπάρξω· Symm. καὶ μὴ ὑπάρχειν.

Digitized by Google

VULGATA HOD.

1. In finem, Pſalmus ipſi David. XXXIX.

2. EXſpectans exſpectavi Dominum, & intendit mihi.

3. Et exaudivit preces meas: & eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fecis.
Et ſtatuit ſuper petram pedes meos: & direxit greſſus meos.

4. Et immiſit in os meum canticum novum, carmen Deo noſtro.

Videbunt multi & timebunt: & ſperabunt in Domino.

5. Beatus vir, cujus eſt nomen Domini ſpes ejus: & non reſpexit in vanitates & inſanias falſas.

6. Multa feciſti tu Domine Deus meus mirabilia tua: & cogitationibus tuis non eſt qui ſimilis ſit tibi.

Annuntiavi & locutus ſum: multiplicati ſunt ſuper numerum.

Hebr. 10. 5. 7. Sacrificium & oblationem noluiſti: aures autem perfeciſti mihi.

Holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti: 8. tunc dixi: Ecce venio.
In capite libri ſcriptum eſt de me 9. ut facerem voluntatem tuam: Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.

HEBR.

Victori David Canticum. XL.

EXſpectans exſpectavi Dominum, & inclinatus eſt ad me.

Et audivit clamorem meum, & eduxit me de lacu ſonitûs, de luto cœni.
Et ſtatuit ſuper petram pedes meos, ſtabilivit greſſus meos.

Et dedit in ore meo canticum novum, laudem Deo noſtro.

Videbunt multi & timebunt, & ſperabunt in Domino.
Beatus vir, qui poſuit Dominum confidentiam ſuam, & non eſt averſus ad ſuperbias, pompaſque mendacii.
Multa feciſti tu Domine Deus meus mirabilia tua, & cogitationes tuas pro nobis: non invenio ordinem coram te.
Si narrare voluero & numerare, plura ſunt quàm ut narrari queant.
Victimâ & oblatione non indiges: aures fodiſti mihi.

Holocauſtum & pro peccato non petiſti: tunc dixi: Ecce venio.

In volumine libri ſcriptum eſt de me ut facerem placitum tibi: Deus meus volui, & legem tuam in medio ventris mei.

VERSIO ANTIQUA.

1. In finem, Pſalmus ipſi David. XXXIX. *Ex Mſ. Sangerm.*

2. EXſpectans exſpectavi Dominum, & reſpexit me.

3. Et exaudivit deprecationem meam: & eduxit me de lacu miſeriæ, & de luto fecis.
Et ſtatuit ſuper petram pedes meos: & direxit greſſus meos.

4. Et inmiſit in os meum canticum novum, hymnum Deo noſtro.
Videbunt multi & timebunt: & ſperabunt in Domino.

5. Beatus vir, cujus eſt nomen Domini ſpes ipſius: & non reſpexit in vanitates & in inſanias falſas.

6. Multa feciſti tu Domine Deus meus mirabilia tua: & cogitationibus tuis non eſt quis ſimilis ſit tibi.
Adnuntiavi & locutus ſum: multiplicati ſunt ſuper numerum.

7. Sacrificium & oblationem noluiſti: aures autem perfeciſti mihi.
Holocauſta etiam pro delicto non poſtulaſti: 8. tunc dixi: Ecce venio.
In capite libri ſcriptum eſt de me 9. ut faciam voluntatem tuam: Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Corb. & Moz. delet *ipſi*. Gr. Εἰς τὸ τέλος, τῷ Δαυὶδ Ψαλμός. Mſ. Alex. Ψαλμὸς τῷ Δαυίδ.

℣. 2. Ita Pſalt. Rom. Corb. & Moz. cum Caſſiod. Similiter hab. Ambroſ. in Pſ. 36. 38. 39. & 45. col. 787. a. 854. b. 859. b. 932. d. item epiſt. 35. to. 2. p. 928. d. at in Pſ. 118. to. 1. p. 979. a. *Exſpectans exſpect. Dom. & exaudivit me*; & infra p. 1060. c. *ſuſtinui Dominum, & reſpexit me*. Aug. in hunc Pſ. col. 327. c. *Suſtinens ſuſtinui Dominum, & adtendit mihi*. In Græco: Ὑπομένων ὑπέμεινα..... καὶ προσέσχε μοι.

℣. 3. Sic in Pſalt. Rom. Corb. Moz. & ap. Caſſiod. Corb. tamen hab. *ſupra petra*. Hilar. in Pſ. 133. p. 465. e. *ſtatuit ſuper petram pedes meos*. Apud Auguſt. in hunc Pſ. omnia ut in textu, exceptis his, *limi*, loco *fecis*, & *ſupra*, pro *ſuper*. Ap. Ambr. in eund. Pſ. p. 859. c. *eduxit nos de lacu miſeria, & de luto fecis*: & in Pſ. 118. p. 979. b. *Et ſtatuit pedes meos in petra*: & *direxit greſſus meos*. In Gr. Καὶ εἰσήκουσε τῆς δεήσεώς μου· καὶ ἀπήγαγέ με ἐκ λάκκου ταλαιπωρίας, καὶ ἀπὸ πηλοῦ ἰλύος. Καὶ ἔστησεν ἐπὶ πέτρᾳ, &c. ut in Lat.

℣. 4. Itidem Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Pſalt. Rom. Corb. & Moz. Similiter hab. Ambr. in eund. Pſ. p. 859. e. *Immiſiſti in os meum canticum novum*; ſed non addit plura. Ap. Auguſt. verò in eund. Pſ. *Et immiſit..... hymnum Deo noſtro. Videbunt juſti & tim. & ſperabunt in Dominum*. Græc. Καὶ ἐνέβαλεν..... ὕμνον τῷ Θεῷ ἡμῶν. Ὄψονται πολλοὶ..... καὶ ἐλπιοῦσιν ἐπὶ Κύριον.

℣. 5. Ita Maxim. Taurin. in hom. p. 8. b. deleto *in*, ante *inſanias*. Similiter Ambroſ. in hunc Pſ. p. 860. b. & Caſſiod. in eund. excepto *ejus*, loco *ipſius*: at in Pſ. 118. p. 1028. d. Ambroſ. habet: *Beatus vir, cui nomen Domini ſpes ejus*, &c. Auguſt. in hunc Pſ. & epiſt. 155. to. 2. p. 538. b. *Beatus vir, cujus eſt..... ſpes ejus..... in vanitates & inſanias mendaces*. Pſalt. Rom. *in vanitatem & inſanias falſas*; Mozarab. *nec inſanias falſas*. Corb. *ſpes ipſius: & non reſp. in vanitates, inſanias falſas*. In Græco: Μακάριος ἀνὴρ, οὗ ἔστι..... ἐλπὶς αὐτοῦ..... εἰς ματαιότητας καὶ μανίας ψευδεῖς.

℣. 6. Ita Pſalt. Rom. & Corb. cum Caſſiod. deleto uno *ſit*, poſt *ſimilis*. Itidem in Mozarab. hoc excepto, & *in cogitationibus*. Apud Aug. in eund. Pſ. *non eſt qui ſimilis ſit*, &c. ut in Vulg. Apud Ambroſ. in Pſ. 118. p. 992. a. *cogitationibus tuis quis ſimilis erit?* & in Pſ. 39. p. 861. c. *Annuntiavi & locutus ſum*, &c. ut ſup. In Gr. καὶ τοῖς διαλογισμοῖς ἡμῶν οὐκ ἔστι τις ὁμοιωθήσεταί σοι, &c.

℣. 7. Ita vet. Irenæi Interpres, l. 4. c. 17. p. 248. a. Sic etiam in Pſalt. Rom. & Moz. niſi quòd in his habetur *corpus*, pro *aures*, ſicut in Pſalt. Mediolan. Item apud Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum ſeqq. *Holocauſta etiam pro delicto non poſtulaſti*; Aug. *non petiſti*. Hilar. in Pſ. 53. p. 101. a. legit: *Hoſtiam & oblationem noluiſti: perfeciſti autem mihi corpus*. Ambroſ. in hunc Pſ. p. 861. c. *Sacrificium & oblat. nol. corpus autem perfeciſti mihi*: at inf. 868. b. *ecce corpus præparaſti mihi*: & l. de apolog. Dav. to. 1. p. 702. b. addit: *Holocauſta & pro peccato non poſtulaſti*. Pſalt. Corb. *Holocauſta etiam pro dilicto* (l. *delicto*) *non poſtulaſti*. Gr. Θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας· σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι. Ὁλοκαύτωμα (Mſ. Alex. Ὁλοκαυτώματα) καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ ᾔτησας. In uno codice, teſte Nobilio, & commentariis Græcorum eſt: ὠτία δέ μοι κατηρτίσω. Paulus apoſt. Hebr. 10. 5. *Hoſtiam & oblationem noluiſti: corpus autem aptaſti mihi*.

℣. 8. Concinunt Ambroſ. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum vet. Pſalt. Hieronymus verò, quæſt. Hebr. to. 2. col. 508. legit: *In capitulo libri ſcriptum eſt de me*: ſimiliter in Eccleſ. col. 787. b. & in Iſai. 29. ac Ezech. 2. to. 3. col. 246. f. 712. e. Gr. Ἐν κεφαλίδι βιβλίου, &c.

℣. 9. Concinunt Ambroſ. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Pſalt. Corb. Rom. Martianæi, & Moz. In Rom. Fabri, ac Mediolan. exſtat *ventris mei*, loco *cordis mei*. Sic etiam habuiſſe alios codices monet Ambroſius ubi ſup. p. 866. b. Hieronymus quoque epiſt. ad Sun. &

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 10. Bene nunciavi juſtitiam tuam in eccleſia magna, ecce labia mea non prohibebo: Domine tu cognoviſti	*Annuntiavi juſtitiam in eccleſia multa, ecce labia mea non prohibebo: Domine tu noſti.*	10. Annuntiavi juſtitiam tuam in eccleſia magna, ecce labia mea non prohibebo: Domine tu ſciſti.
11. Juſtitiam meam. Non abſcondi in corde meo veritatem tuam, & ſalutarem tuum dixi.	*Juſtitiam tuam non abſcondi in medio cordis mei: fidem tuam & ſalutare tuum dixi.*	11. Juſtitiam tuam non abſcondi in corde meo: veritatem tuam & ſalutare tuum dixi.
Non celavi miſericordiam tuam, & veritatem tuam ſynagogæ multæ.	*Non abſcondi miſericordiam tuam, & veritatem tuam in eccleſia multa.*	Non abſcondi miſericordiam tuam, & veritatem tuam, à concilio multo.
12. Tu autem Domine ne longè facias miſericordias tuas à me: miſericordia tua, & veritas tua ſemper ſuſcepit me.	*Tu Domine non prohibeas miſericordias tuas à me: miſericordia tua & veritas tua jugiter ſervabunt me.*	12. Tu autem Domine ne longè facias miſerationes tuas à me: miſericordia tua & veritas tua ſemper ſuſceperunt me.
13. Quoniam circuierunt me mala, quorum non eſt numerus: comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui ut viderem.	*Circumdederunt enim me mala, quorum non eſt numerus: comprehenderunt me iniquitates mea, & non potui videre.*	13. Quoniam circumdederunt me mala, quorum non eſt numerus: comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui ut viderem.
Multiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei: & cor meum dereliquit me.	*Plures facta ſunt quàm capilli capitis mei, & cor meum dereliquit me.*	Multiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei: & cor meum dereliquit me.
14. Complacuit Domino eripere me: Domine, in auxilium meum reſpice.	*Placeat tibi Domine ut liberes me: Domine ad adjuvandum me feſtina.*	14. Complaceat tibi Domine ut eruas me: Domine, ad adjuvandum me reſpice. *Inſ. 69. 2.*
15. Confundantur & revereantur ſimul, qui quærunt animam meam, ut auferant eam.	*Confundantur & revereantur ſimul quærentes animam meam, ut auferant eam:*	15. Confundantur & revereantur ſimul, qui quærunt animam meam, ut auferant eam. *Sup. 34. 4.*
Convertantur retro, & revereantur qui volunt mihi mala.	*Convertantur retrorsùm, & confundantur qui volunt mala mihi.*	Convertantur retrorsùm, & revereantur qui volunt mihi mala.
16. Ferant confeſtim confuſionem ſuam, qui dicunt mihi: Euge, euge.	*Pereant poſt confuſionem ſuam, qui dicunt mihi: Vah, vah.*	16. Ferant confeſtim confuſionem ſuam, qui dicunt mihi: Euge, euge.
17. Exſultentur & lætentur	*Gaudeant & lætentur in te om-*	17. Exſultent & lætentur ſuper

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Fretel. to. 2. p. 635. c. ad hoc, *in medio cordis mei*, ita ſcribit: *In Græco reperiſſe vos dicitis*, in medio ventris mei, *quod & in Hebræo ſic ſcriptum eſt..... ſed propter euphoniam apud Latinos* in corde *translatum eſt; & tamen non debemus ſubtrahere quod verum eſt.* Græc. Vat. habet: τῦ ποιῆσαι..... ὁ Θεός μυ ἠβυλήθην..... ἐν μέσῳ τῆς καρδίας μυ. Alex. verò, Ald. & Compl. τῆς κοιλίας μυ.

℣. 10. Sic eſt in Pſalt. Corb. Rom. & Moz. Ita quoque legit Ambroſ. in hunc Pſ. p. 866. b. c. cum Auguſt. & Caſſiod. in eund. Auguſtinus tamen ibid. habet *annuntiavi*; at ſupra, *bene nunciavi*, ut in Pſalt. Mediolan. & Carnut. In Gr. εὐηγγελισάμην.

℣. 11. In Pſalt. Sangerm. verbum ult. verſûs præced. *cognoviſti*, jungitur cum ſubſeq. *juſtitiam meam*; ut & iſtud, *non abſcondi*, cum ſeq. *veritatem tuam*; nec malè: nam in Gr. ed. Rom. ſic eſt: Κύριε σὺ ἔγνως τὴν δικαιοσύνην μυ, ἐκ ἔκρυψα..... τὴν ἀλήθειάν συ, ἐν τῷ σωτηρίῳ συ εἶπα. Similis admittitur interpunctio in Pſalt. Arab. ac Æthiop. & apud Apollinarium: in aliis autem libris Græcis, & legitur, & interpungitur hoc modo: Κύριε σὺ ἔγνως· τὴν δικαιοσύνην συ ἐκ ἔκρυψα ἐν τῇ καρδίᾳ μυ· τὴν ἀλήθειάν συ καὶ τὸ..... εἶπα. Sic eſt etiam in Pſalt. Rom. nec aliter interpungere videntur Patres Lat. licet *juſtitiam meam* habeant, non *tuam*. Et verò Ambroſ. in Pſ. 39. p. 868. a. ita diſſerit: *Ad Patrem dicit: Juſtitiam meam non abſcondi in corde meo: veritat. & ſalut. tuum dixi:* deinde ſic: *Totus ex perſona Chriſti Pſalmus iſte eſt, ideo* juſtitiam meam *dicit:* tamen ſupra p. 866. c. habet: *Juſtitiam tuam non abſcondi in corde meo;* ut legitur in Pſalt. Rom. & apud Caſſiod. in hunc Pſ. At Auguſt. in eund. Pſ. legit: *Juſtitiam meam non abſcondi*, &c. cum Pſalt. Corb. & infra idem Aug. *Non celavi..... veritat. tuam à congregatione multa.* Caſſiod. *in ſynagoga multa;* Pſalt. Rom. *à ſynagoga multa;* Corb. *ſynagoga multæ;* Mozarab. *à ſynagoga multorum;* ubique *non celavi*. Gr. οὐκ ἔκρυψα... ἀπὸ συναγωγῆς πολλῆς. Symm. ἐν πλήθυϊ. Aq. & Theod. ἐν ἐκκλησίᾳ μεγάλῃ.

℣. 12. Sic apud Caſſiod. in hunc Pſ. ut in Pſalt. Rom. Corb. & Moz. uno excepto *ſuſceperunt me;* Corb. *ſuſcipit me;* Mediolan. *ſuſcipiant me.* Apud Aug. in eund. Pſ. *ne elonginquaveris miſericordias tuas à me..... ſuſceperunt me.* In Gr. μὴ μακρύνῃς τὰς οἰκτιρμύς συ..... ἀντελάβοντό μυ· Symm. προφθασάτω με.

℣. 13. Ita Auguſt. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Martianæi, ſi excipias unum *circumdederunt*, pro *circuierunt*. Caſſiod. præterea legit *multiplicati ſunt*, cum Pſalt. Moz. & Rom. Fabri. S. Paulin. epiſt. 12. p. 65. b. *Multiplicatæ ſunt iniquitates noſtræ ſuper capillos capitis noſtri.* Ap. Ambroſ. l. de fuga ſæc. c. 5. p. 428. f. hæc pauca: *comprehenderunt me..... ut viderem.* In Gr. Ὅτι περιέλαβόν με κακὰ, &c. ut in Lat. ſup.

℣. 14. Ita Pſalt. Corb. habet. Moz. verò: *Placeat tibi Domine eripere me: Domine, in auxilium meum reſpice.* Rom. *Complaceat tibi Domine ut eripias me*, &c. ut in textu. Ita quoque legit Caſſiod. in hunc Pſ. Auguſt. verò in eund. ſic: *Placeat tibi Domine eruere me:* & infra: *Placeat tibi eruere me: Domine, in adjuvandum mihi reſpice.* In Gr. Εὐδόκησον Κύριε τῦ ῥύσασθαί με· Κύριε, εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι πρόσχες· Alex. σπεῦσον. Hieron. epiſt. ad Sun. & Fretel. to. 2. p. 635. c. ad hæc, *Domine, in adjutorium meum reſpice*, ita ſcribit: *In Græco reperiſſe vos dicitis* σωῦσον, *id eſt*, feſtina; *ſed apud LXX.* πρόσχες, *id eſt* reſpice, *ſcriptum eſt.* In Mſs. tamen Hieron. Reg. & Florent. ſi Martianæo fides, loco πρόσχες, legitur ἐπίβλεπε, cum duplici accentu.

℣. 15. Pſalt. Rom. Martianæi: *Confundantur & revereantur inimici mei, qui quærunt..... Avertantur retrorsùm, & erubeſcant qui cogitant mihi mala.* Itidem in Rom. Fabri, & apud Caſſiod. hoc excepto, *ſimul*, loco *inimici mei*. In Moz. *Confund. & rever. ſimul..... Avertantur retrorsùm, & confundantur qui volunt mala mihi.* In Coislin. *retrorsùm, & erubeſcant.* Auguſt. in hunc Pſ. nil diſſert à Vulg. Ambroſ. in eund. p. 868. c. hæc tantùm citat: *Confund. & rever. ſimul, qui..... ut auferant eam.* Similiter in Gr. deinde ſic: Ἀποστραφήσαν εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ ἐντραπήσαν (Alex. καταισχυνθήσαν) οἱ βέλοντές μοι κακά.

℣. 16. Conſentiunt Aug. & Caſſiod. unà cum vet. Pſalt. In Gr. Κομισάσθωσαν παραχρῆμα, &c.

℣. 17. Pſalt. Rom. & Coislin. cum Caſſiod. *Exſultent & lætentur qui quærunt te Domine*, &c. ut in Vulg. Similiter in Moz. niſi quòd add. *in te omnes*, ad verbum *lætentur*. In Corb. ſic: *Exſultent & lætentur omnes qui ſperant in*

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.	
te omnes quærentes te : & dicant ſemper : Magnificetur Dominus : qui diligunt ſalutare tuum.	*nes, qui quærunt te : dicant jugiter : Magnificetur Dominus, qui diligunt ſalutare tuum.*	in te omnes, qui quærunt te Domine : & dicant ſemper : Magnificetur : qui diligunt ſalutarem tuum.	*Ex Mſ. Sangerm.*
18. Ego autem mendicus ſum, & pauper : Dominus ſollicitus eſt mei.	*Ego autem ſum egenus, & pauper : Dominus ſollicitus erit pro me.*	18. Ego autem egenus, & pauper ſum : * Dominus curam habet mei.	* *Mſ. vitioſè* Domine.
Adjutor meus, & protector meus tu es : Deus meus ne tardaveris.	*Auxilium meum, & ſalutare meum tu : Deus meus ne moreris.*	Adjutor meus, & protector meus tu es : Deus meus ne tardaveris.	

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

te, & quærunt te Domine : & dicant..... ſalutarem tuum. Apud Aug. in eund. Pſ. *Exſultent & jocundentur omnes qui te quærunt Domine*, &c. ut in Vulg. In Gr. Ἀγαλλιάσαιτο καὶ εὐφρανθείησαν ἐπί σοι πάντες οἱ ζητοῦντές σε Κύριε..... Μεγαλυνθήτω ὁ Κύριος· οἱ, &c. Ald. & Compl. εὑρεθήτωσαν.

℣. 18. Pſalt. Rom. cum Caſſiod. cùm in hunc Pſ. tum in Pſ. 69. p. 234. b. *Ego verò egenus, & pauper ſum : Dominus curam habet mei. Adjutor meus, & liberator meus es tu : Domine ne tardaveris.* Similiter in Coislin. præter ſeqq. *adjutor & liberator meus eſto : Domine Deus meus ne*, &c. In Corb. *Ego autem egenus, & paup. ſum : Dominus curam habet mihi*, &c. ut in Vulg. In Moz. *Ego verò egens, & pauper : Dominus curam habet mei. Adjutor & liberator meus es tu : Domine ne tardaveris.* Apud Auguſt. in eund. Pſ. *Ego autem egenus, & pauper ſum : Dominus curam habebit mei* (inſ. *habet.*) *Adjutor meus*, &c. ut in textu Sangerm. Hieron. epiſt. ad Hebidiam, to. 4. p. 169. d. *Ego autem mendicus ſum, & pauper : & Dominus ſollicitus eſt pro me.* Gr. Ἐγὼ δὲ πτωχὸς, καὶ πένης εἰμί· Κύριος φροντιεῖ μου. Βοηθός μου, καὶ ὑπερασπιστής μου εἶ σύ· ὁ Θεός μου μὴ χρονίσῃς.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.	
1. In finem, Pſalmus ipſi David. XL.	*Victori Canticum David. XLI.*	1. In finem, Pſalmus ipſi David. XL.	*Ex Mſ. Sangerm.*
2. BEatus qui intelligit ſuper egenum, & pauperem : in die mala liberabit eum Dominus.	*BEatus qui cogitat de paupere : in die malo liberabit eum Dominus.*	2. BEatus qui intelligit ſuper egenum, & pauperem : Dominus in die mala liberavit eum.	
3. Dominus conſervet eum, & vivificet eum, & beatum faciat eum in terra : & non tradat eum in animam inimicorum ejus.	*Dominus cuſtodiet eum, & vivificabit eum, & beatus erit in terra : & non tradet eum anima inimicorum ſuorum.*	3. Dominus conſervet eum, & vivificet eum, & beatum faciat eum : & emundet de terra animam ejus ; & * tradat eum in manus inimici ejus.	* *Supp.* non.
4. Dominus opem ferat illi ſuper lectum doloris ejus : univerſum ſtratum ejus verſaſti in infirmitate ejus.	*Dominus confortabit eum in lecto infirmitatis : totum ſtratum ejus vertiſti in agrotatione ſua.*	4. Dominus opem ferat illi ſupra lectum doloris ejus : univerſum ſtratum ejus verſaſti in infirmitatem ejus.	
5. Ego dixi : Domine miſerere mei : ſana animam meam, quia peccavi tibi.	*Ego dixi : Domine miſerere mei : ſana animam meam, quoniam peccavi tibi.*	5. Ego dixi : Dominus miſerere mei : ſana animam meam, quoniam peccavi tibi.	
6. Inimici mei dixerunt mala mihi : Quando morietur, & peribit nomen ejus ?	*Inimici mei loquentur malum mihi : Quando morietur, & peribit nomen ejus?*	6. Inimici mei dixerunt mihi mala : Quando morietur, & periet nomen ejus ?	
7. Et ſi ingrediebatur ut videret, vana loquebatur, cor ejus congregavit iniquitatem ſibi.	*Et ſi venerit ut videat, vana loquetur : cor ejus congregabit iniquitatem ſibi ;*	7. Et ingrediebantur ut viderent ; vanè locutum eſt cor eorum, congregaverunt iniquitatem ſibi.	

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Caſſiod. delet *ipſi*, cum Pſalt. Rom. Corb. & Coislin. Retinet Ambr. tract. in hunc Pſal. p. 867. d.

℣. 2. Sic eſt *liberavit*, in Pſalt. Moz. Corb. & Coislin. ſed Ambroſ. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. Vulgatæ ſuffragantur ad verbum, unà cum Pſalt. Rom. & Gr. Itidem Cypr. l. de oper. & elee. ut & S. Paulin. epiſt. 34. p. 220. c. rurſuſque Ambroſ. to. 1. col. 576. c. 744. c. 792. e. 821. c. 1128. d. Cypr. verò lib. 3. Teſtim. p. 303. a. hab. *in die malo liberabit illum Deus.* Auct. op. imp. in Matt. hom. 9. p. 56. a. *Beatus qui intelligit ſuper mendicum, & pauperem.*

℣. 3. Ita Ambroſ. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Corb. & Coislin. niſi quòd habent *emundet in terra*, ut & inf. *non tradat :* præterea Ambroſ. loco *animam*, legit *vitam ;* Caſſiodorique Mſs. tres *animam*, pro *manus*. In Pſalt. Carnut. *& beatum faciat eum in terra : & emundet in terra animam ejus ;* deinde cum Moz. *& non tradat eum in manus inimici ejus.* Hunc ult. verſiculum ſimiliter habet Aug. in eund. Pſ. ſed in aliis concordat cum Vulg. prætermittitque medium, *& emundet*, &c. Pſalt. Mediolan. hab. *in manibus inimicorum ejus.* Obſervat Ambroſ. loco cit. alios habere Græcos, *& non tradat eum in animas inimicorum ejus.* Gr. edit. Rom. Κύριος φυλάξαι (Alex. cum Ald. & Compl. διαφυλάξαι) αὐτὸν, καὶ ζήσαι αὐτὸν, (Aquil. ζωώσαι,) καὶ μακαρίσαι αὐτὸν ἐν τῇ γῇ· καὶ μὴ παραδοῖ αὐτὸν εἰς χεῖρας ἐχθρῶν αὐτοῦ· Alex. Ald. & Compl. ἐχθρῶν αὐτοῦ; Aquila, ἐν ψυχῇ ἐχθρῶν; Theod. εἰς ψυχήν; Symm. ψυχαῖς. Sed ex his omnibus Gr. ne unus quidem hab. verſiculum med. *& emundet de terra*, &c.

℣. 4. Sic habent Ambroſ. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. excepto iſto, *in infirmitate :* item Ambroſ. rurſum to. 1. p. 664. f. 799. f. 1482. a. & to. 2. p. 179. f. Hilarius in Pſ. 131. p. 449. d. *univerſum ſtratum ſuum verſaſti.* Aug. in Pſ. 40. *totum ſtratum ejus vertiſti in infirmitate ejus :* at infra : *univerſum ſtratum ejus*, &c. Ambroſ. in eund. Pſ. p. 871. b. notat Symmachum vertiſſe *lectum miſeria ; Aquil. grabatum miſeria :* deinde : *expreſsiùs*, inquit, *LXX. Viri* lectum doloris *putaverunt eſſe dicendum.* In ed. Rom. Κύριος βοηθήσαι αὐτῷ ἐπὶ κλίνης ὀδύνης αὐτοῦ· ὅλην τὴν κοίτην αὐτοῦ ἔστρωσας ἐν τῇ ἀῤῥωστίᾳ αὐτοῦ.

℣. 5. Sic in Gr. eſt, ut apud Ambroſ. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. ac in vet. Pſalt. præter unum *Domine.*

℣. 6. Similiter in Pſalt. Coislin. Corb. Rom. Moz. & apud Caſſiod. *& periet.* Apud Ambroſ. & Aug. in eund. Pſ. *& peribit.* In Gr. καὶ ἀπολεῖται, &c.

℣. 7. Sic apud Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. necnon in Pſalt. Rom. Carnut. Coislin. & Mozarab. præter vocem *vana*, pro *vanè ;* item ponunt &, ante *egrediebantur*, quod tamen omittit Aug. præterea Coislin. ſcribit *foris*, non *foras*. At verò quæ Auguſt. hìc refert num. plurali, eadem citat l. de civit. Dei, to 7. p. 481. b. num. ſingulari : *Et ingrediebatur ut videret ; vana locutum eſt cor*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
In Mſ. Sangerm. Egrediebantur foras, & loquebantur 8. ſimul in unum.	*Egredieus foras detrahet.*	Egrediebatur foras, & loquebatur 8. in idipſum.
Suſurrabant omnes inimici mei adversùm me: cogitabant mala mihi.	*Simul adversùm me murmurabant omnes odientes me: contra me cogitabant malum mihi.*	Adversùm me ſuſurrabant omnes inimici mei: adversùm me cogitabant mala mihi.
9. Verbum iniquum mandaverunt adversùm me: Nunquid qui dormit non adjiciet ut reſurgat?	*Verbum diaboli infundebant ſibi: Qui dormivit non addet ut reſurgat.*	9. Verbum iniquum conſtituerunt adversùm me: Nunquid qui dormit non adjiciet ut reſurgat?
10. Etenim homo pacis meæ, in quem ſperavi: qui edebat panes meos, ampliavit adversùm me ſubplantationem.	*Sed & homo pacificus meus, in quo habui fiduciam; qui manducabat panem meum, levavit contra me plantam.*	10. Etenim homo pacis meæ, in quo ſperavi: qui edebat panes meos, magnificavit ſuper me ſupplantationem. *Act. 1. 16.*
11. Tu autem Domine miſerere mihi, & reſuſcita me: & retribuam illis.	*Tu autem Domine miſerere mei: & leva me, & reddam eis.*	11. Tu autem Domine miſerere mei, & reſuſcita me: & retribuam eis.
12. In hoc cognovi quoniam voluiſti me: quoniam non gaudebit inimicus meus ſuper me.	*In hoc cognovi quòd velis me: quia non inſultabit inimicus meus mihi.*	12. In hoc cognovi quoniam voluiſti me: quoniam non gaudebit inimicus meus ſuper me.
13. Propter innocentiam autem meam ſuſcepiſti me: & confirmaſti me in conſpectu tuo in æternum.	*Ego autem in ſimplicitate mea adjutus ſum à te, & ſtatues me ante faciem tuam in perpetuum.*	13. Me autem propter innocentiam ſuſcepiſti: & confirmaſti me in conſpectu tuo in æternum.
14. Benedictus Dominus Deus Iſraël à ſæculo, & in ſæculum: fiat, fiat.	*Benedictus Dominus Deus Iſraël à ſæculo, & uſque in ſæculum: amen, & amen.*	14. Benedictus Dominus Deus Iſraël à ſæculo, & uſque in ſæculum: fiat, fiat.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ejus, congregavit iniquit. ſibi. Egrediebatur foras, & loquebatur ſimul in unum. Similiter apud Ambr. in eund. Pſ. p. 873. a. *De Juda proditore*, inquit, *evidens prophetia ſubtexitur in his verſiculis, qui ſequuntur: Et egrediebatur ut videret, vana locutus; cor ejus congregavit iniquitatem ſibi. Egrediebatur foras, & loquebatur.* Tum addit: *Sic diſtinctum Græcis in codicibus invenimus: Ingrediebatur ergo Judas, quærens prodere Salvatorem, ut videret quid ageret:* & poſt paulò: *Volebat intrare, ſed penetrare non poterat;* ſubinde: *Ingredi moliebatur, & non ingrediebatur;* & infra: *Et egrediebatur foras, & loquebatur..... foras exibat, & cum perfidis ſuſurrabat.* In Pſalt. Corb. ſic: *Et ingrediebatur ut videret; vanè locutum eſt cor eorum, congregaverunt iniquitatem ſibi. Egrediebatur foras, & loquebantur.* Auct. l. de promiſſ. p. 3. col. 177. b. *Egrediebatur foras, & loquebatur in eodem.* De hoc autem 1. verſiculo, *Et ſi ingrediebatur ut videret*, Hieron. ita diſſerit in epiſt. ad Sun. & Fretel. to. 2. p. 635. c. *Et dicitis quòd in Græco non ſit poſitum, cùm manifeſtiſſimè & in Hebræo, & in cunctis Interpretibus ſcriptum ſit, & LXX. transtulerint,* Καὶ εἰσεπορεύετο τῦ ἰδεῖν. In ed. Rom. Καὶ εἰ εἰσεπορεύετο τῦ ἰδεῖν, μάτην ἐλάλει ἡ καρδία αὐτῦ.... Ἐξεπορεύετο ἔξω, καὶ ἐλάλει ἐπὶ τὸ αὐτό.

℣. 8. Voces tres *ſimul in unum*, conjunctæ exhibentur in Pſalt. Sangerm. cum præced. *loquebantur;* ſequentes verò duæ *adversùm me*, cum his, *inimici mei.* At in Pſalt. Rom. Martianæi, & Coislin. ſic: *Simul in unum ſuſurrabant: omnes inimici mei adversùm me cogitabant mala mihi.* In Rom. verò Fabri, & Carnut. *Loquebantur ſimul;* deinde, *in unum ſuſurrabant*, &c. In Mozar. *Simul in unum adversùs me ſuſurrabant.* In Corb. *Simul in unum ſuſurrabant adversus me omnes inimici mei: cogitabant mihi mala.* Apud Auguſt. in hunc Pſ. *In idipſum adversùm me ſuſurrabant:* paulòque poſt: *Quid eſt adversùm me in idipſum?* ſubinde: *In idipſum adversùs me ſuſurrabant omnes..... adversùm me cogit.* &c. Apud Caſſiod. in eund. Pſ. *Simul in unum ſuſurrabant omnes inim. mei: adversùm me cogit.* &c. in Gr. καὶ ἐλάλει ἐπὶ τὸ αὐτό, ut poſuimus ſupra; deinde ſic: Κατ' ἐμῦ ἐψιθύριζον πάντες οἱ ἐχθροί μυ κατ' ἐμῦ ἐλογίζοντο κακά μοι.

℣. 9. Sic in Pſalt. Rom. eſt, & Coislin. In Moz. verò ita: *Verbum iniq. cogitabant adversùs me.* Ap. Ambroſ. in hunc Pſ. *propoſuerunt adversùm me.* Apud Aug. in eund. *diſpoſuerunt adversùs me.* Ap. Caſſiod. *conſtituerunt*, &c. ut in Vulg. In Gr..... κατέθεντο κατ' ἐμῦ· deinde, Μὴ ὁ κοιμώμενος οὐχὶ προσθήσει, &c. Aquila, ἐς κοιμηθῇ οὐ προσθήσει, &c.

℣. 10. Ita Ambroſ. in hunc Pſ. cum Pſalt. Corb. uno excepto *ſuper me*, pro *adversùm me:* tum ait: *Ampliavit, Græcus ἐμεγάλυνεν dixit, hoc eſt, magnificavit:* & infra: *Hoc eſt quod ait:* magnificavit ſuper me ſupplantationem; *quo verbo inſultantis jactantiam declaravit:* in conſequentibus verò, *ampliavit ſuper me ſupplant.* Pſalt. Moz. & Coislin. hab. *ampliavit adversùm me ſupplant.* Mediolan. *adampliavit adversùs me ſupplant.* Sic etiam legit Maxim. Taurin. in homil. p. 22. h. Pſalt. Rom. cum Caſſiod. *Etenim homo..... in quo ſperabam: qui edebat*, &c. ut in textu Sang. Tertullianus verò, l. 4. adv. Marc. p. 733. b. *qui mecum panem edit, levabit in me plantam.* Auguſt. in hunc Pſ. *in quem ſperavi: qui edebat panes meos, ampliavit ſuper me calcaneum.* Item Auct. l. de promiſſ. p. 3. col. 177. b. *amplificavit ſuper me calcaneum.* Rufinus verò in Symbol. p. 180. c. *qui manducavit panes meos, ampliavit adversùm me ſupplantationem.* Græc..... ἐφ' ὃν ἤλπισα· ὁ ἐσθίων ἄρτυς μυ, ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν.

℣. 11. Ita Pſalt. Corb. hab. ad verbum; cui accinunt Ambroſ. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Pſalt. Rom. & Coislin. niſi quòd ſcrib. *mei*, non *mihi*. Aug. etiam in eund. Pſ. hab. *mei*, & *reſuſcita me: & reddam illis;* & inf. *ſuſcita me: & reddam*, &c. & tract. 11. in Joh. to. 3. p. 2. col. 373. e. *excita me: & reddam.* In Gr. ἐλέησόν με, καὶ ἀνάστησόν με· καὶ ἀνταποδώσω αὐτοῖς.

℣. 12. Similiter in Pſalt. Rom. ut apud Ambroſ. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. ac in Gr.

℣. 13. Sic habent Ambroſ. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Moz. & Coislin. Apud Aug. in eund. Pſ. ſic: *Me autem propter innoc. meam ſuſcepiſti:* at infra: *Propter innoc. meam ſuſcepiſti me*, &c. Ita etiam in Pſalt. Corb. In Gr. Ἐμὲ δὲ διὰ τὴν ἀκακίαν ἀντελάβου· καὶ ἐστεραίωσάς με... εἰς τὸν αἰῶνα.

℣. 14. Ita legit Ambroſ. in hunc Pſ. p. 881. b. c. & 884. e. cum Pſalt. Corb. & Græco. Ambr. ibid. p. 882. a. ait: *In Hebræo habetur* amen, amen, *ut aſſerunt qui librum legerunt in Hebraïcis litteris ſcriptum: Græcus hoc loco, γένοιτο, γένοιτο dixit, quod eſt, fiat, fiat.* Apud Aug. in eund. Pſ. *Benedictus Dominus Deus Iſraël à ſæc. & in ſæc. & dicet omnis populus: Fiat, fiat;* quæ Ambroſ. loc ſup. cit. dicit pertinere ad Pſal. 105. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Vulgatæ favet.

Digitized by Google

VULGATA HOD.

In finem,
1. Intellectus filiis Core. XLI.

2. QUemadmodum deſiderat cervus ad fontes aquarum: ita deſiderat anima mea ad te Deus.

3. Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum: quando veniam & apparebo ante faciem Dei?

4. Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie: Ubi eſt Deus tuus?

5. Hæc recordatus ſum, & effudi in me animam meam: quoniam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis, uſque ad domum Dei:

In voce exſultationis, & confeſſionis: ſonus epulantis.

6. Quare triſtis es anima mea? & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei, 7. & Deus meus.

Ad me ipſum anima mea conturbata eſt: propterea memor ero tui de terra Jordanis, & Hermoniim à monte modico.

HEBR.

Victori doctiſſimo filiorum Core. XLII.

SIcut areola præparata ad irrigationes aquarum: ſic anima mea præparata ad te Deus.

Sitivit anima ad Deum fortem viventem: quando veniam, & parebo ante faciem Dei?

Fuerunt mihi lacryma mea panes per diem ac noctem: cùm diceretur mihi tota die: Ubi eſt Deus tuus?

Horum recordatus ſum, & effudi in me animam meam: quia veniam ad umbraculum, tacebo uſque ad domum Dei,

In voce laudis & confeſſionis, multitudinis feſta celebrantis.

Quare incurvaris anima mea, & conturbas me?

Exſpecta Deum, quia adhuc confitebor ei, ſalutaribus vultûs ejus.

Deus meus in me ipſo anima mea incurvatur: propterea recordabor tui de terra Jordanis, & Hermonim de monte minimo.

VERSIO ANTIQUA.

In finem, *Ex Mſ. Sangerm.*
1. Intellectus filiis Coræ. XLI.

2. SIcut cervus deſiderat ad fontes aquarum: ita deſiderat anima mea ad te.

3. Sitiit anima mea ad Deum vivum: quando veniam, & parebo ante faciem Dei?

4. Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie: Ubi eſt Deus tuus?

5. Hæc memoratus ſum, & effudi in me animam meam: quoniam ingrediebar in locum tabernaculi admirationis, uſque ad domum Dei:

In voce exſultationis, & confeſſionis: ſonus epulantis.

6. Quare triſtis es anima mea? & quare conturbas me?

Spera in Domino, quoniam confitebor ei: ſalutare vultus mei, 7. & Deus meus.

Ad me ipſum anima mea conturbata eſt: propterea memor ero tui Domine, de terra Jordanis, & Hermoniim à monte modico.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Itidem in Pſalt. Corb. In Coislin. verò ad *Core*, additur *Pſalmus*. Apud Caſſiod. *Pſalmus David*. Apud Aug. in hunc Pſ. *In finem, in intellectum filiis Core, Pſalmus*. In Gr. Εἰς τὸ τέλος, εἰς Σύνεσιν τοῖς υἱοῖς Κορέ. Mſ. Alex. Κορὲ, Ψαλμὸς τῷ Δαυίδ.

℣. 2. Sic Ambroſ. l. 2. de interpel. Dav. c. 2. p. 640. c. & in Pſ. 37. & 40. col. 831. f. 882. e. necnon Caſſiod. in Pſ. 41. cum Pſalt. Rom. Coislin. Corb. & Moz. addita voce *Deus*, in fine. Auguſtinus in hunc Pſ. cum Gr. *Quemadmodum deſiderat..... ſic deſiderat*, &c. ut in Vulg. Hilarius in eund. è ſchedis Marten. *Sicut cervus deſid..... ſic deſiderat anima mea ad Deum vivum*; quæ ultima pertinent ad ℣. ſeq.

℣. 3. Sic Hilar. ubi ſup. & in Pſ. 62. p. 152. e. niſi quòd primo loco omittit verbum *ſitivit*, poſteriori verò loco *Dei*, legit *tuam*. Ambroſ. l. de Iſaac, c. 1. p. 356. c. *Sitivit anima mea ad Deum vivum*. Similiter Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Mediol. Carnut. & Moz. In Coislin. *ſitit*, &c. ut ſup. In Corb. *Sitivit anima mea in Deum vivum: quando ven. & parebo ante*, &c. Rurſum Ambroſ. in Pſ. 61. p. 963. f. ſic hab. *Sitivit anima mea ad te Deus*, & in Pſ. 118. p. 1176. e. *Sitivit in te anima mea*: & in Luc. 12. to. 1. p. 1447. f. *Sitivit anima mea ad Dominum vivum: quando veniam, & apparebo*, &c. item *apparebo*, l. 1. de interpel. Job, c. 5. p. 626. b. ſicut in Pſalt. Rom. Martianæi, & ap. Aug. & Caſſiod. Ambr. verò l. 2. de interpel. Dav. c. 2. p. 640. d. legit, *ad Deum fontem vivum: quando veniam, & parebo*, &c. iterum *parebo*, l. de fuga ſæc. c. 9. p. 438. e. cum Pſalt. Rom. Fabri, & Coislin. Gaud. Brix. ſer. 2. p. 946. c. legit: *Sitivit..... ad Dominum vivum: quando....., & apparebo ante fac. Domini?* Græc. Ἐδίψησεν..... πρὸς τὸν Θεὸν τὸν ζῶντα· (Alex. Ald. & Compl. τὸν Ἰσχυρὸν τὸν ζῶντα·) πότε ἥξω, καὶ ὀφθήσομαι τῷ προσώπῳ τοῦ Θεοῦ;

℣. 4. In Pſalt. Mediol. Coislin. Carnut. Corb. & Moz. legitur *panis*, ſicut in Gr. Sic etiam Hilar. habet in Pſ. 61. p. 149. b. & Ambroſ. l. de apol. Dav. c. 6. to. 1. p. 684. b. necnon Aug. in hunc Pſ. ſed Hilarius in eund. è ſched. Marten. ſcribit *panes*. Itidem Ambroſius l. 2. de interpel. Dav. c. 2. to. 1. p. 641. a. & inf. 819. f. 1193. e. 1388. c. cum Caſſiod. & Chromat. Aquil. in Matt. p. 978. d. Præterea Hilar. ap. Marten. hab. *factæ ſunt*, loco *fuerunt*; ſubinde Aug. *cùm dicitur mihi per ſingulos dies*; poſt paulò verò, *quotidie*. Gr. καθ' ἑκάστην ἡμέραν. In Pſalt. denique Moz. *Ubi es*, non *Ubi eſt*; in Gr. Πῦ ἐστιν.

℣. 5. Ita in Pſalt. Coislin. ſi excipiatur vox *admirabilis*, loco *admirationis*. Item in Rom. Moz. & ap. Caſſiod. *ingrediebar in loc. tab. admirabilis*. In Corb. *Hæc memoratus ſum, & effudi..... quoniam ingrediar*, &c. ut in Vulg. Hilar. verò in hunc Pſ. è ſchedis Marten. legit: *Hæc memini, & effudi in me..... quia tranſibo in loc. tab. admirabilis*, &c. at in Pſ. 61. col. 149. b. *Hæc recordatus ſum, & effudi in me*, &c. Sic etiam Auct. l. de XLII. manſ. ap. Ambroſ. p. 16. a. Ambroſ. ipſe in Pſ. 36. col. 809. e. *Hæc recordatus ſum, & effudi ſuper me..... quoniam ingrediar in loc. tab. admirabilis*, &c. ut in Vulg. at l. 2. de interpel. Dav. c. 2. p. 641. b. ſic: *Horum memor, effudi ſuper me anim. meam*: & poſt paulò, *quoniam ingrediar*, &c. ultimòque, *ſonitus epulantis*: ſed epiſt. 30. to. 2. p. 912. c. conſtanter legit *ſonus epulantis*; ſicut l. de fide Reſurr. p. 1164. f. hîc tamen hab. *quoniam tranſibo*. Hieron. in Iſai. 54. to. 3. p. 392. a. *pertranſibo*: at epiſt. ad Princip. to. 2. p. 692. f. *tranſibo*; & in fine, *ſonitus feſta celebrantium*. Sic etiam habetur in Pſalt. Æthiop. & Arabico. Ap. Auguſt. in hunc Pſ. ita: *Hæc meditatus ſum, & effudi ſuper me..... quoniam ingrediar in locum tab. admirab..... & confeſſionis: ſoni feſtivitatem celebrantis*. In Gr. Ταῦτα ἐμνήσθην, καὶ ἐξέχεα ἐπ' ἐμὲ..... ὅτι διελεύσομαι ἐν τόπῳ σκηνῆς θαυμαστῆς..... Ἐν φωνῇ..... καὶ ἐξομολογήσεως· ἦχος ἑορταζόντων. Alex. ἦχος ἑορτάζοντος; quæ ult. vox ἑορτάζοντος, exſtat pariter in edd. Ald. & Compl.

℣. 6. Ita Caſſiod. hab. cum Pſalt. Coislin. & Corb. niſi hoc excipias, *confitebor illi*. Itidem in Rom. præter unum *in Deo*. Mediolan. etiam & Carnut. carent voce *adhuc*, ante *confitebor*. Aug. in hunc Pſ. cum Pſalt. Moz. leg. *Spera in Deum, quia confitebor illi*; cæt. ut ſupra. Sic etiam Ambroſ. l. 2. de interpel. Dav. c. 3. p. 642. c. dempto &, poſt *anima mea*. Hilar. verò in Pſ. 41. è ſchedis Marten. *Ut quid anima triſtis es? & ut quid conturbas me? Spera in Deum, quoniam confiteb. illi*. Auguſt. in Job, to. 3. col. 676. d. *Ut quid triſtis es anima mea? & quare*, &c. Gr. Ἱνατί περίλυπος εἶ..... καὶ ἱνατί..... Ἔλπισον ἐπὶ τὸν Θεὸν, ὅτι ἐξομολογήσομαι αὐτῷ, &c.

℣. 7. Sic in Pſalt. Corb. eſt. In Rom. verò Martian. *A me ipſo anima mea turbata eſt*. In Rom. Fabri: *Ad me ipſum..... turbata eſt*; reliqua ut in textu, excepto uno *Hermonis*. In Moz. & Coislin. *Apud me ipſum..... turbata eſt..... ero tui Domine, de..... & Hermonis*, &c. Coislin. ſcribit *Hermoni*; Corb. *Hermonii*. Ambroſ. l. 2. de interpel. Dav. c. 3. p. 642. d. *Ad me ipſum..... turbata eſt..... tui Domine, de..... & Hermonim*. Hilar. in hunc Pſ. è ſched. Marten. *Turbata eſt in me anima mea*; at infra bis, *perturbata eſt..... tui Domine, de..... & Hermonis*; paulò inferiùs abeſt *Domine*. In Pſalt. verò Car-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 8. Abyſſus abyſſum invocat, in voce cataractarum tuarum.	*Abyſſus abyſſum invocat, in vocem cataractarum tuarum:*	8. Abyſſus abyſſum invocat, in voce cataractarum tuarum.
Omnia excelſa tua, & fluctus tui ſuper me ingreſſi ſunt.	*Omnes gurgites tui, & fluctus tui ſuper me tranſierunt.*	Omnia excelſa tua, & fluctus tui ſuper me tranſierunt.
9. In die mandavit Dominus miſericordiam ſuam, & nocte declaravit.	*Per diem mandavit Dominus miſericordiam ſuam: & in nocte canticum ejus mecum,*	9. In die mandavit Dominus miſericordiam ſuam, & nocte canticum ejus.
Apud me oratio Deo vitæ meæ, 10. dicam Domino: Suſceptor meus es,	*Oratio Deo vitæ meæ. Dicam Deo: Petra mea,*	Apud me oratio Deo vitæ meæ, 10. dicam Deo: Suſceptor meus es,
Quare me oblitus es? quare me repuliſti, & contriſtatus incedo, dum adfligit me inimicus?	*Quare oblitus es mei? quare triſtis incedo, affligente inimico?*	Quare oblitus es mei? & quare contriſtatus incedo, dum affligit me inimicus?
11. Dum confringit me omnia oſſa mea, exprobraverunt mihi qui tribulant me:	*Cùm me interficerent in oſſibus meis, exprobraverunt mihi hoſtes mei:*	11. Dum confringuntur oſſa mea, exprobraverunt mihi qui tribulant me inimici mei:
Dum dicitur mihi quotidie: Ubi eſt Deus tuus? 12. quare triſtis es anima? & quare conturbas me?	*Dicentes ad me tota die: Ubi eſt Deus tuus? Quare incurvaris anima mea, & conturbas me?*	Dum dicunt mihi per ſingulos dies: Ubi eſt Deus tuus? 12. quare triſtis es anima mea? & quare conturbas me?
* Spera in Deum, quoniam confitebor ei: ſalutare vultus mei, & Deus meus.	*Exſpecta Deum, quoniam adhuc confitebor ei: ſalutaribus vultus mei, & Deo meo.*	Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei, & Deus meus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

nut. deeſt &, initio, ante *Deus meus*. Unde Hieron. ſcribens ad Sun. & Fretel. to. 2. p. 638. a. ait: *Invenisse vos dicitis*, & Deus meus: *ſed ſciendum hoc in Pſalmo bis inveniri, & in primo poſitum eſſe*, ſalutare vultus mei, Deus meus: *in ſecundo autem, id eſt, in fine ipſius Pſalmi*: ſalutare vultus mei, & Deus meus; *ita duntaxat ut & conjunctio de Hebræo, & Theodotione ſub aſteriſco addita ſit.* Apud Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. ſimiliter ibid. deeſt &: exinde Auguſt. leg. *Ad me ipſum..... turbata eſt: propterea memoratus ſum* (inf. *commemoratus ſum*) *tui Domine, de..... & Hermonim à monte parvo.* Caſſiod. verò: *A me ipſo..... turbata eſt..... memor ero tui Domine*, &c. ut in Vulg. In Gr. ὁ Θεός (Alex. ἡ ὁ Θεός) μου. Πρὸς ἐμαυτὸν..... ἐταράχθη· διὰ τοῦτο μνησθήσομαί σου (Alex. add. Κύριε) ἐκ γῆς..... ἡ Ἑρμωνιείμ ἀπὸ ὄρους μικροῦ.

℣. 8. Ita Pſalt. Corb. hab. ad verbum. Rom. verò & al. cum Caſſiod. in fine, *ſuper me tranſierunt*. Similiter ap. Hilar. in hunc Pſ. è ſchedis Marten. exceptis his, *Omnes altitudines tuæ*; in Pſ. verò 68. *Omnia excelſa tua*, cum hoc ult. *tranſierunt*. Apud Ambroſ. l. 2. de interpel. Dav. c. 4. p. 644. c. & in Pſ. 35. p. 773. c. priora tantùm verba exſtant ut ſupra. Item apud Auguſt. in Pſalm. 41. ſed additur: *Omnes ſuſpenſiones* (in explanatione *ſuſpenſuræ*) *tuæ*, & *fluctus tui ſuper me ingreſſi ſunt*. Similiter in Pſalm. 87. col. 929. f. g. Ad verbum autem *ingreſſi ſunt*, add. ibid. *vel ſicut quidam melius tranſtulerunt*, ſuper me tranſierunt; *διῆλθεν enim eſt in Græco, non εἰσῆλθον*: *ubi ergo utrumque poſitum eſt*, & ſuſpenſiones, & fluctus, *non ibi potuerunt poni pro* ſuſpenſionibus, fluctus..... *ſed illic dictum eſt*: Omnes ſuper me tranſierunt, &c. Vide plura inf. ad Pſ. 87. 8. Græcè, *εἰς φωνὴν*, pro *in voce*; ſubinde, *πάντες οἱ μετεωρισμοί σου*, καὶ τὰ..... *ἐπ' ἐμὲ διῆλθον*.

℣. 9. Itidem in Pſalt. Rom. Corb. Carnut. & ap. Caſſiod. In Moz. ſic: & *in nocte declaravit. Apud me & oratio Deo*, &c. In Coislin. & *nocte declaravit. Apud me oratio mea, Deus vitæ meæ*. Apud Hilar. verò in eund. Pſ. è ſchedis Marten. ita: *Inter diem mandavit Dominus miſ. ſuam, & nocte manifeſtavit. Apud me oratio mea Deo*, &c. Apud Ambr. l. 2. de interpel. Dav. c. 5. col. 645. a. *Apud me oratio Deo vitæ*, &c. Apud Auguſt. in eund. Pſ. & *nocte declarabit. Apud me oratio Deo*, &c. In Gr. Ἡμέρας ἐντελεῖται..... καὶ νυκτὸς ὑμνώσει. Παρ' ἐμοὶ προσευχὴ τῷ Θεῷ, &c. Mſ. Alex. cum ed. Compl. καὶ νυκτὸς ᾠδὴ αὐτῷ, &c. Ald. ᾠδὴ αὐτῷ.

℣. 10. Pſalt. Rom. cum Ambroſ. l. de interpel. Dav. c. 5. 6. & 7. col. 645. a. 646. b. 647. c. *dicam Deo: Suſcepter meus es, Quare me oblitus es? & quare me repuliſti? & quare triſtis incedo, dum*, &c. Similiter in Coislin. præter hoc, *oblitus es mei*. Moz. initio hab. *dicam Deo meo*, &c. ut in Rom. Hilar. in hunc Pſ. è ſched. Marten. *dicam Deo: Suſc. meus es, Quare oblitus es?* & infra: *dicam: Suſceptor meus es, Quare me dereliquiſti? quare triſtis incedo, dum*, &c. Auguſt. in eund. Pſ. *dicam Deo: Suſc..... Quare mei oblitus es? ut quid me repuliſti? & ut quid contriſtatus* (inf. *triſtis*) *incedo, dum*, &c. Caſſiod. in eund. Pſ. *Quare me oblitus es? quare me repuliſti? & quare contriſtatus*, &c. Sic etiam in Pſalt. Corb. dempto ult. *quare*. Gr. ἐρῶ τῷ Θεῷ..... Διατί μου ἐπιλάθῃ; ἵνατί (Alex. Ald. & Compl. ἡ ἵνατί) σκυθρωπάζων πορεύομαι, ὀν τῷ, &c.

℣. 11. Poſt verbum *confringit*, additur in Mſ. Sangerm. litterula o, ita videlicet, *confringi To*, quæ quidem litterula videtur in Mſ. præ ſe ferre figuram puncti, potiùs quàm litteræ; vel forte nota quædam eſt, quæ ſignificat legendum *confringit omnia*, abſque voce media *me*, quæ etiam ſupereſt; vel potiùs huc revocandus totus ille verſus qui legitur infra in eodem Mſ. nempe poſt ℣. 2. Pſalmi XLII. quò etiam malè & oſcitanter tranſvectum fuiſſe credimus, cùm ibid. apertè ſuperfluat; en verba: *In eo dum confringunt omnia oſſa mea, exprobaverunt* (l. *exprobrav.*) *mihi inimici mei*. Hilarius tamen in hunc Pſ. è ſchedis Marten. non leg. *confringunt*, ſed *confringit*, ut ſup. & poſt paulò: *Dum confringit oſſa mea, improperabant tribulantes me: cùm dicerent quotidie: Ubi eſt Deus tuus?* Similiter hab. Ambroſ. l. 2. de interpel. Dav. c. 7. p. 647. c. *confringit oſſa mea*, &c. ut in textu. Item Auguſt. in hunc Pſ. *Dum confringit oſſa mea, exprobraverunt mihi qui tribulant me: dum dicunt mihi per ſingulos dies: Ubi eſt*, &c. Itidem in Pſalt. Corb. addita voce *omnia*, ad *oſſa*. In Rom. verò ſic: *Dum confringuntur omnia oſſa mea, exprobraverunt me qui tribul. me: dum dicitur mihi per ſingulos dies*, &c. In Mozarab. *In eo dum confringuntur oſſa mea, exprobr. mihi qui trib. me: dum dicitur mihi per ſing. dies: Ubi es Deus tuus?* In Coislin. *Dum confringuntur omnia..... qui tribulant me: dum dicitur*, &c. Carnut. hab. *dum confringit*; tollit etiam inf. id, *inimicè mei*; Mediolan. verò admittit *inimici mei*, ſed antecedentibus caret *qui tribulant me*. Hieron. quoque epiſt. ad Sun. & Fretel. to. 2. p. 638. ad hæc, *exprobraverunt mihi qui tribulant me*, ait: *pro quo vos inveniſſe dixiſtis, ὠνείδισόν με οἱ ἐχθροί μου, id eſt*, exprobraverunt mihi inimici mei, *cùm & apud LXX. ſcriptum ſit, οἱ θλίβοντές με*. Caſſiod. in eund. Pſ. habet *omnia oſſa mea*, abſque hoc inf. *inimici mei*; in aliis concordat cum Vulg. In Græco Var. ſic: Ἐν τῷ καταθλᾶσθαι τὰ ὀστᾶ μου (Mſ. Alex. καθαθλᾶσαι,) ὠνείδισάν με (Alex. ὠνείδιζόν με) οἱ θλίβοντές με, (Mſ. Alex. οἱ ἐχθροί μου.) Aquila initio hab. ἐν τῷ φονεῦσαί με ἐν ὀστέοις μου. Hieron. *Dum me interficerent in oſſibus meis*.

℣. 12. Ita Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum vet. Pſalt. addita voce *mea*, ad hanc *anima*. Hilar. in eund. Pſ. è ſchedis Marten. ſic: *Ut quid triſtis es anima mea? ut quid conturbas me?* Gr. Ἱνατί περίλυπος εἶ ἡ ψυχή μου; καὶ ἱνατί, &c.

* Ita Pſalt. Corb. hab. dempto uno &, poſt *mei*. Rom. Martianæi, *Spera in Deo, quoniam confiteb. illi: ſalutare*, &c. Rom. Fabri: *Spera in Deum*, &c. Coislin. *Spera in Domino, quon. confit. illi*, &c. Moz. *Spera in Deum, quia*, &c. Mediolan. etiam & Carnut. carent adverbio *adhuc*. Unde Hieron. ſcribens ad Sun. & Fretel. to. 2. p. 638. b. ait: *Et dicitis* adhuc *in Græco non inveniri, quod*

Digitized by Google

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ſub aſteriſco additum eſt; ita enim & in Hebræo ſcriptum reperimus chi od, *quod ſignif.* ὅτι ἔτι, *Latinèque dicitur*, quoniam adhuc. *Hoc ipſum etiam in xlii. intelligendum eſt.* Et verò Auguſt. in eund. Pſ. legit: *Spera in Deum, quoniam adhuc confitebor illi: ſalus vultus mei*, &, &c. At Hilarius in eund. Pſ. è ſchedis Marten. tollit *adhuc*, & legit: *Spera in Deum, quia*, &c. Caſſiod. verò: *Spera in Domino, quoniam adhuc..... ſalutare*, &c. In pleriſque Mſs. Auguſt. loco *ſalus*, habetur *ſalutare*; & in quibuſdam ſeq. & prætermittitur; deeſt quoque ſup. ℣. 7. in multis libris Græcis, & Latinis. Edit. Rom. hab. Ἔλπισον ἐπὶ τὸν Θεὸν, ὅτι ἐξομολογήσομαι αὐτῷ· ἡ σωτηρία, &c. Mſ. Alex. cum Ald. & Compl. σωτήριον.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
1. Pſalmus David. XLII.	*XLIII.*	1. Pſalmus David. XLII. *Ex Mſ. Sangerm.*
JUdica me Deus, & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta: ab homine iniquo & doloſo erue me.	*JUdica me Deus, & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta: à viro doloſo & iniquo ſalva me.*	* JUdica me Deus, & diſcerne juſtitiam meam de gente non ſancta: ab homine iniquo & doloſo eripe me.
2. Quia tu es Deus fortitudo mea: quare me repuliſti? & quare triſtis incedo, dum affligit me inimicus?	*Tu enim es Deus fortitudo mea: quare projeciſti me? quare triſtis incedo, affligente inimico?*	2. Quia tu es Deus meus, & fortitudo mea: quare me repuliſti? quare triſtis incedo, dum adfliget me inimicus?
		** In eo dum confringunt omnia oſſa mea, exprobraverunt mihi inimici mei.
3. Emitte lucem tuam & veritatem tuam: ipſa me deduxerunt, & adduxerunt in montem ſanctum tuum, & in tabernacula tua.	*Mitte lucem tuam & veritatem tuam, ipſa ducent me: introducent me ad montem ſanctum tuum, & ad tabernacula tua.*	3. Emitte lucem tuam & veritatem tuam: ipſa me deduxerunt, & adduxerunt in montem ſanctum tuum, & in tabernacula tua.
4. Et introibo ad altare Dei: ad Deum, qui lætificat juventutem meam.	*Et introibo ad altare Dei; ad Deum lætitiæ, exſultationis meæ:*	4. Et introibo ad altare: ad Deum, qui lætificat juventutem meam.
Confitebor tibi in cithara Deus Deus meus: 5. quare triſtis es anima mea? & quare conturbas me?	*Et confitebor tibi in cithara Deus Deus meus. Quare incurvaris anima mea, & quare conturbas me?*	Confitebor tibi in cithara Deus meus: 5. quare triſtis es anima? & quare conturbas me?
Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei, & Deus meus.	*Exſpecta Deum, quoniam adhuc confitebor ei: ſalutaribus vultus mei, & Deo meo.*	Spera in Deo, quoniam confitebor illi: ſalutare vultus mei, & Deus meus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic in Pſalt. Rom. eſt: Mozar. verò hab. *Ipſi David.* Coislin. *In finem, Pſalmus David.* Corb. *Pſalmus David*, ut ſupra. Gr. Ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ. Mſ. Alex. ita: Εἰς τὸ τέλος, Συνέσεως τοῖς υἱοῖς Κορὲ Ψαλμός.

* Concinit Pſalt. Corb. ad verbum. Rom. quoque & Coislin. extremò hab. *eripe me*, cum Caſſiod. Mozar. verò, *libera me*; Auguſt. *erue me*; item ſup. *cauſam*, non *juſtitiam*, ut & al. Pſalt. præter Corb. Gr. τὴν δίκην, ultimòque, ῥῦσαί με.

℣. 2. In Pſalt. Rom. Coislin. Corb. & Moz. ſimiliter, *Deus meus*, & *fortitudo mea.* Sic etiam ap. Caſſiod. in hunc Pſ. Apud Auguſt. verò in eund. *Deus meus, fortitudo mea:* deinde, *ut quid me repuliſti? & ut quid triſtis incedo, dum affligit me inimicus?* Græcè: Ὅτι σὺ εἶ ὁ Θεός μου καὶ καταφυγή μου· ἵνατί ἀπώσω με; καὶ ἵνατί συνδρομάζων πορεύομαι, ἐν τῷ ἐκθλίβειν τὸν ἐχθρόν μου; Ald. & Compl. delent μοῦ.

** ℣. iſte totus hîc redundare videtur; imo ſeriem & connexionem ſententiarum abrumpit, ut alia ex alia non bene nectatur. Huc procul dubio ineptè translatus eſt ab oſcitante librario, videlicet è Pſalmo XLI. proximè antecedenti, ubi ℣. 11. totidem pene verbis exprimitur. Et ſanè nec in alio veteri Pſalterio, nec apud Auguſt. & Caſſiod. nec etiam in textu Græco hîc verſiculus inſertus eſt eò loci. Vide ſup. Not. ad ℣. 11. Pſalmi XLI.

℣. 3. Sic Ambroſ. ad verbum l. 3. de Spir. S. to. 2. col. 695. f. unà cum Pſalt. Rom. Corb. & Vulg. Sic etiam ap. Auguſt. in hunc Pſ. præter hoc, *deduxerunt*, & *perduxerunt.* Itidem in Moz. Pſalt. & *perduxerunt*; extremò verò, & *in tabernaculum tuum.* Coislin. ſic hab. & *adduxerunt in monte ſancto tuo*, & *in tabernaculo tuo.* Caſſiod. in eund. Pſ. *in montem.....* & *in tabernaculum tuum.* Gr. καὶ ἤγαγόν με εἰς ὄρος ἅγιόν σου, καὶ εἰς τὰ σκηνώματά σου.

℣. 4. Pſalt. Rom. & Corb. Vulgatæ conſonant, niſi quòd tollunt &, ante verbum 1. *introibo.* Coislin. & Moz. habent: *Et introibo ad altare Dei mei*; præterea Moz. *ad Dominum, qui lætificat*, &c. Similiter Ambr. l. 2. de interpel. Dav. c. 8. col. 650. f. 651. c. 652. b. *Et introibo ad alt. Dei mei: ad Deum*, &c. item l. 4. de Sacram. to. 2. 366. c. at l. 2. de virg. p. 166. e. hab. *Dei mei*, & *ad Deum*, *qui*, &c. & l. de Myſter. col. 336. c. *ad altare Dei: ad Deum*, &c. tum l. 2. de interpel. Dav. c. 10. p. 652. d. addit: *Confitebor tibi in cithara Deus meus*, ut ſupra. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Vulgata concinunt ad verbum; nec aliter in Græco: in Mſ. tamen Alex. ſemel tantùm ὁ Θεός, poſt *cithara*, ut in Lat. ſup.

℣. 5. Et hîc tertiò tollitur *adhuc*, ante *confitebor*, cùm in Pſalt. Rom. Coislin. Mediolan. Moz. & Carnut. tum apud Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. ac in Græco. Similiter in Pſalt. Corb. deeſt *adhuc*; ac præterea vox *mea*, poſt hanc, *anima.* Aug. ibid. leg. *Spera in Deum*; Caſſiod. *in Deum*, cum Pſalt. Moz. & Rom. Coislinianum, *in Domino.* Gr. ἐπὶ τὸν Θεὸν..... σωτήριον τοῦ προσώπου μου, ὁ Θεός μου Alex. καὶ ὁ Θεός μου, Aug. *vultus mei, Deus meus*; alii, & *Deus meus.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 1. In finem, pro filiis Coræ Pſalmus in intellectum. XLIII.	*Victori filiorum Core eruditio. XLIV.*	1. In finem, filiis Core ad intellectum. XLIII.
2. DEus auribus noſtris audivimus, patres noſtri adnuntiaverunt nobis Opus, quod operatus es in diebus eorum, in diebus antiquis.	*DEus auribus noſtris audivimus, patres noſtri narraverunt nobis* *Opus, quod operatus es in diebus eorum, in diebus antiquis.*	2. DEus auribus noſtris audivimus, patres noſtri annuntiaverunt nobis, Opus, quod operatus es in diebus eorum, & in diebus antiquis.
3. Manus tua gentes diſperdidit, & plantaſti eos: adflixiſti populos, & expuliſti eos:	*Tu manu tua gentes deleſti, & plantaſti eos: afflixiſti populos, & emiſiſti eos:*	3. Manus tua gentes diſperdidit, & plantaſti eos: afflixiſti populos, & expuliſti eos:
4. Non enim in gladio ſuo poſſederunt terram, & brachium ipſorum non liberavit eos: Sed dextera tua, & brachium tuum, & inluminatio vultus tui: quoniam complacuit tibi in illis.	*Non enim in gladio ſuo poſſederunt terram, neque brachium eorum ſalvavit eos:* *Sed dextera tua, & brachium tuum, & lux vultus tui: quia complacuiſti in eis.*	4. Nec enim in gladio ſuo poſſederunt terram, & brachium eorum non ſalvavit eos: Sed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio vultus tui: quoniam complacuiſti in eis.
5. Tu es ipſe rex meus & Deus meus: qui mandas ſalutem Jacob.	*Tu es ipſe rex meus, Deus: precipe ſalutibus Jacob.*	5. Tu es ipſe rex meus & Deus meus: qui mandas ſalutes Jacob.
6. In te inimicos noſtros ventilabimus, & in nomine tuo ſpernimus inſurgentes in nos.	*In te hoſtes noſtros ventilabimus: in nomine tuo conculcabimus adverſarios noſtros.*	6. In te inimicos noſtros ventilabimus cornu, & in nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nobis.
7. Non enim in arcu meo ſperabo: & gladius meus me non faciet ſalvum.	*Non enim in arcu meo confidam: neque gladius meus ſalvabit me.*	7. Non enim in arcu meo ſperabo: & gladius meus non ſalvabit me.
8. Liberaſti enim nos ex adfligentibus nos: & eos qui oderunt nos confudiſti.	*Quia ſalvaſti nos de hoſtibus noſtris, & eos qui oderant nos confudiſti.*	8. Salvaſti enim nos de affligentibus nos: & odientes nos confudiſti.
9. In Deo laudabimur tota die: & in nomine tuo confitebimur in ſæcula. DIAPSALMA.	*In Deo laudabimus tota die, & nomini tuo in æternum confitebimur. SEMPER.*	9. In Deo laudabimur tota die: & in nomine tuo confitebimur in ſæculum.
10. Nunc autem repuliſti &	*Verùm tu projeciſti, & confu-*	10. Nunc autem repuliſti &

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Pſalt. Rom. cum Vulg. *In finem, filiis Core ad intellectum.* Coislin. *In finem, Pſalmus David.* Mozarab. *In finem, intellectus filiis Coro, Pſalmus David.* Ambroſ. in hunc Pſ. col. 885. a. cum Pſalt. Corb. *Pſalmi titulus eſt: In finem, filiis Core intellectus:* & infra p. 887. a. addit: *ut ab ipſis canatur, qui pſallendi munus receperant:* & ſupra: *Aquila Pſalmum diſciplinæ poſuit.* Auguſt. in eund. Pſ. *Titulus non habet tantùm* filiis Core; *ſed*, in intellectum filiis Core. Caſſiod. *In finem, pro filiis Core ad intellectum, Pſalmus David.* Græc. Εἰς τὸ τέλος, τοῖς υἱοῖς Κορὲ εἰς συνεσιν Ψαλμός. In edd. Ald. & Compl. Ψαλμός deeſt.

℣. 2. Sic in Pſalt. Corb. Ita quoque in Rom. præter iſta: *& patres..... & in diebus.* Coislin. neutrum admittit *&*; nec etiam habentur in Gr. nec ap. Caſſiod. Pſalt. Moz. unum tantùm ponit ante *patres*, cum edd. Ald. & Compl. Similiter Ambroſ. in hunc Pſ. p. 887. a. ſed hoc omittit, *in diebus eorum:* & ſupra ad hoc, *Deus auribus noſtris*, addit: *ſic Symmachus: Theodotion*, in auribus noſtris *dixit*; *ſicut & Septuaginta Viri.* Et verò in edit. Rom. ſic: Ὁ Θεὸς ἐν τοῖς ὠσὶν ἡμῶν, &c. ut ſupra. Auguſt. concinit cum Vulg.

℣. 3. Sic Ambroſ. in hunc Pſ. col. 889. b. Pſalt. verò Coislin. habet *diſperdet*; Mozarab. *diſperſit*, rurſumque *gentes*, loco *populos*. Auguſt. in eund. Pſ. ita: *infirmaſti populos*, & *expuliſti eos*; Caſſiod. & *repuliſti eos*. Græc. ἐκάκωσας λαὸς, καὶ ἐξέβαλες αὐτούς.

℣. 4. Sic in Pſalt. Coislin. excepto uno *liberabit*. Item in Moz. & Corb. præter iſta, *poſſidebunt terram*, & *brachium eorum non liberavit.* Ambroſ. in hunc Pſ. p. 891. d. ſic habet: *Quoniam non in gladio ſuo poſſederunt terram*, & *brachium ſuum non liberavit eos: ſed*, &c. ut ſupra. Auguſt. in eund. Pſ. *Non enim in gladio ſuo hæreditate poſſederunt terram*, & *brachium ipſorum non ſalvos fecit eos: ſed... quoniam complacuiſti in eis.* Caſſiod. in eund. Pſ. *complacuit tibi in illis*; cætera ut in Vulg. In Gr. Οὐ γὰρ ἐν..... ἐκληρονόμησαν..... αὐτῶν τὴν σωσιν αὐτοὺς, ἀλλὰ... ὅτι εὐδόκησας ἐν αὐτοῖς.

℣. 5. Ita Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Corb. & Moz. Coislin. hab. *ſalute*, non *ſalutem*; Ambroſ. in eund. Pſ. p. 892. f. *ſalutes*; Gr. τὰς σωτηρίας.

℣. 6. Sic apud Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. excepto uno *ſpernemus.* Similiter in Pſalt. Rom. Corb. & Moz. In Coislin. verò additur *cornu*, poſt *ventilabimus*, ſicut apud Ambroſ. l. de bened. Patr. c. 11. p. 529. f. & in Pſ. 43. p. 893. c. ſed hîc Ambr. pro *tuo*, legit *ejus*, ultimòque conſtanter *in nos*, cum Pſalt. Coislin. ubique *ſpernemus.* In Gr. Ἐν σοὶ τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν κερατιοῦμεν, καὶ ἐν τῷ ὀνόματί σου ἐξουδενώσομεν τοὺς ἐπανισταμένους ἡμῖν.

℣. 7. Sic eſt in Brev. Mozarab. Item ap. Auguſt. in hunc Pſ. *non ſalvum faciet me.* Apud Ambroſ. & Caſſiod. in eund. *non ſalvabit me*, ut in Pſalt. Rom. & Vulg. In Gr. οὐ σώσει με.

℣. 8. Sic Ambroſ. & Caſſiod. in hunc Pſalm. cum Pſalt. Corb. & Moz. Itidem ad Grad. miſſæ Dom. 3. poſt Epiph. niſi quòd initio eſt, *Liberaſti nos Domine ex*, &c. In Pſalt. Rom. *Liberaſti enim nos de.....* & *eos qui nos oderunt*, &c. In Coislin. *Liberaſti enim nos ex afflig. nos:* & *odientes nos diſperdidiſti.* Apud Aug. in eund. Pſ. *Salvos enim feciſti nos ex afflig.* &c. ut in textu. In Gr. Ἔσωσας γὰρ ἡμᾶς ἐκ τῶν θλιβόντων ἡμᾶς· καὶ τοὺς μισοῦντας ἡμᾶς κατῃσχυνας.

℣. 9. Concinunt Ambroſ. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Pſalt. Rom. Coislin. & Moz. Sic etiam in Corb. ſi excipias τό primum *in Domino.* Ambroſ. loco cit. p. 897. d. addit: *Aquila tamen poſuit:* In Domino gloriabimur tota die. *Symmachus ait:* Deo hymnum dicemus per omnem diem. LXX. in fine hab. εἰς τὸν αἰῶνα, *in ſæculum.* De ſubſequenti Diapſalmate non meminit Aug. nec etiam Caſſiod. Abeſt quoque à Pſalt. Corb. ut & à Gr. Alex. ac edd. Ald. & Compl. exſtat verò in ed. Rom. LXX. & in Pſalt. Rom.

℣. 10. Itidem in Pſalt. Carnut. In Corb.... *repuliſti nos* & *confudiſti nos:* & *non progredieris Deus in*, &c. In Coislin. *non egredieris Deus è virtutib.* Apud Ambroſ. in

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
confudiſti nos : & non egredieris Deus in virtutibus noſtris.	*diſti nos : & non egredieris in exercitibus noſtris.*	confudiſti nos : & non progredieris in virtutibus noſtris. *Ex Mſ. Sangerm.*
11. Avertiſti nos retrorsùm poſt inimicos noſtros : & qui oderunt nos, diripiebant ſibi.	*Vertiſti terga noſtra hoſti : & qui oderunt nos, diripuerunt ſibi.*	11. Avertiſti nos retrorſum præ inimicis noſtris : & qui nos oderant, diripiebant ſibi.
12. Dediſti nos tanquam oves eſcarum : & in gentibus diſperſiſti nos.	*Dediſti nos tanquam gregem ad vorandum, & in gentibus diſperſiſti nos.*	12. Dediſti nos tanquam oves eſcarum : & in nationes diſparſiſti nos.
13. Vendidiſti populum tuum ſine pretio : & non fuit multitudo in commutationibus eorum.	*Vendidiſti populum tuum ſine pretio : nec grandis fuit commutatio eorum.*	13. Vendidiſti populum tuum ſine pretio : & non fuit multitudo in commutationibus eorum.
14. Poſuiſti nos opprobrium vicinis noſtris, ſubſannationem & deriſum his, qui ſunt in circuitu noſtro.	*Poſuiſti nos opprobrium vicinis noſtris : ſubſannationem & irriſum his, qui erant in circuitu noſtro.*	14. Poſuiſti nos opprobrium vicinis noſtris, inluſionem & deriſum his, qui ſunt in circuitu noſtro.
15. Poſuiſti nos in ſimilitudinem gentibus ; commotionem capitis in populis.	*Poſuiſti nos ſimilitudinem in gentibus, commotionem capitis in tribubus.*	15. Poſuiſti nos in ſimilitudinem gentibus ; commotionem capitis plebibus.
16. Tota die verecundia mea contra me eſt, & confuſio faciei meæ cooperuit me,	*Tota die confuſio mea contra me, & ignominia faciei mea cooperuit me :*	16. Tota die verecundia mea ante me eſt, & confuſio vultus mei operuit me.
17. A voce exprobrantis & obloquentis, à facie inimici & perſequentis.	*A voce exprobrantis & blaſphemantis, à facie inimici & ultoris.*	17. A voce exſultationis, & obloquentis, à facie inimici & perſequentis.
18. Hæc omnia venerunt ſuper nos, nec obliti ſumus te : & iniquè non egimus in teſtamento tuo.	*Omnia hæc venerunt ſuper nos, & non ſumus obliti tui : nec mentiti ſumus in pacto tuo.*	18. Hæc omnia venerunt ſuper me, & obliti non ſumus te : & iniquè non egimus in teſtamentum tuum.
19. Et non receſſit retro cor noſtrum : & declinaſti ſemitas noſtras à via tua.	*Non eſt converſum retro cor noſtrum : nec declinaverunt greſſus noſtri à ſemita tua.*	19. Et non receſſit retro cor noſtrum : & declinaſti ſemitas noſtras de via tua.
20. Quoniam humiliaſti nos in	*Quoniam dejeciſti nos in loco*	20. Quoniam humiliaſti nos

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

hunc Pſ. p. 897. e. 898. f. & *non progredieris Deus in*, &c. ut ſup. at l. de Spir. S. to. 2. p. 650. c. *non egredieris in virtutibus nobiſcum.* Auguſt. & Caſſiod. in eund. Pſ. Vulgatæ favent cum Pſalt. Rom. At Hieron. ſcribens ad Sun. & Fretel. legentes in Græco, & *non egredieris Deus*, ait to. 2. p. 638. b. hanc vocem *Deus*, ſuperfluere : abeſt etiam ab ed. Rom. LXX. ubi ſic : ἢ οὐκ ἐξελεύσῃ ἐν ταῖς, &c. Mſ. tamen Alex. cum edd. Ald. & Compl. add. ὁ Θεός ; Symmach. ἢ ἐν πρεσέρχῃ ἐν ταῖς, &c.

℣. 11. Ita legunt Ambroſ. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Corb. & Moz. Similiter in Rom. & Coislin. præter unum *oderunt*. Itidem ap. Auguſt. in eund. Pſ. niſi quòd hab. initio, *Avertiſti autem nos*. Gr. Ἀπέστρεψας ἡμᾶς εἰς τὰ ὀπίσω παρὰ τοὺς ἐχθρούς ἡμῶν· ἢ οἱ μισοῦντες ἡμᾶς, &c. Ambroſ. loco cit. p. 900. f. addit : *Theodotion habet quomodo Septuaginta Viri ; hoc eſt quomodo iſte verſus expoſitus eſt. Aquila habet :* Avertiſti nos retro ab affligente. *Symmachus :* Ordinaſti nos noviſſimos ab omni adverſario : & infra p. 901. f. *Theodotion dixit :* & qui oderant nos, exſultabant ſuper nos.

℣. 12. Pſalt. Coislin. & Corb. & *in nationibus diſperſiſti nos*. Rom. & *in gentibus*. Ambroſ. in Pſ. 118. p. 1160. d. & in hunc Pſ. p. 901. d. & *in nationes diſperſiſti nos ;* at infra, & *inter gentes diſperſiſti nos :* tum addit : *Similiter Theodotion dixit : Aquila autem*, & *Symmachus :* in gentibus, *aut* inter gentes ventilaſti nos. Auguſt. in hunc Pſ. & *in nationibus diſperſiſti nos*. Caſſiod. in eund. Pſ. *Dediſti nos tanquam oves ad eſcam :* & *in gentib. diſperſ. nos*. Ambr. loco cit. p. 902. c. Greges eſcarum, *Aquila dixit :* greges in eſcas, *Theodotion :* paſcua edentium, *Symmachus*. In ed. Rom. ὡς πρόβατα βρώσεως· ἢ ἐν τοῖς ἔθνεσι, &c.

℣. 13. Concinunt Ambroſ. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Pſalt. Rom. Aug. in eund. Pſ. ita : & *non fuit multit. in jubilationibus eorum*. Ambroſ. loco cit. p. 905. c. ait : *Aquila dixit :* Tradidiſti populum tuum ut non eſſet. *Symm.* Tradidiſti pop. tuum ſine ſubſtantia. LXX. ed. Rom. Ἀπέδου τὸν λαόν ζυ ἄνευ τιμῆς· ἢ οὐκ ἦν πλῆθος ἐν τοῖς ἀλλάγμασιν αὐτῶν.

℣. 14. Sic ap. Ambroſ. in hunc Pſ. præter hoc, *in opprobrium*. Pſalt. Rom. cum Caſſiod. ſimiliter hab. *in opprobrium ;* ſubinde *deriſum & contemptum iis, qui in circ. noſtro ſunt*. Mozarab. pariter *deriſum & contemptum bis*, &c. Coislin. *in opprobrium..... in luſione & deriſu bis, qui in circ. noſtro ſunt*. Similiter in Corb. ſi excipias, *inluſionem & deriſum*. Apud Auguſt. in eund. Pſ. *in opprobrium..... ſubſannationem & deriſum bis, qui in circ. noſtro ſunt*. Gr. Ἔθου ἡμᾶς ὀνειδος (Alex. εἰς ὀνειδος)..... μυκτηρισμὸν ἢ καταγέλωτα τοῖς, &c. Ambroſ. loco cit. col. 909. a. ait ſic habere Aquilam : *Spretionem & pompam poſuiſti nos iis, qui in circ.* &c.

℣. 15. Sic in Pſalt. Corb. Ita etiam in Rom. Coislin. & ap. Caſſiod. præter hoc ult. *in plebibus*. In Mozarab. utrobique *in gentibus*, & *in plebibus*. Ambroſ. in hunc Pſ. col. 908. b. Vulgatæ congruit : at in Pſ. 118. col. 1159. f. & 1160. d. legit : *Poſuiſti nos in parabolam gentibus ; commot. cap. in populis :* & epiſt. 31. to. 2. 916. a. *in parabolam in gentibus*, &c. Auguſt. in eund. Pſ. *in ſimilitudinem in nationibus ; commot. cap. in populis*. Hieron. epiſt. ad Sun. & Fretel. to. 2. p. 638. b. *in ſimilitudinem gentibus ;* tum addit : *Sed ſi dictum fuiſſet in Latino*, in ſimilitudinem in gentibus, *κακόφωνον eſſet ;* & *propterea abſque damno ſenſûs, interpretationis elegantia conſervata eſt*. In Gr. Ἔθου ἡμᾶς εἰς παραβολὴν ἐν τοῖς ἔθνεσι· κίνησιν..... ἐν τοῖς λαοῖς.

℣. 16. Sic eſt in Pſalt. Rom. Coislin. Corb. & Moz. præter unum *contra me*, pro *ante me*. Sic etiam legunt Ambroſ. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. Ambroſ. infra 915. e. ait Symmachum habere : *Tota die confuſio mea contra me eſt ;* & paulò ſupra, verecundiam dici ἐντροπήν : Ἐντροπή *autem eſt*, inquit, *quando verecundiam quis vult incutere alicui, ut inflectat propoſitum ſuum*. In ed. Rom. ſic : Ὅλην τὴν ἡμέραν ἡ ἐντροπή μου κατεναντίον μου ἐστί, ἢ ἡ αἰσχύνη τοῦ προσώπου μου ἐκάλυψέ με.

℣. 17. Ambroſ. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. & Coislin. Vulgatæ ſuffragantur. Gr. ſimiliter hab. Ἀπὸ φωνῆς ὀνειδίζοντος, &c. nuſpiam *exſultationis*. In Pſalt. Corb. *A voce exprobrantes & obloquentes, à facie..... & perſequentis*.

℣. 18. Sic Ambroſ. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Corb. Coislin. & Moz. niſi quòd habent *ſuper nos*, & in fine, *teſtamento tuo ;* Corb. *teſtamentum tuum*. Gr. ἐφ' ἡμᾶς, ἢ οὐκ..... ἐν διαθήκῃ ζυ.

℣. 19. Ita legunt Ambroſ. & Aug. in hunc Pſ. Sic etiam in Pſalt. Corb. dempto uno &, ante *declinaſti*. Gr. hab. in fine, ἀπὸ τῆς ὁδοῦ ζυ.

℣. 20. Auguſt. in hunc Pſ. hab. *in loco infirmitatis*, & *operuit*, &c. Pſalt. Coislin. *in locum adflictionis*, & *operuit*. Rom. & Moz. *in loco afflictionis*, & *operuit*, &c. Gr. ἐν τόπῳ κακώσεως, ἢ ἐπεκάλυψεν. Ambroſ. in hunc Pſ. col.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. in loco adflictationis, & operuit nos umbra mortis.	*draconum, & operuiſti nos umbrâ mortis.*	loco afflictionis, & cooperuit nos umbra mortis.
21. Si obliti ſumus nomen Dei noſtri, & ſi expandimus manus noſtras ad deum alienum:	*Si obliti ſumus nominis Dei noſtri, & expandimus manus noſtras ad deum alienum:*	21. Si obliti ſumus nomen Dei noſtri, & ſi expandimus manus noſtras ad deum alienum:
22. Nonne Deus requiret iſta? ipſe enim novit occulta cordis.	*Nunquid non Deus inveſtigabit iſtud? ipſe enim novit cogitationes cordis.*	22. Nonne Deus requiret iſta? ipſe enim novit abſcondita cordis.
Quoniam propter te morte adficimur tota die: æſtimati ſumus ut oves occiſionis.	*Quoniam propter te mortificati ſumus tota die: reputati ſumus ut grex occiſionis.*	Quoniam propter te mortificamur tota die: æſtimati ſumus ſicut oves occiſionis. *Rom. 8. 36.*
23. Exſurge, quare obdormis Domine? exſurge, & ne repellas uſque in finem.	*Conſurge, quare dormitas Domine? vigila, quare projicis nos in ſempiternum?*	23. Exſurge, quare obdormis Domine? exſurge, & ne repellas in finem.
24. Quare faciem tuam avertis, obliviſceris inopiam & tribulationem noſtram?	*Quare faciem tuam abſcondis? obliviſceris afflictionis noſtræ & inopiæ noſtræ?*	24. Quare faciem tuam avertis, obliviſceris inopiæ noſtræ & tribulationis noſtræ?
25. Quoniam humiliata eſt in pulvere anima noſtra: hæſit in terra venter noſter.	*Quoniam incurvata eſt in pulvere anima noſtra: adhæſit in terra venter noſter.*	25. Quoniam humiliata eſt in pulvere anima noſtra: conglutinatus eſt in terra venter noſter.
26. Exſurge Domine, fers opem nobis: & libera nos propter nomen tuum.	*Surge, auxiliare nobis, & redime nos propter miſericordiam tuam.*	26. Exſurge Domine, adjuva nos: & redime nos propter nomen tuum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

917. f. ait: *Pulchrè autem & Aquila interpretatio, quemadmodum intelligere debeamus*, locum afflictationis, *expreſſit dicendo:* Quoniam humiliaſti nos in loco ſirenarum: & poſt pauca: *Et Septuaginta Virorum videtur cum his ſententia convenire, cùm dicunt, quia ſcriptum eſt*, Quoniam humiliaſti nos: & infra 919. f. *Symm. ait:* afflixiſti nos in loco deſerto.

℣. 21. Concinit Lucif. Calar. l. de mor. pro Dei fil. p. 247. vel 249. d. necnon Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Pſalt. Rom. & aliis. Ambroſ. in eund. Pſ. legit, *ad deos alienos.* Gr. πρὸς θεὸν ἀλλότριον.

℣. 22. Itidem Ambroſ. in hunc Pſ. p. 920. b. unà cum Pſalt. Rom. Corb. & Coislin. In Moz. pariter *occulta cordis;* paulò verò poſt, *mortificati ſumus tota die..... ut oves*, &c. Apud Lucif. Cal. l. de mor. pro Dei fil. p. 247. vel 249. d. *Nonne Deus requirit iſta?..... novit abſcondita cordis..... mortificamur tota die..... ut oves*, &c. Apud Hieron. epiſt. ad Algaſ. to. 4. p. 203. f. *reputati ſumus ut oves*, &c. Ambroſ. autem to. 2. p. 1203. d. conſtanter legit: *æſtimatus ſum ſicut ovis occiſionis.* Aug. in hunc Pſ. ita: *novit occulta cordis..... propter te mortificamur tota die: deputati ſumus velut oves occiſ.* & in Pſ. 9. col. 51. e. *propter te occidimur:* at l. 1. Retract. to. 1. col. 9. b. hæc habet: *In eo* (lib.) *qui eſt de moribus Eccleſiæ cath. ubi poſui teſtimonium, in quo legitur:* propter te afficimur tota die: æſtimati ſumus ut oves occiſionis: *mendoſitas noſtri codicis me fefellit, minùs memorem Scripturarum, in quibus nondum aſſuetus eram. Nam ejuſdem Interpretationis alii codices non habent*, propter te afficimur, *ſed*, propter te morte afficimur; *quod uno verbo alii dixerunt*, mortificamur. *Hoc eſſe verius Græci libri indicant, ex qua lingua in Latinam ſecundùm LXX. Interpretes, veterum divinarum Scripturarum eſt facta translatio.* In Collat. Carthag. p. 489. a. ita ex parte Donatiſtarum: *Nonne Deus inquiret iſta? ipſe enim ſcit latentia cordis.* S. Paulinus ep. 43. p. 262. b. leg. *novit occulta cordis.* Sic etiam ap. Caſſiod. in hunc Pſ. conſtanter cum verbo *mortificamur.* In Pſalt. Mediolan. *morte affligimur.* In Reg. S. Bened. c. 7. *morte tota die afficimur.* Item ap. Auct. l. de promiſſ. p. 3. col. 183. b. *propter te morte afficimur tota die: deputati ſumus ut oves occiſionis.* Gr. ἕνεκά σου θανατούμεθα..... ἐλογίσθημεν ὡς, &c. Vide ſis lectiones Aquilæ & Symm. apud Ambr. ubi ſup. 920. b. c.

℣. 23. Ita legunt Ambroſ. in hunc Pſ. col. 921. f. & Auguſt. ibid. cum Pſalt. Corb. Similiter in Coislin. dempto uno &, poſt 2. *exſurge*, addito verò *nos*, ad *repellas*. In Mozarab. ſic: *quare & obdormis..... & ne repellas nos in finem.* Itidem ap. Caſſiod. in eund. Pſ. ſed abſque &, ante *obdormis.* Apud Jul. Firmic. l. de errore falſ. relig. c. 25. ita: *exſurge, & ne diſperdas uſque in finem.* Græc. Vulgatæ conſonat, ut & Miſſale Rom. ad Introit. M. Dom. Sexag.

℣. 24. Accinunt Ambroſ. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Pſalt. Rom. & Corb. niſi quòd add. *noſtram*, ad *inopiam.* Coislin. hab. *inopiæ & tribul. noſtræ.* Avitus Vien. ap. Sirm. to. 2. homil. de Rogat. p. 140. b. ſic: *Exſurge, quare obdor. Domine, oblitus inopiæ & trib. noſtræ?* Gr. ἐπιλαθόμη τῆς πτωχείας ἡμῶν καὶ τῆς θλίψεως ἡμῶν; Ambroſ. ſupra 926. c. monet Aquilam legere: *Quare faciem tuam abſcondis?* Symmachum verò pro *tribulatione*, poſuiſſe, *afflictationem.* Apud Jul. Firm. l. de errore falſ. relig... *oblivíſceris inopiam noſtram & tribulationem.* In Miſſali ad Introit. M. Dom. Sexageſ. *oblivíſceris tribulationem noſtram.*

℣. 25. Ita legunt Jul. Firmic. l. de erro. falſ. relig. c. 25. & Auguſt. in hunc Pſ. Auct. etiam l. de promiſſ. p. 1. c. 3. p. 93. d. hab. *hæſit in terra venter noſter.* Caſſiod. in hunc Pſ. *adhæſit in terra*, &c. cum Pſalt. Rom. Coislin. Corb. Moz. & Miſſali ad Introitum Dom. Sexageſ. Concinunt Hilar. in Pſ. 118. col. 265. d. & Ambr. l. de Parad. to. 1. 180. a. & in Pſ. 118. col. 1009. e. niſi quòd hab. *anima mea*, & *venter meus*; à Mſs. tamen 2. Hilar. abeſt vox *mea.* In Gr. ἡ ψυχὴ ἡμῶν deinde, ἐκολλήθη εἰς γῆν ἡ γαστὴρ ἡμῶν.

℣. 26. Itidem in Pſalt. Corb. Sic etiam *libera nos*, in Pſalt. Rom. Coislin. Moz. & ad Introit. M. Dom. Sexag. necnon ap. Caſſiod. in hunc Pſ. Apud Auguſt. verò, *redime nos*, ut in Vulg. Gr. λύτρωσαι. Hieron. epiſt. ad Sun. & Fretel. to. 2. p. 638. b. ait, poſt *exſurge*, *more ſolito, in Græco nomen Domini additum eſſe.* Jul. Firmicus l. de errore falſ. relig. c. 25. ſimiliter hab. *Exſurge Domine, opem fer nobis: & libera nos propt.* &c. Auct. l. de promiſſ. p. 1. c. 3. p. 93. d. *Exſurge Domine, auxiliare nobis: & redime nos*, &c.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.	
1. In finem, pro iis qui commutabuntur, filiis Core, ad intellectum, Canticum pro dilecto. XLIV.	*Victori pro liliis filiorum Core, eruditionis Canticum amantiſſimi. XLV.*	1. In finem, pro his quæ commutabuntur, filiis Coræ, intellectum, Canticum pro * dilecto. XLIV.	*Ex Mſ. Sangerm.* * *Mſ.* delicto.
2. ERuctavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus ſcribæ, velociter ſcribentis.	*ERuctavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi: Lingua mea ſtylus ſcribæ velocis.*	2. ERuctuavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Lingua mea calamo ſcribæ, velociter ſcribentis.	
3. Specioſus formâ præ filiis hominum, diffuſa eſt gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in æternum.	*Decore pulchrior es filiis hominum, effuſa eſt gratia in labiis tuis: propterea benedixit tibi Deus in æternum.*	3. Specioſus formâ præ filiis hominum, diffuſa eſt gratia in labiis tuis: propterea benedixit te Deus in æternum.	
4. Accingere gladio tuo ſuper femur tuum, potentiſſime,	*Accingere gladio tuo ſuper femur, fortiſſime,*	4. Accingere gladium tuum circa femur, potentiſſime,	
5. Specie tua & pulchritudine tua intende, proſperè procede, & regna, Propter veritatem, & manſuetudinem, & juſtitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua.	*Gloria tua & decore tuo: decore tuo proſperè aſcende, Propter veritatem & manſuetudinem juſtitiæ; & docebit te terribilia dextera tua.*	5. Specie & pulchritudine tua, & intende, & proſperè procede, & regna, Propter veritatem, & manſuetudinem, & juſtitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua.	
6. Sagittæ tuæ acutæ, populi	*Sagitta tua acuta, populi ſub*	6. Sagittæ tuæ acutæ, po-	

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic in Pſalt. Corb. præter ult. *intellectus, Canticum pro dilecto.* Rom. verò hab. *In finem, pro iis qui commutab..... ad intellectum, Canticum pro dilecto.* Mozar. *His qui immutab. filiis Core, intellectum, Cantic. pro dilecto, Pſalmus David.* Coislin. *In finem, Pſalmus pro his qui commutab. filii Core, intellectum, Cantic. pro dilecto.* Carnut. verò, *pro his quæ commutabuntur.* Item ap. Auguſt. in hunc Pſ. *Titulus dicitur:* Filiis Core, pro his quæ commutabuntur: & poſt paulò: *Ergo cantetur nobis:* Pro his quæ commutabuntur; & *ſic incipiat deſcribi, per quem commutata ſunt: ſequitur enim:* Pro his quæ commutabuntur, filiis Core, in intellectum, Canticum pro dilecto. Hilar. in Pſ. 68. p. 215. b. ait: *In quadrag. quarto*, Pro dilecto *Canticum prænotatur.* Ambroſ. præf. in Pſ. 1. to. 1. 741. e. *Lego Canticum pro dilecto.* Hieron. ep. ad Princip. to. 2. p. 682. b. *Quadrageſimum quartum Pſalmum legens, in titulo reperi:* In finem, pro his qui commutabuntur, filiorum Core intelligentia, Canticum pro dilecto: & infra: *Soſannim, vel pro his qui commutandi ſunt, vel in lilia transfertur & flores*, &c. Græcè, Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων, τοῖς υἱοῖς Κορὲ, εἰς Σύνεσιν, Ὠδὴ ὑπὲρ τοῦ ἀγαπητοῦ.

℣. 2. Sic eſt in Pſalt. Coislin. & Corb. *eructuavit;* reliqua ut in Vulg. Apud Tertul. l. 2. & 4. cont. Marcion. p. 644. c. 707. b. ſic: *Eructavit cor meum ſermonem optimum:* Idem l. cont. Prax. p. 846. b. 848. a. Cypr. l. 2. Teſtim. p. 297. a. & 285. b. *Eructavit cor meum ſermonem bonum: dico ego op. m. regi. Lingua mea calamus ſcriptoris, acutè ſcribentis.* Novatianus p. 1038. b. 1046. c. Vulgatæ ſuffragatur, ſicut Lactant. l. 4. Inſtit. c. 8. p. 574. Hilarius in Pſ. 51. p. 73. a. & in Pſ. 118. p. 365. d. Ambroſ. l. de bened. Patr. c. 11. to. 1. p. 527. e. & infra 702. a. 763. b. 783. b. 1380. f. 1532. f. & to. 2. p. 989. a. 1048. d. Item Hieron. epiſt. ad Damaſ. to. 4. p. 155. necnon Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. Auguſt. tamen l. 9. conf. c. 9. n. 21. ſcribit *eructuare.* Gr. Ἐξερεύξατο..... λόγον ἀγαθόν..... κάλαμος γραμματέως ὀξυγράφου.

℣. 3. Vet. Iren. Interp. l. 4. c. 33. p. 273. d. ſimiliter hab. *Specioſus formâ præ filiis hominum.* Tertul. verò l. cont. Judæos, c. 9. p. 142. b. *Tempeſtivus decore ſuper filios hominum, diffuſa eſt gratia in lab. tuis:* & infra c. 14. p. 148. a. *Tempeſtivus decore citra filios hom. effuſa eſt gratia in lab. tuis: propt. benedixit te Deus in ſæcula.* Similiter l. 3. adv. Marc. p. 671. c. præter hoc ult. *in ævum:* at inf. p. 675. a. leg. *præter filios hominum, effuſa eſt*, &c. & p. 676. b. *ſupra filios hominum;* ſed ubique conſtanter, *tempeſtivus.* Cyprianus l. 2. Teſtim. p. 297. a. *Decorus ſpecie ſuper filios hom. effuſa eſt gratia in lab. tuis: propterea bened. te Deus in ſæcula.* Ambroſ. l. 1. de Abrah. c. 8. to. 1. p. 307. d. *Specioſus formâ præ filiis hom.* item p. 529. b. 1454. f. & to. 2. p. 155. e. 986. c. Hieron. in Iſai. 63. to. 3. p. 465. a. *Formoſus decore præ filiis hom.* & epiſt. ad Princip. to. 2. p. 685. a. *effuſa eſt gratia in labiis tuis: propt. bened. te Deus in æt.* tum addit: *In editione Vulgata pro* benedixit, unxit *legimus; ſed ſciendum quòd error Scriptorum Septuaginta Translatoribus non debeat imputari, qui hoc loco cum Hebraïca veritate concordant.* Aug. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & aliis textui noſtro congruunt, ut & Vulgatæ. Jul. Firm. l. de err. falſ. relig. c. 24. hab. *propterea benedixit tibi in æternum.* Gr. Ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς..... ἐξεχύθη..... εἰς τὸν αἰῶνα.

℣. 4. Sic eſt in Pſalt. Coislin. & Moz. Item in Rom. hoc excepto, *gladio tuo.* In Corb. *Accingere gladium tuum circa femur tuum, potentiſſimi.* Vet. Iren. Interp. l. 4. c. 33. p. 273. d. ſic: *Accingere gladium tuum, potentiſſime, circa femur tuum.* Ita quoque Jul. Firm. hab. l. de erro. falſar. relig. c. 24. poſtpoſito verbo *potentiſſime.* Tertullian. adverſ. Jud. c. 9. p. 142. b. *Accingere enſem ſupra femur:* & c. 14. p. 148. a. *Accingere enſem tuum circa femur tuum, potens:* item l. 3. adv. Marc. p. 675. a. *Accingere enſem ſuper femur:* & l. 5. p. 800. b. *Succinctus gladio ſuper femur.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 297. a. *Accingere enſe tuo ad femur, potentiſſime.* Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1189. d. *Accingere gladium tuum circum femur, potentiſſime.* Aug. in hunc Pſ. *Accingere gladium tuum circa femur, potentiſſime:* item l. 17. de civit. Dei, to. 7. 478. c. *circa femur:* at in Job, to. 3. p. 661. e. *ſuper femur:* & to. 8. p. 31. c. *juxta femur.* Caſſiod. in Pſ. 44. *circa femur tuum.* Gr. Περίζωσαι τὴν ῥομφαίαν σου ἐπὶ τὸν μηρόν σου, δυνατέ.

℣. 5. Concinit Pſalt. Mozarab. niſi quòd hab. *intende, proſpera, procede.* Rom. Fabri, & *proſperè proc.* abſque &, poſt *juſtitiam.* Vet. Iren. Interp. l. 4. c. 33. p. 273. d. cum Pſalt. Corb. *Specie tua & pulchr. tua, & intende, & proſperè procede, & regna, propter.....* & *juſtitiam.* Tertul. adv. Judæos, c. 14. p. 148. a. *Tempeſtivitate & pulchritudine tua:* & l. 3. adv. Marc. p. 675. a. & *extende, & proſperare, & regna, propter veritatem, & lenitatem, & juſtitiam:* & *deducet te mirificè dextera tua:* at l. contra Jud. c. 9. p. 142. b. c. *extende, & proſperare, propera, & regna, propter lenitatem & juſtitiam tuam:* & *deducet te magnitudo dextera tua.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 297. a. *Decori & ſpeciei tua & intende, & dirige, & regna, propter veritatem, & manſuet. & juſtitiam.* Hieron. epiſt. ad Dardan. to. 2. p. 6. b. c. *Specie tua & decore tuo intende, & proſperare, & regna, propter manſuet. & juſtitiam, & veritatem:* & *deducet te mirab. dext. tua:* & epiſt. ad Princip. ibid. p. 686. b. & *intende, proſperè procede*, &c. & paulò ſupra: *In Hebræo*, inquit, *Gloriâ tuâ & decore tuo proſperè aſcende:* & in Iſai. 53. to. 3. p. 383. b. *Pulchritudine & decore tuo.* Auguſt. in hunc Pſ. *Specie tua & pulchr.....* & *intende, & proſperè procede*, &c. ut in Vulg. Item apud Caſſiod. in eund. Pſ. & *proſperè procede.* Julius Firmic. l. de erro. falſ. relig. c. 24. Vulgatæ favet. In Gr. Τῇ ὡραιότητί ϛου καὶ τῷ κάλλει ϛου, καὶ ἔντεινον, καὶ κατευοδοῦ, καὶ βασίλευε, &c. ut in Vulg.

℣. 6. Sic in Pſalt. Coislin. eſt ad verbum. In Rom. verò, Corb. & Moz. ſic: *Sagittæ..... potentiſſime, populi ſub te cadent, in corde inimicorum regis.* Item in Mediolan. & Carnut. additur *potentiſſime.* At Hieron. ſcribens ad Sun.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Fr *Mſ. Sangerm.* tentiſſime, populi infra te cadent, viſcera inimicorum regis.	*te cadent, in corde inimicorum regis.*	ſub te cadent, in corda inimicorum regis.
7. Sedis tua Deus in ſæculum ſæculi : virga recta eſt virga regni tui.	*Thronus tuus Deus in ſæculum, & in æternum : ſceptrum æquitatis, ſceptrum regni tui.*	7. Sedes tua Deus in ſæculum ſæculi : virga directionis virga regni tui. *Hebr.* 1. 8.
8. Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem : propterea unxit te Deus tuus oleum lætitiæ à conſortibus tuis.	*Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem : propterea unxit te Deus Deus tuus oleo exſultationis præ participibus tuis.*	8. Dilexiſti juſtitiam, & odiſti iniquitatem : propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis.
9. Murra, & gutta, & caſſia à veſtimentis tuis, à gravibus eburneis : ex quibus te delectaverunt 10. filiæ regum in honore tuo.	*Myrrha, & ſtacte, & caſſia in cunctis veſtimentis tuis, de domibus eburneis, quibus lætificaverunt te filiæ regum in honore tuo.*	9. Myrrha, & gutta, & caſia à veſtimentis tuis, à domibus eburneis : ex quibus delectaverunt te 10. filiæ regum in honore tuo.
Adſiſtit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato : circumamicta varietatem.	*Stetit conjux in dextera tua, in diademate aureo.*	Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato : circumdata varietate.
11. Audi filia, & vide,	*Audi filia, & vide, & incli-*	11. Audi filia, & vide, & in-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

& Fretel. to. 2. p. 638. b. ait : *In Græco legiſſe vos dicitis*, acutæ, potentiſſime ; *ſed hoc malè, & de ſuperiori verſu additum eſt, in quo legitur : Accingere glad. tuo ſup. femur tuum, potentiſſime :* & epiſt. ad Princip. ibid. p. 686. c. *In Hebraico*, inquit, *abſque* potentiſſime ; *reliqua ſimiliter :* in Iſai. tamen 49. to. 3. p. 351. b. legit ipſe : *Sagittæ tuæ acutæ potentiſſimæ, populi ſub te cadent.* Similiter Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum his, *in corde inimicor. regis.* Ita rurſum Aug. l. 12. de Trin. to. 8. 916. c. d. Editt. tamen ferunt ibid. *potentiſſime*, ſed melioris notæ Mſs. hab. *potentiſſimæ ;* quin etiam ita legerit Auguſtinus, vix dubium eſſe poteſt, cùm proximè iſta ſequantur, *acutæ, potentiſſimæ, & transfigentes, & efficientes ;* & poſt pauca : *ὁ ſagittam acutam potentiſſimam*, &c. Item Caſſiod. p. 151. c. *Acutæ*, inquit, *pertinent ad transforationis celeritatem ;* potentiſſimæ, *quia nulla illis materia, quamvis duriſſima, probatur obſiſtere.* Jul. quoque Firmic. l. de erroie falſ. relig. c. 24. ita leg. *Sagittæ acutæ potentiſſimæ, populi intra te decident, in corde inimicor. regis.* At Græcè conſtanter : Τὰ βέλη ϛν ὠκυτμένα, δυνατὲ, καὶ ὑποκάτω ϛν πεσοῦνται, ἐν καρδίᾳ, &c.

℣. 7. Ita ferunt Pſalt. Rom. Coislin. Corb. Mediolan. & Carnut. cum Julio Firm. l. de errore falſ. relig. c. 24. necnon Ambroſio in Luc. 19. & 20. to. 1. col. 1499. c. 1504. f. & to. 2. 448. d. & Caſſiodoro in hunc Pſ. Irenæus verò l. 3. c. 6. p. 180. e. ſic : *Sedes tua Deus in æternum : virga directionis virga*, &c. Tertul. adv. Prax. p. 849. b. *Thronus tuus Deus in avum, virga regni tui.* Lactant. l. 4. Inſtitut. c. 13. p. 576. *Thronus tuus Deus in ſæculo ſæculorum : virga æquitatis virga*, &c. Concinit Cyprianus l. 2. Teſtim. p. 287. a. Sic etiam apud Marten. Anecdot. to. 5. p. 5. a. Hilarius verò l. 4. de Trin. p. 847. f. legit : *Sedes tua Deus in ſæculum ſæculi : virga directionis tuæ, virga*, &c. at in Pſ. 2. p. 46. *virga directionis virga*, &c. & in Pſ. 144. p. 563. a. *virga æquitatis virga*, ut in Breviar. Mozarab. Auguſtinus denique in hunc Pſ. ſic : *Sedes tua Deus in ſæcula ſæculorum : virga directionis*, &c. at l. contra Judæos, to. 8. p. 31. c. *Thronus tuus Deus in ſæculum ſæculi : virga æquitatis virga*, &c. Itidem Vigil. Tapſ. l. 1. cont. Arium, Sabell. &c. Hieron. verò epiſt. ad Princip. p. 687. a. *Sedes tua Deus*, &c. ut in Vulg. tum ait in Hebraico legi : *Thronus tuus Deus in ſæc. ſæculi : ſceptrum æquitatis ſceptrum*, &c. Auctor l. de XLII. manſ. ap. Ambroſ. to. 2. p. 12. e. *virga æquitatis virga*, &c. Gr. Ὁ θρόνος ϛν ὁ Θεὸς εἰς αἰῶνα αἰῶνος· ῥάβδος εὐθύτητος ἡ ῥάβδος, &c.

℣. 8. Vet. Iren. Interp. l. 4. c. 33. p. 273. d. *unxit te Deus Deus tuus oleo læt. præ conſ. tuis.* Tertull. contra Prax. p. 849. b. & l. de Trin. p. 1051. c. *Dilexiſti..... Deus Deus tuus oleo læt. à conſ. tuis.* Lactant. l. 4. Inſtit. c. 13. p. 576. *Dilexiſti..... & odio habuiſti iniquitatem... Deus Deus tuus oleo exſultationis.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 287. a. *Dilexiſti..... & odiſti..... Deus Deus tuus oleo exſultationis ſuper participes tuos.* Similiter Hilar. l. 11. de Trin. p. 1094. c. excepto ult. *præ conſortibus tuis :* paulò verò ſupra ait : *Qui præ participibus ungitur, poſterior in tempore eſt, dum unctis participibus antefertur :* & p. 1093. c. *unxit te Deus Deus tuus oleo exſultationis præ participibus tuis.* Notant ibid. noſtri BB. Mſs. codices magno conſenſu habere *præ participes tuos*, & ſic deinceps in ipſis præpoſitionem *præ* conjungi cum accuſativo. Item obſervant apud Hilar. non legi *ungo*, ſed *ungneo ;* ut patet ex hoc loco, ubi vetuſt. Mſs. pro *ungitur*, ſcribunt *unguetur, ungueatur.* Demum Hilar. in Pſ. 118. p. 292. e. ſic leg. *unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis ;* Mſs. verò conſtanter *præ conſortes tuos.* Vide rurſum eundem col. 393. e. 462. a. 847. e. 1088. f. Ambroſius in Luc. 20. to. 1. col. 1504. f. 1075. e. & to. 2. p. 448. d. 621. f. 937. b. nil differt à Vulg. at epiſt. 81. p. 1098. d. habet : *unctus eſt oleo juſtitiæ præ conſortibus tuis.* Hieron. in Eccleſiaſt. to. 2. p. 766. c. & in Ezech. 44. to. 3. p. 1034. f. *propterea unxit te Deus Deus tuus oleo exſultationis præ participibus tuis.* Similiter l. 3. in epiſt. ad Epheſ. to. 4. p. 383. a. hoc excepto, *propter quod unxit :* at in Iſai. 60. col. 455. d. legit, *præ conſortibus tuis :* & in epiſt. ad Princip. to. 2. p. 686. concinit cum Vulg. Julius Firmic. l. de erro. falſ. relig. c. 24. *Dilexiſti juſtitiam, odiſti iniq. propt. unxit te Deus tuus oleo læt. præ conſort.* &c. Auguſt. in hunc Pſ. *Dilexiſti juſt. & odiſti... Deus Deus tuus oleo exſultationis præ participibus ſuis :* at in Pſ. 104. p. 1183. b. hab. *tuis :* & l. 17. de civit. Dei, to. 7. p. 478. d. 479. a. *odio habuiſti iniquitatem.* Optat. l. 4. p. 75. a. *Unget te Dominus Deus tuus oleo exſultationis aliter à conſortibus tuis.* Apud Marten. Anecdot. to. 5. p. 5. a. *propterea benedixit te Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis.* Auct. l. de promiſſ. p. 3. col. 175. a. *unxit te Deus..... oleo lætitiæ præ participibus tuis.* Fauſtin. presb. contra Arian. p. 648. d. & Caſſiod. in hunc Pſ. concordant cum Vulg. In Gr. Ἠγάπησας..... τὴν ἐμίσησας..... διὰ τοῦτο... ὁ Θεὸς ὁ Θεός ϛν ἔλαιον ἀγαλλιάσεως παρὰ τοὺς μετόχους ϛν· al. ἐν ἐλαίῳ. Pſalt. Corb. *oleum.*

℣. 9. Ita in Pſalt. Carnut. & Corb. at in Mediolan. & Rom. Martianæi ſic : *à gradibus eburn..... te delectaverunt*, &c. In Rom. Fabri, Coislin. & Moz. *à domibus eburneis*, &c. Similiter habet Hieronymus epiſt. ad Princip. to. 2. p. 688. b. cum Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. Hujus autem diverſitatis rationem optimè reddit Hieron. in ead. epiſt. p. 689. b. dicens : *Pro eo quod nos transtulimus*, domibus eburneis, *quia in Græco ſcriptum eſt*, ἀπὸ ἐλεφαντίνων ; *quidam Latinorum ob verbi ambiguitatem*, à gravibus *interpretati ſunt, cùm* βαρὺς *verbum ſit* ἐπιχώριον *Palæſtinæ*, (Mſs. plures γιχώριον, i. e. patrium) *& uſque hodie domus ex omni parte concluſæ, & in modum ædificatæ turrium, ac mœnium publicorum*, βαρεῖς *appellentur.* Item in Oſe. 8. to. 3. p. 1291. c. ait : βαρεῖς, *id eſt, magnas, & in modum turrium ædificatas domos*, ſeu ut in Jerem. 17. p. 614. *turritas domos.* Hoc ſimiliter explicat Ambroſ. in Pſ. 47. ℣. 14. p. 944. d. & l. de Joſeph, c. 9. to. 1. p. 500. f. Apud Jul. Firm. l. de erro. falſ. relig. c. 24. ſic : *Myrrha, & gutta, & caſia à veſtim. tuis, de ædificiis eburneis : ex quibus te jucunditate affecerunt.* Apud Junil. Afric. l. 2. de partib. div. leg. c. 23. p. 348. h. *ex gradibus eburneis, ex quibus te delectaverunt.*

℣. 10. Cypr. l. 2. Teſtim. p. 297. b. *Aſtitit regina ad dexteram tuam in veſte inaurata : amicta eſt varietate.* S. Pacianus epiſt. 1. & 3. p. 306. d. 309. f. *Aſtitit regina in veſte auvata & variegata.* S. Paulin. ep. 24. p. 152. c. *Stet regina à dextris ejus in fimbriis aureis, circumamicta varietate :* ſed hæc ultima pertinent ad ℣. 14. Ambroſ. l. 1. de virg. to. 2. p. 155. e. *Aſtitit reg. à dextris tuis in veſtitu deaurato, varietate circumamicta.* Item ap. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. ſicut in Pſalt. Rom. Mediol. Carnut. Corb. Coislin. & Mozar. *circumamicta varietate.* Ap. Hieron. epiſt. ad Princip. to. 2. p. 689. b. *circumdata varietate ;* quæ verba, inquit, *excepta editione Vulgata, nullus Interpretum tranſtulit :* in Græco nunc, περιβεβλημένη, πεποικιλμένη.

℣. 11. Vulgatæ favent Hilar. in Pſ. 59. p. 136. a. &

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
clina aurem tuam : & obliviſcere populum tuum, & domum patris tui.	*na aurem tuam : & obliviſcere populi tui, & domûs patris tui.*	inclina aurem tuam : & obliviſcere populum tuum, & domum patris tui. *Ex Mſ. Sangerm.*
12. Et concupiſcet rex decorem tuum : quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus, & adorabunt eum.	*Et concupiſcet rex decorem tuum : quia ipſe eſt Dominus tuus, & adora eum.*	12. Quoniam concupivit rex ſpeciem tuam : quia ipſe eſt Deus tuus, & adorabunt eum.
13. Et filiæ Tyri in muneribus vultum tuum deprecabuntur, omnes divites plebis.	*Et ô filia fortiſſimi, in muneribus faciem tuam deprecabuntur divites populi.*	13. Et filiæ Tyrii in muneribus vultum tuum deprecabuntur, divites plebis.
14. Omnis gloria ejus filiæ regis ab intus, in fimbriis aureis 15. circumamicta varietatibus.	*Omnis gloria filia regis intrinſecus : faſciis aureis veſtita eſt.*	14. Omnis gloria ejus filiæ regis ab intus, in fimbriis aureis 15. amicta varietatem.
Adducentur regi virgines poſt eam : proximæ ejus afferentur tibi.	*In ſcutulatis ducetur ad regem, virgines ſequuntur eam : amica ejus ducentur tibi.*	Adferentur regi virgines poſt eam : proximæ ejus adferentur ibi.
16. Afferentur in lætitia & exſultatione : adducentur in templum regis.	*Ducentur in latitiis & exſultatione : ingredientur thalamum regis.*	16. In lætitia & exſultatione : adducentur in templum regis.
17. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii : conſtitues eos principes ſuper omnem terram.	*Pro patribus tuis erunt filii tibi : pones eos principes in univerſa terra.*	17. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii : conſtitues eos principes ſuper omnem terram.
18. Memores erunt nominis tui in omni generatione & generationem.	*Recordabor nominis tui in omni generatione & generatione :*	18. Memores erunt nominis tui in omni gente & progenie.
Propterea populi confitebuntur	*Propterea populi confitebuntur*	Propterea populi confite-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Ambroſ. cùm l. 1. de virg. to. 2. p. 155. e. & inf. 309. d. 1191. e. tum in Luc. 2. & 9. to. 1. p. 1310. 1419. c. Accinunt Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. &c. Apud Cypr. l. 2. Teſtim. p. 297. b. ſic : *Audi filia..... & obliviſcere populi tui, & domûs patris tui.* Ita etiam Firmilian. habet apud ipſum, epiſt. 75. p. 147. b. abſque his, *& domûs patris tui.* Philaſtr. Brix. de hæreſ. pag. 724. d. *obliviſcere domûs patris tui.* Hieron. in Iſai. 23. to. 3. p. 206. b. *obliviſcere populi tui, & domum patris tui.* Gr. ἐπιλάθν τῦ λαῦ ζυ, ϗ τῦ οἴκυ, &c.

℣. 12. Sic Ambroſ. l. 1. de virg. to. 2. p. 155. e. at l. de lapſu virg. p. 309. d. Vulgatæ congruit. Auguſt. autem & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Corb. & Coislin. ita legunt : *Quoniam concupivit rex ſpeciem tuam : quia ipſe eſt Dominus Deus tuus*, &c. Mozarab. *Quia concupivit rex ſpec. tuam, & ipſe eſt Dominus Deus*, &c. Item in Mediolan. & Carnut. *Quoniam concupivit.* Apud Cypr. l. 2. Teſtim. p. 297. b. *Quoniam deſideravit rex ſpeciem tuam : quia ipſe eſt Dominus Deus tuus.* Similiter hab. Firmilian. epiſt. 75. ad ipſum, p. 147. b. Hilarius verò in Pſ. 59. p. 136. a. *Quoniam concupivit rex ſpeciem tuam.* Philaſtr. Brix. de hæreſ. p. 724. d. *Et concupiſcet rex ſpeciem tuam.* Rurſum Auguſt. contra Jud. to. 8. p. 31. f. *quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus ;* at vox *Dominus*, non in omnibus codd. reperitur. Junil. Afric. l. 2. de partib. div. leg. c. 23. p. 348. h. *quia ipſe eſt Dominus Deus tuus, adorabis eum.* In Gr. Ὅτι ἐπεθύμησεν (Alex. Ald. & Compl. Καὶ ἐπιθυμήσει) ὁ βασιλεὺς τῦ κάλλες ζυ· ὅτι αὐτός ἐσιν ὁ Κύριός ζυ. Ap. Hieron. ep. ad Princip. to. 2. p. 689. ut in Vulg.

℣. 13. In Pſalt. Rom. jungitur verbum *adorabunt*, cum voce *filiæ*, detracto intermedio ϗ, ut in Pſalt. Moz. Corb. & Coislin. at in ipſis conſtanter *Tyri*, vel *Thiri*, non *Tyrii ;* præterea vox *omnes* abeſt à Mediolan. Corb. & Carnut. & in Mozarab. ac Coislin. legitur *terræ*, loco *plebis.* Apud Auguſt. in hunc Pſ. deeſt ϗ initio, ſicut inf. *omnes*, ante *divites ;* apud Caſſiod. ſolum ϗ. Hieron. epiſt. ad Princip. to. 2. p. 691. a. leg. *Filia Tyri in muneribus, vultum tuum deprecabuntur divites plebis :* at in Iſai. 23. to. 3. p. 206. b. *Filiæ Tyri..... faciem tuam precabuntur divites plebis :* & in ſupradicta epiſt. p. 690. c. ait : *Septuaginta Interpretes non dixerunt, & adorabis eum, ſed, adorabunt eum.* Græcè nunc : Καὶ προσκυνήσεσιν αὐτῷ θυγατέρες Τύρυ ἐν δώροις, τὸ πρόσωπόν ζυ λιτανεύσεσιν οἱ πλύσιοι τῦ λαῦ τῆς γῆς. Pſalt. Æthiop. habet, *adorabit eum filia Tyri.* Ald. & Compl. ϗ προσκυνήσεις αὐτῷ, ϗ θυγάτηρ· ſubinde Apollin. habet, *οἱ πλύσιοι τῆς γῆς ;* Mſ. verò Alex. cum Ald. & Compl. οἱ πλύσιοι τῦ λαῦ ; edit. Rom. οἱ πλύσιοι τῦ λαῦ τῆς γῆς.

℣. 14. Sic in Pſalt. Rom. eſt, & ap. Caſſiod. in hunc Pſ. præter hoc, *filia regum.* Apud Auguſt. in eund. Pſ. *Omnis gloria ejus filia regis intrinſecus ;* at epiſt. 36. to. 2. p. 77. b. & l. 1. de ſerm. Dom. in mon. to. 3. p. 2. col. 170. d. *Omnis pulchritudo filia regis intrinſecus.* Hieron. in Iſai. 23. to. 3. p. 206. b. cum Fulgent. ep. 2. ad Gall. p. 157. *Omnis gloria filia regis intrinſecus :* item Hieron. epiſt. ad Princip. to. 2. p. 691. c. ait, *Pro eo quod in LXX. ſcriptum eſt* ἔσωθεν, ſe *vel ab intus, vel intrinſecus* interpretatum eſſe ; tum addit : *In quibuſdam exemplaribus invenitur Eſebon, quod cogitationes ſonat :* & in Dan. 10. to. 3. p. 1120. b. legit : *Omnis gloria ejus filia regum ab intus*, &c. In ed. Rom. ſic : Πᾶσα ἡ δόξα αὐτῆς (Alex. Ald. & Compl. τῆς) θυγατρὸς τῦ βασιλέως Ἐσεβὼν, ἐν κεκοσμημένοις χρυσοῖς· in Mſ. autem Alex. ac edd. Ald. & Compl. ἔσωθεν, non Ἐσεβών.

℣. 15. Pſalt. Rom. *circumamicta varietate. Adducentur regi*, &c. ut in Vulg. Mozarab. *circumamicta varietate. Adferentur regi virg. poſt eam : proxima ejus adducentur tibi.* Ita quoque in Corb. præter hoc, *poſtea*, & in fine, *adferentur tibi.* In Coislin. *circumamicta varietate. Adducentur regi virg. poſtea : proxima ejus adducentur tibi.* Miſſale Rom. ad Offert. Miſſæ S. Luciæ virg. *Afferentur regi virg. poſt eam : proximæ ejus afferentur tibi.* Itidem Ambroſ. l. de inſtit. virg. to. 2. 250. a. & Auguſt. in hunc Pſalm. S. Pacian. epiſt. 1. p. 306. d. *Adducentur regi virgines*, &c. Similiter ap. Caſſiod. cum voce *varietate* ; Hieron. verò epiſt. ad Princip. to. 2. 691. c. leg. *varietatibus.* In Gr. περιβεβλημένη, περικεκαλυμένη. Ἀπενεχθήσονται τῷ Βασιλεῖ παρθένοι ὀπίσω αὐτῆς (Alex. αὐτῦ) αἱ πλησίον αὐτῆς ἀπενεχθήσονταί σοι.

℣. 16. Ita Pſalt. Rom. hab. cum Corb. Similiter Coiſlin. cum Miſſali Rom. ubi ſup. niſi quòd Coislin. hab. *inducentur in templo*, Miſſale verò, *adducentur in templum regi Domino.* Mozarabic. *Adducentur in lætitia & exſultatione : adducentur*, &c. Ambroſ. l. de inſtitut. virg. to. 2. 250. a. cum Aug. in hunc Pſ. *Adferentur in lætitia & exſult. adducentur*, &c. Similiter Hieron. epiſt. ad Princip. p. 692. b. aitque : *Juxta LXX. prior verſiculus adhuc de filiæ canitur ornatu, ſequens ad ipſum ſponſum regemque dirigitur.* Junil. Afric. l. 2. de part. div. leg. c. 23. p. 348. h. *Adducentur cum gaudio & exſultatione.* Caſſiod. in eund. Pſ. delet initio, *adferentur*, cum Pſalt. Rom. In Gr. Ἀπενεχθήσονται ἐν..... ἀχθήσονται εἰς ναὸν βασιλέως.

℣. 17. Accinunt Hilar. in Pſ. 59. p. 136. a. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Pſalt. Rom. In Mſ. tamen Reg. Hilar. legitur *facti ſunt*, non *nati*, teſte Cuſtantio noſtro, ſicque vertit Symm. inquit, cujus lectionem probat Euſebius. Similiter vet. Irenæi Interpr. l. 4. c. 5. p. 232. c. *Pro patribus tuis facti ſunt tibi filii tui :* at l. 3. c. 22. p. 220. a. *Pro patribus nati ſunt tibi filii :* priori etiam loco quidam ſcribunt *nati.* In Gr. ἐγενηθησάν σοι υἱοί.

℣. 18. Sic in Pſalt. Rom. eſt, exceptis his, *tui Domine, in omni generatione & progenie.* In Mozarab. *tui Deus, in omni progenie & generatione.* In Corb. *in omni progenie & generationem.* Apud Auguſt. in hunc Pſ. *tui in omni ge-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. buntur tibi in æternum, & in ſæculum ſæculi.	*tibi in ſæculum, & in æternum.*	tibi in æternum, & in ſæculum ſæculi.

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

neratione & generatione; cæt. ut in Vulg. Apud Caſſiod. *generatione & progenie*: Ambroſ. verò in Pſ. 40. to. 1. 872. e. ita legit: *Memor ero nominis tui in omni generatione & generationem.* Similiter Hieron. epiſt. ad Princip. to. 2. 693. c. & 694. a. excepto ult. *& generationem.* Hormiſdas PP. epiſt. 44. Conc. to. 4. 1496. d. *Memores erunt nom. tui Domine, in omni progenie & generatione.* Gr. Μνησθήσονται τοῦ ὀνόματός σου ἐν πάσῃ γενεᾷ καὶ γενεᾷ, &c. at in edd. Ald. & Compl. μνησθήσομαι, ut in Pſalt. Carnut. Germ. & Gallic. Fabri.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. In finem, 1. Pro filiis Coræ pro arcanis, Pſalmus. XLV.	*Victori filiorum Core pro juventutibus Canticum. XLVI.*	In finem, 1. Filiis Core pro arcanis, Pſalmus. XLV.
2. DEus noſter refugium, & virtus; adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos vehementer.	*DEus noſtra ſpes & fortitudo: auxilium in tribulationibus inventus es validum.*	2. DEus noſter refugium, & virtus; adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis.
3. Propterea non timebimus cùm turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris.	*Ideo non timebimus cùm fuerit translata terra, & concuſſi montes in corde maris:*	3. Propterea non timebimus dum turbabitur terra, & transferentur montes in cor maris.
4. Sonaverunt, & turbatæ ſunt aquæ ejus: conturbati ſunt montes in fortitudine ejus. DIAPSALMA.	*Sonantibus & tumentibus gurgitibus ejus, agitatis in montibus in potentia ejus. SEMPER.*	4. Sonuerunt, & turbatæ ſunt aquæ eorum: conturbati ſunt montes in fortitudine ejus.
5. Fluminis impetus lætificat civitatem: ſanctificavit tabernaculum ſuum Altiſſimus.	*Fluminis diviſiones ejus lætificant civitatem Dei ſancti, tabernacula Altiſſimi.*	5. Fluminis impetus lætificat civitatem Dei: ſanctificavit tabernaculum ſuum Altiſſimus.
6. Deus, in medio ejus, non commovebitur: adjuvabit eam Deus de vultu.	*Deus in medio ejus non commovebitur: auxiliabitur ei Deus in ortu matutino.*	6. Deus, in medio ejus, non commovebitur: adjuvabit eam Deus manè diluculo.
7. Conturbatæ ſunt gentes, inclinata ſunt regna: dedit vocem ſuam Excelſus, & commota eſt terra.	*Conturbata ſunt gentes, concuſſa ſunt regna: dedit vocem ſuam, proſtrata eſt terra.*	7. Conturbatæ ſunt gentes, & inclinata ſunt regna: dedit vocem ſuam, mota eſt terra.
8. Dominus virtutum nobiſcum: ſuſceptor noſter Deus Jacob. DIAPSALMA.	*Dominus exercituum nobiſcum: protector noſter Deus Jacob. SEMPER.*	8. Dominus virtutum nobiſcum: ſuſceptor noſter Deus Jacob.
9. Venite, videte operam Domini, quæ poſuit prodigia ſuper terram: 10. aufe-	*Venite, & videte opera Domini, quantas poſuerit ſolitudines in terra: compeſcit bella uſque ad ex-*	9. Venite, & videte opera Domini, quæ poſuit prodigia ſuper terram: 10. auferens bella uſque

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic in Pſalt. Corb. & Coislin. Item in Rom. dempto uno *pro*, ante *filiis*. Apud Ambroſ. to. 1. 925. d. *Titulus Pſalmi hujus ita inſcribitur*, inquit, *In finem, pro filiis Core pro occultis, Pſalmus ipſi David.* Similiter apud Auguſt. ſed abſque hoc, *ipſi David.* In Mozarab. *pro occultis, Pſalmus David.* In Gr. Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ τῶν υἱῶν Κορὲ ὑπὲρ τῶν κρυφίων, Ψαλμός. Mſ. Alex. τῷ Δαυὶδ Ψαλμός.

℣. 2. Pſalt. Moz. *Deus noſtrum refugium*, &c. ut in Vulg. Ambroſ. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum vet. Pſalt. nil omnino differunt ab eadem Vulg. Græc. initio hab. Ὁ Θεὸς ἡμῶν, & in fine, σφόδρα, *valde.*

℣. 3. Pſalt. Corb. & Coislin. habent cum Aug. in hunc Pſ. *cùm conturbabitur.* Rom. & Moz. *dum conturbabitur*; præterea Moz. extremò hab. *in corde maris*; ſicut etiam Tichon. reg. 7. p. 64. c. Hieron. verò in Ezech. 27. to. 3. p. 880. a. ita: *Propterea non timebimus cùm conturbata fuerit terra, & translati montes in cor maris.* Ambroſ. in hunc Pſ. col. 929. f. ait: *Sunt etiam qui ita diſtinguunt*: & transferentur montes, *ut ſequatur*: In cordibus maris ſonuerunt, & turb. &c. at ipſe paulò ſup. alludens dicit: *Quo ſit ut non timeamus cùm terra noſtra turbatur, & transferuntur montes..... in cor maris.* In Gr. Διὰ τοῦτο οὐ φοβηθησόμεθα ἐν τῷ ταράσσεσθαι τὴν γῆν, καὶ μετατίθεσθαι ὄρη ἐν καρδίαις θαλασσῶν.

℣. 4. Sic in Pſalt. Coislin. Corb. & Moz. Item in Rom. Carnut. & ap. Ambroſ. in hunc Pſ. excepto verbo *ſonuerunt.* Apud Hieron. in Ezech. 27. col. 880. a. *Sonuerunt, & turb... aqua eorum.* Apud Aug. in hunc Pſ. *Sonuerunt... aqua ejus.* Ap. Caſſiod. in eund. Pſ. *Sonaverunt... aqua eorum*, &c. In Gr. Ἠχησαν..... τὰ ὕδατα αὐτῶν, &c. *Diapſalma* pariter ibidem ſubſeq. ſicut in Pſalt. Rom. & Corb. deeſt tamen in edd. Ald. & Compl. nec memoratur ab Aug.

℣. 5. Auguſt. in hunc Pſ. legit pluraliter, *lætificant civitates Dei*, &c. ſed Hilar. in Pſ. 64. col. 169. e. *lætificas*, ſicut Ambroſ. l. de parad. to. 1. 147. a. & infra col. 754. b. 774. d. 866. f. & to. 2. 632. a. Item Caſſiod. cum Pſalt. Rom. In Gr. Sic: Τῷ ποταμῷ τὰ ὁρμήματα εὐφραίνει, &c. ut in Vulg.

℣. 6. Pſalt. Rom. Corb. Carnut. & Coislin. cum Caſſiod. *adjuvabit eam Deus vultu ſuo.* Mozarab. *eum Deus vultu ſuo.* Mediolan. *eam Deus à matutino in matutinum.* Ambroſ. in hunc Pſ. p. 931. e. *Deus diluculo*: at infra p. 932. b. *In aliis quoque codicibus invenitur*, inquit, *adjuvabit eam Deus vultu ſuo.* Apud Aug. in eund. Pſ. *Deus, in medio ejus, & non commovebitur: adjuv. eam Deus vultu ſuo.* In Gr. Vat. οὐ σαλευθήσεται (Ald. & Compl. ἢ οὐ σαλ.) βοηθήσει αὐτῇ ὁ Θεὸς τῷ προσώπῳ. Alex. Ald. & Compl. τὸ πρὸς πρωΐ.

℣. 7. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. & Corb. *Conturb... gentes, & inclinata ſunt regna: dedit vocem ſuam Altiſſimus, & mota eſt terra.* Coislin. *ſuam Excelſus, & mota eſt*, &c. Mozarab. *Conturbati ſunt montes, & inclinata ſunt regna: dedit voc. ſuam Altiſſimus, & commota eſt*, &c. Ambroſ. in Pſ. 45. p. 932. d. tollit &, poſt *gentes*; & l. 3. de fide, to. 2. p. 498. e. addit *Altiſſimus*, ut ſup. In Gr..... ἔδωκεν, ἐκλιναν βασιλεῖαι· ἔδωκε φωνὴν αὐτοῦ, ἐσαλεύθη ἡ γῆ· ſed in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. eſt Ὕψιστος ἐσαλεύθη.

℣. 8. Succinunt Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. & Gr. Apud Ambroſ. in eund. Pſ. 933. f. *Deus virtutum*, &c. Apud Ennod. pro Synodo, Sirm. to. 1. p. 1629. b. *Dominus virtut..... adjutor noſter Deus*, &c. Subnectitur etiam *Diapſalma* in Pſalt. Rom. Corb. & Græco; deeſt verò in edd. Ald. & Compl. nec recitatur ab Auguſt.

℣. 9. Ambroſ. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. Vulgatæ ſuffragantur unà cum Pſalt. Rom. In Gr. pariter, τὰ ἔργα τοῦ Κυρίου, &c.

℣. 10. Sic Ambr. & Aug. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
ad finem terræ. Arcum conteret, & confringet arma : & ſcuta comburet igni.	*tremum terra.* *Arcum confringet, & concîdet haſtam : plauſtra comburet igni.*	rens bella uſque ad fines terræ. *Ex Mſ. Sangerm.* Arcum conteret, & confringet arma : & ſcuta comburet igni.
11. Vacate, & videte quoniam ego ſum Deus : exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.	*Ceſſate, & cognoſcite quoniam ego ſum Deus : exaltabor in gentibus, exaltabor in terra.*	11. Vacate, & videte quoniam ego ſum Deus : exaltabor inter gentes, & exaltabor in terra.
12. Dominus virtutum nobiſcum : ſuſceptor noſter Deus Jacob.	*Dominus exercituum nobiſcum : fortitudo noſtra Deus Jacob.* SEMPER.	12. Dominus virtutum nobiſcum : ſuſceptor noſter Deus Jacob.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Corb. Coislin. Mediolan. & Carnut. Item in Mozarab. *finis* ; at in fine hab. & *ſcutum comburet ignis*. S. Paulinus epiſt. 24. p. 166. a. *Dominus conterens bella*. Græc. Ἀνταιρῶν πολέμους μέχρι τῶν περάτων..... καὶ ἁρπὶς κατακαύσει ἐν πυρί. Caſſiod. nil differt à Vulg.

℣. 11. Pſalt. Coislin. *ego ſum Dominus : exaltabor inter gentes*, & *exaltabor in regna*. Mozarab. *ego ſum Dominus : exſultabor in gentibus*, & *exſultabor in terra*. Cypr. l. 2. Teſtim. p. 287. a. *Vacate*, & *cognoſcite quoniam ego ſum Deus : exaltabor in gent.* &c. ut in Vulg. Ambroſ. in hunc Pſ. 935. a. c. cum Pſalt. Corb. *quia ego ſum Dominus : exaltabor inter gentes* (Corb. *in gentes*,) & *exaltabor in terra*. Gr. Σχολάσατε, καὶ γνῶτε ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ Θεός· ὑψωθήσομαι ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὑψωθήσομαι ἐν τῇ γῇ.

℣. 12. Ambroſ. in hunc Pſ. *Deus virtutum*, &c. Auguſt. & Caſſiod. *Dominus virtutum*, &c. cum Pſalt. Rom. & Gr.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
1. In finem, pro filiis Core Pſalmus. XLVI.	*Victori filiorum Core Canticum. XLVII.*	1. In finem, pro filiis Coræ Pſalmus. XLVI. *Ex Mſ. Sangerm.*
2. OMnes gentes plaudite manibus : jubilate Deo in voce exſultationis.	*OMnes populi plaudite manibus : jubilate Deo in voce laudis.*	2. OMnes gentes plaudite manibus : jubilate Deo in voce exſultationis.
3. Quoniam Dominus excelſus, terribilis : Rex magnus ſuper omnem terram.	*Quoniam Dominus altiſſimus, terribilis : Rex magnus ſuper omnem terram.*	3. Quoniam Deus excelſus, terribilis : Rex magnus ſuper omnem terram.
4. Subjecit populos nobis, & gentes ſub pedibus noſtris.	*Congregavit populos ſubter nos, & tribus ſub pedibus noſtris.*	4. Subjecit populos nobis, & gentes ſub pedibus noſtris.
5. Elegit nobis hæreditatem ſuam, ſpeciem Jacob, quam dilexit.	*Elegit nobis hæreditatem noſtram : gloriam Jacob, quam dilexit.* SEMPER.	5. Elegit nobis hæreditatem ſuam, ſpeciem Jacob, quam dilexit. DIAPSALMA.
2. Reg. 6. 15. 6. Aſcendit Deus in jubilo, & Dominus in voce tubæ.	*Aſcendit Deus in jubilo : Dominus in voce buccinæ.*	6. Aſcendit Deus in ſtrepitu, Dominus in voce tubæ.
7. Pſallite Deo noſtro, pſallite : pſallite Regi noſtro, pſallite.	*Canite Deo, canite : canite Regi noſtro, canite.*	7. Pſallite Deo noſtro, pſallite : pſallite Regi noſtro, pſallite.
8. Quoniam rex omnis terræ Deus : pſallite ſapienter.	*Quia rex univerſæ terræ Deus : canite eruditè.*	8. Quoniam rex omnis terræ : pſallite ſapienter.
9. Regnabit Deus ſuper gentes : Deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam.	*Regnavit Deus ſuper gentes : Deus ſedet ſuper thronum ſanctum ſuum.*	9. Regnavit Deus ſuper omnes gentes : Deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam.
10. Principes populorum congregati ſunt cum Deo Abraham :	*Principes populorum congregati ſunt, populus Dei Abraham : quo-*	10. Principes populorum convenerunt cum Deo Abra-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita ferunt Pſalt. Rom. Corb. Coislin. & Carnut. cum Gr. At Auguſt. huic titulo addit, *ipſi David*. In Mſ. Alex. ſic : Εἰς τὸ τέλος, Ψαλμὸς τῷ Δαυίδ.

℣. 2. Concordant Hilar. in Pſ. 65. p. 174. a. & Ambroſ. in Luc. 2. to. 1. 1294. b. & epiſt. 58. to. 2. 1014. a. necnon Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum vet. Pſalt. & Gr.

℣. 3. Pſalt. Rom. *Quoniam Deus ſummus, terribilis ;* & *Rex magnus ſuper omnes deos*. Coislinian. *Quoniam Deus ſummus, terrib.* & *Rex mag. ſuper omnem terram*. Sic etiam in Corb. & Moz. detracto medio &. Succinit Ambroſ. in Luc. 2. to. 1. 1294. b. cum Caſſiod. in hunc Pſ. at Auguſt. Vulgatæ favet. In Gr. Ὅτι Κύριος ὕψιστος, φοβερός· Βασιλεὺς, &c.

℣. 4. Aug. in hunc Pſ. *Subjecit plebes nobis*, &c. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. *populos*, Gr. λαούς.

℣. 5. Pſalt. Mozarab. *Elegit nos hæreditatem ſibi*. Rom. *nos in hæreditatem ſibi*. Coislinian. *nos in hæreditatem ſuam*. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. *nobis hæreditatem ſuam*. Similiter hab. Hieron. in Iſai. 57. to. 3. 418. a. ſed addit *pulchritudinem Jacob, quam dilexit*. Aug. *ſpeciem ;* in commentar. verò *pulchritudinem*. Gr. Ἐξελέξατο ἡμῖν τὴν κληρονομίαν αὐτοῦ, τὴν καλλονήν, &c. In Pſalt. etiam Rom. & Corb. ſequitur *Diapſalma ;* ſiletur autem ap. Aug. deeſtque in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. non verò in ed. Rom.

℣. 6. Sic in Pſalt. Corb. eſt, hoc excepto, *in vocem*. In Rom. verò, & Coislin. ita : *Aſcendit Deus in jubilatione*, & *Dominus in voce tuba*. Iridem in Mozarab. ut & ap. Auguſt. & Caſſiod. detracto medio &. Pſalt. Carnut. hab. *in ſtrepitu*, quemadmodum Auct. op. imp. in Matth. hom. 44. p. 225. Ambroſ. verò in Pſ. 36. to. 1. 813. c. *in jubilatione*. Gr. ἐν ἀλαλαγμῷ, Κύριος, &c.

℣. 7. Sic Ambroſ. in Pſ. 36. to. 1. 813. d. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum vet. Pſalt. & Gr. At Auguſt. in eund. Pſ. omittit poſteriorem verſic. *pſallite Regi noſtro*, &c.

℣. 8. Ita Nicetius Spicil. to. 3. p. 11. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. adjuncta voce *Deus*, è Gr. Similiter addit Auguſt. in hunc Pſ. ſed loco *ſapienter*, legit *intelligenter ;* Gr. Συνετῶς.

℣. 9. Pſalt. Corb. *Regnavit Deus ſuper omnes : Deus*, &c. Coislin. cum Mediol. Carnut. & Rom. Martianæi : *Regnavit Dominus ſuper omnes gentes*. Rom. Fabri : *Regnavit Dominus in æternum ſuper omnes gentes*. Mozarab. *Regnabit Dominus ſuper omnes gentes*. Similiter Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. ſed infra Aug. legit *Deus*. Ambroſ. in Pſ. 36. to. 1. 813. c. *Regnavit Dominus ſuper omnem terram*. Pſalt. Coislin. ſubdit, *Deus ſedit*, &c. al. conſtanter *ſedet*. Gr. Ἐβασίλευσεν ὁ Θεὸς ἐπὶ τὰ ἔθνη· ὁ Θεὸς κάθηται ἐπὶ θρόνου, &c. Mſ. Alex. ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη.

℣. 10. Iridem in Pſalt. Moz. & ap. Caſſiod. excepto uno *dii fortes*. Sic etiam in Rom. hoc præterea excepto, *populi*, loco *populorum*. Succinunt Coislin. & Corb. niſi quòd 1. ſcribit *fortis*, veterum more, pro *fortes ;* alt. *Deo fortes :* Cyrillus quoque, ſi Nobilio fides, aix illos, qui ſunt

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. ham : quoniam * Deo fortes terræ, nimiùm elevati ſunt.	*niam dii ſcuta terræ, vehementer elevata ſunt.*	quoniam dii fortes terræ, vehementer elevati ſunt.
* *Mſ.* Dō fortis.		

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

fortes divinâ gratiâ, valde elevatos eſſe à terra. Aug. in hunc Pſ. legit : *Principes populorum convenerunt cum..... dii fortes terræ, valde elevati ſunt.* Similiter Auct. l. de promiſſ. p. 3. col. 175. c. uſque ad vocem *dii*. S. Paulin. ep. 44. p. 271. b. add. *dii fortes terræ, nimiùm elevati ſunt.* Gr. Ἄρχοντες λαῶν συνήχθησαν..... ὅτι τῷ Θεῷ οἱ κραταιοὶ τῆς γῆς, σφόδρα ἐπήρθησαν.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 1. In finem, Pſalmus Cantici filiis Coræ ſecundâ ſabbati. XLVII.	*Canticum Pſalmi filiorum Core. XLVIII.*	1. Pſalmus Cantici filiis Core ſecundâ ſabbati. XLVII.
2. MAgnus Dominus, & laudabilis nimis in civitate Dei noſtri, in monte ſancto ejus.	*Magnus Dominus, & laudabilis nimis : in civitate Dei noſtri, in monte ſancto ſuo.*	2. MAgnus Dominus, & laudabilis nimis in civitate Dei noſtri, in monte ſancto ejus.
3. Dilatans exſultationem univerſæ terræ, montes Sion in latera aquilonis, civitas Regis magni.	*Specioſo germini, gaudio univerſæ terræ : monti Sion, lateribus aquilonis, civitatulæ Regis magni.*	3. Fundatur exſultatione univerſæ terræ mons Sion, latera aquilonis, civitas Regis magni.
* *Mſ.* grabibus. 4. In * gravibus ejus dinoſcitur, cùm ſuſcipiet eam.	*Deus in domibus ejus : agnitus eſt in auxiliando.*	4. Deus in domibus ejus cognoſcetur, cùm ſuſcipiet eam.
5. Quoniam ecce reges terræ congregati ſunt, & convenerunt in unum.	*Quia ecce reges congregati ſunt : venerunt ſimul.*	5. Quoniam ecce reges terræ congregati ſunt : convenerunt in unum.
6. Ipſi videntes tunc admirati ſunt, conturbati, & commoti ſunt : 7. & tremor adprehendit illos.	*Ipſi videntes ſic obſtupuerunt, conturbati ſunt, admirati ſunt : horror poſſedit eos ibi,*	6. Ipſi videntes ſic admirati ſunt, conturbati ſunt, commoti ſunt : 7. tremor apprehendit eos.
Ibi dolores ſicut parturientis, 8. in ſpiritu vehementi conteres naves Tharſis.	*Dolor quaſi parturientis : in vento uredinis confringes naves Tharſis.*	Ibi dolores ut parturientis, 8. in ſpiritu vehementi conteres naves Tharſis.
9. Sicut audivimus, ita vidimus in civitate Domini vir-	*Sicut audivimus, ita vidimus in civitate Domini exercituum, in*	9. Sicut audivimus, ſic vidimus in civitate Domini virtutum, in ci-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic Ambroſ. in hunc Pſ. p. 935. d. cum Pſalt. Rom. & Coislin. ſed abſque hoc, *In finem.* Delet pariter *In finem.* Auguſt. in eund. Pſ. ſed habet *Laus Cantici.* Caſſiodor. *Pſalmus Cantici*, &c. ut ſup. Gr. Ψαλμὸς Ὠδῆς τοῖς, &c. ut ſup. Mſ. verò Alex. ita : Εἰς τὸ τέλος, Ψαλμὸς τῷ Δαυίδ.

℣. 2. Similiter in Pſalt. Rom. & ap. Caſſiod. excepto uno *in civitate.* In Corb. ſic : *Magnus Dom. noſter, & laudab. nimis in civitate..... in monte ſancto ſuo.* Auguſt. in hunc Pſ. cum Pſalt. Coislin. leg. *& laudabilis valde.* Ambroſ. in eund. col. 937. c. *& laudabilis nimis..... in loco ſancto ejus.* Gr. αἰνετὸς σφόδρα ἐν πόλει..... ἐν ὄρει ἁγίῳ αὐτοῦ.

℣. 3. Pſalt. Rom. & Coislin. cum Caſſiod. *Dilatans exſultationes univerſæ terræ mons Sion, latera aquil.* &c. Itidem in Carnut. Corb. & Moz. præter hoc, *montes Sion ;* in Moz. *montem Sion.* Ambr. in hunc Pſ. col. 937. e. legit : *Dilatans exſultationem univ. terræ mons Sion, latera*, &c. ſubinde ait : *In vetuſtis exemplaribus aliquibus reperimus :* Εὐρίζῳ ἀγαλλιάματι πάσης τῆς γῆς, *quod Latinè ſignificat : Bona radice exſultatione univerſæ terræ.* Vide etiam in Pſ. 118. col. 1121. c. Apud Aug. in eund. Pſ. *Dilatans exſultationes..... montes Sion, latera*, &c. In ed. Rom. Εὐρίζων ἀγαλλιάματι πάσης τῆς γῆς, ὄρη Σιὼν, τὰ πλευρὰ, &c. at in edd. Ald. & Compl. εὐρίζῳ ἀγαλλιάματι, ut ſup. ap. Ambroſ. Vide plura apud Flamin. Nobil. & Lamb. Boz.

℣. 4. Sic in Pſalt. Corb. eſt, præmiſſa voce *Deus.* In Rom. Fabri : *Deus in gravibus ejus dignoſcetur, dum*, &c. Carnut. etiam habet *in gravibus ;* Rom. verò Martianæi cum Mediolan. *in gradibus*, Coislin. *in domibus.* Ambroſ. & Caſſiod. in hunc Pſ. leg. *Deus in gradibus ejus dignoſcetur, cùm*, &c. Caſſiod. *dum.* Aug. in eund. Pſ. *Deus in domibus ejus cognoſcetur, cùm*, &c. infra, *dum ;* in vet. cod. Corb. & Pſalt. Carnut. *cognoſcitur ;* in Moz. *dinoſcitur, cùm ſuſcipiet ea.* In Gr. Ὁ Θεὸς ἐν ταῖς βάρεσιν αὐτῆς γινώσκεται, ὅταν ἀντιλαμβάνηται αὐτῆς· Mſ. Alex. ἀντιλαμβάνεται. De ſenſu autem vocis βάρεσιν, vide quæ notavimus ſup. ad ℣. 9. Pſ. 44. & inf. ad ℣. 14. hujus Pſ. 47.

℣. 5. Ita Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Corb. & Coislin. In Mozarab. deeſt &. Apud Ambroſ. in eund. Pſ. p. 939. b. *Reges terræ congreg. ſunt, & tranſierunt in unum ;* in explanatione, *convenerunt.* Apud Aug. *Quon. ecce reges terræ collecti ſunt, & convenerunt in unum.* Similiter habet Auct. l. de promiſſ. p. 3. col. 187. c. Hieron. epiſt. ad Sun. & Fretel. to. 2. p. 638. c. *Quoniam ecce reges congregati ſunt :* tum ſubjungit : *In Græco legiſſe vos dicitis :* Quoniam ecce reges ejus congregati ſunt : *quod ſuperfluum eſſe ipſe lectionis textus oſtendit ; & in veteribus codicibus Latinorum ſcriptum erat*, reges terræ, *quod nos tulimus, quia nec in Hebræo, nec in LXX. reperitur :* nunc etiam abeſt vox *terra* à Vulgatæ Mſs. Colb. & Sangerm. In ed. Rom..... οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς συνήχθησαν· ἦλθοσαν ἐπὶ τὸ αὐτό· al. ἐπῆλθοσαν.

℣. 6. Ita Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Corb. & Rom. addito uno *ſunt*, poſt *conturbati.* In Moz. ſimiliter additur *ſunt*, ut & in Coislin. ſed in hoc poſtremo deeſt &. Apud Ambr. in eund. Pſ. *tunc admirati ſunt.* Apud Aug. *ita admirati ſunt, conturbati ſunt, commoti ſunt.* Sic etiam legit Auct. l. de promiſſ. p. 3. col. 187. c. Gr. ὕτως ἐθαύμασαν, ἐταράχθησαν, ἐσαλεύθησαν.

℣. 7. Sic in Pſalt. Rom. & Corb. dempto uno &. In Mozarab. *timor*, non *tremor :* in Coislin. *tremor adprehendet eos*, &c. Apud Ambr. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. ut in Vulg. ni excipias vocem *ſicut.* Vide etiam Ambr. in Pſ. col. 631. c. f. 776. e. In Græco, τρόμος ἐπελάζετο αὐτῶν..... ὡς, &c.

℣. 8. Ita Ambroſ. in hunc Pſ. p. 941. b. & l. 1. de interpel. Job, c. 5. 631. c. cum Caſſiod. & Pſalt. Rom. Hieronymus epiſt. ad Marcel. to. 2. 622. b. & in Ezech. 1. to. 3. 700. f. ſic : *In ſpiritu violento conteres*, &c. & in Iſai. 2. col. 28. f. *In ſpir. violento confringes*, &c. Auguſt. in eund. Pſ. *In ſpiritu violento conteres*, &c. Vigil. Tapſ. l. contra Varim. p. 742. e. *In ſpir. violento conterens*, ut etiam plerique Mſs. Auguſt. Similiter hab. Brev. Moz. *conterens.* S. Paulin. verò, epiſt. 23. p. 141. a. *conteret ſpiritu vehementi naves*, &c. Gr. Ἐν πνεύματι βιαίῳ συντρίψεις, &c.

℣. 9. In Pſalt. Rom. Corb. & Coislin. *Sicut audivimus, ita & vidimus ;* reliqua ut in Vulg. Similiter apud Ambr. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. Item in Breviar. Moz. præter hæc ult. *Deus fundavit eam in ſæcula.* Ambroſ. l. de ob. Theod. to. 2. p. 1197. b. *quam Deus fundavit in æternum ;* & ſupra conſtanter, *ita & vidimus :* ſimiliter l. 1. de interpel. Job, c. 5. to. 1. 631. f. at epiſt. 15. to.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
vitate Dei noſtri : Deus fundavit eam in æternum.	*civitate Dei noſtri : Deus fundavit eam uſque in æternum.* SEMPER.	tutum, in civitate Dei noſtri : Deus fundavit in æternum. DIAPSALMA.
10. Suſcepimus Deus miſericordiam tuam, in medio templi tui.	*Æſtimavimus Deus miſericordiam tuam, in medio templi tui.*	10. Suſcepimus Deus miſericordiam tuam, in medio plebis tuæ.
11. Secundùm nomen tuum Deus, ſic & laus tua in fines terræ : juſtitiâ plena eſt dextera tua.	*Secundùm nomen tuum Deus, ſic laus tua uſque in extremum terræ : juſtitiâ repleta eſt dextera tua.*	11. Secundùm nomen tuum Deus, ita & laus tua in fines terræ : juſtitiâ plena eſt dextera tua.
12. Lætetur mons Sion, & exſultent filiæ Judæ, propter judicia tua Domine.	*Lætetur mons Sion, exſultent filiæ Judæ, propter judicia tua.*	12. Lætetur mons Sion, & exſultent filiæ Judæ, propter tua judicia Domine.
13. Circumdate Sion, & complectimini eam : narrate in turribus ejus.	*Circumdate Sion, & circuite eam : numerate turres ejus.*	13. Circumdate Sion, & complectimini eam : narrate in turribus ejus.
14. Ponite corda veſtra in virtute ejus : & diſtribuite domos ejus, ut enarretis in progenie altera.	*Ponite cor veſtrum in mœnibus : ſeparate palatia ejus, ut enarretis in generatione noviſſima :*	14. Ponite corda veſtra in virtute ejus : & diſtribuite turrem ejus, ut enarretis in progeniem alteram.
15. Quoniam hic eſt Deus, Deus noſter in æternum, & in ſæculum ſæculi : ipſe reget nos in ſæcula.	*Quia iſte Deus, Deus noſter in ſæculum, & in perpetuum : ipſe erit dux noſter in mortem.*	15. Quoniam hic eſt Deus noſter in æternum, & in ſæculum ſæculi : ipſe reget nos in ſæcula.

Ex Mſ. Sangerm.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

2. 820. a. *ita & videmus.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 979. b. *ita & vidimus.* Hieron. epiſt. ad Sun. & Fretel. p. 638. c. tollit &, monetque id eſſe ſuperfluum, licet in Græco reperiatur. In ed. Rom. Καθάπερ ἠκούσαμεν, οὕτως καὶ εἴδομεν..... ὁ Θεὸς ἐθεμελίωσεν αὐτὴν εἰς τὸν αἰῶνα. Mſ. Alex. οὕτως ἴδαμεν. Subnexum *Diapſalma* ita reperitur in Pſalt. Rom. & Corb. ac in ed. Rom. LXX. in Mſ. verò Alex. ac edd. Ald. & Compl. deeſt ; nec ulla fit ejus mentio apud Auguſt.

℣. 10. Ita Pſalt. Mediolan. habet. Auguſt. in hunc Pſ. *in medio populi tui.* Ambroſ. verò & Caſſiod. in eund. Pſ. cum Pſalt. Rom. *in medio templi tui.* Pſalt. Carnut. & Corb. *in templo ſancto tuo.* Varietatem induxit ſimilitudo utriuſque vocis ναῦ, & λαῦ : unde Hieron. epiſt. ad Sun. & Fretel. to. 2. p. 638. c. ait : *Pro eo quod nos de Hebraïco & de LXX. Interpretibus vertimus*, templi tui, *in Græco vos legiſſe dicitis*, populi tui, *quod ſuperfluum eſt : in Hebraïco ſcriptum eſt*, echalach, *id eſt*, τῦ ναῦ Cv. In ed. Rom. LXX. λαῦ Cv.

℣. 11. Concinunt Pſalt. Rom. Corb. & Coislin. necnon Ambroſ. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Græco.

℣. 12. Sic Ambroſ. in hunc Pſ. & in Pſ. 118. to. 1. 943. c. & 1098. b. alludendo tamen : Aug. verò & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. ad verbum concinunt. In Corb. ſic : *Lætetur mons Sion, exſultent filiæ Judææ, propt.* &c. In ed. Rom. LXX. deeſt &, ante *exſultent* ; at in Mſ. Alex. ut & in edd. Ald. & Compl. exſtat ἐν ἀγαλλιάσωσαν.

℣. 13. Similiter Ambroſ. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. ut & Gelaſ. I. epiſt. 9. Conc. to. 4. 1190. d. cum Pſalt. Rom. infra tamen Auguſt. habet *annuntiate*, pro *narrate* ; Gr. διηγήσασθε.

℣. 14. Pſalt. Corb. & *diſtribuite gradus ejus, ut narretis in progeniem alteram.* Gelaſ. I. epiſt. 9. Conc. to. 4. 1190. d. & *diſtribuite gradus ejus, ut enarretis in progenies alteras.* Item Nicetius epiſt. 2. Conc. to. 5. 834. d. *diſtribuite gradus ejus, ut enarr. in progenie altera.* Accinunt Ambroſ. in hunc Pſ. p. 944. a. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Mediol. & Carnut. Aug. verò in eund. Pſ. legit, *diſtribuite domos ejus*, cum Vulg. Similiter hab. Facund. Hermian. l. 12. Sirm. to. 2. p. 795. d. ſed addit : *vel ſicut alii codices habent, Diſtribuite domus gradus ejus ;* & poſt paulò, *diſtribuite gradus ejus.* Ambroſius etiam ubi ſup. col. 944. d. ait : Βάρεις *dixit Græcus, hoc eſt, excelſas & turritas domos ;* & poſt pauca : *Diſtribuite gradus ejus, hoc eſt, manſiones ejus altas atque ſublimes in cœleſtibus.* Ita etiam reddit Hieron. in Jerem. 17. col. 614. b. & in Oſe. 8. to. 3. 1291. c. Vide ſup. Not. in Pſ. 44. 9. In Gr. Θέσθε..... εἰς τὴν δύναμιν αὐτῆς· καὶ καταδιέλεσθε τὰς βάρεις αὐτῆς, ὅπως ἂν διηγήσησθε εἰς γενεὰν ἑτέραν.

℣. 15. Itidem in Pſalt. Corb. Sic etiam in Rom. addito uno &, poſt vocem *ſæculi*. Similiter addit Pſalt. Moz. cum Coislin. ſed hoc poſtremum ſcribit *regit nos :* præterea Mozarab. initio habet, *Dominus Deus noſter.* Ambr. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. *Deus Deus noſter*, abſque ſeq. & ; Auguſt. tamen infra tollit 1. *Deus*, & addit &. In Græco ſemel ὁ Θεὸς, abſque &. Gelaſius I. epiſt. 9. Conc. to. 4. p. 1190. e. ſic habet : *Quon. hic eſt Deus, Deus noſter in æternum : & ipſe reget nos in ſæcula.*

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
1. In finem, filiis Core Pſalmus. XLVIII.	*Victori filiorum Core Canticum.* XLIX.	1. In finem, filiis Coræ Pſalmus. XLVIII.
2. AUdite hæc omnes gentes : auribus percipite omnes, qui habitatis orbem :	*AUdite hoc omnes populi : auribus percipite univerſi habitatores occidentis :*	2. AUdite hæc omnes gentes : auribus percipite omnes, qui habitatis orbem :
3. Quique terrigenæ, & filii hominum : ſimul in unum dives & pauper.	*Tam filii Adam, quàm filii ſingulorum : ſimul dives & pauper.*	3. Quique terrenigenæ, & filii hominum : ſimul in unum dives & pauper.
4. Os meum loquetur ſapientiam : & meditatio cordis mei prudentiam.	*Os meum loquetur ſapientias, & meditatio cordis mei prudentias.*	4. Os meum loquetur ſapientiam : & meditatio cordis mei prudentiam.

Ex Mſ. Sangerm.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Coislin. & Græco. Ambroſ. in eund. Pſ. p. 945. a. addit nomen *Davidi* in fine. In Mſ. Alex. ſimpliciter, Ψαλμὸς τῷ Δαυίδ, abſque his quæ antecedunt.

℣. 2. Ita legunt Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. Sic etiam apud Ambroſ. in eund. addita voce *terræ* in fine. Pſalt. Rom. Coislin. & Moz. delent *omnes*, poſt verbum *percipite* ; ſed in Gr. eſt, πάντες οἱ κατοικοῦντες τὴν οἰκουμένην. Ap. Aug. inf. *qui inhabitatis orbem* ; paulò verò poſt, *habitatores orbis.*

℣. 3. Ambroſ. Aug. & Caſſiod. ſcribunt conſtanter *terrigenæ*, cum Pſalt. Rom. & Vulg. ſimiliter Coislin. ſed delet ſeq. &. In Gr. Οἵ τε γηγενεῖς καὶ οἱ, &c.

℣. 4. Concordant Ambroſ. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Pſalt. Rom. Aug. verò in eund. Pſ. hab. *meditatio cordis mei intelligentiam* ; Gr. ζύνεσιν.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 5. Inclinabo in parabolam aurem meam : aperiam in pſalterio propoſitionem meam.	*Inclinabo ad parabolam aurem meam : aperiam in cithara anigma meum.*	5. Inclinabo in parabolam aurem meam : aperiam in pſalterio propoſitionem meam. *P. 77. 2. Matth. 13. 35.*
6. Ut quid timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circumdabit me.	*Quare timebo in diebus mali? iniquitas calcanei mei circumdabit me.*	6. Cur timebo in die mala? iniquitas calcanei mei circumdabit me.
7. Qui confidunt in virtute ſua : quique in abundantia divitiarum ſuarum gloriantur.	*Qui fiduciam habent in fortitudine ſua, & in multitudine divitiarum ſuarum ſuperbiunt.*	7. Qui confidunt in virtute ſua : & in multitudine divitiarum ſuarum gloriantur.
8. Frater non redimit, redimit homo : non dabit Deo propitiationem ſuam,	*Fratrem redimens non redimet vir : nec dabit Deo propitiationem pro eo,*	8. Frater non redimit, redimet homo : non dabit Deo placationem ſuam.
9. Et pretium redemptionis animæ ſuæ : & laboravit in æternum, 10. & vivet in finem :	*Et pretium redemptionis anima eorum : ſed quieſcet in ſaculo, & vivet ultra in ſempiternum :*	9. Et pretium redemptionis animæ ſuæ : & laborabit in æternum, 10. & vivet adhuc in finem.
11. Quoniam non videbit interitum, cùm viderit ſapientes morientes : ſimul inſipiens & ſtultus peribunt.	*Et non videbit interitum, cùm viderit ſapientes morientes : ſimul inſipiens & indoctus peribunt,*	11. Non videbit interitum, cùm viderit ſapientes morientes : ſimul inſipiens & ſtultus peribunt.
Relinquent alienis divitias ſuas : 12. & ſepulcra eorum domus eorum in æternum.	*Et relinquent alienis divitias ſuas ; interiora ſua, domos ſuas in ſaculo ;*	Et relinquent alienis divitias ſuas : 12. & ſepulcra eorum domus illorum in æternum.
Tabernacula eorum in progeniem, & generationem : invocavit nomina eorum in terris ipſorum.	*Tabernacula ſua in generatione & generatione : vocaverunt nominibus ſuis terras.*	Tabernacula eorum in progenie, & progenie : vocaverunt nomina ſua in terris ſuis.
13. Et homo, cùm eſſet in honore, non intellexit : comparatus eſt jumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.	*Et homo in honore non commovebitur : aſſimilatus jumentis, & exæquatus eſt.*	13. Et homo, cùm in honore eſſet, non intellexit : comparatus eſt jumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.
14. Hæc via eorum ſcandalum ipſis : & poſtea in ore ſuo benedicent. DIAPSALMA.	*Hac eſt via inſipientiæ eorum, & poſt eos juxta os eorum current.* SEMPER.	14. Hæc via illorum ſcandalum ipſis : & poſtea in ore ſuo complacebunt.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 5. Pſalt. Coislin. *Inclinabo in parabolis*, &c. Rom. Corb. & Moz. *Inclinabo ad ſimilitudinem*, &c. Ambroſ. in hunc Pſ. *Inclinabo ad parabolam* ; Auguſt. *in parabolam* ; Caſſiod. *in ſimilitudinem*. Gr. εἰς παραβολήν..... τὸ πρόβλημά μου.

℣. 6. Similiter habent Ambroſ. Auguſt. & Caſſiod. cum Pſalt. Corb. Sic etiam in Rom. Coislin. & Moz. hoc ultimo excepto, *circumdedit me*. Græcè, Ἰνατί φοβοῦμαι..... κυκλώσῃ με.

℣. 7. Sic Ambroſ. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. & Coislin. In Corb. & *qui in abundantia*, &c. In Mozarab. & *in abundantia*. Huic ſuffragatur Auguſt. in eund. Pſ. In Gr. καὶ ἐπὶ τῷ πλήθει, &c.

℣. 8. Pſalt. Rom. Fabri : *Frater non redimet, redimet homo*, &c. ut in Vulg. Rom. Martianæi, *non redimit, redimet*, &c. Coislin. *Frater non redimet* (1. manu, ſed *redimit* ſecundâ,) *redimit homo : non dabit Deo depropitiationem ſuam*. Mozarab. *Frater non redimet : homo non dabit Deo propitiationem ſuam*. Ambroſ. in hunc Pſ. 948. f. & in Luc. 3. col. 1319. c. *Frater non redimit, redimet homo : nec dabit Deo propitiationem ſuam* : Auguſt. in eund. Pſ. *depropitiationem ſuam*. Caſſiod. ut in Vulg. Gr. Ἀδελφὸς οὐ λυτροῦται (Alex. λυτρῶται,) dein interrogativè, λυτρώσεται ἄνθρωπος ; οὐ..... ἐξίλασμα ἑαυτοῦ.

℣. 9. Ita Aug. in hunc Pſ. Caſſiod. verò initio hab. *Nec pretium* ; paulòque poſt, & *laborabit*. Similiter Auguſt. paulò inf. *nec pretium* ; conſtanter autem, & *laboravit*, cum Pſalt. Carnut. Coislin. & Moz. In Rom. *nec pretium*..... *laborabit*, abſque præced. &. Ambroſ. & *pretium*. In Gr. Καὶ τὴν τιμὴν..... καὶ ἐκοπίασεν εἰς τὸν αἰῶνα.

℣. 10. Sic apud Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. ſicut in vet. Pſalt. & Græco.

℣. 11. Ita Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Corb. præpoſito uno &, verbo *relinquent*. In Moz. *Et relinquet*, &c. Apud Ambroſ. in hunc Pſ. col. 951. b. *ſimul inſip.* & *ſtultus perib. Et alienis relinquent*, &c. Apud Auguſt. in eund. Pſ. *ſimul imprudens* & *inſipiens peribunt. Et relinquent*, &c. In Pſalt. Coislin. *Quoniam non videbit interitum, cùm videbit ſapientem mori*, &c. ut in Vulg. In Gr. Ὅτι οὐκ ὄψεται καταφθοράν, ὅταν ἴδῃ..... ἐπὶ τοσοῦτο ἄφρων καὶ ἄνους ἀπολεῖται. Καὶ καταλείψουσιν, &c. In edd. Ald. & Compl. initio deeſt ὅτι.

℣. 12. Sic eſt in Pſalt. Corb. præter unum *invocabit*. Item in Rom. præter iſta, *in omni generatione*, & *progenie : invocabunt*. Mozarab. ipſo initio tollit & ; ſubinde ſic hab. *in omni progenie*, & *generatione : invocabunt*, &c. ut in textu. Similiter in Coislin. exceptis his, *in progenie*, & *genus : invocabunt*. Item in Mediolan. *invocabunt* ; in Carnut. *invocavit* ; utrobique, *nomina eorum in terris ipſorum*, ut ſupra. Apud Ambr. in hunc Pſ. p. 951. b. ſic : & *ſepulcra eor. domus illorum in ſæculum. Tabernacula eorum in progenie*, & *generatione : invocaverunt nomina eorum in terris ipſorum*. Apud Aug. in eund. Pſ. & *ſepulcra*..... *eorum in æter. Tab. eorum in generationem*, & *generationem : invocabunt*, &c. ut in textu. Sic etiam apud Caſſiod. exceptis his, *in generatione*, & *progenie*. In Gr. καὶ οἱ τάφοι..... εἰς τὸν αἰῶνα. Σκηνώματα αὐτῶν εἰς γενεὰν, καὶ γενεὰν ἐπεκαλέσαντο..... ἐπὶ τῶν γαιῶν αὐτῶν.

℣. 13. Sic Irenæus l. 4. c. 4. p. 232. a. niſi quòd ipſo initio tollit &, & poſt paulò hab. *cùm in honore eſſet*. Ambr. in hunc Pſ. *Homo, cùm in honore eſſet*..... *comparatus eſt jumentis quæ ſine ſenſu ſunt*, & *ſimilis*, &c. Tertull. l. de anima, p. 493. b. *adſimilatus eſt homo irrationabilibus jumentis*. Auguſt. in hunc Pſ. *Et homo, cùm in*..... *comp. eſt jumentis inſenſatis*, & *ſimilis*, &c. at l. 6. de Gen. ad lit. to. 3. p. 205. b. & 215. g. *Homo, in honore poſitus, non intel. comparatus eſt pecoribus inſenſatis*, & *ſimilis ſact. eſt eis*. Philaſtr. Brix. de hæreſ. p. 702. f. *Homo, in honore conſtitutus*..... *comparatus eſt pecudibus inſenſatis*, & *ſimilis eis factus eſt* : & infra p. 720. f. *Homo, in honore cùm eſſet*..... *comparatus eſt pecudibus inſipientibus*. Gaud. Brix. ſerm. 9. p. 957. c. *Homo, in honore conſtitutus, non intellexit*, &c. ut in Vulg. Caſſiod. ab ea nil differt, nec etiam Cæleſtin. I. epiſt. 25. to. 1. Conc. 1216. a. Hieron. quoque epiſt. ad Sun. & Fretel. p. 638. c. ait conjunctionem & ipſo initio hîc eſſe ponendam ; vide infra ℣. 21. In Pſalt. Rom. & al. ſimiliter exſtat. Item Græcè : Καὶ ἄνθρωπος, ὢν τιμῇ ὤν, οὐ ξυνῆκε· παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς.

℣. 14. Ita Pſalt. Rom. Coislin. Corb. & Carnut. cum Caſſiodoro. Mozarab. habet, *in ſcandalum ipſis*, ultimòque *benedicent*, ut ſup. Mediolan. *bene proſperabuntur*. Ambr. in hunc Pſ. ita : *Hæc via eorum in offendiculum ipſis* : & *poſtea in ore ſuo complacebunt*. Aug. *Hæc via ipſorum ſcandalum ipſis*, & *poſtea in ore ſuo benedicent*. Ambroſ. quoque loco cit. 952. c. ait quoſdam habere *in codicibus ſuis ita*

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
15. Sicut oves in inferno poſiti ſunt : mors depaſcet eos. Et dominabuntur eorum juſti in matutino : & auxilium eorum veteraſcet in inferno à gloria eorum.	*Quaſi grex in inferno poſiti ſunt : mors paſcet eos. Et ſubjicient eos recti in matutino, & figura eorum conteretur in inferno poſt habitaculum ſuum.*	15. Sicut oves in inferno poſuit : mors depaſcit eos. Et obtinebunt eos juſti in matutinis : & auxilium eorum vetereſcet in inferno à gloria eorum, & à gloria ſua expulſi ſunt. *Ex Mſ. Sangerm.*
16. Veruntamen Deus redimet animam meam de manu inferi, cùm acceperit me.	*Veruntamen Deus redimet animam meam de manu inferni, cùm aſſumpſerit me.* SEMPER.	16. Veruntamen Deus liberavit animam meam de manu inferni, cùm acceperit me.
17. Ne timueris cùm dives factus fuerit homo : & cùm multiplicata fuerit gloria domûs ejus.	*Noli timere cùm ditatus fuerit vir : cùm multiplicata fuerit gloria domûs ejus.*	17. Ne timueris cùm dives factus fuerit homo : & cùm multiplicata fuerit gloria domûs ejus.
18. Quoniam cùm interierit, non ſumet omnia : neque deſcendet cum eo gloria ejus.	*Neque enim moriens tollet omnia : nec deſcendet poſt eum gloria ejus :*	18. Quoniam non, cùm morietur, accipiet omnia : neque ſimul cum eo deſcendet gloria domûs ejus.
19. Quia anima ejus in vita ipſius benedicetur : confitebitur tibi cùm benefeceris ei.	*Quia anima ſua in vita ſua benedicet : laudabunt te cùm bene fuerit tibi.*	19. Quia anima ejus in vita ipſius benedicetur : confitebitur tibi cùm benefeceris ei.
20. Introibit uſque in progenies patrum ſuorum : & uſque in æternum non videbit lumen.	*Intrabit uſque ad generationem patrum ſuorum : uſque ad finem non videbunt lucem.*	20. Introibit uſque in progeniem patris ejus : & uſque in æternum non videbit lumen.
21. Homo, cùm in honore eſſet, non intellexit : comparatus eſt jumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.	*Homo, cùm in honore eſſet, non intellexit : comparavit ſe jumentis, & ſilebitur.*	21. Homo, cùm in honore eſſet, non intellexit : comparatus eſt jumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ſcriptum : Et poſtea in ore ſuo benedicent. Similiter in Gr. Αὐτη ἡ ὁδὸς αὐτῶν σκάνδαλον αὐτοῖς· & in fine, εὐλογήσουσι· in Mſ. verò Alex. ac edd. Ald. & Compl. εὐδοκήσουσι. *Diapſalma* ſeq. habetur in Pſalt. Rom. Corb. & Gr. deeſt verò in edd. Ald. & Compl. nec legitur ap. Auguſt.

℣. 15. Pſalt. Corb. *Sicut oves in inferno poſuit eos : mors depaſcet eos. Et obtinebunt eos juſti in matutinum : & auxilium eorum vetereſcet in inferno gloriâ eorum, & de gloria ſua expulſi ſunt.* Rom. cum Caſſiod. *Sicut oves in inferno poſiti ſunt : & mors depaſcet eos. Et obtinebunt eos juſti in matutino : & auxilium eorum veteraſcet inferno, & à gloria ſua expulſi ſunt.* Coislin. *Sicut oves in inferno poſiti ſunt : & mors depaſcit eos. Et obtinebunt eos juſti in matutinum : auxilium eorum vetereſcit in inferno à gloria eorum, & à gloria ſua expulſi ſunt.* Mozar. *Sicut oves in infernum poſitæ ſunt, mors paſcet eos. Et dominabuntur eis juſti in matutino : & auxilium eorum vetereſcit in inferno à gloria eorum ;* nec addit alia. Pſalt. verò Mediolan. habet, *& à gloria ſua expulſi ſunt*, dempto præced. *à gloria eorum.* Apud Ambroſ. in hunc Pſ. ita : *Sicut oves in infernum deducentur : mors depaſcet eos. Et dominabuntur eorum juſti in matutinum : & auxilium eorum veteraſcet in inferno à gloria eorum ;* nec plura. Similiter apud Auguſt. in eund. Pſ. præter ſeqq. *Sicut oves in inferno poſitæ, mors paſtor eſt eis* (infra *illis.*) *Et dominabuntur eis recti mane.* Hieron. epiſt. ad Sun. & Fretel. to. 2. p. 638. c. 639. a. ad hæc, *Et dominabuntur eorum juſti*, addit : *Pro* juſtis, *εὐθεῖς, id eſt*, rectos, *in Græco vos legiſſe dicitis ; ſed propter εὐφωνίαν, ita in Latinum verſum eſt. Aliquin & in eo loco, ubi ſcriptum legimus*, In libro εὐθῦς, Juſtorum *intelligimus* librum ; *& non debemus ſic verbum de verbo exprimere, ut dum ſyllabas ſequimur, perdamus intelligentiam.* In ed. Rom. Ὡς πρόβατα ἐν ᾅδῃ ἐθάνατο, θάνατος ποιμανεῖ αὐτούς. Καὶ κατακυριεύσουσιν αὐτῶν οἱ εὐθεῖς τὸπρωΐ· καὶ ἡ βοήθεια αὐτῶν παλαιωθήσεται ἐν τῷ ᾅδῃ ἐκ τῆς δόξης αὐτῶν· Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. addit ἐξώδησαν, *expulſi ſunt.*

℣. 16. Sic in Pſalt. Coislin. eſt. Ita etiam in Mozarab. præter ult. *acceperint me.* In Rom. *Veruntamen Deus liberabit animam ſuam de manu inferi, dum acceperit me.* In Corb. *liberavit anim. meam de manu inferi, cùm acceperit me.* Hieron. epiſt. ad Sun. & Fretel. to. 2. p. 639. a. *de manu infirmi, cùm liberaverit me ;* tum addit : *In Græco legiſſe vos dicitis*, cùm acceperit me ; *quod quidem & nos ita de LXX. vertimus, & miror à quo in veſtro codice depravatum ſit.* Apud Ambroſ. in hunc Pſalm. p. 952. f. *Veruntamen Deus liberabit anim. meam de ma. inferni, cùm acceperit eam.* Ap. Auguſt. in eund. Pſ. *Verunt. Deus redimet anim. meam de manu inferni, cùm acceperit me.* Item apud Caſſiod. exceptis his, *liberabit*, & *inferi.* In Gr. Πλὴν ὁ Θεὸς λυτρώσεται τὴν ψυχήν μου..... ὅταν λαμβάνῃ με.

℣. 17. Sic Ambr. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. In Corb. præponitur *Diapſalma.* Ap. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 709. b. *Ne timueris cùm dives.....& cùm abundabit gloria ejus.* In Gr. ἐὰν ὅταν πλουτήσῃ ἡ δόξα τοῦ οἴκου αὐτοῦ.

℣. 18. Sic Ambroſ. & Auguſt. in hunc Pſ. cum Pſalt. Corb. & Moz. niſi quòd habent, *deſcendet cum eo.* Ita rurſum Ambr. l. 1. de interpel. Job, c. 3. to. 1. 628. d. Sic etiam in Pſalt. Coislin. præter hoc, *deſcendit.* In Rom. *Quoniam non, cùm morietur, accipiet hæc omnia : neque ſimul deſcendet cum eo*, &c. In Mediol. *non, dum morietur, recipiet omnia.* In Carnut. *non, cùm moritur, accipiet omnia.* Apud Tertull. l. 4. adv. Marc. p. 709. b. *Quoniam cùm morietur, non tollet omnia : nec deſcendet cum illo gloria ſua.* Apud Ruric. l. 2. epiſt. 47. p. 577. a. *Quia non, cùm morietur, recipiet omnia : neque ſimul deſcendet cum eo gloria domûs ejus.* Apud Caſſiod. in eund. Pſ. *Quoniam cùm morietur, non accipiet hæc omnia : neque ſimul deſcendet cum eo gloria domûs ejus.* S. Leo ſerm. 16. p. 65. c. *Quoniam cùm interierit, non accipiet omnia : neque deſc. cum eo gloria ejus.* Pſalt. Mediol. & Carnut. *gloria domûs ejus*, ut ſup. In Gr. Ὅτι ὅτ, ὅτ τῷ ἀποθνήσκειν αὐτὸν, λήψεται τὰ πάντα· οὐδὲ συγκαταβήσεται αὐτῷ ἡ δόξα αὐτοῦ.

℣. 19. Concordant Pſalt. Moz. & Caſſiod. in hunc Pſ. In Coislin. Corb. & Rom. *Quoniam anima ejus*, &c. præterea in Rom. *& confitebitur*, &c. Ap. Ambr. in hunc Pſ. *Quoniam anima ejus..... benedicetur : confiteb. tibi cùm benef. ipſi.* Apud Auguſt. in eund. Pſ. *Quoniam anima illius in..... benedicetur : confitebitur*, &c. Similiter in Gr.

℣. 20. In Pſalt. Rom. & Coislin. *Et introibit uſque in progenies patrum ſuorum, & uſque in*, &c. Similiter apud Auguſt. in hunc Pſ. dempto duplici &. Item apud Caſſiod. ſed cum hoc, *in progeniem.* Apud Ambroſ. in eund. Pſal. *Introibit uſque in progeniem patrum ejus : uſque in ſæculum non videbit lumen.* Itidem in Pſalt. Corb. præter hoc, *in æternum.* In Gr. Εἰσελεύσεται ἕως γενεᾶς πατέρων αὐτῶ· ἕως αἰῶνος οὐ, &c.

℣. 21. Concinunt Pſalt. Rom. Coislin. & Moz. unà cum Caſſiod. in hunc Pſ. niſi quòd habent, *Et homo, cùm*, &c. Irenæus lib. 4. c. 41. p. 288. b. *Homo, in honore poſitus, aſſimilatus eſt jumentis :* at inf. l. 5. c. 8. p. 301. d. *Homo, cùm in honore eſſet, aſſimilatus eſt jumentis.* Tertull. de reſurr. carn. p. 588. c. *adſimilatus eſt homo irrationabilibus jumentis.* Ambroſ. in eund. Pſ. *Homo, cùm in hon..... comparatus eſt jumentis, quæ ſenſum non habent, & ſimilis*, &c. Similiter ap. Auguſt. in eund. Pſ. hoc excepto, *jumentis inſenſatis :* at l. 13. de civit. Dei, c. 4. to. 7. p. 327. d. leg. *pecoribus non intelligentibus ;* cæt. ut in textu : epiſt. verò 23. to. 2. p. 31. b. c. *Homo, in honore poſitus, non..... comparatus eſt jumentis inſenſatis, & ſimilis*, &c. Philaſtr. Brix. de hæreſ. p. 713. c. *Homo, in honore cùm eſſet, non..... comp. eſt pecudibus inſenſatis, & ſimilis*, &c. Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 12. col. 136. c. *comparatus eſt jumentis inſenſatis.* Hieronymus epiſt. ad Sun. & Fretel. to. 2. p. 638. c. *Homo, cùm in honore eſſet ;* tum ait : *Pro quo ſi*

Digitized by Google

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Græco inveniſſe vos dicitis : Et homo, in honore cùm eſſet : *ſed ſciendum quòd iſte verſiculus bis in hoc Pſalmo ſit ; & in priori additam habeat & conjunctionem, in fine non habeat.*

In ed. Rom. Ἄνθρωπος (Alex. Ald. & Compl. Καὶ ἄνθρωπος,) ἐν τιμῇ ὢν, ὃ Συνῆκε· παρεκινεβλίθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Sangerm. 1. Pſalmus Aſaph. XLIX.

* DEus deorum Dominus locutus eſt : & vocavit terram,

A ſolis ortu uſque ad occaſum : 2. ex Sion ſpecies decoris ejus.

3. Deus manifeſtè veniet : Deus noſter non ſilebitur.

Ignis in conſpectu ejus ardebit : & in circuitu ejus tempeſtas valida.

4. Advocavit cœlum ſurſum, & terra diſcernere populum ſuum.

5. Congregate illi filios ejus : qui ordinant teſtamentum ejus ſicut ſacrificia.

6. Et adnuntiabunt cœli juſtitiam ejus : quoniam Deus judex eſt. DIAPSALMA.

7. Audi populus meus, & loquar ; Iſraël teſtificabor tibi, quoniam Deus Deus tuus ſum ego.

8. Non ſupra ſacrificia tua arguam te : holocauſta autem tua in conſpectu meo ſunt ſemper.

HEBR.

Canticum Aſaph. L.

FOrtis Deus Dominus locutus eſt, & vocavit terram,

Ab ortu ſolis uſque ad occaſum ejus : de Sion perfectâ decore Deus apparuit.

Veniet Deus noſter, & non tacebit :

Ignis coram eo vorabit, & in circuitu ejus tempeſtas valida.

Vocavit cœlum deſurſum, & terram ut judicet populum ſuum.

Congregate mihi ſanctos meos : qui feriunt pactum meum in ſacrificio.

Et annuntiabunt cœli juſtitiam ejus : quia Deus judex eſt ipſe. SEMPER.

Audi populus meus, & loquar ; Iſraël, & conteſtabor te : Deus Deus tuus ego ſum.

Non propter victimas tuas arguam te : & holocautomata tua coram me ſunt ſemper.

VULGATA HOD.

1. Pſalmus Aſaph. XLIX.

DEus deorum Dominus locutus eſt : & vocavit terram,

A ſolis ortu uſque ad occaſum : 2. ex Sion ſpecies decoris ejus.

3. Deus manifeſtè veniet : Deus noſter & non ſilebit.

Ignis in conſpectu ejus exardeſcet : & in circuitu ejus tempeſtas valida.

4. Advocabit cœlum deſurſum, & terram diſcernere populum ſuum.

5. Congregate illi ſanctos ejus : qui ordinant teſtamentum ejus ſuper ſacrificia.

6. Et annuntiabunt cœli juſtitiam ejus : quoniam Deus judex eſt.

7. Audi populus meus, & loquar ; Iſraël, & teſtificabor tibi : Deus Deus tuus ego ſum.

8. Non in ſacrificiis tuis arguam te : holocauſta autem tua in conſpectu meo ſunt ſemper.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic in Pſalt. Rom. eſt. In Coislin. verò, *Pſalmus David.* In Mozarab. *In finem, Pſalmus ipſi David.* Itidem in Gr. Alex. In Vat. verò, Ψαλμὸς τῷ Ασάφ.

* Sic Iren. l. 3. c. 6. p. 180. c. ad hoc uſque, *à ſolis.* Itidem Cypr. cum ſeqq. l. 2. Teſtim. p. 296. b. ut & Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Collat. Carthag. p. 393. b. In Pſalt. Coislin. *à ſolis ortu & occaſu.* Ap. Optat. Milev. l. 2. contra Donat. p. 27. a. & S. Pacian. epiſt. 3. p. 315. a. legitur, *ab ortu ſolis uſque ad occaſum.* Ap. S. Pacian. initio deeſt vox *Dominus ;* ſubinde in Pſalt. Rom. & *vocabit terram.* In Gr. καὶ ἐκάλεσε τὴν γῆν, ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν.

℣. 2. Conſentit Cyprianus l. 2. Teſtim. p. 296. b. unà cum Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. necnon Collat. Carthag. p. 393. b. Sic etiam in Pſalt. Rom. & Græco.

℣. 3. Iren. l. 3. c. 6. p. 180. c. *Deus manifeſtè veniet : Deus noſter & non ſilebit ;* Mſ. Clarom. ibid. *non ſilebitur :* at infra l. 5. c. 18. p. 316. a. *Deus noſter manif. veniet, & non tacebit. Ignis in conſp. ejus ardebit : & in circuitu ejus temp. valida.* Cypr. l. de oper. & eleem. p. 254. c. *Deus manifeſtus veniet : Deus noſter & non ſilebit. Ignis ante eum ardebit : & in circuitu ejus procella nimia :* ſic etiam l. 2. Teſtim. p. 296. b. uno excepto *manifeſtè.* Auguſt. tract. 4. in Joh. to. 3. p. 2. col. 313. b. & c. *Deus manifeſtus veniet : Deus noſter & non ſilebit. Ignis ante eum præibit : & in circ. ejus temp. valida :* ſimiliter in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. exceptis his, *Ignis in conſpectu ejus ardebit.* Ita quoque leg. Ambroſ. l. de Spiritu S. to. 2. 630. d. Breviar. verò Moz. *ante eum ardebit.* Hieron. in Iſai. 66. to. 3. col. 505. a. *Deus manifeſtè veniet : Deus noſter & non tacebit. Ignis ante eum ardebit*, &c. ut in textu. Gaud. Brix. ſer. 2. p. 951. f. *Deus palam veniet : & Deus noſter, & non ſilebit.* Auct. op. imp. in Mat. hom. 44. p. 225. c. & Caſſiod. in hunc Pſ. Vulgatæ favent, cum Pſalt. Corb. niſi quòd habent *ardebit.* Auct. l. de promiſſ. col. 200. c. *Deus manifeſtus veniet..... Ignis ante eum ardebit*, &c. Græc. Ὁ Θεὸς ἐμφανῶς ἥξει..... καὶ οὐ παρακωπήσεται. Πῦρ ἐναντίον (Ald. & Compl. ἐνώπιον) αὐτοῦ καυθήσεται· καὶ κύκλῳ αὐτοῦ καταιγὶς σφόδρα.

℣. 4. Pſalt. Rom. *Advocavit cœlum ſurſum, & terram, ut diſcerneret populum ſuum.* Coislin. *Advocavit cœlum ſurſum, & terra diſcernere populo ſuo.* Mozarab. *Advocavit cœlos ſurſum, & terram diſcernere*, &c. Iren. l. 5. c. 18. p. 316. a. *Advocabit cœlum*, &c. ut in Vulg. editt. quidam l. ferunt *advocavit.* Cypr. l. de oper. & eleem. p. 254. c. *Advocabit cœlum ſurſum, & terram deorſum, ut ſeparet populum ſuum :* & l. 2. Teſtim. p. 296. b. *Vocavit cœlum ſurſum, & terram, ut ſeparet populum ſuum.* Auguſt. in hunc Pſ. cum Pſalt. Corb. *Advocabit cœlum ſurſum, & terram diſcernere pop. ſuum.* Caſſiod. in eund. Pſ. *Advocabit cœlum ſurſum, & terram, ut diſcerneret pop. ſuum.* Gr. Προσκαλέσεται τὸν οὐρανὸν ἄνω, καὶ τὴν γῆν διακρῖναι, &c. Alex. τοῦ διακρῖναι.

℣. 5. Sic in Pſalt. Corb. excepto uno *ſuper*, pro *ſicut.* In Rom. *Congregate illi ſanctos ejus : qui ordinaverunt teſtamentum ejus ſuper ſacrificia.* In Mozarab. *qui ordinent teſtam. ejus*, &c. Cypr. l. de oper. & eleem. p. 254. c. ut & l. 2. Teſtim. p. 296. b. *Colligite illi juſtos ejus : eos qui diſponunt teſtamentum ejus in ſacrificiis.* Auguſt. in hunc Pſ. *Congregate illi juſtos ejus : qui diſponunt teſtam. ejus ſuper ſacrificia.* Caſſiod. Vulgatæ congruit. In Gr. ſic : Συναγάγετε αὐτῷ τοὺς ὁσίους αὐτοῦ· τοὺς διατιθεμένους τὴν..... ἐπὶ θυσίαις· Compl. θυσίας.

℣. 6. Pſalt. Rom. *Annuntiaverunt cœli.* Mozarab. *Et annuntiaverunt*, &c. Cyprianus l. de oper. & eleem. p. 254. c. & l. 2. Teſtim. p. 296. b. *Et annuntiabunt*, &c. ut ſup. Similiter Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. Gr. Καὶ ἀναγγελοῦσι. Subjicitur *Diapſalma* in Pſalt. Corb. & Rom. necnon in ed. Rom. LXX. deeſt verò in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. nec memoratur ab Auguſt. & aliis, præterquam ab Optato l. 4. contra Donat. p. 70. c.

℣. 7. Similiter in Pſalt. Rom. Corb. & Coislin. *quoniam Deus Deus tuus ego ſum :* in Mozarab. *ſum ego*, ut ſupra. Apud Aug. in hunc Pſ. & tract. contra Jud. to. 8. p. 34. b. *Audi populus meus, & loquar tibi ; Iſrael, & teſtificabor tibi : Deus Deus tuus ego ſum.* Gaud. Brix. ubi ſup. ℣. 3. *Audi pop. meus, & loquar ; Iſrael, & teſtif. tibi, quòd Dominus Deus tuus ego ſum.* Caſſiod. in eund. Pſ. *Audi pop. meus, & loquar ; Iſrael, & teſtif. tibi : Deus*, &c. Similiter Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. p. 1158. a. *Audi pop. meus, & loquar.* In Gr. Ἄκουσον λαός μου, καὶ λαλήσω σοι· Ἰσραὴλ, καὶ διαμαρτύρομαί σοι· ὁ Θεὸς ὁ Θεός σου εἰμὶ ἐγώ.

℣. 8. Ita Pſalt. Corb. habet. Rom. Coislin. & Moz. *Non ſuper ſacrificia tua arguam te*, &c. Suffragantur Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. Item Aug. contra Jud. to. 8. p. 34. b. niſi quòd delet *ſunt* ſub finem. In Gr. ſic : Οὐκ ἐπὶ ταῖς θυσίαις σου ἐλέγξω σε, &c.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
9. Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos.	*Non accipiam de domo tua vitulum, neque de gregibus tuis hircos.*	9. Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos. *Ex Mſ. Sangerm.*
10. Quoniam meæ ſunt omnes feræ ſilvarum, jumenta in montibus & boves.	*Mea ſunt enim omnia animalia ſilvarum, pecudes in montibus millium.*	10. Quoniam meæ ſunt omnes feræ ſilvarum, jumenta in montibus & boves.
11. Cognovi omnia volatilia cœli: & pulchritudo agri mecum eſt.	*Scio omnes aves montium, & univerſitas agri mei mecum eſt.*	11. Cognovi omnia volatilia cœli: & ſpecies agri mecum eſt.
12. Si eſuriero, non dicam tibi: meus eſt enim orbis terræ, & plenitudo ejus.	*Si eſuriero, non dicam tibi: meus eſt enim orbis, & plenitudo ejus.*	12. Si eſuriero, non dicam tibi: meus eſt enim orbis terræ, & plenitudo ejus.
13. Nunquid manducabo carnes taurorum? aut ſanguinem hircorum potabo?	*Nunquid comedam carnem taurorum: aut ſanguinem hircorum bibam?*	13. Nunquid manducabo carnes taurorum? aut ſanguinem hircorum potabo?
14. Immola Deo ſacrificium laudis: & redde Altiſſimo vota tua.	*Immola Deo laudem, & redde Altiſſimo vota tua.*	14. Immola Deo ſacrificium laudis: & redde Altiſſimo vota tua.
15. Et invoca me in die tribulationis: eruam te, & honorificabis me.	*Et invoca me in die tribulationis: liberabo te, & glorificabis me.*	15. Invoca me in die tribulationis tuæ: & eripiam te, & magnificabis me. DIAPSALMA.
16. Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras juſtitias meas, & aſſumis teſtamentum meum per os tuum?	*Impio autem dixit Deus: Quid tibi eſt cum narratione præceptorum meorum, & ut aſſumas pactum meum in ore tuo:*	16. Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras juſtitias meas, & ſumes teſtamentum meum per os tuum?
17. Tu verò odiſti diſciplinam:	*Qui odiſti diſciplinam, & pro-*	17. Tu verò odiſti diſcipli-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 9. Accinunt magno conſenſu Iren. l. 4. c. 17. p. 248. b. Hilar. in Pſ. 65. p. 182. a. Ambroſ. l. de Nab. c. 16. p. 586. a. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. &c. Auguſt. tamen epiſt. 138. to. 2. p. 413. b. habet: *Non accipiam de manu tua vitulos*, &c. at l. cont. Jud. to. 8. p. 34. b. *de domo tua*. In Gr. Οὐ λάξομαι ἐκ τῦ ὄικυ ϛυ μόχυς, &c.

℣. 10. Iren. l. 4. c. 17. p. 248. b. *Quoniam mea ſunt omnes beſtiæ terræ, jumenta in mont.* &c. Ambroſ. l. de Nab. c. 16. to. 1. p. 586. a. *Quoniam meæ ſunt omnes feræ ſilvarum.* Auguſt. in hunc Pſ. & l. contra Jud. to. 8. p. 34. b. *Quoniam mea ſunt omnes beſtiæ ſilvæ, pecora in montibus & boves.* Similiter habet Vigil. Tapſ. contra Varim. p. 734. d. Caſſiod. verò Vulgatæ ſuffragatur cum Pſalt. Rom. & al. In Gr. Ὅτι ἐμά ἐϛι πάντα τὰ θηρία τῦ ἄγρυ (Alex. Ald. & Compl. ἀγρῦ,) κτήνη, &c.

℣. 11. Concordant Irenæus l. 4. c. 17. p. 248. b. Ambroſ. l. 3. Hexa. to. 1. p. 46. f. & l. 2. de Jacob, c. 1. p. 460. a. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Pſalt. Rom. Coislin. Corb. & Moz. rurſum Aug. l. cont. Jud. to. 8. p. 34. b. necnon Vigil. Tapſ. cont. Varim. p. 734. d. niſi quòd delet &, ante vocem *ſpecies*. In Gr. καὶ ὡραιότης ἀγρῦ.

℣. 12. Ita legunt Irenæus, Auguſt. Caſſiod. & Vigil. Tapſ. locis citatis ſup. cum Pſalt. vet. & Gr.

℣. 13. Concinunt Irenæus l. 4. c. 17. Hilarius in Pſ. 65. col. 182. a. Auguſt. & Caſſiod. unà cum Pſalt. Rom. &c. Apud Cypr. l. 1. Teſtim. p. 280. a. ſic: *Non edam carnes taurorum, aut ſang. hircorum bibam.* Tertul. ſimiliter l. 2. cont. Marc. p. 652. b. *Non enim bibam ſang. taurorum.* In Gr. Μὴ φάγομαι κρέα ταύρων; ἢ αἷμα τράγων πίομαι;

℣. 14. Sic Irenæus l. 4. c. 17. Hilar. in Pſ. 62. p. 154. c. Ambroſ. l. 1. de Cain, c. 9. to. 1. p. 199. f. & l. de Nab. c. 16. p. 586. b. cum Caſſiod. in hunc Pſ. necnon Pſalt. Rom. &c. Tertul. l. contra Jud. c. 5. p. 138. c. cum Cypriano l. 1. & 3. Teſtim. p. 280. a. 315. b. leg. *Sacrifica Deo ſacrific. laudis: & redde Altiſſimo vota tua.* Cypr. ſemel *mea*. Auguſt. in hunc Pſ. *Immola Deo..... & redde Altiſſimo preces tuas:* ſimiliter l. contra Jud. to. 8. p. 34. b. at in Pſ. 102. col. 1113. e. habet *vota mea*. In Gr. τὰς εὐχάς ϛυ. S. Paulin. epiſt. 19. p. 106. b. *Immolemus Deo beſtias laudis.* Hieron. ep. ad Sun. & Fretel. p. 662. notat vocem εὐχὴν, *pro locorum qualitate*, & *orationem*, & *votum* ſignificare, *ſecundùm illud*, Redde Domino vota tua, *id eſt*, τὰς εὐχάς ϛυ.

℣. 15. Sic in Pſalt. Corb. Coislin. & Rom. Martianæi. In Rom. verò Fabri deeſt &, ante *eripiam*; & in Corb. ponitur ante *invoca*. In Mozarab. ſic, & *eripiam te*, & *glorificabis me*. Similiter hab. Iren. l. 4. c. 17. p. 248. b. poſito uno &, ante *invoca me*. Cypr. l. 1. Teſtim. p. 280. a. *Invoca me in die preſſuræ: & eruam te, & clarificabis me:* item l. 3. p. 315. b. excepto uno *eximam*, pro *eruam*. In Actis Mart. SS. Montani, &c. p. 232. *Invoca me in die preſſuræ: & eximam te, & glorificabis me.* Aug. in hunc Pſ. leg. *Et invoca me in die tribul. tua: & eximam te, & glorificabis me:* ſimiliter l. 10. de civit. Dei, to. 7. 242. b. at l. cont. Jud. to. 8. 34. b. omittit vocem *tua*, legitque *eruam*, pro *eximam*. Caſſiod. in eund. Pſ. cum Greg. Tur. l. 10. hiſt. Franc. 482. c. *Et invoca me in die tribul. tua: & eripiam te, & magnificabis me.* Gr. Καὶ ἐπικάλεσαί με ἐν ἡμέρᾳ θλίψεως· ϗ ἐξελοῦμαί ϛε, ϗ δοξάσεις με. Mſ. Alex. ſup. θλιψαίως ϛυ· al. θλίψεώς ϛυ. *Diapſalma* ſimiliter habetur in Pſalt. Corb. ac edit. Rom. LXX. Item apud Optat. l. 4. cont. Donat. p. 70. c. *Legimus*, inquit, *in xlix. Pſalmo ſub ſecundo Diapſalmate Spiritum S. dixiſſe:* Peccatori autem dixit Deus, &c.

℣. 16. Sic in Pſalt. Coislin. & Moz. præter hoc, & *aſſumes*. Tertul. l. de pudic. p. 1011. b. legit: *Peccatori autem dicit Dominus: Ut quid tu exponis juſtificationes meas, & aſſumis teſtam. meum per os tuum?* Cypr. l. de hab. virg. p. 173. a. *Peccatori autem dixit Deus: Ad quid exponis juſtific. meas, & aſſumis teſtam.* &c. ſimiliter epiſt. 63. p. 110. a. & l. 3. Teſtim. p. 324. a. excepto uno *dicit*, pro *dixit*. Hilar. in Pſ. 118. p. 280. e. 307. e. *Peccatori enim dixit Deus: Quare tu enarras*, &c. ut in Vulg. Sic etiam Ambr. in Pſ. 118. to. 1. col. 975. e. 1253. e. Item ſup. 701. f. 757. c. 792. b. 836. f. & infra 989. f. 1041. a. 1110. c. 1408. c. & to. 2. col. 868. b. præter unum *autem*, pro *enim*. Auguſtinus in hunc Pſ. *Peccatori enim dicit Deus: Ut quid tu enarras juſtitias*, &c. ut in Vulg. & in Job, to. 3. p. 1. col. 660. a. *Peccatori dicit Deus: Quid tu enarras*, &c. & in Pſ. 100. col. 1083. b. c. *Ut quid tu enarras juſtificationes meas?* &c. & l. 2. cont. epiſt. Farmen. to. 9. col. 35. f. *Ad quid exponis juſtificationes meas, & aſſumis teſtam.* &c. ut in Vulg. Hieronymus l. 1. in epiſt. ad Galat. to. 4. col. 231. a. *Peccatori dixit Deus: Quare tu enarras juſtitias meas, & aſſumis in labiis tuis teſtam. meum?* Optat. l. 4. cont. Donat. p. 70. c. 71. a. *Peccatori autem dixit Deus: Ad quid exponis juſtitias meas..... per os tuum?* Caſſiod. nil omnino differt à Vulg. In Gr. Τῷ δὲ ἁμαρτωλῷ εἶπεν ὁ Θεός· Ἱνατί ϛὺ δικηῖ (Alex. Ald. & Compl. ἐκδικηῖ) τὰ δικαιώματά μυ, ϗ ἀναλαμβάνεις τὴν..... διὰ ϛόματός ϛυ;

℣. 17. Sic Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1139. b. & in Luc. 16. col. 1474. b. Sic etiam Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Coislin. Corb. & Moz. Idem Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1052. b. leg. *abjeciſti*, cum Corb. Cyprianus quoque epiſt. 63. p. 110. a. *Tu autem odiſti diſciplinam: & abjeciſti ſermones meos retro:* ſimiliter epiſt. 68. p. 120. & l. de hab. virg. p. 173. a. & l. 3. Teſtim. p. 324. a. cum Fac. Hermian. Sirmond. to. 2. p. 854. e. Hilarius in Pſ. 118. p. 307. e. *Tu autem rejeciſti ſermones meos retro.* Hieron. l. 1. in epiſt. ad Gal. to. 4. p. 231. a. *Tu autem odiſti diſcipl. & projeciſti verba mea poſt te.* Auguſt. in hunc Pſ. col. 458. a. & in Pſ. 100. col. 1083. b. *Tu verò odiſti eruditionem: & projecſti ſerm. meos poſt te:* item in Job, to. 3. p. 1. col. 660. a. hab. *eruditionem*; at l. 2. cont. Creſcon.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. nam : & projeciſti ſermones meos poſt te.	*jeciſti verba mea poſt te?*	& projeciſti ſermones meos retrorſùm.
18. Si videbas furem, ſimul currebas cum eo : & cum adulteris portionem tuam ponebas.	*Si videbas furem, conſentiebas ei : & cum adulteris pars tua.*	18. Si videbas furem, currebas cum eo : & cum adulteris portionem tuam ponebas.
19. Os tuum abundavit nequitiâ : & lingua tua concinnabat dolum.	*Os tuum miſiſti ad malitiam, & lingua tua concinnabit dolum.*	19. Os tuum abundavit malitiâ : & lingua tua concinnabat dolos.
20. Sedens adversùs fratrem tuum detrahebas, & adversùs filium matris tuæ ponebas ſcandalum : 21. hæc feciſti, & tacui.	*Sedens adversùs fratrem tuum loquebaris, in filium matris tuæ fabricabaris opprobrium : hæc feciſti, & tacui.*	20. Sedens adversùs fratrem tuum loquebaris, & adversùs filium matris tuæ ponebas ſcandalum : 21. hæc feciſti, & tacui.
Exiſtimaſti iniquitatem, quòd ero tibi ſimilis : arguam te, & ſtatuam illa contra faciem tuam.	*Exiſtimaſti futurum me ſimilem tui : arguam te, & proponam ante oculos tuos.*	Exiſtimaſti iniquè quòd ero tui ſimilis : arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam.
22. Intelligite hæc qui obliviſcimini Dominum : nequando rapiat ut leo, & non ſit qui eripiat.	*Intelligite hoc qui obliviſcimini Deum : ne fortè rapiam, & non ſit qui liberet.*	22. Intelligite hæc qui obliviſcimini Deum : nequando rapiat, & non ſit qui eripiat.
23. Sacrificium laudis honorificavit me : & illic iter eſt, quod oſtendam illis, ſalutarem Dei.	*Qui immolat confeſſionem, glorificat me : & qui ordinat viam, oſtendam ei ſalutare Dei.*	23. Sacrificium laudis honorificabit me : & illic iter, quo oſtendam illi ſalutare Dei.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

to. 9. p. 428. g. legit *diſciplinam :* ſic etiam l. 2. contra ep. Parmen. to. 9. 35. f. ſed addit, *& projec. ſerm. meos retro.* Oprat. l. 4. contra Donat. p. 71. a. *Tu autem contempſiſti diſciplinam : & abjeciſti ſerm. meos retro.* Gr. Σὺ δὲ ἐμίσησας παιδείαν· καὶ ἐξέβαλες τοὺς λόγους μου εἰς τὰ ὀπίσω.

℣. 18. Ita leg. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 324. b. cum Pſalt. Rom. Corb. Coislin. & Moz. Sic etiam Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. col. 1139. b. cum Caſſiodoro. Tertul. verò l. de ſpectac. c. 16. p. 217. a. *Si furem videbas, concurrebas cum eo :* & l. de pudic. p. 1011. b. *Si videbas furem, currebas cum eo : & cum adulteris portionem tuam ponebas.* Rurſum Cypr. epiſt. 63. p. 110. a. *Si videbas furem, concurrebas ei : & inter mœchos particulam tuam ponebas :* ſimiliter ep. 68. p. 120. exceptis his, *& cum adulteris portionem tuam ponebas.* Succinit Auguſt. in hunc Pſ. ut & in Pſ. 100. col. 1083. b. c. niſi quòd hoc ult. loco leg. *& cum mœchis :* at l. 2. cont. ep. Parmen. to. 9. col. 35. f. ita : *Si videbas furem, concurrebas cum eo : & cum mœchis particulam tuam ponebas :* & epiſt. 108. to. 2. 308. f. *Videbas furem, & concurrebas cum eo.* Itidem Auct. quæſt. ex utroque T. apud Auguſt. to. 3. 98. b. cum Optato l. 4. cont. Donat. p. 73. b. item inf. 74. a. b. ſubnexis etiam his, *& cum mœchis particulam tuam ponebas :* at ſup. p. 71. a. ſic : *Videbas furem, & currebas cum eo : & cum adulteris portionem,* &c. Similiter habet Siricius PP. ep. 5. to. 1. Concil. col. 652. c. niſi quòd ponit *furem,* ante *videbas :* & epiſt. 1. col. 633. a. legit quidem, *Videbas furem,* at poſteriora ſic invertit, *& ponebas tuam cum adulteris portionem.* Concinit Cæleſtin. epiſt. 25. ibid. 1213. niſi quòd hab. *cum adultero.* Ennodius Ticin. apol. pro IV. ſyn. Conc. to. 4. col. 1342. d. *Furem videbas,* &c. ut in Vulg. Similiter ap. S. Pacian. epiſt. 3. p. 313. d. præter hoc, *& concurrebas.* Gr. Εἰ ἐθεώρεις κλέπτην, συνέτρεχες αὐτῷ· καὶ μετὰ μοιχῶν τὴν μερίδα σου ἐτίθεις· Ald. & Compl. μετὰ μοιχοῦ.

℣. 19. Ita Caſſiod. cum Pſalt. Rom. niſi quòd hab. *concinnavit dolum.* Similiter in Mediolan. Carnut. & Moz. In Corb. *concinnabit.* In Coislin. *abundavit nequitiam..... concinnavit dolum.* Cypr. verò epiſt. 42. p. 57. a. leg. *Os tuum abundavit malitiâ : & lingua tua compleſtebatur inſidias.* Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1110. d. *abundavit nequitiâ..... concinnavit dolum :* at infra, 1139. b. *concinnabat dolos.* Auguſt. in hunc Pſ. *Os tuum abundavit malitiâ : & lingua tua amplexa eſt doloſitatem.* Gr. Τὸ στόμα σου ἐπλεόνασε κακίαν..... περιέπλεκε δολιότητας· Ald. & Compl. δολιότητας.

℣. 20. Accinunt Cypr. ep. 42. p. 57. a. Ambr. ep. 63. col. 1032. f. & in Pſ. 118. col. 1139. b. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Mſ. Floriac. Sic etiam in Pſalt. Rom. Corb. & Moz. In Coisl. *Sedens adversùm... detrahebas, & adversùm filium,* &c. Similiter apud Oprat. l. 4. cont. Donat. p. 71. a. 72. b. infra leg. *ſcandala ;* Gr. σκάνδαλον. Hieronymus epiſt. ad Sun. & Frerel. to. 2. p. 639. b. *Sedens adversùs fratr. tuum loquebaris ;* tum addit : *Pro quo in Græco reperiſſe vos dicitis,* κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου καθεζόμενος· *& putatis non bene verſum, quia diximus,* adversùs fratrem tuum loquebaris ; *& debuiſſe nos dicere,* adversùs fratrem tuum detrahebas ; *quod vitioſum eſſe, & in noſtra lingua non ſtare etiam ſtultis patet. Nec ignoramus quòd* καθεζόμενος *dicitur* detractio ; *quam ſi voluerimus ponere, non poſſumus dicere,* adversùs fratrem tuum detrahebas, *ſed,* de fratre tuo detrahebas : *quod ſi fecerimus, rurſus contentioſus verborum calumniator inquiret, quare non dixerimus,* κατὰ τοῦ ἀδελφοῦ σου, *hoc eſt,* adversùs fratrem tuum. *Hæc ſuperflua ſunt, & non debemus impolitâ nos verborum interpretatione torquere, cùm damnum non ſit in ſenſibus ; quia unaquæque lingua, ut jam dixi, ſuis proprietatibus loquitur.*

℣. 21. Sic in Pſalt. Corb. eſt ad verbum. Item in Rom. præter *illam,* pro *illa.* Similiter in Moz. hoc excepto, *ſtatuam te.* In Coislin. *ſtatuam illa,* cum hoc, *ero tibi ſimilis.* In Mediolan. *Exiſtimaſti iniquitatem..... & ſtatuam contra faciem tuam peccata tua.* In Carnut. *ſtatuam illa,* ut ſup. Hilarius in Pſ. 149. p. 593. c. *arguam te, & ſtatuam hæc contra fac. tuam.* Ambroſ. l. 3. de Spir. S. to 2. 671. f. *arguam te, & ſtatuam ante faciem tuam peccata tua.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 4. & 41. pp. 40. a. & 170. c. *arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam peccata tua.* Auguſt. in hunc Pſ. & in Pſ. 52. col. 490. d. *Hæc feciſti, & tacui. Suſpicatus es iniquitatem, quod ero tibi* (al. *tui*) *ſimilis : arguam te, conſtituam te ante faciem tuam ;* infra, *& ſtatuam te.* Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. *& ſtatuam peccata tua ante faciem tuam.* Caſſiod. concinit cum Pſalt. Rom. In Gr. Ὑπέλαβες ἀνομίαν, ὅτι ἔσομαί σοι ὅμοιος· ἐλέγξω σε, καὶ παραστήσω κατὰ πρόσωπόν σου· Ald. & Compl. addunt τὰς ἁμαρτίας σου. Vide Cotel. Not. in epiſt. Clement. ad c. 35. p. 108. c.

℣. 22. Ita in Pſalt. Corb. ad verbum. Sic etiam in Rom. Fabri, & Coisl. & ap. Caſſiod. dempto uno *ut leo.* In Moz. *Intelligite nunc hæc,* &c. ut in Rom. Fabri. In Rom. verò Matianæi : *Intelligite hæc omnes qui,* &c. nec additur *ut leo.* Ap. Auguſt. in hunc Pſ. *Intelligite hæc qui obliviſc. Deum : nequando rapiat ſicut leo, & non ſit qui eruat.* Ap. Hieron. epiſt. ad Sun. & Frerel. to. 2. p. 639. b. *nequando rapiat, & ſit qui eripiat ;* ſed addit : *Et in Græco reperiſſe vos dicitis,* & non ſit qui eripiat, *quod & à nobis verſum eſt, & in noſtris codicibus ſic habetur : & miror quomodo vitium librarii dormitantis ad culpam referatis Interpretis ; niſi fortè fuerit hoc,* nequando rapiat, nec ſit qui eripiat. Græcè nunc : Σύνετε δὴ ταῦτα οἱ ἐπιλανθανόμενοι τοῦ Θεοῦ· μήποτε ἁρπάσῃ, καὶ μὴ ᾖ ὁ ῥυόμενος· Ald. & Compl. καὶ μὴ ᾖ ὁ, &c.

℣. 23. Similiter in Pſalt. Corb. ſi hæc excipias, *quo oſtendam illis ſalutare.* In Rom. & ap. Caſſiod. *Sacrificium laudis honorificabit me : & illic iter eſt, in quo oſtendam illi ſalutare Dei.* Sic etiam in Coislin. præter verbum *honorificavit.* In Mozarab. *honorificabit me : & illic eſt iter, quod oſtendam illi, ſalutare meum.* Apud Cyprian. l. 1. Teſtim. p. 280. a. *Sacrificium laudis clarificabit me : illic via eſt, in qua oſtendam illi ſalutare Dei.* Hilarius in Pſ. 62. & 68. col. 154. c. 228. f. nil differt à Vulg. niſi quòd hab. *illiſ*

Digitized by Google

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ter, in quo. Hieron. in Iſai. 56. to. 3. p. 411. b. ita : *Hoſtia laudis glorificavit me.* Auguſt. epiſt. 140. to. 2. p. 439. c. *Sacrif. laudis glorificabit me : & illic via eſt, qua oſtendam illi ſalutare meum :* & in Pſ. 49. *glorificabit me : & ibi via eſt, qua..... ſalutare Dei :* ſimiliter l. contra Jud. to. 8. p. 34. c. excepto uno *ubi*, pro *qua*. Auct. l. de promiſſ. p. 1. c. 21. p. 106. b. *Sacrificium enim laudis glorificabit me.* Ad hoc autem, *honorificabit me*, obſervat Hieronymus epiſt. ad Sun. & Fretel. p. 639. b. in Græco ſcribi δοξάσει με, id eſt, *glorificabit me ;* tum addit : *In Evangelio, in eo loco, ubi in Græco legimus :* Πλὴν, δόξασόν με τῇ δόξῃ, &c. *in Latino legitur :* Pater, clarifica me. *Noluimus ergo immutare quod ab antiquis legebatur, quia idem ſenſus erat.* In ed. Rom. ſimiliter, δοξάσει με· deinde, ᾧ ἐχεῖ ὁδὸς, ἢ δείξω αὐτῷ τὸ σωτήριον Θεοῦ· in Ald. & Compl. σωτήριόν μου.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
1. In finem, Pſalmus David,	*Victori Canticum David,*	1. In finem, intellectus ipſi David, *Ex Mſ. Sangerm.*
2. Cùm venit ad eum Nathan propheta, quando intravit ad Bethſabee. (2. *Reg.* 12.) L.	*Cùm veniſſet ad eum Nathan propheta, quando ingreſſus eſt ad Bethſabee. LI.*	2. Cùm venit ad eum Natham propheta, cùm intravit ad Berſabee. L.
3. MIſerere mei Deus, ſecundùm magnam miſericordiam tuam : Et ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum, dele iniquitatem meam.	*MIſerere mei Deus ſecundùm miſericordiam tuam : Juxta multitudinem miſerationum tuarum dele iniquitates meas.*	3. MIſerere mihi Deus, ſecundùm magnam miſericordiam tuam : Et ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum, dele iniquitatem meam.
4. Ampliùs lava me ab iniquitate mea : & à peccato meo munda me.	*Multùm lava me ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me.*	4. Uſquequaque lava me ab injuſtitia mea : & à delicto meo munda me.
5. Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco : & peccatum meum contra me eſt ſemper.	*Quoniam iniquitates meas ego cognovi, & peccatum meum contra me eſt ſemper.*	5. Quoniam iniquitatem meam ego agnoſco : & delictum meum contra me eſt ſemper.
6. Tibi ſoli peccavi, & malum coram te feci : ut juſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cùm judicaris. *Rom.* 3. 4.	*Tibi ſoli peccavi, & malum coram te feci : ut juſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cùm judicaveris.*	6. Tibi ſoli peccavi, & malum coram te feci : ut juſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cùm judicaris.
7. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum : & in peccatis concepit me mater mea.	*Ecce in iniquitate conceptus ſum, & in peccato peperit me mater mea.*	7. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum : & in delictis concepit me mater mea.

℣. 1. Sic habet Pſalt. Coislin. Rom. verò, *In finem, Pſalmus David.* Ambr. l. de apolog. Dav. to. 1. p. 713. c. ait : *Titulus Pſalmi : David intellectus :* & infra p. 727. c. *Sic enim eſt titulus : Pſalmus David intellectus.* Apud Aug. *Pſalmus ipſi David.* Ap. Caſſiod. ut in Vulg. Sic etiam in Pſalt. Corb. in Gr. Εἰς τὸ τέλος, Ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ.

℣. 2. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. *Cùm venit ad eum Nathan..... quando intravit ad Berſabee.* Caſſiod. cum Corb. *cùm intravit ;* Mozar. *quando introivit.* Coislin. *Cùm venit ad eum Nathan propheta ;* nec addit plura. Similiter Ambr. l. de apol. Dav. to. 1. p. 713. c. ſed addit, *cùm intravit ad Bethſabee :* & infra 727. c. *Cùm veniſſet ad eum Nathan..... cùm intraſſet ad Bethſabee.* Gr. Ἐν τῷ ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν Νάθαν τὸν προφήτην, ὡνίκα εἰσῆλθε πρὸς Βηρσαβεέ.

℣. 3. Ita Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Auct. quæſt. ap. Aug. to. 3. q. 112. & Pſalt. Rom. niſi quòd habent *mei*, pro *mihi*. Ambr. l. de apol. Dav. 689. a. & 729. d. 730. f. *Miſerere mei Domine*, &c. ut ſup. Pſalt. Corb. *Miſerere mihi Domine*, &c. Coislin. & Moz. *dele iniquitates meas.* Græc. Ἐλέησόν με ὁ Θεὸς..... ἐξάλειψον τὸ ἀνόμημά μου.

℣. 4. Sic apud Caſſiod. & in Pſalt. Corb. Item in Pſalt. Coislin. excepto *peccato*, pro *delicto*. Similiter hab. Auct. quæſt. ex utroque Teſt. apud Aug. to. 3. q. 112. Sic etiam in Brev. Moz. addito uno *Domine*, ad *lava me*. In Pſalt. Rom. *Ampliùs lava me ab injuſtitia mea :* & *à delicto*, &c. Ambroſ. l. de apol. Dav. to. 1. col. 689. a. & e. f. leg. *In multum lava me ab injuſtitia mea :* & *à delicto*, &c. at in Luc. 3. col. 1328. c. *In plurimum lava me ab injuſt.* &c. vide etiam l. 1. de pœnit. to. 2. 390. b. Aug. in hunc Pſ. cum Fulg. l. 1. de rem. pecc. p. 369. *Magis magiſque lava me ab injuſt. mea :* & *à delicto*, &c. Optat. l. 5. contra Donat. p. 83. c. *Deus lava me ab injuſt. mea :* & *à delicto*, &c. Gr. Ἐπιπλεῖον πλυνόν με ἀπὸ τῆς ἀνομίας μου· καὶ ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, &c.

℣. 5. Sic eſt in Pſalt. Corb. Sic etiam ap. Ambroſ. l. de apol. Dav. to. 1. 688. a. 689. a. b. 731. e. 732. a. item in Pſ. 35. p. 769. b. Similiter ap. Aug. in hunc Pſ. & in Pſalt. Rom. ſi excipias unum *coram me*, pro *contra me*. Aug. ibid. 466. d. ac ſer. 19. to. 5. p. 101. c. & *peccatum meum ante me*, &c. at in Pſ. 44. p. 390. g. *Facinus meum ego agnoſco :* & *peccatum meum ante me*, &c. itidem ſerm. 19. to. 5. p. 101. d. e. ſed tract. 9. in Joh. to. 3. p. 2. col. 890. d. *Quoniam iniquit. meam ego agnoſco :* & *peccatum meum coram me*, &c. Sic etiam Fulg. l. 1. de rem. pecc. p. 369. Auct. verò quæſt. ap. Aug. to. 3. q. 112. & *delictum meum coram me eſt ſemper.* In Pſalt. Coislin. & Moz. *Quoniam iniquitates meas ego agnoſco :* & *delictum meum contra me*, &c. Ap. Hilar. in Pſ. 58. p. 128. f. *Ecce iniquitatem meam ego agnoſco :* & *peccatum meum contra me*, &c. Hieron. in Ezech. 16. to. 3. p. 783. a. concordat cum Vulg. Similiter apud Caſſiod. in hunc Pſ. excepto uno *agnoſco*. Vict. Tun. apud Ambr. to. 2. p. 594. a. & e. *Quia iniquitatem meam ego ſcio :* & *peccatum meum coram me*, &c. In Gr. Ὅτι τὴν ἀνομίαν μου ἐγὼ γινώσκω· καὶ ἡ ἁμαρτία μου ἐνώπιόν μου, &c.

℣. 6. Suffragatur Ambr. l. de apol. Dav. to. 1. 689. b. & infra col. 732. c. 811. a. 1166. e. 1179. d. 1204. a. 1384. f. & to. 2. 420. a. Item Ambroſiaſt. p. 43. c. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Apud Aug. in eund. Pſ. & quæſt. 55. in Deut. juxta Mſs. *Tibi ſoli peccavi*, & *malignum coram te feci*, &c. Tichon. reg. 3. p. 53. h. *Tibi ſoli deliqui.* Similiter Auct. l. ad Novat. hær. ap. Cypr. p. 440. f. *Tibi ſoli deliqui*, & *nequiſſimum in conſpectu tuo feci.* Hieron. in Iſai. 3. to. 3. col. 39. c. *ut juſtiſ. in ſerm.....* & *vincas cùm fueris judicatus :* itidem in Iſai. 43. & 66. col. 327. a. 505. d. S. Pacianus ſerm. de Bapt. p. 318. f. cum Gaud. Brix. ſerm. 12. p. 963. b. & *vincas cùm judicaris.* Brev. Moz. *dum judicaris.* In Gr. Σοὶ μόνῳ ἥμαρτον, καὶ τὸ πονηρὸν..... ὅπως ἂν δικαιωθῇς ἐν..... καὶ νικήσῃς ἐν τῷ κρίνεσθαί σε.

℣. 7. Sic Auct. quæſt. ap. Aug. to. 3. q. 112. cum Pſalt. Corb. Ita quoque Cypr. l. 3. Teſtim. p. 319. c. ſed abſque conjunct. *enim.* Pſalt. Rom. & Moz. ita : *Ecce enim iniquitatibus conceptus ſum :* & *in delictis peperit me mater mea.* Similiter in Coislin. & Mediol. addita præp. *in*, poſt *enim.* Suffragatur Hilarius in Pſ. 58. & 118. col. 128. f. & 366. e. Item Ambroſ. l. de Noe, 277. d. & l. de apol. Dav. to. 1. 689. b. ſeqq. 694. d. & l. 1. de pœnit. to. 2. necnon Caſſiod. in hunc Pſalm. & in Pſ. 17. Apud Hieron. epiſt. ad Damaſ. to 4. 157. a. & l. 1. in ep. ad Gal. 232. f. ut ſupra in textu. Apud Aug. in eund. Pſ. *Ecce enim in iniquitatibus.....* & *in peccatis mater mea me in utero aluit :* ſimiliter l. 6. de Gen. ad lit. to. 3. 202. g. 203. a. & quæſt. 40. in Levit. 509. d. & tract. 4. in Joh. 316. f. niſi quòd hab. *Ego in iniquitatibus*, vel *ego enim*, aut *ego in iniquitate.* Auct. l. de promiſſ. p. 1. c. 4. col. 93. e. *In iniquitatibus conceptus ſum :* & *in peccatis in utero me aluit mater mea.* Fulg.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 8. Ecce enim veritatem dilexiſti : incerta & occulta cordis manifeſtaſti mihi.	*Ecce enim veritatem diligis : abſconditum & arcanum ſapientiæ manifeſtaſti mihi.*	8. Ecce enim veritatem dilexiſti : incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.
9. Aſperges me hyſſopo, & mundabor : lavabis me, & ſuper nivem dealbabor.	*Aſperges me hyſſopo, & mundabor : lavabis me, & ſuper nivem dealbabor.*	9. Aſperges me hyſſopo, & mundabor : lavabis me, & ſuper nivem dealbabor. *Lev. 14. Num. 19.*
10. Auditui meo dabis gaudium & lætitiam : & exſultabunt oſſa humiliata.	*Auditum mihi facies gaudium & lætitiam : exſultent oſſa quæ confregiſti.*	10. Auditui meo dabis gaudium & lætitiam : & exſultabunt oſſa humiliata.
11. Averte faciem tuam à peccatis meis : & omnes iniquitates meas dele.	*Abſconde faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele.*	11. Averte faciem tuam à peccatis meis : & omnes iniquitates meas dele.
12. Cor mundum crea in me Deus : & ſpiritum rectum innova in viſceribus meis.	*Cor mundum crea mihi Deus, & ſpiritum ſtabilem renova in viſceribus meis.*	12. Cor mundum crea in me Deus : & ſpiritum rectum innova in viſceribus meis.
13. Ne projicias me à facie tua : & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me.	*Ne projicias me à facie tua, & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me.*	13. Ne projicias me à facie tua : & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me.
14. Redde mihi lætitiam ſalutaris tui : & ſpiritu principali confirma me.	*Redde mihi lætitiam ſalutaris tui, & ſpiritu potenti confirma me.*	14. Redde mihi lætitiam ſalutaris tui : & ſpiritu principali confirma me.
15. Doceam iniquos vias tuas : & impii ad te convertentur.	*Docebo iniquos vias tuas, & peccatores ad te revertentur.*	15. Docebo iniquos vias tuas : & impii ad te convertentur.
16. Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ : exſultavit lingua mea juſtitiam tuam.	*Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ : laudabit lingua mea juſtitiam tuam.*	16. Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ : & exſultabit lingua mea juſtitiam tuam.
17. Domine, labia mea aperiens : & os meum adnuntiavit laudem tuam.	*Domine labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.*	17. Domine, labia mea aperies : & os meum annuntiabit laudem tuam.
18. Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem utique : holocauſtis non delectaberis.	*Non enim vis ut victimam feram : nec holocauſtum tibi placet.*	18. Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem utique : holocauſtis non delectaberis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

l. 1. de verit. præd. p. 439. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum : & in delictis mater mea in utero me aluit :* at l. de Incarn. ad Petr. Diac. p. 290. & l. de fide ad Petr. p. 507. *Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum : & in delictis peperit me mater mea.* Similiter habet Gelaſ. l. ep. 7. Conc. to. 4. col. 1177. c. cum Petro Chryſol. ſer. 44. p. 880. b. Philaſtr. Brix. l. de hæreſ. p. 717. a. *In iniquitate conceptus ſum : & in peccato peperit me mater mea.* In Gr. Ἰδὺ γὰρ ἐν ἀνομίαις ζυνελήφθην· καὶ ἐν ἁμαρτίαις ἐκίσσησέ με, &c.

℣. 8. Sic Auct. quæſt. Vet. Teſt. ap. Aug. to. 3. q. 112. Sic etiam Ambr. l. 2. de Abr. c. 8. to. 1. 332. f. lib. verò 6. Hex. 139. f. & l. 1. de interpel. Job, c. 9. 636. d. 653. b. & de apol. Dav. 696. b. & in Pſ. 45. col. 925. d. habet, *incerta & occulta ſapientiæ tuæ*, &c. Itidem Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Coiſlin. & al. Hilar. in Pſ. 118. p. 326. a. *inviſibilia & occulta ſapientiæ tuæ*, &c. Gr. τὰ ἄδηλα καὶ τὰ κρύφια τῆς ζοφίας ζου, &c.

℣. 9. Accinunt magno conſenſu Hilarius in Pſ. 53. p. 95. a. Ambroſius l. de Myſt. to. 2. 333. d. & l. 4. de Sacram. 366. b. & to. 1. 552. c. Auct. l. de XLII. manſ. apud ipſum col. 12. b. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. rurſus Aug. l. 2. de doctr. chr. to. 3. p. 44. b. Optat. l. 5. contra Donat. p. 83. c. & Philaſtr. Brix. de hæreſ. p. 717. c. Item in Actis Mart. p. 392. ac in Pſalt. Rom. &c. In Corb. *aſpargis*. In Mozarab. *Aſperges me Domine..... ſupra nivem*, &c. Gr. Ῥαντιεῖς με ὑσσώπῳ, καὶ, &c.

℣. 10. Sic in Pſalt. Corb. cui favent Ambroſ. l. de apol. Dav. to. 1. 697. a. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. &c. addito &, poſt *lætitiam*. Auguſt. in eund. Pſ. & ep. 266. to. 2. 899. g. 900. c. & l. 2. de doctr. chr. to. 3. 44. b. *Auditui meo dabis exſultationem & lætitiam*. Gr. Ἀκουτιεῖς με ἀγαλλίασιν καὶ εὐφροσύνην· ἀγαλλιάσονται, &c.

℣. 11. Concinunt Hilarius in Pſ. 65. col. 178. d. Ambroſ. l. de apol. Dav. to. 1. 694. e. 697. d. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. & Gr.

℣. 12. Similiter Ambroſ. l. de apol. Dav. to. 1. 698. d. & inf. 719. e. 1101. f. 1165. b. necnon Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. & Chromat. Aquil. in Matth. p. 979. a. cum Pſalt. Rom. & al. Apud Tertul. l. de anima, p. 483. b. *Cor mundum conde in me Deus*. Gr. κτίσον ἐν ἐμοὶ, &c. Auctor verò quæſt. Vet. Teſt. apud Aug. to. 3. q. 112. *Cor mundum crea in me Deus : & ſpiritum juſtum dedica in viſceribus meis*. Gr. καὶ πνεῦμα εὐθὲς ἐγκαίνισον ἐν, &c.

℣. 13. Sic Ambroſ. de apol. Dav. 694. e. 699. a. necnon Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Philaſtr. Brix. & Pſalt. Rom. & Gr.

℣. 14. Concinunt Iren. l. 3. c. 17. p. 208. c. Ambroſ. l. de apol. Dav. to. 1. 700. a. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Pſalt. Rom. In Coiſl. deeſt med. &. Ap. Aug. in eund. Pſ. *Redde mihi exſultationem ſalutaris tui : &*, &c. ut ſup. In Gr. Ἀπόδος μοι τὴν ἀγαλλίασιν τοῦ ζωτηρίου ζου· καὶ πνεύματι ἡγεμονικῷ στήριξόν με.

℣. 15. Ita Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Auct. quæſt. ap. Aug. to. 3. q. 112. necnon Pſalt. Rom. Corb. Carnut. & Moz. Apud Ambroſ. l. de apol. Dav. to. 1. 700. e. *Docebo iniquos*, &c. In Gr. Διδάξω, &c.

℣. 16. Ita legit Ambr. l. de apol. Dav. to. 1. 694. e. 701. c. e. necnon Auct. quæſt. ap. Aug. to. 3. q. 112. cum Pſalt. Corb. ſi excipias verbum *exſultabit*. Rom. Fabri hab. & *exaltabit*. Coiſlin. *exſultavit ling. mea juſtitias tuas*. Moz. & *exſultabit..... juſtitias tuas*. Caſſiod. nil differt à Vulg. Aug. verò in hunc Pſ. initio leg. *Erue me*, at inf. *Libera me*, &c. ut in Vulg. de hac autem voce *ſanguinibus*, ita diſſerit ibid. col. 472. d. *Expreſſit Latinus Interpres verbo minùs Latino, proprietatem tamen ex Græco. Nam omnes novimus Latinè non dici* ſanguines, *nec* ſanguina ; *tamen quia ita Græcus poſuit plurali numero, non ſine cauſa, niſi quia hoc invenit in prima lingua Hebræa, maluit pius Interpres minùs Latinè aliquid dicere, quàm minùs proprie*. Græcè Ῥῦσαί με ἐξ αἱμάτων..... μου· ἀγαλλιάσεται, &c.

℣. 17. Pſalt. Sangerm. jungit vocem *Domine*, cum ℣. præced. ſed malè ; nam in Pſalt. Rom. & apud Ambroſ. l. de apol. Dav. to. 1. 701. f. necnon Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. omnia exſtant ut in Vulg. Auctor tamen quæſt. apud Aug. to. 3. q. 112. textui favet : & Ambroſius epiſt. 41. to. 2. 960. a. habet ; *Os meum aperies ; & annuntiabit laudem tuam*.

℣. 18. Sic Iren. l. 4. c. 17. p. 248. a. Hilar. in Pſ. 62. & 65. p. 154. c. 182. b. Ambroſ. l. de apol. Dav. to. 1. col. 702. c. & Aug. in hunc Pſ. In Pſalt. Rom. Fabri ſic interpungitur : *ſacrificium dediſſem : utique holoc.* &c. In Rom. Martian. *ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem utique : holoc. non*, &c. In Moz. *holocauſtis verò non*, &c. In Coiſlin. & apud Caſſiod. in eund. Pſ. *holocauſtis autem non*, &c. Auct. quæſt. apud Aug. to. 3. q. 103. *ſi voluiſſes ſacrificia, dediſſem : utique holoc.* &c. at infra q. 112. Vulgatæ favet. In Gr. Ὅτι εἰ ἠθέλησας θυσίαν, ἔδωκα ἄν· ὁλοκαυτώμασι οὐκ, &c.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
19. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus : cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.	*Sacrificium Dei ſpiritus contribulatus : cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies.*	19. Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus : cor contribulatum & humiliatum Deus non ſpernet. *Ex Mſ. Sangerm.*
20. Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion : ut ædificentur muri Jeruſalem.	*Benefac in voluntate tua Sion : ædificentur muri Jeruſalem.*	20. Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion : ut ædificentur muri tui Jeruſalem.
21. Tunc acceptabis ſacrificium juſtitiæ, oblationes, & holocauſta : tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.	*Tunc ſuſcipies ſacrificium juſtitiæ, oblationes, & holocauſta : tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.*	21. Tunc acceptabis ſacrificium juſtitiæ, oblationes, & holocauſta : tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 19. Sic habet Iren. l. 4. c. 17. p. 248. a. præter vocem *Dominus*, loco *Deus* ; Mſ. tamen Clarom. hab. in fine *non ſpernit*, cum Pſalt. Rom. Coislin. Mediolan. Carnut. & Moz. Tertul. cont. Jud. c. 5. p. 138. c. ait : *Cor contribulatum hoſtia eſt Dei.* Cypr. epiſt. 77. & 81. p. 159. c. 164. a. *Sacrificium Deo..... cor contritum & humil. Deus non deſpicit :* item lib. de mortal. p. 232. a. at l. 3. Teſtim. p. 306. a. leg. *non deſpiciet.* Hilar. in Pſ. 125. & 130. p. 412. c. 442. f. *Optimum Deo ſacrificium cor contribulatum :* & in Pſ. 122. p. 396. e. *Optimum ſacrif. Deo eſt cor contribulatum :* & in Pſ. 2. ac 137. p. 46. & 502. b. *cor contribulatum & humiliatum Deus non ſpernet :* demum in Pſ. 118. p. 262. e. *cor enim humiliatum Deus non ſpernit : & ſacrificium optimum cor contribulatum.* Ambr. l. 1. de Cain, & Ab. c. 9. to. 1. 199. e. *cor contritum..... Deus non ſpernit :* item infra 631. e. 1207. a. & to. 2. 317. b. Similiter Hieron. in Iſai. 1. to. 3. 15. c. & in Jerem. 23. 636. a. item in Naum 1. 1563. a. at infra 1590. d. hab. *non deſpicit*, ſicut in Dan. 3. 1085. d. S. Paulin. epiſt. 40. & 49. p. 244. b. 291. a. *cor contribulatum & humil. Deus non ſpernit :* Auguſt. in hunc Pſ. *cor contritum..... non ſpernit :* at l. 10. de civit. Dei, to. 7. 241. f. *non ſpernet.* Itidem in Conc. Rom. 3. to. 4. Conc. 1691. e. Auct. verò quæſt. apud Aug. to. 3. q. 112. cum Caſſiod. in hunc Pſ. & in Pſ. 39. p. 136. c. hab. *non ſpernit* ut & Chromat. Aquil. in Matth. p. 978. c. Apud Philaſtr. Brix. de hæreſ. p. 715. e. *Sacrificium Deo cor contribulatum.* In Pſalt. Corb. *cor contribulatum & humiliatum Deus non deſpicit.* Similiter hab. *non deſpicit*, Auct. op. imp. in Matth. p. 79. d. Ruric. l. 2. ep. 20. *non ſpernit.* Gr. Θυσία τῷ Θεῷ... καρδίαν ⟨συν⟩τετριμμένην..... ὁ Θεὸς οὐκ ἐξουδενώσει.

℣. 20. Ita in Pſalt. Rom. & Corb. ſed abſque *tui*, poſt *muri*. In Coislin. & *ædificentur*. Sic etiam ap. Hilar. in Pſ. 54. p. 108. d. necnon Auguſt. in hunc Pſ. Apud Ambroſ. de apol. Dav. to. 1. 702. f. *Benefac Domine..... & ædificentur*, &c. Auct. verò quæſt. ap. Aug. to. 3. q. 112. leg. *& ædificabuntur muri Jeruſalem.* Caſſiod. ut in Vulg. In Gr. Ἀγάθυνον Κύριε..... ἵνα οἰκοδομηθήτω τὰ τείχη Ἱερουσαλήμ.

℣. 21. Concinunt Ambroſ. l. de apol. Dav. p. 703. a. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum vet. Pſalt. Auguſt. in eund. Pſ. leg. *oblationes*, & *holocauſtomata*, &c. Tertul. cont. Jud. c. 5. p. 138. f. ait : *Cor contribulatum acceptabile ſacrificium Deo.* Græcè, Τότε εὐδοκήσεις..... ἀναφοραὶ, ἢ ὁλοκαυτώματα· τότε ἀνοίσουσι, &c.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
1. In finem, Intellectus David,	*Victori eruditio David,*	1. In finem intellectûs David, *Ex Mſ. Sangerm.*
2. Cùm venit Doeg Idumæus, & nunciavit Sauli : Venit David in domum Achimelech. (1. *Reg.* 22. 9.) LI.	*Cùm veniſſet Doeg Idumæus, & annuntiaſſet Sauli, dicens ei : Venit David in domum Abimelech.* LII.	2. Cùm venit ad eum Doec Idumæus, & adnuntiavit Saul, & dixit ei : Venit David in domum Abimelech. LI.
3. QUid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate ?	*QUid gloriaris in malitia potens ? miſericordia Dei totâ eſt die.*	3. QUid gloriaris in malitia, qui potens es in iniquitate ?
4. Tota die injuſtitiam cogitavit lingua tua : ſicut novacula acuta feciſti dolum.	*Inſidias cogitat lingua tua, quaſi novacula acuta faciens dolum.*	4. Tota die injuſtitiam cogitavit lingua tua : ſicut novacula acuta feciſti dolum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Accinunt Auguſt. & Caſſiod. unà cum Pſalt. Rom. Corb. & Vatic. ap. Hilar. In Moz. & Coislin. ſic : *In finem intellectûs ipſi David.* Apud Hilar. in hunc Pſ. p. 69. *In finem intellectûs illi David.* Gr..... Συνέσεως τῷ Δαυίδ.

℣. 2. Itidem in Pſalt. Coislin. hoc omiſſo, *ad eum.* In Rom. Fabri, & Corb. ſic : *Cùm venit Doec Idumæus, & annuntiavit Saul, & dixit : Venit David in domo Abimelech.* Corb. hab. *dixit ei.* Mozar. *Cùm veniſſet Nathan propheta, cùm ingreſſus eſt ad Berſabee.* Hilar. in hunc Pſ. col. 69. e. *Cum venit Doec, & annuntiavit Saul, & dixit : Quia venit David in locum Abimelech.* Pſalm. ibid. in fronte deſcriptus ex Mſ. Vatic. *Cùm venit ad eum Doec Idumæus, & nunciavit Sauli : Venit David ad domum Achimelech.* Auguſt. *Cùm venit Doech Idumæus, & nunciavit Saul : Venit David in domum Abimelech :* hîc plerique Mſs. habent : *Pſalmi titulus : Nunciatum eſſe Sauli de David, quòd venerit David in domum Abimelech.* Apud Caſſiod. ſic : *Cùm venit Doeg Idumæus, & annunt. Sauli, & dixit illi : Ecce venit David in domum Abimelech.* Similiter in Pſalt. Rom. Martianæi, excepta voce *illis*, pro *illi*. Apud Ambroſ. de apol. Dav. c. 8. to. 1. 688. d. *De proditione Doech Syri, cujus eſt titulus in Pſalmo quinquageſimo primo.* In Gr. Ἓν τῷ ἐλθεῖν Δοὴκ τὸν Ἰδουμαῖον, καὶ ἀναγγεῖλαι τῷ Σαὺλ, καὶ εἰπεῖν αὐτῷ· Ἦλθε Δαυὶδ εἰς τὸν οἶκον Ἀβιμέλεχ· Theod. & Symm. Ἀχιμέλεχ.

℣. 3. Sic Ambroſ. epiſt. 9. to. 2. 794. e. cum Pſalt. Rom. Martianæi. In Rom. Fabri deeſt *in*, ante vocem *iniquitate*. Hilar. quoque in hunc Pſ. col. 71. a. & 74. d. ait : *Quid gloriatur in malitia, potens iniquitate tota die ?* tum addit : *Querela Prophetæ eſt, gloriari eum in iniquitate tota die, qui in malitia potens ſit :* ſed notat editor noſter Bened. *in* abeſſe conſtanter à Mſ. Reg. Hoc autem ſeq. *tota die*, referendum eſſe ad *potens iniquitate*, conſtat ex Hilario ipſo ibid. n. 6. cùm dicat : *Nunquid tota die in iniquitate gloriatur ?* & infra : *Toto vitæ ſuæ die in iniquitate glorians, cùm potens eſſet, potens tamen in malitia eſſe permanſit.* Apud Auguſt. in eund. Pſ. ſic : *Quid gloriatur in malitia, qui potens eſt ?* deinde, *In iniquitate tota die injuſtitiam*, &c. mox ita : *In iniquitate tota die, id eſt, toto tempore..... ſine intervallo.* Item ap. Caſſiod. *Quid gloriaris..... in iniquitate tota die ?* In Gr. Τί ἐγκαυχᾷ ἐν κακίᾳ, ὁ δυνατὸς ἀνομίαν ; Ὅλην τὴν ἡμέραν ἀδικίαν, &c. Ex ambiguo autem verbo ἐγκαυχᾷ, orta eſt diverſitas perſonæ : id enim utramque referre poteſt, vel tertiam, ſi ab activo ἐγκαυχάω ; vel ſecundam, ſi à medio ἐγκαυχάομαι ſumatur. Porro Hilar. & Auguſt. legerunt, ἐγκαυχάει ἐγκαυχᾷ, alii, ἐγκαυχᾶν ἐγκαυχᾷ.

℣. 4. Sic in Pſalt. Rom. & apud Ambroſ. l. 3. offic. to. 2. 126. d. Item apud Hilar. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. mutatâ interpunctione, ut notatur ℣. præced. In Pſalt. Coislin. *ficus raſurium acutum feciſti dolum.* Similiter in Pſalmo ex cod. Vatic. ap. Hilar. in quo præterea *cogitabit*, non *cogitavit* ; dein, *ſicut raſorium*, &c. In Gr. ἀδικίαν ἐλογίσατο..... ὡσεὶ ξυρὸν ἠκονημένον, &c.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA NOD.
Ex Mſ. Sangerm. 5. Dilexiſti malitiam ſuper benignitatem ; iniquitatem magis quàm loqui æquitatem. DIAPSALMA.	*Dilexiſti malum magis quàm bonum ; mendacium magis quàm loqui juſtitiam.* SEMPER.	5. Dilexiſti malitiam ſuper benignitatem ; iniquitatem magis quàm loqui æquitatem.
6. Dilexiſti omnia verba præcipitationis, linguam doloſam.	*Dilexiſti omnia verba ad devorandum, lingua doloſa.*	6. Dilexiſti omnia verba præcipitationis, lingua doloſa.
7. Propterea Deus deſtruet te in finem : evellat te, & emiget te de tabernaculo ſuo ; & radicem tuam de terra viventium. DIAPSALMA.	*Sed Deus deſtruet te, in ſempiternum terrebit, & evellet te de tabernaculo ; & eradicabit te de terra viventium.* SEMPER.	7. Propterea Deus deſtruet te in finem : evellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo : & radicem tuam de terra viventium.
8. Et videbunt juſti, & timebunt, & ſuper eum ridebunt, & dicent : 9. Ecce homo, qui non poſuit Deum adjutorem ſibi :	*Videbunt juſti, & timebunt, & ſuper eum ridebunt : Ecce vir, qui non poſuit Deum fortitudinem ſuam :*	8. Videbunt juſti, & timebunt, & ſuper eum ridebunt, & dicent : 9. Ecce homo, qui non poſuit Deum adjutorem ſuum :
Sed ſperavit in multitudine divitiarum ſuarum : & prævaluit in vanitate ſua.	*Sed ſperavit in multitudine divitiarum ſuarum : confortatus eſt in inſidiis ſuis.*	Sed ſperavit in multitudine divitiarum ſuarum : & prævaluit in vanitate ſua.
10. Ego autem, ſicut oliva fructifera in domo Dei, ſperavi in miſericordiam Dei in æternum, & in ſæculum ſæculi.	*Ego autem ſicut oliva virens in domo Dei : ſperavi in miſericordia Dei in ſæculum ſempiternum.*	10. Ego autem, ſicut oliva fructifera in domo Dei, ſperavi in miſericordia Dei in æternum, & in ſæculum ſæculi.
11. Confitebor tibi Domine in ſæculum * quoniam feciſti : & exſpectabo nomen tuum, quoniam bonum eſt ante conſpectum angelorum tuorum.	*Confitebor tibi in ſæculum, quoniam feciſti : & exſpectabo nomen tuum, quoniam bonum in conſpectu ſanctorum tuorum.*	11. Confitebor tibi in ſæculum quia feciſti : & exſpectabo nomen tuum, quoniam bonum eſt in conſpectu ſanctorum tuorum.

* *Mſ.* quem.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 5. Concinunt Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Pſalt. Rom. & Pſalmo ex cod. Vatic. ap. Hilarium ; ſed Hilarius ipſe ſic legit n. 9. *Dilexiſti malitiam ſuper benignit. iniquitatem ſuper quàm loqui juſtitiam :* & n. 10. ac infra, *injuſtitiam ſuper quàm loqui juſtitiam.* In Pſalt. Corb. *iniquitatem loqui magis quàm æquit.* In Gr. Ἠγάπησας κακίαν ὑπὲρ ἀγαθωσύνην· ἀδικίαν ὑπὲρ τὸ λαλῆσαι δικαιοσύνην. *Diapſalma* pariter ſequitur in Pſalt. Rom. Corb. & al. Item in ed. Rom. LXX. non verò in edd. Ald. & Compl. nec etiam apud Auguſt. & alios.

℣. 6. Ita Pſalt. Coiſlin. cum Pſalmo ex cod. Vatic. ap. Hilar. Pſalt. verò Rom. & Moz. hab. *in lingua doloſa ;* Carnut. & Corb. *in linguam doloſam.* Hilarius ipſe in hunc Pſ. n. 12. bis, *linguam doloſam :* Mſ. tamen Reg. utroque loco hab. *lingua doloſa ;* ut & Caſſiod. in hunc Pſ. Auguſt. in eund. *Dilexiſti omnia verba ſubmerſionis, linguam doloſam.* Hilarius loco cit. conſtanter, *præcipitationis ;* ſed notat *verbi virtutem Latinum ſermonem non tenuiſſe. Quæ enim*, inquit, *nobiſcum* verba præcipitationis *ſunt, ea à Græcis* ῥήματα καταποντισμῶ *commemorata ſunt ; quo dicto ſignificatur id, quod nobiſcum præcipitatio eſt, cum illis eſſe, demerſio in profundum maris.*

℣. 7. Sic Hilar. in hunc Pſ. n. 12. niſi quòd delet *te*, poſt *evellat*, & legit *tuo*, non *ſuo*. At Pſalm. Vatic. apud ipſum Vulgatæ conſonat cum Auguſt. in eund. Pſ. & Pſalt. Rom. Similiter in Moz. & Coiſlin. præter hoc, & *evellet*. In Corb. *Propt. deſtruet te Deus..... evellet te, & emigret te de tabernac. ſuo ; & rad.* &c. Apud Caſſiod. *Propt. deſtr. te Deus in finem : evellet te, & emigrabit te de tab. ſuo*, &c. In Gr. Διὰ τοῦτο ὁ Θεὸς καθέλοι σε εἰς τέλος· ἐκτίλαι σε, καὶ μεταναστεύσαι σε ἀπὸ οἰκτώματός (Ald. & Compl. add. σου,) καὶ, &c. *Diapſalma* pariter exſtat in Pſalt. Rom. Corb. & Vatic. ap. Hilar. ſicut in ed. Rom. LXX. deeſt verò in edd. Ald. & Compl. nec ejus mentionem faciunt Auguſt. & alii.

℣. 8. Ita Auguſt. in hunc Pſ. cum Pſalt. Corb. At Hilar. & Caſſiod. in eund. delent & in principio, cum Pſalt. Rom. &c. Hilarius tantùm poſtponit *ſuper eum*, verbo *videbunt*. In Gr. Καὶ ὄψονται..... καὶ ἐπ' αὐτὸν γελάσονται, &c.

℣. 9. Ita Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. At Hilarius, & Auguſt. in eund. conſtanter legunt *adjutorem ſuum*, cum Vulg. Mozarab. *adjutorium ſuum*. Coiſlin. *adjutorem ſuum : ſed ſperavit in multitudinem divit.* &c. Gr. βοηθὸν αὐτοῦ· ἀλλ'..... ἐπὶ τὸ πλῆθος, &c. Ald. & Compl. τῷ πλήθει. Anon. apud S. Paulin. epiſt. ad Marcell. to. 2. p. 5. *Confidunt*, inquit, *in multitudine divit. non ponunt Deum adjutorem ſuum*. Innocent. I. epiſt. 30. Conc. to. 1. col. 897. a. *Ecce homines, qui non poſuerunt Deum adjutorem ſibi.*

℣. 10. Sic in Pſalt. Corb. In Rom. verò & Coiſlin. *Ego autem, ſicut..... in domo Domini, ſperavi in miſericordia Dei mei*, &c. Similiter in Mozarab. uno excepto *ſperabo*. Apud Hilar. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. omnia ut in Vulg. Ambroſius in Luc. 2. & 19. col. 1303. c. & 1495. b. leg. *in domo Domini*. Gr. τῷ Θεῷ· deinde, ἤλπισα ἐπὶ τὸ ἔλεος τοῦ Θεοῦ εἰς τὸν, &c.

℣. 11. Pſalt. Corb. *Confitebor tibi Domine in ſæculum quæ feciſti..... ante conſpectum ſanctorum tuorum*. Rom. *Confitebor tibi Domine in ſæculo quia feciſti*, &c. ut in Corb. In Coiſlin. *Confit. tibi Domine in ſæculum quia..... quoniam bonus ante conſpectum omnium ſanctorum tuorum*. Hilarius in hunc Pſ. n. 22. *Confitebor tibi Domine in ſæculo quia tu feciſti..... quoniam bonum ante conſpectum ſanct. tuorum :* & infra n. 24. *quoniam bonum eſt in conſpectu ſanctorum tuorum*. Legendum autem eſſe ſimpliciter *in ſæculo*, ita probare nititur : *Spes in miſericordia Dei, in ſæculum & in ſæculum ſæculi eſt..... ſed confeſſio tantùm in ſæculo, non etiam in ſæculum ſæculi :* idem repetit infra col. 81. d. Apud Auguſt. in hunc Pſ. *Confitebor tibi in ſæculum quoniam feciſti..... quia jocundum eſt in conſpectu ſanctorum tuorum*. Apud Caſſiod. *Confit. tibi Domine in ſæculum quia..... quoniam bonum eſt ante conſpectum ſanct. tuorum*. In Brev. Moz. *ante conſp. omnium ſanct. tuorum*. In Gr. Ἐξομολογήσομαί σοι εἰς τὸν αἰῶνα ὅτι..... ὅτι χρηστὸν ἀναντίον τῶν ὁσίων σου.

Digitized by Google

VULGATA HOD.

In finem,
1. Pro Maeleth intelligentiæ David.
LII.

Pſ. 13. 1. DIxit inſipiens in corde ſuo: Non eſt Deus.

2. Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in iniquitatibus: non eſt qui faciat bonum.

3. Deus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum: ut videat ſi eſt intelligens, aut requirens Deum.

Rom. 3. 12. 4. Omnes declinaverunt, ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum.

5. Nonne ſcient omnes qui operantur iniquitatem, qui devorant plebem meam ut cibum panis?

6. Deum non invocaverunt: illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor.

Quoniam Deus diſſipavit oſſa eorum qui hominibus placent: confuſi ſunt, quoniam Deus ſprevit eos.

HEBR.

Victori
Per chorum eruditio David.
LIII.

DIxit ſtultus in corde ſuo: Non eſt Deus.

Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in iniquitate: non eſt qui faciat bonum.

Deus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum, ut videret ſi eſt intelligens, requirens Deum.

Omnes averſi ſunt, pariter adhæſerunt: non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum.

Nunquid non cognoverunt qui operantur iniquitatem, qui comedunt populum meum ut cibum panis?

Deum non invocaverunt: ibi timuerunt timore, ubi non erat timor.

Quoniam Deus diſperſit oſſa circumdantium te: confundêris, quia Deus projecit eos.

VERSIO ANTIQUA.

In finem,
1. Pro Abimelech intellectûs David. LII.

Ex Mſ. Sangerm.

* DIxit inſipiens in corde ſuo: Non eſt Deus.

2. Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in voluntatibus ſuis: non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum.

3. Dominus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum: ut videret ſi eſt intelligens, aut requirens Deum.

4. Omnes declinaverunt, ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum.

5. Nonne ſcient omnes qui operantur iniquitatem, qui devorant plebem meam ſicut eſcam panis?

6. Deum non invocaverunt: illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor.

Quoniam Deus diſſipavit conſilia hominum ſibi placentium: confuſi ſunt, quoniam Deus ſprevit eos.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Caſſiod. cum Pſalt. Moz. & Rom. Fabri: *In finem, pro Amalech intellectûs David.* Rom. Martianæi, *In finem, pro Meleth*, &c. Coiſlin. *In finem, pro Maeleth intelligentiæ David.* Corb. *In finem, pro Maileth intellectûs David.* Pſalm. Vatic. apud Hilar. *David in finem, pro Abimelech intellectûs David.* Hilarius ipſe in hunc Pſ. p. 83. c. *Inſcribitur*, inquit, *In finem, pro Maeleth intellectûs illi David.* « Editt. » tamen cum Mſ. Reg. *Abimelech.* Vatic. cod. *Amalech*, quod » bis legitur apud Hieron. in expoſitione tituli, quamvis ipſe » Pſalmus, *Mahalath*, apud eund. inſcribatur, quomodo » legitur in editione Ruffini, cùm in Mſ. exſtet *Melech*; in cod. » Miciacenſi, *Meleth*: repoſitum *Maeleth*, auctoritate Theo- » doreti, & LXX. » Ita Hilarii editor novus ibid. not. b. Similiter ap. Aug. *In finem, pro Maeleth intellectûs ipſi David.* In Gr. Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ Μαιλὲθ Συνέσεως τῷ Δαυίδ.

* Sic in Pſalt. Rom. eſt, & al. vet. Pſalteriis. Accinunt pariter Hilar. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Ambroſ. l. 2. de fide, to. 2. col. 492. b. Auguſt. verò in eund. Pſ. leg. *Dixit imprudens*, &c. Pſalm. è Mſ. Vatic. ap. Hilar. *Dixit ſtultus*, &c. Gr. Εἶπεν ἄφρων, &c.

℣. 2. Itidem in Pſalt. Rom. & apud Caſſiod. Coiſlin. verò, & Corb. hab. *Corrupti, & abominabiles facti ſunt in voluptatibus ſuis*; Mozar. & Carnut. *in voluntatibus ſuis.* Corb. etiam in fine add. *non eſt uſque ad unum.* Pſalm. è Mſ. Vat. ap. Hilar. *Corrupti ſunt, & abom. facti ſunt in iniquitatibus ſuis: non eſt..... non eſt uſque ad unum.* Hilar. ipſe in eund. Pſ. col. 83. e. 84. a. leg. *in iniquitatibus ſuis*; inſ. *in iniquitate*; deinde, *non eſt qui faciat bonitatem*: tum addit: *Verſum hunc, quia inferius (℣. 4.) etiam cum acceſſione ſubjectus eſt, ſuo loco tractabimus.* Auguſt. in eund. Pſ. Vulgatæ congruit, niſi quòd add. *ſuis*, ad vocem *iniquitatibus.* Gr. Διέφθειραν, ἐβδελύχθησαν ἐν ἀνομίαις· οὐκ ἔστι ποιῶν ἀγαθόν· Ald. & Compl. cum Symm. Διεφθάρησαν.

℣. 3. In Mſ. Sang. ſcriptum, *aut requirens Deus*, ſed errore librarii manifeſto, ut opinor; tamen in Brev. Moz. pariter legitur *Deus*, ſeu ita, *deus*. Pſalt. Corb. hab. *Deum*, abſque præced. *aut.* Pſalt. Rom. *Dominus de cœlo..... ut videat ſi... aut requirens Deum.* Similiter in Coiſlin. necnon ap. Hilar. & Auguſt. in hunc Pſ. præter hoc, *ut videret.* Ap. Ambroſ. l. 5. de fide, to. 2. 590. b. ita: *Dominus reſpexit ſuper filios hominum, ſi eſt intelligens, aut req. Deum.* In editt. Hilar. pariter deerat τὸ *ut videret*, ſed exſtat in cod. Vatic. & infra 84. e. conſtanter legitur: *Ad filios hom. proſpexit: ut videret ſi quis eſſet intelligens, & requirens Deum*: & poſt paulò, *Proſpicere dignatur*, inquit, *ut videat*; ſubinde, *Proſpicit è cœlo, ut videat an ſe quiſquam hominum intelligenter exquirat.* In Pſalmo Vatic. apud ipſum, *Deus de cœlo proſp. ut videret*, &c. Apud Caſſiod. *Dominus..... proſp. ut videat*, &c. In Gr. Ὁ Θεὸς ἐκ τοῦ..... διέκυψεν..... τοῦ ἰδεῖν εἰ ἔστι..... ἐκζητῶν τὸν Θεόν.

℣. 4. Concinunt Hilarius, Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Pſalt. Rom. Coiſlin. &c. Hilarius tamen infra, p. 88. b. legit *bonitatem*, non *bonum*, Gr. ἀγαθόν. Breviar. Moz. verbo *facti ſunt*, addit *in voluntatibus ſuis*, quod aliubi non invenitur.

℣. 5. Sic in Pſalt. Corb. præter hoc ult. *ſicut cibum panis.* In Rom. *Nonne cognoſcent omnes*, &c. ut in textu. Coiſlin. *Nonne cognoſcent hæc omnes*, &c. ultimòque, *ſicut cibum panis.* Hilarius in eund. Pſ. cum Pſalmo ibid. præfixo: *Nonne ſcient omnes qui operantur iniquit. qui comedunt populum meum ut cibum panis?* at in Pſ. 56. col. 119. d. *qui devorant plebem meam ut cibum panis?* Auguſt. in hunc Pſ. *Nonne ſcient omnes..... qui devorant populum meum in cibo panis?* Caſſiod. *plebem meam ſicut cibum panis?* Gr. Οὐχὶ γνώσονται πάντες..... οἱ καταθλίβοντες τὸν λαόν μου βρώσει ἄρτου; Ald. & Compl. ἐν βρώσι.

℣. 6. Sic in Pſalt. Rom. & Coiſlin. exceptis his: *Quoniam Deus diſſipat oſſa hominum ſibi placentium.* Itidem in Moz. & Mediol. ſi excipias *diſſipavit.* Præterea Coiſlin. hab. *Dominum non invocaverunt.* Corb. *Deum non invocaverunt: illic trepid. timore..... Quoniam Deus diſſipavit oſſa hominum ibi placentium: confuſi ſunt*, &c. Pſ. è Mſ. Vatic. apud Hilar. *Deum non invocaverunt: ibi timuerunt, ubi non erat timor. Quoniam Deus diſſipavit oſſa hominibus placentium: confuſi ſunt*, &c. Hilarius ipſe ibid. col. 85. c. *Deum non invocav. ibi timuerunt, ubi non fuit timor. Quoniam Deus diſſipavit oſſa hominibus placentium: confuſi ſunt, quon. Dominus ſprevit illos*: at infra 89. c. 90. a. *ibi trepidaverunt, ubi non erat timor*: Mſ. Reg. habet ibid. *hominum placentium*, non *hominibus placentium*; ſed hæc lectio ſubnexæ expoſitioni non congruit. Cypr. l. de hab. virg. p. 174. b. & l. 3. Teſtim. p. 319. c. leg. *Qui hominibus placent, confuſi ſunt, quia Deus nihil fecit illos.* Similiter apud Aug. l. 1. de ſerm. Dom. in monte, to. 3. p. 2. col. 172. e. excepto uno *nihili*, pro *nihil*; tum ſequitur: *Deus confregit oſſa hominibus placentium*: at epiſt. 22. to. 2. col. 29. e. *Deus confringet oſſa hominum placere volentium*: item in Pſalm. 52. col. 490. f. *Deum non invocaverunt: ibi timuerunt timore, ubi non erat timor. Quoniam Deus diſſipavit oſſa hominibus placentium: confuſi ſunt, quon. Deus ſprevit illos.* Optat. l. 3. cont. Donat. p. 48. b. *trepidaverunt ubi non erat timor.* Mſ. Ger. *ibi timuerunt timore.* S. Paulinus epiſt. 50. p. 294. b. *Diſſipavit Dominus oſſa hominum..... confuſi ſunt, quia ſprevit illos.* Caſſiod. *diſſipabit oſſa hominum ſibi placentium: confuſi ſunt*, &c. ut in Vulgata. Item Cæleſtin. I. epiſt. 22. to. 1. Conc. 1197. b. ſi excipias *diſſipavit.* In

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 7. Quis dabit ex Sion ſalutarem Iſraël? dum avertet Dominus captivitatem populi ſui, exſultet Jacob, & lætetur Iſraël.	*Quis dabit ex Sion ſalutare Iſraël? cùm reduxerit Deus captivitatem populi ſui, exſultabit Jacob, lætabitur Iſraël.*	7. Quis dabit ex Sion ſalutare Iſraël? cùm converterit Deus captivitatem plebis ſuæ, exſultabit Jacob, & lætabitur Iſraël.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Gr. Τὸν Θεὸν (Ald. & Compl. Τὸν Κύριον) ἐν ἐπιστρέψαντι· ἐκεῖ ἐφοβήθησαν φόβον..... Ὅτι ὁ Θεὸς διεσκόρπισεν ὀστᾶ ἀνθρωπαρέσκου· κατῃσχύνθησαν, ὅτι ὁ Θεὸς ἐξουδένωσεν αὐτούς. Aquila pro *timuerunt*, habet ἐπτοήθησαν, *exterriti ſunt*, Theodot. ἐθαμβήθησαν, *ſtupuerunt*.

℣. 7. Pſalt. Rom. Vulgatæ conſonat, ſi excipias iſtud, *dum avertet Dominus*. Coislin. hab. *cùm convertit Deus*; Carnut. *in avertendo*; Mediol. *in convertendo*. Mſ. uterque, *exſultet Jacob*, & *lætetur*, &c. Mozarab. *ſaltare Iſr. dum converterint? in avertendo Dominus captivitatem plebis ſuæ, lætetur Jacob*, & *exſultet Iſrael*. Similiter in Corb. detracto uno *dum converterint*. Hilarius in hunc Pſ. col. 91. e. & inf. 131. d. *Quis dabit..... ſaltare Iſraël? dum avertit Dominus captivitatem plebis ſuæ, exſultabit Jacob*, & *lætabitur Iſrael*. Pſalmus autem ibid. præfixus: *in avertendo Dominus captivit. populi ſui, exſultabit*, &c. Similiter apud Auguſt. excepto uno *Deus*, pro *Dominus*. Apud Caſſiod. ut in Vulg. præter hoc, *dum converterit Dominus*. In Gr. ἐν τῷ ἀποστρέψαι Κύριον (Ald. & Compl. Θεὸν) τὴν..... ἀγαλλιάσεται Ἰακὼβ, καὶ εὐφρανθήσεται Ἰσραήλ.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. In finem,	*Victori*	In finem,
1. Carminibus intellectûs David,	*In pſalmis eruditio David, quando venerunt Ziphæi, & dixerunt Saul: Nonne David abſconditus eſt apud nos? LIV.*	1. In carminibus intellectus David,
2. Cùm venerunt Ziphæi, & dixerunt ad Saul: Nonne ecce David abſconſus eſt apud nos? LIII.		2. Cùm veniſſent Ziphæi, & dixiſſent ad Saul: Nonne David abſconditus eſt apud nos? (1. *Reg.* 23. 19. & 26. 1.) LIII.
3. DEus in nomine tuo ſalvum me fac: & in virtute tua libera me.	*DEus in nomine tuo ſalva me, & in fortitudine tua ulciſcere me.*	3. DEus in nomine tuo ſalvum me fac: & in virtute tua judica me.
4. Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei.	*Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei.*	4. Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei.
5. Quoniam alieni inſurrexerunt ſuper me, & fortes quæſierunt animam meam: non propoſuerunt Deum in conſpectu ſuo. DIAPSALMA.	*Quia alieni inſurrexerunt adverſùm me, & fortes quæſierunt animam meam: non poſuerunt Deum in conſpectu ſuo. SEMPER.*	5. Quoniam alieni inſurrexerunt adverſùm me, & fortes quæſierunt animam meam: & non propoſuerunt Deum ante conſpectum ſuum.
6. Ecce enim Deus adjuvat me: & Dominus ſuſceptor eſt animæ meæ:	*Ecce Deus auxiliator mihi: Dominus ſuſtentans animam meam.*	6. Ecce enim Deus adjuvat me: & Dominus ſuſceptor eſt animæ meæ.
7. Avertit mala inimicis meis: in veritate tua diſperde eos.	*Reddet malum inſidiatoribus meis: in veritate tua diſperde eos.*	7. Averte mala inimicis meis: & in veritate tua diſperde illos.
8. Voluntariè ſacrificabo tibi: confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum eſt.	*Voluntariè ſacrificabo tibi: confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum.*	8. Voluntariè ſacrificabo tibi, & confitebor nomini tuo Domine: quoniam bonum eſt.
9. Quoniam ex omni tribulatione eripuiſti me: & inimicos meos reſpexit oculus tuus.	*Quoniam ex omni tribulatione liberavit me, & inimicos meos vidit oculus meus.*	9. Quoniam ex omni tribulatione eripuiſti me: & ſuper inimicos meos deſpexit oculus meus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Pſalt. Moz. & Corb. quibus conſonat Rom. poſito *in*, ante vocem *carminibus*. Pſalm. è Mſ. Vatic. ap. Hilar. *In finem*, *In hymnis intellectûs David*. Hilarius ipſe ibid. 94. d. *In finem intellectûs illi David*. Auguſt. *In finem*, *In hymnis intellectûs ipſi David*. Caſſiod. *In finem*, *In carminibus intellectûs David*. Gr. Εἰς τὸ τέλος, Ἐν ὕμνοις Συνέσεως τῷ Δαυίδ.

℣. 2. Similiter habent Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Mozarab. Corb. & Vatic. ap. Hilar. niſi excipias verbum *abſconditus eſt*. Mozar. tamen delet *Nonne*. In Rom. ſic: *Cùm veniſſent Ziphæi*, & *dixiſſent ad Saul: Nonne ecce David abſconditus eſt apud nos?* Hilarius in eund. Pſ. *Cùm venerunt.....* & *dixerunt Saul: Nonne.....* *abſconſus eſt nobiſcum?* Græc. Ἐν τῷ ἐλθεῖν τοὺς Ζειφαίους, καὶ εἰπεῖν τῷ Σαούλ· Οὐκ ἰδοὺ Δαυὶδ κέκρυπται παρ' ἡμῖν; Vide Ambroſ. de apol. Dav. c. 8. to. 1. 688. d.

℣. 3. Ita Pſalt. Rom. Mediolan. Carnut. & Mozarab. ſed Vatic. apud Hilar. ac Hilarius ipſe cum Auguſt. in hunc Pſ. leg. in fine, *judica me*, ut in Vulg. Caſſiod. conſtanter *libera me*. Præterea Hilarius, loco *ſalvum me fac*, quod habet ſup. legit paulò inferiùs, ut & col. 101. b. *ſalvifica me*. Gr. Σῶσόν με..... κρῖνόν με.

℣. 4. Ita Auguſt. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Sic etiam Hilarius col. 95. d. at infra 96. d. f. leg. *inaurire verba oris mei*. Gr. ἐνώτισαι τὰ ῥήματα, &c.

℣. 5. Pſalt. Rom. & Corb. *inſurrexerunt in me*, Pſ. Vatic. apud Hilar. *inſurrexerunt ſuper me*. Hilarius ipſe, p. 97. b. *inſurrexerunt adverſùs me*; at infra, *ſuper me*; reliqua ut in Vulg. Aug. in eund. Pſ. *adverſùm me*; deinde, & *potentes quæſierunt anim. meam: non propoſ. Deum ante conſp. ſuum*. Caſſiod. ſimiliter delet &, poſt *meam*; cætera Vulgatæ conſonant. In Gr. Ὅτι..... ἐπανέστησαν ἐπ' ἐμὲ, καὶ κραταιοὶ..... τὴν ψυχήν μου· καὶ οὐ προέθεντο τὸν Θεὸν ἀπέναντι αὐτῶν. Ald. & Compl. καὶ οὐ προέθεντο. *Diapſalma* quoque ſubjicitur in Pſalt. Rom. Corb. & Vatic. apud Hilar. necnon in ed. Rom. LXX. In edd. vero Ald. & Compl. deeſt.

℣. 6. Accinunt Hilar. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Pſalt. Rom. & Græco.

℣. 7. Sic in Pſalt. Corb. In Moz. verò, *Convertens mala*, &c. In Coislin. *Converte mala*. Hilarius in hunc Pſ. *Convertit mala*, abſque &, poſt *meis*. Auguſt. in eund. Pſ. delet quidem &, ſed legit *averte*, cum Caſſiod. ac Pſalt. Rom. In Gr. Ἀπόστρεψει..... ἐχθροῖς μου· καὶ τῇ, &c.

℣. 8. Sic Hilar. in hunc Pſ. col. 100. d. cum Pſalt. Corb. & Gr. At Auguſt. & Caſſiod. in eund. Pſ. hab. & *confitebor*, cum Pſalt. Rom. & Vatic. apud Hilar. In Coislin. *confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonus*: at in Gr. ὅτι ἀγαθόν, abſque ſeq. *eſt*, ut in Pſalt. Corb. Apud Ambroſ. in Pſ. 39. to. 1. 862. e. prior tantùm verſiculus legitur ut ſup. ſic etiam l. 2. de fide, p. 479. d.

℣. 9. Auguſt. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Moz. & Vatic. apud Hilar. & *ſuper inimicos meos reſpexit oculus meus*;

Digitized by Google

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

cætera ut in Vulg. Similiter hab. Hilarius ipſe col. 101. b. conſentientibus omnibus Mſs. quibus favent ſeqq. Hilarii verba, *Inimicos ſuos immortali oculo deſpicit*: & ſub finem, *Auctores mortis ſuæ ſublimis ipſe deſpectat.* In Pſalt. Mediol. & Carnut. conſtanter *reſpexit*. Item apud Ambroſ. in Pſ. 37. to. 1. col. 826. c. *Quoniam ex omnibus tribulationibus eripuiſti me: & ſuper inimicos meos reſpexit oculus meus.* Caſſiod. in Pſalm. 53. *Quoniam ex omni tribulatione..... & ſuper inimic. meos reſpexit oculus tuus*; Mſ. 1. *meus*. In Pſalt. Coislin. *& inimicis meis deſpexit oculus tuus*. In Corb. *& ſuper inimicos meos reſpexit oculus tuus*. In Gr. Ὅτι ἐκ πάσης θλίψεως ἐῤῥύσω με· καὶ ἐν τοῖς ἐχθροῖς μου ἐπεῖδεν ὁ ὀφθαλμός μου.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
1. In finem, In carminibus intellectus David. LIV.	*Victori in pſalmis eruditio David. LV.*	1. In finem, In hymnis ſapientiæ David. LIV. *Ex Mſ. Sangerm.*
2. EXaudi Deus orationem meam, & ne deſpexeris deprecationem meam: 3. intende mihi, & exaudi me.	*EXaudi Deus orationem meam, & ne deſpicias deprecationem meam: attende mihi, & exaudi me.*	2. EXaudi Deus orationem meam, & ne diſpexeris deprecationem meam: 3. intende in me, & exaudi me.
Contriſtatus ſum in exercitatione mea: & conturbatus ſum 4. à voce inimici, & à tribulatione peccatoris.	*Humiliatus ſum in meditatione mea, & conturbatus à voce inimici, à facie perſequentis impii.*	Contriſtatus ſum in exercitatione mea: & conturbatus ſum 4. à voce inimici, & à tribulatione peccatoris.
Quoniam declinaverunt in me iniquitates: & in ira moleſti erant mihi.	*Quoniam projecerunt ſuper me iniquitatem, & in furore adverſabantur mihi.*	Quoniam declinaverunt in me iniquitatem: & in iram moleſti erant mihi.
5. Cor meum conturbatum eſt in me: & formido mortis cecidit ſuper me.	*Cor meum doluit in vitalibus meis, & terrores mortis ceciderunt ſuper me.*	5. Cor meum conturbatum eſt in me: & formido mortis cecidit ſuper me.
6. Timor & tremor venerunt ſuper me: & contexerunt me tenebræ:	*Timor, & tremor venit ſuper me; & operuit me caligo.*	6. Timor, & tremor venit ſuper me: & contexerunt me tenebræ.
7. Et dixi: Quis dabit mihi pennas ſicut columbæ, & volabo, & requieſcam?	*Et dixi: Quis dabit mihi pennas columbæ, ut volem, & requieſcam?*	7. Et dixi: Quis dabit mihi pennas ut columbæ, & volabo, & requieſcam?
8. Ecce elongavi fugiens: & manſi in ſolitudine.	*Ut procul abeam, & commorer in deſerto? SEMPER.*	8. Ecce elongavit fugiens: & manſit in ſolitudine. DIAPSALMA.
9. Exſpectabam eum, qui ſalvum me fecit à puſillanimitate ſpiritus, & tempeſtate.	*Feſtinabo, ut ſalver à ſpiritu tempeſtatis & turbinis.*	9. Exſpectabam eum, qui ſalvum me fecit à puſillo animo, & tempeſtate.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Pſalt. Rom. Coislin. & Corb. *In finem, In carminibus intellectûs David.* Hilarius in Pſ. p. 103. c. *Superſcriptio Pſalmi*, inquit, *ſine biſteria eſt; tantùm, In finem, In hymnis intellectûs, eſt*: mox addit: *Hymnos aliqui Translatores noſtri carmina nuncupaverunt; plerique autem hymnos ex ipſa Græcitatis uſurpatione poſuerunt: de nomine nihil differt, dummodo res una eſſe, quæ vel in hymnis, vel in carminibus ſignificabitur, intelligatur.* In Breviar. Mozar. neutrum reperitur, ſed tantùm: *In finem intellectûs ipſi David.* Apud Aug. *In finem, In hymnis intellectûs ipſi David.* Ap. Caſſiod. *In finem, In carminibus intellectûs David.* Vide ſis Ambroſ. l. de fuga ſæc. c. 5. to. 1. col. 429. f. In Gr. Εἰς τὸ τέλος, Ἐν ὕμνοις Συνέσεως τῷ Δαυίδ.

℣. 2. Ita Caſſiod. cum Pſalt. Rom. At Hilarius in hunc Pſ. col. 104. a. *Inaurire Deus orationem*, &c. ut ſup. Ap. Auguſt. in eund. Pſ. *Exaudi Deus deprecationem meam, & ne deſpexeris precem meam.* Gr. Ἐνώτισαι ὁ Θεὸς τὴν προσευχήν μου, καὶ μὴ ὑπερίδῃς τὴν δέησίν μου.

℣. 3. Iidem Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Corb. & Moz. Hilarius verò, & Auguſt. in hunc Pſ. cum Vulg. *intende mihi*, &c. Similiter hab. Pſalmus è Mſ. Vatic. apud Hilar. niſi quòd tollit &, ante *conturbatus ſum.* In Gr. πρόσχες μοι..... καὶ ἐταράχθην, &c.

℣. 4. Sic Hilarius, & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Carnut. Corb. & Coislin. hoc excepto, *in ira*, pro *in iram*. Sic etiam hab. Ambroſ. l. 1. offic. to. 2. col. 26. f. Item Auguſt. in eund. Pſalm. *iniquitatem*; ſed addit: *& in ira adumbrabant me.* Pſalt. Rom. *iniquitates*, cum edd. ipſius Hilarii & Aug. ſed reclamantibus Mſs. In Gr..... ἀπομίαν· καὶ ἐν ὀργῇ ἐπεκότουν μοι· legit Auguſt. ἐπεσκότουν.

℣. 5. Accinunt Hilar. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. & al. Similiter hab. Aug. in eund. Pſ. excepta voce *metus*, loco *formido*; Gr. δειλία.

℣. 6. Hilar. in hunc Pſ. col. 104. b. *Timor, & tremor venit ſuper me: & contexit me tenebra.* Pſalm. autem è Mſ. Vatic. apud ipſum: *venerunt ſuper me: & contexerunt me tenebra*, ut in Vulg. Similiter Ambroſ. l. de lapſ. virg. to. 2. 317. c. necnon Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Corb. &c. In Gr..... ἦλθον ἐπ' ἐμὲ· καὶ ἐκάλυψέ με σκότος.

℣. 7. Concinunt Hilar. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum vet. Pſalt. rurſum Hilarius in Pſalm. 118. col. 328. b. & Ambroſ. l. de fuga ſæc. c. 5. to. 1. 429. c. item infra 640. d. 1154. b. 1312. f. & to. 2. 26. f. 1206. b. omnes tamen leg. *ſicut columba*, ſi excipias Pſalt. Coislin. in quo *ut col.* In Mozar. & *volabo*, *ut requieſcam?* In Gr..... ὡσεὶ περιστερᾶς, καὶ πτασθήσομαι, καὶ καταπαύσω;

℣. 8. Hilar. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Corb. & Rom. *Ecce elongavi fug. & manſi in ſolitudine.* Similiter Ambroſ. l. de fuga ſæc. c. 5. to. 1. 430. b. & in Pſ. 118. col. 1154. a. 1217. b. S. Paulinus epiſt. 26. p. 170. b. ſic: *Ecce volavi fugiens: & manſi*, &c. Auguſt. in hunc Pſ. & epiſt. 95. to. 2. 258. d. *Ecce elongavi..... & manſi in deſerto.* Similiter habet *in deſerto* Hilarius inf. col. 106. d. quam lectionem æquè ac alteram ibidem probat his verbis: *Et quod deſertum hoc, vel quæ ſolitudo ſit? nam eodem verbo utrumque Græcitas eloquta eſt.* Auct. l. de promiſſ. p. 1. c. 34. p. 115. c. *Ecce elongavi fug. & manſi in eremo.* Gr. Ἰδοὺ ἐμάκρυνα..... καὶ ηὐλίσθην ἐν τῇ ἐρήμῳ. *Diapſalma* quoque ſubſequitur tam in Pſalt. Rom. & Corb. quàm in ed. Rom. LXX. Hilarius etiam col. 107. d. ait: *Intercedens Diapſalma demutavit ſenſum.* Nulla mentio ejus apud Aug. deeſtque in edd. Ald. & Compl.

℣. 9. Ita Pſalt. Coisl. & Corb. niſi quòd Corb. habet *me facit*. Moz. ita: *Exſpectabam Dominum, qui ſalvum me fecit à puſillo animo*, &c. Rom. *Exſpectabam eum, qui me ſalvum faceret à puſillo animo*, &c. Carnut. *qui me ſalvum faciat*. Hilar. in hunc Pſ. col. 107. d. *Exſpectabam ſalvificantem me à puſillanimitate, & tempeſtate.* Auguſt. in eund. Pſalm. bis: *Exſpectabam eum, qui me ſalvum faceret à puſillanimitate, & temp.* Sunia & Fretela dicebant inveniſſe ſe in Gr. *Exſpectabam Deum*: at Hieron. epiſt. ad ipſos, to. 2. col. 639. b. ait, hoc eſſe *additum*. Rurſum ita: *Et in Græco inveniſſe vos dicitis* ἀπὸ ὀλιγοψυχίας, *quod propriè* puſillanimitas *dicitur; ſed ſciendum quòd* ὀλιγοψυχία *Aquila*, & *Symmachus*, & *Theodotion*, & *Quinta editio interpretati ſunt* ἀπὸ πνεύματος, *id eſt*, à ſpiritu. Apud S. Paulinum legitur: *Potens eſt ſalvos facere vos à puſillo animo*, & *tempeſtate.* In ed. Rom. Προσδέχομαι τὸν Σώζοντά με ἀπὸ ὀλιγοψυχίας, καὶ καταιγίδος· ed. Compl. τὸν Θεὸν τὸν Σώζοντα.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 10. Præcipita Domine, & divide linguas eorum: quia vidi iniquitatem, & contradictionem in civitate.	*Præcipita Domine, divide linguas eorum: quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in civitate.*	10. Præcipita Domine, divide linguas eorum: quoniam vidi iniquitatem, & contradictionem in civitate.
11. Die & nocte circumdabit eam ſupra muros ejus: iniquitas & labor in medio ejus, 12. & injuſtitia.	*Die & nocte circumeuntes muros ejus: ſcelus & dolor in medio ejus, inſidiæ in vitalibus ejus:*	11. Die ac nocte circumdabit eam ſuper muros ejus iniquitas: & labor in medio ejus, 12. & injuſtitia.
Et non defecit de plateis ejus uſura, & dolus.	*Et non recedit de plateis ejus damnum, & fraudulentia.*	Et non defecit de plateis ejus uſura, & dolus.
13. Quoniam ſi inimicus maledixiſſet mihi, ſubportaſſem.	*Non enim inimicus exprobravit mihi, ut ſuſtineam:*	13. Quoniam ſi inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem utique.
Et ſi is, qui oderat me, ſuper me magna locutus fuiſſet: abſconderem me utique ab eo.	*Neque is qui me oderat, ſuper me magnificatus eſt, ut abſcondar ab eo:*	Et ſi is, qui oderat me, ſuper me magna locutus fuiſſet: abſcondiſſem me forſitan ab eo.
14. Tu verò homo unanimæ, dux meus, & notus meus:	*Sed tu homo unanimis meus, dux meus, & notus meus:*	14. Tu verò homo unanimis, dux meus, & notus meus:
15. Qui ſimul mecum dulces capiebas cibos: in domo Dei ambulavimus cum conſenſu.	*Qui ſimul habuimus dulce ſecretum, in domo Dei ambulavimus cum terrore.*	15. Qui ſimul mecum dulces capiebas cibos: in domo Dei ambulavimus cum conſenſu.
16. Poſuit mortem ſuper illos: deſcendant in infernum viventes:	*Veniat mors ſuper eos, deſcendant in infernum viventes:*	16. Veniat mors ſuper illos: & deſcendant in infernum viventes:
Quoniam nequitia in hoſpitiis eorum, in medio eorum.	*Quia nequitiæ in congregatione eorum, in medio eorum.*	Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum, in medio eorum.
17. Ego ad Deum clamavi: & exaudivit me.	*Ego ad Deum clamabo, & Dominus ſalvabit me.*	17. Ego autem ad Deum clamavi: & Dominus ſalvabit me.
18. Veſpere, & manè, & meridie narrabo, renuntiabo: & exaudiet vocem meam.	*Veſpere, & manè, & meridie loquar & reſonabo, & exaudiet vocem meam.*	18. Veſpere, & manè, & meridie narrabo & annuntiabo: & exaudiet vocem meam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 10. Concordant Pſalt. Rom. Coislin. & Moz. necnon Hilarius, & Caſſiod. in hunc Pſ. Apud Auguſt. in eund. Pſ. ita: *Submerge Domine, & divide..... quoniam*, &c. Hilar. etiam col. 107. f. ad vocem *præcipita*, ait: *Proprietatem verbi, ſive Hebræici, ſive Græci, Latinitas, uti in multis, non eloquta eſt. Nam id quod* præcipita *dicitur, cum illis καταπόντισον enunciatum eſt; quo ſermone, non ut præcipitentur, ſed ut in profundum demerguntur, oratur: demergi ergo eos, linguaſque eorum dividi rogat.* Apud Ambroſ. l. de Tob. c. 4. 594. e. ſic: *vidi iniquit. & contradict. in civitate:* at in Pſ. 118. col. 1154. a. *vidi laqueos iniquitatis, & contradictionis in civitate.*

℣. 11. Hilar. in hunc Pſ. p. 108. b. *Die ac nocte circumdab. eam ſuper muros ejus: & iniquitas, & labor in medio ejus:* Mſ. Reg. ibid. *ſupra muros: & iniquitas, & dolor.* Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. Vulgatæ conſonant. In Gr. ἐπὶ τὰ τείχη αὐτῆς· ἀνομία καὶ πόνος ἐν μέσῳ αὐτῆς. Ald. & Compl. καὶ ἀνομία, καὶ κόπος.

℣. 12. Ita Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Apud Hilarium p. 108. b. deeſt hoc, & *injuſtitia*; cætera quadrant: Reg. tamen Mſ. habet ibid. *& non deficiet.* Ambroſ. l. de Tob. c. 4. to. 1. 594. e. *& non defecit*, &c. ut ſup. Auguſt. in hunc Pſ. id retinet, & *injuſtitia*; ſed tollit &, ante *non defecit.* In Gr. καὶ ἀδικία. Καὶ οὐκ ἐξέλιπεν ἐκ τῶν, &c. Auguſt. ſemel p. 509. a. *in plateis ejus.*

℣. 13. Ita Caſſiod. cum Pſalt. Coislin. Rom. Moz. & Corb. niſi quòd habent conſtanter, *inimicus meus*, & *ſupportaßem utique*: præterea Moz. loco *ſuper me*, legit *adversùm me.* Pſ. è Mſ. Vat. ap. Hilar. veteribus aliis conſonat, niſi quòd leg. *abſcondiſſem*, pro *abſconderem.* Hilarius verò col. 108. e. ita: *Quoniam ſi inim. meus improperaſſet mihi, ſupportaſſem utique. Et ſi odiens me ſuper me mag..... abſconderem me utique.* Ambroſ. l. 3. offic. to. 2. 141. b. *Nam ſi inimic. meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem utique.* Aug. in hunc Pſ. *Quoniam ſi inimicus exprobraſſet mihi, ſuſtinuiſſem utique. Et ſi is, qui oderat..... abſconderem me utique ab eo;* quæ ultima *abſconderem me*, &c. rurſus hab. in Pſ. 99. col. 1075. f. cum Pſalt. Mediol. & Carnut. Hieron. ep. ad Sun. & Fret. to. 2. 639. c. *Quon. ſi inimicus maledixiſſet;* tum addit *in Græco* poni ὠνείδισεν, *hoc eſt, exprobraſſet*, ut apud Auguſt. ſupra. Auct. l. de promiſſ. p. 3. col. 177. b. *Si inimicus maledixiſſet..... Et ſi is, qui oderat me, ſuper me magnum verbum dixiſſet: abſconderem me utique ab eo.* In ed. Rom. "Οτι εἰ ἐχθρὸς ὠνείδισέ με, ὑπήνεγκα ἄν. Καὶ εἰ ὁ μισῶν (Ald. & Compl. add. με,) ἐπ' ἐμὲ ἐμεγαλορρημόνησεν· ἐκρυβην ἂν ἀπ' αὐτοῦ.

℣. 14. Sic in Pſalt. Rom. præter hoc, *unianime.* Apud Ambroſ. in Pſ. 40. & 61. col. 874. a. 964. a. necnon ap. Hilar. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. ac in Pſalt. Rom. & al. conſtanter *unanimis*; in Corb. *unianimis.* Hilarius etiam initio ipſo leg. *Tu autem.* Auguſt. in Pſ. 99. p. 1075. f. *Tu verò unianimis.* Gr. Σὺ δὲ ἄνθρωπε ἰσόψυχε, &c.

℣. 15. Concordant Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. Similiter in Pſalt. Rom. excepto verbo *Domini*, loco *Dei.* Moz. hab. *in domo Domini ambulabimus:* item *ambulabimus* in Coislin. Hilarius in hunc Pſalm. *Qui ſimul mecum..... in domo Dei ingreſſi ſumus cum concordia.* Ambroſius in Pſalm. 40. to. 1. 874. a. 876. c. & l. 3. offic. to. 2. 141. b. *Qui ſemper mecum dulces..... in domo Domini ambulavimus cum conſenſu:* at in Pſ. 61. col. 964. a. *Qui ſimul mecum*, &c. In Gr. "Ος ἐπίσαυλός ἐγλύκαινας ἐδέσματα· ἐν τῷ οἴκῳ τῷ Θεῷ ἐπορεύθημεν ἐν ὁμοιοίᾳ.

℣. 16. Sic in Pſalt. Rom. Moz. & apud Caſſiod. præter hæc initio, *Veniat mors ſuper illos: & deſcendant;* ac in fine, *in medio ipſorum.* A Coislin. abeſt &, ante *deſcendant.* In Corb. *Veniat mors ſuper eos: deſcendant..... Quon. nequitiæ in hoſpitiis eorum*, &c. ut in Vulg. Ap. Hilar. in hunc Pſ. *Veniat mors ſuper eos: & deſcendant..... quon. nequitia in hoſpitiis eorum*, &c. Similiter in Pſalt. Mediol. & Carnut. Ambr. etiam in Luc. 9. to. 1. 1412. a. leg. *Veniat mors ſuper eos: & deſcendant in inf. viventes:* itidem ſup. col. 164. d. 879. f. 953. e. Eadem refert Aug. in hunc Pſ. excepto uno *ad infernum*; mox ut ſup. *Quon. nequitia in hoſpitiis eorum, in medio eorum.* In Gr. Ἐλθέτω θάνατος..... καὶ καταβήτωσαν εἰς ᾅδην..... "Οτι παροικία ἐν ταῖς παρεμβολαῖς, &c.

℣. 17. Pſalt. Rom. & Corb. *Ego autem ad Dominum clamavi: & Dominus exaudivit me.* Mozar. *Et ego ad Deum clamavi: & Dominus exaudivit me.* Itidem Hilar. in hunc Pſ. col. 109. e. detracto 1. &. Caſſiod. etiam cum Pſalt. Mediol. & Carnut. extremò hab. *exaudivit me.* Auguſt. in eund. Pſ. *Ego ad Dominum exclamavi: & Dom. exaudivit me.* Miſſale Rom. ad Grad. fer. 3. poſt Dom. 2. Quadr. *Dum clamarem ad Dominum, exaudivit vocem meam.* Græc. Ἐγὼ πρὸς τὸν Θεὸν ἐκέκραξα· καὶ ὁ Κύριος εἰσήκουσέ μου.

℣. 18. Ita in Pſalt. Corb. eſt, excepto verbo *annuntiabo.* Caſſiod. Vulgatæ favet, cum Pſalt. Romano; Moz. verò delet primum &, legitque pariter *annuntiabo.* Hilarius in hunc Pſ. & *renuntiabo*; cæt. ut in Vulg. Auguſt. in eund. Pſ. *enarrabo & annuntiabo*; cæt. ut ſupra. Gr. Ἑσπέρας, καὶ πρωΐ, καὶ..... διηγήσομαι καὶ ἀπαγγελῶ, &c.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
19. Redimet in pace animam meam ab his, qui appropinquant mihi: quoniam inter multos erant mecum.	*Redemit in pace animam meam ab appropinquantibus mihi: multi enim fuerunt adversùm me.*	19. Liberavit in pace animam meam ab his, qui adpropiant mihi: quoniam inter multos erant mecum. *Ex Mſ. Sangerm.*
20. Exaudiet Deus, & humiliabit illos, qui eſt ante ſæcula.	*Exaudiet Deus, & humiliabit eos, qui judex eſt ab initio.* SEMPER.	20. Et exaudiet Deus, & humiliavit eos, qui eſt ante ſæcula. DIAPSALMA.
Non enim eſt illis commutatio, & non timuerunt Deum: 21. extendit manum ſuam in retribuendo.	*Non enim mutantur, neque timent Deum: extendit manus ſuas ad pacifica ſua:*	Non eſt enim illis commutatio, & non timuerunt: 21. & extendit manus ſuas in retribuendo.
Contaminaverunt teſtamentum ejus, 22. diviſi ſunt ab ira vultûs ejus: & appropinquavit cor illius.	*Contaminavit pactum ſuum: nitidius butyro os ejus, pugnat autem cor illius.*	Contaminaverunt teſtamentum ejus, 22. diviſi ſunt ab ira vultûs ejus: & adpropiavit cor ejus.
Molliti ſunt ſermones ejus ſuper oleum: & ipſi ſunt jacula.	*Molliores ſermones ejus ab oleo, cùm ſint lancea.*	Mollierunt ſermones ejus ſuper oleum: & ipſi ſunt jacula.
Matth. 6. 25. *Luc.* 12. 22. *1. Pet.* 5. 7. 23. Jacta ſuper Dominum curam tuam, & ipſe te enutriet: non dabit in æternum fluctuationem juſto.	*Projice ſuper Dominum caritatem tuam, & ipſe te enutriet: non dabit in æternum fluctuationem juſto.*	23. Jacta in Domino cogitatum tuum, & ipſe te nutriet: non dabit in æternum fluctuationem juſto.
24. Tu verò Deus deduces eos in puteum interitûs.	*Tu autem Deus deduces eos in puteum interitûs.*	24. Tu verò Deus deduces illos in puteum interitûs.
Viri ſanguinum, & doloſi non dimidiabunt dies ſuos: ego autem ſperabo in te Domine.	*Viri ſanguinum & doloſi non dimidiabunt dies ſuos: ego autem fiduciam habeo tui.*	Viri ſanguinum, & doloſi non exdimidiabuntur dies ſuos: ego autem ſperabo in te Domine.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 19. Sic in Pſalt. Corb. eſt. Caſſiod. etiam cum Moz. & Rom. Fabri hab. *Liberavit in pace..... ab iis, qui appropinquant mihi*, &c. ut ſupra. Rom. Martianæi, *Liberabit in pace..... ab his, qui appropiant mihi*, &c. Itidem Hilarius in hunc Pſ. Auguſt. verò in eund. *Redimet in pace..... ab his, qui appropinquant mihi: quoniam in multis erant mecum.* Item in Pſalt. Mediol. *quoniam in multis.* In Gr. Λυτρώσεται ἐν εἰρήνῃ..... ἀπὸ τῶν ἐγγιζόντων μοι· ὅτι ἐν πολλοῖς, &c.

℣. 20. Ita Pſalt. Moz. habet, ſed abſque *Diapſalmate.* Corb. verò: *Et exaudiet Deus, & humiliabit eos*, &c. ut in textu. Rom. *Exaudiet Deus, & humiliabit eos, qui eſt ante ſæcula, & manet in æternum.* Diapſalma. *Non eſt enim illis*, &c. ut in Vulg. Hilarius in hunc Pſ. *Et exaudiet me Deus, & humiliabit eos, qui eſt ante ſæcula.* Diapſalma. *Non enim eſt*, &c. ut in Rom. Ambroſ. in Pſ. 43. p. 905. e. *Non enim eſt illis commutatio, quia non timuerunt Deum.* Auguſt. in eund. Pſ. *Exaudiet me Deus, & humiliabit illos*, &c. ut in Vulg. Caſſiod. nihil differt ab ipſa. Gr. Εἰσακούσεται ὁ Θεὸς, καὶ ταπεινώσει αὐτοὺς, ὁ ὑπάρχων πρὸ τῶν αἰώνων. Διάψαλμα. Οὐ γὰρ..... οὐκ, &c. Ald. & Compl. ὅτι οὐκ.

℣. 21. Pſalt. Rom. & Corb. *Extendit manum ſuam in retribuendo illis*, &c. ut ſup. Similiter ap. Hilar. & Caſſiod. in hunc Pſ. dempta voce *illis*. Sic etiam apud Auguſt. in eund. Pſ. excepto verbo *polluerunt*, pro *contaminavit*. Tichon. reg. 7. col. 65. b. *Extendit manum ſuam ei in retribuendo.* Gr. Ἐξέτεινε τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐν τῇ ἀποδιδόναι. Ἐσεβήλωσαν, &c.

℣. 22. Sic Hilarius in hunc Pſ. cum Pſalt. Corb. Sic etiam in Rom. ſi excipias *ſermones ſuos*, loco *ejus*. Apud Auguſt. in eund. Pſ. ut in Vulg. præter unum *præ ira*. Apud Caſſiod. in hunc Pſ. & in Pſ. 49. p. 168. a. *Mollierunt ſermones ſuos*; cæt. ut in Vulg. Itidem in Pſalt. Mediol. & Mozarab. in Carnut. verò, *Mollierunt ſermones ejus*: præterea Mozarab. hab. *appropiabit.* Græc. Διεμερίσθησαν ἀπὸ ὀργῆς τοῦ προσώπου αὐτοῦ· ὃ ἤγγισεν... Ἠπαλύνθησαν οἱ λόγοι αὐτοῦ, &c.

℣. 23. Ita in Pſalt. Mozarab. excepto uno *enutriet.* Roman. & Corb. cum Ambroſ. in Luc. 12. to. 1. 1441. d. & Caſſiod. in hunc Pſ. *Jacta in Deum cogitatum tuum*, &c. ut in Vulg. Item *cogitatum tuum* habent Mediolan. & Carnut. Hilarius verò in eund. Pſ. p. 111. a. *Jacta in Dominum cogitationem tuam*, &c. ut in Vulg. Fulg. epiſt. 2. ad Gal. p. 162. & S. Leo, ſerm. 42. p. 107. a. *Jacta in Deum cogitationem tuam*, &c. al. *cogitatum.* Aug. in eund. Pſ. *Jacta in Dominum curam tuam, & ipſe te enutriet*, &c. at l. cont. Adim. to. 8. 116. a. *Abjice in Dominum ſollicitudinem tuam, & ipſe te paſcet.* Miſſale Rom. ad Grad. fer. 5. Cinerum, & fer. 3. poſt Dom. 2. Quadr. *Jacta cogitatum tuum in Domino*, &c. Similiter pro fundat. Agaun. mon. Conc. to. 4. col. 1558. b. Græc. Ἐπίῤῥιψον ἐπὶ Κύριον τὴν μέριμνάν σου, καὶ αὐτός σε διαθρέψει· οὐ δώσει, &c.

℣. 24. Sic in Pſalt. Rom. eſt, præter iſta: *deduces eos... non dimidiabunt..... ego vero in te ſperabo Domine.* In Moz. *ego verò in te ſperavi Domine.* Apud Hilar. in hunc Pſ. *Tu verò Deus ded. illos..... Viri ſang. & doloſitatis non dimidiabunt dies*, &c. ut in textu. Mſ. Reg. ſert ibid. *non dimidiaverunt*: rurſus ipſe in Pſ. 68. col. 222. e. *Tu verò Domine deduces eos in puteum interitûs.* Auguſt. in Pſ. 54. *Tu verò Deus ded. eos in puteum corruptionis. Viri ſang. & doloſitatis non dimidiabunt dies ſuos: ego autem in te ſperabo Domine.* Similiter apud Caſſiod. *ego autem in te ſperabo Domine*; cæt. ut in Vulg. In Gr. Σὺ δὲ ὁ Θεὸς κατάξεις αὐτοὺς εἰς φρέαρ διαφθορᾶς. Ἄνδρες αἱμάτων, καὶ δολιότητος οὐ μὴ ἡμισεύσωσι..... ἐγὼ δὲ ἐλπιῶ ἐπὶ σὲ Κύριε. Ald. & Compl. Κύριε ἐλπιῶ ἐπὶ σέ.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
In Mſ. Sangerm. In finem,	*Victori*	In finem,
1. Pro populo, qui à Sanctis longè factus eſt, David in tituli inſcriptione, cùm tenuerunt eum Allophyli in Geth. LV.	*Pro columba muta, eò quòd procul abierit David humilis & ſimplex, quando tenuerunt eum Palaſtini in Geth. LVI.*	1. Pro populo, qui à Sanctis longè factus eſt, David in tituli inſcriptionem, cùm tenuerunt eum Allophyli in Geth. (1. *Reg.* 21. 12.) LV.
2. MIſerere mihi Domine, quoniam conculcavit me homo: tota die bellans tribulavit me.	*MIſerere mei Deus, quoniam conculcavit me homo: tota die pugnans tribulavit me.*	2. MIſerere mei Deus, quoniam conculcavit me homo: tota die impugnans tribulavit me.
3. Conculcaverunt me inimici mei tota die, ab altitudine diei.	*Conculcaverunt me inſidiatores mei tota die: multi enim qui pugnant contra me Altiſſime.*	3. Conculcaverunt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes adversùm me.
4. Quia multi, qui debellant me, timebunt: ego verò in te ſperabo.	*Quacunque die territus fuero, ego in te confidam.*	4. Ab altitudine diei timebo: ego verò in te ſperabo.
5. In Deo laudabo ſermones meos, tota die in Deo ſperabo: non timebo quid faciat mihi caro.	*In Deo laudabo verbum ejus, in Deo ſperavi: non timebo quid faciat mihi caro.*	5. In Deo laudabo ſermones meos, in Deo ſperavi: non timebo quid faciat mihi caro.
6. Tota die verba mea exſecrabantur: adversùm me omnia conſilia eorum, in malum.	*Tota die ſermonibus me affligebant: contra me omnes cogitationes eorum in malum.*	6. Tota die verba mea exſecrabantur: adversùm me omnes cogitationes eorum, in malum.
7. Inhabitabunt & abſcondent: ipſi calcaneum meum obſervabunt.	*Congregabuntur abſconditè: ipſi plantas meas obſervabunt,*	7. Inhabitabunt & abſcondent: ipſi calcaneum meum obſervabunt.
Sicut exſpectavit anima mea, 8. pro nihilo ſalvos facies illos: in ira populos confringes.	*Exſpectantes animam meam: quia nullus eſt ſalvus in eis, in furore populos detrahe Deus.*	Sicut ſuſtinuerunt animam meam, 8. pro nihilo ſalvos facies illos: in ira populos confringes.
Deus, 9. vita mea nunciabit tibi: poſui lacrymas meas in conſpectu tuo,	*Secretiora mea numeraſti: pone lacrymam meam in conſpectu tuo,*	Deus, 9. vitam meam annuntiavi tibi: poſuiſti lacrymas meas in conſpectu tuo,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Concinit Auguſt. in hunc Pſ. unà cum Pſalt. Rom. Moz. Corb. &c. niſi quòd Auguſt. habet, *ipſi David in tituli inſcriptionem*; Mozarab. *tituli inſcriptio ipſi David.* Hilarius in commentario hujus Pſ. titulum non præfert, niſi per partes, ita nempe: *Pro populo, qui à Sanctis longè eſt*; ſubinde, *tituli inſcriptio*; poſt paulò, *in fine*; ſtatimque, *quòd cùm fugeret, ab Allophylis in Geth David teneretur.* Rurſum infra, *Tituli inſcriptio*, tum, *Populo qui longè ſit factus à Sanctis*, deinde, *In finem.* Ap. Caſſiod. ut in Vulg. exceptis his, *in tituli inſcriptione, quando tenuerunt*, &c. In Gr. τῷ Δαυὶδ εἰς συλογεκφίαν, ὁπότε, &c. ut ſup.

℣. 2. Conſonant Pſalt. Corb. Rom. & Mozarab. Apud Hilar. ſic: *Miſerere mei Domine..... tota die pugnans tribulavit me.* Auguſt. & Caſſiod. in eund. Pſ. *Miſerere mei Domine..... tota die bellans*, &c. Gr. Ἐλέησόν με ὁ Θεὸς..... ὅλην τὴν ἡμέραν πολεμῶν, &c.

℣. 3. Ita ferunt Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Corb. & Moz. Sic etiam in Pſalt. Carnut. hoc detracto, *ab altitudine diei.* Mediolan. verò cum Pſ. Vatic. ap. Hilar. add. *ab altitudine diei non timebo*; deinde ut inf. ℣. 4. *quoniam multi*, &c. Similiter Hilar. in eund. Pſ. col. 113. f. excepto uno *dierum*, loco *diei.* Auct. l. de XLII. Manſ. ap. Ambr. to. 2. 15. d. ſimpliciter: *Miſerere mei Deus, quoniam multi bellantes adversùm me.* In Gr. Καλεπάτησάν με οἱ ἐχθροί μου ὅλην τὴν ἡμέραν, ἀπὸ ὕψους ἡμέρας· quæ verba textum Lat. referunt ad verbum: ſequitur pariter, ὅτι πολλοί, &c. ut inf. ℣. 4. At in edd. Ald. & Compl..... ὅλην τὴν ἡμέραν· ὅτι πολλοὶ οἱ πολεμοῦντές με, &c. ut in Vulg.

℣. 4. Sic Hilar. ad verbum, cum Pſalt. Corb. Sic etiam Auguſt. & Caſſiod. in eund. Pſ. cum Rom. & Moz. addito uno *Domine*, poſt *ſperabo*; Moz. *ſperavi.* Mediol. ſimiliter hab. *Quoniam multi, qui debellant me*: dein verò ſic pergit: *Ab altitudine Dei non timebo, quia ego in te ſperabo.* Pſalm. è Mſ. Vat. ap. Hilar. *Quoniam multi, qui debellabant me, timebunt: ego verò in te ſperabo.* Hieron. ep. ad Sun. & Fret. to. 2. col. 639. c. de hoc Vulg. *Ab altitudine diei timebo*, ita ſcribit: *Et dicitis in Græco vos inveniſſe*, non timebo, *quod additum eſt*; & *eſt ordo*: Quoniam multi dimicant adversùm me, idcirco ego ab altitudine diei timebo: *hoc eſt, non bellantes adversùm me, ſed tuum excelſum timebo lumen.* Græc. ut in textu Lat. Ὅτι πολλοὶ οἱ πολεμοῦντές με φοβηθήσονται· ἐγὼ δὲ ἐλπιῶ ἐπὶ Col. In edd. verò Ald. & Compl. ut in Vulg. Ἀπὸ ὕψους ἡμέρας ἐ φοβηθήσομαι· ἐγὼ δὲ, &c.

℣. 5. Sic in Pſalt. Rom. Corb. & ap. Caſſiod. ſi excipiatur vox ult. *homo.* Ap. Hilar. in eund. Pſ. legitur *caro*, ut ſup. initio verò, *In Domino laudabo*, &c. Ambr. l. de exhort. virg. to. 2. 295. f. 296. a. cum Fulg. l. 1. ad Traſim. c. 17. p. 84. *In Deo ſperabo: non timebo quid faciat mihi caro.* Brev. Moz. *quid mihi facict homo.* Vide rurſum Ambr. to. 1. col. 886. e. 1406. d. & to. 2. p. 252. c. 719. d. Auguſt. omittit ſup. *tota die*, legitque *ſperavi*, &c. ut in Vulg. at Mſs. plures, *ſperabo.* Gr. Ἐν τῷ Θεῷ ἐπαινέσω τὸς λόγς μου, ὅλην τὴν ἡμέραν ἐν τῷ Θεῷ ἤλπισα· ἐ..... τί ποιήσει μοι Cάρξ. Ab edd. Ald. & Compl. abeſt hoc, ὅλην τὴν ἡμέραν.

℣. 6. Concinunt Pſalt. Rom. Moz. & Corb. necnon Hilarius, & Caſſiod. in hunc Pſ. Similiter ap. Aug. ſi excipias verbum *abominabantur.* In Gr. ἐδ ελύσσοντο· deinde, κατ' ἐμοῦ πάντες οἱ διαλογισμοὶ αὐτῶν, εἰς κακόν.

℣. 7. Eadem refert Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Corb. & Carnut. In Moz. & Mediolan. *Sicut exſpectaverunt animam meam.* Similiter hab. Hilarius in hunc Pſ. ſi excipias 1. *habitabunt.* Auguſt. in eund. Pſ. *Incolent & abſcondent..... Sicut ſuſtinuit anima mea*: rurſus *incolent*, quæſt. 156. in Gen. to. 3. 417. b. Gr. Παροικήσουσι καὶ καλακρύψουσιν αὐτοὶ· τὴν σφέραν μου φυλάξουσι. Καθάπερ ὑπέμειναν τῇ ψυχῇ μου, Ald. & Compl. ὑπέμειναν τὴν ψυχήν μου.

℣. 8. Ita ferunt Pſalt. Rom. cum Pſalmo Vatic. apud Hilar. imo Hilarius ipſe, & Auguſtinus in hunc Pſalm. ſi excipias ultimum *deduces.* Ita etiam in Pſalt. Corb. Hieron. in Ezech. 43. to. 3. 1018. f. leg. *pro nihili ſalvos facies eos*: & l. 2. in epiſt. ad Tit. to. 4. col. 431. a. *pro nihilo ſalvabis eos.* Gr. Cάσεις. Ad hoc autem ult. *in ira populos confringes*, ait epiſt. ad Sun. & Fretel. to. 2. 642. a. *In Græco legitur*: ἐν ὀργῇ λαὸς καλάξεις, *id eſt*, conſringes; & *apud Latinos, pro eo quod eſt* dejicies, *id eſt*, καταβαλεῖς, *malè error obtinuit* καλάξεις.

℣. 9. Pſalt. Rom. & Corb. *Deus, vitam meam nunciavi tibi: poſui lacrymas..... ſicut in repromiſſ. tua*: Corb. *in promiſſione.* Similiter hab. Hilar. in hunc Pſ. cum Pſ. è Mſ. Vatic. apud ipſum, excepto verbo *poſuiſti.* Ambroſ. in Pſ. 37. to. 1. 831. f. *Deus, vitam meam nunciabo tibi: poſuiſti lacr.* &c. Auguſt. in eund. Pſ. *Deus, vitam meam enunciavi tibi: poſuiſti lacr..... ſicut in repromiſſione tua.* Caſ-

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
Sicut & in promiſſione tua : 10. tunc convertentur inimici mei retrorsùm :	*Sed non in narratione tua : tunc convertentur inimici mei retrorsùm.*	Sicut in promiſſione tua : 10. convertentur inimici mei retrorsùm :
In quacunque die invocavero te : ecce cognovi quoniam Deus meus es.	*In quacunque die invocavero : hoc ſcio quia Deus meus es.*	In quacunque die invocavero te : ecce agnovi quia Deus meus es.
11. In Deo laudabo verbum, in Domino laudabo ſermonem : in Deo ſperavi, non timebo quid faciat mihi homo.	*In Deo laudabo verbum, in Domino prædicabo ſermonem : in Deo ſperavi, non timebo quid faciat mihi homo.*	11. In Deo laudabo verbum, & in Domino laudabo ſermonem : in Domino ſperabo, non timebo quid faciat mihi homo.
12. In me ſunt Deus vota tua, quæ reddam, laudationes tibi.	*In me ſunt Deus vota tua : reddam gratiarum actiones tibi.*	12. In me ſunt Deus vota, quæ reddam, laudationis tibi.
13. Quoniam eripuiſti animam meam de morte, & pedes meos de lapſu : ut placeam coram Deo in lumine viventium.	*Quia liberaſti animam meam de morte, & pedes meos de lapſu : ut ambulem coram Deo in luce viventium.*	13. Quoniam eripuiſti animam meam à morte, & pedes meos de lapſu : ut placeam coram Deo in lumine viventium.

Ex Mſ. Sangerm.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ſiod. legit *poſui lacrymas*, &c. ut in textu. Græc. Ὁ Θεὸς, τὴν ζωήν μου ἐξήγγειλά σοι· ἴδου τὰ δάκρυά μου..... ὡς ἂν εὐαρεστήσω σοι τῇ ἐπαγγελίᾳ σου.

℣. 10. Pſalt. Rom. *Convertantur inimici..... ecce agnovi quoniam Deus meus es tu.* Similiter hab. Corb. cum Pſ. è Mſ. Vat. ap. Hilar. hoc excepto, *ecce agnovi quia :* ſic etiam Hilarius ipſe, & Caſſiod. in eund. Pſ. niſi quòd hab. *convertentur ;* quidam tamen Mſs. Hilar. *convertantur*, detracto conſtanter adverb. 1. *tunc*, quod pariter abeſt à Pſalt. Carnut. Apud Auguſt. etiam : *convertantur inimici..... ecce ſcivi quoniam Deus meus es tu.* In Brev. Moz. *ecce agnovi*, abſque ult. *tu.* In Gr. ἐπιστρέψουσιν (Aquil. Symm. Theod. & V. ed. τότε ἐπιστρέψουσιν) οἱ ἐχθροί..... ἐν ᾗ ἔγνων ὅτι Θεός μου εἶ σύ.

℣. 11. Conſonant Pſalt. Rom. & Moz. niſi quòd hab. *in Deo ſperabo.* Moz. tamen delet ℣, poſt hoc, *laudabo verbum.* Corb. ſubdit, ℣ *in Deo laudabo ſermonem.* Hilarius in eund. Pſ. legit : *Et in Deo laudabo verbum, in Domino laud. ſermonem : in Domino ſperabo*, &c. à Pſalmo Vatic. apud Hilar. abeſt, *Et in Deo laudabo verbum ;* cætera quadrant. Apud Ambroſ. l. 3. de fide, to. 2. 500. a. ſic : *In Deo laudabo verbum ;* ſed inf. 648. e. *In Domino laudabo verbum.* Ap. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 306. c. *in Domino ſperavi, non timebo*, &c. In Miſſali Rom. ad Introit. fer. 2. Dom. 3. Quadr. *In Deo laudabo verbum..... in Deo ſperabo, non timebo*, &c. Auguſt. Vulgatæ congruit ; quidam tamen Mſs. hab. *in Deo ſperabo.* Caſſiod. *In Deo laudabo verbum*, ℣ *in Domino prædicabo ſermonem : in Deo ſperabo, non timebo*, &c. In Gr. Ἐπὶ τῷ Θεῷ αἰνέσω ῥῆμα, ἐπὶ τῷ Κυρίῳ αἰνέσω λόγον· ἐπὶ τῷ Θεῷ ἤλπισα, οὐ, &c.

℣. 12. Ita fert Pſalt. Moz. cum Rom. ſicut etiam Hilarius in hunc Pſ. Item Pſalt. Corb. niſi quòd hab. *vota Deus.* Pſalm. verò è Mſ. Vat. ap. Hilar. Vulgatæ favet cum Caſſiod. Apud Auguſt. in eund. Pſ. ſic : *In me ſunt Deus vota tua, quæ reddam, laudis tibi :* ſimiliter epiſt. 188. to. 2. 695. a. In Pſalt. Mediol. & Carnut. conſtanter, *laudationis tibi.* Hilarius etiam in comment. p. 116. a. ait : *Non extra ſe ſunt iſta quæ ſperat, nec laudationis vota quæ reddet.* In Gr. Ἐν ἐμοὶ ὁ Θεὸς αἱ εὐχαὶ, ἃς ἀποδώσω, αἰνέσεώς σου.

℣. 13. Sic eſt apud Hilar. in hunc Pſ. præter unum *eruiſti.* At in Pſalt. Rom. Corb. & Mozar. ita : *Quoniam* (Moz. *Quia*) *eripuiſti animam meam de morte, oculos meos à lacrymis*, (Corb. Moz. ℣) *pedes meos à lapſu : ut placeam coram Domino in lumine viventium* (Corb. *in regione vivorum.*) Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. ſimiliter addunt *oculos meos à lacrymis*, cum Pſalt. Carnut. at Aug. initio habet *quia eruiſti.* Caſſiod. ut in Vulg. Græc. Ὅτι ἐῤῥύσω τὴν ψυχήν μου ἐκ θανάτου, (Ald. & Compl. add. τοὺς ὀφθαλμούς μου ἀπὸ δακρύων) καὶ τοὺς πόδας μου ἐξ..... τοῦ εὐαρεστῆσαι ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ (Ald. & Compl. Κυρίου) ἐν φωτὶ ζώντων.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
In finem,	*Victori*	In finem,
1. Ne diſperdas, David in tituli inſcriptionem, cùm fugeret à facie Saul in ſpeluncam. (2. *Reg.* 22. 1. & 24. 4.) LVI.	*Ut non diſperdas David humilem & ſimplicem, quando fugit à facie Saul in ſpeluncam. LVII.*	1. Ne diſperdas, David in tituli inſcriptionem, cùm fugerunt à facie Saul in ſpeluncam.
2. MIſerere mei Deus, miſerere mei : quoniam in te confidit anima mea. Et in umbra alarum tuarum ſperabo, donec tranſeat iniquitas.	*MIſerere mei Deus, miſerere mei : quoniam in te ſperavit anima mea. Et in umbra alarum tuarum ſperabo, donec tranſeant inſidiæ.*	2. MIſerere mei Deus, miſerere mei : quoniam in te confidet anima mea. Et in umbra alarum tuarum ſpero, donec tranſeat iniquitas.
3. Clamabo ad Deum altiſſi-	*Invocabo Deum altiſſimum :*	3. Clamabo ad Deum altiſ-

Ex Mſ. Sangerm.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic in Pſalt. Rom. & Corb. exceptis his, *in tituli inſcriptione, cùm fugeret à... in ſpelunca ;* Rom. Martian. *in ſpeluncam.* Brev. Mozarab. *In finem, Ne corrumpas, David in tituli inſcriptionem, cùm fugeret à..... in ſpelunca.* Pſ. è Mſ. Vat. ap. Hilar. *In finem, Ne diſperdas, David in tituli inſcriptionem, cùm fugeret David à..... in ſpeluncam.* Hilarius ipſe ibid. *De ſuperioris Pſalmi ſuperſcriptione*, inquit, *id tantùm demutatum in conſequenti eſt, quòd ubi* Pro populo longè à Sanctis facto *anigmatum eſt, nunc*, Ne corrumpas, *vel* diſperdas *præſcribitur, quod uno verbo τὸ Μὴ διαφθείρῃς, utrumque Græcus ſermo complexus eſt.* In conſequentibus autem præferre videtur id, *Ne corrumpas ;* ſubinde ait : *Ideo autem* In finem, *tituli inſcriptio eſt, quia*, &c. & poſt pauca : *Id autem quòd* in ſpelunca *clauſus hæc loquitur, tempus eſt prophetiæ*, &c. Apud Auguſt. in hunc Pſ. ſic : *In finem, Ne corrumpas, ipſi David in tituli inſcriptionem, cùm fugeret à..... in ſpeluncam :* itidem inf. in Pſ. 107. col. 1215. a. vide etiam tract. 117. in Joh. 19. to. 3. 798. Caſſiod. Vulgatæ congruit, niſi quòd hab. *inſcriptione.* Græc..... τῷ Δαυὶδ εἰς συναγωγήν, ὡς τῷ αὐτὸν ἀποδιδράσκειν ἀπὸ..... εἰς τὸ σπήλαιον.

℣. 2. Sic in Pſalt. Corb. ad verbum. Item in Rom. excepto uno *confidit ;* Gr. πέποιθεν. Hilarius in hunc Pſ. Vulgatæ conſonat, ſicut Auguſt. & Caſſiod. in eund. Pſ. Apud Ambroſ. l. de apol. Dav. to. 1. 683. f. *Et in umbra alarum tuarum ſperavi, donec*, &c. at l. de virginit. to. 2. 241. e. *ſperabo ;* Gr. ἐλπιῶ.

℣. 3. Sic Hilarius, Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Græco. In Pſalt. Moz. ſic : *Clamabo ad Deum altiſſimum : ad Dominum qui benefecit mihi.* In Rom. ℣ *ad Dominum qui*, &c. exinde deeſt *Diapſalma*, ſicut apud Hilar. nec etiam memoratur ab Auguſt. at exſtat in Pſalt. Corb. & Gr.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. ſimum : Deum qui benefecit mihi. DIAPSALMA.	*Deum ultorem meum.*	mum : Deum qui benefecit mihi.
4. Miſit è cœlo, & liberavit me : dedit in opprobrium conculcantes me. DIAPSALMA.	*Mittet de cœlo, & ſalvabit me : exprobrabit conculcantibus me. SEMPER.*	4. Miſit de cœlo, & liberavit me : dedit in opprobrium conculcantes me.
Miſit Deus miſericordiam ſuam, & veritatem ſuam, 5. animam meam eripuit de medio catulorum leonum : dormivi conturbatus.	*Mittet Deus miſericordiam ſuam, & veritatem ſuam : anima mea in medio leonum dormivit ferocientium.*	Miſit Deus miſericordiam ſuam, & veritatem ſuam, 5. & eripuit animam meam de medio catulorum leonum : dormivi conturbatus.
Filii hominum dentes eorum arma & ſagittæ : & lingua eorum machæra acuta.	*Filii hominum dentes eorum lancea & ſagitta, & lingua eorum gladius acutus.*	Filii hominum dentes eorum arma & ſagittæ : & lingua eorum gladius acutus.
6. Exaltare ſupra cœlos Deus : & in omni terra gloria tua.	*Exaltare ſuper cœlos Deus : in omni terra gloria tua.*	6. Exaltare ſuper cœlos Deus : & in omnem terram gloria tua.
7. Laqueos paraverunt pedibus meis : & incurvaverunt animam meam.	*Rete paraverunt greſſibus meis, ad incurvandam animam meam :*	7. Laqueum paraverunt pedibus meis : & incurvaverunt animam meam.
Foderunt ante faciem meam foveam : & ipſi inciderunt in eam. DIAPSALMA.	*Foderunt ante me foveam, ceciderunt in medio ejus. SEMPER.*	Foderunt ante faciem meam foveam : & inciderunt in eam.
8. Paratum cor meum Deus, paratum cor meum : cantabo, & pſalmum dicam.	*Paratum cor meum Deus, paratum cor meum : cantabo, & pſallam.*	8. Paratum cor meum Deus, paratum cor meum : cantabo, & pſalmum dicam.
9. Exſurge gloria mea, exſurge pſalterium & cithara : exſurgam diluculo.	*Surge gloria mea, ſurge pſalterium, & cithara : ſurgam manè.*	9. Exſurge gloria mea, exſurge pſalterium & cithara : exſurgam diluculo.
10. Et confitebor tibi in populis Domine : pſalmum tibi dicam inter gentes :	*Confitebor tibi in populis Domine : cantabo tibi in gentibus :*	10. Confitebor tibi in populis Domine : & pſalmum dicam tibi in gentibus :
11. Quoniam magnificata eſt uſque ad cœlos miſericordia tua, & uſque ad nubes veritas tua.	*Quia magna uſque ad cœlos miſericordia tua, & uſque ad nubes veritas tua.*	11. Quoniam magnificata eſt uſque ad cœlos miſericordia tua, & uſque ad nubes veritas tua.
12. Exaltare ſupra cœlos Deus ; & ſuper omnem terram gloria tua.	*Exaltare ſuper cœlos Deus : in omni terra gloria tua.*	12. Exaltare ſuper cœlos Deus ; & ſuper omnem terram gloria tua.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Concordant Pſalt. Rom. & Corb. Item Hilar. in hunc Pſ. niſi quòd rejicit *Diapſalma* in ℣. ſequentem : Pſ. è Mſ. Vatic. ap. ipſum prorſus delet, habetque in principio, *Miſit me è cœlo*, & *liberav.* &c. ut ſup. Auguſt. in eund. Pſalm. *Miſit de cœlo*, & *ſalvum fecit me : dedit in oppr.....* *Miſit de cœlo miſeric. ſuam*, & *verit. ſuam*, abſque med. *Diapſalmate*. Ap. Caſſiod. ut in Vulg. In Gr. pro *liberavit*, ἔσωσε, *ſalvavit*. Auct. l. de promiſſ. p. 1. c. 35. col. 163. c. *liberavit*.

℣. 5. Sic eſt in Pſalt. Rom. Corb. & Moz. Sic etiam ap. Hilar. in hunc Pſ. niſi quòd habet initio, *eripuit animam meam* ; & poſt *conturbatus*, ponit *Diapſalma* : item ſupra in Pſ. 54. p. 111. a. ait : *Sunt etiam in verbis jacula, ſicuti dentes ſcutum & ſagitta ſunt, & lingua machæra acuta eſt.* Auguſt. in Pſ. 56. *& eruit animam meam.....* *& lingua eorum gladius acutus* ; paulò verò inf. *machæra acuta*, ut & tract. 42. in Joh. to. 3. p. 2. col. 580. g. Caſſiod. *eripuit animam meam*, &c. ut in Vulg. Similiter hab. Optat. l. 2. cont. Donat. p. 43. a. Gr. ἐρρύσατο, &c. Additum eſt à me ſup. verbum *eripuit*, quod deerat in Pſalt. Sangerm. ſed mendo aperto.

℣. 6. Pſalt. Rom. cum Corb. & *ſuper omnem terram gloria tua*. Sic etiam ap. Hilar. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. In Gr. ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, &c.

℣. 7. Sic habent Pſalt. Rom. & Moz. cum Caſſiod. Sic etiam Hilar. in eund. Pſ. cum Pſalt. Corb. niſi quòd delent *ipſi*, ante *inciderunt*. Ap. Aug. ita : *Muſcipulam paraverunt pedibus meis : & incurvaverunt* (inf. *curvaverunt*) ..... & *ipſi inciderunt in eam*. Apud Ambroſ. in Luc. 4. to. 1. 1337. e. *Laqueos paraverunt pedibus meis : & ipſi inciderunt in eos*. Gr. Παγίδας ἡτοίμασαν..... καὶ ἐνέπεσαν, &c. Ald. & Compl. παγίδα. *Diapſalma* pariter ſubſequitur cùm in Pſalt. Rom. Corb. & Gr. tum ap. Hilar. deeſt verò in Pſ. è Mſ. Vat. ap. ipſum ; nec memoratur ab Auguſt.

℣. 8. Ita Caſſiod. cum Pſalt. Rom. addito uno *Domine*, in fine. Apud Hilar. in hunc Pſ. ſic : *Deus, paratum cor meum : cantabo*, & *pſalmum dicam tibi*. Apud Aug. in eund. Pſ. & in Pſ. 107. col. 1214. d. *cantabo*, & *pſallam tibi*. In Gr. ᾄσομαι, καὶ ψαλῶ· cætera ut in textu.

℣. 9. Ita Hilarius, Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. & Gr. Pſ. è Mſ. Vat. ap. Hilar. ſic : *exſurge pſalterium in cithara*.

℣. 10. Pſalt. Rom. delet & in principio, ſed reponit poſt *Domine* ; ſicut *tibi*, poſt *dicam*. In Mozarab. *pſallam tibi inter gentes*. In Corb. *Confitebor tibi... Domine : pſalm. dicam tibi in gentes*. Pſ. è Mſ. Vat. ap. Hilar. *Et confitebor..... Domine : pſallam tibi in gentibus*. Hilarius ipſe, *pſalmum dicam tibi in gentibus* ; paulò inf. *inter gentes*. Auguſt. & *pſallam tibi in gentibus*. Caſſiod. *pſalmum dicam tibi inter gentes*. Gregor. Tur. l. 2. hiſt. Franc. p. 89. a. *pſalmum dicam nomini tuo inter gentes*. Auct. quæſt. apud Aug. to. 3. q. 44. *confitebor tibi in gentibus*. Gr. Ἐξομολογήσομαί σοι..... Κύριε· ψαλῶ σοι ἐν ἔθνεσι.

℣. 11. Conſonat Pſalt. Rom. unà cum Gr. nec differt Hilar. niſi quòd hab. *Quia magnificata eſt.....* & *veritas tua uſque ad nubes* : at in Pſ. 146. col. 579. b. de more, & *uſque ad nubes veritas tua*. Similiter Auguſt. & Caſſiod. in Pſ. 56. rurſumque Aug. in Pſ. 107. col. 1214. e. *Quoniam magnificata eſt*, &c. ſed addit : *vel ſicut alii interpretati ſunt, elevata eſt*. Gr. conſtanter, ἐμεγαλύνθη.

℣. 12. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. *Exaltare ſuper cœlos Deus*, cum Pſalt. Rom. Hilarius in eund. Pſ. *Exaltare cœlis Deus*, &c. Gr. Ὑψώθητι ἐπὶ τοὺς οὐρανούς, &c.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
In finem,	*Victori*	In finem, *Ex Mſ. Sangerm.*
1. Ne diſperdas, David in tituli inſcriptionem. LVII.	*Ut non diſperdas David humilem ac ſimplicem. LVIII.*	1. Ne diſperdas, David in tituli inſcriptione. LVII.
2. SI verè utique juſtitiam loquimini : recta judicate filii hominum.	*SI verè utique juſtitiam loquimini : recta judicate filii hominum.*	2. SI verè utique juſtitiam loquimini : juſta judicate filii hominum.
3. Etenim in corde iniquitates operamini : in terra injuſtitias manus veſtræ concinnant.	*Etenim in corde iniquitates operamini : in terra iniquitates manuum veſtrarum appendite.*	3. Etenim in corde iniquitates operamini : in terra iniquitatem manus veſtræ concinnant.
4. Alienati ſunt peccatores à vulva, erraverunt ab utero : locuti ſunt falſa.	*Alienati ſunt peccatores à vulva : erraverunt ab utero, loquentes mendacium.*	4. Abalienati ſunt peccatores ab utero, erraverunt à ventre : locuti ſunt falſa.
5. Furor illis ſecundùm ſimilitudinem ſerpentis : ſicut aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas,	*Furor eorum ſicut ſimilitudo furoris ſerpentis : ſicut reguli ſurdi, obturantis aurem ſuam,*	5. Ira illis ſecundùm ſimilitudinem ſerpentium : ſicut aſpides ſurdæ, & obturantes aures ſuas,
6. Quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incantantis ſapienter.	*Ut non audiat vocem murmurantium, nec incantatoris incantationes callidas.*	6. Quæ non exaudivit vocem incantantium, & venefici qui incantantur à ſapiente.
7. Deus conteret dentes eorum in ore ipſorum : molas leonum confringet Dominus.	*Deus excute dentes eorum ex ore eorum : molares leonum confringe Domine.*	7. Deus conteret dentes eorum in ore ipſorum : molas leonum confregit Dominus.
8. Ad nihilum devenient tanquam aqua decurrens : intendit ar-	*Diſſolvantur quaſi aquæ quæ defluunt : intendet arcum ſuum donec*	8. Ad nihilum devenient velut aqua decurrens : intendens

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic in Pſalt. Rom. Corb. & apud Caſſiod. deeſt verò *David* in Mozarab. In Coislin. ut in textu, excepta voce *ſcriptione*. Hilarius ſic habet : *In finem, Ne diſperdas, tituli inſcriptio ;* ſubditque, *ſola deeſt hîc ſignificatio aliqua geſtorum.* Auguſt. in hunc Pſ. ait : *Titulus Pſalmi hujus : In finem, Ne corrumpas, ipſi David in tituli inſcriptionem.* Gr. Εἰς τὸ τέλος, μὴ διαφθείρῃς, τῷ Δαυὶδ εἰς συλλογαφίαν.

℣. 2. Conſentit Caſſiod. unà cum Pſalt. Rom. Corb. Coisl. & Vatic. apud Hilarium. Mozar. *rectè judicate.* Lucif. Calar. l. 1. pro S. Athan. p. 192. a. *Si verè utique..... juſtè judicate*, &c. Hilar. in hunc Pſ. *Si verè utique..... directa judicate*, &c. Auguſt. in eund. Pſ. col. 540. e. ut in Vulg. at infra, *Si verè ergo juſtitiam..... recta*, &c. Capitul. reg. Baluz. to. 1. p. 234. b. *juſtè judicate.* Gr. Εἰ ἀληθῶς ἄρα... εὐθεῖα κρίνετε, &c.

℣. 3. Itidem in Pſalt. Rom. & Coislin. Mozarab. utrobique hab. *iniquitates*, cum Rom. Martianæi ; præterea idem Moz. leg. & *operamini.* Corb. add. *in terram :* deinde, *injuſtitiam manus veſtræ concinnant.* Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 192. a. cum Caſſiod. *iniquitatem manus veſtræ concinnant.* Hilar. in hunc Pſ. *in terra iniquitatem complectuntur manus veſtræ.* Auguſt. in eund. Pſ. *in terra : iniquitates manus veſtræ conneſtunt.* In Gr. ἐν τῇ γῇ· ἀδικίαν αἱ χεῖρες ὑμῶν ζυμπλέκουσι.

℣. 4. Ita Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 192. a. excepto verbo *alienati ſunt.* Suffragatur Iren. l. 3. c. 10. p. 185. e. & l. 4. c. 41. p. 288. a. Item Hilar. in hunc Pſ. necnon Ambr. l. de fuga ſæc. c. 7. to. 1. p. 434. c. & Caſſiod. in eund. Pſ. cum Pſalt. Rom. Corb. & Coislin. In Moz. *Alienati ſunt peccatores ab utero, erraverunt à ventre, loquentes falſa.* Hieron. in Eccleſ. to. 2. 761. b. & Aug. in eund. Pſ. *Alienati ſunt pecc. à vulva, errav. à ventre : locuti ſunt*, &c. Ambroſ. ep. 33. to. 2. 920. f. *erraverunt pecc. ab utero.* Iren. loco ſup. cit. omittit τὸ *locuti ſunt falſa.* In Gr. Ἀπηλλοτριώθησαν οἱ..... ἀπὸ μήτρας, ἐπλανήθησαν ἀπὸ γαστρὸς· ἐλάλησαν ψευδῆ· Symm. εἱ λαλοῦντες ψευδῆ.

℣. 5. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 192. a. cum Caſſiod. & Pſalt. Rom. *Ira illis ſecundùm ſimilitud. ſerpentis*, &c. ut in Vulg. Coislin. *Ira illis ſec. ſimilitud. ſerpentis : ſicut aſpides ſurdæ, obturantes aures ſuas.* Mozar. *Ira illis ſec. ſimilitud. ſerpentis : ſicut aſpide ſurdæ, & obdurantis aures ſuas.* Corb. *Indignatio illis ſec. ſimilit..... ſicut aſpidis ſurdæ, & obturantes*, &c. Iren. l. 4. c. 41. p. 288. a. *Ira eis ſec. ſimil. ſerpentis.* Hilar. in hunc Pſ. nil differt à Vulg. nec etiam Pſ. è Mſ. Vatic. apud ipſum, niſi quòd loco *furor illis*, hab. *indignatio illis.* Similiter Auguſt. in eund. Pſ. Ambroſ. verò l. de fuga ſæc. c. 7. to. 1. 434. c. *Furor illis..... ſerpentis : ſicut aſpidis ſurdæ, & obſtruentis aures ſuas.* S. Paulin. ep. 15. p. 88. a. ait : *Sicut ſurdus non audiebat ; & ſicut aſpides ſurda obturabat nobis aures ſuas.* Gr. Θυμὸς αὐτοῖς..... τῦ ὄφεως· ὡσεὶ ἀσπίδος κωφῆς, ἣ βυούσης, &c.

℣. 6. Pſalt. Rom. Fabri : *Quæ non exaudiet vocem incantantium*, & *venefici ; quæ incantatur à ſapiente.* Rom. Martian. cum Caſſiod. & *veneficia, quæ incantantur à ſapiente.* Coislin. & Corb. *Quæ non exaudiunt vocem incantantium*, & *venefici qui incantura ſapiente ;* ſed vitiosè, pro *incantatur à*, quod habet Corb. in Carnut. & Mediol. *incantantur.* In Mediol. etiam deeſt &, ante *venefici.* In Mozar. *Quæ non exaudient vocem incant. & venefici quod incantatur à ſapiente.* Lucif. Calar. l. 1. pro S. Athan. p. 192. a. *Quæ non exaudivit vocem incantantium, incantatoris ; quæ incantatur à ſapiente.* Ambroſ. l. de fuga ſæc. c. 7. p. 434. c. *Quæ non exaudiet vocem incant. & venefici, cùm incantatur à ſapiente.* Pſalm. è Mſ. Vatic. ap. Hilar. & *veneficii quod medetur à ſapiente.* Hilar. ipſe in comment. *Quæ non exaudiet voc. incantantium, medicamenti medicati à ſapiente :* & infra col. 123. e. 124. a. memorat *medicata medicamina à ſapiente.* Obſervant BB. Not. e. ad hunc locum, Bad. & Er. habere poſt Reg. Mſ. *medicamentis medicati ;* Lipſ. verò & Par. *medicamentis medicatis.* Editt. Hincmari ap. quem hic locus citatur, nempe l. de præd. c. 25. ferunt, *medicamentis medicata ;* Mſ. Vatic. *medicamenti meditati.* Aug. cum Hilario ſup. *Quæ non exaudiet vocem incant. & medicamenti medicati à ſapiente.* Hieron. in Iſai. 3. to. 3. p. 35. f. & *venefici medicantis ſapienter.* Gr. Vat. Ἥτις οὐκ εἰσακούσεται φωνὴν ἐπᾳδόντων, φαρμακὺ τε φαρμακευομένου παρὰ σοφῦ. Verſionum Latinar. diſſimilitudo orta eſt ex voce φαρμακὺ, quæ in cod. Vat. habetur ſine accentu, teſte Nobilio : ſi enim ita ſcribitur, φαρμάκυ, id reſpondet Hilario & Auguſt. ſi verò hoc modo, φαρμακῦ, reſpondet Vulgatæ. In al. lib. eſt φαρμακῦ τε φαρμακευομένῃ, ut in Rom. Fabri. ſed lectio vet. mutata eſt poſtea in φαρμακῦται ; & ſic legitur ap. Theodoret. φαρμακῦται φαρμακευομένῃ, *medicatur medicata :* Theod. ap. Corder. in Catena legiſſe videtur φαρμάκυ τε, à φάρμακον, non φαρμακῦ τε, à φαρμακός ; *Hic enim,* inquit, *ſenſus eſt : Similes ſunt aſpidi, quæ neque attendit voci incantantium, neque medicamento quod ab ipſis medicatum eſt. Medicamentum vocat ipſam incantationem ; atque hoc Symmachus declarat manifeſtius, dicens, Carmen incantantium.* Vide ſis Nobil. not.

℣. 7. In Pſalt. Sangerm. mendosè ſcriptum *conterur*, fortè pro *conterantur ;* poſuimus tamen *conteret*, ex Rom. quod etiam in reliquis Vulgatæ congruit. In Coislin. ſic : *Deus conterit dentes eorum in ora ipſorum.* Corb. *Deus conteruit..... in ore..... confringit Dominus.* Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 192. a. leg. *Deus conterat dentes eorum in ore ipſorum..... confringet*, &c. Hilarius cum Auguſt. in hunc Pſ. *Deus contrivit dentes eorum in ore ipſor..... confregit Dominus.* Caſſiod. ut in Vulg. Gr. Ὁ Θεὸς ζυνέτερψε..... ἐν τῷ σιαγόνι..... ζυνέθλασεν ὁ Κύριος.

℣. 8. Sic in Pſalt. Rom. Coislin. Moz. & apud Caſſiod. præter unum *intendit ;* in Vatic. apud Hilar. *intendet.* In Corb. *Ad nihilum devenerunt velut aquæ decurrens : intendet arcum ſuum*, &c. Lucif. Calar. lib. 1. pro S. Athan. p. 192. a. *Ad nihilum venientes, ut aqua decurrent : intendit arcum*, &c. ut ſup. Hilarius in hunc Pſ. *Spernentur velut*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. arcum ſuum donec infirmentur.	*conterantur.*	cum ſuum donec infirmentur.
9. Sicut cera liquefacta auferentur : ſupercecidit ignis, & non viderunt ſolem.	*Quaſi vermis tabefactus pertranſeant : quaſi abortivum mulieris, quod non vidit ſolem.*	9. Sicut cera, quæ fluit, auferentur : ſupercecidit ignis, & non viderunt ſolem.
10. Priuſquam producant ſpinas veſtras : rivus ſicut viventis, ſicut in ira abſorbet eos.	*Antequam creſcant ſpinæ veſtræ in rhamnum : quaſi viventes, quaſi in ira tempeſtas rapiet eos.*	10. Priuſquam intelligerent ſpinæ veſtræ rhamnum : ſicut viventes, ſic in ira abſorbet eos.
11. Lætabitur juſtus cùm viderit vindictam impiorum : manus ſuas lavabit in ſanguinem peccatorum.	*Lætabitur juſtus cùm viderit ultionem : pedes ſuos lavabit in ſanguine impii.*	11. Lætabitur juſtus cùm viderit vindictam : manus ſuas lavabit in ſanguine peccatoris.
12. Et dicet homo : Si utique erit fructus juſto : & verè eſt Deus judicans eos in terram.	*Et dicet homo : Verè eſt fructus juſto : verè eſt Deus judicans in terra.*	12. Et dicet homo : Si utique eſt fructus juſto : utique eſt Deus judicans eos in terra.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

aqua decurrens : intendet arcum, &c. at in Pſ. 143. col. 558. d. *Perierunt ſicut aqua præterfluens.* Aug. in eund. Pſ. *Spernentur tanquam aqua decurrens : intendit arcum*, &c. Gr. Ἐξελεύσονται ὡς ὕδωρ διαπορευόμενον· ὡς ἐνέτεινε τὸ τόξον, &c.

℣. 9. Sic Hilarius cum Auguſt. in hunc Pſ. Accinunt Pſalt. Rom. Coisl. Corb. & Carnut. niſi quòd Rom. habet, *ſuper eos cecidit ignis*, & Coislin. *ſupercecidit ignes ſuper eos.* Mozarab. *Sicut cera liqueſacta auferetur*, &c. ut ſup. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 192. a. *Sicut cera liquefacta auferantur : ſuper eos cecidit ignis*, &c. Similiter hab. Caſſiod. in eund. Pſ. excepto uno *auferentur.* In Gr. Ὡσεὶ κηρὸς ὁ τακεὶς ἀνταναπεφήνασι· ἔπεσε πῦρ, καὶ, &c. Ald. & Compl. addunt ἐπ' αὐτὰς, καὶ, &c.

℣. 10. Pſalt. Rom. *Priuſquam producat ſpinas veſter rhamnus : ſicut viventes, ſic in ira abſorbet eos.* Mozarab. & Mediolan. *Priuſquam producant ſpinæ veſtræ rhamnum*, &c. ut in Rom. Carnut. *Priuſquam producat ſpinæ veſtræ rhamnum*, &c. Hilarius in hunc Pſ. cum Pſ. Vatic. *Priuſquam producat ſpinas veſtras rhamnus : ſicut viventes, ſic in ira abſorbet vos.* Sic etiam in Pſalt. Corb. præter hæc, *ſicut in ira abſorbet eos.* In Vatic. apud Hilar. *abſorbebit eos.* Auguſt. in eund. Pſ. *Priuſquam producat ſpinas veſtras rhamnus : tanquam viventes, tanquam in ira combibet eos.* Caſſiod. *Priuſquam producant ſpinæ veſtræ rhamnes : ſicut viventes, ſicut in ira abſorbet eos.* In Gr. Πρὸ τοῦ συνιέναι τὰς ἀκάνθας ὑμῶν τὸν ῥάμνον· ὡσεὶ ζῶντας, ὡσεὶ ἐν ὀργῇ καταπίεται ὑμᾶς, Ald. & Compl. αὐτούς. Symm. Πρὶν ἢ αὐξηθῶσιν αἱ ἄκανθαι ὑμῶν, ὥσπερ γενέθαι ῥάμνον· ἔτι ζῶντα, &c.

℣. 11. Conſonat Pſalt. Mozarab. Sic etiam in Rom. ſi excipias unum *in ſanguine.* Hilarius cum Pſ. Vatic. nil differt à Vulg. neque Auguſt. in eund. Pſ. ſed Ambr. in Pſ. 36. & 118. to. 1. col. 792. e. 1051. f. necnon Hieron. cont. Rufin. & Caſſiod. in Pſ. 57. habent *vindictam impiorum*, cum Pſalt. Carnut. & Corb. Gr. pariter ἐκδίκησιν ἀσεβῶν, &c. Ald. verò & Compl. delent ἀσεβῶν.

℣. 12. Pſalt. Moz. hab. in fine, *ſuper terram.* Rom. cum Caſſiod. à Vulgata non diſſidet ; neque etiam Hilarius in hunc Pſalm. ſi excipias prima verba : *Et dicet : Si utique erit*, vel ut infra col. 126. b. *Dicet homo : An fructus erit juſto?* Auguſt. in eund. Pſ. *Et dicet homo : Si ergo eſt fructus juſto : ergo eſt Deus judicans eos in terra.* Pſ. è Mſ. Vatic. ap. Hilar. *Et dicet : Si utique erit..... utique eſt, Deus judicas eos in terra.* Corb. *Et dicet homo : Si utique erit fructus juſtus : utique eſt Deus judicans eos in terra.* Gr. Καὶ ἐρεῖ ἄνθρωπος· Εἰ ἄρα ἐστὶ καρπὸς τῷ δικαίῳ· ἄρα ἐστὶν ὁ Θεὸς κρίνων αὐτὸς ἐν τῇ γῇ.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. In finem, 1. Ne diſperdas, David in tituli inſcriptionem, quando miſit Saul, & cuſtodivit domum ejus, ut morte illum afficeret. LVIII.	*Victori Ut non diſperdas David humilem & ſimplicem, quando miſit Saul, & cuſtodierunt domum ut occiderent eum. LIX.*	In finem, 1. Ne diſperdas, David in tituli inſcriptionem, quando miſit Saul, & cuſtodivit domum ejus, ut eum interficeret. (1. *Reg.* 19. 11.) LVIII.
2. ERipe me de inimicis meis Deus meus : & ab inſurgentibus in me libera me.	*ERue me de inimicis meis Deus meus, & à reſiſtentibus mihi protege me.*	2. ERipe me de inimicis meis Deus meus : & ab inſurgentibus in me libera me.
3. Eripe me de operantibus iniquitatem : & de viris ſanguinum libera me.	*Libera me ab operariis iniquitatis, & à viris ſanguinum ſalva me.*	3. Eripe me de operantibus iniquitatem : & de viris ſanguinum ſalva me.
4. Quia ecce occupaverunt animam meam : inruerunt in me fortes.	*Quia ecce inſidiati ſunt animæ meæ : congregantur adversùm me fortiſſimi,*	4. Quia ecce ceperunt animam meam : irruerunt in me fortes.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Pſalt. Rom. voce una differt à Vulg. nempe *inſcriptione.* Sic etiam Pſ. è Mſ. Vatic. apud Hilar. cum Caſſiodoro. Moz. initio hab. *In fine ;* exinde, *in titulis inſcriptionem ;* cæt. ut in Vulg. Corb. *In finem, Ne diſperdas, David in tit. inſcriptione, quando..... ut eum interficerent.* Hilarius in eund. Pſ. col. 127. e. f. ſic : *In finem, Ne diſperdas, vel corrumpas, in tituli inſcriptione :* tum addit : *Superſcriptio Pſalmi à ſuperiore non differt ; ſed Pſalmus eo differt, quòd quædam ex his quæ in David ipſum geſta ſunt, præferuntur, cùm Saul miſit, & cuſtodivit, ad interficiendum eum, domum ejus. Verùm ſi ob id dirigenda ad Deum eſſet oratio, ſuperiora illa, id eſt,* In finem, Ne diſperdas, &c. *non neceſſe fuerat anteferri.* Apud Auguſt. ita : *In finem, Ne corrumpas, ipſi David in tituli inſcriptionem*, &c. ut in Vulg. neque abſimile Græcum eſt. Auct. l. de promiſſ. p. 1. c. 9. p. 98. d. hab. *tituli inſcriptionem, ne corrumpas.*

℣. 2. Ita ferunt Pſalt. Rom. & Moz. cum Caſſiod. in hunc Pſ. Similiter ap. Hilar. in eund. Pſ. niſi quòd deeſt vox *meus.* A Pſ. Vat. ap. ipſum utraque abeſt, *Deus meus.* Apud Auguſt. ſic : *Erue me de inimicis meis Deus meus : & ab inſurg. ſuper me redime me.* In Gr. Ἐξελοῦ με ἐκ τῶν ἐχθρῶν μου ὁ Θεός· καὶ ἐκ τῶν..... ἐπ' ἐμὲ λύτρωσαί με.

℣. 3. Sic Hilar. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Moz. Coisl. Corb. & Vatic. ap. Hilar. Ap. Aug. in eund. Pſ. ita : *Erue me de operant. iniquitatem : & à..... ſalvum me fac.* Gr. Ῥῦσαί με ἐκ τῶν..... καὶ ἐξ..... σῶσόν με.

℣. 4. Sic in Pſalt. Rom. Fabri, & ap. Caſſiod. at in Rom. Martian. *ancupaverunt ;* in Carnut. *occupaverunt ;* in Mediolan. *captaverunt.* In Corb. *occupaverunt ;* ultimòque, *inruerunt ſuper me ſortes.* In Coislin. *occupaverunt..... & inruerunt in me*, &c. In Vatic. apud Hilar. *Quia ecce captaverunt..... & inruerunt*, &c. Hilarius ipſe col. 128. d. *Quia captaverunt anim. meam : irruerunt*, &c. ut ſupra. Auguſt. in eund. Pſ. *Quia ecce vexati ſunt anim. meam :*

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
5. Neque iniquitas mea, neque peccatum meum Domine : ſine iniquitate cucurri, & direxi.	*Abſque iniquitate mea, & abſque peccato meo Domine : non egi iniquè, & illi currunt, & præparantur.*	5. Neque iniquitas, neque peccatum meum Domine : ſine peccatum cucurri, & direxi. *Ex Mſ. Sangerm.*
6. Exſurge in occurſum meum, & vide : & tu Domine Deus virtutum, Deus Iſraël,	*Surge ex adverso pro me, & reſpice : & tu Domine Deus exercituum, Deus Iſraël,*	6. Exſurge in occurſum mihi, & vide : & tu Domine Deus virtutum, Deus Iſraël,
Intende ad viſitandas omnes gentes : non miſererearis omnibus, qui operantur iniquitatem.	*Evigila ut viſites omnes gentes : non miſererearis univerſis, qui operantur iniquitatem.* SEMPER.	Intende ad viſitandas omnes gentes : non miſereberis omnibus, qui operantur iniquitatem. DIAPSALMA.
7. Convertentur ad veſperam : & famem patientur ut canes, & circuibunt civitatem.	*Revertantur ad veſperam, latrent ut canis, & circumeant civitatem.*	7.* Convertentur ad veſpera : & famem patientur ut canes, & circuibunt civitatem. ** Mſ. convertetur.*
8. Ecce loquentur in ore ſuo, & gladius in labiis eorum : quoniam quis audivit?	*Ecce loquentur in ore ſuo, gladii in labiis eorum : quaſi nemo audiat.*	8. Ecce ipſi eloquentur in ore ſuo, & gladius in labiis eorum : quoniam quis audivit?
9. Et tu Domine deridebis eos : ad nihilum deduces omnes gentes.	*Tu autem Domine deridebis eos : ſubſannabis omnes gentes.*	9. Et tu Domine deridebis eos : pro nihilo habebis omnes gentes.
10. Fortitudinem meam ad te cuſtodiam, quia Deus ſuſceptor meus es :	*Fortitudinem meam ad te ſervabo : quoniam tu Deus elevator meus.*	10. Fortitudinem meam ad te cuſtodiam : quia Deus ſuſceptor meus eſt,
11. Deus meus, miſericordia ejus præveniet me.	*Deus miſericordia mea præveniet me :*	11. Deus meus, miſericordia ejus præveniet me.
12. Deus oſtendet mihi ſuper inimicos meos, ne occidas eos : nequando obliviſcantur populi mei.	*Deus oſtendet mihi in inſidiatoribus meis : ne occidas eos, ne fortè obliviſcantur populi mei.*	12. Deus oſtendit mihi inter inimicos meos, ne occideris eos : nequando obliviſcantur legis tuæ.
Diſperge illos in virtute tua : & depone eos protector meus Domine :	*Diſperge eos in fortitudine tua, & deſtrue eos protector noſter Domine.*	Diſperge illos in virtute tua : & deſtrue eos protector meus Domine :
13. Delictum oris eorum, ſermo labiorum eorum : & irruerunt ſuper me fortes. Gr. Ὅτι ἰδοὺ ἐθήρευσαν τὴν ψυχήν μου· ἐπέθεντο ἐπ' ἐμὲ κραταιοί.	*Peccato oris ſui, ſermone labiorum ſuorum, & capiantur in ſuperbia ſua.*	13. Delicta oris eorum, ſermo labiorum eorum, & irruerunt ſuper me fortes.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

¥. 5. Pſalt. Coislin. *Neque iniquitas, neque peccatum meum : ſine iniquitatem cucurri*, & *direxi*. Corb. Vulgatæ conſonat, niſi quòd hab. in fine, & *dirigebam*. Hilarius in hunc Pſ. ab eadem Vulg. nil omnino differt; Auguſt. & Caſſiod. in eund. Pſ. cum Pſalt. Rom. hoc ult. uno, & *dirigebar*: Mſs. tamen plerique Auguſt. ferunt ibid. & *dirigebam*, cum Pſalt. Carnut. & Corb. iidem etiam Mſs. legunt inf. *dirigebas*, loco *dirigebatur*; & poſt paulò, *dirigo*, non *dirigor*. Gr. ἄνευ ἀνομίας ἔδραμον, καὶ κατεύθυνα.

¥. 6. Concordant Pſalt. Rom. Moz. Coisl. Corb. una cum Caſſiod. Similiter hab. Hilar. in hunc Pſ. niſi quòd delet &, poſt *vide*, & legit, *ne miſererearis*. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 192. b. *non miſererearis*, &c. ut ſupra. Auguſt. in eund. Pſ. *Exſurge in occurſum mihi*, & *vide : & tu Domine..... Intende ad viſitandum omnes gentes : non miſererearis omnium qui*, &c. Græc. Ἐξεγέρθητι εἰς συνάντησίν μου, καὶ ἴδε· καὶ σὺ Κύριε... μὴ οἰκτειρήσῃς πάντας, &c. *Diapſalma* quoque ibid. ſequitur, ſicut apud Hilarium ſupra. Item in Pſalt. Coislin. Corb. & Rom. Martian. à Rom. verò Fabri abeſt, ſicut ab edd. Ald. & Compl. Non memoratur etiam ab Auguſt. & Caſſiod.

¥. 7. Pſalt. Rom. *Convertentur ad veſperum*, &c. ut in Vulg. Mozar. *Convertantur ad veſperum : & famem patiuntur ut canes*, &c. Corb. *ut canis*. Hilar. *Convertentur ad veſperam : & fam. patientur ut canes*, & *circumibunt civit.* Similiter Ambroſ. l. de Joſeph, c. 7. to. 1. 498. e. cum Gaud. Brix. ſerm. 9. p. 957. b. uſque ad *canes*. Auguſt. in eund. Pſ. *Convertantur ad veſperam : & famem patiantur ut canes*, & *circumibunt*, &c. Gr. Ἐπιστρέψουσιν εἰς ἑσπέραν· καὶ λιμώξουσιν..... καὶ κυκλώσουσιν, &c.

¥. 8. Pſalt. Rom. *Ecce ipſi loquentur*..... & *gladius eſt in lab.* &c. Item in Coislin. *Ecce ipſi loquentur*. In Corb. *Ecce ipſi loquuntur*. In Vatic. apud Hilar. *Ecce loquentur*..... & *gladius in ore eorum*, &c. Hilarius in comment. non diſcedit à Vulg. nec etiam Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. nec S. Paulin. ep. 50. p. 296. a. niſi quòd hab. omnes, *Ecce ipſi*. Gr. Ἰδοὺ ἀποφθέγξονται (Ald. & Compl. Ἰδοὺ αὐτοὶ, &c.)... καὶ ῥομφαῖα ἐν τοῖς χείλεσιν, &c.

¥. 9. Sic Hilar. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Mediol. Corb. & Moz. Sic etiam Rom. niſi quòd hab. & *pro nihilo*; Coisl. *pro nihilum habebis*, &c. Gr. ἐξουδενώσεις, &c.

¥. 10. In Pſalt. Rom. Coislin. Mediol. & Moz. *tu Deus ſuſceptor meus es*. In Pſ. è Mſ. Vatic. ap. Hilar. deſunt *tu*, & *es*; ſicut ap. Hilar. ipſum in comment. necnon Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. Itidem ap. Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 15. c. ut & ap. Hieron. ep. ad Sun. & Fret. to. 2. col. 642. a. Obſervat tamen ibid. S. Doctor *in Græco poſitum eſſe* ſuſceptor meus es tu : *ſed ſciendum*, inquit, *in Hebræo nec* es *ſcriptum, nec* tu, & *apud LXX. ſolos inveniri.*

¥. 11. Concinunt Hilar. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Pſalt. Rom. Martian. A Rom. Fabri abeſt *Deus meus*. Auct. verò l. de voc. gent. ubi ſup. leg. *Deus meus, voluntas ejus præveniet me*. Similiter Hieron. ep. ad Sun. & Fret. col. 642. a. *Pro quo*, inquit, *in Græco ſcriptum eſt* τὸ ἔλεος αὐτοῦ, *id eſt*, miſericordia ejus, *quod* & *verius eſt : ſed in Hebræo ſcriptum eſt*, miſericordia mea præveniet me.

¥. 12. Ita Pſ. è Mſ. Vatic. ap. Hilar. imo Hilarius ipſe, niſi quòd initio hab. *Deus meus*. Itidem in Corb. excepto verbo *oſtendet*. In Rom. *Deus meus, oſtende mihi bona inter inimicos meos*, &c. ut in textu. In Coislin. *Deus meus oſtendet mihi inter inimicos meos*, &c. ut ſup. In Mozarab. *Deus oſtendit mihi inter inimicos meos, ne occideris eos : nequando obliviſcatur legis tuæ. Diſperge illos*, &c. ut in Vulg. In Mediolan. *Deus meus, oſtende me inter inimicos meos : nequando obliviſcantur legis tuæ..... & deſtrue eos prot.* &c. Similiter in Carnut. *nequando obliviſcantur legis tuæ*. Apud Auguſt. in hunc Pſ. *Deus meus demonſtravit mihi in inimicis meis, ne occideris eos : nequando obliviſcantur legis tuæ. Diſperge eos in virt. tua : & deduc eos prot. meus Domine :* at l. 18. de civit. Dei, c. 46. to. 7. 529. f. hab. *legem tuam :* ep. verò 149. to. 2. 506. g. conſtanter, *ne occideris eos : nequando obliviſcantur legis tuæ*. Similiter hab. S. Paulin. ep. 50. p. 296. a. additque : *Diſperge illos in virt. tua :* & *deſtrue eos Domine*. Apud Tertul. l. cont. Jud. c. 13. p. 147. c. & l. 3. adv. Marc. p. 680. a. hæc pauca : *Diſperge illos in virtute tua*. Apud Caſſiod. in eund. Pſ. *Deus meus, oſtende mihi inter inimicos meos*, &c. ut in textu Sang. Hieron. epiſt. ad Sun. & Fret. to. 2. 642. b. legit : *Deus oſtendet mihi inter inim. meos : pro quo*, inquit, *in Græco poſitum eſt* Deus meus, *ſed* meus *additum eſt*; mox ita : *ne occidas eos, nequando obliviſcantur populi tui : pro quo in Græco ſcriptum eſt* legis tuæ; *ſed in LXX.* & *in Hebræo non habet* populi tui, *ſed* populi mei; & *à nobis ita verſum eſt*. In ed. Rom. Ὁ Θεός μου δείξει μοι ἐν τοῖς ἐχθροῖς μου, μὴ ἀποκτείνῃς αὐτούς· μή ποτε ἐπιλάθωνται τοῦ νόμου σου. Διασκόρπισον αὐτοὺς..... καὶ κατάγαγε αὐτοὺς, &c.

¥. 13. Ita Pſalt. Coislin. cui favet Corb. ſi excipias ſin-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. ſermones labiorum ipſorum : & comprehendantur in ſuperbia ſua.	*rum ſuorum, & capiantur in ſuperbia ſua,*	monem labiorum ipſorum : & comprehendantur in ſuperbia ſua.
Et de exſecratione & mendacio convellentur : 14. conſumantur in ira conſummationis, & non erunt.	*Maledictionem & mendacium narrantes : conſume in furore, conſume ut non ſubſiſtant :*	Et de exſecratione & mendacio annuntiabuntur 14. in conſummatione : in ira conſummationis, & non erunt.
Et ſcient quia Dominus dominatur Jacob, & finium terræ. DIAPSALMA.	*Et ſciant quoniam Deus dominatur Jacob in finibus terræ. SEMPER.*	Et ſcient quia Deus dominabitur Jacob, & finium terræ.
15. Et convertentur ad veſperam, & famem patientur ut canes : & circuibunt civitatem.	*Et convertantur ad veſperam, latrent ut canis, & circumeant civitatem.*	15. Convertentur ad veſperam, & famem patientur ut canes : & circuibunt civitatem.
16. Ipſi diſpergentur ad manducandum : ſi verò non ſaturentur, & murmurabunt.	*Ipſi vagabuntur ut comedant : & cùm ſaturati non fuerint, murmurabunt.*	16. Ipſi diſpergentur ad manducandum : ſi verò non fuerint ſaturati, & murmurabunt.
17. Ego autem cantabo virtutem tuam : exſultabo manè miſericordiam tuam. Quia factus es ſuſceptor meus Domine, & refugium meum, in die tribulationis meæ.	*Ego autem cantabo imperium tuum, & laudabo manè miſericordiam tuam : Quoniam factus es fortitudo mea, & refugium in die tribulationis mea.*	17. Ego autem cantabo fortitudinem tuam : & exſultabo manè miſericordiam tuam. Quia factus es ſuſceptor meus, & refugium meum, in die tribulationis meæ.
18. Adjutor meus tibi pſallam, quia Deus ſuſceptor meus eſt : Deus meus miſericordia mea.	*Virtutem meam tibi cantabo : quoniam Deus adjutor meus, Deus miſericordia mea.*	18. Adjutor meus tibi pſallam, quia Deus ſuſceptor meus es : Deus meus miſericordia mea.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

gul. *ſermonem.* In Rom. Fabri : *Delicta oris eorum, ſermo lab. ipſor. & comprehendantur..... & mendacio compellantur :* item in Rom. Martianæi, præter accuſar. *ſermonem.* In Mozarab. *Delicta oris eorum, ſermones lab. ipſorum : comprehendantur..... & mendacio convellantur ;* in Mediolan. *compellentur.* Pſalm. Vatic. ap. Hilar. *Delicta oris eorum, ſermonem labiorum ipſorum : & comprehendantur..... convellantur.* Hilar. ipſe in comment. p. 132. e. *Delicta oris eorum, & ſermonem lab. ipſor. & comprehendentur..... & mendacio convellentur in conſummatione ;* Mſ. Reg. cum antiq. edit. *comprehendantur.* Auguſt. in eund. Pſ. *Delicta oris eorum, ſermonem lab. eorum : & comprehendantur..... Et ex maledicto & mendacio annuntiabuntur.* Caſſiod. denique : *Delicta oris eorum, ſermo lab. ipſor. & comprehendantur..... Et de exſecr. & mendacio evellentur.* In Græc. Ἁμαρτίαν (Ald. & Compl. Ἁμαρτία) στόματος αὐτῶν, λόγον (Ald. & Compl. λόγος) χειλέων αὐτῶν καὶ συλληφθήσεται..... Καὶ ἐξ ἀρᾶς καὶ ψεύδους διαγελασθήσονται.

℣. 14. In Pſalt. Rom. deeſt verbum *conſummantur*, habeturque infra, *Deus dominabitur.* In Mozarab. ſic : *conſummabuntur in ira conſummat..... Et ſcient quia Deus Jacob dominabitur, finium terræ.* In Mediolan. *in conſummatione : in ira conſummat.* &c. In Coiſlin. *conſummatio in ira conſummat..... Et ſcient quia Deus Jacob dominabitur, finium terræ.* In Corb. *convertantur in conſummatione : in ira conſummationis, & non erunt. Et ſcient*, &c. ut in Vulg. In Vatic. ap. Hilar. *conſummatione : in ira conſumm..... Et ſcient quoniam Deus dominabitur Jacob, & finium terræ.* Hilarius ipſe in comm. p. 132. e. poſt hoc, *in conſummatione*, ſubdit : *conſummatio in ira conſummationis, & non erunt. Et ſcient quoniam Deus Jacob dominatur, finium terræ ;* editt. *dominabitur.* Auguſt. in eund. Pſ. *conſummationes : in ira conſummationis, & non erunt*, &c. ut in Vulg. Caſſiod. delet *conſummationes*, vel quid ſimile ; reliqua ut in Vulg. Hieron. epiſt. ad Sun. & Fretel. to. 2. p. 642. b. *Et ſcient quia Deus dominabitur Jacob, finium terræ : pro quo*, inquit, *in Græco ſcriptum eſt*, & finium terræ ; *ſed & conjunctio addita eſt.* In Gr. Συντέλειαι (Ald. & Compl. ἐν συντελείᾳ) ἐν ὀργῇ συντελείας, καὶ οὐ μὴ ὑπάρξωσι. Καὶ γνώσονται ὅτι ὁ Θεὸς τοῦ Ἰακὼβ δεσπόζει, τῶν περάτων τῆς γῆς. Ald. & Compl. δεσπόζει τοῦ Ἰακὼβ, καὶ τῶν, &c. *Diapſalma* ſimiliter ſubjicitur cùm in Gr. tum in Pſalt. Rom. Martianæi, Corb. & ap. Hilar. at deeſt in Rom. Fabri, nec apud Auguſt. & Caſſiod. legitur.

℣. 15. Ambroſ. in Luc. 16. to. 1. col. 1473. ſ. ſcribit *ad veſperum*, cum Pſalt. Rom. delet verò &, ante *convertentur ;* reliqua ut ſup. Mozarab. *Convertantur ad veſperum*, & *famem patiuntur ut canes*, &c. Pſ. è Mſ. Vatic. ap. Hilar. *Et convertentur in veſperam*, & *famem patientur..... & circuibunt :* nec diſſentit Hilarius ipſe in comment. niſi quòd hab. *in veſperum*, & inf. *circumibunt.* Pſalt. Corb. *Et convertantur ad veſperam*, & *famem patientur ut canis : & circuibunt*, &c. Apud Auguſt. in hunc Pſalm. hæc pauca : *Convertentur ad veſperam*, & *circumibunt civitatem*, omiſſis intermediis. Caſſiod. à Vulg. non differt. In Gr. Ἐπιστρέψωσιν εἰς ἑσπέραν, καὶ λιμώξουσιν ὡς κύων· καὶ κυκλώσουσι πόλιν.

℣. 16. Itidem in Pſalt. Corb. Rom. verò hab. *Ecce ipſi diſpergentur..... ſi verò non fuerint ſaturati*, &, &c. Moz. *ſi verò non ſaturabuntur, murmurabunt.* Coiſlin. *Ipſi autem diſperg..... ſi verò non ſaturabuntur*, & *murmurabunt.* Hilarius in hunc Pſ. cum Pſ. è Mſ. Vatic. ibid. *Ipſi diſpergentur ad..... ſi autem* (Vatic. *ſi verò*) *non ſaturabuntur*, & *murmurab.* Auguſt. in eund. Pſ. *Diſpergentur ut edant : ſi autem non ſatiabuntur*, & *murmurabunt.* Caſſiod. ut in Vulg. Gr. Αὐτοὶ διασκορπίσθησονται τοῦ φαγεῖν· ἐὰν δὲ μὴ χορτασθῶσι, καὶ γογγύσωσι.

℣. 17. Sic in Pſalt. Rom. & Moz. exceptis his, & *exaltabo..... Quia factus es*, abſque ſeq. *Domine.* Corb. ſimiliter hab. *virtutem tuam : & exſultabo..... Quia factus eſt ſuſc. meus*, & *refug.* &c. Rom. Martianæi ſcribit etiam, & *exſultabo.* Hilarius in hunc Pſ. cum Pſ. Vatic. *Ego autem cantabo virtuti tuæ : exſultabo* (Vatic. *exaltabo*) *manè miſericord. tuam. Quia factus es*, &c. ut in Vulg. Auguſt. in eund. Pſ. *Ego autem cantabo potentiam tuam : & exſultabo manè miſericerdiâ tuâ. Quia factus es*, &c. ut in Vulg. Fauſtin. presb. cont. Arian. p. 649. h. *Ego autem cantabo virtutem tuam : exaltabo manè miſeric. tuam. Quia*, &c. ut in Rom. Caſſiod. cum Vulg. conſentit. Gr. Ἐγὼ δὲ ᾄσομαι τῇ δυνάμει σου· καὶ ἀγαλλιάσομαι τοπρωῒ τὸ ἔλεός σου. Ὅτι ἐγενήθης, &c.

℣. 18. Pſalt. Rom. Vulgatæ congruit. Coiſlin. hab. *quia tu Deus ſuſcept. meus es.* Corb. *quia tu es Deus ſuſc. mens.* Hilarius in hunc Pſ. cum Pſ. Vat. ibid. tollit *tu*, & *es.* Similiter Aug. in eund. Pſ. Caſſiod. verò cum Vulg. concinit. In Gr. Βοηθός μου, σοὶ ψαλῶ ὁ Θεός μου· ἀντιλήπτωρ μου εἶ ὁ Θεός μου, τὸ ἔλεός μου. Ald. & Compl. Βοηθός μου εἶ, σοὶ ψαλῶ, ὅτι σὺ ὁ Θεός· ἀντιλήπτωρ, &c.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
In finem,	*Victori*	In finem, *Ex Mſ. Sangerm.*
1. Pro his qui immutabuntur, in tituli inſcriptionem ipſi David in doctrinam, 2. cùm ſuccendit Meſopotamiam Syriæ, & Sobal, & convertit Joab, & percuſſit Idumæam in valle Salinarum duodecim millia. (2. *Reg.* 8. 1. & 10. 7. & 1. *Par.* 18. 1.)	*Pro liliis teſtimonium humilis & ſimplicis David ad docendum, quando pugnavit adversùs Syriam Meſopotamiæ, & adversùs Syriam Soba, & reverſus eſt Joab, & percuſſit Edom in valle Salinarum duodecim millia. LX.*	1. His qui immutabuntur, in tituli inſcriptionem David in doctrinam, 2. cùm ſuccendit Meſopotamiam, & Syriam Subal, & convertit Joab, & percuſſit vallem Salinarum XII. millia. LIX.
LIX.		
3. DEus repuliſti nos, & deſtruxiſti nos: iratus es, & miſertus es nobis.	*DEus projeciſti nos, ſcidiſti: iratus convertiſti nos.*	3. DEus repuliſti nos, & deſtruxiſti nos: iratus es nobis, & miſertus es nobis.
4. Commoviſti terram, & conturbaſti eam: ſana contritiones ejus, quia commota eſt.	*Commoviſti terram, & diſrupiſti eam: ſana contritiones ejus, quoniam commota eſt.*	4. Commoviſti terram, & conturbaſti eam: ſana contritiones ejus, quia mota eſt.
5. Oſtendiſti populo tuo dura: potaſti nos vino compunctionis.	*Oſtendiſti populo tuo duritiam: potaſti nos vino conſopiente.*	5. Oſtendiſti populo tuo dura: potaſti nos vino compunctionis.
6. Dediſti metuentibus te ſignificationem: ut fugiant à facie arcûs:	*Dediſti metuentibus te ſignum, ut fugerent à facie arcûs: SEMPER.*	6. Dediſti metuentibus te ſignificationem: ut fugiant à facie arcûs: DIAPSALMA.
Ut liberentur dilecti tui: 7. ſalvum fac dexterâ tuâ, & exaudi me.	*Ut liberentur amici tui: ſalva dexterâ tuâ, & exaudi me.*	Ut liberentur dilecti tui: 7. ſalvum me fac dexterâ tuâ, & exaudi me.
8. Deus locutus eſt in ſancto ſuo: Lætabor, & partibor Sichimam: & convallem tabernaculorum metibor.	*Deus locutus eſt in ſanctuario ſuo: Lætabor, dividam Sicimam, & vallem Soccoth dimetiar.*	8. Deus locutus eſt in ſancto ſuo: Lætabor, & dividam Sicimam: & convallem tabernaculorum ejus metibor.
9. Meus eſt Galaad, & meus eſt Manaſſes: & Ephraim fortitudo capitis mei.	*Meus eſt Galaad, & meus eſt Manaſſe, & Ephraim fortitudo capitis mei.*	9. Meus eſt Galaad, & meus eſt Manaſſe: & Ephrem fortitudo capitis mei.
Juda rex meus: 10. Moab olla	*Juda legifer meus: Moab olla*	Juda rex meus: 10. Moab

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Conſonat Pſalt. Moz. unà cum Coislin. Similiter hab. Rom. Fabri cum Corb. & Pſ. Vat. ap. Hilar. ſi excipias hæc: *Pro iis qui immutab. in tit. inſcriptione*; præterea Corb. hab. *in doctrina*. In Rom. Martianæi ſic: *Pro his qui commutabuntur in tituli inſcriptione*; Apud Hilar. in comment. p. 135. b. *In* (inf. *Ad*) *finem, Pro his qui demutabuntur, tituli inſcriptio in doctrinam David*: ſubinde ſic: *Tituli inſcriptio, Pro his qui demutabuntur ad doctrinam*; poſt paulò, *immutabuntur*: item inf. ait: *Pro his in fine commutandis, & ſub teſtimonio, ac tituli inſcriptione ad David edocendis, Pſalmus hic ſcribitur*. Rurſum ibid. *Intelligendus ergo Pſalmus pro his eſt, qui immutabuntur in David æternum regem edocendis, & qui pro amiſſis patribus erunt ex commutatione jam filii*. Aug. in hunc Pſ. non differt à Vulg. Caſſiod. ablativo tantùm, *inſcriptione*. Vide Hieron. ep. ad Princip. to. 2. col. 682. b. In Gr. Εἰς τὸ τέλος, Τοῖς ἀλλοιωθησομένοις ἔτι, εἰς συλλογὴν τῷ Δαυὶδ εἰς διδαχήν.

℣. 2. Concinit Pſalt. Coisl. niſi quòd habet, *ſuccendit Syriam*, & *Syriam Sobal*. In Corb. unum tantùm variat *Sobul*. In Rom. Fabri ſic: *cùm ſuccendit Syriam Meſopotamiæ, & Syriam Sobal, & convertit Joab, & percuſſit Edom in valle Salinarum xii. millia*. In Rom. Martianæi, & *percuſſit vallem*, &c. In Moz. *cùm ſuccendit Syriam, Meſopotamiam*, & *Syriam Sobal*, & *convertit Joab*, & *percuſſit vallem Salin. xii. millia hominum*. Similiter in Mediolan. & Carnut. & *Syriam Sobal*. Pſal. è Mſ. Vatic. ap. Hilar. *cùm ſuccendit Meſopotamiam*, & *Syriam Sobal*, & *convertit Joab*, & *percuſſit in valle Salin. xii. millia*. Suffragatur Hilarius infra in comment. dempto uno *cùm*, in principio: *deinde*, inquit, *id quod* in Salinarum valle..... *ſecundum Aquilam*, cùm percuſſit valles: & poſt plura: *In valle Salinum* (Mſ. Reg. *Sallinm*;) *id enim magis quàm* Salinarum, *Græcus ſermo declarat*. Ap. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. *cùm ſuccendit Meſopotamiam Syriæ*, & *Syriam Sobal*, & *convertit Joab*, & *percuſſit Edom in valle Salin. xii. millia*: at Aug. in Pſ. 107. col. 1215. b. leg. *cùm ſuccendit Meſopotamiam, Syriam*, & *Syriam Sobal*, & *percuſſit in valle*, &c. Pſalt. Carnut. cum Reg. Mſ. Hilar. & *percuſſit vallem*. In Gr. ὁπότε ἐπεπύρωσε τὴν Μεσοποταμίαν Συρίας, καὶ τὴν Συρίαν Σοβάλ, καὶ ἐπέστρεψεν Ἰωὰβ, καὶ ἐπάταξε τὴν φάραγγα τῶν ἁλῶν δώδεκα χιλιάδας. Ald. & Compl. τὸν Ἐδὼμ ἐν τῇ φάραγγι.

℣. 3. Sic in Pſalt. Corb. & ap. Hilar. in hunc Pſ. ex cod. Reg. In Rom. verò Pſalt. & ap. Caſſiod. ut in Vulg. In Coislin. & ap. Aug. *iratus es*, & *miſertus es noſtri*. In Mozarab. *iratus fuiſti*, & *miſertus es nobis*. Apud Ambroſ. de lapſu virg. to. 2. 318. e. *Deus repuliſti me*, & *deſtruxiſti me*. In Gr. ut in Pſalt. Rom. & Vulg.

℣. 4. Concordant Pſalt. Coislin. Rom. & Vatic. apud Hilar. at Hilarius in comment. legit, *quia commota eſt*. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. *quoniam* (Caſſiod. *quia*) *mota eſt*. Gr. ὅτι ἐσαλεύθη. Pſalt. Corb. *Commov*..... & *turbaſti eam: ſana contritiones, quia commota eſt*. Vide Ambroſ. l. 1. de interpel. Job, c. 5. to. 1. 631. e.

℣. 5. Accinit Ambr. in Pſ. 1. col. 753. d. & l. de lapſ. virg. to. 2. 318. e. unà cum Hilar. & Caſſiod. in hunc Pſ. necnon Pſalt. Rom. At Aug. in eund. Pſ. legit: *Oſtendiſti plebi tuæ dura: potaſti nos vino ſtimulationis*. Gr. οἶνον κατανύξεως.

℣. 6. Concinunt Hilar. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Pſalt. Moz. Coislin. Corb. & Vatic. ap. Hilar. In Rom. ſic: *Ut liberentur electi tui*. Apud Aug. in eund. Pſ. *Ut eruantur dilecti tui*. In Gr. Ὅπως ἂν ῥυσθῶσιν οἱ ἀγαπητοί σου. *Diapſalma* etiam ibid. inſeritur, ſicut in Pſalt. Rom. Martianæi, Corb. & ap. Hilar. deeſt autem in Rom. Fabri, nec legitur apud Auguſt. & Caſſiod.

℣. 7. Sic hab. Auguſt. & Caſſiod. cum Pſalt. Moz. Rom. Coislin. & Vatic. apud Hilar. Hilarius verò in comment. *ſalva dexterâ tuâ*, &c. Græc. Σῶσον τῇ, &c.

℣. 8. Ita Pſalt. Rom. Corb. Coislin. & Moz. dempto uno *ejus*, ante *metibor*; Moz. hab. *dimetiar*; Pſ. è Mſ. Vat. ap. Hilar. *dimetibor*; Hilarius ipſe, *dimetiar*; & ambo ſup. *partibor Sichimam*, abſque ſeq. *ejus*. Ambroſ. l. 2. de interpel. Dav. c. 4. col. 643. d. *dividam Sicimam*. Similiter Auguſt. in hunc Pſ. & in Pſ. 107. at in fine legit *dimetiar*. Caſſiod. in eund. Pſ. *dividam Sicimam*..... *metibor*. Gr. διαμεριῶ Σίκιμα..... τῶν σκηνῶν διαμετρήσω.

℣. 9. Sic eſt in Pſalt. Rom. & Coislin. quibus accinunt Hilar. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. ni excipias nomen *Manaſſes*. Hilar. tamen in eod. comment. habet, *Ephræm aſſumptio capitis ejus*; quod & infra bis repetit. Sed Aug. in Pſ. 107. col. 1214. f. ait, hoc differre Pſ. 59. & Pſ. 107. quòd ille habeat, & *Ephræm fortitudo cap.* hic verò, & *Ephræm ſuſceptio*, &c. Gr. Ἐφραὶμ κεφαλαίωσις τῆς, &c.

℣. 10. Concordat Pſalt. Coislin. Sic etiam in Rom. necnon apud Hilar. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. præter vocem *olla*. Ambroſ. l. de inſtit. virg. to 2. 266. f. ait: *Moab*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. aula ſpei meæ.	*lavacri mei.*	ſpei meæ.
In Idumæam extendam calciamentum meum : mihi allophyli ſubditi ſunt.	*Super Idumæam incedam calciamento meo : mihi Paleſtina fœderata eſt.*	In Idumæam extendam calceamentum meum : mihi alienigenæ ſubditi ſunt.
11. Quis deducet in civitatem circumſtantiæ ? quis deducet me uſque in Idumæam ?	*Quis deducet me ad civitatem munitam ? quis deducet me uſque ad Idumæam ?*	11. Quis deducet me in civitatem munitam ? quis deducet me uſque in Idumæam ?
12. Nonne tu Deus, qui repuliſti nos : & non egredieris Deus in virtutibus noſtris ?	*Nonne tu Deus, qui projeciſti nos, & non egredieris Deus in exercitibus noſtris ?*	12. Nonne tu Deus, qui repuliſti nos : & non egredieris Deus in virtutibus noſtris ?
13. Da nobis auxilium de tribulatione : & vana ſalus hominis.	*Da nobis auxilium de tribulatione : vana eſt enim ſalus ab homine.*	13. Da nobis auxilium de tribulatione : quia vana ſalus hominis.
14. In Deo faciemus virtutem : & ipſe ad nihilum deducet tribulantes nos.	*In Deo faciemus virtutem, & ipſe conculcabit tribulantes nos.*	14. In Deo faciemus virtutem : & ipſe ad nihilum deducet tribulantes nos.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

aula ſpei, vel ella ſpei meæ ; utrumque enim diverſis in codicibus invenitur. In Brev. Mozarab. *ella ;* exinde ſic : *In Idumæa extendam..... mihi aliophili ſubditi ſunt.* Hieron. in Iſai. 11. to. 3. 104. c. *mihi alienigenæ ſervient.* Auguſt. infra bis legit, *uſque in Idumæam.* In Pſalt. Corb. *Moab aula*, &c. ut in Vulg. In Gr. Μωὰβ λέβης..... Ἐπὶ τὴν Ἰδυμαίαν..... ἐμοὶ ἀλλόφυλοι ὑπετάγησαν.

℣. 11. Accinunt Hilar. & Auguſt. in hunc Pſ. Similiter in Brev. Mozarab. ſi hoc medium excipias, *aut quis deducit me.* Item in Coislin. præter verbum *deducet*, pro *deducit.* In Corb. *Quis deducet me in civitate circumſtantiæ ? & quis*, &c. In Rom. verò, & apud Caſſiod. ut in Vulg. excepto medio *aut quis ;* ſed Hieron. ep. ad Sun. & Fretel. to. 2. 642. b. dicit iſtam conjunctionem *aut*, in Græco quidem exiſtare, ſed eſſe omnino ſuperfluam. Pſalt. Carnut. habet *civitatem circumſtantiæ*, ut ſupra. Symmach. πόλιν περιπεφραγμένην. Ed. Rom. LXX. πόλιν περιοχῆς ; τίς, &c. Ald. & Compl. ἢ τίς.

℣. 12. Suffragantur Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. & Moz. Hilarius in comment. delet vocem *Deus*, poſt verbum *egredieris*. Pſalt. Coislin. delet ſeq. *in*. Ambroſ. in Pſ. 43. to. 1. p. 899. f. legit : *& non progredieris Deus in virt.* &c. In Gr. καὶ οὐκ ἐξελεύσῃ ὁ Θεὸς ἐν ταῖς, &c.

℣. 13. Sic Hilar. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Mediolan. Corb. & Carnut. Coislin. verò hab. *auxilium in tribulatione : & vana ſalus*, &c. Gr. ἐκ θλίψεως· καὶ ματαία σωτηρία, &c.

℣. 14. Concinunt Hilar. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Pſalt. Rom. & Moz. Apud Auguſt. in eund. Pſ. bis, *ad nihilum deducet inimicos noſtros ;* at Mſs. nonnulli ferunt ibid. *tribulantes nos*, nec malè ; hoc enim intereſt, teſte Auguſt. ipſo inf. col. 1214. g. Pſalmum 59. inter & Pſalmum 107. quòd ille habeat *tribulantes nos ;* iſte verò *inimicos noſtros.* Græc. conſtanter, τοὺς θλίβοντας ἡμᾶς. Vide Ambroſ. in Pſ. 36. to. 1. col. 794. f. & to. 2. 648. e.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
In finem,	*Victori*	In finem,
Ex Mſ. Sangerm. 1. In hymnis ipſi David. LX.	*In pſalmis David. LXI.*	1. In hymnis David. LX.
2. EXaudi Deus deprecationem meam : intende orationi meæ.	*EXaudi Deus laudationem meam : intende orationi mea.*	2. EXaudi Deus deprecationem meam : intende orationi meæ.
3. A finibus terræ ad te clamavi : dum anxiaretur cor meum, in petra exaltaſti me.	*De noviſſimo terra ad te clamabo, cùm triſte fuerit cor meum : cùm fortis elevabitur adversùm me,*	3. A finibus terræ ad te clamavi : dum anxiaretur cor meum, in petra exaltaſti me.
Deduxiſti me, 4. quia factus es ſpes mea : turris fortitudinis à facie inimici.	*Tu eris ductor meus : quoniam fuiſti ſpes mea, turris munitiſſima à facie inimici.*	Deduxiſti me, 4. quia factus es ſpes mea : turris fortitudinis à facie inimici.
5. Inhabitabo in tabernaculo tuo in ſæculum : protegar in velamento alarum tuarum. DIAPSALMA.	*Habitabo in tabernaculo tuo jugiter : ſperabo in protectione alarum tuarum.* SEMPER.	5. Inhabitabo in tabernaculo tuo in ſæcula : protegar in velamento alarum tuarum.
6. Quoniam tu Deus exaudiſti orationem meam : dediſti hæreditatem timentibus nomen tuum.	*Tu enim Deus exaudiſti orationem meam : dediſti hæreditatem timentibus nomen tuum.*	6. Quoniam tu Deus meus exaudiſti orationem meam : dediſti hæreditatem timentibus nomen tuum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Itidem ap. Auguſt. in hunc Pſ. & in Gr. In Pſalt. Rom. & Coislin. deeſt *ipſi*. In Moz. ſic : *In finem, Pſalmus ipſi David in hymnis.* Pſ. è Mſ. Vat. ap. Hilar. *In finem, hymnus David.* Hilarius ipſe in comment. *Hymnus in finem.*

℣. 2. Ita legunt Aug. & Caſſiod. unà cum Pſalt. Rom. &c. Pſ. verò è Mſ. Vatic. ap. Hilar. ſic : *Exaudi Domine deprecationem meam : intende orationem meam.* Mozarab. *intende voci orationis meæ.* Hilar. in comment. *Exaudi Deus orationem meam : intende precationi meæ :* at infra ait : *Exaudiri precationem ſuam ſanctus hic poſtulat, cujus & ea fiducia eſt, ut in orationem ſuam velit intendi.* In Gr. Εἰσάκουσον ὁ Θεὸς τῆς δεήσεώς μου· πρόσχες τῇ προσευχῇ μου.

℣. 3. Sic Hilar. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Vatic. &c. Hilarius tamen in fine leg. *eduxiſti me*, cum Pſalt. Coislin. ſed in comment. utitur voce *deducti*, non *educti*. Mozarab. ipſo initio delet *à ;* & pro *cor meum*, hab. *anima mea ;* reliqua ut in Vulg. Similiter apud Aug. præter ſeq. *dum angeretur cor meum.* In Græc. Ἀπὸ τῶν περάτων..... ἐν τῷ ἀκηδιάσαι τὴν καρδίαν μου..... ἐδήγησάς με.

℣. 4. Itidem Hilar. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. &c. & Gr.

℣. 5. Ita rurſum Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Hilarius in comment. legit *Habitabo*, &c. ut in Vulg. Aug. verò in eund. Pſ. *Inquilinus ero in tabernac. tuo uſque in ſæcula : cooperiar in velamento*, &c. Gr. Παροικήσω ἐν τῷ..... εἰς τοὺς αἰῶνας· σκεπασθήσομαι ἐν σκέπῃ, &c. ſubdit etiam ibid. Διάψαλμα, cum Pſalt. Rom. & Corb. Hilarius ponit illud ante verbum *protegar :* deeſt verò in edd. Ald. & Compl. nec memoratur ab Aug. & Caſſiod.

℣. 6. Sic Hilarius, Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Coisl. & Corb. At Hieronymus ep. ad Sun. & Fret. to. 2. 642. b. ſic legit : *Quon. tu Deus meus exaud. orat. meam : Pro quo*, inquit, *legitur in Gr.* Quia tu Deus exaudiſti me, *quod non hab. in Hebræo, nec in LXX. Interpretibus, & in Latino additum eſt.* In ed. Rom. Ὅτι σὺ ὁ Θεὸς εἰσήκουσας τῶν προσευχῶν μου, &c.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
7. Dies ſuper dies regis adjicies: annos ejus uſque in diem generationis & generationis.	*Dies ſuper dies regis adjicies: annos ejus donec eſt generatio & generatio.*	7. Dies ſuper dies regis adjicies : annos ejus uſque in diem ſæculi & ſæcula. *Ex Mſ. Sangerm.*
8. Permanet in æternum in conſpectu Dei : miſericordiam & veritatem ejus quis requiret ?	*Sedebit ſemper ante faciem Dei: miſericordia & veritas ſervabunt eum.*	8. Permanebit in æternum in conſpectu Dei : miſericordiam & veritatem qui requiret eum ?
9. Sic pſalmum dicam nomini tuo in ſæculum ſæculi : ut reddam vota mea de die in diem.	*Sic canam nomini tuo jugiter: reddens vota mea per ſingulos dies.*	9. Sic pſallam nomini tuo Deus in ſæculum ſæculi : & reddam vota mea de die in die.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 7. Ita Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Corb. Carnut. Coislin. & Rom. Martianæi. Rom. Fabri hab. *in diem ſæculi & in ſæcula.* Pſ. è Mſ. Vat. ap. Hilar. *in dies generationis & generationum.* Hilarius in comment. *in dies generationis & generationis.* Auguſt. *in diem generationis & generationis.* Gr. ἕως ἡμέρας γενεᾶς καὶ γενεᾶς. Apud Ambroſ. in Pſ. 40. to. 1. p. 874. f. prior tantùm verſiculus legitur ut ſupra.

℣. 8. Ita Pſalt. Rom. & Coislin. cum Mozar. niſi quòd priora duo hab. *quis requiret eorum?* Mozar. & Corb. *quis requiret ejus ?* Hilar. in hunc Pſ. *Permanet in æt.....* & *veritatem ejus quis requiret eorum?* at infra habet, *In conſpectu Dei manebit.* Auguſt. & Caſſiod. in eund. Pſ. *Permanebit in æt.....* & *veritatem ejus quis requiret ei ?* Caſſiod. *eorum?* Gr. Διαμενεῖ εἰς τὸν..... καὶ ἀλήθεια αὐτοῦ τίς ἐκζητήσει αὐτῶν ; Ald. & Compl. delent αὐτῶν.

℣. 9. Accinunt Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Coislin. & Vatic. apud Hilar. ſi excipias ult. *ut reddam..... de die in diem.* Corb. *de die in die.* Moz. habet ſup. *Deus in ſæcula.* Hilarius in comment. *Sic pſallam nom. tuo in ſæculum ſæculi : ut redd.* &c. ut in Vulg. Hieron. ep. ad Sun. & Fret. to. 2. 642. b. *Pſallam nomini tuo in ſæculum ſæculi ;* pro quo ait Græcè legi *in ſæculum.* In ed. Rom. Οὕτως ψαλῶ..... εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· τοῦ ἀποδοῦναί με τὰς εὐχάς μου ἡμέραν ἐξ ἡμέρας.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
In finem, 1. Pro Idithun, Pſalmus David. LXI.	*Victori Per Idithun Canticum David. LXII.*	In finem, 1. Pro Idithum, Pſalmus David. LXI. *Ex Mſ. Sangerm.*
2. NOnne Deo ſubjecta erit anima mea? ab ipſo enim ſalutare meum.	*ATtamen apud Deum ſilebit anima mea: ex eo ſalus mea.*	2. NOnne Deo ſubdita erit anima mea ? quoniam ab ipſo eſt ſalutare meum.
3. Nam & ipſe Deus meus, & ſalutaris meus: ſuſceptor meus, non movebor ampliùs.	*Attamen ipſe eſt ſcutum meum, & ſalus mea: fortitudo mea, non commovebor ampliùs.*	3. Quia ipſe eſt Deus meus, & ſalutaris meus : adjutor meus, non movebor ampliùs.
4. Quouſque irruitis in hominem ? interficitis univerſi vos : tanquam parieti inclinato & maceriæ depulſæ ?	*Uſquequo inſidiamini contra virum : interficitis omnes, ſicut murus inclinatus & maceria corruens?*	4. Quouſque inruitis in hominem ? & interficere univerſos : tanquam parieti inclinato & maceriæ impulſæ ?
5. Veruntamen pretium meum cogitaverunt repellere, cucurri in ſiti : ore ſuo benedicebant, & corde ſuo maledicebant.	*Partem enim ejus cogitaverunt expellere, placuerunt ſibi in mendacio : ore ſuo benedicunt, & corde ſuo maledicunt.* SEMPER.	5. Veruntamen honorem meum cogitaverunt repellere, cucurri in ſitim : ore ſuo benedicebant, & corde ſuo maledicebant. DIAPSALMA.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Pſalt. Rom. Coislin. & Corb. Similiter Ambr. in hunc Pſ. to. 1. 955. a. & Auguſt. in eund. niſi quòd hab. *ipſi David.* Caſſiod. ut in textu; Hilarius in comment. *Pro Idithum.* Brev. Moz. *Per Idithum.* Gr. Εἰς τὸ τέλος, Ὑπὲρ Ἰδιθὼν..... τῷ Δαυίδ.

℣. 2. Similiter habet *ſubdita*, Pſalt. Rom. cum Hilario in hunc Pſ. reliqua ut in Vulg. Itidem Coislin. ſed addit, *ab ipſo enim eſt ſalut.* &c. In Mozarab. ſic : *Nonne Deo ſubdita eſt anima mea? ab ipſo eſt enim patientia mea.* In Carnut. etiam eſt *patientia mea.* Apud Ambroſ. in eund. Pſ. col. 955. e. 957. a. b. *Nonne Deo ſubdita erit anima mea ?* & in Pſ. 36. col. 784. a. *Nonne Deo ſubdita eſt*, &c. ut in Vulg. lib. verò de bono mort. c. 6. col. 400. d. *Nonne Deo ſubjecta eſt*, &c. & l. 5. de fide, to. 2. 584. e. *Nonne Deo ſubjecta erit*, &c. Auguſt. in hunc Pſ. *Nonne Deo ſubjicietur anima mea?* paulò verò poſt : *Nonne Deo ſubjecta erit ;* reliqua ut in Vulg. Caſſiod. *Nonne Deo ſubdita erit*, &c. Fauſtin. presb. contra Arian. p. 648. b. *Nonne Deo ſubdita eſt*, &c. Gr. Οὐχὶ τῷ Θεῷ ὑποταγήσεται..... παρ' αὐτοῦ γὰρ τὸ, &c.

℣. 3. Ita Pſalt. Rom. Coislin. Corb. & Moz. cum Caſſiod. niſi quòd hab. initio, *Etenim ipſe eſt.* Item Pſ. Vatic. ap. Hilar. dempto uno *eſt.* Hilarius ipſe in comment. Et *ipſe Deus meus*, & *ſalutaris meus : ſuſceptor meus*, *non*, &c. at infra : *Etenim ipſe Deus meus eſt, ſalvator meus : ſuſceptor meus*, &c. Ambroſ. in eund. Pſ. col. 958. e. 961. d. *Etenim ipſe eſt Deus meus, adjutor meus : defenſor meus, non movebor ampliùs.* Auguſt. *Etenim ipſe eſt*, &c. ut in Vulg. Gr. Καὶ γὰρ αὐτὸς Θεός μου, καὶ σωτήρ μου· ἀντιλήπτωρ μου, οὐ μὴ, &c.

℣. 4. Pſalt. Rom. cum Caſſiod. *Quouſque irruitis in homines? interficitis univerſos : tanq..... impulſæ?* Coislin. *Quouſque irruitis in hominem? interficientes univerſi : tanquam..... impulſæ?* Mozarab. *Quouſque irruitis in hominem? interficitis innocentem : tanquam..... impulſæ?* Mediolan. *interficitis omnes vos.* Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. *Quouſque irruitis in hominem? interficitis univerſos ?* Ita quoque in Pſalt. Carnut. Item in Corb. præter unum *irruetis.* Hilar. in hunc Pſ. *Quouſque irruitis in hominem? interficitis univerſi : tanq..... impulſæ?* Ambroſ. in eund. Pſ. col. 959. a. 962. e. *Quouſque irruitis in hominem? interficientes univerſos..... impulſæ?* at l. 5. de fide, to. 2. 584. e. *Uſquequo adjicietis ſuper hominem?* Aug. in Pſ. 61. *Quouſque apponitis ſuper hominem? interficite omnes : tanquam parieti inclinato & mac. impulſæ ;* infra col. 596. c. *depulſæ.* Gr. Ἕως πότε ἐπιτίθεσθε ἐπ' ἄνθρωπον ; φονεύετε πάντες· ὡς τοίχῳ, &c. Ald. & Compl. πάντες ὑμεῖς· ὡς, &c.

℣. 5. Sic in Pſalt. Moz. eſt, dempto uno *ſuo*, ante *maledicebant.* In Rom. *Verunt. honorem meum cogit..... cucurri in ſiti : ore ſuo.....* & *in corde ſuo maledic.* Similiter habent *honorem*, Coislin. Corb. Mediolan. & Carnut. Item Hilarius in hunc Pſ. cum Auguſt. & Caſſiod. *Veruntamen honorem meum cogitaverunt*, &c. ut in Vulg. Ambroſ. verò in eund. Pſ. col. 960. b. 963. d. *Veruntamen pretium meum cogit..... cucurri in ſiti*, &c. at l. 5. de fide, to. 2. 584. e. ſic : *Verunt. pretium meum voluerunt repellere, cucurrerunt in ſiti : ore ſuo benedicebant*, & *corde*, &c. & in Pſ. 61. col. 960. c. utrumque legendi modum probat, *cucurri*, & *cucurrerunt : nam in Græco*, inquit, *mediè poſitum eſt ; quia ἐδόκμον*, & *ſingularem* & *pluralem numerum ſignificat :* idem repetit infra col. 963. e. In Gr. hod. Πλὴν τὴν τιμήν μου ἐβουλεύσαντο ἀπώσασθαι, ἐδόκμουν ἐν δίψει..... καὶ τῇ καρδίᾳ αὐτῶν, &c. Subjicitur etiam ibid. *Diapſalma ;* ſicut in Pſalt. Rom. Corb. & apud Hilar.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 6. Veruntamen Deo ſubjecta eſt anima mea : quoniam ab ipſo eſt patientia mea.	*Veruntamen Deo tace anima mea : ab ipſo enim præſtolatio mea.*	6. Veruntamen Deo ſubjecta eſto anima mea : quoniam ab ipſo patientia mea.
7. Quia ipſe Deus meus, & ſalutaris meus : adjutor meus, non emigrabo.	*Ipſe enim fortitudo mea, & ſalus mea : ſuſceptor meus, non timebo.*	7. Quia ipſe Deus meus, & ſalvator meus : adjutor meus, non emigrabo.
8. In Deo ſalutare meum, & gloria mea : Deus auxilii mei, ſpes mea in Deo eſt.	*In Deo ſalutare meum, & gloria mea : robur fortitudinis mea, & ſalus mea in Deo.*	8. In Deo ſalutare meum, & gloria mea : Deus auxilii mei, & ſpes mea in Deo eſt.
9. Sperate in eum omnis conventus plebis meæ, effundite coram illo corda veſtra : quia Deus adjutor noſter eſt.	*Sperate in eo omni tempore populi, effundite coram eo cor veſtrum : Deus ſpes noſtra.* SEMPER.	9. Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite coram illo corda veſtra : Deus adjutor noſter in æternum.
10. Veruntamen vani filii hominum, mendaces filii hominum in ſtateris : ut decipiant ipſi de vanitate in idipſum.	*Veruntamen vanitas filii Adam, mendacium filii viri in ſtateris doloſis : fraudulenter agunt ſimul.*	10. Veruntamen vani filii hominum, mendaces filii hominum in ſtateris : ut decipiant ipſi de vanitate in idipſum.
11. Nolite ſperare in iniquitatem, & in rapinam nolite concupiſcere : divitiæ ſi fluant, nolite cor adponere.	*Nolite confidere in calumnia, & in rapina ne fruſtremini : divitiæ ſi affluxerint, ne apponatis cor.*	11. Nolite ſperare in iniquitate, & rapinas nolite concupiſcere : divitiæ ſi affluant, nolite cor apponere.
12. Semel locutus eſt Deus, duo hæc audivi, quoniam poteſtas Dei eſt, 13. & tibi Domine miſericordia : quia tu reddis ſingulis ſecundùm opera eorum.	*Unum locutus eſt Deus, duo hæc audivi : quia imperium Dei eſt, & tibi Domine miſericordia : quia tu reddes unicuique ſecundùm opus ſuum.*	12. Semel locutus eſt Deus, duo hæc audivi, quia poteſtas Dei eſt, 13. & tibi Domine miſericordia : quia tu reddes unicuique juxta opera ſua. *Matth. 16. 27. Rom. 2. 6. 1. Cor. 3. 8. Gal. 6. 5.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 6. Sic Hilar. & Ambroſ. in hunc Pſ. cum Pſalt. Coislin. Sic etiam in Rom. & apud Caſſiod. ſi excipias unum *ſubdita erit.* In Mozarab..... *ſubdita eſt anima mea : quia ab ipſo eſt enim patientia mea.* In Corb. *ſubdita eſt anima mea : quoniam ab ipſo eſt pat. mea.* Apud Cypr. l. 3. Teſtim. p. 306. c. *Nonniſi ſoli Deo ſubjecta eſt anima mea.* Apud Auguſt. in eund. Pſ. *Veruntamen Deo ſubjicietur anima mea : quoniam ab ipſo eſt pat. mea.* Græc. Vulgatæ conſonat.

℣. 7. Ita Pſalm. Vatic. apud Hilarium. Pſalt. verò Rom. Coislin. & Moz. cum Caſſiod. *Etenim ipſe eſt Deus meus, & ſalutaris meus : adjutor meus,* &c. Itidem Corb. niſi quòd initio hab. *Quia ipſe eſt.* Hilarius in hunc Pſ. ita : *Quia ipſe eſt Deus, & ſalvator meus : adjutor meus,* &c. & poſt paulò : *Deus ſuus eſt, atque ſalvator ; ipſe etiam adjutor.* Ambroſ. & Auguſt. in eund. Pſ. *Quia ipſe eſt Deus meus, & ſalutaris meus : ſuſceptor meus,* &c. Gr. Ὅτι αὐτὸς Θεός μου, ὁ σωτήρ μου· ἀντιλήπτωρ μου, οὐ μὴ μετασεύσω. Brev. Moz. *non emigrabor.*

℣. 8. Itidem in Pſalt. Rom. Fabri. In Rom. Martian. & *ſpes mea.* Coislin. habet : *In Deo ſalutari meo & gloria mea : Deus aux. mei, ſpes mea in Deo eſt.* Pſ. è Mſ. Vat. ap. Hilar. *In Deo ſalutare meum eſt, & gloria mea : Deus auxilium meum, ſpes mea in Deo eſt.* Item Corb. *Deus auxilium meum, & ſpes,* &c. Hilar. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. Vulgatæ congruunt, niſi quòd Hilar. hab. in fine, & *ſpes mea in Deo meo ;* Aug. verò ſimpliciter cum Brev. Moz. & Gr. & *ſpes mea in Deo.*

℣. 9. Sic in Pſalt. Moz. detractâ voculâ *meæ*, poſt *plebis.* In Corb. *Sperate in eum omnis conventio plebis meæ, effundite,* &c. ut in textu vet. Similiter in Rom. exceptis his, *Sperate in eo omnis conventus plebis, & effundite.* In Coislin. *Sperate in Deo omnis conventus plebis, effund... quia Deus adjutor noſter eſt in æternum.* Hilarius in hunc Pſ. legit : *Sperate in eum omnis cœtus plebis, & effund..... quia Deus adjut. noſter eſt.* Ambroſ. in eund. Pſ. *Sperate in eum omnes conventus plebis meæ, effundite,* &c. Auguſt. in eund. Pſ. *Sperate in eum omne concilium plebis, effundite..... veſtra : Deus adjut. noſter eſt.* Similiter apud Caſſiod. ſi id excipiatur, *omnis conventus.* Hieronymus epiſt. ad Sun. & Fret. to. 2. 642. b. *quia Deus adjutor noſter in æternum ;* tum addit : *Pro quo in Græco eſt*, Deus adjutor noſter : *ergo* in æternum *obelus eſt.* In ed. Rom. Ἐλπίζατε ἐπ' αὐτὸν πᾶσα συναγωγὴ λαῦ, ἐκχέετε..... ὅτι ὁ Θεὸς βοηθὸς ἡμῶν. Διάψαλμα. Subjicitur etiam *Diapſalma* in Pſalt. Rom. Coislin. Corb. & apud Hilarium ; non verò apud Ambroſ. Auguſt. &c.

℣. 10. Sic Hilar. Ambroſ. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Corb. & Coislin. Rom. verò habet, *de vanitate ſua in idipſum.* Auguſt. in eund. Pſ. *de vanitate in unum.* Gr. ἐκ ματαιότητος ἐπὶ τὸ αὐτό.

℣. 11. Sic in Pſalt. Corb. ad verbum. Coislin. pariter habet *in iniquitatem ;* Rom. *in iniquitate,* & *in rapinis ;* ambo *ſi affluant.* Pſ. è Mſ. Vatic. ap. Hilar. *Nolite ſper. in iniquitate,* & *in rapinas..... ſi affluant,* &c. Eadem repetit Hilarius ipſe, excepto uno *ſi fluant ;* quæ vox infra redit in commentar. Tertull. l. 4. adv. Marc. p. 709. b. ait : *Ne deſideraveritis divitias : & ſi relucent, ne adjeceritis cor.* Ambroſ. in hunc Pſ. *Nolite ſper. in iniquitate,* & *rapinam nol. conc. divit. ſi affluant,* &c. item l. de Nab. c. 6. to. 1. col. 572. d. Auguſt. verò in eund. Pſ. *Nolite ſperare ſuper iniquitatem,* & *in rapinam ne concupiſcatis : divitiæ ſi fluant, ne apponatis cor.* Apud Caſſiod. ut in Vulg. excepto uno *in rapinis ;* Mſ. tamen 1. hab. *rapinas.* Similiter Chromat. Aquil. in Matth. p. 988. ſ. Fulg. verò ep. 7. p. 195. & *in rapina,* &c. ut in Vulg. Gr. Μὴ ἐλπίζετε ἐπ' ἀδικίαν, καὶ ἐπὶ ἁρπάγματα μὴ ἐπιποθεῖτε· πλοῦτος ἐὰν ῥέῃ, μὴ προσίθεσθε καρδίαν.

℣. 12. Accinunt Hilar. Ambr. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Pſalt. Rom. &c. Gr. extremò hab. ὅτι τὸ κράτος τοῦ Θεοῦ.

℣. 13. Pſalt. Rom. Corb. & Vatic. ap. Hilar. ita ferunt cum Caſſiod. *quia tu reddes ſingulis ſecundùm opera eorum.* Coislin. & Moz. *ſecundùm opera ſua.* Hilar. & Auguſt. in hunc Pſ. *quia tu reddes unicuique ſecundùm opera ejus ;* Aug. ſup. *ſua.* Ambroſ. in eund. Pſ. alludens ait : *Ipſe reddet unicuique ſecundùm opera.* Gr. ὅτι σὺ ἀποδώσεις ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ.

Digitized by Google

VULGATA HOD.

Pſalmus David,
1. Cùm eſſet in deſerto Idumææ.
(1. *Reg.* 22. 5.) LXII.

2. DEus Deus meus ad te de luce vigilo.
Sitivit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea.
3. In terra deſerta, & invia, & inaquoſa: ſic in ſancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.
4. Quoniam melior eſt miſericordia tua ſuper vitas: labia mea laudabunt te.
5. Sic benedicam te in vita mea: & in nomine tuo levabo manus meas.
6. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: & labiis exſultationis laudabit os meum.

7. Si memor fui tui ſuper ſtratum meum, in matutinis meditabor in te: 8. quia fuiſti adjutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exſultabo, 9. adhæſit anima mea poſt te: me ſuſcepit dextera tua.

HEBR.

Canticum David,
Cùm eſſet in deſerto Juda.
LXIII.

DEus fortitudo mea tu es: de luce conſurgam ad te.
Sitivit te anima mea, deſideravit te caro mea
In terra invia & conſitiente, ac ſine aqua: ſic in ſancto apparui tibi, ut videam fortitudinem tuam, & gloriam tuam.
Melior eſt enim miſericordia tua quàm vita: labia mea laudabunt te.
Sic benedicam te in vita mea: in nomine tuo levabo manus meas.

Quaſi adipe & pinguedine implebitur anima mea, & labiis laudantibus canet os meum.

Recordans tui in cubili meo, per ſingulas vigilias meditabor tibi: quia fuiſti auxilium meum,

Et in umbra alarum tuarum laudabo: adhæſit anima mea poſt te, me ſuſcepit dextera tua.

VERSIO ANTIQUA.

Pſalmus David, *Ex Mſ. Sangerm.*
1. Cùm eſſet in deſerto Idumææ. LXII.

2. DEus Deus meus ad te de luce vigilo.
Sitiit in te anima mea, quàm multipliciter caro mea
3. In deſerto, & in invio, & inaquoſo: ſic in ſancto apparui tibi, ut viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.
4. Quia melior eſt miſericordia tua ſupra vitam: labia mea laudabunt te.
5. Sic benedicam te in vita mea: & in nomine tuo levabo manus meas.
6. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: & labia exſultationis laudabunt nomen tuum.
7. Sic memor fui tui ſupra ſtratum meum, in matutinis meditabor in te: 8. quia factus es adjutor meus.
Et in velamento alarum tuarum exſultabo, 9. adhæſit anima mea poſt te: me ſuſcepit dextera tua.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Concinunt Pſalt. Rom. Corb. & Coislin. unà cum Caſſiod. Pſ. verò è Mſ. Vatic. ap. Hilar. habet: *Pſalmus David, Cùm iſſet in deſertum Idumææ.* Mozarab. *In finem, Pſalmus ipſi David, Cùm eſſet in deſertum Idumææ.* Hilarius in comment. p. 151. c. dicit: *David in deſerto habitaſſe, libro Regnorum continetur.* Auguſt. in eund. Pſ. *Titulum habet iſte Pſalmus: Ipſi David, Cùm eſſet in deſerto Idumaa.* Gr. Ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ, ὅτ τῷ εἶναι αὐτὸν ἐν τῇ, &c.

℣. 2. Ita in Pſalt. Corb. Rom. verò Fabri hab. *Sitivit in te..... quàm multipliciter & caro mea.* Rom. Martian. *Sitivit in te..... quàm multipliciter tibi & caro mea.* Coislin. *Sitivit tibi anima mea, quàm multipl. & caro mea.* Pſ. è Mſ. Vat. ap. Hilar. *Deus Deus meus ad te diluculo video. Sitivit in te an. mea, quàm ſimpliciter caro mea.* Hilarius in expoſit. *Deus Deus meus ad te de luce* (Mſ. Miciac. *diluculo*) *video. Sitivit tibi anima mea, quàm ſimpliciter caro mea.* Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1104. c. *Sitivit in te anima mea;* & infra 1236. e. *quàm diſtabuit caro mea.* Auguſt. in hunc Pſ. *Sitivit tibi anima mea, quàm multipliciter tibi & caro mea:* itidem epiſt. 130. to. 2. 384. f. ſed abſque ſecundo *tibi.* Hieron. in Ezech. 16. to. 3. 797. f. *Sitivit anima mea ad te Deus, quàm multipl. tibi caro mea:* tum addit: *ſive ut quædam habent exemplaria,* quomodo conſumpta eſt caro mea: & infra in c. 44. col. 1026. a. *quomodo contabuit caro mea:* rurſus epiſt. ad Sun. & Fretel. to. 2. 642. c. habet: *Sitivit tibi anima mea;* monetque in Græco legi, *Sitivit in te;* at inquit, *in Hebræo non* attha, *quod ſignificat* te, *ſed* lach, *quod oſtenditur* tibi; *quod & omnes Interpretes tranſtulerunt: ergo ſecundùm linguæ proprietatem verſum eſt in Latinum.* Apud Caſſiod. ut in Vulg. In Gr. Ὁ Θεὸς ὁ Θεός μου πρός σε ὀρθρίζω. Ἐδίψησέ σοι (Ald. & Compl. σε) ἡ ψυχή μου, ποσαπλῶς σοι ἡ σάρξ μου· de hac voce ποσαπλῶς, vide Nobil. not. b. Theodot. leg. ποσαχῶς.

℣. 3. Concordant Pſalt. Corb. Coislin. & Rom. Martian. Rom. verò Fabri hab. *& in inaquoſo.* Vatic. ap. Hilar. *In deſerto, & invio, & inaquoſo,* &c. Hilar. in enarrat. col. 151. e. *In terra deſerta, & in invia, & inaquoſa,* &c. at infra 152. d. cum Caſſiod. *In deſerto, & in invio, & inaquoſo.* Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1236. e. *In terra deſerta, in invia, & ſine aqua.* Hieron. in Ezech. 44. to. 3. col. 1026. a. *In terra deſerta, invia,* &c. Auguſt. in hunc Pſ. & epiſt. 130. to. 2. 384. f. *In terra deſerta, & ſine via, & ſine aqua: ſic in..... ut viderem potentiam tuam, & virt. tuam.* Gr. Ἐν γῇ ἐρήμῳ, καὶ ἀβάτῳ, καὶ ἀνύδρῳ· οὕτως..... ὥρθην σοι, τοῦ ἰδεῖν τὴν δύναμίν, &c.

℣. 4. Sic in Pſalt. Moz. & apud Caſſiod. cum hoc, *ſuper vitam;* in Rom. & Coislin. *ſuper vitas;* in Corb. *ſuper vita.* Hilarius in Pſ. 51. col. 81. a. & in Pſ. 59. col. 141. e. legit *ſuper vitam:* itidem in Pſ. 62. col. 152. f. ſed addit *Domine* in fine, cum Pſalt. Coislin. in expoſit. autem hujus Pſ. col. 153. c. 154. a. b. 155. d. utramque lectionem uſurpat, *ſuper vitam,* & *ſupra vitas.* Aug. & Græc. non differunt à Vulg.

℣. 5. Ita legit Ambroſ. in Pſ. 38. to. 1. 846. f. ſicut Hilar. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. Similiter habet Pſalt. Rom. Pſalmus Vatic. ap. Hilar. delet & circa medium unà cum Gr. Hilarius in enarratione, col. 154. a. adhibet voces *elevabit, elevatio manuum;* Gr. ἀφῶ.

℣. 6. Mirè concinunt Hilarius, Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Pſalt. Rom. Mediolan. Carnut. Vatic. Corb. Moz. & Græco. Coislin. verò ita: *in labia exſultationis laudabo nomen tuum.* Ambroſ. in Pſ. 38. to. 1. 846. f. & epiſt. 29. col. 905. a. *Tanquam adipe & ping. repleatur anima mea:* at l. 2. de Cain & Ab. c. 5. col. 214. c. legit, *Sicut adipe & ping. replebitur,* &c. Auguſt. loco cit. *Tanquam..... repleatur.*

℣. 7. Sic Ambroſ. l. de virginit. to. 2. 235. b. cum Pſalt. Moz. & Rom. Fabri, excepto uno *ſuper,* pro *ſupra.* Sic etiam Nicetius, Spicil. to. 3. p. 2. c. niſi quòd addit *Domine* in fine. Hilarius in hunc Pſ. leg. *Si memoratus ſum tui ſupra ſtratum meum, in matutinis meditabar in te:* & ſic deinceps de meditatione differit, ut de re præterita, non autem futura. Pſalm. tamen è Mſ. Vat. ap. ipſum hab. *Si memor fui tui ſupra ſtrat..... meditabor.* At Auguſt. in eund. Pſ. conſtanter: *Si memoratus ſum tui ſuper ſtratum meum, in diluculis meditabar in te:* inf. col. 615. a. *Si memor fui in ſtrato meo.* Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Martianæi, nil differt à Vulg. In Coislin. ita: *Sic memor ero tui ſupra ſtratum meum, in matut. meditabor in te.* In Gr. Εἰ ἐμνημόνευόν σου ἐπὶ τῆς..... ἐμελέτων εἰς σέ.

℣. 8. Pſalt. Coislin. cum Rom. Fabri, *quia factus es,* &c. ut ſupra. Sic etiam legit Nicetius, Spicil. to. 3. p. 2. c. cum Caſſiod. Item Auguſt. in hunc Pſ. ſed addit, *Et in velamento pennarum tuarum exſultabo.* Hilarius in eund. Pſ. *quia fuiſti adjutor meus. Et in velam. alar. tuar. ſperabo.* Pſ. è Mſ. Vatic. ap. ipſum, *exſultabo.* In Gr. ὅτι ἐγενήθης..... ἀγαλλιάσομαι.

℣. 9. Ita legit Hilar. cum Pſalt. Rom. Ita quoque Ambroſ. l. de Iſaac, c. 3. col. 358. d. & in Pſ. 118. col. 1104. c. Ita etiam Caſſiod. & Gaud. Brix. ſerm. 1. p. 946. c. In Pſalt. Coislin. ſic: *me autem ſuſcepit dext. tua.* Apud Auguſt. in hunc Pſ. & l. de unit. Eccl. to. 9. col. 343. g. *Agglutinata eſt anima mea poſt te: me ſuſcepit,* &c. Gr. Ἐκολλήθη ἡ ψυχή μου ὀπίσω σου· ἐμὲ ἀντελάβετο, &c. Ald.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 10. Ipſi autem in vanum quæſierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ: 11. tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.	*Ipſi verò interficere quærunt animam meam, ingrediantur in extrema terræ: congregentur in manus gladii, pars vulpium erunt.*	10. Ipſi verò in vanum quæſierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ: 11. tradentur in manus gladii, partes vulpium erunt.
12. Rex verò lætabitur in Domino, in Deo laudabitur omnis qui jurat in ipſo: quoniam obtuſum eſt os loquentium iniqua.	*Rex autem lætabitur in Deo, laudabitur omnis qui jurat in eo: quia obſtruetur os loquentium mendacium.*	12. Rex verò lætabitur in Deo, laudabuntur omnes qui jurant in eo: quia obſtructum eſt os loquentium iniqua.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

& Compl. ἐμοῦ δὲ, &c.

℣. 10. Accinunt Hilar. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Pſalt. Rom. &c. Hieron. in Iſai. 24. to. 3. 207. e. *ingredientur ad extrema terræ.* Gr. εἰσελεύσονται εἰς τὰ κατώτατα τῆς γῆς.

℣. 11. Sic eſt in Pſalt. Rom. Coislin. & in Gr. Sic etiam apud Hilar. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. Ita quoque legit Hieron. in Iſai. 24. to 3. 207. e. at epiſt. ad Damaſ. to. 3. 524. c. *cadent in manu gladii.*

℣. 12. Pſalt. Rom. non differt à Vulg. niſi uno *Domino*, pro *Deo*. Ita quoque Coislin. hab. cum Caſſiodoro. Mozarab. & Corb. ſic: *Rex verò lætab. in Domino, laudabitur omnis qui jurat in eo: quia obſtructum eſt os*, &c. Hilarius in hunc Pſ. *Rex autem lætabitur in Deo, & laudabitur omnis qui jurat in eo: quoniam obſtructum eſt os*, &c. Auguſt. in eund. Pſ. *Rex vero lætab. in Deo, laudabitur omnis qui jurat in ipſo: quoniam oppilatum eſt os loquent. iniqua.* Auctor l. 2. de voc. Gent. c. 1. p. 19. f. *ut obſtruatur os loquentium iniqua.* Cæleſtin. I. epiſt. 22. to. 1. Conc. col. 1196. a. *obſtructum* dicit *os loq. iniqua.* Gr. Ὁ δὲ βασιλεὺς..... ἐπὶ τῷ Θεῷ, ἐπαινεθήσεται πᾶς ὁ ὀμνύων ἐν αὐτῷ· ὅτι ἐνεφράγη στόμα, &c.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. In finem, 1. Pſalmus ipſi David. LXIII.	*Victori Canticum David. LXIV.*	In finem, 1. Pſalmus David. LXIII.
2. EXaudi Deus orationem meam dum tribulor: à timore inimici mei erue animam meam.	*AUdi Deus vocem meam loquentis: à timore inimici ſerva vitam meam.*	2. EXaudi Deus orationem meam cùm deprecor: à timore inimici eripe animam meam.
3. Protege me à conventu malignantium, à multitudine operantium iniquitatem.	*Abſconde me à conſilio malignorum, à tumultu operantium iniquitatem.*	3. Protexiſti me à conventu malignantium, à multitudine operantium iniquitatem.
4. Quia exacuerunt tanquam gladium linguas ſuas: intenderunt arcum rem amaram, 5. ut ſagittent in obſcuro immaculatum.	*Quia exacuerunt quaſi gladium linguam ſuam: tetenderunt ſagittam ſuam verbum amariſſimum, ut ſagittarent in abſconditis ſimplicem.*	4. Quia exacuerunt ut gladium linguas ſuas: intenderunt arcum rem amaram, 5. ut ſagittent in occultis immaculatum.
6. Derepente ſagittabunt eum, & non timebunt: firmaverunt ſibi verbum malum. Diſputaverunt ut abſconderent laqueos: dixerunt: Quis videbit eos?	*Subitò ſagittabunt eum, & non timebunt: confortaverunt ſibi ſermonem peſſimum. Narraverunt ut abſconderent laqueos: dixerunt: Quis videbit eos?*	6. Subitò ſagittabunt eum, & non timebunt: firmaverunt ſibi ſermonem nequam. Narraverunt ut abſconderent laqueos: dixerunt: Quis videbit eos?
7. Perſcrutaverunt iniquitates: defecerunt ſcrutantes ſcrutinio.	*Scrutati ſunt iniquitates: defecerunt ſcrutantes ſcrutinio,*	7. Scrutati ſunt iniquitates: defecerunt ſcrutantes ſcrutinio.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Pſalt. Rom. & Corb. delent *ipſi*, cum Caſſiod. Nil legitur apud Auguſt. Hilarius in expoſit. p. 156. f. ait: *Pſalmi ſuperſcriptio hiſtoriam non continet; ſimplex eſt... tantùm per id quod* In finem *præſcribitur.* In Gr. Εἰς τὸ τέλος, Ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ.

℣. 2. Ita legitur, *dum tribulor*, in Pſalt. Moz. & Carnut. Apud Hilar. & Caſſiod. in hunc Pſ. *cùm tribulor*, ut in Pſalt. Coislin. Corb. & Rom. Fabri; in Rom. Martian. *cùm deprecor.* In Vatic. apud Hilar. *cùm deprecor ad te*, &c. ut in Vulg. Apud. Aug. *dum tribulor: à timore inimici erue anim. meam.* In Gr..... ἐν τῷ δέεσθαί με πρός σε· ἀπὸ φόβου ἐχθροῦ ἔξελοῦ τὴν, &c.

℣. 3. Hilar. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. legunt, *Protexiſti me à conventu*, cum Pſalt. Rom. &c. in Mediolan. *à converſatione.* In Gr. Ἐσκέπασάς με ἀπὸ συσσοφῆς, &c. Ald. & Compl. Σκέπασόν με. Brev. Moz. præponit &, huic, *à multitudine*; at in Gr. deeſt.

℣. 4. Pſalt. Moz. hab. *arcum ſuum.* Rom. Vulgatæ conſonat cum Coislin. Corb. & Caſſiodoro. Pſ. Vatic. apud Hilar. legit: *Qui exacuerunt ut glad. linguam ſuam*, &c. ut in Vulg. Hilarius in comment. *Qui exacuerunt ut glad. linguas ſuas*, &c. Auguſt. in eund. Pſ. *Quia exacuerunt tanquam gladium linguas*, &c. Gr. Οἵτινες ἤκόνησαν ὡς ῥομφαίαν τὰς, &c.

℣. 5. Sic Hilar. in hunc Pſ. cum Pſalt. Corb. Auguſt. verò in eund. *ut ſagittarent in abſcondito immaculatum.* Pſalt. Moz. Rom. Coislin. &c. Vulgatæ congruunt cum Caſſiod. Græc. τῷ κατατοξεῦσαι ἐν ἀπεκρύφοις ἄμωμον.

℣. 6. Ita legit Hilar. in hunc Pſ. præter unum *ſubitò*, loco *derepente.* Itidem in Pſalt. Rom. Coislin. Carnut. & Mozarab. Mediolan. verò hab. infra, *Diſpoſuerunt ut abſconderent*, &c. Sic etiam Caſſiod. cum hoc ult. *Quis videbit nos?* Similiter in Pſalt. Corb. *Quis videbit nos?* ſed habet ſup. *diſputaverunt*, non *diſpoſuerunt.* Auguſt. in eund. Pſ. ita: *Repente ſagittabunt eum*, & *non timebunt: obfirmaverunt ſibi ſermonem malignum. Narraverunt ut abſconderent muſcipulas: dixerunt: Quis videbit eas?* S. Paulinus epiſt. 12. p. 61. c. *Diſputaverunt enim ut abſcond. laqueos*, &c. Gr. Ἐξάπινα κατατοξεύσουσιν..... ἐνεταίωσαν ἑαυτοῖς λόγον πονηρόν. Διηγήσαντο τῷ κρύψαι παγίδας· εἶπαν· Τίς ὄψεται αὐτάς;

℣. 7. Pſalt. Corb. *Scrutati ſunt iniquitates:* & *defecerunt ſcrutantes ſcrutinio. Accedet homo*, & *cor altum.* Rom. *Scrutati ſunt iniquitatem: defec. ſcrut. ſcrutinium. Accedet homo ad cor altum.* Coislin. *Perſcrutati ſunt iniquitatem.... Accedit homo*, & *cor altum.* Sic etiam in Moz. *Perſcrutati ſunt*; ſed habet *ſcrutinium*, cum Mediolan. & Caſſiod. Hilarius in hunc. Pſ. legit: *Perſcrutati ſunt iniquitates* (cod. Reg. *iniquitatem:*) *defec.... ſcrutinio. Accedet homo*, & *cor altum.* Auguſt. in eund. Pſ. *Perſcrutati ſunt iniquitatem: defecerunt ſcrutantes ſcrutationes. Accedet homo*, & *cor altum.* Similiter in Pſalt. Carnut. & *cor altum.* In Gr. Ἐξιχνίασαν ἀνομίαν· ἐξέλιπεν ἐξερευνῶντες ἐξερεύνησιν (Ald. & Compl. ἐξερευνήσεις.) Προσελεύσεται ἄνθρωπος, καὶ καρδία βαθεῖα.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
Accedet homo ad cor altum : 8. & exaltabitur Deus.	*Et cogitationibus ſingulorum, & corde profundo.*	Accedet homo, & cor altum : 8. & exaltabitur Deus. *Ex Mſ. Sangerm.*
Sagittæ parvulorum factæ ſunt plagæ eorum : 9. & infirmatæ ſunt contra eos linguæ eorum.	*Sagittabit ergo eos Deus jaculo repentino : inferentur plagæ eorum, & corruent in ſemetipſos plagis ſuis.*	Sagittæ infantium factæ ſunt plagæ eorum : 9. & pro nihilo habuerunt eum, & infirmatæ ſunt ipſos linguæ eorum.
Conturbati ſunt omnes qui videbant eos : 10. & timuit omnis homo.	*Fugient omnes qui viderint eos, & timebunt omnes homines :*	Conturbati ſunt omnes qui videbant eos : 10. & timuit omnis homo.
Et annuntiaverunt opera Dei : & facta ejus intellexerunt.	*Et annuntiabunt opus Dei, & opera ejus intelligent.*	Et adnuntiaverunt opera Dei : & facta ejus non intellexerunt.
11. Lætabitur juſtus in Domino, & ſperabit in eo, & laudabuntur omnes recti corde.	*Lætabitur juſtus in Domino, & ſperabit in eo : & exſultabunt omnes recti corde.*	11. Lætabitur juſtus in Domino, & ſperavit in eo, & laudabuntur omnes, qui recto ſunt corde.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 8. Sic Ambroſ. l. 1. de Jac. c. 8. to. 1. 457. a. & to. 2. 873. e. item Auguſt. in hunc Pſ. & in Pſ. 56. n. 13. At Hilar. in eund. Pſ. legit, *Sagittæ parvulorum*, cum S. Paulino, epiſt. 37. p. 228. c. rurſuſque Hilar. in Pſ. 118. & 143. pp. 373. c. 557. f. Similiter Hieron. epiſt. ad Sun. & Fretel. to. 2. 642. c. notatque in Græco legi *Sagitta parvulorum : ſed ſi ſic dicamus*, inquit, *non reſonat in Latino : Sagitta parvulorum factæ ſunt plagæ eorum.* In ed. Rom. Βέλος νηπίων ἐγενήθησαν αἱ, &c.

℣. 9. Pſalt. Corb. & *pro nihilo habuerunt contra ipſos lingua eorum. Conturbati ſunt*, &c. ſed abraſa videtur ibid. litterula una poſt *lingua*, quaſi ſcriptum fuiſſet primitus *linguæ*, vel *linguas*. Rom. & Carnut. & *pro nihilo habuerunt contra eos linguæ ipſorum. Conturbati ſunt omnes*, &c. Coislin. & *pro nihilum habuerunt eum contra ipſa ipſos* (l. *ipſos ipſa*) *lingua eorum*. Hilar. in hunc Pſ. & *nihil habuerunt contra ipſos linguæ eorum. Conturbati ſunt omnes*, &c. Auguſt. verò & Caſſiod. in eund. Pſ. legunt : & *infirmatæ ſunt ſuper eos linguæ eorum*, &c. ut in Vulg. omiſſis his quæ antecedunt. ſimiliter in Brev. Moz. & *infirmata ſunt ſuper eos*. Apud S. Paulin. ep. 37. p. 228. c. *ita infirmati ſunt ictus* (Mſ. Vat. *jactus*) *eorum*. In Gr. ἠ ἐξεβίνησαν αὐτὸν αἱ γλῶσσαι αὐτῶν. Ἐταράχθησαν πάντες, &c. al. ἐχωδύνησαν ἐπ' αὐτούς.

℣. 10. Hilar. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. concordant cum Vulg. Sic etiam in Pſalt. Rom. Corb. &c. & Gr. nec alibi reperitur negatio ante *inteliexerunt*, præterquam in Pſalt. Sangerm.

℣. 11. Auguſt. in hunc Pſ. *Lætabitur*..... & *ſperabit in eum*, & *laudabuntur omnes qui recti ſunt corde* ; infra, *omnes recti corde* : at ſerm. 21. to. 5. 110. b. ſic : *Jocundabitur juſtus in Domino*, & *ſperabit in eo*, & *gloriabuntur omnes recti corde*. Hilarius, & Caſſiod. in eund. Pſ. cum Vulgata concinunt. Gr. Εὐφρανθήσεται δίκαιος ἐπὶ τῷ Κυρίῳ, καὶ ἐλπιεῖ ἐπ' αὐτὸν, καὶ ἐπαινεθήσονται πάντες οἱ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
In finem, Pſalmus David, 1. Canticum Jeremiæ & Ezechielis populo tranſmigrationis, cùm inciperent exire. LXIV.	*Victori Carmen Davıd Cantici. LXV.*	In finem, 1. Pſalmus Jeremiæ & Ezechiel profectionis. LXIV. *Ex Mſ. Sangerm.*
2. TE decet hymnus Deus in Sion : & tibi reddetur votum in Jeruſalem.	*TIbi ſilet laus Deus in Sion, & tibi reddetur votum.*	2. TE decet hymnum Deus in Sion : & tibi reddentur vota in Jeruſalem.
3. Exaudi orationem meam : ad te omnis caro veniet.	*Exaudi orationem, donec ad te omnis caro veniat.*	3. Exaudi orationem meam : ad te omnis caro veniet.
4. Verba iniquorum prævaluerunt ſuper nos : & impietatibus noſtris tu propitiaberis.	*Verba iniquitatum prævaluerunt adversùm me : ſceleribus noſtris tu propitiaberis.*	4. Verba iniquorum prævaluerunt ſuper nos : & impietatibus noſtris tu propitiaberis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hilar. in hunc Pſ. col. 162. f. hab. *In finem* ; exinde col. 173. a. *Pſalmus Cantici*. Brev. Moz. *In finem, Canticum, Pſalmus David*. Pſalt. Rom. Fabri, cum Pſ. è Mſ. Vat. ap. Hilar. *In finem, Pſalmus David*. Rom. Martian. addit : *Canticum Jeremiæ & Aggæi de verbo peregrinationis, quando incipiebant proficiſci*. Coislin. *In finem, Pſ. David, Canticum Jeremiæ, & Ezechiel, & populi peregrinationis*. Corb. *In finem, Pſalmus David, Canticum Jeremiæ & Ezechiel de verbo peregrinationis, quando proficiſci cæperunt*. Carnut. *Jeremiæ & Ezechiel de verbo peregrinationis, quando incipiebant proficiſci*. Auguſt. in hunc Pſ. *In finem, Pſ. David, Cant. Jerem. & Ezech. ex populo tranſmigrationis, cùm inciperent exire*. Itidem apud Caſſiod. ſi excipias ſeqq. *de populo..... cùm inciperent proficiſci*. In ed. Rom. ſimpliciter : Εἰς τὸ τέλος, Ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ, Ὠδή. At in edd. Ald. & Compl. Εἰς τὸ τέλος, Ψαλμὸς ᾠδῆς... Ὠδὴ Ἱερεμίου καὶ Ἰεζεχιὴλ τοῦ λαοῦ τῆς παροικίας, ὅτε ἔμελλον ἐκπορεύεσθαι.

℣. 2. Hilarius in hunc Pſ. *Tibi decet hymnus Deus*, &c. ut in Vulg. Pſ. verò è Mſ. Vat. ap. ipſum, cum Pſalt. Rom. *Te decet*, &c. Coislin. *Te decet hymnum Domine Deus in Sion*, &c. ut in Vulg. Corb. *Te decet hymnum Deus*..... & *tibi redditur votum in Jeruſ.* ſcriptum erat *hymnus*, at ſic emendatum eſt, *hymnũ*, eadem manu. Ambroſ. in Pſ. 47. to. 1. 937. d. ait : *In Sion hymnus Deum decet ; & votum ei ſolvitur in Jeruſalem* : & l. 1. offic. to. 2. 10. a. *Te decet hymnus Deus in Sion ; vel Græcè*, inquit, Σοὶ πρέπει ὕμνος ὁ Θεὸς ἐν Σιών· uti nunc habetur in ed. Rom. Auguſt. & Caſſiod. Vulgatæ congruunt ; quidam tamen Mſs. Auguſt. ſerunt, & *ibi reddetur*, non *tibi* ; nec improbabile eſt, conſiderata interpretandi ratione, ita legiſſe Auguſtinum. In Gr. conſtanter ἐν σοί, ſed omittitur vox *Jeruſalem*, ſaltem in ed. Rom. nam edd. Ald. & Compl. habent εὐχὴ ἐν Ἱερουσαλήμ.

℣. 3. Suffragantur Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. &c. Hilar. verò cum Pſ. Vatic. legit : *Exaudi orationem : ad te*, &c. tum addit : *non enim ſubſequitur* meam, *ut dicentis perſona poſſit intelligi : licet enim multi tanquam hoc deeſſet addiderint, non tamen in authenticis exſtat : Propheta enim non ſuo ſenſu, ſed inſpiratus loquitur* : tollit quoque *meam* ſupra in Pſ. 59. col. 140. e. 141. a. Apud Ambroſ. l. de fide reſur. to. 2. col. 1170. a. ut ſup. *ad te enim omnis caro veniet*. Victorin. Afr. l. 3. adv. Arium, p. 276. a. delet *enim* ; delet pariter Gr. ſed habet ſup. προσευχῆς μου.

℣. 4. Succinit Pſalt. Rom. cum Pſ. Vat. apud Hilar. & Caſſiodoro. At Hilarius in enarrat. legit : *Verba iniquorum invaluerunt ſuper nos : & impietates noſtras tu propitiabis*. Auguſt. in eund. Pſ. *Sermones iniquorum præval. ſuper nos : & impietates noſtras tu propitiaberis* : omnes libri hîc habent *propitiaberis*, ſed infra plerique, *propitiabis*. Brev. Moz. *Verba iniq. præval. adversùs nos*, &c. Gr. Λόγοι ἀνόμων ὑπερεδυνάμωσαν ἡμᾶς· καὶ τὰς ἀσεβείας ἡμῶν σὺ ἱλάσῃ.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 5. Beatus, quem elegiſti, & aſſumpſiſti: inhabitabit in tabernaculis tuis:	*Beatus, quem elegeris, & ſuſceperis: habitabit enim in atriis tuis.*	5. Beatus, quem elegiſti, & aſſumpſiſti: inhabitabit in atriis tuis.
Replebitur in bonis domus tuæ: ſanctum eſt templum tuum, 6. mirabile in æquitate.	*Replebimur bonis domus tuæ: ſanctificatione templi tui. Terribilis in juſtitia*	Replebimur in bonis domus tuæ: ſanctum eſt templum tuum, 6. mirabile in æquitate.
Exaudi nos Deus ſalutaris noſter, ſpes omnium finium terræ, & in mari longè.	*Exaudi nos, Deus ſalvator noſter, confidentia omnium finium terræ, & maris longinqui.*	Exaudi nos Deus ſalutaris noſter, ſpes omnium finium terræ, & in mari longè.
7. Præparans montes in virtute tua, * adcinctus in potentia: 8. qui conturbas fundum maris, ſonum fluctuum ejus quis ſuſtinebit?	*Præparans montes in virtute ſua, accinctus fortitudine: compeſcens ſonitum maris, fremitum fluctuum ejus,*	7. Præparans montes in virtute tua, accinctus potentiâ: 8. qui conturbas profundum maris, ſonum fluctuum ejus.
* *Mſ.* adcinctos. Turbabuntur gentes, 9. & timebunt omnes qui habitant fines terræ à ſignis tuis: exitus matutini & veſpere delectaberis.	*Et multitudinem gentium. Et timebunt qui habitant in extremis à ſignis tuis: egreſſus matutino & veſperi laudantes facies.*	Turbabuntur gentes, 9. & timebunt qui habitant terminos à ſignis tuis: exitus matutini & veſpere delectabis.
10. Viſitaſti terram & inebriaſti eam: multiplicaſti locupletare eam.	*Viſitaſti terram & irrigaſti eam: ubertate dita eam.*	10. Viſitaſti terram & inebriaſti eam: multiplicaſti locupletare eam.
Flumen Dei repletum eſt aquâ, paraſti cibum eorum: quoniam ſic eſt præparatio tua.	*Rivus Dei plenus aquâ: præparabis frumentum eorum, quia ſic fundaſti eam.*	Flumen Dei repletum eſt aquis, paraſti cibum illorum: quoniam ita eſt præparatio ejus.
11. Rivos ejus inebriaſti, multiplica Domine generationes ejus: in ſtillicidiis ejus lætabitur, dum exorietur.	*Sulcos ejus inebria, multiplica fruges ejus: pluviis irriga eam, germini ejus benedic.*	11. Rivos ejus inebria, multiplica genimina ejus: in ſtillicidiis ejus lætabitur germinans.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 5. Pſalt. Rom. Coislin. Moz. Corb. & Vat. ap. Hilar. conſtanter hab. *inhabitabit in tabernaculis tuis. Replebimur*, &c. ut ſup. Sic etiam Caſſiod. in hunc Pſ. Item Ambroſ. l. de bono mort. c. 12. to. 1. 412. c. & l. 1. de Jac. c. 8. col. 458. d. & epiſt. 29. col. 905. e. *Replebimur in bonis domus tuæ.* At Hilarius in Pſ. 138. col. 521. f. *Replebimur ab ubertate domus tuæ:* & in Pſ. 126. col. 417. b. *ſanctum templum tuum, mirab.* &c. ſupra verò in hunc Pſ. 64. ſic: *Beatus, quem eleg. & aſſump. ut inhabitet* (paulò poſt, *inhabitabit*) *in tabernaculis tuis. Replebimur in bonis..... ſanctum eſt templ.* &c. Auct. in eund. Pſ. *inhabitabit in atriis tuis. Replebimur..... ſanctum templum tuum.* Gr. κατασκηνώσει ἐν ταῖς αὐλαῖς σου. Πλησθησόμεθα ἐν..... ἅγιος ὁ ναός σου.

℣. 6. Sic hab. Hilar. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. &c. Auguſt. verò in eund. Pſ. ſic: *mirabile* (inſ. *admirabile*) *in juſtitia. Exaudi nos Deus ſalvator noſter*, &c. ut ſupra: & quæſt. 35. in Levit. to. 3. 506. a. *Exaudi nos Deus ſanitatum noſtrarum.* Gr. θαυμαστὸς ἐν δικαιοσύνῃ. Ἐπάκουσον ἡμῶν ὁ Θεὸς ὁ σωτὴρ ἡμῶν, &c.

℣. 7. Hilarius in hunc Pſ. & in Pſ. 143. col. 557. c. Vulgatæ congruit. Sic etiam Caſſiod. cum Pſalt. Rom. &c. At Aug. in eund. Pſ. leg. *Præparans montes in fortitudine ſua, circumcinctus in potentatu.* Gr. Ἑτοιμάζων ὄρη ἐν τῇ ἰσχύι σου, περιζωσάμενος ἐν δυναστείᾳ. Ald. & Compl. hab. ἰσχύι αὐτοῦ.

℣. 8. Sic eſt in Pſalt. Mediol. & Carnut. Sic etiam in Rom. & Moz. addito uno *autem*, ad *ſonum*. Corb. hab. *qui conturbas profundum maris*, &c. ut in textu Sang. Pſalmus è Mſ. Vat. ap. Hilar. non differt à Vulg. neque Hilar. ipſe in expoſit. niſi quòd habet *fundum*, ut ſupra. Aug. in eund. Pſ. *qui conturbas fundum maris, ſonum fluctuum ejus quis ſufferet?* Hieron. ep. ad Sun. & Fret. to. 2. col. 642. c. ait: *In Græco additum ſcribitis*, quis ſuſtinebit? *quod ſuperfluum eſt: ſubauditur enim: Qui conturbas profundum maris, & conturbas ſonum fluctuum ejus.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 22. p. 104. b. *qui conturbas fundum maris, ſonum autem fluctuum ejus tu mitigas.* Itidem in Pſalt. Coislin. detracto uno *autem*. Græc. ὁ συνταράσσων τὸ κῦτος τῆς θαλάσσης, ἦχος κυμάτων αὐτῆς. Ταραχθήσονται, &c. Ald. verò & Compl. poſt αὐτῆς, ſubdunt τίς ὑποστήσεται; dein Ταραχ. &c.

℣. 9. Ita legit Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Fabri. Sic etiam in Rom. Martian. ſi excipias vocem *veſperi*. In Coislin. ſimiliter & Corb. præter duo, *inhabitant*, & *veſpere*. In Mozarab. & *timeb. omnes qui inhabitant fines terræ à..... veſperi delectabis*. Item in Mediolan. & Carnut. *fines terræ*; Pſ. autem è Mſ. Vat. ap. Hilar. hab. & *timebunt omnes qui habitant fines à ſignis tuis.....* & *veſpere delectationis*. Hilarius ipſe in enarrat. col. 168. b. & *timebunt qui inhabitant fines à ſignis tuis.....* & *veſpera delectationes*: tum addit: *Non ſubjecit Scriptura, ut aſſoleo*, fines terræ; *non enim hic de terræ finibus loquebatur. Debinc ergo ſermonis ratio non patitur ut id adjectum exiſtimemus.* At Auguſt. in eund. Pſ. retinet vocem *terræ*, legitque: & *timebunt omnes qui inhabitant fines terræ à ſignis tuis: exitus mane & veſpere delectabis.* Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1218. a. *exitus matutinos & veſpere delectabis:* epiſt. verò 63. to. 2. 1042. a. *exitu matutino & veſpero delectabis.* Gr. ἐν φεγγήσονται οἱ κατοικοῦντες τὰ πέρατα ἀπὸ τῶν..... ἐξόδους πρωΐας καὶ ἑσπέρας τέρψεις.

℣. 10. Sic Hilarius cum Pſalt. Coislin. & Rom. niſi quòd hab. in fine, *quia ita eſt præp. tua.* Sic etiam in Mozarab. ſupra verò ita: *Fluvius Dei repletus eſt aquâ.* In Corb. *Flumen.... eſt aquam.... quoniam ita eſt præparatio ejus.* Pſ. è Mſ. Vatic. apud Hilar. hab. *Flumen Dei repletum eſt aquis..... quoniam ita eſt præparatio ejus.* Similiter ap. Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1138. d. & epiſt. 63. to. 2. 1042. a. Auguſt. verò in hunc Pſ. & q. 144. in Gen. to. 3. 413. c. legit: *Viſitaſti terram..... multiplicaſti ditare eam. Fluvius Dei repletus eſt aquâ, paraſti cibum illorum: quia ita eſt præparatio tua.* Sic etiam ap. Auct. op. imp. in Matth. hom. 48. p. 199. c. *multiplicaſti ditare eam.* Apud Hieron. epiſt. ad Dardan. to. 2. 607. b. *multiplic. locupletare eam. Fluvius Dei repletus eſt aquis... quoniam ſic eſt præparatio tua:* item in Iſai. 30. to. 3. 260. a. *Fluvius Dei repletus eſt aquis:* & in Ezech. 47. col. 1057. a. *Flumen Dei repletum eſt aquis, præparaſti cibum eorum: quia ſic eſt præparatio tua:* epiſt. verò ad Sun. & Fret. to. 2. 642. c. *paraſti cibum illorum: quon. ita eſt præparatio ejus;* tum addit: *Et dicitis quòd in Græco non ſit* ejus, *cùm in Hebræo* thechina *manifeſtè* præparationem ejus *ſignificet.* Vigil. Tapſ. p. 747. b. *Fluvius Dei repletus eſt aquâ.* Caſſiod. in hunc Pſ. *Flumen Dei repletum eſt aquis..... ita eſt præp. tua:* vox etiam *tua* habetur in Pſalt. Mediolan. In Gr..... ἐπλησθη ὑδάτων, ἡτοίμασας τὴν τροφὴν αὐτῶν· ὅτι οὕτως ἡ ἑτοιμασία.

℣. 11. Pſalt. Corb. *Rivos ejus inebria, multiplica generationes ejus: in ſtillicidiis ſuis lætabitur, cùm exorietur.* Rom. *Rivos ejus inebrians, multiplicans generationes ejus: in ſtillicidiis ſuis lætabitur, dum exorietur.* Coislin. *Sulcos ejus inebrians, multiplicas genemina ejus: in ſtillicidiis ejus lætabitur, cùm exorietur.* Pſ. è Mſ. Vatic. ap. Hilar. *Rivos ejus inebria, multiplica generationes ejus: in ſtillicidiis ejus lætabitur exorians.* Similiter ap. Hilar. ipſum & Caſſiod. in eund. Pſ. hoc excepto, *cùm exorietur.* Item ap. Ambroſ. in Pſ. 118. p. 1138. c. & S. Paulinum epiſt. 44. p. 264. a. *Rivos ejus inebria, multiplica generationes tuas;* Ambr. *ejus.* Auguſt. in hunc Pſ. *Sulcos ejus inebria, multiplica*

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
12. Benedices coronæ anni benignitatis tuæ : & campi tui replebuntur ubertate.	*Volvetur annus in bonitate tua, & veſtigia tua rorabunt pinguedine.*	12. Benedicens coronam anni benignitatis tuæ, & campi tui replebuntur ubertatem. *Ex Mſ. Sangerm.*
13. Pingueſcent ſpecioſa deſerti : & exſultatione colles accingentur.	*Pingueſcent paſcua deſerti, & exſultatione colles accingentur.*	13. Pingueſcent fines deſerti : & exſultatione colles accingentur.
14. Induti ſunt arietes ovium, & valles abundabunt frumento : clamabunt, etenim hymnum dicent.	*Veſtientur agnis greges : & valles plenæ erunt frumento, coaquabuntur, & canent.*	14. Induti ſunt arietes ovium, & convalles abundabunt frumento : etenim clamabunt, & hymnum dicent.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

generationes ejus : in ſtillicid. ſuis lætab. cùm exoritur. Pſalt. etiam Mediolan. & Carnut. hab. *in ſtillicidiis ſuis..... cùm exoritur.* Itidem in Mozarab. cum hoc, *generationes ejus.* In Gr. Τὰς αὐλακας αὐτῆς μέθυσον, πλήθυνον τὰ γενήματα αὐτῆς· ἐν ταῖς σταγόσιν αὐτῆς εὐφρανθήσεται ἀνατέλλοσα.

℣. 12. Sic hab. Pſalt. Rom. Fabri. Rom. verò Martianæi cum Moz. *Benedices coronam*, &c. ut ſup. Sic etiam Tichon. reg. 5. p. 61. g. & Ambroſ. l. de inſtit. virg. col. 269. f. Item Hilar. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Gaud. Brix. ſerm. 3. pag. 949. b. In Pſalt. Coislin. *Benedicis coronæ*, &c. in Corb. *Benedicens coronam.* In Gr. Εὐλογήσεις τὸν σέφανον, &c.

℣. 13. Accinunt magno conſenſu Hilarius, Auguſtinus, & Caſſiod. in hunc Pſ. necnon Ambroſ. l. de inſtit. virg. to. 2. 269. f. 270. a. & S. Paulinus, ep. 44. p. 269. a. cum Pſalt. Rom. Coislin. Corb. Mediol. Carnut. & Moz. In Gr. Πιανθήσεται τὰ ὄρη τῆς ἐρήμε, &c. Ald. & Compl. cum Symm. τὰ ὡραῖα.

℣. 14. Ita legunt Hilar. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Corb. & Moz. Sic etiam Ambroſ. l. de inſtit. virg. to. 2. 270. a. excepto verbo *abundant ;* ſed paulò ſupra *abundabunt.* Itidem Auguſt. in eund. Pſ. & *convalles abundabunt ;* ſubinde, *clamabunt, etenim hymn. dicent.* Pſalt. vet. & *convalles abundant frumenta : etenim clamabunt,* & *hymnum dicent.* Gr. ἢ αἱ κοιλάδες πλήθυνθεὶ σῖτον· κεκράξονται, ἢ γὰρ ὑμνήσουσι.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
In finem, 1. Canticum Pſalmi reſurrectionis. LXV.	*Victori Canticum Pſalmi. LXVI.*	In finem, 1. Canticum, Pſalmus reſurrectionis ipſi David. LXV. *Ex Mſ. Sangerm.*
JUbilate Deo omnis terra, 2. pſalmum dicite nomini ejus : date gloriam laudi ejus.	*JUbilate Deo omnis terra, cantate gloriam nomini ejus : date gloriam laudi ejus.*	* JUbilate Deo omnis terra, 2. pſalmum dicite nomini ejus :
3. Dicite Deo : Quàm terribilia ſunt opera tua Domine ! in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.	*Dicite Deo : Quàm terribile opus tuum ? in multitudine fortitudinis tuæ mentientur tibi inimici tui.*	3. Dicite Deo : Quàm terribilia ſunt opera tua ! in multitudinem virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.
4. Omnis terra adoret te, & pſallat tibi : pſalmum dicat nomini tuo.	*Omnis terra adoret te, & cantet tibi : cantet nomini tuo. SEMPER.*	4. Omnis terra adorent tibi, & pſallant tibi : pſalmum dicant nomini tuo, Altiſſime. DIAPSALMA.
5. Venite, & videte opera Dei : terribilis in conſiliis ſuper filios hominum.	*Venite, & videte opera Dei : terribilia conſilia ſuper filios hominum.*	5. Venite, & videte opera Dei : quàm terribilis in conſiliis ſuper filios hominum.
6. Qui convertit mare in aridam, in flumine pertranſibunt pede : ibi lætabimur in ipſo.	*Convertit mare in aridam, in flumine pertranſibunt pede : ibi lætabimur in eo.*	6. Qui convertit mare in aridam, & flumina pertranſiet pede : ibi lætabimur in ipſo.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Pſalt. Rom. Fabri : *In finem, Pſalmus David.* Rom. Martianæi addit, *Canticum reſurrectionis.* Mozarab. *In finem, Pſalmus Cantici David.* Coislin. *In finem, Canticum Pſalmi reſurrectionis.* Corb. *In finem, Canticum Pſalmi David reſurrectionis.* Pſ. è Mſ. Vatic. ap. Hilar. *In finem, Canticum Pſalmi.* Hilarius ipſe initio expoſitionis ait : *Superſcriptio Pſalmi à ſuperiore eo diſtat, quòd in ſe habet* Canticum Pſalmi, *cùm in anteriore* Pſalmus Cantici *editus ſit : cæterùm æqualiter præſcribuntur,* In finem. Auguſt. in eund. Pſ. cum Vulg. *In finem, Canticum Pſalmi reſurrectionis.* Caſſiod. *In finem, Pſalmus David, Canticum reſurrectionis.* Gr. Εἰς τὸ τέλος, Ὠδὴ Ψαλμῷ ἀναστάσεως. Vide Ambroſ. in Pſ. 36. to. 1. 777. c.

* ℣. 2. Sic Hilar. cum Pſalt. Rom. at Rom. addit cum Vulg. *date gloriam laudi ejus ;* Hilar. autem cum Pſ. è Mſ. Vatic. *date glor. laudationi ejus ;* Gr. αἰνέσει αὐτῦ. Mozarab. *Jubilate Domino omnis terra, pſalmum dicite nomen ejus.* Auguſt. in hunc Pſ. cum Gr. *Jubilate Deo omnis terra, pſallite autem nomini ejus : date glor. laudi ejus.* Caſſiod. Vulgatæ favet. Obſervat Hilarius ubi ſup. col. 173. f. 174. a. *in Latinis codicibus legi :* Jubilate Deo omnis terra..... *In Græcis verò libris,* inquit, *qui ex Hebræo proximi ſunt, non eadem ſignificantia ſcribitur, namque ita ſe habent :* Ἀλαλάξατε τῷ Θεῷ πᾶσα ἡ γῆ· & *cum illis* ἀλαλαγμός, *quem Latinè* jubilum *ponunt, ſignificat vocem exercitus præliantis, aut in concurſu proterentis hoſtem, aut ſucceſſum victoriæ exſultationis voce teſtantis.*

℣. 3. Sic in Brev. Mozarab. eſt. Ita etiam ap. Hilar. & Caſſiod. in hunc Pſ. ſicut in Pſalt. Coislin. Corb. & Rom. hoc excepto, *in multitudine.* Pſ. è Mſ. Vatic. ap. Hilar. addit *Domine*, ad *opera tua*, cum Vulg. deeſt verò in Gr. Auguſt. in eund. Pſ. legit : *Dicite Deo : Quàm timenda ſunt* (inſ. *metuenda ſunt*) *opera tua ! in multitudine potentiæ tuæ mentientur tibi inimici tui.*

℣. 4. Sic in Pſalt. Corb. præter hoc, *adorent te.* Hilar. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Mediolan. Carnut. & Coislin. addunt etiam *Altiſſime* in fine ; cætera ut in Vulg. Similiter in Mozarab. niſi quòd hab. *pſalmum dicant.* Pſ. è Mſ. Vatic. ap. Hilar. ſic : *Omnes terræ adorent te, & pſallant tibi : pſalmum dicant nomini tuo,* abſque ſeq. *Altiſſime.* Auguſt. in hunc Pſ. *Omnis terra adoret te, & pſallat tibi : pſallat nomini tuo, Altiſſime :* at Locut. 37. de Exodo, to. 3. col. 342. f. *Omnis terra adorent te ;* tum addit : *Omnis terra dictum eſt, pro hominibus qui ſunt in terra.* In Gr. Πᾶσα ἡ γῆ προσκυνησάτωσάν σοι, & ψαλάτωσάν σοι· ψαλάτωσαν τῷ ὀνόματί σου· Ald. & Compl. addunt, Ὕψιστε. Item ſequitur illic Διάψαλμα, ſicut in Pſalt. Rom. Corb. & apud Hilarium.

℣. 5. Sic in Pſalt. Corb. eſt ; ſicut etiam in Rom. & ap. Caſſiod. ſi excipias *opera Domini.* Vox pariter *Domini* eſt in Coislin. & Moz. necnon ap. Hilar. & Auguſt. in hunc Pſ. ſed abſque conjunct. *quàm*, quæ pariter omittitur ab Ambroſ. l. de inſtit. virg. to. 2. 254. d. legitur tamen ap. Hilarium inf. col. 177. a. 179. c. Gr. Vulgatæ conſonat ; editt. verò Ald. & Compl. hab. ὡς φοβερός.

℣. 6. Pſalt. Coislin. hab. & *flumen pertranſivit pede ;*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 7. Qui dominatur in virtute ſua in æternum, oculi ejus ſuper gentes reſpiciunt: qui exacerbant te non exaltentur in ſe. DIAPSALMA.	*Qui dominatur in fortitudine ſua à ſæculo, oculi ejus gentes aſpiciunt: qui increduli ſunt, non exaltentur in ſemetipſis.* SEMPER.	7. Qui dominatur in virtute ſua in æternum, oculi ejus ſuper gentes reſpiciunt: qui exaſperant non exaltentur in ſemetiplis.
8. Benedicite gentes Deum noſtrum: & obaudite vocem laudis ejus:	*Benedicite populi Deo noſtro, & auditam facite vocem laudis ejus:*	8. Benedicite gentes Deum noſtrum: & auditam facite vocem laudis ejus,
9. Qui poſuit animam meam ad vitam: & non dedit in commotione pedes meos.	*Qui poſuit animam noſtram in vitam, & non dedit in commotionem pedes noſtros.*	9. Qui poſuit animam meam ad vitam: & non dedit in commotionem pedes meos.
10. Quoniam probaſti nos Deus: igne nos examinaſti, ſicut in igne examinatur argentum.	*Probaſti enim nos Deus: igne nos conflaſti, ſicut conflatur argentum.*	10. Quoniam probaſti nos Deus: igne nos examinaſti, ſicut examinatur argentum.
11. Induxiſti nos in laqueum, poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro: 12. ſuperpoſuiſti homines ſuper capita noſtra.	*Introduxiſti nos in obſidionem, poſuiſti ſtridorem in dorſo noſtro: impoſuiſti homines ſuper caput noſtrum.*	11. Induxiſti nos in laqueum, poſuiſti tribulationes in dorſo noſtro: 12. impoſuiſti homines ſuper capita noſtra.
**Mſ. Tranſibimus.* * Tranſivimus per ignem & aquam: & induxiſti nos in refrigerium.	*Tranſivimus per ignem & aquam: & eduxiſti nos in refrigerium.*	Tranſivimus per ignem & aquam: & eduxiſti nos in refrigerium.
13. Et introibo in domum tuam in holocauſtis: reddam tibi vota mea, 14. quæ dixerunt labia mea,	*Ingrediar domum tuam in holocauſtis: reddam tibi vota mea, quæ promiſerunt labia mea,*	13. Introibo in domum tuam in holocauſtis: reddam tibi vota mea, 14. quæ diſtinxerunt labia mea.
Et locutum eſt os meum, in tribulatione mea.	*Et locutum eſt os meum, cùm tribularer.*	Et locutum eſt os meum, in tribulatione mea.
15. Holocauſta medullata offeram tibi cum incenſo & arietibus: offeram tibi boves cum hircis. DIAPSALMA.	*Holocauſta medullata offeram tibi cum incenſo arietum: faciam boves cum hircis.* SEMPER.	15. Holocauſta medullata offeram tibi cum incenſo arietum: offeram tibi boves cum hircis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

reliqua ut in Vulg. Carnut. & *flumina pertranſit pede.* Corb. & *flumina pertranſiit pede.* Pſ. è Mſ. Vatic. ap. Hilar. *in flumine perambulabunt pede.* Rom. & Mediolan. & *flumina pertranſibunt pede:* præterea Rom. addit, *ibi lætabimur in idipſum.* Caſſiod. Romano conſonat: Hilarius Vulgatæ; paulò poſt tamen legit, *tranſibunt pede.* Auguſt. in eund. Pſ. *pertranſibunt pede: ibi jocundabimur in ipſo.* Gr. ἐν ποταμῷ διελεύσονται ποδί· ἐκεῖ εὐφρανθησόμεθα ἐπ' αὐτῷ.

℣. 7. Sic in Pſalt. Rom. Fabri, Corb. & ap. Caſſiod. præter ult. iſta, *qui in ira provocant non exaltentur in ſemetipſis.* Sic etiam in Coislin. ſi excipias ult. *in ſe*, vel *in ſeſe*, ut videtur ſcriptum. In Rom. Martian. Mediolan. & Carnut. *qui in iram provocant non exalt.* &c. Itidem in Pſ. è Mſ. Vatic. ap. Hilar. ſed cum ult. *in ſe.* Auguſt. in hunc Pſ. leg. *qui amaricant non exaltentur in ſemetipſis;* inf. *in ſe ipſis.* Gr. οἱ παραπικραίνοντες μὴ..... ἐν ἑαυτοῖς. Hilarius verò in eund. Pſ. col. 177. d. ita: *Qui dominabitur in potentia ſua in æternum, oculi ejus..... qui in iram provocant non exaltentur in ſe:* & poſt pauca, col. 178. a. ait: *Sed ut in pluribus, nunc quoque Latinitas noſtra non ſatis propriè ſignificationem dicti Græci elocuta eſt: quod enim nobiſcum ſcribitur:* Qui dominabitur in virtute ſua in æternum, *in Græcis ita legitur:* Τῷ δεσπόζοντι ἐν δυναστείᾳ αὐτοῦ τῷ αἰῶνος· *quod nobiſcum* in æternum, *id ſimplex, & in omne tempus, ſine definitionis alicujus proprietate, commune eſt: quod cum illis τὸ αἰῶνος, id certi & deſignati ſæculi ſignificationem habet. Diapſalma* autem pariter ſubſequitur cùm in Pſalt. Rom. Martian. Coislin. & Corb. tum in Gr. & apud Hilar. deeſt autem in Rom. Fabri; nec legitur apud Aug. & Caſſiod.

℣. 8. Ita legit Hilar. cum Pſalt. Moz. Corb. & Rom. Martianæi. Rom. verò Fabri: & *obaudite voci laudis ejus.* Miſſale Rom. ad Offert. Dom. 5. poſt Paſcha: *Benedicite gentes Dominum Deum noſtrum:* & *obaudite vocem*, &c. Ambroſ. in Pſ. 36. to. 1. 813. c. cum Gr. *Benedicite gentes Deum noſtrum.* Similiter Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. ſed addunt: & *audite vocem laudis ejus.* Pſalt. Coislin. *Benedicite gentes Deo noſtro:* & *obœdite voci laudi ejus.* Obſervat Hilar. ſup. col. 179. d. *à Græcis ita dictum,* ὑπακούσατε τὴν φωνὴν τῆς αἰνέσεως αὐτοῦ. Sic etiam hodie legitur in ed. Rom. LXX. Apud Symm. ἀκουσὸν ποιεῖτε, ut in Vulg.

℣. 9. Hilar. in hunc Pſ. & *non dedit commoveri pedes meos.* Sic etiam in Miſſ. Rom. ad Offert. Dom. 5. poſt Paſcha. Concinit Ambr. in Pſ. 61. to. 1. 962. c. necnon Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Coislin. Corb. Moz. & Rom. Martian. In Rom. Fabri, & *non dedit in commoveri ped.* &c. Apud Auguſt. in eund. Pſ. *Qui poſ. anim. meam in vitam* (Mſs. conſtanter *in vita:*) & *non dedit in motum pedes meos.* Gr. Τῷ θεμένῳ τὴν ψυχήν μου εἰς ζωήν· καὶ μὴ δόντος εἰς σάλον τοὺς, &c.

℣. 10. Sic eſt in Pſalt. Rom. & Corb. detracta præpoſitione *in*, ante vocem *igne.* Sic etiam in Coislin. necnon ap. Ambroſ. l. 2. de Jac. c. 11. col. 477. b. & ap. Caſſiod. in hunc Pſ. Pſalm. autem è Mſ. Vatic. ap. Hilar. delet *in igne*, ſicut Hilar. ipſe, col. 181. a. infra tamen addit *in igne.* Apud Auguſt. in eund. Pſ. ita: *igniſti nos, ſicut ignitur argentum.* Gr. ἐπύρωσας ἡμᾶς, ὡς πυροῦται, &c.

℣. 11. Sic hab. Pſalt. Rom. cum Caſſiod. At Auguſt. in hunc Pſ. *Induxiſti nos in muſcipulam*, &c. ut ſup. Hilar. *in laqueum;* paulòque poſt, *in dorſum noſtrum.* Pſalt. Coislin. *in dorſa noſtra;* Carnut. & Corb. *in conſpectu noſtro;* præterea Corb. præponit &, verbo *induxiſti.* Gr. hab. εἰς τὴν παγίδα..... ἐπὶ τὸν νῶτον ἡμῶν.

℣. 12. Pſalt. Rom. & Corb. *impoſuiſti hominem ſuper capita noſtra. Tranſivimus per.....* & *induxiſti nos*, &c. Sic etiam in Coislin. *impoſuiſti hominem.* In Mozarab. *poſuiſti homines.....* & *induxiſti nos*, &c. Pſ. è Mſ. Vat. ap. Hilar. *impoſuiſti homines.....* & *induxiſti nos*, &c. Hilarius verò in comment. & *eduxiſti.* Ambroſius in Pſ. 118. to. 1. 997. e. 998. c. & inf. 1097. c. 1225. d. & *induxiſti nos*, &c. item ſupra, col. 477. b. 756. d. 789. e. *tranſivimus*, &c. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. concordant cum Vulg. In Gr. ἐπεβίβασας ἀνθρώπους..... διήλθομεν..... καὶ ἐξήγαγες ἡμᾶς, &c.

℣. 13. Ita Pſ. Vatic. ap. Hilarium. Rom. tollit 1. &. Similiter Mozarab. ſed habet inf. *cum holocauſtis.* Coislin. *cum holocauſtis: ut reddam*, &c. Corb. *in holocauſtis: ut reddam*, &c. Hilar. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. Vulgatæ ſuffragantur cum Ambroſ. l. de Spir. S. to. 2. 650. b. & Gr.

℣. 14. Hilar. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. conſtanter legunt, *quæ diſtinxerunt*, &c. ut ſup. Sic etiam Pſalt. Rom. Corb. &c. Gr. ἃς διέστειλε, &c. ut in Lat.

℣. 15. Accinunt Hilar. Auguſt. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Mediol. Carnut. & Coislin. Moz. autem ſcribit, *cum incenſu & arietibus.* Corb. *cum incenſo, arietibus*, &c. Pſ. è Mſ. Vat. ap. Hilar. *cum incenſu arietum*, benè; Hieronymus enim epiſt. ad Sun. & Fret. to. 2. 643. a. ait: *Inveniſſe vos dicitis:* cum incenſo & arietibus, *ſed malè; in Hebræo enim* arietum. Auct. op. imp. in Matth. hom. 41. p.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
16. Venite, audite, & narrabo, omnes qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ.	*Venite, audite, & narrabo, omnes qui timetis Deum, quanta fecerit animæ meæ.*	16. Venite, & audite, & narrabo omnibus, qui timetis Deum, quanta fecit animæ meæ. *Ex Mſ. Sangerm.*
17. Ad ipſum ore meo clamavi, & exaltavi ſub lingua mea.	*Ipſum ore meo invocavi, & exaltavi in lingua mea.*	17. Ad ipſum ore meo clamavi, & exſultavi ſub lingua mea.
18. Iniquitatem ſi aſpexi in corde meo; non exaudiet Dominus.	*Iniquitatem ſi vidi in corde meo, non exaudiat Dominus.*	18. Iniquitatem ſi conſpexi in corde meo, non exaudiat.
19. Propterea exaudivit Deus, & attendit voci deprecationis meæ.	*Ideo exaudivit Deus, & attendit vocem deprecationis meæ.*	19. Propterea exaudivit me Deus, intendit voci orationis meæ.
20. Benedictus Deus, qui non amovit orationem meam, & miſericordiam ſuam à me.	*Benedictus Deus, qui non abſtulit orationem meam, & miſericordiam ſuam à me.*	20. Benedictus Deus meus, qui non amovit deprecationem meam, & miſericordiam ſuam à me: & inluminet vultum ſuum ſuper nos.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

173. c. cum *incenſo & arietibus.* In ed. Rom. μετὰ θυμιάματος καὶ κριῶν· deinde ſic: ποιήσω σοι βόας μετὰ χιμάρων· editt. verò Ald. & Compl. ferunt ἀνοίσω σοι. Hilar. etiam loco cit. col. 182. f. ait: *Virtutem verbi ex Hebræo in Græcum demutati Latinus ſermo non tenuit: nam quod nobiſcum eſt*, offeram tibi boves cum hircis, *cum illis ita habetur*, ἀνοίσω σοι βόας μετὰ χειμάρρων· χείμαρροι *cum Græcis, non proprium, ſed appellativum nomen bircorum eſt, & eorum maximè qui in ipſo hiemis tempore editi ſunt: & Scriptura hoc in loco tantùm χειμάρρους nuncupavit; cæteris autem locis τράγους, quos nos bircos dicimus, poſuit.* Vide plura ap. Hilar. *Diapſalma* ſubſequens ſimiliter habetur in Pſalt. Rom. Corb. Gr. & apud Hilar. non memoratur autem ab Aug. & Caſſiod.

℣. 16. Pſalt. Rom. cum Moz. *Venite, & audite, & narrabo vobis, omnes qui timetis Deum*, &c. Mozarab. *Dominum*; cui favet Coislin. cum Caſſiod. Sic etiam ap. Hilar. in comment. excepto his, *& enarrabo..... qui tim. Deum.* Corb. hab. *Venite, audite, & narrabo vobis, omnes*, &c. Pſ. è Mſ. Vatic. ap. Hilar. *Venite, & audite, & narrabo vobis, omnes qui timent Deum*, &c. Gr. πάντες οἱ φοβούμενοι τὸν Θεόν. Auguſt. in hunc Pſ. concinit cum Vulg. & Gr. Auct. verò l. de promiſſ. p. 2. c. 27. p. 153. c. leg. *Venite, & audite, & narrabo vobis, omnibus qui timetis Dominum*, &c.

℣. 17. Conſonant Pſalt. Mozar. & Rom. Fabri. Rom. verò Martian. hab. *& exaltavi*, &c. Coislin. *Ab ipſo ore meo clamavi, & exſultavi*, &c. Hilarius in hunc Pſ. *Ad ipſum clamavi ore meo, & exaltavi*, &c. Aug. & Caſſiod. in eund. Pſ. Vulgatæ favent. Græc. Πρὸς αὐτὸν τῷ στόματί μου ἐκέκραξα, καὶ ὑπὸ τὴν γλῶσσάν μου.

℣. 18. Sic in Pſalt. Rom. Moz. & Vatic. ap. Hilar. hoc excepto, *non exaudiet Deus*; Coisl. hab. *non exaudiat Deus*; Carnut. *non exaudiat Dominus.* Corb. *Iniquit. ſi conſpexi in..... non audiat Deus.* Hilarius in hunc Pſ. *Injuſtitiam ſi conſpexi... non exaudiat Deus*; inf. *Iniquitatem ſi*, &c. Auct. op. imp. in Matth. hom. 1. p. 12. e. *Iniquitatem ſi conſpexi..... non exaudiet Deus.* Auguſt. in eund. Pſ. *Iniquitatem ſi conſpexi* (inf. *aſpexi*) ..... *non exaudiat Dominus.* Caſſiod. *conſpexi... non exaudiat Deus.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 982. f. *Si iniquit. conſpexi..... non exaudiat Dominus.* Gr. Ἀνομίαν εἰ εἶδον..... μὴ εἰσακουσάτω Κύριος.

℣. 19. Ita in Pſalt. Corb. addito uno &, poſt *Deus.* Rom. Fabri delet *me*, legitque, *& intendit voci deprecat. meæ.* Rom. Martian. hab. *me.* Pſ. è Mſ. Vatic. ap. Hilar. *Propt. exaudivit Deus, & intendit voci orat. meæ.* Itidem Hilarius, Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. ſed addunt *me*, cum Brev. Mozarab. At Hieron. epiſt. ad Sun. & Fretel. to. 2. 643. a. τὸ *me* ſuperfluum eſſe dicit, tametſi legatur in Græco: ibid. etiam τῆς προσευχῆς μου. in Ald. & Compl. δεήσεως.

℣. 20. Ita legit Auguſt. in hunc Pſ. cum Pſalt. Corb. uſque ad verſic. *& inluminet*, &c. Ita etiam Caſſiod. hab. cum Pſalt. Rom. Coislin. & Moz. excepto uno *Dominus*, loco *Deus meus.* Hilarius cum Gr. *Benedictus Deus, qui*, &c. ut in textu. Itidem in Miſſali Rom. ad Offert. Dom. 5. poſt Paſcha ad hæc uſque, *& inluminet*, &c. quæ ultima verba non ſubnectuntur niſi in Mſ. Sangerm. quò fortè advecta ſunt ab oſcitante librario è ℣. 2. Pſalmi ſeq.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
In finem, 1. In hymnis, Pſalmus Cantici David. LXVI.	*Victori In Pſalmis Canticum Carminis.* *LXVII.*	In finem, 1. In hymnis, Pſalmus. LXVI. *Ex Mſ. Sangerm.*
2. DEus miſereatur noſtri, & benedicat nobis: illuminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri.	*DEus miſereatur noſtri, & benedicat nos: illuſtret faciem ſuam ſuper nos.* SEMPER.	2. DEus miſereatur nobis, & benedicat nos: inluminet vultum ſuum ſuper nos, & miſereatur nobis. DIAPSALMA.
3. Ut cognoſcamus in terra viam tuam, in omnibus gentibus ſalutare tuum.	*Ut nota fiat in terra via tua: in univerſis gentibus ſalus tua.*	3. Ut cognoſcamus in terram viam tuam, & in omnibus gentibus ſalutare tuum.
4. Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes.	*Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes.*	4. Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Pſalt. Rom. addit *Cantici David*, cum Vulg. & Caſſiod. In Coislin. ſic: *In finem, In hymnis Cantici David.* Pſ. è Mſ. Vat. ap. Hilar. *In finem, Hymnus, Pſalmus Cantici David.* Hilarius ipſe in enarrat. *In finem, Pſalmus Cantici.* Apud Auguſt. nil habetur. In Gr. Εἰς τὸ τέλος, Ἐν ὕμνοις, Ψαλμὸς τῷ Δαυίδ. Ald. & Compl. Ψαλμὸς Ὠδῆς.

℣. 2. Ita Hilar. habet cum Pſalt. Corb. & Rom. Coislin. verò Vulgatæ congruit. Mozarab. delet hoc, *& miſereatur nobis*, cum Auguſt. apud quem initio, *Deus miſ. noſtri, & benedicat nos*, &c. Similiter apud Caſſiod. ſed in fine additur, *& miſereatur nobis*, quod abeſt à Gr. Subjicitur autem ibid. *Diapſalma*, ſicut in Pſalt. Rom. Fabri, Corb. Coislin. & apud Hilar. at deeſt in edd. Ald. & Compl. nec legitur in Pſalt. Rom. Martian. nec ap. Auguſt. nec ap. Caſſiod.

℣. 3. Hilar. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. Vulgatæ accinunt, cum Pſalt. Rom. & Gr. Similiter hab. Coislin. niſi quòd addit &, poſt *tuam.* Obſervat Hilarius ubi ſup. col. 186. d. *in Græcis ita* eſſe: Τοῦ γνῶναι ἐν τῇ γῇ τὴν ὁδόν σου. *Inter γνῶναι* autem, inquit, & cognoſcamus, *id differt, quod ſine perſona diffinitione eſt γνῶναι.*

℣. 4. Itidem Hilar. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 5. Lætentur & exſultent gentes: quoniam judicavit populos in æquitate, & gentes in terram diriget. DIAPSALMA.	*Lætentur & laudent gentes: quoniam judicas populos in æquitate, & gentium quæ in terra ſunt ductor es.* SEMPER.	5. Lætentur & exſultent gentes: quoniam judicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis.
6. Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes: 7. terra dedit fructum ſuum.	*Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes: terra dedit germen ſuum.*	6. Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes: 7. terra dedit fructum ſuum.
Benedicat nos Deus noſter, 8. benedicat nos: & timeat eum omnis finis terræ.	*Benedicat nobis Deus, Deus noſter, benedicat nobis Deus: & timeant eum omnes fines terræ.*	Benedicat nos Deus, Deus noſter, 8. benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terræ.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

vet. Pſalt. & Gr.

℣. 5. Vulgatæ ſuffragantur Auguſt. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Pſ. verò è Mſ. Vatic. ap. Hilar. hab. *& gentes in terra deduces*; Corb. *diriges*. Hilarius in comment. *quon. judicabis* (Mſ. Reg. *judicas*) *populos in æquitate, & gentes in terra diriges*: & poſt pauca ait: *Cùm lætantur & exſultant gentes, quoniam judicabit populos in æquit. & gentes in terram diriget, cauſa lætitiæ prædicatur*: Mſs. ferunt conſtanter *in terra*. Gr. ὅτι κρινεῖς λαοὺς..... ἐν τῇ γῇ ὁδήγησις. Item *diriges*, apud Aug. juxta pleroſque Mſs. nec aliter in Pſalt. Coislin. *Diapſalma* pariter ſequitur in Pſalt. Rom. Martian. Corb. apud Hilar. & in Gr. abeſt autem à Rom. Fabri, Coislin. ac edd. Ald. & Compl.

℣. 6. Concordant Hilar. Aug. & Caſſiod. unà cum vet. Pſalt. & Gr.

℣. 7. Sic eſt in Pſalt. Corb. & Vatic. ap. Hilar. Item in Coislin. præter hoc, *Benedicat nobis Deus noſter*. Hilarius verò in comment. Vulgatæ accinit cum Pſalt. Rom. Sic etiam Aug. & Caſſiod. unà cum Græco. Apud Tertul. l. cont. Jud. c. 13. p. 146. c. *terra dedit benedictiones ſuas*.

℣. 8. Pſalt. Coislin. *Benedicat nobis Deus: & timeat*, &c. Hilar. Aug. & Caſſiod. nil differunt à Vulg. nec etiam Pſalt. Rom. neque Gr.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. In finem, 1. Pſalmus Cantici ipſi David. LXVII.	*Victori David Pſalmus Cantici. LXVIII.*	In finem, 1. Pſalmus Cantici ipſi David. LXVII.
2. EXſurgat Deus, & diſſipentur inimici ejus: & fugiant qui oderunt eum, à facie ejus.	*EXſurgat Deus, & diſſipentur inimici ejus: & fugiant qui oderunt eum, à facie ejus.*	2. EXſurgat Deus, & diſſipentur inimici ejus: & fugiant qui oderunt eum, à facie ejus.
3. Sicut deficit fumus, ita deficiant: ſicut fluit cera à facie ignis, ſic pereant peccatores à facie Dei.	*Sicut deficit fumus, deficiant: ſicut tabeſcit cera à facie ignis, ſic pereant impii à facie Dei.*	3. Sicut deficit fumus, deficiant: ſicut fluit cera à facie ignis, ſic pereant peccatores à facie Dei.
4. Et juſti epulentur, DIAPSALMA. exſultent in conſpectu Dei: delectentur in lætitiam. DIAPSALMA.	*Juſti autem lætentur, & exſultent in conſpectu Dei, & gaudeant in lætitia.*	4. Et juſti epulentur, & exſultent in conſpectu Dei: & delectentur in lætitia.
5. Cantate Domino, pſalmum dicite nomini ejus: iter facite ei, qui aſcendit ſuper cœlos cœlorum: Dominus nomen eſt ei.	*Cantate Deo, pſallite nomini ejus: præparate viam aſcendenti per deſerta: in Domino nomen ejus:*	5. Cantate Deo, pſalmum dicite nomini ejus: iter facite ei, qui aſcendit ſuper occaſum: Dominus nomen illi.
Et exſultent in conſpectu	*Et exſultate coram eo; patri*	Exſultate in conſpectu ejus, tur-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Caſſiod. in hunc Pſ. delet *ipſi*, cum Pſalt. Rom. & Moz. Coislin. verò hab. *In finem, David Pſalmus Cantici.* Corb. *In finem, ipſi David Pſalmus Cantici.* Ita quoque legit Auguſt. in eund. Pſ. cum Græco. Hilar. in comment. ita: *Illi David in finem, Pſalmus Cantici.*

℣. 2. Ita legit Auguſt. in hunc Pſ. cum Gaud. Brix. ſerm. 2. p. 946. d. Cypr. autem l. 2. Teſtim. p. 296. b. ſic: *Exſurgat Deus..... & fugiant à facie ejus, qui oderunt eum.* Ita etiam Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Hilarius verò in eund. Pſ. cum Gr. *& fugiant odientes eum, à facie ejus*: Mſs. nonnulli Auguſt. ferunt *diſpergantur*, loco *diſſipentur*. Gr. διασκορπισθήτωσαν; ſubinde edd. Ald. & Compl. ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, οἱ μισοῦντες αὐτόν.

℣. 3. Pſalt. Rom. Corb. & Coislin. cum Vulgata conſentiunt. Accinunt etiam Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. ſicut Hilarius ibid. niſi quòd hab. *liqueſit*, pro *fluit*; infra, *liqueſcit*, cum Gaud. Brix. ſerm. 2. p. 946. d. Brev. Moz. *liqueſcit*; Cypr. l. 2. Teſtim. p. 296. b. *tabeſcit*; Hieron. in Iſai. 64. to. 3. 473. c. *conſumitur*; Gr. τήκεται. Supplevimus autem vocem ult. *Dei*, quæ aberat à Mſ. Sangerm. quæque ubique reperitur.

℣. 4. Pſalt. Corb. Vulgatæ conſonat, ſi tollatur &, poſt *epulentur*. Rom. hab. *Et juſti epulentur, exſultent in conſp. Dei: & delect. in lætitia.* Cyprianus l. 2. Teſtim. p. 296. b. *Et juſti jucundentur, & exſultent in conſp. Dei: & lætentur in jucunditate.* Hilar. in hunc Pſ. *Et juſti lætentur lætitiâ, exſultent in conſp. Dei: epulentur in lætitia*; poſt paulò, *in lætitia lætentur.* Aug. in eund. Pſ. *Et juſti jocundentur, & exſultent in conſp. Dei: delectentur in lætitia.* Ap. Caſſiod. ut in Vulg. Gr. Καὶ οἱ δίκαιοι εὐφρανθήτωσαν, ἀγαλλιάσθωσαν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ· τερφθήτωσαν ἐν εὐφροσύνῃ. Nuſpiam autem reperias utrumque *Diapſalma* hîc adjunctum è Mſ. Sangerm. Nomen Dei rurſum ſupplevimus ibidem prætermiſſum ut ſup.

℣. 5. Pſalt. Rom. *Cantate Deo..... qui aſcendit ſuper occaſum: Dominus nomen eſt ei. Gaudete in conſp. ejus, turbab.* &c. Corb. *Cantate Domino..... iter faciet ei, qui aſcendit ſuper occaſum: Dominus nomen eſt illi. Et lætamini in conſpectu ejus, turbab.* &c. Brev. Moz. *Cantate Dee, pſallite nomini ejus: iter facite, qui aſcend. ſup. occaſum: Dom. nomen eſt ei. Gaudete in conſp. ejus, turbab.* &c. Cypr. l. 2. Teſtim. p. 287. a. *Cantate Deo, pſallite nomini ejus: viam facite ei, qui aſcendit in occaſum: Deus nomen illi:* itidem inf. p. 296. b. ſi excipias unum *iter*, loco *viam*; ſed addit, *turbab. à facie ejus*, omiſſis intermediis & *exſultent in conſp. ejus.* Hilar. in hunc Pſ. *Cantate Deo, pſallite nomini ejus: iter facite ei, qui aſc. ſuper occaſum: Dominus nom. eſt illi. Et exſultate in conſp. ejus, turbab.* &c. Auguſt. in hunc Pſ. *Cantate Deo, pſallite nom..... iter facite ei, qui aſc. ſuper occaſ. Dominus enim nomen eſt ei. Exſultate*, &c. Item ap. Caſſiod. *Dominus nom. eſt ei*; reliqua ut in Vulg. De hoc autem, *exſultate*, ita Hieron. ſcribit ad Sun. & Fret. to. 2. 643. a. *In Græco inveniſſe vos dicitis*, Et exſultate..... *quod ita verſum eſt & à nobis: ſed à quo in codice veſtro corruptum ſit, ſcire non poſſum.* In ed. Rom. Ἄσατε τῷ Θεῷ, ψάλατε τῷ..... ὁδοποιήσατε τῷ ἐπιβε-

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
babuntur à facie ejus, 6. patris orphanorum, & judicis viduarum.	*pupillorum, & defenſori viduarum.*	ejus, turbabuntur à facie ejus, 6. qui eſt pater orphanorum, & judex viduarum. *Es Mſ. Sangerm.*
Deus in loco ſancto ſuo : 7. Deus qui inhabitare facit unius moris in domo :	*Deus in habitaculo ſancto ſuo : Deus habitare facit ſolitarios in domo.*	Deus in loco ſancto ſuo : 7. Deus qui inhabitare facit unanimes in domo :
Qui educit vinctos in fortitudine, ſimiliter eos qui exaſperant, qui habitant in ſepulcris.	*Educet vinctos in fortitudine : increduli autem habitaverunt in ſiccitatibus.*	Qui educet vinctos in fortitudine, ſimiliter eos qui exacerbant in ira eos, qui inhabitant in ſepulcris.
8. Deus cùm egredereris in conſpectu populi tui, cùm pertranſires in deſerto :	*Deus cùm egredereris ante populum tuum, & ambulares per deſertum : SEMPER.*	8. Deus cùm egredieris coram populo tuo, dum tranſgredieris in deſerto : DIAPSALMA.
9. Terra mota eſt, etenim cœli diſtillaverunt à facie Dei Sinai, à facie Dei Iſraël.	*Terra commota eſt, & cœli ſtillaverunt à facie Dei, hoc eſt Sinai : à facie Dei Iſraël.*	9. Terra mota eſt, etenim cœli diſtillaverunt à facie Dei noſtri, mons Sina à facie Dei Iſraël.
10. Pluviam voluntariam ſegregabis Deus hæreditati tuæ : & infirmata eſt, tu verò perfeciſti eam.	*Pluviam voluntariam elevaſti Deus : hæreditatem tuam laborantem tu confortaſti.*	10. Pluviam voluntariam ſegrega Deus hæreditatis tuæ : & infirmata eſt, tu autem perfeciſti eam.
11. Animalia tua habitabunt in ea : paraſti in dulcedine tua pauperi, Deus.	*Animalia tua habitaverunt in ea : præparaſti in bonitate tua pauperi, Deus.*	11. Animalia habitabunt in ea : paraſti in dulcedine tua pauperi, Deus.
12. Dominus dabit verbum evangelizantibus, virtute multa.	*Domine dabis ſermonem annuntiatricibus fortitudinis plurima.*	12. Dominus dabit verbum evangelizantibus, virtutibus multis.
13. Rex virtutum dilecti dilecti : & ſpeciei domûs dividere ſpolia.	*Reges exercituum fœderabuntur : fœderabuntur, & pulchritudo domus dividet ſpolia.*	13. Rex virtutum dilecti : & ſpecie domûs dividere ſpolia.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ζωπίστι ἐπὶ δυσμῶν. Κύριος ὄνομα αὐτῷ. Καὶ ἀγαλιᾶσθε, &c.

℣. 6. In Pſalt. Corb. ſimiliter, *pater orphanorum*, & *judex viduarum*, &c. In Coiſlin. verò, & Moz. *patres orphanorum*, & *judices viduarum*, &c. Apud Ambroſ. epiſt. 24. to. 2. 889. c. *judices viduarum*, & *patres orphanor.* at l. de virginit. col. 217. a. *patris*..... & *judicis*, ut in Vulg. Accinunt Cypr. l. 2. Teſtim. p. 296. b. Hilar. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Pſalt. Rom. & Gr.

℣. 7. Pſalt. Rom. & Corb. *Deus qui habitare facit unanimes in domo : Qui educit vinctos*..... *ſimiliter & eos qui in iram provocant, qui habitant in ſepulcris.* Sic etiam in Brev. Moz. ſi id excipias, *in ira*, demaſque præced. &, quod etiam deeſt in Corb. In Coiſlin. ſic : *Deus qui inhabitare facis unianimes in domo*..... *ſimiliter & eos qui in ira provocant, qui hab.* &c. Carnut. ſcribit *unanimes*, ſicut legitur ad Introit. miſſæ Dom. 11. poſt Pent. Pſ. è Mſ. Vatic. ap. Hilar. hab. *Deus inhabit. facit unimores in domo : Educens vinctos in fortitud. ſimiliter eos qui exacerbant, qui inhabitant in ſepulcris.* Itidem Hilarius ipſe in expoſit. excepto uno *exacerbabant* ; ſed Mſ. Reg. fert ibid. *exacerbant* : Hilar. tamen inf. col. 194. d. ait eduxiſſe eos *qui ante exacerbabant.* Apud Cyprian. l. 2. & 3. Teſtim. p. 296. b. 326. a. ita : *Deus qui inhab. facit unanimes in domo : Producens vinctos in virtute, ſimiliter eos qui in iram provocant, qui inhabitant in monumentis* : vide etiam epiſt. 7. & 76. p. 14. a. 153. b. ut & l. de unit. Eccl. p. 196. c. & de orat. Dom. p. 206. b. Ap. S. Paulinum, epiſt. 26. p. 171. a. *qui facit unius moris habitare in domo.* Ap. Caſſiod. in hunc Pſ. ut in Vulg. præter hoc, *in iram provocant.* Apud Auguſt. verò in eund. Pſ. ſic : *Deus qui inhab. facit unius modi in domo : Qui educit* (inf. *educens*) *compeditos in fortitudine, ſimiliter amaricantes, qui habitant in ſepulcris.* His autem, *habitare facit unius modi*, ſubnectit, *vel unius moris in domo : qui enim τρόποι Græcè dicuntur, & modi, & mores Latinè interpretari poſſunt ; nec habet Græcus*, qui inhabitare facit, *ſed tantùm, habitare facit.* Gr. ὁ Θεὸς κατοικίζει μονοτρόπους ἐν οἴκῳ· Ἐξάγων πεπεδημένους ἐν ἀνδρείᾳ, ὁμοίως τοὺς παροξυνομένους, τοὺς κατοικοῦντας ἐν τάφοις.

℣. 8. Itidem in Pſalt. Corb. Rom. verò legit : *Deus dum egredereris coram populo tuo, & dum tranſgredereris per deſertum.* Mozarab. *Deus cùm egredieris coram pop. tuo, dum tranſieris per deſertum.* Coiſlin. *Deus dum egredieris coram populo tuo, dum tranſgrederis per deſerto.* Cyprianus autem l. 2. Teſtim. p. 296. b. ita : *Deus dum prodires in conſpectu populi tui, in tranſeundo in eremum.* Hilarius in hunc Pſ. *Deus dum egredereris coram pop. tuo, dum tranſgredereris in deſertum* ; ſed in Bad. Er. & Mſ. Reg. *egreTom. II.*

dieris..... *tranſgredieris.* Auguſt. in eund. Pſ. *Deus cùm egredereris coram pop. tuo, cùm tranſires in deſerto.* Caſſiod. *dum tranſgredereris in deſerto.* Gr. Ὁ Θεὸς ἐν τῷ ἐκπορεύεσθαί σε ἐνώπιον τοῦ..... ἐν τῷ διαβαίνειν σε τὴν ἔρημον. Διάψαλμα. Ald. & Compl. ἐν τῇ ἐρήμῳ, abſque ſeq. *Diapſalmate* ; habetur autem in Pſalt. Corb. Rom. & Coiſlin. ſed abeſt à Pſ. Vatic. ap. Hilar. nec additur ab ipſo in comment. nec ab Aug.

℣. 9. Sic Hilar. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Carnut. Corb. Coiſlin. & Rom. dempta tamen voce *noſtri.* In Mozarab. loco *noſtri*, ponitur *Iſraël* ; reliqua deſunt. In Mediolan. *à facie Dei qui eſt in Sina.* Obſervat Auguſt. loco cit. col. 670. e. f. quoſdam codices, & Latinos & Græcos, non habere *mons Sina*, ſed *à facie Dei Sina, à facie Dei Iſraël* : & verò in ed. Rom. ſic : ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ τοῦ Σινᾶ, ἀπὸ προσώπου τοῦ Θεοῦ Ἰσραήλ.

℣. 10. Pſalt. Rom. cum Caſſiod. *Pluviam voluntar. ſegregans Deus hæreditati tuæ : etenim infirm. eſt, tu verò perf. eam.* Itidem in Mozarab. præter unum *ſegrega* ; in Mediolan. *ſegregans* ; in Coiſlin. *ſegregabis*..... *etenim infirmata eſt* ; in Corb. *ſegregas Deus hæreditatis tuæ*, &c. Apud Hilar. & Aug. in eund. Pſ. *ſegregabis*..... & *infirmata eſt.* Apud Ambroſ. l. de Spir. S. to. 2. 604. a. *Pluviam voluntar. ſegregans Deus hæreditati ſuæ.* In Gr. ἀφορίεις ὁ Θεὸς τῇ..... ᾗ ἠσθένησε, &c.

℣. 11. Pſalt. Moz. *Animalia tua inhabitabunt in ea*, &c. ut in Vulg. Similiter in Rom. & Coiſlin. niſi quòd in Coiſlin. legitur *pauperis*, in Rom. *pauperes.* Pſ. è Mſ. Vatic. ap. Hilar. *Animal. tua habit*..... *in dulcedinem tuam pauperi, Deus.* Hilar. ipſe, col. 196. d. *in dulcedine tua pauperi*, abſque verbo *Deus* ; quod tamen verſui ſubſeq. jungitur, ut in Gr. Auguſt. in eund. Pſ. legit *inhabitabunt* ; ſubinde, *paraſti in tua ſuavitate egenti, Deus.* Ap. Caſſiod. ut in Vulg. excepto verbo *inhabitabunt.* In Gr. Τὰ ζῶά σου κατοικήσουν ἐν αὐτῇ· ἡτοίμασας ἐν τῇ χρηστότητί σου τῷ πτωχῷ· deinde, Ὁ Θεὸς Κύριος, &c. de ℣. ſeq.

℣. 12. Ita Pſalt. Corb. habet. Rom. verò Fabri cum Caſſiod. *Dominus dabit*..... *virtutes multas* ; Rom. Martian. *virtute multa.* Sic etiam Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1107. d. cum Auguſt. in hunc Pſ. At Hilar. in eund. Pſ. *Deus Dominus dabit... virtutibus multis.* Gr. Ὁ Θεὸς Κύριος δώσει ῥῆμα τοῖς..... δυνάμει πολλῇ. Addit Hilar. ſup. *Quamvis Deus, & Dominus, & rex dabit verbum ; virtutes tamen iſtæ dilecti ſunt, id eſt, ejus qui regi, & Domino, & Deo ſit dilectus.*

℣. 13. Ita ſemel *dilecti*, ap. Auguſt. & Caſſiod. ſicut in Pſalt. Mediolan. Carnut. & Coiſlin. Sic etiam apud Hieron. in Iſai. 50. & 53. to. 3. col. 358. c. & 388. f. at omnes hab. *ſpeciei.* Hilarius in eund. Pſ. ſic : *Rex virt. dilecti : & pulchritudini domûs dividere ſpolia* ; (Mſ. Reg.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 14. Si dormiatis in medio ſortium, pennæ columbæ deargentatæ, & poſteriora ejus in ſpecie auri. DIAPSALMA.	*Si dormieritis inter medios terminos, pennæ columbæ deargentatæ, & poſteriora ejus in virore auri.*	14. Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ deargentatæ, & poſteriora dorſi ejus in pallore auri.
15. Dum diſcernit cœleſtis reges ſuper terram, nive dealbabuntur in Selon: 16. montem Dei, montem uberum;	*Cùm divideret robuſtiſſimus reges in ea, nive dealbata eſt in Selmon: mons Dei, mons pinguis;*	15. Dum diſcernit cœleſtis reges ſuper eam, nive dealbabuntur in Selmon: 16. mons Dei, mons pinguis.
Montem caſeatum, montem uberem: 17. ut quid ſuſcipitis montes uberes,	*Mons excelſus, mons pinguis: quare contenditis montes excelſi*	Mons coagulatus, mons pinguis: 17. ut quid ſuſpicamini montes coagulatos?
Montem, in quo beneplacitum eſt Deo inhabitare in eo? etenim Dominus inhabitavit in æternum. DIAPSALMA.	*Adversùs montem, quem dilexit Deus ut habitaret in eo? ſiquidem Dominus habitabit in ſempiternum.*	Mons, in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo: etenim Dominus habitabit in finem.
18. Currus Dei decem millium multiplex, millia lætantium: Dominus in eis in Sina in ſancto.	*Currus Dei innumerabilis millia abundantium: Dominus in eis, Sinai in ſancto.*	18. Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium: Dominus in eis in Sina in ſancto.
19. Aſcendit in altum, cepit captivitatem: accepit dona in hominem:	*Aſcendiſti in excelſum, captivam duxiſti captivitatem, accepiſti dona in hominibus:*	19. Aſcendiſti in altum, cepiſti captivitatem: accepiſti dona in hominibus:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

& Vatic. ibid. *pulchritudine.*) Pſalt. Corb. & Rom. Fabri: *Rex virt. dilecti:* & *ſpecies domûs*, &c. Rom. Martian. & *ſpeciei*, &c. Gr. Ὁ βασιλεὺς τῶν δυνάμεων τοῦ ἀγαπητοῦ τοῦ ἀγαπητοῦ· καὶ ὡραιότητι τῷ οἴκῳ, &c. in edd. Ald. & Compl. deeſt 1. τοῦ ἀγαπητοῦ. Hilarius ubi ſup. col. 197. d. ait: *Laborioſius id & obſcurius, dum collocationes verborum non demutat, Translatio Latina declarat. Caterùm abſolutius totum hoc ſermo è Græco enunciatus eloquitur, hunc ſcilicet Deum & Dominum regem earum, quæ dilecti ſunt, eſſe virtutum:* & inf. 203. d. *Ad Eccleſiæ decus detracta diabolo ſpolia dividuntur, atque etiam ex his ſpoliis domûs pulchritudo perficitur.*

℣. 14. Pſalt. Rom. Coislin. Corb. & Moz. habent, *inter medios cleros;* extremòque, *poſter. dorſi ejus in ſpecie auri;* Coislin. *dorſi ejus, ſpecies auri.* Hilar. in hunc Pſ. *in viriditate auri;* cæt. ut in Rom. ſubinde ait: *Viriditate vigor æternus oſtenditur;* item, *Poſteriora dorſi, quæ interſcaplia, magis Græcus ſermo ſignificat.* Ambroſ. l. de Parad. to. 1. col. 150. f. nil differt à Pſalt. Rom. & al. ſimiliter l. de fuga ſæc. c. 5. col. 429. a. & infra 617. a. 722. f. & l. de lapſ. virg. to. 2. 306. f. at l. 2. de Abr. c. 5. to. 1. 322. f. delet vocem *dorſi:* lib. verò de Tob. c. 5. p. 596. d. hab. *Si dorm. inter medias ſortes:* item epiſt. 76. to. 2. 1085. e. ſed in Pſ. 118. to. 1. 1154. c. ita refert: *Si dorm. inter cleros medii, pennæ..... dorſi ejus in ſpecie auri:* & epiſt. 81. to. 2. 1099. f. alludendo dicit: *Is qui inter cleros duos medius requieſcit.* S. Paulinus, epiſt 24. p. 153. a. *inter medios cleros, id eſt, ſortes.* Eucher. in Pſ. p. 845. f. cum Caſſiod. *inter medios cleros..... in ſpecie auri.* Hieron. in Iſai. 60. to. 3. 451. b. & *poſteriora ejus in fulgore auri:* & in Oſe. col. 1283. b. *in virore auri.* Auguſt. in hunc Pſ. *Si dorm. inter medios cleros, pennæ.....* & *inter ſcapulas ejus in viriditate auri:* item poſt plura, col. 674. e. ait: *Optimè factum eſt ut hoc loco Pſalmi hujus Interpretes noſtri non dicerent* inter cleros, *quod Latinæ locutioni uſitatum eſt, ſed* inter medios cleros, *tanquam* inter medium clerorum, *quod potiùs in Græco legitur:* & ſupra col. 673. f. *Inter ſcapulas*, inquit, *pars eſt utique corporis, pars eſt circa regionem cordis, à poſterioribus tamen, id eſt à dorſo...* & *Latinè quidem* inter ſcapulas *fortaſſe aliquo modo ex utraque parte poſſit intelligi,* & *ante* & *poſt.....* & *in Hebræo ſit fortaſſis ambiguum, quod poſſit* & *hoc modo intelligi; ſed quod in Græco eſt μετάφρενα, nonniſi à poſterioribus ſignificat, quod eſt* inter ſcapulas. In ed. Rom..... ἀναμέσον τῶν χλήρων..... ἢ τὰ μετάφρενα αὐτῆς ἐν χλωρότητι χρυσίου. *Diapſalma* autem ibidem non ſubſequitur; reperitur tamen in Pſalt. Corb. & Rom. Martianæi, ſed abeſt ab aliis, ut à Gr.

℣. 15. Pſalt. Coislin. ſimiliter hab. *ſuper terram*, ut & Caſſiod. in hunc Pſ. Mozarab. verò, *cæleſtis regis ſuper eam*, &c. Auguſt. *ſupercæleſtis reges ſuper eam*, &c. Hilar. & Ambroſ. l. 2. de interpel. David, c. 4. col. 643. b. ut in Vulg. Gr. Ἐν τῷ διαιρεῖν τὸν ἐπουράνιον βασιλεῖς ἐπ' αὐτῆς..... ἐν Σελμών.

℣. 16. Pſalt. Rom. hab. *montem Dei, montem uberem. Mons coagulatus, mons pinguis.* Sic etiam in Carnut. Mediol. & ap. Caſſiod. Itidem in Coislin. & Corb. præter unum *uber*, loco *pinguis;* Corb. *uberis.* In Mozar. *montem Dei, montem uberum. Mons coagulatus, mons uber.* Ap. Auct. op. imp. in Matth. hom. 9. p. 56. b. *mons Dei, mons uber.* Ap. S. Paulin. ep. 23. p. 149. b. *montes Dei, montes uberes.* Apud Hilar. p. 198. d. *mons Dei, mons uber; Mons conſecratus, mons pinguis.* Ap. Aug. in eund. Pſ. *montem Dei, montem uberem; Montem incaſeatum, vel montem pinguem;* tum addit: *Ambiguus eſt autem in Græco caſus, utrùm ſit nominativus, an accuſativus; quoniam in ea lingua* mons *neutri generis eſt, non maſculini; ideo nonnulli Latini non interpretati ſunt* montem Dei, *ſed* mons Dei: *puto autem melius eſſe* in Selmon, montem Dei, *hoc eſt, in montem Dei, qui vocatur Selmon.* In ed. Rom. ὄρος τοῦ Θεοῦ, ὄρος πῖον. Ὄρος τετυρωμένον, ὄρος πῖον.

℣. 17. Pſalt. Rom. Fabri: *ut quid ſuſpicitis montes uberes? Mons, in quo..... habitare in eo: etenim Dom. habitabit uſque in finem.* Rom. Martian. ſcribit ſingulariter *montem uberem.* Coislin. *ut quid ſuſcepiſtis montes uberes? Mons... inhabitare in eo..... habitabit uſque in finem.* Mediolan. *ut quid ſuſpicitis*, &c. Mozarab. *ut quid ſuſpicamini montes coagulati montem, in quo placuit Deo habitare in eo? etenim Dom. habitavit uſque in finem.* Pſ. è Mſ. Vatic. ap. Hilar. *ut quid ſuſcipitis;* Hilarius ipſe col. 200. c. *ut quid ſuſcepiſtis montes caſeatos? Mons, in quo..... habitare: in eo etenim Dominus habitabit uſque in finem:* & poſt paulò meminit *caſeatorum, coagulatorumque montium:* & in Pſ. 143. col. 556. d. legit, *ut quid ſuſcepiſtis montes coagulatos?* Aug. in hunc Pſ. *ut quid ſuſpicamini montes incaſeatos? Montem, in quo placuit Deo inhabitare* (inf. *habitare*) *in eo? etenim Dom. inhabitabit uſque in finem.* Caſſiod. in eund. Pſ. *ut quid ſuſcepiſti montes uberes? Mons, in quo..... habitare in eo..... habitabit uſque in finem.* Vigil. Tapſ. p. 750. h. *Montem, in quo placuit Deo habitare: in eo etenim Dominus habitabit uſque in finem.* Pſalt. verò Corb. hab. *ut quid æſtimaris montes uberes? Mons, in que..... habitabit uſque in finem.* In Carnut. *ut quid æſtimatis?* In Gr. Ἱνατί ὑπολαμβάνετε ὄρη τετυρωμένα; Τὸ ὄρος, ὃ εὐδόκησεν ὁ Θεὸς κατοικεῖν ἐν αὐτῷ· καὶ γὰρ ὁ Κύριος κατασκηνώσει εἰς τέλος. Sequens *Diapſalma* aliubi non reperitur.

℣. 18. Concordant Pſalt. Rom. Coislin. Corb. & Moz. necnon Hilar. & Caſſiod. in hunc Pſ. niſi quòd hab. *in illis in Sina.* Apud Auguſt. in eund. Pſ. ſic: *Currus Dei decem millium multiplex, vel denum millium multiplex, vel decies millies multiplex, millia*, &c. *unum verbum enim Græcum, ſicut quiſque potuit Latinorum Interpretum, tranſtulit quod ibi dictum eſt μυριοπλάσιον: Latinè autem ſatis exprimi non potuit, quoniam mille apud Græcos χίλια dicuntur, μυριάδες autem plura dena millia; μυριὰς quippe una, decem millia ſunt.* Apud Novat. l. de Trin. p. 1035. c. *Currus Dei decies millies multiplicatus.*

℣. 19. Pſalt. Rom. *Aſcendens in altum, captivam duxit captivit. dedit dona hominibus: etenim qui non credunt inhabitare;* à Rom. Martianæi abeſt *qui.* Coislin. *Aſcendens in altum, cepit captivitatem: dedit dona in hominibus: etenim qui non credunt inhabitare.* Mozar. *Aſcendit in altum, cepit captivit. dedit dona hominibus: etenim qui non credunt Deum inhabitare.* Corb. *Aſcendit in altum, captivam duxit captivitatem: dedit dona hominibus: etenim non credunt inhabitare.* Similiter in Carnut. *captivam duxit captivit. dedit dona hominibus.* In Mediolan. *accepit dona in homines.* Pſ. è Mſ. Vatic. ap. Hilar. hab. *Aſcendit in al-*

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
Etenim non credentes, inhabitare Dominum Deum.	*Inſuper & non credentes inhabitare Dominum Deum.*	Etenim non credunt inhabitare. *Ex Mſ. Sangerm.*
20. Benedictus Dominus die quotidie : proſperum iter faciet nobis Deus ſalutarium noſtrorum.	*Benedictus Dominus per ſingulos dies : portabit nos Deus ſalutis noſtræ.* SEMPER.	20. Dominus Deus benedictus eſt die quotidiano : proſperum iter faciet nobis Deus ſalutarium noſtrorum. DIAPSALMA.
21. Deus noſter, Deus ſalvos faciendi : & Domini Domini exitus mortis.	*Deus noſter Deus ſalutis, & Domini Dei : mortis egreſſus.*	21. Deus noſter, Deus ſalvificandi : & Domini exitus, Domini mortis.
22. Veruntamen Deus confringet capita inimicorum ſuorum : verticem capilli perambulantium in delictis ſuis.	*Veruntamen Deus confringet capita inimicorum ſuorum : verticem crinis ambulantis in delictis ſuis.*	22. Veruntamen Deus conquaſſavit capita inimicorum ſuorum : verticem capilli perambulantium in delictis ſuis.
23. Dixit Dominus : Ex Baſan convertam, convertam in profundum maris :	*Dixit Dominus : De Baſan convertam : convertam de profundis maris :*	23. Dixit Dominus : Ex Baſan convertar, convertar in profundum maris :
24. Ut intingatur pes tuus in ſanguine : lingua canum tuorum ex inimicis, ab ipſo.	*Ut calcet pes tuus in ſanguine, lingua canum tuorum, ex inimicis à temetipſo.*	24. Ut intinguatur pes tuus in ſanguinem : lingua canum tuorum ex inimicis, ab ipſo.
25. Viderunt ingreſſus tuos Deus, ingreſſus Dei mei; regis mei qui eſt in ſancto.	*Viderunt itinera tua Deus : itinera Dei mei, regis mei in ſancto.*	25. Viſa ſunt itinera tua Deus, itinera Dei mei; regis qui eſt in ſancto in eis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

tum, cepit captivit. dedit dona in hominibus : etenim non credentes inhabitare Dominum Deum. Itidem Hilarius ipſe, niſi quòd loco *Dominum Deum*, habet ut ſupra, *Dominus Deus*, quam vocem duplicem rejicit in ℣. ſeq. à Mſ. autem Reg. & antiq. editt. abeſt *in*, poſt *dona*. Auguſt. l. 15. de Trinit. to. 8. col. 991. b. legit : *Aſcendiſti in altum, captivaſti captivitatem : accepiſti dona in hominibus : ſic enim*, inquit, *plures codices habent, & maxime Græci.* Eadem rurſus habet in Pſ. 67. & addit : *etenim qui non credunt inhabitare ; vel quod nonnulli codices habent, etenim non credentes inhabitare :* ſtatim, *Dominus Deus*, &c. Hieron. in Matth. 1. col. 8. c. *Aſcendens in excelſum, captivam duxit captivitatem : accepit dona hominibus :* ſimiliter l. 2. in epiſt. ad Epheſ. to 4. col. 363. d. *accepit dona hominibus :* & epiſt. ad Sun. & Fretel. to. 2. 643. b. addit : *etenim non credunt inhabitare Dominum ; pro quo*, inquit, *in Græco legiſſe vos dicitis*, ἐν γὰρ ἀπειθοῦντες τῷ κατασκηνῶσαι, *quod utrumque falſum eſt ; nos enim tranſtulimus :* etenim non credentes inhabitare Dominum Deum. Caſſiod. in eund. Pſ. *Aſcendit in altum, captivam duxit captivit. dedit dona hominibus : etenim qui non credunt inhabitare. Dominus Deus*, &c. In ed. Rom. Ἀναβὰς εἰς ὕψος, ἠχμαλώτευσας αἰχμαλωσίαν ἔλαβες δόματα ἐν ἀνθρώπῳ, &c. ut ſup.

℣. 20. Pſalt. Rom. cum Mediolan. & Moz. *Dominus Deus benedictus, benedictus Dominus de die in diem : proſperum iter faciet nobis Deus ſalutaris noſter.* Similiter habent Coislin. & Carnut. *Dominus Deus benedictus, benedictus Dominus de die in diem.* Corb. *Dominus Deus benedictus eſt, benedictus Dominus de die in die*, &c. ut in Vulg. Hilarius in hunc Pſ. ſimpliciter : *Dominus Deus benedictus de die in diem*, &c. ut in Vulg. Hieronymus. ep. ad Sun. & Fretel. to. 2. 643. b. ſic : *Deus benedictus Dominus die quotidie :* tum addit : *In Græco inveniſſe vos dicitis :* Dominus benedictus Deus, benedictus Dominus die quotidie, *ſed melius & verius quod ſupra.* Apud Caſſiod. in hunc Pſ. poſt *inhabitare*, ponitur *Dominus Deus :* ſubinde, *Benedictus Dominus de die in diem : proſp. iter fac. nobis Deus ſalutaris noſter.* Apud Auguſt. verò in eund. Pſ. conſtanter : *Dominus Deus benedictus, benedictus Dominus Deus de die in diem : proſperum iter faciet nobis Deus ſanitatum noſtrarum ;* aliqui Mſs. *ſalutarium*, alii *ſanitantium*, plerique *ſanitatium*. Idem etiam Aug. obſervat nonnullos codices habere *die quotidie ; quia ſic habent Græci*, ἡμέραν καθ' ἡμέραν, *quod verius exprimeretur, die quotidie.* In ed. Rom. Κύριος ὁ Θεὸς εὐλογητὸς, εὐλογητὸς Κύριος ἡμέραν καθ' ἡμέραν· ἐν κατευοδώσει ἡμῖν ὁ Θεὸς τῶν σωτηρίων ἡμῶν· deinde ſubjicitur Διάψαλμα ; habetur etiam in Pſalt. Rom. & Corb. deeſt autem in Coislin. nec legitur ap. Hilar. Auguſt. nec in edd. Ald. & Compl.

℣. 21. Hilar. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. ita legunt : *Deus noſter, Deus ſalvos faciendi :* & *Domini exitus mortis.* Sic etiam Pſalt. Rom. & Carnut. Coislin. verò hab. *Deus noſter, Deus ſalvus faciendi : Domini mortis,* & *Domini exitus.* Corb. *Deus noſter, Deus ſalvos faciendi :* & *Dominus mortis, Domini exitus.* Mozarab. *Deus ſalvos faciet nos :* & *Domini Dei exitus mortis.* Gr. Ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ Θεὸς τοῦ ζῶσαι· ἐν τῷ Κυρίῳ αἱ διέξοδοι τοῦ θανάτου.

℣. 22. Sic eſt in Pſalt. Rom. Coislin. & Corb. Sic etiam apud Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. necnon ap. S. Paulin. ep. 50. p. 296. c. & Anaſtaſ. II. epiſt. 1. Conc. to. 4. col. 1281. d. ſi excipias unum *conquaſſabit*. Item in Mozarab. *conquaſſabit ;* at pro *delictis*, hab. *deliciis*. Pſ. è Mſ. Vat. ap. Hilar. ſic : *Veruntamen conquaſſabit cap..... verticem capilli deambulantium in delictis ſuis.* Hilarius in comment. *Verunt. conquaſſabit cap..... verticem capilli deambulantium in delictis ſuis :* cod. Reg. ibid. *conquaſſavit ;* cui lectioni favent ſubjuncta inf. ab Hilario. Ambroſ. l. 2. de interpel. David, c. 7. col. 648. f. ait : *Ut conquaſſes capita inimicorum, verticem capilli perambulantium.* Item S. Paulinus loco cit. *Non dixit verticem capitis, ſed capilli, quæ ſine ſenſu eſt.* In Gr. Πλὴν ὁ Θεὸς ζυθλάσει..... διαπορευομένων ἐν πλημμελείαις αὐτῶν.

℣. 23. Ita legit Hilar. in hunc Pſ. cum Pſalt. Carnut. Corb. & Rom. Sic etiam in Mozarab. excepto uno *in*, pro *ex*. In Pſ. Vatic. apud Hilar. deeſt unum *convertar*. Apud Hieron. in Ezech. 27. to. 3. p. 881. b. ſic : *Dixit Dominus : De Baſan convertam, convertam de profundo maris.* Apud Auguſt. in hunc Pſ. *Ex Baſan convertar, vel ut nonnulli codices habent, Ex Baſan convertam, convertam in prof. maris.* Apud Caſſiod. in eund. Pſalm. *convertam de profundis maris.* In Gr. Ἐκ Βασὰν ἐπιστρέψω, ἐπιστρέψω ἐν βυθοῖς θαλάσσης.

℣. 24. Pſalt. Rom. *Donec intingatur pes tuus in ſanguine*, &c. Mozarab. *Donec tingatur.* Hilar. cum Corb. & Coislin. *Ut intingnatur..... in ſanguine*, &c. Ambroſ. in Luc. 7. to. 1. 1380. f. *Ut tingatur*, &c. Auguſt. in hunc Pſ. *Ut tinguatur*, &c. Caſſiod. *Ut intinguatur*, &c. Græc. Ὅπως ἂν βαφῇ, &c.

℣. 25. Pſalt. Rom. cum Caſſiod. *Viſi ſunt greſſus tui Deus, ingreſſus Dei mei ; regis qui eſt in ſancto ipſius.* Similiter in Coislin. niſi quòd bis legitur *ingreſſus*. Ap. Auguſt. ut in Pſalt. Mediol. & Moz. bis *greſſus*, ſed abſque ult. *in eis*, vel *ipſius ;* cætera ut ſupra. Hilarius delet pariter *in eis ;* legit autem initio, *Viſa ſunt itinera*, &c. ut in textu. In Pſalt. Corb. ſic : *Viderunt ingreſſus tui Deus, ingreſſus Dei mei ; regis qui eſt in ſancto.* Hieron. ep. ad Sun. & Fret. to. 2. p. 643. b. *Viderunt ingreſſus tui Deus ; pro quo*, inquit, *in Græco ſcriptum :* Viſi ſunt ingreſſus tui Deus. *In Hebræo ita :* Rau alichotach, *quod Aquila*, & *Symm.* & *Theodot. interpretati ſunt :* Viderunt itinera tua Deus ; & *quod ſequitur :* itinera Dei mei ; regis qui eſt in ſancto. *Ergo à nobis ita legendum eſt :* Viderunt greſſus tuos Deus : & *ſcriptoris vitium relinquendum, qui nominativum poſuit pro accuſativo ; licet* & *in LXX.* & *in* Ἑξαπλοῖς *ita repererim :* Ἐθεώρησαν τὰς πορείας ζυ ὁ Θεος· & *pro eo quod eſt* ἐθεώρησαν, *hoc eſt*, viderunt, *in multis codicibus habet* ἐθεωρήθησαν, *quod* & *obtinuit conſuetudo. In eodem*, ingreſſus Dei mei ; regis mei qui eſt in ſancto, *ſubauditur*, viderunt ingreſſus Dei mei, & regis mei. *Quod autem dicitis* mei, *in* rege *non appoſitum, apertiſſimi mendacii eſt ; ſecundò enim ponitur*, & Dei mei, & regis mei, *blandientis affectu.* in ed. Rom. Ἐθεωρήθησαν αἱ πορεῖαί..... αἱ πορεῖαι τοῦ Θεοῦ μου, τοῦ βασιλέως τοῦ ἐν τῷ ἁγίῳ.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 26. Prævenerunt principes conjuncti pſallentibus, in medio virginum tympaniſtriarum. DIAPSALMA.	*Præceſſerunt cantatores eos, qui poſt tergum pſallebant in medio puellarum tympaniſtriarum.*	26. Prævenerunt principes conjuncti pſallentibus, in medio juvencularum tympaniſtriarum.
27. In eccleſiis benedicite Dominum, Dominum de fontibus Iſraël.	*In eccleſiis benedicite Deo, Domino de fonte Iſraël.*	27. In eccleſiis benedicite Deo Domino, de fontibus Iſraël.
28. Ibi Benjamin de adoleſcentia in pavore. Principes Juda, duces eorum: principes Zabulon, principes Nepthalim.	*Ibi Benjamin parvulus continens eos: Principes Juda in purpura ſua: principes Zabulon, principes Nephthali.*	28. Ibi Benjamin adoleſcentulus, in mentis exceſſu. Principes Juda, duces eorum: principes Zabulon, principes Nephthali.
29. Manda Deus virtutem tuam: confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.	*Præcepit Deus tuus fortitudine tua: conforta Deus hoc, quod operatus es in nobis.*	29. Manda Deus virtuti tuæ: confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.
30. A templo tuo in Jeruſalem, tibi adferent reges munera.	*De templo tuo, quod eſt in Jeruſalem, tibi offerent reges munera.*	30. A templo tuo in Jeruſalem, tibi offerent reges munera.
31. Increpa beſtias ſilvæ, concilium taurorum inter vaccas populorum: ut non excludantur hi, qui probati ſunt argento.	*Increpa beſtiam calami, congregatio fortium in vitulis populorum calcitrantium contra rotas argenteas:*	31. Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum: ut excludant eos, qui probati ſunt argento.
Diſparge gentes, quæ volunt bellum: 32. venient legati ex Ægypto: *Æthiopia præveniet manus ejus.	*Diſperge populos, qui bella volunt. Offerant velociter ex Ægypto: Æthiopia feſtinet manus Deo.*	Diſſipa gentes, quæ bella volunt: 32. venient legati ex Ægypto: Æthiopia præveniet manus ejus Deo.
33.* Deo regna terræ, can-	*Regna terræ cantate Deo, pſal-*	33. Regna terræ, cantate Deo,

* *Mſ.* Æthiopiæ.

* *Mſ.* Deus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 26. Sic in Pſalt. Rom. Corb. & Coislin. præter vocem *juvenum*, loco *virginum*: ſic etiam apud Hilar. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum voce *juvenum*. Apud Auguſt. verò in eund. Pſ. & ap. Auct. l. de promiſſ. p. 207. b. *in medio adoleſcentularum*, &c. In Gr. παιδίσκων. *Diapſalma* quoque ſubjicitur in Pſalt. Corb. & Rom. Martianæi; deeſt verò in aliis, ut in Gr. nec de eo meminit Hilarius, nec etiam Auguſt.

℣. 27. Sic habent Pſalt. Moz. & Corb. Coislin. verò, *benedicite Domino Deo*, &c. Rom. *benedicite Dominum Deum*, &c. Huic ult. ſuffragatur Tertul. l. 3. adv. Marc. p. 679. b. ſicut Hilar. & Auguſt. in hunc Pſ. Apud Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1176. f. ita: *In eccleſia benedicamus Dominum Deum*, &c. ap. Hieron. in Iſai. 9. to. 3. 83. b. *benedicite Dominum de fonte*, &c. Ap. Caſſiod. *In eccleſiis benedicite Deum Dominum*, &c. In Gr. Ἐν ἐκκλησίαις εὐλογεῖτε τὸν Θεὸν τὸν Κύριον, &c.

℣. 28. Pſalt. Rom. cum Mediol. Carnut. & Corb. *Ibi Benjamin adoleſcentior in pavore*, &c. ut ſupra. Mozarab. *adoleſcentulus in pavore*, &c. Coislin. *adoleſcentior in pavore..... & principes Neptalim.* Hilar. in hunc Pſ. *junior in pavore*, &c. ut in textu. Hieron. in Iſai. 9. to. 3. p. 83. b. *adoleſcentior.* Auguſt. in hunc Pſ. *adoleſcentior in ecſtaſi*, &c. Caſſiod. *adoleſcentior in pavore.* Ambroſius, l. de bened. Patr. c. 5. col. 521. e. *In his eccleſiis*, inquit, *ſunt principes Zabulon, & principes Nephtalim.* In Gr. Ἐκεῖ Βενιαμὶν νεώτερος ἐν ἐκστάσει..... ἄρχοντες Νεφθαλί. Compl. Νεφθαλίμ.

℣. 29. Ita Auguſt. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Coislin. Corb. Mediol. Carnut. & Moz. At Hilar. in eund. Pſ. legit *virtuti tuæ*, abſque *hoc*, poſt *confirma*. Caſſiod. ut in Vulg. S. Paulinus epiſt. 27. p. 174. c. ait: *Confirmet hoc Dominus, quod operatus eſt in nobis.* In Gr. Ἔντειλαι ὁ Θεὸς τῇ δυνάμει σου· δυνάμωσον ὁ Θεὸς τοῦτο, ὅ, &c.

℣. 30. Sic Hilarius in hunc Pſ. cum Pſalt. Corb. In Romano verò ſic: *A templo ſancto tuo, quod eſt in Jeruſalem, tibi offerent*, &c. In Mozarab. & ap. Caſſiod. *A templo tuo, quod eſt in Jeruſ. tibi offerunt*, &c. Item in Coislin. *tibi offerunt.* In Pſ. Vat. ap. Hilar. *tibi offerent.* Similiter hab. Ambroſ. l. 2. de Abr. to. 1. 347. e. & l. de Nab. c. 16. p. 585. f. necnon Auguſt. in hunc Pſ. cum Vulg. & Græco.

℣. 31. Pſalt. Mozarab. *Increpa feras ſilvæ, concilia taurorum inter vaccas populorum: ut excludantur ii, qui probati ſunt argento. Diſſipa gentes, quæ bella volunt.* Corb. & Rom. *Increpa feras ſilvarum, concilium taurorum inter vaccas populorum: ut excludantur ii, qui.... Diſſipa gentes, quæ bella volunt.* Similiter hab. Caſſiod. in hunc Pſ. exceptis his, *ut non excludantur*, & *Diſperge gentes.* Hilar. cum Pſalt. Coislin. *Increpa feras ſilvæ, concilium taurorum inter vaccas populorum: ut non excludantur hi, qui*, &c. Pſ. è Mſ. Vat. ap. Hilar. tollit negationem ante *excludantur*, cum Pſalt. Mediolan. in quo etiam legitur, *feras ſilva... inter vaccas*; ſicut apud Ambroſ. l. de Spir. S. to. 2. col. 654. f. In Carnut. *feras ſilvarum..... inter vaccas populor. ut non excludantur hi, qui prob. ſunt argento. Diſſipa gentes, qui bella volunt.* Apud Hilar. ubi ſup. *Diſſipa gentes, bellum quæ volunt*: at infra, n. 32. & 33. *bella*, & *bellum.* Auguſt. in eund. Pſ. ſic legit: *Increpa feras calami, congregatio taurorum inter vaccas populorum: ut excludantur ii, qui probati..... Diſperge gentes, quæ bella volunt.* Græc. Ἐπιτίμησον τοῖς θηρίοις τῦ καλάμυ, ἡ ζυναγωγὴ τῶν ταύρων ἐν ταῖς δαμάλεσι τῶν λαῶν· τῦ μὴ ἀποκλεισθῆναι τὺς δεδοκιμασμένυς..... Διασκόρπισον ἔθνη τὰ τὺς πολέμυς θέλοντα. Edit. Ald. fert, τῦ ἐγκλεισθῆναι, Compl. τῦ ἐκκλεισθῆναι.

℣. 32. Vulgatæ conſonant Pſalt. Rom. & Coislin. necnon Hilarius, & Auguſt. in eund. Pſ. niſi quòd ultimam vocem *Deo*, adnectunt ad verſum ſeq. Pſalt. Carnut. hanc penitus tollit. Ambroſ. verò l. de Spir. S. to. 2. 655. d. ita legit: *Æthiopia prælevabit manus ſuas Deo*; Mſs. nonnulli ibid. *prævaluit*; unus *prælibabit.* Caſſiod. in hunc Pſ. *offerunt velociter ex Ægypto: Æthiopia feſtinet manus dare Deo.* Brev. Mozarab. *Æthiopia præveniat manus ejus*; Mediolan. *manus ſuas.* Gr. ἥξυσι πρόδρεις ἐξ Αἰγύπτυ· Αἰθιοπία προφθάσει χεῖρα αὐτῆς τῷ Θεῷ. Auguſt. loco cit. n. 41. hæc habet: *Plures codices Latini, & maximè Græci, ita diſtinctos verſus habent, ut non ſit in eis unus verſiculus*, Deo regna terræ; *ſed* Deo *in fine ſit verſûs ſuperioris, atque ita dicatur*, Æthiopia præveniet manus ejus Deo, *ac deinde ſequatur in alio verſu*, Regna terræ, &c. *quâ diſtinctione, multorum codicum & auctoritate dignierum conſonantiâ, ſine dubio præferendâ, fides commendari mihi videtur, quæ opera præcedit*; & poſt pauca: *Præveniet manus ejus*, inquit, *id eſt, opera ejus: cujus, niſi ipſius Æthiopiæ? quia hoc in Græco non eſt ambiguum*: ejus *quippe ibi feminino genere apertiſſimè poſitum eſt; ac per hoc nihil aliud dictum eſt, quàm* Æthiopia præveniet manus ſuas Deo..... *plures ſanè codices non habent* manus, *ſed* manum, *quod tantumdem valet. Mallem autem Latini Interpretes ſic tranſtuliſſent*: Æthiopia præveniet manus ſuas, *vel* manum ſuam Deo; *quoniam planius hoc eſſet, quàm quod nunc dictum eſt* ejus; & *ſalva veritate fieri poſſet, quia in Græca linguâ id pronomen, non ſolùm* ejus, *ſed etiam* ſuam, *vel* ſuas, *poteſt intelligi*: ſuam *ergo*, *ſi* manum; ſuas *autem*, *ſi* manus. *Nam quod eſt in Græco*, χεῖρα αὐτῆς, *quod plures codices habent*, & manum ejus, & manum ſuam, *poteſt intelligi. Quod verò rarum eſt in codicibus Græcis*, χεῖρας αὐτῆς, & manus ejus, & manus ſuas, *Latinè poteſt dici.*

℣. 33. Pſalt. Rom. Corb. & Coislin. non differunt à Vulg. In Corb. tamen ponitur *Diapſalma* ubi ſupra. Pſ. è Mſ. Vat. ap. Hilar. habet: *Regna terræ, cantate Domino, & pſallite Domino: pſallite Deo noſtro.* Hilarius ipſe in comment. *Deo regna terræ, cantate Deo, pſallite Domino: pſallite Deo.* Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 987. b. *Regna terræ, cantate Deo.* Auguſt. & Caſſiod. ut in Vulg. cui etiam Gr. conſonat, niſi quòd hab. Διάψαλμα, ut ſupra. In edd.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
pſallite Domino : pſallite Deo, 34. qui aſcendit ſuper cœlum cœli, ad Orientem.	*lite Domino : SEMPER. qui aſcendit ſuper cœlum cœli ab Oriente,*	tate Deo, & pſallite Domino : DIAPSALMA. pſallite Deo, 34. qui aſcendit ſuper cœlum cœlorum, ad Orientem. *Ex Mſ. Sangerm.*
Ecce dabit voci ſuæ vocem virtutis, 35. date gloriam Deo ſuper Iſraël, magnificentia ejus, & virtus ejus in nubibus.	*Ecce dabit vocem ſuam vocem fortitudinis : date gloriam Deo : ſuper Iſraël magnificentia ejus, & fortitudo ejus in cœlis.*	Ecce dabit vocem ſuam vocem virtutis, audiam vocem ejus vocem virtutis : 35. date honorem Deo ſuper Iſraël, magnificentia ejus, & virtus ejus in nubibus.
36. Mirabilis Deus in ſanctis ſuis, Deus Iſraël ipſe dabit virtutem & fortitudinem plebi ſuæ : benedictus Deus.	*Terribilis Deus de ſanctuariis ſuis : Deus Iſraël ipſe dabit fortitudinem & robur populo : benedictus Deus.*	36. Mirabilis Deus in ſanctis ſuis, Deus Iſraël ipſe dabit virtutem & fortitudinem plebis ſuæ : benedictus Deus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Ald. & Compl. non repetitur ψάλατε τῷ Κυρίῳ. Hieron. epiſt. ad Sun. & Fret. to. 2. p. 643. c. ad hæc : *Regna terræ, cantate Deo, pſallite Domino*, hæc habet : *Et dicitis hoc in iſto verſiculo non eſſe ſcriptum*, pſallite Domino, *quoniam ſtatim ſequatur* Diapſalma : pſallite Deo, qui aſcendit, &c. *cùm iſte verſiculus magis habere debeat juxta Hebraïcam veritatem*, cantate Deo, pſallite Dño ; & *illud quod ſequitur in principio verſus alterius*, pſallite Deo, *non ſit in libris authenticis, ſed obelo prænotatum. Ergo & vos legite magis quæ vera ſunt ; ne, dum additum ſuſcipitis, quod à Propheta ſcriptum eſt relinquatis.*

℣. 34. Mſ. Sangerm. ſcribit *ab Orientem*, ſed correximus *ad Orientem ;* Brev. tamen Moz. hab. *qui aſcendit ſuper cœlos cœlorum, ab Oriente. Ecce dabit vocem ſuam vocem virtutis ;* nec addit plura. Sic etiam legit Caſſiod. niſi quòd addit *ſuæ*, ad vocem *virtutis*. Rom. ſic : *qui aſc. ſuper cœlos cœlor. ad Orientem. Ecce dabit vocem ſuam vocem virtutis ſuæ.* In Coislin. *ſuper cœlos cœlorum ad Orientem*, &c. ut in Vulg. Similiter apud Hilarium, præter hoc, *cælum cæli*. In Corb. *qui aſcendit ſuper cœlum cœlorum, ad Orientem. Ecce dabit vocem ſuam vocem virtutis.* Itidem Fulg. fragm. 34. cont. Fab. p. 645. at ſup. p. 644. legit *ſuper cœlos cœlor.* Auguſt. in eund. Pſ. *ſuper cœlum cœlorum, ad Orientem ; vel*, inquit, *ſicut nonnulli codices habent... ſuper cœlum cœli*, &c. ſubinde, *Ecce dabit vocem ſuam vocem virtutis.* Similiter hab. Pſalt. Carnut. *vocem ſuam*, &c. omiſſis pariter ſeqq. *audiam vocem*, &c. quæ etiam ſuperfluere videntur in Mſ. Sangerm. In Gr. τῷ ἐπιβεβηκότι ἐπὶ τὸν οὐρανὸν τοῦ οὐρανοῦ, κατὰ Ἀνατολάς. Ἰδοὺ δώσει ἐν τῇ φωνῇ αὐτοῦ φωνὴν δυνάμεως· nec plura. In edd. Ald. & Compl. deeſt ἐν, poſt δώσει.

℣. 35. Accinunt Hilar. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Corb. Coislin. & Moz. At Auguſt. in eund. Pſ. legit cum Gr. *date gloriam Deo, ſuper Iſraël magnif. ejus*, &c.

℣. 36. Subnexuimus vocem ultimam *Deus*, quæ aberat à Mſ. Sangerm. In Mozarab. *benedictus Dominus*. Apud Hilar. *benedictus Deus eſt*, vel ut in cod. Reg. *plebi ejus : benedictus es Deus*. In Pſalt. Corb. omnia ut in textu. In Rom. ut in Vulg. cui accinunt Auguſt. & Caſſiod. & Gr.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
1. In finem, pro iis qui commutabuntur, David. LXVIII.	*Victori pro liliis David. LXIX.*	1. In finem, pro his quæ *commutabuntur, Pſalmus David. LXVIII. *Ex Mſ. Sangerm.* *Mſ. commutabitur.*
2. SAlvum me fac Deus : quoniam intraverunt aquæ uſque ad animam meam.	*SAlva me Deus : quoniam venerunt aquæ uſque ad animam.*	2. SAlvum me fac Deus : quoniam intraverunt aquæ uſque ad animam meam.
3. Infixus ſum in limo profundi : & non eſt ſubſtantia. Veni in altitudinem maris : & tempeſtas demerſit me.	*Infixus ſum in limo profundi, & non poſſum conſiſtere. Veni in profundum aquarum, & flumen operuit me.*	3. Infixus ſum in limum profundi : & non eſt ſubſtantia. Deveni in altitudinem maris : & tempeſtas dimerſit me.
4. Laboravi clamans, raucæ factæ ſunt fauces meæ : defecerunt oculi mei, dum ſpero in Deum meum.	*Laboravi clamans, exaſperatum eſt guttur meum : defecerunt oculi mei, exſpectantes Deum meum.*	4. Laboravi clamans, raucæ factæ ſunt fauces meæ : defecerunt oculi mei, dum ſpero in Deum meum.
5. Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei, qui oderunt me gratis.	*Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei, qui oderunt me gratis.*	5. Multiplicati ſunt ſuper capillos capitis mei, qui oderunt me gratis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Pſalt. Rom. cum Caſſiod. Vulgatæ congruit. Coislin. verò cum Auguſt. hab. *In finem, pro his qui commutabuntur, ipſi David.* Corb. & Moz. *In finem, pro iis qui commutabuntur, Pſalmus David.* Pſ. è Mſ. Vatic. apud Hilar. *In finem, pro his qui vel immutabuntur, Pſalmus ipſi David.* Hilarius ipſe in expoſit. *Pro his qui immutabuntur, illi David Pſalmus, in finem ;* Mſs. *in fine :* ſubinde ait : *In illum potiùs David... convenire intelligenda prophetia eſt ; per id enim non ab illo, ſed in illum Pſalmus docetur eſſe cantatus :* & poſt plura, videlicet col. 231. a. *In finem, pro his qui immutabuntur, eſt Pſalmus.* Gr. Εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων, τῷ Δαυίδ. Ald. & Compl. Ψαλμὸς τῷ Δαυίδ. Vide ſis Hieron. epiſt. ad Princip. to. 2. col. 682. b.

℣. 2. Ita Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Martianæi. In Rom. Fabri, Moz. & apud Auguſt. *introierunt ;* cætera ut ſupra. In Corb. *Salvum me fac Domine*, &c. Ap. Hilar. in Pſ. 54. 67. 68. col. 107. e. 206. b. 215. f. *Salva me Deus : quoniam intraverunt*, &c. In Gr. Σῶσόν με, &c.

℣. 3. Sic in Pſalt. Corb. eſt ad verbum. Item apud Hilar. & Caſſiod. in hunc Pſ. excepto verbo *veni ;* rurſumque ap. Hilar. in Pſ. 67. col. 206. b. & in Pſ. 51. & 64. col. 75. d. 167. d. at in Pſ. 54. col. 107. e. leg. *in limo*, &c. & in Pſ. 129. col. 437. d. *Veni in profundum maris*, &c. ſimiliter in Pſ. 68. bis *in limum*, ſemel *in limo*, rurſumque *in profundum maris*. Itidem Hieron. in Iſai. 16. to. 3. 172. a. *Veni in profundum maris ;* additque, & *tempeſtas abſorbuit me*. At Aug. in eund. Pſ. cum Phœbad. Agin. cont. Arian. p. 301. d. necnon Pſalt. Rom. & Mozar. Vulgatæ congruit. In Pſalt. Coislin. eſt : *Deveni in altitud. maris :* & *temp. dimerſit me.* In Gr. Ἐνεπάγην εἰς ἰλὺν βυθοῦ... Ἦλθον εἰς τὰ βάθη..... κατεπόντισέ με.

℣. 4. Sic Hilar. & Caſſiod. in hunc Pſ. Sic etiam Ambr. in Pſ. 48. to. 1. 950. b. & epiſt. 81. to. 2. 1098. b. cum Pſalt. Rom. & Mozarab. Solum Coislin. hab. *dum ſpero in Deo meo.* Aug. in eund. Pſ. *ab ſperando in Deum meum.* Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 22. 148. d. *oculi mei defecerunt ſperando in Deum meum.* Gr. ἀπὸ τοῦ ἐλπίζειν με ἐπὶ τὸν Θεόν μου.

℣. 5. Pſalt. Rom. *Multiplicati ſunt..... Confortati ſunt ſuper me qui me perſequuntur inimici*, &c. Similiter in Coiſlin. dempto uno *ſuper me*. Mozarab. *Confortati ſunt inimici mei qui me perſequebantur injuſtè*, &c. Corb. *Confortati ſunt qui perſequuntur me inim. mei injuſtè : quæ non rapui, tunc exſolvam.* Hilar. in hunc Pſ. *Multiplicati ſunt..... Convaluerunt qui perſequuntur me inimici mei injuſtè : quæ non*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. Confortati ſunt qui perſecuti ſunt me inimici mei injuſtè : quæ non rapui, tunc exſolvebam.	*Confortati ſunt qui perſequebantur me inimici mei injuſtè : quæ non rapueram, tunc reddebam.*	Confortati ſunt qui perſecuti ſunt me inimici mei injuſtè : quæ non rapui, tunc exſolvebam.
6. Deus tu ſcis inſipientiam meam : & delicta mea à te non ſunt abſconſa.	*Deus tu ſcis ſtultitiam meam, & peccata mea à te non ſunt abſconſa.*	6. Deus tu ſcis inſipientiam meam : & delicta mea à te non ſunt abſcondita.
7. Non confundantur in me qui exſpectant te Domine, Deus virtutum.	*Non confundantur in me, exſpectantes te Domine Deus exercituum :*	7. Non erubeſcant in me qui exſpectant te Domine, Domine virtutum.
Non erubeſcant in me qui requirunt te, Deus Iſraël.	*Non confundantur in me, qui quærunt te Deus Iſraël.*	Non confundantur ſuper me qui quærunt te, Deus Iſraël.
8. Quoniam propter te ſuſtinui improperium : & operuit faciem meam reverentia mea.	*Quia propter te portavi opprobrium : operuit confuſio faciem meam.*	8. Quoniam propter te ſuſtinui opprobrium : operuit confuſio faciem meam.
9. Exter factus ſum fratribus meis, & hoſpes filiis matris meæ.	*Alienus factus ſum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ.*	9. Extraneus factus ſum fratribus meis, & peregrinus filiis matris meæ.
10. Quoniam zelus domus tuæ comedit me : & opprobria exprobrantium te, ceciderunt ſuper me.	*Quia zelus domus tuæ comedit me, & opprobrium exprobrantium tibi, cecidit ſuper me.*	10. Quoniam zelus domus tuæ comedit me : & opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt ſuper me. *Joan. 2. 17. Rom. 15. 3.*
11. Et operui in jejunio animam meam : & factum eſt mihi in opprobrium.	*Et flevi in jejunio animam meam, & factum eſt in opprobrium mihi.*	11. Et operui in jejunio animam meam : & factum eſt in opprobrium mihi.
12. Et poſui veſtimentum meum cilicium : & factus ſum illis in parabolam.	*Et poſui veſtimentum meum ſaccum, & factus ſum eis in parabolam.*	12. Et poſui veſtimentum meum cilicium : & factus ſum illis in parabolam.
13. Adversùm me detrahebant qui ſedebant in portam : & in me pſallebant qui bibebant vinum.	*Contra me loquebantur qui ſedebant in porta, & cantabant bibentes vinum.*	13. Adversùm me loquebantur qui ſedebant in porta : & in me pſallebant qui bibebant vinum.
14. Ego autem orationem meam ad te Domine : tempus beneplacitum Deus.	*Mea autem oratio ad te Domine, tempus reconciliationis eſt.*	14. Ego verò orationem meam ad te Domine : tempus beneplaciti Deus.
In multitudine miſericordiæ tuæ exaudi me Domine, in veritate ſalutis meæ.	*Deus in multitudine miſericordiæ tuæ, exaudi me in veritate ſalutis tuæ.*	In multitudine miſericordiæ tuæ exaudi me, in veritate ſalutis tuæ.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

rapui, tunc exſolvere repetebar. Ambroſ. in Pſ. 37. to. 1. col. 839. c. & l. de Tob. c. 9. col. 601. c. ut in Vulg. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. *Multiplicati ſunt..... Confortati ſunt inimici mei qui perſequuntur me injuſtè : quæ non rapui*, &c. Tertul. adv. Jud. c. 10. p. 143. c. *quæ non rapueram, tunc exſolvebam.* In Gr..... Ἐκραταιώθησαν οἱ ἐχθροί μου οἱ ἐκδιώκοντές με ἀδίκως· ἃ οὐχ ἥρπασα, τότε ἀπεδίδουν.

℣. 6. Ita Pſ. è Mſ. Vat. ap. Hilar. at Hilarius ipſe in explic. utrumque uſurpat, & *abſcondita*, & *abſconſa*. Auguſt. in eund. Pſ. ita legit : *Deus tu ſciſti imprudentiam meam : & delicta*, &c. ut in Vulg. item q. 20. in Levit. to. 3. 497. d. *Quoniam tu ſciſti imprudentiam meam.* Caſſiod. Vulgatæ conſonat, ſicut Pſalt. Rom. Coislin. &c. Gr. Ὁ Θεὸς σὺ ἔγνως τὴν ἀφροσύνην μου, &c.

℣. 7. Pſalt. Rom. cum Coislin. *Non erubeſcant in me qui te exſpectant Domine, Deus virtutum. Non revereantur ſuper me qui requirunt te, Deus Iſraël.* Similiter in Mozarab. uſque ad vocem *virtutum* incl. reliq. ut in Vulg. In Corb. *Non erubeſcant in me qui exſpectant te Domine, Domine Deus virtutum. Non revereantur ſuper me qui requirunt te, Deus Iſraël.* Apud Hilar. in hunc Pſ. *Non confundantur in me qui exſpectant te, Domine virtutum. Non revereantur ſuper me qui quærunt te, Deus Iſraël.* Ap. Auguſt. in eund. Pſ. ut in Vulg. Similiter ap. Caſſiod. ſi excipias poſtrema, *Non revereantur ſuper me qui requirunt te.* In Gr. Μὴ αἰσχυνθείησαν ἐπ' ἐμὲ οἱ ὑπομένοντές σε, Κύριε τῶν δυνάμεων. Μὴ ἐντραπείησαν ἐπ' ἐμὲ οἱ ζητοῦντές σε, &c. Ald. & Compl. Κύριε Κύριε· Theod. Κύριε ὁ Θεός.

℣. 8. Pſalt. Corb. cum Rom. *Quoniam propter te ſupportavi improperium : operuit irreverentia faciem meam.* Rom. Martian. hab. *reverentia*, cum Mediol. & Carnut. In Coisl. ſimiliter, *ſupportavi improp. & operuit reverentia faciem*, abſque ſeq. *meam.* In Mozarab. *operui confuſione faciem meam.* Apud Hilar. in hunc Pſ. *Quoniam propter te ſuſtinui improperium : operuit reverentia fac. meam.* Ap. Auguſt. in eund. Pſ. *Quoniam..... ſuſtinui exprobrationem : operuit irreverentia faciem meam.* Caſſiod. *ſupportavi improperium : operuit reverentia*, &c. Gr. Ὅτι..... ὑπήνεγκα ὀνειδισμόν· ἐκάλυψεν αἰσχύνη τὸ, &c. Symm. ἀχημοσύνη.

℣. 9. Sic eſt in Pſalt. Rom. Mediol. Carnut. Corb. & Coislin. Sic etiam in Mozarab. dempto uno ℣. Textui pariter accinit Hilar. in hunc Pſ. cum Pſ. ibid. è Mſ. Vatic. paulò verò poſt in expoſit. leg. *alienus à fratribus*, cui accedit Auguſt. in eund. Pſ. hoc modo : *Alienatus factus ſum fratribus meis, & hoſpes filiis*, &c. S. Paulinus epiſt. 11. p. 50. a. *Exter fratribus meis, & peregrinus filiis*, &c. Caſſiod. *Extraneus factus ſum..... & hoſpes*, &c. Gr. Ἀπημοτεωμένος ἐγενήθην..... καὶ ξένος, &c.

℣. 10. Sic Hilar. in hunc Pſ. & in Pſ. 118. col. 349. b. cum Pſalt. Corb. & Gr. Ambroſ. l. de apol. Dav. to. 1. 678. f. & l. 1. de fide, to. 2. 446. c. legit, *exprobrantium tibi*, &c. ut ſupra ; at l. 2. offic. to. 2. 108. a. *exquiſivit me zelus domus tuæ.* Ambroſiaſt. p. 104. e. *detractiones exprobrantium te, cecid. ſuper me.* Aug. & Caſſiod. in eund. Pſ. cum Vulg. concinunt. Auct. l. de promiſſ. p. 3. col. 176. e. *comedit me zelus domus tuæ.*

℣. 11. Ita legit Hilar. cum Pſalt. Rom. Corb. & Coiſlin. In Mozarab. *Et humiliavi in jejunio*, &c. ut in textu. Auguſt. in hunc Pſ. *Et cooperui in jejunio..... mihi in opprobrium.* Similiter hab. Ambroſ. epiſt. 42. col. 968. e. *Et cooperui ;* at l. de Elia, c. 4. col. 538. b. *operui.* Apud Caſſiod. ut in Vulg. In Gr. Καὶ συνέκαμψα ἐν νηστείᾳ..... εἰς ὀνειδισμούς ἐμοί. In Pſalt. Arab. ἐταπείνωσα. In edd. Ald. & Compl. συνεκάλυψα.

℣. 12. Succinit Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. & Coislin. At Hilarius, & Auguſt. in eund. Pſ. leg. cum Gr. *Et poſui veſtim. meum ſaccum*, &c. ut ſupra. Apud Ambroſ. quoque in Pſ. 43. to. 1. 910. b. *& factus ſum illis in parabolam.*

℣. 13. Concinit Hilar. niſi quòd hab. *in porta.* Ambr. in Pſ. 43. to. 1. 910. b. & Caſſiod. in Pſ. 68. legunt : *Adversùm me exercebantur qui ſedebant in porta*, &c. Sic etiam in Pſalt. Rom. Coislin. Mediolan. & Moz. Apud Auguſt. verò in eund. Pſ. ita : *Adversùs me inſultabant qui ſedebant in porta*, &c. In Gr. Κατ' ἐμοῦ ἀδολέσχει οἱ καθήμενοι ἐν πύλῃ, &c.

℣. 14. Pſalt. Moz. *Ego verò oratio mea ad te Domine*, &c. ut in Vulg. Auguſt. in hunc Pſ. *Ego autem oratione mea*

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
15. Eripe me de luto, ut non infigar: libera me ab iis qui oderunt me, & de profundis aquarum.	*Erue me de luto, ut non infigar: libera me ab his qui oderunt me, & de profundis aquarum.*	15. Erue me de luto, ut non inteream: ut liberer ab odientibus me, & de profundo aquarum. Ex M. Sarg.
16. Non me demergat tempeſtas aquæ, neque abſorbeat me profundum: neque urgeat ſuper me puteus os ſuum.	*Ne operiat me fluctus aquæ, ne abſorbeat me profundum: & non coronet ſuper me puteus os ſuum.*	16. Non me demergat tempeſtas aquæ, neque abſorbeat me profundum: neque contineat ſuper me puteus os ſuum.
17. Exaudi me Domine, quoniam benigna eſt miſericordia tua: ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum reſpice in me.	*Exaudi me Domine, quoniam bona eſt miſericordia tua: ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum reſpice ad me.*	17. Exaudi me Domine, quoniam benigna eſt miſericordia tua: ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum conſpice in me.
18. Et ne avertas faciem tuam à puero tuo: quoniam tribulor, velociter exaudi me.	*Et ne abſcondas faciem tuam à ſervo tuo: quoniam tribulor, citò exaudi me.*	18. Ne avertas faciem tuam à puero tuo: quoniam tribulor, velociter exaudi me.
19. Intende animæ meæ, & libera eam: propter inimicos meos eripe me.	*Accede ad animam meam, redime eam: propter inimicos meos libera me.*	19. Intende animæ meæ, & libera eam: propter inimicos meos erue me.
20. Tu ſcis improperium meum, & confuſionem meam, & reverentiam meam.	*Tu ſcis opprobrium meum, & confuſionem meam, & ignominiam meam.*	20. Tu enim ſcis improperium meum, & confuſionem meam, & reverentiam meam.
21. In conſpectu tuo ſunt omnes qui tribulant me: improperium exſpectavit cor meum, & miſeriam.	*Coram te ſunt omnes hoſtes mei: opprobrio contritum eſt cor meum, & deſperatus ſum.*	21. In conſpectu tuo ſunt omnes tribulantes me: improperium exſpectavit cor meum, & miſeriam.
Et ſuſtinui qui ſimul contriſtaretur, & non fuit: & qui conſolaretur, & non inveni.	*Et exſpectavi qui contriſtaretur, & non fuit: & qui conſolaretur, & non inveni.*	Et ſuſtinui qui ſimul mecum contriſtaretur, & non fuit: & conſolantes me non inveni.
Matth. 27. 48. 22. Et dederunt in eſcam meam fel: & in ſiti mea potaverunt me aceto.	*Et dederunt in eſcam meam fel, & in ſiti mea potaverunt me aceto.*	22. Et dederunt in eſcam meam fel: & in ſiti mea potaverunt me acetum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ad te Domine, &c. editt. *oratio mea*. Hilar. & Caſſiod. in eund. Pſ. concordant cum Vulg. ſicut Pſalt. Rom. & al. Corb. tamen hab. *in veritate ſalutis meæ*, ut ſup. Gr. Ἐγὼ δὲ τῇ προσευχῇ μου πρὸς σὲ Κύριε· καιρὸς εὐδοκίας, &c. Ap. Ambr. ep. 51. col. 1000. *tempus beneplaciti*.

℣. 15. Pſalt. Rom. cum Caſſiod. *Eripe me de luto, ut non inhæream: libera me ex odientibus me, & de profundo aquarum*. Sic etiam in Brev. Moz. ſi excipias verbum *inhærear*. Item in Pſalt. Coislin. præter hoc, & *non hæream*. In Vatic. ap. Hilar. *uti non hæream*; reliqua ut in Rom. Similiter apud Hilar. ipſum, ſed hoc omittitur, *libera me ex odientibus me*; quod tamen ab ipſo lectum fuiſſe liquet ex num. 15. Auct. l. de promiſſ. p. 1. c. 3. col. 93. d. hab. *Salva me de luto, ut non inhæream*. Aug. in hunc Pſ. *Salvum me fac de luto, ut non inhæream: eruar ex iis qui oderunt me, & de profundo aquarum*. Item in Pſalt. Mediol. *ut non inhæream*. In Corb. *Eripe me de luto, ut non infigar: libera me ex odientibus me, & de profundis aquarum*. In Gr. Σῶσόν με ἀπὸ πηλοῦ, ἵνα μὴ ἐμπαγῶ· ῥυσθείην ἐκ τῶν μισούντων με, καὶ ἐκ τοῦ βάθους, &c. Ald. & Compl. τῶν βαθέων.

℣. 16. Hieron. in Ezech. 47. to. 3. 1054. a. *Non me præcipites tempeſtas aquæ*. Hilarius in Pſ. 54. & 141. col. 111. d. 545. a. *Non me demergat... neque contineat ſuper me puteus*, &c. & in Pſ. 68. *neque contineat puteus ſuper me*, &c. In Brev. Moz. *neque operiat ſuper me puteus*, &c. In Carnut. & Corb. *neque aperiat*. Apud Auguſt. in eund. Pſ. *neque coarctet ſuper me puteus*, &c. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. ut in Vulg. Gr. Μὴ με καταποντισάτω..... μηδὲ συνέχέτω ἐπ' ἐμὲ φρέαρ, &c.

℣. 17. Hilar. in hunc Pſ. *Exaudi me Domine, quoniam ſuavis eſt mihi miſericordia tua: ſecundùm multitudinem miſericordiæ tuæ conſpice in me*; Pſalt. Carnut. Corb. & Coiſlin. *convertere in me*; Rom. cum Aug. & Caſſiod. in eund. Pſalm. *reſpice in me*; cæt. ut in Vulg. niſi quòd Auguſt. hab. ſup. *ſuavis eſt miſeric.* Gr..... ὅτι χρηστὸν τὸ ἔλεός σου κατὰ τὸ πλῆθος τῶν οἰκτιρμῶν σου ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμέ.

℣. 18. Sic Hilar. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Coislin. Corb. & Moz. Sic etiam Ambroſ. in Pſ. 35. & 36. to. 1. 766. c. 800. d. Gr. Καὶ μὴ ἀποστρέψῃς, &c. ab edd. Ald. & Compl. abeſt Καί.

℣. 19. Vulgatæ accinunt Hilar. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Coislin. &c. Apud Aug. ita: *Intende anima meæ, & redime eam: propter inim. meos erue me*. In Gr. Πρόσχες..... καὶ λύτρωσαι αὐτήν,... ῥῦσαί με.

℣. 20. Pſalt. Rom. cum Caſſiod. *Tu enim ſcis improperium meum, confuſionem, & verecundiam meam*. Sic etiam in Coislin. præter hoc ult. & *reverentiam meam*. In Corb. *Tu enim ſcis improper. meum, & confuſionem, & verecundiam meam*. In Moz. *Tu enim ſcis opprobrium meum, confuſ. meam, & verecundiam meam*. Apud Hilar. *Tu enim ſcis improperium, & confuſionem, & verecundiam meam*. Apud Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1031. b. *Scis opprobrium meum*. Ap. Auguſt. in Pſ. 68. col. 702. g. *Tu cognoſcis opprobrium meum, & confuſ.* &c. ut in Vulg. In Gr. Σὺ γὰρ γινώσκεις τὸν ὀνειδισμόν μου, καὶ τὴν αἰσχύνην μου, καὶ τὴν ἐντροπήν μου.

℣. 21. Pſalt. Rom. *In conſpectu tuo ſunt omnes tribulantes me..... & miſeriam. Suſtinui qui ſimul mecum contriſtaretur, & non fuit: conſolantem me quæſivi, & non inveni*. Corb. *In conſp. tuo omnes tribulantes me: improperium ſuſtinuit cor meum..... Et ſuſtinui qui ſimul contriſtaretur, & non fuit: & conſolantes me, & non inveni*. Moz. *In conſpectu tuo omnes tribulantes me..... Et ſuſtinui qui ſimul mecum contriſtaretur, & qui conſolaretur; & non fuit*. Hilar. in hunc Pſ. *In conſpectu tuo ſunt omnes tribulantes me..... Et ſuſtinui commærentem, & non fuit; & conſolantem, & non inveni*. Aug. in eund. Pſ. *In conſpectu tuo ſunt omnes tribulantes me: opprobrium exſpectavit..... Et ſuſtinui qui ſimul contriſt. & non fuit: & conſolantes, & non inveni*. Ruric. l. 2. ep. 14. p. 569. f. *Quæſivi qui ſimul mecum contriſtaretur, & non fuit: & conſolantes me, & non inveni*. Apud Caſſiod. ut in Vulg. præter ſeqq. *tribulantes me..... & conſolantem me, & non inveni*. Similiter hab. Pſalt. Coislin. & *conſolantem me*, &c. Carnut. etiam *ſuſtinuit*, pro *exſpectavit*. Gr. Ἐναντίον σου πάντες οἱ θλίβοντές με· ὀνειδισμὸν προσεδέξατο ἡ ψυχή μου, καὶ ταλαιπωρίαν. Καὶ ὑπέμεινα συλλυπούμενον, καὶ οὐκ ὑπῆρξε· καὶ παρακαλοῦντα, καὶ οὐκ εὗρον· Ald. & Compl. παρακαλοῦντας.

℣. 22. Sic Hilar. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. &c. excepto uno *aceto*. Sic etiam apud Novat. lib. de Trin. p. 1050. b. & Ambroſ. in Luc. 23. to. 1. 1530. e. & S. Leonem, ſer. 53. p. 123. d. Tertul. verò l. cont. Jud. c. 10. p. 143. c. 146. b. legit: *Miſerunt in potum meum fel: & in ſiti mea potaverunt me aceto*. Lactant. l. 4. Inſtit. p. 581. *Et dederunt in eſcam meam fel: & in ſiti mea potum mihi dederunt acetum*. Similiter Auguſt. l. 17. de civit. Dei, c. 19. to. 7. 482. e. Hilar. autem in Pſ. 62. col. 153. a. *cum aceto potaverunt*. Pſalt. Corb. *Et dederunt in eſca mea fel*, &c. ut in Vulg. Gr. Καὶ ἔδωκαν εἰς τὸ

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 23. Fiat menſa eorum in laqueum coram ipſis, & in retributionem eorum, & in ſcandalum.	*Sit menſa eorum coram eis in laqueum, & in retributiones ad corruendum.*	23. Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum, & in retributiones, & in ſcandalum. *Rom.* 11. 9.
24. Obſcurentur oculi eorum ne videant: & dorſum eorum ſemper incurva.	*Contenebrentur oculi eorum ne videant, & dorſum eorum ſemper incurva.*	24. Obſcurentur oculi eorum ne videant: & dorſum eorum ſemper incurva.
25. Effunde ſuper eos iram tuam: & furor iræ tuæ comprehendat eos.	*Effunde ſuper eos indignationem tuam, & ira furoris tui comprehendat eos.*	25. Effunde ſuper eos iram tuam: & furor iræ tuæ comprehendat eos.
26. Fiat habitatio eorum deſerta: & in tabernaculis eorum non ſit qui inhabitet.	*Fiat commoratio eorum deſerta: in tabernaculis eorum non ſit qui habitet.*	26. Fiat habitatio eorum deſerta: & in tabernaculis eorum non ſit qui inhabitet. *Act.* 1. 20.
27. Quoniam quem tu percuſſiſti, ipſi perſecuti ſunt: & ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt.	*Quoniam quem tu percuſſiſti, perſecuti ſunt: & ut affligerent vulneratos tuos narrabant.*	27. Quoniam quem tu percuſſiſti, perſecuti ſunt: & ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt.
28. Adpone iniquitatem ſuper iniquitates eorum: & non introeant in juſtitiam tuam.	*Da iniquitatem ſuper iniquitatem eorum, & non veniant in juſtitia tua.*	28. Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum: & non intrent in juſtitiam tuam.
29. Deleantur de libro viventium: & cum juſtis non ſcribantur.	*Deleantur de libro viventium, & cum juſtis non ſcribantur.*	29. Deleantur de libro viventium: & cum juſtis non ſcribantur.
30. Pauper & dolens ſum ego: & ſalus vultus tui Deus ſuſcepit me.	*Ego autem pauper & dolens: ſalus tua Deus ſuſcepit me.*	30. Ego ſum pauper & dolens: ſalus tua Deus ſuſcepit me.
31. Laudabo nomen Dei cum cantico: magnificabo eum in laude:	*Laudabo nomen Dei in cantico, & magnificabo eum in confeſſione:*	31. Laudabo nomen Dei cum cantico: & magnificabo eum in laude:
32. Et placebit Deo ſuper vitulum novellum, cornua producentem & ungulas.	*Et placebit Domino ſuper vitulum novellum, cornua efferentem & ungulas.*	32. Et placebit Deo ſuper vitulum novellum, cornua producentem & ungulas.
33. Videant pauperes & lætentur: quærite Deum, & vivit anima veſtra:	*Videntes manſueti lætabuntur: qui quæritis Deum, vivet anima veſtra:*	33. Videant pauperes & lætentur: quærite Deum, & vivet anima veſtra:
34. Quoniam exaudivit pauperem Dominus: & vinctos ſuos non ſpernit.	*Quoniam exaudivit pauperes Dominus, & vinctos ſuos non deſpexit.*	34. Quoniam exaudivit pauperes Dominus: & vinctos ſuos non deſpexit.
35. Laudent eum cœli &	*Laudent eum cœli & terra: ma-*	35. Laudent illum cœli & terra,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

βρῶμά μου χολήν· καὶ εἰς τὴν δίψαν μου ἐπότισάν με ὄξος.

℣. 23. Vulgatæ favet Caſſiod. cum Pſalt. Rom. ſi hoc excipias, *& in retributionem.* Apud Hilar. in hunc Pſ. & infra, in Pſ. 127. col. 428. c. ſic: *Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum, & in captionem, & in retributionem, & in ſcandalum.* Apud Auguſt. in eund. Pſ. & l. 17. de civit. Dei ſup. *Fiat menſa eorum coram ipſis in muſcipulam, & in retributionem, & in ſcand.* at inf. l. 18. c. 46. col. 529. e. legit *laqueum*, non *muſcipulam.* Pſalt. Corb..... *& in retributiones eorum, & in ſcand.* Gr. εἰς παγίδα, καὶ εἰς ἀνταπόδοσιν, καὶ εἰς σκάνδαλον.

℣. 24. Accinunt Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Pſalt. Rom. Suffragatur etiam Hilar. niſi quòd habet, *perpetuò incurva.* Ambr. l. 2. de interpel. Dav. p. 664. f. *ſemper incurva.* Aug. cont. Jud. to. 8. 32. d. *Excæcentur oculi eorum*, &c. In Gr. Σκοτισθήτωσαν οἱ ὀφθαλμοὶ... διαπαντὸς σύγκαμψον.

℣. 25. Pſalt. Rom. cum Caſſiod. *& indignatio iræ tuæ apprehendat eos.* Corb. & Mozarab. cum Auguſt. *& indignatio iræ tuæ comprehendat eos.* Hilar. in eund. Pſ. *& animatio iræ tuæ comprehendat eos.* Gr. καὶ ὁ θυμὸς τῆς ὀργῆς σου καταλάβοι αὐτούς. Pſalt. Sangerm. ſcribit *iram ſuam*, ſed mendo aperto, quod correximus; al. conſtanter *tuam.*

℣. 26. Succinunt Hilar. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. & Gr.

℣. 27. Itidem in Pſalt. Corb. & Moz. necnon ap. Aug. in hunc Pſ. Hilarius autem & Caſſiod. in eund. Pſ. delent *ipſi.* Pſalt. Rom. habet: *ipſi perſecuti ſunt me*, &c. ut ſupra. Vet. Iren. Interp. l. 3. c. 22. p. 219. a. *& ſuper dolorem vuln. meorum apposuerunt.* Gr. αὐτοὶ καὶ ἐδίωξαν· καὶ ἐπὶ τὸ ἄλγος τῶν..... προσέθηκαν.

℣. 28. Hilar. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Fabri: *Appone..... ſuper iniquitatem ipſorum: & non intrent in tuam juſtitiam.* Rom. Martian. *ſuper iniquitates ipſorum.* Auguſt. cum Pſalt. Carnut. Moz. & Gr. *ſuper iniquitatem ipſorum: & non intrent in juſtitia tua.* Corb. & Moz. *in tua juſtitia.*

℣. 29. Concordat Hilar. in hunc Pſ. & in Pſ. 138. col. 821. d. unà cum Caſſiod. & Pſalt. Rom. Sic etiam ap. Aug. in eund. Pſ. & Philaſtr. Brix. l. de hæreſ. p. 724. a. poſt paulò tamen Aug. hab. *de libro vitæ*; Gr. ἐκ βίβλου ζώντων.

℣. 30. Ita legit Hilar. in hunc Pſ. Item Auguſt. & Caſſiod. in eund. niſi quòd hab. *Pauper & dolens ego ſum*; ſic etiam Ambroſ. in Pſ. 35. & 40. to. 1. 766. c. 869. e. Pſalt. Moz. *Pauper ſum ego & dolens*, &c. ut ſupra. Corb. *Pauper ego & dolens.* Gr. Πτωχὸς καὶ ἀλγῶν εἰμι ἐγώ· καὶ ἡ σωτηρία τοῦ προσώπου σου, &c. Item in Pſalt. Corb. & Carnut. *& ſalus vultus tui Deus*, &c.

℣. 31. Sic eſt in Pſalt. Moz. addito uno *mei*, ad nomen *Dei*: additur pariter in Rom. ſicut &, poſt *cantico*; utrumque delet Auguſt. in hunc Pſ. deeſt etiam *mei* ap. Caſſiod. At Hilar. in eund. Pſ. legit: *Laudabo nomen tuum cum cantico: magnificabo*, &c. Nicetius ep. Spicil. to. 3. p. 9. c. *Laudabo nomen Domini cum cantico: & magnif.* &c. Hieron. epiſt. ad Sun. & Fretel. to. 2. 643. c. *Laudabo nomen Dei*, &c. tum addit voculam *mei* eſſe ſuperfluam. Pſalm. è Mſ. Vatic. apud Hilar. *Laudabo nomen Dei in cantico: & magnif.* &c. Pſalt. Corb. *Laudabo nomen Dei cum cantico: magnificabo eum cum laude.* Gr. Αἰνέσω τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ μου μετ' ᾠδῆς· μεγαλυνῶ αὐτὸν ἐν αἰνέσει.

℣. 32. Similiter habent Hilar. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Pſalt. Rom. & Gr. Corb. vitiosè, *cornua producent te & ungulas.*

℣. 33. Auguſt. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. & Mozar. *quærite Dominum, & vivet*, &c. Coislin. *Dominum, & vivit.* Hilar. & Caſſiod. in eund. Pſ. ut in Vulg. Gr. ἐκζητήσατε τὸν Θεὸν, καὶ ζήσεσθε, & *vivetis*: edd. verò Ald. & Compl. καὶ ζήσεται ἡ ψυχὴ ὑμῶν.

℣. 34. Sic Hilar. in hunc Pſ. & in Pſ. 35. cum Pſalt. Coislin. excepto verbo ult. *ſprevit.* Item *ſprevit* in Pſalt. Rom. Moz. & ap. Caſſiod. ſupra verò, *pauperes.* In Corb. *pauperem: & vinctos ſuos non ſprevit.* Apud Aug. in eund. Pſ. *pauperes Dominus: & compeditos ſuos non ſprevit.* In Gr. Ὅτι εἰσήκουσε τῶν πενήτων ὁ Κύριος· καὶ τοὺς πεπεδημένους αὐτοῦ οὐκ ἐξουδένωσε.

℣. 35. Accinit Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Pſalt. Rom. Carnut. Mediolan. & Moz. Hilarius autem in eund. Pſ. cum

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
mare, & omnia reptilia in eis.	*ria, & omne quod movetur in eis.*	terra, mare, & omnia quæ in eis ſunt. *Ex Mſ. Sangerm.*
36. Quoniam Deus ſalvam faciet Sion: & ædificabuntur civitates Juda.	*Quia Deus ſalvabit Sion, & ædificabit civitates Juda:*	36. Quoniam Deus ſalvam faciet Sion: & ædificabuntur civitates Judææ.
Et inhabitabunt ibi, & hæreditate acquirent eam.	*Et habitabunt ibi, & poſſidebunt eam.*	Et inhabitabunt ibi, & inhabitabunt ea.
37. Et ſemen ſervorum ejus poſſidebit eam; & qui diligunt nomen ejus, habitabunt in ea.	*Et ſemen ſervorum ejus poſſ.debit eam; & qui diligunt nomen ejus, habitabunt in ea.*	37. Semen ſervorum ejus poſſidebunt eam; & qui diligunt nomen ejus, inhabitabunt in eam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Pſalt. Coislin. & Corb. extremò leg. *mare, & omnia repentia in eo*; Aug. *repentia in eis*. Gr. θάλασσα, καὶ πάντα τὰ ἕρποντα ἐν αὐτοῖς.

℣. 36. Pſalt. Rom. Mediol. & Carnut. legunt cum Caſſiod. *civitates Judæ*; cæt. ut in Vulg. Item in Moz. Coislin. & Corb. *Judæ*; priora autem duo ita ferunt in fine: *hæreditate acquirunt eam*; Corb. *hæreditabunt eam*. Hilar. in hunc Pſ. ſic: *Quoniam Dominus ſalvificabit Sion: & ædific. civit. Jud.s. Et inhabitabunt in ea, & hæreditabunt terram*: at inf. in explic. bis ponit *Judææ*. Auguſt. in eund. Pſ. *Quoniam Deus ſalvam faciet*, &c. ſubinde ſcribit *Judæ*; reliqua ſiler: ſed l. cont. Jud. to. 8. 32. f. addit: *& inhabitabunt eam*. In Gr. conſtanter τῆς Ἰουδαίας; extremòque, καὶ κληρονομήσουσιν αὐτήν. Apud Hieron. tamen in Ezech. 16. to. 3. p. 808. f. legitur: *ædificabuntur civitates Judæ. Et habitabunt, & commorabuntur ibi. Et ſemen eorum in æternum dirigetur.* Vide etiam in Iſai. 65. col. 492. f. ubi iterum *civitates Judæ*.

℣. 37. Sic eſt in Pſalt. Corb. & apud Hilar. præter hoc primum, *& ſemen*: Hilar. quoque extremò hab. *inhabitabunt eam*. Pſalt. Rom. *Et ſemen..... poſſidebit eam..... inhabitabunt in ea*. Item in Mozarab. & Coislin. *inhabit. in ea*; ſicut ap. Caſſiod. in hunc Pſ. Ap. Auguſt. in eund. *Et ſemen ſervorum ejus obtinebunt eam; & qui... inhabitabunt in ea*: at l. cont. Jud. to. 8. col. 32. f. *poſſidebunt eam; & qui dilig.* &c. ut ſupra. Gr. Καὶ τὸ σπέρμα..... κατασκηνώσουσιν ἐν αὐτῇ.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
In finem, Pſalmus David, 1. In rememorationem, quòd ſalvum fecerit eum Dominus.	*Victori David Ad recordandum. LXX.*	* In finem, Pſalmus David, 1. In rememorationem, quòd ſalvum fecerit eum Deus. *Ex Mſ. Sangerm.*
LXIX.		LXIX.
2. DEus in adjutorium meum intende: Domine ad adjuvandum me feſtina.	*DEus ut liberes me, Domine ut auxilieris mihi feſtina.*	2. DOmine Deus in adjutorium meum intende.
3. Confundantur, & revereantur, qui quærunt animam meam:	*Confundantur, & erubeſcant, qui quærunt animam meam:*	3. Confundantur, & revereantur inimici mei:
4. Avertantur retrorsùm, & erubeſcant, qui volunt mihi mala:	*Convertantur retrorsùm, & erubeſcant, qui volunt malum mihi:*	4. Avertantur retrorsùm, & confundantur, qui cogitant mihi mala:
Avertantur ſtatim erubeſcentes, qui dicunt mihi: Euge, euge.	*Revertantur ad veſtigium confuſionis ſuæ, qui dicunt: Vah, vah.*	Avertantur ſtatim erubeſcentes, qui dicunt mihi: Euge, euge.
5. Exſultent & lætentur in te omnes qui quærunt te, & dicant ſemper: Magnificetur Dominus: qui diligunt ſalutare tuum.	*Gaudeant & lætentur in te omnes qui quærunt te: & dicant ſemper: Magnificetur Deus: qui diligunt ſalutare tuum.*	5. Exſultent & lætentur in te omnes qui quærunt te, & dicant ſemper: Magnificetur Dominus: qui diligunt ſalutarem tuum.
6. Ego verò egenus, & pauper ſum: Deus adjuva me.	*Ego autem egenus, & pauper: Deus feſtina pro me.*	6. Ego verò egenus, & pauper ſum: Deus adjuva me.
Adjutor meus, & liberator meus es tu: Domine ne moreris.	*Auxilium meum, & ſalvator meus tu: Domine ne moreris.*	Adjutor meus, & liberator meus es tu: Domine ne tardaveris Deus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

*℣. 1. Pſalt. Corb. & Rom. Fabri: *In finem, David, In rememoratione, quòd* (Corb. *eò quòd*) *ſalvum me fecit Dominus.* Rom. Martian. *In rememorationem, eò quòd ſalvum*, &c. Similiter Pſ. è Mſ. Vatic. ap. Hilar. niſi quòd habet, *In finem, Pſalmus David.* Mozar. *In finem, Pſ. David, In rememoratione, eò quòd ſalvum me fecit Deus.* Coislin. *In finem, David, In rememorationem*, abſque ſeqq. Hilarius in comment. *In rememoratione*; & infra, *In illum David Pſalmus, in finem.* Auguſt. hunc titulum prætermittit. Caſſiod. ſic habet cum Gr. *In finem, David, In rememorationem, quòd ſalvum me fecit Dominus.* Similiter in Pſalt. Carnut. *quod ſalvum me fecit Dominus.*

℣. 2. Concinunt Hilar. & Aug. in hunc Pſ. nec addunt plura; imo Aug. initio ipſo delet vocem *Domine*. Ita quoque in Gr. ad verbum. Pſalt. Rom. Martian. hab. *Domine Deus*; reliqua ut in Vulg. Rom. Fabri tollit 1. *Domine*. Carnut. & Corb. ferunt: *Domine Deus meus*, &c. abſque his de Vulg. *Domine ad adjuvand.* &c. Editt. tamen Ald. & Compl. ſubdunt: Κύριε εἰς τὸ βοηθῆσαί μοι σπεῦσον.

℣. 3. Pſalt. Rom. extremò addit cum Vulg. *qui quærunt animam meam.* Ita etiam Caſſiod. cum Pſalt. Coislin. A Vatic. autem ap. Hilar. abſunt iſta duo, *inimici mei*; nec ipſa refert Hilar. infra in comment. ſed tantùm ſeqq. *qui quærunt*, &c. Similiter ap. Auguſt. in hunc Pſ. ſicut etiam in Gr. In Pſalt. Corb. *Confundantur, & revereantur omnes inimici mei, qui*, &c.

℣. 4. Sic eſt in Pſalt. Mozarab. Item in Rom. & Coislin. præter unum *erubeſcant*, loco *confundantur*. Sic etiam ap. Hilarium, Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſalm. necnon in Miſſali Rom. ad Introit. Dom. XII. poſt. Pent. Pſalmus verò è Mſ. Vat. ap. Hilar. hab. *& erubeſcant, qui volunt mihi mala.* Itidem in Pſalt. Corb. ſubnexis his: *Avertantur ſtatim, & erubeſcant, qui dicunt*, &c. Gr. Ἀποστραφήσαν εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ καταισχυνθείησαν οἱ βουλόμενοί μοι κακά, &c. ut ſupra.

℣. 5. A Pſalt. Rom. & Coislin. abeſt hoc, *in te omnes*. At in Moz. & apud Caſſiod. exſtat: *in te omnes qui quærunt te Domine*, &c. In Rom. ſimiliter additur *Domine*. Apud Hilar. in hunc Pſ. omnia ut in Vulg. Ap. Aug. verò in eund. ſic: *Exſultent & jocundentur in te omnes qui quærunt te, & dicant*, &c. ubique *ſalutare*, non *ſalutarem*. In Gr. Ἀγαλλιάσασαι καὶ εὐφρανθήτωσαν ἐπὶ σοὶ πάντες οἱ ζητοῦντές σε, καὶ λεγέτωσαν..... ὁ Θεός· οἱ ἀγαπῶντες τὸ, &c.

℣. 6. Sic in Pſalt. Rom. eſt, ſed abſque ultima voce *Deus*. Pſalm. è Mſ. Vatic. apud Hilar. *Adjutor meus, & liberator meus eſto: Domine ne tardaveris*. Pſalt. Coislin.

Digitized by Google

NOTA AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Adjutor, & liberator meus eſto : Domine Deus meus ne tardaveris. Mozarab. *Ego verò egenus* (inſ. *egeus*,) *& pauper ſum : Dominus curam habet mei. Adjutor, & liberator meus es tu : Domine ne tardaveris.* Corb. *Ego verò egenus, & pauper : Deus adjuva me. Adjutor meus, & liber. meus eſto : Domine ne tardaveris Deus.* Apud Hilar. in hunc Pſ. *Ego autem egenus, &..... Deus adjuva me. Adjutor meus, & lib. meus tu : Domine ne tardaveris ;* Mſ. Reg. ibid. cum editt. antiq. *adjuvat me.* Apud Auguſt. in eund. Pſ. *Ego verò egenus, & pauper :* (inſ. add. *ſum :*) *Deus adjuva me. Adjutor, & erutor meus es tu : Domine ne tardaveris ;* infra deeſt hoc, *& erutor.* Apud Caſſiod. ut in Vulg. præter illa : *Deus adjuvat me..... Domine ne tardaveris.* In Gr. Ἐγὼ δὲ πτωχὸς (Ald. & Compl. πτωχός εἰμι,) καὶ πένης· ὁ Θεὸς βοήθησόν μοι. Βοηθός μου, καὶ ῥύστης μου εἶ σύ· Κύριε μὴ χρονίσῃς.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR. LXXI.	VULGATA HOD.
In Mſ. Sangerm. * In finem, Pſalmus ipſi David,		Pſalmus David,
1. Filiorum Jonadab, & priorum captivorum. LXX.		1. Filiorum Jonadab, & priorum captivorum. LXX.
** DOmine Deus in te ſperavi, non confundar in æternum : 2. in tua juſtitia libera me, & eripe me.	*IN te Domine ſperavi, non confundar in æternum : in juſtitia tua erue me, & libera me.*	IN te Domine ſperavi, non confundar in æternum : 2. in juſtitia tua libera me, & eripe me.
Inclina ad me aurem tuam, & libera me.	*Inclina ad me aurem tuam, & ſalva me :*	Inclina ad me aurem tuam, & ſalva me.
3. Eſto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum : ut ſalvum me facias :	*Eſto mihi robuſtum habitaculum, ut ingrediar jugiter : præcepiſti ut ſalvares me :*	3. Eſto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum : ut ſalvum me facias :
Quoniam firmamentum meum, & refugium meum es tu.	*Quia petra mea, & fortitudo mea es tu.*	Quoniam firmamentum meum, & refugium meum es tu.
4. Deus meus erue me de manu peccatoris, & de manu iniqui, & contra legem agentis :	*Deus meus ſalva me de manu impii : de manu iniqui & nocentis :*	4. Deus meus eripe me de manu peccatoris, & de manu contra legem agentis & iniqui :
5. Quoniam tu es patientia mea Domine : ſpes mea à juventute mea.	*Quia tu es exſpectatio mea : Domine Deus fiducia mea ab adoleſcentia mea.*	5. Quoniam tu es patientia mea Domine : Domine ſpes mea à juventute mea.
6. In te confirmatus ſum de ventre : de utero matris meæ quoniam tu es protector meus.	*A te ſuſtentatus ſum ex utero : de ventre matris mea tu es protector meus.*	6. In te confirmatus ſum ex utero : de ventre matris meæ tu es protector meus.
In te decantatio mea ſemper : 7. tanquam prodigium factus ſum multis : & tu adjutor firmus.	*In te laus mea jugiter : quaſi portentum factus ſum multis, & tu ſpes mea Fortiſſime.*	In te cantatio mea ſemper : 7. tanquam prodigium factus ſum multis : & tu adjutor fortis.
8. Repleatur os meum laudem tuam, ut benedicam gloriam tuam ; tota die magnificentiam tuam.	*Impleatur os meum laude tua ; tota die magnitudine tua.*	8. Repleatur os meum laude, ut cantem gloriam tuam ; tota die magnitudinem tuam.
9. Ne projicias me in tempore ſenectutis : cùm deficit	*Ne projicias me in tempore ſenectutis : cùm defecerit fortitudo*	9. Ne projicias me in tempore ſenectutis : cùm defecerit virtus

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* ℣. 1. Pſalt. Rom. delet hoc, *In finem*, cum voce *ipſi ;* reliqua ut ſupra. In Corb. deeſt tantùm *ipſi.* Coislin. habet cum Caſſiod. *David Pſalmus, Filiorum Jonadab*, &c. ut ſup. Mozarab. *In finem, Pſalmus David, Filiorum Aminadab, qui fuerunt in captivitate.* Auguſt. *Ipſi David, Filiorum Jonadab, & eorum qui primi captivi ducti ſunt.* Caſſiod. ut in Vulg. Gr. Τῷ Δαυὶδ, Υἱῶν Ἰωναδὰβ, καὶ τῶν πρώτων αἰχμαλωτισθέντων. Ald. & Compl. Τῷ Δαυὶδ Ψαλμὸς, τῶν, &c.

** Pſalt. Rom. Corb. Carnut. Coislin. Mediol. & Moz. *Deus in te ſperavi Domine, non conf.* &c. Similiter apud Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. ab uno tamen Mſ. Aug. abeſt *Deus ;* Aug.que infra bis hanc vocem omittit. In Gr. Ἐπὶ Coi Κύριε ἤλπισα, μὴ, &c.

℣. 2. Sic eſt in Pſalt. Rom. & Moz. Sic etiam in Coislin. ſi hoc primum excipias, *& in tua juſtitia.* Ap. Aug. in hunc Pſ. *in tua juſtitia erue me, & exime me. Inclina ad me..... & ſalvum me fac.* Caſſiod. in eund. Pſ. *in tua juſt. lib. me, & eripe me. Inclina aurem tuam ad me, & libera me.* Gr. ἐν τῇ δικαιοσύνῃ Coυ ῥῦσαί με, καὶ ἔξελοῦ με. Κλῖνον πρὸς μὲ..... καὶ Cῶσόν με.

℣. 3. Ita legunt Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum vet. Pſalt. & Gr. unus Aug. hab. *ſalvum facias me.* Pſalt. Corb. tollit &, poſt *protectorem.*

℣. 4. Auguſt. in hunc Pſ. *Deus meus erue me de manu peccatoris, de manu legem prætereuntis & iniqui ;* & infra, *libera me de manu.* Caſſiod. in eund. Pſ. Vulgatæ ſuffragatur cum Pſalt. Rom. &c. Itidem Corb. niſi quòd tollit &, poſt vocem *peccatoris.* In Gr. ἐκ χειρὸς παρανομοῦντος καὶ ἀδικοῦντος.

℣. 5. Ita Pſalt. Rom. cum Moz. & Corb. Ita quoque Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. In Gr. vox Κύριε geminatur.

℣. 6. Pſalt. Rom. cum Coislin. *In te confirm. ſum ex utero : de ventre matris meæ tu es meus protector. In te decantatio mea ſemper.* Corb. *In te confirm. ſum de ventre : ex utero matris meæ tu es protector meus. In te decantatio mea ſemper.* Ambroſ. l. 2. de interpel. Dav. c. 6. to. 1. col. 646. e. *In te confirmatus ſum ex utero : de ventre matris meæ tu es prot. meus :* & l. 2. de Spir. S. c. 8. col. 648. e. *In te commemoratio mea ſemper.* Breviar. Moz. *In te eſt decantatio mea ſemper.* Apud Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. ut in Vulg. In Gr..... ἀπὸ γαστρός· ἐκ κοιλίας μητρός μου Cύ μου εἶ σκεπαστής. Ἐν Coὶ ἡ ὕμνησίς μου διαπαντός.

℣. 7. Sic in Pſalt. Corb. ad verbum. Ir aliis autem ut in Vulg. Similiter apud Caſſiod. in hunc Pſ. & in Græco. Ap. Auguſt. in eund. Pſ. id unum variat, *ſed tu adjutor fortis.*

℣. 8. Pſalt. Corb. *Repleatur os meum laudem tuam, ut poſſim cantare gloriam tuam : tota die magnificentia tua.* Rom. *Repleatur os meum laude tua, ut poſſim cantare gloriam tuam ; tota die magnificentiam tuam.* Sic etiam in Coislin. ad verbum, ut & ap. Caſſiod. Item in Mozarab. præter hoc ult. *magnificentias tuas.* Apud Ambr. epiſt. 41. to. 2. col. 960. b. *Repleatur os meum laude tua, & cantem gloriam tuam :* at in Pſ. 118. to. 1. 1251. e. ſic, *laude, ut cantem.* Ap. Aug. in eund. Pſ. *Repleatur os meum laude, ut hymno dicam gloriam tuam ; tota die magnificentiam tuam.* In Pſalt. Mediol. & Carnut. ut ſupra, *laude tua, ut poſſim cantare.* In Gr..... αἰνέσεως, ὅπως ὑμνήσω τὴν..... μεγαλοπρέπειάν Cυ.

℣. 9. Pſalt. Coislin. *Non projicias me ;* Rom. *Ne projicias..... dum defecerit virtus mea, Deus ne*, &c. Mozarab. & *cùm defecerit.* Aug. in hunc Pſ. cum Pſalt. Corb. *cùm*

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
mea, ne derelinquas me.	*mea, ne derelinquas me.*	virtus mea, ne derelinquas me. *Ex Mſ. Sangerm.*
10. Quia dixerunt inimici mei mihi: & qui cuſtodiebant animam meam, conſilium fecerunt in unum,	*Quia dixerunt inimici mei mihi: & qui obſervabant animam meam, inierunt conſilium pariter,*	10. Quia dixerunt inimici mei mihi: & qui cuſtodiebant animam meam, conſilium ſunt in unum,
11. Dicentes: Deus dereliquit eum, perſequimini, & comprehendite eum: quia non eſt qui eripiat.	*Dicentes: Deus dereliquit eum, perſequimini, & comprehendite eum: quia non eſt qui eruat.*	11. Dicentes: Deus dereliquit eum, perſequemini, & comprehendite eum: quia non eſt qui eripiat eum.
12. Deus ne elongeris à me: Deus meus in auxilium meum reſpice.	*Deus ne elongeris à me: Deus meus ad auxilium meum feſtina.*	12. Ne elonges à me: Deus meus in adjutorium meum reſpice.
13. Confundantur, & deficiant detrahentes animæ meæ: operiantur confuſione & pudore qui quærunt mala mihi.	*Confundantur, conſumantur adverſarii animæ meæ: operiantur opprobrio & confuſione, qui quærunt malum mihi.*	13. Confundantur, & deficiant detrahentes animæ meæ: operiantur confuſionem & pudorem qui quærunt mala mihi.
14. Ego autem ſemper ſperabo: & adjiciam ſuper omnem laudem tuam.	*Ego autem jugiter exſpectabo, & adjiciam ſuper omnem laudem tuam.*	14. Ego autem ſemper ſperabo: & adjiciam ſuper omnem laudem tuam.
15. Os meum annuntiabit juſtitiam tuam; tota die ſalutare tuum.	*Os meum narrabit juſtitiam tuam, tota die ſalutare tuum:*	15. Os meum pronunciavit juſtitiam tuam Domine; tota die ſalutarem tuum.
Quoniam non cognovi litteraturam, 16. introibo in potentias Domini: Domine memorabor juſtitiæ tuæ ſolius.	*Quia non cognovi litteraturas: ingrediar in fortitudines Domini Dei: recordabor juſtitiæ tuæ ſolius.*	Quia non cognovi negotiationes, 16. intrabo in potentia tua Domine: Domine memorabor juſtitiæ tuæ ſolius.
17. Deus docuiſti me à juventute mea: & uſque nunc pronunciabo mirabilia tua:	*Deus docuiſti me ab adoleſcentia mea, & uſque nunc annuntiabo mirabilia tua.*	17. Deus docuiſti me ex juventute mea: & uſque nunc pronunciabo mirabilia tua.
18. Et uſque in ſenectam & ſenium: Deus ne derelinquas me,	*Inſuper & uſque ad ſenectutem & canos Deus ne derelinquas me,*	18. Et uſque in ſenecta mea & ſenium Deus ne derelinquas me,
Donec annuntiem brachium tuum generationi omni, quæ ventura eſt;	*Donec annuntiem brachium tuum generationi, cunctiſque qui venturi ſunt;*	Donec adnuntiem brachium tuum omni generationi ſuperventuræ;

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

deficiet. Caſſiod. ut in Vulgata. Græc. Μὴ ἀπορρίψῃς με εἰς καιρὸν γήρους· ἐν τῷ ἐκλείπειν τὴν, &c.

℣. 10. Mendum fortaſſe librarii eſt *conſilium ſunt*; legendum fortè *conſiliati ſunt*. Apud Auguſt. & Caſſiod. *conſilium fecerunt*, ut in Vulg. Itidem in Pſalt. Rom. ſupra tamen legitur, *inimici mei mala mihi*. In Gr. ἐβουλεύσαντο, abſque voce *mala*, poſt *inimici mei*.

℣. 11. Sic habet Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Corb. Coislin. & Moz. ſi excipias unum *perſequimini*. Ap. Auguſt. in eund. Pſ. *quia non eſt qui eruat eum*. In Gr. καταλάβετε..... ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ ῥυόμενος.

℣. 12. Sic in Pſalt. Corb. præfixo nomine *Deus*. In Rom. & Coislin. *Deus meus ne elonges à me*; reliqua ut in Vulg. Sic etiam in Mozar. cum hoc, *in adjuterium meum*, ut ſupra. Apud Hieron. epiſt. ad Sun. & Fret. to. 2. 643. f. *Deus ne elongeris à me*; ſtatimque: *Quod dicitis in Gr. poſitum*, Deus meus, *ſuperfluum eſt*. Apud. Aug. in hunc Pſ. *Domine Deus meus ne elonges à me: Deus meus in adjuterium meum*, &c. Ap. Caſſiod. *Deus ne elongeris.....in adjuterium*, &c. In Gr. ed. Rom. Ὁ Θεὸς μὴ μακρύνῃς..... εἰς τὴν βοήθειάν μου πρόσχες· in Ald. & Compl. initio, Ὁ Θεός μου μὴ, &c.

℣. 13. Ita in Pſalt. Rom. & ap. Caſſiod. exceptis his, *confuſione & pudore*; in Mozarab. *confuſione & reverentia*. In Corb. *Confund. & deficiant inimici mei, detrahentes animæ meæ*, &c. ut in Vulg. Apud Auguſt. in hunc Pſ. *Confund. & deficiant committentes animam meam: induantur confuſionem & verecundiam qui cogitant mihi mala*. In Gr..... οἱ ἐνθυμούμενοι τὴν ψυχήν μου· περιβαλέσθωσαν αἰσχύνην καὶ ἐντροπὴν οἱ ζητοῦντες τὰ κακά μοι.

℣. 14. Pſalt. Rom. *Ego autem in te ſperabo Domine*: & *adjiciam*, &c. Similiter in Mozar. Mediolan. & Carnut. ſed abſque *Domine*. In Coislin. *Ego autem ſemper in te ſperabo*: &, &c. In Corb. *Ege autem ſemper ſperabo in te*, &c. Ita quoque apud Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. In Gr. Ἐγὼ δὲ διαπαντὸς ἐλπιῶ· καὶ, &c. in Ald. & Compl. ἐλπιῶ ἐπὶ σε καὶ, &c.

℣. 15. Pſalt. Rom. & Corb. hab. *pronunciabit*, abſque ſeq. *Domine*; ſubinde *ſalutare tuum*. *Quia non cognovi negotiationes*. Item Mozar. ſcribit *pronunciabit*, tollitque *Domine*; ſed addit, *tota die laudem tuam*, cæt. ut in textu. Coislin. *Os meum pronunciavit juſt. tuam; tota die ſalutem tuam*. Deinde in Mediolan. & Carnut. *Quia non cognovi negotiationem*. Apud Auguſt. in hunc Pſ. *Os meum enunciabit juſt. tuam; tota die ſalutem tuam. Quoniam non cog. negotiationes*. Apud Caſſiod. in eund. Pſ. *Os meum pronunciavit..... tota die ſalutare tuum. Quia non cogn. negotiationes*. In Gr. Τὸ στόμα μου ἐξαγγελεῖ... τὴν σωτηρίαν σου. Ὅτι οὐκ ἔγνων πεζαμαθείας· in Ald. & Compl. γεμματείας· & ſanè Auguſt. obſervat loco cit. col. 730. g. *in quibuſdam exemplaribus* legi, *Quoniam non cognovi litteraturam. Ubi*, inquit, *alii codices habent* negotiationem, *ibi alii* litteraturam. Auct. l. de promiſſ. p. 3. col. 177. leg. *non cognovi negotiationem*. Auct. op. imp. in Matth. hom. 38. *non cognovi negotiationes*.

℣. 16. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. legunt cum Pſalt. Corb. *Introibo in potentiam Domini*, &c. ut in Vulg. Rom. *in potentias*; Auct. l. de promiſſ. p. 3. col. 177. *in potentiam*; Gr. ὡς δυναστείᾳ Κυρίου, &c.

℣. 17. Sic in Pſalt. Corb. eſt. Ita quoque ap. Aug. in hunc Pſ. ſi excipias verbum *annuntiabo*. Pſalt. Mozarab. cum Coislin. hab. *Docuiſti me Deus à..... pronunciabo*, &c. Caſſiod. cum Rom. ut in Vulg. Græc. Ἐδίδαξάς με ὁ Θεὸς ἐκ... ἀπαγγελῶ, &c. edd. verò Ald. & Compl. Ὁ Θεός μου ἃ ἐδίδαξάς με ἐκ, &c. Hieron. ep. ad Sun. & Fret. to. 2. 646. a. conſtanter legit: *Deus docuiſti me ex*, &c. *Quod autem*, inquit, *apud Græcos inveniſſe vos dicitis*, Deus meus, *ſuperfluum eſt* meus. Auct. op. imp. in Matth. hom. 38. p. 139. a. *Domine, quàm docuiſti me ex juventute mea!*

℣. 18. Pſalt. Corb. *Et uſque in ſenecta & ſenium Deus ne derelinquas me, donec annunt..... generationi omnium, quæ ventura eſt*, &c. Moz. *Et uſque ad ſenectam & ſenium*, &c. ut in Vulg. Rom. cum Caſſiod. eidem Vulgatæ congruit ad verbum. Tertul. verò l. cont. Prax. p. 848. b. leg. *Ne dereliqueris me, donec annuntiem brach. tuum nativitati univerſæ venturæ*. Auguſt. in hunc Pſ. *Et uſque in ſenectam*; poſt paulò autem: *Ad ſenectam Domine ne derelinquas me, donec annunt... generationi omni ſuperventuræ*, &c. Gr. Καὶ ἕως γήρους... ὁ Θεος μὴ ἐγκαταλίπῃς με, ἕως ἄν... τὸν βραχίονά σου πάσῃ τῇ γενεᾷ τῇ ἐρχομένῃ. Hieron. ep. ad Sun. & Fret. to. 2. 646. a. ad hæc verba, *donec annunt. brachium tuum*, addit: *Et dicitis vos in Græco reperiſſe*, mirabilia tua, *quod de ſuperiori verſiculo eſt*, & uſque nunc pronunciabo mirabilia tua: *bene ergo hîc habet* brachium.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Potentiam tuam, 19. & juſtitiam tuam uſque in altiſſimis, quæ feciſti magnalia: Deus quis ſimilis tibi?	*Fortitudinem tuam, & juſtitiam tuam Deus uſque in excelſam; quanta feciſti magnalia: Deus quis ſimilis tibi?*	Potentiam tuam, 19. & juſtitiam tuam Deus uſque in altiſſima, quæ feciſti magnalia: Deus quis ſimilis tibi?
20. Quantas oſtendiſti mihi tribulationes multas, & malas? & converſus vivificaſti me, & de abyſſis terræ iterum reduxiſti me.	*Quia oſtendiſti nobis tribulationes plurimas & malas, & converſus vivificabis nos, & de abyſſis terræ rurſum educes nos.*	20. Quantas oſtendiſti mihi tribulationes multas, & malas: & converſus vivificaſti me, & de abyſſis terræ iterum reduxiſti me:
21. Multiplicaſti juſtitiam tuam: & converſus conſolatus es me, & à profundis iterum reduxiſti me.	*Multiplicabis magnitudinem meam, & converſus conſolaberis me.*	21. Multiplicaſti magnificentiam tuam: & converſus conſolatus es me.
22. Et ego confitebor tibi in populis Domine, in vaſis pſalmorum veritatem tuam: & pſallam tibi Deus in citharа, ſanctus Iſraël.	*Ego autem confitebor tibi in vaſis pſalterii veritatem tuam, Deus meus: cantabo tibi in citharа, ſancte Iſraël.*	22. Nam & ego confitebor tibi in vaſis pſalmi veritatem tuam: Deus pſallam tibi in citharа, ſanctus Iſraël.
23. Exſultabunt labia mea cùm cantavero tibi; & anima mea, quam redemiſti.	*Laudabunt labia mea cùm cantavero tibi; & anima mea, quam redemiſti.*	23. Exſultabunt labia mea cùm cantavero tibi; & anima mea, quam redemiſti.
24. Inſuper & lingua mea meditabitur tota die juſtitiam tuam: cùm confuſi & reveriti fuerunt qui quærunt animam meam.	*Inſuper & lingua mea tota die meditabitur juſtitiam tuam: quia confuſi ſunt & dehoneſtati, quærentes malum mihi.*	24. Sed & lingua mea tota die meditabitur juſtitiam tuam: cùm confuſi & reveriti fuerint qui quærunt mala mihi.

Ex Mſ. Sangerm.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 19. Ita in Pſalt. Corb. addita voce *Deus*, ad *juſt. tuam*. In Mozarab. ſic: *& juſtitiam tuam Deus uſque in altiſſimum*, &c. Apud Auguſt. in hunc Pſ. *& juſt. tuam uſque in altiſſima*, &c. Sic etiam ap. Caſſiod. & in Pſalt. Rom. cum hoc, *juſtitiam tuam Deus*. Auguſt. infra leg. *Domine quis ſimilis tibi?* Græc. ἡ τὴν δικαιοσύνην σε ὁ Θεὸς ἕως ὑψίστων..... ὁ Θεὸς τίς, &c.

℣. 20. Ita Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. In Mozarab. & Corb. ſic: *Quia oſtendiſti mihi*, &c. Rurſum in Corb. ut in Coislin. *& de abyſſo terræ*, &c. In Gr. Ὅσας ἔδειξάς μοι..... ἡ ἐκ τῶν ἀβύσσων, &c.

℣. 21. In Pſalt. Rom. & Coislin. necnon ap. Caſſiod. *Multiplicaſti juſtitiam tuam: & converſus exhortatus es me:* ſubnexa deſunt: abſunt pariter à Mozar. ubi ſic: *Multiplicaſti ſuper me magnificentiam*, &c. ut in Vulg. In Mediol. verò: *Multiplicaſti juſtitiam tuam ſuper me: & converſus exhortatus es me, & de abyſſis terræ iterum reduxiſti me.* Itidem in Carnut. & Corb. dempto uno *ſuper me*: Corb. tamen hab. inf. *& ab inferis*, loco *de abyſſis terræ*. Auguſt. in hunc Pſ. concinit cum Carnut. niſi quòd leg. *conſolatus*, pro *exhortatus*. Exinde ait: *Ecce alterum* iterum: *ſi hoc* iterum *ſolvere laboramus ſemel poſitum, quis poterit ſolvere geminatum?* vide etiam inf. col. 741. f. g. Græc. Auguſtino conſonat ad verbum.

℣. 22. Pſalt. Rom. cum Coislin. *Et ego confitebor tibi in vaſis pſalmorum veritatem tuam: pſallam tibi in citharа Deus, ſanctus Iſraël.* Mozarab. *Et ego confit. tibi in vaſis pſalmorum verit. tuam: Deus pſallam tibi in cith. ſancte Iſraël.* Similiter in Corb. præter iſta: *pſallam tibi Deus in citharа, ſanctus Iſraël.* Ambr. quoque in Pſ. 1. & 40. col. 742. d. 883. c. hab. *in vaſis pſalmorum.* Item in Luc. 7. col. 1386. c. *pſallam tibi in citharа, ſanctus Iſraël:* & in Pſ. 38. col. 858. f. *Deus, ſanctus Iſraël:* at in Pſ. 40. & 118. col. 884. b. 1053. c. *pſallam tibi Deus in cith. ſanctus Iſraël:* & l. 1. de fide, to. 2. 470. b. *pſallam tibi in cith. Deus Iſraël.* Ap. Auguſt. in hunc Pſ. *Etenim ego confitebor*, &c. ut in Vulg. omiſſa voce *Deus*. Apud Caſſiod. in eund. Pſ. & in Pſ. 2. *Ego autem confit. tibi in vaſis pſalmorum verit. tuam: pſallam tibi Deus in cith.* &c. In Gr. Καὶ γὰρ ἐγὼ..... σοι ἐν σκεύει ψαλμοῦ, &c. ut in Vulg. Ald. & Compl. ἐν σκεύεσι.

℣. 23. Pſalt. Corb. *Gaudebunt labia mea cùm cantavero tibi*, &c. Rom. cum Coislin. & Moz. *Gaudebunt labia mea dum cantavero tibi*, &c. Concinit Ambr. in Pſ. 1. col. 742. d. & in Pſ. 38. col. 858. f. & in Pſ. 40. col. 884. b. & in Pſ. 118. col. 1053. c. & in Luc. 7. col. 1386. c. & l. 1. de fide, to. 2. 470. b. niſi quòd plerumque habet *cùm*, ſemel tantùm *dum*. Auguſt. in Pſ. 70. *Exſultabunt labia mea cùm pſallam tibi*, &c. Caſſiod. in eund. Pſ. *Gaudebunt labia mea dum*, &c. Græc. Ἀγαλλιάσονται τὰ χείλη μου ὅταν ψάλλω σοι, &c.

℣. 24. A Pſalt. Rom. hoc abeſt, *tota die*; ſubinde legitur, *dum confuſi*; cæt. ut in Vulg. ſimiliter in Mozarab. & Coislin. hoc tamen poſterius hab. *cùm confuſi*. Carnut. & Corb. *animam meam*, ut ſup. loco *mala mihi*. Caſſiod. in hunc Pſ. Vulgatæ ſuffragatur ad verbum. Apud Aug. verò ſic: *Adhuc autem & lingua mea tota die meditab. juſt. tuam: cùm confuſi fuerint & erubuerint qui quærunt mala mihi;* inf. *mihi mala*. In Gr. Ἔτι δὲ καὶ ἡ γλῶσσά μου ὅλην τὴν ἡμέραν..... ὅταν αἰσχυνθῶσι καὶ ἐντραπῶσιν οἱ ζητοῦντες τὰ κακά μοι.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
1. In Solomonem Pſalmus. LXXI.	*Salomoni. LXXII.*	Pſalmus, 1. In Salomonem. LXXI.
2. DEus judicium tuum regi da: & juſtitiam tuam filio regis:	*DEus judicium tuum regi da, & juſtitiam tuam filio regis:*	2. DEus judicium tuum regi da: & juſtitiam tuam filio regis:
Judicare populos in tua juſtitia, & pauperes tuos in judicio.	*Judicabit populum tuum in juſtitia, & pauperes tuos in judicio.*	Judicare populum tuum in juſtitia, & pauperes tuos in judicio.
3. Suſcipiant montes pacem	*Aſſument montes pacem populo,*	3. Suſcipiant montes pacem po-

Ex Mſ. Sangerm.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic Ambroſ. de apol. Dav. to. 1. 713. d. & Auguſt. in hunc Pſ. cum Pſalt. Corb. Rom. verò cum Caſſiod. hab. *Pſalmus In Salomonem.* Mozar. *Salomonis Pſalmus*, Coislin. *In finem, Pſalmus In Salomone.* Gr. ſimpliciter, Εἰς Σαλωμών. Ald. & Compl. Σαλωμὼν Ψαλμὸς τῷ Δαυίδ.

℣. 2. Sic hab. Tertul. l. 5. adv. Marc. p. 791. b. & Novat. de Trin. p. 1036. a. uſque ad *Judicare*. Pſalt. Rom. addit *populum in tua juſtitia*, &c. Mozarab. *populum tuum cum juſtitia.* Coislin. cum Caſſiod. *populum tuum in tua juſtitia*, &c. Cypr. l. 2. Teſtim. p. 297. b. & l. 3. p. 316. b. Vulgatæ congruit; ſicut etiam Aug. & Gr.

℣. 3. Similiter hab. Pſalt. Moz. *populo tuo;* addit verò, *& colles juſtitiam tuam.* Itidem in Rom. Mediol. & Carnut. & apud Caſſiod. ſed abſque ult. voce *tuam.* In Coislin. *Suſ-*

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
pulo, & colles juſtitiam.	*& colles juſtitiam.*	populo tuo, & colles in juſtitia. *Ex Mſ. Sangerm.*
4. Judicabit pauperes populi, & ſalvos faciet filios pauperum: & humiliabit calumniatorem.	*Judicabit pauperes populi, ſalvabit filios pauperis: & confringet calumniatorem.*	4. Judicavit pauperes plebis ſuæ, & ſalvabit filios pauperum: & humiliavit calumniatorem.
5. Et permanebit cum ſole, & ante lunam, in generatione & generationem.	*Et timebunt te quandiu erit ſol, & ultra lunam, in generatione generationum.*	5. Et permanebit cum ſole, & ante lunam, in ſæculum ſæculi.
6. Deſcendet ſicut pluvia in vellus: & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.	*Deſcendet ut pluvia ſuper vellus: ut ſtillæ irrorantes terram.*	6. Et deſcendet ſicut pluvia in vellere: & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.
7. Orietur in diebus ejus juſtitia, & abundantia pacis: donec auferatur luna.	*Germinabit in diebus ejus juſtitia, & multitudo pacis: donec non ſit luna.*	7. Orietur in diebus ejus juſtitia, & multitudo pacis: donec extollatur luna.
8. Et dominabitur à mari uſque ad mare; & à flumine uſque ad terminos orbis terrarum.	*Et dominabitur à mari uſque ad mare; & à flumine uſque ad terminos terræ.*	8. Et dominabitur à mari uſque ad mare; & à flumine uſque ad terminos orbis terræ.
9. Coram illo procident Æthiopes: & inimici ejus terram lingent.	*Ante eum procident Æthiopes, & inimici ejus pulverem lingent.*	9. In conſpectu ejus procedent Æthiopes: & inimici ejus terram lingent.
10. Reges Tharſis, & inſulæ munera offerent: reges Arabum & Saba dona adducent:	*Reges Tharſis, & inſulæ munera offerent: reges Arabiæ & Saba tributum conferent:*	10. Reges Tharſis, & inſulæ munera adferent: reges Arabum & Saba dona adducent:
11. Et adorabunt eum omnes reges terræ: omnes gentes ſervient ei:	*Et adorabunt eum omnes reges: univerſæ nationes ſervient ei:*	11. Et adorabunt eum omnes reges terræ: omnes gentes ſervient ei:
12. Quia liberabit pauperem à	*Quia eruet pauperem à potente;*	12. Quia eruit egenum à

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

cipiant montes pacem populi ſui; in Corb. *populo tuo: & colles juſtitiam:* deinde, *In ſua juſtitia*, &c. ut inf. ℣. 4. Apud Optat. l. 2. cont. Donat. ſicut ap. Aug. in hunc Pſ. *Suſcip. montes pacem populo*, & *colles juſtitiam.* Obſervat tamen Auguſt. ibid. alios codices habere: *Suſcipiant montes pacem populo*, & *colles*; atque *in his codicibus illud* ſequi: *In juſtitia judicabit paup. populi:* at inquit, *Illi magis codices approbantur, qui habent quod ſupra expoſuimus:* Suſcipiant... & colles juſtitiam: *aliqui autem habent* populo tuo; *aliqui non habent* tuo, *ſed tantummodo* populo. Gr. Ἀναλαβέτω τὰ ὄρη... τῷ λαῷ σου, καὶ οἱ βουνοί· deinde, Ἐν δικαιοσύνῃ κρινεῖ, &c.

℣. 4. Pſalt. Rom. Corb. & Coislin. *In ſua juſtitia judicabit pauperes hujus populi*, & *ſalvos faciet*, &c. ut in Vulg. ſic etiam in Moz. & Carnut. & apud Caſſiod. ſi demas voculam *hujus.* Apud Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 707. b. ſic: *Juſtitiâ judicabit mendicos populi*, & *faciet ſalvos filios pauperum.* Apud Auguſt. necnon Chromat. Aquil. in Matth. p. 978. b. ut in Vulg. In Gr. Ἐν δικαιοσύνῃ κρινεῖ τοὺς πτωχοὺς τοῦ λαοῦ, καὶ σώσει, &c.

℣. 5. Sic eſt in Pſalt. Rom. & Moz. necnon apud Caſſiod. At in Coislin. ſic: *cum ſole*, & *ante luna*, *in ſæcula ſæculorum.* Apud Hilar. l. 12. de Trin. col. 1129. d. & *ante lunam*, *generationes generationum.* Similiter hab. Auguſt. in hunc Pſ. col. 747. a. Ambr. verò de apol. Dav. to. 1. 713. d. *cum ſole*, & *ante lunam*, *in ſæcula ſæculorum.* Sic etiam in Pſalt. Corb. Auguſt. loco cit. ita refert: *Et permanebit ſoli, vel permanebit cum ſole:* tum addit: *ſic enim melius interpretandum quidam noſtri putaverunt, quod in Græco eſt* Συμπαραμενεῖ· *quod ſi Latinè uno verbo dici poſſet*, compermanebit *dicendum eſſet: ideo quia Latinè verbum non poteſt dici, ut ſaltem ſententia exprimeretur, dictum eſt* permanebit cum ſole; *nihil eſt enim aliud* compermanebit ſoli, *quàm* permanebit cum ſole: & infra: *Quod eſt in Græco* γενεὰς γενεῶν, *nonnulli interpretati ſunt, non* generationes, *ſed* generationis generationum, *quia* γενεὰς *ambiguus eſt caſus in Græco.* In edit. Rom. ſimiliter: Καὶ Συμπαραμενεῖ τῷ ἡλίῳ, καὶ πρὸ τῆς σελήνης, γενεὰς γενεῶν.

℣. 6. Pſalt. Rom. & Coislin. cum Hilar. in Pſ. 67. col. 196. c. *Et deſcendet ſicut pluvia in vellus*, &c. ut ſupra. Ita etiam Ambroſ. l. de vid. to. 2. 190. f. ſed abſque &, ante *deſcendet:* at l. de Spir. S. 601. e. legit *deſcendit*, &c. Lactant. l. 4. Inſtit. c. 16. p. 579. *Deſcendet ſicut pluv. in vellus:* & *orietur in*, &c. omiſſo verſiculo intermedio. Tertul. verò l. 5. adv. Marc. p. 791. b. *Deſcendit tanquam imber ſuper vellus:* & *velut ſtillæ deſtillantes in terram.* Auguſt. in hunc Pſ. *Et deſcendet ſicut pluvia in vellus:* & *ſicut guttæ ſtillantes ſuper terram.* Caſſiod. ut in Vulg. hoc excepto, *Et deſcendet.* In Pſalt. Corb. *Deſcendit..... in vellere:* & *ſicut ſtillicidia..... ſuper terra.* In Gr. Καταβήσεται..... ἐπὶ πόκον· καὶ ὡσεὶ σταγόνες στάζουσαι ἐπὶ τὴν γῆν.

℣. 7. In Pſalt. Rom. & ap. Caſſiod. *abundantia pacis: donec extollatur luna.* Itidem in Coisl. Mediol. Carnut. Corb. & Moz. Sic etiam apud Lact. l. 4. Inſtit. c. 16. p. 579. Item ap. Ambr. l. 4. Hex. to. 1. 77. f. & in Pſ. 43. col. 887. f. at in Pſ. 36. col. 788. a. ut in textu, & *multitudo pacis: donec extollatur luna.* Apud Hieron. in Iſai. 52. to. 3. 378. e. & *multitudo pacis: donec auferatur luna.* Apud Auguſt. epiſt. 55. ad Januar. to. 2. 131. f. & *abundantia pacis: donec interficiatur luna:* at in hunc Pſ. col. 748. c. *donec tollatur luna;* deinde ſic: *Id quod dictum eſt* tollatur, *alii interpretati ſunt* auferatur, *alii vero* extollatur, *unum verbum Græcum, ſicut unicuique viſum eſt, transferentes, quod ibi poſitum eſt* ἀνταναιρεθῇ.

℣. 8. Ita legit Auguſt. epiſt. 199. to. 2. 758. c. & in hunc Pſ. ſicut Caſſiod. in eund. Pſ. cum Pſalt. Rom. & Coislin. Sic etiam in Corb. præter vocem *fines*, pro *terminos.* Apud Tertul. l. 5. adv. Marc. p. 791. b. *Dominabitur à mari ad mare;* & *à flumine uſque ad terminos terræ.* Apud Ambroſ. de apol. Dav. col. 713. d. *Dominabitur à mari uſque ad mare.* Similiter hab. Optat. l. 2. cont. Donat. p. 26. c. ſed addit: & *à fluminibus uſque ad terminos orbis terræ.* Collat. Carthag. p. 393. b. & *à flumine uſque ad terminos finis terræ.* In Gr. καὶ ἀπὸ ποταμοῦ (Ald. & Compl. ποταμῶν) ἕως περάτων τῆς οἰκουμένης.

℣. 9. Tertul. l. 5. adv. Marc. p. 791. c. *inimici ejus pulverem lingent.* Hilar. l. 4. de Trin. 850. b. *In conſpectu ejus procident Æthiopes:* & *inimici ejus limum lingent.* Auguſt. in hunc Pſ. cum Collat. Carthag. p. 393. b. *Coram illo decident Æthiopes*, &c. ut in textu. Auguſt. inf. *procident.* Caſſiod. in eund. Pſ. cum Pſalt. Rom. & Coislin. ut in Vulg. Gr. Ἐνώπιον αὐτοῦ προσπεσοῦνται..... χοῦν λείξουσι.

℣. 10. Pſalt. Moz. ſcribit *offerunt*, Rom. *offerent*, &c. ut in Vulg. Tertul. l. cont. Jud. c. 9. p. 142. a. *reges Arabum & Saba munera afferent illi:* ſimiliter l. 3. adv. Marc. p. 674. c. Hilar. l. 4. de Trin. 850. c. *Reges Tharſis munera afferent: reges Arabum & Sabam munera adducent.* Ambroſ. de apol. Dav. 713. d. *reges Arabum & Saba dona adducent.* Hieronymus quæſt. Hebr. to. 2. 516. a. *reges Arabum & Saba munera offerent.* Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Collat. Carthag. Vulgatæ congruunt, & Græco.

℣. 11. Sic habet Ambroſ. l. de apol. Dav. to. 1. 713. f. & in Pſ. 1. col. 761. a. ita etiam Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Moz. Lab. & Collat. Carthag. p. 393. b. Tertul. verò l. 5. adv. Marc. 791. b. *Adorabunt illum omnes reges:* & *ſervient ei omnes nationes:* & l. 4. p. 707. b. *omnes nationes ſervient ei.* Hilar. in Pſ. 144. col. 563. a. *Et adorabunt eum omnes reges:* & *omnes gentes ſervient ei.* Similiter Auguſt. l. de unit. Eccl. to. 9. col. 351. c. delet vocem *terræ;* quam etiam Hieron. ep. ad Sun. & Fretel. to. 2. 646. a. ſuperfluam eſſe declarat: abeſt quoque à Gr. ed. Rom. ſed in edd. Ald. & Compl. legitur βασιλεῖς τῆς γῆς.

℣. 12. In Pſalt. Coislin. & Moz. *Quia liberavit pau-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. potente ; & pauperem, cui non erat adjutor.	*& inopem, cui non eſt adjutor.*	potente ; & pauperem, cui non erat adjutor.
13. Parcet parcet pauperi : & animas pauperum ſalvabit.	*Parcet inopi & pauperi, & animas pauperum ſalvabit.*	13. Parcet pauperi & inopi : & animas pauperum ſalvas faciet.
14. Et ex uſuris & iniquitate liberavit animas eorum : & præclarum nomen eorum coram ipſo.	*Ab uſura & iniquitate redimet animas eorum, & pretioſus erit ſanguis eorum coram oculis ejus.*	14. Ex uſuris & iniquitate redimet animas eorum : & honorabile nomen eorum coram illo.
15. Et vivet, & dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt pro eo ſemper : tota die benedicent eum.	*Et vivet, & dabitur ei de auro Saba, & orabunt de eo jugiter : tota die benedicent ei.*	15. Et vivet, & dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt de ipſo ſemper : tota die benedicent ei.
16. Et erit firmamentum in cacumine montium, & exaltabitur ſuper Libanum fructus ejus : & floriet de civitate ſicut fœnum terræ.	*Erit memorabile triticum in terra, in capite montium elevabitur ſicut Libani fructus ejus : & florebunt de civitate ſicut fœnum terræ.*	16. Et erit firmamentum in terra in ſummis montium, ſuperextolletur ſuper Libanum fructus ejus : & florebunt de civitate ſicut fœnum terræ.
17. Sit nomen ejus benedictum in ſæcula : ante ſolem permanebit nomen ejus in ſæcula, & ante lunam ſedes ejus.	*Erit nomen ejus in æternum : ultra ſolem perſeverabit nomen ejus,*	17. Sit nomen ejus benedictum in ſæcula : ante ſolem permanet nomen ejus.
Et benedicentur in eum omnes terræ : omnes gentes magnificabunt eum.	*Et benedicentur in eo : omnes gentes beatificabunt eum.*	Et benedicentur in ipſo omnes tribus terræ : omnes gentes magnificabunt eum.
18. Benedictus Dominus Deus Iſraël, qui facit mirabilia ſolus :	*Benedictus Dominus Deus, Deus Iſraël : qui facit mirabilia ſolus :*	18. Benedictus Dominus Deus Iſraël, qui facit mirabilia ſolus :
19. Et benedictum nomen gloriæ ejus in ſæculum, & in ſæculum ſæculi : & replebitur omnis terra gloriâ ejus : fiat, fiat.	*Et benedictum nomen gloriæ ejus in ſempiternum : & implebitur gloriâ ejus univerſa terra : amen, & amen.*	19. Et benedictum nomen majeſtatis ejus in æternum : & replebitur majeſtate ejus omnis terra : fiat, fiat.
	Completæ ſunt orationes David filii Iſai.	20. Defecerunt laudes David filii Jeſſe.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

perem à potente ; & egenum, cui, &c. Itidem in Rom. Corb. & ap. Caſſiod. ſi ponas *inopem*, loco *egenum*. Apud Aug. in hunc Pſ. *Quia liberavit egenum à potente ; & pauperem, cui*, &c. S. Paulin. epiſt. 23. p. 132. b. hab. *Liberavit pauperem ab potente*. Tertul. verò l. 4. adv. Marc. p. 707. b. *Quòd liberavit à dynaſta mendicum*. Gr. Ὅτι ἐῤῥύσαλο πλωχὸν ἐκ δυνάσυ· ᾗ πένηλα, &c.

℣. 13. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 707. b. *Parcet mendico & pauperi : & animas pauperum ſalvas faciet*. Auguſt. in hunc Pſ. *Parcet inopi & pauperi : & anim..... ſalvas faciet*. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. ut in Vulg. In Coislin. *Parce pauperi*, &c. In Gr. Φείσεται πλωχῦ ᾗ πένηλος· ᾗ..... Ζώσ.

℣. 14. Sic eſt in Pſalt. Moz. & apud Caſſiod. ſublata prima conjunct. &. Itidem in Corb. & Rom. ſed cum fut. *liberabit*. In Coislin. *Ex uſuris & iniquitatibus liberavit animas eorum : & præclarum nomen eorum coram ipſo*. In Mediolan. & *præclarum nomen ejus coram ipſis*. Apud Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 707. b. *Ex uſura & injuſtitia redimet eorum animas : & honoratum nomen eorum coram ipſo*. Ap. Ambroſ. l. de Tob. c. 4. col. 595. d. *Ex uſuris & iniquitate liberavit eos*. Apud Auguſt. in hunc Pſ. *Ex uſuris & iniq. redimet anim. eorum : & honorabile nomen ejus coram ipſis ; vel quod habent*, inquit, *codices aliqui :* & honorabile nomen eorum coram ipſo. In Gr. Ἐκ τόκυ ᾗ ἐξ ἀδικίας λυ῎ρώσελαι τὰς ψυκὰς ἀυτῶν· ᾗ ἔντιμον τὸ ὄνομα ἀυτῶν ἐνώπιον ἀυτῦ. Ed. Compl. ἀυτῦ ἐνώπιον ἀυτῶν.

℣. 15. Pſalt. Corb. cum Rom. Martian. & *adorabunt de ipſo ſemper : tota die bened. eum*. Rom. Fabri, & Carnut. & *orabunt de ipſo*, &c. Mediol. & *orabunt pro ipſo*. Ita etiam in Pſalt. Corb. *orabunt*, ſed abraſæ videntur duæ primæ litteræ *ad*. Tertul. adv. Jud. c. 9. p. 142. a. & l. 3. cont. Marc. p. 674. c. & *dabitur illi de auro Arabiæ*. Sic etiam ap. Hilar. l. 4. de Trin. 850. b. Ap. Aug. in hunc Pſ. & *orabunt de ipſo ſemper ;* cæt. ut in Vulg. *Quod* autem, inquit, *habet Græcus, περὶ ἀυτῦ, aliqui interpretati ſunt* de ipſo, *aliqui* pro ipſo, *vel* pro eo. Ap. Caſſiod. & in Pſalt. Moz. omnia ut in Vulg. excepto uno *benedicent eum*, è Gr. εὐλογήσουσιν ἀυτόν.

℣. 16. Pſalt. Rom. & Coislin. cum Auguſt. & Caſſiod. Vulgatæ conſonant. In Mozarab. ſic : *ſuperextolletur fructus ejus ſuper Libanum : & florebunt de civitate ejus ſicut*, &c. In Corb. *Et erit firm. in terra in ſummis montibus, ſuperextollitur fructus ſuper Libanum : & florient de civit.* &c. In Carnut. & *florent de*, &c. In Gr. Ἔσαι σήεγμα, &c. ut in Vulg.

℣. 17. Pſalt. Rom. & Corb. *Et erit* (Corb. del. &) *nomen ejus benedictum in ſæcula : ante ſolem permanebit nomen ejus, & ante lunam ſedes ejus. Et benedicentur in eo* (Corb. *in ipſo*) *omnes tribus terræ*, &c. ut ſupra. Sic etiam in Coislin. exceptis his, *ante ſole..... ante luna..... in ipſo omnis tribus*. In Mediolan. & *ante lunam in ſæcula ſæculorum ſedes ejus ;* ultimòque, *omnes gentes beatificabunt eum*. Apud Tertul. l. 5. adv. Marc. p. 791. b. *Sit nomen ejus in ævum : ante ſolem manebit nomen ejus. Et benedicentur in illo univerſæ gentes*. Hilar. in Pſ. 144. col. 563. a. Vulgatæ accedit, cum Pſalt. Mozarab. niſi quòd initio hab. *Erit nomen ejus ;* & infra, *benedicentur in eo :* vide etiam l. 12. de Trin. 1129. d. Auct. l. de promiſſ. p. 1. c. 18. col. 104. b. legit : *Benedicentur in eo omnes tribus terræ : omnes gentes beatum dicent eum*. Gr. Ἔσω τὸ ὄνομα ἀυτῦ (Ald. & Compl. ἔσαι·) exinde, ἀναμέσῃ τὸ ὄνομα ἀυτῦ. Καὶ εὐλογηθήσονται· extremò, μακαριοῦσιν ἀυτόν.

℣. 18. Itidem Auguſt. in hunc Pſ. & epiſt. 93. to. 2. 239. e. Tertul. quoque l. 5. adv. Marc. p. 791. c. ita legit, niſi excipias nomen *Iſraelis*. S. Paulinus epiſt. 15. p. 87. c. ſic : *Benedictus Dominus, qui facit mirabilia*. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. *qui facit mirabilia magna ſolus*. Hieron. ep. ad Sun. & Fretel. to. 2. col. 646. a. *Benedictus Dominus Deus, Deus Iſraël ;* tum addit : *Dicitis in Græco bis* Deus *non haberi, cùm in Hebræo ſit, & apud LXX*. In ed. Rom. ſemel, ſicut in edd. Ald. & Compl.

℣. 19. Pſalt. Rom. & Corb. *Et benedictum nom. majeſtatis ejus in æternum*, (Corb. *in ſæculum*) & *in ſæculum ſæculi ;* reliqua ut in Vulg. Sic etiam habet Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Coislin. Mediolan. Carnut. & Mozarabico. Tertul. verò l. 5. adv. Marc. p. 791. c. legit ſimpliciter : *Benedictum nomen gloriæ ejus : & replebitur univerſa terra gloriâ ejus*. Ambroſ. in Pſ. 40. to. 1. 883. a. & *replebitur majeſtate ejus omnis terra*, &c. Auguſt. in Pſ. 71. cum Gr. *Et benedictum nomen gloriæ ejus in æternum, & in ſæculum ſæculi : & replebitur gloriâ ejus omnis terra : fiat, fiat :* ita rurſum epiſt. 93. to. 2. 239. e. at Hieron. ep. ad Sun. & Fret. to. 2. 646. a. ſcribit : *Hoc ergo quod in Græco vos invenisse dicitis*, in æternum, & in ſæculum ſæculi, *ſuperfluè à Græcis ſciatis appoſitum, quod nec Hebræus habet, nec LXX. Interpretes*. Auguſt. verò in eund. Pſ. col. 753. d. dicit : *Quid aliud Latini Interpretes dicerent, qui non poſſent dicere* in æternum, & in æternum æterni ? *quaſi enim aliud dictum ſit* in æternum, & *aliud* in ſæculum, *ita ſonat : ſed Græcus habet*, εἰς τὸν αἰῶνα, ᾗ εἰς τὸν αἰῶνα τῦ αἰῶνος, *quod fortè commodiùs diceretur* in ſæculum, & in ſæculum ſæculi.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
		* (20.) Defecerunt laudes David filii Jeſſæ. *Ex Mſ. Sangerm.*
1. Pſalmus Aſaph. LXXII.	*Canticum Aſaph. LXXIII.*	1. Pſalmus A. LXXII.
QUàm bonus Iſraël Deus his, qui recto ſunt corde!	*ATtamen bonus eſt Iſraël Deus his, qui mundo ſunt corde.*	QUàm bonus Iſraël his, qui recto ſunt corde!
2. Mei autem pene moti ſunt pedes: pene effuſi ſunt greſſus mei.	*Mei autem pene vacillaverunt pedes: pene effuſi ſunt greſſus mei.*	2. Mei autem paulò minùs moti ſunt pedes: pene effuſi ſunt greſſus mei.
3. Quia zelavi ſuper iniquos, pacem peccatorum videns.	*Quia æmulatus ſum contra iniquos, pacem impiorum videns:*	3. Quia æmulatus ſum ſuper injuſtos, pacem peccatorum videns.
4. Quia non eſt reſpectus morti eorum; & firmamentum in plaga eorum.	*Quòd non recogitaverint de morte ſua; & firma ſint veſtibula eorum.*	4. Quia non eſt requies morti eorum; & firmamentum in pœna eorum.
5. In labore hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur:	*In labore hominum non ſunt, & cum hominibus non flagellabuntur:*	5. In laboribus hominum non ſunt, & cum hominibus non verberabuntur:
6. Ideo tenuit eos ſuperbia, operti ſunt iniquitate & impietate ſua.	*Ideo nutriti ſunt ad ſuperbiam: circumdederunt iniquitatem ſibi.*	6. Propterea obtinuit eos ſuperbia eorum, circumdederunt iniquitatem & impietatem ſuam.
7. Prodiit quaſi ex adipe iniquitas eorum: tranſierunt in affectum cordis.	*Proceſſerunt à pinguedine oculi eorum: tranſierunt cogitationes cordis.*	7. Exiet ſicut ex adipe injuſtitia eorum: tranſierunt in diſpoſitione cordis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* (20.) Hic Pſalmus LXXII. ita inſcribitur in Pſalt. Sangerm. diſtinctis nimirum & majuſculis litteris. Is tamen verſiculus pertinere videtur ad Pſalmum præced. ſaltem ita exhibetur in Vulg. in qua vigeſimus & ultimus ejuſdem Pſalmi verſus eſt. Schol. etiam hæc habet, teſte Nobilio: *Sciendum eſt eos, qui non intelligunt ſubtilem atque exquiſitam rationem lectionis, non accepiſſe illud,* Ἐξέλιπον οἱ ὕμνοι Δαυὶδ, *tanquam partem totius Pſalmi. Manifeſtè autem & vox ipſa Hebraïca demonſtrat iſta etiam verba partem eſſe totius Pſalmi.* Sanctes quoque Pagninus ea cum Pſalmo antecedenti conjungit. Verùm Ambroſius, Auguſt. & Caſſiod. arbitrantur eadem verba Pſalmo ſeq. LXXII. loco tituli & inſcriptionis fuiſſe præfixa, quibus etiam favent Pſalt. Rom. Coiſlinianum, Mozarab. & Sangerm. noſtrum. Ambroſius quippe lib. 4 de interpel. Dav. to. 1. 661. e. & 662. c. de his ita diſſerit: *Pſalmus, non quaſi ſancti Aſaph, ſed quaſi ſancto Aſaph, ut docet titulus, ſuperſcribitur: quod ex Græco Pſalterio apertiùs manifeſtatur, ut videatur David etiam hunc Aſaph ſicut & aliis canendum, quem ſcripſerat ipſe, Pſalmum dediſſe: ſed quia ſcriptum eſt in ipſo titulo defeciſſe Pſalmos David; quomodo autem defecerunt, cùm decurſis his decem Pſalmis, poſtea Pſalmus David titulorum inſcriptionem comprehendat uſque in ultimum finem?* Similiter Auguſtinus in eund. Pſ. col. 753. f. ait: *Pſalmus iſte inſcriptionem habet, id eſt titulum:* Defecerunt hymni David filii Jeſſe. Pſalmus ipſi Aſaph: mox ita: *Tot habemus Pſalmos, in quorum titulis ſcriptum eſt nomen David, nuſquam eſt additum*, filii Jeſſe, *niſi in hoc ſolo:* & poſt plura: col. 755. f. *Periculoſum locum*, inquit, *tituli Pſalmi præſensis, ſicut Dominus voluit, præterveſti ſumus. Quid eſt* autem *Aſaph? ſicut invenimus in interpretationibus ex lingua Hebræa in Græcam, & ex Græca nobis in Latinam translatis, Aſaph ſynagoga interpretatur.* Vide etiam Caſſiod. p. 244. At Hieron. epiſt. ad Marcell. to. 4. p. 2. col. 51. c. dicit docuiſſe ſe *tituli Pſalmi lxxii. partem ad finem ſecundi libri, partem ad principium tertii: libri pertinere: quod ſcilicet*, Defecerunt hymni David filii Jeſſe, *finis eſſet prioris;* Pſalmus verò Aſaph, *principium ſequentis.* In ed. Rom. ſic: Ἐξέλιπον οἱ ὕμνοι Δαυὶδ τοῦ υἱοῦ Ἰεσσαί. Ψαλμὸς τῷ Ἀσάφ. In Pſalt. Mozarab. *Defecerunt hymni David filii Jeſſem. Pſalmus Aſaph.* In Rom. Corb. & Coiſlin. ut in textu.

℣. 1. Pſalt. Rom. *Quàm bonus Deus Iſrael iis, qui recto*, &c. Moz. Corb. & Coiſl. *Quàm bonus Iſraël Deus rectis corde!* Similiter ap. Ambr. in Pſ. 118. to. 1. 1081. f. item l. 4. de interpel. Dav. c. 2. col. 662. e. 663. d. & in Luc. 18. col. 1488. c. præter hoc, *Deus Iſrael.* Sic etiam apud Hieron. l. 2. in ep. ad Eph. to. 4. 354. c. Et inf. l. 3. 393. f. ait: *Juxta Græcos exordium ſonat:* Ὡς ἀγαθὸς ὁ Θεὸς τῷ Ἰσραὴλ τοῖς εὐθέσι καρδίᾳ; *quod à noſtris tranſlatum eſt:* Quàm bonus Deus Iſraël rectis corde! *alioquin juxta Græcos*, ὡς, *id eſt*, ſicut, *ſimilitudinem magis videtur, quàm firmitatem ſignificare dilectorum.* Ita quoque legit Auguſt. in hunc Pſ. Caſſiod. verò ut in Vulg.

℣. 2. Sic Hilar. in Pſ. 120. col. 380. b. Ambroſ. verò l. de interp. David, c. 3. to. 1. 664. b. & in Pſ. 36. & 118. col. 798. d. & 1187. f. *Mei autem pene moti ſunt pedes: paulò minùs effuſi ſunt*, &c. S. Leo ſerm. 42. p. 107. f. Vulgatæ congruit cum Pſalt. Rom. Ita quoque Hieron. l. 2. in ep. ad Eph. to. 4. p. 354. c. & Caſſiod. in hunc Pſ. Apud Auguſt. in eund. Pſ. ita: *Mei autem pene commoti ſunt pedes: paulò minùs effuſi ſunt*, &c. itidem l. annot. in Job, to. 3. 678. g. Gr. Ἐμοὶ δὲ παρὰ μικρὸν ἐσαλεύθησαν... παρ' ὀλίγον, &c.

℣. 3. Pſalt. Rom. Coiſlin. Corb. & Moz. ferunt: *Quia zelavi in peccatoribus, pacem*, &c. Sic etiam in Miſſali Rom. ad Grad. Dom. Palm. Similiter hab. Ambr. l. 4. de interpel. Dav. c. 3. 664. b. & in Pſ. 118. col. 1187. f. 1199. e. Ita quoque S. Leo ſerm. 42. p. 107. f. cum Caſſiod. in hunc Pſ. Item Hieron. in Jer. 12. to. 3. 587. a. at in Iſai. 26. col. 219. f. legit: *Quoniam zelatus ſum ſuper iniquis*, &c. & l. 2. in ep. ad Epheſ. to. 4. 354. c. *Quoniam æmulatus ſum ſuper iniquis*, &c. Auguſt. in hunc Pſ. *Quia zelavi in peccatoribus, pacem peccatorum intuens:* ſimiliter l. annot. in Job, to. 3. p. 1. col. 678. g. Gr. Ὅτι ἐζήλωσα ἐπὶ τοῖς ἀνόμοις... θεωρῶν.

℣. 4. In Pſalt. Rom. & Coiſlin. *Quia non eſt declinatio morti eorum; nec firmamentum in plaga eorum.* Itidem in Corb. præter conjunct. & pro *nec.* Item in Mediol. & Carnut. *declinatio morti*, &c. ſicut apud Caſſiod. in hunc Pſ. In Mozar. *declinatio mortis eorum; nec firmam. in plaga ipſorum.* Apud Ambroſ. l. 4. de interpel. Dav. c. 3. to. 1. 664. e. *Non eſt reclinatio morti eorum:* tum addit: *Non* declinatio, *ut plerique codices Latini ſcripti ſunt, ſed* reclinatio; quam vocem conſtanter retinet infra in comment. at l. de parad. to. 1. 178. a. legit: *Non eſt declinatio mortis eorum:* loco etiam præcedenti Mſs. 3. habent *declinatio.* Similiter apud Auguſt. in hunc Pſ. *Quia non eſt declinatio mortis eorum; & firmam. in flagello eorum;* Mſs. nonnulli ferunt *morti*, non *mortis.* Gr. Ὅτι οὐκ ἔστιν ἀνάπαυσις ἐν τῷ θανάτῳ αὐτῶν· καὶ στερέωμα ἐν τῇ μάστιγι αὐτῶν.

℣. 5. Hoc plurale, *In laboribus hominum*, ſimiliter habetur ap. Ambroſ. l. 4. de interpel. Dav. c. 5. to. 1. 665. d. & in Pſ. 118. col. 1081. f. & l. 5. de fide, to. 2. 585. d. ſed ultimò conſtanter, *flagellabuntur.* Itidem apud Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. ſicut in Pſalt. Rom. Coiſlin. & Mozar. In Gr. pariter: Ἐν κόποις ἀνθρώπων..... οὐ μαστιγωθήσονται.

℣. 6. Pſalt. Rom. Corb. & Coiſlin. cum Caſſiod. *Ideo tenuit eos ſuperbia eorum;* reliqua ut in Vulg. Mozarab. *Ideo obtinuit eos ſuperbia eorum*, &c. Mediolan. *ſuperbia eorum in finem.* Ambroſ. l. 4. de interpel. Dav. c. 4. p. 665. e. *Ideo obtinuit eos ſuperbia eorum, cooperti ſunt iniquitate*, &c. itidem l. 5. de fide, to. 2. 585. d. Aug. verò in hunc Pſ. *Ideo obtinuit eos ſuperbia, circumamicti ſunt iniquitate & imp.* &c. In Gr. Διὰ τοῦτο ἐκράτησεν αὐτὸς ἡ ὑπερηφανία, περιεβάλοντο ἀδικίαν καὶ ἀσέβειαν αὐτῶν· Ald. & Compl. ὑπερηφανία αὐτῶν εἰς τέλος, περιεβάλετο, &c.

℣. 7. Ambroſ. l. 4. de interpel. Dav. c. 4. 666. a. legit cum Pſalt. Rom. & Coiſlin. *Prodiit quaſi ex adipe iniquitas eorum: tranſ. in diſpoſitionem cordis:* & l. 5. de fide, to.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 8. Cogitaverunt, & locuti ſunt nequitiam : iniquitatem in excelſum locuti ſunt.	*Irriſerunt, & locuti ſunt in malitia calumniam, de excelſo loquentes.*	8. Cogitaverunt, & locuti ſunt nequitiam : iniquitatem in excelſo locuti ſunt.
9. Poſuerunt in cœlum os ſuum : & lingua eorum pertranſiit ſuper terram.	*Poſuerunt in cœlum os ſuum, & lingua eorum deambulavit in terra.*	9. Poſuerunt in cœlum os ſuum : & lingua eorum tranſivit in terra.
10. Ideo revertetur huc populus meus : & dies pleni invenientur in illis.	*Propterea convertetur populus ejus hic : & quis plenus invenietur in eis?*	10. Ideo convertetur populus meus hic : & dies pleni invenientur in eis.
11. Et dixerunt : Quomodo ſcivit Deus, & ſi eſt ſcientia in altiſſimo?	*Et dixerunt : Quomodo novit Deus, & ſi eſt ſcientia in excelſo?*	11. Et dixerunt : Quomodo ſcit Deus, & ſi eſt ſcientia in excelſo?
12. Ecce hi peccatores, & abundantes in ſæculum, divitias poſſederunt.	*Ecce iſti impii, & abundantes in ſæculo, multiplicaverunt divitias.*	12. Ecce ipſi peccatores, & abundantes in ſæculo, obtinuerunt divitias.
13. Et dixi : Forſitan in vano juſtificavi cor meum, & lavi inter innocentes manus meas :	*Ergone fruſtra mundavi cor meum, & lavi in innocentia manus meas?*	13. Et dixi : Ergo ſine cauſa juſtificavi cor meum, & lavi inter innocentes manus meas :
14. Et fui verberatus tota die, & caſtigatio mea in matutinis.	*Et fui flagellatus tota die, & increpatio mea in matutinis?*	14. Et fui flagellatus tota die, & caſtigatio mea in matutinis.
15. Si dicebam : Narrabo ſic : ecce progenies filiorum tuorum, cui diſpoſui.	*Et dixi : Si narravero ſic : ecce generationem filiorum tuorum reliqui.*	15. Si dicebam : Narrabo ſic : ecce nationem filiorum tuorum reprobavi.
16. Et exiſtimabam cognoſcere, hoc labor eſt coram me :	*Et cogitavi ut intelligerem iſtud : labor eſt in oculis meis :*	16. Exiſtimabam ut cognoſcerem hoc, labor eſt ante me :

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

2. 585. e. *pertranſierunt in diſpoſitionem cordis.* Hieron. ep. ad Sun. & Fret. to. 2. 646. b. ad verbum 1. Vulg. *prodiit*, ait : *Dicitis vos apud Græcos inveniſſe* ἐξελεύσεσθαι, *id eſt*, prodiet, *quod falſum eſt ; nam & apud LXX. Interp. ita ſcriptum eſt :* Ἐξηλεύσατο ὡς ἐκ πάχους ἡ ἀδικία αὐτῶν. Hodie tamen ita legimus, ἐξελεύσεται : & ipſe Auguſt. in hunc Pſ. *Prodiet quaſi ex adipe iniquitas eorum : tranſierunt in diſpoſitionem cordis.* Caſſiod. & *tranſierunt in diſpoſitionem cordis.* Pſalt. Moz. *Prodiit quaſi ex adipe iniquitatis eorum : tranſierunt in diſpoſitionem cordis.* Carnut. & Corb. *in diſpoſitione cordis.* Gr. διῆλθεν εἰς διάθεσιν καρδίας.

℣. 8. Sic eſt in Pſalt. Rom. & ap. Ambroſ. l. 5. de fide, to. 2. 585. f. In Pſalt. Carnut. *locuti ſunt nequitiæ.* Apud Auguſt. in hunc Pſ. ſic : *Cogitaverunt, & locuti ſunt malignitatem : iniquitatem in altum locuti ſunt.* Apud Caſſiod. ut in Vulg. Gr. Διενοήθησαν, ἠλάλησαν ἐν πονηρίᾳ· ἀδικίαν εἰς τὸ ὕψος ἐλάλησαν.

℣. 9. Ita Ambroſ. l. 4. de interpel. Dav. c. 5. to. 1. 666. c. niſi quòd ſcribit *tranſivit.* Sic etiam Auguſt. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Mediol. Carnut. & Mozar. Caſſiod. autem cum Coisl. hab. *Poſuerunt in cœlo os ſuum... tranſiit ſuper terram ;* Corb. *tranſivit ſuper terram.* Gr. Ἔθετο εἰς οὐρανὸν..... διῆλθεν ἐπὶ τῆς γῆς.

℣. 10. Ita Pſalt. Rom. habet. Caſſiod. autem cum Moz. *Ideo revertetur pop. meus hic*, &c. Coislin. *Ideo convertitur populus meus huc*, &c. Mediol. Corb. & Carnut. *Ideo revertetur huc populus meus.* Itidem Ambroſ. l. 4. de interpel. Dav. c. 5. 666. f. ſed addit, *& implebit dies vitæ ſuæ.* Auguſt. in hunc Pſalm. *Ideo revertetur huc pop. meus : cùm dies pleni invenientur in eis :* paulò verò poſt : *populus meus huc : & dies pleni*, &c. Similiter ap. Hilar. in Pſ. 54. col. 111. e. *& dies pleni*, &c. In Gr. Διὰ τοῦτο ἐπιστρέψει ὁ λαός μου ὧδε· καὶ ἡμέραι πλήρεις, &c.

℣. 11. Ita legit Auguſt. in hunc Pſ. & l. annot. in Job, to. 3. p. 1. col. 678. g. Pſalt. Rom. *Quomodo ſcivit..... in excelſo?* Itidem in Carnut. & Moz. & apud Caſſiod. Ambr. autem l. 4. de interpel. Dav. c. 5. 666. f. leg. *Quomodo ſcivit Deus, & ſi eſt ſcientia omnis in altiſſimo ?* ſic etiam l. 5. de fide, to. 2. 586. a. Hieron. ep. ad Sun. & Fret. to. 2. col. 646. b. ſcribit : *Quomodo ſcit Deus ?* tum ait : *In Græco dicitis non eſſe* Deum, *cùm apud LXX. ſcriptum ſit :* Πῶς οἶδεν ὁ Θεός ; nunc etiam ita legimus in ed. Rom.

℣. 12. Pſalt. Sangerm. ſcribit vitiosè *poſſideunt*, cujus loco poſuimus *poſſederunt ;* legendum fortè *poſſidebunt.* Sed Ambr. l. 4. de interpel. Dav. c. 5. 666. f. leg. *obtinuerunt*, &c. ut in Vulg. ſimiliter in Pſ. 36. ac 118. to 1. 784. e. 1047. c. & lib. 2. de fide reſurrect. to. 2. 1141. b. Ita quoque Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. rurſumque Auguſt. l. annot. in Job, to. 3. p. 1. col. 678. g. 679. a. cum Pſalt. Rom. & Gr. Pſalt. Corb. *& obtinuerunt.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 31. p. 130. c. *obtinuerunt ſibi divitias.*

℣. 13. Vulgatæ ſuffragatur Ambr. l. 4. de interpel. Dav. c. 6. to. 1. 667. c. & in Pſ. 36. & 118. col. 784. e. 1047. c. item l. 2. de fide reſur. to. 2. 1141. b. cum Caſſiod. & Pſalt. Rom. Apud Hieron. l. 2. in ep. ad Epheſ. to. 4. 354. c. ſic : *Ego autem dixi*, &c. ut in Vulg. Apud Auguſt. in hunc Pſ. *Et dixi : Ergo ſine cauſa..... & lavi in innocentibus manus meas :* paulo verò infra idem Auguſt. legit : *Ergo in vanum juſtificavi..... & lavi inter innocentes*, &c. & l. annot. in Job, col. 678. g. 679. a. *Nunquid vane juſtificavi..... & lavi in innocentibus*, &c. omiſſo primo *Et dixi.* Omittit pariter Ambr. l. 2. de fide ; at in Gr. Καὶ εἶπα· Ἀρα ματαίως..... ἐν ἀθῴοις, &c.

℣. 14. Pſalt. Rom. *Et fui flagellatus tota die, & judex meus in matutino.* Item Ambr. in Pſ. 36. & 118. to. 1. 784. e. 1047. c. 1081. d. *Et fui flagellatus tota die :* & l. 4. de interpel. Dav. c. 6. 667. e. *vindex meus in matutinis :* at l. 2. de fide reſurr. to. 2. 1141. b. *& index meus in matutinum ;* quidam Mſs. ibid. *& vindex meus*, alii, *& judex meus*, cum Pſalt. Mediolan. unus Remig. *caſtigatio mea.* Brev. Mozarab. *& increpatio mea.* Auguſt. in hunc Pſ. *& argutio mea in matutinum :* & l. annot. in Job, col. 679. a. *& argutio mea in matutinum.* Caſſiod. in eund. Pſ. *& index meus in matutino :* Mſſ. 2. ibid. *caſtigatio mea.* Apud Hieron. l. 2. in ep. ad Epheſ. to. 4. 354. c. *Et factus ſum flagellatus tota die.* In Gr. Καὶ ἐγενόμην μεμαστιγωμένος..... ὁ ἔλεγχός μου εἰς τὰς πρωΐας.

℣. 15. Pſalt. Rom. *Si dicebam..... ecce natio filiorum tuorum, quibus diſpoſui ;* Mediol. & Carnut. *cui diſpoſui.* Mozarab. *ecce generationes filiorum tuorum relinqui.* Corb. *Sic dicebam : Narrabo ſic : ecce nationi filior. tuorum, cui diſpoſui.* Ambroſ. l. 4. de interpel. Dav. c. 6. 668. a. *Si narrabo ſic ;* ſubinde, *ecce generationi filiorum tuorum, cui diſpoſui ;* editt. Eraſ. ac Gill. ibid. *ecce generatio.* Hieron. epiſt. ad Marcell. to. 4. p. 2. col. 51. d. 55. a. leg. *Dicebam : Si narrabo ſic : ecce generationem filiorum tuorum prævaricatus ſum :* ſed notat *in Latinis codicibus non ita* haberi *expreſſum.* Aug. in hunc Pſ. *Si dicebam : Narrabo ſic : ecce generationem filiorum tuorum reprobavi ;* ſubinde addit : *Quædam habent exemplaria :* ecce generationi filiorum tuorum, cui concinui..... *id eſt, cui congrui, cui accommodatus ſum :* Mſs. quidam ibid. *ecce generatio ;* editt. *generationem.* Ap. Caſſiod. in eund. Pſ. *ecce natio filiorum tuorum, cui diſpoſui.* In Gr. Εἰ ἔλεγον· Διηγήσομαι οὕτως· ἰδοὺ τῇ γενεᾷ τῶν υἱῶν σου ἠσυνθέτηκα.

℣. 16. In Pſalt. Corb. *Et exiſtimabam cognoſcere, hoc labor eſt ante me.* Item in Mozar. *hoc labor eſt ante me ;* ſicut in Rom. Fabri : ſed in Rom. Martian. *hoc* jungitur cum verbo *cognoſcere.* Secus apud Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1047. d. ubi ſic : *Et æſtimabam me ſcire, hoc labor eſt ante me :* at l. 4. de interpel. Dav. c. 6. col. 668. b. alludens dicit : *Et exiſtimabam, & videbar mihi cognoſcere hoc eſſe verum..... me autem fruſtra in iis turbatum eſſe :* ſed inf. leg. *hoc labor eſt ante me.* Item Aug. in hunc Pſ. *Et ſuſcepi co-*

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
17. Donec intrem in ſanctuarium Dei : & intelligam in noviſſimis eorum.	*Donec veniam ad ſanctuaria Dei : intelligam in noviſſimo eorum.*	17. Donec intrem in ſanctuarium : & intelligam in noviſſima. *Ex Mſ. Sangerm.*
18. Veruntamen propter dolos poſuiſti eis : dejeciſti eos dum allevarentur.	*Veruntamen in lubrico poſuiſti eos : dejeciſti eos ad interitum.*	18. Veruntamen propter doloſitatem poſuiſti illis : dejeciſti eos dum allevarentur.
19. Quomodo facti ſunt in deſolationem, ſubitò defecerunt : perierunt propter iniquitatem ſuam.	*Quomodo vaſtati ſunt ſubitò ? defecerunt, conſumpti ſunt quaſi non ſint.*	19. Quomodo facti ſunt in deſolationem repente ? ſubitò defecerunt, & perierunt propter injuſtitiam ſuam.
20. Velut ſomnium ſurgentium Domine, in civitate tua imaginem ipſorum ad nihilum rediges.	*Quaſi ſomnium evigilantis, Domine in civitate imaginem eorum ad nihilum rediges.*	20. Velut à ſomnio exſurgentes Domine, in civitatem tuam imaginem eorum ad nihilum deduces.
21. Quia inflammatum eſt cor meum, & renes mei commutati ſunt : 22. & ego ad nihilum redactus ſum, & neſcivi.	*Quia contractum eſt cor meum, & lumbi mei velut ignis fumigans : & ego inſipiens, & neſcius,*	21. Quia lætatum eſt cor meum, & renes mei alienati ſunt : 22. & ego ſpretus ſum, & ignoravi.
23. Ut jumentum factus ſum apud te : & ego ſemper tecum.	*Quaſi jumentum factus ſum apud te : & ego ſemper tecum,*	23. Velut pecus factus ſum apud te : & ego ſemper tecum.
24. Tenuiſti manum dexteram meam : & in voluntate tua deduxiſti me, & cum gloria ſuſcepiſti me.	*Et tenebas manum dexteram meam : in conſilium tuum deduces me, & poſtea in gloria ſuſcipies me.*	24. Tenuiſti manum dexterâ meâ : in voluntate tua deduxiſti me, & cum gloria adſumpſiſti me.
25. Quid enim mihi eſt in cœlo ? & à te quid volui ſuper terram ?	*Quid mihi eſt in cœlo, & tecum nolui in terra ?*	25. Quid enim mihi ſupereſt in cœlo ? & à te quid volui ſuper terram ?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

gnoſcere, hoc labor ante me. Caſſiod. *Exiſtimabam ut cognoſcerem, hoc labor*, &c. Hieron. l. 1. cont. Pelag. to. 4. p. 2. col. 493. c. *Exiſtimabam cognoſcere, hoc labor eſt in conſpectu meo :* itidem in Ezech. 41. to. 3. 997. b. *hoc labor eſt in conſp. meo.* Gr. Καὶ ὑπέλαβον τῷ γνῶναι, τοῦτο κόπος ἐστὶν ἐναντίον μου.

℣. 17. Pſalt. Rom. & Corb. add. *Dei*, ad *ſanctuarium*, habentque *in noviſſima eorum*, cum Carnut. Moz. verò, *in noviſſimis*, abſque ſeq. *eorum.* Ambr. in Pſ. 118. to. 1. 1047. d. legit : *Donec ingrediar in ſanctuarium Dei : & intelligam in noviſſimis :* at l. 4. de interpel. Dav. c. 7. 668. c. *Donec introeam in ſanctuar. Dei : & intelligam in noviſſimo.* Auguſt. in hunc Pſ. *Donec introeam..... Dei : & intell. in noviſſima ;* Caſſiod. *in noviſſima eorum.* Hieron. epiſt. ad Sun. & Fret. to. 2. 646. b. *intelligam in noviſſimis eorum :* tum addit : *pro quo in Græco legiſſe vos dicitis*, & intelligam ; *ſed hic & conjunctio ſuperflua eſt.* Veruntamen in Ezech. 41. to. 3. p. 997. b. leg. *Donec ingrediar.....* & *intelligam in noviſſimis eorum :* & l. 1. cont. Pelag. to. 4. p. 2. col. 493. c. *Donec introeam*, &c. ut ſupra. Gr. Ἕως εἰσέλθω εἰς τὸ... τοῦ Θεοῦ· ζητῶ εἰς τὰ ἔσχατα· Ald. & Compl. ἔσχατα αὐτῶν.

℣. 18. Pſalt. Rom. *Verunt. propter dolos diſpoſuiſti eis mala : dejeciſti eos*, &c. ut ſup. Carnut. & Mediol. *poſuiſti illis mala.* Mediol. *dum extollerentur ;* Mozarab. *dum elevarentur.* Corb. *Propter doloſitatem poſuiſti illis mala : dejeciſti eos dum adlevarentur.* Ambroſ. l. 4. de interpel. Dav. c. 7. to. 1. 668. f. *Propter eorum tergiverſationes poſuiſti eis.* Aug. in hunc Pſ. *Verunt. propter doloſitatem poſuiſti eis : dejeciſti eos dum extollerentur.* Gregor. Tur. l. 5. hiſt. Franc. p. 218. d. *Verunt. propter doloſitatem poſuiſti eis mala : dejeciſti eos dum allevarentur.* Caſſiod. in eund. Pſ. *Propter dolos poſuiſti eis mala : dejeciſti*, &c. Fulg. l. 1. de dupl. præd. p. 15. *dejeciſti eos cùm extollerentur.* Gr. Πλὴν διὰ τὰς δολιότητας ἔθου αὐτοῖς· κατέβαλες αὐτὸς ἐν τῷ ἐπαρθῆναι. Ald. & Compl. αὐτοῖς κακά· κατέβαλες, &c.

℣. 19. Adv. *repente* abeſt à Pſalt. Rom. extremò verò ſic : & *perierunt propt. iniquitates ſuas.* Sic etiam apud Greg. Turon. l. 5. hiſt. Franc. p. 218. d. Ap. Ambr. in Pſ. 118. to. 1. 1047. e. ita : *Quomodo facti ſunt in deſolationem ? ſubitò defecerunt*, & *exterminati ſunt propter iniquitatem ſuam :* at l. 4. de interpel. Dav. c. 7. 668. c. *defecerunt*, & *perierunt*, &c. Auguſt. in hunc Pſ. *Quomodo..... in deſolationem ? ſubitò defecerunt, perierunt*, &c. ut in Vulg. Brev. Moz. *in deſolatione ? ſubitò defec.* & *perierunt*, &c. Gr. Πῶς..... εἰς ἐρήμωσιν ; ἐξάπινα ἐξέλιπον· ἀπώλοντο διὰ τὴν ἀνομίαν αὐτῶν.

℣. 20. In Pſalt. Rom. Corb. & Moz. *Velut ſomnium exſurgentis ;* ſubinde in Rom. *imagines eorum*, &c. ut in Vulg. in Moz. *imaginem eorum*, &c. Itidem *exſurgentis* in Mediol. & Carnut. Apud Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1047. e. *Sicut ſomnium exſurgentis ;* & l. 6. Hexa. col. 129. b. *Domine, in civit. tua imaginem eorum ad nihilum rediges :* ſimiliter l. 4. de interpel. Dav. c. 7. 669. e. 670. b. exceptis his, *velut*, pro *ſicut ;* & *ipſorum*, loco *eorum :* at l. 1. offic. to. 2. 65. a. ſic : *ad nihilum deduces imagines eorum.* Anonym. de Trin. apud Ambr. col. 333. a. *imagines eorum ad nihilum rediges.* Hieron. in Eccleſ. to. 2. col. 775. a. *Domine, in civit. tua imaginem ipſorum diſſipabis :* ſimiliter in Ezech. 8. 14. & 16. to. 3. 748. f. 778. b. 794. d. ſemel tamen hab. *eorum.* Aug. in hunc Pſ. *Velut ſomnium exſurgentis Domine, in civit. tua imaginem illorum ad nih. rediges.* Caſſiod. *Velut ſomnium exſurgentis*, &c. ut in Vulg. Gr. Ὡσεὶ ἐνύπνιον ἐξεγειρομένου... τὴν εἰκόνα αὐτῶν ἐξουδενώσεις.

℣. 21. Ambroſ. l. 4. de interpel. Dav. c. 9. p. 670. d. legit : *Quia delectatum eſt cor meum*, & *reſoluti ſunt renes mei.* Sic etiam habet Caſſiod. cum Pſalt. Corb. Rom. & Carnut. niſi quòd præponunt *renes mei* verbo *reſoluti ſunt.* Ita quoque apud Ambr. in Pſ. 37. to. 1. 830. a. at l. 4. de interpel. Dav. c. 9. p. 670. d. leg. *requieverunt renes mei.* Auguſt. in eund. Pſ. *Quia delectatum eſt cor meum*, & *renes mei mutati ſunt.* Brev. Moz. *Quia exaruit cor meum*, & *renes mei reſoluti ſunt.* Gr. Ὅτι ἐξηράνθη ἡ..... καὶ οἱ νεφροί μου ἠλλοιώθησαν. Ald. & Compl. Καὶ ἐξεκαύθη ἡ, &c.

℣. 22. Vulgatæ favent Ambr. l. 4. de interpel. Dav. c. 9. 670. d. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Apud Aug. in eund. Pſ. ſic : & *ego ad nihilum redactus ſum*, & *non cognovi.* In Gr. κἀγὼ ἐξουδενωμένος, καὶ οὐκ ἔγνων.

℣. 23. Pſalt. Corb. *Velut jumentum*, &c. ut ſup. Ambr. l. 4. de interp. Dav. c. 9. 636. d. *Et velut jumentum*, &c. ut ſup. item ep. 43. to. 2. 973. f. *Propheta ait :* Κτηνώδης ἐγενήθην παρὰ Σοί, id eſt, *Jumentum æſtimatus ſum apud te.* Aug. in hunc Pſ. & l. 2. quæſt. in Luc. to. 3. p. 2. col. 261. f. *Quaſi pecus factus ſum ad te :* & *ego*, &c. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Vulgatæ congruit. Ed. Rom. hab. Κτηνώδης ἐγενόμην παρά Σοι, &c. Ald. & Compl. ἐγενήθην.

℣. 24. Ambr. l. 4. de interp. Dav. c. 9. 670. d. *Tenuiſti manum dexteram meam :* & *in volunt.....* & *cum gloria aſſumpſiſti me :* & infra col. 671. b. ait : *Sic accepimus*, & *ſecundùm Græcum ſic convenit : dixit enim Græcus :* Ἐκράτησας τῆς χειρός, *id eſt, Tenuiſti manum*, τῆς δεξιᾶς μου, *dexteram meam :* item l. de inſtit. virg. to. 2. 274. e. addit : & *in gloria aſſumpſiſti me.* Auguſt. in hunc Pſ. cum Pſalt. Mediolan. *Tenuiſti manum dexteræ meæ*, &c. extremò Aug. & *cum gloria aſſumpſiſti me.* Fulg. l. de verit. præd. p. 465. *Tenuiſti manum dexteræ meæ*, & *in volunt. tua deduxiſti me.* Aug. ubi ſup. tollit med. &. Caſſiod. in eund. Pſ. cum Pſalt. Rom. & Moz. *Tenuiſti manum dexteram meam :* & *in volunt.....* & *cum gloria aſſumpſiſti me.* Sic etiam Prædeſtin. l. 3. ap. Sirm. to. 1. p. 544. d. ſed omittit &, poſt *meam.* Itidem in Pſalt. Corb. & in Miſſali Rom. ad Grad. Dom. Palm. In Gr. ἐν τῇ (Ald. & Compl. ἐν ἐν τῇ) βουλῇ Σου..... καὶ μετὰ δόξης προσελάβου με.

℣. 25. Ambroſ. l. 4. de interpel. Dav. 671. f. *Quid enim mihi reſtat in cœlo ?* & *à te*, &c. Itidem Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Corb. & Mediol. Mozarab. verò hab. *Quid enim mihi eſt in cælum ?* Auguſt. in eund. Pſ. *Quid*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 26. Defecit cor meum, & caro mea : Deus cordis mei, & pars mea tu es Deus meus in æternum.	*Conſumpta eſt caro mea, & cor meum : robur cordis mei, & pars mea Deus in æternum.*	26. Defecit caro mea, & cor meum : Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.
27. Quoniam ecce, qui elongant ſe à te, perient : diſperdidiſti omnem fornicationem abs te.	*Quia ecce qui elongant ſe à te, peribunt : perdidiſti omnem fornicantem à te.*	27. Quia ecce, qui elongant ſe à te, peribunt : perdidiſti omnes, qui fornicantur abs te.
28. Mihi autem adhærere Deo bonum eſt : ponere ſpem meam in Domino Deo ſalutis meæ :	*Mihi autem propinquare Deo bonum eſt : poſui in Domino Deo ſpem meam :*	28. Mihi autem adhærere Deo bonum eſt : ponere in Domino Deo ſpem meam :
Ut enarrem omnes laudationes tuas, in portis filiæ Sion.	*Ut narrem omnes annuntiationes tuas.*	Ut annuntiem omnes prædicationes tuas, in portis filiæ Sion.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

enim mihi eſt in cælo ? Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 729. c. *Quid enim mihi deeſt in cœlo?* Gr. Τί γάρ μοι ὑπάρχει ἐν τῷ, &c.

℣. 26. Ambroſ. l. 4. de interpel. Dav. 672. c. ſimiliter hab. cum Pſalt. Corb. *Defecit cor meum, & caro mea : Deus cordis mei.* Itidem in Rom. ſubnexis his, *& pars mea Deus in ſæcula ;* in Mozar. & Corb. *& pars mea tu Deus in ſæcula.* S. Paulin. ep. 30. p. 192. a. leg. *Defecit cor meum, & caro mea : Deus cordis mei, & pars mea Deus in ſæcula.* Aug. in hunc Pſ. *Defecit cor meum, & caro..... & pars mea Deus meus in ſæcula ;* infra deeſt *meus.* Caſſiod. in eund. Pſ. *Defecit caro mea, & cor meum... & pars mea Deus in ſæcula.* Eadem vocum ſeries ab Hieron. ſervatur in ep. ad Sun. & Fret. to. 2. p. 646. b. *pro quo*, inquit, *malè perverſum ordinem quidam tenent :* Defecit cor meum, & caro mea. In Gr. tamen hod. Ἐξέλιπεν ἡ καρδία μου, καὶ ἡ σάρξ μου..... καὶ ἡ μερίς μου ὁ Θεὸς εἰς τὸν αἰῶνα.

℣. 27. Pſalt. Rom. & Corb. *Quia ecce, qui elongant ſe à te, peribunt :* Rom. ſubdit, *perdes omnes, qui fornicantur abs te :* Corb. verò, *perdidiſti omnem, qui fornicatur à te.* Cypr. epiſt. 75. p. 143. c. *Ecce enim, qui longinquant ſe abs te, peribunt.* Ambr. l. 4. de interpel. Dav. 672. f. & Caſſiod. in hunc Pſ. Vulgatæ accinunt. Ita rurſum Ambroſ. in Pſ. 43. col. 898. d. & in Pſ. 118. col. 1167. 1220. f. ſupra verò col. 1203. b. leg. *omnes, qui elongant ſe abs te, peribunt.* Auguſt. in hunc Pſ. *Ecce, qui longè ſe facinnt à te, peribunt : perdidiſti omnem, qui fornicatur abs te.* Similiter hab. Prædeſt. l. 3. ap. Sirmond. to. 1. p. 544. d. *Quoniam qui ſe longè faciunt à te, peribunt.* Ennod. pro Synodo ibid. to. 1. p. 1639. e. *maledixiſti omnes, qui fornicantur abs te.* Gr. Ὅτι ἰδοὺ, οἱ μακρύνοντες ἑαυτοὺς ἀπὸ σοῦ, ἀπολοῦνται· ἐξωλόθρευσας πάντα τὸν πορνεύοντα ἀπὸ σοῦ.

℣. 28. In Pſalt. Carnut. & Mediolan. deeſt vox *Domino* circa med. loco verò *laudationes*, exſtat *laudes ;* cæt. ut in Vulg. Corb. hab..... *ponere in Deo ſpem meam : Ut enarrem omnes laudationes tuas in*, &c. Rom. *Ut annuntiem omnes laudes tuas*, &c. Mozar. *Ut enarrem omnia promiſſa tua*, &c. Hieron. epiſt. ad Sun. & Fret. to. 2. p. 646. b. *Ut annuntiem omnes prædicationes tuas :* tum addit : *pro quo vos in Græco legiſſe dixiſtis* τὰς αἰνέσεις σου, *id eſt*, laudes tuas..... *Septuaginta*, τὰς ἐπαγγελίας σου, *id eſt*, prædicationes tuas, *vel* promiſſa. Ambroſ. l. 4. de interpel. Dav. 672. f. & l. 1. de Cain, c. 2. col. 185. c. ut ſup. *Mihi autem adhærere Deo bonum eſt.* Auguſt. cont. epiſt. Manich. to. 8. 178. f. *Mihi autem inhærere Deo bonum eſt ;* at in hunc Pſ. col. 767. d. legit *adhærere.* Auct. l. de promiſſ. dimid. temp. c. 7. p. 195. a. *Mihi autem adjungi Deo bonum eſt.* Auguſt. ubi ſup. in Pſ. add. *ponere in Deo ſpem meam : Ut annuntiem omnes laudes tuas, in atriis filiæ Sion.* Caſſiod. in eund. Pſ. *omnes laudes tuas, in portis*, &c. Gr..... τίθεσθαι ἐν τῷ Κυρίῳ τὴν ἐλπίδα μου· Τοῦ ἐξαγγεῖλαι πάσας τὰς αἰνέσεις σου ἐν ταῖς πύλαις, &c.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 1. Intellectûs Aſaph Pſalmus. LXXIII.	*Eruditio Aſaph. LXXIV.*	1. Intellectus Aſaph. LXXIII.
* QUare repuliſti Deus in finem : iratus eſt furor tuus in oves paſcuæ tuæ?	*UT quid Deus repuliſti in finem : fumabit furor tuus in gregem paſcuæ tuæ?*	UT quid Deus repuliſti in finem : iratus eſt furor tuus ſuper oves paſcuæ tuæ ?
2. Memorare congregationis tuæ, quam adquiſiſti ab initio.	*Recordare congregationis tuæ, quam poſſediſti ab initio.*	2. Memor eſto congregationis tuæ, quam poſſediſti ab initio.
Liberaſti virgam hæreditatis tuæ : montem Sion * hunc,	*Redemiſti virgam hæreditatis tuæ : montem Sion, in quo habitaſti.*	Redemiſti virgam hæreditatis tuæ : mons Sion, in quo habitaſti in eo.
* *Mſ. vitioſè* hoc. in quo commoratus es in eo.		
3. Eleva manus tuas in ſuperbias eorum in finem : quan-	*Sublimitas pedum tuorum diſſipata eſt uſque ad finem : omnia*	3. Leva manus tuas in ſuperbias eorum in finem : quanta malignatus

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita in Pſalt. Mozar. eſt. Apud Aug. verò, & Caſſiod. deeſt vox *Pſalmus*, ſicut in Pſalt. Rom. Corb. & Gr.

* Pſalt. Rom. *Ut quid repuliſti nos Deus in finem : iratus eſt furor tuus ſuper oves gregis tui?* Sic etiam ap. Aug. in hunc Pſ. ut in Pſalt. Corb. & Moz. ſi legatur *animus*, non *furor.* Item in Mediolan. & Carnut. *animus tuus.* Ambr. quoque l. 2. de interpel. Dav. c. 7. 647. f. legit : *Ut quid repuliſti nos Deus in finem?* At Hieron. epiſt. ad Sun. & Fretel. to. 2. 646. c. ſcribit : *Ut quid Deus repuliſti in finem? pro quo*, inquit, *malè apud Græcos legitur ordine commutato, Ut quid repuliſti Deus?* Amalar. Analect. to. 2. p. 231. *Ut quid Deus repuliſti in finem : elatus eſt furor tuus ſuper oves paſcuæ tuæ?* Caſſiod. cum Pſalt. Rom. *iratus eſt furor tuus ſuper oves gregis tui?* In Pſalt. Sangerm. ſcriptum eſt *in nobis*, pro *in oves*, ſed manifeſto errore ; familiare quippe librariis eſt litteram ultimam vocis præcedentis adnectere ſubſequenti, ſicut *in no*, pro *in o ;* præterea ſcriptores antiqui litteram *v*, cum *b*, & *e* cum *i* ſæpe commutant, unde *obis*, pro *oves.* In Gr. Ἱνατί ἀπώσω ὁ Θεὸς εἰς τέλος· ὠργίσθη ὁ θυμός σου ἐπὶ πρόβατα νομῆς σου ;

℣. 2. Pſalt. Corb. & Rom. Fabri : *Memento congregationis tuæ, quam creaſti ab initio. Liberaſti virgam..... mons Sion, in quo habitaſti in idipſo ;* Corb. *in eo ;* Rom. Martian. *in quo habitas in idipſum.* Mozarab. *Memento congregat. tuæ Domine, quam creaſti ab initio. Liberaſti virgam..... montem Sion, in quo habitaſti.* Aug. in hunc Pſ. *Memento congregat. tuæ, quam poſſediſti ab initio. Redemiſti virgam..... montem Sion iſtum, quem inhabitaſti in ipſo.* Caſſiod. in eund. Pſ. *Memento congr. tuæ, quam creaſti ab initio. Liberaſti virgam..... montis Sion, in quo habitaſti.* In Pſalt. etiam Mediol. & Carnut. eſt, *quam creaſti ab initio.* In Gr. Μνήσθητι τῆς..... ἧς ἐκτήσω..... Ἐλυτρώσω ῥάβδον..... ὄρος Σιὼν τοῦτο, ὃ κατεσκήνωσας ἐν αὐτῷ.

℣. 3. Pſalt. Rom. cum Caſſiod. *Eleva manum tuam in ſuperbiam eorum in finem : quanta malig..... in ſanctis tuis!* Mozarab. *Eleva manum tuam in ſuperbia eorum..... quanta malig..... in ſanctuariis tuis!* Corb. *Eleva manus tuas in ſuperbia eorum..... in ſanctis ſuis!* Mediolan. & Carnut. *in ſanctis tuis!* Ambroſ. in Pſ. 37. to. 1. p. 830. b. *quanta malignè operatus eſt inimicus in ſanctis tuis!* Hieron. verò ep. ad Sun. & Fret. to. 2. 646. c. *quanta malignatus eſt inim. in ſancto!* ſubditque : *Miror quis in codice veſtre*

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.	
eſt inimicus in ſancto!	*mala egit inimicus in ſanctuario.*	ta malignatus eſt inimicus in ſanctis tuis!	*Ex Mſ. Sangerm.*
4. Et gloriati ſunt qui oderunt te, in medio ſolemnitatis tuæ. Poſuerunt ſigna ſua ſigna: 5. & non cognoverunt ſicut in exitu ſuper ſummum. Quaſi in ſilva lignorum ſecuribus 6. exciderunt januas ejus in idipſum: in ſecuri, & aſciâ dejecerunt eam.	*Fremuerunt hoſtes tui in medio pacti tui: Poſuerunt ſigna ſua in trophæum, manifeſta in introitu deſuper; In ſaltu lignorum ſecures: & nunc ſculpturas ejus pariter bipenne & dolatoriis deraſerunt.*	4. Et gloriati ſunt odientes te, in medio atrio tuo. Poſuerunt ſigna ſua: 5. & non cognoverunt ſicut in introitum eorum deſuper. Sicut in * ſilva lignorum ſecuribus 6. exciderunt januas ejus in idipſum: in * bipenni, & aſciâ dejecerunt ea.	* *Mſ. mendoſe* lignа. * *Mſ.* bipinne, *vet. more.*
4. Reg. 25. 9. 7. Incenderunt igni ſanctuarium tuum: in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.	*Miſerunt ignem in ſanctuarium tuum: in terram contaminaverunt tabernaculum nominis tui.*	7. Succenderunt igni ſanctuarium tuum: contaminaverunt in terra tabernaculum nominis tui.	
8. Dixerunt in corde ſuo cognatio eorum ſimul: Quieſcere faciamus omnes dies feſtos Dei à terra.	*Dixerunt in cordibus ſuis poſteri eorum ſimul: incenderunt omnes ſolennitates Dei in terra.*	8. Dixerunt in corde ſuo cogitantes inter ſe: Venite, comprimamus omnes dies ſolemnitatis Domini de terra.	
9. Signa noſtra non vidimus, jam non eſt propheta: & nos non cognoſcet ampliùs.	*Signa noſtra non vidimus, non eſt ultra propheta: & non eſt nobiſcum qui ſciat uſquequo.*	9. Signa noſtra non vidimus, non eſt adhuc propheta: & nos neſciet adhuc.	
10. Uſquequo Deus improperabit inimicus: irritat adverſarius nomen tuum in finem?	*Uſquequo Deus exprobrabit adverſarius: blaſphemabit inimicus nomen tuum in finem?*	10. Uſquequo Deus improperat inimicus: inritat adverſarius nomen tuum in finem?	
11. Ut quid avertis manum tuam, & dexteram tuam, de medio ſinu tuo in finem?	*Quare convertis manum tuam & dexteram tuam? à medio ſinu tuo conſume.*	11. Quare avertis faciem tuam à nobis, & dextera tua de medio ſinu tuo in finem?	
12. Deus autem rex noſter ante ſæcula, operatus eſt ſalutem in medio terræ. *Luc. 1. 68.*	*Deus autem rex meus ab initio: operatur ſalutes in medio terra.*	12. Deus autem rex noſter ante ſæcula: operatus eſt ſalutem in medio terræ.	

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

emendando perverterit, ut pro ſancto, ſanctis *poſuerit; cùm & in noſtro codice* in ſancto *inveniatur.* Auguſt. tamen in eund. Pſ. habet ut ſup. *Eleva manum tuam in ſuperbiam... quanta malignè operatus eſt inim. in ſanctis tuis!* Gr. Ἔπαρσιν τὰς χεῖράς σου ἐπὶ τὰς ὑπερηφανίας..... ὅσα ἐποιμερεύσατο ὁ..... ὁ τῶν ἁγίων σου; Ald. & Compl. ὁ τῷ ἁγίῳ σου;

℣. 4. Pſalt. Corb. *Et gloriati ſunt qui te oderunt, in medio atrio tuo. Poſuerunt ſigna ſua: & non*, &c. Moz. *Et gloriati ſunt omnes qui te oderunt, in medio atrii tui*, &c. ut in Vulg. Rom. & Carnut. cum Caſſiod. *Et gloriati ſunt qui te oderunt, in medio atrio tuo*, &c. Ambroſ. in Pſ. 37. col. 830. b. c. *Et gloriati ſunt qui oderant te, in medio feſti tui*, &c. ut in Vulg. ita etiam l. 2. de interpel. Dav. c. 7. 647. f. ſi excipias unum *oderunt.* Auguſt. in hunc Pſ. *Et gloriati ſunt omnes qui..... in medio ſolemnitatis tuæ*, &c. ut in Vulg. Gr. Καὶ ἐκαυχήσαντο οἱ μισοῦντές σε, ἐν μέσῳ τῆς ἑορτῆς σου, &c. ut in Vulg.

℣. 5. Ambroſ. in Pſ. 37. col. 830. b. c. ita legit: *& non cognovi ſicut in via ſupra ſummum*, &c. ut in Vulg. ſic etiam l. 2. de interpel. Dav. c. 7. 647. f. 648. b. & c. d. niſi quòd hab. *ſuper.* S. Eucher. q. in Pſ. p. 845. g. *& non cognoverunt ſicut in via ſupra ſummum.* Similiter in Pſalt. Rom. In Mozarab. verò, *& non cognoverunt ſicut ingreſſus deſuper*; in Mediolan. *ſicut in exitu deinſuper.* Auguſt. in hunc Pſ. *& non cognoverunt ſicut in egreſſum deſuper*, &c. ut in Vulg. Caſſiod. in eund. Pſ. cum Pſalt. Corb. *& non cognoverunt ſicut in via ſuper ſummum*, &c. In Gr. καὶ οὐκ ἔγνωσαν ὡς εἰς τὴν εἴσοδον ὑπεράνω, &c. ut in Vulg.

℣. 6. Ambroſ. in Pſ. 37. to. 1. 830. b. c. & l. 2. de interpel. Dav. c. 7. 648. d. legit: *conciderunt januas ejus in idipſum: bipenni, & aſciâ dejecerunt illud.* Victor. Vit. l. 1. perſ. Afric. p. 3. b. *conſciderunt januas ejus in idipſum.* Pſalt. Moz. *bipine, & aſciâ dejecerunt*, abſque ſeq. vocula. Rom. *bipenni, & aſciâ dejecer. ea*, al. *eas.* Corb. cum Caſſiod. *bipenni, & aſciâ dejec. eam.* Auguſt. in hunc Pſ. *conciderunt januas ejus in idipſum: in dolabro, & fracorio dejecerunt eam.* Græc. ἐξέκοψαν τὰς..... ἐπιτοαυτό· ἐν πελέκει, καὶ λαξευτηρίῳ κατέῤῥαξαν αὐτήν.

℣. 7. Pſalt. Corb. *Incenderunt igni ſanctuarium tuum Domine: in terra polluerunt*, &c. ut in Vulg. Rom. ſic interpungit: *Incenderunt igni ſanctuar. tuum in terra: polluerunt tabernac.* &c. Auguſt. verò in hunc Pſ. *polluerunt in terra tabernac.* &c. ut ſup. Caſſiod. ut in Vulg. Gr. Ἐπαύσαν ἐν πυρὶ τὸ ἁγιασμεῖόν σου εἰς τὴν γῆν· ἐβεβήλωσαν, &c.

℣. 8. Pſalt. Rom. & Corb. *Dixerunt in corde ſuo cognatio eorum inter ſe: Venite, comprimamus omnes dies feſtos Domini à terra.* Item in Pſalt. Mediol. & Carnut. *Venite, comprimamus.* In Mozar. *Venite, auferamus omnes dies feſtos Domini de terra.* Auguſt. in hunc Pſ. *Dixerunt in corde ſuo cognatio eorum in unum: Venite, comprimamus omnes ſolemnitates Domini de terra* (inf. *à terra.*) Similiter ap. Caſſiod. in eund. Pſ. præt. hoc, *cognatio eorum inter ſe.* Hieron. ep. ad Sun. & Fret. to. 2. col. 646. c. 647. a. legit: *Incendamus omnes dies feſtos Dei à terra*; tum addit: *pro quo in Græco ſcriptum eſt* κατακαύσωμεν; *& nos ita tranſtulimus:* Quieſcere faciamus omnes dies feſtos Dei à terra. *Et miror quomodo è latere adnotationem noſtram neſcio quis temerarius ſcribendam in corpore putaverit, quam nos pro eruditione legentis ſcripſimus hoc modo: Non habet* κατακαύσωμεν, *ut quidam putant, ſed* κατακαύσωμεν, *id eſt*, incendamus: *& quia retulit mihi S. presbyter Firmus, qui hujus operis exactor fuit, inter plurimos hinc habitam quæſtionem, planiùs de hoc diſputandum videtur. In Hebræo ſcriptum eſt*, Sarphu chol moedau el baares, *quod Aquila & Symmachus verterunt*, Ἐνεπύρισαν πάσας τὰς συναγωγὰς τοῦ Θεοῦ, *id eſt*, Incenderunt omnes ſolemnitates Dei in terra: *Quinta* κατέκαυσαν, *id eſt*, combuſſerunt; *Sexta* καταπαύσωμεν, *id eſt*, comburamus; *quod & LXX. juxta Hexaplorum veritatem tranſtuliſſe perſpicuum eſt. Theodot. quoque* ἐμπυρίσωμεν *vertit, id eſt*, ſuccendamus: *ex quo perſpicuum eſt ſic pſallendum, ut nos interpretati ſumus. Et tamen ſciendum quid Hebraïca veritas habeat. Hoc enim quod LXX. tranſtulerunt, propter vetuſtatem in eccleſiis decantandum eſt; & illud ab eruditis ſciendum propter notitiam Scripturarum. Unde ſi quid pro ſtudio è latere additum eſt, non debet poni in corpore; ne priorem translationem pro ſcribentium voluntate conturbet.* In edit. Rom. ſic: Εἶπαν ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν ἡ συγγένεια αὐτῶν ἐπὶ τοαυτό· Δεῦτε, καταπαύσωμεν τὰς ἑορτὰς Κυρίου ἀπὸ, &c.

℣. 9. Pſalt. Rom. Fabri: *Signa noſtra non videmus*, &c. ut in Vulg. Rom. Martian. *non vidimus.* Moz. *& nos non agnoſcet ampliùs*; Aug. in hunc Pſ. *& nos non cognoſcet adhuc.* Caſſiod. ut in Vulg. Gr. Τὰ σημεῖα ἡμῶν οὐκ εἴδομεν, οὐκ ἔστιν ἔτι προφήτης· καὶ ἡμᾶς οὐ γνώσεται ἔτι.

℣. 10. Brev. Mozar. *Uſquequo Domine improperavit inimicus*, &c. Auguſt. in hunc Pſ. *Uſquequo Deus exprobrabit inimicus?* &c. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. ut in Vulg. Gr. Ἕως πότε ὁ Θεὸς ὀνειδιεῖ ὁ ἐχθρός· παροξυνεῖ, &c.

℣. 11. Pſalt. Rom. *Ut quid avertis faciem tuam, & dexteram tuam, de medio*, &c. Similiter hab. Hilarius in Pſ. 65. p. 178. d. præter unum *quare*, pro *ut quid.* Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Vulgata concinunt, & Græco.

℣. 12. Ita Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Cypr. l. 2. Teſtim. p. 297. b. leg. cum Corb. *Deus autem rex noſter ante ſæculum*, &c. ut ſup. Hilar. in Pſ. 134. col. 476. b. *Dominus Deus autem rex noſter, rex ante*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 13. Tu confirmaſti virtute tua mare, motum autem fluctuum ejus tu mitigas: conteruiſti capita draconum ſuper aquam.	*Tu diſſipaſti in fortitudine tua mare: contriviſti capita draconum in aquis.*	13. Tu confirmaſti in virtute tua mare: contribulaſti capita draconum in aquis.
14. Tu conquaſſaſti caput draconis: dediſti eum in eſcam populo Æthiopum.	*Tu confregiſti capita Leviathan: dediſti eum eſcam populo Æthiopum.*	14. Tu confregiſti capita draconis: dediſti eum eſcam populis Æthiopum.
15. Tu diſrupiſti fontes & torrentes.	*Tu dirupiſti fontem & torrentem: tu exſiccaſti flumina fortia.*	15. Tu dirupiſti fontes & torrentes: tu ſiccaſti fluvios Ethan.
16. Tuus eſt dies, & tua eſt nox: tu perfeciſti ſolem & lunam.	*Tua eſt dies, & tua eſt nox: tu ordinaſti luminare & ſolem.*	16. Tuus eſt dies, & tua eſt nox: tu fabricatus es auroram & ſolem.
17. Tu feciſti omnes terminos terræ: æſtatem & ver tu feciſti.	*Tu ſtatuiſti omnes terminos terræ: æſtatem & hyemem tu plaſmaſti.*	17. Tu feciſti omnes terminos terræ: æſtatem & ver tu plaſmaſti ea.
18. Memorare hujus creaturæ tuæ, inimicus improperavit Dominum: & populus inſipiens exacerbavit nomen tuum.	*Memento hujus: inimicus exprobravit Domino, & populus inſipiens blaſphemavit nomen tuum.*	18. Memor eſto hujus, inimicus improperavit Domino: & populus inſipiens incitavit nomen tuum.
19. Ne tradideris beſtiis animam confitentem tibi: animas pauperum tuorum ne obliviſcaris in finem.	*Ne tradas beſtiis animam eruditam lege tua: vita pauperum tuorum ne obliviſcaris in perpetuum.*	19. Ne tradas beſtiis animas confitentes tibi, & animas pauperum tuorum ne obliviſcaris in finem.
20. Reſpice in teſtamentum tuum: quoniam repleti ſunt obſcuritate terræ domûs iniquitatum.	*Reſpice ad pactum: quia repleta ſunt tenebris terra, habitationes iniquæ.*	20. Reſpice in teſtamentum tuum: quia repleti ſunt, qui obſcurati ſunt terræ domibus iniquitatum.
21. Ne avertatur humiliatus & confuſus: egenus & pauper laudabunt nomen tuum.	*Ne revertatur confractus confuſus: egenus & pauper laudabunt nomen tuum.*	21. Ne avertatur humilis factus confuſus: pauper & inops laudabunt nomen tuum.
22. Exſurge Domine, judica judicium tuum: memorare improperiorum tuorum, quæ ſunt ab inſipiente tota die.	*Surge Deus, judica cauſam tuam: memento opprobrii tui ab inſipiente tota die.*	22. Exſurge Deus, judica cauſam tuam: memor eſto improperiorum tuorum, eorum quæ ab inſipiente ſunt tota die.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ſæcula: operatus eſt ſalutem in medio orbis terræ. Gr. Ὁ δὲ Θεὸς βασιλεὺς ἡμῶν πρὸ αἰῶνος, &c. ut in Vulg.

℣. 13. Medius verſiculus, *motum autem*, &c. petitur ex Pſ. 88. ℣. 10. nec videtur eſſe dubium quin ab oſcitante librario huc advectus fuerit, cùm aliubi non reperiatur eò loci. In Pſalt. Rom. ſic: *Tu confirmaſti in virtute tua mare: tu contriviſti capita draconum ſuper aquas.* Mediol. etiam hab. *ſuper aquas*; Mozarab. *in aquis.* Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. *Tu confirm. in virt. tua mare: contriviſti capita draconum in aqua*; Caſſiod. *ſuper aquas.* Auct. l. de promiſſ. dimid. temp. c. 4. col. 191. a. *tu contriviſti capita draconum ſuper aquas. Tu confregiſti*, &c. Hieron. verò epiſt. ad Sun. & Fret. to 2. 647. a. *contribulaſti capita drac. in aquis*; deinde, *Tu confregiſti*, &c. tum addit: *Sic lectionis ordo ſequitur ut in priori verſu* tu *non habeat*, (nempe ante *contribulaſti*,) *ſed in ſecundo*; & *aquæ* plurali numero *ſcribantur, non ſingulari.* In Pſalt. Corb. *tu contribulaſti.* In Gr. Σὺ ἐκραταίωσας ἐν τῇ δυνάμει..... Σὺ συνέτριψας τὰς..... ἐπὶ τῷ ὕδατος. Σὺ συνέθλασας, &c.

℣. 14. Pſalt. Rom. cum Moz. *Tu confregiſti caput draconis magni:* & *dediſti eum in eſcam populo Æthiopum.* Corb. *Tu confr. capita draconis magni: dediſti eum in eſcam populo Æthiopum.* Mediol. hab. *caput draconis*; Carnut. *caput draconis magni.* Ita quoque ap. Hieron. epiſt. ad Damaſ. to. 4. 158. b. reliqua verò ut in Vulg. Ambroſ. de parad. to. 1. 171. f. hab. *in eſcam populis*, &c. Auguſt. in hunc. Pſ. *Tu confregiſti caput draconis: dediſti eum in eſcam populis Æthiopibus.* Auct. l. de promiſſ. dimid. temp. c. 4. col. 191. a. *Tu confregiſti caput draconis magni:* & *dediſti eum in eſcam populis Æthiopibus.* Caſſiod..... *caput draconis: dediſti eum in eſcam populo Æthiopum.* Gr..... τὰς κεφαλὰς τοῦ δράκοντος· ἔδωκας αὐτὸν βρῶμα λαοῖς τοῖς Αἰθίοψι.

℣. 15. Pſalt. Rom. ſubdit cum Vulg. *tu exſiccaſti fluvios Etham.* Mozarab. *tu exſiccaſti flumina Ethan.* Anon. apud Ambroſ. to. 2. p. 5. c. *tu ſiccaſti fluvios Ethan.* Ita quoque leg. Auguſt. niſi quòd ſcribit *Etham*, ut & ſup. *diſrupiſti.* Pſalt. Corb. *Tu inrupiſti fontes..... tu ſiccaſti flumina Æthan.* Apud Caſſiod. ut in Vulg. Gr. Σὺ διέῤῥηξας..... σὺ ἐξήρανας ποταμοὺς Ἠθάμ.

℣. 16. Ita Aug. in hunc Pſ. Caſſiod. verò cum Pſalt. Rom. Moz. Corb. & Carnut. *tu feciſti ſolem* & *lunam.* Mediol. *tu præparaſti lumen* & *ſolem.* Græc. Σὺ κατηρτίσω ἥλιον καὶ φωτεινὸν· Ald. & Compl. φαῦσιν καὶ ἥλιον.

℣. 17. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. *æſtatem & ver tu feciſti ea*; Corb. & Moz. *tu feciſti eam.* Gr. Σέρος καὶ ἔαρ σὺ ἔπλασας· Ald. & Compl. ἔπλασας αὐτά.

℣. 18. Sic in Pſalt. Corb. Rom. Moz. & ap. Caſſiod. præter ſeqq. *memor eſto*, loco *memorare*; & *Domino*, loco *Dominum*: Corb. hab. *Dominum*; præterea Mozar. *quia inimicus*, &c. Mediol. & Carnut. ſimiliter addunt *creaturæ tuæ*, ſcribuntque *exacerbavit nomen tuum.* Auguſt. in hunc Pſ. leg. *Memor eſto hujus creaturæ tuæ, inimicus exprobravit Domino:* & *populus imprudens exacerbavit nomen tuum.* Gr. Μνήσθητι ταύτης τῆς κτίσεώς σου, ἐχθρὸς ὠνείδισε τὸν Κύριον· καὶ λαὸς ἄφρων παρώξυνε τὸ ὄνομά σου. Ab Ald. & Compl. hoc abeſt, τῆς κτίσεώς σου.

℣. 19. Sic hab. Auguſt. in hunc Pſ. & l. 7. de Gen. ad lit. to. 3. p. 1. col. 215. g. Vulgatæ verò conſonat Pſalt. Rom. Itidem Caſſiod. in eund. Pſ. cum Brev. Mozarab. niſi quòd delent &, ante *animas.* In Corb. ſic: *Ne tradas beſtiis animam confitentis tibi: animas paup. tuorum ne obliviſcaris in ſempiternum.* Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 35. p. 164. e. leg. *Ne tradideris beſtiis animam confitentem tibi.* Item in Gr. Μὴ παραδῷς τοῖς θηρίοις ψυχὴν ἐξομολογουμένην σοι· τῶν ψυχῶν, &c.

℣. 20. Pſalt. Rom. Fabri: *Reſpice in teſtamento tuo: quia repleti ſunt, qui obſcurati ſunt terræ domorum iniquitatum.* Rom. Martian. *Reſpice in teſtamentum tuum*, &c. Aug. in hunc Pſ. *quoniam repleti ſunt, qui obſcurati ſunt terræ domorum iniquarum*; Caſſiod. cum Pſalt. Mediol. Corb. & Moz. *domorum iniquitatum.* Gr. Ἐπίβλεψον εἰς τὴν διαθήκην σου· ὅτι ἐπλήρωθησαν οἱ ἐσκοτωμένοι τῆς γῆς οἴκων ἀνομιῶν.

℣. 21. Auguſt. in hunc Pſ. *Ne avertatur humilis confuſus: egenus* & *inops*, &c. Item in Pſalt. Moz. *humilis confuſus.* In Rom. & ap. Caſſiod. omnia ut in Vulg. In Gr... τεταπεινωμένος καὶ κατηχυμμένος· πτωχὸς καὶ πένης, &c.

℣. 22. Vulgatæ favet Caſſiod. cum Pſalt. Rom. In Mozarab. ſic: *Exſurge Domine, judica cauſam tuam: memor eſto opprobrium ſervorum tuorum, eorum qui inſipientes ſunt tota die.* Apud Auguſt. in hunc Pſ. *Exſurge Domine, judica cauſam meam: memento opprobriorum tuorum, eorum quæ ab imprudente ſunt tota die.* In Gr. Ἀνάστα ὁ Θεὸς, δίκασον τὴν δίκην σου· μνήσθητι τῶν ὀνειδισμῶν σου, τῶν ὑπὸ ἄφρονος ὅλην τὴν ἡμέραν.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
23. Ne obliviſcaris voces inimicorum tuorum : ſuperbia eorum, qui te oderunt, aſcendit ſemper.	*Ne obliviſcaris voces hoſtium tuorum : ſonitus adverſariorum tuorum aſcendit jugiter.*	23. Ne obliviſcaris vocem deprecantium te : ſuperbia odientium te aſcendit in æternum. *Ex Mſ. Sangerm.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 23. Pſalt. Rom. *Ne obliviſcaris voces quærentium te : ſuperbia eorum, qui te oderunt, aſcendit ſemper ad te.* Corb. & Mozar. *Ne obliv. vocem quærentium te : ſuperb. eor. qui te oderunt, aſcendat in ſempiternum ;* Corb. *aſcendit.* Mediolan. *Ne obliv. vocem ſupplicum tuorum : ſuperbia eorum..... aſcendat ſemper ad te.* Carnut. hab. *vocem quærentium te... aſcendit in ſempiternum.* Auguſt. in hunc Pſ. *Ne obliv. vocem deprecantium te : ſuperb. eorum, qui..... aſcendat ſemper ad te.* Caſſiod. *voces quærentium te..... aſcendat ſemper ad te.* Hieron. epiſt. ad Sun. & Fret. to. 2. 647. b. legit : *Ne obliv. voces inimicorum tuorum ;* additque : *pro quo in Gr.* τῶν ἱκετῶν Ϛε, *id eſt*, deprecantium te, *ſcriptum dicitis : in Hebræo autem* ſorarach *legitur, quod Aquila*, hoſtium tuorum, *Symm.* bellantium contra te, *Septuaginta*, & *Sexta editio*, inimicor. tuorum *interpretati ſunt.* In ed. Rom. Μὴ ἐπιλάθῃ τῆς φωνῆς τῶν ἱκετῶν (Ald. & Compl. οἰκετῶν) Ϛε· ἡ ὑπερηφανία τῶν μισούντων Ϛε ἀναβαίνει διαπαντὸς πρὸς σέ· Ald. & Compl. ἀνέβη, abſque ult. πρὸς σέ.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
1. In finem, Ne corrumpas, Pſalmus Cantici Aſaph. LXXIV.	*Victori, Non diſperdas, Pſalmus Aſaph Cantici. LXXV.*	1. In finem, Ne corrumpas, Pſalmus Aſaph Canticum. LXXIV. *Ex Mſ. Sangerm.*
2. CONfitebimur tibi Deus : confitebimur, & invocabimus nomen tuum. Narrabimus mirabilia tua : 3. cùm accepero tempus, ego juſtitias judicabo.	*CONfitebimur tibi Deus, confitebimur ; & juxta nomen tuum narrabunt mirabilia tua : cùm accepero tempus, ego recta judicabo.*	2. CONfitebimur tibi Deus : confitebimur, & invocabimus nomen tuum. Narrabo omnia mirabilia tua : 3. cùm accepero tempus, ego juſtitias judicabo.
4. Liquefacta eſt terra, & omnes qui habitant in ea : ego confirmavi columnas ejus.	*Diſſolvetur terra cum omnibus habitatoribus ſuis : ego appendi columnas ejus.* SEMPER.	4. Defluxit terra, & omnes inhabitantes in ea : ego autem ſolidavi columnas ejus. DIAPSALMA.
5. Dixi iniquis : Nolite iniquè agere : & delinquentibus : Nolite exaltare cornu.	*Dixi iniquè agentibus : Nolite iniquè agere : & impiis : Nolite exaltare cornu.*	5. Dixi iniquis : Nolite iniqua agere : & peccatoribus : Ne exaltetis cornum.
6. Nolite extollere in altum cornu veſtrum : nolite loqui adversùs Deum iniquitatem.	*Nolite exaltare in excelſum cornu veſtrum, loquentes in cervice veteri.*	6. Nolite extollere in altum cornum veſtrum : nolite loqui adversùs Deum iniquitatem.
7. Quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque à deſertis montibus : 8. quoniam Deus judex eſt.	*Quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque à ſolitudine montium : ſed Deus judex.*	7. Quoniam neque ab oriente, neque ab occidente, neque à deſertis montium : 8. quoniam Deus judex eſt.
Hunc humiliat, & hunc exaltat : 9. quia calix in manu Domini vini meri plenus miſto.	*Hunc humiliabit, & hunc exaltabit : quia calix in manu Domini, & vino meraco ad plenum miſtus,*	Hunc humiliat, & hunc exaltat : 9. quoniam calix in manu Domini vini meri plenus eſt miſto.
Et inclinavit ex hoc in hoc : veruntamen fæx ejus non eſt exinanita : bibent omnes peccatores terræ.	*Et propinabit ex eo : veruntamen faces ejus potabunt bibentes omnes impii terræ.*	Et inclinavit ex hoc in illud : veruntamen fæx ejus non eſt exinanitus : bibent omnes peccatores terræ.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic in Pſalt. Corb. eſt. Rom. verò hab. *In finem, Ne corr. Pſalmus Aſaph Cantici.* Mozarab. delet *Canticum.* Auguſt. in hunc Pſ. leg. *In finem, Ne corrumpas ;* nec ſubdit alia. Apud Caſſiod. ut in Vulg. In Gr. Εἰς τὸ τέλος, Μὴ..... Ψαλμὸς Ὠδῇς τῷ Ἀσάφ.

℣. 2. Itidem in Pſalt. Corb. Sic etiam in Rom. repetito *tibi*, poſt alterum *confitebimur.* Addit pariter *tibi* ibid. Caſſiod. cum Mozar. legitque *narrabo*, cum Mediolan. & Carnut. At Hieron. ep. ad Sun. & Fret. to. 2. 647. b. leg. *Narrabimus omnia mirab.* &c. aitque *malè apud Græcos* legi *narrabo.* Apud Auguſt. in hunc Pſ. *Confitebimur tibi Deus : confit. tibi..... Enarrabo omnia mirab. tua.* Gr..... ἐξομολογησόμεθα (Ald. & Compl. add. Ϛοὶ,) ὦ ἐπικαλεσόμεθα τὸ..... Διηγήσομαι πάντα τὰ, &c.

℣. 3. Concordant Auguſt. & Caſſiod. ad verbum. Pſalt. Rom. hab. *Dum accepero temp. ego juſtitiam judicabo ;* Mozar. pariter *juſtitiam.* Gr. Ὅταν λάβω..... ἐγὼ εὐθύτητας κρινῶ· Ald. εὐθύτητα.

℣. 4. Pſalt. Rom. & Corb. *Liquefacta eſt terra, & omnes inhabitantes in ea ;* Corb. *in eam*, &c. ut in Vulg. Moz. cum Caſſiod. *habitantes in ea.* Auguſt. in hunc Pſ. *Defluxit terra, & omnes inhabitantes in ea : ego confirmavi*, &c. ſic etiam *confirmavi*, ap. Ambr. l. 1. de interpel. Job, c. 5. to. 1. 630. c. & in Pſ. 118. col. 1030. c. & l. 1. Hexa. col. 11. e. in Brev. Moz. *firmavi.* In Gr. Ἐλύθη ἡ γῆ, ὦ πάντες οἱ κατοικοῦντες αὐτήν, (Ald. & Compl. ἀν αὐτῇ·) ἐγὼ ἐστερέωσα, &c. Sequitur pariter *Diapſalma* tum in Pſalt. Rom. & Corb. tum in ed. Rom. LXX. at in edd. Ald. & Compl. ponitur ante ἐγὼ ἐστερέωσα. Hieron. tamen ep. ad Marcell. to. 2. 707. c. ait poſt Orig. *In lxxiv. Pſalmo, cujus principium eſt*, Confitebimur, &c..... *poſt illud*, ego confirmavi columnas ejus, *apud LXX.* & *Theodot.* & *Symmach. eſſe* Diapſalma.

℣. 5. Auguſt. in hunc Pſ. *Dixi iniquis : Nolite iniquè facere :* & *delinquentibus : Nolite exalt. cornu veſtrum ;* vox tamen ult. *veſtrum*, hîc & infra deeſt in pleriſque Mſs. Caſſiod. Vulgatæ congruit, ſicut Pſalt. Rom. & Gr.

℣. 6. Concinit Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Pſalt. Rom. & al. niſi quòd Pſalt. iſtud hab. & *nolite loqui ;* Mozar. *adversùs Dominum ;* ſing. *cornu*, non *cornum.* Aug. in eund. Pſ. *Nolite ergo efferri : ne loquamini adversùs Deum iniquitatem ;* inf. *nolite loqui :* crediderim lubens hunc ℣. quaſi exponendo retuliſſe Auguſtinum. Vide ſis ibid. col. 787. g. 788. e. Gr. Μὴ ἐπαίρετε εἰς ὕψος τὸ κέρας ὑμῶν· μὴ λαλεῖτε, &c. Ald. & Compl. ὦ μή.

℣. 7. Itidem Auguſt. in hunc Pſ. Caſſiod. autem cum Vulgata concinit, ſicut Pſalt. Rom. In Gr. Ὅτι οὔτε ἀπὸ ἐξόδων..... οὔτε ἀπὸ ἐρήμων ὀρέων.

℣. 8. Accinunt Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Pſalt. Rom. & Gr.

℣. 9. Eadem refert Gaud. Brix. ſerm. 19. p. 975. e. & f. præter unum *exinanita.* Ita etiam ap. Auguſt. in hunc Pſ. his inſuper exceptis, *quia calix*, & *ex hoc in hunc.* In Pſalt. Rom. pariter, & apud Caſſiod. *quia calix..... plenus eſt miſto*, & *exinanita ;* ſed habetur ſup. *ex hoc in hoc ;* & inf. *bibent ex eo omnes*, &c. In Corb. & apud Ambroſ. in Pſ. 37. & 118. to. 1. col. 822. b. 1233. b. *Quia calix in ma. Domini vini meri plenus eſt miſto. Et inclin. ex hoc in hoc : verunt..... exinanita.* In Brev. Moz. *plenum eſt*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 10. Ego autem in Domino gaudebo: pſalmum dicam Deo Jacob.	*Ego autem annuntiabo in ſempiternum: cantabo Deo Jacob.*	10. Ego autem annuntiabo in ſæculum: cantabo Deo Jacob.
11. Et omnia cornua peccatorum confringam: & exaltabuntur cornua juſti.	*Et omnia cornua impiorum confringam: exaltabuntur cornua juſti.*	11. Et omnia cornua peccatorum confringam: & exaltabuntur cornua juſti.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

miſto. Et inclinavit ex hoc in illud. Apud Hieron. in cap. 2. Oſe. to. 3. *Et inclinavit ex hoc in illum.* In Gr..... οἶνν ἀκράτν πλῆρες κεράσματος. Καὶ ἔκλινεν ἐκ τύτν εἰς τῦτο· πλὴν..... ὐκ ἐξεκενώθη· πίονται πάντες, &c.

℣. 10. Pſalt. Rom. Corb. Mediol. & Moz. cum Caſſiod. *Ego autem in ſæcula gaudebo: cantabo Deo Jacob.* Auguſt. in hunc Pſ. *Ego autem in ſæculum gaudebo: pſallam Deo Jacob.* Gr. Ἐγὼ δὲ ἀγαλλιάσομαι εἰς τὸν αἰῶνα· ψαλῶ, &c. V. edit. Ἐγὼ δὲ ἀπαγγελῶ, &c.

℣. 11. Conſentiunt Auguſt. & Caſſiod. unà cum Pſalt. Rom. & Gr.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 1. In finem, in Hymnis, Pſalmus Aſaph, Canticum pro Aſſyrio. LXXV.	*Victori in Pſalteriis Pſalmus Aſaph Cantici. LXXVI.*	1. In finem, in Laudibus, Pſalmus Aſaph, Canticum ad Aſſyrios. LXXV.
2. NOtus in Judæa Deus: in Iſraël magnum nomen ejus.	*COgnoſcitur in Judæa Deus: in Iſraël magnum nomen ejus.*	2. NOtus in Judæa Deus: in Iſraël magnum nomen ejus.
3. Et factus in pace locus ejus: & habitatio ejus in Sion.	*Et erit in Salem tabernaculum ejus, & habitatio ejus in Sion.*	3. Et factus eſt in pace locus ejus: & habitatio ejus in Sion.
4. Illic contribit cornua arcuum, ſcutum, & frameam, & bellum. DIAPSALMA.	*Ibi confregit volatilia arcûs, ſcutum, & gladium, & bellum. SEMPER.*	4. Ibi confregit potentias arcuum, ſcutum, gladium, & bellum.
5. Illuminans tu mirificè à montibus æternis: 6. conturbati ſunt omnes inſipientes corde.	*Lumen tu es magnificè à montibus captivitatis: ſpoliati ſunt ſuperbi corde:*	5. Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis: 6. turbati ſunt omnes inſipientes corde.
Dormierunt ſomnum ſuum: nec invenerunt quicquam omnes viri divitiarum in manibus ſuis.	*Dormitaverunt ſomnum ſuum: & non invenerunt omnes viri exercitûs manus ſuas.*	Dormierunt ſomnum ſuum: & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus ſuis.
7. Ab increpatione tua Deus Jacob, dormierunt qui aſcendebant equos.	*Ab increpatione tua Deus Jacob, conſopitus eſt currus, & equus.*	7. Ab increpatione tua Deus Jacob, dormitaverunt qui aſcenderunt equos.
8. Tu terribilis es, & quis reſiſtet tibi tunc ab ira tua?	*Tu terribilis es, & quis ſtabit adversùm te? ex tunc ira tua.*	8. Tu terribilis es, & quis reſiſtet tibi? ex tunc ira tua.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Itidem in Pſalt. Corb. excepta voce *Laudibus*, pro *Hymnis*. Rom. hab. *In finem, in Laudibus, Aſaph Canticum.* Mozarab. *In finem, in Laudem, Pſalmus Aſaph.* Ambroſ. l. de Nab. c. 14. to. 1. 583. a. ait *David in Pſalmo lxxv. hymnum Deo* concinuiſſe *ad Aſſyrium ſcriptum*: & in Luc. 12. col. 1447. e. *Pro Aſſyrio Pſalmus inſcribitur ſeptuageſimus quintus.* Apud Aug. in Pſ. titulus non legitur. Ap. Caſſiod. ut in Vulg. In Gr. ut in textu, niſi excipiantur iſta, τῷ Ἀσὰφ, Ὠδὴ πρὸς τὸν Ἀσσύριον· at hoc ult. πρὸς τὸν Ἀσσύριον, abeſt à Pſalteriis Lat. idque Theodoretus ſe non inveniſſe teſtatur in Hexapl. ſed in quibuſdam tantùm exemplaribus.

℣. 2. Sic hab. Ambroſ. l. de Nab. c. 14. to. 1. 583. b. addito uno ϑ, poſt *Deus*: at infra delet. Vide to. 1. col. 1119. e. 1479. d. 1507. e. & to. 2. col. 191. a. 280. d. 620. e. 698. c. Accinunt Iren. l. 3. & 4. p. 184. a. 273. a. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. & Gr.

℣. 3. Concinit Hilar. in Pſ. 67. 127. & 147. col. 198. a. 429. d. & 582. d. Item Ambroſ. l. de Nab. c. 14. col. 583. c. & in Pſ. 118. col. 1163. e. & epiſt. 20. col. 857. e. addito uno *eſt*, ad verbum *factus*. Sic etiam apud Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. & ap. Chromat. Aquil. in Matth. p. 979. d. necnon Optat. l. 2. cont. Donat. p. 31. b. Apud Irenæum ubi ſup. ſic: *Et factus eſt in pace.....* ϑ *habitaculum ejus in Sion:* in Gr. τὸ κατοικητήριον. Ap. Hieron. in Jer. 17. & 25. to. 3. 613. b. 652. f. *Factus eſt in pace, ſive in Salem, locus ejus:* ϑ *habitatio*, &c.

℣. 4. Ambroſ. epiſt. 20. to. 2. 857. e. *Ibi confregit cornua arcuum, ſcutum, glad.* ϑ *bellum.* Sic etiam Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Corb. Carnut. & Rom. Martian. In Rom. Fabri, & Moz. *cornua, arcum, ſcutum*, &c. in Mediolan. *poteſtates, arcum, ſcutum*, &c. Apud Auguſt. in eund. Pſ. *Ibi confregit fortitudines arcuum,* ϑ *ſcutum,* ϑ *gladium,* ϑ *bellum.* In Gr. Ἐκεῖ ζυνέτριψε τὰ κράτη τῶν τόξων, ὅπλον, ϗ ῥομφαίαν, ϗ πόλεμον. *Diapſalma* quoque ſubjungitur in Pſalt. Corb. Rom. ac ed. Rom. LXX. Abeſt autem ab Ald. & Compl. nec legitur ap. Auguſt. & Caſſiod. At Hieron. epiſt. ad Marcell. to. 2. 708. b. ait ex Orig. *Rurſum in Pſ. lxxv..... invenimus apud LXX.* ϑ *Theodot. poſt ſcutum, frameam,* ϑ *bellum, Diapſalma.*

℣. 5. Hilar. in Pſ. 118. col. 290. b. *Illuminans tu mirabiliter de montibus ſanctis.* Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1036. a. cum Vulg. *Illuminans tu mirabiliter à montib. æternis.* Ita quoque leg. Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. In Moz. verò ſic: *Illuminans tu mirabilis*, &c. In Corb. *Inluminas tu mirabiles à montibus æt.* Ap. Auguſt. in eund. Pſ. *Illuminans tu admirabiliter à mont. æternis.* S. Paulinus epiſt. 12. p. 60. c. ait: *Qui nos illuminat à mont. æternis.* Gr. Φωτίζεις ζὺ θαυμαστῶς ἀπὸ ὀρέων αἰωνίων.

℣. 6. Pſalt. Rom. nil differt à Vulgata; nec etiam Ambroſ. l. de bened. Patr. c. 7. to. 1. 523. d. niſi quòd hab. *obdormierunt*: at l. de Nab. c. 6. p. 572. e. leg. *dormierunt*, &c. vide etiam infra col. 583. f. 669. f. Auguſt. in hunc Pſ. legit *conturbati ſunt*, &c. ut in Vulg. Nicetius ep. Spicil. to. 3. p. 4. a. *Dormierunt ſomnum:* ϑ *nihil invenerunt.* Pſalt. Corb. *Dormierunt ſomnium ſuum*, &c. Hieron. ep. ad Sun. & Fret. to. 2. 647. b. ad hæc, *omnes viri divitiarum manibus ſuis*, addit, ϑ *non ut vos neſcio à quo depravatum legitis*, in manibus ſuis. In Gr. Ἐταράχθησαν..... ὕπνωσαν ὕπνον αὐτῶν· ϗ ὐχ εὗρον ὐδὲν πάντες οἱ ἄνδρες τῷ πλύτῳ ταῖς χερσὶν αὐτῶν.

℣. 7. Ambroſ. l. de bened. Patr. c. 7. 523. d. leg. cum Vulg. *dormitaverunt qui aſcenderunt equos*: ſimiliter l. de Elia & jejun. c. 5. col. 539. c. & in Pſ. 118. col. 1017. e. cum Pſalt. Rom. Auguſt. in hunc Pſ. *dormitaverunt omnes qui aſcenderunt equos*: at infra delet *omnes*, cum Caſſiod. in eund. Pſ. & Gr.

℣. 8. Ita legunt Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Carnut. Corb. & Moz. in Corb. tamen *qui*, pro *quis*. In Mediolan. *quis reſiſtet tibi contra faciem tuam?* Rom. Martian. add. *ex tunc ab ira tua.* Gr. τίς ἀντιςήσεται ζοι ἀπὸ τῆς ὀργῆς ζυ; Ald. & Compl. ἀπὸ τότε ἡ ὀργή ζυ.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
9. De cœlo auditum feciſti judicium : terra tremuit & quievit.	*De cœlo annuntiabis judicium : terra timens & tacebit.*	9. De cœlo jactaſti judicium : terra timuit & requievit. *Ex Mſ. Sangerm.*
10. Cùm exſurgeret in judicium Deus, ut ſalvos faceret omnes manſuetos terræ.	*Cùm ſurrexerit ad judicium Deus, ut ſalvos faciat omnes mites terræ.* SEMPER.	10. Dum exſurget in judicio Deus, ut ſalvet omnes manſuetos terræ.
11. Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi : & reliquiæ cogitationis diem feſtum agent tibi.	*Quia ira hominis confitebitur tibi : reliquiis irarum accingêris.*	11. Quoniam cogitatus hominis confitebitur tibi : reliquum cogitatûs diem feſtum frequentabunt tibi.
12. Vovete, & reddite Domino Deo veſtro, omnes qui in circuitu ejus affertis munera,	*Vovete, & reddite Domino Deo veſtro : omnes qui in circuitu ejus ſunt, offerent dona*	12. Vovete, & reddite Domino Deo veſtro : omnes qui in circuitu ejus, adferent munera
Terribili 13. & ei qui aufert ſpiritum principum, terribili apud reges terræ.	*Terribili, auferenti ſpiritum ducum ; terribili regibus terræ.*	Terribili 13. & ei auferenti ſpiritum principum : terribilis præ reges terræ.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 9. Pſalt. Rom. *De cœlo judicium jaculatum eſt : terra tremuit & quievit.* Carnut. & Corb. *jaculatus es ;* Mozarab. *jaculaſti.* Ambroſ. in Pſ. 43. to. 1. p. 896. f. *De cœlo jaculatus es judicium : terra tremuit & quievit :* ſic etiam l. 1. Hexa. col. 14. f. & l. de Nab. c. 15. to. 1. 585. b. niſi quòd 1. loco hab. *jaculatus eſt.* Auguſt. in hunc Pſ. *jaculatus es jud.* &c. Caſſiod. *judicium jaculatus eſt*, &c. Mſ. 1. *jaculatum.* Gr. Ἐκ τῆ γῆς ἠχήτισας κρίσιν· γῆ ἐφοβήθη καὶ ἡσύχασεν· al. Mſs. ἠκούτισας κρίσιν· Symmach. ἀκουστὸν ποιήσεις.

℣. 10. Pſalt. Rom. *Dum exſurgeret in judicio Deus, ut ſalvos faceret omnes quietos terræ.* Sic etiam in Mozarab. & apud Caſſiod. excepto uno *cùm*, pro *dum.* Mediol. etiam Corb. & Carnut. extremò hab. *quietos terræ.* Auguſt. verò in hunc Pſ. *mites corde ;* cæt. ut in Vulg. Gr. Ἐν τῷ ἀναστῆναι εἰς κρίσιν..... τοῦ σῶσαι πάντας τοὺς πραεῖς τῆ καρδίᾳ· (Ald. & Compl. πραεῖς τῆς γῆς) tum ſequitur Διάψαλμα, ſicut in Pſalt. Rom. & Corb. Et verò Hieron. ep. ad Marcell. to. 2. 708. b. teſtatur poſt Origenem, hoc in *Pſalmo poſt illum locum, Ut ſalvos faciat mites terræ*, eſſe *Diapſalma.*

℣. 11. Pſalt. Rom. cum Caſſiod. *Quia cogitatio hominis..... & reliquiæ cogitationum diem feſt. agent tibi.* Aug. in hunc Pſ. *Quoniam cogitatio hominis..... & reliquiæ cogitationis ſolemnia celebrabunt tibi.* Gr. Ὅτι ἀνθρώπου ἀνθρώπου..... ἡ ἐγκατάλειμμα ἀθυμίᾳ ἑορτάσει σοι.

℣. 12. Sic in Pſalt. Rom. & ap. Caſſiod. excepto uno *effertis*, pro *adferent.* In Mediolan. & ap. Aug. in eund. Pſ. *omnes qui in circ. ejus ſunt, offerent ;* in Carnut. & Corb. *offerunt.* In Mozarab. *omnes qui in circ. ejus ſunt, offerunt dona terribili.* Apud Ambroſ. l. de Nab. c. 16. to. 1. 585. d. & 586. c. *Orate*, & *reddite Dom. Deo veſtro, omnes qui in circuitu ejus adſertis munera :* at. l. de exhort. virg. to. 2. 291. d. *Vovete*, & *reddite*, &c. In Gr. Εὔξασθε, καὶ ἀπόδοτε Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν (Compl. ὑμῶν) πάντες οἱ κύκλῳ αὐτοῦ, οἴσουσι δῶρα τῷ φοβερῷ.

℣. 13. Vulgatæ ſuffragatur Ambroſ. l. de Nab. c. 16. to. 1. 586. d. ſicut etiam Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. In Mozarab. verò ſic : *qui auferet ſpiritum principum, terribili & metuendo regibus terræ.* In Corb. & *qui auferet ſpiritum*, &c. ut in Vulg. Apud Hieron. epiſt. ad Sun. & Fret. to. 2. col. 647. b. & *ei qui aufert ſpiritum principum ;* tum ſequitur : *Dicitis quòd* ei *non ſit ſcriptum in Græco : verum eſt : ſed niſi apposuerimus* ei, *Latinus ſermo non reſonat : neque enim poſſumus dicere :* Terribili & qui aufert ſpiritum, &c. In ed. Rom. καὶ ἀφαιρουμένῳ πνεύματα ἀρχόντων, φοβερῷ παρὰ τοῖς, &c. nonnulli Mſs. Auguſt. uno tantùm loco hab. ſup. *ſpiritus principum*, ut in Gr.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
1. In finem, pro Idithun, Pſalmus Aſaph. LXXVI.	*Victori ſuper Idithun Pſalmus Aſaph. LXXVII.*	1. In finem, pro Idithum, huic Aſaph Pſalmus. LXXVI. *Ex Mſ. Sangerm.*
2. VOce mea ad Dominum clamavi : voce mea ad Deum, & intendit mihi.	*VOce mea ad Deum, & clamavi : voce mea ad Deum, & exaudivit me.*	2. VOce mea ad Dominum clamavi : & vox mea ad Dominum, & intendit mihi.
3. In die tribulationis meæ Deum exquiſivi, manibus meis nocte contra eum : & non ſum deceptus.	*In die tribulationis meæ Dominum requiſivi : manus mea nocte extenditur, & non quieſcit.*	3. In die tribulationis meæ Deum exquiſivi, manibus meis nocte contra te : & non ſum deceptus.
Renuit conſolari anima mea, 4. memor fui Dei, & delectatus ſum, & exercitatus ſum : & defecit ſpiritus meus.	*Noluit conſolari anima mea : recordans Dei conturbabar, loquebar in memetipſo : & deficiebat ſpiritus meus.* SEMPER.	Recuſabit conſolari anima mea, 4. memoratus ſum Dei, & lætatus ſum : alienatus ſum, & defecit ſpiritus meus. DIAPSALMA.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Itidem in Pſalt. Corb. deleto uno *huic.* Ap. Auguſt. ita : *In finem, pro Idithun, Pſalmus ipſi Aſaph.* Sic etiam in Græco. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Moz. delet *ipſi.*

℣. 2. Ambroſ. in Pſ. 40. to. 1. 884. c. cum Pſalt. Rom. & Corb. *Voce mea ad Dom. clamavi :* & *vox mea ad Deum*, & *intendit mihi :* at in Pſ. 43. col. 886. e. & *vox mea ad Deum*, & *reſpexit me.* Similiter in Pſalt. Carnut. & *vox mea ad Deum.* In Mediolan. & apud Caſſiod. *vox mea*, abſque præced. &. Auguſt. in hunc Pſ. legit : *Voce mea ad Dominum* (aliq. Mſs. *ad Deum*) *clamavi :* & *vox mea ad Deum* (inf. *ad Dominum*,) & *adtendit mihi.* Gr. Φωνῇ μου πρὸς Κύριον (Symm. cum ed. v. & VI. τὸν Θεὸν) ἐκέκραξα· καὶ ἐφώνησέ μοι (Ald. & Compl. φωνῇ) πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ προσέσχε μοι.

℣. 3. Sic in Pſalt. Rom. eſt, præter ſeqq. *coram eo*, pro *contra te ;* & in fine, *Negavi conſolari animam meam.* Similiter apud Caſſiod. in hunc Pſ. Auguſt. verò cum Pſalt. Mediolan. & Moz. leg. *nocte coram eo* (al. *ipſo*)..... *Negavit conſolari anima mea.* Corb..... *Dominum exquiſivi, manib. meis contra eum ſemper..... Negavit conſolari anima mea.* Carnut. *nocte contra eum ſemper..... Negavi conſolari animam meam.* Nicetius Spicil. to. 3. p. 4. b. *nocte coram eo.* Auguſt. epiſt. 130. to. 2. 391. e. necnon Ambroſ. l. de fuga ſæc. c. 8. col. 435. e. *ad te confugi*, & *non ſum deceptus.* Gr..... νυκτὸς ἐναντίον αὐτοῦ· καὶ οὐκ ἀπατήθην. Ἀπηνήνατο παρακληθῆναι ἡ ψυχή μου.

℣. 4. Aug. in hunc Pſ. *memor fui Dei*, & *delect. ſum : garrivi*, & *defecit ſpir. meus.* Caſſiod. cum Pſalt. Rom. *memor ſui Dei*, & *delectatus ſum : exercitatus ſum*, & *defecit pauliſper ſpir. meus.* Item in Mediolan. Corb. & Carnut. *defecit pauliſper.* In Gr. ἐμνήσθην τοῦ Θεοῦ, καὶ εὐφράν-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 5. Præoccupaverunt cuſtodias omnes inimici mei : conturbatus ſum, & non ſum locutus.	*Prohibebam ſuſpectum oculorum meorum : ſtupebam, & non loquebar.*	5. Anticipaverunt vigilias oculi mei : turbatus ſum, & non ſum locutus.
6. Recordatus ſum dies antiquos : & annos æternos memoratus ſum.	*Recogitabam dies antiquos ; annos ſæculorum.*	6. Cogitavi dies antiquos : & annos æternos in mente habui.
7. Et meditatus ſum nocte cum corde meo : cogitabam, & ventilabam ſpiritum meum.	*Recordabar pſalmorum meorum in nocte : cum corde meo loquebar, & ſcrutabar ſpiritum meum.*	7. Et meditatus ſum nocte cum corde meo, & exercitabar, & ſcopebam ſpiritum meum.
8. Et dixi : Nunquid in æternum repellit Deus : & non apponet benefacere adhuc ?	*Ergone in æternum projiciet Dominus, & non repropitiabitur ultra ?*	8. Nunquid in æternum projiciet Deus : aut non apponet ut complacitior ſit adhuc ?
9. Aut in finem miſericordiam ſuam amputavit, à ſæculo & generatione uſque in ſæculum ?	*Ergone complevit uſque in finem miſericordiam ſuam : conſummabitur verbum de generatione & generatione ?*	9. Aut in finem miſericordiam ſuam abſcindet, à generatione in generationem ?
10. Nunquid obliviſcetur miſereri Deus ? aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas ? DIAPSALMA.	*Nunquid oblitus eſt miſereri Deus : aut complebit in furore miſericordias ſuas ? SEMPER.*	10. Aut obliviſcetur miſereri Deus ? aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas ?
11. Et dixi : Nunc cœpi : hæc immutatio dexteræ Altiſſimi.	*Et dixi : Imbecillitas mea eſt : hæc commutatio dexteræ Excelſi.*	11. Et dixi : Nunc cœpi : hæc mutatio dexteræ Excelſi.
12. Memoratus ſum operum Domini : quia memor ero à principio mirabilium tuorum.	*Recordabor cogitationum Domini, reminiſcens antiqua mirabilia tua.*	12. Memor fui operum Domini : quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.
13. Et meditabor in omnibus operibus tuis : & in obſecrationibus tuis exercebor.	*Et meditabor in omni opere tuo, & adinventiones tuas loquar.*	13. Et meditabor in omnibus operibus tuis : & in adinventionibus tuis exercebor.
14. Deus in ſancto via tua : quis Deus magnus præter Deum noſtrum ? 15. tu es Deus qui facis mirabilia ſolus.	*Deus in ſancto via tua : quis Deus magnus ut Deus ? tu es Deus faciens mirabilia,*	14. Deus in ſancto via tua : quis Deus magnus ſicut Deus noſter ? 15. tu es Deus qui facis mirabilia.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Ἵνα μὴ ὁλοπόιησα, ἢ ὀλιγοψύχησε τὸ, &c. *Diapſalma* quoque ibidem ſubnectitur ſicut in Pſalt. Rom. & Corb.

℣. 5. Auguſt. in hunc Pſ. *Anticipaverunt vigilias omnes inimici mei : conturbatus ſum*, &c. ut ſup. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Vulgatæ congruit. Mozarab. hab. *Præoccupaverunt vigilias omnes inimici mei.* Itidem in Carnut. & Corb. præter verbum *anticipaverunt*. In Gr. Προκατελάβοντο φυλακὰς πάντες οἱ ἐχθροί μου ἐταράχθην, &c. Ald. & Compl. loco πάντες οἱ ἐχθροὶ, ferunt, οἱ ὀφθαλμοί, &c.

℣. 6. Vulgatæ ſuffragatur Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Hieron. verò l. 2. in epiſt. ad Gal. to. 4. 271. a. leg. *Memoratus ſum dies antiquos : & ... in mente habui.* Auguſt. in hunc Pſ. *Cogitavi dies antiquos : & annorum æternorum memor fui.* Græc. Διελογισάμην ἡμέρας ἀρχαίας· καὶ ἔτη αἰώνια ἐμνήσθην.

℣. 7. Similiter in Pſalt. Carn. & Moz. excepto uno *exercitabar*, pro *cogitabam*. Sic etiam in Rom. & ap. Caſſiod. præter hoc, *ventilabam in me*. In Corb. & Mediol. *ventilabam ſpir.* &c. ut ſup. Ap. Auguſt. in hunc Pſ. *garriebam*, & *ſcrutabar ſpir.* &c. inf. *perſcrutabar*. Ap. Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 742. h. *exercitabam*, & *perſcrutabar*, &c. Hieron. ep. ad Sun. & Fret. to. 2. p. 647. c. leg. & *exercitabar*, & *ſcopebam*, &c. tum addit : *Pro* exercitatione, ἀδολεσχίαν, *id eſt*, decantationem *quandam* & meditationem *LXX. tranſtuleruut* : & *pro eo quod nos diximus* ſcopebam, *illi poſuerunt* ἔσκαλλον, *quod Symmachus tranſtulit* ἀνιχνεύων, *id eſt*, perſcrutabam, *ſive* quærebam... *propriè autem* σκαλισμὸς *in agricultura dicitur in ſarriendo, id eſt, ſarculando*..... & *ſciendum quod* ἔσκαλλον *non ſemel, ſed frequenter ſignificat.*

℣. 8. Pſalt. Rom. & Carnut. *Et dixi : Nunquid* (Carnut. *Non in*) &c. ut in Vulg. Corb. *Et dixi : Non in æternum projiciet Deus :* & *non adponit ut beneplacitum ſit adhuc.* Mozarab. *Et dixit : Nunquid in æt. repellet Deus : aut non apponet benefacere adhuc ?* Mediolan. *ut non beneplacitum ſit adhuc ?* Ambroſ. l. de pœnit. to. 2. 395. c. ſic : *Non in æternum projiciet Deus.* Auguſt. in hunc Pſ. omittit pariter cum Gr. *Et dixi ;* ſed addit : *Non in æternum repellet Deus :* & *non apponet ultra ut beneplaceat ei adhuc.* Caſſiod. autem in eund. Pſ. *Et dixi : Nunquid in æternum projiciet Deus : aut non app. ut beneplacitum ſit ei adhuc ?* In Gr. Μὴ εἰς τοὺς αἰῶνας ἀπώσεται Κύριος· καὶ οὐ προσθήσει τοῦ εὐδοκῆσαι ἔτι ;

℣. 9. Pſalt. Rom. Fabri cum Moz. *Aut in finem miſericordiam ſuam abſcidet, à ſæculo* & *in generatione ?* Carnut. Corb. & Rom. Martian. cum Caſſiod. *abſcidet, à ſæculo* & *generatione ?* Mediolan. *abſcindet*, & *complebit verbum à generatione in generationem ?* Ambr. l. 1. de pœnit. 395. c. *Nec in finem miſ. ſuam abſcidet, à generatione in generationem.* Similiter Hieron. epiſt. ad Sun. & Fret. to. 2. 647. c. *à generatione in generationem ;* deinde ait : *Hoc quod in Græco ſequens inveniſſe vos dicitis*, conſummavit verbum, *redè non habet in Latino ; quia* & *in nullo habetur Interpretum.* Auguſt. in hunc Pſ. *Aut in finem miſericordiam abſcidet*, &c. ut in Vulg. In ed. quoque Rom. Ἡ εἰς τέλος ἀποκόψει τὸ ἔλεος, ἀπὸ γενεᾶς ἢ γενεᾶς ; Ald. & Compl. ἔλεος ἀνίῃ ἀποκόψει.

℣. 10. Ambroſ. l. de pœnit. p. 395. c. *Aut obliviſcetur miſereri Deus ?* Similiter Aug. in hunc Pſ. ſed addit : *aut continebit in ira miſerationes ſuas ?* Caſſiod. in eund. Pſalm. cum Pſalt. Rom. *Nunquid obliviſcetur miſer. Deus ? aut continebit in ira miſericordiam ſuam ?* Pſalt. Moz. pariter hab. *in ira*, abſque *ſua*. Corb. verò : *Nunquid oblitviſc... in iram ſuam miſericordias ſuas ?* Gr. Ἢ ἐπιλήσεται τοῦ εἰλεῆσαι ὁ Θεός ; ἢ συνέξει ἐν τῇ ὀργῇ αὐτοῦ τοὺς οἰκτιρμοὺς αὐτοῦ ; ſequitur ibid. Διάψαλμα, ſicut in Pſalt. Rom. & Corb.

℣. 11. Aug. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. *hæc eſt immutatio dext. Excelſi.* Caſſiod. ut in Vulg. Pſalt. Corb. hab. *nunc cœpit*, &c. Auct. op. imp. in Matth. hom. 1. p. 11. b. *hæc commutatio, dextera Excelſi.* Gr. αὕτη ἡ ἀλλοίωσις τῆς..... Ὑψίστου.

℣. 12. Pſalt. Moz. ſimiliter hab. *à principio :* Rom. verò concordat cum Vulg. & Gr. ſicut Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ.

℣. 13. Pſalt. Moz. Mediol. Corb. & Carnut. cum Caſſiod. *Et meditabor.....* & *in obſervationibus tuis exercebor.* Rom. *Et meditatus ſum.....* & *in obſervationibus exercebor.* In Corb. prima manu ſcriptum videtur *obſecrationibus*, aliâ verò paulò recentiori correctum *obſervationibus*. Auguſt. in eund. Pſ. legit : *Et meditabor.....* & *in affectionibus tuis garriam.* Gr. Καὶ μελετήσω..... ἢ ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασί σου ἀδολεσχήσω.

℣. 14. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. non differunt à Vulg. nec etiam Rom. Pſalt. neque Gr. In Pſalt. Corb. *quis Deus eſt magnus*, &c.

℣. 15. Sic in Pſalt. Corb. ad verbum. In Rom. pariter additur *ſolus*, ut in Mozarab. & Mediolan. deeſt verò inf. *tuis*. Similiter apud Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. A Gr. abeſt utraque vox *ſolus* & *tuis*.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
Notam feciſti in populis virtutem tuam: 16. redemiſti in brachio tuo populum tuum, filios Jacob, & Joſeph.	*Oſtendens in populis potentiam tuam: redemiſti in brachio populum tuum, filios Jacob, & Joſeph.* SEMPER.	Notam feciſti in populis tuis virtutem tuam: 16. liberaſti in brachio tuo populum tuum, filios Iſraël, & Joſeph. *Ex Mſ. Sangerm.*
17. Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ: & timuerunt, & turbatæ ſunt abyſſi.	*Videntes te aquæ Deus, videntes te aquæ parturierunt: & commotæ ſunt abyſſi.*	17. Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ: & timuerunt, & conturbati ſunt abyſſi.
18. Multitudo ſonitus aquarum: vocem dederunt nubes.	*Excuſſerunt aquas nubila: vocem dederunt nubes:*	18. Multitudo ſonitus aquarum: vocem dederunt nubes.
Etenim ſagittæ tuæ tranſeunt: 19. vox tonitrui tui in rota.	*Et ſagittæ tuæ diſcurrebant: vox tonitrui tui in rota.*	Etenim ſagittæ tuæ pertranſierunt: 19. vox tonitrui in rota.
Illuxerunt coruſcationes tuæ orbi terræ: commota eſt & contremuit terra.	*Apparuerunt fulgura tua orbi: concuſſa & commota eſt terra.*	Inluxerunt fulgura tua orbi terræ: commota eſt & tremefacta eſt terra.
20. In mari via tua, & ſemitæ tuæ in aquis multis: & veſtigia tua non cognoſcentur.	*In mari via tua, & ſemitæ tuæ in aquis multis: & veſtigia tua non ſunt agnita.*	20. In mari via tua, & ſemitæ tuæ in aquis multis: & veſtigia tua non agnoſcentur.
Exod. 14. 29. 21. Deduxiſti ſicut oves populum tuum, in manu Moyſi & Aaron.	*Deduxiſti quaſi gregem populum tuum, in manu Moſi & Aaron.*	21. Deduxiſti ſicut oves populum tuum, in manu Moyſi & Aaron ſacerdotum tuorum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 16. Sic eſt in Pſalt. Moz. & Rom. ut etiam apud Caſſiod. in hunc Pſ. In Pſalt. Corb. *liberaſti..... filios Jacob*, & *Joſeph*. Apud Auguſt. *redemiſti..... filios Iſrael*, & *Joſeph*. In Gr. ἐλυτρώσω..... τὺς υἱὺς Ἰακὼϐ, καὶ Ἰωσήφ. Hic autem additur Διάψαλμα, ſicut in Pſalt. Rom. & Corb. abeſt autem ab edd. Ald. & Compl.

℣. 17. Ita legit Auguſt. in hunc Pſ. cum Caſſiod. Ita etiam Ambroſ. in Pſ. 45. to. 1. 930. b. at in Pſalm. 36. col. 787. d. hab. *turbatæ ſunt*, abſque præced. &, quod etiam abeſt ab edd. Ald. & Compl. Auguſt. paulò infra conſtanter legit, & *turbatæ ſunt*. Vide etiam Ambr. l. 3. Hexa. col. 33. c. & l. de virginit. to. 2. 243. f. Hilarius in Pſ. 123. col. 399. e. *Viderunt te aquæ Deus, viderunt*, & *timuerunt*. Pſalt. Rom. Vulgatæ conſonat & Gr. Concinit pariter Corb. niſi quòd delet 2. *aquæ*. In Mozarab. ſic: *Viderunt te aquæ Deus, Deus viderunt te aquæ: & timuerunt, turbati ſunt abyſſi.*

℣. 18. Ita ferunt Pſalt. Rom. Carnut. & Moz. quibus accedunt Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. Apud Ambr. in Pſ. 36. & 45. col. 787. d. 930. b. prior tantùm verſic. eſt: *Multitudo ſonitus aquarum.* Pſalt. verò Mediolan. initio hab. *A multitudine ſonitus*, &c. & in fine, *tranſierunt*; Corb. *pertranſierunt*. Gr. Πλῆθος ἤχους, &c. extremòque διαπορεύονται.

℣. 19. Ambroſ. l. de inſtit. virg. to. 2. p. 252. d. *ſint vox tonitrui tui in rota*. Auguſt. in hunc Pſ. *vox tonitrui tui in rota. Apparuerunt fulgura tua orbi terrarum: commota eſt & contremebunda facta eſt terra*. Apud Caſſiod. ut in Vulg. Ita quoque in Pſalt. Rom. præter hæc ultima, *vidit*, & *commota eſt terra*. In Mozarab. *Inluxerunt fulgura tua orbi terræ: vidit*, & *commota eſt terra*. In Gr..... Ἔφαναν αἱ ἀστραπαί σου τῇ οἰκουμένῃ· ἐσαλεύθη καὶ ἐτρόμασεν ἡ γῆ.

℣. 20. Pſalt. Moz. *Domine, in mare via tua*, &c. ut in Vulg. Auguſt. & Auct. l. de promiſſ. p. 3. col. 176. *In mari eſt via tua*, &c. Caſſiod. *In mari via tua*, &c. Gr. Ἐν τῇ θαλάσσῃ ἡ ὁδός σου· Ald. & Compl. αἱ ὁδοί.

℣. 21. Apud Auguſt. in hunc Pſ. *Deduxiſti ſicut oves plebem tuam*, &c. ut in Vulg. Ap. Caſſiod. & in Pſalt. Rom. *populum tuum*: nuſpiam additur, *ſacerdotum tuorum*.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
1. Intellectus Aſaph. LXXVII.	*Eruditionis Aſaph. LXXVIII.*	1. Intellectûs Aſaph. LXXVII. *Ex Mſ. Sangerm.*
ATtendite populе meus legem meam: inclinate aurem veſtram in verba oris mei.	*AUſculta populus meus legem meam: inclinate aurem veſtram ad verba oris mei.*	* INtende populе meus in legem meam: inclinate aures veſtras in verba oris mei.
2. Aperiam in parabolis os meum: loquar propoſitiones ab initio.	*Aperiam in parabola os meum: loquar enigmata antiqua:*	2. Aperiam in parabolis os meum: & loquar propoſitionem meam ab initio ſæculi.
3. Quanta audivimus & cognovimus ea: & patres noſtri narraverunt nobis.	*Quæ audivimus & cognovimus, & patres noſtri narraverunt nobis.*	3. Quanta audivimus & cognovimus ea: & patres noſtri narraverunt nobis.
4. Non ſunt occultata à filiis eorum, in generatione altera.	*Non ſunt abſcondita à filiis eorum: à generatione ſequenti.*	4. Non eſt abſconſum à filiis eorum, in generationem

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Idem titulus habetur in Pſalt. Rom. & Corb. necnon apud Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. In Gr. Συνέζεως τῷ Ἀσάφ.

* Pſalt. Mozarab. *Attende populus meus in legem meam*, &c. ut in Vulg. Rom. & Corb. cum Auguſt. in hunc Pſ. *Attendite populus meus legem*, &c. ſolus Corb. hab. in fine, *aurem veſtram ad verba*, &c. Hilar. in Pſ. 1. n. 3. col. 15. c. *Attendite populе meus in legem meam: inclinate aures veſtras in*, &c. at in Pſ. 136. col. 490. e. leg. *Attendite populus meus in legem meam: inclinate aurem veſtram in*, &c. Caſſiod. ut in Vulg. Græc. Προσέχετε λαός μου τὸν νόμον, &c. ut in Vulg.

℣. 2. Vulgatæ conſonat Pſalt. Rom. niſi quòd add. in fine, *ſæculi*: additur pariter in Pſalt. Carnut. & Corb. ſed in Corb. exſtat ſup. *in parabola*. Tertul. l. 4. adv. Marc. 705. b. leg. *Aperiam in parabolam os meum*; & poſt pauca: *eloquar problemata*. Hilar. in Pſ. 1. n. 3. col. 15. c. *Aperiam in parabolis os meum*: itidem in Pſ. 118. col. 326. b. ſed addit: *eructabo abſconſa à conſtitutione mundi*. in Pſ. autem 136. col. 490. e. *loquar propoſitiones ab initio*. Similiter Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1150. b. & epiſt. 4. to. 2. 764. b. addita voce *ſæculi*, in fine. Apud Auguſt. in hunc Pſ. ut in Vulg. præter unum *eloquar*. Ap. Eucher. Lugdun. formul. præf. p. 824. c. *Aperiam in parabolis..... loquar in ænigmate antiqua*. In Gr. Ἀνοίξω ἐν... φθέγξομαι προβλήματα ἀπ' ἀρχῆς.

℣. 3. Concinit Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1158. a. ſicut Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Gr.

℣. 4. Pſalt. Carnut. & Corb. ſimiliter habent *in generationem alteram*. In Rom. verò omnia ut in Vulg. ſicut apud Caſſiod. Auguſtinus in eund. Pſ. legit: *Non ſunt abſcondita à filiis eorum, in generat. altera. Annuntiantes laudes Domini*, & *potentias ejus*, & *mirabilia*, &c. Gr. Οὐκ ἐκρύβη..... τῆς γενεᾶς ἑτέρας. Ἀπαγγέλλοντες τὰς..... καὶ τὰς δυ-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. alteram.		
Narrantes laudes Domini, & virtutes illius, & mirabilia ejus quæ fecit.	*Narrantes laudes Domini, & potentiam ejus: & mirabilia ejus quæ fecit.*	Narrantes laudes Domini, & virtutes ejus, & mirabilia ejus quæ fecit.
5. Et ſuſcitavit teſtimonium in Jacob: & legem poſuit in Iſraël:	*Statuit conteſtationem in Jacob, & legem poſuit in Iſraël:*	5. Et ſuſcitavit teſtimonium in Jacob: & legem poſuit in Iſraël.
Quam mandavit patribus noſtris notam facere filiis eorum: 6. ut cognoſcat progenies altera.	*Quæ mandavit patribus noſtris, ut docerent filios ſuos: ut cognoſceret generatio ſubſequens.*	Quanta mandavit patribus noſtris nota facere ea filiis ſuis: 6. ut cognoſcat generatio altera.
Filii qui naſcentur, & exſurgent, & narrabunt filiis ſuis,	*Filii naſcituri ſurgent, & narrabunt filiis ſuis:*	Filii qui naſcentur, & exſurgent, & narrabunt filiis ſuis,
7. Ut ponant in Deo ſpem ſuam, & non obliviſcantur operum Dei ſui: & mandata ejus exquirant.	*Ut ponant in Deo ſpem ſuam: & non obliviſcantur cogitationum Dei, & mandata ejus cuſtodiant:*	7. Ut ponant in Deo ſpem ſuam, & non obliviſcantur operum Dei: & mandata ejus exquirant.
8. Ne fiant ſicut patres eorum, natio prava & exacerbans:	*Et non ſint ſicut patres eorum, generatio declinans & provocans:*	8. Ne fiant ſicut patres eorum, generatio prava & exaſperans:
Genus, quod non * direxit cor ſuum: & non eſt creditus cum Deo ſpiritus ejus.	*Generatio, quæ non præparavit cor ſuum, & non credidit Deo ſpiritus ejus.*	Generatio, quæ non direxit cor ſuum: & non eſt creditus cum Deo ſpiritus ejus.
9. Filii Ephrem intendentes arcum, & mittentes ſagittas: averſi ſunt in die belli.	*Filii Ephraim intendentes, emittentes arcum: terga verterunt in die belli.*	9. Filii Ephrem intendentes & mittentes arcum: converſi ſunt in die belli.
10. Non ſervaverunt teſtamentum Dei: & in legem ejus noluerunt ambulare.	*Non cuſtodierunt pactum Dei, & in lege ejus noluerunt ingredi.*	10. Non cuſtodierunt teſtamentum Dei: & in lege ejus noluerunt ambulare.
11. Et obliti ſunt beneficiorum ejus, & mirabilium ejus quæ oſtendit eis.	*Et obliti ſunt cogitationum ejus, & mirabilium ejus quæ oſtendit eis.*	11. Et obliti ſunt benefactorum ejus, & mirabilium ejus quæ oſtendit eis.
12. In conſpectum patrum eorum fecit mirabilia in terra Ægypti, & in campo Taneos.	*Coram patribus eorum fecit mirabilia: in terra Ægypti, in regione Taneos.*	12. Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Ægypti, in campo Taneos.
13. Diſrupit mare, & trajecit eos: ſtatuit aquas ſicut in utrem.	*Diviſit mare, & tranſduxit eos: & ſtare fecit aquas quaſi acervum.*	13. Interrupit mare, & perduxit eos: & ſtatuit aquas quaſi in utre. *Exod.* 14. 21. 22.
14. Et deduxit eos in nube	*Et duxit eos in nube per diem,*	14. Et deduxit eos in nube diei:

* *Mſ. corruptè* dilexit.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ναυτία; &c. ut ſup.

℣. 5. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Vulgata concinunt. Similiter Iren. l. 3. c. 16. p. 205. e. cum vet. Pſalt. uſque ad vocem *Iſraël* incl. Pſalt. Rom. addit: *Quam mandavit patr. noſtris, ut notam facerent eam filiis ſuis.* Corb. & Carnut. *Quam mandavit patribus noſtris notam facere eam filiis eorum*, Carnut. *ſuis.* Mozar. *Et mandavit patr. noſtris, ut notam faceret ea filiis ſuis.* Gr. Ὃν ἐνετείλατο..... γνωρίσαι αὐτὼ τοῖς υἱοῖς αὐτῶν· Ald. & Compl. τῦ γνωρίσαι αὐτά.

℣. 6. Auguſt. in hunc Pſ. extremò hab. & *narrent filiis*; cæt. ut in Vulg. Caſſiod. & *narrabunt*, &c. Itidem Hieron. ep. ad Sun. & Fret. to. 2. 650. a. *pro quo*, inquit, *in Græco eſt* ἀπαγγελῶσι, *quod eſt* annuntiabunt. In Pſalt. Rom. Fabri: *Filii qui naſcuntur, exſurgent,* & *narrabunt eam filiis ſuis*; Rom. Martian. *naſcentur.* Brev. Moz. delet &, ante *exſurgent*, habetque, & *narrabunt ea.* Ap. Iren. l. 3. c. 16. p. 205. e. ſic: *ut cogn. gen. altera. Filii qui naſcentur ex his,* & *ipſi exſurgentes, enarrabunt filiis ſuis.* In Gr. Υἱοὶ οἱ τεχθησόμενοι, καὶ ἀναστήσονται, καὶ ἀπαγγελοῦσι αὐτὰ, &c.

℣. 7. Sic in Pſalt. Rom. ad verbum. Auguſt. & Caſſiod. in eund. Pſ. delent *ſui*, poſt *Dei*, cum Gr. Apud Iren. l. 3. c. 16. p. 205. e. ita: *Ut ponant in Deum ſpem ſuam,* & *præcepta ejus exquirant.* Gr. Ἵνα θῶνται ἐπὶ τὸν Θεὸν, &c.

℣. 8. Pſalt. Rom. & Corb. cum Caſſiod. *Ne fiant ſicut..... genus pravum* & *peramarum: Genus, quod non direxit cor ſuum*, &c. ſic etiam in Mediolan. & Carnut. In Moz. verò: *Ne fiant ſicut* & *patres eorum, genus pravum* & *perverſum: Genus, quod non dixerit* (l. *direxit*) *cor ſuum.* Apud Auguſt. in eund. Pſ. col. 815. g. & 820. e. *Ne fiant..... generatio prava* & *amaricans: Generatio, quæ cor non direxit ſuum*, &c. In Gr. Ἵνα μὴ γένωνται..... γενεὰ σκολιὰ καὶ παραπικραίνουσα· Γενεὰ, ἥτις οὐ κατεύθυνεν τὴν καρδίαν αὐτῆς· καὶ οὐκ, &c.

℣. 9. Pſalt. Rom. Fabri: *Filii Ephrem intendentes arcum, emittentes ſagittas ſuas: converſi ſunt in*, &c. Rom. Martian. & *mittentes.* Mozar. initio hab. *Filii Effraim* & ſubinde, & *converſi ſunt*; cæt. ut in Vulgata. Corb. *Filii Ephraim intendentes* & *mittentes ſagittas ſuas: converſi ſunt*, &c. Carnut. *intendentes* & *mittentes ſagittas.* Hieron. in Ezech. 22. to. 3. 855. a. *Filii Ephraim intend.* & *mittentes arcum: converſi ſunt retrorsùm in die belli.* Auguſt. in hunc Pſ. *Filii Ephræm intend.* & *mittentes arcus: converſi ſunt in*, &c. tum ait ſubaudiri *ſagittas*: & poſt paulò col. 822. a. *Nonnulli*, inquit, *codices Græci habere dicuntur*, tendentes & mittentes arcubus, *ut ſine dubitatione ſubaudiamus* ſagittas. Caſſiod. *Filii Ephraim intend. arcum,* & *mittentes ſagittas: converſi ſunt*, &c. Edit. Rom. Υἱοὶ Ἐφραὶμ ἐντείνοντες καὶ βάλλοντες τόξον (Ald. ed. τόξοις·) ἐστράφησαν, &c.

℣. 10. Pſalt. Rom. *Non cuſtodierunt teſt. Dei ſui:* & *in lege ejus*, &c. Sic etiam ap. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. ſed abſque vocula *ſui*: idem Aug. inf. col. 823. a. leg. *Non obſervaverunt teſtam. Dei.* Gr. Οὐκ ἐφύλαξαν τὴν... τῦ Θεῦ, καὶ, &c.

℣. 11. Aug. in hunc Pſ. cum Brev. Moz. ſimiliter hab. *beneficiorum ejus*, deinde Moz. & *mirabilia ejus*, &c. Pſalt. Rom. & Caſſiod. *beneſactorum ejus*, &c. ut in Vulg. Gr. τῶν εὐεργεσιῶν αὐτῦ, καὶ τῶν, &c.

℣. 12. Auguſt. in hunc Pſ. *Coram patribus eorum quæ fecit mirab.* &c. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. ut in Vulg. Græc. Ἐναντίον τῶν..... ἃ ἐποίησε· nuſpiam legitur &, poſt *Ægypti.*

℣. 13. Ita legit Auguſt. in hunc Pſ. excepto ult. *quaſi in utres.* Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Corb. & Carnut. *quaſi in utrem*; cæt. ut in Vulg. Corb. tamen delet &, ante *ſtatuit.* Mozarab. *Interrupit mare,* & *tranſduxit eos: ſtatuit aquas quaſi in utrem.* Gr. Διέρρηξε..... καὶ διήγαγεν αὐτοὺς· ἔστησεν ὕδατα ὡσεὶ ἀσκόν.

℣. 14. Pſalt. Rom. cum Caſſiod. *Et eduxit eos*, &c. ut in Vulg. Auguſt. *deduxit*, abſque præced. &. Pſalt. Moz. *Et eduxit eos in nubem diei:* & *totâ nocte in illuminatione lu-*

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
& tota nocte in illuminatione ignis.	*& tota nocte in lumine ignis.*	per diem : & nocte inluminatione luminis. *Ex Mſ. Sangerm.*
Exod. 17. 6. *Pſ.* 104. 41. 15. Interrupit petram in eremo : & adaquavit eos velut in abyſſo multa.	*Scidit petram in deſerto , & potum dedit quaſi de abyſſis magnis.*	15. Diſrupit in deſerto petram : & potavit eos ſicut in abyſſo multa.
16. Et eduxit aquam de petra : & deduxit tanquam flumina aquas.	*Et eduxit rivos de petra , & elicuit quaſi flumina aquas.*	16. Et produxit aquam de petra : & eduxit ſicut flumina aquas.
17. Et appoſuerunt adhuc peccare ei : in iram excitaverunt Excelſum in inaquoſo.	*Et addiderunt ultra peccare ei , ut provocarent Excelſum in invio.*	17. Et adpoſuerunt adhuc peccare ei : & exacerbaverunt Altiſſimum in ſiccitate.
18. Et tentaverunt Deum in cordibus ſuis : ut peterent eſcas animabus ſuis.	*Et tentaverunt Deum in cordibus ſuis , petentes cibum animæ ſuæ :*	18. Et tentaverunt Deum in cordibus ſuis : ut peterent eſcas animis ſuis.
19. Et malè locuti ſunt de Deo : dixerunt : Nunquid poterit Deus parare menſam in deſerto ?	*Et loquentes contra Deum , dicebant : Nunquid poterit Deus parare menſam in ſolitudine ?*	19. Et detraxerunt de Deo : & dixerunt : Nunquid poteſt Deus præparare menſam in deſerto ?
20. Quoniam percuſſit petram , & fluxerunt aquæ , & torrentes inundaverunt. Nunquid & panem poterit dare , aut parare menſam populo ſuo ?	*Ecce percuſſit petram , & fluxerunt aquæ , & torrentes inundaverunt : Nunquid & panem poterit dare , aut parare carnem populo ſuo ?*	20. Quoniam percuſſit petram , & fluxerunt aquæ , & torrentes inundaverunt. Aut nunquid & panem poterit dare , aut parare menſam populo ſuo ?
Num. 11. 1. 21. Ideo audivit Dominus , & diſtulit : & ignis accenſus eſt in Jacob , & ira aſcendit in Iſraël :	*Ideo audivit Dominus , & non diſtulit : & ignis accenſus eſt in Jacob , & furor aſcendit in Iſraël :*	21. Propterea audivit Dominus , & diſtulit , & ſuperpoſuit : & ignis accenſus eſt in Jacob , & ira aſcendit in Iſraël :
22. Quia non crediderunt in Deo , nec ſperaverunt in ſalutari ejus.	*Quia non crediderunt in Deo , nec habuerunt fiduciam in ſalutari ejus.*	22. Quoniam non crediderunt in Deum ſuum , neque ſperaverunt in ſalutare ejus.
23. Et mandavit nubibus deſuper , & januas cœli aperuit.	*Et præcepit nubibus deſuper , & portas cœli aperuit.*	23. Et præcepit nubibus deſuper , & portas cœli aperuit.
Exod. 16. 4. *Num.* 11. 7. *Joan.* 6. 31. 24. Et pluit illis manna ad manducandum , & panem cœli dedit eis.	*Et pluit ſuper eos manna ut comederent , & triticum cœli dedit eis.*	24. Et pluit illis mannam manducare , & panem cœli dedit illis.
25. Panem angelorum manducavit homo : cibaria miſit eis in abundantia.	*Panem fortium comêdit vir : cibaria miſit illis in ſaturitatem.*	25. Panem angelorum manducavit homo : eſcas miſit eis in ſatietate.
Num. 10. 3. *Num.* 11. 31. 26. Tranſtulit Auſtrum de cœlo : & induxit in virtute ſua Africum.	*Abſtulit Eurum de cœlo , & induxit in fortitudine ſua Africum.*	26. Excitavit Auſtrum de cœlo : & ſuperduxit in potentia ſua Africum.
27. Et pluit ſuper eos ſicut pul-	*Et pluit ſuper eos quaſi pulverem*	27. Et pluit ſuper eum ſicut

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

minis. Corb. *& nocte in inluminatione luminis.* Gr. Καὶ ὡδήγησεν αὐτὺς ἐν νεφέλῃ ἡμέρας· καὶ ὅλην τὴν νύκτα ἐν φωτισμῷ πυρός.

℣. 15. Pſalt. Rom. *Interrupit in eremo petram*, &c. ut in Vulg. Mozarab. *Diſrupit in eremo petram.* Corb. *Interrupit in eremo petram : & adaquavit eos velut abyſſus multa.* Auguſt. in hunc Pſ. cum Auct. l. de promiſſ. p. 121. a. *Diſrupit in deſerto petram : & adaquavit* (Auct. *potavit*) *eos ſicut in abyſſo multa.* Caſſiod. ut in Vulg. Gr. Διέρρηξε πέτραν ἐν ἐρήμῳ· καὶ ἐπότισεν..... ὡς ἐν ἀβύσσῳ πολλῇ.

℣. 16. Pſalt. Rom. initio & inf. hab. *& eduxit*, ſicut etiam Mozarab. Auguſt. verò & Caſſiod. concordant cum Vulg. In Gr. Καὶ ἐξήγαγεν..... καὶ καλήγαγεν, &c.

℣. 17. Sic habet Auguſt. in hunc Pſ. ſed abſque primo &. Ambroſ. pariter l. 3. de Spir. S. to. 2. col. 674. c. *& exacerbaverunt Altiſſimum in ſiccitate.* Caſſiod. cum Pſalt. Rom. *in iram concitaverunt Excelſum in ſiccitate.* Similiter in Mozarab. præter hoc, *in ira.* Mediolan. hab. *& exacerbaverunt Excelſum in ſiccitate ;* item Carnut. & Corb. *in ſiccitate.* Auguſt. verò loco cit. col. 825. f. dicit alios codices habere, *in inaquoſo, quod de Græco eſt expreſſius :* en verba : παρεπικράναν τὸν Ὕψιστον ἐν ἀνύδρῳ.

℣. 18. Sic eſt in Pſalt. Corb. Rom. verò cum Auguſt. & Caſſiod. leg. *eſcas animabus ſuis ;* Mozar. *eſcam.* Gr. βρώματα ταῖς ψυχαῖς, &c.

℣. 19. Pſalt. Rom. & Moz. Vulgatæ conſonant, niſi quòd præponunt &, verbo *dixerunt.* Caſſiod. hanc conjunct. delet. Auguſt. in hunc Pſ. legit : *Et detraxerunt de Deo, & dixerunt : Nunquid poterit Deus parare*, &c. Gr. Καὶ κατελάλησαν τοῦ Θεοῦ, καὶ εἶπαν· Μὴ δυνήσεται ὁ..... ἑτοιμάσαι, &c.

℣. 20. Pſalt. Rom. tollit *aut*, ante *nunquid*, ſicut Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſalm. cæt. ut ſupra. Similiter ap. Ambroſ. l. 3. Hexa. col. 36. e. uſque ad verbum *inundav.* In Pſalt. Corb. *Nunquid & panem poteſt dare*, &c. In Gr. Μὴ καὶ ἄρτον δυνήσεται, &c. Ald. & Compl. δώσει τα.

℣. 21. Caſſiod. ſimiliter addit, *& ſuperpoſuit*, cum Pſalt. Rom. Corb. & Carnut. In Mozarab. eſt inf. *ira Dei*, &c. Apud Auguſt. in hunc Pſ. *Propter hoc audivit Dominus & diſtulit : & ignis*, &c. ut in Vulg. Sic etiam in Græco.

℣. 22. Sic eſt in Pſalt. Rom. ni excipias iſta : *Quia... nec.* In Mozarab. *in Deum, nec ſperav. in ſalutare ejus.* In Corb. *in Deo ſuo, nec ſperaverunt in ſalutare ejus.* Caſſiod. quoque hab. *in Deo ſuo, nec*, &c. ut in Vulg. Gr. ἐν τῷ Θεῷ, οὐδὲ ἤλπισαν ἐπὶ τὸ σωτήριον αὐτοῦ.

℣. 23. Vulgatæ reſpondent Aug. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Gr. Mozarab. hab. *& portas*, ut ſupra.

℣. 24. Sic eſt in Pſalt. Corb. Item in Rom. *manna manducare*, ſed abſque ſeq. &. Similiter ap. Caſſiod. in hunc Pſ. apud Auguſt. verò ut in Vulg. In Gr. μάννα φαγεῖν, καὶ ἄρτον, &c.

℣. 25. Tertul. l. de carne Chr. p. 546. c. *Panem ang. edit homo.* Ambroſ. in Pſ. 36. to. 1. 805. c. *manducavit homo :* ſic etiam l. de parad. col. 163. e. & l. de Myſt. to. 2. 337. e. Succinit Auguſt. in hunc Pſ. cum Caſſiod. & vet. Pſalt. Caſſiod. verò addit : *frumentationem miſit eis in abundantia.* Itidem S. Paulinus epiſt. 23. p. 127. a. cum Pſalt. Rom. Mediol. Corb. Carnut. & Moz. In Rom. Fabri, *miſit ei.* Apud Aug. ut in Vulg. In Gr. ἐπισιτισμὸν ἀπέστειλεν αὐτοῖς εἰς πλησμονήν.

℣. 26. Pſalt. Rom. ac Mediol. hab. *Et excitavit ;* reliqua ut in Vulg. Mozar. Corb. & Carnut. *Excitavit*, abſque præced. &. Aug. & Caſſiod. *Tranſtulit*, &c. ut in Vulg. Gr. Ἀπῆρε, &c. Mozarab. ſolum ſcribit in fine *Africam ;* Gr. Λίβα.

℣. 27. Pſalt. Moz. *Et pluit illis ſicut*, &c. Auguſt. &

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. pulverem carnes : & ſicut arenam maris volatilia pennata.	*carnem , & quaſi arenam maris volatilia pennata.*	verem carnes : & ſicut arenam maris volatilia pennata.
28. Et ceciderunt in medio caſtrorum eorum , circa tabernacula ipſorum.	*Et ceciderunt in medio caſtrorum eorum : in circuitu tabernaculorum eorum.*	28. Et ceciderunt in medio caſtrorum eorum , circa tabernacula eorum.
29. Et manducaverunt & ſatiati ſunt nimis , & concupiſcentia eorum adtulit eis :	*Et comederunt , & ſaturati ſunt nimis ; & deſiderium eorum attulit eis : non indiguerunt de cupiditate ſua ,*	29. Et manducaverunt & ſaturati ſunt nimis , & deſiderium eorum attulit eis :
30. non ſunt fraudati à concupiſcentia ſua. Adhuc cùm eſſet eſca in ore eorum :	*Cùm adhuc cibus eſſet in ore eorum.*	30. non ſunt fraudati à deſiderio ſuo. Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum :
31. & ira aſcendit ſuper eos. Et occîdit plurimos eorum , & electos Iſraël impedivit.	*Furor ergo Dei aſcendit ſuper eos : Et occîdit pingues eorum , & electos Iſraël incurvavit.*	31. & ira Dei aſcendit ſuper eos. Et occîdit pingues eorum , & electos Iſraël impedivit.
32. In omnibus his peccaverunt adhuc : & non crediderunt in mirabilibus ejus.	*In omnibus his peccaverunt ultra , & non crediderunt in mirabilibus ejus.*	32. In omnibus his peccaverunt adhuc : & non crediderunt in mirabilibus ejus.
33. Et defecerunt in vanitate dies eorum , & anni eorum cum feſtinantia.	*Et conſumpſit in vanitate dies eorum , & annos eorum velociter.*	33. Et defecerunt in vanitate dies eorum , & anni eorum cum feſtinatione.
34. Cùm interficeret eos , tunc exquirebant eum : & convertebantur , & vigilabant diluculo ad eum.	*Si occidebat eos , tunc quærebant eum : & convertebantur , & diluculo conſurgebant ad Deum.*	34. Cùm occideret eos , quærebant eum : & revertebantur , & diluculo veniebant ad eum.
35. Et rememorati ſunt quoniam Deus adjutor eorum eſt : & Dominus excelſus liberator eorum eſt.	*Et recordabantur quia Deus fortitudo eorum , & Deus excelſus redemptor eorum eſt.*	35. Et rememorati ſunt quia Deus adjutor eſt eorum : & Deus excelſus redemptor eorum eſt.
36. Et dixerunt eum in ore ſuo , & linguâ ſuâ mentiti ſunt illi :	*Et lactaverunt eum in ore ſuo , & linguâ ſuâ mentiti ſunt ei :*	36. Et dilexerunt eum in ore ſuo , & linguâ ſuâ mentiti ſunt ei :
37. Cor autem eorum non eſt rectum cum eo : neque crediderunt in teſtamentum ejus.	*Cor autem eorum non erat firmum cum eo : nec permanſerunt in pacto ejus.*	37. Cor autem eorum non erat rectum cum eo : nec fideles habiti ſunt in teſtamento ejus.
38. Ipſe autem eſt miſericors , & propitius fiet peccatis eorum : & non diſperdet eos.	*Ipſe verò miſericors propitiabitur iniquitati , & non diſperdet :*	38. Ipſe autem eſt miſericors , & propitius fiet peccatis eorum : & non diſperdet eos.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Caſſiod. cum Rom. *ſuper eos* , &c. Gr. ἐπ' αὐτούς.

℣. 28. Itidem in Pſalt. Mozarab. In Rom. *tabern. eorum* , ſicut apud Aug. & Caſſiod.

℣. 29. Vulgatæ ſuffragantur Aug. & Caſſiod. cum vet. Pſalt. In Gr. Καὶ..... ἢ ἐνεπλήσθησαν σφόδρα , ἢ τὴν ἐπιθυμίαν αὐτῶν ἤνεγκεν αὐτοῖς.

℣. 30. Auguſt. in hunc Pſ. *non ſunt* (inf. *nec ſunt*) *privati à deſiderio ſuo. Adhuc eſca erat in ore ipſorum.* Caſſiod. Vulgatæ congruit. Pſalt. Rom. hab. *& non ſunt fraudati à deſid. ſuo. Adhuc eſca eorum erat in* , &c. Mozarab. *Adhuc eſca erat in* , &c. Gr. οὐκ ἐστερήθησαν ἀπὸ τῆς ἐπιθυμίας αὐτῶν. Ἔτι τῆς βρώσεως αὐτῶν ὄντος ἐν τῷ , &c. Ald. & Compl. delent αὐτῶν.

℣. 31. Sic in Pſalt. Rom. eſt , præter unum *ira Dei ;* in Corb. eriam *ira Dei.* In Mozar. deeſt *Dei ;* addit verò cum Corb. *aſcendit in eos. Et occidit plurimos* , &c. Item *plurimos* habet Mediol. cum Caſſiod. Auguſt. ita : *& ira Dei aſcendit ſuper eos* (inf. *in eos.*) *Et occidit in plurimis eorum , & electos Iſraël impedivit.* Subdit Auguſt. *Nonnulli codices habent* pingues eorum , *quod quidem* , inquit , *in Græcis , quos habuimus , non invenimus.* At Hieron. epiſt. ad Sun. & Fretel. to. 2. 650. a. affirmat *pingues* in Hebr. legi ; item apud LXX. & Theodot. ἐν τοῖς πίοσιν αὐτῶν , *quod quidam* , inquit , *non intelligentes , pro* πίοσιν , *putaverunt ſcriptum* πλείοσιν. Rurſum Auguſt. loco cit. col. 827. g. ait : *In Græcis codicibus , non* συνεπόδισε , *quod eſt* impedivit, ſed *Συνεπόδισε legimus , quod eſt potius* compedivit. In ed. Rom. exſtat ἐν τοῖς πίοσιν , at in Ald. & Compl. πλείοσιν ; conſtanter verò initio , ὀργὴ τοῦ Θεοῦ.

℣. 32. Ita Auguſt. & Caſſiod. cum vet. Pſalt. & Vulg. In Gr. deeſt *in* , ante *mirabilibus ;* deeſt pariter in Pſalt. Corb.

℣. 33. Concinit Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Pſalt. Rom. & Corb. In Mozarab. *Et defec. in nativitate dies... cum feſtinantia.* Apud Auguſt. ut in Vulg. In Gr. Καὶ ἐξέλιπον ἐν ματαιότητι..... μετὰ σπουδῆς.

℣. 34. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Fabri : *Cùm occideret eos , tunc inquirebant eum : & convertebantur ante lucem , & veniebant ad eum.* Itidem in Mediol. & Carnut. *& convertebantur ante lucem.* In Mozarab. *Cùm occideret eos , tunc quærebant eum : & revertebantur ante lucem , & venieb. ad eum.* In Corb. *Cùm occiderent eos , quærebant eum : & convertebantur ante lucem , & veniebant ad eum.* In Rom. Martian. *& convertebantur , & ante lucem veniebant ad Deum.* Apud Auguſt. in hunc Pſ. ut in Vulg. præter hoc ultim. *ad Deum.* Apud Hieron. l. 2. in ep. ad Epheſ. to. 4. 371. b. *Cùm interficeret illos , tunc quærebant eum.* In Gr. Ὅταν ἀπέκτεινεν αὐτούς , ἐζήτουν (Ald. & Compl. τότε ἐξεζήτουν) αὐτόν· ἢ ἐπέστρεφον , ἢ ὠρθίζον πρὸς τὸν Θεόν.

℣. 35. Caſſiod. habet cum Pſalt. Rom. *Et memorati ſunt quia Deus adjutor eorum eſt : & Deus excelſus liberator eorum eſt.* Sic etiam apud Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. excepto verbo *rememorati ſunt.* Item *liberator* eſt in Pſalt. Corb. & Moz. Apud Auguſt. ut in Vulg. præter hoc , *adjutor eorum eſt.* In Gr. Καὶ ἐμνήσθησαν ὅτι ὁ Θεὸς βοηθὸς αὐτῶν ἐστι· ἢ ὁ Θεὸς ὁ ὕψιστος λυτρωτής , &c.

℣. 36. Quod legitur in Pſalt. Sangerm. *dixerunt* , vitiosè ſcriptum videtur pro *dilexerunt :* ita ſanè legunt Auguſt. & Caſſiod. cum vet. Pſalt. In Græco etiam conſtanter ἠγάπησαν. Brev. Mozar. hab. *& in lingua ſua mentiti ſunt ei.* Hieron. epiſt. ad Sun. & Fret. to. 2. 650. a. teſtatur *omnes voce ſimili* tranſtuliſſe , ἐψεύσαντο αὐτῷ , *id eſt* , mentiti ſunt ei. *Quis autem* , inquit , *voluerit pro* ei , *ponere* eum , *& vitiare exemplaria , non eſt mei judicii.*

℣. 37. Pſalt. Mozarab. *Cor autem ipſorum non eſt* , &c. ut in Vulg. Rom. verò cum Mediolan. & Corb. *Cor autem eorum non erat..... nec fides habita eſt illis in teſtamento ejus.* Similiter apud Caſſiod. uno excepto *eſt* , pro *erat ;* unus tamen Mſ. hab. ibid. *nec fideles habiti ſunt.* Apud Aug. ut in Vulg. præter vocem *ipſorum* , loco *eorum.* In Gr..... οὐδὲ ἐπιστώθησαν ἐν τῇ , &c. abſque præced. *eſt* , vel *erat.*

℣. 38. Auguſt. in hunc Pſ. ſimiliter hab. *& propitius fiet..... & non diſperdet eos ;* at infra , *& propitius erit..... & non perdet eos :* deinde : *Et abundabit ut avertat iram ſuam : & non accendet omnem iram ſuam.* Pſalt. Corb. *& propitius*

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
Et abundavit ut averteret iram ſuam : & non accendit omnem iram ſuam :	*Multùmque avertit iram ſuam, & non ſuſcitavit totum furorem ſuum :*	Multiplicavit ut averteret iram ſuam : & ut non incenderet omnem iram ſuam ſuper eos : *Ex Mſ. Sangerm.*
39. Et recordatus eſt quia caro ſunt : ſpiritus vadens, & non rediens.	*Et recordatus eſt quia caro eſſent : ſpiritus vadens, & non revertens.*	39. Et memoratus eſt quoniam caro ſunt : ſpiritus vadens, & non revertens.
40. Quoties exacerbaverunt eum in deſerto, in iram concitaverunt eum in inaquoſo ?	*Quoties provocaverunt eum in deſerto, afflixerunt eum in ſolitudine ?*	40. Quotiens exacerbaverunt eum in deſerto, in iram concitaverunt eum in terram ſine aqua ?
41. Et converſi ſunt, & tentaverunt Deum : & ſanctum Iſraël exacerbaverunt.	*Et converſi ſunt, & tentaverunt Deum, & ſanctum Iſraël concitaverunt.*	41. Et converſi ſunt, & tentaverunt Deum : & ſanctum Iſraël exacerbaverunt.
42. Non ſunt recordati manus ejus, die qua redemit eos de manu tribulantis :	*Non ſunt recordati manûs ejus, die qua redemit eos de tribulante.*	42. Non ſunt rememorati manus ejus, qua liberavit eos de manu tribulantis :
43. Sicut poſuit in Ægypto ſigna ſua, & prodigia ſua in campo Taneos.	*Qui fecit in Ægypto ſigna ſua, & oſtenta ſua in regione Taneos.*	43. Quemadmodum poſuit in Ægypto ſigna ſua, & prodigia ſua in campo Taneos.
Exod. 7. 20. 44. Et convertit in ſanguinem flumina eorum, & imbres eorum, ne biberent.	*Qui convertit in ſanguinem fluvios eorum, & rivos eorum, ut non biberent.*	44. Et convertit in ſanguinem aquas eorum, & pluviales aquas eorum, ne biberent.
Exod. 8. 6. 24. 45. Miſit in eos cœnomyiam, & comêdit eos : & ranam, & diſperdidit eos.	*Qui immiſit in eos omne genus muſcarum, ut comederent eos : & ranas, ut diſperderent eos.*	45. Et miſit in eos cynomia, & comêdit eos : & ranam, & corrupit eos.
Exod. 10. 15. 46. Et dedit ærugini fructus eorum, & labores eorum locuſtæ.	*Qui dedit brucho germen eorum, & laborem eorum locuſtæ.*	46. Et dedit caniculæ fructum eorum, & labores eorum locuſtæ.
Exod. 9. 25. 47. Et occidit in grandine vineas eorum, & moros eorum in pruina.	*Qui occîdit in grandine vineas eorum, & ſycomoros eorum in frigore.*	47. Occîdit in grandine vineas eorum, & moros eorum in gelicidia.
48. Et tradidit grandini jumenta eorum, & poſſeſſionem eorum igni.	*Qui tradidit grandini paſcua eorum, & jumenta eorum volucribus.*	48. Et tradidit grandini pecora eorum, & ſubſtantiam eorum igni.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

factus eſt peccatis eorum : & non diſperdidit eos. Et abundavit ut averteret iram ſuam ab eis : & non accendit, &c. ut in Vulg. Rom. *Et multiplicavit ut averteret iram ſuam ab eis : & non accendit*, &c. Mozarab. *& propitius fit... ut non diſperderet eos. Et multiplicavit ut avert. iram ſuam : & non accendit omnem indignationem ſuam.* Apud Caſſiod. ſimiliter, *& propitius fit*, hoc addito, *ab eis*, poſt *iram ſuam*, ut in Rom. cæt. ut in Vulg. In Gr. καὶ ἱλάσθαι ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῶν καὶ οὐ διαφθερεῖ. Καὶ πληθυνεῖ τοῦ ἀποστρέψαι τὸν θυμὸν αὐτοῦ καὶ οὐχὶ ἐκκαύσει πᾶσαν τὴν ὀργὴν αὐτοῦ. Ad hoc autem, *& non diſperdet eos*, Hieron. ep. ad Sun. & Fret. to. 2. p. 650. b. ſcribit : *Dicitis quòd* eos *in Græco non habeat, quod & verum eſt ; ſed nos, ne ſententia pendeat, Latinum ſermonem ſua proprietate complevimus.*

℣. 39. Similiter hab. Caſſiod. *Et memoratus eſt*, cum Pſalt. Rom. Corb. & Moz. reliqua ut in Vulg. Auguſt. in hunc Pſ. *Et recordatus eſt*, &c. ſubinde ut ſup. *ſpiritus vadens, & non revertens :* at l. 10. de Geneſ. ad lit. to. 3. p. 1. col. 262. d. *ſpiritus ambulans, & non revertens :* itidem quæſt. 55. in Deut. col. 578. d. & quæſt. 24. in Joſ. 591. g. & l. annot. in Job, 680. b. S. Leo ſerm. 51. p. 120. f. *ſpiritus vadens, & non revertens.* Gr. πνεῦμα πορευόμενον, καὶ οὐκ ἐπιστρέφον.

℣. 40. Sic eſt in Pſalt. Rom. & apud Caſſiod. ſi hoc ult. excipias, *in terra ſine aqua.* Itidem in Corb. & Moz. ac præterea *in ira*, pro *in iram :* apud Auguſt. in hunc Pſ. *& in iram ;* cæt. ut in Vulg. In Gr. παρώργισαν αὐτὸν ἐν γῇ ἀνύδρῳ ;

℣. 41. Ita Auguſt. & Caſſiod. cum vet. Pſalt. & Gr.

℣. 42. Sic hab. Caſſiod. cum Pſalt. Mozarab. hoc excepto, *die qua liberavit.* In Rom. *qua die liberavit.* Item in Mediol. & Carnut. *qua die.* In Corb. *Non ſunt memorati manuum ejus, quo die liberavit eos*, &c. Apud Aug. ut in Vulg. In Gr. ἡμέρας ἧς ἐλυτρώσατο, &c.

℣. 43. Pſalt. Rom. cum Caſſiod. *Sicut poſuit*, &c. ut ſup. Auguſt. omittit *ſicut.* In Gr. Ὡς ἔθετο, &c.

℣. 44. Sic eſt in Pſalt. Moz. excepto uno *in ſanguine*, quod ult. etiam eſt in Corb. Idem verò Corb. & Rom. delent *&*, ante *convertit ;* amboque ferunt *pluviales aquas*, ut ſup. Itidem Mediolan. cum Caſſiod. *& pluviales aquas ;* Carnut. *& fluviales aquas.* Aug. in eund. Pſ. cum Vulg. *& imbres eorum ;* ſed addit : *vel potiùs*, manationes aquarum, *ſicut nonnulli meliùs intelligunt quod Græcè ſcriptum eſt*, τὰ ὀμβρήματα, *quas Latine* ſcaturigines *dicimus, ab imo aquas ebullientes.*

℣. 45. Pſalt. Rom. cum Corb. Mediolan. & Mozarab. *Immiſit* (al. *miſit*) *in eos* (Moz. *in eis*) *muſcam caninam*, & *comedit eos : ranam* (Corb. *& ranam*,) & *exterminavit eos.* Sic etiam ap. Caſſiod. in hunc Pſ. Ar Auguſt. cum Vulgata concinit, aitque in enarrat. col. 831. g. *cynomyiam caninos eſſe mores.* Pſalt. Carnut. conſtanter hab. *muſcam caninam.* Gr. Ἐξαπέστειλεν εἰς αὐτὸς κυνόμυιαν... καὶ διέφθειρεν αὐτούς. Hieron. epiſt. ad Sun. & Fret. 663. c. ſcribendum eſſe affirmat κοινόμυιαν. Κοινόμυια, inquit, *non, ut Latini interpretati ſunt* muſca canina, *dicitur per γ græcam litteram ; ſed juxta Hebraicam intelligentiam, per* διφθογγον *debet ſcribi οι, ut ſit* κοινόμυια, *id eſt, omne muſcarum genus. Aquila* πάμμικτον, *id eſt, omnimodam muſcam, interpretatus eſt.* Et ſupra 650. c. *Si quis putat* διαφθερεῖ *non perditionem ſonare, ſed corruptionem, recordetur illius tituli, in quo ſcribitur,* Εἰς τὸ τέλος, μὴ διαφθείρῃς, *hoc eſt*, In finem, ne diſperdas, *& non ut plerique* κακοζήλως *interpretantur*, ne corrumpas.

℣. 46. Pſalt. Mozarab. *Et dedit caniculæ fructus eorum.* Corb. *Et dedit ærugini fructum eorum*, &c. Rom. cum Caſſiod. *Et dedit ærugini fructus*, &c. Auguſt. in eund. Pſ. *Et dedit rubigini fructum eorum*, al. *fructus :* item ibid. n. 27. *Rubiginem*, inquit, *æruginem nonnulli interpretati ſunt ; alii, caniculam*, ſeu cum Mſs. nonnullis *caniculum.* In Gr. τῇ ἐρυσίβῃ τὸν καρπὸν αὐτῶν, &c.

℣. 47. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. Vulgatæ accinunt cum Pſalt. Rom. Aug. tamen l. 1. de civit. Dei, c. 20. to. 7. col. 20. e. leg. *Occîdit vites eorum in grandine ;* Pſalt.que Rom. tollit *&*, ante *occîdit.* In Corb. ſic : *Occidit in grandinem vineas eorum, & murus eorum in pruina.* In Gr. Ἀπέκτεινεν ἐν χαλάζῃ τὴν ἄμπελον, ultimòque ἐν τῇ πάχνῃ.

℣. 48. Pſalt. Mozarab. *Et tradidit in grandine pecora eorum, & poſſeſſiones eorum in igne.* Corb. ſimiliter hab. *in igne.* Rom. delet *&*, ante *tradidit*, habetque inf. *poſſeſſiones ;* cæt. ut in Vulg. Itidem Caſſiod. in hunc Pſalm. niſi quòd ſervat 1. *&* Auguſt. in eund. Pſalm. nil prorſus differt à Vulg. Gr. Καὶ παρέδωκεν ἐν χαλάζῃ τὰ κτήνη αὐτῶν, καὶ τὴν ὑπαρξιν αὐτῶν τῷ πυρί. Ald. & Compl. εἰς χάλαζαν ; Compl. ultimo loco, ἐν τῷ πυρί.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 49. Immiſit in eos iram furoris ſui : furorem, & iram, & tribulationem : immiſſionem per angelos malos.	*Qui miſit in eos iram furoris ſui : indignationem, & comminationem, & anguſtiam : immiſſionem angelorum malorum.*	49. Miſit in eos iram indignationis ſuæ : indignationem, & iram, & tribulationem : immiſſiones per angelos malos.
50. Viam fecit ſemitæ iræ ſuæ, & non pepercit à morte animabus eorum : & pecora eorum in morte concluſit.	*Munivit ſemitam furori ſuo, non pepercit à morte animæ eorum : & animantia eorum peſti tradidit.*	50. Viam fecit ſemitæ iræ ſuæ, non pepercit à morte animabus eorum : & jumenta eorum in morte concluſit.
51. Et percuſſit omnem primogenitum Ægypti : primitias laborum ipſorum in tabernaculis Cham.	*Et percuſſit omne primogenitum in Ægypto : principium partûs in tabernaculis Cham.*	51. Et percuſſit omne primogenitum in terra Ægypti : primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham. *Exod. 12. 29.*
52. Et promovit velut oves populum ſuum : & deduxit eos velut oves in deſerto.	*Et tulit velut oves populum ſuum, & minavit eos ſicut gregem in deſerto.*	52. Et abſtulit ſicut oves populum ſuum : & perduxit eos tanquam gregem in deſerto.
53. Et reduxit eos in ſpem, & non trepidaverunt : & inimicos eorum operuit mare.	*Et eduxit eos cum fiducia, & abſque timore : inimicos autem eorum operuit mare.*	53. Et deduxit eos in ſpe, & non timuerunt : & inimicos eorum operuit mare. *Exod. 14. 27.*
54. Et induxit eos in montem ſanctificationis ſuæ ; montem iſtum, quem adquiſivit dextera ejus.	*Et adduxit eos ad terminum ſanctificatum ſuum : montem iſtum, quem poſſedit dextera ejus.*	54. Et induxit eos in montem ſanctificationis ſuæ ; montem, quem acquiſivit dextera ejus.
Et ejecit à facie eorum gentes : & ſorte dedit eis terram funiculum hæreditatis.	*Et ejecit à facie eorum gentes, & poſſidere eos fecit in funiculo hæreditatem :*	Et ejecit à facie eorum gentes : & ſorte diviſit eis terram in funiculo diſtributionis. *Joſ. 13. 7.*
55. Et habitavit in tabernaculis eorum in tribus Iſraël.	*Et collocavit in tabernaculis eorum tribus Iſraël.*	55. Et habitare fecit in tabernaculis eorum tribus Iſraël.
56. Et tentaverunt, & exacerbaverunt Deum altiſſimum : & teſtimonia ejus non cuſtodierunt.	*Et tentaverunt, & provocaverunt Deum excelſum : & teſtimonia ejus non cuſtodierunt.*	56. Et tentaverunt, & exacerbaverunt Deum excelſum : & teſtimonia ejus non cuſtodierunt.
57. Et averterunt ſe, & repulerunt ſicut patres eorum : & converſi ſunt in arcum perverſum.	*Et averſi ſunt, & prævaricati ſunt ut patres eorum : incurvati ſunt quaſi arcus inutilis.*	57. Et averterunt ſe, & non ſervaverunt pactum : quemadmodum patres eorum, converſi ſunt in arcum pravum.
58. Et in ira incitaverunt eum in collibus ſuis : & in ſculptilibus in zelum miſerunt eum.	*Et provocaverunt eum in excelſis ſuis, & in ſculptilibus ſuis ad æmulandum eum concitaverunt.*	58. In iram concitaverunt eum in collibus ſuis : & in ſculptilibus ſuis ad æmulationem eum provocaverunt.
59. Audivit Dominus Deus,	*Audivit Deus, & non diſtulit :*	59. Audivit Deus, & ſprevit :

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 49. Pſalt. Rom. concordat cum Vulg. Ita etiam Mozar. niſi quòd hab. *Miſit in eis.* Corb. *Immiſit in eos iram... immiſſionem per ang. malos.* Ambroſ. in Pſ. 37. to. 1. 823. b. *Miſit in eos iram per angelos malos.* Hieron. in Iſai. 13. to. 3. 148. f. *Miſit in eos furorem iræ ſuæ : furorem, & iram, & tribulationem : immiſſionem per angelos peſſimos :* & in Ezech. 21. col. 845. f. *Miſit furorem, & iram, & anguſtiam : immiſſionem per ang. peſſimos :* & ſup. col. 757. d. ac in Matth. 22. to. 4. 103. f. *immiſſiones per ang. peſſimos.* Auguſt. ut in Vulg. niſi quòd hab. *immiſſionem :* at in Joſue, to. 3. col. 592. e. leg. *per angelos malignos.* S. Paulinus, ep. 23. p. 139. c. ait : *Mala per angelos malos mittit.* Gr. Ἐξαπέστειλεν εἰς αὐτοὺς ὀργὴν θυμοῦ αὐτοῦ· θυμὸν, καὶ ὀργὴν, καὶ θλῖψιν· ἀποστολὴν δι' ἀγγέλων πονηρῶν· Symm. κακῶν.

℣. 50. Pſalt. Rom. & Moz. ſimiliter hab. cum Caſſiod. *& non pepercit ;* cæt. ut in Vulg. Apud Auguſt. in eund. Pſ. *& non pepercit à morte animarum eorum : & jumenta,* &c. In Gr. Ὠδοποίησε τρίβον τῇ ὀργῇ αὐτοῦ, οὐκ ἐφείσατο ἀπὸ θανάτου τῶν ψυχῶν αὐτῶν· καὶ τὰ κτήνη αὐτῶν εἰς θάνατον συνέκλεισε.

℣. 51. Vulgatæ conſonat Pſalt. Rom. cum Caſſiod. Caſſiod. tamen delet vocem *omnis*, ante *laboris*. In Pſalt. Corb. ſic : *Et percuſſit omnem primum genitum in Ægypto : primitias laborum ipſorum in tab.* &c. Apud Auguſt. in eund. Pſ. *Et percuſſit omne primitivum in terra Ægypti : primitias laborum eorum in tab. Cham.* In Gr..... πᾶν πρωτότοκον ἐν γῇ Αἰγύπτῳ· ἀπαρχὴν πόνων αὐτῶν, &c. Ald. & Compl. παντὸς πόνου.

℣. 52. Auguſt. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. non differunt à Vulg. neque etiam Gr. niſi quòd delet *&*, ante *deduxit*, pro quo ἤγαγεν ; Ald. & Compl. καὶ ἀπήγαγε.

℣. 53. Vulgatæ ſavent Aug. & Caſſiod. cum vet. Pſalt. & Gr.

℣. 54. Pſalt. Moz. habet *montem hunc, quem*, &c. cum Rom. & Corb. cæt. ut in Vulg. Itidem Caſſiod. cum Mediol. & Carnut. Auguſt. verò nil omnino diſcrepat à Vulgata. At Hieron. epiſt. ad Sun. & Fretel. to. 2. 650. b. ait ita legi *apud LXX.* ὄρος τοῦτο ἐκτίσατο ἡ δεξιὰ αὐτοῦ· *& non ut vos putatis*, inquit, ὃ ἐκτήσατο, *hoc eſt*, quem acquiſivit. *Melius ergo ſecundùm Hebraïcam proprietatem interpretatus eſt Symmachus*, montem, quem acquiſivit dextera ejus. In ed. Rom. ὄρος τοῦτο, ὃ ἐκτήσατο. Apud Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 735. b. ultima tantùm : *& ſorte diſtribuit illis terram in funiculo hæreditatis.* Gr. καὶ ἐκλήρωδότησεν αὐτοῖς τὴν χώραν κληρονομίας.

℣. 55. Sic in Pſalt. Corb. eſt ad verbum. Item in Carnut. & Moz. *Et habitavit*, ſed abſque præpoſ. *in*, ante *tribus*. Auguſt. & Caſſiod. Vulgatæ accinunt, cum Pſalt. Rom. In Gr. Καὶ κατεσκήνωσεν..... αὐτῶν τὰς φυλὰς, &c.

℣. 56. Auguſt. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Vulgatæ reſpondent.

℣. 57. Pſalt. Rom. Martian. *Et averterunt ſe, & non obſervaverunt pactum : quemadmodum*, &c. ut in Vulg. Sic etiam in Mozarab. niſi quòd hab. *ſicut & patres eorum : & converſi ſunt*, &c. Corb. *Et averterunt ſe, & non obſervaverunt, quemadmodum & patres eorum : & converſi ſunt in arcum perverſum.* Rom. Fabri delet etiam *pactum* cum Carnut. Unde Hieron. ep. ad Sun. & Fret. to. 2. p. 650. b. ait : *Scio quòd* pactum *non habeat in Hebræo ; ſed quando omnes voce ſimili tranſtulerunt* ἠδιεθέτησαν, *& apud Græcos* Διαθήκη pactum *dicitur, ex uno verbo ſignificatur*, non ſervaverunt pactum, *licet LXX.* ἠθέτησαν *poſuerint.* In ed. Rom. ἠδιεθέτησαν ; in ed. Ald. & Compl. ἠθέτησαν. Vulgatæ congruit Aug. in hunc Pſ. Ita quoque leg. Caſſiod. uno excepto, *in arcum perverſum*, ut ſup. quam etiam lectionem Auguſt. notat alios codices habere. In Gr. στρεβλόν ; additur etiam καὶ, poſt *ſicut*, non verò poſt *eorum*.

℣. 58. Pſalt. Rom. Fabri cum Mozarab. *In ira concitaverunt eum..... & in ſculptil. ſuis æmulati ſunt eum.* Rom. Martian. hab. *in iram ;* Corb. *& in iram ;* reliqua ut in Mozarab. Itidem apud Caſſiod. præter hoc, *& in ira.* Ap. Auguſt. *& in iram*, cum reliquis è Vulg. Gr. Καὶ παρωργισαν αὐτὸν..... παρεζήλωσαν αὐτόν.

℣. 59. Abeſt *Deus* à Pſalt. Rom. ultimò verò ſic, *re-*

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
& ad nihilum redegit valde Iſraël.	*& projecit vehementer Iſraël.*	& ſprevit : ad nihilum valde redegit Iſraël. *Ex Mſ. Sangerm.*
60. Et repulit tabernaculum Silo, tabernaculum ſuum, ubi habitavit in hominibus.	*Et reliquit tabernaculum Silo : tentorium, quod collocavit inter homines.*	60. Et repulit tabernaculum Selon, tabernaculum ſuum, in quo habitavit inter homines.
61. Et tradidit in captivitatem virtutem eorum : & pulchritudinem eorum in manus inimici.	*Et tradidit in captivitatem virtutem ſuam, & decorem ſuum in manu hoſtis.*	61. Et tradidit in captivitate virtutem ipſorum : & pulchritudinem eorum in manus inimici.
62. Et concluſit in gladio populum ſuum : & hæreditatem ſuam ſprevit.	*Et concluſit in gladio populum ſuum, & in hæreditatem ſuam non diſtulit.*	62. Et concluſit in gladio populum ſuum : & hæreditatem ſuam ſprevit.
63. Juvenes eorum comêdit ignis : & virgines eorum non ſunt lamentatæ.	*Juvenes ejus devoravit ignis, & virgines ejus nemo luxit.*	63. Juvenes eorum non ſunt lamentatæ.
64. Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt : & viduæ eorum non plorabantur.	*Sacerdotes ejus in gladio ceciderunt, & viduæ ejus non ſunt fletæ.*	64. Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt : & viduæ eorum non plorabuntur.
65. Et excitatus eſt tanquam dormiens Dominus, tanquam potens crapulatus à vino.	*Et evigilavit quaſi dormiens Dominus : quaſi fortis poſt crapulam vini.*	65. Et excitatus eſt tanquam dormiens Dominus, tanquam potens crapulatus à vino.
66. Et percuſſit inimicos ſuos in poſteriora : opprobrium ſempiternum dedit illis.	*Et percuſſit hoſtes ſuos retrorsùm : opprobrium ſempiternum dedit eis.*	66. Et percuſſit omnes inimicos meos retro : opprobrium ſempiternum dedit illis.
67. Et repulit tabernaculum Joſeph : & tribum Ephraim non elegit.	*Et projecit tabernaculum Joſeph, & tribum Ephraim non elegit.*	67. Et repulit tabernaculum Joſeph : & tribum Ephrem non elegit.
68. Sed elegit tribum Juda, montem Sion quem dilexit.	*Sed elegit tribum Juda : montem Sion quem dilexit.*	68. Et elegit tribum Juda, montem Sion quem dilexit.
69. Et ædificavit ſicut unicornium ſanctificium ſuum in terra, quam fundavit in ſæcula.	*Et ædificavit in ſimilitudine monocerotis ſanctuarium ſuum : quaſi terram fundavit illud in ſæculum.*	69. Et ædificavit ſicut unicornuorum ſanctificationem : & in terra fundavit eam in æternum.
70. Et elegit David ſervum ſuum, & ſuſtulit eum de gregibus ovium : de poſt fetantes accepit eum,	*Et elegit David ſervum ſuum, & tulit eum de gregibus ovium : ſequentem fetas adduxit eum,*	70. Elegit David ſervum ſuum, & ſuſtulit eum de gregibus ovium : à retro * inſedientium accepit eum,
71. Paſcere Jacob ſervum ſuum, & Iſraël hæreditatem ſuam.	*Ut paſceret in Jacob populum ejus, & in Iſraël hæreditatem ejus.*	71. Paſcere Jacob ſervum ſuum, & Iſraël hæreditatem ſuam.
72. Et pavit eos in innocentia cordis ſui : & in intellectibus manuum ſuarum deduxit eos.	*Qui pavit eos in ſimplicitate cordis ſui, & in prudentia manuum ſuarum dux eorum fuit.*	72. Et pavit eos ſine malitia cordis ſui : & in ſenſum manuum ſuarum eduxit eos.

* *f.* inſidentium ; *ab* inſido, *vel* inſideo.

1. *Reg.* 4. 4. *Jerem.* 7. 12. 14. & 26. 6.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

degit nimis Iſraël. In Mozarab. & *ad nihilum redùit nimis Iſraël.* In Corb. & *ad nihilum redegit nimis Iſraël.* Item apud Auguſt. & Caſſiod. *redegit nimis*, &c. In Gr. Ἤκουσεν ὁ Θεὸς, καὶ..... ἐξουδένωσε σφόδρα, &c.

℣. 60. Ita legit Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Corb. & Mozarab. uno excepto *Silo*. In Corb. & Gr. & apud Auguſt. in eund. Pſ. *Selom* ; cætera ut in Vulg. Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 24. col. 150. a. *Repulit Deus tabernaculum ſuum, in quò habitabat in hominibus.*

℣. 61. Sic in Pſalt. Corb. Rom. verò cum Moz. habet : *Et tradidit in captivitate* (Rom. *captivitatem*) *virtutes eorum :* & *pulchritudines*, &c. Aug. & Caſſiod. ut in Vulg. cui conſonat Gr. niſi quòd hab. ſub finem, εἰς χεῖρα, ſed Ald. & Compl. εἰς χεῖρας.

℣. 62. Sic eſt in veterib. Pſalt. ut & ap. Aug. & Caſſiod. Gr. hab. εἰς ῥομφαίαν ; Ald. verò & Compl. ὦ ῥομφαία.

℣. 63. Media pars verſûs hujus deeſt in Pſalt. Sangerm. ſed incuriâ procul dubio librarii : in vet. enim aliis Pſalt. ſicut eorum in Gr. necnon apud Aug. & Caſſiod. exſtat : *Juvenes eorum comêdit ignis :* & *virgines*, &c. ut ſup.

℣. 64. Sic eſt in Pſalt. Mozar. & Corb. In Rom. *non ploraverunt*. Apud Aug. & Caſſiod. ut in Vulg. In Gr. οὐ κλαυθήσονται.

℣. 65. Concordat Lucif. Calar. l. 1. pro S. Athan. p. 194. a. unà cum Aug. & Caſſiod. In Pſalt. Rom. *quaſi potens*, &c. In Mozarab. & *tanquam potens*, &c. In Gr. ὡς δυνατὸς, &c. Apud Auct. l. de promiſſ. p. 3. col. 180. e. *Exſurrexit tanquam dormiens Dominus, quaſi potens*, &c.

℣. 66. Lucif. Calar. l. 1. pro S. Athan. p. 194. a. *Et percuſſit omnes inim. ſuos in poſteriora*, &c. ut in Vulg. Ita quoque Pſalt. Corb. habet. Auguſt. verò & Caſſiod. delent *omnes*, cum Pſalt. Rom. & Gr. Auct. l. de promiſſ. p. 2. col. 150. c. *Percuſſit inimicos ſuos retrorsùm : opprobrium*, &c.

℣. 67. Ita legunt Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Corb. Sic etiam in Rom. detracto &, ante *tribum*. In Gr. ἐν τῇ φυλῇ Ἐφραὶμ, &c.

℣. 68. Auguſt. ſimiliter hab. *Et elegit*, &c. cum Gr. Caſſiod. verò cum Pſalt. Rom. & Vulg. *Sed elegit*, &c. Corb. *Et elegit.....* & *montem*, &c.

℣. 69. Pſalt. Rom. Fab. *Et ædificavit ſicut unicornuorum ſanctificationem. ſuam in terra : fundavit eam in ſæcula.* Rom. Martian. punctum figit poſt *ſuam*. Sunnia quoque & Fret. legebant, *in terra fundavit eam in ſæcula*, teſte Hieronymo, epiſt. ad ipſos, to. 2. 650. c. Breviar. Mozar. hab. *Et ædificavit ſicut unicornum ſanctificationem ſuam ;* reliqua ut in Vulg. Sic etiam ap. Caſſiod. ſi excipias *unicornium*. Auguſt. in eund. Pſ. leg. *ſicut unicornuorum ſanctificationem ſuum* (*vel ſicut quidam Interpretes verbum novum fecerunt, ſanctificium ſuum*) *in terra, quam fundavit in æternum*. In Pſalt. Corb. *Et ædificavit ſicut unicornuorum ſanctificium ſuum in terra, quam fundavit eam in ſæcula*. In Gr..... ὡς μονοκερώτων τὸ ἁγίασμα αὐτοῦ· ἐν τῇ γῇ ἐθεμελίωσεν αὐτὴν εἰς τὸν αἰῶνα. Auguſt. addit : *Quod habent Graci codices*, εἰς τὸν αἰῶνα, *utrùm* in æternum, *an* in ſæculum *dicatur à nobis, in Latinorum Interpretum poteſtate eſt, quoniam utrumque ſignificat ;* & *ideo hoc in Latinis codicibus, illud in aliis invenitur. Habent aliqui etiam pluraliter, id eſt*, in ſæcula, *quod in Græcis quos habuimus, non inveninus.*

℣. 70. Nil differunt Aug. & Caſſiod. à Vulgata, nec etiam vet. Pſalt. neque Gr. In Pſalt. tamen Corb. ſic : *à retro fetantium accepit eum*, è Gr. ἐξόπισθεν τῶν τικτουσῶν.

℣. 71. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Corb. *paſcere Jacob populum ſuum*, &c. Auguſt. ut in Vulg. In Gr. τὸν λαὸν.

℣. 72. Ita ferunt Pſalt. Rom. Corb. & Mozarab. cum Caſſiod. ſi hæc excipias, & *in ſenſu..... deduxit* ; Corb. &

Digitized by Google

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

in ſenſum, ut ſupra; Mediolan. & Carnut. *& in ſenſu*. Auguſt. in eund. Pſ. *Et pavit eos in innocentia..... & in intellectu man. ſuar. deduxit eos; vel*, inquit, *ſicut aliqui codices habent*, in intellectibus manuum ſuarum, &c. Et ſanè Hieron. ep. ad Sun. & Fret. ſcribens, ait, col. 650. c. *Non habetur ἐν τῇ Συνέσει, ut ſcribitis, numero ſingulari, ſed ἐν ταῖς Συνέσεσι, quod* intelligentias *ſonat*. Ed. Rom. ſert: Καὶ ἐποίμανεν αὐτὺς ἐν τῇ ἀκακίᾳ..... ἢ ἐν τῇ Συνέσει, &c. Ald. verò & Compl. *ἐν ταῖς Συνέσεσι*.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 1. Pſalmus Aſaph. LXXVIII.	*Canticum Aſaph. LXXIX.*	1. Pſalmus Aſaph. LXXVIII.
* DEus venerunt gentes in hæreditatem tuam, coinquinaverunt templum ſanctum tuum : poſuerunt Jeruſalem ſicut caſam pomarii.	*DEus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum ſanctum tuum : poſuerunt Jeruſalem in acervos lapidum.*	DEus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum ſanctum tuum : poſuerunt Jeruſalem in pomorum cuſtodiam.
2. Poſuerunt mortalia ſervorum tuorum, eſcam volatilibus cœli : carnes ſanctorum tuorum, beſtiis terræ.	*Dederunt cadavera ſervorum tuorum, eſcam volatilibus cœli : carnes ſanctorum tuorum, beſtiis terræ.*	2. Poſuerunt morticina ſervorum tuorum, eſcas volatilibus cœli : carnes ſanctorum tuorum, beſtiis terræ.
3. Effuderunt ſanguinem eorum ſicut aquam in circuitu Jeruſalem : & non erat qui ſepeliret.	*Effuderunt ſanguinem eorum quaſi aquam in circuitu Jeruſalem, & non erat qui ſepeliret.*	3. Effuderunt ſanguinem eorum tanquam aquam in circuitu Jeruſalem : & non erat qui ſepeliret.
4. Facti ſumus in opprobrium vicinis noſtris : ſubſannatio & deriſio his, qui circum nos ſunt.	*Facti ſumus opprobrium vicinis noſtris : ſubſannatio & deriſio his, qui in circuitu noſtro ſunt.*	4. Facti ſumus opprobrium vicinis noſtris : ſubſannatio & illuſio his, qui in circuitu noſtro ſunt.
5. Uſquequo Domine iraſceris in finem : exardeſcit velut ignis zelus tuus?	*Uſquequo Domine iraſcêris in finem : ardebit quaſi ignis zelus tuus?*	5. Uſquequo Domine iraſcêris in finem : accendetur velut ignis zelus tuus?
6. Effunde iram tuam in gentibus, quæ te non noverunt; & in regna, quæ non invocant nomen tuum :	*Effunde furorem tuum ſuper gentes, quæ non cognoverunt te : & ſuper regna, quæ nomen tuum non invocaverunt :*	6. Effunde iram tuam in gentes, quæ te non noverunt; & in regna, quæ nomen tuum non invocaverunt : *Jerem. 10. 25.*
7. Quia comederunt Jacob : & locum ejus deſolaverunt.	*Quia comederunt Jacob, & decorem ejus deſolaverunt.*	7. Quia comederunt Jacob : & locum ejus deſolaverunt.
8. Ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum, citò anticipet nos miſericordia tua : quia pauperes facti ſumus valde.	*Ne recorderis iniquitatum noſtrarum veterum : citò occupent nos miſericordiæ tuæ, quia attenuati ſumus nimis.*	8. Ne memineris iniquitatum noſtrarum antiquarum, citò anticipent nos miſericordiæ tuæ : quia pauperes facti ſumus nimis. *Iſa. 64. 9.*
9. Adjuva nos Deus ſalutaris noſter : propter honorem nominis tui Domine libera nos : & propitius eſto peccatis	*Auxiliare nobis Deus Jeſus noſter, propter gloriam nominis tui libera nos : & propitiare peccatis noſtris propter nomen tuum.*	9. Adjuva nos Deus ſalutaris noſter : & propter gloriam nominis tui Domine libera nos : & propitius eſto peccatis noſtris, propter

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Gr. Ψαλμὸς τῷ Ἀσάφ.

* Vox. 1. *Deus*, abeſt in Mſ. Sangerm. ſed incogitantiâ ſcribæ id contigiſſe puto; nam locus ibid. ſicut & alibi ſæpiùs, relictus eſt vacuus : cùm enim hujuſmodi voces *Dei*, vel *Domini*, in hoc Mſ. auro pictæ exhibeantur, non mirum ſi nonnullæ longis intervallis interruptæ, prætermiſſæ fuerint. Hilarius in Pſ. 136. col. 490. c. ita legit : *Deus venerunt gentes in hæredit. tuam, polluerunt templ..... poſuerunt Jeruſ. velut pomorum cuſtodiam.* Ita quoque habet Pſalt. Moz. imo & Rom. ſi excipias verbum *coinquinaverunt*. Similiter ap. Caſſiod. *coinquinaverunt*; at in fine ſic, *velut pomorum cuſtodiarium*. Itidem in Pſalt. Corb. ac in Mſs. Hilarianis. Auguſt. cum Vulgata concinit, ſicut Hieron. qui ait epiſt. ad Sun. & Fret. to. 2. 650. c. *Græcè* ὡς ὀπωροφυλάκιον dici : porro, inquit, *nec aliter poteſt verti, quàm à nobis translatum eſt*. In ed. Rom. ſic : εἰς ὀπωροφυλάκιον· at in Ald. & Compl. ὡς, &c. Ambr. epiſt. 20. to. 2. 857. c. priora tantùm verba refert, ut ſup. *Deus venerunt gentes in hæredit. tuam.*

℣. 2. Sic eſt in Miſſali Rom. ad diem 12. Junii; ut & apud Auguſt. l. 1. de civit. Dei, c. 11. to. 7. 13. c. præter vocem plural. *eſcas*. Ita quoque in Pſalt. Rom. Mediolan. Carnut. Corb. Moz. & apud Caſſiod. in hunc Pſ. At Auguſt. in eund. legit *morticina*, additque : *Meliùs ſanè interpretati ſunt, qui* morticina *poſuerunt, quàm, ſicut quidam*, mortalia : Græcè, θνησιμαῖα; & infra, βρώματα, &c.

℣. 3. Sic habet Pſalt. Rom. Corb. verò, *ſanguinem ipſorum tanquam aquam*, &c. Mozarab. *velut aquam*. Aug. l. 1. de civit. Dei, c. 11. to. 7. 13. c. *ſicut aquam in circuitu Jeruſalem :* at in hunc Pſ. col. 843. *ſicut aquam in circuitu*, &c. Ita etiam Caſſiod. in eund. Pſ. Gr. ὡς ὕδωρ κύκλῳ Ἰερυσ. Ald. & Compl. ὡσεί.

℣. 4. Pſalt. Rom. cum Caſſiod. *Facti ſumus in opprobrium* (Caſſiod. del. *in*) *vicinis noſtris : deriſui & contemptui iis, qui in circuitu noſtro ſunt*. Mozarab. *Facti ſumus in opprobr. vicin. noſtris : deriſum & contemptum bis, qui ſunt in circuitu noſtro*. Corb. *Facti ſumus in opprobr..... deriſus & contemptio bis, qui in circuitu*, &c. Auguſt. in hunc Pſ. *ſubſannatio & irriſio, vel, ut quidam interpretati ſunt, illuſio eis, qui in circ.* &c. Gr. Ἐγενήθημεν εἰς ὄνειδος... μυκτηρισμὸς καὶ χλευασμὸς τοῖς κύκλῳ ἡμῶν.

℣. 5. Sic apud Auguſt. in hunc Pſ. excepto uno *exardeſcet*. In Brev. Mozar. *exardeſcit velut ignis ira tua?* Gr. ἐκκαυθήσεται ὡς πῦρ ὁ ζῆλός σου; In Pſalt. Corb. *Uſquequo Domine iraſceris in finem : aut in finem accenditur velut ignis zelus tuus?* In Rom. verò & ap. Caſſiod. ut in Vulg.

℣. 6. Auguſt. leg. cum Pſalt. Rom. *in gentes*; & in fine, *quæ non invocaverunt nomen tuum*. Corb. *quæ te non cognoverunt*; & *in regna, quæ non invocarunt nomen tuum*. Similiter ap. Caſſiod. *quæ te non cognoverunt*. Gr. ἐπὶ ἔθνη τὰ μὴ ἐπεγνωκότα σε (Ald. & Compl. γινώσκοντά·) καὶ..... τὸ ὄνομά σου οὐκ ἐπεκαλέσαντο.

℣. 7. Ita Auguſt. & Caſſiod. cum vet. Pſalt. & Gr.

℣. 8. Pſalt. Rom. & Corb. cum Caſſiod. *Ne memin. iniquitates noſtras antiquas, citò nos anticipet miſ. tua : quia... nimis*. Sic etiam in Mozarab. excepto uno *præveniat*, loco *anticipet*. Auguſt. cum Gr. Vulgatæ congruit. Gr. hab. in fine, σφόδρα.

℣. 9. Ita Caſſiod. ad verbum, cum Pſalt. Corb. Sic etiam in Rom. & Moz. addito uno & poſt *noſter*. Auguſt. delet &, ſed hab. *gloriam*, cum Vulg. Itidem in Græco.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
nomen tuum :		tis noſtris, propter nomen tuum : *Ex Mſ. Sangerm.*
10. Ne fortè dicant in gentibus: Ubi eſt Deus eorum? & innoteſcat in nationibus coram oculis noſtris,	*Quare dicent gentes : Ubi eſt Deus eorum? nota fiat in gentibus ante oculos noſtros*	10. Nequando dicant gentes : Ubi eſt Deus eorum? & innoteſcant in gentibus coram oculis noſtris.
Ultio ſanguinis ſervorum tuorum, qui effuſus eſt : 11. introeat in conſpectu tuo gemitus compeditorum.	*Ultio ſanguinis ſervorum tuorum, qui effuſus eſt : ingrediatur coram te gemitus vinctorum*	Vindica ſanguinem ſervorum tuorum qui effuſus eſt : 11. intret ante conſpectum tuum gemitus compeditorum.
Secundùm magnitudinem brachii tui, poſſide filios mortificatorum.	*In magnitudine brachii tui : relinque filios interitûs.*	Secundùm magnitudinem brachii tui, poſſide filios in adoptione morte punitorum.
12. Et redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorum : improperium ipſorum, quod exprobraverunt tibi Domine.	*Et redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu eorum : opprobrium ſuum, quod exprobraverunt tibi Domine.*	12. Redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinus eorum : opprobrium ipſorum, quod exprobraverunt tibi Domine.
13. Nos autem populus tuus, & oves paſcuæ tuæ, confitebimur tibi in ſæculum :	*Nos enim populus tuus, & oves paſcuæ tuæ, confitebimur tibi in ſæculum :*	13. Nos autem plebs tua, & oves paſcuæ tuæ, confitebimur tibi in æternum :
In generationem & generationem annuntiabimus laudem tuam.	*In generatione & generatione narrabimus laudem tuam.*	In ſæculum & ſæculum narrabimus laudem tuam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 10. Sic eſt in Pſalt. Corb. & Rom. excepta voce *nationibus*, pro *gentibus*. Similiter in Mozarab. & ap. Caſſiod. *Nequando dicant gentes ;* at infra ſic in Moz. *vindicta ſanguinis ſervorum*, &c. Ap. Caſſiod. verò, & in Mediol. & Carnut. *vindica ſanguinem*, ut ſup. Auguſt. in eund. Pſ. legit : *Nequando dicant in gentibus..... vindicta ſanguinis ſervor.* &c. Gr. Μήποτε εἰπωσιν ἐν τοῖς ἔθνεσι..... ἐγνωδήτω ἐν τοῖς..... ἡ ἐκδίκησις τοῦ αἵματος τῶν, &c.

℣. 11. Pſalt. Rom. & Corb. cum Caſſiod. *Intret in conſpectu tuo ;* reliqua ut in textu, detracto tamen hoc, *in adoptione*. Mozarab. ſimiliter hab. *Intret in conſpectu tuo ;* cæt. verò ut in Vulg. Mediolan. & Carnut. cum Miſſali Rom. ad diem XIX. Junii, *filios morte punitorum*. Apud Auguſt. in hunc Pſ. hæc leguntur : *Intret ante* (al. *in*) *conſpectum tuum ; vel ſicut alii codices habent, In conſpectu tuo, gemitus compeditorum. Secundùm magnitud. brachii tui, recipe in adoptionem filios mortificatorum ; vel ſicut in aliis codicibus legitur, Poſſide filios morte punitorum ;* Mſs. *mortificatorum*. In Græco : Εἰσελθέτω ἐνώπιόν Σου..... περιποίησαι τοὺς υἱοὺς τῶν τεθανατωμένων.

℣. 12. Pſalt. Rom. & Moz. cum Caſſiod. delent pariter ℣, ante *redde ;* reliqua verò ut in Vulg. Corb. hab. *Redde..... in ſinus eorum : improperium ipſorum, quod improperaverunt tibi Domine*. Aug. *Redde vicin. noſtris ſeptiès tantùm in ſinus eorum : opprobrium eorum, quod exprobr.* &c. Gr. Ἀπόδος..... ἑπταπλάσια εἰς τὸν κόλπον αὐτῶν τὸν ὀνειδισμὸν αὐτῶν, ὃν ὠνείδισάν σε Κύριε.

℣. 13. Pſalt. Rom. cum Moz. Corb. Mediol. & Carnut. *Nos autem populus tuus, & oves gregis tui, confiteb. tibi* Rom. *in ſæcula : & in ſæculum ſæculi narrabimus laudem tuam ;* Moz. *in ſæculum : & in generatione & generatione narravimus laudem tuam ;* Corb. *in ſæcula : in ſæculum & ſæculum narrabimus laudem tuam*. Rom. Martianæi, *confiteb. tibi Deus in ſæcula : & in ſæculum ſæculi*, &c. Caſſiod. in hunc Pſ. *confitebimur tibi in ſæculum : & in ſæculum ſæculi narrabimus*, &c. Ap. Auguſt. in eund. Pſ. ut in Vulg. præter hoc, *oves gregis tui*. Caſſiod. leg. pariter *oves gregis tui*. Addit Aug. *Alii autem codices habent :* confitebimur tibi in æternum. *Ex ambiguo Græco facta eſt iſta diverſitas : quod enim habet Græcus* εἰς τὸν αἰῶνα, & in æternum, & in ſæculum *interpretari poteſt..... Senſus hujus loci magis mihi videtur oſtendere*, in ſæculum *dici opertere, id eſt, uſque in finem ſæculi*. Ed. Rom. Ἡμεῖς γὰρ (Compl. δὲ)..... ὁ πρόβατα νομῆς Σου, ἐξομολογησόμεθά Σοι εἰς τὸν αἰῶνα· εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν, &c. ut in Vulg.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
1. In finem, Pro iis qui commutabuntur, teſtimonium Aſaph, Pſalmus. LXXIX.	*Victori pro liliis teſtimonium Aſaph, Canticum. LXXX.*	1. In finem, Pro his qui immutabuntur, in teſtimonium Aſaph pro Aſſyrio. LXXIX. *Ex Mſ. Sangerm.*
2. QUi regis Iſraël, intende : qui deducis velut ovem Joſeph.	*Qui paſcis Iſraël, auſcultа : qui ducis quaſi gregem Joſeph.*	2. QUi regis Iſraël, intende : qui deducis velut oves Joſeph.
Qui ſedes ſuper cherubim, manifeſtare 3. coram Ephraim, Benjamin, & Manaſſe.	*Qui ſedes ſuper cherubim, oſtendere : ante Ephraim, & Benjamin, & Manaſſe*	Qui ſedes ſuper cherubin, appare 3. coram Ephrem, & Benjamin, & Manaſſe.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Pſalt. Corb. *In finem, Pro his qui commutabuntur, teſtimonium Aſaph, Canticum proadjiciam.* Mozarab. *In finem..... qui commutab. teſtim. Pſalmus Aſaph.* Rom. Vulgatæ conſonat. Carnut. addit *pro Aſſyrio*, ut ſupra. Ap. Auguſt. in hunc Pſ. ſic : *In finem, Pro his qui immutab. teſtim. ipſi Aſaph :* & infra : *Concludit autem titulus Pſalmi, Pro Aſſyriis :* item lib. cont. Judæos, to. 8. col. 33. a. leg. *pro his quæ immutabuntur*. Similiter ap. Caſſiod. *immutabuntur ;* reliqua ut in Vulgata. In Gr. Εἰς τὸ τέλος, Ὑπὲρ τῶν ἀλλοιωθησομένων, μαρτύριον τῷ Ἀσάφ, Ψαλμὸς ὑπὲρ τῆ Ἀσσυρίᾳ. Hoc ult. *ὑπὲρ τῆ*, &c. deeſt in ed. Compl.

℣. 2. Itidem in Pſalt. Carnut. Corb. & apud Caſſiod. Sic etiam in Rom. Mediolan. & Moz. præter hoc, *velut ovem*. Apud Iren. l. 3. c. 11. p. 190. c. *Qui ſedes ſup. cherubim, appare*. Ita etiam in epiſt. Orient. ad Symm. Conc. to. 4. col. 1307. a. & ap. Auct. op. imp. in Matth. hom. 5. p. 47. e. Item apud Ambroſ. l. 5. de fide, to. 2. 566. a. nec aliter in Miſſali Rom. ad Grad. ſabbati IV. Temp. Adv. Apud Auguſt. verò : *Qui paſcis Iſraël, intende..... velut oves Joſeph..... ſup. cherubim, appare*. Similiter habet Fulg. fragm. 29. cont. Fab. p. 626. Hieron. etiam ad hæc Iſaiæ 6. 2. *Seraphim ſtabant*, &c. to. 3. col. 60. b. ait : *Seraphim autem, præter hunc locum, in Scripturis canonicis alibi legiſſe me neſcio, qui ſtare dicuntur ſuper templum, vel in circuitu Domini. Ergo errant qui ſolent in precibus dicere :* Qui ſedes ſuper cherubim, & ſeraphim, *quod Scriptura non docuit*. Gr. Ὁ ποιμαίνων τὸν Ἰσραὴλ..... ὁ ὁδηγῶν ὡσεὶ πρόβατα (Ald. & Compl. πρόβασιν)..... ἐπὶ τῶν χερουβίμ, ἐμφάνηθι.

℣. 3. Ita legunt Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Gaud. Brix. ſer. 2. p. 955. f. Similiter in Pſalt. Rom. *coram Ephrem*, ſed abſque ſeq. ℣. In Mozarab. *coram Effraim*, & *Benjamin*, &c. In Corb. *coram Ephrem*, & *Benjeamin*, & *Manaſſes*, &c. Apud Fulg. fragm. 29. cont. Fab. p. 626. *coram Eſrem*, & *Benj.* & *Manaſſe. Excita pot. tuam*, & *veni, ut liberes nos*. Item in epiſt. Orient. ad Symm.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. Excita potentiam tuam, & veni, ut ſalvos facias nos.	*Suſcita fortitudinem tuam, & veni, ut ſalvos facias nos.*	Excita potentiam tuam, & veni, ut ſalvos facias nos.
4. Deus virtutum convertens: & oſtende faciem tuam, & ſalvi erimus.	*Deus converte nos: & oſtende faciem tuam, & ſalvi erimus.*	4. Deus converte nos: & oſtende faciem tuam, & ſalvi erimus.
5. Domine Deus virtutum, quouſque iraſcêris in oratione ſervi tui?	*Domine Deus exercituum, uſquequo fumabis ad orationem populi tui?*	5. Domine Deus virtutum, quouſque iraſcêris ſuper orationem ſervi tui?
6. Et dabis eis panem lacrymarum: & potum dabis eis in lacrymis in menſura?	*Cibaſti eos pane flebili, & potaſti eos in lacrymis tripliciter.*	6. Cibabis nos pane lacrymarum: & potum dabis nobis in lacrymis in menſura?
7. Poſuiſti nos in contradictionem vicinis noſtris: & inimici noſtri deriſerunt nos.	*Poſuiſti nos contentionem vicinis noſtris, & inimici noſtri ſubſannaverunt nos.*	7. Poſuiſti nos in contradictionem vicinis noſtris: & inimici noſtri ſubſannaverunt nos.
8. Domine Deus virtutum converte nos: & oſtende faciem tuam: & ſalvi erimus.	*Deus exercituum converte nos: & oſtende faciem tuam, & ſalvi erimus.*	8. Deus virtutum converte nos: & oſtende faciem tuam: & ſalvi erimus.
DIAPSALMA.		
9. Vineam ex Ægypto tranſtuliſti: ejeciſti gentes, & plantaſti eam.	*Vineam de Ægypto tuliſti: ejeciſti gentes, & plantaſti eam.*	9. Vineam de Ægypto tranſtuliſti: ejeciſti gentes, & plantaſti eam.
10. Viam feciſti in conſpectu ejus: & plantaſti radices ejus, & repleſti terminos terræ.	*Præparaſti ante faciem ejus, & ſtabiliſti radices ejus, & implevit terram.*	10. Dux itineris fuiſti in conſpectu ejus: plantaſti radices ejus, & implevit terram.
11. Operuit montes umbra ejus: & arbuſta ejus cedros.	*Operti ſunt montes umbrâ ejus, & rami illius cedri Dei.*	11. Operuit montes umbra ejus: & arbuſta ejus cedros Dei.
12. Extendit palmites ſuos uſque ad mare: & uſque ad flumen propagines ejus.	*Expandit comas ſuas uſque ad mare, & uſque ad flumen germina ſua.*	12. Extendit palmites ſuos uſque ad mare: & uſque ad flumen propagines ejus.
13. Ut quid deſtruxiſti maceriam ejus: & vindemiant eam omnes, qui tranſeunt viam?	*Quare diſſipaſti maceriam ejus, & vindemiaverunt eam omnes, qui tranſeunt per viam?*	13. Ut quid deſtruxiſti maceriam ejus: & vindemiant eam omnes, qui prætergrediuntur viam?
14. Exterminavit eam aper de ſilva: & ſingularis ferus depaſtus eſt eam.	*Vaſtavit eam aper de ſilva, & omnes beſtiæ agri depaſtæ ſunt eam.*	14. Exterminavit eam aper de ſilva: & ſingularis ferus depaſtus eſt eam.
15. Deus virtutum convertens nos, reſpice de cœlo, &	*Deus exercituum revertere, obſecro: reſpice de cœlo, & vide, &*	15. Deus virtutum convertere: reſpice de cœlo, & vide, & viſita

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Conc. to. 4. 1307. a. *ut liberes nos.*

℣. 4. Vitioſus procul dubio textus eſt in Pſalt. Sangerm. ubi legitur *convertens;* quippe vel unâ litterulâ *o* additâ, fit *converte nos*, ut inf. ℣. 8. quod etiam ubique habetur. Auguſt. in hunc Pſ. legit: *Deus converte nos: & illumina faciem tuam, & ſal.* &c. Ambroſ. in Pſ. 45. to. 1. 932. c. & Caſſiod. in Pſ. 79. ut in Vulg. In Pſalt. Rom. *Domine Deus virtutum converte nos: & oſtende fac.* &c. In Corb. *Deus virtutum converte nos*, &c. Gr. Ὁ Θεὸς ἐπίστρεψον ἡμᾶς· καὶ ἐπίφανον, &c.

℣. 5. Ita in Pſalt. Moz. eſt. In Rom. verò, Corb. & apud Caſſiod. *in orationem*, &c. Itidem apud Auguſt. in eund. Pſ. niſi quòd hab. *uſqueque*, & infra *quandiu*. In Gr. Ἕως πότε..... ἐπὶ τὴν προσευχὴν, &c.

℣. 6. Hilarius in Pſ. 126. col. 419. c. ſic habet: *Cibabis nos pane lacr. & potum dabis nobis lacrymarum in menſura?* Ambr. in Pſ. 1. to. 1. 753. d. *& potum dabis nobis in lacrymis*, &c. at in Pſ. 118. col. 1233. b. & l. 1. de pœnit. to. 2. p. 406. c. *& potum dabis illis in lacrymis.* Auguſt. in hunc Pſ. *Cibabis nos pane.....* & *potabis nos in lacrymis*, &c. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Vulgatæ favet, ſicut Chromat. Aquil. in Matth. p. 978. d. In Pſalt. Corb. ſic: *Cibabis nos panem lacrymar. & potum dabis eis lacrymis in menſuram?* In Mozarab. *& potum dabis nob. in lacr. in menſuram?* In Gr. Ψωμιεῖς ἡμᾶς ἄρτον..... καὶ πολιεῖς ἡμᾶς ἐν δάκρυσιν ἐν μέτρῳ;

℣. 7. Concinunt Pſalt. Rom. Corb. & Moz. unà cum Caſſiod. in hunc Pſ. Auguſt. verò in eund. Pſ. Vulgatæ favet ad verbum. In Gr. ſub fine, ἐμυκτήρισαν ἡμᾶς.

℣. 8. Ita legunt Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Corb. & Gr. Subjicitur pariter *Diapſalma* in Pſalt. Corb. & Rom. Martian. necnon in ed. Rom. LXX. ſecus in Rom. Fabri, ac edd. Ald. & Compl.

℣. 9. Concordant Pſalt. Rom. & Moz. Sic etiam ap. Ambroſ. l. 3. Hexa. to. 1. 52. c. & in Pſ. 118. col. 985. a. & l. 5. de Sacram. to. 2. 376. c. Item ap. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. & in Gr.

℣. 10. Pſalt. Rom. cum Caſſiod. *Viam feciſti in conſp. ejus: & plantaſti.....* & *repleta eſt terra.* Itidem in Carnut. & Moz. In Corb. verò: *Viam feciſti.....* & *plantaſti.....* & *repleſti terram.* Similiter ap. Ambr. l. 3. Hexa. to. 1. 52. c. & *plantaſti radices ejus*, & *repleſti terram.* Auguſt. cum Pſalt. Mediolan. leg. *Viam feciſti in conſp. ejus:* & *plantaſti*, &c. ut in Vulg. Gr. Ὡδοποίησας ἔμπροσθεν αὐτῆς· καὶ κατεφύτευσας..... καὶ ἐπλήσθη ἡ γῆ· Ald. & Compl. ἐπλήρωσε τὴν γῆν. Hieron. epiſt. ad Sun. & Fret. to. 2. 651. a. *& plantaſti radices ejus hinc;* tum addit: *Et dicitis quòd in Græco* hinc *non habeat; & bene: nam & in noſtris codicibus non habetur; & miror quis imperitorum veſtros libros falſaverit.*

℣. 11. Sic Ambroſ. l. 3. Hexa. to. 1. 52. c. necnon Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum vet. Pſalt. & Gr. addito nomine *Dei*, ad *cedros*, quod incogitanti ſcribæ procul dubio excidit ſup. Vide Not. ad Pſ. 78. ℣. 1.

℣. 12. Ambroſ. l. 3. Hexa. 52. c. leg. *Extendiſti palmites ejus uſque ad*, &c. ut in Vulg. Ita quoque Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. & Moz. In Corb. *Extendiſti palmit. ejus.....* & *uſque ad flumina propag. ejus.* In Gr. Ἐξέτεινε τὰ κλήματα αὐτῆς..... καὶ ἕως ποταμοῦ, &c.

℣. 13. Ita Pſalt. Corb. habet. Mozarab. verò: *Ut quid depoſuiſti maceriam ejus: & vindem. eam omnes tranſeuntes viam?* Item in Rom. & ap. Caſſiod. *depoſuiſti;* extremò verò ut ſup. *omnes, qui tranſeunt viam.* Apud Ambroſ. in Pſ. 43. & 118. to. 1. col. 911. c. & 1159. b. *omnes tranſeuntes viam.* Similiter apud Aug. cum verbo *deſtruxiſti.* In Pſalt. Mediolan. *depoſuiſti.* In Gr. Ἱνατί καθεῖλες τὸν..... πάντες οἱ παραπορευόμενοι τὴν ὁδόν;

℣. 14. Itidem Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Hilar. verò in Pſ. 67. & 131. col. 209. f. 452. d. leg. *Devaſtavit eam aper*, &c. Similiter Ambroſ. in Pſ. 43. to. 1. 911. c. Hieron. in Iſai. 27. to. 3. 230. e. *Vaſtabit eam*, &c. Aug. in Pſ. 79. *Devaſtavit eam aper;* inf. *vaſtavit.* Gr. Ἐξέλιπεν αὐτὸν ὗς, &c.

℣. 15. Pſalt. Rom. Fabri: *Domine Deus virtutum convertere: nunc reſpice de cœlo*, &c. Rom. Martian. cum Mediolan. *converte nunc: reſpice*, &c. Corb. *Deus virtutum converte nos: reſpice*, &c. Auguſt. in hunc Pſ. *Deus virt. convertere verò: reſpice*, &c. Caſſiod. cum Tichonio reg.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
vineam iſtam.	*viſita vineam hanc :*	vide, & viſita vineam iſtam. *Ex Mſ. Sangerm.*
16. Et perfice eam, quam plantavit dextera tua : & ſuper filium hominis, quem confirmaſti tibi.	*Et radicem quam plantavit dextera tua, & filium quem confirmaſti tibi :*	16. Et dirige eam, quam plantavit dextera tua :
17. Incenſa igni, & ſuffoſſa ab increpatione vultus tui peribunt.	*Succenſam igni, dirutam : ab increpatione faciei tuæ pereant.*	17. Incenſam igni, & effuſa manu : ab increpatione vultus tui peribunt.
18. Fiat manus tua ſuper virum dexteræ tuæ : & ſuper filium hominis, quem confirmaſti tibi.	*Fiat manus tua ſuper virum dexteræ tuæ, & ſuper filium hominis, quem confirmaſti tibi.*	18. Fiat manus tua ſuper virum dexteræ tuæ : & ſuper filium hominis, quem confirmaſti tibi.
19. Et non diſcedimus à te, vivificabis nos : & nomen tuum invocabimus.	*Et non recedemus à te : vivificabis nos, & in nomine tuo vocabimur.*	19. Et non diſcedimus à te, vivificabis nos : & nomen tuum invocabimus.
20. Domine Deus virtutum converte nos : & oſtende faciem tuam, & ſalvi erimus.	*Domine Deus exercituum converte nos : oſtende faciem tuam, & ſalvi erimus.*	20. Domine Deus virtutum converte nos : & oſtende faciem tuam ſuper nos, & ſalvi erimus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

1. p. 50. g. Vulgatæ congruit. Græc. Ὁ Θεὸς τῶν δυναμ. ἐπιστρεψον δή, &c.

℣. 16. Itidem in Pſalt. Rom. Mediol. Corb. & Carnut. *Et dirige eam ;* reliqua ut in Vulg. Unde vix dubium mihi eſt, quin ab oſcitante librario prætermiſſus fuerit ſequens verſiculus, *& ſuper filium hominis, quem confirmaſti tibi :* qui nimirum exſtat in vet. al. Pſalt. Similiter apud Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. necnon apud Tichon. reg. 1. p. 50. g. cum hoc primo, *Et perfice eam.* In Gr. Καὶ κατάρτισαι αὐτὴν, &c. ut in Vulg.

℣. 17. Breviar. Mozarab. habet : *Incenſa igni, & effoſſa manu ab increp.* &c. Itidem Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Mediol. & Carnut. Pſalt. vetus apud Nobil. *Succenſam igni, & effoſſam ;* Corb. *Incenſum igni, & effoſſa manu,* &c. Auguſt. in eund. Pſ. *Succenſa igni, & effoſſa ab increp.* &c. Gr. Ἐμπεπυρισμένη πυρὶ, ἠφανισμένη ἀπὸ, &c.

℣℣. 18. 19. Ita legunt Auguſt. & Caſſiod. cum vet. Pſalt. & Gr.

℣. 20. Apud Aug. & Caſſiod. deeſt τὸ *ſuper nos ;* ſicut in Pſalt. Rom. & Gr. cæt. ut in Vulg.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
In finem, 1. Pro torcularibus, Pſalmus ipſi Aſaph. LXXX.	*Victori In torcularibus Aſaph. LXXXI.*	In finem, 1. Pro torcularibus Domini, ipſi Aſaph Pſalmus, quintâ ſabbati. LXXX. *Ex Mſ. Sangerm.*
2. EXſultate Deo adjutori noſtro : jubilate Deo Jacob.	*LAudate Deum fortitudinem noſtram : jubilate Deo Jacob.*	2. EXſultate Deo adjutori noſtro : jubilate Deo Jacob.
3. Sumite pſalmum, & date tympanum : pſalterium jucundum cum cithara.	*Aſſumite carmen, & date tympanum : citharam decoram cum pſalterio.*	3. Sumite pſalmum, & date tympanum : pſalterium jucundum.
4. Buccinate in Neomenia tubâ, in inſigni die ſolemnitatis veſtræ :	*Clangite in Neomenia, buccinâ ; & in medio menſe, die ſolemnitatis noſtræ :*	4. Canite Deo initio menſis in tuba, in diem inſignis ſolemnitatis noſtræ :
5. Quia præceptum in Iſraël eſt : & judicium Deo Jacob.	*Quia legitimum Iſraël eſt : judicium Deo Jacob.*	5. Quia præceptum eſt ad Iſraël : & judicium Deo Jacob.
Gen. 41. 89. 6. Teſtimonium in Joſeph poſuit illud, cùm exiret de terra Ægypti : linguam, quam non noverat, audivit.	*Teſtimonium in Joſeph poſuit, cùm egrederetur de terra Ægypti : labium, quod neſciebam, audivi.*	6. Teſtimonium in Joſeph poſuit eum, cùm exiret de terra Ægypti : linguam, quam non noverat, audivit.
7. Divertit ab oneribus dorſum ejus : manus ejus in cophino ſervierunt.	*Amovi ab onere humerum ejus : manus ejus à cophino receſſerunt.*	7. Divertit ab operibus eorum dorſum ſuum : manus ejus in cophino ſervierunt.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Vox *Domini* abeſt à Pſalt. Rom. tum ſequitur, *Pſalmus Aſaph, quintâ ſabbati.* In Mozarab. ſic : *In finem, Pro torcul. Pſalmus Aſaph.* In Corb. *In finem, Pro torcularibus Domini, Pſalmus Aſaph, quintâ ſabbati.* Ap. Aug. *In finem, Pro torcul. quintâ ſabbati, Pſalmus ipſi Aſaph.* Apud Caſſiod. *In finem, Pro torcul. Aſaph, quintâ ſabbati.* In Gr. Εἰς τὸ τέλος, Ὑπὲρ τῶν ληνῶν, Ψαλμὸς τῷ Ἀσάφ.

℣. 2. Sic Ambr. in Luc. 7. to. 1. 1386. c. necnon Auguſt. & Caſſiod. in Pſ. 80. cum vet. Pſalt. & Gr.

℣. 3. Ambroſ. in Luc. 7. to. 1. 1386. c. extremò addit *cum cithara.* Itidem Caſſiod. in hunc Pſ. cum vet. Pſalt. & Gr. Sic etiam Auguſt. in eund. Pſ. ſed pro *ſumite*, legit *accipite ;* Gr. λάβετε. Miſſale Rom. ſic hab. ad Introit. fer. 4. IV. Temp. poſt Pent. *Sumite pſalmum jucundum cum cithara.*

℣. 4. Pſalt. Rom. & Moz. *Canite in initio menſis tubâ, in die inſignis ſolemnitatis veſtræ.* Mediolan. quoque hab. *Canite in initio menſis tubâ*, cum Miſſali Rom. ad Introit. fer. 4. IV. Temp. Pent. Sic etiam Ambroſ. in Pſ. 43. to. 1. 895. f. & l. de fide reſur. to. 2. 1162. b. item l. de Elia & jej. c. 1. to. 1. 535. b. ſed addit, *in die frequenti ſolemnitatis veſtræ.* Apud Aug. in hunc Pſ. ſic : *Tubâ canite in initio menſis tubæ ;* nec habentur plura. Apud Caſſiod. *Canite initio menſis tubâ, in die inſigni ſolemnitatis veſtræ.* In Pſalt. Corb. *Cantate initio menſis tubæ, in die inſignis ſolemnitatis noſtræ.* In Gr. Σαλπίσατε ἐν νεομηνίᾳ σάλπιγξι, ἐν εὐσήμῳ ἡμέρᾳ ἑορτῆς ὑμῶν· Alex. ἡμέρας ἑορτῆς ἡμῶν.

℣. 5. Pſalt. Rom. & Caſſiod. cum Vulgata concinunt. Mozar. hab. *Quia præceptum Iſraël eſt*, &c. Auguſt. *Quia præceptum ipſi Iſraël eſt*, &c. Græc. Ὅτι πρόσταγμα τῷ Ἰσραὴλ ἐστι, &c.

℣. 6. Sic eſt in Pſalt. Rom. Martian. excepto uno *dum*, pro *cùm*. Item in Corb. Mediol. & Carnut. *poſuit eum :* præterea in Corb. *lingua quam*, &c. In Rom. Fabri, *poſuit illud, dum*, &c. Similiter apud Auguſt. in hunc Pſ. Apud Caſſiod. verò ut in Vulg. In Gr. ἔθετο αὐτὸν, ἐν τῷ ἐξελθεῖν αὐτὸν, &c.

℣. 7. Vulgatæ conſonat Pſalt. Rom. cum Caſſiod. Ap. Auguſt. in eund. Pſ. ſic : *Avertit ab oneribus dorſum ejus*, &c. Apud Ambroſ. in Luc. 9. col. 1405. f. & ep. 37. col. 936. b. poſteriora tantùm, *manus ejus in coph. &c.* In Gr. Ἀπέστησε ἀπὸ ἄρσεων τὸν ὦμον αὐτοῦ, &c. Alex. αὐτοῦ.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
' Ex Mſ. Sangerm. 8. In tribulatione invocaſti me, & liberavi te, & exaudivi te in abſcondito tempeſtatis: probavi te in aquæ contradictione. DIAPSALMA.	*In tribulatione invocaſti, & erui te: exaudivi te in abſcondito tonitrui: probavi te ſuper aquam contradictionis. SEMPER.*	8. In tribulatione invocaſti me, & liberavi te: exaudivi te in abſcondito tempeſtatis: probavi te apud aquam contradictionis. *Exod.* 17. 5.
9. Audi populus meus, & loquar: Iſraël ſi audias me,	*Audi populus meus, & conteſtabor te: Iſraël ſi audieris me.*	9. Audi populus meus, & conteſtabor te: Iſraël ſi audieris me,
10. non erit tibi deus alienus, neque adorabis deo alieno.	*Non ſit in te deus alienus, & non adores deum peregrinum.*	10. non erit in te deus recens, neque adorabis deum alienum.
11. Ego enim ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti: dilata os tuum, ego adimplebo illud.	*Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti: dilata os tuum, & implebo illud.*	11. Ego enim ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti: dilata os tuum, & implebo illud. *Exod.* 20. 2.
12. Et non audivit populus meus vocem meam: & Iſraël non intendit mihi.	*Et non audivit populus meus vocem meam: & Iſraël non credidit mihi.*	12. Et non audivit populus meus vocem meam: & Iſraël non intendit mihi.
* Mſ. vitioſè dimiſit. 13. Et * dimiſi eos ſecundùm deſideria cordis eorum, & ambulabunt in voluntatibus ſuis.	*Et dimiſi eum in pravitate cordis ſui: ambulabunt in conſiliis ſuis.*	13. Et dimiſi eos ſecundùm deſideria cordis eorum, ibunt in adinventionibus ſuis. *Act.* 14. 15.
14. Si populus meus audiſſet me: Iſraël ſi vias meas ambulaſſet:	*Utinam populus meus audiſſet me: Iſraël in viis meis ambulaſſet.*	14. Si populus meus audiſſet me: Iſraël ſi in viis meis ambulaſſet: *Bar.* 3. 13.
15. Ad nihilo inimicos eorum humiliaſſem: & ſuper tribulantes eos immiſiſſem manum meam.	*Quaſi nihilum inimicos ejus humiliaſſem, & ſuper hoſtes eorum vertiſſem manum meam.*	15. Pro nihilo forſitan inimicos eorum humiliaſſem: & ſuper tribulantes eos miſiſſem manum meam.
16. Inimici Domini mentiti ſunt ei: & erit tempus eorum in æternum.	*Qui oderunt Dominum, negabunt eum: & erit tempus eorum in ſæculum.*	16. Inimici Domini mentiti ſunt ei: & erit tempus eorum in ſæcula.
17. Et cibabit illos ex adipe frumenti: & de petra, melle ſaturavit eos.	*Et cibavit eos ex adipe frumenti: & de petra, melle ſaturavit eos.*	17. Et cibavit eos ex adipe frumenti: & de petra, melle ſaturavit eos.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 8. Ita Pſalt. Rom. habet cum Moz. præter ult. *ad aquas contradictionis*; Corb. *in aquam contrad.* Ambroſ. in Pſ. 45. to. 1. 927. c. *in aqua contradictionis*; cæt. ut in textu. Caſſiod. *ad aquam contradict.* Aug. in hunc Pſ. *In tribul. invoc. me, & erui te: exaudivi te..... probavi te in aqua contradict.* Gr. Ἐν θλίψει ἐπεκαλέσω με, καὶ ἐρρυσάμην σε..... ἐδοκίμασά σε ἐπὶ ὕδατος ἀντιλογίας. Edd. Ald. & Compl. ponunt Διάψαλμα, ante ἐδοκίμασα; ed. verò Rom. ut in textu. Sic etiam in Pſalt. Rom. Corb. & ap. Auguſt.

℣. 9. Pſalt. Rom. cum Caſſiod. *Audi populus meus, & loquar; Iſraël, & teſtificabor tibi: Iſraël ſi me audieris.* Itidem in Mozarab. deleto iſto, & *loquar Iſraël.* In Corb. *Audi..... & loquar; Iſraël, & teſtificab. tibi: ſi audieris me.* Apud Aug. in hunc Pſ. *Audi pop. meus, & loquar; & teſtificabor tibi: Iſraël ſi me audieris.* In Gr. Ἄκουσον λαός μου, καὶ λαλήσω σοι· Ἰσραὴλ, καὶ διαμαρτύσομαί σοι· ἐὰν ἀκούσῃς μου· in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. deeſt, καὶ λαλήσω σοι Ἰσραήλ· mox ita in Alex. καὶ διαμαρτυρῶμαί σοι Ἰσραήλ. Ap. Ambroſ. l. 1. de fide reſurr. to. 2. 457. d. hæc pauca: *Iſraël ſi me audieris.*

℣. 10. Ambroſ. ubi ſup. concordat cum Vulgata. Sic etiam Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Gr. οὐκ ἔσται ἐν σοὶ θεὸς πρόσφατος, &c. ut in textu.

℣. 11. Hilar. in Pſ. 118. col. 344. f. cum Pſalt. Corb. *dilata os tuum, & adimplebo illud.* Itidem Auguſt. in Pſ. 80. & quæſt. 9. in Exod. to. 3. col. 424. a. Item Ambr. in Pſ. 118. col. 1186. e. & l. 3. de Spir. S. col. 690. f. at in Pſ. 36. col. 808. a. leg. *aperi os tuum, & adimplebo illud.* Caſſiod. ut in Vulg. Pſalt. Rom. *& ego adimplebo illud.* Gr. πλάτυνον τὸ στόμα σου, καὶ πληρώσω αὐτό.

℣. 12. Ita Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Aug. verò in hunc Pſ. *Et non obaudivit populus meus*, &c. Mſ. Floriac. *Et non obaudivit populus vocem*, &c. Pſalt. Corb. *Et non audivit populus verbum meum*, &c. Gr. Καὶ οὐκ ἤκουσεν, &c. ut in textu.

℣. 13. Auguſt. in hunc Pſ. *Et dimiſi eos ſecundùm affectiones cordis eorum, ibunt in affectionibus ſuis.* Caſſiod. in eund. Pſ. *Et dimiſi eos ſecundùm deſiderium cordis eorum, & ibunt in voluntatibus ſuis.* Pſalt. Corb. & Moz. *& ibunt in voluptatibus ſuis.* Rom. Mediol. & Carnut. *& ibunt in voluntatibus ſuis.* Gr. Καὶ ἐξαπέστειλα αὐτὸς κατὰ τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν καρδιῶν αὐτῶν, πορεύσονται ἐν ταῖς ἐπιλογισμοῖς αὐτῶν.

℣. 14. Ita in Pſalt. Corb. Sic etiam in Rom. niſi quòd habetur *plebs mea.* Item in Mozar. & Mſ. Floriac. *plebs mea*; ſicut ap. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. at infra conſtanter, *ſi in viis meis*, &c. In Gr. Εἰ ὁ λαός μου ἤκουσέ μου· Ἰσραὴλ ταῖς ὁδοῖς μου εἰ ἐπορεύθη.

℣. 15. Pſalt. Moz. cum Rom. Mediol. Corb. & Carnut. *Ad nihilum inimicos eorum hum.* &c. ut in Vulg. Mſ. Floriac. *Ad nihilum inimicos ejus humil.* &c. Aug. in hunc Pſ. *In nihilum omnes inimicos eorum*, &c. infra delet *omnes.* Caſſiod. *Pro nihilo inimicos eorum*, &c. In Gr. Ἐν τῷ μηδενὶ ἂν τοὺς ἐχθροὺς αὐτῶν ἐταπείνωσα, &c.

℣. 16. Sic eſt in Pſalt. Rom. Corb. & Moz. ſicut apud Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. In Gr. εἰς τὸν αἰῶνα.

℣. 17. Pſalt. Corb. ſimiliter hab. *Et cibabit*, vet. codd. more; Rom. *Cibavit eos*, &c. abſque præced. &. Similiter apud Ambroſ. l. de inſtit. virg. to. 2. p. 269. c. at in Luc. 2. to. 1. p. 1304. c. legit, *& de petra mellis ſaturavit eos.* Apud Auguſt. & Caſſiod. ut in Vulg. In Gr. Καὶ ἐψώμισεν, &c. ut in Lat.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 1. Pſalmus ipſi Aſaph. LXXXI.	*Canticum Aſaph. LXXXII.*	1. Pſalmus Aſaph. LXXXI.
* DEus ſtetit in ſynagoga deorum: in medio autem deos diſcernit.	*DEus ſtetit in cœtu Dei: in medio deos judicat.*	DEus ſtetit in ſynagoga deorum: in medio autem deos dijudicat.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Aug. in hunc Pſ. Ap. Caſſiod. deeſt *ipſi*, ſicut in Pſalt. Rom. Corb. & Mozar. In Gr. Ψαλμὸς τῷ Ἀσάφ.

* Ita legit Irenæus l. 3. c. 6. p. 180. c. cum Pſalt. Rom. Mediolan. Carnut. & Moz. Ita etiam Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. 513. b. & Caſſiod. in hunc Pſ. Tertul. verò l. 1. adv. Marc. p. 621. b. ſic: *Deus deorum ſtetit in ec-*

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
2. Uſquequo judicatis iniquitatem: & facies peccatorum ſumitis?	*Uſquequo judicatis iniquitatem, & facies impiorum ſuſcipitis? SEMPER.*	2. Quouſque judicatis iniquitatem: & faciem peccantium ſumitis? DIAPSALMA. *Ex Mſ. Sangerm.*
3. Judicate egeno, & pupillo: humilem, & pauperem juſtificate.	*Judicate pauperi, & pupillo: egeno, & inopi juſtè facite.*	3. Judicate pupillo, & egeno: humilem, & pauperem juſtificate.
Prov. 24. 11. 4. Eripite pauperem: & egenum de manu peccatoris liberate.	*Salvate inopem, & pauperem: de manu impiorum liberate.*	4. Eripite pauperem: & egenum de manu peccatoris liberate.
5. Neſcierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant: movebuntur omnia fundamenta terræ.	*Non cognoſcunt, nec intelligunt, in tenebris ambulant: movebuntur omnia fundamenta terræ.*	5. Neſcierunt enim quæ intellexerunt, in tenebris ambulant: movebuntur omnia fundamenta terræ.
Joan. 10. 34. 6. Ego dixi: Dii eſtis, & filii Excelſi omnes.	*Ego dixi: Dii eſtis vos, & filii Excelſi omnes vos.*	6. Ego dixi: Dii eſtis, & filii Excelſi omnes.
7. Vos autem ſicut homines moriemini: & ſicut unus de principibus cadetis.	*Ergo quaſi Adam moriemini, & quaſi unus de principibus cadetis.*	7. Vos autem ſicut homines moriemini: & ſicut unus de principibus caditis.
8. Surge Deus, judica terram: quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus.	*Surge Deus, judica terram: quoniam tu hæreditabis in omnes gentes.*	8. Surge Deus, judica terram: quoniam tu diſperdis in omnibus gentibus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

cleſia deorum: in medio autem deos dijudicavit: & l. cont. Hermog. ac Prax. p. 412. b. 849. b. *Stetit Deus in eccleſia deorum.* Novarian. de Trin. p. 1039. c. *Stetit Deus in ſynagoga deorum: in medio autem Deus deos diſcernit.* Hoc ult. *diſcernit*, pariter hab. Rufinus, l. 10. hiſt. Eccl. c. 2. Cyprian. l. 2. Teſtim. p. 287. b. *Deus ſtetit in ſynagoga deorum: in med. autem deos diſcernens.* Hilarius in Pſ. 134. col. 471. e. *Deus ſtetit in congregatione deorum: in med. autem deos diſcernit:* at in Pſ. 135. col. 484. e. legit, *in ſynagoga deorum.* Ambroſ. epiſt. 63. to. 2. col. 1024. a. *Deus ſtetit in congregatione deorum..... deos dijudicat.* Aug. in hunc Pſ. *Deus ſtetit in ſynag. deorum: in med. aut. deos diſcernere.* In Pſalt. Corb. *Deus diſcernit.* In Gr. Ὁ Θεὸς ἔστη ἐν..... θεὺς διακρινεῖ.

℣. 2. Sic habent Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Corb. & Moz. præter unum & *facies*; ſolus Corb. & *faciem*; Mediol. & *perſonas*; Auguſt. etiam legit *uſquequo*. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 194. a. *Quouſque judicaſtis iniquitatem: & faciem peccantium ſumitis?* Gr. Ἕως πότε κρίνετε ἀδικίαν, καὶ πρόσωπα ἁμαρτωλῶν λαμβάνετε; Διάψαλμα quoque ibid. ſequitur, ſicut in Pſalt. Corb. & Rom. deeſt tamen in edd. Ald. & Compl.

℣. 3. Ita leg. Auguſt. cum Pſalt. Rom. Tertul. verò l. 4. adv. Marc. p. 707. b. *Judicate pupillo, & mendico: & humilem, & pauperem juſtè tractate.* Lucif. Calar. l. 1. pro S. Athan. p. 194. a. *Judicate pupillum, & egenum: humilem, & paup. juſtificate.* Sic etiam in Pſalt. Corb. & Mozarab. Apud Caſſiod. in hunc Pſ. ut in Vulg. In Gr. *Κρίνατε ὀρφανὸν, καὶ πτωχὸν*, &c. Ald. & Compl. *ὀρφανῷ, καὶ πτωχῷ.*

℣. 4. Ita ferunt Pſalt. Rom. & Moz. quibus ſuffragantur Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 194. a. Ambroſ. l. 1. offic. to. 2. 18. d. & Caſſiod. in hunc Pſ. Tertul. verò l. 4. adv. Marc. p. 707. b. ita legit: *Liberate pauperem: & mendicum de manu peccatoris eruite.* Auguſt. *Auferte inopem: & pauperem de manu peccatoris eruite.* Brev. Mozar. *& egenum de manu peccatoris liberate eum.* Græc. Ἐξέλεσθε πένητα· καὶ πλουσιὸν ἐκ χειρὸς ἁμαρτωλῦ ῥύσασθε· Ald. & Compl. *ῥύσασθε αὐτόν.* Mſ. Alex. *ῥύσασθαι αὐτούς.*

℣. 5. Mendum fortè in Mſ. Sangerm. *τὸ enim quæ*, pro *neque*. Apud Cypr. enim l. 1. & 2. Teſtim. p. 277. b. & 287. a. ſic: *Non cognoverunt, neque intellexerunt, in umbra deambulabunt.* Apud Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 194. a. *Neſcierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant.* Sic etiam apud Ambroſ. in Pſ. 1. to. 1. p. 764. d. Apud Auguſt. in Pſ. 81. *Neſcierunt*, & *non intellexerunt, in tenebris amb.* &c. ut in Vulg. In Pſalt. Mozarab. *neque intellexerunt, qui in tenebris ambulant*, &c. In Rom. & apud Caſſiod. ut in Vulgata. In Gr. Οὐκ ἔγνωσαν, οὐδὲ συνῆκαν, ἐν σκότει διαπορεύονται, &c.

℣. 6. Vet. Iren. Interp. l. 3. c. 6. & 19. p. 180. d. 218. b. *Ego dixi: Dii eſtis*, & *filii Altiſſimi omnes:* at l. 4. c. 38. p. 285. b. *filii Excelſi.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 287. b. *filii Altiſſimi omnes.* Sic etiam Hilar. l. 6. de Trin. col. 890. d. Tertul. verò l. cont. Hermog. p. 412. b. & l. 1. cont. Marc. p. 621. b. *Ego dixi: Vos dei eſtis:* itidem cont. Prax. p. 849. b. ſed addit, & *filii Altiſſimi.* Ambroſ. l. 2. de fide, to. 2. 492. c. 554. f. & *filii Excelſi omnes.* Similiter hab. Fauſtin. presb. cont. Arian. p. 650. e. Phæbad. autem Agin. cont. Arian. p. 300. g. *Ego dixi: Vos dii eſtis.* Auguſt. in hunc Pſ. & in Job, to. 3. col. 666. d. add. & *filii Altiſſimi*, &c. Itidem Optat. l. 4. cont. Donat. p. 79. a. Gr. Ἐγὼ εἶπα· Θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες.

℣. 7. Phæbad. Agin. cont. Arian. p. 650. e. & Caſſiod. in hunc Pſ. Vulgatæ accinunt cum Pſalt. Rom. Apud Aug. ſimiliter, niſi hoc excipias, *ex principibus.* In Gr..... ἀποθνήσκετε· καὶ ὡς εἷς τῶν ἀρχόντων πίπτετε.

℣. 8. Sic in Pſalt. Corb. præter vocem *Domine*, loco *Deus*. Apud Cypr. l. 2. Teſtim. p. 296. c. *Exſurge Deus, judica terram: quoniam tu exterminabis in omnibus gentibus.* Aug. in hunc Pſ. cum Pſalt. Carnut. *Surge Deus..... quoniam tu diſperdes in omnib.* &c. Addit Auguſt. *Nec prætereundum quod nonnulli codices habent:* quoniam tu hæreditabis in omnib. &c. Pſalt. Mozarab. *quoniam tu dominaris in omnib.* &c. Rom. cum Caſſiod. *quoniam tu hæreditabis*, &c. Item Græcè, ὅτι σὺ κατακληρονομήσεις ἐν πᾶσι, &c.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
1. Canticum Pſalmi Aſaph. LXXXII.	*Canticum Pſalmi Aſaph. LXXXIII.*	1. Canticum, Pſalmus ipſi David. LXXXII. *Ex Mſ. Sangerm.*
2. DEus, quis ſimilis erit tibi? ne taceas, neque compeſcaris Deus:	*DEus ne taceas tibi: ne ſileas, & non quieſcas Deus:*	2. DEus, quis ſimilis eſt tibi? ne taceas, neque compeſcas Deus:
3. Quoniam ecce inimici tui ſo-	*Quia ecce inimici tui tumul-*	3. Quoniam ecce inimici

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Pſalt. Rom. Corb. & Mozar. *Canticum, Pſalmus Aſaph.* Auguſt. & Caſſiod. concinunt cum Vulg. Græc. Ὠδὴ Ψαλμῷ τῷ Ἀσάφ.

℣. 2. Ambroſ. l. 1. de pœnit. to. 2. 401. e. cum Pſalt. Moz. *Deus, quis ſimilis tibi?* Aug. & Caſſiod. cum Rom. Vulgatæ congruunt. Auguſt. tamen poſt pauca addit: *Sic quidam interpretati ſunt quod hic poſitum eſt*, neque compeſcaris Deus, *ut dicerent*, neque miteſcas Deus. In Pſalt. Corb. *neque compeſcas*, ut ſup. In Gr. Ὁ Θεὸς, τίς ὁμοιωθήσεταί σοι; μὴ σιγήσῃς, μηδὲ καταπαύσῃς ὁ Θεός.

℣. 3. Pſalt. Rom. ſimiliter hab. *ſonaverunt;* deinde, & *qui te oderunt, extul. caput.* Mozarab. cum Græco: & *odientes te, levaverunt caput.* Corb. & *qui oder. te, elevaverunt caput.* Aug. & Caſſiod. ut in Vulg.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. tui ſonaverunt : & odientes te, elevaverunt caput ſuum.	*tuati ſunt, & qui oderunt te, levaverunt caput.*	nuerunt : & qui oderunt te, extulerunt caput.
4. Adversùs plebem tuam, & adversùs te cogitaverunt conſilium : & cogitaverunt adversùs ſanctos tuos.	*Contra populum tuum nequiter tractaverunt, & inierunt conſilium adversùs arcanum tuum.*	4. Super populum tuum malignaverunt conſilium : & cogitaverunt adversùs ſanctos tuos.
5. Dixerunt : Venite, diſperdamus eos ex gente : & non erit * in memoria nomen ejus ampliùs.	*Dixerunt : Venite, & conteramus eos de gente : & non ſit memoria nominis Iſraël ultra.*	5. Dixerunt : Venite, & diſperdamus eos de gente : & non memoretur nomen Iſraël ultra.
* *Mſ.* inmemor, *aperto mendo ; corr.* in memoria.		
6. Quoniam cogitaverunt conſilium in unum : adversùs te teſtamentum tuum diſpoſuerunt, 7. tabernacula Idumæorum & Iſmaelitum :	*Quoniam tractaverunt corde pariter : contra te fœdus pepigerunt tabernacula Idumææ & Iſmaelitarum :*	6. Quoniam cogitaverunt unanimiter, ſimul adversùm te teſtamentum diſpoſuerunt, 7. tabernacula Idumæorum & Iſmahelitæ :
Moab, & Aggareni, 8. Geban, & Ammon, & Amalech : & alienigenæ cum habitantibus Tyro.	*Moab, & Agareni, Gebal, & Ammon, & Amalec : Palæſtina, cum habitatoribus Tyri.*	Moab, & Agareni, 8. Gebal, & Ammon, & Amalec : alienigenæ cum habitantibus Tyrum.
9. Etenim Aſſyrius venit ſimul cum eis : facti ſunt in ſuſceptionem filiis Lot.	*Sed & Aſſur venit cum eis : facti ſunt brachium filiorum Lot.* SEMPER.	9. Etenim Aſſur venit cum illis : facti ſunt in adjutorium filiis Lot.
10. Fac illis ſicut Madian, & Safira ; & ſicut Jabin in torrente Ciſon.	*Fac illis ſicut Madian, ſicut Siſara ; ſicut Jabin in torrente Ciſon.*	10. Fac illis ſicut Madian, & Siſaræ ; ſicut Jabin in torrente Ciſſon. *Judic.* 4. 15. 24. & 7. 22.
11. Diſperierunt in Ermon : facti ſunt ut ſtercus terræ.	*Contriti ſunt in En-Dor : fuerunt quaſi ſterquilinium terræ.*	11. Diſperierunt in Endor : facti ſunt ut ſtercus terræ.
12. Poſuiſti principes eorum ſicut Oreb, & Zebee, & Salmana :	*Pone duces eorum ſicut Oreb, & Zeb ; ſicut Zebee, & Salmana,*	12. Pone principes eorum ſicut Oreb, & Zeb, & Zebee, & Salmana : *Judic.* 7. 25. & 8. 21.
Omnes principes eorum, 13. qui dixerunt : Hæreditatem poſſideamus nobis ſanctuarium Dei.	*Omnes principes eorum, qui dixerunt : Poſſideamus nobis pulchritudinem Dei.*	Omnes principes eorum, 13. qui dixerunt : Hæreditate poſſideamus ſanctuarium Dei.
14. Deus meus pone illos ut rotam : ſicut ſtipulam ante faciem venti.	*Deus meus pone eos ut rotam : quaſi ſtipulam ante faciem venti.*	14. Deus meus pone illos ut rotam : & ſicut ſtipulam ante faciem venti.
15. Sicut ignem, qui comburit ſaltum : velut flamma ignis comburat montes :	*Quomodo ignis comburit ſilvam, & ſicut flamma devorat montes :*	15. Sicut ignis, qui comburit ſilvam : & ſicut flamma comburens montes :
16. Ita perſequêris illos in tempeſtate tua : & in ira tua	*Sic perſequêris eos in tempeſtate tua, & in turbine tuo conturbabis*	16. Ita perſequêris illos in tempeſtate tua : & in ira tua turbabis

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Pſalt. Rom. cum Caſſiod. *In plebem tuam aſtutè cogitaverunt conſilium : & cogitaverunt*, &c. Mediol. *dolosè cogitav. conſilium*, &c. Corb. & Moz. *In plebem tuam versùs te cogitaverunt conſilium*, &c. Corb. *adversùs te.* Auguſt. in eund. Pſ. *Super populum tuum malignaverunt conſilium (vel ſicut alii codices habent) aſtutè cogitaverunt conſilium : & cogitav.* &c. Gr. Ἐπὶ τὸν λαόν σου καλοπανουργεύσαντο γνώμῃ σου ἐβουλεύσαντο, &c.

℣. 5. Pſalt. Rom. cum Moz. & Corb. *Dixerunt : Venite, diſperdamus eos ex gente : & non memorabitur nomen Iſraël ampliùs.* Aug. in hunc Pſ. *& non memoretur nominis Iſraël ultra.* Caſſiod. *nomen Iſr. ampliùs.* Aug. addit : *Hoc alii planiùs dixerunt :* & non ſit memoria nominis Iſraël adhuc : *quia* memoretur nominis, *in Latina lingua inuſitata locutio eſt : potiùs enim dici ſolet*, memoretur nomen ; *ſed eadem ſententia eſt.* In Gr. ἵνα μὴ μνησθῇ τὸ ὄνομα Ἰσραὴλ ἔτι.

℣. 6. Concinit Pſalt. Moz. niſi quòd tollit *tuum*, poſt *teſtamentum.* In Rom. ſic : *Quoniam cogitaverunt conſenſum in unum : adversùs te teſtam. diſpoſuerunt.* In Corb. *Quoniam cogitav. conſenſum in unum : adversùs teſtamentum tuum diſpoſuerunt.* Itidem in Mediol. & Carnut. *cogitaverunt conſenſum in unum*, ſicut apud Caſſiod. Apud Aug. verò ut in Vulg. In Græco : Ὅτι ἐβουλεύσαντο ἐν ὁμοιοίᾳ ἐπὶ τὸ αὐτό· καὶ ἐπ' διαθήκην διέθεντο.

℣. 7. Ita Pſalt. Rom. hab. & Corb. cum Caſſiod. Moz. ſcribit, *& Iſmaelitarum.* Auguſt. ut in Vulg. Gr. καὶ οἱ Ἰσμαηλῖται, ut inf. καὶ οἱ Ἀγαρηνοί.

℣. 8. Ita legunt Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Corb. & Moz. ſi hæc excipias, *Gebal*, & *Tyrum.* Ita etiam in Græco.

℣. 9. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Moz. *Etenim Aſſur ſimul venit cum illis : facti ſunt in ſuſceptionem*, &c. *Suſceptionem* quoque hab. Mediolan. & Carnut. Corb. *in ſuſceptione.* Apud Auguſt. omnia ut in Vulg. In Gr. Καὶ γὰρ Ἀσσὼρ συμπαρεγένετο μετ' αὐτῶν· ἐγενήθησαν εἰς ἀντίλημψιν, &c. Hîc ſubjicitur *Diapſalma*, apud LXX. ſicut in Pſalt. Rom. & Corb.

℣. 10. Pſalt. Rom. Vulgatæ conſonat cum Caſſiod. niſi quòd addit &, poſt *Siſara*, quod Caſſiod. deleт. In Corb. & Moz. ſic : *& ſicut Jabin in torrentem Cyſon ;* Corb. *Chiſon ;* Auguſt. leg. *in torrente Ciſon*, abſque præced. &. In Gr. ὡς τῷ Ἰαβεὶν ἐν τῷ χειμάρρῳ Κισσῶν· Alex. Κισσῶν.

℣. 11. Sic in Pſalt. Corb. eſt. In Rom. verò & Moz. ut in Vulg. ſicut apud Auguſt. & Caſſiod. In Gr. Ἐξωλοθρεύθησαν ἐν Ἀενδώρ· ἐγενήθησαν κόπρος, &c. Caſſiod. cum Rom. & Moz. *ſicut ſtercus.*

℣. 12. Pſalt. Rom. *Pone principes eorum ſicut Oreb, Zeb, Zebee, & Salmana*, &c. Corb. *Salma.* Aug. & Caſſiod. ut in Vulg. nec aliter Græcè.

℣. 13. Ita in Pſalt. Corb. & Mozar. In Rom. & apud Caſſiod. legitur *hæreditate*, additurque *nobis.* Hieron. verò epiſt. ad Sun. & Fret. to. 2. p. 651. a. de hoc ult. ita ſcribit : *Et dicitis quòd in Græco ſit ſcriptum*, poſſideamus nobis, *quæ ſuperflua quæſtio eſt ; quando enim dicitur* poſſideamus, *intelligitur &* nobis. Apud Auguſt. ut in Vulg. In Græco : Κληρονομήσωμεν ἑαυτοῖς τὸ θυσιαστήριον, &c. Alex. Ald. & Compl. ἁγιαστήριον.

℣. 14. Ita Aug. in hunc Pſ. cum Græco. Ap. Caſſiod. *& ſicut ſtipulam*, &c. ſic etiam in Pſalt. Rom. & Vulg.

℣. 15. Pſalt. Rom. *Sicut ignis, qui comburit ſilvas : velut ſi flamma incendat montes.* Mozarab. *Sicut ignis, qui comburet ſilvam : velut flamma comburens*, &c. Corb. *Sicut ignem, qui comburit ſilvam : velut flamma comburit montes.* Auguſt. & Caſſiod. cum Vulgata concinunt, niſi quòd ille tollit &, poſt *ſilvam ;* hic verò legit *ſilvas.* In Gr. Ὡσεὶ πῦρ, ὃ διαφλέξει δρυμόν· ὡσεὶ φλὸξ καταφλέξαι ὄρη· Ald. & Compl. ἢ καταφλέξει.

℣. 16. Ita Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Corb. & Moz. In Gr. ταράξεις αὐτούς.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
eos.	*eos.*	conturbabis eos. *Ex Mſ. Sangerm.*
17. Imple facies eorum ignominiâ: & quærent nomen tuum, Domine.	*Imple facies eorum ignominiâ, & quærent nomen tuum Domine.*	17. Imple faciem illorum ignominiâ: & quærent nomen tuum, Domine.
18. Erubeſcant, & conturbentur in ſæculum ſæculi: & confundantur, & pereant.	*Confundantur, & conturbentur uſque in ſæculum: & erubeſcant, & pereant.*	18. Confundantur, & conturbentur in ſæcula ſæculorum: & revereantur, & pereant in æternum.
19. Et cognoſcant quia nomen tibi Dominus: tu ſolus Altiſſimus in omni terra.	*Et ſciant quia nomen tuum eſt Dominus: ſolus tu Excelſus ſuper omnem terram.*	19. Et cognoſcant quoniam Dominus nomen eſt tibi: tu ſolus Altiſſimus in omni terra.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 17. Pſalt. Rom. *Imple facies..... ut quærant nom.* &c. Hieron. epiſt. de ſeraph. to. 3. 515. d. *Imple Domine facies eorum*, &c. Aug. & Caſſiod. ut in Vulg. cui etiam Gr. favet.

℣. 18. Pſalt. Rom. & Mozarab. *Confundantur, & conturbentur in ſæculum ſæculi: & revereantur, & pereant.* Similiter in Corb. præter hoc, *in æternum*, loco *in ſæc. ſæculi.* Ap. Aug. ut in Vulg. In Gr. Αἰσχυνθήτωσαν, καὶ ταραχθήτωσαν εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· καὶ ἐντραπήτωσαν, καὶ ἀπολέσθωσαν.

℣. 19. Ita legit Ambroſ. l. 3. de fide, to. 2. 498. f. inverſis tamen his, *quoniam nomen tibi Dominus.* Similiter in Pſalt. Rom. & Græco. Item in Mozar. præter hoc, & *cognoſcant gentes.* Auguſt. & Caſſiod. Vulgatæ accinunt. Auguſt. tamen ad hæc, *in omni terra*, addit, *vel ſicut alii codices habent*, ſuper omnem terram. Fulg. l. pro fide cath. p. 537. *Sciant gentes quoniam nomen tibi Dominus: tu ſolus Altiſſimus ſuper omnem terram.*

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
In finem, 1. Pro torcularibus filiis Core, Pſalmus. LXXXIII.	*Victori Pro torcularibus, filiorum Core Canticum. LXXXIV.*	In finem, 1. Pro torcularibus filiis Core, Pſalmus. LXXXIII. *Ex Mſ. Sangerm.*
2. QUàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum! 3. concupiſcit, & deficit anima mea in atria Domini.	*QUàm dilecta tabernacula tua Domine exercituum! deſiderat, & deficit anima mea in atria Domini.*	2. QUàm amabilia ſunt tabernacula tua Deus virtutum! 3. concupiſcit, & deficit anima mea in aulas Domini.
Cor meum, & caro mea, exſultaverunt in Deum vivum.	*Cor meum & caro mea laudabunt Deum, Deum viventem.*	Cor meum, & caro mea, exſultaverunt in Deum vivum.
4. Etenim paſſer invenit ſibi domum: & turtur nidum ſibi, ubi ponat pullos ſuos. Altaria tua Domine virtutum: rex meus, & Deus meus.	*Siquidem paſſer invenit domum, & avis nidum ſibi, ubi ponat pullos ſuos: Altaria tua Domine exercituum, rex meus, & Deus meus.*	4. Etenim paſſer invenit ſibi domum: & turtur nidum ſibi, ubi reponat pullos ſuos. Altaria tua Domine virtutum: rex meus, & Deus meus.
5. Beati, qui habitant in domo tua Domine: in ſæcula ſæculorum laudabunt te.	*Beati, qui habitant in domo tua: adhuc laudabunt te.* SEMPER.	5. Beati, qui habitant in domu tua: in ſæcula ſæculorum conlaudabunt te. DIAPSALMA.
6. Beatus vir, cujus eſt auxilium abs te: aſcenſiones in corde	*Beatus homo, cujus fortitudo eſt in te: ſemitæ in corde ejus.*	6. Beatus vir, cui eſt auxilium à te, Domine: aſcenſus in cor-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic in Pſalt. Rom. Corb. & Gr. Sic etiam apud Hilar. in Pſ. n. 13. col. 8. d. necnon ap. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ.

℣. 2. Ita legit Hilar. in Pſ. 14. col. 62. a. Item S. Paulinus, ep. 25. p. 169. a. necnon Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Corb. & Moz. excepto uno *Domine*, pro *Deus*. Uranius presb. epiſt. ad Pacat. apud S. Paulin. to. 2. p. 145. a. *Quàm amabilia ſunt..... Domine Deus virt.* Cypr. l. de Mortal. p. 235. c. & l. 3. Teſtim. p. 320. c. *Quàm dilectiſſima habitationes tua Deus virtutum!* Auguſt. in hunc Pſ. *Quàm dilectiſſima ſunt tabernac. tua Dom.* &c. Hieron. in Ezech. 42. to. 3. 1003. e. *Quàm dilecta*, &c. ut in Vulg. Pſalt. Mediol. & Carnut. ut ſup. *Quàm amabilia*, &c. Gr. Ὡς ἀγαπητὰ τὰ σκηνώματά σου Κύριε, &c.

℣. 3. Cypr. l. de mortal. p. 235. c. & l. 3. Teſtim. p. 320. c. *deſiderat*, & *properat anima mea ad atria Dei.* Hilar. in Pſ. 14. & 64. col. 62. a. 164. e. Vulgatæ accinit. Item S. Paulinus, ep. 25. p. 169. a. & Caſſiod. in hunc Pſ. ſicut etiam Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1104. d. & 1150. c. at in Pſ. 37. col. 832. b. leg. *concupivit*, & *deficit... in atria Domini.* Itidem in Pſalt. Rom. & Moz. In Corb. *concupiſcit*, & *defecit..... in atria*, &c. Hieronymus in Ezech. 42. to. 3. 1003. e. *concupiſcit*, & *deficit..... in atriis Domini.* Uranius presb. ep. ad Pacat. apud S. Paulin. to. 2. p. 145. a. *in atriis tuis.* Auguſt. in hunc Pſ. *concupiſcit*, & *deficit*, &c. ut in Vulg. at infra, *deſiderat*, & *deficit.* Maxim. Taurin. in homil. p. 40. d. *Cor meum*, & *caro mea*, *exſultaverunt in Deo vivo.* Hieron. ep. ad Sun. & Fret. to. 2. p. 651. b. *exſultavit in Deum vivum*; tum addit: *In Græco ſcriptum dicitis* exſultaverunt: *in hoc nulla contentio eſt*: & poſt pauca: *Quæſo vos ut hujuſmodi ineptias*, & *ſuperfluas contentiones, ubi nulla eſt ſenſûs immutatio, declinetis.* In ed. Rom. ἐκπορεύεται, καὶ ἐκλείπει..... εἰς τὰς αὐλὰς τοῦ Κυρίου. Ἡ καρδία μου, καὶ ἡ.....ἠγαλλιάσαντο ἐπὶ Θεὸν, &c.

℣. 4. Sic habet Ambroſ. l. 2. de Abr. c. 8. col. 338. f. at l. de Noe & arca, c. 6. col. 233. f. delet *ſibi*, poſt *nidum*, cum Pſalt. Rom. & Mozar. ſed ibid. conſtanter, *reponat*, præterquam in Mozarab. In Corb. *nidum ſibi*, *ubi reponat*, &c. Apud Auguſt. in hunc Pſ. *Nam* & *paſſer*, &c. ut in Vulg. Apud S. Paulin. epiſt. 44. p. 264. c. *Invenit paſſer domum ſibi.* Gr. Vulgatæ conſonat, niſi quòd hab. οὗ θῇ, *ubi ponet.*

℣. 5. Itidem in Pſalt. Mozarab. At in Rom. & apud Caſſiod. *in domo tua Domine: in ſæculum ſæculi laudabunt te.* Similiter in Miſſali Rom. ad Commun. Dom. 3. Quadr. In Pſalt. Corb. *Beati omnes, qui habitant in domum tuam: in ſæcula ſæculorum laudab. te.* S. Paulin. epiſt. 45. p. 273. a. delet *Domine*, legitque *in ſæcula ſæculorum laud.* &c. unà cum Auguſt. in hunc Pſ. & in Pſ. 110. col. 1243. f. & Gr. Sequens *Diapſalma* deeſt in Gr. Alex. exſtat verò in ed. Rom. ſicut in Pſalt. Rom. & Corb.

℣. 6. Sic habent Ambroſ. l. de fuga ſæc. c. 1. col. 417. d. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. hoc excepto, *cujus eſt auxil. abs te.* Ambroſ. tamen omittit verbum *diſpoſuit*, cum Pſalt. Carnut. In hoc ult. eſt *in corde ejus*, ſicut in Mediolan. In Corb. *cui eſt auxil. abs te, Domine: aſcenſus in corde ejus diſpoſuit.* In Mozar. *cujus eſt auxil. abs te, Domine: aſcenſus in corde ſuo diſpoſuit.* Item apud Greg. Turon. p. 1201. *aſcenſus in corde ſuo diſpoſuit.* Ap. Aug. verò in hunc Pſ. ſic: *Beatus vir, cujus eſt ſuſceptio ejus*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. de ejus diſpoſuit, 7. in convalle plorationis, in locum quem diſpoſuit eis.	*Tranſeuntes in valle fletûs, fontem ponent eam.*	ſuo diſpoſuit, 7. in valle lacrymarum, in loco quem poſuit.
8. Etenim benedictionem dabit qui legem dedit, ambulabunt de virtute in virtutem: videbitur Deus deorum in Sion.	*Benedictionem quoque amicietur doctor: ibunt de fortitudine in fortitudinem: parebunt apud Deum in Sion.*	8. Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus deorum in Sion.
9. Domine Deus virtutum exaudi precem meam: auribus percipe Deus Jacob. DIAPSALMA.	*Domine Deus exercituum exaudi orationem meam: auſculta Deus Jacob.* SEMPER.	9. Domine Deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe Deus Jacob.
10. Protector noſter aſpice: & reſpice in faciem Chriſti tui.	*Clypeus noſter vide Deus, & attende faciem Chriſti tui.*	10. Protector noſter aſpice Deus: & reſpice in faciem Chriſti tui.
11. Quia melior eſt dies una in atriis tuis ſuper millia: Elegi abjectus eſſe in domo Dei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum.	*Quoniam melior eſt dies in atriis tuis ſuper millia: Elegi abjectus eſſe in domo Dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis impietatis.*	11. Quia melior eſt dies una in atriis tuis ſuper millia: Elegi abjectus eſſe in domo Dei mei, magis quàm habitare in tabernaculis peccatorum.
12. Quia miſericordiam, & veritatem diligit Dominus Deus: gratiam, & gloriam dabit Deus.	*Quia ſol & ſcutum Dominus Deus: gratiam & gloriam dabit Dominus:*	12. Quia miſericordiam, & veritatem diligit Deus: gratiam, & gloriam dabit Dominus.
13. Dominus non privabit bonis in innocentia: Domine Deus virtutum, beatus homo, qui ſperat in te.	*Nec prohibebit bonum ab his, qui ambulant in perfectione: Domine exercituum, beatus homo, qui confidit in te.*	13. Non privabit bonis eos, qui ambulant in innocentia: Domine virtutum, beatus homo, qui ſperat in te.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

abs te, Domine: aſcenſus in corde ejus diſpoſuit; inſ. *aſcenſiones.* Ad hoc autem, *cujus eſt*, Hieronimus ad Sun. & Fret. to. 2. p. 651. a. ſcribens, ait: *In Graco inveniſſe vos dicitis*, cui eſt auxilium, *quod quia nos in Latina interpretatione vitavimus, ut dicitis, reprehendimur.* In ed. Rom. ἐξ ἐσιν (Ald. & Compl. ἔ) ἡ ἀντίληψις αὐτῦ παρὰ Ϛῦ, Κύεις ἀναβάσεις ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῦ διέθετο. Hilar. in Pſ. 59. col. 139. b. *depoſuerunt in valle*, &c.

℣. 7. Itidem in Pſalt. Corb. Sic etiam ap. Auguſt. in hunc Pſ. detracto ult. *eis.* Pſalt. verò Rom. hab. *in convalle lacrymarum, in locum quem diſpoſuiſti eis;* Rom. Martian. *diſpoſuiſti ei.* Mozar. *in convallem lacrymarum, in locum quem diſpoſuit.* Similiter ap. Caſſiod. excepto uno *in convalle.* Hilar. in Pſ. 59. col. 139. b. leg. *in valle plorationis;* & Pſalt. Carnut. *in locum quem diſpoſuit eis.* De voce autem *lacrymarum*, Hieron. epiſt. ad Sun. & Fret. to. 2. col. 651. b. ita ſcribit: *Dicitis in Græco ſcriptum eſſe* κλαυθμῶνος, *id eſt, plorationis: ſed ſive ploratum, ſive planctum, ſive fletum, ſive lacrymas dixerimus, unus eſt ſenſus: & nos hoc ſequimur, ut ubi nulla eſt de ſenſu mutatio, Latini ſermonis elegantiam conſervemus.* In ed. Rom. εἰς τὴν κοιλάδα τῦ κλαυθμῶνος, εἰς τὸν τόπον ὃν ἔθετο.

℣. 8. Ita legit Caſſiod. in hunc Pſ. Sic etiam Chromat. Aquil. in Matth. p. 977. g. & Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 747. h. cum Pſalt. Rom. & Corb. Concinit pariter Mozar. niſi quòd hab. *& videbitur.* Auguſt. in eund. Pſ. ita: *Nam & benedictionem dabit qui legem dedit, ambulabunt* (inſ. *ibunt*) *à virtutibus in virtutem: apparebit Deus deorum in Sion.* Gr. Καὶ γὰρ εὐλογίας δώσει ὁ νομοθετῶν, πορεύσονται ἐκ δυνάμεως, &c. ut in Vulg.

℣. 9. Sic eſt in Pſalt. Corb. ac Rom. ut & ap. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. In Gr. εἰσάκουσον τῆς πρoσευχῆς μυ, &c. Subſequitur pariter ibid. Διάψαλμα, ſicut in Pſalt. Rom. & Corb. deeſt verò in Gr. Alex.

℣. 10. Vulgatæ reſpondent Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. & Gr. Ap. Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 750. c. ſic: *Protector nunc aſpice in faciem Chriſti tui.*

℣. 11. Ita Caſſiod. in hunc Pſ. cum Gr. Sic etiam Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1150. b. cum Pſalt. Rom. & Moz. niſi quòd ſcribunt *Domini*, loco *Dei*; Corb. *Dei*, abſque ſeq. *magis.* Ap. Auguſt. in hunc Pſ. *Elegi abjici in domo Domini, magis quàm*, &c. Gr. παραῤῥιφῆναι. S. Paulinus, ep. 23. p. 145. c. id melius eſſe dicit, *unum diem in atriis Domini vivere, quàm millia in tabernaculis peccantium.*

℣. 12. In Pſalt. Rom. deeſt 1. *Deus*; cæt. ut in textu. In Corb. *Dominus Deus..... dabit Dominus.* Apud Aug. deeſt 1. *Dominus*, ut & ult. *Deus.* Caſſiod. cum Vulgata conſentit. Gr. Ὅτι ἔλεον, καὶ ἀλήθειαν ἀγαπᾷ Κύεις· ὁ Θεὸς χάριν, καὶ δόξαν δώσει.

℣. 13. Auguſt. cum Pſalt. Rom. *Dominus non privabit bonis ambulantes in innocentia: Domine Deus virtutum*, &c. Sic etiam in Corb. & Mozar. præter hoc, *in innocentiam.* Præterea in Corb. *beatus vir.* Apud Caſſiod. deeſt 1. *Dominus*; reliqua ut in Pſalt. Rom. Anonymus ap. S. Paulin. epiſt. ad Celanc. to. 2. p. 10. b. *Non fraudavit eos Deus bonis, qui ambulant in innocentia.* In Gr. Κύεις οὐχ ὑστερήσει τὰ ἀγαθὰ τοῖς πορευομένοις ἐν ἀκακίᾳ· Κύεις τῶν δυνάμεων, &c. Mſ. Alex. τῶν πορευομένων· ſubinde Ald. & Compl. Κύεις ὁ Θεός.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 1. In finem, filiis Choræ, Pſalmus. LXXXIV.	*Victori filiorum Core Canticum. LXXXV.*	1. In finem, filiis Core, Pſalmus. LXXXIV.
2. BEnedixiſti Domine terram tuam: avertiſti captivitatem Jacob.	*PLacatus es Domine terræ tuæ: reduxiſti captivitatem Jacob.*	2. BEnedixiſti Domine terram tuam: avertiſti captivitatem Jacob.
3. Remiſiſti iniquitates ple-	*Dimiſiſti iniquitatem populo tuo:*	3. Remiſiſti iniquitatem plebis

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Aug. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Corb. & Gr.

℣. 2. Similiter apud Auguſt. & Caſſiod. &c. In Gr. εὐδόκησας; de quo Hieron. ep. ad Sun. & Fret. to. 2. 651. c. ita ſcribit: *Pro eo quod eſt* benedixiſti, *in Græco ſcriptum dicitis* εὐδόκησας; *& quæritis quomodo hoc verbum exprimi debeat in Latinum. Si contentiosè verba ſcrutamur, & ſyllabas, poſſumus dicere:* Beneplacuit Domine terra tua: *& dum verba ſequimur, ſenſûs ordinem perdimus: aut certè addendum eſt aliquid, ut elegantii ordo ſervetur, & dicendum:* Complacuit tibi, Domine, terra tua. *Quod ſi fecerimus, rurſum à nobis quæritur quare addiderimus* tibi, *cum nec in Græco ſit, nec in Hebræo. Eadem igitur interpretandi ſequenda eſt regula, quam ſæpe diximus, ut ubi non ſit damnum in ſenſu, linguæ, in quam transferimus, εὐφωνία, & proprietas conſervetur.*

℣. 3. Ita in Pſalt. Corb. Aug. verò & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. leg. *iniquitatem.* In Gr. Ἄφηκας τὰς ἀνομίας τῷ λαῷ Ϛυ, &c. Sequitur pariter Διάψαλμα ibid. ſicut in Pſalt.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
tuæ: operuiſti omnia peccata eorum.	*operuiſti omnes iniquitates eorum.* SEMPER.	bis tuæ: operuiſti omnia peccata eorum. DIAPSALMA. *Ex Mſ. Sangerm.*
4. Mitigaſti omnem iram tuam: avertiſti ab ira indignationis tuæ.	*Continuiſti omnem indignationem tuam: converſus es ab ira furoris tui.*	4. Mitigaſti omnem iram tuam in finem: avertiſti ab ira indignationis tuæ.
5. Converte nos Deus ſalutaris noſter: & averte iram tuam à nobis.	*Converte nos Deus Jeſus noſter, & ſolve iram tuam adversùm nos.*	5. Converte nos Deus ſalutarium noſtrorum: & averte iracundiam tuam à nobis.
6. Nunquid in æternum iraſcêris nobis? aut extendes iram tuam à generatione in generationem?	*Noli in æternum iraſci nobis: extendens iram tuam in generationem & generationem.*	6. Non in æternum iraſcaris nobis: vel extendas iram tuam à progenie in progeniem.
7. Deus tu converſus vivificabis nos: & plebs tua lætabitur in te.	*Nonne tu revertens vivificabis nos, & populus tuus lætabitur in te?*	7. Deus tu convertens vivificabis nos: & plebs tua lætabitur in te.
8. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam: & ſalutare tuum da nobis.	*Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam, & ſalutare tuum da nobis.*	8. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam: & ſalutare tuum da nobis.
9. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem ſuam;	*Audiam quid loquatur Deus Dominus: loquetur enim pacem ad populum ſuum;*	9. Audiam quid loquetur in me Dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem ſuam;
Et ſuper ſanctos ſuos, & in eos qui convertuntur ad cor.	*Et ad ſanctos ſuos, ut non convertantur ad ſtultitiam.*	Et ſuper ſanctos ſuos, & in eos qui convertuntur ad ipſum ex corde ſuo.
10. Veruntamen prope timentes eum ſalutare ipſius: ut inhabitet gloria in terra noſtra.	*Veruntamen prope eſt his qui timent eum ſalutare ejus, ut habitet gloria in terra noſtra.*	10. Veruntamen circa timentes eum ſalutare ipſius: ut habitet gloria in terra noſtra.
11. Miſericordia & veritas obviaverunt ſibi: juſtitia & pax oſculatæ ſunt.	*Miſericordia & veritas occurrerunt: juſtitia & pax deoſculata ſunt.*	11. Miſericordia & veritas obviaverunt: juſtitia & pax complexæ ſunt ſe.
12. Veritas de terra orta eſt: & juſtitia de cœlo proſpexit.	*Veritas de terra orta eſt, & juſtitia de cœlo proſpexit.*	12. Veritas de terra orta eſt: & juſtitia de cœlo proſpexit.
13. Etenim Dominus dabit benignitatem: & terra noſtra dabit fructum ſuum.	*Sed & Dominus dabit bonum, & terra noſtra dabit germen ſuum.*	13. Etenim Dominus dabit benignitatem: & terra noſtra dabit fructum ſuum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Rom. & Corb. abeſt autem in editt. Ald. & Compl.

℣. 4. Ita ferunt Pſalt. Rom. Corb. & Carnut. ad verbum. Mozarab. verò hab. *averſus es*, pro *avertiſti*. Auguſt. in hunc Pſ. *Sedaſti omnem iram tuam: avertiſti ab ira*, &c. Caſſiod. ut in Vulg. Gr. Καὶ ἔπαυσας πᾶσαν τὴν ὀργήν σου ἀπέστρεψας ἀπὸ, &c.

℣. 5. Auguſt. in hunc Pſ. *Converte nos Domine ſanitatum noſtrarum: & averte iracundiam tuam à nobis.* Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Vulgatæ accinit. Sic etiam Corb. niſi quòd hab. *iracundiam tuam*, ut ſup. Græc. Ἐπίστρεψον ἡμᾶς ὁ Θεὸς τῶν σωτηρίων ἡμῶν· καὶ ἀπόστρεψον τὸν θυμόν σου, &c.

℣. 6. Similiter hab. Pſalt. Corb. cum Caſſiod. hoc excepto, *nec*, vel *neque extendas*. Rom. *Ut non in æternum iraſcaris nobis: neque extendas..... à progenie in progenies.* Sic etiam in Moz. præter duo, *ne*, pro *ut non*; & *progeniem*, loco *progenies*. In Mediol. & ap. Auguſt. *Non in æternum iraſcaris nobis: vel extendas..... à generatione in generationem.* In Gr. Μὴ εἰς τὸν αἰῶνα ὀργισθῇς ἡμῖν; ἢ διατενεῖς..... ἀπὸ γενεᾶς εἰς γενεάν;

℣. 7. Ita legit Ambr. in Pſ. 118. to. 1. 1033. c. cum Pſalt. Rom. Mediol. Carnut. Corb. & Moz. Ita quoque Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Miſſali Rom. ad Offert. ſer. 6. iv. Temp. Adv. In Gr. Ὁ Θεὸς σὺ ἐπιστρέψας, &c.

℣. 8. Concordant Hilar. in Pſ. 13. col. 59. a. Ambr. in Pſ. 118. to. 1. 1033. c. & l. 3. de fide, to. 2. 507. d. necnon Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum vet. Pſalt. & Gr. Corb. hab. *ſalutarem tuum.*

℣. 9. Additum à nobis eſt τὸ *Dominus Deus*, haud dubiè negligentiâ librarii prætermiſſum, ut vel ipſe indicat locus vacuus ibid. in Mſ. codice. In Pſalt. Rom. ſic: *Audiam quid loquatur in me Dom.....* & *in eos qui convertuntur* (al. *convertentur*) *ad ipſum*; nec plura. In Mozarab. deeſt &, ante hæc verba, *ſuper ſanctos ſuos*; ſequitur verò, & *in eos qui convertunt cor ad ipſum.* In Mediolan. *qui convertuntur coram ipſo.* Ap. Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1033. c. *qui convertunt ad ipſum cor ſuum*; cæt. ut in Vulg. Vide etiam to. 1. col. 808. a. 1150. b. 1158. a. at l. 3. offic. to. 2. 108. a. hab. *Audiam quid loquatur in me Dominus meus*; & epiſt. 58. col. 1015. d. *in me Deus.* Auguſt. in hunc Pſ. *Audiam quid loquetur in me Dom.....* & *in eos qui convertunt cor ad ipſum*: ſed in Pſ. 38. col. 321. b. *Audiam quid loquatur in me..... quoniam loquetur pacem populo ſuo.* Optat. l. 2. cont. Donat. p. 31. b. *Videamus quid loquatur Dominus: quon. loq. pac. in plebem ſuam.* Apud Chromat. Aquil. in Matth. p. 979. c. & Caſſiod. in hunc Pſ. ut in Vulg. præter ult. *convertuntur ad ipſum.* In Gr. Ἀκούσομαι τί λαλήσει ἐν ἐμοὶ Κύριος ὁ Θεὸς..... ὅτι τὸν λαὸν αὐτοῦ, καὶ... καὶ ἐπὶ τοὺς ἐπιστρέφοντας πρὸς αὐτὸν καρδίαν· Ald. & Compl. καρδίαν ἐπ' αὐτόν.

℣. 10. Pſalt. Rom. Fab. *Veruntamen prope timentibus eum ſalutare ipſius: ut inhab.* &c. Rom. Martian. *prope eſt timentib.* Mozarab. & *ut inhabitet*, &c. Apud Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1033. c. ut in Vulg. ſicut apud Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. In Gr. Πλὴν ἐγγὺς τῶν..... τοῦ κατασκηνῶσαι δόξαν, &c.

℣. 11. Ita legit Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Mediol. Carnut. Corb. & Moz. addito uno *ſibi*, ad verbum *obviaverunt.* Auguſt. in eund. Pſ. *occurrerunt ſibi*; ultimòque, *oſculatæ ſunt ſe.* Itidem apud Eucher. q. in Pſal. p. 846. c. *oſculatæ ſunt ſe.* In Gr. Συνήντησαν... καὶ φίλησαν. Ap. Hilar. in Pſ. 56. col. 119. b. *Miſeric.* & *veritas obviaverunt.* Conc. Tolet. viii. Conc. Hiſp. to. 2. p. 542. a. *juſtitia* & *pax ſe complexæ ſunt.* Auct. quæſt. ap. Aug. to. 3. q. 109. *complexæ ſunt ſe.* Hieron. in Oſe. 2. to. 3. col. 1253. b. *obviaverunt ſibi:* & *juſtitia* & *pax deoſculatæ ſunt ſe*: item in Iſai. 28. col. 240. a. dempto uno &, poſt *ſibi*: epiſt. verò ad Sun. & Fret. to. 2. col. 651. c. ait: *Dicitis quod in Græco ſibi non habeat: nec in Hebr. habet*; & *apud LXX. obelo prænotatum eſt: quæ ſigna, dum per ſcriptorum negligentiam à pleriſque quaſi ſuperflua relinquuntur, magnus in legendo error exoritur.*

℣. 12. Conſentiunt Auguſt. & Caſſiod. unà cum vet. Pſalt. & Gr. Item Lactant. l. 4. Inſtit. c. 12. p. 576. Ambroſiaſt. p. 27. f. & Leo M. ſerm. 23. p. 76. a.

℣. 13. Auguſt. in hunc Pſ. *Etenim Dominus dabit ſuavitatem.* Pſalt. Carnut. Corb. & Moz. *dabit benedictionem*, &c. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. ut in textu. Auguſt. in Pſ.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 14. Juſtitia ante eum ambulavit : & ponit in via greſſus ſuos.	*Juſtitia ante eum ibit, & ponet in via greſſus ſuos.*	14. Juſtitia ante eum ambulabit : & ponet in via greſſus ſuos.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

105. col. 1194. d. ad hoc, *Dñus dabit ſuavitatem*, addit, *quam & aliqui interpretati ſunt* bonitatem, *aliqui* benignitatem. Gr. Δώσει χρηστότητα. Ambroſ. epiſt. 2. to. 2. 756. d. leg. *terra dedit fructus ſuos.* Gr. Δώσει τὸν καρπὸν αὐτῆς. ℣. 14. Brev. Mozarab. *Juſtitia ante eum præibit : & ponit in via*, &c. Similiter apud Auguſt. excepto uno *& ponet.* Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Vulgatæ congruit. Gr. Δικαιοσύνη ἐναντίον αὐτοῦ πορεύσεται· καὶ θήσει εἰς ὁδὸν, &c.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. * Oratio ipſi David. LXXXV.	*Oratio David. LXXXVI.*	Oratio ipſi David. LXXXV.
1. INclina Domine aurem tuam, & exaudi me : quoniam egens, & pauper ſum ego.	*INclina Domine aurem tuam, exaudi me : quia egenus & pauper ego.*	1. INclina Domine aurem tuam, & exaudi me : quoniam inops, & pauper ſum ego.
2. Cuſtodi animam meam, quoniam ſanctus ſum : ſalvum fac ſervum tuum, Domine Deus meus, ſperantem in te.	*Cuſtodi animam meam, quia ſanctus ego : ſalva ſervum tuum, tu Deus meus, qui confidit in te.*	2. Cuſtodi animam meam, quoniam ſanctus ſum : ſalvum fac ſervum tuum, Deus meus, ſperantem in te.
3. Miſerere mihi Domine, quoniam ad te clamabo tota die : 4. lætifica animam ſervi tui, quoniam ad te Domine animam meam levavi.	*Miſerere mei Domine, quoniam ad te clamabo tota die : lætifica animam ſervi tui, quia ad te Domine animam meam levo.*	3. Miſerere mei Domine, quoniam ad te clamavi tota die : 4. lætifica animam ſervi tui, quoniam ad te Domine animam meam levavi.
5. Quoniam tu Domine ſuavis, ac mitis es ; & copioſus miſericordiâ omnibus invocantibus te.	*Tu enim es Domine bonus, & propitiabilis ; & multus miſericordiâ omnibus qui invocant te.*	5. Quoniam tu Domine ſuavis, & mitis, & multæ miſericordiæ omnibus invocantibus te. *Joel. 2. 13.*
6. Auribus percipe Domine orationem meam : & intende voci orationis meæ.	*Exaudi Domine orationem meam, & auſculta vocem deprecationum mearum.*	6. Auribus percipe Domine orationem meam : & intende voci deprecationis meæ.
7. In die tribulationis meæ clamavi ad te : quia exaudiſti me.	*In die tribulationis mea invocabo te : quia exaudies me.*	7. In die tribulationis meæ clamavi ad te : quia exaudiſti me.
8. Non eſt ſimilis tibi in diis Domine : & non eſt ſecundùm operam tuam.	*Non eſt ſimilis tui in diis Domine, & non eſt juxta opera tua.*	8. Non eſt ſimilis tui in diis Domine : & non eſt ſecundùm opera tua.
9. Omnes gentes quaſcunque feciſti, venient, & adorabunt coram te Domine : & honorificabunt nomen tuum.	*Omnes gentes quas feciſti, venient, & adorabunt coram te Domine, & glorificabunt nomen tuum.*	9. Omnes gentes quaſcunque feciſti, venient, & adorabunt coram te Domine : & glorificabunt nomen tuum.
10. Quoniam magnus es tu, & facies mirabilia : tu es Deus ſolus magnus.	*Quia magnus es tu, & faciens mirabilia : tu Deus ſolus.*	10. Quoniam magnus es tu, & faciens mirabilia : tu es Deus ſolus.
11. Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veri-	*Doce me Domine viam tuam, ambulem in veritate tua : unicum*	11. Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua :

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Auguſt. delet *ipſi*, cum Pſalt. Rom. Corb. & Moz. Græcè, τῷ Δαυίδ.

℣. 1. Aug. in hunc Pſ. leg. *quoniam egenus*, & *inops ego ſum* ; cæt. ut ſupra. Caſſiod. in eund. Pſ. cum Pſalt. Rom. *Inclina Domine aurem tuam ad me*, & *exaudi me : quon. egenus*, & *pauper ſum ego.* Itidem in Corb. præter hoc, *egens*, loco *egenus*. Gr. ut in Vulg.

℣. 2. Auguſt. & Caſſiod. Vulgatæ accinunt cum Pſalt. Rom. In Corb. ſic : *Salvum me fac ſervum tuum, Deus meus*, &c. In ed. Rom. LXX. deeſt *meus* ; at in edd. Ald. & Compl. legitur ὁ Θεός μου. Ap. Ambroſ. l. 5. de fide, to. 2. 571. a. *Cuſtodi..... quon. ego ſanctus ſum :* at epiſt. 46. col. 987. b. deeſt *ego*. In Pſalt. Mediol. *quoniam ſanctus es.*

℣. 3. Sic in Pſalt. Rom. eſt, excepto uno *clamavi*. Itidem in Miſſali Rom. ad Introit. Dom. 16. poſt Pent. In Pſalt. Corb. *Miſerere mihi Dom. quon. ad te clamabo :* item *clamabo*, in Carnut. Apud Auguſt. & Caſſiod. ut in Vulg. In Gr. Ἐλέησόν με Κύριε, ὅτι..... κεκράξομαι ὅλην τὴν ἡμέραν.

℣. 4. Ita ferunt Pſalt. Rom. Corb. & Moz. cum Caſſiod. niſi quòd poſtponunt *animam meam* verbo *levavi*. Ita etiam in Græco. Aug. in hunc Pſ. legit : *jocunda animam ſervi tui*, &c. ut in Rom. Græc. εὔφρανον τὴν ψυχὴν, &c.

℣. 5. Itidem in Pſalt. & Miſſali Rom. ad Introit. Dom. 16. poſt Pent. necnon ap. Caſſiod. hoc excepto, *in miſericordia*. In Pſalt. Corb. & Moz. *multùm miſericors*, non *copioſus in miſericordia*. Item ap. Auguſt. in hunc Pſ. *Quia tu Domine ſuavis es, ac mitis ; & multùm miſericors es omnibus*, &c. inf. deeſt utrumque *es*. In Gr. Ὅτι..... χρηστὸς, καὶ ἐπιεικὴς καὶ πολυέλεος πᾶσι, &c.

℣. 6. Sic habet Pſalt. Corb. Moz. rollit tantùm med. & Rom. cum Caſſiod. Vulgatæ conſonat. Auguſt. in eund. Pſ. ita legit : *Auribus infige Domine orat. meam*, &c. ut ſup. Gr. Ἐνώτισαι, &c.

℣. 7. In Mſ. Sangerm. deeſt hoc medium, *clamavi ad te*, quod reſtituimus ex Auguſt. & Caſſiod. necnon ex vet. aliis Pſalt. & Gr. Corb. addit præterea *Domine*, in fine.

℣. 8. Ita *ſimilis tibi* in Pſalt. Rom. Corb. & Mozar. necnon apud Auguſt. in hunc Pſ. reliq. ut in Vulg. Sic etiam in Gr. & ap. Caſſiod.

℣. 9. Ita legit Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Corb. Sic etiam in Mozarab. præter hoc mendum, *quæcunque feciſti*. Ap. Auguſt. in eund. Pſ. *quotquot feciſti...glorificabunt nom. tuum*. Leo M. ſerm. 32. p. 91. c. Vulgatæ favet. Græcè : Πάντα τὰ ἔθνη ὅσα ἐποίησας, ἥξουσι..... καὶ δοξάσουσι τὸ, &c.

℣. 10. Sic in Pſalt. Mozarab. eſt, deleta voce *magnus* in fine. Rom. Vulgatæ congruit cum Caſſiod. Similiter apud Auguſt. in hunc Pſ. ſed cum ult. voce *magnus*, quæ etiam ſubditur in Gr. Edd. tamen Ald. & Compl. eam delent.

℣. 11. Pſalt. Rom. Fabri cum Corb. & *ambulabo in veritate tua : lætetur cor meum ut timeam*, &c. Rom. Martian. Carnut. & Moz. cum Caſſiod. & *ambulabo..... ut ti-*

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
lætetur cor meum ut timeat nomen tuum.	*fac cor meum, ut timeat nomen tuum.*	tate tua : lætetur cor meum ut timeam nomen tuum. *Ex Mſ. Sangerm.*
12. Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in æternum :	*Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo, & glorificabo nomen tuum in ſempiternum :*	12. Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo, & honorificabo nomen tuum in æternum :
13. Quia miſericordia tua magna eſt ſuper me : & eruiſti animam meam ex inferno inferiori.	*Quia miſericordia tua magna ſuper me, & eruiſti animam meam de inferno extremo.*	13. Quia miſericordia tua magna ſuper me : & eripuiſti animam meam ex inferno inferiori.
14. Deus, iniqui inſurrexerunt ſuper me, & ſynagoga potentium quæſierunt animam meam : & non propoſuerunt te in conſpectu ſuo.	*Deus, ſuperbi ſurrexerunt adversùm me, & cœtus robuſtorum quæſierunt animam meam, & non poſuerunt te in conſpectu ſuo.*	14. Deus, injuſti inſurrexerunt adversùs me, & ſynagoga potentium inquiſierunt animam meam : & non propoſuerunt te in conſpectu ſuo.
15. Et tu Domine Deus miſerator & miſericors, patiens, & multæ miſericordiæ, & verax.	*Tu autem Domine Deus, miſericors & clemens : patiens, & multæ miſericordiæ, & verus.*	15. Et tu Domine Deus miſerator & miſericors, patiens, & multùm miſericors, & verax.
16. Reſpice in me, & miſerere mei, da imperium tuum puero tuo : & ſalvum fac filium ancillæ tuæ.	*Reſpice ad me, & miſerere mei : da fortitudinem tuam ſervo tuo, & ſalva filium ancillæ tuæ.*	16. Reſpice in me, & miſerere mei, da poteſtatem puero tuo : & ſalvum fac filium ancillæ tuæ.
17. Fac mecum ſignum in bonum, ut videant qui oderunt me, & confundantur : quoniam tu Domine adjuviſti me, & conſolatus es me.	*Fac mecum ſignum in bonitate, & videant qui oderunt me, & confundantur : quia tu Domine auxiliatus es mihi, & conſolatus es me.*	17. Fac mecum ſignum in bono, ut videant qui oderunt me, & confundantur : quoniam tu Domine adjuvaſti me, & conſolatus es me.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

meæ, &c. Auguſt. & *ambulabo in verit. tua : jocundetur cor meum ut timeat*, &c. & Gr..... ἐν πορεύσομαι..... εὐφρανθήτω..... τῦ φοβεῖσθαι τὸ ὄνομά σου.

℣. 12. Ita Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Corb. & Mozar. Auguſt. verò legit, & *glorificabo*. Gr. ἢ δοξάσω, &c.

℣. 13. Accinunt Pſalt. Rom. Corb. & Moz. niſi quòd Rom. hab. *Quoniam miſ. tua magna eſt ;* Mozar. *Quoniam magna eſt miſ. tua.* Irenæus quoque l. 5. c. 31. p. 331. a. leg. cum Caſſiod. & *eripuiſti animam*, &c. Aug. & *eruiſti*, &c. ut in Vulg. Græc. Ὅτι τὸ ἔλεός σου μέγα ἐπ' ἐμὲ ἢ ἐῤῥύσω, &c.

℣. 14. Auguſt. in hunc Pſ. *Deus, prætereuntes legem inſurrexerunt ſuper me ;* reliqua ut in textu. Caſſiod. *Deus, injuſti inſurrex. ſuper me*, & *ſynag. pot. inquiſierunt anim. meam :* & *non propoſ. te ante conſpectum ſuum.* Pſalt. Rom. *Deus, injuſti inſurrex. in me..... quæſierunt anim. meam :* & *non propoſ. te ante conſpectum ſuum.* Mozarab. *Deus, injuſti inſurrex. ſuper me.....* & *non propoſ. te ante ſe.* Hieron. epiſt. ad Sun. & Fret. to. 2. 651. c. ita ſcribit : *Et dicitis quòd in veſtro codice* te *non habeat : addite* te, & *emendato errore librarii, veſtrum quoque errorem emendabitis.* In Gr. Ὁ Θεὸς, παράνομοι ἐπανέστησαν ἐπ' ἐμὲ..... ἐζήτησαν τὴν..... ἃ προέθεντό σου ἐνώπιον αὐτῶν.

℣. 15. Ita Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Corb. Aug. verò in eund. ſic : *Et tu Domine Deus miſ.* & *miſericors, longanimis*, & *multùm miſericors*, & *verax.* Pſalt. Rom. *Et tu Domine Deus meus..... patiens*, & *multùm miſericors*, &c. Sed Hieron. ep. ad Sun. & Fret. to. 2. 651. c. ait : *In Græco inveniſſe vos dicitis :* Et tu Domine Deus meus, *quod ſuperfluum eſt ;* meus *enim nec in Hebræo habetur, nec in LXX.* In ed. Rom. Καὶ σὺ Κύριε ὁ Θεὸς οἰκτίρμων καὶ ἐλεήμων, μακρόθυμος, καὶ πολυέλεος, &c. Ald. & Compl. habent ὁ Θεός μου.

℣. 16. Ita legit Ambroſ. ep. 46. to. 2. 987. b. Ita etiam Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Moz. & Mediolan. Corb. verò & Carnut. hab. *da poteſtatem tuam.* Ambroſ. l. 5. de fide, to. 2. 571. a. *da poteſtatem puero tuo*, & *filio ancillæ tuæ.* Gr. δὸς τὸ κράτος σου τῷ, &c. ut in Vulgata.

℣. 17. Sic hab. Auguſt. in hunc Pſ. cum Brev. Mozarab. Caſſiod. verò cum Pſalt. Rom. *Fac mecum Domine ſignum in bono, videant qui me oderunt*, &c. Item Carnut. hab. *in bono ;* ultimò verò, *exhortatus es me.* Corb. *Fac mecum ſignum in bone*, & *videant qui oderunt me..... adjuvaſti me*, & *exhortatus es me.* Gr..... εἰς ἀγαθὸν, ἢ..... παρεκάλεσάς με.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
1. Filiis Core, Pſalmus Cantici. LXXXVI.	*Filiorum Core Pſalmus Cantici. LXXXVII.*	1. Filiis Coræ, Pſalmus Cantici. LXXXVI. *Ex Mſ. Sangerm.*
FUndamenta ejus in montibus ſanctis : 2. diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Jacob.	*FUndamenta ejus in montibus ſanctuarii : diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Jacob.*	* FUndamenta ejus in montibus ſanctis : 2. diligit Dominus portas Sion ſuper omnia tabernacula Jacob.
3. Glorioſa dicta ſunt de te, civitas Dei.	*Glorioſa dicta ſunt in te, civitas Dei.* SEMPER.	3. Glorioſa dicta ſunt de te, civitas Dei. DIAPSALMA.
4. Memor ero Rahab & Babylonis ſcientium me.	*Commemorabo ſuperbiæ & Babylonis ſcientibus me.*	4. Memor ero Raab & Babylonis ſcientibus me.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Gr. In Moz. *Filiis Coreph.* In Corb. *Filii Core*, &c.

* Sic Ambroſ. in Luc. to. 1. 1258. d. 1479. f. necnon Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. Item Optat. l. 3. cont. Donat. p. 50. b. cum vet. Pſalt. & Græco.

℣. 2. Concinunt Aug. & Caſſiod. unà cum Pſalt. vet. & Græco.

℣. 3. Ita rurſum Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum vet. Pſalt. & Gr. Itidem Chrom. Aquil. in Matth. p. 980. f. itemque Aug. l. 10. de civit. Dei, 244. a. niſi quòd juxta potiores Mſs. leg. *glorioſiſſima ;* ſic etiam loco ſup. cit. ſemel, col. 923. e. In Gr. conſtanter δεδοξασμένα. In Pſalt. Corb. deeſt nomen *Dei*. *Diapſalma* quoque habetur in Pſalt. Rom. Corb. & apud LXX. præterquam in edd. Ald. & Compl.

℣. 4. Ambroſ. in Pſ. 35. to. 1. 775. a. 776. f. & Aug. in hunc Pſ. ita legunt : *Memor ero..... ſcientibus me. Etenim alienig.* & *Tyrus*, & *populus Æthiop. hi fuerunt ibi.* Pſalt. Rom. *hi fuerunt in ea ;* at ſup. *ſcientium me*, cum Ambroſ. ipſo, l. 5. de fide, to. 2. 574. b. Caſſiod. *ſcientibus me.... hi fuerunt in ea.* Pſalt. Mozar. *ſcientibus me. Ecce enim alie-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. Et ecce alienigenæ, & populus Æthiopum, hi fuerunt ibi.	*Ecce Palaſtina, & Tyrus cum Æthiopia: iſte natus eſt ibi.*	Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum, hi fuerunt illic.
5. Mater Sion dicit: Homo, & homo factus in ea: & ipſe fundavit eam Altiſſimus.	*Ad Sion autem dicetur: Vir, & vir natus eſt in ea, & ipſe fundavit eam Excelſus.*	5. Nunquid Sion dicet: Homo, & homo natus eſt in ea: & ipſe fundavit eam Altiſſimus?
6. Dominus enarravit in ſcripturis plebium, & principum: horum, qui fuerunt in ea. DIAPSALMA.	*Dominus numeravit ſcribens populos: iſte natus eſt ibi.* SEMPER.	6. Dominus narrabit in ſcripturis populorum, & principum: horum, qui fuerunt in ea.
7. Sicut lætantibus nobis omnibus commoratio eſt in te.	*Et cantores quaſi in choris: omnes fontes mei in te.*	7. Sicut lætantium omnium habitatio eſt in te.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

nig. & Tyrus, & pop. Æthiopus, qui fuerunt illic. Item in Corb. *ſcientibus me.* Apud Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 707. b. *Et ecce Allophyli, & Tyrus, & pop. Æthiopum, iſti fuerunt illic.* In Gr. Μνησθήσομαι Ῥαὰβ..... τοῖς γινώσκουσί με. Καὶ ἰδοὺ ἀλλόφυλοι, καὶ Τύρος, καὶ λαὸς Αἰθιόπων, οὗτοι ἐγενήθησαν ἐκεῖ.

℣. 5. Ambr. ſimiliter l. 3. de fide, to. 2. 498. c. & l. 1. de exceſſu Satyri, col. 1116. e. f. *Mater Sion dicet: Homo, & homo factus eſt in ea, & ipſe fund.* &c. Sic etiam Auguſt. in hunc Pſ. & l. de civit. Dei, to. 7. 479. e. cum Caſſiod. in eund. Pſ. Fulg. l. 1. ad Traſim. c. 16. p. 83. Vigil. Tapſ. cont. Varimad. p. 729. g. Auctor l. de promiſſ. p. 2. c. 20. col. 144. b. & Eucher. q. in Pſ. p. 846. c. Itidem in Pſalt. Rom. Mediol. Carnut. Corb. & Moz. quibus favet Tertul. cont. Prax. p. 857. b. c. In Gr. Μήτηρ Σιὼν ἐρεῖ..... ἐγενήθη ἐν αὐτῇ, &c. Hieron. affirmat LXX. Μήτι Σιὼν tranſtuliſſe, Nobilio teſte.

℣. 6. Pſalt. Rom. & Corb. *Dominus narravit in ſcripturis populorum ſuorum, & princip. eorum* (Corb. *horum*,) *qui fuerunt in ea.* Mozar. *Dominus narravit ſcripturas populorum, & princip. eorum*, &c. Item in Carnut. *narravit.* Ap. Aug. in hunc Pſ. *Dom. narrabit in ſcriptura populorum, & princip. horum, qui facti ſunt in ea.* Ap. Caſſiod. *Dom. narravit ſcripturas populorum*, &c. ut in Vulg. In Gr. Κύριος διηγήσεται ἐν γραφῇ λαῶν, καὶ ἀρχόντων τούτων, τῶν γεγενημένων ἐν αὐτῇ. Subſequitur pariter ibid. Διάψαλμα, ſicut in Pſalt. Rom. & Corb. deeſt autem in edd. Ald. & Compl. de more.

℣. 7. Auguſt. in hunc Pſ. *Tanquam jocundatorum omnium habitatio in te.* Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Corb. *Sicut lætantium omnium noſtrum habitatio eſt in te.* In Mozarab. *Sicut lætantium hominum commoratio eſt in te.* In Mediolan. *Sicut lætantibus omnibus nobis*, &c. ut ſup. In Gr. Ὡς εὐφραινομένων πάντων ἡ κατοικία ἐν Σοί.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. Pſalmus Cantici, 1. Filiis Coræ, in finem, pro Maleleth ad reſpondendum, intellectûs Æmat Iſtrahelitæ. LXXXVII.	*Canticum Carminis Filiorum Core victori per chorum ad præcinendum, eruditionis Eman Ezraita. LXXXVIII.*	Canticum Pſalmi, 1. Filiis Core, in finem, pro Maheleth ad reſpondendum, intellectus Eman Ezrahitæ. LXXXVII.
2. DOmine Deus ſalutis meæ, in die clamavi, & nocte coram te.	*DOmine Deus ſalutis meæ, per diem clamavi, & nocte coram te.*	2. DOmine Deus ſalutis meæ, in die clamavi, & nocte coram te.
3. Intret oratio mea in conſpectu tuo: inclina aurem tuam ad precem meam, Domine:	*Ingrediatur ante te oratio mea: inclina aurem tuam ad laudationem meam:*	3. Intret in conſpectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meam:
4. Quia repleta eſt à malis anima mea: & vita mea in inferno adpropiavit.	*Quia repleta eſt malis anima mea, & vita mea ad infernum deſcendit.*	4. Quia repleta eſt malis anima mea: & vita mea inferno appropinquavit.
5. Æſtimatus ſum cum deſcendentibus in lacum: factus ſum ſicut homo ſine adjutorio, 6. inter mortuos liber:	*Reputatus ſum cum deſcendentibus in lacum: factus ſum quaſi homo invalidus, inter mortuos liber:*	5. Æſtimatus ſum cum deſcendentibus in lacum: factus ſum ſicut homo ſine adjutorio, 6. inter mortuos liber:
Sicut vulnerati dormientes	*Sicut interfecti & dormientes*	Sicut vulnerati dormientes in ſe-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. In Pſalt. Rom. ſic: *Canticum Pſalmus* (al. *Pſalmi,*) *Pro filiis Core, in finem, pro Maeleth ad reſpondendum, intellectûs Eman Iſraëlitæ.* In Corb. *Canticum Pſalmi, Filiis Core, in finem, pro Amaleel ad reſpondendum, intellectûs Æman Ezraitæ.* In Moz. *Canticum Pſalmus, Filiis Chore, in finem, per chorum ad præcinendum, intellectûs Heman Eſrahelites.* Apud Caſſiod. ut in Vulg. præter hoc ult. *Eman Iſraëlitæ.* In Gr. Ὠδὴ Ψαλμῷ, τοῖς υἱοῖς Κορὲ, εἰς τὸ τέλος, ὑπὲρ Μαελὲθ τοῦ ἀποκριθῆναι, Συνέσεως Αἰμὰν τῷ Ἰσραηλίτῃ. Aug. de hujus Pſalmi titulo ita diſſerit: *Nuſquam aliorum Pſalmorum poſitum eſt quod hic legitur*, pro Melech ad reſpondendum; *nam de Pſalmo Cantici, & Cantico Pſalmi, aliàs jam quid nobis videretur, diximus*, (nempe in Pſ. 67.) *Et* filiis Core, *uſitatum in titulis Pſalmorum, ſapiſſimèque tractatum eſt, & quid ſit* in finem: *ſed quod ſequitur*, pro Melech ad reſpondendum, *hoc inuſitatum habet iſte titulus.* Pro Melech *autem, Latinè* pro choro *dici poteſt*; Melech *enim verbo Hebræo*, chorus *ſignificatur.* Item infra: *Et hîc eſt*, intellectûs Æman Iſraëlitæ, *quod in tituli hujus ultimo poſitum eſt.*

℣. 2. Accinunt Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Nicetio, Spicil. to 3. p. 3. c. Græc. hab. ἡμέρας... καὶ ἐν νυκτὶ, &c. Pſalt. Moz. delet *in*, ante vocem *die.*

℣. 3. Ita Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. & Corb. Ita quoque Ambroſ. l. de Joſ. c. 3. to. 1. 486. f. uſque ad verbum *inclina.* Aug. tollit vocem ult. *Domine*, quam tamen Græc. retinet. Abeſt in edd. Ald. & Compl.

℣. 4. Sic habet Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Mozar. detractâ unâ præp. *à*, ante vocem *malis.* Rom. Martian. tollit etiam *in*, ante *inferno.* Ambroſ. l. 3. de fide, to. 2. 501. f. Vulgatæ ſuccinit ad verbum, & Græco. Similiter Aug. in hunc Pſ. niſi quòd leg. *quoniam*, & addit *in*, poſt 2. *mea.*

℣. 5. Vulgatæ accedit Ambroſ. in Luc. to. 1. 1410. f. 1533. a. & l. 3. de fide, to. 2. 501. f. & l. de fide reſur. col. 1161. c. & epiſt. 63. col. 1048. e. Item Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Auguſt. verò in hunc Pſ. legit: *Deputatus ſum cum deſcendentibus in lacum*, &c. ut ſup. Hieron. in Iſai. 14. to. 3. 159. e. *Aſſimilatus ſum cum deſcendentibus in lacum.* Gr. Προσελογίσθην μετὰ τῶν καταβαινόντων, &c.

℣. 6. Ambr. in Pſ. 118. to. 1. 989. b. *Sicut vulnerati dormientes projecti in monumentis, quorum non meminiſti amplius: & quidem ipſi de,.... repulſi ſunt.* Ita quoque hab.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
pulcris, quorum non es memor ampliùs: & ipſi de manu tua repulſi ſunt.	*in ſepulcro, quorum non recordaris ampliùs: & qui à manu tua abſciſi ſunt.*	projecti in monumento, quorum non es memor ampliùs: & quidem ipſi de manu tua expulſi ſunt. *Ex Mſ. Sangerm.*
7. Poſuerunt me in lacu inferiori: in tenebroſis, & in umbra mortis.	*Poſuiſti me in lacu noviſſimo: in tenebris, in profundis.*	7. Poſuerunt me in lacu inferiori: in tenebroſis, & in umbra mortis.
8. Super me confirmatus eſt furor tuus: & omnes fluctus tuos induxiſti ſuper me.	*Super me confirmatus eſt furor tuus, & cunctis fluctibus tuis afflixiſti me.* SEMPER.	8. In me confirmatus eſt furor tuus: & omnes elationes tuas ſuper me induxiſti. DIAPSALMA.
9. Longè feciſti notos meos à me: poſuerunt me abominationem ſibi. Traditus ſum, & non egrediebar:	*Longè feciſti notos meos à me: poſuiſti me abominationem eis; Clauſum, & non prodeuntem:*	9. Longè feciſti notos meos à me: poſuerunt me abominationem ſibi. Traditus ſum, & non egrediebar:
10. oculi mei languerunt præ inopia. Clamavi ad te Domine tota die: expandi ad te manus meas.	*oculus meus infirmatus eſt ab afflictione. Vocavi te Domine tota die: expandi ad te palmas meas.*	10. oculi mei languerunt præ inopia. Clamavi ad te Domine Deus meus tota die: extendi manus meas ad te.
11. Nunquid mortuis facies mirabilia: aut medici ſuſcitabunt, & confitebuntur tibi?	*Nunquid mortuis facies mirabilia: aut gigantes ſurgent, & confitebuntur tibi? SEMPER.*	11. Nunquid mortuis facies mirabilia: aut medici exſuſcitabunt, & confitebuntur tibi?
12. Nunquid narrabit aliquis in ſepulcro miſericordiam tuam, & veritatem tuam in perditione?	*Nunquid narrabitur in ſepulcro miſericordia tua: veritas tua in perditione?*	12. Nunquid enarravit aliquis in ſepulcro miſericordiam tuam, & veritatem tuam in perditionem?
13. Nunquid cognoſcentur in tenebris mirabilia tua, & juſtitia tua in terra oblivionis?	*Nunquid noſcentur in tenebris mirabilia tua, & juſtitia tua in terra quæ oblivioni tradita eſt?*	13. Nunquid cognoſcentur in tenebris mirabilia tua, & juſtitia tua in terra?
14. Et ego ad te Domine clamavi: & manè oratio mea præveniet te.	*Ego autem ad te Domine clamavi, & manè oratio mea præveniet te.*	14. Et ego clamabo ad te Domine: & manè oratio mea præveniet te.
15. Ut quid Domine repellis orationem meam: avertis faciem tuam à me?	*Quare Domine abjicis animam meam: abſcondis faciem tuam à me?*	15. Ut quid Domine repuliſti animam meam: avertiſti faciem tuam à me?
16. Pauper ſum ego, & in la-	*Pauper ego, &ærumnoſus ab*	16. Inops ſum ego, & in

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Caſſiod. cum Pſalt. Rom. excepto ult. *expulſi ſunt.* In Corb. ſic: *Sicut vulnerati dorm. projecti in ſepulcro, quorum non meminiſti ampliùs: & quidem ipſi de manu*, &c. Auguſt. in hunc Pſ. *Tanquam* (inſ. *Velut*) *vulnerati dorm. in ſepulcro, quorum non meminiſti adhuc: & ipſi expulſi ſunt de manu tua.* Brev. Moz. *Et ſicut vulnerati dormientes in monumentis, quorum non meminiſti ampliùs: & ipſi de manu tua expulſi ſunt.* Auct. l. de promiſſ. p. 3. col. 180. b. *In mortuis liber, & ſicut vulnerati dormientes projecti in monumentis.* Gr. Ὡσεὶ πεπληγότες ἐρριμμένοι καθεύδοντες ἐν τάφῳ, ὧν οὐκ ἐμνήσθης ἔτι· καὶ αὐτοὶ..... ἀπώσθησαν.

℣. 7. Pſalt. Rom. cum Moz. hab. *tenebris*, non *tenebroſis*. Similiter Ambroſ. l. de Joſ. c. 3. to. 1. 489. a. & Caſſiod. in hunc Pſ. cæt. ut in Vulg. Apud Auguſt. in eund. Pſ. *Poſuerunt me in lacu inferiore, vel potiùs*, in lacu infimo; *ſic enim eſt in Græco*: dein, *in tenebroſis*, &c. Hieron. in Iſai. 14. to. 3. p. 159. e. *Poſuerunt me in lacum noviſſimum.* Gr. ἐν λάκκῳ κατωτάτῳ ἐν σκοτεινοῖς, καὶ, &c.

℣. 8. Pſalt. Rom. & Corb. cum Caſſiod. *In me confirmata eſt ira tua: & omnes elationes tuas ſuper me induxiſti.* Ita etiam in Mozarab. præter vocem *fluctus*, loco *elationes tuas*; in Carnut. *elevationes tuas*; in Mediol. *elationes tuas*. Ap. Aug. in hunc Pſ. col. 929. c. d. f. *In me confirmata eſt indignatio tua; vel*, inquit, *ſicut alii codices habent*, ira tua; *vel ſicut alii*, furor tuus. *Quod enim Græcè poſitum eſt* θυμὸς, *diverſè interpretati ſunt noſtri: nam ubi Græci codices habent* ὀργὴ, *ibi* iram *Latinè dicere nullus fere dubitavit Interpres; ubi autem* θυμὸς *poſitum eſt, plerique non putaverunt* iram *eſſe dicendam, cùm magni auctores Latinæ eloquentiæ de Philoſophorum Græcorum libris etiam hoc* iræ *nomine verterint in Latinum: neque de hac re diutiùs diſputandum eſt; cui tamen ſi & nos aliud nomen adhibere debemus, tolerabiliùs* indignationem *dixerim, quàm* furorem. Tum addit: *& omnes ſuſpenſiones tuas; vel ſicut quidam ſunt interpretati*, omnes fluctus tuos; *aut ſicut alii*, omnes elationes tuas ſuper me induxiſti. Græc. Ἐπ' ἐμὲ ἐπεκρίχθη ὁ θυμός σου· καὶ πᾶσας τὰς μεταφορισμούς σου ἐπήγαγες ἐπ' ἐμέ. Exinde ſequitur Διάψαλμα, quod etiam habetur in Pſalt. Rom. & Corb.

℣. 9. Sic eſt in Pſalt. Rom. & Gr. Sic etiam apud Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. ſicut apud Ambroſ. in Pſal. to. 1. 646. f. 863. b. 931. c. 965. d.

℣. 10. Pſalt. Rom. cum Moz. *Oculi mei infirmati ſunt præ inopia. Clamavi ad te Domine tota die: expandi manus meas ad te.* Itidem in Corb. præter unum *extendi*, pro *expandi*. Item in Mediolan. & Carnut. *infirmati ſunt*; ſicut apud Caſſiod. Apud Auguſt. *Oculi mei infirmati ſunt ab inopia. Et clamavi ad te Domine tota die: expandi manus meas ad te*; Mſs. plerique *extendi*. Apud Cyprian. l. 2. Teſtim. p. 294. a. *Exclamavi ad te Domine tota die: extendi ad te manus meas.* In Gr. Οἱ ὀφθαλμοί μου ἠσθένησαν ἀπὸ πτωχείας. Καὶ ἐκέκραξα πρὸς σὲ Κύριε ὅλην τὴν..... διεπέτασα πρὸς σὲ τὰς, &c.

℣. 11. Sic in Pſalt. Corb. Moz. & ap. Auguſt. in hunc Pſ. In Rom. & ap. Caſſiod. *reſuſcitabunt*. Apud Ambroſ. l. de lapſu virg. to. 2. 318. f. *ſuſcitabunt*. In Gr. ἀναστήσουσι. In Pſalt. Corb. hîc ponitur *Diapſalma*.

℣. 12. Pſalt. Rom. Vulgatæ congruit, niſi quòd hab. *Nunquid enarrabit*, cum Caſſiodoro. Mozar. *Nunquid narrabit quis in monumento miſeric. tuam, & verit. tuam in perditionem?* Corb. *Nunquid enarrabit aliquis in monumento miſeric. tuam, aut veritatem tuam in perditione?* Auguſt. in eund. Pſ. *Nunquid enarrabit quis*, &c. ut in Vulg. Gr. Μὴ διηγήσεταί τις ἐν τάφῳ..... ἡ τὴν..... ἐν τῇ ἀπωλείᾳ;

℣. 13. Pſalt. Mozarab. *aut juſtitia tua in terra oblita?* Rom. cum Caſſiod. *aut juſtitia tua in terra oblivionis?* Carnut. & Corb. cum Auguſt. *in terra oblita?* Mediolan. *in terra oblitterata?* Gr. ἢ ἡ δικαιοσύνη σου ἐν γῇ ἐπιλελησμένῃ;

℣. 14. Auguſt. & Caſſiod. Vulgatæ ſuffragantur cum Pſalt. Rom. & Gr.

℣. 15. Pſalt. Mediolan. ſimiliter hab. *Ut quid Dom. repuliſti animam meam?* Auguſt. verò in hunc Pſ. *Ut quid Domine repuliſti orationem meam: avertis faciem*, &c. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Vulgatæ congruit. Gr. Ἱνατί Κύριε ἀπώθεις τὴν προσευχήν μου· ἀποστρέφεις, &c. Mſ. autem Alex. cum edd. Ald. & Compl. τὴν ψυχήν μου.

℣. 16. Sic eſt in Pſalt. Rom. & ap. Caſſiod. præter unum *egens*, pro *inops*. Item in Mozar. *egens*; extremò verò, *exaltatus autem, & humiliatus ſum*. In Corb. *Egens ſum ego, & in laboribus..... exaltatus ſum autem, humiliatus ſum & confuſus*. Apud Auguſt. in eund. Pſ. *Inops ſum ego*,

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. laboribus à juventute mea : exaltatus autem, humiliatus ſum & confuſus.	*adoleſcentia : portavi furorem tuum, conturbatus ſum.*	boribus à juventute mea : exaltatus autem, humiliatus ſum & conturbatus.
17. Super me pertranſierunt iræ tuæ : & terrores tui conturbaverunt me.	*Super me tranſierunt iræ tuæ : terrores tui oppreſſerunt me.*	17. In me tranſierunt iræ tuæ : & terrores tui conturbaverunt me.
18. Et circumierunt me ſicut aqua tota die : circumdederunt me ſimul.	*Circumdederunt me quaſi aqua tota die : vallaverunt me pariter.*	18. Circumdederunt me ſicut aqua tota die : circumdederunt me ſimul.
19. Elongaſti à me amicum, & notos meos à miſeria.	*Longè feciſti à me amicum & ſodalem : notos meos abſtuliſti.*	19. Elongaſti à me amicum, & proximum, & notos meos à miſeria.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣ *in laborib..... humiliatus ſum* ℣ *conturbatus ſum* ; melioris notæ Mſs. ℣ *confuſus :* attamen infra, priori lectioni favent Auguſtini iſta : *nec exaltati, humiliabimur* ℣ *conturbabimur.* In Gr. Πτωχός εἰμι ἐγὼ..... ὑψωθεὶς δὲ, ἐταπεινώθην καὶ ἐξηπορήθην.

℣. 17. Pſalt. Rom. Corb. & Mozar. cum Caſſiod. *In me pertranſierunt*, &c. ut in textu. Apud Auguſt. ut in Vulg. In Gr. Ἐπ' ἐμὲ διῆλθον, &c.

℣. 18. Pſalt. Mozarab. *Circuierunt me ſicut aqua*, &c. Corb. *Circumierunt me ſicut aquam*, &c. Caſſiod. *Circumierunt me ſicut aqua*, &c. Auguſt. *Circumdederunt*, &c. In Gr. Ἐκύκλωσάν με, &c.

℣. 19. Pſalt. Rom. addit ℣ *proximum*, cum Caſſiod. Aug. verò leg. *Longè feciſti à me amicum*, ℣ *notos meos*, &c. editt. adnectunt ibid. ℣ *proximum* ; ſed hoc abeſt à Mſs. ſicut à Gr. LXX. Aldi tamen & Compl. retinent καὶ πλησίον, καὶ τοὺς..... ἀπὸ ταλαιπωρίας. In Brev. Mozarab. *præ miſeria.*

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 1. Intellectûs Teman Iſtrahelitæ. LXXXVIII.	*Eruditio Ethan Ezraita.* *LXXXIX.*	1. Intellectus Ethan Ezrahitæ. LXXXVIII.
2. MIſericordias tuas Domine in æternum cantabo.	*MIſericordias Domini in æternum cantabo :*	2. MIſericordias Domini in æternum cantabo.
In generationem & progeniem & pronunciabo veritatem tuam in ore meo.	*In generatione & generationem annuntiabo veritatem tuam in ore meo.*	In generationem & generationem annuntiabo veritatem tuam in ore meo.
3. Quoniam dixi : In æternum miſericordia tibi ædificabitur in cœlis : præparabitur veritas tua.	*Quia dixi : Sempiterna miſericordia ædificabitur : cœlos fundabis, & veritas tua in eis.*	3. Quoniam dixiſti : In æternum miſericordia ædificabitur in cœlis : præparabitur veritas tua in eis.
4. Diſpoſui teſtamentum meum electis meis, juravi David ſervo meo : 5. uſque in æternum præparabo ſemen tuum.	*Percuſſi fœdus cum electo meo, juravi David ſervo meo : uſque in æternum ſtabiliam ſemen tuum,*	4. Diſpoſui teſtamentum electis meis, juravi David ſervo meo : 5. uſque in æternum præparabo ſemen tuum. *2. Reg. 7. 12.*
Et ædificabo in generatione & progeniem ſedem tuam. DIAPSALMA.	*Et ædificabo in generatione & generatione thronum tuum.* SEMPER.	Et ædificabo in generationem & generationem ſedem tuam.
6. Confitebuntur cœli mirabilia tua Domine, & veritatem tuam in eccleſia ſanctorum.	*Et confitebuntur cœli mirabilia tua Domine, & veritatem tuam in eccleſia ſanctorum.*	6. Confitebuntur cœli mirabilia tua Domine : etenim veritatem tuam in eccleſia ſanctorum.
7. Quoniam quis in nubibus æquabitur dominus : aut quis ſimilis erit Domino inter filios Dei ?	*Quis enim in nube æquabitur Domino : aſſimilabitur Domino in filiis Dei ?*	7. Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino : ſimilis erit Deo in filiis Dei ?
8. Deus, honorificandus in	*Deus, inclytus in arcano ſancto-*	8. Deus, qui glorificatur in con-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. *Intellectûs Æthan Iſraëlitæ.* Idem Auguſt. l. de civit. Dei, to. 7. 472. c. *ipſi Æthan.* Pſalt. Rom. *Intellectûs Etham Iſraëlitæ.* Mozarab. *Intellectûs Etham Ezraitæ ;* Corb. *Æthan Ezraitæ.* Gr. Συνέσεως Αἰθὰμ τῷ Ἰεζραΐτῃ.

℣. 2. Sic in Pſalt. Rom. Moz. & apud Caſſiod. præter ſeqq. *In generatione* ℣ *progenie pronunciabo.* In Corb. *Miſeric. tuas Domine in æt. cantabo tibi. In generationem* ℣ *progeniem pronunciabo verit.* &c. Apud Auguſt. ſimiliter : *Miſeric. tuas Domine ;* reliq. ut in Vulg. Ita quoque in Pſalt. Mediolan. & Carnut. & Gr. Apud Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1120. a. hæc pauca : *In generationem* ℣ *generationem annuntiabunt veritatem tuam.*

℣. 3. Pſalt. Rom. & Mozar. Vulgatæ congruunt, niſi quòd ambo tollunt ult. *in eis*, ut ſup. Deeſt pariter in Mediolan. Carnut. & Gr. nec legitur apud Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. At ubique conſtanter punctum figitur poſt verbum *ædificabitur*, præterquam in Pſalt. Rom. Fabri. Ubique etiam, *quoniam dixiſti*, abſque ſeq. *tibi.* In Corb. tamen ſic eſt : *tibi ædificabitur : in cœlis præparabitur veritas tua.*

℣. 4. Aug. & Caſſiod. delent *meum*, cum Pſalt. Rom. & Gr. reliqua ut ſupra.

℣. 5. Pſalt. Rom. & Moz. cum Caſſiod. *Et ædificabo in ſæculum ſæculi ſedem tuam ;* Corb. *in ſæculum* ℣ *ſæculum.* Apud Auguſt. ut in Vulg. nec aliter in Gr. Subjicitur pariter ibid. Διάψαλμα, ſicut in Pſalt. Rom. & Corb. deeſt tamen in Gr. Alex. ac edd. Ald. & Compl. de more.

℣. 6. Sic habet Pſalt. Rom. cum Corb. & Moz. Ita etiam Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Gr. In Mſ. tamen Alex. καὶ γὰρ τὴν ἀλήθειαν, &c. ut in Vulg.

℣. 7. Ita legunt Ambroſ. l. 4. de fide, to. 2. 549. f. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. ac Moz. uno excepto aut altero, *æquabitur Domino*, paulòque poſt, *Deo*, pro *Domino.* Apud Auguſt. in eund. Pſ. ſic : ℣ *quis ſimilis erit Domino in filiis Dei ?* inſ. *aut quis ſimilis erit Deo inter filios Dei.* Sic etiam in Pſalt. Corb. In ed. Rom..... τῷ Κυρίῳ· καὶ τίς ὁμοιωθήσεται τῷ Κυρίῳ ἐν υἱοῖς Θεοῦ ; In Mſ. Alex. deeſt καὶ τίς, ſicut in edd. Ald. & Compl.

℣. 8. Auguſt. in hunc Pſ. *Deus, glorificandus in conſilio juſtorum : magnus* ℣ *terribilis in omnes qui in circ.* &c. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. *Deus, qui glorificatur in conſilio* (Rom. *concilio*) *ſanctorum : magnus* ℣ *metuendus ſuper omnes*, &c. Brev. Mozarab. *magnus* ℣ *metuendus in omnibus*

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
filio ſanctorum : magnus & terribilis ſuper omnes qui in circuitu ejus ſunt.	*rum nimio, & terribilis in cunctis qui circa eum ſunt.*	conſilio ſanctorum : magnus & terribilis ſuper omnes qui in circuitu ejus ſunt. *Ex Mſ. Sangerm.*
9. Domine Deus virtutum quis ſimilis tibi? potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo.	*Domine Deus exercituum, quis ſimilis tibi? fortiſſime Domine, & veritas tua in circuitu tuo.*	9. Dominus Deus virtutum quis ſimilis tibi ? potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo.
10. Tu dominaris poteſtati maris : motum autem fluctuum ejus tu mitigas.	*Tu dominaris ſuperbiæ maris, & elationes gurgitum ejus tu comprimis.*	10. Tu dominaberis poteſtatis maris : motum autem fluctuum ejus tu mitigas.
11. Tu humiliaſti ſicut vulneratum, ſuperbum : in brachio virtutis tuæ diſperſiſti inimicos tuos.	*Tu confregiſti quaſi vulneratum, ſuperbum : in brachio fortitudinis tuæ diſperſiſti inimicos tuos.*	11. Tu humiliaſti ſicut vulneratum, ſuperbum : & in virtute brachii tui diſparſiſti inimicos tuos.
Gen. 2. 1. 12. Tui ſunt cœli, & tua eſt terra, orbem terræ & plenitudinem ejus tu fundaſti : 13. aquilonem & mare tu creaſti.	*Tui ſunt cœli, & tua eſt terra ; orbem & plenitudinem ejus tu fundaſti ea : aquilonem & dexteram tu creaſti.*	12. Tui ſunt cœli, & tua eſt terra, orbem terræ & plenitudinem ejus tu fundaſti : 13. * aquilonem & mare tu creaſti. ** Mſ.* aquilone.
Thabor & Hermon in nomine tuo exſultabunt : 14. tuum brachium cum potentia.	*Thabor & Hermon nomen tuum laudabunt : tuum brachium cum fortitudine.*	Thabor & Hermon in nomine tuo exſultabunt : 14. tuum brachium cum potentia.
Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua : 15. juſtitia & judicium præparatio ſedis tuæ.	*Roboretur manus tua, & exaltetur dextera tua : juſtitia & judicium firmamentum throni tui.*	Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua : 15. juſtitia & judicium præparatio ſedis tuæ.
Miſericordia & veritas præcedent faciem tuam : 16. beatus populus, qui ſcit jubilationem.	*Miſericordia & veritas præcedent faciem tuam : beatus populus, qui noluit jubilum.*	Miſericordia & veritas præeunt ante faciem tuam : 16. beatus populus, qui ſcit jubilationem.
Domine, in lumine vultus tui ambulabunt, 17. & in nomine tuo exſultabunt tota die : & in juſtitia tua exaltabuntur.	*Domine, in lumine vultus tui ambulabunt : in nomine tuo exſultabunt tota die, & in juſtitia tua exaltabuntur :*	Domine, in lumine vultus tui ambulabunt, 17. & in nomine tuo exſultabunt tota die : & in tua juſtitia exaltabuntur.
18. Quoniam gloria virtutis eorum tu es : & in beneplacito tuo exaltabitur cornu noſtrum.	*Quia gloria fortitudinis eorum tu es, & in voluntate tua elevabis cornu noſtrum :*	18. Quoniam gloria virtutis eorum tu es : & in bona voluntate tua exaltabitur cornu noſtrum.
19. Quia Domini eſt aſſumptio noſtra, & ſancti Iſraël regis noſtri.	*Quia à Domino eſt protectio noſtra, & à ſancto Iſraël rege noſtro.*	19. Quoniam Domini eſt adſumptio, & ſancti Iſraël regis noſtri.
20. Tunc locutus es in viſione ſanctis tuis, & dixiſti : Poſui adjutorium in potente : & exaltavi electum de plebe mea.	*Tunc locutus es per viſionem ſanctis tuis, & dixiſti : Poſui adjutorium ſuper robuſtum : exaltavi electum de populo.*	20. Tunc locutus es in aſpectu filiis tuis, & dixiſti : Poſui adjutorium ſuper potentem : exaltavi electum de plebe mea.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

qui, &c. Hieron. epiſt. ad Sun. & Fret. to. 2. 651. c. *magnus & horrendus :* tum addit : *In Græce inveniſſo vos dicitis*, φοβερός, *quod ſignificat*, terribilis, timendus, formidandus : *ego puto id ipſum ſignificare* & horrendum. Gr. hod. Ὁ Θεὸς ἐνδοξαζόμενος ἐν βουλῇ ἁγίων· μέγας καὶ φοβερὸς ἐπὶ πάντας, &c.

℣. 9. Auguſt. & Caſſiod. unà cum Pſalt. Rom. legunt : *Domine Deus*, &c. ut in Vulg. Ita quoque in Græco.

℣. 10. Pſalt. Mozar. *Tu dominaris poteſtatem maris*, &c. Hieron. in Iſai. 52. to. 3. col. 371. b. *Tu dominaris fortitudini maris : & commotionem fluctuum ejus tu mitigas.* Aug. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Vulgatæ accinunt. Gr. Σὺ δεσπόζεις τῆς κράτους τῆς θαλάσσης· τὸν δὲ σάλον, &c.

℣. 11. Concordant Pſalt. Rom. Mediol. Carnut. Corb. & Moz. quibus favet Caſſiod. in hunc Pſ. Apud Auguſt. verò ſic : & *in brachio virtutis tuæ* ; ut etiam in Græco.

℣. 12. Sic habet Ambroſ. l. 3. Hexa. to. 1. 38. e. cum Pſalt. Rom. & Moz. præter unum *orbem terrarum*. Itidem Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Virgil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 734. d. Gr. τὴν οἰκουμένην.

℣. 13. Ambroſ. l. 3. Hexa. col. 38. e. *aquilonem & mare tu creaſti.* Auguſt. in hunc Pſ. *aquilonem & maria tu creaſti. Thabor & Hermon*, &c. Mſs. nonnulli *Hermonim* ; al. quidam, *Hermoniim*. Caſſiod. *aquilonem & mare tu fundaſti*, &c. Gr. τὸν βορρᾶν καὶ θάλασσαν σὺ ἔκτισας, &c.

℣. 14. Ita Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Auguſt. verò in eund. Pſ. *Confirmetur manus tua*, &c. Gr. Κραταιωθήτω ἡ χείρ σου, &c.

℣. 15. Ita Auguſt. in hunc Pſ. cum Pſalt. Corb. In Rom. & Moz. *Miſeric. & veritas præibunt ante faciem tuam.* Ap. Caſſiod. *præibunt faciem tuam.* Gr. προπορεύσονται πρὸ προσώπου σου.

℣. 16. Sic Hilar. in Pſ. 65. col. 174. e. cum Pſalt. Rom. Auguſt. verò in hunc Pſ. *Beatus populus ſciens jubilationem*, &c. Caſſiod. in eund. Pſ. & præf. in Pſal. pag. 2. a. *Beatus populus, qui intelligit jubilationem.* Græc. ὁ γινώσκων ἀλαλαγμόν.

℣. 17. Sic in Pſalt. Rom. & Moz. ut & apud Auguſt. in hunc Pſ. In Corb. & *in tua juſtitia lætabuntur.* Caſſiod. Vulgatæ conſonat, & Græco. Ambroſ. l. 2. de Spir. S. c. 8. to. 2. col. 648. e. leg. *in nomine tuo exſultabimus.*

℣. 18. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. Vulgatæ accedunt cum Pſalt. Rom. In Mediol. ſic : & *in tua juſtitia exaltabitur cornu noſtrum.* In Carnut. & Corb. & *in nomine tuo exaltabitur*, &c. In Græco : καὶ ἐν τῇ εὐδοκίᾳ σου ὑψωθήσεται τὸ, &c.

℣. 19. Sic eſt in Pſalt. Rom. & ap. Caſſiod. In Moz. verò, *Quoniam Domini eſt protectio*, & *ſancti*, &c. In Corb. *Quia Domini eſt adſumptio, ſancti Iſraël regis noſtri.* Apud Auguſt. in eund. Pſ. *Quon. Domini eſt ſuſceptio*, & *ſancti*, &c. Apud Auct. l. de promiſſ. p. 3. col. 181. e. *Domini eſt aſſumptio*, & *ſancti Iſraël regni noſtri.* In Gr. Ὅτι τοῦ Κυρίου ἡ ἀντίληψις, καὶ, &c. ut in Vulg.

℣. 20. Ita Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Mediolan. Carnut. Corb. & Moz. poſito uno & , ante verbum *exaltavi.* Sic etiam Hilar. in Pſ. 69. col. 232. e. ab his, *Poſui adjut.* &c. ſed in Luc. col. 1330. f. legit, & *exaltavi electum de populo meo ;* in Pſ. verò 1. col. 14. *de plebe mea :* item in Pſalmum 131. col. 455. c. *Poſui adjutorium meum ſuper potentem :* & *exaltavi electum de plebe mea :* ſimiliter in Pſ. 143. col. 560. d. ſed abſque voce *meum*, poſt *adjutorium* : vide etiam l. 2. & 3. de fide, to. 2. col. 477. d. 502. a.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 21. Et inveni David ſervum meum : & in oleo ſancto meo unxi eum.	*Inveni David ſervum meum : oleo ſancto meo unxi eum.*	21. Inveni David ſervum meum : oleo ſancto meo unxi eum. 1. Reg. 16. 1. 12. Act. 13. 22.
22. Manus enim mea auxiliabitur ei : & brachium meum confortabit eum.	*Cum quo manus mea firma erit, & brachium meum roborabit eum.*	22. Manus enim mea auxiliabitur ei : & brachium meum confortabit eum.
23. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non nocebit eum.	*Non decipiet inimicus eum, & filius iniquitatis non affliget eum.*	23. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponet nocere ei.
24. Et mactabo inimicos ejus à facie ejus : & odientes eos in fuga vertam.	*Sed concidam ante faciem ejus hoſtes illius, & qui eum oderunt percutiam.*	24. Et concidam à facie ipſius inimicos ejus : & odientes eum in fugam convertam.
25. Et veritas mea, & miſericordia mea cum ipſo : & in nomine meo exaltabitur cornu ejus.	*Veritas autem mea, & miſericordia mea cum eo : & in nomine meo exaltabitur cornu ejus.*	25. Et veritas mea, & miſericordia mea cum ipſo : & in nomine meo exaltabitur cornu ejus.
26. Et ponam in mari manum ejus, & in fluminibus dexteram ejus.	*Et ponam in mari manum ejus, & in fluminibus dexteram ejus.*	26. Et ponam in mari manum ejus, & in fluminibus dexteram ejus.
27. Ipſe invocavit me : Pater meus es tu : Deus meus, & ſuſceptor ſalutis meæ :	*Ipſe invocabit me : Pater meus es tu : Deus meus, & fortitudo ſalutis meæ.*	27. Ipſe invocabit me : Pater meus es tu : Deus meus, & ſuſceptor ſalutis meæ :
28. Et ego primogenitum ponam illum excelſum apud reges terræ.	*Ego autem primogenitum ponam eum excelſum regibus terræ.*	28. Et ego primogenitum ponam illum excelſum præ regibus terræ.
29. In æternum ſervabo ei miſericordiam meam : & teſtamentum meum fidele ipſi.	*In æternum cuſtodiam ei miſericordiam meam, & pactum meum fidele ei.*	29. In æternum ſervabo illi miſericordiam meam : & teſtamentum meum fidele ipſi.
30. Et ponam in ſæculum ſæculi ſemen ejus, & ſedem ejus ſicut dies ſæculi.	*Et ponam perpetuum ſemen ejus, & thronum ejus ſicut dies cœli.*	30. Et ponam in ſæculum ſæculi ſemen ejus, & thronum ejus ſicut dies cœli.
31. Si dereliquerint filii ejus legem meam : & in judiciis meis non ambulaverint :	*Si dereliquerint filii ejus legem meam, & in judiciis meis non ambulaverint :*	31. Si autem dereliquerint filii ejus legem meam : & in judiciis meis non ambulaverint :

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Auguſt. in hunc Pſ. *Tunc locutus es in aſpectu filiis tuis, & dixiſti : Poſui adjut. ſuper potentem : exaltavi electum de populo meo.* Sic etiam hab. Auct. op. imp. in Matth. hom. 2. p. 18. e. *Tunc locutus es in aſpectu filiis tuis, & dixiſti.* Vigil. Tapſ. l. 5. cont. Eutych. p. 68. a. *exaltavi elect. de populo meo.* De hoc autem, *ſanctis tuis*, Hieron. epiſt. ad Sun. & Fret. to. 2. 654. a. ita ſcribit : *In Græco*, filiis tuis, *inveniſſe vos dicitis...* ſed in Κοινῇ *tantùm pro* ſanctis, filios *reperi.* In ed. Rom. Τότε ἐλάλησας ἐν ὁράσει τοῖς υἱοῖς Ω..... Ἐθέμην βοήθειαν ἐπὶ δυνατόν· ὕψωσα, &c.

℣. 21. Sic Hilar. in Pſ. 1. col. 14. & in Pſ. 69. col. 232. e. & in Pſ. 138. col. 511. e. detracto duplici & ; præterea in Pſ. 143. col. 560. d. tollit *in*, ante vocem *oleo ;* & in Pſ. 131. col. 455. c. hab. *linivi eum.* Sic etiam Ambroſ. in Luc. 3. to. 1. 1328. b. 1330. e. & epiſt. 46. to. 2. 987. a. cum Brev. Mozarab. Accinunt Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Gr. In Pſalt. Rom. deeſt *in*, ſicut apud Ambroſ. l. de apol. Dav. to. 1. 721. a. Apud Hieron. in Iſai. 55. to. 3. 403. a. *in miſericordia ſancta unxi eum.* In Pſalt. Corb. & *in oleo ſancto linivi eum.*

℣. 22. Ita legit Hilar. in Pſ. 131. 138. 139. & 143. col. 455. d. 511. e. 530. d. 558. c. 560. e. Ita etiam Auguſt. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Gr. In Mozarab. & Corb. *confortavit.*

℣. 23. Ita Caſſiod. cum Pſalt. Corb. & Moz. Rom. verò hab. *non nocebit ei :* ſimiliter in Miſſali Rom. ad Grad. 1. Mart. Pont. Apud Hilar. in Pſ. 131. & 138. col. 455. d. 511. e. ſic : *non adjiciet nocere eum :* & in Pſ. 139. col. 530. d. *non adjiciet nocere ei.* Hieron. in Iſai. 57. to. 3. 415. f. leg. *non apponet ut affligat eum.* Auguſt. in hunc Pſ. *Non proficiet ;* ultimòque, *non apponet nocere ei.* In Græco : Οὐκ ὠφελήσει..... ἢ προσθήσει τοῦ κακῶσαι αὐτόν.

℣. 24. Pſalt. Rom. cum Corb. & Moz. *Et concidam inimicos ejus à facie ipſius* (Corb. *ejus ;*) reliqua ut in Vulg. Sic etiam Hilarius in Pſ. 131. col. 455. d. & Caſſiod. in hunc Pſ. At Auguſt. in eund. *Et concidam inim. ejus à facie illius :* & *eos, qui oderunt eum, fugabo.* In Gr. Καὶ ζυγκόψω ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ τοὺς..... ἢ τοὺς μισοῦντας αὐτὸν τροπώσομαι.

℣. 25. Similiter hab. Hilar. in Pſ. 131. col. 455. d. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. & Gr. Auguſt. in eund. Pſ. leg. *cum ipſo eſt :* at l. 17. de civit. Dei, to. 7. col. 472. d. delet *eſt.*

℣. 26. Sic Hilar. in Pſ. 131. col. 455. d. Ambroſ. in Luc. 3. to. 1. 1330. b. necnon Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. quibus accedunt Pſalt. Rom. & Gr.

℣. 27. Itidem in Pſalt. Corb. Sic etiam in Rom. excepto verbo *invocabit.* In Gr. ἐπικαλέσεταί. Similiter habent Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. Item Hilar. in Pſ. 131. col. 455. d. rurſus infra in Pſ. 143. col. 560. e. ſed delet *me*, ſicut &, ante *ſuſceptor :* in Pſalm. verò 1. n. 14. tollit hoc, *Deus meus.* Ambroſ. epiſt. 46. to. 2. 987. a. *Ipſe vocabit me : Pater meus es tu : Deus ſalutis meæ :* at in Luc. 3. to. 1. 1330. b. *Ipſe invocabit me.*

℣. 28. Sic hab. Auguſt. in hunc Pſ. cum Pſalt. Carnut. & Corb. Ita quoque in Mozarab. niſi quòd ponitur &, ante *excelſum.* Rom. Vulgatæ congruit, cum Caſſiodoro. Cypr. verò l. 2. Teſtim. p. 284. c. legit, *altiſſimum apud reges terræ.* Hilar. in Pſ. 69. & 131. col. 232. e. 455. d. *excelſum ſuper reges terræ :* & in Pſ. 143. col. 560. e. *ſuper omnes reges terræ.* Gr. ὑψηλὸν παρὰ τοῖς βασιλεῦσι τῆς γῆς. Aquila, ὕψιστον τοῖς, &c.

℣. 29. Ita legit Cypr. l. 2. Teſtim. p. 284. c. niſi quòd hab. in fine *illi*, non *ipſi ;* Gr. αὐτῷ. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. nil differunt à textu vet. nec etiam Pſalt. Rom. Apud Hilar. in Pſ. 131. & 143. col. 455. e. 560. e. id unum variat, *illi*, pro *ei.*

℣. 30. Pſalt. Rom. hab. *ſedem ejus*, & *thronum ejus ſicut dies cœli.* Corb. *ſemen ejus*, & *ſemen ejus ſicut*, &c. Mozarab. *ſedem ejus*, & *thronus ejus*, &c. Similiter Ambroſ. de apol. Dav. to. 1. 713. c. *thronus ejus ſicut dies cœli :* at in Luc. 3. col. 1330. b. Vulgatæ ſuffragatur cum Auguſt. & Caſſiod. Apud Cypr. l. 2. Teſtim. p. 284. c. deeſt poſterior iſte verſiculus ; cæt. ut ſup. Apud Hilar. in Pſ. 131. col. 455. d. *ſemen ejus*, & *thronum ejus ſicut dies cœli.* Ita quoque in Græco.

℣. 31. Accinunt magno conſenſu Cyprian. l. 2. Teſtim. p. 284. c. Hilar. in Pſ. 131. p. 455. e. Hieron. ep. ad Dam. to. 4. p. 157. e. necnon Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Pſalt. Rom. Corb. & Moz. Cypr. tamen ep. 7. p. 13. c. & l. de lapſ. p. 183. b. delet hoc, *filii ejus :* & Aug. epiſt. 29. to. 2. col. 51. b. legit : *Si reliquerint filii ejus.....* & *in præceptis meis non ambul.* Auct. l. ad Novat. hæret. p. 437. f. *Si dereliquerint filii ejus legem meam :* & *in mandatis meis non ambulaverint.* Gr. Ἐὰν ἐγκαταλίπωσιν οἱ υἱοὶ... ἢ τοῖς κρίμασί μου μὴ πορευθῶσι.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
32. Si juſtitias meas profanaverint : & mandata mea non cuſtodierint :	*Si cæremonias meas profanaverint, & præcepta mea non cuſtodierint :*	32. Si juſtitias meas profanarint : & mandata mea non cuſtodierint : *Ex Mſ. Sangerm.*
33. Viſitabo in virga iniquitates eorum : & in verberibus peccata eorum.	*Viſitabo in virga ſcelera eorum, & in plagis iniquitates eorum.*	33. Viſitabo in virga iniquitates eorum : & in verberibus peccata eorum.
34. Miſericordiam autem meam non diſpergam ab eo : neque nocebo in veritate mea :	*Miſericordiam autem meam non auferam ab eo, nec mentiar in veritate mea :*	34. Miſericordiam verò meam non auferam ab eo : neque decipiam in veritate mea :
35. Neque profanabo teſtamentum meum : & quæ procedunt de labiis meis non faciam irrita.	*Non violabo pactum meum, & quod egreſſum eſt de labiis meis non mutabo.*	35. Neque profanabo teſtamentum meum : & quæ proficiſcuntur per labia mea non ſpernam ; & quæ procedunt de labiis meis non faciam inrita.
36. Semel juravi in ſancto meo, ſi David mentiar : 37. ſemen ejus in æternum manebit.	*Semel juravi in ſancto meo, ne David mentiar : ſemen ejus in æternum erit.*	36. Semel juravi in ſancto meo, ſi David mentiar : 37. ſemen ejus in æternum manebit.
2. Reg. 7. 16. 38. Et thronus ejus ſicut ſol in conſpectu meo, & ſicut luna perfecta in æternum : & teſtis in cœlo fidelis.	*Et thronus ejus ſicut ſol in conſpectu meo : ſicut luna ſtabilietur in æternum, & teſtis in cœlo fidelis.* SEMPER.	38. Et ſedes ejus ſicut ſol in conſpectu meo, & ſicut luna perfecta in æternum : & teſtis in cœlo fidelis. DIAPSALMA.
39. Tu verò repuliſti & deſpexiſti : diſtuliſti Chriſtum tuum.	*Tu autem repuliſti & projeciſti : iratus es adversùs Chriſtum tuum.*	39. Tu verò repuliſti, & pro nihilo duxiſti, & neglexiſti nos : & diſtuliſti Chriſtum tuum.
40. Evertiſti teſtamentum ſervi tui : profanaſti in terra ſanctuarium ejus.	*Attenuaſti pactum ſervi tui : profanaſti in terra diadema ejus.*	40. Evertiſti teſtamentum ſervi tui : profanaſti in terram ſanctitatem ejus.
41. Deſtruxiſti omnes ſepes ejus :	*Diſſipaſti omnes macerias ejus :*	41. Deſtruxiſti omnes

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 32. In Pſalt. Sangerm. ponitur negatio ante *profanaverint*, ſed aperto mendo, quod abſtulimus. In Pſalt. enim Rom. Corb. & Mozar. conſtanter : *Si juſtificationes meas profanaverint : & mand. mea non cuſtod.* Similiter ap. Hilar. in Pſ. 131. col. 455. d. & Auguſt. in hunc Pſ. ac ep. 29. to. 2. col. 51. b. Ambroſ. verò l. de pœnit. to. 2. 405. f. Vulgatæ congruit cum Caſſiod. imo Hilarius ipſe juxta Mſs. plures. Apud Cypr. l. 2. Teſtim. p. 284. c. ſic : *Si juſtificationes meas profanaverint : & præcepta mea non obſervaverint :* itidem epiſt. 7. p. 13. c. & l. de lapſ. p. 183. b. Sic etiam hab. Auct. l. ad Novat. p. 437. f. excepto ult. *cuſtodierint*, pro *obſerv.* In Gr. Ἐὰν τὰ δικαιώματά μου βεβηλώσωσι καὶ τὰς ἐντολάς μου μὴ φυλάξωσι.

℣. 33. Sic in Pſalt. Rom. eſt, & ap. Caſſiod. Cyprianus verò l. 2. & 3. Teſtim. p. 284. 320. b. c. cum Auct. l. ad Novat. p. 437. f. ita legit : *Viſitabo in virga facinora eorum : & in flagellis delicta eorum :* ita rurſum Cypr. epiſt. 7. & 52. p. 13. c. & 73. a. & l. de lapſ. p. 183. b. Item Auguſt. ep. 29. to. 2. 51. b. at in hunc Pſ. ſcribit *iniquitates*, non *facinora*. Similiter Ambroſ. in Luc. 10. to. 1. 1425. b. ſicut epiſt. 70. to. 2. 1064. c. & l. 1. de pœnit. col. 405. f. Hilar. autem in Pſ. 131. col. 455. e. *Viſitabo in virga injuſtitias eorum : & in verberibus peccata eorum.* Auct. etiam op. imp. in Matth. hom. 19. p. 90. e. leg. *Viſitabo in virga injuſtitias eorum.* Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. 513. b. *Viſitabo in virga iniquitates eorum : & in flagellis peccata eorum :* ſimiliter in Iſai. 13. to. 3. 151. f. & in Ezech. 9. col. 752. c. at epiſt. ad Damaſ. to. 4. 157. e. *& in flagellis injuſtitias eorum.* In Pſalt. Corb. & Moz. *& in flagellis peccata ipſorum.* In Gr..... τὰς ἀνομίας αὐτῶν· καὶ ἐν μάστιξι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν, Mſ. Alex. cum Ald. & Compl. ἀδικίας.

℣. 34. Ita legit Hilar. in Pſ. 131. col. 455. f. uno excepto *diſpergam*, pro *auferam*. Cypr. l. 2. & 3. Teſtim. p. 284. c. & 320. b. necnon ep. 7. & 52. p. 13. c. 73. a. *Miſericordiam autem meam non diſpergam ab eis.* Ambroſ. l. 1. de pœnit. to. 2. 405. f. *non diſperdam ab eis.* Hieron. in Iſai. 13. & 63. to. 3. col. 151. f. 471. d. & in Ezech. 9. col. 752. c. *non auferam ab eis :* itidem epiſt. ad Damaſ. to. 4. 157. e. at quæſt. Hebr. to. 2. 513. b. ſic : *Veruntamen miſeric. meam non auferam ab eis.* Auct. quæſt. ap. Auguſt. to. 3. q. 112. col. 114. g. *non movebo ab eis.* Auguſt. ipſe in hunc Pſ. *Miſericordiam verò meam non diſpergam ab eo*, &c. ut in Vulg. paulò inf. *ab eis ;* ſed addit : *Et quidem hoc nonnulli codices habent, ſed emendatiores non habent.* Unde ipſe in explic. priorem lectionem præfert, *ab eo :* & in epiſt. 29. to. 2. 51. b. legit, *non auferam*, cum Pſalt. Moz. quod etiam add. *ab eo ;* Mediolan. & Carnut. *ab eis :* ſtatim Mediolan. *neque nocebo eis ;* Carnut. *neque decipiam.* Corb. *Miſeric. verò meam non diſpergam ab eis : neque decipiam*, &c. Rom. ut in Vulgata. Græc. Τὸ δὲ ἔλεός μου οὐ μὴ διασκεδάσω ἀπ' αὐτοῦ· οὐδὲ μὴ ἀδικήσω, &c.

℣. 35. Verſiculus intermedius aliubi non legitur, neque in Pſalt. Rom. neque in Gr. nec apud Hilar. in Pſ. 131. col. 455. f. qui Vulgatæ congruit, unà cum Caſſiod. in hunc Pſ. Aug. tantùm, loco *non faciam inrita*, legit, *non reprobabo*. Similiter Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 20. col. 144. c. *non reprobabo.*

℣℣. 36. 37. Concinunt Hilar. in Pſ. 131. col. 455. f. Ambroſ. in Luc. 3. to. 1. 1316. e. 1330. b. necnon Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. & Gr.

℣. 38. Ita legit Auguſt. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. & Corb. Succinit Hilar. in Pſ. 69. col. 232. f. niſi quòd hab. *& ſicut luna perfecta manet in æternum :* itidem in Pſ. 131. col. 455. f. at in Pſ. 143. col. 560. e. tollit verbum *manet*. Ambr. epiſt. 23. to. 2. col. 882. a. leg. *in æternum manebit*, cum Brev. Moz. Ap. Caſſiod. ut in Vulg. & Gr. Sequitur pariter *Diapſalma* in Pſalt. Rom. Corb. & in eodem Græco.

℣. 39. Pſalt Rom. & Moz. cum Caſſiod. *Tu verò repuliſti, & ſprevisti : & diſtuliſti Chriſt. tuum.* Corb. *repuliſti, & ſpreviſti : diſtuliſti*, &c. Auguſt. in eund. Pſ. *Tu verò repuliſti, & ad nihilum deduxiſti : diſtuliſti Chriſt.* &c. ita rurſum l. 17. de civit. Dei, to. 7. col. 473. c. niſi quòd hab. *deduxiſti Domine.* Ambroſ. triplici loco triſariam variat : videlicet l. 3. de fide, to. 2. col. 511. d. legit : *Tu autem repuliſti, & ad nihilum redegiſti : diſtuliſti Chr. tuum :* inf. col. 518. a. *Tu verò repuliſti Domine, & pro nihilo habuiſti : diſtuliſti Chr.* &c. demum in Pſ. 43. to. 1. col. 923. b. ſic : *Tu verò repuliſti pro nihilo Domine : diſtuliſti Chr. tuum.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 2. p. 18. e. *Tu verò repuliſti, & pro nihilo deduxiſti : & diſtuliſti Chriſtum tuum.* Hieron. epiſt. ad Sun. & Fret. to. 2. 654. a. ita ſcribit : *In Græco εξουδένωσας invenisse vos divitis : unius litteræ mutatio quantum vobis fecit errorem ! non enim* reſpexiſti, *ſed* deſpexiſti, & pro nihilo duxiſti, *interpretati ſumus.* In ed. Rom. Σὺ δὲ ἀπώσω, καὶ ἐξουδένωσας· ἀνεβάλω τὸν, &c.

℣. 40. Sic Ambroſ. in Pſ. 43. to. 1. 923. b. & l. 3. de fide, to. 2. 518. a. excepto uno *in terra*. Item Auguſt. in hunc Pſ. & l. 17. de civit. Dei, to. 7. col. 473. f. cum Pſalt. Corb. Ita etiam Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Mediol. Carnut. & Moz. excepto verbo *avertiſti*, quod etiam ferunt Mſs. quidam Auguſt. In Gr. Κατέρρψας..... ἐβεβήλωσας εἰς τὴν γῆν τὸ ἁγίασμα αὐτοῦ. Similiter hab. Mozar. *in terram.*

℣. 41. *Spes* haud dubiè, pro *ſepes*, lapſu calami, legitur in autographo Sangerm. In Pſalt. quippe Rom. Corb. &

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. * ſepes ejus : poſuiſti munitiones ejus in formidinem. * Mſ. ſpes.	*poſuiſti munitiones ejus pavorem.*	poſuiſti firmamentum ejus formidinem.
42. Diripuerunt illum omnes tranſeuntes viam : factus eſt in opprobrium vicinis ſuis.	*Diripuerunt eum omnes qui tranſeunt per viam : factus eſt opprobrium vicinis ſuis.*	42. Diripuerunt eum omnes tranſeuntes viam : factus eſt opprobrium vicinis ſuis.
43. Exaltaſti dexteram inimicorum ejus : ſuperlætificaſti omnes inimicos ejus.	*Elevaſti dexteram hoſtium ejus : lætificaſti omnes inimicos illius.*	43. Exaltaſti dexteram deprimentium eum : lætificaſti omnes inimicos ejus.
44. Avertiſti adjutorium gladii ejus : & non es auxiliatus ei in bello.	*Nam & avertiſti robur gladii ejus, & non ſublevaſti eum in prælio.*	44. Avertiſti adjutorium gladii ejus : & non es auxiliatus ei in bello.
45. Diſſolviſti à deſtructione illum : & ſedem ejus in terram eliſiſti.	*Quieſcere feciſti munditiam ejus, & thronum illius in terra detraxiſti.*	45. Deſtruxiſti eum ab emundatione : & ſedem ejus in terram colliſiſti.
46. Minoraſti dies ſedis ejus : perfudiſti eum confuſione. DIAPSALMA.	*Abbreviaſti dies adoleſcentiæ ejus : operuiſti eum ignominiâ.* SEMPER.	46. Minoraſti dies temporis ejus : perfudiſti eum confuſione.
47. Uſquequo Domine avertes te in finem : exardeſcit ſicut ignis ira tua ?	*Uſquequo Domine abſconderis in finem : ſuccendetur quaſi ignis indignatio tua ?*	47. Uſquequo Domine avertis in finem : exardeſcet ſicut ignis ira tua ?
48. Memorare quæ mea ſubſtantia : non enim vanè conſtituiſti omnes filios hominum.	*Memento mei de profundo : alioquin quare fruſtra creaſti filios hominum ?*	48. Memorare quæ mea ſubſtantia : nunquid enim vanè conſtituiſti omnes filios hominum ?
49. Quis eſt homo, qui vivet, & non videbit mortem ? aut quis eruit animam ſuam de manibus inferi ? DIAPSALMA.	*Quis eſt vir qui vivat, & non videat mortem : ſalvans animam ſuam de manu inferi ?* SEMPER.	49. Quis eſt homo, qui vivet, & non videbit mortem : eruet animam ſuam de manu inferi ?
50. Ubi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ, ſicut juraſti David in veritate tua ?	*Ubi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ Domine, quas juraſti David in veritate tua ?*	50. Ubi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ Domine, ſicut juraſti David in veritate tua ? 2. Reg. 7. 11.
51. Memor eſto Domine opprobrii ſervorum tuorum (quod continui in ſinu meo) multarum gentium.	*Recordare Domine opprobrii ſervorum tuorum : portavi in ſinu meo omnes iniquitates populorum.*	51. Memor eſto Domine opprobrii ſervorum tuorum (quod continui in ſinu meo) multarum gentium.
52. Quod exprobraverunt inimici tui Domine, quod exprobraverunt commutationem Chriſti tui.	*Quibus exprobraverunt inimici tui Domine : quibus exprobraverunt veſtigia Chriſti tui.*	52. Quod exprobraverunt inimici tui Domine, quod exprobraverunt commutationem Chriſti tui.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Moz. ſic : *Deſtruxiſti omnes macerias ejus : poſuiſti munitiones ejus formidinem.* Similiter hab. Auguſt. in hunc Pſ. & l. 17. de civit. Dei, to. 7. col. 473. f. niſi quòd hoc ult. loco legit *in formidinem*, cum Caſſiod. & Pſalt. Corb. In Mediol. etiam & Carnut. *munitiones ejus.* Item Græcè : Καθεῖλες πάντας τὺς φεργμὺς αὐτῦ· ἔθυ τὰ ὀχυρώματα αὐτῦ δφίαν.

℣. 42. Ambroſius l. 3. de fide, to. 2. col. 511. d. & *factus eſt in opprobrium vicinis ſuis.* Ita quoque ap. Caſſiod. ſicut in Pſalt. Rom. & Corb. ſed abſque præced. & Moz. hab. *vicinis noſtris.* Auguſt. ut in Vulg. cui etiam Græc. conſonat.

℣. 43. Ita ferunt Pſalt. Rom. Corb. Mediol. & Carnut. cum Caſſiod. excepto uno *lætificaſti.* Auguſt. pariter leg. *inimicorum ejus ;* dein verò, *jocundaſti omnes inimicos ejus ;* Brev. Mozarab. *adverſarios ejus.* Græc..... τῶν ἐχθρῶν αὐτῦ (Alex. Ald. & Compl. τῶν θλιβόντων αὐτῦ·) εὐφρανας πάντας τὺς ἐχθρὺς αὐτῦ.

℣. 44. Sic in Pſalt. Rom. & apud Caſſiod. Auguſt. verò in eund. Pſ. leg. & *non es opitulatus ei in bello.* Brev. Moz. vitioſè, & *non eſt auxiliatus.* Gr. καὶ ὐκ ἀντελάβυ αὐτῦ, &c.

℣. 45. Pſalt. Mediol. & Carnut. cum Caſſiod. *Diſſolviſti eum ab emundatione*, &c. ut in Vulg. Similiter hab. Aug. in eund. Pſ. niſi quòd delet &, ante *ſedem.* Pſalt. Rom. cum Mozarab. *Diſſolviſti eum.....* & *ſedem ejus in terra colliſiſti.* Corb. *Diſſolviſti eum ab inmundatione :* & *ſemen ejus in terra conliſiſti.* Græc. Κατέλυσας ἀπὸ καθαρισμῦ αὐτόν· τὸν θρόνον αὐτῦ εἰς τὴν γῆν καθέρραξας.

℣. 46. Ita Pſalt. Carnut. & Corb. Aug. verò in hunc Pſ. *Minuiſti dies ſedis ejus*, &c. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. *Minoraſti dies temporum ejus.* Ed. Rom. Ἐσμίκρυνας τὰς ἡμέρας τῦ θρόνυ αὐτῦ· Mſ. autem Alex. cum edd. Ald. & Compl. τῦ χρόνυ. In his duabus editt. deeſt *Diapſalma ;* ſequitur verò in ed. Rom. ſicut in Pſalt. Rom. & Corb.

℣. 47. Pſalt. Corb. *Uſquequo Dom. avertis te in finem : exardeſcit ſicut*, &c. Rom. cum Moz. *Uſquequo Domine iraſceris in finem : exardeſcit velut ignis*, &c. Rom. *ſicut ignis.* Auguſt. in hunc Pſ. *Quouſque Domine avertêris in finem : exardeſcet*, &c. Similiter in Pſalt. Mediolan. *avertêris ;* in Carnut. *avertis te.* Apud Caſſiod. ut in Vulg. In Gr. Ἕως πότε Κύριε ἀποσρέψῃ εἰς τέλος· ἐκκαυθήσεται ὡς πῦρ, &c.

℣. 48. Pſalt. Rom. *Memorare Domine quæ mea ſubſt.* &c. ut in Vulg. niſi quòd delet inf. *omnes ;* tollit pariter Mozarab. *omnes*, cum Corb. ſed Moz. initio habet : *Memorare quæ ſit mea ſubſt.* Corb. *Memorare quæ eſt*, &c. Ambroſ. l. 3. de fide, to. 2. 518. a. *Memento Domine quæ eſt ſubſt. mea.* Similiter apud Auguſt. in hunc Pſ. detracto uno *Domine ;* exinde, *non enim vanè*, &c. ut in textu. Apud Caſſiod. *Memorare Domine*, &c. ut in Vulg. In Gr. Μνήσθητι τίς ἡ ὑπόσασίς μυ· μὴ γὰρ..... πάντας τὺς, &c.

℣. 49. Accinunt Ambr. in Luc. 9. to. 1. 1411. f. & S. Paulinus epiſt. 40. p. 243. b. ad hoc uſque, *aut quis.* Similiter hab. Auguſt. in hunc Pſ. ſed addit, *eruet animam ſuam de manibus inferni*, minimè repetito eo, *aut quis.* Caſſiod. cum Pſalt. Rom. *Quis eſt homo, qui vivit..... aut quis eruet... de manu inferi ?* Corb. *aut quis eruet anim. ſuam de manibus inferni ?* Gr. Vulgatæ congruit. *Diapſalma* quoque ibidem ſubſequitur, ſicut in Pſalt. Rom. & Corb.

℣. 50. Ita Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. addito uno *Domine*, ad vocem *antiquæ.* Sic etiam hab. Auguſt. in eund. Pſ. cum Mozarab. uno excepto *quas juraſti :* ita rurſum Auguſt. l. 17. de civit. Dei, c. 11. col. 474. f. niſi quòd leg. *Ubi ſunt miſerationes tuæ*, &c. Ap. Hilar. in Pſ. 143. col. 560. e. *ſicut juraſti*, &c. In Gr. Πῦ ἐσὶ τὰ ἐλέη Συ τὰ ἀρχαῖα Κύριε, ἃ ὤμοσας, &c.

℣. 51. Hilarius in Pſ. 143. col. 560. e. *Memor eſto Domine opprobrii ſervi tui*, &c. Pſalt. Rom. & Moz. cum Caſſiod. *Memor eſto opprobrii ſervorum tuorum*, &c. Aug. *Memento Domine opprobrii ſervor.* &c. Gr. Μνήσθητι Κύριε..... τῶν, &c.

℣. 52. Concordant Hilar. in Pſ. 143. col. 560. e. necnon Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum vet. Pſalt. & Græco.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
53. Benedictus Dominus in æternum : fiat, fiat.	*Benedictus Dominus in ſempiternum : amen, & amen.*	53. Benedictus Dominus in æternum : fiat, fiat. *Ex Mſ. Sangerm.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 53. Sic habet Ambroſ. in Pſ. 40. to. 1. 883. a. Item Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Auguſt. verò in eund. Pſ. *Benedictio Domini in æternum*, &c. Græc. Εὐλογητὸς Κύριος, &c.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
1. Oratio Moyſi hominis Dei. LXXXIX.	*Oratio Moſi viri Dei. XC.*	1. Oratio Moyſi hominis Dei. LXXXIX. *Ex Mſ. Sangerm.*
DOmine, refugium factus es nobis, à generatione in generationem.	*DOmine, habitaculum factus es nobis, in generatione & generatione.*	* DOmine, refugium factus es nobis, in ſæculum & ſæculum.
2. Priuſquam montes fierent, aut formaretur terra, & orbis; à ſæculo & uſque in ſæculum tu es Deus.	*Antequam montes naſcerentur, & parturiretur terra, & orbis; à ſæculo & uſque in ſæculum tu es Deus.*	2. Priuſquam montes fierent, & firmaretur terra, & orbis terrarum; à ſæculo uſque in ſæculum tu es.
3. Ne avertas hominem in humilitatem : & dixiſti : Convertimini filii hominum.	*Convertes hominem uſque ad contritionem, & dices : Revertimini filii Adam.*	3. Ne avertas hominem in humilitatem : & dixiſti : Convertimini filii hominum.
4. Quoniam mille anni ante oculos tuos, tanquam dies heſterna, quæ præteriit,	*Quia mille anni in oculis tuis, ſicut dies heſterna quæ pertranſiit,*	4. Quoniam mille anni ante oculos tuos Domine, ſicut dies unus; ſicut * heſterna dies, quæ præteriit, * *Mſ.* externa;
Et cuſtodia in nocte, 5. quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt.	*Et vigilia nocturna. Percutiente te eos, ſomnium erunt :*	Et ſicut cuſtodia in nocte, 5. quæ pro nihilo habentur, anni eorum erunt.
6. Manè ſicut herba tranſeat, manè floreat, & tranſeat : veſpere decidat, induret, & areſcat.	*Manè quaſi herba pertranſiens : manè floruit, & abiit; ad veſperam conteretur, atque ſiccabitur.*	6. Manè ſicut herba tranſeat, manè floreat, & tranſeat : veſpere decidat, induret, & areſcat.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hieron. epiſt. ad Cypr. ait : *Sciendum quòd Pſalmi iſtius juxta Hebr. titulus ſit*, Oratio Moyſi viri Dei : *juxta LXX.* Oratio Moyſi hominis Dei. Idem legitur tit. ap. Aug. & Caſſiod. necnon in Pſalt. Rom. & Corb. Veruntamen Aug. hujus Pſ. auctorem eſſe Moyſen non concedit, cui magis placet ut totum Pſalt. Davidi tribuatur. Contrà Hieron. in ep. ad Cypr. to. 2. col. 695. a. non ſolùm hujus Pſ. ſed & ſubſequentium nonnullorum auctorem ſcribit Moyſen : *Moyſi*, inquit, *non ſolùm nobis reliquit quinque libros Geneſ. Exod. Levit. Num. & Deut. ſed undecim quoque Pſalmos ab octogeſimo nono, cujus principium eſt*, Domine, refugium factus es nobis, *uſque ad nonageſimum nonum, qui inſcribitur*, Pſalmus in confeſſione. Hæc nota eſt nov. editoris oper. S. Hilarii p. 2. Vide ibid. S. Hilarii ſententiam de auctore Pſalmorum. In Græco : Προσευχὴ τῷ Μωυσῆ ἀνθρώπου τοῦ Θεοῦ· al. Μωϋσέως ἀνθρώπου· al. τῷ Μωυσῆ ἀνθρώπῳ, &c.

* Hieron. epiſt. ad Cyprian. to. 2. col. 696. totum hunc Pſalmum refert, & ſecundùm Hebraïcum, & ſecundùm LXX. Ita verò LXX. Interpretes habere dicit : *Domine, refug. factus es nobis, in omni generatione & generatione :* & in ep. ad Epheſ. l. 1. to. 4. 325. f. *in generatione & generationem ;* Auguſt. *in generatione & generatione.* Caſſiod. cum Pſalt. Rom. *à generatione & progenie.* Sic etiam in Miſſali Rom. ad Grad. Dom. 6. poſt Pent. & Sabbati IV. Temp. Quadrag. In Pſalt. Corb. *in progeniem & generationem.* Gr. ἐν γενεᾷ καὶ γενεᾷ· Sym. ἐν ἑκάστῃ γενεᾷ. Ap. Ambroſ. prior tantùm verſiculi pars legitur, tum in Pſ. 45. to. 1. 928. f. tum l. 3. de fide, to. 2. 503. b.

℣. 2. Ambr. l. 3. de fide, to. 2. 508. e. ſic habet cum Caſſiod. *Priuſquam montes fierent, & formaretur orbis terræ; à ſæculo & uſque in ſæculum tu es.* Ita etiam in Pſalt. Corb. detracto uno *uſque*. Aug. in eund. Pſ. *& formaretur terra, & orbis terræ ; & à ſæculo uſque in ſæculum tu es :* tum addit : *Alii codices habent quod de uno verbo Græco expreſſum eſt*, fingeretur terra : ſubinde ſic : *Convenientiùs diceretur*, ab æterno in æternum : *non enim* à ſæculo *Deus, qui eſt ante ſæcula ; aut* uſque in ſæculum, *cujus eſt finis, cum ſit ille ſine fine : ſed ex ambiguo verbo Græco ſit plerumque in Scripturis, ut vel* ſæculum *pro* æterno, *vel* æternum *pro* ſæculo, *ponat Latinus Interpres.* Hieron. in epiſt. ad Epheſ. l. 1. to. 4. 325. f. legit : *Antequam montes firmarentur, & fieret terra, & orbis terrarum :* epiſt. verò ad Cypr. to. 2. 696. b. ita refert ex LXX. *Antequam montes firmarentur, & fingeretur terra, & orbis ; à ſæculo*, &c. ut in Vulgata. Tum addit : *Hunc locum quidam prava diſtinctione ſubverterunt, maximè hi qui volunt ante fuiſſe animas, quàm homo in ſexti diei numero conderetur. Ita enim legunt atque diſtinguunt :* Domine, refug. fact. es nobis, à generatione in generationem, priuſquam montes firmarentur, & fingeretur terra, & orbis : *ut ſcilicet poſtea conſequatur :* à ſæculo & uſque in ſæculum tu es Deus..... *Nos autem, ut propoſuimus, lectionem ita debemus diſtinguere :* Antequam montes firmarentur, & fingeretur terra, & orbis terrarum ; à ſæculo & uſque in ſæculum tu es Deus. Subinde : *Pro eo quod Latinus Interpres poſuit*, à ſæculo uſque in ſæculum..... *rectiùs interpretabimur*, à ſempiterno uſque ad ſempiternum : & epiſt. ad Sun. & Fret. col. 654. b. ait : *Et dicitis quòd in Græco non ſit* Deus, *quod apud eos deeſſe manifeſtum eſt ; nam & Hebraïcum habet, & omnes alii Interpretes ; & LXX. ſimiliter tranſtulerunt*, ἀπὸ τοῦ αἰῶνος καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ ὁ Θεός. In ed. tamen Rom. ſic : Πρὸ τοῦ ὄρη γενηθῆναι, καὶ πλασθῆναι τὴν γῆν, καὶ τὴν οἰκουμένην· καὶ ἀπὸ τοῦ αἰῶνος ἕως τοῦ αἰῶνος σὺ εἶ· Alex. Ald. & Compl. καὶ ἕως. Abeſt pariter *Deus* à Pſalt. Mediol. Rom. & Moz. In poſterioribus etiam duobus eſt *orbis terræ ;* in Rom. *aut formaretur ;* in Moz. & *formaretur*, abſque conjunct. &, poſt *ſæculo.*

℣. 3. Ita Auguſt. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Gr. Mozarab. verò hab. *in humilitate.* Hieron. epiſt. ad Cyprian. ut ſup. in textu.

℣. 4. Pſalt. Rom. *Quon. mille anni ante oculos tuos, ſicut dies heſterna, quæ præteriit, & ſicut cuſtodia in nocte.* Item in Mediol. Carnut. & ap. Caſſiod. *& ſicut cuſtodia in nocte ;* in Moz. *& ſicut vigilia in nocte.* In Corb. *ſicut dies heſterna, quæ præteriet, ſicut cuſtod.* &c. Apud Aug. in hunc Pſ. *Quoniam mille... tuos, tanquam dies heſt. quæ præteriit ;* ſubinde, *dies heſternus eſt, qui præteriit :* & infra, *dies unus, qui præt. ſicut vigilia in nocte.* Ambr. in Luc. 15. to. 1. 1464. d. *Quia mille anni in oculis Domini, ſicut dies heſterna, quæ præt. & hora in nocte :* & in Luc. 9. col. 1412. f. ait : *Mille enim anni in conſpectu Dei, tanquam dies una.* Caſſiod. in Pſ. 6. p. 27. b. *Ante conſpectum ejus mille anni ſicut dies unus.* Gaud. Brix. ſerm. 10. p. 960. d. *Quoniam mille anni ante oc. tuos, ſicut dies unus.* Gr. Ὅτι χίλια ἔτη ἐν ὀφθαλμοῖς σου (Alex. Ald. & Compl. add. Κύριε,) ὡς ἡ ἡμέρα ἡ ἐχθὲς, ἥτις διῆλθε, καὶ φυλακὴ ἐν νυκτί.

℣. 5. Sic in Pſalt. Corb. eſt. In Rom. verò deeſt *erunt.* In Moz. ſic, *erunt anni eorum.* Apud Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. *anni erunt eorum.* Ap. Hieron. epiſt. ad Cypr. ut in Vulg. In Gr. αὐτῶν ἔτη ἔσονται.

℣. 6. Ita refert Hieron. ex LXX. nempe epiſt. ad Cypr. to. 2. 698. c. Similiter Auguſt. & Caſſiod. cum Pſalt. Mo-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 7. Quia defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati ſumus.	*Conſumpti enim ſumus in furore tuo, & in indignatione tua conturbati ſumus.*	7. Quia defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati ſumus.
8. Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo: ſæculum noſtrum in luminatione vultus tui.	*Poſuiſti iniquitates noſtras coram te: negligentias noſtras in luce vultus tui.*	8. Poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo: ſæculum noſtrum in illuminatione vultus tui.
9. Quoniam omnes dies noſtri defecerunt: & in ira tua defecimus.	*Omnes enim dies noſtri tranſierunt in furore tuo.*	9. Quoniam omnes dies noſtri defecerunt: & in ira tua defecimus.
Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur: 10. dies annorum noſtrorum in ipſis ſeptuaginta annis.	*Conſumpſimus annos noſtros quaſi ſermonem loquens: dies annorum noſtrorum in ipſis, ſeptuaginta anni.*	Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur: 10. dies annorum noſtrorum in ipſis, ſeptuaginta anni. *Eccli.* 18. 8.
Si autem in potentatibus, octoginta anni: & plurimum eorum, labor & dolor.	*Si autem multum, octoginta anni: & quod amplius, labor & dolor:*	Si autem in potentatibus, octoginta anni: & amplius eorum, labor & dolor.
Quoniam ſupervenit manſuetudo ſuper nos, & erudiemur.	*Quoniam tranſivimus citò, & avolavimus.*	Quoniam ſupervenit manſuetudo, & corripiemur.
11. Quis novit poteſtatem iræ ejus, & præ timore iram tuam 12. dinumerare?	*Quis novit fortitudinem iræ tuæ, & ſecundùm timorem tuum indignationem tuam?*	11. Quis novit poteſtatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam 12. dinumerare?
Dexteram tuam notam fac nobis, & eruditos corde in ſapientia.	*Ut numerentur dies noſtri ſic oſtende, & veniemus corde ſapienti.*	Dexteram tuam ſic notam fac, & eruditos corde in ſapientia.
13. Convertere Domine aliquantulùm, & deprecare ſuper ſervos tuos.	*Revertere Domine: uſquequo? & exorabilis eſto ſuper ſervos tuos.*	13. Convertere Domine uſquequo? & deprecabilis eſto ſuper ſervos tuos.
14. Satiati ſumus manè miſericordiam tuam: & exſultavimus, & delectati ſumus in omnibus diebus noſtris.	*Imple nos matutinâ miſericordiâ tuâ, & laudabimus, & lætabimur in cunctis diebus noſtris.*	14. Repleti ſumus manè miſericordiâ tuâ: & exſultavimus, & delectati ſumus omnibus diebus noſtris.
15. Delectati ſumus pro die-	*Lætifica nos pro diebus, quibus*	15. Lætati ſumus pro diebus,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

zarab. præter hæc, *floreat*, & *pertranſeat*; Rom. Pſalt. & *pertranſiat*. Præterea Aug. hab. *dureſcat*, & *areſcat*; Mozarab. *indureſcat*, &c. Corb. *Manè ſicut herba tranſeat: veſpere decidant, indurent, & areſcant.* Græc. παρέλθοι..... ἀποπέσοι, σκληρυνθείη, & ξηανθείη.

℣. 7. Hieron. epiſt. ad Cypr. col. 699. b. Vulgatæ congruit. Auguſt. verò in hunc Pſ. legit: *Quoniam defecimus in ira tua, & in indignatione tua conturbati ſumus.* Ita quoque ap. Caſſiod. & in Pſalt. Rom. Corb. & Moz. hoc excepto, *in furore tuo.* In Gr. Ὅτι ἐξελίπομεν..... & ἐν τῷ θυμῷ σου ἐταράχθημεν.

℣. 8. Ita Hieron. ep. ad Cypr. necnon Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum vet. Pſalt. præter hoc, *in illuminatione*; Gr. εἰς φωτισμόν.

℣. 9. Sic eſt in Pſalt. Rom. & Moz. præter hoc, & *nos in ira tua.* Ap. Hieron. ep. ad Cypr. to. 2. 700. a. *Quoniam dies noſtri defec. & in ira tua..... ſicut aranea meditati ſunt.* Ambroſ. verò in Pſ. 38. to. 1. 850. c. ut ſup. *ſicut aranea meditabuntur.* Auguſt. & Caſſiod. in Pſ. 89. *ſicut aranea meditabamur.* Gr. Ὅτι πᾶσαι αἱ..... ὡς ἀράχνη ἐμελέτων.

℣. 10. Similiter in Pſalt. Rom. exceptis his ult. *ſuper nos manſuetudo, & corripiemur.* Item in Mozarab. hoc inſuper excepto, *ſeptuag. anni.* Apud Ambroſ. etiam in Pſ. 38. to. 1. 850. c. *ſeptuag. anni..... & plurimum eorum, labor & dolor.* In Pſalt. Corb..... *octoginta anni: & plurimum eorum, labor & dolor. Quon. ſupervenit manſ. ſuper nos, & corripiemur.* Hieron. verò epiſt. ad Paul. to. 4. p. 2. col. 16. c. legit: *dies vitæ noſtræ ſeptuaginta anni. Si autem multùm, octoginta: quidquid reliquum eſt, labor & dolor:* & in Ezech. 26. to. 3. 879. a. *dies annorum..... octoginta anni: quidquid ſupra, labor & dolor eſt:* at in ep. ad Cypr. ubi citat ſecundùm LXX. Vulgatæ congruit, niſi quòd hab. *ſupervenit manſuet. ſuper nos;* inf. *ſuperveniet:* ad verbum autem ult. *corripiemur*, ait: *In Græco ſcriptum eſt* παιδευθησόμεθα, *quod verbum ambiguum eſt, & tam correptionem, quàm eruditionem, doctrinamque ſignificat:* & in epiſt. ad Sun. & Fret. to. 2. 654. b. dicit: *Quod in Græco inveniſſe vos dicitis*, manſuetudo ſuper nos, *ſed & hoc ſuperfluum eſt.* Attamen Auguſt. in hunc Pſ. leg. *ſupervenit ſuper nos*; cæt. ut in Vulg. Similiter ap. Caſſiod. præter ſeqq. & *plurimum eorum, labor & dolor. Quon. ſuperveniet ſuper nos*, &c. Aug. quoque ubi ſup. obſervat quoſdam codices non habere *corripiemur*, ſed *erudiemur.*

℣. 11. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Moz. leg. *iræ tuæ, aut præ timore iram tuam.* Hieron. verò epiſt. ad Cypr. necnon Auguſt. in hunc Pſ. cum Vulg. conſentiunt. In Gr. τῆς ὀργῆς σου, & ἀπὸ τοῦ φόβου τοῦ θυμοῦ σου.

℣. 12. Pſalt. Rom. cum Caſſiod..... *Dext. tuam Domine notam fac nobis, & eruditos corde*, &c. Sic etiam in Mozarab. præter hoc ult. & *compeditos corde.* In Corb. *Dext. tuam notam fac nobis, & eruditus corde in ſapientia.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 46. p. 194. c. *Dexteram tuam ſic notam fac mihi*, &c. Aug. in hunc Pſ. *Dexteram tuam ſic notam fac*; tum addit: *hoc enim magis habent codices Græci, non, ſicut quidam Latini*, notam fac mihi: item poſt hæc, & *compeditos corde in ſapientia*, ſubdit: *Alii codices non habent* compeditos, *ſed* eruditos: *verbum enim Græcum ita in utraque ſignificatione ſimiliter ſonat, ut una ſyllaba paululùm differat.* Idem obſervat Hieron. ep. ad Cypr. to. 2. col. 703. *Ubi nos*, inquit, *interpretati ſumus*, eruditos corde in ſap. *alii tranſtulerunt* compeditos, *verbi ambiguitate decepti: ſi enim dicas* πεπεδημένους, compeditos *ſignificat.* Ed. Rom. hab. Τὴν δεξιάν σου ἵνα γνώσιον, & τοὺς πεπαιδευμένους τῇ καρδίᾳ ἐν σοφίᾳ. Alex. verò cum edd. Ald. & Compl. γνώσιόν μοι, & τοὺς πεπαιδευμένους.

℣. 13. Itidem in Pſalt. Rom. & Corb. ſicut etiam in Miſſali Rom. ad Grad. ſabbati IV. Temp. Quadrag. & Dom. 6. poſt Pent. Item *aliquantulùm*, in Pſalt. Mediolan. ut & ap. Caſſiod. tum in Mozarab. & *exorabilis eſto ſuper*, &c. Apud Hieron. epiſt. ad Cypr. ita ex LXX. *Revertere Domine: uſquequo? & exorabilis eſto ſuper*, &c. Apud Auguſt. in eund. Pſ. *Convertere Domine: quouſque? & deprecabilis eſto*, &c. mox ita: *Alii verbum è verbo*, deprecare, *interpretati ſunt: ſed qui ait*, deprecabilis eſto, *vitavit ambiguum, quia* deprecari *commune verbum eſt.* In Gr. Ἐπίστρεψον Κύριε· ἕως πότε; & παρακλήθητι ἐπὶ τοῖς, &c.

℣. 14. Sic in Pſalt. Moz. eſt, & Corb. In Rom. verò ut in Vulg. præter hoc, *in omnibus dieb.* Similiter apud Hieron. epiſt. ad Cypr. p. 703. b. & Caſſiod. in hunc Pſ. Apud Aug. in eund. Pſ. ita: *Repleti ſumus..... (& ſicut alii dixerunt Interpretes) Satiati ſumus manè miſeric. tuâ: & exſultavimus, & jocundati ſumus in omnibus diebus noſtris:* item epiſt. 130. to. 2. 385. b. *Satiati ſumus manè..... & jocundati ſumus in*, &c. Gr. Ἐνεπλήσθημεν τὸ πρωΐ τοῦ ἐλέους σου· & ἠγαλλιασάμεθα, & ηὐφράνθημεν ἐν πάσαις, &c.

℣. 15. Ita ferunt Pſalt. Rom. Corb. & Moz. Hieron. verò epiſt. ad Cypr. Vulgatæ ſuffragatur, ſicut Auguſt. in hunc Pſ. at epiſt. 130. to. 2. 385. b. legit: *Jocundati*

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
quibus nos humiliaſti ; annis, quibus vidimus mala.	*afflixiſti nos ; & annis, in quibus vidimus mala.*	bus, quibus nos humiliaſti ; annis, quibus vidimus mala. *Ex Mſ. Sangerm.*
16. Reſpice in ſervos tuos, & in opera tua : & dirige filios eorum.	*Appareat apud ſervos tuos opus tuum, & gloria tua ſuper filios eorum.*	16. Et reſpice ſervos tuos, & in opera tua : & dirige filios eorum.
17. Et ſit ſplendor Domini Dei noſtri ſuper nos, & opera manuum noſtrarum dirige ſuper nos : & opus manuum noſtrarum dirige.	*Et ſit decor Domini Dei noſtri ſuper nos, & opus manuum noſtrarum fac ſtabile ſuper nos : & opus manuum noſtrarum confirma.*	17. Et ſit ſplendor Domini Dei noſtri ſuper nos : & opera manuum tuarum dirige ſuper nos.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ſumus pro diebus, &c. ut ſup. Caſſiod. in eund. Pſ. *Delectati ſumus pro diebus..... annis, in quibus vidimus mala.* Gr. Εὐφράνθημεν ἀνθ' ὧν ἡμερῶν..... ἐτῶν, ὧν, &c.

℣. 16. Pſalt. Rom. & Corb. cum Caſſiod. *Reſpice in ſervos tuos, & in op. tua Domine*, &c. Auguſt. in hunc Pſ. *Et reſpice in ſervos*, &c. ut in Vulg. Gr. Καὶ ἴδε ἐπὶ τοὺς δούλους, &c. nec addit *Domine*.

℣. 17. Sic in Pſalt. Mozarab. & Corb. ad verbum, nec plura. Sic etiam in Rom. & apud Caſſiod. uno excepto *noſtrarum*, loco *tuarum*. Abeſt pariter à Carnut. ult. verſic. de Vulg. & *opus man. noſtrarum dirige*. Auguſt. in hunc Pſ. omnia refert quæ in Vulg. ſed poſt alterum *ſuper nos*, hæc addit : *Huc uſque Pſalmum iſtum multi codices habent ; ſed in nonnullis legitur alius ultimus verſus*, & opus manuum noſtrarum dirige ; *cui verſui diligentes & docti prænotant ſtellam, quos aſteriſcos vocant, quibus ſignificant ea, quæ in Hebræo, vel aliis Interpretibus Græcis reperiuntur, in LXX. verò Interpretatione non ſunt.* In ed. Rom. hic ult. verſic. non legitur ; ſed exſtat in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. Hunc etiam profert Hieron. velut ex LXX. videlicet in epiſt. ad Cypr. to. 2. 704. b.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
Laus Cantici David. XC.	*XCI.*	* Laus Cantici ipſi David. XC. *Ex Mſ. Sangerm.*
1. QUi habitat in adjutorio Altiſſimi, in protectione Dei cœli commorabitur.	*Qui habitat in abſcondito Excelſi, in umbraculo Domini commorabitur :*	1. QUi habitat in adjutorio Altiſſimi, in protectione Dei cœli commorabitur.
2. Dicet Domino : Suſceptor meus es tu, & refugium meum : Deus meus ſperabo in eum.	*Dicens Domino : Spes mea, & fortitudo mea : Deus meus, confidam in eo.*	2. Dicit Domino : Suſceptor meus es tu, & refugium meum : Deus meus, & ſperabo in te.
3. Quoniam ipſe liberavit me de laqueo venantium, & à verbo aſpero.	*Quia ipſe liberabit te de laqueo venantium, de morte inſidiarum.*	3. Quoniam ipſe liberavit me de laqueo venantium, & à verbo aſpero.
4. Scapulis ſuis obumbrabit tibi : & ſub pennis ejus ſperabis.	*In ſcapulis ſuis obumbrabit tibi, & ſub alis ejus ſperabis.*	4. In ſcapulis ſuis obumbravit tibi : & ſub pennis ejus ſperabis.
5. Scuto circumdabit te veritas ejus : non timebis à timore nocturno :	*Scutum & protectio veritas ejus : non timebis à timore nocturno :*	5. Scuto circumdabit te veritas ejus : non timebis à timore nocturno :
6. A ſagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris : ab incurſu, & dæmonio meridiano.	*A ſagitta volante per diem, à peſte in tenebris ambulante : à morſu inſidiantis meridie.*	6. A ſagitta volante per diem, à negotio perambulante in tenebris : à ruina, & dæmonio meridiano.
7. Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis : ad te autem non appropinquabit.	*Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis : ad te autem non appropinquabit.*	7. Cadent à latere tuo mille, & dena millia à dextris tuis : tibi autem non adpropiabit.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Corb. *Laus Cantici David.* Gr. Αἶνος Ὠδῆς τῷ Δαυίδ.

℣. 1. Sic in Pſalt. & Miſſali Rom. ad Tract. Dom. 1. Quadrag. ut & in Gr. & ap. Caſſiod. Auguſt. verò in eund. Pſ. addit &, poſt vocem *Altiſſimi*. Apud Ambroſ. deeſt poſterior verſiculus. Pſalt. Corb. hab. *Qui habitat in adjutorium Altiſſimi*, &c.

℣. 2. Ita pariter, *dicit Domino*, in Pſalt. Moz. In Rom. deeſt *tu*, poſt τὸ *meus es*, ſicut in Gr. reliqua ut in Vulg. Eidem Vulg. ſuffragatur Ambroſ. l. 2. de interpel. Dav. c. 5. col. 645. f. ſicut Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Miſſali Rom. In edd. Ald. & Compl. ἐλπιῶ, & *ſperabo*, ut ſup. Ad hæc verò, *ſuſceptor meus es tu*, Hieron. ep. ad Sun. & Fret. to. 2. col. 654. b. ita ſcribit : *Et dicitis quòd in Græco* es *non habeat : ego vobis amplius dicam, quòd apud Hebræos, nec* es *habeat, nec* tu ; *ſed apud LXX. & apud Latinos pro εὐφωνίᾳ, & verborum conſequentiâ poſitum ſit.* Hodie in Græcorum nullo deeſt εἶ, ſed tantùm Ζύ.

℣. 3. Sic eſt in Pſalt. & Miſſali Rom. In Mediolan. *liberabit*. Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1154. e. hæc habet : *Liberate vos ex laqueo venatorum, & à verbo conturbationis.* Itidem ap. Hilarium in eund. Pſ. 118. col. 328. a. Attamen Ambroſ. l. 1. offic. to. 2. 6. a. ait : *Audiſti hodie legi : Quia ipſe liberavit me de laq. venantium, & à verbo aſpero ;* ſimiliter apud Caſſiod. Apud Auguſt. verò in eund. Pſ. *Quoniam ipſe eruet me de muſcipula venantium, & à verbo aſpero.* In Gr. Ὅτι αὐτὸς ῥύσεταί Ζε (Alex. με) ἐκ παγίδος θηρευτῶν, καὶ ἀπὸ λόγου ταραχώδους.

℣. 4. Pſalt. Moz. cum Carnut. & Corb. *In ſcapulis ſuis obumbrabit*, &c. Rom. cum Miſſali, ut in Vulg. Sic etiam habet Caſſiod. in hunc Pſ. Auguſt. verò in eund. ita : *Inter ſcapulas ſuas obumbrabit tibi : & ſub alis ejus ſperabis.* Gr. Ἐν τοῖς μεταφρένοις αὐτοῦ ἐπισκιάσει Ζοι· καὶ ὑπὸ τὰς πτέρυγας, &c.

℣. 5. Ita leg. Ambr. in Pſ. 36. col. 809. f. necnon Auguſt. & Caſſiod. in Pſ. 90. cum vet. Pſalt. & Gr. Favet etiam S. Paulinus epiſt. 40. p. 250. c.

℣. 6. Accinunt Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Pſalt. Corb. Rom. & Moz. necnon Miſſali Rom. ad Tract. Dom. 1. Quadr. Item in Mediolan. & Carnut. *à ruina.* Apud Ambroſ. in Pſ. 36. to. 1. 809. f. *Et à ſagitta volante per diem, à negot. peramb. in tenebris : ab occurſu, & dæm. merid.* Apud Hieron. ep. 18. ad Euſtoch. to. 4. p. 2. col. 28. e. *A ſagitta volante per diem..... ab incurſu.* S. Paulinus epiſt. 28. & 40. p. 175. a. 250. c. leg. *Et à jaculo volante per diem.* Græc. Ἀπὸ βέλους πτομένου ἡμέρας... ἀπὸ Ζυμεττώματος, καὶ, &c.

℣. 7. Ambroſ. in Pſ. 36. to. 1. 809. f. Vulgatæ accinit cum Caſſiod. Eidem etiam favet S. Paulinus ep. 40. & 44. p. 250. c. 267. b. Similiter ap. Auguſt. in eund. Pſ. præter hoc, & *dena millia* ; quod etiam hab. S. Paulinus ep. 24. & 37. p. 160. c. 228. b. Hieron. ep. ad Euſtoch. to. 4. p. 2. col. 28. e. & *decem millia..... ad te autem non appropinquabunt.* Pſalt. Rom. cum Auct. l. de promiſſ. p. 2.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 8. Verùm autem oculis tuis conſiderabis : & retributionem peccatorum videbis.	*Veruntamen oculis tuis videbis, & ultionem impiorum cernes.*	8. Veruntamen oculis tuis conſiderabis : & retributionem peccatorum videbis.
9. Quoniam tu es Domine ſpes mea : altiſſime poſuiſti refugium tuum.	*Tu enim es Domine ſpes mea : Excelſum poſuiſti habitaculum tuum.*	9. Quoniam tu es Domine ſpes mea : Altiſſimum poſuiſti refugium tuum.
10. Non accedent ad te mala : & flagellum non adpropiabit tabernaculo.	*Non accedet ad te malum, & lepra non appropinquabit tabernaculo tuo.*	10. Non accedet ad te malum : & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.
11. Quoniam angelis ſuis mandavit de te : ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis.	*Quia angelis ſuis mandavit de te, ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis.*	11. Quoniam angelis ſuis mandavit de te : ut cuſtodiant te in omnibus viis tuis. *Matth. 4. 6. Luc. 4. 10.*
12. In manibus portabunt te : nequando offendas ad lapidem pedem tuum.	*In manibus portabunt te : ne fortè offendat ad lapidem pes tuus.*	12. In manibus portabunt te : ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.
13. Super aſpidem, & baſiliſcum ambulabis : & conculcabis leonem & draconem.	*Super aſpidem & baſiliſcum calcabis : conculcabis leonem & draconem.*	13. Super aſpidem & baſiliſcum ambulabis : & conculcabis leonem & draconem.
14. Quoniam in me ſperavit, & liberabo eum : protegam eum, quia cognovit nomen meum.	*Quoniam mihi adhæſit, & liberabo eum : exaltabo eum, quoniam cognovit nomen meum.*	14. Quoniam in me ſperavit, liberabo eum : protegam eum, quoniam cognovit nomen meum.
15. Invocavit me, & ego exaudiam eum : cum ipſo ſum in tribulatione : eripiam eum, & glorificabo eum.	*Invocabit me, & exaudiam eum, cum ipſo ero in tribulatione : eruam eum, & glorificabo eum.*	15. Clamabit ad me, & ego exaudiam eum : cum ipſo ſum in tribulatione : eripiam eum & glorificabo eum.
16. Longitudinem dierum implebo eum : & oſtendam illi ſalutarem meum.	*Longitudine dierum implebo eum, & oſtendam illi ſalutare meum.*	16. Longitudine dierum replebo eum : & oſtendam illi ſalutare meum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

c. 22. p. 146. *tibi autem non appropinquabunt* ; Corb. *ad te autem non adpropiabit* ; Miſſale Rom. *tibi autem non appropinquabit.* Gr. ἡ μυελὸς ἐκ..... πρὸς σὲ δὲ οὐκ ἐγγιεῖ.

℣. 8. Vulgatæ ſuffragatur Ambroſ. in Pſ. 36. col. 809. f. ſicut Aug. & Caſſiod. in Pſ. 90. cum vet. Pſalt. Miſſali Rom. & Græco.

℣. 9. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. legunt *Altiſſimum*, cum vet. Pſalt. & Miſſali Rom. In Gr. Ὅτι σὺ Κύριε ἡ..... τὸν Ὕψιστον, &c.

℣. 10. Itidem in Pſalt. Moz. Corb. & Rom. excepto uno *tabernac. tuo.* In Rom. *non appropinquabit.* Mediolan. quoque & Carnut. hab. *Non accedent ad te mala* ; ſicut Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. reliqua ut in Vulg. Gr. Οὐ προσελεύσεται πρὸς σὲ κακά.

℣. 11. Similiter habet Tichonius, reg. 1. p. 50. b. ut & Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum vet. Pſalt. & Gr. Auguſt. tamen in 1. Joh. to. 3. p. 2. col. 842. f. legit, *ut ſuſcipiant te in omnibus*, &c.

℣. 12. Sic in Pſalt. Corb. eſt. In Mozar. verò, *ne nunquam offendas*, &c. In Pſalt. & Miſſali Rom. *ne unquam*, &c. In Mediolan. & Carnut. *nequando*, &c. Tichonius reg. 1. p. 50. b. legit : *In manibus ſirent te : ne offendas ad*, &c. S. Paulinus epiſt. 28. p. 175. a. *ne uſquam offendas*, &c. Auguſt. in hunc Pſ. *In manibus tollent te : nequando offendas*, &c. Caſſiod. *portabunt te : ne unquam offendas*, &c. Gr. Ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε· μήποτε, &c.

℣. 13. Accinunt Iren. l. 3. c. 23. p. 222. b. Ambroſ. Hexa. 6. to. 1. 126. f. & inf. col. 639. c. 756. d. Item Hilar. in Matth. col. 619. c. niſi quòd utitur verbo *calcare.* Ap. Tichon. Auguſt. & Caſſiod. ut ſup. in textu. Sic etiam in vet. Pſalt. necnon Miſſali Rom. & Gr. Apud Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 718. c. *Super aſpidem*, & *baſiliſc. incedes* : & *conculc.* &c.

℣. 14. Ita in Pſalt. Corb. excepto uno *ſperabit.* Tichonius reg. 1. p. 50. b. leg. *Quoniam in me ſperavit, eripiam eum : protegam eum, quoniam*, &c. Auguſt. in hunc Pſ. *Quoniam in me ſper. eruam eum*, &c. Caſſiod. ut in Vulg. cui etiam favent Pſalt. & Miſſale Rom. Gr. ὃτι ῥύσομαι αὐτόν, &c.

℣. 15. Sic eſt in Pſalt. Rom. ad verbum. Ita quoque leg. Tichon. reg. 1. p. 50. b. excepto *eo*, pro *ipſo.* Brev. Moz. *Invocavit me*, & *ego*..... *cum ipſo ero in tribulat.* & *eripiam eum*, &c. Hilar. in Pſ. 138. & 139. col. 516. c. 530. d. *cum ipſo ſum in tribul.* Caſſiod. cum Miſſali Rom. *Invocabit me*, & *ego*, &c. ut in textu. Pſalt. Corb. *Invocavit me*, & *ego exaudiam : cum ipſo ſum*, &c. Auguſt. in eund. Pſ. *Invocabit me*, & *ego exaudiam eum : cum ipſo ſum*..... & *eximam eum*, & *glorificabo eum.* Gr. Ἐπικαλέσεταί πρός μὲ, κἀγὼ..... μετ' αὐτοῦ εἰμι..... καὶ ἐξελοῦμαι αὐτὸν, καὶ, &c. In edd. Ald. & Compl. deeſt καὶ, ante ἐξελοῦμαι.

℣. 16. Ita legit Pſalt. Corb. Tichonius verò reg. 1. p. 50. b. *Longitudine dierum adimplebo eum*, &c. ut in Vulg. Itidem Caſſiod. cum Brev. Moz. necnon Pſalt. & Miſſali Rom. Ap. Aug. ut in Vulg. In Gr. Μακρότητι..... ἐμπλήσω αὐτὸν, &c.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. Pſalmus Cantici, 1. In die ſabbati. XCI.	*Pſalmus Cantici In die ſabbathi. XCII.*	Pſalmus Cantici, 1. In die ſabbati. XCI.
2. BOnum eſt confiteri Domino, & pſallere nomini tuo Altiſſime :	*BOnum eſt confiteri Domino, & pſallere nomini tuo Altiſſime :*	2. BOnum eſt confiteri Domino, & pſallere nomini tuo Altiſſime :
3. Ad prædicandam manè miſericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem ;	*Ad annuntiandum manè miſericordiam tuam, & fidem tuam in nocte ;*	3. Ad annuntiandum manè miſericordiam tuam, & veritatem tuam per noctem ;

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic Hilar. in hunc Pſ. col. 235. e. cum Caſſiod. Pſalt. Rom. & Corb. Apud Auguſt. *Pſalmus Cantici, In diem ſabbati* ; ſic etiam in Gr. In Breviar. Mozarab. *Pſalmus Cantici David, Primâ ſabbati.*

℣. 2. Eodem modo legunt Hilarius, Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum vet. Pſalt. Item Nicetius c. 3. Spicil. to. 3. pag. 4. b. S. Pacianus verò epiſt. 3. p. 313. b. *Bonum eſt exomologeſim facere Deo.* Græc. Ἀγαθὸν τὸ ἐξομολογεῖσθαι τῷ Κυρίῳ, &c.

℣. 3. Vulgatæ reſpondent Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum vet. Pſalt. In Gr. Τῇ αἰαγγέλλειν τοπρωΐ, &c. ut in Lat.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
4. In decachordo, pſalterio; cum cantico, in cithara.	*In decachordo, & in pſalterio; in cantico, in cithara.*	4. In decachordo, & pſalterio; cum cantico, & cithara. *Ex Mſ. Sangerm.*
5. Quia delectaſti me Domine in factura tua: & in operibus manuum tuarum exſultabo.	*Quoniam lætificaſti me Domine in opere tuo: in facturis manuum tuarum laudabo.*	5. Quia delectaſti me Domine in factura tua: & in operibus manuum tuarum exſultabo.
6. Quàm magnificata ſunt opera tua Domine! nimis profundæ factæ ſunt cogitationes tuæ.	*Quàm magnificata ſunt opera tua Domine! ſatis profundæ facta ſunt cogitationes tuæ.*	6. Quàm magnificata ſunt opera tua Domine! nimis profundæ factæ ſunt cogitationes tuæ.
7. Vir inſipiens non cognoſcet: & ſtultus non intelliget hæc.	*Vir inſipiens non cognoſcet, & ſtultus non intelliget iſtud.*	7. Vir inſipiens non cognoſcet: & inſenſatus non intelliget ea.
8. Cùm exorti fuerint peccatores ſicut fœnum: & apparuerint omnes, qui operantur iniquitatem:	*Germinaverunt impii quaſi fœnum, & floruerunt omnes qui operantur iniquitatem,*	8. Dum exuruntur peccatores ſicut fœnum: & proſcultati ſunt eum, qui operantur iniquitatem:
Ut intereant in ſæculum ſæculi: 9. tu autem Altiſſimus in æternum Domine.	*Ut conterantur uſque in ſempiternum: tu autem Excelſus in æternum Domine.*	Ut intereant in æternum, & in ſæculum ſæculi: 9. tu autem Altiſſimus in æternum Domine.
10. Quoniam ecce inimici tui Domine, quoniam ecce inimici tui peribunt: & diſpergentur omnes, qui operantur iniquitatem.	*Ecce inimici tui Domine, ecce inimici tui peribunt: & diſſipabuntur omnes, qui operantur iniquitatem.*	10. Quoniam ecce inimici tui à te peribunt: & iniſpargentur omnes, qui operantur injuſtitiam.
11. Et exaltabitur ſicut unicornis cornu meum: & ſenectus mea in miſericordia uberi.	*Et exaltabitur quaſi monocerotis cornu meum, & ſenectus mea in oleo ubere.*	11. Et exaltabitur ſicut unicornix cornu meum: & ſenectus mea in miſericordia pingui.
12. Et deſpexit oculus meus inimicos meos: & in inſurgentibus in me malignantibus audiet auris mea.	*Et reſpiciet oculus meus inſidiantes mihi: de his, qui conſurgunt adversùm me, malignantibus audiet auris mea.*	12. Et reſpexit oculus tuus inimicos meos: & inter inſurgentes in me malignantes audient aures tuæ.
13. Juſtus ut palma florebit: ſicut cedrus Libani multiplicabitur.	*Juſtus ut palma florebit: ut cedrus in Libano multiplicabitur.*	13. Juſtus ſicut palma floriet: & ſicut cedrus, quæ in Libano eſt, multiplicabitur.
14. Plantati in domo Domini, in atriis domus Dei noſtri florebunt.	*Tranſplantati in domo Domini, in atriis Dei noſtri germinabunt.*	14. Plantati in domo Domini, in atriis domus Dei noſtri florebunt.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Ita in Pſalt. Corb. eſt. Sic etiam in Rom. & ap. Caſſiod. detracto uno &, poſt *decachordo*. Ambroſ. in Pſ. 40. col. 883. Vulgatæ ſavet, cum Auguſt. & Gr. In Brev. Mozarab. ſic: *In decem chordarum pſalterio; cum cant. & cithara.*

℣. 5. Ambroſ. l. de Spir. S. to. 2. 671. c. *Quoniam delectaſti me Dom..... & in operib. man. tuarum delectabor.* Auguſt. in hunc Pſ. *Quia jocundaſti me Dom.* &c. ut in Vulg. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. eidem Vulgatæ congruit ad verbum. Gr. Ὅτι εὐφρανάς με..... ἀγαλλιάσομαι.

℣. 6. Sic habent Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum vet. Pſalt. In Corb. ſolo, *Quàm multiplicata ſunt opera*, &c. In Gr. Ὡς ἐμεγαλύνθη..... σφόδρα ἐβαθύνθησαν οἱ διαλογισμοί σου.

℣. 7. Pſalt. Rom. cum Corb. *Vir inſipiens non cognoſcit* (Corb. *cognoſcet:*) & *ſtultus non intelligit ea.* Ambroſ. in Pſ. 39. to. 1. 863. d. *Vir inſipiens non cognoſcit ea:* & *ſtultus non intelligit hæc.* Auguſt. in hunc Pſ. *Vir imprudens non cognoſcet:* & *ſtultus non intelliget ea.* Sic etiam apud Caſſiod. *non intelliget ea.* Apud Auct. op. imp. in Matth. hom. 31. p. 130. e. *Vir inſipiens non cognoſcit:* & *ſtultus non intelligit.* In Gr. Ἀνὴρ ἄφρων οὐ γνώσεται καὶ ἄσυνετος οὐ συνήσει ταῦτα.

℣. 8. Pſalt. Corb. *Dum exurentur peccatores ſicut fœnum:* & *proſcultati ſunt omnes, qui operantur iniquit. ut inter. in ſæculum ſæculi*, & *ultra.* Similiter hab. Auct. op. imp. in Matth. hom. 31. p. 130. e. *Cùm exurentur peccatores ſicut fœnum.* Pſalt. verò Rom. cum Caſſiod. *Cùm exorientur peccatores.....* & *apparuerint omnes*, &c. ut in Vulg. Auguſt. in eund. Pſ. *Cùm exoriuntur peccatores ſicut.....* & *proſpexerint omnes, qui*, &c. ut in Vulg. Pſalt. quoque Mediolan. & Moz. hab. & *proſpexerint omnes;* Carnut. & *proſcultata ſunt omnes.* Gr. Ἐν τῷ ἀνατεῖλαι τὸς..... καὶ διέκυψαν πάντες, &c. ut in Vulg.

℣. 9. Ita Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Apud Auguſt. in eund. Pſ. *in æternum es Domine.* In Græco, εἰς τὸν αἰῶνα Κύριε.

℣. 10. Mendum redolet vox iſta, *iniſpargentur;* legendum fortè *diſpargentur*, ut habetur in Pſalt. Corb. & Moz. In utroque etiam ſicut in Rom. & Carnut. non repetitur iſtud, *quoniam ecce inimici tui;* nec additur *à te*, cujus loco Rom. ponit *Domine.* Huic Pſalt. favet Caſſiod. in hunc Pſ. Aug. quoque legit cum Gr. *Quoniam ecce inimici tui peribunt:* & *diſpergentur omnes, qui oper. iniquitatem.* Cæleſtinus I. epiſt. 25. to. 1. Conc. col. 1216. d. alludens dicit: *Jam dudum quippe inimici Dei diſperguntur:* & *pereunt qui operantur iniquitatem.*

℣. 11. Pſalt. Rom. Vulgatæ conſonat cum Caſſiodoro. Mozar. ſcribit *unicornium.* Auguſt. *unicornis;* ultimòque *in miſeric. pingni.* Item *pingus* ap. S. Paulinum, ep. 23. p. 127. a. at infra epiſt. 24. *uberi.* In Gr. μονοκερώτος..... ἐν ἐλέῳ (al. ἐλαίῳ) πίονι.

℣. 12. Pſalt. Corb. *Et reſpexit oculus tuus inimicos meos:* & *inſurgentes in me malignantes audiet auris mea.* Rom. verò cum Caſſiod. *Et reſpexit oculus meus inimicos meos:* & *inſurgentes in me malignantes audiet auris mea;* Rom. Fabri, *auris tua.* Item in Mediolan. & Carnut. *Et reſpexit;* in Moz. *Et reſpiciet oculus meus inim. meos:* & *inſurgentibus*, &c. ut in Vulg. Apud Auguſt. in eund. Pſ. *Et reſpexit oculus meus in inimicis meis:* & *in eis, qui inſurgunt in me, malignantibus audiet auris mea.* In Gr. Καὶ ἐπεῖδεν ὁ ὀφθαλμός μου ἐν τοῖς ἐχθροῖς μου· ἐν τοῖς ἐπανισταμένοις ἐπ' ἐμὲ πονηρευομένοις ἀκούσεται τὸ ὠς μου. In Mſ. Alex. ἐφῖδεν, loco ἐπεῖδεν; in Ald. & Compl. ἀπεῖδεν.

℣. 13. Pſalt. Corb. *Juſtus autem ut palma floriet: ut cedrus, quæ in Libano eſt, multiplicabitur.* Mozarab. & *ſicut cedrus, quæ in Libano eſt.* Auguſt. in hunc Pſalm. *Juſtus ut palma florebit: velut cedrus in Libano multiplicabitur.* Ambr. l. de Spir. S. to. 2. p. 654. f. & *velut cedrus, quæ in Libano eſt*, &c. Apud Tertul. de reſurr. carn. p. 571. a. hæc leguntur: *Et florebit velut Phœnix, id eſt, de morte, de funere.* Græc. Δίκαιος ὡς φοῖνιξ ἀνθήσει· ὡς ὁ κέδρος, ὁ ἐν τῷ Λιβάνῳ, &c. Ald. & Compl. ὡσεὶ κέδρος.

℣. 14. Ita legunt Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Hilarius verò in Pſ. 133. col. 466. a. cum Gr. *in atriis Dei noſtri floriunt.* Pſalt. Corb. *in atriis Dei noſtri*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 15. Super multiplicabuntur in ſenecta uberi : & bene patientes erunt, 16. ut adnuntient :	*Adhuc fructificabunt in ſenectute : pingues & frondentes erunt, annuntiantes*	15. Adhuc multiplicabuntur in ſenecta uberi : & bene patientes erunt, 16. ut annuntient :
Quoniam juſtus Dominus noſter : & non eſt iniquitas in eo.	*Quia rectus Dominus : fortitudo mea, & non eſt iniquitas in eo.*	Quoniam rectus Dominus Deus noſter : & non eſt iniquitas in eo.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

florebunt.

℣. 15. Pſalt. Mozarab. *Adhuc multiplicabuntur in ſenectute uberi*, &c. Rom. cum Caſſiod. ut in Vulg. Apud Auguſt. in eund. Pſ. *Adhuc multiplicab. in ſenectu uberi : & tranquilli erunt :* in Pſ. verò 36. col. 285. a. *in ſenectu pingui.* In Gr. Τότε πληθυνθήσονται ἐν γήρει πίονι καὶ εὐπαθοῦντες ἔσονται.

℣. 16. Pſalt. Rom. *ut annuntient : Quoniam juſtus eſt Dominus Deus noſter*, &c. Mozarab. cum Caſſiod. *Quoniam juſtus Dominus Deus noſter*, &c. Auguſt. in eund. Pſ. *Quoniam rectus Dom. Deus : & non eſt*, &c. Gr. τοῦ ἀναγγεῖλαι· Ὅτι εὐθὴς Κύριος ὁ Θεός μου καὶ, &c. Alex. Ald. & Compl. ὁ Θεὸς ἡμῶν.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. * Laus Cantici ipſi David in die ſabbati, quando inhabitata eſt terra. XCII.	XCIII.	Laus Cantici ipſi David in die ante ſabbatum, quando fundata eſt terra. XCII.
1. DOminus regnavit, decorem induit : induit Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe virtutem.	*DOminus regnavit, gloriâ indutus eſt : indutus eſt Dominus fortitudine, & accinctus eſt :*	1. DOminus regnavit, decorem indutus eſt : indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe.
Etenim firmavit orbem terræ, quæ non commovebitur.	*Inſuper appendit orbem, qui non commovebitur.*	Etenim firmavit orbem terræ, qui non commovebitur.
2. Parata ſedes tua Domine ex tunc : à ſæculo tu es.	*Firmum ſolium tuum ex tunc : à ſæculo tu es.*	2. Parata ſedes tua ex tunc : à ſæculo tu es.
3. Elevaverunt flumina Domine : elevaverunt flumina vocem ſuam, 4. à voce aquarum multarum.	*Levaverunt flumina Domine, levaverunt flumina vocem ſuam : Levaverunt flumina gurgites ſuos, à vocibus aquarum multarum.*	3. Elevaverunt flumina Domine : elevaverunt flumina vocem ſuam. Elevaverunt flumina fluctus ſuos, 4. à vocibus aquarum multarum.
Altitudinis jucunditas maris, mirabilis in eccleſiis Dominus	*Grandes fluctus maris : grandis in excelſo Dominus.*	Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis Dominus.
5. Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis : domui tuæ conderent ſancta Domine, & ut inhabitem in domo Domini in longitudine dierum.	*Teſtimonia tua fidelia facta ſunt nimis : domum tuam decet ſanctitas Domine in longitudine dierum.*	5. Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis : domum tuam decet ſanctitudo Domine in longitudinem dierum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Pſalt. Corb. *Laus Cantici David in die ſabbato, quando inhabitata eſt terra.* Rom. quoque Martian. & Carnut. hab. *quando inhabitata eſt terra ;* Moz. *quando fundata eſt*, abſque præced. *ipſi.* Auguſt. *ipſi David in diem*, &c. ut in Vulg. In Gr. ſic : Εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ προσαββάτου (Alex. Σαββάτου,) ὅτε κατῴκισται ἡ γῆ, αἴνεσις τῷ Δαυίδ.

℣. 1. Sic eſt in Pſalt. Mozarab. præter vocem mediam, *virtutem*, quæ deeſt. Rom. Fabri hab. *præcinxit ſe virtute..... qui non commovebitur.* Rom. Martian. *virtutem..... qui non commoveb.* cæt. ut in textu. Item in Mediolan. & Carnut. *præcinxit ſe virtutem.* In Corb. *decore induit : indnit Dom. fortitudine, & præcinxit ſe virtute*, &c. Apud Ambroſ. l. de Iſaac, c. 7. to. 1. 376. b. priora tantùm, *Dominus regnavit, decorem induit :* itidem infra, col. 948. e. & to. 2. col. 59. a. lib. verò de bened. Patr. c. 10. col. 526. b. *Dominus regnabit.* Apud Auguſt. in hunc Pſ. *Dom. regnavit, dec. indnit : indnit Dom. fortitudinem, & præcinctus eſt. Etenim confirmavit orbem terræ, qui non commovebitur ;* infra, *orbem terrarum.* Apud Caſſiod. ut in Vulg. exc pro duplici *indnit.* Auctor l. de promiſſ. p. 2. c. 3. col. 127. e. ſimiliter hab. *induit Dominus fortitudinem, & præcinctus eſt.* Græc..... εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο· ἐνεδύσατο Κύριος δύναμιν, καὶ περιεζώσατο. Καὶ γὰρ ἐστερέωσε τὴν οἰκουμένην, ἥτις οὐ, &c.

℣. 2. Sic in Pſalt. Corb. Item in Rom. Moz. & apud Caſſiod. præter vocem *Deus*, loco *Domine ;* neutra adeſt in Gr. cæt. verò ut ſupra. Apud Aug. in eund. Pſ. ſic : *Parata eſt ſedes tua Deus ex illo ;* vel ut in pleriſque Mſs. *Parata eſt ſedes tua ex illo, ſedes tua Deus ex illo :* addit inf. Auguſt. *ex illo, id eſt, ex tunc :* item poſt pauca : *Parata eſt ſedes tua Deus : ſed quis Deus ?* à ſæculo, *ab æterno dixit* ἀπὸ αἰῶνος· *ſic habet Græcus :* αἰὼν *aliquando* ſæculum *ponitur, aliquando* æternum *ponitur :* mox infert : *Ergo ô tu qui ex illo videris natus, ex æterno es.*

℣. 3. Sic Ambroſ. l. 3. Hexa. to. 1. 34. f. ad verbum : at infra, col. 946. c. & to. 2. col. 755. b. priorem verſiculi partem omittit. Auguſt. in hunc Pſ. legit : *Elevaverunt flum. voces ſuas : elevav. flum. vocem ſuam, à vocib.* &c. Caſſiod. *Elevaverunt flum. Domine : elevav. flum. voces ſuas, à vocibus*, &c. Similiter in Pſalt. Rom. & Gr. omiſſo eo quod interſeritur in Vulg. *elevaverunt flumina fluctus ſuos.* Idem pariter omittunt Mediol. Carnut. & Corb. ſed Moz. ejus loco habet, *tollant flumina altitudines ſuas.* Item Ambr. in Pſ. 39. to. 1. 867. a. legit : *Elevav. flum. Dom. elevav. flum. vocem ſuam. Elevabunt flumina fluctus ſuos :* at l. 3. Hexa. cit. ſup. hoc ult. delet : deeſt pariter in Gr. ed. Rom. ſed in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. additur, Ἀρέσουσι οἱ πόλαμοὶ ἐπιτρίψεις αὐτῶν.

℣. 4. Pſalt. Rom. & Mozarab. concordant cum Vulg. niſi quòd hab. *in excelſis*, pro *in altis.* Ita quoque apud Caſſiod. in hunc Pſ. Ap. Auguſt. verò ſic : *à vocibus aquarum multarum. Mirabiles ſuſpenſuræ maris, mirabilis in excelſis Dominus.* Ap. Ambroſ. l. 3. Hexa. to. 1. 34. f. & in Pſ. 39. col. 867. a. *à voce aquarum multarum. Mirab. elationes maris, mirabilis in excelſis Dominus.* In Pſalt. Corb. *à voce aquarum multarum. Mirabiles elationes maris, mirabiles in excelſis Domine.* In Gr. ἀπὸ φωνῆς ὑδάτων πολλῶν. Θαυμασοὶ οἱ μετεωρισμοὶ..... θαυμαστὸς ἐν ὑψηλοῖς ὁ Κύριος.

℣. 5. Eadem leguntur in Pſalt. Corb. excepris his duobus, *decent*, pro *condecent ;* ultimòque, *longitudinem dierum.* Rom. addit *Domine*, ad *teſtimonia tua*, cum Mozar. ſubinde ſic in Rom. *domum tuam decent ſancta Domine in longitudinem dierum.* In Mozarab. & apud Caſſiod. *domum tuam decet ſanctificatio Domine in longit. dierum.* Similiter habet Auguſt. in eund. Pſ. ac præterea legit, *credita facta ſunt nimis :* & l. 4. de doctr. Chr. to. 3. col. 89. a. *credita facta ſunt valde.* In Gr. Τὰ μαρτύριά σου ἐπιστώθησαν σφόδρα· τῷ οἴκῳ σου πρέπει ἁγίασμα Κύριε εἰς μακρότητα ἡμερῶν.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
Pſalmus ipſi David, Quartâ ſabbati. XCIII.	XCIV.	* Pſalmus ipſi David, Quartâ ſabbati. XCIII. *Ex Mſ. Sangerm.*
1. DEus ultionum Dominus: Deus ultionum liberè egit.	*DEus ultionum Domine, Deus ultionum oſtendere.*	1. DEus ultionis Dominus: Deus defenſionis liberè egit.
2. Exaltare qui judicas terram: redde retributionem ſuperbis.	*Elevare judex terræ: redde viciſſitudinem ſuperbis.*	2. Exaltare qui judicas terram: redde retributionem ſuperbis.
3. Uſquequo peccatores Domine, uſquequo peccatores gloriabuntur:	*Uſquequo impii Domine, uſquequo impii exſultabunt?*	3. Uſquequo peccatores Domine, uſquequo peccatores gloriabuntur:
4. Effabuntur, & loquentur iniquitatem: loquentur omnes, qui operantur injuſtitiam?	*Fluent loquentes antiquum: garrient omnes, qui operantur iniquitatem?*	4. Pronunciabunt, & loquentur iniquitatem: loquentur omnes, qui operantur injuſtitiam?
5. Populum tuum Domine humiliaverunt: & hæreditatem tuam vexaverunt.	*Populum tuum Domine conterent, & hæreditatem tuam affligent?*	5. Populum tuum Domine humiliaverunt: & hæreditatem tuam vexaverunt.
6. Viduam & advenam interfecerunt: & pupillos occiderunt.	*Viduam & advenam interficient, & pupillos occident?*	6. Viduam & advenam interfecerunt: & pupillos trucidaverunt.
7. Et dixerunt: Non videbit Dominus, nec intelliget Deus Jacob.	*Et dixerunt: Non videbit Dominus, & non intelliget Deus Jacob.*	7. Et dixerunt: Non videbit Dominus, nec intelliget hæc Deus Jacob.
8. Intelligite inſipientes in populo: & ſtulti aliquando ſapite.	*Intelligite ſtulti in populo, & inſipientes aliquando diſcite.*	8. Intelligite nunc inſipientes in populo: & ſtulti aliquando ſapite.
9. Qui plantavit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum, non conſiderat?	*Qui plantavit aurem, non audiet? aut qui finxit oculum, non videbit?*	9. Qui plantavit aurem, non audit? aut qui finxit oculum, non conſiderat?
10. Qui corripit gentes, non arguet: qui docet hominem ſcientiam?	*Qui erudit gentes, non arguet: qui docet hominem ſcientiam?*	10. Qui erudit gentes, non arguet: qui docet hominem ſcientiam?
11. Dominus ſcit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt.	*Dominus novit cogitationes hominum, quia vanæ ſunt.*	11. Dominus ſcit cogitationes hominum, quoniam vanæ ſunt.
12. Beatus homo, quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum:	*Beatus vir, quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum:*	12. Beatus homo, quem erudieris Domine, & de lege tua docueris eum:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* In Pſalt. Rom. deeſt *ipſi*. In Corb. *Pſalmus David ipſi, Quartâ ſabbati.* Ambroſ. l. 2. de Abr. c. 9. 342. b. ait: *xciii. Pſalmus ſcribitur, Quartâ ſabbati.* Apud Auguſt. *Pſalmus ipſi David, Quartâ ſabbatorum;* paulòque poſt, *In quarta ſabbati.* Apud Caſſiod. ut in textu: nec aliter in Græco.

℣. 1. Caſſiod. Vulgatæ accinit, cum Pſalt. Rom. Similiter apud Auguſt. in eund. Pſ. excepto ult. *fidenter egit;* in Gr. ἐπαῤῥησιάσατο. In Pſalt. Corb. *Deus ultionis Dominus: Deus ultionis liberè egit.*

℣. 2. Ita Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum vet. Pſalt. & Gr.

℣. 3. Sic Ambr. l. 4. de interpel. Dav. c. 1. to. 1. col. 661. d. item l. de apolog. Dav. col. 707. d. & l. 1. offic. to. 2. 15. d. Ita quoque Auguſt. & Caſſiod. cum vet. Pſalt. & Gr.

℣. 4. Itidem in Pſalt. Rom. Mediol. Carnut. Moz. & ap. Caſſiod. in hunc Pſ. Apud Auguſt. verò: *Reſpondent, & loquentur iniquitatem*, &c. In Gr. Φθέγξονται, καὶ λαλήσουσι, &c. Pſalt. Corb. *Pronunciabunt, & loq..... qui operantur in juſtitia?* vitiosè: Gr. conſtanter, τὴν ἀνομίαν.

℣. 5. Conſentiunt Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. Sic etiam in vet. Pſalt. & Gr. Corb. tamen hab. *Plebem tuam Domine humiliaverunt*, &c.

℣. 6. Auguſt. in hunc Pſ. *Viduam & pupillos interfecerunt: & proſelytum occiderunt.* Caſſiod. Vulgatæ reſpondet cum Pſalt. Rom. niſi quòd hab. *ceciderunt*, loco *occiderunt;* Corb. *ſucciderunt.* Gr. Χήραν καὶ ὀρφανὸν ἀπέκτειναν· καὶ προσήλυτον ἐφόνευσαν. Theodot. Χήραν καὶ ὀρφανὴν ἐφόνευσαν· καὶ προσήλυτον ἐκάκωσαν.

℣. 7. Concinit Ambroſ. l. 1. offic. to. 2. 15. d. necnon Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum vet. Pſalt. & Græco: ſed in horum nullo additur *hæc.*

℣. 8. Ita legit Ambroſ. l. 1. offic. to. 2. 15. d. at l. de apol. Dav. to. 1. 707. d. ſic: *Intelligite inſipientes, & ſtulti aliq. ſapite.* Pſalt. Rom. cum Moz. & Corb. *Intelligite nunc qui inſipientes eſtis in populo;* Corb. *in plebe;* cæt. ut ſup. Similiter Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum hoc, *in populo;* iterumque Aug. epiſt. 214. to. 2. col. 793. a. niſi quòd hîc hab. *ergo*, pro *nunc.* Gr. Σύνετε δὴ ἄφρονες ἐν..... καὶ μωροὶ, &c.

℣. 9. In Pſalt. Rom. & Corb. *non audiet?* abſque ſeq. *aut.* Similiter apud Ambroſ. l. 5. de fide, to. 2. 587. e. at l. de apol. Dav. to. 1. 707. d. 708. a. eſt, *non audiet? aut qui finxit*, &c. l. autem 1. offic. to. 2. 15. c. *Qui plantavit aurem, non audit? qui finxit oculum, non videt, non conſiderat?* & poſt paulò, *non audit? & qui finxit oculum, non conſiderat?* vide etiam l. de Incarn. col. 719. b. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. concordant cum Vulg. & Græco.

℣. 10. Itidem Auguſt. in hunc Pſ. cum Brev. Mozar. hoc tamen Brev. habet in fine, *omnem ſcientiam*, non *hominem.* Ambroſ. l. de apol. Dav. to. 1. 708. a. necnon Caſſiod. cum Pſalt. Rom. leg. *Qui corripit gentes, non arguet*, &c. ut in Vulg. at l. 1. offic. to. 2. 15. d. Ambroſ. hab. *arguit;* & in Pſ. 118. to. 1. 1078. d. *hominum ſcientiam;* inf. tamen col. 1082. *hominem.* Gr. Ὁ παιδεύων ἔθνη, οὐχὶ ἐλέγξει· ὁ διδάσκων ἄνθρωπον γνῶσιν;

℣. 11. Sic Ambroſ. l. 1. offic. col. 15. a. necnon Aug. in hunc Pſ. cum Brev. Moz. Tertul. verò l. 5. adv. Marc. p. 788. b. *Dominus ſcit cogitat. ſapientium, quòd ſint ſupervacuæ.* Cypr. de bono patient. *Cognovit cogitat. ſapientium, quoniam ſtultæ ſunt.* Auct. epiſt. ad Demetriad. p. 40. e. *Dom. novit cogitationes ſapientium*, &c. ut in Vulg. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. *Dom. novit cogitat. hominum*, &c. Græc. Κύριος γινώσκει τοὺς διαλογισμοὺς τῶν ἀνθρώπων, ὅτι εἰσὶ μάταιοι.

℣. 12. Vulgatæ ſuffragatur Ambr. in Pſ. 37. & 118. to. 1. col. 822. f. 1056. c. 1100. a. 1134. d. & l. de exhort. virginit. to. 2. 300. a. Item Caſſiod. in hunc Pſ. Auguſt. verò in eund. leg. *Beatus vir, quem tu erud..... & ex lege tua*, &c. In Pſalt. Moz. ſimiliter, *Beatus vir, quem tu;*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 13. Ut mitiges ei à diebus malis : donec fodiatur peccatori fovea.	*Ut quieſcat à diebus afflictionis, donec fodiatur impio interitus.*	13. Ut mitiges ei à diebus malis : donec fodiatur peccatori fovea.
14. Quia non repellet Dominus plebem ſuam : & hæreditatem ſuam non derelinquet.	*Non enim derelinquet Dominus populum ſuum, & hæreditatem ſuam non deſeret.*	14. Quia non repellet Dominus plebem ſuam : & hæreditatem ſuam non derelinquet.
15. Quouſque juſtitia convertatur in judicio : & qui tenent eam, omnes recto ſunt corde. DIAPSALMA.	*Quoniam ad juſtitiam revertetur judicium, & ſequentur illud omnes recti corde.*	15. Quoaduſque juſtitia convertatur in judicium : & qui juxta illam omnes qui recto ſunt corde.
16. Quis exſurget mihi adversùs malignantes ? aut quis ſtabit mecum adversùs operantes iniquitatem ?	*Quis ſtabit pro me adversùs malos ? quis ſtabit pro me adversùs operarios iniquitatis ?*	16. Quis conſurget mihi adversùs malignantes ? aut quis ſtabit mecum adversùs operantes iniquitatem ?
17. Niſi quia Dominus adjuvavit me : paulò minùs habitaverat in inferno anima mea.	*Niſi quia Dominus auxiliator meus, paulò minùs habitaſſet in inferno anima mea.*	17. Niſi quia Dominus adjuvit me : paulò minùs habitaſſet in inferno anima mea.
18. Si dicebam : Motus eſt pes meus : miſericordia tua Domine adjuvabit me.	*Si dicebam : Motus eſt pes meus : miſericordia tua Domine ſuſtentabit me.*	18. Si dicebam : Motus eſt pes meus : miſericordia tua Domine adjuvabat me.
19. Domine, ſecundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo, exhortationes tuæ delectaverunt animam meam.	*In multitudine cogitationum mearum, quæ ſunt in me intrinſecùs, conſolationes tuæ delectabunt animam meam.*	19. Secundùm multitudinem dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificaverunt animam meam.
20. Nunquid aderit tibi ſedes iniquitatis, qui fingis dolorem in præcepto ?	*Nunquid particeps erit tui thronus inſidiarum, fingens dolorem in præcepto ?*	20. Nunquid adhæret tibi ſedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto ?
21. Captabunt in animam juſti : & ſanguinem innocentem condemnabunt.	*Copulabuntur adversùs animam juſti, & ſanguinem innocentem condemnabunt :*	21. Captabunt in animam juſti : & ſanguinem innocentem condemnabunt.
22. Et factus eſt mihi Dominus in refugium, & Deus meus in auxilium ſpei meæ.	*Erit autem Dominus mihi in refugium, & Deus meus quaſi petra ſpei meæ.*	22. Et factus eſt mihi Dominus in refugium, & Deus meus in adjutorium ſpei meæ.
23. Et reddet illis iniquitatem ipſorum, & malitiam eorum : & diſperdet eos Dominus Deus noſter.	*Et reſtituet ſuper eos iniquitatem ſuam, & in malitia ſua perdet eos : perdet eos Dominus Deus noſter.*	23. Et reddet illis iniquitatem ipſorum : & in malitia eorum diſperdet eos : diſperdet illos Dominus Deus noſter.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ſed à Rom. abeſt *tu*. Et verò Hieron. epiſt. ad Sun. & Fret. to. 2. 654. c. ait : *Dicitis in Græco non eſſe* tu, *& verum eſt ; ſed apud Latinos propter εὐφωνίαν poſitum.* Valentin. ep. ad Auguſt. apud eund. 216. to. 2. col. 798. b. hæc hab. *Emenda nos Domine, & de lege tua erudi nos : ut mitiges*, &c. Item Auct. op. imp. in Matth. hom. 3. p. 39. c. *Beatus homo, quem Dominus arguerit ſuper terram.* Græc. Μακάριος ὁ ἄνθρωπος, ὃν ἂν Ϛὺ παιδεύσῃς Κύριε, καὶ ἐκ τοῦ, &c.

℣. 13. Auguſt. in hunc Pſ. *Ut mitiges eum à diebus malignis : donec*, &c. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Corb. *Ut mitiges eum à dieb. malis : donec*, &c. Gr. Τοῦ πραῦναι αὐτῷ (Ald. & Compl. αὐτὸν) ἀφ' ἡμερῶν πονηρῶν ἕως ἂν ὀρυγῇ τῷ, &c.

℣. 14. Accinunt Ambr. in Pſ. 43. col. 897. f. necnon Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum vet. Pſalt. & Græco. In Corb. tamen, *Quia non repellet Dominus plebem ſuam in finem*, &c.

℣. 15. Sic in Pſalt. Moz. exceptis his, *Quoadusque juſtitiâ convertatur judicium.* In Rom. Fabri, *Quoadusque juſtitia conv. in judicium : & qui tenent eum, omnes qui recto ſunt corde.* In Rom. Martian. & Carnut. *& qui tenent eam ;* in Mediolan. *& continent eam.* In Corb. *Quoadusque juſtitiam convertat in judicium : & qui tenent eam, omnes qui recto*, &c. Apud Auguſt. in hunc Pſ. *Quouſque juſtitia convertatur in judic. & qui habent eam, omnes recto ſunt corde ;* infra, *recti ſunt corde.* Apud Caſſiod. *Quoadusque... & qui tenent eam, omnes qui recto ſunt corde.* In Gr. Ἕως ἂν δικαιοσύνη ἐπιστρέψῃ εἰς κρίσιν· καὶ ἐχόμενοι αὐτῆς, πάντες οἱ εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ. Ibidem etiam ſequitur Διάψαλμα, ſicut in Pſalt. Rom. & Corb. Lat.

℣. 16. Ita Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Apud Aug. verò in eund. Pſ. ſic : *Quis exſurget mihi..... aut quis conſiſtet mihi adversùs op.* &c. In Pſalt. Corb. *Qui exſurget mihi adversùs malignantes me ? aut quis ſtabit mecum*, &c. In Gr. Τίς ἀναστήσεταί μοι..... ἢ τίς ϛυμπαρεστήκεταί μοι, &c.

℣. 17. Pſalt. Rom. *Niſi quia Dominus adjuvaſſet me : paulò minùs habitaverat in inf.* &c. Corb. *Niſi quòd Dominus adjuvat me : paulò minùs inhabitaverat in inferno*, &c. Mozarab. *Niſi Dominus adjuviſſet me : paulò minùs habitaverat*, &c. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. *Niſi quia Dom. adjuvit me : paulò minùs habitaverat*, &c. In Gr. Εἰ μὴ ὅτι Κύριος ἐβοήθησέ μοι· παρῴκησε τῷ ᾅδῃ, &c.

℣. 18. Pſalt. Rom. *adjuvabat me.* Itidem Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. Brev. verò Mozarab. *ſuſtentabat me* : Gr. ἐβοήθει μοι.

℣. 19. Ita legit Auguſt. in hunc Pſ. & epiſt. 55. ad Januar. to. 2. 138. c. uno excepto *jocundaverunt* : pro *delectaverunt* : rurſum *jocundaverunt*, epiſt. 248. col. 877. b. Caſſiod. verò Vulgatæ favet, cum Pſalt. Rom. In Mediolan. *exhortationes tuæ*, ut ſupra. Item in Corb. hoc addito, *delectabant animam meam.* In Gr. Κύριε, κατὰ τὸ πλῆθος..... αἱ παρακλήσεις Ϛου ἠγάπησαν τὴν ψυχήν μου· Mſ. Alex. ηὐφράναν ; Ald. & Compl. εὐφραναν.

℣. 20. Sic in Pſalt. Corb. excepto uno *adhærebit*, pro *aderit.* In Mozarab. *Nunquid adhæſit tibi ſedes..... qui fingis dolorem*, &c. In Rom. Mediolan. & Carnut. *Nunquid adhæret..... qui fingis dolorem*, &c. Sic etiam apud Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. In Gr. Μὴ ϛυμπαθήσεταί Ϛοι θρόνος... ὁ πλάσσων κόπον, &c. Alex. Ald. & Compl. Μὴ ϛυμπαθήσῃ Ϛοι.

℣. 21. Concinit Lactant. l. 4. Inſtit. c. 18. p. 581. ſicut Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. una cum vet. Pſalt. & Gr. Mozarab. tamen & Corb. delent *in*, ante *animam.*

℣. 22. Ita Pſalt. Rom. Moz. & Corb. quibus accedunt Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. Gr. ultimo hab. εἰς βοηθὸν ἐλπίδος μου.

℣. 23. Pſalt. Corb. *Et reddet illis iniquitatem ipſorum : & in malitiam eorum diſperdet eos Deus Deus noſter.* Rom. *Et reddet illis Dominus iniquitates ipſorum : & in malitia eorum diſperdet illos Dominus Deus noſter.* In Mediol. etiam, Carnut. & Mozar. non geminatur *diſperdet illos ;* nec ap. Caſſiod. in hunc Pſ. Ap. Auguſt. verò in eund. Pſ. ſic : *Et reddet illis Dominus ſecundùm opera eorum : & ſecundùm malitiam eorum diſperdet illos Dominus Deus noſter.* In Gr.

Digitized by Google

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Καὶ ἀποστώσει αὐτοῖς τὴν (Alex. Mſ. Κύριος κατὰ τὴν, Ald. & Compl. Κύριος τὴν) ἀνομίαν αὐτῶν, καὶ τὴν (Alex. Ald. & Compl. κατὰ τὴν) πονηρίαν αὐτῶν· ἀφανεῖ αὐτοὺς Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν. Hieron. epiſt. ad Sun. & Fret. to. 2. 654. c. ut in Vulg. *& in malitia eorum diſperdet eos:* tum addit: *In Græco dicitis non eſſe præpoſitionem* in, *ſed legi* malitiam diſperdet. *Sciendum autem quòd & in Hebræo, & in cunctis Interpretibus poſitum ſit*, in malitia eorum diſperdet eos. *Si autem calumniamur legere*, malitiam eorum diſperdet, *id quod in LXX. ſequitur in fine verſiculi*, eos, *& ſuperfluum erit, & vitioſum.*

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
Laus Cantici ipſi David. XCIV.	*XCV.*	* Laus Cantici ipſi David. XCIV. *Ex Mſ. Sangerm.*
1. VEnite, exſultemus Domino: jubilemus Deo ſalutari noſtro.	*VEnite, laudemus Dominum: jubilemus petræ Jeſu noſtro.*	1. VEnite, exſultemus in Domino: jubilemus Deo ſalutari noſtro.
2. Præoccupemus faciem ejus in confeſſione: & in pſalmis jubilemus ei.	*Præoccupemus vultum ejus in actione gratiarum: in canticis jubilemus ei.*	2. Præveniamus vultum ejus in confeſſionem: & in pſalmis jubilemus ei.
3. Quoniam Deus magnus Dominus: & rex magnus ſuper omnes deos.	*Quoniam fortis & magnus Dominus, & rex magnus ſuper omnes deos.*	3. Quia Deus magnus eſt, & rex magnus ſuper omnes deos: quia non repellet Dominus populum ſuum.
4. Quia in manu ejus ſunt omnes fines terræ: & altitudines montium ipſius ſunt.	*In cujus manu fundamenta terræ, & excelſa montium ipſius ſunt.*	4. Quia in manu ejus omnes fines terræ: & altitudines montium ipſius ſunt.
5. Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud: & ſiccam manus ejus formaverunt.	*Cujus eſt mare, ipſe enim fecit illud: & ſiccam manus ejus plaſmaverunt.*	5. Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud: & aridam manus ejus fundaverunt.
6. Venite, adoremus, & procidamus: & ploremus ante Dominum, qui fecit nos.	*Venite, adoremus, & curvemur: flectamus genua ante faciem Domini factoris noſtri:*	6. Venite, adoremus, & procidamus ante eum: & ploremus contra Dominum, qui fecit nos.
7. Quia ipſe eſt Dominus Deus noſter: & nos populus paſcuæ ejus, & oves manus ejus.	*Quia ipſe Deus noſter, & nos populus paſcuæ ejus, & grex manus ejus.*	7. Quia ipſe eſt Deus noſter: & nos plebs paſcuæ ejus, & oves manus ejus.
Hebr. 3. 7. 8. Hodie ſi vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda veſtra;	*Hodie ſi vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda veſtra:*	8. Hodie ſi vocem ejus audieritis, nolite obdurare corda veſtra
9. Sicut in irritatione ſecundùm diem tentationis in deſerto: ubi ten-	*Sicut in contradictione, ſicut in die tentationis in deſerto: ubi ten-*	9. In exacerbatione, ſecundùm diem tentationis in de-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Eundem titulum referunt Aug. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Gr. In Corb. & Mozarab. deeſt *ipſi*. Hic autem Pſalmus, quemadmodum legitur in Vulgata, pluribus variat ab eo qui uſurpatur in Breviariis, vulgòque canitur in Eccleſia.

℣. 1. Ita Pſalt. Moz. habet ad verbum. In Rom. deeſt *in*, ante *Domino*, ſicut apud Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. Sic etiam in Gr.

℣. 2. Auguſt. ſerm. 176. to. 5. 839. e. *Præveniamus faciem ejus in confeſſione*, &c. item in hunc Pſ. col. 1024. f. 1025. a. at ſupra legit, *Præoccupemus faciem*, &c. cum Caſſiod. & Pſalt. Rom. In Mediol. Corb. Carnut. & ap. Greg. Turon. p. 481. *Præveniamus*. In Mozarab. *Præoccupemus faciem Dei in*, &c. In Gr. Προφθάσωμεν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ ἐν ἐξομολογήσει, &c.

℣. 3. Pſalt. Rom. *Quoniam Deus mag. Dom. & rex..... quon. non repellet Dom. plebem ſuam.* Similiter in Carnut. Mozarab. & Breviariis. In Corb. verò, & apud Auguſt. *Quoniam Deus magnus eſt Dominus, & rex..... quon. non repellet Dom. plebem ſuam.* Caſſiod. *quoniam non repellit Dom. pleb. ſuam.* Gr. Ὅτι Θεὸς μέγας Κύριος, καὶ..... ὅτι οὐκ ἀπώσεται Κύριος τὸν λαὸν αὐτοῦ.

℣. 4. Ita Caſſiod. in hunc Pſ. Sic etiam in Breviar. Mozarab. addito verbo *ſunt*, ad *ejus*. Iren. l. 3. c. 10. p. 187. a. legit: *In manu ejus fines terræ: & altitudines montium ipſius ſunt.* Ita quoque in Græco, & apud Auguſt. in eund. Pſ. præfixo adverbio *quoniam*. In Pſalt. Rom. & Breviariis: *Quia in manu ejus ſunt omnes fines terræ: & altitudines montium ipſe conſpicit.* Itidem in Corb. dempto verbo *ſunt*.

℣. 5. Ita legit Iren. l. 3. c. 10. p. 187. a. Ita quoque Ambroſ. l. 3. Hexa. col. 40. a. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Moz. in Rom. & Mediol. ac Breviar. *& aridam fundaverunt manus ejus.* In Corb. *Quoniam ipſius mare, & ipſe fecit illud: & aridam manus ejus fundaver.* Apud Auguſt. l. 6. de Gen. ad lit. to. 3. 205. a. *& aridam manus ejus finxerunt:* in hunc autem Pſ. *& aridam terram manus ejus finxerunt.* In Græco, καὶ τὴν ξηρὰν αἱ χεῖρες αὐτοῦ ἔπλασαν.

℣. 6. Pſalt. Corb. *Venite..... & procidamus ante eum: & ploremus ante Dominum, qui*, &c. Rom. cum Moz. & al. Breviar. *& procidamus ante Deum: ploremus* (Moz. *& plor.*) *coram Domino, qui*, &c. Iren. l. 3. c. 10. p. 187. a. *Venite, ador. & procidamus ante eum: & ploremus in conſpectu Domini, qui fecit nos.* Ambroſ. in Luc. 7. to. 1. 1387. f. *& procid. ante Deum: & ploremus ante Dominum noſtrum, qui fecit nos:* ita rurſum l. 2. de pœnit. to. 2. 438. a. & l. 3. de Spir. S. 683. c. & epiſt. 51. col. 999. a. præter *eum*, loco *Deum*. S. Paulinus epiſt. 23. p. 147. a. *Venite, adoremus, & ploremus ante Dominum, qui*, &c. Auguſt. in hunc Pſ. *Venite, ador. & procidamus ei: & ploremus ante Dominum, qui*, &c. at ſerm. 26. to. 5. col. 136. d. ſeq. *Venite, adoremus eum, & proſternamur illi: & fleamus ante Dominum, qui nos fecit;* poſt paulò, 137. a. e. *& ploremus coram Domino;* ſerm. autem 176. p. 839. e. *& proſternamur ei: & fleamus coram Domino, qui*, &c. Caſſiod. in hunc Pſ. *& procidamus ante eum: ploremus ante Dominum, qui*, &c. Vict. Tun. l. de pœnit. ap. Ambroſ. col. 603. d. *adoremus, & procidamus: & ploremus ante Dominum, qui*, &c. Gr. καὶ προσκυνήσωμεν αὐτῷ· καὶ κλαύσωμεν ἐναντίον Κυρίου, &c.

℣. 7. Sic in Pſalt. Corb. præter unum *populus*, loco *plebs*. In Rom. & Breviar. *Quia ipſe eſt Dominus Deus noſter: nos autem populus ejus, & oves paſcuæ ejus.* Mozarab. *& nos populus paſcuæ ejus, & oves gregis ejus.* Auguſt. in hunc Pſ. *Quoniam ipſe eſt Dom. De. noſter: nos autem populus paſcuæ ejus, & oves manuum ejus.* Caſſiod. *& nos populus ejus, & oves paſcuæ ejus.* Gr. Ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Θεὸς ἡμῶν· καὶ ἡμεῖς λαὸς νομῆς αὐτοῦ, καὶ πρόβατα χειρὸς αὐτοῦ.

℣. 8. Sic in Pſalt. Rom. Moz. & Gr. necnon ap. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ.

℣. 9. Ita in Pſalt. Corb. præter hoc, *ſicut in exacerbatione*. Item in Mozarab. & Rom. & Breviar. addito uno *me*, ad verbum *tentaverunt*. Mediolan. etiam, & Carnut. hab. *in exacerbatione*. Auguſt. verò in hunc Pſ. ſic: *Quemadmodum in illa amaricatione* (inf. *ſicut in amaricatione*) *ſecundùm diem tent. in deſ. ubi tentaver. me patres veſtri, probaverunt, & vid. op. mea.* Caſſiod. in eund. Pſ. *Sicut in*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.	
Ex Mſ. Sangerm. ſerto : ubi tentaverunt patres veſtri, probaverunt, & viderunt opera mea.	*taverunt me patres veſtri, probaverunt me, & viderunt opus meum.*	taverunt me patres veſtri, probaverunt me, & viderunt opera mea.	
10. Quadraginta annis odio fui in gentibus, & converſatus ſum generationi ipſi, & dixi : Semper errant corde.	*Quadraginta annis diſplicuit mihi generatio : & dixi : Populus errans corde eſt,*	10. Quadraginta annis offenſus fui generationi illi, & dixi: Semper hi errant corde.	*Num.* 14. 34.
11. Et ipſi non cognoverunt vias meas : donec juravi in ira mea : Si introierint in requiem meam.	*Et non cognoſcens vias meas : & juravi in furore meo, ut non introirent in requiem meam.*	11. Et iſti non cognoverunt vias meas: ut juravi in ira mea: Si introibunt in requiem meam.	*Heb.* 4. 3.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

exacerbatione.... ubi tentav. me..... probaverunt me, &, &c. Plerique Mſs. Auguſt. ſup. ita ferunt : & *viderunt opera mea quadraginta annis*, & *exacerbaverunt me*. Gr. Ὡς ἐν τῷ παραπικρασμῷ κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ πικρασμοῦ (Alex. Ald. & Compl. πειρασμοῦ) ἐν τῇ ἐρήμῳ· ὃ ἐπείρασάν με (Alex. del. με) οἱ..... ἐδοκίμασαν (Alex. Ald. & Compl. add. με,) καὶ εἶδον τὰ ἔργα μου.

℣. 10. Auguſt. & Caſſiod. cum Pſalt. Mozarab. *Quadraginta annis proximus fui generationi huic*, & *dixi : Semper iſti errant corde.* Sic etiam in Rom. ac Breviar. præter hoc, *hi errant.* Item in Mediolan. *proximus fui*; in Carnut. *adhæſi* : huic autem, *hi errant corde*, ſubjicitur ibid. *propter quod odio habui hanc generationem* ; tum ſequitur, *Et ipſi non cognoverunt*, &c. Similiter in Corb. *Quadraginta annis adhæſi generationi huic*, & *dixi : Semper errant corde : propter quod odio habui hanc generationem. Et ipſi*, &c. In Gr. Τεσσαράκοντα ἔτη προσώχθισα τῇ γενεᾷ ἐκείνῃ, καὶ εἶπα· Ἀεὶ πλανῶνται τῇ καρδίᾳ. Καὶ αὐτοὶ, &c.

℣. 11. Auguſt. in hunc Pſ. *Et iſti non cognoverunt vias meas : quibus juravi in ira mea : Si introibunt in requiem meam.* Similiter ap. Caſſiod. ſicut in Pſalt. Corb. & Moz. excepto primo, *Et ipſi.* In Rom. & Breviar. *Ipſi verò non cognoverunt..... quibus juravi in ira mea : Si introibunt*, &c. In Corb. *Si intrabunt*, &c. Item in Mediolan. & Carnut. *quibus juravi.* Apud Hilar. in Pſ. 91. col. 236. b. *ſicut juravi in ira mea : Si intrabunt in req. meam* : vide etiam in Pſ. 54. col. 107. b. Apud Ambroſ. de ob. Theod. to. 2. col. 1206. a. *ſicut juravi in..... Si introibunt in*, &c. In Gr. Καὶ αὐτοὶ οὐκ (Alex. Ald. & Compl. Αὐτοὶ δὲ οὐκ) ἔγνωσαν... ὡς ὤμοσα ἐν τῇ... Εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν, &c.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 1. Cùm quando ædificata eſt domus * poſt captivitatem, Canticum ipſi David.		1. Quando domus ædificabatur poſt captivitatem. (1. *Par.* 15.)
** In Mſ. deeſt* poſt.	XCVI.	XCV.
CAntate Domino canticum novum : cantate Domino omnis terra.	*Cantate Domino canticum novum : cantate Domino omnis terra.*	CAntate Domino canticum novum : cantate Domino omnis terra.
2. Cantate Domino, benedicite nomen ejus : bene nunciate diem de die ſalutare ejus.	*Canite Domino, benedicite nomini ejus : annuntiate de die in diem ſalutare ejus.*	2. Cantate Domino, & benedicite nomini ejus : annuntiate de die in diem ſalutare ejus.
3. Adnuntiate inter gentes gloriam ejus, in omnibus populis mirabilia ejus.	*Narrate in gentibus gloriam ejus, in univerſis populis mirabilia ejus.*	3. Annuntiate inter gentes gloriam ejus, in omnibus populis mirabilia ejus.
4. Quoniam magnus Dominus, & laudabilis valde : terribilis eſt ſuper omnes deos.	*Quia magnus Dominus, & laudabilis nimis : terribilis eſt ſuper omnes deos.*	4. Quoniam magnus Dominus, & laudabilis nimis : terribilis eſt ſuper omnes deos.
5. Quoniam omnes dii gentium dæmonia : Dominus autem cœlos fecit.	*Omnes enim dii populorum ſculptilia : Dominus autem cœlos fecit.*	5. Quoniam omnes dii gentium dæmonia : Dominus autem cœlos fecit.
6. Confeſſio & pulchritudo in conſpectu ejus : ſancti-	*Gloria & decor ante vultum ejus : fortitudo & exſultatio in ſanctua-*	6. Confeſſio & pulchritudo in conſpectu ejus : ſanctimonia & ma-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita in Gr. edit. Rom. al. Ὠδὴ τῷ Δαυὶδ, Ὅτε, &c. Apud Aug. in hunc Pſ. & l. 8. de civit. Dei, to. 7. 213. d. *Inſcribitur titulus Psalmi : Quando domus adificabatur poſt captivitatem.* Apud Caſſiod. ſicut in Pſalt. Rom. & Moz. *Canticum David, Quando domus adificabatur poſt captivit.* In Corb. *Canticum David, Quando adificata eſt domus poſt captivitatem.* Verſic. autem iſte, *Cùm quando... poſt captivit.* Pſalmum anteced. claudit in Autographo Sangerm. ſed errore librarii manifeſto.

* Sic Irenæus l. 4. c. 9. p. 237. d. Hilar. in Pſ. 134. col. 559. a. Ambroſ. l. de Elia, c. 20. col. 558. e. Optat. l. 2. cont. Donat. p. 27. b. necnon Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. & Gr.

℣. 2. Ita in Gr. verbum è verbo ; ſicut etiam in Pſalt. Corb. Lat. Similiter hab. Auguſt. in hunc Pſ. cum Brev. Mozarabico, ſi hoc excipias, *de die in diem.* Similiter in Pſalt. & Miſſ. Rom. & apud Caſſiod. cum hoc, & *benedicite.* In Mediolan. quoque & Carnut. paulò inf. *bene nunciate.* Mſs. quidem Auguſt. ferunt *diem ex die*, ſed ſemel tantùm ; aliis in locis, *de die in diem* : & epiſt. 142. to. 2. 462. d. *bene nunciate de die ex die*, &c. Quæſt. autem 98. in Exod. to. 3. 453. c. *bene nunciate diem ex die*, &c. Hieron. in Iſai. 5. to. 3. 45. e. *annuntiate diem ex die ſalut.* &c. Fulg. reſp. cont. Arian. p. 61. *evangelizate de die in diem ſalutare ejus* : at ſer. 2. de dupl. nat. p. 553. *bene nunciate diem de die ſalut. ejus.*

℣. 3. Succinit Caſſiod. cum Pſalt. Rom. &c. Hilarius verò in Pſ. 13. n. 5. col. 59. a. legit : *Annuntiate in gentibus gloriam ejus*, & *in omnibus populis ſalutare ejus* : at in Pſ. 134. col. 559. a. *Annuntiate inter gentes gloriam ejus, in omni populo mirabilia ejus.* Hieron. in Iſai. 5. to. 3. 45. e. *Annunt. in gentibus glor. illius, in omnibus populis mirab. ejus.* Similiter habet Auguſt. epiſt. 142. to. 2. 462. d. e. & in hunc Pſ. col. 1033. c. poſt paulò tamen legit : *bene nunciate in gentibus*, &c. Optat. l. 2. cont. Donat. p. 27. b. *Pronunciate in gentibus glor. ipſius, in omnib. pop. mirab. ejus.* In Gr. Ἀναγγείλατε ἐν τοῖς ἔθνεσι, &c.

℣. 4. Ita Pſalt. Corb. hab. cum Gr. Sic etiam in Brev. Moz. deleto uno *eſt*, poſt *terribilis*. Pſalt. Rom. Vulgatæ favet, cum Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ.

℣. 5. Ita legunt Cypr. l. 3. Teſtim. p. 321. b. & Ambroſ. l. 2. Hexa. to. 1. 24. f. ac epiſt. 17. to. 2. 824. c. Item Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum vet. Pſalt. & Gr. Ap. Iren. l. 3. c. 6. p. 181. a. *Dii gentium, idola dæmoniorum.* Apud Tertul. l. de idol. c. 20. p. 246. a. *Dei autem nationum dæmonia.*

℣. 6. Auguſt. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. & Mozar. *Conf.* & *pulchritudo..... ſanctitas* & *magnificentia in ſanctificatione ejus.* Caſſiod. cum Pſalt. Corb. *Confeſſio* & *ſpecies in conſp. ejus : ſanctitas* & *magnific. in ſanctific. ejus* : Corb. *in ſanctimonia ejus.* Gr. Ἐξομολόγησις καὶ ὡραιότης..... ἁγιωσύνη καὶ μεγαλοπρέπεια ἐν τῷ ἁγιάσματι αὐτοῦ.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
gnificentia in ſanctificatione ejus.	*rio ejus.*	monia, & magnificentia ſanctitatis ejus. *Ex Mſ. Sangerm.*
7. Afferte Domino patriæ gentium, afferte Domino gloriam & honorem : 8. afferte Domino gloriam nomini ejus.	*Afferte Domino familiæ populorum, afferte Domino gloriam & fortitudinem : afferte Domino gloriam nomini ejus.*	7. Adferte Domino patriæ gentium, adferte Domino gloriam & honorem : 8. adferte Domino gloriam nomini ejus.
Tollite hoſtias, & introite in atria ejus : 9. adorate Dominum in atrio ſancto ejus.	*Levate munera, & introite in atria ejus : adorate Dominum in decore ſanctuarii.*	Tollite hoſtias, & introite in atria ejus : 9. adorate Dominum in atrio ſancto ejus.
Commoveatur à facie ejus univerſa terra : 10. dicite in gentibus quia Dominus regnavit.	*Paveat à facie ejus omnis terra : dicite in gentibus : Dominus regnavit.*	Commoveatur à facie ejus omnis terra : 10. dicite in gentibus : Dominus regnavit à ligno.
Etenim correxit orbem terræ qui non commovebitur : judicabit populos in æquitate.	*Siquidem appendet orbem immobilem : judicabit populos in æquitatibus.*	Etenim correxit orbem, quæ non commovebitur : judicavit populos in æquitate, & gentes in ira ſua.
11. Lætentur cœli, & exſultet terra, commoveatur mare, & plenitudo ejus : 12. gaudebunt campi, & omnia quæ in eis ſunt.	*Lætamini cœli, & exſultet terra ; tonet mare, & plenitudo ejus : gaudeat ager meus, & omnia quæ in eo ſunt.*	11. Lætentur cœli, & exſultet terra, commoveatur mare, & plenitudo ejus : 12. gaudebunt campi, & omnia quæ in eis.
Tunc exſultabunt omnia ligna ſilvarum 13. à facie Domini, quia venit : quoniam venit judicare terram.	*Tunc laudabunt univerſa ligna ſaltûs ante faciem Domini, quoniam venit : quoniam venit judicare terram.*	Tunc exſultabunt omnia ligna ſilvarum 13. ante faciem Domini, quoniam venit : quoniam venit judicare terram.
Judicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate ſua.	*Judicabit orbem in juſtitia, & populos in fide ſua.*	Judicavit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate ſua.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 7. Concinunt Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum vet. Pſalt. & Gr. Tertul. adv. Jud. c. 5. p. 138. c. legit : *Afferte Deo patria gentium, afferte Deo claritatem & honorem.*

℣. 8. Tertul. adv. Jud. c. 5. p. 138. c. *afferte Deo ſacrificia nominis ejus. Tollite hoſtias*, &c. ut ſup. Auguſt. & Caſſiod. ut in Vulg. Similiter in vet. Pſalt. & Gr.

℣. 9. Vulgatæ reſpondent Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. Pſalt. verò Rom. hab. cum Gr. *adorate Dominum in aula ſancta ejus. Commov. à facie ejus univerſa terra.* Mozar. ſimiliter hab. *in aula ſancta ejus ;* ut & S. Paulinus epiſt. 20. p. 111. b. Apud Hilar. in Pſ. 134. col. 559. a. *Commoveatur à fac. ejus omnis terra*, ut ſup.

℣. 10. Tertul. l. 3. adv. Marc. p. 677. b. ſimiliter hab. *Dominus regnavit à ligno :* item l. adv. Jud. c. 10. p. 144. b. 146. b. Succinunt Auct. quæſt. ap. Aug. to. 3. part. 2. q. 8. col. 145. b. Ambroſiaſter, p. 160. f. & Leo M. ſer. 53. p. 123. e. Apud Auguſt. pariter in hunc Pſ. *dicite in nationibus : Dominus regnavit à ligno. Etenim*, &c. ut in Vulg. Sic etiam hab. Vigil. Tapſ. cont. Varimad. p. 745. h. Item Auct. l. ad Novat. hær. p. 499. f. *annuntiate regnum Dei in gentibus, quia Dominus regnavit à ligno.* Verùm Hilar. in Pſ. 134. col. 559. a. legit ſimpliciter : *dicite in nationibus : Dominus regnabit ;* nec ſubdit ibid. *à ligno*, nec etiam in Pſ. 149. col. 592. a. b. ubi ſic : *in gentibus Dominus eſſe regnaturus oſtenditur.* Apud Caſſiod. autem ut ſup. *dicite in nationibus : Dominus regnavit à ligno. Etenim correxit orb. terræ, qui..... judicabit populos in æquitate*, & *gentes in ira ſua.* Caſſiodoro accinunt Pſalt. Rom. Corb. & Carnut. niſi quòd Rom. addit *quia*, poſt vocem *nationibus*. Mozarab. *dicite in nationib. Dom. regnavit à ligno. Etenim firmavit orbem terræ, quæ*, &c. ut in Vulg. Hymnus quoque *Vexilla regis*, ſic hab. circa medium, *Dicens in nationibus : Regnavit à ligno Deus.* In Gr. deeſt *à ligno*, & *quia :* in edd. tamen Ald. & Compl. eſt, ὅτι Κύριος ; reliqua ut in Vulg.

℣. 11. Auguſt. in hunc Pſ. *Jocundentur cœli, & exſultet terra, commoveatur mare*, &c. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Moz. *Lætentur cœli..... moveatur mare*, &c. Gr. Εὐφραινέσθωσαν..... Σαλευθήτω, &c.

℣. 12. Sic etiam in Pſalt. Rom. cui favet Ambr. l. de parad. to. 1. col. 146. c. Item Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. addito verbo *ſunt*, poſt *eis*, ut in Pſalt. Rom. Deeſt in Gr. extremò verò legitur τὰ δρυμά, *ſilva.*

℣. 13. Itidem in Pſalt. Corb. Rom. verò hab. *ante faciem Domini, quoniam venit : quoniam veniet judicare terram. Judicabit orbem terræ*, &c. Rom. Martian. *quoniam venit.* Item in Moz. & apud Caſſiod. *ante faciem Domini, quoniam venit*, &c. ut in Vulg. Sic etiam ap. Auguſt. in eund. Pſ. ſi excipias unum *orbem terrarum.* In Græco : πρὸ προσώπου τοῦ Κυρίου, ὅτι ἔρχεται· ὅτι ἔρχεται κρῖναι τὴν γῆν. Κρινεῖ τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, &c.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
1. Huic David, Quando terra ejus reſtituta eſt. XCVI.	*XCVII.*	1. Pſalmus ipſi David, Cùm terra ejus reſtituta eſt. XCVI. *Ex Mſ. Sangerm.*
DOminus regnavit, exſultet terra : lætentur inſulæ multæ.	*DOminus regnavit, exſultet terra : lætabuntur inſulæ multæ.*	* DOminus regnavit, exſultet terra : lætentur inſulæ multæ.
2. Nubes, & caligo in circuitu ejus : juſtitia, & judicium correctio	*Nubes & caligo in circuitu ejus : juſtitia & judicium firmamentum*	2. Nubes, & caligo in circuitu ejus : juſtitia, & judi-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Pſalt. Rom. Fab. cum Caſſiod. *Pſalmus ipſi David, Cùm terra ejus reſtaurata eſt.* Item in Carnut. *reſtaurata eſt.* In Corb. *Pſalmus David, Quando terra ejus reſtaurata eſt.* In Rom. Martian. *Pſalmus David, Quando terra ejus reſtituta eſt.* In Mozarab. ſimpliciter, *Pſalmus David.* Ap. Hilar. in hunc Pſ. *Pſalmus David, quem cecinit Domino, quando viſibis adverſariis ſuis, reddidit terra ſuæ Judææ pacem.* Ambroſ. in Pſ. 36. col. 777. d. textui reſpondet. Auguſt. ait : *Inſcribitur Pſalmus : Ipſi David, Cùm terra ejus reſtituta eſt ;* inf. *reſtitueretur.* In Gr. Τῷ Δαυὶδ, Ὅτε ἡ γῆ αὐτῆς καθίσαται. In edd. Ald. & Compl. Ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ, &c.

* Prior verſiculus ſimiliter exſtat apud Tertullian. l. de reſurr. carn. p. 576. b. Item apud Cypr. l. 2. Teſtim. p. 297. b. hoc ſubnexo, *jucundentur inſulæ multæ.* Similiter hab. Aug. in hunc Pſ. Caſſiod. verò cum vet. Pſalt. ut in Vulg. In Gr. εὐφραινέσθωσαν, &c.

℣. 2. Sic eſt in Pſalt. Rom. Martian. & apud Caſſiod. In Rom. Fabri, *correctio ſedis tuæ ;* in Carnut. & Corb. *correptio.* Apud Auguſt. *directio ſedis ejus.* Tichonius reg. 74

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.	
Ex Mſ. Sangerm. cium correctio ſedis ejus.	*ſolii ejus.*	ſedis ejus.	
3. Ignis ante ipſum procedit, & inflammavit in circuitu inimicos ſuos.	*Ignis ante faciem ejus ibit, & exuret per circuitum hoſtes ejus.*	3. Ignis ante ipſum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos ejus.	
4. Adparuerunt fulgura ejus orbi terræ: reſpexit, & commota eſt terra.	*Apparuerunt fulgura ejus orbi: vidit, & contremuit terra.*	4. Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ: vidit, & commota eſt terra.	
5. Montes liquefacti ſunt ſicut cera, & fluxerunt à facie Domini; à facie Domini omnis terra.	*Montes ſicut cera tabefacti ſunt à facie Domini: à facie dominatoris omnis terra.*	5. Montes ſicut cera fluxerunt à facie Domini; à facie Domini omnis terra.	
6. Adnuntiaverunt cœli juſtitiam ejus: & viderunt omnes populi gloriam ejus.	*Annuntiaverunt cœli juſtitiam ejus, & viderunt omnes populi gloriam ejus.*	6. Annuntiaverunt cœli juſtitiam ejus: & viderunt omnes populi gloriam ejus.	
7. Confundantur omnes, qui adorant ſculptilia: qui gloriantur in ſimulachris ſuis. Adorate eum omnes angeli ejus: 8. audivit, & lætata eſt Sion.	*Confundantur univerſi, qui ſerviunt ſculptili, qui gloriantur in idolis: Adorate eum omnes dii. Audivit, & lætata eſt Sion:*	7. Confundantur omnes, qui adorant ſculptilia: & qui gloriantur in ſimulachris ſuis. Adorate eum omnes angeli ejus: 8. audivit, & lætata eſt Sion.	*Exod.* 20. 4. *Lev.* 26. 1. *Deut.* 5. 8.
Et exſultaverunt filiæ Judææ, propter judicia tua Domine:	*Et exſultaverunt filiæ Judæ, propter judicia tua Domine.*	Et exſultaverunt filiæ Judæ, propter judicia tua Domine:	*Heb.* 1. 6.
9. Quoniam tu es Dominus excelſus ſuper omnem terram: vehementer exaltatus es ſuper omnes deos.	*Tu enim Dominus excelſus ſuper omnem terram: vehementer elevatus es ſuper omnes deos.*	9. Quoniam tu Dominus altiſſimus ſuper omnem terram: nimis exaltatus es ſuper omnes deos.	
10. Qui diligitis Dominum, odite nequitiam: cuſtodit animas ſervorum ſuorum, de manu peccatoris liberavit eos.	*Qui diligitis Dominum, odite malum: cuſtodit animas ſanctorum ſuorum, de manu impiorum eruet eos.*	10. Qui diligitis Dominum, odite malum: cuſtodit Dominus animas ſanctorum ſuorum, de manu peccatoris liberabit eos.	*Amos* 5. 15. *Rom.* 12. 9.
11. Lumen orietur juſto, & rectis corde lætitia.	*Lux orta eſt juſto, & rectis corde lætitia.*	11. Lux orta eſt juſto, & rectis corde lætitia.	
12. Lætamini juſti in Domino: & confitemini memoriæ ſanctitatis ejus.	*Lætamini juſti in Domino, & confitemini memoriæ ſanctæ ejus.*	12. Lætamini juſti in Domino: & confitemini memoriæ ſanctificationis ejus.	

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

p. 64. d. initio ſic habet: *Nimbus, & nubes in circuitu ejus.* Gr. Νεφέλη, καὶ γνόφος κύκλῳ αὐτοῦ..... καταρρωσις τῷ θρόνῳ αὐτοῦ.

℣. 3. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 724. a. *Ignis ante ipſum procedet, & cremabit inimicos ejus:* & l. de pudic. p. 1000. b. *Ignis enim procedet ante faciem ipſius, & exuret inimicos ejus.* Ambroſ. in Luc. 12. to. 1. 1442. a. cum Pſalt. Moz. *Ignis ante eum ardebit.* Ita quoque Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 31. p. 158. d. Auguſt. verò cum Pſalt. Rom. *Ignis ante eum præibit*, &c. ut in Vulg. Caſſiod. *ante ipſum præibit.* Gr. Πῦρ ἐναντίον (Ald. & Compl. ἐνώπιον) αὐτοῦ προπορεύσεται, καὶ φλογιεῖ, &c.

℣. 4. Ita Auguſt. in hunc Pſ. præter unum *vidit*, & *commota eſt.* Tertullian. l. de reſurr. carn. p. 576. b. *vidit*, & *concuſſa eſt.* Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Vulgatæ favet. Mozarab. hab. *Illuxerunt fulg. ejus orbis terræ*, &c. Auct. op. imp. in Matth. hom. 49. p. 209. e. *Alluxerunt fulgura ejus orbi terræ.* Græc. Ἔφαναν αἱ ἀστραπαὶ αὐτοῦ τῇ οἰκουμένῃ· εἶδε, καὶ ἐσαλεύθη, &c.

℣. 5. Tertul. l. de reſurr. carn. p. 576. b. *Montes ſicut cera liquefacti ſunt à facie Domini:* & l. cont. Hermog. p. 420. b. *Montes verò tanquam cera liqueſcent à conſpectu Domini:* & cont. Prax. p. 851. c. *A cujus conſpectu montes liqueſcunt ut cera.* Hieron. in Iſai. 64. to. 3. 473. b. *Montes liquefacti ſunt ſicut cera à facie Domini; à facie Dei univerſæ terræ.* Auguſt. in hunc Pſ. *Montes fluxerunt ſicut* (al. *velut*) *cera à facie Domini; à facie Domini omnis terra.* Caſſiod. *à facie Domini tremuit omnis terra.* Ita etiam in Pſalt. Carnut. Corb. & Rom. Martian. In Rom. Fabri deeſt *tremuit.* In Græco: Τὰ ὄρη ὡσεὶ κηρὸς ἐτάκησαν ἀπὸ προσώπου Κυρίου· ἀπὸ προσώπου Κυρίου πάσης τῆς γῆς. In Mſ. Alex. ἐτάκησαν ὡσεὶ κηρός.

℣. 6. Concordant Aug. & Caſſiod. unà cum vet. Pſalt. & Græco.

℣. 7. Ita legit Auguſt. ad verbum. Sic etiam in Pſalt. Moz. excepto uno *adorate Dominum.* In Corb. *qui adorant ſculptilibus: qui glor..... adorate eum*, &c. In Rom. ut in Vulg. Apud Caſſiod. *Confund. omnes, qui adorant idola: qui gloriantur*, &c. In Gr. Αἰσχυνθήτωσαν πάντες οἱ προσκυνοῦντες τοῖς γλυπτοῖς· οἱ ἐγκαυχώμενοι ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν, &c. ut in Vulg.

℣. 8. Sic in Pſalt. Corb. Auguſt. verò in hunc Pſ. leg. *audivit*, & *jocundata eſt Sion. Et exſultaverunt filiæ Judææ*, &c. Hieronymus in Dan. 3. to. 3. 1085. a. *Exſultaverunt*, & *lætata ſunt filiæ Judæ, in omnibus judiciis tuis Domine.* Caſſiod. cum vet. Pſalt. ut in Vulg. Gr. ἤκουσε, καὶ εὐφράνθη Σιών. Καὶ ἠγαλλιάσαντο αἱ θυγατέρες τῆς Ἰουδαίας, ἕνεκεν, &c. Obſervant editores noviſſimi op. Aug. in Editt. legi *filiæ Judæ*; in Mſs. verò pluribus *Judææ*: ſic etiam ferunt melioris notæ codices ſup. in Pſ. 47. ℣. 12.

℣. 9. Aug. & Caſſiod. Vulgatæ reſpondent, cum Pſalt. Rom. & Moz. niſi quòd hab. *quoniam tu es.* Sic etiam in Gr. In Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. deeſt verbum *es.* In Pſalt. Corb. *Quoniam tu es Dominus altiſſimus ſuper..... nimis ſuperexaltatus es ſuper omnes Deus.*

℣. 10. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 194. b. *Qui diligitis Dom. odite malum.* Auguſt. in hunc Pſ. *Qui dilig. Dom. odite malignum: cuſtedit Dominus animas ſervorum ſuorum, de manu peccatoris eruet eas.* Apud Caſſiod. ut in Vulg. excepto uno plurali *peccatorum.* In Pſalt. Rom. *cuſtodit Dom. animas ſervorum ſuorum*, & *de manu peccatorum liberabit eos.* Item in Mediol. & Moz. *animas ſervorum ſuorum:* præterea in Moz. & Corb. *liberavit eos.* In Gr. Οἱ ἀγαπῶντες τὸν Κύριον, μισεῖτε πονηρόν· φυλάσσει Κύριος τὰς..... τῶν ὁσίων αὐτοῦ, ἐκ χειρὸς ἁμαρτωλῶν (Alex. Ald. & Compl. ἁμαρτωλοῦ) ῥύσεται αὐτούς.

℣. 11. Pſalt. Rom. cum Caſſiod. Vulgatæ congruit. Mozarab. hab. *Lux orta eſt juſtis.* Auguſt. in eund Pſ. *Lux orta eſt juſto*, & *rectis corde jocunditas.* Gr. Φῶς ἀνέτειλε τῷ δικαίῳ, καὶ τοῖς εὐθέσι τῇ..... εὐφροσύνη.

℣. 12. Ita Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Moz. Apud Auguſt. in eund. Pſ. *Jocundamini juſti in Domino:* & *confit. mem. ſanctitatis ejus.* In Gr. Εὐφράνθητε..... καὶ ἐξομολογεῖσθε τῇ μνήμῃ τῆς ἁγιωσύνης αὐτοῦ.

Digitized by Google

VULGATA HOD.

1. Pſalmus ipſi David. XCVII.

CAntate Domino canticum novum : quia mirabilia fecit.

Salvavit ſibi dextera ejus, & brachium ſanctum ejus.

Iſa. 52. 10. *Luc.* 3. 6. 2. Notum fecit Dominus ſalutare ſuum : in conſpectu gentium revelavit juſtitiam ſuam.

3. Recordatus eſt miſericordiæ ſuæ, & veritatis ſuæ domui Iſraël.

Viderunt omnes termini terræ ſalutare Dei noſtri.

4. Jubilate Deo omnis terra : cantate, & exſultate, & pſallite.

5. Pſallite Domino in cithara, in cithara & voce pſalmi : 6. in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ.

Jubilate in conſpectu regis Domini : 7. moveatur mare, & plenitudo ejus ; orbis terrarum, & qui habitant in eo.

8. Flumina plaudent manu, ſimul montes exſultabunt 9. à conſpectu Domini : quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terrarum in juſtitia, & populos in æquitate.

HEBR.

Canticum. XCVIII.

CAntate Domino canticum novum : quia mirabilia fecit.

Salvavit ſibi dextera ejus, & brachium ſanctum ejus.

Notum fecit Dominus ſalutare ſuum : in conſpectu gentium revelavit juſtitiam ſuam.

Recordatus eſt miſericordiæ ſuæ, & veritatis ſuæ domui Iſraël :

Viderunt omnes fines terræ ſalutare Dei noſtri.

Jubilate Domino omnis terra : vociferamini, & laudate, & canite.

Canite Domino in cithara ; in cithara, & voce carminis : in tubis, & clangore buccinæ.

Jubilate coram rege Domino : tonet mare, & plenitudo ejus ; orbis, & habitatores ejus.

Flumina plaudent manu, ſimul montes laudabunt ante Dominum : quia venit judicare terram.

Judicabit orbem in juſtitia, & populos in æquitatibus.

VERSIO ANTIQUA.

1. Pſalmus ipſi David. XCVII.

Ex Mſ. Sangerm.

*CAntate Domino canticum novum : quia mirabilia fecit Dominus.

Et liberavit eum dextera ejus, & brachium ſanctum ejus.

2. Notum fecit Dominus ſalutarem ſuum : ante conſpectum gentium revelavit juſtitiam ſuam.

3. Memor fuit miſericordiæ ſuæ Jacob, & veritatis ſuæ domus Iſraël.

Viderunt omnes fines terræ ſalutarem Dei noſtri.

4. Jubilate Domino omnis terra : cantate, & exaltate, & pſallite.

5. Pſallite Domino noſtro in cithara, & voce pſalmi : 6. in tubis abietum, & voce tubæ corneæ.

Jubilate in conſpectu regis Domino : 7. moveatur mare, & plenitudo ejus ; orbis terræ, & omnes qui habitant in eam.

8. Flumina plaudent manibus ſuis, montes exſultabunt : 9. quia venit judicare terram.

Judicavit orbem terræ in juſtitia, & populos in æqui-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic in Pſalt. Rom. & apud Caſſiod. & in Gr. In Pſalt. Corb. deeſt *ipſi*.

* Sic Hilarius in Pſ. 194. col. 559. d. dempto uno &, ante *liberavit*. Ambr. in Pſ. 13. col. 59. a. tollit vocem *Dominus*. Caſſiod. hanc retinet, cum Pſalt. Rom. ſubditque cum ipſo, *ſalvavit enim dextera ejus*, &c. Mozarab. poſt hoc, & *brachium ſanctum ejus*, addit : *liberet nos Domine dextera tua*, & *brachium ſanctum tuum*. Auguſt. in eund. Pſ. legit : *Cantate..... quoniam mirabilia fecit Dominus. Sanavit ei dextera ejus*, & *brach. ſanctum ejus*. Pſalt. Mediol. *Salvavit eum* ; Carnut. *Liberavit eum*. Gr..... Κύριος. Ἔσωσεν αὐτῷ, &c. ut in textu.

℣. 2. Iren. l. 3. c. 10. p. 186. e. *Notum fecit Deus ſalutare ſuum in conſpectu gentium*. Hilar. in Pſ. 13. col. 59. a. *Oſtendit Dominus ſalutare ſuum : in conſpectu gent.* &c. ut ſup. at in Pſ. 134. col. 559. d. *Notum fecit Dom. ſalutare ſuum ante conſpectum gentium*. Similiter hab. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Leone M. ſerm. 32. p. 91. & Brev. Mozarab. Sic etiam in Pſalt. Corb. necnon in Pſalt. & Miſſali Rom. ad Grad. tertiæ Miſſæ Nativitatis Dom. In Gr. Ἐγνώρισε Κύριος..... ἐναντίον τῶν, &c.

℣. 3. Ita legunt Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Corb. & Gr. ſi excipias vocem *domui*, pro *domus*. Sic etiam in Mozarab. præter ſeqq. & *veritati ſuæ domui Iſr.* Item in Mediolan. *miſeric. ſuæ Jacob*. At Hieron. epiſt. ad Sun. & Fret. col. 654. c. ait *Jacob nomen ſuperfluum eſſe*. Scribunt omnes conſtanter, *ſalutare*, non *ſalutarem*.

℣. 4. Auguſt. in hunc Pſ. *Jubilate Deo univerſa terra : cantate*, & *exſultate*, &c. Sic etiam in Pſalt. Corb. excepto *Domino*, pro *Deo*. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Gr. Vulgatæ congruit.

℣. 5. Pſalt. Rom. Martian. *Pſallite Deo noſtro in cithara*, & *cithara*, &, &c. Rom. Fabri cum Moz. *Deo noſtro in cithara*, *in cithara*, &, &c. Corb. *Pſallite Domino noſtro in citb. in citb.* &c. Auguſt. in hunc Pſ. *Pſallite Domino Deo noſtro in cithara*, *in citb.* &c. Caſſiod. ut in Vulg. cui etiam Gr. favet.

℣. 6. Sic eſt in Pſalt. Mozarab. Mediolan. quoque hab. *in tubis abietum*. Rom. *in tubis ductilibus..... in conſpectu regis Domino*. Corb. *in tuba iſtum*, & *vocem tuba cornea*, &c. Caſſiod. & Auguſt. ut in Vulg. Mſs. tamen plerique Auguſt. ferunt : *Jubilate Domino in conſpectu regis Domini* ; nonnulli, *Jubilate Deo in conſp. regis Domino*. Gr. ἐν ζάλπιγξιν ἐλαταῖς, ἐν φωνῇ..... Ἀλαλάξατε ἐνώπιον τοῦ βασιλέως Κυρίου. Alex. Ald. & Compl. Κυρίῳ. Apud Ambroſ. l. de bened. Patr. col. 530. a. & in Pſ. 43. col. 895. f. memoratur *tuba cornea*.

℣. 7. Pſalt. Moz. cum Rom. Corb. & Caſſiod. *commoveatur* (Rom. & Corb. *moveatur*) *mare*, &..... *orbis terrarum*, & *univerſi* (Corb. *omnes*) *qui habitant in eo* ; Caſſiod. *in ea*. Auguſt. in hunc Pſ. *commoveatur mare*, &..... *orbis terræ*, & *omnes habitantes in ea*. Græc. Ζαλευθήτω ἡ..... ἡ οἰκουμένη, καὶ οἱ κατοικοῦντες αὐτήν. Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. πάντες οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ.

℣. 8. Pſalt. Rom. cum Moz. *Flumina plaudent manibus in idipſum*, *montes exſultaverunt*, Mozarab. *exſultabunt*. Similiter in Mediolan. & Carnut. necnon apud Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. In Corb. *Flumina plaudent manus in idipſum*, *montes exſultabunt*. Ap. Hilar. in hunc Pſ. *Flumina plaudant manu*. In Gr. Ποταμοὶ κροτήσουσι χειρὶ ἐπιτοαυτὸ, τὰ ὄρη ἀγαλλιάσονται.

℣. 9. Auguſt. in hunc Pſ. legit : *à facie Domini*, *quoniam venit : quoniam venit judicare terram. Judicabit orbem terræ*, &c. ſubdit verò : *Quare veniet*, & *quomodo veniet* ? Caſſiod. in eund. Pſ. ſic : *ante faciem Domini : quoniam venit judicare terram. Judicabit orbem terræ*, &c. Pſalt. Rom. Fabri : *ante faciem Domini*, *quoniam venit : quoniam veniet judicare terram. Judicabit orbem terræ*, &c. Itidem in Rom. Martian. & Moz. excepto uno *venit*, pro *veniet*. In Mediolan. etiam bis *venit*. In Corb. *à facie Domini : quia venit judicare terram. Judicabit orbem terræ in juſt.* &c. Gr. ed. Rom. delet τὸ *ante faciem*, vel *à facie Domini* ; nec geminat *quoniam venit*. Secus in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. ubi ſic : ἀπὸ προσώπου Κυρίου, ὅτι ἔρχεται· ὅτι ἥκει, &c. in edit. Rom. ſimpliciter, ὅτι ἥκει κρῖναι..... κρινεῖ τὴν, &c.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Saugerm. 1. Pſalmus ipſi David. XCVIII.	XCIX.	1. Pſalmus ipſi David. XCVIII.
*DOminus regnavit, iraſcuntur populi; qui ſedet ſuper cherubim, moveatur terra.	*DOminus regnavit, commoveantur populi; ſeſſor cherubim, concutiatur terra.*	DOminus regnavit, iraſcantur populi; qui ſedet ſuper cherubim, moveatur terra.
2. Dominus in Sion magnus: & excelſus eſt ſuper omnes populos.	*Dominus in Sion magnus, & excelſus eſt ſuper omnes populos.*	2. Dominus in Sion magnus: & excelſus ſuper omnes populos.
3. Confiteantur nomini tuo magno: quia terribile, & ſanctum eſt: 4. & honor regis judicium diligit.	*Confiteantur nomini tuo magno, & terribili, ſanctoque: & imperium regis judicium diligit.*	3. Confiteantur nomini tuo magno: quoniam terribile, & ſanctum eſt: 4. & honor regis judicium diligit.
Tu præparaſti æquitates: judicium & juſtitiam in Jacob tu feciſti.	*Tu fundaſti æquitates: judicium & juſtitiam in Jacob tu feciſti.*	Tu paraſti directiones: judicium & juſtitiam in Jacob tu feciſti.
5. Exaltate Dominum Deum noſtrum, & adorate ſcabellum pedum ejus: quoniam ſanctum eſt.	*Exaltate Dominum Deum noſtrum, & adorate ſcabellum pedum ejus: quia ſanctus eſt.*	5. Exaltate Dominum Deum noſtrum, & adorate ſcabellum pedum ejus: quoniam ſanctum eſt.
6. Moyſes & Aaron in ſacerdotibus ejus: & Samuel inter eos, qui invocant nomen ejus.	*Moſes & Aaron in ſacerdotibus ejus, & Samuel in his qui invocant nomen ejus.*	6. Moyſes & Aaron in ſacerdotibus ejus: & Samuel inter eos, qui invocant nomen ejus.
Invocabant Dominum, & ipſe exaudivit eos: 7. in columna nubis loquebatur ad eos.	*Invocabant Dominum, & ipſe exaudivit eos: in columna nubis loquebatur ad eos.*	Invocabant Dominum, & ipſe exaudiebat eos: 7. in columna nubis loquebatur ad eos.
Cuſtodibant teſtimonia ejus, & præcepta ejus quæ dedit illis.	*Cuſtodierunt teſtimonia ejus, & præceptum quod dedit eis.*	Cuſtodiebant teſtimonia ejus, & præceptum quod dedit illis.
8. Domine Deus noſter tu exaudiſti eos: Deus tu propitius factus es illis, & vindicans in omnia ſtudia eorum.	*Domine Deus noſter tu exaudiſti eos: Domine propitius fuiſti eis, & ultor ſuper commutationibus eorum.*	8. Domine Deus noſter tu exaudiebas eos: Deus tu propitius fuiſti eis, & ulciſcens in omnes adinventiones eorum.
9. Exaltate Dominum Deum	*Exaltate Dominum Deum noſ-*	9. Exaltate Dominum Deum noſ-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Pſalt. Rom. delet *ipſi*, cum Moz. & Corb. In Gr. Ψαλμὸς τῷ Δαυίδ. Hunc Pſ. Moyſi adſcribit Hilarius prolog. in Pſ. n. 4. ſicut Hieron. epiſt. ad Cypr. to. 2. 695. a. *Moyſes*, inquit, *non ſolùm nobis quinque reliquit libros, Geneſim, Exod. &c..... ſed undecim quoque Pſalmos, ab octogeſimo nono..... uſque ad nonageſimum nonum*: & infra: *Quòd autem in pleriſque codicibus nonageſimus octavus habet titulum*, Pſalmus David, *in Hebraïco non habetur; hanc habente Scripturæ Sanctæ conſuetudinem, ut omnes Pſalmi, qui cujus ſint titulos non habent, his deputentur, quorum in prioribus Pſalmis nomina continentur.* Idem docet præf. in Malach. ſicut Hilarius ipſe præf. in Pſ. n. 3. col. 3. b. c. In hoc tamen Pſalmo mentio fit Samuelis, qui pluribus poſt Moyſen ſæculis vixit: difficultatem ſolvit Hilarius ubi ſup. dicens: *Quòd ſi fortè aliquis per id intelligentiæ hujus fidem detrahet, quòd in his Pſalmis, qui eum Pſalmum, cui Moyſes auctor prælatus eſt, ſubſequuntur, ſcriptum ſit, id eſt, in nonageſimo octavo*: Moyſes & Aaron..... & Samuel, *&c. non poſſe à Moyſe eum prophetatum videri, cùm* Samuel *nomen, qui tantò poſteaquam Moyſes natus eſt, exſtat in Pſalmo: meminerit nulli mirum aut difficile videri oportere, ut tantus propheta tanti propheta, poſtea licet futuri, nomen ediderit, cùm in Regnorum libris Joſiæ regis nomen ſit, antequam naſcatur, prophetatum*, &c. Vide ſis plura ibid.

* In Pſalt. Rom. & Mozarab. eſt *iraſcantur*: & inf. *qui ſedes ſuper*, &c. ut ſup. Item *ſedes*, in Mediolan. & Carnut. & apud Caſſiod. Apud Iren. l. 4. c. 33. p. 274. b. & Auguſt. in hunc Pſ. *qui ſedet ſup. cherub. commoveatur terra.* Apud Ambroſ. in Pſ. 43. to. 1. 913. e. *qui ſedes..... moveatur*, &c. In Gr. ὀργιζέσθωσαν λαοί· ὁ καθήμενος..... Σαλευθήτω, &c.

℣. 2. Ita legit Auguſt. in hunc Pſ. Caſſiod. verò cum vet. Pſalt. ut in Vulg. In Gr. ὑψηλός ἐστιν, &c.

℣. 3. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Corb. & Carnut. *Confiteantur nomini tuo magno, & terribili: quon. ſanctum eſt.* Mozarab. *Confiteantur omnes nom. tuo magno: quia terribile*, &c. Apud Auguſt. ut in Vulg. cui etiam Gr. favet.

℣. 4. In Pſalt. Corb. Carnut. & Moz. *Tu paraſti æquitates*; in Rom. & Mediol. *æquitatem.* Similiter ap. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. In Gr. Σὺ ἡτοίμασας εὐθύτητας, &c.

℣. 5. Vox iſta, *ſanctum*, deeſt in Pſalt. noſtro Sang. hanc ſupplevimus ex Pſalt. Rom. & Vulg. In Moz. Corb. & Carnut. legitur, *quoniam ſanctus eſt*; ſicut apud Aug. in hunc Pſ. juxta melioris not. Mſs. Apud Ambroſ. verò l. 2. de Abrah. c. 11. to. 1. 351. f. & l. 3. de Spir. S. to. 2. 680. d. e. & *adorate ſcab..... quon. ſanctum eſt*; ſic etiam apud Caſſiod. In Gr. ἢ προσκυνεῖτε τῷ ὑποποδίῳ..... ὅτι ἅγιός ἐστι· Mſ. Alex. ἅγιον. Auguſt. loco cit. col. 1065. a. obſervat *quod dicunt Græci*, ὑποπόδιον, dixiſſe Latinos *ſcabellum*, alios *ſuppedaneum.*

℣. 6. Pſalt. Rom. cum Caſſiod. Vulgatæ congruit. Mozarab. delet *ejus*, poſt vocem *ſacerdotibus.* Auguſt. in hunc Pſ. legit *in his*, pro *inter eos*; cæt. ut in Vulg. Hilar. verò prolog. in Pſ. n. 4. col. 3. d. ſic: *Moyſes & Aaron in ſacerdotes ejus: & Samuel inter eos invocantes nom. ejus.* Ambroſ. epiſt. 63. to. 2. 1034. d. *Moyſes..... in ſacerdotibus ejus: & Sam. inter invocantes nom. ejus.* Hieron. ep. ad Cypr. to. 2. 695. c. *Samuel in eis, qui invocant nom. illius.* Pſalt. Corb. add. *Invocabant Deum, & ipſe exaudivit eos.* Gr. Μωυσῆς..... ἐν τοῖς ἱερεῦσιν αὐτοῦ· καὶ Σαμουὴλ ἐν τοῖς ἐπικαλουμένοις τὸ..... καὶ αὐτὸς εἰσήκουεν· Alex. cum Ald. & Compl. εἰσήκουεν αὐτῶν.

℣. 7. Ita legit Auguſt. in hunc Pſ. cum Pſalt. Corb. Sic etiam Caſſiod. niſi quòd hab. *quia cuſtodiebant.* Pſalt. Rom. addit, *& præcepta ejus, quæ dederat illis.* Mozarab. cum Gr. *& præcepta quæ dedit eis.* Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. add. αὐτῷ, ad προσάγματα. Apud Hilar. in Pſ. 134. col. 474. c. primus tantùm legitur verſic. *in columna nubis loqueb. ad eos.* Similiter apud Ambroſ. in Luc. 20. to. 1. 1512. e.

℣. 8. Itidem in Pſalt. Mozarab. excepto uno *fuiſti*, pro *factus es.* Sic etiam in Corb. dempto præced. *tu.* In Rom. pariter, *& vindicans in omnia ſtudia eorum*; ſicut in Mediol. & Carnut. Ita quoque apud Caſſiod. in hunc Pſ. cæt. ut in Vulg. Apud Auguſt. in eund. Pſ. *Domine..... tu exaudiſti eos: Deus tu propit. fuiſti illis, & vindicans in omnes affectiones eorum.* In Gr... ὦ ἐπήκους αὐτῶν· ὁ Θεὸς εὐίλατος ἐγίνου αὐτοῖς, καὶ ἐκδικῶν ἐπὶ πάντα τὰ ἐπιθέσεις αὐτῶν.

℣. 9. Succinit Auguſt. in hunc Pſ. unà cum Gr. Caſſiod. verò cum Pſalt. Rom. extremò hab. *quoniam ſanctus eſt Dominus*, &c.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.	
trum, & adorate in monte ſancto ejus: quoniam ſanctus Dominus Deus noſter.	*trum, & adorate in monte ſancto ejus: quia ſanctus Dominus Deus noſter.*	noſtrum, & adorate in monte ſancto ejus: quoniam ſanctus Dominus Deus noſter.	*Ex Mſ. Sangerm.*

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
1. Pſalmus in confeſſione. XCIX.	*Canticum in gratiarum actione. C.*	1. Pſalmus in confeſſionem. XCIX.
2. JUbilate Deo omnis terra: ſervite Domino in lætitia.	*JUbilate Deo omnis terra: ſervite Domino in lætitia:*	2. JUbilate Deo omnis terra: ſervite Domino in lætitia.
Introite in conſpectu ejus, in exſultatione.	*Ingredimini coram eo in laude.*	Intrate in conſpectu ejus, in exſultatione.
3. Scitote quoniam Dominus ipſe eſt Deus: ipſe fecit nos, & non ipſi nos:	*Scitote quoniam Dominus ipſe eſt Deus: ipſe fecit nos, & ipſius ſumus;*	3. Scitote quia Dominus ipſe eſt: quoniam ipſe fecit nos, & non ipſi nos:
Populus ejus, & oves paſcuæ ejus: 4. introite portas ejus in confeſſione, atria ejus in hymnis: confitemini illi.	*Populus ejus, & grex paſcuæ ejus. Ingredimini portas ejus in gratiarum actione, atria ejus in laude: confitemini ei,*	Plebs ejus, & oves paſcuæ ejus: 4. intrate portas ejus in confeſſionem, atria ejus in hymnis confeſſionis.
Laudate nomen ejus: 5. quoniam ſuavis eſt Dominus, in æternum miſericordia ejus, & uſque in generationem & generationem veritas ejus.	*Benedicite nomini ejus: quia bonus Dominus, in ſempiternum miſericordia ejus; & uſque ad generationem & generationem fides ejus.*	Laudate nomen ejus: 5. quia ſuavis Dominus, in æternum miſericordia ejus, & uſque in ſæculum & ſæculum veritas ejus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hieron. ep. ad Cypr. to. 2. 695. a. legit cum Caſſiod. & Pſalt. Corb. *Pſalmus in confeſſione.* Ita quoque Auguſt. præmiſſis his: *Sic inſcribitur, hic eſt titulus ejus.* Concinit Pſalt. Rom. Fabri. Rom. verò Martian. hab. *Pſalmus David in confeſſione;* Mozarab. *in confeſſione David.* Græc. Ψαλμὸς εἰς ἐξομολόγησιν. Ald. & Compl. Ψαλμὸς τῷ Δαυίδ.

℣. 2. Sic hab. Caſſiod. cum Pſalt. Corb. & Rom. Martian. In Rom. Fabri, & Gr. bis *Domino.* In Mozarab. *Jubilate Domino..... ſervite Deo..... Introite in*, &c. Sic etiam in edd. Ald. & Compl. Apud Auguſt. in eund. Pſ. *Jubilate Domino univerſa terra;* poſt paulò verò, *Deo omnis terra;* & poſt plura, *Domino omnis terra;* ſtatimque: *ſervite Domino in jocunditate. Introite*, &c. ut ſup.

℣. 3. Ambroſ. in Luc. 20. to. 1. col. 1505. b. *Scitote quia Dominus ipſe eſt Deus noſter:* & l. 1. de fide, to. 2. 448. f. 449. a. *Scitote quoniam Dominus ipſe eſt Deus: ipſe fecit nos, & non ipſi nos.* Similiter Auguſt. in hunc Pſ. niſi quòd hab. *& non nos*, abſque medio *ipſi;* deinde ſic: *Nos autem populus ejus, & oves paſc.* &c. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Corb. *Scitote quòd Dominus ipſe eſt Deus: nos autem pop.* &c. ut in Vulg. nuſpiam geminatur *quoniam.* In Gr. Γνῶτε ὅτι Κύριος αὐτός ἐστιν ὁ Θεός (Alex. Ald. & Compl. ὁ Θεὸς ἡμῶν) αὐτὸς ἐποίησεν ἡμᾶς, καὶ οὐχ ἡμεῖς· λαὸς αὐτοῦ, καὶ, &c. Alex. Ald. & Compl. Ἡμεῖς δὲ λαὸς αὐτοῦ, &c.

℣. 4. Itidem apud Caſſiod. præter vocem *confeſſionum*, loco *confeſſionis.* In Pſalt. Rom. & Moz. *intrate..... in confeſſione, atria ejus in hym. confeſſionum.* Sic etiam in Corb. excepta voce ult. *confeſſionis.* Apud Auguſt. in eund. Pſ. *intrate in portas ejus in confeſſione, in atria ejus in hymnis: confitemini ei. Laudate nomen ejus:* ita ſanè ferunt ibid. plerique & mel. notæ Mſs. edd. verò Am. Er. & Mſs. 2. *in hymnis confeſſionum confitemini ei;* Lovan. *in hymnis confeſſionem confitemini ei.* Gr. εἰσέλθατε εἰς τὰς πύλας αὐτοῦ ἐν ἐξομολογήσει, τὰς (Mſ. Alex. cum Ald. & Compl. εἰς τὰς) αὐλὰς αὐτοῦ ἐν ὕμνοις. Ἐξομολογεῖσθε αὐτῷ, αἰνεῖτε, &c.

℣. 5. Pſalt. Rom. Corb. & Mozar. cum Caſſiod. *quoniam ſuavis eſt Dom.....* & *uſque in ſæculum ſæculi veritas ejus.* Auguſt. in eund. Pſ. cum Vulgata concinit. Item & Gr. niſi quòd initio hab. ὅτι χρηστός, abſque ſeq. *eſt*, ut ſup. in textu.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.	
1. Pſalmus ipſi David. C.	*David Canticum. CI.*	1. Pſalmus David. C.	*Ex Mſ. Sangerm.*
MIſericordiam, & judicium cantabo tibi Domine:	*MIſericordiam, & judicium cantabo: tibi Domine pſallam.*	* MIſericordiam, & judicium cantabo tibi Domine:	
Pſallam, 2. & intelligam in via immaculata, quando venies ad me.	*Eruditar in via perfecta, quando venies ad me:*	Pſallam, 2. & intelligam in via irreprehenſibili, quando venies ad me.	
Perambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ.	*Ambulabo in ſimplicitate cordis mei in medio domus mea.*	Perambulavi in innocentia cordis mei, in media domu tua.	
3. Non proponebam ante oculos meos rem injuſtam: facientes prævaricationes odivi.	*Non ponam coram oculis meis verbum Belial: facientem declinationes odivi,*	3. Non proponebam ante oculos meos rem malam: facientes prævaricationes odivi.	

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Pſalt. Rom. cum Caſſiod. *Pſalmus ipſi David.* Corb. *David Pſalmus.* Mozarab. *Pſalmus Cantici David.* Apud Auguſt. tit. deeſt. In Gr. Ψαλμὸς τῷ Δαυίδ.

* Sic Ambroſ. l. de Noe, c. 3. to. 1. 230. a. & in Pſ. 118. col. 1032. d. Sic etiam Auguſt. S. Proſper, & Caſſiod. in hunc Pſ. cum vet. Pſalt. & Gr.

℣. 2. Sic in Pſalt. Corb. exceptis his: *Perambulabam..... in medio domus tua:* ſuperadditur tamen ibid. litterula *s*, voci *domu.* Caſſiod. Vulgatæ reſpondet, cum Pſalt. Rom. Fabri, & Gr. Apud Auguſt. & Proſp. ſimilia exſtant, præter verbum *deambulabam.* Apud Lucif. Cal. l. de non conven. cum hæret. p. 223. c. *Deambulabam in innoc. cordis mei, in medio domus tua.* Sic etiam apud Ambroſ. l. 3. de Spir. S. to. 2. 690. f. Mſs. tamen ferunt ibid. *domus mea;* ſed pauci: & in explicat. Ambr. retinet vocem *tua;* ita enim ſubdit: *Habemus in nobis domum Dei.* Cr. conſtanter hab. ἐν μέσῳ τοῦ οἴκου μου· Pſalt. Carnut. & Rom. Martian. *domus tuæ.* Item Carnut. *in via irreprehenſibili.*

℣. 3. Ita Caſſiod. cum Pſalt. Moz. Corb. & Rom. excepto hoc ult. *Et adhæſit;* Rom. hab. *Et non adhæſit;* Corb. *Non adhæſit.* Ambroſ. in Pſ. 37. to. 1. 830. c. ita legit: *Non cognovi verbum nequam.* Auguſt. cum Proſp. in hunc Pſ. *Non proponebam ante oculos meos rem malam: facientes prævaricationem odio habui. Non adhæſit*, &c. S. Proſp. *prævaricationes*, ut in editt. Aug. Lucif. Cal. l. de non conv. cum hæret. p. 223. c. ita videtur interpungere:

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. Non hæſit mihi 4. cor pravum : declinante à me maligno, non agnoſcebam.	*Nec adhæſit mihi : cor pravum recedet à me ; malum neſciam.*	Non adhæſit mihi 4. cor pravum : declinantem à me malignum non cognoſcebam.
5. Detrahentem adversùs proximum ſuum occultè, hunc perſequebantur.	*Loquentem in abſcondito contra proximum ſuum, hunc interficiam ;*	5. Detrahentem ſecretò proximo ſuo, hunc perſequebar.
Superbo oculo, & inſatiabili corde, cum hoc ſimul non edebam.	*Superbum oculis, & altum corde : cum hoc eſſe non poteram.*	Superbo oculo, & inſatiabili corde, cum hoc non edebam.
6. Oculi mei ſuper fideles terræ ut ſedeant hi ſimul mecum : ambulans in via irreprehenſibili, iſte mihi ſerviebat.	*Oculi mei ad fideles terræ, ut habitent mecum : ambulans in via ſimpliciter, hic miniſtrabit mihi.*	6. Oculi mei ad fideles terræ ut ſedeant mecum : ambulans in via immaculata, hic mihi miniſtrabat.
7. Non inhabitabat in medio domus meæ qui facit ſuperbiam : qui loquebatur iniqua, non direxit in conſpectu oculorum meorum.	*Non habitabit in medio domus meæ faciens dolum : loquens mendacium non placebit in conſpectu oculorum meorum.*	7. Non habitabit in medio domus meæ qui facit ſuperbiam : qui loquitur iniqua, non direxit in conſpectu oculorum meorum.
8. In matutinis interficiebam omnes peccatores terræ : ut diſperderem eos de civitate Domini, omnes operantes iniqua.	*Manè perdam omnes impios terræ, ut interficiam de civitate Domini univerſos qui operantur iniquitatem.*	8. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ : ut diſperderem de civitate Domini omnes operantes iniquitatem.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Non proponebam ante oculos meos rem malam facientes : prævaricationes odivi. Non adhæſit, &c. In Græco verò ſic..... πρᾶγμα παράνομον ποιοῦντας παραβάσεις ἐμίσησα. Οὐκ ἐκολλήθη μοι, &c.

℣. 4. Auguſt. in hunc Pſ. *cùm declinaret à me malignus, non cognoſcebam.* Lucif. verò Cal. l. de non conv. cum hæret. p. 223. c. *declinantes à me malignos non cognoſcebam.* Itidem Ambroſ. in Pſ. 37. to. 1. 830. c. lib. verò 2. de interpel. Dav. c. 7. col. 648. d. *declinantes autem malignos à me non agnoſcebam.* Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. & Corb. *declinantes à me malignos non agnoſcebam.* S. Proſp. in eund. Pſ. cum Brev. Moz. *declinantem à me malignum non agnoſcebam.* Gr. ἐκκλίοντος ἀπ' ἐμοῦ τοῦ πονηροῦ, οὐκ ἐγίνωσκον.

℣. 5. Sic in Pſalt. Moz. ad verbum, uno excepto *eo*, pro *hoc*. Textui pariter conſonant Corb. & Rom. cum Caſſiodoro, niſi quòd legunt circa med. *perſequebar ;* & Corb. in fine, *fidebam*, pro *edebam*. Lucif. Cal. l. de non conv. cum hæret. p. 223. c. *Detrahentem adv. proximos ſuos occultè, eum perſequebar*, &c. ut in Vulg. Apud Aug. & Proſp. in hunc Pſ. ſic : *Detrahentem proximo ſuo occultè, hunc perſequebar. Superbo oculo, & inſatiabili corde, huic non conveſcebar ;* S. Proſp. *cum hoc ſimul non edebam.* Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1046. f. delet *ſimul*. S. Paulin. in vita Ambr. to. 2. p. XIV. b. *Sedentem advertùs fratrem ſuum, & detrahentem occultè, perſequebar.* Gr. Τὸν καλαλαλοῦντα λάθρᾳ τῷ πλησίον αὐτοῦ, τοῦτον ἐξεδίωκον..... τούτῳ ὁ Συνήθιον.

℣. 6. Ambroſ. l. de Spir. S. to. 2. 654. c. *Oculi enim Domini ſuper fideles terræ.* Hieron. epiſt. ad Sun. & Fret. to. 2. 654. c. *Oculi mei ad fideles terræ ut ſederent mecum :* mox ita : *Pro quo in Græco inveniſſe vos dicitis*, τῷ Συγκαθῆσθαι αὐτὸς μετ' ἐμοῦ· deinde : *Quis non talem ſugiat interpretationem, ut verbum ad verbum exprimens, dicat :* ut conſederent ipſi mecum. Attamen hanc admittit Auguſt. in hunc Pſ. cum Proſpero : *Oculi mei ſuper fideles terræ ut conſidèrent hi mecum*, &c. ut in Vulg. imo S. Proſp. *ut ſimul conſidèrent hi mecum.* Caſſiod. cum Pſalt. Rom. *ſuper fideles..... ut ſedeant hi mecum ;* reliqua ut in Vulg. Item in Corb. *ſuper fideles terræ ;* deinde tam in ipſo, quàm in Mozarab. *ut ſedeant hi mecum : ambulans in via irreprehenſibili, hic mihi deſerviebat.* In Gr. ἐπὶ τοὺς πιστοὺς..... τοῦ Συγκαθῆσθαι αὐτοὺς μετ' ἐμοῦ· πορευόμενος ἐν ὁδῷ ἀμώμῳ, οὗτός μοι ἐλειτούργει.

℣. 7. Lucif. Calar. l. 1. pro S. Athan. p. 194. c. legit : *Non habitat in medio domus meæ qui facit ſup. qui loquitur iniqua*, &c. ut ſup. Cæleſtinus l. ep. 25. Conc. to. 1. 1215. c. *Non habitat in medio domus meæ faciens ſuperbiam.* Aug. in hunc Pſ. cum S. Proſp. *Non habitavit in medio domus meæ faciens ſuperbiam : loquens iniqua non direxit*, &c. Ita quoque in Brev. Moz. præter unum *habitabit ;* in Corb. *non habitabat.* Apud Caſſiod. & in Pſalt. Rom. omnia ut in Vulg. In Gr. Οὐ κατῴκει..... ποιῶν ὑπερηφανίαν· λαλῶν..... ἐναντίον τῶν, &c. Alex. Ald. & Compl. ἐνώπιον τῶν, &c.

℣. 8. Pſalt. Corb. *In matutinis interficiebam..... ut diſperdam eos de civit. Dom. omnes qui operantur iniquitatem.* Similiter in Rom. Moz. & ap. Caſſiod. præter voculam *eos*, quæ deeſt. Item ap. Auguſt. in eund. Pſ. *ut diſperdam de civitate ;* cæt. verò ut in Vulg. In Gr. Εἰς τὰς πρωΐας ἀπέκτεινον..... τοῦ ἐξολεθρεῦσαι..... πάντας τοὺς ἐργαζομένους τὴν, &c. Apud Ambr. in Pſ. 118. to. 1. 1168. b. priora tantùm exſtant, ut in Vulg.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 1. Oratio pauperis, Cùm acediaretur, & in conſpectu Domini effunderet orationem ſuam. CI.	*Oratio pauperis, Quando ſollicitus fuerit, & coram Domino fuderit eloquium ſuum.* CII.	1. Oratio pauperis, Cùm anxius fuerit, & in conſpectu Domini effuderit precem ſuam. CI.
2. EXaudi Domine orationem meam : & clamor meus ad te perveniat.	*DOmine audi orationem meam, & clamor meus ad te veniat.*	2. DOmine exaudi orationem meam : & clamor meus ad te veniat.
3. Ne avertas faciem tuam à me : in quacunque die tribu-	*Ne abſcondas faciem tuam à me : in die tribulationis meæ inclina ad*	3. Non avertas faciem tuam à me : in quacunque die tribulor, in-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hieron. epiſt. ad Cypr. to. 2. 695. b. titulum præfert Vulgatæ ſimilem. Auguſt. verò cum S. Proſp. ſic : *Oratio inopis, Cùm angeretur, & in conſpectu Domini effudit precem ſuam ;* Proſp. *effundit.* Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Fab. *Oratio pauperis, Cùm anxius fuerit, & coram Domino effuderit precem ſuam.* Rom. Martian. *Cùm anxiatus fuerit, & coram Deo effuderit*, &c. Mozar. *Cùm anxiatus fuerit, & in conſpectu Domini effuderit*, &c. Corb. *Oratio pauperis, Cùm anxius erit, & conſpectu Domini effundit orationem ſuam.* Gr. Προσευχὴ τῷ πλωχῷ, Ὅταν ἀκηδιάσῃ, ἐναντίον Κυρίου ἐκχέῃ τὴν, &c.

℣. 2. Ita legit Aug. cum Proſp. in hunc Pſ. Ita quoque Caſſiod. in eund. Pſ. cum Pſalt. Rom. & Moz. poſito *Domine*, ante *exaudi*. Similiter habet Miſſale Rom. ad Grad. Dominic. 17. poſt Pent. In Gr. Κύριε εἰσάκουσον..... πρὸς Σὲ ἐλθέτω, Mſ. Alex. ἐλθάτω, &c.

℣. 3. Auguſt. in hunc Pſ. *Ne avertas..... inclina aurem tuam ad me : in quacunque die..... citò exaudi me.* Simi-

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
clina ad me aurem tuam.	*me aurem tuam.*	lor, inclina aurem tuam ad me Domine. *Ex Mſ. Sangerm.*
In quacunque die invocavero te, velociter exaudi me.	*In quacunque die invocavero, velociter exaudi me.*	In quacunque die invocavero te, velociter exaudi me Domine.
4. Quia defecerunt ſicut fumus dies mei: & oſſa mea ſicut cremium aruerunt.	*Quoniam conſumpti ſunt ſicut fumus dies mei, & oſſa mea quaſi frixa contabuerunt.*	4. Quia defecerunt ſicut fumus dies mei: & oſſa mea ſicut in frictorium confricta ſunt.
5. Percuſſus ſum ut fœnum, & aruit cor meum: quia oblitus ſum comedere panem meum.	*Percuſſum eſt quaſi fœnum, & arefactum eſt cor meum: quia oblitus ſum comedere panem meum.*	5. Percuſſum eſt ſicut fœnum, & aruit cor meum: quoniam oblitus ſum manducare panem meum.
6. A voce gemitus mei adhæſit os meum carni meæ.	*A voce gemitus mei adhæſit os meum carni meæ.*	6. A voce gemitus mei adhæſerunt oſſa mea carni meæ.
7. Similis factus ſum pellicano ſolitudinis: factus ſum ſicut nycticorax in domicilio.	*Aſſimilatus ſum pellicano deſerti: factus ſum quaſi bubo ſolitudinum.*	7. Similis factus ſum pelicano in ſolitudine: factus ſum ſicut nycticorax in domicilio.
8. Vigilavi, & factus ſum ſicut paſſer ſolitarius in tecto.	*Vigilavi, & fui ſicut avis ſolitaria ſuper tectum.*	8. Vigilavi, & factus ſum ſicut paſſer ſingularis in ædificio.
9. Tota die exprobrabant mihi inimici mei: & qui laudabant me adversùm me jurabant.	*Tota die exprobrabant mihi inimici mei: exſultantes per me jurabant.*	9. Tota die exprobrabant me inimici mei: & qui laudabant me adversùm me jurabant.
10. Quia cinerem tanquam panem manducabam, & potum meum cum fletu miſcebam,	*Quia cinerem ſicut panem comedi, & potum meum cum fletu miſcui,*	10. Quia cinerem ſicut panem manducabam, & potum meum cum felle miſcebam,
11. A facie iræ & indignationis tuæ: quia elevans alliſiſti me.	*A facie indignationis tuæ, & iræ tuæ: quia levaſti me, & alliſiſti me.*	11. A facie iræ tuæ, & indignationis tuæ: quia extollens eliſiſti me.
12. Dies mei ſicut umbra declinaverunt: & ego ſicut fœnum arui.	*Dies mei quaſi umbra inclinati ſunt, & ego quaſi fœnum arui.*	12. Dies mei ſicut umbra declinaverunt: & ego velut fœnum arui.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

liter hab. Caſſiod. cum Pſalt. & Miſſ. Rom. ad Tract. fer. IV. maj. hebd. *Ne avertas*; cæt. verò ut in Vulg. Sic etiam in Græco.

℣. 4. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. *& oſſa mea ſicut in frixorio confrixa ſunt.* Sic etiam in Brev. Moz. necnon in Pſalt. & Miſſali Rom. ad Tract. fer. IV. maj. hebd. In Pſalt. Mediolan. *ſicut frixorio confrixa ſunt.* In Carnut. *ſicut frixorium confrixa ſunt.* In Corb. *ſicut fricterium confricta ſunt.* Apud Proſp. in eund. Pſ. *ſicut in fricteriolo confrixa ſunt.* In Gr. ὡσεὶ φρύγιον ⟨συνεφρύγησαν.

℣. 5. Ita legunt Aug. & Proſp. in hunc Pſ. cum Pſalt. Corb. & Carnut. Caſſiod. verò cum Pſalt. & Miſſali Rom. ad Tract. ſer. IV. maj. hebd. *Percuſſus ſum ſicut fœnum..... quia oblitus ſum manducare*, &c. Gr. Ἐπλήγην ὡσεὶ χόρτος, καὶ ἐξηράνθη, &c. ut ſup.

℣. 6. Sic eſt in Pſalt. Rom. Carnut. Corb. & Moz. Sic etiam apud Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. In Gr. Ἀπὸ φωνῆς τοῦ στεναγμοῦ μου ἐκολλήθη τὸ ὀστοῦν μου τῇ, &c. Ap. S. Paulin. epiſt. 15. p. 88. a. *A fame & ſiti adhæſerunt oſſa mea carni meæ.*

℣. 7. Concinunt Pſalt. Rom. & Corb. Auguſt. verò in hunc Pſ. ita legit: *Similis factus ſum pelicano, qui habitat in ſolitudine: factus ſum ſicut nycticorax in parietinis.* Itidem ap. Proſp. *in parietinis.* S. Paulinus ep. 49. p. 286. b. legit: *Factus ſum ſimilis pelicano ſolitudinis: ſicut nycticorax in domicilio.* Ambroſ. pariter, l. de fuga ſæc. c. 5. to. 1. 430. b. *ſicut nycticorax in domicilio.* Unde Hieron. ep. ad Sun. & Fret. to. 2. col. 655. b. ait: *Quod ſimiliter habetur in Græco* (νυκτικόρακι,) *apud noſtros & Græcos legitur.* Apud Caſſiod. ut in Vulg. dempto verbo *ſum*, ante *pellicano.* Græcè, Ὡμοιώθην πελεκᾶνι ἐρημικῷ· ἐγενήθην ὡσεὶ νυκτικόρακι ἐν οἰκοπέδῳ. Mſ. Corb. Auguſt. ſcribit *pelicani*; & loco *pelicanus*, ſemper *pelicanis.*

℣. 8. Auguſt. legit cum Proſpero, *ſicut paſſer ſingularis in tecto.* Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Carnut. Corb. & Moz. *ſicut paſſer unicus in ædificio.* Mediolan. ut ſup. *ſicut paſſer ſingularis in ædificio.* Ambr. l. de fuga ſæc. c. 5. to. 1. 430. b. *ſicut paſſer ſingularis in domo:* at in Luc. 12. col. 1437. b. *ego autem ſicut paſſer ſingularis in ædificio.* S. Paulin. epiſt. 40. p. 246. c. *Vigilavi, & factus ſum ſicut paſſer ſingularis ſuper tectum:* & infra, 248. c. 249. b. 250 b. *ſicut paſſer unicus ſuper tectum.* Gr. καὶ ἐγενήθην (Alex. Ald. & Compl. ἐγενόμην) ὡσεὶ στρουθίον μονάζον ἐπὶ δώματι· Alex. μονάζων; Ald. & Compl. ἐπὶ δώματος. Hieron. epiſt. ad Sun. & Fret. to. 2. 655. a. ait: *Dicitis vos in Græco invenisse*, ἐπὶ δώματι, *quod antiqui codices Latinorum interpretati ſunt* in ædificio. Δῶμα *in Orientalibus provinciis ipſum dicitur, quod apud nos* tectum: *in Paleſtina enim & Ægypto, ubi vel ſcripti ſunt Divini Libri, vel interpretati, non habent in tectis culmina, ſed* δώματα.

℣. 9. Pſalt. Rom. Martian. cum Mozar. *exprobrabant me..... & qui me laudabant*, &c. Rom. Fabri, *exprobrabant mihi..... & qui me laudabant*, &c. Corb. *exprobrabant me..... & qui laudabant me adversùs me jurabant.* Caſſiod. *exprobraverunt me inimici*, &c. ut in Vulg. Aug. verò ab ipſa nil differt, ni excipias *adversùs*, pro *adversùm.* In Gr. ὠνείδιζόν με οἱ..... καὶ οἱ ἐπαινοῦντές με, &c.

℣. 10. Tertul. adv. Pſychic. p. 985. c. hæc habet: *Cinerem edens velut panem, potum verò fletu miſcens.* Ambr. de apolog. Dav. to. 1. 684. b. *Qui cinerem tanquam panem manducabat, & potum ſunm cum fletu miſcebat:* at in Pſ. 37. col. 819. f. *& potum meum fletu temperabam:* in Pſ. verò 118. col. 1193. e. *& potum meum cum fletu miſcebam.* Hieron. epiſt. 18. ad Euſtoch. to. 4. p. 2. col. 35. a. *Quia cinerem..... manducabam, & potionem meam cum fletu miſcebam.* Auguſt. in hunc Pſ. cum Brev. Mozarab. *Quoniam cinerem ſicut panem manducavi, & potum meum cum fletu miſcebam.* S. Proſper in eund. Pſ. *ſicut panem manducabam, & potum meum cum lacrymis miſcebam.* S. Pacianus epiſt. 3. p. 312. d. *Quoniam cinerem ſicut panem edebam, & pot. meum cum fletu miſcebam.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 978. d. *Quia cinerem ſicut panem manducabam, & pot. meum cum fletu temperabam.* Itidem in Pſalt. Rom. Corb. & ap. Caſſiod. cùm in hunc Pſ. tum in Pſ. 6. p. 29. b. In Gr. καὶ τὸ πόμα μου μετὰ κλαυθμοῦ ἐκίρνων.

℣. 11. Pſalt. Rom. Fab. *A facie iræ indignationis tuæ: quia elevans eliſiſti me.* Rom. Martian. *iræ & indignationis.* Auguſt. in hunc Pſ. *A facie iræ tuæ, & indignat. tuæ: quoniam levaſti, eliſiſti me.* Caſſiod. *A facie iræ & indignat. tuæ: quia elevans eliſiſti me*; Mſs. 2. *alliſiſti.* Pſalt. Moz. & Corb. hab. *iræ tuæ, & indignat..... quia levaſti, & aliſiſti me.* Verùm Hieron. epiſt. ad Sun. & Fret. col. 655. b. ait, pro *à facie iræ tuæ*, quod in Græco inveniſſe ſe dixerant, in Hebræo, & ap. LXX. manifeſtè legi, Ἀπὸ προσώπου τῆς ὀργῆς σου τοῦ θυμοῦ σου. Attamen in edit. Rom. & aliis nunc exſtat, τῆς ὀργῆς σου, καὶ τοῦ θυμοῦ σου· deinde, ὅτι ἐπάρας κατέῤῥαξάς με.

℣. 12. Ita leg. Aug. in hunc Pſ. poſt paulò verò, *ſicut fœnum.* Hieron. in Eccleſiaſt. to. 2. 761. c. *Dies mei ſicut umbra inclinati ſunt: & ego ſicut fœnum arui.* Caſſiod. Vulgatæ congruit cum Pſalt. Rom. In Mozarab. *Dies mei ſicut umbra tranſierunt*, &c. Gr. ὡσεὶ σκιὰ ἐκλίθησαν, &c.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Sangerm. 13. Tu autem Domine in æternum permanes : & memoriale tuum in ſæculum & ſæculum.

14. Tu exſurgens miſereberis Sion : quoniam venit tempus miſerendi ejus.

15. Quoniam bene ſenſerunt ſervi tui lapidis ejus : & pulveri ejus miſerebuntur.

16. Et timebunt gentes nomen Domini, & omnes reges terræ gloriam ejus.

17. Quoniam ædificavit Dominus Sion : & videbitur in majeſtate ſua.

18. Reſpexit in oratione pauperum : & non ſprevit preces eorum.

19. Scribantur hæc in progeniem alteram : & populus, qui creabitur, laudabunt :

20. Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo : Dominus de cœlo in terra proſpexit :

21. Ut audiret gemitum vinculatorum : ut ſolvat filios interemptorum :

22. Ut adnuntietur in Sion nomen Domini : & laus ejus in Jeruſalem.

23. In conveniendo populos in unum, & regna ut ſerviant Domino.

24. Reſpondit ei in via virtutis ejus : Paucitatem dierum meorum enuncia mihi.

HEBR.

Tu autem Domine in æternum permanes, & memoriale tuum in generatione & generatione.

Tu ſuſcitans miſereberis Sion : quia tempus ut miſereatis ejus, quoniam venit tempus :

Quoniam placitos fecerunt ſervi tui lapides ejus, & pulverem ejus miſerabilem.

Et timebunt gentes nomen Domini, & univerſi reges terræ gloriam tuam.

Quia ædificavit Dominus Sion : apparuit in gloria ſua.

Reſpexit ad orationem vacui, & non deſpexit orationem eorum.

Scribatur hoc in generatione noviſſima, & populus qui creabitur laudabit Dominum.

Quoniam proſpexit de excelſo ſanctuario ſuo : Dominus de cœlo terram contemplatus eſt :

Ut audiret gemitum vincti, ut ſolveret filios mortis :

Ut narretur in Sion nomen Domini, & laudatio ejus in Jeruſalem :

Cùm congregati fuerint populi ſimul, & regna ut ſerviant Domino.

Afflixit in via fortitudinem meam : abbreviavit dies meos.

VULGATA HOD.

13. Tu autem Domine in æternum permanes : & memoriale tuum in generationem & generationem.

14. Tu exſurgens miſereberis Sion : quia tempus miſerendi ejus, quia venit tempus.

15. Quoniam placuerunt ſervis tuis lapides ejus : & terræ ejus miſerebuntur.

16. Et timebunt gentes nomen tuum Domine, & omnes reges terræ gloriam tuam.

17. Quia ædificavit Dominus Sion : & videbitur in gloria ſua.

18. Reſpexit in orationem humilium : & non ſprevit precem eorum.

19. Scribantur hæc in generatione altera : & populus, qui creabitur, laudabit Dominum :

20. Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo : Dominus de cœlo in terram aſpexit :

21. Ut audiret gemitus compeditorum : ut ſolveret filios interemptorum :

22. Ut annuntient in Sion nomen Domini : & laudem ejus in Jeruſalem.

23. In conveniendo populos in unum, & reges ut ſerviant Domino.

24. Reſpondit ei in via virtutis ſuæ : Paucitatem dierum meorum nuncia mihi.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 13. Auguſt. in hunc Pſ. *Tu verò Domine in æternum manes : & memor. tuum in generationem & generationem.* S. Proſper in eund. Pſ. *in generatione & generationem.* Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Corb. & Moz. *Tu autem..... permanes : & mem. tuum in ſæculum ſæculi.* Gr. εἰς τὸν αἰῶνα μένεις· ἡ τὸ μνημόσυνόν σου εἰς γενεὰν καὶ γενεάν.

℣. 14. Ita ferunt Pſalt. Rom. Corb. & Moz. Sic etiam in Miſſali Rom. ad Tract. fer. IV. maj. hebd. ſicut apud Caſſiod. addito uno *Domine*, ad verbum *exſurgens*. Auguſt. verò in hunc Pſ. ita legit : *Tu exſurgens miſ..... quoniam tempus ut miſereatis ejus, quoniam venit tempus.* Item ap. Proſp. in eund. Pſ. *quia tempus ut miſereatis ejus* ; ſed non plura. Apud Aug. tract. 7. in Joh. to. 3. p. 2. col. 343. g. *quoniam venit tempus ut miſereatis ejus.* In Gr. ὅτι καιρὸς τοῦ οἰκτιρῆσαι αὐτὸν, ὅτι ἥκει καιρός.

℣. 15. Pſalt. Moz. hab. cum Caſſiod. *Quia* (Caſſiod. *Quoniam*) *beneplacitos habuerunt ſervi tui lapides ejus : & terræ ejus miſerebuntur.* Itidem in Rom. & Carnut. præter unum *beneplacitum*. Mediol. cum Proſp. *Quon. beneplacitum habuerunt ſervi tui lapides ejus : & pulveris ejus miſereb.* Ita quoque Aug. tract. 7. in Joh. to. 3. p. 2. col. 343. g. ſed in hunc Pſ. legit, *in lapides ejus*. Item in Pſalt. Corb. *Quoniam beneplacitum habuerunt ſervi tui in lapides ejus : & terræ ejus miſereb.* Hieron. ep. ad Sun. & Fret. col. 655. b. ait : *Pro* terra, *in Hebræo* afar..... *quod omnes* χῦν *transtulerunt.* In ed. Rom. & al. Ὅτι εὐδόκησαν οἱ δοῦλοί σου τοὺς λίθους αὐτῆς· καὶ τὸν χοῦν αὐτῆς οἰκτειρήσουσι.

℣. 16. Vulgatæ ſuffragantur Aug. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum ver. Pſalt. Similiter in Gr..... τὸ ὄνομά σου Κύριε, καὶ πάντες οἱ βασιλεῖς τὴν δόξαν σου· ſed in edd. Ald. & Compl. τὸ ὄνομα Κυρίου, καὶ πάντες οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς τὴν, &c. item in Mſ. Alex. τῆς γῆς.

℣. 17. Ita legit Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Corb. & Moz. necnon Miſſali Rom. ad Grad. Dom. 3. poſt Epiph. Auguſt. verò in eund. Pſ. *Quoniam ædificabit..... in gloria ſua.* S. Proſper, *ædificavit.* In Gr. Ὅτι οἰκοδομήσει..... ἐν τῇ δόξῃ αὐτοῦ.

℣. 18. Sic in Pſalt. Corb. ad verbum ; cui accinunt Rom. & Mozar. cum Caſſiod. in hunc Pſ. niſi quòd Rom. hab. *Et reſpexit in orationes* ; Moz. *in orationes*, abſque præced. *&* ; Caſſiod. *in orationem.* Hilarius verò in Pſ. 118. col. 345. d. legit : *Reſpexit ſuper filios pauperum : & non ſprevit deprecationem eorum.* Ambr. in Pſ. 118. col. 1187. e. *Quia reſpexit ſuper filios pauperum : & non deſpexit preces eorum.* Auguſt. in hunc Pſ. *Reſpexit in orationem humilium : & non deſpexit precem eorum.* S. Proſper in eund. Pſ. addit *Dominus*, ad vocem *humilium*. In Gr. Ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν προσευχὴν τῶν ταπεινῶν· καὶ οὐκ ἐξουδένωσε τὴν δέησιν αὐτῶν.

℣. 19. S. Proſper in hunc Pſ. Vulgatæ accinit cum Caſſiod. & Pſalt. Rom. In Corb. ſic : *Scribantur hæc in ſæculum alterum*, &c. ut in Vulg. Ap. Aug. in eund. Pſ. *Scribantur hæc in generationem alteram*, &c. ut in Vulg. In Gr. Γραφήτω αὕτη εἰς γενεὰν ἑτέραν· καὶ λαὸς ὁ κτιζόμενος αἰνέσει τὸν Κύριον.

℣. 20. Sic eſt in Pſalt. Mozar. Ita etiam in Rom. Corb. & ap. Caſſiod. præter hoc, *in terram*. Apud Auguſt. in hunc Pſ. *Quoniam proſpexit ex alto ſancto ſuo : Dominus de cœlo in terram proſpexit.* Apud Hilar. in Pſ. 118. col. 345. d. *Dominus de cœlo reſpexit in terram.* In Gr. Ὅτι ἐξέκυψεν ἐξ ὕψους ἁγίου αὐτοῦ· Κύριος ἐξ οὐρανοῦ ἐπὶ τὴν γῆν ἐπέβλεψε.

℣. 21. Eadem prorſus leguntur in Pſalt. Corb. & apud Caſſiod. in hunc Pſ. Ita etiam in Rom. & ap. Hilar. in Pſ. 118. col. 345. d. niſi quòd Rom. hab. *et ſolvat* ; Hilar. *& ſolveret.* Pſalt. Mozar. *Ut audiret gemitus vinculatorum : & ſolvat filios interemptorum* ; Mediolan. *filios morte afflictorum.* Apud. Auguſt. in hunc Pſ. ſic : *Ut audiret gemitum compeditorum : ut ſolvat filios mortificatorum.* Apud Proſp. in eund. Pſ. *Ut videret gemitus compeditorum : ut ſolveret filios mortificatorum.* Gr. Τοῦ ἀκοῦσαι τὸν στεναγμὸν τῶν πεπεδημένων· τοῦ λῦσαι τοὺς υἱοὺς τῶν τεθανατωμένων.

℣. 22. Ita ferunt Pſalt. Rom. Corb. & Moz. quibus accinunt Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in eund. Pſ. In Gr. Τοῦ ἀναγγεῖλαι ἐν Σιὼν τὸ ὄνομα Κυρίου· καὶ τὴν αἴνεσιν, &c.

℣. 23. Sic habent Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Moz. Corb. & Rom. In Gr. Ἐν τῷ συναχθῆναι λαοὺς..... καὶ βασιλεῖς, &c. Duo etiam Mſs. Caſſiod. exhibent *reges*, non *regna*.

℣. 24. Ita fert Pſalt. Mozar. Ita quoque in Rom. & ap. Caſſiod. excepto uno *virtutis ſuæ*. In Corb. verò vitioſè, *Reſpondite & in via virtutes ſuæ..... enuncia mihi.* Apud Auguſt. & Proſp. in hunc Pſ. *Reſpondit ei in via fortitudinis ſuæ : Exiguitatem dierum meorum annuntia mihi.* In

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
25. Ne revoces me in dimidio dierum meorum : in generationem & generationem anni tui.	*Dicam : Deus meus ne rapias me in medio dierum meorum : in generatione generationum anni tui.*	25. Ne revoces me in dimidio dierum meorum : generationem & generationem anni tui. *Ex Mſ. Sangerm.*
26. Initio tu Domine terram fundaſti : & opera manuum tuarum ſunt cœli.	*A principio terram fundaſti, & opus manuum tuarum cœli.*	26. Initio terram tu fundaſti Domine : & opera manuum tuarum ſunt cœli.
27. Ipſi peribunt, tu autem permanes : & omnes ſicut veſtimentum veteraſcent.	*Ipſi peribunt, tu autem ſtabis, & omnes quaſi veſtimentum atterentur.*	27. Ipſi peribunt, tu autem manes in æternum : & omnes ſicut veſtimentum vetereſcent.
Et ſicut opertorium mutabis eos, & mutabuntur : 28. tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient.	*Quaſi pallium mutabis eos, & mutabuntur : tu autem ipſe es, & anni tui non deficient.*	Tanquam opertorium mutabis ea, & mutabuntur : 28. tu autem idem ipſe es, & anni tui non deficient.
29. Filii ſervorum tuorum habitabunt : & ſemen eorum in ſæculum dirigetur.	*Filii ſervorum tuorum habitabunt, & ſemen eorum ante faciem tuam perſeverabit.*	29. Filii ſervorum tuorum inhabitabunt tibi : & ſemen eorum in æternum dirigatur.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Græc. Ἀπεκρίθη αὐτῷ ἐν ὁδῷ ἰσχύος αὐτοῦ· Τὴν ὀλιγότητα τῶν..... ἀνάγγειλόν μοι.

℣. 25. Pſalt. Rom. & Moz. cum Caſſiod. *Ne revoces me in dimidio dier. meor. in ſæculum ſæculi anni tui.* Auguſt. in hunc Pſ. cum Proſpero : *Ne revoces me in dimidium dier. meor. in generatione generationum* (Proſp. *generationem*) *anni tui.* Ambroſ. in Pſ. 43. to. 1. 888. b. *Ne deducas me in dimidium dierum meorum.* Hieron. epiſt. ad Cypr. to. 2. 703. a. *Ne auferas me in dimidio dier. meorum.* Gr. Μὴ ἀναγάγῃς με ἐν ἡμίσει ἡμερῶν μου· ἐν γενεᾷ γενεῶν τὰ ἔτη σου.

℣. 26. Accinunt Iren. l. 4. c. 3. p. 230. c. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Corb. & Moz. Item Ambr. l. 1. de interpel. Job, c. 7. to. 1. 634. d. & l. 3. de Spir. S. to. 2. 671. b. & epiſt. 43. col. 972. b. at l. 1. Hexa. to. 1. 13. b. legit : *Principio terram tu fund. Domine*, &c. Auguſt. in hunc Pſ. *In principio terram tu fund. Dom.* &c. Hieron. in Iſai. 51. & 65. to. 3. col. 367. b. 490. f. *A principio terram tu fund. Dom.* &c. vel *tu Dom. terram fund.* &c. S. Proſp. in eund. Pſ. *Principio Domine terram fund.* Vigil. Tapſ. cont. Varimad. p. 730. d. *Tu Domine in principio fundaſti terram*, &c. Fauſtinus presb. l. cont. Arian. p. 645. h. *In initio tu Domine terram fund.* &c. Ap. Hilar. l. 12. de Trin. 1118. c. poſteriora tantùm : *opera man. tuar. ſunt cœli.* Tertul. l. cont. Hermog. p. 420. b. & 423. a. delet *ſunt*. In Gr. Κατ' ἀρχὰς τὴν γῆν σὺ Κύριε ἐθεμελίωσας· καὶ ἔργα τῶν..... εἰσὶν οἱ οὐρανοί.

℣. 27. Irenæus l. 4. c. 3. p. 230. c. ſic habet : *Ipſi peribunt, tu autem perſeverabis : & omnes ſicut veſtim. veteraſcent. Et ſicut cooperimentum mutabis eos, & mutab.* Tertul. cont. Hermog. p. 420. b. *Et ipſi peribunt, nam & ſi mutabit illos velut opertorium, & mutabuntur.* Ambroſ. l. 1. Hexa. to. 1. 13. b. *Ipſi peribunt, tu autem permanes : & omnia ſicut veſtim. veteraſcent. Et tanquam amictum mutabis ea, & mutab.* at l. 1. de interpel. Job, c. 7. col. 634. d. *& omnes ſicut veſtim. veteraſc. Et ſicut opertorium mutabis eos*, &c. & l. de bened. Patr. c. 4. p. 520. d. *ſicut amictum mutabis eos.* Item Auct. l. de fide orthod. ap. Ambr. to. 2. 354. f. hab. *mutabis eos.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 48. p. 198. *Ipſi peribunt, tu autem permanes in æternum.* Arnob. de Deo trino, p. 231. a. *Ipſi peribunt, tu autem in æternum manes.* Auct. l. de promiſſ. p. 202. d. *omnia ſicut veſtimentum veteraſcent. Et ſicut opertorium mutabis ea, & mutab.* Hieron. in Iſai. 51. to. 3. 367. b. *Et ſicut pallium involves eos, & mutabuntur :* & inf. in c. 65. col. 490. f. *Et quaſi amictum involves eos.* Philaſtr. Brix. l. de hæreſ. p. 710. c. *Ipſi peribunt, tu autem ipſe es in æternum.* Fauſtin. presb. cont. Arian. p. 645. h. *Ipſi peribunt, tu autem permanebis : & omnes*, &c. ut in Vulg. Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. *Ipſi perib. tu autem permanes : & omnia ſicut veſtim. veteraſcent. Et ſicut opertor. mutab. ea, & mutab.* Mozarab. *vetereſcunt.* Corb. *Ipſi peribunt, tu autem in æternum permanes : & omnia ſicut veſtimentum vetereſcit. Et ſicut opert. mutabis ea, & mutab.* Auguſt. & Proſp. in eund. Pſ. cum Vulgata concinunt. In Gr..... Σὺ δὲ διαμένεις· καὶ πάντες..... Καὶ ὡσεὶ περιβόλαιον ἑλίξεις αὐτούς, καὶ ἀλλαγήσονται.

℣. 28. Sic Iren. l. 4. p. 230. c. cum Caſſiod. in hunc Pſ. Sic etiam Auctor l. de fide orthod. ap. Ambr. to. 2. 354. f. cui favet Vigil. Tapſ. cont. Varimad. p. 730. e. cum vet. Pſalt. Apud Ambroſ. l. 1. Hexa. to. 1. col. 13. b. *tu verò ipſe es, & anni tui non defic.* Apud Auguſt. in hunc Pſ. *tu verò* (inf. *autem*) *idem ipſe es*, &c. ſed vox *ipſe*, abeſt à præcipuis Mſs. Apud Proſp. *tu idem ipſe es*, &c. Apud Fauſtin. presb. cont. Arian. p. 645. h. *tu autem idem es*, &c. Ap. Auct. l. de promiſſ. p. 202. d. *tu autem ipſe idem es.* Pſalt. Corb. add. *& anni tui non deficient.* In Gr. Σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ, &c. ut in Vulg.

℣. 29. Iren. l. 4. c. 3. p. 230. c. *Filii ſervorum tuorum inhabitabunt* (al. *habitabunt :*) *& ſemen eorum in æternum* (al. *in ſæculum*) *dirigetur.* Auguſt. in hunc Pſ. *Filii..... inhabitabunt : & ſemen eorum in ſæculum dirigetur.* Similiter habet Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Corb. & Moz. præter hoc, *in ſæculum ſæculi :* præterea Rom. ſcribit *habitabunt ;* Corb. *habitab. ibi ;* Caſſiod. *inhabitab. ibi.* Gr. κατασκηνώσει· καὶ τὸ σπέρμα αὐτῶν εἰς τὸν αἰῶνα καὶ ἔτι διορθώσεται.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
1. Ipſi David. CII.	*David. CIII.*	1. Pſalmus ipſi David. CII. *Ex Mſ. Sangerm.*
BEnedic anima mea Domino : & omnia, quæ intra me ſunt, nomini ſancto ejus.	*BEnedic anima mea Domino, & omnia viſcera mea nomini ſancto ejus.*	*BEnedic anima mea Dominum : & omnia oſſa mea, nomen ſanctum ejus.
2. Benedic anima mea Domino : & noli obliviſci omnes retributiones ejus.	*Benedic anima mea Domino, & noli obliviſci omnium retributionum ejus.*	2. Benedic anima Dominum : & noli obliviſci omnes retributiones ejus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Similiter ap. Caſſiod. in hunc Pſ. In Pſalt. Corb. ſimpliciter, *Pſalmus David.* A Rom. & Gr. abeſt *Pſalmus :* in edd. tamen Ald. & Compl. legitur, Ψαλμὸς τῷ, &c. Auguſt. hunc titulum ſilet.

* Ambroſius lib. de Iſaac, c. 3. col. 360. a. ſimiliter hab. *Benedic anima mea Dominum :* item l. de apol. Dav. col. 698. f. ſed addit : *& omnia interiora mea, nomen ſanctum ejus.* Ita etiam legunt Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Fulg. ep. 7. c. 3. p. 191. necnon Pſalt. Rom. & Corb. Similiter apud Hieron. in Iſai. 16. 26. & 55. to. 3. col. 127. f. 222. a. 402. e. necnon in Dan. 10. col. 1120. a. & in Breviar. Mozarab. excepta voce *Domine.* S. Paulinus epiſt. 23. p. 123. b. habet : *Benedixit anima mea Dominum : & omnia interiora mea, nomen ſanctum ejus :* & epiſt. 27. p. 174. a. *Benedixerunt omnia interiora noſtra Dominum.* In Gr. Εὐλόγει ἡ..... τὸν Κύριον· καὶ πάντα τὰ ἐντός μου, τὸ ὄνομα τὸ, &c.

℣. 2. Accinunt magno conſenſu Auguſt. S. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Fulg. ep. 7. c. 3. p. 191. necnon Pſalt. Corb. Rom. & Moz. niſi quòd hab. *anima mea.* In Gr. pariter, ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον· καὶ μὴ ἐπιλανθάνου πάσας τὰς ἀνταποδόσεις αὐτοῦ· Mſ. verò Alex. cum edd. Ald. & Compl. hab. ἀνταποδόσεις ; item S. Paulin. epiſt. 27. p. 172. c. *retributiones.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 3. Qui propitius fit omnibus iniquitatibus tuis : qui ſanat omnes languores tuos.	*Qui propitiatur cunctis iniquitatibus tuis : qui ſanat omnes infirmitates tuas.*	3. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis : qui ſanat omnes infirmitates tuas.
4. Qui redimet de interitu vitam meam : qui coronat te in miſericordia & miſeratione.	*Qui redimit de corruptione vitam tuam : qui coronat te in miſericordia & miſerationibus.*	4. Qui redimit de interitu vitam tuam : qui coronat te in miſericordia & miſerationibus.
5. Qui ſatiat in bonis deſiderium tuum : renovabitur ſicut aquila juventus tua.	*Qui replet bonis ornamentum tuum : innovabitur ſicut aquilæ juventus tua.*	5. Qui replet in bonis deſiderium tuum : renovabitur ut aquilæ juventus tua.
6. Facies miſericordias Domini, & judicium omnibus injuriam patientibus.	*Faciens juſtitias Dominus, & judicia cunctis qui calumniam ſuſtinent.*	6. Faciens miſericordias Dominus, & judicium omnibus injuriam patientibus.
7. Notas fecit vias ſuas Moyſi, filiis Iſraël voluntates ſuas.	*Notas fecit vias ſuas Moſi, filiis Iſraël cogitationes ſuas.*	7. Notas fecit vias ſuas Moyſi, filiis Iſraël voluntates ſuas.
8. Miſericors, & miſerator Dominus : patiens, & multæ miſericordiæ.	*Miſericors, & clemens Dominus : patiens, & multæ miſerationis.*	8. Miſerator, & miſericors Dominus : longanimis, & multùm miſericors. *Num.* 14. 18.
9. Non in finem iraſcetur : nec in æternum indignabitur.	*Non in ſempiternum judicabit : neque in æternum iraſcetur.*	9. Non in perpetuum iraſcetur : neque in æternum comminabitur.
10. Non ſecundùm peccata noſtra fecit nobis : neque ſecundùm iniquitates noſtras retribuet nobis.	*Non ſecundùm peccata noſtra fecit nobis : neque ſecundùm iniquitates noſtras retribuit nobis.*	10. Non ſecundùm peccata noſtra fecit nobis : neque ſecundùm iniquitates noſtras retribuit nobis.
11. Quia ſecundùm altitudinem cœli à terra, confirmavit miſericordiam ſuam ſuper timentes eum.	*Quantùm enim excelſius eſt cœlum terrâ : tantùm confortata eſt miſericordia ejus ſuper timentes eum.*	11. Quoniam ſecundùm altitudinem cœli à terra, corroboravit miſericordiam ſuam ſuper timentes ſe.
12. Quantùm diſtat ab ortu ad occaſum, elongavit à nobis iniquitates noſtras.	*Quantùm longè eſt oriens ab occidente : tantùm longè fecit à nobis ſcelera noſtra.*	12. Quantùm diſtat ortus ab occidente : longè fecit à nobis iniquitates noſtras.
13. Sicut miſeretur pater	*Sicut miſeretur pater filiorum,*	13. Quomodo miſeretur pater

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 3. Mirè concinunt Auguſt. S. Proſper, & Caſſiod. in hunc Pſ. necnon Fulg. ep. 7. p. 191. & Cæleſtinus I. epiſt. 21. Conc. to. 1. col. 1195. a. cum Pſalt. Rom. Corb. & Mozarab. Auguſt. tamen l. 2. cont. ep. Parmen. to. 9. col. 47. a. legit *propitiatur*, loco *propitius fit*; at in fine conſtanter, *languores tuos* : quæſt. verò 53. in Levit. to. 3. col. 513. *propitius fit*. In Gr. Τὸν ἱλατεύοντα πάσαις..... τὸν ἰώμενον πάσας τὰς νόσους Ϛν.

℣℣. 4. 5. Ordo verſiculorum ſic invertitur in Pſalt. Rom. & ap. Caſſiod. *Qui redemit* (al. *redimit*) *de interitu vitam tuam : qui ſatiat in bonis deſiderium tuum. Qui coronat te in miſeratione & miſericordia : renovabitur ſicut aquila juventus tua.* Eadem leguntur in Pſalt. Corb. eodemque ordine, præter *animam*, pro *vitam*. Item in Mozarab. *Qui redimet de interitu vitam tuam : qui ſatiat in bonis deſid. tuum. Qui coronat te in miſeratione & miſericordia : renovabit ſicut aquila juventus tua.* Itidem ap. Fulg. ep. 7. p. 191. exceptis his, *renovabitur ſicut aquila*, al. *aquila*. Ap. Aug. & Proſp. in eund. Pſ. *Qui redimit* (Proſp. *redimet*) *de corruptione vitam tuam : qui coronat te in miſeratione & miſericordia. Qui ſatiat in bonis deſider. tuum : renovabitur ſicut aquila*, &c. Ambroſ. in Luc. 18. to. 1. 1488. b. leg. *Qui ſatiat in bonis animam tuam* : & in Luc. 17. col. 1484. d. *renovabitur ſicut aquilæ juventus tua* : ſimiliter to. 1. col. 142. b. 360. a. 396. f. 652. b. 804. b. & to. 2. col. 176. b. 241. d. 296. b. 366. c. 418. a. 945. f. Tichon. regulâ 3. p. 54. a. *Qui te coronat in miſeratione & miſericordia*. Hieron. in Iſai. 55. to. 3. 402. e. *Qui implet in bonis deſid. tuum*. Gr. Τὸν πιμπλάμενον ἐκ φθορᾶς τὴν ζωήν Ϛν· τὸν στεφανοῦντά Ϛε ἐν ἐλέει καὶ οἰκτιρμοῖς (Theod. οἰκτιρμῷ.) Τὸν ἐμπιπλῶντα ἀγ..... ὡς ἀετοῦ ἡ νεότης Ϛν.

℣. 6. Vulgatæ reſpondent Pſalt. Rom. & Moz. cum Caſſiod. Sic etiam apud Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 194. d. præter ſing. *miſericordiam*. Apud Auguſt. & Proſp. in hunc Pſ. *Faciens miſericordias Dominus, & judicium eis qui injuriam accipiunt* : at inf. 1123. c. Aug. leg. *omnibus injuriam accipientibus*. Gr. Ποιῶν ἐλεημοσύνας ὁ Κύριος, καὶ κρίμα πᾶσι τοῖς ἀδικουμένοις.

℣. 7. Concordant Auguſt. Proſp. & Caſſiod. unà cum Pſalt. Rom. & Gr. In Mozarab. vitioſè *filii*.

℣. 8. Sic in Pſalt. Rom. Corb. & Moz. præter ult. *patiens, & multùm miſericors* ; quibus favet Caſſiod. in hunc Pſ. Apud Aug. in eund. ſic : *Miſerator, & miſericors Dom. longanimus, & multum miſericordiæ* : at infra : *Miſericors, & miſerator Dom. longanimus, & multùm miſericors*. Apud Proſp. & Fulg. l. 1. ad Monim. p. 17. *longanimis, & multæ miſericordiæ*. In Gr. Οἰκτίρμων, καὶ ἐλεήμων ὁ Κύριος. μακροθυμος, καὶ πολυέλεος.

℣. 9. Sic ad verbum legunt Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. necnon Fulg. l. 1. ad Monim. p. 17. cum Pſalt. Rom. Mediolan. Carnut. & Moz. Sic etiam in Corb. præter unum *iraſcitur*. In Gr. ſimiliter : Οὐκ εἰς τέλος ὀργισθήσεται· οὐδὲ εἰς τὸν αἰῶνα μνησι· & verò pro *in perpetuum*, Hieron. epiſt. ad Sun. & Fret. 655. b. ait ipſos *in Græco inveniſſe* in finem.

℣. 10. Auguſt. in hunc Pſ. leg. *retribuit*, non *retribuet* ; cæt. ut in textu. Sic etiam S. Proſp. & Caſſiod. necnon Fulg. l. 1. ad Monim. p. 17. & l. 2. de rem. pecc. p. 393. cum Pſalt. Rom. & Moz. Hilarius in Pſ. 118. p. 256. d. *neque ſecundùm injuſtitias noſtras reddidit nobis*. Ambroſ. in Pſ. 118. col. 994. a. alludens, ait : *Non ſecund. pecc. noſtra reddas nobis : neque ſecund. iniquitates noſtras retribuas nobis*. S. Paulinus epiſt. 19. p. 106. c. *Qui non ſecundùm pecc. noſtra retribuit nobis* ; & epiſt. 27. p. 172. c. *tribuit nobis*. In Gr. Οὐ κατὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν ἐποίησεν ἡμῖν· οὐδὲ κατὰ τὰς ἀνομίας ἡμῶν ἀνταπέδωκεν ἡμῖν· Ald. & Compl. κατὰ τὰς ἀνομίας..... κατὰ τὰς ἁμαρτίας, &c.

℣. 11. Sic habet Pſalt. Rom. cum Moz. addita voce *Dominus*, ad verbum *confirmavit*. Sic etiam legunt Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Proſp. & Fulg. l. 2. de rem. pecc. p. 393. niſi quòd Proſp. ponit *ſe* in fine, loco *eum*. Hilar. in Pſ. 118. col. 256. d. omittit poſteriorem verſiculum cum ſequenti. In Pſalt. Corb. ſic : *Quia ſecundùm multitudinem cœli à terra, confirmavit Dominus miſ. ſuam ſup. tim. eum*. In Gr. ἐκραταίωσε Κύριος... ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτόν.

℣. 12. Sic in Pſalt. Corb. præter hoc, *ortus ab occaſu*. Ambr. l. 4. Hexa. to. 1. 74. f. leg. *Quantùm diſtat oriens ab occidente*. Hilar. in Pſ. 118. col. 256. d. *Quia ſecundùm altitudinem cœli à terra* ; tum proximè, *longavit* (Mſſ. 2. *prolongavit*) *iniquitates noſtras à nobis*. Item Fulg. l. 1. ad Monim. p. 17. *Quia ſecundùm altitudinem cœli à terra, elongavit iniquitates noſtras à nobis* : at l. 2. de rem. pecc. p. 393. leg. *Quoniam ſicut diſtat ortus ab occaſu, elongavit iniquitates noſtras à nobis*. Auguſt. in hunc l. ſ. cum Proſp. *Quantùm diſtat oriens ab occidente, longè fecit à nobis peccata noſtra*. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Moz. *Quantùm diſtat oriens ab occaſu, elongavit à nobis iniquitates noſtras*. In Gr. Καθόσον ἀπέχουσιν ἀνατολαὶ ἀπὸ δυσμῶν, ἐμάκρυνεν ἀφ' ἡμῶν τὰς, &c.

℣. 13. Auguſt. in hunc Pſ. *Sicut miſeratur pater filios, ſic miſeratus eſt Dominus timentes eum*. S. Paulinus verò ep.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
filiorum, miſertus eſt Dominus timentibus ſe: 14. quoniam ipſe cognovit figmentum noſtrum.	*miſertus eſt Dominus timentibus ſe: ipſe enim novit plaſmationem noſtram;*	filiis ſuis, miſertus eſt Dominus timentibus eum: 14. quia ipſe ſcivit figmentum noſtrum. *Ex Mſ. Sangerm.*
Recordatus eſt quoniam pulvis ſumus: 15. homo, ſicut fœnum dies ejus, tanquam flos agri ſic efflorebit.	*Recordatus eſt quia pulvis ſumus. Homo, quaſi herba dies ejus: ſicut flos agri ſic florebit.*	Memento Domine eò quòd terra ſimus: 15. homo, ſicut fœnum dies ejus, ſicut flos agri ita floriet.
16. Quoniam ſpiritus pertranſibit in illo, & non ſubſiſtet: & non cognoſcet ampliùs locum ſuum.	*Quia ſpiritus pertranſiit eum, & non ſubſiſtet, & non cognoſcet eum ultra locus ejus.*	16. Quia ſpiritus pertranſiet eum, & non erit: & non cognoſcet ampliùs locum ſuum.
17. Miſericordia autem Domini ab æterno, & uſque in æternum ſuper timentes eum.	*Miſericordia autem Domini ab æterno, & uſque in æternum ſuper timentes eum:*	17. Miſericordia autem Domini à ſæculo eſt, & uſque in ſæculum ſuper timentes eum.
Et juſtitia illius in filios filiorum, 18. his qui ſervant teſtamentum ejus:	*Et juſtitia ejus in filios filiorum, his qui cuſtodiunt pactum ejus,*	Et juſtitia ejus ſuper filios filiorum, 18. cuſtodientibus teſtamentum ejus;
Et memores ſunt mandatorum ipſius, ad faciendum ea.	*Et recordantur præceptorum ejus, ad faciendum ea.*	Et memoriâ tenentibus mandata ipſius, ut faciant.
19. Dominus in cœlo paravit ſedem ſuam: & regnum ipſius omnibus dominabitur.	*Dominus in cœlo ſtabilivit thronum ſuum, & regnum illius omnium dominatur.*	19. Dominus in cœlo paravit ſedem ſuam: & regnum ejus omnium dominatur.
20. Benedicite Domino omnes angeli ejus: potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiendam vocem ſermonum ejus.	*Benedicite Domino angeli ejus: fortes robore, facientes verbum ejus, obedientes voci ſermonis ejus.*	20. Benedicite Domino omnes angeli ejus, potentes virtutes, qui facient verbum ejus, audire vocem ſermonum ejus.
21. Benedicite Domino omnes virtutes ejus: miniſtri ejus, qui facitis voluntatem ejus.	*Benedicite Domino omnes exercitus ejus: miniſtri ejus, qui facitis placitum illius.*	21. Benedicite Dominum omnes virtutes ejus: miniſtri ejus, qui facitis voluntates ejus.
22. Benedicite Domino omnia opera ejus: in omni loco dominationis ejus, benedic anima mea Domino.	*Benedicite Domino univerſa opera ejus in omnibus locis poteſtatis ejus: benedic anima mea Domino.*	22. Benedicite Dominum omnia opera ejus: in omni loco dominationis ejus benedic anima mea.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

19. p. 106. c. *Sicut miſeretur pater filii ſui, ita miſeratur timentes nomen ſuum.* S. Proſp. in eund. Pſ. *Sicut miſeretur pater filiorum, miſertus eſt Dominus timentium ſe.* Fulgent. l. 1. ad Monim. cum Caſſiod. & Pſalt. Rom. *Sicut miſeretur pater filiis, ita miſertus eſt Dominus timentibus ſe;* Fulgent. *eum.* In Pſalt. Corb. *Et ſicut miſeretur pater filiis, miſertus eſt Dominus timentibus eum.* In Mozar. *Sicut pater miſeretur filiis, ita miſertus eſt Deus timentibus eum.* In Gr. Καθὼς οἰκτείρει πατὴρ υἱοὺς, ᾠκτείρησε Κύριος τοὺς, &c.

℣. 14. Pſalt. Corb. & Mozar. *quia ipſe ſcivit* (Mozar. *ſcit*) *figmentum noſtrum. Memento Dom. quòd terra ſumus.* Hilar. in Pſ. 118. col. 256. d. *quia ipſe cognovit figurationem noſtram* (Mſs. 2. *figmentum noſtrum.*) Auct. l. de promiſſ. p. 1. c. 3. p. 93. d. addit: *Memento Dom. quoniam terra ſumus.* Pſalt. Rom. cum Caſſiod. *quia ipſe ſcit figmentum noſtrum. Memento Dom. quòd pulvis ſumus.* Auguſt. & Proſp. in hunc Pſ. *quoniam ipſe cognovit figmentum noſtrum.* Deinde cum Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1139. f. & l. 2. de fide reſurr. to. 2. 1141. f. *Memento quia* (Proſp. *quòd*) *pulvis ſumus.* Pſalt. Carnut. *Memento Dom. quia pulvis ſumus.* Græc. ὅτι αὐτὸς ἴσμεν τὸ πλάσμα ἡμῶν. Μνήσθητι ὅτι χοῦς ἐσμεν.

℣. 15. Sic in Pſalt. Corb. ad verbum. Item in Rom. & ap. Caſſiod. exceptis his, & *ſicut flos agri efflorebit*, Caſſiod. *floriet.* In Mozar. & *ſicut flos fœni ita florebit.* Apud Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1139. f. & l. 2. de fide reſ. col. 1141. f. *homo, tanquam fœnum dies ejus.* Similiter apud Auguſt. in hunc Pſ. ſubnexis his, *ſicut flos agri ita efflorebit.* S. Proſp. huic ult. verſûs anteced. *pulvis ſumus*, ſubdit, & *ſicut agri flos ita florebit*, prætermiſſis mediis. In Gr. verò ut ſup. apud Auguſt.

℣. 16. Ita in Pſalt. Corb. hoc excepto, *in eo*, loco *eum.* In Mozarab. *Quia ſpiritus pertranſiit eum, & non erit: & non agnoſcet ampliùs*, &c. In Rom. *Quia ſpiritus pertranſibit ab eo, & non erit: & non cognoſcet*, &c. Ap. Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. *Quoniam ſpiritus pertranſibit in eo, & non erit*, &c. Auguſt. poſt paulò, *pertranſiet.* In Gr. Ὅτι πνεῦμα διελεύσεται ἐν αὐτῷ, καὶ οὐκ ὑπάρξει, &c.

℣. 17. Itidem in Pſalt. Corb. Sic etiam in Moz. detracto uno *eſt*, poſt *ſæculo.* Rom. retinet *eſt*, ſubditque, & *uſque in ſæculum ſæculi ſuper*, &c. Similiter habet Caſſiod. in hunc Pſ. Auguſt. autem ſic, cum Proſp. *Miſericordia verò Domini in* (Proſp. *à*) *ſæculo*, & *in ſæculum ſuper*, &c. Græc. Proſpero favet.

℣. 18. Sic eſt in Pſalt. Moz. præter ult. *mandata ejus, ut faciant eam.* In Rom. & Corb. *cuſtodientibus teſtamentum ejus: & memoriâ retinentibus* (Corb. *tenentibus*) *mandata ejus, ut faciant ea.* Sic etiam apud Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. ſicut in Gr. Ap. Proſp. tamen deeſt *ejus*, poſt *teſtamentum.*

℣. 19. Ita Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Corb. & Mozar. niſi quòd hab. in fine, *dominabitur*; Græc. Δεσπόζει. Ap. Auguſt. & Proſp. in eund. Pſ. *Dominus paravit in cœlo thronum ſuum: & regnum ejus omnium dominabitur.*

℣. 20. Pſalt. Moz. *Benedicite Dominum..... potentes virtute, qui facitis verbum ejus, audire vocem*, &c. Itidem in Rom. Corb. & apud Caſſiod. præter hoc, *ad audiendam vocem.* Auguſt. verò in eund. Pſ. ita cum Gr. *Benedicite Dominum..... potentes fortitudine, facientes verbum ejus, ad audiendam vocem*, &c. Sic etiam apud Proſp. ſi excipias *potentes virtutes*, ut in textu ſup.

℣. 21. Ita ferunt Pſalt. Rom. Corb. & Moz. præter ſing. *voluntatem.* Ita etiam Caſſiod. in hunc Pſ. cum S. Proſp. Auguſt. verò in eund. Pſ. leg. *Benedicite Dominum omnes virtutes ejus: miniſtri ejus, facientes voluntatem ipſius.* Concinit Gr. *niſi quòd habet* τὰ θελήματα· at Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. τὸ θέλημα.

℣. 22. Ita legunt Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. ſed addunt *Dominum*, in fine. Accinunt Pſalt. Rom. Corb. & Moz. niſi quòd poſtrema duo hab. *dominationes ejus*; Gr. τῆς δυναστείας, Mſ. Alex. τῆς δεσποτείας.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 1. Ipſi David. CIII.	CIV.	1. Ipſi David. CIII.
*BEnedic anima mea Dominum: Dominus Deus meus magnificatus es valde.	*BEnedic anima mea Domino: Domine Deus meus magnificatus es nimis.*	BEnedic anima mea Domino: Domine Deus meus magnificatus es vehementer.
Confeſſionem, & decorem induiſti: 2. amiciens te lumine ſicut veſtimentum:	*Gloria & decore indutus es: amictus luce quaſi veſtimento:*	Confeſſionem, & decorem induiſti: 2. amictus lumine ſicut veſtimento:
Extendens cœlum ſicut pellem: 3. qui tegit in aquis ſuperiora ſua.	*Extendens cœlos ut pellem: qui tegis aquis cœnacula ejus.*	Extendens cœlum ſicut pellem: 3. qui tegis aquis ſuperiora ejus.
Qui ponit nubes aſcenſiones ſuas: qui ambulat ſuper pinnas ventorum.	*Qui ponis nubes currum tuum: qui ambulas ſuper pennas venti.*	Qui ponis nubem aſcenſum tuum: qui ambulas ſuper pennas ventorum.
4. Qui facit angelos ſuos, ſpiritus; & miniſtros ſuos, ignem urentem.	*Qui facis angelos tuos ſpiritus; miniſtros tuos ignem urentem.*	4. Qui facis angelos tuos, ſpiritus; & miniſtros tuos, ignem urentem. Hob. 1. 7.
5. Fundavit terram ſuper ſtabilitatem ejus: non inclinabitur in ſæculum ſæculi.	*Qui fundaſti terram ſuper baſes ſuas: non commovebitur in ſæculum & in ſæculum.*	5. Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam: non inclinabitur in ſæculum ſæculi.
6. Abyſſum, ſicut pallium, amictus ejus: ſuper montes ſtabunt aquæ.	*Abyſſo, quaſi veſtimento, operuiſti eam: ſuper montes ſtabunt aquæ.*	6. Abyſſus, ſicut veſtimentum, amictus ejus: ſuper montes ſtabunt aquæ.
7. Ab increpatione tua fugient: à voce tonitrui tui formidabunt.	*Ab increpatione tua fugient: à voce tonitrui tui formidabunt.*	7. Ab increpatione tua fugient: à voce tonitrui tui formidabunt.
8. Aſcendunt montes, & deſcendunt campi in locum, quem fundaſti eis.	*Aſcendent montes, & deſcendent campi ad locum, quem fundaſti eis.*	8. Aſcendunt montes, & deſcendunt campi in locum, quem fundaſti eis.
9. Terminum poſuiſti eis, quem non tranſgrediuntur: neque avertentur operire terram.	*Terminum poſuiſti, quem non pertranſibunt: nec revertentur ut operiant terram.*	9. Terminum poſuiſti, quem non tranſgredientur: neque convertentur operire terram.
10. Qui emittit fontes in	*Qui emittis fontes in convalli-*	10. Qui emittis fontes in con-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Caſſiod. cum Pſalt. Rom. In Moz. *Pſalmus David.* In Corb. *Pſalmus ipſi David.* In ed. Rom. Τῷ Δαυὶδ. In Mſ. Alex. Τῦ Δαυίδ. In edd. verò Ald. & Compl. Ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ, ὑπὲρ τῆς τῦ κέρμι ζυσάσεως.

* Vulgatæ reſpondent S. Proſper & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Moz. niſi quòd legunt *Dominum*, cum Gr. Similiter habet Auguſt. *Dominum*; ac præterea *nimis*, pro *vehementer*; cæt. ut in Vulg. Gr. σφόδρα. Apud Ambroſ. l. de Iſaac, c. 7. to. 1. 376. b. *Confeſſionem & ſpeciem induiſti.*

℣. 2. Mſ. Sangerm. ipſo initio hab. *amittens te*, quod ibi nullam ſignificationem habet: ſubſtituendum duximus *amiciens te*; magis placeret *amictus tu*, vel potiùs *amictus* ſimpliciter, ut in Pſalt. Rom. & Vulg. Corb. hab. *amictus lumen ſicut veſtimentum: extendens cælum*, &c. Mozar. *amictus lumen ſicut veſtimento: extendens cælos*, &c. Ambroſ. l. de Elia, c. 4. to. 1. 539. b. *circumdatus luce ſicut veſtimento*: & l. 1. de interpel. Job, c. 5. 631. b. ait: *Dominus qui cælum ſolus extendit.* Auguſt. in hunc Pſ. *circumamictus lucem ſicut* (inf. *velut*) *veſtimentum: extendit* (inf. *extendens*) *cælum ſicut pellem.* S. Proſp. *circumamictus lumine ſicut veſtimentum: extendens cælum*, &c. Gr. ἀναβαλλόμενος φῶς ὡς ἱμάτιον· ἐκτείνων, &c.

℣. 3. Auguſt. in hunc Pſ. *qui protegit in aquis ſuperiora ejus. Qui ponit nubes aſcenſum ejus: qui ambulat* (inf. *aſcendit*) *ſuper pennas ventorum.* S. Proſper in eund. Pſ. *qui protegis in aquis..... Qui ponis nubes aſcenſum ejus: qui ambulat ſuper*, &c. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Moz. *qui tegit in aquis..... Qui ponit nubem aſcenſum ſuum: qui ambulat*, &c. Corb. *qui tegis in aquis ſuperiora ejus. Qui ponet nubes aſcenſum ſuum: qui ambulat*, &c. Item in Mediolan. & Carnut. *qui tegit in aquis..... ponit..... ambulat*, &c. Apud Hilar. in Pſ. 146. col. 579. b. *Poſuit nubem aſcenſum ſuum.* In Gr. ὁ στεγάζων ἐν ὕδασι τὰ..... Ὁ τιθεὶς νέφη τὴν..... ὁ περιπατῶν, &c.

℣. 4. Sic eſt in Pſalt. Rom. Corb. Mediol. Carnut. Moz. & ap. Caſſiod. Similiter habet Hilarius l. 5. de Trin. col. 860. a. at in Pſ. 134. col. 475. b. leg. *Faciens ang. ſuos, ſpiritus.* Ambroſ. l. de Spir. S. to. 2. 613. a. *Qui facit angelos ſuos, ſpiritus.* Tertul. verò l. 2. adv. Marc. p. 647. c. *Qui facit angelos, ſpiritus*; & paulò ſup. *Qui facit ſpiritus, angelos*; & *apparitores, flammam ignis*: & l. 3. adv. Marc. p. 673. a. *Facit angelos, ſpiritus*; & *apparitores ſuos, ignem flagrantem*: & l. adv. Jud. c. 9. p. 143. a. alludens, dicit: *Nec novum eſt Spiritui S. angelos appellare eos, quos miniſtros ſuæ virtutis Deus præfecit.* Aug. in hunc Pſ. *Qui facit angelos ſuos, ſpiritus*; & *miniſtros ſuos, ignem flagrantem*: & l. 15. de civit. Dei, c. 23. col. 406. f. *ignem ardentem*; S. Proſp. *urentem*; Vigil. Tapſ. l. 3. de Trin. *flammantem.* Anonymus apud Cypr. de rebapt. p. 366. a. *Qui facit ang. ſuos, ſpir. & min. ſuos, ignem ardentem.* Hieron. epiſt. ad Sun. & Fret. to. 2. 655. c. *Qui facis angelos tuos, ſpiritus*; tum addit: *Pro quo in Græco inveniſſe vos dicitis*, Ὁ ποιῶν τὺς ἀγγέλες ἀυτῦ, *id eſt, Qui facit angelos ſuos.* Itidem in ed. Rom. ſicut in fine, πῦρ φλέγον; Mſ. Alex. hab. πυρὸς φλέγα; Ald. & Compl. πυρὸς φλόγα.

℣. 5. Ita Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Moz. poſito uno *qui*, ante verbum *fundavit*; præterea Rom. addit & poſt vocem *ejus.* Mediol. quoque & Carn. hab. *Fundavit terram.* Corb. *Fundabit terram ſup. ſtabilit. ejus*, &c. Ambroſ. l. 1. Hexa. col. 11. d. *Fundavit terram ſuper firmamentum ejus: non inclinab. in ſæc. ſæculi*; Mſs. nonnulli ferunt *firmitatem ejus.* Similiter Auguſt. in hunc Pſ. niſi quòd primò legit *ſuper firmitatem ejus*, & poſt plura, col. 1145. b. *ſuper firmamentum ejus.* S. Proſp. *Fundavit terram ſuper firmitatem ejus: non*, &c. Gr. Ὁ ἐμελιῶν τὴν γῆν ἐπὶ τὴν ἀσφάλειαν ἀυτῆς· ὐ, &c.

℣. 6. Pſalt. Corb. *Abyſſus, ſicut palleos, amictus ejus*, &c. Rom. cum Moz. *Abyſſus, ſicut pallium*, &c. ut in textu. Itidem apud Caſſiod. & Eucher. q. in Pſ. p. 846. e. Ap. Auguſt. in eund. Pſ. *Abyſſus, ſicut veſtimentum, amictus ipſius*, &c. In Gr. Ἄβυσσος, ὡς ἱμάτιον, τὸ περιβόλαιον ἀυτῦ, &c. Apud Ambroſ. l. 3. Hexa. to. 1. 36. e. poſteriora tantùm: *ſuper montes ſtabunt aquæ*, ut ſup.

℣. 7. Ita Caſſiod. cum vet. Pſalt. & Gr. Apud Aug. & Proſp. legitur, *tonitrûs tui.* In Pſalt. Corb. *tonitros tui.* Hieron. ep. ad Sun. & Fret. to. 2. 655. c. dicit: *In Hebræo habetur, tonitrui tui*; ſed addit: & *miror quemodo apud Latinos ſcriptorum errore ſubtractum ſit.*

℣. 8. Concinunt Auguſt. Proſp. & Caſſiod. unà cum vet. Pſalt. & Gr.

℣. 9. Auguſt. in hunc Pſ. cum Gr. *Terminum poſuiſti, quem non tranſgredientur: neque revertentur tegere terram.* Hieron. in Jerem. 31. to. 3. 685. d. *Terminum poſuiſti, quem non tranſibunt*, &c. ut in Vulg. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. *Terminum poſuiſti eis, quem non tranſgredientur*, &c. ut in Vulg. In Corb. *Terminum poſuiſti eis, quem non tranſgredientur*: & *non tranſibunt, neque convertentur operire terram.* In Mozar. *neque revertentur*; Gr. οὐδὲ ἐπιστρέψουσι.

℣. 10. Pſalt. Rom. & Corb. cum Proſp. & Caſſiod. *Qui emittit fontes in convallib. inter med. montium pertranſib.*

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
vallibus: inter medium montium pertranſibunt aquæ.	*bus, ut inter medios montes ambulent:*	convallibus: inter medium montium pertranſibunt. *Ex Mſ. Sangerm.*
11. Potabunt omnes beſtiæ agri: exſpectabunt onagri in ſiti ſua.	*Ut bibant omnia animalia regionum, & reficiant onagri ſitim ſuam.*	11. Potionabunt omnes beſtias ſilvæ: exſpectabunt onagri ſitim ſuam.
12. Super ea volucres cœli habitabunt: de medio petrarum dabunt voces.	*Super ea volucres cœli morabuntur: de medio nemorum dabunt vocem.*	12. Super ea volucres cœli habitabunt: de medio petrarum dabunt vocem ſuam.
13. Rigans montes de ſuperioribus ſuis: de fructu operum tuorum ſatiabitur terra:	*Qui irrigas montes de cœnaculis tuis: de fructu operum tuorum implebitur terra;*	13. Rigas montes de ſuperioribus ſuis: de fructu operum tuorum ſaturabitur terra.
14. Producens fœnum jumentis, & herbam ſervituti hominum:	*Germinans herbam jumentis, & fœnum ſervituti hominum:*	14. Produces fœnum jumentis, & herbam ſervituti hominum:
Ut educas panem de terra:	*Ut educat panem de terra, &*	Ut educat panem de terra:
15. & vinum lætificet cor hominis:	*vinum lætificet cor hominis:*	15. & vinum lætificat cor hominis:
Ut exhilaret faciem in oleo: & panis cor hominis confirmet.	*Ad exhilarandam faciem in oleo: panis autem cor hominis roborat.*	Ut exhilaret faciem in oleo: & panis cor hominis confirmat.
16. Saturabuntur ligna campi, & cedri Libani, quas plantavit:	*Saturabuntur ligna Domini, cedri Libani quas plantavit: ibi*	16. Saturabuntur ligna ſilvarum, & cedri Libani, quas plantaſti:
17. illic paſſeres nidificabunt.	*aves nidificabunt.*	17. illic paſſeres nidificabunt.
Herodii domus dux eſt eorum:	*Milvo abies domus ejus, montes excelſi cervis: petra refugium*	Fulicæ domus dux eſt eorum:
18. montes excelſi cervis: petra refugium herinaciis.	*hericiis.*	18. montes excelſi cervis: petra refugium irinacis.
19. Fecit lunam in tempora: ſol cognovit occaſum ſuum.	*Fecit lunam per tempora: ſol cognovit cubitum ſuum.*	19. Fecit lunam in tempora: ſol cognovit occaſum ſuum.
20. Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox: in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſilvæ.	*Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox: in ipſa moventur omnes beſtiæ ſilvæ.*	20. Poſuit tenebras, & facta eſt nox: in ea pertranſibunt omnes beſtiæ ſilvarum.
21. Catuli leonum rugientes, ut	*Leones rugientes ad prædam, &*	21. Sicut catuli leonum ru-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

(Corb. *tranſibunt*) *aquæ.* Brev. Moz. *Qui emittit..... per medium montium*, &c. Auguſt. in eund. Pſ. *Qui emittis*, &c. ut in Vulg. Ambroſ. in Pſ. 45. to. 1. col. 930. a. add. *inter medios montes pertranſibunt aquæ.* Græc. Ὁ ἐξαποστέλλων..... ἀναμέσον τῶν ὀρέων διελεύσονται ὕδατα.

℣. 11. Ambroſ. in Pſ. 45. col. 930. a. *Et potabunt omnes beſtiæ agri: ſuſcipient onagri in ſitim ſuam.* Sic etiam ap. Auguſt. in hunc Pſ. ſed abſque &, ante *potabunt*. Concinit S. Proſper in eund. Pſ. niſi quòd hab. *ſilvæ;* tollitque *in*, ante *ſitim*. Aug. quoque inf. col. 1149. f. 1151. e. legit *ſilvæ*. Caſſiod. ſic: *Potabunt ea omnes beſtiæ ſilvarum: exſpectabunt onagri ſitim ſuam;* Mſs. 3. *in ſitim ſuam.* Pſalt. Rom. *Potabunt eas omnes beſtiæ ſilvarum: exſpectabunt onagri in ſiti ſua.* Mozarab. *Potabunt omnes beſtiæ ſilvæ: reficient onagri in ſiti ſua.* Corb. *Et potabunt omnes beſtiæ ſilvæ: exſpectabunt onagri in ſitim ſuam.* Gr. Ποτιοῦται πάντα τὰ θηρία τῆ ἀγρῦ· προσδέξονται ὀναγροι εἰς δίψαν αὐτῶν.

℣. 12. Ita Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Corb. Mozarab. verò ſcribit *inhabitabunt*, nec addit *ſuam*, ad *vocem*. Rom. hab. *voces ſuas;* cæt. ut in textu. Apud Aug. in eund. Pſ. ſic: *Super illos volatilia cœli inhabitabunt: de medio petrarum dabunt vocem ſuam.* In Gr. Ἐπ' αὐτὰ τὰ πέτεινὰ τῦ οὐρανῦ καλασκηνώσει· ἐκ μέσυ τῶν πέτρων δώσυσι φωνήν.

℣. 13. Auguſt. & Caſſiod. cum Proſp. Vulgatæ ſuffragantur. Sic etiam in Pſalt. Rom. & Gr. Moz. verò delet voculam *ſuis*.

℣. 14. Sic eſt in Pſalt. Rom. & apud Aug. Proſp. & Caſſiod. excepto verbo 1. *Producens*. In Mozar. *Producens fœnum pecudibus..... Ut educat*, &c. Item in Mediol. Corb. & Carnut. *Ut educat;* Mſs. tamen plures Aug. & Caſſiod. ferunt, *educas*. Hieron. quoque ep. ad Sun. & Fret. to. 2. 658. a. *Ut educas, pro quo*, inquit, *invenisse vos dicitis*, Ut educat. In Gr. Ὁ ἐξαγαγεῖν χόρτον τοῖς κτήνεσι..... τῦ ἐξαγαγεῖν, &c.

℣. 15. Ita Aug. in hunc Pſ. cum Pſalt. Mediol. Corb. & Carnut. Caſſiod. verò cum Rom. *lætificet..... confirmet*. In Mozarab. *lætificat..... confirmet*. Apud Ambroſ. l. 1. de virg. to. 2. 156. b. *vinum lætificat cor hominis:* & in Luc. 9. to. 1. 1401. b. necnon l. 3. de fide, to. 2. 519. b. *panis confirmat cor hominis*. Apud Proſp. in eund. Pſ. & *vinum lætificet cor hominis: ut exhilaretur facies in oleo:* & *panis..... confirmat*. In Gr. καὶ οἶνος εὐφραίνει..... τῦ ἱλαρῦναι πρόσωπον ἐν ἐλαίῳ· ἡ ἄρτος..... στηρίζει.

℣. 16. Itidem in Pſalt. Corb. & ap. Caſſiod. In Rom. ſic: *Satiabuntur omnia ligna ſilvarum, & cedri Libani, quas plantaſti.* In Mozarab. & *cedros Lib. quas plantavit.* Apud Aug. in eund. Pſ. *Satiabuntur ligna campi*, &c. ut in Vulg. Apud Proſp. *Saturabuntur.* In Gr. Χορτασθήσεται τὰ ξύλα τῦ πεδίυ, αἱ κέδροι τῦ Λιβάνυ, ἃς ἐφύτευσεν· Alex. Ald. & Compl. ἐφύτευσας.

℣. 17. Ita legunt Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Carnut. & Moz. Itidem in Corb. dempto verbo *eſt*. In Mediolan. ſic: *Sturni domus ducatum eis præbet.* In Gr. Τῦ ἐρωδιῦ ἡ οἰκία ἡγεῖται αὐτῶν. Ap. Hieron. epiſt. ad Sun. & Fret. col. 658. a. *Herodii domus dux eſt eorum;* ſtatimque: *Nos ita vertimus in Latinum*, nempe ex Hebræo: *ibi aves nidificabunt. Milvi abies domus eſt.*

℣. 18. Hieron. in Iſai. 2. to. 3. col. 26. c. *petra refugium leporibus:* at in epiſt. ad Sun. & Fret. col. 658. b. *herinaciis, pro quo*, inquit, *in Hebræo poſitum eſt* ſphannim, & *omnes* χοιρογρυλλίους, *voce ſimili tranſtulerunt, exceptis LXX. qui* lepores *interpretati ſunt.* Auguſt. in hunc Pſ. cum Proſp. *montes altiſſimi cervis: petra refugium hericiis*, & *leporibus.* S. Proſp. delet ult. & *leporibus.* Auct. verò l. de promiſſ. p. 3. col. 175. c. & infra 206. d. addit, & *leporibus.* Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Vulgatæ congruit. In ed. Rom. ὄρη τὰ ὑψηλὰ..... πέτρα..... τοῖς χοιρογρυλλίοις· Mſ. Alex. cum editt. Ald. & Compl. λαγωοῖς.

℣. 19. Sic Ambroſ. l. 4. Hexa. to. 1. 65. a. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. In Mozarab. & apud Auguſt. *ſol agnovit occaſum ſuum.* Ambroſ. verò epiſt. 34. col. 923. c. legit: *luna novit occaſus ſuos.* S. Proſp. in eund. Pſ. *Fecit lunam in tempore: ſol cognovit*, &c. Caſſiodori etiam Mſ. 1. cum editt. fert *in tempore.* Pſalt. Corb. *Fecit lumen in tempore: ſol cognovit*, &c. Gr. εἰς καιρὸς· ὁ ἥλιος ἔγνω τὴν δύσιν αὐτῦ.

℣. 20. Pſalt. Rom. Vulgatæ conſonat. Similiter & Mozarab. niſi quòd initio hab. *poſuit.* Hieron. in Amos 3. to. 3. 1390. b. cum Caſſiod. *Poſuiſti tenebras..... in ipſa pertranſib. omnes beſtiæ ſilvarum.* At Hieron. l. 3. in ep. ad Gal. to. 4. 313. f. legit *ſilvæ.* Auguſt. in hunc Pſ. cum Proſp. *Poſuiſti tenebras..... ibi pertranſibunt omnes beſtiæ ſilvæ:* Auguſt. infra, *illic pertranſibunt.* Gr. Ἔθυ σκότος..... ἐν αὐτῇ διελεύσονται πάντα..... τὰ θηρία.

℣. 21. Similiter apud Caſſiod. & in Pſalt. Rom. ſed abſque adverb. 1. *ſicut.* Auguſt. in eund. Pſ. legit: *Catuli leonum rug. ut rapiant, quærentes à Deo eſcam ſibi:*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
In Mſ. Sangerm. gientes, ut rapiant, & quærant à Deo eſcam ſibi.	*quærentes à Deo eſcam ſibi.*	rapiant, & quærant à Deo eſcam ſibi.
22. Ortus eſt ſol, & congregati ſunt : & in cubilibus ſuis ſe collocabunt.	*Oriente ſole recedent, & in ſpeluncis ſuis cubabunt.*	22. Ortus eſt ſol, & congregati ſunt : & in cubilibus ſuis collocabuntur.
23. Exivit homo ad opus ſuum : & operationem ſuam uſque ad veſperam.	*Egredietur homo ad opus ſuum, & ad ſervitutem ſuam uſque ad veſperum.*	23. Exibit homo ad opus ſuum : & ad operationem ſuam uſque ad veſperum.
24. Quàm magnificata ſunt opera tua Domine ! omnia in ſapientia feciſti : impleta eſt terra creaturâ tuâ.	*Quàm multa ſunt opera tua Domine ! omnia in ſapientia feciſti : impleta eſt terra poſſeſſione tua.*	24. Quàm magnificata ſunt opera tua Domine ! omnia in ſapientia feciſti : impleta eſt terra poſſeſſione tua.
25. Hoc mare magnum, & ſpatioſum : ibi repentia, quorum non eſt numerus. Animalia puſilla cum majoribus : 26. illic naves pertranſeunt.	*Hoc mare magnum, & latum manibus : ibi reptilia innumerabilia, Animalia parva cum grandibus : ibi naves pertranſeunt :*	25. Hoc mare magnum, & ſpatioſum manibus : illic reptilia, quorum non eſt numerus. Animalia puſilla cum magnis : 26. illic naves pertranſibunt.
Draco iſte, quem formaſti ad inludendum : 27. omnia à te exſpectant ut des illis eſcam tempore.	*Leviathan iſtum plaſmaſti, ut illuderet ei. Omnia in te ſperant, ut des cibum eis in tempore ſuo.*	Draco iſte, quem formaſti ad illudendum ei : 27. omnia à te exſpectant ut des illis eſcam in tempore.
In Mſ. deeſt te. 28. Dante * te illis, colligent : aperiente te manum, univerſa implebuntur bonitate.	*Dante te illis, colligent : aperiente te manum tuam, replebuntur bono.*	28. Dante te illis, colligent : aperiente te manum tuam, omnia implebuntur bonitate.
29. Avertente te autem faciem, turbabuntur : auferes ſpiritum ipſorum, & deficiunt, & in terram ſuam revertentur.	*Abſcondes vultum tuum, turbabuntur : auferes ſpiritum eorum, deficient, & in pulverem ſuum revertentur.*	29. Avertente autem te faciem, turbabuntur : auferes ſpiritum eorum, & deficient, & in pulverem ſuum revertentur.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

at infra, & *ut quærant à Deo*, &c. S. Proſp. *quærentes à Domino*, &c. Pſalt. Corb. *Catuli leon. ruentes, ut rapiant*, & *quærant à Deo*, &c. Ed. Rom. Σκύμνοι ὠρυόμενοι, ἁρπάσαι, καὶ ζητῆσαι παρὰ τῦ Θεῦ, &c. Mſ. Alex. cum Ald. & Compl. τῦ ἁρπάσαι; Ald.que & Compl. παρὰ τῷ Θεῷ.

℣. 22. Sic eſt in Pſalt. Rom. Corb. & Moz. ut & ap. Caſſiod. in hunc Pſ. Apud Auguſt. verò, & *in cubilib. ſuis cubabunt.* Apud Hieron. l. 3. in ep. ad Gal. to. 4. 313. f. *Ortus eſt ſol*, & *congregata ſunt* : & *in cubilib. ſuis dormierunt.* In ed. Rom..... καὶ συναχθήσονται· καὶ ἐν ταῖς..... κοιτασθήσονται. Alex. Ald. & Compl. ſup. συνάχθησαν.

℣. 23. Auguſt. cum Pſalt. Rom. Corb. & Moz. *Exiet homo*..... & *ad operationem*, &c. Hieron. l. 3. in ep. ad Gal. to. 4. 313. f. *Egredietur homo*, &c. ut ſup. Caſſiod. in eund. Pſ. *Exiet homo* ; at in Mſs. 3. *exiit.* Nicetius ep. Spicil. to. 3. p. 1. *Homo exiturus ad opus ſuum* : & *ad operat. ſuam uſque ad veſperam.* Gr. Ἐξελεύσεται..... καὶ ἐπὶ τὴν ἐργασίαν, &c.

℣. 24. Ita legunt Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. ſi id excipias, *repleta eſt terra.* Ita quoque hab. Pſalt. Rom. cum Mozarab. Item in Mediolan. Corb. & Carnut. *creaturâ tuâ* ; in Gr. κτίσεώς σου, non κτίσεως, quod Vulgatæ reſpondet. Pſalt. Sangerm. ſcribit, *Quàm magnificata ſunt opera tua !* ſed vitioſè ; vel ergo legendum *magnificata ſunt*, vel ſcribendum *opera tua* : hoc ultimum prætulimus, cùm ita legant Aug. & al. imo Ambroſ. l. 1. & 6. Hexa. to. 1. col. 9. b. 120. d. vide etiam col. 4. f. 90. b. 268. e. 730. c. 1230. e. & to. 2. col. 533. d. & 682. a. Item apud Novatian. de Trin. p. 1032. b. *omnia in ſap. feciſti.*

℣. 25. Hilarius in Pſ. 51. col. 75. d. ita legit : *Hoc mare magnum*, & *ſpatioſum : illic ſerpentes, quorum non eſt numerus. Animalia puſilla*, & *magna* : at in Pſ. 64. col. 167. d. *Mare hoc magnum*, & *latum.* Ambroſ. l. 5. Hexa. col. 80. d. *Hoc mare mag.* & *ſpatioſum : illic reptilia, quorum non eſt numerus.* S. Paulinus epiſt. 24. p. 164. a. & *illic repentia, quorum*, &c. Auguſt. in hunc Pſ. cum Proſp. *Hoc mare magnum*, & *ſpatioſum : ibi* (Proſp. *illic*) *repentia, quorum..... puſilla*, & *magna.* Caſſiod. in eund. Pſ. *Hoc mare mag.* & *ſpatioſ. manibus : illic reptilia, quorum..... puſilla*, & *magna.* Sic etiam in Pſalt. Corb. ſed abſque *manibus.* Apud. Hieron. in Naum 1. to. 3. 1561. b. *Hoc mare mag.* & *ſpatioſum : ibi reptilia..... animalia parva cum magnis* : item in epiſt. ad Sun. & Fret. to. 2. 657. c. ait : *Dicitis in Græco* manibus *non haberi*, & *ego novi ; ſed ex Hebræo*, & *Theodotione in LXX. additum eſt ſub aſteriſco.* Abeſt ſanè à Pſalt. Mediol. Carnut. Rom. & Moz. duoque poſtrema legunt in fine, *puſilla*, & *magna*, ut ſup. Græc. Αὕτη ἡ θάλασσα ἡ μεγάλη, καὶ εὐρύχωρος· ἐκεῖ..... Ζῶα μικρὰ μετὰ μεγάλων.

℣. 26. Vulgatæ ſuffragatur Hilarius in Pſ. 51. col. 75. d. cum Caſſiod. & Pſalt. Rom. ſed Hilar. in Pſ. 64. col. 167. d. ita legit, alludendo certè : *Ibi requieſcet draco, quem figuraſti ad illudendum ipſum.* Hieron. in Naum 1. to. 3. col. 1561. b. *ibi naves perambulant*, &c. ut in Vulg. & in Iſai. 11. col. 104. e. ſic : *Draco iſte, quem plaſmaſti ut illuderet ei.* Auguſt. in eund. Pſ. *illic naves commeabunt. Draco hic, quem finxiſti ad illudendum ei.* Item ap. Proſp. *commeabunt* ; cæt. ut in Vulg. In Brev. Moz. *Draco iſte, quem confirmaſti ad illudendum eis.* Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 11. col. 136. a. 191. a. *Draconem, quem finxiſti ad illudendum ei.* Gr. ἐκεῖ πλοῖα διαπορεύονται. Δράκων οὗτος, ὃν ἔπλασας ἐμπαίζειν αὐτῷ.

℣. 27. Pſalt. Rom. *omnia à te exſpectant Domine, ut..... in tempore.* Mozarab. *omnia à te exſpectant ut des eſcam illis in tempore opportuno.* Corb. *omnes à te exſpectant ut..... in tempore* ; Mediol. addit *opportuno.* Ambroſ. l. 4. Hexa. to. 1. 64. f. *omnia à te exſpectant ut des illis cibum in tempore* : ſimiliter l. de Noe, c. 16. col. 251. f. & in Pſ. 43. col. 924. b. hoc tamen poſter. loco leg. *ut tu des.* Auguſt. in Pſ. 103. cum Proſp. *omnia à te exſpectant Domine, ut des illis cibum in tempore oppertuno.* Caſſiod. in eund. Pſ. Vulgatæ accinit, niſi quòd in fine add. *oppertuno.* Gr. πάντα πρὸς σὲ προσδοκῶσι λῦναι τὴν τροφὴν αὐτοῖς εὔκαιρον· Mſ. Alex. αὐτῶν εἰς καιρόν· Ald. & Compl. αὐτῶν εἰς εὔκαιρον.

℣. 28. Ambroſ. l. 4. Hexa. to. 1. col. 64. f. *Dante te illis, colligent ſibi : aperiente te manum, univerſa implebuntur bonitate :* at in Pſ. 43. p. 924. b. *Dante te bis, colligent : aperiente manum tuam, univerſa*, &c. & l. de Noe, c. 16. col. 251. f. *aperiente te manum tuam, omnia impleb. bonitate :* & l. de fuga ſæc. c. 6. col. 432. d. *aperiente te manum, implebuntur omnia bonitate.* Auguſt. in hunc Pſ. *Cùm dederis eis, colligent : aperiente autem te manum tuam, univerſa impleb. bonitate.* S. Proſp. in eund. Pſ. *Dante te, illi colligent : aperiente te manum tuam, univerſa replebuntur bonitate.* Caſſiod. *Dante te illis, colligent : aperiente te manum tuam, univerſa replebuntur ubertate.* Itidem in Pſalt. Rom. præter *omnia*, pro *univerſa.* In Corb. *aperiente te manum tuam, univerſa impleb. bonitate.* In Mozarab. *aperiente autem te manum, omnia replebuntur ubertate.* In Gr. Δόντος σου αὐτοῖς, συλλέξουσιν· ἀνοίξαντος δέ σου τὴν χεῖρα, τὰ σύμπαντα πλησθήσονται χρηστότητος, Alex. πιότητος.

℣. 29. Ambroſ. in Pſ. 43. col. 924. b. cum Vulgata concinit, niſi quòd extremò hab. *convertentur* : ita etiam l. de Noe, c. 16. col. 251. f. at l. 2. de Spir. S. to. 2. col. 640. c. *revertentur.* Aug. in hunc Pſ. addit *tuam*, ad *faciem*, &

Digitized by Google

Vulgata hod.	Hebr.	Versio antiqua.
30. Emittes ſpiritum tuum, & creabuntur : & renovabis faciem terræ.	*Emittes ſpiritum tuum, & creabuntur, & inſtaurabis faciem terræ.*	30. Emitte ſpiritum tuum, & creabuntur : & renovabis faciem terræ. *Ex Mſ. Sangerm.*
31. Sit gloria Domini in ſæculum : lætabitur Dominus in operibus ſuis :	*Sit gloria Domini in ſempiternum : lætabitur Dominus in operibus ſuis.*	31. Sit gloria Domini in ſæculum ſæculi : lætabitur Dominus in operibus ſuis :
32. Qui reſpicit terram, & facit eam tremere : qui tangit montes, & fumigant.	*Qui reſpicit terram, & tremet : tangit montes, & fumabunt.*	32. Qui reſpicit terram, & facit eam tremere : qui tangit montes, & fumigabuntur.
Inf. 145. 2. 33. Cantabo Domino in vita mea : pſallam Deo meo quandiu ſum.	*Cantabo Domino in vita mea : pſallam Deo meo quandiu ſum.*	33. Cantabo Domino meo in vita mea : pſallam Domino meo quandiu ſum.
34. Jucundum ſit ei eloquium meum : ego verò delectabor in Domino.	*Placeat ei eloquium meum : ego lætabor in Domino.*	34. Suavis ſit ei laudatio mea : ego autem delectabor in Domino.
35. Deficiant peccatores à terra, & iniqui ita ut non ſint : benedic anima mea Domino.	*Deficiant peccatores de terra, & impii ultra non ſint : benedic anima mea Domino. Alleluia.*	35. Deficiant peccatores à terra, & iniqui ita ut non ſint : benedic anima mea Dominum.

Notæ ad Versionem antiquam.

legit *convertentur* ; cæt. ut in Vulg. Itidem Caſſiod. cum Pſalt. Rom. ſed hab. *revertentur*. S. Proſper nil differt à Vulg. In Pſalt. Corb. *Avertente autem faciem tuam, turbabuntur : auferes ſpir. eorum, & deficient, & in terram ſuam revertentur.* In Mozarab. *anfers ſpiritus eorum, & deficient.* In Gr. ἀπλανελεῖς τὸ πνεῦμα..... καὶ εἰς τὸν χοῦν αὐτῶν ἐπιστρέψουσι.

℣. 30. Ambroſ. l. de Noe, c. 16. to. 1. 251. f. & in Pſ. 43. col. 924. b. legit, *Emittes*, &c. ut in Vulg. item l. 2. de Spir. S. to. 2. 640. c. niſi quòd hab. *& innovabis omnem faciem terræ :* at l. 1. & 4. Hexa. col. 17. a. 64. f. legit initio, *Emitte*, cum Pſalt. Corb. ſimiliter l. de appl. Dav. col. 730. b. & in Luc. 1. col. 1263. b. Conſentiunt Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. 508. & S. Proſp. in hunc Pſ. Aug. autem in eund. hab. *Emittes ſpir. tuum.....* & *innovabis fac. terra.* Caſſiod. ut in Vulg. Apud Irenæum l. 5. c. 32. p. 333. c. hæc pauca : *Qui renovavit faciem terræ.* In Gr. Ἐξαποστελεῖς..... καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ, &c.

℣. 31. Ita Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Corb. In Moz. verò ſic : *Sit gloria Domino in ſæculum ſæculi*, &c. Apud Auguſt. & Proſp. in hunc Pſ. *Sit gloria Domini in æternum : lætab.* &c. In Gr. Ἥτω ἡ δόξα Κυρίου εἰς τὸν αἰῶνα, &c. Alex. Ald. & Compl. τὺς αἰῶνας.

℣. 32. Ita in Pſalt. Corb. excepto uno *tremento*, fortè *trementem*, pro *tremere*. Novatian. de Trin. p. 1032. b. leg. *Qui aſpicit terram, & facit eam tremere.* Similiter Ambr. l. 1. Hexa. col. 11. f. at in Pſ. 118. col. 1187. d. *Aſpicis ſuper terram, & facit*, &c. Hilar. in eund. Pſ. col. 345. b. *Aſpicies in terram, & facies eam tremere.* Auguſt. in hunc Pſ. *Qui aſpicit terram, & facit..... qui tangit montes, & fumigabunt.* Item S. Proſper in eund. Pſ. *Qui aſpicit terram.* Caſſiod. in eund. *Qui reſpicit terram..... qui tangit montes, & fumabunt ;* Pſalt. Rom. cum Moz. *& fumigabunt.* Philaſtr. Brix. de hæreſ. p. 713. g. *Qui conſpicis terram, & eam commoves terræ motu.* In Gr. Ὁ ἐπιβλέπων ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ποιῶν αὐτὴν τρέμειν· ὁ ἁπτόμενος..... καὶ καπνίζονται.

℣. 33. Pſalt. Rom. cum Moz. *Cantabo Domino in..... pſallam Deo meo quandiu ero.* Sic etiam apud Caſſiod. in hunc Pſ. Auguſt. autem & S. Proſp. cum Vulgata concinunt, & Græco.

℣. 34. Sic eſt in Pſalt. Rom. Carnut. & ap. Caſſiod. Sic etiam in Mozarab. dempto uno *ei*. In Corb. *Suavis ſit ei & laudatio mea : ego verò deleſt.* &c. In Mediolan. *Suavis ſit ei diſputatio mea.* Apud Hilar. in Pſ. 64. col. 169. b. *Suavis ei ſit laudatio mea.* Apud Auguſt. & Proſp. in hunc Pſ. *Suavis ſit ei diſputatio mea : ego autem jocundabor in Domino.* In Gr. Ἡδυνθείη αὐτῷ ἡ ὁμιλογή μου· ἐγὼ δὲ εὐφρανθήσομαι, &c.

℣. 35. Ita Aug. & Proſp. in hunc Pſ. cum Pſalt. Corb. Ap. Caſſiod. verò eſt τὸ *injuſti*, loco *iniqui*. Apud Gelaſ. PP. Conc. to. 4. 1228. d. *Pereant peccatores à terra, ita ut non ſint.* Brev. Moz. ipſo initio hab. *Deficient ;* & in fine *Dominum*, ut ſup. Gr. Ἐκλείποισαν (Ald. & Compl. Ἐκλείποιεν)..... καὶ ἄνομοι..... εὐλόγει ἡ..... τὸν Κύριον.

Vulgata hod.	Hebr.	Versio antiqua.
Alleluia. (1. *Par.* 16. 8.) CIV.	*CV.*	* Alleluia. CIV. *Ex Mſ. Sangerm.*
1. *Par.* 16. 8. *Iſa.* 12. 4. 1. COnfitemini Domino, & invocate nomen ejus : annuntiate inter gentes opera ejus.	*CConfitemini Domino, invocate nomen ejus : notas facite populis cogitationes ejus.*	1. COnfitemini Domino, & invocate nomen ejus : adnuntiate inter gentes opera ejus.
2. Cantate ei, & pſallite ei : narrate omnia mirabilia ejus.	*Cantate ei, & pſallite illi : loquimini in univerſis mirabilibus ejus.*	2. Cantate, & pſallite ei : narrate omnia mirabilia ejus.
3. Laudamini in nomine ſancto ejus : lætetur cor quærentium Dominum.	*Exſultate in nomine ſancto ejus : lætetur cor quærentium Dominum.*	3. Laudamini in nomine ſancto ejus : lætetur cor quærentium Dominum.
4. Quærite Dominum, & confirmamini : quærite faciem ejus ſemper.	*Quærite Dominum, & virtutem ejus : quærite faciem ejus jugiter.*	4. Quærite Dominum, & confirmamini : quærite faciem ejus ſemper.

Notæ ad Versionem antiquam.

* Auguſt. in hunc Pſ. *Pſalmus centeſimus quartus, primus eſt in eis, quibus prænotatur* Halleluia ; *cujus verbi, vel potiùs duorum verborum, interpretatio eſt*, Laudate Deum. *Hallelnia* quoque legitur ap. Proſp. & Caſſiod. ac in Pſalt. Rom. In Gr. Ἀλληλούϊα.

℣. 1. Concinunt Aug. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum vet. Pſalt. In Corb. tamen ſic : *annuntiate inter gentes mirabilia ejus.* Ap. Proſp. *annuntiate in gentibus opera ejus ;* quam lectionem laudat Auguſt. ubi ſup. col. 1178. g. *Sequitur*, inquit, annuntiate inter gentes, &c. *vel potiùs, ut de Græco ad verbum exprimatur, quod & alii Latini codices habent*, evangelizate (Mſs. omnes *annuntiate*) in gentibus opera ejus. *Quibus hoc dicitur, niſi Evangeliſtis in prophetia ?* Græc. ἀπαγγείλατε ἐν τοῖς ἔθνεσι τὰ ἔργα αὐτοῦ.

℣. 2. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum Gr. *Cantate ei, & pſallite ei*, &c. ut ſup. In Pſalt. Moz. *Cantate illi, & pſalliste ei*, &c. In Corb. *Cantate, & pſallite nomini ejus : narrate*, &c.

℣. 3. Mſ. Sangerm. omittit ult. vocem *Dominum*, quam ſupplendam duximus è vet. aliis Pſalt. & Gr. Legitur etiam apud Aug. Proſp. & Caſſiod. cum cæt. quæ habentur ſup.

℣. 4. Accinunt S. Proſp. & Caſſiod. unà cum Pſalt.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.	
Ex Mſ. Sangerm. 5. Memento mirabilium ejus, quæ fecit: prodigia ejus, & judicia oris ejus.	*Recordamini mirabilium ejus quæ fecit: ſignorum, & judiciorum oris ejus,*	5. Mementote mirabilium ejus, quæ fecit: prodigia ejus, & judicia oris ejus.	
6. Semen Abraham, ſervi ejus: filii Jacob, electi ejus.	*Semen Abraham, ſervi ejus: filii Jacob, electi ejus.*	6. Semen Abraham, ſervi ejus: filii Jacob electi ejus.	
7. Ipſe Dominus Deus noſter: in univerſa terra judicia ejus.	*Ipſe Dominus Deus noſter: in univerſa terra judicia ejus.*	7. Ipſe Dominus Deus noſter: in univerſa terra judicia ejus.	
8 Memor fuit in ſæculum teſtamenti ſui: verbi, quod mandavit in mille generationes:	*Recordatus eſt in æternum pacti ſui: verbi quod præcepit in mille generationes:*	8. Memor fuit in ſæculum teſtamenti ſui: verbi, quod mandavit in mille generationes:	
9. Quæ diſpoſuit ad Abraham: & juramenti ſui ad Iſaac:	*Quod pepigit cum Abraham, & juramenti ſui cum Iſaac.*	9. Quod diſpoſuit ad Abraham: & juramenti ſui ad Iſaac:	*Gen.* 22. 16.
10. Et ſtatuit illud Jacob in præceptum: & Iſraël in teſtamentum æternum:	*Et firmavit illud Jacob in lege: Iſraël in pactum ſempiternum:*	10. Et ſtatuit illud Jacob in præceptum: & Iſraël in teſtamentum æternum:	
11. Dicens: Tibi dabo terram Chanaam, funiculum hæreditatis veſtræ.	*Dicens: Tibi dabo terram Chanaan, funiculum hæreditatis veſtræ.*	11. Dicens: Tibi dabo terram Chanaan, funiculum hæreditatis veſtræ.	
12. Cùm eſſent numero breves, pauciſſimi & incolæ in ea:	*Cùm eſſent viri pauci, modici, & advenæ in ea:*	12. Cùm eſſent numero brevi, pauciſſimi & incolæ ejus:	
13. Et pertranſierunt de gente in gentem, de regno ad populum alterum.	*Et tranſierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum.*	13. Et pertranſierunt de gente in gentem, & de regno ad populum alterum.	
14. Non derelinquet hominem nocere eos: & corripuit pro eis reges.	*Non dimiſit hominem ut noceret eis, & corripuit pro eis reges.*	14. Non reliquit hominem nocere eis: & corripuit pro eis reges.	
15. Nolite tangere chriſtos meos: & in prophetas meos nolite malignari.	*Nolite tangere chriſtos meos, & prophetas meos nolite affligere.*	15. Nolite tangere chriſtos meos: & in prophetis meis nolite malignari.	2. *Reg.* 1. 14. 1. *Par.* 16. 22.
16. Et vocavit famem ſuper eos: omne firmamentum panis contribulavit.	*Et vocavit famem ſuper terram: omnem virgam panis contrivit.*	16. Et vocavit famem ſuper terram: & omne firmamentum panis contrivit.	

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Rom. & Corb. In Mozarab. ſic: *Quærite Dom. & confortamini*, &c. quam lectionem admittit Auguſt. in hunc Pſ. *Hoc enim*, inquit, *de Græco expreſſius interpretatum eſt, quamvis verbum minùs Latinum videatur; unde & alii codices habent* confirmamini, *alii* corroboramini. Gr. κραταιώθητε.

℣. 5. Ita in autographo Sangerm. *Memento*. Vulgatæ autem reſpondent Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. A Rom. Pſalt. abeſt 1. *ejus*; at ibid. conſtanter, *Mementote*. In Gr. Μνήσθητε, &c. ut in Vulg.

℣. 6. Concordant Auguſt. Proſp. & Caſſiod. unà cum vet. Pſalt. & Gr.

℣. 7. Sic in Pſalt. Rom. & ap. Caſſiod. Apud Auguſt. & Proſp. *in omni terra judicia ejus*. In Gr. ἐν πάσῃ τῇ γῇ, &c.

℣. 8. Ita Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Mozarab. verò hab. *Memor fuit in æternum*; Auguſt. cum Proſp. *in ſæculum*: obſervat tamen Auguſt. alios codices habere *in æternum*; *quod*, inquit, *ex ambigno Græco factum eſt*, nempe τὸν αἰῶνα.

℣. 9. Vulgatæ ſuffragantur Aug. Proſp. & Caſſiod. cum vet. Pſalt. Mozar. tamen & Corb. delent *ad*, ante *Iſaac*; præterea Corb. ſcribit *Abrahæ*. Gr. Ὃν διέθετο τῷ Ἀβραάμ... τῷ Ἰσαάκ.

℣. 10. Ita Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum vet. Pſalt. infra tamen Auguſt. 1189. e. legit: *Et ſtatuit illud ipſi Jacob.... & ipſi Iſrael*, &c. è Græco videlicet, τῷ Ἰακὼβ..... τῷ Ἰσραήλ· ſequitur ibid. εἰς διαθήκην αἰώνιον· *ubi nullus eſt ambiguitatis locus*, inquit Aug. ſup. 1181. a. αἰώνιον *quippe..... nuſquam noſtri niſi* in æternum *interpretati ſunt: vix autem aliqui alicubi* αἰώνιον, æternale *dixerunt: niſi fortè, quia* αἰῶνα *familiariùs interpretantur* ſæculum, αἰώνιον, *non* æternum, *ſed* ſæculare *interpretari velint, quod neminem anſum fuiſſe commemini.*

℣. 11. Aug. Proſp. & Caſſiod. conſentiunt. Sic etiam in vet. Pſalt. & Gr. ni excipiatur vox *Chanaan*, è Gr. Χαναάν.

℣. 12. In autographo noſtro *brevis*, procul dubio pro *breves*, quod ita correximus. In Pſalt. Rom. *Cùm eſſent in numero brevi..... & incolæ in ea.* In Corb. *Cùm eſſet numero breves* (l. *brevis*) *pauciſſ. & incolæ in ea.* Mozarab. pariter hab. *in ea*, cum Caſſiod. Item Auguſt. & Proſp. in eund. Pſ. *Cùm eſſent numero brevi, pauciſſimi & incolæ in ea*: ſubinde Auguſt. col. 1182. e. *Cùm eſſent numero breves, vel numero brevi, pauciſſimi & incolæ in ea*: & poſt plura, col. 1189. g. *Cùm eſſent ipſi numero brevi*; ſupra verò 1182. d. ait: *Nonnulli codices habent, non* pauciſſimi & incolæ, *ſed* pauciſſimos & incolas. *Ubi appareat eos, qui iſta ita interpretati ſunt, Græcam fuiſſe locutionem ſecutos, qua transferri non poteſt in Latinum, niſi cum ea abſurditate, qua ferri omnino non poſſit. Si enim totam ipſam locutionem transferre conemur, dicturi ſumus* In eo eſſe illos numero brevi, pauciſſimos & incolas in ea. *Quod autem ait Græcus* In eo eſſe illos, *hoc eſt Latinè*, Cùm eſſent, *quod verbum non poteſt caſus accuſativus ſequi, ſed nominativus; quis enim dicat*, Cùm eſſent pauciſſimos? *ſed*, Cùm eſſent pauciſſimi. In ed. Rom. Ἐν τῷ εἶναι αὐτὺς ἀριθμῷ βραχεῖς, ὀλιγοστὺς καὶ παροίκους ἐν αὐτῇ.

℣. 13. Ita Caſſiod. cum Pſalt. Rom. additâ conjunct. & poſt *gentem*. In Corb. *de gente in gente, de regno ad*, &c. Apud Auguſt. & Proſp. *Tranſierunt de gente in gentem, & de regno in pop. alterum*: infra tamen 1189. g. Auguſt. hab. *Et pertranſierunt*. Gr. Καὶ διῆλθον..... εἰς λαὸν ἕτερον.

℣. 14. Pſalt. Rom. cum Moz. *Non permiſit hominem nocere eis: corripuit*, &c. Moz. *ſed corripuit*, &c. Corb. *Non permiſit hominem nocere eos: & corripuit*, &c. Similiter in Mediol. & Carnut. *non permiſit*; ſicut ap. Caſſiod. qui etiam hab. inf. & *corripuit*. Apud Auguſt. in eund. Pſ. col. 1189. g. *Non reliquit*; at ſupra col. 1182. f. *Non dimiſit hominem nocere eis, id eſt*, non permiſit: *Græca autem locutio eſt*, nocere illos; *Latina verò*, nocere illis: ſtatim, & *corripuit*; infra, & *arguit pro eis reges*. In Gr. Οὐκ ἀφῆκεν ἀνθρώπους ἀδικῆσαι αὐτὺς· καὶ ἤλεγξεν, &c.

℣. 15. Sic habet Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 194. d. cum Pſalt. Corb. Aug. verò & Caſſiod. in hunc Pſ. Vulgatæ favent cum Pſalt. Rom. Item S. Proſp. in eund. Pſ. niſi quòd legit, *nolite malignare*. Apud Ambroſ. to. 2. 1189. e. prima tantùm exſtant: *Nolite tangere chriſtos meos*. Ap. Aug. l. 17. de civit. Dei, c. 9. to. 7. col. 472. f. *Ne tetigeritis chriſtos meos*. Apud Optat. l. 2. cont. Donat. p. 42. b. & 45. a. *Ne tetigeritis unctos meos: neque in prophetas meos manum miſeritis*: ſimiliter l. 4. p. 71. b. ſed hab. *chriſtos*: & l. 2. p. 44. c. ſic: & *in prophetas meos manum ne miſeritis*. In Gr. Μὴ ἅψησθε (Mſ. Alex. ἅπτεσθαι, Ald. & Compl. ἅπτεσθε) τῶν χειρῶν μου· καὶ ἐν τοῖς προφήταις μου μὴ πονηρεύεσθε.

℣. 16. Ap. Auguſt. & in Gr. omnia ut in Vulg. niſi

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
Gen. 37. 36. 17. Miſit ante eos virum : in ſervum venundatus eſt Joſeph.	*Miſit ante faciem eorum virum : in ſervum venundatus eſt Joſeph.*	17. Miſit ante eos virum : in ſervum venundatus eſt Joſeph. *Ex Mſ. Sangerm.*
Gen. 39. 20. 18. Humiliaverunt in compedibus pedes ejus, ferrum pertranſiit animam ejus, 19. donec veniret verbum ejus.	*Aſſlixerunt in compede pedes ejus, in ferrum venit anima ejus : uſque ad tempus donec veniret ſermo ejus.*	18. Humiliaverunt in compedibus pedes ejus, ferrum pertranſiit anima ejus, 19. donec veniret verbum ejus.
Eloquium Domini inflammavit Gen. 41. 14. eum : 20. miſit rex, & ſolvit eum ; princeps populorum, & dimiſit eum.	*Eloquium Domini probavit eum : miſit rex, & ſolvit eum ; princeps populorum, & dimiſit illum.*	19 Eloquium Domini uſſit eum : 20. miſit rex, & ſolvit eum ; princeps populorum, & dimiſit eum.
21. Conſtituit eum dominum domus ſuæ, & principem omnis poſſeſſionis ſuæ.	*Poſuit eum dominum domus ſuæ, & principem in omni poſſeſſione ſua :*	21. Conſtituit eum dominum domus ſuæ, & principem omnis poſſeſſionis ſuæ.
22. Ut erudiret principes ejus ſicut ſemetipſum : & ſenes ejus prudentiam doceret.	*Ut erudiret principes ejus ſecundùm voluntatem ſuam, & ſenes ejus ſapientiam doceret.*	22. Ut erudiret principes ſuos ſicut ſe ipſum : & ſeniores ejus prudentiam doceret.
Gen. 46. 6. 23. Et intravit Iſraël in Ægyptum : & Jacob accola fuit in terra Cham.	*Et ingreſſus eſt Iſraël Ægyptum, & Jacob advena fuit in terra Cham.*	23. Et introivit Iſraël in Ægyptum : & Jacob habitavit in terram Cham.
Exod. 1. 7. Act. 7. 17. 24. Et auxit populum ſuum vehementer : & firmavit eum ſuper inimicos ejus.	*Et creſcere fecit populum ſuum nimis, & roboravit eum ſuper hoſtes ejus.*	24. Et auxit populum ejus nimis : & firmavit eum ſuper inimicos ejus.
25. Convertit cor eorum ut odirent populum ejus, & dolum facerent in ſervos ejus.	*Convertit cor eorum ut odio haberent populum ejus : ut doloſè agerent contra ſervos illius.*	25. Et convertit cor eorum ut odirent populum ejus, & dolum facerent in ſervos ejus.
Exod. 3. 10. & 4. 29. 26. Miſit Moyſen ſervum ſuum ; Aaron, quem elegit ipſum.	*Miſit Moſen ſervum ſuum : Aaron quem elegit ſibi.*	26. Miſit Moyſen famulum ſuum ; & Aaron, quem elegit ipſum ſibi.
Exod. 7. 10. 27. Poſuit in eis verba ſignorum ſuorum, & prodigiorum in terra Cham.	*Poſuit in eis verba ſignorum ſuorum, & portentorum in terra Cham.*	27. Poſuit in eis verba ſignorum ſuorum, & prodigiorum in terra Cham.
Exod. 10. 21. 28. Miſit tenebras, & obſcuravit : & non exacerbavit ſermones ſuos.	*Miſit tenebras & contenebravit, & non fuerunt increduli verbis ejus.*	28. Miſit tenebras, & obſcuravit : & exacerbaverunt ſermones ejus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

quòd utrobique abeſt ℣, ante *omne*, ut ſup. S. Proſper & Caſſiod. nil omnino differunt à Vulgata ; nec etiam Pſalt. Rom.

℣. 17. Ita Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. In Mozarab. *Miſit ante eos hominem*, &c. Apud Ambroſ. in Pſ. 43. to. 1. 905. a. *in ſervum venditus eſt Joſeph ;* at epiſt. 37. to. 2. 932. e. *venundatus eſt.* Gr. Ἀπέστειλεν ἔμπροσθεν αὐτῶν ἄνθρωπον, &c.

℣. 18. Sic Ambroſ. habet epiſt. 37. to. 2. 932. e. quam lectionem in ſeq. interpretatione tuetur. Itidem Caſſiod. cum Pſalt. Corb. Carnut. Moz. & Gr. Auguſt. verò Vulgatæ reſpondet cum Proſpero, & Pſalt. Rom. Apud Symm. εἰς σίδηρον ἦλθεν ἡ ψυχὴ αὐτοῦ.

℣. 19. Ita legit Ambroſ. cùm l. 2. de Cain, c. 6. to. 1. 215. d. tum epiſt. 37. to. 2. 933. a. S. Proſp. verò & Caſſiod. *inflammavit eum*, cum Vulg. & Pſalt. Rom. Sic etiam Auguſt. in eund. Pſ. ſed addit : *vel, quod magis de Græco expreſſum alii codices habent, Eloquium Domini ignivit eum :* ita quoque legit inf. col. 1190. a. necnon ep. 149. to. 2. 516. b. S. Paulin. epiſt. 50. p. 302. c. *Sermo Domini ignivit illum.* Gr. Τὸ λόγιον τοῦ..... ἐπύρωσεν αὐτόν.

℣. 20. Concordant Auguſt. Proſp. & Caſſiod. unà cum vet. Pſalt. & Gr.

℣. 21. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. ac Moz. *Et conſtituit eum*, &c. ut in textu. Auguſt. verò delet *Et*, cum Vulg. & Gr.

℣. 22. Sic eſt in Pſalt. Mozarab. Item in Rom. & ap. Caſſiod. præter *ſuos*, loco *ejus*, poſt *ſeniores*. In Corb. *Ut erud. principes ſuos ſicut ſemetipſum : & ſeniores ſuos prudentia doceret.* Apud Proſp. etiam *ſeniores*. Apud Auguſt. omnia ut in Vulg. ſequitur verò : *Græcus habet :* & ſeniores ejus ſapientiam doceret ; *quod omni modo ad verbum ita dici poſſet :* Erudiret principes ejus ſicut ſemetipſum : & ſeniores ejus ſapientes faceret : πρεσβυτέρους *enim habet, quos dicere ſolemus* ſeniores, *non* γέροντας, *id eſt*, ſenes : Σοφίσαι *autem, quod uno verbo Latinè dici non poteſt, à ſapientia dictum eſt, quæ* Σοφία *Græcè dicitur ; non à prudentia, quæ* φρόνησις *appellatur.*

℣. 23. Pſalt. Rom. & Corb. *Et intravit Iſraël in Ægyptum : & Jacob habitavit in terra Chanaam.* Mozarab. *Et intravit Iſraël in Ægypto : & Jacob advena fuit in terra Cham.* Auguſt. cum Proſp. Vulgatæ ſuccinit : Caſſiod. Pſalterio Rom. niſi hoc excipias, *Et introivit*, ut ſupra. In Gr. Καὶ εἰσῆλθεν Ἰσραὴλ εἰς Αἴγυπτον· καὶ Ἰακὼβ παῴκησεν ἐν γῇ Χάμ.

℣. 24. Pſalt. Rom. & Corb. cum Caſſiod. *Et auxit pop. ſuum nimis : & confirmavit eum ſuper*, &c. Mozarab. *nimis : & firmavit*, &c. Auguſt. cum Proſp. Vulgatæ favet. In Gr. ἐφόδρα· καὶ ἐκραταίωσε.

℣. 25. Ita legit Auguſt. in hunc Pſ. Sic etiam Caſſiod. cum Pſalt. Rom. ſed abſque ℣, ante *convertit*. In Moz. & Corb. eſt : ℣ (Corb. *ut*) *dolo circumvenirent ſervos ejus.* Apud Auguſt. quæſt. 2. in Deut. to. 3. 555. e. ſic : *Convertit..... ut odiſſent populum ejus :* itidem l. de Gra. & lib. arb. to. 10. col. 742. a. cum ſeqq. *ut dolum facerent in*, &c. Apud Proſp. in hunc Pſ. *Et confirmavit cor eorum ut odiſſent populum ſuum : ut dolum facerent*, &c. In Gr. Καὶ μετέστρεψε..... τοῦ μισῆσαι τὸν λαὸν αὐτοῦ· τοῦ δολιεῦσαι ἐν τοῖς δούλοις αὐτοῦ. Alex. Ald. & Compl. delent Καί.

℣. 26. Aug. cum Vulgata concinit. Item Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Corb. & Moz. niſi quòd hab. ℣ *Aaron*, ut ſup. S. Proſp. ℣ *Aaron*, ℣ *quem elegit ipſum.* Gr. Ἐξαπέστειλε Μωυσῆν τὸν δοῦλον αὐτοῦ· Ἀαρὼν, ὃν ἐξελέξατο αὐτόν· Alex. Ald. & Compl. ἑαυτῷ.

℣. 27. Sic habet Auguſt. in hunc Pſ. cum Proſp. & Gr. Caſſiod. verò cum Pſalt. Corb. *in terra Chanaan.* Itidem in Rom. ac præterea repetitur *ſuorum*, poſt vocem *prodigiorum*, ſicut in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. αὐτοῦ.

℣. 28. Pſalt. Rom. cum Caſſiod. *Miſit tenebras, & obſcuravit eos : quia exacerbaverunt ſermones ejus.* Item in Mediolan. *quia exacerbaverunt ſermones ejus.* In Mozarab. ℣ *exacerbaverunt verbum ejus.* In Carnut. ℣ *non præteriit ſermones ſuos.* In Corb. *Emiſit tenebras*, ℣ *obſcuravit eis : & non præterivit ſermones ſuos.* Apud Auguſt. in eund. Pſ. *Miſit tenebras*, ℣ *obſcuravit ;* mox ita : *Quod autem ſequitur, in diverſis codicibus variè legitur : alii namque habent*, & exacerbaverunt ſermones ejus ; *alii verò*, & non exacerbaverunt ſermones ejus. *Sed quod prius dixi, in pluribus invenimus ; ubi autem addita eſt negativa particula, vix duos codices potuimus reperire ; ſed ne fortè mendoſitas propter ſenſum faciliorem abundaverit : quid enim facilius intelligitur, quàm id quod dictum eſt*, & exacerbaverunt, &c. Similiter ap. Proſp. ℣ *exacerbaverunt ſermones ejus.* In Gr. Ἐξαπέστειλε σκότος, καὶ ἐσκότασε· καὶ παρεπίκρανεν τοὺς λόγους αὐτοῦ. Alex. Ald. & Compl. ὅτι παρεπίκρανεν· Ald. καὶ οὐ περσέσεσαν· Theod. cum V. edit. καὶ οὐ παρεπίκρανεν.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.	
Ex Mſ. Sangerm. 29. Et convertit aquas eorum in ſanguinem : & occîdit piſces eorum.	*Commutavit aquas eorum in ſanguinem, & occidit piſces eorum.*	29. Convertit aquas eorum in ſanguinem : & occîdit piſces eorum.	*Exod.* 7. 20.
30. Et dedit terra eorum ranas, & in penetralibus regum ipſorum.	*Ebullivit terra eorum ranas in cubilibus regum eorum.*	30. Edidit terra eorum ranas in penetralibus regum ipſorum.	*Exod.* 8. 6.
31. Dixit, & venit cynomyia : & vermes in omnes, finibus eorum.	*Dixit, & venit muſca omnimoda : ſcinifes in univerſis terminis eorum.*	31. Dixit, & venit cœnomyia : & cinifes in omnibus finibus eorum.	*Exod.* 8. 16.
32. Poſuit pluvias eorum in grandinem : ignem urentem in terra ipſorum.	*Dedit pluvias eorum grandinem : ignem flammantem in terra eorum.*	32. Poſuit pluvias eorum grandinem : ignem comburentem in terra ipſorum.	*Exod.* 8. 24.
33. Et percuſſit vineas eorum, & ficulneas eorum : & conteruit omnem lignum finibus eorum.	*Et percuſſit vineam eorum, & ficum eorum : & confregit lignum finium eorum.*	33. Et percuſſit vineas eorum, & ficulneas eorum : & contrivit lignum finium eorum.	
34. Dixit, & venit lucuſta, & bruchus, cujus non erat numerus :	*Dixit, & venit locuſta, & bruchus cujus non erat numerus :*	34. Dixit, & venit locuſta, & bruchus, cujus non erat numerus :	*Exod.* 10. 12.
35. Et manducavit omne fœnum in terra eorum : & comedit fructum terræ eorum.	*Et comedit omne fœnum terræ eorum, & devoravit fructum terræ eorum.*	35. Et comedit omne fœnum in terra eorum : & comedit omnem fructum terræ eorum.	
36. Et percuſſit omnem primogenitum in terra ipſorum : primitias omnis laboris eorum.	*Et percuſſit omne primogenitum in terra eorum : primitias univerſi partûs eorum.*	36. Et percuſſit omne primogenitum in terra eorum : primitias omnis laboris eorum.	*Exod.* 12. 29.
37. Et eduxit eos in argento & auro : & non erat in tribubus eorum infirmus.	*Et eduxit eos cum argento & auro, & non erat in tribubus eorum infirmus.*	37. Et eduxit eos cum argento & auro : & non erat in tribubus eorum infirmus.	*Exod.* 12. 35.
38. Et lætata eſt Ægyptus in profectione eorum : quia incubuit timor eorum ſuper illos.	*Lætata eſt Ægyptus cùm egrederentur : quoniam irruerat terror eorum ſuper eos.*	38. Lætata eſt Ægyptus in profectione eorum : quia incubuit timor eorum ſuper eos.	
39. Expandit nubem in protectionem eorum, & ignem ut luceat eis per noctem.	*Expandit nubem in tentorium, & ignem ut luceret nocte.*	39. Expandit nubem in protectionem eorum, & ignem ut luceret eis per noctem.	*Exod.* 13. 21. *Pſ.* 77. 14.
40. Petierunt, & venit cuturnix : & panem cœli ſaturavit eos.	*Petierunt, & adduxit ortygometram, & pane cœleſti ſaturavit eos.*	40. Petierunt, & venit coturnix : & pane cœli ſaturavit eos.	1. *Cor.* 10. 1.
41. Diſrupit petram, & fluxerunt aquæ : abierunt in ſicco flumina :	*Aperuit petram, & fluxerunt aquæ : cucurrerunt in aridis flumina :*	41. Dirupit petram, & fluxerunt aquæ : abierunt in ſicco flumina :	*Exod.* 16. 13. *Num.* 20. 11.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 29. Ita Auguſt. & Caſſiod. cum Proſp. necnon vet. Pſalt. & Gr. dempto tantùm 1. &.

℣. 30. Pſalt. Rom. Fabri : *Miſit in terra eorum ranas, & in cubilibus regum ipſorum.* Rom. Martian. *Miſit terra eorum ranas in cubilibus*, &c. Mozarab. *Miſit terra eorum ranas, & in cubilibus*, &c. Corb. *Et miſit terra eorum ranas, in cubilibus*, &c. Mediolan. *Miſit terra* ; Carnut. *Et miſit terra.* Hieron. epiſt. ad Sun. & Fret. to. 2. 658. b. *Dedit terra eorum ranas : pro quo*, inquit, *in Gr. ἐξῆρψεν vos legiſſe dicitis, quod poteſt ita interpretari : Ebullivit terra eorum ranas.* Aug. in hunc Pſ. *Dedit terram eorum ranas, in penetralibus*, &c. & infra col. 1190. c. ait : *Tanquam diceret, Terram eorum convertit in ranas.* Caſſiod. in eund. Pſ. *Miſit in terram eorum ranas, & in cubilibus*, &c. Gr. Ἐξῆρψεν ἡ γῆ αὐτῶν βαλράχους ἐν τοῖς ταμείοις, &c.

℣. 31. Apud Auguſt. in hunc Pſ. *cynomyia : & ſciniphes in omnibus*, &c. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Vulgatæ congruit. In Mediolan. & *venit muſca canina.* In Mozarab. *cynomyia : & ſcinifex in omnibus*, &c. In Gr. κυνόμυια· ἐν σκνίπες (Alex. σκνίφες) ἐν πᾶσι, &c. nuſpiam *omnes*, quod erratum puto.

℣. 32. Auguſt. in hunc Pſ. concordat cum Vulg. & Gr. Caſſiod. habet *in grandinem*, cum Pſalt. Corb. Rom. verò addit, & *ignem combur.* Mozarab. *in grandinem*, & *ignem urentem in terra*, &c.

℣. 33. Auguſt. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Corb. & *contrivit omne lignum finium eorum.* Mozarab. *omnem lignum finium*, &c. Gr. πᾶν ξύλον ὁρίων αὐτῶν. Ita quoque Hieron. epiſt. ad Sun. & Fretel. p. 658. b. ipſos invenisſe dicit : *ſed & hoc*, inquit, omne lignum, *additum eſt*, & *ſuperfluum.*

℣. 34. Vulgatæ accinunt Aug. Proſp. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Gr.

℣. 35. Similiter in Pſalt. Corb. ult. excepto verſic. & *comedit omnem fructum in terra illorum.* Mozarab. hab. *Et comedit omne fœnum terræ eorum : & devoravit omnem fructum terræ ipſorum.* Rom. Martian. Vulgatæ congruit, niſi quòd leg. *fœnum terræ eorum :* à Rom. verò Fabri abeſt poſterior verſiculus. Apud Auguſt. & Proſp. omnia ut in Vulg. Ap. Caſſiod. *Et comedit omne fœnum terræ eorum : & omnem fructum terræ ipſorum.* In Gr. Καὶ κατέφαγε πάντα τὸν χόρτον ἐν τῇ γῇ αὐτῶν· ἐν κατέφαγε τὸν καρπὸν (Alex. Ald. & Compl. πάντα τὸν καρπὸν) τῆς γῆς αὐτῶν.

℣. 36. S. Proſp. ſcribit pariter *omnem primogenitum.* Caſſiod. verò cum Pſalt. Rom. *omne primogenitum in terra Ægypti.* Aug. ut in Vulg. Gr. πᾶν.....ἐκ τῆς γῆς αὐτῶν Alex. Ald. & Compl. ἐν τῇ γῇ· Theodoret. ἐν τῇ γῇ Αἰγύπτῳ.

℣. 37. Ita legit Ambroſ. l. de Spir. S. to. 2. 650. b. cum Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. & Gr. *Et iſta locutio Scripturarum eſt*, inquit Auguſt. *pro eo quippe dictum eſt*, in argento & auro, *ac ſi diceretur*, cum argento & auro. Ita quoque exſtat in Pſalt. Rom. & Corb. Item in Moz. *Et deduxit eos in argento & auro.* Apud Proſp. & *non eſt in tribubus*, &c.

℣. 38. Prima conjunct. & abeſt à Pſalt. Rom. & Moz. utrobique verò exſtat, *quia cecidit timor*, &c. ſicut in Mediol. Corb. Carnut. & ap. Caſſiod. Apud Auguſt. ut in Vulg. In Gr. ὅτι ἐπέπεσεν ὁ φόβος.

℣. 39. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. legunt ut in Vulgata. Mozarab. hab. *in protectione eorum.* Maxim. Taurin. verò in homil. p. 30. b. *ad protegendum eos.* Gr. εἰς σκέπην αὐτοῖς.

℣. 40. Sic eſt in Gr. Caſſiod. verò hab. cum Pſalt. Rom. *Petierunt carnes*, & *venit coturnix : & pane*, &c. Corb. & Carnut. *Petierunt carnem*, & *venit coturn. & panem*, &c. Carnut. *pane.* Auguſt. & Proſp. ut in Vulg.

℣. 41. Ita legunt Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Mediolan. verò & Carnut. hab. *in ſiccis flumina ;* Corb. *in ſiccitatibus flumina ;* Gr. ἐν ἀνύδροις ποταμοί.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
Gen. 17. 7. 42. Quoniam memor fuit verbi ſancti ſui, quod habuit ad Abraham puerum ſuum.	*Quia recordatus eſt verbi ſancti ſui cum Abraham ſervo ſuo.*	42. Quia memor fuit verbi ſancti ſui, quod ad Abraham puerum ſuum. *Ex Mſ. Sangerm.*
43. Et eduxit populum ſuum in exſultatione, & electos ſuos in lætitia.	*Et eduxit populum ſuum in lætitia: in laude electos ſuos.*	43. Et eduxit populum ſuum in exſultatione, & electos ſuos in lætitia.
44. Et dedit illis regiones gentium: & labores populorum poſſederunt:	*Et dedit eis terras gentium, & laborem tribuum poſſederunt:*	44. Et dedit illis regiones gentium: & labores populorum poſſederunt:
45. Ut cuſtodiant juſtificationes ejus, & legem ejus requirant.	*Ut cuſtodirent cæremonias ejus, & leges ejus ſervarent. Alleluia.*	45. Ut cuſtodiant juſtificationes ejus, & legem ejus requirant.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 42. Vulgatæ reſpondet Aug. in hunc Pſ. cum Proſp. Caſſiod. verò cum Pſalt. Rom. Corb. & Mozar. leg. *quod locutus eſt ad Abraham*, &c. Hieron. ep. ad Sun. & Fret. to. 2. 658. c. ait: *In Græco legiſſe vos dicitis, ὃν διέθετο, id eſt*, quod diſpoſuit; *ita enim & in Hebræo, & apud LXX. habetur Interpr. ἐμνήσθη τῆς λόγου τοῦ ἁγίου αὐτοῦ, τοῦ πρὸς Ἀβραάμ τὸν δοῦλον αὐτοῦ. Ergo quod in Græco dicitur, ὃν διέθετο, in hoc loco & ſuperfluum eſt, & radendum.* In Gr. hod. τῦ ἁγίυ αὐτῦ, τῦ πρὸς Ἀβρ.

℣℣. 43. 44. 45. Ita legunt Aug. Proſp. & Caſſiod. Sic etiam in Pſalt. Rom. & Moz. præter verbum ult. *exquirant*; Gr. ἐκζητήσωσι. Loco verò, & *labores populorum poſſeder.* Pſalt. Carnut. hab. cum Corb. & *civitates populorum poſſed.* Græc. conſtanter, καὶ πόνες λαῶν ἐκληρονόμησαν. Caſſiod. habet *Alleluya* in fine, cum ed. Compl. Vide Not. ſeq.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
Alleluia. (*Judith* 13. 21.) CV.	*Alleluia. CVI.*	* Alleluia. CV. *Ex Mſ. Sangerm.*
Judith 13. 21. 1. COnfitemini Domino quoniam bonus: quoniam in ſæculum miſericordia ejus.	*CONfitemini Domino quoniam bonus: quoniam in æternum miſericordia ejus.*	1. COnfitemini Domino quoniam bonus: quoniam in ſæculum miſericordia ejus.
Eccli. 43. 35. 2. Quis loquetur potentias Domini: auditas faciet omnes laudes ejus?	*Quis loquetur fortitudines Domini: auditas faciet omnes laudes ejus?*	2. Quis loquetur potentias Domini: auditas faciet omnes laudes ejus?
3. Beati, qui cuſtodiunt judicium, & faciunt juſtitiam in omni tempore.	*Beati, qui cuſtodiunt judicium; faciunt juſtitiam in omni tempore.*	3. Beati, qui cuſtodiunt judicium, & faciunt juſtitiam in omni tempore.
4. Memento noſtri Domine in beneplacito populi tui: viſita nos in ſalutari tuo:	*Recordare mei Domine in repropitiatione populi tui: viſita me in ſalutari tuo:*	4. Memento noſtri Domine in beneplacito populi tui: viſita nos in ſalute tua:
5. Ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad lætandum in lætitia gentis tuæ: ut lauderis cum hæreditate tua.	*Ut videam bona electorum tuorum, & læter in lætitia gentis tuæ; & exſultem cum hæreditate tua.*	5. Ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad lætandum in lætitia gentis tuæ: ut lauderis cum hæreditate tua.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Auguſt. commentar. in hunc Pſ. ait: *Pſalmus centeſimus quintus etiam ipſe prænotatur* Halleluia; *& hoc dupliciter: ſed quidam dicunt unum* Halleluia *pertinere ad finem Pſalmi ſuperioris, alterum ad hujus principium. Et hoc aſſerunt, quòd omnes Halleluiatici Pſalmi habeant in fine* Halleluia, *non omnes in capite: unde quicunque Pſalmus non habet in fine* Halleluia, *nec in capite volunt eum habere; quod autem in ejus capite videtur eſſe, ad finem ſuperioris pertinere. Sed nos, quouſque nobis aliquibus certis documentis id verum eſſe perſuadeant, multorum conſuetudinem ſequimur, qui, ubicunque legunt* Halleluia, *eidem Pſalmo attribuunt, in cujus hoc capite inveniunt. Pauciſſimi enim codices ſunt, (quod quidem in nullo Græcorum reperi, quos inſpicere potui,) qui habeant* Halleluia *in fine centeſimi & quinquageſimi Pſalmi..... Sed neque hoc poſſet præſcribere conſuetudini, etiamſi omnes codices id haberent: fieri enim potuit ut aliqua ratione laudationis Dei totus Pſalmorum liber..... poſt omnia quæ cantata ſunt, ultimo* Halleluia *clauderetur: nec propter finem centeſimi & quinquageſimi Pſalmi neceſſe eſſe video, ut omnes Halleluiatici Pſalmi in fine habeant* Halleluia. Pſalt. Rom. Fabri hìc præfert duo, *Halleluia, Halleluia;* Rom. Martian. unum tantùm cum Caſſiod. & Gr.

℣. 1. Similiter apud Auguſt. Proſp. Caſſiod. & in veterib. Pſalt. Hieron. autem ep. ad Sun. & Fret. p. 658. c. ait: *In Græco legiſſe vos dicitis* quoniam χρηστὸς, *id eſt*, ſuavis..... *In Hebræo ita ſcriptum eſt*, chi tob, *quod omnes voce ſimili tranſtulerunt* quia bonus. Auguſt. ubi ſup. col. 1192. d. e. *Quod habent*, inquit, *alii codices*, quoniam bonus, *alii habent* quoniam ſuavis. *Ita unum verbum Græcum, quod dicitur* χρηστὸς, *diverſa interpretatio ſecuta eſt. Item quod dictum eſt*, quoniam in ſæculum miſericordia ejus, *Græcus habet*, εἰς τὸν αἰῶνα, *quod poteſt etiam* in æternum *interpretari.* Ita legit Vict. Tun. apud Ambroſ. to. 2. col. 602. f.

℣. 2. Hormiſd. PP. epiſt. 40. Conc. to. 4. 1491. f. *Quis loquetur..... aut auditas faciet omnes laudes ejus in omni tempore?* Aug. verò, Proſp. & Caſſiod. ut ſup. unà cum vet. Pſalt. & Gr.

℣. 3. Ita legit Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 194. d. cum Auguſt. Proſp. & Caſſiod. In Pſalt. verò Rom. & Moz. ſic, & *faciunt juſtitias*, &c. In Gr. ὁ ποιῦντες δικαιοσύνην, &c.

℣. 4. Pſalt. Rom. & *viſita nos in ſalutari tuo.* Aug. Proſp. & Caſſiod. ut in Vulg. cui etiam Gr. favet.

℣. 5. Sic in Pſalt. Rom. cui favent Proſp. & Caſſiod. Similiter habet Auguſt. in eund. Pſ. ſed addit: *Quod hìc poſitum eſt*, in bonitate, *alii codices habent* in ſuavitate; *ſicut illud*, quoniam bonus, *alii habent* quoniam ſuavis: ſubinde, ad videndum, *id eſt, ut videamus*, &c. ad lætandum, *id eſt, ut lætemur*, &c. & poſt pauca, ad hoc, *ut lauderis*, &c. ait: *Miror iſtum verſum ſic interpretatum in multis eſſe codicibus, cùm ſit una atque eadem in tribus his verſibus Græca locutio; ut ſi hoc rectè dictum eſt quod legitur*, ut lauderis, &c. *poſſet rectè dici*, ut videas in bonitate..... & læteris in lætitia, &c. *toto ipſo ſenſu ita contexto:* Viſita nos in ſalutari tuo, ut videas in bonitate electorum tuorum, ut læteris in lætitia gentis tuæ, & lauderis cum hæreditate tua. *Secundùm hoc autem quod diximus:* Viſita nos ut videamus..... & lætemur in lætitia, *conſequenter & hìc dici debuit*, ut laudemur, &c. *Porro autem quoniam hæc ambigua videtur locutio, ſi verus eſt iſte ſenſus, quo maluerunt Interpretes dicere*, ut lauderis; *etiam duo verſus ſuperiores ita intelligendi ſunt, quia, ut dixi, una eſt in his tribus verſibus Græca locutio; ut hoc totum ita dictum accipiamus:* Viſita nos..... ut videas..... ut læteris..... ut lauderis, &c. Gr. Τῦ ἰδεῖν ἐν τῇ χρηστότητι..... τῦ εὐφρανθῆναι..... τῦ ἐπαινεῖσθαι, &c.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.	
Ex Mſ. Sangerm. 6. Peccavimus cum patribus noſtris : injuſtè egimus, iniquitatem fecimus.	*Peccavimus cum patribus noſtris : iniquè fecimus, impiè egimus.*	6. Peccavimus cum patribus noſtris : injuſtè egimus, iniquitatem fecimus.	*Judith* 7. 19.
7. Patres noſtri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua : & non fuerunt memores multitudinis miſericordiæ ejus.	*Patres noſtri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua : non ſunt recordati multitudinis miſericordiæ tuæ ;*	7. Patres noſtri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua : non fuerunt memores multitudinis miſericordiæ tuæ.	
Et inritaverunt aſcendentes in rubrum mare.	*Et ad iracundiam provocaverunt ſuper mare, in mari rubro.*	Et irritaverunt aſcendentes in mare, mare rubrum.	
8. Liberavit, & ſalvos fecit eos propter nomen ſuum : ut notam faceret potentiam ſuam.	*Salvavit autem eos propter nomen ſuum, ut oſtenderet fortitudinem ſuam.*	8. Et ſalvavit eos propter nomen ſuum : ut notam faceret potentiam ſuam.	
9. Et increpavit rubrum mare, & ſiccavit : & deduxit eos in aquis multis ſicut in deſerto.	*Et comminatus eſt mari rubro, & aruit ; & tranſduxit eos per abyſſos quaſi in deſerto.*	9. Et increpuit mare rubrum, & exſiccatum eſt : & deduxit eos in abyſſis ſicut in deſerto.	*Exod.* 14. 21.
10. Et liberavit eos de manu odientium : & redemit eos de manu inimicorum.	*Et ſalvavit eos de manu odientis, & redemit eos de manu inimici.*	10. Et ſalvavit eos de manu odientium : & redemit eos de manu inimici.	
11. Et operuit aqua tribulantes eos : unus ex eis non remanſit.	*Et operuerunt aqua hoſtes eorum : unus de ipſis non ſuperfuit.*	11. Et operuit aqua tribulantes eos : unus ex eis non remanſit.	*Exod.* 14. 27.
12. Et crediderunt in verbis ejus : & laudaverunt laudem ejus.	*Et crediderunt verbis ejus, cecineruntque laudem ejus.*	12. Et crediderunt verbis ejus : & laudaverunt laudem ejus.	
13. Feſtinaverunt, & obliti ſunt operum ejus : non ſuſtinuerunt conſilium ejus.	*Citò obliti ſunt operum illius, nec exſpectaverunt voluntatem ejus.*	13. Citò fecerunt, obliti ſunt operum ejus : & non ſuſtinuerunt conſilium ejus.	
14. Et concupierunt concupiſcentiam in deſerto : & tentaverunt Dominum in ſiccitatem.	*Et deſideraverunt deſiderium in deſerto, & tentaverunt Deum in ſolitudine.*	14. Et concupierunt concupiſcentiam in deſerto : & tentaverunt Deum in inaquoſo.	*Exod.* 17. 2.
15. Et dedit eis petitionem ipſorum : & miſit ſaturitatem in animas eorum.	*Dedit ergo eis petitionem ipſorum, & miſit tenuitatem in animam eorum.*	15. Et dedit eis petitionem ipſorum : & miſit ſaturitatem in animas eorum.	*Num.* 11. 31.
16. Et inritaverunt Moyſen	*Et zelati ſunt Moſen in caſtris :*	16. Et irritaverunt Moyſen in	

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 6. Similiter habent Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum vet. Pſalt. & Gr.

℣. 7. Ita legit Caſſiod. cum Pſalt. Rom. excepto uno *miſericordia tua*, loco *ejus*. Itidem in Mozarab. & Corb. præter hoc, *in rubro mare*. In Mediolan. & Carnut. & apud Proſper. *in mare rubrum*, nequaquam repetito *mare*, ut ſup. Præterea Carnut. & Corb. hab. *Et exacerbaverunt aſcendentes*, &c. Auguſt. in eund. Pſ. *Et irritaverunt aſcendentes in mari, mare rubrum ;* cæt. ut in Vulg. tum addit : *Codex, quem intuebar, ſic habebat ;* & *bis quidem duobus verbis ultimis, quod dictum eſt* mare rubrum, *ſtella fuerat prænotata, qua ſignificantur qua in Hebræo ſunt*, & *in Interpretatione LXX. non ſunt. Plures autem codices, quos inſpicere potui*, & *Græci*, & *Latini, ſic habent :* Et irritaverunt, *vel quod expreſſius de Græco eſt*, Et amaricaverunt aſcendentes in rubro mari. Ita etiam arbitrabantur Sunnia & Fretela παρασίχειαν *verbum è verbo debere tranſferri* amaricaverunt, Hieronymo teſte in epiſt. ad ipſos to. 2. 658. c. Item dicebant inveniſſe ſe in Græco, & *non fuerunt memores ;* ſed ait Hieron. conjunctionem &, eſſe ſuperfluam : nec illam etiam retinet Auguſt. ſupra. Græc. etiam hod. hab. Καὶ παρασίχειαν ἀναβαίνοντες ἐν τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ.

℣. 8. Pſalt. Rom. & Moz. cum Caſſiod. *Et liberavit eos propter nomen ſuum, ut*, &c. Corb. *Et liberavit eos propt. nom. ſuum ſanctum.* Auguſt. verò cum Proſp. *Et ſalvavit eos*, &c. ut in Vulg. & Gr. Apud Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 749. a. *ut notam faciat potentiam ſuam.*

℣. 9. Pſalt. Rom. *Et increpavit mare rubrum*, & *ſiccatum eſt* : & *eduxit eos in aquis multis ſicut in deſerto.* Sic etiam in Moz. & ap. Proſp. ad hoc uſque, & *eduxit.* Mediolan. addit, & *eduxit eos in aquis multis*, &c. Corb. *Et increpavit rubro mari*, & *ſiccatum eſt* : & *deduxit eos in aquis multis ſicut*, &c. Vigil. Tapſ. ubi ſup. 749. a. ſimiliter : *Increpavit rubro mari*, & *ſiccatum eſt.* Auguſt. verò in hunc Pſ. *Et increpavit mare rub.* & *exſiccatum eſt* : & *eduxit eos in abyſſis ſicut in deſerto :* ſed addit : *Abyſſos dixit multitudinem aquarum ; nam quidam volentes iſtum verſiculum totum interpretari, dixerunt :* & eduxit eos in aquis multis. Caſſiod. quoque hab. *Et increpavit mare.....* & *deduxit eos in aquis multis ſicut*, &c. Græc. Καὶ ἐπετίμησε τῇ ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, καὶ ἐξηράνθη· καὶ ὡδήγησεν αὐτὺς ἐν ἀβύσσῳ ὡς ἐν ἐρήμῳ.

℣. 10. Sic eſt in Pſalt. Rom. Corb. Moz. & ap. Caſſiod. Auguſt. verò ita leg. cum Gr. *Et ſalvavit eos de manu odientium*, &c. ut in Vulg. tum addit : *Hunc verſum per circuitum quidam interpretati ſunt, verba minùs Latina vitantes :* Et ſalvos fecit eos de manu eorum qui oderant eos.

℣. 11. Sic habent Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. In Mozarab. deeſt 1. &, ſicut in Gr.

℣. 12. Pſalt. Rom. & Moz. cum Caſſiod. *Et credider. in verbis ejus* : & *cantaverunt laudes ejus.* Corb. verò cum Auguſt. ut in textu. Addit Auguſt. *Minùs Latina videtur locutio, quia non ait* verbis ejus, *vel* in verba ejus, *ſed* in verbis ejus ; *tamen in Scripturis uſitatiſſima.* Gr. Καὶ ἐπίστευσαν τοῖς λόγοις αὐτῦ· καὶ ἤσεσαν τὴν αἴνεσιν αὐτῦ. Mſ. Alex. hab. ἐν τοῖς λόγοις.

℣. 13. Ita Caſſiod. hab. cum Pſalt. Moz. excepto uno *citò fecerunt*, pro *feſtinaverunt.* In Carn. & Corb. *Citò obliti ſunt operum ejus : non*, &c. Ap. Aug. & Proſp. omnia ut in Vulg. ſed Aug. ait : *Alii codices intelligibiliùs habent :* Feſtinaverunt, obliti ſunt operum ejus : non ſuſtinuerunt conſilium ejus. In Gr. Ἔταχυναν, ἐπελάθοντο τῶν..... ὐχ ὑπέμειναν τὴν, &c.

℣. 14. Auguſt. cum Gr. Vulgatæ congruit. Caſſiod. autem cum Pſalt. Rom. Corb. & Moz. legit : *Et concupierunt concupiſcentias in deſerto* : & *tentaverunt Deum in ſiccitate.* S. Proſper ſimiliter hab. *concupiſcentias ;* extremò verò, *Dominum in inaquoſo ;* Auct. l. cont. Jud. apud Cypr. p. 499. *in loco inaquoſo.*

℣. 15. Ita legit Auguſt. cum Proſpero. Caſſiod. hab. *petitiones ipſorum ;* ſed Mſs. 2. *petitionem.* Pſalt. Rom. cum Moz. *petitiones eorum* : & *miſit*, &c. Moz. & *immiſit.* Gr. τὸ αἴτημα αὐτῶν· καὶ ἐξαπέστειλε..... εἰς τὴν ψυχὴν, &c. Alex. Ald. & Compl. ψυχάς.

℣. 16. Ita Proſp. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Corb. & Gr. Auguſtinus verò delet &, ante *Aaron*, cum Mſ. Alex. & Vulg.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
caſtris: Aaron ſanctum Domini.	*Aaron ſanctum Domini.*	in caſtris; & Aaron ſanctum Domini. *Ex Mſ. Sangerm.*
Num. 16. 32. 17. Aperta eſt terra, & deglutivit Dathan: & operuit ſuper congregationem Abiron.	*Aperta eſt terra, & devoravit Dathan, & operuit ſynagogam Abyram.*	17. Aperuit terra, & glutiit Datham: & operuit ſuper collectionem Abiron.
18. Et exarſit ignis in ſynagoga eorum: flamma combuſſit peccatores.	*Et ſuccenſus eſt ignis in ſynagoga eorum: flamma exuſſit impios.*	18. Et exarſit ignis in ſynagoga eorum: flamma combuſſit peccatores.
Exod. 32. 4. 19. Et fecerunt vitulum in Horeb: & adoraverunt ſculptile.	*Fecerunt vitulum in Horeb, & adoraverunt conflatile.*	19. Et fecerunt vitulum in Coreb: & adoraverunt ſculptile.
20. Et mutaverunt gloriam ſuam in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum.	*Et mutaverunt gloriam ſuam in ſimilitudinem bovis comedentis fœnum.*	20. Et mutaverunt gloriam ſuam in ſimilitudinem vituli manducantis fœnum.
21. Obliti ſunt Deum, qui ſalvavit eos, qui fecit magnalia in Ægypto, 22. mirabilia in terra Cham: terribilia in mari rubro.	*Obliti ſunt Dei ſalvatoris ſui, qui fecit magnalia in Ægypto: mirabilia in terra Cham, terribilia ſuper mare rubrum.*	21. Obliti ſunt Deum, qui liberavit eos, qui fecit magnalia in Ægypto, 22. mirabilia in terra Chanaam; & terribilia in mari rubro.
Exod. 32. 10. 23. Et dixit ut diſperderet eos: ſi non Moyſes electus ejus ſtetiſſet in confractione in conſpectu ejus:	*Dixit ergo ut contereret eos: niſi Moſes electus ejus ſtetiſſet medius contra faciem illius,*	23. Et dixit ut diſperderet eos: ſi non Moyſes ſervus ejus ſtetiſſet in confractionem in conſpectu ejus:
Ut averteret iram ejus ne diſperderet eos: 24. & pro nihilo habuerunt terram deſiderabilem:	*Ut converteret indignationem ejus, & non interficeret. Et deſpexerunt terram deſiderabilem,*	Ut averteret iram ejus ne diſperderet eos: 24. & pro nihilo habuerunt terram deſiderabilem:
Non crediderunt verbo ejus, 25. & murmuraverunt in tabernaculis ſuis: non exaudierunt vocem Domini.	*Nec crediderunt ſermoni ejus: & murmuraverunt in tabernaculis ſuis: non audierunt vocem Domini.*	Et non crediderunt verbo ejus, 25. & murmuraverunt in tabernaculis ſuis: & non audierunt vocem Domini.
Num. 14. 32. 26. Et elevavit manum ſuam ſuper eos: ut proſterneret eos in deſerto:	*Et elevavit manum ſuam ſuper eos, ut dejiceret eos in deſerto:*	26. Et elevavit manum ſuam illis: ut dejiceret eos in deſerto:
27. Et ut dejiceret ſemen eorum in nationibus: & diſpergeret eos in regionibus.	*Et ut dejiceret ſemen eorum in gentibus, & diſpergeret eos in terris.*	27. Et ut dejiceret ſemen eorum in nationes: & diſpargeret illos in gentibus.
28. Et initiati ſunt Beelphegor: & comederunt ſacrificia mortuorum.	*Et conſecrati ſunt Beel-Pheor, & comederunt victimas mortuorum.*	28. Et conſummati ſunt vehementer: & manducaverunt ſacrificia mortuorum.
29. Et irritaverunt eum in ad-	*Et concitaverunt in ſtudiis ſuis,*	29. Et inritaverunt eum in

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 17. Auguſt. in hunc Pſ. cum Proſp. *Aperta eſt terra, & deglutivit Dathan: & ſuperopernit ſuper congregationem Abiron.* Caſſiod. cum Vulg. concordat. Pſalt. verò Rom. hab. *& operuit ſuper ſynagogam Abiron.* Mozarab. *& operuit ſynagoga Abiron.* Corb. *& operuit tabernaculum Abiron.* Similiter in Carnut. ſed abſque hoc med. *& operuit ſuper.* In Gr. Ἠνοίχθη ἡ γῆ, καὶ κατέπιε Δαθὰν καὶ ἐκάλυψεν ἐπὶ τὴν συναγωγὴν Ἀβειρών. S. Hieron. l. 2. in ep. ad Epheſ. to. 4. 364. a. legit, *deveravit Dathan;* cæt. ut in Vulg.

℣. 18. Sic habet Auguſt. cum Proſpero. Caſſiod. *Et exarſit ignis..... & flamma,* &c. Pſalt. Rom. cum Moz. & Corb. ponit etiam &, ante *flamma*, ſed tollit ante *exarſit.* Præterea Mozarab. habet *comedit*, pro *combuſſit.* Gr. Καὶ ἐξεκαύθη..... καὶ φλὸξ κατέφλεξεν, &c.

℣. 19. Accinunt Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum vet. Pſalt. & Gr. In Pſalt. Corb. *in Choreb: & adoraver. ſculptilia.*

℣. 20. Sic in Pſalt. Rom. Corb. & apud Caſſiod. Sic etiam in Brev. Moz. excepto uno *in ſimilitudine.* Ita etiam ap. Aug. præter verbum penult. *comedentis.* Aug. addit: *Non ait* in ſimilitudinem, *ſed* in ſimilitudine: *talis eſt locutio, qualis illa, ubi ait:* & crediderunt in verbis ejus. S. Paulinus epiſt. 23. p. 124. a. *Immutaverunt gloriam ſuam in ſimilitudinem vit. manducantis fœnum.* Gr. Καὶ ἠλλάξαντο τὴν..... ἐν ὁμοιώματι..... ἔδοντος, &c.

℣. 21. Itidem ap. Proſp. ſicut in Pſalt. Rom. Corb. & Moz. Ap. Auguſt. verò & Caſſiod. *qui ſalvavit.* In Gr. τὸν σώζοντος αὐτὸς, τὸν ποιήσαντος μεγάλα, &c. Alex. μεγαλεῖα.

℣. 22. Sic in Pſalt. Corb. Itidem in Rom. dempto &, poſt *Chanaam.* Apud Auguſt. Caſſiod. & Proſp. ut in Vulg. In Gr. θαυμαστὰ ἐν γῇ Χάμ· ἐν φοβερὰ ἐπὶ θαλάσης, &c. Ald. & Compl. θαυμάσια..... Χάμ· φοβερά. Mſ. 1. Caſſiod. hab. *Chanaam*, ut ſup.

℣. 23. Pſalt. Rom. Vulgatæ conſonat. Ita etiam Aug. cum Caſſiod. in hunc Pſ. Proſper verò cum Brev. Moz. hab. *Et dixit diſperdere eos: ſi non Moyſes electus ejus*, &c. ſubinde Mozarab. *Ut averteret iram ſuam ne*, &c. Corb. *Et dixit diſperdere eos: ſi non Moyſes ſervus ejus*, &c. ut in Vulg. Græcè, Καὶ εἶπε τοῦ ἐξολοθρεῦσαι αὐτούς· εἰ μὴ Μωυσῆς ὁ ἐκλεκτὸς αὐτοῦ ἔστη ἐν τῇ θραύσει..... Τοῦ ἀποστρέψαι ἀπὸ θυμοῦ ὀργῆς αὐτοῦ τοῦ μὴ ἐξολοθρεῦσαι. Alex. Ald. & Compl. Τοῦ ἀποστρέψαι τὸν θυμὸν αὐτοῦ, &c. ultimòque Alex. addit αὐτούς.

℣. 24. Auguſt. extremò hab. *Nec crediderunt in verbis ejus.* Caſſiod. *Non credid. in verbo ejus.* Pſalt. Rom. *Et non credid. in verbis ejus.* Mozarab. *Et non credid. verbo ejus.* Sic etiam in Gr. ſed Ald. ed. & Compl. delent &, cum Mſ. Alex.

℣. 25. Ap. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. ut in Vulg. & Gr. In Pſalt. Rom. *nec exaudierunt;* in Mozar. *& non exaudierunt.*

℣. 26. Sic in Pſalt. Corb. demptâ unâ præpoſ. *in.* Vulgatæ patrocinantur Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. In Mozarab. ſic: *Et elevavit man. ſuam in illis, citò proſterneret eos in deſerto.* In Gr. Καὶ ἐπῆρε..... ἐπ' αὐτὸς, τοῦ καταβαλεῖν αὐτὸς, &c.

℣. 27. Aug. Proſp. & Caſſiod. concordant cum Vulg. & Gr. Itidem in Pſalt. Rom. In Mozar. deeſt tantùm 1. *Et;* cæt. ut in ead. Vulg. In Pſalt. Corb. *Et ut dejiceret ſemen eorum in gentibus: & diſpargeret eos in nationibus.*

℣. 28. Pſalt. Rom. Corb. & Mozarab. cum Caſſiod. *Et conſecrati ſunt Beelphegor: & manducaverunt ſacrificia mort.* Sic etiam in Mediol. Carnut. & ap. Proſp. *Et conſecrati ſunt Beelphegor.* Auguſt. cum Vulg. legit: *Et initiati ſunt Beelphegor;* ſed addit, *id eſt, idolo gentium conſecrati:* ſtatimque, & *manducaverunt ſacrificia*, &c. antiquiores Mſs. ibid. *ſacrificium.* In Gr. Καὶ ἐτελέσθησαν τῷ Βεελφεγώρ· καὶ ἔφαγον θυσίας, &c.

℣. 29. Ita Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Corb. & Carnut. Mozarab. verò & Mediolan. hab. *in obſervationibus ſuis.* Aug. cum Vulg. *in adinventionibus ſuis.* Gr. ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτῶν.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.	
Ex Mſ. Sangerm. ſtudiis ſuis : & multiplicata eſt in eis ruina.	*& percuſſit eos plagâ.*	inventionibus ſuis : & multiplicata eſt in eis ruina.	
30. Et ſtetit Finees, & exoravit : & ceſſavit quaſſatio.	*Stetit autem Phinees, & dijudicavit : & eſt retenta percuſſio.*	30. Et ſtetit Phinees, & placavit : & ceſſavit quaſſatio.	*Num.* 25. 7.
31. Et reputatum eſt eis ad juſtitiam in generatione & generationem, uſque in ſæculum & ſæculum ſæculi.	*Et reputatum eſt ei in juſtitiam, in generatione & generationem uſque in æternum.*	31. Et reputatum eſt ei in juſtitiam, in generationem & generationem uſque in ſempiternum.	
32. Et inritaverunt eum ad aquam contradictionis : & vexatus eſt Moyſes propter eos : 33. quia exacerbaverunt ſpiritum ejus,	*Et provocaverunt ſuper aquam contradictionis, & afflictus eſt Moſes propter eos : quia provocaverunt ſpiritum ejus,*	32. Et irritaverunt eum ad aquas contradictionis : & vexatus eſt Moyſes propter eos : 33. quia exacerbaverunt ſpiritum ejus.	*Num.* 20. 10.
* *Mſ. tuis.* Et diſtinxit in labiis * ſuis : 34. non diſperdiderunt gentes, quas dixit Dominus illis.	*Et præcepit in labiis ſuis : non exterminaverunt populos, quos dixit Dominus eis.*	Et diſtinxit in labiis ſuis : 34. non diſperdiderunt gentes, quas dixit Dominus illis.	
35. Et commixti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum : 36. & ſervierunt ſculptilibus eorum : & factum eſt illis in ſcandalum.	*Et commixti ſunt gentibus, & didicerunt opera eorum : & ſervierunt ſculptilibus eorum, & factum eſt eis in ſcandalum.*	35. Et commiſti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum : 36. & ſervierunt ſculptilibus eorum : & factum eſt illis in ſcandalum.	
37. Et immolaverunt filios ſuos, & filias ſuas dæmoniis.	*Et immolaverunt filios ſuos, & filias ſuas dæmonibus.*	37. Et immolaverunt filios ſuos, & filias ſuas dæmoniis.	
38. Et effuderunt ſanguinem innocentem : ſanguinem filiorum ſuorum & filiarum, quos ſacrificaverunt ſculptilibus Chanaan.	*Et effuderunt ſanguinem innocentem : ſanguinem filiorum ſuorum & filiarum ſuarum, quos immolaverunt ſculptilibus Chanaan ;*	38. Et effuderunt ſanguinem innocentem : ſanguinem filiorum ſuorum & filiarum ſuarum, quas ſacrificaverunt ſculptilibus Chanaan.	
Et interfecta eſt terra ſanguinibus, 39. & contaminata eſt in operibus eorum : & fornicati ſunt ab inventionibus ſuis.	*Et polluta eſt terra ſanguinibus : & coinquinati ſunt in operibus ſuis, & fornicati ſunt in ſtudiis ſuis.*	Et infecta eſt terra in ſanguinibus, 39. & contaminata eſt in operibus eorum : & fornicati ſunt in adinventionibus ſuis.	
40. Et iratus eſt animo Dominus in populum ſuum : & abominatus eſt hæreditatem ſuam.	*Iratus eſt itaque furor Domini in populum ſuum, & abominatus eſt hæreditatem ſuam.*	40. Et iratus eſt furore Dominus in populum ſuum : & abominatus eſt hæreditatem ſuam.	
41. Et tradidit eos in manus nationum : & dominati ſunt in eos qui oderant eos.	*Et dedit eos in manu gentium, & dominati ſunt eorum qui oderunt eos.*	41. Et tradidit eos in manus gentium : & dominati ſunt eorum qui oderunt eos.	

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 30. Sic eſt in Pſalt. Rom. Corb. Mozarab. & apud Caſſiod. excepto primo &, quod deeſt. Item in Carnut. & Mediolan. & *exoravit*. Apud Auguſt. verò & Proſp. ut in Vulg. *Quæ autem hîc poſita eſt* quaſſatio, inquit Aug. *hæc ſuperiùs* confractio ; *nam in Græce unum verbum eſt*, nempe, ἡ θραῦσις.

℣. 31. S. Auguſt. concinit cum Vulg. S. Proſp. verò in eund. Pſ. hab. *Et reputatum eſt ei ad juſtitiam in generatione*, &c. ut in Vulg. Caſſiod. ibid. *Et reput. eſt illi ad juſt. in generationem & generationem uſque ad ſæculum* ; nec addit plura. Pſalt. Rom. *Et reput. eſt illi ad juſtit. à generatione in generationem uſque in ſæculum.* Similiter in Mozarab. excepto hoc med. *in generatione & generationem.* In Corb. *Et reputat. eſt ei à juſtitia, in generationem & generationem uſque in ſæculum.* In Gr. Καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην, εἰς γενεὰν καὶ γενεὰν ἕως τοῦ αἰῶνος.

℣. 32. Ita legunt Auguſt. & Proſp. in hunc Pſ. cum Pſalt. Corb. & Gr. Caſſiod. verò cum Pſalt. Rom. &c. *ad aquas.*

℣. 33. Quod habet Mſ. Sangerm. *in labiis tuis*, erratum eſt, ni fallor, ſcribæ, quod emendari debet, ex Auguſt. Proſp. & Caſſiod. qui omnes ferunt *ſuis*, cum vet. Pſalt. & Gr. Ap. Hilar. in Pſ. 65. col. 179. a. ut ſup. *exacerbaverunt ſpiritum ejus.*

℣. 34. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. *non diſperdiderunt gentes, quas dixerat Dominus illis* ; Mſs. 2. Caſſiod. *dixit*, cum Auguſt. & Gr. In Breviar. Moz. ſic : & *non diſperdiderunt gentes, quas dixerat ei Dominus.*

℣℣. 35. 36. 37. Ita legunt Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Similiter ap. Proſp. hoc excepto (℣. 35.) *commixti ſunt cum gentibus.* Apud Hieron. in Iſai. 57. to. 3. 417. b. *Commixti ſunt gentibus* ; ultimòque, & *filias ſuas dæmonibus* : item in Ezech. 16. col. 795. e. ſcribit *dæmonibus* ; Brev. Mozar. *dæmoni.* In Gr. Καὶ ἐμίγησαν ἐν τοῖς ἔθνεσι..... τοῖς δαιμονίοις.

℣. 38. Ita legit Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Corb. præpoſitâ voculâ *in*, voci *ſanguinibus.* Sic etiam in Pſalt. Rom. præter hoc, *infecta eſt terra*, abſque præced. &. In Mediolan. & Carnut. *Et interfecta eſt terra* ; idem etiam ferunt Vulgatæ Mſs. 2. Germ. & Carnut. Pſalt. Rom. Martian. ſcribit *quas*, non *quos.* Mozarab. tollit &, ante *effuderunt*, nec addit *ſuarum*, poſt *filiarum* ; mox ita : *quas immolaverunt ſculptil. Chan.* & *facta eſt terra in ſanguine.* Apud Hieron. in Iſai. 57. to. 3. 417. b. *Et effud. ſanguinem innoc. vel innoxium : ſang. filiorum & filiarum ſuarum, & immolaverunt ſculpt. Chan.* & *infecta eſt terra ſanguinibus* : at in Ezech. 16. col. 795. e. *filior. ſuor.* & *filiarum ſuarum, quas immolaverunt ſculpt.* &c. Ap. Auguſt. in hunc Pſ. *quas ſacrificaverunt.....* & *interfecta eſt terra in ſanguinibus* : deinde ſic : *Putaremus ſcriptoris errorem, eumque diceremus, pro eo quod eſt* infecta, *feciſſe* interfecta ; *niſi haberemus beneficium Dei, qui Scripturas ſuas in multis linguis eſſe voluit ; atque ita eſſe ſcriptum*, interfecta eſt terra in ſanguinibus, *inſpectis codicibus Græcis, videremus.* Nunc etiam ita legimus Græcè, ἐφονεκτονήθη ἡ γῆ ἐν τοῖς, &c.

℣. 39. Hieron. in Iſai. 57. to. 3. 417. b. legit : & *polluta eſt in operibus ſuis.* Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. & Moz. & *contaminata eſt in operibus eorum* (Moz. *ipſorum* :) & *fornic. ſunt in obſervationibus ſuis* ; Mediolan. *in ſtudiis ſuis* ; Auguſt. cum Proſp. *in adinventionibus ſuis.* Addit Auguſt. *Has dicit* adinventiones, *quas Græci* ἐπιτηδεύματα *appellant ; nam hoc verbum eſt in codicibus Græcis*, & *hoc loco*, & *ſuperiùs.* (℣. 29.) ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασι.

℣. 40. Itidem in Pſalt. Romano. Apud Caſſiod. ſic : *Et iratus eſt animo Dom. in populo ſuo*, &c. Apud Auguſt. *Et iratus eſt furore Dom. in pop. ſuum*, &c. tum addit : *Noluerunt quidam Interpretes noſtri* iram *ponere in eo quod Græcus habet* θυμός : *ſed quidam poſuerunt ; quidam verò* indignationem ; *quidam* animum *interpretati ſunt.* In Pſalt. Corb. ſimpliciter, *Et iratus eſt Dom. in pop. ſuum.*

℣. 41. Vulgatæ ſuffragantur S. Proſp. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Item Auguſt. niſi quòd hab. *qui oderant eos.*

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
42. Et tribulaverunt eos inimici eorum, & humiliati ſunt ſub manibus eorum : 43. ſæpè liberavit eos.	*Et afflixerunt eos inimici ſui, & humiliati ſunt ſub manu eorum. Multis vicibus liberavit eos :*	42. Et contribulaverunt eos inimici eorum, & humiliati ſunt ſub manibus eorum : 43. & ſæpe liberavit eos. *Ex Mſ. Sangerm.*
Ipſi autem exacerbaverunt eum in conſilio ſuo : & humiliati ſunt in iniquitatibus ſuis.	*Ipſi verò provocabant in conſiliis ſuis, & humiliati ſunt propter iniquitatem ſuam.*	Ipſi autem exacerbaverunt eum in conſilio ſuo : & humiliati ſunt in iniquitatibus ſuis.
44. Et vidit cùm tribularentur : & audivit orationem eorum.	*Et vidit tribulationem eorum, cùm audiret eos rogantes.*	44. Et reſpexit eos cùm tribularentur : in eo cùm exaudiret orationem eorum.
Deut. 30. 1. 45. Et memor fuit teſtamenti ſui : & pœnituit eum ſecundùm multitudinem miſericordiæ ſuæ.	*Et recordatus eſt pacti ſui cum eis, & pœnituit eum ſecundùm multitudinem miſericordiæ ſuæ.*	45. Et memor fuit illis teſtamenti ſui : & pœnituit eum ſecundùm multitudinem miſericordiæ ſuæ.
46. Et dedit eos in miſericordias in conſpectu omnium qui ceperant eos.	*Et dedit eos miſerabiles coram omnibus qui ceperant eos.*	46. Et dedit eos in ſervitute in conſpectu omnium qui ceperant eos.
47. Salvos nos fac Domine Deus noſter : & congrega nos de nationibus :	*Salva nos Domine Deus noſter, & congrega nos de gentibus :*	47. Salvos fac nos Domine Deus noſter : & congrega nos de gentibus :
Ut confiteamur nomini ſancto tuo : & gloriemur in laude tua.	*Ut confiteamur nomini ſancto tuo, & canamus laudantes te.*	Ut confiteamur nomini tuo ſancto : & gloriemur in laude tua.
48. Benedictus Dominus Deus Iſraël à ſæculo & uſque in ſæculum : & dicet omnis populus : Fiat, fiat.	*Benedictus Dominus Deus Iſraël ab æterno, & uſque in æternum : & dicet omnis populus : Amen. Alleluia.*	48. Benedictus Dominus Deus Iſraël à ſæculo uſque in ſæculum : & dicit omnis populus : Fiat, fiat.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

In Pſalt. Moz. ſic : *Et tradidit eos in manus nationum : & dominati ſunt eis qui oderunt eos.* In Corb. *& dominati ſunt in eos qui oderunt eos.* In Gr. Καὶ παρέδωκεν αὐτὺς εἰς χεῖρας ἐχθρῶν· καὶ ἐκυρίευσαν αὐτῶν οἱ μισοῦντες αὐτύς.

℣. 42. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum vet. Pſalt. *Et tribulaverunt*, &c. ut ſup. Gr. Καὶ ἔθλιψαν, &c. Pſalt. Corb. *Et tribul.....* & *humiliaverunt eos ſub manibus ſuis.*

℣. 43. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Vulgata concinunt & Gr. Pſalt. Moz. delet *eum*, poſt *exacerbaverunt*. Corb. habet, *exacerbaverunt eum in conſiliis ſuis.* Hilar. in Pſ. 65. p. 179. a. ita : *frequenter liberavi eos. Ipſi verò me exacerbaverunt.*

℣. 44. Pſalt. Rom. Corb. & Moz. cum Caſſiod. *Et reſpexit eos cùm tribularentur : cùm exaudiret orationes eorum ;* Caſſiod. cum Corb. *orationem.* Item in Mediol. & Carnut. *cùm exaudiret.* Ap. Auguſt. *Et vidit cùm tribul. cùm audiret orationem eorum.* Hieron. verò epiſt. ad Sun. & Fret. col. 659. a. his, *Et vidit.....* & *audivit orationem eorum*, ſubdit : *Quidquid extra hoc in Græco inveniſſe vos dicitis, ſuperfluum eſt.* Ita nempe ibid. Καὶ εἶδε Κύριος ἐν τῷ θλίβεσθαι αὐτὺς, ἐν τῷ αὐτὸν εἰσακοῦσαι τῆς φωνῆς αὐτῶν.

℣. 45. Ita Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. detractâ voculâ *illis* ; quæ etiam abeſt à Pſalt. Rom. & Græco.

℣. 46. Vulgatæ patrocinantur Auguſt. Proſp. & Caſſiod. ubi ſup. Pſalt. Moz. hab. *Et dedit eis in miſericordias*, &c. Græc. Καὶ ἔδωκεν αὐτὺς εἰς οἰκτιρμὺς..... τῶν αἰχμαλωτευσάντων αὐτύς.

℣. 47. S. Proſp. & Caſſiod. cum vet. Pſalt. Vulgatæ conſentiunt & Græco. Similiter hab. Auguſt. & *congrega nos de nationibus :* ſed addit, *vel ſicut alii codices habent*, de gentibus : ſic etiam ipſe leg. inf. col. 1203. d. g. reliq. ut ſup. S. Paulinus epiſt. 40. 251. a. ait : *Confiteamur Domino miſericordias ejus*, & *gloriemur in laude ejus.* In Pſalt. Corb. *Salvos fac nos Dom.....* & *congrega nos ex gentibus*, *ut confit. nom. tuo ſancto*, & *glori. in laudem tuam.*

℣. 48. Vulgatæ reſpondet Ambroſ. in Pſ. 40. to. 1. 883. a. Item Aug. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum vet. Pſalt. & Gr. Hieron. ep. ad Cypr. to. 2. 695. c. ait : *In fine duplex* Amen *poſitum eſt, quod LXX. tranſtulerunt* Fiat, fiat. Auguſt. in eund. Pſ. col. 1191. d. *Totus Pſalmorum liber libris quinque conſtanter perhibetur ;* & *ubi ſcriptum eſt* Fiat, fiat, *ibi fines librorum eſſe dicunt.*

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
Alleluia. (*Judith* 13. 21.) CVI.	*CVII.*	* Alleluia. CVI. *Ex Mſ. Sangerm.*
1. CONfitemini Domino quoniam bonus : quoniam in ſæculum miſericordia ejus.	*CONfitemini Domino quoniam bonus : quoniam in æternum miſericordia ejus.*	1. CONfitemini Domino quoniam bonus : quoniam in ſæculum miſericordia ejus.
2. Dicant qui redempti ſunt à Domino, quos redemit de manu inimici : & de regionibus congregavit eos.	*Dicant redempti à Domino, quos redemit de manu hoſtis : & de terris congregavit eos,*	2. Dicant qui redimuntur à Domino, quos liberavit de manu inimici : de regionibus congregavit eos ;

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Hujus Pſalmi titulus eſt, teſte Aug. *Hallelnia*, & *bis Hallelnia : quod nobis*, inquit, *cantare certo tempore ſolemniter moris eſt, ſecundùm Eccleſiæ antiquam traditionem :* & poſt paulò : *Quod autem non ſemel, ſed bis habet Halleluia titulus iſte, non hujus Pſalmi proprium eſt, ſed & alius ſuperior ſic habet.* In Gr. tamen ſemel Ἀλληλούια, ſicut in Pſalt. Rom. & ap. Caſſiod.

℣. 1. Ita Caſſiod. cum vet. Pſalt. & Gr. Apud Auguſt. verò & Proſp. *Confitemini Domino quoniam ſuavis eſt : quoniam in ſæculum*, &c. Subdit Aug. inf. *In ſæculum, id eſt, in æternum : hîc enim ita poſitum eſt* in ſæculum, *quia & in nonnullis Scripturæ locis* in ſæculum, *id eſt, quod Græcè* εἰς αἰῶνα *dicitur*, in æternum *intelligitur.* Vide ſup. Not. ad Pſ. 105. ℣. 1.

℣. 2. Auguſt. cum Proſp. *Dicant qui redempti ſunt à Dom. quos redemit de manu inimicorum : de*, &c. Caſſiod. *Dicant nunc qui redempti ſunt..... quos redemit de manu inimici : de*, &c. Gaud. Brix. ſer. 2. p. 946. c. *Nunc dicant omnes qui redimuntur à Domino, quos redemit de manu inimicorum :* & *de*, &c. Pſalt. Rom. Vulgatæ reſpondet & Gr. addito uno *nunc*, ad *dicant*, quod tamen abeſt à Gr. Mſ. etiam Alex. tollit ὑ, poſt vocem *inimici :* deeſt pariter & in Pſalt. Moz. In Corb. ſic : *Dicant qui redimuntur à Domino, quos redemit de manu inimicorum : de regionib.* &c.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Et Mſ. Sangerm. 3. A ſolis ortu, & occaſu; ab aquilone, & mare.	*Ab oriente, & occidente: ab aquilone, & mari.*	3. A ſolis ortu, & occaſu; ab aquilone, & mari.
4. Erraverunt in ſolitudine in ſiccitate: viam autem civitatis habitationis non invenerunt.	*Erraverunt in ſolitudine in deſerta via: civitatem quæ habitaretur, non repererunt.*	4. Erraverunt in ſolitudine in inaquoſo: viam civitatis habitaculi non invenerunt.
5. Eſurientes, & ſitientes: & anima eorum in ipſis defecit.	*Eſurientes & ſitientes: anima eorum in ipſis deficiebat.*	5. Eſurientes, & ſitientes: anima eorum in ipſis defecit.
6. Et exclamaverunt ad Dominum cùm tribularentur: & de neceſſitatibus eorum eripuit eos.	*Et clamaverunt ad Dominum in tribulatione ſua: de afflictione eorum eripuit eos.*	6. Et clamaverunt ad Dominum cùm tribularentur: & de neceſſitatibus eorum eripuit eos.
7. Et deduxit eos in viam rectam: ut irent in civitatem habitationis.	*Et duxit illos per viam rectam, ut venirent in civitatem habitabilem.*	7. Et deduxit eos in viam rectam: ut irent in civitatem habitationis.
8. Confiteantur Domino miſericordias ejus: & mirabilia ejus filiis hominum.	*Confiteantur Domino miſericordiam ejus, & mirabilia ejus in filios hominum.*	8. Confiteantur Domino miſericordiæ ejus: & mirabilia ejus filiis hominum.
9. Quia ſaturavit animam inanem: & animam eſurientem ſatiavit bonis.	*Quia ſaturavit animam vacuam, & animam eſurientem implevit bonis.*	9. Quia ſatiavit animam inanem: & animam eſurientem ſatiavit bonis.
10. Sedentes in tenebris, & in umbra mortis: vinculis ligatos in mendicitate, & in ferro.	*Habitantes in tenebris, & umbra mortis: alligatos inopiâ & ferro.*	10. Sedentes in tenebris, & umbra mortis: vinctos in mendicitate, & ferro.
11. Quia exacerbaverunt eloquia Dei: & conſilium Altiſſimi inritaverunt.	*Quia provocaverunt ſermones Dei, & conſilium Excelſi blaſphemaverunt.*	11. Quia exacerbaverunt eloquia Dei: & conſilium Altiſſimi irritaverunt.
12. Et humiliatum eſt in laboribus cor eorum: & infirmati ſunt, nec fuit quis liberaret eos.	*Et humiliavit in labore cor eorum: corruerunt, & non erat qui adjuvaret.*	12. Et humiliatum eſt in laboribus cor eorum: infirmati ſunt, nec fuit qui adjuvaret.
13. Et clamaverunt ad Dominum cùm tribularentur: & de neceſſitatibus eorum liberavit eos.	*Et clamaverunt ad Dominum in tribulatione ſua: de anguſtiis eorum ſalvavit eos.*	13. Et clamaverunt ad Dominum cùm tribularentur: & de neceſſitatibus eorum liberavit eos.
14. Et eduxit eos de tenebris, & umbra mortis: & vincula eorum diſrupit.	*Et eduxit eos de tenebris, & umbra mortis, & vincula eorum diſrupit.*	14. Et eduxit eos de tenebris, & umbra mortis: & vincula eorum diſrupit.
15. Confiteantur Domino miſericordiæ ejus: & mirabilia ejus filiis hominum.	*Confiteantur Domino miſericordiam ejus, & mirabilia ejus in filios hominum.*	15. Confiteantur Domino miſericordiæ ejus: & mirabilia ejus filiis hominum.
16. Quia contrivit portas æreas: & vectes ferreos confregit.	*Quia contrivit portas æreas, & vectes ferreos confregit.*	16. Quia contrivit portas æreas: & vectes ferreos confregit.
17. Suſcepit eos de via iniquitatis ipſorum: propter in-	*Stultos propter viam ſceleris eorum, & propter iniquitates afflic-*	17. Suſcepit eos de via iniquitatis eorum: propter injuſtitias enim

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 3. Auguſt. cum Proſp. *Ab oriente*, & *occaſu*, &c. Caſſiod. & Gaud. Brix. ſer. 2. p. 946. e. cum Pſalt. Rom. ut in Vulg. In Gr. Ἀπὸ ἀνατολῶν, καὶ δυσμῶν· καὶ βορρᾶ, καὶ θαλάσσης.

℣. 4. Ita in Pſalt. Rom. Corb. & Moz. detracto uno *autem*. Similiter ap. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. Proſp. tamen addit & , poſt vocem *ſolitudine*. Hieron. in Eccleſ. to. 2. 775. b. legit: *Erraverunt in deſerto & in inaquoſo: viam civitatis & habitationis ejus non invenerunt*. Græc. Vulgatæ conſonat.

℣. 5. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. Vulgatæ reſpondent ad verbum, cum Pſalt. Rom. & Gr. In Moz. ſic: *Eſur. & ſitientes erant*, &c.

℣. 6. Pſalt. Rom. Corb. & Moz. in principio hab. cum Caſſiod. *Et clamaverunt*; extremòque, *liberavit eos*. Aug. verò cum Proſp. ut in Vulg. Gr. ἐῤῥύσατο αὐτούς.

℣. 7. Ita Auguſt. cum Pſalt. Moz. Caſſiod. verò cum Rom. & Corb. *Et eduxit*; Græc. Καὶ ὡδήγησεν, &c.

℣. 8. Sic eſt in Pſalt. Corb. Moz. & fortè in Carnut. In Rom. *miſericordiæ ejus*, &c. Apud Auguſt. *miſerationes ejus*. Apud Proſp. *miſericordiam ejus*, &c. Apud Caſſiod. ut in Vulg. In Gr. τὰ ἐλέη αὐτῦ, &c. S. Paulinus epiſt. 19. p. 106. b. ita refert: *Confiteamur Domino miſericordias ejus: & immolemus ei hoſtiam laudis*.

℣. 9. Itidem in Pſalt. Moz. In Rom. bis *ſatiavit*, ſicut apud Caſſiod. In Corb. *Qui ſaturavit anim..... ſatiabit bonis*. Apud Auguſt. & Proſp. *Quoniam ſatiavit..... implevit bonis*. Apud S. Paulin. epiſt. 19. p. 106. b. & epiſt. 23. p. 127. a. *Quia ſaturavit animam inanem*. Auct. l. de promiſſ. p. 3. col. 176. c. *Satiavit animam inanem: & animam eſurientem bonis replevit*. Gr. Ὅτι ἐχόρτασε ψυχὴν κενήν· καὶ πεινῶσαν ἐνέπλησεν ἀγαθῶν· Alex. cum Ald. & Compl. καὶ ψυχὴν πεινῶσαν, &c.

℣. 10. Ita legit Auguſt. cum Proſp. ſi excipias iſta, *compeditos in mendicitate*, & *ferro*. Caſſiod. hab. *vinculis ligatos in mendicit.* & *ferro*. Sic etiam in Pſalt. Rom. Corb. & Moz. Græcum Vulgatæ favet.

℣. 11. Caſſiod. legit cum Pſalt. Rom. *eloquia Domini*; cæt. ut ſupra. Mozarab. *eloquium Domini*. Auguſt. verò in eund. Pſ. *Quoniam inamaricaverunt eloquia Domini: & conſilium Altiſſimi exacerbaverunt*. Gr. Ὅτι παρεπίκρανταν τὰ λόγια τῦ Θεῦ· καὶ τὴν..... παρώξυναν.

℣. 12. Vulgatæ ſuccinit Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Moz. & Gr. Itidem apud Auguſt. & Proſp. hoc excepto ult. *qui adjuvaret eos*.

℣. 13. Accinit Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Mozarab. Auguſt. verò legit: *Et clamaverunt..... & de neceſſitatibus eorum ſalvos fecit eos*. Proſp. *ſalvavit eos*. Gr. ἔσωσεν αὐτούς.

℣. 14. Sic habent Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. & Gr. In Mozar. *Et duxit eos*, &c.

℣. 15. Ita legit Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Auguſt. verò: *Confiteantur Domino miſerationes ejus*. S. Proſp. *miſericordias ejus*, ut ſup. ℣. 8. Gr. τὰ ἐλέη αὐτῦ.

℣℣. 16. 17. 18. Sic ad verbum leguntur in Pſalt. Mozarab. Item in Rom. & Corb. præter unum *iniquitatis*

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
ſuas humiliati ſunt.	*tos.*	juſtitias enim ſuas humiliati ſunt. *Ex Mſ. Sangerm.*
18. Omnem eſcam abominata eſt anima eorum: & appropinquaverunt uſque ad portas mortis.	*Omnem cibum abominata eſt anima eorum, & acceſſerunt ad portas mortis.*	18. Omnem eſcam abominata eſt anima eorum: & adpropiaverunt uſque ad portas mortis.
19. Et clamaverunt ad Dominum cùm tribularentur: & de neceſſitatibus eorum liberavit eos.	*Et clamaverunt ad Dominum in tribulatione ſua: de anguſtiis eorum ſalvavit eos.*	19. *Vide notas.*
20. Miſit verbum ſuum, & ſanavit eos: & eripuit eos de interitionibus eorum.	*Miſit verbum ſuum, & ſanavit eos, & ſalvavit de interitu eorum.*	20. Miſit verbum ſuum, & liberavit eos: & eripuit eos de corruptela eorum.
21. Confiteantur Domino miſericordiæ ejus: & mirabilia ejus filiis hominum:	*Confiteantur Domino miſericordiam ejus, & mirabilia ejus in filios hominum:*	21. Confiteantur Domino miſericordias ejus: & mirabilia ejus filiis hominum:
22. Et ſacrificent ſacrificium laudis: & annuntient opera ejus in exſultatione.	*Et immolent hoſtias gratiarum, & narrent opera ejus in laude.*	22. Et ſacrificent ſacrificium laudis: & pronuncient opera ejus in exſultatione.
23. Qui deſcendunt mare in navibus, facientes operationem in aquis multis.	*Qui deſcendunt mare in navibus, facientes opus in aquis multis.*	23. Qui deſcendunt in mare in navibus, facientes operationem in aquis multis.
24. Ipſi viderunt opera Domini, & mirabilia ejus in profundo.	*Ipſi viderunt opera Domini, & mirabilia ejus in profundo.*	24. Ipſi viderunt opera Domini, & mirabilia ejus in profundo.
25. Dixit, & ſtetit ſpiritus procellæ: & exaltati ſunt fluctus ejus.	*Et dixit, & ſurrexit ventus tempeſtatis, & elevavit gurgites ejus.*	25. Dixit Dominus, & ſtetit ſpiritus procellæ: & exaltati ſunt fluctus ejus.
26. Aſcendunt uſque ad cœlos, & deſcendunt uſque ad abyſſos: anima eorum in malis tabeſcebat.	*Aſcendunt in cœlum, & deſcendunt in abyſſos: anima eorum in afflictione conſumitur.*	26. Et aſcendunt uſque ad cœlos, & deſcendunt uſque ad abyſſos: animalia eorum in malis tabeſcebant.
27. Turbati ſunt, & moti ſunt ſicut ebrius: & omnis ſapientia eorum devorata eſt.	*Obſtupuerunt, & intremuerunt quaſi ebrius, & univerſa ſapientia eorum abſorpta eſt.*	27. Turbati ſunt, & commoti ſunt ſicut ebrius: & omnis ſapientia eorum deglutita eſt.
28. Et clamaverunt ad Dominum cùm tribularentur: & de neceſſitatibus eorum eduxit eos.	*Clamaverunt autem ad Dominum in tribulatione ſua, & de anguſtiis eorum eduxit eos.*	28. Et clamaverunt ad Dominum cùm tribularentur: & de neceſſitatibus eorum eduxit eos.
29. Et ſtatuit procellam ejus in auram: & ſiluerunt fluctus ejus.	*Statuet turbinem in tranquillitatem, & ſilebunt fluctus ejus.*	29. Et imperavit procellæ, & ſtetit in auram: & ſiluerunt fluctus ejus.
30. Et lætati ſunt quia ſiluerunt: & deduxit eos in portum vo-	*Lætabuntur quoniam quieverunt, & deducet eos ad portum*	30. Et lætati ſunt quoniam ſiluerunt: & deduxit eos aditus

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

eorum, loco *ipſorum*. Apud Auguſt. Proſp. & Caſſiod. ut in Vulg. Similiter apud S. Paulin. epiſt. 40. p. 252. c. & in Gr. Pſalt. Corb. ſcrib. *conteruit*, non *contrivit*.

℣. 19. Hic verſus omittitur in autogr. Sangerm. Exſtat verò in Pſalt. Rom. & Moz. ſicut ap. Proſp. & Caſſiod. nempe ut in Vulg. Apud Auguſt. *Et exclamaverunt*, &c. In Gr. Καὶ ἐκέκραξαν..... ἔσωσεν αὐτούς.

℣. 20. Cypr. l. 2. Teſtim. p. 285. b. *Miſit ſermonem ſuum, & curavit illos.* Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1001. c. *Miſit verbum ſuum, & ſanavit eos: & ex omnibus infirmitatibus ſuis liberavit eos:* vide etiam in Pſ. 37. & 43. col. 823. c. 890. d. Pſalt. Corb. omiſſo primo verſic. ſimpliciter hab. *& eripuit eos de corruptibilibus eorum.* Mediolan. cum Hieron. in Ezech. 34. col. 944. c. *de corruptionibus eorum.* Rom. & Moz. *de interitu eorum.* Auguſt. cum Proſp. & S. Petro Chryſol. ſer. 102. p. 926. e. *de corruptela eorum*, ut ſup. Caſſiod. in eund. Pſ. cum Vulg. *de interitionibus eorum.* Gr. ἐκ τῶν διαφθορῶν αὐτῶν.

℣. 21. Sic eſt in Pſalt. Moz. cui plerumque favet Carnut. In Rom. verò & apud Caſſiod. ut in Vulg. Apud Auguſt. & Proſp. *Confiteantur Dom. miſerationes ejus.* In Gr. τὰ ἐλέη αὐτοῦ.

℣. 22. Ita Caſſiod. cum Pſalt. Moz. In Corb. *& proannuntient.* Apud Auguſt. *& enuncient.* In Gr. καὶ ἐξαγγειλάτωσαν.

℣. 23. Sic Ambroſ. in Pſ. 47. to. 1. 941. d. at l. 1. de interpel. Job, c. 5. 631. c. legit, *Qui deſcendunt mare*, &c. cum Auguſt. Caſſiod. & vet. Pſalt. S. Proſp. *Qui deſcendunt in mari in*, &c. Gr. Οἱ καταβαίνοντες εἰς θάλασσαν ἐν, &c.

℣. 24. In autographo Sang. oſcitanter omiſſa eſt vox *Domini*, quam ſupplevimus ex Auguſt. Proſp. & Caſſiod. qui omnes Vulgatæ conſentiunt, cum vet. Pſalt. & Gr.

℣. 25. Apud Aug. Proſp. & Caſſiod. deeſt vox *Dominus*, ſicut in vet. Pſalt. & Gr. reliqua ſimilia. Apud Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 742. e. vitioſè, *& ſtatuit ſpiritus procellæ.*

℣. 26. Auguſt. in hunc Pſ. *Aſcendunt uſque ad cœlos*, (inſ. *in cœlos*,) *deſcendunt uſque in abyſſos:* ſubinde, *anima eorum*, &c. ut in Vulg. cui etiam Proſp. & Caſſiod. accinunt ad verbum. In Gr. pariter ἡ ψυχὴ, *anima*, non *animalia*.

℣. 27. Sic eſt in Pſalt. Moz. & Corb. Item in Rom. præter unum *moti ſunt*. Ap. Auguſt. etiam *moti ſunt*; at in fine, *abſorpta eſt*. Ap. Proſp. *exorta eſt*, f. pro *exorpta eſt*. Ap. Caſſiod. *commoti ſunt..... devorata eſt.* In Gr. Ἐταράχθησαν, ἐσαλεύθησαν..... κατεπόθη.

℣. 28. Pſalt. Rom. extremò hab. cum Moz. & Caſſiod. *liberavit eos*; Corb. *liberabit eos*. Auguſt. verò leg. *Et exclamaverunt..... eduxit eos.* Græc. Καὶ ἐκέκραξαν..... ἐξήγαγεν αὐτούς.

℣. 29. Ita legit Auguſt. ad verbum cum Proſp. Caſſiod. verò cum Vulg. concordat. Item Pſalt. Rom. Corb. & Moz. detracto uno *ejus*, poſt *procellam*. Mediol. hab. *Et percuſſit procellam, & ſtetit in auram.* Gr. Καὶ ἐπέταξε τῇ καταιγίδι, καὶ ἔστη εἰς αὔραν· καὶ ἐσίγησαν, &c. Theodot. Καὶ ἔστησε τὴν καταιγίδα αὐτῶν εἰς αὔραν, &c. Hieron. ep. ad Sun. & Fret. to. 2. 659. a. ad hæc: *Et ſtatuit procellam ejus in auram*, ait: *In Græco inveniſſe vos dicitis,* καὶ ἐπετίμησε τῇ καταιγίδι αὐτῆς, καὶ ἔστη· *ſuperfluum eſt.*

℣. 30. Pſalt. Corb. *Et lætati ſunt quòd ſiluerunt.* Rom. *& eduxit eos in portum voluntatis eorum*; deinde ut ſup. *& de neceſſitatibus*, &c. Moz. *& deduxit eos in port. volunt. ſuæ*; abſque ſeqq. Apud Auguſt. in hunc Pſ. *Et jocundati*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. voluntatis eorum, & de neceſſitatibus eorum liberavit eos.	*quem voluerunt.*	luntatis eorum.
31. Confiteantur Domino miſericordias ejus: & mirabilia ejus filiis hominum.	*Confiteantur Domino miſericordiam ejus, & mirabilia ejus in filios hominum.*	31. Confiteantur Domino miſericordiæ ejus: & mirabilia ejus filiis hominum.
* *Mſ. vitiosè* cœleſtia. 32. Et exaltent eum in * eccleſia populi: & in cathedra ſeniorum laudent eum.	*Et exaltent eum in eccleſia populi, & in cathedra ſeniorum laudent eum.*	32. Et exaltent eum in eccleſia plebis: & in cathedra ſeniorum laudent eum.
33. Quia poſuit flumina in deſertum, & exitus aquarum in ſitim:	*Ponet flumina in deſertum, & fontes aquarum in ſitim:*	33. Poſuit flumina in deſertum, & exitus aquarum in ſitim:
34. Terram fructiferam in ſalinas, à malitia inhabitantium in ea.	*Terram fructiferam in ſalſuginem, pra malitia habitatorum ejus.*	34. Terram fructiferam in ſalſuginem, à malitia inhabitantium in ea.
35. Poſuit deſertum in ſtagnum aquarum.	*Ponet deſertum in paludes aquarum, & terram inviam in fontes aquarum.*	35. Poſuit deſertum in ſtagna aquarum: & terram ſine aqua in exitus aquarum.
36. Et collocavit illic eſurientes: & conſtituerunt civitates habitationis.	*Et collocavit ibi eſurientes, & fundabunt urbem ad habitandum.*	36. Et collocavit illic eſurientes: & conſtituerunt civitatem habitationis.
37. Et ſeruerunt agros, & plantaverunt vineas: & fecerunt fructum nativitatis.	*Et ſerent agros, & plantabunt vineas; & facient fruges germina.*	37. Et ſeminaverunt agros, & plantaverunt vineas: & fecerunt fructum nativitatis.
38. Et benedixit eos, & multiplicati ſunt nimis: & jumenta eorum non ſunt minorata.	*Et benedicet eis, & multiplicabuntur nimis; & pecora eorum non imminuentur.*	38. Et benedixit eis, & multiplicati ſunt nimis: & jumenta eorum non minoravit.
39. Et pauci facti ſunt: & vexati ſunt à tribulatione malorum, & in dolore.	*Imminuta ſunt autem & afflicta, propter anguſtiam mali & doloris.*	39. Et pauci facti ſunt: & vexati ſunt à tribulatione malorum, & dolore.
40. Effuſa eſt contemptio ſuper principes: & ſeduxit eos in via, & non in invio.	*Et effundet deſpectionem ſuper principes, & errare eos faciet in ſolitudine devia.*	40. Effuſa eſt contemptio ſuper principes: & errare fecit eos in invio, & non in via.
41. Et adjuvavit pauperem ab inopia: & poſuit ſicut oves patrias.	*Et ſublevabit pauperem de inopia, & ponet quaſi gregem familias.*	41. Et adjuvit pauperem de inopia: & poſuit ſicut oves familias.
42. Videbunt recti, & lætabuntur: & omnis iniquitas opturavit os ſuum.	*Videbunt recti, & lætabuntur; & omnis iniquitas contrahet os ſuum.*	42. Videbunt recti, & lætabuntur: & omnis iniquitas oppilabit os ſuum. *Job 22. 19.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ſunt quoniam ſilnerunt, &c. ut in Vulg. nec plura. Apud Caſſiod. *Et lætati ſunt qui*, &c. ſubnexis his, & *de neceſſitatibus eorum*, &c. Hieron. ep. ad Sun. & Fret. to. 2. 659. a. leg. & *deduxit eos in portum volunt. eorum*; tum addit, *pro quo inveniſſe vos dicitis*, in portum voluntatis ſuæ. In Gr. Καὶ εὐφράνθησαν ὅτι ἡσύχασαν· καὶ ὡδήγησεν αὐτὺς ἐπὶ λιμένα θελήματος αὐτῶν· Mſ. Alex. cum Compl. αὐτῦ· reliqua deſunt.

℣. 31. Ita Pſalt. Moz. & Corb. Auguſt. verò & Proſp. leg. *miſerationes ejus*. Caſſiod. ut in Vulg. In Gr. τὰ ἐλέη αὐτῦ.

℣. 32. Auguſt. cum Pſalt. Corb. *Et exaltent eum in eccleſia populi*, &c. ut ſup. S. Proſp. *in eccleſiis populi*. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. ut in Vulg. Græc. Ὑψωσάτωσαν αὐτὸν ἐν ἐκκλησίᾳ λαῦ· καὶ, &c.

℣. 33. Ita Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Sic etiam apud Ambroſ. l. 3. Hexa. to. 1. 40. b. necnon Auguſt. in hunc Pſ. dempto primo *quia*. Deeſt pariter in Gr. ut & apud S. Paulinum, ep. 44. p. 268. c. qui etiam leg. *in deſertum*. Pſalt. Corb. *Quia poſuit flumina in deſerto*, &c. ut in Vulg.

℣. 34. Ita legit Aug. in hunc Pſ. Proſp. verò *in ſalinis*. Caſſiod. cum Pſalt. Corb. *in ſalſilaginem*. Gr. εἰς ἅλμω. Fœlix, *in ſterilitatem*. Salſugo enim ſterilitatem parit: unde Abimelech Gedeonis filius, capta urbe Sichem, in ea ſal ſparſit. *Judic.* 9.

℣. 35. S. Paulinus epiſt. 44. p. 268. c. *Poſuit aridam in exitus aquarum*. Auguſt. Vulgatæ ſuccinit, cum Caſſiod. Pſalt. Rom. & Gr. In Mozarab. *Poſuit deſert. in ſtagna*..... & *terra ſine aqua in exit.* &c. In Corb. *Poſuit deſertum ſtagna aquarum*, &c. ut in Vulg.

℣. 36. Ita Caſſiod. cum Pſalt. Rom. præter ſingul. *civitatem*. Carnut. hab. *civitates*. Corb. *Et habitare fecit illic eſurientes: & conſtituerunt civitates perhabitationis*. Aug. in eund. Pſ. cum Proſp. *Et habitare fecit illic eſurientes: & conſtituit civitatem habitationis*. Gr. Καὶ κατῴκισεν..... καὶ ζυνεσήσαντο πόλεις (Aq. & Sym. πόλιν) καθοικεσίας.

℣. 37. Caſſiod. Vulgatæ conſonat cum Pſalt. Rom. Item Auguſt. cum Proſp. ſi excipias ult. *fructum frumenti*; Brev. Moz. hab. *fructum germinis*. Gr. καρπὸν γεννήματος.

℣ 38. Sic eſt in Pſalt. Mozar. Corb. & Rom. necnon apud Caſſiod. Auguſt. verò & Proſp. legunt: *Et benedixit eos*..... & *jum. eorum non ſunt deminuta*; Proſp. *diminuta*. In Gr. Καὶ εὐλόγησεν αὐτὺς, καὶ ἐπληθύνθησαν σφόδρα· καὶ τὰ..... ὐκ ἐσμίκρυνε.

℣. 39. In Pſalt. Moz. ſic: *Panci facti ſunt: & afflicti ſunt*, &c. ut in Vulg. In Rom. & ap. Proſp. *Panci facti ſunt: & vexati ſunt à tribul. malorum, & dolorum*. In Mediolan. & *dolore improperiorum*. In Corb. ſimpliciter, *à tribulatione malorum*. In Gr. ἀπὸ θλίψεως κακῶν, καὶ ὀδύνης. Apud Aug. ut in Vulg. Nec diſſimiliter leg. Caſſiod. niſi quòd tollit *Et*, ante vocem *panci*.

℣. 40. Auguſt. legit cum Proſp. *Effuſus eſt contemptus ſuper principes: & ſeduxit eos in invio, & non in via*. Caſſiod. verò, *Et effuſa eſt contentio ſuper principes eorum: & ſeduxerunt eos vana eorum; & ſeduxit eos in invio, & non in via*. Similiter habet Pſalt. Mediolan. & *ſeduxit eos*. Corb. *Et effuſa eſt contemptio ſuper principes: & ſeduxerunt eos vana ipſorum; & ſederunt in invio, & non in via*. Rom. *Effuſa eſt contentio ſuper principes eorum: & ſeduxerunt eos in invio, & non in via*. Mozarab. *Effuſa eſt contentio ſuper principes: & eduxit eos in invio, & non in via*. Gr. Ἐξεχύθη ἐξουδένωσις ἐπ' ἀρχοντας αὐτῶν· καὶ ἐπλάνησεν αὐτὺς ἐν ἀβάτῳ, καὶ ὐχ ὁδῷ.

℣. 41. Aug. cum Proſp. *Et adjuvit pauperem à* (Proſp. *de*) *mendicitate: & poſuit ſicut oves familias*. Caſſiod. à Vulg. nil differt; nec etiam Pſalt. Rom. niſi quòd habet *Et adjuvabit*; Rom. Martian. cum Moz. *Et adjuvavit*, ut ſup. Præterea Moz. hab. *ab inopia*, additque *eos*, ad verbum *poſuit*. Corb. *Et adjuvavit pauperem de mendicitate: & poſuit*, &c. ut in Vulg. Gr. Καὶ ἐβοήθησε πένητι ἐκ πτωχείας· καὶ ἔθετο ὡς πρόβατα πατριάς.

℣. 42. Similiter in Pſalt. Corb. Item in Rom. Fabri, præter verbum *oppilavit*; Rom. Martian. hab. cum

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
43. Quis ſapiens & cuſtodiet hæc? & intelliget miſericordias Domini?	*Quis ſapiens, & cuſtodiet hæc; & intelliget miſericordias Domini?*	43. Quis ſapiens & intelligit hæc? & tunc intelligent miſericordias Domini? *Ex Mſ. Sangerm.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Caſſiod. *oppilabit.* Mozarab. *obduravit.* Gr. ἐμφράξει. Ap. Auguſt. & Proſp. ita: *Videbunt recti, & jucundabuntur: & omnis..... oppilabit*, &c.

℣. 43. Sic in Pſalt. Corb. ad verbum. Auguſt. verò in hunc Pſ. ita legit: *Quis ſapiens & cuſtodiet hæc? & intelliget miſerationes Domini?* S. Proſper, *& inteliigens miſerationes Domini?* Caſſiod. cum Vulg. concordat & Gr. Ita quoque habet Pſalt. Rom. præter hoc med. *& tunc intelliget.* In Mozar. *Quis ſapiens cuſtodiet hæc? & intelliget*, &c. In Mediolan. & Carnut. *Quis ſapiens & intelliget hæc*, &c. In autographo Sangerm. omiſſa eſt ult. vox *Domini*, ſed oſcitanter ut reor, unde illam ſupplevimus ex aliis.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
1. Canticum Pſalmi ipſi David. (*Sup.* 56. 8.) CVII.	*Canticum Pſalmi David.* CVIII.	1. Canticum David. CVII. *Ex Mſ. Sangerm.*
2. PAratum cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo, & pſallam in gloria mea.	*PAratum cor meum Deus: cantabo, & pſallam; ſed & gloria mea.*	2. PAratum cor meum, paratum cor meum: cantabo, & pſallam tibi gloriâ meâ.
3. Exſurge gloria mea, exſurge pſalterium, & cithara: exſurgam diluculo.	*Conſurge pſalterium, & cithara: conſurgam manè.*	3. Exſurge pſalterium, & cithara: exſurgam diluculo.
4. Confitebor tibi in populis Domine: & pſallam tibi in nationibus.	*Confitebor tibi in populis Domine, & cantabo te in nationibus.*	4. Confitebor tibi in populis Domine: & pſallam tibi in gentibus.
5. Quia magna eſt ſuper cœlos miſericordia tua: & uſque ad nubes veritas tua.	*Quoniam magna ſuper cœlos miſericordia tua, & uſque ad æthera veritas tua.*	5. Quia magna ſuper cœlos miſericordia tua: & uſque ad nubes veritas tua.
6. Exaltare ſuper cœlos Deus, & ſuper omnem terram gloria tua: 7. ut liberentur dilecti tui.	*Exaltare ſuper cœlos Deus: & ſuper omnem terram gloria tua. Ut liberentur dilecti tui,*	6. Exaltare ſuper cœlos Deus, & ſuper omnem terram gloria tua: 7. ut eliberentur delecti tui.
Salvum fac dexterâ tuâ, & exaudi me: 8. Deus locutus eſt in ſancto ſuo: Exſultabo, & dividam Sichimam, & convallem tabernaculorum dimetiar.	*Salva dexterâ tuâ, & exaudi me. Deus locutus eſt in ſanctuario ſuo: Gaudebo, dividam Sichem, & vallem Soccoth dimetiar.*	Salvum me fac de dextera tua, & exaudi me: 8. Deus locutus eſt in templo ſancto ſuo: Exaltabor, & dividam Sicimam, & convallem tabernaculorum metibor.
9. Meus eſt Galaad, & meus eſt Manaſſes: & Ephraim ſuſceptio capitis mei.	*Meus eſt Galaad, meus eſt Manaſſe; & Ephraim hæreditas capitis mei.*	9. Meus eſt Galaad, & meus eſt Manaſſe: & Ephrem fortitudo capitis mei.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Titulus cum Pſalmo toto omittitur à S. Proſpero. Caſſiod. hunc præfert tit. *Canticum, Pſalmus David.* Eundem quoque hab. Pſalt. Rom. cum Moz. Apud Auguſt. *Canticum Pſalmi ipſi David*, ut in Vulg. & Gr. Pſalmus autem apud ipſum pene integer deeſt: rationem hujus prætermiſſionis reddit, col. 1214. c. d. dicens: *Pſalmum cvii. exponendum non putavi, quoniam jam expoſui eum in Pſalmo lvi. & in Pſalmo lix. ex quorum poſtremis partibus iſte conſtat. Nam poſtrema pars lvi. prima eſt hujus uſque ad eum* ℣. *ubi dicitur:* & ſuper omnem terram gloria tua. *Hinc autem uſque in finem, poſtrema pars eſt lix. ſicut poſtrema pars cxxxiv. eadem eſt quæ cxiii. ab eo* ℣. *ubi dicitur:* ſimulacra gentium argent. & aurum: *ſicut xiii. & liii. mutatis aliquibus mediis, eadem habent omnia à principiis uſque in fines. Quæcunque igitur in hoc Pſalmo cvii. aliquantulum aliter poſita ſunt quàm in illis ducbus, ex quorum partibus conſtat, non habent intellectum difficilem.*

℣. 2. Pſalt. Rom. cum Caſſiod. *Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo, & pſalmum dicam Domino.* Auguſt. verò cum Vulg. & Gr. *cantabo, & pſallam in gloria mea.* Pſalt. Corb. *& pſallam gloriâ mea.* In Mozarab. integer verſus abeſt.

℣. 3. Sic eſt in Pſalt. Moz. Carnut. & Corb. omiſſo pariter 1. Vulg. verſiculo, *Exſurge gloria mea.* Omittitur etiam in Vulgatæ Mſs. duobus Colbert. & Carn. nec in Pſalt. Gallic. legitur, nec in Gr. neque apud Auguſt. Imo Auguſt. ait hoc diſcrimen intercedere Pſalmum lvi. inter & Pſ. cvii. quòd ille ferat: *Cantabo, & pſallam: Exſurge gloria mea;* in iſto autem dic. *Cantabo, & pſallam in gloria mea.* Refertur tamen 1. ille verſic. à Caſſiod. & exſtat in edd. Ald. & Compl. Hujus differentiæ rationem optimè reddit Hieron. in ep. ad Sun. & Fret. to. 2. col. 659. a. ita ſcribens: *Quod dicitis*, Exſurge gloria mea, *in Latino non eſſe, recte in Pſalmo non habet; quia nec apud Hebræos, nec apud ullum Interpretum reperitur; ſed habetur in lvi. Pſalmo, de quo mihi videtur à quodam in iſtum locum eſſe translatum.*

℣. 4. Pſalt. Corb. *Et confitebor..... Domine: pſallam tibi in nationibus.* Rom. cum Caſſiod. *& pſalmum dicam tibi inter gentes;* Caſſiod. delet &. Mozarab. hab. *pſallam tibi inter gentes.* Gr. Ψαλῶ σοι ἐν ἔθνεσιν, abſque præced. &.

℣. 5. Sic in Pſalt. Corb. ad verbum, & in Gr. Caſſiod. verò cum Pſalt. Rom. habet: *Quoniam magnificata eſt uſque ad cœlos miſericordia tua: & uſque ad*, &c. Contrà Aug. comparando hunc ℣. Pſal. cvii. cum ℣. 11. Pſal. lvi. ait in illo haberi, *Quoniam magna eſt ſuper cœlos miſeric. tua;* in iſto autem, *Quoniam magnificata eſt uſque ad cœlos miſeric. tua, vel*, inquit, *ſicut alii interpretati ſunt*, elevata eſt.

℣. 6. Vox *Deus* abeſt in autographo Sang. negligentiâ procul dubio ſcribæ: illam addidimus ex Pſalt. Rom. Caſſiod. & Gr. In Pſalt. Corb. *& ſuper omnem terram gloriam tuam.*

℣. 7. Pſalt. Rom. *ut liberentur electi tui. Salvum me fac dexterâ tuâ*, &c. Caſſiod. ut in Vulg. cui Gr. favet. In Pſalt. Corb. & Moz. *Salvum me fac dext.*

℣. 8. Sic in Pſalt. Corb. excepto uno *Sycima.* In Rom. & ap. Caſſiod. ita: *Deus locutus eſt in ſancto ſuo: Lætabor, & dividam Sichimam, & conval. tabernac. metibor.* At Auguſt. facta comparatione hujus verſiculi cum verſiculo 9. Pſalmi lix. ait in iſto ſcriptum, *Lætabor, & dividam Sicimam;* in illo verò, *Exaltabor, & dividam Sicimam.* Et ſanè in Pſalt. Carnut. legitur ibid. *Exaltabor;* in Mozar. tamen, *Lætabor.* In Gr. Ὑψωθήσομαι; & in fine, Διαμετρήσω.

℣. 9. Sic in Pſalt. Rom. & ap. Caſſiod. præter nomen *Manaſſes.* In Corb. *Manaſſe;* deinde, *& Ephrain fortitudo cap.* &c. In Mozarab. *Ephraim fortitudo capitis*, &c. Item in Carnut. *fortitudo.* At Auguſt. ait in Pſalmo tantùm lix. ℣. 9. legi, *& Ephræm fortitudo capitis mei;* in hoc verò cvii. *& Ephræm ſuſceptio capitis mei.* In Gr. Ἐφραὶμ ἀντίληψις τῆς κεφαλῆς μου.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Juda rex meus : 10. Moab aula ſpei meæ.	*Juda dux meus : Moab lebes pelvis meæ.*	Juda rex meus : 10. Moab lebes ſpei meæ.
Et in Idumæam immittam calciamentum meum : mihi alienigenæ ſubditi ſunt.	*Super Idumæam projiciam calciamentum meum : cum Philiſthim fœderabor.*	In Idumæam extendam calceamentum meum : mihi alienigenæ amici facti ſunt.
11. Quis ducet me in civitatem circumſtantiæ ? quis educet me uſque in Idumæam ?	*Quis deducet me in civitatem munitam ? quis deducet me uſque in Idumæam ?*	11. Quis deducet me in civitatem munitam ? quis deducet me uſque in Idumæam ?
12. Nonne tu es Deus, qui repuliſti nos, & non exies Deus in virtutibus noſtris ?	*Nonne tu Deus qui projeceras nos, & non exieras Deus in exercitibus noſtris ?*	12. Nonne tu Deus, qui repuliſti nos, & non exibis Deus in virtutibus noſtris ?
13. Da nobis auxilium de tribulatione : & vana ſalus hominis.	*Da nobis auxilium in tribulatione : vana eſt enim ſalus ab homine.*	13. Da nobis auxilium de tribulatione : quia vana ſalus hominis.
14. In Deo faciemus virtutem : & ipſe ad * nihilum dabit inimicos noſtros.	*In Deo erimus fortes, & ipſe conculcabit hoſtes noſtros.*	14. In Deo faciemus virtutem : & ipſe ad nihilum deducet inimicos noſtros.

Ex Mſ. Sangerm. — * *Mſ.* nihilo.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 10. Pſalt. Rom. cum Caſſiod. *Moab olla ſpei meæ. In Idumæam extendam..... mihi allophyli ſubditi ſunt.* Sic etiam in Mozar. hoc excepto, *in Idumæa.* In Corb. *Moab aula ſpei meæ. In Idumæa extendam..... mihi alienig. ſubditi ſunt.* Item in Mediol. & Carnut. *ſubditi ſunt.* Hieron. autem ep. ad Sun. & Fret. col. 659. b. hab. *mihi alienigenæ amici facti ſunt ;* ſed addit : *In Græco inveniſſe vos dicitis ὑπετάγησαν, hoc eſt,* ſubditi ſunt : *ſed hoc in lix. ſcriptum eſt ; in præſenti autem ita apud omnes invenimus Translatores, ἐμοὶ ἀλλόφυλοι ἐφιλίασαν, id eſt,* amici facti ſunt. Nunc in ed. Rom. & aliis conſtanter, ἀλλόφυλοι ὑπετάγησαν ; in uno tantùm Mſ. lib. ad ὑπετάγησαν adjunctum eſt ἐφιλίασαν, teſte Lamberto Boz.

℣. 11. Pſalt. Mozar. *Quis deducet me in civitatem circumſtantiæ ? aut quis deducet me,* &c. Corb. pariter & Carnut. *in civit. circumſtantiæ.* Rom. verò & Caſſiod. *in civitatem munitam ? aut quis deducet,* &c. Græc. Τίς ἀπάξει με εἰς πόλιν περιοχῆς ; ἢ τίς ὁδηγήσει, &c. Symm. εἰς πόλιν περιπεφραγμένην, *circumſeptam, circummunitam.*

℣. 12. Caſſiod. delet *es*, legitque *egredieris*, loco *exies.* Ita quoque in Pſalt. Rom. Corb. Moz. & Gr.

℣. 13. Sic hab. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Mediol. Corb. Carnut. & Gr. Mozar. verò ita : *Da nobis auxil. in tribulatione : & vana,* &c.

℣. 14. Pſalt. Rom. & Moz. cum Caſſiod. in hunc Pſ. *& ipſe ad nihilum deducet tribulantes nos.* Auguſt. autem teſtatur in hoc Pſalmo legi *inimicos noſtros ;* in Pſalmo verò LIX. ℣. 14. *tribulantes nos.* Et ſanè in Gr. nunc legitur in Pſ. CVII. τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν ; in Mſ. tamen Alex. θλίβοντας ἡμᾶς.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
1. In finem, Pſalmus ipſi David. CVIII.	*Victori David Canticum. CIX.*	1. In finem, Pſalmus David. CVIII.
2. DEus laudem meam ne tacueris : quia os peccatoris & doloſi ſuper me apertum eſt.	*DEus laudabilis mihi, ne taceas : quia os impii, & os doloſi contra me apertum eſt.*	2. DEus laudem meam ne tacueris : quia os peccatoris, & os doloſi ſuper me apertum eſt.
3. Locuti ſunt adversùm me linguâ doloſâ, & verbis odii circumdederunt me : & expugnaverunt me gratis.	*Locuti ſunt de me linguâ mendacii, & verbis odii circumdederunt me ; & expugnaverunt me fruſtra.*	3. Locuti ſunt adversùm me linguâ doloſâ, & ſermonibus odii circumdederunt me : & expugnaverunt me gratis.
4. Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi : ego autem orabam.	*Pro eo quòd eos diligebam, adverſabantur mihi : ego autem orabam.*	4. Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi : ego autem orabam.
5. Et poſuerunt adversùm me mala pro bonis : & odium pro dilectione mea.	*Et poſuerunt contra me malum pro bono, & odium pro dilectione mea.*	5. Et poſuerunt adversùm me mala pro bonis : & odium pro dilectione mea.
6. Conſtitue ſuper eum peccatorem : & diabolus ſtet à dextris ejus.	*Conſtitue ſuper eum impium, & ſatan ſtet à dextris ejus.*	6. Conſtitue ſuper eum peccatorem : & diabolus ſtet à dextris ejus.
7. Cùm judicatur, exeat condemnatus : & oratio ejus fiat in peccato.	*Cùm fuerit judicatus, exeat condemnatus : & oratio ejus ſit in peccatum.*	7. Cùm judicatur, exeat condemnatus : & oratio ejus fiat in peccatum.
8. Fiant dies ejus pauci : &	*Fiant dies ejus pauci : epiſcopa-*	8. Fiant dies ejus pauci : &

Ex Mſ. Sangerm.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. delet *ipſi.* In Gr. τῷ Δαυίδ. Aug. titulum ſilet.

℣ 2. Vulgatæ accinit Ambroſ. in Pſ. 43. & 118. to. 1. 915. b. 1036. f. & l. de obitu Valent. to. 2. 1183. d. Itidem Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum Gr. Pſalt. verò Rom. & Moz. tollunt *es*, ante vocem *doloſi*, ut ſup.

℣. 3. Ambroſ. l. de ob. Valent. to. 2. 1183. d. *Locuti ſunt ſuper me linguâ doloſâ, & ſermonibus odii circumdederunt me*, &c. at in Pſ. 43. to. 1. 915. c. leg. *Locuti ſunt adversùm me*, &c. & in Pſ. 118. col. 1008. e. *circumdederunt me, & expugn.* &c. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. nil diſcrepant à Vulg. neque etiam Pſalt. Rom. Mozarab. aut Græc. In Corb. ſic : *Locuti ſunt adversùm me linguam doloſam, & ſermonibus odii circuierunt me*, &c.

℣. 4. Concinit Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1008. e. 1130. c. & l. de ob. Val. col. 1183. d. Item Aug. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Moz. & Gr.

℣. 5. Abeſt 1. *Es* à Pſalt. Rom. & Moz. nec admittitur à Caſſiod. Habet autem Ambroſ. in Pſ. 43. p. 915. b. necnon Auguſt. & Proſp. in hunc Pſ. cum Gr.

℣. 6. Similiter hab. Ambroſ. l. 4. de interpel. Dav. c. 10. col. 671. c. & in Pſ. 43. col. 915. b. Item Auguſt. Proſp. & Caſſiod. unà cum vet. Pſalt. & Gr.

℣. 7. Ambroſ. l. 1. de Cain, c. 9. col. 200. e. ultimò leg. *fiat in peccatum :* item in Pſalm. 118. col. 1249. a. Succinunt Aug. Proſp. Caſſiod. & Nicetius p. 6. b. cum vet. Pſalt. & Gr.

℣. 8. Ordo verſiculorum iſtorum, necnon verba paucula ſic immutantur in Pſalt. Rom. *Fiat habitatio ejus deſerta : & non ſit qui inhabitet in ea. Fiant dies ejus pauci : & epiſcopatum ejus accipiat alter ;* Mozar. *accipiat alius.* At neque in hoc ult. Pſalt. neque apud Auguſt. Proſp. aut

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
epiſcopatum ejus accipiat alter.	*tum ejus accipiat alter.*	epiſcopatum illius accipiat alius. *Ex Mſ. Sangerm.*
		Fiat tabernaculum ejus defertum : & non ſit qui habitet in eum.
9. Fiant filii ejus orphani : & uxor ejus vidua.	*Sint filii ejus pupilli, & uxor ejus vidua.*	9. Fiant filii ejus orphani : & uxor ejus vidua.
10. Nutantes transferantur filii ejus, & mendicent : & ejiciantur de habitationibus ſuis.	*Inſtabiles vagentur liberi ejus, & mendicent : & quærant in parietinis ſuis.*	10. Commoti amoveantur filii ejus, & mendicent : ejiciantur de habitationibus ſuis.
11. Scrutetur fœnerator omnem ſubſtantiam ejus : & diripiant alieni labores ejus.	*Scrutetur exactor univerſa quæ habet, & diripiant alieni laborem ejus.*	11. Scrutetur fœnerator ſubſtantiam ejus : diripiant alieni omnes labores ejus.
12. Non ſit illi adjutor : nec ſit qui miſereatur pupillis ejus.	*Non ſit qui ejus miſereatur, nec qui clemens ſit in pupillos ejus.*	12. Non ſit illi adjutor : nec ſit qui miſereatur pupillis ejus.
13. Fiant nati ejus in interitum : in generatione una deleatur nomen ejus.	*Fiat noviſſimum ejus interitus : in generatione altera deleatur nomen ejus.*	13. Fiant filii ejus in interitum : in una generatione deleatur nomen ejus.
14. In memoriam redeat iniquitas patrum ejus in conſpectu Domini : & peccatum matris ejus non deleatur.	*Redeat in memoriam iniquitas patrum ejus apud Dominum, & iniquitas matris ejus non deleatur.*	14. In memoriam redeat iniquitatis patrum ejus in conſpectu Domini : & peccatum matris ejus non deleatur.
15. Fiant contra Dominum ſemper, & diſpereat de terra memoria eorum : 16. pro eo quòd non eſt recordatus facere miſericordiam.	*Sint contra Dominum ſemper, & intereat de terra memoria eorum : eò quòd non eſt recordatus facere miſericordiam ;*	15. Fiant contra Dominum ſemper, & diſperiat de terra memoria eorum : 16. pro eo quòd non ſunt recordati facere miſericordiam.
17. Et perſecutus eſt hominem inopem, & mendicum, & compunctum corde mortificare.	*Et perſecutus eſt virum inopem & pauperem, & compunctum corde ut interficeret.*	17. Et perſecuti ſunt hominem pauperem, & mendicum, & compunctum corde morti traderent.
18. Et dilexit maledictionem, & veniet ei : & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.	*Et dilexit maledictionem, quæ veniet ei : & noluit benedictionem, quæ elongabitur ab eo.*	18. Et dilexit maledictionem, & veniet ei : & noluit benedictionem, & prolongavit ab eo.
Et induit maledictionem ſicut veſtimentum, & intravit ſicut aqua in interiora ejus, & ſicut oleum in oſſibus ejus.	*Et indutus eſt maledictione quaſi veſtimento ſuo ; & ingredietur quaſi aqua in viſcera ejus, & quaſi oleum in oſſa ejus.*	Et induit ſe maledictionem ſicut veſtimentum, & intravit velut aqua in interiora ejus, & ſicut oleum in oſſibus ejus.
19. Fiat ei ſicut veſtimentum, quo operitur ; & ſicut zona, qua ſemper præcingitur.	*Sit ei quaſi pallium quo circumdatur, & quaſi cingulum quo ſemper accingitur.*	19. Fiat ei ſicut veſtimentum, quod operietur ; & ſicut zona, qua ſemper præcingitur.
20. Hoc opus eorum, qui de-	*Hæc eſt retributio eorum qui ad-*	20. Hoc opus eorum, qui

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Caſſiod. neque in ullo Græcorum reperitur : *Fiat habit.....* & *non ſit*, &c. additamentum hoc petitum videtur è Pſ. LXVIII. ℣. 26. vel potiùs ex Act. 1. 20. legitur tamen in triplici Pſalt. Sorbon. teſte Martianæo.

℣. 9. Sic in Pſalt. Rom. ut apud Auguſt. Proſp. Caſſiod. & in Græco. Ap. Hieron. in Iſai. 65. to. 3. 495. a. *Fiant filii ejus pupilli.* Ita etiam apud Aug. l. 1. de ſerm. Dom. in mon. to. 3. 196. d.

℣. 10. Ita ferunt Pſalt. Rom. & Corb. cum Caſſiod. Mozarab. verò : *Commoti moveantur*, &c. Aug. ut in Vulg. dempto tamen &, ante *ejiciantur*. Apud Ambroſ. in Pſ. 61. to. 1. 962. b. 965. d. *Commoti amoveantur filii ejus*, & *mendicent : ejiciantur de habitaculis ſuis.* Apud Hieron. in Iſai. 65. to. 3. 495. a. *Commoveantur*, & *transferantur filii ejus*, & *mendic. ejiciantur de domibus ſuis.* In Gr. Σαλευόμενοι μεταναστήτωσαν οἱ υἱοὶ αὐτῦ, καὶ ἐπαιτησάτωσαν· ἐκβληθήτωσαν ἐκ τῶν οἰκοπέδων αὐτῶν.

℣. 11. Auguſt. Vulgatæ favet cum Proſp. & Gr. Item Caſſiodorus cum Pſalt. Rom. & Corb. addita voce *omnes*, poſt *alieni*. Addit pariter Mozarab. *omnes* ; tollit verò &, ante *diripiant*. Ambroſ. l. de Tob. c. 4. col. 595. a. delet *omnem*, ante *ſubſtantiam* ; ſicut Phœbad. Agin. l. cont. Arian. p. 301. d.

℣. 12. Ita Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Gr. Μὴ ὑπαρξάτω αὐτῷ ἀντιλήπτωρ, &c.

℣. 13. Sic in Pſalt. Corb. Ita quoque Proſp. hab. cum Rom. & Moz. præter hoc, *nati ejus* ; præterea Moz. add. *in interitu*. Apud Auguſt. & Caſſiod. ut in Vulg. & Gr.

℣. 14. Ap. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. conſtanter legitur *iniquitas*, non *iniquitatis* ; cæt. ut ſupra. In Gr. Ἀναμνησθείη ἡ ἀνομία..... ἔναντι Κυρίου, &c.

℣. 15. Pſalt. Rom. Fabri, *ut diſpereat* ; Rom. Martian. & *diſpereas*. Mozarab. & *diſperdas de terra memoriam eorum*. Proſp. & Caſſiod. ut in Vulg. Auguſt. in eund. Pſ. *Fiant contra Dominum ſemper*, *diſpereat*, &c. deinde obſervat alios Interpretes ſic tranſtuliſſe : *Fiant in conſpectu Domini ſemper* ; alios verò, *Fiant coram Domino ſemper* : ita etiam Pſalt. Corb. habet. Gr. ἐναντίον Κυρίου.

℣. 16. Vulgatæ reſpondent Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum vet. Pſalt. & Gr.

℣. 17. Pſalt. Rom. & Moz. cum Caſſiod. *Et perſecutus eſt hominem pauperem*, & *mendicum*, & *compunctum corde morti tradidit.* Ita etiam Corb. habet, excepto hoc ult. *morti tradiderunt.* Mediol. *morti tradidit.* Ambroſ. in Pſ. 40. col. 869. b. *Et perſecutus eſt hom. inopem*, & *mendicum.* Proſp. *hominem pauperem*, & *mendicum.* Auguſt. ut in Vulg. & Gr.

℣. 18. Eadem leguntur in Pſalt. Rom. & ap. Caſſiod. hoc excepto, & *prolongabitur ab eo* ; ut & inf. *ſicut aqua* ; Mſs. tamen 3. Caſſiod. ferunt *elongabitur*. Pſalt. Corb. & *prolongabit ab eo* ; dein, *Et induit ſe*, &c. Mozar. *prolongabitur ab eo*, detracto præced. &, ante *noluit*, ſicut *ſe*, poſt *induit* ; poſt paulò verò hab. *ſicut veſtimento.* Ambr. l. 4. de interpel. Dav. c. 4. col. 666. a. *Et induit ſe maledictionem.* Hieron. in Eccleſ. to. 2. col. 766. b. *Induatur maledictione ſicut veſtimentum* : & in Ezech. 44. to. 3. 103. c. *Indutus eſt maledictione ſicut veſtimento.* Auguſt. & Proſp. conſentiunt cum Vulg. & Græco. Auct. verò l. de promiſſ. p. 2. c. 33. col. 149. b. c. leg. *noluit benedictionem*, & *longè fiet ab eo.*

℣. 19. Ita Pſalt. Corb. habet. Moz. *Fiat illi ſicut veſtim. quod operitur.* Rom. cum S. Proſp. *quo operietur*, &c. ut ſup. Auguſt. & Caſſiod. ut in Vulg. Mſ. tamen 1. Caſſiod. cum edit. habet *operietur.* Hieron. verò : *Fiat ei ſicut veſtim. quo circumdatur* ; & *ſicut zona*, *qua ſemper accingitur.* Gr..... ὃ περιβάλλεται ἀεὶ..... ἣν διαπαντὸς περιζώννυται.

℣. 20. Ita legunt Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum vet.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. detrahunt mihi apud Dominum: & qui loquuntur mala adversùs animam meam.	*verſantur mihi à Domino, & qui loquuntur malum contra animam meam.*	trahunt mihi apud Dominum: & qui loquuntur mala adversùs animam meam.
21. Et tu Domine, fac mecum miſericordiam tuam propter nomen tuum: quia ſuavis miſericordia tua.	*Tu autem Domine Deus fac mecum propter nomen tuum: quoniam bona eſt miſericordia tua,*	21. Et tu Domine, Domine, fac mecum propter nomen tuum: quia ſuavis eſt miſericordia tua.
Libera me, 22. quia egenus & pauper ego ſum: & cor meum turbatum eſt intra me.	*Libera me: quoniam egenus & pauper ſum, & cor meum vulneratum eſt intrinſecus.*	Libera me, 22. quia egenus & pauper ego ſum: & cor meum conturbatum eſt intra me.
23. Sicut umbra cùm declinat, ablatus ſum: excuſſus ſum ſicut locuſtæ.	*Quaſi umbra cùm inclinatur, abductus ſum: excuſſus quaſi locuſta.*	23. Sicut umbra cùm declinat, ablatus ſum: & excuſſus ſum ſicut locuſtæ.
24. Genua mea infirmata ſunt à jejunio: & caro mea immutata eſt propter miſericordiam tuam.	*Genua mea vacillaverunt à jejunio, & caro mea mutata eſt abſque oleo.*	24. Genua mea infirmata ſunt à jejunio: & caro mea immutata eſt propter oleum.
25. Et ego factus ſum opprobrium illis: viderunt me, & moverunt capita ſua.	*Et ego factus ſum opprobrium eis: videntes me moverunt caput ſuum.*	25. Et ego factus ſum opprobrium illis: viderunt me, & moverunt capita ſua.
26. Adjuva me Domine Deus meus: ſalvum me fac propter miſericordiam tuam.	*Adjuva me Domine Deus meus: ſalva me ſecundùm miſericordiam tuam.*	26. Adjuva me Domine Deus meus: ſalvum me fac ſecundùm miſericordiam tuam.
27. Et ſciant quia manus tua hæc: tu Domine feciſti eam.	*Et ſciant quoniam manus tua hæc; tu Domine feciſti eam.*	27. Et ſciant quia manus tua hæc: & tu Domine feciſti eam.
28. Maledicent illi, & tu benedices: qui inſurgunt in me, confundentur: ſervus autem tuus lætabitur.	*Maledicent illi, & tu benedices: reſtiterunt, & confundentur; ſervus autem tuus lætabitur.*	28. Maledicent illi, & tu benedices: qui inſurgunt in me, confundantur: ſervus autem tuus lætabitur.
29. Induantur qui detrahunt mihi, reverentiam: & cooperiant ſe ſicut diploidem confuſionem ſuam.	*Induantur adverſarii mei confuſione, & operiantur quaſi pallio confuſione ſua.*	29. Induantur qui detrahunt mihi, pudore: & operiantur ſicut diploide confuſione ſua.
30. Confitebor Domino nimis in ore meo: & in medio multorum laudabo eum.	*Confitebor Domino vehementer in ore meo, & in medio populorum laudabo eum.*	30. Confitebor Domino nimis in ore meo: & in medio multorum laudabo eum.
31. Qui adſtitit à dextris pauperis, ut ſalvam faciat à perſequentibus animam meam.	*Quoniam ſtabit à dextris pauperis, ut ſalvet à judicibus animam ejus.*	31. Quia aſtitit à dextris pauperis, ut ſalvam faceret à perſequentibus animam meam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Pſalt. & Gr.

℣. 21. Pſalt. Rom. & Corb. cum Caſſiodoro: *Et tu Domine, Domine, fac mecum miſericordiam propter nomen tuum: quia ſuavis eſt*, &c. Mozarab. *Et tu Domine Deus, fac mecum propter*, &c. Mediolan. & Carnut. *fac mecum miſericordiam propter*, &c. Auguſt. in eund. Pſ. *Et tu Domine, Domine, fac mecum*; mox ita: *quidam ſubaudiendam putaverunt* miſericordiam; *quidam verò & addiderunt: ſed emendatiores codices ſic habent:* Et tu Domine, Domine, fac mecum propter nom. tuum: quia ſuavis eſt, &c. Similiter in Gr. niſi excipiatur vox χρηστὸν, loco *ſuavis eſt*. Mſ. Alex. addit ἔλεος, poſt hoc, *fac mecum*.

℣. 22. Itidem in Pſalt. Corb. Moz. verò hab. *quia egens & pauper ſum ego: & cor meum conturbatum eſt in me*. Rom. cum Caſſiod. *quoniam egenus &..... conturbatum eſt in me*. Apud Auguſt. ut in Vulg. & Græco.

℣. 23. In Pſalt. Moz. deeſt *cùm*, poſt *umbra*; extremò verò habetur *locuſta*; cæt. ut ſupra. In Rom. pariter *locuſta*; ſicut ap. Caſſiod. cæt. ut in Vulg. Auguſt. leg. *locuſta*; tollit autem &, ante *excuſſus ſum*: ſic etiam in Gr. In Pſalt. Corb. *Sicut umbraculum declinat, ablatus ſum: excuſſus ſum ut locuſta*; prima manu, *locuſta*.

℣. 24. Auguſt. Vulgatæ congruit ad verbum. Ita etiam Caſſiod. cum Proſp. niſi quòd hab. *præ jejunio*. Similiter in Pſalt. Moz. & Rom. Item Carnut. hab. in fine, *propter miſericordiam*. Corb. *propter miſericordiam tuam*, ut ſupra. Gr. ἀπὸ νηστείας..... λι' ἔλαιον· fortaſſe quidam legerunt, λι' ἔλεον.

℣. 25. Conſentit Ambroſ. in Pſ. 38. & 118. col. 847. f. 1037. a. & epiſt. 46. to. 2. 985. b. neque contradicunt Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. nec vet. Pſalt. In Gr. deeſt tantùm &, ante *moverunt*: deeſt pariter in Pſalt. Corb.

℣. 26. Ita legit Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Corb. Sic etiam eſt in Pſalt. Rom. addito uno &, poſt vocem *meus*. In Mozarab. *Salva me ſecundùm miſeric.* Apud Auguſt. ut in Vulg. In Gr. ὡ σῶσόν με κατὰ τὸ ἔλεός σου.

℣. 27. Pſalt. Moz. habet: *Et ſciant quia manus tua hæc eſt: & tu Domine feciſti ea*. Sic etiam in Rom. præter hoc primum, *Ut ſciant*. In Corb. *Et ſciant omnes quia manus tua hæc eſt: tu Domine feciſti eam*. Rom. Martian. hab. pariter *eam*. Auguſt. cum Gr. *Et ſciant quoniam*, &c. ut in Vulg. Caſſiod. *Ut ſciant*.

℣. 28. Sic eſt in Pſalt. Carnut. & Corb. In Rom. *confundantur*, &c. ut in Vulg. Sic etiam in Gr. & apud Auguſt. & Caſſiod. Apud Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1037. b. & l. de ob. Val. to. 2. 1184. b. *Maledicent ipſi, & tu benedices:* at in Pſ. 38. col. 847. f. & inf. 1130. c. *Maledicent illi.*

℣. 29. Similiter in Pſalt. Corb. excepto hoc medio, *reverentiâ: & operiant ſe*. In Rom. pariter, & ap. Caſſiod. *reverentiâ*; cæt. ut in Vulg. In Moz. *Induantur confuſione, qui detrahunt mihi*, &c. ut in Vulg. Ap. Auguſt. in eund. Pſ. ita: *Induantur qui detrahunt mihi, pudorem: & operiantur ſicut diploidem confuſionem ſuam:* ſubinde, *Quidam etiam*, inquit, *ſic interpretati ſunt:* & operiantur ſicut pallium duplex confuſionem ſuam. In Gr. Ἐνδυσάσθωσαν οἱ ἐνδιαβάλλοντές με, ἐντροπὴν· καὶ περιβαλέσθωσαν ὡς διπλοΐδα αἰσχύνην αὐτῶν.

℣. 30. Accinunt Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. & Gr. In Mozarab. deeſt &, ante hoc, *in medio*. In Corb. verò ſic: *Confitebor tibi Domine in ore meo: in medio mult.* &c. ut ſup. Obſervat Auguſt. ibid. *Nimis, dici* ſolere *in conſuetudine ſermonis Latini, quod plus eſt*, inquit, *quàm debet; cui contrarium eſt* parum, *quod minus eſt quàm debet. Sed* nimis, *Græcè* ἄγαν *dicitur: iſto autem verſus non habet* ἄγαν, *ſed habet* σφόδρα; *quod quidam noſtri ſic interpretati ſunt, ut pro eo ponerent aliquando* nimis, *aliquando* valde.

℣. 31. Vulgatæ reſpondent Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum vet. Pſalt. & Gr.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
1. Pſalmus David. CIX.	*David Canticum. CX.*	1. Pſalmus ipſi David. CIX. *Ex Mſ. Sangerm.*
Matth. 22. 44. DIxit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis:	*DIxit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis:*	* DIcit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis:
1. Cor. 15. 25. Donec ponam inimicos tuos, ſcabellum pedum tuorum.	*Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.*	Donec ponam inimicos tuos, ſcabellum pedum tuorum.
Hebr. 1. 13. & 10. 13. 2. Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum.	*Virgam fortitudinis tuæ emittet Dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum.*	2. Virgâ virtutis tuæ emittit Dominus ex Sion: & dominaberis in medio inimicorum tuorum.
3. Tecum principium in die virtutis tuæ in ſplendoribus ſanctorum: ex utero ante luciferum genui te.	*Populi tui ſpontanei erunt in die fortitudinis tuæ in montibus ſanctis: quaſi de vulva orietur tibi ros adoleſcentiæ tuæ.*	3. Tecum principium in die virtutis tuæ in ſplendoribus ſanctorum: ex utero ante luciferum genui te.
Joan. 12. 34. *Hebr.* 5. 6. & 7. 17. 4. Juravit Dominus, & non pœnitebit eum: Tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech.	*Juravit Dominus, & non pœnitebit eum: Tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedec.*	4. Juravit Dominus, nec pœnitebit eum: Tu es ſacerdos in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedec.
5. Dominus à dextris tuis, confregit in die iræ ſuæ reges.	*Dominus ad dexteram tuam percuſſit in die furoris ſui reges.*	5. Dominus à dextris tuis, conquaſſavit in die iræ ſuæ reges.
6. Judicabit in nationibus, implebit ruinas: conquaſſabit capita in terra multorum.	*Judicabit in gentibus, implevit valles: percutiet caput in terra multa.*	6. Judicavit inter gentes, implebit ruinas: conquaſſavit capita multa in terram copioſam.
7. De torrente in via bibet: propterea exaltabit caput.	*De torrente in via bibet: propterea exaltabit caput.*	7. De torrenti in via bibit: propterea * exaltavit caput. ** Mſ. vitioſè* exaluit.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic eſt in Pſalt. Moz. ut & in Gr. & ap. Auguſt. In Rom. Fabri, *David Pſalmus*; & in Gr. Alex. Τῷ Δαυὶδ Ψαλμός. Apud Caſſiod. *Pſalmus David.* In Pſalt. Corb. *Canticum, Pſalmus ipſi David.*

* Iren. l. 2. c. 28. p. 158. a. & l. 3. c. 6. & 10. p. 184. c. 188. a. *Dixit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis: quoadusque ponam inimicos tuos, ſuppedaneum pedum tuorum.* Ita quoque Cypr. l. 2. Teſtim. p. 295. b. cum Jul. Firm. l. de errore prof. relig. c. 25. cum Gr. Similiter hab. Lactant. l. 4. Inſtit. c. 12. p. 576. ult. excepto *pedum ſuorum.* Tertul. l. cont. Prax. p. 845. b. 848. b. 849. b. *Dixit Dom..... Sede ad dexteram meam: donec ponam..... ſcabellum*, &c. ita rurſum l. 4. & 5. cont. Marc. p. 734. b. 791. a. 799. a. Cum Tertulliano concinit Novatianus l. de Trin. p. 1036. a. at infra, p. 1043. b. leg. *à dextris meis.* Utramque lectionem pariter admittit Ambroſius, nempe *ad dexteram meam*, & *à dextris meis*; primam ſcilicet l. de apolog. Dav. to. 1. 715. a. & to. 2. 490. b. d. e. 638. a. alteram verò l. 1. de Abrah. c. 8. col. 304. f. & inf. 715. e. 1284. b. & to. 2. 258. f. 1015. a. 1087. a. cæt. ut in Vulg. Auctor l. de fide orthod. apud eund. Ambroſ. col. 356. e. leg. *Sede ad dexteram meam.* Similiter Hieron. in Ezech. 1. to. 3. 709. a. necnon Fauſtin. presb. cont. Arian. p. 645. a. & Vigil. Tapſ. l. 1. p. 205. a. & Maximus Taurin. in homil. p. 28. g. ſupra verò, *à dextris meis.* Vulgatæ quoque ſuffragantur Hilarius in Pſ. 2. & 118. col. 40. a. 312. e. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum vet. Pſalt. at Auguſt. l. 1. de ſerm. Dom. in monte, to. 3. 177. d. legit: *Sede ad dexteram meam: donec ponam omnes inimicos tuos ſub pedibus tuis:* itidem in epiſt. ad Rom. c. 1. col. 928. a. detracta voce *omnes.* Ruſinus l. 1. p. 2. a. leg. pariter *ſub pedibus tuis.* Tertul. l. 5. cont. Marc. p. 791. a. dicit: *Oportet regnare eum, donec ponat inimicos ejus ſub pedes ejus.*

℣. 2. Sic eſt in Pſalt. Mozar. excepta voce *tuæ*, quæ deeſt. In Mediolan. etiam, Corb. & Carnut. & *dominaberis.* In Rom. ſimpliciter, *dominaberis.* Tertul. l. 5. adv. Marc. p. 791. a. legit: *Virgam virtutis tuæ emittet Dom. ex Sion: & dominaberis in medio*, &c. Sic etiam Ambroſ. l. de bened. Patr. c. 4. col. 518. d. cum Caſſiod. in hunc Pſ. Cypr. verò l. 2. Teſtim. p. 295. b. *Virgam virtutis tuæ mittet Deus à Sion: & dominaberis in med.* &c. Julius Firm. l. de erro. prof. relig. c. 25. *dominaberis*, abſque præced. &. Hieron. ad Sun. & Fret. col. 659. b. ita ſcribit: *Dicitis vos in Græcis codicibus non legiſſe* virtutis tuæ, *quod manifeſtè, & in Hebræo, & in LXX. habetur:* exinde ad hoc, *dominaro*, ait: *Dicitis in Græco legi*, & dominare, *ſed hoc nec apud LXX. & ſuperfluum eſt.* Attamen Auguſt. & in hunc Pſ. & l. 17. de civit. Dei, to. 7. 430. b. leg. & *dominare.* In ed. Rom. Ῥάβδον δυνάμεως ἐξαποστελεῖ Ϛυ Κύριος ἐκ Σιὼν· καταχυρίευε, &c. Alex. Ald. & Compl. ἐν καταχυρίευε, V. edit. καταχυρίευσον, VI. edit. κατακυριεύσεις.

℣. 3. Ita legunt Proſp. & Caſſiod. cum vet. Pſalt. Ita quoque S. Leo, ſerm. 4. p. 55. a. Auguſt. verò hab. *in ſplendore ſanctorum.* Gr. ἐν ταῖς λαμπρότησι τῶν ἁγίων Ϛυ. Tertul. l. 5. cont. Marc. p. 791. a. ult. tantùm citat, *ante lucif. ex utero generavi te*; & l. cont. Prax. p. 846. b. *genui te.* Similiter Lactant. l. 4. Inſtit. c. 13. p. 577. necnon Cypr. epiſt. 63. p. 105. a. & l. 1. Teſtim. p. 280. b. Hilar. l. 6. de Trinit. col. 889. b. & Ambroſ. l. 2. de interpel. Dav. c. 6. to. 1. 646. f. & inf. p. 715. a. item to. 2. 462. a. 537. a. Julius Firm. verò l. de errore prof. relig. c. 25. *Tecum princ. in die virt. tuæ in claritate ſanctorum: & ex utero ante lucif. genui te.* Item Phœbad. Agin. cont. Arian. p. 303. e. *Tecum principium in die virtutis tuæ.*

℣. 4. Ita Jul. Firm. l. de erro. prof. relig. c. 25. *nec pœnitebit eum.* Ita etiam Ambr. in Pſ. 118. col. 1145. c. ſed aliis in locis cum Vulgata concinit in omnibus, nempe to. 1. col. 203. e. 288. a. 424. c. 517. e. 715. b. 1003. d. 1273. c. 1318. e. 1357. c. & to. 2. 202. d. 980. e. Vulgatæ pariter ſuffragatur Tertul. l. de præſcript. c. 53. p. 343. b. & l. adv. Judæos, c. 14. p. 148. b. Item Lact. l. 4. Inſtit. c. 13. p. 577. Cypr. ep. 63. p. 105. a. & l. 1. Teſtim. p. 280. b. Hilar. in Pſ. 118. & 149. col. 369. a. 593. a. Accedunt Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. Item S. Leo, ſerm. 4. p. 55. a. & Fauſtin. presb. cont. Arian. p. 648. c. cum vet. Pſalt. & Gr. In Pſalt. Corb. *Jurabit Dom.* &c. Ap. Tertul. l. 5. adv. Marc. p. 791. b. *Tu es ſacerdos in ævum.*

℣. 5. Ita leg. Auguſt. in hunc Pſ. cum Proſpero. Pſalt. verò Rom. cum Moz. *confringet in die iræ ſuæ reges.* Caſſiod. *confregit*, ut in Vulg. Gr. Ϛυνέθλασε.

℣. 6. Ambroſ. in Pſ. 48. col. 953. b. *Judicabit inter gentes, replebit ruinas.* Auguſt. in hunc Pſ. *Judicabit in gentibus, replebit ruinas: conquaſſabit capita ſuper terram multa.* Proſp. in eund. Pſ. *Judcabit in gentibus, replevit ruinas: conquaſſavit capita in terra multa.* Caſſiod. cum i ſalt. Rom. *Judicabit in nationibus, implebit ruinas: conquaſſabit capita multa in terra copioſa.* Pſalt. Carn. *conquaſſavit capita multa in terra copioſa.* Corb. *conquaſſabit capita in terra copioſa.* Gr. Κρινεῖ ἐν τοῖς ἔθνεσι, πληρώσει πτώματα· Ϛυνθλάσει κεφαλὰς ἐπὶ γῆς πολλῶν.

℣. 7. Vulgatæ reſpondent Hilar. in Pſ. 59. col. 139. e. & Ambroſ. epiſt. 66. col. 1055. d. Item Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Moz. verò hab. *in via bibit: propterea exaltavit caput*, ut ſupra. Similiter Auguſt. bis loco cit. In Pſalt. etiam Corb. *exaltavit*; & in Mſs. 3. Caſſiod. *bibit.* In Gr. πίεται..... ὑψώσει, &c.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. * Alleluia. CX.	*Alleluia. CXI.*	Alleluia. CX.
1. CONfitebor tibi Domine in toto corde meo : in concilio juſtorum, & congregatione.	*CONfitebor Domino in toto corde : in conſilio juſtorum & congregatione.*	1. CONfitebor tibi Domine in toto corde meo : in conſilio juſtorum, & congregatione.
2. Magna opera Domini : exquiſita in omnes voluntates ejus.	*Magna opera Domini : exquirenda cunctis volentibus eum.*	2. Magna opera Domini : exquiſita in omnes voluntates ejus.
3. Confeſſio & magnificentia opera ejus : & juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi.	*Gloria & decor opus ejus, & juſtitia ejus perſeverans ſemper.*	3. Confeſſio & magnificentia opus ejus : & juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi.
4. Memoriam fecit mirabilium ſuorum, miſericors & miſerator Dominus : 5. eſcam dedit timentibus ſe.	*Memoriam fecit mirabilium ſuorum clemens & miſericors Dominus : eſcam dedit timentibus ſe.*	4. Memoriam fecit mirabilium ſuorum, miſericors & miſerator Dominus : 5. eſcam dedit timentibus ſe.
Memor erit in ſæculum teſtamenti ſui : 6. virtutem operum ſuorum adnuntiavit populo ſuo :	*Memor erit in ſempiternum pacti ſui : fortitudinem operum ſuorum annuntiabit populo ſuo,*	Memor erit in ſæculum teſtamenti ſui : 6. virtutem operum ſuorum annuntiabit populo ſuo :
7. Ut det illis hæreditatem gentium : opera manûm ejus, veritas & judicium.	*Ut det eis hæreditatem gentium : opus manuum ejus, veritas & judicium.*	7. Ut det illis hæreditatem gentium : opera manuum ejus, veritas & judicium.
8. Fidelia omnia mandata ejus : confirmata in ſæculum ſæculi, facta in veritate & æquitate.	*Fidelia omnia præcepta ejus, firmata in ſempiternum jugiter : facta in veritate & æquitate.*	8. Fidelia omnia mandata ejus : confirmata in ſæculum ſæculi, facta in veritate & æquitate.
9. Redemptionem miſit populo ſuo : mandavit in æternum teſtamentum ſuum.	*Redemptionem miſit populo ſuo : mandavit in æternum pactum ſuum.*	9. Redemptionem miſit populo ſuo : mandavit in æternum teſtamentum ſuum.
Sanctum & terribile nomen ejus : 10. initium ſapientiæ timor Domini.	*Sanctum & terribile nomen ejus : principium ſapientiæ timor Domini.*	Sanctum, & terribile nomen ejus : 10. initium ſapientiæ timor Domini. *Prov. 1. 7. & 9. 10.*
Intellectus bonus omnibus facientibus ea : laudatio ejus manet in ſæculum ſæculi.	*Doctrina bona cunctis facientibus ea : laus ejus perſeverat jugiter.*	Intellectus bonus omnibus facientibus eum : laudatio ejus manet in ſæculum ſæculi. *Eccli. 1, 16.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Sic in Pſalt. Rom. eſt, necnon ap. Aug. Proſp. & Caſſiod. ac in Gr. In Brev. verò Moz. ſic : *Alleluia, in finem Pſalmus David.* Hilarius in Pſ. 118. col. 243. b. ait *Duos tantùm Pſalmos accepiſſe ſo per litteras Hebræas conſcriptos, id eſt, centeſimum decimum, atque undecimum ; ita ut à prima uſque ad vigeſimam ſecundam litteram ſecundùm Hebræos verſuum numerus conveniret, verſuſque ſinguli à ſingulorum elementorum initiis inchoarentur.* Idem notat Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. p. 973. b. *Centeſimus & undecimus Pſalmus per has litteras hebr. in Hebræo, & in principiis verſiculorum digeſtus eſt. Centeſimus decimus mihi ita ſcriptus videtur. Denique vicenos & binos verſus habent, & ſingulis verſibus ſingula explicantur ſententia : unde & per metra adſeruntur eſſe deſcripti.* Hieron. autem epiſt. ad Paulam to. 2. 709. c. *Sciro debes*, inquit, *quatuor Pſalmos ſecundùm ordinem Hebræorum incipere elementorum, ex. & cxi. & cxviii. & cxliv. Verùm debes ſcire in prioribus Pſalmis ſingulis litteris ſingules verſiculos, qui trimetro iambico conſtant, eſſe ſubnexos ; inferiores verò tetrametro iambico conſtare.*

℣. 1. Itidem in Pſalt. Rom. Fabri. Rom. verò Martian. cum Caſſiod. & Gaud. Brix. ſer. 10. p. 965. a. hab. *in conſilio.* Auguſt. *in conſilio rectorum.* Proſp. *in concilio rectorum.* Græc. ἐν βουλῇ εὐθέων. Hieron. epiſt. ad Sun. & Fret. to. 2. 659. b. leg. *in toto corde*, abſque *meo* ; additque voculam illam, quæ in Gr. exſtat, hîc eſſe ſuperfluam.

℣℣. 2. 3. 4. Vulgatæ conſentiunt Aug. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. & Gr.

℣. 5. Auguſt. in hunc Pſ. *eſcam daret timentibus ſe. Memor erit in ſæculum*, &c. S. Proſp. cum Pſalt. Mozar. & Corb. *Memor erit in æternum.* Caſſiod. cum Rom. & Gr. Vulgatæ congruit. Gaud. Brix. ſerm. 10. p. 961. b. *Miſericors & miſ. Dom. ſemetipſum dedit eſcam timentibus.*

℣. 6. Auguſt. in hunc Pſ. leg. *fortitudinem operum ſuorum adnuntiabit*, &c. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Martian. *virtutem..... annuntiavit*, &c. Rom. Fabri, *annuntiabit.* Gr. ἰσχὺν ἔργων αὐτῦ ἀπήγγειλε, &c.

℣℣. 7. 8. Ita ferunt vet. Pſalt. cum Caſſiod. & Gr. Auguſt. autem extremò leg. *confirmata ſunt in ſæculum ſæculi, facta in veritate & juſtitia.* Proſp. *in veritate & judicio.*

℣. 9. Ita legunt Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Gr. in Moz. ſolo additur *Dominus*, ad verbum *miſit.*

℣. 10. Sic in Pſalt. Corb. Carnut. & Rom. Martian. Rom. verò Fabri hab. *facientibus eum.* Caſſiod. *facientibus eam* ; Mſs. 3. *eum.* Ambroſ. l. 1. de Jacob, c. 3. to. 1. 447. b. ſimiliter hab. *initium ſap. timor Domini :* item in Pſ. 118. col. 1237. f. & l. 1. offic. to. 2. 31. e. at in Pſ. 40. col. 886. c. & in Pſ. 118. col. 1209. a. ſubdit : *Intellectus bonus eſt omnibus, qui eum faciunt.* Auguſt. in hunc Pſ. *Bonus eſt intellectus facientibus : laus ejus manet in ſæculum ſæculi.* Apud Proſp. ut in Vulg. In Gr. Σύνεσις ἀγαθὴ πᾶσι τοῖς ποιοῦσιν αὐτόν· ἡ αἴνεσις αὐτῦ, &c.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
Alleluia, Reverſionis Aggæi, & Zachariæ. CXI.	*Alleluia. CXII.*	* Alleluia, Converſionis Aggæi, & Zaccchariæ. CXI. *Ex Mſ. Sangerm.*
1. BEatus vir, qui timet Dominum : in mandatis ejus volet nimis.	*BEatus vir, qui timet Dominum : in mandatis ejus volet nimis.*	1. BEatus vir, qui timet Dominum : in mandatis ejus cupiet nimis.
2. Potens in terra erit ſemen ejus : generatio rectorum benedicetur.	*Potens in terra erit ſemen ejus : generatio juſtorum benedicetur.*	2. Potens in terra erit ſemen ejus : generatio rectorum benedicetur.
3. Gloria, & divitiæ in domo ejus : & juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi.	*Subſtantia & divitiæ in domo ejus, & juſtitia ejus perſeverans ſemper.*	3. Gloria, & divitiæ in domo ejus : & juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi.
4. Exortum eſt in tenebris lumen rectis : miſericors, & miſerator, & juſtus.	*Ortum eſt in tenebris lumen juſtis : clemens, & miſericors, & juſtus.*	4. Exortum eſt in tenebris lumen rectis corde : miſericors, & miſerator, & juſtus Dominus.
5. Jucundus homo qui miſeretur & commodat, diſponet ſermones ſuos in judicio : 6. quia in æternum non commovebitur.	*Bonus vir clemens & fœnerans : diſpenſabit verba ſua in judicio, quia in æternum non commovebitur.*	5. Jucundus homo qui miſeretur & commodat, diſponit ſermones ſuos in judicio : 6. quia in ſæculum non commovebitur.
7. In memoria æterna erit juſtus : ab auditione mala non timebit.	*In memoria ſempiterna erit juſtus : ab auditu malo non timebit.*	7. In memoria æterna erit juſtus : ab auditu malo non commovebitur.
Paratum cor ejus ſperare in Domino, 8. confirmatum eſt cor ejus : non commovebitur donec deſpiciat inimicos ſuos.	*Paratum cor ejus confidens in Domino : firmum cor ejus non timebit, donec aſpiciat in hoſtibus ſuis.*	Paratum eſt cor ejus ſperare in Domino, 8. confirmatum eſt cor ejus : non commovebitur donec videat inimicos ſuos.
9. Diſperſit, dedit pauperibus : juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi, cornu ejus exaltabitur in gloria.	*Diſperſit, dedit pauperibus ; juſtitia ejus permanet in æternum : cornu ejus exaltabitur in gloria.*	9. Diſparſit, dedit pauperibus : juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi, cornu ejus exaltabitur in gloria.
10. Peccator videbit, & iraſcetur, dentibus ſuis fremet & tabeſcet : deſiderium peccatorum peribit.	*Impius videbit, & iraſcetur ; dentibus ſuis frendet, & tabeſcet : deſiderium impiorum peribit.*	10. Peccator videbit, & iraſcetur, dentibus ſuis fremebit, & tabeſcet : deſiderium peccatorum peribit.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Sic in Pſalt. Corb. & ap. Caſſiod. In Mozarab. deeſt vox *Converſionis*. Apud Auguſt. *Converſio Aggæi*, & *Zachariæ*. Ap. Proſp. *Reverſio Aggæi*, & *Zachariæ*. In Pſalt. Rom. *Halleluia*, *Reverſionis Aggæi*, & *Zachariæ*. In Gr. ſimpliciter, Ἀλληλούϊα. Hic autem Pſalmus cum antecedenti, *per litteras Hebraas conſcriptus erat*, ex Hilar. & Ambroſ. in Pſ. 118. Vide ſup. Not. * ad Pſ. 110.

℣. 1. Sic Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1240. d. & l. 2. offic. to. 2. 72. a. Sic etiam Caſſiod. cum Pſalt. Corb. & Moz. Rom. verò leg. *cupit nimis*. Ita etiam Mſs. 3. Caſſiod. Aug. cum Vulg. *volet nimis*. Gr. θελήσει σφόδρα.

℣℣. 2. 3. Ita legunt Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum vet. Pſalt. & Gr. Apud Ambr. l. 2. offic. p. 72. b. deeſt hoc, *in domo ejus* ; reliqua ut ſup.

℣. 4. Ita legunt Proſp. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Corb. & Moz. Mediol. quoque & Carnut. hab. *rectis corde*. Itidem apud Aug. in eund. Pſal. ac præterea in fine, & *juſtus Dominus Deus* ; nempe juxta Gr. Alex. in quo Δίκαιος Κύριος ὁ Θεός. In ed. autem Rom. ſimpliciter Δίκαιος, abſque ullo additamento hîc & ſupra.

℣. 5. Sic eſt in Pſalt. Corb. ad verbum. Sic etiam in Rom. Martian. & ap. Caſſiod. præter unum *diſponet*. In Rom. Fabri, *Jocundus homo*. In Moz. *Benignus vir*. Ap. Ambroſ. l. de Tob. c. 18. col. 611. e. *Beatus vir*, &c. ut in Vulg. at l. 2. offic. to. 2. 80. f. *Jucundus vir qui miſ. & fœnerat*, &c. & paulò ſup. 72. b. *Beatus vir qui miſ. & commodat*. Apud Auguſt. *Suavis vir*, &c. ut ſup. Ap. Proſp. *Suavis homo*. Apud Chromat. Aquil. in Matth. p. 985. c. *Jucundus vir*, &c. In Gr. Χρηστὸς ἀνὴρ ὁ οἰκτείρων καὶ κιχρῶν, οἰκονομήσει, &c.

℣. 6. Sic Ambroſ. l. 2. offic. to. 2. 72. b. cum Pſalt. Corb. & Caſſiodoro. Auguſt. verò, *quoniam in æternum non commovebitur*. Gr. ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα, &c.

℣. 7. Ambroſ. l. 2. offic. col. 72. b. hæc ſola refert : *In memoria æterna erit juſtus*. Sic etiam Auguſt. in hunc Pſ. ſed addit : & *ab auditu malo non timebit. Paratum eſt cor ejus*, &c. Itidem apud Caſſiod. & in Pſalt. Rom. demptо uno &, ante *ab auditu*. In Moz. *obauditu malo non timebit. Paratum eſt*, &c. In Corb. & apud Proſp. *ab auditu malo*, &c. ut in Vulg. In Gr. Εἰς μνημόσυνον αἰώνιον ἔσται δίκαιος· ἀπὸ ἀκοῆς..... οὐ φοβηθήσεται. Ἑτοίμη ἡ καρδία..... ἐπὶ Κύριον.

℣. 8. Ita ferunt Pſalt. Rom. Corb. Mediol. Carnut. & Moz. cum Caſſiod. Auguſt. verò & Proſp. ita : *donec videat ſuper inimicos ſuos*. Gr. ἐστήριται ἡ..... οὐ φοβηθῇ ἕως ἂν ἐπίδῃ ἐπὶ τοὺς ἐχθροὺς αὐτοῦ.

℣. 9. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 303. a. ita legit : *Diſtribuit, dedit pauperibus : juſtitia ejus manebit in ſæculum ſæculi*. Hilarius in Pſ. 118. col. 324. b. *Diſperſit, dedit paup. juſtitia ejus manet in æternum*. Itidem Ambroſ. l. de Nabut. c. 7. to. 1. 574. f. & in Pſ. 118. col. 1064. b. Item infra, col. 1311. e. f. 1369. d. 1371. b. 1482. f. & to. 2. col. 32. a. 72. b. 1130. c. 1205. b. at in Pſ. 37. col. 825. e. legit, *in ſæculum ſæculi*, cum Proſp. Caſſiod. & Chromat. Aquil. in Matth. p. 985. c. Sic etiam in Pſalt. Rom. & Moz. niſi quòd in hoc poſtremo eſt, *Diſperſit*, & *dedit paup.* In Corb. *Diſparſit*, ut ſup. Apud Aug. in hunc Pſ. *Sparſit*, *dedit paup. juſtitia ejus manet in ſæculum ſæculi*, *cornu*, &c. In Gr. Ἐσκόρπισεν, ἔδωκε..... εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος, &c.

℣. 10. Auguſt. cum Brev. Moz. *frendet*, & *tabeſcet*, &c. S. Proſp. *frendet*, & *non revireſcet*. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. ut in Vulg. In Corb. *fremebit*, ut ſup. In Gr. τὰς ὀδόντας αὐτοῦ βρύξει, καὶ ταχήσεται· ἐπιθυμία ἁμαρτωλῶν ἀπολεῖται. Mſ. Alex. ἁμαρτωλῶν.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. * Alleluia. CXII.	*Alleluia. CXIII.*	Alleluia. CXII.
1. LAudate pueri Dominum : laudate nomen Domini.	*LAudate ſervi Dominum : laudate nomen Domini.*	1. LAudate pueri Dominum : laudate nomen Domini.
2. Sit nomen Domini benedictum, ex hoc nunc, & uſque in ſæculum.	*Sit nomen Domini benedictum, amodo & uſque in æternum.*	2. Sit nomen Domini benedictum, ex hoc nunc, & uſque in ſæculum.
3. A ſolis ortu uſque ad occaſum, laudate nomen Domini.	*Ab ortu ſolis uſque ad occaſum ejus, laudabile nomen Domini.*	3. A ſolis ortu uſque ad occaſum, laudabile nomen Domini.
4. Excelſus ſuper omnes gentes Dominus : ſupra cœlos gloria ejus.	*Excelſus ſuper omnes gentes Dominus : ſuper cœlos gloria ejus.*	4. Excelſus ſuper omnes gentes Dominus, & ſuper cœlos gloria ejus. *Malac. 1. 11.*
5. Quis ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat, 6. & humilia reſpicit in cœlo & in terra ?	*Quis ut Dominus Deus noſter, qui in excelſis habitans, humilia reſpicit in cœlo & in terra?*	5. Quis ſicut Dominus Deus noſter, qui in altis habitat, 6. & humilia reſpicit in cœlo & in terra?
7. Suſcitans à terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem :	*Suſcitans de terra inopem, & de ſtercore elevat pauperem :*	7. Suſcitans à terra inopem, & de ſtercore erigens pauperem :
8. Ut collocet eum cum principibus, cum principibus populi ſui.	*Ut eum ſedere faciat cum principibus, cum principibus populi ſui.*	8. Ut collocet eum cum principibus, cum principibus populi ſui.
9. Qui habitare facit ſterilem in domo, matrem filiorum lætantem.	*Qui collocat ſterilem in domo, matrem filiorum lætantem. Alleluia.*	9. Qui habitare facit ſterilem in domo, matrem filiorum lætantem.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Sic in Pſalt. Rom. & Gr.

℣. 1. Conſentit Ambroſ. l. 1. de Abr. c. 5. to. 1. 297. a. & in Luc. 17. col. 1485. d. cum Aug. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. necnon vet. Pſalt. & Gr.

℣. 2. Ita legit Proſp. cum Caſſiod. & Pſalt. Rom. Auguſt. verò ſic, *ex hoc*, & *uſque in ſæculum*. Brev. Moz. *amodo*, & *uſque in æternum*. Gr. ἀπὸ τοῦ νῦν, καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος.

℣. 3. Ita Auguſt. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Mediol. Corb. & Carnut. quibus favet Optat. l. 2. cont. Donat. p. 27. a. dicens, *Laudandum nomen Domini, ab ortu ſolis uſque ad occaſum*. Ap. S. Pacian. epiſt. 3. p. 315. a. *Ab ortu ſolis..... laudabile nomen Domini*. In Gr. αἰνετὸν τὸ ὄνομα, &c.

℣. 4. Sic eſt in Pſalt. Corb. & Moz. In Rom. verò ut in Vulg. ſicut ap. Proſp. & Caſſiod. Auguſtinus ait : *non ſolùm* excelſus..... *verùm etiam* ſuper cœlos, &c. Græc. textui Sangerm. congruit.

℣℣. 5. 6. Sic habet Ambroſ. ep. 22. to. 2. col. 876. b. & l. 1. de virgin. col. 157. c. Sic etiam Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum vet. Pſalt. & Gr. Tertul. verò l. 4. cont. Marc. p. 707. b. ita : *Quis ſicut Deus noſter, qui habitat in excelſis, & humilia proſpectat in cœlo & in terra ?* Auct. l. de promiſſ. p. 3. col. 187. c. *Quis eſt qualis Dominus Deus noſter, qui in altis habitat, & humilia reſpicit ?*

℣. 7. Ita Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Gr. Sic etiam Ambroſ. epiſt. 22. to. 2. 876. b. at in Luc. 10. to. 1. 1428. c. legit : *Qui ſuſcitat à terra inopem, & de ſtercore erigit pauperem :* itidem l. 4. de interpel. Dav. c. 2. col. 663. d. & in Luc. 13. col. 1451. b. & to. 2. 415. b. 1210. a. Tertul. verò l. 4. adv. Marc. p. 707. b. ita : *Qui ſuſcitat mendicum de terra, & de ſtercore exaltat pauperem*. Auguſt. & Proſp. in hunc Pſ. cum Auct. l. de promiſſ. p. 3. col. 187. c. *Qui erigit à terra* (Proſp. *de terra*) *inopem, & de ſtercore exaltat pauperem*. Brev. Moz. *Qui ſuſcitat à terra inopem, & ab ſtercore exaltat pauperem*.

℣. 8. Accinunt Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum vet. Pſalt. In Gr. Τοῦ καθίσαι αὐτὸν, &c. ut ſupra. Apud Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 707. b. *Uti ſedere eum faciat cum principibus populi*.

℣. 9. Ita Caſſiod. cum Proſp. & vet. Pſalt. Apud Auguſt. deeſt *qui*. In Gr. Ὁ κατοικίζων στείραν..... μητέρα ἐπὶ τέκνοις εὐφραινομένην.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. * Alleluia. CXIII.	*CXIV.*	Alleluia. CXIII.
1. IN exitu Iſraël de Ægypto, domûs Jacob de populo barbaro :	*CUm egrederetur Iſraël de Ægypto, domus Jacob de populo barbaro :*	1. IN exitu Iſraël de Ægypto, domûs Jacob de populo barbaro : *Exod. 13. 3.*
2. Facta eſt Judæa ſanctificatio ejus, Iſraël poteſtas ejus ; Iſraël regnavit in ea.	*Factus eſt Judas in ſanctificationem ejus, Iſraël poteſtas illius.*	2. Facta eſt Judæa ſanctificatio ejus, Iſraël poteſtas ejus.
3. Mare vidit, & fugit : Jordanes converſus eſt retrorsùm.	*Mare vidit, & fugit : Jordanis converſus eſt retrorsùm.*	3. Mare vidit, & fugit : Jordanis converſus eſt retrorsùm.
4. Montes exſultaverunt ut arietes, & colles ſicut agni ovium.	*Montes ſubſilierunt quaſi arietes : colles quaſi filii gregis.*	4. Montes exſultaverunt ut arietes, & colles ſicut agni ovium.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Sic in Pſalt. Rom. & Gr. necnon apud Aug. Proſp. & Caſſiod.

℣. 1. Ita legunt Aug. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Gaud. Brix. ſerm. 2. p. 946. e. necnon vet. Pſalt. & Gr.

℣. 2. Eadem leguntur in Pſalt. Rom. & Corb. Ita quoque apud Caſſiod. in hunc Pſ. præter fut. *regnabit*. Apud Auguſt. ut in Vulg. omiſſo nempe ult. verſic. *Iſraël regnavit in ea ;* qui pariter deeſt in Brev. Moz. & Gr. Ap. Ambroſ. in Luc. 4. to. 1. 1354. f. *Facta eſt Judæa ſanctificatio ejus*, ut ſup.

℣. 3. Sic eſt in Pſalt. Corb. Item apud Ambroſ. l. 3. Hexa. to. 1. 33. d. & l. de fide reſur. to. 2. 1154. a. ſi excipias nomen *Jordanis*. Concinunt Aug. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. In Brev. Moz. *retro*, non *retrorsùm*. In Gr. ὁ Ἰορδάνης..... εἰς τὰ ὀπίσω.

℣. 4. Ita Caſſiod. habet cum Pſalt. Rom. & Moz. excepto uno *velut*, pro *ſicut*. Hilar. in Pſ. 124. col. 404. d. *Montes exſultaverunt ut arietes ;* & in Pſ. 146. col. 579. f. *ſicut arietes*. Tichon. reg. 7. p. 64. d. *Montes exſulta-*

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
5. Quid eſt tibi mare quòd fugiſti: & tu Jordanis, quia converſus es retrorsùm?	*Quid tibi eſt mare quòd fugiſti: Jordanis converſus es retrorsùm?*	5. Quid eſt mare quòd fugiſti? & tu Jordanes, quare converſus es retrorsùm? *Ex Mſ. Sangerm.*
6. Montes exſultaſtis ſicut arietes, & colles ſicut agni ovium.	*Montes ſubſaltaſtis quaſi arietes: colles quaſi filii gregis?*	6. Montes quare exſultati ſunt ut arietes, & colles velut agni ovium?
7. A facie Domini mota eſt terra, à facie Dei Jacob.	*A facie Domini contremiſcit terra, à facie Dei Jacob.*	7. A facie Domini commota eſt terra, à facie Dei Jacob.
8. Qui convertit petram in ſtagna aquarum, & rupem in fontes aquarum.	*Qui convertit petram in paludes aquarum: ſilicem in fontes aquarum.*	8. Qui convertit ſolidam petram in ſtagna aquarum, & rupem in fontes aquarum.
	CXV.	** Vide Notas.*
1. NON NOBIS DOMINE, NON NOBIS: ſed nomini tuo da gloriam.	*NOn nobis Domine, non nobis: ſed nomini tuo da gloriam.*	1. NON NOBIS DOMINE, NON NOBIS: ſed nomini tuo da gloriam.
2. Super miſericordia tua, & veritate tua: nequando dicant gentes: Ubi eſt Deus eorum?	*Propter miſericordiam tuam, & veritatem tuam: ne dicant gentes: Ubi eſt Deus eorum?*	2. Super miſericordia tua, & veritate tua: nequando dicant gentes: Ubi eſt Deus eorum?
3. Deus autem noſter in cœlo: omnia quæcunque voluit, fecit.	*Deus autem noſter in cœlo: univerſa quæ voluit, fecit.*	3. Deus autem noſter in cœlo ſurſum: in cœlis & in terram, omnia quæcunque voluit, fecit. DIAPSALMA.
Inf. 134. 15. 4. Simulachra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum.	*Idola gentium, argentum & aurum: opus manuum hominum.*	4. Simulacra gentium argentum & aurum, opera manûm hominum.
Sap. 15. 15. 5. Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt.	*Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt.*	5. Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt.
6. Aures habent, & non au-	*Aures habent, & non audient:*	6. Aures habent, & non au-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

bunt velut arietes, & colles velut agni ovium. Auguſt. & Proſp. *Montes geſtierunt velut arietes, & colles velut agni ovium.* Gr. Τὰ ὄρη ἐσκίρτησαν ὡσεὶ κριοὶ, καὶ βουνοὶ ὡς ἀρνία, &c.

℣. 5. Sic eſt in Pſalt. Corb. Item in Rom. niſi excipias *Jordanis*. Sic etiam in Moz. præter ult. *retro*. Apud Caſſiod. *Quid eſt tibi mare..... & tu Jordanis, quare converſus es retrorsùm?* Apud Ambroſ. in Luc. 1. col. 1278. f. *Jordanis converſus eſt retrorsùm.* In Gr. Τί σοι ἐστὶ θάλασσα ὅτι ἔφυγες· καὶ σὺ Ἰορδάνη, ὅτι ἐστράφης εἰς τὰ ὀπίσω;

℣. 6. Pſalt. Rom. Corb. & Moz. cum Caſſiod. *Montes, quare exſultaſtis ut arietes, & colles velut*, &c. Aug. verò & Proſp. *Montes, quia geſtiiſtis* (Proſp. *geſtitis*) *velut arietes, & colles velut agni ovium?* Gr. Τὰ ὄρη, ὅτι ἐσκιρτήσατε ὡσεὶ κριοί, &c.

℣. 7. Accinit Auguſt. in hunc Pſ. cum Proſp. & Caſſiod. Sic etiam in Pſalt. Corb. & Rom. Martian. at in Rom. Fabri, *mota eſt*; ſicut ap. Gaud. Brix. ſerm. 10. p. 959. h. In Gr. ἐσαλεύθη.

℣. 8. Ita leg. Arnob. de Deo trino, p. 213. f. cum Pſalt. Carnut. Rom. verò, *Qui convertit ſolidam petram in ſtagnum aquæ*, &c. S. Paulin. epiſt. 32. p. 210. b. *Convertis petram in ſtagnum aquæ:* at epiſt. 15. p. 87. c. *Qui convertit rupem in aquas.* Auguſt. & Proſp. ut in Vulg. Similiter apud Caſſiod. præter vocem *rupes*. Apud Gaud. Brix. ſerm. 10. p. 959. h. *Qui convertit ſolidam petram in ſtagna aquæ, & rupem*, &c. In Gr. Τῦ στρέψαντος τὴν πέτραν εἰς λίμνας ὑδάτων, καὶ τὴν ἀκρότομον εἰς πηγάς, &c.

* Apud Hebræos hic Pſalmus CXIII. in duos ſcinditur, quorum prior terminatur in ℣. 8. ſequens verò incipit ab his, *Non nobis Dom.* Apud Græcos & Lat. ut in Vulg. idem Pſ. conjunctim deſcriptus eſt. De hoc etiam Auguſtinus ita loquitur in comment. col. 1259. e. *Quanquam fortaſſe omnium Pſalmorum ſit una contexio diligenter intuentibus, ita ut nullus ſequatur, qui non ſuperiori poſſit adjungi; tamen iſtum ita conſideremus, tanquam uterque unus ſit, iſte ſcilicet*, (Non nobis Domine, &c.) *ac ſuperior.*

℣. 1. Ita legit Aug. ubi ſup. Sic etiam Proſp. & Caſſiod. cum Ambroſiaſt. p. 155. a. necnon vet. Pſalt. & Gr.

℣. 2. Ita legit Auguſt. in hunc Pſ. cum Proſp. Caſſiodorus verò cum Pſalt. Rom. & Moz. ita: *Super miſericordiam tuam, & veritatem tuam: nequando dicant*, &c. Corb. *Propter miſericordiam tuam, & veritatem tuam: ne unquam dicant*, &c. Gr. Ἐπὶ τῷ ἐλέει σου, καὶ τῇ ἀληθείᾳ σου, &c. Al. ex Chryſoſt. Διὰ τὸ ἔλεός σου.

℣. 3. Itidem ap. Auguſt. in hunc Pſ. excepto uno, *in terra*. Rom. Fabri ita interpungit cum Moz. *Deus autem noſter in cœlo: ſurſum in cœlo, & in terra, omnia quæcunque voluit, fecit.* Sic etiam in Mediolan. Carnut. Corb. & ap. Caſſiod. niſi quòd ibi puncta figantur poſt *ſurſum*, ut in Rom. Martian. Apud Iren. l. 3. c. 8. p. 183. b. *Deus autem noſter in cœlis ſurſum: & in terra, omnia quæcunque voluit, fecit.* Acta mart. S. Pontii, Miſcell. Baluz. to. 2. p. 125. 126. *Dominus Deus noſter in cœlo ſurſum eſt: in cœlo & in terra, omnia quæcunque*, &c. Breviar. fidei cont. Arianos, Sirm. to. 1. p. 386. b. *Deus autem in cœlo ſurſum: & in terra, omnia quæcunq.* &c. Item ap. Proſp. *Deus autem noſter in cœlo ſurſum: & ſuper terram, omnia quæcunque*, &c. Hieron. verò epiſt. ad Sun. & Fret. to. 2. 659. b. ait: *In Græco legiſſe vos dicitis:* in cœlo & in terra, *ſed & hoc ſuperfluum eſt.* Ambroſ. l. 2. Hexa. col. 24. f. ult. tantùm refert, *omnia quæcunque voluit, fecit:* & l. 4. de fide, to. 2. 540. b. *omnia quæ voluit, fecit.* In Gr. Ὁ δὲ Θεὸς ἡμῶν ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐν τῇ γῇ, πάντα ὅσα, &c. At ibi non ſubjicitur *Diapſalma*, nec etiam in Rom. Fabri, nec apud Auguſt. In Rom. tamen Martian. exſtat, & in Corb. ut ſup.

℣. 4. Succinunt Aug. Proſp. & Caſſiod. cum vet. Pſalt. & Gr. Sic etiam ap. Gaud. Brix. ſerm. 9. p. 957. h. & in actis mart. S. Petri Balſ. Ruin. p. 502. & S. Pontii, Miſcell. to. 2. p. 125. Apud Tertul. l. de corona mil. c. 10. p. 291. c. *Idola nationum arg. & aurum:* & l. cont. Gnoſt. p. 825. c. *Dei nationum arg. & aurum;* ſed in utroque loco abeſt ſeq. verſiculus. Apud Cypr. l. de exhort. mart. p. 263. c. *Idola gentium arg. & aurum, opera man. hom.* Bene quidem *Idola*, cùm Hieron. epiſt. ad Marcell. to. 2. 711. c. dicat Septuaginta ita tranſtuliſſe: *In eo loco*, inquit, *ubi legimus*, Idola gent. arg. &c. *in Hebræo habetur* Aſabeem. In Gr. Τὰ εἴδωλα τῶν ἐθνῶν, &c.

℣. 5. Ita legunt Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. quibus accedit Gaud. Brix. ſerm. 9. p. 957. h. Sic etiam in actis mart. S. Pontii, Miſcell. to. 2. p. 125. & S. Felicis Tubyſ. ibid. p. 78. ſed his poſter. turbato ordine. Apud Cypr. de exhort. mart. p. 263. c. ita: *Os habent, & non loquuntur: oculos habent, & non vident:* rurſus & *non vident*, l. de laud. martyr. p. 344. c. Sic etiam in Brev. Moz. Ap. Tertul. verò de coron. mil. c. 10. p. 291. c. & cont. Gnoſt. p. 825. c. *nec vident.* In actis mart. S. Petri Balſ. Ruin. p. 502. ſic: *Os, oculos, nares, manus, pedes habent: ſed de his neque loquuntur, neque vident, neque odorantur, neque audiunt, neque palpant, neque ambulant.* In Gr. Στόμα ἔχουσι, καὶ οὐ λαλήσουσιν..... καὶ οὐκ ὄψονται.

℣. 6. Tertul. l. cont. Gnoſt. p. 825. c. *Aures habent, non audiunt: nares habent, nec odorantur: os, nec loquuntur:* item l. de coron. mil. c. 10. p. 291. c. *nares habent, nec odorantur.* Cypr. l. de exhort. mart. p. 263. c. & de laud. mart. p. 344. c. *Aures habent, & non audiunt.* Acta

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
dient : nares habent, & non odorabunt.	*naſum habent, & non odorabunt.*	dient : nares habent, & non odorabunt.
7. Manus habent, & non palpabunt : pedes habent, & non ambulabunt : non clamabunt in gutture ſuo.	*Manus habent, & non palpabunt : pedes habent, & non ambulabunt : non ſonabunt in gutture ſuo.*	7. Manus habent, & non palpabunt : pedes habent, & non ambulabunt : non clamabunt in gutture ſuo.
8. Similes illis fiant omnes qui faciunt ea : & omnes qui confidunt in eis.	*Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.*	8. Similes illis fiant qui faciunt ea : & omnes qui confidunt in eis.
9. Domus Iſraël ſperavit in Domino : adjutor eorum & protector eorum eſt.	*Iſraël confidit in Domino : auxiliator & protector eorum eſt.*	9. Domus Iſraël ſperavit in Domino : adjutor eorum & protector eorum eſt.
10. Domus Aaron ſperavit in Domino : adjutor eorum & protector eorum eſt.	*Domus Aaron confidit in Domino : auxiliator & protector eorum eſt.*	10. Domus Aaron ſperavit in Domino : adjutor eorum & protector eorum eſt.
11. Qui timent Dominum, ſperaverunt in Domino : adjutor eorum & protector eorum eſt.	*Timentes Dominum confidunt in Domino : auxiliator & protector eorum eſt.*	11. Qui timent Dominum, ſperaverunt in Domino : adjutor eorum & protector eorum eſt.
12. Dominus memor fuit noſtri : & benedixit nos.	*Dominus recordatus noſtri, benedicet :*	12. Dominus memor fuit noſtri : & benedixit nobis.
Benedixit domum Aaron : benedixit domum Iſraël.	*Benedicet domui Iſraël : benedicet domui Aaron.*	Benedixit domui Iſraël : benedixit domui Aaron.
13. Benedixit omnes timentes Dominum, puſillos cum magnis.	*Benedicet timentibus Dominum, parvis & magnis.*	13. Benedixit omnibus qui timent Dominum, puſillis cum majoribus.
14. Adjiciat Dominus ſuper vos ; ſuper vos, & ſuper filios veſtros.	*Addat Dominus ſuper vos ; ſuper vos, & ſuper filios veſtros.*	14. Adjiciat Dominus ſuper vos ; ſuper vos, & ſuper filios veſtros.
15. Benedicti vos Domino, qui fecit cœlum & terram.	*Benedicti vos à Domino, qui fecit cœlum & terram.*	15. Benedicti vos à Domino, qui fecit cœlum & terram.
16. Cœlum cœli Domino : terram autem dedit filiis hominum.	*Cœlum cœlorum Domino : terram autem dedit filiis hominum.*	16. Cœlum cœli Domino : terram autem dedit filiis hominum.
17. Non mortui laudabunt te Domine : neque omnes, qui deſcendunt in infernum.	*Non mortui laudabunt Dominum, nec omnes qui deſcendunt in ſilentium :*	17. Non mortui laudabunt te Domine : neque omnes, qui deſcendunt in infernum. *Baruch. 2. 17.*
18. Sed nos qui vivimus, benedicamus Dominum, ex hoc nunc & uſque in ſæculum.	*Sed nos benedicimus Domino, amodo & uſque in æternum. Alleluia.*	18. Sed nos qui vivimus, benedicimus Domino, ex hoc nunc & uſque in ſæculum.

Ita Mſ. Sangerm.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

mart. S. Felicis Tubyſac. Miſcell. to. 2. p. 78. *Aures habent, & non audient : os habent, & non loquentur :* at in actis S. Pontii ibid. p. 125. omnia ut in Vulg. Sic etiam ap. Aug. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. necnon ap. Gaud. Brix. ſerm. 9. p. 957. h. & in vet. Pſalt. & Gr.

℣. 7. Similiter in Pſalt. Moz. hoc ult. excepto, *de gutture ſuo.* Apud Tertul. l. de coron. mil. c. 10. p. 291. c. *Manus, nec contrectabunt :* & l. adv. Gnoſt. p. 825. c. *Manus, nec contrectant : pedes, nec ingrediuntur.* Ap. Auguſt. & Proſp. in hunc Pſ. *Manus hab. & non contrectabunt : pedes hab. & non ambulabunt : non clamabunt in faucibus ſuis.* In actis mart. S. Pontii, Miſcell. to. 2. p. 125. *Manus habent, & non tractabunt : pedes hab..... in gutture ſuo ; neque enim eſt ſpiritus in ore ipſorum.* Similiter addit Caſſiod. cum Pſalt. Mediol. & Rom. *neque enim eſt ſpiritus*, &c. quæ abſunt à Gr. Allata huc procul dubio ſunt ex Pſ. 134. ℣. 17. Apud Gaud. Brix. ſerm. 9. p. 957. h. omnia ut in Vulg. & Gr.

℣. 8. Ita legit Aug. in hunc Pſ. Proſp. verò ſic : *Similes ſint illis omnes qui*, &c. Tertul. cont. Gnoſt. p. 825. c. *Similes erunt illis qui faciunt, & qui fidunt in illis ;* at l. de idol. c. 4. p. 248. c. *Et tales fiant qui faciunt ea.* Ambroſ. in Luc. 15. to. 1. 1463. b. *Similes fiant illis qui faciunt ea.* Gaud. Brix. ſerm. 9. p. 957. h. *Similes illis ſint qui faciunt ea*, &c. Apud Philaſtr. Brix. de hæreſ. p. 723. a. *Similes illis fiant qui adorant ea.* Caſſiod. ut in Vulg. cui etiam favent acta S. Petri Balſ. Ruin. p. 502. & acta S. Pontii, Miſcell. to. 2. p. 125. & S. Felicis Tubyſac. ibid. p. 78. Sic etiam in vet. Pſalt. & Gr.

℣℣. 9. 10. Ita Caſſiod. habet cum Pſalt. Rom. Moz. verò delet vocem *eorum*, poſt utramque *adjutor*. Corb. delet tantùm primam. Auguſt. bis legit *in Dominum*, non *in Domino*. S. Proſp. *Domus Iſrael ſperat in Domino*. Gr. Οἶκος Ἰσραὴλ ἤλπισεν ἐπὶ Κύριον· βοηθὸς αὐτῶν..... Οἶκος Ἀαρὼν ἤλπισεν ἐπὶ Κύριον· βοηθὸς αὐτῶν, &c.

℣. 11. Pſalt. Rom. & Moz. cum Caſſiod. *Qui timent Dominum, ſperent in Domino*, &c. ut ſup. Moz. tamen delet 1. *eorum*. In Corb. *ſperant in Domino : adjutor eorum*, &c. Apud Auguſt. *Utrique enim timent Dominum, & ſperaverunt in Dominum : adjutor eorum*, &c. In Gr. Οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον, ἤλπισαν ἐπὶ Κύριον· βοηθὸς αὐτῶν, &c.

℣. 12. Ita Aug. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. niſi quòd ponunt *Iſrael*, loco *Aaron* ; & *Aaron*, loco *Iſrael*. Ita quoque in Mozarab. præter hoc, *benedixit nobis*. In Corb. & *benedixit nos. Benedixit domum Iſrael : benedixit domum Aaron.* In Gr. Κύριος μνησθεὶς ἡμῶν, εὐλόγησεν ἡμᾶς. Εὐλόγησε τὸν οἶκον Ἰσραὴλ· εὐλόγησε τὸν οἶκον Ἀαρών.

℣. 13. Sic ap. Auguſt. eſt in hunc Pſ. ſic etiam apud Proſp. & Caſſiod. excepta voce ult. *majoribus*. Itidem in Pſalt. Corb. Rom. verò hab. *Benedixit omnes timentes ſe Dominus, puſillos cum majoribus.* Mozar. *Benedixit omnes timentes Dominum, puſillis cum majoribus.* Gr. Εὐλόγησε τοὺς φοβουμένους τὸν Κύριον, τοὺς μικροὺς μετὰ τῶν μεγάλων.

℣. 14. Pſalt. Mozar. hab. *adjiciet*, detracto uno *ſuper vos :* tollunt pariter Corb. & Carnut. cum Rom. Apud Auguſt. in hunc Pſ. ex Mſs. & in Pſ. 117. ita : *Adjiciat Dominus ſuper nos ; ſuper nos, & ſuper filios noſtros.* Apud Caſſiod. ut in Vulg. cui favet Gr. in Mſ. tamen Alex. ſemel ἐφ' ἡμᾶς.

℣. 15. Itidem in Pſalt. Corb. Carnut. & apud Auguſt. In Rom. verò, & ap. Caſſiod. ut in Vulg. Ita quoque in Gr. & ap. Proſp.

℣℣. 16. 17. Conſentiunt Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum vet. Pſalt. & Gr. Ambroſ. etiam in Pſ. 118. to. 1. 1077. f. verſum 16. refert ; Hilarius in Pſ. 62. col. 154. b. alterum 17. ut ſupra.

℣. 18. Hilar. in Pſ. 62. col. 154. b. legit, *benedicimus Dominum*, &c. ut ſupra. Sic etiam Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Corb. Similiter in Moz. præter hoc, *in æternum*, loco *in ſæculum*. Apud Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1018. c. *Sed nos qui vivimus, benedicimus te Domine.* In Gr. Ἀλλ' ἡμεῖς οἱ ζῶντες, εὐλογήσομεν (Mſ. Alex. εὐλογήσωμεν) τὸν Κύριον..... ἀπὸ τοῦ αἰῶνος.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
Alleluia. CXIV.	CXVI.	* Alleluia. CXIV. *Ex Mſ. Sangerm.*
1. DIlexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ.	*Dilexi, quoniam exaudiet Dominus vocem deprecationis mea.*	1. DIlexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ.
2. Quia inclinavit aurem ſuam mihi: & in diebus meis invocabo.	*Quoniam inclinavit aurem ſuam mihi, & in diebus meis invocabo.*	2. Quia inclinavit aurem ſuam mihi: & in diebus meis invocabo.
3. Circumdederunt me dolores mortis: & pericula inferni invenerunt me.	*Circumdederunt me funes mortis, & munitiones inferni invenerunt me.*	3. Circumdederunt me dolores mortis: pericula inferni invenerunt me.
Tribulationem & dolorem inveni: 4. & nomen Domini invocavi.	*Angustiam & dolorem reperi, & nomen Domini invocabo.*	Tribulationem & dolorem inveni: 4. & nomen Domini invocavi.
O Domine libera animam meam: 5. miſericors Dominus, & juſtus, & Deus noſter miſeretur.	*Obſecro Domine, ſalva animam meam: clemens Dominus, & juſtus, & Deus noſter miſericors.*	O Domine libera animam meam: 5. miſericors Dominus, & juſtus, & Deus noſter miſeretur.
6. Cuſtodiens parvulos Dominus: humiliatus ſum, & liberavit me.	*Cuſtodit parvulos Dominus: attenuatus ſum, & ſalvavit me.*	6. Cuſtodiens parvulos: humiliatus ſum, & liberavit me.
7. Convertere anima mea in requiem tuam: quia Dominus benefecit tibi.	*Revertere anima mea in requiem tuam: quia Dominus reddet tibi:*	7. Convertere anima mea in requiem tuam: quia Dominus benefecit mihi.
8. Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapſu.	*Quia eruet animam meam de morte, oculos meos à lacrymis, pedes meos ab offenſa.*	8. Quia eruit animam meam de morte, oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapſu.
9. Placebo Domino in regione vivorum.	*Deambulabo coram Domino in terris viventium.*	9. Complacebo ante Dominum in regione vivorum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Ita in Pſalt. Rom. & Gr.

℣. 1. Sic Ambroſ. de ob. Theodoſ. to. 2. col. 1203. a. ſeqq. cum Proſpero. Caſſiod. verò hab. cum Pſalt. Rom. *Dilexi, quoniam exaudivit Dominus vocem erat.* &c. Mozarab. *Dilexi, quia exaudiet Deus*, &c. Auguſt. *vocem deprecationis meæ.* Gr. Ἠγάπησα, ὅτι εἰσακούσεται Κύριος..... τῆς δεήσεώς μου.

℣℣. 2. 3. 4. Ita ferunt Pſalt. Corb. & Moz. cum Græco. Ita etiam Rom. cum Caſſiod. niſi quòd add. *eum*, ad *invocabo*. In Mediol. exſtat *invocabo* ℣. 4. loco *invocavi*. Secus ap. Auguſt. qui legit bis *invocavi*, cum Proſp. Auguſt. etiam tollit ℣, ante *pericula*, ut ſupra; & ſub finem hab. *O Domine erue anim.* &c. Brev. Mozarab. *Obſecro Domine, libera*, &c. & verò Mſ. quidam Chryſoſt. ita leg. Ἀξιῶ Κύριε, ἐξελοῦ, &c. Omittit etiam conjunct. & ante *pericula* Ambroſ. l. de ob. Theodoſ. to. 2. 1204. d. 1207. c. reliqua verò ut ſupra; ſicut etiam col. 1204. f. & in Pſal. 118. to. 1. 1208. a. Sunnia & Fret. legebant, *& in diebus meis invocabo te:* unde Hieron. ep. ad ipſos, to. 2. 659. b. ait: *Dicitis quòd in Græco non ſit* te, *& bene; è veſtris quoque codicibus eradendum eſt.*

℣℣. 5. 6. Ambroſ. de ob. Theod. to. 2. 1204. f. & in Luc. 10. to. 1. 1428. b. & in Pſ. 118. col. 1097. d. 1115. e. 1147. d. f. ita legit: *miſericors, & juſtus Dominus, & Deus noſter miſeretur. Cuſtodiens parvulos Dominus: humiliatus ſum, & ſalvum me fecit.* Sic etiam Auguſt. cum Pſalt. Moz. at in Rom. *miſerebitur*, non *miſeretur*; cæt. ut in Vulg. Ita quoque ap. Proſp. & Caſſiod. Mſs. tamen 3. Caſſiod. hab. *miſeretur*. Gr. ἐλεεῖ..... ἐμοί με.

℣. 7. Ita legit Hilar. in Pſ. 65. & 118. col. 181. b. 367. a. at in Pſ. 146. col. 577. d. hab. *tibi*, in fine. Item Ambroſ. l. de bono mort. c. 12. to. 1. 412. f. & l. de ob. Theod. to. 2. 1205. e. 1206. e. leg. *tibi*: ſed l. de bono mort. c. 9. col. 405. e. legit *mihi*. Similiter Aug. in hunc Pſ. utramque lectionem admittit; nempe col. 1267. b. leg. *beneficit mihi*, & col. 1266. f. *tibi*. Sic etiam *tibi* ap. Caſſiod. & in Pſalt. Rom. ſed Mſ. 1. Caſſiod. cum editt. & Pſalt. Corb. hab. *mihi*. Gr. εὐηργέτησέ σε, Alex. με. Pſalt. Moz. initio hab. *revertere*; Corb. *converte*; Gr. ἐπίστρεψον.

℣. 8. Hilar. in Pſ. 65. col. 181. b. *Eripuit anim. meam de morte, oculos meos de lacrymis, pedes meos de lapſu:* item in Pſ. 118. col. 366. f. & in Pſ. 146. col. 577. d. exceptis his, *Quia eripuit*, & infra, *à*, pro *de*. Ambroſ. l. de bono mort. c. 12. p. 412. f. *Quoniam eripuit*, &c. ut in Vulg. ſupra verò, c. 9. col. 405. e. *Quia liberavit pedes meos à lapſu.* Auguſt. in hunc Pſ. cum Proſp. *Quoniam exemit anim. meam à morte*; Proſp. *de morte*. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. ut in Vulg. Gr. Ὅτι ἐξείλατο..... ἐκ θανάτου..... ἐκ τοῦ πόδας μου ἀπὸ ὀλισθήματος. Similiter in Moz. *& pedes meos.*

℣. 9. In autographo Sangerm. habetur ſimpliciter *ante*, cui ſubjunximus *Dominum*; vox enim iſta aperto errore illic deeſſe videbatur. Hilar. in Pſ. 65. col. 181. c. legit: *Placebo Domino in regione viventium:* ſic etiam in Pſ. 51. col. 77. b. & in Pſ. 118. col. 257. c. infra autem, col. 303. c. *Et complacebo Deo in regione vivorum*: ita rurſum *vivorum*, cùm in Pſ. 118. col. 367. a. tum in Pſ. 146. col. 577. d. Vulgatæ pariter accedit Ambroſ. l. de bon. mort. c. 9. & 12. col. 405. f. 412. f. & in Pſ. 38. & 118. col. 858. f. 998. f. cum Caſſiod. & Proſp. Apud Aug. *Placebo in conſpectu Domini in regione vivorum.* Ita quoque in Græco legiſſe ſe dicebant Sunnia & Fretela; at Hieron. epiſt. ad ipſos, to. 2. 659. b. ait *hoc eſſe ſuperfluum.* In ed. Rom. Εὐαρεστήσω ἐνώπιον Κυρίου ἐν χώρᾳ ζώντων· al. ἐμπεσοῦσι Κυρίῳ, teſte Chryſoſtomo.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
Alleluia. CXV.		* Alleluia. CXV. *Ex Mſ. Sangerm.*
2. Cor. 4. 13. 10. CRedidi, propter quod locutus ſum: ego autem humiliatus ſum nimis.	*Credidi, propter quod locutus ſum: ego afflictus ſum nimis.*	10. CRedidi, propter quod locutus ſum: ego autem humiliatus ſum nimis.
11. Ego dixi in exceſſu meo:	*Ego dixi in ſtupore meo: Omnis*	11. Dixi in exceſſu men-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Similiter *Hallelnia* apud Aug. Proſp. & Caſſiod. & in Gr. Hic autem Pſ. pars eſt altera præced. Id etiam notat Theodoretus, teſte Nobilio: *Hebræus*, inquit, *& cæteri Interpretes, & ipſe etiam Syrus hunc Pſalmum præcedenti conjunxerunt; eidem enim inhæret ſententia.*

℣. 10. Concinit Ambroſ. in Pſ. 36. col. 808. b. & inf. to. 1. 843. f. 1097. b. 1303. d. & to. 2. 960. a. Item Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum Gr. Brev. Moz. hab. *propter quod & locutus ſum.*

℣. 11. Sic habet Caſſiod. præter hoc, *Ego dixi.* Ita quo-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.	
Ex Mſ. Sangerm. tis meæ : Omnis homo mendax.	*homo mendacium.*	Omnis homo mendax.	*Rom.* 3. 4.
12. Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuet mihi?	*Quid reddam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi?*	12. Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi?	
13. Calicem ſalutaris accipiam : & nomen Domini invocabo.	*Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini invocabo.*	13. Calicem ſalutaris accipiam : & nomen Domini invocabo.	
14... *Vide Notas.*	*Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus : glorioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum ejus.*	14. Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus :	
15. Pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum ejus.		15. pretioſa in conſpectu Domini mors ſanctorum ejus.	
16. O Domine ego ſervus tuus : ego ſervus tuus, & filius ancillæ tuæ.	*Obſecro Domine, quia ego ſervus tuus : ego ſervus tuus, filius ancillæ tuæ.*	16. O Domine quia ego ſervus tuus : ego ſervus tuus, & filius ancillæ tuæ.	
Diſrupiſti vincula mea : 17. tibi ſacrificabo hoſtiam laudis.	*Diſſolviſti vincula mea : tibi immolabo hoſtiam laudis, & in nomine Domini invocabo.*	Dirupiſti vincula mea : 17. tibi ſacrificabo hoſtiam laudis, & nomen Domini invocabo.	
18. Vota mea Domino reddam in atriis domûs Domini : 19. in conſpectu omnis populi ejus, in medio tui Jeruſalem.	*Vota mea Domino reddam in conſpectu omnis populi ejus : in atriis domûs Domini, in medio tui Jeruſalem. Alleluia.*	18. Vota mea Domino reddam in conſpectu omnis populi ejus : 19. in atriis domûs Domini, in medio tui Jeruſalem.	

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

que eſt in Pſalt. Mediolan. Corb. Carnut. & Rom. Apud Ambroſ. l. 2. de Abr. c. 9. to. 1. 339. c. *Ego dixi in exceſſu meo : Omnis*, &c. at in Pſ. 118. col. 1056. b. *Ego dixi in pavore meo : Omnis*, &c. vide etiam col. 1232. d. Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. 517. f. *Ego dixi in exceſſu mentis meæ*, &c. Auguſt. cum Proſp. *Ego autem dixi in extaſi mea*, &c. at infra Aug. *Ego dixi in pavore meo.* In Gr. Ἐγὼ δὲ εἶπα ἐν τῇ ἐκστάσει μου, &c. Aquila, Ἐγὼ εἶπα ἐν τῷ θαμβεῖσθαι, &c.

℣℣. 12. 13. Ita legit Lucif. Calar. l. de mor. pro Dei fil. p. 242. g. ſi excipias verbum *retribuit.* Ita quoque Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1019. d. & l. de Joſeph, c. 11. col. 505. b. & inf. 822. d. 1369. f. Ita etiam Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Gr. In Moz. *Quid retribuam Dom. pro omnib. quæ præſtitit mihi?* Apud S. Paulin. ep. 11. p. 49. b. *Quid retribuemus Domino noſtro, præter omnia quæ retribuit nobis?*

℣. 14. Abeſt pariter ℣. iſte à Pſalt. Rom. Mediol. Carn. Corb. & Moz. Omittitur etiam ap. Cypr. ep. 77. p. 160. a. necnon ap. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. exſtat verò in Gr. ut in Vulg.

℣. 15. Ita Lucif. Cal. l. de mor. pro Dei fil. p. 242. a. g. necnon Hilar. in Pſ. 62. col. 153. e. & Ambroſ. l. de bon. mort. c. 3. to. 1. 392. d. & to. 2. 1145. e. Item Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum vet. Pſalt. Concinit etiam Cypr. ep ad Fortun. p. 272. c. niſi quòd hab. *pretioſa eſt :* addit pariter *eſt*, epiſt. 8. & 81. pag. 16. c. & 164. a. ſed ibi legit, *mors juſtorum ejus :* ſic etiam ep. 77. p. 160. a. ſed abſque præced. *eſt.* Apud Tertul. l. 2. adv. Marc. p. 651. c. ſic : *Honorabilis mors in conſpectu Domini ſanctorum ejus :* at inf. l. 4. p. 732. b. *Honorabilis mors juſtorum :* & l. cont. Gnoſt. p. 828. b. ait : *Honorata eſt apud illum mors religioſorum ipſius.* In Gr. Τίμιος ἐναντίον Κυρίου ὁ θάνατος τῶν ὁσίων αὐτοῦ.

℣. 16. Sic Ambroſ. l. 5. de fide, to. 2. 570. f. & in Pſ. 118. col. 1060. a. Sic etiam Auguſt. & Proſp. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Corb. Moz. & Gr. Hieronymus in Iſai. 14. to. 3. 160. e. *Tu diſſolviſti vincula mea.*

℣. 17. Deeſt pariter ſeq. verſic. *& nomen Domini invocabo*, tum in Pſalt. Rom. Mediolan. Carnut. Corb. & Moz. tum ap. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. Apud Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 22. col. 147. d. *tibi ſacrificabo ſacrificium laudis.* Textui favent Hilar. in Pſ. 68. col. 229. c. Ambroſ. l. de bon. mort. c. 3. col. 392. c. e. & S. Pacian. ſerm. de bapt. p. 319. c. apud quos omnes prior tantùm legitur verſiculus. At in Gr. iſte ſubnectitur : καὶ ἐν ὀνόματι Κυρίου ἐπικαλέσομαι.

℣℣. 18. 19. Ita ferunt, eodemque ordine ac ſerie, Hilar. in Pſ. 60. col. 145. b. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Corb. & Rom. Sic etiam in Moz. præter hoc, *coram omni populo ejus.* At in Gr. idem ordo ſervatur, qui ſup. in Vulg. nec diſſimulabo additam à me fuiſſe vocem *Domini*, quæ deerat in autographo noſtro Mſ. quamque addunt cæteri omnes.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.	
Ex Mſ. Sangerm. * Alleluia. CXVI.	CXVII.	Alleluia. CXVI.	
1. LAudate Dominum omnes gentes : & conlaudate eum omnes populi :	*Laudate Dominum omnes gentes : collaudate eum univerſi populi :*	1. LAudate Dominum omnes gentes : laudate eum omnes populi :	*Rom.* 15. 11.
2. Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia ejus : & veritas Domini manet in æternum.	*Quia confortata eſt ſuper nos miſericordia ejus, & veritas Domini in æternum. Alleluia.*	2. Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia ejus : & veritas Domini manet in æternum.	*Joan.* 12. 34.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Itidem Græcè, & apud Caſſiod. deeſt apud Auguſt.

℣. 1. Sic eſt in Miſſali Rom. ad Tract. ſabb. IV. Temp. Sept. rurſuſque in Pſalt. Rom. Mediolan. Carnut. & Moz. ut & apud Caſſiod. In Corb. deeſt tantùm conjunct. &. Auguſtinus Vulgatæ accinit cum Proſp. & Gr.

℣. 2. Concinunt Auguſt. Proſp. & Caſſiod. In Gr. Ὅτι ἐκραταιώθη τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς· καὶ, &c. In Brev. etiam Moz. *Quoniam confirm. eſt miſericordia ejus ſuper nos : veritas*, &c.

Digitized by Google

Vulgata hod.	Hebr.	Versio antiqua.
Alleluia. CXVII.	*CXVIII.*	* Alleluia. CXVII. *Ex Mſ. Sangerm.*
1. Confitemini Domino quoniam bonus : quoniam in ſæculum miſericordia ejus.	*Confitemini Domino quoniam bonus : quoniam in æternum miſericordia ejus.*	1. Confitemini Domino quoniam bonus : quoniam in ſæculum miſericordia ejus.
2. Dicat nunc Iſraël quoniam bonus : quoniam in ſæculum miſericordia ejus.	*Dicat nunc Iſraël, quoniam in æternum miſericordia ejus.*	2. Dicat nunc Iſraël quoniam bonus : quoniam in ſæculum miſericordia ejus.
3. Dicat nunc domus Aaron : quoniam in ſæculum miſericordia ejus.	*Dicat nunc domus Aaron, quoniam in æternum miſericordia ejus.*	3. Dicat nunc domus Aaron quoniam bonus : quoniam in ſæculum miſericordia ejus.
4. Dicant nunc qui timent Dominum : quoniam in ſæculum miſericordia ejus.	*Dicant nunc qui timent Dominum, quoniam in æternum miſericordia ejus.*	4. Dicant nunc omnes qui timent Dominum, quoniam bonum : quoniam in ſæculum miſericordia ejus.
5. De tribulatione invocavi Dominum : & exaudivit me in latitudine Dominus.	*Cùm tribularer invocavi Dominum : & exaudivit me in latitudine Dominus.*	5. In tribulatione invocavi Dominum : & exaudivit me in dilatione.
6. Dominus mihi adjutor : non timebo quid faciat mihi homo.	*Dominus meus, non timebo quid faciat mihi homo.*	6. Dominus mihi adjutor eſt : non timebo quid faciat mihi homo.
Hebr. 13. 6. 7. Dominus mihi adjutor : & ego deſpiciam inimicos meos.	*Dominus mihi auxiliator, & ego deſpiciam odientes me.*	7. Dominus mihi adjutor : & ego videbo inimicos meos.
8. Bonum eſt confidere in Domino, quàm confidere in homine :	*Melius eſt ſperare in Domino, quàm ſperare in homine :*	8. Bonum eſt ſperare in Domino, quàm ſperare in homine :
9. Bonum eſt ſperare in Domino, quàm ſperare in principibus.	*Melius eſt ſperare in Domino, quàm ſperare in principibus.*	9. Bonum eſt ſperare in Domino, quàm ſperare in principibus.
10. Omnes gentes circuierunt me : & in nomine Domini quia ultus ſum in eos.	*Omnes gentes circumdederunt me : in nomine Domini quia ultus ſum in eas.*	10. Omnes gentes circuierunt me : & in nomine Domini ultus ſum eos.
11. Circumdantes circumdederunt me : & in nomine Domini quia ultus ſum in eos.	*Circumdederunt me, & obſederunt me : ſed in nomine Domini quia ultus ſum in eas.*	11. Circumdantes circumdederunt me : & in nomine Domini vindicavi in eos.
12. Circumdederunt me ſicut apes, & exarſerunt ſicut ignis in	*Circumdederunt me quaſi apes, exſtinctæ ſunt quaſi ignis ſpinarum :*	12. Circumdederunt me ſicut apes, & exarſerunt ſicut

Notæ ad Versionem antiquam.

* Similiter ap. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. & in Gr.

℣. 1. Ita legunt Proſp. & Caſſiod. cum vet. Pſalt. & Gr. Apud Auguſt. *Confit. Domino quoniam bonus eſt*, &c. Apud Ambroſ. l. de fide, to. 2. 475. e. *quoniam bonus.*

℣. 2. Auguſt. cum Gr. *Dicat autem domus Iſraël quoniam bonus*, &c. S. Proſp. cum Pſalt. Corb. Mediol. Carnut. & Moz. *Dicat nunc domus Iſraël*, &c. Caſſiod. cum Rom. *Dicat nunc Iſraël*, &c.

℣. 3. Sic habet Caſſiod. cum Pſalt. Mozar. Mediol. & Rom. Auguſt. in eund. Pſ. cum Gr. *Dicat autem domus Aaron quoniam bonus : quoniam*, &c.

℣. 4. Pſalt. Corb. & Rom. cum Caſſiod. *Dicant nunc omnes qui timent Dom. quoniam bonus : quoniam in ſæculum*, &c. Auguſt. etiam habet *omnes*, ſed omittit τὸ *quoniam bonus.* Itidem in Pſalt. Moz. at in Mediol. eſt *quoniam bonus.* In Gr. Εἰπάτωσαν δὴ πάντες..... ὅτι ἀγαθός· ὅτι, &c.

℣. 5. Sic eſt in Brev. Moz. excepta voce *latitudine*, pro *dilatione.* Sic etiam apud Aug. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. quibus accedit Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1042. a. 1055. a. 1129. e. 1208. a. at in Pſ. 43. col. 925. c. legit cum Pſalt. Corb. *in latitudinem.* Rom. verò, *In tribulatione invocavi..... in latitudine Dominus.* Gr. Ἐκ θλίψεως ἐπεκαλεσάμην τὸν Κύριον· καὶ ἐπήκουσέ μου εἰς πλατυσμόν.

℣. 6. Ita legunt Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Sulpicio Sev. vit. S. Mart. p. 350. f. & Pſalt. Rom. Similiter habet Moz. *mihi adjutor eſt :* extremò verò *mihi facuet homo.* Ambroſ. l. 5. de fide, to. 2. 559. a. & l. de Incarnat. p. 719. d. cum Vulgata concinit, ſicut Auguſt. in hunc Pſ. Cypr. autem ep. ad Fortunat. p. 267. b. & l. 3. Teſtim. p. 306. c. legit : *Non metuam quid faciat mihi homo : Dominus mihi auxiliator eſt.* Gr. Κύριός μοι βοηθός· καὶ οὐ φοβηθήσομαί τί ποιήσει μοι ἄνθρωπος.

℣. 7. Sic habet Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Carnut. & Corb. Auguſt. verò, & Proſp. cum Pſalt. Moz. *Dom. mihi adjutor eſt :* & *ego deſpiciam*, &c. In Rom. *adjutor eſt :* & *ego videbo inimicos meos.* In Mediolan. *videbo ſuper inimicos meos.* In Gr. Κύριος ἐμοὶ βοηθός· κἀγὼ ἐπόψομαι τοὺς ἐχθρούς μου.

℣℣. 8. 9. Pſalt. Mozarab. ita : *Melius eſt ſperare in Domino, quam ſperare in homine : Melius eſt confidere in Domino, quàm confidere in principibus.* Ambroſ. l. 5. de fide, to. 2. 559. a. b. *Bonum eſt ſperare in Domino, quàm ſperare in homine :* & poſt pauca : *Denique ſtatim ſubjecit de pluribus : Bonum eſt confidere in Domino, quàm confidere in principibus :* & l. 2. de fide, to. 2. 475. e. *Bonum eſt confidere Domino.* Tertul. verò l. 2. & 4. adv. Marc. p. 651. c. ſic ordinem invertit cum Vulg. *Bonum eſt fidere in Dominum, quàm fidere in hominem : Et bonum eſt ſperare in Dominum, quàm ſperare in principes ;* inf. l. 5. p. 797. a. *quàm ſperare in magiſtratus.* Item ap. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 307. a. *Bonum eſt confidere in Domino, quàm fidere in homine : Bonum eſt ſperare in Dominum, quàm ſperare in principibus.* Apud Auguſt. *Bonum eſt confidere in Domino, quàm confidere in homine : Bonum eſt ſperare in Dominum, quàm ſperare in principes.* S. Proſp. & Caſſiod. Vulgatæ accinunt. Gr. Ἀγαθὸν πεποιθέναι ἐπὶ Κύριον, ἢ πεποιθέναι ἐπ' ἀνθρώποις· Ἀγαθὸν ἐλπίζειν ἐπὶ Κύριον, ἢ ἐλπίζειν ἐπ' ἄρχουσι· Mſ. Alex. ἐπ' ἀρχοντας.

℣. 10. Ita legunt Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Moz. excepto uno *circumdederunt.* In Mediol. etiam deeſt *quia*, ſicut *in*, ante & poſt *ultus ſum.* Hieron. verò epiſt. ad Sun. & Fret. col. 659. c. ait : *Dicitis quia in Græcis codicibus non inveniri ; ſed in Latinis ſub aſteriſco legendum eſt.* In ed. Rom. & al. ἐν τῷ ὀνόματι Κυρίου ἠμυνάμην αὐτούς. Moz. hîc & inf. 11. & 12. ita ſcribit, *vultus ſum illos*, ſed aperto mendo, pro *ultus ſum.* In Corb. ſic : *Omnes gentes circumierunt me : ego autem in nomine Domini ultus ſum eos.*

℣. 11. Pſalt. Mediolan. cum Rom. Corb. ac Moz. & *in nomine Domini ultus ſum eos*, vel *illos.* Sic etiam apud Aug. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. Apud Ambroſ. verò in Pſ. 43. & 48. to. 1. 908. c. 948. e. & *in nomine Domini ultus ſum in eos.* Græcè, ut ſup. ℣. 10.

℣. 12. Itidem in Pſalt. Corb. Sic etiam in Rom. præter ult. & *in nomine Domini vindicabor in eis.* In Mozar. *vultus ſum illos ;* initio verò ſic, *Circumd. me ſicut apes favum.* Similiter hab. Aug. & Caſſiod. *apes favum ;* ex-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. ignis in ſpinis : & in nomine Domini ultus ſum eos.	*in nomine Domini quia ultus ſum in eas.*	ſpinis : & in nomine Domini quia ultus ſum in eos.
13. Impulſus verſatus ſum ut caderem : & Dominus ſuſcepit me.	*Impulſus pellebar ut caderem, & Dominus ſuſtentavit me.*	13. Impulſus everſus ſum ut caderem : & Dominus ſuſcepit me.
14. Fortitudo mea, & laudatio mea Dominus : & factus eſt mihi in ſalutem.	*Fortitudo mea, & laus mea Dominus ; & factus eſt mihi in ſalutem.*	14. Fortitudo mea, & laus mea Dominus : & factus eſt mihi in ſalutem. *Exod.* 15. 2.
15. Vox lætitiæ & ſalutis, in tabernaculis juſtorum.	*Vox laudis & ſalutis in tabernaculis juſtorum.*	15. Vox exſultationis & ſalutis, in tabernaculis juſtorum.
16. Dextera Domini fecit virtutem : dextera Domini exaltavit me, dextera Domini fecit virtutem.	*Dextera Domini fecit fortitudinem, dextera Domini excelſa : dextera Domini fecit fortitudinem.*	16. Dextera Domini fecit virtutem : dextera Domini exaltavit me, dextera Domini fecit virtutem.
17. Non moriar, ſed vivam : & narrabo opera Domini.	*Non moriar, ſed vivam, & narrabo opera Domini.*	17. Non moriar, ſed vivam : & narrabo opera Domini.
18. Caſtigans caſtigavit me Dominus : & morti non tradidit me.	*Corripiens arguit me Dominus, & morti non tradidit me.*	18. Caſtigans caſtigavit me Dominus : & morti non tradidit me.
19. Aperite mihi portas juſtitiæ, & ingreſſus confitear Domino : 20. hæc porta Domini, juſti intrabunt in eam.	*Aperite mihi portas juſtitiæ, ingreſſus in eas confitebor Domino : hæc porta Domini, juſti intrabunt in eam.*	19. Aperite mihi portas juſtitiæ, ingreſſus in eas confitebor Domino : 20. hæc porta Domini, juſti intrabunt in eam.
21. Confitebor tibi Domine quoniam exaudiſti me : & factus es mihi in ſalutem.	*Confitebor tibi quoniam exaudiſti me, & factus es mihi in ſalutem.*	21. Confitebor tibi quoniam exaudiſti me : & factus es mihi in ſalutem.
22. Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli.	*Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, factus eſt in caput anguli.*	22. Lapidem, quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. *Iſa.* 28. 16. *Matth.* 21. 42. *Luc.* 20. 17. *Act.* 4. 11. *Rom.* 9. 33. 1. *Pet.*
23. A Domino factus eſt : hic eſt mirabilis in oculis noſtris.	*A Domino factum eſt iſtud, & hoc eſt mirabile in oculis noſtris.*	23. A Domino factum eſt iſtud : & eſt mirabile in oculis noſtris.
24. Hæc dies, quam fecit Dominus : exſultemus, & lætemur in ea.	*Hæc eſt dies, quam fecit Dominus : exſultemus, & lætemur in ea.*	24. Hæc eſt dies, quam fecit Dominus : exſultemus, & lætemur in ea.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM. 27.

tremò verò, & *in nom. Domini ultus ſum eos.* Ap. Caſſiod. *vindicavi in eis.* Apud Ambroſ. l. de exhort. virgin. to. 2. 297. e. media leguntur ut ſup. *exarſerunt ſicut ignis in ſpinis.* In Gr. Ἐκύκλωσάν με ὡσεὶ μέλισσαι κηρίον..... ἐν τῷ ὀνόματι Κυρίε ἠμυνάμην αὐτούς.

℣. 13. Ita ferunt Pſalt. Rom. Corb. Mediolan. & Carnut. cum Caſſiod. Auguſt. verò cum Moz. ita : *Tanquam cumulus arenæ impulſus ſum ut caderem*, &c. Apud Ambroſ. in Pſalm. 36. to. 1. 800. c. *Impulſus ſubverſus ſum ut caderem :* & *Dom.* &c. Apud Proſp. ut in Vulg. In Gr. Ὠθεὶς ἀνετράπην τοῦ πεσεῖν· ὁ, &c.

℣℣. 14. 15. Ita legunt Auguſt. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Moz. Item in Corb. *Fortitudo mea*, & *laudatio mea Dominus.* Apud Ambroſ. in Pſ. 32. to. 1. 832. f. ut in Vulg. *Fortitudo mea*, & *laus mea Dominus :* at in Pſ. 43. col. 897. b. *Fortitudo*, & *laudatio mea Dominus :* & l. 3. de fide, to. 2. 503. b. *factus es mihi in ſalutem.* In Gr. Ἰσχύς μου, καὶ ὑμνησίς μου..... Φωνὴ ἀγαλλιάσεως καὶ σωτηρίας, &c.

℣. 16. Sic apud Auguſt. & Proſp. in hunc Pſ. Pſalt. Moz. hab. in fine, *fortitudinem.* In Rom. verò & Corb. ult. verſiculus, *dextera Domini fecit virtutem*, penitus tollitur : nec etiam refertur ab Ambroſ. l. 6. Hexa. to. 1. 140. d. nec in Pſalm. 43. & 118. col. 891. f. 1252. e. ſed primi tantùm duo verſiculi. Tertius etiam deletur à Caſſiod. nec reperitur in Gr. Apud Hilar. in Pſ. 59. col. 138. b. unus tantùm exſtat : *dextera Domini fecit virtutem.*

℣. 17. Sic habent Proſp. & Caſſiod. cum ver. Pſalt. Auguſt. verò, & *enarrabo*, &c. Græc. ἐ διηγήσομαι ; Mſ. autem Alex. ἐκδιηγήσομαι.

℣. 18. Accinit Ambroſius in Pſ. 118. col. 1081. e. & l. 1. de pœnit. to. 2. 406. a. necnon Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Gaud. Brix. præf. ad Benev. p. 943. h. Cypr. verò l. 3. Teſtim. p. 320. b. & Auguſt. in hunc Pſ. legunt : *Emendans emendavit me Dominus :* & *morti non tradidit me.* Gr. Παιδεύων ἐπαίδευσέ με, &c. ut ſup.

℣. 19. Sic Ambroſ. de apol. Dav. to. 1. 703. a. & in Pſ. 118. col. 1118. d. & in Luc. 9. col. 1407. d. & l. 4. de fide, to. 2. 524. f. niſi quòd habet, & *ingreſſus in eas confitebor*, cum Pſalt. Rom. & Corb. Itidem Caſſiod. cum Proſp. Aug. verò in eund. Pſ. *ingreſſus in eis confitebor*, &c. Brev. Moz. *ingreſſus in eis.* Græc. εἰσελθὼν ἐν αὐταῖς ἐξομολογήσομαι, &c.

℣. 20. Hilar. in Pſ. 126. col. 422. e. *hæc eſt porta Domini, juſti intrabunt per eam.* Similiter Ambr. in Luc. 9. col. 1407. d. necnon Ambroſiaſt. p. 238. d. Auct. op. imp. in Matth. hom. 19. p. 91. a. Hieron. in Matth. 7. to. 4. 24. a. S. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. dempto verbo *eſt.* In Pſalt. Rom. & Mozar. *introibunt per eam.* Apud Auguſt. *hæ portæ Domini, juſti intrabunt in eas.* In Gr. αὕτη ἡ πύλη..... δίκαιοι εἰσελεύσονται ἐν αὐτῇ.

℣. 21. Sic eſt in Pſalt. Rom. & Corb. ut & ap. Ambroſ. in Pſ. 36. col. 793. e. necnon Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. Sic etiam in Brev. Moz. præter unum *factus eſt.* S. Proſp. cum Vulgata concinit, & Græco.

℣. 22. Similiter hab. Ambroſ. l. de Tob. c. 21. col. 618. f. 619. a. & l. 2. de interpel. Dav. c. 4. col. 644. c. & to. 2. col. 869. c. Item Hieronym. epiſt. ad Damaſ. to. 4. 147. d. necnon Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Gr. Apud Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 729. b. *Lapis, quem reprobaverunt ædif. iſte factus eſt in caput anguli :* & l. 5. p. 800. a. *in ſummo anguli.* Item ap. Cypr. l. de orat. Dom. p. 215. b. & l. 2. Teſtim. p. 291. c. *Lapis, quem reprob..... hic factus eſt in caput anguli.* Similiter habent Jul. Firm. l. de errore prof. relig. c. 21. & Auct. l. de Judaica incredul. ad Vigil. p. 569.

℣. 23. Sic eſt in Pſalt. Corb. & Carn. at in Rom. *A Domino factum eſt :* & *eſt mirabile in oculis noſtris.* Cypr. l. de orat. Dom. p. 215. b. & l. 2. Teſtim. p. 291. c. ita legit : *A Domino factus eſt iſte :* & *eſt admirabilis in oculis noſtris.* Julius Firm. l. de errore prof. relig. c. 21. *An non factus eſt iſte :* & *eſt mirabilis in oculis noſtris ?* Auct. l. de Judaica incredul. ad Vigil. p. 569. *A Domino factum eſt iſtud :* & *eſt admirabile in oculis noſtris.* Hieron. ep. ad Damaſ. to. 4. 147. d. *A Domino factum eſt : hic eſt mirabilis in oculis noſtris.* Auguſt. in hunc Pſ. *A Domino factus eſt ei :* & *eſt mirabilis in oculis noſtris.* S. Proſper : *A Domino factus eſt :* & *eſt mirabilis in*, &c. Caſſiod. *A Domino factus eſt hic :* & *eſt mirabilis in*, &c. Mſs. 3. ibid. *factum eſt hoc mirabile.* Gr. Παρὰ Κυρίε ἐγένετο αὕτη· καὶ ἔστι θαυμαστὴ ἐν, &c. Aquila, ἐγένετο τοῦτο.

℣. 24. Ita fert Pſalt. Rom. In Moz. ſic : *Hæc eſt dies, quem*, &c. Cypr. l. 2. Teſtim. p. 291. c. *Iſte dies, quem fecit Dominus : exſultemus*, & *jucundemur in eo :* & l. de orat.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
25. O Domine ſalvum me fac, ô Domine bene proſperare: 26. benedictus qui venit in nomine Domini.	*Obſecro Domine, ſalva obſecro: obſecro Domine, proſperare obſecro: benedictus qui venit in nomine Domini.*	25. O Domine ſalvum me fac, ô Domine bene proſpera: 26. benedictus qui venit in nomine Domini. *Ex Mſ. Sangerm.*
Benediximus vobis de domo Domini: 27. Deus Dominus, & illuxit nobis.	*Benediximus vobis de domo Domini: Deus Dominus, & apparuit nobis.*	Benediximus vos de domo Domini: 27. Dominus Deus inluxit nobis.
Conſtituite diem ſolemnem in condenſis, uſque ad cornu altaris.	*Frequentate ſolennitatem in frondoſis, uſque ad cornua altaris.*	Conſtituite diem ſolemnem in confrequentantibus, uſque ad cornua altaris.
28. Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te.	*Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te.*	28. Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te.
Confitebor tibi quoniam exaudiſti me: & factus es mihi in ſalutem.	*Confitebor Domino quoniam bonus: quoniam in æternum miſericordia ejus.*	Confitebor tibi quoniam exaudiſti me: & factus es mihi in ſalutem.
29. Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam in ſæculum miſericordia ejus.		29. Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam in ſæculum miſericordia ejus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Dom. p. 215. b. *Iſte eſt dies, quem fecit Dominus: ambulemus, & jucundemur in eo.* Similiter hab. Auct. l. de Judaica incredul. ad Vigil. p. 569. f. Ambroſ. verò l. 1. de interpel. Job, c. 5. to. 1. 631. a. *Hic eſt dies, quem fecit Dom. exſultemus, & lætemur in eo:* ſic etiam infra, col. 850. a. 887. e. 1122. c. 1428. f. & to. 2. col. 883. d. 977. e. hoc tamen ult. loco deeſt *eſt*. Auguſt. in hunc Pſ. cum Proſp. *Hic eſt dies, quem fecit Dom. exſultemus, & jucundemur in eo:* ita rurſum Auguſt. ſer. 225. to. 5. 975. d. Hieron. epiſt. ad Damaſ. to. 4. 147. d. cum Gaud. Brix. ſerm. 3. p. 948. c. *Hæc eſt dies*, &c. ut in Vulg. Caſſiod. *Hæc dies, quam*, &c. Gr. Αὕτη ἡ ἡμέρα, ἣν..... ἀγαλλιασώμεθα, καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν αὐτῇ.

℣. 25. Ita legit S. Proſp. in hunc Pſ. cum Pſalt. Corb. Auguſtinus autem, *bene proſpera iter verò*. In Pſalt. Mediolan. *bene proſpera nunc*. In Rom. & ap. Caſſiod. *bene proſperare*. Apud Cypr. l. 2. Teſtim. p. 291. c. ita: *O Domine ſalva igitur, ô Domine dirige igitur*. In Gr. Ὦ Κύριε σῶσον δή, ὦ Κύριε εὐόδωσον δή. Hieron. ep. ad Damaſ. to. 4. 146. f. 147. a. ait: *In cxvii. Pſalmo, ubi nos legimus:* O Domine ſalvum me fac, ô Domine bene proſperare: *in Hebræo legitur:* Anna Adonai oſianna, anna Adonai aslianna: *quod Aquila, Symm. & Theod. & V. Ed. ne quid in Latinum mutare videamur, ita exprimunt:* Ὦ δὴ Κύριε σῶσον δή, ὦ δὴ Κύριε εὐόδωσον δή. *Sola VI. Ed. cum Interp. LXX. ita congruit, ut ubi cæteri poſuerunt* ὦ δή, *illi ſcripſerint* ὦ. *Et quia* oſianna, *quod nos corruptè propter ignorantiam dicimus* oſanna, ſalvifica, *ſive* ſalvum fac, *exprimatur, omnium interpretatione ſignatum eſt:* & infra, col. 148. c. *Ubi nos*, inquit, *legimus in Latino:* O Domine ſalvum me fac, ô Domine bene complace: *juxta Hebr. ſenſum legere poſſumus:* Obſecro Domine, ſalvum fac; obſecro Domine, proſperare obſecro.

℣. 26. Ita legunt Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum Pſalt. Corb. Moz. & Gr. In Rom. & ap. Hieron. ep. ad Damaſ. ut in Vulg. Apud Cypr. l. 2. Teſtim. p. 291. c. ſic: *benedictus eſt, qui venit in nom. Domini.* Apud Ambroſ. in Pſ. 43. to. 1. 895. f. *benedictus qui venit in nomine Domini:* deinde, *Deus Dominus, & illux.* &c. omiſſis intermediis.

℣. 27. Auguſt. in hunc Pſ. ſic habet: *Deus Dominus, & illuxit nobis. Conſtituite diem feſtum in confrequentationibus, uſque ad cornua altaris.* S. Proſper: *Conſtituite diem in frequentationibus, uſque ad cornu altaris.* Caſſiod. *Conſtituite diem ſolemnem in conſrequentationibus, uſque ad cornua altaris.* Sic etiam in Pſalt. Rom. Carnut. Corb. & Moz. In Mediolan. *Conſtituite ſolemnitatem in confrequentationibus*, &c. In Gr. Συσκάσθε ἑορτὴν ἐν τοῖς πυκάζουσιν, ἕως τῶν κεράτων τῦ, &c.

℣. 28. Sic eſt in Pſalt. Corb. Item in Rom. niſi quòd hab. *Confitebor tibi Domine.* Sic etiam legit Auguſt. in hunc Pſ. Item Caſſiod. præter hoc, *factus eſt*. Ap. Proſperum ut in Vulg. nec aliter in Gr. Apud Fauſtin. presb. l. cont. Arian. p. 648. g. *adjutor & protector factus eſt mihi in ſalutem.*

℣. 29. Concordant Aug. Proſp. & Caſſiod. unà cum vet. Pſalt. & Græco.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
Alleluia. CXVIII.	*CXIX.*	* Alleluia. CXVIII. *Ex Mſ. Sangerm.*
ALEPH.	*ALEPH.*	ALEPH.
1. BEati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini.	*BEati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini.*	1. BEati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Ambroſ. in hunc Pſ. to. 1. 973. a. *Titulus Pſalmi*, inquit, *Alleluia eſt*. In Pſalt. Rom. *Halleluia* de more. Hilarius etiam prologo in eund. Pſ. hæc ait, col. 243. b. *Occurrit in præſenti Pſalmo etiam ea nobis difficultas, quòd cùm duos tantùm Pſalmos acceperimus per litteras Hebræas conſcriptos, id eſt, centeſimum decimum, atque undecimum, ita ut à prima uſque ad vigeſimam ſecundam litteram ſecundùm Hebræos verſuum numerus conveniret, verſuſque ſinguli à ſingulorum elementorum initiis inchoarentur; in hoc nunc Pſalmo* (CXVIII.) *octonos verſus elementa ſingula obtinerent:* & ſup. col. 241. e. *Secundùm Hebræorum litteras in ſingulis octonis verſibus ſingulæ litteræ præferuntur. Eſt autem omnis numerus verſuum in centum ſeptuaginta ſex verſibus. Nam cùm ex viginti duabus litteris omnis Hebræus ſermo conveniat, & octonos verſus litteræ ſingulæ explicent, numerus iſte verſuum octonis partibus multiplicatus expletur.* Similiter Ambroſ. prologo in eund. Pſ. col. 972. a. *Litteris ſingulis octonos verſiculos adſcripſit:* & poſt plura: *Prima littera* Aleph *dicitur, cujus interpretatio* Doctrina *eſt*. Itidem Hieron. epiſt. ad Paulam, to. 2. 709. c. *In cxviii. Pſalmo ſingulas litteras octoni verſus ſequuntur:* de litteris tamen iſtis non meminit Auguſt. in comment. nec notantur ibid. à Proſpero. Apud Caſſiod. verò præfiguntur ſingulis octonis, ut ſupra. Imo in Pſalt. Rom. Martian. non tantùm ſingulis octonis, ſed & ſingulis verſibus præponitur littera Hebræa: quod ita intelligi debet, ut octo prioribus verſibus, octies præponatur *Aleph*; ſequentibus octo verſibus, octies *Beth*; & ſic deinceps de aliis. In Rom. verò Fabri loco *Aleph*, octies præfigitur *Doctrina*; pro *Beth*, octies *Domus*; pro *Gimel*, octies *Plenitudo*; & ita de cæteris: tales autem interpretationes ſumuntur ex epiſt. Hieron. ad Paulam. Martianæus noſter, Not. in hunc Pſ. to. 1. nov. edit. Hieron. col. 917. hæc obſervat: « In Canonis exemplaribus Pſalmus iſte diviſus eſt ut cæteri per cola & commata; ita ut ſexdecim verſus ſub unaquaque littera alphabeti Hebraïci poſiti reperiantur. Hanc quoque diviſionem ſecutus eſt Auguſt. in ſuo Speculo, quia jam uſu recepta erat ante Hieron. in editione Latina Pſalmorum Vulgata ac communi: » at in Hebræis volum. & apud Hieronymum octo tantùm verſus habentur ſub unaquaque littera.

℣. 1. Ita legit Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 194. e. ſicut Hilarius, Ambroſ. Auguſt. Proſper, & Caſſiod. in hunc Pſ. Ita rurſum Ambroſ. l. 2. offic. to. 2. 73. a. cum vet. Pſalt. & Gr. Solus Cyprianus epiſt. ad Fortunat.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
En Mſ. Sangerm. 2. Beati, qui ſcrutantur teſtimonia ejus: in toto corde exquirent eum.	*Beati, qui cuſtodiunt teſtimonia ejus: in toto corde requirunt eum.*	2. Beati, qui ſcrutantur teſtimonia ejus: in toto corde exquirunt eum.
3. Non enim qui operantur iniquitatem, in viis ejus ambulaverunt.	*Non enim qui operantur iniquitatem, in viis ejus ambulaverunt.*	3. Non enim qui operantur iniquitatem, in viis ejus ambulaverunt.
4. Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis.	*Tu mandaſti præcepta tua cuſtodiri nimis.*	4. Tu mandaſti mandata tua cuſtodiri nimis.
5. Utinam dirigantur viæ meæ, ad cuſtodiendas juſtificationes tuas.	*Utinam dirigantur viæ meæ, ad cuſtodienda præcepta tua.*	5. Utinam dirigantur viæ meæ, ad cuſtodiendas juſtificationes tuas.
6. Tunc non confundar, cùm reſpicio in omnia mandata tua.	*Tunc non confundar, cùm reſpexero ad omnia mandata tua.*	6. Tunc non confundar, cùm perſpexero in omnibus mandatis tuis.
7. Confitebor tibi Domine in directione cordis mei, in eo quòd didici judicia juſtitiæ tuæ.	*Confitebor tibi in directione cordis, cùm didicero judicia juſtitiæ tuæ.*	7. Confitebor tibi in directione cordis, in eo quòd didici judicia juſtitiæ tuæ.
8. Juſtificationes tuas cuſtodiam: non me derelinquas uſquequaque.	*Præcepta tua cuſtodiam: ne derelinquas me nimis.*	8. Juſtificationes tuas cuſtodiam: non me derelinquas uſquequaque.
	BETH.	BETH.
9. In quo corriget juvenior viam ſuam? in cuſtodiendo ſermones tuos.	*In quo corrigit juvenis ſemitam ſuam? cùm cuſtodierit verba tua.*	9. In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam? in cuſtodiendo ſermones tuos.
10. In toto corde meo exquiſivi te: non repellas me à mandatis tuis.	*In toto corde meo exquiſivi te: ne errare me facias à mandatis tuis.*	10. In toto corde meo exquiſivi te: ne repellas me à mandatis tuis.
11. In corde meo abſcondi eloquia tua: ut non peccem tibi.	*In corde meo abſcondi eloquium tuum, ut non peccem tibi.*	11. In corde meo abſcondi eloquia tua: ut non peccem tibi.
BETH.		
12. Benedictus es Domine: doce me juſtificationes tuas.	*Benedictus tu Domine: doce me præcepta tua.*	12. Benedictus es Domine: doce me juſtificationes tuas.
13. In labiis pronunciavi omnia judicia oris tui.	*In labiis meis narravi omnes juſtitias oris tui.*	13. In labiis meis, pronunciavi omnia judicia oris tui.
14. In via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum, ſicut in omnibus divitiis tuis.	*In via teſtimoniorum tuorum lætatus ſum, quaſi in omnibus divitiis.*	14. In via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum, ſicut in omnibus divitiis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

p. 272. c. legit: *Beati, qui immaculati ſunt in via: & qui ambulant in lege Domini.* Itidem l. 3. Teſtim. p. 311. a.

℣. 2. Sic Hilar. Ambroſ. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. excepto verbo *exquirunt*. Lucif. Cal. ubi ſup. *Beati, qui perſcrutantur teſtim. ejus*, &c. ut in Vulg. Cypr. ep. ad Fortun. p. 272. c. & l. 3. Teſtim. p. 311. a. *Beati, qui perſcrutantur martyria ejus*, &c. ut in Vulg. Brev. Moz. *Beati, qui perſcrutantur teſtim. ejus: in toto corde meo exquirunt eum.* In Gr. Μακάριοι οἱ ἐξερευνῶντες τὰ μαρτύρια αὐτοῦ· ἐν ὅλῃ καρδίᾳ ἐκζητήσουσιν αὐτόν. Hilarius in enarrat. col. 246. d. 247. d. *Beati ſcrutantes*, &c.

℣. 3. Concinunt Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 194. e. Hilar. Ambroſ. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Gr. In Pſalt. Corb. eſt *ambulabunt*, ſed ſolo.

℣. 4. Conſentiunt Hilar. Ambroſ. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. Sic etiam Chromat. Aquil. in Matth. p. 983. c. Auguſt. verò in eund. Pſ. *Tu præcepiſti mandata tua cuſtod. nimis.* Hilar. in explicat. p. 248. e. *cuſtodiri valde.* Gr. Σὺ ἐνετείλω..... τοῦ φυλάξασθαι σφόδρα. Unde Aug. in comment. col. 1285. e. dicit: *Hîc eſt σφόδρα, quod eſt* valde; *ſed aliquando, ut diximus*, nimis, *pro eo quod eſt* valde, *& dictum invenimus & dicimus. Unde nonnulli etiam Latini codices non habent:* Tu præcepiſti mandata tua cuſtod. nimis, *ſed* valde.

℣. 5. Sic eſt in Græco. Ita etiam apud Hilar. Ambroſ. Aug. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ.

℣. 6. Ita ſert Pſalt. Corb. Ita etiam Rom. cum Moz. ſi excipias adv. *dum*, pro *cùm*. Pſalm. autem è Mſ. Vatic. ap. Hilar. ſic habet: *Tunc non confundantur, cùm perſpexero in omnia mandata tua.* Hilarius ipſe in comment. col. 245. e. 249. d. *Non confundar, cùm reſpicio in omnia mandata tua.* Ambroſ. in eund. Pſ. *Tunc non confundar, cùm perſpiciam in omnia*, &c. Aug. *Tunc non confundar, cùm inſpicio in omnia*, &c. S. Proſp. *cùm perſpicio*, &c. Caſſiod. *dum reſpicio in omnia*, &c. Τότε οὐ μὴ αἰσχυνθῶ, ἐν τῷ με ἐπιβλέπειν ἐπὶ πάσας τὰς, &c.

℣. 7. Hilar. in hunc Pſ. p. 245. e. legit: *Confitebor tibi Domine in directione cordis, in eo quòd didici judicia tua:* ar infra 249. e. 250. a. *judicia juſtitiæ tuæ*, abſque ſup. *Domine*. In Pſ. etiam è Mſ. Vatic. apud ipſum deeſt *Domine*; ſubinde ſic: *in eo quòd didici juſtitiam tuam.* Ap. Ambroſ. in eund. Pſ. *Confitebor tibi Domine in directione cordis, in eo cùm didicero judicia juſtitiæ tuæ.* Apud Aug. & Proſp. *Confiteb. tibi Domine in direct. cordis, in eo quod didicerim judicia juſt. tuæ.* Apud Caſſiod. ut in Vulg. præter inſertum nomen *Domine*: ſic etiam in Pſalt. Rom. & Corb. In Gr. deeſt *Domine*, præterquam in Mſ. Alex. cæt. ut in Vulg.

℣. 8. Accinunt Ambroſ. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. Hilarius verò leg. *non me derelinquas uſquequaque nimis*; & poſt paulò, *uſquequaque & valde*. Auguſt. in eund. Pſ. *ne derelinquas me uſque valde*; tum addit: *vel ſicut nonnulli codices habent*, uſque nimis, *pro eo quod eſt* valde; *nam hoc verbum Græcum eſt & hîc, id eſt*, σφόδρα. In Brev. Moz. *ut non me derelinquas uſquequaque.* Gr. μὴ μὲ ἐγκαταλίπῃς ἕως σφόδρα.

℣. 9. Hîc præfigitur Hebr. littera *Beth* ap. Hilar. Ambroſ. & Caſſiod. In Pſalt. verò Rom. Fab. pro *Beth*, habetur *Domus*: ſed Ambroſ. loco cit. col. 981. b. ait *Beth litteram in Latino converſam*, Confuſionem *declarari*; mox ibid. *In quo corrigit juvenior viam ſuam? in cuſtodiendo verba tua*: & l. 1. offic. to. 2. 4. b. *niſi in cuſtodiendo verba Domini?* Hilar. in eund. Pſ. *In quo corrigit adoleſcens viam ſuam? in cuſtodiendo ſerm. tuos.* Pſ. è Mſ. Vatic. apud ipſum cum Moz. *In quo cerrigit junior.* Corb. & Rom. cum Caſſiod. *In quo corrigit juvenior*, &c. ut ſup. Apud Auguſt. in eund. Pſ. *In quo corrigit junior..... in cuſtod. verba tua.* In Gr. Ἐν τίνι καθορθώσει νεώτερος..... τοὺς λόγους σου.

℣℣. 10. 11. Sic in Pſalt. Corb. ad verbum. Vulgatæ congruunt Ambroſ. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Gr. Item Hilar. in eund. Pſ. niſi quòd hab. *ut non peccarem tibi.* Gr. ὅπως ἂν μὴ ἁμάρτω σοι.

℣℣. 12. 13. 14. Sic Hilar. in hunc Pſ. addita voce *meis*, ad *labiis*. Itidem Ambroſ. & Caſſiod. in eund. Pſ. rurſum Ambroſ. in Pſ. 36. col. 782. c. *In via teſtim. tuorum delectatus ſum, quaſi in omnibus divit.* ar in Pſ. 118. col. 1024. e. legit *delectabar*. Apud Auguſt. hæc variant: *In*

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
15. In mandatis tuis exercebor: & conſiderabo vias tuas.	*In præceptis tuis meditabor, & contemplabor ſemitas tuas.*	15. In mandatis tuis exercitabor: & conſiderabo vias tuas. *Ex Mſ. Sangerm.*
16. In juſtificationibus tuis meditabor: non obliviſcar ſermones tuos.	*In juſtitiis tuis delectabor: non obliviſcar verba tua.*	16. In tuis juſtificationibus meditabor: non obliviſcar ſermones tuos.
GIMEL.	GIMEL.	
17. Retribue ſervo tuo, vivifica me: & cuſtodiam ſermones tuos.	*Tribue ſervo tuo: vivam, & cuſtodiam verba tua.*	17. Retribue ſervo tuo, vivam: & cuſtodiam ſermones tuos.
18. Revela oculos meos: & conſiderabo mirabilia de lege tua.	*Revela oculos meos, & videbo mirabilia de lege tua.*	18. Revela oculos meos: & conſiderabo mirabilia de lege tua.
19. Incola ego ſum in terra: non abſcondas à me mandata tua.	*Advena ego ſum in terra: ne abſcondas à me mandata tua.*	19. Incola ego ſum in terram: ne abſcondas à me mandata tua.
20. Concupivit anima mea deſiderare juſtificationes tuas, in omni tempore.	*Deſideravit anima mea deſiderare judicia tua in omni tempore.*	20. Concupivit anima mea deſiderare juſtificationes tuas, in omni tempore.
21. Increpaſti ſuperbos: maledicti qui declinant à mandatis tuis.	*Increpaſti ſuperbos: maledicti qui recedunt à mandatis tuis.*	21. Increpaſti ſuperbos: maledicti omnes, qui declinant à mandatis tuis.
22. Aufer à me opprobrium, & contemptum: quia teſtimonia tua exquiſivi.	*Aufer à me opprobrium, & contemptum: quoniam teſtimonia tua cuſtodivi.*	22. Aufer à me opprobrium, & contemptionem: quia teſtimonia tua exquiſivi.
23. Etenim ſederunt principes, & adversùm me loquebantur: ſervus autem tuus exercebatur in juſtificationibus tuis.	*Etenim ſederunt principes, adversùm me loquebantur: ſervus autem tuus meditabatur præcepta tua.*	23. Etenim ſederunt principes, & adversùs me detrahebant: ſervus autem tuus exercebatur in tuis juſtificationibus.
24. Nam & teſtimonia tua meditatio mea eſt: & conſilium meum juſtificationes tuæ.	*Sed & teſtimonia tua voluntas mea, quaſi viri amiciſſimi mei.*	24. Etenim teſtimonia meditatio mea eſt: & conſolatio mea juſtificationes tuæ ſunt.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

lab. meis, enunciavi omnia judicia..... In via teſtim. tuorum jocundatus ſum, quaſi in omnibus divitiis. Item apud Proſp. *enunciavi.* Apud Hilar. in explanat. *annuntiavi.* Pſ. Vatic. apud ipſum, *pronunciabo.* Gr. ἐξήγησιν; extremòque, διέρρηδην ὡς ἐπὶ παντὶ πλούτῳ.

℣℣. 15. 16. Hilar. in hunc Pſ. ita legit: *In mandatis tuis exercebor..... In juſtific. tuis meditabor: non obliviſcar ſermonum tuorum.* Pſ. verò Vatic. ap. ipſum, *In mand. tuis me exercebo*, omiſſo ult. verſic. *non obliviſcar*, &c. Ambr. in eund. Pſ. ſic: *In mand. tuis exercebor..... Et in tuis juſtitiis meditabor: non obliviſcar verborum tuorum.* Auguſt. *In mandatis tuis garriam: & conſid..... In juſtificat. tuis meditabor: non obliviſcar verborum tuorum:* tum addit: *Quod Græcus habet ἀδολεσχήσω, Latini Interpretes quidam* garriam, *quidam* exercebor *interpretati ſunt.* Caſſiod. cum Proſp. Vulgatæ congruit. Item Pſalt. Rom. Fabri; Rom. verò Martian. hab. *In mand. tuis me exercebo.* Mozar. *exercebor;* extremòque, *ut non obliviſcar ſerm. tuos.* Gr. οὐκ ἐπιλήσομαι τῶν λόγων ζν.

℣. 17. In aliis vet. Pſalt. hìc præponitur littera *Gimel*, quæ, Ambroſio teſte, *Latinè* Retributio *dicitur.* In Pſalt. Rom. Fab. *Plenitudo.* Apud Hilar. & Caſſiod. *Gimel*, ut ſupra; addit Hilar. *Retribue ſervo tuo, vivam: & obſervabo ſermones tuos:* at infra, 259. a. *vivam: & cuſtodiam ſermones tuos.* Pſ. è Mſ. Vatic. ap. ipſum, cum Caſſiod. *& vivam: & cuſtodiam ſermones tuos.* Ambroſ. in eund. Pſ. *Retribue ſervo tuo, ut vivam: & cuſtodiam verba tua:* & to. 2. 639. e. alludens dicit: *vivifica ſervum tuum.* Auguſt. *Retribue ſervo tuo, vivam: & cuſtodibo verba tua.* Item *vivam*, in Pſalt. Rom. Corb. Carnut. & Moz. In Mediol. *ut vivam.* In Gr. ζήσομαι· καὶ φυλάξω, &c. Ald. & Compl. ζῆσόν με· καὶ, &c.

℣. 18. Sic Hilar. in hunc Pſ. at in Pſ. 120. col. 378. e. legit: *& cognoſcam mirabilia ex lege tua.* Ambroſ. in hunc Pſ. *Adaperi oculos meos: & conſiderabo mirab. de lege tua.* Auguſt. textui favet, ſicut Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Philaſtr. Brix. l. de hæreſ. p. 725. c. In Gr. Ἀποκάλυψον τὰς..... καὶ κατανοήσω, &c.

℣. 19. Hilar. in hunc Pſ. *Accola ego ſum in terra: ne abſcondas*, &c. Ambroſ. in eund. Pſ. *Advena ego ſum in terra: ne abſcondas*, &c. item l. 2. de Abr. c. 4. col. 319. c. *Advena.* Auguſt. *Incola ego ſum..... non* (inf. *ne*) *abſcondas*, &c. *ſive*, inquit, *ut nonnulli codices habent*, Inquilinus ego ſum in terra; *quod enim eſt in Græco πάροικος, aliqui noſtri* inquilinus, *aliqui* incola, *nonnunquam etiam* advena, *interpretati ſunt.* Caſſiod. *Incola ego ſum apud te in terra: non abſcondas*, &c. Apud Proſp. ut in Vulg.

℣. 20. Ita legunt Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Corb. verò hab. *deſiderare juſtitias tuas.* Hilarius in eund. Pſ. ſic: *Concupivit anima mea ut deſiderem judicia tua in omni tempore:* at infra in explic. col. 260. e. *Concupivit... deſiderare juſtificatsones tuas*; ſed addit: *Multis videbitur rectiùs dictum ſuiſſe:* Deſiderat anima mea judicia tua in omni, &c. iſtamque lectionem in conſequentibus tuetur. Pſ. autem è Mſ. Vat. ap. ipſum alteram admittit: *Concupivit anima mea cupere juſtificationes tuas*, &c. Ambroſius in hunc Pſ. cum Pſalt. Mediolan. *Concupivit an. mea deſiderare judicia tua*, &c. & inf. col. 1004. c. *Concupivi deſiderare judicia tua*, &c. deinde: *Non dixit*, Concupivi judicia, *ſed* Concupivi deſiderare. Hieron. in Ezech. 18. to. 3. 820. a. *Deſideravit anima mea deſiderare judicia tua*, &c. at in Iſai. 26. col. 218. f. *Concupivit an. mea deſiderare judicia tua*, &c. In Gr. Ἐπεθύμησεν ἡ..... τοῦ ἐπιθυμῆσαι τὰ κρίματά ζν, &c.

℣℣. 21. 22. Pſalt. Corb. *Corripuiſti ſuperbos*, &c. Hilar. verò, Ambroſ. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. Vulgatæ accinunt. In Gr. ἐπετίμησας. Auguſt. ibid. obſervat *teſtimonia Græcè martyria* nuncupari, *quo verbo jam utimur*, inquit, *pro Latino*; ſubinde: *Quoniam hoc ergo ſimilarius auditis & dulcius, ſic accipiamus hæc verba, tanquam dictum ſit*, quoniam martyria tua exquiſivi.

℣. 23. Sic eſt in Pſalt. Moz. & ap. Hilar. in hunc Pſ. Apud Ambroſ. verò conſtanter: *& adversùm*, vel *adversùs me detrectabant*, &c. Apud Auguſt. Proſp. & Caſſiod. ut in Vulg. In Pſalt. Corb. *& adversùm me detrahebant..... exercebatur in tuis juſtitiis.* In Gr. καὶ κατ' ἐμοῦ κατελάλουν, &c.

℣. 24. Pſalt. Rom. Corb. & Moz. ſic habent cum Caſſiod. *Nam & teſtimonia tua medit. mea eſt: & conſolatio mea juſtificationes tua ſunt.* Itidem in Pſ. Vatic. ap. Hilar. Hilarius autem in enarrat. ait: *Teſtimoniorum meditatio unde oriatur oſtendit, adjecit enim:* & conſilia mea juſtificationes tuæ. Ambroſ. in eund. Pſ. *Etenim teſtimonia tua meditatio mea eſt: & conſilia mea juſtificatio tua.* S. Proſp. *& conſilium meum juſtificationes tuæ ſunt.* Pſalt. Carnut. *& conſolatio mea*, ut ſup. Gr. καὶ αἱ ζυμβουλίαι μου τὰ δικαιώματά ζν. Mſ. Alex. ἡ ζυμβουλία.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm.	DELECH.	DALETH.
25. Adhæſit pavimento anima mea : vivifica me ſecundùm verbum tuum.	*Adhæſit pulveri anima mea : vivifica me juxta verbum tuum.*	25. Adhæſit pavimento anima mea : vivifica me ſecundùm verbum tuum.
26. Vias tuas pronunciavi, & exaudiſti me : doce me juſtificationes tuas.	*Vias meas expoſui, & exaudiſti me : doce me juſtitiam tuam.*	26. Vias meas enunciavi, & exaudiſti me : doce me juſtificationes tuas.
27. Et viam juſtificationum tuarum erudi me : & ſatiabor in mirabilibus tuis.	*Viam præceptorum tuorum fac me intelligere, & loquar in mirabilibus tuis.*	27. Viam juſtificationum tuarum inſtrue me : & exercebor in mirabilibus tuis.
28. Ingemuit anima mea à vexatione : confirma me in verbis tuis.	*Diſtillavit anima mea præ ſtultitia : ſerva me juxta eloquium tuum.*	28. Dormitavit anima mea præ tædio : confirma me in verbis tuis.
29. Viam iniquitatis amove à me : & in lege tua miſerere mihi.	*Viam mendacii aufer à me, & legem tuam dona mihi.*	29. Viam iniquitatis amove à me : & de lege tua miſerere mei.
30. Viam veritatis elegi : judicia tua non ſum oblitus.	*Viam fidei elegi : judicia tua proponebam.*	30. Viam veritatis elegi : judicia tua non ſum oblitus.
31. Adhæſi teſtimoniis tuis Domine : Domine, ne me confundas.	*Adhæſi teſtimoniis tuis : Domine ne confundas me.*	31. Adhæſi teſtimoniis tuis Domine : noli me confundere.
32. Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilataſti cor meum.	*Viam mandatorum tuorum curram : quoniam dilataſti cor meum.*	32. Viam mandatorum tuorum cucurri, cùm dilataſti cor meum.
HETH.	HE.	HE.
33. Legem ſtatue mihi Domine viæ juſtificationum tuarum : & exquiram eam ſemper.	*Oſtende mihi Domine viam præceptorum tuorum, & cuſtodiam eam per veſtigium.*	33. Legem pone mihi Domine viam juſtificationum tuarum : & exquiram eam ſemper.
34. Da mihi intellectum, &	*Doce me, & obſervabo legem*	34. Da mihi intellectum, & ſcru-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 25. Apud Hilar. & Caſſiod. hîc etiam præponitur *Daleth.* In Pſalt. Rom. *Tabularum.* Ambr. verò ait : *Daleth ſignificat Latinè* Timorem, *vel ut alibi invenimus*, Nativitatem. Verſus autem ſeq. idem qui ſup. cùm ap. ipſos, tum in Gr. In uno Mozarab. & *vivifica me*, &c.

℣. 26. Pſalt. Mozar. hab. *Vias meas pronunciavi*, &c. cui favet Hilar. in eund. Pſ. cum Ambroſio. Vulgatæ reſpondent Proſp. & Caſſiod. cum Pſ. Vatic. apud Hilar. Auguſt. quoque in hunc Pſ. legit, *Vias meas enunciavi*, &c. ſed addit : *Nonnulli quidem codices habent* vias tuas ; *ſed plures*, & *maximè Græci*, vias meas. Pſalt. Corb. *vias tuas.* Ed. Rom. Τὰς ὁδούς μου ἐξήγγειλα, &c. Mſ. Alex. ὁδούς Cυ.

℣. 27. Hilar. in hunc Pſ. legit cum Pſalt. Mediolan. *Viam juſtificationum tuarum fac ut intelligam : & exercebor in mirab. tuis.* Ambroſ. cum Rom. Carnut. Corb. & Moz. *Viam juſtific. tuarum inſinua mihi : & exercebor in mirab.* &c. ſubinde Ambroſ. ait : *Græcus* ἀδολεσχήσω *poſuit, quod dicit Latinus* allucinabor : at l. de inſtit. virg. to. 2. 272. b. conſtanter leg. *exercebor.* Apud Auguſt. & Proſp. ſimiliter : *Viam juſtificationum tuarum inſinua mihi : & exercebor*, &c. tum Aug. *vel ſicut nonnulli codices habent*, inſtrue me, *quod expreſſiùs de Græco dicitur*, fac me intelligere. Edit. Rom. Συνέτισόν με· ἵνα ἀδολεσχήσω, &c. Caſſiod. Vulgatæ conſonat.

℣. 28. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Vulgata concinunt. Hilar. quoque in eund. Pſ. hab. *Dormitavit anima mea præ tædio*, &c. ſed ait, col. 267. a. *De verſu* (iſto) *coxperi multos varia ſenſiſſe, eò quòd non eadem proprietate à cæteris Translatoribus ex Hebræo demutatus eſſet, ut ab his LXX. Interpret. conſcriptus eſt : nonnulli enim pro eo quod ab illis dictum eſt*, ἐνύσαξεν ἡ ψυχή μου, *poſuerunt* ἔσαξεν ἡ ψυχή μου· *quidam autem ex illis, non* ἐνύσαξεν, *ſed* κατέσαξεν *tranſtulit ; & aliud* ἐνύσαξεν, *aliud* ἔσαξεν, *aliud* κατέσαξεν, *ſignificare intelligitur. Sed nobis neque tutum eſt translationem LXX. Interpretum tranſgredi : & ſanè ratio & ſenſus dictorum ita admonet, ut rectè ac probabiliter verſum translatum intelligamus. Eſt enim cum illis, & nobiſcum ita :* Dormitavit anima, &c. Ambroſ. verò in eund. Pſ. ſic legit : *Stillavit anima mea præ tædio*, &c. ſed addit : *Aliqui codices habent* dormitavit, *quia* ἐνύσαξεν, & ἔσαξεν, *duabus litteris diſſonant. Potuit Interpres, vel antiquarius ſcriptor hîc falli ; νυσάζειν, dormire eſt ; σάζειν, ſtillare :* & poſt pauca : *Qui facilioribus laborum utuntur compendiis*, dormitavit *accipient : ſed Origenes, qui mulsorum interpretationes diligenti diſcuſſit indagine*, ſtillavit *ſecutus eſt.* Vid. Ambroſ. l. 2. Hexa. col. 23. d. & l. de inſtit. virg. col. 272. b. c.

℣. 29. Hilar. in hunc Pſ. cum Ambr. & Auguſt. habet : *Viam iniquitatis amove à me : & lege tua miſerere mei :* at inf. Hilar. *Viam injuſtitiæ amove à me.* Pſ. Vatic. ap. ipſum, & *in lege tua*, ut ſup. S. Proſp. & Caſſiod. Vulgatæ accinunt. Gr. Ὁδὸν ἀδικίας..... ἐλέησόν με κατὰ τὸν νόμον Cου, &c.

℣. 30. Sic Ambroſ. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. Hilarius autem in eund. legit : *Viam veritatis dilexi : & judicia tua non ſum obl.* Pſ. Vatic. apud ipſum : *Viam verit. elegi : juſtitiam tuam non ſum oblitus.* Græc. Ὁδὸν ἀληθείας ἡρετισάμην· καὶ τὰ κρίματα, &c. In Mſ. Alex. ac ed. Compl. deeſt καί.

℣. 31. Ambroſ. in hunc Pſ. *Adhæſi teſtim. tuis Domine : ne confundas me.* Hilar. verò, Auguſt. Proſp. & Caſſiod. Vulgatæ reſpondent. Gr. Cυ Κύριε· μή με καταιχύνῃς.

℣. 32. Hilar. col. 269. a. *In via præceptorum tuorum cucurri, cùm dilataſti*, &c. at inf. 281. f. *Viam præceptorum tuorum cucurri*, &c. & col. 269. b. 271. c. *Viam mandatorum tuorum cucurri.* Itidem Ambroſ. in eund. Pſ. cum Caſſiod. ſed add. *cùm dilatares cor meum.* Pſalt. Rom. *dum dilatares cor meum.* Hieron. in Iſai. 58. to. 3. 426. e. *quando dilataſti.* Auguſt. & Proſp. Vulgatæ conſentiunt. Gr. Ὁδὸν ἀγλωσσῶν Cυ ἔδραμον, ὅταν ἐπλάτυνας, &c.

℣. 33. Apud Hilar. & Caſſiod. *He.* In Pſalt. Rom. Fab. *Iſta.* Ambroſ. ait : *Sequitur quinta littera* He, *quæ Latinè ſignificat* Eſt, *vel ut alibi invenimus*, Vivo ; ſubinde idem Ambr. 1018. c. legit : *Legem mihi conſtitue Domine viam juſtificationum tuarum : & quæram illam ſemper :* & poſt plura, col. 1024. c. *Legem mihi conſtitue Dom. viam juſtitiarum tuarum :* & *quæram*, &c. at infra : *Bene ait*, ſtatue. Apud Hilarium ut ſup. in textu : *Legem ſtatue mihi Domine viæ juſtificationum tuarum :* & *exquiram*, &c. ſubinde ait, col. 270. d. e. *Rationem conſequi verſus hujus ex Latina interpretatione difficile eſt : per conditionem enim ſermonis noſtri communis, non ita abſolutè potuit virtus verbi & Hebraïci & Græci explicari : Græci namque ex Hebræo tranſtulerunt* νομοθέτησόν με Κύριε τὴν ὁδὸν τῶν δικαιωμάτων Cου, &c. *Quod Græcè eſt* νομοθέτησον, *ad ejuſdem ſenſus intelligentiam Latinitas explicare non potuit :* & poſt pauca : *non* viæ *tantùm ait, ſed* juſtificationum viæ *poſtulat legem :* attamen inf. col. 275. c. habet ipſe : *Legem mihi ſtatue Dom. viam*, &c. ſed ſemel, & eò loci tantùm ; in aliis conſtanter *viæ :* nempe col. 271. a. ait : *Legem itaque hanc viæ ſtatuit ;* & poſt paulò, *Non enim viæ legem, ſed viæ juſtificationum poſcit :* & infra : *Hanc igitur juſtificationum viæ legem Propheta deſiderat*, &c. Auguſt. autem Proſp. & Caſſiod. Vulgatæ conſentiunt, & Græco. In Corb. & Pſ. Vatic. apud Hilar. *Legem ſtatue mihi Domine viam*, &c.

℣. 34. Hilarius in hunc Pſ. *Da mihi intellectum*, & *ſcrutabor legem tuam : & ſervabo eam in toto*, &c. Ambr. in eund. Pſ. *Da mihi intellect. & perſcrutabor..... & cuſtodiam illam*, &c. Pſalt. Moz. & *præſcrutabor.* Apud Aug.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
tabor legem tuam : & cuſtodiam illam in toto corde meo.	*tuam : & cuſtodiam eam in toto corde.*	ſcrutabo legem tuam : & cuſtodiam illam in toto corde meo. *Ex Mſ. Sangerm.*
35. Deduc me in ſemitam mandatorum tuorum : quia ipſam volui.	*Deduc me in ſemita mandatorum tuorum : quia ipſam volui.*	35. Deduc me in legem mandatorum tuorum : quia volui eam.
36. Inclina cor meum in teſtimonia tua, & non in avaritiam.	*Inclina cor meum ad teſtimonia tua, & non ad avaritiam.*	36. Inclina cor meum in teſtimonia tua, & non ad utilitatem.
37. Averte oculos meos ne videant vanitatem : in via tua vivifica me.	*Averte oculos meos ne videant vanitatem : in via tua vivifica me.*	37. Averte oculos meos ne videant vanitatem : & in via tua vivifica me.
38. Statue ſervo tuo eloquium tuum, in timore tuo.	*Suſcita ſervo tuo eloquium tuum, in timorem tuum.*	38. Statue ſervo tuo eloquium tuum, in timore tuo.
39. Amputa opprobrium meum, quod ſuſpicatus ſum : quia judicia tua jucunda.	*Averte opprobrium meum, quod reveritus ſum : quia judicia tua bona.*	39. Amputa opprobrium meum, quod ſuſpicatus ſum : judicia tua jucunda.
40. Ecce concupivi mandata tua : in æquitate tua vivifica me.	*Ecce deſideravi præcepta tua : in juſtitia tua vivifica me.*	40. Ecce concupivi mandata tua : in æquitate tua ſanctifica me.
VAV.	*VAV.*	
41. Et veniat ſuper me miſericordia tua Domine : ſalutare tuum ſecundùm eloquium tuum.	*Et veniant mihi miſericordiæ tuæ Domine, & ſalus tua juxta eloquium tuum.*	41. Et veniat ſuper me miſericordia tua Domine : ſalutare tuum, & eloquium tuum Domine.
		VAV.
42. Et reſpondebo exprobrantibus mihi verbum : quia ſperavi in ſermonibus tuis.	*Et reſpondebo exprobrantibus mihi ſermonem : quia ſperavi in ſermone tuo.*	42. Et reſpondebo exprobrantibus mihi verbum : quia ſperavi in verbis tuis.
43. Et ne auferas de ore meo	*Et ne auferas de ore meo verbum*	43. Et ne auferas de ore

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Proſp. & Caſſiod. ut in Vulg. In Gr. Συνέτισόν με, ἢ ἐξερευνήσω τὸν..... ἢ φυλάξω, &c.

℣. 35. Ita Pſalt. haber Corb. Carnut. verò, *Deduc me in lege mandatorum*, &c. Hilar. in eund. Pſ. *Deduc me in ſemita mandator.* &c. ut in Vulg. tum addit : *Et in hoc nunc verſu ſermonis virtus non propriè per conditionem tranſlationis expreſſa eſt : nam id quod noſtri ita dixere*, Deduc me in ſemita, *Græcitas ſic locuta eſt*, Ὁδήγησόν με ἐν τῇ τρίβῳ· *& id quod cum illis τρίβος dicitur, trita & frequentata diſcurſibus ſemita intelligitur. Nobiſcum autem ſemita dici poteſt, & eſſe ſemita, & eſſe non trita.* Apud Ambroſ. ita : *Deduc me in ſemitam mand. tuorum : quoniam volui eam.* Apud Auguſt. & Proſp. in eund. Pſ. *Deduc me in ſemita..... quia ipſam volui ;* Proſp. *ipſa volui.* Gr. ὅτι αὐτὴν ἠθέλησα. Caſſiod. Vulgatæ congruit. Hilar. ubi ſup. col. 274. f. ait : *Non hic ſecundùm ſermonem Græcitatis, cùm dicitur*, quia ipſam volui, *ad* ſemitam mandatorum *referri poteſt ; quia in Græco, ubi feminino genere* ſemita *ſcripta eſt, id quod vellet, maſculino genere pronunciat, dicens :* Ὁδήγησόν με ἐν τῇ τρίβῳ τῶν ἐντολῶν σου· ὅτι αὐτὸν ἠθέλησα. *Lex enim à nobis feminino genere nuncupatur, quæ Græcè νόμος dicta eſt, quod ab his genere maſculino enunciatur. Et cùm illic feminino genere* ſemita *nuncupetur, id quod voluit, ad id refertur, quod per maſculinum genus Græcitatis proprietate memoratum eſt.* In ed. autem Rom. nunc legitur, ὅτι αὐτὴν ἠθέλησα, non αὐτόν. Idem quoque pronomen ad *ſemitam* referunt Aquila Symm. & Theod. cum V. & VI. Edit.

℣. 36. Hilar. cum Pſalt. Carnut. *Inclina cor meum in teſtim. tua, & non in utilitatem.* Corb. & *non in utilitate.* Hilar. poſt paulò addit : *In eo autem quod ita ſe habet :* Inclina cor meum in juſtificationes tuas, & non in utilitatem ; *quidam tranſtulerunt :* Inclina cor meum in teſtimonia tua (Mſs. 2. *in juſtificationes tuas*,) & non in avaritiam. Exinde : *Id quod in Hebræis codicibus continetur, ambigua in definitione utrique intelligentiæ opportunum eſt. Sed nos, ſicut oportet, ſequimur LXX. Interpretum religioſam & antiquam auctoritatem ; ex judicio tamen cæterorum Tranſlatorum, proprietatem intelligentiæ cujuſque deſiderio coaptantes. Cùm enim hi dixerint* in utilitatem, *illi dixerint* in avaritiam ; *per id ipſum, quomodo utilitas hic nunc ſit, ſubjecta noſcetur..... Ergo cùm in Dei teſtimonia inclinari cor ſuum, & non in utilitatem, Propheta orat ; inclinatum in Dei teſtimonia cor ab his ſine dubio refert, quæ humano judicio exiſtimantur utilia.* Ambroſ. in eund. Pſ. leg. cum Vulg. *Inclina cor meum in teſtim. tua, & non in avaritiam :* ſed notat alios habere *utilitatem :* item l. 2. offic. to. 2. 77. a. leg. ipſe : *Declina cor meum in teſtim. tua, & non in avaritiam ;* ſubditque : *Aliqui habent : Declina cor meum in teſtim. tua, & non ad utilitatem :* priorem lectionem rurſum admittit l. de fug. ſæc. c. 1. to. 1. 417. c. Similiter Aug. præter verbum *Inclina ;* ſubinde ait : *A plus habendo appellata eſt πλεονεξία, quam Latini Interpretes in hoc loco nonnulli interpretati ſunt* emolumentum, *quidam verò* utilitatem ; *ſed melius qui* avaritiam ; ut etiam legunt Proſp. & Caſſiod. In Brev. Moz. *Inclina cor meum Deus in*, &c. ut in Vulg.

℣. 37. Ita legit Hilar. in hunc Pſ. cum Pſalt. Mozar. ſed Ambroſ. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. tollunt med. &, cum Pſalt. Rom. Hilar. in eund. Pſ. col. 277. a. ita legit, *& in via tua vivam ;* cui lectioni congruunt & quæ antecedunt, & quæ ſequuntur : *Declinandi* enim, inquit, *à vanitate ſunt oculi, ut nobis in via Dei vita ſit :* & poſt paulò : *In via enim Dei, referentes oculos à vanitate, vivemus ;* at in Gr. ζῆσόν με. Vide ſis Ambroſ. l. de fug. ſæc. c. 1. col. 418. d.

℣. 38. Similiter hab. Hilar. Ambroſ. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. Auguſt. verò in eund. *Statue ſervo tuo..... in timorem tuum.* Ita quoque in Gr. εἰς τὸν φόβον Cυ.

℣. 39. Pſalt. Rom. Corb. & Moz. *Amputa opprobrium... judicia enim tua jocunda.* Hilar. in hunc Pſ. *Circumcide opprobrium..... quia judicia tua jucunda.* Ambroſ. ibid. *Auſer à me opprobr..... judicia enim tua dulcia.* Auguſt. & Proſp. *Amputa opprob..... quia judicia tua ſuavia.* Caſſiod. ut in Vulg. Gr. Περίελε..... ὅτι τὰ κρίματά Cυ χρηστά.

℣. 40. Pſalt. Moz. *Ecce concupivi mandata tua : in tua juſtitia juſtifica me.* Hilar. in hunc Pſ. *Ecce concupivi præcepta tua : in æquitate tua vivifica me.* Ambroſ. & Aug. in eund. Pſ. *Ecce concupivi mandata tua : in tua juſtitia vivifica me.* Gr. Ἰδοὺ ἐπεθύμησα τὰς ἐντολάς Cυ· ἐν τῇ δικαιοσύνῃ Cυ ζῆσόν με.

℣. 41. Hîc præfigitur littera Hebræa *Vav* ap. Hilar. & Caſſiod. Similiter ap. Ambroſ. *cujus interpretatio*, inquit, *Ille eſt, & non alius :* vel *cujus interpretatio*, Et ille. In Mſs. quibuſd. ſic : *cujus interpretatio eſt*, Eſt & ille : *alius Interpres ait :* Non eſt alius. In Pſalt. Rom. ſimpliciter *Et.* Exinde Hilar. ſic legit : *Et veniat ſuper me miſeric..... ſalutare tuum ſecundùm verbum tuum.* Brev. Moz. *ſalutare tuum*, & *eloquium tuum.* Ambroſ. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. Vulgatæ favent. In Gr. τὸ ζωτήριόν Cυ κατὰ τὸν λόγον Cυ. Alex. κατὰ λόγιόν Cυ.

℣. 42. Sic Hilar. & Auguſt. in hunc Pſ. Ambroſ. autem Proſp. & Caſſiod. Vulgatæ congruunt. Pſ. Vatic. apud Hilar. habet : *Et reſpondebo improperantibus mihi*, &c. ut in Vulg. Gr. Καὶ ἀποκριθήσομαι τοῖς ὀνειδίζουσί μοι, &c.

℣. 43. Hilar. leg. *Et ne auferas de ore meo verbum veritatis uſquequaque nimis : quia in judiciis tuis ſperavi.* Pſ. è Mſ. Vat. ap. ipſum delet *nimis*, extremòque hab. *ſpero.* Moz. *ſperavi*, abſque *nimis.* Itidem Caſſiod. cum Pſalt. Corb.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. meo verbum veritatis uſque in finem : quia in judiciis tuis ſperabo.	*veritatis uſque nimis : quoniam judicia tua exſpectavi.*	verbum veritatis uſquequaque : quia in judiciis tuis ſuperſperavi.
44. Et cuſtodiam legem tuam ſemper, in ſæculum ſæculi.	*Et cuſtodiam legem tuam jugiter : in ſempiternum, & ultra.*	44. Et cuſtodiam legem tuam ſemper, in ſæculum & in ſæculum ſæculi.
45. Et ambulabo in latitudine : quia mandata tua exquiſivi.	*Et ambulabo in ſpatioſo : quia præcepta tua quæſivi.*	45. Et ambulabam in latitudine : quia mandata tua exquiſivi.
46. Et loquebar in teſtimoniis tuis in conſpectu regum : & non confundebar.	*Et loquar in teſtimoniis tuis coram regibus, & non confundar.*	46. Et loquebar in teſtimoniis tuis in conſpectu regum : & non confundebar.
47. Et meditabor in mandatis tuis, quæ dilexiſti valde.	*Et delectabor in mandatis tuis, quæ dilexi.*	47. Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi.
48. Elevavi manus meas ad mandata tua, quæ dilexiſti nimis : & exercueram in juſtificationibus tuis.	*Et levabo manus meas ad mandata tua, quæ dilexi : & loquar in præceptis tuis.*	48. Et levavi manus meas ad mandata tua, quæ dilexi : & exercebar in juſtificationibus tuis.
	ZAIN.	ZAIN.
49. Memorare verbum tuum ſervo tuo, in quo ſpem dediſti mihi.	*Memento ſermonis ſervo tuo, quem me ſperare feciſti.*	49. Memor eſto verbi tui ſervo tuo, in quo mihi ſpem dediſti.
50. Hæc me conſolata ſunt in humilitate mea : quoniam eloquium tuum vivificavit me.	*Hæc eſt conſolatio mea in afflictione mea : quia eloquium tuum vivificavit me.*	50. Hæc me conſolata eſt in humilitate mea : quia eloquium tuum vivificavit me.
51. Superbi iniquè agebant valde : à lege autem tua non declinavi.	*Superbi deridebant me nimis : à lege tua non declinavi.*	51. Superbi iniquè agebant uſquequaque : à lege autem tua non declinavi.
52. Memor fui judiciorum tuorum à ſæculo Domine : & conſolatus ſum.	*Recordatus ſum judiciorum tuorum à ſæculo Domine, & conſolatus ſum.*	52. Memor fui judiciorum tuorum à ſæculo Domine : & conſolatus ſum.
53. Defectio animi tenuit	*Horror obtinuit me ab impiis,*	53. Defectio tenuit me, pro pec-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

& Rom. ſed Ambroſius Vulgatæ congruit. Auguſt. cum Proſp. leg. *Et ne auferas de ore meo verb. verit. uſque valde : quia in judiciis tuis ſperavi.* Auguſt. addit : *vel ſicut de Græco quidam diligentiùs expreſſerunt*, ſuperſperavi ; quam lectionem retinet Proſp. ſupra. In edit. Rom. ſic : Καὶ μὴ περιέλῃς..... ἕως σφόδρα· ὅτι..... ἐπήλπισα.

℣. 44. Ambroſ. cum Pſalt. Rom. & Moz. *Et cuſtodiam legem tuam ſemper, in æternum & in ſæculum ſæculi.* Corb. *Et cuſtodiam legem tuam per omnia, in æternum & in ſæculum ſæculi.* Pſ. è Mſ. Vatic. apud Hilar. textui favet. Hilarius verò ipſe cum Caſſiod. & Proſp. concordat cum Vulgata. Similiter Auguſt. in eund. Pſ. tum ſubdit : *Melius quippe ita interpretatum eſt*, in ſæculum & in ſæculum ſæculi, *quàm, ſicut quidam codices habent*, in æternum & in ſæculum ſæculi ; *quia non potuerunt dicere*, & in æternum æterni. Gr. εἰς τὸν αἰῶνα καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.

℣. 45. Hilarius in hunc Pſ. *Et ingrediebar in dilatatione : quia mandata tua exquiſivi.* Pſ. Vatic. ap. ipſum, *Et ambulabam in dilatatione*, &c. Ambroſ. in eund. Pſ. *Et ingrediebar in latitudine : quia teſtimonia tua exquiſivi.* Brev. Moz. *quia præcepta tua*, &c. Aug. Proſp. & Caſſiod. ut in Vulg. Addit Aug. *Nonnulli autem codices non habent* mandata, *ſed* teſtimonia : *ſed* mandata *in pluribus invenimus*, & *maximè Græcis ; cui linguæ tanquam præcedenti, unde ad nos iſta translata ſunt, magis credendum eſſe quis ambigat ?* In Gr. nunc : Καὶ ἐπορευόμην ἐν πλατυσμῷ· ὅτι τὰς ἐντολάς σου ἐξεζήτησα.

℣. 46. Sic Ambroſ. legit in hunc Pſ. & epiſt. 40. to. 2. 946. f. Item Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in eund. Pſ. cum Fulg. l. 1. ad Traſim. p. 70. & Facundo Herm. l. 12. Sirm. to. 2. p. 817. b. At Hilar. in eund. Pſ. cum Pſalt. Rom. *Et loquebar de teſtimoniis tuis*, &c. inf. tamen col. 282. f. ait : *Loqui nos in teſtimoniis Dei convenit.* In Gr. ἐν τοῖς μαρτυρίοις.

℣. 47. Hilar. in hunc Pſ. legit : *Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi vehementer.* Sic etiam Caſſiod. cum Pſalt. Mediol. Corb. & Moz. Ambr. verò in eund. Pſ. cum Rom. *quæ dilexi nimis.* S. Proſp. cum Miſſali Rom. ad Offert. fer. 4. iv. Temp. poſt Pent. *quæ dilexi valde.* Auguſt. ſimpliciter, *quæ dilexi* ; ſed addit : *ſive, quod nonnulli codices habent in utroque verſu*, dilexi valde, *aut* nimis, *aut* vehementer, *ſicut interpretari placuit, quod Græcè dicitur*, σφόδρα. Hieron. quoque epiſt. ad Sun. & Fret. to. 2. 659. c. ait : *In Græco*, vehementer *additum legiſſe vos dicitis, ſed hoc ſuperfluum eſt.*

℣. 48. Hilar. in hunc Pſ. *Et erexi manus meas ad mandata tua, quæ dilexi valde : & exercebar*, &c. Ambroſ. ibid. *Et levavi manus meas ad præcepta tua, quæ dilexi nimis : & exerc.* &c. Similiter hab. Pſalt. Moz. *præcepta tua* ; ſicut Carnut. & Corb. cum Caſſiod. *quæ dilexi nimis* ; Rom. *quæ dilexi vehementer* ; Proſp. *quæ dilexi valde* ; Aug. ſimpliciter, *quæ dilexi. Exercebar* autem, inquit, *plures Interpretes dicere maluerunt, quàm* lætabar, *aut* garriebam, *quod aliqui interpretati ſunt, ex eo quod Græcus habet* ἀδολέσχων. Brev. Moz. *exercebor.* Præterea Hieron. ep. ad Sun. & Fret. col. 659. c. dicit voculam *tua*, additam ad *mandata*, quamque in Gr. legiſſe ſe dicebant, ſuperfluam omnino eſſe. In ed. Rom. pariter Ϛῦ, deinde, ἃς ἠγάπησα· καὶ ἀδολέσχων, &c. at in Mſ. Alex. ἠγάπησα σφόδρα.

℣. 49. Hilar. Ambroſ. & Caſſiod. hîc præfigunt litteram Hebr. *Zain*, quam Ambroſ. Latinè ſignificare dicit, *Duc te*, & *alibi*, *Huc.* In Pſalt. Rom. *Hec.* Hilarius ſeq. verſic. refert ut ſup. in textu ; in explic. verò, col. 284. b. ait : *Ut verbi ſui in ſe ſervo ſuo memor ſit, deprecatur.* Ambroſ. in eund. Pſ. ita legit : *Memento Domine verbi tui*, &c. ut in Vulg. Auguſt. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Mozar. *Memento verbi tui*, &c. In Gr. Μνήσθητι τῶν λόγων Ϛου τοῦ λόγου Ϛου, ὧν ἐπήλπισάς με. Mſ. Alex. τὸν λόγον Ϛου, &c. Hilarii Mſ. 1. Miciac. hab. *Memorare verborum tuorum*, ſed refragantur alii cum editt.

℣. 50. Vulgatæ ſuccinunt Hilar. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Gr. Apud Ambroſ. in eund. Pſ. ſic : *Hæc me conſolata eſt..... quoniam verbum tuum vivificavit me :* at inf. leg. *quon. eloquium tuum.* Pſalt. Moz. *quia eloquium tuum, vivifica me.* Pſ. è Mſ. Vatic. apud Hilar. *vivificabit me.*

℣. 51. Hilar. cum Vulg. *Superbi iniquè agebant uſquequaque*, &c. at in explic. ſubdit, *valde enim iniquè agebant.* Ambroſ. in eund. Pſ. *Superbi iniquè agebant nimis*, &c. ut ſupra. Auguſt. cum Proſp. *Superbi iniquè agebant uſque valde*, &c. Caſſiod. cum Pſalt. Moz. *uſquequaque.* Al. *Superbi iniquè gerebant uſquequaque.* Gr. ἕως σφόδρα.

℣. 52. Hilar. in hunc Pſ. *Memoratus ſum judiciorum tuorum à ſæculo : & exhortatus ſum.* Auguſt. verò, Proſp. & Caſſiod. cum textu concinunt, & Gr. Ambroſius in eund. Pſ. leg. *Memor fui judiciorum tuorum, quæ à ſæculo ſunt : & me conſolatus ſum.* Auguſt. ubi ſup. monet alios codices habere, & *exhortatus ſum..... utrumque enim*, inquit, *potuit interpretari de verbo Græco, quod eſt* παρεκλήθην.

℣. 53. Sic eſt in Pſalt. Corb. Ita etiam in Rom. exceptâ præp. *pro*, loco *pra.* Similiter in Pſ. Vatic. ap. Hilar. Hilarius verò ipſe hab. *Deſectio animi tenuit me, à peccatoribus derelinq.* &c. Caſſiod. *Deſectio animi tenuit me, pro*, &c. ſed Mſs. 2. hab. *pra.* Ambroſ. autem in eund.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
catoribus derelinquentibus legem tuam.	*qui dereliquerunt legem tuam.*	me, præ peccatoribus derelinquentibus legem tuam. *Ex Mſ. Sangerm.*
54. Cantabiles mihi erant juſtificationes tuæ, in loco peregrinationis meæ.	*Carmina erant mihi præcepta tua, in domo peregrinationis meæ.*	54. Cantabiles mihi erant juſtificationes tuæ, in loco incolatus mei.
		ETH.
55. Memor fui nocte nominis tui Domine: & cuſtodivi legem tuam.	*Recordatus ſum in nocte nominis tui Domine, & cuſtodivi legem tuam.*	55. Memor fui in nocte nominis tui: & cuſtodivi legem tuam.
56. Hæc facta eſt mihi: quia juſtificationes tuas exquiſivi.	*Hoc factum eſt mihi: quia præcepta tua cuſtodivi.*	56. Hæc mihi facta eſt: quia juſtificationes tuas exquiſivit anima mea.
HETH.	*HETH.*	
57. Portio mea Domine, dixi, cuſtodire legem tuam.	*Pars mea Domine, dixi ut cuſtodiam verbum tuum.*	57. Dixi, obſervavi verbum tuum: dixi Domine, cuſtodiri legem tuam.
58. Deprecatus ſum faciem tuam in toto corde meo: miſerere mei ſecundùm eloquium tuum.	*Deprecatus ſum vultum tuum in toto corde: miſerere mei ſecundùm eloquium tuum.*	58. Deprecatus ſum vultum tuum in toto corde meo: miſerere mei ſecundùm eloquium tuum.
59. Cogitavi vias meas: & converti pedes meos in teſtimonia tua.	*Recogitavi vias meas, & converti pedes meos ad teſtimonia tua.*	59. Quoniam cogitavi vias tuas: & averti pedes meos in teſtimonia tua.
60. Paratus ſum, & non ſum turbatus: ut cuſtodiam mandata tua.	*Feſtinavi, & non neglexi cuſtodire mandata tua.*	60. Præparatus ſum, & non ſum conturbatus: ut cuſtodiam mandata tua.
61. Funes peccatorum circumplexi ſunt me: & legem tuam non ſum oblitus.	*Funes impiorum implicaverunt me: legem tuam non ſum oblitus.*	61. Funes peccatorum circumplexi ſunt mihi: & legem tuam non ſum oblitus.
62. Media nocte ſurgebam ad	*Medio noctis ſurgam ad confi-*	62. Media nocte ſurgebam

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Pſ. ſic: *Præſillanimitas detinuit me, à peccatoribus derelinq.* &c. Auguſt. cum Proſp. *Tædium detinuit me, à peccatoribus relinquentibus*, &c. Proſp. *derelinquentibus*: ita quoque Auguſt. epiſt. 93. to. 2. 242. f. at l. de unit. Eccl. to. 9. 364. hab. *relinquentibus*; utrobique conſtanter, *Tædium detinuit me à*, &c. In Pſalt. Mediolan. & Mozar. *Tadium tennit me pro*, &c. In Gr. Ἀθυμία κατέχε με, ἀπὸ ἁμαρτωλῶν τῶν ἐγκαλιμπανόντων, &c.

℣. 54. Concinit Hilar. unà cum Pſalt. Rom. Vatic. Corb. & Moz. Itidem Auguſt. & Proſp. cum Caſſiod. ſed Auguſt. ſubdit alios codices habere, *in loco peregrinationis meæ*: ita quoque legit Ambroſ. cum Vulg. In Gr. ἐν τόπῳ παροικίας μου.

℣. 55. Similiter Ambr. in hunc Pſ. col. 1072. d. *Memor fui in nocte*; ſed addit *Domine*, ad vocem *tui*. Ita etiam Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum Pſalt. Corb. Moz. & Gr. Hilarius verò cum Ambroſ. in eund. Pſ. col. 1053. d. *Memor fui nocte*, &c. Pſ. è Mſ. Vatic. ap. Hilar. hab. *Memor fui in morte nominis*, &c. ſed aperto mendo, ut reor. Nicetius epiſc. c. 3. Spicil. to. 3. p. 3. c. *Memoratus ſum in nocte nominis tui Dom.* &c. Vide infra ad ℣. 57. quæ notantur pro littera Hebr. *Heth*.

℣. 56. Vulgatæ conſentiunt Ambroſ. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Gr. Item Hilarius cum Pſalt. Rom. niſi quòd hab. ut ſup. *Hæc mihi facta eſt*. Auguſt. in eund. Pſ. ſic: *Hæc facta eſt mihi: quoniam juſtitias ſuas exquiſivi*; ſed addit: *Melius alii interpretati ſunt* juſtificationes; *quia revera, non* Δικαιοσύνας, *id eſt*, juſtitias, *ſed* Δικαιώματα *Græcus habet, quæ ſunt* juſtificationes.

℣. 57. Litteram Hebræam *Heth* hîc præfigunt Hilar. Ambroſ. & Caſſiod. cum Vulg. Ap. Ambroſ. *interpretatione Latina dicitur* Pavor. In Pſalt. Rom. *Vita*. In omnibus autem codicibus ſupradicta littera non ſemper appoſita fuit eò loci. Audiendi ſunt hac de re Hilarius, & Ambroſius: Hilar. quippe col. 286. f. ſeqq. ait: *Plures Pſalmorum codices legentes, & nos ita opinabamur, verſum qui octavæ litteræ primus eſt, id eſt hunc*, Portio mea Dom. &c. *in ſuperioribus ſeptimæ litteræ octo verſibus contineri, quia ita in Latinis codicibus, atque etiam in nonnullis Græcis ſcriptum continebatur; & ſanè abſolutior ita ſenſus videbatur. Sed ſecundùm Hebræos emendatum apud Græcos Pſalmorum librum legentes, invenimus hunc verſum, non ſeptimæ litteræ noviſſimum eſſe, ſed octavæ primum.* Similiter Ambroſ. col. 1056. d. *Codices*, inquit, *plerique hunc verſiculum*, Portio mea, &c. *qui primus eſt litteræ octavæ, ultimo loco litteræ habent ſeptimæ: ſed ſecundùm Hebræos emendatus apud Græcos Pſalmorum liber hunc verſum docuit nos octavæ litteræ copulandum. Deinde ordo ipſe, & numerus verſuum ita convenit, ut ab eo incipiat octava littera*: tum verſum ita refert: *Portio mea Dominus*: ſupra verò, *Portio mea Domine, dixi, cuſtodire legem tuam*: at l. de exhort. virgin. to. 2. 288. b. & epiſt. 27. & 63. col. 899. c. 1044. f. *Portio mea Dominus*. Item Hilar. ex Mſs. *Portio mea Dominus, dixi, ut cuſtodiam legem tuam*; editt. *dixi, cuſtodire*. Auguſt. cum Pſalt. Carnut. *Pars mea Dominus, dixi, cuſtodire*, &c. ſed addit nonnullos habere, *Portio*, vel *Pars mea Domine*. In Pſalt. Corb. *Pars mea Domine*. S. Proſp. & Caſſiod. Vulgatæ favent cum Pſalt. Moz. In Gr. Μερίς μου εἶ Κύριε, εἶπα, τοῦ φυλάξασθαι τὸν, &c.

℣. 58. Hilar. & Caſſiod. Vulgatæ reſpondent. Brev. Moz. habet: *Deprecatus ſum faciem tuam de toto corde meo*, &c. Dein Corb. *miſerere mihi*. Ambr. in eund. Pſ. *Deprecabor vultum tuum Domine in toto corde meo: miſ. mei ſec. eloquium tuum*; at infra, 1064. a. 1066. b. *ſecundùm verbum tuum*. Auguſt. cum Proſp. *Precatus ſum faciem tuam in toto*, &c. ut in Vulg. Gr. Ἐδεήθην τοῦ προσώπου σου ἐν ὅλῃ..... κατὰ τὸ λόγιόν σου.

℣. 59. Hilar. cum Pſalt. Moz. & Caſſiod. *Quia cogitavi vias meas: & converti pedes*, &c. Pſ. Vatic. apud Hilar. *& averte pedes meos*. Corb. *Quoniam cogitavi vias meas: & avertiſti pedes meos*, &c. Ambroſ. Aug. & Proſp. in hunc Pſ. *Cogitavi vias meas: & averti pedes meos in*, &c. Obſervat etiam Auguſt. ibid. *plures codices non habere*, Quia cogitavi, *ſicut in quibuſdam legitur, ſed tantummodo* Cogitavi. *Quod autem hîc poſitum eſt*, inquit, & averti pedes meos, *nonnulli habent*, Quia cogitavi, & avertiſti pedes meos. Pſalt. Rom. Fabri: *Quia cogitavi vias tuas: & converti*, &c. Rom. verò Martian. *Quia cogitavi vias meas*; Mediolan. & Carnut. *vias tuas*. Hieron. ad Sun. & Fret. to. 2. col. 659. c. ita ſcribit: *In Græco* vias tuas *legiſſe vos dicitis, ſed..... retrùs*, vias meas *legitur*: item ibid. *In Gr. legiſſe vos dicitis*, & avertiſti, *ſed & hoc ſuperfluum eſt*. In ed. Rom. Διελογισάμην τὰς ὁδούς σου καὶ ἐπέστρεψα τοὺς, &c. Ita quoque habet Ambroſiana editio Mediolan. eccleſiæ; ſic Æthiop. & Arab. ſic etiam Apollon.

℣. 60. Vulgatæ ſuffragantur Hilar. Ambr. Aug. Proſp. & Caſſiod. cum Gr. Auguſt. notat ibid. *aliquos interpretatos fuiſſe*, ad cuſtodiendum mandata tua; *aliquos*, ut cuſtodirem; *aliquos*, cuſtodire, *quod Græcus poſuit*, τοῦ φυλάξασθαι. In Pſalt. Moz. *cuſtodire*. In Corb. *ut cuſtodirem*.

℣. 61. Ita legit Hilar. in hunc Pſ. præter unum *me*, pro *mihi*. Sic etiam Ambroſ. & Caſſiod. in eund. Pſ. S. Paulin. verò ep. 23. p. 135. a. *circumplexi ſunt mihi*. Auguſt. cum Proſp. *circumplexi ſunt me: & legis tuæ non ſum oblitus*. Gr. περιεπλάκησάν μοι ὁ τοῦ νόμου σου οὐκ ἐπελαβόμην.

℣. 62. Itidem Hilar. in hunc Pſ. Ambroſ. verò, Aug. & Caſſiod. in eund. *ſuper judicia juſtitiæ tuæ*. Ita quoque

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. ad confitendum tibi, ſuper judicia juſtificationis tuæ.	*tendum tibi, ſuper judicia juſtitiæ tuæ.*	confitendum tibi, ſuper judicia juſtificationis tuæ.
63. Particeps ſum ego omnium timentium te, & cuſtodientium mandata tua.	*Particeps ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientium præcepta tua.*	63. Particeps ego ſum omnium timentium te, & cuſtodientium mandata tua.
64. Miſericordiâ tuâ Domine plena eſt terra:	*Miſericordiâ tuâ Domine completa eſt terra: præcepta tua doce me.*	64. Miſericordiâ tuâ Domine plena eſt terra: juſtificationes tuas doce me.
THETH.	*TETH.*	TETH.
juſtificationes tuas doce me.	*Benefeciſti cum ſervo tuo Domine, ſecundùm verbum tuum.*	65. Bonitatem feciſti cum ſervo tuo Domine, ſecundùm verbum tuum.
65. Et veritatem feciſti cum ſervo tuo Domine, ſecundùm verbum tuum.		
66. Bonitatem, & diſciplinam, & ſcientiam doce me: quia mandatis tuis credidi.	*Bonum ſermonem, & ſcientiam doce me: quia mandatis tuis credidi.*	66. Bonitatem, & diſciplinam, & ſcientiam doce me: quia mandatis tuis credidi.
67. Priuſquam humiliarer ego deliqui: propterea eloquium tuum ego cuſtodivi.	*Antequam audirem ego ignoravi: nunc autem eloquium tuum cuſtodivi.*	67. Priuſquam humiliarer ego deliqui: propterea eloquium tuum cuſtodivi.
68. Bonus es tu Domine: in bonitate tua doce me juſtificationes tuas.	*Bonus es tu, & beneficus: doce me præcepta tua.*	68. Bonus es tu: & in bonitate tua doce me juſtificationes tuas.
69. Multiplicata eſt ſuper me iniquitas ſuperborum: ego autem in toto corde ſcrutabor mandata tua.	*Applicabant mihi mendacium ſuperbi: ego autem in toto corde ſervabam præcepta tua.*	69. Multiplicata eſt ſuper me iniquitas ſuperborum: ego autem in toto corde meo ſcrutabor mandata tua.
70. Coagulatum eſt ſicut lacte cor meum: ego verò legem tuam meditatus ſum.	*Incraſſatum eſt velut adeps cor meum, & ego in lege tua delectabar.*	70. Coagulatum eſt ſicut lac cor eorum: ego verò legem tuam meditatus ſum.
71. Bonum mihi quòd humiliaſti me: ut diſcerem juſtificationes tuas.	*Bonum mihi quia afflictus ſum, ut diſcerem præcepta tua.*	71. Bonum mihi quia humiliaſti me: ut diſcam juſtificationes tuas.
IOTH.		
72. Bonum mihi lex oris	*Melior eſt mihi lex oris tui, ſu-*	72. Bonum mihi lex oris tui,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

legit Nicetius epiſc. c. 3. Spicil. to. 3. p. 3. c. cum Pſalt. Rom. & Moz. In Gr. τῆς δικαιοσύνης Cυ.

℣. 63. Concinit Hilar. in hunc Pſ. Item Ambroſ. Aug. Proſp. & Caſſiod. unà cum Gr. niſi quòd habent, *ego ſum.* Pſalt. Corb. *ſum ego*, ut ſup.

℣. 64. Malè hìc interponitur littera Hebr. *Theth* in Mſ. Sangerm. vide Not. ſeq. Hilarius ſimiliter legit: *Miſericordiâ tuâ Domine plena eſt*, &c. Accinunt Proſp. & Caſſiod. Pſ. verò è Mſ. Vatic. ap. Hilar. habet: *Miſericordiâ Domini plena eſt terra*, &c. cui favet Gr. Alex. Ambr. autem cum Gr. ed. Rom. *Miſericordia tua Domine plena eſt terra*, &c. Auguſt. *Miſericordiâ tuâ Domine..... & juſtific. tuas doce me.*

℣. 65. Hìc reponitur littera Hebr. *Theth* apud Hilar. Ambroſ. & Caſſiod. *Ejus interpretatio eſt*, Exclutio, ſi Ambroſ. fides; *Bonum*, ſecundùm Pſalt. Rom. Addit Hilarius cum Proſp. & Caſſiod. *Bonitatem feciſti cum ſervo tuo*, &c. Ambroſ. verò col. 1080. e. cum Brev. Moz. leg. *Jucunditatem feciſti*, &c. Moz. *Jocunditatem.* Auguſt. in eund. Pſ. *Suavitatem feciſti..... ſecundùm verbum tuum; vel potius*, inquit, *ſecundùm eloquium tuum*: tum addit: *ſed quod ait Græcus*, χρηστότητα, *aliquando* ſuavitatem, *aliquando* bonitatem, *noſtri Interpretes tranſtulerunt.* Idem obſervat Ambr. ubi ſup. 1082. a. & ipſe *bonitatem* legit, col. 1081. e. 1084. f. Pſalt. Corb. poſt vocem *Domine*, ſubdit, *vivifica me ſecundùm*, &c.

℣. 66. Conſentiunt Hilar. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Gr. Ambroſ. verò in eund. legit: *Jucunditatem*, & *diſciplin..... quia in mandatis tuis credidi.* Aug. cum Proſp. *Suavitatem*, & *eruditionem*, & *ſcientiam..... quoniam mandatis* (Proſp. *in mandatis*) *tuis credidi.* Tum Auguſt. ibid. *Addidit autem* & eruditionem, *vel ſicut codices plures habent*, diſciplinam: *ſed* diſciplinam, *quam Græci appellant* παιδείαν, *ibi Scripturæ noſtræ ponere conſueverunt, ubi intelligenda eſt per moleſtias* eruditio, *ſecundùm illud*: quem enim diligit Dñus corripit, &c. *Hæc apud Eccleſiaſticas litteras diſci aſſolet* diſciplina, *interpretata de Græco, ubi legitur* παιδεία.

℣. 67. Sic in Pſalt. Rom. & Corb. quibus accinit S. Proſp. ad verbum. Ita quoque Hilar. habet in eund. Pſ. cum Caſſiod. ſed uterque tollit *ego*, ante *cuſtodivi.* Ambroſ. legit: *Priuſquam humiliarer ego deliqui: propter hoc verbum tuum ego cuſtodivi.* Tum addit, col. 1082. f. *Alia editio habet*, Priuſquam humiliarer ego neſcivi; *unde putant aliqui quòd hominis anima hoc dicat*, Priuſquam humiliarer, *ut in hoc lutum corporis introirem, tua quæ non legeram mandata* neſcivi: *ſed quòd LXX. Vtrorum ſententias magis ſequitur Eccleſia*, & *hic ſenſus eſt planior*, & *nihil offenſionis admittit; ideo accipiamus* humiliarer *ita dictum, ac quòd peccato videatur humiliatus.* Hieron. l. 1. in ep. ad Eph. c. 4. 345. d. *Antequam humiliarer ego peccavi.* Auguſt. *Priuſquam humil. ego deliqui: propterea verbum tuum*, *vel*, inquit, *ſicut alii expreſſius habent*, propterea eloquium tuum cuſtodivi. Gr. Πρὸ τοῦ με ταπεινωθῆναι ἐγὼ ἐπλημμέλησα· διὰ τοῦτο τὸ λόγιόν Cυ ἐφύλαξα.

℣. 68. Pſalt. Rom. Corb. & Moz. cum Caſſiod. *Bonus es tu Domine: & in bonitate tua*, &c. ut ſup. Itidem Pſ. è Mſ. Vatic. apud Hilarium: imo Hilarius ipſe, niſi quòd tollit voculam *tu.* Ambroſ. verò cùm in hunc Pſ. col. 1079. c. tum epiſt. 29. col. 906. f. ita legit: *Suavis es Domine: & in jucunditate tua doce me juſtific.* &c. at infra in eund. Pſalm. col. 1083. e. *Bonus es Domine: & in bonitate tua doce me juſtitias tuas.* Auguſt. cum Proſp. *Suavis es Domine: & in tua ſuavitate doce me juſtific.* &c. mox Auguſt. *vel ſicut plures habent:* Suavis es tu Domine; *aliqui etiam*, Suavis es tu, *vel* Bonus es tu. S. Proſp. leg. *Suavis es tu Domine.* Gr. Χρηστὸς εἶ Cὺ Κύριε· ἐν τῇ χρηστότητί Cου δίδαξόν με τὰ δικαιώματά Cου.

℣. 69. Conſentiunt Hilar. Ambr. Aug. Proſp. & Caſſiod. &c. niſi quòd legunt cum Vulg. & Gr. *in toto corde meo*: at Hieron. ep. ad Sun. & Fret. to. 2. col. 659. c. de hoc ita ſcribit: *In Græco*, in toto corde meo, *legiſſe vos dicitis; ſed* meo *ſuperfluum eſt*: abeſt etiam *meo* à Pſalt. Carnut.

℣. 70. Sic Hilar. in hunc Pſ. cum Pſ. ibid. præfixo: at ipſe in Pſ. 67. col. 200. a. legit: *Coagulavit ſicut lac*, &c. Ambroſ. in eund. Pſ. *Coagulatum eſt ſicut lac..... ego autem leg. tuam meditabar.* Auguſt. *Coagulatum eſt ut lac cor*, &c. ut in textu. S. Proſp. & Caſſiod. Vulgatæ favent. In Gr. Ἐτυρώθη ὡς γάλα ἡ, &c.

℣. 71. Ita legit Hilarius cum Caſſiod. necnon Pſalt. Rom. & Corb. In Moz. verò ſic: *Bonum mihi eſt quòd humiliaſti me Domine: ut diſcam*, &c. Apud Ambroſium col. 1083. a. 1085. d. *Bonum mihi quòd humiliaſti me: ut diſcam*, &c. ſed infra, col. 1148. c. legit: *Bonum mihi eſt quòd humiliatus ſum*: ſimiliter epiſt. 2. & 73. to. 2. col. 760. e. 1079. c. Philaſtr. Brix. de hæreſ. p. 718. h. *Bonum mihi eſt Domine quòd humiliaſti me: ut diſcam*, &c. Apud Auguſt. & Proſp. ut in Vulg. In Gr. Ἀγαθόν μοι ὅτι..... ὅπως ἂν μάθω, &c.

℣. 72. Hilar. Ambroſ. & Caſſiod. huic verſui poſtponunt litteram Hebr. *Ied*: at illi tres habent verſum ut

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
ſuper millia auri & argenti.	*per millia auri & argenti.*	tui, ſuper millia auri & argenti. *Ex Mſ. Sangerm.*
IOD.	*IOD.*	
73. Manus tuæ fecerunt me, & plaſmaverunt me: da mihi intellectum, & diſcam mandata tua.	*Manus tuæ fecerunt me, & firmaverunt me: doce me, & diſcam mandata tua.*	73. Manus tuæ fecerunt me, & præparaverunt me: da mihi intellectum, & diſcam mandata tua.
74. Qui timent te videbunt me, & lætabuntur: quia in verba tua ſuperſperavi.	*Qui timent te videbunt me, & lætabuntur: quia ſermonem tuum exſpectavi.*	74. Qui te timent videbunt me, & lætabuntur: quia in verba tua ſpero.
75. Cognovi Domine quia æquitas judicia tua: & in veritate tua humiliaſti me.	*Scio Domine quia juſtum judicium tuum, & verè afflixiſti me.*	75. Ego cognovi Domine quia æquitas judicia tua: & in veritate humiliaſti me.
76. Fiat miſericordia tua ut conſoletur me, ſecundùm eloquium tuum ſervo tuo.	*Sit obſecro miſericordia tua in conſolatione mea, ſicut locutus es ſervo tuo.*	76. Fiat miſericordia tua ut exhortetur me, ſecundùm eloquium tuum ſervo tuo.
77. Veniant mihi miſerationes tuæ, & vivam: quia lex tua meditatio mea eſt.	*Veniant mihi miſericordiæ tuæ, & vivam: quia lex tua delectatio mea.*	77. Veniant mihi miſerationes tuæ, & vivam: quia lex tua meditatio mea eſt.
78. Confundantur ſuperbi, quia injuſtè iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis.	*Confundantur ſuperbi, quoniam inique contriverunt me: ego autem loquar in præceptis tuis.*	78. Confundantur ſuperbi, quia injuſtè iniquitatem fecerunt in me: ego autem permanebo in mandatis tuis.
79. Convertantur mihi timentes te, & qui noverunt teſtimonia tua.	*Revertantur ad me qui timent te, & qui ſciunt teſtimonium tuum.*	79. Convertantur mihi qui timent te, & qui noverunt teſtimonia tua.
80. Fiat cor meum immaculatum in juſtificationibus tuis, ut non confundar.	*Fiat cor meum perfectum in præceptis tuis, ut non confundar.*	80. Fiat cor meum immaculatum in juſtificationibus tuis, ut non confundar.
CAPH.	*CHAPH.*	CAPH.
81. Defecit in ſalutare tuum ani-	*Defecit in ſalutare tuum anima*	81. Defecit in ſalutari tuo

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ſupra; quibus accedit Proſp. in hunc Pſ. Auguſt. ſolus leg. *Bona mihi lex oris tui*, &c. è Gr. Ἀγαθός μοι ὁ νόμος, &c. ſed in Mſ. Alex. Ἀγαθόν μοι. Hic autem verſus, ut & alii ſeqq. uſque ad ℣. 121. abſunt à Brev. Mozarab.

℣. 73. Sic Hilarius in hunc Pſ. niſi quòd hab. *ut diſcam mand. tua:* obſervat etiam ibid. *in aliquibus codicibus ita ſcriptum deprehendiſſe ſe:* Manus tuæ fecerunt me; & finxerunt me, &c. Ambroſ. l. 2. de interpel. David, c. 5. to. 1. 645. b. & epiſt. 43. to. 2. 972. d. leg. *plaſmaverunt me:* at in Pſ. 118. col. 1089. b. c. *Manus tuæ fecerunt me, & paraverunt me: da mihi intellectum ut diſcam*, &c. inf. & *diſcam:* item col. 1090. e. addit: *In aliquibus tamen codicibus invenimus*..... & plaſmaverunt me. Auguſt. & Proſp. in hunc Pſ. *Manus tuæ fecerunt me, & finxerunt me: da mihi intell. ut diſcam*, &c. poſt paulò verò ait Auguſt. *Quidam Interpretes noluerunt dicere*, finxerunt me, *ſed* plaſmaverunt me; *magis diligentes minùs Latinè declinare de Græco, quàm dicere*, finxerunt: ſic etiam ipſe infra legit, *plaſmaverunt me..... ut diſcam*, &c. cum Proſp. Caſſiod. & Pſalt. Rom. Ad hoc verò, *da mihi intellectum*, idem Auguſt. col. 1324. g. ait: *Quod interpretati ſunt noſtri*, da mihi intellectum, *brevius dixit Græcus*, Συνέτισόν με, *quia uno verbo complexus eſt... quod Latinè uno verbo dici non poteſt.* Philaſtr. Brix. de hæreſ. p. 713. b. legit: *Manus tuæ Domine fecerunt, & plaſmaverunt me.* Pſalt. Corb. *fecerunt me, & paraverunt me... & diſcam*, &c.

℣. 74. Pſalt. Rom. *Qui timent te..... lætab. quia in verbo tuo ſperavi.* Pſ. è Mſ. Vat. ap. Hilar. *quia in verba tua ſpero*, ut ſupra. Hilar. ipſe: *in verba tua ſperavi.* Ambroſ. Vulgatæ ſuccinit ad verbum. Auguſt. verò leg. cum Proſp. *Qui timent te videbunt me, & jocundabuntur: quoniam in verba tua ſperavi:* ſed Auguſt. monet alios codices habere, *lætabuntur..... ſperavi; vel*, inquit, *ſicut alii diligentiùs expreſſerunt, ſuperſperavi.* Caſſiod. *quia in verbo tuo ſuperſperavi.* Pſalt. Corb. *Qui te timent, videbunt me... quoniam in verbis tuis ſperavi.* Gr. ὅτι εἰς τοὺς λόγους σου ἐπήλπισα.

℣. 75. Hilar. in hunc Pſ. *Cognovi Domine quia æquitas judicia tua: & verè humiliaſti me.* Ambroſ. in eund. Pſ. *Agnovi Domine quoniam juſta judicia tua: & in veritate tua humiliaſti me.* Auguſt. *Cognovi Domine quia juſtitia judicia tua: & veritate humiliaſti me.* S. Proſp. in eund. Pſ. *Cognovi Domine quoniam juſta judicia tua: & in veritate tua humilias me.* Hieron. in Ezech. 18. to. 3. p. 820. b. *Cognovi quia juſtitia judicia tua.* Item Ambroſ. ubi ſup. col. 1097. a. ait: *Qui ergo juſtus eſt examine juſtitiæ ſuæ, credit quia Dei juſta judicia ſunt; vel ſecundùm Græcum, quia Dei judicia ſunt ipſa juſtitia.* In Pſalt. Corb. *Cognovi Domine quia æquitas & veritas judicia tua: & in veritate humiliaſti me.* Græc. Ἔγνων Κύριε ὅτι δικαιοσύνη τὰ κρίματά σου· καὶ ἀληθείᾳ ἐταπείνωσάς με. Caſſiod. Vulgatæ congruit.

℣. 76. Ita legit Hilar. cum Pſ. Vat. ibidem præfixo. Rom. verò Pſalt. cum Caſſiod. *Fiat nunc miſericordia tua ut conſoletur me*, &c. Carnut. & Corb. *Fiat nunc..... ut exhortetur me.* Mediolan. *Fiat verò..... ut exhortetur me*, &c. Ambroſ. in hunc Pſ. *Fiat nunc miſeric. tua ut exhortetur me, ſecundùm verbum tuum ſervo tuo:* tum addit: *Aliqui habent in hoc loco*, conſoletur me; *ſed etiam in Apoſtolo legimus exhortationem pro conſolatione dictam*, & *conſolationem pro exhortatione:* & infra, col. 1099. e. *Plerique habent*, conſoletur. Auguſt. in eund. Pſ. *Fiat miſ. tua*, & *conſoletur me*, &c. ut in textu. S. Proſp. ibid. *Fiat autem miſ. tua ut conſoletur me, ſecundùm eloquium tuum*, &c. Hilar. in commentar. col. 302. f. *ſecundùm verbum tuum.* Gr. Γενηθήτω δή..... τὸ παρακαλέσαί με, κατὰ τὸ λόγιόν σου, &c. Vid. Cotel. Not. to. 2. col. 3. a. c.

℣. 77. Accinunt Hilar. Ambroſ. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. Auguſt. inf. habet ſemel, *Veniant ſuper me;* aliis in locis, *Veniant mihi*, ut in Gr. In Pſalt. Corb. deeſt *mihi.*

℣. 78. Cum Vulgata concinit Hilar. niſi quòd hab. *ſuper me*, pro *in me.* Ab ipſa autem Vulg. nil differunt Auguſt. Proſp. & Caſſiod. neque etiam Gr. In Pſalt. Mediol. pro *permanebo*, legitur *meditabor.* Apud Ambroſ. in eund. Pſ. ſic: *Confund. ſuperbi, quoniam injuſtè iniquit. geſſerunt in me: ego autem exercebor in præceptis tuis.* In Pſalt. Corb. *exercebo.*

℣. 79. Ita legit Hilar. cum Pſ. Vatic. ibid. Ambroſ. verò in eund. Pſ. ſic: *Convertantur ad me qui timent te, & qui ſciunt teſtimonia tua:* mox addit: *Alius habet, maximè juxta Græcum*, Convertantur mihi. Auguſt. cum Proſp. *Convertantur ad me qui timent te, & qui cognoſcunt teſtim. tua.* Obſervat etiam Auguſt. ibid. *in nonnullis codicibus & Græcis & Latinis* inventum à ſe *Convertantur mihi, quod*, inquit, *tantumdem valere exiſtimo, quantum ſi dicatur* ad me. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. *Convertantur ad me qui timent te, & qui noverunt*, &c. Similiter in Corb. dempto uno *ad me.* In Gr. Ἐπιστρεψάτωσάν με οἱ φοβούμενοί σε, καὶ οἱ γινώσκοντες, &c.

℣. 80. Accinunt magno conſenſu Hilar. Ambroſ. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum vet. Pſalt. & Gr.

℣. 81. Sic eſt in Pſalt. Rom. Ap. Hilar. verò ita: *Defecit in ſalutare tuum..... & in verbum tuum ſpero.* Similiter ap. Ambroſ. Auguſt. & Caſſiod. in eund. Pſ. præter unum *ſperavi.* Item *ſperavi* in Pſalt. Corb. Subdit Auguſt.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ea Mſ. Sangerm. anima mea : & in verbo tuo ſperavi.	*mea : in verbum tuum exſpectavi.*	ma mea : & in verbum tuum ſuperſperavi.
82. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes : Quando exhortaberis nos?	*Conſumpti ſunt oculi mei in verbum tuum, dicentes : Quando conſolaberis me?*	82. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes : Quando conſolaberis me?
83. Quia factus ſum ſicut uter in pruina : juſtificationes tuas non ſum oblitus.	*Et cùm eſſem quaſi uter in pruina, præcepta tua non ſum oblitus.*	83. Quia factus ſum ſicut uter in pruina : juſtificationes tuas non ſum oblitus.
84. Qui ſunt dies ſervi tui : quando facies de perſequentibus me judicium?	*Quot ſunt dies ſervi tui : quando facies in perſequentibus me judicium?*	84. Quot ſunt dies ſervi tui : quando facies de perſequentibus me judicium?
85. Narraverunt mihi iniqui exercitationes : ſed non ita ut lex tua Domine.	*Foderunt mihi ſuperbi foveas, qua non erant juxta legem tuam.*	85. Narraverunt mihi iniqui fabulationes : ſed non ut lex tua.
86. Omnia præcepta tua veritas : iniqui perſecuti ſunt me, adjuva me.	*Omnia mandata tua vera : falsò perſecuti ſunt me, auxiliare mihi.*	86. Omnia mandata tua veritas : iniquè perſecuti ſunt me, adjuva me.
87. Paulò minùs conſummaverunt me in terram : ego autem non dereliqui mandata tua Domine.	*Paulò minùs conſumpſerunt me in terra : ego autem non dimiſi præcepta tua.*	87. Paulò minùs conſummaverunt me in terra : ego autem non dereliqui mandata tua.
88. Secundùm miſericordiam tuam vivifica me : ut cuſtodiam teſtimonia oris tui.	*Secundùm miſericordiam tuam vivifica me, & cuſtodiam teſtimonia oris tui.*	88. Secundùm miſericordiam tuam vivifica me : & cuſtodiam teſtimonia oris tui.
LABD.	*LAMED.*	LAMED.
89. In æternum Domine, permanet verbum tuum in cœlo.	*In æternum Domine, verbum tuum permanet in cœlo.*	89. In æternum Domine, verbum tuum permanet in cœlo.
90. In ſæculum & ſæculum veritas tua : fundaſti terram, & permanet.	*In generatione & generatione fides tua : fundaſti terram, & ſtat.*	90. In generationem & generationem veritas tua : fundaſti terram, & permanet.
91. Ordinatio tua perſeverat dies : quoniam omnia ſerviunt tibi.	*Judicio tuo ſtant uſque hodie : quia omnia ſerviunt tibi.*	91. Ordinatione tua perſeverat dies : quoniam omnia ſerviunt tibi.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ſup. *Etiam hic Græcus illud verbum habet, quod quidam noſtri Interpretes*, ſuperſperavi, *transferre maluerunt.* S. Proſp. legit *ſemper ſperavi*, ſed infra, *ſuperſperavi*; cætera ut in Vulg. Ambr. l. 1. de Cain. c. 2. to. 1. 185. d. habet : *Defecit anima mea in verbum tuum* : at l. de lapſu virg. to. 2. 319. b. *Defecit in ſalutari tuo anima mea* : & l. de fug. ſæc. c. 8. col. 436. e. *Defecit in ſalutare tuum*, ut in Vulg. In Gr. Ἐκλείπει εἰς τὸ ζωτήριόν σου..... εἰς τοὺς λόγους σου ἐπήλπισα. Mſ. Alex. εἰς τὸν λόγον σου. Littera autem Hebræa *Caph*, quæ ponitur ſup. *Latina interpretatione ſignificat*, Curvati ſunt, Ambroſio teſte : *Manus* autem juxta Pſalt. Rom.

℣. 82. Sic Hilarius cum Pſalt. Carnut. & Corb. præter hoc, *exhortaberis me.* In Vatic. apud Hilar. *conſolaberis me.* Itidem ap. Aug. Proſp. & Caſſiod. Apud Ambroſ. in eund. Pſ. ſic : *Defecerunt oculi mei in verbum tuum, dicentes : Quando conſolaberis me?* In Gr. εἰς τὸ λόγιόν σου... Πότε παρακαλέσεις με ;

℣℣. 83. 84. Ita legunt Hilar. Proſp. & Caſſiod. præter unum *quot*, pro *qui*. Itidem ap. Auguſt. in eund. Pſ. ni excipias iſta, *Quoniam factus ſum tanquam uter.* Ambroſ. ibid. *Quoniam factus ſum tanquam uter in gelicidio... quot ſunt.... quando facies mihi de perſeq. me judicium?* Item in Pſalt. Corb. *quando facies mihi*, &c. In Gr. ὡς ἀσκὸς ἐν πάχνῃ..... πόσαι εἰσὶν..... πότε ποιήσεις μοι ἐκ τῶν καταδιωκόντων με, &c.

℣. 85. Sic eſt in Pſalt. Corb. Ita quoque ap. Hilar. & in Pſ. Vatic. ibidem præfixo, dempto ult. *Domine*; in Vatic. etiam deeſt *ita.* Ambroſ. in eund. Pſ. legit : *Narraverunt mihi injuſti exercitationes : ſed non ſicut lex tua Domine* : ſimiliter l. 2. Hexa. col. 23. d. Auguſt. verò cum Proſp. *Narraverunt mihi iniqui delectationes : ſed non ſicut lex tua Domine* : ita rurſum Auguſt. tract. 10. in 1. Joh. to. 3. col. 896. b. præter vocem *injuſti*, quam pariter habet to. 8. col. 240. e. addit Auguſt. in Pſ. col. 1330. c. *Eas ſic transferre voluerunt Interpretes noſtri, quas Græci* ἀδολεσχίας *vocant, quod uſque adeo uno verbo nequaquam dici Latinè poteſt, ut aliqui* delectationes, *aliqui* fabulationes, *eas dicerent.* Item Ambroſ. ubi ſup. col. 1110. b. *Quaſi fabulæ cujuſdam nænias narratas ſibi dicit* ἀδολεσχίας, *hoc eſt, ſuperfluas loquacitates.* In Pſalt. Carnut. *exercitationes.* In Rom. & apud Caſſiod. *fabulationes*; mox in Rom. *ſed non ita ut lex tua Domine.* in Gr. ἀλλ' οὐχ ὡς ὁ νόμος σου Κύριε.

℣. 86. Vulgatæ favet Hilar. in hunc Pſ. Ambroſ. verò legit : *Omnia præcepta tua veritas : injuſtè perſec.* &c. ſimiliter l. 2. Hexa. col. 23. d. *Omnia præcepta tua veritas.* Auguſt. cum Proſp. *Omnia mandata tua..... injuſtè perſec.* &c. item Auguſt. *injuſtè* epiſt. 185. to. 2. 646. g. Caſſiod. autem cum Pſalt. Rom. Corb. Mediol. Carnut. & Vat. ap. Hilar. *iniqui perſecuti ſunt me*, &c. Gr. ἀδίκως κατεδίωξάν με.

℣℣. 87. 88. Vulgatæ accinunt ad verbum Hilar. Ambroſ. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum vet. Pſalt. & Gr. In Pſalt. Corb. *non dereliqui præcepta tua.*

℣. 89. Apud Hilar. Proſp. & Caſſiod. *Lamed.* In Pſalt. Rom. Fabri, *Diſciplina.* Apud Ambroſ. *Lamed, cujus interpretatio*, Cor, *vel ut alia interpretatio habet*, Servo : deinde Ambroſ. legit ut ſup. in textu, eodemque ordine ; ſicut l. 1. de fide, to. 2. 456. d. at ſupra col. 1115. f. notat *aliquos codices habere*, in ſæculum ; *quia Græcus*, inquit, εἰς τὸν αἰῶνα *poſuit, quod diverſè interpretati ſunt Translatores ; alii* in æternum, *alii* in ſæculum. Hilar. in eund. Pſ. legit : *In ſæculum Domine, permanet verbum tuum in cœlo* : item obſervat *Latinos quoſdam Interpretes ambigua id ſignificatione*, & minùs propria tranſtuliſſe : *nam quod Græcitas habet*, inquit, Εἰς τὸν αἰῶνα Κύριε, *id nobiſcum eſt*, In æternum Domine, *translatum.* Similiter ap. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. *In æternum Domine.*

℣. 90. Hilar. ubi ſup. *In generatione & generatione veritas tua : fundaſti terram, & permanebit.* Pſ. Vatic. ibid. præfixus, *In generatione & generationem..... permanet.* Ambroſ. Auguſt. & Caſſiod. cum Vulg. *In generationem & generationem..... permanet.* S. Proſp. *In generatione & generatione..... permanet.* Pſalt. Rom. *Et in ſæculum ſæculi veritas tua..... permanet.* Corb. *In ſæculum & in ſæculum verit.* &c. Gr. Εἰς γενεὰν καὶ γενεάν..... διαμένει.

℣. 91. Ambroſ. in hunc Pſ. ita legit : *Diſpoſitione tua permanet dies : quoniam univerſa ſerviunt tibi* : itidem l. 4. Hexa. to. 1. 64. d. & l. 4. & 5. de fide, to. 2. 546. c. 569. c. 587. d. excepto verbo *permanebit* : vide etiam epiſt. 46. col. 987. a. & l. de Spir. S. col. 605. c. Hieron. in Matth. 24. to. 4. 116. a. *Ordinatione tua permanet dies.* Similiter Auguſt. in hunc Pſ. Hilar. verò, Proſp. & Caſſiod. Vulgatæ reſpondent. In Pſalt. Rom. ſic : *Ordinatione tua perſeverant dies*, &c. In Corb. *Diſpoſitione tua perſeverat dies : quoniam univerſa ſerv. tibi.* In Gr. Τῇ διατάξει σου διαμένει ἡμέρα· ὅτι τὰ σύμπαντά σοὶ δοῦλά εἰσι.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
92. Niſi quòd lex tua meditatio mea eſt : tunc fortè periiſſem in humilitate mea.	*Niſi quòd lex tua delectatio mea, forte periſſem in preſſura mea.*	92. Niſi quòd lex tua meditatio mea eſt : tunc periſſem forſitam in humiliatione mea. *Ex Mſ. Sangerm.*
93. In æternum non obliviſcar juſtificationes tuas : quia in ipſis viviſicaſti me.	*In ſempiternum non obliviſcar præceptorum tuorum : quia per ipſa viviſicaſti me.*	93. In æternum non obliviſcar juſtificationes tuas : quia in ipſis viviſicaſti me Domine.
94. Tuus ſum ego, ſalvùm me fac : quoniam juſtificationes tuas exquiſivi.	*Tuus ego ſum, ſalva me : quoniam præcepta tua quæſivi.*	94. Tuus ſum ego Domine, ſalvum me fac : quoniam juſtificationes tuas exquiſivi.
95. Me exſpectaverunt peccatores ut perderent me : teſtimonia tua intellexi.	*Me exſpectaverunt impii ut perderent me : teſtimonium tuum conſiderabo.*	95. Me exſpectaverunt peccatores ut perderent me : teſtimonia tua non intellexerunt.
96. Omnis conſummationis vidi finem : latum mandatum tuum nimis.	*Omnis conſummationis vidi finem : latum mandatum tuum nimis.*	96. Omni conſummationi vidi finem : latum mandatum tuum nimis.
MEM.	MEM.	MEN.
97. Quomodo dilexi legem tuam Domine ? tota die meditatio mea eſt.	*Quàm dilexi legem tuam ! tota die hæc meditatio mea.*	97. Quomodo dilexi legem tuam Domine ? tota die meditatio mea eſt præceptum tuum.
98. Super inimicos meos prudentem me feciſti mandato tuo : quia in æternum mihi eſt.	*Super inimicos meos inſtruxiſti me mandato tuo : quia in ſempiternum hoc eſt mihi.*	98. Super inimicos meos prudentem me feciſti mandato tuo : quia in æternum mihi eſt.
99. Super omnes docentes me intellexi : quia teſtimonia tua meditatio mea eſt.	*Super omnes qui docebant me eruditus ſum : quia teſtimonia tua meditatio mea.*	99. Super omnes docentes me intellexi : quoniam teſtimonia tua meditatus ſum.
100. Super ſenes intellexi : quia mandata tua quæſivi.	*Super ſenes intellexi : quia præcepta tua ſervavi.*	100. Super ſeniores intellexi : quia mandata tua exquiſivi.
101. Ab omni via mala prohibui pedes meos : ut cuſtodiam verba tua.	*Ab omni ſemita mala prohibui pedes meos, ut cuſtodirem verba tua.*	101. Ab omni via mala prohibuiſti pedes meos : ut cuſtodiam verbum tuum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 92. Sic Hilar. in hunc Pſ. paulò verò poſt leg. *in humilitate mea.* Pſ. è Mſ. Vatic. ap. ipſum : *Niſi quòd lex tua medit. mihi eſt : tunc periiſſem in exprobratione mea.* Apud Ambroſ. in eund. Pſ. col. 1115. c. *Niſi quia lex tua medit. mea eſt : tunc forſitan periiſſem in humilitate mea :* & inf. col. 1122. f. *alioquin periiſſem in humilit.* &c. & ſup. col. 1083. a. *Niſi lex tua medit. mea eſſet : tunc forſitan periiſſem*, &c. Auguſt. cum Pſalt. Rom. *Niſi quòd lex tua..... tunc forſitan periiſſem in humilitate mea.* S. Proſp. *Niſi quia lex tua medit. mea eſt : forſitan periiſſem*, &c. Apud Caſſiod. ut in Vulg. In Gr. Εἰ μὴ ὅτι..... τότε ἂν ἀπολόμην ἐν τῇ ταπεινώσει μου.

℣. 93. Sic in Pſalt. Corb. eſt ad verbum. Hilar. verò legit cum Gr. *In ſæculum non obliviſcar juſtificationum tuarum : quia in ipſis viviſicaſti me.* Ambroſ. *In æternum non obliviſcar juſtificationum tuarum : quoniam in ipſis viviſ. me.* Ita quoque hab. Auguſt. cum Proſp. Caſſiodorus Vulgatæ congruit.

℣. 94. Ita rurſum in Pſalt. Corb. Apud Hilar. in hunc Pſ. ſic : *Tuus ſum ego, ſalva me : quia juſtific.* &c. ut ſup. Pſ. è Mſ. Vatic. ap. ipſum, *ſalva me Domine : quoniam*, &c. Ita quoque Ambroſ. in eund. Pſ. Auguſt. verò & Caſſiod. concordant cum Vulg. S. Proſp. habet, *ſalvum me fac Domine.* In Gr. ſimpliciter ἐγὼ, σῶζόν με· ὅτι, &c.

℣. 95. Vulgatæ conſentiunt Ambrol. Proſp. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Gr. Hilarius hab. *teſtimonia tua Domine intellexi.* Auguſt. *teſtimon. autem tua intellexi :* ſubinde ait : *ſed familiariùs hic Eccleſia auribus Græcum verbum ſonat*, martyria tua intellexi.

℣. 96. Itidem in Pſalt. Rom. Corb. & Carnut. ut & in Pſ. è Mſ. Vat. ap. Hilar. Hilarius quoque in comment. juxta plures Mſs. hab. *Omni conſummationi ;* at in fine legit, *latum mandat. tuum vehementer.* Auguſt. cum Proſp. *Omnis conſummationis..... latum mandat. tuum valde :* item *valde*, tract. 10. in 1. Joh. to. 3. 899. a. è Gr. σφόδρα. Ambroſ. in eund. Pſ. ſic : *Omnis conſummationis vidi finem : amplificum mandatum tuum valde :* ait etiam col. 1130. d. *Non poſſumus in omnibus vim Græci ſermonis exprimere : major in Græco plerùmque vis & pompa ſermonis eſt : τέλος dicitur Græcè, quod nos Latinè*, & finem *dicimus*, & conſummationem. Eadem ferme ap. Hilarium col. 314. f. *Frequenter admonuimus*, inquit, *non poſſe ſatisfactionem intelligentiæ ex Latinitatis translatione præſtari : alia enim vis dicti hujus eſt ex Græco enunciati : ita enim eſt :* Πάσης συντελείας εἶδον πέρας· *id quod cum Græcis nuncupatur, ultra finem eſt rerum ſtatutarum..... quod autem nobiſcum ſcribitur* in finem, *fine eo, quo ſignificatur, exiſtimabitur unde agitur contineri.*

℣. 97. In fronte ponitur littera Hebr. *Mem* ap. Hilar. Ambroſ. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. Ambroſ. ibid. ait *Mem* ſignificare in uno Interprete, *Viſcera ;* in alio, *Ex ipſis.* Hoc ult. habetur in Pſalt. Rom. Ambroſ. ſubdit : *Quomodo dilexi mandatum tuum Domine ? tota die medit. mea eſt :* at infra ait, non poſſe dicere Marcioniſtam : *Quomodo dilexi legem tuam ?* Hilar. in eund. Pſ. cum Pſ. Vatic. ibid. *Quomodo dilexi legem..... tota die meditatio eſt mihi.* Auguſt. Proſp. & Caſſiod. Vulgatæ ſuffragantur. In Gr. ὅλην τὴν ἡμέραν μελέτη μου ἐστίν. Auguſt. quoque ait Græcum meliùs habere *totam diem.*

℣. 98. Ita Caſſiod. hab. verbum è verbo. Item Hilar. præter hoc, *quoniam in ſæculum mihi eſt.* Ambroſ. in eund. Pſ. *Super inimicos meos intelligere me feciſti mandata tua : quia tu es :* ita ſcilicet ex potioribus Mſs. alii enim ferunt, *edeciſti me mandatum tuum : quia in æternum mihi eſt :* nonnulli cum vet. ed. ad marg. *prudentem me feciſti*, &c. ut in Vulg. Auguſt. cum Pſalt. Mediolan. *Super inim. meos ſapere feciſti me mandatum tuum : quoniam in æternum mihi eſt.* S. Proſp. *ſapere feciſti me mandato tuo : quoniam in æternum*, &c. Auguſt. ait eodem loco, *meliùs intellexiſſe, qui interpretati ſunt* in æternum, *quàm qui* in ſæculum ; *tanquam finito iſto ſæculo, nullum jam legis poſſet eſſe mandatum.* In Gr. Ὑπὲρ τοὺς ἐχθρούς μου ἐσόφισάς με τὴν ἐντολήν σου· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνά μοί ἐστι Mſ. Alex. & Compl. μοί ἐστι.

℣. 99. Hilar. Ambroſ. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. concinunt cum Vulg. & Græco. Al. *teſtimonia tua meditatio eſt mihi.*

℣. 100. Ita legunt Hilar. Auguſt. & Caſſiod. ubi ſup. necnon Auct. op. imp. in Matth. homil. 3. p. 23. a. cum Pſalt. Rom. Mediol. Corb. & Carnut. Sic etiam Ambroſ. in eund. Pſ. niſi quòd hab. *præcepta tua.* S. Proſp. *Super ſenes..... quia mandata tua exquiſivi.* Græc. Ὑπὲρ πρεσβύτερους συνῆκα· ὅτι τὰς ἐντολάς σου ἐξεζήτησα.

℣. 101. Ita ſert Pſ. è Mſ. Vatic. ap. Hilar. at Hilarius ipſe in comment. legit *prohibui ;* quam etiam lectionem confirmat infra, dicens : *Reſiſtendum eſt & obnitendum, ut noſmetipſos ab omni via mala primùm arceamus,*

Digitized by Google

Versio antiqua.	Hebr.	Vulgata hod.
Ex Mſ. Sangerm. 102. A judiciis tuis non declinavi : quia legem tuam poſuiſti mihi.	*A judiciis tuis non receſſi : quia tu illuminaſti me.*	102. A judiciis tuis non declinavi : quia tu legem poſuiſti mihi.
103. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, ſupra mel & favum ori meo !	*Quàm dulce gutturi meo eloquium tuum, ſuper mel ori meo !*	103. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo !
104. A mandatis tuis intellexi : propterea odivi omnem viam iniquitatis ; quoniam tu legem conſtituiſti mihi.	*Præcepta tua conſiderabam : propterea odivi omnem ſemitam mendacii.*	104. A mandatis tuis intellexi : propterea odivi omnem viam iniquitatis.
Num.	*Nun.*	Nun.
105. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis.	*Lucerna pedi meo verbum tuum, & lux ſemitæ meæ.*	105. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis.
106. Juravi, & ſtatui cuſtodire judicia juſtitiæ tuæ.	*Juravi, & perſeverabo, ut cuſtodiam judicia juſtitiæ tuæ.*	106. Juravi, & ſtatui cuſtodire judicia juſtitiæ tuæ.
107. Humiliaſti me uſquequaque : Domine vivifica me ſecundùm cor tuum.	*Afflictus ſum uſque nimis : Domine vivifica me juxta verbum tuum.*	107. Humiliatus ſum uſquequaque Domine : vivifica me ſecundùm verbum tuum.
108. Voluntaria oris mei Domine proba : & judicia tua doce me.	*Voluntaria oris mei complaceant tibi Domine, & ſecundùm judicia tua doce me.*	108. Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine : & judicia tua doce me.
109. Anima mea in manibus tuis ſemper : & legem tuam non ſum oblitus.	*Anima mea in manu mea ſemper, & legis tua non ſum oblitus.*	109. Anima mea in manibus meis ſemper : & legem tuam non ſum oblitus.
110. Poſuerunt peccatores laqueum mihi : & à mandato tuo Domine non erravi.	*Poſuerunt impii laqueum mihi, & à præceptis tuis non aberravi.*	110. Poſuerunt peccatores laqueum mihi : & de mandatis tuis non erravi.

Notæ ad Versionem antiquam.

Ambroſ. & Auguſt. in eund. Pſ. pariter leg. *Ab omni via maligna prohibui..... ut cuſtodiam verba tua* ; Ambroſ. *verbum tuum*. Sic etiam in Pſalt. Rom. Corb. & ap. Caſſiod. cum verbo *prohibui*. In Mediolan. *prohibe*. Apud Proſp. ut in Vulg. In Gr. Ἐκ παάσης ὁδῦ πονηρᾶς ἐκώλυσα τὺς πόδας μυ ὅπως ἂν φυλάξω τὺς, &c.

℣. 102. Vulgatæ ſuffragantur Hilar. Ambroſ. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. In Gr. ὅτι σὺ ἐνομοθέτησάς με.

℣. 103. Sic eſt in Pſalt. Rom. Mediol. Corb. & Carnut. ni excipiatur vocula *ſuper*, pro *ſupra*. Itidem in Pſ. è Mſ. Vatic. ap. Hilar. necnon ap. Proſp. Fulg. l. 1. de dupl. præd. p. 10. & Caſſiod. in hunc Pſ. At Hilar. ipſe in comment. delet hoc, & *favum* ; & Reg. cod. ibid. cum Albino hab. *in ore meo* ; quæ lectio confirmatur ab Hilar. col. 319. e. his verbis : *Mel in ore, non etiam in faucibus, dulce eſt* : & poſt paulò : *Eloquia in faucibus & in ore, melle dulciora ſunt*. Ambroſ. in eund. Pſ. non ſemel : *Quàm dulcia faucibus meis verba tua, ſuper mel & favum ori meo !* itidem in Luc. 9. col. 1414. f. & ep. 29. to. 2. 907. a. ſed in Pſ. 118. col. 1187. b. hab. *eloquia tua* ; ut & S. Paulin. ep. 1. cum Proſp. qui etiam addunt & *favum*, ut ſup. Auguſt. *Quàm dulcia ſunc. meis verba tua, (vel quod de Græco eſt expreſſius*, eloquia tua,) *ſuper mel & favum ori meo !* ait quoque inf. *Nonnulli ſanè codices non habent* favum, *ſed plures habent*. Hieron. in Ezech. 3. col. 713. c. & ep. ad Algaſ. quæſt. 1. to. 4. 188. b. *Quàm dulcia gutturi meo eloq. tua, ſuper mel ori meo !* Itidem Damaſ. ad Hieron. epiſt. 17. to. 1. col. 579. Auct. verò l. de promiſſ. p. 2. c. 21. col. 145. c. *Quàm dulcia faucibus verba tua, ſuper mella & favos ori meo !* Auct. op. imp. in Matth. p. 173. b. *ſuper mel & favum ori meo*. Gr. Ὡς γλυκέα τῷ λάρυγξί μυ τὰ λόγιά συ, ὑπὲρ μέλι τῷ σόματί μυ.

℣. 104. Pſalt. Rom. *A mandatis tuis intellexi : propterea odio habui omnem viam iniquitatis ; quoniam tu legem poſuiſti mihi*. Hilar. verò, Auguſt. Proſp. & Caſſiod. non addunt ult. verſiculum, *quoniam tu legem poſuiſti mihi*. Abeſt pariter à Gr. præterquam à Mſ. Alex. in quo ſubnectitur : ὅτι σὺ ἐνομοθέτησάς με. Hilar. legit cum Caſſiod. *propterea odivi*, &c. Ambroſ. *propter hoc odio habui*, &c. Auguſt. & Proſp. *propterea odio habui*, &c. Gr. διὰ τῦτο ἐμίσησα, &c.

℣. 105. Pſalt. Sangerm. vitiosè ſcribit *lucernam* pro *lucerna*. Litteræ autem præced. *Nun*, *interpretatio eſt* Unicus, *vel in alio Interprete*, *Paſcua eorum*, teſte Ambroſio. In Pſalt. Rom. *Sempiternum* ; mox ibid. ſicut in Corb. *Lucerna pedibus meis verbum tuum Domine*, & *lumen*, &c. Sic etiam ap. Hilar. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. Item ap. Ambroſ. in eund. ut & in Pſ. 37. col. 833. c. & in Luc. 9. & 11. col. 1414. f. 1433. f. ſed hoc ult. loco hab. & *lux ſemitis meis*, ſicut in Pſ. 118. col. 1144. f. aliis in locis hic verſiculus deeſt : vide etiam l. 2. de interpel. Dav. c. 4. col. 643. a. Ap. Auguſt. ut in Vulg. In Gr. Λύχνος τοῖς ποσί μυ ὁ νόμος συ, καὶ φῶς τοῖς τρίβοις μυ. Ita etiam legunt Pſalt. Æthiop. Apoll. Metaphr. ac Hieron. in Agg. 1. nempe *lex tua*, loco *verbum tuum*. Chromat. Aquil. in Matth. p. 981. a. *Mandatum tuum lucerna pedibus meis*, & *lux*, &c. Auct. l. de ſing. cleric. p. 527. *Lucerna eſt pedibus meis verbum tuum*, & *lux*, &c.

℣. 106. Accinunt Hilar. Ambroſ. Aug. Proſp. & Caſſiod. cum vet. Pſalt. & Gr.

℣. 107. Ambroſ. in hunc Pſ. legit : *Humiliatus ſum uſquequaque* : at infra col. 1146. e. *Humiliatus ſum nimis*, omiſſis aliis. Auguſt. & Proſp. cum Gr. *Humiliatus ſum uſque valde* : poſt paulò Auguſtinus ſic : *Domine vivifica me ſecundùm*, &c. Hilar. verò & Caſſiod. Vulgatæ conſentiunt ad verbum.

℣. 108. Ambroſ. legit : *Voluntaria oris mei comproba Domine* : & *judicia*, &c. Pſalt. Corb. & Carnut. *comproba nunc* ; Mediolan. *bene proſpera nunc* ; Hilar. *fac beneplacita Domine*. Hieron. in ep. ad Philem. to. 4. 453. a. *complaceant tibi Domine*. S. Proſp. *fac beneplacita Domine* : & *in judicia tua*, &c. Aug. & Caſſiod. nil differunt à Vulgata. In Gr. Τὰ ἑκούσια τῦ στόματός μυ εὐδόκησον Κύριε· καὶ τὰ, &c.

℣. 109. Ita ferunt Pſalt. Rom. Mediol. Carnut. Corb. necnon Pſ. è Mſ. Vatic. ap. Hilar. Ita quoque Hilar. ipſe in comment. ut & Proſp. & Caſſiod. in eund. Pſ. Sic etiam Ambroſ. cùm in Pſ. 29. col. 908. a. tum in Pſ. 118. col. 1151. a. obſervat tamen hìc aliquos habere, *Anima mea in manibus meis ſemper : ſed quia*, inquit, *plerique habent*, Anima mea in manibus tuis, &c. *hoc latiùs explanandum arbitror* : & ita legit ipſe l. de bon. mort. c. 10. col. 407. d. Auguſt. etiam in eund. Pſ. ait : *Nonnulli codices habent*, in manibus meis, *ſed plures*, in tuis ; & *hoc quidem planum eſt* ; Juſtorum *enim* animæ in manu Dei ſunt..... Anima *verò* mea in manibus meis, *quomodo intelligatur*, *ignoro*, &c. *In Græco* pariter *legiſſe* ſe dicebant Sun. & Fret. *Anima mea in manibus tuis* ; ſicut etiamnum legitur ἐν ταῖς χερσίν συ ; at Hieron. epiſt. ad ipſos, to. 2. col. 659. c. 662. a. legit *in manibus meis*, & contendit ita eſſe ſcriptum *apud Hebræos*, & *apud LXX.* & *omnes alios Interpretes*, non verò *in manibus tuis* ; tum addit : & *omnes apud Græcos Eccleſiaſtici Interpretes iſtum locum ſic ediſſerunt*, & *eſt breviter hic ſenſus : Quotidie periclitor*, & *quaſi in manibus meis ſanguinem meum porto*, & *tamen legem tuam non obliviſcor* ; ſupra : & *legem tuam non ſum oblitus*. Auguſt. è Gr. & *legis tuæ non ſum oblitus*.

℣. 110. Autograph. Sangerm. ſcribit *à mandata tua*, ſed vitiosè ; correximus *à mandato tuo*, licet Hilar. & Ambroſ. habeant *de mandatis tuis* ; Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum Pſalt. Corb. *à mandatis tuis* ; Pſ. è Mſ. Vat.

Digitized by Google

VULGATA HOD.

111. Hæreditate acquiſivi teſtimonia tua in æternum : quia exſultatio cordis mei ſunt.

112. Inclinavi cor meum ad faciendas juſtificationes tuas in æternum, propter retributionem.

SAMECH.

113. Iniquos odio habui : & legem tuam dilexi.

114. Adjutor, & ſuſceptor meus es tu : & in verbum tuum ſuperſperavi.

115. Declinate à me maligni : & ſcrutabor mandata Dei mei.

116. Suſcipe me ſecundùm eloquium tuum, & vivam : & non confundas me ab exſpectatione mea.

117. Adjuva me, & ſalvus ero : & meditabor in juſtificationibus tuis ſemper.

118. Spreviſti omnes diſcedentes à judiciis tuis : quia injuſta cogitatio eorum.

119. Prævaricantes reputavi omnes peccatores terræ : ideo dilexi teſtimonia tua.

HEBR.

Hæreditas mea teſtimonia tua in ſempiternum : quia gaudium cordis mei ſunt.

Inclinavi cor meum ut facerem juſtitias tuas, propter æternam retributionem.

SAMECH.

Tumultuoſos odivi, & legem tuam dilexi.

Protectio mea, & ſcutum meum tu es : verbum tuum exſpectavi.

Recedite à me maligni, & cuſtodiam mandata Dei mei.

Confirma me ſecundùm verbum tuum, & vivam : & noli me confundere ab exſpectatione mea.

Auxiliare mihi, & ſalvus ero : & delectabor in præceptis tuis jugiter.

Abjeciſti omnes qui averſantur præcepta tua : quia mendax cogitatio eorum.

Quaſi ſcoriam computaſti omnes impios terræ : propterea dilexi teſtimonia tua.

VERSIO ANTIQUA.

111. Conſecutus ſum omnia teſtimonia tua in æternum : quia exſultatio cordis mei es tu. *Ex Mſ. Sangerm.*

112. Declinavi cor meum ad faciendas juſtificationes tuas in æternum, propter retributionem.

SANCH.

113. Iniquos odio habui : & legem tuam dilexi.

114. Adjutor, & ſuſceptor meus es tu : & in verbum tuum ſperavi.

115. Declinate à me maligni : & ſcrutabor mandata Dei mei.

116. Suſcipe me ſecundùm eloquium tuum, & vivam : & ne confundas me ab ſpe mea.

117. Adjuva me, & ſalvus ero : & meditabor in tuis juſtificationibus ſemper.

118. Spreviſti omnes diſcedentes à juſtificationibus tuis : quia injuſta cogitatio eorum.

119. Prævaricatores æſtimavi omnes peccatores terræ : propterea dilexi omnia teſtimonia tua ſemper.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ap. Hilar. *de mandatis meis ;* ſed ſolus, & malè. Pſalt. Rom. *Poſuerunt peccat. laqueos mihi : & à mandatis tuis*, &c. ſed abſque *Domine*, quod etiam in aliis ſup. non exſtat. In Gr. παγίδα μοι· ἐκ τῶν ἐντολῶν σου, &c. ut in Vulg.

℣. 111. Hilarius in hunc Pſ. *Hæreditavi teſtimonia tua in ſæculum : quia*, &c. ut in Vulg. Similiter ap. Ambroſ. in eund. Pſ. præter hoc, *in æternum : quoniam*, poſt paulò verò hab. *Hæreditate quæſivi*, &c. & epiſt. 27. to. 2. 899. c. *Hæres ſultus ſum teſtimoniorum tuorum.* S. Proſp. *Hæreditatem adquiſivi teſtim. tua in æt.* &c. Ap. Aug. & Caſſiod. ut in Vulg. Addit tamen Auguſt. *Nonnulli uno verbo volentes dicere, quod uno verbo in Græco poſitum eſt*, hæreditavi *interpretati ſunt ; quod, etſi Latinum eſſe poſſet, magis ſignificaret eum qui dedit hæreditatem, quàm enim qui accepit ; ut ſic eſſet* hæreditavi, *quomodo* ditavi. *Melius ergo duobus verbis inſinuatur integer ſenſus, ſive dicatur* hæreditate poſſedi, *ſive dicatur* hæreditate adquiſivi ; *non* hæreditatem, *ſed* hæreditate. In Gr. Ἐκληρονόμησα τὰ μαρτύριά σου εἰς τὸν αἰῶνα, &c.

℣. 112. Sic Hilar. in hunc Pſ. cum Pſ. ibid. præfixo, & Pſalt. Corb. Auguſt. verò, Proſp. & Caſſiod. Vulgatæ conſentiunt cum Pſalt. Rom. Ambroſius in eund. Pſ. ſic : *Inclinavi cor meum ad faciendas juſtitias tuas in aternum*, &c. Gr. Ἔκλινα τὴν καρδίαν μου τοῦ ποιῆσαι τὰ δικαιώματά σου, &c.

℣. 113. *Sanch* corruptè, pro *Samech*, quod ult. legitur ap. Hilar. Ambroſ. & alios. *Interpretationem habet* Audi, auctore Ambroſio : *eſt & alia ejus interpretatio*, inquit, *quæ dicitur* Firmamentum : in Pſalt. Rom. *Adjutorium.* Quæ verò ſequuntur in textu, eodem modo leguntur ap. Hilar. Ambr. Aug. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. Item ap. Lucif. Cal. l. de non conven. cum hæret. p. 223. c. & in Pſalt. Rom. Obſervat Hilarius *non Inimicos ſuos* dixiſſe Prophetam, *ſed Iniquos, id eſt, tranſgreſſores legis.* Et verò, inquit, *propriore iſtud verbo Græcitas nuncupat dicens*, παρανόμους, *id eſt, extra legem agentes.* Similiter Ambroſ. *Græcus melius eos & propriè nuncupavit dicens*, παρανόμους..... παράνομος exlex *vocatur.* Idem Ambroſ. col. 1163. f. & 1164. a. hab. *legem autem tuam dilexi ;* è Gr. τὸν δὲ νόμον σου ἠγάπησα· ſup. & *legem tuam*, &c.

℣. 114. Pſalt. Rom. *Adjutor, & ſuſc. meus es tu : & in verbo tuo ſuperſperavi.* Pſ. è Mſ. Vat. ap. Hilar. *Adjutor, & ſuſc. meus : & in verbum tuum ſperavi.* Hilarius ipſe in comment. cum Pſalterio Corb. *Adjutor, & ſuſc. meus es tu : & in verbum tuum ſpero.* Similiter Ambroſ. in eund. Pſ. ſed addit : *Græcus tamen ὑπέμεινα habet, quod eſt* ſuperſperavi, *quod de eo dicitur qui ſemper addit ad ſperandum, & cùm ſperaverit aliquid, iterum ſperat :* at ibid. *Pulchrè antem ait, In verbum tuum ſperavi ;* & infra, col. 1166. c. leg. *ſpero*, ut ſupra. Auguſt. cum Proſp. *Adjutor meus, & ſuſceptor meus es tu : in verbum tuum ſuperſperavi ;* Proſp. *& in verbum*, &c. Caſſiod. *Adjutor meus, & ſuſcepter meus es tu : & in....ſperavi.* Gr. Βοηθός μου, καὶ ἀντιλήπτωρ μου εἶ σύ· εἰς τοὺς λόγους σου ὑπέμεινα.

℣℣. 115. 116. 117. Eadem exſtant in Pſalt. Rom. excepta voce *exſpectatione*, pro *ſpe.* Hilar. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum Vulgata concinunt ad verbum. Similiter ap. Ambroſ. præter ſeqq. *Diſcedite à me maligni.....* & *meditabor juſtificationes tuas ſemper.* In Gr. id unum differt à Vulgata, ζῆσόν με, *vivifica me*, pro & *vivam.*

℣. 118. Sic habet Caſſiod. ad verbum. Sic etiam in Pſalt. Rom. addito uno *eſt* in fine. Pſ. è Mſ. Vat. ap. Hilar. hab. *Spreviſti omnes diſcedentes à juſtitiis tuis : quia injuſta cognitio eorum.* Hilarius verò in comment. *Spreviſti omnes diſced. à juſtificationibus tuis : quia iniqua cogitatio eorum.* Ambroſ. in eund. Pſ. *Spreviſti omnes qui diſcedunt à juſtificationibus tuis : quia iniqua cogitatio eorum :* poſt paulò verò ita reſumit : *Recte autem ait :* Ad nihilum deduxiſti prævaricatores : *non* peccatores *dixit, ſed* prævaricatores : & poſt pauca : *Etiam illud pulchrè :* Omnes ad nihilum deduxiſti prævaricatores : *ſive ille dives ſit, nihil illi divitiæ ſuæ proſunt ; ſive honoratus, nihil dignitas ; ſive potens, nihil potentia. Sed aliud eſt prævaricatorem eſſe diſcedentem à juſtificationibus Dei, aliud prævaricatorem eſſe terræ..... ideoque ſubjecta ne te turbent, vide : nam ſubjecit his : Prævaricatores æſtimavi*, &c. Auguſt. in eund. Pſ. hab. *Spreviſti omnes, vel*, inquit, *quod de Græco diligentiùs videtur expreſſum*, Ad nihilum deduxiſti omnes diſced. à juſtific. tuis, &c. Hanc etiam ult. lectionem uſurpat S. Proſp. in Pſ. Gr. Ἐξουδένωσας πάντας τοὺς ἀποστατοῦντας ἀπὸ τῶν δικαιωμάτων σου ὅτι ἄδικον τὸ ἐνθύμημα αὐτῶν.

℣. 119. Ita legit Ambroſ. in hunc Pſ. cum Pſalt. Corb. præter vocem *omnia*, quam delent : *ſemper* etiam in fine habent Pſalt. Mediol. Carnut. & Vatic. ap. Hilar. Hilarius verò in comment. ſic legit : *Prævaricantes deputavi omnes peccatores terræ : ideo dilexi juſtitias tuas.* Auguſt. in eund. Pſ. *Prævaricantes deputavi, vel putavi, vel exiſtimavi, omnes peccat. terræ : Multis enim modis*, inquit, *noſtri interpretati ſunt unum verbum Græcum, quod eſt* ἐλογισάμην· inf. 1344. a. leg. *æſtimavi ;* ſicut l. de civit. Dei, to. 7. col. 440. item epiſt. 157. to. 2. col. 549. a. *Prævaricatores æſtimavi omnes*, &c. in comment. ſup. addit : *propterea dilexi teſtimonia tua ſemper ;* & poſt paulò ad vocem *Prævaricatores*, ſubdit : *vel potiùs Prævaricantes ; Græcus enim* παραβαίνοντας *ait, non* παραβάτας : & poſt multa col. 1344. g. *Quidam codices habent* ſemper, *quidam non*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 120. Infige timore tuo carnes meas:	*Horripilavit à timore tuo caro mea, & judicia tua timui.*	120. Confige timore tuo carnes meas: à judiciis enim tuis timui.
AIN.	AIN.	AIN.
à judiciis enim tuis timui.		
121. Feci judicium & juſtitiam: quoniam iniqua cogitatio eorum, non tradas me perſequentibus me.	*Feci judicium & juſtitiam: ne derelinquas me bis qui calumniantur me.*	121. Feci judicium & juſtitiam: non tradas me calumniantibus me.
122. Elige ſervum tuum in bonum: ut non calumnientur me ſuperbi.	*Sponde pro ſervo tuo in bonum: ne calumnientur me ſuperbi.*	122. Suſcipe ſervum tuum in bonum: non calumnientur me ſuperbi.
123. Oculi mei defecerunt in ſalutare tuum: & in eloquium juſtitiæ tuæ.	*Oculi mei defecerunt in ſalutare tuum, & in eloquium juſtitiæ tuæ.*	123. Oculi mei defecerunt in ſalutare tuum: & in eloquium juſtitiæ tuæ.
124. Fac cum ſervo tuo ſecundùm miſericordiam tuam: & juſtificationes tuas doce me.	*Fac cum ſervo tuo juxta miſericordiam tuam, & præcepta tua doce me.*	124. Fac cum ſervo tuo ſecundùm miſericordiam tuam: & juſtificationes tuas doce me.
125. Servus tuus ſum ego: da mihi intellectum, & ſciam teſtimonia tua.	*Servus tuus ſum ego: inſtrue me, & cognoſcam teſtimonia tua.*	125. Servus tuus ſum ego: da mihi intellectum, ut ſciam teſtimonia tua.
126. Et tempus faciendi Domino: diſſipaverunt iniqui legem tuam.	*Tempus eſt ut facias Domine: prævaricati ſunt legem tuam.*	126. Tempus faciendi Domine: diſſipaverunt legem tuam.
127. Ideo quia dilexi mandata tua, ſuper aurum & argentum.	*Propterea dilexi mandata tua, ſuper aurum & topazium.*	127. Ideo dilexi mandata tua, ſuper aurum & topazion.
128. Propterea quia mandata tua cuſtodivi: omnem viam iniquitatis odivi.	*Propterea in univerſa præcepta tua direxi: omnem ſemitam mendacii odio habui.*	128. Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui.
	PHE.	PHE.
129. Mirabilia teſtimonia	*Mirabilia teſtimonia tua: idcir-*	129. Mirabilia teſtimonia tua:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

habent: deeſt etiam hodie in Gr. Ap. Hieron. in Iſai. 15. to. 3. p. 169. a. *Prævaricatores reputavi*, &c. Ap. Proſp. *Prævaricatores exiſtimavi*, &c. Ap. Caſſiod. ut in Vulg.

℣. 120. Littera Hebr. *Ain*, malè hìc interpoſita videtur in Pſalt. Sang. poſteriori verſiculo poſtponitur ap. Hilar. Ambroſ. Proſp. & Caſſiod. *Interpretatio ejus eſt* Oculus, *ſive* Fons, juxta Ambroſ. *Fons*, juxta Pſalt. Rom. Ambr. ſubdit in comment. *Confige clavis à timore tuo carnes meas: à judiciis enim tuis timui*: ſic etiam l. de Spir. S. to. 2. 623. a. Hilarius verò ſimpliciter: *Confige timore tuo*, &c. ut ſup. ſed addit: *Minori iſtud dicti virtute Latinitatis translatio elocuta eſt: quod enim nobiſcum eſt* confige, *illic* καθήλωσον: *id ſignificat, ut clavis ſe configat.* Ita quoque reddit Auguſt. cum Proſp. *Confige clavis à timore tuo carnes meas*, &c. mox Auguſtinus: *Sic enim expreſſiùs interpretati ſunt quidam noſtri, quod Græcè uno verbo dici potuit, id eſt*, καθήλωσον. *Hoc alii* confige *dicere voluerunt, nec addiderunt* clavis; *atque ita, dum volunt uno verbo Græco unum Latinum interpretando reddere, ſententiam minùs explicaverunt; quoniam in eo quod eſt* confige, *non ſonant* clavi; καθήλωσον *autem ſine* clavis *intelligi non poteſt, nec niſi duobus verbis Latinè dici poteſt, ſicut dictum eſt*, confige clavis. Eodem modo iterum legit ipſe, epiſt. 55. to. 2. 138. a. & in Galat. to. 3. 974. b. Sic etiam Leo M. ſer. 67. p. 147. a. & Vigil. Tapſ. l. 3. de Trin. p. 231. a. Cypr. autem l. 2. Teſtim. p. 294. a. *Confige clavis de metu tuo carnes meas.* Caſſiod. ut in Vulg. Mſs. tamen 2. hab. ibid. *Infige.*

℣. 121. Pſalt. Corb. *Feci judic. & juſtit. ne tradas me nocentibus me.* Mozarab. *Feci judicium & juſtitiam Domine: ne tradas me perſequentibus me.* Itidem Rom. & Vatic. ap. Hilar. cum Caſſiod. detracta voce *Domine*. Carnut. & Mediolan. hab. *nocentibus me.* Ita etiam legunt Hilar. Ambroſ. Auguſt. & Proſp. in hunc Pſ. prætermiſſo conſtanter medio verſic. *quoniam iniqua*, &c. Auguſt. ibid. hæc notat: *Quidam codices habent* perſequentibus me: *quod enim Græcè dictum eſt*, inquit, τοῖς ἀντιδίκοις, *quidam interpretati ſunt* nocentibus, *quidam* perſequentibus, *quidam* calumniantibus. *Miror autem omnium, quos in promptu habere potui codicum, nuſquam me legiſſe* adverſantibus; *cùm ſine controverſia quod Græcè* ἀντίδικος, *hoc Latinè* adverſarius *appelletur.* In Gr. hod. τοῖς ἀδίκοις μου.

℣. 122. Sic eſt *Elige*, in Pſalt. Rom. Mediol. Corb. & Carnut. Item in Rom. & Mediol. *ut non calumnientur mihi ſuperbi.* In Mozarab. *Excipe ſervum tuum in bono: ut non calumnientur mihi ſup.* In Pſ. Vatic. ap. Hilar. *Excipe ſervum tuum in bono: non calumnientur me ſup.* Similiter hab. Hilar. in comment. præter unum *in bonum.* Auguſt. in eund. Pſ. *Excipe ſervum tuum in bonum; non calumn. mihi ſup.* tum addit: *Qui interpretati ſunt*, non calumnientur me, *Græcam locutionem ſecuti ſunt, Latina lingua minùs uſitatam.* S. Proſp. *Suſcipe ſervum tuum in bonum: ut non calumn. mihi ſuperbi.* Caſſiod. *non calumn. me*, &c. Gr. Ἔνδειξαι τὸν.....τῆς ἀγαθὸν μὴ συκοφαντησάτωσάν με, &c.

℣. 123. Concinunt Hilar. Ambr. Aug. Proſp. & Caſſiod. unà cum vet. Pſalt. & Gr. Mozarab. habet *in ſalutari tuo.*

℣. 124. Sic Hilarius, Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum Gr. In Mozarab. *Fac cum ſervo tuo Domine ſecundùm multam miſericordiam tuam: & ſecundùm juſtificationes tuas doce me.* Apud Ambroſ. *Fac cum ſervo tuo ſecundùm miſericordiam tuam: & juſtitias tuas doce me.* Mſ. Alex. addit. Κύριε, poſt hoc, *ſerva me.*

℣. 125. Ita Aug. cum Pſalt. Corb. Hilarius, & Caſſiod. cum Rom. *ut ſciam teſtim.* &c. Pſ. è Mſ. Vatic. ap. Hilar. *& ſciam mandata tua.* Ambroſ. *& ſcibo teſtimonia tua.* S. Proſp. *ut diſcam teſtim. tua.* Gr. ἵνα γνῶσμαι τὰ μαρτύριά σου.

℣. 126. Hilarius in hunc Pſ. *Tempus faciendi Domino: diſſipaverunt legem tuam.* In Pſalt. Rom. legitur *Domine*, non *Domine*; ſed additur *diſſipaver. iniqui*, ut ſup. Sic etiam ap. Caſſiod. in eund. Pſ. In Moz. & Corb. ita: *Tempus eſt faciendi Domine: diſſip. iniqui leg. tuam.* Apud Ambroſ. in eund. Pſ. *Tempus faciendi Domine: diſſip. legem tuam iniqui:* itidem *Domine*, epiſt. 22. & 51. to. 2. 883. c. 1000. d. Sed ap. Auguſt. exſtat, *Tempus faciendi Domine: id enim*, inquit, *plures codices habent, non ut quidam*, Domine: ſubinde legit, *diſſipaverunt legem tuam.* Apud Proſp. *Tempus faciendi Domine: diſſip. ſuperbi legem tuam.* In Gr. Καιρὸς τοῦ ποιῆσαι τῷ Κυρίῳ· διέσκεδασαν τὸν νόμον σου.

℣. 127. Pſalt. Moz. *Ideo dilexi teſtimonia tua.* Rom. Vulgatæ congruit ad verbum; ſicut etiam Hilar. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Gr. nec diſſimiliter hab. Ambroſ. præter iſtud primum, *Propter hoc dilexi.* Gr. Διὰ τοῦτο ἠγάπησα, &c.

℣. 128. Hilarius ubi ſup. *Propter hoc ad omnia mandata tua dirigebar*, &c. ut in Vulg. Ambroſ. & Auguſt. ibid. *Propterea ad omnia mand. tua corrigebar: omnem viam injuſtam odio habui*; Aug. *iniquam.* S. Proſp. cum Pſalt. Moz. *Propterea ad..... dirigebar: omnem viam iniquitatis odio habui.* Ita etiam in Miſſali Rom. ad Commun. Miſſæ S. Mar. Magd. 22. Jul. Ap. Caſſiod. ut in Vulgata. In Gr. Διὰ τοῦτο πρὸς πάσας..... κατωρθούμην· πᾶσαν ὁδὸν ἀδικίαν ἐμίσησα.

℣. 129. Hìc præfigitur littera Hebr. *Phe* ap. Hilar. Ambroſ. Proſp. & Caſſiod. ut in Vulg. *Latinè ſignificat* Erravi, *ſive* Os aperui, ex Ambroſ. In Pſalt. Rom. *Oris*; deinde ſic: *Mirabilia teſtim. tua Domine: ideo ſcrutata eſt anima mea*: ita etiam in Mozarab. In Pſ. verò è Mſ.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
ideo ſcrutata eſt ea anima mea.	*ea cuſtodivit ea anima mea.*	tua : ideo ſcrutata eſt anima mea. *Ex Mſ. Sangerm.*
130. Declaratio ſermonum tuorum illuminat : & intellectum dat parvulis.	*Oſtium ſermonum tuorum lucidum, docens parvulos.*	130. Declaratio ſermonum tuorum inluminat me : & intellectum dat parvulis.
131. Os meum aperui, & attraxi ſpiritum : quia mandata tua deſiderabam.	*Os meum aperui, & reſpiravi : quia mandata tua deſiderabam.*	131. Os meum aperui, & attraxi ſpiritum : quia mandata tua requirebam.
132. Aſpice in me, & miſerere mei, ſecundùm judicium diligentium nomen tuum.	*Reſpice ad me, & miſerere mei, juxta judicium diligentium nomen tuum.*	132. Aſpice in me, & miſerere mei, ſecundùm judicium diligentium nomen tuum.
133. Greſſus meos dirige ſecundùm eloquium tuum : & non dominetur mei omnis injuſtitia.	*Greßus meos firma in ſermone tuo, & non des poteſtatem in me univerſa iniquitati.*	133. Greſſus meos dirige ſecundùm eloquium tuum : & non dominetur mei omnis injuſtitia.
134. Redime me à calumniis hominum : ut cuſtodiam mandata tua.	*Redime me à calumnia hominis, & cuſtodiam præcepta tua.*	134. Redime me à calumniis hominum : ut cuſtodiam mandata tua.
135. Faciem tuam illumina ſuper ſervum tuum : & doce me juſtificationes tuas.	*Vultum tuum oſtende ſervo tuo, & doce me præcepta tua.*	135. Faciem tuam inlumina ſuper ſervum tuum : & doce me juſtitias tuas.
136. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei : quia non cuſtodierunt legem tuam.	*Rivi aquarum fluebant de oculis meis : quia non cuſtodierunt legem tuam.*	136. Exitus aquarum tranſierunt oculi mei : quia non cuſtodierunt legem tuam.
SADE.	*SADE.*	
137. Juſtus es Domine ; & rectum judicium tuum.	*Juſtus es Domine, & rectum judicium tuum.*	137. Juſtus es Domine : & juſtum judicium tuum.
138. Mandaſti juſtitiam teſtimonia tua : & veritatem tuam nimis.	*Præcepiſti juſtitiam teſtimonii tui, & veritatem nimis.*	138. Mandaſti juſtitiam teſtimonia tua, & veritatem tuam.
139. Tabeſcere me fecit zelus	*Conſumpſit me zelus meus : quia*	139. Exquiſivit me zelus do-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Vat. ap. Hilar. *Mirabilia teſtim. tua Domine : ideo dilexit te anima mea.* Hilar. ipſe in commentar. *Mirabilia teſtim. tua Domine : ideo perſcrutata eſt ea anima mea.* In Pſalt. Corb. pariter additur *Domine.* Ap. Ambroſ. verò in eund. Pſ. ſic : *Mirab. teſtim. tua : propterea ſcrutata eſt ea*, &c. Ap. Auguſt. & Proſp. *propter hoc ſcrutata eſt ea*, &c. abſque præced. *Domine.* Ap. Caſſiod. ut in Vulg. & Gr.

℣. 130. Sic in Pſalt. Rom. eſt, ut & in Vatic. ap. Hilar. necnon apud Caſſiod. at Hilarius in comment. deleo *me.* Ambroſ. verò legit : *Manifeſtatio ſermonum tuorum illuminat me : & intellectum dat*, &c. Auguſt. & Proſp. in eund. Pſ. *Manifeſtatio verborum tuorum illuminat : & intelligere facit parvulos.* Brev. Moz. *Declaratio ſermonum tuorum illuminet me : & intellectum det parvulis.* Gr. Ἡ δήλωσις τῶν λόγων σου φωτιεῖ· καὶ συνετιεῖ νηπίους.

℣. 131. Hilar. legit cum Pſ. ibidem præfixo, & Moz. *Os meum aperui, & adtraxi ſpir. quia mand. tua concupiſcebam.* Ambroſ. *Os meum aperui, & duxi ſpiritum : quoniam præcepta tua concupiſcebam :* itidem l. de Iſaac, c. 3. col. 359. d. *& duxi ſpiritum :* at epiſt. 41. to. 2. 960. b. hab. *& adtraxi ſpiritum.* S. Proſp. *& abſtraxi ſpiritum.* Ap. Auguſt. ut in Vulg. In Pſalt. Corb. *Os meum aperuit, & adtraxi ſpiritum : quoniam mand. tua concupiſcebam.* Gr. ἤνοιξα, καὶ εἵλκυσα πνεῦμα· ὅτι τὰς ἐντολάς σου ἐπεθύμουν.

℣. 132. Sic Hilar. & Caſſiod. in hunc Pſ. Ambroſ. verò Auguſt. & Proſp. cum Pſalt. Moz. legunt, *Reſpice in me*, &c. Ita quoque Hilar. non ſemel in explanat. hujus Pſalmi. Ambroſ. col. 1184. d. add. *miſerere mihi.* In Gr. Ἐπίβλεψον ἐπ' ἐμὲ, καὶ ἐλέησόν με, &c. ut ſup.

℣. 133. Ita legunt Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. In Mozar. *ut non dominetur mihi*, &c. Ap. Hilar. *Greſſus meos dirige ſecund. eloq. tuum : ac ne dominetur mei omnis injuſtitia.* Ap. Ambroſ. col. 1187. e. *Greſſus meos dirige ſecundùm verbum tuum : & non dominetur mihi omnis iniquitas ;* ſup. 1184. d. *mei omnis iniquitas.* Auguſt. in eund. Pſ. *Greſſus meos dirige ſec. eloquium tuum : & non dominetur mei omnis iniquitas :* at epiſt. 157. to. 2. 544. g. 549. f. legit : *Itinera mea dirige ſecundùm verbum tuum : & ne dominetur mihi omnis iniquitas :* itidem l. 2. de peccat. mer. to. 10. 44. a. & l. de nat. & Grat. col. 132. f. In Gr. Τὰ διαβήματά μου κατεύθυνον κατὰ τὸ λόγιόν σου· καὶ μὴ κατακυριευσάτω μου πᾶσα ἀνομία.

℣. 134. Pſalt. Mozarab. *Erue me à calumniis hom. ut cuſtediam præcepta tua.* Sic etiam ap. Hilarium, excepto primo *Redime me.* Apud Ambroſ. verò, *Libera me à calumnia hominum : ut cuſtodiam mandata tua.* Apud Auguſt. Proſp. & Caſſiod. *Redime me à calumniis*..... *& cuſtodiam mand. tua.* In Pſalt. Corb. *Erue me à cal*..... *& cuſtodiam mand.* &c. In Gr. Λύτρωσαί με ἀπὸ συκοφαντίας..... καὶ φυλάξω τὰς ἐντολάς σου.

℣. 135. Hilarius, Auguſt. Proſp. & Caſſiod. Vulgatæ conſentiunt & Gr. Apud Ambroſ. verò col. 1191. c. legitur : *Vultum tuum illumina ſuper ſervum tuum : & doce me juſtitias tuas :* at ſup. 1184. d. *Faciem tuam illumina :* ita etiam l. de apol. Dav. col. 699. c. Pſalt. Corb. *Vultum tuum illumina.*

℣. 136. Ita legunt Hilar. & Caſſiod. cum Pſalt. Mediol. & Rom. Carnut. verò, & Corb. ſic : *Per exitus aquarum tranſierunt oculi mei*, &c. Mozarab. *Rivos lacrymarum deduxerunt oculi mei : quia non cuſtodierunt*, &c. Hilar. paulò inf. leg. *non ſervaverunt legem tuam.* Ambroſ. in eund. Pſ. col. 1192. e. *Decurſus aquarum deſcenderunt oculi mei : quia non cuſtodivi legem tuam :* item col. 1193. e. & in Pſ. 1. col. 756. c. *Decurſus aquarum deſcenderunt :* at l. de apolog. Dav. col. 684. c. & l. 2. de pœnit. to. 2. 436. c. *Per exitus aquarum deſcenderunt oculi mei :* & in Pſ. 118. col. 1184. d. *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei ;* ſed inf. col. 1193. f. 1194. a. *Sunt tamen codices*, inquit, *qui habeant :* Διεξόδους ὑδάτων κατεβίβασαν οἱ ὀφθαλμοί μου· *hoc eſt*, Ductus aquarum direxerunt oculi mei : *ſed ego in Græco codice meo* κατέβησαν *legi, hoc eſt*, deſcenderunt ; *in quo poteſt fieri ut in utramlibet partem, duarum adjectione aut diminutione litterarum, ſcriptor erraverit.* In Græco etiam Sunnia & Fretela legebant, *quia non cuſtodivi legem tuam ;* verùm Hieron. epiſt. ad ipſos, to. 2. 662. a. aſſerit *hoc ſuperfluum eſſe, quia*, infit, *in Hebræo legitur* cuſtodierunt. Apud Auguſt. & Proſp. *Exitus aquarum deſcenderunt oculi mei : quia non cuſtodierunt*, &c. addit Auguſt. *In quibuſdam codicibus & hoc legitur : Quia non cuſtodivi legem tuam :* poſt paulò : *Sunt codices qui non habent* deſcenderunt, *ſed* tranſierunt. In ed. Rom. Διεξόδους ὑδάτων κατέβησαν..... ἐπεὶ οὐκ ἐφύλαξα τὸν, &c. Mſ. Alex. κατέβησαν, Ald. & Compl. κατέβησαν.

℣. 137. Apud Hilar. Ambroſ. Auguſt. &c. de more præmittitur littera Hebr. *Sade. Latina interpretatione dicitur Conſolatio*, ſi Ambroſio fides ; *Juſtitia*, ſi Pſalterio Rom. dein ap. utrumque : *Juſtus es Domine : & rectum jud.* &c. Similiter ap. Hilar. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. In Gr. pluraliter, καὶ εὐθεῖς αἱ κρίσεις σου.

℣. 138. Sic Ambroſ. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. addita voce *nimis*, in fine ; ap. Hilar. & Auguſt. *valde.* In Gr. καὶ ἀλήθειαν σφόδρα. In Brev. Moz. ita : *Mandaſti judicium, & teſtimonia tua : & verit. tuam nimis.*

℣. 139. Pſalt. Moz. *Cremavit me zelus domus tua : quia obliti ſunt verba tua*, &c. Rom. Corb. & Carnut. cum Caſ-

Digitized by Google

Versio antiqua.	Hebr.	Vulgata hod.
Ex Mſ. Sangerm. mus tuæ : quia obliti ſunt verba tua inimici mei.	*obliti ſunt verborum tuorum hoſtes mei.*	meus : quia obliti ſunt verba tua inimici mei.
140. Ignitum eloquium tuum vehementer : & ſervus tuus dilexit illud.	*Probatus ſermo tuus nimis, & ſervus tuus dilexit illum.*	140. Ignitum eloquium tuum vehementer : & ſervus tuus dilexit illud.
141. Adoleſcentior ſum ego, & contemptus : juſtificationes tuas non ſum oblitus.	*Parvulus ego ſum, & contemptibilis : ſed præcepta tua non ſum oblitus.*	141. Adoleſcentulus ſum ego, & contemptus : juſtificationes tuas non ſum oblitus.
142. Juſtitia tua, juſtitia in æternum : & lex tua veritas.	*Juſtitia tua, juſtitia ſempiterna : & lex tua veritas.*	142. Juſtitia tua, juſtitia in æternum : & lex tua veritas.
143. Tribulatio & anguſtiæ invenerunt me : mandata autem tua meditatio mea eſt.	*Tribulatio & anguſtia invenerunt me : mandata tua voluntas mea.*	143. Tribulatio & anguſtia invenerunt me : mandata tua meditatio mea eſt.
144. Æquitas teſtimonia tua in æternum : intellectum da mihi, & vivifica me.	*Juſta teſtimonia tua ſemper : doce me, & vivam.*	144. Æquitas teſtimonia tua in æternum : intellectum da mihi, & vivam.
	Coph.	Coph.
145. Clamavi in toto corde meo, exaudi me Domine : juſtificationes tuas requiram.	*Clamavi in toto corde, exaudi me Domine : præcepta tua cuſtodiam.*	145. Clamavi in toto corde meo, exaudi me Domine : juſtificationes tuas requiram.
146. Clamavi ad te, ſalva me : ut cuſtodiam teſtimonia tua.	*Invocavi te, ſalvum me fac : & cuſtodiam teſtimonia tua.*	146. Clamavi ad te, ſalvum me fac : ut cuſtodiam mandata tua.
147. Præveni in maturitate, & clamavi : in verba tua ſperavi.	*Surgebam adhuc in tenebris, & clamabam, verbum tuum exſpectans.*	147. Præveni in maturitate, & clamavi : quia in verba tua ſuperſperavi.

Notæ ad Versionem antiquam.

ſiod. *Tabeſcere me fecit zelus domus tuæ*, &c. Mediolan. *Tabeſecit me zelus tuus*, &c. Vatic. ap. Hilar. cum Proſp. *Tabeſecit me zelus domus tuæ : quia*, &c. Hilar. verò in comment. *Tabeſcere me fecit zelus tuus : quia obliti ſunt verborum tuorum*, &c. Ambroſ. in eund. Pſ. *Exquiſivit me zelus domus tua : quoniam obliti ſunt verborum tuorum.* Auguſt. ibid. *Tabeſecit me zelus meus, vel ſicut alii codices habent*, zelus tuus : *habent nonnulli etiam* domus tuæ ; & *non* tabefecit me, *ſed* comedit me. Et poſt pauca : *quia obliti ſunt verborum tuorum inim. mei.* Similiter Auct. l. de promiſſ. p. 3. col. 176. e. In Gr. Ἐξέτηξέ με ὁ ζῆλός σου· ὅτι ἐπελάθοντο τῶν λόγων σου οἱ, &c. Mſ. Alex. ὁ ζῆλος τῦ οἴκυ σου· fortaſſe quidam legebant ἐξεζήτησέ με, pro ἐξέτηξέ με ; Aquila, ἐξώλεσέ με ; Symm. ἀπεσιώπησέ με.

℣. 140. Ita Caſſiod. legit ad verbum. Hilar. verò cum Brev. Moz. *Ignitum eloquium tuum valde*, &c. Sic etiam Auguſt. cum Proſp. mox Hilar. *Non explicat proprietatem verbi hujus Latina translatio : quod enim nobiſcum ignitum, id Græcè πεπυρωμένον ſcribitur : πεπυρωμένον autem id ſignificat quod tanquam conflatum igne purgatum ſit.* Ambroſ. leg. *Ignitum eloquium tuum nimis*, &c. Vigil. Tapſ. cont. Varim. p. 746. h, *Ignitum verbum tuum nimis*, &c. Gr. σφόδρα.

℣. 141. Sic habet Hilar. in hunc Pſ. in explicat. tamen *Junior*, non *Adoleſcentior*. Pſ. ibidem præfixus cum Pſalt. Corb. & Rom. necnon Caſſiod. *Adoleſcentior*, &c. ut ſup. Itidem in Mozar. ſed inf. leg. *quia juſtificationes*, &c. Ambroſ. *Juvenis ſum ego*, & *deſpectus : juſtific.* &c. ita etiam habet col. 1201. d. 1202. d. 1203. f. 1204. a. b. f. ſed col. 1201. e. ſic : *Junior ego ſum*, & *deſpectus*. Auguſt. cum Proſp. *Junior ego ſum*, & *contemptus : juſtifie.* &c. Gr. Νεώτερος ἐγώ εἰμι, καὶ ἐξουδενωμένος τὰ, &c.

℣. 142. Ita legunt Ambroſ. Aug. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Gr. Hilar. verò in comment. *Juſtitia tua in æternum : & lex tua veritas.* Brev. Moz. *Juſtitia tua juſta in æternum*, &c.

℣. 143. Hilar. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Corb. & Moz. *Tribulatio & anguſtia invenerunt me : mandata autem tua medit.* &c. Ambroſ. & Auguſt. cum Pſalt. Mediolan. *Tribulatio & neceſſitas inven. me : mandata tua medit.* &c. S. Proſp. *Tribul. & neceſſitas..... mandata autem tua*, &c. Gr. Θλίψεις καὶ ἀνάγκαι..... ἐντολαί σου μελέτη μου.

℣. 144. Sic eſt in Pſalt. Mediolan. ad verbum. In Moz. verò & Corb. *Æquitas*, & *teſtimonia tua in æternum : intellectum eorum da mihi Domine*, & *vivifica me* (Corb. *da mihi eorum Dom.*) Ap. Hilar. in hunc Pſ. *Æquitas teſtim. tua in æternum : intellectum da mihi eorum*, & *vivificer.* Ap. Ambroſ. *Juſta teſtimonia tua in æternum : intellectum da mihi eorum*, & *vivifica me.* Apud Auguſt. & Proſp. *Juſtitia teſtimonia tua in æternum*, &c. ut in Vulg. In Gr. Δικαιοσύνη τὰ..... Συνέτισόν με, καὶ ζήσομαι· Mſ. Alex. ζῆσόν με.

℣. 145. Litteram Hebr. *Koph*, præfigunt de more Hilar. Ambroſ. Proſp. &c. *Ejus interpretatio eſt* Concluſio, teſte Ambr. *& ſicut alibi invenimus*, inquit, *Aſpice.* In Pſalt. Rom. *Vocatio.* Subdit Ambroſ. *Exclamavi in toto corde meo, exaudi me Dom. juſtitias tuas exquiram.* Hilar. & Caſſiod. ut ſup. in textu. Itidem Auguſt. & Proſp. niſi quòd leg. in fine *exquiram.* Græc. Ἐκέκραξα ἐν ὅλῃ..... ἐκζητήσω.

℣. 146. Pſalt. Rom. *Clamavi ad te*, & *ſalvum me fac : ut*, &c. ut in Vulg. Pſ. è Mſ. Vat. ap. Hilar. cum Caſſiod. *Clamavi ad te, ſalvum me fac :* & *cuſtodiam mand. tua.* Hilar. in comment. ſimpliciter hab. & *cuſtodiam mandata tua ;* paulò verò ſup. ait : *Sed qui clamavit ut audiretur*, & *inquireret juſtificationes Dei ; nunc clamat ut ſalvus fiat*, & *cuſtodiat teſtimonia Dei.* Ambroſ. in eund. Pſ. ſic : *Clamavi ad te, ſalva me :* & *cuſtodiam mandata tua :* item *ſalva me*, epiſt. 32. to. 1. 918. e. Auguſt. *Clamavi, ſalvum me fac : vel ſicut nonnulli codices habent*, & *Græci & Latini : Clamavi te, ſalvum me fac :* & *cuſtodiam teſtimonia tua :* exinde, *Quid eſt* Clamavi te, *niſi, clamando invocavi te?* S. Proſp. cum Pſalt. Corb. *Clamavi ad te, ſalvum me fac :* & *cuſtodiam teſtimonia tua.* Gr. Ἐκέκραξά σοι (Mſ. Alex. σε,) σῶσόν με· καὶ φυλάξω τὰ μαρτύρια σου.

℣. 147. Sic habet Ff. è Mſ. Vatic. ap. Hilar. Rom. verò cum Caſſiod. *Præveni in maturit.* & *clam.* & *in verbo tuo ſperavi.* Corb. *Præveni in maturitate, exclamavi : in verba tua ſperavi.* Hilar. in comment. *Præveni in maturit.* & *clamavi :* & *in verba tua ſemper ſperavi.* Ambroſ. ibid. *Anticipavi in maturitate*, & *exclamavi : in verba tua ſperavi :* tum addit : *Græcus* ἐν ὡρίᾳ *dixit, quod eſt, ante horam, ante tempus :* & inf. *Ait : Præveni* ἐν ὡρίᾳ. Auguſt. in eund. Pſ. cum Proſp. *Præveni intempeſta nocte*, & *clamavi : in verbis tuis ſperavi :* mox Auguſt. *Plures codices non habent* intempeſta nocte, *ſed* immaturitate ; *vix autem unus inventus eſt, qui haberet geminatam præpoſitionem, id eſt*, in immaturitate..... *Quod ergo Græci dictum eſt* ἐν ὡρίᾳ, *non uno verbo, ſed duobus, id eſt, præpoſitione*, & *nomine : hoc Interpretes noſtri quidam dixerunt* intempeſta nocte ; *plures* immaturitate, *non duobus verbis, ſed uno, cujus vocabuli nominativus eſt* immaturitas ; *nonnulli verò in duobus verbis, ſicut Græcus poſuit*, in immaturitate ; ὡρία *quippe* immaturitas *eſt*, ἐν ὡρίᾳ in immaturitate ; *tanquam ſi vellet etiam ille, qui dixit* intempeſta nocte, *præpoſitione dicere geminata*, in intempeſta..... *Græcus* in nocte intempeſta *dixit, quod idem valet, ſi dicatur* in immaturitate, *id eſt, in tempore nocturno immaturo.* In ed. Rom. Προέφθασα ἐν ὡρίᾳ, καὶ ἐκέκραξα· εἰς τὰς λόγους σου ἐπήλπισα· unde Ambr. ubi ſup. col. 1214. f. ait : *Græcus* ἐπήλπισα *dixit, quod eſt, ad ſperandum ſemper creſcere*, & *ſpem ſpei adjungere.*

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
148. Prævenerunt oculi mei ad te diluculo : ut meditarer eloquia tua.	*Præveniebant oculi mei vigilias, ut meditarer in ſermonibus tuis.*	148. Prævenerunt oculi mei ad te diluculo: ut meditarer eloquia tua. *Es Mſ. Sangerm.*
149. Vocem meam audi ſecundùm miſericordiam tuam Domine : & ſecundùm judicium tuum vivifica me.	*Vocem meam exaudi juxta miſericordiam tuam : Domine ſecundùm judicium tuum vivifica me.*	149. Voce mea exaudi me Domine, ſecundùm miſericordiam tuam Domine : & ſecundùm judicium tuum vivifica me.
150. Appropinquaverunt perſequentes me iniquitati : à lege autem tua longè facti ſunt.	*Appropinquaverunt perſecutores mei ſceleris, & à lege tua procul facti ſunt.*	150. Adpropiaverunt perſequentes me iniquè : à lege autem tua longè facti ſunt.
151. Prope es tu Domine : & omnes viæ tuæ veritas.	*Prope es tu Domine, & omnia mandata tua veritas.*	151. Prope es tu Domine : & omnia mandata tua veritas.
152. Initio cognovi de teſtimoniis tuis : quia in æternum fundaſti ea.	*A principio novi de teſtimoniis tuis, quòd in æternum fundaveris ea.*	152. Ab initio cognovi à teſtimoniis tuis : quia in æternum fundaſti eam.
RES.	*RES.*	
153. Vide humilitatem meam, & eripe me : quia legem tuam non ſum oblitus.	*Vide afflictionem meam, & eripe me : quia legis tuæ non ſum oblitus.*	153. Vide humilitatem meam, & eripe me : quia legem tuam non ſum oblitus.
154. Judica judicium meum, & redime me : propter eloquium tuum vivifica me.	*Judica cauſam meam, & redime me : in ſermone tuo vivifica me.*	154. Judica judicium meum, & redime me : propter eloquium tuum vivifica me.
155. Longè à peccatoribus ſalus : quia juſtificationes tuas non exquiſierunt.	*Longè ab impiis ſalus : quia præcepta tua non quæſierunt.*	155. Longè eſt à peccatoribus ſalus : quoniam juſtificationes tuas non exquiſierunt.
156. Miſericordiæ tuæ multæ Domine : ſecundùm judicium tuum vivifica me.	*Miſericordia tua multa Domine : juxta judicia tua vivifica me.*	156. Miſerationes tuæ multæ Domine : ſecundùm judicia tua Domine vivifica me.
157. Multi qui perſequuntur me, & tribulant me : à teſtimoniis tuis non declinavi.	*Multi qui perſequuntur me, & affligunt me : à teſtimoniis tuis non declinavi.*	157. Multi qui perſequuntur me, & qui tribulant me : à teſtimoniis tuis non declinavi.
158. Vidi prævaricantes, & tabeſcebam : quia eloquia tua non cuſtodierunt.	*Vidi prævaricatores tuos, & mœrebam : quia verbum tuum non cuſtodierunt.*	158. Vidi non ſervantes pactum, & tabeſcebam : quia eloquia tua non cuſtodierunt.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 148. Ita Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Hilar. verò cum Pſ. ibid. præfixo : *Et prævenerunt oculi mei diluculo : ut meditarer eloquia tua.* Ambroſ. *Prævenerunt oculi mei manè, meditari verba tua.* Auguſt. cum Proſp. *Prævenerunt oculi mei ad matutinum : ut meditarer eloquia tua.* Gr. Πεφθάσαν..... πρὸς ὄρθρον, τοῦ μελετᾶν τὰ λόγιά σου.

℣. 149. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. legunt cum Pſalt. Rom. *Vocem meam exaudi Domine ſecundùm miſericordiam tuam : & ſecundùm judic.* &c. Pſ. è Mſ. Vat. ap. Hilar. *Vocem meam exaudi Domine ſecundùm multam miſericordiam tuam : ſecundùm judic.* &c. Hilar. verò in comment. cum Pſalt. Corb. *Vocem meam exaudi ſecundùm miſericor. tuam Domine : ſecundùm judic.* &c. Ita quoque Ambroſ. addito uno &, poſt *Domine*. In Gr. Τῆς φωνῆς μου ἄκουσον Κύριε κατὰ τὸ ἔλεός σου· κατὰ τὸ κρίμα σου ζῆσόν με. Aquila ζωωσόν με.

℣. 150. Ita legit Hilar. cum Pſ. ibid. præfixo, præter vocem *iniquitati*, pro *iniquè*. In Pſalt. Carnut. *iniquè*. In Rom. *iniqui*. In Corb. *Adpropiaverunt perſeq. me iniquè : à lege autem tua elongaverunt.* Similiter hab. Ambroſ. in hunc Pſ. præter verbum 1. *Appropinquaverunt* : ſubinde tamen ait : *Græcus ſic poſuit : Appropinquaverunt perſequentes me iniquitate.* Ita etiam legit Auguſt. cum Proſp. in eund. Pſ. Auguſtinus ſubdit, *vel ſicut nonnulli codices habent, iniquè* : mox uterque, *à lege autem tua longè facti ſunt.* Caſſiod. ibid. *Appropinquaverunt perſequentes me injuſtè*, &c. ut ſup. Mſ. 1. cum editt. *Adpropiaverunt.* Gr. Πεφυγίζασι οἱ καταδιώκοντές με ἀνομίᾳ· ἀπὸ δὲ τοῦ νόμου σου ἐμακρύνθησαν.

℣. 151. Sic eſt in Pſalt. Rom. Corb. & ap. Caſſiod. Ita quoque hab. Hilarius cum Pſ. Vatic. dempto uno *tu*. Ambroſ. ibid. *Prope es tu Domine : & omnia præcepta tua veritas.* Apud Auguſt. & Proſp. ut in Vulg. In Gr. Ἐγγὺς εἶ σὺ Κύριε· καὶ πᾶσαι αἱ ὁδοί σου ἀλήθεια. Mſ. Alex. Ἐγγὺς εἶ σὺ Κύριε· καὶ πᾶσαι αἱ ἐντολαί σου, &c. Item in Compl. σὺ Κύριε.

℣. 152. Ambroſ. Vulgatæ favet ad verbum. Pſ. è Mſ. Vat. ap. Hilar. *Ab initiis cognovi*, &c. ut in Vulg. Hilar. ipſe in comment. *In initiis cognovi de teſtim. tuis : quia... fundaſti ea* : inf. col. 357. c. *In principio cognovi*, &c. Auguſt. cum Proſp. & Caſſiod. *Ab initio cognovi de teſtim. tuis*, &c. Sic etiam in Pſalt. Corb. Auguſt. addit : *Quod Græcus ait, κατ' ἀρχὰς, aliqui noſtri* ab initio, *aliqui* initio, *aliqui* in initiis *interpretati ſunt : ſed qui pluraliter hoc dicere maluerunt, Græcam locutionem ſecuti ſunt : Latinæ autem linguæ illud potiùs inſitum eſt, ut* ab initio, *vel* initio *dicatur, quod* κατ' ἀρχὰς *Græce, quaſi pluraliter, ſed adverbialiter dicitur.*

℣℣. 153. 154. 155. Totidem referunt Hilar. Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Pſalt. Corb. Proſper verò delet *eſt* ℣. 155. poſt *longè*, cum Gr. Apud Ambroſ. in eund. Pſ. ſic : *Vide humilit. meam, & erue me : quoniam... Judica jud. meum, & libera me : propter verbum tuum vivifica me. Longè eſt à pecc. ſalus : quoniam juſtitias tuas non exquiſierunt.* Omnes autem præfixam exhibent litteram Hebr. *Res* ; quæ *Latina interpretatione* Caput *dicitur, vel* Primasus, teſte Ambroſio. In Pſalt. Rom. *Capitis.*

℣. 156. Sic in Pſalt. Corb. dempto altero *Domine*. Hilar. verò ita legit : *Miſerationes tuæ multæ ſunt Domine valde : ſecundùm jud. tuum vivif. me.* Pſ. ibidem præfixus : *Miſerationes tuæ multæ nimis Domine : ſecundùm judicia tua vivifica me.* Ita etiam legit Ambroſ. cum Pſalt. Rom. præter ſingul. *judicium tuum.* Auguſt. Proſp. & Caſſiod. ibid. *Miſerationes tuæ multæ Domine : ſecundùm judicium tuum*, &c. Gr. Οἱ οἰκτιρμοί σου πολλοὶ Κύριε· κατὰ τὸ κρίμα σου ζῆσόν με· Aquila, κατὰ κρίσεις σου.

℣. 157. Ambroſ. & Auguſt. legunt cum Proſp. *Multi perſequentes me, & tribulantes me : à teſtimoniis tuis*, &c. ut ſup. Sic etiam in Pſalt. Rom. & Gr. Hilarius in eund. Pſ. ita : *Multi qui perſequuntur me : de teſtimoniis tuis non declinavi* : tum addit : *Cum multi perſequantur, ne declinare quidem.* Pſ. ibidem præfixus : *Multi qui perſequuntur & tribulant me : à judiciis tuis non declinavi.* Caſſiod. ut in Vulg.

℣. 158. Sic apud Hilar. Proſp. & Caſſiod. verbum è verbo ; necnon in Pſalt. Mediol. Carnut. & Rom. quibus accinit Ambroſ. in eund. Pſ. niſi quòd hab. *quoniam verba tua.* Auguſt. ibid. *Vidi inſenſatos, & tabeſcebam : vel*, inquit, *ſicut alii codices habent* : Vidi non ſervantes pactum : & *hoc plures habent.* Hanc etiam lectionem admittit Pſalt. Corb. ſed in fine leg. *non cuſtodiebant.* Ambr. ubi ſup. ait : *Imprudentes non cuſtodierunt præcepta Domini : aliqui enim codices habent* ἀξυνετοῦντας, *hoc eſt, inſipientes, non intelligentes* : nunc etiam Græcè : Εἶδον ἀξυνετοῦντας, καὶ ἐξιτηκόμην· ὅτι τὰ λόγιά σου οὐκ ἐφυλάξαντο.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 159. Vide quia mandata tua dilexi Domine : in tua miſericordia vivifica me.	*Vide quoniam præcepta tua dilexi : Domine juxta miſericordiam tuam vivifica me.*	159. Vide quoniam mandata tua dilexi Domine : in miſericordia tua vivifica me.
160. Principium verborum tuorum, veritas : & in æternum omnia judicia juſtitiæ tuæ.	*Caput verborum tuorum, veritas : & in ſempiternum omne judicium juſtitiæ tuæ.*	160. Principium verborum tuorum, veritas : in æternum omnia judicia juſtitiæ tuæ.
	SIN.	SIN.
161. Principes perſecuti ſunt me gratis : & à verbis tuis formidavit cor meum.	*Principes perſecuti ſunt me ſine cauſa : verba autem tua timuit cor meum.*	161. Principes perſecuti ſunt me gratis : & à verbis tuis formidavit cor meum.
162. Lætabor ego ſuper eloquia tua : ſicut qui invenit ſpolia multa.	*Gaudens ego ſum in eloquio tuo, ſicut qui invenit ſpolia multa.*	162. Lætabor ego ſuper eloquia tua : ſicut qui invenit ſpolia multa.
163. Iniquitatem odivi, & abominatus ſum : legem autem tuam dilexi.	*Mendacium odio habui, & deteſtatus ſum : legem tuam dilexi.*	163. Iniquitatem odio habui, & abominatus ſum : legem autem tuam dilexi.
164. Septies in die laudem dixi tibi, ſuper judicia juſtitiæ tuæ.	*Septies in die laudavi te, ſuper judiciis juſtitiæ tuæ.*	164. Septies in die laudem dixi tibi, ſuper judicia juſtitiæ tuæ.
165. Pax multa diligentibus nomen tuum : & non eſt in illis ſcandalum.	*Pax multa diligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcandalum.*	165. Pax multa diligentibus legem tuam : & non eſt illis ſcandalum.
166. Exſpectabam ſalutarem tuum Domine : & mandata tua feci.	*Exſpectavi ſalutare tuum Domine, & mandata tua feci.*	166. Exſpectabam ſalutare tuum Domine : & mandata tua dilexi.
167. Cuſtodivit anima mea teſtimonia tua : & dilexi ea nimis.	*Cuſtodivit anima mea teſtimonia tua, & dilexit ea nimis.*	167. Cuſtodivit anima mea teſtimonia tua : & dilexit ea vehementer.
168. Cuſtodivi mandata tua, & teſtimonia tua : quia omnes viæ meæ in conſpectu tuo Domine.	*Cuſtodivi præcepta tua, & teſtimonia tua : quia omnes via mea in conſpectu tuo.*	168. Servavi mandata tua, & teſtimonia tua : quia omnes viæ meæ in conſpectu tuo.
	THAV.	TAV.
169. Adpropiet oratio mea in conſpectu tuo Domine : ſecundùm eloquium tuum da mihi intellectum.	*Ingrediatur laus mea coram te Domine : ſecundùm verbum tuum doce me.*	169. Appropinquet deprecatio mea in conſpectu tuo Domine : juxta eloquium tuum da mihi intellectum.
170. Intret poſtulatio mea in conſpectu tuo Domine : ſecundùm eloquium tuum eripe me.	*Veniat deprecatio mea ante vultum tuum : ſecundùm eloquium tuum libera me.*	170. Intret poſtulatio mea in conſpectu tuo : ſecundùm eloquium tuum eripe me.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 159. 160. Itidem Auguſt. cum Pſalt. Corb. & Gr. Ita etiam Hilar. Proſp. & Caſſiod. in eund. Pſ. detracto uno & , poſt vocem *veritas*. Apud Ambroſ. ſic : *Vide quia præcepta tua dilexi Domine*, &c. ut in Vulg.

℣. 161. Hîc præmittitur littera Hebr. *Sin* apud Patres Latinos : *Latinè dicitur* Super vulnus, auctore Ambroſ. In Pſalt. Rom. *Dentium :* mox ibid. *Principes perſecuti ſunt me*, &c. ut ſup. nec diſſimiliter legunt Hilar. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. Apud Ambroſ. ſic : & *à verbis tuis trepidavit cor meum :* in Miſſali Rom. *formidavit ;* in Gr. ἐφοβήθησεν, &c.

℣. 162. Itidem Hilar. & Caſſiod. in hunc Pſ. Ambroſ. verò legit : *Exſulto ego in verbis tuis : ſicut qui invenit*, &c. Auguſt. ibid. *Exſultabo ego ſuper eloquia tua*, &c. S. Proſp. *Exſultavi ego*, &c. Græc. Ἀγαλλιάζομαι ἐγὼ ἐπὶ τοῖς λόγοις σου, &c.

℣. 163. Hilar. & Caſſiod. Vulgatæ reſpondent. Pſ. è Mſ. Vatic. ap. Hilar. ultimò hab. *ego dilexi.* Ambroſ. cum Auguſt. & Proſp. *Injuſtitiam odio habui*, &c. ut in Vulg. Gr. Ἀδικίαν ἐμίσησα, &c.

℣. 164. Concinunt Hilar. Ambroſ. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. item Ambroſ. l. 3. de Virgin. to. 2. 178. f. cum Nicetio Ep. Spicil. to. 3. p. 9. c. In Pſalt. Corb. *Septies in diem laudem dixi tibi*, &c. Apud Auguſt. *Septies in die laudavi te*, &c. In Gr. Ἑπτάκις τῆς ἡμέρας ᾔνεσά σε, &c. Alex. σοι.

℣. 165. Sic habent Hilar. & Ambroſ. cum Pſalt. Corb. Auguſt. verò, Proſp. & Caſſiod. cum Vulg. *diligentibus legem tuam :* Gr. τὸν νόμον σου ; Mſ. tamen Alex. τὸ ὄνομά σου. Apud Chromat. Aquil. in Matth. p. 979. d. ſic : *Pax multa eſt diligentibus te :* & *non eſt*, &c.

℣. 166. Concinit Hilarius ad verbum, niſi quòd ſcribit *ſalutare*. Itidem in Pſ. è Mſ. Vatic. ap. ipſum. Ambroſ. in eund. Pſ. *Exſpectabam ſalutare*..... & *præcepta tua feci*. Auguſt. verò, Proſp. & Caſſiod. Vulgatæ ſuffragantur, & Græco.

℣. 167. Pſalt. Rom. & *dilexi ea vehementer*. Itidem *dilexi*, in Pſalt. Carnut. Apud Ambroſ. & *dilexit ea nimis*. Ap. Auguſt. & Proſp. & *dilexi ea valde*. Ita etiam in Pſalt. Corb. Addit Aug. *Vel ſicut nonnulli codices habent*, dilexit, *ut ſubaudiatur anima mea*. Hilar. & Caſſiod. Vulgatæ favent. In Gr. ἠγάπησεν αὐτὰ σφόδρα.

℣. 168. Ita legit Auguſt. cum Proſp. & Pſalt. Corb. Itidem ap. Hilar. ſed abſque *Domine*. Pſ. è Mſ. Vat. ap. ipſum delet præterea, & *teſtimonia tua*. Rom. habet cum Caſſiod. *Servavi mand. tua*, & *teſtim. tua*..... *in conſp. tuo Domine*. Ambroſ. in eund. Pſ. *Servavi præcepta tua*, & *teſtim. tua : quoniam omnes viæ meæ ante te Domine*. Gr. Ἐφύλαξα τὰς ἐντολάς σου, ὅτι τὰ..... ἐναντίον σου Κύριε. In Mſ. Alex. deeſt Κύριε.

℣. 169. Præponitur de more littera Hebr. *Tav* apud Patres Latinos. *Latina interpretatione ſignificat* Erravit, ſi Ambroſio fides : *alii Interpretes habent* Conſummavit, eo ipſo teſte. Pſalt. Rom. Fabri, *Signa*. In eodem Pſalt. ℣. ſequitur ut ſup. in textu. Ita quoque legitur ap. Caſſiod. in hunc Pſ. cui accinit Hilar. ibid. niſi quòd repetit vocem *Domine*, poſt *eloq. tuum*. Ap. Ambroſ. in eund. Pſ. ſic : *Appropinquet oratio mea in conſp. tuo Domine : ſecundùm verbum tuum mihi tribue intellectum*. Ap. Auguſt. & Proſp. ibid. *Appropinquet oratio mea in conſp. tuo Domine : ſecundùm eloq. tuum da mihi intell.* Sic etiam in Pſalt. Corb. addito *Domine*, poſt *tuum*. In Gr. Ἐγγισάτω ἡ δέησίς μου..... σου Συνέτισόν με.

℣. 170. Sic in Pſalt. Rom. eſt & Corb. Sic etiam ap. Hilar. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. Ambroſ. verò legit : *Intret poſtulatio mea coram te : ſecundùm verbum tuum libera me :* tum addit : *Græcus habet*, Εἰσελθάτω ἀξίωμά μου, *hoc eſt*, Intret dignitas mea ; *licet potuerit & ſcriptor errare*, & *fecerit* ἀξιωσις, *hoc eſt*, *deprecatio*. Ed. Rom. Εἰσέλθοι τὸ ἀξίωμά μου ἐνώπιόν σου Κύριε· κατὰ τὸ λό-

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
171. Eructabunt labia mea hymnum, cùm docueris me juſtificationes tuas.	*Fundant labia mea hymnum: docebis enim me præcepta tua.*	171. Ructuabunt labia mea hymnum, cùm docueris me juſtificationes tuas. *Ex Mſ. Sangerm.*
172. Pronunciabit lingua mea eloquium tuum: quia omnia mandata tua æquitas.	*Loquetur lingua mea ſermonem tuum: quia omnia mandata tua juſta.*	172. Pronunciavit lingua mea eloquia tua: quia omnia mandata tua æquitas.
173. Fiat manus tua ut ſalvet me: quoniam mandata tua elegi.	*Sit manus tua auxiliatrix mea: quia præcepta tua elegi.*	173. Fiat manus tua ut ſalvum facias me: quoniam mandata tua elegi.
174. Concupivi ſalutare tuum Domine: & lex tua meditatio mea eſt.	*Deſideravi ſalutare tuum Domine, & lex tua voluntas mea.*	174. Concupivi ſalutarem tuum Domine: & lex tua meditatio mea eſt.
175. Vivet anima mea, & laudabit te: & judicia tua adjuvabunt me.	*Vivet anima mea, & laudabit te: & judicia tua auxiliabuntur mihi.*	175. Vivet anima mea, & laudabit te: & judicia tua adjuvabunt me.
176. Erravi, ſicut ovis quæ periit: quære ſervum tuum, quia mandata tua non ſum oblitus.	*Erravi quaſi ovis perdita: quære ſervum tuum, quia mandatorum tuorum non ſum oblitus.*	176. Erravi, ſicut ovis quæ perit: vivifica ſervum tuum, quia mandata tua non ſum oblitus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

γιόν σε ῥῦσαί με.

℣. 171. Hilar. in hunc Pſ. *Eructuaverunt labia mea*, &c. ut ſup. S. Paulinus epiſt. 19. p. 106. b. *Ructabunt*, &c. Græc. Ἐξερεύξαιντο, &c. Ambroſ. cum Proſp. ut in Vulg.

℣. 172. Sic eſt in Pſalt. Rom. Fabri, ut & in Vatic. ap. Hilar. Ita etiam Hilarius ipſe legit cum Rom. Martianæi, præter hoc, *pronunciabit*. Corb. *Pronunciabit ling. mea eloquia tua: quoniam omnia mand. tua veritas*. In Carnut. pariter *veritas*. Ambroſ. verò ſic habet: *Loquetur lingua mea verbum tuum: quoniam omnia mandata tua juſtitia eſt*. Auguſt. *Pronunciabit lingua mea eloquia tua: quia omnia mandata tua judicia*. S. Proſp. *Pronunciavit lingua mea eloquia tua: quia omnia mandata tua juſtitia*. Caſſiod. *Pronunciavit*, &c. ut in Vulg. Gr. Φθέγξαιτο ἡ..... τὰ λόγιά σου ὅτι πᾶσαι αἱ ἐντολαί σου δικαιοσύνη. Mſ. Alex. Φθέγξεται..... τὸ λόγιόν σου. Ita etiam Sunnia & Fretela legebant, teſte Hieron. in epiſt. ad ipſos, to. 2. 662. a. *In Græco*, inquit, φθέγξεται *vos legiſſe dixiſtis; quod verbum, ſive dicas* pronunciabit, *ſive* effabitur, *ſive* loquetur, *idipſum ſignificat: denique & nos in Hebræo ita vertimus:* Loquetur lingua mea ſermonem tuum.

℣. 173. Ita legit Caſſiod. in hunc Pſ. Hilar. verò ibid. cum Auguſt. & Proſp. *Fiat manus tua ut ſalvum me faciat: quoniam*, &c. Sic etiam in Pſalt. Rom. & Vatic. In Corb. *Fiat manus tua ut ſalvum faciat me: quoniam præcepta tua dilexi*. Ambroſ. in eund. Pſ. *Fiat manus tua ſalvum facere me: quoniam*, &c. Græc. Γενέσθω ἡ χείρ σου τοῦ σῶσαί με· ὅτι τὰς ἐντολάς σου ἐξελεξάμην.

℣℣. 174. 175. Concordant Hilar. Ambr. Aug. Proſp. & Caſſiod. unà cum vet. Pſalt. & Gr. niſi quòd hab. omnes *ſalutare*; & *laudabit*, non *laudavit*, ut in autographo Sangerm. Pſ. è Mſ. Vatic. ap. Hilar. *Vivit anima mea*, &c. Gr. ζήσεται.

℣. 176. Sic ap. Hilar. & in Pſ. ibidem præfixo, excepto verbo *periit*. Apud Ambroſ. *perierat*; cæt. ut in textu. Ambroſ. addit: *Græcus habet*, quære ſervum tuum, *hoc eſt*, ζήτησον; & *potuit falli ſcriptor, ut ſcriberet* ζῆσον, *quod eſt* vivifica. Auguſt. *Erravi, ſicut ovis perdita*: quære ſervum tuum, &c. deinde ut Ambroſ. ſup. *Nonnulli codices non habent* quære, *ſed* vivifica: *una quippe ſyllaba intereſt, qua inter ſe in Græco diſtant* ζῆσον, & ζήτησον; *unde & ipſi codices Græci variant*. Apud Hieron. in Iſai. 53. to. 3. 384. e. ſimiliter, *Erravi, ſicut ovis perdita*. Sic etiam Ambroſ. ipſe leg. l. de lapſ. virgin. to. 2. 319. a. Fulgent. verò l. 1. ad Traſim. p. 76. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. *Erravi, ſicut ovis quæ perierat: require ſervum tuum*; Rom. addit *Domine*, deinde *quia*, &c. ut ſup. Corb. pariter hab. *require*. S. Proſp. ut in Vulg. Gr. Ἐπλανήθην, ὡς πρόβατον ἀπολωλός· ζήτησον τὸν, &c.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
1. Canticum graduum. CXIX.	*Canticum graduum. CXX.*	1. Canticum aſcenſûm. CXIX. *Ex Mſ. Sangerm.*
AD Dominum cùm tribularer clamavi: & exaudivit me.	*AD Dominum in tribulatione mea clamavi, & exaudivit me.*	* AD te Domine, cùm tribularer, clamavi: & exaudivit me.
2. Domine libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua doloſa.	*Domine libera animam meam à labio mendacii, à lingua doloſa.*	2. Domine libera animam meam à labiis iniquis, & à lingua doloſa.
3. Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam?	*Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam?*	3. Quid detur tibi, & quid adponatur tibi ad linguam doloſam?
4. Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus deſolatoriis.	*Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus juniperorum.*	4. Sagittæ potentes acutæ, cum carbonibus deſolatoriæ.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hilar. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. legunt, *Canticum graduum*, cum Vulg. Aug. addit: *Græcè ſcriptum eſt* ἀναβαθμῶν. *Gradus autem, vel deſcendentium ſunt, vel aſcendentium: ſed gradus, quomodo in his Pſalmis poſiti ſunt, aſcendentes ſignificant*. Item Hilarius in comment. col. 369. e. ait: *Gradus quindecim fuiſſe ſcimus in templo; Pſalmos quoque graduum quindecim legimus*.

* Hilarius, Auguſt. & Proſp. legunt: *Ad te Domine, cùm tribularer, & exaudiſti me*. Caſſiod. in eund. Pſ. Vulgatæ congruit.

℣. 2. Ita legit Hieron. ep. ad Damaſ. to. 3. 522. a. ſicut Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſal. Hilar. verò delet & , poſt *iniquis*; & ſanè Hieron. ep. ad Sun. & Fret. col. 662. b. monet iſtam conjunct. eſſe *ſuperfluam*. Auguſt. in eund. Pſ. ſic habet: *Domine erue animam meam à labiis injuſtis, & à lingua doloſa*. Pſalt. Corb. & *ad linguam doloſam*. Gr. verò, Κύριε ῥῦσαι..... ἐκ ἀπὸ γλώσσης, &c.

℣. 3. Sic habet Hilar. in hunc Pſ. Proſp. verò & Caſſiod. ut in Vulg. Auguſt. ibid. ita: *Quid dabitur tibi, aut quid apponetur tibi ad linguam doloſam?* at in Rom. 12. to. 3. col. 920. d. legit: *Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam ſubdolam?* Pſalt. Rom. & Corb. *Quid detur tibi, aut quid*..... *à lingua doloſa?* Græc. Τί δοθείη σοι, ἢ τί..... πρὸς γλῶσσαν δολίαν;

℣. 4. Ita legit Hilar. *potentes*, ſed in fine hab. *deſolatoriis: ſola enim*, inquit, *Domini potentes ſunt & acutæ ſagittæ*: & poſt paulò, *carbones* nominat *deſolationis*. Similiter in Pſalt. Corb. *Sagittæ potentes..... cum carbon. deſolatoriis*. Pſ. verò è Mſ. Vat. ap. Hilar. Vulgatæ conſonat, cum Rom. & Moz. Iidem Caſſiod. & Gaud. Brix. ſer. 2. p. 944. f. cum Proſp.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 5. Heu me, quòd incolatus meus prolongatus eſt: habitavi cum habitantibus Cedar: 6. multùm incola fuit anima mea.	*Heu mihi, quia peregrinatio mea prolongata eſt: habitavi cum tabernaculis Cedar: multùm peregrina eſt anima mea*	5. Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt: habitavi cum habitantibus Cedar: 6. multùm incola fuit anima mea.
7. Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: cùm loquebar illis, impugnabant me.	*Cum odientibus pacem: ego pacifica loquebar, & illi bellantia.*	7. Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: cùm loquebar illis, impugnabant me gratis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Mſ. tamen 1. Caſſiod. cum editt. hab. *potentes*. Apud Aug. in eund. Pſ. *Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus deſolatoriis, vel vaſtatoribus*: deinde: *Sive* deſolatoriis *dicas, ſive* vaſtatoribus *dicas, (nam in diverſis codicibus diversè ſcriptum eſt,) idem ſignificat*: ipſe etiam in Rom. 12. to. 3. 920. d. legit *vaſtatoribus*. In Gr. Τὰ βέλη τῦ δυνατῦ ἠκονημένα, σὺν τοῖς ἄνθραξι τοῖς ἐρημικοῖς.

℣. 5. Sic eſt in Pſalt. Moz. & apud Caſſiod. Ita quoque apud Proſperum, ſicut in Pſalt. Romano, & Vaticano apud Hilarium, excepto uno *quia*; pro *quòd*. In Corb. *Heu mihi, quòd*. Hilar. in comment. legit ut ſup. *Heu me, quòd incolatus meus prolongatus eſt: & habitavi cum habitantibus Cedar*: at inf. id memorat, *cum habitationibus Cedar*. Itidem Ambroſ. *Heu me, quòd*, &c. l. de parad. to. 1. 164. c. & l. 2. de Abr. c. 4. col. 319. c. & in Pſ. 118. col. 1251. a. at l. 2. de interpel. Dav. c. 3. col. 641. f. *Heu me, quia*: item in Pſ. 38. col. 849. d. 851. a. ubi addit, *& habitavi*, &c. rurſum *Heu me, quia* in Pſ. 43. col. 888. f. S. Paulin. epiſt. 29. p. 71. a. *Heu me, quòd incolatus*, &c. item ep. 13. p. 71. a. additque, *quòd habitaret cum tabernaculis Cedar*. Tichon. verò reg. 2. p. 51. g. ſic habet: *Heu me, quia peregrinatio mea longinqua facta eſt: habitavi cum tabernaculis Cedar*. Hieron. epiſt. ad Dardan. to. 2. 608. a. *Heu me, quia peregrinatio mea prolongata eſt: habitavi cum habitantibus Cedar*: & epiſt. ad Paulam, to. 4. p. 2. col. 56. b. *Hei mihi, quia peregr. mea prolongata eſt à me: habitavi*, &c. & l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 227. a. *Hei mihi, quia peregrinatio mea prolongata eſt: habitavi cum habitationibus Cedar*: at l. 1. in epiſt. ad Epheſ. to. 4. 325. d. legit: *Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt*, &c. & ita vertiſſe Latinum Interpretem dicit ipſe in epiſt. ad Sun. & Fret. to. 2. 627. b. Auguſt. in eund. Pſ. non ſemel: *Heu me, quòd incolatus meus longinquus factus eſt: inhabitavi cum tabernaculis Cedar*: at inf. bis, loco *incolatus*, &c. hab. *peregrinatio mea longinqua facta eſt*. Auct. l. de promiſſ. p. 1. c. 12. col. 100. e. *Heu me, quia peregrinatio mea elongata eſt*. Gr. Οἴ μοι, ὅτι ἡ παροικία μὲ μακρύνει· κατεσκήνωσα μετὰ τῶν σκηνωμάτων Κηδάρ.

℣. 6. Ita legunt Hilar. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Vatic. ap. Hilar. In Moz. verò: *multùm peregrinata eſt anima mea*. Huic ult. aſſentiunt Tichon. reg. 2. p. 51. g. & Auguſt. in hunc Pſ. cum Proſpero. Item Hieron. in Ezech. 48. to. 3. 1064. d. & in Jerem. 2. col. 534. f. ſic etiam l. 1. in epiſt. ad Epheſ. to. 4. 325. d. & epiſt. 22. ad Paulam to. 4. p. 2. col. 56. b. at epiſt. ad Dardan. to. 2. 608. a. leg. *multùm accola fuit anima mea*. Ambr. in Luc. 2. to. 1. 1297. b. *multùm incola facta eſt anima mea*. In Gr. πολὺ παρῴκησεν ἡ ψυχή μου.

℣. 7. Hilar. ſic habet: *Cum odientibus pacem, eram pacificus: cùm loquebar illis, impugnabant me gratis*. Similiter Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1240. c. & in Luc. 22. col. 1518. b. at ſup. in eund. Pſ. 118. col. 1084. d. leg. *Cum odio habentibus pacem*, &c. Ambroſiaſt. col. 97. f. *Cum iis qui oderunt pacem*, &c. Tichon. verò reg. 2. p. 51. g. *Cum odientibus pacem, eram pacific. cùm loquerer illis, debellabant me gratis*. Itidem Auguſt. in hunc Pſ. exceptis his, *Cum bis qui oderunt pacem*: ita rurſum ep. 88. to. 2. 213. c. præter duo, *oderant*, & *loquebar*: item epiſt. 105. col. 296. f. cum verbo *oderunt*. S. Pacian. ep. 3. p. 313. f. Vulgatæ accinit cum Caſſiod. & Chromat. Aquil. in Matth. p. 979. c. Ita quoque S. Proſp. niſi quòd hab. *Cum bis qui oderant*; & ita in Pſalt. Moz. Corb. & Vat. ap. Hilar. In Rom. ſic: *Cum iis qui oderunt pacem.... dum loquebar illis*, &c. ut in Vulg. In Gr. Μετὰ τῶν μισούντων τὴν.... ὅταν ἐλάλην αὐτοῖς, ἐπολέμουν με δωρεάν.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. Canticum graduum. CXX.	*Canticum graduum. CXXI.*	Canticum graduum. CXX.
1. LEvavi oculos meos ad montes, unde veniat auxilium mihi.	*LEvavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi.*	1. LEvavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi. 2. Par. 20. 17.
2. Auxilium meum à Domino, qui fecit cœlum & terram.	*Auxilium meum à Domino, factore cœli & terræ.*	2. Auxilium meum à Domino, qui fecit cœlum & terram.
3. Non det in commotionem pedem tuum: neque dormiet qui cuſtodit te.	*Non det in commotionem pedem tuum, nec dormitet qui cuſtodit te.*	3. Non det in commotionem pedem tuum: neque dormitet qui cuſtodit te.
4. Ecce non dormitavit neque obdormiet, qui cuſtodit Iſraël.	*Ecce non dormitabit neque dormiet, qui cuſtodit Iſraël.*	4. Ecce non dormitabit neque dormiet, qui cuſtodit Iſraël.
5. Dominus cuſtodit te,	*Dominus cuſtodit te: Dominus*	5. Dominus cuſtodit te, Domi-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hilar. in hunc Pſ. cum Vulgata concinit: Pſ. autem ibid. præfixus hab. *unde veniet adjutorium mihi*: Hilarius etiam ipſe ita leg. in Pſ. 51. col. 79. c. Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. col. 1209. e. *Levavi oculos meos ad montes: quæſivi unde mihi veniret auxilium*. S. Paulin. epiſt. 40. p. 245. a. alludens, dicit: *Levavimus* (oculos) *ad montes..... unde nobis auxilium venit à Domino*. Item Auguſt. *Quid adhuc dormiunt? Levent oculos ſuos in montes, unde veniet auxilium illis*. S. Proſp. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Moz. *Levavi..... ad montes*, &c. ut in Vulg. Sic etiam Vict. Tun. l. de pœnit. ap. Ambr. col. 603. d. In Gr. εἰς τὰ ὄρη, ὅθεν ἥξει ἡ βοήθειά μου.

℣. 2. Similiter hab. Hilar. in hunc Pſ. & in Pſ. 51. col. 79. c. Item S. Proſp. & Caſſiod. ibid. unà cum Gr. Non legitur hic ℣. 2. ap. Auguſt.

℣. 3. Hilar. ubi ſup. *Ne det in commotionem pedem tuum: neque dormitet*, &c. Pſ. ibid. præf. *Non det in commotione*, &c. Auguſt. verò ita: *Ne des ad movendum pedem meum: neque dormitet*, &c. S. Proſp. & Caſſiod. Vulgatæ reſpondent. In Pſalt. Rom. ſic: *Non det in commotionem pedem tuum: neque obdormiat qui cuſtodit te*. In Moz. *neque obdormitet qui*, &c. In Gr. Μὴ δῴης εἰς σάλον τὸν..... μηδὲ νυστάξῃ ὁ φυλάσσων σε. Compl. Μὴ δῴη.

℣. 4. Sic eſt in Brev. Moz. Hilar. verò in hunc Pſ. Vulgatæ accinit; ſed in Pſ. 118. col. 267. e. leg. *Ecce non dormit neque dormitabit, qui*, &c. S. Proſp. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Corb. *Ecce non dormitabit neque obdormiet*, &c. cui lectioni favet S. Xyſt. ep. 5. Conc. to. 1. 1256. b. Similiter Aug. in eund. Pſ. paulò verò poſt legit: *Ecce non dormiet neque dormitabit*, &c. at priorem lectionem reſumit inf. In Gr. Ἰδοὺ οὐ νυστάξει οὐδὲ ὑπνώσει, &c.

℣. 5. Pſalt. Rom. cum Corb. & Moz. *ſuper manum dexteræ tuæ*. Sic etiam Ambroſ. habet in Luc. 1. to. 1. 1275. e. necnon S. Proſp. & Caſſiod. cum Pſalt. Mediol. & Carnut. Hilar. verò cum Pſ. ibid. præfixo: *Dominus cuſtodiet te, Dominus prot. tua, ſupra* (Pſ. *ſuper*) *manum dexteræ tuæ*.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
nus protectio tua, ſuper manum dexteram tuam.	*protectio tua ſuper manum dexteram tuam.*	Dominus protectio tua, ſuper cornum dexteræ tuæ. *Ex Mſ. Sangerm.*
6. Per diem ſol non uret te: neque luna per noctem.	*Per diem ſol non percutiet te, neque luna per noctem.*	6. Per diem ſol non uret te: neque luna per noctem.
7. Dominus cuſtodit te ab omni malo: cuſtodiat animam tuam Dominus.	*Dominus cuſtodiet te ab omni malo: cuſtodiat animam tuam.*	7. Dominus cuſtodiet te ab omni malo: cuſtodiat animam tuam Dominus.
8. Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exitum tuum; ex hoc nunc, & uſque in ſæculum.	*Dominus cuſtodiat exitum tuum, & introitum tuum; amodo, & uſque in æternum.*	8. Cuſtodiat Dominus introitum tuum, & exitum tuum; ex hoc nunc, & uſque in ſæculum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Auguſt. in eund. Pſ. *Dominus cuſtodiet te, Dominus tegumentum tuum, ſuper manum dexteræ tuæ;* & inf. *protegat te Dominus ſuper manum dexteræ tuæ:* Mſs. quidam *proteget*, nonnulli *protegit*. In Gr. Κύριος φυλάξῃ σε, Κύριος σκέπων σε, ἐπὶ χεῖρα δεξιάν σου. Ed. Compl. hab. Κύριος φυλάξοι, & Mſ. Alex. δεξιᾶς σου.

℣. 6. Vulgatæ accedit Hilar. in hunc Pſ. & in Pſ. 147. col. 584. a. Item Auguſt. Proſp. & Caſſiod. In Gr. Ἡμέρας ὁ ἥλιος..... οὐδὲ ἡ..... τὴν νύκτα.

℣. 7. Ita Auguſt. leg. cum Brev. Moz. Proſper verò & Caſſiod. cum Rom. Vulgatæ aſſentiunt. Hilar. ſic: *Dominus cuſtodiet te ab omni malo: cuſtodiet*, &c. ut ſup. Pſ. ibidem præfixus: *Dominus cuſtodiet te ab omni malo: ita ſuper manum dexteræ cuſtodiat animam tuam Dominus.* Gr. Κύριος φυλάξαι σε ἀπὸ παντὸς κακοῦ· φυλάξῃ, &c. Mſ. Alex. Κύριος φυλάξῃ; Compl. bis, φυλάξοι.

℣. 8. Concinunt Auguſt. Proſp. & Caſſiod. unà cum ver. Pſalt. In Græco: Κύριος φυλάξῃ τὴν εἴσοδόν σου, καὶ τὴν, &c. Compl. φυλάξοι. Ap. Hilar. *Dominus cuſtodiet exitum tuum, & introitum tuum; ex hoc, & uſque in ſæculum.* Hic autem verborum ordo nititur Mſs. auctoritate, quem etiam poſtulat ſubnexa Hilarii interpretatio: *Cùm prius ſit*, inquit, *nos exire de corpore, quàm in regnum æternum introduci.* Pſ. tamen è Mſ. Vatic. ap. ipſum hab. *introitum, & exitum; ex hoc nunc, & uſque in ſæc.* Moz. *& uſque in æternum.*

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
1. Canticum graduum. CXXI.	*Canticum graduum David. CXXII.*	1. Canticum graduum David. CXXI. *Ex Mſ. Sangerm.*
Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi: In domum Domini ibimus.	*Lætatus ſum, eò quòd dixerint mihi: In domum Domini ibimus.*	*Lætatus ſum in his, quæ dicta ſunt mihi: In domum Domini ibimus.
2. Stantes erant pedes noſtri, in atriis tuis Jeruſalem.	*Stantes erant pedes noſtri, in portis tuis Jeruſalem.*	2. Stantes erant pedes noſtri, in atriis Jeruſalem.
3. Jeruſalem, quæ ædificatur ut civitas: cujus participatio ejus in idipſum.	*Jeruſalem, quæ ædificatur ut civitas: cujus participatio ejus ſimul.*	3. Jeruſalem, quæ ædificatur ut civitas: cujus participatio ejus in idipſum.
4. Illuc enim aſcenderunt tribus, tribus Domini: teſtimonium Iſraël ad confitendum nomini Domini.	*Quia ibi aſcenderunt tribus, tribus Domini: teſtimonium Iſraël, ad confitendum nomini Domini.*	4. Illuc enim aſcenderunt tribus, tribus Domini: teſtimonium Iſraël ad confitendum nomini tuo, Domine.
5. Quia illic ſederunt ſedes in judicio, ſedes ſuper domum David.	*Quia ibi ſederunt ſedes in judicio, ſedes domui David.*	5. Quia illic ſederunt ſedes in judicio, ſedes ſuper domum David.
6. Rogate quæ ad pacem ſunt Jeruſalem: & abundantia diligentibus te.	*Rogate pacem Jeruſalem: ſit bene his qui diligunt te.*	6. Rogate quæ ad pacem ſunt Jeruſalem: & abundantia diligentibus te.
7. Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.	*Sit pax in muris tuis: abundantia in domibus tuis.*	7. Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.
8. Propter fratres meos, & proximos meos, loquebar pacem de te:	*Propter fratres meos, & amicos meos, loquar pacem tibi.*	8. Propter fratres meos, & proximos meos, loquebar autem pacem de te:
9. Propter domum Domini Dei	*Propter domum Domini Dei noſ-*	9. Propter domum Do-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic habet Pſ. præfixus ap. Hilar. Auguſt. verò & Caſſiod. delent *David*, cum Pſalt. Rom. In Corb. *Canticum graduum ipſum David.* In Gr. de more, Ὠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν.

* Concordant Hilar. Proſp. & Caſſiod. &c. Auguſt. verò legit: *Jocundatus ſum in his, qui dixerunt mihi: In domum Domini ibimus.* Gr. Εὐφράνθην ἐπὶ τοῖς εἰρηκόσι μοι, &c.

℣. 2. Ita legunt Hilar. & Auguſt. in hunc Pſ. cum Pſalt. Corb. & Carnut. Ambroſ. vero in Pſ. 1. & 36. to. 1. 749. a. 809. b. hab. *in atriis tuis*, &c. item l. de Virginit. to. 2. 228. a. cum Proſp. & Caſſiod. & Gr.

℣. 3. Hilar. cum Pſ. præfixo, *cujus participatio eſt in idipſum.* Auguſt. Proſp. & Caſſiod. ut in Vulg. In Gr. ἧς ἡ μετοχὴ αὐτῆς ἐπὶ τὸ αὐτό.

℣. 4. Sic habent Auguſt. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Carnut. Ita quoque in Moz. eſt, detracta voce ult. *Domine.* Corb. *Illic enim aſcend..... ad confit. nomini tuo, Domine.* Hilar. in eund. Pſ. *Illuc aſcenderunt tribus, tribus Domini: teſtimonium illi Iſraël ad confitendum nomini Domini.* S. Proſp. *ad confitendum nomen Domini.* Gr. Ἐκεῖ γὰρ ἀνέβησαν, &c. ut in Vulg.

℣. 5. Hilar. cum Pſalt. Corb. *Quia illic ſederunt ſedes in judicium*, &c. Auguſt. *Quoniam ibi ſederunt ſedes in judicium*, &c. Ita quoque in Græco. Apud Proſp. & Caſſiod. ut ſup. in textu.

℣. 6. Ita legunt Hilar. Proſp. & Caſſiod. &c. Auguſt. verò ſic: *Interrogate quæ ad pacem ſunt Jeruſalem: & abundantia his, qui diligunt te.* Hilar. etiam ubi ſup. ait: *Rogate, non orandi, ſed interrogandi, ſecundùm proprietatem Græcitatis eſt ſermo.* Gr. Ἐρωτήσατε δὴ τὰ εἰς εἰρήνην τὴν Ἱερουσαλήμ, &c.

℣. 7. Sic Ambroſ. l. 1. de Virg. to. 2. 158. e. item l. 3. de fide, col. 505. b. & in Pſ. 118. to. 1. 1257. a. Sic etiam Aug. Proſp. & Caſſiod. &c. Ap. Hilar. verò ita: *Fiat pax..... & abundantia in turribus gratiis tuis:* de his vide Hieron. in Pſ. 44. ad Principiam. In Gr. Γενέσθω δὴ εἰρήνη..... καὶ εὐθηνία ἐν ταῖς πυργοβάρεσί σου. Edit. Compl. tollit δή.

℣. 8. Sic habet Pſ. è Mſ. Vatic. apud Hilar. Hilarius verò in comment. delet *autem*; tollunt pariter Proſp. & Caſſiod. ibid. Apud Auguſt. ſic: *Propter fratres meos, & propinquos meos, loquebar autem pacem de te.* In Gr. Ἕνεκα τῶν ἀδελφῶν μου, καὶ τῶν πλησίον μου, ἐλάλουν δὴ εἰρήνην, &c.

℣. 9. Itidem Hilarius, Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. Pſalt. verò Rom. hab. *Et propter domum Domini Dei mei;*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. mini Dei mei, quæſivi bona tibi.	*tri, quæram bona tibi.*	noſtri, quæſivi bona tibi.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Mſs. 2. Caſſiod. *Domini Dei noſtri*; Brev. Moz. *Domini Dei tui*. Gr. Κυρίῳ τῷ Θεῷ ἡμῶν, ἐξεζήτησα, &c.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. Canticum graduum. CXXII.	*Canticum graduum. CXXIII.*	Canticum graduum. CXXII.
1. AD te levavi oculos meos, qui habitas in cœlo.	*AD te levavi oculos meos, qui habitas in cœlis.*	1. AD te levavi oculos meos, qui habitas in cœlis.
2. Ecce ſicut oculi ſervorum, in manibus dominorum ſuorum,	*Ecce ſicut oculi ſervorum ad manum dominorum ſuorum:*	2. Ecce ſicut oculi ſervorum, in manibus dominorum ſuorum,
Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ: ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum, donec miſereatur nobis.	*Sicut oculi ancillæ ad manum dominæ ſuæ: ſic oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri.*	Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ: ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum, donec miſereatur noſtri.
3. Miſerere nobis Domine, miſerere nobis: quia multùm repleti ſumus deſpectione:	*Miſerere noſtri Domine, miſerere noſtri: quia multùm repleti ſumus deſpectione.*	3. Miſerere noſtri Domine, miſerere noſtri: quia multùm repleti ſumus deſpectione:
4. In plurimum abundavit anima noſtra: opprobrium abundantibus, maledictum eis qui abundant, & contemptio ſuperbis.	*Multùm repleta eſt anima noſtra opprobrio abundantium, & deſpectione ſuperborum.*	4. Quia multùm repleta eſt anima noſtra: opprobrium abundantibus, & deſpectio ſuperbis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Concinunt Hilar. Auguſt. & Caſſiod. ad verbum. Itidem Hieron. in Iſai. 51. col. 374. e. 379. b. cum Pſalt. Rom. Mſs. tamen 3. Caſſiod. hab. *in cœlis*, cum Proſpero. Auguſtinus ſemel, *Ad te, Domine, levavi*, &c. at inf. delet *Domine*. In Gr. Πρὸς σὲ ἦρα..... τὸν κατοικοῦντα ἐν τῷ οὐρανῷ.

℣. 2. Eadem leguntur in Miſſali Rom. ad Introit. fer. 2. poſt Dom. 1. Quadr. ſicut in Pſalt. Corb. Item in Rom. & Moz. niſi quòd in utroque ponitur &, ante 2. *ſicut*; in Moz. tamen deeſt *ſuæ*, poſt *dominæ*. Ambr. Romano conſentit ad verbum, videlicet l. de apol. Dav. to. 1. 700. c. d. & in Pſ. 118. col. 1045. a. Itidem Hilar. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. ſed Hilar. bis leg. *in manus*, pro *in manibus*; paulòque poſt hab. *ſic oculi noſtri*: Pſ. verò ibid. præfixus, bis *in manibus*, ſed abſque &, poſt *ſuorum*; necnon *ſuæ*, poſt *dominæ*. Auguſt. in eund. Pſ. *Ecce ſicut oculi..... in manus dominor..... & ſicut oculi..... in manus dom. ſuæ: ſic oculi noſtri ad..... quoadusque misereatur noſtri.* Victor Tun. l. de pœnit. apud Ambr. col. 603. d. *Sicut oculi ſervorum in manibus..... & ſicut oculi ancillæ ad manus dom. ſuæ: ſic & oculi noſtri ad Dom..... uſque dum miſereatur nobis.* In Græco: Ἰδοὺ ὡς ὀφθαλμοὶ..... εἰς χεῖρας τῶν..... αὐτῶν· ὡς ὀφθαλμοὶ..... εἰς χεῖρας τῆς κυρίας αὐτῆς, ὕτως..... ἕως οὗ οἰκτειρήσαι ἡμᾶς.

℣. 3. Hilar. cum Pſalt. Vatic. Rom. Corb. & Moz. *Miſerere nobis Domine, miſerere nobis: quia multùm repl. ſumus adſpernatione*; Vatic. Corb. & Rom. *contemptione*; Mozar. *contemptu*. Caſſiod. Romano congruit ad verbum; Auguſt. & Proſp. Vulgatæ. In Miſſali Rom. ad Introit. fer. 2. Dom. 1. Quadr. & ad Tract. Dom. 3. *Miſerere nobis..... miſ. nobis*, ut ſupra. In Gr. Ἐλέησον ἡμᾶς..... ἐλέησον ἡμᾶς· ὅτι ἐπὶ πολὺ ἐπλήσθημεν ἐξουδενώσεως.

℣. 4. Pſalt. Rom. cum Proſp. & Caſſiod. *Et multùm repleta eſt anima noſtra*, &c. ut in Vulg. Mozarab. *Multùmque repleta eſt anima noſtra: opprobrium abundantium, & deſpectio ſuperbis*. In Corb. deeſt &, ante *deſpectio*. Hilar. in hunc Pſ. leg. & *adſpernatio ſuperbis*; cætera ut in Vulg. Auguſt. in eund. Pſ. *In plurimum repleta eſt anima noſtra: opprobrium eis qui abundant, & deſpectio ſuperbis*. Gr. Ἔστι πλεῖον ἐπλήσθη..... τὸ ὄνειδος τοῖς εὐθηνοῦσι, καὶ ἡ ἐξουδένωσις τοῖς, &c. Nuſpiam verò legitur verſic. medius, *maledictum eis qui abundant*: ſcholium ſatis olet, quod primò fortaſſe in margine ſcriptum eſt, ac deinde imperitiâ ſcriptoris tranſiit in textum.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 1. Canticum graduum. CXXIII.	*Canticum graduum David. CXXIV.*	1. Canticum graduum. CXXIII.
* NIſi quòd Dominus erat in nobis, dicat nunc Iſraël: 2. niſi quòd Dominus erat in nobis,	*NIſi Dominus fuiſſet in nobis, dicat nunc Iſraël: niſi Dominus fuiſſet in nobis,*	NIſi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Iſraël: 2. niſi quia Dominus erat in nobis,
Cùm inſurgerent homines in nos, 3. fortè vivos deglutiſſent nos:	*Cùm exſurgerent ſuper nos homines: forſitan vivos abſorbuiſſent nos,*	Cùm exſurgerent homines in nos, 3. fortè vivos deglutiſſent nos:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Itidem ap. Aug. Caſſiod. &c. Pſ. verò è Mſ. Vatic. ap. Hilar. hab. *Canticum graduum David*. Græc. de more, Ὠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν.

* Sic Hilar. & Proſp. cum Pſalt. Rom. Martian. Auguſt. verò & Caſſiod. cum Rom. Fabri, *Niſi quia*, &c. Gr. Εἰ μὴ ὅτι, &c.

℣. 2. Pſalt. Rom. *Niſi quia Dom. erat in nobis, dum inſurgerent homines in nos*. Corb. *Niſi quòd Dom..... cùm inſurgerent homines in nobis*. Mozarab. *cùm exſurgerent homines ſuper nos*. Hilar. in eund. Pſ. *Niſi quòd..... cùm ſurgerent hom. in nos*. Auguſt. *Niſi quia Dom..... cùm inſurgerent hom. ſuper nos*. S. Proſp. *Niſi quòd Dom..... cùm inſurgerent hom. in nos*. Caſſiod. *Niſi quia Dom..... cùm inſurgerent hom. in nos*. Gr. Εἰ μὴ ὅτι..... ἐν τῷ ἐπαναστῆναι..... ἐφ' ἡμᾶς.

℣. 3. Pſalt. Mozar. *forſitan vivos deglutiſſent nos: dum iraſcetur furor eorum adversùs nos*. Rom. & Corb. *forſitan vivos deglut..... dum* (Corb. *cùm*) *iraſceretur animus eorum adversùs nos*. Pſ. è Mſ. Vatic. apud Hilar. *fortè vivos deglutiſſent nos: cùm iraſceretur animus eorum in nos*. Hilar. ipſe in comment. *fortè vivos deglut. nos: in eo cùm iraſceretur animus eorum adversùs nos*. Auguſt. *forſitan vivos abſor-*

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
Cùm iraſceretur furor eorum in nos, 4. forſitan aqua abſorbuiſſet nos.	*Cùm iraſceretur furor eorum ſuper nos: forſitan aqua circumdediſſent nos:*	Cùm iraſceretur furor eorum adversùs nos, 4. forſitan aqua abſorbuiſſet nos. *Ex Mſ. Sangerm.*
5. Torrentem pertranſivit anima noſtra: forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquam intolerabilem.	*Torrens tranſiſſet ſuper animam noſtram: forſitan tranſiſſent ſuper animam noſtram aqua ſuperbia.*	5. Torrentem pertranſiit anima noſtra: forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquam immenſam.
6. Benedictus Dominus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.	*Benedictus Dominus, qui non dedit nos in prædam dentibus eorum.*	6. Benedictus Dominus, qui non dedit nos in venatione dentibus eorum.
7. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium: Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus.	*Anima noſtra quaſi avis erepta eſt de laqueo venantium: Laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus.*	7. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venatorum: Muſcipula comminuta eſt, & nos ſalvati ſumus.
8. Adjutorium noſtrum in nomine Domini, qui fecit cœlum & terram.	*Auxilium noſtrum in nomine Domini, qui fecit cœlum & terram.*	8. Adjutorium noſtrum in nomine Domini, qui fecit cœlum & terram.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

buiſſent nos: cùm (inf. *dum*) *iraſceretur furor ipſorum* (al. *eorum*) *ſuper nos.* S. Proſp. *forſitan vivos deglutiſſent nos: cùm iraſceretur furor eorum in nos.* Caſſiod. *forſitan vivos deglutiſſent nos: cùm iraſceretur animus eorum adversùm nos.* Itidem *animus eorum*, in Pſalt. Mediol. & Carnut. In Gr. ἄρα ζῶντας ἂν κατέπιον ἡμᾶς· ἐν τῷ ὀργισθῆναι τὸν θυμὸν αὐτῶν ἐφ' ἡμᾶς.

℣. 4. Sic Hilar. in hunc Pſ. cum Pſ. ibidem præfixo. Auguſt. ibid. *forſitan aqua demerſiſſet nos.* S. Proſp. *forſitan vivos abſorbuiſſent nos.* Caſſiod. cum Pſalt. Rom. *forſitan velut aqua abſorbuiſſent nos.* Ita etiam in Moz. præter verbum ſing. *obſorbuiſſet.* In Mediolan. *ut aquam abſorbuiſſent nos.* In Gr. ἄρα τὸ ὕδωρ ἂν κατεπόντισεν ἡμᾶς.

℣. 5. Ita legit Hilar. in hunc Pſ. & in Pſ. 68. col. 216. c. cum Pſalt. Mediolan. Ambroſ. verò l. de Iſaac, c. 8. col. 377. d. & in Pſ. 1. & 118. col. 756. d. 1243. e. hab. *aquam intolerabilem*, cum Caſſiod. Sic etiam Hilar. ubi ſup. in commentar. *Hæc intolerabilis aqua*, inquit, *animam non tranſiit, in qua Deus habitat; intolerabilis autem eſt Dei vacuis.* Aug. ibid. leg. *fortaſſe* (al. *forſitan*) *pertranſiit... aquam ſine ſubſtantia.* S. Proſp. *forſitan pertranſivit..... aquam intolerabilem, vel ſine ſubſtantia.* S. Eucher. quæſt. in Pſ. p. 846. h. & 847. a. *forſitan pertranſiſſet..... aquam immenſam*, ut ſup. Gr. ἄρα δ' ἂν ἦλθεν... τὸ ὕδωρ τὸ ἀνυπόστατον. Subdit Aug. loco cit. *Quomodo potuerunt Latini, expreſſerunt quod Græci dicunt ἄρα; ſic enim Græca habent exemplaria, ἄρα: quia dubitantis verbum eſt, expreſſum eſt quidem dubitationis verbo, quod eſt* forſitan *; ſed non omnino hoc eſt:* ſubinde: *Quod Punici dicunt* jar, *hoc Græci ἄρα, hoc Latini poſſunt, vel ſolent dicere*, putas, *cùm ea loquuntur:* Putas evaſi hoc: *ſi ergo dicatur*, Forſitan evaſi, *videtis quia non hoc ſonat; ſed quod dixi* putas, *ufitate dicitur, Latinè non ita dicitur..... In Scripturâ autem non potuit hoc poni quod Latinum non eſſet; & deficiente Latinitate, poſitum eſt pro eo quod non hoc ſonaret. Sic tamen intelligite dici:* Putas pertranſiit anima noſtra, *&c. quia magnitudo periculi vix facit credibile. Verbum autem ἀνυπόστατον*, teſte Hieron. in commentar. *apud Græcos ambiguum eſt, & poteſt ſonare quod* non ſubſiſtat, *& quod* intolerabile ſit, *id eſt, quod nemo ferre queat.*

℣. 6. Hilar. in hunc Pſ. cum Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1185. a. *Benedictus Dominus, qui non dedit nos in capturam dentibus eorum.* Pſalt. quoque Mediolan. hab. *in capturam*; Mozarab. *in captione.* Auguſt. in hunc Pſ. cum Fulg. ſer. 6. p. 567. *in venationem.* S. Proſp. *in venationem, vel in captionem.* Caſſiod. ut in Vulg. Gr. εἰς θήραν.

℣. 7. Hilar. cum Pſ. præfixo ſimiliter hab. *de laqueo venatorum*; cæt. ut in Vulg. mox Hilar. *Non utique* venantium, *ſed eorum, quibus in venatione tenſi ſunt laquei:* vocem etiam *venatorum* conſtanter adhibet in Pſ. 118. col. 328. a. ſed Ambroſ. in eund. Pſ. col. 1154. e. legit *venantium*, &c. ut in Vulg. itidem in Luc. 4. & 12. col. 1337. d. 1437. b. & l. de Virgin. to. 2. 241. e. Vulgatæ ſuffragantur Proſp. & Caſſiod. cum Gr. Auguſt. autem leg. *Anima noſtra ſicut paſſer eruta eſt de muſcipula venantium: muſcipula contrita eſt, & nos eruti ſumus.*

℣. 8. Concordant Innocent. 1. epiſt. 29. Conc. to. 1. 897. c. & Ambr. in Luc. 4. col. 1337. d. Item Hilar. Aug. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. unà cum Gr. ex quibus omnibus ſubnexuimus ſup. vocem *Domini*, quæ omiſſa erat librarii incuriâ.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
1. Canticum graduum. CXXIV.	*Canticum graduum. CXXV.*	1. Canticum graduum. CXXIV. *Ex Mſ. Sangerm.*
QUi confidunt in Domino, ſicut mons Sion: non commovebitur in æternum, qui habitat 2. in Jeruſalem.	*Qui confidunt in Domino: quaſi mons Sion immobilis, in æternum habitabilis.*	QUi confidunt in Domino, ſicut mons Sion: non commovebitur in æternum, qui habitat 2. in Jeruſalem.
Montes in circuitu ejus: & Dominus in circuitu populi ſui, ex hoc nunc & uſque in ſæculum.	*Jeruſalem montes in circuitu ejus: & Dominus in circuitu populi ſui, amodo & uſque in æternum.*	Montes in circuitu ejus: & Dominus in circuitu populi ſui, ex hoc nunc & uſque in ſæculum.
3. Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum ſuper ſortem juſtorum: ut non extendant juſti ad iniquitatem manus ſuas.	*Quia non requieſcet virga impietatis ſuper ſortem juſtorum: ut non mittant juſti in iniquitatem manus ſuas.*	3. Quia non dimiſit virgam peccatorum ſuper ſortem juſtorum: ut non extendant juſti in iniquitatem manus ſuas.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 1. 2. Sic Hilar. & Caſſiod. ad verbum. Horum etiam multa hab. Ambroſ. in Pſ. 47. & 118. to. 1. 938. b. 943. c. 1035. b. & in Luc. 17. col. 1479. f. Auguſt. verò leg. *Qui confidunt in Domino, ſicut mons Sion: non commovebuntur* (inf. *movebuntur*) *in æternum, qui inhabitant Jeruſalem. Montes in circuitu ejus: & Dominus in circuitu plebis ſuæ, ex hoc nunc*, &c. inf. deeſt *nunc.* Similiter apud Proſp. *in circ. plebis ſuæ*; cæt. verò ut in Vulg. In Breviar. Moz. pariter, *non commovebuntur..... qui habitant in*, &c. In Gr. Οἱ πεποιθότες ἐπὶ Κύριον, ὡς ὄρος Σιὼν οὐ σαλευθήσεται εἰς τὸν αἰῶνα ὁ κατοικῶν Ἰερουσαλήμ, &c. ut ſup.

℣. 3. Hilar. legit, *Quia non relinquet virgam pecc.* &c. ut in Vulg. Pſ. ibid. præfixus, *Quia non derelinquet virgam peccat..... ut non extend. juſti in iniquitatem*, &c. Corb. *Quoniam non relinquet virgam..... ut extendant juſti in iniquitatem*, &c. Auguſt. & Caſſiod. cum Rom. *Quia non derelinquet Dominus..... ad iniquitatem*, &c. Aug. inf. *non relinquet*, cum Mſs. 2. Caſſiod. Ap. Proſp. *Quia non dereliquit virga pecc.* &c. ſed poſt pauca, *Quia non derelinquet Dominus*, &c. ut in Vulg. Autogr. S. Germ. ſcribit *non dimiſet*, vitioſè; poſuimus *non dimiſit*, mutando *e* in *i*: fortaſſe meliùs legeretur *non dimittet.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 44. p. 193. a. *Quia non dimittit virgam..... ad iniquitatem*, &c. Gr. Ὅτι οὐκ ἀφήσει Κύριος..... ἐν ἀνομίαις χειῶν

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 4. Benefac Domine bonis, & rectis corde.	*Benefac Domine bonis, & rectis corde.*	4. Benefac Domine bonis, & rectis corde.
5. Declinantes autem ad ſuffocationes, adducet Dominus cum operantibus iniquitatem: pax ſuper Iſraël.	*Qui autem declinant ad pravitates ſuas, deducet eos Dominus cum his qui operantur iniquitatem: pax ſuper Iſraël.*	5. Declinantes autem in obligationes, adducet Dominus cum operantibus iniquitatem: pax ſuper Iſraël.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ρας αὐτῶν. Mſ. Alex. delet voc. Κύριος, habetque ἐν ἀνομίᾳ; al. εἰς ἀνομίαν ex Chryſoſt.

℣. 4. Accinunt Hilar. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum Græco.

℣. 5. Auct. op. imp. in Matth. hom. 45. p. 193. a. *Declinantes autem ad ſuffocationem, adducet*, &c. ut ſup. Auguſt. in hunc Pſ. *Declinantes autem in ſtrangulationem, abducet Dominus cum operantibus injuſtitiam*, &c. Hilarius verò ibid. *Declinantes autem ad obligationes*, &c. ut in Vulg. S. Proſp. *Declinantes autem in obligationem, adducet*, &c. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. *Declinantes autem ad obligationem, adducet*, &c. Carnut. Corb. & Moz. *Declinantes autem in pravitatibus*; Gallic. *ad obligationes*. Sunt qui ſcribendum putant *ad obliquationes*, id eſt, *tortuoſitates*. In Gr. εἰς τὰς στραγγαλὰς, ἀπάξει, &c. Symmach. οκολιότητας, *obliquitates*.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 1. Canticum graduum. CXXV.	*Canticum graduum. CXXVI.*	1. Canticum graduum. CXXV.
CUm averteret Dominus captivitatem Sion: facti ſumus ſicut conſolati.	*CUm converteret Dominus captivitatem Sion, facti ſumus quaſi ſomniantes.*	IN convertendo Dominus captivitatem Sion: facti ſumus ſicut conſolati:
2. Tunc repletum eſt gaudio os noſtrum: & lingua noſtra exſultatione.	*Tunc implebitur riſu os noſtrum, & lingua noſtra laude.*	2. Tunc repletum eſt gaudio os noſtrum: & lingua noſtra exſultatione.
Tunc dicent inter gentes: Magnificavit Dominus facere cum illis.	*Tunc dicent in gentibus: Magnificavit Dominus facere cum iſtis.*	Tunc dicent inter gentes: Magnificavit Dominus facere cum eis.
3. Magnificavit Dominus facere nobiſcum: facti ſumus lætantes.	*Magnificavit Dominus facere nobiſcum: facti ſumus ſicut lætantes.*	3. Magnificavit Dominus facere nobiſcum: facti ſumus lætantes.
4. Converte Domine captivitatem noſtram, ſicut torrens in auſtro.	*Converte Domine captivitatem noſtram, ſicut rivos in auſtro.*	4. Converte Domine captivitatem noſtram, ſicut torrens in auſtro.
5. Qui ſeminant in lacrymis, in gaudio metent.	*Qui ſeminant in lacrymis, in exſultatione metent.*	5. Qui ſeminant in lacrymis, in exſultatione metent.
6. Euntes ibant & flebant, mittentes ſemina ſua. Venientes autem venient in exſultationem, portantes manipulos ſuos.	*Qui ambulans ibat & flebat, portans ad ſeminandum ſementem: Veniens veniet in exſultatione, portans manipulos ſuos.*	6. Euntes ibant & flebant, mittentes ſemina ſua. Venientes autem venient cum exſultatione, portantes manipulos ſuos.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hilar. in hunc Pſ. *Dum avertit Dominus..... facti ſumus tanquam conſolati.* Mſ. Miciac. ibid. *In avertendo Dominum.* Ambr. in Pſ. 37. col. 837. f. *Dum converteret Dominus..... ſicut conſolati.* S. Paulin. epiſt. 27. p. 174. b. *quaſi conſolati.* Hieron. in Iſai. 30. to. 3. 258. a. *Cùm converteret Dom.* &c. ut in Vulg. Tichon. reg. 6. p. 63. c. cum Pſalt. Mozar. *Cùm converterit Dominus..... velut conſolati*; inf. *cùm averterit.* Auguſt. *Cùm converteret Dominus..... ſicut conſolati*, vel *quaſi conſolati*, aut *velut conſolati.* S. Proſp. *Cùm averteret Dominus..... ſicut conſ.* Caſſiod. *In convertendo*, &c. Gr. Ἐν τῷ ἐπιστρέψαι, &c.

℣. 2. Ita legit Hilar. cum Pſalt. Moz. & Rom. Ita quoque Lucif. Calar. l. de mor. pro Dei fil. p. 249. d. necnon Tichon. reg. 6. p. 63. c. cum Auguſt. Proſp. & Caſſiod. nec diſſimiliter in Gr. Vide etiam Ambr. in Pſ. 118. col. 1237. b. Pſ. è Mſ. Vatic. apud Hilar. non hab. *magnif. Dom. facere cum eis.*

℣. 3. Concordant Hilar. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. Idem Tichon. reg. 6. p. 63. c. Pſ. verò è Mſ. Vatic. ap. Hilar. ſimpliciter hab. *ſumus lætantes*, abſque præced. *facti.* Aug. in eund. Pſ. *facti ſumus jocundati.* Gr. ἐγενήθημεν εὐφραινόμενοι.

℣. 4. Accinunt Auguſt. Proſp. & Caſſiod. Apud Hilar. deeſt hoc, *ſicut torrens in auſtro*: non verò in Pſ. ibidem præfixo. In Rom. & Moz. *Convertere Domine*, &c. ut ſup. In Gr. Ἐπίστρεψον, &c.

℣. 5. Concinunt Lucif. Cal. l. de mor. pro Dei fil. p. 249. d. & Cypr. epiſt. ad Fortun. p. 272. c. Item Aug. Proſp. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Corb. & Moz. Accedunt pariter Hieron. in Oſe. 6. to 3. 1278. b. S. Paulin. ep. 40. p. 246. a. Cœleſtin. I. epiſt. 14. Conc. to. 1. 1139. e. Auct. l. de promiſſ. p. 1. c. 19. col. 111. e. & S. Valerianus, hom. 8. Sirm. to. 1. p. 649. e. 676. e. 684. e. Tertul. verò l. 4. adv. Marc. p. 709. c. leg. *Qui ſeminant in lacr. in lætitia metent*: at ſup. 708. a. *in exſultatione*; ſicut Cyprian. l. 3. Teſtim. p. 309. c. Apud Vict. Tun. l. de pœnit. p. 603. d. *Qui ſerunt in lacrymis, in gaudio metent.* Apud Hilarium in hunc Iſ. *Qui ſeminat in lacrymis, in gaudio metet*: ſed in Pſ. ibid. præfixo, *Qui ſeminant*, &c. In Gr. Οἱ σπείροντες.. .. ἐν ἀγαλλιάσει θερίσουσι.

℣. 6. Ita legit Hilar. in hunc Pſ. hoc excepto, *in exſultatione.* Ita quoque Proſp. & Caſſiod. cum Sedulio, l. 1. p. 476. h. Lucif. verò Cal. l. de mor. pro Dei fil. 249. d. Vulgatæ congruit ad verbum. Cypr. epiſt. ad Fortun. p. 272. c. ita: *Ambulantes ambulabant & flebant, mittentes ſemina ſua. Venientes autem venient in exſultatione, portantes gremia ſua*: & l. 3. Teſtim. p. 309. c. *Ambulantes ambulabant & plorabant..... in exſultatione, tollentes gremia ſua.* Ambroſ. l. de Joſeph, c. 2. to. 1. 485. c. *Venientes autem venient cum exſultatione, tollentes manipulos ſuos*: at in Luc. 17. col. 1484. b. leg. *in exſultatione, tollentes*, &c. itidem l. 3. de fide, to. 2. 510. f. & ep. 70. col. 1065. f. Hieron. in Matth. 9. to. 4. 34. c. *Euntes ibant & flebant, portantes ſemina ſua.* Apud Auguſt. non leguntur ſeqq. *Venientes autem venient cum exſult.* cæt. verò ut in textu. In Gr. Πορευόμενοι ἐπορεύοντο καὶ ἔκλαιον, βάλλοντες τὰ σπέρματα αὐτῶν. Ἐρχόμενοι δὲ ἥξουσιν ἐν ἀγαλλιάσει, αἴροντες τὰ δράγματα αὐτῶν.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
1. Canticum graduum Salomonis. CXXVI.	*Canticum graduum Salomonis. CXXVII.*	1. Canticum graduum Solomonis. CXXVI. *Ex Mſ. Sangerm.*
NIſi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam.	*NIſi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam.*	*NIſi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam.
Niſi Dominus cuſtodierit civitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam.	*Niſi Dominus cuſtodierit civitatem, fruſtra vigilat qui cuſtodit eam.*	Niſi Dominus cuſtodierit civitatem, in vanum laboravit qui cuſtodit.
2. Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere: ſurgite poſtquam ſederitis, qui manducatis panem doloris.	*Fruſtra vobis eſt de manè ſurgere: poſtquam ſederitis, qui manducatis panem dolorum.*	2. In vanum eſt vobis ante lucem ſurgere: ſurgite poſtquam ſederitis, qui manducatis panem * doloris. ** Mſ. vitioſè* dolus
Cùm dederit dilectis ſuis ſomnum: 3. ecce hæreditas Domini, filii; merces, fructus ventris.	*Sic dabit diligentibus ſe ſomnum: ecce hæreditas Domini, filii; merces, fructus ventris.*	Cùm dederit dilectis ſuis ut ſomnium: 3. ecce hæreditas Domini, fili; mercis, fructus ventris.
4. Sicut ſagittæ in manu potentis: ita filii excuſſorum.	*Sicut ſagitta in manu potentis, ita filii juventutis.*	4. Sicut ſagittæ in manu potentis: ita filii excuſſorum.
5. Beatus vir qui implevit deſiderium ſuum ex ipſis: non confundetur cùm loquetur inimicis ſuis in porta.	*Beatus vir qui implevit pharetram ſuam ex ipſis: non confundentur cùm loquentur inimicis ſuis in porta.*	5. Beatus homo qui implevit deſiderium ſuum ex ipſis: non confundentur cùm loquentur inimicis ſuis in porta.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic eſt in Pſalt. Corb. In Rom. Fabri, *Canticum graduum Salomoni.* In Rom. Martian. *Cant. grad. Salomonis.* Sic etiam legunt Hilar. Aug. & Caſſiod. Proſper verò, *Canticum aſcenſionis Salomonis.* Gr. ſimpliciter, Ὠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν, ſolito more.

* Lactant. l. 4. Inſtit. c. 13. p. 577. ita legit: *Si Dominus non ædificaverit domum, in vanum laboraverunt qui illam ædificaverunt. Si Dominus non cuſtodierit civitatem, in vanum vigilavit qui eam cuſtodivit.* Mſ. Cambr. hab. *ſine cauſa vigilabat qui eam cuſtodiebat:* Mſ. al. *ſine cauſa vigilant qui cuſtodiunt eam.* Hilar. in hunc Pſ. *Niſi Dominus ædificaverit ſibi domum, in vanum laboraverunt qui ædificant eam. Niſi Dom. cuſtodierit civit. in vanum vigilaverunt qui cuſtodiunt eam.* Pſ. ibid. præfixus delet *ſibi*, hab.que, *in vanum vigilavit qui cuſtodiet eam.* Hilar. verò in progreſſu explanationis, col. 415. e. *Niſi Dom. ædific. ſibi domum, incaſſum laboraverunt ædificantes eam:* & in Pſ. 146. col. 576. a. *Niſi Dom. ædificaverit domum, in vanum laborant qui ædificant eam. Niſi Dom. cuſtod. civit. in vanum vigilabit qui cuſtodit eam.* Ambroſ. de parad. to. 1. 154. d. *Niſi Dominus ædific. domum, in vanum laboraverunt..... Niſi Dom. cuſtod. civit. in vanum vigilant qui cuſtodiunt eam;* & in Luc. 2. col. 1309. b. *in vanum vigilaverunt qui cuſtodiunt eam:* lib. verò de apolog. Dav. col. 714. b. & epiſt. 30. to. 2. 912. f. *Niſi Dom. ædificaverit ſibi domum*, &c. Hieron. in Jer. 18. to. 3. 616. b. legit: *Niſi Dom. ædific. domum..... Niſi Dom. cuſtod. civit. in vanum vigilabit qui cuſtodit eam:* at in Iſai. 14. col. 163. a. *in vanum vigilabunt qui cuſtodiunt eam;* & in Iſai. 26. col. 222. a. *fruſtra vigilavit qui cuſtodit eam;* & in cap. 29. col. 248. f. *in vanum vigilavit qui cuſtodit eam;* & l. 4. cont. Pelag. to 4. 533. f. *in vanum vigilat.* Hormiſdas epiſt. 44. Conc. to. 4. col. 1496. e. *Niſi Dom. cuſtod. civit. in vanum vigilant qui cuſtodiunt eam.* Auguſt. in hunc. Pſ. cum Proſp. *Niſi Dom. ædif. domum, in vanum laboraverunt ædificantes eam. Niſi Dom. cuſtod. civit. in vanum laboravit qui cuſtodit eam:* ita rurſum Auguſt. ep. 86. to. 2. 676. a. *in vanum laboraverunt ædificantes eam:* at l. 17. de civit. Dei, to 7. 476. b. *in vanum laborabunt*, &c. S. Proſper delet *eam* in fine, cum Gr. Caſſiod. *Niſi Dom. ædif..... in vanum laboraverunt ædificantes eam. Niſi Dom. cuſtod. civit. in vanum vigilabunt qui cuſtodiunt eam.* Fulg. ep. 3. p. 175. & epiſt. 4. p. 178. *in vanum vigilant*, &c. Pſalt. Rom. cum Moz. *Niſi Dom..... in vanum laborant qui ædificant eam. Niſi Dom..... in vanum vigilant qui cuſtodiunt eam.* Corb. *Niſi Dom..... in vanum laboraverunt ædificantes ea. Niſi Dom..... in vanum vigilavit qui cuſtodit ea.* Græc. ..... ἐκ μάτην ἐκοπίασαν οἱ οἰκοδομοῦντες. Ἐὰν μὴ..... εἰς μάτην ἠγρύπνησεν ὁ φυλάσσων.

℣. 2. Hilar. legit: *In vanum eſt vobis diluculo ſurgere*, &c. ut in Vulg. Auguſt. *In vanum eſt vobis ante lucem ſurgere: ſurgite poſteaquam ſediſtis, qui manduc. pan. doloris. Cùm dederit dilectis ejus ſomnum.* Proſp. & Caſſiod. cum Pſ. Vatic. ap. Hilar. *In vanum eſt vobis ante*, &c. ut in Vulg. Similiter hab. Prædeſtin. l. 3. apud Sirm. to 1. 548. d. cum Pſalt. Rom. Corb. & Moz. Corb. tamen leg. *ſomnium.* Apud Ambroſ. in Pſ. 36. col. 809. c. hæc pauca: *ſurgite poſtquam ſederitis, qui mand. panem doloris;* Proſp. *poſteaquam.* Gr. Εἰς μάτην ὑμῖν ἐστι τὸ ὀρθρίζειν· ἐγείρεσθε μετὰ τὸ καθῆσθαι, οἱ ἐσθίοντες ἄρτον ὀδύνης. Ὅταν δῷ τοῖς ἀγαπητοῖς αὐτοῦ ὕπνον. Hieron. epiſt. ad Marcellam, to. 2. 711. c. de *pane doloris* ita differit: *Apud Hebræum recurrens, invenio pro* pane doloris *ſcriptum*, leem aaſabim, *quod Aquila interpretatus eſt* ἄρτον τῶν διαπονημάτων, *id eſt*, panem elaborationum; *Symm.* ἄρτον κακοπαθήματος, *quod exponitur*, panem ærumnoſum; *Quinta editio*, & *Theodotion*, *qui in cæteris cum LXX. Translatoribus facit*, panem idolorum; *Sexta*, πλάνης, *id eſt*, erroris.

℣. 3. Vulgatæ ſuffragantur Hilarius, Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. ſicut Ambroſ. l. de Noe, c. 10. to. 1. 240. f. & inf. 522. c. 1021. f. 1289. f. In Pſalt. Rom. ſic: *hæc eſt hereditas Domini, filii; merces, fructus ventris:* Corb. addit *ejus.* In Græco, ἰδοὺ ἡ κληρονομία, &c. ut in Vulgata.

℣. 4. Concordant Hilar. & Gaud. Brix. p. 944. b. unà cum Gr. Pſalt. Corb. hab. *in manu potentes, ita*, &c. Aug. & Proſp. *ſic filii excuſſorum:* Caſſiod. cum Pſalt. Rom. *ita & filii*, &c. Hieron. ep. ad Marcell. to. 2. p. 712. c. *ſicut filii excuſſorum.*

℣. 5. Ita legunt Hilar. & Caſſiod. cum Pſalt. Corb. & Rom. ſi hoc excipias, *beatus vir.* Ambroſ. l. 3. de interpel. Job, c. 4. col. 657. d. *Beatus homo qui replevit deſid. ſuum ex his: non confundetur cùm loquetur*, &c. ut ſup. Auguſt. ſimiliter: *Beatus homo qui impl. deſid. ſuum ex eis: non confundetur*, &c. Proſp. verò: *Beatus qui implebit deſid. ſuum ex ipſis: non confunditur dum loquitur inim. ſuis*, &c. Item ap. Hieron. ep. ad Sun. *implebit.* Ap. S. Paulin. ep. 44. p. 266. b. *nec confundêris cùm loquêris inimicis tuis in porta.* In Pſalt. Carnut. *non confundentur cùm loquentur*, ut ſupra. In Gr. Μακάριος ὃς πληρώσει..... οὐ καταισχυνθήσονται ὅταν λαλῶσι τοῖς..... ἐν πύλαις. Mſ. verò Alex. hab. Μακάριος ἄνθρωπος..... οὐ καταισχυνθῶσιν..... ἐν πύλῃ. Hieron. ep. ad Sunn. & Fret. to. 2. 662. b. ait: *In Græco dicitis* virum *non habebi, quod manifeſtè in Hebræo, & in LXX. continetur:* item ep. ad Marcellam, to. 2. 712. f. *Exceptis LXX. qui aliter tranſtulerunt, & in Hebræo, & in cunctis editionibus ita reperi:* Beatus vir qui replevit pharetram ſuam ex ipſis.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 1. Canticum graduum. CXXVII.	*Canticum graduum. CXXVIII.*	1. Canticum graduum. CXXVII.
BEati omnes, qui timent Dominum, qui ambulant in viis ejus.	*BEatus omnis, qui timet Dominum, qui ambulat in viis ejus.*	BEati omnes, qui timent Dominum, qui ambulant in viis ejus.
2. Labores fructuum tuorum manducabis: beatus es, & bene tibi erit.	*Laborem manuum tuarum cùm comederis, beatus tu, & bene tibi erit.*	2. Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit.
3. Uxor tua ſicut vitis abundans, in lateribus domus tuæ. Filii tui ſicut novellum olivarum, in circuitu menſæ tuæ.	*Uxor tua ſicut vitis fructifera, in penetralibus domus tuæ: Filii tui ſicut germina olivarum, in circuitu menſæ tuæ.*	3. Uxor tua ſicut vitis abundans, in lateribus domus tuæ. Filii tui ſicut novellæ olivarum, in circuitu menſæ tuæ.
4. Ecce ſicut benedicitur omnis homo, qui timet Dominum.	*Ecce ſic benedicetur viro, qui timet Dominum.*	4. Ecce ſic benedicetur homo, qui timet Dominum.
5. Benedicat te Dominus ex Sion: & videas quæ ſunt bona Jeruſalem omnibus diebus vitæ tuæ.	*Benedicat tibi Dominus ex Sion, & videas bona Jeruſalem omnibus diebus vitæ tuæ.*	5. Benedicat tibi Dominus ex Sion: & videas bona Jeruſalem omnibus diebus vitæ tuæ.
6. Et videas filios filiorum tuorum: pax ſuper Iſraël.	*Et videas filios filiorum tuorum: pacem ſuper Iſraël.*	6. Et videas filios filiorum tuorum, pacem ſuper Iſraël.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Lucif. Cal. l. de mor. pro Dei fil. p. 249. d. Item Hilar. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum Gr. In Brev. Moz. *& qui ambulant in viis ejus.* Vide ſis Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1056. c.

℣. 2. Accinunt magno conſenſu Hilar. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Mediol. Carnut. Corb. & Mozar. S. Paulin. etiam epiſt. 13. p. 80. c. hab. *labores fructuum*; ſed erratum eſt ſine dubio, quod prodiit ex ambigua voce Græca καρπῶν; καρποὶ enim dicuntur, & *fructus*, & *palmæ*, ſeu *manus*, teſte ipſo Hieronymo; de his nempe ita differit epiſt. ad Marcell. to. 2. 713. f. 714. a. *Heliodorus magis quàm noſter Hilarius erravit, qui de eo loco, in quo ſcriptum eſt:* Labores fructuum tuorum manducabis: *varia opinatus, aſſernit magis ſtare ſententiam, ſi ſcribatur* fructus laborum *aliquem manducare*, & *non* labores fructuum, *unde ſpiritualem intelligentiam debere perquiri:* & *ex hac occaſione longam ingrediens diſputationem, tanta operoſitate quod volebat intelligi uſus eſt perſuadendi, quanta ſemper falſitas indiget, ut vera videatur; cùm in hoc loco non LXX. Interpretes, ſed Latini de Græco, verbi ambiguitate decepti,* καρπὸς fructus, *magis quàm* manus, *interpretati ſunt, cùm* καρποὶ manus *quoque dicantur, quod in Hebræo ponitur* chaphach, & *Symmachus, Quintaque editio tranſtulerunt* manuum tuarum, *ut ambiguitatem prioris ſermonis effingerent.* Lucif. Calar. l. de mor. pro Dei fil. p. 249. d. legit: *Labores fructuum tuorum quia manducabis*, &c. ut ſup.

℣. 3. Concinit Hilar. in hunc Pſ. niſi quòd hab. *ſicut novella.* Itidem Ambroſ. partim l. 3. Hexa. col. 53. f. partim in Pſ. 39. col. 860. d. & in Luc. 17. col. 1480. f. Proſper verò cum Caſſiod. & Pſalt. Rom. Vulgatæ congruit. In Mozar. *ſicut novellatio.* Apud Auguſt. in eund. Pſ. *Uxor tua ſicut vinea fertilis, in lateribus domus tuæ. Filii tui ſicut novellatio olivarum, in circ.* &c. rurſum *ſicut vinea fertilis*, quæſt. 131. in Exod. to. 3. 461. d. Adimantus autem apud Auguſt. to. 8. 145. b. ita leg. *Mulier tua ſicut vinea frondeſcens, & filii tui ut novella olivarum.* S. Pacian. epiſt. 3. p. 310. b. *Uxor tua ſicut vitis fecunda, in lateribus*, &c. ut in Vulg. In Gr. Ἡ γυνή σου ὡς ἄμπελος εὐκληθοῦσα..... ὡς νεόφυτα ἐλαιῶν, &c.

℣. 4. Hilar. legit: *Ecce ſic benedicetur omnis homo*, &c. Ita quoque Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum Pſalt. Corb. & Rom. Gr. Ἰδοὺ οὕτως εὐλογηθήσεται ἄνθρωπος, &c. Adim. ap. Auguſt. to. 8. 145. b. ſic: *Et ſcies quia hoc modo benedicitur homo, qui timet Dom.*

℣. 5. Sic hab. Hilar. cum Pſ. ibid. præfixo. In progreſſu tamen explanat. ſimpliciter, & *videas bona Jeruſ.* Ambroſ. epiſt. 29. to 2. 905. f. cum Brev. Moz. *Benedicat te.....* & *videas quæ bona ſunt Jeruſalem.* Item in Mediol. & Carnut. *quæ bona ſunt Jeruſalem.* Auguſt. in eund. Pſ. *Benedicat te Dominus.....* & *videas bona quæ ſunt Jeruſalem omnes dies vitæ tuæ.* Proſp. & Caſſiod. ibid. *Benedicat te Dom.....* & *videas quæ bona ſunt in Jeruſalem omnibus diebus*, &c. Sic etiam in Pſalt. Rom. & Corb. In Gr. Εὐλογήσαι σε Κύριος..... καὶ ἴδοις τὰ ἀγαθὰ Ἱερουσαλὴμ πάσας τὰς ἡμέρας, &c.

℣. 6. Accinunt Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Mediol. Carnut. Corb. Moz. & Vatic. apud Hilar. Hilarius verò in comment. ſic habet: *Et videas filios filiorum tuorum*, & *videas pacem ſuper Iſraël.* Græcum textui conſonat.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 1. Canticum graduum. CXXVIII.	*Canticum graduum. CXXIX.*	1. Canticum graduum. CXXVIII.
SÆpe expugnaverunt me à juventute mea, dicat nunc Iſraël.	*SÆpe expugnaverunt me ab adoleſcentia mea, dicat nunc Iſraël:*	SÆpe expugnaverunt me à juventute mea, dicat nunc Iſraël.
2. Sæpe expugnaverunt me à juventute mea: etenim non poterant mihi.	*Sæpe expugnaverunt me ab adoleſcentia mea: ſed non potuerunt mihi.*	2. Sæpe expugnaverunt me à juventute mea: etenim non potuerunt mihi.
3. Supra dorſum meum fabricaverunt peccatores: prolongaverunt iniquitatem ſuam.	*Supra cervicem meam arabant arantes: prolongaverunt ſulcum ſuum.*	3. Supra dorſum meum fabricaverunt peccatores: prolongaverunt iniquitatem ſuam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 1. 2. Vulgatæ reſpondent S. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. Item Auguſt. niſi quòd hab. *dicat vero Iſrael.* Hilar. ibid. *Sæpe impugnaverunt me à juventute mea..... Sæpe impugnaverunt me à..... etenim non poterant mihi.* Pſalt. Corb. *Sæpe expugn. me ab adoleſcentia mea..... Sæpe.....* à *juventute*, &c. Gr. Πολλάκις ἐπολέμησάν με..... Πολλάκις ἐπολέμησάν με..... ἀλλ' οὐχ ὑπ' ἐνίκησάν μοι.

℣. 3. Ita legit Caſſiod. ad verbum. Ambroſ. l. de bened. Patr. c. 4. col. 518. e. cum Proſp. *Super dorſum meum fabricaverunt*, &c. Hilar. in hunc Pſ. *Supra dorſum meum fabricabant*, &c. ut ſup. Auguſt. ibid. *Supra dorſum meum fabricaverunt..... longè fecerunt injuſtitiam ſuam.* S. Paulin. epiſt. 32. p. 205. c. *Super dorſum meum fabricati ſunt peccatores.* Pſalt. Rom. addit, *prolongaverunt iniquitates ſuas.*

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
4. Dominus juſtus concidit cervices peccatorum : 5. confundantur & convertantur retrorsùm omnes, qui oderunt Sion.	*Dominus juſtus concîdet laqueos impiorum : confundantur & revertantur retrorsùm omnes, qui oderunt Sion.*	4. Dominus juſtus concîdet cervices peccatorum : 5. confundantur & convertantur retrorsùm omnes, qui oderunt Sion. *Ex Mſ. Sangerm.*
6. Fiant ſicut fœnum tectorum : quod priuſquam evellatur, exaruit :	*Fiant ſicut fœnum tectorum, quod ſtatim ut viruerit, areſcit :*	6. Fiant ſicut fœnum ædificiorum : quod priuſquam evellatur, areſcit :
7. De quo non implevit manum ſuam qui metit, & ſinum ſuum qui manipulos colligit.	*De quo non implebit manum ſuam meſſor, & ſinum ſuum manipulos faciens :*	7. De quo non implevit manum ſuam qui metit, & ſinum ſuum qui manipulos colligit.
8. Et non dixerunt qui præteribant : Benedictio Domini ſuper vos : benediximus vobis in nomine Domini.	*De quo non dixerunt tranſeuntes : Benedictio Domini ſuper vos : benediximus vobis in nomine Domini.*	8. Et non dixerunt qui præteribant : Benedictio Domini ſuper vos : benedicamus nos in nomine Domini.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Gr. Ἐπὶ τὸν νῶτόν μου ἐτέκταινον οἱ..... ἐμάκρυναν τὴν ἀνομίαν αὐτῶν.

℣. 4. Sic Hilar. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Mediol. Carnut. Corb. & Moz. Pſ. è Mſ. Vatic. ap. Hilar. *concidet cervices eorum.* Græc. συνέκοψεν, &c. ut in Vulg.

℣. 5. Hilar. cum Proſp. *Confund. & revertantur retrorsùm omnes*, &c. Auguſt. cum Pſalt. Moz. *Confund. & avertantur retrorsùm omnes*, &c. Caſſiod. cum Rom. *Confund. & revereantur omnes*, &c. Pſ. è Mſ. Vat. ap. Hilar. *& revereantur retrorsùm omnes*, &c. Gr. Αἰσχυνθήτωσαν καὶ ἀποστραφήτωσαν εἰς τὰ ὀπίσω πάντες οἱ μισοῦντες Σιών· al. ex Chryſoſt. καὶ ἀπατοσπήτωσαν.

℣. 6. Sic in Pſalt. Rom. eſt, & Moz. Item in Mediol. & Carnut. *ſicut fœnum ædificiorum.* Similiter habent Hilar. in hunc Pſ. & Hier. in Amos 2. to. 3. 1387. b. cum Pſalt. Corb. ſed Hilar. leg. *aruit*, Hieron. *exaruit*; Pſalt. Corb. & Vatic. *areſcet.* Aug. & Proſp. *ſicut fœnum tectorum..... aruit*, Proſp. *areſcit.* Gr. ὡσεὶ χόρτος δωμάτων· ὃς..... ἐξηράνθη.

℣. 7. Ita Caſſiod. leg. ad verbum. Similiter ap. Proſp. excepto uno *implebit.* In Pſalt. Moz. & Corb. *implevit..... qui metet.* In Rom. *implebit..... qui metet, nec ſinum ſuum qui manip. colliget.* Item in Carnut. & ap. Hilar. *implebit.... metet..... colliget.* Apud Auguſt. deeſt 1. *de quo*; dein verò ſic : *Non replevit manum ſuam meſſor, & ſinum ſuum qui manipulos colligit.* Apud Hilar. quoque, *de quo neque manum ſuam meſſor implebit.* In Gr. Οὗ οὐκ ἐπλήρωσε..... ὁ βαστάζων, καὶ τὸν..... ὁ τὰ δράγματα συλλέγων.

℣. 8. Suffragatur Hilar. cum Pſalt. Moz. niſi quòd hab. *benedicamus vos.* Corb. *benedicimus vos.* Rom. *benediximus vos.* Ambroſ. in Pſ. 93. & 118. col. 911. c. 1159. b. & l. de fug. ſæc. c. 8. 436. c. *Et non dixerunt tranſeuntes in viam : Benedictio..... benediximus vobis in*, &c. at in Pſ. 61. col. 362. a. *benedicimus vos de domo Domini*; quod ult. membrum ſumptum videtur ex Pſ. 117. ℣. 26. Apud Aug. *Et non dixerunt tranſeuntes in viam..... benediximus vos in nom.* &c. Apud Proſp. & Caſſiod. ut in Vulg. In Græco : Καὶ οὐκ εἶπαν οἱ παράγοντες· Εὐλογία..... εὐλογήκαμεν ὑμᾶς ἐκ, &c. Symmach. εὐλογοῦμεν.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
1. Canticum graduum. CXXIX.	*Canticum graduum. CXXX.*	1. Canticum graduum. CXXIX. *Ex Mſ. Sangerm.*
DE profundis clamavi ad te Domine : 2. Domine exaudi vocem meam.	*DE profundis clamavi ad te Domine : Domine exaudi vocem meam.*	DE profundis clamavi ad te Domine : 2. Domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tuæ intendentes, in vocem deprecationis meæ.	*Fiant aures tuæ intendentes, ad vocem deprecationis meæ.*	Fiant aures tuæ intendentes, in vocem orationis meæ.
3. Si iniquitates obſervaveris Domine : Domine quis ſuſtinebit?	*Si iniquitates obſervabis Domine, Domine quis ſuſtinebit?*	3. Si iniquitas adſiſtit, quis ſuſtinebit?
4. Quia apud te propitiatio eſt : & propter legem tuam ſuſtinui te Domine.	*Quia tecum eſt propitiatio, cùm terribilis ſis, ſuſtinui Dominum.*	4. Quia apud te propitiatio eſt : propter legem tuam ſuſtinui te.
Suſtinuit anima mea in verbo ejus : 5. ſperavit anima mea in Domino.	*Suſtinuit anima mea, & verbum ejus exſpectavi : anima mea ad Dominum,*	Suſtinuit anima mea in verbum ipſius : 5. ſperavit anima mea in Domino.
6. A cuſtodia matutina uſque ad noctem, ſperet Iſraël in Domino.	*A vigilia matutina uſque ad vigiliam matutinam. Exſpectet Iſraël Dominum :*	6. A cuſtodia matutina uſque ad noctem, ſperet Iſraël in Domino.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 1. 2. Ita legit Hilar. in hunc Pſ. Caſſiod. verò cum Pſalt. Rom. *Domine exaudi orationem meam : Fiant aures tuæ intend. in orationem ſervi tui.* Carnut. etiam & Moz. hab. *in orationem ſervi tui.* Corb. *in oratione ſervi tui.* Auguſt. & Proſp. ut in Vulg. cui Gr. favet.

℣. 3. Vulgatæ accinunt Auguſt. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Hilarius ita legit : *Si iniquitates obſervabis Domine, Domine quis ſuſtin.* Pſ. verò ibid. præfixus : *Si iniquitates obſerves Domine, quis ſuſtinebit te?* Corb. *Si iniquitates obſervaveris Domine, qui ſuſtinebit?* Hieron. in Iſai. 13. to. 3. 150. c. *Si iniquitates attendas Domine, quis ſuſtinebit?* & epiſt. ad Damaſ. to. 4. 157. a. *Si iniquitatem attendis Domine, quis ſuſtinebit?* S. Proſp. *Si iniquitatem obſervabis Dom. Domine quis ſuſtinebit?* Gr. Ἐὰν ἀνομίας παρατηρήσῃς Κύριε, Κύριε τίς ὑποστήσεται;

℣. 4. Ita legunt Hilar. & Auguſt. uſque ad verbum *ſuſtinuit*, addito uno *Domine.* Proſp. & Caſſiod. ut in Vulg. Pſalt. Mediol. hab. *nomen tuum*, loco *legem tuam*; ita quoque eſt in Pſalt. cùm Æthiop. tum Arab. Et verò Hieron. ad Sun. & Fret. to. 2. 662. b. ita ſcribit : *Dicitis vos in Græco inveniſſe* propter nomen tuum; *& nos confitemur plura exemplaria ſic reperiri : ſed quia veritati ſtudemus, quid in Hebræo ſit ſimpliciter debemus dicere : pro* nomine *ſive* lege *apud eos legitur* thira, *quod Aquila interpretatus eſt φόβον..... Symmach. & Theod. νόμον, putantes* thora, *propter litterarum* iod, *& vau, ſimilitudinem & formam.* In Edit. Rom. ἵνεκεν τοῦ ὀνόματός σου, &c. extremò, Ὑπέμεινεν ἡ ψυχή μου εἰς τὸν λόγον σου. Similiter hab. Hilar. *Suſtinuit anima mea in verbum tuum.* Ita quoque Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum Pſalt. Carnut. Corb. & Moz.

℣. 5. Hilar. & Auguſt. *Speravit anima mea in Dominum.* Proſp. verò & Caſſiod. *in Domino*; Gr. ἐπὶ τὸν Κύριον. Auguſt. & Proſp. huic verſiculo adjungere videntur, *à vigilia matutina uſque ad noctem*, cum Græco Alex. Vide ℣. ſeq.

℣. 6. Ita leg. Caſſiod. ad verbum. Hilar. *A cuſtodia matut. uſque in noctem*, &c. ut ſup. Auguſt. verſum anteced. ita conjungit cum præſ. *Speravit anima mea in Dominum, à vigilia matutina uſque ad noctem :* mox ita : *A vigilia matu-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 7. Quia apud Dominum miſericordia : & copioſa apud eum redemptio.	*Quia apud Dominum miſericordia, & multa apud eum redemptio.*	7. Quia apud Dominum miſericordia : & copioſa apud eum redemptio.
8. Et ipſe redimit Iſraël, ex omnibus iniquitatibus eorum.	*Et ipſe redimet Iſraël, ex omnibus iniquitatibus ejus.*	8. Et ipſe redimet Iſraël, ex omnibus iniquitatibus ejus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

tina uſque ad noctem, ſperavit in Dominum : & poſt paulò : *A vigilia matut. uſque ad noctem, ſperavit anima mea in Dominum :* item poſt plura, 1459. g. *A vigilia matutina ſperet Iſraël in Dominum : à vigilia matutina uſque ad noctem ſperavit anima mea in Dominum :* & infra : *Speravit Iſraël in Dominum, à vigilia matutina uſque ad noctem.* Melius apud Proſp. ibid. *Speravit anima mea in Domino, à vigilia matutina uſque ad noctem : à vigilia matut. ſperet Iſraël in Domino.* Ita etiam geminat Brev. Moz..... *à vigilia matutina uſque ad noctem : à cuſtodia matutina ſperet Iſraël in Domino.* In Pſalt. Rom. ſimpliciter : *A vigilia matutina uſque ad noctem, ſperet Iſraël in Domino.* Item in Mediol. *à vigilia.* In Græco pariter : Ἀπὸ φυλακῆς πρωΐας μέχρι νυκτὸς, ἐλπιζάτω Ἰσραὴλ ἐπὶ τὸν Κύριον. Sed in Mſ. Alex..... πρωΐας ἕως μέσης νυκτὸς· ἀπὸ φυλακῆς πρωΐας ἐλπιζάτω, &c.

℣. 7. Sic habent Hilar. & Caſſiod. in hunc Pſ. In Pſalt. Rom. & Corb. *Quia apud Dom. miſericordia eſt :* & *cop.* &c. Apud Auguſt. *Quoniam apud Dominum miſericordia :* & *multa apud illum redemptio.* Apud Proſp. *Quoniam apud Dom. miſericordia eſt :* & *multa apud eum redemptio eſt.* In Gr. Ὅτι παρὰ τῷ Κυρίῳ τὸ ἔλεος· καὶ πολλὴ παρ' αὐτῷ λύτρωσις. In Mſ. Alex. ἐλαιὸς ἐστι, καὶ πολλή. Non prætermittam in autogr. Sangerm. ſcriptum *apud Domino*, fortè pro *à Domino ;* correximus tamen *apud Dominum*, ex omnibus aliis.

℣. 8. Similiter apud Hilar. præter unum *redimet.* Ap. Auguſt. & Proſp. *Et ipſe redimet Iſr. ab omnibus iniquitatibus ejus.* Ap. Caſſiod. ut in Vulg. cui etiam Gr. favet.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 1. Canticum graduum ipſi David. CXXX.	*Canticum graduum David. CXXXI.*	1. Canticum graduum David. CXXX.
*DOmine non eſt exaltatum cor meum : neque elati ſunt oculi mei.	*DOmine non eſt exaltatum cor meum, neque elati ſunt oculi mei :*	DOmine non eſt exaltatum cor meum : neque elati ſunt oculi mei.
Neque ambulavi in magnis, neque mirabilibus ſuper me.	*Et non ambulavi in magnis, & in mirabilibus ſuper me.*	Neque ambulavi in magnis, neque in mirabilibus ſuper me.
2. Si non humiliter ſentiebam : ſed exaltavi animam meam :	*Si non propoſui, & ſilere feci animam meam :*	2. Si non humiliter ſentiebam : ſed exaltavi animam meam :
Sicut ablactatum ſuper matrem ſuam, ita retribues animam meam.	*Sicut ablactatus ſuper matrem ſuam, ita ablactetur ſuper me anima mea.*	Sicut ablactatus eſt ſuper matre ſua, ita retributio in anima mea.
3. Speret Iſraël in Domino, ex hoc nunc & uſque in ſæculum.	*Exſpecta Iſraël Dominum, amodo & uſque in æternum.*	3. Speret Iſraël in Domino, ex hoc nunc & uſque in ſæculum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hunc titulum non memorant Hilar. Auguſt. & Proſp. Ap. Caſſiod. verò ſimpliciter, *Canticum graduum*, è Gr. Ὠδὴ τῶν ἀναβαθμῶν.

* Hilar. & Caſſiod. Vulgatæ reſpondent & Græco. Itidem S. Paulin. ep. 12. p. 64. a. necnon Ambroſ. in Luc. 10. to. 1. 1426. d. at ſupra l. 3. n. 37. col. 1327. f. legit, *neque in altum elati ſunt ;* & l. 5. de fide to. 2. 592. f. *neque in vanum elati ſunt :* & in Pſ. 35. col. 776. b. *Si non ambulavi in magnis.* Auguſt. in hunc Pſ. *Domine non eſt exaltatum cor meum : neque in altum elati ſunt oculi mei. Neque ingreſſus ſum in magnis, neque in mirabilibus ſuper me.* Hilar. quoque ubi ſup. 443. b. ait : *Alia iſtud proprietate Græcitas eloquia eſt, dicens :* ὑψὲ ἐμετεωρίσθησαν οἱ ὀφθαλμοί μου, *id eſt, non ex alio in aliud elati ſunt ;* al. ex Chryſoſt. ὑψώθησαν. S. Proſp. ibid. *neque elati ſunt oc. mei. Neque ingreſſus ſum in magnis, neque in mirabilibus ;* non addit *ſuper me.* Pſalt. Corb. *Neque ambulavi in malignis, neque in mirabil.* &c.

℣. 2. Pſalt. Moz. *Si non humiliter ſapiebam : ſed exaltavi anim. meam : ſicut ablactatus ſuper matrem ſuam, ita retributio in animam meam.* Rom. *Si non humiliter ſentiebam : ſed..... ſicut ablactatus ſuper matre ſua, ita retribues in animam meam.* Similiter in reg. S. Bened. c. 7. excepto uno *ablactatus eſt.* In Pſalt. Carnut. & Corb. *ſicut ablactatum ſuper matrem ſuam, ita retribues*, Corb. addit *animæ meæ.* Hilarius cum S. Paulino, epiſt. 12. p. 64. a. *Si non humiliter ſent. ſed..... ſicut ablactatum ſuper matrem ſuam, ſic retribues in animam meam.* Auguſt. verò : *Si non humiliter ſentiebam : ſed..... quemadmodum qui ablatus eſt à lacte ſuper matrem ſuam, ſic retributio in animam meam.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 38. p. 161. *ſic exaltavi animam meam, ſicut ablactatus ſuper matrem ſuam.* S. Proſp. *ſicut ablactatum eſt ſuper matrem ſuam, ſic retributio in animam meam.* Caſſiod. *ſicut ablactatus ſuper matrem ſuam, ita retribues in animam meam.* Apud Ambroſ. in Pſ. 38. col. 846. f. priora tantùm : *Si non humiliter ſent. ſed exaltavi animam meam.* In Gr. Εἰ μὴ ἐταπεινοφρόνουν ἀλλὰ..... ὡς τὸ ἀπογεγαλακτισμένον ἐπὶ τῇ μητέρι αὐτοῦ, ὡς ἀνταπόδοσις ἐπὶ τὴν ψυχήν μου.

℣. 3. Accinunt Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. Item Hilar. cum Pſ. ibid. præſ. niſi quòd add. *in ſæculum ſæculi.* Auguſt. cum Gr. *Speret Iſraël in Dominum, ex hoc nunc & uſque in ſæculum :* mox ita : *Quod ſcriptum eſt Græcè*, ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ ἕως τοῦ αἰῶνος, *hoc expoſitum eſt*, ex hoc nunc & uſque in ſæculum ; *ſed non ſemper ſæculi nomen hoc ſæculum ſignificat, ſed aliquando æternitatem.*

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 1. Canticum graduum. CXXXI.	*Canticum graduum. CXXXII.*	1. Canticum graduum. CXXXI.
MEmento Domine David, & omnis modeſtiæ ejus :	*MEmento Domine David, & omnis afflictionis ejus :*	MEmento Domine David, & omnis manſuetudinis ejus :
2. Sicut juravit Domino,	*Qui juravit Domino, votum*	2. Sicut juravit Domino, votum

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Vulgatæ accinunt Hilar. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum vet. Pſalt. Ita quoque legit Chromat. Aquil. in Matth. p. 978. f. Gr. ἐν πάσης τῆς πραότητος αὐτοῦ. VI. edit. ταπεινώσεως.

℣. 2. Autogr. Sangerm. extremò hab. *Deus Jacob*, ſed manifeſto mendo, quod ſuſtulimus. Rom. Fabri : *Qui jura-*

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
vovit Deo Jacob :	*vovit Deo Jacob :*	vovit Deo Jacob : *Ex Mſ. Sangerm.*
2. Reg. 7. 2. 3. Si introiero in tabernaculum domus meæ, ſi aſcendero in lectum ſtrati mei :	*Si intravero in tabernaculum domus meæ, ſi ſedero ſuper lectum ſtraminis mei :*	3. Si intrabo in tabernaculo domus meæ, ſi aſcendero in lectum ſtratûs mei :
4. Si dedero ſomnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem,	*Si dedero ſomnum oculis meis, & palpebris meis dormitationem :*	4. Si dedero ſomnium oculis meis, aut palpebris meis dormitionem,
5. Et requiem temporibus meis : donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Jacob.	*Donec inveniam locum Domino, tabernacula Deo Jacob.*	5. Aut requiem temporibus meis : donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Jacob.
6. Ecce audivimus eam in Ephrata : invenimus eam in campis ſilvæ.	*Ecce audivimus illum in Ephrata : invenimus illum in regione ſaltûs.*	6. Ecce audivimus eam in Ephrata : invenimus eam in campis ſilvæ.
7. Introibimus in tabernaculum ejus : adorabimus in loco, ubi ſteterunt pedes ejus.	*Introeamus in tabernacula ejus : adoremus ſcabellum pedum ejus.*	7. Intravimus in tabernaculum ejus : adoravimus in loco, ubi ſteterunt pedes ejus.
2. Par. 6. 41. 8. Surge Domine in requiem tuam, tu & arca ſanctificationis tuæ.	*Surge Domine in requiem tuam, tu & arca fortitudinis tuæ.*	8. Surge Domine in requiem tuam, tu & arca ſanctificationis tuæ.
9. Sacerdotes tui induantur juſtitiam : & ſancti tui exſultent.	*Sacerdotes tui induantur juſtitiâ, & ſancti tui laudent.*	9. Sacerdotes tui induantur juſtitiam : & ſancti tui exſultent.
10. Propter David ſervum tuum, non avertas faciem Chriſti tui.	*Propter David ſervum tuum, ne avertas faciem Chriſti tui.*	10. Propter David ſervum tuum, non avertas faciem Chriſti tui.
2. Reg. 7. 12. Luc. 1. 55. Act. 2. 30. 11. Juravit Dominus David veritatem, & non fruſtrabitur eam : de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.	*Juravit Dominus David veritatem, non avertetur ab ea : De fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.*	11. Juravit Dominus David veritatem, & non fruſtrabitur eum : de fructu ventris tui ponam ſupra ſedem tuam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

vit Domino, votum vovit Deo Jacob. Rom. Martianæi, *ſicut juravit*, &c. Ita quoque Hilar. habet cum Auguſt. Proſp. & Caſſiod. & Gr. nec diſſimiliter Hieron. in epiſt. ad Sun. & Fret. to. 2. 662. b. Addit etiam : *Pro eo quod nos interpretati ſumus* votum vovit, *in Græco ηὔξατο legiſſe vos dicitis*, & *putatis interpretari debuiſſe* oravit ; *ſed hoc malè : εὐχὴ enim pro locorum qualitate*, & orationem, & votum *ſignificat.*

℣. 3. Sic eſt in Pſ. præfixo apud Hilar. ſi unum excipias *in tabernaculum.* In Moz. pariter & Corb. *ſtratûs mei*, ut & apud Caſſiod. & Proſp. In Rom. *ſtrati.* Apud Hilar. quoque : *Si intrabo in tabernaculum..... ſi aſcendero in lectum ſtrati mei.* Apud Auguſt. *Si introiero in..... ſi aſcendero ſuper lectum ſtratûs mei.* In Gr. *Εἰ εἰσελεύσομαι εἰς σκήνωμα..... εἰ ἀναβήσομαι ἐπὶ κλίνης στρωμνῆς μου.*

℣. 4. Vulgatæ ſavent Hilar. & Auguſt. in hunc Pſ. cum Pſalt. Rom. Rurſus Hilar. in Pſ. 118. col. 267. e. Item Nicetius epiſc. c. 3. Spicil. to. 3. p. 4. a. & Ambroſ. in Pſ. 36. col. 808. e. at in Pſ. 118. col. 1013. f. hab. *aut palpebris meis*, &c. cum Proſp. Caſſiod. & Pſalt. Corb. In Brev. Mozar. *Si dedero ſomnium*, ut ſupra. In Gr. *Εἰ δώσω ὕπνον..... καὶ τοῖς*, &c.

℣. 5. Sic in Pſalt. Rom. eſt, & Corb. ſicut ap. Caſſiod. & Nicetium ep. c. 3. Spicil. to. 3. p. 4. a. Ap. Proſp. verò ut in Vulg. Apud Hilar. *Et requiem temporibus meis : donec cum inveniam*, &c. ſed infra, *donec inveniam* ; ſicut in Pſ. 14. n. 3. col. 61. e. Apud Ambroſ. in Pſ. 36. col. 808. e. poſt vocem *dormitationem*, proximè addit : *donec inveniam locum*, &c. Et verò à Pſ. apud Hilar. præfixo abeſt medius vertic. *Et requiem temporibus meis :* apud Auguſt. verò eſt : *Et requiem temporibus meis : quoadusque inveniam locum*, &c. inſ. col. 1475. e. *donec inveniam.* In Gr. *Καὶ ἀνάπαυσιν τοῖς κοιτάσεις μου ἕως οὗ εὕρω*, &c.

℣. 6. Conſentiunt Hilar. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. ſicut Ambroſ. in Luc. 2. & 3. col. 1304. d. 1328. e. unà cum Gr. Apud Auguſt. tract. 1. in 1. Joh. to. 3. p. 2. col. 831. f. *invenimus eam in campis ſaltuum :* ſic etiam in hunc Pſ. col. 1476. b. d. ſed notat quoſdam codices habere *in campis ſilvæ.* Brev. Moz. *Ecce audivimus illum in Eufrata : invenimus eum in campis ſilvæ.* Pſalt. Corb. *Ecce audivimus ea..... invenimus ea*, &c.

℣. 7. Ita ſert Pſalt. Corb. cum Rom. Fabri, excepto verbo *introivimus.* Mozarab. *Introivimus in tabernaculo ejus : adoravimus in loco*, &c. Pſ. præfixus ap. Hilar. *Intravimus in tabernacula ejus : adorabimus in loco*, &c. Hilar. in comment. *Introibimus in tabernacula ejus : adorabimus*, &c. & col. 452. f. *Superiùs*, inquit, *ſuper uno tantùm tabernaculo juratum eſt ; nunc autem multa tabernacula introibunt.* Aug. cum Proſp. *Intrabimus in tabernacula ejus : adorabimus*, &c. Mſſ. plures Aug. *Intravim... adoravimus.* S. Paulin. ep. 31. p. 196. b. *adoravimus ubi ſteterunt*, &c. ſed Mſ. Vien. inſerit *in loco.* Caſſiod. *Introvimus in tabernacula ejus : adoravimus in loco*, &c. Gr. verò : *Εἰσελευσόμεθα εἰς τὰ σκηνώματα αὐτοῦ· προσκυνήσωμεν εἰς τὸν τόπον*, &c.

℣℣. 8. 9. Ita Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 195. g. Sic etiam in Pſalt. Corb. Moz. & Rom. Martianæi, excepto verbo 1. *Exſurge ;* præterea in Rom. Fabri, *induant juſtitiam ;* in Corb. *induantur juſtitiâ.* Hilar. Aug. & Proſp. legunt : *Exſurge Domine in req.....* *Sacerdotes tui induantur juſtitiam* (Proſp. *juſtitiâ :*) & *ſancti tui lætentur.* S. Paulin. epiſt. 20. p. 111. b. *Sacerdotes tui induant ſalutarem :* & *ſancti tui exſultent.* Auct. l. de promiſſ. p. 2. col. 126. d. *Exſurge Domine in req. tuam, tu & arca ſanctitatis tuæ.* Caſſiod. *Exſurge Domine.....* *Sacerdotes tui induantur juſtitiâ*, &c. ut in textu ; Mſs. 2. *juſtitiam.* Concil. Tolet. x. Concil. Hiſp. to. 2. p. 581. c. *Sacerdotes tui Domine induantur juſtitia :* & *ſancti tui lætentur.* Gr. Ἀνάστηθι Κύριε..... Οἱ ἱερεῖς σου ἐνδύσονται δικαιοσύνην· καὶ οἱ ὅσιοί σου ἀγαλλιάσονται· al. ex Chryſoſt. ἀμφιεβάσωσαν, al. ἐνδυσάσθωσαν.

℣. 10. Concinit vet. Irenæi Interpres, l. 3. c. 9. p. 184. a. ſicut Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. Hilar. verò legit, *ne avertas*, cum Auguſt. In Gr. *μὴ ἀποστρέψῃς.*

℣. 11. Sic eſt in Pſalt. Mediol. Carnut. & Rom. Fabri, ni excipias voculam *ſuper.* In Moz. *Juravit Dom. David in veritate*, & *non fruſtravit eum*, &c. ut ſup. Iren. l. 3. c. 9. p. 184. b. *Juravit Dominus Dav. veritatem*, & *non ſpernet eum*, &c. ut ſup. omnes tamen editt. hab. *diſpernet ;* Mſ. 1. & Voſſ. *fruſtrabitur.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 289. b. *Juravit Deus ipſi David veritatem*, & *non reprobavit eam : de fructu ventris tui ponam ſuper thronum meum.* Tertul. l. 3. contra Marc. p. 678. b. *ex fructu ventris tui collocabo ſuper thronum tuum.* Hilar. in hunc Pſ. *Juravit Dominus David veritatem*, & *non ſi fruſtrabitur eum : de fructu ventris tui ponam ſuper ſedem meam :* hanc ultim. lect. *meam*, tuetur inſ. col. 456. f. cùm dicat : *Quomodo intelligitur*, ponam ſuper ſedem meam, & ſedebunt ſuper ſedem tuam ? *Meam* quoque hab. Pſalt. Rom. Martianæi. Ambroſ. in Luc. 3. to. 1. 1316. d. 1328. e. leg. cum Auguſt. & Proſp. *Juravit Dominus David verit.* & *non pœnitebit eum : ex fructu ventris tui ponam ſuper ſedem tuam.* Similiter Ambroſ. *ex fructu*, &c. l. de apol. Dav. col. 716. f. at in Pſ. 1. col. 740. d. *de fructu*, &c. ſicut Ambroſiaſt. col. 105. d. & Proſp. in hunc Pſ. Item Hieron. ep. ad Princip. to. 2. 687. b. *de fructu ventris tui ponam ſuper thronum tuum :* & in Naum 2. to. 3. 1569. b. *de fructu lumbi tui ponam ſuper thronum tuum :* ſic etiam l. 3. in epiſt. ad Epheſ. to. 4. 403. f. Leo M. ſer. 23. p. 75. f. textui favet cum Caſſiod. In Gr. Ὤμοσε Κύριος τῷ Δαυὶδ ἀλήθειαν, καὶ οὐ μὴ ἀθετήσῃ αὐτήν (Alex. αὐτόν)

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 12. Si cuſtodierint filii tui teſtamentum meum, & teſtimonia mea, quæ docebo eos: Et filii eorum uſque in ſæculum, ſedebunt ſuper ſedem tuam.	*Si cuſtodierint filii tui pactum meum, & teſtificationem meam, quam docuero eos: Et filii eorum uſque in æternum, ſedebunt ſuper thronum tuum.*	12. Si cuſtodierint filii tui teſtamentum meum, & teſtimonia mea hæc, quæ docebo eos: Et filii eorum uſque in ſæculum ſedebunt ſuper ſedem tuam.
13. Quoniam elegit Dominus Sion: prælegit eam in habitationem ſuam.	*Quoniam elegit Dominus Sion: deſideravit eam in habitaculum ſuum.*	13. Quoniam elegit Dominus Sion: elegit eam in habitationem ſibi.
14. Hæc requies mea in ſæculum ſæculi: hîc habitabo quoniam prælegi eam.	*Hæc eſt requies mea in ſempiternum: hîc habitabo, quia deſideravi eam.*	14. Hæc requies mea in ſæculum ſæculi: hic habitabo quoniam elegi eam.
15. Viduam ejus benedicens benedicam: pauperes ejus ſaturabo panibus.	*Venationem ejus benedicens benedicam: pauperes ejus ſaturabo pane.*	15. Viduam ejus benedicens benedicam: pauperes ejus ſaturabo panibus.
16. Sacerdotes ejus induam ſalutarem: & ſancti ejus exſultatione exſultabunt.	*Sacerdotes ejus induam ſalutari, & ſancti ejus laude laudabunt.*	16. Sacerdotes ejus induam ſalutari: & ſancti ejus exſultatione exſultabunt.
17. Illic producam cornu David, paravi lucernam Chriſto meo.	*Ibi oriri faciam cornu David: paravi lucernam Chriſto meo.*	17. Illuc producam cornu David, paravi lucernam Chriſto meo. *Malac. 3. 1. Luc. 1. 69.*
18. Inimicos ejus induam confuſionem: ſuper ipſum autem floriet ſanctificatio mea.	*Inimicos ejus induam confuſione: ſuper ipſum autem florebit diadema ejus.*	18. Inimicos ejus induam confuſione: ſuper ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ἐκ καρπῦ τῆς καιλίας ϛυ θήσομαι ἐπὶ τὸ θρόνυ συ· Mſ. Alex. τὸν θρόνον.

℣. 12. Hic verſus cum tribus ſeqq. abeſt à Pſalt. Mozar. In Rom. ſic: *Si cuſtodierint filii tui teſtam.....* & *teſtimonia mea hæc, quæ.....* & *filii eorum uſque in ſæculum ſæculi, ſedebunt ſuper ſedem meam.* Hilar. verò cum Vulgata concinit & Græco. Ita etiam Caſſiod. cum Proſp. niſi quòd Proſp. hab. *uſque in æternum;* Caſſiod. *uſque in ſæculum ſæculi.* Auguſt. cum Græco Alex. & *filii eorum ſedebunt uſque in æternum ſuper ſedem tuam.* Pſalt. Corb. *ſuper ſedem meam.*

℣. 13. Pſalt. Rom. & Corb. ſcribunt *prælegit eam*, ſicut Hilar. in hunc Pſalm. & in Pſ. 121. col. 385. b. Ita quoque Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 195. h. necnon Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum Pſalt. Mediolan. & Carnut. cæt. ut in Vulg. In Gr. ᾑρετίζατο αὐτὴν εἰς..... ἑαυτῷ.

℣. 14. Ita Lucif. Cal. ubi ſup. cui accinunt Proſp. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Mediol. Corb. Carnut. & Vatic. ap. Hilar. Sic etiam Hilar. in Pſ. 121. col. 385. b. niſi quòd Mſs. 2. hab. ibid. *in ſæcula ſæculorum;* ut & ipſe in Pſ. 126. col. 416. f. ſed cum verbo *elegi:* at in Pſ. 131. col. 455. a. utrumque exſtat, *in ſæcula ſæculorum*, & *prælegi eam:* inf. autem col. 457. a. 459. b. *in ſæculum ſæculi.* Similiter apud Auguſt. *in ſæcula ſæculorum..... quoniam prælegi*, &c. In Græco, εἰς αἰῶνα αἰῶνος..... ὅτι ᾑρετιζάμην, &c.

℣. 15. Concinunt Hilar. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. Auguſt. tamen addit ϑ, poſt *benedicam.* Ambroſ. etiam l. de vid. to. 2. 189. d. legit: *Viduam ejus benedicens benedicam.* At Hilar. ubi ſup. col. 457. d. ait: *Quidam Translatorum interpretatus eſſe ita reperius eſt:* Captionem ejus benedicens benedicam..... *ſed nobis ſequenda eſt prima illa*, & *ſub Judæorum temporibus ante Domini adventum ad Eccleſia doctrinam conſignata Translationis auctoritas*, Viduam ejus benedicens benedicam. Similiter Hieron. quæſt. Heb. to. 2. col. 543. a. *Ubi noſtri legunt*, inquit, Viduam ejus benedicens benedicam, *licet in pleriſque codicibus pro* vidua, *hoc eſt, pro* χήρα, *nonnulli legant* θήραν, *in Hebræo hab.* ſeda, *id eſt*, cibaria..... *Porro* θήρα venationem *magis poteſt ſonare, quàm* fruges; *tametſi moris ſit Ægyptiorum* θήραν *etiam* far *vocare, quod nunc corrupté* atheran *nuncupant.* Item Auct. comment. in Pſ. apud Hieron. to. 2. 467. f. dicit: *Pro* vidua, *id eſt*, χήρα, & *Hebræa volumina*, & *ipſi LXX.* θήραν *habent; ſed propter novitatem verbi*, & *unius litteræ demutationem, paulatim obtinuit ut pro* θήρα, *legeretur* χήρα, *maximè quia in ſequenti verſiculo* pauperes *ſequebantur:* θήρα, *Symm.* & *Aquila*, cibaria *interpretati ſunt.* Ed. Rom. hab. τὴν θήραν; Mſ. Alex. χήραν.

℣. 16. Sic in Pſalt. Corb. ad verbum. Vulgatæ favent Hilar. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. Pſalt. Rom. hab. *induam ſalutare.* Gr. ἐνδύσω σωτηρίαν.

℣. 17. Similiter habent Hilarius & Proſp. cum Pſalt. Rom. & Carnut. *Illic producam*, &c. Caſſiod. *Illuc producam*, &c. Pſalt. Corb. & Moz. *Illic producam cornua David*, &c. Auguſt. in eund. Pſ. *Ibi ſuſcitabo cornu David*, &c. ut ſup. Græc. Ἐκεῖ ἐξανατελῶ κέρας τῷ Δαυὶδ, &c. Item ap. Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1150. b. *paravi lucernam*, &c. ut ſup.

℣. 18. Hilar. habet cum Pſalt. Corb. *induam confuſione*, & *floriet* ut ſupra. Pſ. verò è Mſ. Vatic. apud ipſum, *induam confuſionem..... floreat*, &c. Mozarab. *floret;* Rom. *confuſione..... florebit.* Ita etiam leg. Caſſiod. cum Proſp. Auguſt. quoque in eund. Pſ. hab. *florebit;* idque non ſemel; ſed omittit priorem verſic. *Inimicos ejus induam confuſionem.* Non prætermittendum quod ait l. 2. de doctr. Chriſt. to. 3. p. 1. col. 27. a. *Illud etiam quod jam auferre non poſſumus de ore cantantium populorum*, ſuper ipſum autem floriet ſanctificatio mea, *nihil profectò ſententiæ detrahit: auditor tamen peritior mallet hoc corrigi, ut non* floriet, *ſed* florebit *diceretur; nec quidquam impedit correctionem, niſi conſuetudo cantantium.* In Gr. Τὰς..... ἐνδύσω αἰχύνην..... ἐξανθήσει τὸ, &c.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 1. Canticum graduum ipſi David. CXXXII.	*Canticum graduum David.* CXXXIII.	1. Canticum graduum David. CXXXII.
* ECce quàm bonum, & quàm jucundum, habitare fratres in unum:	*Ecce quàm bonum, & quàm decorum, habitare fratres in unum.*	ECce quàm bonum, & quàm jucundum, habitare fratres in unum:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Moz. & Vatic. apud Hilar. ſimpliciter hab. *Canticum graduum:* Hilar. verò, Auguſt. & Proſp. nullum referunt titulum. In Gr. de more, Ὠδὴ τῶν ἀναϐαθμῶν.

* Ita legunt Cypr. l. 3. Teſtim. p. 326. a. Optat. l. 2. cont. Donat. p. 36. b. & Cœleſtin. l. epiſt. 25. Conc. to. 2. col. 1209. Item Hilar. & Caſſiod. in hunc Pſ. Auguſt. verò & Proſp. ibid. cum Pſalt. Rom. & Moz. & *quàm jucundum.* Tertul. adv. Pſych. p. 987. c. *Quàm bonum*, & *quàm jucundum*, &c. ut ſup. & l. 2. adv. Marc. p. 651. c. *Vide quàm bonum*, & *quàm jucundum*, &c. Firmil. ap. Cypr. epiſt. 75. p. 142. c. *Ecce quàm bonum* & *voluptabile eſt, ut habitent fratres in unum.* Gr. Ἰδοὺ δὴ τί καλὸν, ἢ τί τερπνὸν, ἀλλ' ἢ τὸ κατοικεῖν, &c.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
2. Sicut unguentum in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron;	*Sicut unguentum optimum in capite, quod deſcendit in barbam, barbam Aaron;*	2. Sicut unguentum in capite, quod deſcendit in barbam, in barbam Aaron; *Ex Mſ. Sangerm.*
Quod deſcendit in oram veſtimenti ejus: 3. ſicut ros Hermon, qui deſcendit in montem Sion.	*Quod deſcendit ſuper oram veſtimentorum ejus: ſicut ros Hermon, qui deſcendit ſuper montana Sion:*	Quod deſcendit in oram veſtimenti ejus: 3. ſicut ros Hermon, qui deſcendit in monte Sion.
Quoniam illic mandavit Dominus benedictionem, & vitam uſque in ſæculum.	*Quoniam ibi mandavit Dominus benedictionem, vitam uſque in æternum.*	Quoniam illic mandavit Dominus benedictionem, & vitam uſque in ſæculum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Similiter habent Hilar. in hunc Pſ. & Ambroſ. l. de Myſt. to. 2. 332. d. detractâ unâ præpoſ. *in*, ante 2. *barbam*. Ita quoque Auguſt. & Caſſiod. in eund. Pſ. Imo Ambroſ. l. de El. & jejun. c. 10. to. 1. 546. d. tollit 2. *barbam*, ſicut Optat. l. 2. cont. Donat. p. 42. b. cum Pſ. præfixo ap. Hilar. Mſ. autem Turon. ejuſd. Hilar. hab. *ſicut unguentum de capite*. Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 6. col. 130. c. *in barba, in barba Aaron*. Proſp. Auguſtino ſuffragatur, niſi quòd ſcribit, *in ora veſtimenti ejus*. Pſalt. Corb. *in barbam, in barbam Aaron; quod deſc. in ora*, &c. Gr. Ὡς μῦρον ἐπὶ κεφαλῆς, τὸ καταβαῖνον ἐπὶ στώγωνα, τὸν πώγωνα τὸν Ἀαρών· τὸ καταβαῖνον ἐπὶ τὴν ὥραν τῆ, &c.

℣. 3. Pſalt. Rom. cum Caſſiod. Vulgatæ conſonat. Item Moz. niſi quòd hab. *ſuper montem Sion. Quia*, &c. Hilar. & Proſp. *ſicut ros Hermon, qui deſcendit in montem Sion. Quoniam illic mand.....* & *vitam uſque in ſæcula*; Proſp. *uſque in æternum*. Apud Auguſt. *ſicut ros Hermon, qui deſcendit ſuper montes Sion. Quoniam ibi mandavit Dominus benedictionem*, inf. *benedictionem ſuam*; ſubinde, *vitam in ſæculum*. In Gr. ὡς δρόσος Ἑρμών, ἡ καταβαίνουσα ἐπὶ τὰ ὄρη Σιών. Ὅτι ἐκεῖ ἐνετείλατο Κύριος τὴν εὐλογίαν, ζωὴν ἕως τῆ αἰῶνος. Mſ. Alex. εὐλογίαν αὐτῆ, ἢ ζωὴν, &c.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
1. Canticum graduum. CXXXIII.	*Canticum graduum. CXXXIV.*	1. Canticum graduum. CXXXIII. *Ex Mſ. Sangerm.*
ECce nunc benedicite Dominum, omnes ſervi Domini:	*ECce benedicite Domino, omnes ſervi Domini:*	ECce nunc benedicite Dominum omnes ſervi:
Qui ſtatis in domo Domini, in atriis domus Dei noſtri.	*Qui ſtatis in domo Domini in noctibus.*	Qui ſtatis in domo Domini, in atriis domus Dei noſtri.
2. In noctibus extollite manus veſtras in ſancta, & benedicite Dominum.	*Levate manus veſtras ad ſanctum, & benedicite Dominum.*	2. In noctibus extollite manus veſtras in ſancta, & benedicite Dominum.
3. Benedicat te Dominus ex Sion, qui fecit cœlum & terram.	*Benedicat tibi Dominus ex Sion, factor cœli & terræ.*	3. Benedicat te Dominus ex Sion, qui fecit cœlum & terram.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 1. 2. 3. Accinunt magno conſenſu Hilar. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum vet. Pſalt. & Gr. addito uno *Domini* ad *ſervi*, cujus loco Hilar. cum Pſalmo ibid. præfixo, ponit *ejus*. Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1159. b. & l. de virg. to. 2. 235. c. & epiſt. 63. col. 1032. f. priores verſiculos refert ut ſupra. Itidem Hieron. epiſt. ad Damaſ. to. 4. col. 154. c. ſicut Nicetius epiſc. Spicil. to. 3. p. 3. c. ſecundum ℣. Ad hæc autem primi verſiculi verba, *in atriis domus Domini*, Hilar. col. 466. b. c. ait: *Reperi quoſdam ambiguos circa hoc*, in atriis domus Domini, *fuiſſe; dicentes idcirco hoc à Translatoribus primis adjectum eſſe, quia ſub iiſdem verſibus ſequenti Pſalmo continetur; opinantibus ipſis ſcriptorum vitio in libris Hebr. fuiſſe præteritum. Sed novi Interpretes quæ volunt, tractent; nobis verò obſequendum eſt & auctoritati Translationum & vetuſtati.*

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
1. Alleluia. CXXXIV.	*Alleluia. CXXXV.*	1. Alleluia. CXXXIV. *Ex Mſ. Sangerm.*
LAudate nomen Domini, laudate ſervi Dominum.	*LAudate nomen Domini: laudate ſervi Dominum.*	LAudate nomen Domini, laudate ſervi Dominum.
2. Qui ſtatis in domo Domini, in atriis domus Dei noſtri.	*Qui ſtatis in domo Domini, in atriis domus Dei noſtri.*	2. Qui ſtatis in domo Domini, in atriis domus Dei noſtri.
3. Laudate Dominum, quia bonus Dominus: pſallite nomini ejus, quoniam ſuave.	*Laudate Dominum, quoniam bonus Dominus: cantate nomini ejus, quoniam decens.*	3. Laudate Dominum, quia benignus: pſallite nomini ejus, quoniam ſuavis eſt.
4. Quoniam Jacob elegit ſibi Dominus, Iſraël in poſſeſſionem ſibi.	*Quia Jacob elegit ſibi Dominus, Iſrael in peculium ſuum.*	4. Quoniam Jacob elegit ſibi, Iſraël in poſſeſſionem ſibi.
5. Quia ego cognovi quòd ma-	*Quia ego ſcio quòd magnus Do-*	5. Quia ego cognovi quo-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 1. 2. Non differunt Hilar. Auguſt. Proſp. Caſſiod. &c. neque Gr. Vide ſis Ambroſ. epiſt. 77. to. 2. 1090. a.

℣. 3. Pſalt. Rom. cum Caſſiod. *Laudate Dominum, quoniam benignus eſt Dominus: pſallite nomini ejus, quoniam ſuavis eſt.* Mozarab. *Laudate Dom. quia benignus Dominus: pſallite nom. ejus queniam ſuave eſt.* Corb. *Laudate Dom. queniam ſuavis Dom. pſalliste..... quon. jucundum.* Similiter hab. Carnut. *Laudate Dom. quoniam ſuavis Dominus.* Addit Mediolan. *pſallite nom. ejus, quoniam bonus.* Hilar. cum Pſ. ibid. præfixo, *quia benignus eſt Dominus..... quoniam ſuave eſt.* Aug. cum Proſp. *quoniam bonus Dom... quon. ſuavis eſt:* Aug. inf. *quoniam bonus eſt... quon. ſuavis eſt*; al. *quon. bonus eſt Dominus:* & col. 1497. e. *pſallite Domino quon. ſuavis eſt.* In Gr..... ὅτι ἀγαθὸς Κύριος..... ὅτι χαλόν.

℣. 4. Similiter Hilar. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum Gr. addita voce *Dominus*, ad 1. *ſibi*; quæ vox à librario non niſi oſcitantiâ fortè prætermiſſa eſt. Gaud. Brix. ſer. 18. p. 972. b. legit: *Quoniam elegit ſibi Dom. Jacob*, & *Iſrael in poſſeſſ. ſibi.*

℣. 5. Hilar. cum Pſ. præfixo: *Quia ego novi quàm ma-*

Digitized by Google

Versio antiqua.	Hebr.	Vulgata hod.	
Ex Mſ. Sangerm. niam magnus, & Dominus noſter præ omnibus diis.	*minus, & Dominus noſter præ omnibus diis.*	gnus eſt Dominus, & Deus noſter præ omnibus diis.	
6. Omnia quæ voluit, Dominus fecit in cœlo, & in terra, in mare, & in abyſſis.	*Omnia quæ voluit, Dominus fecit in cœlo, & in terra: in mari, & in cunctis abyſſis.*	6. Omnia quæcunque voluit, Dominus fecit in cœlo, in terra, in mari, & in omnibus abyſſis.	
7. Educens nubes ab extremo terræ: fulgura in pluviam fecit.	*Levans nubes de ſummitatibus terræ: fulgura in pluviam fecit:*	7. Educens nubes ab extremo terræ: fulgura in pluviam fecit.	*Jerem.* 10. 13.
Qui producit ventos de theſauris ſuis: 8. qui percuſſit primogenita Ægypti ab homine uſque ad pecus.	*Educens ventos de theſauris ſuis: qui percuſſit primitiva Ægypti ab homine uſque ad pecus.*	Qui producit ventos de theſauris ſuis: 8. qui percuſſit primogenita Ægypti ab homine uſque ad pecus.	*Exod.* 12. 29.
9. Miſit ſigna & prodigia in medio tui Ægypte: in Pharaonem, & in omnes ſervos ejus.	*Miſit ſigna & portenta in medio tui Ægypte: in Pharao, & in cunctos ſervos ejus.*	9. Et miſit ſigna & prodigia in medio tui Ægypte: in Pharaonem, & in omnes ſervos ejus.	
10. Qui percuſſit gentes multas: & occîdit reges mirabiles:	*Qui percuſſit gentes multas, & occidit reges fortes:*	10. Qui percuſſit gentes multas: & occidit reges fortes:	*Joſ.* 12. 1. 7.
11. Seon regem Amorrhæorum, & Og regem Baſan; omnia regna Chanaan.	*Seon regem Amorræorum, & Og regem Baſan, & omnia regna Chanaan.*	11. Sehon regem Amorrhæorum, & Og regem Baſan, & omnia regna Chanaan.	*Num.* 21. 24. 35.
12. Et dedit terram eorum hæreditatem, hæreditatem Iſraël populo ſuo.	*Et dedit terram eorum hæreditatem: hæreditatem Iſraël populo ſuo.*	12. Et dedit terram eorum hæreditatem, hæreditatem Iſraël populo ſuo.	
13. Domine nomen tuum in æternum: Domine memoriale tuum in ſæcula ſæculorum.	*Domine nomen tuum in æternum: Domine memoriale tuum in generatione & generatione.*	13. Domine nomen tuum in æternum: Domine memoriale tuum in generationem & generationem.	
14. Quia judicavit Dominus populum ſuum: & in ſervis ſuis deprecabitur.	*Quia judicabit Dominus populum ſuum, & in ſervos ſuos erit placabilis.*	14. Quia judicabit Dominus populum ſuum: & in ſervis ſuis deprecabitur.	
15. Simulachra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum.	*Idola gentium, argentum & aurum: opera manuum hominum.*	15. Simulachra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum.	*Sup.* 113. 4.
16. Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt.	*Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt.*	16. Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt.	*Sap.* 15. 15.
17. Aures habent, & non audient: nares habent, & non odorabunt.	*Aures habent, & non audient: ſed nec eſt ſpiritus in ore eorum.*	17. Aures habent, & non audient: neque enim eſt ſpiritus in ore ipſorum.	

Notæ ad Versionem antiquam.

gnus eſt Dominus, & *Deus noſter pra omnibus diis*; inf. *ego cognovi*. Auguſt. & Proſp. *Quoniam ego cognovi quòd* (Proſper *quia*) *magnus eſt Dominus*, & *Deus noſter ſuper omnes deos*: Auguſt. inf. *rex magnus*, *inquit*, *ſuper omnes deos*. Ap. Caſſiod. ut in Vulg. In Gr... ὅτι μέγας..... ὁ Κύριος ἡμῶν παρὰ πάντας τοὺς θεούς.

℣. 6. Sic Hilar. in hunc Pſ. niſi quòd delet *Dominus*, & ſcribit *in mari*; inf. *in mari*, & *abyſſo*. Caſſiod. ibid. & Vigil. Tapſ. cont. Varimad. p. 730. b. cum Pſalt. Rom. *Omnia quæcunque voluit*, *Dom*..... & *in terra*, *in mari*, & *in abyſſis*. Item in Corb. & *in abyſſis*. Auguſt. & Proſp. cum Moz. Vulgatæ conſentiunt, addita conjunct. & poſt *terra*. S. Paulin. epiſt. 36. p. 224. c. ait: *Qui facit omnia in cœlo*, & *in terra*, & *in mari*, & *in abyſſis*: & ep. 25. p. 167. b. *Et in terris*, & *in mari*, & *in abyſſis*, *omnia quæ vult*, *facit*. Maxim. Taurin. in homil. *Omnia Dominus quæcunque voluit*, *fecit in cœlo*, & *in terra*. Gr. Πάντα ὅσα ἠθέλησεν ὁ Κύριος..... ἐν τῇ γῇ, ἐν ταῖς θαλάσσαις, ἐν πάσαις ταῖς ἀβύσσοις. Hilar. ſup. *Plurali genere maria græcitas elocuta eſt*.

℣℣. 7. 8. Eadem legunt Hilar. & Caſſiod. in hunc Pſ. In Rom. *Et educens nubes*, &c. ut ſupra. Aug. & Proſp. ibid. *Suſcitans nubes ab extremo terræ*... *Qui educit ventos de theſauris ſuis*, &c. Proſp. *Qui producit ventos*; Pſalt. Moz. *Educens ventos*; cæt. ut in textu. Corb. *Qui educit ventos*. Gr. Ἀνάγων νεφέλας..... Ὁ ἐξάγων ἀνέμους ἐκ θησαυρῶν αὐτοῦ, &c. V. & VI. ed. αὐτῶν.

℣. 9. Sic in Pſalt. Rom. eſt, & ap. Caſſiod. In Pſ. præf. apud Hilar. *Emiſit ſigna*, &c. Hilarius ipſe, *Et miſit*, cum reliquis ut ſupra. Auguſt. & Proſp. cum Pſalt. Corb. *Immiſit ſigna*; ſubinde Auguſt. *in Pharaone*, & *in omnibus ſervis ejus*. Græc. Ἐξαπέστειλε σημεῖα..... ἐν Φαραὼ, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς παισὶν αὐτοῦ.

℣. 10. Vulgatæ conſentiunt Hilar. Aug. Proſp. & Caſſiod. cum vet. Pſalteriis. Græc. quoque hab. βασιλεῖς κραταιούς.

℣. 11. Hilar. & Caſſiod. legunt, & *omnia regna Chanaan occidit*, cum Pſalt. Rom. & Corb. Auguſt. verò & Proſp. tollunt *occidit*, cum Græco; cæt. ut in Vulg.

℣. 12. Ita ferunt Hilar. Proſp. & Caſſiod. cum Græco. Pſ. autem Vatic. apud Hilar. & Mozar. delent 1. *hæreditatem*. Aug. leg. *Et dedit terram eorum hæredit. hæreditatem Iſraël ſervo ſuo*. Sic etiam in Pſalt. Mediolan. Carnut. & Corb.

℣. 13. Hilar. cum Pſ. præf. *Domine nomen tuum in ſæculum*: & *memor. tuum in generatione* & *generationem*. Auguſt. *Domine nom. tuum in ſæculum*: *Domine memor. tuum in generationem* & *generationem*. Proſper: *Dominus nomen tuum in æternum*: *Domine*..... *in generatione* & *generationem*. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Corb. & Moz. *Domine nomen tuum in æter*. *Domine memor. tuum in ſæculum ſæculi*. Gr. Κύριε τὸ ὄνομά σου εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ τὸ..... εἰς γενεὰν καὶ γενεάν.

℣. 14. Hilar. cum Pſ. ibid. præfixo: *Quia judicabit Dominus populum ſuum*: & *in ſervis ſuis conſolabitur*. Ita etiam Caſſiod. cum Pſalt. Corb. Mediol. Carnut. Rom. & Moz. Auguſt. verò cum Proſp. *Quoniam judicavit Dominus plebem ſuam*: & *in ſervis ſuis advocabitur*; Proſp. *deprecabitur*. Gr. Ὅτι κρινεῖ..... καὶ ἐπὶ τοῖς δούλοις αὐτοῦ παρακληθήσεται.

℣℣. 15. 16. Sic Hilar. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. Cypr. verò l. 3. Teſtim. p. 321. b. cum Jul. Firm. l. de erro. prof. relig. c. 29. *Idola gentium argentum* & *aurum*, *opus manuum hominum*. *Os habent*, & *non loquuntur*: *oculos habent*, & *non vident*: ſic iterum Cypr. l. de exhort. mart. p. 263. præter plur. *opera*. Apud Auguſt. in hunc Pſ. *Idola gentium argent.* & *aurum*; deinde ex Mſs. codd. *oculos habent*, & *non vident*. In Gr. Τὰ εἴδωλα τῶν, &c. ut in textu.

℣. 17. Totidem verſiculi exſtant in Pſalt. Rom. una tantùm voce excepta, *ſpiritus*, ſub finem, loco *Dominus*. Itidem in Corb. Mediol. & Carnut. ſicut apud Hilarium, Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. Proſper tamen initio

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
		Manus habent, & non palpabunt : pedes habent, & non ambulabunt. *Ex Mſ. Sangerm.*
		Non clamabunt in gutture ſuo : neque enim eſt Dominus in ore eorum.
18. Similes illis fiant qui faciunt ea : & omnes, qui confidunt in eis.	*Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnis qui confidit in eis.*	18. Similes illis fiant omnes, qui faciunt ea : & omnes, qui ſperant in eis.
19. Domus Iſraël benedicite Domino : domus Aaron benedicite Domino.	*Domus Iſraël benedicite Domino : domus Aaron benedicite Domino.*	19. Domus Iſraël benedicite Dominum : domus Aaron benedicite Dominum.
20. Domus Levi benedicite Domino : qui timetis Dominum, benedicite Domino.	*Domus Levi benedicite Domino : timentes Dominum benedicite Domino.*	20. Domus Levi benedicite Dominum : qui timetis Dominum, benedicite Dominum.
21. Benedictus Dominus ex Sion, qui habitat in Jeruſalem.	*Benedictus Dominus ex Sion, qui habitat in Jeruſalem. Alleluia.*	21. Benedictus Dominus ex Sion, qui habitat in Jeruſalem.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

legit, *non audiunt*, pro *non audient*; & Hilar. ſub finem tollit *enim*, ante vocem *ſpiritus*. Pſ. ibid. præfixus duos poſteriores verſiculos ſic invertit: *Neque enim eſt ſpiritus in ore eorum : non clamabunt in gutture ſuo.* Apud Auguſt. ita ex Mſs. codd. *Aures habent, & non audiunt : nares habent, & non odorant. Os habent, & non loquuntur : manus habent, & non operantur : pedes habent, & non ambulant*; cætera prætermittuntur. Apud Cypr. l. 3. Teſtim. p. 321. b. & l. de exhort. mart. p. 263. hæc tantùm leguntur : *Aures habent, & non audiunt : neque enim eſt ſpiritus in ore eorum*, vel *ipſorum*. Similiter apud Jul. Firm. de erro. prof. relig. c. 29. cum ult. voce *ipſorum*; quæ vox etiam habetur in Pſalt. Corb. & apud Caſſiod. In Græco pariter hæc pauca : Ὅσα ἔχουσι, καὶ οὐκ ἐνωτισθήσονται· οὐδὲ γάρ ἐστι πνεῦμα ἐν, &c. at in Mſ. Alex. omnia exſtant quæ ſup. in Pſalt. Rom. & aliis.

℣. 18. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 321. b. *Similes fiant illis qui faciunt ea : & omnes, qui confidunt in illis.* Itidem Proſper & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. nec diſſimiliter Hilar. niſi quòd Mſs. duo Reg. & Turon. ferunt ibid. *qui ſperant in his.* Julius Firmicus, l. de erro. profan. relig. cap. 29. *Similes ſunt illis qui faciunt ea.* Auguſtinus: *Similes illis ſint omnes, qui faciunt ea : & omnes, qui confidunt in illis.* Gr. Ὅμοιοι αὐτοῖς γένοιντο οἱ ποιοῦντες..... οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτοῖς· Mſ. Alex. πάντες οἱ πεποιθότες. Theod. καὶ πάντες οἱ ἐλπίζοντες ἐπ' αὐτά. V. edit. πᾶς ὃς ἐλπίζει. VI. ὁ ἐλπίζων.

℣. 19. Accinunt Hilar. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Corb. & Græco.

℣. 20. Ita legunt Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum Pſalt. Corb. Rom. & Gr. Sic etiam Hilar. cum Pſ. præfixo, niſi quòd habet *enim* extremò, loco *Dominum*: abſunt tota à Brev. Moz.

℣. 21. Similiter Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Moz. Hilar. legit: *Benedictus Deus ex Sion, qui habitat Jeruſ.* Sed hæc abſunt à Pſ. ibid. præfixo. In Gr. Εὐλογητὸς Κύριος ἐκ Σιών, ὁ κατοικῶν Ἱερυσ. Mſ. Alex. hab. ἐκ Σιών.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
1. Alleluia. CXXXV.	*CXXXVI.*	1. Alleluia, Pſalmus ipſi David. CXXXV. *Ex Mſ. Sangerm.*
CONfitemini Domino quoniam bonus : quoniam in æternum miſericordia ejus.	*CONfitemini Domino, quoniam bonus : quoniam in æternum miſericordia ejus.*	* CONfitemini Domino quoniam bonum : quoniam in ſæculum miſericordia ejus.
2. Confitemini Deo deorum : quoniam in æternum miſericordia ejus.	*Confitemini Deo deorum : quoniam in æternum miſericordia ejus.*	2. Confitemini Deo deorum : quoniam in ſæculum miſericordia ejus.
3. Confitemini Domino dominorum : quoniam in æternum miſericordia ejus.	*Confitemini Domino dominorum : quoniam in æternum miſericordia ejus.*	3. Confitemini Domino dominorum : quoniam in ſæculum miſericordia ejus.
4. Qui facit mirabilia magna ſolus : quoniam in æternum miſericordia ejus.	*Qui fecit mirabilia magna ſolus : quoniam in æternum miſericordia ejus.*	4. Qui facit mirabilia ſolus : quoniam in ſæculum miſericordia ejus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hilarius & Caſſiod. ſimpliciter habent *Alleluia*, cum Pſalt. Corb. Rom. & Græco. Apud Auguſt. & Proſp. nil omnino legitur.

* In Pſalt. Rom. *quoniam bonus :* deinde, *quoniam in ſæculum miſ. ejus*; & ita deinceps ad ſingulos verſus, ſicut in Corb. Moz. & apud Caſſiod. In Mediolan. quoque & Carnut. hic habetur *in ſæculum*; ſed inf. in Mediolan. loco totius clauſulæ, ad ſingulos verſus repetitur ſimpliciter, *quoniam bonus*. Apud Hilar. ibid. *Confitemini Domino quoniam bonus : quoniam in ſecula miſericordia ejus*; inf. *in ſæculum*. Sic etiam apud Aug. & Proſp. In Gr. ὅτι ἀγαθός, deinde, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα, &c. & ſic deinceps. Subdit Auguſt. eodem loco : *Memini autem me in Pſalmo cv. qui ſimiliter incipit ; quoniam codex quem intuebar, non habet* in æternum, *ſed* in ſæculum miſeric. ejus; *quæſiſſe quid potiùs intelligere deberemus : in Græco enim ſermone ſcriptum eſt* εἰς τὸν αἰῶνα, *quod eſt* in ſæculum, & in æternum *interpretari poteſt..... In iſto autem Pſalmo etiam idem ipſe codex non habet* in ſæculum, *quod plerique habent ; ſed* in æternum miſericordia ejus..... *Quod autem habet* quoniam bonus, *Græcus habet* ἀγαθός ; *non ſicut in Pſ. cv. quod ibi eſt* quoniam bonus, *Græcus habet* χρηστός. *Ideo nonnulli illud interpretati ſunt* quoniam ſuavis eſt : ἀγαθὸς *autem, non utcunque* bonus, *ſed excellentiſſimè bonus eſt.*

℣. 2. Hilar. *Confit. Deo deorum : quon. in ſæcula miſeric. ejus*; inf. *in ſæculum* : & ita Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Auguſt. verò cum Proſp. *quoniam in æternum*, &c.

℣. 3. Sic in Pſalt. Rom. eſt & apud Caſſiod. deeſt in Vatic. non verò apud Hilar. qui habet de more, *quoniam in ſæcula*, &c. Auguſt. cum Proſp. *Confit. Dom..... quoniam in æternum*, &c.

℣. 4. Hilar. cum Auguſt. *Qui fecit mirabilia magna ſolus* ; nec addit Hilar. *quoniam*, &c. contrà Pſ. Vatic. ap. ipſum delet *magna*, ſubditque ut in conſeq. *quoniam in ſæcula*, &c. Caſſiod. *Qui fecit mirabilia magna ſolus : quoniam in ſæculum*, &c. Pſalt. Corb. *Qui fecit mirabilia ſolus : quoniam in ſæculum*, &c. Proſper Vulgatæ accinit cum Pſalt. Rom. niſi quòd Rom. hab. *quoniam in ſæculum*, &c. Gr. Τῷ ποιήσαντι θαυμάσια μεγάλα μόνῳ· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα, &c. Aug. ubi ſup. 1510. d. ait : *Sicut in omnium verſuum noviſſimis partibus poſitum eſt*, quoniam in æternum, *ſic in omnium capitibus, quamvis non ſit poſitum, ſubaudiendum eſt* confitemini ; *quod in Græco evidentius apparet : appareret autem & in Latino, ſi eandem locutionem transferre potuiſſent Interpretes noſtri, quod quidem in iſto verſu poſſent, ſi dicerent :* Facienti mirabilia : *quod enim nos habemus :* Qui fecit

Digitized by Google

Versio antiqua.	Hebr.	Vulgata hod.
Ex Mſ. Sangerm. 5. Qui fecit cœlos in intellectu : quoniam in ſæculum miſericordia ejus.	*Qui fecit cœlos in ſapientia : quoniam in æternum miſericordia ejus.*	5. Qui fecit cœlos in intellectu : quoniam in æternum miſericordia ejus. *Gen. 1.*
6. Qui firmavit terram ſuper aquas : quoniam in ſæculum miſericordia ejus.	*Qui firmavit terram ſuper aquas : quoniam in æternum miſericordia ejus.*	6. Qui firmavit terram ſuper aquas : quoniam in æternum miſericordia ejus.
7. Qui fecit luminaria magna ſolus : quoniam in ſæculum miſericordia ejus.	*Qui fecit luminaria magna : quoniam in æternum miſericordia ejus.*	7. Qui fecit luminaria magna : quoniam in æternum miſericordia ejus.
8. Solem in poteſtatem diei : quoniam in ſæculum miſericordia ejus.	*Solem in poteſtatem diei : quoniam in æternum miſericordia ejus.*	8. Solem in poteſtatem diei : quoniam in æternum miſericordia ejus.
9. Lunam & ſtellas in poteſtatem noctis : quoniam in ſæculum miſericordia ejus.	*Lunam & ſtellas in poteſtatem noctis : quoniam in æternum miſericordia ejus.*	9. Lunam & ſtellas in poteſtatem noctis : quoniam in æternum miſericordia ejus.
10. Qui percuſſit Ægyptum cum primitivis eorum : quoniam in ſæculum miſericordia ejus.	*Qui percuſſit Ægyptum cum primitivis ſuis : quoniam in æternum miſericordia ejus.*	10. Qui percuſſit Ægyptum cum primogenitis eorum : quoniam in æternum miſericordia ejus. *Exod. 12. 29.*
11. Et eduxit Iſraël de medio eorum : quoniam in ſæculum miſericordia ejus.	*Et eduxit Iſraël de medio eorum : quoniam in æternum miſericordia ejus.*	11. Qui eduxit Iſraël de medio eorum : quoniam in æternum miſericordia ejus. *Exod. 13. 17.*
12. In manu forti, & brachio excelſo : quoniam in ſæculum miſericordia ejus.	*In manu valida, & in brachio extento : quoniam in æternum miſericordia ejus.*	12. In manu potenti, & brachio excelſo : quoniam in æternum miſericordia ejus.
13. Qui diviſit mare rubrum in diviſione : quoniam in ſæculum miſericordia ejus.	*Qui diviſit mare rubrum in diviſiones : quoniam in æternum miſericordia ejus.*	13. Qui diviſit mare rubrum in diviſiones : quoniam in æternum miſericordia ejus.
14. Et tranſduxit Iſraël per medium ejus : quoniam in ſæculum miſericordia ejus.	*Et eduxit Iſraël è medio ejus : quoniam in æternum miſericordia ejus.*	14. Et eduxit Iſraël per medium ejus : quoniam in æternum miſericordia ejus.
15. Et excuſſit Pharaonem, & exercitum ejus in mari rubro : quoniam in ſæculum miſericordia ejus.	*Et convolvit Pharao, & exercitum ejus in mari rubro : quoniam in æternum miſericordia ejus.*	15. Et excuſſit Pharaonem, & virtutem ejus in mari rubro : quoniam in æternum miſericordia ejus. *Exod. 14. 28.*
16. Qui tranſduxit populum ſuum in deſerto : quoniam in ſæculum miſericordia ejus.	*Qui perduxit populum ſuum per deſertum : quoniam in æternum miſericordia ejus.*	16. Qui traduxit populum ſuum per deſertum : quoniam in æternum miſericordia ejus.
Qui eduxit aquam de petra rupis : quoniam in ſæculum miſericordia ejus.		

Notæ ad Versionem antiquam.

mirabilia, *Græcus habet :* Facienti mirabilia, *ubi neceſſariò* confitemini *ſubaudiatur. Atque utinam vel pronomen addèrent, ut dicerent*, Ei qui facit, *vel* ei qui fecit, *vel* ei qui firmavit ; *quia etiam ſic facilè intelligeretur* confitemini *eſſe ſubaudiendum. Nunc verò ita obſcurum factum eſt, ut qui codicem Græcum, ſive neſcierit inſpicere, ſive neglexerit, poſſit putare*, Qui fecit cœlos, Qui firmavit terram, &c. quoniam in æternum, &c. *ideo dictum, quaſi propterea iſta fecerit, quoniam in æternum miſericordia ejus..... cur autem confiteamur, in omnium verſuum finibus ponit, quoniam in æternum*, &c. Hic autem verſiculus non ſemper repetitur ab Hilario, Auguſt. & Proſp. in commentariis.

℣℣. 5. 6. 7. Sic habent Hilar. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Corb. hoc ultimum tamen habet *cœlos in intellectum.* Rurſus Hilar. in Pſ. 2. col. 43. *Qui firmavit terram ſuper aquas.* Auguſt. verò l. 2. de Gen. ad lit. to. 3. 132. c. *Qui fecit cœlos in intelligentia..... fundavit terram ſuper aquam.* Item *fundavit* in Brev. Moz. Apud Philaſtr. Brix. de hæreſ. p. 712. f. h. *Qui fundaſti terram ſuper aquam.* Subditur etiam *ſolus* in Pſalt. Mediolan. Carnut. & Moz. At Hieron. epiſt. ad Sun. & Fret. to. 2. 662. c. ait : *Dicitis quia in Græco inveneritis* magna ſolus ; *ſed hoc de ſuperiori verſiculo eſt, ubi legimus :* Qui fecit mirabilia magna ſolus. *Ibi ergo legendum eſt, & hic quaſi ſuperfluum non ſcribendum.* In edit. Rom. Τῷ ποιήσαντι τὺς οὐρανὺς ἐν συνέσει... Τῷ στερεώσαντι..... ἐπὶ τῶν ὑδάτων..... Τῷ ποιήσαντι φῶτα μεγάλα μόνῳ.

℣℣. 8. 9. Hi & tres verſus ſubſeqq. prætermittuntur ab Hilar. in comment. adſunt tamen omnes in Pſ. ibid. præfixo, præter nonum. Ambroſ. l. 4. Hexa. to. 1. 65. a. 73. f. ſimiliter hab. *Solem in poteſtatem diei....., Lunam & ſtellas*, &c. Item Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum Græco. Pſalt. verò Rom. & Moz. *Solem in poteſtate diei..... Lunam & ſtellas in poteſtate noctis.*

℣. 10. Ita Lucif. Calar. l. 1. pro S. Athan. p. 195. h. ut & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Corb. ſubnexo hîc & inf. *quoniam in ſæculum*, &c. Auguſt. verò & Proſp. leg. *cum primogenitis eorum.* Brev. Mozar. *cum primitibus ſuis.* Gr. Σὺν τοῖς πρωτοτόκοις.

℣. 11. Sic iterum Lucif. ubi ſup. p. 195. h. cum Pſalt. Corb. & Vatic. ap. Hilar. Rom. verò hab. *Et eduxit Iſraël de medio ejus*, &c. Mozar. *Et eduxit Iſrael de medio Ægypti.* Auguſt. & Proſp. *Qui eduxit Iſrael de medio eorum.* Caſſiod. *per medium eorum.* Græc. Καὶ ἐξαγαγόντι τὸν..... ἐκ μέσου αὐτῶν, &c.

℣. 12. Sic in Pſalt. Rom. Vatic. Corb. & Moz. Item apud Lucif. Calar. l. 1. pro S. Athan. p. 195. h. & Caſſiod. in hunc Pſ. Apud Auguſt. verò & Proſp. *In manu potenti*, &c. In Græco, Ἐν χειρὶ κραταιᾷ.

℣. 13. Itidem in Pſalt. Corb. Lucif. verò ubi ſup. leg. *Qui diviſit mare rubrum in diviſionem.* Hilar. cum Vulg. *in diviſiones.* Similiter Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum Gr.

℣. 14. Sic in Pſalt. Corb. & Vatic. apud Hilar. nec diſſimiliter apud Lucif. l. 1. pro S. Athan. p. 195. h. Auguſt. verò, Proſp. & Caſſiod. Vulgatæ congruunt. In Græco, Καὶ διαγαγόντι, &c. Apud Hilar. omittitur hic verſiculus cum novem ſubſequentibus.

℣. 15. Ita ferunt Pſalt. Corb. & Moz. ad verbum. Ita etiam Lucif. l. 1. pro S. Athan. p. 195. h. cum Rom. ſi excipias τὸ *in mare rubrum.* Carnut. quoque habet *exercitum ;* Mediol. verò, *omnem potentiam.* Auguſt. ut in Vulgata. Itidem S. Proſp. niſi quòd hab. *in mare rubrum.* Caſſiod. *Qui excuſſit Pharaonem, & exercitum ejus in mare rubrum.* Apud Ambroſ. in Pſ. 126. col. 422. a. *Pharao in mari rubro excuſſus eſt.* In Gr. Καὶ ἐκτινάξαντι Φαραὼ, καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ εἰς θάλασσαν ἐρυθράν.

℣. 16. Totidem verſiculi exſtant in Pſalt. Corb. & iiſdem verbis. Item in Rom. & Vatic. apud Hilar. niſi quòd Rom. habet *per deſertum ;* Vatic. *in deſertum..... perduxit aquam..... quon. in ſacula.* In Carnut. quoque ſubnectitur :

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
17. Qui percuſſit reges magnos: quoniam in æternum miſericordia ejus.	*Qui percuſſit reges magnos: quoniam in æternum miſericordia ejus.*	17. Qui percuſſit reges magnos: quoniam in ſæculum miſericordia ejus. *Ex Mſ. Sangerm.*
Num. 21. 24. 18. Et occîdit reges fortes: quoniam in æternum miſericordia ejus.	*Et occîdit reges potentes: quoniam in æternum miſericordia ejus.*	18. Et occîdit reges mirabiles: quoniam in ſæculum miſericordia ejus.
19. Sehon regem Amorrhæorum: quoniam in æternum miſericordia ejus.	*Seon regem Amorræorum: quoniam in æternum miſericordia ejus.*	19. Seon regem Amorrhæorum: quoniam in ſæculum miſericordia ejus.
Num. 21. 33. 20. Et Og regem Baſan: quoniam in æternum miſericordia ejus.	*Et Og regem Baſan: quoniam in æternum miſericordia ejus.*	20. Et Og regem Baſan: quoniam in ſæculum miſericordia ejus.
Joſ. 13. 7. 21. Et dedit terram eorum hæreditatem: quoniam in æternum miſericordia ejus.	*Et dedit terram eorum hæreditatem: quoniam in æternum miſericordia ejus.*	21. Et dedit terram eorum in hæreditatem: quoniam in ſæculum miſericordia ejus.
22. Hæreditatem Iſraël ſervo ſuo: quoniam in æternum miſericordia ejus.	*Hæreditatem Iſraël ſervo ſuo: quoniam in æternum miſericordia ejus.*	22. Hæreditatem Iſraël ſervo ſuo: quoniam in ſæculum miſericordia ejus.
23. Quia in humilitate noſtra memor fuit noſtri: quoniam in æternum miſericordia ejus.	*Quia in humilitate noſtra memor fuit noſtri: quoniam in æternum miſericordia ejus.*	23. Quia in humilitate noſtra memor fuit noſtri: quoniam in ſæculum miſericordia ejus.
24. Et redemit nos ab inimicis noſtris: quoniam in æternum miſericordia ejus.	*Et eripuit nos de tribulationibus noſtris: quoniam in æternum miſericordia ejus.*	24. Et redemit nos de manu inimicorum noſtrorum: quoniam in ſæculum miſericordia ejus.
25. Qui dat eſcam omni carni: quoniam in æternum miſericordia ejus.	*Qui dat panem omni carni: quoniam in æternum miſericordia ejus.*	25. Qui dat eſcam omni carni: quoniam in ſæculum miſericordia ejus.
26. Confitemini Deo cœli: quoniam in æternum miſericordia ejus.	*Confitemini Deo cœli: quoniam in æternum miſericordia ejus.*	26. Confitemini Deo cœli: quoniam in ſæculum miſericordia ejus.
Confitemini Domino dominorum: quoniam in æternum miſericordia ejus.		Confitemini Domino dominorum: quoniam in ſæculum miſericordia ejus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Qui eduxit agnam, &c. ut ſup. Apud Aug. verò & Proſp. ſimpliciter: *Qui traduxit populum ſuum in deſerto: quon.* &c. nec plura in Gr.

℣℣. 17. 18. 19. 20. Sic in Pſalt. Rom. ſunt & Carnut. & Corb. ad verbum. A Pſ. verò Vatic. ap. Hilar. abeſt verſic. *Et occidit reges mirabiles.* Apud Auguſt. & Caſſiod. omnes ut in Vulg. & Gr. nec diſſimiliter apud Proſp. præter iſtud, & *Og coacervantem Baſan.* Auguſt. etiam ad *regem Baſan*, addit coacervantem, *quod*, inquit, *interpretatur* Og, & regem confuſionis, *quod interpretatur* Baſan.

℣℣. 21. 22. Ita legunt Auguſt. & Caſſiod. detractâ præpoſ. *in*, ante *hæreditatem.* Ita quoque S. Proſp. excepto *populo*, pro *ſervo*; in Gr. Λάῳ. Pſ. è Mſ. Vatic. apud Hilar. omittit verſiculum 22.

℣℣. 23. 24. Itidem in Pſalter. Corb. Ita ferunt etiam Hilar. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. addita voce *Dominus*, ad hanc, *noſtri.* Sic etiam in Mozarab. præter hoc, *in humilitatem noſtram.* Auguſt. verò & Proſp. Vulgatæ accinunt; nec aliter Græcè, niſi quòd ſubditur ὁ Κύριος ubi ſup.

℣℣. 25. 26. Sic apud Auguſt. & Caſſiod. ad verbum. In Pſalt. Moz. loco *dominorum*, legitur *quoniam bonus.* In Rom. utrumque eſt: *Confitemini Domino dominorum, quoniam bonus: quoniam*, &c. In Pſ. Vatic. ap. Hilar. hic ultimus verſic. deeſt: nec ab Hilario ipſo admittitur in comment. licet duo verſiculi præced. ibid. habeantur. Non legitur etiam in Gr. Apud Proſp. verò ſic: *Qui dat eſcam..... Confit. Domino cœlorum..... Confit. Domino dominorum*; inf. *Domino deorum*, &c.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
Pſalmus David, Jeremiæ. CXXXVI.	*CXXXVII.*	* Pſalmus David. CXXXVI. *Ex Mſ. Sangerm.*
1. SUper flumina Babylonis, illic ſedimus & flevimus: cùm recordaremur Sion:	*SUper flumina Babylonis, ibi ſedimus & flevimus: cùm recordaremur Sion.*	1. SUper flumina Babylonis, illic ſedimus & flevimus: cùm recordaremur Sion:
2. In ſalicibus in medio ejus, ſuſpendimus organa noſtra.	*Super ſalices in medio ejus, ſuſpendimus citharas noſtras.*	2. In ſalicibus in medio ejus, ſuſpendimus organa noſtra.
3. Quia illic interrogaverunt nos,	*Quoniam ibi interrogaverunt*	3. Quia illic interrogaverunt

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Sic in Pſalt. Rom. & apud Caſſiod. In Pſ. verò præf. ap. Hilar. nullus habetur titulus: nullum etiam refert Hilar. in comment. neque Auguſt. neque Proſp. Hilarius tamen col. 490. c. ait quibuſdam placuiſſe hunc Pſ. *tanquam Jeremiæ titulo inſcribi, quia ab ipſo ſit, antequam accidit, denunciata captivitas.* Sed apud Hebræos, inquit, *ſecundùm cognitionem quam ab his adepti ſumus, Pſalmus hic ſine inſcriptionis iſtius titulo eſt.* In Pſalt. Corb. ſic: *Pſalmus ipſi David, Jeremiæ.* In Gr. Τῷ Δαυὶδ, Ἰερεμίου.

℣. 1. Concinit Hilarius ad verbum. Pſ. verò ibid. præfixus habet cum Proſp. *tui Sion.* Ambroſ. l. 2. de pœnit. to. 2. 438. b. cum Pſalt. Corb. *Super flumina Babyl. illic ſedimus & flev. dum recordaremur Sion*; inf. col. 1190. a. *ibi ſedimus & flevimus.* Item Auguſt. *ibi ſedimus & flevimus: cùm recordaremur Sion.* Proſp. *illic ſedimus..... cùm recordaremur tui Sion.* Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Mozar. *dum record. tui Sion.* Gr. ἐκεῖ ἐκαθίσαμεν καὶ ἐκλαύσαμεν, ἐν τῷ μνησθῆναι ἡμᾶς τῆς Σιών.

℣. 2. Accinunt Hilar. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. unà cum Gr. Item Ambroſ. l. 3. Hexa. to. 1. 54. d. & in Luc. 2. col. 1304. b. & l. 2. de pœnit. to. 2. 438. d.

℣. 3. Cum Vulgata concinunt Hilar. & Caſſiod. ad ver-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. nos, qui captivos duxerunt nos, verba cantionum :	*nos, qui captivos duxerunt nos, verba carminis :*	qui captivos duxerunt nos, verba cantionum :
Et qui abduxerant nos : Hymnum cantate nobis de canticis Sion.	*Et qui affligebant nos læti : Canite nobis de canticis Sion.*	Et qui abduxerunt nos : Hymnum cantate nobis de canticis Sion.
4. Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena ?	*Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena ?*	4. Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena ?
5. Si oblitus fuero Jeruſalem, obliviſcatur me dextera mea.	*Si oblitus fuero tui Jeruſalem, in oblivione ſit dextera mea.*	5. Si oblitus fuero tui Jeruſalem, oblivioni detur dextera mea.
6. Adhæreat lingua mea gutturi meo, ſi non meminero tui :	*Adhæreat lingua mea gutturi meo, ſi non recordatus fuero tui :*	6. Adhæreat lingua mea faucibus meis, ſi non meminero tui :
Si non præpoſuero Jeruſalem, in principio lætitiæ meæ.	*Si non propoſuero Jeruſalem, in principio lætitiæ meæ.*	Si non propoſuero Jeruſalem, in principio lætitiæ meæ.
7. Memento Domine filiorum Ædon, diem Jeruſalem :	*Memento Domine filiorum Edom in die Jeruſalem,*	7. Memor eſto Domine filiorum Edom, in die Jeruſalem :
Qui dicunt : Exinanite, exinanite quoaduſque fundamentum in ea.	*Dicentium : Evacuate, evacuate uſque ad fundamentum ejus.*	Qui dicunt : Exinanite, exinanite uſque ad fundamentum in ea.
8. Filia Babylonis miſera : beatus, qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuiſti nobis.	*Filia Babylonis vaſtata : beatus, qui retribuet tibi viciſſitudinem tuam, quam retribuiſti nobis.*	8. Filia Babylonis miſera : beatus, qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuiſti nobis.
9. Beatus, qui tenebit, & adlidet parvulos tuos ad petram.	*Beatus, qui tenebit, & allidet parvulos tuos ad petram.*	9. Beatus, qui tenebit, & allidet parvulos tuos ad petram.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

bum. Itidem in Brev. Moz. præter hoc, *adduxerunt nos.* In Pſ. præfixo apud Hilar. deeſt *nos*, poſt *interrogaverunt.* Apud Auguſt. ſic : *Quoniam ibi interrogaverunt nos, qui captivos duxerunt nos, verba canticorum : & qui abduxerunt nos, hymnum ;* tum addit : *Subaudis, interrogaverunt nos ;* ſtatimque : *Verba canticorum, & hymnum interrogaverunt nos, qui captivos duxerunt nos :* & poſt plura : *Cantate nobis verba canticorum : cantate nobis hymnum : cantate nobis de canticis Sion :* poſt paulò : *Cantate nobis verba canticorum : dicite nobis hymnum ; cant.* &c. Proſp. verò ut ſup. *Quia illic interrogaverunt nos, qui captivos duxerunt nos, verba canticorum : & qui adduxerunt nos : Hymnum cantate nobis*, &c. ut ſup. Auctor l. contra Judæos apud Cyprian. p. 499. *Cantate nobis cantica de canticis Sion.* Gr. autem ſic interpungit cum Auguſt. Ὅτι ἐκεῖ ἐπηρώτησαν ἡμᾶς, οἱ αἰχμαλωσύναντες ἡμᾶς, λόγους ᾠδῶν· καὶ οἱ ἀπαγαγόντες ἡμᾶς, ὕμνον· dein, Ἄσατε ἡμῖν ἐκ τῶν ᾠδῶν Σιών.

℣. 4. Similiter Hilar. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. Item Ambroſ. in Pſ. 36. & 118. col. 796. a. 1251. d. 1253. f. & l. 2. de pœnit. to. 2. 438. e. nec aliter in Græco.

℣. 5. Sic eſt in Pſalt. Rom. Mediol. Carnut. Corb. & Moz. addito uno *tui*, poſt *fuero.* Sic etiam apud Hilar. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. niſi quòd Auguſt. & Proſp. legunt, *oblitus tui fuero.* Ambroſ. l. de ob. Val. to. 2. 1194. c. *Si oblitus fuero te ſancta Jeruſalem, obliviſcatur me dextera mea.* Græc. Ἐὰν ἐπιλάθωμαί σου Ἱερουσαλήμ, ἐπιλησθείη ἡ δεξιά μου. Subdit Hilar. loco cit. *Id quod ait*, obliviſcatur me dextera mea, *obſcurum eſt per conditionem Latinitatis : nam ſecundùm Græcitatis proprietatem, qua ita dictum eſt*, ἐπιλησθείη ἡ δεξιά μου, *non ut ipſa obliviſcatur, ſed ne oblivio ejus fiat, oſtenditur.*

℣. 6. Ita legit Hilar. cum Pſalt. Corb. hoc tamen Pſalt. hab. *Adhæreat linguam meam ;* ſed malè. Ambr. de ob. Val. to. 2. 1194. c. ita legit : *Adhæreat ling..... faucibus meis, ſi non memin. tui : ſi non meminero Jeruſalem, in principio meæ lætitiæ.* Auguſt. in hunc Pſ. *Adhæreat ling. mea faucibus meis, niſi tui meminero : ſi non præpoſuero Jeruſalem, in principio jocunditatis meæ.* Proſp. ibid. *Adhæreat..... faucibus meis, ſi non meminero tui ; & non præpoſuero Jeruſ. in principio lætitiæ meæ.* Item Caſſiod. cum Pſalt. Moz. & Carnut. *ſi non præpoſuero Jeruſ.* Græc. Κολληθείη ἡ γλῶσσά μου τῷ λάρυγγί μου, ἐὰν μή σου μνησθῶ· ἐὰν μὴ προαναλάξωμαι τὴν Ἰερουσαλήμ, ὡς ἐν ἀρχῇ τῆς εὐφροσύνης μου.

℣. 7. Itidem Hilar. in hunc Pſ. niſi quòd ſcribit *Edom*, ſubditque *in diem ;* Pſ. ibid. præf. *in die ;* cæt. ut ſup. Rom. pariter cum Caſſiod. *Memento..... in die ;* at in fine, *quouſque ad fundamentum in ea.* Mozarab. *Memorare Domine.....in diebus Jeruſalem : qui dixerunt : Exinanite..... uſque ad fundamentum in ea.* Corb. *Memento Domine..... in diem Jeruſalem : dicentium : Exinanite, exinan. quoaduſque fundam. in eam.* Carnut. *quoaduſque fundam. in ea.* Ambroſ. l. 2. de pœnit. to. 2. 439. b. *Exinanite, exin. uſque ad fundamentum in ea.* Auguſt. in hunc Pſ. *Memento Domine filiorum Edom, in diem Jeruſ. dicentium : Evacuate, evacuate uſquedum fundamentum in ea.* Proſp. ibid. *Memento Dom..... in die Jeruſ. qui dixerunt : Exinanite, exin. uſque ad fundamentum in ea.* Gr. Μνήσθητι Κύριε τῶν υἱῶν Ἐδὼμ, τὴν ἡμέραν Ἰερουσαλήμ· τῶν λεγόντων· Ἐκκενοῦτε, ἐκκενοῦτε ἕως τῶν θεμελίων αὐτῆς. Mſ. Alex. ἕως δ ὁ θεμέλιος ἐν αὐτῇ.

℣℣. 8. 9. Eadem refert Hilar. in hunc Pſ. nec diſſimiliter hab. Pſ. ibid. præfixus, niſi quòd delet *tuam*, poſt *retributionem.* Delet pariter Brev. Moz. ſed addit, *quantùm retribuiſti nobis ;* ultimòque, *parvulos ſuos ad petram.* Pſalt. Rom. hab. *quam tu retribuiſti nobis ;* cæt. ut in Vulg. Ambr. l. 2. de pœnit. to. 2. 439. b. 440. a. *Filia Babyl. miſera : beatus, qui tenebit, & allidet parvulos tuos ad petram.* Paulin. de vita Ambroſ. p. xi. d. *& allidet parvulos ejus ad petram.* Tichon. verò reg. 4. p. 60. a. *Felix eſt, qui obtinebit, & collidet parvulos ſuos ad petram.* Auguſt. *Filia Bab. infelix : beatus, qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retrib. nobis. Beatus, qui tenebit, & elidet infantes tuos ad petram.* Proſp. & Caſſiod. textui Sang. conſentiunt unà cum Gr. Proſp. tamen leg. *retribuit tibi*, ut & Mſ. 1. Caſſiod. cum edd. Eucherius, quæſt. in Pſ. p. 847. c. *Beatus, qui reſtituet tibi quod tu reſtituiſti nobis.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 983. e. *Beatus, qui tenebit, & allidet parvulos ſuos ad petram.*

Digitized by Google

VULGATA HOD.

1. Ipſi David. CXXXVII.

CONfitebor tibi Domine in toto corde meo : quoniam audiſti verba oris mei.

In conſpectu angelorum pſallam tibi : 2. adorabo ad templum ſanctum tuum, & confitebor nomini tuo,

Super miſericordia tua, & veritate tua : quoniam magnificaſti ſuper omne, nomen ſanctum tuum.

3. In quacunque die invocavero te, exaudi me : multiplicabis in anima mea virtutem.

4. Confiteantur tibi Domine omnes reges terræ : quia audierunt omnia verba oris tui :

5. Et cantent in viis Domini : quoniam magna eſt gloria Domini.

6. Quoniam excelſus Dominus, & humilia reſpicit : & alta à longè cognoſcit.

7. Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me : & ſuper iram inimicorum meorum extendiſti manum tuam, & ſalvum me fecit dextera tua.

8. Dominus retribuet pro me :

HEBR.

David. CXXXVIII.

CONfitebor tibi Domine in toto corde meo :

In conſpectu deorum cantabo tibi : adorabo in templo ſancto tuo, & confitebor nomini tuo,

Super miſericordia tua, & veritate tua : quia magnificaſti ſuper omne nomen eloquium tuum.

In die invocabo, & exaudies me : dilatabis anima mea fortitudinem.

Confiteantur tibi Domine omnes reges terræ : quoniam audierunt eloquia oris tui.

Et cantent in viis Domini : quoniam magna gloria Domini :

Quoniam excelſus Dominus, & humilia reſpicit : & excelſa de longè cognoſcit.

Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me : ſuper furorem inimicorum meorum mittes manum tuam, & ſalvabit me dextera tua.

Dominus operabitur pro me : Do-

VERSIO ANTIQUA.

1. Pſalmus David. CXXXVII. *Ex Mſ. Sangerm.*

*CONfitebor tibi Domine in toto corde meo :

In conſpectu angelorum pſallam tibi : 2. adorabo ad templum ſanctum tuum, & confitabor nomini tuo,

Super miſericordia tua, & ſuper pietate tua : quoniam magnificaſti ſuper omnia, nomen tuum ſanctum.

3. In quacunque die invocavero te, exaudi me : multiplicaſti me in anima mea in virtute tua.

4. Confiteantur tibi Domine omnes reges terræ : quia audierunt omnia verba oris tui :

5. Et cantent in canticis : quoniam magna eſt gloria nominis tui.

6. Quoniam excelſus Dominus, & humilia reſpicit : & alta de longè cognoſcit.

7. Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me : & ſuper iram inimicorum meorum extendiſti manus tuas, & ſalvum me fecit dextera tua.

8. Domine retribues prop-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Auguſt. *Totus titulus eſt : Ipſi David.* Similiter apud Caſſiod. In Gr. verò ita : Ψαλμος τῷ Δαυὶδ, Ἀγγαὶ, καὶ Ζαχαρίου.

* Hilar. legit cum Pſalt. Corb. *Confitebor tibi Dom. in toto corde meo : quoniam audiſti verba oris mei. Et in conſpectu ang. pſallam tibi.* Moz. *quoniam exaudiſti verba oris mei.* Rom. *quon. exaudiſti omnia verba oris mei. Et in conſpectu*, &c. Auguſt. *Confitebor..... quoniam audiſti verba oris mei. Et coram angelis pſallam tibi.* Proſp. *quoniam audiſti omnia verba oris mei. In conſpectu*, &c. Caſſiod. *quoniam exaudiſti verba oris mei. Et in conſpectu*, &c. Gr. ordinem verſiculorum ſic invertit : Ἐξομολογήσομαί σοι Κύριε ἐν ὅλῃ καρδίᾳ μου· ἐν ἐναντίον ἀγγέλων ψαλῶ σοι· ὅτι ἤκουσας πάντα τὰ ῥήματα τοῦ στόματός μου. Obſervat Hieron. in comment. hunc verſiculum, *quoniam audiſti*, &c. abeſſe ab Hebræo ; abeſt etiam à Mſ. Græco Alex. ſicut à textu Theodoreti, licet ipſe in explanat. videatur eum indicare, teſte Nobilio.

℣. 2. Hilar. in comment. ita legit cum Pſ. ibid. præfixo, necnon Pſalt. Corb. & Moz. *adorabo ad templum..... & confitebor nomini tuo, ſuper miſericordiam tuam, & veritatem tuam : quon. magnif. ſuper omnia*, (Vatic. & Mozar. *ſuper omnes*,) *nomen ſ. tuum* (Corb. *tuum ſanctum.*) Similiter hab. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. niſi quòd Rom. τῷ *nomini tuo* addit *Domine*, legitque cum Caſſiod. *ſuper nos*, non *ſup. omnia*, vel *omnes* ; in Mediol. tamen & Carnut. *ſuper omnia.* Apud Auguſt. in eund. Pſ. *adorabo.....* & *confit. nom. tuo, in miſericordia tua*, & *..... quon. magnif. ſuper omne*, &c. Apud Proſp. *ſuper miſericordia tua*, & *..... quon..... magnif. ſuper nos*, &c. inf. in explanat. *ſuper omnes* ; de quo ult. Hieron. epiſt. ad Sun. & Fret. to. 2. col. 662. c. ita ſcribit : *In Græco reperiſſe vos dicitis*, ſuper omnes ; *ſed in LXX. legitur*, ὅτι ὑμεγάλυνας ἐπὶ πᾶν τὸ ὄνομα τὸ ἅγιόν σου, *ſicut & nos in Latinum vertimus. Cæterùm apud Hebræos ita eſſe cognoſcite :* quia magnificaſti ſuper omne nomen verbum tuum. *Juxta editionem autem Latinam hic ſenſus eſt :* quoniam magnificaſti ſuper omne nomen, *hoc eſt, quod in cælo & in terra dici poteſt ſanctum*, filium tuum.

℣. 3. Sic eſt in Pſalt. Carnut. poſito uno *velociter*, ante *exaudi me* ; Mediol. hab. *citò exaudi me.* Corb. *velociter exaudi me : multiplicaſti me in animam meam virtute tua.* Mozar. *velociter exaudi me : multiplicabis animam meam in virtute tua.* Rom. cum Pſ. Vatic. apud Hilar. *multiplicabis in anima mea virtutem tuam.* Hilar. ipſe in comment. cum Hieron. in Iſai. 52. to. 3. 379. e. *multiplicabis me in anima mea in virtute tua :* ſubdit Hieron. *Pro* multiplicabis me, *in Græco dicitur* πολυωρήσεις με, *quod eſt*, *multa cura & ſolicitudine dignum habebis.* Auguſt. in hunc Pſ. *citò exaudi me : multiplicabis me in anima mea virtute.* Proſp. ibid. *In quocunque die..... velociter exaudi me : multiplicabis me in anima mea in virtute multa.* Caſſiod. in eundem Pſ. *multiplicabis in animam meam virtutem multam.* Gr. ταχὺ ἐπάκουσόν μου πολυωρήσεις με ἐν ψυχῇ μου δυνάμεως· Mſ. Alex. ἐν δυνάμει, abſque ως.

℣. 4. Similiter habent Hilar. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum Gr. In Pſ. è Mſ. Vat. apud Hilar. deeſt *omnia.* In Mozar. *qui audierunt omnia*, &c.

℣. 5. Pſalt. Corb. Carnut. & Rom. *Et cantent in canticis Domino : quoniam magna eſt gloria Domini.* Caſſiod. *Et cantent in canticis Domini : quoniam*, &c. Proſp. verò cum Pſalt. Moz. & Gr. *Et cantent in viis Dom. quon. magna gloria Domini.* Apud Hilar. quoque & Auguſt. *Et cantent in viis*, &c. ut in Vulg. Commutatio autem τῶν *canticis*, cum *viis*, orta eſt à ſimilitudine vocum Græcarum ᾠδῶν, & ὁδῶς ; quidam videlicet legêre ὁδοῖς, *viis*, ſicut hab. etiamnum edit. Rom. alii ᾠδαῖς, *canticis*, ut in editt. Ald. & Compl.

℣. 6. Addidimus vocem *Dominus*, quæ deerat in Mſ. etenim locus vacuus ibid. relictus eſt. Addit etiam Hilar. in hunc Pſ. ut & alia quæ ſupra. Similiter Caſſiod. cum Proſp. niſi quòd Caſſiod. hab. *à longè cognoſcit*, Proſp. *à longè agnoſcit.* Brev. Moz. *de longè agnoſcit.* Pſalt. Rom. *Quoniam excelſus Dominus humilia reſpicit : & alta à longè agnoſcit.* Corb. & *excelſa à longè cognoſcit.* Auguſt. in hunc Pſ. *Quoniam excelſus Dominus*, & *humilia reſpicit : excelſa autem à longè cognoſcit.* Gr. Ὅτι ὑψηλὸς Κύριος, καὶ τὰ..... καὶ τὰ ὑψηλὰ ἀπὸ μακρόθεν γινώσκει.

℣. 7. Sic in Pſalt. Corb. dempto 1. &. Hilar. quoque, Auguſt. & Proſp. delent &, ante *ſuper iram*, ſed legunt *manum tuam :* Mſs. tamen Hilar. duo, Reg. & Turon. omiſſâ voce *meorum*, ſubjiciunt *manus tuas.* Caſſiod. ut in Vulg. Gr. tollit &, ſubditque inf. ἐξέτεινας χεῖράς σου, καὶ, &c. Pſ. è Mſ. Vatic. ap. Hilar. hab. *inimicorum tuorum ;* Gr. verò μου.

℣. 8. Pſalt. Rom. cum Moz. *Domine retribue pro me ;*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. ter me : Domine miſericordia tua in ſæcula : opera manuum tuarum non omittas.	*mine miſericordia tua in æternum : opera manuum tuarum ne dimittas.*	Domine miſericordia tua in ſæculum : opera manuum tuarum ne deſpicias.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Domine miſ. tua in æternum ; Rom. *in ſæculum*, &c. ut in Vulg. Corb. *Dominus retribuet propter me : Domine miſ. tua in ſæcula : opera... ne deſpicias.* Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1089. b. cum Pſ. præf. ap. Hilar. *Domine retribues pro me : Domine... in ſæculum : op. man. tuarum non omittas.* Similiter hab. Hilar. ipſe in comment. præter hoc 1. *Dominus retribuet :* rurſuſque *non omittas*, l. 12. de Trin. col. 118. d. Auguſt. & Caſſiod. *Domine retribues pro me : Dom. miſ. tua in æternum : opera... ne deſpicias.* Sic etiam ap. Proſp. excepto uno *retribue*. In Gr. Κύριε ἀνταποδώσεις... εἰς τὸν αἰῶνα· τὰ ἔργα..... μὴ παρίδῃς. Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. Κύριος ἀνταποδώσει.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 1. In finem, Pſalmus David. CXXXVIII.	*Victori David Canticum. CXXXIX.*	1. In finem, Pſalmus David. CXXXVIII.
* DOmine probaſti me, & cognoviſti me : 2. tu cognoviſti paſſionem meam, & reſurrectionem meam.	*DOmine inveſtigaſti me, & cognoviſti : tu cognoviſti ſeſſionem meam, & reſurrectionem meam.*	DOmine probaſti me, & cognoviſti me : 2. tu cognoviſti ſeſſionem meam, & reſurrectionem meam.
3. Intellexiſti omnes cogitationes meas de longè : ſemitam meam, & directionem meam inveſtigaſti.	*Intellexiſti malum meum de longè : ſemitam meam, & accubationem meam eventilaſti.*	3. Intellexiſti cogitationes meas de longè : ſemitam meam, & funiculum meum inveſtigaſti.
4. Et omnes vias meas prævidiſti : quoniam non eſt dolus in lingua mea.	*Et omnes vias meas intellexiſti : quia non eſt eloquium in lingua mea.*	4. Et omnes vias meas prævidiſti : quia non eſt ſermo in lingua mea.
5. Ecce Domine tu cognoviſti omnia, noviſſima & antiqua : tu firmaſti me, & poſuiſti ſuper me manum tuam.	*Ecce Domine noſti omnia : retrorsùm & ante formaſti me, & poſuiſti ſuper me manum tuam.*	5. Ecce Domine tu cognoviſti omnia, noviſſima & antiqua : tu formaſti me, & poſuiſti ſuper me manum tuam.
6. Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me : confirmata eſt, & non potero ad eam.	*Mirabilior eſt ſcientia à me : excelſior eſt, non potero ad eam.*	6. Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me : confortata eſt, & non potero ad eam.
* *Mſ.* ibi. 7. Quò * ibo à ſpiritu tuo ? & quò à facie tua fugiam ?	*Quò ibo à ſpiritu tuo ? & quò à facie tua fugiam ?*	7. Quò ibo à ſpiritu tuo ? & quò à facie tua fugiam ?
8. Si aſcendero in cœlum, tu illic es : ſi deſcendero in infernum, ades.	*Si aſcendero in cœlum, ibi es tu : ſi jacuero in inferno, ades.*	8. Si aſcendero in cœlum, tu illic es : ſi deſcendero in infernum, ades. *Amos 9. 2.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Caſſiod. in hunc Pſ. Pſalt. Rom. ſic invertit : *In finem, David Pſalmus.* Ambr. l. de fuga ſæc. c. 5. col. 429. e. ait : *Titulus Pſalmi, In finem eſt.* Gr. Εἰς τὸ τέλος, Ψαλμὸς τῷ Δαυίδ.

* ℣. 2. Lectio inſignis, *tu cognoviſti paſſionem meam*, ſed unius Manuſcr. Sangerm. alia quippe vetera Pſalteria ſcribunt *ſeſſionem*, &c. de Vulg. quibus accinunt PP. Latini, Hilar. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. necnon Ambroſ. cùm l. de fuga ſæc. c. 5. col. 429. e. tum in Pſ. 39. col. 868. a. ſolus Hilar. tollit *tu*, ante *cognoviſti*. Græcè conſtanter : σὺ ἔγνως τὴν καθέδραν μου, &c. ut ſup. Hanc autem vocem, καθέδραν, ſeu *ſeſſionem*, de *paſſione* Chriſti ſcribi potuiſſe interpretatur Auguſt. ubi ſup. cùm ſubdat : *Quid hic ſeſſio ? quid hic reſurrectio ? Qui ſedet humiliat ſe. Sedit ergo Dominus in paſſione, ſurrexit in reſurrectione :* & infra : *Si ex perſona capitis noſtri accipis, ſic intellige* tu cognoviſti ſeſſionem meam, & reſurrect. meam *i paſſionem meam, & reſurrectionem meam.* Hanc etiam interpretationem admittunt S. Proſp. & Caſſiod. in comment.

℣. 3. Sic Hilar. ad verbum. Pſ. verò præfixus apud ipſum : *Intellexiſti cogit. meas de longè : ſemitas meas, & directiones meas inveſtigaſti.* Pſalt. Moz. *Intellexiſti cogit. meas de longè : ſemitam meam, & limitem meum tu inveſtigaſti.* Carnut. Corb. & Rom. cum Caſſiod. *Intellexiſti cogitat. meas à longè : ſemitam meam, & directionem meam inveſt.* Mediolan. & *ſunem meum inveſtigaſti.* Auguſt. cum Proſp. *Intellexiſti cogitationes meas de longinquo* (Proſp. *de longè :*) *ſemitam meam, & limitem meum inveſtigaſti.* Vict. Tun. apud Ambroſ. col. 592. d. *Cogit. meas à longè vidiſti.* Gr. Σὺ συνῆκας τὰς διαλογισμές μου ἀπὸ..... τρίβον μου, καὶ τὸν χοῖνόν μου ἐξιχνίασας, Mſ. Alex. σὺ ἐξιχνίασας. Non omittendum quod Hilarius loco cit. ait, col. 509. c. *Quod nobiſcum ſemita eſt, alia virtute atque intelligentiâ cum Græcis eſt : τρίβων enim nuncupant, id eſt, frequenti ingreſſu diſcurſuque contritam..... Quod autem noſtri* directionem *tranſtulerunt, id illi ex Hebræo* χοινίον *interpretati ſunt :* χοινίκιον *autem, quarumdam gentium conſuetudine, certum & conſtitutum modum itineris ſignificat ; ut quod nos millia, id illi* χοινίον *nuncupent.*

℣. 4. Sic in Pſalt. Rom. eſt, necnon in Me diol. Carnut. Corb. & Moz. Sic etiam apud Hilar. Aug. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. In Gr. ὅτι οὐκ ἔστι λόγος ἀδόλιος ἐν, &c. Hieron. verò epiſt. ad Sun. & Fret. to. 2. 663. a. cum Vulg. *quia non eſt ſermo in lingua mea :* tum addit : *Pro quo in Græco legiſſe vos dicitis :* quia non eſt dolus in lingua mea, *quod ſolum VI. Editio interpretata eſt. Cæterùm & apud LXX. & apud omnes Interpretes, & ipſum Hebraïcum, vel* λαλίαν, *vel* λόγον, *id eſt*, eloquium, & verbum, *ſcriptum habet.*

℣. 5. Hilar. & Caſſiod. leg. cum Pſalt. Moz. & Rom. *Ecce tu Domine cognoviſti..... tu formaſti me*, &c. Auguſt. cum Proſp. *Ecce Domine tu cognoviſti..... tu finxiſti me, & poſuiſti*, &c. Item Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1092. d. *tu finxiſti me, & poſuiſti*, &c. Pſalt. Corb. *Ecce Domine cognoviſti..... tu formaſti me, & impoſuiſti ſuper me*, &c. Gr. Ἰδοὺ Κύριε σὺ ἔγνως..... σὺ ἔπλασάς με, &c.

℣. 6. Hilar. in hunc Pſ. nil differt à Vulg. Ambroſ. verò l. 6. Hexa. col. 132. f. legit : *Mirabilis facta eſt cognitio tua ex me.* Auguſt. cum Proſp. *Mirificata eſt ſcientia tua ex me : invaluit, non potero ad illam.* Caſſiod. cum Pſalterio Rom. *nec potero ad eam.* Corb. *Mirificata eſt ſcientia tua à me*, &c. ut in Vulg. Gr. Ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσίς σου..... ὑπερτατώθη, ὃ μὴ δύνωμαι πρὸς αὐτήν.

℣℣. 7. 8. Hilar. in hunc Pſ. ita legit cum Pſalt. Corb. *Quò ibo ab ſpiritu tuo ? & quò à facie tua fugiam ? Si..... ſi deſcendero ad infernum, ades :* & inf. col. 513. c. 514. d. *Quò abibo*, vel *quò ibo ab ſpiritu tuo ? aut à facie tua quò fugiam ?... ſi deſcendero in infernum*, &c. & l. 1. de Trin. 769. d. ex Mſs. *Quò ibo..... aut à facie tua quò fug..... ſi deſcendero in infernum*, & *ibi ades :* & l. 4. col. 831. b. *Quò abibo ab ſpiritu tuo ? & à facie tua quò fug..... ſi deſcendero ad infernum, ades.* Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1219. d. *Quò ibo à ſpiritu tuo ? & quò à facie tua fug. Si..... tu ibi es : ſi deſcend. in infernum, ades :* & in Luc. 2. col. 1313. c. *Si aſcend..... tu ibi es : ſi deſcend. ad infernum, ades :* at in Luc. 17. col. 1479. e. *Si aſcend..... ibi eſt : ſi deſcend. in infern. adeſt :* & l. 3. de fide, to. 2. 517. a. *Si aſcend..... tu illic es : ſi deſcend. ad infern. ades :* & l. 1. de Spir. S. to. 2. 612. a. 617. d. *Quò ibo à..... aut quò à facie*, &c. Victor Tun. ap. Ambroſ. col. 592. c. *Quò ibo à..... & à facie tua quò fug. Si aſcendero in..... tu ibi es : ſi deſcend. in inferos*, tu

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
9. Si ſumpſero pennas meas diluculo, & habitavero in extremis maris:	*Si ſumpſero pennas diluculo, habitavero in noviſſimo maris:*	9. Si ſumpſero pennas meas ante lucem in directum, & habitavero in poſtremis maris: *Ex Mſ. Sangerm.*
10. Etenim illuc manus tua deducet me: & tenebit me dextera tua.	*Etiam ibi manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua.*	10. Etenim illic manus tua deducet me: & tenebit me dextera tua.
11. Et dixi: Forſitan tenebræ conculcabunt me: & nox illuminatio mea in deliciis meis.	*Si dixero: Fortè tenebræ operient me: nox quoque lux erit circa me:*	11. Et dixi: Forſitan tenebræ conculcabunt me.
12. Quia tenebræ non obſcurabuntur à te, & nox ſicut dies illuminabitur: ſicut tenebræ ejus, ita & lumen ejus.	*Nec tenebræ habent tenebras apud te, & nox quaſi dies lucet: ſimiles ſunt tenebræ & lux.*	12. Quia tenebræ non obſcurabuntur à te, & nox inluminatio mea in deliciis meis, & nox ſicut dies inluminabitur: ſicut tenebræ ejus, ita & lumen ejus.
13. Quia tu poſſediſti renes meos: ſuſcepiſti me de utero matris meæ.	*Quia tu poſſediſti renes meos, orſuſque es me in utero matris meæ.*	13. Quia tu poſſediſti renes meos Domine: ſuſcepiſti me de utero matris meæ.
14. Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es: mirabilia ope-	*Confitebor tibi, quoniam terribiliter magnificaſti me: mirabilia*	14. Confitebor tibi quoniam terribiliter mirificatus ſum:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ibi venies. Auct. l. ad Virg. devot. ap. eund. col. 367. c. *Quò ibo à..... & à facie tua quò fug. Si... tu illic es: ſi deſcend. ad inf. ades.* Novatianus de Trin. p. 1034. a. *Si aſcendero in..... tu ibi es: ſi deſcend. ad inferos, ades.* Victor Vit. l. 3. de perſec. Afric. p. 34. c. Vulgatæ congruit. Hieron. ſimiliter epiſt. ad Marcell. to. 4. col. 166. f. niſi quòd hab. *ad infernum.* Itidem Auguſt. cum Proſp. in hunc Pſ. Proſper tamen hab. *aut quò à facie*, &c. & Auguſt. epiſt. 187. ad Dardan. to. 2. 622. c. *Quò abibo à... & à facie tua quò fug..... tu ibi es: ſi deſcend. ad infernum, ades:* item in Job, to. 3. 646. d. *tu ibi es;* ſicut l. 1. de ſerm. Dom. in mon. to. 3. 178. f. Vide etiam in Pſ. 143. col. 1597. e. ubi legit *quo ibo.* Philaſtr. Brix. de hæreſ. p. 715. c. *Quò fugiam a ſpiritu tuo? & à facie tua quò vadam?* Similiter hab. Gaud. Brix. ſerm. 14. p. 965. h. ſubditque: *Si aſcend. in cælum, tu illic es: ſi deſcend. in infern. ades.* Vigil. Tapſ. cont. Varimad. p. 744. h. *Quò ibo à..... & à facie tua quò fug. Si..... tu ibi es: & ſi deſcend. in infern. ades:* & inf. p. 748. h. *tu illic es: ſi deſcend. in abyſſum, ades:* & l. 5. de Trin. *Quò ibo à..... aut quò à facie tua fug. Si aſcend..... tu illic es: & ſi deſcend. in inf. tu ades illic.* Fulg. l. 2. ad Monim. p. 33. & Caſſiod. non differunt à Vulg. niſi quòd hab. *& à facie tua quò fugiam?* Brev. Moz. *ibi es: & ſi deſcendero in inf.* &c. Sic etiam apud Fulg. l. de Trin. c. 6. p. 334. & l. 2. ad Traſim. p. 105. at fragm. 8. cont. Fab. *ibi tu es: ſi deſcend.* &c. Gr. Πῦ πορευθῶ ἀπὸ τῦ..... ἢ ἀπὸ τῦ..... πῦ φύγω; Ἐὰν..... σὺ ἐκεῖ εἶ· ἐὰν καταβῶ εἰς τὸν ᾅδην, πάρει.

℣. 9. Novatianus de Trin. p. 1034. a. b. *Et ſi aſſumpſero alas meas, & abiero trans mare.* Hilar. tum in hunc Pſ. cum Pſ. ibid. præfixo, tum l. 1. & 4. de Trin. col. 769. d. 831. b. *Si ſumpſero pennas meas ante lucem, & habitavero in poſtremis maris.* Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1219. d. *Si ſumpſero pennas meas ante lucem, & habitem in noviſſimo maris:* rurſum *ante lucem*, l. de fuga ſæc. c. 5. col. 429. d. & in Luc. 24. col. 1538. c. ubi addit: *& habitem in extremo maris.* Victor Tun. ap. ipſum, col. 592. c. *Si recepero pennas meas directas, ut inhabitem in noviſſimo maris.* Auctor l. ad Virg. devot. apud eund. col. 367. c. *Si ſumpſero pennas meas ante lucem, & habitavero in extremo maris.* Victor Vit. l. 3. de perſec. Afric. p. 44. c. *Si ſumpſero pennas meas in directum, & habitavero in extremis maris.* Auguſt. in hunc Pſ. *Si recipiam pennas meas in directum, & habitabo in extrema maris;* inf. *in noviſſima maris:* item in Job, to. 3. 667. f. *Si recipiam pennas meas in directum;* ſicut l. 1. de ſerm. Dom. in mon. to. 3. 178. f. ubi addit, *& habitabo in noviſſima maris:* at in Pſ. 103. col. 1139. f. *Si accepero pennas meas ſicut columba, & volabo in extrema maris:* & in Pſ. 143. col. 1597. e. *Si aſſumpſero pennas meas ut columba, & volabo in extrema maris.* S. Proſper, & Caſſiod. *Si ſumpſero pennas meas in directum, & habitavero in poſtremis maris.* Vigil. Tapſ. l. 5. de Trin. *Si aſſumpſero pennas meas ante lucem*, &c. ut in Vulgata. Itidem Fulg. l. 2. ad Monim. præter hoc, *& habitavero in noviſſimo maris:* at l. de Trin. c. 6. p. 334. *Si ſumpſero pennas meas in directum, & habit. in noviſſimo maris:* & l. 2. ad Traſim. c. 15. p. 105. *Si aſſumpſero pennas meas in directione, (ſive ſicut alia translatio habet,* ante lucem,*) & habitavero in noviſſimo maris.* Pſalt. Rom. *Si ſumpſero pennas meas ante lucem, & habitavero in poſtremo maris.* Carnut. quoque hab. *ante lucem*, cum Corb. & Moz. Mediolan. *à matutino.* Ed. Rom. Ἐὰν ἀναλάβω τὰς πτέρυγάς μυ κατ' ὄρθον, καὶ κατασκηνώσω εἰς τὰ ἔσχατα τῆς, &c. Mſ. verò Alex. cum edd. Ald. & Compl. κατ' ὀρθρον.

℣. 10. Ita fert Hilar. in hunc Pſ. ut & l. 1. & 4. de Trin. col. 769. d. 831. b. Ita etiam Vigil. Tapſ. contra Varim. p. 744. h. & Auct. l. ad Virg. devot. apud Ambroſ. col. 367. c. Item Caſſiod. cum Pſalt. Moz. & Rom. Vatic. autem ap. Hilar. addit *Domine* in fine. Novatian. de Trin. ap. Tertul. p. 1034. b. ita legit: *Ibi manus tua apprehendet me: & dextera tua detinebit me.* Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1219. d. *Etenim ibi manus tua deducet me*, &c. ut in Vulg. & in Luc. 24. col. 1538. c. *Etenim illico manus tua deducet me.* Victor Tun. apud Ambroſ. col. 592. c. *Etenim illuc manus tua Domine deducet me: & continebit me dextera tua.* Concinit Victor Vit. l. 3. de perſ. Afric. p. 44. c. ſicut Fulg. l. de Trin. c. 6. p. 334. dempto uno *Domine:* Fulg. tamen l. 2. ad Monim. c. 6. p. 33. hab. *tenebit*, pro *continebit;* l. verò 2. ad Traſim. c. 15. p. 105. leg. *continebit.* Hieron. epiſt. ad Marcell. to 4. 166. f. *Etenim ibi manus tua deducet me: & continebit me dextera tua.* Auguſt. in hunc Pſ. cum Proſp. *Etenim illuc manus tua deducet me: & adducet me dextera tua:* at Auguſt. in Pſ. 103. & 143. col. 1139. f. 1597. f. *& perducet me dextera tua:* & l. 1. de ſerm. Dom. in mon. to. 3. 178. f. *& continebit me dextera tua.* Gaud. Brix. ſerm. 14. p. 966. a. *Etenim illic manus tua tenebit me: & deducet me dextera tua.* Vigil. Tapſ. l. 5. de Trin. *Etenim inde manus tua deducet me*, &c. ut in Vulg. Gr. Καὶ γὰρ ἐκεῖ ἡ χεὶρ συ ὁδηγήσει με· & καθέξει με ἡ δεξιά συ.

℣℣. 11. 12. Ordo verſiculorum perturbatus videtur in autogr. noſtro. Hilar. verò ita legit: *Et dixi: Forſitan tenebræ conculcabunt me: & nox illuminatio in deliciis meis. Quia tenebræ non obſcurabuntur à te, & nox ſicut dies illuminabitur*, &c. ut in Vulg. at inf. *illuminabitur à te.* Ambroſ. ſimiliter l. 1. de interpell. Job, c. 5. col. 631. a. *& nox ſicut dies illuminabitur.* Hieron. epiſt. ad Cypr. to. 2. 700. a. *tenebræ non abſcondentur à te:* & in Iſai. 29. col. 248. d. *ſicut tenebræ ejus, ita & lux ejus.* Auguſt. in hunc Pſ. *Et dixi: Fortaſſe tenebræ conculcabunt me: & nox illuminatio in deliciis meis. Quon. tenebræ non obtenebrabuntur à te, & nox tanquam dies illuminabitur: ſicut tenebræ ejus, ſic & lumen ejus.* Proſp. quoque hab. *Et dixi: Fortaſſe tenebræ..... & nox illuminatio in deliciis meis;* cæt. verò ut in Vulg. Caſſiod. in eund. Pſ. ab ipſa nil diſcrepat: præfat. tamen in Pſ. 2. legit: *Quoniam tenebræ non tenebrabuntur abs te Domine.* In Pſalt. Moz. vitioſè, *& vox illuminatio mea.* Exinde in Corb. *& nox ſicut dies in lumina ejus: ſicut teneb. ejus, ita & lux ei.* Græcè: Καὶ εἶπα· Ἆρα σκότος καταπαλῶσέ με· & νὺξ φωτισμὸς ἐν τῇ τρυφῇ μυ. Ὅτι σκότος ὐ σκοτιάσει ἀπό συ, & νὺξ, &c. ut ſup.

℣. 13. Sic habent Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum Gr. Hilarius cum Pſalt. Rom. *Quia tu Domine poſſediſti*, &c. ut in Vulg. Ambroſ. epiſt. 82. col. 1103. a. & l. de exhort. virg. to. 2. 288. b. *Poſſediſti renes meos:* & l. 2. de interpel. Dav. c. 5. to. 1. 645. e. ac in Pſ. 40. col. 881. c. necnon epiſt. 81. to. 2. col. 1100. a. *ſuſcepiſti me ex utero matris meæ.* Auguſt. etiam & Proſp. hab. ſup. *ex utero.*

℣. 14. Hilarius in hunc Pſ. ſimiliter legit: *Confitebor tibi quia terribiliter mirificatus ſum: mira opera tua, & anima mea novit valde.* Pſ. verò ibid. præfixus hab. *mirabilia opera, & novit nimis.* At Auguſt. in eund. Pſ. *Confitebor tibi*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
In Mſ. Sangerm. mira opera tua, & anima mea novit nimis.	*opera tua, & anima mea novit nimis.*	ra tua, & anima mea cognoſcit nimis.
15. Non occultum oſſum meum ad ea, quæ feciſti in occulto: & ſubſtantia mea in inferioribus terræ.	*Non ſunt operta oſſa mea à te, quibus factus ſum in abſcondito; imaginatus ſum in noviſſimis terræ.*	15. Non eſt occultatum os meum à te, quod feciſti in occulto: & ſubſtantia mea in inferioribus terræ.
16. Imperfectum tuum viderunt oculi mei, & in libro tuo omnes ſcribentur: dies firmabuntur, & nemo in eis.	*Informem adhuc me viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribentur: dies formati ſunt, & non eſt una in eis.*	16. Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribentur: dies formabuntur, & nemo in eis.
17. Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui, Domine: nimis confirmati ſunt principatus eorum.	*Mihi autem quàm honorabiles facti ſunt amici tui, Deus: quàm fortes pauperes eorum!*	17. Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui, Deus: nimis confortatus eſt principatus eorum.
18. Dinumerabo eos, & ſuper arenam multiplicabuntur: & ſurrexi, & adhuc tecum ſum.	*Dinumerabo eos, & arenâ plures erunt: evigilavi, & adhuc ſum tecum.*	18. Dinumerabo eos, & ſuper arenam multiplicabuntur: exſurrexi, & adhuc ſum tecum.
19. Si occidas Deus peccatores: virum ſanguinum declina à te:	*Si occideris Deus impium, viri ſanguinum declinate à me.*	19. Si occideris Deus peccatores: viri ſanguinum declinate à me:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Domine quoniam terrib. mirificatus es: mirabilia op. tua, & anima mea cognoſcit valde. Concinit Proſp. ibid. niſi quòd delet vocem *Domine*, & leg. *cognoſcet*. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Moz. *Confitebor tibi Domine quoniam terrib. mirificatus es: mira* (Moz. *mira ſunt*) *opera tua, & anima mea novit nimis.* Item in Mediol. & Corb. *mirificatus es*, & in Corb. *novit nimis*. Ap. Maxim. Taurin. in hom. p. 5. d. *mirabilia opera tua Domine, & anima mea novit valde.* Græcè: Ἐξομολογήσομαί σοι ὅτι φοβερῶς ἐθαυμαστώθης· θαυμαστὰ..... γινώσκει σφόδρα.

℣. 15. Vulgatæ ſuccinit Hilar. ad verbum. Pſ. verò ibidem præfixus tollit *quod*, ante *feciſti*. Pſalt. Corb. hab. *Non eſt abſconſum os meum à te, quæ feciſti in occulto*, &c. ut ſup. Ambroſ. l. 3. de fide, to. 2. 516. e. *Non eſt occultatum os meum, quod feciſti in abſcondito: & ſubſtantia*, &c. ut ſup. at l. de apol. Dav. col. 697. c. & in Pſ. 37. col. 826. f. *Non eſt abſconditum os meum, quod feciſti in abſcondito.* Similiter hab. Auguſt. tum in hunc Pſ. cum Proſp. tum l. 3. de doctr. Chriſt. to. 3. 46. f. ſubnexo uno *à te*, poſt *abſconditum*. Auguſt. etiam l. cit. de doctr. Chr. ait: *Non elucet legenti utrùm, correptâ litterâ, os pronunciet, an productâ. Si enim corripiat, ab eo quod ſunt oſſa; ſi autem producat, ab eo quod ſunt ora, intelligitur numerus ſingularis: ſed talia linguæ præcedentis inſpectione dijudicantur; nam in Græco non ϛόμα, ſed ὀϛέον poſitum eſt..... Mallem quippe cum barbariſmo dici*, Non eſt abſcond. à te oſſum meum, *quàm ut ideo eſſet minùs apertum, quia magis Latinum eſt:* & infra l. 4. col. 73. f. *Si enim*, inquit, *non piguit dicere Interpretes noſtros*, Non congregabo conventicula eorum de ſanguinibus; *quoniam ſenſerunt ad rem pertinere, ut eo loco pluraliter enunciaretur hoc nomen, quod in Latina lingua tantummodo ſingulariter dicitur; cur pietatis doctorem pigeat imperitis loquentem*, oſſum *potiùs, quàm* os *dicere, ne iſta ſyllaba, non ab eo quod ſunt* oſſa, *ſed ab eo quod ſunt* ora, *intelligatur*. Idem obſervat in hunc Pſ. to. 4. col. 1545. c. *Os ſuum dicit: quod vulgò dicitur* oſſum, *Latinè* os *dicitur: hoc in Græco inveniatur; nam poſſemus hic putare* os *eſſe, ab eo quod ſunt* ora; *non* os *correptè, ab eo quod ſunt oſſa:* & poſt paulò: *Habeo in abſcondito quoddam* oſſum: *ſic enim potiùs loquamur: melius eſt reprehendant nos Grammatici, quàm non intelligant populi.* Item Hilarius in eund. Pſ. col. 519. e. *Oſſa ejus quæ occulta erant, non occultata ſunt.* Caſſiod. Vulgatæ accinit cum Phœbad. Agin. l. cont. Arian. p. 301. d. & Victorino Afro, l. 2. cont. Arium, p. 272. g. In Gr. Οὐκ ἐκρύβη τὸ ὀϛοῦν μου ἀπό σου, ὃ ἐποίησας ἐν κρυφῇ, &c.

℣. 16. Apud Hilar. in hunc Pſ. legitur: *Imperfectum meum viderunt oculi tui:* ſed erratum eſt, ut reor, vel editoris, vel librarii; nam inſita habetur: *Imperfectum tuum viderunt oculi mei;* & in explanatione Hilar. hanc lectionem apertè confirmat, dicens: *Quod Latini translatores* imperfectum *interpretati ſunt, id in Græcis libris* ἀκατέργαϛον *ſcribitur; nec querimur de translatoribus, vereor enim ne non aliter ſignificari ab his potuerit. Id autem quod Græcè eſt* ἀκατέργαϛον, *ſignificat id quod ſine operatione maneat, ut ſit ſibi ipſum, cùm factum tamen non ſit:* imperfectum *autem nobiſcum id demonſtrat, quod cœptum, nec conſummatum ſit. Sed ſi interiùs verbi hujus virtutem pertractemus, poteſt non ſanè à Græcitatis proprietate eſſe diverſum. Deo autem ſoli proprium poteſt eſſe ut ſit, & infectus ſit; quia quod eſt, non eſt neceſſitatis ut fiat; quod autem fit, non eſt antequam fiat: ſed qui æternus eſt, manet, neque factus eſt. Hoc ergo* imperfectum, & *ut ad intelligentiæ profectum dicere audeamus, inoperatum Dei, oculi ejus viderunt:* unde rectè ſubdit: *Imperfectum enim tuum viderunt oculi mei.* Ita etiam refert Pſ. è Mſ. Vatic. apud ipſum: ſubinde Hilar. cum eodem Pſ. addit: *& in libro tuo omnes ſcribentur: die replebuntur, & nemo in his:* & inf. Hilar. *Oculi ejus hoc quod imperfectum Dei eſt viderunt.* Cypr. verò l. de lapſ. p. 190. b. legit: *Quod eſt imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribentur.* Item Ambroſ. l. 3. de fide, c. 14. to. 2. col. 517. *Inoperatum meum viderunt oculi tui:* meliùs fortaſſe ſcripſiſſet: *Inoperatum tuum viderunt oculi mei;* cùm proximè addat: *eò quòd non operis factura ſit Filius, ſed Verbum genitum poteſtatis æternæ:* ἀκατέργαϛον *enim dixit, hoc eſt*, inoperatum, *atque increatum Verbum:* attamen *inoperatum meum*, non *tuum*, conſtanter habet l. de inſtit. virg. to. 2. 271. a. cum Pſalt. Mediolan. Hieron. l. 2. in ep. ad Galat. to. 4. 277. c. *Incompoſitum meum viderunt oculi tui.* Pſalt. Corb. *Imperfectum meum viderunt oculi mei.* Victor Tun. apud Ambroſ. col. 592. d. cum Vulg. *Imperfectum meum viderunt oc. tui.* Ita etiam Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. ſubinde Auguſt. & Proſp. addunt: *& in libro tuo omnes ſcribentur: per diem errabunt, & nemo in eis:* tum Proſp. *ſive, ut in quibuſdam codicibus invenitur, die formabuntur, & nemo in eis.* Idem obſervat Hilar. ubi ſup. col. 521. e. *In quibuſdam codicibus ita legimus:* die formabuntur; *nec multùm differt, repleri, & formari.* Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Mozar. *dies firmabuntur, & nemo in eis.* Mediol. Corb. & Carnut. *per diem formab.* Græc. Vat. Ἀκατέργαϛόν μου εἶδον οἱ ὀφθαλμοί σου, καὶ ἐπὶ τὸ βιβλίον σου πάντες γραφήσονται ἡμέρας πλασθήσονται, &c. Compl. ἡμέραι. Mſ. verò Alex. hab. Τὸ ἀκατέργαϛόν σου εἶδοσαν οἱ ὀφθαλμοί μου. Quidam etiam legiſſe videntur πλασθήσονται, quaſi ſit à πλάζομαι, quod eſt *erro*, non autem à πλατίζομαι, quod *formor*, & *fingor*.

℣. 17. Hilar. & Caſſiod. legunt: *Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui, Deus: nimis confortati ſunt principatus eorum:* ſubdit Hilar. *Græci, id quod noſtri* nimis *tranſtulerunt*, λίαν *interpretati ſunt; in quo magis* valde, *quàm* nimis *continetur.* Et verò Pſalt. Moz. hab. *valde confortatus eſt principatus eorum.* Corb. *valde confirmati ſunt principatus eorum.* Carnut. *nimis confirmati ſunt principatus.* Auguſt. & Proſp. in eund. Pſ. *Mihi autem valde honorificati ſunt amici tui, Deus: valde confortati ſunt principatus eorum.* Auct. l. de ſing. cleric. ap. Cypr. p. 532. c. *Mihi autem vehementer honorificati ſunt amici tui, Deus.* Pſalt. Mediol. *nimis honorandi ſunt amici*, &c. Gr. Ἐμοὶ δὲ λίαν ἐτιμήθησαν οἱ..... λίαν ἐκρατιώθησαν αἱ ἀρχαὶ αὐτῶν.

℣. 18. Pſalt. Rom. *Dinumerabo eos, &..... multiplicabuntur: reſurrexi, & adhuc tecum ſum.* Corb. *& ſuper arena multiplicabuntur: exſurrexi, & adhuc tecum ſum.* Mozar. *& ſurrexi, adhuc ſum tecum.* Pſ. præfixus ap. Hilar. *exſurrexi, & adhuc tecum ſum.* Sic etiam Ambroſ. leg. in Pſ. 39. & 45. col. 863. b. 931. d. Hilar. in comment. *ſurrexi, & adhuc tecum ſum;* cæt. ut in Vulg. Auguſt. verò ab ipſa non differt, neque Proſp. neque Caſſiod. neque Græcum.

℣. 19. Autogr. Sangerm. ſcribit, *declinante à te*, aperto mendo, quod ſuſtulimus, ponendo *declina à te*. Apud Hilar. tamen: *Si occidas Deus peccatorem; viri ſanguinum declinate à me.* Item ap. Caſſiod. & in Pſalt. Corb. ac Rom.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
20. Quia dicitis in cogitatione: Accipient in vanitate civitates tuas.	*Qui contradicent tibi ſceleratè: elati ſunt fruſtra adverſarii tui.*	20. Quia dicis in cogitatione: * Accipient in vanitate civitates ſuas.
21. Nonne qui oderunt te Domine, oderam: & ſuper inimicos tuos tabeſcebam?	*Nonne odientes te Domine, odivi: & contra adverſarios tuos diſtabui?*	21. Nonne qui oderant te, oderam illos: & ſuper inimicos tuos diſtabeſcebam?
22. Perfecto odio oderam illos: & inimici facti ſunt mihi.	*Perfecto odio oderam illos: inimici facti ſunt mihi.*	22. Perfectum odium oderam illos: inimici facti ſunt mihi.
23. Proba me Deus, & ſcito cor meum: interroga me, & cognoſce ſemitas meas.	*Scrutare me Deus, & cognoſce cor meum: proba me, & ſcito cogitationes meas.*	23. Proba me Deus, & ſcito cor meum: interroga me, & ſcito ſemitas meas.
24. Et vide, ſi via iniquitatis in me eſt: & deduc me in via æterna.	*Et vide ſi via doli in me eſt, & deduc me in via æterna.*	24. Et vide, ſi via iniquitatis in me eſt: & deduc me in via æterna.

Ex Mſ. Sangerm.
* *Mſ. vitioſe* Accipiens.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Si occidas; reliqua ut in Vulg. Apud Proſp. *Si occideris Domine peccatores: viri ſanguin.* &c. In Gr. Ἐὰν ἀνελεῖν-ης ἁμαρτωλὸς ὁ Θεός· ἄνδρες αἱμάτων ἐκκλίνατε ἀπ' ἐμοῦ. Al. ex Chryſoſt. habet παραβάλλω, loco ἁμαρτωλός.

℣. 20. Pſalt. Rom. *Quia dicitis in cogitationibus veſtris: Accipiant in vanitate civitates ſuas.* Mozar. *Qui dicitis in cogitationibus veſtris: Accipient in vanitate civit. ſuas.* Carnut. *Dices in cogitatione.* Mediolan. *Contentioſi eſtis in cogitationibus..... civit. ſuas.* Pſ. è Mſ. Vatic. ap. Hilar. *Quia contentiones in cogitatione, accipient in vanitate civitates tuas.* Hilar. verò in comment. col. 524. b. *Quoniam dices in cogitatione: Accipient in vanitatem civitates ſuas:* at inf. col. 525. a. *Quia contentiones in cogitatione, accipient in vanum civit. ſuas.* Hujus varietatis rationem affert ibid. col. 524. b. c. dicens: *Latina tranſlatio, dum virtutem dicti ignoras, magnam intulit obſcuritatem, non diſcernens ambigui ſermonis proprietatem: quod enim nobiſcum ſcribitur*, quoniam dices in cogitatione, *cum Græcis hoc modo eſt*, ὅτι ἐρεῖς εἰς διαλογισμόν· *& illud* ἐρεῖς, *pronunciatione non diſtinguitur, ut aut* dicis *intelligatur, aut* contentio; *utrumque enim ſub iiſdem verbis ſignificatur hoc dicto. Sed hi qui Hebraïci ſermonis ſcientiam conſecuti ſunt, non* dicis, *ſed* contentiones, *in eo quod* ἐρεῖς *tranſlatum eſt, prodiderunt. Et ſanè id ita eſſe ratio & intelligentia monſtrabit.* Auguſt. ita legit: *Quoniam dices in cogitatione: Accipient in vanitate civitates ſuas.* Proſp. *Quòd dicitis in cogitatione: Accipient... civ. ſuas.* Caſſiod. *Quia dicitis in cogitationibus: Accipient... civ. ſuas.* Pſalt. Corb. *Quia dicens in cogitatione: Accipient in vanitates civitates ſuas.* Gr. Vatic. Ὅτι ἐρεῖς εἰς διαλογισμόν· Λήψονται εἰς ματαιότητα τὰς πόλεις σου. Obſervat tamen Nobilius in Notis, cum Lamberto Boz in edit. ſua LXX. vocem ἐρεις in cod. Vatic. ſine accentu ſcriptam fuiſſe, & poſtea mutatam in ἔρεις, *contentio*; quæ lectio reperitur etiam in commentariis Gr. in quibus eſt: γράφεται· Ὅτι ἔρεις εἰς διαλογισμούς. Apollin. hab. ἐρέις. Edd. Ald. & Compl. Ὅτι ἐρεῖσαί ἐστε, *Quia litigioſi eſtis.* Aquila, Ὅτι ἀντιλέξουσί σοι εἰς ἀπάτην, *Quia contradicent tibi in prava cogitatione.* Theodot. Ὅτι ἐρίζουσί σοι εἰς διαλογισμόν, *Quoniam concertabunt tecum in cogitatione.* Symm. Οἵτινες ἀντιλαλήσαί σοι διαλογισμῷ, *Qui quidem locuti ſunt contra te cogitatione.* V. Editio, Ὅτι παρεπικράνατέ με ἐν κακοβουλίᾳ, *Quoniam exacerbaverunt te in malo conſilio.*

℣. 21. Hilar. cùm in hunc Pſ. tum in Pſ. 118. col. 349. e. legit: *Nonne odientes te Domine, odivi: & ſuper inimicos tuos tabeſcebam?* Itidem Hieron. in Eccleſ. to. 2. col. 764. c. Ambroſ. quoque in Pſ. 118. col. 1132. a. & 1200. a. & *ſuper inimicos tuos tabeſcebam.* Auguſt. verò: *Nonne eos qui oderant te Domine, odio habui: & ſuper inimicis tuis tabeſcebam?* Proſp. *Nonne qui oderunt te Domine, odio habui*, &c. ut in Vulg. Caſſiod. *Nonne odientes te odio habui*, &c. Pſalt. Moz. *Nonne qui oderunt Domine, oderam illos*, &c. Rom. cum Vatic. ap. Hilar. *Nonne qui oderunt te Deus, oderam illos*, &c. Itidem in Corb. præter unum *oderant.* In Gr. Οὐχὶ τοὺς μισοῦντάς σε Κύριε, ἐμίσουν· καὶ ἐπὶ τοῖς ἐχθροῖς σου ἐξετηκόμην; Mſ. Alex. ἐπὶ τοῖς ἐχθροῖς σου, &c.

℣. 22. Itidem in Pſalt. Corb. cui accinunt Hilar. Auguſt. & Proſp. cum Pſalt. Rom. & Moz. niſi quòd ſcribunt *perfecto odio.* Ambroſ. verò in Pſ. 118. col. 1132. a. 1200. a. *Et juſto odio oderam illos:* & col. 1198. d. *in hoſtes ſactis ſunt mihi.* Caſſiod. ut in Vulg. Gr. Τέλειον μίσος ἐμίσουν αὐτούς· εἰς ἐχθροὺς ἐγένοντό μοι.

℣. 23. Concinit Hilar. ad verbum, unà cum Pſ. ibid. præfixo. Brev. Moz. habet: *Proba me Domine, & ſcito cor meum: interroga me, & cognoſce ſemitam meam.* Pſalt. Mediolan. *afflige me, & ſcito vias meas.* Auguſt. ibid. cum Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 749. d. *Proba me Deus* (Vigil. *Domine,*) *& ſcito cor meum: ſcrutare me, & cognoſce ſemitas meas.* Proſp. *Proba me Domine*, &c. ut in Vulg. Caſſiod. *Proba me Deus*, &c. Gr. Δοκίμαζόν με ὁ Θεὸς (Alex. Κύριε,) καὶ γνῶθι..... ἴδε ἐὰν ὁδὸς ἀνομίας ἐν ἐμοὶ καὶ ὁδήγησόν με ἐν ὁδῷ αἰωνίᾳ.

℣. 24. Ita legit S. Proſp. in hunc Pſ. Hilar. verò & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & *deduc me in viam æternam.* Ambroſ. l. 3. de fide, to. 2. 506. e. *Et vide, ſi eſt via iniquitatis in me:* at in Pſ. 1. to. 1. 748. b. *ſi via iniquit. in me eſt.* Auguſt. *Et vide, ſi via iniquitatis ſit in me: & deduc me in via æterna.* Græc.... εἰ ὁδὸς ἀνομίας ἐν ἐμοί· καὶ... ἐν ὁδῷ αἰωνίᾳ.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
1. In finem, Pſalmus David. CXXXIX.	*Victori Canticum David. CXL.*	1. In finem, Pſalmus David. CXXXIX.
2. ERipe me Domine ab homine malo: à viro iniquo eripe me.	*ERue me Domine ab homine malo: à viris iniquis ſerva me.*	2. ERipe me Domine ex homine malo: à viro iniquo libera me.
3. Qui cogitaverunt iniquitates in corde: tota die conſtituebant prælia.	*Qui cogitaverunt malitias in corde: tota die verſati ſunt in præliis.*	3. Qui cogitaverunt malitias in corde: tota die conſtituebant prælia.
Sap. 5. 21. Rom. 3. 13. 4. Acuerunt linguas ſuas ſicut	*Exacuerunt linguam ſuam quaſi*	4. Acuerunt linguas ſicut

Ex Mſ. Sangerm.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Itidem ap. Caſſiod. Auguſt. verò & Proſp. cum Brev. Moz. habent *ipſi David.* Gr..... τῷ Δαυὶδ Ψαλμός· ſeu cum Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. Ψαλμὸς τῷ Δαυίδ.

℣. 2. Sic eſt in Pſalt. Rom. Moz. Corb. & Vatic. ap. Hilar. præter præpoſ. *ab*, pro *ex.* Itidem in Miſſali Rom. ad Tract. fer. 6. Paraſceves; quo cum faciunt Hilarius Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. Hilarius tamen infra ſcribit *ex homine.* Apud Auguſt. ſic: *Exime me Domine ab homine maligno: à viro injuſto erue me.* In Gr. Ἐξελοῦ με Κύριε ἐξ ἀνθρώπου πονηροῦ· ἀπὸ ἀνδρὸς ἀδίκου ῥῦσαί με.

℣℣. 3. 4. Ita legunt Hilar. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Moz. Sic etiam in Pſ. præf. ap. Hilar. præter *malitiam in corde*; Miſſale verò Rom. ad Tract. fer. 6. Paraſc. hab. *malitias*; & inf. *ſicut ſerpentis.* Pſalt. Mediol. & Carnut. *ſicut ſerpentes.* Auguſt. in eund. Pſ. ita: *Qui cogitaverunt injuſtitias in corde: tota die conſtituebant bella. Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes*, &c. ut ſup. Proſp. ibid. cum Pſalt. Corb. *Qui cogit. injuſtitias in corde: tota die conſtituerunt bella* (Corb. *prælia.*) *Acuerunt linguam ſuam* (Corb.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. ſerpentes : venenum aſpidum ſub labiis eorum. DIAPSALMA.	*ſerpens : venenum aſpidis ſub labiis eorum.* SEMPER.	ſerpentis : venenum aſpidum ſub labiis eorum.
5. Libera me Domine, & cuſtodi de manu peccatoris : ab hominibus iniquis eripe me.	*Cuſtodi me Domine de manu impii : à viro iniquitatum ſerva me.*	5. Cuſtodi me Domine de manu peccatoris : & ab hominibus iniquis eripe me.
Qui cogitaverunt ſupplantare greſſus meos : 6. abſconderunt ſuperbi laqueum mihi :	*Qui cogitaverunt ſupplantare greſſus meos : abſconderunt ſuperbi laqueum mihi :*	Qui cogitaverunt ſupplantare greſſus meos : 6. abſconderunt ſuperbi laqueum mihi :
Et funes extenderunt laquea pedibus meis : ſemitæ proxima ſcandala poſuerunt mihi. DIAPSALMA.	*Et funibus extenderunt rete : juxta ſemitam offendiculum poſuerunt mihi.* SEMPER.	Et funes extenderunt in laqueum : juxta iter ſcandalum poſuerunt mihi.
7. Dixi Domino : Deus meus es tu : exaudi Domine vocem orationis meæ.	*Dixi Domino : Deus meus es tu : audi Domine vocem deprecationis meæ.*	7. Dixi Domino : Deus meus es tu : exaudi Domine vocem deprecationis meæ.
8. Domine virtus ſalutis meæ : obumbraſti ſuper caput meum in die belli.	*Domine Deus fortitudo ſalutis meæ, protexiſti caput meum in die belli.*	8. Domine, Domine virtus ſalutis meæ : obumbraſti ſuper caput meum in die belli :
9. Non tradas Domine deſiderium meum peccatori : cogitaverunt, non tradas me, ne unquam exaltentur. DIAPSALMA.	*Ne des Domine deſideria impii : ſcelera ejus ne effundantur, & eleventur.* SEMPER.	9. Ne tradas me Domine à deſiderio meo peccatori : cogitaverunt contra me, ne derelinquas me, ne fortè exaltentur.
10. Caput circuitus eorum : labor labiorum ipſorum operiet eos.	*Amaritudo convivarum meorum, labor labiorum eorum operiet eos.*	10. Caput circuitus eorum : labor labiorum ipſorum operiet eos.
11. Cadent ſuper eos carbones, ignis & dejiciet eos : in miſeriis non ſubſiſtent.	*Cadent ſuper eos carbones : in ignem dejicies eos ; in foveas, ut non conſurgant.*	11. Cadent ſuper eos carbones, in ignem dejicies eos : in miſeriis non ſubſiſtent.
12. Vir linguoſus non diri-	*Vir linguoſus non dirigetur in*	12. Vir linguoſus non dirigetur

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

linguas ſuas) *ſicut ſerpentes*, &c. Gr. Οἵτινες ἐλογίσαντο ἀδικίας..... ὅλην τὴν ἡμέραν παρετάσσοντο πολέμους. Ἠκόνησαν γλῶσσαν αὐτῶν ὡσεὶ ὄφεως· ἰὸς ἀσπίδων ὑπὸ τὰ χείλη αὐτῶν. *Diapſalma* quoque ſubjicitur in Pſalt. Rom. Corb. Vatic. & Gr. memoratur etiam ab Hilario ; non verò ab Auguſt. Proſp. & Caſſiod. ſup.

℣. 5. Vulgatæ ſuccinit Hilar. ad verbum. Sic etiam hab. Pſ. ibid. præfixus, dempto tantùm &, poſt vocem *peccatoris*. In Brev. etiam Moz. hoc deletur &; ſed loco *eripe me*, habetur *libera me* ; cæt. ut in Vulg. Idem *libera me* eſt in Miſſali Rom. ad Tract. fer. 6. Paraſc. ſed cum præced. &. Sic etiam in Pſalt. Rom. & ap. Caſſiod. Apud Auguſt. verò & Proſp. ita : *Conſerva me Domine de manu peccatoris : ab* (Proſp. & *ab*) *hominibus injuſtis erue me*, &c. ut ſup. In Pſalt. Corb. *Cuſtodi me Dom. de manu peccat. ab homine iniquo libera me*, &c. In Gr. Φύλαξόν με Κύριε ἐκ χειρὸς ἁμαρτωλοῦ· ἀπὸ ἀνθρώπων ἀδίκων ἐξελοῦ με, &c.

℣. 6. Pſalt. Corb. *Abſconderunt ſup.....* & *funes extenderunt in laqueo pedibus meis*, &c. ut in Vulgata. Rom. cum Caſſiod. *Abſconderunt ſuperbi laqueos mihi :* & *funes extenderunt in laqueum pedibus meis*, &c. Mediolan. & Carnut. ſimiliter addunt *pedibus meis*, cum Miſſali Rom. ad Tract. fer. 6. Paraſc. At Hieron. ep. ad Sun. & Fretel. to. 2. 663. a. ait hoc eſſe *ſuperfluum*. Brev. Moz. *Abſconderunt ſuperbi laqueos mihi :* & *funes tetenderunt muſcipulam pedibus meis : juxta iter ſcandala poſuerunt mihi*. Pſ. è Mſ. Vatic. ap. Hilar. *Abſcond. ſup. laqueum mihi :* & *funes extenderunt muſcipula pedibus meis : continuata ſemitis ſcandala poſuerunt mihi*. Itidem Hilar. in comment. præter hoc, *in muſcipulam :* & inf. ait : *continuantes ſemitæ ſcandala poſuerunt ei ;* (Mſ. Miciac. *continuantis :*) & poſt paulò : *hæc ei ubique continuantium ſemitæ*. Auguſt. verò leg. cum Proſp. in hunc Pſ. *Abſconderunt ſuperbi muſcipulam mihi :* & *reſtes extenderunt muſcipulas* (Proſp. *in laqueum*) *pedibus meis : juxta ſemitas ſcandalum poſuerunt mihi ;* inf. Auguſt. *ſcandala*. Hieron. l. 4. in Jerem. col. 614. e. & in Ezech. 21. col. 846. d. & in Amos 3. col. 1390. d. *juxta ſemitam ſcandalum poſuerunt mihi*. Auct. op. imp. in Matt. hom. 13. p. 72. c. *juxta ſemitam ſcandala poſuerunt mihi*. Gr. Ἔκρυψαν..... παγίδα μοι καὶ χοινίαν διέτειναν παγίδας τοῖς ποσί μου· ἐχόμβωμα τρίβου σκάνδαλον ἔθεντό μοι. Ald. & Compl. non παγίδας hab. ſed παγίδα : item Διάψαλμα præponunt his vocibus, καὶ χοινίαν, &c. In Gr. verò Vat. poſtponitur ut ſup. ſicut in Pſalt. Rom. Corb. & ap. Hilar. ubi ſup. deeſt autem in Gr. Alex. nec hujus meminit Aug. in comment. neque Proſp. &c.

℣. 7. Sic eſt in Pſalt. & Miſſali Rom. ad Tract. ſer. 6. Paraſc. Ita quoque in Corb. & Vatic. ap. Hilar. Item in Moz. ſed abſque *Domine*. Hilar. verò in comment. ita legit : *Dixi Domino : Deus meus es tu : inaurire Domine vocem orationis meæ :* ſed inf. *exaudiendæ*, inquit, *orationis precatio conſequitur*. Auguſt. & Proſp. hab. *Dixi Domino..... percipe auribus Domine vocem deprecationis meæ*. Gr. ἐνώτισαι Κύριε τὴν φωνὴν τῆς δεήσεώς μου.

℣. 8. Itidem Hilar. in hunc Pſ. cum Proſp. *Domine virtus*, &c. Pſ. verò ibid. præf. hoc ult. delet, *in die belli*. Pſalt. Moz. *Domine Deus ſalutis meæ : obumbraſti ſuper*, &c. ut in textu. Rom. & Corb. *Domine, Domine virtus ſalutis meæ : obumbraſti caput*, &c. Miſſale Rom. ad Tract. fer. 6. Paraſc. *Domine, Domine virtus..... obumbra caput*, &c. Auguſt. & Caſſiod. cum Gr. ut in Vulg.

℣. 9. Hilar. in comment. *Ne tradas Domine à deſiderio meo peccatori : cogitaverunt adversùm me, non tradas me Domine, ne unquam exaltentur :* at inf. *non derelinquas me, nequando exaltentur*. Pſ. ibid. præf. *Non tradas me à deſiderio meo peccatori : cogitaverunt, non tradas me Domine, ne unquam exaltentur*. Auguſt. & Proſp. Vulgatæ ſuffrag. cum Pſalt. Corb. & Moz. niſi quòd hab. *adversùm me*. Caſſiod. cum Pſalt. & Miſſali Rom. ad Tract. fer. 6. Paraſc. *Ne tradas me à deſiderio meo pecc. cogitav. adversùm me, ne derelinquas me, ne unquam exaltentur*. Caſſiod. initio addit *Domine ;* & ejuſd. Mſs. 3. legunt *contra me*. In Gr. κατ' ἐμοῦ ; cæt. ut in Vulg. In Pſalt. Carnut. *Non tradas Domine deſiderio meo peccatori. Diapſalma* pariter ſubditur in Rom. Corb. & Vatic. ap. Hilar. ut & in Gr. Apud Auguſt. verò, Proſp. &c. deeſt.

℣. 10. Autogr. Sangerm. præfert *laborum*, non *labiorum ;* ſed lapſu calami ; Hilar. enim & Caſſiod. cum Pſalt. & Miſſali Rom. ſcribunt *labiorum*, &c. ut ſup. Item Auguſt. & Proſp. *labor labiorum ipſorum teget eos*. Gr. pariter : κόπος τῶν χειλέων αὐτῶν καλύψει αὐτούς.

℣. 11. Sic habet Pſ. præfixus ap. Hilar. Hilarius verò in comment. legit, *carbones ignis*, & *dejicies eos :* & inf. *ſuper terram dejicies eos*. Item Auguſt. *Decident ſupra eos carbones ignis in terra*, & *dejicies eos ;* inf. & *dejicient eos : in miſeriis non ſubſiſtent*. Proſp. ibid. *Cadent ſuper eos carbones ignis, in terra dejicies eos : in miſ.* &c. Caſſiod. *Cadent ſuper eos carbones ignis, in ignem ejicies eos : in miſeriis*, &c. Pſalt. Rom. & Corb. *Cadent..... carbones ignis, in igne dejicies eos : in miſeriis*, &c. Mozar. & *igne dejicies eos*. Gr. Πεσοῦνται ἐπ' αὐτοὺς ἄνθρακες πυρὸς ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ καταβαλεῖς αὐτοὺς· ἐν ταλαιπωρίαις οὐ μὴ ὑποστῶσι· Mſ. Alex. Ald. & Compl. ἄνθρακες, ἐν πυρὶ καταβαλεῖς αὐτούς. Æthiop. ἄνθρακες πυρὸς, καὶ καταβαλεῖς αὐτοὺς ἐπὶ τῆς γῆς.

℣. 12. Ita Caſſiod. cum Pſalt. Corb. & Pſ. præf.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
in terra : virum injuſtum mala capient in interitu.	*terra : virum iniquum mala capient in interitum.*	getur ſuper terram : virum injuſtum mala capient in interitum. *Ex Mſ. Sangerm.*
13. Cognovi quia faciet Dominus judicium inopis, & vindictam pauperum.	*Scio quòd Dominus faciet cauſam inopis, judicia pauperum.*	13. Cognovi quia faciet Dominus judicium in ipſos, & vindictam pauperum.
14. Veruntamen juſti confitebuntur nomini tuo : & habitabunt recti cum vultu tuo.	*Attamen juſti confitebuntur nomini tuo : habitabunt recti cum vultu tuo.*	14. Et tamen juſti confitebuntur nomini tuo : & habitabunt recti cum facie tua.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ap. Hilar. Ita quoque Hilarius leg. in comm. cum Pſalt. Rom. hoc excepto ult. *in interitu.* Contrà Moz. hab. *in terra..... in interitum.* Auguſt. cum Proſp. *Vir ling. non dirig. ſuper terram : virum injuſtum mala venabuntur in interitum.* Mſs. 3. Caſſiod. *in interitu.* Item S. Bened. reg. c. 7. *Vir linguoſus non dirigetur ſuper terram.* Gr. ἐπὶ τῆς γῆς· ἄνδρα ἄδικον κακὰ θηρεύσει εἰς καταφθοράν· Mſ. Alex. διαφθοράν.

℣. 13. Hilar. in comment. non diſcrepat à Vulg. Pſ. verò præfixus ap. ipſum hab. *Cognovi quoniam fecit Dominus*, &c. ut in Vulg. Auguſt. in eund. Pſ. *Cognovi quia faciet Dominus judicium egentis, & cauſam pauperum.* Proſp. ibid. *Cognovi quia faciet Dominus judicium inopis, & in cauſam pauperum oſtendit iniquis.* Caſſiod. cum Pſalt. Rom. *Cognovi quoniam faciet Dom. jud. inopum, & vindictam pauperum.* Gr. Ἔγνων ὅτι ποιήσει Κύριος τὴν κρίσιν τῷ πτωχῷ (Ald. & Compl. τῶν πτωχῶν,) καὶ τὴν δίκην τῶν πενήτων.

℣. 14. Sic habet Hilar. cum Pſ. ibid. præfixo, præter unum *attamen*, pro & *tamen*. In Pſalt. Corb. pariter *attamen ;* reliq. verò ut in Vulg. Auguſt. eidem Vulgatæ congruit, niſi quòd ſcribit *inhabitabunt*, abſque præced. &. Itidem S. Proſper ; ſup. tamen hab. *habitabunt*, infra, *inhabitab.* Caſſiod. non differt à Vulgata, nec etiam Pſalt. Rom. nec Miſſale ad Tract. ſer. 6. Paraſc. A Gr. abeſt tantùm &, ante *habitabunt ;* ſed in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. eſt, καὶ κατοικήσουσι. Unde Hieron. epiſt. ad Sun. & Fret. to. 2. 663. a. ait : *In Græco reperiſſe vos dicitis*, & habitabunt, *ſed hic & conjunctio ſuperflua eſt.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 979. b. ita legit : *Attamen juſti confitebuntur tibi : & habitabunt recti cum facie tua.*

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
1. Pſalmus David. CXL.	*Canticum David. CXLI.*	1. Pſalmus David. CXL. *Ex Mſ. Sangerm.*
DOmine clamavi ad te, exaudi me : intende voci meæ, cùm clamavero ad te.	*DOmine clamavi ad te, feſtina mihi : exaudi vocem meam clamantis ad te.*	DOmine ad te clamavi, exaudi me : intende voci orationis meæ, cùm clamo ad te.
2. Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo : elevatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum.	*Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo : elevatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum.*	2. Dirigatur oratio mea ſicut incenſum in conſpectu tuo : elevatio manuum mearum ſacrificium veſpertinum.
3. Pone Domine cuſtodiam ori meo : & oſtium circumſtantiæ labiis meis.	*Pone Domine cuſtodiam ori meo : ſerva paupertatem labiorum meorum.*	3. Pone Domine cuſtodiam ori meo : & oſtium circumſtantiæ labiis meis.
4. Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excuſandas excuſationes in peccatis.	*Ne declines cor meum in verbum malum, volvere cogitationes impias*	4. Non declines cor meum in verba mala, ad excuſandas excuſationes in peccatis.
Cum hominibus operantibus iniquitatem, & non communicabo cum electis eorum.	*Cum viris operantibus iniquitatem, neque comedere in deliciis eorum.*	Cum hominibus operantibus iniquitatem, & non conbinabo cum electis eorum.
5. Corripiet me juſtus in miſericordia, & increpabit me : oleum	*Corripiat me juſtus in miſericordia, & arguet me : oleum amari-*	5. Corripiet me juſtus, & miſericordiæ increpabit me :

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hilar. in hunc Pſ. *Domine clamavi ad te, exaudi me : intende voci orationis meæ, dum clamabo ad te.* Similiter hab. Pſ. ibid. præf. præter hoc, *cùm clamavero.* Ita etiam leg. Caſſiod. cum Pſalt. Corb. Rom. & Gr. niſi quòd Rom. & Corb. habent *dum clamavero ;* Mozar. *intende voci orationis meæ, dum oro ad te.* Ambroſ. l. 3. de Spir. S. to. 2. 687. d. *Domine Deus meus clamabo ad te, exaudi me ;* Mſs. nonnulli, *clamabo ad te*, & *exaudiſti me.* Auguſt. cum Proſp. *Domine clamavi ad te, exaudi me : intende voci deprecationis meæ, dum clamavero ad te.*

℣. 2. Ita legit Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1248. f. 1258. e. & ep. 64. col. 1050. d. Item Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Gr. niſi quòd Auguſt. hab. *tanquam incenſum.* Hilar. in Pſ. 65. col. 182. d. *Fiat oratio mea tanquam incenſum in conſp. tuo :* & in Pſ. 64. & 133. col. 169. b. 466. e. *elevatio manuum mearum*, &c. ut ſup. at in Pſ. 140. col. 535. d. *Domine, dirigatur oratio mea ſicut..... allevatio manuum*, &c. Itidem Cypr. ep. 63. p. 109. b. & l. 2. Teſtim. p. 294. a. *allevatio manuum mearum*, &c. In Gr. ἔπαρσις, &c.

℣. 3. Accinunt Hilar. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. Item Chromat. Aquil. in Matth. p. 982. a. Philaſtr. Brix. de hæreſ. p. 709. g. & S. Valerian. hom. 5. apud Sirmond. to. 1. p. 633. b. quibus favet Zozim. ep. 2. Conc. to. 1. col. 948. c. Ambroſ. verò l. 1. de Cain, c. 9. to. 1. 200. c. & in Pſ. 118. col. 1068. c. ſic : *Pone Domine cuſtod.....* & *oſtium circuitûs lab. meis :* itidem l. 2. de Sacram. to. 2. 383. a. & epiſt. 23. col. 887. e. Hieron. in Iſai. 26. & 37. to. 3. 225. f. 287. e. & *oſtium munitum lab. meis.* Auguſt. in hunc Pſ. & l. de contin. to. 6. 297. c. & *oſtium continentiæ circum labia mea.* Auct. l. de XLII. manſ. ap. Ambr. col. 17. e. & *oſtium circumſtantiæ circum labia mea.* Gr. ἡ θύρα περιοχῆς περὶ τὰ χείλη μου.

℣. 4. Sic eſt in Pſalt. Corb. & in Pſ. è Mſ. Var. ap. Hilar. Sic etiam in Brev. Moz. excepto uno *conbinabor.* Hilar. in comment. leg. *verba malitiæ.....* & *non conbinabo*, &c. at inf. ait *conbinari cum electis iniquorum* non velle Prophetam. In Pſalt. Rom. ſic : *Ut non declines cor meum in verbum malum, ad excuſandas.....* & *non communicabo cum*, &c. Ap. Auguſt. l. de contin. to. 6. 297. c. *Ne declines cor meum in verba maligna :* & in Pſ. *Ut non declines cor meum in verba maligna, ad excuſandas.....* & *non conbinabo cum*, &c. Caſſiod. ibid. *Non declines cor meum in verba malitiæ.....* & *non conbinabor cum*, &c. Hieron. in Iſai. 37. to. 3. 287. e. *Ne declines cor meum in verba malitiæ.* S. Valerian. hom. 5. ap. Sirmond. to. 1. p. 633. b. *Ut non declines cor meum in verba mala :* hom. verò 17. p. 686. c. *Ut non declinet cor meum in verba mala.* S. Proſp. Vulgatæ accinit ad verbum. Gr. Μὴ ἐκκλίνῃς τὴν καρδίαν μου εἰς λόγους πονηρίας..... ἢ ὃ μὴ συνεύσασθω μετὰ τῶν ἐκλεκτῶν αὐτῶν. Mſ. Alex. ὃ μὴ συνευδόσω. Lat. al. *commicabor ;* al. *comminabor.*

℣. 5. Hilar. in hunc Pſ. non differt à Vulg. neque etiam Pſ. præf. ap. ipſum, nec S. Proſp. ſi tollatur &, ante *oratio.* In Pſalt. Rom. ſicut ap. Caſſiod. *Quoniam adhuc eſt*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. miſericordia peccatoris non impinguet caput meum. Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum : 6. abſorpti ſunt continuati petræ judices eorum. Audiant verba mea quoniam potuerunt : 7. ſicut craſſitudo terræ eruptum eſt ſuper terram. Diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernum : 8. quia ad te Domine oculi mei : in te ſperavi, ne auferas animam meam. 9. Cuſtodi me à laqueo, quod ſtatuerunt mihi : & ab ſcandalis operantium iniquitatem. 10. Cadent in retibus ejus peccatores : ſingulariter ego ſum donec tranſeam.	*tudinis non impinguet caput meum : Quia adhuc oratio mea pro malitiis eorum : ſublati ſunt juxta petram judices eorum, Et audient verba mea, quoniam decora ſunt. Sicut agricola cùm ſcindit terram, Sic diſſipata ſunt oſſa noſtra in ore inferni. Quia ad te Domine Deus oculi mei : in te ſperavi, ne evacues animam meam. Cuſtodi me de manibus laquei, quem poſuerunt mihi : de offendiculis operantium iniquitatem. Incident in rete ejus impii : ſimul autem ego tranſibo.*	autem peccatoris non impinguet caput meum. Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum : 6. abſorpti ſunt juncti petræ judices eorum. Audient verba mea quoniam potuerunt : 7. ſicut craſſitudo terræ erupta eſt ſuper terram. Diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernum : 8. quia ad te Domine, Domine oculi mei : in te ſperavi, non auferas animam meam. 9. Cuſtodi me à laqueo, quem ſtatuerunt mihi : & à ſcandalis operantium iniquitatem. 10. Cadent in retiaculo ejus peccatores : ſingulariter ſum ego donec tranſeam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

oratio ; cæt. ut in Vulgata. Rom. ſup. ſcribit *increpavit*, ut & autogr. Sangerm. ſed veterum Mſs. more, pro *increpabit*. Cypr. ep. 70. p. 125. leg. *oleum peccatoris non ungat caput meum*. Hilar. verò in Pſ. 54. col. 110. f. conſtanter *non impinguet*, ut ſupra. Auguſt. ep. 108. to. 2. 308. a. ita : *Emendabit me juſtus in miſericordia, & arguet me : oleum autem peccatoris non impinguabit caput meum* ; ſup. 307. f. *non impinguet*. Similiter hab. epiſt. 28. & 33. col. 48. c. 62. f. rurſuſque in hunc Pſ. col. 1570. b. d. ubi *non impinguabit* ; & inf. 1572. c. e. ubi *non impinguet* : itidem l. 2. cont. ep. Parmen. to. 9. col. 37. b. 40. a. 58. c. vide etiam ep. 140. col. 451. a. Apud S. Paulin. pariter, ep. 23. & 41. p. 143. a. 254. f. *oleum pecc. non impinguet cap. meum*. Concinunt Ambroſiaſt. col. 125. f. & Optat. l. 4. cont. Donat. p. 74. c. Optat. tamen inf. p. 75. a. legit *non ungat*, ſubnexis his : *Preces ſunt, non juſſiones..... nam ſi juſſio eſſet, diceret : Oleum pecc. non ungat cap. meum* ; item poſt paulò : *Hoc eſt quod lectum eſt : Oleum pecc. non ungat cap. meum*. In Gr. Παιδεύσει..... ἐν ἐλέῃ, ἐ ἐλέγξει με· ἔλαιον δὲ..... μὴ λιπαράτω τὴν..... Ὅτι ἔτι ἐ ἡ προσευχή μου, &c.

℣. 6. Sic Hilar. legit cum Pſ. ibid. præf. necnon Pſalt. Corb. & Rom. excepto uno *audient*, pro *audiant* ; Pſ. tamen ap. Hilar. hab. *audientur*. Pſalt. Mediol. & Carnuit. pariter : *Abſorpti ſunt continuati petra*. Mozar. *Abſorpti ſunt juxta petram judices eorum. Audierunt verba mea quoniam prævaluerunt*. Similiter legunt Auguſt. & Proſp. in hunc Pſ. ſi excipias verbum *audient*. Caſſiod. ibid. *Abſorpti ſunt juxta petram judices eorum. Audient..... quoniam potuerunt*. Item *juxta petram* hab. Hieron. in Iſai. 43. to. 3. 327. c. Græc. Καλεπόθησαν ἐχόμενα πέτρας οἱ κριταὶ αὐτῶν. Ἀκούσονται... ὅτι ἠδυνήθησαν, *dulcuerunt* ; nonnulli libb. ferunt ἠδυνάθησαν, *potuerunt* ; editioneſque Ald. & Compl. οἱ κριταὶ, loco κεφαλαιοὶ.

℣. 7. Sic in Pſalt. Corb. & Carnut. *eruptum eſt* ; in Mediolan. & Rom. *eructuat* ; in Mozar. *diſrupta eſt* ; cæt. ut in Vulg. Hilarius hab. in comm. *Tanquam craſſitudo terræ eruptum eſt*, &c. ut ſup. Auguſt. *Sicut craſſitudo terræ diſrupta eſt..... Diſſipata ſunt juxta infernum oſſa noſtra* ; Mſs. plerumque *diſperſa ſunt*. Item S. Proſp. *Sicut craſſitudo terræ diſrupta eſt..... Diſperſa ſunt oſſa noſtra ſecus infernum*. Caſſiod. *Sicut craſſitudo terræ eructuata eſt ſuper terram*, &c. ut in textu. Gr. Ὡσεὶ πάχος γῆς διερράγη... Διεσκορπίσθη τὰ ὀστᾶ ἡμῶν παρὰ τὸν ᾅδην. Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. hab. τὰ ὀστᾶ αὐτῶν ; unde Hieron. ep. ad Sun. & Fret. to. 2. 663. a. ait : *In Græco legiſſe vos dicitis* oſſa eorum, *ſed & hoc ſuperfluum eſt*.

℣. 8. Sic hab. Aug. & Proſp. ad verbum. Sic etiam Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Gr. ſed geminata voce *Domine*, ut in Vulg. In Brev. Moz. ſic : *quia ad te Domine Deus oculi mei*, &c. ut in Vulgata. Itidem Hilar. in eund. Pſ. ſublata voce *Deus*. In Corb. *quoniam à te Domine, Domine..... ne auferas*, &c.

℣. 9. Ita legit Hilarius cum Pſ. ibid. præf. niſi quòd hic Pſ. tollit *ab*, ante *ſcandalis*. Caſſiod. cum Pſalt. Moz. Corb. & Rom. hab. *Cuſtodi me à laqueo, quem ſtatuerunt mihi : & à ſcandalis operantibus iniquitatem*. Auguſt. verò : *Cuſtodi me à muſcipula, quam ſtatuerunt mihi : & ab ſcandalis eorum qui operantur iniquitatem*. Proſp. quoque hab. *à muſcipula* ; ſed inf. leg. *operantium iniquitatem*. Gr. ἀπὸ παγίδος, &c. ut in textu.

℣. 10. Hilarius nil differt à Vulgata ; nec etiam Proſp. in eund. Pſ. Auguſt. verò ita legit cum Pſalt. Moz. *Cadent in retia ejus peccatores : ſingularis ego ſum donec tranſeam*. Hieron. in Jer. 15. to. 3. 603. c. *ſolitarius ſum ego donec pertranſeam*. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. *Cadent in retiaculum ejus pecc.* &c. ut in Vulg. Gr. Πεσοῦνται ἐν ἀμφιβλήστρῳ αὐτῦ..... καταμόνας εἰμὶ ἐγὼ ἕως ἂ ἀν παρέλθω.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 1. Intellectûs David, Cùm eſſet in ſpelunca, oratio, Pſalmus. CXLI. 2. VOce mea ad Dominum clamavi : voce mea ad Dominum deprecatus ſum : 3. Effundo in conſpectu ejus orationem meam : tribulationem meam ante ipſum pronuncio,	*Eruditio David, Cùm eſſet in ſpelunca, oratio. CXLII. VOce mea ad Dominum clamavi : voce mea ad Dominum deprecatus ſum. Effundam in conſpectu ejus eloquium meum : tribulationem meam coram illo annuntiabo,*	1. Intellectus David, Cùm eſſet in ſpelunca, oratio. (1. *Reg.* 24.) CXLI. 2. VOce mea ad Dominum clamavi : voce mea ad Dominum deprecatus ſum : 3. Effundo in conſpectu ejus orationem meam, & tribulationem meam ante ipſum pronuncio, *Sup. 76. 2.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. In Brev. Moz. deeſt *oratio*, *Pſalmus*, cæt. verò ut ſupra. Apud Hilar. in comment. ſimpliciter, *Intellectûs oratio* ; ſed infra ait : *David in ſpelunca loquitur..... David fugit*. Auguſt. ibid. *Titulus Pſalmi hujus ita ſe habet : Intellectûs ipſi David, cùm eſſet in ſpelunca, oratio*. Ita quoque in Gr.

℣. 2. Sic Hilar. Auguſt. & Proſp. in hunc Pſ. unà cum Gr. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. *ad Deum deprecatus ſum*.

℣. 3. Sic eſt in Pſalt. Rom. Corb. & ap. Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1104. f. Itidem Hilar. in Pſ. 141. niſi quòd ponit & ante *tribulationem*. Ambroſ. verò l. de interpel. Dav. c. 2. col. 641. c. leg. *effundam*, cum Pſalt. Mediolan. & Moz. In Carnut. *Effundo..... annuntiabo*. Pſ. verò

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
4. In deficiendo ex me ſpiritum meum, & tu cognoviſti ſemitas meas. In via hac, qua ambulabam, abſconderunt laqueum mihi.	*Cùm anxius fuerit in me ſpiritus meus: tu enim noſti ſemitam meam. In via hac, qua ambulabo, abſconderunt laqueum mihi.*	4. In deficiendo ex me ſpiritum meum, & tu cognoviſti ſemitas meas. In via, qua ambulabam, abſconderunt laqueum mihi. *Ex Mſ. Sangerm.*
5. Conſiderabam ad dexteram, & videbam: & non erat qui cognoſceret me. Periit fuga à me, & non eſt qui requirat animam meam.	*Reſpice ad dexteram, & vide quia non ſit qui cognoſcat me. Periit fuga à me, & non eſt qui quærat animam meam.*	5. Conſiderabam ad dextram: & videbam quia non erat qui cognoſceret me. Periit fuga à me.
6. Clamavi ad te Domine, dixi: Tu es ſpes mea, portio mea in terra viventium.	*Clamavi ad te Domine, dixi: Tu es ſpes mea, pars mea in terra viventium.*	6. Clamavi ad te Domine, & dixi: Tu es ſpes mea, portio mea in terra viventium: & non eſt qui requirat animam meam.
7. Intende ad deprecationem meam: quia humiliatus ſum nimis. Libera me à perſequentibus me: quia confortati ſunt ſuper me.	*Auſculta deprecationem meam: quoniam infirmatus ſum nimis. Libera me à perſecutoribus meis: quoniam confortati ſunt ſuper me.*	7. Intende orationem meam: quia humiliatus ſum. Libera me à perſequentibus me: quia confortati ſunt ſuper me.
8. Educ de cuſtodia animam meam ad confitendum nomini tuo: me exſpectant juſti, donec retribuas mihi.	*Educ de carcere animam meam, ut confiteatur nomini tuo: in me coronabuntur juſti, cùm retribueris mihi.*	8. Educ de carcere animam meam ad confitendum nomini tuo, Domine: me exſpectant juſti, donec retribuas mihi.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

præf. ap. Hilar. ſic habet: *Effundo in conſp. ejus tribulationem meam: ante ipſum pronuncio.* Auguſt. in eund. Pſ. *Effundam ante eum precem meam: tribulationem meam in conſpectu ejus annuntiabo.* Proſp. ibid. *Effundo in conſp. ejus precem meam: tribulationem meam ante ipſum pronuncio.* Caſſiod. *Effundam*, &c. ut in Vulg. Gr. Ἐκχεῶ ἐνώπιον αὐτοῦ τὴν δέησίν μου· τὴν θλῖψιν μου ἐνώπιον αὐτοῦ ἀπαγγελῶ.

℣. 4. Ita legit Hilar. in hunc Pſ. niſi quòd tollit &, poſt *meum*, additque *hac*, poſt *via*. Pſalt. Corb. Carnut. & Moz. habent: *In deficiendo in me ſpiritum meum*, &c. ut in Vulg. Similiter in Rom. præter plurale *laqueos*. In Mediolan. *In deficiendo in me ſpiritum..... abſconderunt ſuperbi laqueos mihi.* Item *laqueos* habet Caſſiod. cum cæt. ut in Vulg. Ambroſ. quoque l. de bono mort. c. 6. to. 1. 400. c. ſcribit *laqueos*; ſed in Pſ. 1. & 118. col. 747. d. 1039. c. *laqueum*, ut ſupra. Apud Auguſt. ita: *Dum deſecit à me ſpiritus meus*, & *tu cognoviſti ſemit. meas. In via hac, qua ingrediebar, abſconderunt mihi muſcipulam*; inf. *muſcip. mihi.* Apud Proſp. verò: *In deficiendo in me ſpiritus meus*, & *tu cognoviſti..... In via hac, qua ambul. abſc. laqueos mihi.* In Gr. Ἐν τῷ ἐκλείπειν ἐξ ἐμοῦ τὸ πνεῦμά μου, καὶ σὺ..... Ἐν ὁδῷ ταύτῃ..... παγίδα μοι.

℣. 5. Valde ſuſpicor mendum irrepſiſſe in autogr. Sangerm. in quo verſiculus ult. & *non eſt qui requirat*, &c. transfertur in ℣. ſeq. cùm tamen eò loci tum in Gr. tum in Lat. aliis reperiatur, ſicut in Vulg. Hilarius quippe legit: *Conſiderabam ad dexteram: & videbam quia non eſt qui cognoſcat me*, &c. ut in Vulgata. Auguſt. in eund. Pſ. cum Breviario Mozarab. *Conſiderabam in dexteram*, &c. ut in Vulgata: poſt paulò tamen Auguſtinus legit, & *non eſt qui exquirat*, &c. at inf. *qui requirat*. Item Ambr. l. de lapſ. virg. to. 2. 318. a. *Periit fuga à me*, & *non eſt qui requirat*, &c. vide etiam l. de fuga ſæc. c. 5. col. 429. c. Pſalt. Rom. habet: *Conſiderabam à dextris*, & *vide*. & *non erat qui agnoſceret me. Periit*, &c. ut in Vulg. Proſp. *nec erat qui cognoſceret me.....* & *non eſt qui requirat*, &c. Caſſiod. ut in Vulg. ad verbum. Græcè: Κατενόουν εἰς τὰ δεξιά· καὶ ἐπέβλεπον ὅτι οὐκ ἦν ὁ ἐπιγινώσκων με..... καὶ οὐκ ἔστιν ὁ ἐκζητῶν τὴν, &c.

℣. 6. Hilar. in hunc Pſ. nil omnino differt à Vulg. nec etiam Auguſt. Proſp. aut Caſſiod. In Brev. Moz. ſic: & *dixi: Tu ſpes mea es, portio mea*, &c. In Gr. Πρὸς σὲ Κύριε ἐκέκραξα, καὶ εἶπα· Σὺ εἶ ἡ, &c. ſed in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. Ἐκέκραξα πρὸς σὲ Κύριε, &c.

℣. 7. Pſalt. Corb. Rom. & Vatic. ap. Hilar. cum Caſſiod. *Intende in orationem meam: quia humiliatus ſum nimis*, &c. ut in textu. Brev. Moz. *Intende ad orationem meam*, &c. Hilar. in comment. *Intende orationem meam: quia humiliatus ſum nimis*, &c. ut in textu. Brev. Moz. *Intende ad orationem meam*, &c. Hilar. in comment. *Intende orationem meam: quia humiliatus ſum nimis*, &c. Aug. ibid. *Intende ad orationem meam: quia humiliatus ſum nimis. Erue me à perſequentibus me: quoniam corroborati ſunt ſuper me.* Proſp. *Intende ad deprecationem meam: quia humiliatus ſum nimis. Erue me à perſ. me: quomodo corroborati ſunt ſuper me.* Gr. Πρόσχες πρὸς (Mſ. Alex. εἰς) τὴν δέησίν μου· ὅτι ἐταπεινώθην σφόδρα· Ῥῦσαί με ἐκ τῶν..... ὅτι ἐκραταιώθησαν ὑπὲρ ἐμέ.

℣. 8. Eadem prorſus refert Hilar. cum Pſalt. Rom. & Corb. Item Proſp. & Caſſiod. cum Brev. Moz. deleto uno *Domine*. Pſ. è Mſ. Vatic. ap. Hilar. hab. *me exſpectaverunt* &c. ut in textu. Auguſt. verò in eund. Pſ. *Educ de carcere animam meam, ut confiteatur nomini tuo: me ſuſtinebunt juſti, quoadusque retribuas mihi.* Ap. Hieron. quoque in Iſai. 38. to. 3. 294. c. *Educ de carcere.* Græcè: Ἐξάγαγε ἐκ φυλακῆς..... τοῦ ἐξομολογήσασθαι τῷ ὀνόματί σου, Κύριε· ἐμὲ ὑπομένουσι..... ἕως οὗ, &c.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 1. Pſalmus David. CXLII.	*Canticum David. CXLIII.*	Pſalmus David, 1. Quando perſequebatur eum Abſalom filius ejus. (2. *Reg.* 17.) CXLII.
*DOmine exaudi orationem meam : auribus percipe obſecrationem meam in veritate tua : exaudi me in tua juſtitia.	*DOmine exaudi orationem meam : auſculta deprecationem meam in veritate tua : exaudi me in juſtitia tua.	DOmine exaudi orationem meam : auribus percipe obſecrationem meam in veritate tua : exaudi me in tua juſtitia.
2. Et non intres in judicio cum ſervo tuo : quia non juſtificatur in conſpectu tuo omnis vivens.	*Et non venias ad judicandum cum ſervo tuo : quia non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens.*	2. Et non intres in judicium cum ſervo tuo : quia non juſtificabitur in conſpectu tuo omnis vivens.
3. Quia perſecutus eſt inimicus animam meam : humiliavi in terra vitam meam.	*Perſecutus eſt enim inimicus animam meam : confregit in terra vitam meam.*	3. Quia perſecutus eſt inimicus animam meam : humiliavit in terra vitam meam.
Collocavit me in obſcuris ſicut mortuos ſæculi : 4. & anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus, in me turbatum eſt cor meum.	*Poſuit me in tenebris quaſi mortuos antiquos : & anxiatus fuit in me ſpiritus meus, in medio mei ſollicitum fuit cor meum.*	Collocavit me in obſcuris ſicut mortuos ſæculi : 4. & anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus, in me turbatum eſt cor meum.
5. Memor fui dierum antiquorum, meditatus ſum in omnibus operibus tuis : in factis manuum tuarum meditabor.	*Recordabar dierum antiquorum, meditabar omnia opera tua : facta manuum tuarum loquebar.*	5. Memor fui dierum antiquorum, meditatus ſum in omnibus operibus tuis : in factis manuum tuarum meditabar.
6. Expandi manus meas ad te : anima mea ſicut terra ſine aqua tibi : DIAPSALMA.	*Expandi manus meas ad te : anima mea quaſi terra ſitiens ad te.* SEMPER.	6. Expandi manus meas ad te : anima mea ſicut terra ſine aqua tibi :
7. Velociter exaudi me Domine : defecit ſpiritus meus.	*Citò exaudi me Domine : defecit ſpiritus meus.*	7. Velociter exaudi me Domine : defecit ſpiritus meus.
Non avertas faciem tuam à me : & ſimilis ero deſcendentibus in lacum.	*Ne abſcondas faciem tuam à me, & comparabor deſcendentibus in lacum.*	Non avertas faciem tuam à me : & ſimilis ero deſcendentibus in lacum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic eſt in Pſalt. Moz. Rom. verò & Corb. ſubdunt cum Caſſiod. *Quando eum filius ſuus perſequebatur.* Apud Auguſt. ita : *Titulus Pſalmi eſt : Ipſi David, Quando eum filius ſuus perſequebatur.* Accinit S. Proſp. dicens : *Titulus Pſalmi paſſionem indicat Chriſti ; ipſe eſt enim verus David, qui & in ſe, & in ſuis perſecutionem, & falſorum fratrum, & falſorum ſuſtinet filiorum.* Pſ. è Mſ. Vatic. ap. Hilar. habet : *Ipſius David, Quando perſequebatur eum Abeſſalon.* Gr. Ψαλμὸς τῷ Δαυὶδ, Ὅτε αὐτὸν ὁ υἱὸς κατεδίωκει. Ald. & Compl. Ὁπότε καθεδίωκεν αὐτὸν Ἀβεσσαλὼμ ὁ υἱὸς αὐτοῦ. Hilarius quoque in comment. ait : *Pſalmi ſuperſcriptio nulla eſſe ſecundùm Hebræos videtur ; id enim ab his, qui utrâque linguâ eruditi ſunt, traditur : Translatoreſque cæteri nihil omnino de rebus geſtis, id eſt, Abeſſalon in David patris ſui inſectatione, ſcripſerunt. Sed hi LXX. Seniores, quibus Legis ac Prophetarum ſcientia ultra præſcriptum & ambiguitatem litteræ fuit, addendum hoc Pſalmo judicaverunt..... Appoſita ergo nunc Pſalmo ſuperſcriptio eſt, quæ non exſtat in libro ; ut ubi exſtat, id eſt, ſicut in Pſalmo tertio, in quo à facie ejus, qui nunc perſequi ſcribitur, fugerit, ad ſcientiam propheticæ intelligentiæ vocaremur. Prophetat ergo nunc David paſſionibus ſuis Dominicas paſſiones ; non de Abeſſalon conquerens, ſed de his, qui Abeſſalon ad impietatis crimen ignirent.*

* Hilar. in comment. loco *Domine*, ſcribit *Deus*. Proſp. & Caſſiod. *deprecationem*, loco *obſecrationem*. Auguſt. *percipe auribus precem meam*, &c. ut ſup. Gr. Κύριε εἰσάκουσον τῆς προσευχῆς μου· ἐνώτισαι τὴν δέησίν μου, &c.

℣. 2. Pſalt. Rom. cum Moz. *Et ne intres in judicio cum ſervo tuo : quia non juſtificabitur*, &c. Corb. *Et non intres in judicio*, &c. Pſ. è Mſ. Vat. ap. Hilar. *Et non intres in judicia cum*, &c. Hilar. verò Vulgatæ accinit ad verbum cum Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. Apud Auguſt. ibid. *Et ne intres in judicium..... quoniam non juſtificabitur coram te omnis vivens :* inf. *in conſpectu tuo.* Similiter Ambroſ. in Pſ. 36. col. 811. c. rurſuſque in Pſ. 38. & 118. col. 850. f. 1179. c. 1180. a. niſi quòd leg. *omnis homo vivens :* vide etiam to. 1. 1230. a. & to. 2. 493. a. Ap. Hieron. ep. ad Damaſ. to. 4. 159. d. ut in Vulg. Ita quoque ap. S. Paulin. ep. 29. p. 181. b. & Gelaſ. I. Conc. to. 4. 1241. e. ſi id excipias, *Ne intres*. Ap. Tichon. reg. 3. p. 53. h. *Non introeas in judicium*, &c. ut in Vulg. In Gr. Καὶ μὴ εἰσέλθῃς εἰς κρίσιν..... ὅτι οὐ δικαιωθήσεται ἐνώπιόν σου πᾶς ζῶν.

℣. 3. Vulgatæ conſentiunt Hilar. & Caſſiod. in hunc Pſ. Rom. hab. *Collocavit me in obſcuro*, &c. Corb. *Collocavit me in tenebricoſis.* Auguſt. *Collocaverunt me in tenebroſis ſicut mortuos ſæculi ;* inf. *velut mortuos.* Proſp. *Collocaverunt me in obſcuris ſicut*, &c. at omnes conſtanter *humiliavit in terra*, non *humiliavi*, quod fortè lapſus eſt. Græcè : ἐταπείνωσεν εἰς τὴν γῆν τὴν ζωήν μου. Ἐκάθισέ με ἐν σκοτεινοῖς, &c.

℣. 4. Sic Hilar. in hunc Pſ. unus tamen Mſ. Miciac. hab. ibid. *anxiatus eſt in me.* Ita quoque Caſſiod. cum Brev. Mozar. Item S. Proſper ; ſed inf. legit *in me conturbatum eſt*, cum Pſalt. Corb. Auguſt. verò ſic : *& tædium paſſus eſt in me ſpiritus meus, in me turbatum eſt cor meum.* Gr. καὶ ἠκηδίασεν ἐπ' ἐμὲ τὸ πνεῦμά μου, ἐν ἐμοὶ ἐταράχθη, &c.

℣. 5. Sic habet Hilar. ad verbum. Pſ. verò è Mſ. Vat. ap. ipſum, *meditabar*, ut in Vulg. & Gr. præterea Pſ. Vatic. præponit &, verbo *meditatus ſum*, cum eodem Gr. in edd. tamen Ald. & Compl. deeſt καί. Apud Caſſiod. ſic : *& meditatus ſum..... & in factis man. tuarum meditabar.* Apud Auguſt. verò : *Memoratus ſum dierum antiquorum, meditatus ſum in omnib. op. tuis : in facturis manuum tuarum meditatus ſum.* Itidem ap. Proſp. niſi quòd poſt vocem *antiquorum*, ſubnectuntur iſta, *& annos æternos in mente habui :* deinde, *& meditatus ſum*, &c. at hæc verba, *& annos æternos*, &c. huc translata videntur à Proſp. è Pſ. 76. ℣. 6. quæ aliubi non reperies.

℣. 6. Concinit Caſſiod. in hunc Pſ. nec differt Hilar. ibid. niſi quòd delet ult. *tibi*, cum Pſalt. Corb. In Brev. Moz. *ſine aqua ad te.* Apud Auguſt. & Proſp. *Extendi* (Proſp. *Et extendi*) *manus meas ad te : anima mea velut terra ſine aqua tibi.* Græcè : Διεπέτασα πρὸς σὲ τὰς, &c. ut in Vulg. *Diapſalma* quoque ſubjicitur in Pſalt. Rom. Corb. & apud Hilar. non verò apud Aug. Proſp. & alios : exſtat quoque in ed. Rom. LXX. at deeſt in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. de more.

℣. 7. Aug. loco *velociter*, legit *citò ;* ut & inf. *ne avertas.* Hilar. delet vocem *tuam*, poſt *faciem.* Ambroſ. in Pſ. 36. col. 811. d. ſic : *Citò exaudi me Domine : quia defecit ſpir. meus.* Proſp. & Caſſiod. cum Pſalt. Corb. & Moz. textui noſtro accinunt, niſi quòd hab. *ne avertas ;* Gr. μὴ ἀποστρέψῃς.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
8. Auditam fac mihi manè miſericordiam tuam : quia in te ſperavi.	*Fac me audire manè miſericordiam tuam : quoniam in te confido.*	8. Auditam mihi fac manè miſericordiam tuam : quia in te ſperavi Domine. *Ex Mſ. Sangerm.*
Notam fac mihi viam, in qua ambulem : quia ad te levavi animam meam.	*Notam fac mihi viam, in qua ambulem : quoniam ad te levavi animam meam.*	Notam mihi fac viam, in quam ambulem : quia ad te levavi animam meam.
9. Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi : 10. doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.	*Libera me de inimicis meis Domine, ad te protectus ſum : doce me ut faciam voluntatem tuam, quia tu Deus meus.*	9. Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi : 10. doce me facere voluntatem tuam, quia tu Deus meus es.
Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam : 11. propter nomen tuum Domine vivificabis me, in æquitate tua.	*Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam : propter nomen tuum Domine vivificabis me.*	Spiritus tuus bonus deducet me in terra recta : 11. propter nomen tuum Domine vivificabis me, in æquitate tua.
Educes de tribulatione animam meam : 12. & in miſericordia tua diſperdes inimicos meos.	*In juſtitia tua educes de anguſtia animam meam, & in miſericordia tua diſſipabis inimicos meos.*	Educes de tribulatione animam meam : 12. & in miſericordia tua diſperdes inimicos meos.
Et perdes omnes, qui tribulant animam meam : quoniam ego ſervus tuus ſum.	*Et perdes omnes tribulantes animam meam : ego enim ſum ſervus tuus.*	Et perdes omnes, qui tribulant animam meam : quoniam ſervus tuus ego ſum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 8. Sic in Pſalt. Rom. eſt & Corb. hoc excepto, *in qua ambulem ;* Rom. addit, *quia ad te Domine levavi*, &c. Brev. Moz. ſic : *Auditam fac mihi manè miſ. tuam : in te ſperavi. Demonſtra mihi viam, in quam ambulem : quia ad te Domine levavi*, &c. Pſ. è Mſ. Vatic. ap. Hilar. leg. *in te ſperavi Domine*, &c. ut in Vulg. Hilar. verò eidem Vulg. ſuffragatur ad verbum. Caſſiod. præponit tantùm *Domine*, verbo *levavi*. Auguſt. ita ſcribit cum Proſp. *Auditam fac mihi manè..... quoniam in te ſperavi. Notam fac mihi Domine viam, in qua ingrediar : quoniam ad te levavi*, &c. nec abſimile Græcum eſt, niſi excipias verbum πορεύσομαι, loco *ingrediar*.

℣. 9. Ita legunt Hilarius & Caſſiod. in hunc Pſ. Auguſt. verò & Proſp. cum Gr. *Exime me de inimicis meis Domine, quia ad te confugi*. In Pſalt. Moz. & Corb. ſimiliter, *quoniam ad te confugi*.

℣. 10. Hilarius concordat cum Vulgata. Pſ. verò è Mſ. Vat. ap. ipſum hab. ut ſup. *quia tu Deus meus es*. Pſalt. Rom. cum Moz. *quia tu es Deus meus ;* deinde : *Spiritus tuus bonus deducet me in viam rectam :* Moz. autem initio hab. *doce me ut faciam volunt. tuam*. Similiter Auguſt. in hunc Pſ. cum Fulg. l. 2. de verit. præd. p. 462. *doce me ut faciam..... quoniam tu es Deus meus ;* at in fine Auguſt. hab. *in terram rectam ;* Fulgent. *in viam rectam*. Itidem Ambroſ. in Luc. 18. to. 1. 1487. f. rurſuſque l. 1. & 3. de Spir. S. to. 2. 615. c. 685. e. cum S. Paulino ep. 28. p. 175. c. & Caſſiod. in hunc Pſ. Proſp. ibid. *Doce me facere voluntatem tuam, quia tu es Deus meus. Spiritus..... deducat me in terram rectam*. Pſalterium Corb. *quia tu es Deus meus..... deducet me in terra recta*. Gr. Δίδαξόν με τὸ ποιεῖν..... ὅτι Θεός μου εἶ σύ. Τὸ πνεῦμά σου..... ὁδηγήσει με ἐν τῇ εὐθείᾳ· al. ἐν γῇ εὐθείᾳ.

℣. 11. Sic Hilar. & Caſſiod. in hunc Pſ. Pſalt. verò Rom. & Moz. hab. *Et educes*. Corb. cum Auguſt. & Proſp. *Propter nomen..... vivificabis me, in tua juſtitia. Educes de tribul.* &c. Græc. ita jungit : ἐν τῇ δικαιοσύνῃ σου ἐξάξεις, &c.

℣. 12. Similiter habet Pſalt. Rom. cum Proſp. Corb. verò ita : *Et miſericordia tua diſperdet inimicos meos. Et perdes omnes*, &c. ut in textu. Hilar. in eund. Pſ. ſic : *Et in miſericordia tua diſperdes inimicos meos. Et perdes omnes inimicos, qui perſequuntur animam meam : quoniam ſervus tuus ſum ego*. Auguſt. ibid. *Et in tua miſericordia ad interitum deduces inimicos meos. Et perdes omnes tribulantes animam meam : quoniam ſervus tuus ſum ego*. Caſſiod. ut in Vulg. Gr. Καὶ ἐν τῷ ἐλέει σου ἐξολεθρεύσεις..... Καὶ ἀπολεῖς πάντας τοὺς θλίβοντας τὴν..... ὅτι δοῦλός σου εἰμὶ ἐγώ· Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. ἐγὼ δοῦλός σου εἰμί.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
Pſalmus David, 1. Adversùs Goliath. CXLIII.	*David. CXLIV.*	Pſalmus David, 1. Ad Goliân. CXLIII. *Ex Mſ. Sangerm.*
BEnedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum.	*BEnedictus Dominus fortis meus, qui docet manus meas ad prælium, digitos meos ad bellum.*	* BEnedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas ad bellum, & digitos meos in prælium.
2. Miſericordia mea, & refugium meum : ſuſceptor meus, & liberator meus :	*Miſericordia mea, & fortitudo mea : auxiliator meus, & ſalvator meus :*	2. Miſericordia mea, & refugium meum : ſuſceptor meus, & liberator meus es tu :

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. A Pſalt. Rom. abeſt *Pſalmus*. In Moz. ſic : *David adversùs Goliat Philiſtæum, quem interfecit*. In Corb. *Ipſi David ad Goliath*. Apud Auguſt. *Ipſi David ad Goliam*. Apud Caſſiod. *David ad Goliam*. In Gr. Vatic. Τῷ Δαυὶδ πρὸς τὸν Γολιάδ. In edd. Ald. & Compl. Ψαλμὸς τῷ, &c. Apud Hilar. hæc leguntur : *Et huic quoque Pſalmo addendam hanc LXX. ſuperſcriptionem putaverunt*, Pſalmus David in Goliam, *cùm neque in Hebraïcis libris reperiatur, neque Translatores alii quidquam aliud quàm ſimplicem titulum præſcripſerint, id eſt*, David..... *Nihil hic Pſalmus proprium habet, quod ad gratulationem perempti Goliæ poſſit referri..... Sed cùm nec in Hebræis libris ita ſit, neque Translatores cæteri horum aliquid addiderint, intelligimus LXX. hos Seniores ſenſum nobis ſpiritalis ſcientiæ reliquiſſe. Affert autem plerumque nobis difficultatem intelligentiæ ratio Latinitatis, quæ nominibus pronomina non eſt ſolita præponere, ut in David nomine accidit : ceſſante enim pronomine, incertum eſt utrùm in illum, aut per illum Pſalmus exſtiterit : cùm enim ſcribitur*, Pſalmus David, *utrùm ab illo dictus ſit, aut propter illum, ambiguum facit nominis ſola præſcriptio. Græcitas verò, cùm per David Pſalmum ſcriptum eſſe ſignificat, ita titulum inſcribit :* Ψαλμὸς τῷ Δαβίδ· *at verò, cùm de David vult Pſalmum, qui ſit ſcriptus, intelligi, ita ſuperſcribit :* Τῷ Δαβίδ· *diſcernens per utriuſque pronominis proprium ſignificationem, utrùm David ſcripti Pſalmi auctor, an cauſa ſit ; ut ſuperſcriptio Pſalmi iſtius continet*, Τῷ Δαβίδ· *ita enim habet, id eſt, quòd propter eum, vel illi potiùs, quàm ab eo ſcriptus ſit.*

* Similiter Hilar... *qui docet manus meas in bellum* (inf. *ad bellum*) *& dig. meos in prælium*. Brev. Moz. *ad bellum... ad prælium*. Pſalt. Corb. cum Auguſt. & Proſp. *in prælium, digitos meos ad bellum :* Auguſt. inf. 1603. b. *& digitos*. Caſſiod. ut in Vulg. Gr. εἰς παράταξιν, τοὺς δακτύλους μου εἰς πόλεμον.

℣. 2. Eadem præfert Hilar. ad verbum. Caſſiod. cum Pſalt. Rom. extremò leg. *ſubjiciens populos ſub me ;* cæt. ut in Vulg. Mozarab. *qui ſubdidit populum ſub me*. Corb. *qui ſubjecit pop. meum*, &c. Pſ. è Mſ. Vatic. ap. Hilar. *qui ſubjiciet populum meum ſub me*. Apud Auguſt. in eundem

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. Protector meus, & in ipſo ſperavi : ſubjiciens populum meum ſub me.	*Scutum meum, & in ipſo ſperavi : qui ſubjecit populos mihi.*	Protector meus, & in ipſo ſperavi : qui ſubdit populum meum ſub me.
3. Domine quid eſt homo, quòd innotuiſti ei ? aut filius hominis, quòd deputas eum ?	*Domine quid eſt homo, quia cognoſcis eum : filius hominis, quia computas eum ?*	3. Domine quid eſt homo, quia innotuiſti ei ? aut filius hominis, quia reputas eum ?
4. Homo vanitati ſimilis factus : dies ejus ſicut umbra prætereunt.	*Homo vanitati aſſimilatus eſt : dies ejus quaſi umbra pertranſiens.*	4. Homo vanitati ſimilis factus eſt : dies ejus ſicut umbra prætereunt. *Job 8. 9. & 14. 2.*
5. Domine inclina cœlos, & deſcende : tange montes, & fumigabuntur.	*Domine inclina cœlos tuos, & deſcende : tange montes, & fumigabunt.*	5. Domine inclina cœlos tuos, & deſcende : tange montes, & fumigabunt.
6. Coruſca coruſcationes, & diſſipabis eos : emitte ſagittas tuas, & conturbabis eos.	*Mica fulmine, & diſſipa eos : mitte ſagittam tuam, & interfice illos.*	6. Fulgura coruſcationem, & diſſipabis eos : emitte ſagittas tuas, & conturbabis eos.
7. Emitte manum tuam de alto, eripe, & libera me de aquis multis ; de manu filiorum alienorum.	*Extende manum tuam de excelſo ; libera me, & erue me de aquis multis ; de manu filiorum alienorum :*	7. Emitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me de aquis multis ; de manu filiorum alienorum.
8. Quorum os locutum eſt vanitatem : & dextera eorum, dextera iniquitatis.	*Quorum os locutum eſt vanitatem, & dextera eorum, dextera mendacii.*	8. Quorum os locutum eſt vanitatem : & dextera eorum, dextera iniquitatis.
9. Deus cantionem novam cantabo tibi : in pſalterio decachordo pſallam tibi.	*Deus canticum novum cantabo tibi : in pſalterio decachordo pſallam tibi.*	9. Deus canticum novum cantabo tibi : in pſalterio decachordo pſallam tibi.
10. Qui das ſalutem regibus : qui liberas David ſervum tuum de gladio maligno : 11. erue me.	*Qui dat ſalutem regibus : qui eruit David ſervum ſuum de gladio peſſimo.*	10. Qui das ſalutem regibus : qui redemiſti David ſervum tuum de gladio maligno : 11. eripe me.
Eripe me de manu filii alieni, quorum os locutum eſt vanitatem : & dextera illorum, dextera iniquitatis :	*Libera me, & erue me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum eſt vanitatem ; & dextera eorum, dextera mendacii.*	Et erue me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum eſt vanitatem : & dextera eorum, dextera iniquitatis :
* Mſ. novellæ. 12. Quorum filii, * novella plantationis ſtabilita à juventute ſua.	*Ut ſint filii noſtri, quaſi plantatio creſcens in adoleſcentia ſua :*	12. Quorum filii, ſicut novellæ plantationes in juventute ſua.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Pſ. *Suſceptor meus*, & *erutor meus : protector meus..... qui ſubdit pop.* &c. Mſs. nonnulli ibid. *ſubdidit ;* plures, *ſubdis.* Gr. ὁ ὑποτάσσων. Ap. Proſp. ut in Vulg.

℣. 3. Sic Hilar. hab. cum Pſ. ibid. præf. exceptâ conjunct. *quia*, pro *quòd*, ante *innotuiſti.* Ambroſ. in Luc. 3. to. 1. 1328. a. *Quid eſt homo quod innot. ei ? aut fil. hominis, quia computas eum ?* Auguſt. cum Proſp. *quoniam innotuiſti ei ? aut fil. hom. quoniam æſtimas eum ?* Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Corb. *quòd innotuiſti ei..... quoniam reputas eum ?* Mozar. *quoniam extimas eum ?* Mediol. *viſitas eum ?* Gr. ὅτι ἐγνώσθης αὐτῷ ; ἢ..... ὅτι λογίζῃ αὐτόν ;

℣. 4. Vulgatæ ſuffragantur Hilar. in hunc Pſ. & Ambroſ. l. 2. de fide reſurr. to. 2. 1141. f. item epiſt. 34. col. 929. a. & l. de Iſaac, c. 2. to. 1. 358. a. & in Pſ. 36. col. 792. f. Accinunt Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. necnon Auguſt. ibid. col. 1605. f. ſed infra 1606. d. legit, *dies illius tanquam umbra tranſeunt ;* Pſalt. Moz. *tranſierunt ;* Corb. *tranſeunt.* Idem Auguſt. ſerm. 32. to. 5. 159. g. 162. c. ſic habet : *Homo vanitati aſſimilatus eſt : dies ejus velut umbra præterierunt.* Itidem Hieron. l. 2. contra Pelag. to. 4. 511. f. excepto verbo *pertranſeunt.* Gr. παράγεσι.

℣. 5. Sic in Pſalt. Corb. eſt. Vulgatæ favent Hilar. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. unà cum vet. Pſalt. In Gr..... ἅψαι τῶν ὀρέων, καὶ καπνισθήσονται. Hilar. infra, *fumabunt.*

℣. 6. Autogr. Sangerm. præfert tantùm *coruſcationes*, abſque verbo *coruſca ;* ſed aperto mendo : præmiſimus autem *coruſca* ex Pſalt. Moz. & aliis. In Rom. *Coruſca coruſcationes tuas*, &c. ut in textu. Ita quoque Caſſiod. legit ; ſicut Hilar. detractâ voculâ *tuas.* Pſ. autem è Mſ. Vatic. apud ipſum, *Coruſca coruſcantes.* Corb. *Coruſca coruſcationes*, & *diſpargis eos : emitte*, &c. Auguſt. & Proſp. *Coruſca coruſcationem*, & *diſperges eos : emitte ſagitt.* &c. Proſper hab. *coruſcationes*, ut & Auguſt. infra. Gr. Ἀστραπὴν σκόρπισον αὐτούς, καὶ ἐκτίναξον αὐτούς, &c. Mſ. Alex. ἀστραπὴν σκ.

℣. 7. Hilar. col. 556. b. 558. c. ita : *Emittes manum tuam de alto, eripe me de aquis multis, & de manu iniqua filiorum alienorum.* Pſ. verò ibid. præfixus Vulgatæ favet, additâ conjunct. & , poſt vocem *multis.* Sic etiam in Pſalt. Rom. & Moz. Hilar. quoque col. 552. f. ſup. legit : *eripe me, & libera me..... & de manu filiorum alienorum.* Aug. non ſemel : *Emitte manum tuam ex alto, & eximе me, & erue me de aquis multis ; de manu filiorum alienorum.* Proſper & Caſſiod. Vulgatæ ſuffragantur ad verbum. In Gr. Ἐξαπόστειλον..... ἐξ ὕψους, ἐξελοῦ με, καὶ ῥῦσαί με ἐξ ὑδάτων πολλῶν· ἐκ χειρὸς υἱῶν ἀλλοτρίων.

℣. 8. Ita legunt Hilar. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. &c. In Carn. & Corb. *dextera eorum, dextera mendacii.* In Gr. δεξιὰ ἀδικίας.

℣. 9. Itidem Hilar. in hunc Pſ. col. 560. b. at ſup. 559. a. hab. *canticum novum*, abſque ſeq. *in.* Pſ. verò ibidem præfixus cum Pſalt. Rom. Corb. & Moz. *in pſalterio decem chordarum.* Ita etiam Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. Ambroſ. *in decachordo pſalterio.* Gr. ἐν ψαλτηρίῳ δεκαχόρδῳ.

℣. 10. Sic in Pſalt. Rom. Mediol. Carnut. Corb. & Moz. necnon apud Hilar. & Caſſiod. in hunc Pſ. Apud Auguſt. ita : *Qui dat ſalutem regibus : qui redimit David ſervum ſuum de*, &c. S. Proſp. ibid. *Qui das..... qui redimis David ſervum tuum de*, &c. Pſ. verò è Mſ. Vatic. ap. Hilar. cum Auguſt. *Qui dat..... qui liberas ſervum ſuum de*, &c. Gr. Τῷ διδόντι τὴν..... τῷ λυτρουμένῳ Δαυὶδ τὸν δοῦλον αὐτοῦ ἐκ, &c.

℣. 11. Ita legit Hilar. in comment. detractis his mediis, *Eripe me de manu filii alieni.* Pſ. verò ibid. præfixus habet : *eripe me. Et eripe me de manu filii alieni, quorum os locutum eſt*, &c. ut ſupra. Corb. *eripe me. Et libera me de manu filior. alienorum, quorum*, &c. Mozar. *eripe me. Et libera me de aquis multis*, & *de manu filiorum alienorum, quorum*, &c. Ita etiam in Rom. & apud Caſſiod. in hunc Pſ. Apud Auguſt. verò cùm in eund. Pſ. tum l. cont. Adim. to. 8. 141. d. & epiſt. 55. to. 2. 538. e. ita : *erue me. Et eximе me de manu filiorum alienorum, quorum os*, &c. Ap. Proſp. *eripe me. Et eripe me de manu filiorum alien.* &c. In Græco : ῥῦσαί με. Καὶ ἐξελοῦ με ἐκ χειρὸς υἱῶν ἀλλοτρίων, οὗ, &c.

℣. 12. Pſalt. Corb. & Carnut. *Quorum filii, ſicut novellæ plantationis ſtabilitæ in* (Carn. *à*) *juventute ſua*, &c. Rom. verò, *Quorum filii, ſicut novellæ plantationes, ſtabiliti à juventute ſua*, &c. Mediol. & Moz. cum Caſſiod. *ſicut novellæ plantationes ſtabilitæ à juventute ſua.* Pſ. è Mſ. Vatic. ap. Hilar. *ſicut novellæ plantationes ſtabilitæ in juventute ſua. Fi-*

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
Filiæ eorum compoſitæ : circumornatæ ut ſimilitudo templi.	*Filiæ noſtræ quaſi anguli, ornati ad ſimilitudinem templi :*	Filiæ eorum compoſitæ : circumornatæ ut ſimilitudo templi. *Ex Mſ. Sangerm.*
13. Promptuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud.	*Promptuaria noſtra plena, & ſupereffluentia ex hoc in illud :*	13. Et promontoria earum plena, eructuantia ex hoc in illud.
Oves eorum fetoſæ, abundantes in egreſſibus ſuis : 14. boves eorum craſſæ.	*Pecora noſtra in millibus, & innumerabilia in compitis noſtris : tauri noſtri pingues.*	Oves eorum fetoſæ, abundantes in itineribus ſuis : 14. boves eorum pingues.
Non eſt ruina maceriæ, neque tranſitus, neque clamor in plateis eorum.	*Non eſt interruptio, & non eſt egreſſus : & non eſt ululatus in plateis noſtris.*	Non eſt ruina maceriæ, neque tranſitus, neque clamor in plateis eorum.
15. Beatum dixerunt populum, cui hæc ſunt : beatus populus, cujus Dominus Deus ejus.	*Beatus populus, cujus talia ſunt : beatus populus, cujus Dominus Deus ſuus.*	15. Beatum dixerunt populum, cui hæc ſunt : beatus populus, cujus Dominus Deus ejus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

lia eorum decorata, & circumornata ut, &c. Hilarius autem in comment. *Quorum filii, ſicut novella plantatio ſtabilita in juventute ſua. Filiæ eorum compoſita : circumornatæ quomodo ſimilitudo templi.* Similiter Ambroſ. l. de exhort. virg. to. 2. 299. a. *Filiæ eorum compoſitæ : circumorn. quomodo ſimilit. templi.* Auguſt. in Pſ. *Quorum filii ipſorum, velut novellæ conſtabilitæ in* (inf. *à*) *juventute ſua. Filiæ eorum compoſitæ, & ornatæ ſicut ſimilit. templi.* Sic iterum ep. 155. to. 2. 538. e. & l. cont. Adim. to. 8. 141. d. niſi quòd 1. loco tollit vocem *ipſorum*. Item Proſp. in Pſ. *Quorum filii, ſicut novellæ conſtabilitæ à juv. ſua. Filiæ..... & ornatæ ſicut*, &c. Gr. Ὧν οἱ υἱοὶ (Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. add. αὐτῶν,) ὡς νεόφυτα ἐστερεωμένα ἐν τῇ νεότητι αὐτῶν. Αἱ θυγατέρες αὐτῶν κεκαλλωπισμέναι· περικεκοσμημέναι ὡς, &c.

℣. 13. Hilar. leg. *Et promptuaria eorum*, &c. ut in Vulgata. Ita quoque Caſſiod. cum Pſalt. Moz. dempto 1. *Et*. Pſ. è Mſ. Vatic. apud Hilar. hab. inf. *abundantes in itineribus eorum*. Rom. Mediol. Corb. & Carnut. *in itineribus ſuis*, ut ſup. Auguſt. verò in hunc Pſ. ita : *Cellaria eorum plena, eructuantia ex hoc in hoc. Oves eorum fecundæ, multiplicantes in egreſſibus ſuis :* itidem ep. 155. to. 2. 538. e. & l. cont. Adim. to. 8. 141. d. præter ult. *in exitibus ſuis :* item ſerm. 32. to. 5. 168. a. *multiplicantes in exitibus ſuis*. Proſp. in hunc Pſ. *Cellaria eorum plena, eructantia ex hoc in hoc. Oves eorum fetoſæ, abund. in egreſſibus ſuis*. Gr. Τὰ ταμεῖα αὐτῶν πλήρη, ἐξερευγόμενα ἐκ τούτου εἰς τοῦτο. Τὰ πρόβατα αὐτῶν πολυτόκα, πληθύνοντα ἐν ταῖς ἐξόδοις αὐτῶν.

℣. 14. Hilar. Vulgatæ reſpondet ad verbum, cum Breviar. Moz. Itidem Proſp. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Corb. ſi hoc excipias, *boves eorum craſſi*. Similiter ap. Auguſt. cùm in hunc Pſ. tum l. contra Adim. to. 8. 141. d. *craſſi*, deinde, *Non eſt ruina ſepis, nec exitus, neque clamor*, &c. at epiſt. 155. to. 2. 538. e. ſcribit *craſſæ*. In Gr. ταχεῖς· tum, Οὐκ ἔστι κατάπτωμα φραγμοῦ, οὐδὲ διέξοδος, οὐδὲ κραυγὴ ἐν ταῖς ἐφαύλεσιν αὐτῶν· in edd. Ald. & Compl. ἐν ταῖς πλατείαις, ſicut ap. Symm.

℣. 15. Sic Hilar. in hunc Pſ. unà cum Gr. In Pſalt. Mozar. *cujus Dominus Deus eorum*. In Rom. & ap. Caſſiod. *cujus eſt Dom. Deus ejus*. Apud Auguſt. & Proſp. in hunc Pſ. *cujus Dom. Deus ipſius :* itidem Auguſt. epiſt. 155. to. 2. 538. e. & l. contra Adim. to. 8. 141. d.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
1. Laudatio ipſi David. CXLIV.	*Laudatio David. CXLV.*	1. Laudatio David, Pſalmus. CXLIV. *Ex Mſ. Sangerm.*
EXaltabo te Deus meus rex : & benedicam nomini tuo in ſæculum, & in ſæculum ſæculi.	*EXaltabo te Deus meus rex, & benedicam nomini tuo in æternum & ultra.*	*EXaltabo te Domine rex meus : & benedicam nomen tuum in ſæculum, & in ſæculum ſæculi.
2. Per ſingulos dies benedicam tibi : & laudabo nomen tuum in ſæculum, & in ſæculum ſæculi.	*In omni die benedicam tibi, & laudabo nomen tuum in ſempiternum jugiter.*	2. Per ſingulos dies benedicam te : & laudabo nomen tuum in ſæcula, & in ſæculum ſæculi.
3. Magnus Dominus & laudabilis nimis : & magnitudinis ejus non eſt finis.	*Magnus Dominus, & laudabilis nimis : & magnificentiæ ejus non eſt inveſtigatio.*	3. Magnus Dominus & laudabilis nimis : & magnitudinis ejus non erit finis.
4. Generatio & generatio laudabit opera tua : & potentiam tuam pronunciabuut.	*Generatio ad generationem laudabit opera tua, & fortitudines tuas annuntiabunt.*	4. Sæculum & ſæculum laudabunt opera tua : & potentiam tuam pronunciabunt.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. In Pſalt. Corb. & Moz. ſimpliciter, *Laudatio David*. Sic etiam apud Proſp. in hunc Pſ. Apud Auguſt. ibid. *Laus ipſi David*. Apud Caſſiod. ut in Vulg. Græcè, Αἴνεσις τῷ Δαυίδ· Mſs. Alex. τῷ Δαυίδ. Hilarius ait : *Titulus ipſe ſolam contineri in Pſalmo prædicationem Dei edocet : adjecto autem, ſecundùm Græcitatis conſuetudinem, nunc quoque ut in cæteris aliis, pronomine, oſtendit illum David iſto laudante laudari.*

* Hilar. legit cum Pſ. ibid. præf. *Exaltabo te Deus meus, & rex meus : & bened. nomen tuum in ſæc.* &c. ut ſup. Sic etiam ap. Auguſt. in hunc Pſ. ſed abſque conjunct. &, ante *rex meus*. Apud Proſp. & Caſſiod. *Deus meus rex : & benedicam nomen tuum in ſæc.* &c. Itidem in Pſalt. Corb. detracto uno &, ante *benedicam*. In Moz. verò ita : *Exaltabo te Domine Deus meus, & rex meus : & bened. nomen tuum in æternum, & in ſæculum ſæculi*. In Rom. *Exaltabo te Deus rex meus : & benedicam nomen tuum in æternum, & in ſæc.* &c. In Gr. Ὑψώσω σε ὁ Θεός μου ὁ βασιλεύς μου· καὶ εὐλογήσω τὸ ὄνομά σου εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ, &c.

℣. 2. Sic Hilar. & Caſſiod. in hunc Pſ. niſi quòd hab. *ſaculum*, loco *ſacula*. Sic etiam Auguſt. ibid. adjecto uno *Domine*, poſt *benedicam te*. In Pſalt. Corb. Rom. Moz. & apud Proſp. *benedicam te : & laudabo nom. tuum in æternum, & in ſæc. ſæculi*. In Gr. Καθ' ἑκάστην ἡμέραν εὐλογήσω σε· καὶ αἰνέσω τὸ ὄνομά σου εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος.

℣. 3. Vulgatæ reſpondent Hilar. & Caſſiod. in hunc Pſ. ſicut Ambroſ. in Luc. 2. to. 1. 1285. b. 1302. e. Auguſt. verò & Proſp. leg. *& laudabilis valde : & magnitudinis ejus*, &c. Hilar. in Pſ. 134. col. 471. b. *cujus magnificentiæ non eſt finis*. Gr..... καὶ αἰνετὸς σφόδρα· καὶ τῆς μεγαλωσύνης αὐτοῦ οὐκ ἔστι πέρας.

℣. 4. Pſalt. Rom. cum Caſſiod. *Generatio & generatio laudabunt opera tua*, &c. ut ſup. Corb. *Progenies & generatio laudavit opera tua : & virtutem tuam pronunciabunt*. Mozar. *Natio & progenies conlaudabunt opera tua : & potentiam tuam pronunciabunt*. Auguſt. & Proſp. cum Gr. *Generatio & generatio laudabit opera tua : & virtutem tuam annuntia-*

Digitized by Google

Versio antiqua.	Hebr.	Vulgata hod.
In Mſ. Sangerm. 5. Magnificentiam majeſtatis tuæ, & honorem tuum loquentur: & ſanctitatem tuam dicent, & mirabilia tua enarrabunt.	*Decorem gloriæ magnitudinis tuæ, & verba mirabilium tuorum loquar.*	5. Magnificentiam gloriæ ſanctitatis tuæ loquentur: & mirabilia tua narrabunt.
6. Et virtutem metuendorum tuorum dicent: & magnitudinem tuam dicent.	*Et fortitudinem horribilium tuorum loquentur, & magnitudines tuas narrabunt.*	6. Et virtutem terribilium tuorum dicent: & magnitudinem tuam narrabunt.
7. Memoriam abundantiæ ſuavitatis tuæ eructuabunt: juſtitiam tuam exſultabunt.	*Memoriam multæ bonitatis tuæ loquentur, & juſtitias tuas laudabunt.*	7. Memoriam abundantiæ ſuavitatis tuæ eructabunt: & juſtitiâ tuâ exſultabunt.
8. Miſerator, & miſericors: patiens, & multæ miſericordiæ; & Dominus in omnibus operibus ſuis.	*Clemens, & miſericors Dominus: patiens, & multæ miſerationis.*	8. Miſerator & miſericors Dominus: patiens, & multùm miſericors.
9. Suavis Dominus univerſis: & miſerationes ejus ſuper omnia opera ejus.	*Bonus Dominus omnibus, & miſericordiæ ejus in univerſa opera ejus.*	9. Suavis Dominus univerſis: & miſerationes ejus ſuper omnia opera ejus.
10. Confiteantur tibi omnia opera tua: & ſancti tui benedicant te.	*Confiteantur tibi Domine omnia opera tua, & ſancti tui benedicant tibi.*	10. Confiteantur tibi Domine omnia opera tua: & ſancti tui benedicant tibi.
11. Gloriam regni tui dicent: & potentiam tuam loquentur:	*Gloriam regni tui dicent, & fortitudines tuas loquentur:*	11. Gloriam regni tui dicent: & potentiam tuam loquentur:
12. Ut notam faciant filiis hominum potentiam tuam: & gloriam magnificentiæ regni tui.	*Ut oſtendant filiis hominum fortitudines ejus, & gloriam decoris regni ejus.*	12. Ut notam faciant filiis hominum potentiam tuam: & gloriam magnificentiæ regni tui.
13. Regnum tuum regnum omnium ſæculorum: & dominatio tua in omni generatione & progenie.	*Regnum tuum, regnum omnium ſæculorum; & poteſtas tua in omni generatione, & generationem.*	13. Regnum tuum regnum omnium ſæculorum: & dominatio tua in omni generatione & generationem.
Fidelis Dominus in verbis ſuis: & ſanctus in omnibus operibus ſuis.		Fidelis Dominus in omnibus verbis ſuis: & ſanctus in omnibus operibus ſuis.
14. Sublevat Dominus omnes, qui ruunt: & confirmat omnes eliſos.	*Suſtentat Dominus omnes corruentes, & erigit omnes jacentes.*	14. Allevat Dominus omnes, qui corruunt: & erigit omnes eliſos.
15. Oculi omnium in te ſperant: & tu das eſcam illorum in tempore opportuno.	*Oculi omnium in te ſperant, & tu das eis eſcam ſuam in tempore ſuo.*	15. Oculi omnium in te ſperant Domine: & tu das eſcam illorum in tempore opportuno.

Notæ ad Versionem antiquam.

bunt. Hilarius Vulgatæ congruit.

℣. 5. In autogr. Sangerm. eſt *Magnificentia*; ſed aperto errore, quem correximus. Pſ. è Mſ. Vatic. apud Hilar. habet, *Et magnificentiam*; deinde cum Hilar. ipſo, *majeſtatis tuæ, & ſanctitatem tuam loquentur: & mirab. tua narrabunt.* Ita quoque legit Caſſiod. cum Pſalt. Carnut. Rom. & Corb. Aug. verò cum Gr. *Et magnificentiam gloriæ ſanctitatis tuæ*, &c. ut in Vulg. S. Proſp. *Magnificentiam gloriæ ſanctitatis tuæ..... enarrabunt.*

℣. 6. Ita legit Auguſt. in hunc Pſ. niſi quòd pro ult. *dicent*, hab. *enarrabunt eam.* S. Proſp. ſimpliciter *enarrabunt*; cæt. ut in Vulg. Pſalt. Moz. *loquentur.* Hilar. & Caſſiod. Vulgatæ accinunt cum Pſalt. Rom. & Gr. à Rom. tamen abeſt &, ante *virtutem.* In Corb. *Et virtutem dicent terribilium tuorum.*

℣. 7. Ita legunt Proſp. & Caſſiod. cum Pſ. è Mſ. Vatic. apud Hilar. niſi quòd ponunt &, ante *memoriam.* Sed Hilar. in comment. non differt à Vulg. neque etiam Auguſt. neque Græc. Breviar. Moz. extremò hab. *& in tua juſtitia exaltabuntur.*

℣. 8. Hilar. in hunc Pſ. *Miſerator, & miſericors Dominus eſt: patiens, & multæ miſericordiæ*; nec addit plura. Pſ. ibidem præf. loco *eſt*, ponit &. Corb. neutrum; cæt. ut ap. Hilar. Apud Aug. & Proſp. *Miſericors, & miſerator Dominus: longanimis, & multùm miſericors.* Apud Caſſiod. *Miſericors, & miſerator Dom. patiens*, &c. Sic etiam in Pſalterio Rom. In Gr. Οἰκτίρμων, καὶ ἐλεήμων ὁ Κύριος· μακρόθυμος, &c. nuſquam autem ſubditur: & *Dominus in omnibus operibus ſuis.*

℣. 9. Concinunt Hilar. Proſp. & Caſſiod. in hunc loc. In Pſalt. Rom. *Suavis eſt Dominus*, &c. In Corb. *Suavis Dom. univerſ. & miſericordia ejus ſuper*, &c. Apud Auguſt. *Suavis Dominus omnibus: & miſerationes ejus in omnia opera ejus.* In Gr. Χρηστὸς Κύριος τοῖς ὑπομένουσι καὶ οἱ, &c. In Ald. & Compl. τοῖς ζώμασι.

℣. 10. Hilar. in hunc Pſ. *Confiteantur tibi Domine omnia opera tua: & ſancti tui confiteantur tibi.* Pſ. è Mſ. Vatic. ibid. *& ſancti tui benedicant te, confiteantur tibi.* Rom. *& ſancti tui benedicent tibi.* Auguſt. & Proſp. cum Corb. & Moz. & Gr. *& ſancti tui benedicant te*, ut ſup. Itidem Fulg. fragm. 34. cont. Fab. p. 644. Caſſiod. ut in Vulg.

℣℣. 11. 12. Eadem ferunt Hilar. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. Eadem etiam Auguſt. ibid. præter *gloriam magnitudinis decoris regni tui.* Fulg. ubi ſup. *Gloriam regnè tui dic. & pot. t. pronunciabunt: ut notam*, &c. ut in Vulgata. Gr..... τὴν δόξαν τῆς μεγαλοπρεπείας τῆς βασιλείας σου.

℣. 13. Sic habent Hilar. & Proſp. cum Pſalt. Corb. Hilarius tamen, col. 568. f. tollit 2. *regnum*; at ſup. col. 563. reponit *Regnum tuum regnum*, &c. Similiter in Pſalt. Romano, & Moz. addito uno *Domine*, poſt *tuum.* Textui pariter favet Auguſt. unà cum Gr. niſi quòd utrobique eſt, *generatione & generatione.* Apud Caſſiod. *Regnum tuum Domine, regnum..... in omni generatione & progenie. Fidelis Dom. in omnibus verbis ſuis*, &c. In edd. quoque Ald. & Compl. ἐν πᾶσι τοῖς λόγοις αὐτοῦ.

℣. 14. Pſalt. Corb. *Allevat Dominus omnes, qui ruunt: & erigit*, &c. Moz. *Suſtentat Dominus omnes, qui ruunt: & corrigit omnes eliſos.* Pſ. è Mſ. Vatic. apud Hilar. *Suffulciet Dominus omnes, qui corruunt: & corrigit omnes eliſos.* Hilar. ipſe in comment. *Suffulcit Dominus omnes, qui ruunt: & erigit omnes eliſos*; Mſs. verò *corrigit*: & ſanè Hilar. paulò inf. 570. a. ait: *Cur cadentes ſuffulciat, & alliſos corrigat, conſequenter docet*: at ſup. 569. e. dicit: *eriguntur alliſi.* Ambroſ. in Pſ. 36. to. 1. 800. b. *Suffulcit Dom. omnes, qui ruunt: & corrigit omnes eliſos.* Auguſt. verò in Pſ. ita: *Confirmat Dom. omnes decidentes: & erigit omnes eliſos.* Proſper ibid. *Confirmat Dom. omnes, qui decidunt: & erigit*, &c. Leo M. ſer. 35. p. 97. e. & Caſſiod. ut in Vulg. Gr. Ὑποστηρίζει Κύριος πάντας τοὺς καταπίπτοντας· καὶ ἀνορθοῖ πάντας τοὺς κατερραγμένους.

℣. 15. Sic in Pſalt. Corb. ad verbum. Hilarius autem Vulgatæ congruit, & addit *Domine.* A Pſ. verò ibid. præ-

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
16. Aperis tu manum tuam: & imples omne animal benedictione.	*Aperis manus tuas, & imples omne animal refectione.*	16. Aperis tu manum tuam: & imples omne animal benedictionem. *Ex Mſ. Sangerm.*
17. Juſtus Dominus in omnibus viis ſuis: & ſanctus in omnibus operibus ſuis.	*Juſtus Dominus in omnibus viis ſuis, & ſanctus in omnibus operibus ſuis.*	17. Juſtus Dominus in omnibus viis ſuis: & ſanctus in omnibus operibus ſuis.
18. Prope eſt Dominus omnibus invocantibus eum: omnibus invocantibus eum in veritate.	*Juxta eſt Dominus omnibus qui invocant eum: omnibus qui invocant illum in veritate.*	18. Prope eſt Dominus omnibus invocantibus eum in veritate.
19. Voluntatem timentium ſe faciet, & deprecationem eorum exaudiet: & ſalvos faciet eos.	*Placitum timentium ſe faciet, & clamorem eorum exaudiet; & ſalvabit eos.*	19. Voluntatem timentium ſe faciet, orationem eorum exaudiet: ſalvos faciet eos.
20. Cuſtodit Dominus omnes diligentes ſe: & omnes peccatores diſperdet.	*Cuſtodit Dominus omnes diligentes ſe, & univerſos impios conteret.*	20. Cuſtodit Dominus diligentes ipſum: & omnes peccatores diſperdet.
21. Laudationem Domini loquetur os meum: & benedicat omnis caro nomini ſancto ejus in ſæculum, & in ſæculum ſæculi.	*Laudem Domini loquetur os meum: & benedicet omnis caro nomini ſancto ejus in æternum, & jugiter.*	21. Laudationem Domini loquetur os meum: & benedicat omnis caro nomen ſanctum ejus in ſæculum, & ſæculum ſæculi.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

fixo abeſt *Domine*, ut & ſeq. *tu*. In Rom. ſicut apud Caſſiod. *Oculi omnium in te ſperant Domine: & tu das eſcam illis in*, &c. In Moz. *Oculi hominum in te ſperant: & tu das eſcam illis*, &c. Apud Ambroſ. l. de Spir. S. to. 2. 651. f. *Oculi omnium in te ſperant.* Itidem ap. Auguſt. & Proſp. in hunc Pſ. ſtatimque: *& tu das eſcam illis in opportunitate*; Proſp. *in tempore opportuno.* In Gr. Οἱ ὀφθαλμοὶ πάντων εἰς σὲ ἐλπίζουσι καὶ σὺ..... αὐτῶν ἐν εὐκαιρίᾳ.

℣. 16. Hilarius cum Proſp. *Aperis tu*..... *& imples omnem animam benedictione.* Pſ. ibid. præfixus, *omnem animam beneplacito.* Pſalt. Corb. & Moz. *omnem animam benedictionem.* Ambr. l. de Spir. S. col. 651. f. *Aperis man. tuam: & imples omnem anim am bona voluntate.* Auguſt. verò & Caſſiod. ut in Vulg. Gr. Ἀνοίγεις σὺ τὰς χεῖράς σου καὶ ἐμπιπλᾷς πᾶν ζῶον εὐδοκίας. Ald. & Compl. ſcribunt ſingulariter τὴν χεῖρα.

℣. 17. Ita legunt Hilar. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. unà cum Gr. In Pſalt. Rom. deeſt *omnibus*, ante *viis*.

℣. 18. Ita legit Caſſiod. ad verbum. Eadem etiam, nec plura exſtant in Pſalt. Rom. Carnut. Corb. & Moz. Græc. verò Vulgatæ conſonat. Hilar. quoque in comment. legit: *Prope eſt Dominus invocantibus eum:* paulòque poſt, *omnibus invocantibus eum in veritate:* rurſus in Pſ. 148. col. 590. a. *Prope eſt Dom. omnibus invocantibus eum.* Auguſt. & Proſp. *Prope eſt Dom. omnibus invoc. eum: omnibus qui invocant eum in veritate.*

℣. 19. Sic habet Hilar. cum Pſalt. Corb. addito duplici &, poſt *faciet*, & poſt *exaudiet*; Mſs. tamen Hilar. ferunt *exaudivit*; Pſ. que ibid. præf. *facit*, non *faciet*. Pſalt. Rom. & Moz. cum Caſſiod. *& orationes eorum exaudiet*; cæt. ut in Vulg. Auguſt. & Proſp. *& preces eorum exaudiet*, &c. Gr. καὶ τὴν δέησιν αὐτῶν εἰσακούσεται καὶ σώσει αὐτούς.

℣. 20. Vulgatæ accinunt & Græco Auguſt. Proſper & Caſſiod. in hunc Pſ. Pſalt. verò Corb. hab. *Cuſtodit Dominus omnes qui diligunt eum*, &c. Pſ. è Mſ. Vatic. apud Hilar. *Cuſtodiet Dominus omnes diligentes ipſum: &*, &c. Hilar. ipſe in comment. *Cuſtodit Deus diligentes ipſum*, &c. ut in textu.

℣. 21. Ita legit Hilar. cum Pſ. ibid. præfixo, repetitâ præp. *in*, ante ult. *ſæculum*. Pſalt. Rom. & Moz. cum Proſp. *Laudem Domini loquetur os meum: & benedicat omnis caro nomen ſanctum ejus in æternum, & in ſæculum ſæculi.* Similiter in Corb. ut & apud Auguſt. & Caſſiod. ſi excipias unum *in ſæculum*, loco *in æternum*. Leo M. ſer. 1. p. 49. d. *Laudem Domini loquatur os meum.* Græc. Αἶνεσιν Κυρίῳ λαλήσει..... καὶ εὐλογείτω..... τὸ ὄνομα τὸ ἅγιον αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν, &c.

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
1. Alleluia, Aggæi, & Zachariæ. CXLV.	*Alleluia. CXLVI.*	1. Alleluia, Pſalmus David. CXLV. *Ex Mſ. Sangerm.*
2. LAuda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea pſallam Deo meo quandiu fuero. *Sup. 144. 2.*	*LAuda anima mea Dominum: laudabo Dominum in vita mea, cantabo Deo meo quandiu ſum.*	2. LAuda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea: pſallam Domino meo quandiu ero.
Nolite confidere in principibus: 3. in filiis hominum, in quibus non eſt ſalus.	*Nolite confidere in principibus: in filio hominis, cui non eſt ſalus.*	Nolite confidere in principibus: 3. neque in filiis hominum, quibus non eſt ſalus.
4. Exibit ſpiritus ejus, & revertetur in terram ſuam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.	*Egredietur ſpiritus ejus, & revertetur in humum ſuam: in die illa peribunt cogitationes ejus.*	4. Exibit ſpiritus eorum: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Pſalt. Rom. ſimpliciter hab. *Alleluia*, cum Caſſiod. Pſ. verò è Mſ. Vatic. apud Hilar. ſic: *Pſalmus David, Alleluia, Aggæi, & Zachariæ.* Hilar. quoque in comment. dicit: *Etſam huic Pſalmo addere aliquid Translatoribus viſum eſt: nam cùm Hebræis ſola* Alleluia *ſit prælata confeſſio, illis placuit Aggæum, & Zachariam in titulo anteferre.* Auguſt. & Proſp. nullum præferunt titulum. Theodoretus ait: *In quibuſdam exemplaribus additum eſt* Ἀγγαίου, καὶ Ζαχαρίου; *id vero neque apud Hebr. neque apud alios Interpretes inveni, neque apud LXX. in Hexaplo: id etiam de ſeqq. titulis intelligendum.* Gr. hod. Vulgatæ conſonat.

℣. 2. Sic in Pſalt. Rom. eſt & Moz. uno excepto *Deo*, pro *Domino*. Ita quoque Hilar. & Caſſiod. legunt in hunc Pſ. Auguſt. verò in eund. *pſallam Deo meo quandiu ſum. Nolite confidere in principes:* nec diſſimiliter in Pſalt. Corb. & apud Proſp. excepto ult. *in principibus*. Græcè: ψαλῶ τῷ Θεῷ μου ἕως ὑπάρχω. Μὴ πεποιθατε ἐπ' ἄρχοντας.

℣. 3. S. Proſp. & Caſſiod. legunt cum Pſalt. Moz. & Pſ. præfixo apud Hilar. *neque in filiis hom. in quibus non eſt ſalus.* Hilar. verò in comment. Vulgatæ accinit ad verbum. Lucif. Calar. l. 1. pro S. Athan. p. 196. b. *Nolite confidere in principibus: & in filiis hom. in quibus*, &c. Ap. Auguſt. bis, & *in filios hominum, quibus*, &c. inf. *à quibus*, ſed ſemel. In Pſalt. Corb. *nec in filiis hom. quibus*, &c. In Gr. ἐν ἐφ' υἱοῖς ἀνθρώπων, εἷς οὐκ, &c.

℣. 4. Hilar. in comment. *Exibit ſpiritus eorum, & revertentur in terram ſuam: in illa die*, &c. ut in textu. Brev. Moz. *Exiet ſpiritus eorum, revertetur in terram ſuam*, &c. Pſalt. verò Corb. *Exiet ſpiritus ejus, & revertetur in terra ſua: in illa die*, &c. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 196. b. cum Vulg. concinit ad verbum. Ita quoque Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. niſi quòd Caſſiod. leg. *Exiet*. Auguſt.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.	
Ex Mſ. Sangerm. 5. Beatus, cujus Deus Jacob adjutor ejus, & ſpes ejus in Domino Deo ipſius: 6. qui fecit cœlum & terram, mare, & omnia quæ in eis.	*Beatus, cujus Deus Jacob auxiliator ejus, ſpes ejus in Domino Deo ſuo: qui fecit cœlos & terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt,*	5. Beatus, cujus Deus Jacob adjutor ejus, ſpes ejus in Domino Deo ipſius: 6. qui fecit cœlum & terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt.	*Act.* 14. 14. *Apoc.*
7. Qui cuſtodit veritatem in ſæculum, facit judicium injuriam patientibus: dat eſcam eſurientibus.	*Et cuſtodit veritatem in ſempiternum: qui facit judicium calumniam ſuſtinentibus, & dat panem eſurientibus.*	7. Qui cuſtodit veritatem in ſæculum, facit judicium injuriam patientibus: dat eſcam eſurientibus.	14. 7.
Dominus erigit alliſos: 8. Dominus ſolvet compeditos.	*Dominus ſolvit vinctos: Dominus illuminat cæcos.*	Dominus ſolvit compeditos: 8. Dominus illuminat cæcos.	
Dominus inluminat cæcos, Dominus diligit juſtos.	*Dominus erigit alliſos: Dominus diligit juſtos.*	Dominus erigit eliſos, Dominus diligit juſtos.	
9. Dominus cuſtodit advenas, pupillum & viduam ſuſcipiet: & viam peccatorum exterminabit.	*Dominus cuſtodit advenas, pupillum & viduam ſuſcipiet: & vias impiorum conteret.*	9. Dominus cuſtodit advenas, pupillum & viduam ſuſcipiet: & vias peccatorum diſperdet.	
10. Regnabit Dominus in ſæcula, Deus tuus Sion in ſæculum & ſæculum.	*Regnabit Dominus in æternum, Deus tuus Sion in generationem & generationem. Alleluia.*	10. Regnabit Dominus in ſæcula, Deus tuus Sion in generationem & generationem.	

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ibid. *Exiet ſpiritus ejus, & revertetur..... in illa die perib. omnes cogitationes ejus.* In Gr. Ἐξελεύσεται τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ ἐπιστρέψει εἰς τὴν..... ἀπολοῦνται πάντες οἱ διαλογισμοὶ αὐτῶν· Ald. & Compl. αὐτοῦ.

℣. 5. Ita legit Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 196. b. cum Pſ. è Mſ. Vatic. apud Hilar. Sic etiam Hilar. ipſe in comment. ſed abſque medio &, quod pariter omittunt S. Proſp. & Caſſiod. ibid. Apud Aug. quater: *Beatus, cujus Deus Jacob adjutor eſt ejus, ſpes illius* (vel *ipſius*) *in Dominum Deum ipſius*; ſemel *ſpes ipſius in Domino Deo ipſius.* In Gr. ἡ ἐλπὶς αὐτοῦ ἐπὶ Κύριον τὸν Θεὸν αὐτοῦ.

℣. 6. Concinit Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 196. b. unà cum Gr. Hilar. verò, Auguſt. Proſp. & Caſſiod. addunt in fine, *ſunt.* Apud Iren. l. 1. c. 9. p. 48. a. *Qui fecit cœlum & terram, & maria, & omnia quæ in eis ſunt.*

℣℣. 7. 8. Totidem verba in Pſalt. Rom. & eodem ordine, niſi excipias unum *ſolvit*, pro *ſolvet.* In Moz. *Qui cuſtodit veritatem in æternum, qui facit judicium.....* & *dat eſcam eſurientibus. Dominus ſolvet compeditos: Dom. erigit eliſos. Dom. illuminat cæcos, Dom. diligit juſtos.* In Corb. *faciens judicium*, non *facit*; ſubinde poſt *eſurientibus*, ita: *Dominus eligit adliſos: Dom. ſolvit compeditos. Dom. inluminat cæcos, Dom. diligit juſtos.* Pſ. præfixus apud Hilar. *facit judicium injuriâ patientibus: dat eſcam eſur. Dominus ſolvit comped. Dom. ſapientificat cæcos. Dom. erigit allîſos, Dom. diligit juſtos.* Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 196. b. priora tantùm refert: *Qui cuſtodit verit. in ſæculum, facit judic. injuriam patientibus.* Hilar. in comment. *Qui cuſtodit verit. in ſæculum, facit judicium his, qui patiuntur injuriam: dat eſcam eſur. Dominus ſolvit comped. Dom. ſapientificat cæcos. Dom. erigit eliſos* (inf. *alliſos*,) *Dom. diligit juſtos.* Ambr. in Luc. 7. to. 1. col. 1379. c. 1462. c. *Dominus dat eſcam eſur. Dom. erigit alliſos: Dom. ſolvit comped. Dom. illuminat cæcos, Dom. diligit juſtos.* Aug. in hunc Pſ. *Qui cuſtodit verit. in æternum, facientem judicium injuriam accipientibus, dantem eſcam eſurientibus. Dominus ſolvit comped. Dom. erigit eliſos. Dom. ſapientes facit cæcos, Dominus diligit juſtos:* ſupra 1633. g. legit, *qui judicium faciet.* S. Pacian. ſer. de pœnit. p. 319. c. *Dominus erigit eliſos: Dom. ſolvit comped. Dom. illumin. cæcos.* Proſp. in hunc Pſ. *Dominus ſapientes facit cæcos: Dom. erigit eliſos, Dom. diligit juſtos;* cæt. ut in Vulgata. Caſſiodorus ab ipſa non differt, niſi quòd poſt *juſtos*, ſubdit: *Dominus erigit eliſos.* Hieron. verò in Iſai. 14. to. 3. 399. c. legit cum Auguſt. & Proſp. *Dominus ſapientes facit cæcos*; ſed addit: *ſive ut in Latinis codicibus legitur: Dominus illuminat cæcos, Dom. diligit advenas.* Græc. Τὸν φυλάσσοντα ἀλήθειαν..... ποιοῦντα κρίμα τοῖς ἀδικουμένοις· διδόντα τροφὴν τοῖς..... Κύριος λύει πεπεδημένους· Κύριος ζοφοῖ τυφλούς. Κύριος ἀνορθοῖ καταῤῥαγμένους, Κύριος ἀγαπᾷ δικαίους. Mſ. Alex. Κύριος ἀνορθοῖ καταῤῥαγ. Κύριος ζοφοῖ τυφλούς· al. φωλίζει, teſte Chryſoſt.

℣. 9. Hilarius legit: *Dominus cuſtodit proſelytum, pupillum & vid.....* & *viam peccatorum exterminabit:* & infra: *Advenæ*, inquit, *ſeu proſelyti, cuſtodiuntur.....* & *via peccatorum diſperditur.* Ambroſ. in Luc. 7. to. 1. 1379. c. *Dominus cuſtodit advenas, orphanum & vid.....* & *viam pecc. exterminabit:* ſed l. de vid. to. 2. 189. d. leg. *pupillum & viduam ſuſcipiet.* Auguſt. *Dom. cuſtodit proſelytos, orphanum* (inf. *pupillum*) *& viduam ſuſcipiet:* & *viam pecc. exterminabit.* Proſper ut in Vulg. præter hoc, & *viam pecc. exterminabit.* Caſſiod. cum Pſalt. Rom. *Dom. cuſtodit advenam, pup.....* & *viam pecc. exterminabit.* Pſ. è Mſ. Vatic. ap. Hilar. *advenas, pup...* & *vias peccat. exterminavit.* Breviar. Moz. *orphanum & vid. ſuſc.* & *viam pecc. exterminabit:* ſimiliter in Corb. & *viam pecc. exterminabit.* In Gr..... τὸς προσηλύτους, ὀρφανὸν καὶ χήραν ἀναλήψεται· καὶ ὁδὸν..... ἀφανιεῖ. Autogr. Sang. ſcribit *exterminavit*, ut & inf. *regnavit*, ſed antiquor. Mſs. more, qui *v* in *b*, & *b* in *v*, ſæpiſſimè convertunt.

℣. 10. Pſalt. Rom. cum Caſſiod. *Regnabit Dominus in æternum, Deus tuus Sion in ſæculum ſæculi.* Similiter habet Pſalt. Corb. *in ſæculum ſæculi.* Mozar. *Regnabit Dom. in æternum..... in generatione & generatione.* Sic etiam apud Hilar. & Auguſt. exceptis his, *in generationem & generationem.* Pſ. è Mſ. Vatic. apud Hilar. *Regnabit Dom. in ſæculum..... in generatione & generationem.* Apud Proſp. *Regnabit Dom. in æternum..... in generatione & generatione, in ſæculum ſæculi.* In Gr. Βασιλεύσει Κύριος εἰς τὸν αἰῶνα, ὁ Θεός σου Σιὼν εἰς γενεὰν καὶ γενεάν.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 1. Alleluia, Aggæi, & Zachariæ. CXLVI.	CXLVII.	1. Alleluia. CXLVI.
*LAudate Dominum, quoniam bonum eſt pſalmis:	*LAudate Dominum, quoniam bonum eſt canticum Dei noſtri:*	LAudate Dominum, quoniam bonus eſt pſalmus: Deo noſtro

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hic Pſ. ita inſcribitur in Pſalt. Corb. Carnut. Mozar. & Gr. Sic etiam habet Pſ. præf. apud Hilar. Caſſiod. verò cum Vulg. ſimpliciter *Alleluia.* Apud Aug. & Proſp. nullus memoratur titulus. Apud Hilar. autem hæc leguntur, col. 576. e. *Poſt primam Jeruſalem ſubverſionem, traduſtoque in Babyloniam populo captivo, ædificatam rurſum eandem civitatem fuiſſe, & hiſtoria Regnorum & libri Eſdræ loquuntur. Sed hodie eandem nullam eſſe, rerum fides edocet. Hoc idcirco prædiximus, ne, quia Translatoribus viſum eſt huic & anteriori Pſalmo*, in Aggæum, & Zachariam, *titulum præſcribere, exiſtimemus in illius temporis homines prophetiæ hujus præſcientiam convenire.* Edìtt. Ald. & Compl. delent Ἀγγαίου, καὶ Ζαχαρίου.

* Itidem in Pſalt. Corb. dempto uno *eſt*, ante *pſalmis*, Rom. verò cum Hilar. & Caſſiod. leg. *Laudate Dom. quon. bonus eſt pſalmus: Deo noſtro jucunda ſit laudatio:* item Hilar. poſt paulò: *Quia bonus pſalmus eſt, Deo noſtro ſit jucunda laudatio.* Proſp. ibid. *jocunda laudatio.* Auguſt. *Laudate*

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
ſit jucunda, decoraque laudatio.	*quoniam decorum eſt, pulchra laudatio.*	Domino noſtro ſit jucunda laudatio. *Ex Mſ. Sangerm.*
2. Ædificans Jeruſalem Dominus: diſperſiones Iſraëlis congregabit.	*Ædificabit Jeruſalem Dominus: ejectos Iſraël congregabit.*	2. Ædificans Jeruſalem Dominus: & diſparſiones Iſraël congregans.
3. Qui ſanat contritos corde: & alligat contritiones eorum.	*Qui ſanat contritos corde, & alligat plagas eorum.*	3. Qui ſanat contritos corde: & alligat contritiones eorum.
4. Qui numerat multitudinem ſtellarum: & omnibus eis nomina vocat.	*Qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnes nomine ſuo vocat.*	4. Qui numerat multitudines ſtellarum: & omnibus eis nomina vocans.
5. Magnus Dominus noſter, & magna virtus ejus: & ſapientiæ ejus non eſt numerus.	*Magnus Dominus noſter, & multus fortitudine: & prudentia ejus non eſt numerus.*	5. Magnus Dominus, & magna virtus ejus: & ſapientiæ ejus non eſt numerus.
6. Suſcipiens manſuetos Dominus: humilians autem peccatores uſque ad terram.	*Suſcipiens manſuetos Dominus: humilians impios uſque ad terram.*	6. Suſcipiens manſuetos: humiliat autem peccatores uſque ad terram.
7. Præcinite Domino in confeſſione: pſallite Deo noſtro in cithara.	*Canite Domino in confeſſione: canite Deo noſtro in cithara.*	7. Incipite Domino in confeſſionem: pſallite Deo noſtro in cithara.
8. Qui operit cœlum nubibus: & parat terræ pluviam. Qui producit in montibus fœnum, & herbam ſervituti hominum.	*Qui operit cœlos nubibus, & præbet terræ pluviam: Et oriri facit in montibus germen.*	8. Qui operit cœlum nubibus: & parat terræ pluviam. Qui producit in montibus fœnum:
9. Qui dat jumentis eſcam ipſorum, & pullis corvorum invocantibus eum.	*Qui dat jumentis panem ſuum, filiis corvi clamantibus.*	9. Dat jumentis eſcam ipſorum, & pullis corvorum invocantibus eum.
10. Non in fortitudine equi voluntatem habebit: nec in tibiis viri beneplacitum erit ei.	*Non eſt in fortitudine equi voluntas ejus: neque in tibiis viri placetur ei.*	10. Non in viribus equi voluntatem habebit: nec in tabernaculis viri beneplacitum eſt ei.
11. Beneplacitum eſt Domino	*Placetur Domino in his qui ti-*	11. Beneplacitum eſt ſuper

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Dom. quon. bonus pſalmus: Deo noſtro jocunda ſit laus: uno in loco ſubditur *eſt*, poſt *bonus*; ſed in al. conſtanter deeſt. In Pſalt. Moz. *Deo noſtro jocunda ſit laudatio:* abeſt autem tam ab ipſo, quàm à Mediol. Carnut. & aliis, *decoraque:* id verò tum Ambroſ. in Pſ. 1. col. 740. e. tum Nicerius, Spicil. to. 3. p. 9. addunt cum cæt. quæ habentur in Vulg. In Gr. Αἰνεῖτε τὸν Κύριον, ὅτι ἀγαθὸν ψαλμὸς· τῷ Θεῷ ἡμῶν ἡδυνθείη αἶνος. In ed. Compl. ἀγαθὺς, non ἀγαθόν.

℣. 2. Ita legunt Hilar. Proſp. & Caſſiod. cum Pſalt. Carnut. & Rom. Sic etiam Ambroſ. in Pſ. 43. to. 1. 903. b. uno excepto *Iſraëlis.* Auguſt. & *diſperſiones Iſraël colligens.* Vigil. Tapſ. cont. Varimad. p. 749. b. & *diſperſos Iſraël congregans.* Pſalt. Mozar. & *diſpoſitionem Iſraël congregans.* Corb. *Ædificans Jeruſ. & diſperſiones Iſraël congregans.* Gr. ὁ τὰς διασπορὰς τοῦ Ἰσραὴλ ἐπισυνάξει. Ald. & Compl. delent καί.

℣. 3. Accinunt Hilar. Auguſt. & Proſp. cum vet. Pſalt. Apud Caſſiod. *qui alligat.* In Græco, Ὁ ἰώμενος..... ὁ δεσμεύων, &c.

℣. 4. Sic apud Auguſt. & in Pſalt. Corb. præter ſing. *multitudinem.* Hilar. ibid. legit: *Numerans multitudinem ſtell. & omnibus his nomina vocans.* Ambroſ. verò l. 5. de fide, to. 2. 587. a. Vulgatæ conſentit cum Proſp. & Philaſtr. Brix. l. de hæreſ. p. 714. a. Apud Hieron. in Iſai. 40. to. 3. 308. c. ſic: *Qui numerat multitudinem ſtell. & omnes eas ex nomine vocat.* Ap. Caſſiod. & *omnes nomine ſuo vocat.* In Gr. Ὁ ἀριθμῶν πλῆθος..... ὁ πᾶσιν αὐτοῖς ὀνόματα καλῶν.

℣. 5. Itidem in Pſalt. Corb. Ambroſ. quoque l. 2. de interpel. Dav. c. 4. col. 644. a. delet vocem *noſter.* Vulgatæ verò ſuffragantur Hilar. Proſp. & Caſſiod. cum vet. al. Pſalt. Apud Auguſt. ſic: *Magnus Dom. noſter.....* & *intelligentiæ ejus non eſt numerus.* Græcè: Μέγας ὁ Κύριος ἡμῶν..... καὶ τῆς ξυνέσεως, &c.

℣. 6. Sic in Pſalt. Rom. eſt, addita voce *Dominus*, ad *manſuetos.* Hilar. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. Vulgatæ accinunt & Gr. Pſalt. Corb. hab. *humiliat autem peccatorem.*

℣. 7. Similiter in Pſalt. Corb. Hilar. verò hab. *Inchoate Domino in confeſſione*, &c. Auguſt. & Caſſiod. cum Pſalt. Mediol. & Carnut. *Incipite Domino in confeſſione*, &c. ita rurſum Auguſt. tract. 4. in 1. Joh. to. 3. 851. d. Proſp. autem ut in Vulg. Brev. Moz. *Canite Dom. in confeſſione*, &c. Gr. Ἐξάρξασθε τῷ Κυρίῳ ἐν ἐξομολογήσει, &c. Al. ex Chryſoſt. Καταρξάσθε τῷ, &c.

℣. 8. Sic apud Hilar. in hunc Pſ. nec plura: Pſ. verò ibid. præf. ſubdit, & *herbam ſervituti hominum:* imo Hilar. ipſe inf. leg. *Qui producit... fœnum: dat jum. eſcam ipſorum:* & *herbam ſervituti hom.* & *pullis*, &c. Hunc etiam verſiculorum ordinem confirmat inf. col. 58. a. dicens: *In pluribus autem codicibus inſertum hunc verſum deprehendimus*, & herbam ſervituti hominum; *ut ea quæ ſuperiùs dicta ſunt, de homine dicta eſſe per nuncupationem ipſius hominis intelligerentur; ſed nos non egemus hoc ſenſu: nam licet non impediat adjectus, non tamen eum, tanquam non aliis ad hujus intelligentiæ confirmationem uti poſſimus, amplectimur. Hic enim ordo dictorum eſt: Qui operit..... & parat..... Qui producit..... dat jumentis..... & herbam ſervituti hom.* &c. Apud Auguſt. ibid. *Qui cooperit cœlum nubibus: qui parat terræ pluviam. Qui exoriri facit in montibus fœnum*, & *herbam ſervituti hominum.* Apud Proſp. *Qui operit cœlum nubibus: deſcendit in terram ſitientem pluvia gratiarum. Qui producit in.....* & *herbam ſervit.* &c. Caſſiod. ut in Vulg. In Gr. Τῷ στερεώσαντι τοὺς οὐρανοὺς..... τῷ ἐξομάζοντι..... τῷ ἐξαπλώσαντι..... καὶ χιόνα τὴν δοκίαν τῶν, &c. Hic ult. verſic. non habetur in Mſ. Alex. ſed in al. edd. reperitur.

℣. 9. Concinunt Hilar. & Proſp. in hunc Pſ. Auguſt. verò legit: *Et dat* (inf. *Qui dat*) *pecoribus eſcam ipſorum*, & *pullis corvorum qui invocant eum.* Caſſiod. ut in Vulg. Item apud Ambroſ. epiſt. 63. col. 1041. d. *pullis corvorum invocantibus eum.* Græcè: Καὶ διδόντι τοῖς κτήνεσι, &c. ut ſup. In edd. Ald. & Compl. deeſt καί.

℣. 10. Ita legunt Hilar. & Caſſiod. cum Pſalt. Corb. & Rom. necnon Pſ. è Mſ. Vatic. apud Hilar. hic tamen Pſ. ſcribit *habuit*, non *habebit*; Corb.que extremò, *erit ei.* Mozar. *Non in viribus equi voluptatem habebit*, &c. ut in textu. Auguſt. in eundem Pſ. *Non in potentatu equi voluntatem habebit: nec in tabernaculis viri bene ſentiet.* Proſp. ibidem: *Non in fortitudine equi volunt. habebit: nec in tabernaculis viri beneplacitum eſt ei.* Hieron. epiſt. ad Sun. & Fret. to. 2. 663. b. *Prave*, inquit, Domino *legiſſe vos dicitis, quod non habetur.* Apud S. Paulin. epiſt. 49. p. 290. a. ſic: *Non in viribus equi, neque in tabernaculis viri; ſed in humilibus & timentibus eum beneplacitum eſt.* Ruric. etiam l. 2. epiſt. 14. p. 568. h. dicit: *Non in manufactis habitat Deus; nec in tabernaculis viri beneplacitum ei.* Græcè: Οὐκ ἐν τῇ δυναστείᾳ τοῦ ἵππου θελήσει· οὐδὲ ἐν ταῖς κνήμαις τοῦ ἀνδρὸς εὐδοκεῖ.

℣. 11. Pſalt. Rom. cum Moz. *Beneplacitum eſt Domino ſuper timentes eum: & in eos, qui ſperant in miſericordia ejus.* Pſ. è Mſ. Vatic. apud Hilar. cum Proſp. & *in eos, qui ſperant in miſericordiam ejus.* Hilar. verò in comment. & *in omnes, qui ſperant ſuper miſericordia ejus.* Auguſt. ibid. *Be-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. timentibus eum: & in eos, qui ſperant in miſericordia ejus.	*ment eum, & exſpectant miſericordiam ejus.*	ſuper timentes eum: & in eis, qui ſperant ſuper miſericordia ejus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ne ſentiet Dominus in timentibus eum: & in his, qui ſperant in miſericordia ejus. Ruric. ubi ſup. *Sed beneplacitum eſt ei ſuper timentes ſe: & in eo, qui ſperat in miſericordia.* Caſſiod.

ut in Vulg. Gr. Εὐδοκεῖ Κύριος ἐν τοῖς φοβουμένοις αὐτόν· ἐν ἐν πᾶσι τοῖς ἐλπίζουσιν ἐπὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. * Alleluia. CXLVII.		Alleluia. CXLVII.
12. LAuda Jeruſalem Dominum: lauda Deum tuum Sion.	*Lauda Jeruſalem Dominum: cane Deum tuum Sion.*	12. LAuda Jeruſalem Dominum; lauda Deum tuum Sion.
13. Quoniam confortavit ſerras portarum tuarum: benedixit filios tuos in te.	*Quia confortavit vectes portarum tuarum: benedixit filiis tuis in medio tui.*	13. Quoniam confortavit ſeras portarum tuarum: benedixit filiis tuis in te.
14. Qui poſuit fines tuos in pacem: & adipes frumenti ſatians te.	*Qui poſuit terminum tuum pacem: adipe frumenti ſaturavit te.*	14. Qui poſuit fines tuos pacem: & adipe frumenti ſatiat te.
15. Qui emittit eloquium terræ: velociter currit ſermo ejus.	*Qui emittit eloquium ſuum terræ: velociter currit verbum ejus.*	15. Qui emittit eloquium ſuum terræ: velociter currit ſermo ejus.
16. Qui dat nivem ſicut lanam: nebulam ſicut cinerem ſpargit.	*Qui dat nivem quaſi lanam: pruinam quaſi cinerem ſpargit.*	16. Qui dat nivem ſicut lanam; nebulam ſicut cinerem ſpargit.
17. Mittit cryſtallum ſuum ſicut fruſta panis: ante faciem frigoris ejus quis ſubſiſtet?	*Projicit glaciem ſuam quaſi buccellas: ante faciem frigoris ejus quis ſtabit?*	17. Mittit cryſtallum ſuam ſicut buccellas: ante faciem frigoris ejus quis ſuſtinebit?
18. Emittit verbum ſuum, & liquefaciet ea: flavit ſpiritus ejus, & fluent aquæ.	*Mittet verbum ſuum, & ſolvet illa: ſpirabit ſpiritu ſuo, & fluent aquæ.*	18. Emittet verbum ſuum, & liquefaciet ea: flabit ſpiritus ejus, & fluent aquæ.
19. Pronuncians verbum ſuum Jacob: juſtitias, & judicia ſua Iſraël.	*Qui annuntiat verbum ſuum Jacob: præcepta ſua, & judicia ſua Iſraël.*	19. Qui annuntiat verbum ſuum Jacob: juſtitias, & judicia ſua Iſraël.
20. Non fecit taliter omnibus nationibus: & judicia ſua non manifeſtavit eis.	*Non fecit ſimiliter omni genti, & judicia ejus non cognoſcent. Alleluia.*	20. Non fecit taliter omni nationi: & judicia ſua non manifeſtavit eis. Alleluia.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Pſalt. Carnut. cum Pſ. è Mſ. Vatic. apud Hilar. ſubdit, *Aggæi & Zachariæ.* Sic etiam in Gr. Hilarius pariter in comment. dicit: *Et huic Pſalmo, ut ei qui ante ſuperiorem fuit,* Aggæi & Zachariæ, *cùm in Hebraïcis non exſtet, nomen adſcribitur.* Item apud Auguſt. *Aggæi, & Zachariæ Pſalmus dicitur.* Hîc autem Hebræi diſtinctionem Pſalmi non faciunt, ſed præcedentis poſteriorem partem eſſe volunt.

℣. 12. Accinunt Hilar. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1118. d. Brev. Moz. hab. *Lauda Jeruſ..... collauda Deum tuum Sion.* Auguſt. verò: *Collauda Jeruſ..... laudа Deum tuum Sion.* Gr. Ἐπαίνει Ἰερου..... αἶνει τὸν Θεόν, &c.

℣. 13. Sic Hilarius, Proſp. & Caſſiod. cum Pſalteriis Rom. Corb. & Moz. Optat. verò l. 3. cont. Donat. p. 50. c. Vulgatæ congruit ad verbum. Ambroſ. quoque in Pſ. 118. to. 1. 1118. d. & l. de inſtit. virg. to. 2. 263. c. legit: *Quoniam confortavit ſeras portarum tuarum:* vide etiam l. 2. de interpel. Dav. c. 7. col. 649. b. Auguſt. verò in Pſ. *Quoniam confirmavit vectes portarum tuarum: benedixit filios tuos in te:* at inf. col. 1656. g. ait: *Plerique codices habent: Confirmavit ſeras portarum tuarum.* Gr. Ὅτι ἐνίσχυσε τὰς μοχλὰς..... εὐλόγησε τοὺς υἱούς σου ἐν σοί.

℣. 14. Pſalt. Rom. cum Corb. & Moz. *Qui poſuit fines tuos pacem: & adipe frumenti ſatians te.* Ita etiam legunt Auguſt. & Caſſiod. in hunc Pſ. Hilar. verò & Proſp. ut in Vulg. ſed Hilar. Mſs. ſic ferunt: *Qui poſuit filios tuos in pacem: & adipe frumenti ſatiam te.* Gr. Ὁ τιθεὶς τὰ ὅριά σου εἰρήνην· ἐκ στέαρ πυροῦ ἐμπιπλῶν σε.

℣. 15. Ita legunt Hilar. & Caſſiod. ſi addatur *ſuum*, ad *eloquium.* Auguſt. verò ita: *Qui emittit verbum ſuum terræ: uſque in velocitatem currit verbum ejus.* Proſp. ibidem: *Qui emittit verbum ſuum terræ: velociter currit ſermo ejus.* In Breviar. Moz. *cucurrit.* In Gr. Ὁ ἀποστέλλων τὸ λόγιον αὐτοῦ τῇ γῇ· ἕως τάχους δραμεῖται ὁ λόγος αὐτοῦ.

℣. 16. Conſentiunt Hilar. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. Item Aug. niſi quòd ſcribit bis *velut*, pro *ſicut*, Pſalt. Rom. *nebulam velut cinerem aſpergit.* Mozar. *velut cinerem aſpargit.* Gr. Τῷ διδόντι χιόνα ὡσεὶ ἔριον· ὁμίχλην ὡσεὶ σποδὸν σπάσσοντος.

℣. 17. Sic in Pſalt. Rom. Martian. necnon Mediol. & Carnut. ad verbum. Ita quoque in Moz. & Corb. ſi excipias duo, *qui emittit;* & in fine, *ſubſiſtit.* Itidem in Pſ. præf. ap. Hilar. dempto primo *qui.* In Corb. *ſubſiſtet.* Hilar. in comm. cum Vulg. concinit: ſi tamen Mſs. conſulantur, non hab. *buccellas*, ſed *fruſta panis*, ut ſup. hanc etiam ipſe lectionem firmat inf. dicens *cryſtallum ultra conſuetudinem grandinis duratum eſſe*, & *in fruſta ſolidatum.* Apud Auguſt. & Proſp. *Qui mittit cryſtallum ſuum velut* (Proſp. *ſicut*) *fruſta panis: in* (Proſp. *ante*) *faciem frigoris ejus quis ſubſiſtet?* Caſſiod. *ſubſiſtit;* cæt. ut in textu. Eucher. q. in Pſ. p. 847. d. *ſubſiſtet.* S. Paulin. ep. 9. p. 44. *ſuſtinebit.* In Gr. Βάλλοντος κρύσταλλον αὐτοῦ ὡσεὶ ψωμούς· κατὰ πρόσωπον ψύχους αὐτοῦ τίς ὑποστήσεται;

℣. 18. Sic in Pſalt. Corb. præter fut. *flabit.* Rom. & Mozar. hab. *Mittit verbum ſuum... flat ſpiritus ejus*, & *fluent*, &c. Rom. *flavit.* Pſ. è Mſ. Vatic. ap. Hilar. *Emittet..... flavit.* Hilar. autem in comment. & Proſp. Vulgatæ congruunt. Caſſiod. ibid. *Mittit.....* & *flavit*, &c. Auguſt. ita: *Emittet verbum ſuum*, & *tabefaciet ea: ſpirabit ſpiritus ejus*, & *fluent aquæ.* Gr. Ἀποστελεῖ τὸν... καὶ τήξει αὐτά· πνεύσει τὸ πνεῦμα, &c.

℣. 19. Accinit Caſſiod. cum Pſalt. Rom. Corb. & Moz. Sic etiam in Pſ. Vatic. apud Hilar. ſi legas *juſtitiam*, non *juſtitias.* At Hilar. in comment. à Vulg. non differt. Apud Auguſt. & Proſp. *Annuntians verbum ſuum Jacob: juſtitias*, &c. In Gr. Ἀναγγέλλων τὸν λόγον..... δικαιώματα καὶ, &c.

℣. 20. Vulgatæ reſpondent Hilar. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. Auguſt. verò legit: *Non fecit ſic univerſæ genti judicia ſua non manifeſtavit eis:* & l. de ſpir. & litt. to. 10. 91. f. *Non fecit ſic ulli genti.* In Pſalt. Corb. & Vatic. apud Hilar. *non manifeſtabit eis.* In Gr. Οὐκ ἐποίησεν οὕτω παντὶ ἔθνει· καὶ τὰ..... οὐκ ἐδήλωσεν αὐτοῖς.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
1. Alleluia. CXLVIII.	*Alleluia. CXLVIII.*	1. Alleluia. CXLVIII. *Ex Mſ. Sangerm.*
LAudate Dominum de cœlis : laudate eum in excelſis.	*LAudate Dominum de cœlis : laudate eum in excelſis.*	* LAudate Dominum de cœlis : laudate eum in excelſis.
2. Laudate eum omnes angeli ejus : laudate eum omnes virtutes ejus.	*Laudate eum omnes angeli ejus : laudate eum omnes exercitus ejus.*	2. Laudate eum omnes angeli ejus : laudate eum omnes virtutes ejus. *Ex Pſalt. Rom.*
3. Laudate eum ſol & luna : laudate eum omnes ſtellæ, & lumen.	*Laudate eum ſol & luna : laudate eum omnes ſtellæ lucentes.*	3. Laudate eum ſol & luna : laudate eum omnes ſtellæ, & lumen.
Dan. 3. 59. 60. 4. Laudate eum cœli cœlorum : & aquæ omnes, quæ ſuper cœlos ſunt, 5. laudent nomen Domini.	*Laudate eum cœli cœlorum, & aquæ quæ ſuper cœlos ſunt : laudent nomen Domini :*	4. Laudate eum cœli cœlorum : & aquæ, quæ ſuper cœlos ſunt, 5. laudent nomen Domini.
Quia ipſe dixit, & facta ſunt : ipſe mandavit, & creata ſunt.	*Quoniam ipſe mandavit, & creata ſunt.*	Quia ipſe dixit, & facta ſunt : ipſe mandavit, & creata ſunt.
6. Statuit ea in æternum, & in ſæculum ſæculi : præceptum poſuit, & non præteribit.	*Statuit ea in ſæculum, & in æternum : præceptum dedit, & non præteribit.*	6. Statuit ea in æternum, & in ſæculum ſæculi : præceptum poſuit, & non præteribit.
7. Laudate Dominum de terra, dracones, & omnes abyſſi.	*Laudate Dominum de terra : dracones, & omnes abyſſi.*	7. Laudate Dominum de terra, dracones, & omnes abyſſi.
8. Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum : quæ faciunt verbum ejus.	*Ignis, & grando, nix, & glacies, ventus, turbo : quæ facitis ſermonem ejus.*	8. Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum : quæ faciunt verbum ejus.
9. Montes, & omnes colles : ligna fructifera, & omnes cedri.	*Montes, & omnes colles : lignum fructiferum, & univerſa cedri.*	9. Montes, & omnes colles : ligna fructifera, & omnes cedri.
10. Beſtiæ, & univerſa pecora : ſerpentes, & volucres pennatæ.	*Beſtiæ, & univerſa jumenta : reptilia, & aves volantes.*	10. Beſtiæ, & univerſa pecora : ſerpentes, & volucres pennatæ.
11. Reges terræ, & omnes populi : principes, & omnes judices terræ.	*Reges terræ, & omnes populi : principes, & univerſi judices terræ.*	11. Reges terræ, & omnes populi : principes, & omnes judices terræ.
12. Juvenes, & virgines : ſenes cum junioribus laudent nomen Domini : 13. quia exaltatum eſt nomen ejus ſolius.	*Juvenes, & virgines : ſenes cum pueris laudent nomen Domini : quoniam ſublime nomen ejus ſolius.*	12. Juvenes, & virgines : ſenes cum junioribus laudent nomen Domini : 13. quia exaltatum eſt nomen ejus ſolius. *Ex Mſ. Sangerm.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Itidem apud Caſſiod. In Pſalt. Rom. & Corb. geminatur *Alleluia*. Hilar. & Proſp. nullum indicant titulum. Auguſt. verò ait: *Pſalmus eſt Aggæi, & Zachariæ; ſic habet titulum.* In Græco pariter: Ἀλληλούια, Ἀγγαίου, καὶ Ζαχαρίου.

* Accinunt magno conſenſu Hilar. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. in hunc Pſ. cum Gr. His pariter accedit Ambroſ. l. de Joſ. c. 2. to. 1. 485. e. & in Luc. 2. 1298. e.

℣. 2. Mutilus eſt eò loci Pſalmus in Mſ. Sangerm. Paginam videlicet claudunt duo verſiculi ſupraſcripti; alterius verò paginæ initium ducitur ab his, *laudent nomen Domini*, quæ ultima verba ſunt verſûs 12. inferioris. Ne tamen imperfectus & mancus remaneret hîc ſacer contextus, deficientes verſiculos ſupplendos duximus è Pſalt. Romano, quod ſæpe & ſæpiùs concordare viſum eſt cum Pſalt. noſtro Sangerm. Ad præſ. igitur ℣. 2. quod attinet, ſimiliter habetur apud Hilar. Ambr. Aug. Proſp. & Caſſiod.

℣. 3. Itidem Hilar. Ambroſ. & alii qui ſupra.

℣. 4. Sic eſt in Pſalt. Corb. Carnut. & Pſ. præf. apud Hilar. Sic etiam apud Auguſt. Proſp. Caſſiod. & Philaſtr. Brix. l. de hæreſ. p. 712. e. Hilarius verò ita legit cùm in hunc Pſ. tum in Pſ. 123. col. 399. e. *& aqua, quæ ſuper cœlos eſt.* Ambroſ. l. 2. Hex. col. 26. f. & l. 3. de Spir. S. to. 2. 697. b. *& aquæ, quæ ſuper cœlos ſunt*, ut ſup. Græc. καὶ τὸ ὕδωρ, τὸ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν.

℣. 5. Hilar. in Pſ. 123. col. 399. e. *laudet Dominum:* at in Pſ. 148. col. 586. e. *laudet nomen Domini;* deinde ſic: *Quia ipſe mandavit, & creata ſunt : ipſe dixit, & facta ſunt.* Auguſt. verò Proſp. & Caſſiod. in eund. Pſ. textui Rom. ſuffragantur unà cum Gr. imo & Hilar. ipſe in explan. col. 587. d. niſi quòd hab. *præcepit*, pro *mandavit;* ſed inf. ut & l. 4. de Trin. col. 837. b. *ipſe dixit..... ipſe mandavit*, &c. Itidem Irenæus, l. 2. c. 34. p. 168. c. at inf. l. 4. c. 41. p. 288. b. *Quoniam ipſe dixit..... ipſe præcepit, & creata ſunt.* Novatian. l. de Trin. p. 1032. b. *Dixit, & facta ſunt omnia : præcepit, & proceſſerunt univerſa.* Ambroſ. autem ut in textu Rom. tum l. 1. & 2. Hex. col. 5. a. 19. f. 26. f. tum in Pſ. 36. & 118. col. 777. b. 1089. a. item l. de Myſter. to. 2. 339. c. ſicut inf. col. 369. a. 459. b. 465. a. 512. b. 1151. d.

℣. 6. Ita legit S. Proſper cum Caſſiod. ibid. Hilarius verò & Auguſt. *Et ſtatuit ea in ſæculum, & in ſæculum ſæculi : præceptum poſ.* &c. Auguſt. tamen delet *Et*, in principio, ſicut Hilar. inf. cum Gr. Ambr. l. 2. Hex. col. 26. f. *Statuit ea in ſæculum ſæculi : præceptum*, &c. Gr. εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα, &c.

℣. 7. Concinunt Hilar. Aug. Proſp. & Caſſiod. unà cum Gr. Vide etiam Ambroſ. l. 2. Hex. col. 31. c.

℣. 8. Ita Caſſiod. in hunc Pſ. at Hilar. legit: *Ignis, grando, nix, cryſtallum, ſpiritus procellæ : quæ faciunt verba ejus;* inf. *verbum ejus : Pſ.* ibid. præf. *ſpiritus procellarum : qui faciunt verbum ejus.* S. Proſp. *ſpiritus procellæ : qui faciunt*, &c. Auguſt. in eund. Pſ. *ſpiritus tempeſtatis : quæ faciunt*, &c. item l. 7. Confeſſ. to. 1. 140. f. & l. 3. de Gen. ad lit. to. 3. 148. e. & l. 1. de ſerm. Dom. in monte, col. 166. d. Brev. Moz. *ſpiritus tempeſtatis : qui faciunt*, &c. Vigil. Tapſ. cont. Varimad. p. 742. e. *ſpiritus procellæ : quæ faciunt*, &c. Græc. πνεῦμα καταιγίδος· τὰ ποιοῦντα τὸν λόγον αὐτοῦ.

℣. 9. Sic Hilar. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum Gr. rurſum Aug. l. 7. Conf. to. 1. 140. f.

℣. 10. Ita legit Hilar. cum Caſſiodoro. Proſp. verò cum Pſ. Vatic. apud Hilar. *Beſtiæ, & omnia pecora*, &c. ut ſup. Aug. cùm in hunc Pſ. tum l. 7. Confeſſ. to. 1. 140. f. ita: *Beſtiæ, & omnia pecora : reptilia, & volatilia pennata.* Ita etiam in Gr.

℣. 11. Accinunt Hilar. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum vet. Pſalt. & Gr.

℣. 12. Hilarius leg. cum Aug. Proſp. & Caſſiod. *Juvenes, & virgines : ſeniores cum junioribus*, &c. Sic iterum Auguſt. l. 7. Confeſſ. to. 1. 140. f. cum Pſalt. Corb. & Mozar. In Gr. προσεύξαι μετὰ νεωτέρων.

℣. 13. Similiter habent Hilar. Aug. Proſp. & Caſſiod. cum Gr.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 14. Confeſſio ejus ſuper terram & cœlum : exaltavit cornu populi ſui. Hymnus omnibus ſanctis ejus : filiis Iſraël, populo adpropianti ſibi.	*Gloria ejus in cœlo & in terra, & exaltavit cornu populi ſui.* *Laus omnibus ſanctis ejus : filiis Iſraël, populo appropinquanti ſibi. Alleluia.*	14. Confeſſio ejus ſuper cœlum & terram : & exaltavit cornu populi ſui. Hymnus omnibus ſanctis ejus : filiis Iſraël, populo appropinquanti ſibi. Alleluia.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 14. Hilar. Proſp. & Caſſiod. Vulgatæ accinunt. Auguſt. verò legit : *Confeſſio ejus in terra & cœlo : & exaltabit cornu*, &c. ut in Vulg. Ambroſ. l. 1. de Abr. c. 8. col. 307. d. & in Pſ. 43. col. 895. c. *exaltavit*, &c. Pſ. è Mſ. Vatic. ap. Hilar. *exſultavit cornu*, &c. Moz. *& exaltavit*. Subinde in Corb. *hymnum omnibus ſanctis*, &c. In Gr. Ἡ ἐξομολόγησις αὐτοῦ ἐπὶ γῆς καὶ οὐρανοῦ· καὶ ὑψώσει κέρας, &c. ut in textu.

VERSIO ANTIQUA.	HEBR.	VULGATA HOD.
Ex Mſ. Sangerm. 1. Alleluia, Pſalmus David. CXLIX.	*Alleluia. CXLIX.*	1. Alleluia. CXLIX.
* CAntate Domino canticum novum : laudatio ejus in eccleſia ſanctorum.	*CAntate Domino canticum novum : laus ejus in congregatione ſanctorum.*	CAntate Domino canticum novum : laus ejus in eccleſia ſanctorum.
2. Lætetur Iſraël in eo, qui fecit ipſum : & filii Sion exſultent ſuper regem ſuum.	*Lætetur Iſraël in factore ſuo : filii Sion exſultent in rege ſuo.*	2. Lætetur Iſraël in eo, qui fecit eum : & filii Sion exſultent in rege ſuo.
3. Laudent nomen ejus in choro : in tympano & pſalterio pſallant ei.	*Laudent nomen ejus in choro : in tympano & cithara cantent ei.*	3. Laudent nomen ejus in choro : in tympano & pſalterio pſallant ei :
4. Quia beneplacitum eſt Domino in populo ſuo : exaltavit manſuetos in ſalute.	*Quia complacet ſibi Dominus in populo ſuo : exaltabit manſuetos in Jeſu.*	4. Quia beneplacitum eſt Domino in populo ſuo : & exaltabit manſuetos in ſalutem.
5. Et exſultabunt ſancti in gloria :	*Exſultabunt ſancti in gloria : laudabunt in cubilibus ſuis.*	5. Exſultabunt ſancti in gloria : lætabuntur in cubilibus ſuis.
6. Exaltationes Dei in gutture eorum :	*Exſultationes Dei in gutture eorum, & gladii ancipites in manibus eorum :*	6. Exaltationes Dei in gutture eorum : & gladii ancipites in manibus eorum :
7. Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis.	*Ad faciendam vindictam in gentibus, increpationes in populis.*	7. Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis.
8. Ad alligandos reges eorum in compedibus : & nobiles eorum in vinculis ferreis.	*Ut alligent reges eorum catenis, & inclytos eorum compedibus ferreis :*	8. Ad alligandos reges eorum in compedibus : & nobiles eorum in manicis ferreis.
9. Ut faciat in eis judicium conſcriptum : gloria hæc eſt omnibus ſanctis ejus.	*Ut faciant in eis judicium conſcriptum : decor eſt omnium ſanctorum ejus. Alleluia.*	9. Ut faciant in eis judicium conſcriptum : gloria hæc eſt omnibus ſanctis ejus. Alleluia.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. In Pſalt. Rom. ſimpliciter, *Alleluia*, *alleluia*. Ap. Caſſiod. ſemel tantùm ; nec plus in Gr.

* Ita legunt Hilar. Proſp. & Caſſiod. cum Pſalt. Rom. & Corb. Auguſt. verò Vulgatæ favet. In Gr. ἡ αἴνεσις αὐτοῦ, &c.

℣. 2. Ita legit S. Proſp. cum Pſalt. Corb. Item Hilar. & Caſſiod. ibid. niſi quòd hab. *eum*, loco *ipſum*. Pſalt. Rom. hab. *ipſum* ; at in fine, *ſuper rege ſuo*. Moz. pariter *ipſum* ; extremò verò, *ſuper gregem ſuum* ; ſed vitiosè, ni fallor, nam in Gr. conſtanter, ἐπὶ τῷ βασιλεῖ αὐτῶν.

℣. 3. Ita Hilar. Aug. Proſp. & Caſſiod. cum vet. Pſalt. & Gr. Ab uno Corb. abeſt *το in choro*.

℣. 4. Hilar. in comment. *Quia beneplac..... in pop. ſuo : exaltabit manſ. in ſalutem*. Pſ. ibid. præf. *exaltavit* ; at Hilar. in Pſ. 143. col. 559. f. conſtanter *exaltabit*. Pſalter. Moz. *& exſultabit manſuetos in ſalute*. Rom. *& exſultabunt manſueti in ſalutem* ; Carnut. *in ſalute*. Auguſt. ibid. *Quoniam benefecit Dominus in populo ſuo : & exaltabit manſuetos in ſalute* ; Mſs. *exaltavit*. Proſp. & Caſſiod. ut in Vulg. Gr. Ὅτι εὐδοκεῖ Κύριος..... καὶ ὑψώσει πραεῖς ἐν σωτηρίᾳ.

℣. 5. Hilar. Vulgatæ accinit cùm in hunc Pſ. tum in Pſ. 143. col. 559. f. Item Auguſt. Proſp. & Caſſiod. cum vet. Pſalt. In Gr. Καυχήσονται..... καὶ ἀγαλιάσονται, &c.

℣. 6. Hilarius in hunc Pſ. ita legit : *Exſultationes Dei in gutture eorum : & gladii bis acuti in manibus ipſorum* : ſic etiam in Pſ. 143. col. 559. f. Auguſt. verò ibid. *Exſultationes Dei in faucibus eorum : & frameæ bis acutæ in manibus eorum*. S. Proſp. *Exaltationes Dei in faucibus eorum : & gladii ancipites*, &c. Similiter apud Caſſiod. & in Pſalt. Rom. præter vocem 1. *Exſultationes*. In Mozar. *Exſultationes Dei in faucibus eorum : & gladius bis acutus in*, &c. Pſ. è Mſ. Vatic. apud Hilar. hab. *Exſultationes Dei in faucibus eorum : & gladius ancipitis in*, &c. Gr. Αἱ ὑψώσεις τοῦ Θεοῦ ἐν λάρυγγι αὐτῶν· καὶ ῥομφαῖαι δίστομοι ἐν, &c. al. ex Chryſoſt. initio hab. Αἱ ὑμνολογίαι τοῦ Θεοῦ, &c.

℣℣. 7. 8. Ita ferunt Pſalt. Rom. Corb. & Moz. ad verbum, cum Caſſiodoro. Apud Hilar. verò ſic in commentar. *Ad faciendam vind. in nationibus, objurgationes in populis. Ad allig.* &c. ut in Vulg. Pſ. ibid. præfixus hab. *increpationes in populis. Ad alligandos reges in manicis & compedibus : & nobiles eorum in vinculis ferreis.* Auguſt. in eund. Pſ. *Ad faciendam vindictam in gentibus, objurgationes in populis. Ut alligent reges eorum in comped. & nob. eorum in vinculis ferreis.* Similiter ap. Proſp. præter unum *ad alligandos*, loco *ut alligent*. In Gr. Τοῦ ποιῆσαι ἐκδίκησιν ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ἐλεγμὸς ἐν τοῖς λαοῖς. Τοῦ δῆσαι τοὺς..... ἐν πέδαις· καὶ τοὺς ἐνδόξους αὐτῶν ἐν χειροπέδαις σιδηραῖς.

℣. 9. Pſalt. Rom. *Ut faciant*, &c. ut ſup. Mozar. *Ut facient*, &c. Hilar. cùm in hunc Pſ. tum in Pſ. 143. col. 560. *Ut faciant in his*, &c. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. ut in Vulg. Gr. Τοῦ ποιῆσαι ἐν αὐτοῖς, &c.

Digitized by Google

VULGATA HOD.	HEBR.	VERSIO ANTIQUA.
1. Alleluia. CL.	*Alleluia. CL.*	1. Alleluia. CL. *Ex Mſ. Sangerm.*
LAudate Dominum in ſanctis ejus: laudate eum in firmamento virtutis ejus.	L*Audate Dominum in ſancto ejus: laudate eum in fortitudine potentiæ ejus.*	LAudate Dominum ſanctis ejus: laudate eum in firmamento virtutis ejus.
2. Laudate eum in virtutibus ejus: laudate eum ſecundùm multitudinem magnitudinis ejus.	*Laudate eum in fortitudinibus ejus: laudate eum juxta multitudinem magnificentiæ ſuæ.*	2. Laudate eum in potentatibus ejus: laudate eum ſecundùm multitudinem magnitudinis ejus.
3. Laudate eum in ſono tubæ: laudate eum in pſalterio, & cithara.	*Laudate eum in clangore buccinæ: laudate eum in pſalterio, & cithara.*	3. Laudate eum ſono tubæ: laudate eum in pſalterio, & cithara.
4. Laudate eum in tympano, & choro: laudate eum in chordis, & organo.	*Laudate eum in tympano, & choro: laudate eum in chordis, & gano.*	4. Laudate eum in tympano, & choro: laudate eum in chordis, & organo.
5. Laudate eum in cymbalis beneſonantibus: laudate eum in cymbalis jubilationis: 6. omnis ſpiritus laudet Dominum. Alleluia.	*Laudate eum in cymbalis ſonantibus: laudate eum in cymbalis tinnientibus: omne quod ſpirat, laudet Dominum. Alleluia.*	5. Laudate eum in cymbalis beneſonantibus: 6. omnis ſpiritus laudet.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Pſalt. Rom. cum Gr. *Laudate Deum in ſanctis*, &c. Auguſt. Proſp. & Caſſiod. ut in Vulg. Vide etiam Ambroſ. l. 2. Hex. col. 31. a.

℣. 2. Ita legunt Proſp. & Caſſiod. cum Pſalt. Mediol. Corb. Carnut. & Rom. Auguſt. ibid. *in virtutibus ejus, vel ut alii interpretati ſunt*, inquit, *in potentatibus ejus.* Græc. ἐπὶ ταῖς δυνάμεσιν αὐτοῦ.

℣℣. 3. 4. Auguſt. & Caſſiod. nil differunt à Vulg. cui etiam Gr. conſonat. Apud Proſp. ita: *Laudent eum in ſono tubæ: laudent eum in pſalt..... Laudent eum in tymp..... Laudate eum in chordis*, & *org.* Apud Ambroſ. l. de fide Reſ. col. 1162. b. *Laudate eum in ſono tuba.*

℣℣. 5. 6. Pſalt. Carn. Corb. & Rom. cum Caſſiod. *Laudate eum in cymb. bene ſon. laudate eum in cymbalis bene tinnientibus*, &c. ut in Vulg. Hilar. quoque in comm. ait: *Laudamus in cymbalis bene ſonantibus: in cymbalis exſultationis laus iſta perficitur; quæ laus omnis in ſanctis eſt.* Proſp. ibid. *Laudent eum in cymbalis bene ſonantibus: laudate eum*, &c. ut in Vulg. Auguſt. verò ab ipſa nil omnino differt. Ult. etiam verſic. 6. legitur ap. Ambroſ. in Pſ. 40. col. 883. a. & Nicetium ep. Spicil. to. 3. p. 9. c. In Gr. Αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν κυμβάλοις εὐήχοις· αἰνεῖτε αὐτὸν ἐν κυμβάλοις ἀλαλαγμοῦ· πᾶσα ἔντοι αἰνεσάτω τὸν Κύριον.

VERSIO ANTIQUA.

* CLI.

** Hic Pſalmus ſibi propriè ſcriptus eſt David, extra numerum CL. cùm pugnavit cum Golia. *Ex Mſ. Sangerm.*

1. PUſillus eram inter fratres meos, & adoleſcentior in domo patris mei, paſcebam oves patris mei.	3. Et quis adnuntiavit Domino meo? ipſe Dominus, ipſe omnium exaudit.
2. Manus meæ fecerunt organum: digiti mei paraverunt pſalterium.	4. Ipſe miſit angelum ſuum, & tulit me de ovibus patris mei: & unxit me miſericordiam unctionis ſuæ.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Hic Pſalmus non ſolùm reperitur in Pſalterio noſtro Sangerm. ſed etiam in aliis tribus vet. Mſs. videlicet uno itidem S. Germ. n. 8. annor. circiter 700. altero Colbert. n. 727. annor. 900. tertio denique Biblioth. Sorbonicæ. Latinè etiam habetur ad calcem Pſalterii Brunonis epiſc. Herbipol. Scriptoris XI. ſæc. cum interpretatione Johannis Cochlæi. De hoc Pſ. pariter meminit Euthymius Zigabenus, præfat. in Pſal. qui quidem auctor adhuc florebat initio XII. ſæculi. Græcè quoque & Latinè legitur ap. Sixtum Senenſem, l. 1. Biblioth. Sanctæ, p. 36. Editus pariter eſt Græcè, cum verſione Lat. & Notis Flaminii Nobilii, to. 2. Vet. Teſtamenti ſecundùm LXX. de exemplari Rom. fideliter expreſſi; ſtudio & curâ Joh. Morini Orat. Jeſu Presb. fol. Pariſ. 1628. Demum vulgatus eſt Græcè & Latinè à Johanne Alberto Fabricio, to. XIV. Bibliothecæ Gr. p. 161. anno 1728. « Alia, inquit, antiqua verſio Latina hujus Pſalmi pridem edita fuit à B. Elia Ehingero ex Mſ. Bibl. Auguſtanæ, Auguſtæ Vindel. 1626. atque inde in Diario eruditorum Theologico, anno 1722. Illam hoc loco dabo & ipſe, additis quibuſd. obſervationibus. » Verùm non tantùm Græcè & Lat. editus eſt hic Pſalm. ſed & Syriacè, Arabicè, ac Æthiopicè, adjunctis è regione totidem verſionibus Latinis. Hujus tamen Pſalmi ne verbum quidem exſtat in Hexaplis recèns editis à Montfalconio noſtro: non invenitur etiam in veterib. Pſalteriis Lat. à nobis ſæpe & ſæpiùs laudatis ſupra: imo nec è Patrum antiquiorum, ſaltem Latinorum, ſcriptis quidquam nobis eruere licuit, quod eundem Pſalmum vel indicaret, vel tantillùm redoleret. Hunc tamen Pſ. agnoviſſe nonnullos, cùm Græcos, tum Latinos, doctiſſimus Fabricius aſſeverat: Latina, inquit, verſione antiqua hujus Pſalmi « uſus pridem fuit ante Auctorem conflictûs Arnobii & Serapionis, Vigilium Tapſenſem, Gaudentius Brixienſis, ſer. XI. » & infra, Not. b. ad ℣. 1. « Hæc verba, inquit, reſpiciunt, præter Mariam Caſſobolenſem ad Ignatium, Athanaſius, epiſt. ad Marcellinum, Chryſoſtomus, homil. XVII. ad populum Antioch. & Gaudentius Brix. homil. XI. »

** Græc. Οὗτος ὁ Ψαλμὸς ἰδιόγραφος εἰς Δαυὶδ, καὶ ἔξωθεν τοῦ ἀριθμοῦ, ὅτε ἐμονομάχησε τῷ Γολιάδ. Edit. Ald... τοῦ Δαβὶδ ἐστι, καὶ ἔξωθεν τοῦ ἀριθμοῦ τῶν ἑκαὸν ογδήκοντα, ὅτε ἐμονομάχησε πρὸς τὸν Γολιάθ. Mſ. Auguſt. Latinè: *Hic Pſalmus propriè ſcriptus David, extra numerum, quando monomachiam iniit cum Goliath.*

℣. 1. Sic in Mſ. Colb. ut etiam in Græco. In Auguſtano Lat. *Minimus eram inter fratres meos*, & *adoleſcens in domo*, &c. ut ſup. Vide Not. Fabric. in hunc ℣. laudatam ſupra.

℣. 2. Græc. addit καὶ, poſt *organum*; ſcribitque ἥρμοσαν, loco *paraverunt*. Hunc ℣. citat Euthymius præfat. in Pſ. & legit *concinnaverunt*; Bruno Herbipol. *aptaverunt*. Sic etiam in Mſ. S. Germ. n. 8. Item in Colb. & Sorbon. *& digiti mei aptaverunt.* In Auguſt. *& digiti mei compoſuerunt.*

℣. 3. Bruno epiſc. Herbipol. pro ult. *exaudit*, leg. *exauditor*, cum Mſ. Sangerm. n. 8. In Colb. & Sorb. *ipſe omnium exaudivit.* Græcè: Καὶ τίς ἀναγγελεῖ τῷ Κυρίῳ μου; αὐτὸς Κύριος, αὐτὸς εἰσακούσῃ. Itidem in Mſ. Auguſt. Gr. Latinè verò ſic: *Quis iſte eſt qui docuit? herus meus ipſe Dominus*, & *exauditor cujuſvis clamantis ad eum.*

℣. 4. Bruno epiſc. Herbipol. cum tribus Mſs. Sangerm. n. 8. Colb. & Sorbon. extremò legit, *unxit me in miſericordia unctionis ſuæ*; Gr. ἔχρισέ με ἐν τῷ ἐλαίῳ τῆς χρίσεως αὐτοῦ· Mſ. verò Alex. ἐν τῷ ἐλαίῳ τῆς χρίσεως αὐτοῦ. Mſ. Auguſt. ſic habet Latinè: *Ipſemet miſit angelum ſuum*, & *extraxit me ex ovibus patris mei: & unxit me unguento unctionis ſuæ.* Fabricius addit inf. apud Vigilium legi, *unctione miſericordiæ ſuæ*; quaſi, inquit, in Græco eſſet, ἐν τῇ χρίσει τοῦ ἐλέου αὐτοῦ.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. Sangerm. 5. Fratres mei boni, & magni : & non fuit beneplacitum in illis.

6. Exivi obviam alienigenæ : & devotavit me in ſimulacris ſuis.

7. Ego autem, evaginato ab eo ipſius gladio, amputavi caput ejus : & abſtuli opprobrium ex filiis Iſrael.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 5. Mſs. Sangerm. n. 8. & Colb. extremò ferunt, *& non fuit beneplacitum in eis Domino* : Gr. καὶ οὐκ εὐδόκησεν ἐν αὐτοῖς Κύριος. Mſ. verò Auguſt. ſic Latinè habet : *Fratres mei pulchri ſunt, & magni : & tamen non eſt oblectatus eis Dominus.*

℣. 6. Totidem verba refert Euthym. præfat. in Pſalm. præter hoc, *maledixit mihi*, pro *devotavit me*. Ita etiam legit Bruno epiſc. Herbipol. cum Mſ. S. Germ. n. 8. In Colb. & Sorbon. *maledixit me*. In Græco, ἐφικατήρασέ μου, i. e. *exſecratus eſt me, devovit me*. Mſ. verò Auguſt. ſic habet Latinè : *Egreſſus ſum in occurſum extranei nationi : & maledixit mihi per ſimulachra ſua* : Græc. ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν, ut ſupra.

℣. 7. Sic in Mſ. S. Germ. n. 8. In Colb. *Ego autem, evaginato gladio ipſius ab eo, amputavi*, &c. ut ſupra. Euthym. verò legit : *Ego autem, exerto ab eo ipſius gladio, decollavi eum*, &c. Bruno epiſc. Herbipol. *amputavi caput ejus*, &c. ut ſupra. Græcè ita : Ἐγὼ δὲ ἐκσπασάμενος τὴν σφαῖραν αὐτοῦ μάχαιραν, ἀφεῖλον τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ ἀπ' αὐτοῦ, &c. ut in Lat. Itidem Græcè in Mſ. Auguſt. nec plura : Latinè verò præmittuntur iſta in eodem Mſ. *Et jaculatus ſum in eum tres lapides in frontem ipſius, in virtute Domini ; & proſtravi eum* : tum ſequuntur : *Et ego evaginavi gladium ejus, quem ſua manu tenebat, & amputavi caput ejus : & abſtuli opprobrium à filiis Iſraël* ; quæ ſola Græco laterali reſpondent. Fabricius de additamento prævio ita diſſerit inf. Not. g. « Qui hoc « loco in adjuncta verſione (antecedit) verſiculus, in Græ- « co, & verſione altera Latina veteri, malè deſideratur, « cùm & ſenſus eum videatur poſtulare, & exſtet etiam in « Codice Latino Bibl. Guelpherbytanæ, & in verſione Ara- « bica, an. 1619. vulgata ; & in Syriaca, cujus editionem « Maronitis debemus ; necnon in Æthiopica, quam Jobus « Ludolfus publicavit : & lectum ab Elia Cretenſi ad Na- « zianzeni Oration. 4. & à Petro Comeſtore, notat laudatus « Hillcherus, p. 57. » Ita Fabricius, nec malè ; moleſtum tamen nonnihil & durum videbitur hunc verſiculum Græcè in Mſ. nullo inveniri : præterea, ſi liceat hic ſuſpicari aliquid mali, addam, verſionem Latinam hujus Pſalmi in Mſ. Auguſtano, non ſapere omnino antiquitatem : præterquamquod enim ſæpe non conveniat cum aliis veteribus Mſs. à nobis laudatis, Græcum etiam textum paulò ſolutiùs & ornatiùs reddit ; v. g. hoc tituli, ὅτε ἐμονομάχησε, quod Mſs. noſtri vertunt, *cùm pugnavit*, Auguſtan. ſolus ita reddit, *quando monomachiam iniit* : item ℣. 3. Græca iſta : Καὶ τίς ἀναγγελεῖ τῷ Κυρίῳ μου ; αὐτὸς Κύριος, αὐτὸς εἰσακούσῃ· quæ Mſs. noſtri codd. pene ad verbum interpretantur, Mſ. Auguſtan. multò liberiùs exprimit : *Quis iſte eſt qui docuit ? herus meus ipſe Dominus, & exauditor cujuſvis clamantis ad eum* : & ita de nonnullis aliis.

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore FRANCISCO LUCA Brugenſi.

LIBER PSALMORUM.

PSAL. I. ℣. 5. Ideo non reſurgent impii in judicio. *Servandum eſt futurum* reſurgent, *non ſubſtituendum præſens* reſurgunt.

Sequitur : Neque peccatores in concilio juſtorum. Concilio *hic acceptum pro cœtu, per* c *potiùs eſt ſcribendum quàm per* ſ.

PSAL. II. ℣. 6. Prædicans præceptum ejus. *Non eſt mutandum pronomen* ejus, *cum nomine* Domini.

PSAL. IV. ℣. 5. Quæ dicitis in cordibus veſtris, in cubilibus veſtris compungimini. *Non interponas conjunctionem &c.*

PSAL. VII. ℣. 13. Niſi converſi fueritis, gladium ſuum vibrabit. *Non mutes futurum* vibrabit, *cum præterito* vibravit.

℣. 15. Ecce parturiit injuſtitiam. *Hic non mutes præteritum* parturiit, *in præſens* parturit.

PSAL. IX. ℣. 22. Deſpicis in opportunitatibus. *Nec hîc præſens* deſpicis, *in futurum* deſpicies.

℣. 10. In laqueo ſuo humiliabit eum. *Hoc loco ſervandum eſt futurum, non ſubſtituendum præteritum* humiliavit.

℣. 12. Exſurge Domine Deus, exaltetur manus tua. *Non interponas conjunctionem &c.*

PSAL. X. ℣. 1. Tranſmigra in montem ſicut paſſer. *Alii legunt plurali numero* montes.

PSAL. XII. ℣. 5. Ne unquam obdormiam in morte. *Alii pro ſexto legunt quartum caſum* mortem.

PSAL. XIV. ℣. 5. Et munera ſuper innocentem non accepit. *Plurale* innocentes *quod alii ſcribunt, expoſitio eſt ſingularis* innocentem.

PSAL. XV. ℣. 3. Sanctis qui ſunt in terra ejus, mirificavit omnes voluntates meas in eis. *In primis non eſt hîc omittendum pronomen* ejus : *deinde non eſt ſubſtituendum futurum* mirificabit *pro præterito : ad hæc præteriti ſervanda eſt tertia perſona* mirificavit, *non ſupponenda prima* mirificavi : *inſuper pronomen primæ perſonæ* meas, *non eſt variandum in* ſuas *tertiæ : denique non eſt commutandum* in eis *cum* inter illos. *Hæc enim ſunt varia codicum errata.*

PSAL. XVI. ℣. 3. Et non eſt inventa in me iniquitas. *Non omittas medium illud* in me.

℣. 14. Saturati ſunt filiis. *Non mutes* filiis *caſu ſexto, in* filii *caſu primo : multòque minùs pro* filiis *ſubſtituas* porcina, *quæ de re lege, ſi placet, Notationes noſtras.*

PSAL. XVII. ℣. 18. Eripuit me de inimicis meis fortiſſimis. *Quidam libri ſcribunt futurum* eripiet ; *ſed retinendum videtur præteritum, ut ab Interprete datum, qui futurum præteriti loco acceperit.*

℣. 20. Salvum me fecit, quoniam voluit me. *Idem judico de futuro* faciet, *quod quidam hîc ſubſtituunt pro præterito* fecit.

℣. 33. Deus qui præcinxit me virtute. *Non eſt mutandus caſus ſextus in quartum* virtutem, *ſive hoc verſu, ſive infra verſu* 40. Et præcinxiſti me virtute ad bellum.

PSAL. XVIII. ℣. 14. Si mei non fuerint dominati. *Maſculino genere ſcribendum eſt* dominati : *nam* dominata *neutro genere eſt alterius editionis.*

PSAL. XXI. ℣. 1. In finem, pro ſuſceptione matutina. *Pro* ſuſceptione *alii legunt* aſſumptione.

℣. 2. Deus Deus meus reſpice in me. *Complures libri omittunt præpoſitionem* in.

℣. 17. Concilium malignantium obſedit me. *Non magis hîc ſcribas* conſilium *per* ſ, *quàm ſupra* I. ℣. 5.

PSAL. XXIV. ℣. 12. Legem ſtatuit ei in via quam elegit. *Præterito* ſtatuit *Interpres expoſuit futurum* ſtatuet.

PSAL. XXVI. ℣. 4. Ut videam voluptatem Domini. *Cavendum eſt ne recidatur in vetus mendum eorum, qui hacteuus ſcripſerunt* voluntatem, *quod eſt beneplacitum, mutatâ unâ litterâ, pro* voluptatem, *quod eſt, delectationem, ſive jucunditatem, quo modo Romani Patres correxerunt.*

PSAL. XXVII. ℣. 1. Pſalmus ipſi David. *Præferendum eſt pronomen* ipſi *pronomini* huic.

℣. 3. Ne ſimul trahas me cum peccatoribus. *Egregiè Correctores Romani, ſublato veteri errato ſcribentium* tradas, *quartâ alphabeti litterâ mediâ, quod eſt παρὰ τὸ ῶ, reſtituerunt* trahas, *mediâ aſpirationis notâ, quod eſt* ἑλκύσῃς.

℣. 7. In ipſo ſperavit cor meum, & adjutus ſum. *Non præponas his verbis & conjunctionem.*

PSAL. XXX. ℣. 12. Super omnes inimicos meos factus ſum opprobrium, & vicinis meis valde. *Non hîc omittas &c conjunctionem, præpoſitam nomini* vicinis.

PSAL. XXXII. ℣. 1. Pſalmus David. *Non addas* in finem, *quod quidam libri.*

PSAL. XXXIV. ℣. 1. Ipſi David. *Non addas* Pſalmus, *quod alii.*

Ibidem. Expugna impugnantes me. *Non mutes* impugnantes *cum* expugnantes.

℣. 8. Et in laqueum cadat in ipſum. *Cave legas* in idipſum, *pro* in ipſum.

℣. 11. Surgentes teſtes iniqui, quæ ignorabam interrogabant me. *Non eſt mutanda prima perſona ſingularis in ter-*

Digitized by Google

tiam pluralem ignorabant.

℣. 14. Quaſi proximum, & quaſi fratrem noſtrum ſic complacebam. *Non omittas conjunctionem* & *ante poſterius* quaſi.

℣. 25. Nec dicant: Devoravimus eum. *Cave ne præteritum* devoravimus, *pro inolito ſcribentium vitio, cum futuro* devorabimus *commutes.*

℣. 26. Induantur confuſione & reverentia qui magna loquuntur ſuper me. *Et hic cavendum eſt, ne τὸ* magna, *quod eſt grandia, iterum corrumpatur, additâ unâ ſyllabâ*, maligna, *quod eſt perverſa.*

Psal. XXXVI. ℣. 6. Et judicium tuum tanquam meridiem. *Præferendus eſt quartus caſus ſexto* meridie.

℣. 14. Ut dejiciant pauperem & inopem. *Romanæ correctionis eſt* dejiciant, *compoſitum à* jacio, *pro eo quod vulgò minùs rectè legitur* decipiant, *quod eſt fallant, compoſito ex* capio.

℣. 21. Mutuabitur peccator, & non ſolvet: juſtus autem miſeretur, & tribuet. *Non mutes futura in præſentia*, mutuatur, ſolvit, tribuit: *nullo verò modo, pro ſimplici* tribuet, *ſcribas compoſitum* retribuet, *aut* retribuit.

℣. 23. Apud Dominum greſſus hominis dirigentur. *Servandum eſt plurale* dirigentur, *præ ſingulari* dirigetur.

Psal. XXXVII. ℣. 1. In rememorationem de ſabbato. *Ut eſt præferendus quartus caſus ſexto* rememoratione; *ita non eſt commutanda præpoſitio* de *cum nomine* die, *vel ablativus* ſabbato *cum genitivo.*

℣. 11. Cor meum conturbatum eſt. *Non addas* in me.

Psal. XXXVIII. ℣. 1. Ipſi Idithun. *Alii pro pronomine* ipſi, *legunt præpoſitionem* pro.

Psal. XXXIX. ℣. 6. Multiplicati ſunt ſuper numerum. *Nonnulli libri genere feminino, habent* multiplicatæ; *nonnulli neutro* multiplicata: *ſed maſculinum* multiplicati, *noſtræ editionis eſſe videtur.*

℣. 9. Et legem tuam in medio cordis mei. *Hæc Vulgatæ noſtræ editionis eſt lectio: altera, quæ pro* cordis, *quidam ſcribunt* ventris, *alterius eſt translationis.*

℣. 13. Multiplicatæ ſunt ſuper capillos capitis mei: *Non mutes femininum* multiplicatæ, *in maſculinum* multiplicati.

Psal. XL. ℣. 2. Beatus qui intelligit ſuper egenum & pauperem. *Non apponas adjectivo* beatus *ſubſtantivum* vir, *hoc quidem loco.*

℣. 7. Et ſi ingrediebatur ut videret, vana loquebatur, cor ejus congregavit iniquitatem ſibi: egrediebatur foras, & loquebatur in idipſum. *Numeri ſingulares nequaquam mutandi hic ſunt in plurales*, ingrediebantur, viderent, eorum, congregaverunt, egrediebantur, loquebantur; *quod quidam faciunt. Pro nomine* vana, *nonnulli ſcribunt adverbium* vanè; *tametſi utrumque eòdem redeat. Alii ita diſtinguunt, ut* cor ejus *jungatur verbo præcedenti* loquebatur. *Alii denique*, *præteritum* congregavit, *mutant in futurum* congregabit. *Sed prima tum lectio tum diſtinctio, meritò probata eſt Romanis Patribus.*

Psal. XLI. ℣. 2. Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum. *Conſtanter retinenda eſt vox* fortem, *quæ eſt robuſtum, pro ea quæ in pleriſque hactenus vitiosè inoleverat libris* fontem, *quarto caſu à nominativo* fons: *in quam eò facilior lapſus fuit, quòd & præcedat* ſitiendi *verbum, & ſubſequatur epitheton* vivi.

℣. 6. Salutare vultus mei, & Deus meus. *Non temerè omittenda eſt & conjunctio.*

Psal. XLIII. ℣. 1. In finem, filiis Core. *Non præponas præpoſitionem* pro, *nomini* filiis.

℣. 6. Et in nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nobis. *Pro* in nobis, *quidam libri ſcribunt* in nos; *alii* nobis, *omiſſa præpoſitione.*

Psal. XLIV. ℣. 1. Canticum pro dilecto. *Cave legas* delicto, *quod eſt peccato, pro* dilecto, *quod eſt amato.*

℣. 5. Intende, proſperè procede; & regna. *Cave ne ita diſtinguas, ut adverbium* proſperè *jungatur verbo præcedenti* intende, *cùm cohærere debeat verbo ſubſequenti* procede.

℣. 13. Et filiæ Tyri in muneribus. *Non omittas primum &; nec mutes plurale* filiæ, *cum ſingulari* filia.

℣. 14. Omnis gloria ejus filiæ regis ab intus. *Ut non eſt omittendum pronomen* ejus, *ita non ſcribendum* filia *nominativo caſu, nec* regum *numero plurali.*

℣. 18. Memores erunt nominis tui. *Non eſt addendum, quod quidam libri ſubdunt*, Domine.

Psal. XLVI. ℣. 5. Speciem Jacob, quam dilexit. *Femininum* quam, *non eſt mutandum in maſculinum* quem.

Psal. XLVII. ℣. 1. Filiis Core ſecunda ſabbati. *Non eſt omittendum illud* ſecunda ſabbati.

℣. 3. Fundatur exſultatione univerſæ terræ mons Sion. *Pro nominativo ſingulari* mons, *non eſt ſcribendus aut genitivus* montis, *aut pluralis numerus* montes.

Psal. XLVIII. ℣. 8. Non dabit Deo placationem ſuam. *His verbis non eſt præponendum &.*

℣. 9. Et laborabit in æternum. *Non mutes futurum* laborabit, *in præteritum* laboravit, *multòque minùs in* liberavit.

℣. 10. Et vivet adhuc in finem. *Non omittas adverbium* adhuc.

℣. 13. Et homo, cùm in honore eſſet, non intellexit. *Non eſt hic omittenda conjunctio &, ut nec infra ℣. 21. eſt addenda:* Homo, cùm in honore eſſet, non intellexit.

Psal. XLIX. ℣. 4. Advocabit cœlum deſurſum. *Retinendum eſt futurum* advocabit, *non ſubſtituendum præteritum* advocavit.

℣. 15. Eruam te, & honorificabis me. *Non præponas verbo* eruam *alterum &.*

Psal. L. ℣. 1. Quando intravit ad Bethſabee. *Cave ſcribas* Berſabee, *litterâ r, quod eſt nomen loci Geneſ. 21. ℣. 31. pro* Bethſabee *litterâ* th, *quod feminæ nomen eſt, uxoris Uriæ.*

℣. 9. Aſperges me hyſſopo, & mundabor. *Non interponas* Domine.

℣. 19. Cor contritum & humiliatum Deus non deſpicies. *Non eſt commutanda ſecunda perſona cum tertia* deſpiciet.

℣. 20. Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion. *Non eſt omittendum* Domine.

Psal. LI. ℣. 1. Et nunciavit Sauli: Venit David in domum Achimelech. *Fruſtra addunt quidam:* Et annuntiavit Sauli, & dixit: *erroneè autem* Achimelech, *quod eſt, frater meus rex, mutant alii cum* Abimelech, *quod eſt, pater meus rex: quæ de re latè Notationes noſtræ.*

Psal. LII. ℣. 1. Pro Maeleth intelligentiæ David. *Cave ne pro* Maeleth, *ſcribas, tranſpoſitis primis litteris* Ameleth, *aut quod pejus eſt*, Amalech. *Denique non mutes genitivum* intelligentiæ *cum nominativo* intelligentia, *aut* intellectus.

Psal. LIII. ℣. 7. Et in veritate tua diſperde illos. *Quidam* virtute, *quod eſt fortitudine, legunt pro* veritate, *quæ opponitur falſitati; malè: nec minùs malè alii* diſperge, *quod eſt diſſipa, pro* diſperde, *quod eſt perde.*

Psal. LIV. ℣. 10. Præcipita Domine, divide linguas eorum. *Non interjicias conjunctionem &.*

Psal. LV. ℣. 1. In tituli inſcriptionem. *Non mutes quartum caſum in ſextum* inſcriptione. *Simile infra 56. ℣. 1. 57. ℣. 1. 58. ℣. 1. 59. ℣. 1.*

℣. 4. Ab altitudine diei timebo. *Cave interponas* non *negationem ante* timebo.

℣. 12. In me ſunt Deus vota tua, quæ reddam, laudationes tibi. *Ut non eſt omittendum pronomen* tua, *ita non eſt facilè mutandus nominativus pluralis* laudationes, *in genitivum ſingularem* laudationis.

Psal. LVI. ℣. 8. Cantabo & pſalmum dicam. *Non ſubjicias ſive* Domino, *ſive* tibi, *quod quidam libri, multòque minùs* in gloria mea, *quod eſt Pſalmi 107. ℣. 2.*

Psal. LVII. ℣. 2. Si verè utique juſtitiam loquimini, recta judicate filii hominum. *Retinendum eſt nomen* recta, *non ſupponendum adverbium* rectè.

℣. 10. Sicut viventes, ſic in ira abſorbet eos. *Pro* ſic *alii repetunt* ſicut.

Psal. LVIII. ℣. 12. Deus oſtendet mihi ſuper inimicos meos. *Futurum* oſtendet *mutandum non eſt in præſens vel præteritum* oſtendit.

℣. 17. Ego autem cantabo fortitudinem tuam, & exultabo manè miſericordiam tuam. *Legendum eſt* exultabo *vocali quinta, non* exaltabo *vocali prima: quòd ſi ſcriberetur* exſultabo *additâ litterâ ſ, ceſſaret erroris anſa.*

Psal. LXI. ℣. 9. Deus adjutor noſter in æternum. *Non omittas poſtremum* in æternum.

℣. 13. Quia tu reddes unicuique juxta opera ſua. *Cave legas* tua *ſecundæ perſonæ pronomen, pro* ſua *tertiæ.*

Psal. LXII. ℣. 7. Si memor fui tui ſuper ſtratum meum. *Pro* ſic *adverbio ſimilitudinis, Romani Patres correxerunt* ſi, *quæ eſt conditionalis conjunctio.*

Ibidem. In matutinis meditabor in te. *Non ſubſtituas præteritum imperfectum* meditabar, *pro futuro* meditabor.

Psal. LXIII. ℣. 7. Defecerunt ſcrutantes ſcrutinio. *Non eſt opus ſextum caſum numeri ſingularis* ſcrutinio, *vertere in quartum pluralis* ſcrutinia.

℣. 8. Accedet homo ad cor altum. *Non judicarunt Romani Correctores præpoſitionem* ad *commutandam cum conjunctione &, quod alii multi judicant.*

Psal. LXIV. ℣. 1. Canticum Jeremiæ & Ezechielis. *Ut non oportet addere* Aggæi, Zachariæ, *aut* Ezechiæ; *ita non oportet omittere* Jeremiæ & Ezechielis, *qui duo prophetæ, incipientis tranſmigrationis tempore vixerunt.*

Ibidem. Populo tranſmigrationis, cùm inciperent exire. *Non præponas ablativo* populo *præpoſitionem* de; *nec ſcribas, mutatis caſibus*, de populi tranſmigratione: *multòque minùs vel ſubſtituas vel addas* de verbo peregrinationis, *quæ altera translatio eſt. Ad hæc* exire *melius eſt quàm* proficiſci. *Denique non eſt pars iſta tituli*, Jeremiæ & Ezechielis populo tranſmigrationis, cùm inciperent exire, *facilè omittenda, quamvis Hebraïcè non exſtet.*

℣. 11. Rivos ejus inebria. *Noli mutare verbum* inebria

Digitized by Google

in participium inebrians.

Psal. LXV. ℣. 17. Ad ipsum ore meo clamavi, & exaltavi sub lingua mea. *Hîc contra quàm superiùs Psal.* 58. ℣. 17. *legendum est* exaltavi *vocali prima, verbum scilicet deductum à nomine* altus, *non* exultavi *vocali quinta, verbum deductum à* salio.

Psal. LXVI. ℣. 5. Quoniam judicas populos in æquitate, & gentes in terra dirigis. *Quidam legunt futuro tempore* diriges; *sed verisimile est, Interpretem duplici præsenti usum vertisse* judicas, dirigis.

Psal. LXVII. ℣. 5. Turbabuntur à facie ejus. *Nequaquam omittenda sunt hæc verba.*

℣. 23. Convertam in profundum maris. *Quidam pro quarto casu legunt sextum* profundo, *vel* profundis.

Psal. LXIX. ℣. 1. In rememorationem, quòd salvum fecerit eum Dominus. *Retinendus est casus quartus* rememorationem, *nec facilè mutandum pronomen tertiæ personæ* eum, *cum primæ* me, *quanquam hoc Græcè legatur.*

Psal. LXX. ℣. 16. Introibo in potentias Domini. *Alii scribunt numero singulari* potentiam.

℣. 20. Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas. *Non scribas neutrum* quanta, *pro feminino* quantas.

Psal. LXXI. ℣. 15. Et adorabunt de ipso semper. *Quidam libri, pro composito* adorabunt, *scribunt simplex* orabunt: *compositum enim est loco simplicis, quemadmodum* de *est loco* pro.

℣. 16. Et erit firmamentum in terra in summis montium. *Non est scribendum* frumentum, *quod est* triticum, *pro* firmamentum: *quanquam* frumentum *fortasse firmamenti nomine sit intelligendum.*

Sequitur: Superextolletur super Libanum fructus ejus. *Cave legas* fluctus, *pro* fructus, *id est* l *pro* r, *liquidam primam pro quarta.*

Psal. LXXIII. ℣. 19. Ne tradas bestiis animas confitentes tibi. *Non mutes accusativum* confitentes *in genitivum* confitentium.

Psal. LXXIV. ℣. 1. In finem, ne corrumpas. *Quidam libri pro* corrumpas, *habent* disperdas, *quod idem unum est.*

Psal. LXXV. ℣. 4. Ibi confregit potentias arcuum, scutum, gladium, & bellum. *Retinendus est genitivus pluralis* arcuum, *non surrogandus accusativus singularis* arcum.

℣. 12. Omnes qui in circuitu ejus affertis munera. *Legendum est* affertis *prima vocali, potiùs quàm quartâ* offertis.

Psal. LXXVI. ℣. 11. Et dixi: Nunc cœpi. *Non mutes primam personam* cœpi *in tertiam* cœpit.

Psal. LXXVII. ℣. 16. Et eduxit aquam de petra, & deduxit tanquam flumina aquas. *Non est posteriori loco ut priori legendum* eduxit.

℣. 38. Et abundavit ut averteret iram suam. *Pro* abundavit, *alii verterunt* multiplicavit, *quod proinde non est nostræ Editionis.*

℣. 45. Misit in eos cœnomyiam, & comedit eos. *Scribendum est, etiam D. Hieronymo doctore,* cœnomyiam, *quod interpreteris muscam communem, non* cynomyiam, *quod muscam caninam; id est, consonanti primæ danda est diphtongus* œ, *non* y *Græcum, quod* ypsilon *dicitur.*

℣. 50. Non pepercit à morte animabus eorum. *Non præponas & conjunctionem.*

℣. 53. Et deduxit eos in spe, & non timuerunt. *Non scribas pro* deduxit, *ablatâ* d *litterâ,* eduxit.

℣. 69. Et ædificavit sicut unicornium sanctificium suum in terra. *Quidam libri genitivum pluralem* unicornium, *mutant cum genitivo singulari* unicornis.

Psal. LXXX. ℣. 1. Psalmus ipsi Asaph. *Non addas quod sequitur in quibusdam libris,* quinta sabbati.

Psal. LXXXVIII. ℣℣. 2. & 5. In generationem & generationem. *Servandus est duplex accusativus, non mutandus prior in ablativum.*

℣. 27. Ipse invocabit me: Pater meus es tu. *Non mutes futurum* invocabit *in præteritum* invocavit, *quod libri multi.*

℣. 34. Neque nocebo in veritate mea. *Non scribas* decipiam *pro* nocebo.

℣. 40. Evertisti testamentum servi tui. *Vulgare hactenus vitium notariorum fuit, ut prima vocali scriberent* avertisti, *quod sit, in aliam partem transtulisti, pro* evertisti, *secunda vocali, quod est, subvertisti, abolevisti.*

℣. 43. Exaltasti dexteram deprimentium eum. *Non legas* inimicorum ejus, *pro* deprimentium eum.

℣. 45. Destruxisti eum ab emundatione, & sedem ejus in terram collisisti. *Quidam pro* ab emundatione *legunt* à mundatione, *id est, simplex pro composito: porro omnino accusativus* terram *præferendus est ablativo* terra, *quem multi habent.*

Psal. LXXXIX. ℣. 1. Domine refugium factus es nobis à generatione in generationem. *Non est scribendum duplici ablativo, hoc modo,* in generatione & generatione, *quod Interpres clarius vertit cum duplici præpositione* à generatione in generationem.

℣. 14. Et delectati sumus omnibus diebus nostris. *Non addas* in *præpositionem.*

Psal. XC. ℣. 15. Clamabit ad me, & ego exaudiam eum. *Futurum* clamabit *præferendum est præterito* clamavit.

Psal. XCI. ℣. 4. In decachordo, psalterio. *Crediderim, comma medium, positum à Correctoribus loco conjunctionis &, qua Hebraïcè inseritur.*

℣. 12. Et in insurgentibus in me malignantibus audiet auris mea. *Non omittas alteram præpositionem* in, *præpositam participio* insurgentibus.

℣. 13. Sicut cedrus Libani multiplicabitur. *Non est præponenda conjunctio &.*

Psal. XCII. ℣. 5. Domum tuam decet sanctitudo Domine in longitudinem dierum. *Non mutes quartum casum in sextum* longitudine.

Psal. XCIII. ℣. 15. Quoadusque justitia convertatur in judicium. *Non legas, transposita* in *præpositione:* Quoadusque in justitiam convertatur judicium.

Sequitur: Et qui juxta illam, omnes qui recto sunt corde. *Non mutes singulare* illam *cum plurali* illa.

℣. 20. Qui fingis laborem in præcepto. *Interpres noster, ex Græco atque Hebræo ambiguo, transtulit personam, non tertiam* fingit, *sed secundam* fingis: *pro qua depravatè alicubi legitur, omissâ mediâ litterâ* n, figis. *Porro an* laborem, *an verè* dolorem, *transtulerit Interpres, non satis liquet, cùm & Hebræa & Græca similiter ambigua sint, & Latina exemplaria admodum varient. Caterùm* laborem, *quod vulgatius est, retinuerunt Romani Correctores.*

Psal. XCIV. ℣. 9. Probaverunt me, & viderunt opera mea. *Non omittas pronomen* me, *additum verbo* probaverunt.

Psal. XCVI. ℣. 1. Huic David, quando terra ejus restituta est. *Non subjicias, vel pronomen* ei, *vel nomen* Psalmus.

℣. 4. Illuxerunt fulgura ejus orbi terræ. *Prima dictionis initialis littera, sit vocalis tertia, non prima.*

Psal. XCVII. ℣. 1. Salvavit sibi dextera ejus. *Non est mutandum præteritum* salvavit *in futurum* salvabit.

Psal. XCVIII. ℣. 1. Qui sedet super cherubim, moveatur terra. *Cave ne pro tertia persona* sedet, *scribas secundam* sedes, *ut multi hactenus vitiosè.*

Psal. CI. ℣. 10. Et potum meum cum fletu miscebam. *Alii libri* poculum *habent, eodem sensu.*

℣. 11. A facie iræ & indignationis tuæ. *Non omittas mediam conjunctionem &.*

℣. 13. Et memoriale tuum in generationem & generationem. *Non mutes priorem accusativum* generationem *in ablativum, ut multi. Idem infra* ℣. 25. *& Psal.* 105. ℣. 31. *atque alibi.*

℣. 14. Tu exsurgens misereberis Sion. *Non addas* Domine.

Psal. CII. ℣. 22. In omni loco dominationis ejus. *Non mutes genitivum singularem* dominationis, *in nominativum pluralem* dominationes.

Psal. CIII. ℣. 12. Rigans montes de superioribus suis. *Corruptè quidam legunt secundæ personæ pronomen* tuis, *pro tertiæ* suis.

℣. 15. Ut educas panem de terra. *Non est secunda persona vertenda in tertiam* educat.

℣. 25. Hoc mare magnum & spatiosum manibus. *Non est omittenda vox* manibus, *multòque minùs mutanda cum* navibus.

Psal. CIV. ℣. 30. Edidit terra eorum ranas in penetralibus regum ipsorum. *Unam vocem* edidit, *quæ est produxit, non distrahas in duas &* dedit, *multòque minùs legas* terram *quarto casu.*

℣. 31. Dixit, & venit cœnomyia. *Romani Patres, ex D. Hieronymo, correxerunt* cœnomyia, *pro eo quod plerique libri habent* cynomyia, *quemadmodum & supra Psal.* 77. ℣. 45.

Psal. CV. ℣. 12. Et crediderunt verbis ejus. *Non addas* in *præpositionem.*

℣. 15. Et dedit eis petitionem ipsorum. *Non omittas conjunctionem &.*

℣. 38. Et infecta est terra in sanguinibus. *Romani Patres prætulerunt* infecta, *quod est polluta, voci* interfecta, *quam alii legunt cum D. Augustino.*

Psal. CVI. ℣. 2. Et de regionibus congregavit eos. *Non omittenda est & conjunctio.*

℣℣. 8. 15. 21. 31. Confiteantur Domino misericordiæ ejus. *Non facilè mutandus est numeri pluralis nominativus* misericordiæ, *in nominativum vel ablativum singularem* misericordia.

Ibidem. Et mirabilia ejus filiis hominum. *Cave ne pro dativo* filiis, *scribas nominativum* filii.

℣. 40. Effusa est contemptio super principes. *Insignis correctio, qua* contemptio, *quod est despectio sive contemptus, restitutum est, pro eo quod vulgò legitur* contentio, *quod est*

Digitized by Google

litigatio. Erroris occaſio fuit ex ſimilitudine litterarum n & n, *id eſt, ſecundæ liquidæ & tertiæ: nam* contemtio *à doctis ſcribitur abſque* p.

Psal. CVII. ℣℣. 2. 3. Cantabo & pſallam in gloria mea. Exſurge gloria mea, exſurge pſalterium & cithara. *Correctores addiderunt* exſurge gloria mea, *priùs Græcè legitur; licet Hebraicè* gloria mea & exſurge *non niſi ſemel ſcribantur, quemadmodum & in pleriſque Latinis libris.*

Psal. CVIII. ℣. 19. Fiat ei ſicut veſtimentum quo operitur, & ſicut zona qua ſemper præcingitur. *Non ſunt mutanda præſentia in futura*, operietur, præcingetur.

℣. 27. Et ſciant quia manus tua hæc, & tu Domine feciſti eam. *Quidam*, *pro ſeminino* eam, *legunt neutrum* ea, *expoſitionis ſervatæ causâ.*

℣. 31. Quia adſtitit à dextris pauperis. *Non mutes conjunctionem* quia *cum relativo* qui.

Psal. CIX. ℣. 7. De torrente in via bibet, propterea exaltabit caput. *Non mutes futura in præterita*, bibit, exaltavit.

Psal. CX. ℣. 1. Alleluia. *Non addas* Reverſio, *vel* Reverſionis Aggæi & Zachariæ, *ut initio proximi Pſalmi.*

℣. 9. Redemptionem miſit populo ſuo. *Non addas* Dominus *ex Officio Eccleſiaſtico.*

Psal. CXVII. ℣. 3. Dicat nunc domus Aaron, quoniam in ſæculum miſericordia ejus. *Non interponas* quoniam bonus, *quod eſt duorum verſuum præcedentium, non hujus, & ſubſequentis.*

℣. 4. Dicant nunc qui timent Dominum, quoniam in ſæculum miſericordia ejus. *Non addas* omnes *ante relativum* qui, *nec* quoniam bonus *ante* quoniam in ſæculum.

℣℣. 10. 11. 12. Et in nomine Domini quia ultus ſum in eos. *Non eſt omittenda conjunctio* quia, *nec ſubſequens præpoſitio* in.

℣. 23. A Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris. *Alii mutant conjunctionem & cum pronomine* hoc.

℣. 25. Benedictus qui venit in nomine Domini. *Non ſcribas* venturus es *pro* venit, *id eſt, perſonam ſecundam pro tertia.*

Psal. CXVIII. ℣. 28. Dormitavit anima mea præ tædio. *Noſter Interpres vertit* dormitavit, *non* ſtillavit, *ut alii.*

℣. 35. Deduc me in ſemitam mandatorum tuorum. *Non mutes quartum caſum in ſextum* ſemita.

℣. 41. Et veniat ſuper me miſericordia tua Domine. *Non mutes præſens imperativi* veniat *cum futuro indicativi* veniet.

℣. 46. Et loquebar in teſtimoniis tuis in conſpectu regum. *Non ſcribas* de *loco prioris* in.

℣. 48. Et levavi manus meas ad mandata tua quæ dilexi, & exercebar in juſtificationibus tuis. *Correctores prætulerunt præteritum imperfectum* exercebar, *futuro* exercebor.

℣. 53. Pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. *Non mutes* pro, *quod eſt propter, cum* præ *vel* à.

℣. 59. Cogitavi vias meas, & converti pedes meos in teſtimonia tua. *Videtur* converti *eſſe noſtræ Editionis, potiùs quàm* averti: *ſed error eſt, quòd quidam pro prima perſona, legant ſecundam* convertiſti *vel* avertiſti.

℣. 73. Da mihi intellectum, & diſcam mandata tua. *Non mutes conjunctionem copulativam & in cauſativam* ut.

℣. 81. Defecit in ſalutare tuum anima mea. *Nec hic mutes præteritum* defecit *in præſens* deficit.

℣. 86. Omnia mandata tua veritas: iniquè perſecuti ſunt me, adjuva me. *Retinendum eſt adverbium* iniquè, *non ſurrogandum nomen* iniqui.

℣. 90. In generationem & generationem veritas tua. *Non eſt mutandus prior accuſativus in ablativum* generatione.

℣. 95. Teſtimonia tua intellexi. *Corruptè in quibuſdam libris ſcribitur* dilexi, *quod eſt amavi, pro* intellexi.

Psal. CXX. ℣. 5. Dominus cuſtodit te, Dominus protectio tua. *Non mutes verbum præſens* cuſtodit, *in futurum* cuſtodiet.

℣. 8. Dominus cuſtodiat introitum tuum, & exitum tuum. *Præſens imperativi* cuſtodiat *ſervandum hic eſt, nec ſupponendum futurum indicativi* cuſtodiet.

Psal. CXXIV. ℣. 5. Declinantes autem in obligationes. *Ut non eſt mutandus numerus pluralis in ſingularem* obligationem; *ita pro* obligationes *non eſt ſcribendum* obliquationes, *poſitum pro obliquitates, quod quidam conjiciunt.*

Psal. CXXVIII. ℣. 4. Dominus juſtus concidit cervices peccatorum. *Correctores ſcripſerunt præteritum* concidit, *pro futuro* concidet.

℣. 7. De quo non implevit manum ſuam qui metit. *Idem obſervarunt hoc loco, dum* implevit *ſurrogarunt pro* implebit.

Psal. CXXX. ℣. 2. Sicut ablactatus eſt ſuper matre ſua, ita retributio in anima mea. *Quidam libri pro maſculino* ablactatus, *ſcribunt neutrum* ablactatum; *pro quo vitiosè nonnulli ſupponunt* ablatus *ſeu* ablatum. *Complures libri omittunt verbum ſubſtantivum* eſt. *Denique alii legunt quarto caſu* matrem ſuam, animam meam, *pro ſexto*, matre ſua, anima mea.

Psal. CXXXI. ℣. 9. Sacerdotes tui induantur juſtitiam. *Quartus caſus præſecludus eſt ſexto* juſtitiâ.

℣. 11. Juravit Dominus David veritatem, & non fruſtrabitur eam. *Servandum eſt pronomen femininum* eam, *quod refert* veritatem, *non ſubſtituendum maſculinum* eum, *quod refert* David.

℣. 16. Sacerdotes ejus induam ſalutari: & ſancti ejus exſultatione exſultabunt. *Pronomen tertiæ perſonæ* ejus, *quod eſt in poſteriori hujus verſiculi membro, multi mutant cum pronomine ſecundæ perſonæ* tui; *ſed malè.*

Psal. CXXXIV. ℣. 9. Et miſit ſigna & prodigia in medio tui Ægypte. *Alii libri, pro duabus vocibus* & miſit, *unicam habent* emiſit.

Psal. CXXXVI. ℣. 1. Pſalmus David, Jeremiæ. *Loco dativi* Jeremiæ, *non ſcribas* propter Jeremiam; *multòque minùs interponas & conjunctionem inter* David & Jeremiæ.

Ibidem. Super flumina Babylonis illic ſedimus & flevimus, cùm recordaremur Sion. *Non addas pronomen* tui *ante* Sion.

℣. 9. Beatus, qui tenebit, & allidet parvulos tuos ad petram. *Cave ne relabaris in vetus mendum eorum, qui nomini* parvulos *addiderunt pronomen tertiæ perſonæ* ſuos, *pro ſecundæ* tuos.

Psal. CXXXVII. ℣. 1. In conſpectu angelorum pſallam tibi. *Non præponas conjunctionem &c.*

Psal. CXXXVIII. ℣. 14. Mirabilia opera tua, & anima mea cognoſcit nimis. *Non mutes verbum præſens* cognoſcit *in futurum* cognoſcet.

℣. 16. Dies formabuntur. *Quidam libri, pro* dies, *clariùs legunt ſexto caſu* die: *ſed vitiosè ſcribunt, qui habent* dii, *ut & illi qui dicunt* firmabuntur, *quod eſt ſtabilientur, pro* formabuntur, *quod eſt fingentur.*

℣. 20. Quia dicitis in cogitatione: Accipient in vanitate civitates tuas. *Egregiè correctus eſt locus, repoſito pronomine ſecundæ perſonæ* tuas, *pro eo quod irrepſerat tertiæ* ſuas.

Psal. CXXXIX. ℣. 4. Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentis. *Genitivus ſingularis* ſerpentis, *meritò prælatus eſt nominativo plurali* ſerpentes.

Psal. CXLII. ℣. 12. Et in miſericordia tua diſperdes inimicos meos. *Non addas* omnes.

Psal. CXLIII. ℣. 2. Qui ſubdit populum meum ſub me. *Præferenda eſt tertia perſona* ſubdit, *ſecundæ* ſubdis.

℣. 10. Qui das ſalutem regibus, qui redemiſti David ſervum tuum. *Hic contrà præferendæ videntur ſecundæ perſonæ tertiis*, dat, redemit, ſuum.

Psal. CXLIV. ℣. 7. Memoriam abundantiæ ſuavitatis tuæ eructabunt, & juſtitiâ tuâ exſultabunt. *Legendum eſt* juſtitia tua *ſexto caſu, ſubaudita præpoſitione* in, *potiùs quàm* juſtitiam tuam *quarto caſu. Certe mendum eſt quòd quidam habent* judicia tua; *ut & illud, quòd pro* exultabunt, *nonnulli ſcribant* exaltabunt *prima vocali; nonnulli* eructabunt, *repetito verbo proximè antecedenti.*

Psal. CXLV. ℣. 8. Dominus erigit eliſos, Dominus diligit juſtos. *Cave pro* diligit, *quod eſt amat, legas* dirigit, *quod eſt gubernat.*

℣. 10. Regnabit Dominus in ſæcula, Deus tuus Sion in generationem & generationem. *Non mutes priorem accuſativum* generationem, *in ablativum* generatione, *ut multi.*

Psal. CXLVI. ℣. 4. Qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat. *Non eſt mutandum verbum* vocat *in participium* vocans.

Psal. CXLVIII. ℣. 14. Et exaltavit cornu populi ſui. *Alii legunt futurum* exaltabit, *ſed meritò præfertur præteritum.*

Psal. CXLIX. ℣. 2. Lætetur Iſraël in eo qui fecit eum, & filii Sion exſultent in rege ſuo. *Rectè Romani Patres ſemininum* filiæ, *quod vulgò legitur, emendarunt repoſito maſculino* filii.

℣. 4. Et exaltabit manſuetos in ſalutem. *Et hic rectè præteritum* exaltavit, *correxerunt ſubſtituto futuro* exaltabit.

℣. 6. Exaltationes Dei in gutture eorum. *Hic denique inſigniter reſtituerunt vocem* exaltationes, *deductam ab* altus, *pro ea quæ vitiosè legi conſueverat* exultationes, *deducta à* ſalto: *illa, cujus tertia littera eſt vocalis prima, ſignificat laudes; hæc, cujus tertia littera eſt vocalis quinta, ſignificat exultantias, animi præ lætitia ſaltus.*

℣. 9. Ut faciant in eis judicium conſcriptum. *Quidam commutant numerum pluralem* faciant, *cum ſingulari* faciat; *minùs rectè.*

Digitized by Google

Variæ Lectiones VULGATÆ, rursum ab eodem FRANCISCO LUCA observatæ.

LIBER PSALMORUM.

PSAL. II. ℣. 12. Nequando irascatur Dominus, & pereatis de via justa. Cùm exarserit in brevi ira ejus, beati, &c. *Alii sic distinguunt:* Nequando irascatur Dominus, & pereatis de via justa, cùm exarserit in brevi ira ejus. Beati, &c.

PSAL. IV. ℣. 6. Quis ostendit nobis bona? *Alii legunt futurum* ostendet, *Græco & Hebræo consentaneè.*

PSAL. V. ℣. 9. Dirige in conspectu tuo viam meam. *Alia Lectio est*, Dirige in conspectu meo viam tuam, *transmutatis pronominibus. Disceptatio est, utra præferenda; de quo nostræ Notationes.*

℣. 13. Ut scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos. *Complutra vetera Mſs. omittunt* tuæ *pronomen secundæ personæ, Hebræo & Græco consentaneè.*

PSAL. IX. ℣. 7. Et civitates eorum destruxisti. *Multi Latini libri omittunt pronomen* eorum, *suffragantibus Græcis & Hebraïcis: subaudiunt enim genitivum* inimici, *ex membro præcedente.*

℣. 14. Orphano tu eris adjutor. *Loco futuri* eris, *in aliis libris est præteritum* eras, *consonantibus Hebræo & Græco.*

PSAL. X. ℣. 3. Justus Dominus, & justitias dilexit. *Multa Latina exemplaria omittunt conjunctionem &, consentaneè Hebræo.*

PSAL. XI. ℣. 4. Universa labia dolosa, & linguam magniloquam. *Multi Latini libri transsodiunt conjunctionem &, Hebræo conformiter.*

PSAL. XVI. ℣. 13. Frameam tuam. *Alii probati libri legunt* frameâ tuâ, *sexto casu.*

PSAL. XVII. ℣. 49. Et ab insurgentibus in me, exaltabis me. *Conjunctio videtur merito posse omitti.*

PSAL. XXI. ℣. 20. Tu autem Domine ne elongaveris auxilium tuum à me. *Multi libri transsodiunt illud* à me; *tantummodo scribunt* tuum, *quod tamen Hebræo mutant in* meum.

℣. 31. Et annuntiabunt cœli justitiam ejus. *Vox* cœli *meritò superfluere judicari possit, ut huc addita ex alio Psalmo: lege Notationes.*

PSAL. XXIV. ℣. 4. Et semitas tuas edoce me. *Antiqui fere legunt simplex* doce.

PSAL. XXVI. ℣. 8. Exquisivit te facies mea. *Sunt Mſs. quæ omittunt pronomen* te, *Hieronymo ad Sunniam suffragante.*

PSAL. XXVIII. ℣. 9. Et revelabit condensa. *Sunt antiqui libri, qui pro futuro* revelabit, *quod Græco conforme est, legunt præteritum* revelavit, *Hebræo consentaneum.*

PSAL. XXX. ℣. 6. In manus tuas commendo spiritum meum. *In aliis libris est futurum* commendabo, *suffragante Hebræo, & Græco.*

℣. 21. Proteges eos in tabernaculo tuo. *Pronomen* tuo *transfigitur à plerisque, Latinè, Græcè, Hebraïcè.*

℣. 24. Quoniam veritatem requiret Dominus. *Plurale* veritates *in aliis legitur, adstipulantibus textibus Græco & Hebræo.*

PSAL. XXXII. ℣. 18. Et in eis qui sperant super misericordia ejus. *Optimi libri tollunt tres illas voculas &* in eis, *Græco consentaneè & Hebræo.*

PSAL. XXXVII. ℣. 16. Tu exaudies me Domine Deus meus. *Boni libri Latini auferunt pronomen* me, *sicut Hebræi & Græci.*

℣. 23. Domine Deus salutis meæ. *Idem hic judicium de nomine* Deus.

PSAL. XLIII. ℣. 2. In diebus eorum, & in diebus antiquis. *Multi libri meritò omittunt & conjunctionem mediam.*

PSAL. XLIV. ℣. 6. In corda inimicorum regis. *Alii libri legunt casum sextum numeri singularis* in corde, *conformiter Græco: lege Notationes.*

℣. 12. Quoniam ipse est Dominus Deus tuus. *Videtur meritò ab aliis omitti nomen* Deus; *si expendantur Notationes in hunc locum.*

℣. 13. Omnes divites plebis. *Boni libri auferunt* omnes, *Hebræo & Græco consentaneè.*

℣. 18. Memores erunt nominis tui. *Alii libri scribunt singulare* memor ero, *Hebræo & Græco consentientibus: legantur Notationes nostræ. Numerus pluralis putatur acceptus ex Officio Ecclesiastico de Apostolis.*

PSAL. XLVI. ℣. 9. Regnabit Deus super gentes. *In antiquis Mſs. pro futuro* regnabit, *legitur præteritum* regnavit, *sicut Hebraïcè & Græcè.*

℣. 10. Quoniam dii fortes terræ. *Quoniam multi conjiciunt, pro nominativo plurali* dii, *scribendum* Dei, *quod est, vel nominativus pluralis, vel (qui est Græcè) genitivus singularis, non caret similitudine veri: qua de re legi possunt nostræ Notationes.*

PSAL. XLVII. ℣. 6. Quoniam ecce reges terræ congregati sunt. *Optimi quique libri Latini & Græci, conformiter Hebraïcis, omittunt illud* terræ: *quod & Hieronymus à se sublatum fatetur.*

PSAL. XLVIII. ℣. 3. Simul in unum dives & pauper. *Multa vetera Mſs. omittunt* simul, *quia idem unum est cum eo quod sequitur* in unum, *seu* in idipsum.

PSAL. LI. ℣. 6. Verba præcipitationis, lingua dolosa. *In aliis libris est, ut Græcè, quarto casu* linguam dolosam.

PSAL. LIII. ℣. 7. Averte mala inimicis meis. *Quod in aliis libris est futurum tertiæ personæ* avertet, *præferendum videatur, si expendantur Notationes.*

PSAL. LIV. ℣. 4. Quoniam declinaverunt in me iniquitates. *Alii legunt numero singulari* iniquitatem.

℣. 17. Ego autem ad Deum clamavi, & Dominus salvabit me. *In aliis est præteritum* salvavit.

PSAL. LVII. ℣. 7. Molas leonum confringet Dominus. *In aliis libris est præteritum* confregit, *ut Græcè.*

PSAL. LIX. ℣. 13. Quia vana salus hominis. *Loco* quia, *alii legunt &, Hebræo & Græco conformiter: illud hujus expositio est.*

PSAL. LXI. ℣. 10. Ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum. *Pronomen* ipsi *non esse jungendum cum verbo* decipiant, *Græca & Hebræa ostendunt.*

℣. 13. Quia potestas Dei est. *Antiqui Latini libri omittunt* est, *non minùs quàm Græci & Hebræi.*

PSAL. LXII. ℣. 12. Laudabuntur omnes qui jurant in eo. *Antiqui libri, etiam Epanorthotæ, legunt numero singulari*, Laudabitur omnis qui jurat in eo, *consentaneè Hebræo & Græco.*

PSAL. LXIII. ℣. 8. Accedet homo ad cor altum. *Multi libri, pro* ad *præpositione, habent conjunctionem &, quemadmodum Græca & Hebræa: qua de re nostræ Notationes.*

PSAL. LXIV. ℣. 9. Exitus matutini & vespere delectabis. Vesperæ *scribitur à quibusdam ut nomen genitivi casus, non minùs quàm* matutini; *non absque causa.*

PSAL. LXXI. ℣. 11. Et adorabunt eum omnes reges terræ. *Quidam libri omittunt* terræ; *consentaneè Hebræo & (quod Sixti Papæ jussu editum est) Græco. Hieronymo quoque superfluum est.*

PSAL. LXXV. ℣. 9. Terra tremuit & quievit. *In aliis libris est* timuit, *pro* tremuit.

PSAL. LXXXVI. ℣. 4. Memor ero Rahab & Babylonis scientium me. *In aliis libris est dativus* scientibus, *conformiter Græco.*

℣. 6. Dominus narrabit in scripturis populorum. *In antiquis libris exstat* scripturâ, *numero singulari, Hebræo & Græco similiter.*

℣. 7. Sicut lætantium omnium habitatio est in te. *A bonis libris omittitur verbum substantivum* est, *consentaneè Græco.*

PSAL. LXXXVIII. ℣. 7. Similis erit Deo in filiis Dei. *Meliores libri è nostris, pro* Deo *scribunt* Domino, *Hebræo & Græco consentaneè.*

PSAL. LXXXIX. ℣. 2. Aut formaretur terra & orbis. *Complures libri legunt conjunctivam &, loco disjunctivæ* aut, *cum Hebraïcis & Græcis.*

℣. 9. Anni nostri sicut aranea meditabuntur. *Pro futuro* meditabuntur, *legunt præteritum imperfectum* meditabantur, *Græci non solùm libri, sed & multi Latini.*

PSAL. XC. ℣. 11. Quoniam angelis suis mandavit de te. *Futurum* mandabit *præferendum videtur præterito.*

PSAL. CI. ℣. 7. Similis factus sum pellicano. *Videtur scribendum* pelicano, *unicâ* l, *prout quidam Latini cum Græcis scribunt.*

℣. 16. Et timebunt gentes nomen tuum Domine. *Pro* nomen tuum Domine, *alii libri legunt* nomen Domini, *Græco & Hebræo consentaneè.*

℣. 19. Scribantur hæc in generatione altera. *Quidam obscuriùs scribunt numerum singularem* scribatur, hæc *pro* hoc *accepto, more Hebræo: quidam clariùs legunt accusativos* generationem alteram.

℣. 22. Ut annuntient in Sion nomen Domini, & laudem ejus in Jerusalem. *Antiqui libri Epanorthotæ, aliique legunt numero singulari* annuntiet, *& pronomen reciprocum* suam *loco* ejus.

PSAL. CII. ℣. 22. Benedicite Domino omnia opera ejus, in omni loco dominationis ejus: benedic anima mea Domino. *Sic videtur distinguendus hic versiculus, ita ut terminet Psalmum David, per idem illud breve, sed maximæ emphaseos epiphonema*, Benedic anima mea Domino,

Digitized by Google

à quo cæperat : quod & facit Pſalmo ſequenti 103.

Psal. CIII. ℣. 12. De medio petrarum dabunt voces. *Notat Epanorthotes :* Hebræus, & antiqui, & Græcus, & Hieronymus, habent vocem in ſingulari : *quod & nos ita eſſe comperimus.*

℣. 15. Et vinum lætificet cor hominis. *In aliis bonis libris eſt indicativi præſens* lætificat.

℣. 35. Deficiant peccatores à terra. *Alii libri ſcribunt futurum* deficient.

Psal. CIV. ℣. 18. Ferrum pertranſiit animam ejus. *Pro quarto caſu, in optimis libris eſt primus* anima, *qua de re lege Notationes.*

Psal. CXIII. ℣. 15. Benedicti vos à Domino. *Præpoſitio* à, *à pleriſque omittitur.*

Psal. CXVII. ℣. 20. Juſti intrabunt in eam. *Loco accuſativi non ſcribas ablativum* eâ.

℣. 25. O Domine ſalvum me fac. *Multi docti judicant* pronomen me *ſuperfluere : lege Notationes.*

Ibidem. O Domine bene proſperare. *Multi libri omittunt adverbium* bene.

Psal. CXVIII. ℣. 9. In quo corrigit adoleſcentior viam ſuam? *Alii libri ſcribunt futurum* corriget, *pro præſenti* corrigit.

℣. 29. Et de lege tua miſerere mei. *Ab aliis omittitur præpoſitio* de.

℣. 75. Et in veritate tua humiliaſti me. *Antiqui Epanorthotæ, aliique, præter conjunctionem &, omittunt etiam pronomen* tua, *cum ſimilitudine veri.*

℣. 118. Spreviſti omnes diſcedentes à judiciis tuis. *In aliis libris, pro* judiciis, *melius eſſe videtur* juſtitiis : *lege Notationes.*

℣. 126. Tempus faciendi Domine. Hebræus, & antiqui, & Græcus, *ait Epanorthotes*, Domino; non habent Domine, *vocandi caſu.*

℣. 147. Præveni in maturitate, & clamavi. *Quidam libri habent* immaturitate, *quidam* in immaturitate : *legantur Notationes.*

Ibidem. Quia in verba tua ſuperſperavi. *Multi libri omittunt* quia, *Hebræo & Græco conſentanee.*

Psal. CXXIV. ℣. 5. Adducet Dominus cum operantibus iniquitatem. *Quidam ſcribunt* abducet, *ex Græco* ἀπάξει.

Psal. CXXV. ℣. 6. Mittentes ſemina ſua. *Alii pro* mittentes *dicunt* portantes, *quanquam ſenſu parum diverſo.*

Psal. CXXVI. ℣. 2. Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere : ſurgite poſtquam ſederitis. *Multi antiqui libri, pro imperativo* ſurgite, *repetunt infinitivum* ſurgere : *qua de re Notationes noſtræ in Biblia.*

℣. 5. Non confundetur cùm loquetur inimicis ſuis in porta. *Epanorthotes annotat :* Item G. Hebræus, & Hieronymus, & antiqui, & Græcus, Non confundentur cùm loquentur. Non eſt ibi in ſingulari.

Psal. CXXXI. ℣. 7. Introibimus in tabernaculum ejus. *Alii libri ſcribunt plurale* tabernacula, *Græco & Hebræo conſentanee.*

℣. 17. Illuc producam cornu David. *Videtur præferendum adverbium quo ſignetur motus in loco*, illic.

Psal. CXXXVIII. ℣. 11. Et nox illuminatio mea in deliciis meis. *Antiqua exemplaria Mſſ. omittunt pronomen* mea, *conformiter Græco & Hebræo.*

℣. 17. Nimis confortatus eſt principatus eorum. *Antiqui Epanorthotæ, aliique libri ſcribunt numero plurali*, confortati ſunt, *conſentanee Græco & Hebræo.*

Psal. CXLV. ℣. 3. In filiis hominum, in quibus non eſt ſalus. *Poſterius* in *præteritur ab aliis libris Latinis, non minus quàm à Græcis & Hebræis.*

℣. 9. Et vias peccatorum diſperdet. *Lectio ſingularis numeri* viam, *non parvæ eſt auctoritatis.*

Digitized by Google

IN LIBRUM PROVERBIORUM
ADMONITIO PRÆVIA.

Proverbiorum liber, qui nunc prodit in lucem ſecundùm Verſionem antiquam, mutilus eſt non minima ſui parte, & imperfectus; quemadmodum & alii nonnulli, quos ſupra ex Mſs. Codicibus depromere non licuit, ſed ex lacinioſis Teſtimoniis, in antiquorum Patrum operibus ſparſis, reſarſimus confeciműſque. Utinam verò horum Teſtimoniorum loco, ſi non pura puta Italica Verſio, ſaltem ea ipſa præſtò nobis eſſet, quam Hieronymus ſecundùm LXX. Interpretes Latinè edidit cum aſteriſcis & obelis. Illam ipſam manifeſtè indicat S. Doctor in præfat. non multis ab hinc annis edita à Martianæo noſtro, to. 1. oper. Hieron. ubi ſic ait : Tres libros Salomonis, id eſt, Proverbia, Eccleſiaſten, Canticum Canticorum, veteri LXX. Interpretum auctoritati reddidi, vel antepoſitis lineis ſuperflua quæque deſignans, vel ſtellis titulo prænotatis, ea quæ minùs habebantur interſerens; quò plenius cognoſcatur, quid in libris noſtris minùs ſit, quid redundet : necnon etiam illa, quæ imperiti Translatores malè in linguam noſtram de Græco ſermone verterant, oblitterans & antiquans, curioſiſſima veritate correxi; & ubi præpoſtero ordine atque perverſo ſententiarum fuerat lumen ereptum, ſuis locis reſtituens, feci intelligi quod latebat. *Idem memorat Hieronymus, lib. contra Rufinum, dicens :* Salomonis etiam libros, quos olim juxta LXX. additis obelis & aſteriſcis in Latinum verteram, ex Hebraïco transferens, *&c. At verò intercidere volumina illa, de Græco ſummo labore translata, vel potiùs emendata ab Hieronymo; neque horum ullum hactenus doctis recuperare licuit, præter Jobi librum, & Pſalmos Davidis, vulgatos à Martianæo noſtro tomo prædicto nov. edit. S. Hieronymi. Proverbiorum tamen partes plurimæ de antiqua Verſione Latina etiamnum ſuperſunt, cùm in Vulgata hodierna, tum in antiquis ejuſdem Vulgatæ Mſs. partim ad marginem additæ, partim intra textum inſertæ. Hujuſcemodi additamentorum rationem reddit Librarius in appendice ad præfationem ſupradictam; vel potiùs ille qui, ſi Martianæo fides, in Hebraïcam S. Doctoris Translationem illa ipſa induxit ex editione LXX.* Ideo, *inquit*, & de Græco, & de Hebræo præfatiuncula utraque in hoc libro præmiſſa eſt, quia nonnulla de Græco, ob illuminationem ſenſûs, & legentis ædificationem, vel inſerta Hebraïcæ Translationi, vel extrinſecus juncta ſunt.

Porro iſtiuſmodi ſententiæ, à LXX. derivatæ, abſunt à primigeniis Mſs. codicibus Hieronymianæ Translationis ex Hebræo; nec etiam editæ ſunt à Martianæo noſtro in libro Proverbiorum to. 1. nov. edit. S. Hieron. cùm ipſæ neque exſtiterint unquam in Hebraïco fonte, neque ſuperadditæ fuerint ab Hieronymo in Latina ipſius de Hebræo translatione. Ne tamen incuriâ Editoris prætermiſſas fuiſſe id genus ſententias autumaret incautus lector, virgulas è regione locorum quorumque apponendas curavit religioſus Editor, quorum ſignorum ipſe ita rationem reddit, not. a. ad ℣. 2. cap. 5. Proverb. ubi ſcilicet obſervat verſiculum iſtum, Nẽ attendas fallaciæ mulieris, *prudenter omiſſum fuiſſe à Librario in Mſ. codice.* « *Indicat, inquit, marginalis iſte obelus additamentum quoddam, è LXX. Interpretibus translatum in Vulgatam Latinam editionem, ubi nunc legimus :* Ne attendas fallaciæ mulieris : *quæ verba abſunt ab Hebræo, in exemplaribus Canonis Hebraïcæ veritatis, & in omnibus antiquis Mſs. codicibus : neque hujus additamenti meminit Speculum S. Auguſtini, ad Hieronymianam ex Hebræo Translationem concinnatum. At in id genus additamentorum, quæ obelis indicantur, curioſiùs attendentes, veram eorum deprehendimus originem in antiquo anonymo Scriptore, qui ſequentem adtexuit admonitionem ad finem præfationis in libros Salomonis editæ ab Hieronymo, cùm hæc volumina primùm recenſuit ad Græcos codices LXX. Translatorum, obelis & aſteriſcis opus omne diſtinguens :* » Nonnulla, *inquit Anonymus*, de Græco ob illuminationem ſenſûs, & legentis ædificationem, vel inſerta Hebraïcæ Translationi, vel extrinſecus juncta ſunt. Et idcirco qui legis, » ſemper peregrini memento. *Hæc quidem ille quiſquis fuerit, ſive ſcholiaſtes Canonis Hebraïcæ veritatis, ſive alius ejuſdem ætatis Scriptor. Quæcunque igitur lectorem admonuit, poſita reperiuntur in Canone Memmiano, ante octingentos annos deſcripto : nam ambæ Hieronymi præfatiunculæ, hoc eſt, & prima, quam præmiſerat ad ſuam Verſionem ex LXX. & poſterior edita cum Translatione Hebraïca, initio librorum Salomonis in eo codice leguntur cum admonitione ejuſdem Anonymi, adtextâ ad calcem prioris præfationis. Deinde nonnullam partem additarum ſententiarum, in corpore poſitam retinet; cætera è regione ad marginem repræſentat, ita ut diceres Memmianum codicem eum eſſe in quo pri-*

Digitized by Google

mùm Auctor hanc è Græco admiſtionem inſeruit in Translationem Hebraïcam. Non ſic « Canon Carcaſſonenſis, cujus Exſcriptor omnia additamenta, uno vel duobus exceptis, tranſ- « tulit in ſacrum contextum. Cæteri Mſs. codices omittunt iſthæc adſcititia, vel extrinſe- « cus reponunt ad margines, ut etiam videri poteſt in Mſs. codd. duobus Sangermanenſibus « n. 14. & 15. Unde idem accidiſſe in libro Proverbiorum manifeſtum eſt, quod in libris Re- « gum ſupra monuimus. Scilicet tria diſtingui poſſunt genera librorum Mſs. Latinorum : « Primum, illorum, qui propriam ac genuinam lectionem Hieronymi ſine additamentis repræ- « ſentant. Secundum genus, eorum, in quibus equidem purus fluit Bibliorum contextus ; ſed « integra retinent ad margines ſuas aliena & inſititia verba, cum ſignis quibuſdam intra « textum, ut hæc, tanquam omiſſa ſint à Librariis, & ad ſacrum contextum pertineant, ſi- « gnificent. Tertium denique genus eſt, recentiorum præſertim Mſs. codicum, in quorum con- « textum varia illa Scripturarum additamenta, errore & imperitiâ Librariorum, inducta « conſpiciuntur, ut nullo deinceps adhibito diſcrimine, quænam Hieronymo, aut quæ cæteris « Latinis Interpretibus propria fuerint, in illis minimè poſſit agnoſci. » Idem quoque obſervat ſup. proleg. 2. dicens : « Nonnullas etiam deprehendimus ſententias ac verſus integros è « veteri Editione in libros præcipuè Regum, inque Proverbia Salomonis derivatas. » Hactenus Martianæus. Porro illa omnia additamenta ſummâ curâ excerpſimus, tum ex Vulgata hodierna, tum maximè ex antiquioribus ejuſdem Mſs. codicibus, eaque ſuis quæque locis inſeruimus.

SUMMA CAPITA LIBRI PROVERBIORUM,

è Vulgatis Bibliis deprompta, deficientibus aliis quæ Verſioni antiquæ reſpondeant.

Cap. I. *Parabolarum utilitas : auditus ſapientia commendatur : filius admonetur ne peccatorum ſequatur blanditias : ſapientia ad ſui amplexum invitat, & contemptoribus minatur exitium.*

Cap. II. *Sapientiæ acquiſitio quanta bona conferat, & quanta mala avertat ; cum qua Dei dona veniunt, & ſine qua ubique erratur.*

Cap. III. *Sapientia vitam prolongat : miſericordia & veritas non deſerenda : fiducia in Deum : timor Dei : honorandus Deus : correctio Dei cum lætitia ferenda : ſapientia laus : ſapientiam ſequentibus omnia proſpera : amico ſtatim dandum, nec ei malefaciendum : non contendendum : iniqui non imitandi : impiorum perditio, & piorum benedictio.*

Cap. IV. *Sapiens ſuo exemplo hortatur quærere ſapientiam, cujus explicat utilitates : via impiorum declinanda, & juſtorum amplectenda : de cuſtodia cordis, oris, & greſſuum.*

Cap. V. *Vitare jubet meretricem : & ne labores & anni perdantur : propria uxor diligatur, & fugiatur aliena.*

Cap. VI. *Sponſori ut fidem datam liberet laborandum : pigrum formicæ exemplo excitat ad laborem : apoſtatam deſcribit : ſex quæ Dominus odit : exhortatur ad legis cuſtodiam, utque mulieris pulchritudinem non concupiſcas, ſed conſortium vites adulteræ.*

Cap. VII. *Hortatur adoleſcentem ad ſapientiæ amplexum, & mandatorum cuſtodiam ; utque ſcortorum blanditias, quas latè deſcribit, evitet.*

Cap. VIII. *Sapientia ad ſui amplexum invitat, ſe quoque multis modis commendat, quòdque ſit Deo coæterna, cum ipſo cuncta componens : quam quærentes, beati ; ſpernentes verò, miſeri tandem evadent.*

Cap. IX. *Sapientia domo ſibi ædificatâ omnes ad ſe allicit, vitam prorogat, & à muliere ſtulta ac vaga liberat : porro eruditionem & correptionem non ſuſcipiet impius ac deriſor, ſed juſtus & ſapiens.*

Cap. X. *Alternat ſermonem de filio ſapiente & ſtulto, juſto & impio, operante & otioſo, ſimplici & pravo : de charitate & odio : de bono lingua, ejuſque malo.*

Cap. XI. *Æquitatis & juſtitiæ cæterarumque virtutum commoda, & vitiorum ac vanarum divitiarum incommoda.*

Cap. XII. *Viciſſim loquitur de diligente diſciplinam & eam odiente ; de impio & juſto, operante & otioſo, ſtulto & ſapiente ; & de bonis ac malis lingua.*

Cap. XIII. *De filio ſapiente : de oris cuſtodia, & inconſiderato ad loquendum : de paupere divite, & divite paupere, lucernâ impiorum, ſubſtantiâ feſtinatâ & dilatione ſpei : omnia cum conſilio agenda, & cum ſapientibus gradiendum : de parcente virgæ, & inſaturabili ventre impii.*

Cap. XIV. *Sapientia & ſtultitiæ variæ conditiones : prudentiâ quivis ſtatus debitè regulatur, quâ quis ad miſericordiam movetur, & affectiones moderatur : vitia autem perdunt homines.*

Cap. XV. *Reſponſio mollis : lingua ſapientis, & immoderata : fortitudo domus juſti : victima impiorum ingrata : omnia Deo nota : cor gaudens : dies pauperis mali : ſecura mens : vocari ad olera : vir iracundus & rixoſus : laus patientis : iter pigrorum : domus ſuperborum : fide & miſericordia purgantur peccata : de abjiciente diſciplinam : laus timoris Domini & humilitatis.*

Cap. XVI. *Homo animam præparat, Deus ſpirituum ponderator, linguam viaſque hominum dirigit, omnia propter ſeipſum operans, cui abominatio eſt omnis arrogans : miſericordiâ redimuntur peccata : pondus & ſtatera Dei judicia : indignatio & clementia regis : laus ſapientiæ, prudentiæ, eruditi, ac dulcis in verbo, & patientis : vituperatur inſipiens & perverſus : ſortes à Domino temperantur.*

Cap. XVII. *Buccella ſicca cum gaudio : ſervus ſapiens : Dominus corda probat : deſpiciens paupe-*

Digitized by Google

rem : gaudens de alterius ruina : corona ſenum : celans delictum : fatuus in ſtultitia confidens : ſtulto inutiles divitiæ : altam faciens domum ſuam : omni tempore diligit amicus : animus gaudens, & ſpiritus triſtis : ſtultus tacens.

CAP. XVIII. *De receſſu ab amico, de incorrigibili : non deviandum à veritate : os ſtulti : juſtus ſe accuſans : frater juvans fratrem : fructus oris : mulier bona & mala : locutio divitis & pauperis : vir amicabilis.*

CAP. XIX. *Pauper ambulans in ſimplicitate : divitiæ addunt amicos : verba ſectans : falſus teſtis : non decent ſtultum deliciæ : doctrina per patientiam probatur : ira & hilaritas regis : mulier litigioſa : uxor prudens datur à Deo : pigritia : præcepti cuſtodia : miſericordia in pauperem : eruditio filii : acceptio conſilii : vir mendax : timor Domini : pigritia : peſtilens : inobediens parentibus : teſtis iniquus : deriſores.*

CAP. XX. *Luxurioſa res vinum : de peccante in regem, & relinquendis contentionibus : piger propter frigus non laborans : rex in ſolio : nemo poteſt dicere mundum ſe habere cor : pondus & pondus : ſominus non diligendus. Malum eſt, dicit emptor : panis mendacii : revelans myſteria : non reddendum malum pro malo : devorare ſanctos : feſtinata hæreditas : miſericordia, veritas, & clementia roborant thronum regis.*

CAP. XXI. *Cor regis in manu Domini, cui miſericordia & judicium magis placent quàm victima : iniquè theſaurizans : melius eſt ſedere in angulo domatis quàm, &c. obturans aurem pauperi, &c. diligens epulas : pro juſto dabitur impius : qui cuſtodit os ſuum : deſideria occîdunt pigrum : non eſt ſapientia contra Dominum : equus paratur ad bellum, &c.*

CAP. XXII. *Laus boni nominis : callidus videns malum : adoleſcens juxta viam ſuam : ſeminans iniquitatem : deriſorem ejice : diligens cordis munditiam : dicit piger, Leo, &c. os aliena : ſtultitia in corde pueri : calumnians pauperem : audienda eſt ſapientia : vitandi ſponſores : termini antiqui ſervandi : velox in opere ſuo, &c.*

CAP. XXIII. *Quomodo ſit edendum cum principe : non appetenda divitiæ, nec cibi invidorum : non opprimendi pupilli : caſtigandus puer : quærenda ſapientia : fugiendi peccatores & gula dediti : honorandi parentes : fugienda meretrix & ebrietas.*

CAP. XXIV. *Æmulatio malorum : ſapientia & eruditio : cogitatio ſtulti : eruendi oppreſſi : doctrinâ ut melle utendum : non inſidiandum juſto : caſus inimici : detractores : juſtè judicandum : nullus verbis lactandus, nec malum malo reddendum : ager pigri : dormitanti pigro venit egeſtas.*

CAP. XXV. *Gloria Dei & regum : cor regis : rubigo quæ & impietas eſt : ne te exaltes : ne detrahas : ſecreta tua ſerva : mala aurea, & inauris aurea : frigus in meſſe : nubes ſine pluvia : lingua mollis : mel inventum : ſagitta acuta : dens putridus : acetum : tinea : benefac inimico : angulus domatis : aqua frigida : fons turbatus : multum mellis comeſtum : urbs abſque muro.*

CAP. XXVI. *Gloria in ſtulto : avis volans : flagellum equo : reſpondere ſtulto : nuncius ſtultus : parabola ſtulti : honor inſipientis : imponens ſtulto ſilentium : canis ad vomitum : ſapiens proprio judicio : commiſceri rixæ : nocens amico : ſuſurro : iracundus : labia tumentia : inimicus : operiens odium : fodiens foveam : lingua fallax.*

CAP. XXVII. *Non gloriandum in craſtinum : ne teipſum laudaveris : ira ſtulti quàm ſit gravis : manifeſta correctio : vulnera diligentis : anima ſaturata : vicinus juxta : ſpondens pro extraneo : litigioſa mulier : infernus inſatiabilis : probatur homo ore laudantis : ſtultus contuſus : vultum pecoris agnoſce : lac caprarum in cibum.*

CAP. XXVIII. *De fuga impii & ſecuritate juſti : propter peccata terræ multi principes ejus : pauper pauperem calumnians : pauper ſupplex, & dives pravus : nolens audire legem : exſultatio juſtorum : abſcondens ſcelera ſua : beatus ſemper pavidus : princeps impius ut leo : dux indigens prudentiâ : terram ſuam operans : à patre ſubtrahens.*

CAP. XXIX. *Non audiens corripientem : multiplicatio juſtorum : amor ſapientiæ : rex juſtus : blandus amicus : peſtilentes : contendere cum ſtulto : viri ſanguinum : totum proferens ſpiritum : verba mendacii : pauper & creditor : rex juſtus : correctio : multiplicatio impiorum : erudi filium : prophetia : velox ad loquendum : delicatè ſervum nutriens : iracundus : ſuperbus : cum fure participans : timens hominem : juſti abominantur impium, & è diverſo.*

CAP. XXX. *Homo Deo vicinus judicat ſe inſipientem, & opera Dei incomprehenſibilia : ſermo Dei ignitus, cui nihil addendum : deprecatur vanitatem, verba mendacii, mendicitatem & divitias : non accuſandus ſervus apud dominum ſuum : aliquot generationes exſecrabiles : dua ſanguiſuga : tria inſaturabilia : oculus patrem ſubſannans : tria difficilia : per tria movetur terra : quatuor minima terræ : tria bene gradientia, vehementer emungens.*

CAP. XXXI. *Exhortatur ne mulieribus dederis ſubſtantiam tuam, nec regibus vinum, ſed mœrentibus : aperi os tuum muto : vindica inopem : laus & raritas mulieris fortis : pulchritudo fallax gratia.*

Digitized by Google

LIBER PROVERBIORUM.

CAPUT PRIMUM.

VULGATA NOVA.

1. PARABOLÆ Salomonis, filii David, regis Iſraël.

2. Ad ſciendam ſapientiam, & diſciplinam:

3. ad intelligenda verba prudentiæ, & ſuſcipiendam eruditionem doctrinæ, juſtitiam, & judicium, & æquitatem:

4. ut detur parvulis aſtutia, adoleſcenti ſcientia, & intellectus.

5. Audiens ſapiens, ſapientior erit: & intelligens, gubernacula poſſidebit.

6. Animadvertet parabolam, & interpretationem, verba ſapientum, & ænigmata eorum.

Pſ. 110. 10. Eccli. 1. 16. 7. Timor Domini, principium ſapientiæ. Sapientiam, atque doctrinam ſtulti deſpiciunt.

8. Audi, fili mi, diſciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ:

9. ut addatur gratia capiti tuo, & torques

VERSIO ANTIQUA.

1..... *Vide Not.*

2. CIRE ſapientiam, & diſciplinam, *Hieron. in Ezech. 18. p. 824. a.*

3. & intelligere verba prudentiæ: ſuſcipere verſutias ſermonum, & noſſe juſtitiam veram, & corrigere judicium:

4. & det innocentibus verſutiam; puero autem juniori ſenſum, & intelligentiam. *Idem in Zach. 8. p. 1745. e.*

5. Hæc audiens ſapiens, ſapientior erit: & prudens, gubernationem poſſidebit. *Idem in Iſa. 29. p. 249. f.*

6. Et intelliget parabolam, & tenebroſum ſermonem, dicta ſapientium, & ænigmata.

7. Timor Domini, initium ſenſûs: ſapientiam autem, & diſciplinam impii ſpernunt. *Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 192. c.*

8. Audi, fili, diſciplinam patris tui, & ne abjeceris inſtituta matris tuæ:

9. coronam enim gratiarum accipies tuo ver- *Facund. Herm. l. 2. pro def. 3. capit. p. 455. d.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc. Παροιμίαι Σαλωμῶντος, υἱῦ Δαυὶδ, ὃς ἐβασίλευσεν ἐν Ἰσραήλ. *Proverbia Salomonis, filii David, qui regnavit in Iſraël.* Hieron. præf. in lib. Salom. *Maſloth*, inquit, *quas Hebræi Parabolas, Vulgata editio Proverbia vocat.* Sic etiam vocant Cypr. & alii paſſim. Hilarius verò in Pſ. 127. col. 423. e. ait: *Per Salomonem in Proœmiis dictum eſt*, vel *Paræmiis.* Ita etiam Cypr. l. 3. Teſtim. ſcribit: *Salomon in Paræmiis.* Item Tertul. l. de pudic. num. 18. *In Proverbiis Salomon, quæ Paræmias dicimus.* Cypr. & Lactant. ſcribunt aliquando *Salomonis*, non *Salomonis.*

℣. 2. Hæc præmittit Hieronym. loco cit. *In Proverbiorum exordio poſt multa præcepta, correctio infertur judicii, Scire, inquit, ſap. & diſciplinam*, &c. In Gr. Γνῶναι σοφίαν, καὶ παιδείαν. Cæleſtinus PP. epiſt. 25. to. 1. p. 1216. a. *Quid eſt aliud*, inquit, *intellectus & judicium, niſi ſcire ſapientiam, & diſciplinam; & intelligere verba prudentiæ?*

℣. 3. Græc. νοῆσαί τε λόγους φρονήσεως, δίκαιά τε ἔργα σοφὰς λόγων, νοῆσαί τε..... καὶ κρίμα καθευθύνειν· *judicium dirigere.*

℣. 4. Græc. ἵνα δῶ ἀκάκοις πανουργίαν· παιδὶ δὲ νέῳ αἴσθησίν τε, καὶ ἔννοιαν. Apud Symm. pro ἀκάκοις, exſtat νηπίοις, *parvulis.*

℣. 5. Græcum initio hab. Τῶν δὲ γὰρ, *Hæc enim*; Mſ. Alex. Τῶν τε; item loco & *prudens*, ὁ δὲ νοήμων, *intelligens autem*; cæt. ad verbum. Idem Hieronymus in Dan. 2. to. 3. 1079. a. *Audiet*, inquit, *ſapiens*, & *apponet ſapientiam.*

℣. 6. Ad verbum è Græco, additâ particulâ τὰ, ad ῥήσεις, *dicta.*

℣. 7. Ita Lucifer uno tenore: at in Græco, poſt hæc, Ἀρχὴ Σοφίας, φόβος Κυρίου, interponuntur iſta: σύνεσις δὲ ἀγαθὴ πᾶσι τοῖς ποιοῦσιν αὐτήν· εὐσέβεια δὲ εἰς Θεὸν, ἀρχὴ ἀληθείας· *intelligentia autem bona omnibus facientibus eam: pietas autem in Deum, principium ſenſûs:* deinde ut ſupra, σοφίαν δὲ, &c. ſed ultimò exſtat ἐξυθενήσουσι, *ſpernent.* Ap. Ambroſ. l. 1. Hex. p. 6. f. *Initium ſapientiæ eſt timor Domini:* & in Pſ. 118. col. 1208. c. *pietas autem in Deo, initium intellectûs:* & in Pſ. 43. p. 885. e. *Dilige ſapientiam, & diſciplinam.*

℣. 8. Fulg. epiſt. 12. p. 224. c. ſic: *Audi, fili, leges patris tui, & ne repellas inſtituta matris tuæ.* In Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. Ἄκουε, υἱὲ, νόμους, &c. at in edit. Rom. παιδείαν, ut ſup. in textu. Apud Auguſt. l. de Grat. & lib. arb. to. 10. 719. f. *noli repellere conſilia matris tuæ.* In Gr. μὴ ἀπώσῃ θεσμὺς μητρός σου, ut ſup. Apud Ferrand. Diac. epiſt. ad Anatol. p. 257. *Audi, fili, legem patris tui, & ne ſpernas conſilium matris tuæ.*

℣. 9. Ita Græcè ad verbum. Gregor. M. l. 31. in Job, c. 24. p. 1017. b. *Coronam gratiarum accipies capiti tuo, &*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Facund. ubi ſup. tici, & torquem aureum circa tuum collum.	collo tuo.
Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 192. c. 10. Fili, non te ſeducant viri impii, neque acquieſcas.	10. Fili mi, ſi te lactaverint peccatores, ne acquieſcas eis.
11. Si te rogaverint, dicentes: Veni, communica nobiſcum ſanguinem, abſcondamus autem in terra virum juſtum injuſtè:	11. Si dixerint: Veni nobiſcum, inſidiemur ſanguini, abſcondamus tendiculas contra inſontem fruſtra:
Aug. l. 17. de civ. Dei, c. 20. p. 484. a. 12. abſorbeamus verò eum tanquam infernus viventem, & auferamus ejus memoriam de terra.	12. deglutiamus eum ſicut infernus viventem, & integrum quaſi deſcendentem in lacum.
13. Poſſeſſionem ejus pretioſam apprehendamus.....	13. Omnem pretioſam ſubſtantiam reperiemus, implebimus domos noſtras ſpoliis.
	14. Sortem mitte nobiſcum, marſupium unum ſit omnium noſtrûm.
Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 192. c. 15. Nec abieris vias cum illis, ne declinaveris pedem tuum ad ſemitas eorum.	15. Fili mi, ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum à ſemitis eorum.
16..... *Vide Not.*	16. Pedes enim illorum ad malum currunt, & feſtinant ut effundant ſanguinem. *Iſa. 59. 7.*
17. Non enim iniquè tenduntur retia avibus.	17. Fruſtra autem jacitur rete ante oculos pennatorum.
18. Ipſi enim, qui homicidii participes ſunt, theſaurizant ſibimetipſis mala.	18. Ipſi quoque contra ſanguinem ſuum inſidiantur, & moliuntur fraudes contra animas ſuas.
19. Hæ ſunt viæ omnium conſummantium iniqua: ſua enim impietate ſuam animam auferunt.	19. Sic ſemitæ omnis avari, animas poſſidentium rapiunt.
Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 323. a. 20. Sapientia in exitu canitur, in plateis verò fiducialiter agit:	20. Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem ſuam:
21. In portis autem potentior adſiſtit, in muris quoque civitatis confidenter ait:	21. In capite turbarum clamitat, in foribus portarum urbis profert verba ſua, dicens:
22. Quanto tempore ſimplices obtinent juſtitiam, non erubeſcent: imprudentes autem, contumeliæ cùm ſint cupidi, impii effecti, odio habuerunt ſenſum,	22. Uſquequo parvuli diligitis infantiam, & ſtulti ea, quæ ſibi ſunt noxia, cupient, & imprudentes odibunt ſcientiam?
23. & obnoxii facti ſunt increpationibus. Ecce proferam vobis meæ ſpirationis profeſſionem, docebo vos meum ſermonem.	23. Convertimini ad correptionem meam: en proferam vobis ſpiritum meum, & oſtendam vobis verba mea.
24. Nam quoniam vocabam, nec obediebatis: & extendebam verba, nec attendebatis:	24. Quia vocavi, & renuiſtis: extendi manum meam, & non fuit qui aſpiceret. *Iſa. 65. 12. & 66. 4. Jerem. 7. 13.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

torquem auream collo tuo.

℣. 10. Sic eſt in Gr. niſi quòd pro ultimo iſto, *neque acquieſcas*, habetur, μηδὲ ϛυκιθῇς, ad verbum, *neque velis.*

℣. 11. Similiter in Gr. præter hoc primum, Ἐὰν παρακαλέσωσί ϛε, *Si advocaverint te*; jungitur etiam ibi *nobiſcum*, cum verbo *veni*, non cum ſeq. *communica*; ſubinde ſic, εἰς γῆν, *in terram*, &c. At Aug. l. 17. de civit. Dei, c. 20. to. 7. 484. a. legit: *abſcondamus in terra virum juſtum injuſtè*, ut ſup.

℣. 12. Ad verbum è Gr. Apud Lucif. Calar. l. 1. pro S. Athan. p. 192. c. ſic: *deglutiamus autem illum velut inferi vivum.*

℣. 13. Sic eſt in Græco.

℣. 15. In Gr. Μὴ πορευθῇς, abſque hoc præc. de Vulg. *fili mi*, deinde, ἐν ὁδῷ μετ' αὐτῶν, ἐκκλινον δὲ τὸν πόδα ϛε ἐκ τῶν τρίβων αὐτῶν· i. e. *Ne ambules in via cum eis, declina autem pedem tuum à ſemitis eorum.* In Mſ. Alex. ac editt. Ald. & Compl. Μὴ πορευθῇς ὁδοὺς.

℣. 16. Hic verſus non legitur apud Lucif. nec etiam exſtat in Gr. editionis Rom. ſecus in Mſ. Alex. ac editt. Ald. & Compl. ubi ſic: Οἱ γὰρ πόδες αὐτῶν εἰς κακίαν τρέχουσι, καὶ ταχινοί εἰσι (Alex. del. εἰσι) τοῦ ἐκχέαι αἷμα. Origenes in epiſt. ad Rom. c. 3. ait: *Veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem; vel in Iſaia invenies, vel in Proverbiis.*

℣. 17. Hilar. in Pſ. 123. col. 400. e. *Non enim injuſtè in terra prætenduntur retia avibus.* Item Hieronymus in Amos 3. to. 3. 1390. c. *Non injuſtè tenduntur retia avibus.* S. Paulin. epiſt. 40. p. 249. b. *Non ſine cauſa tenduntur avibus retia.* Græc. Οὐ γὰρ ἀδίκως ἐκτείνεται (Ald. & Compl. ἐκτείνονται) δίκτυα πτερωτοῖς.

℣. 18. Ita Græc. habet; ſed addit: Ἡ δὲ καλασσοφθὴ ἀνδρῶν παρανόμων κακή· *Everſio autem virorum iniquorum mala*: quæ prætermittuntur à Lucifero; abſunt pariter ab edit. Compl. ſi Nobilio fides.

℣. 19. A Græco abeſt pronom. *ſua*; cæt. quadrant ad verbum: meliùs vertiſſet Lucif. *ſuam ipſorum animam*, è Græco, τὴν ἑαυτῶν ψυχήν.

℣. 20. Sic Iren. l. 5. c. 20. p. 317. c. ni excipias unum *autem*, pro *verò*. In Gr. Σοφία ἐν ἐξόδοις ὑμνεῖται, ἐν δὲ πλατείαις παῤῥησίαν ἄγει. Bene Hilar. in Pſ. 118. col. 269. c. *Sapientia in exitibus canitur, in plateis cum libertate agit:* tum addit: *Verbi utriuſque hujus Latinitas noſtra, vel obſcuritatem nobis affert, vel alterius intelligentiæ opinionem præbet. Nam quod nos* in exitibus *dicimus, Græcitas ex Hebræo* ἐν ἐξόδοις *tranſtulit; & exodus propriè eſt, ubi ex multis angustis viis in unam patentem viam coitur: quod verò nos* plateas *nuncupamus, eodem nomine Græcitas nuncupavit; ſed* plateas *latitudines eſſe Græcus ſermo deſignat.*

℣. 21. Græcum in principio habet: Ἐπ' ἄκρων δὲ τειχέων κηρύσσεται, *Et ſuper ſummos muros clamitat*, deinde, ἐπὶ δὲ πύλαις δυναϛῶν παρεδρεύει, *& in portis dynaſtarum aſſidet*: unde ſuſpicor aliquod mendum in textu Vig. Tapſ. nempe τὸ *potentior*, loco *potentiorum*: ſequitur in Gr. ἐπὶ δὲ πύλαις πόλεως θαῤῥοῦσα λέγει, *& in portis*, &c. ut ſupra. Apud Iren. l. 5. c. 20. p. 317. c. *In ſummis muris prædicatur, in portis autem civitatis conſtanter loquitur*; nec plura: & verò ab edit. Compl. abſunt iſta: ἐπὶ δὲ πύλαις δυναϛῶν παρεδρεύει, teſte Nobilio.

℣. 22. Similiter in Græco. Apud Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 192. d. ita: *Quanto tempore innocentes tenuerint juſtitiam, non erubeſcent: inſipientes autem, dum contumeliæ cupidi ſunt, impii facti, oderunt intellectum.* Hieron. l. 3. cont. Rufin. to. 4. p. 2. col. 472. *inſipientes, dum injuriis cupidi ſunt, impii facti, oderunt ſenſum.*

℣. 23. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 192. d. *& ſubjecti facti ſunt opprobriis.* Græc. ἐν ὑπεύθυνοι ἐγένοντο ἐλέγχοις· mox ita: Ἰδοὺ προήϛομαι ὑμῖν ἐμῆς πνοῆς ῥῆσιν, διδάξω δὲ ὑμᾶς τὸν ἐμὸν λόγον· quæ non malè textum reddunt.

℣. 24. Græcum, Ἐπεὶ δὲ ἐκάλουν, καὶ οὐκ ὑπηκούϛατε· καὶ ἐξέτεινον λόγους, καὶ οὐ προσείχετε. In Mſ. Alex. ὑπηκούϛετε..... προσείχετε. Hilarius in Pſ. 63. col. 159. a. *Cùm vocarem, non exaudiſtis: & cùm extenderem verba, non intendiſtis.* Auct. l. de ſing. cleric. apud Cypr. p. 520. f. *Quoniam quidem vocabam, & non obaudiebatis: & extendebam verba mea, & non intendebatis.* Auguſt. in Pſ. 51. to. 4. 483. a. *Increpabam, & non exaudiebatis: loquebar, & meis ſermonibus non intendebatis:* quæ poſtrema pertinere videntur ad ℣. ſeq. cùm ſubdat Auguſt. *Et ego veſtræ perditioni*, &c. Auct. op. imp. in Matth. homil. 45. p. 186. a. *& extendebam ſermones meos, & non audiebatis.* Prædeſtin. l. 3. ap. Sirm. to. 1. p. 521. c. *Quoniam vocavi, & contempſiſtis*; dein, *ego quoque*, &c. ut inf. ℣. 26. omiſſis intermediis.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

25. Despexistis omne consilium meum, & increpationes meas neglexistis.

26. Ego quoque in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cùm vobis id, quod timebatis, advenerit.

27. Cùm irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit: quando venerit super vos tribulatio, & angustia:

28. Tunc invocabunt me, & non exaudiam: manè consurgent, & non invenient me:

29. eò quòd exosam habuerint disciplinam, & timorem Domini non susceperint,

30. nec acquieverint consilio meo, & detraxerint universæ correptioni meæ.

31. Comedent igitur fructus viæ suæ, suisque consiliis saturabuntur.

32. Aversio parvulorum interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet illos.

33. Qui autem me audierit, absque terrore requiescet, & abundantiâ perfruetur, timore malorum sublato.

VERSIO ANTIQUA.

25. sed irrita faciebatis mea consilia, meis autem increpationibus non intendebatis: *Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 192. d.*

26. Itaque & ego vestra perditione ridebo; gratulabor autem adversùs vos, cùm venerit vobis subitò tumultus,

27. eversio autem similis procellæ; cùm advenerit autem vobis interitus:

28. Erit enim cùm me invocabitis, ego autem non exaudiam: quærent me mali, & non invenient:

29. oderunt enim sapientiam, verbum autem Domini non assumpserunt,

30. neque voluerunt meis consiliis intendere, spreverunt enim meas increpationes.

31. Ideoque edent viæ suæ fructus, & sua impietate saturabunt animas.

32. Nam quia decipiebant parvulos, interficientur.....

33. Qui autem me audit, inhabitabit in spe, & requiescet sine timore ab omni malignitate. *Aug. in Ps. 67. to. 4. p. 675. c.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 25. Eadem refert Auctor l. de sing. cleric. ap. Cypr. p. 521. a. Sic etiam in Gr. est, præter ult. *non intendebatis*, pro quo ἠπειθήσατε, *rebelles fuistis*; at in Mss. Alex. ὑ προσείχετε; mel. in editt. Ald. & Compl. ὑ προσείχετε. Hilar. in Psal. 63. col. 159. a. sic habet: *Sed inania fecistis consilia mea, & consiliis meis non intendistis*; Gr. ἐλέγχους. Schol. initio hab. ἀχύρες ἐποιήσατε, non ἐπροιεῖτε, ut in edit. Rom. Cassiod. in Ps. 58. p. 196. b. sententiarum ordinem sic invertit: *Meis autem increpationibus non intendebatis, sed irrita faciebatis consilia mea.*

℣. 26. Hilar. in Ps. 63. col. 159. a. *Et ego perditionem vestram irridebo.* August. in Ps. 51. col. 483. a. *Et ego vestræ perditioni superridebo:* ita rursum in Job, to. 3. col. 650. e. & ep. 140. to. 2. 459. e. & tract. 24. in Joh. to. 3. 533. f. Similiter Auct. l. de sing. cleric. apud Cypr. p. 521. a. *Itaque & ego vestræ perditioni superridebo; gratulabor ergo adversùm vos, cùm advenerit vobis interitus, & cùm advenerit vobis subitò tumultus.* Prædestin. l. 3. apud Sirm. to. 1. p. 521. c. *Ego quoque in vestra perditione ridebo. & gratulabor, dum venerit super vos repentina calamitas.* Auct. op. imp. in Matth. p. 186. d. *Ideo & ego in vestra perditione ridebo.* Item Cassiod. in Ps. 58. p. 196. b. *Ideoque & ego in vestra perditione ridebo; gratulabor, quando supervenerit vobis interitus.* Græc. Ταγαρῦν κἀγὼ τῇ ὑμετέρᾳ ἀπωλείᾳ ἐπιγελάσομαι· καταχαρῶμαι δὲ, ὡνίκα ἔρχηται ὑμῖν ὄλεθρος, ᾗ ὡς ἂν αἰφνίδιος ὑμῖν ἄφνω θόρυβος.

℣. 27. Auct. l. de sing. cler. ap. Cypr. p. 521. a. *eversio autem simul & procella; & cùm advenerit vobis pressura & expugnatio.* Gr. ἡ δὲ καταιγὶς ὁμοίως καταιγίδι παρῆ· ᾗ ὅταν ἔρχηται ὑμῖν θλῖψις ᾗ πολιορκία, ἡ ὅταν ἔρχηται ὑμῖν ὄλεθρος. i. e. *eversio autem similis procellæ affuerit; & quando venerit vobis tribulatio & obsessio, vel cùm venerit vobis interitus.* Hoc ult. membrum abest ab editt. Ald. & Compl.

℣. 28. Ita Græcè, addito uno *ves*, ad verbum *exaudiam.* Hilar. in Ps. 63. col. 159. a. *Erit ergo cùm invocabitis me, & ego non exaudiam.* Ambros. l. de Nab. c. 12. col. 579. e. addit: *quærent me mali, & non invenient:* similiter l. 1. de interpel. Job, c. 9. col. 638. a. & in Ps. 118. col. 973. d. 1164. f. 1207. a. Cypr. l. 1. Testim. p. 277. b. *quærunt me mali, & non invenient.* August. in Ps. 118. to. 4. 1279. f. *quærunt me mali, & non inveniunt.* Auct. l. de sing. cleric. p. 521. a. *Erit enim cùm me invocaveritis, ego autem non exaudiam ves: quærent me mali, & non invenient.*

℣. 29. Sic habet Auct. l. de sing. cleric. p. 521. a. unà cum Gr. Cypr. l. 1. Testim. p. 277. b. *odio enim habuerunt sapientiam, sermonem autem Domini non recepernnt;* Gr. ὑ προείλαντο, ad verbum, *non præoptaverunt.* Apud Aug. in Ps. 118. to. 4. 1279. f. *oderunt enim sapientiam;* nec plura.

℣. 30. Similiter ap. Auct. l. de sing. cleric. p. 521. a. præter vocem ult. *correptiones.* In Gr. οὐδὲ ἤθελον..... ἐμυκτήριζον δὲ ἐμὲς ἐλέγχες· *neque volebant... sed subsannabant meas*, &c. Theodot. οὐκ ἐξεδέξαντο..... παρῴξυναν δὲ, &c.

℣. 31. Sic iterum legit Auctor l. de sing. cleric. p. 521. a. præter unum *satiabuntur*, loco *saturabunt animas.* Gr. ᾗ τῆς ἑαυτῶν ἀσεβείας πλησθήσονται, *& sua ipsorum impietate saturabuntur*; cæt. ut supra.

℣. 32. Ita Lucifer. Græcè: Ἀπὸ γὰρ νήπιων τιμᾶνε, φονευθήζονται, &c. *Pro eo enim quòd injuriam inferebant parvulis*, &c.

℣. 33. Idem Aug. l. 3. cont. epist. Parmen. to. 9. 75. a. *Qui autem me audit, habitabit in spe, & silebit sine timore ab omni malignitate.* Græc. Ὁ δὲ ἐμοῦ ἀκούων, κατασκηνώσει ἐπ' ἐλπίδι, ᾗ ἡσυχάσει ἀφόβως ἀπὸ παντὸς κακοῦ. Hieron. in Isai. 66. to. 3. 497. e. *Qui audit Deum, habitabit confidens, & quiescet absque timore & omni malo.* Schol. ἀναπαύσεται ὡ εἰρήνῃ πεποιθώς.

CAPUT II.

VULGATA NOVA.

1. FIli mi, si susceperis sermones meos, & mandata mea absconderis penes te,

2. ut audiat sapientiam auris tua: inclina cor tuum ad cognoscendam prudentiam.

VERSIO ANTIQUA.

3. Si enim sapientiam invocaveris, & inclinaveris cor tuum prudentiæ:

4. si quæsieris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam:

5. tunc intelliges timorem Domini, & scien-

3. Si enim sapientiam invoces, & intellectui des vocem tuam; *Hilar. in Ps. 127. col. 423. e.*

4. & exquiras eam tanquam argentum, & tanquam thesauros investiges eam:

5. tunc intelliges timorem Domini, & scien- *Hieron. in Isai. 50. to. 3. 363. e.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 3. Ad verbum è Græco, nisi quòd hab. ἐπιμελέσῃ, ᾗ..... δῷς. Ambros. in Ps. 118. col. 1030. f. *Cùm sapientiam invocaveris, & prudentiæ dederis vocem tuam.* Hieron. in Isai. 50. to. 3. 363. e. *Si invocaveris sapientiam, & intelligentiæ dederis vocem tuam.* Græc. τῇ συνέσῃ.

℣. 4. Græc. ᾗ ἐὰν ζητήσῃς..... ἐξερευνήσῃς, &c. Rectè Ambros. in Ps. 118. col. 1030. f. *& si quæsieris illam ut pecuniam, & ut thesauros scrutatus fueris eam.* Hieron. in Isai. 50. to. 3. 363. e. *& si quæsieris eam quasi pecuniam, & quasi thesauros investigaveris eam.*

℣. 5. Ita in Græco. Ambrosius in Ps. 118. & Hilar. in Ps. 127. similiter habent: *tunc intelliges timorem Domini.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi ſup. tiam Dei reperies :

Auſt. l. de voc. Gent. l. 1. c. 24. p. 15. c. 6. quoniam Dominus dat ſapientiam : & à facie ejus ſcientia, & intellectus.

a Aug. l. 1. cont. adverſ. Leg. to. 8. p. 565. e. 7. [a] Deus theſaurizat diligentibus ſe ſalutem.....

VULGATA NOVA.

tiam Dei invenies :

6. quia Dominus dat ſapientiam : & ex ore ejus prudentia, & ſcientia.

7. Cuſtodiet rectorum ſalutem, & proteget gradientes ſimpliciter,

VULGATA NOVA.

8. ſervans ſemitas juſtitiæ, & vias ſanctorum cuſtodiens.

9. Tunc intelliges juſtitiam, & judicium, & æquitatem, & omnem ſemitam bonam.

10. Si intraverit ſapientia cor tuum, & ſcientia animæ tuæ placuerit :

VERSIO ANTIQUA.

Aug. in Pſ. 36. p. 285. e. 11..... cogitatio ſancta ſervabit te :

VULGATA NOVA.

11. conſilium cuſtodiet te, & prudentia ſervabit te,

12. ut eruaris à via mala, & ab homine, qui perverſa loquitur :

Ambr. in Pſ. 36. to. 1. 799. b. 13. O qui dereliquiſtis ſemitas rectas, abeundo in vias tenebrarum :

13. qui relinquunt iter rectum, & ambulant per vias tenebroſas :

14. & qui lætamini in malis, & gaudetis in everſione mala :

14. qui lætantur cùm malefecerint, & exſultant in rebus peſſimis :

15. quorum ſemitæ pravæ, & flexuoſi curſus eorum :

15. quorum viæ perverſæ ſunt, & infames greſſus eorum.

16. Cur odiſſe cœpiſtis viam rectam, & juſtum conſilium deſeruiſtis? [a] fili, non te comprehendat cogitatio mala :

16. Ut eruaris à muliere aliena, & ab extranea, quæ mollit ſermones ſuos,

a Fulg. l. 3. ad Monim. p. 49. a.

17. quæ derelinquit doctrinam adoleſcentiæ,

17. & relinquit ducem pubertatis ſuæ,

18. & teſtamenti divini oblita eſt. Poſuit enim apud mortem domum ſuam, & apud inferos cum terrigenis axes ſuos.

18. & pacti Dei ſui oblita eſt : inclinata eſt enim ad mortem domus ejus, & ad inferos ſemitæ ipſius :

19. omnes, qui ingrediuntur ad eam, non revertentur, nec apprehendent ſemitas vitæ.

Aug. l. de nat. & Grat. c. 69. to. 10. 20. Si ambularent ſemitas bonas, inveniſſent utique ſemitas juſtitiæ leves.

20. Ut ambules in via bona : & calles juſtorum cuſtodias.

Chromat. Aquil. in Matth. p. 978. f. 21. Quoniam recti habitabunt in terra, & ſancti habitabunt in ea.

21. Qui enim recti ſunt, habitabunt in terra, & ſimplices permanebunt in ea.

22. Impii verò de terra perdentur : & qui iniquè agunt, auferentur ex ea. *Job 18. 17.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 6. Itidem Auguſt. l. 3. de doctr. Chr. to. 3. 64. e. & Auct. epiſt. ad Demetriad. apud S. Leon. p. 44. f. quibus favet Græc. Rurſus Auguſt. l. de Gr. & lib. arb. to. 10. 739. c. legit : *à facie ejus ſcientia, & intellectus procedit.* Item Fulg. l. de verit. præd. p. 464. 465. præmiſſis his, *quia Dominus dat ſapientiam*, ut ſup. ſic etiam l. 1. de dupl. præd. ad Monim. c. 3. p. 4.

℣. 7. In Gr. Καὶ θησαυρίζει τοῖς κατορθοῦσι σωτηρίαν, &c. *Et theſaurizat rectè agentibus ſalutem*, &c.

℣. 11. Ita Græcè ad verbum.

℣. 13. Græc. Ὦ οἱ ἐγκαλαιπόντες..... τῦ πορεύεσθαι ἐν ὁδοῖς σκότους. Ambroſ. epiſt. 28. col. 904. a. *O qui dereliquerunt ſemitas rectas :* & in Pſ. 118. col. 981. f. *O qui reliquerunt ſem. rectas.* Caſſiod. in Pſ. 11. p. 46. a. *dereliquerunt vias rectas, ut ambularent in vias pravas.*

℣. 14. Græc. οἱ εὐφραινόμενοι..... ἐν χαίροντες ἐπὶ, &c.

℣. 15. Itidem Græcè.

℣. 16. Alludit fortè Ambr. dicendo : *Cur odiſſe cœpiſtis*, &c. nam in Gr. ſic : τῦ μακρὰν σε ποιῆσαι ἀπὸ ὁδῦ εὐθείας, ἐν ἀλλότριον τῆς δικαίας γνώμης, &c. *ad longè te faciendum à via recta, & alienum à juſta ſententia :* quæ autem ſequuntur ex Fulg. Græco reſpondent : νἱὸ, μή σε καταλάβῃ κακὴ βυλή.

℣. 17. Græc. ἡ ἀπολιπῦσα διδασκαλίαν νεότητος.

℣. 18. Ad verbum è Græco.

℣. 20. Caſſian. coll. 24. c. 24. *Nam ſi ambularent ſemitas rectas*, &c. ut in textu. Ita quoque in Græco. Anon. apud S. Paulin. epiſt. ad Celenc. to. 2. p. 11. c. hæc habet : *Invenietur ſemita juſtitiæ levis.*

℣. 21. Græc. Ὅτι εὐθεῖς κατασκηνώσουσι γῆν, καὶ ἄμεμπτοι ὑπολειφθήσονται ἐν αὐτῇ. Cæleſtius apud Mar. Merc. Garn. p. 386. *Qui ſunt boni, erunt habitatores terræ.*

CAPUT III.

VULGATA NOVA.

1. FIli mi, ne obliviſcaris legis meæ, & præcepta mea cor tuum cuſtodiat :

2. longitudinem enim dierum, & annos vitæ, & pacem apponent tibi.

3. Miſericordia & veritas te non deſerant, circumda eas gutturi tuo, & deſcribe in tabulis cordis tui :

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. in Luc. 1. p. 1272. f. 4..... provide bona ſemper coram Deo, & coram hominibus.

Hieron. l. 3. cont. Pelag. to. 4. 538. c. 5. Eſto confidens in Dominum in toto corde tuo, in tua autem ſapientia ne exalteris.

6. In omnibus viis tuis cognoſce eum, ut rectas faciat vias tuas.

VULGATA NOVA.

4. & invenies gratiam, & diſciplinam bonam, coram Deo & hominibus.

5. Habe fiduciam in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ.

6. In omnibus viis tuis cogita illum, & ipſe diriget greſſus tuos.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Græc..... ἐν προνοῦ καλὰ ἐνώπιον Κυρίῦ ἐν ἀνθρώπων. &c. ut ſup.

℣. 5. Græc. Ἴδι πεποιθὼς ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ ἐπὶ Θεῷ, &c. ut in Lat.

℣. 6. Πάσαις ὁδοῖς ἔν γνώριζε αὐτὴν, &c. ut in Lat.

Digitized by Google

Vulgata nova.	Versio antiqua.
Rom. 12. 16. 7. Ne ſis ſapiens apud temetipſum : time Deum, & recede à malo :	7. Noli eſſe ſapiens apud te ipſum : [a] time Dominum, & declina ab omni malo : *Aug. l. de Grat. & lib. arb. to. 10. p. 719. f.*
8. ſanitas quippe erit umbilico tuo, & irrigatio oſſium tuorum.	8. & erit pax corpori tuo, & diligentia oſſibus tuis.
Tob. 4. 7. 9. Honora Dominum de tua ſubſtantia, & de primitiis omnium frugum tuarum da ei :	9. [b] Honora Dominum de tuis juſtis laboribus, & da ei de fructibus juſtitiæ tuæ : *[a] Fulg. l. 1. de remiſſ. pecc. c. 26. p. 380. c. [b] Hieron. in Ezech. 45. to. 3. 1040. f.*
Luc. 14. 13. 10. & implebuntur horrea tua ſaturitate, & vino torcularia tua redundabunt.	10. ut impleantur cellaria tua frumento, & vino torcularia tua redundent.
Hebr. 12. 5. 11. Diſciplinam Domini, fili mi, ne abjicias : nec deficias cùm ab eo corriperis :	11. Fili, ne deficias in diſciplina Domini : neque fatigeris cùm ab illo increparis : *Aug. in Pſ. 37. col. 305. e.*
Apoc. 3. 19. 12. quem enim diligit Dominus, corripit : & quaſi pater in filio complacet ſibi.	12. quem enim diligit Dominus, corripit : flagellat autem omnem filium quem recipit.
13. Beatus homo, qui invenit ſapientiam, & qui affluit prudentiâ :	13. Beatus vir, qui invenit ſapientiam ; & immortalis, qui videt prudentiam : *Idem cont. Adim. to. 8. 142. c.*
14. melior eſt acquiſitio ejus negotiatione argenti, & auri primi & puriſſimi fructus ejus :	14. melius eſt enim illam mercari, quàm auri & argenti theſauros :
15. pretioſior eſt cunctis opibus : & omnia, quæ deliderantur, huic non valent comparari.	15. pretioſior eſt autem lapidibus optimis : non reſiſtit illi ullum malum : bene nota eſt omnibus appropinquantibus ei, & eis qui conſiderant eam diligenter : omne autem pretioſum non eſt illi dignum.
16. Longitudo dierum in dextera ejus, & in ſiniſtra illius divitiæ, & gloria.	16. Longitudo dierum & anni vitæ in dextera ejus, in ſiniſtra autem ejus divitiæ, & gloria..... legem & miſericordiam in lingua portat. *Aug. in Pſ. 120. to. 4. 1379. a. & de Grat. & lib. arb. t. 10. 737. f.*
17. Viæ ejus viæ pulchræ, & omnes ſemitæ illius paciſicæ.	17. [a] Viæ ejus viæ bonæ, & omnes ſemitæ ejus in pace. *[a] Ambr. in Pſ. 118. p. 1023. f.*
18. Lignum vitæ eſt his, qui apprehenderint eam : & qui tenuerit eam, beatus.	18. Lignum vitæ eſt omnibus, qui complectuntur eam : & qui incumbunt in eam, ſicut in Domino. *Hilar. in Pſ. 1. n. 9. p. 21. a.*
19. Dominus ſapientiâ fundavit terram, ſtabilivit cœlos prudentiâ.	19. Deus ſapientiâ fundavit terram, paravit autem cœlum prudentiâ. *Iren. l. 4. c. 20. p. 253. c.*

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 7. In Græco, Μὴ ἴσθι φρόνιμος..... φοβοῦ δὲ τὸν Θεὸν, &c. ut ſup. Aq. Symm. & Theod. legunt σοφὸς, non φρόνιμος.

℣. 8. Græc. τότε ἴασις ἔσται τῷ σώματί σου, ἡ ἐπιμέλεια τοῖς ὀστέοις σου· *tunc ſanitas erit corpori tuo, & cura oſſibus tuis.*

℣. 9. Aptè ad Græc. niſi quòd hab. ἡ ἀνάρχου αὐτῷ ἀπὸ σῶν καρπῶν δικαιοσύνης. Mſ. Floriac. n. 10. *Honora Dominum de tuis juſtis laboribus. & deliba illi de juſtitiæ tuæ fructibus.* Caſſian. ſimiliter, coll. 21. c. 22. p. 796. c. *Honora Deum de tuis juſtis laboribus, & deliba ei de fructibus juſtitiæ tuæ.* Item Avit. Vien. epiſt. 6. apud Sirm. to. 2. p. 40. d. *Honora Dominum de tuis juſtis laboribus :* & ita rurſum Hieron. in Iſai. 58. & Amos 5. to. 3. 430. a. 1419. d.

℣. 10. Ita in Græco, addita voce πλησμονῆς, *ſaturitate*, poſt *cellaria tua*. Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. hab. πλησμονῆς σίτου· edit. Rom. πλησμονῆς σίτῳ. Mſ. Floriac. *ut impleantur horrea tua abundantiâ tritici, vino autem & oleo torcularia tua redundent.* Item Ambroſ. in Pſ. 45. col. 927. b. *vino torcularia tua redundent.*

℣. 11. Sic iterum Auguſt. l. de pat. to. 6. 538. e. cum Fulg. epiſt. 7. p. 195. at Auguſt. l. de Grat. & lib. arb. to. 10. 719. f. legit : *Noli deficere à diſciplina Domini.* S. Valerianus, hom. 1. ap. Sirm. to. 1. p. 613. b. *Fili, ne deficias à diſciplina Domini : neque fatigeris cùm ab eo increparis.* Cypr. cùm l. de hab. virg. p. 173. b. tum l. 3. Teſtim. p. 324. a. *Fili, ne neglexeris diſciplinam Dei* (al. *Domini* :) *nec defeceris ab eo correptus.* Similiter Ambroſ. in Pſ. 43. col. 886. b. necnon Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 750. e. niſi quòd hic hab. *neque deficias ab eo corr.* Hieron. verò in Ezech. 20. to. 3. 835. b. ſic : *Fili, ne contriſteris ad diſciplinam Domini : neque deficias quando ab eo argueris.* S. Paulus, Hebr. 12. 5. ex Vulg. *Fili mi, noli negligere diſciplinam Domini : neque fatigeris dum ab eo argueris :* & in antiq. Verſ. *Fili, ne negligas diſcipl. Domini : neque fatigeris cum ab eo argueris.* Græc. Υἱὲ, μὴ ὀλιγώρει (Symm. ἀπωθοῦ) παιδείας Κυρίου· μηδὲ ἐκλύου (Theodot. ἐγκακήσῃς) ὑπ' αὐτοῦ ἐλεγχόμενος.

℣. 12. Ita rurſum Auguſt. epiſt. 3. to. 2. 322. e. & l. 2. de ſerm. Dom. in mon. to. 3. 193. e. & l. de pat. to. 6. 538. e. Sic etiam Caſſian. coll. 6. c. 6. p. 417. c. cum Fulg. epiſt. 7. p. 195. & ſer. 3. p. 557. quibus ſuffragatur Hieron. in Ezech. 20. to. 3. 835. b. at epiſt. 18. ad Euſtoch. to. 4. p. 2. col. 48. b. leg. *caſtigat*, non *flagellat*. Concinit Ruricius, epiſt. 22. p. 571. f. ut & S. Paulus, Hebr. 12. 6. ex Vulg. at in antiqua Verſ. ita : *quem enim diligit Deus, verberat : caſtigat autem omnem filium quem recipit.* Cypr. l. de hab. virg. p. 173. b. & l. 3. Teſtim. p. 324. a. cum Ambroſ. in Pſ. 43. p. 886. b. *quem enim diligit Deus, corripit.* S. Valerian. hom. 1. Sirmond. to. 1. p. 613. b. *quem enim diligit Dom. increpat : flagellat autem omnem*, &c. ut ſup. Item S. Paulin. epiſt. 29. p. 184. e. hab. *flagellat*, &c. Anonym. epiſt. ad Marcell. apud eund. to. 2. p. 4. *Dominus quem diligit, corripit & flagellat : caſtigat autem omnem fil. quem recipit.* S. Pacian. paræn. ad pœnit. p. 315. d. *Ego quos diligo, redarguo & caſtigo.* Græc. ὃν γὰρ ἀγαπᾷ Κύριος, ἐλέγχει (Mſ. Alex. παιδεύει) μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν ὃν παραδέχεται.

℣. 13. In Gr. Μακάριος ἄνθρωπος, *Beatus homo ;* & in fine, ἡ θνητὸς, ὃς εἶδε φρόνησιν· *& mortalis, qui vidit prudentiam.*

℣. 14. Ita Græcè, verbum è verbo.

℣. 15. Græc. hab. πολυτελῶν, pro *optimis ;* ad litt. *operoſis, exquiſitis ;* deinde οὐκ ἀντιτάσσεται, *non reſiſtet ;* at in Mſ. Alex. ἀντιτάσσεται ; reliqua concordant, niſi quòd deſunt iſta, *& eis qui conſiderant eam diligenter.*

℣. 16. Ita Caſſiod. in Pſ. 120. p. 432. b. 486. c. uſque ad *legem*. Sic etiam in Græco, niſi id excipiatur, *Longitudo dierum*, pro quo Μῆκος γὰρ ζωῆς, *Longitudo enim ætatis.* Apud Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1023. f. *Longitudo enim vitæ in dextera ejus, in ſiniſtra autem ejus divitiæ, & gloria.* Apud Auguſt. in Pſ. 143. col. 1610. c. *In dextera ejus anni vitæ, & in ſiniſtra ejus divitiæ, & honor :* & l. 4. cont. ep. 2. Pelag. to. 10. 475. a. rurſum addit ut ſup. *legem & miſericordiam in lingua portat ;* quæ pariter exſtant in Græco, præpoſitis tamen his : ἐκ τοῦ στόματος αὐτῆς ἐκπορεύεται δικαιοσύνη, *de ore ejus procedit juſtitia ;* deinde, νόμον δὲ, &c.

℣. 17. Sic eſt in Græco.

℣. 18. Ambroſ. in Pſ. 1. col. 755. b. *Lignum vitæ eſt omnibus percipientibus eum* (*Chriſtum*). Auguſt. l. 20. de civit. Dei, c. 27. to. 7. 611. b. *Lignum vitæ eſt omnibus amplectentibus eam :* & in Pſ. 32. to. 4. p. 203. f. *poſſidentibus eam.* Hieron. in Iſai. 65. to. 3. 494. b. *Lignum vitæ eſt omnibus, qui accedunt ad eam, & qui innituntur ſuper illam quaſi ſuper Dominum, firmitas :* at in Zach. 14. col. 1802. e. ſic : *Lignum vitæ eſt omnibus, qui appropinquant ei, & qui reclinantur ſuper eum, quaſi ſuper domum firmitatis.* In Græco : Ξύλον ζωῆς ἐστι πᾶσι τοῖς ἀντεχομένοις αὐτῆς, καὶ τοῖς ἐπερειδομένοις ἐπ' αὐτὴν ὡς ἐπὶ Κύριον, ἀσφαλής.

℣. 19. Græcum habet οὐρανὸς, *cælos ;* cætera ſimilia. Sic etiam legit Hieron. in Iſai. 40. to. 3. 305. d. at in Iſai. 11. col. 99. f. ita : *Deus in ſapientia ſua fundavit terram, & paravit cælos in prudentia :* & in Iſai. 48. col. 348. e. *Deus ſapientiâ ſuâ fundavit terram, & dextera illius menſa eſt, ſive firmavit cælos, vel cælum, ut LXX. tranſtule-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Iren. ubi ſup. 20. Senſu ejus abyſſi eruperunt, nubes autem manaverunt ros.

Ambr. in Pſ. 118. p. 1014. c. 21. Fili, ne defluas.....

Ambr. in Pſ. 36. p. 809. f. 24. ſi enim ſedeas, ſine timore ſedebis: ſi dormias, ſuaviter requieſces:

25. & non timebis pavorem qui ſuperveniet tibi, neque impetus impiorum ſupervenientes tibi.

Aug. de Grat. & lib. arb. p. 719. f. 27. Noli abſtinere benefacere egenti: [a] dum habes occaſionem, benefac.

[a] *Ambroſiaſt. p. 95. f.* 28. [b] Ne dixeris: Abi, & revertere: cras ego dabo: cùm poſſis continuò benefacere: non enim ſcis quid contingat ſequenti die.

[b] *Cypr. l. 3. Teſt. p. 302. c.*

Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 192. e. 29. Noli fabricare in amicum tuum mala, in incolam, & confidentem.

30. Noli inimicitias exercere adversùs hominem ſine cauſa, ne quid tibi operetur malum.

VULGATA NOVA.

20. Sapientiâ illius eruperunt abyſſi, & nubes rore concreſcunt.

21. Fili mi, ne effluant hæc ab oculis tuis: Cuſtodi legem atque conſilium:

22. & erit vita animæ tuæ, & gratia faucibus tuis:

23. tunc ambulabis fiducialiter in via tua, & pes tuus non impinget:

24. ſi dormieris, non timebis: quieſces, & ſuavis erit ſomnus tuus:

25. ne paveas repentino terrore, & irruentes tibi potentias impiorum.

26. Dominus enim erit in latere tuo, & cuſtodiet pedem tuum ne capiaris.

27. Noli prohibere benefacere eum qui poteſt: ſi vales, & ipſe benefac.

28. Ne dicas amico tuo: Vade, & revertere: cras dabo tibi: cùm ſtatim poſſis dare.

29. Ne moliaris amico tuo malum, cùm ille in te habeat fiduciam.

30. Ne contendas adversùs hominem fruſtra, cùm ipſe tibi nihil mali fecerit.

VULGATA NOVA.

Pſ. 36. 1. 31. Ne æmuleris hominem injuſtum, nec imiteris vias ejus:

32. quia abominatio Domini eſt omnis illuſor, & cum ſimplicibus ſermocinatio ejus.

33. Egeſtas à Domino in domo impii, habitacula autem juſtorum benedicentur.

VERSIO ANTIQUA.

Ambroſiaſt. p. 255. e. 34. Superbis Deus reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.

Hieron. l. 3. cont. Rufin. to. 4. 472. d. 35..... impii exaltant contumeliam.

VULGATA NOVA.

34. Ipſe deludet illuſores, & manſuetis dabit gratiam.

35. Gloriam ſapientes poſſidebunt: ſtultorum exaltatio, ignominia.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

runt. Ambroſ. l. 5. de fide, to. 2. p. 556. c. *Deus in ſapientia fundavit terram, paravit autem cœlos in intellectu;* Græc. quoque Alex. cum Ald. & Compl. hab. ἐν φρονήσει. Eadem rurſum leg. Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1120. a. detractâ præpoſ. *in*, ante *ſapientia*. Arnob. de Trin. to. 8. p. 211. f. *Ego ſapientiâ fundavi terram, paravi cœlos prudentiâ.* Vigil. Tapſ. l. 1. de Trin. *Deus ſapientiâ ſuâ fundavit terram, paravit autem cœlos prudentiâ.*

℣. 20. Sic eſt in Gr. hoc excepto primo, ἐν αἰδήσει, abſque ſeq. *ejus*, quod tamen ſubnectunt edd. Ald. & Compl. Item extremò pluraliter ῥέουσι, *rores*, at in Schol. ῥόσω. Vigil. Tapſ. l. 2. cont. Arium, Sab. &c. hab. *Senſu ejus abyſſi diſſiluerunt.*

℣. 21. Græcum, μὴ παραῤῥυῇς.

℣. 24. Hieron. in Ezech. 44. to. 3. 1025. f. & in Zach. 4. 1725. a. *ſi ſederis, abſque timore eris: ſi dormieris, ſuaviter dormies;* in Zach. *ſi autem dormieris, dulciter dormies.* Græcum, ἐὰν γὰρ (Alex. delet γὰρ) κάθῃ, ἄφοβος ἔσῃ· ἐὰν δὲ καθεύδῃς, ἡδέως ὑπνώσεις.

℣. 25. Hieron. in Ezech. & in Zach. ubi ſup. *& non timebis pavorem* (in Zach. *terrorem*) *ſupervenientem tibi, neque impetus impiorum ſupervenientes* (in Zach. *ingruentes.*) Sic etiam in Gr. deleto pronom. *tibi.*

℣. 27. Græc. Μὴ ἀπόσχῃ εὖ ποιεῖν ἐνδεῖ, ὑπίκα ἂν ἔχῃ ἡ χεὶρ σου βοηθεῖν. *Ne abſtineas benefacere egeno, quandocunque habuerit manus tua auxiliari:* at in Mſ. Alex. εὖ ποίει, *benefac*, ut ſup. loco ult. βοηθεῖν.

℣. 28. Ita S. Valerianus hab. hom. 9. Sirm. to. 1. p. 652. a. ad hoc uſque, *non enim ſcis:* excipiendum tamen adverb. *ſtatim*, pro *continuò*, quod idem ſonat. Apud Ambroſ. in Luc. 7. p. 1390. d. *Ne dixeris pauperi: Cras dabo:* item l. de Nab. c. 12. col. 580. c. In Gr. Μὴ εἴπῃς· Ἔπαρε [illegible] αὔριον δώσω· δυνατὸν σὺ ὄντος σοῦ ποιεῖν· οὐ γὰρ οἶδας τί τέξεται ἡ ἐπιοῦσα· *non enim ſcis quid pariet ſequens dies.*

℣. 29. Ita Græcè, hoc ſubnexo in fine, ἐπὶ σοί, *ſuper te.* Item apud Auguſt. l. de Grat. & lib. arbit. to. 10. 719. f. *Noli fabricare in amicum tuum mala.* Nobilius malè reddit *in tuum inimicum;* nam in Græco conſtanter, ἐπὶ τὸν φίλον. Apud Hieron. l. 3. cont. Rufin. to. 4. p. 2. col. 472. *Ne fabriceris in amicum tuum mala.*

℣. 30. Similiter in Græco. Hieron. l. 3. cont. Rufin. 472. *Ne inimiceris adversùm hominem ſine cauſa.* Græc. Μὴ φιλεχθρήσῃς, &c.

℣. 34. Similiter Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1046. d. *Dominus ſuperbis reſiſtit.* S. Petrus, epiſt. 1. c. 5. 5. & Jacobus, 4. 6. *Deus ſuperbis reſiſtit.* In Gr. Κύριος ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, &c. ut ſup.

℣. 35. Græc. οἱ δὲ ἀσεβεῖς ὕψωσαν ἀτιμίαν.

CAPUT IV.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Zach. 8. p. 1745. e. 1. AUdite pueri diſciplinam patris, & attendite ut cognoſcatis intelligentiam.

VULGATA NOVA.

1. AUdite filii diſciplinam patris, & attendite ut ſciatis prudentiam.

VULGATA NOVA.

2. Donum bonum tribuam vobis, legem meam ne derelinquatis.

3. Nam & ego filius fui patris mei, tenellus, & unigenitus coram matre mea:

4. & docebat me, atque dicebat: Suſcipiat verba mea cor tuum, cuſtodi præcepta mea, & vives.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc, extremò hab. γνῶναι ἔννοιαν, Aquil. σύνεσιν, Symm. φρόνησιν.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

5. Poſſide ſapientiam, poſſide prudentiam: ne obliviſcaris, neque declines à verbis oris mei.

6. Ne dimittas eam, & cuſtodiet te: dilige eam, & conſervabit te.

7. Principium ſapientiæ, poſſide ſapientiam, & in omni poſſeſſione tua, acquire prudentiam:

8. arripe illam, & exaltabit te: glorificaberis ab ea, cùm eam fueris amplexatus:

9. dabit capiti tuo augmenta gratiarum, & corona inclyta proteget te.

VERSIO ANTIQUA.

5. Poſſide ſapientiam, poſſide intelligentiam: ne obliviſcaris, & ne declinaveris à verbis oris mei. *Hieron. ep. 34. ad Nepotian. to. 4. 258. a.*

6. Neque derelinquas illam, & apprehendet te: ama illam, & ſervabit te.

7. Principium ſapientiæ, poſſide ſapientiam, & in omni poſſeſſione tua poſſide intelligentiam:

8. circumda illam, & exaltabit te: honora illam, & amplexabitur te:

9. ut det capiti tuo coronam gratiarum, coronâ quoque deliciarum protegat te.

VULGATA NOVA.

10. Audi fili mi, & ſuſcipe verba mea, ut multiplicentur tibi anni vitæ.

11. Viam ſapientiæ monſtrabo tibi, ducam te per ſemitas æquitatis:

12. quas cùm ingreſſus fueris, non arctabuntur greſſus tui, & currens non habebis offendiculum.

13. Tene diſciplinam, ne dimittas eam: cuſtodi illam, quia ipſa eſt vita tua.

VULGATA NOVA.

14. Ne delecteris in ſemitis impiorum, nec tibi placeat malorum via.

15. Fuge ab ea, nec tranſeas per illam: declina, & deſere eam:

16. non enim dormiunt niſi malefecerint: & rapitur ſomnus ab eis niſi ſupplantaverint:

17. comedunt panem impietatis, & vinum iniquitatis bibunt.

18. Juſtorum autem ſemita, quaſi lux ſplendens, procedit & creſcit uſque ad perfectam diem.

19. Via impiorum tenebroſa: neſciunt ubi corruant.

VERSIO ANTIQUA.

14. Vias impiorum noli ſequi, neque æmuleris viam iniquorum. *Lucif. Cal. l. de non conven. cum hæret. p. 223. a.*

15. In quocunque loco exercitum conſtituerint, ne ſupervenias illuc: declina autem ab ea, & devita:

16. non enim dormient, niſi malefecerint: ablatus eſt enim ſomnus ab eis, & non dormiunt:

17. hi enim cibantur cibis impietatis, vino autem iniquo inebriantur.

18. Nam viæ juſtorum ſimiliter ut lux fulgebunt: procedunt, & illuminant, donec corrigat dies.

19. Viæ autem impiorum tenebroſæ: neſciunt quomodo offendunt.

VULGATA NOVA.

20. Fili mi, auſculta ſermones meos, & ad eloquia mea inclina aurem tuam:

21. ne recedant ab oculis tuis, cuſtodi ea in medio cordis tui:

22. vita enim ſunt invenientibus ea, & univerſæ carni ſanitas.

VULGATA NOVA.

23. Omni cuſtodia ſerva cor tuum, quia ex ipſo vita procedit.

24. Remove à te os pravum, & detrahentia labia ſint procul à te.

25. Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant greſſus tuos.

26. Dirige ſemitam pedibus tuis, & omnes viæ tuæ ſtabilientur.

VERSIO ANTIQUA.

23. Omni cuſtodia ſerva cor tuum, ex hoc enim exitus vitæ. *Fulg. l. 2. de veris. prad. c. 16. p. 471.*

24. Aufer igitur tibi pravum os, & injuſta labia longè à te propelle. *Ambr. l. 1. de Cain, c. 5. p. 191. a.*

25. Oculi tui recta videant.....

26. Rectos curſus fac pedibus tuis, & vias tuas dirige. *Aug. ep. 215. to. 2. 795. b. ſeq.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 5. In Græco editionis Rom. hæc verba ſunt: *Φύλαξαι ἐξόλας, μὴ ἐπιλάθῃ· μηδὲ παρίδῃς ῥῆσιν ἐμῆ στόματος· Cuſtodi mandata, non obliviſcaris: neque deſpexeris eloquium oris mei.* At in Mſ. Alex. *Κτῆσαι σοφίαν, κτῆσαι σύνεσιν· μὴ ἐπιλάθῃ, μηδὲ ἐκκλίνῃς ἀπὸ ῥημάτων στόματός μου*· quæ ipſiſſima ſunt ex Hieron. ſup.

℣. 6. Græc. *Μηδὲ ἐγκαταλείπῃς αὐτήν, καὶ ἀνθέξεταί σου*, &c. ut ſup.

℣. 7. Hic verſus deeſt in Græco editionis Rom. at legitur ad verbum in edd. Ald. & Compl.

℣. 8. Concinit Gr. niſi quòd extremò hab. *ἵνα σε περιλάβῃ*· & verò idem Hieron. in Ezech. 44. to. 3. 1032. b. legit: *circumda illam..... honora eam, ut te amplexetur*: at in Ezech. 18. col. 821. a. *ama illam, & amplexabitur te: dilige illam, & cuſtodiet te*: & in Eccleſ. to. 2. 767. a. *amplexare illam, & circumdabit te.* Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1188. f. *honora eam, & amplectetur te.*

℣. 9. Aptè ad Gr. Apud Ambroſ. in Luc. 4. col. 1345. d. *coronâ deliciarum obumbrabit te.* Gr. *στεφάνῳ δὲ τρυφῆς ὑπερασπίσει σε.*

℣. 14. Græc. *Ὁδὸς ἀσεβῶν μὴ ἐπέλθῃς, μηδὲ ζηλώσῃς ὁδὸς πατρικόμων.*

℣. 15. *Ἐν ᾧ ἂν τόπῳ στρατοπεδεύσωσι..... ἔκκλινον δὲ ἀπ' αὐτῶν, καὶ παράμελξον.* Aq. Symm. Th. *πάρελθε. In quocunque loco caſtrametati fuerint... declina autem ab eis, & abſcede.*

℣. 16. Ita Græcè, dempto tantùm *enim*, poſt *ablatus eſt*: habetur quidem *αὐτῶν*, *eorum*, pro *ab eis*; at in Mſ. Alex. *ἀπ' αὐτῶν*. Nicetius epiſc. Spicil. to. 3. p. 6. c. ita legit: *quia ablatus eſt ſomnus ab oculis eorum: non enim dormiunt, niſi malefecerint.*

℣. 17. Hieron. in Iſai. 58. to. 3. 427. b. *hi enim aluntur cibis impietatis, & vino iniquitatis inebriantur.* Gr. *οὐδὲ γὰρ σιτοῦνται σῖτα*, &c. ut ſup. in textu.

℣. 18. Græcum ipſo initio hab. *Αἱ δὲ ὁδοὶ, Viæ autem*; ſubinde *λάμψουσι, fulgent*, non *fulgebunt*; extremò, *ἕως καλερθώσῃ ἡ ἡμέρα, donec dirigat ſe dies*; cæt. ut ſup. Chromat. Aquil. in Matth. p. 981. c. legit pariter: *Viæ juſtorum ſimiliter ut lux fulgebunt.*

℣. 19. Itidem Græcè.

℣. 23. Sic Ambroſ. l. 1. Offic. col. 4. e. necnon Ruricius, epiſt. 12. p. 568. c. & Caſſian. coll. 13. c. 10. p. 605. *Omni cuſtodia ſerva cor tuum.* S. Paulin. verò epiſt. 40. p. 251. c. *Omni vigilia ſerva cor tuum.* Severus Presb. Miſcell. Baluz. to. 1. p. 346. *Omni cuſtodia cuſtodi cor tuum.* Gr. *Πάσῃ φυλακῇ τήρει*, &c.

℣. 24. Similiter in Græco, ſublata voce *igitur*. Hieron. l. 3. cont. Rufin. to. 4. p. 2. col. 472. b. *Circumcide à te os pravum, & iniqua labia longè repelle abs te.* Itidem Chromat. Aquil. in Matth. p. 982. c. excepto verbo *expelle*, pro *repelle*.

℣. 25. Ita rurſum Ambroſ. l. de bono mort. c. 6. col. 400. f. 406. a. unà cum Gr.

℣. 26. Ita è Græco, ad verbum.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. ubi ſup. 27. Ne declines in dexteram, neque in ſiniſtram : averte autem pedem tuum à via mala : vias enim, quæ à dextris ſunt, novit Dominus : perverſæ verò ſunt quæ à ſiniſtris ſunt. Ipſe autem rectos faciet curſus tuos, itinera autem tua in pace producet.

VULGATA NOVA.

27. Ne declines ad dexteram, neque ad ſiniſtram : averte pedem tuum à malo : vias enim, quæ à dextris ſunt, novit Dominus : perverſæ verò ſunt quæ à ſiniſtris ſunt. Ipſe autem rectos faciet curſus tuos, itinera autem tua in pace producet.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 27. Mirè concordant tota iſta cum Græco, niſi excipiatur vox *Dominus*, pro qua, ὁ Θεὸς, *Deus*. Eadem repetit Auguſt. q. 48. in Deut. to. 3. 574. b. paucis mutatis : *Non declines in dextra, aut in ſiniſtra : vias enim, quæ à dextris ſunt, novit Dominus : perverſæ autem ſunt quæ à ſiniſtris. Ipſe enim rectos faciet curſus tuos, & omnia itinera tua in pace producet.* Auct. l. de ſing. cleric. apud Cypr. p. 526. *Non declinabis in dexteram, neque in ſiniſtram.* Hieron. in Eccleſ. to. 2. 771. a. *Ne declines in dexteram, neque in ſiniſtram :* & ſup. col. 770. c. *dextras vias novit Dominus : quæ autem perverſæ ſunt, à ſiniſtris ſunt.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 986. a. *partes dexteriores novit Dominus : perverſæ autem ſunt quæ ſunt à ſiniſtris.* Fulg. verò l. 1. ad Monim. p. 23. ut ſup. *vias enim, quæ à dextris ſunt, novit Dominus : perverſæ verò ſunt quæ à ſiniſtris ſunt.* Item Petrus Chryſol. ſer. 82. & 87. p. 910. e. 914. c. *vias, quæ à dextris ſunt, novit Dominus.* Obſervat autem Martian. noſter, to. 1. nov. ed. Hieron. hanc ſententiam in Hebræo non legi ; & verò illâ ipſâ caret Mſ. Corb. n. 1. ut & al. ſequentibus.

CAPUT V.

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. l. de non conven. cum hæret. p. 223. b. 2..... Noli te intendere fallaci mulieri :

3. mel enim diſtillat à labiis mulieris meretricis, quæ ad tempus impinguat fauces tuas :

4. noviſſimè autem amarius felle invenies, & acutius magis quàm gladius ex utraque parte acutus.

5. Inſipientes autem pedes deducunt utentes eâ cum morte ad inferos.

VULGATA NOVA.

1. FIli mi, attende ad ſapientiam meam, & prudentiæ meæ inclina aurem tuam,

2. ut cuſtodias cogitationes, & diſciplinam labia tua conſervent. Ne attendas fallaciæ mulieris :

3. favus enim diſtillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur ejus :

4. noviſſima autem illius amara quaſi abſynthium, & acuta quaſi gladius biceps.

5. Pedes ejus deſcendunt in mortem, & ad inferos greſſus illius penetrant.

VULGATA NOVA.

6. Per ſemitam vitæ non ambulant, vagi ſunt greſſus ejus, & inveſtigabiles.

7. Nunc ergo fili mi audi me, & ne recedas à verbis oris mei.

8. Longè fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus domus ejus.

9. Ne des alienis honorem tuum, & annos tuos crudeli :

10. ne fortè impleantur extranei viribus tuis, & labores tui ſint in domo aliena,

11. & gemas in noviſſimis, quando conſumpſeris carnes tuas & corpus tuum, & dicas :

12. Cur deteſtatus ſum diſciplinam, & increpationibus non acquievit cor meum,

13. nec audivi vocem docentium me, & magiſtris non inclinavi aurem meam ?

14. Pene fui in omni malo, in medio eccleſiæ & ſynagogæ.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. l. 1. de Jac. c. 7. p. 454. c. 15. Bibe aquam de tuis vaſis, & de puteorum tuorum fontibus :

16. Superfluant tibi aquæ de tuo fonte, in tuas autem plateas diſcurrant.

VULGATA NOVA.

15. Bibe aquam de ciſterna tua, & fluenta putei tui :

16. Deriventur fontes tui foras, & in plateis aquas tuas divide.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Sic habet Ambroſ. l. 1. de Cain, c. 5. col. 191. a. & l. 2. de Abr. c. 11. col. 349. d. necnon Auguſt. l. de Grat. & l. arb. to. 10. 719. f. detracto uno *te*. Hæc autem ſententia non legitur in textu Hebraïco, ut notat Martianæus noſter ibid. to. 1. divin. Bibl. translataque eſt, ut & aliæ plurimæ è Verſ. LXX. in Vulgatam noſtram : quinimo, in ejuſdem Vulgatæ Mſs. antiquioribus eadem ſententia non reperitur ; v. g. in noſtro Sangerm. n. 15. annorum circiter 900. nec etiam legitur in S. Auguſtini Speculo. Apud Hieron. verò in Iſai. 23. to. 3. 206. e. ita : *Ne attendas peſſimam mulierem.* Apud Ambroſ. l. de bono mort. c. 6. to. 1. 400. f. *Noli intendere in verba meretricis.* In Mſ. S. Germ. Vulg. n. 4. *Ne attenderis fallacia mulieris.* In Græco, Μὴ προσέχε φαύλῃ γυναικί. *Ne intendas fallaci mulieri.*

℣. 3. Sic Hieron. in Iſai. 23. to. 3. 206. e. niſi quòd ſcribit *de labiis :* paulòque poſt, *quæ ad breve impinguat fauces tuas :* at in Ezech. 6. col. 734. d. *quæ ad tempus impinguat veſcentium fauces :* & epiſt. ad Fabiol. to. 2. 590. b. *quæ ad tempus pinguefacit fauces tuas.* Ambroſ. l. 1. de Cain, c. 5. col. 191. a. *mella enim diſtillabunt à labiis mulieris fornicariæ, quæ ad tempus impinguat fauces tuas.* Gaud. Brix. de Machab. p. 967. b. *mel diſtillat à labiis mulieris meretricis, quæ ad tempus impinguat fauces ſuas.* Ruric. epiſt. 12. to. 8. 568. c. *Lingua meretricis mel ſtillat ;* ſtatimque, *in noviſſimis autem*, &c. Græc. textui favet.

℣. 4. Ambr. l. 1. de Cain c. 5. col. 191. a. *poſtea verò amariorem felle invenies.* Hieron. epiſt. ad Fabiol. to. 2. 590. b. ut ſup. *noviſſimè verò amarius felle invenies :* & in Iſai. 23. to. 3. 206. e. & *poſtea amarius felle reperies :* & in Ezech. 6. col. 734. d. & *poſtea amarius felle reperitur.* Gaud. Brix. de Machab. p. 967. b. *noviſſimum autem amarius felle invenies, & acutius gladio utraque parte acuto.* Græcum : ὕστερον μέντοι πικρότερον χολῆς εὑρήσεις, καὶ ὀκνηρότερον μαλλον μαχαίρας δισόμυ.

℣. 5. In Gr. Τῆς γὰρ ἀφροσύνης οἱ πόδες, *Imprudentiæ enim pedes*, &c. ut ſup. extremò tamen hoc additur : τὰ δὲ ἴχνη αὐτῆς οὐκ ἐρείδεται, & *veſtigia ejus non firmantur.*

℣. 15. Sic iterum Ambroſ. l. 3. Hex. to. 1. 52. a. ut & inf. 150. a. 363. d. 364. e. 597. c. 927. b. & lib. 3. Off. to. 2. 107. b. & col. 633. a. 934. f. Similiter Auguſt. l. de unit. Eccl. to. 9. 381. f. & in Pſ. 31. p. 181. e. Ita quoque Hieron. in Ezech. 32. to. 3. 932. b. at in Amos 4. col. 1398. c. legit : *Bibe aquas de vaſis tuis*, & *de puteorum fontibus aquas tuas :* & in Dan. 2. col. 1079. b. *Bibe aquam de vaſis tuis*, & *de puteorum tuorum fonte.* Item Caſſian. coll. 13. c. 13. p. 646. *Bibe aquas de tuis vaſis*, & *de puteorum tuorum fonte.* Ita etiam in Gr. Junilius Afr. l. 1. de part. div. leg. c. 5. p. 341. e. *Bibe aquam de tuis vaſis*, & *de ciſterna tua*, & *de tuis puteis.* Textui verò accinit Auct. op. imp. in Matth. p. 17. a.

℣. 16. Rurſum Ambr. l. de Iſaac, to. 1. 364. e. *Et ſuperfluant tibi aquæ de tuo fonte :* & in Luc. 13. col. 1460. c.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

17. Habeto eas ſolus, nec ſint alieni participes tui.

18. Sit vena tua benedicta, & lætare cum muliere adoleſcentiæ tuæ:

19. cerva chariſſima, & gratiſſimus hinnulus: ubera ejus inebrient te in omni tempore, in amore ejus delectare jugiter.

20. Quare ſeduceris fili mi ab aliena, & foveris in ſinu alterius?

Job 14. 16. 31. 4. & 34. 21. 21. Reſpicit Dominus vias hominis, & omnes greſſus ejus conſiderat.

22. Iniquitates ſuæ capiunt impium, & funibus peccatorum ſuorum conſtringitur.

23. Ipſe morietur, quia non habuit diſciplinam, & in multitudine ſtultitiæ ſuæ decipietur.

VERSIO ANTIQUA.

17. Sint tibi ſoli conſtitutæ, & nemo alienus particeps ſit tibi. *Ambr. ubi ſup.*

18. Fons aquæ tuæ ſit tibi proprius, & jucundare cum uxore, quæ eſt tibi à juventute: *Ambr. l. 3. offic. p. 107. c.*

19. cervus amicitiæ, & pullus gratiarum confabulentur tecum.....

20. Ne multus fueris ad alienam, neque continueris amplexibus non tuam. *Ambr. l. 2. de Abr. c. 11. p. 349. c.*

22. Iniquitates ſuæ capient impium, funiculis autem peccatorum ſuorum unuſquiſque conſtringitur. *Fulg. l. de rem. pecc. c. 26. p. 380. c.*

23. Hic moritur cum indiſciplinatis, de multitudine autem vitæ ſuæ projectus eſt, & perit pro inſipientia.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

in plateis tuis diffundantur aquæ tuæ: ſimiliter l. de virginit. to. 2. 235. d. niſi quòd tollit & , ante *ſuperfluant;* reponitque poſt *fonte:* item l. 2. & 3. de Spir. S. col. 633. a. 690. f. legit: *inque plateis tuis ſuperfluant aquæ tuæ.* Auguſt. in Pſ. 103. col. 1135. f. & *in plateis tuis diſcurrant aquæ tuæ:* ſimiliter l. de unit. Eccl. to. 9. 381. f. niſi quòd iiſdem præponit ſeqq. & *non ſuperfluant tibi aquæ foras:* imo & his omnibus iſta: *Et fons aquæ tuæ ſit tibi proprius, & nemo alienus communicet tibi;* quæ pertinent ad ℣. ſeq. Caſſian. autem coll. 13. c. 13. p. 646. c. textui ſuffragatur: enimverò poſt hæc, & *de puteor. tuorum fonte*, ſubdit: *Supereffluant tibi aquæ de tuo fonte, in tuas autem plateas pertranſeant aquæ tuæ.* Sic etiam in Gr. hoc excepto, μὴ ὑπερεκχείσθω; at in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. negatio tollitur, legiturque ſolùm ὑπερεκχείσθω, *ſupereffundantur.* Ità quoque Origenes, homil. 12. in Num. legiſſe ſe teſtatur in quibuſdam exemplaribus; in aliis verò, & *non ſupereffundantur.*

℣. 17. Ambroſ. l. 3. offic. col. 107. c. rurſus legit: *nemo alienus particeps ſit tibi.* Aug. in Pſ. 103. to. 4. 1135. f. *nemo alienus communicet tibi:* & tract. 7. in Joh. 1. to. 3. 874. c. *Fons aquæ tuæ ſit tibi proprius, & nemo alienus communicet tibi:* ſic iterum l. 2. cont. Creſcon. to. 9. 418. c. & l. de unit. Eccl. col. 381. f. Græc. Ἔσω σοι μόνῳ ὑπάρχουσα, καὶ μηδεὶς ἀνάτειος μεταλαχέτω σοι.

℣. 18. Iterum Ambroſ. l. 1. de Jac. c. 7. p. 454. e. anteced. his, *particeps ſit tibi*, hæc ſubdit: *Fons aquæ tuæ ſit tibi proprius:* ſimiliter l. de Iſaac, c. 4. p. 364. c. ſubnexis his, & *jucundare cum uxore.* Sic etiam in Græco, hoc inſuper adjuncto, τῆς ἐκ νεότητός σου, *quæ à juventute tua*, ut ſup. in textu. Vide Aug. ſup. ℣℣. 16. 17.

℣. 19. Ita rurſum Ambr. l. 1. de Jacob, c. 7. col. 454. e. & l. 2. de interpel. Dav. c. 1. col. 637. f. ult. excepto, *conſabuletur tibi.* Hieron. in Iſai. 35. to. 3. 279. f. *cervus amicitiæ, & pullus gratiarum tuarum loquantur tibi.* Aug. de div. quæſt. q. 71. to. 6. col. 61. d. *cervus amicitiæ, & pullus gratiarum tuarum colloquantur tecum.* Eucher. quæſt. in Prov. p. 847. e. *cervus amicitiæ, & pullus gratiarum fabulentur tecum.* Græc. ἔλαφος φιλίας, καὶ πῶλος σὸν χαρίτων ὁμιλείτω σοι, &c. In ed. Compl. σῶν, loco σῶν.

℣. 20. Prior ſententia rurſus legitur apud Ambroſ. l. de bono mort. c. 6. col. 400. f. & ita in Gr. eſt; altera verò ſic: μηδὲ συνέχου ἀγκάλαις τῆς μὴ ἰδίας· *neque continearis ulnis non propriæ.*

℣. 22. Græc. Παγαὶ μιαίαι ἄνδρα ἀγρεύουσι, σχοινὶς δὲ τῶν ἑαυτῆ ἁμαρτιῶν ἕκαστος ὀφίσκεται· Aquila, καὶ ἐν χοιλίᾳ, &c. Iren. l. 3. c. 9. p. 185. a. *reſtibus autem peccatorum ſuorum unuſquiſque conſtringitur.* Hilar. in Pſ. 2. n. 9. col. 31. d. *faſciis peccatorum ſuorum conſtrictus eſt peccator:* & in Pſ. 118. col. 292. a. *faſciis peccatorum ſuorum unuſq. conſtringitur.* Ambroſ. l. 1. de pœnit. to. 2. 409. e. *vinculis pecc. ſuor.* &c. ut ſup. ita rurſum in Pſ. 118. n. 42. col. 1071. b. cui ſuffragatur Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. c. 17. p. 140. d. Hieron. in Ezech. 27. col. 889. e. & in Oſe. 5. col. 1272. d. *funibus peccator. ſuorum unuſquiſque conſtringitur.* Auguſt. in Pſ. 34. & 57. to. 4. 234. f. 544. a. *criniculis peccatorum*, &c. ut ſup. at l. cont. Adim. to. 8. 118. b. *funiculis peccat. ſuorum*, &c. Similiter Caſſian. coll. 23. c. 9. p. 840. & coll. 24. c. 24. p. 879. b. cui favet Gildas Sap. caſtig. in eccleſ. ord. to. 8. p. 720. h.

℣. 23. Sic eſt in Græco, hoc ultimo excepto, καὶ ἀπώλετο δι' ἀφροσύνην, & *periit propter imprudentiam.*

CAPUT VI.

VULGATA NOVA.

1. Fili mi, ſi ſpoponderis pro amico tuo, defixiſti apud extraneum manum tuam,

2. illaqueatus es verbis oris tui, & captus propriis ſermonibus.

3. Fac ergo quod dico fili mi, & temetipſum libera: quia incidiſti in manum proximi tui. Diſcurre, feſtina, ſuſcita amicum tuum:

4. ne dederis ſomnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ.

5. Eruere quaſi damula de manu, & quaſi avis de manu aucupis.

6. Vade ad formicam ô piger, & conſidera vias ejus, & diſce ſapientiam:

VERSIO ANTIQUA.

2. laqueus fortis eſt viro propria labia..... *Chromat. Aquil. in Matth. p. 987. d.*

3. Fac fili quæ ego mando tibi, & ſalvus eris: veniſti enim in manus malorum propter amicum tuum. Eſto infatigabilis, attende autem amicum tuum, quem ſpondiſti: *Mſ. Flotiac. n. 10.*

4. ne dederis ſomnum oculis tuis, neque dormites palpebris tuis.

5. Citò vadas ſicut damula ex retibus, ſicut avis ex laqueo.

6. Confer te ad formicam ô piger, & æmulare vias ejus, & eſto illâ ſapientior: *Ambr. l. 6. Hex. p. 118. f.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Græc. παγὶς γὰρ ἰσχυρὰ ἀνδρὶ τὰ, &c. ut ſup.

℣. 3. Similia Græc. habet, præter ſeqq. σώζῃ, *ſalvare*, pro *ſalvus eris;* exinde μὴ ἐκνυόμενος, *non remiſſus*, loco *infatigabilis;* ſtatimque παρόξυνε δὲ ᾗ, *ſtimula autem* &, pro *attende autem.* Ambroſ. l. de Tob. c. 23. col. 620. d. *ſtimula civem tuum, quem ſpopondiſti.* Item Schol. hab. τὸν πολίτην, non verò τὸν φίλον, ut in edit. Rom.

℣. 4. Græc. μὴ δῷς ὕπνον σοῖς ὄμμασι, μηδὲ ἐπινυσάξῃς, &c. ut ſup.

℣. 5. Græc. Ἵνα σώζῃ ὡσεὶ δορκὰς ἐκ βρόχων, καὶ ὡς ὄρνεον ἐκ παγίδος.

℣. 6. Similiter in Græco, niſi quòd pro *conſer te*, habetur ἴδι, *vade;* ſubditurque ἰδὼν, *videns*, poſt *æmulare.* Nicetius Epiſc. de vigil. ſervor. Dei, c. 2. Spicil. to. 3. p. 2. b. legit: *Vade ad formicam ô piger, & æmulare vias ejus.* Auguſt. l. cont. Adim. to. 8. 145. d. his alludere videtur, dicens: *Imitare formicam, & intuere diligentiam ejus:* & in Pſ. 48. to. 4. 432. f. *Imitare formicam, reconde aſtate, ne eſu-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. ubi sup. 7. illa enim nullam culturam possidet, neque eum qui se cogat habens, neque sub domino agens,

8. quemadmodum præparat escam, quæ de tuis laboribus sibi messem recondit.

Ambr. l. 5. Hex. p. 107. e. f. * Vade ad apem, & vide quomodo operaria est, operationem quoque quàm venerabilem mercatur; cujus laborem reges, & mediocres ad salutem sumunt: appetibilis enim est omnibus, &

Idem in Ps. 118. p. 1149. b. clara: cùm sit robore infirma, sapientiæ prædicatione substantiæ suæ producit ætatem.

Nicetius Trevir. Spicil. to. 3. p. 2. b. 9. O piger quousque dormis? quando autem de somno surgis?

10. Modicùm quidem dormis, modicùm sedes, modicùm autem dormitas, pusillùm autem manibus amplecteris pectus:

11. deinde superveniet tibi tanquam viator, paupertas; inopia autem sicut bonus cursor. [a] Si verò impiger fueris, veniet ut fons messis tua, & egestas longè fugiet à te.

[a] *Ex LXX. transl. in Vulg.*

VULGATA NOVA.

7. quæ cùm non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem,

8. parat in æstate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat.

9. Usquequo piger dormies? quando consurges è somno tuo?

10. Paululùm dormies, paululùm dormitabis, paululùm conseres manus, ut dormias: *Inf.* 24. 33.

11. & veniet tibi quasi viator, egestas, & pauperies quasi vir armatus. Si verò impiger fueris, veniet ut fons messis tua, & egestas longè fugiet à te.

VULGATA NOVA.

12. Homo apostata, vir inutilis, graditur ore perverso,

13. annuit oculis, terit pede, digito loquitur,

14. pravo corde machinatur malum, & omni tempore jurgia seminat:

15. huic extemplo veniet perditio sua, & subitò conteretur, nec habebit ultra medicinam.

16. Sex sunt, quæ odit Dominus, & septimum detestatur anima ejus:

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 192. e. 17. Oculus contumeliosus, lingua iniqua, manus effundentes sanguinem justi,

18. & cor fabricans cogitationes malas, & pedes festinantes ad malefaciendum.

Facund. Herm. l. 2. Sirm. to. 2. p. 455. d. 20. Fili custodi legem patris tui, & ne reputeris instituta matris tuæ.

21. Alliga autem illa circa tuam animam semper, & circumda collo tuo.

VULGATA NOVA.

17. Oculos sublimes, linguam mendacem, manus effundentes innoxium sanguinem,

18. cor machinans cogitationes pessimas, pedes veloces ad currendum in malum,

19. proferentem mendacia testem fallacem, & eum qui seminat inter fratres discordias.

20. Conserva fili mi præcepta patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ.

21. Liga ea in corde tuo jugiter, & circumda gutturi tuo.

VULGATA NOVA.

22. Cùm ambulaveris, gradiantur tecum: cùm dormieris, custodiant te, & evigilans loquere cum eis:

23. quia mandatum lucerna est, & lex lux, & via vitæ increpatio disciplinæ:

24. ut custodiant te à muliere mala, & à blanda lingua extraneæ.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

rias in hieme.

℣℣. 7. 8. Hunc contextum interpretari videtur Ambrosius, seu παραφράζειν, non verbum è verbo reddere; ita enim in Græco est: ἐκεῖνο γὰρ γεωργίαν μὴ ὑπαρχοντος, μηδὲ τὴν ἀναγκάζουσα ἔχων, μηδὲ ὑπὸ δεσπότην ὤν· deinde: ἑτοιμάζεται βόρας τὴν τροφὴν, πολλήν τε ἐν τῷ ἀμήτῳ ποιεῖται τὴν παράθεσιν· *nam cùm ei non sit agellus, neque habeat qui cogat, neque sub domino sit; parat æstate alimentum, & multam in messe facit acervationem.* Eò pariter recurrunt quæ ait Augustin. l. contra Adim. to. 8. 145. d. *ab æstatis tempore usque ad hiemem colligit sibi alimonias.*

* Ambros. l. 5. Hex. posteriora verba sic refert: *cùm sit infirma robore apis, valida est vigore sapientiæ, & amore virtutis.* In Gr. καίπερ ὕσα τῇ ῥώμῃ ἀσθενὴς, τὴν σοφίαν τιμήσασα περήχθη· *etiam cùm sit robore infirma, sapientiam honorans evecta est;* cæt. Græca à textu Lat. non valde discrepant. Editores nostri BB. ad hunc Ambros. loc. notant in Mss. codd. 4. legi *cara*, in aliis autem ac editt. *clara*; totum verò locum in Ms. Cæn. sic haberi: *Vade ad apem, & ejus imitare operationem; operationem namque quàm venerabilem mercatur apes, cujus*, &c. edit. Rom. ejusd. Ambr. fert *venerabilem facit*; aliæ verò cùm omnibus Mss. *mercatur*; in Veneto etiam cod. & Schol. ἐμπορεύεται; in Vatic. ὡς σεμνὴν ποιεῖται. Hieron. in Ezech. 3. to. 3. 713. d. ait: *Et in Proverbiis de ape dicitur, quanquam hoc Hebræa non habeant exemplaria: Vade ad apem, & disce quomodo operatrix sit, & opus suum castum faciat; cujus laboribus reges, & imperiti pro sanitate abutuntur.*

℣. 9. Eadem leguntur in margine Ms. S. Germ. n. 4. sed post ℣. 32. capitis 24. nempe: *Usquequo piger dormis? usquequo de somno consurgis?* In Græco: Ἕως τίνος ὀκνηρὰ κατάκεισαι; πότε δὲ ἐξ ὕπνου ἐγερθήσῃ; *Usquequo piger jaces? quando autem è somno excitaberis?* Apud Aquil. Symmach. & Theod. κοιμηθήσῃ..... ἀναστήσῃ.

℣. 10. Sic est in Græco, repetito δὲ, *autem*, post 2. *modicùm*: extremò etiam στῆθος, *pectora*, non *pectus*.

℣. 11. Græcè habetur κακὸς, *malus*, ante *viator*; subinde pro *inopia autem*, ἡ δὲ ἔνδεια; ultimòque, ὡς ὥσπερ κακὸς δρομεὺς ἀπαντήσεται, *sicut malus cursor aufugiet*, pro *longè fugiet à te*; cæt. ad verbum ut sup. Posteriorem sententiam, *Si verò impiger fueris*, &c. mutuati sumus à Vulg. in quam transiit ex edit. LXX. abest enim à textu Hebraïco, nec etiam legitur in Mss. codd. S. Germ. n. 14. & 15. Canon autem Carcasson. illam tantùm exhibet in ora inferiori, teste Martianæo.

℣. 17. In Gr. Ὀφθαλμὸς ὑψηλὸς, γλῶσσα ἄδικος, χεῖρες ἐκχέουσαι αἷμα δίκαιον· Ms. Alex. cum Ald. & Compl. hab. Λίαν: Aquila etiam & Symm. loco ὑψηλὸς, scribunt ὑψικὸς, *sublimis*. Non prætermittendum quoque in utraque editione Lucif. tum Colon. tum Lugdun. ita legi: *lingua, in qua manus sunt effund. sang.* sed aperto mendo, pro *iniqua*, *manus effundentes sang.* Illiteratus nempe editor, qui malè legerat *in qua*, loco *iniqua*, de suo fortè addidit *sunt*, post *manus*, ut planiorem sensum redderet: errata similia nimiùm sæpe occurrunt in Bibliotheca vet. Patrum. Hieron. etiam in Naum 2. to. 3. 1569. c. eandem sententiam ita refert: *Oculi contumelioſi, lingua iniqua:* & l. 3. cont. Rufin. to. 4. p. 2. col. 472. *Oculos contumelioſi, linguam iniqui, manus effundentes sanguinem justi.*

℣. 18. Ita in Græco. Eadem pariter habet Hieron. l. 3. contra Rufin. col. 472.

℣℣. 20. 21. Aptè ad Græcum, scribendo *leges*, num. plurali. Vide sup. c. 1. ℣. 8.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

25. Non concupiſcat pulchritudinem ejus cor tuum, nec capiaris nutibus illius:
26. pretium enim ſcorti vix eſt unius panis: mulier autem viri pretioſam animam capit.
27. Nunquid poteſt homo abſcondere ignem in ſinu ſuo, ut veſtimenta illius non ardeant?
28. aut ambulare ſuper prunas, ut non comburantur plantæ ejus?
29. ſic qui ingreditur ad mulierem proximi ſui, non erit mundus cùm tetigerit eam.

VERSIO ANTIQUA.

25. Non te vincat concupiſcentia formæ, neque capiaris oculis, neque abripiaris palpebris: *Ambr. l. de apol. Dav. p. 711. a.*
26. pretium meretricis tantum eſt unius panis: mulier autem pretioſas animas capit. *Auct. l. de ſing. cleric. ap. Cypr. p. 518. f.*
27. [a] Ligabit quis ignem in ſinu, veſtimenta autem non comburet? *[a] Ambr. l. de apol. Dav. p. 711. a.*
28. vel ambulabit quis ſuper carbones ignis, pedes autem non comburet?
29. ſic qui introierit ad uxorem proximi ſui, non erit immunis, neque omnis qui tangit eam. *Auct. l. de ſing. cleric. p. 517. c.*

VULGATA NOVA.

30. Non grandis eſt culpa, cùm quis furatus fuerit: furatur enim ut eſurientem impleat animam:
31. deprehenſus quoque reddet ſeptuplum, & omnem ſubſtantiam domus ſuæ tradet.

VULGATA NOVA.

32. Qui autem adulter eſt, propter cordis inopiam perdet animam ſuam:
33. turpitudinem & ignominiam congregat ſibi, & opprobrium illius non delebitur:
34. quia zelus & furor viri non parcet in die vindictæ,
35. nec acquieſcet cujuſquam precibus, nec ſuſcipiet pro redemptione dona plurima.

VERSIO ANTIQUA.

32. Mœchus autem per indigentiam ſenſuum perditionem animæ ſuæ acquirit: *Tertul. l. de pudic. p. 1011. a.*
33. dolores & dehoneſtationes ſuſtinet, ignominia autem ejus non abolebitur in ævum:
34. plena enim zeli indignatio viri non parcet in die judicii.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 25. Eadem citat Ambr. l. 1. de Cain, c. 5. col. 191. b. *Non te vincat forma concupiſcentia*; paulòque poſt, *neque capiaris oculis, circumfuſa enim retia ſunt*, &c. & l. 2. de Abr. c. 11. col. 349. d. *neque capiaris oculis, neque abripiaris palpebris*, ut ſupra: huc etiam redeunt quæ dicit l. 1. de pœnit. to. 2. 408. f. *Nolo intendas in formam mulieris fornicariæ*: & inf. 409. d. *Non te vincat forma concupiſcentia, neque capiaris oculis tuis*: item l. de bono mort. c. 6. to. 1. 400. f. *Noli intendere in oculos juvencula*: & infra c. 9. col. 406. c. *ne capiaris oculis tuis*: & l. de apol. Dav. col. 710. f. *Non intendas in mulieris ſpeciem, & non concupiſcas mulierem.* Hieron. in Ezech. 27. to. 3. 883. f. *Non te decipiat pulchritudinis deſiderium, ne capiaris oculis tuis.* Chromat. Aq. in Matth. p. 983. d. *Non te vincat forma deſiderium, neque capiaris oculis tuis, neque rapiaris palpebris tuis.* Græc. textui ſavet, niſi quòd hab. τοῖς ὀφθαλμοῖς, *tuis oculis*; & in fine, ἀπὸ τῶν αὐλῶν ἐλκόμενον, *ab ejus palpebris.*

℣. 26. Ambroſ. de apol. Dav. col. 711. a. & l. de bono mort. c. 9. col. 406. c. *mulier enim virorum pretioſas animas capit*: & l. 1. de Cain, c. 4. to. 1. 189. c. *Illa igitur..... nutantibus oculis, & ludentibus jaculans palpebris retia, quibus pretioſas juvenum animas capit; oculus enim meretricis, laqueus peccatoris*: vide etiam l. 1. de pœnit. c. 14. to. 2. 409. c. d. Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 149. d. *virorum pretioſas animas rapit.* Auguſt. l. 2. de civ. Dei, c. 5. to. 7. 35. d. *mulier autem virorum pretioſas animas captat.* Ita quoque in Gr. eſt, ſicut & ſententia quæ huic prò-piùs antecedit, niſi quòd poſt *pretium*, additur γὰρ, *enim*; & pro *tantum eſt*, habetur ὅσου ἐστὶ, *quantum eſt*: in edit. noviſſ. Baluz. *quantum eſt*; in al. 3. vet. *tantum eſt*, ut ſup.

℣. 27. Ad verbum è Græco: idem verò Ambr. l. 1. de pœnit. to. 2. 410. b. legit: *Qui alligat ignem in ſinu, veſtimenta comburit.* Hieron. ep. ad Euſtoch. to. 4. p. 2. col. 33. b. *Alligabit quis in ſinu ignem, & veſtimenta ejus non comburentur?* & l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 149. d. *Alligabit quis in ſinu ignem, & non comburetur?* Auct. l. de ſing. cleric. apud Cypr. p. 517. c. *Quis alligabit in ſinu ſuo ignem, veſtimenta autem ſua non comburet?*

℣. 28. Sic eſt in Gr. Ita etiam rurſum legit Ambroſ. l. 1. de pœnit. to. 2. 410. b. demptâ conjunct. *vel.* Hieron. ep. ad Euſtoch. to. 4. p. 33. b. *aut ambulabit ſuper carbones ignis, & pedes illius non ardebunt?* & l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 149. d. *aut ambulabit ſuper carbones ignis, & non ardebit?* Auct. verò l. de ſing. cleric. ap. Cypr. p. 517. c. ut ſup. *aut quis ambulabit ſuper carbones ignis, pedes verò non comburet?*

℣. 29. Similiter in Græco, præter hoc, πρὸς γυναῖκα ὕστερον, *ad mulierem nuptam.* Symm. ut ſup. πρὸς γυναῖκα τοῦ πλησίον. Aq. & Theod. εἵλαιρν, *ſodalis.*

℣. 32. Græcè, διὰ ἔνδειαν φρενῶν, *propter inopiam cordis*, ad litt. *inediam præcordiorum*, loco *per indigentiam ſenſuum*; cæt. ad verbum.

℣. 33. Vix meliùs è Græco.

℣. 34. Ita Græcè, addito uno *ejus*, ad vocem *viri.*

CAPUT VII.

VULGATA NOVA.

1. Fili mi, cuſtodi ſermones meos, & præcepta mea reconde tibi. Fili
2. ſerva mandata mea, & vives: & legem meam quaſi pupillam oculi tui:
3. liga eam in digitis tuis, ſcribe illam in tabulis cordis tui.
4. Dic ſapientiæ, ſoror mea es: & prudentiam voca amicam tuam,
5. ut cuſtodiat te à muliere extranea, & ab aliena, quæ verba ſua dulcia facit.

VERSIO ANTIQUA.

1..... Fili. *Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 192. c.*
2. honora Dominum, & valebis: præter eum ne timeas alterum.....
3..... deſcribe hæc in latitudine cordis tui. *Hilar. in Pſ. 118. p. 344. f.*
4..... prudentiam autem notam adſume tibi, *Ambr. l. de virginit. to. 2. 225. c.*
5. ut cuſtodiat te à muliere aliena, & mala.....,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 1. 2. Eadem antecedunt in Mſ. S. Theod. ad Remos, necnon in aliis tribus Sangerm. n. 4. 14. & 15. In primo quidem & ult. ad margin. cod. ſed eadem manu; in aliis duobus, intra textum: abſunt verò iſta à textu Hebraïco, & Vulg. præter vocem *Fili.* In Mſs. ſuprad. ita ſequitur: *præter eum verò ne timueris alium*; ſic etiam in Gr. Mſs. duo habent *alienum.* Apud Hieron. l. 3. in epiſt. ad Epheſ. to. 4. 397. a. *Fili honora Dominum, & confortaberis: præter illum autem ne timeas alium.*

℣. 3. Ambroſ. in Pſ. 43. col. 926. b. *in latitudine cordis tui deſcribe eam.* Gr. ἐνίγραψον δὲ ἐπὶ τὸ πλάτος τῆς καρδίας σου.

℣. 4. Idem Ambroſ. de apol. Dav. col. 711. c. legit: *prudentiam diſcipulam adquire tibi.* Gr. τὴν δὲ φρόνησιν γνώριμον περιποίησαι σεαυτῷ.

℣. 5. Sic eſt in Gr. Idem Ambroſ. l. de apol. Dav. c. 3. col. 711. c. *ut te cuſtodiat ab uxore aliena, & fornicaria*; tum addit: *ne te laqueis labiorum ſuorum teneat obligatum*;

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. ubi sup. 6. Per feneſtram enim de domo ſua in plateas proſpicit.

7..... 13. *Vide Not.*

VULGATA NOVA.

6. De feneſtra enim domus meæ per cancellos proſpexi,

7. & video parvulos, conſidero vecordem juvenem,

VULGATA NOVA.

8. qui tranſit per plateam juxta angulum, & prope viam domus illius, graditur

9. in obſcuro, adveſperaſcente die, in noctis tenebris, & caligine.

10. Et ecce occurrit illi mulier ornatu meretricio, præparata ad capiendas animas: garrula & vaga,

11. quietis impatiens, nec valens in domo conſiſtere pedibus ſuis,

12. nunc foris, nunc in plateis, nunc juxta angulos inſidians.

13. Apprehenſumque deoſculatur juvenem, & procaci vultu blanditur, dicens:

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. l. 1. de Cain & Ab. c. 4. p. 189. d. 14. Sacrificium pacis eſt mihi, hodie reddo vota mea:

15. hac ex cauſa progreſſa ſum obviam tibi, deſiderans faciem tuam, inveni te.

16. Inſtitis texui lectum meum, & tapetis ab Ægypto ſtravi:

17. aſperſi lectum meum croco, domum autem meam cinnamomo.

18. Veni, fruamur amicitiâ uſque in diluculum; veni, & colluctemur cupidine:

Ibid. c. & 190. a. 19. non enim adeſt vir meus in domo, abiit autem viam longiſſimam,

20. involucro pecuniæ accepto in manu.....

21. Seducens eum multo blandimento ſermonum, & laqueis labiorum ſuorum alligans, domum aduſque adtraxit.

22. At ille ſecutus eam, circumvenitur.....

Ibid. f. & 191. a. 23. velut cervus ſagittatus in jecore hæret ſaucius.....

24. Nunc igitur fili, audi me, intende verbis oris mei.

25. Non declinet in vias ejus cor tuum:

26. multos enim vulnerando dejecit, & ſunt innumerabiles quos trucidavit.

27. Viæ inferorum domus ejus, deducentes in ſeceſſum mortis.

VULGATA NOVA.

14. Victimas pro ſalute vovi, hodie reddidi vota mea:

15. idcirco egreſſa ſum in occurſum tuum, deſiderans te videre, & reperi.

16. Intexui funibus lectulum meum, ſtravi tapetibus pictis ex Ægypto:

17. aſperſi cubile meum myrrhâ, & aloe, & cinnamomo.

18. Veni, inebriemur uberibus, & fruamur cupitis amplexibus, donec illuceſcat dies:

19. non eſt enim vir in domo ſua, abiit viâ longiſſimâ:

20. ſaculum pecuniæ ſecum tulit: in die plenæ lunæ reverſurus eſt in domum ſuam.

21. Irretivit eum multis ſermonibus, & blanditiis labiorum protraxit illum.

22. Statim eam ſequitur quaſi bos ductus ad victimam, & quaſi agnus laſciviens, & ignorans quòd ad vincula ſtultus trahatur,

23. donec transfigat ſagitta jecur ejus: velut ſi avis feſtinet ad laqueum, & neſcit quòd de periculo animæ illius agitur.

24. Nunc ergo fili mi, audi me, & attende verbis oris mei.

25. Ne abſtrahatur in vlis illius mens tua: neque decipiaris ſemitis ejus:

26. multos enim vulneratos dejecit, & fortiſſimi quique interfecti ſunt ab ea.

27. Viæ inferi domus ejus, penetrantes in interiora mortis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

quæ ſubſeqq. Græcis reſpondent, ἐὰν σε λόγοις, τοῖς πρὸς χάριν, ἐμβάλῃται, *ſi te ſermonibus, qui ad gratiam, adorta fuerit.*

℣. 6. Græcè ſimiliter: ἀπὸ γὰρ θυρίδος ἐκ τῆς οἴκου αὐλῆς εἰς τὰς πλατείας παρακύπτουσα. Eò etiam ſpectat quod Ambroſ. addit loco ſup. cit. de apol. Dav. col. 711. c. *à feneſtra caveas hujus ingreſſus; à feneſtra enim domus ſua intrat.*

℣℣. 7..... 13. Hæc pariter reſpiciens Ambroſ. l. 1. de Cain, c. 4. col. 189. c. dicit: *Quemcunque viderit dubio ſenſu prætereuntem in angulo tranſitûs domus ſuæ, ſermonibus adoritur gratioſis, facions juvenum volare corda, domi inquieta, in plateis vaga, oſculis prodiga, pudore vilis, amictu dives, genas picta..... talibus verborum machinis mutuum mentis aggreditur humanæ:* item de apolog. Dav. c. 3. col. 711. c. *Cave ergo*, inquit, *hujuſcemodi mulierem, quæ pedibus non quieſcit, foris errat, inſidiatur per angulos, oculis ligat, verbis illicit*, &c. vide etiam l. 1. de pœnit. c. 14. to. 2. 409. c. d. His autem omnibus ſatis reſpondent Græca: Ὃν ἂν ἴδῃ τῶν ἀφρόνων τέκνων νεανίαν, ἐνδεᾶ φρενῶν, παραπορευόμενον παρὰ γωνίαν ἐν διόδοις οἴκων αὐτῆς, ᾗ λαλοῦντα..... ᾗ ποιεῖ νέον ἐξίστασθαι καρδίας· ἀνεστραμμένη δέ ἐστι, καὶ ἄσωλος, ἐν οἴκῳ δὲ οὐκ ἠσυχάζουσι οἱ πόδες αὐτῆς· χρόνον γάρ τινα ἔξω ῥίμβεται, χρόνον δὲ ἐν πλατείαις παρὰ πᾶσαν γωνίαν ἐνεδρεύει. Εἶτα ἑαυτὴν καλομένη, ἐφίλησεν αὐτὸν, ἀναιδεῖ δὲ προσώπῳ περιεῖπεν αὐτῷ. i. e. *Quemcunque viderit inſipientium filiorum adoleſcentem, inopem cordis, prætereuntem juxta angulum in tranſitibus domorum ſuarum, & loquentem..... quæ facit juvenum volare corda: vaga autem eſt, & luxurioſa, & in domo non quieſcunt pedes ejus: interdum enim foras circumvertitur; interdum verò in plateis apud omnem angulum inſidiatur. Deinde apprehendens, oſculata eſt eum, & impudenti facie alloquitur eum.*

℣. 14. Concinit Græcum, niſi quòd hab. εἰρηνικὴ, *pacificum*, loco *pacis*.

℣. 15. Ita Græcè. Plures quidem Mſs. Ambroſ. habent in fine, *invenire*, cum editt. at Mſs. 2. Vatic. & Laud. ferunt *inveni te*, è Gr. εὕρηκά σε.

℣. 16. Eadem memorat idem Ambroſius, l. de apolog. Dav. col. 711. c. *Inſtitis*, inquit, *lectum intexit ſuum, & tapetis ab Ægypto ſtratis.* Gr. textui conſonat.

℣. 17. Sic eſt in Græco.

℣. 18. Concordat Gr. additâ conjunct. &, poſt 1. *veni*. Duo tamen Mſs. Ambr. Vat. & Laud. habent *collatemur*, non *colluctemur*; Gr. ἐγκυκλῶμεν ἔρωτι.

℣. 19. Græc. habet μακρὰν, *longam*, non *longiſſimam*; cæt. ad verbum. Eadem pariter citat Ambr. de apol. Dav. c. 3. col. 711. c.

℣. 20. In Græco, ἐνδεσμῳ ἀργυρίου πλεῖον ἐν χερὶ αὐτῆ, &c.

℣. 21. Græc. Ἀπεπλάνησε δὲ αὐτὸν πολλῇ ὁμιλίᾳ, βρόχοις τε, τοῖς ἀπὸ χειλέων, ἐξώκειλεν αὐτόν. i. e. *Seduxit autem eum multa collocutione, & laqueis, qui ex labiis, attraxit eum.* Vide rurſum Ambroſ. l. de pœnit. c. 14. col. 409. c.

℣. 22. Non verbum è verbo id referre videtur Ambroſ. ita nimirum in Gr. eſt: Ὃ δὲ ἐπηκολούθησεν αὐτῇ, κεκρυφθεὶς· *Ipſe autem obſequutus eſt ei, infatuatus.*

℣. 23. Græcum, ᾗ ὡς ἔλαφος τοξεύματι πεπληγὼς εἰς τὸ ἧπαρ.

℣. 24. Ita Græcè, poſito uno &, ante verbum *intende*.

℣℣. 25. 26. Concordant iſta cum Græco.

℣. 27. In Græco, Ὁδοὶ ᾅδου..... εἰς τὰ ταμεῖα τῦ θανάτου.

Digitized by Google

CAPUT VIII.

VULGATA NOVA.

1. NUnquid non ſapientia clamitat, & prudentia dat vocem ſuam?
2. In ſummis excelſiſque verticibus ſupra viam, in mediis ſemitis ſtans,
3. juxta portas civitatis in ipſis foribus loquitur, dicens:

VULGATA NOVA. VERSIO ANTIQUA.

4. O viri, ad vos clamito, & vox mea ad filios hominum. — 4. Vos, ô homines, obſecro, & emitto vocem meam filiis hominum. *Hilar. l. 12. de Trin. p. 1135. b.*

5. Intelligite parvuli aſtutiam, & inſipientes animad vertite. — 5. Intelligite ſimplices aſtutiam, indocti autem cor apponite.

6. Audite, quoniam de rebus magnis locutura ſum: & aperientur labia mea, ut recta prædicent.

7. Veritatem meditabitur guttur meum, & labia mea deteſtabuntur impium. — 7. Quoniam veritatem meditabuntur fauces meæ, abominata verò ante me labia mendacia. *Fulg. ep. 12. p. 218. b.*

VULGATA NOVA.

8. Juſti ſunt omnes ſermones mei, non eſt in eis pravum quid, neque perverſum:
9. recti ſunt intelligentibus, & æqui invenientibus ſcientiam.

VULGATA NOVA. VERSIO ANTIQUA.

10. Accipite diſciplinam meam, & non pecuniam: doctrinam magis, quàm aurum eligite. — 10. Tu autem accipe potiùs diſciplinam, quàm pecuniam; & ſcientiam, ſuper aurum probatum. *Ambr. l. 1. de Cain, c. 5. to. 1. 191. c.*

11. Melior eſt enim ſapientia cunctis pretioſiſſimis: & omne deſiderabile ei non poteſt comparari. — 11. Melior eſt enim lapidibus pretioſis.....

12. Ego ſapientia habito in conſilio, & eruditis interſum cogitationibus.

13. Timor Domini odit malum: arrogantiam, & ſuperbiam, & viam pravam, & os bilingue deteſtor. — 13. Timor Domini odit malitiam..... *Caſſian. collat. 11. c. 6. p. 559.*

14. Meum eſt conſilium, & æquitas, mea eſt prudentia, mea eſt fortitudo. — 14. Meum conſilium, & mea tutela; ego prudentia, mea autem virtus. *Auct. l. de voc. Gent. c. 24. p. 15. d.*

15. Per me reges regnant, & legum conditores juſta decernunt: — 15. [a] Per me reges regnant, & potentes ſcribunt juſtitiam: [a] *Hilar. l. 12. de Trin. p. 1135. b.*

16. Per me principes imperant, & potentes decernunt juſtitiam. — 16. Per me principes magnificantur, & tyranni per me tenent terram.

VULGATA NOVA.

17. Ego diligentes me diligo: & qui manè vigilant ad me, invenient me.
18. Mecum ſunt divitiæ, & gloria, opes ſuperbæ, & juſtitia.
19. Melior eſt enim fructus meus auro, & lapide pretioſo, & genimina mea argento electo.

VULGATA NOVA. VERSIO ANTIQUA.

20. In viis juſtitiæ ambulo, in medio ſemitarum judicii, — 20. In viis æquitatis ambulo, & inter medias ſemitas juſtitiæ converſor, *Hilar. ubi ſup. c.*

21. ut ditem diligentes me, & theſauros eorum repleam. — 21. ut dividam diligentibus me ſubſtantiam, & theſauros eorum impleam bonis. Si enuncia- vero vobis quæ quotidie fiunt, memorabor ea quæ à ſæculo ſunt enumerare. *Ibid. b.*

22. Dominus poſſedit me in initio viarum ſuarum, antequam quidquam faceret à principio. — 22. Dominus condidit me in initio viarum ſuarum in opera ſua: *Cypr. l. 2. Teſtim. p. 284. b.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. 5..... 7. Similiter in Græco.

℣. 10. Græc. Λάβετε παιδείαν, ἢ μὴ ἀργύριον· ἢ γνῶσιν ὑπὲρ χρυσίον λελογισμένον.

℣℣. 11..... 13. Sic eſt in Græco.

℣. 14. Græcè non habetur *mea*, ante *tutela*; ſed reponitur ante *prudentia*, loco *ego*; cæt. ad verbum ut ſup. Ferrand. Diac. ad Regin. p. 158. ſimiliter leg. *Meum eſt conſilium, & mea tutela.*

℣. 15. Ad verbum è Græco. Sic etiam legit Iren. l. 3. c. 23. p. 321. c. excepto uno *tenent*, pro *ſcribunt*; at in Gr. γράφουσι. Auct. op. imp. in Matth. hom. 5. p. 48. d. *Per me reges regnant, & per me tyranni ſcribunt juſtitiam.* Vide verſum ſeq.

℣. 16. Optimè è Græco, niſi excipias vocem *principes*, pro qua μεγιστᾶνες, *magnates*; ap. Aquil. & Symm. ἄρχοντες. Iren. l. 3. c. 23. p. 321. c. legit: *Per me principes exaltabuntur, & tyranni per me regnant terram.* Auguſt. verò de nat. bo. to. 8. 509. d. *Per me reges regnant, & tyranni per me tenent terram.* Succinit Auct. l. 1. de voc. gent. c. 24. p. 15. d. niſi quòd ſcribit *obtinent terram.*

℣. 20. Ita in Græco, niſi excipias voces duas, δικαιοσύνης, loco *æquitatis*, & δικαιώματος, loco *juſtitia*: in Schol. δικαιώματος, loco primæ vocis; & in Mſ. Alex. δικαιοσύνης, loco ſecundæ. Fulg. ep. 14. p. 266. ita legit: *In itineribus juſtitiæ incedo, & inter medias ſemitas æquitatis converſor.*

℣. 21. Vix meliùs è Græco. Fulg. ep. 14. p. 266. ſimiliter hab. *ut dividam*, &c. uſque ad vocem *bonis* incluſ. & reſponſ. cont. Arian. p. 54. addit: *Si nunciavero vobis quæ quotidie fiunt, commemorabo quæ à ſæculo ſunt enunciare:* itidem l. cont. ſerm. Faſtid. c. 8. p. 348. ſed abſque ult. *enunciare.* Ambroſ. l. 3. de fide, to. 2. 508. d. ait: *Dicturus*, Dominus creavit me, *præmiſit:* Commemorabo quæ à ſæculo ſunt.

℣. 22. Ita Lactant. l. 4. Inſtitut. c. 5. p. 573. Irenæus verò l. 4. c. 20. p. 253. d. *Dominus creavit me principium viarum ſuarum in opera ſua;* quibus Græcum favet. Tertul. contra Hermog. p. 416. a. *Dominus condidit me initium viarum ſuarum in opera ſua:* ſimiliter cont. Prax. p. 846. a. b. 848. b. item ibid. *Dominus creavit me initium viarum in opera ſua.* Hilarius l. 1. 4. & 12. de Trin. col. 784. f. 785. a. 832. e. 1130. a. b. c. 1136. a. *Dominus creavit me in initium viarum ſuarum in opera ſua.* Ambr. l. 2. de inter p.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Cypr. ubi ſup. 23. ante ſæculum fundavit me: in principio, antequam terram faceret,	23. Ab æterno ordinata ſum, & ex antiquis antequam terra fieret.
24. & antequam abyſſos conſtitueret, priuſquam procederent fontes aquarum,	24. Nondum erant abyſſi, & ego jam concepta eram: necdum fontes aquarum eruperant:
25. antequam montes collocarentur; ante omnes colles genuit me Dominus.	25. necdum montes gravi mole conſtiterant: ante colles ego parturiebar:
26. Fecit regiones, & inhabitabilia, & fines inhabitabiles ſub cœlo.	26. adhuc terram non fecerat, & flumina, & cardines orbis terræ.
27. Cùm pararet cœlum, aderam illi; & cùm ſecerneret ſuam ſedem:	27. Quando præparabat cœlos, aderam: quando certa lege, & gyro vallabat abyſſos:
28. cùm ſuper ventos validas faceret deſuper nubes, & cùm confirmatos ponebat fontes ſub cœlo:	28. quando æthera firmabat ſurſum, & librabat fontes aquarum:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Dav. c. 7. & l. 3. col. 647. e. 655. d. & in Pſ. 43. col. 887. f. *Dominus creavit me principium viarum ſuarum in opera ſua:* vide etiam in Pſ. 118. col. 1025. d. necnon l. 1. & 3. de fide, to. 2. 463. c. 505. e. 643. f. Hieron. in Iſai. 26. to. 3. 221. c. *Deus poſſedit me initium viarum ſuarum;* tum addit: *licet quædam exemplaria malè pro poſſeſſione, habeant creaturam:* veruntamen in Mich. 4. col. 1527. a. legit: *Dominus creavit me in principio viarum ſuarum in opera ſua;* ſubdit autem, *ſive ut in Hebræo ſcribitur, Dominus poſſedit me:* item l. 1. in ep. ad Epheſ. to. 4. 342. e. f. *Licet*, inquit, *in Hebræis codicibus non habeatur, Dominus creavit me initium viarum ſuarum, ſed, Dominus poſſedit me:* infra tamen l. 2. col. 372. b. hab. *Dominus creavit me initium viarum ſuarum:* & epiſt. ad Cypr. to. 2. p. 697. a. *Dominus creavit me initio viarum ſuarum in opera ſua:* rurſumque ait: *Nullum debet verbum creationis movere, cùm in Hebræo non ſit creatio, ſed poſſeſſio.* Auguſt. l. 1. de doctr. Chr. to. 3. 17. a. *Dominus creavit me in principio viarum ſuarum.* Fulgent. contra Arian. p. 54. a. *Dominus creavit me initium viarum ſuarum in opera ſua:* & l. contra ſerm. Faſtid. c. 8. p. 348. *Dominus creavit me initio viarum ſuarum in opere ſuo.* Fauſtin. Presb. cont. Arian. to. 5. p. 637. g. 649. c. *Dominus creavit me initio viarum ſuarum in opera ſua.* Itidem Arnob. jun. de Trin. to. 8. p. 210. b. 211. f. detracta ult. voce *ſua;* at inf. 211. g. addit *in opera ſua:* hab. etiam ibid. *initium*, pro *initio*. Facund. Hermian. l. 11. Sirm. to. 2. p. 757. d. *Dominus creavit me principium viarum ſuarum in opera ejus.* Ap. Marten. Anecdot. to. 5. p. 6. e. 7. a. *Dominus condidit me in initio viarum ſuarum in principio in opera ſua.* Item ap. Phœbad. Agin. cont. Arian. p. 303. e. *Dom. condidit me.*

℣. 23. Ad verbum è Græco. Concinunt Lact. l. 4. Inſtitut. c. 6. p. 573. & Hieron. ep. ad Cypr. to. 2. 697. a. niſi quòd ſcribunt *ante ſæcula.* Iren. l. 4. c. 20. p. 253. d. *ante ſæcula* (al. *ſæculum*) *fundavit me: in initio, antequam terram faceret.* Tertul. cont. Hermog. p. 416. b. *ante ſæcula fundavit me: priuſquam faceret terram:* item l. contra Prax. p. 846. a. cum Hilar. l. 12. de Trin. col. 1130. d. *priuſquam terram faceret.* Ambroſ. l. 3. de fide, to. 2. 508. a. d. *in principio, antequam terram faceret.* Arnob. jun. de Trin. p. 210. b. *ante ſæcula creavit me:* at inf. 211. g. *ante ſæculum fundavit me: priuſquam terram faceret.* Fulg. l. cont. Arian. p. 54. a. & l. cont. ſer. Faſtid. c. 8. p. 348. & l. de fide ad Petr. p. 24. *ante ſæcula fundavit me:* & l. contra Arian. p. 55. b. necnon fragm. 24. contra Fab. addit, *priuſquam terram faceret.* Phœbad. Agin. l. cont. Arianos, p. 303. e. & *ante ſæculum fundavit me.* Vigil. Tapſ. l. 1. contra Arium, Sabell. &c. p. 131. b. *ante ſæcula fundavit me.* Anecdot. to. 5. Marten. p. 6. e. *antequam terram faceret.*

℣. 24. Concordat textus Lat. cum Gr. Iren. quoque l. 4. c. 20. p. 253. d. legit: *priuſquam abyſſos conſtitueret,* & *priuſquam procederent fontes aquarum.* Itidem Fulg. l. contra Arian. p. 55. b. & fragm. 24. cont. Fab. p. 608. Tertul. verò cont. Hermog. p. 416. b. 420. a. *prior autem abyſſo genita ſum.* Sic etiam Phœbad. Agin. l. cont. Arian. p. 303. e. Lact. verò l. 4. Inſtit. c. 6. p. 573. & *antequam abyſſos conſtitueret, priuſquam prodirent fontes aquarum.* Ambroſ. l. 3. de fide, to. 2. 508. a. *antequam abyſſos faceret,* & *antequam produceret fontes aquarum.* Hieron. epiſt. ad Cypr. to. 2. 697. a. *antequam terram faceret* & *abyſſos, priuſquam procederent fontes aquarum.* Arnob. jun. de Trin. to. 8. p. 211. g. *priuſquam poneret abyſſos, priuſquam produceret fontes aquarum.* In Græco, ἐν πρὸ τοῦ τὰς ἀβύσσους ποιῆσαι, &c. ut in textu.

℣. 25. Iren. l. 4. c. 20. p. 253. d. *antequam montes confirmarentur; ante omnes autem colles genuit me.* Tertul. contra Hermog. p. 416. b. *priuſquam montes collocarentur; ante omnes autem colles generavit me:* ſimiliter l. contra Prax. p. 846. a. b. & 848. b. Lactant. l. 4. Inſtitut. c. 6. p. 573. ſimpliciter hab. *ante omnes colles genuit me Dominus*, omiſſis illis quæ antecedunt. Hilarius verò l. 12. de Trin. col. 1130. d. ita legit: *priuſquam montes ſtabiliret; ante omnes colles genuit me.* Itidem Arnob. jun. de Trin. p. 211. g. at inf. 230. b. *ante omnes colles generavit me.* Ambroſ. l. 3. de fide, col. 508. a. *ante omnes colles genuit me.* Hieron. ep. ad Cyprian. to. 2. 697. a. *priuſquam montes firmarentur; ante omnes colles generavit me:* & in Iſai. 26. to. 3. 221. c. *ante omnes autem colles generavit me.* Fulg. contra Arian. p. 55. b. *priuſquam montes ſtabilirentur; ante omnes autem colles genuit me:* & ſup. 54. a. necnon l. de fide ad Petr. p. 524. & *ante omnes colles genuit me:* ſed frag. 24. cont. Fab. p. 608. *ante omnes autem colles*, ut ſup. Concinunt Fauſtin. Presb. cont. Arian. p. 645. d. 649. c. d. Vigil. Tapſ. l. 1. cont. Arium, Sabel. &c. p. 131. b. & Anon. ap. Marten. Anecdot. to. 5. p. 6. e. In Gr. πρὸ τοῦ ὄρη ἑδρασθῆναι πρὸ δὲ πάντων βυνῶν γεννᾷ με· vox autem Κύριος jungitur cum ℣. ſeq.

℣. 26. Lact. l. 4. Inſtitut. c. 6. p. 573. *Fecit regiones,* & *terras inhabitabiles ſub cœlo.* Hilar. l. 12. de Trin. col. 1131. b. *Deus fecit regiones,* & *inhabitabilia,* & *cacumina, quæ habitantur ſub cœlo.* Grec. Κύριος ἐκτίσε χώρας, καὶ ἀοικήτους, καὶ ἄκρα οἰκούμενα τῆς ὑπ' οὐρανόν.

℣. 27. Concinit Lact. l. 4. Inſtitut. c. 6. p. 573. Iren. verò l. 4. c. 20. p. 253. d. ita legit: *Cùm pararet cœlum, eram cum illo;* deinde pergit ad *fontes*, omiſſis intermediis. Tertul. l. contra Prax. p. 846. a. *Cùm pararet cœlum, aderam illi ſimul:* & inf. 852. c. *Cùm pararet cœlos, ego aderam illi ſimul:* at l. cont. Hermog. p. 415. c. *Cùm pararet cœlum, aderam illi*, ut ſup. ſequentia autem verba conſtanter ſilet, quamvis alia proximè ſubjungat. Hilar. l. 12. de Trin. p. 1131. b. *Cùm pararet cœlum, eram cum illo;* & *cùm ſegregabat ſuam ſedem:* Mſ. tamen 1. Martin. textui favet: at in Pſ. 91. col. 239. d. legit Hilar. *Cùm pararet cœlum, aderam illic.* Ambroſ. l. 1. Hex. col. 6. e. *Cùm pararet cœlum, cum illo eram:* & in Pſ. 118. col. 1089. d. *Cùm pararet cœlos*, &c. & inf. 1230. f. *Cùm faceret cœlos, cum illo eram:* & l. 5. de fide, to. 2. 556. b. *Quando parabat cœlum, cum ipſo aderam:* & l. de fide Reſurr. col. 1157. b. *Cùm pararet cœlum, cum ipſo eram.* Phœbad. Agin. contra Arian. p. 304. f. *Cùm pararet cœlum, ego aderam illi.* Fulg. l. 2. ad Traſim. c. 4. p. 91. c. *Cùm pararet cœlum, aderam illi;* & *cùm ſegregabat ſedem ſuam ſuper ventos.* Arnob. jun. de Trinit. p. 211. g. *Cùm parabat cœlum, ſimul cum illo eram;* & *cùm ſegregabat ſedem ſuam.* Vigil. Tapſ. l. 1. contra Arium, Sabell. &c. p. 131. b. *Cùm pararet cœlos, aderam illi:* ſimiliter l. contra Varim. p. 730. h. niſi quòd legit *cœlum:* tum ſubdit: & *cùm ſegregaret ſuam ſedem.* Anonym. ap. Marten. Anecd. to. 5. p. 6. e. *Cùm pararet cœlos, aderam cum illo;* & *cùm ſecerneret ſedem ſuam.* In Gr. Ἡνίκα ἡτοίμαζε τὸν οὐρανὸν, συμπαρήμην αὐτῷ· καὶ ὅτε ἀφώριζε τὸν ἑαυτοῦ θρόνον ἐπ' ἀνέμων.

℣. 28. Iren. l. 4. c. 20. p. 253. d. verbis his ℣. præced. *eram cum illo*, proximè ſubjungit iſta: & *cùm firmos faceret fontes abyſſi*, omiſſis intermediis. Tertul. verò l. contra Hermog. p. 415. c. ita legit: & *cùm fortia faciebat ſuper ventos quæ ſurſum nubila,* & *cùm firmos ponebat fontes ejus quæ ſub cœlo eſt:* eadem repetit l. contra Prax. p. 846. a. niſi quòd ponit *totos*, pro *firmos*, deletque *eſt* in fine: at l. contra Hermog. p. 402. a. rurſus habet: & *cùm firmos ponebat fontes quæ ſub cœlo eſt.* Lactant. l. 4. Inſtitut. c. 6. p. 573. *cùm ſuper ventos faceret validas nubes,* & *cùm confirmatos poneret montes ſub cœlo.* Hilar. l. 12. de Trin. col. 1131. b. *quando ſuper ventos validas faciebat in ſummo nubes,* & *cùm certos ponebat fontes ſub cœlo;* Mſs. ibid. *montes ſub cœlo:* at ſup. l. 4. col. 840. a. *fontes.* Ambroſ. l. de Spir. S. to. 2. 682. d. *cùm faceret fontes aquarum.* Fulg. l. 2. ad Traſim. c. 4. p. 91. c. *quando fortes faciebat ſurſum nubes,* & *cùm ſtabiles ponebat fontes ſub cœlo.* Arnob. jun. de Trin. p. 211. h. & Vigil. Tapſ. l. con-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

29. quando circumdabat mari terminum ſuum, & legem ponebat aquis, ne tranſirent fines ſuos: quando appendebat fundamenta terræ.

30. Cum eo eram cuncta componens: & delectabar per ſingulos dies, ludens coram eo omni tempore;

31. ludens in orbe terrarum: & deliciæ meæ, eſſe cum filiis hominum.

VERSIO ANTIQUA.

29. quando fortia faciebat fundamenta terræ. *Cypr. l. 2. Teſtim. p. 284. b.*

30. Eram penes illum diſponens: ego eram cui adgaudebat; quotidie autem jucundabar ante faciem ejus in omni tempore,

31. cùm lætaretur orbe perfecto, [a] & jocundabatur in filiis hominum. [a] *Iren. l. 4. c. 20. p. 253. d.*

VULGATA NOVA.

32. Nunc ergo filii audite me: Beati, qui cuſtodiunt vias meas.

33. Audite diſciplinam, & eſtote ſapientes, & nolite abjicere eam.

VULGATA NOVA.

34. Beatus homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obſervat ad poſtes oſtii mei.

35. Qui me invenerit, inveniet vitam, & hauriet ſalutem à Domino:

36. qui autem in me peccaverit, lædet animam ſuam. Omnes, qui me oderunt, diligunt mortem.

VERSIO ANTIQUA.

34. Beatus vir qui audierit me, & homo qui vias meas cuſtodierit, advigilans meis oſtiis quotidie, cuſtodiens poſtes mei introitûs. *Ambr. l. de apol. Dav. p. 724. f.*

35. Exitus mei, exitus ſunt vitæ: [a] præparatur voluntas à Domino. [a] *Aug. ep. 217. to. 2. 800. g. 807. b.*

36. Qui autem in me peccant, impiè faciunt in animas ſuas: & qui me oderunt, diligunt mortem. *Fulg. l. 2. ad Monim. p. 28.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

tra Varim. p. 730. d. *quando ſuper ventos ſortes faciebat in ſummo nubes, & cùm certos ponebat fontes ſub cælo.* Græc. ὃ ὡς ἰσχυρὰ ἐποίει τὰ ἄνω νέφη, καὶ ὡς ἀσφαλεῖς ἔθετο πηγὰς τῆς ὑπὸ οὐρανόν.

℣. 29. Accinunt magno conſenſu Iren. l. 4. c. 20. p. 253. d. Lact. l. 4. Inſtitut. c. 6. p. 573. Hilar. l. 4. & 12. de Trin. col. 840. b. 1131. b. Ambroſ. l. 1. Hex. col. 6. f. Fulg. l. 2. ad Traſim. c. 4. p. 91. c. Arnob. jun. de Trin. p. 211. g. Vigil. Tapſ. l. contra Varimad. p. 730. d. & l. 2. cont. Ari. & Sabell. & Anonym. ap. Marten. Anecdot. to. 5. p. 6. e. quibus omnibus ſuffragatur Græc. niſi quòd initio ipſo ponit καὶ, quod etiam nonnulli præmittunt PP. Latini. Verùm Tertul. hunc verſiculum conſtanter omittit, licet antecedentia cum ſubſequentibus duobus in locis referat; ut ſupra videre eſt, & infra: lib. tamen de Bapt. c. 3. p. 388. b. habet: *& ut terram aridam ſuſpenderet.*

℣. 30. Ad verbum è Græco. Ita quoque legit Lact. l. 4. Inſtitut. c. 6. p. 573. detracto tamen hoc ult. *in omni tempore.* Iren. l. 4. c. 20. p. 253. d. ſic habet: *Eram apud eum aptans: ego eram cui adgaudebat; quotidie autem lætabar ante faciem ejus in omni tempore.* Tertul. verò l. contra Hermog. p. 402. a. *Ego eram modulans cum ipſo:* & inf. 415. c. *Ego eram compingens cum ipſo: ego eram ad quam gaudebat; quotidie autem oblectabar in perſona ejus:* ita rurſum l. contra Prax. p. 846. a. b. excepris his, *cum illo compingens... in perſona ipſius.* Hilarius in Pſ. 135. col. 487. e. *Ego eram apud eum diſponens:* ſic etiam in Pſ. 91. col. 239. d. ſed addit, *mihi adgaudebat:* & in Pſ. 148. col. 587. d. *Ego eram apud illum componens: mihi adgaudebat:* & l. 4. de Trinit. col. 840. b. *Eram apud illum componens: ego eram ad quam gaudebat; quotidie autem lætabar in conſpectu ejus in omni tempore.* Ambroſ. l. 1. Hexa. p. 6. f. *Eram penes illum cuncta componens;* Mſs. 6. *penes illum diſponens:* & in Pſ. 118. col. 1230. f. addit: *ego eram cui adplaudebat:* ſimiliter l. 1. offic. to. 2. 60. b. at l. de fide Reſurr. col. 1157. b. legit: *Et eram cum eo componens: ego eram cui adgaudebat;* Mſs. plures, *cui adplaudebat.* Phœbad. Agin. l. cont. Arian. p. 304. f. *Ego eram cum illo;* & *mihi adgaudebat.* Fulgent. l. 3. ad Monim. c. 6. *Eram apud illum componens:* & l. 2. ad Traſim. c. 4. p. 91. c. *Eram apud eum diſponens.* Arnob. jun. de Trinit. p. 211. g. *Cum ipſo eram cuncta componens; ad quam gaudebat* (f. *adgaudebat*) *in faciem meam:* vide etiam inf. p. 230. b. Vigil. Tapſ. l. contra Ari. & Sabel. *Ego eram penes illum:* & l. cont. Varimad. p. 730. d. *Ego eram cum illo cuncta componens:* & *ego eram cui adgaudebat.* Anonym. ap. Marten. Anecdot. to. 5. p. 7. a. *Eram ſimul cum illo diſponens: ego eram cui adgaudebat; quotidie autem lætabar in faciem ejus.*

℣. 31. Concordat Græcum: nec diſſentit Iren. loco cit. qui etiam habet cum Cypr. *cùm lætaretur orbe perfecto.* Accinunt Lact. l. 4. Inſtit. c. 6. p. 573. Ambroſ. l. 1. offic. to. 2. 60. b. Arnob. jun. de Trin. p. 211. g. & Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 730. d. Tertul. verò l. contra Hermogen. p. 415. c. legit: *quando oblectabatur, cùm perfeciſſet orbem,* & *inobleſtabatur in filiis hominum.* Hilar. in Pſ. 91. & 148. col. 239. d. 587. d. *cùm lætaretur orbe perfecto,* ut ſup. itidem l. 4. de Trin. p. 840. b. ſubditque, & *lætaretur in filiis hominum:* item inf. *quando lætabatur orbe perfecto,* & *lætabatur in filiis hominum:* & in Pſ. 55. col. 116. c. alludens dicit: *ſuper filios hominum adgaudebat pater.* Anonymus ap. Marten. Anecdot. to. 5. p. 7. a. *cùm lætaretur orbi perfecto.*

℣. 34. Conſonat Græc. niſi quòd hab. εἰσακούσεταί μου, & φυλάξει; ultimòque, πυρῶν σεμιδάλεως ἐμῶν εἰσόδων, *ſervans limina meorum introituum;* Theodot. φλιὰς θυρῶν μου.

℣. 35. Græc. addit γὰρ, *enim*, ad 1. *exitus*, præponitque καὶ verbo *præparatur.* Fulgent. etiam de Incarn. ad Petr. p. 305. & l. 1. de verit. præd. cum Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 24. & l. 2. c. 10. p. 15. e. 23. f. hanc ſententiam memorat, *præparatur voluntas à Domino.* Citatur pariter à Zozimo PP. cujus teſtimonium refert Cæleſtinus epiſt. 21. to. 1. col. 1191. c. citatur quoque ab Auguſtino non ſemel, epiſt. 107. & alibi paſſim. Item in Conc. 2. Arauſ. cap. 4. Conc. to. 4. col. 1667. c. Item à Bonif. II. epiſt. 2. ibid. col. 1689. c.

℣. 36. Ita rurſum legit Fulg. l. de Incarn. p. 425. nec aliter exſtat Græcè.

CAPUT IX.

VULGATA NOVA.

1. SApientia ædificavit ſibi domum, excidit columnas ſeptem.

2. Immolavit victimas ſuas, miſcuit vinum,

VERSIO ANTIQUA.

1. SApientia ædificavit ſibi domum, & ſubdidit columnas ſeptem. *Cypr. l. 2. Teſtim. p. 285. a.* & *ep. 63. p. 105. c.*

2. Mactavit ſuas hoſtias, miſcuit in cratera vi-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic habet Cæſar. Arelat. hom. 8. p. 826. b. Sic etiam Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 974. b. & l. 1. de fide, to. 2. 463. e. unà cum Gr. at l. de Spir. S. col. 645. d. *Sapientia fecit ſibi domum:* & l. 1. de Cain, c. 5. col. 193. d. & *ſuffulſit column. ſeptem.* Hilar. in Pſ. 138. col. 511. d. *Sapientia ipſa ſibi ædificavit domum.* Auguſt. l. 17. de civit. Dei, c. 4. & 20. to. 7. 461. a. 484. b. *Sapientia adif. ſibi dom.* & *ſuffulſit col. ſeptem.* Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. p. 126. c. 187. c. *Sapientia fabricavit ſibi domum,* & *ſubdidit col. ſeptem.* Græc. ὑπήρεισε στύλους ἑπτά. Gaud. Brix. ſerm. 13. p. 963. b. cum Auct. quæſt. N. Teſt. apud Auguſt. to. 3. 63. a. *Sapientia ædificavit ſibi domum.* Itidem Auct. op. imp. in Matth. hom. 50. p. 213. c. ſed addit: & *ſuffulſit columnis ſeptem:* ſup. verò hom. 30. p. 127. d. & *ſubdidit columnas ſeptem;* ſicut Fulgent. l. contra ſerm. Faſtid. c. 8. p. 348.

℣. 2. Concordat Græcum. Tertul. cont. Gnoſt. p. 828. a. leg. *Sophia jugulavit filios ſues.* Ambroſ. in Pſ. 118. to.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Cypr. ubi ſup. num ſuum, & paravit ſuam menſam.	& propoſuit menſam ſuam.
3. Et miſit ſervos ſuos convocans cum excelſa prædicatione ad craterem, dicens:	3. Miſit ancillas ſuas ut vocarent ad arcem, & ad mœnia civitatis:
4. Qui eſt inſipiens, declinet ad me. Et egentibus ſenſu dixit:	4. Si quis eſt parvulus, veniat ad me. Et inſipientibus locuta eſt:
5. Venite, edite de meis panibus, & bibite vinum quod miſcui vobis.	5. Venite, comedite panem meum, & bibite vinum quod miſcui vobis.
6. Derelinquite ſtultitiam, & quærite prudentiam, & corrigite ſcientiam in intellectu.	6. Relinquite infantiam, & vivite, & ambulate per vias prudentiæ.
	7. Qui erudit deriſorem, ipſe injuriam ſibi facit: & qui arguit impium, ſibi maculam generat.
Hieron. in Amos 7. to. 3. 1436. d. [a] *Aug. ep. 200. p. 781. c.* 8. Noli arguere malos, ne oderint te. [a] Corripe ſapientem, & amabit te: corripe ſtultum, & adjiciet ut oderit te.	8. Noli arguere deriſorem, ne oderit te. Argue ſapientem, & diliget te.
Ex Mſ. Floriac. n. 10. 9. Da ſapienti occaſionem, & ſapientior erit. Notum fac juſto, & adjiciet percipere.	9. Da ſapienti occaſionem, & addetur ei ſapientia. Doce juſtum, & feſtinabit accipere.
Hieron. in Iſai. 19. p. 185. c. [b] *Ambroſiaſt. p. 156. b.* 10. Principium ſapientiæ, timor Domini..... [b] ſcire legem, ſenſûs eſt optimi.	10. Principium ſapientiæ, timor Domini: & ſcientia ſanctorum, prudentia. *Pſ. 110. 10.*
	11. Per me enim multiplicabuntur dies tui, & addentur tibi anni vitæ. *Sup. 1. 7. Eccli. 1. 16.*
Ambr. in Pſ. 35. p. 768. c. 12. Fili, ſi ſapiens eris, tibi ſapiens eris, & proximis: ſi autem malus evaſeris, ſolus hauries mala.	12. Si ſapiens fueris, tibimetipſi eris: ſi autem illuſor, ſolus portabis malum.
Cypr. l. 3. Teſtim. p. 330. c. * Qui fidens eſt in falſis, hic paſcit ventos: idem autem ipſe ſequitur aves volantes: deſerit enim vias vineæ ſuæ, à ſemitis verò agelli ſui erravit: ingreditur autem per avia loca atque arida, & terram deſtinatam in ſitim; contrahit autem manibus infructuoſa.	
Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. 170. a. 13. Mulier inſipiens & audax inops panis effi-	13. Mulier ſtulta & clamoſa, plenaque ille-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

1. 974. b. *Interfecit ſuas beſtias:* & l. 1. de fide, to. 2. 463. e. *Et interfecit ſuas beſtias, miſcuit in cratera*, &c. ut in textu: & epiſt. 65. col. 1053. f. *miſcuit in cratere vinum ſuum.* Similiter Auguſt. l. 17. de civit. Dei, c. 20. p. 484. b. *Immolavit ſuas victimas, miſcuit in cratere*, &c. ut ſup. Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. p. 3. pag. 187. c. *Mactavit ſuas* (Mſ. 1. Rem. *ſuis*) *beſtias, miſcuit in cratere*, &c. ut ſup. Itidem Cæſar. Arelat. hom. 8. p. 826.

℣. 3. Ita Græcè, niſi quòd omittitur &, ante *miſit*. Ambroſ. l. 1. de fide, to. 2. 463. e. legit: *Et miſit ſuos ſervos convocans cum altiſſima prædicatione, dicens.* Auguſt. l. 17. de civit. Dei, c. 20. col. 484. b. *Miſit ſervos ſuos convocans cum excellenti prædicatione ad craterem, dicens.* Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. p. 187. d. *Miſit ſervos ſuos convocans, & dicens.*

℣. 4. Itidem Græcè. Sic etiam apud Ambroſ. l. de fuga ſæc. c. 8. col. 438. b. uno excepto *divertat ad me;* at l. 1. de fide, to. 2. 463. e. legit *declinet ad me:* Mſs. nonnulli initio ferunt, *Quis eſt inſipiens?* Auguſt. l. 17. de civit. Dei, c. 20. col. 484. b. *Quis eſt inſipiens? divertat ad me. Et inopibus ſenſu dixit.* Gaud. Brix. ſer. 19. p. 975. f. *Quiſquis eſt inſipiens, divertat ad me.* Vide inf. ad ℣. 16.

℣. 5. Accinunt Gaud. Brix. ſer. 19. p. 975. f. & Auct. l. de promiſſ. apud Proſp. p. 113. c. 187. c. unà cum Gr. Ita quoque legit Ambroſ. epiſt. 32. col. 918. f. 919. a. necnon l. de parad. to. 1. 150. d. addito uno &, poſt *venite;* ſicut l. de fuga ſæc. c. 8. col. 438. b. lib. verò 1. de Cain, c. 5. col. 192. f. hab. *Venite, & edite panes meos*, &c. item inf. to. 1. 498. f. 1398. c. & to. 2. 1192. a. at l. de virginit. col. 227. e. *Venite, manducate panes meos, & bibite vinum meum.* Hieron. in Eccleſ. to. 2. 766. b. *Venite, comedite panes meos, & bibite vinum meum.* Aug. l. 17. de civit. Dei, c. 20. to. 7. 484. b. *Venite, manducate de meis panibus, & bibite vinum quod miſcui vobis.* Jul. Firmic. de errore prof. relig. *Venite, & manducate de meis panibus, & bibite vinum quod miſcui.* Cæſar. Arelat. hom. 8. *Venite, & edite de meis panibus*, &c. ut ſup.

℣. 6. Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1212. b. *Relinquite inſipientiam, & quærite ſapientiam.* Auguſt. verò l. 17. de civit. Dei, col. 484. c. *Derelinquite inſipientiam, ut vivatis; & quærite prudentiam, ut habeatis vitam.* Græc. Ἀπολείπετε ἀφροσύνην, ἵνα εἰς τὸν αἰῶνα βασιλεύσητε· καὶ ζητήσατε φρόνησιν, καὶ κατορθώσατε ἐν γνώσει σύνεσιν. Mſs. Alex. cum edd. Ald. & Compl. ἵνα βιώσητε· καὶ κατορθώσατε, &c.

℣. 8. Græc. Μὴ ἔλεγχε κακὸν, ἵνα μὴ μισήσῃ σε. Ἔλεγχε σοφὸν, καὶ ἀγαπήσει σε· nec addit plura. Cyprian. quoque l. 3. Teſtim. p. 327. c. hæc tantùm refert: *Qui corripit impium, edietur ab eo. Corripe ſapientem, & diliget te.* Hieron. in Eccleſ. to. 2. 750. a. *Argue ſapientem, & diliget te.* Caſſiod. in Pſ. 37. p. 128. b. *Argue ſapientem, & amabit te.* Ita quoque S. Pacianus legit paræn. ad pœnit. 315. d. ſed addit: *atque ſtultum, & odio te habebit:* addit pariter Mſ. Alex. ἄσοφον, καὶ μισήσει σε. Similiter Auct. op. imp. in Matth. hom. 45. p. 189. c. *Argue ſapientem, & amabit te; inſipientem verò, & odiet te.* Item Mſ. Floriac. n. 10. *Argue ſup. & amavit te; inſipientem, & adjiciet odiſſe te.*

℣. 9. Itidem Græcè, ni excipias ult. τῷ δέχεσθαι, *ad recipiendum*, loco *percipere*. Similiter habet Auguſt. epiſt. 93. col. 238. a. uſque ad verbum *erit* incluſ.

℣. 10. Sententia prima ex Hieron. concordat cum Gr. poſterior ex Ambroſiaſt. ita legitur ibid. τὸ γὰρ γνῶναι νόμον, διανοίας ἐστὶν ἀγαθῆς. Priorem ſententiam rurſum citat Hieron. in Iſai. 50. col. 363. c. ſicut Auct. l. 2. de vocat. gent. c. 27. p. 31. a.

℣. 12. Eadem iterum refert Ambroſ. l. 3. offic. to. 2. 111. b. præter unum *fueris*, pro 1. *eris*. Ita quoque Aug. epiſt. 264. to. 2. 895. c. & ſer. 35. to. 5. 173. g. 174. b. 175. c. addita tamen voce *tuis*, ad hanc, *proximis*. Faſtidioſ. Arian. ap. Fulgent. p. 211. *Fili, ſi bonus fueris, tibi, & proximis tuis: ſi autem malus evaſeris, ſolus hauries mala.* Græcè interpunctio diſſimilis, ita nempe: Υἱὲ, ἐὰν σοφὸς γένῃ σεαυτῷ, σοφὸς ἔσῃ καὶ τοῖς πλησίον (Ald. addit ζῶν) reliqua ut ſup.

* Græcè duo tantùm diſſimilia, nempe λιώξεται... ἀπέλιπε, *ſequetur..... deſeruit*, pro *ſequitur..... deſerit*. Eadem quoque citantur in Concil. Carthag. 3. to. 1. Labb. 787. e. paucis mutatis: *Qui fidens eſt in falſis, hic paſcit ventos: idem autem ipſe ſequitur aves volantes: derelinquit* (al. *deſeruit*) *autem vias vineæ ſuæ, & à ſemitis agri ſui erravit: ingreditur autem per avia loca atque arida, & terram diſtinet à meſſe; colligit autem manibus ſterilitatem.* Græc. Συνάγει δὲ χερσὶν ἀκαρπίαν. Hieron. l. 3. cont. Rufin. to. 4. p. 2. col. 472. eadem ſic memorat: *Qui nititur mendacio, paſcit ventos, & ſequitur aves volantes: dereliquit enim vias vineæ ſuæ, & axes culturæ ſuæ fecit errare: perambulat aridum ac deſertum, & colligit manibus ſuis ſterilitatem.* Caſſian. coll. 15. c. 7. p. 662. *Qui enim innititur mendaciis, hic paſcet ventos: idem autem ipſe ſequitur aves volantes.* Hæc etiam verba leguntur inf. in Vulg. c. 10. ℣. 4. invectaque eò ſunt ex edit. LXX. ut probant Mſs. duo Sangerm. n. 4. & 15. qui eadem exhibent in margine, his tantùm mutatis, *nititur*, & *paſcit*; abſunt autem à textu Hebraïco. Apud Auguſt. l. 3. cont. Creſcon. c. 9. *Qui fidit in falſis, hic paſcit ventos.*

℣. 13. In Gr. ψωμῦ, loco *panis*; apud Nobil. *buccella*;

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

cebris, & nihil omnino ſciens,

14. ſedit in foribus domus ſuæ ſuper ſellam in excelſo urbis loco,

15. ut vocaret tranſeuntes per viam, & pergentes itinere ſuo:

16. Qui eſt parvulus, declinet ad me. Et vecordi locuta eſt:

17. Aquæ furtivæ dulciores ſunt, & panis abſconditus ſuavior.

18. Et ignoravit quòd ibi ſint gigantes, & in profundis inferni convivæ ejus.

VERSIO ANTIQUA.

citur: quæ non novit pudorem,

14. ſedet in foribus domûs in ſella palam in plateis,

15. advocans prætereuntes.....

Ambr. l. 1. de Cain, c. 5. to. 1. 191. a.

16. Qui eſt inſipientior, divertat ad me. Et indigentibus ſapientiâ præcipio, dicens:

Ibid. c. 4. col. 190. c. d.

17. Panibus abſconditis ſuaviter utimini, & aquam furtim dulciorem bibite.

18. Et neſcit inſipiens quoniam terrigenæ apud eam pereunt, & in profundum inferni incurrunt. [a] Exili, noli demorari in loco ejus, neque intendas oculo tuo in eam. [b] Ab aqua aliena abſtine te, & de fonte extraneo ne biberis; ut longum vivas tempus, adjiciantur etiam tibi anni vitæ.

Hieron. in Oſe. & l. 1. cont. Jovin. to. 4. 170. a.
[a] *Caſſian. coll. 20. c. 9. p. 776.*
[b] *Cypr. l. 3. Teſtim. p. 330. c.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

cæt. ad verbum, ut ſup.

℣℣. 14. 15. Græcè, ἐκάθισεν ἐπὶ θρόνου τῆ ἑαυτῆς οἴκῳ ἐπὶ δίφρου, &c. ut ſup.

℣. 16. Græc. Ὃς ἐστιν ὑμῶν ἀφρονέστερος, ἐκκλινάτω, &c. ut in Lat. ſupra. Auguſt. l. 2. de Gen. col. 682. e. *Qui ſtultus eſt, divertat ad me. Et inopes ſenſu exhortatur, dicens.* Vide ſup. ad ℣. 4.

℣. 17. Hieron. in Oſee, teſte Nobilio: *Panes occultos libenter attingite, & aquæ furtivam dulcedinem.* Auguſt. l. 2. de Gen. col. 682. e. *Panes occultos edite libenter, & aquam dulcem furtivam bibite:* ita rurſum l. 3. conf. to. 1. col. 92. d. & in Rom. 7. to. 3. 909. c. tract. verò 97. in Joh. col. 737. e. 738. c. ut ſup. *Panes occultos libenter adtingite, & aquæ furtivæ dulcedinem.* Græc. Ἄρτων κρυφίων ἡδέως ἅψασθε, καὶ ὕδατος κλοπῆς γλυκέος. Edd. Ald. & Compl. ſubdunt αἴσῃ.

℣. 18. Horum omnium vix diſſimile quoddam habetur in Græco. Verba etiam iſta: *Ab aqua aliena abſtine te, & à fonte alieno ne biberis*, citantur à Firmiliano, ep. 75. ad Cyprian. p. 150. a. Rurſumque à Cypriano ipſo epiſt. 70. p. 125. exceptis his, & *à fonte aquæ alienæ ne biberis.* Item apud Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1102. e. *Ab aliena aqua abſtine te.* Sic etiam apud Auguſt. epiſt. 108. to. 2. 305. b. & tract. 6. in 1. Joh. to. 3. 869. e. & l. de unit. Eccleſ. to. 9. 381. b. ſubnexis his, & *de fonte alieno ne biberis.* Referuntur pariter in conc. Carthag. 3. Labb. to. 1. col. 787. e. cum his quæ ſequuntur, *ut longum vivas tempus*, &c. At horum omnium loco, ſententiam prorſus diſparem exhibent Mſs. quinque antiqui Vulgatæ, quorum tres bibliothecæ noſtræ Sangerm. n. 4. 14. & 15. unus Regiæ, niſi me fallit memoria; quintus denique Monaſt. noſtri S. Theoderici ad Remos: en verba, ultimis nempe his Vulg. & *in prof. inferni conviva ejus*, ſuperaddita: *Qui applicabitur illi, deſcendet ad inferos; nam qui diſceſſerit ab ea, ſalvabitur.* al. *Qui applicatur illi..... nam qui abſceſſerit*, &c. Hæc autem ſententia neque in Hebr. fonte, neque ap. LXX. neque in Vulgata hod. reperitur, ſaltem eò loci; citatur tamen in veteribus quibuſdam concordantiis Bibliorum: è ſupradictis autem Mſs. unus illam præfert intra textum, nempe Sangerm. n. 14. alter verò n. 15. optimæ notæ, in ora inferiori; tertius denique n. 4. ad marginem lateralem: omnes eadem manu.

PARABOLÆ SALOMONIS.

CAPUT X.

VULGATA NOVA.

1. FIlius ſapiens lætificat patrem: filius verò ſtultus mœſtitia eſt matris ſuæ.

Iaſ. 11. 4. 2. Nil proderunt theſauri impietatis: juſtitia verò liberabit à morte.

3. Non affliget Dominus fame animam juſti, & inſidias impiorum ſubvertet.

4. Egeſtatem operata eſt manus remiſſa: manus autem fortium divitias parat.

Qui nititur mendaciis, hic paſcit ventos: idem autem ipſe ſequitur aves volantes.

VERSIO ANTIQUA.

2. Non proderunt theſauri iniquis: juſtitia autem eripit à morte.

S. Paulin. ep. 25. p. 167. a.

3. Non occidet fame Dominus animam juſtam.....

Cypr. de op. & eleem. p. 240. c.

4.....

Filius eruditus ſapiens erit: imprudente autem miniſtro utetur.

Aug. l. 16. de civ. Dei, c. 2. p. 415. a.

VULGATA NOVA.

5. Qui congregat in meſſe, filius ſapiens eſt: qui autem ſtertit æſtate, filius confuſionis.

6. Benedictio Domini ſuper caput juſti: os autem impiorum operit iniquitas.

VULGATA NOVA.

7. Memoria juſti cum laudibus: & nomen impiorum putreſcet.

8. Sapiens corde præcepta ſuſcipit: ſtultus cæditur labiis.

9. Qui ambulat ſimpliciter, ambulat confidenter: qui autem depravat vias ſuas, manifeſtus erit.

VERSIO ANTIQUA.

7. Memoria juſti cum laudibus.....

Ferrand. Diac. ad Pelag. p. 253.

9. Qui ambulat ſimpliciter, ambulat fidenter.....

Cypr. l. 3. ad Quirin. p. 319. b.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Sic eſt in Græco, præter unum ῥύσεται, *liberabit*, pro *eripit*. Apud Ambroſ. l. de Nab. c. 6. col. 572. d. *Nihil proſunt theſauri injuſtis: juſtitia autem liberat à morte.*

℣. 3. Sic iterum Cypr. de orat. Dom. p. 210. c. In Gr. Οὐ λιμοκτονήσει Κύριος, &c. Hieron. in Iſai. 65. teſte Nobilio: *Non interficiet fame Dominus.*

℣. 4. Ad verbum è Græco. Quæ verò in Vulgata ſubjungitur ſententia, *Qui nititur mendaciis*, &c. habetur ſupra poſt ℣. 12. cap. 9. Verſionis antiquæ.

℣. 7. Itidem Græcè, excepto uno plur. δικαίων, *juſtorum*; at in ed. Compl. δικαίου, ut ſup.

℣. 9. In aliquo cod. Cypr. *fidens* eſt, teſte Nobilio, quamvis, inquit, in aliis ſit *fidenter*; in Gr. πεποιθώς; cætera ut ſup.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. ſer. 82. to. 5. 443. a. 10. Annuens oculis cum dolo, congerit hominibus mœſtitiam : qui autem arguit palam, pacem facit.

Anaſtaſ. II. ep. 1. Conc. to. 4. 1279. e. 12. Odium ſuſcitat contentio : omnes autem qui non contendunt protegit amicitia.

13. *Vide Not.*

Hieron. l. 3. cont. Rufin. to. 4. 472. 14..... os procacis appropiat contritioni.

Ambr. ep. 63. p. 1044. e. 15. Poſſeſſio divitum, civitas firmiſſima.....

VULGATA NOVA.

10. Qui annuit oculo, dabit dolorem : & ſtultus labiis verberabitur. *Eccli. 27. 25.*

11. Vena vitæ, os juſti : & os impiorum operit iniquitatem.

12. Odium ſuſcitat rixas : & univerſa delicta operit charitas. *1. Cor. 13. 4.*

13. In labiis ſapientis invenitur ſapientia : & virga in dorſo ejus qui indiget corde. *1. Pet. 4. 8.*

14. Sapientes abſcondunt ſcientiam : os autem ſtulti confuſioni proximum eſt.

15. Subſtantia divitis, urbs fortitudinis ejus : pavor pauperum, egeſtas eorum.

VULGATA NOVA.

16. Opus juſti ad vitam : fructus autem impii ad peccatum.

17. Via vitæ, cuſtodienti diſciplinam : qui autem increpationes relinquit, errat.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. l. 3. cont. Rufin. to. 4. 472. 18..... & qui profert maledicta, ſtultiſſimus eſt.

Cypr. l. 3. Teſtim. p. 327. c. 19. Ex multiloquentia non effugies peccatum : parcens autem labiis, ſenſatus eris.

Anon. ap. Ambr. p. 4. d. 20. Argentum igne examinatum, lingua juſti.....

Eunod. pro Synod. Sirmond. to. 1. p. 1624. d. 21..... imperitis enim obviat mors.

Ambroſiaſt. p. 246. a. 259. c. 23. Stultus per riſum agit mala.....

VULGATA NOVA.

18. Abſcondunt odium labia mendacia : qui profert contumeliam, inſipiens eſt.

19. In multiloquio non deerit peccatum : qui autem moderatur labia ſua prudentiſſimus eſt.

20. Argentum electum, lingua juſti : cor autem impiorum pro nihilo.

21. Labia juſti erudiunt plurimos : qui autem indocti ſunt, in cordis egeſtate morientur.

22. Benedictio Domini divites facit, nec ſociabitur eis afflictio.

23. Quaſi per riſum ſtultus operatur ſcelus : ſapientia autem eſt viro prudentia.

VULGATA NOVA.

24. Quod timet impius, veniet ſuper eum : deſiderium ſuum juſtis dabitur.

25. Quaſi tempeſtas tranſiens non erit impius : juſtus autem quaſi fundamentum ſempiternum.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. in Pſ. 48. to. 4. 441. d. 26. Sicut uva acerba dentibus vexatio eſt, & fumus oculis ; ſic iniquitas utentibus eâ.

Auct. quæſt. Vet. Teſt. ap. Aug. to. 3. 52. e. 27..... anni impiorum minuentur.

VULGATA NOVA.

26. Sicut acetum dentibus, & fumus oculis, ſic piger his qui miſerunt eum.

27. Timor Domini apponet dies : & anni impiorum breviabuntur.

VULGATA NOVA.

28. Exſpectatio juſtorum lætitia : ſpes autem impiorum peribit.

29. Fortitudo ſimplicis via Domini : & pavor his, qui operantur malum.

30. Juſtus in æternum non commovebitur : impii autem non habitabunt ſuper terram.

VERSIO ANTIQUA.

Hilar. in Pſ. 51, p. 72. e. 31. Lingua intelligentis meditabitur ſapientiam.....

VULGATA NOVA.

31. Os juſti parturiet ſapientiam : lingua pravorum peribit.

32. Labia juſti conſiderant placita : & os impiorum perverſa.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 10. Concinit Græc. niſi quòd in principio hab. Ὁ ἐπινεύων, *Qui innuit ;* paulòque poſt num. plurali, νύσσας, *triſtitias.* Mſs. autem duo S. Germ. n. 4. & 14. poſteriorem ſententiam ita præferunt in margine : *at qui palam arguit, pacificat.* Eadem quoque legitur in Mſ. S. Theoder. ſed intra textum. Abeſt verò à textu Hebraïco.

℣. 12. Græc. Μῖσος ἐγείρει νεῖκος· πάντας δὲ τοὺς μὴ φιλονεικοῦντας καλύπτει φιλία. Neutrum autem utrumque μῖσος, & νεῖκος, pro nominativo caſu, vel pro accuſativo promiſcuè accipi poteſt. Nobilius vertit : *Odium ſuſcitat contentionem.*

℣. 13. Græc. ῥάβδῳ τύπτει ἄνδρα ἀκάρδιον· i. e. *virgâ percutit virum excordem.* Eò ſpectat quod ait Auct. op. imp. in Matth. p. 135. c. *Cor durum baculo percute.*

℣. 14. Aptè ad Græc.

℣. 15. Sic eſt in Græco, excepta voce ult. ἐχυρά. Apud Phæbad. Agin. contra Arian. p. 301. d. *Subſtantia divitis, civitas munita.*

℣. 18. Græcè pluraliter : οἱ δὲ ἐκφέροντες λοιδορίας, ἀφρονέστατοί εἰσι.

℣. 19. Auguſt. diſputans cont. Creſcon. l. 1. to. 9. col. 390. b. ait : *Adhibens teſtimonium de Scripturis Sanctis ubi dictum putas :* Ex multa eloquentia non effugies peccatum, *cùm dictum non ſit*, ex multa eloquentia, *ſed*, ex multiloquio. Hilar. quoque in Pſ. 139. col. 532. c. legit : *De multiloquio non effugies peccatum.* Ambroſ. l. 1. de Cain, c. 9. col. 200. d. *In multiloquio non effugies peccatum :* & l. de Noe, c. 10. & 26. col. 240. d. 268. b. *Ex multiloquio*, ſeu *de multiloquio*, &c. ſimiliter in Pſ. 36. col. 791. a. Concinunt S. Paulin. epiſt. 42. p. 258. a. & Zozimus PP. epiſt. 2. to. 1. p. 948. b. S. Benedicti regula, c. 7. p. 28. *In multiloquio non effugies peccatum.* In Gr. Ἐκ πολυλογίας, &c. ut in textu.

℣. 20. Ita in Græco.

℣. 21. In Gr. οἱ δὲ ἄφρονες ἐν ἐνδείᾳ τελευτῶσιν· *inſipientes autem in egeſtate morientur.*

℣. 23. Græc. Ἐν γέλωτι ἄφρων πράσσει κακά· *In riſu inſipiens facit mala.*

℣. 26. Ita Græcè, niſi quòd habetur ſimpliciter βλαβερὸν, *noxia*, loco *vexatio eſt.* Apud Ambroſ. in Pſ. 35. col. 769. f. 770. a. *Sicut uva acerba dentibus, & fumus oculis, ita iniquitas omnibus utentibus ea.* Apud Hieron. in Ezech. 18. to. 3. 817. d. *Sicut uva acerba dentibus noxia eſt, & fumus oculis ; ſic iniquitas his qui utuntur ea :* & in Joel 2. col. 1360. a. *Sicut fumus noxius eſt oculis, & immaturæ uvæ dentibus ; ſic iniquitas utentibus ea.*

℣. 27. Græc. ὀλιγωθήσεται, ſeu cum edit. Ald. ὀλιγοβιώσονται.

℣. 31. Mſ. Miciac. ibid. *Lingua ſapientis*, &c. Quo ex

Digitized by Google

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

loco prodeat hoc teſtimonium, an ex Proverb. cap. 10. an ex Pſ. 36. ℣. 30. non liquet: Græcè ita legitur eò loci: Στόμα δικαίου ἀποστάζει σοφίαν, *Os juſti deſtillat ſapientiam*: in Pſ. verò 36. *Os juſti meditabitur ſapientiam.* Hoc ult. magis quadrat, nam Hilar. continuò addit: *Et rurſum: Lingua mea calamus ſcribæ.*

CAPUT XI.

VULGATA NOVA.

1. STatera doloſa, abominatio eſt apud Dominum: & pondus æquum, voluntas ejus.

2. Ubi fuerit ſuperbia, ibi erit & contumelia: ubi autem eſt humilitas, ibi & ſapientia.

3. Simplicitas juſtorum diriget eos: & ſupplantatio perverſorum vaſtabit illos.

VERSIO ANTIQUA.

1. STatera doli, abominatio eſt coram Domino: pondus autem æquum, acceptum eſt ei. *Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 192. e.*

3. Defunctus juſtus relinquet pœnitentiam: promptus autem fit & inſultabilis impiorum interitus. *Ex Mſ. S. Germ. n. 15.*

VULGATA NOVA.

Sup. 10. 2. 4. Non proderunt divitiæ in die ultionis: juſtitia autem liberabit à morte.

5. Juſtitia ſimplicis diriget viam ejus: & in impietate ſua corruet impius.

6. Juſtitia rectorum liberabit eos: & in inſidiis ſuis capientur iniqui.

7. Mortuo homine impio, nulla erit ultra ſpes: & exſpectatio ſollicitorum peribit.

8. Juſtus de anguſtia liberatus eſt: & tradetur impius pro eo.

9. Simulator ore decipit amicum ſuum: juſti autem liberabuntur ſcientiâ.

10. In bonis juſtorum exſultabit civitas: & in perditione impiorum erit laudatio.

11. Benedictione juſtorum exaltabitur civitas: & ore impiorum ſubvertetur.

12. Qui deſpicit amicum ſuum, indigens corde eſt: vir autem prudens tacebit.

13. Qui ambulat fraudulenter, revelat arcana: qui autem fidelis eſt animi, celat amici commiſſum.

VULGATA NOVA.

14. Ubi non eſt gubernator, populus corruet: ſalus autem, ubi multa conſilia.

15. Affligetur malo, qui fidem facit pro extraneo: qui autem cavet laqueos, ſecurus erit.

16. Mulier gratioſa inveniet gloriam: & robuſti habebunt divitias.

17. Benefacit animæ ſuæ vir miſericors: qui autem crudelis eſt, etiam propinquos abjicit.

VERSIO ANTIQUA.

14. Quibus non eſt gubernatio, cadent quaſi folia: [a] ubi plurima ſunt conſilia, maxima eſt ſalus. *Hieron. in Ezech. 27. te. 3. 882. b.* [a] *Pro fund. Agaun. Mon. Conc. to. 4. p. 1559. c.*

15. [b] Malignus nocet, cùm ſe miſcuerit juſto; odit autem ſonum tutelæ. [b] *Caſſian. coll. 1. c. 20. p. 320.*

16. [c] Mulier grata ſuſcitat viro gloriam..... [c] *S. Paulin. ep. 13. p. 70. a.*

17. [d] Animæ ſuæ benefacit vir miſericors..... [d] *S. Leo, ſer. 11. p. 63. c.*

VULGATA NOVA.

18. Impius facit opus inſtabile: ſeminanti autem juſtitiam merces fidelis.

19. Clementia præparat vitam, & ſectatio malorum mortem.

VULGATA NOVA.

20. Abominabile Domino cor pravum: & voluntas ejus in iis, qui ſimpliciter ambulant.

21. Manus in manu non erit innocens malus: ſemen autem juſtorum ſalvabitur.

22. Circulus aureus in naribus ſuis, mulier pulchra & fatua.

VERSIO ANTIQUA.

20. Diligit Dominus munda corda: accepti autem ſunt ei omnes immaculati. *Anon. ap. S. Paulin. ep. ad Celanc. to. 2. p. 21. a.*

21. [a] Manus inferens injuſtè non erit impunitus..... [a] *Hieron. adv. Ruffin.*

22. Sicut inauris in naribus porcæ, ſic mulieri malè moratæ pulchritudo. *Idem in Ezech. 27. 28. p. 883. e. 896. f.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc. habet num. plurali ζυγοὶ δόλιοι, *ſtateræ doloſæ*; reliqua ut in Lat. ſup. dempto utroque *eſt*. In Mſ. Floriac. n. 10. ita: *Menſura iniqua, abominatio eſt*, &c. ut in textu. Apud Ambr. l. 3. offic. to. 2. 124. a. *Statera adultera, abominatio eſt Domino: pondus autem æquum, acceptabile eſt illi:* & lib. de vid. col. 207. d. *Statera fallax, abominatio eſt apud Deum:* & epiſt. 2. col. 757. f. *Statera fallax, improbabilis apud Deum.*

℣. 3. Hæc addita reperi in margine inferiori Mſ. Sangerm. n. 15. abſunt autem à Vulgata. In Græco ſic: Ἀποθανὼν δίκαιος ἐλπὶς μετάμελον· πρόχειρος δὲ γίνεται ἡ ἐπίχαρτος ἀσεβῶν ἀπώλεια. *Moriens juſtus reliquit pœnitentiam: facilis autem fit & jucundus impiorum interitus.*

℣. 14. Caſſian. coll. 2. c. 4. *Quibus non eſt gubernatio, cadunt ut folia.* Gr. Οἷς μὴ ὑπάρχει κυβέρνησις, πίπτουσιν ὥσπερ φύλλα· σωτηρία δὲ ὑπάρχει ἐν πολλῇ βουλῇ.

℣. 15. Eòdem redeunt quæ in Græco, niſi quòd loco *tutelæ*, habetur ἀσφαλείας, *ſecuritatis.*

℣. 16. Græcè conſtanter, γυνὴ εὐχάριτος, &c. ſed Hieron. in Epheſ. 5. to. 4. p. 1. col. 381. b. legendum eſſe putat, γυνὴ εὐχάριτος· in Mſ. Cluniac. εὐχάριπος, quaſi à χαροπὸς, *lætus, vultu ſerenus:* en S. Doctoris verba: *In Proverbiis puto ita ſcriptum:* Γυνὴ εὐχάριτος ἐγείρει ἀνδρὶ δόξαν, Mulier grata ſuſcitat viro gloriam, *pro eo quod eſt* gratioſa: *videremur vim facere Scripturæ*, & gratias agentem mulierem, *pro* gratioſa *audaciter accipere, niſi & cæteræ editiones noſtræ opinioni congruerent. Aquila enim, & Theodotio, & Symmachus ita poſuerunt*, γυνὴ χάριτος, *id eſt*, mulier gratioſa; & *non* εὐχάριτος, *quod ad actionem pertinet gratiarum.*

℣. 17. Similiter in Græco, niſi hoc excipias, ἀγαθὸν ποιεῖ, *bonum facit*, pro *benefacit.*

℣. 20. Eadem refert Cæleſtius ap. Marium Merc. Garn. p. 386. præter vocem *ſancta*, pro *munda.* In Gr. Βδέλυγμα Κυρίῳ διεσκεδασμένοι ὁδοὶ· πεφοδικτοὶ δὲ αὐτῷ πάντες ἄμωμοι ἐν ταῖς ὁδοῖς αὐτῶν. *Abominatio Domino perverſæ viæ: accepti autem ei omnes immaculati in viis ſuis.*

℣. 21. Gr. Χειρὶ χεῖρας ἐμβαλὼν οὐ δίκως οὐ τιμώρητος ἔσται. *Manu manus injiciens injuſtè non impunitus erit.*

℣. 22. Concordant iſta cum Græco Vat. at in edit. Ald. & Compl. eſt, Ὥσπερ ἀνάτιον χρυσῶν· unde Hieron. in Ezech. 16. p. 790. c. legit, *Sicut inauris aurea*, cum reliquis ut ſupra: & in Oſe. 2. col. 1249. a. *Sicut inauris aurea in naribus ſuis, ita mulieri peſſimæ pulchritudo.* Apud Caſſian. collat. 14. c. 16. p. 648. b. *Sicut inauris aurea in naribus ſuis, ita mulieri malè moratæ ſpecies.* Ap. Auct. op. imp. in Matth. hom. 45. p. 190. b. *Sicut inaures aureæ in naribus porci, ita mulieris malè morigeratæ ſpecies.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

23. Desiderium justorum omne bonum est : præstolatio impiorum furor.

24. Alii dividunt propria, & ditiores fiunt : alii rapiunt non sua, & semper in egestate sunt.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. l. 3. cont. Rufin. p. 472. 25. Anima benedicta, omnis simplex : vir animosus inhonestus est.

Ambr. l. 3. offic. p. 119. a. b. 26. Qui continet frumentum, relinquet illud nationibus : captans annonam, maledictus in plebe est ; benedictio autem ejus qui participat.

VULGATA NOVA.

25. Anima, quæ benedicit, impinguabitur : & qui inebriat, ipse quoque inebriabitur.

26. Qui abscondit frumenta, maledicetur in populis : benedictio autem super caput vendentium.

VULGATA NOVA.

27. Bene consurgit diluculo qui quærit bona : qui autem investigator malorum est, opprimetur ab eis.

28. Qui confidit in divitiis suis, corruet : justi autem quasi virens folium germinabunt.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. l. 2. de Jac. c. 3. p. 462. f. 29..... servit enim imprudens prudenti.

VULGATA NOVA.

29. Qui conturbat domum suam, possidebit ventos : & qui stultus est, serviet sapienti.

30. Fructus justi lignum vitæ : & qui suscipit animas, sapiens est.

Fulg. l. 1. de rem. pecc. c. 13. 31. Si justus vix salvabitur, peccator & impius ubi parebunt ?

31. Si justus in terra recipit, quantò magis impius & peccator ? 1. Pet. 4. 18.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 25. Ita in Græco est, præter unum ἀνὴρ δὲ, *vir autem*. Apud Ambros. l. de Isaac, c. 2. col. 357. c. prior tantùm sententia exstat : *Anima benedicta, omnis simplex.* Apud Cassian. l. 8. c. 1. p. 187. c. posterior : *vir iracundus inhonestus est.* Vide Cotel. not. in l. 2. Constitut. Apost. p. 165. d.

℣. 26. Ambr. sup. col. 117. d. legit : *captans pretia frumenti, maledictus in plebe est :* & l. de Nab. c. 8. to. 1. 576. b. *captans pretia frumenti, maledictus eris.* Cypr. verò l. 2. Testim. *captans annonam, maledictus in plebe est ; benedictio autem in ejus capite est, qui communicat :* Mss. etiam nonnulli Ambros. cum omnibus editt. ferunt, *benedictio autem ejus in capite ;* edit. Erasm. cum seq. *in capite ejus qui participat ;* sed antiquissimi codd. cum paraphr. Chald. tollunt hoc, *in capite.* In Gr. hod. simpliciter : Ὁ ζυγίχων σῖτον, ὑπολείποιτο αὐτὸν τοῖς ἔθνεσιν εὐλογία δὲ εἰς κεφαλὴν τοῦ μεταδιδόντος. In nonnullis tamen libris, teste Nobilio, post hoc, ὑπολείπουλο, subditur ὁ τιμινλῶν σῖτον, ἀμοκατάρατος. Ambros. quoque sup. 119. a. relata priori sententia, *Qui continet*, &c. paucis interjectis verbis, ait : *Et addidit : Captans annonam*, &c.

℣. 29. In Gr. λυσεύσει, *serviet*, &c.

℣. 31. Græc. Εἰ ὁ μὲν λίκαιος μόλις ζώζεται, ὁ ἀσεβὴς καὶ ἁμαρτωλὸς τοῦ φανεῖται ; Auct. l. de ling. cleric. apud Cypr. p. 528. b. *Si justus vix salvus fit, injustus ubi parebit ?*

CAPUT XII.

VERSIO ANTIQUA.

Mss. Floriac. n. 10. 1. QUi diligit disciplinam, diligit sensum : nam qui odit arguentem se, stultus est.

VULGATA NOVA.

1. QUi diligit disciplinam, diligit scientiam : qui autem odit increpationes, insipiens est.

VULGATA NOVA.

2. Qui bonus est, hauriet gratiam à Domino : qui autem confidit in cogitationibus suis, impiè agit.

3. Non roborabitur homo ex impietate : & radix justorum non commovebitur.

VERSIO ANTIQUA.

S. Paulin. ep. 44. p. 266. c. 4. Mulier bona, corona est viro suo.....

Ambr. in Ps. 118. p. 1146. d. 5. Cogitationes justorum semitæ.....

VULGATA NOVA.

4. Mulier diligens, corona est viro suo : & putredo in ossibus ejus, quæ confusione res dignas gerit.

5. Cogitationes justorum judicia : & consilia impiorum fraudulenta.

VULGATA NOVA.

6. Verba impiorum insidiantur sanguini : os justorum liberabit eos.

7. Verte impios, & non erunt : domus autem justorum permanebit.

8. Doctrinâ suâ noscetur vir : qui autem vanus & excors est, patebit contemptui.

VERSIO ANTIQUA.

Cassian. coll. 24. c. 13. p. 869. c. 9. Melior est vir in ignobilitate serviens sibi, quàm qui dignitatem sibi acquirit, & indiget pane.

Idem coll. 11. c. 10. p. 564. c. 10. Justus miseretur animas pecorum suorum : viscera autem impiorum sine misericordia.

11.....

Ex Mss. Sangerm. n. 15. Qui suavis est in vini demorationibus, in

VULGATA NOVA.

9. Melior est pauper & sufficiens sibi, quàm glorioſus & indigens pane. *Eccli.* 10. 30.

10. Novit justus jumentorum suorum animas : viscera autem impiorum crudelia.

11. Qui operatur terram suam, satiabitur panibus : qui autem sectatur otium, stultissimus est. *Eccli.* 20. 30.

Qui suavis est in vini demorationibus, in suis

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic est in Græco, præter ultima, ὁ δὲ μισῶν ἐλέγχους, ἄφρων· *qui autem odit increpationes, insipiens.*

℣. 4. Idem Paulin. epist. 13. p. 70. a. *erit in perpetuum corona viro suo.* Gr. Γυνὴ ἀνδρεία, σίφανος τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς.

℣. 5. In Græco non *semitæ*, sed κρίματα, *judicia.*

℣. 9. Concinit Gr. nisi quòd extremò hab. ἢ τιμὴν ἑαυτῷ περιτιθεὶς, ἢ πεφοδεύμενος ἄρτου· ad litt. *quàm honorem sibimet circumponens, & egens pane.*

℣. 10. Ita Græcè ad verbum.

℣. 11. Eadem exhibent extra textum alii duo Mss. S. Germ. n. 4. & 14. exceptis his duobus, *moderationibus,*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

monitionibus relinquit contumeliam.

12. Desiderium impii munimentum est pessimorum : radix autem justorum proficiet.

13. Propter peccata labiorum ruina proximat malo : effugiet autem justus de angustia.

14. De fructu oris sui unusquisque replebitur bonis, & juxta opera manuum suarum retribuetur ei.

15. Via stulti recta in oculis ejus : qui autem sapiens est, audit consilia.

16. Fatuus statim indicat iram suam : qui autem dissimulat injuriam, callidus est.

VERSIO ANTIQUA.

suis monitionibus relinquet contumeliam.

13. Per delicta labiorum incidit in laqueum peccator..... *Hieron. l. 3. cont. Rufin. p. 472.*

15. Viæ insipientium rectæ coram ipsis : exaudit autem consilia sapiens. *Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. 192. f.*

16. Imprudens eadem die enunciat iram suam : abscondit autem inhonorationem suam astutus. *Cypr. l. 3. Testim. p. 306.*

VULGATA NOVA.

17. Qui quod novit loquitur, index justitiæ est : qui autem mentitur, testis est fraudulentus.

18. Est qui promittit, & quasi gladio pungitur conscientiæ : lingua autem sapientium sanitas est.

19. Labium veritatis firmum erit in perpetuum : qui autem testis est repentinus, concinnat linguam mendacii.

20. Dolus in corde cogitantium mala : qui autem pacis ineunt consilia, sequitur eos gaudium.

VULGATA NOVA.

21. Non contristabit justum quidquid ei acciderit : impii autem replebuntur malo.

22. Abominatio est Domino labia mendacia : qui autem fideliter agunt, placent ei.

VERSIO ANTIQUA.

21. Justo nihil placet iniquum..... *Aug. l. 2. cont. ep. Parmen. to. 9. col. 53. d.*

22. [a] Abominatio est Domino labia mendacia..... [a] *Cypr. l. 3. Testim. p. 327. c.*

VULGATA NOVA.

23. Homo versutus celat scientiam : & cor insipientium provocat stultitiam.

24. Manus fortium dominabitur : quæ autem remissa est, tributis serviet.

25. Mœror in corde viri humiliabit illum, & sermone bono lætificabitur.

26. Qui negligit damnum propter amicum, justus est : iter autem impiorum decipiet eos.

VULGATA NOVA.

27. Non inveniet fraudulentus lucrum : & substantia hominis erit auri pretium.

28. In semita justitiæ, vita : iter autem devium ducit ad mortem.

VERSIO ANTIQUA.

27..... possessio pretiosa vir mundus. *Ambr. in Ps. 61. p. 963. b.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

pro *demoratus*. & *relinquit*. In Gr. Ὃς ἐστιν υἱὸς ἐν οἴκῳ διατριβαῖς, ἐν τοῖς ἑαυτοῦ ὀχυρώμασι καταλείψει ἀτιμίαν· quæ absunt à textu Hebraïco.

℣. 13. Gr. Vatic. initio hab. Δι' ἁμαρτίαν, *Propter peccatum* ; Mſ. verò Alex. Δι' ἁμαρτίας ; item inf. num. plur. εἰς παγίδας, *in laqueos*.

℣. 15. Ad verbum è Gr. Apud Hieron. l. 3. cont. Rufin. col. 472. *Itinera stultorum recta in conspectu suo.*

℣. 16. Græcum ultimò hab. ἀνὴρ πανοῦργος, *vir astutus* ; cæt. ut in Lat. sup. à Mſ. tamen Alex. abest ἀνήρ. Ap. Hieron. l. 3. contra Rufin. p. 472. *Stultus eadem die ostendit iram suam.*

℣. 21. Gr. Οὐκ ἀφίξει τῷ δικαίῳ ὃ ἐὰν ὑπάρχῃ αὐτῷ.

℣. 22. Eodem modo legit Hieron. l. 3. cont. Rufin. to. 4. 472. A Græco abest medium *est*.

℣. 27. Itidem Græcè.

CAPUT XIII.

VULGATA NOVA.

1. Filius sapiens, doctrina patris : qui autem illusor est, non audit cùm arguitur.

2. De fructu oris sui homo satiabitur bonis : anima autem prævaricatorum iniqua.

VULGATA NOVA.

VERSIO ANTIQUA.

3. Qui custodit os suum, custodit animam suam : qui autem inconsideratus est ad loquendum, sentiet mala.

3. Qui custodit os suum, servat animam suam : & qui temerarius est labiis, terrebit se ipsum. *Hieron. l. 3. cont. Rufin. to. 4. p. 2. col. 472.*

VULGATA NOVA.

4. Vult & non vult piger : anima autem operantium impinguabitur.

5. Verbum mendax justus detestabitur : impius autem confundit, & confundetur.

6. Justitia custodit innocentis viam : impietas autem peccatorem supplantat.

VULGATA NOVA.

VERSIO ANTIQUA.

7. Est quasi dives, cùm nihil habeat : & est quasi pauper, cùm in multis divitiis sit.

8. Redemptio animæ viri, divitiæ suæ : qui autem pauper est, increpationem non sustinet.

7. Sunt qui se divites ferunt, nihil habentes : & sunt qui se humiliant in multis divitiis. *Cassian. coll. 24. c. 13. p. 869. f.*

8. Redemptio animæ viri, propriæ divitiæ : pauper autem non sustinet comminationem. *Hieron. epist. ad Eustoch. to. 4. p. 2. col. 43. c. & in Amos 2. t. 3. 1383.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 3. Vix meliùs è Græco.

℣. 7. Similiter in Græco. Item apud Augustin. serm. 36. to. 5. 175. d. *Sunt qui se divites affectant, nihil habentes : & sunt qui se humiliant, cùm sint divites.*

℣. 8. Priorem sententiam rursum citat Hieron. in Eccles. to. 2. 767. c. & in Isai. 10. 58. & 60. to. 3. 90. e. 429. f. 450. a. & l. 3. cont. Pelag. to. 4. 542. f. Ita quoque refert Cassian. coll. 3. c. 9. p. 361. Item in Capitular. Baluz. to. 2. p. 586. *Redemptio animæ viri, propriæ divitiæ ejus.* In Gr. Λύτρον ἀνδρὸς ψυχῆς, ὁ ἴδιος πλοῦτος· πλωχὸς δὲ οὐχ ὑφίσταται ἀπειλήν· Aq. Symm. & Theod. ἐπιτίμησιν. Apud Ambros. l. de Elia, c. 20. col. 559. c. *Redemptio viri,*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. in Pſal. 118. p. 1215. a. 9. Lux ſemper eſt juſtis.....

Ex LXX. Animæ doloſæ errant in peccatis : juſti autem miſericordes ſunt, & miſerantur.

Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 192. f. 10. Malus cum contumelia agit mala.....

VULGATA NOVA.

9. Lux juſtorum lætificat : lucerna autem impiorum exſtinguetur.

10. Inter ſuperbos ſemper jurgia ſunt : qui autem agunt omnia cum conſilio, reguntur ſapientiâ.

VULGATA NOVA.

11. Subſtantia feſtinata minuetur : quæ autem paulatim colligitur manu, multiplicabitur.

12. Spes, quæ differtur, affligit animam : lignum vitæ deſiderium veniens.

VERSIO ANTIQUA.

13.....

Ex Mſ. S. Germ. n. 4. 14. 15. Filio doloſo nihil erit boni : ſervo autem ſapienti proſperi erunt actus, & dirigentur viæ ejus.

Lucif. l. 1. pro S. Athan. p. 192. f. 14. Lex ſapienti fons eſt vitæ : ſtultus autem laqueo morietur.

Ambr. in Pſ. 118. p. 1180. b. 15. Intellectus autem bonus dat gratiam.....

Hieron. l. 3. cont. Ruf. p. 472. 16..... & inſipiens expandit malitiam ſuam.

Lucif. l. 1. pro S. Athan. p. 192. f. 17. Rex audax incidet in mala.....

Auct. quæſt. V. Teſt. ap. Aug. to. 3. 53. a. 18. Paupertatem, & ignobilitatem aufert diſciplina.....

VULGATA NOVA.

13. Qui detrahit alicui rei, ipſe ſe in futurum obligat : qui autem timet præceptum, in pace verſabitur.

Animæ doloſæ errant in peccatis : juſti autem miſericordes ſunt, & miſerantur.

14. Lex ſapientis fons vitæ, ut declinet à ruina mortis.

15. Doctrina bona dabit gratiam : in itinere contemptorum vorago.

16. Aſtutus omnia agit cum conſilio : qui autem fatuus eſt, aperit ſtultitiam.

17. Nuncius impii cadet in malum : legatus autem fidelis, ſanitas.

18. Egeſtas, & ignominia ei, qui deſerit diſciplinam : qui autem acquieſcit arguenti, glorificabitur.

VULGATA NOVA.

19. Deſiderium ſi compleatur, delectat animam : deteſtantur ſtulti eos, qui fugiunt mala.

20. Qui cum ſapientibus graditur, ſapiens erit : amicus ſtultorum ſimilis efficietur.

21. Peccatores perſequitur malum : & juſtis retribuentur bona.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. ep. 185. p. 658. c. 22..... theſaurizantur autem juſtis divitiæ impiorum.

Hieron. in Zach. 8. to. 3. 1745. d. 24. Qui parcit baculo ſuo, odit filium ſuum : qui autem diligenter corripit, diligit.

Idem in Amos 8. to. 3. 1444. e. 25. Juſtus comedens, ſaturat animam ſuam : animæ autem impiorum eſurient.

VULGATA NOVA.

22. Bonus relinquit hæredes filios, & nepotes : & cuſtoditur juſto ſubſtantia peccatoris.

23. Multi cibi in novalibus patrum : & aliis congregantur abſque judicio.

24. Qui parcit virgæ, odit filium ſuum : qui autem diligit illum, inſtanter erudit. *Inſ.* 23. 13.

25. Juſtus comedit, & replet animam ſuam : venter autem impiorum inſaturabilis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

divitiæ ejus : & in Pſ. 37. col. 825. e. *Divitiæ viri, redemptio animæ ejus :* at in Pſ. 36. col. 788. f. & epiſt. 63. to. 2. 1044. d. *Redemptio animæ viri, divitiæ ejus.* Similiter hab. Auguſt. ſer. 36. to. 5. 178. c. ſed addit : *pauper autem non ſuffert minas.* Schol. ὁ φόρτος ἁπλῶν.

℣. 9. Conſonat Græc. ad verbum. Poſteriores verò ſententiæ 2. allatæ ſup. nempe, *Animæ doloſæ*, &c. *Juſti autem*, &c. illæ ipſæ leguntur inf. in Vulg. ad ℣. 13. quò advectæ ſunt ex Edit. LXX. imo etiamnum in ipſis LXX. non ad ℣. 13. ſed ad præſentem ℣. 9. pertinent ; quò etiam illas referre non dubitamus. Harum autem ſententiarum ne verbum quidem exſtat in textu Hebraïco.

℣. 10. Similiter habet Hieron. l. 3. contra Rufin. col. 472. unà cum Græco.

℣. 13. Mſs. tres ſupradicti verba ſubnexa exhibent in ora inferiori. Mſ. verò S. Theod. ad Remos eadem refert intra textum, his tantùm mutatis, *filio doloſi*, ultimòque *dirigetur via ejus.* Hæc autem omnia non leguntur hîc in Vulgata ; ſed eorum loco poſita ſunt iſta : *Animæ doloſæ errant*, &c. quæ retulimus ſupra ad ℣. 9. Iſta autem, *Filio doloſo*, &c. leguntur infra in ead. Vulg. cap. 14. ℣. 15. At eorumdem quidquam in fonte Hebraïco fruſtra quæſiveris. In Græco habentur ut ſupra, exceptis his ult. num. ſing. κατευθυνθήσεται ἡ ὁδὸς αὐτῆ, ut in Vulg.

℣. 14. Ita Gr. habet, præter genitiv. σοφῦ, *ſapientis*, abſque ſeq. *eſt :* voci autem *laqueo*, id præponitur, ὑπὸ, *ſub.*

℣. 15. Græcè deeſt *autem.*

℣℣. 16. 17. 18. Totidem pene verba in Græco.

℣. 22. Ad verbum è Græco.

℣. 24. A Græco abeſt pronomen *ſuo :* verbum autem *diligit*, ponitur poſt hoc, *qui autem ;* cæt. quadrant. Cyprian. l. 3. Teſtim. p. 327. c. legit : *Qui parcit baculo, odit filium.* Ambroſ. verò epiſt. 37. to. 2. 940. b. *Qui parcit baculo ſuo, odit filium ſuum*, ut ſup. & in Pſ. 118. col. 1195. b. *Qui parcit baculo, odit filium ſuum : caſtigat autem Dominus quem diligit :* rurſus in Luc. 10. col. 1425. a. *Qui parcit baculo, odit filium ſuum.* Similiter Auguſt. epiſt. 185. ad Bonif. to. 2. 652. b. cum Auct. op. imp. in Matth. hom. 51. p. 216. b. In Mſ. Floriac. n. 10. ita : *Qui parcit baculo, odit filium ſuum : nam qui diligit, diligenter erudit ; non lætatur in filio non erudito.*

℣. 25. Concordant omnia cum Græco, præter ult. *eſurient*, pro quo ἐνδεεῖς, *egena.*

CAPUT XIV.

VERSIO ANTIQUA.

Anon. ap. S. Paulin. ep. 1. to. 2. p. 3. 1. MUlieres ſapientes ædificaverunt ſibi domos.....

VULGATA NOVA.

1. SApiens mulier ædificat domumſuam : inſipiens exſtructam quoque manibus deſtruet.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græcum delet *ſibi.*

Digitized by Google

Vulgata nova.	Versio antiqua.	
2. Ambulans recto itinere, & timens Deum,		
Job 12. deſpicitur ab eo, qui infami graditur via.		
4 3. In ore ſtulti virga ſuperbiæ: labia autem ſapientium cuſtodiunt eos.	3. Ex ore ſtultorum baculum contumeliæ.....	*Ambr. l. 3. offic. p. 113. c.*
4. Ubi non ſunt boves, præſepe vacuum eſt: ubi autem plurimæ ſegetes, ibi manifeſta eſt fortitudo bovis.	4. Ubi boves non ſunt, præſepia munda ſunt: [a] ubi plena ſunt præſepia, manifeſta eſt fortitudo bovis.	*S. Paulin. ep. 20. p. 112. a. & ep. 32. p. 214. b.* [a] *Hieron. in Abac. 3. p. 1640. b.*
5. Teſtis fidelis non mentitur: profert autem mendacium doloſus teſtis.		
6. Quærit deriſor ſapientiam, & non invenit: doctrina prudentium facilis.	6. Quæres ſapientiam apud malos, & non invenies.....	*Caſſian. coll. 7. c. 18. p. 445.*
7. Vade contra virum ſtultum, & neſcit labia prudentiæ.	7..... arma intellectus, labia ſapientis.	*Ambr. ep. 2. p. 756. a.*

Vulgata nova.

8. Sapientia callidi eſt intelligere viam ſuam: & imprudentia ſtultorum errans.

9. Stultus illudet peccatum, & inter juſtos morabitur gratia.

10. Cor quod novit amaritudinem animæ ſuæ, in gaudio ejus non miſcebitur extraneus.

Vulgata nova.	Versio antiqua.	
11. Domus impiorum delebitur: tabernacula verò juſtorum germinabunt.	11. Domus juſtorum permanent: & tabernacula eorum, qui rectè agunt, ſtabunt.	*Hieron. in Zach. 14. to. 3. 1802. a.*
12. Eſt via, quæ videtur homini juſta: noviſſima autem ejus deducunt ad mortem.	12. Eſt via, quæ videtur recta eſſe apud homines: & noviſſima ejus veniunt in profundum inferni.	*Idem l. 1. adv. Pelag. to. 4. p. 2. col. 509. e.*
13. Riſus dolore miſcebitur, & extrema gaudii luctus occupat.		
14. Viis ſuis replebitur ſtultus, & ſuper eum erit vir bonus.	14. Suis itineribus ſaturabitur temerarius.....	*Hieron. l. 3. cont. Rufin. p. 472.*
15. Innocens credit omni verbo: aſtutus conſiderat greſſus ſuos.	15. Innocens credit omni verbo.....	*Ambr. l. 3. offic. p. 125. a.*
Filio doloſo nihil erit boni: ſervo autem ſapienti proſperi erunt actus, & dirigetur via ejus.		
16. Sapiens timet, & declinat à malo: ſtultus tranſilit, & confidit.	16. Sapiens timendo declinabit à malo: inſipiens autem miſcetur confidens iniquo.	*Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. 192. f.*
17. Impatiens operabitur ſtultitiam: & vir verſutus odioſus eſt.	17. Vir iracundus agit ſine conſilio.....	*Caſſian. l. 8. c. 1. p. 187.*

Vulgata nova.

18. Poſſidebunt parvuli ſtultitiam, & exſpectabunt aſtuti ſcientiam.

19. Jacebunt mali ante bonos: & impii ante portas juſtorum.

20. Etiam proximo ſuo pauper odioſus erit: amici verò divitum multi.

21. Qui deſpicit proximum ſuum, peccat: qui autem miſeretur pauperis, beatus erit.

Qui credit in Domino, miſericordiam diligit.

22. Errant qui operantur malum: miſericordia & veritas præparant bona.

Vulgata nova.	Versio antiqua.	
23. In omni opere erit abundantia: ubi autem verba ſunt plurima, ibi frequenter egeſtas.	23. In omni ſollicito ineſt amplius: nam qui ſuavis, & ſine dolore eſt, in egeſtate erit.	*Caſſian. coll. 7. c. 6. p. 434. b.*
24. Corona ſapientium, divitiæ eorum: fatuitas ſtultorum, imprudentia.		
25. Liberat animas teſtis fidelis: & profert mendacia verſipellis.	25. Liberat de malis animam martyr fidelis.....	*Cypr. l. 3. Teſt. p. 309. b.*

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 3. Hieron. contra Rufin. *In ore ſtulti baculus contumelia.* Græcè verò ut ſup. in textu, excepto plurali βακτηρία, *baculi*; Theodot. ῥαβδίον.

℣. 4. Prima ſententia ex S. Paulino, ſimiliter habetur Græcè, detracto ult. *ſunt:* poſterior verò ex Hieron. paulùm differt; ita nempe ſequitur in Gr. ὃ δὲ πολὺ γενήματα, φανερὰ βοὸς ἰσχύς· i. e. *ubi autem multa genimina, manifeſta bovis virtus.* Multò plura huc referre videtur Hieron. loco ſup. cit. ita enim ſcribit: *Pecora & boves, de quibus & Salomon loquitur in Proverbiis: Adhibe curam his quæ in campo ſunt regionibus: & attende herbas, & congrega fenum, ut habeas oves ad veſcendum. Boves quoque non erunt in præſepibus, quia ubi plena ſunt præſepia, manifeſta eſt fortitudo bovis.* A quo verò Interprete hæc tota mutuatus fuerit Hieron. me fugit.

℣. 6. Ita legit Hieron. l. 3. adv. Rufin. col. 472. unà cum Græco.

℣. 7. Idem Ambroſ. epiſt. 37. col. 940. f. leg. *labia ſapientiæ*, non *ſapientis:* Græcum, χείλη ζοφά, *labia ſapientia.*

℣. 11. Græcum initio ſic habet: Οἰκίαι ἀσεβῶν ἀφανισθήσονται, *Domus impiorum delebuntur*, non verò, *Domus juſt. permanent:* ſequentia quadrant.

℣. 12. Similiter habet Auct. l. de ſing. cleric. ap. Cypr. p. 529. a. *Eſt via, quæ videtur apud homines recta eſſe: noviſſima autem ejus veniunt in prof. inferorum.* Ita quoque in Gr. Eadem repetuntur inf. c. 16. ℣. 25. quem vide.

℣. 14. In Gr. Τῶν ἑαυτῆ ὁδῶν πλησθήσεται ἐκτρεπόμενος, &c.

℣. 15. Ita rurſum Ambroſ. l. 3. de fide, to. 2. 519. e. In Gr. ἄκακος, pro *innocens:* non adduntur autem ibi verba ſequentia, *Filio doloſo*, &c. quæ leguntur in Vulg. ſed ſup. c. 13. ℣. 13.

℣. 16. In Gr. ἐξέκλινε, *declinavit*; ultimòque, ἑαυτῷ πεποιθὼς μίγνυται ἀνόμῳ, *ſibi fidens miſcetur iniquo.* Hieron. l. 3. cont. Rufin. col. 472. ita legit: *Sapiens timendo declinat malum: ſtultus confidens miſcetur ei.* Auct. l. de ſing. cleric. apud Cypr. p. 521. b. *Sapiens timendo declinabit ab omni malo: inſipiens autem confidens ſui miſcetur impio.*

℣. 17. Hanc ſententiam nonnihil hæſitans huc retuli. Græcè enim ita ſequitur: Ὀξύθυμος πράσσει μετὰ ἀζυλίας, *Impatiens agit cum temeritate:* vide inf. ad verſum 18. cap. 15.

℣. 23. Poſterior ſententia rurſus habetur apud Caſſian. coll. 24. c. 26. p. 882. utrique autem Græcum favet.

℣. 25. Ad verbum è Græco, præter unum *liberat*, pro

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 746. f. 26. In timore Dei ſpiritus fortitudinis; & in viis ejus pax, & vita æterna.

Ang. l. 1. cont. ep. Parm. to. 9. 25. a. 28. In lata gente gloria regis: in diminutione autem populi contritio principis.

Hieron. l. 3. cont. Rufin. to. 4. 472. 29. Longanimus vir, multus in prudentia eſt: puſillanimus, valde imprudens eſt.

Ambr. ep. 63. p. 1033. d. 30. Manſuetus homo, cordis medicus eſt: [a] tinea oſſium, cor intelligens.

[a] *Hieron. in Iſai. 50. p. 363. b.* [b] *Lucif. Cal. l. 1. pro S. Ath. 192. f.* 31. [b] Qui contumeliam facit pauperi, irritat eum qui fecit illum.....

Caſſian. coll. 14. c. 16. p. 648. c. 33. In corde enim bono requieſcet ſapientia.....

VULGATA NOVA.

26. In timore Domini fiducia fortitudinis, & filiis ejus erit ſpes.

27. Timor Domini fons vitæ, ut declinent à ruina mortis.

28. In multitudine populi dignitas regis: & in paucitate plebis ignominia principis.

29. Qui patiens eſt, multâ gubernatur prudentiâ: qui autem impatiens eſt, exaltat ſtultitiam ſuam.

30. Vita carnium, ſanitas cordis: putredo oſſium, invidia.

31. Qui calumniatur egentem, exprobrat factori ejus: honorat autem eum, qui miſeretur pauperis. *Inf. 17. 5.*

32. In malitia ſua expelletur impius: ſperat autem juſtus in morte ſua.

33. In corde prudentis requieſcit ſapientia, & indoctos quoſque erudiet.

VULGATA NOVA.

34. Juſtitia elevat gentem: miſeros autem facit populos peccatum.

35. Acceptus eſt regi miniſter intelligens: iracundiam ejus inutilis ſuſtinebit.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

quo ῥύσεται, *liberabit.*

℣. 26. Græc. Ἐν φόβῳ Κυρίου ἐλπὶς ἰσχυρὸς· τοῖς δὲ τέκνοις αὐτῶν καταλείψει ἐρείσμα· i. e. *In timore Domini ſpes fortitudinis: filiis autem ſuis relinquet firmamentum;* edit. Ald. addit εἰρήνης, *pacis.*

℣. 28. Sic iterum legit Aug. l. 2. col. 52. præter hoc 1. *In latitudine gentis*, pro *In lata gente.* Tichon. reg. 7. p. 65. c. poſteriora tantùm citat: *in diminutione populi, comminutio principis.* Gr. Ἐν πολλῷ ἔθνει δόξα βασιλέως· ἐν δὲ ἐλαττώσει λαῶν συντριβὴ δυνάστου.

℣. 29. Prior ſententia rurſus legitur apud Hieron. in ep. ad Galat. to. 4. 304. d. Cuncta Græco quadrant, detracto tamen duplici *eſt.*

℣. 30. Aptè ad Gr. præter ult. *intelligens*, pro quo αἰσθητικὴ, quod Nobil. vertit *ſenſitivum.* Primam ſententiam iterum refert Ambroſ. in Pſ. 1. p. 740. c.

℣. 31. S. Paulin. epiſt. 34. p. 217. a. *Qui ſpernit pauperem, exacerbat eum qui fecit illum.* Hieron. l. 3. contra Rufin. col. 472. *Qui calumniatur pauperem, laceſſit factorem ejus.* Græc. Ὁ ζυκοφαντῶν πτωχὸν, παροξύνει τὸν, &c. ut ſupra.

℣. 33. Gr. Ἐν καρδίᾳ ἀγαθῇ ἀνδρὸς σοφία. In editionibus Ald. & Compl. ἀναπαύσεται σοφία.

CAPUT XV.

VERSIO ANTIQUA.

Caſſian. l. 8. c. 1. p. 187. 1. IRa perdit etiam prudentes.....

Hieron. l. 3. cont. Rufin. t. 4. p. 472. 2. Lingua ſapientium bona novit, & os ſtultorum pronunciat malum.

Cypr. l. 3. Teſtim. p. 320. a. 3. In omni loco ſpeculantur oculi Dei bonos & malos.

5.....

Ex Mſ. S. Germ. n. 15. In abundanti juſtitiæ virtus maxima eſt: cogitationes impiorum eradicabuntur.

Ambr. in Pſ. 36. p. 810. a. 7. Labia ſapientium alligata ſunt ſenſu.

VULGATA NOVA.

1. REſponſio mollis frangit iram: ſermo durus ſuſcitat furorem. *Inf. 25. 15.*

2. Lingua ſapientium ornat ſcientiam: os fatuorum ebullit ſtultitiam.

3. In omni loco oculi Domini contemplantur bonos & malos.

4. Lingua placabilis, lignum vitæ: quæ autem immoderata eſt, conteret ſpiritum.

5. Stultus irridet diſciplinam patris ſui: qui autem cuſtodit increpationes, aſtutior fiet.

In abundanti juſtitia virtus maxima eſt: cogitationes autem impiorum eradicabuntur.

6. Domus juſti plurima fortitudo: & in fructibus impii conturbatio.

7. Labia ſapientium diſſeminabunt ſcientiam: cor ſtultorum diſſimile erit.

VULGATA NOVA.

Inf. 21. 27. Eccli. 34. 21. 8. Victimæ impiorum abominabiles Domino: vota juſtorum placabilia.

9. Abominatio eſt Domino via impii: qui ſequitur juſtitiam, diligitur ab eo.

VERSIO ANTIQUA.

Cypr. ep. 62. p. 103. c. 10. Non diligit indiſciplinatus caſtigantem ſe: qui autem oderunt correptiones, conſumentur turpiter.

VULGATA NOVA.

10. Doctrina mala deſerenti viam vitæ: qui increpationes odit, morietur.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Itidem Gregor. M. l. 5. moral. c. 45. p. 175. c. cum Gr. Ambroſ. in Pſ. 36. col. 785. c. 786. a. & l. de Sacram. 383. f. necnon Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. 513. f. *Ira perdit etiam ſapientes.*

℣. 2. Concinit Gr. niſi quòd extremò hab. ἀπαγγέλλει κακά, *annuntiat mala.*

℣. 3. Ita rurſum Cypr. l. de orat. Dom. p. 205. a. cum Fulg. reſp. contra Arian. p. 64. & l. 2. ad Traſim. c. 7. p. 97. nec diſſimile Græcum eſt.

℣. 5. Hoc additament. exhibet Mſ. S. Germ. 15. in ora inferiori: exſtat etiam in Germ. n. 4. & 14. ſed intra textum: abeſt verò à textu Hebraïco; nec tranſiit in Vulgatam, niſi ex Edit. LXX. ubi ſic: Ἐν περισσοσύνῃ δικαιοσύνης ἰσχὺς πολλή· οἱ δὲ ἀσεβεῖς ὀλοθρεύονται ἐκ γῆς ἀπωλείας. *In abundanti juſtitia fortitudo multa: impii autem radicitus de terra peribunt.*

℣. 7. Idem Ambroſ. in Pſ. 38. col. 844. b. *Labia ſapientis alligata ſunt intellectu:* at epiſt. 2. col. 756. a. ait: *Labia tua alligata ſint ſenſu.* Gr. textui favet.

℣. 10. Prior ſententia pertinere videtur ad verſ. 12.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

11. Infernus, & perditio coram Domino : quantò magis corda filiorum hominum ?

12. Non amat peſtilens eum, qui ſe corripit : nec ad ſapientes graditur.

VERSIO ANTIQUA.

12. Non diligit indiſciplinatus arguentes ſe : cum ſapientibus autem non loquitur. *Mſ. Floriac. n. 10.*

VULGATA NOVA.

Iaſ. 16. 24. & 17. 22.

13. Cor gaudens exhilarat faciem : in mœrore animi dejicitur ſpiritus.

14. Cor ſapientis quærit doctrinam : & os ſtultorum paſcitur imperitiâ.

15. Omnes dies pauperis, mali : ſecura mens quaſi juge convivium.

VULGATA NOVA.

16. Melius eſt parum cum timore Domini, quàm theſauri magni & inſatiabiles.

17. Melius eſt vocari ad olera cum charitate, quàm ad vitulum ſaginatum cum odio.

18. Vir iracundus provocat rixas : qui patiens eſt, mitigat ſuſcitatas.

19. Iter pigrorum quaſi ſepes ſpinarum : via juſtorum abſque offendiculo.

VERSIO ANTIQUA.

16. Melius eſt exiguum cum Dei timore, quàm theſauri magni ſine timore. *Ambr. ep. 2. p. 757. a.*

17. Melior eſt hoſpitalitas cum oleribus ad amicitiam & gratiam, quàm ſi vitulos occidas ad præſepia cum inimicitiis. *Idem l. 1. de Abr. c. 5. p. 295. c. & l. 2. offic. p. 96. b.*

18. Homo animoſus parat lites : & vir iracundus exaggerat peccata. *Firmil. ep. ad Cypr. ep. ipſum, p. 150. b.*

19. Viæ enim nihil operantium ſtratæ ſunt ſpinis : fortium verò tritæ ſunt. *Caſſian. coll. 24. c. 24. p. 879. f. 880. a.*

VULGATA NOVA.

20. Filius ſapiens lætificat patrem : & ſtultus homo deſpicit matrem ſuam.

21. Stultitia gaudium ſtulto : & vir prudens dirigit greſſus ſuos.

22. Diſſipantur cogitationes ubi non eſt conſilium : ubi verò ſunt plures conſiliarii, confirmantur.

23. Lætatur homo in ſententia oris ſui : & ſermo opportunus eſt optimus.

24. Semita vitæ ſuper eruditum, ut declinet de inferno noviſſimo.

25. Domum ſuperborum demolietur Dominus : & firmos faciet terminos viduæ.

26. Abominatio Domini cogitationes malæ : & purus ſermo pulcherrimus firmabitur ab eo.

VULGATA NOVA.

27. Conturbat domum ſuam qui ſectatur avaritiam : qui autem odit munera, vivet.

Iaſ. 16. 6. Per miſericordiam & fidem purgantur peccata : per timorem autem Domini declinat omnis à malo.

28. Mens juſti meditatur obedientiam : os impiorum redundat malis.

29. Longè eſt Dominus ab impiis : & orationes juſtorum exaudiet.

30. Lux oculorum lætificat animam : fama bona impinguat oſſa.

31. Auris, quæ audit increpationes vitæ, in medio ſapientium commorabitur.

32. Qui abjicit diſciplinam, deſpicit animam ſuam : qui autem acquieſcit increpationibus, poſſeſſor eſt cordis.

VERSIO ANTIQUA.

27.....

Per miſericordias & fidem purgantur peccata : timor autem Domini declinat omnes à malo. *Ex Mſ. S. Germ. n. 15.*

28..... Acceptæ apud Dominum viæ juſtorum : & per ipſos etiam inimici amici fiunt.

29. Longè eſt Dominus ab impiis..... *Hieron. l. 1. in ep. ad Epheſ. to. 4. col. 344. b.*

30. [a] Cor viri cogitet juſta, ut à Domino dirigantur greſſus ejus..... [b] impinguant oſſa ſermones boni. [a] *Cypr. de zelo & liv. p. 261. b.* [b] *S. Paulin. ep. 1. p. 1.*

32. Qui repellit diſciplinam, odit ſemetipſum : nam qui ſervat objurgationem, acquiret. *Mſ. Floriac. n. 10.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

inf. ita enim in Græco eſt : Παιδεία ἀκάκου γνωρίζεται ὑπὸ τῶν παριόντων· οἱ δὲ μιζυλοις ἐλέγχοις, τεθνήξουσιν αἰσχρῶς. i. e. *Diſciplina innocentis cognoſcitur a prætereuntibus : qui autem oderunt correptiones, morientur turpiter.*

℣. 12. Itidem Græcè, exceptis his fut. duobus, Οὐκ ἀγαπήσει..... οὐκ ὁμιλήσει.

℣. 16. Conſonat Græc. niſi id excipiatur, μικρὰ μερὶς, *parva pars*, loco *exignum* ; ut & Κυρίῳ, loco *Dei*. Cæſar. Arelat. hom. 29. *Melior eſt exigna portio cum timore Domini, quàm theſauri magni ſine timore ejus.*

℣. 17. Ita in Gr. præter ult. *quàm ſi vitulos*, &c. pro quibus ſimpliciter : ἢ παράθεσις μοχθηρὰ μετὰ ἔχθρας, *quàm appoſitio vitulorum cum inimicitia*. Theodot. ὑπὲρ βοῦν εἰλυτόν, *ſuper bovem ſaginatum*, &c. Vide etiam Ambroſ. l. de Tob. c. 5. col. 597. c.

℣. 18. Caſſian. l. 8. c. 1. p. 187. c. *Vir animoſus parit rixas : vir autem iracundus effodit peccata.* Ciaconius tamen cenſet Caſſianum ex duobus Proverbiorum locis unum hoc Teſtimonium conflaſſe, & priorem partem ex capite 15. poſteriorem verò ex cap. 29. ℣. 22. ſumpſiſſe : videndus ipſe in ſuis notis. Ita Gazæus in hunc locum. Idem quoque dicendum de Firmiliano. In Gr. multò plura : Ἀνὴρ θυμώδης παροξυνάζει μάχας· μακρόθυμος δὲ ἐν τῇ μέλλῃ καταπραΰνει. Μακρόθυμος ἀνὴρ καταυδίζει κρίσεις· ὁ δὲ ἀσεβὴς ἐγείρει μᾶλλον. *Vir animoſus parat rixas : longanimis autem & furorem mitigat. Longanimis vir exſtinguet judicia : impius autem ſuſcitat magis.* Similiter apud Hieron. l. 3. contra Rufin. p. 472. *Vir animoſus parat rixas.*

℣. 19. Similiter in Gr. eſt. Apud Paulin. verò epiſt. 28. p. 175. a. *Via pigrorum ſpinis ſtrata.*

℣. 27. Hæc ſententia duplex legitur in Mſ. prædict. intra textum, non in marg. de more ; in altero verò S. Germ. n. 14. exhibetur in ora inferiori, non tamen eò loci, ſed infra poſt ℣. 5. capitis 16. his tantùm mutatis : *Per miſericordiam..... per timorem autem Domini declinat omnis à malo :* nec malè ; nam in Gr. ſic : Ἐλεημοσύναις δὲ πίστεως ἀποκαθαίρονται ἁμαρτίαι· τῷ δὲ φόβῳ Κυρίου ἐκκλίνει πᾶς ἀπὸ κακοῦ. Item apud Cypr. l. 3. Teſtim. p. 302. c. *Eleemoſynis & fide peccata purgantur.* Apud Cæſar. Arelat. hom. 40. *Eleemoſynâ & fide peccata purgantur.* Nihil horum autem habetur in textu Hebraïco.

℣. 28. Ita fert Mſ. prædictus intra textum : in altero etiam Sangerm. n. 4. eadem leguntur, ſed numero ſingulari : *Accepta apud Dom. via*, &c. Græc. priori favet ad verbum, addito uno ἀνθρώπων, ad vocem *juſtorum*.

℣. 29. Græcum : Μακρὰν ἀπέχει ὁ Θεὸς ἀπὸ ἀσεβῶν.

℣. 30. Græcè ſimiliter : Καρδία ἀνδρὸς λογιζέσθω δικαία, ἵνα ὑπὸ τοῦ Θεοῦ διορθωθῇ τὰ διαβήματα αὐτοῦ· & infra : φῶς μὲν ἀγαθὴ παιδεύει ὀσᾶ. Item apud Hieron. in Iſai. 58. to. 3. 433. e. & Caſſiod. in Pſ. 101. p. 338. a. *ſama bona impinguat oſſa*, ut ſup. in Vulg.

℣. 32. Græc. Ὃς ἀπωθεῖται παιδείαν, μισεῖ ἑαυτὸν· ὁ δὲ τηρῶν ἐλέγχους, ἀγαπᾷ ψυχὴν αὐτοῦ. S. Valerian. hom. 1. apud Sirm. to. 1. p. 616. e. *Qui ſpernit diſciplinam, odit animam ſuam.* Ennod. pro Synodo ibid. to. 1. p. 1624. d. ſic habet : *Odit ſe qui negligit ſtudia* ; quod etiam Sirmondus huic loco reſpondere putat. Vide ſis ibid. not. c.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Cassian. coll. 14. c. 16. p. 648. c. 33. Timor Domini, disciplina & sapientia est.....

VULGATA NOVA.

33. Timor Domini, disciplina sapientiæ: & gloriam præcedit humilitas.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 33. Ita Græcè, detracto verbo *est*.

CAPUT XVI.

VULGATA NOVA.

Inf. ℣. 9. 1. HOminis est animam præparare: & Domini gubernare linguam.

2. Omnes viæ hominis patent oculis ejus: spirituum ponderator est Dominus. *Inf.* 20. 24. & 21. 2.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. l. 3. cont. Pelag. t. 4. 538. c. 3. Devolve super Dominum opera tua, & firmabuntur cogitationes tuæ.

Cassian. coll. 11. c. 5. p. 559. 4. Omnia operatus est Dominus propter semetipsum.....

Hieron. l. 3. cont. Rufin. t. 4. p. 472. 5. Immundus est apud Deum omnis qui exaltat cor suum: manus manui inferens injustè, non erit impunitus.

Lucif. Cal. l. 1. pro S. Ath. p. 192. g. Initium viæ bonæ, facere justa: accepta autem

Cassian. coll. 14. c. 16. p. 648. c. sunt apud Dominum magis, quàm immolare hostias. Qui timet Deum, inveniet scientiam cum justitia.....

VULGATA NOVA.

3. Revela Domino opera tua, & dirigentur cogitationes tuæ.

4. Universa propter semetipsum operatus est Dominus; impium quoque ad diem malum.

5. Abominatio Domini est omnis arrogans: etiam si manus ad manum fuerit, non est innocens.

Initium viæ bonæ, facere justitiam: accepta est autem apud Deum magis, quàm immolare hostias.

VULGATA NOVA.

Sup. 15. 27. 6. Misericordiâ & veritate redimitur iniquitas: & in timore Domini declinatur à malo.

7. Cùm placuerint Domino viæ hominis, inimicos quoque ejus convertet ad pacem.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. l. 1. in ep. ad Tit. t. 4. p. 417. a. 8. Melior est modica acceptio cum justitia, quàm multa genimina cum iniquitate.

VULGATA NOVA.

8. Melius est parum cum justitia, quàm multi fructus cum iniquitate.

Sup. ℣. 1. 9. Cor hominis disponit viam suam: sed Domini est dirigere gressus ejus.

10. Divinatio in labiis regis, in judicio non errabit os ejus.

11. Pondus & statera judicia Domini sunt: & opera ejus omnes lapides sacculi.

12. Abominabiles regi qui agunt impiè: quoniam justitiâ firmatur solium.

13. Voluntas regum labia justa: qui recta loquitur, diligetur.

14. Indignatio regis, nuncii mortis: & vir sapiens placabit eam.

15. In hilaritate vultus regis, vita: & clementia ejus quasi imber serotinus.

16. Posside sapientiam, quia auro melior est: & acquire prudentiam, quia pretiosior est argento.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſ. S. Germ. n. 15. 17..... Qui excipit disciplinam, in bonis erit: qui autem custodit increpationes, sapiens fiet. Qui custodit vias suas, custodit animam suam: diligens autem vitam, parcet ori suo.

Cassian. coll. 6. c. 17. p. 427. f. 18. Ante contritionem præcedit ruina: & ante ruinam mala cogitatio.

VULGATA NOVA.

17. Semita justorum declinat mala: custos animæ suæ servat viam suam.

18. Contritionem præcedit superbia: & ante ruinam exaltatur spiritus.

VULGATA NOVA.

19. Melius est humiliari cum mitibus, quàm dividere spolia cum superbis.

20. Eruditus in verbo reperiet bona: & qui sperat in Domino, beatus est.

21. Qui sapiens est corde, appellabitur prudens: & qui dulcis eloquio, majora percipiet.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. tract. in 1. Joh. to. 3. 869. f. 22. Fons vitæ, consilium possidentibus eum.....

VULGATA NOVA.

22. Fons vitæ, eruditio possidentis: doctrina

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 3. 4. Nihil horum reperitur in Ed. Rom. LXX. nec in allis editt. Græcis: attamen Nobilius Not. in hunc locum, monet in uno codice sub asteriſco aliqua superaddi hoc loco, quorum ultima hæc sunt: κύλισον ἐπὶ Κύριον τὰ ἔργα σου, καὶ διαβεβαιώσονται οἱ λογισμοί σου· πάντα τὰ ἔργα εἰργάσατο Κύριος δι' ἑαυτὸν, &c. quæ ipsissima sunt quæ citantur supra ex Hieron. & Cassiano.

℣. 5. Mirè concordant hæc omnia cum Græco, nisi quòd sub finem, loco *Qui timet Deum*, habetur, Ὁ ζητῶν τὸν Κύριον, *Qui quærit Dominum*. Sententia verò intermedia, *Initium viæ bona*, &c. usque *ad hostias* incl. addita pariter exhibetur in Mſs. S. Germ. n. 14. & 15. in posteriori quidem eò loci in marg. in altero verò, post versum 27. capitis 15. in ora inferiori, absque verbo *sunt*, quod etiam abest à Gr. Sententia autem ista cum seq. non legitur in textu Hebraico. Apud Cassian. l. 12. c. 21. p. 261. ut sup. *Immundus est apud eum omnis qui exaltat cor suum*. Sic etiam apud Gregorium Magnum, l. 34. in Job, c. 23. p. 1140. d.

℣. 8. Eadem rursus habet Hieron. in Eccles. to. 2. 739. a. excepta voce *parva*, pro *modica*. At in Græco tota ista frustra quæsieris, saltem eò loci.

℣. 17. Hæc omnia addita reperiuntur in ora inferiori prædicti Mſ. Ita quoque leguntur in Græco, verbum pro verbo. In Mſ. etiam Floriac. hæc habentur: *Qui accipit disciplinam, in bonis erit: nam qui custodit increpationem, sapiens fiet.* Item Hieron. l. 3. adversùs Rufin. col. 473. legit: *qui diligit vitam. parcit ori suo.* Græcum addit αὐτῦ, *suam*, ad *vitam*: absunt autem pene omnia à Vulgata & Hebraico textu.

℣. 18. Eodem modo legit Hieron. l. 3. contra Rufin. col. 473. excepta tamen voce *contumelia*, pro *ruina*; Græcè ὕβρεις; cæt. ut in Lat. sup.

℣. 22. Græcum: Πηγὴ ζωῆς, ἔννοια τοῖς κεκτημένοις· *Fons*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

ſtultorum, fatuitas.

23. Cor ſapientis erudiet os ejus: & labiis ejus addet gratiam.

Sup. 15. 13. 24. Favus mellis, compoſita verba: dulcedo animæ, ſanitas oſſium.

Inf. 17. 22. 25. Eſt via quæ videtur homini recta: & noviſſima ejus ducunt ad mortem.

26. Anima laborantis laborat ſibi, quia compulit eum os ſuum:

27. Vir impius fodit malum, & in labiis ejus ignis ardeſcit.

VERSIO ANTIQUA.

23. Sapiens intelligit quæ profert de ore ſuo: & in labiis ſuis portabit ſcientiam. *Hieron. præf. in Iſai. to. 3. p. 4.*

24. Favi mellis, ſermones boni..... *Ambr. in Pſ. 118. p. 1138. a.*

25. Sunt viæ quæ videntur viro rectæ eſſe: ultima autem earum adſpiciunt in profundum inferni. *Ibid. p. 1067. c.*

26. Vir in doloribus laborat ſibi, & vim facit perditioni ſuæ: *Caſſian. coll. 7. c. 6. p. 434.*

27. Perverſus in ore ſuo portat perditionem, & in labiis ſuis ignem condit. *Cypr. ep. 55. p. 89. b.*

VULGATA NOVA.

28. Homo perverſus ſuſcitat lites: & verboſus ſeparat principes.

29. Vir iniquus lactat amicum ſuum: & ducit eum per viam non bonam.

VULGATA NOVA.

30. Qui attonitis oculis cogitat prava, mordens labia ſua perficit malum.

31. Corona dignitatis ſenectus, quæ in viis juſtitiæ reperietur.

32. Melior eſt patiens viro forti: & qui dominatur animo ſuo, expugnatore urbium.

33. Sortes mittuntur in ſinum, ſed à Domino temperantur.

VERSIO ANTIQUA.

30. Qui obfirmat oculos ſuos, cogitat perverſa, & provocat labiis ſuis omnia mala..... *Hieron. l. 3. cont. Rufin. t. 4. p. 473.*

32. Melior eſt vir patiens forti: qui enim iracundiam continet, melior eſt quàm qui urbem capit. *Cypr. l. 3. Teſtim. p. 306. b.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

vita, cogitatio poſſidentibus.

℣. 23. Græcum: Καρδία σοφῦ νοήσει τὰ ἀπὸ τῦ ἰδίυ σώματος· ἐπὶ δὲ χείλεσι φορέσει ἐπιγνωμοσύνην. *Cor ſapientis cogitabit quæ ab ore proprio: in labiis autem portabit doctrinam.*

℣. 24. Sic iterum Ambroſ. l. de bon. mort. c. 5. col. 398. f. & epiſt. 64. col. 1049. d. Item S. Paulin. ep. 11. p. 49. a. necnon Auct. l. de promiſſ. apud Proſp. p. 2. c. 21. col. 145. c. unà cum Gr.

℣. 25. Ita in Græco. Hieron. in Iſai. 26. to. 3. 220. c. *Sunt viæ viri, quæ videntur rectæ: noviſſima autem earum reſpiciunt in profundum inferni:* & l. 2. adversùs Pelag. c. 1. to. 4. 511. f. *Sunt viæ quæ videntur viro juſtæ*, &c. ut ſup. S. Paulin. epiſt. 34. p. 221. b. *Sunt viæ quæ videntur hominibus planæ: noviſſima autem earum tendunt in infernum.* Caſſian. coll. 1. c. 20. p. 320. c. *Sunt via quæ videntur rectæ eſſe viro: noviſſima autem earum venient in profund. inferni:* ſimiliter coll. 20. c. 9. p. 776. c. niſi quòd habet, *quæ videntur hominibus rectæ;* paulòque poſt, *veniunt in profund.* &c. S. Bened. regula, c. 7. *Sunt via quæ videntur hominibus rectæ, quarum finis uſque ad profundum inferni demergit.* Capitul. Baluz. to. 2. p. 115. a. *Sunt via quæ videntur hominibus bonæ, & ducunt ad interitum.* Vide ſupra c. 14. ℣. 12.

℣. 26. Sic iterum Caſſian. coll. 12. c. 5. p. 475. b. c. ſicut Hieron. l. 2. contra Pelag. to. 4. 513. a. niſi quòd habet *dolore*, pro *doloribus:* at l. 2. contra Jovin. col. 210. a. legit: *Vir in laboribus laborat ſibi, & vim facit in interitum ſuum.* Græc. Ἀνὴρ ἐν πόνοις πονεῖ ἑαυτῷ, καὶ ἐκβιάζεται τὴν ἀπώλειαν ἑαυτῦ.

℣. 27. Ita Græcè, niſi quòd poſt *perditionem*, hoc interpoſitum habetur, ἀνὴρ ἄφρων ὀρύσσει ἑαυτῷ κακά, *vir imprudens fodit ſibi mala;* deinde quæ ſupra, ἐπὶ δὲ τῶν ἑαυτῦ χειλέων θησαυρίζει πῦρ. Mſ. Alex. ὀρύσσει πῦρ.

℣. 30. Similiter in Gr. præter unum ὁρίζει, loco *provocat;* Nobil. *ſtatuit*, vel *perficit;* ad litt. *definit, conſtituit:* legiſſe videtur Hieron. ὁρίσει, id eſt, *concitat, commovet.*

℣. 32. Ad verbum è Gr. præter conjunctionem *enim*, pro qua δὲ, *autem.* Ambroſ. l. 2. de Abr. c. 6. col. 325. b. legit: *Melior eſt ſapiens* (erratum fortè, pro *patiens*) *forti: qui autem iracundiam continet*, &c. ut ſup. & l. 1. offic. col. 27. b. *melior eſt qui iracundiam continet, quàm qui urbem capit.* Auguſt. l. de mor. Eccleſ. to. 1. 703. d. *Melior vir patiens fortiſſimo:* & in Pſ. 7. to. 4. 31. a. *melior eſt qui vincit iram, quàm qui capit civitatem:* ita rurſum hab. in Pſ. 111. col. 1249. e. & ſerm. 315. to. 5. 1267. f. & l. 19. contra Fauſt. to. 8. 330. a. & l. 1. contra epiſt. Parmen. to. 9. col. 16. a. Caſſianus verò coll. 12. c. 6. p. 577. c. *Melior patiens viro forti: & qui continet iram, capiente urbem.*

CAPUT XVII.

VULGATA NOVA.

1. MElior eſt buccella ſicca cum gaudio, quàm domus plena victimis cum jurgio.

Eccli. 10. 28. 2. Servus ſapiens dominabitur filiis ſtultis, & inter fratres hæreditatem dividet.

3. Sicut igne probatur argentum, & aurum camino: ita corda probat Dominus.

4. Malus obedit linguæ iniquæ, & fallax obtemperat labiis mendacibus.

Sup. 14. 31. 5. Qui deſpicit pauperem, exprobrat factori ejus: & qui ruinâ lætatur alterius, non erit impunitus.

6. Corona ſenum filii filiorum: & gloria fi-

VERSIO ANTIQUA.

1. MElior eſt panis in ſuavitate cum pace..... *Ambr. l. 2. offic. p. 96. b.*

2. Eſt ſervus intelligens qui regat dominos ſtultos..... *Idem ep. 37. p. 933. c.*

3. Sicut probatur in camino argentum & aurum: ſic electa corda apud Dominum. *Auct. l. de xlii. manſ. ap. Ambr. p. 15. d.*

4. [a] Malus obaudit linguæ iniquorum: juſtus autem non intendit labiis mendacibus. [a] *Cypr. ep. 55. & 69. p. 89. b. & 123.*

6..... Ejus qui fidelis eſt, totus mundus divitia- *Hieron. in Exech. 45. to. 3. 1039. f.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græcum: Κρείσσων ψωμὸς μετ' ἡδονῆς ἐν εἰρήνῃ. Nobil. *Melior buccella cum voluptate in pace.*

℣. 2. Idem Ambroſ. l. 2. de Jac. to. 1. 463. b. *Famulus prudens regit dominos ſtultos.* Gr. Οἰκέτης νοήμων κρατήσει δεσποτῶν ἀφρόνων.

℣. 3. Ita Græcè, verbum è verbo. Apud Caſſian. coll. 7. c. 25. p. 452. c. *Sicut probatur argentum & aurum in camino: ita eligit corda Dominus.*

℣. 4. Ad verbum è Græco.

℣. 6. Optimè è Græco. Similiter habet Ambroſ. l. 2. de Abr. c. 26. col. 328. d. *Ejus qui fidelis ſit, totus mundus divitiarum:* at epiſt. 38. col. 942. a. *Fidelis totus mun-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup. rum : illius autem qui infidelis est, neque obolus.

VULGATA NOVA.

liorum patres eorum.

VULGATA NOVA.

7. Non decent stultum verba composita ; nec principem labium mentiens.

8. Gemma gratissima, exspectatio præstolantis : quòcunque se vertit, prudenter intelligit.

9. Qui celat delictum, quærit amicitias : qui altero sermone repetit, separat fœderatos.

10. Plus proficit correptio apud prudentem, quàm centum plagæ apud stultum.

11. Semper jurgia quærit malus : angelus autem crudelis mittetur contra eum.

12. Expedit magis ursæ occurrere raptis fetibus, quàm fatuo confidenti in stultitia sua.

13. Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo ejus. *Rom. 12. 17. 1. Thess. 5. 15. 1. Pet. 3. 9.*

14. Qui dimittit aquam, caput est jurgiorum : & antequam patiatur contumeliam, judicium deserit.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. l. 1. offic. p. 34. c. 15. Qui justum judicat injustum, injustum verò justum, exsecrabilis apud Deum.

Cassian. coll. 14. c. 16. p. 648. c. 16. Ut quid fuerint divitiæ insipienti ? possidere enim sapientiam excors non poterit.

Ex Mss. Sangerm. n. 15. Qui altam facit domum suam, quærit ruinam : & qui devitat discere, incidet in mala.

Ambr. l. de Tob. p. 621. a. 18..... Spondens sponde amico tuo, quemadmodum qui obligat se sponsorem amicorum suorum.

VULGATA NOVA.

15. Qui justificat impium, & qui condemnat justum, abominabilis est uterque apud Deum. *Isa. 5. 23.*

16. Quid prodest stulto habere divitias, cùm sapientiam emere non possit ?

Qui altam facit domum suam, quærit ruinam : & qui evitat discere, incidet in mala.

17. Omni tempore diligit qui amicus est : & frater in angustiis comprobatur.

18. Stultus homo plaudet manibus, cùm spoponderit pro amico suo.

VULGATA NOVA.

19. Qui meditatur discordias, diligit rixas : & qui exaltat ostium, quærit ruinam.

20. Qui perversi cordis est, non inveniet bonum : & qui vertit linguam, incidet in malum.

21. Natus est stultus in ignominiam suam : sed nec pater in fatuo lætabitur.

Sup. 15. 13. & 16. 24. 22. Animus gaudens ætatem floridam facit : spiritus tristis exsiccat ossa.

23. Munera de sinu impius accipit, ut pervertat semitas judicii.

24. In facie prudentis lucet sapientia : oculi stultorum in finibus terræ. *Eccles. 2. 14. & 8. 1.*

25. Ira patris, filius stultus : & dolor matris quæ genuit eum.

26. Non est bonum, damnum inferre justo : nec percutere principem, qui recta judicat.

27. Qui moderatur sermones suos, doctus & prudens est : & pretiosi spiritûs vir eruditus. *Jac. 1. 19.*

VERSIO ANTIQUA.

Hilar. in Psal. 118. p. 272. b. 28. Inintelligendo sapientiam interroganti sapientia deputatur.....

VULGATA NOVA.

28. Stultus quoque si tacuerit, sapiens reputabitur : & si compresserit labia sua, intelligens.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

dus possessio est. August. in Ps. 48. to. 4. 426. e. *Fideli homini mundus totus divitiarum est :* sic etiam l. cont. Adim. to. 8. 141. b. Hieron. ep. ad Paulin. *Credenti totus mundus divitiarum est.* Cassian. coll. 24. c. 26. p. 882. *Fidelis viri totus mundus divitiarum.* Auct. l. de promiss. apud Prosp. p. 2. col. 124. b. *Fideli homini totus mundus divitiarum est : infideli autem nec obolus.*

℣. 15. Ita Græcè, nisi id excipiatur ult. ἀκάθαρτος ἢ βδελυκτὸς παρὰ Θεῷ, *immundus & abominabilis apud Deum.* Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 192. g. legit : *Qui justum vocat injustum, injustum autem ut justum, abominabilis est apud Deum.* Hieron. in Isai. 5. to. 3. 54. f. *Qui judicat justum injustum, & injustum justum, abominabilis est uterque apud Deum :* similiter in ep. ad Philem. to. 4. 448. c. præter unum *dicit*, pro *judicat*. Parmen. apud August. l. 2. contra ipsum, to. 9. 27. b. *Qui judicat justum injustum, injustum verò justum, exsecrabilis est apud Deum.* Cælestinus PP. epist. 14. to. 1. p. 1142. c. *Abominationi est Deo quisquis vel justum pro injusto, vel pro justo ducit injustum.*

℣. 16. Conveniunt hæc tota cum Gr. nisi id excipias, *& qui devitat discere*, pro quo ὁ δὲ σχολιάζων τῷ μαθεῖν Nobil. sic vertit, *qui autem tortuosè accedit ad discendum.* Ambros. l. 1. offic. col. 34. c. priora sic memorat : *Ut quid abundant justitia imprudenti ?* Mss. nonnulli, *pecunia imprudenti ?* sed in potioribus antiquitate & numero, *justitia.* Sententia posterior, quam ex Ms. Sangerm. 15. eruimus, in altero itidem Germ. n. 14. similiter exstat ; apud utrumq. in ora inferiori de more. In Vulgatam autem hod. transiit è Versione LXX. cùm à fonte Hebraïco prorsus absit ; sicut & aliæ plurimæ id genus. In Cod. 14. legitur *incidit*, sicut in alio n. 4. intra textum ; in Græco, ἐμπεσεῖται, ut supra.

℣. 18. Hîc Ambros. citat Proverbia Salomonis. In Gr. sic : Ἀνὴρ ἄφρων ἐπιχεροτεῖ ἢ ἐπιχαίρει ἑαυτῷ, ὡς ἢ ὁ ἐγγυώμενος ἐγγύη τῶν ἑαυτῆ φίλων. *Vir imprudens plaudit & congaudet sibi, cùm etiam spondens spoponderit suos ipsius amicos.*

℣. 28. Mss. plures Hilarii ferunt *intelligendo*, sed mendosè ; meliùs Miciac. *inintelligendo*, *quo sensu*, inquit Hilar. *id ostendi videtur, quòd qui non intelligat, & sapienter interroget, sapere credatur.* Cassian. coll. 4. c. 9. p. 377. *Insipienti interroganti sapientia reputabitur :* quibus Gr. favet, nisi quòd addit Σοφίαν verbo *interroganti :* at in Ms. Alex. ac edit. Compl. deest.

CAPUT XVIII.

VERSIO ANTIQUA.

VULGATA NOVA.

1. OCcasiones quærit qui vult recedere ab amico : omni tempore erit exprobrabilis.

Cassian. coll. 14. c. 17. p. 649. 2. Non opus est sapientiâ, ubi deest sensus : magis enim ducitur insipientiâ.

2. Non recipit stultus verba prudentiæ : nisi ea dixeris quæ versantur in corde ejus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Græcum : Οὐ χρείαν ἔχει σοφίας ἀνὴρ ἄφρων, &c. ut in Lat. i. e. *Non opus habet sapientiâ is qui indiget corde.*

Digitized by Google

Vulgata nova.	Versio antiqua.	
3. Impius, cùm in profundum venerit peccatorum, contemnit: ſed ſequitur eum ignominia & opprobrium.	3. Cùm venerit impius in profundum malorum, contemnit.....	*Auct. op. imp. in Matth. hom. 41. p. 171. d.*
Inf. 20. 5. 4. Aqua profunda verba ex ore viri: & torrens redundans fons ſapientiæ.	4. Aqua alta verbum in corde viri.....	*Ambr. in Pſ. 45. p. 927. c.*
5. Accipere perſonam impii non eſt bonum, ut declines à veritate judicii.	5. Mirari perſonam impii non eſt bonum, neque ſanctum declinare juſtum in judicio.	*Lucif. Cal. l. 1. pro S. Ath. 192. g.*
6. Labia ſtulti miſcent ſe rixis: & os ejus jurgia provocat.	6. Labia ſtulti ducunt eum in mala: & os audax mortem invocat.	*Hieron. l. 3. cont. Rufin. p. 473.*
7. Os ſtulti contritio ejus: & labia ipſius, ruina animæ ejus.		
8. Verba bilinguis, quaſi ſimplicia: & ipſa perveniunt uſque ad interiora ventris.	8. Verba adulatorum, mollia: noviſſima autem eorum perveniunt in intima ventris.	*Caſſiod. in Pſ. 40. p. 477. b.*
Pigrum dejicit timor: animæ autem effeminatorum eſurient.	Pigrum dejicit timor: animæ autem effeminatorum eſurient.	*Ex Mſ. Sangerm. n. 15.*

Vulgata nova.	Versio antiqua.	
9. Qui mollis & diſſolutus eſt in opere ſuo, frater eſt ſua opera diſſipantis.	currit juſtus, & exaltabitur.	
10. Turris fortiſſima, nomen Domini: ad ipſum	11. Subſtantia divitis urbs roboris ejus, & quaſi murus validus circumdans eum.	
11. Antequam conteratur, exaltatur cor hominis: & antequam glorificetur, humiliatur.	12. Ante contritionem elevatur cor viri: & ante gloriam humiliatur.	*Hieron. in Iſai. 13. to. 3. 152. a.*
Sup. 11. 2. *Eccli.* 10. 15.		
13. Qui priùs reſpondet quàm audiat, ſtultum ſe eſſe demonſtrat, & confuſione dignum. *Eccli.* 11. 8.	15. Cor prudens poſſidebit ſcientiam: & auris ſapientium quærit doctrinam.	
14. Spiritus viri ſuſtentat imbecillitatem ſuam: ſpiritum verò ad iraſcendum facilem quis poterit ſuſtinere?	16. Donum hominis dilatat viam ejus, & ante principes ſpatium ei facit.	

Vulgata nova.	Versio antiqua.	
17. Juſtus, prior eſt accuſator ſui: venit amicus ejus, & inveſtigabit eum.	17. Juſtus in principio ſermonis ſui ipſe ſibi accuſator eſt.....	*Hilar. in Pſ. 125. p. 411. c.*
18. Contradictiones comprimit ſors, & inter potentes quoque dijudicat.	18. Contradictiones ſedat ſortitio, & inter potentes definit.	*Aug. ep. 228. to. 2. 835. a.*
19. Frater, qui adjuvatur à fratre, quaſi civitas firma: & judicia quaſi vectes urbium.	19. Frater fratrem adjuvans, exaltabitur ſicut civitas magna.....	*S. Paulin. ep. 12. p. 67. b.*
20. De fructu oris viri replebitur venter ejus: & genimina labiorum ipſius ſaturabunt eum.	20. Ex fructu oris ſui vir implevit ventrem ſuum: fructibus autem labiorum ſuorum ſatiabitur.	*Ambr. in Luc. 20. p. 1510. c.*
21. Mors, & vita in manu linguæ: qui diligunt eam, comedent fructus ejus.	21. Mors, & vita in manibus linguæ.....	*Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 192. b.*
22. Qui invenit mulierem bonam, invenit bonum: & hauriet jucunditatem à Domino.	22.....	
Qui expellit mulierem bonam, expellit bonum: qui autem tenet adulteram, ſtultus eſt & impius.	Qui expellit mulierem bonam, expellit bonum: qui autem continet adulteram, ſtultus eſt & impius.	*Ex Mſ. Sangerm. n. 15.*

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 3. Itidem Græcè. Hierôn. in Ezech. 18. to. 3. 817. f. *Impius, cùm in profundum malorum venerit, contemnit:* & ſup. in cap. 16. col. 797. d. *Peccator, cùm venerit in profundum iniquitatis, contemnit.* Auguſt. in Job, to. 3. 668. c. loquens de *profundo malorum*, ſubdit: *quò cùm venerit peccator, contemnet:* & in Pſ. 113. to. 4. 1264. f. *Peccator, dum venerit in profundum malorum, contemnit.* Fulg. epiſt. 7. p. 190. *Peccator, cùm in profundum malorum venerit, contemnit.*

℣. 4. Similiter in Gr. Vide infra, c. 20. ℣. 5.

℣. 5. Concordat Græc. ad verbum.

℣. 6. Similiter in Græco, additâ voculâ αὐτὲ, ad *os*.

℣. 8. Prior ſententia ex Caſſiodoro prolata, non legitur in Gr. Poſterior exſtat in Vulg. hod. ſed è LXX. in ipſam tranſiiſſe manifeſtum eſt, cùm abſit à textu Hebraïco. In Græco hodie legitur ad verbum, præter 1. ὀκνηρὲς, *pigres*, num. plurali. Porro hæc ſententia addita reperitur in margine Mſs. S. Germ. n. 4. & 15. & in alio Germ. n. 14. ſed intra textum.

℣. 12. Ita Græcè ad verbum. Idem Hieron. in Ezech. 20. to. 3. 840. d. legit: *Ante contritionem exaltabitur cor viri: & ante altitudinem humiliatur.* Auguſt. l. 14. de civitate Dei, c. 13. to. 7. 365. g. *Ante ruinam exaltatur cor: & ante gloriam humiliatur.* Ita quoque habet Auct. op. imp. in Matth. hom. 5. col. 49. a. addita voce *hominis*, ad *cor*.

℣. 17. Idem Hilarius in Pſ. 135. col. 483. c. *Juſtus ipſe ſibi accuſator eſt in primo ſermone ſuo:* & in Pſ. 118. col. 266. c. *Juſtus in exordio ſermonis ſui ipſe ſibi accuſator eſt.* Ambroſ. l. 2. de Cain, c. 7. to. 1. 217. c. *Juſtus in exordio ſermonis accuſator eſt ſui:* ſimiliter in Pſ. 118. col. 1012. e. 1050. e. 1083. c. & l. 2. de pœnit. to. 2. 428. c. & epiſt. 51. col. 1000. f. at l. de apol. Dav. to. 1. 691. e. legit *in primordio ſermonis:* ita quoque in Luc. 15. col. 1465. d. ſed infra in c. 22. col. 1522. f. & in Pſ. 35. & 37. col. 769. d. 820. a. habet *in principio ſermonis*, &c. cui lectioni favet Hieronymus in Ezech. 16. to. 3. 807. d. & l. 2. contra Pelag. to. 4. 512. c. ut & Paulin. vit. Ambr. apud Ambr. to. 2. xi. a. Auctor etiam quæſt. Vet. Teſt. apud Auguſt. to. 3. 51. g. legit: *Juſtus accuſator eſt ſui in primordio ſermonis.* Græcum: Δίκαιος ἑαυτῷ κατήγορος ἐν πρωτολογίᾳ.

℣. 18. Caſſiod. in Pſ. 21. p. 76. a. *Contradictiones cebibet ſors, & inter potentes definit.* In Gr. non *ſors*, vel *ſortitio*, ſed ἀγηρὸς, Nobil. *tacitumus*; in edit. verò Ald. κλῆρος.

℣. 19. Cypr. epiſt. 52. p. 71. b. *Frater fratrem adjuvans exaltabitur.* Ita rurſum S. Paulin. epiſt. 1. p. 6. b. & S. Pacian. epiſt. 3. p. 313. g. Petrus verò Chryſol. ſerm. 170. p. 974. e. *Frater, qui adjuvatur à fratre, quaſi civitas munita.* Græcum: Ἀδελφὸς ὑπὸ ἀδελφοῦ βοηθούμενος, ὡς πόλις ὀχυρὰ καὶ ὑψηλὴ, &c. Hormiſdas PP. epiſt. 67. Conc. to. 4. 1525. a. *Frater enim à fratre adjuvari ſpiritualiter, murus eſt inexpugnabilis, & civitas munita.*

℣. 20. Sic eſt in Græco, exceptis his prioribus, Ἀπὸ καρποῦ στόματος ἀνδρὸς πίμπλησι, *De fructibus oris vir implet:* ſed in Mſ. Alex. Ἀπὸ καρποῦ, ut ſupra; repetitur etiam ἀπὸ, ante 2. *fructibus.*

℣. 21. Græcum habet ἐν χειρί. Item Hieron. ep. ad Damaſ. to. 3. 524. e. *In manu linguæ mors, & vita.*

℣. 22. Hæc leguntur in ora inferiori Mſ. cod. ſupra ci-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

23. Cum obsecrationibus loquetur pauper : & dives effabitur rigidè.

24. Vir amabilis ad societatem, magis amicus erit, quàm frater.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

tati. Ita quoque in altero Sangerm. n. 14. sed intra textum, exceptisque his tribus, *bona... tenet...* & *insipiens*, loco *bonum... continet...* & *impius*. In Græco, τὰ ἀγαθὰ... κατέχων... ἢ ἀσεβὴς cætera ut in Lat. sup. Invecta sunt autem hæc tota in Vulgatam ex Edit. LXX. cùm de his nihil prorsus exstet in textu Hebraico.

CAPUT XIX.

VULGATA NOVA.

1. MElior est pauper, qui ambulat in simplicitate sua, quàm dives torquens labia sua, & insipiens.

2. Ubi non est scientia animæ, non est bonum : & qui festinus est pedibus, offendet. *Inf.* 21. 16.

VERSIO ANTIQUA.

Aug. ep. 194. *to.* 2. 724. *c.*

3. Insipientia viri violat vias ejus : Deum autem causatur in corde suo.

VULGATA NOVA.

3. Stultitia hominis supplantat gressus ejus : & contra Deum fervet animo suo.

4. Divitiæ addunt amicos plurimos : à paupere autem & hi, quos habuit, separantur.

Lucif. Cal. l. 1. *pro S. Athan. p.* 192. *b.*

5. Testis falsus non impunitus erit : & qui accusat iniquè, non effugiet.

5. Testis falsus non erit impunitus : & qui mendacia loquitur, non effugiet. *Dan.* 13. 61.

VULGATA NOVA.

6. Multi colunt personam potentis, & amici sunt dona tribuentis.

7. Fratres hominis pauperis oderunt eum : insuper & amici procul recesserunt ab eo.

Qui tantùm verba sectatur, nihil habebit : 8. qui autem possessor est mentis, diligit animam suam, & custos prudentiæ inveniet bona.

VERSIO ANTIQUA.

Firmil. ep. ad Cypr. p. 150. *a.*

9. Falsus testis non erit impunitus.....

Cassian. coll. 14. *c.* 17. *p.* 649.

10. Non expediunt stulto deliciæ.....

VULGATA NOVA.

9. Falsus testis non erit impunitus : & qui loquitur mendacia, peribit.

10. Non decent stultum deliciæ, nec servum dominari principibus.

11. Doctrina viri per patientiam noscitur : & gloria ejus est iniqua prætergredi.

Ambr. de ob. Theod. p. 1201. *c.*

12. Iniqui regis minitatio similis rugitui leonis : sicut autem ros in herba, sic & hilaritas ejus.

12. Sicut fremitus leonis, ita & regis ira : & sicut ros super herbam, ita & hilaritas ejus.

13. Dolor patris, filius stultus : & tecta jugiter perstillantia, litigiosa mulier.

Ambr. in Luc. 16. *p.* 1470. *c.*

14. Domum, & substantiam patres partiuntur filiis : à Deo autem præparabitur viro uxor.

14. Domus, & divitiæ dantur à parentibus : à Domino autem propriè uxor prudens.

VULGATA NOVA.

15. Pigredo immittit soporem, & anima dissoluta esuriet.

16. Qui custodit mandatum, custodit animam suam : qui autem negligit viam suam, mortificabitur.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. l. de Tob. c. 16. *p.* 610. *a.*

17. Fœnerat Domino qui miseretur pauperi : secundùm datum autem ejus retribuet ei.

VULGATA NOVA.

17. Fœneratur Domino qui miseretur pauperis : & vicissitudinem suam reddet ei.

18. Erudi filium tuum, ne desperes : ad interfectionem autem ejus ne ponas animam tuam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 3. Eadem constanter legit August. l. de Gratia & libero arbitrio, to. 10. 719. c. 742. d. Ita etiam Cassianus, coll. 12. c. 8. p. 581. b. excepto verbo *corrumpit*, pro *violat*. In Græco : Ἀφροσύνη ἀνδρὸς λυμαίνεται τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ· τὸν δὲ Θεὸν αἰτιᾶται τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ.

℣℣. 5. & 9. Itidem Græcè.

℣. 10. Ita rursum Græcè, nisi hoc excipias, ὐ συμφέρει, *non conferunt*, loco *non expediunt* ; Symmach. ὐ πρέπει, *non decent*.

℣. 12. Vix meliùs è Græco, dempta 1, voce *iniqui*. Apud Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 193. a. *Regis minæ similes sunt gemitibus leonis :* & infra ait : *Dei domestici ridemus rugitus tuos leoni similes*. In Græco, βρυσμῷ ; in Scholio, σεισμῷ.

℣. 14. Ita ferunt Mss. plures Ambrosii cum omnibus edd. alii tamen bene multi, nec infimæ notæ habent : *Domum*, & *substantiam patris partiuntur filii*. Græcum priori lectioni favet : loco verò seqq. *à Deo autem præparabitur*, &c. sic habet : παρὰ δὲ Κυρίου ἁρμόζεται γυνὴ ἀνδρί, i. e. *à Domino autem aptatur mulier viro*. Ambrof. loco cit. subdit : *Bene dixit Græcum*, ἁρμόσεται ; *harmonia enim conveniens*, & *apta rerum omnium dicitur commissa connexio :* at in Græco hod. constanter ἁρμόζεται : nec etiam præ se aliud ferunt veteres Ambrosii editt. veruntamen cùm eædem editiones, necnon Mss. omnes hîc & inf. col. 1472. c. habeant *præparabitur*, facilè crediderim Ambrosium legisse ἁρμόσεται, pro ἁρμοσθήσεται ; futurum quippe medium passiva significatione facilè accipi potuit à Lat. antiquis, Græcæ linguæ non ita peritis. Ut ut est, non tantùm prædictis duobus locis, sed etiam l. 1. de Abr. c. 9. col. 309. d. Ambrosius legit : *à Deo præparabitur viro uxor*. Concinit Innoc. 1. epist. 2. to. 1. col. 751. b. at epist. 17. col. 832. a. legit : *à Deo præparatur viro uxor*. Phæbad. Agin. l. contra Arianos, p. 301. d. priora tantùm refert : *Domum*, & *substantiam dividunt patres filiis*.

℣. 17. Ita Græcè ad verbum, excepto uno Θεῷ, pro *Domino*. Similiter apud Iren. l. 4. c. 18. p. 251. c. *Qui miseretur pauperi, fœnerat Deo*. Cypr. l. 3. Testim. p. 302. c. *Qui pauperi miseretur, Deo fœnerat*. Ita quoque S. Valerianus, hom. 4. & 9. apud Sirm. to. 1. 631. a. 651. c. Ambrof. epist. 21. to. 2. 873. a. & l. de excef. Sat. col. 1130. b. *Qui largitur pauperi, Deo fœnerat*. S. Paulin. epist. 34. p. 217. b. *Qui miseretur pauperi, Deum fœnerat*. August. in Ps. 36. to. 4. p. 286. b. *Fœnerat Dominum qui miseretur*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

19. Qui impatiens eſt, ſuſtinebit damnum: & cùm rapuerit, aliud apponet.

20. Audi conſilium, & ſuſcipe diſciplinam, ut ſis ſapiens in noviſſimis tuis.

21. Multæ cogitationes in corde viri: voluntas autem Domini permanebit.

22. Homo indigens miſericors eſt: & melior eſt pauper, quàm vir mendax.

23. Timor Domini ad vitam: & in plenitudine commorabitur, abſque viſitatione peſſima.

Inf. 26. 15. 24. Abſcondit piger manum ſuam ſub aſcella, nec ad os ſuum applicat eam.

Inf. 21. 11. 25. Peſtilente flagellato ſtultus ſapientior erit: ſi autem corripueris ſapientem, intelliget diſciplinam.

VERSIO ANTIQUA.

19. Malignus vir multa detrimenta patietur..... *Hieron. l. 3. cont. Ruſin. p. 473.*

21. Multæ cogitationes in corde viri: conſilium autem Domini manet in æternum. *Aug. l. 15. de Trin. to. 8. 993. g.*

22..... melior pauper juſtus, quàm dives mendax. *Ambr. in Luc. 6. p. 1368. c.*

23. Timor Domini ad vitam: nam qui ſine timore eſt, habitat in locis, quæ non viſitat Æternus. *Ex Mſ. Sangerm. n. 15.*

25. Peſtifero caſtigato inſipiens aſtutior fiet: ſi autem arguas virum prudentem, intellexit ſenſum.

VULGATA NOVA.

26. Qui affligit patrem, & fugat matrem, ignominioſus eſt & infelix.

27. Non ceſſes fili audire doctrinam, nec ignores ſermones ſcientiæ.

28. Teſtis iniquus deridet judicium: & os impiorum devorat iniquitatem.

29. Parata ſunt deriſoribus judicia: & mallei percutientes ſtultorum corporibus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

pauperis. Chromat. Aquil. in Matth. p. 988. g. *Qui dat pauperi, Deo fœnerat.* Gaudentius Brix. ſer. 13. p. 965. e. *Qui miſeretur pauperibus, Deo fœneratur.* Cæſar. Arelat. hom. 40. *Qui miſeretur pauperi, Deo fœnerat, & nunquam indigebit.*

℣. 19. Græcum, Κακόφρων ἀνὴρ πολλὰ ζημιωθήσεται· *Malè cogitans vir*, &c.

℣. 21. Ita rurſum Auguſt. l. de catechiſ. rud. to. 6. 278. a. unà cum Græco. Auctor l. de voc. Gent. l. 1. c. 24. p. 15. e. *Multæ cogit. in corde viri: conſilium autem Domini obtinet.* Gr. εἰς τὸν αἰῶνα μένει.

℣. 22. Itidem Græcè. Apud Hieron. l. 3. contra Rufin. col. 473. *melior eſt pauper juſtus, quàm mendax dives.*

℣. 23. Sic habet Mſ. Sangerm. in ora inferiori extra textum. In Græco ſic: Φόβος Κυρίου εἰς ζωὴν ἀνδρί· ὁ δὲ ἄφοβος αὐλισθήσεται ἐν τόποις, ἃ οὐκ ἐπισκοπεῖται γνῶσις. i. e. *Timor Domini ad vitam viro: qui autem ſine timore, manebit in locis, ubi non conſideratur ſcientia.*

℣. 25. Græcum: Λιμῷ μαστιγεμένου ἄφρων πανουργότερος γίνεται (Mſ. Alex. cum editt. Ald. & Compl. ἔσαι·) ἐὰν δὲ ἐλέγχῃς ἄνδρα φρόνιμον, νοήσει αἴσθησιν. Hieron. in Ezech. 6. & 31. col. 731. f. 923. e. *Peſtilente flagellato ſtultus aſtutior fiet:* & inf. in c. 47. col. 1059. a. *ſtultus ſapientior erit.* Leo M. epiſt. 101. n. 3. *Caſtigato peſtilente ſapiens aſtutior erit:* at in Græco conſtanter ἄφρων, *ſtultus*, cujus loco vet. Interpres Lat. legiſſe videtur σώφρων; niſi fortè citetur à Leone ℣. 11. capitis 21. ubi non ἄφρων, ſed ἄκακος legitur; quam vocem idem Interpres verbo *ſapiens* expreſſerit.

CAPUT XX.

VULGATA NOVA.

1. LUxuriosa res, vinum, & tumultuoſa ebrietas: quicunque his delectatur, non erit ſapiens.

2. Sicut rugitus leonis, ita & terror regis: qui provocat eum, peccat in animam ſuam.

3. Honor eſt homini, qui ſeparat ſe à contentionibus: omnes autem ſtulti miſcentur contumeliis.

4. Propter frigus piger arare noluit: mendicabit ergo æſtate, & non dabitur illi.

Sup. 18. 4. 5. Sicut aqua profunda, ſic conſilium in corde viri: ſed homo ſapiens exhauriet illud.

6. Multi homines miſericordes vocantur: virum autem fidelem quis inveniet?

7. Juſtus, qui ambulat in ſimplicitate ſua, beatos poſt ſe filios derelinquet.

8. Rex, qui ſedet in ſolio judicii, diſſipat omne malum intuitu ſuo.

VERSIO ANTIQUA.

1. PRodigum eſt vinum, & contumelioſa ebrietas..... *Ambr. l. 2. offic. p. 96. c.*

2. Non diſtat ira regis ab ira leonis: ſed qui ſtimulat illum & admiſcetur, peccat in animam ſuam. *Idem apol. 2. Dav. c. 3. p. 710. c.*

3. Gloria eſt viro, qui avertit ſe à maledictis: qui autem ſtultus eſt, talibus ſe obligat. *Hieron. l. 3. cont. Ruſin. p. 473.*

5. Aqua alta, conſilium in corde viri..... *Ambr. in Pſ. 118. p. 1102. c.*

6. Grande, homo; pretioſum, vir miſericors: virum verò fidelem opus eſt invenire. *Hilar. in Pſ. 118. col. 2[illegible] b.*

7. Qui converſatur ſine viruperatione in juſtitia, beatos poſt ſe filios reliquet. *Cypr. de op. & elecm. p. 243. c.*

8. Cùm rex juſtus ſederit in throno..... *Aug. l. 3. cont. Creſcon. to. 9. p. 481. c.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. In Græco Ἀκόλαστον οἶνος, i. e. *intemperans*, ſeu *luxurioſa res*, *vinum.*

℣. 2. Græcum: Οὐ διαφέρει ἀφειδὴ βασιλέως ὀργὴ λέοντος· ὁ δὲ παροξύνων αὐτὸν (edd. Ald. & Compl. add. ἐπιμιγνύμενος,) ἁμαρτάνει εἰς τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν. Lucif. Calar. l. 1. pro S. Athan. p. 193. a. & Auguſt. ep. 140. to. 2. 437. f. *Nihil intereſt inter minas regis & iram leonis.* Ambr. ep. 63. to. 2. 1039. b. *Iræ regis, ira leonis.*

℣. 3. Græcum: Δόξα ἀνδρὶ, ἀποστρέφεσθαι λοιδορίας· πᾶς δὲ ἄφρων τοιούτοις συμπλέκεται. *Gloria viro, averſari contumeliam: omnis autem imprudens talibus complicatur.*

℣. 5. Ita rurſum Ambroſ. in Pſ. 45. col. 927. e. item l. 3. offic. col. 107. b. & l. de virginit. col. 243. d. Gr. Ὕδωρ βαθὺ, βουλὴ, &c. Bene Auct. de xlii manſ. apud Ambr. col. 16. c. *Aqua profunda, conſilium in corde viri.* Vide ſupra cap. 18. ℣. 4.

℣. 6. Itidem Græcè. Concinit pariter Ambr. in Pſ. 118. col. 1088. e. 1089. e. niſi quòd addit *opus*, ad *pretioſum*; ſed hoc abeſt à Græco. Atl. de ob. Theod. to. 2. p. 1201. d. ita legit: *Magnum & honorabile eſt homo miſericors: invenire autem virum fidelem difficile eſt.*

℣. 7. Sic iterum legit Cypr. l. 3. Teſtim. p. 302. c. hoc tamen omiſſo, *poſt ſe*; extremò etiam hab. *relinquit.* Græcum pariter delet τὸ *poſt ſe*, ſed addit αὐτῷ, ad *filios*, ſcribitque καταλείψει; cæt. ut in Lat. ſup.

℣. 8. Ita Græcè, ſubnexis his: οὐκ ἐναντιοῦται ὁ ὀξυλα-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. ubi sup. 9. Quis gloriabitur castum se habere cor? aut quis gloriabitur mundum se esse à peccato?

Ex Mſ. Floriac. n. 10. 10. Pondus magnum & minimum, & mensuræ duplices: immunda ante Dominum utraque, & qui facit ea.

11. In studiis suis impedietur juvenis: qui cum sancto est, directa est via ejus.

12. Auris audit, & oculus videt, opera Domini utraque.

Cypr. l. 3. Test. p. 328. 13. Noli diligere detrahere, ne extollaris: [a] aperi oculos tuos, & implere panibus.

[a] *Hieron. in Isai. 55. p. 406. a.*

VULGATA NOVA.

9. Quis potest dicere: Mundum est cor meum, purus sum à peccato? *3. Reg. 8. 46.*

10. Pondus & pondus, mensura & mensura: utrumque abominabile est apud Deum. *2. Par. 6. 36. Eccl. 7. 21.*

11. Ex studiis suis intelligitur puer, si munda & recta sint opera ejus. *1. Joan. 1. 8.*

12. Aurem audientem, & oculum videntem, Dominus fecit utrumque. *Sup. 11. 1.*

13. Noli diligere somnum, ne te egestas opprimat: aperi oculos tuos, & saturare panibus. *Inf. 23.*

VULGATA NOVA.

14. Malum est, malum est, dicit omnis emptor: & cùm recesserit, tunc gloriabitur.

15. Est aurum, & multitudo gemmarum: & vas pretiosum labia scientiæ.

16. Tolle vestimentum ejus, qui fidejussor exstitit alieni, & pro extraneis aufer pignus ab eo. *Inf. 27. 13.*

VERSIO ANTIQUA.

Cassian. coll. 17. c. 19. p. 706. a. 17. Suavis est homini panis mendacii: & postea replebitur os ejus calculo.

VULGATA NOVA.

17. Suavis est homini panis mendacii: & postea implebitur os ejus calculo.

VULGATA NOVA.

18. Cogitationes consiliis roborantur: & gubernaculis tractanda sunt bella.

19. Ei, qui revelat mysteria, & ambulat fraudulenter, & dilatat labia sua, ne commiscearis.

20. Qui maledicit patri suo, & matri, exstinguetur lucerna ejus in mediis tenebris. *Exod. 21. 17. Lev. 20. 9. Matth. 15. 4.*

21. Hæreditas, ad quam festinatur in principio, in novissimo benedictione carebit.

VERSIO ANTIQUA.

Cypr. ep. ad Demetr. p. 222. a. 22. Ne dixeris: Ulciscar me de inimico meo: sed exspecta Dominum, ut tibi auxilio sit.

Cassian. coll. 21. c. 22. p. 797. c. 23. Abominatio est Domino pondus duplex: & statera dolosa non est bona in conspectu ejus.

Aug. de prædest. SS. t. 10. 818. c. 24. A Domino diriguntur gressus viri: mortalis autem quomodo intelligit vias suas?

VULGATA NOVA.

22. Ne dicas: Reddam malum: exspecta Dominum, & liberabit te. *Rom. 12. 17. 1. Thess. 5. 15. 1. Pet. 3. 9.*

23. Abominatio est apud Dominum pondus & pondus: statera dolosa non est bona. *Sup. 11. 1.*

24. A Domino diriguntur gressus viri: quis autem hominum intelligere potest viam suam? *Sup. 10. 16.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

μὴ ἀντῦ πᾶν πονηρόν. i. e. *non adversatur in oculis ejus omne malum.*

℣. 9. Ita constanter August. in Ps. 99. to. 4. 1073. b. & l. de virginit. to. 6. 365. e. & l. de corr. & Gra. to. 10. 773. b. at l. 2. contra ep. Parmen. to. 9. 47. d. *Quis enim castum glorietur se habere cor? aut quis glorietur*, &c. Græcum delet duplex *se*; & loco alterius *gloriabitur*, habet παρρησιάσεται, *audacter dicet*; extremò, ἀπὸ ἁμαρτιῶν, *à peccatis*; cæt. ut in textu. Cyprian. l. de op. & elcem. p. 238. a. similiter habet cum Fulgent. epist. 3. p. 17. *Quis gloriabitur castum se habere cor? aut quis gloriab. mundum se esse à peccatis?* Item Ambros. de apol. Dav. col. 681. b. 698. e. *Quis gloriabitur castum se habere cor?* Ita quoque Hieron. in Ezech. 18. to. 3. 817. f. & l. 1. & 2. contra Pelag. to. 4. 509. f. 513. c. at his duob. postremis locis addit: *aut* (al. &) *quis confidet mundum se esse à peccato?* & l. 3. in epist. ad Ephes. to. 4. 406. a. *aut quis stabit, dicens mundum se esse à peccatis?* demum in Isai. 38. to. 3. 293. d. sic habet: *Quis gloriabitur purum habere se cor?* l. verò 2. contra Jovin. to. 4. p. 2. col. 194. b. *Quis enim gloriabitur castum se habere cor? aut quis confidet mundum se esse à peccatis?* Leo M. serm. 36. 42. 43. & 49. p. 98. b. 107. a. 108. b. 118. b. *Quis gloriabitur castum se habere cor, aut mundum se esse à peccato?* Item Cælestius ap. Mar. Merc. Garnerii, p. 386. *Quis gloriabitur castum se habere cor?* Auctor quæst. ex utroque Test. app. August. to. 3. 95. f. *Nemo gloriabitur mundum se habere cor:* & inf. col. 114. e. *Quis gloriabitur mundum se habere cor, aut immunem esse à peccatis?* Cassian. coll. 23. c. 17. p. 849. c. *Quis gloriabitur castum habere cor? aut quis fiduciam habebit se mundum esse à peccato?* Auctor op. imp. in Matth. hom. 38. p. 160. c. *Quis enim gloriabitur castum se habere cor, mundum à peccato?*

℣. 10. Ambros. l. de vid. to. 2. 207. d. *Pondus majus & minimum, & mensuræ duplices: immunda in conspectu Domini utraque:* & l. 3. offic. col. 124. a. *Pondus magnum & exiguum, & mensuræ duplices immundæ sunt coram Domino.* Cassian. coll. 21. c. 22. p. 797. b. *Pondus magnum & pusillum, & mensuræ duplices: immunda sunt apud Dominum utraque: & qui facit ea*, &c. ut inf. Græcum: Στάθμιον μέγα καὶ μικρὸν, καὶ μέτρα διττά· ἀκάθαρτα ἐνώπιον Κυρίου καὶ ἀμφότερα, καὶ ὁ ποιῶν αὐτά· à multis codd. abest καὶ, ante ἀμφότερα, si Nobilio fides. In uno autem veteri codice, teste eodem, ita sequitur: καίγε οἱ ποιοῦντες αὐτὰ, ἐν αὐτοῖς συμποδισθήσονται, deinde, καίγε ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτῦ, &c. i. e. *etiam qui faciunt ea, in ipsis impedientur:* & *quidem in suis adinventionibus*, &c. ut inf. Hieron. in Ezech. 45. to. 3. col. 1039. f. legit: *Statera grandis & minor, abominabile est utrumque in conspectu Dei.*

℣. 11. Cassian. coll. 21. c. 22. p. 797. b. post hoc, & *qui facit ea*, subdit, *in adinventionibus suis compedietur.* Græcè: Ἐν τοῖς ἐπιτηδεύμασιν αὐτῦ συμποδισθήσεται νεανίσκος μετὰ ὀξίης, καὶ εὐθεῖα ἡ ὁδὸς αὐτῦ. In vet. codice citato sup. à Nobilio ad verbum συμποδισθήσεται, adnectitur ἀνὴρ, *vir*, tum sequitur νεανίσκος μετὰ, &c. Mſ. Sang. n. 15. hæc addit in margine inferiori: & *si cum sancto fuerit, directa est via ejus*; quæ absunt à Vulgata hod. sicut ab Hebraico textu.

℣. 12. Similiter in Græco, nisi quòd ultimò habetur, Κυρίῳ ἔργα καὶ ἀμφότερα.

℣. 13. Tota ista concordant cum Græco. At Hieron. l. 3. contra Rufin. col. 473. habet: *Noli amare detrahere, ne eradiceris:* & in Isai. 3. to. 3. 32. e. *aperi oculos tuos*, & *replere panibus*; & in Isai. 65. col. 488. d. *saturare panibus.* Paulinus vit. Ambros. to. 2. col. XIV. c. *Noli diligere detrahere, ne eradicemini.* Anon. apud S. Paulin. epist. ad Celanc. to. 2. p. 14. a. *Noli diligere detrahere, ne eradiceris.* Itidem in Mſ. Floriac. n. 10. subnexis his: *adaperi oculos tuos, & justa videbis.*

℣. 17. Similiter habet Hieron. l. 3. adversùs Rufin. to. 4. 473. ubi plures adhibet sententias ex edit. LXX. decerptas. Itidem l. 1. contra Pelag. to. 4. 509. f. præter unum *dulcis*, loco *suavis*. Attamen hæc sententia non reperitur in Græco edit. Rom. nec in aliis edd. præterquam in Compl. ubi refertur cum aliis pluribus ante versum 23. testibus Nobilio & Lamberto Bozio. Præterea Nobilius notat eandem sententiam legi in pervetusto codice Græco, cum aliis versibus 14. 15. 16. 18. 19. qui omnes absunt ab edit. Rom. In Hebræo etiam legitur ut in Vulg.

℣. 22. Græcum, loco *Ulciscar me de inimico meo*, simpliciter habet, Τίσομαι τὸν ἐχθρόν, *Ulciscar inimicum*; cæt. ut in Lat. supra. Cypr. eadem reperit l. 3. Testim. p. 328. a. uno excepto *sustine*, pro *exspecta*; Gr. ὑπόμεινον.

℣. 23. Ad verbum è Græco, detracto duplici *est*. Ambros. in Ps. 61. col. 966. d. legit: *Exsecrabile Domino duplex pondus: & statera fallax, non bona:* & in Ps. 48. col. 947. c. *statera fallax, non bonum.*

℣. 24. Ita Græcè ad verbum, excepto uno ἀνδρὶ, *viro*, loco *viri*; Mſs. tamen August. omnes habent *corriguntur*, non *diriguntur*; quibus suffragatur Auctor l. de voc. Gent. l. 1. c. 24. p. 15. d. cætera quoque habet ut supra: Græcè constanter εὐθύνεται. Item apud Hieron. l. 1. cont. Pelag. to. 4. 509. f. *A Domine gressus hominis diriguntur: mortalis*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

25. Ruina eſt homini devorare ſanctos, & poſt vota retractare.

26. Diſſipat impios rex ſapiens, & incurvat ſuper eos fornicem.

27. Lucerna Domini ſpiraculum hominis, quæ inveſtigat omnia ſecreta ventris.

28. Miſericordia & veritas cuſtodiunt regem, & roboratur clementiâ thronus ejus.

29. Exſultatio juvenum, fortitudo eorum: & dignitas ſenum, canities.

30. Livor vulneris abſterget mala: & plagæ in ſecretioribus ventris.

VERSIO ANTIQUA.

25. Laqueus eſt viri citò quid de ſuis ſanctificare: cùm enim votum fecerit, ſurrepit pœnitentia. *Hieron. in Ezech. 44. p. 1031. a.*

26. Ventilator enim eſt impiorum rex ſapiens, & immittit illis rotam malorum. *Aug. in Pſ. 11. p. 66. d.*

27. Lux Domini inſpiratio eſt hominum..... *Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 324. a.*

28. Miſericordia, & veritas tutela eſt regi; & circumeunt juſti ſedem ejus. *Lucif. l. 1. pro S. Ath. p. 193. a.*

29..... gloria ſenum, canities..... *Hieron. in Iſa. 3. p. 33. e.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

autem quomodo ſcire poteſt vias ſuas?

℣. 25. Græcè, παγὶς ἀνδρὶ, *laqueus viro*; paulòque poſt, μετὰ γὰρ τὸ εὔξασθαι, μεταποεῖν γίνεται· quæ idem valent.

℣. 26. A Græco abeſt τὸ *enim eſt*, ut & vox ult. *malorum*; legitur etiam ἐπιβαλεῖ, *immittet*; cætera ut in Lat. ſupra.

℣. 27. Sic eſt in Græco.

℣. 28. Ita in Græco, præter hoc, περικυκλώσουσιν ὁ δικαιοσύνη, *circuibunt in juſtitia*, pro *circumeunt juſti*.

℣. 29. Gr. δίζα δὲ πρεσβυτέρων, πολιαί· Aq. Symm. & Theod. legunt πολιά.

CAPUT XXI.

VULGATA NOVA.

1. SIcut diviſiones aquarum, ita cor regis in manu Domini: quòcunque voluerit, inclinabit illud.

Sup. 16. 2. & 20. 24. 2. Omnis via viri recta ſibi videtur: appendit autem corda Dominus.

3. Facere miſericordiam & judicium, magis placet Domino, quàm victimæ.

VERSIO ANTIQUA.

1. SIcut impetus aquæ, ſic cor regis in manu Dei: quòcunque voluerit, declinabit illud. *Aug. de Grat. & l. arb. t. 10. 742. a.*

2. Omnis vir videtur ſibimetipſi juſtus: dirigit autem corda Dominus. *Idem de prædeſt. SS. p. 818. d.*

3. Facere juſtitiam & veracem eſſe, placet Deo magis, quàm hoſtiarum ſanguis. *Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 193. b.*

VULGATA NOVA.

4. Exaltatio oculorum eſt dilatatio cordis: lucerna impiorum peccatum.

5. Cogitationes robuſti ſemper in abundantia: omnis autem piger ſemper in egeſtate eſt.

VULGATA NOVA.

6. Qui congregat theſauros linguâ mendacii, vanus & excors eſt, & impingetur ad laqueos mortis.

VERSIO ANTIQUA.

6. Qui operatur theſauros linguâ mendacii, vana ſectatur, & veniet in laqueos mortis. *Hieron. l. 3. cont. Ruffin. to. 4. 473.*

VULGATA NOVA.

7. Rapinæ impiorum detrahent eos, quia noluerunt facere judicium.

8. Perverſa via viri, aliena eſt: qui autem mundus eſt, rectum opus ejus.

VULGATA NOVA.

Inf. ℣. 19. 9. Melius eſt ſedere in angulo domatis, quàm cum muliere litigioſa, & in domo communi.

Inf. 25. 24. 10. Anima impii deſiderat malum, non miſerebitur proximo ſuo.

Sup. 19. 25. 11. Multato peſtilente ſapientior erit parvulus: & ſi ſectetur ſapientem, ſumet ſcientiam.

12. Excogitat juſtus de domo impii, ut detrahat impios à malo.

13. Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis, & ipſe clamabit, & non exaudietur.

VERSIO ANTIQUA.

9. Melius eſt habitare ſub divo, quàm in calce litis cum iniquitate, & in domo nova. *Hieron. in Sophon. 1. to. 3. 1654. b.*

11. Caſtigato peſtilente ſapiens aſtutior erit..... *Leo M. ep. 101. n. 3.*

13. Qui obturat aures ſuas ne audiat imbecillum, & ipſe invocabit Deum, & non erit qui exaudiat eum. *Cypr. de op. & eleem. p. 238. b. & l. 3. Teſtim. p. 302. c.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Græce præter ult. ᾗ ἐὰν θέλων νεῦσαι, ἐκεῖ ἔκλινεν αὐτήν, *quòcunque voluerit innuere, illuc inclinavit illud.* Hieron. in Dan. 5. to. 3. 1093. d. *cor regis in manu Dei: quòcunque voluerit, illud declinabit.* Item apud Iren. l. 5. c. 23. p. 321. b. *regis enim cor in manu Dei.* Apud Tertul. de orat. c. 5. p. 181. a. *in cujus manu cor omnium regum eſt.* Apud Cypr. l. 3. Teſtim. p. 325. c. & epiſt. 18. p. 835. d. *cor regis in manu Dei.* Concinit Cæleſtin. PP. epiſt. 22. to. 1. pag. 1198. b. Apud Ambr. apol. 2. Dav. c. 3. col. 710. d. *cor regis in manu Domini.*

℣. 2. Sic Auct. l. de voc. Gent. l. 1. c. 24. p. 15. e. una cum Græco. Hieron. l. 1. cont. Pelag. to. 4. 509. f. *Omnis vir videtur ſibi juſtus: ſed corrigit corda omnium Deus:* ſimiliter habet l. 2. col. 511. f. præter ſeqq. *Deus autem corda hominum dirigit.* Fulgent. l. 1. de veritate præd. p. 451. *dirigit autem corda Dominus*, ut ſup.

℣. 3. Ita in Gr. exceptis his, Ποιεῖν δίκαια..... ἀρεστὰ παρὰ Θεῷ μᾶλλον, &c. *Facere juſta..... placita apud Deum magis*, &c.

℣. 6. A Græco hod. abeſt τὸ & *veniet*; ſed Mſ. Alex. addit cum ed. Compl. ᾗ ἐρχεῖαι; cætera quadrant.

℣. 9. Græcè, ἐπὶ γωνίας ὑπαίθρε, *ſuper angulum ſub divo*, ultimòque κοινῷ, *communi*, pro *novâ*; cæt. ut in Lat. Hieron. legiſſe videtur καινῷ, non κοινῷ.

℣. 11. Gr. Ζημιωμένε ἀκολάσε πανεργότερος γίνεται ὁ ἄκακος· *Multato intemperante aſtutior fit ſimplex.* Caſſiod. in Pſ. 57. p. 193. c. *Stulto pereunte ſapiens aſtutior fit.* Capitul. Baluz. to. 2. p. 105. b. *Peſtilente flagellato ſapientior erit parvulus.* Symm. σοφιωθήσεται ὁ ἁπλοῦς.

℣. 13. Similiter apud Leon. M. ſerm. 9. p. 59. a. hoc excepto, *vocabit Dominum.* Græc. habet ἐπικαλέσεται, ſed non addit *Deum*, vel *Dominum*, nec *eum* in fine; ad *aures* verò adnectit αὐτῦ, quod omittunt Cypr. 1. loco,

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 193. c.

15.... ſanctus autem immundus eſt apud malos.

VULGATA NOVA.

14. Munus abſconditum exſtinguit iras, & donum in ſinu indignationem maximam.

15. Gaudium juſto eſt facere judicium, & pavor operantibus iniquitatem.

VULGATA NOVA.

16. Vir, qui erraverit à via doctrinæ, in cœtu gigantum commorabitur.

17. Qui diligit epulas, in egeſtate erit: qui amat vinum, & pinguia, non ditabitur.

18. Pro juſto datur impius: & pro rectis iniquus.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. l. 1. cont. Jovin. t. 4. 170. c.

19. Melius eſt habitare in terra deſerta, quàm cum uxore litigioſa & iracunda.

Aug. in Pſ. 36. p. 285. d.

20. Theſaurus deſiderabilis requieſcit in ore ſapientis: vir autem ſtultus glutit illum.

VULGATA NOVA.

19. Melius eſt habitare in terra deſerta, quàm cum muliere rixoſa & iracunda. *Sup. ℣. 9.*

20. Theſaurus deſiderabilis, & oleum in habitaculo juſti: & imprudens homo diſſipabit illud. *Inſ. 25. 24. Eccli. 25. 23.*

21. Qui ſequitur juſtitiam & miſericordiam, inveniet vitam, juſtitiam, & gloriam.

Hieron. in Ezech. 33. to. 3. 940. e.

22. Civitates firmas aſcendit juſtus, & deſtruxit munitiones earum, in quibus confidebant impii.

22. Civitatem fortium aſcendit ſapiens, & deſtruxit robur fiduciæ ejus.

23. Qui cuſtodit os ſuum, & linguam ſuam, cuſtodit ab anguſtiis animam ſuam.

Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 193. c.

24. Temerarius & ſuperbus peſtilentia vocabitur.....

24. Superbus & arrogans vocatur indoctus, qui in ira operatur ſuperbiam.

VULGATA NOVA.

25. Deſideria occidunt pigrum: noluerunt enim quidquam manus ejus operari: 26. tota die concupiſcit & deſiderat: qui autem juſtus eſt, tribuet, & non ceſſabit.

VERSIO ANTIQUA.

Parmen. ap. Aug. l. 2. cont. ipſum, to. 9. 32. b.

27. Sacrificia impiorum exſecratio eſt Domino, etenim iniquè offerunt illa.

VULGATA NOVA.

27. Hoſtiæ impiorum abominabiles, quia offeruntur ex ſcelere. *Sup. 15. 8. Eccli. 34. 21.*

VULGATA NOVA.

28. Teſtis mendax peribit: vir obediens loquetur victoriam.

29. Vir impius procaciter obfirmat vultum ſuum: qui autem rectus eſt, corrigit viam ſuam.

VERSIO ANTIQUA.

Caſſian. coll. 7. c. 18. p. 445.

30. Non eſt ſapientia, non eſt fortitudo, non eſt conſilium apud impios.

Idem coll. 3. c. 15. p. 365. c.

31. Equus paratur in diem belli: à Domino autem eſt adjutorium.

VULGATA NOVA.

30. Non eſt ſapientia, non eſt prudentia, non eſt conſilium contra Dominum.

31. Equus paratur ad diem belli: Dominus autem ſalutem tribuit.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

& Leo M. reliqua ad verbum quadrant. Caſſianus rectè coll. 11. c. 10. *Qui obturat aures ſuas ne audiat infirmum, & ipſe invocabit, & non erit qui exaudiat eum.*

℣. 15. Itidem Græcè.

℣. 19. Gr. vocibus duabus *litigioſâ*, & *iracundâ*, tertiam addit ac interponit ὴ γλωσσώδης, & *linguoſâ*: cætera quadrant.

℣. 20. Eadem rurſus habet Auguſt. ſer. 149. to. 5. 705. d. & l. 1. cont. adverſar. leg. to. 8. 565. e. Ita quoque in Gr. præter hæc ult. num. plurali, ἄφρονες δὲ ἄνδρες καταπίονται αὐτόν.

℣. 22. Idem Hieron. in Amos 5. col. 1412. f. *Civitates robuſtas ingreſſus eſt ſapiens, & deſtruxit munitionem, in qua confideb. impii:* & in Iſai. 23. to. 3. p. 205. c. *Civitates firmas aſcendit ſapiens, & deſtruxit munitiones earum.* Gr. Πόλεις ὀχυρὰς ἐπέβη σοφὸς, ὴ καθεῖλε τὸ ὀχύρωμα, ἐφ' ᾧ ἐπεποίθεισαν οἱ ἀσεβεῖς.

℣. 24. Gr. Θρασὺς, ὴ αὐθάδης, ὴ ἀλαζὼν, λοιμὸς καλεῖται. *Audax, & arrogans, & oſtentator, peſtilens vocatur.*

℣. 27. Ad verbum è Græco.

℣. 30. Sic eſt in Gr. præter ult. num. ſingulari, τὸν ἀσεβῆ, *impium.*

℣. 31. Aptè ad Græcum. Ennod. pro Synod. ap. Sirm. to. 1. p. 1629. b. *Equus paratur in die belli: apud Dominum eſt autem omne præſidium.*

CAPUT XXII.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. de exhort. virg. p. 298. c.

1. POtius eſt nomen bonum, quàm divitiæ multæ: [a] & ſuper omnes argenti acervos, bona eſt gratia.

2. [b] Dives & pauper obviaverunt ſibi: fecit autem ambos Dominus.

[a] *Idem ep. 2. p. 757. c.*

[b] *Auct. quæſt. Vet. Teſt. ap. Aug. to. 3. p. 52. e.*

VULGATA NOVA.

1. MElius eſt nomen bonum, quàm divitiæ multæ: ſuper argentum & aurum, gratia bona. *Eccl. 7. 2.*

2. Dives & pauper obviaverunt ſibi: utriuſque operator eſt Dominus. *Inſ. 29. 23.*

VULGATA NOVA.

3. Callidus vidit malum, & abſcondit ſe: innocens pertranſiit, & afflictus eſt damno.

4. Finis modeſtiæ timor Domini, divitiæ & gloria & vita.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Idem Ambroſ. ep. 55. col. 1005. c. legit: *Potius eſt nomen bonum, ſuper multas divitiarum copias:* at epiſt. 2. col. 757. c. ſic: *Præclarior eſt bona exiſtimatio, quàm pecunia.* Gr. Αἱρετώτερον ὄνομα καλὸν, ἢ πλοῦτος πολὺς· ὑπὲρ δὲ ἀργύριον ὴ χρυσίον, χάρις ἀγαθή. *Eligibilius nomen bonum, quàm divitiæ multæ: ſuper argentum verò & aurum, gratia bona.*

℣. 2. Ad verbum è Græco.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

5. Arma & gladii in via perverſi : cuſtos autem animæ ſuæ longè recedit ab eis.

6. Proverbium eſt : Adoleſcens juxta viam ſuam, etiam cùm ſenuerit, non recedet ab ea.

7. Dives pauperibus imperat : & qui accipit mutuum, ſervus eſt fœnerantis.

8. Qui ſeminat iniquitatem, metet mala, & virga iræ ſuæ conſummabitur.

Eccli. 31. 28. 9. Qui pronus eſt ad miſericordiam, benedicetur : de panibus enim ſuis dedit pauperi.

Victoriam & honorem acquiret qui dat munera : animam autem aufert accipientium.

10. Ejice deriſorem, & exibit cum eo jurgium, ceſſabuntque cauſæ & contumeliæ.

11. Qui diligit cordis munditiam, propter gratiam labiorum ſuorum habebit amicum regem.

12. Oculi Domini cuſtodiunt ſcientiam : & ſupplantantur verba iniqui.

13. Dicit piger : Leo eſt foris, in medio platearum occidendus ſum.

VERSIO ANTIQUA.

5. Tribuli & laqueci in viis pravis : qui autem timet Dominum, abſtinebit ſe ab eis. *Caſſian. coll. 24. c. 24. p. 879. c.*

7. Divitum pauperes præpoſiti erunt : & proprii ſervi dominis fœnerabunt. *Ambr. l. de Nab. c. 14. p. 582. f.*

9. Qui miſeretur pauperis, ipſe paſcetur..... *Ambr. l. de Tob. c. 16. p. 610. e.*

Victoriam & honorem acquiret qui dat munera : animam autem aufert accipientium.

10. Ejice de concilio peſtilentem, & exiet cum illo contentio..... *Lucif. de non conv. cum hær. p. 223. c.*

11. Diligit Dominus munda corda : accepti autem ſunt ei omnes immaculati. *Hieron. ep. ad Celantiam.*

13..... Leo eſt in viis, in plateis autem homicidæ. *S. Paulin. ep. 8. p. 43. c.*

VULGATA NOVA.

14. Fovea profunda os alienæ : cui iratus eſt Dominus, incidet in eam.

15. Stultitia colligata eſt in corde pueri, & virga diſciplinæ fugabit eam.

16. Qui calumniatur pauperem, ut augeat divitias ſuas, dabit ipſe ditiori, & egebit.

17. Inclina aurem tuam, & audi verba ſapientium : appone autem cor ad doctrinam meam : 18. quæ pulchra erit tibi, cùm ſervaveris eam in ventre tuo, & redundabit in labiis tuis :

19. Ut ſit in Domino fiducia tua, unde & oſtendi eam tibi hodie.

VULGATA NOVA.

20. Ecce deſcripſi eam tibi tripliciter, in cogitationibus & ſcientia : 21. ut oſtenderem tibi firmitatem, & eloquia veritatis reſpondere ex his illis, qui miſerunt te.

VERSIO ANTIQUA.

20. Tu autem deſcribe ea tripliciter, in conſilio & ſcientia : 21. ut reſpondeas verbum veritatis his, qui proponunt tibi. *Hieron. ad Hedibiam, to. 4. 186. b.*

VULGATA NOVA.

22. Non facias violentiam pauperi, quia pauper eſt : neque conteras egenum in porta : 23. quia judicabit Dominus cauſam ejus, & configet eos, qui confixerunt animam ejus.

24. Noli eſſe amicus homini iracundo, neque ambules cum viro furioſo : 25. ne fortè diſcas ſemitas ejus, & ſumas ſcandalum animæ tuæ.

VULGATA NOVA.

26. Noli eſſe cum his, qui defigunt manus ſuas, & qui vades ſe offerunt pro debitis : 27. ſi enim non habes unde reſtituas, quid cauſæ eſt ut tollat operimentum de cubili tuo?

28. Ne tranſgrediaris terminos antiquos,

VERSIO ANTIQUA.

26. Noli te dare in ſponſionem, erubeſcens perſonam : 27. ſi enim non habueris unde ſolvas, auferent ſtramentum de ſub lateribus tuis. *Ambr. l. de Tob. c. 23. p. 621. b.*

28. Non transferas terminos ſempiternos, *Hieron. in Sophon. 2. to. 3. 1664. d.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 5. Similiter in Gr. præter hoc, ὁ δὲ φυλάσσων τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν, *qui autem cuſtodit animam ſuam*, loco *qui autem timet Dominum.*

℣. 7. Idem Ambroſ. l. 2. de Jac. col. 463. b. & *peribunt ſervi dominis fœnerabunt.* Gr. Πλήζιοι πτωχῶν ἄρξουσι· ὃ οἰκέται ἰδίοις δεσπόταις δανιοῦσι.

℣. 9. Aptè conveniunt hæc tota cum Gr. niſi quòd pro *acquiret*, legitur περιποιεῖται, & in fine, τὴν μέντοι ψυχὴν ἀφαιρεῖται τῶν κεκτημένων, & *animam quidem aufert poſſidentium.* Porro hæc ſententia, *Victoriam & honorem*, &c. non in Hebræo reperitur; ſed in Vulgatam tranſiit è Gr. LXX. ut & plures aliæ. Mſ. Sangerm. n. 4. illam exhibet intra textum, eadem manu; in altero verò Sangerm. n. 15. neque intra textum, neque ad marg. invenitur, tametſi plurimæ id genus ſententiæ in ora inferiori ibidem ſubjiciantur.

℣. 10. Similiter in Græco. Item apud Hieron. in Oſe. 7. to. 3. 1281. c. *Ejice peſtilentem de concilio, & egredietur cum eo contentio.* Cæleſtin. PP. epiſt. 25. to. 1. col. 1215. a. *Ejice de concilio contentioſum, & exiet cum illo diſcordia.* Maximus Taurin. in homil. p. 45. h. *Ejice de concilio peſtilentem, & exibit cum eo omnis contentio.* Gr. hab. conſtanter λοιμὸν, quaſi *peſtilentiam*; extremòque νεῖκος, *jurgium*; Symm. & Theod. μάχη, *rixa.*

℣. 11. Ita in Gr. eſt, præter hoc, ὁσίας καρδίας, *ſanctæ corda*; ſed Aq. & Theod. legunt καθαράς, Symm. ἁγνάς, *caſtæ, puræ.*

℣. 13. Itidem Græcè, dempto verbo *eſt.*

℣℣. 20. 21. Idem Hieron. in Ezech. 16. to. 3. col. 800. e. legit : *Tu autem ſcribe ea tripliciter*; tum proximè : *ut reſpondeas ſermones veritatis, qui proponuntur tibi*: & in Ezech. 42. col. 1008. c. *Deſcribe ea tripliciter, conſilio & ſcientia : ut reſpondeas ſermonibus veritatis his, quæ proponuntur tibi.* Græcè verò interponuntur multa quæ Hieron. non admittit ſupra, nec etiam Origenes, ſi Nobilio fides; en verba : Καὶ σὺ δὲ ἀπόγραψαι αὐτὰ σεαυτῷ τρισσῶς, εἰς βυθὸν ἢ γνῶσιν, ἐπὶ τὸ πλάτος τῆς καρδίας σου. Διδάσκω σὲ ἀληθῆ λόγον, ἢ γνῶναι ἀγαθὴν ὑπακοὴν τῷ ἀποκρίνεσθαί σε λόγους ἀληθείας τοῖς προβαλλομένοις σοι· i. e. *Et tu verò deſcribe ea tibi tripliciter, in conſilio & ſcientia*, ſuper latitudinem cordis tui. Doceo igitur te verum ſermonem, & ſcientiam præſtantem obaudire : *ut reſpondeas ſermones veritatis his, qui proponunt tibi.* Nonnulla ex his legiſſe videtur Caſſianus, coll. 14. c. 8. p. 634. b. cùm dicat : *Tu autem deſcribe tibi ea tripliciter, ſuper latitudinem cordis tui.* Item Rufin. l. de bened. Patr. p. 6. b. *Deſcribe tibi hæc dupliciter & tripliciter, in corde tuo.* Ambroſ. autem l. de Noe, c. 15. col. 249. d. hæc habet pauca : *Scribe tibi tripliciter* : & in Pſ. 118. col. 1177. f. *Et tu ſcribe hæc tibi tripliciter, in conſilio & in cognitione* : item ait : *Triplicem præmiſit ſcriptionem; & duo ſubdidit, conſilium & cognitionem.* Vide ſis Nobil. in hunc loc.

℣℣. 26. 27. Vix meliùs è Græco.

℣. 28. Similiter in Græco. Siricius PP. epiſt. 6. to. 1. 660. a. legit : *Non transferes* (editt. *non tranſibis*)

Digitized by Google

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Hieron. ubi sup. quos posuerunt patres tui.	quos posuerunt patres tui. 29. Vidisti virum velocem in opere suo? coram regibus stabit, nec erit ante ignobiles.

Notæ ad Versionem antiquam.

terminos, quos constituerunt patres tui. Auct. l. de promiss. p. 2. c. 16. p. 140. a. *Non transgredieris terminos aeternos, quos posuerunt patres tui.*

CAPUT XXIII.

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Ambr. l. 1. offic. to. 2. 42. f. 43. a. 1. SI sederis cœnare ad mensam potentis, sapienter intellige ea quæ apponuntur tibi: 2. & emitte manum tuam, sciens quòd oportet te talia præparare: 3. si autem insatiabilis es, noli concupiscere escas ejus: hæc enim obtinent vitam fallacem.	1. QUando sederis ut comedas cum principe, diligenter attende quæ apposita sunt ante faciem tuam: 2. & statue cultrum in gutture tuo, si tamen habes in potestate animam tuam, 3. ne desideres de cibis ejus, in quo est panis mendacii.
Hilar. in Ps. 138. p. 515. b. 4. Ne extendas te, cum sis pauper, diviti: sensu autem tuo abstine.	4. Noli laborare ut diteris: sed prudentiæ tuæ pone modum.
	5. Ne erigas oculos tuos ad opes, quas non potes habere: quia facient sibi pennas quasi aquilæ, & volabunt in cœlum.
Aug. l. 5. locut. to. 3. 369. d. 6. Non cœnabis cum viro invido.....	6. Ne comedas cum homine invido, & ne desideres cibos ejus: 7. quoniam in similitudinem arioli & conjectoris, æstimat quod ignorat. Comede & bibe, dicet tibi: & mens ejus non est tecum. 8. Cibos, quos comederas, evomes: & perdes pulchros sermones tuos.
Cypr. ep. ad Demetr. p. 216. b. & l. 3. Testim. p. 319. a. 9. In aures imprudentis noli quidquam dicere: ne quando audierit, irrideat sensatos sermones tuos.	9. In auribus insipientium ne loquaris: quia despicient doctrinam eloquii tui.

Vulgata nova.	
10. Ne attingas parvulorum terminos: & agrum pupillorum ne introeas:	11. Propinquus enim illorum fortis est: & ipse judicabit contra te causam illorum.

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Ambr. in Ps. 43. p. 885. e. 12. Da in disciplinam cor tuum: aures autem tuas præpara sermonibus intellectûs.	12. Ingrediatur ad doctrinam cor tuum, & aures tuæ ad verba scientiæ.
Ex Mss. Floriac. n. 10. 13. Noli cessare parvulum emendare: quia si percusseris eum virgâ, non morietur.	13. Noli subtrahere à puero disciplinam: si enim percusseris eum virgâ, non morietur. *Sup. 13. 24.*
14. Tu quidem percuties eum virgâ: animam autem ejus liberabis à morte.	14. Tu virgâ percuties eum: & animam ejus de inferno liberabis. *Inf. 29. 15. Eccli. 30. 1.*

Vulgata nova.

15. Fili mi, si sapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecum cor meum: 16. & exsultabunt renes mei, cùm locuta fuerint rectum labia tua.

Inf. 24. 1. 17. Non æmuletur cor tuum peccatores: sed in timore Domini esto tota die: 18. quia habebis spem in novissimo, & præstolatio tua non auferetur.

19. Audi fili mi, & esto sapiens: & dirige in via animum tuum.

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Ita legunt August. tract. 47. in Johan. to. 3. 607. e. & Cassian. coll. 2. c. 1. p. 328. b. detractâ voculâ *ea*, post *intellige*: ita rursum inf. Aug. col. 709. b. nisi quòd loco *sapienter*, legit *considerans*: item serm. 304. to. 5. 1234. f. *Si sederis cœnare ad mensam potentis, cognoscens intellige quæ apponuntur tibi*: at ser. 329. col. 1286. e. ita: *Ad mensam magnam sedisti, diligenter considera quæ apponuntur tibi.* Gregor. M. in 1. Reg. 3. & 4. col. 81. a. 224. c. *Si sederis ad mensam potentis, sapienter attende quæ apponuntur tibi.* Græcum textui Ambros. favet, nisi quòd hab. νοητῶς, pro *sapienter*.

℣. 2. August. tract. 47. in Joh. col. 607. e. & *mitte*; inf. col. 709. b. & *sic mitto manum tuam, sciens quia talia te oportet præparare*: at serm. 304. to. 5. 1234. f. & *sic extende manum tuam, sciens quoniam similia te oportet præparare*: & serm. 329. col. 1286. e. *quoniam talia te oportet præparare.* Cassian. coll. 2. c. 1. & *immitte manum tuam, sciens quia talia opertet te præparare.* Gregor. M. ubi sup. simpliciter hab. *quia similia oportet te præparare*, omissis his quæ antecedunt. Gr. ἐπίβαλε τὴν... εἰδὼς ὅτι τοιαῦτά σε δεῖ παρασκευάσαι.

℣. 3. Nonnulli Mss. Ambros. cum omnib. editt. ultimò leg. *vitam falsam*; at multò plures, *fallacem*; Græc. ψευδῆ; cæt. ut in Lat. sup.

℣. 4. Ad verbum è Græco.

℣. 6. Græcè, Μὴ ζυνδείπνει, &c. *Ne cœnes*, &c. Subdit August. ibid. *In Proverbiis, quod Latini codices habent*: Non cœnabis cum viro invido, *Græcus hab.* ἀνδρὶ βασκάνῳ.

℣. 9. Ita legit ad verbum Lucif. Cal. l. de mor. pro Dei fil. p. 242. vel 244. a. Ambros. verò in Ps. 118. col. 1138. e. ita: *In aurem insipientis nihil dicas, nequando irrideat prudentes sermones tuos.* Hieron. l. 3. adv. Rufin. to. 4. 473. *In aure stulti noli quidquam dicere, ne fortè irrideant sapientes sermones tuos.* Cassian. coll. 14. c. 17. p. 649. *In aures imprudentis noli quidquam dicere, ne fortè irrideat sapientes sermones tuos.* Sic etiam in Græco, præter vocem *sapientes*, pro qua ζυνετὸς, mel. *prudentes.*

℣. 12. Vix meliùs è Græco. In Ms. Floriac. n. 10. ita: *Da in disciplina cor tuum, & aures tuas para verbis prudentiæ*; Gr. αἰδύσεως.

℣. 13. Cypr. l. 3. Testim. p. 327. c. *Ne destiteris parvulum emendando.* Græc. Μὴ ἀποχὴ νήπιον παιδεύειν, &c. ut in textu. Ms. Alex. habet παιδεύων, non παιδεύειν.

℣. 14. Ita legit Ambros. ad verbum l. 1. de pœnit. col. 406. c. Sic etiam August. epist. 185. to. 2. 652. b. præter unum *percutis*: item epist. 173. col. 613. e. leg. *percutis*, at in fine, *liberas*. S. Bened. regula, c. 2. sic: *Percute filium tuum virgâ, & liberabis animam ejus à morte.* Gr. Σὺ μὲν γὰρ παταξεις αὐτὸν ῥάβδῳ· τὴν δὲ ψυχὴν αὐτῆς ἐκ θανάτου ῥύσῃ.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

29. Noli esse in conviviis potatorum, nec in comessationibus eorum, qui carnes ad vescendum conferunt: 21. quia vacantes potibus, & dantes symbola consumentur, & vestietur pannis dormitatio.

VERSIO ANTIQUA.

21. omnis ebriosus pannis vestietur.... *S. Valerian. hom. 19. Sirm. te. 1. p. 692. c.*

VULGATA NOVA.

22. Audi patrem tuum, qui genuit te: & ne contemnas cùm senuerit mater tua.
23. Veritatem eme, & noli vendere sapientiam, & doctrinam, & intelligentiam.
24. Exsultat gaudio pater justi: qui sapientem genuit, lætabitur in eo.

VERSIO ANTIQUA.

25. Jucundetur pater, & mater in te..... *Ambr. l. de exhort. virg. p. 281. d.*

VULGATA NOVA.

25. Gaudeat pater tuus, & mater tua, & exsultet quæ genuit te.
26. Præbe fili mi cor tuum mihi: & oculi tui vias meas custodiant.
27. Fovea enim profunda est meretrix: & puteus angustus, aliena.
28. Insidiatur in via quasi latro, & quos incautos viderit, interficiet.

VERSIO ANTIQUA.

29. Cui væ? cui judicia? cui tumultus?..... *Ambr. l. de Elia, c. 15. p. 552. a.*

VULGATA NOVA.

29. Cui væ? cujus patri væ? cui rixæ? cui foveæ? cui sine causa vulnera? cui suffusio oculorum?
30. Nonne his, qui commorantur in vino, & student calicibus epotandis?
31. Ne intuearis vinum quando flavescit, cùm splenduerit in vitro color ejus: ingreditur blandè, 32. sed in novissimo mordebit ut coluber, & sicut regulus venena diffundet.

VERSIO ANTIQUA.

33. Oculi tui cùm viderint alienam, os tuum tunc loquetur prava. *Cassian. coll. 20. c. 9. p. 776.*
34. Et jacebis tanquam in corde maris, & sicut gubernator in magna tempestate: 35. dices autem: Ferierunt me, sed non dolui: & delusérunt me, ego autem nescivi.....

VULGATA NOVA.

33. Oculi tui videbunt extraneas, & cor tuum loquetur perversa.
34. Et eris sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator, amisso clavo: 35. & dices: Verberaverunt me, sed non dolui: traxerunt me, & ego non sensi: quando evigilabo, & rursus vina reperiam?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 21. Id memoriter citatum videtur à S. Valeriano; nam in Gr. sic: πᾶς γὰρ μέθυσος, καὶ περιεσόμενος πτωχεύσει· καὶ ἐνδύσεται διερρηγμένα καὶ ῥακώδη πᾶς ὑπνώδης· omnis enim ebrius, & scortator mendicabit; & induetur disruptis & laceris omnis somnolentus.
℣. 25. Itidem Græcè.
℣. 29. In Gr. ponitur *tumultus*, ante *judicia*.
℣. 33. Aptè ad Græcum. Similiter Ambros. l. 5. Hexa. col. 87. e. *Oculi tui cùm viderint alienam, os tuum loquitur perversa.*
℣. 34. Ita de Gr. nisi excipias vocem *magnâ*, pro qua πολλῇ, *multâ*. Iisdem alludere videtur Ambros. in Ps. 118. col. 1070. b. dicens: *sed gubernator ille melior est qui in tempestate navim gubernat.*
℣. 35. Gr. Τύπτουσί με, καὶ, *Ferunt me*, & reliqua ut in Lat. sup. In edd. Ald. & Compl. ἔτυπτον, *feriebant*; sed Cassian. coll. 23. c. 7. & 24. c. 11. p. 837. 867. constanter leg. *ferierunt me, sed non dolui*, &c. ut supra.

CAPUT XXIV.

VULGATA NOVA.

Sup. 23. 17. 1. NE æmuleris viros malos, nec desideres esse cum eis: 2. quia rapinas meditatur mens eorum, & fraudes labia eorum loquuntur.
3. Sapientiâ ædificabitur domus, & prudentiâ roborabitur.
4. In doctrina replebuntur cellaria, universa substantia pretiosa & pulcherrima.

VERSIO ANTIQUA.

1. NE imitatus fueris malos viros, neque desideres esse cum illis: 2. falsa enim meditatur cor eorum, & dolores labia eorum loquuntur. *Lucif. Cal. de non conven. cum hæret. p. 223. c.*
3. Cum sapientia ædificatur domus, & cum intellectu iterum erigitur. *Cassian. coll. 2. c. 4. p. 331. b.*
4. Cum sensu implentur cellaria, omnibus divitiis pretiosis & bonis.

VULGATA NOVA.

5. Vir sapiens, fortis est: & vir doctus, robustus & validus.
6. Quia cum dispositione initur bellum: & erit salus ubi multa consilia sunt.

VERSIO ANTIQUA.

7..... Sapientes non declinant de ore Domini, sed tractant in confessionibus suis. *Ambr. l. 1. offic. p. 31. f. 32. a.*
8. Indisciplinaris obviat mors: *Ex Mf. Lucense. n. 10.*
9. Moritur insipiens in peccatis.....

VULGATA NOVA.

7. Excelsa stulto sapientia, in porta non aperiet os suum.
8. Qui cogitat mala facere, stultus vocabitur.
9. Cogitatio stulti peccatum est: & abomina-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc. Τὶ, μὴ ζηλώσῃς, *Fili, ne æmulaveris*, &c. ut supra.
℣℣. 2. 3. 4. Similiter in Græco.
℣. 7. Vix meliùs è Gr. excepta voce ult. *confessionibus*, pro qua ζυνεδρίοις, *consessibus*; fortè Ambros. scripserat *consessionibus*.
℣℣. 8. 9. Itidem Græcè, posito δὲ, *autem*, post *meritur*.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. 193. c.

11. Libera eos, qui ducuntur ad mortem : & redimere eos qui interficiuntur, ne ceſſes.

12. Si autem dixeris : Neſcio hunc : ſcito quoniam Dominus corda omnium novit ; & qui figuravit ſpiritum omnibus illis, ſcit omnia, qui reddit unicuique ſecundùm opera ejus.

VULGATA NOVA.

tio hominum detractor.

10. Si deſperaveris laſſus in die anguſtiæ : imminuetur fortitudo tua.

11. Erue eos, qui ducuntur ad mortem : & qui trahuntur ad interitum liberare ne ceſſes. *Pſ. 81. 4.*

12. Si dixeris : Vires non ſuppetunt : qui inſpector eſt cordis, ipſe intelligit, & ſervatorem animæ tuæ nihil fallit, reddetque homini juxta opera ſua.

VULGATA NOVA.

Iſa. 25. ℣. 16. & 27.

13. Comede, fili mi, mel, quia bonum eſt, & favum dulciſſimum gutturi tuo.

14. Sic & doctrina ſapientiæ animæ tuæ : quam cùm inveneris, habebis in noviſſimis ſpem, & ſpes tua non peribit.

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. l. de non conven. cum hæret. p. 223. c.

15. Noli applicare impium ad paſcua juſti, neque ſeducaris ſaturitate ventris.

16. Septies enim cadit juſtus, & reſurget : impii autem infirmabuntur in malis.

Caſſian. coll. 5. c. 15. p. 402. b.

17. Si ceciderit inimicus tuus, noli gratulari ; in ſupplantatione autem ejus noli extolli : 18. ne videat Dominus, & non placeat ei, & avertat iram ſuam ab eo.

VULGATA NOVA.

15. Ne inſidieris, & quæras impietatem in domo juſti, neque vaſtes requiem ejus.

16. Septies enim cadet juſtus, & reſurget : impii autem corruent in malum.

17. Cùm ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina ejus ne exſultet cor tuum : 18. ne fortè videat Dominus, & diſpliceat ei, & auferat ab eo iram ſuam.

VULGATA NOVA.

19. Ne contendas cum peſſimis, nec æmuleris impios : 20. quoniam non habent futurorum ſpem mali, & lucerna impiorum exſtinguetur.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Exech. 16. to. 3. 790. d.

21..... cum detractoribus ne commiſcearis : 22. quoniam repente veniet interitus eorum : & ruinam utriuſque quis novit?

VULGATA NOVA.

21. Time Dominum, fili mi, & regem : & cum detractoribus non commiſcearis : 22. quoniam repente conſurget perditio eorum : & ruinam utriuſque quis novit?

Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. 193. d.

23..... Erubeſcere perſonam in judicio non eſt bonum.

24. Et qui dicit impium juſtum eſſe, maledictus erit in populis, & odibilis gentibus.

25. Nam qui arguunt, meliora ſperabunt : in ipſos autem veniet benedictio optima.

23. Hæc quoque ſapientibus : Cognoſcere perſonam in judicio non eſt bonum. *Lev. 19. 15.*

24. Qui dicunt impio : Juſtus es : maledicent eis populi, & deteſtabuntur eos tribus. *Deut. 1. 17. & 16. 19.*

25. Qui arguunt eum, laudabuntur : & ſuper ipſos veniet benedictio. *Eccli. 42. 1.*

VULGATA NOVA.

26. Labia deoſculabitur, qui recta verba reſpondet.

27. Præpara foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum : ut poſtea ædifices domum tuam.

28. Ne ſis teſtis fruſtra contra proximum tuum : nec lactes quemquam labiis tuis.

29. Ne dicas : Quomodo fecit mihi, ſic faciam ei : reddam unicuique ſecundùm opus ſuum. *Sup. 20. 22.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 11. Ambroſ. l. 1. de Jac. c. 3. col. 447. f. & l. 1. offic. col. 47. f. *Eripe eum, qui ducitur ad mortem :* ita quoque in Pſ. 118. ſer. 8. n. 41. col. 1071. b. Caſſian. verò coll. 2. c. 13. p. 342. b. *Ernere eos, qui ducuntur ad mortem ; & redimere eos qui interficiuntur, ne parcas :* ſimiliter hab. coll. 17. c. 19. p. 706. f. præter primum *erue.* Auct. l. de promiſſ. p. 2. ap. Proſp. p. 167. b. *Libera eos, qui ducuntur ad mortem : & redime eos qui occiduntur.* Gr. Ῥῦσαι ἀγομένους..... καὶ ἐκπρίω κτεινομένους, μὴ φείσῃ. Mſ. Alex. hab. ἐκπρίω ; al. ἐκπεῖν.

℣. 12. Concordant tota iſta cum Græco, niſi quòd deletâ voculâ *illis*, ita ſequitur, αὐτὸς οἶδε πάντα, &c. fortaſſe mendum eſt typographicum in edit. Lucif. legendumque *ille*, non *illis* : errata ſimilia frequenter occurrunt in edit. PP. Lugd. Auguſt. l. de quæſt. to. 6. 20. g. rectè : *ſcito quoniam Dominus corda hominum novit ; & qui finxit ſpiritum omnibus, ipſe ſcit omnia.*

℣. 15. Ita legit Caſſianus, coll. 14. c. 17. p. 649. f. ad verbum. Cypr. verò l. 3. Teſtim. p. 326. c. *Ne adduxeris impium in habitaculum juſtorum.* Hieron. in Mich. 3. to. 3. 1520. a. *Ne inducas impium in tabernaculum juſtorum.* Gr. Μὴ προσαγάγῃς ἀσεβῆ τομῇ δικαίων, &c. ut in textu.

℣. 16. Auguſt. in Pſ. 55. to. 4. 523. f. *Juſtus enim ſepties cadet, & reſurget : impii verò infirmabuntur in malis :* rurſum l. 11. de civit. Dei, c. 31. to. 7. 297. a. *Septies cadet juſtus, & reſurget.* Sic etiam leg. Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. 512. c. Fulg. verò l. de Incarn. p. 427. & Caſſian. coll. 20. c. 11. & coll. 22. c. 13. p. 777. c. 824. f. *Septies juſtus cadit, & reſurgit.* Græc. Ἑπτάκις γὰρ πεσεῖται δίκαιος· reliqua ut in Latino textu.

℣. 17. Græcè adnectitur αὐτῷ, *ei*, ad verbum *gaudere*, pro quo ἐπιχαρῇς ; cæt. ut in Lat. ſup. In act. verò mart. S. Pionii p. 141. ita : *Inimico cadente, noli exſultes, nec aliena infelicitate te jactes.* Apud Cæſar. Arelat. hom. 11. *Cùm ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas.*

℣. 18. Gr. ὅτι ἴδῃ Κύριος, καὶ μὴ ἀρέσει αὐτῷ, καὶ ἀποστρέψει τὸν θυμὸν αὐτοῦ ἀπ' αὐτοῦ· *quoniam videbit Dominus, & non placebit ei, & convertet indignationem ſuam ab eo.* Cæſar. Arelat. hom. 11. *ne fortè videat Deus, & diſpliceat illi, & avertat iram ſuam ab eo.*

℣. 21. In Græco vix quidquam reperitur quod huic verſiculo reſpondeat ; quare facilè crediderim hoc in loco Hieronymum non citaſſe ſecund. verſionem LXX. ubi ſic : Φοβοῦ τὸν Θεὸν, υἱὲ, καὶ βασιλέα· deinde, καὶ μετ' ἑτέρων αὐτῶν ἀπειθήσῃς· i. e. *Time Deum, fili, & regem : & neutri eorum ſis inobediens ;* Schol. ἐπιμίγνυσο, *commiſceaeris.*

℣. 22. Hæc magis quadrant Vulgatæ, quàm Græco : ita nempe ſequitur Græcè : ἐξαίφνης γὰρ τίσονται τὰς ἀσεβεῖς· τὰς δὲ τιμωρίας ἀμφοτέρων τίς γνώσεται ; *ſubitò enim ulciſcentur impios : ſupplicia autem utrorumque quis cogneſcet?* ed. Ald. τίς οἶδεν ; *quis novit?* ut ſup. Vide Nobil. Not. x.

℣. 23. Itidem Græcè.

℣. 24. Græcè, ipſo initio deeſt & ſ exinde ſic, Δίκαιός ἐστιν, *Juſtus eſt*, loco *juſtum eſſe ;* extremò præponitur εἰς, *in*, voci *gentibus*, deletur verò ſup. ante *populis* ; cæt. quadrant.

℣. 25. In Græco ſic : Οἱ δὲ ἐλέγχοντες, βελτίους φανοῦνται· Nobil. *Qui autem arguunt, meliores parebunt ;* reliqua ut ſup. deleta tamen ultima voce *optima.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

30. Per agrum hominis pigri tranſivi, & per vineam viri ſtulti: 31. & ecce totum repleverant urticæ, & operuerant ſuperficiem ejus ſpinæ, & maceria lapidum deſtructa erat.

32. Quod cùm vidiſſem, poſui in corde meo, & exemplo didici diſciplinam.

33. Parum, inquam, dormies, modicum dormitabis, pauxillum manus conſeres, ut quieſcas: 34. & veniet tibi quaſi curſor egeſtas, & mendicitas quaſi vir armatus.

VERSIO ANTIQUA.

30. Tanquam agricultura, homo imprudens: & tanquam vinea, homo egens ſenſu: 31. ſi reliqueris eum, deſertus erit..... *Ambr. ep. 37. p. 940. c.*

32. Noviſſimè ego egi pœnitentiam, & reſpexi ut eligerem diſciplinam. *Hieron. in Ezech. 43. p. 1015. d.*

33. Uſquequo piger dormis? uſquequo de ſomno conſurgis?..... *Ex Mſ. S. Theod. ad Remes, n. 2.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 30. Idem Ambr. l. 1. offic. col. 42. e. *Sicut agricultura eſt homo inſipiens*, &c. ut ſup. at l. 2. de Abr. col. 323. f. conſtanter legit: *Tanquam agricultura, homo imprudens.* Gr. Ὥσπερ γεώργιον, ἀνὴρ ἄφρων, &c. ut ſup.

℣. 31. Idem Ambr. l. 1. offic. col. 42. e. *ſi reliqueris eum, deſolabitur.* Gr. ἐὰν ἀφῇς αὐτὸν, χερσωθήσεται.

℣. 32. Ita Græcè ad verbum, detractâ tamen mediâ conjunct. &.

℣. 33. Ita Mſ. S. Theod. habet ibid. intra textum: in Græco verò ſic: Ὀλίγον νυσάζω, ὀλίγον δὲ καθύπνῳ· ὀλίγον δὲ ἐναγκαλίζομαι χερσὶ σήθη. i. e. *Paululùm dormito, paululùm autem ſomnum capio: paululùm verò amplexor manibus pectora;* Schol. νυσάζεις..... καθυπνοῖς, *dormitas... ſomnum capis.* Aq. Symm. & Theod. loco σήθη, hab. τῷ κοιμηθῆναι, *ad dormiendum.*

CAPUT XXV.

VULGATA NOVA.

1. HÆ quoque parabolæ Salomonis, quas tranſtulerunt viri Ezechiæ regis Juda.

2. Gloria Dei eſt celare verbum, & gloria regum inveſtigare ſermonem.

3. Cœlum ſurſum, & terra deorſum, & cor regum inſcrutabile.

4. Aufer rubiginem de argento, & egredietur vas puriſſimum.

5. Aufer impietatem de vultu regis, & firmabitur juſtitiâ thronus ejus.

VERSIO ANTIQUA.

6. Noli ſuperbire coram rege..... *Lucif. l. 1. pro S. Athan. p. 193. a.*

8. Quæ viderint oculi tui, loquere..... *Zozim. ep. 3. to. 2. p. 953.*

10.....

Gratia & amicitia liberant: quas tibi ſerva, ne exprobrabilis fias..... *Ex Mſ. Sangerm. n. 14.*

VULGATA NOVA.

6. Ne glorioſus appareas coram rege, & in loco magnorum ne ſteteris.

7. Melius eſt enim ut dicatur tibi: Aſcende huc; quàm ut humilieris coram principe.

8. Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in jurgio citò: ne poſtea emendare non poſſis, cùm dehoneſtaveris amicum tuum.

9. Cauſam tuam tracta cum amico tuo, & ſecretum extraneo ne reveles: 10. ne fortè inſultet tibi cùm audierit, & exprobrare non ceſſet.

Gratia & amicitia liberant: quas tibi ſerva, ne exprobrabilis fias.

VULGATA NOVA.

11. Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbum in tempore ſuo.

12. Inauris aurea, & margaritum fulgens, qui arguit ſapientem, & aurem obedientem.

VULGATA NOVA.

13. Sicut frigus nivis in die meſſis, ita legatus fidelis ei, qui miſit eum, animam ipſius requieſcere facit. *Inf. 26. 6.*

VERSIO ANTIQUA.

14. Sicut venti, & nubes, & pluviæ manifeſtiſſimæ ſunt; ita qui gloriatur in dato falſo. *Caſſian. coll. 15. c. 7. p. 662. c.*

Sup. 15. 1. 15. Patientiâ lenietur princeps, & lingua mollis confringet duritiam.

16. Mel inveniſti, comede quod ſufficit tibi, ne fortè ſatiatus evomas illud.

17. Subtrahe pedem tuum de domo proximi tui, nequando ſatiatus oderit te.

18. Jaculum, & gladius, & ſagitta acuta, homo qui loquitur contra proximum ſuum falſum teſtimonium.

16. Mel inveniſti, comede quantum ſatis eſt: ſi enim plus comederis, evomes illud. *Hieron. in Ezech. 27. to. 3. p. 886. f.*

17. Rarò inferes pedem ad amicum tuum, ne ſaturatus tui oderit te. *Ambr. ſuaſt. col. 288. c.*

18. Clava, & gladius, & ſagitta ferrata; ſic homo eſt, teſtimonium dans falſum adversùs amicum ſuum. *Ambr. l. 3. offic. to. 2. p. 138. f.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 6. Gr. Μὴ ἀλαζονεύου ἐνώπιον βασιλέως· Nobil. *Ne glorieris te oſtentes coram rege.*

℣. 8. Græc. Ἃ εἶδον..... λέγε.

℣. 10. Gr. Χάρις, ἢ φιλία ἐλευθεροῖ, &c. ut ſup. ſubnectitur tamen iſtud: ἀλλὰ φύλαξον τὰς ὁδούς σου εὐσυναλλάξιως, *ſed cuſtodi vias tuas compoſitè.* Hæc autem omnia abſunt à textu Hebr. tranſieruntque è Verſ. LXX. in Vulgatam hod. ſicut aliæ plures id genus.

℣. 14. Sic eſt in Græco, detracto verbo *ſunt*, poſt *manifeſtiſſima*, pro quo ult. ἐπιφανέστατα, *clariſſima*; Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. ἐπιφανέσταται, ut ſup.

℣. 16. Græcè, Μέλι εὑρὼν, φάγε τὸ ἱκανὸν, μή ποτε πλησθεὶς ἐξεμέσῃς. *Mel inveniens, comede quod ſufficit, ne fortè repletus evomas.*

℣. 17. Græc. Σπάνιον εἴσαγε τὸν πόδα..... μή ποτε, &c. ut ſup. *Rarum introduc pedem tuum ad..... ne fortè*, &c. ut ſup.

℣. 18. Hieron. l. 3. cont. Rufin. to. 4. 473. *Clava, & gladius, & ſagitta, perniciosa ſunt: ſic & vir, qui contra amicum ſuum falſum dicit teſtimonium:* ita etiam in Græco, niſi quòd loco *perniciosa ſunt*, exſtat ἀκίδωτον, vel ut in Mſ. Alex. ac ed. Ald. ἀκιδωτὸν, al. ἠκονη-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

20.....

Hieron. in Isai. 66. to. 3. 514. b. Sicut tinea veſtimento, & vermis ligno ſic mœror excruciat cor viri.

S. Caſar. Arelat. hom. 11. c. 21. Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum : ſi ſitit, potum da illi : 22. hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput ejus.....

Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. 170. c. 24. Melius eſt habitare in angulo tecti, quàm cum uxore maledica in domo communi.

S. Paulin. ep. 11. p. 49. a. 25. Ut aqua frigida ſitientibus, ita nuncius bonus à terra longinqua.

VULGATA NOVA.

19. Dens putridus, & pes laſſus, qui ſperat ſuper infideli in die anguſtiæ, 20. & amittit pallium in die frigoris.

Acetum in nitro, qui cantat carmina cordi peſſimo.

Sicut tinea veſtimento, & vermis ligno ; ita triſtitia viri nocet cordi.

21. Si eſurierit inimicus tuus, ciba illum : ſi ſitierit, da ei aquam bibere : 22. prunas enim congregabis ſuper caput ejus, & Dominus reddet tibi. *Rom. 12. 20.*

23. Ventus aquilo diſſipat pluvias, & facies triſtis linguam detrahentem.

24. Melius eſt ſedere in angulo domatis, quàm cum muliere litigioſa, & in domo communi. *Sup. 21. 9.*

25. Aqua frigida animæ ſitienti, & nuncius bonus de terra longinqua.

VULGATA NOVA.

26. Fons turbatus pede, & vena corrupta, juſtus cadens coram impio.

27. Sicut qui mel multum comedit, non eſt ei bonum : ſic qui ſcrutator eſt majeſtatis, opprimetur à gloria. *Eccli. 3. 22.*

VERSIO ANTIQUA.

Caſſian. coll. 2. c. 4. p. 331. 28. Sicut civitas muris diruta & non circumdata, ſic eſt vir, qui non cum conſilio aliquid agit.

VULGATA NOVA.

28. Sicut urbs patens & abſque murorum ambitu, ita vir, qui non poteſt in loquendo cohibere ſpiritum ſuum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

μένον ; ap. Nobil. *ſagina acuta*, quaſi *cuſpidata*, ſeu *in cuſpidem deſinens*.

℣. 20. Hieron. ibid. monet hanc ſententiam inveniſſe ſe obelo ſubjectam. *In Proverbiis*, inquit, *Tinea eſſium, cor intelligens :* dein, & *iterum ſub obele : Sicut tinea veſtimento*, &c. quæ ſup. at l. 1. adv. Jovin. to. 4. p. 2. col. 170. b. legit : *Sicut in ligno vermis, ita perdit virum ſuum uxor maleſica.* Auguſt. l. 21. de civit. Dei, c. 9. to. 7. 630. c. *Sicut tinea veſtimentum, & vermis lignum : ſic mœror excruciat cor viri.* Caſſiod. in Pſ. 54. p. 185. b. *Quemadmodum vermis ligno, & tinea veſtimento : ita triſtitia viri nocet cordi.* Mſ. S. Germ. n. 14. eandem ſententiam præfert intra textum ut in Vulg. Abeſt autem à textu Hebraico, invectaque eſt in Vulg. hod. è Verſ. LXX. ubi ſic : Ὥσπερ οἰὸς ἐν ἱματίῳ, ἢ σκώληξ ξύλῳ· ὕτως λύπη ἀνδρὸς βλάπτει καρδίαν. Mſ. Alex. delet ἐν, ante ἱματίῳ.

℣℣. 21. 22. Concinit Græc. ad verbum. Eadem quoque refert Auct. op. imp. in Matth. p. 64. c.

℣. 24. Græcum quadrat, niſi quòd hab. δώματος, loco *tecti*, ad litt. *domûs*.

℣. 25. Græc. Ὥσπερ ὕδωρ ψυχρὸν ψυχῇ ἀνιώσῃ πεφωνὶς, ὕτως ἀγγελία, &c. *Sicut aqua frigida animæ ſitienti blanda, ſic*, &c.

℣. 28. Vix meliùs è Græco.

CAPUT XXVI.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. l. 3. cont. Rufin. to. 4. 473. 2. Sicut aves avolant & paſſeres : ita maledictum vanum non ſuperveniet ulli.

Ambr. in Pſ. 118. p. 1195. b. 3. Flagellum equo, & ſtimulus aſino imperat : virga autem nationi imprudenti.

Hieron. l. 3. cont. Rufin. to. 4. 473. 4. Noli reſpondere imprudenti ad imprudentiam ejus, ne ſimilis illi fias :

5. Sed reſponde ſtulto ad ſtultitiam ejus, ne ſibi ſapiens eſſe videatur.

VULGATA NOVA.

1. QUomodo nix in æſtate, & pluviæ in meſſe : ſic indecens eſt ſtulto gloria.

2. Sicut avis ad alia tranſvolans, & paſſer quò libet vadens : ſic maledictum fruſtra prolatum in quempiam ſuperveniet.

3. Flagellum equo, & camus aſino, & virga in dorſo imprudentium. *Sup. 23. 13.*

4. Ne reſpondeas ſtulto juxta ſtultitiam ſuam, ne efficiaris ei ſimilis.

5. Reſponde ſtulto juxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi ſapiens eſſe videatur.

VULGATA NOVA.

Sup. 25. 13. 6. Claudus pedibus, & iniquitatem bibens, qui mittit verba per nuncium ſtultum.

7. Quomodo pulchras fruſtra habet claudus tibias : ſic indecens eſt in ore ſtultorum parabola.

8. Sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurii ; ita qui tribuit inſipienti honorem.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Ad verbum è Græco : Hieron. tamen extremò hab. in editt. *illi*, non *ulli* ; ſed mendum eſt, ut reor ; nam in Gr. conſtanter, ὐδενί. Leo PP. epiſt. 1. c. 11. p. 179. ait : *Maledictum fruſtra prolatum revertitur in auctorem ſuum.*

℣. 3. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 193. e. *Flagellum equo, & ſtimulum aſino ; virgam autem genti inſipienti.* Græcè, Ὥσπερ μάστιξ ἵππῳ, ἡ χέντρον ὄνῳ· ὕτως ῥάβδος ἐθνει παρανόμῳ· genti iniquæ ; Theodot. σώματι ἀνοήτῳ, *corpori dementis.*

℣. 4. Accinunt magno conſenſu Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. p. 241. vel 243. h. Cypr. ad Demetr. p. 216. b. & Ambroſ. l. 1. offic. col. 10. f. Ennod. etiam pro Synod. ap. Sirmond. to. 1. p. 1629. b. legit : *Ne reſpondeas imprudenti ad imprudentiam ejus.* Suffragatur Cæleſtin. PP. ep. 14. to. 1. p. 1138. c. cum Græco. Auct. l. de ſing. cleric. ap. Cypr. p. 529. d. habet : *Noli reſpondere inſipienti ad ipſius inſipientiam, ne ſimilis fias illi.*

℣. 5. Concinit Græc. Auct. etiam l. de ſing. cleric. p. 529. d. legit : *Sed reſponde inſipienti contra ipſius inſipientiam, ut non videatur ſibi ſapiens eſſe.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

9. Quomodo ſi ſpina naſcatur in manu temulenti : ſic parabola in ore ſtultorum.

10. Judicium determinat cauſas : & qui imponit ſtulto ſilentium, iras mitigat.

2. Pet. 2. 22. 11. Sicut canis, qui revertitur ad vomitum ſuum, ſic imprudens, qui iterat ſtultitiam ſuam.

12. Vidiſti hominem ſapientem ſibi videri ? magis illo ſpem habebit inſipiens.

13. Dicit piger : Leo eſt in via, & leæna in itineribus : 14. ſicut oſtium vertitur in cardine ſuo, ita piger in lectulo ſuo.

VERSIO ANTIQUA.

9. Spinæ naſcuntur in manu ebrioſi : ſervitus autem in manu imprudentis. *Ambr. ep. 37. p. 939. f.*

11. Sicut canis, qui convertitur ad vomitum ſuum, & odibilis efficitur ; ita ſtultus, ſuâ malitiâ converſus ad ſuum peccatum..... *Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 193. e.*

13..... Leo eſt in viis, in plateis autem homicidæ. *S. Paulin. ep. 8. p. 43. c.*

VULGATA NOVA.

Sup. 19. 24. 15. Abſcondit piger manum ſub aſcella ſua, & laborat ſi ad os ſuum eam converterit.

16. Sapientior ſibi piger videtur ſeptem viris loquentibus ſententias.

17. Sicut qui apprehendit auribus canem, ſic qui tranſit impatiens, & commiſcetur rixæ alterius.

VULGATA NOVA.

18. Sicut noxius eſt qui mittit ſagittas, & lanceas in mortem : 19. ita vir, qui fraudulenter nocet amico ſuo : & cùm fuerit deprehenſus, dicit : Ludens feci.

20. Cùm defecerint ligna, exſtinguetur ignis : & ſuſurrone ſubtracto, jurgia conquieſcent.

21. Sicut carbones ad prunas, & ligna ad Sup. 15. 18. ignem, ſic homo iracundus ſuſcitat rixas.

22. Verba ſuſurronis quaſi ſimplicia, & ipſa perveniunt ad intima ventris.

23. Quomodo ſi argento ſordido ornare velis vas fictile, ſic labia tumentia cum peſſimo corde ſociata.

24. Labiis ſuis intelligitur inimicus, cùm in corde tractaverit dolos.

25. Quando ſubmiſerit vocem ſuam, ne credideris ei : quoniam ſeptem nequitiæ ſunt in corde illius.

26. Qui operit odium fraudulenter, revelabitur malitia ejus in concilio.

27. Qui fodit foveam, incidet in eam : & qui volvit lapidem, revertetur ad eum.

28. Lingua fallax non amat veritatem : & os lubricum operatur ruinas.

VERSIO ANTIQUA.

19. qui inſidiatur amicis ſuis, cùm viſus fuerit, dicit : Ludens feci. *Hieron. l. 3. cont. Rufin. to. 4. 473.*

20. In multis lignis viget ignis..... *Idem in Iſai. 66. to. 3. 504. f.*

21. Craticula carbonibus, & ligna igni, & vir maledicus ad tumultum rixæ. *Idem l. 3. cont. Rufin. to. 4. 473.*

22. Verba callidorum mollia : hæc autem feriunt in penetralia ventris. *Caſſian. coll. 16. c. 18. p. 682. f.*

23. Pecunia quæ datur cum dolo, quaſi teſta reputabitur..... *Hieron. in Iſai. 54. to. 3. 401. b.*

25. Si te rogaverit inimicus tuus voce magna, ne conſenſeris ei : ſeptem enim nequitiæ ſunt in anima ejus. *Caſſian. coll. 5. c. 25. p. 409.*

27. Qui fodit foveam proximo ſuo, ipſe incidet in eam..... *Cypr. l. 3. Teſtim. p. 328. a.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 9. Ita in Græco, excepto plur. ult. τῶν ἀφρόνων, *imprudentum*. Vide rurſum Ambr. l. de Elia, c. 9. col. 543. f. & in Pſ. 35. col. 768. d. Hoc autem poſteriori loco ad hunc ℣. *Dixit injuſtus ut delinquat ſibi*, ſubdit : *Sicut ſpinæ naſcuntur in manu ebrioſi, ut Scriptura adſerit, ita & injuſti ſermone naſcuntur, quæ compungant loquentem :* quæ ult. verba ipſius Ambroſii additamentum eſſe videntur, non Scripturæ ; ſaltem eò loci nil tale reperies in Proverb. Hieron. in Malach. 1. to. 4. 1807. c. pariter habet : *Spinæ naſcuntur in manu ebrioſi.*

℣ 11. Ad verbum è Gr. niſi hoc excipias, *qui convertitur*, pro quo ὅταν ἐπέλθῃ, *quando redierit*. Cæſar. Arel. hom. 10. legit : *Sicut odibilis fit canis, quando revertitur ad vomitum ſuum ; ita peccator, quando revertitur ad peccatum ſuum.* Eadem repetit hom. 16. niſi quòd habet : *Sicut canis odibilis eſt..... ſic peccator.* Auct. l. de promiſſ. apud Proſp. p. 133. d. *Canis reverſus ad vomitum.*

℣. 13. Itidem Græcè, detracto verbo *eſt*.

℣. 19. Græc. ὑτως πάντες οἱ ἀνεῦρίσκοντες τὰς ἑαυτῶν φίλας· ὅταν δὲ ὀφθῶσι, λέγουσι· Ὅτι παίζων ἐποίησα· *ſic omnes inſidiantes amicis ſuis : quando autem viſi fuerint, dicunt : Quia ludens feci.*

℣. 20. Gr. hab. βόσκει, pro *viget* ; Nobilius, *germinat :* fortè Hieron. legit *viret :* utrumque idem valet, ſive *viget*, ſive *viret*.

℣. 21. Ita Græcè ad verbum, niſi quòd hab. ἀνὴρ δέ, *vir autem*, pro & *vir*.

℣. 22. Similiter in Gr. niſi excipias ult. σπλάγχνων, *viſcerum*, loco *ventris ;* at in Schol. κοιλίας. Anon. ap. S. Paulin. ep. ad Celanc. to. 2. p. 14. c. legit : *Verba adulatorum mollia : feriunt autem interiora ventris :* vox Gr. κερκώπων utrumque ſignificare poteſt, ſive *adulatorum*, ſive *calliderum ;* Nobil. vertit *aſſentatorum*, quaſi *caudatorum*, & *caudâ blandientium*, à κέρκος, *cauda*.

℣. 23. Græc. Ἀργύριον δεδόμενον μετὰ δόλου, ὥσπερ ὄστρακον ἡγητέον.

℣. 25. Vix meliùs è Græco, detractis 2. voculis, *tuus*, & *ei*. Hieron. l. 3. adv. Rufin. to. 4. 473. *Si te rogaverit inimicus tuus parcens voce magna, ne conſentias ei : ſeptem enim*, &c. ut ſupra. Græcè, πειθῇς, pro *conſentias*, Nobil. *credideris*.

℣. 27. Ita quoque Caſſian. hab. coll. 16. c. 18. p. 683. a. A Græco abſunt *ſuo*, & *ipſe ;* cæt. verò ut ſup. Ap. Auguſt. epiſt. 93. to. 2. 239. b. *Qui parat proximo ſuo foveam, ipſe juſtius cadet in eam.*

Digitized by Google

CAPUT XXVII.

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Hieron. in Ezech. 16. to. 3. 793. d. 1. NE glorieris in craſtinum : neſcis enim quid ventura pariat dies.	1. NE glorieris in craſtinum, ignorans quid ſuperventura pariat dies.
Ambr. ep. 77. p. 1092. d. 2. Laudet te proximus tuus, & non os tuum.....	2. Laudet te alienus, & non os tuum; extraneus, & non labia tua.
Hieron. l. 3. cont. Rufin. to. 4. 473. 3. Gravis eſt lapis, & vix portabilis arena : ſed ira ſtulti gravior utroque.	3. Grave eſt ſaxum, & oneroſa arena : ſed ira ſtulti utroque gravior. *Eccl. 22. 18.*
4. Crudelis eſt indignatio, & acuta ira ; & zelus impatiens eſt.	4. Ira non habet miſericordiam, nec erumpens furor : & impetum concitati ferre quis poterit?
	5. Melior eſt manifeſta correptio, quàm amor abſconditus.
Ambr. in Pſ. 118. p. 1169. c. 6. Utiliora vulnera amici, quàm voluntaria oſcula inimici.	6. Meliora ſunt vulnera diligentis, quàm fraudulenta oſcula odientis.
Caſſian. coll. 14. c. 13. p. 646. b. 7. Anima quæ in ſatietate eſt, favis illudit : animæ autem egenti etiam amara dulcia videntur.	7. Anima ſaturata calcabit favum : & anima eſuriens etiam amarum pro dulci ſumet. *Job 6. 7.*

Vulgata nova.
8. Sicut avis tranſmigrans de nido ſuo, ſic vir qui derelinquit locum ſuum.
9. Unguento & variis odoribus delectatur cor : & bonis amici conſiliis anima dulcoratur.

Versio antiqua.	Vulgata nova.
10.....	10. Amicum tuum, & amicum patris tui ne dimiſeris : & domum fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tuæ.
Ambr. l. 1. offic. p. 46. c. Melior vicinus in proximo, quàm frater longè habitans.	Melior eſt vicinus juxta, quàm frater procul.
Ambr. l. de Tob. c. 20. p. 617. 11. Sapiens eſto fili, ut lætetur cor tuum : [a] averte dedecoris ſermonem.	11. Stude ſapientiæ fili mi, & lætifica cor meum, ut poſſis exprobranti reſpondere ſermonem.
[a] *Idem l. 3. de interpel. Job, c. 2. p. 655. b.* 12. [b] Aſtutus videns malum puniri, vehementer erudietur : [c] imprudentes autem ſupervenientes damnum pendent.	12. Aſtutus videns malum, abſconditus eſt : parvuli tranſeuntes ſuſtinuerunt diſpendia.
[b] *Auct. l. de ſing. cleric. p. 521. c.* 13. [d] Aufer veſtimentum tuum : præterit enim injurioſus.....	13. Tolle veſtimentum ejus, qui ſpopondit pro extraneo : & pro alienis, aufer ei pignus. *Sup. 20. 16.*
[c] *Ambr. l. de Tob. c. 20. col. 617. b.* 14. [e] Qui benedicit amico manè grandi voce, à maledicente nihil differt.	14. Qui benedicit proximo ſuo voce grandi, de nocte conſurgens maledicenti ſimilis erit.
[d] *Ambr. l. de interpel. Job, c. 2. p. 655. a.* 15. [f] Stillicidia ejiciunt hominem in die hiemali de domo ſua : ſimiliter & mulier maledica de propria domo. 16. [g] Aquilo durus ventus.....	15. Tecta perſtillantia in die frigoris, & litigioſa mulier comparantur : 16. qui retinet eam, quaſi qui ventum teneat, & oleum dexteræ ſuæ vocabit. *Sup. 19. 13.*
[e] *Hieron. in Iſai. 3. p. 39. b.*	17. Ferrum ferro exacuitur, & homo exacuit faciem amici ſui.
[f] *Idem l. 1. cont. Jovin. to. 4. 170. c.*	
[g] *Idem in Jer. 1. p. 531. b.*	
Ambr. l. de parad. p. 175. b. 18. Quis plantat ficum, & de fructu ejus non	18. Qui ſervat ficum, comedet fructus ejus :

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Ita rurſum hab. Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. 513. f. excepto uno *adveniens*, loco *ventura* ; at in Ezech. 7. col. 737. e. ſic : *neque enim ſcitis quid ventura pariat dies.* In Gr. Μὴ καυχῶ τὰ εἰς αὔριον· οὐ γὰρ γινώσκεις τί τέξεται ἡ ἐπιοῦσα. Aquila, Sym. & Theod. loco ἐπιοῦσα, legunt ἡμέρα.

℣. 2. Auguſt. tract. 36. in Joh. to. 3. 544. g. legit : *Non te laudet os tuum, ſed laudet te os proximi tui.* Ambroſiaſt. col. 198. a. *Non te laudent labia tua, ſed proximi tui.* Gr. Ἐγκωμιαζέτω σε ὁ πέλας, καὶ μὴ τὸ σὸν στόμα, &c.

℣. 3. Ita in Græco, verbum pro verbo.

℣. 4. Similiter in Gr. præter ult. ἀλλ' οὐδὲν ὑφίσταται ζῆλος, *ſed nihil ſuſtinet zelus* ; quæ idem ſonant.

℣. 6. Idem Ambroſ. in Pſ. 39. col. 863. f. *Utilia ſunt vuln. amici, quàm voluntaria*, &c. ut ſup. ita quoque in Pſ. 118. to. 1. 1023. a. & in Luc. 22. col. 1518. b. & l. de exhort. virginit. to. 2. 221. d. 235. e. Lib. verò 2. offic. col. 82. d. *Utilia enim vuln. amici, quàm aliorum oſcula* : & l. 3. offic. col. 139. b. *Tolerabilia ſunt amici vuln. quàm adulantium oſcula* ; Mſs. nonnulli, *Probabiliora ſunt*, &c. at l. de exhort. virgin. c. 9. col. 294. a. *Meliora vuln. amici, quàm voluntaria*, &c. Itidem Hieron. in Eccleſ. to. 2. 750. a. necnon Auguſt. l. 2. cont. ep. Parmen. to. 9. col. 40. b. & Caſſiod. in Pſ. 40. p. 477. b. addito uno *ſunt*, ad *meliora*. S. Paulin. ep. 24. p. 161. *Meliora amici vuln. quàm voluntar. inimici oſcula* : at epiſt. 18. p. 104. c. *Suaviora ſunt vuln. amici, quàm oſcula inimici.* Similiter hab. Gelaſ. I. ep. 8. Conc. to. 4. 1183. c. præter 1. *meliora*, loco *ſuaviora*. Gr. Ἀξιοπιστότερά ἐστι..... ἢ ἐκ ὑσία φιλήματα, &c.

℣. 7. Poſterior ſententia iterum legitur apud Caſſian. coll. 12. c. 5. p. 575. utraque concordat cum Gr. Ennod. verò ep. 3. l. 6. ap. Sirm. to. 1. p. 1496. d. ſic habet : *Anima quæ in ſaturitate eſt, favis includit* ; ſed manifeſto errore, pro *illudit* ; Græcè enim conſtanter ἐμπαίζει.

℣. 10. Græcè, Χρείαν ὢν φίλος ἐγγὺς, &c. ut ſupra ; al. verò Interp. teſte Nobil. Γείτων ἐγγὺς, &c.

℣. 11. Similiter in Gr. exceptis his poſter. καὶ ἀπόστρεψον ἀπὸ σῶ ἐπονειδίστους λόγους· *& averte à te exprobrabiles ſermones.*

℣. 12. Græcè paulò diſſimiliùs : Παντὸς, κακῶν ἐπερχομένων, ἀπεκρύβη· ἄφρονες δὲ ἐπελθόντες ζημίαν τίσουσι. i. e. *Aſtutus, malis ſupervenientibus, abſcondit ſe : imprudentes autem ſupervenientes damnum patientur.*

℣. 13. Ita Græcè, his duobus exceptis, αὐτῦ, *ejus*, pro *tuum* ; proximèque, παρῆλθε, *præterivit* ; fortè loco αὐτῦ, primò ſcriptum erat σαυτῦ, per craſin, pro σεαυτῦ, ex σὺ, *tu*, & αὐτὸς, *ipſe*.

℣. 14. Gr. initio hab. Ὃς ἂν εὐλογῇ, *Qui benedixerit*, extremòque, οὐδὲν διαφέρειν δόξει, *nihil differre videbitur*, cæt. ut in Lat. ſup.

℣. 15. Ita Græcè ad verbum. Priorem ſententiam eodem modo referunt Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1014. b. & Caſſian. coll. 6. c. 17. p. 428. a.

℣. 16. Sic eſt in Græco.

℣. 18. Græcè, Ὁ φυτεύει συκὴν, φάγεται τὸν καρπὸν

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

& qui cultos est domini sui, glorificabitur.

19. Quomodo in aquis respondent vultus prospicientium, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus.

20. Infernus & perditio nunquam implentur: Eccli. 14.9. similiter & oculi hominum insatiabiles.

Sup. 17. 3. 21. Quomodo probatur in conflatorio argentum, & in fornace aurum: sic probatur homo ore laudantis.

Cor iniqui inquirit mala, cor autem rectum inquirit scientiam.

22. Si contuderis stultum in pila quasi ptisanas feriente desuper pilo, non auferetur ab eo stultitia ejus.

VERSIO ANTIQUA.

manducat?.....

20. Infernus & interitus non satiantur: similiter oculi hominum insatiabiles sunt. *Ambr. l. de fug. sæcul. c. 2. §33. c.*

Abominatio est Domino deligens oculum..... *Aug. ep. 21[illegible]. t. 2. 785. d.*

21. [a] Probatio argenti & auri, ignis: vir autem probatur per os laudantium eum. [a] *Idem in Ps. 69. t. 714. c.*

Cor iniqui exquiret mala, cor autem rectum exquiret scientiam. *Ex Mss. Sangerm. n. 14.*

22. Si flagellaveris stultum in medio concilio contumeliam faciendo, non auferes stultitiam ejus. *Ex Mss. Thuan. n. 10.*

VULGATA NOVA.

23. Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera:

VULGATA NOVA.

25. Aperta sunt prata, & apparuerunt herbæ virentes, & collecta sunt fena de montibus.

1. Tim. 6.8. 26. Agni ad vestimentum tuum: & hœdi, ad agri pretium.

27. Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos, & in necessaria domus tuæ, & ad victum ancillis tuis.

24. Non enim habebis jugiter potestatem: sed corona tribuetur in generationem & generationem.

VERSIO ANTIQUA.

25. Adhibe curam his quæ in campo sunt regionibus, & attonde herbam, & congrega fenum, *Hieron. in Abac. 3. to. 3. 1640. c.*

26. ut habeas oves ad vescendum. [a] Excole diligenter quasi bonus agricola campum tuum, ut pascantur agni tui, & sata tua floreant. [a] *Ambr. in Psal. 118. p. 1041. a.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

αὐτῆς. *Qui plantat ficum, comedet fructus ejus.*

℣. 20. Sic iterum August. l. de reg. ad servos Dei, to. 1. 791. e. *Abominatio est Domino*, &c. In Græco, συρίζων ὀφθαλμὸν, *obfirmans oculum*; cætera quadrant.

℣. 21. Græc. initio hab. Δοκίμιον ἀργυρίῳ & χρυσῷ, πύρωσις· ad litt. *Probatio argento & auro, ignitio*; sequentia quadrant pene ad verbum. Posterior sententia ex Mss. Sangerm. abest ab Hebræo, invectaque est in Vulgatam ex Versione LXX. ubi ἐκζητεῖ..... ζητεῖ, *exquirit..... quærit*, non *exquiret..... exquirat.*

℣. 22. Græcè similiter: Ἐὰν μαστιγοῖς ἄφρονα ἐν μέσῳ συναθροίᾳ ἀτιμάζων, οὐ μὴ περιέλῃς τὴν ἀφροσύνην αὐτοῦ.

℣. 25. Ita Græc. habet, præter seqq. χλωρῶν, *viridibus*, pro *regionibus*; legit pro eadem Hieron. χωρῶν; mox ita, ἐξ χερσὶ πόαν, *& tondebis herbam*; subinde addit ὄρεινὸν, *æstivum*, ad *fenum*; extremòque ℣. 26. εἰς ἰματισμόν, *in vestimentum*, loco *ad vescendum.*

℣. 26. Παραφράζειν hîc videtur Ambros. non verba ipsa strictim referre; Græcè enim simpliciter: Τίμα πεδίον, ἵνα ὦσί σοι ἄρνες. *Cole campum, ut sint tibi agni.*

CAPUT XXVIII.

VULGATA NOVA.

1. FUgit impius, nemine persequente: justus autem quasi leo confidens, absque terrore erit.

2. Propter peccata terræ multi principes ejus: & propter hominis sapientiam, & horum scientiam quæ dicuntur, vita ducis longior erit.

3. Vir pauper calumnians pauperes, similis est imbri vehementi, in quo paratur fames.

4. Qui derelinquunt legem, laudant impium: qui custodiunt, succenduntur contra eum.

VERSIO ANTIQUA.

1. FUgit impius, nemine persequente se..... *Ambros. de lapsu virg. p. 316. b.*

3. Impius calumniatur pauperes. [a] Sicut pluvia vehemens & inutilis, *Hieron. l. 3. cont. Rufin. p. 473.*

4. sic qui derelinquunt sapientiam, & impietatem laudant..... [a] *Idem in Eccles. to. 2. 779. b.*

VULGATA NOVA.

5. Viri mali non cogitant judicium: qui autem inquirunt Dominum, animadvertunt omnia.

Sup. 19. 1. 6. Melior est pauper ambulans in simplicitate sua, quàm dives in pravis itineribus.

7. Qui custodit legem, filius sapiens est: qui autem comessatores pascit, confundit patrem suum.

8. Qui coacervat divitias usuris & fœnore, liberali in pauperes congregat eas.

9. Qui declinat aures suas ne audiat legem, oratio ejus erit exsecrabilis.

10. Qui decipit justos in via mala, in interitu suo corruet: & simplices possidebunt bona ejus.

11. Sapiens sibi videtur vir dives: pauper autem prudens scrutabitur eum.

12. In exsultatione justorum multa gloria est: regnantibus impiis ruinæ hominum.

13. Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur.

VULGATA NOVA.

14. Beatus homo, qui semper est pavidus:

VERSIO ANTIQUA.

14. Beatus homo est, qui veretur omnia per *Cypr. l. 3. Testim. p. 311. c.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. A Græco abest *se.*

℣℣. 3. 4. Græcè, non simpliciter *Impius*, sed Ἀνὴρ ἐν ἀσεβείαις, *fortis in impietatibus*; ultimòque, ὑπὲρ οἱ ἐγκαταλείποντες τὸν νόμον, ἐγκωμιάζειν ἀσέβειαν, *sic qui derelinquentes legem, laudant impietatem*; cæt. ut in Lat. sup.

℣. 14. Similiter in Græco, detracto uno *est.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

metum.....

VULGATA NOVA.

qui verò mentis eſt duræ, corruet in malum.

VULGATA NOVA.

15. Leo rugiens, & urſus eſuriens, princeps impius ſuper populum pauperem.

16. Dux indigens prudentiâ, multos opprimet per calumniam : qui autem odit avaritiam, longi fient dies ejus.

17. Hominem, qui calumniatur animæ ſanguinem, ſi uſque ad lacum fugerit, nemo ſuſtinet.

18. Qui ambulat ſimpliciter, ſalvus erit : qui perverſis graditur viis, concidet ſemel.

VERSIO ANTIQUA.

Caſſian. coll. 7. c. 6. p. 434.

19. Qui colit terram ſuam, ſatiabitur panibus : qui autem ſectatur otium, replebitur egeſtate.

VULGATA NOVA.

19. Qui operatur terram ſuam, ſatiabitur panibus : qui autem ſectatur otium, replebitur egeſtate. *Sup. 12. 11. Eccli. 20. 30.*

VULGATA NOVA.

Sup. 13. 11. & 20. 21. & inf. ℣. 22.

20. Vir fidelis multùm laudabitur : qui autem feſtinat ditari, non erit innocens.

21. Qui cognoſcit in judicio faciem, non benefacit : iſte & pro buccella panis deſerit veritatem.

22. Vir, qui feſtinat ditari, & aliis invidet, ignorat quòd egeſtas ſuperveniet ei.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Amos 7. to. 3. 1436. d.

23. Qui arguit hominis vias, gratiam habebit, magis quàm is, qui loquitur quæ delectent.

VULGATA NOVA.

23. Qui corripit hominem, gratiam poſtea inveniet apud eum, magis quàm ille, qui per linguæ blandimenta decipit.

VULGATA NOVA.

24. Qui ſubtrahit aliquid à patre ſuo, & à matre, & dicit hoc non eſſe peccatum, particeps homicidæ eſt.

25. Qui ſe jactat, & dilatat, jurgia concitat : qui verò ſperat in Domino, ſanabitur.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. l. 3. cont. Rufin. p. 473.

Cypr. l. 3. Teſtim. p. 302. c.

26. Qui confidit in cordis audacia, ſtultiſſimus eſt.....

27. Qui dat pauperibus, nunquam indigebit : qui autem avertit oculum ſuum, in multa penuria erit.

VULGATA NOVA.

26. Qui confidit in corde ſuo, ſtultus eſt : qui autem graditur ſapienter, ipſe ſalvabitur.

27. Qui dat pauperi, non indigebit : qui deſpicit deprecantem, ſuſtinebit penuriam.

Ambr. in Pſ. 47. p. 940. a.

28. In locis impiorum ingemiſcent juſti.....

28. Cùm ſurrexerint impii, abſcondentur homines : cùm illi perierint, multiplicabuntur juſti.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 19. Vix meliùs è Græco.

℣. 23. Similiter in Græco, legendo *gratias*, num. plurali ; Græcè enim ita : χάριτας ἴσχει, μᾶλλον τὸ γλωσσοχαρὲς τύπτος. Nobil. *gratias reportabit, magis eo, qui linguâ gratificatur.*

℣. 26. Græcum : Ὁς πέποιθε θρασείᾳ καρδίᾳ, ὁ τοιοῦτος ἄφρων.

℣. 27. Sic iterum in Græco. Eadem legit Cypr. l. de op. & eleem. p. 240. a. præter ſeqq. *nunquam egebit*, ultimòque, *in magna penuria erit.* Cæſar. Arelat. hom. 40. *qui autem avertit oculum ſuum à paupere, in penuria vivet.* Ambroſiaſt. col. 95. c. *Qui tribuit pauperibus, non indigebit.* S. Valerian. hom. 9. ap. Sirm. to. 1. p. 651. c. *Qui dat pauperibus, nunquam egebit : qui verò avertit faciem ſuam, in maxima penuria erit.*

℣. 28. Itidem Græcè, excepto uno στένει, *gemunt* ; Symm. Aq. & Theod. leg. κρυβήσονται, *abſcondentur*, ut in Vulg.

CAPUT XXIX.

VULGATA NOVA.

1. VIro, qui corripientem dura cervice contemnit, repentinus ei ſuperveniet interitus : & eum ſanitas non ſequetur.

2. In multiplicatione juſtorum lætabitur vulgus : cùm impii ſumpſerint principatum, gemet populus.

3. Vir, qui amat ſapientiam, lætificat patrem ſuum : qui autem nutrit ſcorta, perdit ſubſtantiam. *Luc. 15. 13.*

4. Rex juſtus erigit terram, vir avarus deſtruet eam.

VERSIO ANTIQUA.

Caſſian. coll. 16. c. 18. p. 683. a.

5. Qui præparat ante faciem amici ſui rete, circumdat illud pedibus ſuis.

VULGATA NOVA.

5. Homo, qui blandis fictiſque ſermonibus loquitur amico ſuo, rete expandit greſſibus ejus.

VULGATA NOVA.

6. Peccantem virum iniquum involvet laqueus : & juſtus laudabit atque gaudebit.

7. Novit juſtus cauſam pauperum : impius ignorat ſcientiam.

8. Homines peſtilentes diſſipant civitatem : ſapientes verò avertunt furorem.

9. Vir ſapiens, ſi cum ſtulto contenderit, ſive iraſcatur, ſive rideat, non inveniet requiem.

10. Viri ſanguinum oderunt ſimplicem : juſti autem quærunt animam ejus.

VERSIO ANTIQUA.

Caſſian. coll. 16. c. 27. p. 687. f.

11. Totam iram ſuam profert ſtultus : ſapiens autem diſpenſat per partes.

VULGATA NOVA.

11. Totum ſpiritum ſuum profert ſtultus : ſapiens differt, & reſervat in poſterum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 5. Sic etiam in Græco eſt. Auct. comment. in Proverb. ap. Hieron. dicit : *Clauſulam prioris verſiculi antiqua Editio manifeſtè poſuit : Retia circumdat pedibus ſuis.*

℣. 11. Ita in Gr. præter hoc ſingul. κατὰ μέρος, *per*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

12. Princeps, qui libenter audit verba mendacii, omnes miniſtros habet impios.

Sup. 22. 8. 13. Pauper & creditor obviaverunt ſibi: utriuſque illuminator eſt Dominus.

14. Rex qui judicat in veritate pauperes, thronus ejus in æternum firmabitur.

15. Virga atque correptio tribuit ſapientiam: puer autem, qui dimittitur voluntati ſuæ, confundit matrem ſuam.

16. In multiplicatione impiorum multiplicabuntur ſcelera: & juſti ruinas eorum videbunt.

17. Erudi filium tuum, & refrigerabit te, & dabit delicias animæ tuæ.

18. Cùm prophetia defecerit, diſſipabitur populus: qui verò cuſtodit legem, beatus eſt.

19. Servus verbis non poteſt erudiri: quia quod dicis intelligit, & reſpondere contemnit.

20. Vidiſti hominem velocem ad loquendum? ſtultitia magis ſperanda eſt, quàm illius correptio.

21. Qui delicatè à pueritia nutrit ſervum ſuum, poſtea ſentiet eum contumacem.

22. Vir iracundus provocat rixas: & qui ad indignandum facilis eſt, erit ad peccandum proclivior.

VERSIO ANTIQUA.

13. Fœneratoris & debitoris ſibi occurrentium, proſpectum amborum facit Dominus. *Ambr. de Tob. c. 7. p. 598. d.*

14. Regis in veritate judicantis de pauperibus, ſedes ejus in teſtimonium reſurget. *Lucif. l. 1. pro S. Athan. p. 193. b.*

15. Plagæ & correptiones dant ſapientiam..... *Auct. l. de xlii. manſ. ap. Ambr. p. 14. f.*

17. Erudi filium tuum, & exhilarabit te, & dabit decorem animæ tuæ. *Fr Mſ. Floriac. n. 10.*

19. Verbis non emendabitur ſervus durus: ſi enim & intellexerit, non obediet. *Aug. ep. 93. 185. & 194. to. 2. 238. b. 652. a. 722. f.*

20. [a] Si videris virum velocem in verbis, ſcito quia ſpem habet inſipiens magis, quàm ille. [a] *Caſſian. coll. 14. c. 9. p. 637. a.*

21. Qui in deliciis converſatur à pueritia, ſervus erit: in noviſſimo dolebit in ſe. *Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 326. b.*

22. Vir animoſus parit rixas: vir autem iracundus effodit peccata. *Caſſian. l. 8. de ira, c. 1. p. 187.*

VULGATA NOVA.

Job 22. 29. 23. Superbum ſequitur humilitas: & humilem ſpiritu ſuſcipiet gloria.

24. Qui cum fure participat, odit animam ſuam: adjurantem audit, & non indicat.

25. Qui timet hominem, citò corruet: qui ſperat in Domino, ſublevabitur.

26. Multi requirunt faciem principis: & judicium à Domino egreditur ſingulorum.

VULGATA NOVA.

27. Abominantur juſti virum impium: & abominantur impii eos, qui in recta ſunt via.

Verbum cuſtodiens filius, extra perditionem erit.

VERSIO ANTIQUA.

27. Abominatio eſt juſtus viro iniquo..... *Lucif. l. 1. pro S. Athan. p. 194. a.*

* Verbum ſuſcipiens filius, à perditione longè aberit: excipiens autem excepit illud ſibi, & nihil falſi ex ejus ore procedit. *Aug. l. cont. mendac. to. 6. 468. e.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

partem. Item ep. Hieron. l. 3. cont. Rufin. col. 473. *Totam iram ſuam profert inſipiens: ſapiens diſpenſat in partes.* Auct. etiam comment. in Proverb. apud Hieron. ait: *Hunc locum antiqua Translatio ſic habet: Totam iram ſuam profert impius: ſapiens autem diſpenſat per partes.*

℣. 13. Concinit Græc. ad verbum. Nobil. meliùs reddit: *Fœneratore & debitore invicem concurrentibus*, &c.

℣. 14. Gr. hab. πτωχὸς, *pauperes*, loco *de pauperibus*; ultimòque καθαθήσεται, *conſtituetur*, pro *reſurget*; cæt. ſimilia: mel. verteretur ſup. *Rege in veritate judicante*, quàm *Regis..... judicantis.*

℣. 15. Ad verbum è Græco.

℣. 17. Græc. Παίδευε υἱόν σου, καὶ ἀναπαύσει σε, καὶ δώσει τρυφὴν τῇ ψυχῇ σου, &c.

℣. 19. Ita rurſum Auguſt. l. de Gra. & l. arb. to. 10. 721. b. niſi quòd ultimò ſcribit *obaudiet.* Græcè, ἀλλ' οὐχ ὑπακούσεται; cæt. ad verbum. Fulgent. l. 1. de verit. præd. p. 455. *Verbis non emendab. ſervus durus: ſed & ſi intellexerit, non obediet.* Caſſian. coll. 14. c. 17. p. 649. f. *Servus durus non emendabitur verbis: ſi enim intellexerit, non obediet.*

℣. 20. Itidem Græcè.

℣. 21. Similiter in Græco, ſubjuncto δὲ, *autem*, voci *noviſſimo.*

℣. 22. Ita legit Gregor. M. l. 5. moral. c. 45. p. 175. d. præter unum & *vir*, pro *vir autem*; Græc. ἀνὴρ δέ. Firmil. ep. ad Cypr. p. 150. b. *Homo animoſus parat lites: & vir iracundus exaggerat peccata.* Ambroſ. verò ep. 63. col. 1036. d. ut ſup. *vir iracundus effodit peccatum.* Sic etiam in Græco Vat. Mſ. tamen Alex. extremò hab. ἁμαρτίας, num. plurali: initio verò ita in Vat. Ἀνὴρ θυμώδης ἐγείρει νεῖκος, *Vir indignabundus ſuſcitat contentionem.* Ciaconius exiſtimat Caſſianum ex duobus Proverb. locis hunc unum conflaſſe; prioremque ejus partem ex cap. 15. 18. poſteriorem verò ex præſ. ℣. 22. ſumpſiſſe: conſulendæ ipſius Notæ.

℣. 27. Itidem Græcè, detracto verbo *eſt*, ſubjunctoque ἀνὴρ *vir*, voci *juſtus.*

* Sic iterum legit Auguſt. ibid. col. 441. a. his tantùm mutatis: *Verbum cuſtodiens filius..... excipit illud ſibi..... de ore ipſius procedit.* Hæc autem non leguntur apud LXX. eò loci; ſed poſt ℣. 22. capitis 24. cum ſeqq. al. pluribus: deſunt in ed. Compl. Romana verò ſic habet: Λέγων φυλασσόμενος υἱὸς, ἀπωλείας ἐκτὸς ἔσει· ὃς δὲ ἐδέξατο αὐτὸν· μηδὲν ψεῦδος ἀπὸ γλώσσης βασιλεῖ λαλήσω, καὶ οὐδὲν ψεῦδος ἀπὸ γλώσσης αὐτοῦ οὐ μὴ ἐξέλθῃ. i. e. *Verbum cuſtodiens filius, extra perditionem erit; excipiens autem excepit illud: nihil falſi de ore regi dicatur, & nihil falſi ex lingua ipſius exeat.* Hæc tota abſunt à textu Hebraïco; quæ verò ſubnectuntur in Vulgata, in ipſam irrepſere ex Verſ. LXX.

CAPUT XXX.

VULGATA NOVA.

1. VErba Congregantis filii Vomentis. Viſio, quam locutus eſt vir, cum quo eſt Deus, & qui Deo ſecum morante confortatus, ait:

VULGATA NOVA.

2. Stultiſſimus ſum virorum, & ſapientia ho-

VERSIO ANTIQUA.

2. Inſipientiſſimus enim omnium hominum *Hieron. l. 2. cont. Pelag. t. 4. 514. a.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Similiter in Græco, præter plur. ἀνθρώπων, ante *prudentia.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

ſum, & non eſt hominis prudentia in me.

Aug. de 6. quæſt. to. 2. 284. a.

3. Deus docuit me ſapientiam, & ſcientiam ſanctorum cognovi.

4. Quis aſcendit in cœlum & deſcendit? quis collegit ventos in ſinum? quis convertit aquam in veſtimento? quis tenuit fines terræ? quod nomen eſt ei, aut quod nomen eſt filii ejus?

VULGATA NOVA.

minum non eſt mecum.

3. Non didici ſapientiam, & non novi ſcientiam ſanctorum.

4. Quis aſcendit in cœlum atque deſcendit? quis continuit ſpiritum in manibus ſuis? quis colligavit aquas quaſi in veſtimento? quis ſuſcitavit omnes terminos terræ? quod nomen eſt ejus, & quod nomen filii ejus, ſi noſti?

VULGATA NOVA.

Pſ. 11. 7. Deut. 4. 2. & 12. 32.

5. Omnis ſermo Dei ignitus, clypeus eſt ſperantibus in ſe: 6. ne addas quidquam verbis illius, & arguaris, inveniariſque mendax.

VERSIO ANTIQUA.

Auct. op. imp. in Matth. hom. 11. p. 63. c.

7. Duo poſtulo à te; ne auferas gratiam tuam à me, priuſquam moriar.

8. [a] Et vanum verbum non exeat de ore meo.

[a] *Aug. ep. 130. t. 2. 387. b.*

Divitias, & paupertatem ne dederis mihi: conſtitue autem mihi quæ neceſſaria ſunt ſufficienter: 9. ut ne ſatiatus mendax efficiar, & dicam: Quis me videt? aut pauper factus furer, & perjurem nomen Dei mei.

VULGATA NOVA.

7. Duo rogavi te, ne deneges mihi antequam moriar.

8. Vanitatem, & verba mendacia longè fac à me.

Mendicitatem, & divitias ne dederis mihi: tribue tantùm victui meo neceſſaria: 9. ne fortè ſatiatus illiciar ad negandum, & dicam: Quis eſt Dominus? aut egeſtate compulſus furer, & perjurem nomen Dei mei.

VULGATA NOVA.

10. Ne accuſes ſervum ad dominum ſuum, ne fortè maledicat tibi, & corruas.

11. Generatio, quæ patri ſuo maledicit, & quæ matri ſuæ non benedicit.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. l. 1. cont. Pelag. t. 4. p. 509. f.

12. Filius malus juſtum ſe facit, & non lavat exitum ſuum.

13. Filius malus excelſos habet oculos, & palpebris ſuis elevatur.

Idem l. 3. cont. Rufin. to. 4. 473.

14. Filius malus gladios dentes habet, & cultros molas, ut conſumat infirmos de terra, & pauperes ex hominibus.

Idem l. 1. cont. Jovin. to. 4. 170. c.

15. Sanguiſugæ tres filiæ erant dilectione dilectæ:

Sed iſtæ non ſaturaverunt eam, & quartæ non ſufficit dicere: Satis eſt.

16. Infernus, & amor mulieris, & terra, quæ non ſatiatur aquâ, & ignis non dicit: Satis eſt.

Idem in Iſai. 22. to. 3. 195. b.

17. Oculum, qui irridet patrem, & deſpicit ſenectutem matris, effodiant eum corvi de convallibus, & comedant illum pulli aquilarum.

Ambr. in Pſ. 118. to. 1. 987. c.

18. Tria ſunt impoſſibilia mihi intelligere, & quartum quod non agnoſco:

VULGATA NOVA.

11. Generatio, quæ ſibi munda videtur, & tamen non eſt lota à ſordibus ſuis.

13. Generatio, cujus excelſi ſunt oculi, & palpebræ ejus in alta ſurrectæ.

14. Generatio, quæ pro dentibus gladios habet, & commandit molaribus ſuis, ut comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus.

15. Sanguiſugæ duæ ſunt filiæ, dicentes: Affer, affer.

Tria ſunt inſaturabilia, & quartum, quod nunquam dicit: Sufficit.

16. Infernus, & os vulvæ, & terra, quæ non ſatiatur aquâ: ignis verò nunquam dicit: Sufficit.

17. Oculum, qui ſubſannat patrem, & qui deſpicit partum matris ſuæ, effodiant eum corvi de torrentibus, & comedant eum filii aquilæ.

18. Tria ſunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 3. Ita Græcè ad verbum.

℣. 4. Hæc tota è Gr. pene ad verbum: extremò tamen pro *filii ejus*, legitur τοῖς τέκνοις αὐτῦ, num. plurali; at Sym. Theod. & Aq. ferunt τῷ υἱῷ αὐτῦ.

℣. 7. Itidem Græcè, ſi tollas *tuam*, poſt *gratiam*.

℣. 8. Græc. Μάταιον λόγον ἐκ ψευδῶν μακράν μου ποίησον· i. e. *Vanum verbum & mendax longè fac à me*: deinde Πλοῦτον μὴ, &c. ut in Lat. ſup. niſi hoc excipias ult. ἐκ τὰ αὐτάρκη, & *ſufficientia*, loco *ſufficienter*. Ambroſ. l. 6. Hex. col. 134. e. priorem ſententiæ partem, *divitias*, &c. refert ut ſup. Item Hieron. in Eccleſ. to. 2. 723. b. & in Iſai. 55. to. 3. 402. d. ſed hoc poſteriori loco addit: *conſtitue autem mihi quæ ſunt victui meo neceſſaria*, & *ſufficientia*: & in Ezech. 16. p. 806. f. *tribue mihi neceſſaria*, & *quæ ſufficiant*. Ambroſ. verò in Pſ. 118. col. 1069. d. legit: *Divitias autem*, & *paupertatem ne des mihi: ſed ordina mihi quæ opus ſunt*, & *quæ abundent*.

℣. 9. Ad verbum è Græco, detracta voce ult. *mei*. Similiter hab. Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1069. d. *ne repletus mendax fiam*, & *dicam: Quis me videt? aut pauper rapiam*, & *perjurem nomen Dei*: ita quoque l. 6. Hexa. col. 134. f. præter ſeqq. *aut factus pauper furtum faciam*, & *jurem nomine Domini*; ſed Mſ. Carn. hab. & *jurem nomen Domini*; al. Cæn. & *perjurem nomen Domini*; vet. edit. & Mſs. bene multi, & *jurem in nomine Domini*; omnium antiquiſſimi non agnoſcunt præpoſitionem. Ap. Hieron. in Eccleſ. to. 2. 723. b. *ne ſatiatus mendax fiam*, & *dicam: Quis me conſpicit?* & in Iſai. 55. to. 3. 402. d. *ne ſaturatus mendax efficiar*, & *dicam: Quis me videt? aut egens furer*, & *perjurem nomen Domini*: & in Ezech. 16. col. 806. f. *ne ſaturatus mendax fiam*, & *dicam: Quis me videbit? aut pauper effectus furer*, & *pejerem nomen Dei mei*.

℣. 12. Auguſt. epiſt. 93. & 108. to. 2. 246. d. 247. e. 310. e. *Filius malus ipſe ſe juſtum dicit; exitum autem ſuum non abluit*: ſimiliter l. 2. cont. Creſcon. to. 9. 431. g. nec aliter in Græco eſt, præter κρίνει, *judicat*, pro *dicit*.

℣. 13. Ita rurſum Græcè, niſi quòd habetur, τοῖς δὲ βλεφάροις, *palpebris autem*.

℣. 14. Græc. Vat. poſt *conſumat*, proximè addit, ἐκ κατεσθίειν τὺς ταπεινὺς ἀπὸ, &c. & *comedat humiles de*, &c. ſed Mſ. Alex. tollit ἐκ κατεσθίειν, cum edit. Compl. quæ inſuper loco ταπεινὺς, ponit ἀσθενεῖς, ut in Lat. ſup. exinde in Vat. & al. adnectitur αὐτῶν *eorum*, ad *pauperes*; cæt. ut ſup.

℣. 15. Ita ex Græco, præter τὸ, *ſed iſtæ*, pro quo, ἐκ αἱ τρεῖς αὗται, & *tres iſtæ*, vel *ipſæ*; item poſt paulò, οὐκ ἠρκέσθη, *non ſuffecit*. Hæc autem & ſeqq. ap. LXX. leguntur ad calc. capitis 24.

℣. 16. Eadem refert Auct. l. de ſing. cleric. ap. Cypr. p. 538. c. excepto ult. *Sufficit*, pro *Satis eſt*. Gr..... ἐκ γῆ οὐκ ἐμπιπλαμένη ὕδατος, ἐκ ὕδωρ ἐκ πῦρ ὃ μὴ εἴπωσιν· Ἀρκεῖ.

℣. 17. Mirè concinunt hæc tota cum Græco. S. Paulin. epiſt. 23. p. 140. a. hab. ſimpliciter: *Oculum, qui irriſerit patrem & matrem, effodiunt eum corvi de convallibus*.

℣. 18. Ita rurſum Ambroſ. in Pſ. 38. col. 843. c. d. & l. 2. de fide, col. 558. e. & de ob. Valent. col. 1178. a. poſter. tamen loco duplici non *agnoſco* ſcribit, ſed *co-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

19. Viam aquilæ in cœlo, viam colubri ſuper petram, viam navis in medio mari, & viam viri in adoleſcentia.

20. Talis eſt & via mulieris adulteræ, quæ comedit, & tergens os ſuum dicit: Non ſum operata malum.

21. Per tria movetur terra, & quartum non poteſt ſuſtinere:

22. Per ſervum cùm regnaverit: per ſtultum cùm ſaturatus fuerit cibo: 23. per odioſam mulierem cùm in matrimonio fuerit aſſumpta: & per ancillam cùm fuerit hæres dominæ ſuæ.

VERSIO ANTIQUA.

19. Veſtigia aquilæ volantis, viam ſerpentis in petra, & ſemitas navis navigantis, & vias viri in juventute. *Ambr. ubi ſup.*

20. Talis via mulieris adulteræ, quæ poſtquam egit, abluta, nihil egiſſe ſe dicit iniquum. *Ambr. in Pſ. 38. p. 843.*

21. Per tria movetur terra, quartum autem non poteſt ferre: *Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. 170. f.*

22. Si ſervus regnet: & ſtultus ſi ſaturetur panibus: 23. & odioſa uxor ſi habeat bonum virum: & ancilla ſi ejiciat dominam ſuam.

VULGATA NOVA.

24. Quatuor ſunt minima terræ, & ipſa ſunt ſapientiora ſapientibus:

25. Formicæ, populus infirmus, qui præparat in meſſe cibum ſibi: 26. lepuſculus, plebs invalida, qui collocat in petra cubile ſuum: 27. regem locuſta non habet, & egreditur univerſa per turmas ſuas: 28. ſtellio manibus nititur, & moratur in ædibus regis.

VULGATA NOVA.

29. Tria ſunt, quæ bene gradiuntur, & quartum, quod incedit feliciter:

30. Leo fortiſſimus beſtiarum, ad nullius pavebit occurſum: 31. gallus ſuccinctus lumbos: & aries: nec eſt rex, qui reſiſtat ei.

VERSIO ANTIQUA.

29. Tria ſunt, quæ ſecuriter ambulant..... *Auct. op. imp. in Matt. p. 226. a.*

30. Catulus leonis fortior jumentis..... 31. [a] gallus inter gallinas: & hircus præcedens capras..... *Aug. l. 12. cont. Fauſt. to. 8. 247. a.* [a] *Auct. op. imp. in Matth. p. 226. a.*

VULGATA NOVA.

32. Eſt qui ſtultus apparuit poſtquam elevatus eſt in ſublime: ſi enim intellexiſſet, ori ſuo impoſuiſſet manum.

33. Qui autem fortiter premit ubera ad elicendum lac, exprimit butyrum: & qui vehementer emungit, elicit ſanguinem: & qui provocat iras, producit diſcordias.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

gnoſco: Gr. ἐγ τὸ τέταρτον οὐκ ἐπιγινώσκω· cæt. ut ſupra.

℣. 19. Eadem iterum refert Ambroſ. l. de ob. Val. col. 1178. a. præter unum & *vias*, loco *viam*: ſic etiam l. 2. de fide col. 558. e. cum hoc inſuper, *ſuper petram*, Gr. ἐπὶ πέτρας· at in Pſ. 38. col. 843. d. ſic: *Veſtigium aquilæ volantis, & viam ſerpentis in petra, & ſemitas navis in pelago navigantis*, &c. ut ſup. Aquila, Symm. & Theod. hab. ἐκ ὁδόν ὕφεως.

℣. 20. Similiter in Græco. Maxim. Taurin. in homil. p. 46. g. ita legit: *Ejuſmodi eſt iniqua via mulieris meretricis, quæ cùm ſe abluerit, nihil ſe dicit feciſſe pravum*; Gr. ἄλογον, i. e. *inſolens, inconveniens*; Nobil. *abſurdum*.

℣. 21. Itidem Græcè.

℣. 22. Gr. Ἐὰν οἰκέτης βασιλεύσῃ, ἐγ ἄρτων πλησθῇ Cætùm·

℣. 23. Græc. verſiculos duos ſic invertit: ἐγ οἰκέτις ἐὰν ἐκβάλῃ τὴν ἑαυτῆς κυρίαν· ἐγ μισητὴ γυνὴ ἐὰν τύχῃ ἀνδρὸς ἀγαθοῦ· & *famula ſi ejecerit ſuam ipſius dominam*: & *odibilis mulier ſi ſortita fuerit virum bonum*.

℣. 29. Τρία δέ ἐσιν, ἃ εὐόδως πορεύεται, ἐ τέταρτον, ὃ καλῶς διαβαίνει. *Tria autem ſunt, quæ proſperè vadunt, & quartum, quod bene incedit.*

℣. 30. Similiter in Gr. ſubnexis his, ὃς ἐκ ἀποστρέφεται, ὐδὲ καταπήσσει κύνος, *qui non avertitur, neque horret beſtiam.*

℣. 31. Græc. ἐγ ἀλέκτωρ ἐμπεριπατῶν θηλείαις εὔψυχος· ἐγ τράγος ἡγούμενος αἰπολίου· & *gallus conſcendens feminas alacer*: & *hircus ducens gregem*: deinde: ἐγ βασιλεὺς δημηγορῶν ἐν ἔθνει, & *rex qui concionatur in gente.*

CAPUT XXXI.

VULGATA NOVA.

1. VErba Lamuelis regis. Viſio, qua erudivit eum mater ſua.

2. Quid dilecte mi, quid dilecte uteri mei, quid dilecte votorum meorum?

3. Ne dederis mulieribus ſubſtantiam tuam, & divitias tuas ad delendos reges.

4. Noli regibus, ô Lamuel, noli regibus dare vinum: quia nullum ſecretum eſt ubi regnat ebrietas: 5. & ne fortè bibant, & obliviſcantur judiciorum, & mutent cauſam filiorum pauperis.

6. Date ſiceram mœrentibus, & vinum his qui amaro ſunt animo: 7. bibant, & obliviſcantur egeſtatis ſuæ, & doloris ſui non recor-

VERSIO ANTIQUA.

1..... regis admonitio, quem erudivit mater ſua. *Ambr. de exhort. virg. p. 281. d.*

2..... primogenite tibi dico fili: [a] quid filius mei ventris, quid natus mearum orationum? *Aug. quæſt. 23. in Deut. t. 3. p. 565. e.* [a] *Ambr. de exhort. virg. p. 281.*

3. Ne dederis mulieri tuam honeſtatem..... [b] Cum conſilio omnia fac: cum conſilio vinum bibe. [b] *Caſſian. coll. 2. c. 4. p. 331.*

4. Potentes qui iracundi ſunt, vinum non bibant: 5. ne cùm biberint, obliviſcantur ſapientiæ, [c] & recta judicare non poſſint. *Hieron. in Iſai. 5. to. 3. 55. a.* [c] *Idem in Oſe. 7. p. 1281.*

6. Date ebrietatem his, qui in triſtitia ſunt; & vinum bibere his, qui in doloribus ſunt: 7. ut obliviſcantur paupertatis, & dolorum ſuorum *Caſſian. coll. 14. c. 17. p. 650. a.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Similiter habetur in Græco. Hæc autem & ſeqq. uſque ad ℣. 10. leguntur ap. LXX. ad calc. cap. 24.

℣. 2. Ita rurſum in Græco. Nobil. reddit: *quid fili..... quid fili*; è Gr. τί τέκνον..... τί τέκνον.

℣. 3. Græcum initio habet: Μὴ δῷς γυναιξὶ σὸν πλοῦτον, *Ne dederis mulieribus tuas divitias*: poſtrema ut in Lat. ſup. leguntur pariter apud Hieron. in Eccleſ. to. 2. 766. a.

℣. 4. A Græco abeſt *qui*, additur verò δὲ, *autem*, poſt *vinum*. Auct. l. de XLII. manſ. ap. Ambroſ. col. 9. e. habet: *Principes qui iracundi ſunt, vinum non bibant.* Hieron. in Oſe. 7. col. 1281. *Principes vinum non bibant.*

℣. 5. Prior ſententiæ pars ſimiliter habetur apud Auct. l. de XLII. manſ. col. 9. e. Apud Hieron. verò in Oſe. ſimpliciter, *ne obliviſcantur ſapientiæ*, &c. Græcè, tota ut in Lat. ſup. hoc tamen ſuperaddito in fine, τὺς ἀδυνεῖς, *imbecillos.*

℣℣. 6. 7. Vix meliùs è Græco, duabus tamen detrac-

Digitized by Google

Versio antiqua.	Vulgata nova.
non meminerint ampliùs.	dentur ampliùs.
Lucif. Cal. l. 1. pro S. Ath. 193. e. 8. Aperi os tuum verbo Dei, & judica omnibus integrè : 9. aperi os tuum, & judica juſta.....	8. Aperi os tuum muto, & cauſis omnium filiorum qui pertranſeunt : 9. aperi os tuum, decerne quod juſtum eſt, & judica inopem & pauperem.
Aug. ſerm. 37. to. 5. 181. e. 182. e. 10. Mulierem fortem quis inveniet ? pretioſior eſt lapidibus pretioſis, quæ ejus modi eſt.	10. Mulierem fortem quis inveniet ? procul, & de ultimis finibus pretium ejus.
Ibid. 183. e. f. 11. Confidit ſuper eam cor viri ejus : quæ talis eſt, ſpoliis non indigebit.	11. Confidit in ea cor viri ſui, & ſpoliis non indigebit.
12. Operatur enim viro ſuo bona, & non mala, in omni tempore.	12. Reddet ei bonum, & non malum, omnibus diebus vitæ ſuæ.
Ibid. 184. a. d. e. 13. Inveniens lanam & linum, fecit utile manibus ſuis.	13. Quæſivit lanam & linum, & operata eſt conſilio manuum ſuarum.
14. Facta eſt quaſi navis, qua negotiator à longè congerit ſibi divitias.	14. Facta eſt quaſi navis inſtitoris, de longè portans panem ſuum.
15. Exſurgit de noctibus, & dedit eſcas domui, & opera ancillis.	15. Et de nocte ſurrexit, deditque prædam domeſticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis.
Ibid. 185. b. d. e. 16. Proſpiciens agrum, mercata eſt : de fructibus manuum ſuarum plantavit poſſeſſionem.	16. Conſideravit agrum, & emit eum : de fructu manuum ſuarum plantavit vineam.
Ibid. 186. a. c. d. 17. Succincta fortiter lumbos ſuos, firmavit brachia ſua.	17. Accinxit fortitudine lumbos ſuos, & roboravit brachium ſuum.
18. Guſtavit quia bonum eſt operari : non exſtinguetur lucerna ejus tota nocte.	18. Guſtavit & vidit quia bona eſt negotiatio ejus : non exſtinguetur in nocte lucerna ejus.
19. Manus ſuas extendit ad utilia : brachia quoque ſua firmavit in fuſum.	19. Manum ſuam miſit ad fortia, & digiti ejus apprehenderunt fuſum.
Ibid. 187. b. d. f. 20. Manus autem ſuas aperuit pauperi, fructum autem porrexit inopi.	20. Manum ſuam aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem.
21. Non eſt ſollicitus de his quæ in domo ſunt vir ejus, cùm alicubi demoratur : omnes enim apud eam veſtiti ſunt.	21. Non timebit domui ſuæ à frigoribus nivis : omnes enim domeſtici ejus veſtiti ſunt duplicibus.
Ibid. 188. b. e. g. 22. Duplicia pallia fecit viro ſuo : de byſſo & purpurâ veſtimenta ſibi fecit.	22. Stragulatam veſtem fecit ſibi : byſſus & purpura indumentum ejus.
Ibid. 189. a. c. d. 23. Erit conſpicuus in portis vir ejus, cùm ſederit in concilio cum ſenioribus terræ.	23. Nobilis in portis vir ejus, quando ſederit cum ſenatoribus terræ.
Ibid. 190. b. d. e. f. 24. Sindones fecit, & vendidit, cinctoria autem Chananæis.	24. Sindonem fecit, & vendidit, & cingulum tradidit Chananæo.
25. Fortitudine & decore induta eſt, & lætata eſt in diebus noviſſimis.	25. Fortitudo & decor indumentum ejus, & ridebit in die noviſſimo.
Ibid. 191. b. d. f. 26. Os ſuum aperuit attentè, & ordinem * poſuit linguæ ſuæ. ** al.* diſpoſuit.	26. Os ſuum aperuit ſapientiæ, & lex clementiæ in lingua ejus.

Notæ ad Versionem antiquam.

tis vocibus, nempe duplici *ſunt*, & *ſuorum*.

℣. 8. Itidem Græcè, niſi excipias voculam unam πάντας, *omnes*, pro *omnibus*.

℣. 9. Ita rurſum Græcè, præter ult. δικαίως, *juſtè*, pro *juſta*.

℣. 10. Hilar. in Pſ. 127. col. 427. d. *Uxorem virilem quis inveniet ? pretioſior eſt autem lapidibus multi pretii, iſtius modi.* Ita quoque in Gr. verbum pro verbo. Ambroſ. in Luc. 16. col. 1472. e. *Mulierem fortem quis inveniet ?* Hæc autem cum ſeqq. aliis leguntur hodie ap. LXX. ad calc. cap. 29.

℣. 11. Græc. hab. καλῶν ὀμμάτων, *pulchris ſpoliis* ; cæt. ut in Lat. ſup. S. Paulin. ep. 44. p. 266. b. *Fidit in ea cor mariti ejus.*

℣. 12. Gr. Vat. ſimpliciter hab. Ἐνεργεῖ γὰρ τῷ ἀνδρὶ εἰς ἀγαθὰ, πάντα τὸν βίον· Mſ. verò Alex. cum ed. Compl. ἀγαθὸν, καὶ οὐ κακὸν, πάντα τὸν βίον. S. Paulin. epiſt. 44. p. 266. b. *Operatur enim viro ſuo bona totâ vitâ ſuâ, & non mala.*

℣. 13. Gr. initio hab. Μηρυσμένη ἔρια, *Filans lanas* ; reliqua ut in Lat. ſupra. Aq. Sym. & Theod. legunt ἐζήτησεν ; al. Interp. εὐεκμένη. Vide Corel. Not. in l. 1. conſtit. Apoſt. p. 132. b.

℣. 14. Gr. Vat. Ἐγένετο ὡσεὶ ναῦς ἐμπορευομένη μακρόθεν· συνάγει δὲ αὐτὴ τὸν βίον. *Facta eſt tanquam navis mercaturam exercens de longè ; congregat autem hæc vitam :* Mſ. verò Alex. hab. Συνάγει ἀ ἑαυτῆς τὸν πλοῦτον, ed. Compl. αὐτῆς τὸν πλοῦτον. S. Paulin. epiſt. 44. p. 266. a. *Facta eſt tanquam navis quæ mercatur à longinquo.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 23. p. 104. e. *Facta eſt tanquam navis mercatura longinqua.*

℣. 15. Ita in Græco, præter 1. Καὶ ἀνέστη, *Et ſurrexit.*

℣. 16. Ad verbum è Græco, addito uno *autem*, poſt *familibus.*

℣. 17. Gr. ſcribit ſingulariter, τὴν ὀσφὺν αὐτῆς, *lumbum ſuum* ; ultimòque addit εἰς ἔργον, *ad opus.* S. Paulin. epiſt. 44. p. 266. a. *Firmavit manus ſuas in opera* ; & inf. *accincta fortiter lumbos ſuos.*

℣. 18. Gr. initio ipſo ponit ὃ, quod tamen abeſt ab edd. Ald. & Compl. ſubinde ſic, ὃ οὐκ ἀποσβέννυται, *& non exſtinguitur* ; cæt. quadrant.

℣. 19. Græc. Vat. Τὰς πήχεις αὐτῆς ἐκτείνει ἐπὶ τὰ συμφέροντα, τὰς δὲ χεῖρας αὐτῆς ἐρείδει εἰς ἄτρακτον· i. e. *Cubitos ſuos extendit ad utilia, & manus ſuas firmat ad fuſum.* Mſ. verò Alex. primo loco hab. τὰς χεῖρας ; paulòque poſt, τὰς δὲ πήχεις. Schol. quoque pro ἐρείδει, hab. ἐκράτησε. S. Paulin. epiſt. 44. p. 266. a. *Brachia ſua extendit ad utilia :* & epiſt. 13. p. 70. a. *Extendit brachia ſua ad opera utilia.*

℣. 20. Ita in Græco ad verbum : Nobil. non *fructum* reddit, ſed *palmam*, Gr. καρπόν : καρπὸς quoque eſt *pars manus*, ubi pulſum explorant, teſte Schrevelio.

℣. 21. Græc. textui favet niſi quòd hab. οἱ παρ' αὐτῆς, loco *apud eam.* Caſſian. coll. 14. c. 8. p. 634. legit : *omnes enim qui apud eam ſunt, veſtiti ſunt dupliciter* ; at Græcè deeſt *dupliciter.*

℣. 22. Conſonat Græc. dempto ult. *fecit.* Ambroſ. l. de Joſeph, c. 13. col. 508. c. legit : *Binas veſtes fecit viro ſuo.* S. Paulin. epiſt. 44. p. 266. b. *Et duplicia pallia fecit viro ſuo :* at epiſt. 13. p. 70. a. *Operata eſt viro ſuo bona.*

℣. 23. Gr. Περίβλεπτος δὲ γίνεται ὁ ἀνὴρ αὐτῆς ἐν πύλαις, ὅτε ἂν καθίσῃ ἐν συνεδρίῳ μετὰ τῶν γερόντων κατοίκων τῆς γῆς· Mſ. Alex. πρεσβυτέρων τῆς γῆς.

℣. 24. Gr. Vat. adnectit *cinctoria*, ad *vendidit*, detracto ſeq. *autem* ; Mſ. verò Alex. cum ed. Compl. textui Lat. favet.

℣. 25. Gr. Ἰσχὺν καὶ εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο, &c. ut ſup.

℣. 26. In Gr. hæc ſententia paulò ſuperiùs habetur, nempe in fine ℣. 24. adverbio autem *attentè*, ſuperadditur ibid. καὶ ἀνέμως, & *legitimè.* S. Paulin. epiſt. 13. p. 70. a. *Os ſuum aperuit prudenter.* Vid. ℣. ſeq.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

27. Conſideravit ſemitas domus ſuæ, & panem otioſa non comêdit.

28. Surrexerunt filii ejus, & beatiſſimam prædicaverunt; vir ejus, & laudavit eam.

29. Multæ filiæ congregáverunt divitias: tu ſupergreſſa es univerſas.

30. Fallax gratia, & vana eſt pulchritudo: mulier timens Dominum ipſa laudabitur.

31. Date ei de fructu manuum ſuarum: & laudent eam in portis opera ejus.

VERSIO ANTIQUA.

27. Severæ converſationes domorum ejus, cibos autem pigros non comêdit. *Aug. ubi ſup.*

28. Surrexerunt filii ejus, & ditati ſunt; & vir ejus laudavit eam.

29. Multæ filiæ fecerunt potentiam: tu autem ſuperaſti, & ſuperpoſuiſti omnes. *Ibid. 192. a.*

30. Falſæ gratiæ, & vana ſpecies mulieris: mulier enim ſapiens benedicitur; timorem autem Domini ipſa collaudat. *Ibid. 193. c. d. e.*

31. Date illi de fructibus manuum ſuarum: & laudetur in portis vir ejus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 27. Gr. Στεγαὶ διατριβαὶ οἴκων αὐτῆς· Nobil. *Conſtrictæ manſiones domorum ejus*, i. e. inquit, *diligenter obſeptæ*, & *cuſtoditæ*. Auguſt. verò l. de fide & op. to. 6. 191. f. ut ſup. *Severæ ſunt converſationes domûs ejus*: addit S. Paulin. epiſt. 44. p. 266. a. *eſcas pigritiæ non edens*. Gr. σῖτα δὲ ὀκνηρὰ οὐκ ἔφαγε· Schol. ἄρτον ὀκνηρίας, *panem ſocordiæ*; ſequitur in Gr. Τὸ στόμα δὲ ἀνοίγει σοφῶς καὶ νομοθέτως· *Os autem aperit ſapienter & congruenter legibus*. Vide ſup. ℣. 26.

℣. 28. Græcè, Ἡ δὲ ἐλεημοσύνη αὐτῆς ἀνέστησε τὰ τέκνα αὐτῆς, καὶ ἐπλούτισαν, &c. i. e. *Eleemoſyna autem ejus ſuſcitavit filios ejus, & ditati ſunt*, &c. ut ſupra. S. Paulin. epiſt. 44. p. 267. b. his alludens, dicit: *Miſericordia ſuſcitabit filios eorum, & locupletabuntur in bonis Domini*. In edit. Compl. Ἡ δὲ ἐλεημοσύνη αὐτῆς ἐν τῇ γλώσσῃ αὐτῆς, *Eleemoſyna autem ejus in lingua ejus*. Apud Auguſt. in Pſ. 26. to. 4. 128. a. *Legem autem & miſericordiam in lingua portat*.

℣. 29. Gr. Vat. Πολλαὶ θυγατέρες ἐκτήσαντο πλοῦτον, πολλαὶ ἐποίησαν δύναμιν· σὺ δὲ ὑπέρκεισαι, ὑπερῆρας πάσας· Mſ. Alex. cum ed. Compl. ἢ ὑπερῆρας. In Ald. hoc omittitur, ἐκτήσαντο πλοῦτον, πολλαί; ſequitur verò, ἐποίησαν δυνατά, ſicut in Mſ. Alex. Auguſt. loco cit. ſcribit *potentias*, ſed ſemel.

℣. 30. Græcè, loco *ſpecies*, habetur κάλλος, mel. *pulchritudo*, *decor*: exinde ζυνετὴ, *intelligens*, loco *ſapiens*; extremòque, αὕτη αἰνείτω; cæt. quadrant. Apud Ambroſ. bene: *mulier enim prudens benedicitur; timorem autem Domini iſta laudet*: Mſ. tamen Reg. n. 2263. hab. σοφὴ, non ζυνετή. In Mſ. S. Theoder. ad Remos ita legitur: *Fallax imago, & vana eſt pulchritudo: mulier timens Dom. ipſa ſalvabitur; timorem autem Domini ipſa collaudat*. Vide Coteler. in l. 2. Conſtit. Apoſt. c. 8. p. 133. b. 142. b.

℣. 31. Ita in Græco, præter hoc, χειλέων αὐτῆς, *labiorum ejus*, loco *manuum ſuarum*; ſed apud Aq. Symm. & Theod. χειρῶν, non χειλέων. Apud S. Paulin. ep. 44. p. 267. a. ſic: *Dabitur illi fructus à manibus ſuis: & laudabitur in portis filiæ Sion*.

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore FRANCISCO LUCA Brugenſi.

LIBER PROVERBIORUM.

CAP. III. ℣. 9. Et de primitiis omnium frugum tuarum da ei. *Non mutes pronomen* ei *cum nomine* pauperibus.

℣. 13. Beatus homo qui invenit ſapientiam, & qui affluit prudentiâ. *Non facilè mutandum eſt* affluit *in* effluit, *vocalis prima in ſecundam; nec* prudentiâ *ſextus caſus, in quintum* prudentiam.

℣. 14. Melior eſt acquiſitio ejus negotiatione argenti, & auri primi & puriſſimi, fructus ejus. *Malè plerique* auri *ponunt ante* argenti; & *epitheta* primi & puriſſimi *jungunt cum* fructus, *quæ ad* auri *pertinent. Legantur Notationes noſtræ in varias Bibliorum lectiones.*

℣. 18. Et qui tenuerit eam, beatus. *Non mutes ſingularia in pluralia*, Et qui tenuerint eam, beati.

℣. 25. Ne paveas repentino terrore, & irruentes tibi potentias impiorum. *Non ſcribas* timore *pro* terrore, *nec mutes ablativos in accuſativos* repentinum terrorem, *vel* repentinos terrores. *Similiter in poſteriori ſententiæ membro, retine* irruentes, *nec corrigas* irrumpentes, *multòque minùs* intuentes: *denique pro* potentias *non ſubſtituas* ruinas, *quod eſt alterius verſionis*.

℣. 28. Ne dicas amico tuo: Vade, & revertere, cras dabo tibi. *Melius eſt* ne *in initio ſententiæ, quàm* nec: & *omiſſio conjunctionis* & *ante* cras, *cum gratia conjuncta eſt*.

℣. 35. Gloriam ſapientes poſſidebunt: ſtultorum exaltatio, ignominia. *Legendum eſt hic* exaltatio *vocali prima, non* exultatio *vocali quinta, quemadmodum Pſalm.* 149. ℣. 6. *ſapiùs enim varietatem parit affinitas vocalarum iſtarum duarum*.

CAP. IV. ℣. 11. Viam ſapientiæ monſtrabo tibi, ducam te per ſemitas æquitatis. *Non mutes futura cum præteritis*, monſtravi, duxi.

℣. 13. Tene diſciplinam, ne dimittas eam: cuſtodi illam, quia ipſa eſt vita tua. *Erroneè plerique hactenus, in poſteriori hujus proverbii membro, ſcripſerunt* via, *quod eſt, ſemita, pro* vita, *poſito pro vitæ cauſa*.

℣. 16. Et rapitur ſomnus ab eis, niſi ſupplantaverint. *Non eſt præponenda negatio verbo* rapitur, *prout legunt codices alii, quidam* & non rapitur, *quidam* nec rapitur: *multòque minùs* rapitur, *cujus littera initialis eſt* r *ultima liquidarum, mutandum eſt in* capitur, *cujus littera initialis eſt* c *tertia alphabeti*.

℣. 27. Vias enim quæ à dextris ſunt, novit Dominus: perverſæ verò ſunt, quæ à ſiniſtris ſunt. Ipſe autem rectos faciet curſus tuos, itinera autem tua in pace producet. *Non ſunt hæc omittenda, tametſi Hebraïce non exſtent*.

CAP. V. ℣. 22. Iniquitates ſuæ capiunt impium, & funibus peccatorum ſuorum conſtringitur. *Non mutes verbo præſentia in futura*, capient, conſtringetur.

CAP. VI. ℣. 5. Et quaſi avis de manu aucupis. *Quòd quidam libri pro* manu *ſcribunt* inſidiis, *aut* laqueo, *expoſitio eſt*.

℣. 11. Si verò impiger fueris, veniet ut fons meſſis tua, & egeſtas longè fugiet à te. *Latini libri manuſcripti ſententiam hanc minimè omittunt, tametſi Hebraïcè non legatur*.

℣. 31. Et omnem ſubſtantiam domus ſuæ tradet. *Non ſubjicias, quod quidam*, & liberabit ſe, *quippe ſuperfluum*.

CAP. VII. ℣. 2. Fili ſerva mandata mea, & vives. *Inter nomen* fili, & *verbum* ſerva, *multi libri interjiciunt hæc*: Honora Dominum, & valebis: præter eum verò ne timueris alienum: *quæ ut ſuperflua à Correctoribus ſunt prætermiſſa*.

℣. 8. Qui tranſit per plateam juxta angulum. *Non mutes numerum ſingularem* plateam *in pluralem* plateas.

℣. 10. Præparata ad capiendas animas. *Non commutes ſimplex* capiendas, *cum compoſito* decipiendas.

℣. 14. Victimas pro ſalute vovi. *Neque hic ſcribas compoſitum* devovi *loco ſimplicis* vovi.

℣. 27. Penetrantes in interiora mortis. *Non omittas præpoſitionem* in, *nec ſubſtituas* inferiora *per* f *digamma, pro* interiora *per* t *mutam*.

CAP. VIII. ℣. 11. Melior eſt enim ſapientia cunctis pretioſiſſimis. *Superfluit quod quidam addunt* opibus.

℣. 20. In viis juſtitiæ ambulo. *Non ſcribas futurum* ambulabo, *loco præſentis* ambulo.

℣. 25. Ante colles ego parturiebar. *Non addas* omnes.

CAP. IX. ℣. 15. Qui eſt parvulus, declinet ad me. *Alii pro relativo* qui *legunt interrogativum* quis.

℣. 18. Et in profundis inferni convivæ ejus. *Quod ſequitur in multis libris*, Qui enim applicabitur illi, deſcendet ad inferos: nam qui abſceſſerit ab ea, ſalvabitur, *meritò à Correctoribus eſt ſublatum*.

CAP. X. ℣. 4. Qui nititur mendaciis, hic paſcit ventos: idem autem ipſe ſequitur aves volantes. *Non eſt ſcri-*

Digitized by Google

bendum ſpargit, *quod eſt diſpergit*, *ſed* paſcit; *nec* id eſt, *ſed* idem autem ipſe, *ſi verſiculus non eſt omittendus.*

℣. 8. Sapiens corde præcepta ſuſcipit. *Non mutes præſens* ſuſcipit *in futurum* ſuſcipiet.

℣. 10. Et ſtultus labiis verberabitur. *Quod ſequitur in quibuſdam exemplaribus*, qui palam arguit, pacificat, *ſuperſluum eſt*, *quippe ex Græca Latina editioni aſſutum.*

℣. 26. Sic piger his qui miſerunt eum. *Non addas* in via.

Cap. XI. ℣. 10. In bonis juſtorum exultabit civitas. *Pro neutro* exultabit *deducto à* ſalto, *malè quidam ſcribunt paſſivum* exaltabitur, *deductum ab* altus.

℣. 13. Qui autem fidelis eſt animi, celat amici commiſſum. *Latinorum librorum quidam legunt* animi, *quidam* amici, *quidam jungunt utrumque : quod poſtremum Romani Patres conſultò ſecuti ſunt.*

Cap. XII. ℣. 2. Qui bonus eſt, hauriet gratiam à Domino. *Verbo* hauriet *non addas pronomen* ſibi.

℣. 8. Doctrinâ ſuâ noſcetur vir. *Futurum* noſcetur *præferendum eſt præſenti* noſcitur.

℣. 11. Qui ſuavis eſt in vini demorationibus, in ſuis munitionibus relinquit contumeliam. *Hanc ſententiam Correctores judicarunt eſſe ita emendandam, ut nos annotavimus in Notationibus noſtris ;* in vini *pro* vivit in; demorationibus *pro* moderationibus; munitionibus *pro* monitionibus.

℣. 12. Deſiderium impii munimentum eſt peſſimorum. *Cave legas* monimentum *vel* monumentum *à monendo deductum*, *pro* munimentum *à muniendo*, *quo modo Romani doctè correxerunt.*

℣. 13. Effugiet autem juſtus de anguſtia. *Non commutes futurum* effugiet *cum præſenti* effugit.

℣. 17. Qui quod novit loquitur, index juſtitiæ eſt. *Cave ne recidas in inolitum vitium, eorum qui ſcripſerunt* judex *pro* index, *vocalem inquam* u, *pro conſonante* n.

Cap. XIV. ℣. 16. Stultus tranſilit & confidit. *Non mutes* tranſilit, *compoſitum ex* ſalio, *cum* tranſit, tranſivit, *aut* tranſibit, *compoſitis ex* eo.

℣. 17. Et vir verſutus, odioſus eſt. *Vitioſè quidam legunt* verboſus *pro* verſutus.

℣. 20. Etiam proximo ſuo pauper odioſus erit. *Non eſt mutandum futurum* erit *in præſens* eſt.

℣. 23. In omni opere erit abundantia. *Non addas adjectivum* bono *ad ſubſtantivum* opere.

℣. 27. Timor Domini fons vitæ, ut declinent à ruina mortis. *Pro ſingulari* declinet, *quod eſt in pleriſque libris*, *Correctores ſcripſerunt plurale* declinent, *ſ. homines.*

℣. 33. Et indoctos quoſque erudiet. *Nomen* quoſque *non eſt mutandum in conjunctionem* quoque.

Cap. XV. ℣. 10. Doctrina mala deſerenti viam vitæ. *Dativus ſingularis* deſerenti, *non eſt mutandus in genitivum pluralem* deſerentium.

℣. 17. Melius eſt vocari ad olera cum charitate. *Neque hic facilè mutandus eſt infinitivus paſſivus* vocari *in activum* vocare.

℣. 19. Iter pigrorum quaſi ſepes ſpinarum. *Non eſt ſcribendum* impiorum, *quod eſt*, *iniquorum*, *loco* pigrorum, *quod eſt*, *deſidioſorum.*

℣. 28. Mens juſti meditatur obedientiam. *Retinendum eſt præſens* meditatur, *non ſubſtituendum futurum* meditabitur : *ut & vox* obedientiam *ſervanda eſt*, *minimèque mutanda cum* ſapientiam, *aut* juſtitiam.

Cap. XVI. ℣. 2. Omnes viæ hominis patent oculis ejus. *Non ſcribas plurale* hominum *pro ſingulari* hominis.

℣. 11. Et opera ejus omnes lapides ſacculi. *Egregiè hic reſtitutus eſt locus*, *repoſita voce* ſacculi, *quæ eſt diminutivum à* ſaccus, *loco* ſæculi.

℣. 13. Qui recta loquitur, diligetur. *Et hæc egregia emendatio eſt*, *quæ* diligetur *ſcribit*, *quod eſt*, *amabitur*, *pro* dirigetur, *quod eſt*, *gubernabitur.*

℣. 21. Et qui dulcis eloquio, majora percipiet. *Alii pro* percipiet *legunt* reperiet, *minùs rectè.*

℣. 24. Dulcedo animæ, ſanitas oſſium. *Non præponas & conjunctionem voci* dulcedo, *nec verbum* eſt *voci* ſanitas.

℣. 27. Vir impius fodit malum. *Pro* impius *non ſcribas* inſipiens.

℣. 30. Mordens labia ſua perficit malum. *Præſens* perficit *non eſt mutandum in futurum* perficiet.

Cap. XVII. ℣. 12. Quàm fatuo confidenti in ſtultitia ſua. *Non addas pronomen* ſibi *participio* confidenti.

℣. 16. Et qui evitat diſcere, incidet in mala. *Pro verbo* diſcere, *cave ſubſtituas*, *aut nomen* ducem, *aut verbum* diſcedere.

℣. 19. Et qui exaltat oſtium, quærit ruinam. *Spurium eſt*, *quod multi libri*, *pro una voce* oſtium, *quæ januam ſignificat*, *legunt duas* os ſuum.

Cap. XVIII. ℣. 5. Accipere perſonam impii non eſt bonum. *Non ſubdas* in judicio, *poſt vocem* impii.

℣. 10. Ad ipſum currit juſtus. *Correctores prætulerunt maſculinum* ipſum *feminino* ipſam.

℣. 21. Mors & vita in manu linguæ. *Non ſcribas plurale* manibus *pro ſingulari.*

℣. 22. Qui autem tenet adulteram, ſtultus eſt & impius. *Legendum eſt potiùs* impius, *quod eſt iniquus*, *quàm* inſipiens, *quod idem eſt cum eo quod præcedit*, ſtultus.

℣. 23. Cum obſecrationibus loquetur pauper. *Præferendum eſt futurum* loquetur *præſenti* loquitur.

℣. 24. Vir amabilis ad ſocietatem. *Non augeas vocem* amabilis *una ſyllaba*, *ita ut ſit* amicabilis.

Cap. XIX. ℣. 19. Qui impatiens eſt, ſuſtinebit damnum. *Non eſt addenda conjunctio* enim.

℣. 21. Voluntas autem Domini permanebit. *Nec hic addendum eſt* in æternum.

℣. 22. Et melior eſt pauper quàm vir mendax. *Denique neque hic addenda eſt vox* juſtus *poſt vocem* pauper.

℣. 23. Abſque viſitatione peſſima. *Præferendus eſt caſus ſextus generis ſeminini* peſſima, *ſecundo caſui generis ſive maſculini ſive neutri* peſſimi.

℣. 26. Qui affligit patrem & fugat matrem, ignominioſus eſt & infelix. *Rectè Romani Patres*, fugit *tertiæ conjugationis*, *quod à pleriſque legitur*, *correxerunt*, *dato* fugat *primæ conjugationis*, *quod eſt*, *in fugam vertit.*

Cap. XX. ℣. 15. Et vas pretioſum labia ſcientiæ. *Quidam pro &* vas *ſcribunt* vas autem.

℣. 22. Ne dicas : Reddam malum. *Non ſubjicias quod quidam*, pro malo, *ſed ſubaudias.*

℣. 25. Ruina eſt homini devorare ſanctos. *Nequaquam legendum eſt*, *aut* devocare, *aut* denotare, *aut* devotare, *vel* devovere, *ſed* devorare, *quod eſt*, *deglutire ſeu abſorbere*, *quod in Notationibus noſtris oſtendimus. Poſtremò maſculinum* ſanctos *dedit Interpres noſter*, *non neutrum* ſancta.

Sequitur : Et poſt vota retractare. *Alii pro compoſito* retractare *legunt ſimplex* tractare.

Cap. XXI. ℣. 18. Pro juſto datur impius. *Quidam libri*, *pro præſenti* datur, *habent futurum* dabitur.

℣. 22. Et deſtruxit robur fiduciæ ejus. *Non facilè ſcribas* detraxitque, *pro* deſtruxitque, *vel* & deſtruxit.

℣. 27. Hoſtiæ impiorum abominabiles, quia offeruntur ex ſcelere. *Non mutes conjunctionem* quia *in relativum* quæ.

Cap. XXII. ℣. 1. Super argentum & aurum gratia bona. *Non addas conjunctionem cauſalem* enim.

℣. 3. Callidus vidit malum & abſcondit ſe. *Servandum eſt præteritum* vidit, *non commutandum cum præſenti* videt.

℣. 5. Arma & gladii in via perverſi. *Non ſcribas* ſuperbi *pro* perverſi.

℣. 17. Inclina aurem tuam. *Superfluum eſt quod quidam præponunt*, fili mi.

Cap. XXIII. ℣. 16. Cùm locuta fuerint rectum labia tua. *Singulare* rectum *non eſt mutandum cum plurali* recta.

℣. 29. Cui ſuffuſio oculorum? *Germanam hanc eſſe lectionem*, *ut legatur* ſuffuſio, *nomen derivatum à verbo ſuffundo*, *non* ſuffoſſio *à ſuffodio*, *aut* confuſio *à confundo*, *multòque minùs* confeſſio, *à confiteor*, *jam olim docuimus.*

℣. 33. Oculi tui videbunt extraneas. *Præferendum eſt ſeminini generis* extraneas, *neutro* extranea : *nam maſculinum* extraneos, *ſpurium eſt prorſus.*

Cap. XXIV. ℣. 10. Si deſperaveris laſſus in die anguſtiæ, imminuetur fortitudo tua. *Inſignis correctio*, *qua reſtitutum eſt* laſſus, *quod eſt*, *fatigatus*, *pro* lapſus *à labi*, *cadere.*

℣. 16. Septies enim cadet juſtus & reſurget. *Non addas* in die.

℣. 27. Ut poſtea ædifices domum tuam. *Non mutes* ut *cauſativum cum & copulativo.*

℣℣. 32. 33. Et exemplo didici diſciplinam. Parum, inquam, dormies. *Quod interponunt alii :* Uſquequo piger dormies, uſquequo de ſomno conſurges? *redundat.*

℣. 34. Et veniet tibi quaſi curſor egeſtas. *Non temerè addendum eſt pronomen* tua.

Cap. XXV. ℣. 20. Acetum in nitro, qui cantat carmina cordi peſſimo. *Nec hìc temerè interjicienda eſt conjunctio &*, *ut minimè mutandus dativus* cordi *in ablativum.*

Sequitur : Sicut tinea veſtimento, & vermis ligno : ita triſtitia viri nocet cordi. *Verſiculum hunc non facilè eſſe omittendum*, *tametſi à multis omittatur*, *docent noſtræ Notationes.*

Cap. XXVI. ℣. 2. Sicut avis ad alia tranſvolans. *Non præponas conjunctionem* nam : *nec mutes vocem* alia *triſſyllabam*, *cum diſſyllaba* alta, *quæ excelſa ſignificat : nam* ad alia, *idem eſt quod* quòlibet, *quod mox ſequitur :* & paſſer quòlibet volans.

℣. 15. Abſcondit piger manum ſub aſcella ſua, & laborat ſi ad os ſuum eam converterit. *Retinendus eſt numerus ſingularis* manum, eam.

℣. 20. Et ſuſurrone ſubtracto, jurgia conquieſcent. *Præferendum eſt futurum præſenti* conquieſcunt.

℣. 26. Revelabitur malitia ejus in concilio. *Vox* conoilio, *accepta pro cœtu*, *per c potiùs ſcribitur quàm per ſ.*

Digitized by Google

Cap. XXVII. ℣. 4. Et impetum concitati ferre quis poterit? *Superfluit, quod quidam codices addunt, ſubſtantivum* ſpiritus, *participio* concitati.

℣. 11. Ut poſſis exprobranti reſpondere ſermonem. *Alii libri, pro ſecunda perſona* poſſis, *ſcribunt primam* poſſim: *hæc Hebræo conſonat, illa Græco.*

℣. 15. Tecta perſtillantia. *Cave* perſtillantia, *id eſt, perſtinentia, inutes in* peſtilentia, *id eſt, peſtem adferentia.*

℣. 16. Et oleum dexteræ ſuæ vocabit. *Pro futuro indicativi* vocabit, *quidam libri ſcribunt conjunctivum* vocet *aut* evocet: *ſed nullo modo ferendum eſt, quod eſt in nonnullis*, evacuet, *id eſt, exhauriat.*

℣. 24. Sed corona tribuetur in generationem & generationem. *Non addas pronomen* tibi *verbo* tribuetur, *nec mutes priorem accuſativum in ablativum* generatione.

℣. 26. Agni ad veſtimentum tuum, & hœdi ad agri pretium. *Ut priori membro non eſt addendum verbum* ſunt, *ita poſteriori non eſt auferenda præpoſitio* ad.

Cap. XXVIII. ℣. 8. Qui coacervat divitias uſuris & fœnore, liberali in pauperes congregat eas. *Cave ne, tranſpoſito commate, conjungas vocem* liberali, *cum eo quod præcedit ſubſtantivo* fœnore.

℣. 10. Et ſimplices poſſidebunt bona ejus. *Non temerè omittendum eſt pronomen* ejus.

℣. 26. Qui autem graditur ſapienter, ipſe ſalvabitur. *Malè alii, pro* ſalvabitur, *quod eſt, fiet ſalvus, ſcribunt* laudabitur, *laudibus celebrabitur.*

Cap. XXIX. ℣. 5. Rete expandit greſſibus ejus. *Præferendum eſt* ejus, *ei quod alii libri habent reciproce* ſuis.

℣. 15. Virga atque correptio tribuit ſapientiam. *Præfertur vox* correptio *derivata à corripio, voci* correctio *à corrigo.*

℣. 20. Stultitia magis ſperanda eſt, quàm illius correptio. *Idem hoc loco obſervatur.*

Cap. XXX. ℣. 3. Non didici ſapientiam, & non novi ſcientiam ſanctorum. *Quidam libri poſterius membrum legunt abſque negatione, ſicut Hebræa & Græca: Correctores maluerunt negationem ex aliis libris repetere.*

℣. 19. Viam colubri ſuper petram. *Servanda eſt vox* petram, *quæ rupem; non ſubſtituenda* terram, *quæ humum ſignificat.*

Ibidem. Et viam viri in adoleſcentia. *Non facilè pro* adoleſcentia, *quod juventutem, ſcribas* adoleſcentula, *quod juvenculam declarat.*

℣. 31. Nec eſt rex qui reſiſtat ei. *Cave omittas aliquod trium primorum verborum* nec eſt rex: *aut* rex, *quod eſt,* ὁ βασιλεὺς, *corrigas* res, *id eſt* πρᾶγμα: *aut denique pronomen ſingulare* ei *ſcribas pluraliter* eis: *hæc enim ſunt codicum quorumdam vitia. Lege, ſi placet, noſtras in varias Bibliorum lectiones Notationes.*

℣. 32. Eſt qui ſtultus apparuit, poſtquam elevatus eſt in ſublime. *Egregiè emendatus eſt locus, reſtituto verbo ſubſtantivo* eſt, *pro ea quæ in pleriſque eſt libris conjunctione copulativa &c. Porro ſive legas* apparuit, *ſive* apparuerit, *ſive* elevatus, *ſive* elatus, *nihil refert.*

Cap. XXXI. ℣. 9. Et judica inopem & pauperem. *Non mutes* judica *in* vindica, *quanquam hoc illius expoſitio ſit.*

Variæ Lectiones Vulgatæ, rurſum ab eodem Francisco Luca obſervatæ.

LIBER PROVERBIORUM.

Cap. V. ℣. 3. Ne intenderis fallaciæ mulieris. *Vetus Epanorthotes:* Nec Hebræus, nec antiqui habent, *ait: id quod & nos ita invenimus.*

Cap. X. ℣. 4. Qui nititur mendaciis, hic paſcit ventos: idem autem ipſe ſequitur aves volantes. *Plurimi libri antiqui, etiam Epanorthotæ, omittunt hunc verſum, cum Hebræo, Chaldæo, & Græco.*

Cap. XII. ℣. 11. Qui ſuavis eſt in vini demorationibus, in ſuis munitionibus relinquit contumeliam. *Hanc ſententiam meliores noſtri Mſſ. Latini libri confodiunt, ſuffragante Hebræo, quanquam Græcè addatur: legantur noſtræ Notationes.*

Cap. XIII. ℣. 13. Animæ doloſæ errant in peccatis: juſti autem miſericordes ſunt, & miſerantur. *Plerique omnes Latini codices Mſſ. omittunt hunc verſiculum, conſentaneè Hebræo; niſi quòd quidam collocent poſt verſum hujus capitis nonum, cum quibuſdam Græcis.*

℣. 23. Et aliis congregantur abſque judicio. *Non pauci libri ſcribunt nominativum* alii, *loco dativi* aliis.

Cap. XIV. ℣. 7. Vade contra virum ſtultum, & neſcit labia prudentiæ. *Quædam Mſſ. pro indicativo* neſcit, *legunt imperativum* neſcito, *conſentaneè Hebræo.*

℣. 15. Filio doloſo nihil erit boni: Servo autem ſapienti proſperi erunt actus, & dirigetur via ejus. *Hunc verſiculum plerique omnes Latini libri omittunt, quemadmodum Hebræa, & Græca, & Chaldæa. Sed quia quidam Latini libri, cum quibuſdam Græcis, eum legunt proximè poſt* 13. *ſuperiorem capitis verſum; idcirco* (*arbitror*) *Romani Patres noluerunt omittere, quanquam nec illic eum Latini antiqui libri agnoſcant, quod notat Epanorthotes noſter.*

℣. 21. Qui credit in Domino, miſericordiam diligit. *Quadam Latina Mſſ. prætereunt hanc pericopen, ſicut Hebræa; ſed Patres prætereundam non judicarunt* (*ni fallor*) *præſertim cùm apud Græcos ſimile quid ſequatur poſt verſum proximum:* Non ſciunt miſericordiam & fidem fabricatores malorum: miſericordiæ autem & fides apud fabricatores bonorum.

Cap. XV. ℣. 5. In abundanti juſtitia virtus maxima eſt: cogitationes autem impiorum eradicabuntur. *Vetus Epanorthotes annotat in hæc verba:* Quod interponitur ſic: In abundanti juſtitia virtus maxima eſt: cogitationes autem impiorum eradicabuntur: nec Hebræi, nec antiqui habent: habetur tamen in Græco, puto de LXX. Interpretibus.

℣. 10. Doctrina mala deſerenti viam vitæ. *Vox* vitæ *abeſt à multis libris, conformiter Hebræis & Græcis: unde vetus Epanorthotes annotat:* Deſerenti viam, non eſt ſubjungendum quod dicitur, vitæ.

℣. 27. Per miſericordiam & fidem purgantur peccata: per timorem autem Domini declinat omnis à malo. *Hic verſiculus, à Græcis quidem libris hic legitur, ſed ab optimis quibuſque, Latinis, Hebræis, & Chaldais, demum infra* 16. ℣. 6. *quod etiam Epanorthotes annotat.*

Cap. XVI. ℣. 5. Initium viæ bonæ, facere juſtitiam: accepta eſt autem apud Deum magis, quàm immolare hoſtias. *Plurima Latina Mſſ. etiam antiqua Epanorthotæ, omittunt hanc ſententiam, conſentaneè Hebræo, quanquam Græcè legatur.*

Cap. XVII. ℣. 16. Qui altam facit domum ſuam, quærit ruinam. *Hanc ſententiam, ut complures Latini libri hic omittunt, conſentaneè Hebræo; ita legunt mox infra* ℣. 19.

Sequitur: Et qui evitat diſcere, incidet in mala. *Et hæc poſterior ſuperioris ſententiæ pars, à pluribus Latinis libris jugulatur conformiter Hebræo & Chaldæo: cæterùm tota ſententia ex Græcis antigraphis ſumpta eſt, quod habent noſtræ Notationes.*

Cap. XVIII. ℣. 8. Pigrum dejicit timor: animæ autem effeminatorum eſurient. *Hæc & plures hujuſmodi ſententiæ, quia Græcè leguntur, relictæ ſunt à Romanis Correctoribus; quanquam ex copia veterum codicum Latinorum, ſatis conſtet Interpretem non dediſſe, quas in Hebræo non invenit. Simile judicium eſt de ea quæ mox ſequitur* ℣. 22. Qui expellit mulierem bonam, expellit bonum: qui autem tenet adulteram, ſtultus eſt & impius: *cujus poſterior pars citatur à D. Hieronyme, enarrante cap.* 19. *Matthæi; ex Græcâ editione, haud dubium.*

Cap. XXI. ℣. 4. Exaltatio oculorum eſt dilatatio cordis. *Multi antiqui libri Latini, loco verbi ſubſtantivi, legunt conjunctionem copulativam &, Hebræo conſentaneè.*

℣. 12. Ut detrahat impios à malo. *Quidam antiqui codices legunt* in malum.

Cap. XXII. ℣. 9. Victoriam & honorem acquiret qui dat munera: animam autem aufert accipientium. *Similis eſt hæc ſententia ſuperioribus: de qua ſic annotat vetus Epanorthotes:* Quod de LXX. ante Ejice ſic ponitur: Victoriam & honorem acquiret qui dat munera, animam autem aufert accipientium: nec Hebræus habet, nec antiqui.

Cap. XXV. ℣. 10. Gratia & amicitia liberant, quas tibi ſerva, ne exprobrabilis fias. *Etiam hæc ſententia ex Græco adjecta eſt: nec enim Interpres eam dedit, ſi conſulas Latinos libros; ſicut nec ſequentem mox infra* ℣. 20. Sicut tinea veſtimento, & vermis ligno: ita triſtitia viri nocet cordi: *quanquam hanc non facilè omittendam doceant noſtræ Notationes.*

Cap. XXVII. ℣. 21. Cor iniqui inquirit mala: cor autem rectum inquirit ſcientiam. Nec Hebræus, nec antiqui habent, *inquit Epanorthotes*, ſed LXX.

Cap. XXIX. ℣. 27. Verbum cuſtodiens filius, extra perditionem erit. *Nec in antiquis pleriſque Latinis, nec in Hebræis aut Græcis libris legitur: invenitur tamen in quibuſdam Græcis ſub finem capitis* 24.

Digitized by Google

IN LIBRUM ECCLESIASTÆ

ADMONITIO PRÆVIA.

ANTIQUA versio Latina libri Eccleſiaſtæ, quam hîc ſubjicimus, excerpta à nobis eſt ex Commentario S. Hieronymi in eundem librum, qualis à Martianæo noſtro editus eſt tomo 2. nov. edit. operum S. Doctoris. Quo ex capite, ſeu fonte proximè manarit illa Interpretatio Latina; an ex Hebraïco, an ex LXX. Interpretibus; an ipſiſſ.ma illa fucrit Verſio vetus Italica, quam veſtigamus; an alia recèns & conſultò ab Hieronymo ipſo adornata; de hoc ambigitur, nec omnino conſtat inter eruditos. Poſteriorem opinionem ſequitur D. noſter Martianæus : pro veteri Italica ſtare videntur Flaminius Nobilius, & Richardus Simonius : Ille nimirum in Notis ad Eccleſ. cap. 1. hæc habet : Sic S. Hieronymus in tralatione, quam ipſe Vulgatam nominat, nos Vulgatam antiquam dicemus: *tum addit :* Ab ipſo nos, illum imitati, rarò diſcederemus, niſi eſſet admiſta cum aliis Interpretationibus: *ex quibus poſſunt probabiliter confici tria : 1°. Hanc eſſe Nobilii opinionem, Verſionem illam ab Hieronymo uſurpatam in Commentario, antiquam eſſe Verſionem, ex LXX. Interpretatione derivatam, quam ipſe Hieronymus Vulgatam appellat. 2°. Vulgatam illam verſionem diſparem eſſe, & planè diſtinctam ab illa nova, quam Nobilius ipſe inſtruxit, & edidit. 3°. Nobilium ejuſdem antiquæ Verſionis uſurpandæ conſilium abjeciſſe, ideo quòd alias Interpretationes, videlicet Symmachi, Theodotionis, & Aquilæ, ipſi intermiſtas animadverterit.*

Ad Simonium quod attinet, ipſe ſententiam ſuam aperit lib. 2. Hiſtor. crit. Vet. Teſt. cap. 13. cùm dicit : Il eſt aiſé de reconnoître que la Vulgate Latine, de la maniere que nous l'avons préſentement, n'eſt pas entiérement de S. Jérôme; bien que, parlant en général, il en ſoit l'auteur. Comme il y a d'autres livres dans la même Vulgate, qui ſont abſolument de lui, & dont perſonne ne peut douter, j'ai crû qu'il ſeroit à propos d'éxaminer encore cette Verſion dans quelques endroits, qui ſont aſſurément de S. Jérôme. J'ai donc choiſi le livre de l'Eccléſiaſte, dont nous avons les deux verſions Vulgates, rangées ſur deux différentes colomnes dans les ouvrages de ce Pere : & ainſi il n'y a pas lieu de douter, qu'une de ces colomnes, qui repréſente la Vulgate d'aujourd'hui, ne ſoit la nouvelle traduction de S. Jérôme, qu'il a jointe avec l'ancienne Vulgate, qui avoit été faite ſur le Grec des LXX, & où il y a auſſi quelque mélange de la verſion de Théodotion. *In his duo potiſſimùm occurrunt excutienda & examinanda : primum, an Eccleſiaſtæ contextus, bifariam nunc partitus in quibuſdam Hieronymi editionibus, pro duplici nimirum hujus contextûs Verſione Latina, ita primitus ab Hieronymo diſtributus fuerit; & ab ipſo, ſub duplici columna, cuique operis capiti præfixus. Alterum, utrùm Interpretatio Latina è regione Vulgatæ novæ in prædictis editionibus poſita, ſit vera germanaque illa Verſio antiqua, è Græco primùm expreſſa, ſeu Verſio vetus Italica; an non magis interpretatio nova, conſultò & datâ operâ, ab Hieronymo ipſo elaborata.*

Quod ad primum ſpectat : indubitatum nunc eſt, & omnibus exploratum, totum Eccleſiaſtæ contextum non primitus ita ab Hieronymo fuiſſe diſpoſitum, ut ſingula ipſius capita totidem commentarii partibus fuerint præfixa. Errandi occaſionem præbuiſſe videntur Simonio novi editores operum S. Hieronymi, Eraſmus, & Marianus Victorius : hic ſcilicet in editione ſua anni 1624. volumine ſecundo complexus eſt varios S. Doctoris commentarios in Vetus Teſtamentum, inter quos exſtat in Eccleſiaſten opus; ut autem in hac editione nova lectorum commodo plùs conſuleret, quod etiam præſtitum fuerat in editione Eraſmiana anni 1534. ejuſdem libri contextum ſecernendum duxit à commentationibus; imo diverſas ejuſdem contextûs translationes, cùm ex Hebræo, tum è Græco LXX. petitas, diſtinctis columnis & characteribus edidit; deinde S. Patris verba, & animadverſiones, minutioribus typis excuſas, ita commodè adnexuit, ut in una eademque pagina textui utrique præfixo ſubjectus commentarius aptè reſponderet, & alter alterum non ſuperaret. Tali ordini ac diſpoſitioni non parum utilitatis eſt atque commoditatis : utinam cuncta ex primigenio Hieronymi commentario deprompſiſſet, nihil de ſuo adjeciſſet Marianus! Quòd Textum Sacrum à commentariis & explicationibus diſtinxerit, quòd eundem ſparſum ac diſſeminatum in unum collegerit, hac in re nihil peccavit Marianus, quinimo commodè fecit, & omnibus gratum; ſed in hoc peccaſſe videtur 1°. quòd Vulgatâ hodiernâ lateri Antiquæ adjunctâ, utramque ſimul ita ab Hieronymo diſpoſitam fuiſſe, vel putaverit, vel alios ſaltem induxerit ad credendum; nullo tamen fretus Mſs. codicum teſtimonio, nullâve, nequidem jejunâ, admonitione præmiſſâ. 2°. Quòd Vulgatæ novæ hunc

Digitized by Google

præfixerit titulum, Verſio LXX. *Alteri verò Verſioni commentario admiſtæ iſtum*, Verſio Hebr. *quaſi verò Vulgatam novam è Græco deductam fuiſſe crediderit, alteram commentario propriam, ex Hebraico. Primum quidem ſcopulum offendit Richardus Simonius, ut ſupra diximus, ſed non impunè; de hoc enim, nec immeritò, reprehenſus eſt à Martianæo noſtro in Notis prolixioribus ad hunc librum, to. 2. op. S. Hieron. col. 790.* « *Falſa eſt,* « *inquit, & imperita prorſus opinio, quâ deceptus Simonius affirmare voluit, S. Hieronymum antiquæ Vulgatæ copulaſſe novam Vulgatam Latinam, uti conſpiciuntur diſtinctæ* « *columnis in edito Eccleſiaſtæ commentario. Hoc ſanè perſuaſiſſimum erit omnibus, qui ex* « *antiquis monumentis, aut è veteribus Hieronymi editionibus judicium habebunt de ejuſ-* « *dem commentario in Eccleſiaſten. Nam in cunctis illis libris unicus legitur S. Scripturæ* « *contextus; & quidem in manu exaratis exemplaribus, eodem prorſus tenore deſcriptus,* « *quo nunc à nobis editus habetur. Nec ante Marianum Victorium* * *quiſquam Eccleſiaſtæ* « *duplicem verſionem Latinam columnis diſtinctam conjunctim typis evulgare ſibi permiſe-* « *rat. Denique cùm Hieronymus Eccleſiaſten expoſuit ſuo commentario, præter iſtud nul-* « *lum aliud volumen Scripturæ in Latinum verterat ex Hebræo: ſiquidem commentarium* « *ſuum abſolvit quinquennio ferme poſtquam Româ redierat Jeroſolymam, id eſt, anno æræ* « *Chriſtianæ 389. vel circiter; libros autem quatuor Regum de Hebræo Latinè convertit ante* « *cætera volumina Inſtrumenti Veteris, anno 392. vel 391. è quibus notis chronologicis ſatis* « *liquet verſionem Vulgatam hodiernam Eccleſiaſtæ non potuiſſe copulari cum alia tranſ-* « *latione in commentario Hieronymi, quandoquidem commentarius tribus annis præcedit* « *novam Vulgatam editionem librorum Salomonis.* »

* Non advertit Martianæus eandem diſpoſitionem exhiberi in edit. Eraſm. anni 1534.

Jam verò quo ex fonte prodierit illa Verſio adhibita in eodem commentario, & quam Simonius cum Flaminio Nobilio antiquam vocat, an ipſiſſima illa fuerit Vulgata vetus, ſeu, ut vocant, Italica; de hoc non ita facile eſt decidere: difficultas maximè petitur ex Hieronymi verbis, præfat. in Eccleſiaſt. quibus paucis negotium confectum Martianæus putat. Ita verò Hieronymus, ſcribens ad Paulam & Euſtochium, præfatur: Nunc in Bethleem poſitus, vobis reddo quod debeo, hoc breviter admonens quòd nullius auctoritatem ſecutus ſum, ſed de Hebræo transferens, magis me LXX. Interpretum conſuetudini coaptavi, in his duntaxat quæ non multùm ab Hebraïcis diſcrepabant. *Tum addit:* Interdum Aquilæ quoque, & Symmachi, & Theodotionis recordatus ſum, ut nec novitate nimia lectoris ſtudium deterrerem; nec rurſum contra conſcientiam meam, fonte veritatis omiſſo, opinionum rivulos conſectarer. *Ad hæc Martianæus:* « *Qui ergo fieri poteſt, ut Latina translatio libri Eccleſiaſtæ poſita* « *in prima columna editi commentarii S. Hieronymi, ſit antiqua Vulgata è Græcis expreſſa* « *voluminibus, cùm Hieronymus teſtetur in præfatione hujus operis ſe, nullius Interpretis* « *auctoritatem ſecutum, tranſtuliſſe de Hebræo in Latinum?* » *Accedit etiam quòd Hieronymus paſſim in hoc commentario Hebræi cujuſdam, ſui olim præceptoris, auctoritatem proferat, cujus & teſtimonium citat, & laudat animadverſiones: v. g. col. 722.* Dicebat, *inquit*, mihi Hebræus, quo Scripturas Sanctas intuente perlegi, quòd, *&c. item col. 733.* Mihi verò ab Hebræo, qui me in Scripturis erudivit, ita expoſitum eſt, *&c. iterum infra p. 740.* Hebræus meus, cujus ſæpe facio mentionem, cùm Eccleſiaſten mecum legeret, teſtatus eſt, *&c. Quorſus iſta, inquies, niſi ex Hebræo fonte fluxerit Verſio, qua de agitur?*

Ut verò ſuper re ſatis ambigua dicam quod ſentio; obſervabo primùm, ex Hebraico fonte uno duci non potuiſſe Verſionem illam, cùm Hieronymus in præfatione ſua apertè dicat, de Hebræo transferentem ſe, magis ſe LXX. Interpretum conſuetudini coaptaſſe. 2°. Non etiam ex LXX. Translatione ſola prodiiſſe illam Verſionem; ſiquidem Hieronymus addit, ſeſe magis accommodaſſe LXX. Interpretibus, in his duntaxat quæ non multùm ab Hebraïcis diſcrepabant. 3°. *Non pariter ex Aquila, vel Symmacho, vel Theodotione, illam ipſam emanare potuiſſe, cùm ibidem Hieronymus admoneat ſe* nullius auctoritatem *eſſe ſecutum; Aquilæque, & Symmachi, & Theodotionis* interdum *ſolummodo recordatum eſſe*, Ut, *inquit*, nec novitate nimia lectoris ſtudium deterrerem, nec rurſum contra conſcientiam meam, fonte veritatis omiſſo, opinionum rivulos conſectarer.

Nec addere juvat ex pluribus forſitan ſupradictis Interpretationibus illam noſtram conſtari potuiſſe Verſionem. Sanè contrarium liquet ex variis commentarii locis, in quibus Hieronymus Symmachum & alios memorat: horum enim Interpretum lectiones tantummodo citat, adjunctis ſimilibus, vel de Hebræo fonte, vel de LXX. Interpretibus. Exempli gratiâ, cap. 1. col. 717. ait: In Hebræo, pro *vanitate vanitatum, abal abalim* ſcriptum eſt, quod, exceptis LXX. Interpretibus, omnes ſimiliter tranſtulerunt, ἀτμὸς ἀτμίδων, ſive ἀτμῶν, quod nos poſſumus *vaporem fumi*, & *auram tenuem* appellare; *LXX. autem ferunt*, ματαιότης ματαιοτήτων, vanitas vanitatum; *quam lectionem ſervat Hieron. in textu. Item infra col. 720. ad ℣. 10. ejuſdem capitis:* Eſtne verbum de quo dicatur: Vide hoc novum eſt, *&c. addit:* Apertiùs hoc Symmachus tranſtulit: Putaſne eſt qui

Digitized by Google

poſſit dicere : Vide hoc novum eſt, *&c. Item poſt pauca, col* 721. *ad hoc*, præſumptio ſpiritus, *obſervat verbum Hebraïcum* routh, *Aquilam & Theodotionem*, νομήν; *Symmachum*, βόσκησιν *tranſtuliſſe;* Septuaginta autem Interpretes, *inquit*, non Hebræum ſermonem expreſſere, ſed Syrum, dicentes προαίρεσιν. Sive ergo νομή, ſive βόσκησις, à *paſtione* vocabulum eſt; προαίρεσις autem meliùs *voluntatem*, quàm *præſumptionem* ſonat: *attamen in textu Lat. ab ipſo relato, non habetur* voluntas, *ſed* præſumptio; *quæ vox procul dubio legebatur in antiqua Verſione Vulgata. Similiter ad* ℣. 2. *capitis* 2. *Hieronymus textum profert hoc modo :* Riſui dixi amentiam; & jocunditati : Quid hoc facis? *tum addit :* Ubi nos *amentiam* legimus, *(non dixit*, poſuimus,) in Hebræo habet *molal*, quod Aquila πλάνησιν, id eſt, *errorem;* Symmachus θόρυβον, hoc eſt, *tumultum*, interpretati ſunt : Septuaginta verò, & Theodotio, ſicut in pluribus locis, ita & in hoc quoque concordant, & tranſtulerunt περιφοράν, quam nos verbum de verbo exprimentes, *circumlationem* poſſumus dicere. *Unum addam, quod non parum ad rem noſtram facit : nempe ad cap.* 8. ℣. 7. *Hieronymus textum Latinè ita refert :* Quia neſcit quod futurum eſt : ſicut enim erit quis annuntiabit ei? *at infra in commentario ſic habet :* Illud quoque quod.... ſcriptum eſt : Quia neſcit quod factum ſit : & quid futurum ſit poſt eum, quis annuntiabit ei? *tum addit :* De verbo ad verbum nunc ex ſermone Hebræo tranſtulimus, ut eſſe ſenſum alterum noverimus : quòd ſcilicet nec ea quæ præterierint ſcire poſſumus; nec ea quæ futura ſint, ita ut ſunt futura, cognoſcere. *Ad hunc Hieronymi locum, ita Martianæus :* « *Nulla eſt, inquit, in LXX. Interpretibus mentio rerum præteritarum : ſed* » *neque in Hebræo hodierno, ubi legimus*, ki enennu jodea ma ſchejihje, *hoc eſt*, quia non » ipſe ſciens quid quod futurum eſt. *Cogit nos itaque Hieronymi præſens obſervatio, ut dica-* » *mus ipſum legiſſe in præterito quod nunc in futuro legitur, id eſt, legiſſe* ſchehaja, quod » fuit, *ſive* quod factum eſt, *pro hodierno Hebræo*, ſchejihje, quod erit, *ſive* quod futu- » rum eſt..... *Ex his porro liquet Hieronymum in contextu ſacro coaptaſſe ſe conſuetudini* » *LXX. Interpretum; in commentario autem de verbo ad verbum ex Hebræo ſermone tranſ-* » *tuliſſe quod legebat in ſuis exemplaribus, aut in Hexaplis Origenis. Neque verò aliter* » *legebat quàm Vulgatam noſtram poſtea nobis edidit è puriſſimis Hebræi ſermonis fonti-* » *bus.* » *Ex his autem & aliis ſimilibus id nos ſaltem colligi poſſe credimus, Verſionem Latinam libri Eccleſiaſtæ in commentario Hieronymi adhibitam, non ex variis Symmachi, & aliorum Interpretationibus ab ipſo conflatam fuiſſe & effectam. Unde igitur prodiit, inquies; quo ex fonte manavit? Hebræo, an Græco? Urges? Ingenuè dicam : ex utroque ſimul, ſecluſis aliis; imo hoc addam : Ex Hebræo fonte pauca, ex LXX. pene omnia derivata eſſe videntur. Si autem mihi obtrudatur quod ait Hieronymus præfat. cit.* De Hebræo transferens; *ſtatim reponam verba quæ ſubdit :* Magis me LXX. Interpretum conſuetudini coaptavi. *Nec reſpondere juvat hoc etiam ſuperaddi :* in his duntaxat, quæ non multùm ab Hebraïcis diſcrepabant. *Contentione enim facta fontis Hebraïci cum Verſione LXX. vix pauca in utroque textu illo deprehendimus quæ differant : diſſimilitudines autem illæ plerumque non ſunt niſi vocum, rarò ſententiarum ac verſuum integrorum. Itaque cùm Hieronymus in præfatione admoneat ſeſe magis coaptaſſe LXX. Interpretibus, nec aliorum Interpretum auctoritatem fuiſſe ſecutum, inde ſequitur Interpretationem illam leviter tantùm à Græco diſcrepare. Porro cum Vulgata Latina vetus, ſeu Verſio Italica ex eodem Græco proximè fluxerit, illaque præ cæteris id genus, teſte Auguſtino, magis Græcum reddat, nil obſtat quominus concludatur Textum illum uſurpatum ab Hieronymo in commentario, paucis differre à Verſione Italica; eamque, ſi non puram & germanam, ob nonnulla è fonte Hebræo ipſi intermiſta, ſaltem magna ſui parte ſubſiſtere in hoc commentario. Nec plurimùm officere debet opinioni noſtræ, quod ait Hieronymus ſupra in præfat. ſe de Hebræo tranſtuliſſe : eâ enim clementiâ poſſunt accipi illa verba, quâ accepta ſunt ſupra, ubi actum eſt de correctione ab ipſo adhibita, ſeu de emendatione librorum ſecundùm verſionem LXX. cum aſteriſcis & obelis, quos tamen alicubi pariter tranſtuliſſe ſe dicit. Hoc igitur dato & conceſſo, quid impedimento erit quominus ſentiamus Hieronymum, Vulgatâ antiquâ ad fontem primigenium exactâ, ſeſe tamen Græco LXX. puro ſcilicet & Hexaplari, magis coaptaſſe; uno verbo in hoc opere perficiendo vix aliud egiſſe, quàm quod ipſe præſtitiſſe ſe ait in edendis libris Salomonis ſecundùm verſionem LXX. de his enim ita diſſerit præfat. edita à Martianæo noſtro, to.* 1. *op. S. Hieron. col.* 1419. Tres libros Salomonis, *inquit*, id eſt, Proverbia, Eccleſiaſten, Canticum Canticorum, veteri LXX. Interpretum auctoritati reddidi. *Et poſt pauca :* Illa etiam, quæ imperiti Translatores malè in linguam noſtram de Græco ſermone verterant, oblitterans & antiquans, curioſiſſima veritate correxi. *At verò quos libros ibi ſimpliciter correxiſſe ſe dicit, alio in loco, eoſdem Latinè ſe tranſtuliſſe ait, videlicet lib. contra Rufin. ubi ſic :* Salomonis etiam libros, quos olim juxta LXX. additis obelis & aſteriſcis, in Latinum verteram, ex Hebraïco transferens.... hæc in præfatiunculæ meæ fine ſubjeci. Si cui LXX. Interpretum ma-

Digitized by Google

gis editio placet, habet eam à nobis olim emendatam; neque enim ſic nova cudimus ut vetera deſtruamus.

Ex quibus conjunctis argumentum ita duci poteſt & confici: Si Hieronymus, cùm agebat de emendatione ſola librorum Salomonis ſecundùm LXX. Interpretes, illam modò correctionem, modò tranſlationem vocat; de Verſione Latina libri Eccleſiaſtæ adhibita ab ipſo & emendata in commentario, idem ſentire & affirmare quid vetat? unum quippe ex alio inferri poteſt, cùm par ſit utrobique ratio. Non negaverim tamen, hoc in opere, ſi interdum contingat ut LXX. vel Interpres Latinus à fonte Hebraïco longiùs abſceſſerint, quod tamen minùs ſæpe evenit; non dubitaverim, inquam, quin Hieronymus tunc voci Græcæ, aut ſententiæ, Hebraïcam lectionem præferat. Nec tamen nos Hebraïcas illas dictiones omnes admiſimus in textu; quinimo ipſas, quantùm licuit, de medio ſuſtulimus; videlicet quotieſcunque Hieronymus ibidem Græcas Hebraïcis ſuppoſuit. Verbi gratia ubi Hieronymus (cap. 1. ℣. 11.) ita primùm textum refert: Non eſt memoria primis: & quidem noviſſimis, quæ futura ſunt, non erit eis memoria apud eos, qui futuri ſunt in noviſſimo; *infra ſubdit:* Juxta autem LXX. Interpretes, qui dixerunt: Non eſt memoria primis: & quidem noviſſimis, qui futuri ſunt, non erit eis memoria cum his, qui futuri ſunt in noviſſimo. *Hanc ultimam lectionem è LXX. nos in textu ſubſtituimus pro altera. Porro vel ex hoc verſiculo apparet, quàm levia fuerint, & pauca quæ immutavit Hieronymus in hac Verſione Latina. Idem etiam liquet ex verſu 1. ejuſdem capitis, quem Hieronymus ſic profert ex Hebræo:* Verba Eccleſiaſtæ, filii David, regis Jeruſalem. *Apud LXX. ſic:* Ῥήματα Ἐκκλησιαστοῦ, υἱοῦ Δαυὶδ, Βασιλέως Ἰσραὴλ ἐν Ἰερουσαλήμ· *quæ non differunt inter ſe niſi una voce* Iſraël, *addita ſcilicet in Græco, prætermiſſa verò in Hebræo. Nos autem, qui Vulgatam veterem Latinam è Græco proximè derivatam aucupamur, adjunximus vocem* Iſraël, *quæ procul dubio legebatur in antiqua Verſione Latina, cùm Hieronymus ibidem ſubjiciat:* Superfluum quippe eſt, hîc *Iſrael*, quod malè in Græcis, & Latinis codicibus invenitur. *Item poſt paulò ad hæc verſûs* 5. Oritur ſol, & occidit ſol, & ad locum ſuum ducit; *addit:* Pro eo autem quod, Vulgatam editionem ſequentes, poſuimus, *ad locum ſuum ducit;* in Hebræo hab. *ſoeph*, quod Aquila interpretatur σιωπᾷ, id eſt, *aſpirat*, Symmachus verò & Theodotion, *recurrit. Huc pariter redeunt quæ notavimus ſupra de verſu* 7. *capitis* 8. *quæque ſententiæ quam tenemus, accommoda valde ſunt & apta. Sed ut antiquæ illius Interpretationis Latinæ magis magiſque conſtet auctoritas, comparanda eſt ipſa cum variis Eccleſiaſtæ locis à veteribus Patribus uſurpatis. Exempli gratiâ, Auguſtinus l.* 12. *de Civit. Dei, verſiculum* 9. *capitis* 1. *hoc modo legit:* Quid eſt quod fuit? ipſum quod erit. Et quid eſt quod factum eſt? ipſum quod fiet: *quæ ipſiſſima ſunt antiquæ noſtræ Translationis verba. Similiter habet Ambroſ. l. de Tob. c.* 13. Omne quod fuit, ipſum eſt quod erit. *Videndus etiam Ambroſius infra ad ℣. 6. ejuſdem cap. ſicut & Victorinus Africanus, quorum teſtimonia leviter tantùm diſcrepant à Verſione noſtra Latina: item Ambroſius ad ℣℣. 2. & 3. capitis* 4. *pene ad verbum concordat. At hæc & horum ſimilia ſuis locis diligenter inſerta ſunt in Notis, quas vide. Interim hæc pauca ſufficiant*

Digitized by Google

SUMMA CAPITA LIBRI ECCLESIASTÆ,

è Vulgatis Bibliis deprompta, deficientibus aliis quæ Verſioni antiquæ reſpondeant.

CAP. I. *OMnia vana, & nihil ſub ſole novum: cunctarum quoque rerum difficilem eſſe inquiſitionem, eamque vanam, & ſpiritus afflictionem.*

CAP. II. *In affluentia deliciarum, divitiarum, ædificiorum, & in horum labore eſt vanitas & afflictio ſpiritus: dicit etiam quanta ſit vanitatis congregare futuro hæredi, qui qualis futurus ſit ignoratur.*

CAP. III. *Quòd omnia ſuo proveniant tempore & tranſeant, quòdque in nullis hîc fluxis ſit mentis quies; unus quoque ſit hominis ac jumentorum interitus.*

CAP. IV. *Vanitatem hujus vitæ arguit ſapiens ex innocentum oppreſſione, & quòd induſtria humana ſit invidiæ obnoxia: item quòd ſtultus ſecurè in otio agit, alio qui hæredem non habet theſaurizante: explicat commoda ſocietatis, regum regnorumque vanitatem; & obedientiam præfert ſtultorum victimis.*

CAP. V. *Nil temerè de Deo & ejus providentia loquendum: vota reddenda: non mirandum de egenorum oppreſſione, cùm iniqui judicem habeant: item quàm ſit miſera conditio avari nunquam impleti, & divitis coacervantis divitias, in proprium nonnunquam malum.*

CAP. VI. *Miſera eſt avari vanitas, qui ne in neceſſariis quidem audet partis uti.*

CAP. VII. *Vanum eſt altiora ſe quærere; & inter multa quæ quibus magis ſint eligenda, ſic & ſapientia utilior eſt cum divitiis: dies malus præcavendus: ne plus quàm oportet ſapiens aut juſtus ſis: quàm ſit mulieris conſortium amarum & periculoſum: quòdque homo ſit à Deo creatus rectus.*

CAP. VIII. *In vultu lucet ſapientia: à Dei mandatis non recedendum: homo novit tantùm præſentia, neque mortem poteſt evadere: impii ob Dei indulgentiam liberiùs peccant: vaniſſimum videtur quòd juſtis & impiis ſimilia hîc eveniunt: & operum Dei ratio non eſt inveſtiganda.*

CAP. IX. *Nemo ſcit an Dei odio vel amore ſit dignus: quòd eadem cunctis hîc eveniunt: & cùm poſt hanc brevem & incertam vitam non reſtet tempus operandi, monet nunc operibus inſtanter incumbendum: & licet ſapientia præſtet fortitudini, in paupere tamen non æſtimatur.*

CAP. X. *Sapientis à ſtulto differentia: tentationibus potentis ſpiritus reſiſtendum: de ſtulto ac ſervo elevatis, & divite ac principe humiliatis: occultus detractor ſerpenti comparatur: de rege puero, & principibus mane comedentibus: neque regi, neque diviti detrahendum.*

CAP. XI. *Monet noſtra aliis impertiri, & ſemper bene eſſe operandum: quòd hominis judicium poſt obitum ſit immutabile: futuri quoque judicii memoriam retinendam, in quo de omnibus judicandi ſumus: iram & malitiam à corde auferendam.*

CAP. XII. *Deum præ oculis habeto in juventute; priuſquam ſuccedat moleſta ſenectus, tandemque noviſſima mors: cùmque omnia ſint vanitas, Dei præcepta obſerva; nam de omnibus eſt reddenda ratio.*

Digitized by Google

*ECCLESIASTES.

CAPUT PRIMUM.

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.
1. VERBA Ecclesiastæ, filii David, regis Jerusalem.	1. VERBA Ecclesiastes, filii David, regis Israël in Jerusalem. *Ex Comment. S. Hieron. in Ecclesiast. to. 2. nov. ed. p. 715. 716.*
2. Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes: vanitas vanitatum, & omnia vanitas.	2. Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes: vanitas vanitatum, omnia vanitas.
3. Quid habet ampliùs homo de universo labore suo, quo laborat sub sole?	3. Quid supereſt homini in omni labore suo, quo laborat sub sole? *717.*
4. Generatio præterit, & generatio advenit: terra autem in æternum stat.	4. Generatio vadit, & generatio venit: & terra in sæculo stat.
5. Oritur sol, & occidit, & ad locum suum	5. Oritur sol, & occidit sol, & ad locum suum

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Ambros. l. de Tob. c. 13. col. 605. d. *Bonus*, inquit, *ad omnia magister Ecclesiastes, liber est Salomonis.* Hieron. in Eccles. to. 2. p. 721. a. *Aiunt Hebræi hunc librum Salomonis esse pœnitentiam agentis, quod in sapientia divitiisque confisus, per mulieres offenderit Deum.* Philastr. Brix. l. de hæres. p. 720. f. observat quosdam esse hæreticos, *qui de Veteri Testamento multa reprobant, id est, Salomonis Ecclesiasten, paucis quidem conspersum sententiis, omnem tamen thesaurum cælestis scientiæ quærentibus continentem.*

℣. 1. Edit. legunt *Ecclesiastæ*, è Gr. Ἐκκλησιαστοῦ, sed Mss. omnes *Ecclesiastes*; cæt. concordant cum Gr. ad verbum. Hieron. tamen in comment. excludit vocem *Israel*, quæ superflua est, inquit, & *malè in Græcis & Latinis codicibus invenitur*: nos autem illam reposuimus, quorum est antiquam Versionem Latinam è Græco derivatam exhibere. Abest autem *Israël* à textu Hebraïco.

℣. 2. Sic est ad verbum cùm in Græco, tum in Hebraïco textu. Hieron. ibid. observat *In Hebræo pro* vanitate vanitatum, abal abalim *scriptum esse, quod, exceptis LXX. Interpretibus, omnes similiter transtulerunt* ἀτμὸς ἀτμίδων, *sive* ἀτμῶν, *quod nos*, inquit, *possumus* vaporem fumi, & auram tenuem, *quæ citò resolvitur, appellare.* Ambros. in Ps. 39. p. 859. f. & l. 1. in Luc. p. 1262. b. similiter habet: *Vanitas vanitatum, & omnia vanitas:* & l. de fug. sæc. c. 1. col. 418. d. *Omnia vanitas, inquit Ecclesiastes, quæ in hoc sæculo sunt.* August. de mor. Eccl. to. 1. 702. a. & l. 20. de civit. Dei, c. 3. to. 7. 575. c. *Vanitas vanitantium, dixit Ecclesiastes: vanitas vanitantium, & omnia vanitas:* item constanter, *Vanitas vanitantium*, tum l. de quant. anim. to. 1. 437. a. & de vera Relig. col. 761. d. tum in Rom. 8. to. 3. 913. c. & in Ps. 4. to. 4. 13. b. at l. 1. oper. imp. to. 10. 886. d. & l. 6. cont. Julian. col. 706. f. scribit, *Vanitas vanitatum:* & verò l. 1. retract. to. 1. col. 9. f. air: *Quod posui* (l. de mor. Eccl.) *de libro Salomonis*, Vanitas vanitantium, &c. *in multis quidem codicibus legi; sed hoc Græcus non habet: habet autem*, Vanitas vanitatum, *quod postea vidi: & inveni eos Latinos esse veriores, qui habent* vanitatum, *non* vanitantium. Auct. tamen quæst. Vet. Test. part. 2. ap. August. to. 3. 143. c. legit: *Vanitas vanitantium.* S. Valerian. hom. 6. Sirm. to. 1. p. 639. d. *Vanitas vanitatum, omnis homo dives.* Philastr. Brix. l. de hæres. p. 720. f. testatur quosdam hæreticos legere: *Omnia vanitas vanitatis sub cælo sunt.*

℣. 3. Ad verbum è Græco, nisi hoc excipias, *Quid supereſt*, pro quo Τίς περισσεία· Ambros. in Ps. 118. col. 1120. c. *Quæ abundantia homini in omni labore suo, quo*, &c. ut sup. Similiter August. l. 20. de civit. Dei, c. 3. to. 7. 575. c. at l. de mor. Eccl. to. 1. 702. a. legit: *Quæ abundantia homini in omni labore suo, quem ipse laborat sub sole?* & l. de vera Relig. to. 1. 761. d. *Quæ abundantia homini in omni labore ejus, quo ipse lab. sub sole?* & in Rom. 8. to. 3. 913. c. *Quæ abundantia homini in omni labore suo, quo ipse lab.* &c. ita rursum in Ps. 4. to. 4. 13. b. & l. 6. cont. Jul. to. 10. 706 f. at l. 1. oper. imp. col. 886. d. *Quæ abundantia hominis in omni labore suo, quem ipse laborat sub sole?* In textu Hebraïco: *Quid utilitatis homini in omni labore suo, quo laborabit sub sole?*

℣. 4. Ita Græcè, nisi quòd extremò hab. τὴν αἰῶνα ἕστηκε. Ambros. in Ps. 118. col. 1120. c. *Generatio vadit, & generatio venit: & terra stat in sæculum*: similiter l. 1. Hex. col. 12. a. *stat in sæculum.* Item ap. Tichon. *Generatio vadit, & generatio venit.* Hebr. *Generatio vadens, & generatio veniens: & terra in sæculum stans.*

℣. 5. Hieron. ibid. *Pro eo autem quod, Vulgatam editionem sequentes, posuimus*, ad locum suum ducit, *in He-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Comment. S. Hieron. in Eccleſ. p. 718. ducit : & oritur ipſe ibi,

6. vadit ad auſtrum, & gyrat ad aquilonem: gyrans gyrando vadit ſpiritus, & in circulos ſuos revertitur ſpiritus.

719. 7. Omnes torrentes vadunt in mare, & mare non impletur : ad locum, de quo torrentes exeunt, illic ipſi revertuntur ut abeant.

8. Omnes ſermones graves : non poterit vir loqui. Non ſatiabitur oculus videndo, & non implebitur auris auditu.

9. Quid eſt quod fuit? ipſum quod erit : & quid eſt quod factum eſt? ipſum quod fiet.

10. Et non eſt omne recens ſub ſole quod loquatur, & dicat : Ecce hoc novum eſt : jam fuit in ſæculis, quæ fuerunt ante nos.

720. 11. Non eſt memoria primis : & quidem noviſſimis, qui futuri ſunt, non erit eis memoria cum his, qui futuri ſunt in noviſſimo.

721. 12. Ego Eccleſiaſtes fui rex ſuper Iſraël in Jeruſalem,

13. & dedi cor meum ad inquirendum & conſiderandum in ſapientia de omnibus, quæ fiunt ſub ſole. Hanc diſtentionem malam dedit Deus filiis hominum, ut diſtendantur in ea.

14. Vidi univerſa opera, quæ facta ſunt ſub ſo-

VULGATA NOVA.

revertitur : ibique renaſcens,

6. gyrat per meridiem, & flectitur ad aquilonem : luſtrans univerſa in circuitu pergit ſpiritus, & in circulos ſuos revertitur.

7. Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat : ad locum, unde exeunt flumina, revertuntur ut iterum fluant.

8. Cunctæ res difficiles : non poteſt eas homo explicare ſermone. Non ſaturatur oculus viſu, nec auris auditu impletur.

9. Quid eſt quod fuit? ipſum quod futurum eſt : quid eſt quod factum eſt? ipſum quod faciendum eſt.

10. Nihil ſub ſole novum, nec valet quiſquam dicere : Ecce hoc recens eſt : jam enim præceſſit in ſæculis, quæ fuerunt ante nos.

11. Non eſt priorum memoria : ſed nec eorum quidem, quæ poſtea futura ſunt, erit recordatio apud eos, qui futuri ſunt in noviſſimo.

12. Ego Eccleſiaſtes fui rex Iſraël in Jeruſalem,

13. & propoſui in animo meo quærere & inveſtigare ſapienter de omnibus, quæ fiunt ſub ſole. Hanc occupationem peſſimam dedit Deus filiis hominum, ut occuparentur in ea.

14. Vidi cuncta, quæ fiunt ſub ſole, & ec-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

brae habet, ſoeph, *quod Aquila interpretatur*, εἰσπνεῖ, *id eſt*, *aſpirat*. In Gr. hod. Καὶ ἀνατέλλει ὁ ἥλιος, καὶ δύνει ὁ ἥλιος, καὶ εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ ἕλκει· αὐτὸς ἀνατέλλων ἐκεῖ. Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1120. e. 1121. a. *Et oritur ſol, & occidit, & in locum ſuum trahit : ipſe oriens, illuc vadit*, &c. Auguſt. l. 1. de Gen. ad lit. to. 3. 123. f. *Et oritur ſol, & occidit ſol, & in locum ſuum ducitur : ipſe oriens;* Mſ. Colb. cum tribus aliis optim. not. hab. *ducit*, ut ſup. non *ducitur*. Victorin. Afric. l. de princip. diei, p. 293. f. *Oritur ſol, & occidit, & ad locum ſuum revertitur : ipſe oriens.* Hebr. *Et oritur ſol, & ingredietur ſol, & ad locum ſuum anhelus oriens ipſe ibi.*

℣. 6. Ad verbum è Gr. præter unum, *gyrans gyrando*, pro quo κυκλεῖ κυκλῶν, *gyrat gyrans :* at Hieron. in Ezech. 1. to. 3. 707. a. conſtanter legit : *gyrans gyrando vadit ſpiritus, & in circulos ſuos revertitur.* Hebr. *vadens ad auſtrum, & circuiens ad aquilonem : circuiens, circuiens, vadens ſpiritus, & ſuper circuitus ſuos revertitur ſpiritus.* Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1120. c. *vadit ad auſtrum, & gyrat ad aquilonem : gyrando gyrat ſpiritus, & in gyros ejus convertitur ſpiritus.* Victorin. Afric. l. de principio diei, p. 293. f. *vadit ad auſtrum, & gyrans circumit uſque ad aquilonem : gyrans gyrando peragrat ſpiritus, & in circuitum ſuum convertitur ſpiritus.*

℣. 7. Similiter in Gr. præter hoc medium, ἅ εἰ χείμαρροι πορεύονται, *quò torrentes eunt*, pro *de quo torrentes exeunt;* ſed ap. Symm. in Schol. ἀφ' ἃ οἱ πόταμοι πορεύονται. Hebr. *Omnia flumina euntia ad mare, & mare non ipſum plenum : ad locum, quò flumina euntia, illuc ipſa revertentia ad eundum;* Gr. τῷ πορευθῆναι. Hieron. in Ezech. 1. to. 3. 707. a. necnon Ambroſ. l. de Tob. c. 13. col. 605. d. *Omnes torrentes vadunt in mare, & mare non adimpletur :* rurſum Ambroſ. l. 3. Hex. col. 37. b. *Omnes torrentes eunt in mare, & mare non adimpletur.* Gr. οὐκ ἔστιν ἐμπιμπλαμένη, *non eſt impletum;* Symm. ἐ πλημμυρεῖ, ut in Vulg.

℣. 8. Aptè ad Græcum : pro *graves* tamen, ſic, ἐγκοποι, i. e. *laborioſi;* exinde, Καὶ ἐ πλησθήσεται ὀφθαλμός· ultimòque, ἀπὸ ἀκροάσεως, *ex auditu;* Hebr. *ab audiendo.* Ambroſ. l. de bono mort. c. 7. col. 402. a. *Non ſatiabitur oculus viſu, nec auris auditu :* at l. de Tob. c. 13. col. 605. d. *Non ſatiabitur oculus videndo, & non ſatiabitur auris auditu.* Similiter Auct. l. de ſing. cleric. ap. Cypr. p. 533. *Non ſatiatur oculus videndo.* Gr. τῷ ὁρᾶν,

℣. 9. Eodem modo legit Auguſt. l. 12. de civit. Dei, c. 13. to. 7. 311. f. Apud Ambroſ. l. de Tob. c. 13. p. 605. e. *Omne quod fuit, ipſum eſt quod erit.* Ap. Victorin. Afr. l. de princip. diei, p. 293. d. omnia ut in Vulgata; cui etiam Gr. congruit.

℣. 10. Duplici modo hîc textum refert Hieronymus : primò quidem ut ſup. *Et non eſt..... ſub ſole quod loquatur, & dicat : Ecce*, &c. infra autem ita..... *eſtne verbum, de quo dicatur : Vide hoc novum eſt*, &c. tum addit : *Apertiùs hoc Symmachus tranſtulit :* putaſne eſt qui poſſit dicere : Vide, &c. LXX. Καὶ γὰρ ἔστι πᾶν πρόσφατον ὑπὸ τὸν ἥλιον· ὃς λαλήσει, καὶ ἐρεῖ· Ἴδε, τοῦτο, &c. i. e. *Et non eſt omne recens ſub ſole : quis loquetur ac dicet : Vide, hoc*, &c. ut ſupra. Hebr. *Et non omne novum ſub ſole : eſt verbum quod dicat : Vide, hoc novum : ipſum jam fuit in ſæculis, quod fuit ante nos.* Apud Auguſt. l. 12. de civit. Dei, c. 13. to. 7. 311. f. *Et non eſt omne recens ſub ſole : quis loquatur, & dicat : Ecce hoc novum eſt? jam fuit in ſæculis, quæ fuerunt ante nos.* Apud Oroſ. cont. Pelag. p. 455. a. *Nihil ſub ſole novum*, &c. ut in Vulg.

℣. 11. Hieron. hunc primò textum refert : *Non eſt memoria primis : & quidem noviſſimis, quæ futura ſunt, non erit eis memoria apud eos, qui futuri ſunt in noviſſimo :* quæ tali interpretatione explicat : *Quomodo præterita apud nos abſcondit oblivio; ſic ea, quæ vel nunc fiunt, vel quæ futura ſunt, hi qui naſci habent, ſcire non poterunt.* At infra ait : *Juxta autem Septuaginta Interpretes, qui dixerunt : Non eſt memoria primis : & quidem noviſſimis, qui futuri ſunt, non erit eis memoria cum his, qui futuri ſunt in noviſſimo :* quæ non differunt à textu ſuperiori, niſi his pauculis, *qui futuri ſunt..... cum bis*, loco *quæ futura ſunt... apud eos :* priorem lectionem (LXX.) retinuimus *qui futuri ſunt*, &c. Græc. tamen hod. alterutro modo peræquè reddi poteſt : ita enim ſe habet : Οὐκ ἔστι μνήμη τοῖς πρώτοις· καὶ γε τοῖς ἐσχάτοις γενομένοις (ed. Ald. γενησομένοις,) οὐκ ἔσται αὐτῶν (Ald. & Compl. αὐτοῖς μνήμη μετὰ τῶν γενησομένων εἰς τὸν ἔσχατον. Hebr. *Non eſt memoria priorum : ac etiam poſteriorum, qui* vel *quæ erunt, non erit eis memoria cum bis, qui erunt in poſterum.*

℣. 12. Ita in Græco.

℣. 13. Ita Græcè ad verbum, excepto uno ὅτι, *quia*, loco *hanc*, ante *diſtentionem*. Hieron. quidem ita 1°. textum refert ex Hebr. *Hanc occupationem..... ut occuparentur;* ſed notat proximè *verbum* anjan, Aquilam, LXX. & Theodotionem, περισπασμὸν *ſimiliter tranſtuliſſe, quod in* diſtentionem, inquit, *Latinus Interpres expreſſit..... Symmachus verò*, ἀχολίαν, *id eſt*, occupationem *tranſtulit;* tum addit : *Quia igitur ſæpiùs in hoc volumine nominatur; ſive* occupationem, *ſive* diſtentionem, *ſive quid aliud dixerimus, ad ſuperiorem ſenſum cuncta referantur.* Porro nos qui Vulgatam antiq. inquirimus & perſequimur, retinendam duximus hanc vocem, *diſtentionem*, Hieronymi fide & auctoritate; imo & infra cum Nobilio hoc ſubſtituimus, *ut diſtendantur*, cùm in Gr. eadem utrobique habeatur dictio, nempe περισπασμὸν, & τῷ περισπᾶσθαι. In Hebr. ſic : *& dedi cor meum ad quærendum, & ad inveſtigandum in ſapientia ſuper omne, quod factum eſt ſub cœlo. Hanc negotiationem malam dedit Deus filiis Adam, ad affligendum ſe in ea.*

℣. 14. Itidem Græcè; nec aliter Hebraïcè, ſi excipiatur vox iſta, *præſumptio.* Hieronymus notat vocem Hebr.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

ee universa vanitas, & afflictio spiritus.

15. Perversi difficilè corriguntur, & stultorum infinitus est numerus.

16. Locutus sum in corde meo, dicens: Ecce magnus effectus sum, & præcessi omnes sapientiâ, qui fuerunt ante me in Jerusalem: & mens mea contemplata est multa sapienter, & didici.

17. Dedique cor meum ut scirem prudentiam atque doctrinam, erroresque & stultitiam: & agnovi quòd in his quoque esset labor, & afflictio spiritus:

18. eò quòd in multa sapientia, multa sit indignatio: & qui addit scientiam, addit & laborem.

VERSIO ANTIQUA.

le, & ecce omnia vanitas, & præsumptio spiritus.

15. Perversus non poterit adornari, & imminutio non poterit numerari. *Ex Comment. S. Hieron. in Eccles. p. 722.*

16. Locutus sum ego cum corde meo, dicens: Ecce ego magnificatus sum, & adjeci sapientiam super omnes, qui fuerunt ante me in Jerusalem: & cor meum vidit multam sapientiam, & scientiam.

17. Et dedi cor meum ut nossem sapientiam & scientiam, errores & stultitiam: cognovi quia & hoc est præsumptio spiritus:

18. Quia in multitudine sapientiæ, multitudo furoris: & qui apponit scientiam, apponit dolorem. *723.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ventb, Aquilam & Theodot. *νομήν*, Symmach. *βόσκησιν* transtulisse. *Septuaginta autem Interpretes*, inquit, *non Hebræum sermonem expressere, sed Syrum, dicentes* προαίρεσιν: *sive ergo νομὴ, sive βόσκησις, à pastione vocabulum est; προαίρεσις autem, melius* voluntatem, *quàm* præsumptionem *sonat.* Cypr. l. 3. Testim. p. 307. b. legit pariter: *Vidi universa opera, quæ facta sunt sub sole, & ecce omnia vanitas.* Item Aug. l. 1. de serm. Dom. in mon. to. 3. 166. c. *omnia vanitas, & præsumptio spiritus.*

℣. 15. Editt. omnes Hieron. ferunt *perversum*, non *perversus*; at Martianæus noster adv. Simonium probat legendum esse *perversus*, nec malè; hanc enim explicationem proximè addit Hieronymus ibid. *Qui perversus est, nisi ante corrigatur, non poterit adornari*: & post paulò: *Perversus non dicitur, nisi qui depravatus à recto est.* Attamen Græcè constanter, Λιεσκεμμένον; reliqua verò ut in Lat. sup. Parmen. apud Aug. l. 2. cont. ejus epist. to. 9. col. 49. e. legit: *Perversum non potes adornare.*

℣. 16. Eadem sunt in Græco, præter hoc, *ὡ καρδίᾳ μου*, loco *cum corde meo*; sed Aquila & Symm. legunt *μετὰ τῆς διανοίας μου* non dissimulabo tamen voci *Jerusalem* subjungi ista, *καὶ ἔδωκα καρδίαν μου τοῦ γνῶναι σοφίαν, καὶ γνῶσιν*; tum sequi, *καὶ καρδία μου εἶδε πολὰ, σοφίαν καὶ γνῶσιν*, à quibus exorditur versus sequens; sed mera est inversio sententiarum Hebræi contextûs. Attamen in Mss. Alex. legitur ordine quo sup. *καὶ καρδία μου εἶδε πολὰ, σοφίαν καὶ γνῶσιν* deinde, *καὶ ἔδωκα καρδίαν μου τοῦ γνῶναι*, &c. Ab ed. Compl. abest posterior sententia, *καὶ ἔδωκα*, &c. In Hebræo sic: *Locutus sum ego cum corde meo, dicendo: Ego ecce magnificare feci, & addidi sapientiam super omnem, qui fuit ad faciem meam super Jerusalem: & cor meum vidit multum sapientiæ & scientiæ.*

℣. 17. Græc. præter ea quæ notata sunt ℣. præced. hic hab. *παροιμίας καὶ παροιμίαν, parabolas & scientiam*, loco *errores & stultitiam*, statimque *ἔγνων ἐγὼ*, &c. ut in Lat. sup. Aquila legit *πλάνας, errores*, cum Hieronymo; Theodot. *παραφορὰς, prolapsiones*; extremò ita in Schol. *ὅτι πρὸς τοῦτό ἐστι νομὴ ἀνέμου* quam lectionem etiam refert Hieron. ibid dicens: *quia & hoc est pastio venti, sive præsumptio spiritus*: posteriorem hanc prætulimus, quæ etiam LXX. lectio est, ut notatur sup. ℣. 14. In Hebr. sic: *Et dedi cor meum ad sciendum sapientiam & scientiam, insanias & stultitiam: agnovi quòd etiam hoc ipsum confractio spiritus*: unde liquet Hieronymum de Hebraïco expressisse has voces, *errores & stultitiam*, quas è textu nostro decerpere, alias duas è LXX. substituendo, nobis religio fuit; maximè cum Hieron. in explanat. nullam ibi varietatem arguat.

℣. 18. Itidem Græcè, excepta voce una *γνώσεως, cognitionis*, loco *furoris*. Hieron. verò l. 2. cont. Pelag. to. 4. 514. a. ita legit: *In multitudine sap. multitudo scientiæ: & qui addit scientiam, addit dolorem.* Hebr. *Quia in multitud. sapientiæ, multa ira: & qui addet scientiam, addet dolorem*: unde patet vocem *furoris*, adhibitam sup. ab Hieron. in comment. sumptam ab eo fuisse è textu Hebr. cùm tamen ab ipso nullius ibid. mentio fiat varietatis: alteram de Gr. videlicet *cognitionis*, vel *scientiæ*, haud substituendam duximus, ne quid auctoritate propria textui Hieronymiano admiscere videremur. Hilar. in Ps. 126. col. 419. b. legit ut sup. *qui apponit scientiam, apponit dolorem.* Similiter August. in Ps. 38. to. 4. 323. d. & l. de spir. & litt. to. 10. col. 100. b. necnon Gregor. M. l. 18. in Job, to. 1. 587. a. & l. 1. in Ezech. homil. 10. p. 1279. e.

CAPUT II.

VULGATA NOVA.

1. DIxi ego in corde meo: Vadam, & affluam deliciis, & fruar bonis. Et vidi quòd hoc quoque esset vanitas.

2. Risum reputavi errorem: & gaudio dixi: Quid frustra deciperis?

3. Cogitavi in corde meo abstrahere à vino carnem meam, ut animum meum transferrem ad sapientiam, devitaremque stultitiam, donec viderem quid esset utile filiis hominum: quo facto opus est sub sole numero dierum vitæ suæ.

VERSIO ANTIQUA.

1. DIxi ego in corde meo: Veni nunc, tentabo te in lætitia, & videbo in bono. Et ecce etiam hoc vanitas. *Ex Comment. S. Hieron. in Eccles. p. 723.*

2. Risui dixi amentiam: & jocunditati: Quid hoc facis?

3. Consideravi in corde meo ut traherem in vino carnem meam, & cor meum deduxit me in sapientiam; & ut obtinerem in stultitiam, donec viderem quid esset bonum filiis hominum, quod facerent sub sole numero dierum vitæ suæ. *724.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ad verbum è Gr. præter unum *videbo*, pro quo ἴδω, *vide*. Cum Græco pariter concordat Hebr.

℣. 2. Subdit Hieronymus: *Ubi nos* amentiam *legimus, in Hebræo habet* molal, *quod Aq.* πλάνας, *id est*, errorem; *Symm.* τόρυβον, *hoc est*, tumultum, *interpretati sunt. Septuaginta verò, & Theodotio, sicut in pluribus locis, ita & in hoc quoque concordans, & transtulerunt* περιφοράν, *quam nos verbum de verbo exprimentes*, circumlationem *possumus dicere*: cæt. congruunt utrique textui, & Hebr. & Græco.

℣. 3. Gr. Καὶ κατεσκεψάμην ἐν ἐμοὶ καρδίᾳ μου ἑλκύσαι ἐκ οἴνου τὴν σάρκα μου, ἐν καρδίᾳ μου ὡδήγησεν (Ald. & Compl. add. με) ἐν σοφίᾳ· καὶ τοῦ κρατῆσαι ἐπ' εὐθροσύνην, ἕως ἴδω ποῖόν τὸ ἀγαθὸν τοῖς υἱοῖς τῶν ἀνθρώπων, ὃ ποιοῦσιν ὑπὸ τὸν ἥλιον, ἀριθμὸν ἡμερῶν ζωῆς αὐτῶν. *Et consideravi in corde meum trahere de vino carnem meam, & cor meum deduxit (me) in sapientia; & ut obtinerem lætitiam, donec viderem quid sit bonum filiis hominum, quod faciant sub sole numero dierum vitæ suæ*: hoc autem, *ut obtinerem lætitiam*, ita Nobil. explicat, id est, *regerem imperio, & dominarer in exsultantem lætitiam.* Hieronymus legisse videtur ἀφροσύνην; sed *in quibusdam codicibus* scriptum dicit, *obtinere lætitiam.* Hebr. hod. habet: *Investigavi in corde meo ad trahendum in vinum carnem meam; & cor meum ducens in sapientia, & ad apprehendendum in stultitiam, donec viderem ubi hoc bonum filiorum Adam, quod faciant sub cælis numero dierum vitæ eorum.* Porro vel utriusque textus comparatione facta, facile est judicare, quid de antiqua Versione reservaverit Hieronymus, quidve immutaverit.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Ex Comment. S. Hieron. in Eccleſ. p. 724. 725. 4. Magnificavi opera mea, ædificavi mihi domos, plantavi mihi vineas,	4. Magnificavi opera mea, ædificavi mihi domos, & plantavi vineas,
5. feci mihi hortos, & pomaria, plantavi in illis lignum omne fructiferum,	5. feci hortos, & pomaria, & conſevi ea cuncti generis arboribus,
6. feci mihi piſcinas aquarum, ad irrigandum ex eis ſaltum germinantem lignum,	6. & exſtruxi mihi piſcinas aquarum, ut irrigarem ſilvam lignorum germinantium,
7. mercatus ſum ſervos & ancillas, & vernaculi fuerunt mihi, & quidem poſſeſſio armenti & ovium multa fuit mihi, ſuper omnes qui fuerunt ante me in Jeruſalem:	7. poſſedi ſervos & ancillas, multamque familiam habui, armenta quoque, & magnos ovium greges, ultra omnes qui fuerunt ante me in Jeruſalem:
726. 8. congregavi mihi argentum, & aurum, & ſubſtantias regum, & provinciarum: feci mihi cantores, & cantatrices, & delicias filiorum hominum, miniſtros vini & miniſtras:	8. coacervavi mihi argentum, & aurum, & ſubſtantias regum, ac provinciarum: feci mihi cantores, & cantatrices, & delicias filiorum hominum, ſcyphos & urceos in miniſterio ad vina fundenda:
727. 9. & magnificatus ſum, & adjeci ſuper omnes, qui fuerunt ante me in Jeruſalem: & quidem ſapientia mea ſtetit mihi.	9. & ſupergreſſus ſum opibus omnes, qui ante me fuerunt in Jeruſalem: ſapientia quoque perſeveravit mecum.
10. Et omne, quod poſtulaverunt oculi mei, non tuli ab eis: nec prohibui cor meum ab omni lætitia, quia cor meum lætatum eſt in omni labore meo: & hæc fuit portio mea ex omni labore meo.	10. Et omnia, quæ deſideraverunt oculi mei, non negavi eis: nec prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur, & oblectaret ſe in his, quæ præparaveram: & hanc ratus ſum partem meam, ſi uterer labore meo.
11. Et reſpexi ego ad omnia opera mea, quæ fecerant manus meæ, & in labore, quo laboraveram faciens: & ecce omnia vanitas & voluntas ſpiritus, & non eſt abundantia ſub ſole.	11. Cùmque me convertiſſem ad univerſa opera, quæ fecerant manus meæ, & ad labores, in quibus fruſtra ſudaveram, vidi in omnibus vanitatem & afflictionem animi, & nihil permanere ſub ſole.
12. Et reſpexi ego ut viderem ſapientiam, & errores, & ſtultitiam (quia quis eſt hominum, qui poſſit ire poſt regem atque Factorem ſuum?)	12. Tranſivi ad contemplandam ſapientiam, erroreſque & ſtultitiam (quid eſt, inquam, homo, ut ſequi poſſit regem Factorem ſuum?)
728. 13. & vidi ego quia eſt abundantia ſapientiæ ſuper ſtultitiam, ſicut abundantia lucis ſuper tenebras.	13. & vidi quòd tantùm præcederet ſapientia ſtultitiam, quantùm differt lux à tenebris.
14. Sapientis oculi in capite ejus, & ſtultus in tenebris ambulat: & cognovi ego quia eventus unus eveniet omnibus eis.	14. Sapientis oculi in capite ejus: ſtultus in tenebris ambulat: & didici quòd unus utriuſque eſſet interitus. *Inf. 8. 1. Prov. 17. 24.*
15. Et dixi ego in corde meo: Sicut eventus ſtulti, ita & mihi eveniet; & ut quid ſapiens factus ſum ego? Tunc abundanter locutus ſum in corde meo, quoniam inſipiens ex abundantia loquitur; quoniam hoc quoque vanitas.	15. Et dixi in corde meo: Si unus & ſtulti & meus occaſus erit, quid mihi prodeſt quòd majorem ſapientiæ dedi operam? Locutuſque cum mente mea, animadverti quòd hoc quoque eſſet vanitas.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Sic Hebraïcè ad verbum; nec aliter Græcè, præter hoc ſingul. ποίημά μου, *opus meum*, loco *opera mea*.

℣. 5. Ita rurſum in Græco, præter unum καρπῦ, *fructûs*, loco *fructiferum*; ſed in antiqua Verſione ſcriptum fuiſſe *fructiferum*, notat ibidem Hieron. dicens: *Plantantur arbores, non omnes fructiferæ, ut in Latinis codicibus habemus, ſed omnis fructus, hoc eſt, diverſarum frugum.* In Hebr. *lignum omnis fructus.*

℣. 6. Sic Ambroſ. legit, l. de Iſaac, c. 4. col. 364. d. niſi quòd vocem ult. *lignum* prætermittit: in Gr. ξύλα, *ligna*; cæt. ut in Lat. ſup. Textui Gr. conſonat Hebraïcum.

℣. 7. Eadem prorſus leguntur cùm in Hebraïco textu, tum in Græco.

℣. 8. Vix meliùs è Græco, niſi quòd anteponitur ibid. καὶ γε, *etiam*, vocibus *argentum*, & *aurum*; extremòque legitur οἰνοχόον num. ſing. ἢ οἰνοχόας; at in Mſ. Alex. οἰνοχόης. In Hebr. *captivam & captivas*; cæt. ut in Græco: Hieron. in explanat. appellat *vini fuſores*, & *vini fuſitrices*; ſed hoc, inquit, *Latinus ſermo non recipit.*

℣. 9. Concinunt Hebr. & Græcum.

℣. 10. Eadem leguntur Græcè: pro *tuli* tamen habetur ἀφεῖλον, *abſtuli*; paulòque poſt additur μῦ ad vocem *lætitia*; & pro *hæc*, legitur τοῦτο. A Græco etiam vix differt Hebr.

℣. 11. Similiter in Græco. Non crediderim tamen in antiqua Verſione Lat. exſtitiſſe hanc vocem, *voluntas*; imo potiùs iſtam, *præſumptio*; quæ ult. adhibita eſt ab Hieron. ſup. c. 1. ℣℣. 14. 17. Quia verò ibidem monet S. Doctor vocem Græcam προαίρεσιν, *meliùs voluntatem*, *quàm præſumptionem* ſonare; idcirco hîc poſuit, *voluntatem*, non *præſumptionem*: in Hebr. de more, *paſtio ſpiritus*; & pro *abundantia*, habetur *reliquum*; cætera textui Latino favent.

℣. 12. Græc. habet πλανηρορὰν, *errorem*, non *errores*; ſubinde ſic: ὅτι τίς ἄνθρωπος, ὃς ἐπελεύσεται ὀπίσω τῆς βασιλῆς; τὰ ὅσα ἐποίησεν αὐτήν· i. e. *quia quis eſt homo, qui ingredietur poſt conſilium? ea, quæ fecerunt ipſum.* Hebr. *nam quid homo, qui venturus eſt poſt regem? quod jam fecerunt ipſum.* Hieron. ibid. *Multùm à LXX. interpretatione in hoc loco diverſus eſt ſenſus: dicit autem ſe poſt delicias voluptateſque damnatas revertiſſe ad ſapientiam perquirendam, in qua plus erroris ſtultitiæque repererit, quàm veræ certæque prudentiæ: non enim poſſe hominem tam liquidò & purè ſcire ſapientiam Creatoris & regis ſui, quàm ſcit ille qui conditor eſt.* Videſis Nobil. in hunc locum.

℣. 13. Ad verbum è Græco, nec etiam longè diſtat Hebr.

℣. 14. Ita Græcè, adnexâ voculâ αὐτῦ ad hanc, *oculi*, ut & καὶ γε, *etiam*, ad *cognovi*. Hebr. Græco reſpondet ad verbum. Ambroſ. l. 6. Hex. col. 135. d. ſimiliter hab. *Oculi ſapientis in capite ejus*: item inf. l. de Noe, c. 7. col. 234. f. & in Pſ. 118. col. 1161. d. 1430. c. & l. de Myſt. & de fide Reſ. col. 332. e. 1176. a. at in Pſ. 118. col. 1221. f. legit: *Senſus ſapientis in capite ejus.*

℣. 15. Hieron. 1°. hunc textum adhibet: *Et dixi ego in corde meo: Sicut eventus ſtulti, ita & mihi eveniet; & ut quid ſapiens factus ſum? & locutus ſum in corde meo, quoniam hoc quoque vanitas*; quæ reſpondent Hebræo: verùm poſt paulò ait: *Apertiùs in hoc loco ſenſum Hebraïcum Septuaginta Interpretes tranſtulerunt, licet verborum ordinem non ſint ſequuti*; videlicet: & *ut quid ſapiens*, &c. quæ poſuimus ſupra. Et ſanè huic textui apprimè quadrant verba Græca, niſi quòd poſteriorum 2. ſententiarum ſic invertitur ordo in ed. Rom. ὅτι καί γε τοῦτο ματαιότης, διότι ὁ ἄφρων ἐκ πλεονασμάτος λαλεῖ. Ita etiam leguntur apud Gregor. M. teſte Nobilio: at in Mſ. Alex. necnon edd. Ald. & Compl. referuntur ordine quo ſupra. Editio etiam Rom. cum Ald. & Compl. tollit *tunc*, ante *abundanter*; ſed Mſ. Alex. addit τότε πλειόνι.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

16. Non enim erit memoria ſapientis ſimiliter ut ſtulti in perpetuum, & futura tempora oblivione cuncta pariter operient: moritur doctus ſimiliter ut indoctus.

17. Et idcirco tæduit me vitæ meæ, videntem mala univerſa eſſe ſub ſole, & cuncta vanitatem & afflictionem ſpiritus.

18. Rurſus deteſtatus ſum omnem induſtriam meam, qua ſub ſole ſtudioſiſſimè laboravi, habiturus hæredem poſt me,

19. quem ignoro, utrùm ſapiens an ſtultus futurus ſit, & dominabitur in laboribus meis, quibus deſudavi & ſollicitus fui: & eſt quidquam tam vanum?

20. Unde ceſſavi, renuntiavitque cor meum ultra laborare ſub ſole.

21. Nam cùm alius laboret in ſapientia, & doctrina, & ſollicitudine, homini otioſo quæſita dimittit: & hoc ergo vanitas, & magnum malum.

22. Quid enim proderit homini de univerſo labore ſuo, & afflictione ſpiritus, qua ſub ſole cruciatus eſt?

23. Cuncti dies ejus doloribus & ærumnis pleni ſunt, nec per noctem mente requieſcit: & hoc nonne vanitas eſt?

24. Nonne melius eſt comedere & bibere, & oſtendere animæ ſuæ bona de laboribus ſuis? & hoc de manu Dei eſt.

25. Quis ita devorabit, & deliciis affluet ut ego?

26. Homini bono in conſpectu ſuo dedit Deus ſapientiam, & ſcientiam, & lætitiam: peccatori autem dedit afflictionem, & curam ſuperfluam, ut addat, & congreget, & tradat ei qui placuit Deo: ſed & hoc vanitas eſt, & caſſa ſollicitudo mentis.

VERSIO ANTIQUA.

16. Quia non eſt memoria ſapientis cum ſtulto in æternum, eò quòd ecce diebus qui ſupervenient univerſa oblivio cooperiet: & quomodo morietur ſapiens cum ſtulto? *Ex Comment. S. Hieron. in Eccleſ. p. 728.*

17. Et odivi vitam, quia malum ſuper me opus quod factum eſt ſub ſole, quia omnia vanitas & præſumptio ſpiritus.

18. Et odivi ego omnem laborem meum, quem ego laboro ſub ſole, quia dimitto illum homini qui futurus eſt poſt me:

19. & quis ſcit utrùm ſapiens ſit, an ſtultus? *729.* & dominabitur in omni labore meo, quo laboravi, & in quo ſapiens factus ſum ſub ſole: ſed & hoc vanitas.

20. Et converſus ſum ego ut renuntiarem cordi meo in omni labore meo, quo laboravi ſub ſole.

21. Quia eſt homo, cui labor ejus eſt in ſapientia, & ſcientia, & virtute; & homini qui non laboravit, illi dabit partem ſuam: & quidem hoc vanitas, & nequitia multa.

22. Quid enim fit homini in omni labore ſuo, & in voluntate cordis ſui, quia ipſe laborat ſub ſole?

23. Quia omnes dies ejus dolorum, & iracundiæ, curarumque; & quidem in nocte non dormit cor ejus: ſed & hoc vanitas.

24. Non eſt bonum homini, niſi quod comedat & bibat, & oſtendat animæ ſuæ bonum in labore ſuo: & quidem hoc vidi ego, quia de manu Dei eſt.

25. Quis enim comedet, & quis parcet ſine illo?

26. Quia homini bono coram ſe dedit ſapientiam, & ſcientiam, & lætitiam; & peccanti dedit ſollicitudinem, ut augeat, & congreget quæ dantur bono ante faciem Dei: ſed & hoc vanitas, & præſumptio ſpiritus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 16. Sic eſt in Græco præter hæc intermedia, καθότι ἤδη αἱ ἡμέραι ἐρχόμεναι τὰ πάντα ἐπελήθη· *eò quòd jam dies ſupervenientes univerſa oblivio operuit*; ſed in Mſ. Alex. ac ed. Compl. legitur ut ſup. ταῖς ἡμέραις ταῖς ἐρχομέναις, Alex. ἐπερχομέναις.

℣. 17. Itidem Græcè: apud Hieron. tamen extremò legitur *paſtio venti*, non *præſumptio ſpiritus*; at ſupra monuit (c. 1. ℣. 14.) LXX. tranſtuliſſe προαίρεσιν; & ipſe, c. 1. ℣. 17. ſcribit, *paſtio venti*, *ſive præſumptio ſpiritus*: item l. 2. cont. Pelag. to. 4. 514. b. legit: *Et odio habui vitam, quoniam malum eſt opus quod operor ſuper terram; omnia enim vanitas & præſumptio ſpiritus.* Ambroſ. l. de bono mort. c. 7. col. 402. b. hæc hab. paucula: *Tetam vitam odio habui, dixit Eccleſiaſtes.*

℣. 18. Ita in Græco, niſi hoc excipias, τῷ γινομένῳ, *qui fit*, pro *qui futurus eſt*; at in Mſ. Alex. ac ed. Compl. γενησομένῳ.

℣. 19. Ita Græcè: loco tamen verbi *dominabitur*, habetur, εἰ ἐξουσιάζεται, *an poteſtatem habeat*; in ed. Compl. ἐξουσιάσεται; ap. Aquil. κυριεύσει.

℣. 20. Ita è Græco Vat. niſi excipias iſta, *ut renuntiarem cordi meo*, pro quibus, τοῦ ἀποτάξασθαι τὴν καρδίαν μου Mſ. autem Alex. cum edd. Ald. & Compl. hab. τῇ καρδίᾳ μου. Hebr. *ut facerem deſperare cor meum ſuper omnem laborem, quo*, &c.

℣. 21. Pauca variant Græcè: videlicet initio, pro *cui*, exſtat ὅτι, *quia*, repetiturque præpoſitio ἐν, ante voces *ſcientiâ*, & *virtute*; mox ita, ᾧ ἄνθρωπος, ᾧ οὐκ ἐμόχθησεν ἐν αὐτῷ, λοιπὸν αὐτῷ· & *homo, cui non laboravit in eo, dabit ei*; extremò μεγάλη, *magna*, pro *multa*, quod idem ſonat. Hebr. pro *virtute*, hab. *rectitudine.*

℣. 22. Ad verbum è Græco, præter hoc 1. *Quid enim fit homini*, pro quo, Ὅτι γίνεται τῷ ἀνθρώπῳ, *Quoniam fit in homine*; in ed. Compl. deeſt ἐν. In Hebr. ſic: *Quia quid eſt homini in univerſo labore ſuo, & contritione cordis ſui, quo ipſe*, &c. Græc. pro *contritione* hab. προαιρέσει, quam vocem Hieron. c. 1. ℣. 17. & c. 2. ℣. 26. vertit *præſumptionem*; ſupra tamen 1. 14. *melius* voluntatem ſonare dicit, *quàm* præſumptionem; προαίρεσις ad litt. *propoſitum.*

℣. 23. Sic in Græco eſt, hoc excepto, *cuncta-umque*, pro quo περισπασμὸς αὐτοῦ, *diſtentio ejus.* In Hebr. *Quia omnes dies ejus dolores, & ira negotium ejus*, &c. ut ſup.

℣. 24. Ita iurſum in Græco, exceptis his, ὃ φάγεται, ἢ ὃ πίεται, ἢ ὃ δείξει, detractâ voculâ præced. *niſi*: at in edd. Ald. & Compl. εἰμὴ φάγεται..... ἢ δείξει, ut ſupra. In Hebraïco: *Non bonum in homine, quod comedat, & bibat, & oſtendat*, &c.

℣. 25. Græc. Ὅτι τίς φάγεται, ἢ τίς πίεται πάρεξ αὐτοῦ; Aquila pro πίεται, hab. φείσεται. Hebr. *Quis ſentiet extra præ me?*

℣. 26. Cum his concordat Græc. niſi quòd hab. περισπασμὸν, loco *ſollicitudinem*; ad verbum, *diſtentionem*, *diſtractionem*, *occupationem.* Hieron. etiam in explanat. dicit *propterea datum ei eſſe ſollicitudinem, ſive diſtentionem, quia peccator fuerit.* Item Græcè inf. τῷ δόντι, *ad dandum*, loco *quæ dantur.*

Digitized by Google

CAPUT III.

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Ex Comment. S. Hieron. in Eccleſ. p. 730. 1. OMnibus tempus eſt, & tempus omni rei ſub cœlo.	1. OMnia tempus habent, & ſuis ſpatiis tranſeunt univerſa ſub cœlo.
2. Tempus pariendi, & tempus moriendi.	2. Tempus naſcendi, & tempus moriendi.
Tempus plantandi, & tempus evellendi quod plantatum eſt.	Tempus plantandi, & tempus evellendi quod plantatum eſt.
731. 3. Tempus occidendi, & tempus ſanandi.	3. Tempus occidendi, & tempus ſanandi.
Tempus deſtruendi, & tempus ædificandi.	Tempus deſtruendi, & tempus ædificandi.
4. Tempus flendi, & tempus ridendi.	4. Tempus flendi, & tempus ridendi.
Tempus plangendi, & tempus ſaltandi.	Tempus plangendi, & tempus ſaltandi.
732. 5. Tempus mittendi lapides, & tempus colligendi.	5. Tempus ſpargendi lapides, & tempus colligendi.
Tempus amplexandi, & tempus longè fieri ab amplexu.	Tempus amplexandi, & tempus longè fieri ab amplexibus.
6. Tempus acquirendi, & tempus perdendi.	6. Tempus acquirendi, & tempus perdendi.
Tempus cuſtodiendi, & tempus projiciendi.	Tempus cuſtodiendi, & tempus abjiciendi.
7. Tempus ſcindendi, & tempus conſuendi.	7. Tempus ſcindendi, & tempus conſuendi.
Tempus tacendi, & tempus loquendi.	Tempus tacendi, & tempus loquendi.
733. 8. Tempus amandi, & tempus odiendi.	8. Tempus dilectionis, & tempus odii.
Tempus belli, & tempus pacis.	Tempus belli, & tempus pacis.
9. Quæ abundantia eſt facienti in quibus ipſe laborat?	9. Quid habet amplius homo de labore ſuo?
10. Vidi occupationem, quam dedit Deus filiis hominum, ut occupentur in ea.	10. Vidi afflictionem, quam dedit Deus filiis hominum, ut diſtendantur in ea.
11. Univerſa fecit bona in tempore ſuo; & quidem ſæculum dedit in corda eorum, ut non inveniat homo opus, quod fecit Deus ab initio uſque in finem.	11. Cuncta fecit bona in tempore ſuo, & mundum tradidit diſputationi eorum, ut non inveniat homo opus, quod operatus eſt Deus ab initio uſque ad finem.
12. Cognovi quia non eſt bonum niſi lætari, & facere bonum in vita ſua.	12. Et cognovi quòd non eſſet melius niſi lætari, & facere bene in vita ſua.
734. 13. Et quidem omnis homo, qui comedit & bibit, & oſtendit bonum in omni labore ſuo, ex dono Dei eſt.	13. Omnis enim homo, qui comedit & bibit, & videt bonum de labore ſuo, hoc donum Dei eſt.
14. Cognovi quia omnia, quæ fecit Deus, ipſa erunt in æternum: ſuper illa non poteſt addi, & ab illis non poteſt auferri; & Deus fecit, ut timeant à facie ejus.	14. Didici quòd omnia opera, quæ fecit Deus, perſeverent in perpetuum: non poſſumus eis quidquam addere, nec auferre, quæ fecit Deus ut timeatur.
15. Quid eſt quod fuit? ipſum quod eſt: & quæ	15. Quod factum eſt, ipſum permanet: quæ

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Ita rurſum legit Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. 171. a. unà cum Græco. Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1213. e. *Tempus omnibus, & tempus omni rei ſub cœlo eſt.* S. Paulin. ep. 40. p. 245. a. *Ut ſit omnibus rebus tempus.* Hebr. *Omnibus tempus determinatum, & tempus omni voluntati ſub cœlis.*

℣. 2. Eadem pene refert Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. 171. a. Ambroſ. quoque l. de Tob. c. 13. col. 605. c. legit: *Tempus pariendi, & tempus moriendi. Tempus plantandi, & tempus evellendi plantatum.* Ita etiam in Græco.

℣℣. 3. 4. Concordant Hebr. & Græcum. Item apud Ambroſ. l. de Tob. c. 13. col. 605. c. *Tempus occidendi, & tempus ſanandi.* Similiter hab. S. Paulin. epiſt. 40. p. 245. a. proximè verò addit: *Tempus ridendi, & tempus plorandi. Tempus ædificandi, & tempus deſtruendi.*

℣. 5. Hieron. ita primò textum refert: *Tempus ſpargendi lapides, & tempus colligendi lapides:* ſed infra ait Septuaginta Interpretes dixiſſe, *Tempus mittendi*, &c. quam lectionem retinuimus ſup. Ita etiam legit Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. c. 25. p. 108. d. ſed addit *lapides* in fine. Similiter in Gr. Καιρὸς τοῦ βαλεῖν λίθους, καὶ καιρὸς τοῦ συναγαγεῖν λίθους. In Hebr. *Tempus projiciendi lapides, & tempus acervandi lapides.* Auct. l. promiſſ. poſteriorem ſententiam ſic refert: *Tempus amplectendi, & tempus continendi ab amplexu.* At Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. 171. a. conſtanter legit ut ſup. in textu. Sic etiam in Hebr. & in Gr. Hieron. tamen epiſt. 18. ad Euſtoch. to. 4. p. 2. col. 35. c. ordinem ſententiarum ſic mutat: *Tempus amplexandi, & tempus abſtinendi à complexibus. Tempus mittendi lapides, & tempus colligendi.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 49. p. 208. b. *Tempus congregandi lapides, tempus diſpergendi.*

℣. 6. Græcè, pro *acquirendi*, τοῦ ζητῆσαι, *quærendi*; reliqua quadrant. Apud Ambroſ. l. de Tob. c. 13. p. 605. c. *Tempus acquirendi, & tempus reddendi. Tempus cuſtodiendi, & tempus expellendi.*

℣. 7. Itidem Græcè. Similiter ap. Ambr. in Pſ. 118. col. 1180. c. *Eſt tempus tacendi, & tempus loquendi.*

℣. 8. Sic iterum legit Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. 171. a. unà cum Hebr. & Græco. Item ap. Ambr. in Pſ. 118. col. 1162. f. 1163. e. *Tempus amandi, & tempus odio habendi. Et tempus belli, & tempus pacis.*

℣. 9. Ita rurſum in Gr. niſi hoc excipiatur, τῷ ποιοῦντος, *facientis.* In Hebr. *Quæ præſtantia facientis, in quo ipſe laborans?*

℣. 10. Gr. Εἶδον τὸν πάντα τὸν περισπασμὸν..... τοῦ περισπᾶσθαι. Nobil. *Vidi omnem diſtentionem..... ut diſtendantur*, &c. Mſ. Alex. delet vocem πάντα, cum ed. Compl. In Hebr. ſic: *Vidi negotium quod dedit..... ad affligendum ſe in ea.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 29. p. 123. a. *Quoniam Deus diſtentionem magnam dedit hominibus, ut diſtendantur in ea.*

℣. 11. Hæc tota concordant cum Gr. ſubnexis his pauculis, videlicet relativo *quæ*, poſt *univerſa*, ut & *omne*, poſt *quidem*, necnon &, poſt *initio*; præterea pro *in corda*, Gr. hab. ἐν καρδίᾳ, *in corde.* In Hebr. verò ſic: *Omne fecit pulchrum in tempore ſuo; etiam ſæculum dedit in corde eorum: propter quod non inveniret homo opus, quod fecit Deus à capite, & uſque ad finem.* Vox autem Gr. καλὸς, & *pulchrum*, & *bonum* ſonat.

℣. 12. Ad verbum è Gr. adnexo iſto *in eis*, ad *bonum.*

℣. 13. In Gr. ἴδῃ, *viderit*, loco *oſtendit*; extremòque, δόμα Θεοῦ ἐστι, *donum Dei eſt*; cæt. ſimilia. His quoque reſpondent quæ habet Auct. l. de voc. Gent. c. 24. p. 15. e. *Non eſt bonum homini, niſi quòd manducaverit & bibit, & oſtendit animæ ſuæ bonum in labore ſuo: & quidem hæc vidi ego, quia à manu Dei eſt.*

℣. 14. Concordat Græc. niſi quòd pro *ſuper illa*, & *ab illis*, hab. ἐπ' αὐτῷ, & ἀπ' αὐτῆ; ſed in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. ἐπ' αὐτῶν, & ἀπ' αὐτῶν.

℣. 15. Græc. in principio habet: Τὸ γενόμενον, ἤδη ἐστὶν ἃ ὅσα, &c. i. e. *Quod fuit, jam eſt: & quæcunque,*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

futura ſunt, jam fuerunt: & Deus inſtaurat quod abiit.

16. Vidi ſub ſole in loco judicii impietatem, & in loco juſtitiæ iniquitatem.

17. Et dixi in corde meo: Juſtum & impium judicabit Deus, & tempus omnis rei tunc erit.

18. Dixi in corde meo de filiis hominum, ut probaret eos Deus, & oſtenderet ſimiles eſſe beſtiis.

19. Idcirco unus interitus eſt hominis & jumentorum, & æqua utriuſque conditio: ſicut moritur homo, ſic & illa moriuntur: ſimiliter ſpirant omnia, & nihil habet homo jumento amplius: cuncta ſubjacent vanitati,

20. & omnia pergunt ad unum locum: de terra facta ſunt, & in terram pariter revertuntur.

21. Quis novit ſi ſpiritus filiorum Adam aſcendat ſurſum, & ſi ſpiritus jumentorum deſcendat deorſum?

22. Et deprehendi nihil eſſe melius quàm lætari hominem in opere ſuo, & hanc eſſe partem illius. Quis enim eum adducet, ut poſt ſe futura cognoſcat?

VERSIO ANTIQUA.

futura ſunt, jam fuerunt: & Deus quæret eum qui perſecutionem patitur. *Ex Comment. S. Hieron. in Eccleſ. p.*

16. Et adhuc vidi ſub ſole locum judicii; ibi impietas: & locum juſtitiæ; ibi iniquitas. *735.*

17. Dixi ego in corde meo: Juſtum & impium judicabit Deus, quia tempus omni voluntati ſuper omne factum ibi.

18. Dixi ego in corde meo de loquela filiorum hominis, quia ſeparat illos Deus, & ut oſtenderet, quia ipſi jumenta ſunt ſibi.

19. Quia eventus filiorum hominum, & eventus pecoris, eventus unus eis: ſicut mors hujus, ita & mors illius; & ſpiritus unus omnibus, & amplius homini à pecore nihil eſt: quia omnia vanitas;

20. omnia vadunt ad locum unum: omnia facta ſunt de humo, & omnia revertentur ad humum.

21. Quis ſcit ſpiritus filiorum hominis ſi aſcendat ipſe ſurſum, & ſpiritus pecoris ſi deſcendat ipſe deorſum in terram?

22. Et vidi quia non eſt bonum, niſi quòd lætetur homo in opere ſuo; quia hæc eſt pars ejus. Quis enim adducet eum, ut videat id quod futurum eſt poſt ipſum? *737.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

&c. ut in Lat. ſup. Hieron. ſubdit: *Qui perſecutionem patitur: Græcè melius dicitur, τὸν διωκόμενον, id eſt, quod præterit, quod expulſum eſt, quod eſſe ceſſavit.* Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 196. b. conſtanter leg. *qui perſecutionem patitur.*

℣. 16. Aptè ad Græcum, præter ult. *ibi impietas*, &c. quorum loco ſic habetur: ἐκεῖ ὁ ἀσεβὴς ἐν τόπῳ τῆ δικαίᾳ ἐκεῖ ὁ ἀσεβὴς· unde Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 196. b. legit: *Vidi ſub ſole locum judicii; illic impius: & locum juſti; illic pius.* Et Hieron. ipſe, explicato ſup. textu, addit: *Sive aliter: Arbitratus ſum aliquid juſtitiæ in præſenti ſæculo geri; & vel pium pro ſuo nunc merito recipere, vel impium pro ſuo ſcelere puniri.* Hebr. verò priori textui favet.

℣. 17. Gr. ipſo initio hab. Καὶ, ut & poſt vocem *voluntati*, pro qua πράγματι, *rei*; cæt. ſimilia. Item ap. Tertul. l. de vel. virg. c. 1. p. 309. b. & l. 5. adv. Marc. p. 786. b. & de Monog. p. 952. b. *tempus omni rei.* Apud Ambroſ. ep. 23. col. 882. c. *omni rei tempus.* Ap. S. Paulin. epiſt. 35. p. 223. a. *omni rei tempus eſt:* & epiſt. 40. p. 242. c. *tempus omni rei.* Hebr. textui Lat. reſpondet.

℣. 18. Ad verbum è Græco, præter unum *ſeparat*, pro quo διακρινεῖ, *diſcernet*, vel *dijudicabit*: deeſt autem *ſibi*, in fine. In Hebr. *Dixi ego in corde meo, ſuper verbum filiorum Adam, ad purgandos eos Deus, & ad videndum quòd ipſi animal ipſi ſibi.*

℣. 19. Nonnulla variant Græcè, videlicet ipſo initio, Καί γε αὐτοῖς συνάντημα υἱῶν τῆ ἀνθρώπων, extremòque, ἢ τί ἐπερίσσευσεν ὁ ἄνθρωπος παρὰ τὸ κτῆνος; οὐδέν, ὅτι, &c. i. e. *Et quidem eis eventus filiorum hominis..... & quid abundavit homo à pecore? nihil, quia*, &c.

℣. 20. Gr. Vat. delet verbum *vadunt*; Mſ. verò Alex. hab. πορεύεται; item loco *de humo*, & *ad humum*, ita conſtanter, ἀπὸ τῆ χοὸς..... εἰς τὸν χοῦν· *à pulvere..... in pulverem.* Symm. ἀπὸ τῆς γῆς.

℣. 21. Eadem leguntur apud Auguſt. l. 12. de Gen. ad litt. to. 3. 302. c. præter hoc. 1. *Et quis ſcit*: at l. 13. de civit. Dei, c. 24. to. 7. 346. f. habet: *Quis ſcit ſi ſpiritus hominis aſcendat ſurſum in cœlum, & ſpiritus pecoris deſcendat deorſum in terram?* ſed epiſt. 238. to. 2. 858. b. *Quis ſcit ſpiritus filior. hominis ſi aſcendat ipſe ſurſum, & ſpiritus pecoris deſcendat ipſe deorſum in terram?* Hieron. in explanat. legit, *Quis cognoſcit*; paulòque poſt, *ſpiritus jumenti.* Gr. Καὶ τίς εἶδε..... ἢ τὸ πνεῦμα τῆ κτήνης. Mſ. Alex. Τίς οἶδεν, &c. ut ſup.

℣. 22. In Græco hæc variant: ἐν πεινάζειν αὐτῆ, *in operibus ſuis*; dein, ὅτι αὐτὸ μερὶς αὐτῆ, *quia hoc pars ejus*; ſtatimque, Ὅτι τίς ἄξει αὐτὸν τῆ ἰδεῖν ἐν ᾧ ἐὰν γένηται, &c. Symm. Τί γὰρ αὐτὸν ἄξει θεάζαθαι τὰ ἐσόμενα μετὰ ταῦτα; Hieron. quoque ait ſup. *Pro eo quod nos poſuimus*: ut videat id quod futurum eſt poſt ipſum, *apertius interpretatus eſt Symmachus, dicens*: ut videat ea quæ futura ſunt poſt hæc.

CAPUT IV.

VULGATA NOVA.

1. VErti me ad alia, & vidi calumnias, quæ ſub ſole geruntur, & lacrymas innocentium, & neminem conſolatorem: nec poſſe reſiſtere eorum violentiæ, cunctorum auxilio deſtitutos.

2. Et laudavi magis mortuos, quàm viventes:

3. & feliciorem utroque judicavi, qui nec-

VERSIO ANTIQUA.

1. ET converſus ego, & vidi univerſas calumnias, quæ fiunt ſub ſole; & ecce lacrymæ eorum qui calumniam ſuſtinent, & non eſt qui conſoletur eos; & in manibus calumniantium eos fortitudo, & non eſt eis conſolator. *Ex Comment. S. Hieron. in Eccleſ. p. 737.*

2. Et laudavi ego mortuos qui jam mortui ſunt, ſuper viventes, quicunque ipſi vivunt uſque nunc:

3. & melior ſuper hos duos, qui nondum natus

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Vix melius è Græco, niſi quòd habetur ibid. δάκρυα, *lacryma*, non *lacrymæ*; paulòque poſt, ἀπὸ χειρὸς, *de manu*, pro *in manibus*. Symm. legit δάκρυα.

℣. 2. Ita in Græco, addita voce *omnes*, poſt *ego*. Mſ. Alex. loco ζώντας τὲς, habet ζῶν τὲς. Hieron. l. 3. in epiſt. ad Eph. to. 4. 395. e. legit: *Laudavi ego omnes mortuos qui olim mortui ſunt, ſuper viventes qui vivunt uſque in præſens.* Hilar. in Pſ. 119. col. 375. a. *Et laudavi omnes qui mortui ſunt, ſuper omnes qui vivunt uſque nunc.* Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1195. c. *Et laudavi ego mortuos, magis quàm viventes*: & l. de bono mort. c. 2. col. 390. d. *Laudat Eccleſiaſtes defunctos, magis quàm viventes*: & l. 2. de fide Reſur. col. 1142. b. *Et laudavi ego omnes defunctos qui jam mortui ſunt, magis quàm viventes, quicunque vivunt uſque adhuc.* Sedul. Scot. in ep. ad Rom. p. 504. h. *Et laudavi omnes defunctos qui mortui ſunt, magis quàm vivos qui adhuc vivunt.*

℣. 3. Rurſum Hieron. l. 3. in ep. ad Eph. to. 4. 395. e. *& melior eſt ſuper hos duos, qui necdum natus eſt*: & *non vidit omne opus malum, quod*, &c. Græcè, ἀγαθὸς, *bonus*, non *melior*; & pro *natus eſt*, ἐγένετο (Symm. ἐγενήθη;) mox ita, ὃς οὐκ εἶδεν τὸν πᾶν τὸ ποίημα, &c. Mſ.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Comment. S. Hieron. in Eccleſ. p. 738.

eſt; qui nondum vidit opus malum, quod factum eſt ſub ſole.

4. Et vidi ego univerſum laborem, & ſimul omnem virtutem operis, quia æmulatio viro à ſodali ejus: & quidem hoc vanitas, & præſumptio ſpiritus.

5. Stultus complexus eſt manus ſuas, & comêdit carnes ſuas.

739. 6. Melior eſt plenus pugillus cum requie, quàm plenitudo manuum laboris, & præſumptionis ſpiritus.

7. Et converſus ſum ego, & vidi vanitatem ſub ſole:

8. eſt unus, & non eſt ſecundus, & quidem filius, & frater non eſt ei, & non eſt finis omni labori ejus, & quidem oculus ejus non ſatiatur divitiis: & cui ego laboro, & fraudo animam meam à bonitate? ſed & hoc vanitas, & diſtentio peſſima eſt.

9. Meliores duo, quàm unus; quibus eſt merces bona in labore ſuo:

10. quia ſi ceciderit, unus eriget participem ſuum: & væ uni cùm ceciderit, & non eſt ſecundus qui erigat eum.

11. Et quidem ſi dormiant duo, etiam calor erit illis: & unus quomodo calefiet?

12. Et ſi invaluerit ſuper eum unus, duo ſtabunt adversùs eum: & funiculus triplex non citò rumpitur.

740. 13. Melior eſt puer pauper & ſapiens, quàm rex ſenex & ſtultus, qui neſcit providere in poſterum.

14. Quoniam de domo vinctorum egreditur in regem: quia etiam in regno ejus natus eſt pauper.

15. Vidi univerſos viventes, qui ambulant ſub ſole cum adoleſcente ſecundo, qui conſurget pro illo.

VULGATA NOVA.

dum natus eſt, nec vidit mala quæ ſub ſole fiunt.

4. Rurſum contemplatus ſum omnes labores hominum, & induſtrias animadverti patere invidiæ proximi: & in hoc ergo vanitas, & cura ſuperflua eſt.

5. Stultus complicat manus ſuas, & comedit carnes ſuas, dicens:

6. Melior eſt pugillus cum requie, quàm plena utraque manus cum labore, & afflictione animi.

7. Conſiderans reperi & aliam vanitatem ſub ſole:

8. unus eſt, & ſecundum non habet, non filium, non fratrem, & tamen laborare non ceſſat, nec ſatiantur oculi ejus divitiis: nec recogitat, dicens: Cui laboro, & fraudo animam meam bonis? in hoc quoque vanitas eſt, & afflictio peſſima.

9. Melius eſt ergo duos eſſe ſimul, quàm unum: habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ:

10. ſi unus ceciderit, ab altero fulcietur: væ ſoli: quia cùm ceciderit, non habet ſubleyantem ſe.

11. Et ſi dormierint duo, fovebuntur mutuò: unus quomodo calefiet?

12. Et ſi quiſpiam prævaluerit contra unum, duo reſiſtunt ei: funiculus triplex difficilè rumpitur.

13. Melior eſt puer pauper & ſapiens, rege ſene & ſtulto, qui neſcit prævidere in poſterum.

14. Quòd de carcere cateniſque interdum quis egrediatur ad regnum: & alius natus in regno, inopiâ conſumatur.

15. Vidi cunctos viventes, qui ambulant ſub ſole cum adoleſcente ſecundo, qui conſurget pro eo.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Alex. delet πᾶν, cum ed. Compl. Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1195. c. legit: *& optimus ſupra bos, qui nondum natus eſt; qui non vidit hoc opus mali:* & l. de bono mort. c. 2. col. 390. d. *& optimus ſupra bos duos, qui nondum natus eſt; qui non vidit hoc malum:* ſimiliter l. 2. de fide Reſur. col. 1142. b. exceptis his, *& qui non vidit hoc opus malum, quod factum eſt ſub ſole.* Sedul. Scot. in ep. ad Rom. p. 504. h. *Sed melior ſuper utroſque, qui nondum natus eſt.*

℣. 4. Ita de Græco ad verbum, ſi id excipiatur unum, *æmulatio viro*, pro quo, αὐτὸ ζῆλος ἀνδρός, *ipſum æmulatio viri*; in ed. Ald. τὸ, non αὐτό. Hebr. hab. *omnem rectitudinem*, ſeu *congruentiam operis*, *quod ipſa invidia viri..... & paſtio ſpiritus.* Ambroſ. l. 2. de fide Reſur. col. 1142. b. *Et vidi ego univerſum laborem, & omnem virtutem operis hujus, quia æmulatio viro ab altero ejus* (Gr. ἑταίρου αὐτῦ:) *& quidem hoc vanitas, & præſumptio ſpiritus.*

℣. 5. Sic iterum Græcè. Apud Ambroſ. epiſt. 37. & 58. col. 933. c. 1014. e. *Stultus complexus eſt manus ſuas, & voravit*, ſeu *deveravit viſcera ſua.*

℣. 6. LXX. Ἀγαθὸν (ed. Ald. add. ἐστὶ) πλήρωμα δρακὸς ἀναπαύσεως, ὑπὲρ πληρώματα δύο δρακῶν μόχθω, & προαιρέσεως πνεύματος· i. e. *Bona plenitudo pugilli requietis, ſuper plenitudines duorum pugillorum laboris, & præſumptionis ſpiritus.* Symm. verò hab. μετὰ ἀναπαύσεως, ὑπὲρ πληρώματα ἀμφοτέρων χειρῶν, &c. Hebr. *Bona plenitudo volæ, requie, quàm plenitudo pugillorum, labore, & paſtione ſpiritus.*

℣. 7. Ita Græcè ad verbum.

℣. 8. Mirè concinunt hæc tota cum Græco: extremò tamen habetur πονηρὸς, *mala*, non *peſſima*. Ap. Ambroſ. etiam l. de inſtit. virg. col. 264. d. *eſt unus, & non eſt ſecundus*; & inf. 265. d. *non eſt finis labori ejus.* Item ap. Chromat. Aquil. in Matth. p. 983. b. *eſt unus, & non eſt ſecundus, & quidem nec filias, nec frater eſt ei, & non eſt finis omni labori ſuo.*

℣. 9. Græc. initio hab. Ἀγαθοὶ δύο ὑπὲρ τὸν ἕνα, *Boni duo ſuper unum*; ſubditque αὐτοῖς, *eis*, verbo *eſt*; cæt. ut ſup. Conſonat Hebr. niſi quòd habet *quia*, pro *quibus*. Ambroſ. ep. 81. to. 2. 1099. b. ita legit: *Optimi duo, quàm unus:* & ſup. 1098. b. *Optimi duo ſuper unum; quibus eſt merces bona in labore ipſorum.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 983. b. *Optimi ſunt duo, quàm unus; quibus eſt merces bona labor ipſorum.* S. Pacian. epiſt. 3. p. 314. h. *Meliores duo, quàm unus.*

℣. 10. Sic eſt in Græco, præter hoc plur. ἐὰν πέσωσι, *ſi ceciderint*; ſubinde præponitur αὐτῷ, *ipſi*, voculæ *uni*; paulòque poſt pro *eſt*, habetur ᾖ, *fuerit*; at in Schol. ἔσι. Apud Ambroſ. epiſt. 81. col. 1098. b. ſic: *quoniam ſi ceciderit, unus erigit ſocium ſuum:* & infra: *quoniam qui ceciderit, erigit ſocium ſuum:* ſtatimque, *væ illi uni cùm ceciderit, & non eſt ſecundus qui eum erigat:* at l. de inſtit. virg. col. 266. a. *quia ſi ceciderit unus, alter eriget ſocium ſuum:* in edit. quoque Ald. ὅτι ἐὰν πέσῃ ὁ εἷς, ὁ ἕτερος ἐγείρει, &c. addit Ambr. *væ illi uni cùm ceciderit, & non eſt ſecundus ut eum erigat.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 983. b. *Quia ſi ceciderit unus, alter erigit ſocium ſuum: væ illi uni cùm ceciderit, quia non habet qui erigat illum.* Petr. verò Chryſol. ſerm. 170. to. 7. p. 974. ut ſup. in textu: *væ uni cùm ceciderit, & non eſt ſecundus qui erigat eum.*

℣. 11. Ambroſ. ep. 81. col. 1098. e. *Quia & ſi dormierint duo, eſt calor illis:* & l. de inſtitut. virg. col. 266. a. *Et quidem ſi dormiant duo, eſt calor illis: & unus quomodo calefiet?* Gr. Καί γε ἐὰν κοιμηθῶσι δύο, ᾖ θέρμη αὐτοῖς, &c. ut ſup.

℣. 12. Græcum delet *τὸ ſuper eum*; & in fine habet ἀπορραγήσεται; cætera quadrant. Ambr. epiſt. 81. p. 1099. b. legit, *& ſpartum triplex non corrumpetur.* S. Pacian. ep. 3. p. 314. h. *& ſpartum triplex non rumpetur.* Philaſtr. Brix. de hæreſ. p. 724. h. *funiculus triplex non diſrumpetur.*

℣. 13. Græc. Ἀγαθὸς παῖς πένης ἢ σοφὸς, ὑπὲρ βασιλέα πρεσβύτερον ἢ ἄφρονα, ὃς οὐκ ἔγνω τῦ φυλάσσεσθαι ἔτι. Ita quoque in Hebr. præter hoc ult. *qui non novit moneri adhuc.*

℣. 14. Ita in Græco, præter hoc, ἐξελεύσεται τῦ βασιλεῦσαι, *egredietur ut regnet.* Hebr. *egreſſus eſt ad regnandum*; cæt. ſimilia.

℣. 15. Ad verbum è Græco, niſi excipias iſtud, *Con-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

16. Infinitus numerus eſt populi omnium, qui fuerunt ante eum : & qui poſtea futuri ſunt, non lætabuntur in eo : ſed & hoc vanitas & afflictio ſpiritus.

17. Cuſtodi pedem tuum ingrediens domum
1. Reg. 15. 22. Dei, & appropinqua ut audias. Multò enim me-
Oſe. 6. 6. lior eſt obedientia, quàm ſtultorum victimæ, qui neſciunt quid faciunt mali.

VERSIO ANTIQUA.

16. Non eſt finis omni populo, univerſis qui fuerunt ante illos : & quidem noviſſimi non lætabuntur in eo : ſed & hoc vanitas, & præſumptio ſpiritus. *Ex Comment. S. Hieron. in Eccleſ. p.* 740.

17. Cuſtodi pedem tuum cùm vadis in domum Dei, & appropinqua ut audias : donum enim inſipientium ſacrificium, quia neſciunt quòd faciunt malum. 742.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ſurget, pro quo στήσεται, *ſtabit* ; ſed in Mſ. Alex. ac editione Compl. ἀναστήσεται. Apud Ambroſ. l. de inſtit. virgin. col. 266. d. *Vide univerſos qui vivunt, qui ambulant ſub ſole cum juvene ſecundo ; quis reſurget pro eo ?*

℣. 16. Sic eſt in Gr. præter voculam ὅτι, *quia*, pro *ſed*. Apud Ambr. l. de inſtitut. virg. col. 266. e. *Non eſt finis omni populo ejus.*

℣. 17. Hæc non longè à Græco diſtant, niſi quòd ibi circa medium habetur, ἢ ἐγγὺς τοῦ ἀκοῦσαι ὑπὲρ δόμα τῶν ἀφρόνων θυσία σου· i. e. *& propinquus adaudiendum : ſuper donum inſip. ſacrificium tuum.* Græco reſpondet Hebr. à quo tamen abeſt pronom. *tuum*. Obſervat Martianæus noſter hoc etiam, *& appropinqua ut audias*, deeſſe in Hebr. nec legi in Speculo S. Auguſt. additum verò fuiſſe in Vulg. ex edit. LXX. Nobilius tamen ad hanc vocem, *propinquus*, ſubdit in Not. « Sic Hebr. Aquila, ἢ ἐγγίζε ὥστε ἀκοῦσαι. »

CAPUT V.

VULGATA NOVA.

1. NE temere quid loquaris, neque cor tuum ſit velox ad proferendum ſermonem coram Deo. Deus enim in cœlo, & tu ſuper terram : idcirco ſint pauci ſermones tui.

2. Multas curas ſequuntur ſomnia, & in multis ſermonibus invenietur ſtultitia.

3. Si quid voviſti Deo, ne moreris reddere : diſplicet enim ei infidelis & ſtulta promiſſio : ſed quodcunque voveris, redde :

4. multòque melius eſt non vovere, quàm poſt votum promiſſa non reddere.

5. Ne dederis os tuum ut peccare facias carnem tuam : neque dicas coram angelo : Non eſt providentia : ne fortè iratus Deus contra ſermones tuos, diſſipet cuncta opera manuum tuarum.

6. Ubi multa ſunt ſomnia, plurimæ ſunt vanitates, & ſermones innumeri : tu verò Deum time.

7. Si videris calumnias egenorum, & violenta judicia, & ſubverti juſtitiam in provincia, non mireris ſuper hoc negotio : quia excelſo excelſior eſt alius, & ſuper hos quoque eminentiores ſunt alii,

8. & inſuper univerſæ terræ rex imperat ſervienti.

9. Avarus non implebitur pecuniâ : & qui amat divitias, fructum non capiet ex eis : & hoc ergo vanitas.

VERSIO ANTIQUA.

1. NOli feſtinare in ore tuo, & cor tuum non feſtinet ad perferendum verbum in conſpectu Dei : quia Deus in cœlo, & tu ſuper terram : propter hoc ſint verba tua pauca. *Ex Comment. S. Hieron. in Eccleſ. p.* 742.

2. Quia veniet ſomnium in multitudine ſollicitudinis, & vox inſipientis in multiplicatione ſermonum.

3. Cùm votum feceris Deo, ne moreris reddere illud : quia non eſt voluntas in inſipientibus : quæcunque voveris, redde. 743.

4. Melius eſt non vovere, quàm vovere, & non reddere.

5. Non des os tuum ut peccare facias carnem tuam : & ne dixeris in conſpectu angeli : Quia ignorantia eſt : ne iraſcatur Deus ſuper vocem tuam, & diſperdat opera manuum tuarum.

6. Quia in multitudine ſomniorum, & vanitates, & verba plurima : ſed Deum time. 744.

7. Si calumniam pauperis, & rapinam judicii, & injuſtitias videris in regione, ne mireris ſuper negotio : quia excelſus ſuper excelſum cuſtodit, & excelſior eſt ſuper illos,

8. & ampliùs terræ in omnibus eſt rex in agro culto.

9. Qui diligit argentum, non implebitur argento : & qui diligit divitias, non fruetur eis : ſed & hoc vanitas. 745.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Græcè : loco tamen *ad perferendum*, exſtat ibid. τοῦ ἐξενέγκαι, *ad proferendum*, adnexo ἄνω, *ſurſum*, ad hoc, *in cœlo* ; in Mſ. Alex. deeſt ἄνω.

℣. 2. Ita rurſum Græcè, præter unum παρεγένετο, *advenit*, pro *veniet*.

℣. 3. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 315. b. legit : *Prout voveris votum Deo, ne moram feceris reddere illud.* Ita quoque in Gr. Ambroſ. l. 1. de Cain, c. 7. col. 195. f. *Si voveris votum, non facias moram reddere illud.* Caſſian. coll. 9. c. 12. p. 507. *Si voveris votum Deo, ne moram feceris reddere illud* ; tum addit : *In Græco ſimpliciter ſcribitur :* Ἐὰν εὔξῃ εὐχὴν Κυρίῳ. In ed. Rom. Καθὼς εὔξῃ εὐχὴν τῷ Θεῷ, &c. extremò, οὐ ἐὰν ὅσα ἐὰν εὔξῃ, &c. *tu ergo quæcunque voveris*, &c. Fulg. epiſt. 1. p. 147. *Statim ut voveris votum Domino, non tardabis reddere illud : tu itaque quæ voveris, redde.* Hebr. textui conſonat.

℣. 4. Græcum : Ἀγαθὸν τὸ μὴ εὔξασθαί σε, ἢ τὸ εὔξασθαι σε, καὶ μὴ ἀποδοῦναι. Symm. initio habet βέλτιον. Ambroſ. l. 1. de Cain, c. 7. col. 195. f. *Melius eſt enim non vovere votum, quàm vovere, & non reddere :* & in Luc. 20. col. 1503. a. *Melius eſt non vovere te, quàm vovere, & non reddere.* Auctor l. ad virg. devot. apud eund. Ambroſ. col. 366. f. *Melius fuerat te non voviſſe, & facere, quàm vovere, & non ſacere.* Fulg. epiſt. 1. p. 147. *Bonum eſt non vovere, quàm voviſſe, & non ſolvere.*

℣. 5. Eadem leguntur in Hebr. nec diſſimile quidquam Græcè, præter unum τοῦ Θεοῦ, *Dei*, loco *angeli*.

℣. 6. Sic in Hebraïco eſt. In Gr. hæc tantùm diſſimilia, ἢ ματαιοτήτων, ἢ λόγων πολλῶν· ὅτι σὺ τὸν Θεὸν φοβοῦ· & *vanitatum, & verborum multorum : quare tu Deum time.* Ed. Ald. loco ὅτι, habet ζὺν τὸν Θεόν.

℣. 7. Græcum non habet *injuſtitias*, ſed δικαιοσύνης, *juſtitiæ* ; ſubinde pro *cuſtodit*, ita, φυλάξαι, *ad cuſtodiendum* (Mſ. Alex. φυλάσσει,) deinde, ἢ ὑψηλοὶ ἐπ' αὐτοῖς, & *excelſi ſuper illos.* Symm. verò, ἢ ὑψηλότερος ἐπάνω αὐτῶν. Græco LXX. reſpondet Hebr. niſi quòd pro *negotio*, habet *voluntate.*

℣. 8. Græcum : ἢ περίσσεια γῆς ἐστὶ παντί ἐστι, βασιλεὺς τοῦ ἀγροῦ εἰργασμένου· & *præſtantia terræ in omni eſt, rex agri culti.* Hebr. *rex agro fit ſervus*, ſeu *propter utilitatem agrorum eſt.*

℣. 9. Sic eſt in Græco, præter hæc media, ἢ τίς ἠγάπησεν ὠφελήθη αὐτῶν γένημα ; & *quis dilexit in multitudine eorum fructum ?* loco & *qui diligit divitias, non fruetur eis.* Hebr. & *qui diligens in multitudine, non fructus.* Ambroſ. l. 1. de Cain, c. 5. col. 194. a. & l. de Nab. c. 6. col. 572.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Comment. S. Hieron. in Eccleſ. p. 745.

10. In multitudine enim bonorum, multi ſunt qui comedunt ea. Et quæ eſt fortitudo habenti illa, niſi ut videat oculis ſuis?

11. Dulcis ſomnus operanti, ſive paululum, ſive plus comederit: & ſaturitas divitis non ſinit eum dormire.

12. Eſt languor peſſimus, quem vidi ſub ſole: divitias cuſtodiri à domino in malum ejus.

13. Et perierunt divitiæ illæ in diſtentione peſſima: & genuit filium, & non eſt in manibus ejus quidquam.

14. Sicut exivit de utero matris ſuæ nudus, revertetur ut venit; & nihil tollet laboris ſui, ut vadat in manibus ejus.

15. Sed & hoc languor peſſimus; quia ſicut venit, ſic & vadit. Quid ergo habebit ampliùs quia laboravit in ventum?

16. Et omnibus diebus ſuis in tenebris comedet, & in indignatione plurima, & in infirmitate, & in iracundia.

746. 17. Ecce quod vidi ego bonum, quod eſt optimum; comedere, & bibere, & cernere jocunditatem in omni labore ſuo, quo laboravit ſub ſole, numero dierum vitæ ſuæ, quos dedit ei Deus: hæc quippe eſt pars ejus.

18. Sed & omnis homo, cui dedit Deus divitias, & ſubſtantiam, conceſſitque ei ut veſceretur ex eis, & tolleret partem ſuam, & lætaretur de labore ſuo: hoc Dei donum eſt.

19. Non enim multùm recordabitur dierum vitæ ſuæ, quia Deus occupat in lætitia cor ejus.

VULGATA NOVA.

10. Ubi multæ ſunt opes, multi & qui comedunt eas. Et quid prodeſt poſſeſſori, niſi quòd cernit divitias oculis ſuis?

11. Dulcis eſt ſomnus operanti, ſive parum, ſive multum comedat: ſaturitas autem divitis non ſinit eum dormire.

12. Eſt & alia infirmitas peſſima, quam vidi ſub ſole: divitiæ conſervatæ in malum domini ſui. *Job 20. 20.*

13. Pereunt enim in afflictione peſſima: generavit filium, qui in ſumma egeſtate erit.

14. Sicut egreſſus eſt nudus de utero matris ſuæ, ſic revertetur, & nihil auferet ſecum de labore ſuo. *Job 1. 21. 1. Tim. 6. 7.*

15. Miſeratilis prorſus infirmitas: quomodo venit, ſic revertetur. Quid ergo prodeſt ei quòd laboravit in ventum?

16. Cunctis diebus vitæ ſuæ comedit in tenebris & in curis multis, & in ærumna atque triſtitia.

17. Hoc itaque viſum eſt mihi bonum, ut comedat quis, & bibat, & fruatur lætitiâ ex labore ſuo, quo laboravit ipſe ſub ſole, numero dierum vitæ ſuæ, quos dedit ei Deus: & hæc eſt pars illius.

18. Et omni homini, cui dedit Deus divitias, atque ſubſtantiam, poteſtatemque ei tribuit ut comedat ex eis, & fruatur parte ſua, & lætetur de labore ſuo: hoc eſt donum Dei.

19. Non enim ſatis recordabitur dierum vitæ ſuæ, eò quòd Deus occupet deliciis cor ejus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

f. Qui diligit argentum, non ſatiabitur argento. Gaud. Brix. in ſerm. p. 965. b. *Qui amat pecuniam, non ſatiabitur pecuniis:* & verò Hieron. loco cit. ſubdit: *Ubicunque* argentum *ponimus, ſecundùm Græci ſermonis ambiguitatem, poteſt* & pecunia *tranſferri: ἀργύριον quippe utrumque ſignificat:* idem etiam in Iſai. 1. to. 3. 18. f. legit: *Qui diligit pecuniam, non implebitur pecuniâ.*

℣. 10. Non valde diſſonant Græca: Ἐν πολλῷ ἀγαθωσύνης, ἐπληθύνθησαν ἐσθοντες αὐτήν. Καὶ τί (ed. Compl. τίς) ἀνδρεία τῷ παρ' αὐτῆς; ὅτι ἀρχὴ τοῦ ὁρᾶν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ. i. e. *In multitudine bonitatis, multiplicati ſunt comedentes eam. Et quid fortitudo ei, qui ab ea? quia principium videre oculis ſuis.* Hebr. *In multiplicando bonum, multiplicati ſunt comedentes illud. Et quid rectum dominis ſuis? quinimo videre oculis ejus.*

℣. 11. Græc. habet τῷ δούλῳ, *ſervi*, pro *operanti*; extremòque, καὶ τῷ ἐμπλησθέντι τοῦ πλουτῆσαι, οὐκ ἐᾷ ἀφίων αὐτὸν τοῦ ὑπνῶσαι· i. e. & *ei qui ſaturatus eſt diteſcendo, non eſt dimittens eum dormire.* Symmach. ἡ δὲ φλεγμονὴ τοῦ πλουτεῖν οὐκ ἐᾷ καθεύδειν· quæ textui reſpondent: ipſi quoque favet Hebr. Apud Ambroſ. in Pſ. 1. col. 750. c. & *ſi quis ſatiatus fuerit divitiis, non eſt qui ſinat eum dormire.*

℣. 12. A Græco abeſt vox iſta, *peſſimus*; addit verò Symmach. κακήν. Subinde pro *cuſtodiri à domino*, &c. legunt LXX. φυλασσόμενον τῷ παρ' αὐτοῦ, εἰς κακίαν αὐτῷ, *cuſtoditas ei qui ab eis, in malum ei*; Aquila legit, εἰς πονηρὸν αὐτῷ· Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. εἰς κακίαν αὐτοῦ. In Hebr. ſic: *Eſt mala infirmitas, vidi ſub ſole: opulentia cuſtodita dominis ſuis in malum ſuum.* Apud Ambroſ. l. 1. de Cain, c. 5. col. 194. a. *Eſt languor malus, quem vidi ſub ſole: divitias cuſtodiri in malum poſſidentis eas:* ſimiliter l. de Nab. c. 5. col. 571. f. & in Pſ. 1. col. 750. b. item l. 3. de interpel. Job, c. 4. col. 657. c. alludens dicit: *Vidit Eccleſiaſtes divitias cuſtodiri in malum poſſidenti eas.*

℣. 13. Græcum initio habet ἀπολοῦνται, *peribunt*; & pro *peſſimâ*, πονηρῷ, *malâ*; & pro *manibus*, χειρὶ, *manu*; cætera ad verbum. Ambroſ. l. 3. de interpel. Job, c. 4. col. 657. c. *Pereunt* (divitiæ) *in ſumma diſtinctione ac ſollicitudine*; ſed alludendo dicit.

℣. 14. Ita Græcè, paucis mutatis; nempe ibid. adnectitur τῷ πορευθῆναι, *ut eat*, ad verbum *revertetur*; tum ſequitur ὡς ἦλθε, ut ſup. dein, καὶ οὐδὲν οὐ λήψεται ἐν μόχθῳ αὐτοῦ, ἵνα πορεύσῃ ἐν χειρὶ αὐτοῦ· i. e. & *nihil accipiet in labore ſuo, ut eat in manu ſua.* Hebr. *quod ducat in manu ſua.*

℣. 15. Eòdem redeunt Græca: Καὶ γε τοῦτο πονηρὰ ἀῤῥωσία· ὥσπερ γὰρ παρεγένετο, οὕτως καὶ ἀπελεύσεται. Καὶ τίς ἡ περίσσεια αὐτοῦ ἢ μοχθεῖ εἰς ἄνεμον; *Sed & hoc languor malus; ſicut enim advenit, ita & abibit. Et quæ abundantia ejus quæ laborat in ventum?* Symmach. Τί δὲ περισσὸν αὐτῷ μοχθοῦντι; Ambroſ. l. de Nabut. c. 6. col. 572. f. *Et quidem hoc peſſimus languor; ſicut enim fuit, ita & abiit. Et abundantia ejus laborat in ventum.*

℣. 16. Ambroſ. in Pſ. 1. col. 750. c. *Et quidem omnes dies ejus in tenebris, & luctu, & iracundiâ multâ, & languore, & irâ:* ſic etiam l. de Nabut. c. 6. col. 572. f. nec aliter in Græco eſt. Hebr. textui favet.

℣. 17. Vix meliùs è Gr. initio tamen deeſt *quod*, ante *vidi*; ſed habetur in ed. Compl. ſubinde καλὸν, loco *optimum*; paulòque poſt, ἀγαθωσύνην, *bonitatem*, loco *jocunditatem*; extremò ita, ὅτι αὐτὸ μερὶς αὐτοῦ, *quia hoc pars ejus.*

℣. 18. Itidem Græcè, ſubnexo uno αὐτῷ, poſt *dedit*; extremò etiam ἐν μόχθῳ, *in labore*, pro *de labore.*

℣. 19. Græcum adnectit αὐτὸν, *eum*, ad verbum *occupat*; ultimòque hab. καρδίας αὐτοῦ, *cordis ejus*, non *cor*; cæt. quadrant.

CAPUT VI.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Comment. S. Hieron. in Eccleſ. p. 746.

1. EST malum, quod vidi ſub ſole, & frequens apud homines:

VULGATA NOVA.

1. EST & aliud malum, quod vidi ſub ſole, & quidem frequens apud homines:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Græcè, niſi excipiatur ult. καὶ πολλή ἐστιν ὑπὸ τὸν ἄνθρωπον, & *multum eſt ſub homine*; Hebr. *ſuper hominem.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

2. Vir, cui dedit Deus divitias, & ſubſtantiam, & honorem, & nihil deeſt animæ ſuæ ex omnibus, quæ deſiderat: nec tribuit ei poteſtatem Deus ut comedat ex eo, ſed homo extraneus vorabit illud: hoc vanitas, & miſeria magna eſt.

3. Si genuerit quiſpiam centum liberos, & vixerit multos annos, & plures dies ætatis habuerit, & anima illius non utatur bonis ſubſtantiæ ſuæ, ſepulturâque careat: de hoc ego pronuncio quòd melior illo ſit abortivus.

4. Fruſtra enim venit, & pergit ad tenebras, & oblivione delebitur nomen ejus.

5. Non vidit ſolem, neque cognovit diſtantiam boni & mali:

6. etiam ſi duobus millibus annis vixerit, & non fuerit perfruitus bonis: nonne ad unum locum properant omnia?

7. Omnis labor hominis in ore ejus: ſed anima ejus non implebitur.

8. Quid habet amplius ſapiens à ſtulto? & quid pauper, niſi ut pergat illuc, ubi eſt vita?

9. Melius eſt videre quod cupias, quàm deſiderare quod neſcias: ſed & hoc vanitas eſt, & præſumptio ſpiritus.

1. Reg. 13. 14. & 3. Reg. 13. 2. 10. Qui futurus eſt, jam vocatum eſt nomen ejus: & ſcitur quòd homo ſit, & non poſſit contra fortiorem ſe in judicio contendere.

11. Verba ſunt plurima, multamque in diſputando habentia vanitatem.

VERSIO ANTIQUA.

2. Vir, cui dedit Deus divitias, & ſubſtantiam, & gloriam, & nihil deeſt animæ ejus ex omnibus, quæ deſideraverit: & non dedit ei Deus poteſtatem ut manducaret ex eo, ſed vir alienus comedit illud: hæc vanitas eſt, languor peſſimus. *Ex Comment. S. Hieron. in Eccleſ. p. 746. 747.*

3. Si genuerit vir centum, & annis multis vixerit, & plures fuerint dies annorum ejus, & anima ejus non repleatur bonis, nec ſepulcrum fuerit illi: dixi melius ab eo eſſe abortivum.

4. In vanitate quippe venit, & in tenebris vadit, & in tenebris nomen ejus abſcondetur.

5. Et quidem ſolem non vidit, nec cognovit requies huic magis quàm illi:

6. & ſi vixerit mille annos duplices, & bonitatem non vidit: nonne ad locum unum omnia properant?

7. Omnis labor hominis in ore ipſius: & quidem anima non implebitur.

8. Quid enim eſt amplius ſapienti à ſtulto? quid pauperi, niſi ſcire ut vadat contra vitam? *748.*

9. Melior eſt aſpectus oculorum ſuper ambulantem in anima: ſed & hoc vanitas, & præſumptio ſpiritus.

10. Quid eſt quod futurum eſt? jam vocatum eſt nomen ejus, & cognitum quia homo eſt, & non poterit judicari cum fortiore ſe.

11. Quia ſunt verba multa multiplicantia vanitatem.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Ita in Græco, niſi quòd pro 1. *dedit*, exſtat, Δώσει αὐτῷ, *dabit ei*; & inf. ἐπιθυμήσει, ἢ οὐκ ἐξουσιάσει, *deſiderabit, & non dabit*, &c. paulòque poſt, ὅτι ἀνὴρ, *quia vir*; extremò, τοῦτο ματαιότης, ἢ..... πονηρά ἐστι· *hoc vanitas, & languor malus eſt.*

℣. 3. Græcè, loco *plures*, habetur πλῆθος ὅτι, *multitudo quæcunque*; ſubinde, ἀπὸ τῆς ἀγαθωζύνης, *ex bonitate*, pro *bonis*; ultimòque, ἀγαθὸν ὑπὲρ αὐτὸν τὸ ἔκτρωμα, *bonum ſuper eum abortivum*; cæt. ſimilia. Hieron. l. 3. in epiſt. ad Epheſ. to. 4. 395. f. rurſum legit: *Si genuerit vir centum, & annos plures vixerit, & multi fuerint dies annorum ejus, & anima illius repleatur bonis, & ſepultura non ſit ei: dixi: Melius eſt ſuper eum abortivum.* Similiter apud Ambroſ. in Luc. 23. to. 1. 1534. f. *& ſepultura non eſt illi:* item l. 3. de interpel. Job, c. 4. col. 658. c. alludens dicit: *De homine, qui in hoc ſæculum venit, & vanitatem mundi hujus, & tenebras pertulit longævitate diuturna, Eccleſiaſtes pronunciavit: Quia melior illo abortivus.*

℣. 4. Græcum initio habet: Ὅτι ἐν ματαιότητι ἦλθε, &c. ut in Lat. ſup. & Hieron. l. 3. in epiſt. ad Epheſ. 395. f. *Quia in vanitate venit, & in tenebris nomen ejus operietur.*

℣. 5. Extremò ita Græcè: ἢ ὐκ ἔγνω ἀναπαύσεις τούτῳ ὑπὲρ τοῦτον· Nobil. *& non cognovit requietes huic ſuper hunc;* priora ſimilia. Hebr. textui magis accedit.

℣. 6. Aptè ad Græcum, exceptis his, *& ſi vixerit..... duplices*, pro quibus ita: ἢ ἔζησε χιλίων ἐτῶν καθόλας, *& vixit mille annorum reditus*; at in Mſ. Alex. ac ed. Compl. ἢ εἰ ἔζησεν, ut ſupra. Hebr. *& ſi vixerit mille annos duabus vicibus, & bonum non*, &c.

℣. 7. Itidem Græcè, niſi hoc excipias, εἰς στόμα, pro *in ore*; Hebr. *ob os.*

℣. 8. Græc. Ὅτι περίσσεια τῷ ζοφῷ ὑπὲρ τὸν ἄφρονα, διότι ὁ πένης οἶδε πορευθῆναι κατέναντι τῆς ζωῆς. i. e. *Quoniam abundantia ſapienti ſuper inſipientem, eò quòd pauper novit ire ad faciem vitæ.* Hebr. *Quia quid præſtantius ſapienti quàm ſtulto? quid afflicto ſcienti pergere ante vitam?*

℣. 9. Græc. initio habet ἀγαθὸν, de more, loco *melior*, abſque ſeq. *eſt*; deeſt etiam *in*, ante *anima*; reliqua concordant. Symm. in principio legit: Βέλτιον προβλέψεων, &c.

℣. 10. Eadem ſunt in Græco, præter ſeqq. Εἴ τι ἐγένετο, *Si quid fuit*, loco *Quid eſt quod futurum eſt?* (Mſ. Alex. habet ἤ τι;) ſubinde pro *quia*, exſtat ὅ, *quod*; in editione Compl. τί; extremò conſtanter, ὑπὲρ αὐτὸν, *ſuper ſe*, non ſimpliciter *ſe*.

℣. 11. Itidem Græcè.

CAPUT VII.

VULGATA NOVA.

1. Quid neceſſe eſt homini majora ſe quærere, cùm ignoret quid conducat ſibi in vita ſua, numero dierum peregrinationis ſuæ, & tempore, quod velut umbra præterit? Aut quis ei poterit indicare quid poſt eum futurum ſub ſole ſit?

Prov. 22. 1. 2. Melius eſt nomen bonum, quàm unguenta pretioſa; & dies mortis die nativitatis.

3. Melius eſt ire ad domum luctûs, quàm ad domum convivii: in illa enim finis cunctorum admonetur hominum, & vivens cogitat quid futurum ſit.

VERSIO ANTIQUA.

1. Quid eſt ampliùs homini? quis enim cognovit quid ſit bonum homini in vita, numero dierum vitæ vanitatis ejus? & faciet eos quaſi umbram: quia quis annuntiabit homini quid ſit poſt eum ſub ſole? *Ex Comment. Hieron. in Eccleſ. p. 748.*

2. Bonum eſt nomen, ſuper oleum bonum; & dies mortis ſuper diem nativitatis ejus. *749.*

3. Melius eſt ire ad domum luctûs, quàm ad domum convivii; in quo finis eſt omnis hominis, & qui vivit, dabit ad cor ſuum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græcum delet τὸ *quid ſit*, ponitque ἀριθμὸν, *numerum*, pro *numero*; item loco *faciet eos quaſi umbram*, habet ἐποίησεν αὐτὰ ὡς σκιᾶ, *fecit ea in umbra*; Vet. autem lib. unus, teſte Nobilio, ἐποίησεν αὐτὰς ὡς σκιάν· cætera quadrant.

℣. 2. Ad verbum è Græco, detracto ult. *ejus*; imo additur in Mſ. Alex. ac ed. Compl. Auctor l. de dupl. martyr. apud Cypr. p. 587. legit: *Melius eſt nomen bonum, ſuper unguenta pretioſa.*

℣. 3. Ita Græcè, paucis exceptis; nempe initio habe-

Digitized by Google

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Ex Comment. S. Hieron. in Eccleſ. p. 749. 4. Melior eſt ira quàm riſus : quia in mœrore vultûs emendabitur cor.	4. Melior eſt ira riſu : quia per triſtitiam vultûs, corrigitur animus delinquentis.
5. Cor ſapientium in domo luctûs, & cor inſipientium in domo lætitiæ.	5. Cor ſapientium ubi triſtitia eſt, & cor ſtultorum ubi lætitia.
6. Melius eſt audire correptionem ſapientis, ſuper virum audientem carmen ſtultorum :	6. Melius eſt à ſapiente corripi, quàm ſtultorum adulatione decipi :
7. quia ſicut vox ſpinarum ſub olla, ſic riſus ſtulti : ſed & hoc vanitas.	7. quia ſicut ſonitus ſpinarum ardentium ſub olla, ſic riſus ſtulti : ſed & hoc vanitas.
750. 8. Calumnia conturbat ſapientem, & perdet cor fortitudinis ejus.	8. Calumnia conturbat ſapientem, & perdet robur cordis illius.
9. Melius eſt noviſſimum ſermonis, quàm principium ejus. Melior eſt patiens ſuper excelſum ſpiritu.	9. Melior eſt finis orationis, quàm principium. Melior eſt patiens arrogante.
10. Ne feſtines in ſpiritu tuo ut iraſcaris : quia ira in ſinu ſtultorum requieſcit.	10. Ne ſis velox ad iraſcendum : quia ira in ſinu ſtulti requieſcit.
751. 11. Ne dixeris : Quid factum eſt, quia dies priores erant meliores quàm iſti? non enim ſapienter interrogaſti de hoc.	11. Ne dicas : Quid putas cauſæ eſt quòd priora tempora meliora fuere quàm nunc ſunt? ſtulta enim eſt hujuſcemodi interrogatio.
12. Bona eſt ſapientia cum hæreditate, & amplius videntibus ſolem.	12. Utilior eſt ſapientia cum divitiis, & magis prodeſt videntibus ſolem.
13. Quia quomodo umbra ſapientiæ, ſic umbra argenti ; & quod plus eſt, ſcientia ſapientiæ vivificabit habentem ſe.	13. Sicut enim protegit ſapientia, ſic protegit pecunia : hoc autem plus habet eruditio & ſapientia, quòd vitam tribuunt poſſeſſori ſuo.
752. 14. Vide opera Dei : quoniam quis poterit adornare quem Deus perverterit?	14. Conſidera opera Dei, quòd nemo poſſit corrigere quem ille deſpexerit.
15. In die bonitatis eſto in bono, & in die malo vide : & quidem iſtud congruum huic fecit Deus ad loquendum, ut non inveniat homo poſt eum quidquam.	15. In die bona fruere bonis, & malam diem præcave : ſicut enim hanc, ſic & illam fecit Deus, ut non inveniat homo contra eum juſtas querimonias.
753. 16. Omnia vidi in diebus vanitatis meæ : Eſt juſtus periens in juſtitia ſua, & eſt impius longævus in malitia ſua.	16. Hæc quoque vidi in diebus vanitatis meæ : Juſtus perit in juſtitia ſua, & impius multo vivit tempore in malitia ſua.
17. Noli eſſe juſtus multùm : & ne quæras am-	17. Noli eſſe juſtus multùm : neque plus ſa-

Notæ ad Versionem antiquam.

tur ἀγαθὸν, *bonum*, loco *melius ;* repetiturque *ire*, poſt conjunct. *quàm ;* exinde ita, καθότι τοῦτο τέλος, &c. *eò quod hic eſt finis*, &c. extremò additur ἀγαθὸν, verbo *dabit*. In Hebr. deeſt τὸ *bonum ;* cætera ut in Gr. Ambroſ. epiſt. 63. col. 1047. f. & l. de fug. ſæc. c. 1. col. 418. c. legit : *Melius eſt enim ire in domum luctûs, quàm in domum gaudii.* Auguſt. l. 17. de civit. Dei, c. 20. to. 7. 484. f. *Melius eſt ire in domum luctûs, quàm ire in domum potûs ;* Gr. πότου.

℣. 4. Græcum : Ἀγαθὸν θυμὸς ὑπὲρ γέλωτα· ὅτι ἐν κακίᾳ προσώπου ἀγαθυνθήσεται καρδία. *Bonum eſt ira ſuper riſum : quia in malo vultûs fiet bonum cor.* Hebr. *quia in triſtitia vultûs jucundum cor erit.*

℣. 5. Itidem Græcè. Apud Ambroſ. l. de Tob. c. 1. col. 592. b. *Cor ſapientium in domo luctûs, cor autem ſtultorum in domo epulantium :* at in Pſ. 1. col. 748. e. & l. 2. de pœnit. col. 427. e. legit *epularum.* Similiter Auguſt. l. 17. de civ. Dei, c. 20. col. 484. f. *Cor ſapientium in domo luctûs, & cor inſip. in domo epularum.*

℣. 6. Græcè conſtanter ἀγαθὸν, loco *melius ;* reliqua concordant ad verbum. Ambroſ. in Pſ. 1. col. 748. e. leg. *Melius eſt audire increpationem ſapientis, magis quàm virum audientem canticum ſtultorum.*

℣. 7. Ambroſ. l. de exhort. virginit. col. 297. e. *Sicut vox ſpinarum ſub olla, ita riſus ſtultorum ;* quæ Græco textui reſpondent ad verbum. Hebr. verò textui Lat. conſonat : unde concludi poſſet Hieronymum addidiſſe voculam *quia* de Hebræo, & poſuiſſe *ſtulti*, num. ſing. juxta idem Hebr. ſed in Mſ. Alex. pariter habetur initio, ὅτι, *quia.*

℣. 8. Græcum habet περιφέρει, *circumfert*, pro *conturbat ;* dein ἀπώλυσι, & *perdit :* unde Hieron. ibid. *Pro eo verò quod LXX. & Aquila, & Theod. interpretati ſunt*, perdit cor εὐσεβείας αὐτῦ, *id eſt*, fortitudinis, *ſive* vigoris ejus, *Symmachus ait*, & perdit cor matthana, *id eſt*, donum ; *tam verbum Hebr. quàm interpretationem ejus copulans, & faciens illum ſenſum, qui alibi ſcriptus eſt :* Excæcant munera etiam ſapientium oculos.

℣. 9. In Græco ſimiliter : Ἀγαθὴ ἐρίζατη λόγων ὑπὲρ ἀρχὴν αὐτῦ. Ἀγαθὸν μακρόθυμος ὑπὲρ ὑψηλὸν πνεύματι. Ap. Symmach. Βέλτιον τέλος λόγε, τῆς ἀρχῆς αὐτῦ, &c. Apud Hieron. l. 1. contra Jovin. to. 4. 171. a. *Meliora ſunt noviſſima ſermonis, quàm initium ejus.*

℣. 10. Ita rurſum in Græco, excepto ult. ἀναπαύσεται, *requieſcet :* ita quoque in Hebr. Apud Ambroſ. verò l. de exhort. virginit. col. 298. a. *Noli feſtinare in ſpiritu tuo iraſci : quia ira in ſinu ſtultorum requieſcit.*

℣. 11. Eadem rurſus habet Hieron. l. 1. contra Jovin. to. 4. 171. a. præter unum *quia non*, pro *non enim.* Græcè, loco *meliores quàm iſti*, legitur ἀγαθαὶ ὑπὲρ ταύτας, deinde ſic, ὅτι ἐκ σοφίᾳ ; cæt. ut in Lat. ſup. Hieron. quoque l. 1. in ep. ad Gal. to. 4. 226. e. leg. *Ne dixeris : Quia dies mei priores erant boni ſuper iſtos :* & in Amos 6. to. 3. 1425. d. *Ne dixeris : Dies priores meliores erant mihi quàm iſti : quoniam non in ſapientia interrogas ſuper hoc.* Symmach. vertit, ὑ γὰρ φρονίμως, *non enim prudenter.*

℣. 12. Sic in Græco eſt. Item apud Ambroſ. ep. 45. col. 983. a. *Bona eſt ſapientia cum hæreditate.*

℣. 13. In Græco : Ὅτι ἐν σκιᾷ αὐτῆς ἡ σοφία, ὡς σκιὰ ἀργυρίε· ἡ περίσσεια γνώσεως τῆς σοφίας ζωοποιήσει τὸν παρ' αὐτῆς· i. e. *Quia in umbra ejus ſapientia, ſicut umbra argenti ; & abundantia ſcientiæ ſapientiæ vivificabit eum, qui ab ea.* Symmach. Σκέπῃ σοφία, ὡς σκέπῃ τὸ ἀργύριον. Schol. ἡ σοφία διασώσει τὺς ἔχονλας αὐτήν. Hieron. quoque in explanat. ait : *Symmachus more ſuo etiam in hoc loco manifeſtiùs interpretatus eſt, dicens :* Quomodo protegit ſapientia, ſimiliter protegit pecunia : & paulò ſup. *& amplius, ſcientia ſapientiæ vivificabit habentem ſe.* Hebr. *Quia in umbra ſapientiæ, in umbra argenti ; & præſtantia ſcientiæ ſapientia vivificabit patronos ſuos*, ſeu *habentes eam.*

℣. 14. Edit. nov. Hieron. ultimò fert *percuterit*, ſed malè ; Græcè conſtanter, διαστρέψῃ αὐτόν, *perverterit eum :* & Hieron. ipſe inf. 753. a. ait : *quis poterit adornare quod perverterit Deus?* In Hebr. pariter, *quis poterit dirigere quem depravaverit ipſe?*

℣. 15. Nonnulla variant Græcè ; nempe pro *eſto*, habetur ζῶν, *vive ;* ſed apud Symmachum ἴδε ; ſubinde iterum ponitur ἴδε, *vide*, ante τὸ *in die*, minimè ſublato eo poſt vocem *malo*, pro qua ult. κακίας, *mali ;* deinde ſic : καί γε ζὺν τύτῳ ζυμφώνως τῦτο ἐποίησεν ὁ Θεὸς περὶ λαλιᾶς, & *quidem huic congruenter iſtud fecit Deus de loquela :* ſed in al. cod. vet. teſte Nobilio, καί γε τῦτο τῦτο ζύμφωνον· in Mſ. Alex. τῦτο ζύμφωνον τῦτο· in edd. Ald. & Compl. ζὺν τύτῳ ζύμφωνον τῦτο. In Hebr. *etiam hoc contra hoc fecit Deus ſuper verbum, quod non inveniret*, &c.

℣. 16. Sic eſt in Hebr. textu. Græcum habet δικαίῳ, *juſto*, pro *juſtitia ;* Symmachus verò, τῇ δικαιοσύνῃ ; rurſum LXX. μένων, *manens*, pro *longævus ;* Aquila, μακρύνων ; cætera quadrant. Idem Hieron. l. 1. & 2. contra Pelag. to. 4. 509. f. 512. a. legit : *Eſt enim juſtus qui perit in juſtitia ſua.* Ambroſiaſt. col. 98. b. *Noli juſtus eſſe multùm : eſt enim qui perit in ſua juſtitia :* at inf. 244. a. *quia eſt qui perit in ſuo juſto.*

℣. 17. Idem Hieron. infra : *noli quærere amplius, ne*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.	
pias quàm neceſſe eſt, ne obſtupeſcas.	pliùs, ne obſtupeſcas.	*Ex Comment. S. Hieron. in Eccleſ. p. 754.*
18. Ne impiè agas multùm: & noli eſſe ſtultus, ne moriaris in tempore non tuo.	18. Ne impiè agas multùm: & noli eſſe ſtultus, ne moriaris in tempore non tuo.	
19. Bonum eſt te ſuſtentare juſtum, ſed & ab illo ne ſubtrahas manum tuam: quia qui timet Deum, nihil negligit.	19. Bonum eſt retinere te iſtud, & quidem ab hoc ne dimittas manum tuam: quoniam qui timet Deum, egredietur ad omnia.	
20. Sapientia confortavit ſapientem ſuper decem principes civitatis.	20. Sapientia confortabit ſapientem ſuper decem poteſtatem habentes, qui ſunt in civitate:	
3. Reg. 8. 46. 2. Par. 6. 36. Prov. 20. 9. 1. Joan. 1. 8. 21. Non eſt enim homo juſtus in terra, qui faciat bonum, & non peccet.	21. quia non eſt homo juſtus in terra, qui faciat bonum, & non peccet.	
22. Sed & cunctis ſermonibus, qui dicuntur, ne accommodes cor tuum: ne fortè audias ſervum tuum maledicentem tibi:	22. Et quidem in omnes ſermones, quos loquentur, ne dederis cor tuum: quia non audies ſervum tuum maledicentem tibi:	*755.*
23. ſcit enim conſcientia tua, quia & tu crebrò maledixiſti aliis.	23. etenim frequenter ſcit cor tuum, quia & tu maledixiſti aliis.	
24. Cuncta tentavi in ſapientia: Dixi: Sapiens efficiar: & ipſa longiùs receſſit à me	24. Omnia hæc tentavi in ſapientia; & dixi: Sapiens efficiar: & ipſa longiùs facta eſt à me	
25. multò magis quàm erat: & alta profunditas, quis inveniet eam?	25. magis quàm erat: & alta profunditas, quis inveniet eam?	
26. Luſtravi univerſa animo meo, ut ſcirem, & conſiderarem, & quærerem ſapientiam, & rationem: & ut cognoſcerem impietatem ſtulti, & errorem imprudentium:	26. Circuivi ego, & cor meum, ut ſcirem, & conſiderarem, & quærerem ſapientiam, & rationem: & ut cognoſcerem impietatem ſtulti, & imprudentium errorem:	*756.*
27. & inveni amariorem morte mulierem, quæ laqueus venatorum eſt, & ſagena cor ejus, vincula ſunt manus illius: qui placet Deo, effugiet illam: qui autem peccator eſt, capietur ab illa.	27. & invenio ego amariorem morte mulierem, quæ eſt laqueus, & ſagenæ cor ejus, vincula manus ejus: bonus coram Deo, eruetur ab ea; & peccator capietur in illa.	
28. Ecce hoc inveni, dixit Eccleſiaſtes, unum & alterum, ut invenirem rationem,	28. Ecce hoc inveni, dixit Eccleſiaſtes, unam ad unam, ut invenirem numerum,	

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

conturberis, ſive, ne obſtupeſcas: at l. 1. contra Pelag. to. 4. 510. a. ita legit: *Ne ſis juſtus multùm: nec quaſi per ſapientiam quæras ſuperflua, ne fortè obſtupeſcas.* Cypr. l. 3. Teſtim. p. 319. c. *Noli eſſe multùm juſtus:* & *noli argumentari pluſquam oportet.* Facund. Herm. l. 8. Sirmond. to. 2. p. 661. b. *Noli effici juſtus multùm:* & *noli argumentari abundanter, ne fortè obſtupeſcas.* Græc. Μὴ γίνου δίκαιος σφόδρα· μηδὲ σοφίζου περισσά, μή ποτε ἐκπλαγῇς. Ambroſ. l. 1. de pœnit. col. 389. c. *Noli juſtus eſſe nimium:* & l. de ob. Theod. col. 1205. a. *Noli eſſe nimium juſtus:* & epiſt. 7. col. 778. e. *Noli eſſe multùm ſapiens.* Hebr. *Ne ſis juſtus multùm:* & *ne ſis ſapiens abundanter; ut quid deſolaberis?*

℣. 18. Sic habet Facund. Hermian. ubi ſup. p. 661. b. excepta voce *durus*, loco *ſtultus*; & ſanè in Gr. σκληρός; cæt. ut in Lat. ſupra. Hebr. *Ne ſis improbus multùm:* & *ne ſis ſtultus; ut quid morieris in non tempore tuo?* Quidam Mſs. Hieron. ſimiliter habent ſup. *ut quid morieris?* ſed alii cum editt. vet. *ne moriaris*, ut in Græco. Hieron. etiam in comment. legit, *ne moriaris*; quod ita explicat: *Noli peccatis adjicere peccata, ne provoces Deum etiam hìc tibi inferre ſupplicium.*

℣. 19. Pro *retinere te iſtud*, Græcum habet, τὸ ἀντέχεσθαί σε ἐν τούτῳ, *inhærere te in hoc*; ſubinde, μὴ μιάνῃς, *ne contamines*, loco *ne dimittas*; extremò, ὅτι φοβούμενος τὸν Θεὸν ἐξελεύσεται τὰ πάντα, *quia timentibus Deum egredientur omnia.* At in Mſ. Alex. ὁ φοβούμενος; apud Symmach. ὁ γὰρ φοβούμενος τὸν Θεὸν, διεξελεύσεται τὰ πάντα. In Hebr. ſic: *Bonum quòd apprehendas in hoc,* & *etiam ab hoc ne quieſcere facias manum tuam: quia timens Deum, egredietur omnia hæc.* Facund. Hermian. l. 8. Sirm. to. 2. p. 661. c. legit: *Bonum eſt parcere te in hoc, equidem ab hoc noli contaminare manum tuam: quia is qui timet Deum, evadit omnia.*

℣. 20. Eadem ſunt in Græco, præter unum βοηθήσει, *adjuvabit*, pro *confortabit*; ſed ap. Aquil. ἰσχύσει; in Hebr. *roborabit.* Hieron. tamen in comment. lectioni LXX. favet, dicens: *Decem, qui poteſtatem habent,* & *in urbe conſiſtunt, angeli ſunt, qui..... auxiliantur humano generi: ſed ſi quis conſideret omnia auxilia, majus eſt auxilium ſapientiæ.*

℣. 21. Eadem rurſus legit Hieron. l. 1. in Gal. 3. to. 4. col. 257. f. Græc. Ὅτι ἄνθρωπος οὐκ ἔστι δίκαιος ἐν τῇ γῇ, ὃς ποιήσει ἀγαθὸν, καὶ οὐχ ἁμαρτήσεται· quæ Latino reſpondent ſup.

℣. 22. Græcum adnectit vocem ἀσεβεῖς, *impii*, ad verbum *loquentur*; habetque μὴ δῷς, *ne poſueris*, loco *ne dederis*; ſubinde, ὅπως μὴ ἀκούσῃς, *ut non audias*; cætera ut in Lat. ſupra. Hebr. *Etiam omnibus verbis, quæ loquentur, ne des cor tuum: ut non audias*, &c.

℣. 23. Hæc Hebræo reſpondent. At in Græco ſic: ὅτι πλειόνοις πονηρεύσεταί σε, καὶ πολλοὺς πολλάκις κακώσει καρδία σου, ὅτι ὡς καλῶς οὐ κατηράσω ἑτέρους· *quia frequenter malignabitur in te,* & *multis modis malè afficiet cor tuum, nempe quia* & *tu maledixiſti aliis.*

℣. 24. Ad verbum è Græco, detracto uno καὶ, ante *dixi.* Apud Ambroſ. in Pſ. 43. col. 906. d. *Dixi: Sapientiam requiram:* & *ipſa longè facta eſt à me.*

℣. 25. Ita in Græco, præter hoc 1. μακρὰν ὑπὲρ ὃ ἦν, *longè ſuper id quod erat*, loco *magis quàm erat.* Ap. Ambroſ. in Pſ. 43. col. 906. d. *longè magis quàm erat:* & *in profundo, altitudinem quis inveniet ejus?* Hebræum textui favet.

℣. 26. Similia in Græco, præter ſeqq. ult. ἀσεβεῖς ἀφροσύνην, καὶ ἀχλυρίαν, καὶ περιφοράν, *impii ſtultitiam,* & *turbulentiam,* & *circumlationem*, loco *impietatem ſtulti*, &c. Hebr. habet *impietatem ſtultitiæ,* & *fatuitatem inſaniarum.* Nota *rationem* ſup. ſumi pro *computatione.* LXX. enim hab. ψῆφον; Aquila, λογισμόν; Hebr. *ſupputationem.* Ambroſ. l. de bono mort. c. 7. p. 402. b. ita legit: *Circuivit cor meum, ut ſcirem impiè lætitiam,* & *conſiderarem,* & *quærerem ſapientiam,* & *numerum:* & *ut ſcirem per imperium lætitiam,* & *moleſtiam,* & *jactationem:* ed. Ald. hab. σκληρίαν, non ἀχλυρίαν. Aug. l. 2. de lib. arb. col. 595. e. *Circuivi ego,* & *cor meum, ut ſcirem,* & *conſiderarem,* & *quærerem ſapientiam,* & *numerum;* quæ textum Hieronymianum pene ad verbum referunt. Hieron. quoque in comment. ait LXX. poſuiſſe: *Circuivi ego,* & *cor meum, ut cognoſcerem*, &c.

℣. 27. Similia Gr. habet Vat. niſi quòd initio poſt *ego*, addit αὐτὴν, *eam*, ſtatimque, καὶ ἐρῶ, & *dicam*; at in Mſ. Alex. deeſt καὶ ἐρῶ, ſicut in edd. Ald. & Compl. Subinde in Vatic. δεσμὸς εἰς χεῖρας αὐτῆς· item apud Hieron. epiſt. ad Fabiol. de XLII. manſ. to. 2. 598. b. *vinculum in manibus ejus:* ſed apud Symmach. non εἰς χεῖρας, ſed αἱ χεῖρες. Apud Ambroſ. l. de bono mort. c. 7. col. 402. b. ſic: *Et inveni ego eam amariorem, quàm mortem.* Græc. πικρότερον ὑπὲρ θάνατον τὴν γυναῖκα, &c. De præp. autem τὴν ante γυναῖκα, vide Coteler. not. in l. 2. Conſtitut. Apoſt. p. 133. e. Huc redeunt quæ citat Hilar. in Pſ. 123. col. 401. a. 527. c. *Oculus meretricis, laqueus peccatoris.* Itidem Hieron. in Ezech. 29. col. 901. d.

℣. 28. Suffragatur Græcum, niſi quòd extremò habet, μία τῇ μιᾷ, τοῦ εὑρεῖν λογισμόν, *una ad unam, ut invenirem rationem:* in edit. Compl. μιᾷ τῇ μιᾷ. Obſervat Hieron. ſup. *Eſebon, quod omnes, voce conſona,* λογισμὲς *tranſtulerunt, ſecundùm Hebræi ſermonis ambiguitatem,* & numerum, & ſummam, & rationem, & cogitationem *poſſe dici:* & infra: *Pro eo autem quod*, inquit, *ſermonem Hebraïum interpretantes, diximus* unam ad unam, ut inveniatur numerus, *ſive* ſumma, *ſive* ratio, *aut* cogitatio, *apertiùs interpretatus eſt Symmachus:* unum ad unum invenire rationem: *quod*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Comment. S. Hieron. in Eccleſ. p. 756.

29. quem adhuc quæſivit anima mea, & non inveni. Hominem unum de mille inveni, & mulierem in omnibus his non inveni.

757. 758.

30. Solummodo hoc inveni, quia fecit Deus hominem rectum, & ipſi quæſierunt cogitationes multas. Quis novit ſapientes? & quis novit ſolutionem verbi?

VULGATA NOVA.

29. quam adhuc quærit anima mea, & non inveni. Virum de mille unum reperi, mulierem ex omnibus non inveni.

30. Solummodo hoc inveni, quòd fecerit Deus hominem rectum, & ipſe ſe infinitis miſcuerit quæſtionibus. Quis talis ut ſapiens eſt? & quis cognovit ſolutionem verbi?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

enim nos ſolemus abſolutè & neutraliter appellare..... Hebræi feminino genere pronunciant, ſicut in Pſalmo: Unam petii à Domino, hanc requiram; *pro eo quod eſt* unum.

℣. 29. Itidem Græcè, poſito uno &, ante *hominem.* Hieron. quoque in Mich. 7. to. 3. 1549. e. legit: *Et hominem unum de mille inveni*, &c. ut ſup. ſimiliter l. 1. contra Jovin. to. 4. 171. b. Auctor verò op. imp. in Matth. hom. 32. p. 135. d. *In mille virum bonum invenies; in omnibus autem his mulierem non invenies.*

℣. 30. Græc. Πλὴν ἴδε τοῦτο εὗρον, ὅ ἐνέλιπεν ὁ Θεὸς ὧν τὸν, &c. ut in Lat. Symmachus initio habet, *μόνον ἴδε.* Hieron. infra non poſuit quidem τὸ *Quis novit ſapientes?* ſed, *Quis ita ut ſapiens*, ut in Hebr. verùm poſt paulò ait: *LXX. pro eo quod nos poſuimus*, Quis ita ut ſapiens? *tranſtulerunt, Quis novit ſapientes?* quam lectionem prætulimus, pro more noſtro. Idem Hieron. l. 1. contra Jovin. to. 4. 171. b. ita legit: *Veruntamen reperi, quòd fecit Deus hominem rectum, & ipſi quæſierunt cogitationes malas.* Auguſt. verò ſer. 284. to. 5. 1142. c. *Fecit Deus hominem rectum, & ipſi exquiſierunt cogit. multas.*

CAPUT VIII.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Comment. S. Hieron. in Eccleſ. p. 757. 758.

1. SApientia hominis illuminabit vultum ejus, & impudens vultu ſuo odietur.

2. Os regis cuſtodi, & de juramento, & de verbo Dei

3. ne feſtines à facie ejus ambulare, & ne ſtes in verbo malo: quoniam omne, quod voluerit, faciet:

4. ſicut dixerit rex, poteſtatem habens: & quis dicet ei: Quid facis?

759.

5. Qui cuſtodit mandatum, non cognoſcet verbum malum. Et tempus, & judicium cognoſcit cor ſapientis.

6. Quia omni negotio eſt tempus, & judicium: quia ſcientia hominis multa ſuper eum:

7. quia neſcit quod futurum eſt; ſicut enim erit, quis annuntiabit ei?

VULGATA NOVA.

1. SApientia hominis lucet in vultu ejus, & potentiſſimus faciem illius commutabit. *Sup. 2. 14.*

2. Ego os regis obſervo, & præcepta juramenti Dei.

3. Ne feſtines recedere à facie ejus, neque permaneas in opere malo: quia omne, quod voluerit, faciet:

4. & ſermo illius poteſtate plenus eſt: nec dicere ei quiſquam poteſt: Quare ita facis?

5. Qui cuſtodit præceptum, non experietur quidquam mali. Tempus & reſponſionem cor ſapientis intelligit.

6. Omni negotio tempus eſt, & opportunitas, & multa hominis afflictio:

7. quia ignorat præterita, & futura nullo ſcire poteſt nuncio.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Græcè: poſteriorem autem verſiculum ita refert Hieron. ex Hebr. & *fortis faciem ſuam commutabit:* ſed inf. dicit, horum loco LXX. poſuiſſe: & *impudens vultu ſuo odietur;* vel *improbus facie ſua odietur;* quam lectionem & *impudens*, &c. præferendam duximus: nunc etiam in Gr. ἢ ἀναιδὴς προσώπῳ, &c. Priorem ſententiam rurſum citat Hieron. in Iſai. 56. to. 3. 412. f. *Sapientia hominis illuminat faciem ejus.*

℣. 2. Hunc verſic. primodum ita refert Hieron. ibid. *Ego os regis cuſtodio*, & *loquelam juramenti Dei:* ſed poſt paulò ait *LXX. imperativo modo* dixiſſe: *Os regis cuſtodi;* & infra: *LXX.* inquit, *aliter tranſtulerunt, dicentes: Et de juramento*, & *de verbo Dei ne feſtines*, &c. Non tamen ita ferunt veteres editt. ibid. ſed hoc modo: & *de verbo juramenti Dei ne feſtines;* quæ Græco hodierno reſpondent ad verbum. Verùm hanc ult. antea editorum lectionem improbat ac reſpuit Martianæus noſter: ita enim diſſerit Notat. in hunc loc. « Hoc item loco præter verſiculum Græcum ſuperfluè adjectum, mutant etiam (editt.) contextum Sacrum LXX. Interpretum, legentes: *de verbo juramenti Dei ne feſtines*, &c. cùm manifeſtiſſimè comprobetur ex comment. Hieron. aliter quàm apud LXX. conſcriptum fuiſſe in divinis Voluminibus, ſcilicet, *de juramento Dei*, ſive *de verbo juramenti Dei*, non *de juramento*, & *de verbo Dei*, quemadmodum legebatur in LXX. Translatorum ed. Quiſquis igitur hîc animum attenderit, veram eſſe lectionem omnium Mſs. codicum nobiſcum agnoſcet. » Non ideo tamen primùm in mente fuit iſtam adhibere lectionem, & *de juramento*, & *de verbo Dei;* imo verò Lat. aliam admittere, *de verbo juramenti Dei*, maximè cùm hodie in ed. LXX. conſtanter ita legatur: Στόμα βασιλέως φύλαξον, καὶ περὶ λόγου ὅρκου Θεοῦ μὴ σπουδάσῃς. At pondere victi ſumus & auctoritate Mſs. omnium codicum, à quibus diſcedere, ſicut Martianæo, ita nobis religio fuit. Ut ut eſt de hac vocum mutatione, illa lectio quam præferimus, cum Mſs. omnibus codd. congruit, ut etiam improbabile non ſit, vel ita in Mſ. ſuo Græco legiſſe Hieronymum, vel etiam hoc modo ſcriptum fuiſſe in antiqua Verſione Latina, cujus verba retulerit S. Doctor. In Hebr. ſic: *Ego os regis obſervo*, & *ſuper verbum juramenti Dei.* Vide ſis plura apud Nobilium.

℣. 3. Ita legitur Græcè, niſi quòd pro *ambulare*, habetur πορεύσῃ, *ambulabis*, poſitâ virgulâ poſt *feſtines*, detractâ verò conjunct. &, poſt *ambulare*, ſeu *abire*, quemadmodum legit Hieronymus ſupra. In Hebr. ſic: *ne ſis feſtinus, à facibus ejus abibis; ne ſtes*, &c. ut ſupra. Ap. Ambroſ. in Pſ. 1. col. 748. f. hæc pauca: *noli ſtare in ſermone malo.*

℣. 4. Ita rurſum Græcè, ſublato uno *dixerit.* In Mſ. tamen Alex. eſt: καθὼς βασιλεὺς ἐξουσιάζων, λαλεῖ ἢ τίς, &c. In Hebr. ſic: *in quo verbum regis imperium: & quis dicet ei: Quid facies?* In Mſ. etiam Alex. Τί ποιήσεις, al. ποιεῖς.

℣. 5. Ad verbum è Græco, præter hoc, & *judicium*, pro quo ſimpliciter, κρίσεως, *judicii.* In Hebr. & *judicium cognoſcet*, &c.

℣. 6. Sic iterum in Græco. Hieron. verſiculum poſter. ita refert primò: *afflictio quippe hominis multa ſuper eum:* ſed paulò poſt monet apud LXX. legi *ſcientiam*, non *afflictionem*, ſeu *malitiam. Pro eo autem quod*, inquit, *LXX. Interpretes dixerunt:* quia ſcientia hominis multa ſuper eum: *in Hebræo* malitiam *habet, non* ſcientiam: *ſed quia* res, & daleth *litteræ Hebraïcæ, excepto parvo apice, ſimiles ſunt; pro* raath, *legerunt* dath, *id eſt, pro* malitia, *ſcientiam.* In Hebr. præterea eſt *voluntati*, pro *negotio.*

℣. 7. Græcè, pro *neſcit*, οὐκ ἔστι γινώσκων, *non eſt qui cognoſcat;* & inf. ὅτι καθὼς, *quia ſicut*, pro *ſicut enim;* cæt. ſimilia: apud Symmachum, τίς γὰρ τὰ, &c. Exinde Hieron. ait: *Illud quoque quod in fine horum verſuum ſcriptum eſt:* quia neſcit quod factum ſit; & quid futurum ſit poſt eum, quis annuntiabit ei? *de verbo ad verbum nunc ex ſermone Hebræo tranſtulimus, ut eſſe ſenſum alterum noverimus, quod ſcilicet nec ea quæ præterierint ſcire poſſumus, nec ea quæ futura ſint, ita ut ſunt futura, cognoſcere.* Ex his porro liquet, inquit noſter Martianæus, Hieronymum in contextu Sacro coaptaſſe ſe conſuetudini LXX. Interpretum; in commentario autem de verbo ad verbum ex Hebræo ſermone tranſtuliſſe. Vide ſis plura ibid. Not. c. Idem

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

8. Non eſt in hominis poteſtate prohibere ſpiritum, nec habet poteſtatem in die mortis, nec finitur quieſcere ingruente bello, neque ſalvabit impietas impium.

9. Omnia hæc conſideravi, & dedi cor meum in cunctis operibus, quæ fiunt ſub ſole. Interdum dominatur homo homini in malum ſuum.

10. Vidi impios ſepultos: qui etiam cùm adhuc viverent, in loco ſancto erant, & laudabantur in civitate quaſi juſtorum operum: ſed & hoc vanitas eſt.

11. Etenim quia non profertur citò contra malos ſententia, abſque timore ullo filii hominum perpetrant mala.

12. Attamen peccator ex eo quòd centies facit malum, & per patientiam ſuſtentatur, ego cognovi quòd erit bonum timentibus Deum, qui verentur faciem ejus.

13. Non ſit bonum impio, nec prolongentur dies ejus, ſed quaſi umbra tranſeant qui non timent faciem Domini.

14. Eſt & alia vanitas, quæ fit ſuper terram: ſunt juſti, quibus mala proveniunt, quaſi opera egerint impiorum: & ſunt impii, qui ita ſecuri ſunt, quaſi juſtorum facta habeant: ſed & hoc vaniſſimum judico.

15. Laudavi igitur lætitiam, quòd non eſſet homini bonum ſub ſole, niſi quòd comederet, & biberet, atque gauderet: & hoc ſolum ſecum auferret de labore ſuo, in diebus vitæ ſuæ, quos dedit ei Deus ſub ſole.

16. Et appoſui cor meum ut ſcirem ſapientiam, & intelligerem diſtentionem quæ verſatur in terra: eſt homo, qui diebus & noctibus ſomnum non capit oculis.

17. Et intellexi, quòd omnium operum Dei nullam poſſit homo invenire rationem eorum, quæ fiunt ſub ſole: & quantò plus laboraverit ad quærendum, tantò minùs inveniat: etiam ſi dixerit ſapiens ſe noſſe, non poterit reperire.

VERSIO ANTIQUA.

8. Non eſt homo poteſtatem habens in ſpiritum, ut prohibeat ſpiritum: & non eſt potens in die mortis, & non eſt emiſſio in bello, & non ſalvabit impietas habentem ſe. *Ex Comment. S. Hieron. in Eccleſ. p. 759.*

9. Omnia hæc vidi, & dedi cor meum in omne opus, quod factum eſt ſub ſole. Et dominatus eſt homo homini ut affligeret eum. *760.*

10. Et tunc vidi impios ſepultos: & venerunt, & de loco ſancto egreſſi ſunt, & laudati ſunt in civitate, quia ſic fecerunt: ſed & hoc vanitas.

11. Quia enim non eſt contradictio facientibus malum citò, ideo repletum eſt cor filiorum hominis in eis, ut faciant malum.

12. Quia peccator facit malum ex tunc, & elongat ei, & ego recognoſco quia erit bonum timentibus Deum, ut timeant à facie ejus. *761.*

13. Et bonum non erit impio, & non prolongabit dies in umbra, quia non eſt timens à facie Dei.

14. Eſt vanitas, quæ fit ſuper terram: quia ſunt juſti, ad quos perveniunt quaſi facta impiorum: & ſunt impii, ad quos perveniunt quaſi facta juſtorum: dixi: Quia & hoc vanitas eſt. *762.*

15. Et laudavi ego lætitiam, quia non eſt bonum homini ſub ſole, niſi comedere, & bibere, & lætari: & ipſum egredietur cum eo de labore ſuo, diebus vitæ ſuæ, quos dedit ei Deus ſub ſole.

16. Quapropter dedi cor meum ut cognoſcerem ſapientiam, & viderem occupationem quæ facta eſt ſuper terram: quia & in die & in nocte ſomnum in oculis ſuis non eſt videns.

17. Et vidi omnia opera Dei, quia non poterit homo invenire opus, quod factum eſt ſub ſole: in quo laboravit homo ut quæreret, & non inveniet; ſquidem, & ſi dixerit ſapiens ſe cognoſcere, non poterit invenire.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. 514. a. legit: *Nemo ſcit quid futurum ſit; quia ſicuti eſt, quis annuntiabit ei?*

℣. 8. Similiter in Græco Vatic. ſi excipiatur vox ἐξουσίαν, *poteſtas* circa med. loco *potens*; ſed in Mſ. Alex. ac editt. Ald. & Compl. eſt ἐξουσιάζων; item poſt paulò in Vatic. & al. ἐν ἡμέρᾳ πολέμου, *in die belli*, pro *in bello*; ultimòque, τὸν παρ' αὐτῆς, *eum qui ab ea*, loco *habentem ſe*; ſed ap. Symm. ἔχοντα αὐτόν.

℣. 9. Græcum in principio habet, Καὶ ζύμπαν τοῦτο εἶδον, *Et omne hoc vidi*; & ſub finem, τὰ ὅλα ἐξουσιάσατο ὁ ἄνθρωπος ἐν ἀνθρώπῳ, *quæ pro poteſtate fecit homo in hominem*, loco & *dominatus eſt homo homini*; cæt. ut in Lat. ſupra. Ap. Aquil. καιρὸς ὡς ἐκυρίευσεν ὁ ἄνθρωπος, &c. In Hebr. *Omne hoc vidi, & dare cor meum ad omne factum, quod fit ſub ſole, tempore quo dominatus eſt homo in hominem in malum ſibi.*

℣. 10. Græcum loco *ſepultos*, habet, εἰς τάφους εἰσαχθέντας, *in ſepulcra introductos*; dein, καὶ ἐκ τοῦ ἁγίου ἀπορευθέντας, & *de ſancto*: & *iverunt*, loco & *venerunt*, & *de loco ſancto egreſſi ſunt*; cæt. ut ſupra. Aquila, καὶ ἤλθοσαν ἀπὸ τόπου ἁγίου. Hebr. *Et tunc vidi impios ſepultos: & venerunt, & à loco ſancto amŭlabuntur, & oblivioni tradentur in civitate, quia ſic fecerant: etiam hoc vanitas.*

℣. 11. Græcum: Ὅτι οὐκ ἔστι γινομένη ἀντίρρησις ἀπὸ τῶν ποιούντων τὸ, &c. *Quia non eſt facta contradictio à facientibus*, &c. ut ſupra. Hebr. *Quia non fit ſententia facti mali citò, ideo plenum eſt cor*, &c.

℣. 12. Græcum: Ὃς ἥμαρτεν, ἐποίησε τὸ πονηρὸν ἀπὸ τότε, καὶ ἀπὸ μακρότητος αὐτῶν· ὅτι καὶ γινώσκω ἐγὼ ὅτι ἔστιν ἀγαθὸν, &c. *Qui peccavit, fecit malum ex tunc*, & *ex longitudine eorum: quare & cognoſco ego quia eſt bonum*, &c. ut ſup. Mſ. Alex. ὅτι ἔσται ἀγαθόν. Textum paulùm diſſimilem adhibuerat Hieronymus ſupra, videlicet: *Quia peccator facit malum centies, & elongat ei, ex hoc cognoſco ego quod erit bonum timentibus Deum, qui timebunt à facie ejus:* ſed obſervat infra verbum Hebr. *maath*, LXX. tranſtuliſſe *ex tunc*, ſe verò poſuiſſe *centies*: & poſt pauca: *Hæc*, inquit, *juxta ſenſus Hebraïci veritatem: LXX. verò Interpretes... quaſi ab alio ſenſu incipientes, dixerunt: Et ego recognoſco*, &c. quæ admiſimus ſupra.

℣. 13. Hæc promit Hieron. ex edit. LXX. Sic etiam hodie legimus Græcè.

℣. 14. Rurſum Hieron. l. 2. contra Pelag. to. 4. 514. b. *Sunt juſti, ad quos pervenit quaſi opus impiorum: & ſunt impii, ad quos pervenit quaſi opus juſtorum.* Item Auguſt. l. 20. de civit. Dei, c. 3. to. 7. 575. e. *Eſt vanitas, quæ facta eſt ſuper terram: quia ſunt juſti, ſuper quos venit ſicut factum impiorum: & ſunt impii, ſuper quos venit ſicut factum juſtorum: dixi: Quoniam hoc quoque vanitas.* Ita pariter in Græco, his exceptis, ὅτι φθάνει ἐπ' αὐτοὺς..... ὅτι φθάνει πρὸς αὐτούς, *quia venit ſuper eos..... quia venit ad eos*, loco utriuſque *ſuper quos venit*; al. utrobique πρὸς αὐτούς, ſi Nobilio fides.

℣. 15. Ad verbum è Græco, præter hoc, *egredietur cum eo de*, pro quo ζυμπορεύσεται αὐτῷ ὡς, *ſimul aderit ei in*; in ed. Ald. legitur ζυμπορεύσεται; in Hebr. *comitabitur eum in*, &c. Apud Auguſt. l. 17. de civit. Dei, c. 20. to. 7. 484. d. *non eſt bonum homini, niſi quod manducabit*, & *bibet.*

℣. 16. Vix meliùs è Græco, excepta voce 1. *quapropter*, pro qua ἐν οἷς, *in quibus*; apud Symmach. διό: Hebr. *quemadmodum.*

℣. 17. Eadem ſunt in Græco, niſi quòd pro *in quo laboraverit*, exſtat, ὅσα ἂν μοχθήσῃ, *quæcunque laborabit*; & infra, καὶ γε ὅσα ἂν, *etiam quæcunque*, pro *ſquidem* & *ſi*. Idem Hieron. l. 1. cont. Pelag. to. 4. 510. a. ita legit: *quæcunque enim laboraverit homo ut requirat, non inveniet: ſi dixerit ſapiens ſe intelligere, reperire non poterit:* & l. 2. col. 514. c. *quantumcunque laboraverit homo ut inquirat, non reperiet:* & *ſi dixerit ſapiens noſſe ſe, invenire non poterit.* Item Auct. l. de voc. gent. c. 24. p. 15. e. *quantumcunque laboraverit homo ut quærat, non inveniet:* & *quodcunque dixerit ſapiens ut ſciat, non poterit invenire.* Similiter habet Auct. epiſt. ad Demetr. p. 44. f. præter penult. *non poteſt*, loco *non poterit.*

Digitized by Google

CAPUT IX.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Comment. S. Hieron. in Eccles. p. 762.

1. OMne hoc dedi in corde meo, ut considerarem universa: Quia justi & sapientes, & opera eorum in manu Domini: & quidem charitatem, & quidem odium non est cognoscens homo: omnia in facie eorum.

763. 2. In omnibus eventus unus justo & impio, bono & malo, mundo & polluto, sacrificanti & non sacrificanti: sic bonus, ut peccator; sic jurans, sicut juramentum timens.

3. Hoc est pessimum in omni, quod factum est sub sole, quia eventus unus omnibus: sed & cor filiorum hominum repletum est malitiâ, & errores in corde eorum in vita sua, & post hæc ad mortuos:

4. quia quis est qui communicet in omnes viventes? Est confidentia, quoniam canis vivens melior est à leone mortuo:

5. quia viventes sciunt quòd moriantur, & mortui nesciunt quidquam, & non est eis ampliùs merces: in oblivione enim venit memoria eorum.

6. Sed & dilectio eorum, & odium eorum, & zelus eorum jam periit, & pars non est eis adhuc in sæculo, in omni quod fit sub sole.

764. 7. Vade & comede in lætitia panem tuum, & bibe in corde bono vinum tuum: quoniam jam placuerunt Deo opera tua.

8. In omni tempore sint vestimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat.

766. 9. Vide vitam cum muliere, quam dilexisti, omnibus diebus vitæ vanitatis tuæ, qui dati sunt tibi sub sole: quia hæc est pars tua in vita, & in labore, quo tu laboras sub sole.

767. 10. Omnia quæ invenit manus tua ut facias, in

VULGATA NOVA.

1. OMnia hæc tractavi in corde meo, ut curiosè intelligerem: Sunt justi atque sapientes, & opera eorum in manu Dei: & tamen nescit homo, utrùm amore an odio dignus sit:

2. sed omnia in futurum servantur incerta, eò quòd universa æquè eveniant justo & impio, bono & malo, mundo & immundo, immolanti victimas, & sacrificia contemnenti: sicut bonus, sic & peccator: ut perjurus, ita & ille qui verum dejerat.

3. Hoc est pessimum inter omnia, quæ sub sole fiunt, quia eadem cunctis eveniunt: unde & corda filiorum hominum implentur malitiâ, & contemptu in vita sua, & post hæc ad inferos deducentur.

4. Nemo est qui semper vivat, & qui hujus rei habeat fiduciam: melior est canis vivus leone mortuo.

5. Viventes enim sciunt se esse morituros, mortui verò nihil noverunt ampliùs, nec habent ultra mercedem: quia oblivioni tradita est memoria eorum.

6. Amor quoque, & odium, & invidiæ simul perierunt, nec habent partem in hoc sæculo, & in opere quod sub sole geritur.

7. Vade ergo & comede in lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinum tuum: quia Deo placent opera tua.

8. Omni tempore sint vestimenta tua candida, & oleum de capite tuo non deficiat.

9. Perfruere vitâ cum uxore, quam diligis, cunctis diebus vitæ instabilitatis tuæ, qui dati sunt tibi sub sole omni tempore vanitatis tuæ: hæc est enim pars in vita, & in labore tuo, quo laboras sub sole.

10. Quodcunque facere potest manus tua,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græcum initio habet: Ὅτι ζύμπαν τοῦτο ἔδωκα εἰς καρδίαν μου, καὶ καρδία μου σύμπαν εἶδε τοῦτο· Ὡς οἱ δίκαιοι καὶ οἱ σοφοὶ, καὶ αἱ ἐργασίαι αὐτῶν ἐν χερὶ τοῦ Θεοῦ, &c. i. e. *Quia* (Nobil. *Quare*) *omne hoc dedi in corde meo, & cor meum omne vidit hoc: Quomodo justi & sapientes, & operationes eorum in manu Dei;* reliq. ut in Lat. supra. Hebr. textui priori respondet. Auct. verò l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 15. f. ita Græcum reddit ad verbum: *Quia universum hoc dedit* (l. *dedi*) *in cor meum, & cor meum universum hoc vidit: Quia & justi, & sapientes, & operationes eorum in manu Dei.* Item Auctor epist. ad Demetriad. p. 44. f. *Quia universum hoc vidit cor meum: Quia & justi, & sapientes, & operationes eorum, in manu Dei.*

℣. 2. Græcè, hoc præmittitur: Ματαιότης ἐν τοῖς πᾶσι· *Vanitas in omnibus:* tum sequitur: Συνάντημα ἓν τῷ δικαίῳ, &c. ut in Lat. sup. subnexâ tamen duplici conjunct. καὶ, & post *malo*, & post *polluto*, seu *immundo*, nam Græcè ἀκαθάρτῳ.

℣. 3. Itidem Græcè, præter pauca & levia; videlicet, πονηρὸν, *malum*, loco *pessimum*, ut & πονηρᾷ, *malo*, pro *malitia*; item ἀνθρώπων, *hominis*, loco *hominum*; & περιφέρεια, *circumlatio*, loco *errores*; sed ap. Aquilam πλανη; in Hebr. *insania*. Idem Hieron. l. 2. contra Pelag. to. 4. 514. c. legit: *omnium enim unus occursus est; cordaque filiorum hominum repleta sunt malitiâ, & incerto statu, quæ Græcè* περιφέρεια *dicitur.*

℣. 4. In Græco ἐλπὶς, *spes*, pro *confidentia*; extremòque, αὐτὸς ἀγαθὸς ὑπὲρ τὸν λέοντα τὸν νεκρόν, *ipse bonus super leonem mortuum*; cætera quadrant. Idem Hieron. in comment. legit: *melior est enim canis vivens, super leone mortuo.* Græco favet Hebr. nisi quòd habet, *quisquis eligitur*, loco *quis est qui communicet.* Auctor quæst. Veter. Test. apud August. to. 3. 54. c. *Spes est in tenebris:* deinde, *melior est canis vivus leone mortuo.*

℣. 5. Ita Græcè, nisi excipias futura duo, γινώσονται ὅτι ἀποθανοῦνται, *scient quia morientur*; item inf. οὐκ εἰσὶ γινώσκοντες, *non sunt cognoscentes*, pro *nesciunt*, quod idem sonat.

℣. 6. Eadem leguntur in Græco, excepto quadruplici καὶ γε, *etiam*, loco &; item inf. εἰς τὸν αἰῶνα, *in sæculum*, pro *in sæculo*; & πεποιημένῳ, pro *quod fit:* Hieronymus in comment. *& pars non erit eis adhuc in sæculo, in omni quod factum est sub sole.*

℣. 7. Similiter in Græco, dempto uno &, post *vade*, pro quo δεῦρο: Hieron. etiam tollit illud & inf. in comment. & post plura, col. 766. b. ait: *In LXX. Interpretibus dicitur: Veni, comede in lætitia panem tuum:* item sup. leg. *quia complacuerunt Deo.* Græc. ὅτι ἤδη εὐδόκησεν ὁ Θεὸς τὰ, &c. Ms. Alex. delet ἤδη. Apud Ambros. l. de exhort. virg. col. 297. e. sic: *Veni, manduca in lætitia panem tuum: quoniam jam placuerunt Deo vota tua:* at l. de instit. virg. col. 273. e. *quoniam placuerunt Deo facta tua;* Græcum, πεπράγατα.

℣. 8. Ita è Græco, præter ult. *de capite tuo*, &c. pro quibus ἐπὶ κεφαλῆς σου μὴ ὑστερησάτω, *super caput tuum non defit.* Hieron. in comment. *de capite tuo non defit;* Symmac. οὐ μὴ διαλιπέτω. Apud Ambr. l. de exhort. virg. col. 294. d. *In omni tempore sint vestimenta tua candida, & oleum in capite tuo.* Vide etiam Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. 171. c.

℣. 9. Gr. initio ipso hab. Καὶ ἴδε, *Et vide;* subinde, ὅτι αὐτὸ μερίς σου ἐν τῇ ζωῇ σου, καὶ ἐν τῷ μόχθῳ σου, *quia hoc pars tua in vita tua, & in labore tuo;* cætera quadrant ad verbum. Idem Hieronymus in Malach. 2. to. 3. 1822. f. legit: *Et vive vitam cum muliere*, &c. at mendosè, ni fallor, pro *Et vide;* nam in Græco constanter, Καὶ ἴδε ζωὴν ap. Symmach. tamen, ἀπόλαυσον ζωῆς, *fruere vitâ.* In Hebr. *Vide vitas cum uxore, quam dilexisti omnibus dub. vitarum vanitatis tuæ, quos dedit tibi sub sole, omnibus diebus vanitatis tuæ; quia hoc pars tua in vitis, & in labore tuo*, &c.

℣. 10. Vix melius è Græco, nisi quod pro *invenis*, habetur ibid. εὕρῃ, *invenerit*; & pro *in virtute tua*, ὡς ἡ δύ-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

instanter operare : quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quò tu properas.

11. Verti me ad aliud, & vidi sub sole, nec velocium esse cursum, nec fortium bellum, nec sapientium panem, nec doctorum divitias, nec artificum gratiam ; sed tempus, casumque in omnibus.

12. Nescit homo finem suum : sed sicut pisces capiuntur hamo, & sicut aves laqueo comprehenduntur, sic capiuntur homines in tempore malo, cùm eis extemplo supervenerit.

13. Hanc quoque sub sole vidi sapientiam, & probavi maximam :

14. Civitas parva, & pauci in ea viri : venit contra eam rex magnus, & vallavit eam, exstruxitque munitiones per gyrum, & perfecta est obsidio.

15. Inventusque est in ea vir pauper & sapiens, & liberavit urbem per sapientiam suam, & nullus deinceps recordatus est hominis illius pauperis.

16. Et dicebam ego, meliorem esse sapientiam fortitudine : quomodo ergo sapientia pauperis contempta est, & verba ejus non sunt audita?

17. Verba sapientium audiuntur in silentio, plus quàm clamor principis inter stultos.

Sup. 7. 20. 18. Melior est sapientia, quàm arma bellica : & qui in uno peccaverit, multa bona perdet.

VERSIO ANTIQUA.

virtute tua fac : quia non est opus, & cogitatio, & scientia, & sapientia in inferno, quò tu vadis illuc. *Ex Comment. S. Hieron. in Eccles. p. 767.*

11. Converti me, & vidi sub sole, quoniam non est velocium cursus, nec fortium prælium, nec sapientium panis, nec prudentium divitiæ, nec scientium gratia ; quoniam tempus, & eventus occurret omnibus illis.

12. Et quidem nescit homo tempus suum : quasi pisces qui retinentur in captione pessima, sicut volucres quæ colligantur laqueo, similiter corruent filii hominum in tempore malo, cùm ceciderit super ipsos extemplo. *768.*

13. Sed & hanc vidi sapientiam sub sole, & magna est apud me :

14. Civitas parva, & viri in ea pauci : & venit ad eam rex magnus, & circumdedit eam, & ædificavit adversùs eam machinam magnam.

15. Et invenit in ea virum pauperem & sapientem, & salvavit hic civitatem in sapientia sua, & homo non recordatus est hominis pauperis illius.

16. Et dixi ego : Melior est sapientia super fortitudinem, & sapientia pauperis quæ despecta est, & verba ejus quæ non sunt audita. *769.*

17. Verba sapientium in quiete audiuntur, plus quàm clamor potestatem habentis in stultis.

18. Melior est sapientia super vasa belli : & peccans unus perdet bonitatem multam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

prout virtus tua. Textui favet Hebr.

℣. 11. Hæc tota conveniunt cum Græco, nisi quòd legitur ibid. τοῖς κύφοις..... ᾧ δ' τοῖς δυνατοῖς..... καί γε ᾧ τῷ σοφῷ, & seqq. in dandi casu ; Mſ. Alex. cum Compl. ᾧ τοῖς σοφοῖς. Et verò Hieron. in comment. legit : *non est sapientibus panis, non est scientibus gratia.* Tichon. reg. 7. p. 65. h. *non levibus cursus, non fortibus prælium, neque sapienti panis.* Textui respondet Hebr.

℣. 12. Græcè ita : Ὅτι καί γε ᾧ οὐκ ἔγνω (Mſ. Alex. & Compl. delent ὅτι, cum 2. ᾧ) τὸν καιρὸν αὐτοῦ· ὡς οἱ ἰχθύες οἱ ὑπρευόμενοι ἐν ἀμφιβλήστρῳ κακῷ, ᾧ ὡς ὄρνεα τὰ ὑπρευόμενα ἐν παγίδι· ὡς αὐτὰ, παγιδ εύονται οἱ υἱοὶ τῦ ἀνθρώπυ εἰς καιρὸν πονηρὸν, &c. ut in Lat. Hieronymus scripserat sup. 764. c. *Sicut pisces qui tenentur in captione pessima, & sicut volucres quæ capiuntur in laqueo, similiter capientur filii hominum in tempore pessimo, cùm ceciderit super eos subitò :* item inf. in comment. p. 768. b. ait : *Quomodo pisces & volucres citò capiuntur à tali sagena, & ab isthmi modi laqueo.* Præterea observat ibid. *per totum librum ubicunque dicitur* filii hominum, *in Hebræo hab.* filii hominis, *hoc est, filii Adam.*

℣. 13. Sic est in Gr. præter unum τῦτο, *hoc*, loco *hanc.*

℣. 14. Similia prorsus in Gr. præter seqq. χάρακας μεγάλυς, *aggeres magnos*, loco *machinam magnam* ; Symmach. hab. ἀποτείχισμα, quod fortasse, ait Nobil. apud Hieron. est *machina*, quæ nimirum apta sit ad mœnia diruenda. Nota pro *venit..... circumdedit..... ædificavit*, Græcè scribi ἦλθη..... κυκλώση..... οἰκοδομήση.

℣. 15. Ad verbum è Græco, nisi excipiantur ista, *invenit, salvavit*, pro quibus constanter, εὑρη.... διασώσῃ, in Mſ. Alex. διασώσας ; deest etiam sup. & ante *sapientem*, sed habetur in Mſ. Alex. In Hebr. sic : *Et inventus est in ea vir pauper sapiens, & eruit ipse urbem in sapientia*, &c. ut supra.

℣. 16. Græcè, ἀγαθὴ, *bona*, loco *melior est* ; subinde simpliciter, ἐξουδενωμένη, *pro nihilo habita*, loco *quæ despecta est* ; extremòque, ὐκ εἰσακυόμενοι, *non exaudita.*

℣. 17. Ultima tantùm verba *plus quàm clamor*, &c. sic variant Græcè, ὑπὲρ κραυγὴν ἐξουσιαζόντων ἐν ἀφροσύναις, *super clamorem potestatem habentium in stultitiis.* Hebr. textui favet.

℣. 18. Græcè constanter ἀγαθὴ, *bona*, loco *melior est* ; reliqua ut in Lat. sup.

CAPUT X.

VULGATA NOVA.

1. MUscæ morientes perdunt suavitatem unguenti. Pretiosior est sapientia & gloria, parva & ad tempus stultitia.

2. Cor sapientis in dextera ejus, & cor stulti in sinistra illius.

3. Sed & in via stultus ambulans, cùm ipse insipiens sit, omnes stultos æstimat.

VERSIO ANTIQUA.

1. MUscæ morientes polluunt oleum compositionis. Pretiosa est super sapientiam & gloriam stultitia parva. *Ex Comment. S. Hieron. in Eccles. p. 770.*

2. Cor sapientis in dextera ejus, & cor stulti in sinistra illius.

3. Sed & in via cùm stultus ambulat, cor ejus minuitur, & dicit : Omnis insipiens est.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Diversa Græcum exhibet, nempe : Μυῖαι θανατῦσαι σαπεῖσαι σκευασίαν ἐλαίυ ἡδύσματος. Τίμιον ὀλίγον σοφίας ὑπὲρ δόξαν ἀφροσύνης μεγάλην. i. e. *Muscæ morientes putrefaciunt compositionem olei suavitatis. Pretiosum paululum sapientiæ super gloriam insipientiæ magnam.* Hebr. *Muscæ mortis fœtere faciet, vaporare faciet unguentum pigmentarii. Pretiosum à sapientia à gloria, stultitiæ parum ;* quæ magis ad textum accedunt. Hieron. l. 2. contra Pelag. to. 4. 514. c. legit : *Muscæ morituræ, sive ut in Hebraïco habetur, mortuæ, demoliuntur atque corrumpunt suavitatem olei.* Aug. tract. 1. in Joh. to. 3. 295. d. & l. 2. contra ep. Parmen. to. 9. col. 37. b. 40. b. *Muscæ morituræ exterminant oleum suavitatis.* Itidem Fulg. l. de Incarn. p. 430. Optat. l. 7. contra Donat. p. 106. a. *Muscæ morituræ exterminant oles suavitatem.* Gelas. epist. 7. Conc. to. 4. 1180. d. *Muscæ morituræ exterminans oleum suavitatis.*

℣. 2. Itidem Græcè, nisi hæc duo excipias, εἰς δεξιὸν, & εἰς ἀριστερὸν, *in dextro*, & *in sinistro.*

℣. 3. In Gr. ὑστερεῖ, *deficiet*, pro *minuitur*, proximèque, ἃ λογιεῖται, πάντα ἀφροσύνη ἐστίν, & *quæ cogitabit*,

Digitized by Google

	VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Ex Comment. S. Hieron. in Eccleſ. p. 771.	4. Si ſpiritus habentis poteſtatem aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris: quia ſanitas requieſcere facit peccata magna.	4. Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris: quia curatio faciet ceſſare peccata maxima.
	5. Eſt malum quod vidi ſub ſole, quaſi non ſpontaneum egrediens à facie potentis:	5. Eſt malum quod vidi ſub ſole, quaſi per errorem egrediens à facie principis:
772.	6. dari ſtultum in ſublimitatibus magnis, & divites in humili ſedentes.	6. poſitum ſtultum in dignitate ſublimi, & divites ſedere deorſum.
	7. Vidi ſervos in equis, & principes ambulantes quaſi ſervos ſuper terram.	7. Vidi ſervos in equis, & principes ambulantes ſuper terram quaſi ſervos.
	8. Qui fodit foveam, in ipſam incidet: & qui diſſipat ſepem, mordebit eum ſerpens.	8. Qui fodit foveam, incidet in eam: & qui diſſipat ſepem, mordebit eum coluber. *Prov. 26. 27. Eccli. 27. 29.*
773.	9. Qui ſubtrahit lapides, dolebit in eis: & qui ſcindit ligna, periclitabitur in eis.	9. Qui transfert lapides, affligetur in eis: & qui ſcindit ligna, vulnerabitur ab eis.
	10. Si retuſum fuerit ferrum, & faciem ejus turbaverit; & fortitudine confortabitur, & reliquum fortitudinis ſapientia eſt.	10. Si retuſum fuerit ferrum, & hoc non ut priùs, ſed hebetatum fuerit, multo labore exacuetur, & poſt induſtriam ſequetur ſapientia.
774.	11. Si momorderit ſerpens in ſilentio, non eſt amplius habenti linguam.	11. Si mordeat ſerpens in ſilentio, nihil eo minus habet qui occultè detrahit.
	12. Verba oris ſapientis gratia: & labia inſipientis præcipitabunt eum:	12. Verba oris ſapientis gratia: & labia inſipientis præcipitabunt eum:
	13. Initium verborum ejus inſipientia, & noviſſimum oris ejus error peſſimus.	13. Initium verborum ejus ſtultitia, & noviſſimum oris illius error peſſimus.
	14. Et ſtultus multiplicat verba. Ignorat homo, quid ſit quod factum eſt: & quod futurum eſt poſt eum, quis annuntiabit ei?	14. Stultus verba multiplicat. Ignorat homo, quid ante ſe fuerit: & quid poſt ſe futurum ſit, quis ei poterit indicare?
	15. Labor ſtultorum affliget eos, qui neſciunt ire in civitatem.	15. Labor ſtultorum affliget eos, qui neſciunt in urbem pergere.
775.	16. Væ tibi terra, cujus rex adoleſcens, & principes tui manè comedunt.	16. Væ tibi terra, cujus rex puer eſt, & cujus principes manè comedunt.
	17. Beata terra, cujus rex tuus filius ingenuorum, & principes tui in tempore comedunt, in fortitudine, & non in confuſione.	17. Beata terra, cujus rex nobilis eſt, & cujus principes veſcuntur in tempore ſuo, ad reficiendum, & non ad luxuriam.
776.	18. In pigritiis humiliabitur contignatio, & in	18. In pigritiis humiliabitur contignatio, &

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

omnia inſipientia ſunt; cæt. ut in Lat. ſup. Idem Hieron. in comment. legit: *Sed & in via..... cor ejus indiget, & dicit: Omnis inſipientia eſt, ſive inſipiens:* tum verſione Symmachi prolata, addit: *Septuaginta verò alium ſecere ſenſum, quo dicerent omnia, quæ inſipiens cogitat, eſſe vaniſſima.* Hebr. *& dicit: Omnibus ſtultus ipſe.*

℣. 4. Tota concordant cum Gr. præter unum præſ. *requieſcere facit*, pro fut. καταπαύσει, *requieſc. faciet.* Apud Ambr. l. 2. de interpel. Dav. c. 7. col. 648. f. *Et ſi ſpiritus poteſtatem habentis in te aſcendat, locum tuum non derelinquas:* & epiſt. 81. col. 1099. f. *locum tuum noli relinquere.* Apud Hieron. in Ezech. 38. to. 3. 967. e. *Si ſpiritus poteſtatem habentis aſcendere volnerit ſuper te, locum tuum ne derelinquas:* & l. 2. in ep. ad Eph. to. 4. 374. b. *Si ſpiritus pot. hab. aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dederis ei:* at in Iſai. 58. col. 435. e. textui priori conſonat; ſicut epiſt. 18. ad Euſtoch. to. 4. p. 2. col. 39. d. & inf. in comment. ſuo, col. 772. c. Philaſtr. Brix. l. de hæreſ. p. 720. b. legit: *Si aſcenderit ſpiritus iniquitatis dominantis in te, ne des ei locum, ut in te habitet.*

℣. 5. Loco *non ſpontaneum*, Hieron. poſuerat in textu, *ignorantia*; at infra ait: *Pro eo quod nos poſuimus:* quaſi ignorantia egrediens à facie potentis, *Aquila, Theodotio, & Septuaginta interpretati ſunt:* quaſi non ſpontaneum, *id eſt*, ὡς ἀκούσιον, à facie principis. Symmach. ἐν ἀγνοίᾳ ἐξελθὸν ἐξ ἐμπροσθεν τῦ ἐξουσιάζοντος. In ed. Rom. ὡς ἀκούσιον ἐξῆλθεν ἀπὸ προσώπυ ἐξουσιάζοντος. In Hebr. *ſicut error egrediens à facie dominantis.*

℣. 6. Ita Græcè, præter hoc primum, ἐδόθη ὁ ἄφρων, *datus eſt ſtultus*; & in fine, καθίζονται, *ſedebunt*; ap. Symm. verò κατημένυς; unde Hieronymus ait ſubjici à Symmacho: *poſitum ſtultum in ſublimitate magna, divites autem ſedere humiles.* In Hebr. *data eſt ſtultitia in excellentiis multis, & divites in humilitate ſedebunt.*

℣. 7. Ad verbum è Græco.

℣. 8. Ita rurſum Græcè. Apud Ambroſ. l. de inſtitut. virg. col. 264. a. & epiſt. 46. col. 984. e. *deſtruentem ſepem mordebit ſerpens.*

℣. 9. Concordat Græcum. Item apud Cypr. l. 3. Teſtim. p. 325. c. *ſcindens ligna, periclitabitur in eis*, ſtatimque, *ſi exciderit ferrum*; nec plura de ſeqq.

℣. 10. Hieron. primò habet: *Si retuſum fuerit ferrum, & faciem ejus turbaverit*; exinde ait: *Hoc enim eſt quod LXX. Interpretes tranſtulerunt*, & fortitudine confortabitur: paulò verò poſt eundem textum ita refert: *Si retuſum fuerit ferrum, & hoc non ut priùs, ſed conturbatum fuerit; virtutibus corroborabitur, & reliquum fortitudinis ſapientia eſt:* & infra notat *in Hebræo ſignificantiùs* dici, *& fortitudinibus corroborabitur.* Græcè nunc ita legimus: Ἐὰν ἐκπέσῃ τὸ σιδήριον, καὶ αὐτὸς πρόσωπον ἐτάραξε· καὶ δυνάμεις δυναμώσει, καὶ περίστεια τῷ ἀνδρὶ ἡ σοφία. i. e. *Si exciderit ferrum, & ipſe faciem turbavit; & fortitudines confortabit, & abundantia viro non ſapientia.* In Mſ. Alex. non τῷ ἀνδρί, ſed τῦ ἀνδρίυ, al. ἀνδρεῖν σοφία. In ed. Ald. τῦ ἀνδρὸς σοφία. In Hebr. *Si hebetatum fuerit ferrum, & ipſe non facies terſerit; & vires roborabit, & præſtantia rectificandi, ſapientia.*

℣. 11. Græcè, pro *ſilentio*, habetur ἐν ψιθυρισμῷ, *non ſuſurro*; deinde ſic: καὶ οὐκ ἔστι περίστεια τῷ ἐπάδοντι, *& non eſt amplius incantanti*; in Hebr. *habenti linguam*; & ſup. hoc etiam, *in non ſuſurro.*

℣. 12. Ad verbum è Græco, niſi excipiatur unum *præcipitabunt*, pro quo καταποντῶσι, Nobil. *deglutient*; Hieron. in comment. *in profundo gurgite pereunt.*

℣. 13. Sic iterum Græcè, præter hoc initio, λόγων στόματος αὐτῦ, *verborum oris ejus*; & in fine, περιφέρεια πονηρά, *circumlatio mala*; in Hebr. *inſania mala.*

℣. 14. Gr..... Οὐκ ἔγνω ἄνθρωπος τί τὸ γενόμενον· καὶ τί τὸ ἐσόμενον ὅτι ὀπίσω αὐτῦ, τίς, &c. ad litt. *Non novit homo, quid quod factum eſt: & quid quod futurum eſt, quod poſt eum, quis*, &c. ut ſup. Nonnulla diſſimilia in Hebr.

℣. 15. Itidem Græcè, præter hoc, ὃς οὐκ ἔγνω, *qui non novit*, pro *neſciunt*; ap. Symmach. ὁ γὰρ ἐπίσαται, *neſcit enim.* In Hebr. *eum, qui non novit*, &c.

℣. 16. Ita legit Auguſt. l. 17. de civit. Dei, c. 20. to. 7. 484. f. nec aliter Græcè, niſi quòd pro *terra*, habetur πόλις, *civitas*; ſtatimque, ἧς ὁ βασιλεύς συ νεώτερος, *cujus rex tuus junior.* Hieron. in Iſai. 3. & 5. to. 3. col. 36. b. 50. f. *Væ tibi civitas, cujus rex juvenis, & principes*, &c. Apud Symm. habetur γῆ, non πόλις. Ita etiam in Hebr.

℣. 17. Totidem verba refert Aug. l. 17. de civit. Dei, c. 20. p. 484. f. addito uno *tu*, ad 1. *Beata.* Gr. addit pariter σὺ, &c. quæ ſup. loco tamen *in tempore*, habet, πρὸς καιρὸν, *ad tempus*; & pro ult. *in confuſione*, ſic, αἰσχυνθήσονται, *confundentur.* In edit. Ald. deeſt vocula σύ. In Hebr. ita: *Beatitudines tuæ terra, quòd rex tuus filius heroum, & principes tui in tempore comedent, in fortitudine, & non in potatione.*

℣. 18. Ita è Græco, excepta voce una *infirmitate*, pro

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

in infirmitate manuum perſtillabit domus.

19. In riſum faciunt panem, & vinum ut epulentur viventes: & pecuniæ obediunt omnia.

20. In cogitatione tua regi ne detrahas, & in ſecreto cubiculi tui ne maledixeris diviti: quia & aves cœli portabunt vocem tuam, & qui habet pennas, annuntiabit ſententiam.

VERSIO ANTIQUA.

infirmitate manuum ſtillabit domus. *Ex Comment. S. Hieron. in Eccleſ. p. 776.*

19. In riſu faciunt panem, & vinum ut epulentur viventes: & argento obediunt omnia.

20. In mente tua regi ne maledixeris, & in ſecreto cubilis tui ne maledixeris diviti: quia avis cœli auferet vocem, & habens pennas annuntiabit verbum. *777.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

qua ἀργίᾳ, *ſegnitie*; Hebr. *dejectione*.

℣. 19. Græc. habet, εἰς γέλωτα, *ad riſum*, additque ἐν ἔλαιον, & *oleum*, poſt *vinum*; deinde, τῷ εὐφρᾶναι ζῶντας· καὶ τῷ ἀργυρίῳ ταπεινώσει ἐπακούσεται τὰ πάντα· Nobil. *ad lætificandum viventes: & argento humiliatione obedient omnia*. Editio Ald. hab. τῷ ἀργυρίῳ, abſque ſeq. ταπεινώσει; deeſt etiam in Compl. & in Mſ. Alex. In Hebr. ſic: *Ad riſum facientes panem, & vinum lætificabit vivos: & argentum reſpondebit omnibus.*

℣. 20. Ambroſ. l. de inſtitut. virg. to. 2. col. 251. b. legit: *Et quidem in conſcientia tua regi ne maledixeris, & in penetralibus cubiculorum ne maledicto devoveris divitem.* Gr. Καὶ γε ἐν συνειδήσει σου βασιλέα μὴ καταράσῃ, καὶ ἐν ταμιείοις κοιτώνων σου μὴ καταράσῃ πλούσιον· reliqua ut ſup. addito uno ζῇ, *tuam*, ad *vocem*. Hebr. *Etiam in ſcientia tua regem ne vilipendas, & in penetralibus cubilis tui ne vilipendas divitem: quia avis cœlorum ire faciet vocem, & præditus alis annuntiabit verbum.*

CAPUT XI.

VULGATA NOVA.

1. MItte panem tuum ſuper tranſeuntes aquas: quia poſt tempora multa invenies illum.

2. Da partem ſeptem, necnon & octo: quia ignoras quid futurum ſit mali ſuper terram.

3. Si repletæ fuerint nubes, imbrem ſuper terram effundent. Si ceciderit lignum ad auſtrum, aut ad aquilonem, in quocunque loco ceciderit, ibi erit.

4. Qui obſervat ventum, non ſeminat: & qui conſiderat nubes, nunquam metet.

5. Quomodo ignoras quæ ſit via ſpiritus, & qua ratione compingantur oſſa in ventre prægnantis; ſic neſcis opera Dei, qui fabricator eſt omnium.

6. Manè ſemina ſemen tuum, & veſpere ne ceſſet manus tua: quia neſcis quid magis oriatur, hoc aut illud; & ſi utrumque ſimul, melius erit.

7. Dulce lumen, & delectabile eſt oculis videre ſolem.

8. Si annis multis vixerit homo, & in his omnibus lætatus fuerit, meminiſſe debet tenebroſi temporis, & dierum multorum: qui cùm venerint, vanitatis arguentur præterita.

9. Lætare ergo juvenis in adoleſcentia tua, & in bono ſit cor tuum in diebus juventutis tuæ, & ambula in viis cordis tui, & in intuitu ocu-

VERSIO ANTIQUA.

1. MItte panem tuum ſuper faciem aquæ: quia in multitudine dierum invenies illum. *Ex Comment. S. Hieron. in Eccleſ. p. 777.*

2. Da partem ſeptem, & quidem octo: quia non ſcis quid futurum ſit malum ſuper terram. *778.*

3. Si repletæ fuerint nubes, imbrem ſuper terram effundent: & ſi ceciderit lignum ad auſtrum, aut ad aquilonem, in locum ubi ceciderit lignum, ibi erit.

4. Qui obſervat ventum, non ſeminabit: & qui aſpicit nubes, non metet. *779.*

5. Quomodo non cognoſcis tu quæ ſit via ſpiritus, & ſicut oſſa in utero prægnantis; ſic neſcis opera Dei, qui facit omnia.

6. In matutino ſemina ſemen tuum, & ad veſperum ne dimittas manum tuam: quoniam neſcis quid placeat, hoc an illud; & ſi utrumque, quaſi unum bonum eſt.

7. Et dulce lumen, & bonum oculis videre ſolem.

8. Quia ſi annis multis vixerit homo, in omnibus his lætetur, & meminerit dies tenebrarum, quia plurimæ erunt: omne quod venturum, eſt vanitas.

9. Lætare adoleſcens in juventute tua, & in bono ſit cor tuum in diebus juventutis tuæ, & ambula in viis cordis tui, & in intuitu oculorum tuo- *780.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Itidem Græcè. Rurſum Hieron. in Iſai. 55. to. 3. 406. b. legit: *Mitte panem tuum ſuper aquam: quia in multitudine dierum inorum invenies eum.* Ambroſ. verò l. 2. de interpel. Dav. c. 2. col. 641. a. *Mitte panem tuum ante faciem aquæ*, ut ſup. in textu.

℣. 2. Idem Hieron. epiſt. ad Cypr. to. 2. 701. b. legit: *Da partem ſeptem, & da partem octo.* Ambroſ. verò epiſt. 44. col. 977. e. *Da partem illis ſeptem, & illis quidem octo*; nec malè, cùm in Græco ſit, τοῖς ἑπτὰ, καί γε τοῖς ὀκτώ· cæt. ut ſup. Sic iterum Ambroſ. epiſt. 26. col. 895. e. dempto uno *quidem*; at l. 2. de Jac. c. 11. col. 478. c. ſervat *quidem*, ſed hab. initio, *Date partem illis ſeptem*, &c.

℣. 3. Ambroſ. epiſt. 2. col. 755. f. *Si impletæ fuerint nubes, pluviam in terram effundent.* Gr. hab. ὑετὸν, *imbre*, non *imbrem*, vel *pluviam*; jungitque cum præced. *nubes*; ſubinde loco *effundent*, ſcribit ἐκχύνει, *effundunt*; (Aquila ἐκχεεῖ;) item loco *aut*, exſtat ἐὰν, & *ſi*; & pro *in locum*, ſimpliciter τόπῳ, *loco*; cæt. quadrant. Textui favet Hebr.

℣. 4. Aptè ad Græc. præter fut. *ſeminabit*, pro quo σπείρει, *ſeminat*; at in edd. Ald. & Compl. σπερεῖ.

℣. 5. Græc. Ἐν οἷς οὐκ ἔστι γινώσκων τίς ἡ ὁδὸς τοῦ πνεύματος, ὡς ὀστᾶ ἐν γαστρὶ κυοφορούσης· οὕτως οὐ γνώσῃ τὰ ποιήματα τοῦ Θεοῦ, ὅσα ποιήσει τὰ σύμπαντα. *In quibus* (vel *Quemadmodum*) *non eſt cognoſcens quæ ſit via ſpiritûs, ſicut oſſa in utero prægnantis; ſic non cognoſces opera Dei, quæcunque faciet omnia.*

℣. 6. Eadem ſunt in Græco, præter levia nonnulla; ſcilicet, μὴ ἀφίτω ἡ χείρ σου, *ne remittat manus tua*, loco *ne dimittas man. tuam*; ſubinde, ſοιχήσει, ἢ τοῦτο, *reſtè procedet, aut hoc*, loco *placeat, hoc*; extremòque, καὶ ἐὰν τὰ δύο ἐπιτοαυτὸ, ἀγαθά, & *ſi duo in idipſum, bona*. In Mſ. Alex. ἀγαθόν.

℣. 7. Ita in Græco, verbum pro verbo.

℣. 8. Sic iterum Græcè, niſi quòd initio legitur, Ὅτι ἐὰν, *Quia & ſi*; paulòque poſt in fut. εὐφρανθήσεται, καὶ μνησθήσεται, *lætabitur, & recordabitur*; ac in fine, ἐρχόμενον, *veniens*, loco *venturum*. Apud Aquil. μεμνήσθω τῶν ἡμερῶν, ut in textu Lat. & in Hebr.

℣. 9. Eadem rurſum in Græco Vat. præter pauca; nempe pro *in bono ſit*, exſtat ἀγαθυνάτω σε, *bonum faciat te*; ap. Symmach. verò, ἐν ἀγαθῷ ἕξω, ut ſup. exinde in Vatic. huic, *cordis tui*, ſubjicitur ἀμώμος, *immaculatus*; tum ſequitur, καὶ μὴ ἐν ὁράσει, & *non in intuitu*; ſed à Mſ. Alex. ac ed. Compl. abeſt μή; extremò pariter Mſ. Alex. hab. εἰς κρίσιν, *in judicium*, non ἐν κρίσει, quod eſt in Vatic. Eadem repetit Hieron. in comment. col. 781. c. his tantùm mutatis: *Lætare juvenis in adoleſcentia tua..... & in aſpectu oculorum tuorum: & ſcito ſuper omnibus his, quia*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Comment. S. Hieron. in Eccleſ. p. 780.

rum : & ſcito hoc, quia ſuper omnibus his adducet te Deus in judicium.

10. Et repelle iram à corde tuo, & aufer malitiam à carne tua : quia adoleſcentia, & ſtultitia vanitas eſt.

VULGATA NOVA.

lorum tuorum : & ſcito quòd pro omnibus his adducet te Deus in judicium.

10. Aufer iram à corde tuo, & amove malitiam à carne tua. Adoleſcentia enim & voluptas vana ſunt.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

adducet, &c. infra, *& ſcito quoniam ſuper*, &c. In Hebr. ſic : *& bonum ſit tibi cor tuum in diebus electionum tuarum, & ambula..... & in aſpectu oculorum..... & ſcito quòd propter omnia adducet te*, &c. Apud Ambroſ. l. de exhortat. virg. col. 296. b. c. *Lætare adoleſcens in juventute tua, & oblectet te cor tuum in diebus adoleſcentiæ tuæ, & ambula in viis cordis tui ſine macula, & in aſpectu oculorum tuorum, & non in audacia oculorum tuorum : & ſcito quòd ſuper hæc omnia adducet te Deus in judicium.*

℣. 10. Ita Græcè ad verbum. In Hebr. non *ſtultitia*, ſed *pubertas ;* in Gr. ἄνοια. Apud Ambroſ. l. de exhort. virg. col. 296. c. *Et repelle iram à corde tuo, & amove nequitiam à carne tua.*

CAPUT XII.

VERSIO ANTIQUA.

Ex Comment. S. Hieron. in Eccleſ. p. 780.

1. ET memento Creatoris tui in diebus juventutis tuæ, antequam veniant dies malitiæ, & appropinquent anni, in quibus dices : Non eſt mihi in illis voluntas :

782. 783.

2. antequam obtenebreſcat ſol, & lumen, & luna, & ſtellæ, & revertantur nubes poſt pluviam :

3. in die, quo moti fuerint cuſtodes domus, & perierint viri fortitudinis, & ceſſabunt molentes, quoniam imminutæ ſunt, & contenebreſcent quæ vident in foraminibus :

4. & claudent oſtia in platea, in humilitate vocis molentis : & conſurget ad vocem volucris, & obmuteſcent omnes filiæ carminis.

784.

5. Sed & ab excelſis timebunt, & formidabunt in via, & florebit amygdalum, & impinguabitur locuſta, & diſſipabitur capparis : quoniam ibit homo in domum æternitatis ſuæ, & circumibunt in platea plangentes.

785.

6. Antequam rumpatur funiculus argenti, & recurrat vitta aurea, & conteratur hydria ſuper fontem, & confringatur rota ſuper lacum,

7. & revertatur pulvis in terram ſuam ſicut erat,

VULGATA NOVA.

1. MEmento Creatoris tui in diebus juventutis tuæ, antequam veniat tempus afflictionis, & appropinquent anni, de quibus dicas : Non mihi placent :

2. antequam tenebreſcat ſol, & lumen, & luna, & ſtellæ, & revertantur nubes poſt pluviam :

3. quando commovebuntur cuſtodes domus, & nutabunt viri fortiſſimi, & otioſæ erunt molentes in minuto numero, & tenebreſcent videntes per foramina :

4. & claudent oſtia in platea, in humilitate vocis molentis, & conſurgent ad vocem volucris, & obſurdeſcent omnes filiæ carminis.

5. Excelſa quoque timebunt, & formidabunt in via, florebit amygdalus, impinguabitur locuſta, & diſſipabitur capparis : quoniam ibit homo in domum æternitatis ſuæ, & circuibunt in platea plangentes.

6. Antequam rumpatur funiculus argenteus, & recurrat vitta aurea, & conteratur hydria ſuper fontem, & confringatur rota ſuper ciſternam,

7. & revertatur pulvis in terram ſuam unde

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Concinit Græc. niſi quòd hab. ἕως ὅτου μὴ, *uſquequo non*, pro *antequam ;* ap. Symm. πρὶν ἐλθεῖν, &c. Idem Hieron. epiſt. ad Cypr. to. 2. 700. f. legit : *Venient dies malitiæ, & in quibus dicemus : Non eſt nobis voluntas.*

℣. 2. Græcè conſtanter, ἕως ὑ μὴ, *uſquequo non*, pro *antequam ;* paulòque poſt, ἐπιστρέψωσι, *revertentur*, pro *revertantur ;* cæt. ſimilia. Apud Hieron. epiſt. ad Cypr. to. 2. 700. f. ſic : *quando obſcurabitur ſol, & luna, & ſtellæ, & convertentur nubes poſt pluviam.*

℣. 3. Tota conveniunt cum Gr. exceptis his duobus, *perierint*, & *ceſſabunt ;* pro quibus, διαστρέφωσι, *perverſi fuerint*, & ἠργήσαν, *ceſſaverunt ;* ap. Symmach. διαφθαρῶσι..... ἠργηθῶσιν. Hieron. in epiſt. ad Cypr. p. 700. f. ita legit : *in die, qua movebuntur cuſtodes domûs, & ſubvertentur viri virtutis, ceſſabuntque molentes, quia pauca facta ſunt, & obſcurabuntur quæ vident in foraminibus.*

℣. 4. Eadem leguntur Græcè, ſi excipiantur verba duo, ἀδυνεία, & ταπεινωθήσονται, pro *humilitate*, & *obmuteſcent :* Hebr. hab. *in humilitate*, & *incurvabuntur*. Hieron. tamen in comment. ad verbum *obmuteſcere*, hæc addit : *ſive ut melius habet in Hebr. ſurdeſcere filias carminis :* at epiſt. ad Cypr. to. 2. 701. a. legit : *& claudentur januæ in foro, in infirmitate vocis molentis : & exſurget ad vocem avis, & humiliabuntur omnes filiæ cantici.* In eodem etiam comment. promiſcuè habetur *volucris*, ſive *paſſeris*.

℣. 5. Hieron. epiſt. ad Cypr. col. 701. a. ſic habet : *Et quidem ab alto aſpicient, & pavores in via, & florebit amygdalum, & incraſſabitur locuſta, & ſcindetur capparis : quoniam abibit homo in domum æternitatis ſuæ, & gyrabunt in foro qui plangunt.* Ita quoque in Græco Vat. nîli quòd initio legitur : Καὶ εἰς τὸ ὕψος ὄψονται, *Et in ſublime aſpicient ;* at in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. Καί γε ἀπὸ ὕψους ὄψονται. « Sunt autem valde ſimilia, inquit Nobil. in Hebræo verba, quorum alterum ſignificat *timere*, alterum *videre :* in Hebræo quidem eſt *timebunt ; & videri* poteſt S. Hieron. ex LXX. agnoſcere ; ex Symm. autem *videbunt :* » ſequitur in Gr. Vat. ἐν θάμβοις ἐν τῇ ὁδῷ· ap. Aquil. verò, ἐν τρόμῳ τερμίζουσιν ἐν, &c. *& tremore trement in*, &c. Item infra in Vatic. pro *ibit*..... *& circumibunt*, ἐπορεύθη..... ἐν ἐκύκλωσαν, *ivit*..... *& circumierunt ;* cæt. ſimilia. Ad hoc autem, *impinguabitur locuſta*, Hieron. ait in eodem comment. *Sciendum, ubi in noſtris codicibus legitur* locuſta, *in Hebræo ſcriptum eſſe* aagab, *quod verbum apud eos ambiguum eſt ; poteſt enim* & talus, & locuſta *transferri :* & poſt paulò : *In eo verò, ubi nos habemus* capparim, *in Hebræo habet* abiona, *quod & ipſum ambiguum eſt, interpretaturque* amor, deſiderium, concupiſcentia, *vel* capparis..... *Sciendum quoque, quòd ubi nunc LXX. interpoſuerunt* amygdalum, *ipſum verbum ſit* ſoced, *quod in Jeremiæ principio eſt ; ſed ibi in* nucem *verſum eſt, hic in* amygdalum.

℣. 6. Gr. initio hab. Ἕως ὅτου μὴ ἀνατερπῇ, ad litt. *Uſquequo non evertatur*, vel *ſubvertatur ;* fortaſſe etiam τὸ ἀνατερπῇ id ſonat *interrumpatur ;* nam ap. Xenoph. ἀνατρέπειν ὁδὸν, eſt *interrumpere iter*. Ap. Symm. verò ita : Καὶ πρὶν κοπῆναι ἀπὸ χοινίν, &c. *Et antequam ſuccidatur à funiculo*, &c. Exinde in Gr. Vatic. ἐν ζυγίσθῃ τὸ..... τῷ χρυσίῳ, *& conteratur vitta auri ;* extremò, ἐν ζυτροχάσῃ, *& convolvatur*, pro *confringatur ;* cæt. quadrant. Subdit Hieron. in comment. *Rota, per quam de lacu & puteis levantur aquæ, ſi confracta fuerit, vel ut LXX. Interpretes voluerunt, in ſuo funiculo convoluta, aquæ uſus intercipitur :* item epiſt. ad Cypr. col. 701. b. legit : *Quoaduſque non pulſetur funiculus argenti, & conteratur ornamentum auri, & confringatur hydria ad fontem, & impediatur rota in lacu.* In Hebr. *Donec elongetur funis argenteus, & confringatur lenticula aurea..... & confringatur rota ad ciſternam.*

℣. 7. Ad verbum è Græco, detractâ voculâ *ſuam*. Idem Hieron. in comment. legit : *revertetur pulvis in*

Digitized by Google

Vulgata nova.	Versio antiqua.	
erat, & ſpiritus redeat ad Deum, qui dedit illum.	& ſpiritus redeat ad Deum, qui dedit illum.	*Ex Comment. S. Hieron. in Eccleſ. p.*
8. Vanitas vanitatum, dixit Eccleſiaſtes, & omnia vanitas.	8. Vanitas vanitatum, dixit Eccleſiaſtes, univerſa vanitas.	785.
9. Cùmque eſſet ſapientiſſimus Eccleſiaſtes, docuit populum, & enarravit quæ fecerat: & inveſtigans compoſuit parabolas multas.	9. Et ampliùs quia factus eſt Eccleſiaſtes ſapiens, adhuc docuit ſcientiam populum, & audire eos fecit, & ſcrutans compoſuit proverbia.	
10. Quæſivit verba utilia, & conſcripſit ſermones rectiſſimos, ac veritate plenos.	10. Multùm quæſivit Eccleſiaſtes, ut inveniret verba voluntatis, & ſcriberet rectè verba veritatis.	
11. Verba ſapientium ſicut ſtimuli, & quaſi clavi in altum defixi, quæ per magiſtrorum conſilium data ſunt à paſtore uno.	11. Verba ſapientum ut ſtimuli, & quaſi clavi in altum defixi, habentibus cœtus data ſunt à paſtore uno.	786.
12. His amplius fili mi ne requiras. Faciendi plures libros nullus eſt finis: frequenſque meditatio, carnis afflictio eſt.	12. Et amplius ab his fili mi cave. Faciendi multos libros non eſt finis: & meditatio plurima, labor eſt carnis.	
13. Finem loquendi pariter omnes audiamus. Deum time, & mandata ejus obſerva: hoc eſt enim omnis homo:	13. Finis ſermonis verbi univerſi auditu perfacilis eſt. Deum time, & mandata ejus cuſtodi: hoc eſt enim omnis homo:	788.
14. & cuncta quæ fiunt, adducet Deus in judicium pro omni errato, ſive bonum, ſive malum illud ſit.	14. quia omne factum Deus adducet in judicium de omni contemptu, ſive bonum, ſive malum ſit.	

Notæ ad Versionem antiquam.

terram ſuam, unde ſumptus eſt, & ſpiritus revertetur ad Dominum, qui dedit illum. Auguſt. epiſt. 166. ad Hieron. to. 2. col. 593. e. *tunc convertetur in terram pulvis ſicut fuit, & ſpiritus revertetur ad Dominum, qui dedit illum:* item epiſt. 190. col. 705. b. *& revertetur pulvis in terram ſicut erat, & ſpiritus revertetur ad Deum, qui dedit eum:* ſimiliter quæſt. 24. in Joſ. to. 3. 591. g. at epiſt. 143. legit: *& convertatur pulvis in terram ſicut fuit, & ſpiritus revertatur ad Deum,* &c. Similiter hab. Hieron. epiſt. ad Cypr. to. 2. 701. b. præter unum, *ad Dominum.* In Hebr. *& revertetur,* &c.

℣. 8. Ita rurſum habet Hieron. epiſt. ad Cypr. to. 2. 701. b. nec aliter in Græco.

℣. 9. Poſteriora verba ſic variant Græcè: ὅτι ἐδίδαξε γνῶζιν ζὺν τὸν ἄνθρωπον, ᾗ ὅς ἐξηχιάσατο κόσμων παροιμιῶν, *quia docuit ſcientiam hominem, & auris ſcrutabitur ornatum parabolarum.* Edit. verò Compl. hab. τὸν λαὸν, loco *hominem;* & Aquila ſubdit, ἠνωτίσατο, ᾗ ἠρεύνησε. Hebr. *adhuc docuit ſcientiam populum, & auſcultare fecit, & inveſtigavit, direxit parabolas multùm.*

℣. 10. Ad verbum è Græco, præter τὸ *ſcriberet recte*, pro quo γεγεμμένον εὐθύτητος, *ſcriptum rectitudinis;* ap. Aquil. ζυνέγραψεν ὀρθῶς, *conſcripſit rectè.* Textui Gr. favet Hebr.

℣. 11. Similiter in Græco, niſi quòd pro *habentibus cœtus*, legitur, οἱ παρὰ τῶν ζυνθημάτων ἐδόθησαν· in Hebr. *auctores collectionum dati ſunt.* Apud Hieron. in Iſai. 29. to. 3. 249. e. benè: *Sermones ſapientium tanquam ſtimuli, & quaſi clavi in altum confixi* (Gr. πεφυτευμένοι,) *qui à conciliis dati ſunt à paſtore uno:* eandem lectionem confirmat ſup. in comment. dicens: *Verba ſapientium ut ſtimuli, quæ..... & firma ſunt, & à concilio ſanctorum data, atque ab uno paſtore conceſſa, & ſolida radice fundata ſunt.* Apud Ambroſ. pariter epiſt. 2. 755. f. *Sermones ſapientium tanquam ſtimuli.*

℣. 12. Eadem leguntur Græcè: non autem ita ſimile Hebr. eſt.

℣. 13. A Græco abeſt τὸ *verbi univerſi;* loco verò ſeq. *auditu perfacilis eſt*, exſtat τὸ πᾶν ἄκουε, *omne audi;* reliqua ut in Lat. In Hebr. ſic: *Finis verbi omnis auditus eſt: Deum time,* &c. Similiter apud Auguſt. l. 20. de civit. Dei, c. 3. to. 7. 575. g. *Deum time, & mandata ejus cuſtodi: quia hoc eſt omnis homo:* item Græcè, ὅτι τῦτο πᾶς, &c. in Schol. verò, τῦτο γὰρ ὅλος, &c.

℣. 14. Ita è Græco, niſi hoc excipias, *de omni contemptu*, pro quo ἐν παντὶ παροιζημένῳ· additur etiam ibid. ᾗ poſt *bonum;* tolliturque ult. *ſit.* Hieron. ex Hebr. primùm ſcripſerat, *de omni abſcondito;* at in explanat. monet LXX. interpretatos eſſe, *de omni contemptu, vel certè*, inquit, *de omni ignorato.* Symm. περὶ παντὸς παροιζηθέντος, ἐάν τε..... ἐάν τε, &c. Apud Ambroſ. l. 3. de fide, col. 500. f. hæc ſola leguntur: *quoniam omne opus ſuum Deus adducet in judicium.* Ap. Auguſt. verò l. 20. de civit. Dei, c. 3. to. 7. 576. a. *quia omne hoc opus Deus adducet in judicium in omni deſpecto, ſive bonum, ſive malum.*

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore Francisco Luca Brugenſi.

ECCLESIASTES.

Cap. I. ℣. 18. Qui addit ſcientiam, addit & laborem. *Alii legunt* dolorem *pro* laborem: *ſed quamvis doloris ſignificatio magis Hebræo & Græco conveniat, conjicit tamen Epanorthotes ex antiquis libris ſuis, Interpretem de induſtria poſuiſſe* laborem, *qui dolor quidam eſt.*

Cap. II. ℣. 1. Dixi ego in corde meo. *Non mutes pronomen* ego *in conjunctionem* ergo.

Cap. VII. ℣. 22. Ne fortè audias ſervum tuum maledicentem tibi. *Non omittas pronomen poſſeſſivum* tuum.

Cap. VIII. ℣. 14. Sunt juſti, quibus mala proveniunt. *Pro* mala, *multi boni libri ſcribunt* multa, *quod eſt plurima.*

℣. 16. Et intelligerem diſtentionem. *Cave ne ſcribas* diſſentionem, *quod eſt diſcordiam, à diſſentio, pro* diſtentionem, *quod eſt occupationem, à diſtendo.*

Cap. X. ℣. 1. Pretioſior eſt ſapientia & gloria, parva & ad tempus ſtultitia. *Hic locus, quia obſcurus, multis modis ſuis adulteratus, quod docent noſtra Notationes. Quidam addiderunt* auro *poſt* pretioſior eſt; *quidam vocem* gloria *poſtpoſuerunt voci* parva; *quidam ſubſtantivo* gloria *adjunxerunt adjectivum* parva, *quod eſt ſubſtantivi* ſtultitia; *quidam omiſerunt & medium inter* parva & ad tempus (*quod tamen non vitiat ſenſum, cùm non ſit niſi exegeticum poſitum loco* id eſt) *denique quidam ſcripſerunt ſecundum caſum* ſtultitiæ *pro primo* ſtultitia.

℣. 19. In riſum faciunt panem, & vinum ut epulentur viventes. *Vulgò legitur* bibentes, *quod eſt potantes: correctio eſt* viventes, *quod eſt vivi, ſive mortales.*

Cap. XI. ℣. 2. Da partem ſeptem, necnon & octo. *Non eſt mutandum ſingulare* partem *in plurale* partes.

℣. 8. Vanitatis arguentur præterita. *Ita potiùs ſcribendum eſt, quàm* vanitas arguuntur.

Cap. XII. ℣. 2. Antequam tenebreſcat ſol, & lumen, & luna, & ſtellæ. *Alii ſcribunt plurale* tenebreſcant; *ſed ſingulare genuinum eſt.*

℣. 14. Pro omni errato. *Quidam antiqui libri legunt* erratu: *ſed ſpurium eſt, quod nonnulli, tranſpoſitis primis literis, ſcribunt* reatu. *Porro* abſcondito, *quod habent alii, altera interpretatio eſt.*

Digitized by Google

IN CANTICUM CANTICORUM

ADMONITIO PRÆVIA.

VERSIONEM antiquam hujus libri pene totam excepimus ex variis S. Ambroſii operibus; paucos tantùm verſiculos ex Hieronymo, Auguſtino, aut aliis; ut ſatis indicant loca diverſa infra ad marginem citata. Id ſolentes noſtro more facimus, quotieſcunque non ſuppetunt nobis Mſſ. codices, qui Verſionis hujus antiquæ partem aliquam contineant. Unum tamen invenimus codicem in Bibliotheca Monaſterii S. Theoderici ad Remos, num. 24. annorum circiter 600. qui Verſionem perpetuam Cantici Canticorum de Græco LXX. expreſſam exhibet. Quominus autem hanc Interpretationem ad textum noſtrum complendum adhiberemus, id maximè prohibuit quod deprehendimus, nimirum hunc Mſ. cod. vix aliud referre præter Verſionem Latinam ex variis Ambroſii Tractatibus decerptam. Enim verò ita ſe habet Mſ. ille codex: primò commentarium continet in Canticum Canticorum, ſub hoc titulo: Incipiunt Cantica Canticorum, excerpta de libris Beati Ambroſii: *tum ſequitur* Prologus de apologia David; *& ſic de cæteris aliis: quæ apertè ſignificant commentarium ſequens nihil aliud eſſe præter catenam locorum diverſorum, in quibus Ambroſius quiddam de hoc ſacro Cantico attingit & tractat, non quidem ob id ſolùm, vel eo nomine, & datâ operâ, cùm id genus opus inter varios S. Ambroſii Tractatus nuſpiam reperiatur; ſed obiter, & ex occaſione tantùm; quemadmodum ſæpe contingit Auctori, ut in unam rem animum præcipuè intendat, alia autem nonnulla datâ occaſione ediſſerat & exponat. Hunc autem commentarium excipit textus Latinus duplex Cantici Canticorum, columna duplici diſtinctus: unus quippe Vulgatæ hodiernæ, abſque ulla inſcriptione præfixa; alter verò Verſionis antiquæ, ſub hoc titulo,* LXX. *Hanc autem poſteriorem Interprctationem Latinam vix aliud eſſe præter textum continuum è variis hujus Cantici verſiculis in commentario prævio recitatis, dein ſimul junctis & connexis confectum, duo potiſſimùm commonſtrant: primò, quòd Verſio illa plerùmque ſatis conveniat cum illis verſiculis ejuſdem Cantici, qui exponuntur in commentario: ſecundò, quòd ſi contingat (ut etiam aliquoties evenit) ut Ambroſius aliquos hujus Cantici verſus aut verba quædam non referat, tunc Scriptor anonymus, vel verſus penitus omittat, vel verba nonnulla ſubnectat, vel etiam, idque ſæpiùs, à Vulgata noſtra repetat, quò ſacer Contextus expleatur, hiſque in locis mutilus non remaneat. Id ipſum ſanè agnoſcetur facilè, ſi conſulantur Notæ noſtræ ad loca illa varia, quæ à nobis vel vacua relicta ſunt infra in textu, vel ex Hieronymo, Auguſtino, & aliis completa ſunt, deficiente nimirum Ambroſio; v. g. cap.* II. ℣℣. 13. 16. 17. *item cap.* III. 7. 8. 10. *cap.* IV. 1. 3. 5. 6. 14. *cap.* V. 8. 9. 17. *cap.* VI. 4. 5. 11. *& cap.* VII. 3. 5. 8. 9. *Quia tamen Mſ. ille cod. S. Theoderici pluribus in locis nonnihil differt à textu Ambroſiano, qualis ſaltem è noviſſima ejus operum Editione à nobis excerptus eſt; ne, inquam, idem Mſ. penitus abjici videretur, utque ipſi ſua conſtaret auctoritas, variantes ejus lectiones, ſolito more, Notis inferioribus interſerendas duximus.*

Digitized by Google



*CANTICUM CANTICORUM SALOMONIS.

CAPUT PRIMUM.

Hoc Canticum totum eſt myſticum, pleniſſimum incomprehenſibilis amoris Chriſti erga ſponſam ſuam, ac viciſſim ſponſæ erga Chriſtum ſponſum.

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.
2. OSCULETUR me oſculo oris ſui : quia meliora ſunt ubera tua vino,	1. OSCULETUR me ab oſculis oris ſui : quoniam bona ubera tua ſuper vinum, *Ambroſ. l. 2. de fide, to. 2. 476. b.*
2. fragrantia unguentis optimis. Oleum effuſum nomen tuum : ideo adoleſcentulæ dilexerunt te.	2. & odor unguentorum tuorum ſuper omnia aromata. Unguentum exinanitum eſt nomen tuum : ideo adoleſcentulæ dilexerunt te. *Idem in Pſ. 118. to. 1. 974. c. Idem l. de inſtit. virg. to. 2. 267. e.*
3. Trahe me : poſt te curremus in odorem unguentorum tuorum. Introduxit me rex in cellaria ſua : exſultabimus & lætabimur in te, me-	3. Attrahe nos : poſt te in odorem unguentorum tuorum nos curremus. Introduxit me rex in cubiculum ſuum : exſultemus & lætemur in te, *Idem in Pſ. 118. p. 979. d. 991. f. 975. c.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* In Gr. Vat. pro titulo ſimpliciter Ἆσμα ; at in Mſ. Alex. Ἄσματα ἀσμάτων· præterea utrobique ita liber incipit : Ἆσμα ἀσμάτων , ὅ ἐſτι Σαλωμών , in Mſ. Alex. τῷ Σαλωμών , in Compl. τῷ Σολομῶντι· i. e. *Canticum canticorum , quod eſt Salomon* , vel *Salomoni*. Ambroſ. etiam præf. in Pſ. 1. n. 6. col. 739. e. ait : *Salomon ipſe , David filius , licet innumera cantica cecinisſe dicatur ; unum tamen , quod Eccleſia receperit* , Canticorum canticum *dereliquit.*

℣. 1. Itidem in Mſ. S. Theoderici n. 24. niſi excipias *quoniam* , pro *quia*. Ita quoque in Gr. Ambroſ. verò in Pſ. 118. to. 1. 974. c. e. 975. a. legit : *Oſculetur me ab oſculo.... quon. optima ubera tua ſup. vinum :* & l. 2. de virgin. to. 2. 173. b. *Oſculetur me ab oſculo..... quia ubera tua ſuper vinum :* item l. 2. de pœnit. col. 431. c. *ab oſculo ;* at l. 5. de Sacram. to. 2. 374. c. 375. a. ſcribit *ab oſculis..... quia meliora ubera tua ſup.* &c. & l. de Iſaac , c. 3. to. 1. 359. e. *quia bona ubera tua ſuper* , &c. rurſum ibid. 359. a. b. c. *Oſculetur me ab oſculis ;* ſicut tract. in Luc. 22. col. 1518. b. & epiſt. 41. to. 2. 960. a. Huic ult. lectioni ſuccinit S. Paulin. epiſt. 13. & 23. pp. 78. a. 146. a. Hieron. verò in Iſai. 63. to. 3. 468. e. leg. *Oſculetur me oſculis oris ſui :* at in Eccleſ. to. 2. 715. b. *Oſculetur me ab oſculo oris ſui :* & epiſt. ad Damaſ. to. 4. 154. f. *Oſculetur me oſculo* , &c. cui lectioni favet Caſſiod. in Pſ. 4. & 44. pp. 21. c. 152. c. ſed Mſs. quidam 1. loco ferunt *ab oſculo.*

℣. 2. Horum multa rurſus habet Ambr. l. de Iſaac , c. 3. col. 359. e. & l. de Elia , c. 10. col. 546. c. & in Pſ. 40. col. 872. e. & in Pſ. 118. col. 974. c. e. 975. a. c. & in Luc. 7. col. 1392. a. item l. 2. de virg. to. 2. 173. b. 174. a. & l. 2. de virginit. col. 223. d. & l. de Myſt. col. 332. d. & l. 4. de Sacram. col. 374. c. 375. b. 620. d. Eadem quoque leguntur in Mſ. S. Theod. detracto uno *eſt* , poſt *exinanitum ;* poſitoque inf. *propterea* , pro *ideo*. Similiter ap. Hilar. in Pſ. 132. col. 463. a. *Unguentum exinanitum nomen tuum ;* ſicut ap. S. Paulin. epiſt. 40. & 41. pp. 250. b. 253. a. Apud Vigil. Tapſ. verò l. 12. de Trin. *Unguentum effuſum nomen tuum : propterea* , &c. Gr. Μύρον ἐκκενωθὲν ὄνομά σου διὰ τοῦτο , &c. ut in Lat.

℣. 3. Mſ. S. Theod. *Attrahe nos : poſt te curremus in odorem unguent. tuorum ;* deinde , *Introduxit me* , &c. quæ ſupra , hoc ſuperaddito in fine , *æquitas dilexit te ;* de quo ult. nullibi Ambr. meminit. Græc. Εἵλκυσάν σε· ὀπίσω σου εἰς ὀσμὴν μύρων σου δραμοῦμεν. Εἰσήνεγκέ με..... εἰς τὸ ταμεῖον αὐτοῦ· ἀγαλλιασώμεθα ἐν..... ἀγαπήσομεν , &c. extre-

Digitized by Google

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Ambr. ubi ſup. diligamus ubera tua ſuper vinum.....	mores uberum tuorum ſuper vinum : recti diligunt te.
Idem de apol. Dav. 722. c. d. 4. Fuſca ſum, & decora, filia Jeruſalem, ut tabernacula Cedar, ut pelles Salomonis.	4. Nigra ſum, ſed formoſa, filiæ Jeruſalem, ſicut tabernacula Cedar, ſicut pelles Salomonis.
5. Nolite aſpicere me quia offuſcata ſum, quia *Idem in Pſ. 118.* non eſt intuitus me ſol : filii matris meæ pugna- *984. f. 985. b. c. f.* verunt adversùs me, poſuerunt me cuſtodem in vineis : vineam meam non cuſtodivi.	5. Nolite me conſiderare quòd fuſca ſim, quia decoloravit me ſol : filii matris meæ pugnaverunt contra me, poſuerunt me cuſtodem in vineis : vineam meam non cuſtodivi.
6. Annuntia mihi, quem dilexit anima mea, ubi paſcis, ubi manes in meridie, ne fortè fiam circumamicta ſuper greges ſodalium tuorum.	6. Indica mihi, quem diligit anima mea, ubi paſcas, ubi cubes in meridie, ne vagari incipiam poſt greges ſodalium tuorum.
Idem l. de Iſaac, c. 4. 361. f. 362. b. 7. Niſi cognoſcas te, decora inter mulieres, exi tu in calcaneis gregum, & paſce hœdos tuos in tabernaculis paſtorum.	7. Si ignoras te, ô pulcherrima inter mulieres, egredere, & abi poſt veſtigia gregum, & paſce hœdos tuos juxta tabernacula paſtorum.
Idem in Pſ. 118. 993. a. 8. Equæ meæ in curribus Pharaonis aſſimilavi te proxima mea.	8. Equitatui meo in curribus Pharaonis aſſimilavi te amica mea.
994. f. 9. Quàm ſpecioſæ factæ ſunt genæ tuæ ! ſicut turturis ; cervix tua ſicut redimicula.	9. Pulchræ ſunt genæ tuæ ſicut turturis : collum tuum ſicut monilia.
10. Similitudines auri faciemus tibi, ex diſtinctionibus argenti.	10. Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento.
995. c. d. 11. Quoaduſque rex eſt in declinatione ſua, nardus mea dedit odorem ſuum.	11. Dum eſſet rex in accubitu ſuo, nardus mea dedit odorem ſuum.
12. Colligatio guttæ conſobrinus meus ; botryo	12. Faſciculus myrrhæ dilectus meus mihi,

Notæ ad Versionem antiquam.

mòque, *συθύτης ἠγάπησέ σε.* Aquila initio leg. "Ελκυσόν με· Symm. "Ελκε με, *Trahe me*, non Εἵλκυσάν με, *Traxerunt me.* Ambr. tamen l. 2. de virg. col. 174. a. hab. *dilexerunt*, & *attraxerunt te* : deinde ſic : *retro odorem unguent. tuorum curramus. Induxit me rex in tabernaculum ſuum* : item l. de Myſt. to. 2. col. 332. d. *propterea adoleſcent. dilexerunt te*, & *attraxerunt te* ; dein verò, *Attrahe nos : poſt te in odorem veſtimentorum tuorum currimus* : & l. de Iſaac, c. 3. col. 359. f. *Attrahe nos, ut poſt odorem unguentorum tuorum curramus* : & in Pſ. 43. col. 899. b. *Attrahe nos : poſt odorem unguent. tuorum curremus* : ſimiliter l. 5. de Sacram. to. 2. col. 375. b. & infra addit : *Induxit me rex in cubiculum ſuum* ; ſtatimque : *Græcus* in promptuarium ſuum, & in cellarium ſuum *habet* : at ipſe l. de Iſaac, c. 4. to. 1. 360. f. 361. b. & l. de inſtit. virg. to. 2. 251. a. legit : *Introduxit me rex in cubiculum ſuum* ; dein l. de Iſa. *exſultemus & lætemur in te*, & *diligamus ubera tua ſuper vinum* ; nec plura. Hieron. pariter epiſt. de Seraph. to. 3. 519. c. necnon Caſſiod. in Pſ. 44. p. 153. c. *Introduxit me rex in cubiculum ſuum.* Ap. Auguſt. in Pſ. 44. to. 4. 393. e. hæc pauca : *poſt odorem unguent. tuorum curremus* : rurſumque ſer. 273. to. 5. 1107. a. & l. de op. mon. to. 6. 498. f.

℣. 4. Itidem in Mſ. S. Theod. exceptis his levibus, *ſicut tab..... ſicut pellis*, f. pro *pelles*, vet. more. Græcè : Μέλαινά εἰμι ἐγὼ, καὶ (Mſ. Alex. & Compl. εἰμὶ δὲ) καλὴ, θυγατέρες Ἱερυσ. ὡς... ὡς δέρρεις Σαλωμών. Hilar. in Pſ. 119. col. 376. c. *Nigra ſum*, & *formoſa*, *filiæ Jeruſ. ſicut tabernaculum Cedar.* Ambroſ. verò in Pſ. 118. col. 984. c. conſtanter : *Fuſca ſum*, & *decora*, *filiæ Jeruſ.* at. de apol. Dav. col. 696. d. *Nigra ſum*, & *decora*, *filiæ Jeruſ.* item to. 1. col. 1176. e. 1204. f. & to. 2. 286. d. 334. a. 655. e. Apud Tichon. reg. 2. p. 51. f. *Fuſca ſum*, & *decora* ; deinde, *ut tabernacula Cedar*, & *pelles Salom.* Ap. Auguſt. l. 3. de doctr. Chriſt. to. 3. 59. a. *Fuſca ſum*, & *ſpecioſa*, *ut tabernacula Cedar*, *ut pelles Salom.* Ap. Hieron. in Ezech. 27. to. 3. 890. c. & ep. ad Damaſ. to. 4. 155. a. *Nigra ſum*, *ſed formoſa* : & in Sophon. 1. col. 1643. e. *Nigra ſum*, *ſed ſpecioſa*, *filia Jeruſ.* itidem ep. 18. ad Euſtoch. to. 4. p. 2. col. 27. e. præter vocem *filia*. Apud Caſſiod. autem in Pſ. 44. p. 151. a. ut ſup. *Fuſca ſum*, & *decora*. Similiter hab. Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 9. p. 133. b. ſubditque, *filia Jeruſ.* Eucher. quæſt. in Cant. p. 847. g. *Fuſca ſum*, & *ſpecioſa*, *filia Jeruſ.*

℣. 5. Totidem verba in Mſ. S. Theod. Ambr. verò in Pſ. 118. col. 1122. a. ſic legit : *Nolite aſpicere me quoniam fuſca ſum*, *quia non reſpexit me ſol* : at ſup. 984. d. conſtanter, *quoniam offuſcata ſum* : & l. de Iſaac, c. 4. col. 361. c. *quòd offuſcata ſum* ; dein, *quoniam non eſt intuitus me ſol*, &c. Hieron. in Ezech. 27. to. 3. col. 890. c. *quia deſpexit me ſol* ; item in Iſai. 27. col. 228. b. *filii matris meæ pugnav. adverſus me.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 33. p. 157. b. *Ne aſpexeritis me quoniam ego ſum denigrata*, *quoniam deſpexit me ſol* : & ſup. hom. 1. p. 36. b. *filii mei dimicarunt in me.* Auct. l. cont. Jud. ap. Cypr. p. 499. *poſuerunt me velut cuſtodiam pomarii* ; at inf. 501. *poſuerunt me cuſtodem in vineas.* Græc. Μὴ βλέψητέ με ὅτι ἐγώ εἰμι μεμελανωμένη, ὅτι μαρέβλεψέ με ὁ ἥλιος· υἱοὶ..... ἐμαχέσαντο ἐν ἐμοὶ, ἔθεντό με φυλάκισσαν ἐν ἀμπελῶσιν, &c. ut ſup.

℣. 6. Media tantùm ſic variant in Mſ. S. Theoder. *ubi paſcas*, *ubi cubes in meridie*, *ne fiam ſicut operta poſt greges.* Græcè : πῦ ποιμαίνεις, πῦ κοιμάζεις ἐν μεσημβρίᾳ, μήποτε γένωμαι ὡς περιβαλλομένη ἐπ' ἀγέλαις, &c. ut ſup. Ambroſ. l. 4. Hex. col. 72. e. eadem repetit quæ ſupra, excepto uno *in meridiano* : ſimiliter l. de exhort. virg. col. 292. e. f. 293. a. 295. d. Vide etiam l. de Iſaac, c. 4. col. 361. d. & de apolog. Dav. 722. c. Tichon. quoque reg. 7. p. 64. e. legit : *ubi paſcis*, *ubi manes in meridiano.* Hieron. ep. 18. ad Euſtoch. to. 4. p. 2. col. 39. a. *Annuntia mihi*, *quem dilexit anima mea*, *ubi paſcis*, *ubi cubas in meridie*, *nequando efficiar ſicut operta ſuper greges ſodalium tuorum.* Sic etiam legit Auguſt. l. de unit. Eccl. to. 9. 365. f. g. 366. a. præter hoc, *ne fortè fiam*, pro *nequando efficiar* : ſimiliter habet epiſt. 93. to. 2. 241. b. f. 242. f. & ſerm. 138. to. 5. 674. d. ſeqq.

℣. 7. Idem Ambroſ. l. 1. Hex. col. 127. b. legit : *Niſi ſcias te*, *formoſa in mulieribus* : & l. de exhort. virg. to. 2. 295. d. *Niſi ſcias te*, *ô decora in mulieribus* : ſed in Pſ. 118. to. 1. 986. a. *Niſi noſcas te decoram inter mulieres* : vel *Niſi ſcias te decoram inter mul.* ſubinde, & *paſce hœdos tuos in tab.* &c. item col. 1089. d. *Niſi cognoveris te formoſam in mulieribus.* In Mſ. S. Theoder. ſimiliter : *Niſi cognoſcas te decoram inter mulieres*, deinde, *exi*, & *abi in calcaneis*, &c. ut ſupra. Apud Hieron. ep. 18. ad Euſtoch. to. 4. p. 2. col. 39. a. *Si non cognoveris te ipſam*, *ô pulchra inter mulieres*, *egredere tu in veſtigiis gregum*, & *paſce hœdos tuos in tabernaculis paſtorum.* Apud Auguſt. l. de unit. Eccl. to. 9. 366. c. *Niſi cognoveris temetipſam*, *ô decora inter mulieres* : & epiſt. 93. to. 2. 243. a. *Niſi cognoveris temetipſam*, *ô pulchra inter mulieres*, *exi tu in veſtigiis gregum*, & *paſce hœdos tuos in tabernaculis paſtorum* : ſic iterum ſerm. 285. to. 5. 1147. d. 1148. b. & in Pſ. 66. to. 4. 658. g. nec aliter in Græco.

℣. 8. Itidem in Mſ. S. Theoder. niſi quòd hab. *Pharao*, non *Pharaonis* ; ita quoque in Gr. Vide etiam Ambroſ. l. de Iſaac, c. 4. col. 362. c.

℣. 9. Mſ. S. Theoder. *Quàm ſpecioſa facta gena tua !... cervix tua ſicut rediuncula.* Hieron. in Iſai. 52. to. 3. 376. d. *Quàm pulchræ ſunt genæ tuæ ! ſicut turturis ; collum tuum ſicut monilia.* Gr. Τί ὡραιώθησαν,.... τράχηλός σε ὡς ὁρμίσκοι.

℣. 10. Ita legunt Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. 171. f. & Auguſt. l. 1. de Trin. to. 8. 759. e. una cum Græco, niſi quòd habent *cum diſtinctionibus*, è Gr. μετὰ στιγμάτων. Mſ. S. Theoder. *ex diſtinctionibus*, ut & alia quæ ſupra.

℣. 11. Similiter in Mſ. S. Theoder. excepto uno *erit* pro *eſt*. Ap. Hieron. l. 1. cont. Jovin. col. 171. f. *Quoaduſque rex in accubitu ſuo eſt.* Ap. Auguſt. l. 1. de Trin. to. 8. 759. e. *Quoaduſque rex in recubitu ſuo eſt.* Gr.... ἐν ἀναπαύσει αὐτῦ, κάρδος, &c. ut in Lat.

℣. 12. Idem Ambr. ſup. 979. f. ſimpliciter legit :

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

inter ubera mea commorabitur.

13. Botrus cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi.

14. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce tu pulchra es, oculi tui columbarum.

15. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decorus. Lectulus noſter floridus:

16. tigna domorum noſtrarum cedrina, laquearia noſtra cypreſſina.

VERSIO ANTIQUA.

cypri frater meus mihi, inter media ubera mea requieſcit. *Ambroſ. ubi ſup.*

13. Nardus cypri conſobrinus meus, in vineis Engaddi.

14. Ecce es bona proxima mea, ecce es bona... *996. b.*

15. Ecce es formoſus conſobrinus meus, & quidem pulcher. Adclinatio noſtra opaca:

16. trabes domorum noſtrarum cedri, lacunaria noſtra cupreſſi. *1014. e. 1015. b. c.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Colligatio guttæ frater meus mihi, inter media ubera requieſcet. Mſ. S. Theoder. *Colligatio guttæ conſobrinus meus mihi, in medio uberum meorum commorabitur.* Hieron. quoque l. 1. cont. Jovin. to. 4. 172. f. hab. *in medio uberum meorum commorabitur.* Græc. Ἀπόδεσμος τῆς σαπίης ἀδελφιδός μου ἐμοὶ, ἀναμέσον τῶν μαζῶν μου αὐλισθήσεται· ab ed. Ald. abeſt ἐμοὶ.

℣. 13. Mſ. S. Theoder. *Botrio Cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi.* Auct. l. de XLII. manſ. ap. Ambr. col. 11. e. *Botrus Cypri fraternus meus mihi, in*, &c. ut ſup. Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. p. 2. c. 9. p. 133. b. *Botrus Cypri fraternelis meus.* Gr. Βότρυς τῆς κύπρου ἀδελφιδός μου ἐμοὶ, ὁ, &c. ut in Lat.

℣. 14. Ambroſ. poſt paulò habet: *Es ipſa bona es, & decora:* & inf. 1020. f. *Ecce proxima mea bona.* In Mſ. S. Theod. omnia ut in textu priori, hoc adjuncto in fine, *oculi tui columbæ.* Item Græcè: Ἰδοὺ εἶ καλὴ..... ἰδοὺ εἶ καλὴ, ὀφθαλμοὶ σου περιστεραί.

℣. 15. Concinit Græcum, niſi quòd loco *adclinatio*, hab. πρὸς κλίνη, quod Nobilius vertit *ad cubile*; Ambroſ. legiſſe videtur conjunctim, προσκλίνη; & verò in ed. Ald. ſimpliciter κλίνη; at in Compl. πρὸς κλίνην. Idem Ambroſ. inf. 1020. f. habet: *Ecce bonus fraternus meus, ecce es bonus:* & l. de Iſaac, c. 4. col. 365. b. *Ecce es ſponſus conſobrinus meus, equidem pulcher. Acclinatio noſtra opaca:* Mſs. nonnulli ferunt ibid. cum vet. edit. *Ecce ſponſus eſt conſobrinus meus;* & *ideo pulchra acclinatio:* at octo probatiores priori lect. favent. In Mſ. S. Theoder. *Ecce, inquit, formoſus conſobrinus*, &c. ut in textu. In Gr. Ἰδοὺ εἶ καλὸς ἀδελφιδός μου, καί γε ὡραῖος, &c.

℣. 16. Sic iterum Ambroſ. legit l. de Iſaac, c. 4. col. 365. b. cum Mſ. S. Theoder. at l. 3. Hexa. col. 54. a. ita: *trabes domorum noſtrorum cedrinæ, lacunaria noſtra cupreſſina.* Græc. priori lectioni favet.

CAPUT II.

VULGATA NOVA.

1. EGo flos campi, & lilium convallium.

2. Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias.

3. Sicut malus inter ligna ſilvarum, ſic dilectus meus inter filios. Sub umbra illius, quem deſideraveram, ſedi: & fructus ejus dulcis gutturi meo.

4. Introduxit me in cellam vinariam, ordinavit in me charitatem.

5. Fulcite me floribus, ſtipate me malis: quia amore langueo.

6. Læva ejus ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me.

VERSIO ANTIQUA.

1. EGo flos campi, & lilium convallium. *Ambroſ. in Pſ. 118. 1020. c.*

2. [a] Sicut lilium in medio ſpinarum, ita proxima mea in medio filiarum. [a] *Aug. in Pſ. 99. to. 4. 1075. d. e.*

3. [b] Tanquam malus in lignis nemoris, ita fraternus meus in medio filiorum. In umbra ejus concupivi, & ſedi: & fructus ejus dulcis in faucibus meis. [b] *Ambroſ. l. 1. de virg. to. 2. 157. f.*

4. Introducite me in domum vini, conſtituite in me dilectionem. *Idem in Pſ. 118. 1. 1. 1021. f. 1022. a. e.*

5. Confirmate me in unguentis, ſtipate me in malis: quia vulnerata dilectionis ego ſum.

6. Læva ejus ſub capite meo, & dextera ejus amplexabitur me.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Eadem profert Ambroſ. l. de Iſaac, c. 4. col. 365. d. cum Mſ. S. Theoder. item de apolog. Dav. col. 723. b. & in Luc. 12. col. 1441. a. & l. 1. de virg. to. 2. 157. a. rurſum inf. 226. c. 269. c. 641. d. Concinit Hieron. epiſt. ad Princip. to. 2. 682. b. Ita quoque in Græco, deletâ conjunct. &.

℣. 2. Ita Auguſt. conſtanter, & in Pſ. 47. col. 420. f. & l. de unit. Eccl. to. 9. 362. b. cui ſuffragatur Hieron. epiſt. ad Princip. to. 2. 682. b. & in Oſe. 14. to. 3. 1334. a. Ita quoque in Græco. Similiter ap. Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1020. c. *Sicut lilium in medio ſpinarum:* item l. 1. de virg. to. 2. 157. a. & l. de virginit. col. 226. d. & l. de inſtit. virg. col. 269. c. legit aliquando *tanquam*, pro *ſicut*. In Mſ. S. Theoder. *Sicut lilium in medio ſpin. ecce proxima mea bona.*

℣. 3. Concordant hæc tota cum Græco, niſi excipias ult. *faucibus*, pro quo λάρυγξι, *gutturi*, quod idem ſonat. Eadem repetit Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1020. f. 1021. a. c. e. & 1022. d. f. paucis mutatis, ita ſcilicet: *Tanquam malum in lignis ſilvæ, ita conſobrinus meus in medio filiorum:* at in Luc. 13. col. 1453. f. 1454. a. *Sicut arbor mali inter ligna ſilvæ, ita frater meus inter medium filiorum:* ſimiliter l. de virginit. to. 2. 226. e. præter unum *fraternus*; ſubdit etiam: *In umbra ejus concupivi*, &c. ut ſup. item l. de Iſaac, c. 4. col. 365. c. & in Luc. 13. & 15. col. 1455. b. 1463. a. & l. 3. Hexa. col. 61. c. Apud Hieron. in Joel. 1. to. 3. 1345. a. *Sicut malum in medio lignorum, ita fratruelis meus in medio filiorum:* & in Oſe. 14. col. 1334. c. *Sub umbra ejus requievi, & ſedi: & fructus ejus dulcis eſt in ore meo.* In Mſ. verò S. Theoder. antecedunt iſta: *Ecce bonus frater meus, ecce es bonus:* deinde: *tanquam malus in lignis ſilvæ, ita conſobrinus meus in medio filiorum. In umbra ejus concupivi*, &c. ut in textu Ambr.

℣. 4. Idem Ambr. l. de virginit. to. 2. 226. f. *Inducite me in domum vini,* & *ordinate in me charitatem:* item in Luc. 6. to. 1. 1369. c. & 1373. a. cum Gelaſ. l. ep. 9. c. 9. Conc. to. 4. 1190. d. *ordinate in me charitatem:* at l. de Iſaac, c. 4. col. 365. c. Ambr. legit: *Introduc me in domum vini, conſtitue in me charit.* Mſ. S. Theoder. *Introduc me in cellam vini, conſtitue in me dilectionem.* Hieron. in Zach. 9. to. 3. 1764. a. *Introducite me in cellulam vini;* ſtatimque, *confortate me in unguentis*, ut inf. ℣. 5. at in Zach. 14. col. 1798. b. *Inducite me in cellam vini, ponite ſuper me charitatem.* Auguſt. in Pſ. 7. to. 4. 36. f. *Inducite me in domum vini:* & in Speculo, to. 3. 715. c. *ordinate in me charitatem.* Græcè pariter: Εἰσαγάγετέ με εἰς οἶκον τοῦ οἴνου, τάξατε ἐπ' ἐμὲ ἀγάπην.

℣. 5. Itidem in Mſ. S. Theoder. ſicut in Græco: Mſ. tamen S. Theod. hab. *vulneratæ*, non *vulnerata*; Græc. verò conſtanter, τετρωμένη ἀγάπης ἐγώ· Ambroſ. quoque inf. 1023. a. legit, *vulnerata charitatis ego ſum:* item l. de virginit. to. 2. 221. e. 235. e. & l. de exhort. virg. col. 293. f. cui accinit S. Paulin. epiſt. 23. p. 146. c. Similiter ap. Hilar. in Pſ. 119. col. 374. b. *vulnerata dilectionis ego ſum.* Apud Hieron. in Zach. 9. to. 3. 1764. a. *Confortate me in unguentis.* Ap. Auguſt. in Pſ. 7. to. 4. 36. f. *Conſtituite me inter unguenta, conſtipate me inter mella* (f. *mala*:) *quoniam vulnerata charitate ego ſum.* Item apud Gregor. M. l. 6. & 34. in Job, to. 1. col. 200. d. 1124. d. *vulnerata charitate ego ſum.*

℣. 6. Hieron. ep. ad Fabiol. to. 2. 598. b. unà cum Gr. *Siniſtra ejus ſub capite meo,* & *dextera ejus complectetur me.* Concinit Auguſt. tract. 99. in Joh. to. 3. p. 2.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Ambroſ. ubi ſup. 7. Adjuravi vos filiæ Jeruſalem in virtutibus & fortitudinibus agri, ſi ſuſcitaveritis, & reſuſcitaveritis dilectionem, uſquequo voluerit.	7. Adjuro vos filiæ Jeruſalem, per capreas cervoſque camporum, ne ſuſcitetis, neque evigilare faciatis dilectam, quoaduſque ipſa velit.
Idem in Luc. 3. to. 1. 1323. e. f. 8. Vox fratris mei, ecce hic venit ſaliens ſuper montes, & tranſiliens ſuper colles:	8. Vox dilecti mei, ecce iſte venit ſaliens in montibus, tranſiliens colles:
9. ſimilis frater meus capreæ, vel hinnulo cervorum in montibus Bethel: ecce hic retro poſt parietem noſtrum proſpiciens per feneſtras, proſpiciens per retia.	9. ſimilis eſt dilectus meus capreæ, hinnuloque cervorum: en ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos.
10. Reſpondit frater meus, & dixit mihi: Surge, veni proxima mea, ſpecioſa mea, columba mea.	10. Et dilectus meus loquitur mihi: Surge, propera amica mea, columba mea, formoſa mea, & veni.
11. Quoniam ecce hiems tranſivit, pluvia abiit, diſceſſit ſibi.	11. Jam enim hiems tranſiit, imber abiit, & receſſit.
Idem l. de Iſaac, c. 4. 366. c. 12. Flores viſi ſunt in terra, tempus ſecandi advênit: vox turturis audita eſt in terra noſtra:	12. Flores apparuerunt in terra noſtra, tempus putationis advênit: vox turturis audita eſt in terra noſtra:
[a] *Hieron. l. 1. cont. Jovin. t. 4. 172. b.* 13. ficus protulit groſſos ſuos.....[a] Surge, veni proxima mea, ſponſa mea, & veni:	13. ficus protulit groſſos ſuos: vineæ florentes dederunt odorem ſuum. Surge, amica mea, ſpecioſa mea, & veni:
Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1042. c. 14. tu columba mea in tegumento petræ, juxta præmunitionem, oſtende mihi faciem tuam, & inſinua vocem tuam: quia vox tua ſuavis eſt, & facies tua pulchra.	14. columba mea in foraminibus petræ, in caverna maceriæ, oſtende mihi faciem tuam, ſonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decora.
Ibid. 1114. a. 15. Prendite nobis vulpes puſillas, exterminantes vineas, ut vineæ noſtræ floreant.	15. Capite nobis vulpes parvulas, quæ demoliuntur vineas: nam vinea noſtra floruit.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

col. 745. c. & in Pſ. 120. to. 4. 1378. f. 1609. f. Ambroſ. etiam loco cit. col. 1023. d. & 1151. d. legit *complectetur me*, cum Mſ. S. Theoder. At Hieron. in Zach. 4. col. 1726. f. *amplexatur me*: & epiſt. ad Euſtoch. to. 4. p. 2. col. 35. f. *amplexabitur me*; Gr. περιλήψεταί με.

℣. 7. Ita Græcè verbum pro verbo. Idem Ambroſ. l. de exhort. virg. to. 2. 293. f. *ſi ſuſcitaveritis, & excitaveritis charitatem*: & in Pſ. 40. col. 880. e. *ſi ſuſcitaveritis, & reſuſcitaveritis charitatem*: & in Pſ. 118. col. 1024. a. *aut reſuſcitaveritis charitatem*: vide etiam l. 2. de Jacob, c. 1. col. 460. a. In Mſ. S. Theoder. *& reſuſcitaveritis charitatem, quouſque voluerit*; cæt. ut ſupra. Gr. ἢ ἐξεγείρητε τὴν... ἕως ἂν, &c.

℣. 8. Idem Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1034. b. *Vox conſobrini mei, ecce hic advenit ſaliens ſuper montes, tranſiliens ſuper colles*: item l. 2. de interpel. Dav. c. 1. col. 639. a. *ecce hic advenit ſaliens ſuper montes, tranſiliens*, &c. at l. de Iſaac, c. 4. col. 365. e. & *tranſiliens*, &c. ſimiliter l. de Cain, c. 5. col. 191. b. Apud Hieron. in Iſai. 2. to. 3. p. 22. b. *Vox fratruelis mei, ecce hic venit ſaliens ſuper montes, tranſiliens colles.* Ita quoque in Græco, niſi quòd habetur ἐπὶ, *ſuper*, ante *colles*. In Mſ. S. Theoder. *Vox conſobrini mei, ecce iſte venit ſal. ſup. montes, tranſil. ſup. colles.*

℣. 9. Rurſus Ambroſ. l. 1. de interpel. Job, c. 1. col. 639. a. *ſimilis eſt conſobrinus meus capreolæ, aut hinnulo cervorum ſuper montes Bethel: ecce hic poſt parietem noſtrum proſpiciens per feneſtras, eminens per retia*: item l. 1. de Cain, c. 5. col. 191. b. ac in Pſ. 118. col. 1034. b. *eminens ſuper retia.* Hieron. in Iſai. 2. to. 3. 22. b. *ſimilis eſt fratruelis meus capreæ, vel hinnulo cervorum in montibus Bethel*: ſic etiam in Habac. 3. col. 1640. e. at in Iſai. 35. col. 279. f. legit: *ſimilis eſt fratruelis meus capreæ, vel.... ſuper montes aromatum*: deinde in Ezech. 12. col. 767. c. *ecce iſte poſt parietem noſtrum proſpiciens per feneſtras, apparens per retia.* In Mſ. verò S. Theoder. *ſimilis eſt dilectus meus capreolo, aut hinnulo.... ſuper montes Bethel: en ipſe ſtat poſt parietem domus noſtræ reſpiciens, proſpiciens per feneſtras, eminens per retia.* Græc. ὁμοιός ἐστιν ἀδελφιδός μου τῷ..... ἐπὶ τὰ ὄρη Βαιθήλ· ἰδοὺ ἕστος ὀπίσω τοῦ τοίχου ἡμῶν παρακύπτων διὰ..... ἐκκύπτων διὰ τῶν, &c.

℣. 10. Idem Ambroſ. l. 1. de interpel. Job, c. 1. col. 639. a. legit: *Reſpondit conſobrinus meus, & dixit mihi: Exſurge, veni proxima mea, formoſa mea, columba mea*: item l. de Iſaac, c. 4. col. 366. c. d. *Exſurge, veni proxima mea*: & l. de apolog. Dav. col. 722. f. addit: *formoſa mea, columba mea, perfecta mea*: l. verò de inſtit. virg. to. 2. 250. a. delet τὸ *perfecta mea*; quod etiam abeſt à Græco: rurſum in Pſ. 118. col. 1034. b. ſic hab. *Reſpondet conſobrinus meus, & dicit mihi: Surge, veni proxima mea, formoſa mea, columba mea.* Ita quoque in Græco eſt. Apud Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. 171. f. *Surge, veni proxima mea, ſponſa mea, columba mea*: & epiſt. 18. ad Euſtoch. to. 4. p. 2. col. 49. a. *ſpecioſa mea, columba mea*: & epiſt. ad Damaſ. to. 3. 525. b. *Surge, veni proxima mea, ſpecioſa mea, columba mea.* In Mſ. S. Theoder. ita: *En dilectus meus loquitur mihi: Exſurge, veni proxima mea, perfecta mea, formoſa mea, columba mea.*

℣. 11. Ita Græcè ad verbum. Idem Ambroſ. l. 1. Hexa. c. 4. col. 72. f. *Hiems abiit*; & l. de Iſaac, c. 4. col. 366. e. *Jam præteriit hiems*: & l. 1. de interpel. Job, c. 1. col. 639. a. *Quia ecce hiems præteriit, imber abiit, diſceſſit ſibi*: ſimiliter de apol. Dav. col. 722. f. & in Pſ. 118. col. 1034. b. 1039. e. Apud Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. 171. f. *Quoniam ecce hiems tranſiit, pluvia abiit ſibi*: ita quoque epiſt. 18. ad Euſtoch. to. 4. p. 2. col. 49. a. & epiſt. ad Damaſ. to. 3. 525. b. Hilar. in Pſ. 95. *Quoniam hiems pertranſiit, pluvia abiit.* In Mſ. S. Theoder. *Ecce hiems præteriit, imber diſceſſit ſibi.*

℣. 12. Itidem in Mſ. S. Theoder. Ambroſ. verò l. de interpel. Job, c. 1. col. 639. a. legit: *meſſis inciſionis advenit*, &c. & l. 4. Hexa. col. 73. a. *tempus meſſis advenit*; mel. l. de exhort. virg. to. 2. 279. e. *tempus inciſionis*, è Gr. καιρὸς τῆς τομῆς. Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. 172. a. bene: *Flores viſi ſunt in terra, tempus ſectionis advenit.* Sed Ambr. in Pſ. 118. col. 1040. e. & in Luc. 3. & 20. col. 1511. c. 1323. e. f. conſtanter hab. *tempus ſecandi*; cæt. Græco congruunt.

℣. 13. Mſ. S. Theoder. *ficus prot. groſſos ſuos: vineæ florentes odorem dederunt. Surge, propera amica mea, ſponſa mea*, & *veni.* Græc. ἡ συκῆ...., αἱ ἄμπελοι κυπρίζουσι, ἔδωκαν ὀσμήν. Ἀνάστα, ἐλθὲ ἡ πλησίον μου, καλή μου, περιστερά μου, καὶ ἐλθέ· i. e. *ficus..... vites florent, dederunt odorem. Surge, veni proxima mea, formoſa mea, columba mea*, &c. Idem Ambr. in Luc. 6. col. 1374. f. leg. *ficus dederunt groſſos ſuos*: & in Luc. 13. col. 1449. d. *ficus producit groſſos ſuos*: & in Luc. 18. col. 1493. f. *arbor ſici produxit groſſos ſuos.* Hilarius quoque in Matth. col. 715. e. ait: *Groſſa enim, & communis uſus, & Prophetica auctoritas nuncupavit*; Gr. ὀλυνθους.

℣. 14. Sic iterum Ambroſ. l. de Iſaac, c. 4. col. 367. a. uſque ad vocem *quia*; item paulò ſup. *ſurge ſecura in tegumento petræ*: & inf. 1251. c. *inſinua mihi vocem tuam*, &c. ſic etiam epiſt. 31. col. 915. e. Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. 172. b. ita legit: *tu columba mea in velamento petræ, juxta promurale, & oſtende mihi faciem tuam, & auditam fac mihi vocem tuam: quoniam vox tua ſuavis, & facies tua ſpecioſa.* Arnob. de Deo trino, to. 8. 213. g. *veni ad me proxima mea, ſponſa mea, formoſa mea, & in velamento petræ continuata muro.* In Mſ. S. Theoder. omnia ut in textu, exceptis his paucis, & *inſinua mihi..... quia vox tua ſuavis, & facies tua decora.* Gr. σὺ περιστερά μου ἐν σκέπῃ τῆς πέτρας, ἐχόμενα τῦ τειχίσματος, δεῖξόν μοι..... ἡ ἀκούτισόν με τὴν..... ὅτι..... ἡδεῖα, καὶ ἡ ὄψις σου ὡραία.

℣. 15. Ita rurſum Ambroſ. in Luc. 9. to. 1. 1418. f.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

16. Dilectus meus mihi, & ego illi, qui paſcitur inter lilia,

17. donec aſpiret dies, & inclinentur umbræ. Revertere : ſimilis eſto, dilecte mi, capreæ, hinnuloque cervorum ſuper montes Bether.

VERSIO ANTIQUA.

16. Frater meus mihi, & ego ei, qui paſcit in liliis, *Ambr. l. de Iſaac, c. 8. p. 379. b.*

17. uſque dum aſpiret dies, & amoveantur umbræ.....

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

& l. 2. de Spir. S. to. 2. niſi quòd initio leg. *capite*, non *prendite*. Ita quoque in Mſ. S. Theoder. ſicut in Græco; Mſ. tamen extremò hab. *ut vinea noſtra floreat* num. ſing. Gr. verò, ἡ αἱ ἄμπελοι ἡμῶν κυπρίζυσαι, & *vineæ noſtræ florentes*; at in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. κυπρίζνεν, ut ſupra. Rufin. l. 2. de bened. Patr. p. 13. a. *Prendite mihi vulpes puſillas, exterminantes vineas meas.* Auguſt. in Pſ. 80. to. 4. 264. c. *Capite nobis vulpes puſillas, exterminantes vineas, latentes in cavernis tortuoſis.* Caſſiod. in Pſ. 62. p. 207. b. *Capite nobis vulpes, exterminantes vineam.* Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. p. 2. c. 21. col. 146. a. *Capite nobis vulpes puſillas, exterminantes vineas.* Philaſtr. Brix. de hæreſ. p. 707. h. *Prendite nobis vulpes minimas, exterminantes vineam Domini.*

℣. 16. Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. 172. b. *Fratruelis meus mihi, & ego illi, qui paſcit inter lilia.* Sic etiam in Græco, excepto ult. ὡ τοῖς κρίνοις, quod idem valet. Mſ. S. Theoder. Vulgatæ conſonat, niſi quòd hab. *paſcit*, non *paſcitur*.

℣. 17. Ita Græcè. Apud Auguſt. l. cont. Jud. to. 8. 33. f. *adſpiravit dies, removeantur umbræ*; Gr. ἀ κινηθῶσιν αἱ, &c. In Mſ. S. Theoder. ℣. totus ut in Vulg. excepto ult. *Bethel*, pro *Bether*.

CAPUT III.

VULGATA NOVA.

1. IN lectulo meo per noctes quæſivi quem diligit anima mea : quæſivi illum, & non inveni.

2. Surgam, & circuibo civitatem : per vicos & plateas quæram quem diligit anima mea : quæſivi illum, & non inveni.

3. Invenerunt me vigiles, qui cuſtodiunt civitatem : Num quem diligit anima mea, vidiſtis?

4. Paululùm cùm pertranſiſſem eos, inveni quem diligit anima mea : tenui eum ; nec dimittam, donec introducam illum in domum matris meæ, & in cubiculum genitricis meæ.

5. Adjuro vos filiæ Jeruſalem, per capreas cervoſque camporum, ne ſuſcitetis, neque evigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit.

6. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit per deſertum, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & univerſi pulveris pigmentarii?

VERSIO ANTIQUA.

1. IN cubili meo in noctibus quæſivi quem dilexit anima mea : quæſivi eum, & non inveni eum; vocavi eum, & non obaudivit me. *Ambroſ. l. de virginit. to. 2. 224. f. 225. a.*

2. Exſurgam, ibo, & circumibo civitatem : in foro, & in plateis, & quæram quem dilexit anima mea : quæſivi eum, & non inveni eum.

3..... Nunquid quem dilexit anima mea, vidiſtis? *Idem in Pſ. 118. p. 1055. d.*

4. Quàm modicum fuit cùm tranſivi ab ipſis, donec inveni quem dilexit anima mea : tenui eum; & non relinquam eum, donec introducam eum in domum matris meæ, & in cubiculum ejus quæ me concepit. *Idem l. de virgin. to. 2. 232. b. d.*

5. Adjuravi vos filiæ Jeruſalem in virtutibus & fortitudinibus agri, ne ſuſcitaveritis, & excitaveritis charitatem, uſquequo voluerit. *Idem l. 2. de interpel. Dav. c. 1. p. 638. f.*

6. Quæ eſt hæc, quæ aſcendit à deſerto ſicut vitis propago, fumo incenſa, odorificata myrrhâ, & thure, ab omnibus pulveribus unguenti? *Idem ep. 64. to. 2. 1050. c.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Eadem ſunt in Græco. Nonnulla etiam de his refert idem Ambr. l. de Iſaac, c. 5. col. 367. d. 368. d. & in Pſ. 118. col. 1054. d. 1215. d. 1255. b. item de apol. Dav. 723. d. habet : *In cubili, in noctibus.... quæſivi eum, & non inveni : vocavi eum, & non exaudivit me.* Similiter Hieron. ep. 18. ad Euſtoch. to. 4. p. 2. col. 34. f. *In noctibus quæſivi quem dilexit anima mea.* Rufin. in Symb. p. 185. c. *In cubili meo quæſivi eum, & non inveni.* Caſſian. coll. 13. c. 12. p. 610. *In cubili meo in noctibus quæſivi quem dilexit anima mea : quæſivi eum, & non inveni; vocavi eum, & non reſpondit mihi.* In Mſ. S. Theoder. ſimpliciter : *In cubiculo meo in noctibus quæſivi quem dilexit anima mea : quæſivi illum, & non inveni.*

℣. 2. Græcè pro *ibo*, exſtat δὴ, *nunc*; mox ita, ἐν πλατείαις ἐν τῇ πόλει, ἐν ταῖς ἀγοραῖς, &c. ut in Lat. Ambroſius l. de Iſaac, c. 5. col. 367. d. rectè : *Exſurgam itaque, & quæram in civitate, in foro, in plateis :* at l. de apol. Dav. col. 723. d. *Exſurgam itaque, & introibo in domum, in forum, & plateas, & quæram*, &c. ut ſup. Hieron. ep. 18. ad Euſtoch. to. 4. p. 2. col. 38. f. *Surgam, & circuibo civitatem : & in foro, & in plateis quæram quem dilexit anima mea :* & in Zachar. 8. to. 3. 1745. b. *Conſurgam, & circuibo civitatem ; in foro, & in plateis ejus, donec inveniam eum, quem dilexit anima mea.* In Mſ. S. Theoder. *Exſurgam, & introibo civitatem : quæram in foro, in plateis, quem diligit anima mea : quæſivi, & non inveni.*

℣. 3. Sic Hieron. ep. 18. ad Euſtoch. to. 4. p. 2. col. 38. f. In Mſ. verò S. Theoder. ita : *Inveni cuſtodes, qui cuſtodiunt civitatem : Num quem diligit*, &c. ut ſup. Græc. Εὗρόσάν με οἱ τηρηταὶ, οἱ κυκλοῦντες ἐν τῇ πόλει· Μὴ ὃν ἠγάπησεν, &c.

℣. 4. Vix meliùs è Græco, præter fut. duo, *relinquam*, & *introducam*, pro quibus præterita ἀφῆκα, & εἰσήγαγον; Mſ. tamen Alex. habet ἀφήσω. Eadem rurſum legit Ambroſ. diverſis in locis : nempe l. de Iſaac, c. 5. col. 368. b. c. *Quàm modicum cùm tranſivi ab eis, inveni eum : tenui eum, & non dimiſi eum :* & lib. 1. de virginit. to. 2. 157. f. *Inveni quem dilexit anima mea : tenui eum, & non relinquam :* ſimiliter in Pſ. 118. to. 1. 985. b. & in Luc. 16. col. 1473. a. lib. verò de Iſaac, 368. f. & *non dimittam ;* ſicut in Pſ. 36. & 47. col. 814. b. 943. f. at in Pſ. 118. col. 1055. d. *tenui eum, & non dimiſi eum :* & inf. 1187. b. & *introduxi eum in domum matris meæ, & in ſecretum ejus quæ me concepit :* demum epiſt. 31. to. 2. 917. b. *adſumam te, & inducam te in domum matris meæ, & in ſecretum ejus quæ me concepit.* Ap. Hieron. epiſt. ad Rufin. to. 2. 617. c. ita : *Et quidem non ſpernam te : aſſumens introducam te in domum matris meæ, & in cubiculum ejus quæ concepit me :* & epiſt. 18. ad Euſtoch. to. 4. p. 2. col. 38. e. *Inveni eum quem quærebat anima mea : tenebo eum, & non dimittam.* Rufin. in Symb. p. 185. c. *tenebo eum, & non dimittam eum, quem dilexit anima mea.* Mſ. S. Theoder. Vulgatæ congruit, niſi quòd hab. circa med. *inveni*, pro *tenui*; & in fine, *in ſecretum ejus quæ concepit me.*

℣. 5. Mſ. S. Theoder. *Adjuro vos filiæ Jeruſ. in virtutibus & fortitud. agri, ſi ſuſcitav. & reſuſcitaveritis charitatem, quoadusque ipſa velit.* Græc. Ὥρκισα ὑμᾶς..... ἐν ταῖς δυνάμεσι καὶ ἐν ταῖς ἰσχύσεσι τῆ ἀγρῆ, ἐὰν, &c. ut in Lat. Ambr. etiam in Pſ. 36. col. 809. a. legit : *ſi ſuſcitav. & reſuſcitav. charitatem.*

℣. 6. Quidam Mſs. Ambroſiani ferunt, *fumo incenſi odorificata.* Ambr. etiam l. de Iſaac, c. 5. col. 369. a. repetit iſta : *Quæ hæc eſt, quæ aſcendit à deſerto ;* nec diſſimiliter Græcè : at proximè ſequentia ſic variant : ὡς στέλεχη καπνῦ τεθυμιαμένη σμύρναν, καὶ λίβανον, ἀπὸ πάντων μυροπωλῶν; i. e. *tanquam truncus fumi incenſus myrrham, & thus, ex omnibus pulveribus unguentarii?* In Mſ. S. Theoder. ita : *Quæ eſt hæc, quæ aſc. à deſerto ſicut*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. epiſt. ad Princip. to. 2. 686. a.

7. Ecce lectulus Salomonis: ſexaginta potentes in circuitu ejus de potentibus Iſraël:

8. omnes tenentes gladios, docti ad bellum: vir, & gladius ſuper femur ejus.....

Ambroſ. l. 3. de virgin. c. 5. to. 2. 179. e.

9. Fecit ſibi lectum Salomon ex lignis Libani:

10. columnæ ejus erant argenteæ, adclinatorium ejus aureum, dorſum ejus gemmatum ſtratum: fecit ſibi charitatem à filiabus Iſraël:

Idem l. de inſtit. virg. 270. e.

11. Egredimini & videte regem Salomonem in corona, qua coronavit eum mater ejus in die ſponſalium ejus, & in die jucunditatis cordis ejus.

VULGATA NOVA.

7. En lectulum Salomonis ſexaginta fortes ambiunt ex fortiſſimis Iſraël:

8. omnes tenentes gladios, & ad bella doctiſſimi: uniuſcujuſque enſis ſuper femur ſuum propter timores nocturnos.

9. Ferculum fecit ſibi rex Salomon de lignis Libani:

10. columnas ejus fecit argenteas, reclinatorium aureum, aſcenſum purpureum: media charitate conſtravit propter filias Jeruſalem:

11. Egredimini & videte filiæ Sion regem Salomonem in diademate, quo coronavit illum mater ſua in die deſponſationis illius, & in die lætitiæ cordis ejus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

vitis propago in ſuperiora ſe ſubrigens, velut fumus natus ex igni, atque alta petens ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & univerſi generis pigmentarii.

℣. 7. Hæc iterum legit Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. 172. c. nec aliter in Græco, niſi excipiatur vox ἡ κλίνη, *lectus*, pro *lectulus*; imo apud Hieron. hoc ult. loco, *lectus*. Apud Ambroſ. l. 1. de virgin. to. 2. 158. f. *ſexaginta potentes in circumitu propaginis ejus.* In Mſ. S. Theoder. pariter: *En ſexag. potentes in circuitu propag. ejus*; omiſſis his quæ antecedunt.

℣. 8. Idem Hieron. l. 1. cont. Jovin. 172. c. *omnes tenentes frameam, & docti bello: uniuſcujuſque viri gladius in femore ipſius.* Ambroſ. l. 1. de virgin. to. 2. 158. f. hos pariter memorat, *ſtrictis armatos enſibus, & eruditos præliaribus diſciplinis.* Græcum textui 1. congruit, niſi quòd ſingulariter hab. ῥομφαίαν, *gladium*; ſubinde, ἀνὴρ, ῥομφαία αὐτῦ, &c. *vir, gladius ejus*, &c. ultimòque, ἀπὸ θάμβους ἐν νυξί, *à pavore in noctibus.* Apud Caſſiod. in Pſ. 44. p. 151. b. *gladius ejus in femore ipſius.* In Mſ. S. Theoder. ita; partim videlicet ex Ambr. partim ex Vulg. *ſtrictis armati enſibus, & eruditi præliaribus diſciplinis: uniuſcujuſque enſis ſup. femur ſuum propter tim.* &c.

℣. 9. Mſ. S. Theoder. *Vectum ſibi fecit rex Salomon*, &c. ut ſup. Græc. Φορεῖον ἐποίησεν ἑαυτῷ ὁ βασιλεὺς Σαλομὼν ἀπὸ, &c.

℣. 10. Totidem verba præfert Mſ. S. Theoder. exceptis his ult. *media charitate conſtravit propter filias Jeruſalem.* Alludere tamen videtur Ambroſ. ſup. nam in Græco ſic legimus: ϛύλους αὐτῦ ἐποίησεν ἀργυρίου [Compl. ἀργυρᾶ,] ἓν ἀνάκλιτον αὐτῦ χρύσεον, ἐπίβασις αὐτῦ πορφυρᾶ, ἐντὸς αὐτῦ λιθόστρωτον, ἀγάπην ἀπὸ θυγατέρων Ἱερουσαλήμ· i. e. *columnas ejus fecit argenteas, & acclinatorium ejus aureum, aſcenſus ejus purpura, interiorum ejus lapidibus conſtratum, charitatem à filiabus Jeruſalem.* Ultima autem verba, *fecit ſibi charitatem*, &c. non eò loci ſubdit Ambroſ. ſed in fine verſûs ſeq. hoc modo: *Quia fecit ſibi, inquit, charitatem*, &c. quæ ſignificant ea ab ipſo revocata eſſe ex præcedentibus; at nos ipſa ſuo loco repoſuimus.

℣. 11. Eadem conſtanter legit Ambroſ. l. de Iſaac, c. 5. col. 369. e. & in Pſ. 118. col. 1160. f. Nec diſſimilia Græc. habet, præter iſta priora: Θυγατέρες Σιὼν ἐξέλθατε, καὶ ἴδετε ἐν τῷ βασιλεῖ, &c. In Mſ. etiam S. Theod. ſic legitur: *Egredimini & videte filia Sion regem Salom. in corona, qua*, &c. ut ſup. Apud Rufin. in Symb. p. 182. a. *Exite & videte filia Jeruſalem coronam, qua coronavit eum mater ſua.*

CAPUT IV.

VERSIO ANTIQUA.

Ambroſ. l. de myſt. to. 2. 334. c.

1. Ecce formoſa es proxima mea, ecce es formoſa. [a] Oculi tui columbæ, extra taciturnitatem tuam. [b] Capillatura tua ut greges caprarum.....

[a] *Idem l. de inſtit. virg. 250. b.*

[b] *Idem l. 2. de Spir. S. 637. a.*

Idem in Pſ. 118. to. 1. 1177. a.

2. Dentes tui ſicut grex tonſarum, quæ aſcenderunt à lavacro, quæ omnes gemellos creant, & infecunda non eſt in eis.

Ibid. 1201. a.

3. Sicut reſticula coccinea, labia tua: [a] & loquela tua, ſpecioſa. [b] Ut cortex mali punici, genæ tuæ, [c] præter taciturnitatem tuam.

[a] *Caſſiod. in Pſ. 44. 151. a.*

[b] *Ambroſ. l. 3. Hexa. 55. e.*

[c] *Chrom. Aquil. in Matth. 986. a.*

4. [d] Sicut turris David cervix tua, quæ ædificata eſt in Thalpioth: mille oſtia pendent in ea, omnia jacula potentium.

[d] *Ambroſ. in Pſ. 118. 1010. e.*

VULGATA NOVA.

1. Quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es! Oculi tui columbarum, abſque eo quod intrinſecus latet. Capilli tui ſicut greges caprarum, quæ aſcenderunt de monte Galaad.

2. Dentes tui ſicut greges tonſarum, quæ aſcenderunt de lavacro, omnes gemellis fetibus, & ſterilis non eſt inter eas.

3. Sicut vitta coccinea, labia tua: & eloquium tuum, dulce. Sicut fragmen mali punici, ita genæ tuæ, abſque eo quod intrinſecus latet.

4. Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis: mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hæc tota reſpondent Græco. Ambr. ibid. legit, *Oculi tui ſicut columbæ*; ſicut in Pſ. 118. col. 1176. c. ſed hîc addit, *extra taciturnitatem tuam*, ut ſup. ita rurſum l. de ob. Valent. col. 1176. a. Ap. S. Paulin. ep. 23. p. 138. c. ſimiliter: *Capillatura ejus ut greges caprarum*: Gr. ſubdit, αἳ ἀπεκαλύφθησαν ἀπὸ τῦ Γαλαάδ. Mſ. S. Theoder. *Quàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es! Oculi tui ſicut columbæ, extra taciturnitatem. Capillamentum tuum ut grex tonſarum, quæ revelatæ ſunt à monte Galaad.*

℣. 2. Eadem leguntur Græcè, præter unum ἀγέλαι, *greges*, num. plur. Apud Auguſt. in Pſ. 3. to. 4. 9. g. *Dentes tui ſicut grex detonſarum, aſcendens de lavacro, quæ omnes geminos pariunt, & ſterilis non eſt in eis*: itidem in Pſ. 77. col. 838. c. excepto verbo *creant*, pro *pariunt*. Succinit Caſſiod. in Pſ. 77. p. 271. c. Mſ. S. Theod. nil differt à textu Ambroſ. niſi his levibus, *de lavacro, quæ..., geminos creant.*

℣. 3. Concordant hæc tota cum Græco, præter plurale *genæ tuæ*, pro ſingulari μῆλόν σου, *genæ tua*; ap. Symm. αἱ παρειαί σου. Chromat. Aquil. hab. ſup. *ſpecioſæ ſunt genæ tuæ, præter taciturnitatem tuam*: verùm nonniſi poſtrema verba *præter tacit. tuam*, admiſimus, demtis ſcilicet prioribus, *ſpecioſæ ſunt genæ tuæ*, quæ ap. Ambroſ. exſtant ut poſuimus ſup. quæque magis Græco congruunt. In Mſ. S. Theoder. ut in Vulg. exceptis his, *Ut reſticula*, pro *Sicut vitta*; & in fine, *extra taciturnitatem*, loco *abſque eo quod*, &c.

℣. 4. Vix meliùs è Græco, ubi θυρεοί, loco *oſtia*; θυρεὸς autem, *ſcutum* eſt, à ſimilitudine *januæ*, cujus forma oblonga eſt, ut & olim ſcuta erant. In Mſ. S. Theoder. *Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata eſt in Talpio*, &c. ut in textu. Apud Hieron. in Zach. 14. col. 1798. a. *Sicut turris David cervix tua, quæ ædificata eſt in Thalpioth: mille ſcuta pendent ſuper illam, omnia jacula potentium.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.	
5. Duo ubera tua, ſicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui paſcuntur in liliis.	5..... *Vide Not.*	
6. Donec aſpiret dies, & inclinentur umbræ, vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris.	6..... ibo ad montem myrrhæ.....	*Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. 172. c.*
7. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te.	7. Tota es formoſa proxima mea, & reprehenſio non eſt in te.	*Ambroſ. l. de virgin. to. 2. 156. a. b.*
8. Veni de Libano ſponſa mea, veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorum.	8. Sponſa, veni huc à Libano, veni huc à Libano: tranſibis & pertranſibis à principio fidei, à capite Sanir & Hermon, à latibulis leonum, à montibus pardorum.	
9. Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum in uno oculorum tuorum, & in uno crine colli tui.	9. Cor noſtrum cepiſti ſoror mea ſponſa, cor noſtrum cepiſti uno ab oculis tuis, [a] in uno ornamento colli tui.	*Idem in Pſ. 118. p. 1176. b.* [a] *Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. 172. c.*
10. Quàm pulchræ ſunt mammæ tuæ ſoror mea ſponſa! pulchriora ſunt ubera tua vino, & odor unguentorum tuorum ſuper omnia aromata.	10. [b] Quàm decora facta ſunt ubera tua ſoror mea ſponſa, quàm decora facta ſunt à vino! & odor veſtimentorum tuorum ſuper omnia aromata.	[b] *Ambroſ. l. de myſter. t. 2. 340. b.*
11. Favus diſtillans labia tua ſponſa, mel & lac ſub lingua tua: & odor veſtimentorum tuorum ſicut odor thuris.	11. Favum diſtillant labia tua, ô ſponſa; mel & lac ſub lingua tua: & odor veſtimentorum tuorum ſicut odor Libani.	
12. Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus.	12. Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus, fons ſignatus.	*Idem l. de Iſaac, t. 1. c. 5. p. 370. d.*
13. Emiſſiones tuæ paradiſus malorum punicorum cum pomorum fructibus. Cypri cum nardo:	13. Emiſſiones tuæ paradiſus malorum granatorum cum fructu pomorum cypri:	
14. nardus & crocus, ſiſtula & cinnamomum	14..... myrrha & aloe cum omnibus unguentis	*Hieron. epiſt. ad Princip. to. 2. 688. c.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 5. Mſ. S. Theoder. concordat ad verbum cum Vulg. nec aliter in Græco eſt.

℣. 6. Mſ. S. Theod. *Donec aſpiret dies, & inclinentur umbræ, ibo mihi ad montem myrrhæ, & ad colles thuris.* Gr. Ἕως ἡ διαπνέον ἡμέρα, καὶ κινηθῶσιν αἱ σκιαὶ, πορεύσομαι ἐμαυτῷ πρὸς τὸ..... καὶ πρὸς τὸν βουνὸν τῆς λιβάνου. Aquila non κινηθῶσι legit, ſed καταῦσι, ut in Lat. ſup.

℣. 7. Sic iterum Ambroſ. l. de Myſt. to. 2. 335. a. & l. de fide reſur. col. 1166. d. cum Mſ. S. Theoder. at l. de apol. Dav. to. 1. 722. c. legit: *Tota es formoſa amica mea, proxima mea; & reprehenſio non eſt in te.* Hieron. in Ezech. 27. to. 3. 880. b. *Tota pulchra es proxima mea, & macula non eſt in te.* Ita quoque in Græco eſt; ſed Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. 172. c. legit: *Tota ſpecioſa es amica mea, & non eſt macula in te.* Tichon. reg. 2. p. 51. f. *Tota ſpecioſa es proxima mea, & reprehenſio nulla eſt in te.* Collat. Carthag. p. 485. c. *Tota ſpecioſa es ſoror mea, & reprehenſio non eſt in te.*

℣. 8. Idem Ambroſ. l. de Iſaac, c. 5. col. 370. b. cum Mſ. S. Theoder. *Ades huc à Libano ſponſa, ades huc à Libano: tranſibis & pertranſibis à principio fidei, à capite Sanir & Hermonum* (Mſ. S. Theoder. *Hermon*,) *à ſpelæis leonum, à montibus pardorum:* ſimiliter l. de Noe, c. 15. col. 249. b. niſi quòd poſt vocem *fidei*, proximè addit, *à cubilibus leonum*, omiſſis intermediis: rurſum iſta, *Ades huc à Libano ſponſa, ades huc à Lib. tranſibis*, &c. habet cùm l. de Iſaac, c. 6. col. 372. c. & in Pſ. 36. & 118. col. 812. f. 1159. e. tum l. de inſtit. virg. to. 2. 273. a. & l. de exhort. virg. 285. a. & l. de Myſt. 335. a. & de apol. Dav. 722. e. & l. 3. de fide, 510. f. 511. a. & l. de fide reſur. 1166. d. at in Luc. 7. to. 1. 1386. d. & l. 2. de virgin. to. 2. 173. b. legit ut ſupra, *Veni huc à Libano ſponſa, veni huc..... tranſibis*, &c. & l. de virginit. col. 230. b. *Veni à Libano ſponſa, veni à Lib. tranſibis*, &c. Tertullianus l. 4. cont. Marc. p. 705. a. *Veni ſponſa de Libano.* Firmil. ep. 75. ad Cypr. p. 147. d. *Veni ſponſa de Libano: advenies & pertranſibis à principio fidei.* Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. 172. e. *Veni à Libano ſponſa, veni à Libano: venies & pertranſibis ab initio fidei, à capite Sanir & Hermon, à cubilibus leonum, à montibus leopardorum.* Ita etiam in Græco eſt. Apud Auguſt. in Pſ. 33. to. 4. p. 214. c. & Fulg. l. 1. de verit. præd. p. 451. *venies & pertranſies ab initio fidei.* Apud Optat. l. 3. cont. Donat. p. 52. a. *Veni ſponſa mea, inventa de Libano.* Apud Gaud. Brix. ſer. 8. p. 955. b. *Veni à Libano ſponſa, veni à Libano;* deinde, *à cubili leonum, à montibus leopardorum.*

℣. 9. Ita Græcè ad verbum, niſi hoc ult. excipias, τραχήλου σου, *cervicum tuarum*, loco *colli tui*, quod idem valet. Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1105. b. hab. *corde nos cepiſti;* itemque bis epiſt. 29. col. 909. b. cum ſeqq. Gr. ἐκαρδίωσας ἡμᾶς. In Mſ. S. Theoder. omnia ut in Vulg. Sic etiam ap. Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. 172. f. excepto uno *ornamento*, pro *crine*; Gr. ἐνθέματι.

℣. 10. Eadem ſunt in Græco, repetitis his, *ubera tua*, poſt alterum *facta ſunt*. Apud Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. 172. f. *Quàm ſpecioſa ſunt ubera tua à vino!* Gr. Τί ἐκαμιώθησαν. Apud Gaud. Brix. ſerm. 9. p. 957. h. *odor unguentorum tuorum ſuper omnia aromata;* ſed in Gr. οσμὴ ἱματίων σου; & apud Ambroſ. l. de virgin. to. 2. 156. c. conſtanter, *odor veſtimentorum tuorum*, &c. In Mſ. S. Theoder. omnia ut in Vulg. præter vocem *mea*, additam ad *ſponſa*.

℣. 11. Ad verbum è Gr. dempta una interjectione *ô;* Mſs. tamen Ambr. iique plures & potiores, cum ver. edit. hab. initio, *favus diſtillans;* at reliqui unà cum Gr. *favum diſtillans;* ſic etiam Ambroſius legit in Pſ. 118. to. 1. 1138. d. & 1251. c. Apud Hieron. epiſt. ad Fabiol. to. 2. 597. f. *Mel diſtillant labia tua ſoror mea ſponſa.* In Mſ. S. Theoder. *Favus diſtillans lab. tua ſponſa*, &c. ut in textu.

℣. 12. Ita in Græco, cui rurſum favet Ambroſ. l. de Iſaac, c. 1. col. 357. a. & l. de bono mort. c. 5. col. 398. b. & l. 1. de virgin. to. 2. 157. d. & l. de virginit. 233. a. at in Luc. 4. & 12. to. 1. col. 1338. b. 1440. ſ. habet: *Hortus clauſus ſoror mea..... hortus clauſus*, &c. itidem l. de exhort. virgin. to. 2. 285. b. & epiſt. 63. col. 1031. c. epiſt. verò 45. ad Sabin. col. 981. f. 982. a. ſic: *Paradiſus clauſus ſoror mea ſponſa, paradiſus clauſus, fons ſignatus;* tum addit: *Paradiſus Græcè, Latinè* hortus *dicitur: denique Suſanna in* paradiſo *erat*, & *ſic legitur Latinè;* & *Adam in* paradiſo *erat*, & *ſic legimus. Ergo non te moveat quod alii codices Latini* hortum *habent, alii* paradiſum. In Gr. κῆπος. Cypr. epiſt. 74. & 76. p. 142. a. 152. d. *Hortus concluſus ſoror mea ſponſa, fons ſignatus, puteus aquæ vivæ.* Auguſt. l. 2. cont. Creſcon. to. 9. 418. d. *Hortus concluſus, fons ſignatus, puteus aquæ vivæ.* Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. 173. c. & epiſt. 18. ad Euſtoch. to. 4. p. 2. col. 38. f. textui ſuffragatur, ſicut Caſſiod. in Pſ. p. 2. a. Auctor verò op. imp. in Matth. hom. 20. p. 93. c. *Hortus concluſus, fons ſignatus ſoror mea, paradiſus cum fructu pomorum.* In Mſ. S. Theoder. deeſt pariter *ſponſa;* cæt. ut in textu Ambr.

℣. 13. Rurſus Ambroſ. in Luc. 4. col. 1338. b. *Emiſſiones tuæ paradiſus;* & ita in Græco; ſtatimque, ῥοῶν μετὰ καρπῶν ἀκροδρύων. Κύπρου μετὰ νάρδων i. e. *malorum punicorum cum fructu nucum. Cypri cum nardis.* In Mſ. S. Theoder. deeſt vox *paradiſus;* cæt. ut in Lat. Ambroſiano. Apud Cypr. epiſt. 74. p. 142. a. *paradiſus cum fructu pomorum.* Ap. Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. 173. c. *Emiſſiones tuæ paradiſus malogranatorum cum fructu pomorum:* & in Eccleſ. to. 2. 760. a. *Emiſſiones tuæ paradiſus cum fructu pomorum.* Ap. Caſſiod. præf. in Pſ. p. 2. a. *paradiſus plenus omnium pomorum.*

℣. 14. Græc. pene cum Vulg. νάρδος καὶ κρόκος, κάλαμος καὶ κιννάμωμον μετὰ πάντων ξύλων τοῦ Λιβάνου, σμύρνα, ἀλόη μετὰ πάντων πρώτων ὑγιεινῶν. Mſ. S. Theoder. eidem Vulgatæ reſpondet ad verbum.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

primis.

Ambr. l. de Isaac, c. 4. p. 364. c. 15. Fons hortorum : puteus aquæ vivæ, & impetu deſcendens à Libano.

Idem de virginit. to. 2. 227. b. 16. Exſurge aquilo, & veni auſter, adſpira hortum meum, & profluant aromata mea.

VULGATA NOVA.

cum univerſis lignis Libani, myrrha & aloe cum omnibus primis unguentis.

15. Fons hortorum : puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano.

16. Surge aquilo, & veni auſter, perfla hortum meum, & fluant aromata illius.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 15. Sic iterum legit Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1192. f. præter vocem unam *impetus*, pro *impetu*. Græcè, Πηγὴ κήπου, ὑγ φρέαρ ὕδατος ζῶντος, ὑγ ῥεῖ ζῶντος ἀπὸ τοῦ Λιβάνου in Mſ. Alex. ac ed. Compl. πηγὴ κήπων, ut ſup. Mſ. S. Theoder. nil omnino differt à Vulg.

℣. 16. Ita in Græco, poſito uno &, ante *adſpira*. Idem Ambroſ. in Pſ. 1. col. 758. e. f. legit: *Exſurge borea, & veni auſter:* & in Pſ. 35. col. 774. b. *Surge aquilo, & veni auſter:* & in Pſ. 47. col. 938. b. *Exſurge aquilo, ut veniat auſter:* & in Pſ. 118. col. 1121. d. *Exſurge aquilo, & veni auſter:* item l. 1. de virgin. to. 2. 158. a. ſtatimque, *adſpira hortum meum, & fluant aromata mea:* at l. de Myſt. col. 340. c. *perfla hortum meum, & defluant unguenta mea:* ſimiliter l. de bono mort. c. 5. col. 398. b. & l. de fide reſur. to. 2. 1166. e. Apud Tichon. reg. 7. p. 64. f. *Exſurge aquilo, & veni auſter, perfla hortum tuum, & defluent unguenta mea.* Sic etiam ap. Hieron. in Habac. 3. to. 3. 1621. b. necnon Auguſt. epiſt. 140. to. 2. 442. c. niſi quòd Hieron. hab. *hortum meum, & fluant aromata mea;* Aug. *hort. meum, & fluent aromata.* Mſ. S. Theoder. *Surge aquilo, & veni auſter, ſpira hort. meum, & fluant arom. mea.*

CAPUT V.

VERSIO ANTIQUA.

Ambroſ. l. de virgin. to. 2. 227. b. 1. DEſcendat fraternus meus in hortum ſuum, & manducet fructus pomiferarum ſuarum. Ingreſſus ſum in hortum meum ſoror mea ſponſa, vindemiavi myrrham meam cum unguentis meis : manducavi panem meum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo : edite proximi mei, & bibite, & inebriamini fratres mei.

Idem l. de bono mort. c. 5. to. 1. 398. d. e.

[a] *Idem in Pſ. 118. to. 1. 1250. b. 1118. b.* 2. Ego dormio, & cor meum vigilat : [a] vox fratris mei pulſat ad januam : Aperi mihi ſoror mea ſponſa, columba mea, perfecta mea : quia caput meum repletum eſt rore, & crines mei guttis noctis.

Idem l. 1. de Jacob, c. 5. p. 451. e. 3. Exui tunicam meam, quomodo induam eam? lavi pedes meos, quomodo inquinabo eos?

Idem in Pſ. 118. p. 1118. e. 4. Frater meus miſit manum ſuam de proſpectu, & venter meus conturbatus eſt ſuper eum.

VULGATA NOVA.

1. VEniat dilectus meus in hortum ſuum, & comedat fructum pomorum ſuorum. Veni in hortum meum ſoror mea ſponſa, meſſui myrrham meam cum aromatibus meis : comêdi favum cum melle meo, bibi vinum meum cum lacte meo : comedite amici, & bibite, & inebriamini chariſſimi.

2. Ego dormio, & cor meum vigilat : vox dilecti mei pulſantis : Aperi mihi ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea : quia caput meum plenum eſt rore, & cincinni mei guttis noctium.

3. Exſpoliavi me tunica mea, quomodo induar illa? lavi pedes meos, quomodo inquinabo illos?

4. Dilectus meus miſit manum ſuam per foramen, & venter meus intremuit ad tactum ejus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Gr. initio hab. καρπὸν ἀχεδρύων αὐτῦ, *fructum nucum ejus*, loco *fructus pomiferar.* &c. ſubinde ἀρωμάτων, pro *unguentis;* extremòque delet duplex *mei;* cæt. ad verbum quadrant. Ambroſ. ubi ſup. 398. b. iterum legit : *Deſcendat frater meus in hortum ſuum :* item l. de Myſt. to. 2. 340. d. ſubditque, *& edat fructum pomiferarum ſuarum :* ſimiliter l. de fide reſur. 1166. c. at l. 1. de virgin. col. 157. f. *Deſcendit fraternus meus in hortum ſuum, ut manducet fructum pomorum ſuorum:* & l. 1. de Cain, c. 5. to. 1. 193. a. addit : *Introivi in hortum meum ſoror mea ſponſa, vindemiavi myrrham cum aromatibus meis : manducavi,* &c. ut ſup. itidem in Pſ. 118. col. 1138. a. ab his : *manducavi panem,* &c. Vide etiam in Luc. 17. col. 1481. a. & l. de virginit. to. 2. 237. c. & l. de bono mort. c. 5. 399. b. & l. de Myſt. to. 2. 341. a. ſupra verò 340. d. e. habet : *Ingreſſus ſum in hortum meum.... vindemiavi myrr. meam cum unguentis meis : manducavi cibum meum cum melle meo, bibi potum meum cum lacte meo :* & l. 1. de Cain, c. 5. col. 192. f. *manducate proximi mei, & bibite, & inebriamini patres mei :* demum l. 5. de Sacram. to. 2. 376. b. c. hæc habet : *Deſcendat frater meus in hortum ſuum, & capiat fructum pomiferarum ſuarum. Deſcendi in hortum, vindemiavi myrrham cum unguentis meis : manducavi panem meum..... edite fratres mei, & inebriamini.* Sic etiam in Mſ. S. Theoder. inſertis his, *Deſcendi in hort. meum ſoror mea ſponſa..... cum unguentis : manducavi..... edite proximi mei, & bibite, & inebr.* Firmilian. epiſt. 75. ad Cypr. p. 147. d. *Ingreſſus ſum in hortum meum ſoror mea ſponſa.* Rufin. in Symbol. p. 183. c. *Intravi in hortum meum, ſoror mea, ſponſa mea, & vindemiavi myrrham meam.* Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. 173. a. *bibi vinum meum cum lacte meo : manducate proximi mei, & bibite, & inebriamini fratres :* & in Oſe. 14. to. 3. 1334. c. *comedite amici mei, & bibite, & inebriamini fratres.*

℣. 2. Rurſus Ambr. in Pſ. 118. col. 977. c. legit : *Aperi mihi ſoror mea, proxima mea :* & l. de virginit. to. 2. 230. d. *Aperi mihi ſoror mea, ſurge proxima mea, columba mea, perfecta mea : quia caput meum repletum eſt rore ;* ſed vox *ſurge* ſumpta videtur ex c. 2. ℣. 10. Textui rurſum favet Ambr. l. 4. Hex. to. 1. 76. a. & l. de Iſaac, c. 6. col. 371. c. & in Pſ. 36. col. 809. a. b. & in Pſ. 118. col. 1118. a. 1154. a. & in Luc. 4. col. 1353. a. & l. de virginit. to. 2. 230. d. & l. 4. de fide, col. 524. f. & epiſt. 16. col. 823. c. Similiter ap. Cypr. de orat. Dom. p. 214. a. *Ego dormio, & cor meum vigilat :* cui ſuffragatur Nicetius ep. Spicil. to. 3. p. 6. b. Apud Hieron. epiſt. 18. ad Euſtoch. to. 4. p. 2. col. 39. c. *vox fratruelis mei pulſantis : Aperi mihi ſoror mea, proxima mea, perfecta mea.* Apud Auguſt. tract. 57. in Johan. to. 3. p. 2. col. 658. c. *Ego dormio, & cor meum vigilat : vox fratruelis mei pulſat ad januam : Aperi mihi ſoror mea, proxima mea, columba mea, perfecta mea : quia caput meum repletum eſt rore, & crines mei noctis guttis.* Sic etiam in Græco. Auct. op. imp. in Matth. hom. 13. p. 75. e. *ecce dilectus meus pulſat oſtium : Aperi mihi ſoror mea, proxima mea :* Cod. 1. *ecce frater meus,* editt. in marg. *fratruus.* S. Paulin. epiſt. 23. p. 143. b. *columba mea, perfecta mea : quoniam caput meum repletum eſt rore.* Mſ. S. Theod. Vulgatæ reſpondet, his tantùm mutatis, *Aperi mihi ſoror mea, ſurge proxima mea, columba mea, perfecta mea : quia.... repletum eſt.*

℣. 3. Sic iterum legit Ambroſ. l. de Iſaac, c. 6. col. 371. b. & de apol. Dav. col. 724. a. & in Pſ. 118. col. 1174. b. 1247. e. Ita quoque in Mſ. S. Theoder. & Græco : ſed in Luc. 17. col. 1481. b. Ambroſ. habet : *Nocte exui me tunicam meam, quomodo indnar eam?* item l. de virginit. to. 2. 227. c. d. *Nocte exui me tunicam meam,* &c. ut in textu : & l. 1. de Spir. S. col. 602. e. *Nocte exui tunicam,* &c. Hieron. ep. 18. ad Euſtoch. to. 4. p. 2. col. 39. c. *Deſpoliavi me tunicâ meâ, quomodo induam illam? lavi,* &c. ut ſup. vide etiam ep. ad Damaſ. to. 3. 521. a. Auguſt. tract. 57. in Joh. to. 3. 658. c. *Exui me tunicâ meâ, quomodo induam eam? lavi,* &c. ut ſupra.

℣. 4. Itidem in Mſ. S. Theoder. Græcè, Ἀπεστειλάς

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

5. Surrexi, ut aperirem dilecto meo : manus meæ ſtillaverunt myrrham, & digiti mei pleni myrrhâ probatiſſimâ.

6. Peſſulum oſtii mei aperui dilecto meo : at ille declinaverat, atque tranſierat. Anima mea liquefacta eſt, ut locutus eſt : quæſivi, & non inveni illum : vocavi, & non reſpondit mihi.

7. Invenerunt me cuſtodes qui circumeunt civitatem : percuſſerunt me, & vulneraverunt me : tulerunt pallium meum mihi cuſtodes murorum.

8. Adjuro vos filiæ Jeruſalem, ſi inveneritis dilectum meum, ut nuncietis ei quia amore langueo.

9. Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherrima mulierum ? qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, quia ſic adjuraſti nos ?

10. Dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus.

11. Caput ejus aurum optimum : Comæ ejus ſicut elatæ palmarum, nigræ quaſi corvus.

12. Oculi ejus ſicut columbæ ſuper rivulos aquarum, quæ lacte ſunt lotæ, & reſident juxta fluenta pleniſſima.

13. Genæ illius ſicut areolæ aromatum conſitæ à pigmentariis. Labia ejus lilia diſtillantia myrrham primam.

14. Manus illius tornatiles aureæ, plenæ hya-

VERSIO ANTIQUA.

5. Exſurrexi ego aperire fratri meo : manus meæ diſtillaverunt myrrham, digiti mei myrrhâ pleni ſunt ſuper manus clauſuræ. *Ambr. l. de Iſaac. c. 6. p. 372. f.*

6. Aperui fratri meo, frater meus tranſivit : & exivit anima mea in verbo ejus : quæſivi eum, & non inveni illum : vocavi eum, & non obaudivit me. *Idem l. de virgin. to. 2. 229. d. 234. a. 231. d.*

7. Invenerunt me cuſtodes qui circumeunt civitatem : percuſſerunt, & vulneraverunt me : & tulerunt pallium meum cuſtodes murorum. *Ibid. 225. d.*

8..... quia vulnerata charitate ego ſum. *Idem in Pſ. 118. p. 1169. e.*

9..... *Vide Not.*

10. Frater meus candidus & rubeus, electus ex decem millibus. *Idem l. de bened. Patr. c. 11. 529. d.*

11. Caput ejus aurum Cephas : Crines ejus abietes, nigræ ſicut corax. *Idem in Pſ. 118. p. 1161. c.*

12. Oculi ejus ſicut columbæ ſuper abundantiam aquarum, lotæ in lacte, ſedentes ſuper plenitudinem. *1176. d.*

13. Genæ ejus ſicut phialæ aromatis gignentes unguentaria. Labia ejus lilia diſtillantia myrrham plenam. *Idem de ob. Val. to. 2. 1175. d.*

14. Manus ejus tornatæ aureæ, plenæ Tharſis. *1190. a. b.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

μν ἀπέϛειλε χεῖρα, &c. ut in Lat. ſup. Idem Ambroſ. l. de virginit. to. 2. 228. c. legit : *Fraternus meus miſit manum ſuam per proſpectum, & venter meus turbatus eſt ad illum* : at l. de Iſaac, c. 6. col. 372. f. ut ſup. *& venter meus conturbatus eſt ſuper eum.*

℣. 5. Concinit Græc. niſi quòd pro *myrrhâ pleni ſunt*, hab. σμύρναν πλήρη, *myrrham plenam* : edit. verò Compl. σμύρνης πλήρεις, ut ſup. Rurſum Ambr. l. de virginit. to. 2. 228. c. e. legit : *Surrexi aperire fratri meo : manus autem meæ ſtillaverunt myrrham, & digiti mei pleni in manibus clauſuræ* ; Gr. τῦ κλείθρυ, *peſſuli*. Hieron. ep. ad Princip. to. 2. 688. c. *manus meæ diſtillaverunt myrrham, digiti mei myrrhâ pleni*. Ita quoque in Mſ. S. Theoder. detractis his quæ ſequuntur, *ſunt ſuper manus clauſuræ* : antecedentia verò ut in textu Lat.

℣. 6. Græc. addit ἐγὼ, ad verbum *aperui*, deletque & ante *exivit* ; & pro *fratri*, & *frater*, ſemper ἀδελφιλῷ, ἀδελφιλός ; cætera quadrant. Iterum Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1035. e. *frater meus tranſivit : anima mea exivit in verbo ejus* : vide etiam l. de exhort. virg. to. 2. 293. c. Ap. Hieron. epiſt. 18. ad Euſtoch. to. 4. p. 2. col. 39. c. ſic : *Aperui ego fratrueli meo, fratruelis meus pertranſivit* : & ſup. 38. f. *quæſivi eum, & non inveni : vocavi eum, & non reſpondit mihi*. In Mſ. S. Theoder. tota ut in textu ſup. his tamen mutatis, nempe circa med. *pertranſivit*, pro *tranſivit* ; paulòque poſt, & *non inveni eum : invenerunt me cuſtodes murorum : vocavi*, & *non reſpondit mihi* : deinde, *Invenerunt me vigiles*, &c. de ℣. ſeq.

℣. 7. Eadem ſunt in Græco, præter hoc, ἐν τῇ πόλει, *in civitate*, loco *civitatem* ; item poſt *percuſſerunt*, additur μὲ, deleturque &, ante *tulerunt* ; ſubinde poſt *meum*, additur ἀπ' ἐμῦ. Ambroſius quoque l. de Iſaac, c. 6. col. 373. e. legit : *percuſſerunt me, & vulneraverunt me : tulerunt pallium à me cuſtodes murorum* : item de apol. Dav. col. 723. e. *me percuſſerunt, & tulerunt pallium à me* ; & in Pſ. 118. col. 1055. c. *tulerunt mihi pallium*. Apud Hieron. epiſt. 18. ad Euſtoch. to. 4. p. 2. col. 39. a. *Invenerunt me cuſtodes qui circumeunt civitatem : percuſſerunt me, & vulneraverunt me : tulerunt theriſtrum meum mihi* ; Gr. τὸ θέριςρόν μν ἀπ' ἐμῦ. Mſ. S. Theoder. *Invenerunt me vigiles qui... percuſſ. me*, & *vulnerav. me* ; dein *Adjuro vos*, &c. prætermiſſis intermediis.

℣. 8. Hæc antecedunt Græcè : Ὥρκισα ὑμᾶς θυγατέρες Ἰερυσαλὴμ ἐν ταῖς δυνάμεσι καὶ ἐν ταῖς ἰσχύσεσι τῦ ἀγρῦ· ἐὰν εὕρητε τὸν ἀδελφιδόν μν, τί ἀπαγγείλητε αὐτῷ ; deinde, ὅτι τετρωμένη ἀγάπης ἐγώ εἰμι· i. e. *Adjuravi vos filiæ Jeruſ. in virtutibus & viribus agri ; ſi inveneritis fraternum meum, quid annuntiabitis ei ? quoniam vulnerata charitatis ego ſum.* S. Paulin. etiam epiſt. 23. p. 146. legit, *quia vulnerata charitatis*, &c. ſicut Ambr. ſup. ad c. 2. ℣. 5. at de apol. Dav. col. 723. e. hab. *quia vulnerata charitate*, &c. In Mſ. S. Theoder. omnia ut in Vulg.

℣. 9. Mſ. S. Theoder. ſimpliciter habet : *Qualis eſt dilectus tuus, ô pulcherrima mulierum, quia ſic adjuraſti nos ?* Græc. Τί ἀδελφιδός συ ἀπὸ ἀδελφιδῦ, ὡ καλὴ ἐν γυναιξί ; τί ἀδελφιδός ζυ ἀπὸ ἀδελφιδῦ, ὅτι ὕτως ὥρκισας ἡμᾶς ; i. e. *Quid fraternus tuus à fraterno, pulchra in mulieribus ? quid fraternus tuus à fraterno, quia ſic adjuraſti nos ?*

℣. 10. Similiter in Græco : mel. idem Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1020. e. *Fraternus meus cand. & rubeus* : itidem l. 1. de virgin. col. 157. f. at l. de ob. Val. to. 2. 1189. d. 1190. a. *Juvenis meus candidus*, &c. ut in textu. Auct. l. de Trin. ap. Ambroſ. col. 338. f. *Fratruelis meus candidus & rubicundus*. Ita quoque Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. 173. d. ſed in Iſai. 54. to. 3. 398. c. addit, *electus de millibus*. Mſ. S. Theoder. pariter hab. *ex millibus* ; cæt. ut in textu ; Gr. ἀπὸ μυριάδων.

℣. 11. Mſ. S. Theoder. *Caput ejus aurum : crines ejus ut abietes, nigræ ſicut corax*. S. Paulin. epiſt. 23. p. 138. b. 139. b. *Caput ejus ut aurum Cephas : crines ejus abietes, nigræ*, &c. ut ſupra. Ambr. iterum l. de Spir. S. to. 2. 637. b. *crines ejus abietes nigræ*. Hieron. in Ezech. 7. to. 3. 341. a. *cincinni tui nigri ſicut corvus*. Vide etiam Ambr. l. de ob. Valent. to. 2. 1190. a. ubi conſtanter legit *Cephas*, cum S. Paulino ; Gr. Κεφάζ ; dein, βόστρυχοι αὐτῦ ἑλάται, &c. ut in Lat. ſup.

℣. 12. Ita rurſum legit Ambr. l. de ob. Valent. to. 2. col. 1190. a. uſque ad vocem *lotæ*. In ſubſequentibus verò comm. in Pſ. 118. ſuſpicor mendum elapſum in noviſſ. edit. nempe *ſedentis*, pro *ſedentes*. In Mſ. tamen S. Theoder. legitur pariter *ſedentis*, &c. quæ ſup. ſed vet. Mſs. more, qui ſæpe commutant *i* cum *e*, & *e* cum *i*. Et ſanè Græcè legitur conſtanter : Ὀφθαλμοὶ αὐτῦ ὡς περιςερὰι ἐπὶ πληρώματα ὑδάτων, λελουμέναι ἐν γάλακτι, καθημέναι ἐπὶ πληρώματα. Ambroſ. quoque ſup. in Pſ. 118. col. 1161. d. ad hæc, *Oculi quoque ejus ſicut columbæ*, addit : *In aquarum abundantia lotas has columbas in lacte memoravit* ; unde liquet Ambroſium inf. legiſſe *columbæ* nominandi caſu, non generandi, perindeque ſcribere debuiſſe *ſedentes*, è Gr. καθήμεναι, non *ſedentis* ; quod mendum ſup. correximus.

℣. 13. Vix meliùs è Græco, niſi quòd pro *genæ*, hab. σιαγόνες, *maxillæ* ; & pro *gignentes*, φύουσαι ; Nobil. *germinantes*. Ambroſ. de ob. Val. 1190. b. rurſus legit : *Genæ ejus ſicut phialæ aromatis* : poſt paulò verò : *Labia ejus ſicut lilia diſtillantia myrrha plena* : ſed in Pſ. 118. col. 1201. c. conſtanter, *diſtillantia myrrham plenam* ; & l. de inſtit. virg. to. 2. 269. e. *ſtillantia myrrham primam*. Mſ. S. Theoder. *Genæ illius ſicut areolæ oder aromatum, conſitæ à pigmentariis. Labia illius diſtillantia myrrham primam.*

℣. 14. Itidem Græcè. Hieron. in Ezech. 1. to. 3. 709. b. legit : *Venter ejus quaſi tabula eburnea ſuper lapidem ſapphirum* ; at in Gr. ſimpliciter, πυξίον ἐλεφάντινον, *pyxis*

Digitized by Google

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Ambroſ. ubi ſup. Venter ejus pyxis eburnea ſuper lapidem ſapphirum.	cinthis. Venter ejus eburneus, diſtinctus ſapphiris.
Idem l. 3. de fide, to. 2. 511. a. 15. Crura ejus columnæ marmoreæ, fundatæ ſuper baſes aureas.....	15. Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatæ ſunt ſuper baſes aureas. Species ejus ut libani, electus ut cedri.
16. Fauces ejus dulcedines, & totus deſiderium.....	16. Guttur illius ſuaviſſimum, & totus deſiderabilis: talis eſt dilectus meus, & ipſe eſt amicus meus, filiæ Jeruſalem.
17..... *Vide Not.*	17. Quò abiit dilectus tuus, ô pulcherrima mulierum? quò declinavit dilectus tuus? & quæremus eum tecum.

Notæ ad Versionem antiquam.

eburnea, ut apud Ambroſ. verba autem ult. *ſuper lapidem ſapphirum*, quæ deerant ap. Ambroſ. ſubſtituimus ex Hieronymo ſupra. Mſ. S. Theoder. Vulgatæ congruit ad verbum.

℣. 15. Sic iterum Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1030. e. cum Mſ. S. Theoder. & Græco. Mſ. addit: *Species ejus ut libani*, &c. ut in Vulg. Græcè pariter, præter vocem λίβανος, *libanus*.

℣. 16. Mſs. nonnulli Ambroſ. ferunt ibid. *Fauces ejus dulcedinis, & totius deſiderii*: ſed Ambroſ. l. de Iſaac, c. 7. to. 1. 376. e. & in Pſ. 118. col. 1201. d. & de ob. Val. to. 2. 1190. c. conſtanter hab. *dulcedines, & totus deſiderium*: in Pſ. tamen 118. col. 1187. b. leg. *Fauces ejus dulcedinis, & totus deſiderium.* Hieronymus l. 2. cont. Jovin. to. 4. 173. d. *Guttur ejus dulcedines, & totus concupiſcentia*: ita quoque in Græco. In Mſ. verò S. Theod. ita: *Guttur illius ſuaviſſimum, & totus deſiderium*: deinde, *talis eſt dilectus meus, & amicus meus, filiæ Jeruſ.* Gr. οὗτος ἀδελφιδός μου, καὶ οὗτος πλησίον μου, θυγατέρες Ἱερουσαλήμ.

℣. 17. Mſ. S. Theoder. nil omnino differt à Vulg. Græcè ita: Πῦ ἀπῆλθεν ὁ ἀδελφιδός σου, ἡ καλὴ ἐν γυναιξί; πῦ ἀπέβλεψεν ὁ ἀδελφιδός σου; καὶ, &c. ut in Lat. i. e. *Quò abiit fraternus tuus, pulchra in mulieribus? quò reſpexit fraternus tuus?* &, &c.

CAPUT VI.

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Ambr. l. de inſtit. virg. to. 2. 269. f. 1. FRater meus deſcendit in hortum ſuum in phialas aromatis, paſcere in hortis, & colligere lilia.	1. Dilectus meus deſcendit ad hortum ſuum ad areolam aromatum, ut paſcatur in hortis, & lilia colligat.
2. Ego fratri meo, & frater meus mihi, qui paſcit inter lilia.	2. Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui paſcitur inter lilia.
Idem l. 1. de virgin. p. 158. b. [a] *Idem de Iſaac, c. 7. to. 2. 374. e.* 3. Formoſa es proxima mea ut bona opinio, pulchra ut Jeruſalem; [a] ſicut admiratio ordinata.	3. Pulchra es amica mea, ſuavis, & decora ſicut Jeruſalem: terribilis ut caſtrorum acies ordinata.
[b] *Idem in Pſ. 118. p. 1161. c. 1177. b.* 4. Averte oculos tuos à me... [b] Capillamentum tuum ut grex tonſarum, quæ revelatæ ſunt à monte Galaad.	4. Averte oculos tuos à me, quia ipſi me avolare fecerunt. Capilli tui ſicut grex caprarum, quæ apparuerunt de Galaad.
Idem de myſt. t. 2. 334. d. 5. Dentes tui ut grex tonſarum, quæ aſcenderunt de lavacro, quæ omnes geminos creant, & infecunda non eſt in eis: ut reſticula coccinea labia tua.....	5. Dentes tui ſicut grex ovium, quæ aſcenderunt de lavacro, omnes gemellis fetibus, & ſterilis non eſt in eis.
Idem de ob. Val. p. 1175. f. 6. Ut corium malorum granatorum, genæ tuæ.....	6. Sicut cortex mali punici, ſic genæ tuæ abſque occultis tuis.
Hieron. epiſt. ad Princip. to. 2. 692. b. & l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 166. a. 7. Sexaginta ſunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adoleſcentulæ quarum non eſt numerus.	7. Sexaginta ſunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adoleſcentularum non eſt numerus.
[a] *Idem ep. ad Euſtoch. to. 4. p. 2. col. 38. e. & epiſt. ad Princip. p. 692. b.* 8. [a] Una eſt columba mea, perfecta mea, una eſt matri ſuæ, electa genitrici ſuæ. Viderunt eam	8. Una eſt columba mea, perfecta mea, una eſt matris ſuæ, electa genitrici ſuæ. Vide-

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Ad verbum è Græco, niſi excipiatur *frater*, pro quo hîc & alibi conſtanter, ἀδελφιδός. Hieron. in Zach. 14. to. 3. 1804. e. *Fraternelis meus deſcendit in hortum meum ad phialas aromatum, paſcere in hortis, & colligere lilia.* In Mſ. Alex. ſimiliter, εἰς κῆπόν μου, *in hortum meum*; in aliis, αὐτῦ, ut ſup. in textu. In Mſ. S. Theoder. omnia ut in Vulg. præter ſingul. *aromatis*, loco *aromatum*.

℣. 2. Sic iterum Ambroſ. l. de Iſaac, c. 8. col. 379. b. unà cum Græco. Mſ. S. Theoder. Vulgatæ conſonat.

℣. 3. Hic verſus totus pene ſumitur ex l. 1. de virg. tria tantùm verba ult. *ſicut admiratio ordinata*, ex l. de Iſaac, c. 7. hoc tamen poſteriori loco, antecedunt iſta: *Jam non ſolùm ſoror dicitur, ſed etiam beneplacita nominatur.... & ſpecioſa ſicut Jeruſ.* In Mſ. S. Theoder. pariter: *Beneplacita es ſoror mea, ſpecioſa ſicut Jeruſ. admiratio ſicut ordinata.* Græcè: Καλὴ εἶ ἡ πλησίον μου, ὡς εὐδοκία (Symm. εὐδοκητὴ,) ὡραία ὡς Ἱερυσαλὴμ, θάμβος ὡς τεταγμέναι.

℣. 4. In Mſ. S. Theoder. omnia ut in Vulg. excepto uno *quia me elevas*, loco *quia ipſi me avolare fecerunt.* In Græco: Ἀπόστρεψον ὀφθαλμούς σου ἀπεναντίον μου, ὅτι αὐτοὶ ἀνεπτέρωσάν με. Τρίχωμά σου ὡς ἀγέλαι τῶν αἰγῶν, αἳ ἀνεφάνησαν ἀπὸ τῦ Γαλαάδ. i. e. *Averte oculos tuos è regione mei, quia ipſi avolare fecerunt me. Capillamentum tuum ſicut greges caprarum, quæ apparuerunt è Galaad.*

℣. 5. Eadem ſunt in Græco, præter unum plur. ἀγέλαι, *greges*, pro *grex*. Gr. extremò addit, καὶ ἡ λαλιὰ σου ὡραία, & *eloquium tuum decorum.* Vide rurſum Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. p. 1161. e. & epiſt. 30. to. 2. p. 912. a. Apud Auguſt. ſimilia, cùm epiſt. 149. to. 2. 505. c. tum l. 2. de doctr. Chr. to. 3. 21. e. niſi quòd leg. *ſicut grex detonſarum aſcendens de lavacro.... & ſterilis non eſt in illis*; nec plura. Item apud Caſſiod. in Pſ. 77. p. 271. c. *Dentes tui ſicut grex tonſarum aſcendens de lavacro, quæ omnes geminos creant, & ſterilis non eſt in eis*; nec ſequuntur alia. In Mſ. S. Theoder. omnia ut in Vulg.

℣. 6. Græc. Ὡς λέπυεον τῆς ῥοᾶς, μῆλόν σου, ἐκτὸς τῆς σιωπήσεώς σου. i. e. *Sicut cortex mali punici, gena tua, extrà taciturnitatem tuam.* Mſ. S. Theoder. *Sicut cortex.... ſic gena tua abſque oculis*; l. *occultis.*

℣. 7. Ad verbum è Græco. Ita quoque legit Auguſt. l. de div. quæſt. q. 55. to. 6. col. 25. Mſ. S. Theoder. ut in Vulg.

℣. 8. Eadem refert Cypr. cùm epiſt. 76. p. 152. b. tum l. de unit. Eccl. p. 195. a. uſque ad verbum *viderunt.* Ita quoque S. Pacian. epiſt. 1. p. 306. d. niſi quòd hab. *electa eſt.* Hieron. ep. ad Princip. col. 692. b. *Una & ce-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

runt eam filiæ, & beatiſſimam prædicaverunt; reginæ & concubinæ, & laudaverunt eam.

9. Quæ eſt iſta, quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra ut luna, electa ut ſol, terribilis ut caſtrorum acies ordinata?

10. Deſcendi in hortum nucum, ut viderem poma convallium, & inſpicerem ſi floruiſſet vinea, & germinaſſent mala punica.

11. Neſcivi: anima mea conturbavit me propter quadrigas Aminadab.

12. Revertere, revertere Sulamitis: revertere, revertere, ut intueamur te.

VERSIO ANTIQUA.

filiæ, & beatificant eam; reginæ & concubinæ, & laudant eam. *Hieron. ubi ſup.*

9. Quænam eſt hæc proſpiciens tanquam diluculum, ſpecioſa ſicut luna, electa ſicut ſol, miraculum ſicut ornatus? *Ambroſ. de bened. Patr. c. 10. p. 526. b.*

10. In hortum nucis deſcendi videre in nativitate torrentis..... *Idem de Iſaac, c. 8. p. 377. d.*

11..... poſuit me currus Aminadab. *Ibid. 378. a. c.*

12. Convertere, convertere Sunamitis: convertere, & videbimus te. *Idem ep. 30. p. 914. b. & de ob. Val. t. 2. 1191. b.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

lumba mea, perfecta mea, proxima mea. Rufin. in Symb. p. 189. c. *Una eſt columba mea, una eſt perfecta genitrici ſuæ.* Auguſt. tract. 6. in Joh. to. 3. p. 2. col. 337. b. *Una eſt columba mea, una eſt matri ſuæ.* Optat. l. 4. cont. Donat. p. 74. b. *Una eſt dilecta mea, una eſt ſponſa mea, una eſt columba mea.* Caſſiod. in Pſ. 4. p. 21. c. *Una eſt columba mea, una eſt ſponſa mea.* Siricius PP. epiſt. 10. to. 1. 692. c. *Una eſt columba mea, una eſt perfecta mea, una eſt genitrici ſuæ.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 48. p. 201. d. *Una eſt columba mea, perfecta mea.* Græc. verò nil differt à textu Ambr. niſi quòd hab. circa med. ἐκλεκτή ἐϛι τῇ τεκούσῃ αὐτήν, *electa eſt ei quæ peperit ipſam;* & ſub finem, μακαριοῦσι..... ἐγ αἰνέσωσι, *beatificabunt....* & *laudabunt*, non *beatificant....* & *laudant.* Mſ. S. Theoder. ut in Vulg. deleto uno &, ante *laudaverunt.*

℣. 9. Eadem repetit Ambroſ. l. 4. Hex. col. 77. f. uſque ad vocem *miraculum:* ita rurſum l. de Iſaac, c. 7. & 8. col. 377. a. 380. b. & de ob. Val. to. 2. 1190. e. Sic etiam Hieron. ep. 18. ad Euſtoch. to. 4. p. 2. col. 49. b. at in Iſai. 66. to. 3. 512. f. legit: *Quæ eſt hæc, quæ proceſſit quaſi diluculum, pulchra ut luna,* & *electa ut ſol, admirabilis?* Græcè: Τίς αὕτη ἡ ἐκκύπτουσα ὡσεὶ ὄρθρος, καλὴ ὡς σελήνη, ἐκλεκτὴ ὡς ὁ ἥλιος, θάμβος ὡς τεταγμένη; in ed. Ald. τεταγμένη; *pavor ut ordinata*, vel *ordinata.* Mſ. S. Theoder. *Quænam hæc eſt proſpiciens tanq. diluculum, ſpecioſa ſicut luna,* &c. ut in Vulg.

℣. 10. Ad verbum è Græco, hoc excepto, *in nativitate*, pro quo ἐν γενήμασι; at in Mſ. Alex. ἐν γενήματι; in edd. Ald. & Compl. ἐν γεννήμασι. Gr. extremò addit, *ἰδεῖν εἰ ἤνθησεν ἡ ἄμπελος, ἐξήνθησαν αἱ ῥοαί* i. e. *videre ſi floruit vitis, effloruerunt mala punica.* In Mſ. S. Theoder. omnia ut in Vulg. præter ſingul. *convallis*, loco plur. *convallium.* Hieron. in Zach. 12. col. 1786. b. legit: *Deſcendi ut viderem in genimine torrentis, ſi floruiſſet vinea, ſi floruiſſent mala punica.*

℣. 11. Græcè præmittuntur iſta: Ἐκεῖ δώσω τὰς μαϛούς μου σοί· ὐκ ἔγνω ἡ ψυχή μου· deinde, ἔθετό με, &c. ut in Lat. i. e. *Ibi dabo ubera mea tibi: non novit anima mea: poſuit me*, &c. Mſ. S. Theoder. cum Vulg. *Neſcivi: anima mea turbavit me;* dein verò cum Ambr. *poſuit me currus Aminadab:* idem Ambr. in Pſ. 118. to. 1. col. 993. c. leg. *poſui te currus Aminadab:* & l. 2. de Abr. c. 8. col. 336. b. *poſuiſti me currus*, &c. at l. de Nabut. c. 15. col. 584. b. necnon altero de virginit. to. 2. 236. c. ut ſup. *poſuit me*, &c.

℣. 12. Iridem Græcè, geminato verbo *convertere*, poſt *Sunamitis*, poſitoque ult. *ἐν σοί, in te*, non ſimpliciter *te.* In Mſ. S. Theoder. breviùs: *Convertere Sunamitis: convertere, ut intueamur te.* Item Ambroſ. l. de Iſaac, c. 8. col. 378. d. leg. *Convertere Sunamitis, convertere;* at de ob. Val. to. 2. 1191. b. ſcribit *Solamitis;* Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. Συλαμίτις.

CAPUT VII.

VULGATA NOVA.

1. QUid videbis in Sulamite, niſi choros caſtrorum? Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, filia principis! Junctúræ femorum tuorum, ſicut monilia quæ fabricata ſunt manu artificis.

2. Umbilicus tuus crater tornatilis, nunquam indigens poculis. Venter tuus ſicut acervus tritici, vallatus liliis.

3. Duo ubera tua, ſicut duo hinnuli gemelli capreæ.

4. Collum tuum ſicut turris eburnea. Oculi tui ſicut piſcinæ in Heſebon, quæ ſunt in porta filiæ multitudinis. Naſus tuus ſicut turris Libani, quæ reſpicit contra Damaſcum.

VERSIO ANTIQUA.

1. QUid videbitis in Solamitide, quæ venit ſicut chori caſtrorum? [a] Specioſi facti ſunt greſſus tui in calceamentis, filia Aminadab. Moduli femorum tuorum, ſimiles torquibus, operi manuum artificis. *Ambr. de ob. Val. to. 2. 1191. c. e.* [a] *Idem l. de inſtit. virg. t. 2. 268. c. f.*

2. Umbilicus tuus crater tornatilis, non deficiens miſto. Venter tuus ſicut acervus tritici, muniti inter lilia.

3..... *Vide Not.*

4. Cervix tua ſicut turris eburnea. Oculi tui ſicut ſtagna in Eſebon, in portis filiæ multorum. Nares tuæ ſicut turris Libani, proſpiciens faciem Damaſci. *Idem de ob. Val. to. 2. 1192. a.* *Idem in Pſ. 118. to. 1. p. 1028. f. 1171. f.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Nonnulla variant Græcè, ſed levia; nempe, ἐν Συναμίτιδι, pro *in Solamitide;* paulòque poſt, ἐν ὑποδήμασιν, θύγατερ Ναδάβ, *in calceamentis tuis, filia Nadab;* ſubinde deeſt *tuorum*, poſt *femorum;* extremò, ἔργον τεχνίτου, *opus artificis*, pro *operi manuum*, &c. ſed in Mſ. Alex. ut in Lat. ſup. Ἀμιναδάβ. Ῥυθμοὶ μηρῶν σου..... ἔργῳ χειρῶν τεχνίτου· in edd. etiam Ald. & Compl. μηρῶν σου..... ἔργῳ χειρῶν τεχνίτου· in Compl. ἔργων: & verò idem Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1188. c. leg. *ſimiles torquibus opere artificis;* & inf. 1189. d. *opere manuum artificis;* cæt. ut in textu. Ap. Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. 173. d. *Specioſi facti ſunt greſſus tui in calceamentis filii Aminadab.* Mſ. S. Theoder. ita primùm hab. cum Vulg. *Quid videbis in Sulamite, niſi choros caſtrorum?* exinde cum Ambroſ. *Specioſi facti ſunt*, &c. ut in textu, excepto uno *opere*, pro *operi.*

℣. 2. Eadem rurſus habet Ambr. in Pſ. 118. to. 1. 1189. f. & epiſt. 64. to. 2. 1051. a. necnon de ob. Valent. 1192. a. hoc tamen ult. loco Mſs. quidam ponunt *muſto*, non *miſto;* ſicut inf. *minuti*, loco *muniti:* imo Mſs. omnes aliis 2. locis cit. nempe in Pſ. 118. & ep. 64. legunt *minuti inter lilia*, cum vet. editt. Sed lapſus calami eſt, ni fallor, ortus videlicet ex ſimilitudine vocum *muniti*, & *minuti;* nam in Græco conſtanter, ἐτημωνία Σίτου πεφραγμένη, *acervus frumenti vallatus.* In Mſ. S. Theoder. *Umbilicus tuus tanquam crater tornatilis, miſto non deficiens. Venter tuus.... vallatus liliis.* In Gr. Ὀμφαλὸς σου κρατὴρ τορευτὸς, μὴ ὑστερούμενος κράμα (Mſ. Alex. κράματος.) Κοιλία σου θημωνία..... ἐν κρίνοις. Similiter ap. Ambroſ. ſup. epiſt. 64. ac de ob. Valent. deeſt *ſicut*, ante *acervus;* ſed in Pſ. 118. habetur *tanquam*, ante *crater.* Apud Optat. quoque l. 2. cont. Donat. p. 33. a. *Umbilicus tuus ut crater tornatilis.*

℣. 3. Mſ. S. Theoder. cum Vulg. & Gr. *Duo ubera tua, ſicut duo hinnuli caprea gemelli.*

℣. 4. Ita rurſum Græcè, præter unum ſingul. μυκτήρ σου, *naris tua*, loco plur. *nares tuæ.* In Mſ. S. Theoder. ita: *Collum tuum ſicut..... Oculi tui ſtagna in Eſebon, in*

Digitized by Google

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Ambroſ. ubi ſup. 1190. b. 5..... & ornatus capitis tui, ſicut purpura.....	5. Caput tuum ut Carmelus: & comæ capitis tui, ſicut purpura regis vincta canalibus.
6. Quàm pulchra & ſuavis facta es charitas, in deliciis tuis!	6. Quàm pulchra es, & quàm decora chariſſima, in deliciis!
Idem de Myſt. to. 2. 335. b. 7. Statura tua ſimilis facta eſt palmæ, & ubera tua botris.	7. Statura tua aſſimilata eſt palmæ, & ubera tua botris.
Idem l. 3. Hexa. to. 1. 54. b. 61. d. 8. Dixi: Aſcendam in palmam, tenebo altitudines ejus..... [a] & odor naris tuæ ſicut mala.	8. Dixi: Aſcendam in palmam, & apprehendam fructus ejus: & erunt ubera tua ſicut botri vineæ: & odor oris tui ſicut malorum.
[a] *Idem de Spir. S. to. 2. 647. a.* [b] *Idem l. 2. de fide, p. 476. b.* 9. [b] Et faux tua tanquam vinum optimum.....	9. Guttur tuum ſicut vinum optimum, dignum dilecto meo ad potandum, labiiſque & dentibus illius ad ruminandum.
Idem l. de Iſaac, c. 8. to. 1. 379. b. 10. Ego fratri meo, & ſuper me converſio ejus.	10. Ego dilecto meo, & ad me converſio ejus.
[c] *Idem de apol. Dav. p. 724. c.* 11. [c] Veni frater meus, exeamus in agrum, requieſcamus in caſtellis.	11. Veni dilecte mi, egrediamur in agrum, commorenur in villis.
[d] *Idem l. 3. Hexa. p. 55. c. & in Pſ. 118. p. 1216. a. 1255. d.* 12. Diluculo ſurgamus in vineas, videamus ſi floruit vitis..... [d] floruerunt mala granata: ibi dabo ubera mea tibi.	12. Manè ſurgamus ad vineas, videamus ſi floruit vinea, ſi flores fructus parturiunt, ſi floruerunt mala punica: ibi dabo tibi ubera mea.
13. Dederunt mandragoræ odorem, & in foribus noſtris omnis fetus arborum: nova & vetera, frater meus, ſervavi tibi.	13. Mandragoræ dederunt odorem. In portis noſtris omnia poma: nova & vetera, dilecte mi, ſervavi tibi.

Notæ ad Versionem antiquam.

portis filiæ multorum. Nares tuæ ſicut turris Lib. quæ reſpicit contra Damaſcum.

℣. 5. Mſ. S. Theoder. *Caput tuum ut Carmelus: & comæ tuæ ſicut purpura regis junctæ canalibus.* Gr. Κεφαλή σου ἐπὶ σὲ, ὡς Κάρμηλος· ἡ πλόκιον κεφαλῆς σου, ὡς πορφύρα· βασιλεὺς δεδεμένος ἐν παραδρομαῖς. i. e. *Caput tuum ſuper te, ſicut Carmelus: & plexus capitis tui, ſicut purpura; rex ligatus in tranſcurſibus.*

℣. 6. Sic iterum Ambroſ. de ob. Val. to. 2. 1192. c. cum Mſ. S. Theoder. at l. de Myſt. col. 335. b. & l. de Iſaac, c. 8. to. 1. 378. e. Ambr. leg. *Quid pulchra & ſuavis*, &c. ut ſupra. In Gr. Τί ὡραιώθης, ἡ τί ἡδύνθης ἀγάπη ἐν, &c. Similiter ap. Aug. l. 17. de civit. Dei, c. 20. col. 485. b. *charitas in deliciis tuis.*

℣. 7. Idem Ambroſ. l. 3. Hex. col. 61. b. & l. de Iſaac, c. 8. col. 378. e. conſtanter legit: *Statura tua ſimilis facta eſt palma.* Sic etiam in Mſ. S. Theoder. cum ſeqq. ſup. Gr. Τοῦτο μέγεθός σου ὡμοιώθης τῷ φοίνικι, &c. *Hæc magnitudo tua: ſimilis factaus palmæ*, &c. ut ſup. Ap. Aquil. αὕτη ἀνάσασίς σου, &c. ap. Symm. αὕτη ἡλικία σου, deinde in Mſ. Alex. ὡμοιώθη.

℣. 8. Mſ. S. Theoder. *Dixi: Aſcendam in palmam, & manducabo fructus ejus: & erunt ub. tua ſicut botri vineæ: & odores tui ſicut malorum.* Græc. Εἶπα· Ἀναβήσομαι ἐπὶ τῷ φοίνικι, κρατήσω τῶν ὑψεων αὐτῆ· ἡ ἔσονται δὴ μασοί σου ὡς βότρυες τῆς ἀμπέλου· ἡ ὀσμὴ ῥινός σου ὡς μῆλα. Vide etiam Ambr. l. de Iſaac, c. 8. col. 378. e.

℣. 9. Mſ. S. Theoder. *Guttur tuum ſicut vinum optimum dilecto meo ad potandum, labiiſque & dentibus ruminandum.* Græc. Καὶ ὁ λάρυγξ σου ὡς οἶνος ὁ ἀγαθὸς, πορευόμενος τῷ ἀδελφιδῷ μου εἰς εὐθύτητα, ἱκανούμενος χείλεσί μου ἡ ὀδοῦσι. i. e. *Et guttur tuum ſicut vinum bonum, vadens fraterno meo in rectitudinem, ſufficiens labiis meis & dentibus.* Idem Ambroſ. l. 3. Hex. col. 61. d. legit: *Et fauces tuæ ſicut vinum optimum.*

℣. 10. Sic iterum Ambroſ. de ob. Val. to. 2. 1192. c. unà cum Mſ. S. Theoder. & Græco.

℣. 11. Eadem refert Ambroſ. l. de Iſaac, c. 8. to. 1. 379. d. & in Pſ. 118. col. 1215. e. 1255. d. & in Luc. 17. col. 1481. a. & l. de virginit. to. 2. 221. f. & de obitu Val. col. 1192. d. f. nec diverſa in Græco, præter unum, ἀδελφιδέ μου; ſed Ambroſ. l. 1 de virgin. to. 2. 157. f. leg. *fraterne mi*, al. *frater mi.* Sic etiam in Mſ. S. Theoder. ut & alia quæ leguntur ſupra.

℣. 12. Mſ. S. Theoder. *Diluculo ſurgamus in vineis, videamus ſi floruit vitis*, deinde, *ſi flores*, &c. ut in Vulg. Gr. Ὀρθρίσωμεν εἰς ἀμπελῶνας, ἴδωμεν εἰ ἤνθησεν ἡ ἄμπελος, ἤνθησεν ὁ κυπρισμὸς, ἤνθησαν αἱ ῥοαὶ· ἐκεῖ δώσω τὰς μασούς μου σοί. Vide etiam Ambr. in Pſ. 118. to. 1. 1215. e. & l. de virginit. to. 2. 221. f. necnon de ob. Valent. col. 1192. d. ubi iterum legit quæ ſup. in textu. Hieron. in Iſai. 35. to. 3. 280. d. *flores viſi ſunt in terra.*

℣. 13. Nonnulla de his rurſus citat Ambroſ. de apol. Dav. to. 1. 724. c. & epiſt. 39. to. 2. 945. e. necnon de obitu Val. col. 1192. f. niſi quòd hîc hab. *omnes fetus arborum.* Græc. πάντα ἀκρόδρυα; deinde, νέα πρὸς παλαιὰ, ἀδελφιδέ μου, ἐτήρησά σοι. i. e. *omnes nuces novas ad veteres, fraterne mi, ſervavi tibi*; cæt. ut in Lat. ſup. Hieron. in Iſai. 35. to. 3. 280. d. *Mandragoræ dederunt odorem ſuum*: & ſup. col. 2. f. ac in Matth. 13. to. 4. 60. d. *nova & vetera, fratrueles meus, ſervavi tibi*; Mſs. 2. ibid. *nova cum veteribus.* Mſ. S. Theoder. *Ibi dederunt mangragoræ odorem*; ſtatimque, *nova & vetera, frater meus, ſervavi tibi*, prætermiſſis mediis, & *in foribus*, &c.

CAPUT VIII.

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Ambr. de ob. Val. to. 2. 1192. f. 1. QUis dabit te, frater, fratrem mihi lactentem ubera matris meæ? inveniens te foris, oſculabor te, & quidem non ſpernent me.	1. QUis mihi det te fratrem meum ſugentem ubera matris meæ, ut inveniam te foris, & deoſculer te, & jam me nemo deſpiciat?
2. Adſumam te, & inducam te in domum matris meæ, & in ſecretum ejus quæ concepit me: potum dabo tibi à vino operoſi unguenti, à fluxu malorum granatorum meorum.	2. Apprehendam te, & ducam in domum matris meæ: ibi me docebis, & dabo tibi poculum ex vino condito, & muſtum malorum granatorum meorum.

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Mſ. S. Theoder. initio hab. *Quis dabit te fratrem lactentem ubera*; reliqua ut in textu. Græc. Τίς δώη σε, ἀδελφιδέ μου, θηλάζοντα, &c. ut in Lat. Aquila, Τίς δώσει σε ὡς ἀδελφὸν ἐμοὶ, &c. in ed. Compl. pariter ἀδελφόν. Idem Ambroſ. l. de Iſaac, c. 8. col. 379. f. *Quis dabit te, frater, lactantem*, &c. ut ſup. at l. de inſtit. virg. to. 2. 250. f. *Quis dabit te fratrem mihi lactentem*, &c. quæ ſup. & l. de Myſt. col. 335. b. *Quis dabit te, frater, mihi lactentem*, &c. & de apol. Dav. to. 2. 724. d. *Quis dabit te, frater meus, lactantem*, &c. & in Pſ. 118. col. 1216. c. *Quis dabit te fratrem lactentem*, &c. quæ ſupra.

℣. 2. Mſ. S. Theoder. primò legit cum Ambr. *Aſſumam te, & inducam in dom. matris meæ, & in ſecretum ejus quæ me concepit*: deinde, *ibi me docebis, & dabo tibi poculum*, &c. ut in Vulg. Græc. Παραλήψομαί σε, εἰσάξω σε εἰς οἶκον μητρός μου, ἡ εἰς ταμεῖον τῆς συλλαβούσης με· ποτιῶ σε ἀπὸ οἴνου τῦ μυρεψικῦ, ἀπὸ νάματος ῥοῶν μου. Multa iterum refert Ambroſ. ex his quæ ſup. cùm l. de Iſaac, c. 8. col. 379. f. & in Pſ. 118. col. 1246. c. tum de

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

3. Læva ejus ſub capite meo, &. dextera illius amplexabitur me.

4. Adjuro vos filiæ Jeruſalem, ne ſuſcitetis, neque evigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit.

5. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto, deliciis affluens, innixa ſuper dilectum ſuum? Sub arbore malo ſuſcitavi te: ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata eſt genitrix tua.

6. Pone me ut ſignaculum ſuper cor tuum, ut ſignaculum ſuper brachium tuum: quia fortis eſt ut mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio: lampades ejus, lampades ignis atque flammarum.

7. Aquæ multæ non potuerunt exſtinguere charitatem, nec flumina obruent illam: ſi dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam.

8. Soror noſtra parva, & ubera non habet: quid faciemus ſorori noſtræ in die quando alloquenda eſt?

9. Si murus eſt, ædificemus ſuper eum propugnacula argentea: ſi oſtium eſt, compingamus illud tabulis cedrinis.

10. Ego murus: & ubera mea ſicut turris, ex quo facta ſum coram eo quaſi pacem reperiens.

11. Vinea fuit pacifico in ea, quæ habet populos: tradidit eam cuſtodibus, vir affert pro fructu ejus mille argenteos.

12. Vinea mea coram me eſt. Mille tui pa-

VERSIO ANTIQUA.

3. Læva ejus ſub caput meum, & dextera ejus complectetur me. *Ambr. ubi ſup.* 1193. *a.*

4. Adjuravi vos filiæ Jeruſalem, ne ſuſcitetis & reſuſcitetis dilectionem, uſquequo voluerit. *Idem in Pſ.* 118. *to.* 1. 1216. *d.*

5. Quæ eſt hæc, quæ aſcendit dealbata, innitens ſuper fratrem ſuum? [a] Sub arbore mali elevavi te: illic parturivit te mater tua, illic parturivit te quæ peperit te. [a] *Idem l. de Iſaac, c.* 8. *p.* 380. *e.*

6. Pone me ut ſignaculum in cor tuum, ut ſigillum in brachium tuum: quia valida eſt ut mors charitas, durus ſicut inferi zelus: alæ ejus, alæ ignis & flammæ. *Idem in Pſ.* 118. 1169. *c. f.* 1199. *a.* 1216. *f.* 1225. *d.* 1255. *e.*

7. Aqua multa excludere non poterit charitatem, & flumina non inundabunt eam: [a] ſi dederit vir omnes facultates ſuas in charitate, contemptu contemptus erit. [a] *Ibid. p.* 1244. *d.*

8. Soror noſtra parva, & ubera non habet: quid faciemus ſorori noſtræ in die qua loquetur in ea? *Ibid. p.* 1256. *a. b.*

9. Si murus eſt, ædificemus ſuper eum receptacula: & ſi janua eſt, ſculpamus ſuper eam tabulas cedrinas.

10. Ego murus, & ubera mea turres: ego eram in oculis ejus tanquam inveniens pacem. *Ibid.* 1246. *c.* 1257. *a.* 1258. *c.*

11. Vinea facta eſt Salomoni in Beelamon: dedit vineam ſuam iis qui ſervant.....

12. Vitis mea in conſpectu meo. Mille Salomo-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ob. Valent. col. 1176. c. Similiter habet in Pſ. 118. col. 1216. c. niſi quòd poſt τὸ *concepit me*, ſubdit cum Vulg. *ibi docebis me*: item l. de Myſt. to. 2. 335. c. *docebis me*: lib. verò de inſtit. virg. col. 251. a. *Adſumam te*, & *ducam te*, &c. & de apol. Dav. col. 724. e. *Adſumam te*, & *adducam te*, &c. Hieron. in Zachar. 12. to. 3. 1786. c. *potabis me de vino unguentarii, de vino malorum granatorum meorum*: & in Zachar. 9. col. 1764. e. *de rivis malogranatorum tuorum.*

℣. 3. Ad verbum è Græco. Mſ. S. Theoder. nil differt à Vulg.

℣. 4. Mſ. S. Theoder. *Adjuravi vos filiæ Jeruſ. quòd ſuſcitetis & reſuſcitetis dilection. quouſque voluerit.* Auguſt. verò Specul. to. 3. 715. a. *Adjuro vos filiæ Jeruſ. in virtutibus & viribus agri, ſi levaveritis charitatem, quoadusque velit.* Græc. Ὥρκισα ὑμᾶς θυγατέρες Ἱερυσ. ἐν ταῖς δυνάμεσι τῦ ἀγρῦ, ἐὰν ἐγείρητε, καὶ ἐὰν ἐξεγείρητε τὴν ἀγαπὴν, ἕως ἂν θελήσῃ.

℣. 5. Concinit Græc. ad verbum, niſi quòd hab. Ὑπὸ μῆλον ἐξήγειρά σε, *Sub malo exſuſcitavi te*, loco *Sub arbore mali elevavi te*; quæ idem ſonant. Mſ. S. Theoder. *levavi te*; initio verò ipſo, *Quæ eſt quæ aſcendit*, abſque medio *hæc*; cæt. ut ap. Ambr. ſupra. Idem Ambr. l. de Iſaac, c. 8. col. 380. a. legit: *Quæ eſt hæc, quæ aſcendit candida*, &c. ſic etiam in Pſ. 118. col. 1152. e. & de ob. Val. to. 2. 1194. a. & l. 2. de interpel. Dav. c. 4. col. 643. f. conſtanter, *dealbata*; ſicut in Pſ. 118. col. 1176. e. & de apol. Dav. col. 696. c. & de Myſt. to. 2. 334. b. lib. verò 4. de Sacram. col. 366. a. habet: *Quæ eſt hæc, quæ aſcendit à deſerto dealbata?* Auct. l. de Trin. ap. Ambr. col. 338. f. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit dealbata, innitens ſupra fratruelem ſuum?* Ita quoque legit Hieron. in Iſai. 29. to. 3. 249. e. & in Ezech. 27. col. 886. a. Vide etiam in Soph. 2. col. 1667. b. & in Zach. 3. col. 1721. f. & epiſt. ad Euſtoch. to. 4. p. 2. col. 27. f. Auguſt. de Gra. & l. arb. to. 10. 725. c. *Quæ eſt iſta, quæ aſcendit dealbata, incumbens ſuper fratruelem ſuum*: item *dealbata*, tract. 65. in Joh. to. 3. 674. e. & in Pſ. 44. col. 395. f. cui ſuffragatur Caſſiod. in Pſ. 4. & 44. p. 21. c. 153. c.

℣. 6. Totidem verba in Mſ. S. Theoder. exceptâ unâ conjunct. & quæ deeſt ante vocem ult. *flamma*; Gr. hab. φλόγες αὐτῆς, *flamma ejus*, abſque præced. & : item ſup. tollit *eſt*, poſt *valida*; legitque inf. ᾅδης, *infernus*, loco *inferi*; cæt. ad verbum ut ſupra. Eorumdem multa iterum refert Ambroſ. l. de Iſaac, c. 8. col. 380. f. 381. c. & l. de Myſt. to. 2. 335. d. at l. 6. de Sacram. to. 2. 381. c. legit: *Pone me ut ſignaculum in corde tuo, ſicut ſignaculum in brachiis tuis*: & l. 1. de virgin. col. 157. f. 158. c. *Pone me ut ſigillum in cor tuum*, & *velut ſignaculum ſuper brachium tuum*: vide etiam l. de inſtit. virg. col. 274. c. & epiſt. 30. col. 914. c. Apud Hieron. ep. 18. ad Euſtoch. to. 4. p. 2. col. 49. d. *Pone me ſicut umbraculum in corde tuo, ſicut ſignaculum in brachio tuo.* Apud Auguſt. in Pſ. 47. to. 4. 422. g. *valida eſt ſicut mors dilectio.* Apud S. Paulin. epiſt. 40. p. 243. b. *fortis ut mors charitas.*

℣. 7. Mſ. S. Theoder. initio hab. cum Ambroſ. *Aqua multa excludere non poterit charitatem*, & *flum. non undabunt eam*: ſequentia verò ut in Vulg. Græcè: Ὑδωρ πολὺ δυνήσεται σβέσαι τὴν ἀγάπην, καὶ ποταμοὶ δ' ζυγκλύζεται αὐτήν· ἐὰν δῷ ἀνὴρ πάντα τὸν βίον αὐτῦ (Aquil. ζύμπασαν ὕπαρξιν τῦ οἴκυ αὐτῦ) ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἐξυδατώσει ἐξυδατώζεται αὐτόν. Idem Ambroſ. l. 1. de Jac. c. 7. col. 453. f. legit: *Aqua multa excludere non poterit charitatem*, & *flumina non concludent eam*; item in Pſ. 118. p. 1243. d. conſtanter *excludere*; paulò verò poſt, *non inundabunt eam.* Hieron. ep. 18. ad Euſtoch. to. 4. p. 2. col. 49. d. *Aqua multæ non poterunt exſtingnere charitatem*, & *flumina non operient eam.*

℣. 8. Ita Græcè, niſi quòd pro *qua loquetur*, exſtat ᾗ ἐὰν λαληθῇ, i. e. *qua ſermo fiet.* Mſ. S. Theoder. initio hab. *Soror nobis parva*; reliqua ad verbum ut ſupra.

℣. 9. Itidem in Mſ. S. Theoder. Græc. loco *ſuper eum receptacula*, hab. ἐπ' αὐτὴν ἐπάλξεις ἀργυρᾶς, *ſuper eam propugnacula argentea*; extremòque, ἐαν δὲ θύρα ἦ, *tabulam cedrinam*; cæt. ut in Lat. ſup. Idem Ambroſ. l. 2. de virgin. to. 2. 174. b. *Si murus eſt, ædificemus ſuper eum turres argenteas.*

℣. 10. Sic iterum Ambroſ. l. 6. Hex. to. 1. 132. f. & l. de bon. mort. c. 5. col. 397. d. e. niſi quòd hoc poſtremo loco hab. *ut turres*, abſque præced. & ; ſed de apol. Dav. col. 702. f. & *ubera mea turris.* Græcè, καὶ μασοί μυ ὡς πύργοι· deinde, ἐγὼ ἤμλυν ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτῶν, &c. in Mſ. verò Alex. ac edd. Ald. & Compl. ἐν ὀφθαλμ. αὐτῦ, ut in Latino. Mſ. S. Theoder. initio hab. *Ego civitas munita*, quod abeſt à Gr. exinde, *ego murus*, & *ubera mea turres*, &c. ut in textu, niſi excipias unum *quaſi*, pro *tanquam.*

℣. 11. Mſ. S. Theoder. ſimiliter habet: *Vinea facta eſt Salom. in Belammon: dedit vineam ſuam his qui ſervant*; deinde cum Vulg. *vir affert pro fructu ejus mille argenteos.* Græcè, ἀνὴρ οἴσει ἐν καρπῷ αὐτῦ χιλίας ἀργυρίν, *vir feret in fructu ejus mille argenti*; priora ut in textu Latino. De vocabulo autem Beelamon Ambroſ. hæc addit: *Plantata autem eſt in multitudine nationum; hoc enim eſſe intelligendum* Beelamon, *Symmachus, Aquila, aliæque Translationes Græco ſermone docuerunt.*

℣. 12. Itidem in Mſ. S. Theoder. Græc. ipſo initio hab. Ἀμπελών μυ ἐμοὶ, *Vinea mihi mea*; & in fine, καρ-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ambroſ. ubi ſup. ni, & ducenti ſervantibus fructum.

13. Qui ſedes in hortis, amici intendentes ſunt voci tuæ : vocem tuam inſinua mihi.

14. Fuge frater meus, & ſimilis eſto tu capreolæ, aut hinnulo cervorum ſuper montes aromatum.

VULGATA NOVA.

cifici, & ducenti his, qui cuſtodiunt fructus ejus.

13. Quæ habitas in hortis, amici auſcultant: fac me audire vocem tuam.

14. Fuge dilecte mi, & aſſimilare capreæ, hinnuloque cervorum ſuper montes aromatum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

τὴν αὐτῆ ; cæt. ut in Lat. ſup. Rurſum Ambroſ. l. 1. de virgin. to. 1. 158. e. legit : *Vinea mea eſt in conſpectu meo. Mille Salomoni, & ducenti, qui ſervant fructum ejus.*

℣. 13. Mſ. S. Theoder. ſimpliciter habet : *Quæ ſedes in hortis, vocem tuam inſinua mihi.* Gr. verò : Ὁ καθήμενος ἐν κήποις, ἑταῖροι προσέχοντες τῇ φωνῇ σου· ἀκούτισόν με· quæ reſpondent textui Lat. ſup. vide etiam Ambr. l. de bon. mort. c. 5. col. 397. f.

℣. 14. Similiter in Mſ. S. Theoder. duobus exceptis, *capreolo*, loco *capreolæ ; & monte*, pro *montes*. Græcè : Φύγε ἀδελφιδέ μου, καὶ ὁμοιώθητι τῇ δορκάδι, ἢ τῷ νεβρῷ τῶν..... ἐπὶ ὄρη τῶν, &c. Ambroſ. l. de virginit. to. 2. col. 226. a. ita legit : *Fuge fraternus meus, & ſimilis efficere cervo, aut hinnulo cervi in montibus aromatum.*

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore FRANCISCO LUCA Brugenſi.

CANTICUM CANTICORUM.

GErmanus *libri titulus eſt* Canticum *numero ſingulari, non plurali* Cantica.

CAP. I. ℣. 1. Oſculetur me oſculo oris ſui. *Non ſcribas* ab oſculis *pro* oſculo.

℣. 3. In odorem unguentorum tuorum. *Non ſunt omittenda hæc verba, licet Hebraïcè non exſtent.*

℣. 5. Poſuerunt me cuſtodem in vineis. *Non eſt auferenda præpoſitio* in.

℣. 7. Et abi poſt veſtigia gregum. *Non ſubjicias pronomen* tuorum.

CAP. II. ℣. 4. Introduxit me in cellam vinariam. *Non addas* rex.

℣. 10. En dilectus meus loquitur mihi. *Alii, pro adverbio demonſtrandi* en, *ſcribunt conjunctionem copulativam* &c.

Sequitur : Surge, propera, amica mea, columba mea. *Non facilè omittas* columba mea, *tametſi abſit ab Hebræo.*

℣. 13. Surge, amica mea, ſpecioſa mea, & veni. *Non eſt hoc loco addendum verbum* propera, *multòque minùs* proſpera, *verbo* ſurge. *Rurſus* ſpecioſa, *quod eſt pulchra, non eſt corrigendum* ſponſa. *Poſtremò non eſt* columba mea, *è proximo verſu transferendum in hunc, ante* & veni.

℣. 17. Similis eſto, dilecte mi, capreæ hinnuloque cervorum, ſuper montes Bether. *Quia obſcurum eſt nomen* Bether, *quod ſignificat concavitatem ſeu diviſionem ; notiſſimum autem econtra eſt nomen* Bethel, *quod domum Dei ſignificat ; hinc factum eſt, ut notarii plerique, pro* Bether *(quæ eſt Romanorum Patrum docta correctio) ſcripſerint* Bethel, *id eſt,* l *pro* r, *primam liquidarum pro ultima.*

CAP. V. ℣. 6. Anima mea liquefacta eſt ut locutus eſt. *Non addas* dilectus.

CAP. VI. ℣. 10. Deſcendi in hortum nucum. *Cave ſupponas pronomen* meum *pro nomine* nucum, *quod quidam.*

Sequitur : Ut viderem poma convallium. *Alii libri ſcribunt numero ſingulari* convallis.

℣. 12. Revertere, revertere Sulamitis. *Idem accidit hoc loco, quod ſupra* 2. ℣. 17. Sulamitis, *quod eſt nomen femininum, deductum à maſculino* Salomon, *quia alibi non legitur, corruptum fuit, ſuppoſito nomine* Sunamitis, *celeberrimo in tertio & quarto libris Regum, ut pote una ſola littera differente. Legenda itaque hîc eſt littera* l, *id eſt, prima liquidarum, prout habet Romana correctio, non* n *tertia.*

CAP. VII. ℣. 1. Quid videbis in Sulamite. *Eadem eſt hujus loci ratio, quæ præcedentis.*

Ibidem. Junctura femorum tuorum. *Alii ſcribunt* feminum.

℣. 5. Sicut purpura regis vincta canalibus. *Pro* vincta, *quod eſt participium à vincio, non ſcribas* juncta *à jungo, multòque minùs* tincta *à tingo.*

℣. 8. Et odor oris tui ſicut malorum. *Non repetas vocem* odor *ante* malorum.

CAP. VIII. ℣. 2. Et ducam in domum matris meæ. *Non ſubjicias, ut multi,* & in cubiculum genitricis meæ, *quod eſt capitis* 3. ℣. 4.

℣. 5. Quæ eſt iſta, quæ aſcendit de deſerto. *Cave mutes* de *cum* in.

℣. 7. Aquæ multæ non potuerunt exſtinguere charitatem. *Alii, pro præterito* potuerunt, *ſcribunt futurum* poterunt.

℣. 12. Mille tui pacifici. *Non eſt opus genitivum* pacifici, *commutare cum vocativo* pacifice, *præſertim cùm non ſuppetant exemplaria.*

Digitized by Google

IN LIBROS SAPIENTIÆ ET ECCLESIASTICI

ADMONITIO PRÆVIA.

NULLAM aliam utriusque Libri Sapientiæ, *&* Eccleſiaſtici *Latinam Verſionem edimus, præter illam, quæ proſtat, hodieque legitur in S. Bibliis Vulgatæ Editionis: hæc enim non differt ab antiqua Verſione Latina, ſeu, ut aiunt, Italica; imo una eademque eſt cum ipſa, ſi nonnullæ excipiantur varietates, quæ tamen duplicem non arguunt Interpretationem.* « *Qui namque in (Vulgata) libri continentur, (ut à majoribus noſtris quaſi per manus traditum nobis eſt) partim ex S. Hieronymi Translatione, vel emendatione, ſuſcepti ſunt;* « *partim retenti ex antiquiſſima quadam Editione Latina, quam S. Hieron. Communem & Vulgatam, S. Aug. Italam, S. Greg. Veterem Translationem appellat.* » *Idem agnoſcit eruditus Auctor diſſertationum hiſtoric. in S. Script. diſſert. X. p.* 83. « *Certum eſt, inquit, Vulgatam novam non ita pertinere ad D. Hieronymum, ut nihil omnino, quod ipſius Hieronymi non ſit, in ea habeatur. Primò enim liber* Pſalmorum *non eſt ex Verſione Hieronymi, ſed ex Verſione LXX. & ut multi volunt, ex correctione Luciani. Secundò, neque etiam Hieronymo tribui poſſunt libri* Machabæorum, Sapientiæ, Eccleſiaſtici, *&* Baruch, *cùm libros iſtos Hieronymus nuſquam verterit: cæteros verò, paucis exceptis, quæ tum ex Veteri Vulgata, tum ex Theodotionis verſione admiſta ſunt, totos eſſe Hieronymi dubitari nequit.* » *Idem ſentit Martianæus noſter, cùm ait Prolegom.* 2. *to.* 1. *op. S. Hieron.* « *Adverte diligenter Canonem Hebraïcæ veritatis, uno* Pſalterio *excepto, totum reperiri in Vulgata Latina, cum duobus inſuper* Tobiæ *&* Judith *voluminibus, de Chaldaïco in Latinum ab ipſo Hieronymo converſis..... Præterea habes in libro* Pſalmorum *poſteriorem emendationem Hieronymi, quam ipſe edidit cum ſignis aſteriſcorum & obelorum..... Reliqui omnes libri Inſtrumenti Veteris retenti ſunt ex illa Antiqua Vulgata, quæ Communis, vel Italica dicta perhibetur. Hi ſunt liber* Baruch, Sapientia, Eccleſiaſticus, *ac libri* Machabæorum *primus & ſecundus.* » *De duobus etiam* Sapientiæ *&* Eccleſiaſtici *libris ita diſſerit Hieronymus ipſe, præf. in libr. Salomonis:* Fertur & παναρετος Jeſu filii Sirach liber, & alius ψευδεπιγραφος, qui *Sapientia Salomonis* inſcribitur; quorum priorem Hebraïcum reperi, non *Eccleſiaſticum*, ut apud Latinos, ſed *Parabolas* prænotatum; cui juncti erant *Eccleſiaſtes*, & *Canticum Canticorum*..... Secundus apud Hebræos nuſquam eſt; quia & ipſe ſtylus Græcam eloquentiam redolet, & nonnulli Scriptorum veterum hunc eſſe Judæi Philonis affirmant. *Et poſt pauca addit:* Si cui ſanè LXX. Interpretum magis Editio placet, habet eam à nobis olim emendatam; neque enim ſic nova cudimus, ut vetera deſtruamus. *Cave tamen ex poſterioribus his ducas, & exiſtimes duos libros* Sapientiæ *&* Eccleſiaſtici, *unà cum germanis Salomonis libris, emendatos fuiſſe ab Hieronymo, vel exactos ad Græcum contextum: enim verò contrarium ipſe affirmat in præf. altera, quam præpoſuit libris Salomonis ſecundùm Verſionem LXX. ubi ſic loquitur:* Tres libros Salomonis, id eſt, *Proverbia, Eccleſiaſten, Canticum Canticorum*, veteri LXX. Interpretum auctoritati reddidi, vel antepoſitis lineis ſuperflua quæque deſignans, vel ſtellis titulo prænotatis ea, quæ minùs habebantur, interſerens. *Subinde, paucis interjectis, addit:* Porro in eo libro, qui à pleriſque *Sapientia Salomonis* inſcribitur, & in *Eccleſiaſtico*, quem eſſe Jeſu filii Sirach nullus ignorat, calamo temperavi: tantummodo canonicas Scripturas emendare deſiderans, & ſtudium meum certis magis, quàm dubiis, commendare. *Unde manifeſtè colligitur neque* Sapientiæ, *neque* Eccleſiaſtici *libros translatos fuiſſe olim, vel etiam emendatos ab Hieronymo; proindeque utriuſque libri hujus Verſionem Latinam, qualiter nunc habetur in Vulgata noſtra, diſparem haud eſſe, vel diſtinctam ab illa, quæ uſu communi recepta erat in Eccleſia ante Hieronymum.* « Præf. Vulg. Edit.

Et ſanè, ſi Verſionis hodiernæ contentio fiat & comparatio cum Mſs. Codicibus antiquis, vel cum teſtimoniis à SS. Patribus paſſim citatis, vix pauca proferri poterunt quæ diſcrepare videantur.

Ac primò quidem de Mſs. Codicibus res ſatis conſtat: utrumque enim hunc librum exegimus ad quatuor Mſs. optimæ notæ, Corbeienſes duos, unum Sangermanenſem, & alium S. Theoderici ad Remos; nec alias plerumque in ipſis varietates deprehendimus præter illas, quæ paſſim occurrunt in antiquis hujuſcemodi libris. Neque tamen diverſas illas lec-

Digitized by Google

tiones negligendas esse duximus; quinimo singulas ac prope omnes accuratè indicavimus, subjecimusque in Notis. At plures alios id genus Mss. Codices indagare, vel excutere supervacaneum esse judicavimus, ac inutile.

Non ita verò de Patrum veterum libris existimavimus, quorum vel unum prætermittere nobis religio fuit. Itaque locorum ab ipsis citatorum comparatione adhibita cum duobus Vulgatæ nostræ libris, miram inter ipsos consensionem sæpe deprehendimus; nec alias plerumque dissimilitudines animadvertimus, præter communes, leves, & parvi momenti.

Eosdem etiam libros contulimus cum Augustini Speculo, quod opus, tum in ipsis, tum in aliis Scripturæ libris Vulgatam nostram pene ad verbum refert. Non dissimulabimus tamen multò pauciores ac leviores varietates in hoc Augustini opere à nobis fuisse repertas, quàm in aliis Latinis, cùm veterum Patrum scriptis, tum ipsiusmet Augustini. Unde satis sum adductus ut crederem (quod etiam facilè contingere potuit) aliquam hisce libris, & aliis id genus adhibitam fuisse correctionem, statim atque, vel saltem non multis post annis, quàm Vulgata nova adornata fuerat ab Hieronymo; unde necessariò acciderit ut variæ lectiones plures remanserint cùm in Mss. Codicibus hujus antiquæ Versionis, tum in veterum Patrum scriptis, quibus nimirum caruerit Vulgata nostra. Hanc autem emendationem Augustino posteriorem esse non potuisse, ipsiusmet Speculum *manifestè ostendit : at* Speculo *ipso non multò fuisse antiquiorem, alii Augustini libri,* Speculo *anteriores, satis indicant. In his enim plures exstant varietates, quæ in* Speculo *non inveniuntur; unde id affirmari posse crediderim, librorum* Sapientiæ *&* Ecclesiastici, *necnon aliorum id genus, testimonia usurpata ab Augustino in aliis ejus operibus, angustè magis & prosè Versionem Italicam exprimere, quàm illa quæ proferuntur ab ipso in* Speculi *libro : id etiam vel ex eo uno concludi posse crediderim, quòd* Speculi *testimonia his in locis non tam arctè Græcum reddant, quàm cætera passim adhibita ab Augustino in aliis tractatibus.*

Et verò totos hosce libros, Sapientiæ *&* Ecclesiastici, *pro more nostro, cum Græco hodierno comparavimus, hujusque Græci contextús, & Versionis Latinæ nostræ non parvam agnovimus cognationem consensumque : si verò interdum discrepare inter se videantur, istæ dissimilitudines & varietates nasci quoque potuerunt ex ipso textu Græco, qui diversus in pluribus esse potuit, pro variis ejusdem Mss. Codicibus, necnon pro duplici ipsiusmet Editione, una* Κοινῆ, *seu Communi, altera purgata & emendata, non quidem ab Origene, qui hujusmodi libros non invenit in Canone Hebr. sed ab alio quopiam ipsius exemplo, quod non omni verisimilitudine caret. Major tamen libri* Sapientiæ *vicinitas cum Græco hodierno nobis visa est, quàm* Ecclesiastici. *Hujus discrepantiæ causam indicare videtur Auctor ipse Prologi in hunc lib. cùm dicit :* Hortor itaque venire vos cum benevolentia, & attentiori studio lectionem facere, & veniam habere in illis, in quibus videmur, sequentes imaginem Sapientiæ, deficere in verborum compositione. Nam deficiunt verba Hebraïca, quando fuerint translata ad alteram linguam. *Ex quibus, ut ex aliis quæ adduntur infra, manifestè colligitur textum* Ecclesiastici *primigenium non Græcum fuisse, sed Hebraïcum : id etiam testatur Hieron. præf. suprad. in libros Salomonis, ubi ait* Ecclesiastici *librum reperisse se* Hebraïcum; *alterum verò,* qui Sapientia Salomonis inscribitur, apud Hebræos nusquam *esse,* quia & ipse stylus Græcam eloquentiam redolet. *Porro si Ecclesiastici liber primitus Hebraïcus fuit, non Græcus, quid obstat quominus Latina illa, quam habemus, ejusdem libri Versio proximè manaverit ex fonte Hebraïco, non verò ex translatione Græca, quæ nunc exstat; quemadmodum* Sapientiæ *libri interpretatio Latina à fonte Græco derivata est, quod nemini dubium est. Cùm autem Hebraïcus textus à Græco sæpe multùm differat, non valde mirum si Versionum duarum Latinarum, ex diverso fonte ortarum, una magis conveniat cum Græco, altera plus differat. Verùm hac in re tantummodo conjecturâ ducor; & quamvis id quod suspicor de libro Ecclesiastici, non omnino temerè credi posse putem; hoc tamen non ausim tam valde affirmare, ut omnis de eo tollatur dubitatio; maximè cùm hujus libri Translatio Græca primæ antiquitatis sit, nec etiam ipsius Versio Latina parum sit consentanea cum textu Græco etiam hodierno.*

Digitized by Google

CAPITULA VETERA
LIBRI SAPIENTIÆ.

Ex Mſ. cod. Corb. num. 1.

I. *De diligenda juſtitia.* cap. 1. ℣. 1.
II. *Sapientia in malivolam animam non introibit.* c. 1. ℣. 4.
III. *Cuſtodiendum à murmuratione, & detractione.* c. 1. ℣. 11.
IV. *De cogitationibus impiorum.* c. 2. ℣. 1.
V. *De conſilio Judæorum adversùs Chriſtum.* c. 2. ℣. 12.
VI. *De ſanctis martyribus.* c. 3. ℣. 1.
VII. *Quòd impii ſecundùm qua geſſerunt recipient.* c. 3. ℣. 10.
VIII. *De felicitate virginum : filii adulterorum in conſummatione.....* c. 3. ℣℣. 13. 16.
IX.....
X. *De Juſtorum adversùs perſecutores ſuos futura conſtantia.* c. 5. ℣. 1.
XI. *Item de Martyribus quòd in perpetuum vivent.* c. 5. ℣. 16.
XII. *De Judicibus terræ.* c. 6. ℣. 1.
XIII. *Concupiſcendos ſermones ſapientiæ.* c. 6. ℣. 12.
XIV. *Per incorruptionem proximari ad Dominum.* c. 6. ℣. 20.
XV. *De proprio nativitatis ortu Salomonis.* c. 7. ℣. 1.
XVI. *Salomonem accepiſſe ſpiritum ſapientiæ.* c. 7. ℣. 7.
XVII. *Sapientiam ubique attingere.* c. 7. ℣. 24.
XVIII. *Sapientia attingit à fine uſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuaviter.* c. 8. ℣. 1.
XIX. *Quòd continens eſſe nemo poſſit, niſi Deus det.* c. 8. ℣. 21.
XX. *Salomon orat accipere ſapientiam.* c. 9. ℣. 1.
XXI. *Per ſapientiam ſanatos omnes, qui placuerunt Deo.* c. 9. ℣. 18.
XXII. *Per ſapientiam eductum populum Iſraël de Ægypto.* c. 10. ℣. 15.
XXIII. *De ſanctis martyribus.* c. 11. ℣. 14.
XXIV. *Quòd delinquenti populo ultrices beſtiæ immiſſæ ſunt.* c. 11. ℣. 16.
XXV. *Quòd ante Deum ſint omnia tanquam gutta roris antelucani.* c. 11. ℣. 23.
XXVI. *Quòd Spiritus Sanctus ſuavis ſit in omnibus.* c. 12. ℣. 1.
XXVII. *Patientiam Dei dare locum pœnitentiæ peccatoribus.* c. 12. ℣. 10.
XXVIII. *Bonitatem Dei cogitandam, & ſperandam miſericordiam ejus.* c. 12. ℣. 22.
XXIX. *De idolatriis.* c. 13. ℣. 1.
XXX. *De quærentibus Deum in operibus ejus.* c. 13. ℣. 7.
XXXI. *Deridendum idolatriæ errorem.* c. 13. ℣. 10.
XXXII. *Quòd in miſericordia Deus diſponit omnia.* c. 15. ℣. 1.
XXXIII. *De adinventionibus idolorum, & de cultoribus eorum.* c. 14. ℣. 1.
XXXIV. *Idolatria causâ nefanda omnia introducta.* c. 14. ℣℣. 12. 27.
XXXV. *Quòd miſericordia Dei ſanaverit juſtos.* c. 15. ℣. 2.
XXXVI. *Quòd mortis & vitæ ſolus Dominus habeat poteſtatem.* c. 16. ℣. 13.
XXXVII. *Subſannat inventores idolatriæ.* c. 15. ℣. 4.
XXXVIII. *Dediſſe Dominum eſcam delectamenti populo timenti ſe.* c. 16. ℣. 20.
XXXIX. *Quòd creatura Deo factori ſuo deſerviat.* c. 16. ℣. 24.
XL. *Quòd ſermo Domini paſcat credentes in ſe.* c. 16. ℣. 26.
XLI. *Magna eſſe Dei judicia, & inenarrabilia.* c. 17. ℣. 1.
XLII. *Præſumptio ſæva turbat conſcientiam.* c. 17. ℣. 10.
XLIII. *Quòd ſanctis inter tenebras Ægypti lux non defuit.* c. 18. ℣. 1.
XLIV. *De nocte qua percuſſit Deus primogenita Ægypti.* c. 18. ℣. 5.
XLV. *Quòd Moyſes non virtute corporis, ſed fide, & operatione eduxit populum de Ægypto.* c. 18. ℣. 22.
XLVI. *Qualiter educti ſunt de Ægypto filii Iſraël.* c. 19. ℣. 1.
XLVII. *Qualiter, tranſacto mare, populus deſideraverit carnes, & acceperit coturnices.* c. 19. ℣. 11.
XLVIII. *Quòd magnificaverit Dominus populum ſuum, quem eduxit de terra Ægypti.* c. 19. ℣. 20.

Digitized by Google

LIBER
*SAPIENTIÆ.

CAPUT PRIMUM.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. DILIGITE justitiam, qui judicatis terram. Sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum:

2. quoniam invenitur ab his, qui non tentant illum: apparet autem eis, qui fidem habent in illum:

3. perversæ enim cogitationes separant à Deo: probata autem virtus corripit insipientes:

4. quoniam in malevolam animam non introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis.

5. Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus, quæ sunt sine intellectu, & corripietur à superveniente iniquitate.

6. Benignus est enim spiritus sapientiæ, & *Galat.* 5. 22.

3. *Reg.* 3. 9. *Isai.* 56. 1.

2. *Par.* 15. 2.

NOTÆ.

* Mſ. Corb. n. 2. *Incipit Sapientia Salomonis.* Gr. Σοφία Σαλομών. Et verò à SS. Patribus vocitatur hic liber, *Sapientia Salomonis*, maximè à Cypriano l. 2. Teſtim. p. 290. Ap. Tertul. l. cont. Valent. p. 441. b. *Sophia Salomonis.* Ap. Lactant. l. 4. Inſtit. *Salomon in libro Sapientiæ.*

℣. 1. *Sentite.... & in ſimplicitate cordis*, &c. Hieron. in Iſai. 55. & 56. to. 3. 404. c. 413. d. legit: *Sapite de Dom.* &c. ut ſup. Gr. Φρονήσατε περὶ τοῦ, &c. Tertul. l. de præſcr. c. 7. p. 331. c. huc alludens, ait Salomonem tradidiſſe, *Dominum in ſimplicitate cordis eſſe quærendum:* ita quoque l. cont. Valent. p. 441. b. cui ſuccinit Cypr. l. 3. Teſtim. p. 319. b. Gildas verò. Sap. caſtig. in Eccleſ. ord. p. 714. h. habet: *Servite Domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis quærite eum.* Fulg. l. de Incarn. p. 411. *Sentite de Domino in bonit.* &c. ut ſup. Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. p. 184. d. Vulgatæ favet.

℣. 2. Hieron. in Iſai. 55. col. 404. c. *Quia invenitur..... & apparet his, qui non ſunt ei incredduli.* Gaud. Brix. ſer. 17. p. 969. b..... *apparet verò his, qui fidem habent in ipſum.* Græc. ἐμφανίζεσθαι δὲ τοῖς μὴ ἀπιστοῦσιν αὐτῷ.

℣. 3. Sic habet Fulg. l. cont. ſer. Faſtid. c. 4. p. 343. & l. 2. ad Traſim. p. 100. Ita quoque Auct. l. de XLII. manſ. ap. Ambr. col. 15. f. ab his: *Probata autem*, &c. Gildas Sap. caſtig. in Eccl. ord. p. 715. a. legit: *perverſæ enim cognitiones ſeparant à Deo.* Gr. σκολιοὶ γὰρ λογισμοὶ, &c. Mſ. Floriac. addit: *probata autem virtus arguit inſipientes.* Gr. ἐλέγχει τοὺς, &c.

℣. 4. Hieron. in Dan. 12. col. 1133. d. legit: *in perverſam enim animam non introibit ſapientia; non poteſt ſe infundere corpori, quod peccatis ſubditum eſt.* Sed Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1164. f. habet: *in malevolam animam non intrat ſap.* ſimiliter l. 3. de Spir. S. to. 2. 679. e. 692. b. Item S. Paulin. ep. 43. p. 260. a. *quia in malevolam animam non introibit ſap.* ſicut Auct. op. imp. in Matth. p. 103. e. Arnob. Jun. verò l. de Trin. to. 8. p. 212. c. ita: *quia in ſordidam animam non intrat ſapientia, nec habitare poteſt in corpore ſubdito peccatis.* Fulg. cont. Faſtid. p. 343. *quoniam in malevolam animam non introibit ſapientia, nec inhabitabit in corde ſubdito peccatis:* itidem l. 2. ad Traſim. c. 11. p. 100. excepto uno *corpore*, pro *corde.* Gr. ὅτι εἰς κακότεχνον ψυχὴν οὐκ εἰσελεύσεται, &c. ut in Vulg. niſi quòd in fine hab. num. ſing. ἁμαρτίας, *peccato*, non plur. *peccatis.*

℣. 5. Eadem refert Auguſt. l. 2. cont. ep. Parmen. to. 9. col. 37. b. & l. cont. Adim. to. 8. 118. b. & in Pſ. 103. to. 4. 1164. a. & epiſt. 185. to. 2. 663. c. & in Speculo: at l. de morib. Eccl. to. 1. 698. e. loco *fictum*, hab. *dolum*, è Gr. δόλον. Vulgatæ accinit Fulg. cont. Faſtid. p. 343. & l. 2. ad Traſim. c. 11. cum Vigilio Tapſ. l. cont. Varimad. p. 746. c. 750. f. necnon Arnobio de Trin. to. 8. 231. a. Caſſiano, coll. 14. c. 11. & Gilda Sap. caſtig. in Eccl. ord. p. 715. a. Caſſiod. etiam in Pſ. 118. p. 400. a. legit *fictum*, ſed addit, & *ſubtrahet ſe à cogitationibus*, &c. Græc. ἀπαναστήσεται ἀπὸ, &c. ultimòque, ἐλεγχθήσεται ἐπελθούσης ἀδικίας, & *corripietur ſuperveniente iniquitate*, abſque præpoſ. *à*. Mſ. Floriac. & *arguetur à ſuperveniente iniquitate.* Auct. op. imp. in Matth. p. 163. c. legit: *Fili, ſerva te à cogitationibus, quæ ſunt ſine intellectu.*

℣. 6. Auguſt. de mendac. to. 6. 438. b. *Humanus eſt enim ſpir. ſapientiæ*; Gr. Φιλάνθρωπον γὰρ πνεῦμα σοφίας, *Benignus eſt enim ſpiritus ſapientiæ*; Mſ. verò Alex. hab. σοφίας, ut ſup. ſubdit Aug. & *non liberabit maledicum à labiis ſuis*, &c. ut in Vulg. at in Speculo leg. *maledictum*, non *maledicum*; ita quoque ferunt Mſs. tres Sangerm. Corb. & S. Theoder. cum aliis pleriſque libb. teſte Luca Brug. ſed malè, nam in Gr. eſt. βλάσφημον. Ful-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

Jer. 17. 10. non liberabit maledicum à labiis ſuis : quoniam renum illius teſtis eſt Deus, & cordis illius ſcrutator eſt verus, & linguæ ejus auditor.

Iſai. 6. 3. 7. Quoniam ſpiritus Domini replevit orbem terrarum : & hoc, quod continet omnia, ſcientiam habet vocis.

8. Propter hoc qui loquitur iniqua, non poteſt latere, nec præteriet illum corripiens judicium.

9. In cogitationibus enim impii interrogatio erit : ſermonum autem illius auditio ad Deum veniet, ad correptionem iniquitatum illius.

10. Quoniam auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non abſcondetur.

11. Cuſtodite ergo vos à murmuratione, quæ nihil prodeſt, & à detractione parcite linguæ, quoniam ſermo obſcurus in vacuum non ibit : os autem, quod mentitur, occidit animam.

12. Nolite zelare mortem in errore vitæ veſtræ, neque acquiratis perditionem in operibus manuum veſtrarum.

13. Quoniam Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum. *Ezech. 18. 32. & 33. 11.*

14. Creavit enim, ut eſſent omnia : & ſanabiles fecit nationes orbis terrarum : & non eſt in illis medicamentum exterminii, nec inferorum regnum in terra.

15. Juſtitia enim perpetua eſt, & immortalis.

16. Impii autem manibus & verbis accerſierunt illam : & æſtimantes illam amicam, defluxerunt, & ſponſiones poſuerunt ad illam : quoniam digni ſunt qui ſint ex parte illius.

NOTÆ.

gent. l. cont. Faſtid. p. 342. legit : *Humanus eſt enim ſpiritus ſapientiæ, & non lib. maledictum à lab. ſuis :* dein, *quoniam renum illius teſtis eſt Deus, & cordis ejus inſpector verus, & linguæ illius auditor.* Item Gr. ὅτι τῶν νεφρῶν αὐτῦ μάρτυς ὁ Θεὸς, καὶ τῆς καρδίας αὐτῦ ἐπίσκοπος ἀληθὴς, καὶ τῆς γλώσσης ἀκοὴς; Mſ. verò Alex. γλώσσης αὐτῦ ἀκοὴς. Tertul. l. de anima, p. 482. b. ſimiliter ait : *Scrutatorem & diſpectorem cordis Deum legimus.*

℣. 7. Concinit Auguſt. l. de mendac. to. 6. 438. b. Hilar. autem in Pſ. 118. p. 355. e. legit : *Spiritus Dei replevit orbem terrarum :* & ita in Pſ. 135. col. 487. b. Sed Ambroſ. in Pſ. 118. p. 1219. c. & l. 1. de Spir. S. to. 2. p. 618. d. cum Fulg. l. cont. Faſtid. p. 342. & ep. 14. p. 231. *Spiritus Domini*, &c. ut in Græco & Vulg.

℣. 8. Sic habet Auguſt. l. de mendac. to. 6. 438. b. præter unum *ſed nec*, ante *prætériet*. Ita quoque leg. Aug. in Speculo ; ſicut Fulg. ep. 14. p. 231. qui etiam addit *ſunm* poſt *judicium*. Græcè, οὐδεὶς μὴ λάθῃ, οὐδὲ μὴν, &c. *nemo latebit, neque*, &c.

℣. 9. Similiter habet Auguſt. in Job, to. 3. 625. c. cum Auct. op. imp. in Matth. p. 170. a. 176. a. necnon Fulg. ep. 14. p. 231. *In cogitationibus impii interrogatio erit.* Ita rurſum Aug. l. 20. de civitate Dei, c. 27. to. 7. 611. f. & l. de mendac. to. 6. 438. c. at hoc ult. loco ſubdit : *ſermonum autem illius auditio à Domino veniet, ad correptionem*, &c. & in Speculo, *ad Dominum veniet, ad corrept.* Mſ. Sangerm. & S. Theoder. *ad Dominum veniet, & ad correptionem ;* Corb. *ad Deum veniet, & ad corrept.* Gr. πρὸς Κύριον ἥξει, εἰς ἔλεγχον, &c.

℣. 10. Mſ. Corb. 1. *non abſconditur*, è Gr. οὐκ ἀποκρύπτεται. Auguſt. l. de mendac. 438. c. Vulgatæ congruit.

℣. 11. Auguſt. cùm in Speculo, tum l. de mendac. 438. c. legit : *reſponſum obſcurum in vacuum non ibit ;* cæt. ut in Vulg. Ita quoque in Mſs. Corb. 2. & Floriac. in Gr. φθέγμα λαθρῖον. Apud Hieron. ep. ad Heliodor. to. 4. p. 2. col. 9. d. poſtrema tantùm leguntur : *os autem, quod mentitur, occidit animam.* Similiter ap. Chromat. Aquil. in Matth. p. 984. d. cui favet S. Valerian. hom. 5. Sirm. to. 1. p. 638. a. Apud S. Leonem, ſer. 38. p. 101. d. *os quod mentitur, animam mentientis interficit.* Similiter in Mſ. S. Theoder. *os quod*, abſque med. *autem.* Gr. στόμα δὲ καταψευδόμενον ἀναιρεῖ ψυχήν.

℣. 12. Concinit Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 194. e. niſi quòd legit *zelari*, & *in errorem.* Similiter in Mſ. S. Theoder. *Nolite zelari.* Græc. textui conſonat demptâ unâ voculâ *in*, ante *operibus ;* ſed in Mſ. Alex. eſt, ac ed. Compl. ἐν ἔργοις. Vid. Auct. quæſt. V. T. q. 34. ap. Aug. to. 3. p. 52. g.

℣. 13. Ita Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 194. e. unà cum Græco. Ita quoque Ambroſ. in Pſ. 1. col. 760. d. & in Luc. 22. col. 1517. a. Item Victor Tun. ap. Ambr. col. 591. a. cum Auguſt. in Pſ. 51. to. 4. 475. g. & l. de vera relig. 755. c. Ita etiam Optat. l. 2. cont. Donat. p. 44. c. necnon Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. p. 2. c. 3. p. 130. d. Apud Cypr. epiſt. 52. p. 72. c. *Deus mortem non fecit, nec delectatur in perditione vivorum.* Ambroſ. quoque in Luc. 15. col. 1462. c. leg. *non delectatur Deus perditione vivor.* In Gr. οὐδὲ τέρπεται ἐπὶ, &c. Philaſtr. Brix. de hæreſ. p. 710. a. *Quoniam Deus malum non fecit, neque delectatur in perdit. vivorum.*

℣. 14. Hieron. in Zachar. 12. to. 3. 1784. a. *Creavit, ut eſſent omnia, & ſalutares generationes mundi : & non erit eis venenum mortiferum.* Ita quoque in Græco, καὶ ζωτήριοι αἱ γενέσεις τῦ κόσμυ. Mſs. Corb. & S. Theoder. ferunt, *& ſanabiles voluit eſſe nationes.* Auguſt. verò in Pſ. 51. p. 475. g. Vulgatæ ſuffragatur cum Fulg. ep. 17. p. 311.

℣. 15. A Græco abeſt vox *perpetua*, cum ſeq. *& ;* præterea in multis Vulgatæ codd. ſubnexa leguntur iſta : *injuſtitia autem mortis eſt acquiſitio ;* quæ in Mſ. Sangerm. ſcribuntur in ora inferiori. In Mſ. S. Theoder. intra textum ita : *Juſtitia enim immortalitatis, injuſtitia autem mortis eſt acquiſitio.* Hæc autem tota abſunt à Græco.

℣. 16. Ita Auguſt. in Pſ. 51. col. 476. a. ad hoc uſque, *& ſponſiones.* In Gr. Ἀσεβεῖς δὲ..... προσκαλέσαντο αὐτὸν φίλον ἡγησάμενοι αὐτὸν, ἐτάκησαν, tum ſequitur, καὶ συνθήκην ἔθεντο πρὸς αὐτὸν· ὅτι ἀξιοὶ εἰσι τῆς ἐκείνυ μερίδος εἶναι. Mſs. S. Theod. & Corb. hab. *qui ſunt ex parte illius.*

CAPUT II.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. DIxerunt enim cogitantes apud ſe non rectè : Exiguum, & cum tædio eſt tempus vitæ noſtræ, & non eſt refrigerium in fine hominis, & non eſt qui agnitus ſit reverſus ab inferis : *Job. 7. 1. & 14. 1.*

2. quia ex nihilo nati ſumus, & poſt hoc erimus tanquam non fuerimus : quoniam fumus flatus eſt in naribus noſtris : & ſermo ſcintilla ad commovendum cor noſtrum :

3. qua exſtincta, cinis erit corpus noſtrum, & ſpiritus diffundetur tanquam mollis aer, & tranſibit vita noſtra tanquam veſtigium nubis, & ſicut nebula diſſolvetur, quæ fugata eſt à radiis ſolis, & à calore illius aggravata :

NOTÆ.

℣. 1. Fulg. l. 3. ad Monim. p. 48. *Dixerunt apud ſe cogitantes non rectè.* Mſ. Corb. 2. *Dixerunt enim apud ſe cogitantes*, &c. Gr. Εἶπον γὰρ ἑαυτοῖς (Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. ἐν ἑαυτοῖς) λογισάμενοι οὐκ ὀρθῶς· Ὀλίγος ἐστὶ, καὶ λυπηρὸς ὁ βίος ἡμῶν, καὶ οὐκ ἔστιν ἴασις ἐν..... καὶ οὐκ ἐγνώσθη ὁ ἀνακύσας ἐξ ᾅδυ. *Exigua eſt, & triſtis vita noſtra, & non eſt ſanatio in.....* & *non eſt agnitus qui ſit reverſus ab inferis.*

℣. 2. Mſs. S. Theoder. & duo Corb. ferunt : *quia ex nihilo.... & poſt hæc erimus tanquam ſi non fuerimus : quoniam fumus afflatus eſt.....* & *ſermo ſcintillæ*, &c. Græcè, pro *ex nihilo*, exſtat αὐτοσχεδίως, ad litt. *ex tempore, non præmeditatè ;* reliqua Vulgatæ favent.

℣. 3. In Mſ. Corb. 2. deeſt vox *noſtrum*, poſt *cor-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

4. & nomen noſtrum oblivionem accipiet per tempus, & nemo memoriam habebit operum noſtrorum.

1. Par. 29. 15. 5. Umbræ enim tranſitus eſt tempus noſtrum, & non eſt reverſio finis noſtri: quoniam conſignata eſt, & nemo revertitur.

Iſai. 22. 13. & 56. 12. 1. Cor. 15. 32. 6. Venite ergo, & fruamur bonis quæ ſunt, & utamur creatura tanquam in juventute celeriter.

7. Vino pretioſo & unguentis nos impleamus: & non prætereat nos flos temporis.

8. Coronemus nos roſis, antequam marceſcant: nullum pratum ſit, quod non pertranſeat luxuria noſtra.

9. Nemo noſtrûm exſors ſit luxuriæ noſtræ: ubique relinquamus ſigna lætitiæ: quoniam hæc eſt pars noſtra, & hæc eſt ſors.

10. Opprimamus pauperem juſtum, & non parcamus viduæ, nec veterani revereamur canos multi temporis.

11. Sit autem fortitudo noſtra lex juſtitiæ: quod enim infirmum eſt, inutile invenitur.

12. Circumveniamus ergo juſtum, quoniam inutilis eſt nobis, & contrarius eſt operibus noſtris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ.

13. Promittit ſe ſcientiam Dei habere, & filium Dei ſe nominat. Matt. 27. 43.

14. Factus eſt nobis in traductionem cogitationum noſtrarum. Joan. 7. 7.

15. Gravis eſt nobis etiam ad videndum, quoniam diſſimilis eſt aliis vita illius, & immutatæ ſunt viæ ejus.

16. Tanquam nugaces æſtimati ſumus ab illo, & abſtinet ſe à viis noſtris tanquam ab immunditiis, & præfert noviſſima juſtorum, & gloriatur patrem ſe habere Deum.

17. Videamus ergo ſi ſermones illius veri ſint, & tentemus quæ ventura ſunt illi, & ſciemus quæ erunt noviſſima illius.

18. Si enim eſt verus filius Dei, ſuſcipiet illum, & liberabit eum de manibus contrariorum. Pſ. 21. 9.

19. Contumelia & tormento interrogemus eum, ut ſciamus reverentiam ejus, & probemus patientiam illius.

20. Morte turpiſſima condemnemus eum: Jer. 11. 19.

NOTÆ.

pus; abeſt etiam à Græco. Apud Ambroſ. l. 1. de Cain, c. 4. col. 190. d. *tranſiet vita noſtra tanquam veſtigia nubis, & tanquam nebula diſſipabitur.* Ita quoque in Græco.

℣. 4. Græcè ſententia iſta præponitur antecedenti, *& tranſibit vita noſtra*, &c.

℣. 5. Eodem modo legit S. Paulin. epiſt. 13. p. 82. a. niſi quòd hab. *quoniam conſignatus eſt, & nemo revertetur*; item *revertetur*, in Mſs. Sang. S. Theod. & Corb. In Gr. ὅτι καλεσφραγίδη, ᾧ οὐδεὶς ἀναιρήσει· verbum autem κατεσφραγίδη, reſpondere poteſt tam voci *reverſio*, quàm voci *finis*, ut liquet ex Paulino.

℣. 6. Eadem leguntur ap. Ambroſ. l. 1. de Cain, c. 4. col. 190. d. & l. de Tob. c. 5. col. 596. c. Ita quoque in Græco, demptâ præp. *in*, ante vocem *juventute*, quæ tamen præp. adeſt in ed. Compl.

℣. 7. Sic Ambr. l. 1. de Cain, c. 4. & l. de Tob. c. 5. & in Pſ. 118. col. 1060. e. Gr. loco *temporis*, hab. ἀέρος, *aeris*.

℣. 8. Ita legit Ambr. l. 1. de Cain, c. 4. & l. de Tob. c. 5. Sed à Græco abeſt ſententia poſterior, *nullum pratum ſit, quod non*, &c.

℣. 9. Ambroſ. nec l. 1. de Cain, c. 4. col. 190. d. nec l. de Tob. c. 5. col. 596. c. nec in Pſ. 118. col. 1060. f. hanc memorat ſententiam: *Nemo noſtrûm exſors ſit luxuriæ noſtræ*; ſed præced. tantùm: *nullum pratum ſit, quod non pertranſ. luxur. noſtra*; cui proximè ſubjungit iſtam: *ubique relinquamus ſigna latitiæ: quoniam hæc eſt pars, & hæc eſt ſors noſtra*; vel *quoniam hæc pars noſtra, & hæc ſors.* Contrà Græc. omiſsâ illâ, *nullum pratum ſit*, &c. ſubdit: Μηδεὶς ἡμῶν ἄμοιρος ἔστω τῆς ἡμετέρας ἀγερωχίας, &c. ut in Vulg. In Mſs. Sang. S. Theod. & Corb. legitur: *Nemo veſtrûm ſit*, &c. vox autem Gr. ἀγερωχία, ad verbum *ſuperbia*.

℣℣. 10. 11. Itidem Græcè. In Mſs. verò Corb. & S. Theod. ℣. 11. *lex injuſtitiæ*.

℣. 12. Cypr. l. 2. Teſtim. p. 290. c. legit: *Circumveniamus juſtum, quoniam inſuavis eſt nobis, & contrarius eſt operibus noſtris, & exprobrat nobis peccata legis:* exinde, *Promittit ſcientiam Dei*, &c. omiſſis his quæ interſunt ſupra: imo Lactant. l. 4. Inſtitut. c. 16. p. 579. brevius: *Circumveniamus juſtum, quoniam inſuavis eſt nobis, & exprobrat nobis peccata legis.* Auguſt. verò l. 17. de civit. Dei, c. 20. to. 7. 483. d. *Circumveniamus juſtum, quoniam inſuavis eſt nobis, & contrarius eſt operib. noſtris, & improperat nobis peccata legis, & infamat in nos peccata diſciplinæ noſtræ.* Sic etiam in Græco: at Aug. in Rom. 1. to. 3. 904. a. legit: *Circumveniamus pauperem juſtum, quoniam inutilis eſt nobis.* Ambr. in Pſ. 61. col. 963. a. *Tollamus juſtum, tollamus miſericordem, quia gravis eſt nobis etiam ad videndum:* quæ ultima pertinent ad ℣. 15. Tertul. l. 3. adv. Marc. p. 679. b. habet: *Venite, auferamus juſtum, quia inutilis eſt nobis.* Ambroſ. l. de Joſeph, c. 3. col. 487. a. & in Pſ. 35. col. 766. f. *Tollamus juſtum, quia inutilis eſt nobis.* Hieron. in Iſai. 3. to. 3. 31. e. *Alligemus juſtum, quoniam inutilis eſt nobis.* Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. p. 1. c. 26. p. 109. c. *Venite, occidamus juſtum, quoniam inſuavis eſt nobis.*

℣. 13. Accinunt magno conſenſu Cypr. l. 2. Teſtim. p. 290. c. Lactant. l. 4. Inſtit. c. 16. p. 579. Auguſt. l. 17. de civit. Dei, c. 20. col. 483. d. & Auct. l. de promiſſ. apud Proſp. p. 1. c. 26. p. 109. c. Gr. hab. ᾧ παῖδα Κυρίου, *& filium Domini*, &c.

℣. 14. Concinunt Lactant. l. 4. Inſtitut. c. 16. & Aug. l. 17. de civit. Dei, c. 20. Item Cypr. l. 2. Teſtim. p. 290. c. niſi quòd hab. *in traditione*; Gr. verò εἰς ἔλεγχον.

℣. 15. Sic habet Lactant. l. 4. Inſtitut. c. 16. præter unum *ad vivendum*, loco *ad videndum*; quod tamen ult. exſtat in Mſ. Cambr. In Gr. Βαρὺς ἐστιν ἡμῖν ᾧ βλεπόμενος. Vulgatæ pariter favent Cypr. l. 2. Teſtim. & Auguſt. l. 17. de civitate Dei, c. 20. niſi quòd Cypr. extremò hab. *& mutatæ ſunt viæ illius*; Auguſt. *& immutatæ viæ ejus.* Gr. ᾧ ἐχημαγμέναι αἱ τρίβοι αὐτοῦ.

℣. 16. Eadem refert Cypr. l. 2. Teſtim. p. 290. c. excepto verbo *continet*, pro *abſtinet*; Gr. ἀπέχεται. Cypriano ſuffragantur Lactant. l. 4. Inſtitut. c. 16. p. 579. & Auguſt. l. 17. de civit. De. c. 20. niſi quòd Lactant. tollit &, ante *continet*; ut & Auguſt. ante verbum *præfert*: pro ultimo iſto Græcè hab. μακαρίζει, *beatificat*, abſque præced. & *:* item initio ipſo, εἰς κίβδηλον, loco *tanquam nugaces*; κίβδηλος autem, *cui ſcoria immiſta eſt*, metaph. *non ſincerus, ſucatus.*

℣. 17. Sic habent Cypr. l. 2. Teſtim. & Lactant. l. 4. Inſtitut. c. 16. ad hæc uſque, *ventura ſunt illi* incl. ſed his verbis uterque annectit iſta, *Contumeliâ & tormento*, &c. de ℣. 19. prætermiſſis aliis, quæ interponuntur ſup. At Auguſtinus l. 17. de civit. Dei, c. 20. Vulgatæ ſuccinit ad verbum. Auct. etiam l. de promiſſ. p. 1. c. 26. p. 109. c. hæc ſola legit: *Videamus ſi ſermones illius veri ſunt, & tentemus an ſuccedant quæ ventura ſunt illi:* imo in Mſ. Remig. deeſt hoc, *an ſuccedant.* In Gr. pariter: Ἰδωμὲν εἰ οἱ λόγοι αὐτοῦ ἀληθεῖς, ᾧ πειράσωμεν τὰ ἐν ἐκβάσει αὐτοῦ· nec plura.

℣. 18. Ita de Græco, præter has voces, *verus & de manibus*, pro quibus ὁ δίκαιος, & ἐκ χειρός. Auct. l. cont. Jud. ap. Cypr. p. 499. *Si enim verè filius Dei eſt, ſuſcipiet illum*, &c. ut in Vulg. Auguſt. bene l. 17. de civit. Dei, c. 20. col. 483. d. *Si enim juſtus eſt filius Dei, ſuſcipiet eum, & liberabit eum de manu contrarior.* Similiter in Mſs. Sangerm. S. Theoder. & Corb. *de manu.* Totus autem hic ℣. prætermittitur à Cypriano & Lactantio. Vide Aug. inf. ℣. 21.

℣. 19. Ita legunt Cypr. l. 2. Teſtim. Auct. l. contra Judæos ap. eund. p. 499. & Auguſt. l. 17. de civit. Dei, c. 20. unà cum Græco. Auguſt. tamen ultimò hab. *ipſius*, cum Mſ. Sangerm. in Corb. verò idem *ipſius* ponitur poſt *reverentiam.* Apud Lactant. l. 4. Inſtit. c. 16. p. 579. ita: *Contumeliis & tormentis interrogemus eum*, &c. ut in Vulg.

℣. 20. Apud Cypr. & Lactant. ſimiliter exſtat, *Morte turpiſſima condemnemus eum*; ſed omiſſis illis quæ proximè ſequuntur, continuò ſubjicitur: *Hæc cogitaverunt*, &c. At Auguſt. l. 17. de civit. Dei, Vulgatæ congruit & Græco: ita quoque in Pſ. 48. to. 4. 431. g. demptâ vo-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

erit enim ei reſpectus ex ſermonibus illius.

21. Hæc cogitaverunt, & erraverunt: excæcavit enim illos malitia eorum.

22. Et neſcierunt ſacramenta Dei, neque mercedem ſperaverunt juſtitiæ, nec judicaverunt honorem animarum ſanctarum.

Gen. 1. 23. Quoniam Deus creavit hominem inexterminabilem, & ad imaginem ſimilitudinis ſuæ fecit illum. 27. 2. 7. 5. 1. Eccli. 17. 1.

24. Invidiâ autem diaboli mors introivit in orbem terrarum: Gen. 3. 1.

25. imitantur autem illum qui ſunt ex parte illius.

NOTÆ.

culâ *ei*: item epiſt. 140. to. 2. 429. c. & l. 12. contra Fauſt. to. 8. 249. b. exceptis his, *in ſermonibus ipſius*, vel *illius*: præterea his tribus locis Auguſt. iſta ſubdit: *Si enim verò, aut verus filius Dei eſt, ſuſcipiet illum, & liberabit illum de manibus contrariorum*; quæ leguntur ſup. ℣. 18.

℣. 21. Similiter habet Auguſt. epiſt. 140. to. 2. 429. e. & l. cont. Adim. to. 8. 113. c. 118. b. necnon l. 12. cont. Fauſt. col. 249. b. lib. tamen 17. de civit. Dei, c. 20. ultimò ſcribit *malitia ipſorum*, non *eorum*. Sic etiam Cypr. l. 2. Teſtim. p. 290. c. Auct. verò l. de ſing. cleric. ap. eund. p. 532. cum Auct. l. cont. Jud. ibid. p. 499. c. *excæcavit eos malitia eorum*; Lact. l. 4. Inſtit. c. 16. *excæcavit enim illos ſtultitia ipſorum*; Gr. ἡ κακία αὐτῶν; cæt. ut ſup.

℣. 22. Apud Lactant. l. 4. Inſtit. c. 16. priora tantùm leguntur, *Et neſcierunt ſacramenta Dei*. Itidem ap. Cypr. l. 2. Teſtim. ut & ap. Auct. l. de ſing. cleric. p. 532. & l. cont. Jud. p. 499. Sequentia refert Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 194. f. eaque Vulgatæ ſimillima, & Græco.

℣. 23. Eadem prorſus habet Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. nec abſimilia Græco.

℣. 24. Ita rurſus habet Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 194. f. exceptâ voculâ *ergo*, pro *autem*. Item Fulgent. l. 1. ad Monim. p. 6. ſervatâ conjunct. *autem*. Apud Auguſt. l. 1. de pecc. mer. to. 10. 6. g. *Invidiâ autem diaboli mors intravit in orbem terrarum*. Cypr. l. de op. & eleem. p. 256. c. Vulgatæ congruit ad verbum; ſicut Ambroſ. l. de parad. p. 169. d. at l. 2. de fide reſur. to. 2. 1146. c. legit: *Sed malitiâ hominum mors introivit in orbem terrarum*. Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. p. 2. c. 25. p. 151. d. *Invidiâ enim diaboli mors introiit in orbem*, &c.

℣. 25. Sic habet Lucif. ubi ſup. cum Fulg. l. 1. ad Monim. p. 6. Auguſt. verò l. 1. de pecc. mer. to. 10. p. 6. g. *imitantur autem eum qui ſunt ex parte ipſius*. Gr. πειράζουσι δὲ αὐτὸν οἱ τῆς ἐκείνου μερίδος ὄντες. Hoc autem, πειράζουσι δὲ αὐτὸν, poſſet etiam verti, *experiuntur autem illam*, i. e. *mortem*, teſte Nobilio.

CAPUT III.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

Deut. 33. 3. Iſaï. 5. 4. 1. JUſtorum autem animæ in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum mortis.

2. Viſi ſunt oculis inſipientium mori: & æſtimata eſt afflictio exitus illorum;

3. & quod à nobis eſt iter, exterminium: illi autem ſunt in pace.

4. Et ſi coram hominibus tormenta paſſi ſunt, ſpes illorum immortalitate plena eſt.

5. In paucis vexati, in multis bene diſponentur: quoniam Deus tentavit eos, & invenit illos dignos ſe.

6. Tanquam aurum in fornace probavit illos, & quaſi holocauſti hoſtiam accepit illos, & in tempore erit reſpectus illorum.

7. Fulgebunt juſti, & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent. Matt. 13. 43.

8. Judicabunt nationes, & dominabuntur populis, & regnabit Dominus illorum in perpetuum. Luc. 22.

9. Qui confidunt in illo, intelligent veritatem: & fideles in dilectione acquiescent illi: quoniam donum & pax eſt electis ejus.

10. Impii autem ſecundùm quæ cogitaverunt, correptionem habebunt: qui neglexerunt juſtum, & à Domino receſſerunt.

11. Sapientiam enim, & diſciplinam qui

NOTÆ.

℣. 1. A Græco abſunt voculæ duæ, *ſunt*, & *mortis*. In Mſ. Floriac. & apud Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 194. g. ſic: *Juſtorum autem anima in manu Dei ſunt, & non tanget illos tormentum malitiæ*. Apud Philaſtr. Brix. l. de hæreſ. p. 704. d. *Juſtorum anima in manu Domini ſunt, & non tangit eos mors*.

℣. 2. In Mſ. Floriac. ſic: *Viſi ſunt oculis.... & æſtimata eſt exitus malitia illorum*. In Mſs. S. Theoder. & Corb. duobus: & *æſtimata eſt afflictio exitus illorum*, ut in Vulg. ſed additur: & *ab itinere juſto abierunt in exterminium*; ſtatimque, & *quod à nobis eſt iter*, &c. In Breviar. Moz. p. 322. & *æſtimata eſt malitia exitus illorum, & ab itinere juſto abierunt in exterminium*, ut ſup. Itidem apud Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 194. g. deletâ conjunct. &, poſt vocem *illorum*. Vulgatæ conſonat Græcum, ubi πάλωσις, loco *afflictio*; apud Auguſt. quæſt. 143. in Exod. to. 3. 464. c. legitur *malitia*, notaturque *malitiam hic panem intelligi debere*.

℣. 3. Itidem in Mſs. duobus Corb. & in Græco. At in Mſ. S. Theoder. loco *exterminium*, habetur *exterminii*; ſicut etiam in Breviar. Moz. Apud Lucif. Cal. ubi ſup. legitur ſolùm, *illi autem ſunt in pace*, detractis antecedentibus.

℣. 4. Concordant Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. ac l. de mor. pro Dei fil. p. 242. g. & Cypr. epiſt. 81. p. 164. a. & ep. ad Fortunat. p. 272. & l. de laud mart. p. 348. b. & l. 3. Teſtim. 309. b. nec diſſimilia ulla in Græco, præter hoc 1. Καὶ γὰρ ἐν ὄψει ἀνθρώπων ἐὰν, &c. unde Lucif. Cal. legit, *Etenim ſi*, &c.

℣. 5. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 194. g. necnon l. de mor. pro Dei fil. p. 244. g. legit: *Et in panis vexati*, &c. ut in Vulg. Ita quoque Cypr. locis 4. ſup. cit. In Mſ. etiam Sangerm. eſt: *Et in panis*, &c. ſicut in Gr. Καὶ ὀλίγα παιδευθέντες, μεγάλα εὐεργετηθήσονται, &c.

℣. 6. Concinit Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. & l. de mor. pro Dei fil. niſi quòd hoc ult. loco hab. & *quaſi holocauſti hoſtia*. Cypr. verò epiſt. ad Fortun. p. 272. b. & l. 3. Teſtim. p. 309. b. & *quaſi holocauſta hoſtia*; cæt. ut in Vulg. at l. de laud. mart. p. 348. b. & epiſt. 81. p. 164. a. & *quaſi holocauſti hoſtiam*, &c. ut in Vulg. Similiter Auguſt. q. 49. in Judic. to. 3. 611. f. ſed in Pſ. 69. to. 4. 714. e. ejus Mſs. plures ferunt, *ſicut holocauſtum hoſtiam*; quidam *holocauſta hoſtiam*; al. *ſicut holocauſti hoſtiam*. Græc. ὡς ὁλοκάρπωμα θυσίας, &c. In Mſ. Sangerm. *quaſi holocauſta*: in Floriac. & *quaſi holocauſta hoſtia*, &c.

℣. 7. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 194. g. habet: *Fulgebunt, tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent*. Cypr. ep. ad Fortun. p. 272. b. *Fulgebunt*, & *tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent*: & l. de laud. mart. p. 346. b. *Fulgebunt juſti, tanq. ſcintillæ in arundineto diſcurrentes*: at epiſt. 81. p. 164. a. Vulgatæ congruit. Græcè ita: Καὶ ὡς καιρῷ ἐπισκοπῆς αὐτῶν ἀναλάμψουσι, καὶ ὡς σπινθῆρες, &c. *Et in tempore reſpectûs ipſorum fulgebunt*, & *ſicut ſcintillæ*, &c. In Mſ. etiam Sangerm. deeſt vox *juſti*. In Floriac. ſic: *Fulgebunt*, & *tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrunt*.

℣. 8. Sic Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. & l. de mor. pro Dei filio. Sic etiam Cypr. epiſt. ad Fortun. p. 272. b. & epiſt. 81. p. 164. a. & l. 3. Teſtim. p. 309. b. & l. de laud. mart. p. 346. b. nec refragatur Græcum.

℣. 9. Auguſt. in Speculo legit: *Qui confidunt in illum, intelligens verit*, &c. Mſ. Corb. *intelligunt*. Gr. ut in Vulg. præter ult. ὅτι χάρις καὶ ἔλεος τοῖς ἐκλεκτοῖς αὐτοῦ· *quia gratia & miſericordia electis ejus*.

℣. 10. Auguſt. in Speculo: *qui neglexerunt juſtitiam*. Græc. οἱ ἀμελήσαντες τῆ δικαίᾳ.

℣. 11. Similiter habet Fulg. l. 2. de remiſſ. pecc. p. 306. Item apud Cypr. epiſt. 62. p. 102. b. & l. de hab.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

abjicit, infelix eſt : & vacua eſt ſpes illorum, & labores ſine fructu, & inutilia opera eorum.

12. Mulieres eorum inſenſatæ ſunt, & nequiſſimi filii eorum.

13. Maledicta creatura eorum, quoniam felix eſt ſterilis : & incoinquinata, quæ neſcivit thorum in delicto, habebit fructum in reſpectione animarum ſanctarum :

Iſai. 56. 4. 14. & ſpado, qui non operatus eſt per manus ſuas iniquitatem, nec cogitavit adversùs Deum nequiſſima : dabitur enim illi fidei donum electum, & ſors in templo Dei acceptiſſima.

15. Bonorum enim laborum glorioſus eſt fructus, & quæ non concidat radix ſapientiæ.

16. Filii autem adulterorum in inconſummatione erunt, & ab iniquo thoro ſemen exterminabitur.

17. Et ſi quidem longæ vitæ erunt, in nihilum computabuntur, & ſine honore erit noviſſima ſenectus illorum.

18. Et ſi celeriùs defuncti fuerint, non habebunt ſpem, nec in die agnitionis allocutionem.

19. Nationis enim iniquæ diræ ſunt conſummationes.

NOTÆ.

Virg. p. 173. b. *diſciplinam qui abjicit, infelix eſt ;* Gr. ταλαιπωρες. Mſs. Corb. & S. Theoder. hab. *& inhabitabilia opera illorum ſunt ;* Sangerm. *& inutilia opera illorum ſunt ;* Gr. καὶ ἄχρηςα τὰ ἔργα αὐτῶν.

℣. 12. In Gr. καὶ πονηρὰ τὰ τέκνα αὐτῶν.

℣. 13. Sic etiam in Græco eſt, demtâ conjunct. &, poſt vocem *ſterilis*, cum voce ult. *ſanctarum*. Deeſt pariter ap. Auguſt. in Speculo vox ult. *ſanctarum*, ſicut in Mſ. Sangerm. Præterea in eod. Mſ. exſtat, ſicut in altero S. Theoder. *felix ſterilis..... quæ non ſcivit thorum :* item in Corb. *non ſcivit*. Apud Hieron. in Oſe. c. 9. to. 3. 1298. f. *beata ſterilis immaculata, quæ non cognovit cubile in peccato :* & in Iſai. 56. col. 410. a. *beata ſterilis immaculata, quæ non cognovit ſtratum in delicto : habebit fructum in viſitatione animarum.* Gr. ἐν ἐπισκοπῇ ψυχῶν.

℣. 14. Hieron. in Iſai. 56. to. 3. 410. a. ita legit: *& eunuchus, qui non eſt operatus manu iniquitatem, neque cogitavit contra Dominum mala : dabitur enim fidei ejus electa gratia, & pars in templo Domini delectabilis.* Ita quoque in Gr. præter hoc, αὐτῷ τῆς πίστεως, *illi fidei*, loco *fidei ejus*. Auguſt. in Speculo, priora tantùm refert ad hoc uſque, *dabitur enim ;* & Vulgatæ congruit.

℣. 15. Similiter in Græco eſt.

℣. 16. Ambr. in Pſ. 48. col. 954. d. legit : *Filii adulterorum in conſummatione erunt :* & ita in Mſ. Corb. 1. ſed malè ; nam in Græco conſtanter : Τέκνα δὲ μοιχῶν ἀτέλεσα ἔσαι, &c. ut in Vulg. unde Optat. l. 4. cont. Donat. p. 75. c. ait *in Salomone* ſcriptum, *filios adulterorum inconſummatos, & ſpuria vitulamina altas radices dare non poſſe.* In Mſ. S. Theoder. *Filii autem adulteror. in conſummationem erunt.*

℣. 17. Itidem apud Fulg. epiſt. 2. p. 152. Græcè : Ἐάν τε γὰρ μακρόβιοι γένωνται..... ἐξ ἀτίμου ἐπ' ἐλαχίστων τὸ, &c.

℣. 18. Fulg. ep. 2. p. 152. *Et ſi celeriùs defuncti fuerint, non habebunt ſpem, nec in die magnitudinis allocutionem.* Gr. Ἐάν τε ὀξέως τελευτήσωσιν..... οὐδὲ ἐν ἡμέρᾳ διαγνώσεως παραμύθιον, *nec in die agnitionis ſolatium.*

℣. 19. In Mſ. Corb. 2. *Nationis enim iniquæ duræ ſunt conſummationis* (l. *conſummationes.*) In Gr. Γενεᾶς γὰρ ἀδίκου χαλεπὰ τὰ τέλη.

CAPUT IV.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. O Quàm pulchra eſt caſta generatio cum claritate : immortalis eſt enim memoria illius : quoniam & apud Deum nota eſt, & apud homines.

2. Cùm præſens eſt, imitantur illam : & deſiderant eam cùm ſe eduxerit, & in perpetuum coronata triumphat incoinquinatorum certaminum præmium vincens.

3. Multigena autem impiorum multitudo non erit utilis, & ſpuria vitulamina non dabunt radices altas, nec ſtabile firmamentum collocabunt.

Jer. 17. 6. Matt. 7. 27. 4. Et ſi in ramis in tempore germinaverint, infirmiter poſita, à vento commovebuntur, & à nimietate ventorum eradicabuntur.

5. Confringentur enim rami inconſummati, & fructus illorum inutiles, & acerbi ad manducandum, & ad nihilum apti.

6. Ex iniquis enim ſomnis filii qui naſcuntur, teſtes ſunt nequitiæ adversùs parentes in interrogatione ſua.

7. Juſtus autem ſi morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.

8. Senectus enim venerabilis eſt non diuturna, neque annorum numero computata :

NOTÆ.

℣. 1. Adam Abbas Perſeniæ, Miſcell. to. 1. p. 429. legit : *O quàm pulchra eſt caſta generatio cum caritate.* Gr. Κρείσσων ἀτεκνία μετὰ ἀρετῆς· unde Ambroſ. l. 1. de virg. to. 2. p. 155. d. *Melior eſt ſterilitas cum virtute :* tum Græcè, ἀθανασία γάρ ἐςιν ἐν μνήμῃ αὐτῆς, &c. Mſ. Corb. 1. *immortalitas eſt enim memoria illius ;* mel. *in memoria*, ſicut hab. Mſ. S. Theoder. necnon Auct. l. de ſing. cleric. ap. Cypr. p. 537. Fulgent. verò l. 3. ad Monim. p. 46. *immortalis enim eſt memoria illius : quoniam*, &c. ut in Vulg.

℣. 2. Auct. l. de ſing. cleric. ap. Cypr. habet, *cùm ſe abduxerit*, non *eduxerit ;* ultimòque, *certaminum prælium vincens.* Gr. pariter, ἡ πεθοῦσαν ἀπελθοῦσαν..... ἆθλον ἀγῶνα νικήσασα.

℣. 3. Multi Vulgatæ libri, loco *ſpuria vitulamina*, ferunt *adulterinæ plantationes*, teſte Luca Brug. Ita quoque hab. Mſ. Corb. 1. in marg. Græc. ita : ἡ ἐκ νόθων μοσχευμάτων ἡ δόσις ῥίζαν εἰς βάθος· unde Optat. l. 4. cont. Donat. p. 75. c. dicit, *ſpuria vitulamina altas radices dare non poſſe :* minùs bene ex Auguſt. *vitulamina ;* mel. *propagines*, ſeu *plantationes :* de hoc enim ita differit l. 2. de Doct. Chr. to 3. p. 1. col. 26. b. *Quoniam μόσχος Græcè* vitulus *dicitur, μοσχεύματα quidam non intellexerunt eſſe* plantationes, & vitulamina *interpretati ſunt ; qui error tam multos codices præoccupavit, ut vix inveniatur aliter ſcriptum :* & *tamen ſententia manifeſtiſſima eſt, quia clareſcit conſequentibus verbis : namque* adulterinæ plantationes non dabunt radices altas, *convenientiùs dicitur, quàm* vitulamina, *quæ pedibus in terra gradiuntur*, & *non hærent radicibus.*

℣. 4. In Gr. Κἂν γὰρ ἐν κλάδοις πρὸς καιρὸν ἀναθάλῃ, &c. *Etſi enim in ramis ad tempus germinaverint*, &c. ſubinde pro *nimietate*, βίας, *vi*, quod idem ſonat.

℣. 5. Græc. habet num. ſingul. ὁ καρπὸς αὐτῶν ἄχρηςος, ἄωρος, &c. *fructus eorum inutilis, acerbus ;* & ſic in conſeqq.

℣. 6. Mſ. S. Theoder. *Ex iniquis enim omnes filii*, &c. facilè autem potuit pro *ſomnis*, ſcribi *omnes*. Græcè conſtanter, Ἐκ γὰρ ἀνόμων ὕπνων τέκνα, &c.

℣. 7. Ambroſ. de ob. Valent. to. 2. 1188. b. legit : *Juſtus quacunque morte præventus fuerit, anima ejus in requie erit.* S. Paulin. epiſt. 13. p. 70. b. *Juſtus ſi morte præventus fuerit, in refrigerio erit.* Gr. Δίκαιος δὲ ἐὰν φθάσῃ τελευτῆσαι, ἐν ἀναπαύσει ἔσται.

℣. 8. Ambroſ. l. 1. de Cain, c. 3. col. 188. b. alludens dicit : *Senectus enim venerabilis eſt non annis incana, ſed moribus :* at l. 2. de Abr. c. 9. col. 341. f. & in Luc. 17. col. 1485. d. Vulgatæ congruit ; ſicut etiam S. Paulin. epiſt. 13. p. 70. b. niſi quòd habet, *cani ſunt enim ſenſus hominibus*, quò redit iſtud Ambroſii in Pſ. 118. col. 987. e. *canities autem eſt intellectus hominibus.* In Gr. πολιὰ δέ ἐςι φρόνησις ἀνθρώπεις. Apud Hieron. in Iſai. 3. col. 33. c. *canities hominum prudentia*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

cani autem ſunt ſenſus hominis,

9. & ætas ſenectutis vita immaculata.

Hebr. 10. Placens Deo factus eſt dilectus, & vi-
m. 5. vens inter peccatores translatus eſt:

11. raptus eſt ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam illius.

12. Faſcinatio enim nugacitatis obſcurat bona, & inconſtantia concupiſcentiæ tranſvertit ſenſum ſine malitia.

13. Conſummatus in brevi explevit tempora multa:

14. placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properavit educere illum de medio iniquitatum. Populi autem videntes, & non intelligentes, nec ponentes in præcordiis talia:

15. quoniam gratia Dei, & miſericordia eſt in ſanctos ejus, & reſpectus in electos illius.

16. Condemnat autem juſtus mortuus vivos impios, & juventus celeriùs conſummata, longam vitam injuſti.

17. Videbunt enim finem ſapientis, & non intelligent quid cogitaverit de illo Deus, & quare munierit illum Dominus.

18. Videbunt & contemnent eum: illos autem Dominus irridebit:

19. & erunt poſt hæc decidentes ſine honore, & in contumelia inter mortuos in perpetuum: quoniam diſrumpet illos inflatos ſine voce, & commovebit illos à fundamentis, & uſque ad ſupremum deſolabuntur: & erunt gementes, & memoria illorum peribit.

20. Venient in cogitatione peccatorum ſuorum timidi, & traducent illos ex adverſo iniquitates ipſorum.

NOTÆ.

eſt: & in Jerem. 1. to. 3. 529. c. *cani hominis ſunt ſapientia ejus*: ſimiliter in Oſe. 7. col. 1282. d. uno dempto *ſunt*. Verùm in Zachar. 8. p. 1745. c. ita legit: *Senectus honorabilis non multi temporis, nec numero annorum æſtimabilis*; quæ Græco reſpondent, niſi quòd extremò habetur μεμέτρηται. Fulgent. ep. 2. p. 153. *Quia ſenectus honorabilis eſt non diuturna, neq. numero annorum comput. cani ſunt autem ſenſus hominis*; Mſ. S. Theod. *hominum*. Maxim. Taurin. in hom. p. 27. c. Vulgatæ ſuffragatur.

℣. 9. Concordat Ambroſ. l. 2. de Abr. c. 9. col. 341. f. & l. 2. de Jacob, c. 8. col. 470. d. & in Pſ. 118. col. 1042. a. & epiſt. 77. to. 2. 1091. d. Ita quoque S. Paulin. epiſt. 10. p. 70. b. c. & Fulgent. ep. 2. p. 153. nec diſſimilia in Græco.

℣. 10. In Mſ. Corb. 2. tollitur *eſt*, poſt verbum *factus*. Græcè: Εὐάρεστος τῷ Θεῷ γενόμενος, ἠγαπήθη, &c. *Placens Deo factus, dilectus eſt*. Apud Fulg. epiſt. 2. p. 153. ſic: *Quæ placita Deo facta, dilecta eſt*.

℣. 11. Ita in Græco, niſi quòd ibi non repetitur vocula *ne*: deeſt pariter in Mſ. Corb. item in altero Corb. legitur: *aut fictio malitiæ decipiat*, &c. In Mſ. S. Theod. *aut fictio malitiæ deciperet*, &c. Apud Ambroſ. apol. 2. Dav. col. 714. e. *raptus eſt ne malitia mut. intellectum ejus*; l. verò de ob. Valent. to. 2. 1180. c. *cor ejus*: itidem epiſt. 38. col. 942. e. & l. 1. de exceſſu Sat. col. 1122. a. Gr. σύνεσιν. Cypr. l. de mortal. p. 235. c. & l. 3. Teſtim. p. 320. c. legit *intellectum ejus*; ſubditque, *placita enim erat*, &c. de ℣. 14. omiſſis illis verſiculis qui interſunt. Ita quoque apud Hieron. ep. 22. ad Paulam, to. 4. p. 2. col. 56. a. Apud Fulg. verò ep. 2. p. 153. *raptus eſt ne malitia mutaret illius intellectum*, &c. ut in Vulg.

℣. 12. Hieron. l. 1. in epiſt. ad Gal. to. 4. 248. f. *Faſcinatio malignitatis obſcurat bona*. Gr. Βασκανία γὰρ φαυλότητος ἀμαυροῖ τὰ καλὰ, καὶ ῥεμβασμὸς ἐπιθυμίας, &c. Fulg. ep. 2. p. 153. *Faſcinatio autem nugacitatis obſcurat bona, & inſtantia concup.* &c. ut in Vulg.

℣. 13. Fulg. ep. 2. p. 153. *Conſummatus autem in brevi replevit tempora longa*. Gr. Τελειωθεὶς ἐν ὀλίγῳ ἐπλήρωσε χρόνους μακρούς.

℣. 14. Cypr. l. de mortal. p. 235. c. legit: *placita enim erat Deo anima ejus: propter hoc properavit educere eum de media iniquitate*. Ita quoque Hieron. ep. 22. ad Paulam, to. 4. p. 2. col. 56. a. cum Fulg. ep. 2. p. 153. S. Paulinus, epiſt. 13. p. 70. b. *placita enim*..... *& idcirco properavit eam de medio iniquitatis educere*. Græc. ἀρεστὴ γὰρ ἦν Κυρίῳ ἡ..... διὰ τοῦτο ἐσπευσεν ἐκ μέσου πονηρίας. Οἱ δὲ λαοὶ, &c. Mſ. S. Theoder. extremò hab. *in præcordiis ſuis talia*; Gr. ἐπὶ διανοίᾳ τὸ τοιοῦτο.

℣. 15. Græc. ὅτι χάρις, καὶ ἔλεος ἐν τοῖς ἐκλεκτοῖς αὐτοῦ, καὶ ἐπισκοπὴ ἐν τοῖς ὁσίοις αὐτοῦ. Mſ. S. Theoder. *in ſanctos illius, & reſpectus ſuper electos illius*.

℣. 16. Eadem refert Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 194. g. præter hoc ult. *longævitatem injuſti*; Gr. πολυετὴς γῆρας ἀδίκου.

℣. 17. Lucif. Cal. ubi ſup. *Videbunt etenim finem ſapientis, & non intelligent quid cogneverit de illo, & quare munierit Dominus*. In Gr..... τι ἐβεβούλευσατο περὶ αὐτοῦ, καὶ εἰς τί ἠσφαλίσατο αὐτὸν ὁ Κύριος.

℣. 18. Ita Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 194. g. niſi quòd delet *eum*, poſt *contemnent*; delet pariter & Græc. In Mſ. Corb. 2. & altero S. Theod. *Videbunt enim, & contemnent eum: illos*, &c. Cæleſtin. PP. epiſt. 25. to. 1. col. 1216. d. extremò leg. *irritavit in illo Dominus*.

℣. 19. Lucif. Cal. ubi ſup. *& erunt poſt hæc decidentes ſine honore, & in contumelia mortis in perpetuo: quoniam diſrumpet illos ſine voce inflatos, & commovebit illos à fundamentis, & uſque ad ſupremum deſerentur: & erunt in dolore, & memoria illorum periet*. Gr. καὶ ἔσονται μετὰ τοῦτο εἰς πτῶμα ἄλιμον, καὶ εἰς ὕβριν ἐν νεκροῖς ἀπ' αἰῶνος reliqua ut ſup. ap. Lucif. Mſs. etiam S. Theod. Germ. & Corb. ſcribunt *periet*; præterea Mſ. S. Theod. *diſrumpet illos flatus ſine voce*. Cæleſtin. PP. epiſt. 25. to. 1. 1216. d. *& erunt poſt hæc decidentes ſine honore, in contumelia inter mortuos in æternum*.

℣. 20. Lucif. Cal. ſup. *Venient in cognitionem peccatorum ſuorum timidi, & traducent illos ex adverſo iniquitates eorum*. Gr. Ἐλεύσονται ἐν συλογισμῷ, &c.

CAPUT V.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. TUnc ſtabunt juſti in magna conſtantia adversùs eos qui ſe anguſtiaverunt, & qui abſtulerunt labores eorum.

2. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis,

3. dicentes intra ſe, pœnitentiam agentes, & præ anguſtia ſpiritûs gementes: Hi ſunt quos habuimus aliquando in deriſum, & in

NOTÆ.

℣. 1. Accinunt magno conſenſu Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 194. g. Cypr. epiſt. ad Demetr. p. 224. b. & ad Fortun. p. 272. b. & l. 3. Teſtim. p. 309. c. necnon Auguſt. in Pſ. 29. to. 4. 138. b. In Gr. Τότε στήσεται ἐν παῤῥησίᾳ πολλῇ ὁ δίκαιος κατὰ πρόσωπον τῶν θλιψάντων αὐτὸν, καὶ τῶν ἀθετούντων τοὺς πόνους αὐτοῦ.

℣. 2 Ita legunt Lucif. Cal. & Cypr. ubi ſupra. Græc. ſub finem: καὶ ἐκστήσονται ἐπὶ τῷ παραδόξῳ τῆς σωτηρίας.

℣. 3. Mſ. S. Theoder. initio habet: *gementes præ anguſtia ſpiritûs*; deinde, *dicent inter ſe, pœnitentiam agentes, & præ anguſtia ſpiritûs gementes: Hi ſunt quos*..... *& in ſimilitudine improperii*. Itidem in Mſ. Corb. 2. præter hoc, *& dicent*, ultimóque, *in ſimilitudinem improp.* Apud Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 194. g. *dicent inter ſe, pœnitentiam agentes, & per anguſtiam ſpiritûs gementes: Hi ſunt quos habuimus aliquando in riſum, & in ſimilitudi-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

similitudinem improperii.

Sap. 3. 2. 4. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore:

5. ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est.

6. Ergo erravimus à via veritatis, & justitiæ lumen non luxit nobis, & Sol intelligentiæ non est ortus nobis.

7. Lassati sumus in via iniquitatis & perditionis, & ambulavimus vias difficiles, viam autem Domini ignoravimus.

8. Quid nobis profuit superbia? aut divitiarum jactantia quid contulit nobis?

1. Par. 29. 15. *Sap.* 2. 5. 9. Transierunt omnia illa tanquam umbra, & tanquam nuncius percurrens,

Prov. 30. 19. 10. & tanquam navis, quæ pertransit fluctuantem aquam: cujus, cùm præterierit, non est vestigium invenire, neque semitam carinæ illius in fluctibus:

11. aut tanquam avis, quæ transvolat in aere, cujus nullum invenitur argumentum itineris, sed tantùm sonitus alarum verberans levem ventum, & scindens per vim itineris aerem: commotis alis transvolavit, & post hoc nullum signum invenitur itineris illius:

12. aut tanquam sagitta emissa in locum destinatum, divisus aer continuò in se reclusus est, ut ignoretur transitus illius:

13. sic & nos nati continuò desivimus esse: & virtutis quidem nullum signum valuimus ostendere: in malignitate autem nostra consumpti sumus.

14. Talia dixerunt in inferno hi, qui peccaverunt:

15. quoniam spes impii tanquam lanugo est, quæ à vento tollitur: & tanquam spuma gracilis, quæ à procella dispergitur: & tanquam fumus, qui à vento diffusus est: & tanquam memoria hospitis unius diei prætereuntis. *Psal.* 1. 4. *Prov.* 10. 28. & 11. 7.

16. Justi autem in perpetuum vivent, & apud Dominum est merces eorum, & cogitatio illorum apud Altissimum.

17. Ideo accipient regnum decoris, & diadema speciei de manu Domini: quoniam dexterâ suâ teget eos, & brachio sancto suo defendet illos.

18. Accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad ultionem inimicorum. *Ps.* 17. 40.

19. Induet pro thorace justitiam, & accipiet pro galea judicium inexpugnabile. *Ephes.* 6. 13.

NOTÆ.

nem improp. Cypr. ep. ad Fortun. p. 272. b. & ad Demetr. p. 224. b. *dicentes inter se, pœnitentiam habentes, & præ angustia spiritûs gementes:* & l. 3. Testim. p. 309. c. *dicentes inter se, pœnitentiam habentes, & per angustiam spiritûs gementes,* &c. ut in Vulg. August. in Ps. 29. col. 138. b. *illi autem dicent inter se, pœnitentes, & præ angustia spiritûs gementes:* at ser. 58. to. 5. 340. c. leg. *pœnitentiam agentes;* & in Ps. 6. & 74. col. 28. b. 783. f. *Hi sunt quos aliq. habuimus in risum;* Auct. l. de promiss. ap. Prosp. p. 203. a. *in derisum.* Gr. ἐρῶσι ἑαυτοῖς μεταυοῦλες, ᾗ διὰ στενοχωρίαν..... Οὗτος ἦν ὃν ἐχλεύ ποτε εἰς γέλωτα, &c. Mss. Alex. cum ed. Compl. ᾗ ἐρῶσιν ἐν ἑαυτοῖς.

℣. 4. Gr. constanter habet ἀυτῦ num. singul. loco duplicis *illorum.* At Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. cum Vulgata concinit, sicut August. in Ps. 6. to. 4. 28. b. & Auct. l. de promiss. ap. Prosp. p. 203. a. Ita quoque Cypr. hab. ep. ad Fortun. p. 272. b. & l. 3. Testim. p. 309. c. epist. verò ad Demetr. p. 224. b. leg. *viam illorum;* Gr. βίον ἀυτῦ.

℣. 5. A Ms. S. Theoder. abest *ecce,* sicut à Græco: item Græcè constanter legitur num. singul. κατελογίδη, sicut Inf. ὁ κλῆρος ἀυτῦ. Apud Cypr. epist. ad Fortun. p. 272. b. *quomodo ergo computati sunt,* &c. ut in Vulg. similiter ep. ad Demetr. p. 224. b. & l. 3. Testim. dempta conjunct. *ergo.* Ita quoque hab. August. in Ps. 6. to. 4. 28. b. cum Auct. l. de promiss. ap. Prosp. p. 204. a. Apud Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 194. g. *ecce quomodo computati sunt,* &c. ut sup.

℣. 6. Ita legit Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. omissa tamen voce *intelligentiæ,* quæ etiam abest à Græco. Ita quoque ap. Cypr. cùm epist. ad Fortun. p. 272. b. & ad Demetr. p. 224. b. tum l. 3. Testim. p. 309. d. Sic etiam apud August. in Ps. 6. col. 28. b. & ser. 58. & 292. to. 5. 340. c. 1170. g. & apud Auct. op. imp. in Matth. hom. 28. p. 121. a. Apud Tichon. reg. 7. p. 64. e. hæc pauca: *justitiæ lumen non luxit nobis.*

℣. 7. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 195. a. *Lassati sumus iniquitatis in via & perditionis, & ambulavimus eremias difficiles, viam autem Domini ignoravimus.* Cypr. ep. ad Demetr. & Fortunat. p. 224. b. & 272. b. *Lassati sumus in iniquitatis via & perdit. & ambulavimus solitudines difficiles, viam autem,* &c. itidem l. 3. Testim. p. 390. c. Auct. op. imp. in Matth. hom. 28. p. 121. a. *Lassati sumus in iniquitatis via & perdit. ambulavimus solitudines desertas, difficiles autem vias Domini ignoravimus.* August. in Ps. 6. col. 28. b. *Repleti sumus iniquitatis viâ & perditionis, & ambulavimus solitudines difficiles, viam autem,* &c. In Gr. Ἀνομίας ἐνεπλήσθημεν τρίβοις ᾗ ἀπωλείας, ᾗ διωδεύσαμεν ἐρήμους ἀβάτους, &c.

℣. 8. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. *Quid nobis profuit superbia? aut quid divitiæ cum exsultatione contulerunt nobis?* Cypr. l. de hab. virg. p. 176. b. *Quid nobis profuit superbia? aut quid divitiarum jactatio contulit nobis?* ita quoque epist. ad Demetr. & Fortunat. p. 224. b. 272. b. & l. 3. Testim. p. 309. c. Auct. op. imp. in Matth. p. 121. a. *Quid nobis profuit superbia nostra? aut quid divitiarum jactatio contulit nobis?* August. in Ps. 6. to. 4. 28. b. Vulgatæ succinit; sicut in Ps. 29. col. 138. b. nisi quòd hab. &, loco *aut:* similiter in Ps. 74. col. 783. f. & serm. 58. to. 5. 340. c. In Gr... ἢ τί πλοῦτος μετὰ ἀλαζονείας συμβέβληται ἡμῖν; in Mss. Alex. ἢ τί.

℣. 9. Sic habet Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 195. a. cum Græco. Apud Cypr. de hab. virg. p. 176. b. priora tantùm exstant: *Transierunt omnia illa tanq. umbra:* ita rursum epist. ad Demetr. & Fortunat. p. 224. b. & 272. b. necnon l. 3. Testim. p. 309. c. Sic etiam apud August. in Ps. 29. to. 4. 138. b. & serm. 58. to. 5. 304. c. & apud Auct. op. imp. in Matth. p. 121. a.

℣. 10. Græcè deest &, ipso initio; reliqua quadrant.

℣. 11. In Mss. S. Theoder. sic: *aut avis, quæ transvolat in aere, cujus nullum invenitur argumentum itineris illius, sed tantùm alarum est sonitus,* &c. ut in Vulg. A Græco abest vocula *cujus,* post *aere,* sicut à Mss. Corb. duobus: in his etiam voci 1. *itineris,* adjungitur τὸ *illius,* ut sup. non autem in Græco, ubi ita proximè sequitur, πληγῇ δὲ, *percussione autem,* loco *sed tantùm sonitus:* item inf. loco *per vim itineris aerem,* simpliciter, βίᾳ ῥεῖζε, *vi stridoris;* ultimòque, ὐχ εὑρέθη σημεῖον ἐπιβάσεως ἐν ἀυτῷ, *non est inventum signum itineris in eo,* loco *nullum signum invenitur,* &c.

℣. 12. Mss. Sangerm. initio habet: *tanquam sagittæ emissæ:* Corb. verò in fine, & *ignoratur transitus illius.* Græc. ἢ ὡς βέλος βαλλόντος..... ὡς ἀγνοῆσαι τὴν ὁδὸν ἀυτῦ.

℣. 13. A Græco abest vox *continuò.*

℣. 14. Hic versiculus deest in Græco.

℣. 15. Concinit Gildas Sap. l. de excid. Britann. p. 715. a. In Græco sic: ὅτι ἐλπὶς ἀσεβῦς ὡς φερόμβιος χῆς ὑπὸ ἀνέμου, *quia spes impii tanquam sublatus pulvis à vento,* &c. At in Mss. Alex. ac edd. Ald. & Compl. legitur χνῦς, quod etiam significare potest *lanugo,* ut in Vulg. In Mss. Corb. pro *dispergitur,* exstat *disrumpitur;* Gr. διωχθεῖσα.

℣. 16. Eadem refert Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 195. a. cum Gilda Sap. l. de excid. Britann. p. 715. b. Græc... ᾗ ἐν Κυρίῳ ὁ μισθὸς ἀυτῶν, ᾗ ἡ φροντὶς ἀυτῶν, &c. & *in Domino merces eorum, & cura,* vel *sollicitudo eorum,* &c.

℣. 17. Lucif. Cal. ubi sup. legit: *Ideo accipient regnum decoris, & diadema de manu Domini: quoniam dexterâ suâ proteget illos, & in brachio suo defendet illos.* Lucifero Græc. favet, nisi quòd addit τῦ κάμυς, ad vocem *diadema;* tollitque *sua* post *dextera,* cum vocalis *in* & *suo,* ante & post *brachio;* in ed. Compl. exstat δεξιᾷ ἀυτῦ; subinde in Mss. S. Theoder. est, & *brachio suo.* Gildas Sap. l. de excid. Britann. p. 715. b. Vulgatæ accinit, si excipias verbum *proteget,* loco *tegit;* Gr. σκεπάσει.

℣. 18. In Gr. Λήψεται πανοπλίαν τὸν ζῆλον ἀυτῦ, &c. *Accipiet armaturam zelum suum,* &c.

℣. 19. Gr. Ἐνδύσεται ὡς θώρακα δικαιοσύνην, ᾗ περιθήσεται

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

piet pro galea judicium certum:
20. ſumet ſcutum inexpugnabile æquitatem:
21. acuet autem duram iram in lanceam, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos.
22. Ibunt directè emiſſiones fulgurum, & tanquam à bene curvato arcu nubium exterminabuntur, & ad certum locum inſilient.
23. Et à petroſa ira plenæ mittentur grandines, excandeſcet in illos aqua maris, & flumina concurrent duriter.
24. Contra illos ſtabit ſpiritus virtutis, & tanquam turbo venti dividet illos: & ad eremum perducet omnem terram iniquitas illorum, & malignitas evertet ſedes potentium.

NOTÆ.

κόρυθα χρίσιν ἀνυπόκριτον.

℣. 20. Similiter in Græco, niſi excipias ult. ὁσιότητα, *ſanctitatem*, quod unum & idem.

℣. 21. Mſ. Corb. legit *diram iram* (non *duram*) *in lanceam*; Gr. ἀπότομον ὀργὴν εἰς ῥομφαίαν.

℣. 22. A Græco abeſt ſub fin. *exterminabuntur* & ; loco verò *directè*, exſtat εὐσχοι : in Mſ. etiam Sangerm. *directæ*; ſubinde in Mſ. S. Theoder. *fulgorum*, non *fulgurum*; Gr. ἀστραπῶν.

℣. 23. Græc. Καὶ ἐκ πετρώδους θυμοῦ πλήρεις ῥιφήσονται χάλαζαι, &c.

℣. 24. Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. *Spiritus Domini contra illos ſtabit*, & *tanq. turbo venti dividet illos.* Mſ. S. Theoder. & *tanq. turbido venti dividet illos*: & *ad erem. perduc. omn. terram iniquitatis illorum*, &c. Similiter hab. Mſ. Corb. 2. *terram iniquitatis illorum*; Gr. verò, τὴν γῆν ἀνομίας, abſque ſeq. *illorum.*

CAPUT VI.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

Eccleſ. 9. 18. 1. MElior eſt ſapientia quàm vires: & vir prudens quàm fortis.
2. Audite ergo reges, & intelligite, diſcite judices finium terræ.
3. Præbete aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum:
Rom. 13. 1. 4. quoniam data eſt à Domino poteſtas vobis, & virtus ab Altiſſimo, qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur:
5. quoniam cùm eſſetis miniſtri regni illius, non rectè judicaſtis nec cuſtodiſtis legem juſtitiæ, neque ſecundùm voluntatem Dei ambulaſtis.
6. Horrendè & citò apparebit vobis: quoniam judicium duriſſimum his, qui præſunt, fiet.
7. Exiguo enim conceditur miſericordia: potentes autem potenter tormenta patientur.
Deut. 10. 17. 8. Non enim ſubtrahet perſonam cujuſquam Deus, nec verebitur magnitudinem cujuſquam: quoniam puſillum & magnum ipſe fecit, & æqualiter cura eſt illi de omnibus.
9. Fortioribus autem fortior inſtat cruciatio.
10. Ad vos ergo reges ſunt hi ſermones mei, ut diſcatis ſapientiam, & non excidatis.
11. Qui enim cuſtodierint juſta juſtè, juſtificabuntur: & qui didicerint iſta, invenient quid reſpondeant.
12. Concupiſcite ergo ſermones meos, diligite illos, & habebitis diſciplinam.
13. Clara eſt, & quæ nunquam marceſcit ſapientia, & facilè videtur ab his qui diligunt eam, & invenitur ab his qui quærunt illam.
14. Præoccupat qui ſe concupiſcunt, ut illis ſe prior oſtendat.
15. Qui de luce vigilaverit ad illam, non laborabit: aſſidentem enim illam foribus ſuis

2. Par. 19. 7. Eccli. 35. 15. Act. 10. 34. Rom. 2. 11. Gal. 2. 6. Epheſ. 6. 9. Coloſſ. 3. 25. 1. Pet. 1. 17.

NOTÆ.

℣. 1. Hic verſiculus abeſt à Græco. In Mſs. S. Germ. & S. Theoder. eſt *vir prudens magis quàm fortis.*

℣. 2. Ita legit Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 195. b. cum Tichonio reg. 7. p. 64. b. & Græco. Auguſt. in Speculo addit *juſtitiam*, in fine.

℣. 3. Sic habet Lucif. Cal. præter vocem *multitudinem*, num. ſing. In Gr. Ἐνωτίσασθε οἱ κεφαλῆς πλήθους, &c. Tichonius reg. 7. p. 64. b. Vulgatæ congruit, omiſſâ voculâ *vos*; quam retinet Aug. in Speculo.

℣. 4. Eadem prorſus habet Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 195. b. Similiter Tichon. reg. 7. p. 64. b. & Auguſt. in Speculo. Ita quoque in Græco, præter τὰς βουλὰς, *conſilia*, loco *cogitationes*. Apud Vigil. Tapſ. p. 749. d. *à ſpiritu Domini data eſt poteſtas vobis*, &c. ut ſupra.

℣. 5. Ita legit Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. demptâ una voce *juſtitiæ*, quæ etiam abeſt à Græco: tollitur pariter a Tichon. reg. 7. p. 64. b. ſed habetur in Speculo ap. Auguſt. qui etiam paulò ſup. leg. *regni ipſius*, non *illius*. Vigil. Tapſ. p. 749. d. & *cùm eſſetis miniſtri regni illius*, *non rectè judicaſtis*. Græc. loco *voluntatem*, habet τὴν βουλήν, *conſilium.*

℣. 6. Ita legit Auguſt. in Speculo. Ita quoque Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 195. b. niſi quòd hab. *in his qui præſunt.* Similiter apud Cypr. l. 3. Teſtim. p. 328. b. Mſ. etiam Corb. leg. *in his qui præſunt*, &c. Gr. ἐν τοῖς ὑπερέχουσι γίνεται.

℣. 7. Accinunt magno conſenſu Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 195. b. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 328. b. & Auguſt. in Speculo: at Aug. q. 31. in Levit. to. 3. p. 504. d. legit: *Exiguo concedetur miſericordia: potentes autem potentiora tormenta patientur.* Hieron. in Iſai. 28. to. 3. 242. f. *potentes potenter tormenta patientur*: ſimiliter in Ezech. 16. col. 808. a. & præf. l. 3. in ep. ad Epheſ. to. 4. 378. a. addito uno *enim*, vel *quippe*, ad *potentes*. In Gr. Ὁ γὰρ ἐλάχιστος συγγνώσεως ἔτυχεν ἔλεους· δυνατοὶ δὲ δυνατῶς ἐτασθήσονται.

℣. 8. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. habet: *Non ſubtranſiet perſonam cujuſque Dominus, nec reverebitur magnitudinem cujuſquam: quoniam* & *pupillum* & *magnum ipſe fecit*, & *æqualiter cura eſt illi de omnibus.* S. Paulin. epiſt. 23. p. 144. c. *quoniam ipſe fecit panperem* & *divitem*, & *æqualiter illi cura eſt pro omnibus.* Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. p. 187. c. *puſillum* & *magnum ipſe fecit*, & *æqualiter cura eſt illi pro omnibus.* Auguſt. in Speculo: *Non enim ſubtrahet perſonam cujuſquam Dominus, nec reverebitur*, &c. ut in Vulg. Ita quoque in Mſ. S. Germ. *Dominus, nec reverebitur.* In Gr. Οὐ γὰρ ὑποστελεῖται πρόσωπον ὁ πάντων Δεσπότης, οὐδὲ ἐντραπήσεται μέγεθος· ὅτι μικρὸν καὶ μέγαν..... φροντὶς περὶ πάντων.

℣. 9. Ita Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. Ap. Auguſt. verò in Speculo *cruciatus*, non *cruciatio*. Gr. Τοῖς δὲ κρατιστοῖς ἐπικρὰ ἐφίσταται ἔρευνα.

℣. 10. Sic apud Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. præter hoc, *ô mali tyranni*, loco *reges*. Apud Auguſt. in Speculo: *Ad vos autem, mali reges*, &c. In Gr. Πρὸς ὑμᾶς ἔν ὦ τύραννοι, &c.

℣. 11. Auguſt. in Speculo legit: *Qui enim cuſtodierint juſtitiam juſtè*, &c. Similiter in Mſs. S. Theoder. & duobus Corb. qui præterea addunt: & *qui didicerint juſta.* Auct. l. de ſing. Cleric. ap. Cypr. p. 528. b. *Qui enim cuſtodierint juſtè juſta*, *juſtificabuntur.* Gr. Οἱ γὰρ φυλάξαντες ὁσίως τὰ ὅσια..... καὶ οἱ διδαχθέντες αὐτὰ, &c.

℣. 12. Sic Ambroſ. in Pſ. 1. col. 752. b. & Auguſt. in Speculo: Gr. tollit *illos*, poſt *diligite*, pro quo ποθήσατε.

℣. 13. Concordant Ambroſ. in Pſ. 1. col. 752. b. & Auguſt. cùm in Speculo, tum l. de morib. Eccl. to. 1. 699. c. ſi excipias verbum *marceſcat*; in Mſs. Corb. & S. Theod. *marceſcet*; in Sangerm. *marceſcat*... & *invenietur.* In Gr. Λαμπρὰ, καὶ ἀμάραντος ἐστὶν ἡ σοφία, &c. ut in Vulg.

℣. 14. Auguſt. in Speculo legit cum Mſ. S. Theoder. *ut illis ſe priorem oſtendat*: Gr. προγνωσθῆναι.

℣. 15. Ita Aug. in Speculo: at l. de morib. Eccl. to.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

inveniet.

16. Cogitare ergo de illa, ſenſus eſt conſummatus: & qui vigilaverit propter illam, citò ſecurus erit.

17. Quoniam dignos ſe ipſa circuit quærens, & in viis oſtendit ſe illis hilariter, & in omni providentia occurrit illis.

18. Initium enim illius, veriſſima eſt diſciplinæ concupiſcentia.

19. Cura ergo diſciplinæ, dilectio eſt: & dilectio, cuſtodia legum illius eſt: cuſtoditio autem legum, conſummatio incorruptionis eſt:

20. incorruptio autem facit eſſe proximum Deo.

21. Concupiſcentia itaque ſapientiæ deducit ad regnum perpetuum.

22. Si ergo delectamini ſedibus & ſceptris, ô reges populi, diligite ſapientiam, ut in perpetuum regnetis:

23. diligite lumen ſapientiæ omnes qui præeſtis populis:

24. quid eſt autem ſapientia, & quemadmodum facta ſit referam: & non abſcondam à vobis ſacramenta Dei, ſed ab initio nativitatis inveſtigabo, & ponam in lucem ſcientiam illius, & non præteribo veritatem:

25. neque cum invidia tabeſcente iter habebo: quoniam talis homo non erit particeps ſapientiæ.

26. Multitudo autem ſapientium ſanitas eſt orbis terrarum: & rex ſapiens ſtabilimentum populi eſt.

27. Ergo accipite diſciplinam per ſermones meos, & proderit vobis.

NOTÆ.

1. 699. c. tollit *τὸ de luce*. In Gr. Ὁ ὀρθρίσας, extremòque, *πάρεδρον γὰρ εὑρήσει τῶν πυλῶν αὐτῆ*. Mſ. S. Theod. *aſſidentem enim illam in foribus ſuis inveniet.*

℣. 16. Auguſt. in Speculo legit: *Cogitare enim de illa..... & qui vigilaverit pro illa, citò erit ſecurus:* ſic etiam l. de mor. Eccl. to. 1. 699. d. excepto uno *propter illam*, loco *pro illa*; Græc. *δι' αὐτήν*; item initio, *τὸ γὰρ ἐνθυμηθῆναι περὶ αὐτῆς*, &c.

℣. 17. Ita legit Auguſt. l. de mor. Eccl. to. 1. 699. c. deletâ præp. *in*, ante *omni*: at in Speculo illam retinet, habetque ſup. *circumit quærens*, & *in viis oſtendet*; ultimòque, *occurrit illis*: lib. verò 2. de libero arb. to. 1. 603. c. *in viis oſtendet ſe..... & omni provid. occurret illis.* S. Paulin. epiſt. 18. p. 101. a. *Qui totum orbem circuit quærens dignos ſe... & in viis directionis oſtendit ſe hilariter, & omni providentia occurrit*: Mſ. Corb. & *in viis ſuis*. Similiter in Mſ. S. Theod. paulò verò poſt, & *in omni prudentia occurrit illis*; Sangerm. *occurret illis*. Gr. Vulgatæ congruit.

℣. 18. Sic ap. Auguſt. in Speculo: at l. de morib. Eccl. to. 1. 699. c. *Initium enim illius veriſſimum, diſciplina concupiſcentia.* Gr. textui favet.

℣. 19. Auguſt. in Speculo, & l. de morib. Eccl. to. 1. p. 699. d..... & *dilectio, cuſtoditio legum illius eſt: cuſtoditio autem legum, confirmatio incorruptionis eſt.* Similiter apud Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 195. c. *cuſtoditio legum, confirmatio incorruptionis eſt.* In Græco: ἀγάπη δὲ, τήρησις νόμων αὐτῆς· πρόσοχὴ δὲ νόμων, βεβαίωσις ἀφθαρσίας.

℣. 20. Sic habet Auguſt. in Speculo: at l. de morib. Eccl. to. 1. 699. d. delet *eſſe*. Apud Iren. l. 4. c. 8. p. 285. a. ſic: *incorruptela verò proximum facit eſſe Deo.* Ita quoque in Græco.

℣. 21. Concinit Auguſt. in Speculo: at l. de mor. Eccl. p. 699. d. omittit vocem ult. *perpetuum*, quæ abeſt etiam à Græco. in Mſ. S. Theod. *deducet*, Gr. ἀάγει.

℣. 22. Auguſt. in Speculo legit: *Si ergo delectamini ſedibus & ſtemmatibus, reges populi*, &c. ut ſup. Mſ. S. Germ. *ſedibus perpetuis & ſtemmatibus*, &c. Mſ. S. Theod. *ſedibus perpetuis & ſceptris, reges*, &c. Gr. Εἰ ἐν ἥδεσθε ἐπὶ θρόνοις καὶ σκήπτροις, τύραννοι λαῶν, τιμήσατε σοφίαν, &c.

℣. 23. Hic verſiculus deeſt in Græco.

℣. 24. Eadem ſunt in Græco, detracta voce *Dei*. In Mſ. Corb. eſt: *quid ſit autem ſapientia*, &c. Apud Phæbad. Agin. l. contra Arian. p. 302. c. *quid ſit ſapientia*, &c. ut ſupra.

℣. 25. Ita rurſum in Græco.

℣. 26. Prior ſententia eodem modo legitur apud Julium Hilar. p. 373. h. poſteriorem citat Auct. l. de promiſſ. c. 35. p. 2. col. 165. c. utraque in Græco eſt ut ſup.

℣. 27. Gr. Ὥσε παιδεύεσθε τοῖς ῥήμασί μου, &c.

CAPUT VII.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. SUm quidem & ego mortalis homo, ſimilis omnibus, & ex genere terreni illius, qui prior factus eſt, & in ventre matris figuratus ſum caro,

Job. 10. 10. 2. decem menſium tempore coagulatus ſum in ſanguine, ex ſemine hominis, & delectamento ſomni conveniente.

3. Et ego natus accepi communem aerem, & in ſimiliter factam decidi terram, & primam vocem ſimilem omnibus emiſi plorans.

4. In involumentis nutritus ſum, & curis magnis.

5. Nemo enim ex regibus aliud habuit nativitatis initium.

6. Unus ergo introitus eſt omnibus ad vitam, & ſimilis exitus. *Job.* 1. 21.

7. Propter hoc optavi, & datus eſt mihi ſenſus: & invocavi, & venit in me ſpiritus ſa- 1. *Tim.* 6. 7.

NOTÆ.

℣. 1. Sic habet Ambroſ. in Pſ. 118. to. 1. 1060. d. excepto uno *terreno*, loco *terreni*. Mſs. S. Germ. & Corb. & *ex genere terreno illius, qui prius finctus eſt*; Mſ. S. Theod. *fictus eſt*; Gr. ἐκ γηγενῆς ἀπόγονος πρωτοπλάστου· deinde ap. Tichon. reg. 5. p. 60. h. *in utero matris figuratus ſum caro.*

℣. 2. Eadem refert Ambroſ. in Pſ. 118. p. 1060. d. Mſ. verò Corb. extremò hab. & *delectamento ſomnii convenientis*; alii, *ſomni convenientis*; quidam, *ſomnii conveniente*; S. Theoder. *ſoni convenienti*; Gr. ὕπνου ζυνεχθέντος.

℣. 3. Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1060. d. ita legit: *Et ego natus hauſi communem aerem, & ſimiliter in terram decidi, & primam vocem ſimilem omnibus emiſi plorans.* Sic etiam in Græco eſt, niſi quòd loco & *ſimiliter*, exſtat ἐκ ἐπὶ τὸν ὁμοιοπαθῆ, abſque ſeq. & *ſi*; & pro *emiſi*, ἶκα, *aquè*; at in ed. Compl. ἧκα. Auctor l. de promiſſ. ap. Proſp. p. 1. col. 94. a. Vulgatæ congruit, detracto uno & poſt *terram.*

℣. 4. Sic Ambroſ. in Pſ. 118. ad verbum legit, cum Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. p. 94. a. à Græco abeſt vox *magnis.*

℣. 5. Concinit Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. p. 94. a. Ita quoque legit Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1060. d. ſi excipias unum *diverſum*, pro *aliud*. Græcè, Οὐδεὶς γὰρ βασιλεὺς ἐτέραν, &c. in Mſ. Alex. βασιλέων, non βασιλεύς.

℣. 6. Ambroſ. ubi ſup. legit: *Unus ergo omnibus eſt introitus nativitatis ad vitam, & ſimilis exitus.* Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. p. 1. c. 4. p. 94. a. *Unus eſt enim omnibus introitus ad vitam, & ſimilis exitus.* Gr. Μία δὲ πάντων εἴσοδος εἰς τὸν βίον, ἔξοδός τε ἴση.

℣. 7. Ita legunt Ambroſ. in Pſ. 43. col. 926. b. & Auguſt. cont. Adim. to. 8. 142. d. nec differt Græcum. Obſervandum tamen hunc verſum ap. Ambroſ. legi tantùm in editis omnibus, non verò in Mſs.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

pientiæ :

8. & præposui illam regnis & sedibus, & divitias nihil esse duxi in comparatione illius:

Job. 28. 15. Prov. 8. 11. 9. nec comparavi illi lapidem pretiosum: quoniam omne aurum in comparatione illius, arena est exigua, & tanquam lutum æstimabitur argentum in conspectu illius.

10. Super salutem & speciem dilexi illam, & proposui pro luce habere illam: quoniam inexstinguibile est lumen illius.

3. Reg. 3. 13. Matth. 6. 33. 11. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honestas per manus illius,

12. & lætatus sum in omnibus: quoniam antecedebat me ista sapientia, & ignorabam quoniam horum omnium mater est.

13. Quam sine fictione didici, & sine invidia communico, & honestatem illius non abscondo.

14. Infinitus enim thesaurus est hominibus: quo qui usi sunt, participes facti sunt amicitiæ Dei, propter disciplinæ dona commendati.

15. Mihi autem dedit Deus dicere ex sententia, & præsumere digna horum quæ mihi dantur: quoniam ipse sapientiæ dux est, & sapientium emendator:

16. in manu enim illius, & nos, & sermones nostri, & omnis sapientia, & operum scientia & disciplina.

17. Ipse enim dedit mihi horum, quæ sunt, scientiam veram: ut sciam dispositionem orbis terrarum, & virtutes elementorum,

18. initium, & consummationem, & medietatem temporum, vicissitudinum permutationes, & commutationes temporum,

19. anni cursus, & stellarum dispositiones,

20. naturas animalium, & iras bestiarum, vim ventorum, & cogitationes hominum, differentias virgultorum, & virtutes radicum,

21. & quæcunque sunt absconsa & improvisa, didici: omnium enim artifex docuit me sapientia:

22. est enim in illa spiritus intelligentiæ, sanctus, unicus, multiplex, subtilis, disertus, mobilis, incoinquinatus, certus, suavis, amans bonum, acutus, quem nihil vetat, benefaciens,

23. humanus, benignus, stabilis, certus, securus, omnem habens virtutem, omnia prospiciens, & qui capiat omnes spiritus: intelligibilis, mundus, subtilis.

24. Omnibus enim mobilibus mobilior est sapientia: attingit autem ubique propter suam

NOTÆ.

℣. 8. August. cont. Adim. sup. & *præposui illam regnis* (Mss. *reg. moniis*) & *sedibus*, & *honestatem nihil esse duxi ad comparationem ipsius* : Ms. Corb. *nihil esse dixi*. Græcum Vulgatæ consonat.

℣. 9. Eadem refert August. cont. Adim. to. 8. 142. d. præter hoc ult. *ad illam*, loco *in conspectu illius* : Gr. ἀναλίσκον αὐτῆς ; præterea idem Græc. habet λίθον ἀτίμητον, loco *lapidem pretiosum* ; ed. verò Compl. λίθον τίμιον ; hoc autem ἀτίμητον, quod in aliis est, aut mendosum est, aut significat lapidem, qui pretiosus vulgò dicitur, verè esse vilem præ illa : ita Nobilius.

℣. 10. Græc. extremò hab. ὅτι ἀκοίμητον τὸ ἐκ ταύτης φέγγος.

℣. 11. In Gr. πλῦτος, *divitiæ*, loco *honestas*.

℣. 12. A Græco abest *me* ; loco verò seq. *ista*, est αὐτῶν, dempta voce *omnium*, sub finem. Contra Ms. Corb. 1. hab. *quoniam omnium mater est*.

℣. 13. In Mss. Corb. 1. & S. Theod. adjicitur τὸ *bonis illius*, verbo *communico* : ita quoque in Corb. 2. ad marg. al. manu ; sed hoc additamento caret Gr. initio quoque ipso ita legitur ibid. Ἀδόλως τε ἔμαθον, &c. *Et sine fictione didici*, &c. item inf. constanter, τὸν πλοῦτον, *divitias*, loco *honestatem*, absque præced. &.

℣. 14. Ms. Corb. 1. initio hab. *Infinitus autem*, &c. Græc. verò ut sup. Ἀνεκλιπὴς γὰρ, &c.

℣. 15. In Mss. Sangerm. & Corb. *Mihi autem dat Deus*, &c. è Gr. Ἐμοὶ δὲ δώη ὁ Θεὸς, &c. sed in edit. Ald. & Compl. δίδωσιν, ut in Vulg. Auctor l. de voc. gent. c. 24. p. 15. f. similiter addit : *quoniam ipse & sapientia dux est, & sapientium emendator*. Ita quoque in Gr. In Ms. Corb. est : *quoniam ipse Deus*, &c.

℣. 16. Ita legit Auct. l. de voc. gent. c. 24. p. 15. f. In Mss. 2. Corb. & S. Theod. ultimò exstat, & *operum scientia disciplina*. In Gr. simpliciter, καὶ ἐργατιῶν ἐπιστήμη.

℣. 17. Ambros. in Ps. 118. col. 1082. d. *Ipse enim mihi dedit eorum, quæ sunt, cognitionem veram* : & l. 2. de Abrah. c. 7. col. 329. a. *Ipse mihi dedit eorum, quæ sunt, scientiam veram : ut sciam dispositionem orbis terrarum, & virtutem elementorum* : quibus respondet Græcum.

℣. 18. Ambr. l. 2. de Abrah. c. 7. col. 329. a. legit : *Initium, & consummationem, & mediatatem omnium rerum, & divisiones temporum*. Mss. Corb. 1. & S. Theod. *Initium, & consummat. & mediatatem temporum, vicissitudinum permutationes, & mutationem omnium morum, mutationes & divisiones temporum*. Græc. Vulgatæ congruit.

℣. 19. Ambros. l. 2. de Abr. c. 7. & *anni cursus, & stellarum dispositiones*. Græc. ἐνιαυτῶν κύκλους, &c. Ms. Alex. ἐνιαυτῆ.

℣. 20. Eadem refert Ambros. l. 2. de Abr. c. 7. præter vocem *berbarum*, loco *virgultorum* ; in Ms. 2. Corb. & S. Theod. *arborum* ; in Gr. φυτῶν ; cæt. quadrant.

℣. 21. Ambros. l. 2. de Abr. c. 7. col. 329. b. habet : & *quæcunque sunt absconsita & improvisa* : dein l. de Incarn. to. 2. 730. a. *quia omnium artifex docuit me sapientia*. Hieron. l. 2. in ep. ad Eph. to. 4. p. 1. col. 349. f. *Deus docuit me sapientiam, & intellectum sanctorum cognovi*. Faustin. presb. cont. Arian. p. 645. h. *omnium enim artifex docuit me sapientia* ; Ms. S. Germ. *docuit me sapientiam*. Gr. ὅσα τέ ἐστι κρυπτὰ καὶ ἐμφανῆ, ἔγνων· ἡ γὰρ..... ἐδίδαξέ με σοφία.

℣. 22. Ambros. l. de Incarn. c. 10. col. 730. a. legit : *est enim in ea spiritus intelligentiæ, sanctus, unicus, multiplex, subtilis, bene mobilis, disertus, immaculatus, manifestus, inviolabilis, bonum amans, acutus, providens, possibilis* ; Mss. nonnulli, *acutus, impassibilis* : horum multa rursus habet Ambros. l. 3. de Spir. S. c. 6. & 18. col. 672. b. 693. c. & epist. 64. col. 1051. b. Fulgent. verò fragm. 28. cont. Fab. p. 615. 616. ita : *spiritus intelligentiæ, sanctus, unicus, multiplex, subtilis, mobilis, disertus, sine inquinamento, manifestus, sanus, amans bonum, acutus, qui nihil vetatur*, & *qui benefaciat*. Mss. S. Germ. Corb. & S. Theod. *qui nihil vetat benefacere*. Cerealis adv. Maximin. c. 14. p. 673. g. *spiritus unicus, multiplex, subtilis, immobilis, incoinquinatus, certus, securus, amans bonum*. Vigil. Tapsi. cont. Varimad. p. 746. a. *est enim in sapientia spiritus intelligentiæ, sanctus, unicus..... omnia potens*. Græc. ἔστι γὰρ ἐν αὐτῇ πνεῦμα νοερὸν, ἅγιον, μονογενὲς, πολυμερὲς, λεπτὸν, εὐκίνητον, τρανὸν, ἀμόλυντον, σαφὲς, ἀπήμαντον, φιλάγαθον, ὀξὺ, ἀκώλυτον, εὐεργετικόν.

℣. 23. Apud Ambros. l. de Incarn. c. 10. col. 730. a. ita sequitur : *munificus, benignus, stabilis, integer, sine sollicitudine, qui omnia potest, omnia spectans*, & *per omnia penetrans spiritnum intelligibilium* ; Mss. nonnulli ibid. *spiritus invisibilium* : idem Ambros. l. 3. de Spir. S. c. 22. col. 700. b. leg. *omnipotens*, & *speculator omnium* ; & sup. c. 6. col. 672. b. *omnia prospiciens*. Apud Cerealem cont. Maximin. c. 14. p. 673. c. *omnia potens, omnia præscient*, & *qui capiat omnes spiritus intelligibiles, mundus, subtilis*. Apud Fulg. fragm. 28. cont. Fab. p. 616. *humanus, stabilis, certus, securus, omnem habens virtutem, omnia prospiciens*, & *qui capiat per omnes spiritus intelligibiles, mundos, subtiles* ; Ms. S. Theod. *qui capit*. Græcè ita : φιλάνθρωπον, βέβαιον, ἀσφαλὲς, ἁμέριμνον, παντοδύναμον, πανεποπτικὸν, καὶ διὰ πάντων χωροῦν πνευμάτων νοερῶν, καθαρῶν, λεπτοτάτων.

℣. 24. August. l. de nat. boni, to. 8. 508. f. *attingit autem omnia propter suam munditiam* ; in Ms. S. Germ. *attinget*. Fulgent. resp. cont. Arian. p. 60. 61. *Omnium mobilitantium mobilior est sapientia : attingit autem ubique propter suam munditiam* : ita quoque l. 1. ad Trasim. c. 5. p. 73. excepta voce *mobilitatum*, loco *mobilitantium*. In Gr. Πάσης γὰρ κινήσεως κινητικώτερον ἐστὶ σοφία· διήκει δὲ, καὶ χωρεῖ διὰ πάντων διὰ τὴν καθαρότητα.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

munditiam.

25. Vapor eſt enim virtutis Dei, & emanatio quædam eſt claritatis omnipotentis Dei ſincera: & ideo nihil inquinatum in eam incurrit:

Plebr. 1. 3. 26. candor eſt enim lucis æternæ, & ſpeculum ſine macula Dei majeſtatis, & imago bonitatis illius.

27. Et cùm ſit una, omnia poteſt: & in ſe permanens omnia innovat, & per nationes in animas ſanctas ſe transfert, amicos Dei & prophetas conſtituit.

28. Neminem enim diligit Deus, niſi eum, qui cum ſapientia inhabitat.

29. Eſt enim hæc ſpecioſior ſole, & ſuper omnem diſpoſitionem ſtellarum, luci comparata invenitur prior.

30. Illi enim ſuccedit nox, ſapientiam autem non vincit malitia.

NOTÆ.

℣. 25. Similiter ap. Ambroſ. l. de Noe, c. 31. col. 275. b. *Vapor eſt enim virtutis Dei.* Apud Auguſt. l. de nat. boni, to. 8. 508. f. *nihil inquinatum in eam incurrit.* Fulg. reſp. cont. Arian. p. 61. ita legit: *Vapor eſt autem virtutis Dei, & manatio quadam claritatis omnipotentis Dei ſincera: & ideo nihil inquinamenti in illam incurrit:* itidem l. 1. ad Traſim. p. 73. exceptis his paucis, *Vapor eſt enim.....* & *emanatio:* at l. de Incarn. Dei, p. 430. extremò habet: & *ideo nihil inquinatum in illam incurrit.* Fragm. verò 8. cont. Fab. p. 588. & *nihil inquinamenti*, ut ſupra. Gr. Ἀτμὶς γάρ ἐστι τῆς τοῦ Θεοῦ δυνάμεως, καὶ ἀπόῤῥοια τῆς τοῦ παντοκράτορος δόξης εἰλικρινής· διὰ τοῦτο, &c. ut in Vulg.

℣. 26. Eadem legit Ambroſ. in Luc. 18. col. 1488. d. at l. 1. & 2. de fide, col. 453. c. 476. b. *ſplendor eſt enim lucis aeternæ*, &c. Fulg. reſp. cont. Arian. p. 61. *candor eſt enim lucis aeternæ*, &c. ut in Vulg. lib. verò 1. & 2. ad Traſim. c. 5. p. 73. 98. & l. de Incarn. p. 430. *ſplendor eſt enim lucis at.* &c. ut ſup. Græcè: ἀπαύγασμα γάρ ἐστι φωτὸς ἀϊδίου· ſubinde loco *majeſtatis*, ἐνεργείας, *operationis.* Auct. l. de fide orthod. ap. Ambroſ. p. 352. c. Vulgatæ ſuccinit. Sic etiam Phæbad. Agin. cont. Arian. p. 302. h. niſi quòd initio hab. *ſplendor*, non *candor.*

℣. 27. Ambroſ. l. 4. de fide, to. 2. 547. b. *Cùm ſit una, omnipotens, & permanens in ſe, omnia innovat.* Auct. verò l. de fide orthod. ap. eund. col. 349. d. *Cùm ſit una, omnia poteſt*, &c. ut in Vulg. Itidem Fulg. l. 1. ad Traſim. p. 73. & l. 3. ad Monim. p. 46. Apud S. Paulin. epiſt. 38. p. 235. c. *per electas animas ſemet immittens:* epiſt. verò 18. p. 101. a. & *per nationes in animas ſanctas ſe transfert*, ut in Vulg. In Gr. καὶ εἰς γενεὰς εἰς ψυχὰς ὁσίας μεταβαίνουσα, &c.

℣℣. 28. 29. Similiter in Græco.

℣. 30. Ambroſ. pariter, l. 4. de fide, col. 547. b. *ſapientiam autem non vincit malitia:* cui favet Græcum. Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 748. h. *ſapientiam autem non vincet malitia.* Mſ. S. Theoder. *ſapientia autem vincit malitiam.*

CAPUT VIII.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. ATtingit ergo à fine uſque ad finem fortiter, & diſponit omnia ſuaviter.

2. Hanc amavi, & exquiſivi à juventute mea, & quæſivi ſponſam mihi eam aſſumere, & amator factus ſum formæ illius.

3. Generoſitatem illius glorificat, contubernium habens Dei: ſed & omnium Dominus dilexit illam:

4. doctrix enim eſt diſciplinæ Dei, & electrix operum illius.

5. Et ſi divitiæ appetuntur in vita, quid ſapientiâ locupletius, quæ operatur omnia?

6. Si autem ſenſus operatur: quis horum, quæ ſunt, magis quàm illa eſt artifex?

7. Et ſi juſtitiam quis diligit: labores hujus magnas habent virtutes: ſobrietatem enim, & prudentiam docet, & juſtitiam, & virtutem, quibus utilius nihil eſt in vita hominibus.

8. Et ſi multitudinem ſcientiæ deſiderat quis,

NOTÆ.

℣. 1. Auguſt. l. de mor. Eccl. to. 1. 697. f. *Attingit autem à fine uſque in finem fortiter*, & *diſponit omnia ſuaviter:* ſimiliter in Job, to. 3. 669. a. & l. 2. de lib. arb. to. 1. 599. b. cui ſuccinit Vigil. Tapſ. cont. Varim. p. 748. f. h. cum Fulg. l. 2. ad Traſim. c. 11. p. 100. & l. de Incarn. p. 409. detracto uno *autem.* In Mſ. Corb. 1. *Attingit enim*, &c.

℣. 2. Hieron. in Ezech. 44. to. 3. 1032. b. *Hanc dilexi*, & *quæſivi ab adoleſcentia mea*, & *quæſivi ſponſam ducere mihi*, & *amator fui decoris ejus.* Sic etiam in Græco. Apud Hilar. in Pſ. 127. col. 427. c. d. *Quæſivi ſapientiam ſponſam adducere mihi ipſi:* & inf. & *amator factus ſum pulchritudinis ejus.* Ambroſ. l. de vid. to. 2. 202. f. *propoſui ergo hanc adducere mihi in conjugium.* Prædeſtin. l. 3. p. 599. b. *Amator factus ſum formæ ejus*, & *hanc quæſivi adſumere mihi:* & *currebam poſt eam, eò magis illa elongabat à me.*

℣. 3. Hilar. in Pſ. 127. col. 427. c. *Honeſtatem glorificat, convictum Dei habens:* & *omnium Dominus dilexit eam.* Similiter in Græco eſt. Auguſt. quoque de mor. Eccl. to. 1. 697. f. 698. a. legit: *Generoſitatem magnificat, contubernium habens Dei:* & *omnium Dominus dilexit illam.* Mſs. etiam Corb. 1. & S. Theod. non addunt *illius*, ad *generoſitatem.*

℣. 4. Ita legit Auguſt. l. de mor. Eccl. to. 1. 697. f. In Græco ſic: μύσις γάρ ἐστι τῆς τοῦ Θεοῦ ἐπισήμης, καὶ αἱρετὶς τῶν ἔργων αὐτοῦ.

℣. 5. Auguſt. l. de morib. Eccl. to. 1. 698. a. legit: *Quòd ſi honeſta eſt poſſeſſio, quæ concupiſcitur in vita; quid ſapientiâ eſt honeſtius, quæ omnia operatur?* Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 735. h. *quid ſapientiâ locupletius, quæ omnia operatur?* Græc. Εἰ δὲ πλοῦτός ἐστιν ἐπιθυμητὸν κτῆμα ἐν βίῳ, τί σοφίας πλουσιώτερον, &c.

℣. 6. Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 735. h. *Et ſi ſenſus operatur, quis horum videtur eſſe artifex?* Græc. textui favet.

℣. 7. Eadem prorſus habet Auguſt. in Speculo, ſi excipias unum & *ſapientiam*, loco & *prudentiam.* Similiter in Mſ. Corb. 2. & *ſapientiam docet.* Aug. verò l. de mor. Eccl. to. 1. 698. a. legit: *ſobrietatem enim ſapientia docet*, & *juſtitiam*, & *virtutem, quibus utilius nihil eſt in vita hominis:* de hoc autem prolato à ſe teſtimonio ita differit l. 1. retract. to. 1. col. 9. d. *Teſtimonium poſui de libro Sapientiæ ſecundùm codicem noſtrum, in quo ſcriptum erat:* Sobrietatem enim ſapientia docet, & juſtitiam, & virtutem: & *ſecundùm hæc verba diſſerui res quidem veras, ſed ex occaſione mendoſitatis inventas..... cùm codices ejuſdem Interpretationis veriores habeant:* Sobrietatem enim, & ſapientiam docet, & juſtitiam, & virtutem: *his enim nominibus Latinus Interpres quatuor illas virtutes, quæ maximè in ore philoſophorum eſſe adſolent, nominavit..... has autem quatuor virtutes in eodem libro Sapientiæ ſuis nominibus appellatas, ſicut à Græcis vocantur, longè poſtea reperimus in codicibus Græcis.* Apud Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 735. h. ſic: *Sed ſi juſtitiam quis diligit: labores ejus magnas habent virtutes: ſobrietatem enim*, & *prudentiam docet; juſtitiam*, & *virtutem dat credentibus ſibi, quibus nihil utilius eſt in vita hominibus.* In Mſs. Corb. & S. Theod. *Et ſi juſtitiam quis diligit: dilectio hujus magnas habet virtutes: ſobrietatem autem*, & *prud.* &c. Sangerm. & S. Theod. *ſobrietatem enim*, & *ſapientiam docet.* Græc. Καὶ εἰ δικαιοσύνην ἀγαπᾷ τις· αἱ πόνοι ταύτης εἰσὶν ἀρεταί· σωφροσύνην γὰρ, καὶ φρόνησιν ἐκδιδάσκει, &c. ut in Vulg.

℣. 8. Hilarius in Pſ. 127. col. 427. c. *Et ſi multam quis cognitionem deſiderat, novit* & *quæ à principio ſunt*, & *quæ futura ſunt conſpicit.* Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 736. a. ſic: *Sed ſimilitudinem ſcientiæ quis deſiderat? notam facies, ſcit præterita*, & *futuri præſaga eſt:*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

ſcit præterita, & de futuris æſtimat: ſcit verſutias ſermonum, & diſſolutiones argumentorum: ſigna & monſtra ſcit antequam fiant, & eventus temporum & ſæculorum.

9. Propoſui ergo hanc adducere mihi ad convivendum: ſciens quoniam mecum communicabit de bonis, & erit allocutio cogitationis & tædii mei.

10. Habebo propter hanc claritatem ad turbas, & honorem apud ſeniores juvenis:

11. & acutus inveniar in judicio, & in conſpectu potentium admirabilis ero, & facies principum mirabuntur me:

12. tacentem me ſuſtinebunt, & loquentem me reſpicient, & ſermocinante me plura, manus ori ſuo imponent.

13. Præterea habebo per hanc, immortalitatem: & memoriam æternam his, qui poſt me futuri ſunt, relinquam.

14. Diſponam populos: & nationes mihi erunt ſubditæ.

15. Timebunt me audientes reges horrendi: in multitudine videbor bonus, & in bello fortis.

16. Intrans in domum meam, conquieſcam cum illa: non enim habet amaritudinem converſatio illius, nec tædium convictus illius, ſed lætitiam & gaudium.

17. Hæc cogitans apud me, & commemorans in corde meo: quoniam immortalitas eſt in cognatione ſapientiæ,

18. & in amicitia illius delectatio bona, & in operibus manuum illius honeſtas ſine defectione, & in certamine loquelæ illius ſapientia, & præclaritas in communicatione ſermonum ipſius: circuibam quærens, ut mihi illam aſſumerem.

19. Puer autem eram ingenioſus, & ſortitus ſum animam bonam.

20. Et cùm eſſem magis bonus, veni ad corpus incoinquinatum.

21. Et ut ſcivi quoniam aliter non poſſem eſſe continens, niſi Deus det, & hoc ipſum erat ſapientiæ, ſcire cujus eſſet hoc donum: adii Dominum, & deprecatus ſum illum, & dixi ex totis præcordiis meis:

NOTÆ.

ſcit verſutias ſermonum, & ſolutiones argumentorum: ſigna & prodigia ſcit antequam fiant, & finem temporum & ſæculorum non ignorat. Mſ. Corb. 2. *Et ſimilitudinem ſcientiæ deſiderat quis? ſcit præterita...* & *diſpoſitiones argumentorum*; item in Corb. & S. Theod. *diſpoſitiones argumentorum.* In Græco: Εἰ δὲ καὶ πολυπειρίαν τυγεῖ τις, οἶδε τὰ ἀρχαῖα, καὶ τὰ μέλοντα εἰκάζειν ἐπίσαται τροπὰς λόγων, καὶ λύσεις αἰνιγμάτων· σημεῖα καὶ τέρατα προγινώσκει, καὶ ἐκβάσεις καιρῶν καὶ χρόνων.

℣. 9. Hilarius in Pſ. 127. col. 427. e. legit: *Judicavi igitur hanc adducere ad convivendum mecum.* Græcè ſimpliciter, πρὸς συμβίωσιν, deinde ſic: εἰδὼς ὅτι ἔσαι μοι σύμβουλος ἀγαθῶν, καὶ παραίνεσις φροντίδων καὶ λύπης· i. e. *ſciens quia erit mihi conſultrix bonorum, & allocutio curarum & tædii.*

℣. 10. Mſ. Corb. 2. extremò hab. *apud ſeniores & juvenes*: ita nempe correctum videtur alia manu, ſed malè; nam in Gr. eſt παρὰ πρεσβυτέροις ὁ νέος. In Corb. verò altero ult. vox *juvenis* jungitur cum verſu ſeq.

℣. 11. A Græco abſunt ult. iſta: & *facies principum mirabuntur me*: in Mſs. S. Germ. & Corb. 1. legitur *admirabuntur me.*

℣. 12. Mſs. 2. Corb. & S. Theod. ferunt *ſermocinantem me.* Græc. verò Vulgatæ favet.

℣. 13. Ambroſ. l. 3. de fide, to. 2. 500. d. ſic habet: *Per hanc habebo immortalitatem.* A Græco pariter abeſt adverb. 1. *præterea*; reliqua ut in Lat. ſup. in Mſ. Corb. legitur *propterea.*

℣. 14. Mſs. 2. Corb. ultimò ferunt *mihi erunt ſubjectæ.* Gr. ὑποταγήσεταί μοι.

℣℣. 15. 16. Vix meliùs è Græco.

℣. 17. Mſ. S. Germ. prima manu habet: *quoniam immortalitas eſt in cogitatione ſapientia:* aliâ verò, ſed recentiori, *quoniam immortalis eſt:* item Mſ. S. Theod. *quoniam immortalis eſt in cogitatione ſapientia:* Corb. *quoniam immortalitas eſt in cognitione*, &c. Apud Fulg. l. 3. ad Monim. c. 6. p. 49. *Hæc cogitans..... quoniam immortalitas eſt in cogitatione ſapientiæ.* Apud Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 732. b. *immortalitas in cogitatione ſapientiæ.* Græce..... ὅτι ἐστὶν ἀθανασία ἐν συγγενείᾳ σοφίας.

℣. 18. Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 732. b. legit: & *amicitiæ illius delectatio bona*: & infra: *in operibus manuum ſapientiæ honeſtas ſine defectione*, & *in certamine ſermonum ejus immortalitas & vita æterna, in communicatione verborum ejus claritas perpetua.* Græcè: καὶ ἐν φιλίᾳ αὐτῆς τέρψις ἀγαθὴ, καὶ ἐν πόνοις χειρῶν αὐτῆς πλοῦτος ἀνεκλιπὴς, καὶ ἐν συγγυμνασίᾳ ὁμιλίας αὐτῆς φρόνησις, καὶ εὐκλεια, &c. ut in Lat. ſup.

℣. 19. Ita legunt Ambroſ. epiſt. 31. col. 917. b. & Auguſt. l. 10. de Gen. ad lit. to. 3. 268. c. cum Græco.

℣. 20. Ita Auguſt. l. 10. de Gen. ad lit. col. 268. c. omiſsâ 1. conjunct. &. Gr. Μᾶλλον δὲ ἀγαθὸς ὢν, &c.

℣. 21. Tichon. reg. 3. p. 53. g. *Cum ſcirem quia aliter non poſſum eſſe continens, niſi Deus dederit, & hoc ipſum erat ſapientiæ, ſcire cujus eſſet hoc donum: adii Dominum, & deprecatus ſum.* Auguſt. epiſt. 157. to. 2. 545. c. *Et cùm ſcirem quia nemo poteſt eſſe continens, niſi Deus det, & hoc ipſum erat ſapientiæ, ſcire cujus eſſet hoc donum: adii Dominum, & deprecatus ſum illum*: ſimiliter ep. 144. & 188. col. 469. a. 696. f. item l. 9. confeſ. to. 1. 184. e. & l. de ſ. virginit. to. 6. 362. g. & l. de bono viduit. col. 380. g. & l. de ſpir. & lit. to. 10. 97. c. Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 750. g. *quia nemo eſſe poteſt continens, niſi Deus det, & hoc ipſum ſapientiæ erat ſcire, niſi cujus eſſet hoc donum.* Boniface. II. epiſt. 2. Conc. to. 4. 1689. c. *Scio quia non poſſum eſſe continens, niſi Deus dederit, & hoc ipſum erat ſapientiæ, ſcire cujus eſſet hoc donum.* Auct. l. 1. de voc. gent. c. 24. p. 15. a. *Ut ſcivi quia aliter non poſſum eſſe continens, niſi Deus det*, &c. ut in Vulg. Sic etiam in Mſ. S. Theod. & aliis 2. Corb. eſt, *non poſſum.* Apud Arnob. jun. l. de Trin. p. 233. f. *Cùm ſcirem quia nemo poteſt continens eſſe, niſi Deus det, & hoc erat ſapientiæ, ſcire cujus eſſet hoc donum: & acceſſi ad Dominum, & deprecatus ſum eum.* Eò pariter alludit Tertul. de vel. virgin. c. 13. p. 314. a. dicens: *à Deo confertur continentiæ virtus.* In Græco: Γνῶς δὲ ὅτι ἐκ ἄλλως ἔσεαι ἐγκρατὴς, ἐὰν μὴ ὁ Θεὸς δῷ, καὶ τοῦτο δ' ἦν φρονήσεως τὸ εἰδέναι τίνος ἡ χάρις, &c.

CAPUT IX.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. Reg. 3. 9. 1. DEus patrum meorum, & Domine miſericordiæ, qui feciſti omnia verbo tuo,

2. & ſapientiâ tuâ conſtituiſti hominem, ut dominaretur creaturæ, quæ à te facta eſt,

3. ut diſponat orbem terrarum in æquitate

NOTÆ.

℣. 1. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 195. c. *Deus parentum*, & *Domine miſericordiarum*, *qui feciſti omnia verbo tuo.* Fulg. l. 2. de verit. præd. p. 466. *Deus parentum noſtrorum*, & *Domine miſericordiæ tuæ*, *qui feciſti omnia verbo tuo.* Græc. Θεὲ πατέρων, καὶ Κύριε τῦ ἐλέες συ, ὁ ποιήσας τὰ πάντα ἐν λόγῳ σῦ. In ed. Compl. deeſt σῦ, poſt ἐλέους.

℣. 2. Lucif. Cal. loco cit. & *ſapientiâ conſtituiſti hominem*, *ut dominetur creaturæ*, *quæ à te facta eſt.* Itidem apud Fulg. l. 2. de verit. præd. p. 466. præter hoc, & *ſapientiâ tuâ.* Ita quoque in Mſ. Sangerm. In Gr. καὶ τῇ σοφίᾳ συ κατασκευάσας ἄνθρωπον, ἵνα δεσπόζῃ τῶν ὑπὸ σὲ γενομένων κτισμάτων.

℣. 3. Eadem refert Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan.

Digitized by Google

CAPUT XI.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

Exod. 16. 1. 1. DIrexit opera eorum in manibus prophetæ ſancti.

2. Iter fecerunt per deſerta, quæ non habitabantur : & in locis deſertis fixerunt caſas.

Exod. 17. 12. 3. Steterunt contra hoſtes, & de inimicis ſe vindicaverunt.

Num. 20. 11. 4. Sitierunt, & invocaverunt te, & data eſt illis aqua de petra altiſſima, & requies ſitis de lapide duro.

5. Per quæ enim pœnas paſſi ſunt inimici illorum, à defectione potus ſui, & in eis, cùm abundarent filii Iſraël, lætati ſunt;

6. per hæc, cùm illis deeſſent, bene cum illis actum eſt.

7. Nam pro fonte quidem ſempiterni fluminis, humanum ſanguinem dediſti injuſtis.

8. Qui cùm minuerentur in traductione infantium occiſorum, dediſti illis abundantem aquam inſperatè,

9. oſtendens per ſitim, quæ tunc fuit, quemadmodum tuos exaltares, & adverſarios illorum necares.

10. Cùm enim tentati ſunt, & quidem cum miſericordia diſciplinam accipientes, ſcierunt quemadmodum cum ira judicati impii tormenta paterentur.

11. Hos quidem tanquam pater monens probaſti : illos autem tanquam durus rex interrogans condemnaſti.

12. Abſentes enim & præſentes ſimiliter torquebantur.

13. Duplex enim illos acceperat tædium, & gemitus cum memoria præteritorum.

14. Cùm enim audirent per ſua tormenta bene ſecum agi, commemorati ſunt Dominum, admirantes in finem exitus.

15. Quem enim in expoſitione prava projectum deriſerunt, in finem eventus mirati ſunt, non ſimiliter juſtis ſitientes.

16. Pro cogitationibus autem inſenſatis iniquitatis illorum, quòd quidam errantes colebant mutos ſerpentes, & beſtias ſupervacuas, immiſiſti illis multitudinem mutorum animalium in vindictam : *Inf. 12. 24.*

17. ut ſcirent, quia per quæ peccat quis, per hæc & torquetur.

18. Non enim impoſſibilis erat omnipotens manus tua, quæ creavit orbem terrarum ex materia inviſa, immittere illis multitudinem urſorum, aut audaces leones, *Levit. 26. 22.*

19. aut novi generis irâ plenas ignotas beſtias, aut vaporem ignium ſpirantes, aut fumi odorem proferentes, aut horrendas ab oculis ſcintillas emittentes : *Inf. 16. 1. Jer. 8. 17.*

20. quarum non ſolùm læſura poterat illos exterminare, ſed & aſpectus per timorem occidere.

21. Sed & ſine his uno ſpiritu poterant occîdi perſecutionem paſſi ab ipſis factis ſuis, & diſperſi per ſpiritum virtutis tuæ : ſed omnia in menſura, & numero, & pondere diſpoſuiſti.

22. Multùm enim valere, tibi ſoli ſuperat ſemper : & virtuti brachii tui quis reſiſtet?

NOTÆ.

℣. 1. Gr. ſingulariter hab. ὦ χειρί, *in manu.*

℣. 2. Mſ. Sangerm. *Iter fecerunt per deſerta, quæ non inhabitantur : & in locis ſecretis fixerunt caſas.* Similiter in ſecundo Corb. niſi quòd hab. 2. manu, *caſtra*; prima verò, *caſas.* Alter Corb. *quæ non inhabitabantur : & in locis ſecretis fix. caſas.* Mſ. S. Theod. *& in locis ſecretis fixerunt caſtra.* Gr. Διώδευσαν ἔρημον ἀοίκητον· καὶ ἐν ἀβάτοις ἔπηξαν σκηνάς.

℣. 3. Itidem Græcè.

℣. 4. In Mſs. Sangerm. & Corb. 2. poſtponitur *aqua* huic voci, *altiſſima.* In Gr. ἐκ πέτρας ἀκροτόμου ὕδωρ, Nobil. *aqua de petra duriſſima.*

℣. 5. A Græco abſunt tota iſta : *à defectione potus ſui, & in eis, cùm abundarent filii Iſraël, lætati ſunt.* In Mſ. Corb. ſecundo deeſt tantùm &, ante *in eis*; in altero Corb. eſt, *potus ſui, in eo*, &c. in Sangerm. *potus ſui, in ea*, &c.

℣. 6. In Mſs. S. Germ. & Corb. ſecundo : *per hæc, cùm illis deeſſet*, &c. ut ſup. In Gr. διὰ τούτων, αὐτοὶ ἀπορηθέντες, εὐεργετήθησαν.

℣. 7. Græc. Ἀντὶ μὲν πηγῆς ἀενάου ποταμῷ, αἵματι λυθρώδει ταραχθέντες, Mſ. Alex. ταραχθέντος i. e. *Profonte quidem ſempiterni fluminis, ſanguine immundo turbati.*

℣. 8. Gr. ſubdit : εἰς ἔλεγχον νηπιοκτόνου διατάγματος, &c. *in redargutionem præcepti de occidendis parvulis*, &c. ut ſup. Mſ. Sangerm. initio hab. *Quin comminuerentur in traduct.* &c. Corb. 2. extremò, *inſperatæ ſalutis*; Gr. verò ſimpliciter, ὡς ἐκπίσας, ut in Vulg.

℣. 9. Græc. δείξας διὰ τοῦ τότε δίψους πῶς τοὺς ὑπεναντίους ἐκόλασας· i. e. *oſtendens per ſitim, quæ tunc fuit, quomodo adverſarios punivîſſes.*

℣. 10. Græcum : Ὅτε γὰρ ἐπειράσθησαν, καίπερ ἐν ἐλέει παιδευόμενοι, ἔγνωσαν πῶς ἐν ὀργῇ κρινόμενοι ἀσεβεῖς ἐβασανίζοντο.

℣. 11. Similiter in Gr. præter hoc ult. καταδικάζων ἐξήτασας, *condemnans interrogaſti.*

℣℣. 12. 13. Græc. Καὶ ἀπόντες δὲ καὶ παρόντες, &c. ut in Vulg.

℣. 14. Græc. pro *commemorati ſunt Dom.* hab. ᾔσθοντο τοῦ Κυρίου, *ſenſerunt Dominum*; tollit verò ſeqq. *admirantes in finem exitus*; quæ etiam abſunt à Mſ. Sangerm. n. 15.

℣. 15. Græcè, loco *prava*, exſtat πάλαι, *olim*; & loco *deriſerunt*, ἀπεῖπον χλευάζοντες, *repudiaverunt deridentes*; deinde, ἐπὶ τέλει τῶν ἐκβάσεων ἐθαύμασαν, οὐχ ὁμοίως δικαίοις διψήσαντες· *in fine eventuum mirati ſunt, non ſimilia juſtis ſitientes.* In Mſ. Corb. 2. *deriſerunt, iſti ſitientes in finem eventûs mirati ſunt, non ſimiliter juſtis faciens* : item in Sangerm. S. Theod. & Corb. primo, *non ſimiliter juſtis faciens.*

℣. 16. Mſs. duo Corb. cum Sangerm. & S. Theod. ſcribunt *iniquitates*, non *iniquitatis*; Gr. ἀδικίας.

℣. 17. Itidem Græcè, detracto uno &, ante *torquetur.*

℣. 18. Auguſt. l. 1. de Gen. ad lit. to. 3. 126. b. legit : *qui feciſti mundum ex materia informi* : itidem l. 1. de Gen. to. 1. 649. d. ſed monet aliquos habere codices, *de materia inviſa* : ita quoque legit Auct. quæſt. ex utroq. Teſt. ap. Aug. to. 3. 104. a. Similiter Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 730. b. *Non enim impoſſibilis erat manus tua, quæ creavit orbem terrarum ex materia inviſa.* Græc. Οὐ γὰρ ἠπόρει ἡ παντοδύναμός σου χεὶρ, ἣ κτίσασα τὸν κόσμον ἐξ ἀμόρφου ὕλης, &c. ut ſup.

℣. 19. Mſs. Sangerm. & Corb. 2. hab. *plenas & ignotas*; addit Corb. *aut vaporem igneum*; Corb. 1. & S. Theod. *plenas aut ignotas beſtias, aut vaporem igneum*, &c. In Gr. θυμῶ πλήρεις θῆρας ἀγνώστους, ἤτοι πυρπόου φυσῶντας ἄθυμα, deinde, ἢ βρόμῳ λιμωμένους καυτῷ, ἢ δεινὰς ἀπ' ὀμμάτων σπινθῆρας ἀστράπτοντας.

℣. 20. Gr. Vulgatæ reſpondet.

℣. 21. Græcè loco ſeqq. *poterant occidi perſecut. paſſi ab ipſis factis ſuis*, habetur, πεσεῖν ἐδύναντο ὑπὸ τῆς δίκης διωχθέντες, *cadere poterant ab ipſo judicio perſecutionem paſſi*; ſubinde deeſt *in*, ante *menſura*, ſicut in Mſ. Sangerm. Auguſt. verò tract. 1. in Joh. to. 3. 295. a. & l. 12. de civit. Dei, c. 18. to. 7. 317. e. conſtanter legit : *omnia in menſura, & numero, & pondere diſpoſuiſti* : & l. cont. adverſ. leg. to. 8. 553. b. *omnia in menſura..... conſtituiſti*; Gr. διέταξας.

℣. 22. Auguſt. l. 19. contra Fauſt. to. 8. 330. c. ita legit : *Multùm enim valere, tibi ſoli ſuperat ſemper* : & *virtuti brachii tui quis contra ſtabit?* nonnulli codd. ibid. ſcribunt *ſupererat*, non *ſuperat*; Sangerm. verò, n. 15. *ſuperat*; Græc. πάρεσι. Mſ. S. Theod. addit : & *imperio virtutis brachii tui*, &c. Gr. καὶ κράτει βραχίονός σου, &c.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

23. Quoniam tanquam momentum ſtateræ, ſic eſt antę te orbis terrarum, & tanquam gutta roris antelucani, quæ deſcendit in terram.

24. Sed miſereris omnium, quia omnia potes, & diſſimulas peccata hominum propter pœnitentiam.

25. Diligis enim omnia quæ ſunt, & nihil odiſti eorum quæ feciſti: nec enim odiens aliquid conſtituiſti, aut feciſti.

26. Quomodo autem poſſet aliquid permanere, niſi tu voluiſſes? aut quod à te vocatum non eſſet, conſervaretur?

27. Parcis autem omnibus: quoniam tua ſunt Domine, qui amas animas.

NOTÆ.

℣. 23. Ita Auguſt. l. 19. cont. Fauſt. col. 330. c. Græcè ponitur ὅλος, *totus*, ante *orbis terrarum*; & pro *antelucani*, habetur ὀρθρινὴ, *antelucana*.

℣. 24. Concinit Auguſt. l. 19. cont. Fauſt. col. 330. c. ſicut Auct. quæſt. V. & N. Teſt. ap. Aug. to. 3. 95. c. Item Victor Tun. l. de pœnit. ap. Ambr. col. 603. c. niſi quòd hab. *negligis*; loco *diſſimulas*: Gr. παροράς; ultimò, εἰς μετάνοιαν, loco *propter pœnitentiam*.

℣. 25. Hieron. l. 1. in ep. ad Epheſ. to. 4. 327. f. *Diligis omnia, & nihil abjicis eorum quæ feciſti: neque enim odio quid habens condidiſti.* Auguſt. l. 19. cont. Fauſt. col. 330. c. *diligis enim omnia quæ ſunt, & nihil odiſti eorum quæ feciſti: nec enim odio habens aliquid conſtituiſſes.* Gr... ἐδὲν γὰρ βδελύσσῃ ὧν ἐποίησας· οὐδὲ γὰρ ἂν μισῶν τι καθεσκεύασας· nec addit, *aut feciſti*; quod etiam ult. abeſt à Mſs. Sangerm. & Corb. duobus.

℣. 26. Eadem refert Auguſt. l. 19. cont. Fauſt. to. 8. 330. d. præter hoc 1. *Quomodo ergo*, loco *autem*. Gr. Πῶς δὲ ἔμεινεν ἄν τι, &c.

℣. 27. Ita legit Auguſt. l. 19. cont. Fauſt. lib. verò cont. Adim. col. 118. g. ſic: *quoniam tua ſunt omnia, qui animas amas.* Græc. ὅτι σά ἐσι Δέσποτα φιλόψυχε.

CAPUT XII.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. O Quàm bonus & ſuavis eſt Domine ſpiritus tuus in omnibus!

2. Ideoque eos, qui exerrant, partibus corripis: & de quibus peccant, admones & alloqueris: ut relicta malitia, credant in te Domine.

Deut. 9. 3. 12. 29. 18. 12. 3. Illos enim antiquos inhabitatores terræ ſanctæ tuæ, quos exhorruiſti,

4. quoniam odibilia opera tibi faciebant per medicamina, & ſacrificia injuſta,

5. & filiorum ſuorum necatores ſine miſericordia, & comeſtores viſcerum hominum, & devoratores ſanguinis à medio ſacramento tuo,

6. & auctores parentes animarum inauxiliatarum, perdere voluiſti per manus parentum noſtrorum,

7. ut dignam perciperent peregrinationem puerorum Dei, quæ tibi omnium charior eſt terra.

8. Sed & his tanquam hominibus peperciſti, & miſiſti anteceſſores exercitus tui veſpas, ut illos paulatim exterminarent.

9. Non quia impotens eras in bello ſubjicere impios juſtis, aut beſtiis ſævis, aut verbo duro ſimul exterminare:

10. ſed partibus judicans dabas locum pœnitentiæ, non ignorans, quoniam nequam eſt natio eorum, & naturalis malitia ipſorum, & quoniam non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuum. *Exod. 23. 30. Deut. 7. 22.*

NOTÆ.

℣. 1. Auguſt. l. 19. cont. Fauſt. to. 8. 330. d. legit: *Bonus enim ſpiritus tuus eſt in omnibus.* Sic etiam Victorin. Afr. l. de princip. diei, p. 292. h. cum Mſ. Sangerm. In Corb. primo deeſt tantùm *Domine*. In Gr. Τὸ γὰρ ἄφθαρτόν σου πνεῦμά ἐστιν ἐν πᾶσι. *Incorruptus enim tuus ſpiritus eſt in omnibus.*

℣. 2. Apud Lucif. Cal. l. de reg. apoſt. p. 219. f. ita legitur: *Propterea quòd hos, qui exſecrarint patribus, corripis: & eos, qui peccant, admonens alloqueris: ut derelictâ malitiâ, credant in te Domine:* at mendoſus hîc videtur Luciferi codex; vel potiùs vitioſa operum ejus editio Lugdun. ubi legitur: *exſecrarint patribus*, pro *exerrant partibus*; Græcè enim exſtat: Διὸ τὺς πλανωμένους κατ' ὀλίγον ἐλέγχεις· *Ideo hos, qui exerrant, partibus corripis*, id eſt, *per partes*, & *paulatim*. Ap. Auguſt. l. 19. cont. Fauſt. to. 8. 330. d. *Propter quod eos, qui exerrant, partibus corripis: & de quibus peccant, admonens alloqueris*, &c. ut in Vulg. Ita quoque in Mſ. Sangerm. In Corbeienſi 2. *Propter quod hos, qui exerrant*, &c. ut in Vulg. In Mſ. S. Theod. *admonens alloqueris*, ut ſup. apud Aug. Græcè, καὶ ἐν οἷς ἁμαρτάνουσι νουθετεῖς, &c. Victorin. Afric. l. de princip. diei, p. 292. h. cum Vulgata concinit ad verbum.

℣. 3. Mſ. S. Germ. ita fert cum Gr. *Et illos enim antiquos inhabitatores ſanctæ tuæ terræ odiens.* Similiter in Corb. 2. niſi quòd ult. verbo *odiens*, id ſubnectitur, *exhorruiſti*; ſed alia manu. Apud Lucif. Cal. l. de reg. apoſt. p. 219. f. ſimpliciter: *Illos enim antiquos inhabitatores terræ tuæ odiens.*

℣. 4. Lucif. Cal. l. de reg. apoſt. p. 219. f. *quoniam odibilia tibi opera faciebant per medicamina, & ſacramenta injuſta.* Similiter in Mſs. SS. Germ. & Theod. *quoniam odibilia tibi opera.* In Gr. ἐπὶ τῷ ἐχθίστα πράσσειν ἔργα φαρμακειῶν, καὶ τελετὰς ἀνοσίους.

℣. 5. Apud Lucif. Cal. l. de reg. apoſt. p. 219. f. hæc pauca exſtant: *& filiorum necatores ſine miſericordia voluiſti perdere*, &c. de ℣. 6. omiſſis illis quæ interſunt in Vulg. In Mſ. Corb. 1. deeſt tantùm & in principio: in Corb. altero ſic, *& per filiorum ſuorum*, &c. ut in Vulg. vox tamen *ſuorum* addita videtur ibid. recentiori manu; tollitur verò & ante vocem *devoratores*. In Mſ. Sangerm. legitur: *& filiorum necatores ſine miſeric. & comeſtores viſcerum hominum, devorationem & ſanguinis à*, &c. In Græco: τέκνων τε φονέας ἀνελεήμονας, καὶ σπλαγχνοφάγους ἀνθρωπίνων σαρκῶν βοσκὰς, καὶ αἵματος, ἐκ μέσου μυσταγωγίας ἐν, *& filiorum necatores ſine miſericordia, & comeſtorum viſcerum humanarum carnium epulum, & ſanguinis, de medio ſacramento tuo.* In ed. Compl. σπλαγχνοφάγης καὶ ἀνθρωπίνων σαρκῶν, καὶ θοίνας καὶ αἵματος· in Mſ. Alex. loco μυσταγωγίας ἓν, eſt μύσας θείαν, pro μύσας θεὸν· in ed. Ald. μυσάς τε θείας· in Compl. μύσας θείας. Notandum hæc verba, *à medio ſacramento tuo*, in multis codd. Latinis transferri poſt iſta, *perdere voluiſti*, quæ leguntur ℣. ſeq. ſed malè, ut notat Lucas Brug.

℣. 6. Itidem Græcè, niſi excipias vocem αὐθέντας, pro *auctores*; αὐθέντης autem, ſeu αὐτόχειρ, *qui ſua manu ſe perimit*, vel *manus ſibi aut aliis affert.*

℣. 7. Lucif. Cal. l. de reg. apoſt. p. 219. f. *ut dignam percipiant peregrinationem filiorum Dei, quæ tibi omnium carior eſt terra.* Gr. ἵνα ἀξίαν ἀποδῶσι λήψεως Θεοῦ παίδων, ἣ παρὰ σοὶ πασῶν τιμιωτάτη γῆ.

℣. 8. Similiter habet Lucif. Cal. l. de reg. apoſt. p. 219. f. niſi quòd delet *tui*, poſt *exercitus*; & loco *paulatim*, ponit *in partes*; Gr. κατὰ βραχύ; cæt. ut in Vulg.

℣. 9. Lucif. Cal. ubi ſup. *Non quia impotens eras impugnare, impios juſtis ſubjicere, aut beſtiis ſaviſſimis, aut verbo duro ſimul perdere.* Græc. Οὐκ ἀδυνατῶν σὺ παραλύσαι ἀσεβεῖς δικαίοις ὑποχειρίους δῦναι, ἢ θηρίοις λυττοῖς, ἢ λόγῳ ἀποτόμῳ ὑφ' ἓν ἐκτρίψαι.

℣. 10. Eadem refert Lucif. Cal. l. de reg. apoſt. p. 219. f. Item Auguſt. cùm l. 2. de nupt. & concup. to. 1. 311. b. tum l. 3. op. imperf. to. 10. 1056. c. ab his, *non ignorans*, &c. Mſ. Corb. 1. extremò hab. *non poterat mutari cogitatio cordis illorum in perpetuum.* Gr. ὃ μὴ ἀνάγκη ἐ λογισμὸς αὐτῶν εἰς τὸν αἰῶνα.

Digitized by Google

CAPUT XI.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

Exod. 16. 1. 1. DIrexit opera eorum in manibus prophetæ ſancti.

2. Iter fecerunt per deſerta, quæ non habitabantur: & in locis deſertis fixerunt caſas.

Exod. 17. 12. 3. Steterunt contra hoſtes, & de inimicis ſe vindicaverunt.

Num. 20. 11. 4. Sitierunt, & invocaverunt te, & data eſt illis aqua de petra altiſſima, & requies ſitis de lapide duro.

5. Per quæ enim pœnas paſſi ſunt inimici illorum, à defectione potus ſui, & in eis, cùm abundarent filii Iſraël, lætati ſunt;

6. per hæc, cùm illis deeſſent, bene cum illis actum eſt.

7. Nam pro fonte quidem ſempiterni fluminis, humanum ſanguinem dediſti injuſtis.

8. Qui cùm minuerentur in traductione infantium occiſorum, dediſti illis abundantem aquam inſperatè,

9. oſtendens per ſitim, quæ tunc fuit, quemadmodum tuos exaltares, & adverſarios illorum necares.

10. Cùm enim tentati ſunt, & quidem cum miſericordia diſciplinam accipientes, ſcierunt quemadmodum cum ira judicati impii tormenta paterentur.

11. Hos quidem tanquam pater monens probaſti: illos autem tanquam durus rex interrogans condemnaſti.

12. Abſentes enim & præſentes ſimiliter torquebantur.

13. Duplex enim illos acceperat tædium, & gemitus cum memoria præteritorum.

14. Cùm enim audirent per ſua tormenta bene ſecum agi, commemorati ſunt Dominum, admirantes in finem exitus.

15. Quem enim in expoſitione prava projectum deriſerunt, in finem eventus mirati ſunt, non ſimiliter juſtis ſitientes.

16. Pro cogitationibus autem inſenſatis iniquitatis illorum, quòd quidam errantes colebant mutos ſerpentes, & beſtias ſupervacuas, immiſiſti illis multitudinem mutorum animalium in vindictam: *Inf. 12. 24.*

17. ut ſcirent, quia per quæ peccat quis, per hæc & torquetur.

18. Non enim impoſſibilis erat omnipotens manus tua, quæ creavit orbem terrarum ex materia inviſa, immittere illis multitudinem urſorum, aut audaces leones, *Levit. 26. 22.*

19. aut novi generis irâ plenas ignotas beſtias, aut vaporem ignium ſpirantes, aut fumi odorem proferentes, aut horrendas ab oculis ſcintillas emittentes: *Inf. 16. 1. Jer. 8. 17.*

20. quarum non ſolùm læſura poterat illos exterminare, ſed & aſpectus per timorem occidere.

21. Sed & ſine his uno ſpiritu poterant occîdi perſecutionem paſſi ab ipſis factis ſuis, & diſperſi per ſpiritum virtutis tuæ: ſed omnia in menſura, & numero, & pondere diſpoſuiſti.

22. Multùm enim valere, tibi ſoli ſuperat ſemper: & virtuti brachii tui quis reſiſtet?

NOTÆ.

℣. 1. Gr. ſingulariter hab. ἐν χειρί, *in manu.*

℣. 2. Mſ. Sangerm. *Iter fecerunt per deſerta, quæ non inhabitantur: & in locis ſecretis fixerunt caſas.* Similiter in ſecundo Corb. niſi quòd hab. 2. manu, *caſtra*; prima verò, *caſas.* Alter Corb. *quæ non inhabitabantur: & in locis ſecretis fix. caſas.* Mſ. S. Theod. *& in locis ſecretis fixerunt caſtra.* Gr. Διώδευσαν ἔρημον ἀοίκητον· καὶ ἐν ἀβάτοις ἔπηξαν σκηνάς.

℣. 3. Itidem Græcè.

℣. 4. In Mſs. Sangerm. & Corb. 2. poſtponitur *aqua* huic voci, *altiſſima.* In Gr. ἐκ πέτρας ἀκροτόμου ὕδωρ, Nobil. *aqua de petra duriſſima.*

℣. 5. A Græco abſunt tota iſta: *à defectione potus ſui, & in eis, cùm abundarent filii Iſraël, lætati ſunt.* In Mſ. Corb. ſecundo deeſt tantùm &, ante *in eis*; in altero Corb. eſt, *potus ſui, in eo*, &c. in Sangerm. *potus ſui, in ea*, &c.

℣. 6. In Mſs. S. Germ. & Corb. ſecundo: *per hæc, cùm illis deeſſet*, &c. ut ſup. In Gr. διὰ τύπων, αὐτοὶ ἀπορρῆτοι, εὐεργετήθησαν.

℣. 7. Græc. Ἀντὶ μὲν πηγῆς ἀενάου ποταμῷ, αἵματι λυθρώδει ταραχθέντες, Mſ. Alex. ταραχθέντος· i. e. *Profonte quidem ſempiterni fluminis, ſanguine immundo turbati.*

℣. 8. Gr. ſubdit: εἰς ἔλεγχον νηπιοκτόνου διατάγματος, &c. *in redargutionem præcepti de occidendis parvulis*, &c. ut ſup. Mſ. Sangerm. initio hab. *Quin comminueremur in traduct.* &c. Corb. 2. extremò, *inſperatæ ſalutis*; Gr. verò ſimpliciter, ὡς ἐκπίσας, ut in Vulg.

℣. 9. Græc. Δείξας διὰ τοῦ τότε δίψης πῶς τοὺς ὑπεναντίους ἐκόλασας· i. e. *oſtendens per ſitim, quæ tunc fuit, quomodo adverſarios puniviſſes.*

℣. 10. Græcum: Ὅτε γὰρ ἐπειράσθησαν, καίπερ ἐν ἐλέει παιδευόμενοι, ἔγνωσαν πῶς ἐν ὀργῇ κρινόμενοι ἀσεβεῖς ἐβασανίζοντο.

℣. 11. Similiter in Gr. præter hoc ult. καταδικάζων ἐξήτασας, *condemnans interrogaſti.*

℣℣. 12. 13. Græc. Καὶ ἀπόντες δὲ ἢ παρόντες, &c. ut in Vulg.

℣. 14. Græc. pro *commemorati ſunt Dom.* hab. ἤσθοντο τοῦ Κυρίου, *ſenſerunt Dominum*; tollit verò ſeqq. *admirantes in finem exitus*; quæ etiam abſunt à Mſ. Sangerm. n. 15.

℣. 15. Græcè, loco *prava*, exſtat πάλαι, *olim*; & loco *deriſerunt*, ἀπεῖπον χαυνάζοντες, *repudiaverunt deridentes*; deinde, ἐπὶ τέλει τῶν ἐκβάσεων ἐθαύμασαν, οὐχ ὅμοια δικαίοις διψήσαντες· *in fine eventuum mirati ſunt, non ſimilia juſtis ſitientes.* In Mſ. Corb. 2. *deriſerunt, iſti ſitientes in finem eventûs mirati ſunt, non ſimiliter juſtis faciens:* item in Sangerm. S. Theod. & Corb. primo, *non ſimiliter juſtis faciens.*

℣. 16. Mſs. duo Corb. cum Sangerm. & S. Theod. ſcribunt *iniquitates*, non *iniquitatis*; Gr. ἀδικίας.

℣. 17. Itidem Græcè, detracto uno &, ante *torquetur.*

℣. 18. Auguſt. l. 1. de Gen. ad lit. to. 3. 126. b. legit: *qui feciſti mundum ex materia informi*: itidem l. 1. de Gen. to. 1. 649. d. ſed monet aliquos habere codices, *de materia inviſa*: ita quoque legit Auct. quæſt. ex utroq. Teſt. ap. Aug. to. 3. 104. a. Similiter Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 730. b. *Non enim impoſſibilis erat manus tua, quæ creavit orbem terrarum ex materia inviſa.* Græc. Οὐ γὰρ ἀπόρει ἡ παντοδύναμός σου χεὶρ, ἣ κτίσασα τὸν κόσμον ἐξ ἀμόρφου ὕλης, &c. ut ſup.

℣. 19. Mſs. Sangerm. & Corb. 2. hab. *plenas & ignotas*; addit Corb. *aut vaporem igneum*; Corb. 1. & S. Theod. *plenas aut ignotas beſtias, aut vaporem igneum*, &c. In Gr. θυμῷ πλήρεις θῆρας ἀγνώστους, ἢ ἐκ πυρώσεως φυσῶντας ἄθυμα, deinde, ἢ βρόμῳ κλυμωμένους καυτῷ, ἢ δεινὰς ἀπὸ ὀμμάτων σπινθῆρας ἀστράπτοντας.

℣. 20. Gr. Vulgatæ reſpondet.

℣. 21. Græcè loco ſeqq. *poterant occidi perſecut. paſſi ab ipſis factis ſuis*, habetur, πεσεῖν ἐδύναντο ὑπὸ τῆς δίκης διωχθέντες, *cadere poterant ab ipſo judicio perſecutionem paſſi*; ſubinde deeſt *in*, ante *menſura*, ſicut in Mſ. Sangerm. Auguſt. verò tract. 1. in Joh. to. 3. 295. a. & l. 12. de civit. Dei, c. 18. to. 7. 317. e. conſtanter legit: *omnia in menſura, & numero, & pondere diſpoſuiſti*: & l. cont. adverſ. leg. to. 8. 553. b. *omnia in menſura..... conſtituiſti*; Gr. διέλαξας.

℣. 22. Auguſt. l. 19. contra Fauſt. to. 8. 330. c. ita legit: *Multùm enim valere, tibi ſoli ſuperat ſemper*: & *virtuti brachii tui quis contra ſtabit?* nonnulli codd. ibid. ſcribunt *ſupererat*, non *ſuperat*; Sangerm. verò, n. 15. *ſuperat*; Græc. πάρεσι. Mſ. S. Theod. addit: & *imperio virtutis brachii tui*, &c. Gr. ἐν κράτει βραχίονός σου, &c.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

23. Quoniam tanquam momentum ſtateræ, ſic eſt antę te orbis terrarum, & tanquam gutta roris antelucani, quæ deſcendit in terram.

24. Sed miſereris omnium, quia omnia potes, & diſſimulas peccata hominum propter pœnitentiam.

25. Diligis enim omnia quæ ſunt, & nihil odiſti eorum quæ feciſti: nec enim odiens aliquid conſtituiſti, aut feciſti.

26. Quomodo autem poſſet aliquid permanere, niſi tu voluiſſes? aut quod à te vocatum non eſſet, conſervaretur?

27. Parcis autem omnibus: quoniam tua ſunt Domine, qui amas animas.

NOTÆ.

℣. 23. Ita Auguſt. l. 19. cont. Fauſt. col. 330. c. Græcè ponitur ὅλος, *totus*, ante *orbis terrarum*; & pro *antelucani*, habetur ὀρθρινὴ, *antelucana*.

℣. 24. Concinit Auguſt. l. 19. cont. Fauſt. col. 330. c. ſicut Auct. quæſt. V. & N. Teſt. ap. Aug. to. 3. 95. c. Item Victor Tun. l. de pœnit. ap. Ambr. col. 603. c. niſi quòd hab. *negligis*; loco *diſſimulas*: Gr. παροράς; ultimò, εἰς μετάνοιαν, loco *propter pœnitentiam*.

℣. 25. Hieron. l. 1. in ep. ad Epheſ. to. 4. 327. f. *Diligis omnia, & nihil abjicis eorum quæ feciſti: neque enim odio quid habens condidiſti.* Auguſt. l. 19. cont. Fauſt. col. 330. c. *diligis enim omnia quæ ſunt, & nihil odiſti eorum quæ feciſti: nec enim odio habens aliquid conſtituiſſes.* Gr... καὶ οὐδὲν βδελύσσῃ ὧν ἐποίησας· οὐδὲ γὰρ ἂν μισῶν τι καθεσκεύασας· nec addit, *aut feciſti*; quod etiam ult. abeſt à Mſs. Sangerm. & Corb. duobus.

℣. 26. Eadem refert Auguſt. l. 19. cont. Fauſt. to. 8. 330. d. præter hoc 1. *Quomodo ergo*, loco *autem*. Gr. Πῶς δὲ ἔμεινεν ἄν τι, &c.

℣. 27. Ita legit Auguſt. l. 19. cont. Fauſt. lib. verò cont. Adim. col. 118. g. ſic: *quoniam tua ſunt omnia, qui animas amas.* Græc. ὅτι σά ἐσι δέσποτα φιλόψυχε.

CAPUT XII.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. O Quàm bonus & ſuavis eſt Domine ſpiritus tuus in omnibus!

2. Ideoque eos, qui exerrant, partibus corripis: & de quibus peccant, admones & alloqueris: ut relicta malitia, credant in te Domine.

Deut. 9. 3. 12. 29. 18. 12. 3. Illos enim antiquos inhabitatores terræ ſanctæ tuæ, quos exhorruiſti,

4. quoniam odibilia opera tibi faciebant per medicamina, & ſacrificia injuſta,

5. & filiorum ſuorum necatores ſine miſericordia, & comeſtores viſcerum hominum, & devoratores ſanguinis à medio ſacramento tuo,

6. & auctores parentes animarum inauxiliatarum, perdere voluiſti per manus parentum noſtrorum,

7. ut dignam perciperent peregrinationem puerorum Dei, quæ tibi omnium charior eſt terra.

8. Sed & his tanquam hominibus peperciſti, & miſiſti anteceſſores exercitus tui veſpas, ut illos paulatim exterminarent.

9. Non quia impotens eras in bello ſubjicere impios juſtis, aut beſtiis ſævis, aut verbo duro ſimul exterminare:

10. ſed partibus judicans dabas locum pœnitentiæ, non ignorans, quoniam nequam eſt natio eorum, & naturalis malitia ipſorum, & quoniam non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuum. *Exod. 23. 30. Deut. 7. 22.*

NOTÆ.

℣. 1. Auguſt. l. 19. cont. Fauſt. to. 8. 330. d. legit: *Bonus enim ſpiritus tuus eſt in omnibus.* Sic etiam Victorin. Afr. l. de princip. diei, p. 292. h. cum Mſ. Sangerm. In Corb. primo deeſt tantùm *Domine.* In Gr. Τὸ γὰρ ἄφθαρτόν σου πνεῦμά ἐστιν ἐν πᾶσι. *Incorruptus enim tuus ſpiritus eſt in omnibus.*

℣. 2. Apud Lucif. Cal. l. de reg. apoſt. p. 219. f. ita legitur: *Propterea quòd hos, qui exſecrarint patribus, corripis: & eos, qui peccant, admonens alloqueris: ut derelictâ malitiâ, credant in te Domine:* at mendoſus hîc videtur Luciferi codex; vel potiùs vitioſa operum ejus editio Lugdun. ubi legitur: *exſecrarint patribus*, pro *exerrant partibus*; Græcè enim exſtat: Διὸ τοὺς παρεκπίπτοντας κατ' ὀλίγον ἐλέγχεις· *Ideo hos, qui exerrant, partibus corripis*, id eſt, *per partes*, & *paulatim*. Ap. Auguſt. l. 19. cont. Fauſt. to. 8. 330. d. *Propter quod eos, qui exerrant, partibus corripis: & de quibus peccant, admonens alloqueris*, &c. ut in Vulg. Ita quoque in Mſ. Sangerm. In Corbeienſi 2. *Propter quod hos, qui exerrant*, &c. ut in Vulg. In Mſ. S. Theod. *admonens alloqueris*, ut ſup. apud Aug. Græcè, καὶ ἐν οἷς ἁμαρτάνουσιν ὑπομιμνήσκων νουθετεῖς, &c. Victorin. Afric. l. de princip. diei, p. 292. h. cum Vulgata concinit ad verbum.

℣. 3. Mſ. S. Germ. ita fert cum Gr. *Et illos enim antiquos inhabitatores ſanctæ tuæ terræ odiens.* Similiter in Corb. 2. niſi quòd ult. verbo *odiens*, id ſubnectitur, *exhorruiſti*; ſed alia manu. Apud Lucif. Cal. l. de reg. apoſt. p. 219. f. ſimpliciter: *Illos enim antiquos inhabitatores terræ tuæ odiens.*

℣. 4. Lucif. Cal. l. de reg. apoſt. p. 219. f. *quoniam odibilia tibi opera faciebant per medicamina*, & *ſacramenta injuſta.* Similiter in Mſs. SS. Germ. & Theod. *quoniam odibilia tibi opera.* In Gr. ἐπὶ τῷ ἐχθίστα πράσσειν ἔργα φαρμακειῶν, καὶ τελετὰς ἀνοσίους.

℣. 5. Apud Lucif. Cal. l. de reg. apoſt. p. 219. f. hæc pauca exſtant: *& filiorum necatores ſine miſericordia voluiſti perdere*, &c. de ℣. 6. omiſſis illis quæ interſunt in Vulg. In Mſ. Corb. 1. deeſt tantùm & in principio: in Corb. altero ſic, *& per filiorum ſuorum*, &c. ut in Vulg. vox tamen *ſuorum* addita videtur ibid. recentiori manu; tollitur verò & ante vocem *devoratores.* In Mſ. Sangerm. legitur: *& filiorum necatores ſine miſeric. & comeſtores viſcerum hominum, devorationem & ſanguinis à*, &c. In Græco: τέκνων τε φονέας ἀνελεήμονας, καὶ σπλαγχνοφάγον ἀνθρωπίνων σαρκῶν βοινάν, καὶ αἵματος, ἐκ μέσου μυσταγωγίας σου, *& filiorum necatores ſine miſericordia, & comeſtorum viſcerum humanarum carnium epulum, & ſanguinis, de medio ſacramento tuo.* In ed. Compl. σπλαγχνοφάγης καὶ ἀνθρωπίνων σαρκῶν, καὶ βοίνην καὶ αἵματος· in Mſ. Alex. loco μυσταγωγίας ζῶν, eſt μύσας θείαν, pro μύσας θιάσου· in ed. Ald. μυσάς τε θείας· in Compl. μύσας θείας. Notandum hæc verba, *à medio ſacramento tuo*, in multis codd. Latinis transferri poſt iſta, *perdere voluiſti*, quæ leguntur ℣. ſeq. ſed malè, ut notat Lucas Brug.

℣. 6. Itidem Græcè, niſi excipias vocem αὐθέντας, pro *auctores*; αὐθέντης autem, ſeu αὐτόχειρ, *qui ſua manu ſe perimit*, vel *manus ſibi aut aliis affert.*

℣. 7. Lucif. Cal. l. de reg. apoſt. p. 219. f. *ut dignam percipiant peregrinationem filiorum Dei, quæ tibi omnium carior eſt terra.* Gr. ἵνα ἀξίαν ἀποδέξωνται λέξεως Θεοῦ παίδων, ἡ παρὰ σοὶ πασῶν τιμιωτάτη γῆ.

℣. 8. Similiter habet Lucif. Cal. l. de reg. apoſt. p. 219. f. niſi quòd delet *tui*, poſt *exercitus*; & loco *paulatim*, ponit *in partes*; Gr. κατὰ βραχύ; cæt. ut in Vulg.

℣. 9. Lucif. Cal. ubi ſup. *Non quia impotens eras impugnare, impios juſtis ſubjicere, aut beſtiis ſæviſſimis, aut verbo duro ſimul perdere.* Græc. Οὐκ ἀδυνατῶν σὺ παραλύσαι ἀσεβεῖς δικαίοις ὑποχειρίους δῶναι, ἢ θηρίοις λειτοῖς, ἢ λόγῳ ἀποτόμῳ ὑφ' ἓν ἐκτρίψαι.

℣. 10. Eadem refert Lucif. Cal. l. de reg. apoſt. p. 219. f. Item Auguſt. cùm l. 2. de nupt. & concup. to. 1. 311. b. tum l. 3. op. imperf. to. 10. 1056. c. ab his, *non ignorans*, &c. Mſ. Corb. 1. extremò hab. *non poterat mutari cogitatio cordis illorum in perpetuum.* Gr. ὁ μὴ ἀγνοῶν ὁ λογισμὸς αὐτῶν εἰς τὸν αἰῶνα.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

11. Semen enim erat maledictum ab initio: nec timens aliquem, veniam dabas peccatis illorum.

12. Quis enim dicet tibi: Quid feciſti? aut quis ſtabit contra judicium tuum? aut quis in conſpectu tuo veniet vindex iniquorum hominum? aut quis tibi imputabit, ſi perierint nationes, quas tu feciſti?

13. Non enim eſt alius Deus quàm tu, cui *1. Pet. 5. 7.* cura eſt de omnibus, ut oſtendas quoniam non injuſtè judicas judicium.

14. Neque rex neque tyrannus in conſpectu tuo inquirent de his quos perdidiſti.

15. Cùm ergo ſis juſtus, juſtè omnia diſponis: ipſum quoque, qui non debet puniri, condemnare, exterum æſtimas à tua virtute.

16. Virtus enim tua juſtitiæ initium eſt: & ob hoc quòd omnium Dominus es, omnibus te parcere facis.

17. Virtutem enim oſtendis tu, qui non crederis eſſe in virtute conſummatus, & horum, qui te neſciunt, audaciam traducis.

18. Tu autem dominator virtutis, cum tranquillitate judicas, & cum magna reverentia diſponis nos: ſubeſt enim tibi, cùm volueris, poſſe.

19. Docuiſti autem populum tuum per talia opera, quoniam oportet juſtum eſſe & humanum, & bonæ ſpei feciſti filios tuos: quoniam judicans das locum in peccatis pœnitentiæ.

20. Si enim inimicos ſervorum tuorum, & debitos morti, cum tanta cruciaſti attentione, dans tempus & locum, per quæ poſſent mutari à malitia;

21. cum quanta diligentia judicaſti filios tuos, quorum parentibus juramenta & conventiones dediſti bonarum promiſſionum?

22. Cùm ergo das nobis diſciplinam, inimicos noſtros multipliciter flagellas, ut bonitatem tuam cogitemus judicantes: & cùm de nobis judicatur, ſperemus miſericordiam tuam.

23. Unde & illis, qui in vita ſua inſenſatè & injuſtè vixerunt, per hæc, quæ coluerunt, dediſti ſumma tormenta.

24. Etenim in erroris via diutiùs errave- *Sup. 11.* runt, deos æſtimantes hæc, quæ in animali- *16.* bus ſunt ſupervacua, infantium inſenſatorum *Rom. 1.* more viventes. *23.*

25. Propter hoc tanquam pueris inſenſatis judicium in deriſum dediſti.

26. Qui autem ludibriis & increpationibus non ſunt correcti, dignum Dei judicium experti ſunt.

27. In quibus enim patientes indignabantur, per hæc quos putabant deos, in ipſis cùm exterminarentur videntes, illum, quem olim negabant ſe noſſe, verum Deum agnoverunt: propter quod & finis condemnationis eorum venit ſuper illos.

NOTÆ.

℣. 11. Lucif. Cal. de reg. apoſt. *Semen erat maledictum ab initio: nec timens, aliquam veniam dabas peccatis eorum.* Auguſt. l. 3. op. imperf. to. 10. 1056. c. *Semen enim illorum maledictum ab initio.* l. verò 2. de nupt. & concup. to. 1. 311. b. cum Vulg. *Semenen im erbs maled. ab initio.* Concinit Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. p. 941. a. nec aliter in Græco eſt: item ſequitur: ὑλὲ συγκεχυμένος τινα, ἐφ' οἷς ἡμάρτανεν ἄδικα εἰδώλους.

℣. 12. Sic habet Lucif. Cal. l. de reg. apoſt. ad hoc uſque, *aut quis in conſpectu tuo.* Mſ. S. Germ. cum Corb. ſecundo habet: *aut quis in conſpectum tuum*, &c. Hæc autem ſententia quæ intermedia eſt in Vulg. extremò legitur Græcè hoc modo: ἢ τίς εἰς κατάσασίν σου ἐλεύσεται ἐκδίκως κατὰ ἀδίκων ἀνθρώπων; *aut quis ad ſtandum contra te veniet vindex pro iniquis hominibus?* initio verò poſt *dicet*, deeſt vox *tibi.*

℣. 13. Gr. Οὔτε γὰρ Θεός ἐστι πλὴν σοῦ ᾧ μέλει περὶ πάντων, ἵνα δείξῃς ὅτι οὐκ ἀδίκως ἔκρινας. Mſ. S. Germ. *Nec enim eſt alius Deus quàm te, cujus cura eſt de omnibus, ut oſtendas quoniam non injuſtè judicaſti.* Similiter in Corb. ſecundo; ſed ultimò additur *judicium.*

℣. 14. In Gr. Οὔτε βασιλεὺς, ἢ τύραννος ἀντοφθαλμῆσαι δυνήσεταί σοι περὶ ὧν ἀπώλεσας.

℣. 15. Mſs. SS. Germ. & Theod. non legunt *condemnare*, ſed *condemnas.* Similiter Corb. duo; adduntque & *exterum*, &c. in Corb. tamen ſecundo conjunct. & alia manu ſcripta videtur. Apud Aug. l. quæſt. c. 53. to. 6. 23. g. *ipſum quoque, qui puniri non debeat, condemnare, exterum æſtimas à tua virtute:* & ita emendatum eſt è Mſs. codd. & edit. Eraſ. nam in Rat. & Lov. erat: *qui puniri debeat, condemnas*, & *exterum exiſtimas.* Apud Gregor. M. l. 3. moral. c. 11. pariter, *condemnas*, & *exterum æſtimas.* Græcè, αὐτὸν, τὸν μὴ ὀφείλοντα κολασθῆναι, καταδικάσαι, ἀλότερον ἡγούμενος τῆς σῆς δυνάμεως.

℣. 16. Ita Auguſt. l. quæſt. to. 6. 23. g. Victor Tun. autem l. de pœnit. p. 603. c. legit: & *cùm ſis omnium Dominus, omnibus te parcere facis.* Gr. ᾧ τὸ πάντων σε δεσπόζειν, πάντων φείδεσθαι ποιεῖ· Mſ. Alex. Σε ποιεῖ.

℣. 17. Sic apud Auguſt. l. quæſt. to. 6. 23. g. præter ult. iſta, *ſed in iis, qui ſciunt, audaciam traducis.* In Mſs. Sangerm. Corb. duob. & S. Theod. & *hos, qui ſciunt, audaciam traducis.* In Gr. ᾧ ἐν τοῖς εἰδόσι, τὸ θράσος ἐξελέγχεις. Mſ. Alex. οὐκ εἰδόσι.

℣. 18. Auguſt. ubi ſup. *Tu autem Dominus virtutum, cum tranquillitate judicas*, & *cum magna reverentia diſponis nos:* & in Rom. 2. to. 3. 904. c. ac in Pſ. 2. to. 4. col. 5. a. *Tu autem Domine virtutis, cum tranquillitate judicas:* at in Pſ. 6. col. 24. b. *Tu autem Domine virtutum*, &c. In Mſ. S. Theod. *Dominator Domine virtutum*, &c. Gr. Σὺ δὲ δεσπόζων κύριος, ἐκ ἀπειρεκείᾳ κρίνεις, & μετὰ πολλῆς φειδοῦς &c. Victor Tun. l. de pœnit. p. 603. c. cum Vulg. l. 1. ad Monim. c. 12. p. 71. & l. 2. ad Traſim. c. 12. habet: *ſubeſt enim tibi, cùm voles, poſſe.* Mſ. Corb. 2. *cùm velis, poſſe.* Gr. ὅταν θέλῃς, τὸ δύνασθαι.

℣. 19. Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 195. d. legit: *Docuiſti populum tuum per talia opera, quoniam oportet juſtum eſſe*, & *humanæ* & *bonæ ſpei feciſti filios tuos.* Mſs. S. Germ. & Corb. duo addunt, *quoniam das locum in peccatis pœnitentiæ.* Gr. ὅτι δίδως ἐπὶ ἁμαρτήμασι μετάνοιαν item ſup. loco & *humanum*, ſimpliciter, φιλάνθρωπον.

℣. 20. Mſ. Sangerm. poſt hanc vocem, *attentione*, ſubdit, & *liberaſti*; ſic etiam in Mſs. S. Theod. & Corb. duobus. Græcè, loco & *liberaſti*, eſt ᾧ λιήσεως, quod ult. Nobil. vertit, & *parſimonia*; tum ſequitur λῶς χρόνος ᾧ τόπον, &c.

℣. 21. Ad verbum è Græco.

℣. 22. Gr. extremò non addit vocem *tuam*, ad *miſericordiam:* tollit quoque Mſ. Sangerm. cum Corb. primo, & S. Theoder. in Corb. altero ſubnectitur, ſed manu recentiori.

℣. 23. Græcè loco ultimor. *per hæc, quæ coluerunt*, &c. exſtat, διὰ τῶν ἰδίων ἐβδελυγμάτων, *per propriam abominationes torſiſti.*

℣. 24. Græc. ſubdit τῶν ἐχθρῶν, *inimicorum*, voci *animalibus*; ultimòque pro *viventes*, hab. ψευδέσι, *decepti.*

℣. 25. Ita Aug. in Pſ. 9. 46. f.

℣. 26. Mſ. S. Germ. cum Corb. altero: *Qui autem ludibriis increpationis non correpti ſunt*, &c. Mſ. S. Theod. *ludibriis, increpationibus*, &c. Gr. Οἱ δὲ παιγνίοις ἐπιτιμήσεως μὴ ὑποτιθέντες, dein ἄξιον Θεῷ κρίσιν πειράσουσι. Apud Auguſt. in Pſ. 9. 46. f. *Hi autem hoc judicio non correcti, dignum Dei judicium experti ſunt*; tum addit: *Qui ergo non corriguntur iſto occulto Dei judicio, digniſſimè illo manifeſto punientur.*

℣. 27. In Mſs. S. Germ. & Corb. altero ſic: *In his enim quæ patiebantur, moleſtè ferebant, in quibus patientes indignabantur..... propter quod* & *finis condemnationis illis veniet.* Ita quoque in Mſ. S. Theod. præter hoc ult. *illorum venit.* In Corb. 1. priora tantùm exſtant ut ſup. Apud Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 734. c. ita: *Verebuntur eos quos putant deos, à quibus exterminabuntur, videntes illum quem olim negabant, Deum verum agnoverunt.* Græc. Vulgatæ favet.

Digitized by Google

CAPUT XIII.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

Rom. 1. 18. 1. VAni autem sunt omnes homines, in quibus non subest scientia Dei: & de his quæ videntur bona, non potuerunt intelligere eum qui est, neque operibus attendentes agnoverunt quis esset artifex:

Deut. 4. 19. 17. 3. 2. sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum aerem, aut gyrum stellarum, aut nimiam aquam, aut solem & lunam, rectores orbis terrarum deos putaverunt.

3. Quorum si specie delectati, deos putaverunt: sciant quantò his dominator eorum specioſior est: speciei enim generator hæc omnia constituit.

4. Aut si virtutem, & opera eorum mirati sunt, intelligant ab illis, quoniam qui hæc fecit, fortior est illis:

5. à magnitudine enim speciei & creaturæ, cognoscibiliter poterit creator horum videri:

6. sed tamen adhuc in his minor est querela. Et hi enim fortasse errant, Deum quærentes, & volentes invenire.

Rom. 1. 21. 7. Etenim cùm in operibus illius conversentur, inquirunt: & persuasum habent quoniam bona sunt quæ videntur.

8. Iterum autem nec his debet ignosci.

9. Si enim tantùm potuerunt scire, ut possent æstimare sæculum: quomodo hujus Dominum non faciliùs invenerunt?

10. Infelices autem sunt, & inter mortuos spes illorum est, qui appellaverunt deos opera manuum hominum, aurum & argentum, artis inventionem, & similitudines animalium, aut lapidem inutilem opus manus antiquæ.

Isai. 44. 12. Jer. 10. 3. 11. Aut si quis artifex faber de silva lignum rectum secuerit, & hujus doctè eradat omnem corticem, & arte sua usus, diligenter fabricet vas utile in conversationem vitæ,

12. reliquiis autem ejus operis, ad præparationem escæ abutatur:

13. & reliquum horum, quod ad nullos usus facit, lignum curvum, & vorticibus plenum, sculpat diligenter per vacuitatem suam, & per scientiam suæ artis figuret illud, & assimilet illud imagini hominis,

14. aut alicui ex animalibus illud comparet, perliniens rubrica, & rubicundum faciens fuco colorem illius, & omnem maculam, quæ in illo est, perliniens:

15. & faciat ei dignam habitationem, & in pariete ponens illud, & confirmans ferro,

16. ne fortè cadat, prospiciens illi, sciens quoniam non potest adjuvare se: imago enim est, & opus est illi adjutorium.

17. Et de substantia sua, & de filiis suis, & de nuptiis votum faciens inquirit. Non erubescit loqui cum illo, qui sine anima est:

18. & pro sanitate quidem infirmum deprecatur, & pro vita rogat mortuum, & in

NOTÆ.

℣. 1. Mſ. Sangerm. *Vani sunt autem omnes homines, quibus non subest scientia Dei*, &c. Corb. sec. *quibus non est scientia Dei.* Græc. Μάταιοι μὲν γὰρ πάντες ἄνθρωποι φύσει, οἷς παρῆν Θεοῦ ἀγνωσία, &c. *Vani enim omnes homines naturâ, quibus aderat Dei ignoratio*, &c. Apud Auguſt. l. 15. de Trin. to. 8. 967. f. hæc leguntur: *de iis quæ videntur bona, non potuerunt scire eum qui est, neque operibus attendentes agnoverunt artificem.* Ita quoque in Græco. Apud Cypr. l. 3. Teſtim. p. 321. b. *neque opera attendentes cognoverunt quis esset artifex:* ſimiliter l. de exhort. ad mart. p. 263. c. excepto uno *agnoverunt.*

℣. 2. Eadem refert Cypr. l. 3. Teſtim. p. 321. b. ad verbum; at l. de exhort. ad mart. p. 263. c. legit, *aut lunam*, omittitque *rectores orbis terrarum.* Similiter hab. *aut lunam* Mſ. Corb. 1. Apud Auguſt. l. 15. de Trin. to. 8. 967. g. *sed aut ignem, aut spiritum, aut citatum aerem, aut gyrum stellarum, aut violentiam aquarum, aut luminaria cæli, rectores orbis terrarum deos putaverunt.* Ita quoque in Græco, præter unum βίαιον ὕδωρ, *violentam* vel *nimiam aquam*, loco *violentiam aquarum.*

℣. 3. Cypr. cùm exhort. ad mart. p. 264. a. tum l. 3. Teſtim. p. 321. b. legit: *Quorum si propter speciem hoc æstimaverunt, sciant quantò his Dominus sit speciosior;* nec addit plura. Auguſt. verò l. 15. de Trin. to. 8. 967. g. *Quorum quidem si specie delectati, hæc deos putaverunt: sciant quantò dominator eorum melior est: speciei enim generator ea creavit.* Similiter in Mſs. Sangerm. Corb. ſec. & S. Theod. *quantò dominator*, abſque medio *his.* Græcum etiam Auguſtino favet.

℣. 4. Eadem leguntur apud Cypr. & exhort. ad mart. p. 264. a. & l. 3. Teſtim. p. 321. b. præter hæc poſteriora, *intelligant ab ipsis, quoniam qui hæc constituit fortia, fortior est illis.* Ita etiam ferunt Mſs. S. Germ. S. Theod. & Corb. duo, omiſsâ tantùm voce *fortia.* Apud Auguſt. l. 15. de Trin. to. 8. 967. g. *Aut si virtutem, & operationem eorum mirati sunt, intelligant ab his, quantò qui hæc constituit, fortior est.* Græc. Εἰ δὲ δύναμιν, καὶ ἐνέργειαν ἐκπλαγέντες, &c. ut ap. Aug.

℣. 5. Eodem modo legit Auguſt. l. 15. de Trin. to. 8. 968. a. niſi quòd hab. *poterat*, non *poterit.* Græcè ita: ἐκ γὰρ μεγέθους καλλονῆς κτισμάτων, ἀναλόγως ὁ γενεσιάρχης αὐτῶν θεωρεῖται. In ed. Ald. ponitur καὶ, poſt καλλονῆς; in Compl. καὶ καλλονῆς, καὶ κτισμάτων. Apud Hilar. l. 1. de Trin. p. 770. a. ſic: *de magnitudine enim operum, & pulchritudine creaturarum, consequenter generationum conditor conspicitur.* Apud Gregor. M. l. 26. moral. c. 8. *per magnitudinem enim creaturæ & speciem, potest intelligibiliter creator videri.*

℣. 6. Græc. ἀλλ' ὅμως ἐπὶ τούτοις ἔστι μέμψις ὀλίγη, &c.

℣. 7. Græcè, loco *persuasum habent*, ſic, πεισθῶσι τῇ ὄψει, *persuadentur aspectu.*

℣. 8. Græc. Πάλιν δὲ οὐδ' αὐτοὶ συγγνωστοί.

℣. 9. Ita legit Aug. l. 2. de doctr. Chr. to. 3. 32. f. at ep. 55. to. 2. 130. d. habet: *Cùm tantùm valerent, ut possent æstimare sæculum, Dominum ejus non faciliùs invenerunt.* Græc. Εἰ γὰρ τοσοῦτον ἴσχυσαν εἰδέναι, ἵνα δύνωνται στοχάσασθαι τὸν αἰῶνα· τὸν τούτων Δεσπότην πῶς τάχιον οὐχ εὗρον;

℣. 10. Similia in Græco.

℣. 11. Græc. Εἰ δὲ ἢ τις ὑλοτόμος τέκτων εὐκίνητον (ed. Ald. ἐκκίνηται) φυτὸν ἐκπρίσας, περιέξυσεν εὐμαθῶς πάντα τὸν φλοιὸν αὐτῆ, καὶ τεχνησάμενος εὐπρεπῶς κατεσκεύασε χρήσιμον σκεῦος εἰς ὑπηρεσίαν ζωῆς· Nobil. *Aut si quis lignarius faber lignum bene mobile secuerit, & bujus docte eradat corticem omnem, & arte usus, decorè fabricet vas utile ad ministerium vitæ;* Mſs. S. Germ. S. Theod. & Corb. ſecundus, *in conversatione vitæ.*

℣. 12. Mſs. SS. Germ. & Theod. cum duplici Corb. *reliquias autem*, &c. Gr. τὰ δὲ ἀποβλήματα, Mſ. Alex. ὑπολείμματα; extremò pro *abutatur*, conſtanter, ἀναλώσας ἀπαλώσῃ, *insumens satiatus sit.*

℣. 13. Mſs. S. Germ. S. Theod. & Corb. duo hab. *& verticibus plenum*; Gr. καὶ ὄζοις συμφυέσι· tum ſequitur, λαβὼν ἔγλυψεν ἐν ἐπιμελείᾳ ἀργίας αὐτῆ, *sumens sculpsit diligenter per otium suum*, &c.

℣. 14. Græc. ἢ ζῴῳ τινὶ εὐτελεῖ ὁμοίωσεν αὐτὸ, &c. *aut alicui vili animali illud comparet*, &c. ut in Vulg.

℣. 15. Gr. καὶ ποιήσας αὐτῷ αὐτῆ ἄξιον οἴκημα, ἐν τοίχῳ ἔθηκεν αὐτὸ, ἀσφαλισάμενος σιδήρῳ· i. e. *& faciens ei dignam habitationem, in pariete posuit illud, confirmans ferro.*

℣. 16. Gr. ἵνα μὴν ἐν μὴ καταπέσῃ, προσέχουσαν αὐτῆ, &c. *ne fortè cadat, prospexit illi*, &c. ut ſup.

℣. 17. Mſ. Sangerm. *Et de subſt. sua, & filiis suis, & nuptiis*, &c. ut ſupra. Græc. Περὶ δὲ κτημάτων, καὶ γάμων αὐτῆς, καὶ τέκνων προσευχόμενος, οὐκ αἰσχύνεται τῷ ἀψύχῳ προσλαλῶν.

℣. 18. Græc. καὶ περὶ μὲν ὑγιείας τὸ ἀσθενὲς ἐπικαλεῖται, περὶ δὲ ζωῆς τὸν νεκρὸν αἰτεῖ, περὶ δὲ ἐπιτυχίας τὸν ἀπειρότατον ἱκετεύει.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

adjutorium inutilem invocat:

19. & pro itinere petit ab eo, qui ambulare non poteſt: & de acquirendo, & de operando, & de omnium rerum eventu petit ab eo, qui in omnibus eſt inutilis.

NOTÆ.

℣. 19. Græc. περὶ δὲ ὁδοιπορίας τὸ μηδὲ βάδει χρῆσθαι δυνάμενον· περὶ δὲ πορισμοῦ, καὶ ἐργασίας, καὶ χειρῶν ἐπιτυχίας τὸ ἀδεκαίρετον ταῖς χερσὶν εὐδρόσειαν αἰτεῖται· Nobilius ſic vertit: *& pro itinere eum qui ambulare non poteſt: & de acquirendo, & de operando, & manuum ſucceſſu petit ab eo, qui eſt impotentiſſimus manibus, potentiam.*

CAPUT XIV.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. ITerum alius navigare cogitans, & per feros fluctus iter facere incipiens, ligno portante ſe, fragilius lignum invocat.

2. Illud enim cupiditas acquirendi excogitavit, & artifex ſapientiâ fabricavit ſuâ.

3. Tua autem, Pater, providentia gubernat: quoniam dediſti & in mari viam, & inter fluctus ſemitam firmiſſimam,

Exod. 14. 22.

4. oſtendens quoniam potens es ex omnibus ſalvare, etiam ſi ſine arte aliquis adeat mare.

5. Sed ut non eſſent vacua ſapientiæ tuæ opera: propter hoc etiam & exiguo ligno credunt homines animas ſuas, & tranſeuntes mare per ratem liberati ſunt:

Gen. 6. 4. 7. 7.

6. ſed & ab initio cùm perirent ſuperbi gigantes, ſpes orbis terrarum ad ratem confugiens, remiſit ſæculo ſemen nativitatis, quæ manu tua erat gubernata.

7. Benedictum eſt enim lignum, per quod fit juſtitia.

Pſalm. 113. 4. Baruc. 6. 3.

8. Per manus autem quod fit idolum, maledictum eſt & ipſum, & qui fecit illud: quia ille quidem operatus eſt: illud autem cùm eſſet fragile, deus cognominatus eſt.

9. Similiter autem odio ſunt Deo, impius & impietas ejus.

10. Etenim quod factum eſt, cum illo, qui fecit, tormenta patietur.

11. Propter hoc & in idolis nationum non erit reſpectus: quoniam creaturæ Dei in odium factæ ſunt, & in tentationem animabus hominum, & in muſcipulam pedibus inſipientium.

12. Initium enim fornicationis eſt exquiſitio idolorum: & adinventio illorum corruptio vitæ eſt:

13. neque enim erant ab initio, neque erunt in perpetuum.

14. Supervacuitas enim hominum hæc advenit in orbem terrarum: & ideo brevis illorum finis eſt inventus.

15. Acerbo enim luctu dolens pater, citò ſibi rapti filii fecit imaginem: & illum, qui tunc quaſi homo mortuus fuerat, nunc tanquam deum colere cœpit, & conſtituit inter ſervos ſuos ſacra & ſacrificia.

16. Deinde interveniente tempore, convaleſcente iniqua conſuetudine, hic error tanquam lex cuſtoditus eſt, & tyrannorum imperio colebantur figmenta.

17. Et hos quos in palàm homines honorare non poterant, propter hoc quòd longè eſſent, è longinquo figura eorum allata, evidentem imaginem regis, quem honorare volebant, fecerunt: ut illum, qui aberat, tanquam præſentem colerent ſua ſollicitudine.

NOTÆ.

℣. 1. Mſs. Corb. ſec. & S. Theod. leg. *feroces fluctus*; Gr. ἄγρια κύματα; item Græcè, pro *ligno*, exſtat πλοῖα, *navigio*; in Mſ. verò Alex. ξύλα, ut ſup.

℣. 2. Græc. delet ult. *ſuâ*.

℣. 3. Auct. l. de promiſſ. p. 3. ap. Proſp. p. 176. b. ſimiliter habet: *dediſti in mari viam, & inter fluctus ſemitam firmiſſimam.* Gr. καὶ ἐν κύμασι τρίβον ἀσφαλῆ.

℣. 4. Auct. l. de promiſſ. p. 3. apud Proſp. col. 176. b. legit: *oſtendens quoniam potes etiam ſine rate tranſeuntes mare ſervare.* Mſs. Sangerm. & S. Theod. *oſtendens quoniam potes ex omnibus ſanare, etiam ſi ſine rate aliquis adeat.* Similiter hab. Corb. 2. niſi quòd addit *mare*, in fine. Gr. δεικνὺς ὅτι δύνασαι ἐκ πάντος (Mſ. Alex. ἐκ πάντων) σώζειν, ἵνα κἂν ἄνευ τέχνης τις ἐπιβῇ. In Mſ. Corb. 1. pariter *ſine rate*, ſed malè, ut notat Lucas Brug. nam Græcè conſtanter, ἄνευ τέχνης.

℣. 5. Græc. initio habet: Θέλεις δὲ μὴ ἀργὰ εἶναι, &c. *Vis autem non otioſa eſſe*, loco *Sed ut non eſſent vacua*; ſubinde tollit *etiam*, ut & inf. *ſuas*, poſt *animas*. In Mſs. Sangerm. & Corb. 2. pariter eſt *etiam exiguo*, abſque medio &.

℣. 6. Mſ. Corb. 1. *ab initio enim cùm*, &c. Mſ. S. Theod. *ſunt ab initio*. Sangerm. *ſed ab initio cùm*, &c. Auct. l. de promiſſ. p. 2. ap. Proſp. col. 134. a. *ab initio cùm*, &c. Græc. καὶ ἀρχῆς γὰρ, &c.

℣. 7. Ita Græcè. Ambroſ. verò in Pſ. 118. col. 1064. c. legit: *Benedictum lignum, quod fit per juſtitiam:* ita nempe Mſs. omnes ibid. cum vet. editt.

℣. 8. Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1064. c. ſubdit: *Maledictum autem lignum, quod fit per manus hominum.* Græc. textui favet.

℣℣. 9. 10. Ἐν ἴσῳ γὰρ μισητὰ Θεῷ, καὶ ὁ ἀσεβῶν, καὶ, &c. ut in Lat.

℣. 11. Græc. Διὰ τοῦτο καὶ ἐν εἰδώλοις ἐθνῶν ἐπισκοπὴ ἔσαι· ὅτι ἐν κτίσμασι Θεοῦ εἰς βδέλυγμα ἐγενήθησαν, καὶ εἰς σκάνδαλα ψυχαῖς ἀνθρώπων, καὶ εἰς παγίδα, &c. *Propter hoc & in idolis gentium erit reſpectus: quoniam in creatura Dei in abominationem facta ſunt, & in ſcandala animabus hominum*, &c. Mſ. Sangerm. cum Corb. 2. hab. *animis hominum*; Corb. 1. *animæ hominum*; Mſ. S. Theod. *animis hominum*, & *in muſcipulis*, &c.

℣. 12. In Mſ. Corb. 2. *fornicationis exquiſitio*, abſque medio eſt, quod etiam abeſt à Gr.

℣. 13. Mſ. Sangerm. delet *enim*; malè, nam in Gr. eſt οὔτε γὰρ ἦν, &c.

℣. 14. Gr. Κενοδοξία γὰρ ἀνθρώπων εἰσῆλθεν εἰς κόσμον· καὶ διὰ τοῦτο σύντομον αὐτῶν τέλος ἐπενοήθη. *Supervacua enim ambitione hominum intraverunt in mundum: & ideo brevis eorum finis eſt deliberatus.* Mſs. Corb. 1. & S. Theod. pro *advenit in orbem*, hab. *hoc adinvenit in orbe:* ita etiam correctum eſt in Corb. 2. ſed al. manu; Sangerm. hab. *venit in orbem.*

℣. 15. Mſ. Sangerm. *citò ſibi rapti filii faciens imaginem, illum qui tunc homo mortuus fuerat*, &c. Similiter hab. Corb. 2. & S. Theod. *imaginem, illum qui tunc homo*, &c. Gr... τῇ ταχέως ἀφαιρεθέντος τέκνῳ, εἰκόνα ποιήσας τὸν τότε νεκρὸν ἄνθρωπον, νῦν ὡς θεὸν ἐτίμησε, καὶ παρέδωκε τοῖς ὑποχειρίοις μυσήρια καὶ τελετάς.

℣. 16. Græc. Εἶτα ἐν χρόνῳ, κρατυνθὲν τὸ ἀσεβὲς ἔθος, ὡς νόμος ἐφυλάχθη, καὶ τυράννων ἐπιταγαῖς ἐθρησκεύετο τὰ γλυπτά. *Deinde interveniente tempore, invaleſcens impia conſuetudo, tanquam lex cuſtodita eſt*, &c. item in Mſs. Sangerm. & Corb. 2. *cuſtodita eſt.*

℣. 17. Gr. initio ipſo delet & *hos*; ſubinde pro *figura eorum allata*, hab. ὅθεν ἀναλυσωζάμενοι, *faciem figurantes*; extremò, κολακεύσει, *adularentur*, pro *colerent*. Mſs. S. Germ. & Corb. 1. loco *evidentem*, ferunt *evidenter*; Gr. verò ἐμφανῆ.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

18. Provexit autem ad horum culturam & hos qui ignorabant, artificis eximia diligentia.

19. Ille enim volens placere illi, qui se assumpsit, elaboravit arte sua, ut similitudinem in melius figuraret.

20. Multitudo autem hominum abducta per speciem operis, eum, qui ante tempus tanquam homo honoratus fuerat, nunc deum æstimaverunt.

21. Et hæc fuit vitæ humanæ deceptio: quoniam aut affectui, aut regibus deservientes homines, incommunicabile nomen lapidibus & lignis imposuerunt.

22. Et non sufficerat errasse eos circa Dei scientiam, sed & in magno viventes inscientiæ bello, tot & tam magna mala pacem appellant.

Deuter. 18. 10. Jer. 7. 6. 23. Aut enim filios suos sacrificantes, aut obscura sacrificia facientes, aut insaniæ plenas vigilias habentes,

24. neque vitam, neque nuptias mundas jam custodiunt, sed alius alium per invidiam occidit, aut adulterans contristat:

25. & omnia commista sunt, sanguis, homicidium, furtum & fictio, corruptio & infidelitas, turbatio & perjurium, tumultus bonorum,

26. Dei immemoratio, animarum inquinatio, nativitatis immutatio, nuptiarum inconstantia, inordinatio mœchiæ & impudicitiæ.

27. Infandorum enim idolorum cultura, omnis mali causa est, & initium & finis.

28. Aut enim dum lætantur, insaniunt: aut certè vaticinantur falsa, aut vivunt injustè, aut pejerant citò.

29. Dum enim confidunt in idolis, quæ sine anima sunt, malè jurantes noceri se non sperant.

30. Utraque ergo illis evenient dignè, quoniam malè senserunt de Deo, attendentes idolis, & juraverunt injustè, in dolo contemnentes justitiam.

31. Non enim juratorum virtus, sed peccantium pœna perambulat semper injustorum prævaricationem.

NOTÆ.

℣. 18. Græc. Εἰς ἐπίγνωσιν δὲ θρησκείας ἠ τὰς ἀγνοΰσας ἢ τῇ τοιαύτῃ προσελθόντα φιλοτιμία.

℣. 19. Mſ. S. Theod. *Ille enim volens placere illi, qui se assumpsit, & laboravit*, &c. Græc. Ὁ μὲν γὰρ τάχα τῷ ποιήσαντι βουλόμενος ἀρέσαι, ἔξεδιάσατο τῇ τέχνῃ τὴν ὁμοιότητα εἰς τὸ κάλλιον.

℣. 20. Græc. initio hab. ἀφελκόμενον, pro *abducta*; Mſs. SS. Germ. Theod. & Corb. duo, *adducta*: item Corb. 2. & S. Theod. extremò, *ut Deum existimaverunt*; Corb. 1. & Sangerm. simpliciter, *Deum existimaverunt*. Gr. εἰδωλα ἐνόμισαν, *numen æstimaverunt*.

℣. 21. Pro *regibus*, Græcè τυραννίδι.

℣. 22. Gr. Εἴτ' οὐκ ἤρκουν τὰ παιγνίδια περὶ τὴν τῶν, &c.

℣. 23. Gr. Ἡ γὰρ τελουμένης τελετὰς, ἢ κρύφια μυστήρια, ἢ ἀμμανεῖς ἐξ ἄλλων θεσμῶν χόρους ἄγουσες..... *ex aliis ritibus consessationes agentes*.

℣. 24. Græc. οὔτε βίους, οὔτε γάμους καθαροὺς ἔτι φυλάσσουσιν, ἀλλ' ὁ μὲν ἕτερον ἢ λοχῶν ἁρπάσῃ, ἢ νοθεύων ὁδυνᾷ.

℣. 25. Græc. πάντας δ' ἐπιμιξίᾳ ἔχει, αἷμα ἢ φόνος, κλοπὴ ἢ δόλος, φθορὰ, ἀπιστία, ταραχὴ, ἐπιορκία, θόρυβος ἀγαθῶν.

℣. 26. Mſs. Sangerm. & Corb. 2. *Domini immemoratio..... nuptiarum inconstantia, mœchia*, & *impudicitia*: Corb. *mœchia*. Gr. Χάεσις εἰμυσία..... γάμων ἀλαξία, μοιχεία ἢ ἀσέλγεια.

℣. 27. Ἡ γὰρ τῶν ἀνωνύμων εἰδώλων θρησκεία, παντὸς ἀρχὴ κακοῦ, ἢ αἰτία ἢ πέρας ἐστί.

℣. 28. A Græco abest adverb. *certè*, sicut à Mſs. Sangerm. & Corb. 2.

℣. 29. Mſ. S. Germ. ultimò hab. *re noceri se non sperant*: Græc. ἀδικηθῆναι ὑ προσδέχονται.

℣. 30. Mſ. Sangerm. sub fin. habet *idolo*, non *in dolo*: Græc. ἐν δόλῳ: initio ita: Ἀμφότερα δὲ αὐτοῖς μελετήσεται τὰ δίκαια, ὅτι, &c. *Utraque autem illos insequentur jura, quoniam*, &c. ut sup.

℣. 31. Mſs. SS. Germ. Theod. & Corb. 2. *Non enim juramentum est virtus, sed*, &c. ut sup. Gr. Οὐ γὰρ ἡ τῶν ὀμνυομένων δύναμις, ἀλλ' ἡ τῶν ἁμαρτανόντων δίκη ἐπεξέρχεται, &c. *Non enim eorum per quos juratur virtus, sed peccantium judicium insurgit semper super*, &c.

CAPUT XV.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. TU autem Deus noster, suavis & verus es, patiens, & in misericordia disponens omnia.

2. Etenim si peccaverimus, tui sumus, scientes magnitudinem tuam: & si non peccaverimus, scimus quoniam apud te sumus computati.

3. Nosse enim te, consummata justitia est: & scire justitiam, & virtutem tuam, radix est immortalitatis.

4. Non enim in errorem induxit nos hominum malæ artis excogitatio, nec umbra picturæ labor sine fructu, effigies sculpta per varios colores,

5. cujus aspectus insensato dat concupiscentiam, & diligit mortuæ imaginis effigiem sine anima.

6. Malorum amatores, digni sunt qui spem habeant in talibus, & qui faciunt illos, & qui diligunt, & qui colunt.

7. Sed & figulus mollem terram premens, laboriosè fingit ad usus nostros unumquodque vas, & de eodem luto fingit quæ munda sunt in usum vasa, & similiter quæ his sunt contraria: horum autem vasorum quis sit usus, judex est figulus. *Rom. 9. 21.*

NOTÆ.

℣. 1. Mſ. S. Germ. & *cum misericordia disponens omnia*. Gr. ἢ ἐν ἐλέει διοικῶν τὰ πάντα.

℣. 2. Auguſt. l. de fide & op. to. 6. 187. e. *Et si peccaverimus, tui sumus, scientes potentiam tuam: non peccabimus autem scientes, quoniam tui sumus deputati.* Ita quoque in Græco, niſi quòd ipſo initio exſtat, Καὶ γὰρ ἐὰν, *Etenim si*, ut in Vulg.

℣. 3. Græc. delet *justitiam*. Mſ. S. Theod. loco *virtutem*, hab. *veritatem*; Gr. verò, τὸ κράτος.

℣. 4. Gr. pro *umbra picturæ*, hab. σκιαγράφων, *adumbrantium*; ed. Compl. σκιὰ γεγραφῶν.

℣. 5. Græcè, ὧν ὄψις ἄφρονι εἰς ἔνστασιν ἔρχεται, &c. *quorum aspectus insensatis in opprobrium venit*, &c. Mſ. Alex. cum ed. Compl. hab. εἰς ὄρεξιν ἔρχεται, *in libidinem* &c. Mſ. S. Theod. addit: & *diligit mortuam imaginem*, & *effigiem sine anima*. Gr. πόθοι τε νεκρᾶς εἰκόνος εἴδους ἅπτουν.

℣. 6. Mſs. S. Germ. Corb. 2. & S. Theod. *digni qui spem in talibus habent*; Gr. ἄξιοί τε τοιούτων ἐλπίδων, nec addit *illos*, poſt verbum *faciunt*.

℣. 7. Nonnulla variant Græcè, en verba: Καὶ γὰρ κεραμεὺς ἁπαλὴν γῆν θλίβων, ἐπίμοχθον πλάσσει πρὸς ὑπηρεσίαν ἡμῶν ἕκαστον, ἀλλ' ἐκ τοῦ αὐτοῦ πηλοῦ ἀναπλάσσεται τά τε τῶν καθαρῶν ἔργων δεῖλα σκεύη, τά τε ἐναντία πάντ' ὁμοίως· τούτων δὲ ἑκατέρου τίς ἐκάστου ἐστὶν ἡ χρῆσις, κριτὴς ὁ πηλουργός.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

8. Et cum labore vano deum fingit de eodem luto : ille qui paulò ante de terra factus fuerat, & poſt puſillum reducit ſe unde acceptus eſt, repetitus animæ debitum quam habebat.

9. Sed cura eſt illi, non quia laboraturus eſt, nec quoniam brevis illi vita eſt, ſed concertatur aurificibus & argentariis : ſed & ærarios imitatur, & gloriam præfert, quoniam res ſupervacuas fingit.

10. Cinis eſt enim cor ejus, & terra ſupervacua ſpes illius, & luto vilior vita ejus :

11. quoniam ignoravit qui ſe finxit, & qui inſpiravit illi animam quæ operatur, & qui inſufflavit ei ſpiritum vitalem.

12. Sed & æſtimaverunt luſum eſſe vitam noſtram, & converſationem vitæ compoſitam ad lucrum, & oportere undecunque etiam ex malo acquirere.

13. Hic enim ſcit ſe ſuper omnes delinquere, qui ex terræ materia fragilia vaſa, & ſculptilia fingit.

14. Omnes enim inſipientes, & infelices ſupra modum animæ ſuperbi, ſunt inimici populi tui, & imperantes illi :

15. quoniam omnia idola nationum deos æſtimaverunt, quibus neque oculorum uſus eſt ad videndum, neque nares ad percipiendum ſpiritum, neque aures ad audiendum, neque digiti manuum ad tractandum, ſed & pedes eorum pigri ad ambulandum : *Pſalm.* 113. 5. & 134. 16.

16. homo enim fecit illos : & qui ſpiritum mutuatus eſt, is finxit illos. Nemo enim ſibi ſimilem homo poterit deum fingere.

17. Cùm enim ſit mortalis, mortuum fingit manibus iniquis. Melior enim eſt ipſe his quos colit, quia ipſe quidem vixit, cùm eſſet mortalis, illi autem nunquam.

18. Sed & animalia miſerrima colunt : inſenſata enim comparata his, illis ſunt deteriora.

19. Sed nec aſpectu aliquis ex his animalibus bona poteſt conſpicere. Effugerunt autem Dei laudem, & benedictionem ejus.

NOTÆ.

℣. 8. Mſs. Sangerm. & Corb. 2. ferunt *vanum deum*, non *vano deum* ; ſubinde tollunt *ſe*, poſt verbum *reducit*. Mſ. S. Theod. ſimiliter hab. *vanum deum* ; poſt paulò verò, *puſillum ſeducit ſe..... repetitus animæ quem habebat*. Gr. Καὶ κακόμοιχος θεὸν μᾶλλον ἐν τῷ αὐτῷ πλάσει πηλὸν ὃς..... μετ' ὀλίγον πορεύεται εἰς ἣν ἐλήφθη, τὸ τῆς ψυχῆς ἀπαιτηθεὶς χρέος.

℣. 9. Græc. extremò hab. ἡδόξαν ἡγεῖται, ὅτι κεκδηλα πλάσει· & *gloriam putat, quia res adulterinas fingit.*

℣. 10. In Mſs. S. Germ. & Corb. 2. initio deeſt *enim* ; deeſt quoque in Græco ; paulò verò poſt, loco *ſupervacua*, ponitur εὐτελεσέσε ; εὐτελὴς autem, *facilis quantùm ad ſumptum.*

℣. 11. A Græco abeſt vocula *ei*, poſt verbum *inſufflavit* ; abeſt etiam à Mſs. S. Germ. & Corb. 1.

℣. 12. Mſ. S. Germ. initio hab. *ſed æſtimaverunt* ; ſic etiam in Græco : ſubinde loco *converſationem vitæ compoſitam ad lucrum*, &c. ita : τὸν βίον παντυθισμὸν ἐπιχερδῆ, δεῖν γὰρ φησιν, &c. *vitæ modum nundinas compoſitas ad lucrum, oportere enim dicunt undecunque*, &c. ut ſup.

℣. 13. Græc. Οὗτος γὰρ παρὰ πάντας οἶδεν ὅτι ἁμαρτάνει, ὑλης γεώδης εὐθεσυσα σκεύη, ἐκ γλυπτὰ δημιυργῶν.

℣. 14. Græc. Πάντες δ' ἀφρονέστατοι, ἐκ τάλανες ὑπὲρ ψυχὴν νηπίν, οἱ ἐχθροὶ τῦ λαῦ συ, καταδυναστεύσαντες αὐτόν. *Omnes enim inſipientiſſimi, & infelices ſuper animam infantis, inimici populi tui, tyrannidem exercentes in eum.*

℣. 15. Eadem prorſus hab. Cypr. cùm l. exhort. ad Mart. p. 263. c. tum l. 3. Teſtim. p. 321. b. præter τὸ *in manibus*, loco *manuum* ; Gr. χειρῶν. Jul. Firmic. etiam l. de errore prof. relig. c. 29. p. 176. c. ſcribit *manuum*, ac præterea *viſus eſt*, loco *uſus eſt* ; cæt. ut in Vulg. In Mſs. quoque Sangerm. & Corb. duobus legitur *viſus eſt* ; at in Gr. χρῆσις εἰς ὄσφρησιν, &c.

℣. 16. Concordat Cypr. l. 3. Teſtim. p. 321. b. & l. exhort. ad Mart. p. 263. c. Similiter ap. Julium Firm. l. de errore profan. relig. c. 29. p. 176. c. præter ult. *Nemo autem ſibi hominum poterit deum formare.* Græcè ut in Vulg. excepto verbo ἰσχύει, *poteſt*, loco *poterit*. In Mſ. S. Theod. deeſt *is*, ante *finxit*.

℣. 17. Eadem refert Cypr. l. exhort. ad Mart. p. 263. c. & l. 3. Teſtim. p. 321. b. ſed in fine non repetit, *cùm eſſet mortalis*, quod etiam abeſt à Græco. Cypriano ſuccinit Jul. Firmic. l. de errore prof. rel. p. 176. c. uterque legit, *melior eſt autem*, non *enim* ; Gr. verò, κρείττων γάρ ἐσι. Ambroſiaſt. p. 33. c. initio habet : *Mortalis fingit mortuum manibus iniquis* ; Gr. Θνητὸς δὲ ὢν, νεκρὸν ἐργάζεται, &c.

℣. 18. Mſ. Sangerm. cum Corb. 1. & S. Theod... *inſenſate enim comparata his, aliis ſunt deteriora.* In Corb. 2. *inſenſatæ enim..... aliis ſunt deteriora.* Gr..... ἄνοια γὰρ συγκεινόμενα τῶν ἄλλων ἐσὶ χείρονα.

℣. 19. Gr. Οὐδ' ὁσον ἐπιστοθῆσαι, ὡς ἐν ζώων ὄψει καλὰ τυγχάνει. Ἐκπέφευγε δὲ ἐκ τὸν τὸ, &c. *Neque quatenus deſiderentur, tanquam in animalium aſpectu bona ſunt. Effugerunt autem & Dei*, &c. Mſs. S. Germ. S. Theod. & Corb. 2. *Effugit autem Dei laudem*, &c.

CAPUT XVI.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. PRopter hæc, & per his ſimilia paſſi ſunt dignè tormenta, & per multitudinem beſtiarum exterminati ſunt.

2. Pro quibus tormentis bene diſpoſuiſti populum tuum, quibus dediſti concupiſcentiam delectamenti ſui, novum ſaporem, eſcam parans eis ortygometram : *Num.* 11. 31.

3. ut illi quidem concupiſcentes eſcam propter ea, quæ illis oſtenſa & miſſa ſunt, etiam à neceſſaria concupiſcentia averterentur. Hi autem in brevi inopes facti, novam guſtaverunt eſcam.

4. Oportebat enim illis ſine excuſatione quidem ſupervenire interitum exercentibus tyrannidem : his autem tantùm oſtendere quemadmodum inimici eorum exterminabantur.

5. Etenim cùm illis ſupervenit ſæva beſtiarum ira, morſibus perverſorum colubrorum exterminabantur. *Num.* 21. 6.

6. Sed non in perpetuum ira tua perman-

NOTÆ.

℣. 1. Mſs. S. Germ. S. Theod. & Corb. uterque : *Propter hoc per hæc*, vel *per his ſimilia paſſi ſunt* ; deinde Corb. 2. & S. Theod. *digna tormenta*, &c. Gr. Διὰ τῦτο δὶ ὁμοίων ἐκολάθησαν ἀξίως, &c. ut ſupra.

℣. 2. *quibus dediſti concupiſcentiam delectamenti ſui* : horum loco Græc. habet εἰς ἐπιθυμίαν ὀρέξεως, *in concupiſcentiam appetitûs* ; ultimòque, τροφὴν ἡτοίμασας ὀρτυγομήτραν.

℣. 3. Horum loco, *propter ea, quæ illis oſtenſa & miſſa ſunt*, legitur Græcè, διὰ τὴν εἰδέχθειαν τῶν ἐπαθεσαλμένων, *propter odioſam deformitatem eorum quæ immiſſa ſunt* ; extremò ita, ἐκ ξένης μετάλλωσι γεύσεως, *etiam novam guſtarent eſcam.*

℣. 4. Gr. Ἔδει γὰρ ἐκείνοις μὲν ἀπαραίτητον ἔνδειαν ἐπελθεῖν τυραννεῦσι· τύτοις δὲ μόνον δειχθῆναι, &c. *Oportebat enim illis quidem inevitabilem ſupervenire inopiam exercentibus tyrannidem : his autem tantùm oſtendi*, &c. ut ſup.

℣. 5. Mſ. Corb. 2. cum Sangerm. *morſibus perverſarum colubrarum extermin.* Gr. δήγμασί τε σκολιῶν διεφθείροντο ὄφεων.

℣. 6. In Mſs. Sangerm. & Corb. 2. initio deeſt *ſed*.

Digitized by Google

sit, sed ad correptionem in brevi turbati sunt, signum habentes salutis ad commemorationem mandati legis tuæ.

7. Qui enim conversus est, non per hoc, quod videbat, sanabatur, sed per te omnium salvatorem:

8. in hoc autem ostendisti inimicis nostris, quia tu es, qui liberas ab omni malo.

Exod. 8. 24. & 10. 4. Apoc. 9. 7. 9. Illos enim locustarum & muscarum occiderunt morsus, & non est inventa sanitas animæ illorum: quia digni erant ab hujuscemodi exterminari.

10. Filios autem tuos, nec draconum venenatorum vicerunt dentes: misericordia enim tua adveniens sanabat illos.

11. In memoria enim sermonum tuorum examinabantur, & velociter salvabantur, ne in altam incidentes oblivionem, non possent tuo uti adjutorio.

12. Etenim neque herba, neque malagma sanavit eos, sed tuus, Domine, sermo, qui sanat omnia.

Deut. 32. 39. 1. Reg. 2. 6. Tob. 13. 2. 13. Tu es enim, Domine, qui vitæ & mortis habes potestatem, & deducis ad portas mortis, & reducis:

14. homo autem occidit quidem per malitiam, & cùm exierit spiritus, non revertetur, nec revocabit animam quæ recepta est:

15. sed tuam manum effugere impossibile est.

Exod. 9. 23. 16. Negantes enim te nosse impii, per fortitudinem brachii tui flagellati sunt: novis aquis, & grandinibus, & pluviis persecutionem passi, & per ignem consumpti.

17. Quod enim mirabile erat, in aqua, quæ omnia exstinguit, plus ignis valebat: vindex est enim orbis justorum.

18. Quodam enim tempore, mansuetabatur ignis, ne comburerentur quæ ad impios missa erant animalia: sed ut ipsi videntes scirent, quoniam Dei judicio patiuntur persecutionem.

19. Et quodam tempore in aqua supra virtutem ignis, exardescebat undique, ut iniquæ terræ nationem exterminaret.

20. Pro quibus angelorum esca nutrivisti populum tuum, & paratum panem de cœlo præstitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suavitatem. Exod. 16. 14. Num. 11. 7. Psalm. 77. 25. Joan. 6. 31.

21. Substantia enim tua dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebat: & deserviens uniuscujusque voluntati, ad quod quisque volebat, convertebatur.

22. Nix autem & glacies sustinebant vim ignis, & non tabescebant: ut scirent quoniam fructus inimicorum exterminabat ignis ardens in grandine & pluvia coruscans. Exod. 9. 24.

23. Hic autem iterum ut nutrirentur justi, etiam suæ virtutis oblitus est.

24. Creatura enim tibi Factori deserviens, exardescit in tormentum adversùs injustos: & lenior fit ad benefaciendum pro his, qui in te confidunt.

25. Propter hoc & tunc in omnia transfigurata, omnium nutrici gratiæ tuæ deserviebat, ad voluntatem eorum, qui à te desiderabant:

26. ut scirent filii tui, quos dilexisti Domine, quoniam non nativitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus hos, qui in te crediderint, conservat. Deut. 8. 3. Matth. 4. 4.

27. Quod enim ab igne non poterat exterminari, statim ab exiguo radio solis calefactum tabescebat:

28. ut notum omnibus esset, quoniam oportet prævenire solem ad benedictionem tuam, & ad ortum lucis te adorare.

NOTÆ.

Græcè ita: Οὐ μίχρι τέλους ἔμειναν ἡ ὀργή σου, &c. ut in Lat.

℣. 7. Græc. Ὁ γὰρ ἐπιστραφεὶς, οὐ διὰ τὸ θεωρούμενον ἐσώζετο, &c. ut in Vulg.

℣. 8. Mſ. S. Germ. cum Corb. 2. *Et in hoc autem ostendisti*, &c. Similiter in Gr. Καὶ ἐν τούτῳ δὲ ἔφησας τοὺς, &c.

℣. 9. Græc. Οὐς μᾶλλον γὰρ ἀκρίδων, &c. ut in Lat. sup.

℣. 10. Gr. extremò hab. ἀντιπαρῆλθε, ἢ ἴασατο αὐτούς *ex adverso advenit, & sanavit illos.*

℣. 11. Gr. initio hab. Εἰς γὰρ ὑπόμνησιν, *In memoriam enim*, &c. subinde in Mſs. S. Germ. & Corb. 1. & *salvabantur*, absque medio *velociter*; in Corb. 2. & *sanabantur*; at in Gr. ἢ οὐχέως διεσώζοντο, ut in Vulg.

℣. 12. Itidem Græcè.

℣. 13. Mſs. S. Germ. S. Theod. & Corb. 2. initio ferunt: *Tu enim vitæ & mortis habes potestatem.* Sic etiam in Græco. In Corb. 1. *Tu enim, Domine, vitæ*, &c. subinde Græcè legitur ᾅδου, *inferni*, non *mortis.*

℣. 14. Mſs. S. Germ. & S. Theod. cum Corb. duobus addunt *animam suam*, ad *malitiam.* Græcè simpliciter, τῇ κακίᾳ αὐτοῦ, *malitiâ suâ*; mox ita: ἐξελθὸν δὲ πνεῦμα, οὐκ ἀναστρέφει, οὐδὲ ἀνακαλύψει, &c. Mſ. S. Germ. & *cùm exibit spiritus, non revertetur, nec revocabit*, &c. in edit. etiam Compl. est οὐκ ἀναστρέψει, οὐδὲ ἀνακαλύσει.

℣. 15. Similiter habetur in Græco.

℣. 16. Gr. ξένοις ὑέτοις, *novis pluviis*, pro *novis aquis*; subinde verbo *passi*, vel ut in Mſs. Corb. 1. & S. Theod. *passi sunt*, Græcè subnectitur τὸ, ἀπαραιτήτοις, *inevitabilibus*; dein ἢ πυρὶ καταναλισκόμενοι· Mſs. S. Germ. & Corb. 1. & *per ignem consummati*; Corb. 2. & S. Theod. *consummati sunt.*

℣. 17. Gr. in principio hab. Τὸ γὰρ παραλογίζομενον, &c. ut supra.

℣. 18. Ποτὲ μὲν γὰρ ἡμερεύετο φλὸξ, ἵνα μὴ καταφλέξῃ τὰ, &c.

℣. 19. Mſs. S. Germ. & Corb. 1. *super virtutem ignis, ardebat undique*, &c. Similiter hab. Corb. 2. detracto adverb. *undique*; ita etiam in Græco; deinde sic: ἵνα ἀδίκου γῆς γενήματα διαφθείρῃ, *ut iniqua terra germina exterminaret.*

Mſ. Corb. 2. *ut iniquam terræ nationem exterm.*

℣. 20. Eadem refert Cerealis episc. cont. Maximin. c. 20. excepto uno *cibasti*, pro *nutrivisti.* Græc. loco ultimorum, & *omnis saporis suavitatem*, habet: ἢ πρὸς πᾶσαν ἁρμόνιον γεῦσιν, & *accommodatum ad omnem gustum.* Fulg. resp. contra Arian. p. 58. & *omnem suavitatis saporem*; cæt. ut in Vulg.

℣. 21. Vulg. *quam in filios habes*; Græc. delet voces duas *quam*, & *habes.* Victor Vit. l. 3. de pers. Afr. p. 24. c. legit: *Substantiam enim & dulcedinem tuam, quam in filios habes, ostendebas.* Similiter habet Fulgent. resp. cont. Arian. p. 58. præter hoc, *Substantiam enim tuam.* Phæbad. Agin. l. cont. Arian. p. 301. d. *Substantiam tuam*, & *dulcedinem tuam.* Cerealis episc. cont. Maximin. c. 20. *Substantiam enim tuam & dulcedinem, quas in filio habeas, ostendebas.* Mſ. Corb. 1. *Substantiam enim tuam, & dulcedinem tuam.....: ostendebas.....ad quos quisque*, &c. Corb. 2. *ad quod quis*, &c.

℣. 22. Græc. Χιὼν δὲ ἢ κρύσταλος ὑπέμενε πῦρ, ἢ, &c. ut sup.

℣. 23. Mſs. S. Germ. & S. Theod. cum Corb. 2. *Hoc autem iterum*, &c. Gr. Τοῦτο πάλιν δὲ, per relat. ad πῦρ, quod neutri generis est. In Mſ. Corb. 1. *ignis etiam suæ virtutis oblitus est.*

℣. 24. Mſs. Sangerm. & Corb. 2. habent *excandescit*, loco *exardescit*, Gr. ἐκκαίεται; subinde Mſ. S. Theod. & *levior fit*, non *lenior.*

℣. 25. Mſs. S. Germ. & S. Theod. cum Corb. duobus..... *gratiæ tuæ deserviebant, ad voluntatem horum, qui à te desiderati sunt.* Græc. Ἵν' δωρεᾶ ὑπηρετεῖ, πρὸς τὴν τῶν δεομένων θέλησιν.

℣. 26. Loco *nativitatis fructus*, Græc. hab. γενέσεις τῶν καρπῶν, *nativitates fructuum.*

℣. 27. Græc. Τὸ γὰρ ὑπὸ πυρὸς μὴ φθειρόμενον, ἁπλῶς ὑπὸ βραχείας ἀκτῖνος ἡλίου, &c.

℣. 28. Mſ. Sangerm. extremò hab. & *ad orientem lucis te adorare*; Corb. 1. & *ad orientem lucis adorare*; alter Corb. & *ad orientem lucis te ibi adorare.* Gr. ἢ πρὸς ἀνατολὴν φωτὸς ἐντυγχάνειν σοι.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

29. Ingrati enim ſpes tanquam hybernalis glacies tabeſcet, & diſperiet tanquam aqua ſupervacua.

NOTÆ.

℣. 29. In Mſs. S. Germ. S. Theod. & Corb. 2. legitur *fides*, loco *ſpes*; at in Gr. ἐλπίς.

CAPUT XVII.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. MAgna ſunt enim judicia tua Domine, & inenarrabilia verba tua: propter hoc indiſciplinatæ animæ erraverunt.

Exod. 10. 23. 2. Dum enim perſuaſum habent iniqui poſſe dominari nationi ſanctæ: vinculis tenebrarum & longæ noctis compediti, incluſi ſub tectis, fugitivi perpetuæ providentiæ jacuerunt.

3. Et dum putant ſe latere in obſcuris peccatis, tenebroſo oblivionis velamento diſperſi ſunt, paventes horrendè, & cum admiratione nimia perturbati.

4. Neque enim quæ continebat illos ſpelunca, ſine timore cuſtodiebat: quoniam ſonitus deſcendens perturbabat illos, & perſonæ triſtes illis apparentes pavorem illis præſtabant.

5. Et ignis quidem nulla vis poterat illis lumen præbere, nec ſiderum limpidæ flammæ illuminare poterant illam noctem horrendam.

6. Apparebat autem illis ſubitaneus ignis, timore plenus: & timore perculſi illius, quæ non videbatur, faciei, æſtimabant deteriora eſſe quæ videbantur:

Exod. 7. 22. & 8. 7. 7. & magicæ artis appoſiti erant deriſus, & ſapientiæ gloriæ correptio cum contumelia.

8. Illi enim qui promittebant timores & perturbationes expellere ſe ab anima languente, hi cum deriſu pleni timore languebant.

9. Nam etſi nihil illos ex monſtris perturbabat: tranſitu animalium & ſerpentium ſibilatione commoti, tremebundi peribant: & aerem, quem nulla ratione quis effugere poſſet, negantes ſe videre.

10. Cùm ſit enim timida nequitia, dat teſtimonium condemnationis: ſemper enim præſumit ſæva, perturbata conſcientia.

11. Nihil enim eſt timor niſi proditio cogitationis auxiliorum.

12. Et dum ab intus minor eſt exſpectatio, majorem computat inſcientiam ejus cauſæ, de qua tormentum præſtat.

13. Illi autem qui impotentem verè noctem, & ab infimis, & ab altiſſimis inferis ſupervenientem, eumdem ſomnum dormientes,

14. aliquando monſtrorum exagitabantur timore, aliquando animæ deficiebant traductione: ſubitaneus enim illis & inſperatus timor ſupervenerat.

15. Deinde ſi quiſquam ex illis decidiſſet, cuſtodiebatur in carcere ſine ferro recluſus.

16. Si enim ruſticus quis erat, aut paſtor, aut agri laborum operarius præoccupatus eſſet, ineffugibilem ſuſtinebat neceſſitatem.

17. Unâ enim catenâ tenebrarum omnes erant colligati. Sive ſpiritus ſibilans, aut inter ſpiſſos arborum ramos avium ſonus ſua-

NOTÆ.

℣. 1. Sic eſt in Græco, præter voces *Domine*, & *verba tua*, quæ deſunt. Et verò apud Hilar. in Pſ. 118. col. 254. b. hæc tantùm leguntur: *Magna enim ſunt judicia tua, inenarrabilia.* Itidem in Mſ. Sangerm. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 195. f. pariter addit: *propter hoc indiſciplinata anima erraverunt.*

℣. 2. Lucif. Cal. ubi ſup. *Dum enim perſuaſum habent iniqui poſſe ſe dominari nationi ſanctorum: vinctis tenebrarum catenis, & longa nocte compediti, incluſi ſub tectis, fugitivi.* Græc. Ὑποπτηφόλες γὰρ καλασυρασεύειν ἔθνος ἅγιον ἄνομοι δέσμιοι σκόλυς, ὑμαχρᾶς πεδῆλαι νυκλὸς, κατακλειδέντες ὀρόφοις, φυγάδες τῆς αἰωνίυ περνοίας ἔκειντο. Mſ. S. Theod. ultimò hab. *placuerunt*, non *jacuerunt*; ſed vitioſè, ni fallor.

℣. 3. Græc. initio hab. Λανθάνειν γὰρ νομίζοντες, & ſub fin. ἐκ θάμαζι, *ſpectris*, loco *cum admiratione nimia.*

℣. 4. *quoniam ſonitus deſcendens*, &c. Græc. ἦχοι δὲ καλαράσσοντες αὐτὺς περισκόμπυν, ὑ φάσματα ἀμειδήτοις κατηφῆ πρόσωπα ἐφανίζελο. *ſed ſonitus cum impetu deſcendentes ipſis obſtrepebant, & viſiones triſtes mœſtis vultibus apparebant.*

℣. 5. Gr. delet *illis*, ante *lumen*; & in fine habet τὴν συγκὴν ἐκείνην νύκλα. Mſ. S. Germ. 1. *triſtem illam noctem horrendam.*

℣. 6. Mſ. S. Germ. cum Corb. 2. extremò hab. *quæ non videbantur*, ſed malè; Græcè, τὰ βλεπόμενα.

℣. 7. Mſ. Corb. 1. hab. *appoſiti erant deriſui*, & *ſapientiæ gloria*, &c. Græc. μαγικῆς δὲ ἐμπαίγματα κατέκειλο τέχνης, ὑ τῆς ἐπὶ φρονήσει ἀλαζονείας ἔλεγχος ἐφύβρισο, al. ἐφύβρισος. i. e. *magicæ autem artis illuſiones jacebant*, & *jactantiæ de ſapientia erat correptio cum contumelia.* Mſ. Sangerm. & *ſapientiæ gloriæ correptio contumelia.*

℣. 8. Mſs. S. Germ. & Corb. duo, legunt *turbationes*, è Gr. ταραχάς; ſubinde Gr. tollit *ſe*; extremòque hab. οὗλοι καλαγέλασον εὐλάβειαν ὠόσαν. i. e. *hi ridiculo timore languebant.*

℣. 9. Vulg. *ex monſtris perturbabat*; Græc. ταραχῶδες ἐφόβει, *turbulentum terrefaciebat*; in nonnullis al. libb. eſt τερατῶδες. Mſs. SS. Theod. & Germ. n. 4. addunt in fine, nempe poſt verbum *videro*, ſeqq. *frequenter enim præoccupant, peſſimâ redarguente conſcientiâ.*

℣. 10. Non *condemnationis* hab. Mſ. Corb. 1. ſed *condemnationi*; Sangerm. n. 15. *condemnata*; Gr. καταδικαζομένυ; ſubinde loco *enim*, Gr. hab. *δὲ*, *autem*; & paulò ſup. voci *timida*, præponit τὸ, ἰδίως, *propriè.* Notavimus ſup. in Mſs. SS. Germ. & Theod. anteponi iſta: *frequenter enim præoccupant, peſſima redarguente conſcientia*; verùm hæc in Mſ. Corb. 2. poſtponuntur his ult. *conturbata conſcientia*; at in Græco verba iſta utrobique deſunt. In Mſ. S. Theod. ſic legitur: *Cùm ſit enim timida nequitia, data eſt in omnium condemnationem: ſemper enim*, &c.

℣. 11. Sic eſt in Græco, præter iſta, τῶν ἀπὸ λογισμῦ βουθυμάτων, *auxiliorum quæ à cogitatione*, loco *cogitationis auxiliorum.* In Mſs. SS. Germ. & Theod. necnon Corb. duobus ita: *Nihil enim eſt timor niſi præſumptionis adjutorium, proditio cogitationis auxiliorum.*

℣. 12. Mſs. Sangerm. S. Theod. & Corb. duo: *Et dum ab intro..... majorem putat ſcientiam ejus cauſa*, &c. Corb. 1. *computat.* Mſ. S. Theod. in fine habet, *de qua augmentum præſtat.* Græc. Ἐπὶ δοξεν δὲ ὅσα ἤτλων..... πλείονα λογίζεσαι τὴν ἄγνοιαν τῆς παρεχόσης τὴν βάσανον αἰτίας. *Et dum ab intra minor..... majorem computat inſcientiam præbentis tormentum cauſæ.*

℣. 13. Vulg. & *ab infimis*, & *ab altiſſimis inferis.* Gr. ὑ ἐξ ἀδυνάλυ ᾅδυ μυχῶν, & *ex impotentis inferni ſpeluncis.*

℣. 14. Græc. τὰ μὲν τέρασιν ἠλαύνοντο φανλασμάτων, τὰ δὲ τῆς ψυχῆς παρεύοντο πρόδοσία, &c. ut ſup.

℣. 15. Mſs. Sangerm. & Corb. 2. *Deinde ſi quicunque ex illis decidiſſet*, &c. Græc. Εἴθ' ὅτως ὃς δύποτ' ἦν ἔκει καταπίπτων, ἐφρυρεῖτο εἰς τὴν ἀοίδυσον εἱρκτὴν καλακλειδείς.

℣. 16. Mſ. S. Theod... *aut paſtor, aut agricola horum operarius*, &c. Græc. Εἴτε γὰρ γεωργὸς ἦν τις, ἢ ποιμήν, ἢ τῶν κατ' ἐρημίαν ἐργάτης μόχθων, προληφθεὶς τὴν ἀναγκαίαν, &c. Mſ. Corb. 1. ſcribit *ineffugabilem.*

℣. 17. A Mſs. S. Germ. & S. Theod. abeſt vox *arbo-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

vis, aut vis aquæ decurrentis nimiùm,

18. aut ſonus validus præcipitatarum petrarum, aut ludentium animalium curſus inviſus, aut mugientium valida beſtiarum vox, aut reſonans de altiſſimis montibus Echo; deficientes faciebant illos præ timore.

19. Omnis enim orbis terrarum limpido illuminabatur lumine, & non impeditis operibus continebatur.

20. Solis autem illis ſuperpoſita erat gravis nox, imago tenebrarum, quæ ſuperventura illis erat. Ipſi ergo ſibi erant graviores tenebris.

NOTÆ.

rum, ſicut à Corb. 1. & Græco; extremò Græcè, ῥυθμὸς ὕδατος πορευομένου βίᾳ, *rythmus aquæ decurrentis vi*, loco *vis aquæ decurrentis nimiùm*.

℣. 18. Græc. ἢ κτύπος ἀπηνὴς καταῤῥιπτομένων πετρῶν, ἢ σκιρτώντων ζώων δρόμος ἀθεώρητος, ἢ ὠρυομένων ἀπηνεστάτων θηρίων φωνὴ, ἢ ἀνταναχλωμένη ἐκ κοιλοτάτων ὀρέων Ἠχὼ παρέλυσεν αὐτοὺς ἐκφοβοῦντα.

℣. 19. Mſs. Sangerm. & Corb. 2. hab. *luminabatur lumine*; dein Corb. 1. *& non impeditus*, &c. Græc. verò, κατελάμπετο φωτὶ, καὶ ἀνεμποδίστοις συνείχετο ἔργοις.

℣. 20. Græc..... εἰκὼν τοῦ μέλλοντος αὐτοὺς διαδέχεσθαι σκότους. Ἑαυτοῖς δὲ ἦσαν βαρύτεροι σκότους; i. e. *imago tenebrarum, quæ superventuræ illis erant. Ipſi autem*, &c.

CAPUT XVIII.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

Exod. 10.23. 1. Sanctis autem tuis maxima erat lux, & horum quidem vocem audiebant, ſed figuram non videbant. Et quia non & ipſi eadem paſſi erant, magnificabant te:

2. & qui ante læſi erant, quia non lædebantur, gratias agebant: & ut eſſet differentia, donum petebant.

Exod. 14.24. Pſalm. 77.14. & 104.39. 3. Propter quod ignis ardentem columnam ducem habuerunt ignotæ viæ, & ſolem ſine læſura boni hoſpitii præſtitiſti.

4. Digni quidem illi carere luce, & pati carcerem tenebrarum, qui incluſos cuſtodiebant filios tuos, per quos incipiebat incorruptum legis lumen ſæculo dari.

Exod. 1.16. & 2.3. Exod. 14.27. 5. Cùm cogitarent juſtorum occidere infantes: & uno expoſito filio, & liberato, in traductionem illorum, multitudinem filiorum abſtuliſti, & pariter illos perdidiſti in aqua valida.

6. Illa enim nox ante cognita eſt à patribus noſtris, ut verè ſcientes quibus juramentis crediderunt, animæquiores eſſent.

7. Suſcepta eſt autem à populo tuo ſanitas quidem juſtorum, injuſtorum autem exterminatio.

8. Sicut enim læſiſti adverſarios: ſic & nos provocans magnificaſti.

9. Abſconsè enim ſacrificabant juſti pueri bonorum, & juſtitiæ legem in concordia diſpoſuerunt: ſimiliter & bona & mala recepturos juſtos, patrum jam decantantes laudes.

10. Reſonabat autem inconveniens inimicorum vox, & flebilis audiebatur planctus ploratorum infantium.

11. Simili autem pœna ſervus cum domino afflictus eſt, & popularis homo regi ſimilia paſſus. Exod. 12.30.

12. Similiter ergo omnes, uno nomine mortis, mortuos habebant innumerabiles. Nec enim ad ſepeliendum vivi ſufficiebant: quoniam uno momento, quæ erat præclarior natio illorum, exterminata eſt.

13. De omnibus enim non credentes propter veneficia, tunc verò primùm cùm fuit exterminium primogenitorum, ſpoponderunt populum Dei eſſe.

14. Cùm enim quietum ſilentium contineret omnia, & nox in ſuo curſu medium iter

NOTÆ.

℣. 1. Græcè, loco *& horum quidem*, &c. ita: ὧν φωνὴν μὲν ἀκούοντες, μορφὴν δὲ οὐχ ὁρῶντες, *quorum quidem vocem audientes, figuram autem non videntes*. In Mſs. S. Germ. & S. Theod. *& horum quidem vocem inimici audiebant*. Itidem in Corb. 2. ſed vox *inimici*, addita videtur ſecunda manu: ſubinde in Sangerm. Corb. 2. & S. Theod. præponitur *per*, voci *eadem*, tolliturque pronom. ult. *te*; In Mſ. S. Theod. legitur, *per eandem*. In Gr. ſic: ὅτι μὲν οὖν κἀκεῖνοι ἐπεπόνθεισαν, ἐμακάριζον· ὅτι δὲ, &c. *quoniam quidem & illi paſſi erant, magnificabant: & quia*, &c.

℣. 2. Gr. ὅτι δὲ οὐ βλάπτουσι προηδικημένοι, εὐχαριστοῦσι, &c. *& quia non nocent ante læſi, gratias agunt*, &c. Mſ. S. Theod. addit, *& ut eſſet differentia, te Deum petebant*; Gr. καὶ τοῦ διενεχθῆναι, χάριν ἐδέοντο.

℣. 3. Mſ. S. Germ. cum Corb. 2. *Propter quod igni ardentem columnam*, &c. Corb. 1. & S. Theod. *Propter quod igni ardente columnam*, &c. Gr. Ἀνθ' ὧν πυριφλεγῆ στῦλον, dein, ὁδηγὸν μὲν ἀγνώστου, &c. abſque med. verbo *habuerunt*.

℣. 4. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 195. f. legit: *Digni quidem illi carere lumine, & pati carcerem tenebrarum, qui incluſos cuſtodiunt filios tuos, per quos incipiebat incorruptum legis lumen vitæ omnibus dari*. Græc. Vulgatæ favet, niſi quòd hab. inf. ἤμελλε..... δίδοσθαι, pro *incipiebat..... dari*, ad litt. *dandum erat*.

℣. 5. Mſ. S. Theod. hab. *in traductione illorum*; Gr. εἰς ἔλεγχον τὸ αὐτῶν· Mſ. Sangerm. ſub finem, *in aquam validam*; Gr. ἐν ὕδατι σφοδρῷ.

℣. 6. Mſ. Corb. 1. initio delet *enim*, unà cum Gr. ſubinde Sangerm. hab. *à parentibus noſtris*. Gr. πατράσιν ἡμῶν; mox ita, ἵνα ἀσφαλῶς εἰδότες, &c. *ut ſecurè ſcientes*, &c.

℣. 7. Græc. hab. ἐχθρῶν, *inimicorum*, loco *injuſtorum*.

℣. 8. Græcè, loco *Sicut enim... ſic & nos*, &c. ita, Ὧ γὰρ..... τούτῳ ἡμᾶς, &c. *Quo enim..... hoc nos*, &c. ſed in Mſ. Alex. & Compl. ὡς γὰρ: poſt paulò in Mſs. S. Theod. S. Germ. & Corb. duob. *ſic nos*.

℣. 9. Græc. Κρυφῇ γὰρ ἐθυσίαζον ὅσιοι παῖδες ἀγαθῶν, καὶ τὸν τῆς θειότητος νόμον ἐν ὁμονοίᾳ διέθεντο· τῶν αὐτῶν ὁμοίως καὶ ἀγαθῶν καὶ κινδύνων μεταλήψεσθαι τοὺς ἁγίους, πατέρων ἤδη προαναμελπόντων αἴνους. i. e. *Abſconsè enim ſacrificabant juſti pueri bonorum, & divinitatis legem in concordia diſponebant: tandem ſimiliter & bona & pericula recepturos ſanctos, patribus jam præcinentibus laudes*. Mſs. Sangerm. & Corb. duo, ferunt, *percepturos juſtos, patri jam* (Corb. 1. *patrias*) *decantantes laudes*; Mſ. S. Theoder. *patri omnium decantantes laudes*; editio etiam Compl. hab. προαναμέλποντες αἴνους. Sup. verò idem Mſ. S. Theod. *juſti pueri bonorum operum, & juſtitiæ legem*, &c. ſed vox iſta, *operum*, non legitur in aliis.

℣. 10. Græcè ſimpliciter, καὶ οἰκτρὰ διεφέρετο, *& flebilis diſpergebatur*, loco *& flebilis audiebatur planctus*; in Mſ. etiam Alex. ac ed. Compl. ſubjicitur φωνὴ, *vox*.

℣. 11. Græc. Ὁμοίᾳ δὲ δίκῃ δοῦλος ἅμα δεσπότῃ κολασθεὶς, καὶ δημότης βασιλεῖ τὰ αὐτὰ πάσχων.

℣. 12. Græc. Ὁμοθυμαδὸν δὲ πάντες ἐν ἑνὶ ὀνόματι θανάτου..... ἐπεὶ πρὸς μίαν ῥοπὴν ἡ ἐντιμοτέρα γένεσις αὐτῶν διεφθάρη.

℣. 13. Mſs. Corb. 1. & S. Theoder. *tunc cùm primum fuit extermin.* &c. ut ſup. Corb. alter, & Sangerm. *tunc cùm fuit exterminium, ſpoponderunt populum Dei ſe eſſe*. Gr. verò, ἐπὶ τῷ τῶν πρωτοτόκων ὀλέθρῳ, ὡμολόγησαν Θεοῦ υἱὸν λαὸν εἶναι· *tunc cùm fuit extermin. primogenitorum, confeſſi ſunt Dei filium populum eſſe*.

℣. 14. Græc. Latino reſpondet.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

haberet,

15. omnipotens sermo tuus de cœlo à regalibus sedibus, durus debellator in mediam exterminii terram prosilivit,

16. gladius acutus insimulatum imperium tuum portans, & stans replevit omnia morte, & usque ad cœlum attingebat stans in terra.

17. Tunc continuò visus somniorum malorum turbaverunt illos, & timores supervenerunt insperati.

18. Et alius alibi projectus semivivus, propter quam moriebatur, causam demonstrabat mortis.

19. Visiones enim, quæ illos turbaverunt, hæc præmonebant, ne insci, quare mala patiebantur, perirent.

20. Tetigit autem tunc & justos tentatio mortis, & commotio in eremo facta est multitudinis: sed non diu permansit ira tua.

Num. 16. 46. 21. Properans enim homo sine querela deprecari pro populis, proferens servitutis suæ scutum, orationem & per incensum deprecationem allegans, restitit iræ, & finem imposuit necessitati, ostendens quoniam tuus est famulus.

22. Vicit autem turbas, non in virtute corporis, nec armaturæ potentia, sed verbo illum, qui se vexabat, subjecit, juramenta parentum, & testamentum commemorans.

23. Cùm enim jam acervatim cecidissent super alterutrum mortui, interstitit, & amputavit impetum, & divisit illam quæ ad vivos ducebat viam.

24. In veste enim podêris, quam habebat, totus erat orbis terrarum: & parentum magnalia in quatuor ordinibus lapidum erant sculpta, & magnificentia tua in diademate capitis illius sculpta erat. *Exod.* 28. 6.

25. His autem cessit qui exterminabat, & hæc extimuit: erat enim sola tentatio iræ sufficiens.

NOTÆ.

℣. 15. Faustin. presb. cont. Arian. p. 645. h. *omnipotens sermo tuus exsiliens de regalibus sedibus*, &c. Vigil. Tapsi. cont. Varimad. p. 746. a. *omnip. sermo tuus exsiliens de regalib. sedibus venit.* Cerealis adv. Maximin. c. 5. p. 672. c. *omnip. sermo tuus Domine, exsiliens à regal. sedibus tuis, in mediam exterminii terram prosilivit.* Mss. Corb. 1. pariter addit *Domine.* In Mss. S. Theoder. *omnip. sermo tuus exsiliens de cœlo*, &c. Gr. Vulgatæ respondet.

℣. 16. Græc. extremò habet: ἐν ὑσχάτῃ μὲν ἵστατο, βεβήκει δ' ἐπὶ γῆς, & *cœlum quidem tangebat, descenderat autem in terram;* Mss. S. Germ. cum Corb. 2. *stans in terram.*

℣. 17. Græc. Τοῖς παραχρῆμα φαντασίαι μὲν ὀνείρων δεινῶς ἐξελάσαξαν αὐτὸς, &c. *Tunc continuò visus quidem somniorum graviter turbaverunt illos*, &c. ut supra; in Mss. Alex. ac ed. Compl. δεινῶν, non δεινῶς.

℣. 18. Mss. S. Germ. & Corb. duo, delent ult. vocem *mortis;* deest pariter in Græco.

℣. 19. Græcè, τοῦτο προεμήνυζαν, *hoc præmonebant;* cæt. ut supra.

℣. 20. Mss. S. Theoder. *Tetigit autem timor & justos tentatio*, &c. Gr. Ἥψαιο δὲ καὶ δικαίων πείρα, &c. ed. Compl. Ἥψαιο δὲ ποτε καὶ, &c. In Mss. Sangerm. deest ult. vox *tua*, nempe post *ira;* in Gr. pariter ἡ ὀργὴ, absque seq. σὴ.

℣. 21. Mss. S. Germ. & Corb. 2. & S. Theod. *Properans enim homo sine querela propugnavit, proferens servitutis suæ scutum, orationem & per incensum deprecat. allegans*, &c. Gr. Σπεύσας γὰρ ἀνὴρ ἄμεμπτος προεμάχετο, τὸ τῆς ἰδίας λειτουργίας ὅπλον, προσευχὴν καὶ θυμιάματος ἐξιλασμὸν κομίζας, ἀντέστη τῷ θυμῷ, καὶ πέρας ἐπέθηκε τῇ συμφορᾷ, &c. ut sup.

℣. 22. Mss. S. Germ. *Vicit autem turbas, non virtute corporis, nec armaturâ potentiæ, sed verbo vexatorem subjecit, juramenta parentum commemorans.* Similiter in Corb. 2. & S. Theod. *nec armaturâ potentiæ, sed verbo vexatorem subjecit;* item in Corb. 1. *sed verbo vexatorem subjecit.* In Græco: Ἐνίκησε δὲ τὸν ὀχλον, οὐκ ἰσχύι τοῦ σώματος, οὐχ ὅπλων ἐνεργείᾳ, ἀλλὰ λόγῳ τὸν κολάζοντα ὑπέταξεν, ὅρκους πατέρων, καὶ διαθήκας ὑπομνήσας.

℣. 23. Græc. Σφριγῶν γὰρ ἤδη πεπλωκέναι ἐπ' ἀλλήλων νεκρῶν, μεταξὺ στὰς, ἀνέκοψε τὴν ὀργὴν, καὶ διέκοψε τὴν πρὸς τοὺς ζῶντας ὁδόν.

℣. 24. Post vocem *podêris*, Græcè non subjicitur *quam habebat;* ultimò etiam non additur ibid. *sculpta erat;* ac in Mss. Sangerm. S. Theod. & Corb. duob. est *erat scripta.*

℣. 25. Mss. S. Germ. & S. Theod. *Hæc autem his cessit, qui*, &c. Corb. 2. *His cessit qui.... erat autem sola*, &c. Græc. Τούτοις εἶξεν ὁ ὀλοθρεύων, ταῦτα δὲ ἐφοβήθησαν· ἦν γὰρ μόνη ἱκανὴ, &c. in Mss. Alex. & Compl. ἐφοβήθη.

CAPUT XIX.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. IMpiis autem usque in novissimum sine misericordia ira supervenit. Præsciebat enim & futura illorum:

2. quoniam cùm ipsi permisissent ut se educerent, & cum magna sollicitudine præmisissent illos, consequebantur illos pœnitentia acti.

Exod. 14. 5. 3. Adhuc enim inter manus habentes luctum, & deplorantes ad monumenta mortuorum, aliam sibi assumpserunt cogitationem inscientiæ: & quos rogantes projecerant, hos tanquam fugitivos persequebantur:

4. ducebat enim illos ad hunc finem digna necessitas: & horum, quæ acciderant, commemorationem amittebant, ut quæ deerant tormentis, repleret punitio:

5. & populus quidem tuus mirabiliter transiret, illi autem novam mortem invenirent.

6. Omnis enim creatura ad suum genus ab initio refigurabatur, deserviens tuis præceptis, ut pueri tui custodirentur illæsi.

7. Nam nubes castra eorum obumbrabat, & ex aqua, quæ ante erat, terra arida apparuit, & in mari rubro via sine impedimento,

NOTÆ.

℣. 1. Similiter in Græco est.

℣. 2. Mss. S. Germ. S. Theod. & Corb. ambo: *quoniam ipsi cùm reversi essent ut se ducerent*, &c. uterque Corb. & S. Theod. extremò leg. *consequebantur illos pœnitentiæ actus.* Gr. ὅτι αὐτοὶ ἐπιστρέψαντες τῇ ἀπειλῇ, καὶ μετὰ σπουδῆς προπέμψαντες αὐτὸς, διώξει μεταμεληθέντες.

℣. 3. Mss. S. Germ. & Corb. 2. hab. *luctus*, non *luctum;* & inf. *projecerunt*, loco *projecerant;* in Corb. 1. etiam *projecerunt.* In Gr. ἐξέβαλον, uti sup. τὰ πέμπειν.

℣. 4. Mss. S. Theoder..... *commemorationem mittebant*, ut, &c. Sangerm. *memorationem amittebant, ut eam, quæ deerat tormentis, replerent punitionem.* Corb. 2. *ut quæ deerant torm. replerent punitione.* Gr..... ἀμνησίαν ἐλάβανεν, ἵνα τὴν λείπουσαν ταῖς βασάνοις, προσαναπληρώσωσι κόλασιν.

℣. 5. Græc. ὁ μὲν λαὸς οὐ παράδοξον ὁδοιπορίαν περάσῃ, &c.

℣. 6. Vulg. *ad suum genus ab initio;* Græc. ἀπὸ τοῦ ἰδίου γένους πάλιν ἀνωθεν, *in suo genere rursus desuper*, &c.

℣. 7. Græc. Ἡ τὴν παρεμβολὴν σκιάζουσα νεφέλη, ἐκ δὲ πηγῆς ὑδάτος ξηρᾶς ἀναδύσεις γῆς ἐθεωρεῖτο, ἐξ ἐρυθρᾶς, &c. *Nubes castra obumbrabat, & ex aqua, quæ ante erat, terræ aridæ emersio apparuit, ex rubro mari*, &c. ut supra. Mss. S. Germ. hab. *adumbrabat.....* & *ex mari rubro*, &c. item Mss. S. Theod. & *ex mari rubro.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

& campus germinans de profundo nimio:

8. per quem omnis natio transivit, quæ tegebatur tua manu, videntes tua mirabilia & monstra.

9. Tanquam enim equi depaverunt escam, & tanquam agni exsultaverunt, magnificantes te Domine, qui liberasti illos.

10. Memores enim erant adhuc eorum, quæ in incolatu illorum facta fuerant, quemadmodum pro natione animalium eduxit terra muscas, & pro piscibus eructavit fluvius multitudinem ranarum.

Exod. 16. 13. *Num.* 11. 31. *Sup.* 16. 2.

11. Novissimè autem viderunt novam creaturam avium, cùm adducti concupiscentia postulaverunt escas epulationis.

12. In allocutione enim desiderii, ascendit illis de mari ortygometra: & vexationes peccatoribus supervenerunt, non sine illis, quæ ante facta erant, argumentis per vim fulminum: justè enim patiebantur secundùm suas nequitias.

13. Etenim detestabiliorem inhospitalitatem instituerunt: alii quidem ignotos non recipiebant advenas, alii autem bonos hospites in servitutem redigebant.

14. Et non solùm hæc, sed & alius quidam respectus illorum erat: quoniam inviti recipiebant extraneos.

15. Qui autem cum lætitia receperunt hos, qui eisdem usi erant justitiis, sævissimis afflixerunt doloribus.

16. Percussi sunt autem cæcitate: sicut illi in foribus justi, cùm subitaneis cooperti essent tenebris, unusquisque transitum ostii sui quærebat. *Gen.* 19. 11.

17. In se enim elementa dum convertuntur, sicut in organo qualitatis sonus immutatur, & omnia suum sonum custodiunt: unde æstimari ex ipso visu certò potest.

18. Agrestia enim in aquatica convertebantur: & quæcunque erant natantia, in terram transibant.

19. Ignis in aqua valebat supra suam virtutem, & aqua exstinguentis naturæ oblivisebatur.

20. Flammæ econtrario, corruptibilium animalium non vexaverunt carnes coambulantium, nec dissolvebant illam, quæ facilè dissolvebatur sicut glacies, bonam escam. In omnibus enim magnificasti populum tuum Domine, & honorasti, & non despexisti, in omni tempore, & in omni loco assistens eis.

NOTÆ.

℣. 8. Græc. ultimò hab. θεωρήσαντες θαυμαστὰ τέρατα. Mss. S. Theod. & Corb. ambo, *videntes mirabilia & monstra.*

℣. 9. Mſ. S. Germ. delet *escam*, cum Corb. 1. & altero S. Theod. retinet Corb. 2. sed in fine hab. *qui liberabas illos.* Græc. Ὡς γὰρ ἵπποι ἐνεμήθησαν, ultimòque τὸν ῥυόμενον αὐτούς.

℣. 10. Græca Latinis satis respondent.

℣. 11. Mſs. S. Germ. & Corb. 1. *cùm abducti concupiscentiâ*; Gr. ὅτι ἐπιθυμίᾳ πεφαχθέντες.

℣. 12. Vulg. *In allocutione enim..... quæ ante facta erant, argumentis*, &c. Græc. Εἰς γὰρ παραμυθίαν... τῶν γεγονότων (Mſ. Alex. cum ed. Compl. πεφυγεγονότων) τεκμηρίων, dein Mſ. S. Theod. *per vim fluminum* non *fulminum*; Gr. verò, τῇ βίᾳ τῶν χειμαρρων.

℣. 13. Mſ. S. Germ. hab. *non respiciebant advenas*; Gr. verò, οὐκ ἐδέχοντο παρόντας, ut supra: extremò Sangerm. cum Corb. duobus, & S. Theod. *in servitutem accipiebant*; Gr. ἐδουλοῦντο.

℣. 14. Mſ. S. Germ. *Et non solùm hoc, sed & alius quis respectus illorum: quoniam*, &c. Itidem in Corb. 1. addito uno *erat*, ad *respectus*. In Corb. 2. & S. Theod. *Et non solùm hoc, sed & alius quidem respectus erit illorum.* Græc. Καὶ οὐ μόνον, ἀλλ' ἦτις ἐπισκοπὴ ἦσαν αὐτῶν, &c.

℣. 15. Græc. Οἱ δὲ μεθ' ἑορτασμάτων εἰσδεξάμενοι τοὺς ἤδη τῶν αὐτῶν μετοχικοὺς δικαίων, δεινοῖς, &c. *Illi vero cùm recepissent cum solemni lætitia eos, qui jam earumdem legum factis erant participes*, &c. Mſ. S. Germ. *qui eisdem visi erant justitiis*, &c.

℣. 16. Similiter in Græco, præter plur. τῶν θυρῶν, *ostiorum*, loco *ostii*; item sup. deest *essent*, post *cooperti*.

℣. 17. Græc. Δι' ἑαυτῶν γὰρ τὰ στοιχεῖα μεθαρμοζόμενα, ὥσπερ ἐν ψαλτηρίῳ φθόγγοι τῷ ῥυθμῷ τὸ ὄνομα διαμάσσει, πάντοτε μένοντα ἦχον· ὅπερ ἐστὶν εἰκάσαι ἐκ τῆς τῶν γεγενότων ὄψεως ἀκριβῶς. *In se enim elementa convertuntur, sicut in Psalterio soni modulationis nomen mutant, semper custodientia sonum: quod æstimari potest ex ipso rerum factarum visu certo.* Mſ. S. Germ. cum Corb. 2. *unde est æstimare & ex ipso certo visu*; S. Theod. *unde æstimari & ipso certo visu potest.*

℣. 18. Vulg. *agrestia*, Græc. χερσαῖα, Nobil. *terrestria.*

℣. 19. Græc. Πῦρ ἴσχυεν ἐν ὕδατι τῆς ἰδίας δυνάμεως, ὁ δὲ ὕδωρ τῆς σβεστικῆς δυνάμεως ἐπελανθάνετο.

℣. 20. Gr. Φλόγες ἀνάπαλιν, εὐφθάρτων ζώων οὐκ ἐμάραναν σάρκας ἐμπεριπατούντων, οὐδὲ τηκτὸν εὐτηκῆ κρυσταλλοειδὲς γένος ἀμβροσίας τροφῆς. Κατὰ πάντα γὰρ Κύριε ἐμεγάλυνας τὸν λαόν σου, καὶ ἐδόξασας, καὶ οὐκ ὑπερεῖδες ἐν παντὶ καιρῷ, καὶ τόπῳ παρισάμβως.

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore FRANCISCO LUCA Brugensi.

LIBER SAPIENTIÆ.

CAP. I. ℣. 6. Et non liberabit maledicum à labiis suis. *Malè hactenus*, *pro* maledicum, *quod significat proclivem ad maledicendum*, *scriptum fuit in plerisque libris*, *addita una littera*, maledictum, *quod est*, *exsecratum.*

℣. 15. Justitia enim perpetua est & immortalis. *Superfluit quod sequitur in plerisque libris:* Injustitia autem mortis est acquisitio.

℣. 16. Impii autem manibus & verbis accersierunt illam. *Notbum est*, *quod quidam libri habent*, pedibus, *pro* verbis, *quod est*, *sermonibus.*

Ibidem. Quoniam digni sunt qui sint ex parte illius. *Cave ne vel addas vocem* morte (morte digni sunt) *vel mutes conjunctivum* sint *cum indicativo* sunt.

CAP. II. ℣. 2. Quoniam fumus flatus est in naribus nostris. *Nequaquam interjicienda est conjunctio &*, *inter nomen* fumus, *& nomen* flatus, *seu*, *quod aliàs legitur*, *& idem unum est*, afflatus.

Ibidem. Et sermo scintilla ad commovendum cor nostrum. *Probus est casus primus* scintilla; *reprobus secundus*, *qui est in aliis libris*, scintillæ.

℣. 3. Qua exstincta cinis erit corpus nostrum. *Miserè depravatus erat hic locus*, *cùm legeretur* quia exstinctus *aut* exstinctum, *pro ablativis absolutè positis*, qua exstincta, *s.* scintilla.

℣. 9. Nemo nostrûm exsors sit luxuriæ nostræ. *Non mutes pronomen primæ personæ* nostrûm, *in secundæ* vestrûm.

Ibidem. Quoniam hæc est pars nostra, & hæc est sors. *Non repetas pronomen* nostra *ad nomen* sors.

℣. 10. Et non parcamus viduæ, nec veterani revereamur canos multi temporis. *Quidam pro secundo casu legunt tertium* veterano, *& repetunt negationem* nec, *ante* revereamur; *sed malè.*

℣. 11. Sit autem fortitudo nostra lex justitiæ. *Temeritas scribarum miris modis hîc grassata; pro* justitiæ, *id est*, τῆς δικαιοσύνης, *fere scripsit contrarium*, injustitiæ, *iniquitatis.*

CAP. III. ℣. 1. Et non tanget illos tormentum mortis. *Non scribas* malitiæ *pro* mortis.

Digitized by Google

℣. 2. Et æſtimata eſt afflictio exitus illorum. *Sequitur* 3. Et quod à nobis eſt iter, exterminium. *ſ. æſtimatum eſt: id eſt: Illorum ex humanis diſceſſus, habitus eſt pro exterminio ſeu exitio. Hoc alii libri miris modis corrumpunt, dum non ſolùm pro nominativo* exterminium, *legunt genitivum* exterminii, *verùm etiam duas ejuſdem hujus loci corruptiones copulantes, ſcribunt:* Et ab itinere juſto abierunt in exterminium, & quod à nobis eſt iter exterminii.

℣. 15. Et quæ non concidat radix ſapientiæ. *Præfe-rendus eſt conjunctivus* concidat *indicativo* concidit.

℣. 16. Filii autem adulterorum in inconſummatione erunt. *Uni voci* inconſummatione, *compoſitæ ex præpoſi-tione* in, & *nomine* conſummatione, *præponenda eſt præ-poſitio* in, *ita ut ſit* in inconſummatione: *pro quo quidam codices, eodem ſenſu, legunt participium* inconſumma-ti. *Nam vitanda eſt lectio, quæ contenta unico* in, *effert voces duas* in conſummatione.

℣. 19. Nationis enim iniquæ, diræ ſunt conſumma-tiones. *Ut genitivus* nationis *non eſt mutandus in nomina-tivum* nationes, *ita nec nominativus* conſummationes *in genitivum* conſummationis.

Cap. IV. ℣. 3. Et ſpuria vitulamina non dabunt ra-dices altas. *Pro* ſpuria vitulamina, *quòd alii libri legunt* adulterinæ plantationes, *altera interpretatio eſt, eaque cla-rior, teſte D. Auguſtino lib. 2. de doctr. Chriſt. cap. 12.*

℣. 6. Ex iniquis enim ſomnis, filii qui naſcuntur, teſ-tes ſunt nequitiæ adversùs parentes. *Ut plurima hujus li-bri loca Romani Patres feliciſſimè reſtituerunt, quod videre licet; ita inter cætera hunc, ubi pro* omnes *nota univerſi-tatis, qui error pleroſque omnes codices invaſit, repoſuerunt, quod rectum eſt, & Græco conſentaneum,* ſomnis, *id eſt,* ὕπνοις; *poſitum pro concubitu: quemadmodum infra 7. ℣. 2. idem Sapiens, ex delectamento ſomni conceptum ſe dicit.*

℣. 12. Et inconſtantia concupiſcentiæ tranſvertit ſen-ſum ſine malitia. *Non facilè mutes vocem* inconſtantia, *quæ ſignificat inſtabilitatem, in* inſtantia, *quæ, demptâ unâ ſyl-labâ, ſollicitationem declarat.*

℣. 15. Quoniam gratia Dei & miſericordia eſt in ſanc-tos ejus. *Alii libri ſubaudiunt omiſſum verbum ſubſtantivum eſt.*

℣. 18. Videbunt & contemnent eum. *Non eſt hîc re-petenda conjunctio* enim.

Cap. V. ℣. 9. Et tanquam nuncius percurrens. *Legen-dum eſt* percurrens, *quod eſt tranſcurrens, non* præcur-rens, *quod eſt, ante currens.*

℣. 11. Aut tanquam avis. *Non omittas adverbium* tan-quam.

Ibidem. Argumentum itineris. *Non ſubjicias pronomen* illius, *quod alii codices.*

℣. 17. Et brachio ſancto ſuo defendet illos. *Non præ-ponas præpoſitionem* in *nomini* brachio; *ut nec conjunctio-nem & ei quod ſequitur:* Accipiet armaturam zelus il-lius.

℣. 21. Acuet autem duram iram in lanceam. *Etiam noſtra antiqua manuſcripta legunt* duram, *quod eſt rigidam, pro eo quod alii libri* diram, *quod eſt crudelem, id eſt, ſcribunt* u *vocalem quintam pro* i *tertia.*

℣. 22. Et tanquam à bene curvato arcu. *Duæ diſſiun-culæ ſunt,* à *præpoſitio,* & *adverbium* bene, *non unum no-men* habenæ.

℣. 23. Et à petroſa ira plenæ mittentur grandines. *Scribenda eſt diphthongo ſyllaba ultima, ita ut ſit nomen* plenæ, *non adverbium* plenè.

℣. 24. Et ad eremum perducet omnem terram iniqui-tas illorum. *Nominativus* iniquitas, *non eſt commutandus cum genitivo* iniquitatis.

Cap. VI. ℣. 6. Quoniam judicium duriſſimum his qui præſunt, fiet. *Non eſt præponenda præpoſitio* in *pronomini* his.

℣. 8. Non enim ſubtrahet perſonam cujuſquam Deus. *Pro* Deus, *multi boni codices legunt* Dominus: *porro* qui eſt omnium dominator, *quod ſubjiciunt non pauci libri, optimi quique omittunt. Legantur Notationes noſtræ.*

℣. 11. Qui enim cuſtodierint juſta juſtè, juſtificabun-tur. *Quadruplex fuit hoc loco multorum codicum error: unus, quòd pro adjectivo neutro* juſta, *ſcriberent ſubſtanti-vum femininum* juſtitiam (*quanquam hic minutus:*) *Al-ter, quòd nomini* juſta *ſive* juſtitiam, *ſuperfluè adjunge-rent pronomen* ejus: *Tertius, quòd præpoſito commate ſeu inciſo, adverbium* juſtè *jungerent verbo ſequenti, non, ut oportet, præcedenti: Poſtremus, quòd* juſtificabuntur, *ver-bum compoſitum ex* juſtus & facio, *commutarent cum ver-bo ſimplici* judicabuntur.

Sequitur: Et qui didicerint iſta, invenient quid reſ-pondeant. *Cave ne pronomen* iſta, *corrigas ſuppoſito nomine* juſta.

℣. 17. Et in viis oſtendit ſe illis hilariter, & in omni providentia occurrit illis. *Nomini* viis *non eſt addendum pronomen* ſuis; *nec præſentia* oſtendit, occurrit, *mutanda ſunt in futura,* oſtendet, occurret.

℣. 22. Si ergo delectamini ſedibus. *Ut nomini* ſedi-bus *non eſt præponenda præpoſitio* in, *ita non eſt poſtponen-dum nomen* perpetuis.

Cap. VII. ℣. 1. Et ex genere terreni illius qui prior factus eſt. *Servandus eſt genitivus* terreni, *non ſubſtituen-dus ablativus* terreno.

℣. 16. Et operum ſcientia & diſciplina. *Malè multi libri, ſublato poſteriori &, ſcribunt caſum ſecundum* ſcien-tiæ, *pro primo.*

℣. 17. Ut ſciam diſpoſitionem orbis terrarum. *Non mutes ſingulare in plurale* diſpoſitiones.

℣. 18. Viciſſitudinum permutationes, & commutatio-nes temporum. *Legendum eſt potiùs* commutationes tem-porum, *quod eſt varietates, quàm* conſummationes, *quod eſt fines. Porro quod ſubjiciunt plerique libri,* morum mu-tationes & diviſiones temporum, *ſpurium eſſe,* & *ex al-tera verſione noſtra adjectum, multis aliis præterea mendis admiſſis, docuimus in Notationibus.*

℣. 22. Quem nihil vetat, benefaciens. *Alii libri ita ſcribunt, ut unica hîc proprietas ſancti ſpiritus declaretur, mutatis, quarto caſu relativi* quem *in primum* qui, & *participio* benefaciens *in infinitivum* benefacere: Qui ni-hil vetat benefacere. *Sed Romana correctio, quæ duas pro-prietates dat intelligendas, unam,* quem nihil vetat, *quod eſt, expeditus, qui prohiberi non poteſt; alteram,* benefaciens, *quod eſt, beneficus, ſincera eſt loci ſcripturæ.*

℣. 23. Intelligibilis, mundus, ſubtilis. *Patres meritò prætulerunt nominativos accuſativis* intelligibiles, mundos, ſubtiles.

Cap. VIII. ℣. 2. Hanc amavi & exquiſivi à juven-tute mea. *Non addas pronomen eam verbo* exquiſivi.

℣. 12. Tacentem me ſuſtinebunt. *Non mutes accuſati-vum* tacentem *in ablativum.*

℣. 17. Quoniam immortalitas eſt in cognatione ſa-pientiæ. *Triplex mendum ex his verbis à Romanis Correc-toribus eſt ſublatum: Unum, quod adjectivum* immortalis, *quod eſt in pleriſque libris, commutaverint cum ſubſtanti-vo* immortalitas: *Alterum, quòd pro* cogitatione, *quod eſt meditatione, ſcripſerint* cognatione, *id eſt, affinitate: Ter-tium, quòd rejecto nominativo* ſapientia, *receperint genitivum* ſapientiæ.

℣. 21. Et hoc ipſum erat ſapientiæ ſcire. *Secundus caſus* ſapientiæ, *non eſt mutandus in primum* ſapientia, *multòque minùs addendum eſt adjectivum* ſumma.

Cap. IX. ℣. 6. Nam & ſi quis erit conſummatus. *Non eſt omittenda conjunctio* nam.

℣. 18. Et ſic correctæ ſint ſemitæ eorum. *Retinendum eſt adverbium ſimilitudinis* ſic, *non mutandum in conjunc-tionem conditionalem* ſi.

Cap. X. ℣. 1. Hæc illum qui primus formatus eſt à Deo pater orbis terrarum. *Pro* formatus, *quidam codices habent* factus, *quidam* fictus: *ſed adulterinum eſt prorſus quod in nonnullis eſt,* fornicatus. *Rurſus nominativum* pa-ter, *quidam libri vertunt in ablativum* patre, *quaſi ad Deum referatur, ſed malè.*

℣. 2. Et eduxit illum à delicto ſuo. *Quod ſubjiciunt multi libri &* eduxit illum de limo terræ, *ſpurium eſt,* & *omnino jugulandum. Lege Notationes noſtras.*

℣. 3. Ab hac ut receſſit injuſtus in ira ſua. Ab *non* ad; hac *femininum, non* hoc; ut *vel* cùm, *non negatio* non; receſſit, *quod eſt defecit, non* præceſſit, *quod eſt an-teceſſit, legendum eſt: ſunt enim hæ librorum quorumdam corruptelæ.*

Sequitur: Per iram homicidii fraterni deperiit. *Inſignis correctio, qua* fraterni *genitivus adjectivi nominis, reſtitu-tus eſt pro ſubſtantivi, ſive nominativo* fraternitas, *ſive ge-nitivo* fraternitatis, *qui pleroſque omnes codices invaſerant.*

℣. 4. Propter quem cùm aqua deleret terram. *Non mu-tes maſculinum* quem *in neutrum* quod: *nec pro nominati-vo* aqua *ſcribas accuſativum, quomodo quidam:* Cùm aquam deleret de terra.

Ibidem. Per contemptibile lignum juſtum gubernans. *Quidam codex, omiſſa præpoſitione,* & *mutato quarto caſu in primum, ſcribit:* Et contemptibile lignum juſtus gu-bernans; *ſed pravè.*

℣. 5. Hæc & in conſenſu nequitiæ, cùm ſe nationes con-tuliſſent. *Servandæ ſunt voces,* nequitiæ, *quod eſt malitia;* & contuliſſent, *quod eſt congregaſſent; non ſurroganda,* ſuperbiæ, *quod eſt arrogantiæ,* & extuliſſent, *ſeu elevaſſent.*

Ibidem. Et in filii miſericordia ſortem cuſtodivit. *Du-plex ſcripturæ vitium, utrumque inolitum, hinc abſtulerunt Correctores: Ablativum pluralem* filiis, *ſuppoſitum in lo-cum genitivi ſingularis* filii, & *accuſativum* miſericordiam, *ſurrogatum pro ablativo* miſericordiâ.

℣. 6. Hæc juſtum à pereuntibus impiis liberavit. *Ca-ve ſcribas nomen* parentibus, *pro participio* pereuntibus; *aut* filiis *pro* impiis.

Digitized by Google

℣. 7. Fumigabunda conſtat deſerta terra. *Non omittas vocem* deſerta.

Sequitur : Et incerto tempore fructus habentes arbores. *Vox una eſt* incerto, *non diſtrahenda in duas* in certo.

Ibidem. Et incredibilis animæ memoria ſtans figmentum ſalis. *Non eſt ſcribendum* incredibiles, *primo caſu numeri pluralis, ſed* incredibilis, *ſecundo numeri ſingularis ; nec eſt omittenda vox* animæ : *denique numerus ſingularis* figmentum, *non eſt vertendus in pluralem* figmenta, *ſunt enim hæc codicum quorumdam vitia.*

℣. 10. Hæc profugum iræ fratris. *Non addas conjunctionem* autem.

℣. 17. Et fuit illis in velamento diei. *Pro ſecundo caſu* diei, *non legas ſextum* die, *ſed intelligas.*

℣. 18. Tranſtulit illos per mare rubrum. *Non præponas & conjunctionem.*

Cap. XI. ℣. 2. Et in locis deſertis fixerunt caſas. *Cave ne legas, aut* fecerunt *præteritum à facio, pro* fixerunt *à figo, aut* caſtra, *quod eſt exercitum, pro* caſas, *tabernacula.*

℣. 5. Et in eis cùm abundarent. *Correctores è ſuis libris addiderunt tres iſtas voculas* & in eis.

℣. 15. Non ſimiliter juſtis ſitientes. *Cave ne relabaris in vetera vitia eorum qui ſcripſerunt, aut* injuſtis, *quod eſt impiis, pro* juſtis, *piis ; aut* faciens *participium numeri ſingularis, à* facio, *pro* ſitientes *participio numeri pluralis à* ſitio, *quod eſt, ſitim patior.*

℣. 16. Pro cogitationibus autem inſenſatis iniquitatis illorum, quòd quidam errantes, &c. *Rectè ab his verbis Correctores inchoarunt periodum ac ſententiam novam, & ſubſtituerunt genitivum ſingularem* iniquitatis, *pro nominativo plurali* iniquitates, *qui pleroſque libros injuſtè occupaverat.*

℣. 16. Mutos ſerpentes. *Cave legas* multos, *pro* mutos, *quod eſt, irrationales.*

℣. 19. Aut novi generis irâ plenas ignotas beſtias. *Plerique libri præponunt conjunctionem* aut *vel & nomini* ignotas, *ſed abſque conjunctione ſunt etiam Græca.*

Cap. XII. ℣. 2. Ideoque eos qui exerrant, partibus corripis. *Meritò ita diſtinxerunt Romani Patres, ut* partibus *jungatur verbo ſubſequenti, non præcedenti. Nam & mutila ſcriptura eſt, quæ ut clariùs jungat præcedenti, vel tranſponit præpoſitionem, hoc modo :* errant ex partibus, *vel addit pronomen* ſuis, *aut* tuis.

℣. 5. Et devoratores ſanguinis à medio ſacramento tuo. *Verba iſta,* à medio ſacramento tuo, *hoc loco retinenda ſunt, non transferendo in verſum ſextum proximè ſequentem poſt* perdere voluiſti, *quod faciunt multi.*

℣. 20. Cum tanta cruciaſti attentione. *Quod ſequitur in pleriſque omnibus libris &* liberaſti, *Correctores ſuperfluum judicarunt.*

℣. 26. Qui autem ludibriis & increpationibus non ſunt correcti. *Non mutes* correcti *à corrigo, cum* correpti *à corripio.*

℣. 27. In quibus enim patientes indignabantur. *His verbis præponunt plerique libri alia idem ſignificantia :* In his enim quæ patiebantur, moleſtè ferebant : *quæ quidem, ut alterius verſionem, Romani Correctores conſultò ſuſtulerunt.*

Ibidem. Propter quod & finis condemnationis eorum venit ſuper illos. *Non eſt mutandum præteritum* venit *cum futuro* veniet.

Cap. XIII. ℣. 11. Vas utile in converſationem vitæ. *Cave errorem plerorumque codicum, pro* utile, *quod eſt aptum, idoneum, ſcribentium contrarium,* inutile, *ineptum.*

℣. 12. Reliquiis autem ejus operis. *Non mutes ſextum caſum* reliquiis *cum quarto* reliquias.

℣. 13. Et reliquum horum quod ad nullos uſus facit. *Verbum indicativum* facit, *nullo modo vertendum eſt in ſubjunctivum* faciat, *addito verbo ſubſtantivo* eſt, *quod utique ſuperfluit :* quod ad nullos eſt uſus faciat.

Sequitur : Lignum curvum & vorticibus plenum. *Sive* vorticibus *vocali quarta, ſive ſecunda* verticibus *legas, ſignificatur lignum verticoſum ſive nodoſum.*

℣. 14. Et omnem maculam quæ in illo eſt perliniens. *Non ſubjicias* terra, *quod quidam libri.*

℣. 17. Cum illo qui ſine anima eſt. *Non communes generis maſculinum cum neutro, nec hac parte, nec ſequentibus omnibus uſque ad finem capitis.*

Cap. XIV. ℣. 3. Tua autem, pater, providentia gubernat. *Spurium eſt quod addunt libri quidam* ab initio cuncta : *adeoque obeſt ſenſui, neque enim hoc ſubaudire oportet. Porro* gubernat *perſona tertia, non eſt cum* gubernas *mutanda, perſonâ ſecundâ.*

℣. 4. Oſtendens quoniam potens es ex omnibus ſalvare. *Retinendum eſt* ſalvare, *quod eſt ſervare ; non ſupponendum* ſanare.

Sequitur : Etiam ſi ſine arte aliquis adeat mare. *Legendum eſt* arte, *qua humana ſignificatur induſtria ; non, tranſpoſitis primis duabus litteris,* rate, *quod eſt, navi.*

℣. 11. Propter hoc & in idolis nationum non erit reſpectus. *Non eſt omittenda præpoſitio* in.

℣. 14. Supervacuitas enim hominum advênit in orbem terrarum. *Quidam libri verbo* advênit *præponunt pronomen* hæc ; *ſed malè prorſus illi qui corrigunt* adinvenit, *quod eſt reperit, pro triſyllabo* advênit, *quod tranſitivè acceptum, tanquam ſit quinta conjugationis Hebræorum, poſitum eſt pro addixit, advexit.*

℣. 30. Utraque ergo illis evenient dignè. *Non ſcribas* quoque *pro* ergo.

℣. 31. Non enim juratorum virtus. *Egregia loci emendatio, qua & omiſſum eſt verbum ſubſtantivum* eſt, *& pro* jurantium *participio activo, poſitum eſt* juratorum, *participium paſſivum, quod eſt, eorum per quos juratur.*

Ibidem. Perambulat ſemper injuſtorum prævaricationem. *Cave ne adverbium* ſemper *mutes in præpoſitionem* ſuper, *vel unum vocabulum* injuſtorum *diſtrahas in duo.*

Cap. XV. ℣. 6. Malorum amatores, digni ſunt qui ſpem habeant in talibus. *Cavendum hic eſt triplex vitium ; unum, ne poſt* digni ſunt, *addatur* morte ; *alterum, ne ſcribatur* habent *modo indicativo, pro* habeant *conjunctivo ; tertium, ne* talibus, *quod eſt, hujuſmodi, tranſpoſitis litteris, mutetur in* tabulis, *imaginibus.*

℣. 8. Et poſt pullillum reducit ſe unde acceptus eſt. *Præferendum eſt* reducit ſe, *quod eſt, revertitur, eis quæ in aliis libris leguntur,* ſe ducit, & ducit ſe.

℣. 12. Sed & æſtimaverunt luſum eſſe vitam noſtram. *Alii libri ſcribunt* ludum, *id eſt,* d *pro* ſ, *quod ferè æquivalet : ſed* lutum, *id eſt cœnum, quod eſt in nonnullis, ſpurium omnino eſt.*

℣. 14. Supra modum animæ ſuperbi. *Non addas nomini* animæ *pronomen* ſuæ.

Ibidem. Et imperantes illi. *Legendum eſt* imperantes, *quod eſt, dominantes, non* improperantes, *quod eſt, exprobrantes.*

℣. 15. Quibus neque oculorum uſus eſt ad videndum. *Cavendum hic eſt ne recidatur in vetus vitium eorum, qui ſcripſerunt, addita vocali tertia,* viſus *à video, pro* uſus *ab utor.*

℣. 18. Sed & animalia miſerrima colunt. *Malè quidam hîc legunt* alia *pro* animalia, *bruta nimirum ;* & miſerrimi *genere maſculino, pro neutro* miſerrima.

℣. 19. Sed nec aſpectu aliquis. *Non eſt mutandum maſculinum* aliquis *cum neutro, ſive* aliquod, *ſive* aliquid.

Cap. XVI. ℣. 1. Propter hæc & per his ſimilia paſſi ſunt dignè tormenta. *Quidam omittunt præpoſitionem* per, *malè.*

℣. 11. In memoria enim ſermonum tuorum examinabantur, & velociter ſalvabantur. *Duæ dictiones* in memoria, *non ſunt contrahenda in unam* immemoria : *nec pro* ſermonum, *quod eſt, verborum, ſubſtituendum eſt* ſervorum, *ſive famulorum : ad hæc* examinabantur *non eſt mutandum cum* exterminabantur, *quod eſt, delebantur : inſuper nec adverbium* velociter *eſt omittendum : poſtremò neque pro* ſalvabantur *legendum eſt* ſanabantur, *ſed intelligendum.*

℣. 14. Homo autem occidit quidem per malitiam. *Quod ſubdunt plerique libri* animam ſuam, *Correctores non inconſultò judicarunt ſuperfluere.*

℣. 16. Et per ignem conſumpti. *Pro* conſumpti, *quod eſt, deleti, non ſcribas* conſummati, *finiti.*

℣. 19. Exardeſcebat undique. *Quidam alii libri legunt* exardebat, *quidam* ardebat.

Sequitur : ut iniquæ terræ nationem exterminaret. *Legendum eſt* iniquæ *ſecundo caſu, non* iniquam *quarto ;* & exterminaret *tertia perſona, non ſecunda* exterminares.

℣. 21. Subſtantia enim tua dulcedinem tuam, quam in filios habes, oſtendebat. *Multi codices nominativos* ſubſtantia tua, *mutatos in accuſativos* ſubſtantiam tuam, *media conjunctione &, jungunt cum accuſativis* dulcedinem tuam ; & *tertiam perſonam* oſtendebat *vertunt in ſecundam* oſtendebas ; *ſed malè omnia.*

℣. 23. Hic autem iterum ut nutrirentur juſti, etiam ſuæ virtutis oblitus eſt. *Legendum eſt pronomen, non neutrum* hoc, *ſed maſculinum* hic ; & *ſubaudiendum nomen* ignis, *non addendum.*

℣. 25. Propter hoc & tunc in omnia transfigurata, omnium nutrici gratiæ tuæ deſerviebat. *Ut non eſt omittenda* in *præpoſitio præpoſita nomini* omnia ; *ita non eſt vertendus numerus ſingularis* deſerviebat, *in pluralem* deſerviebant.

Sequitur : Ad voluntatem eorum qui à te deſiderabant. *Servandum eſt* à te, *caſu ſexto, non ſurrogandum* ad te, *caſu quarto : denique aliivum* deſiderabant, *quod eſt, rogabant, poſcebant, non eſt depravandum, repoſito paſſivo* deſiderati ſunt, *quod eſt in pleriſque libris.*

℣. 28. Et ad ortum lucis te adorare. *Meritò Correctores, pro* orientem, *quod eſt in pleriſque omnibus codicibus, emendarunt* ortum ; *nec aut omittendum judicarunt pronomen*

Digitized by Google

men te, *aut addendum adverbium* ibi, *aut denique activum* adorare *mutandum in passivum* adorari : *quæ sunt quorumdam codicum vitia.*

℣. 29. Ingrati enim spes tanquam hybernalis glacies tabescet. *Alii libri, pro* spes, *quæ est* ἐλπὶς, *habent* fides, ἡ πίστις ; *malè*, & *Græco dissentaneè.*

Cap. XVII. ℣. 2. Fugitivi perpetuæ providentiæ jacuerunt. *Cave legas* placuerunt *aut* latuerunt, *pro* jacuerunt.

℣. 7. Et sapientiæ gloriæ correptio cum contumelia. *Genitivus* gloriæ *non est commutandus cum nominativo* gloria.

℣. 10. Cùm sit enim timida nequitia, dat testimonium condemnationis. *Pro genitivo* condemnationis, *quidam codices habent dativum* condemnationi ; *quidam participium* condemnata : *sed quod in nonnullis legitur* data est in omnium condemnationem, *adulterinum est. Huic porro sententiæ præponunt multi libri aliam his verbis :* Frequenter enim præoccupant pessima, redarguente conscientia. *Verùm, non multi, sed omnes, postponunt eandem, aliis licet verbis :* Semper enim præsumit sæva, perturbata conscientia. *Quare Romani Patres, priorem illam quæ præponitur,* Frequenter enim, &c. *meritò è textu sustulerunt ut superfluam.*

℣. 11. Nihil enim est timor, nisi proditio cogitationis auxiliorum. *Plerique libri, inter* nisi & proditio, *interjiciunt hæc duo verba,* præsumtionis adjutorium : *verùm illa redundare, confodiendaque esse, censuerunt Romani Patres non inconsultò.*

℣. 12. Et dum ab intus minor est exspectatio. *Non subjicias pronomen* ejus.

Sequitur : Majorem computat inscientiam. *Correctores emendarunt* inscientiam, *quod est, ignorantiam, quomodo est Græcè, pro eo quod legunt, alii* scientiam, *alii* sententiam, *alii* conscientiam, *alii* potentiam, *alii* audaciam, *alii denique* pœnam. *Porro sive legatur* computat *compositum, sive simplex* putat, *res eadem una est.*

Sequitur : Ejus causæ de qua tormentum præstat. *Genitivus* causæ *non est commutandus cum ablativo.*

℣. 13. Illi autem qui impotentem verè noctem. *Multa reperiuntur notariorum circa hæc verba corruptela, sed præcipua duæ ; una, qua vox una* impotentem, *distrahitur in duas* in potentem ; *vel* in potenti ; *altera, qua adverbium* verè *convertitur in verbum* venère.

Sequitur : Et ab infimis & ab altissimis inferis supervenientem. *Nequaquam omittenda est vox* inferis, *cui dantur epitheta duo,* infimis & altissimis, *idem significantia, profundissimis inquam.*

Sequitur : Eundem somnum dormientes. *Quadam manuscripta, pro participio* dormientes, *scribunt verbum* dormiebant : *sed non opus erat hac mutatione, cùm participio subaudire liceat verbum substantivum* erant.

Cap. XVIII. ℣. 1. Et horum quidem vocem audiebant. *Non addas* inimici.

Ibidem. Et quia non & ipsi eadem passi erant. *Non præponas præpositionem* per *voci* eadem.

℣. 2. Quia non lædebantur, gratias agebant. *Non subjicias pronomen, vel* tibi, *vel* cuique.

Sequitur : Et ut esset differentia, donum petebant. *Retinendum est* donum, *quod est munus, non substituendum* te Deum *aut* Dominum.

℣. 9. Et justitiæ legem in concordia disposuerunt. *Non mutandus ablativus in accusativum* concordiam.

Ibidem. Patrum jam decantantes laudes. *Pro genitivo plurali* patrum, *substituunt quidam dativum singularem* patri, & *pro adverbio* jam *nomen* omnium ; *sed malè. Quidam unicam vocem scribunt* patrias : *sed prima scriptura,* patrum jam, *ut Græco consentanea, ita germana Interpretis est.*

℣. 11. Simili autem pœna servus cum domino afflictus est. *Non mutes ablativum* simili *in nominativum* similis.

℣. 13. De omnibus verò non credentes propter veneficia. *Sic legendum est,* veneficia, *quod significat incantationes, à veneno deductum ; non* beneficia, *quod dona sive munera denotat : denique nec addendum est pronomen* sua.

Sequitur : Tunc verò primùm cùm fuit exterminium primogenitorum. *Non est invertendus ordo, ita ut* cùm *ponatur ante* primùm, *quod postponendum est.*

Sequitur : Spoponderunt populum Dei esse. *Meritò omiserunt Correctores pronomen* se, *quod plerique præponunt verbo* esse.

℣. 15. Omnipotens sermo tuus de cœlo. *Superfluit* exsiliens, *quod quidam interjiciunt, ante* de cœlo.

℣. 17. Et timores supervenerunt insperati. *Nominativus* insperati, *non est mutandus in dativum* insperatis.

℣. 22. Non in virtute corporis, nec armaturæ potentiâ. *Genitivus* armaturæ & *ablativus* potentiâ *retinendi sunt ; non convertendi, ita ut ablativus* armaturâ, *genitivus* potentiæ *fit, prout plerique omnes libri habent.*

℣. 24. Et magnificentia tua in diademate capitis illius sculpta erat. *Pro* scripta, *à scribo, quod est in plerisque exemplaribus, Correctores repetiverunt verbum* sculpta, *à sculpo.*

Cap. XIX. ℣. 2. Quoniam cùm ipsi permisissent. *Quidam libri, pro* permisissent, *scribunt* reversi essent : *plures utrumque scribunt,* reversi essent & permisissent. *Cæterùm scribendum esse* permisissent, & *quidem solum, docuimus in Notationibus nostris.*

Sequitur : Ut se educerent. *Servanda sunt duæ dictiones* se educerent, *posita pro exirent, non contrahenda in unam* seducerent.

Sequitur : Et cum magna sollicitudine præmisissent illos. *Nequaquam est hoc omittendum.*

Sequitur : Consequebantur illos pœnitentiâ acti. *Legendum est plurale* consequebantur, *non singulare* consequebatur ; *ablativus* pœnitentiâ, *non genitivus* pœnitentiæ ; *denique participium plurale* acti, *non nomen* actus, *sive pluraliter sive singulariter accipiatur ; hæc enim sunt plerorumque codicum vitia.*

℣. 8. Quæ tegebatur tua manu. *Cave legas* regebatur, *quod est gubernabatur, pro* tegebatur, *quod est protegebatur.*

℣. 12. Per vim fulminum. *Cavendum est vetus mendum* fluminum, *quod est fluviorum, pro germana scriptura* fulminum, *quod est fulgurum.*

℣. 14. Sed & alius quidam respectus illorum erat. *Correctores scripserunt nomen* quidam, *pro eo quod vulgò legitur adverbio* quidem.

Variæ Lectiones Vulgatæ, rursum ab eodem Francisco Luca observatæ.

LIBER SAPIENTIÆ.

Cap. V. ℣. 19. Accipiet pro galea judicium certum. *Alii libri scribunt* rectum, *transpositis litteris, & solet rectitudo judicio attribui.*

Cap. VIII. ℣. 11. Et facies principum mirabuntur me. *Hoc quidam codex omittit, Græco consentaneè : est enim idem unum cum eo quod præcedit :* Et in conspectu potentium admirabilis ero.

Cap. XII. ℣. 17. Et horum qui te nesciunt, audaciam traducis. *Quidam legunt affirmativum* qui sciunt, *loco negativi* qui te nesciunt, *conformiter Græco : vide Notationes.*

℣. 19. Quoniam judicans das locum in peccatis pœnitentiæ. *Nonnulli libri omittunt* judicans, *cum textu Græco.*

℣. 26. Qui autem ludibriis & increpationibus non sunt correcti. *Sunt exemplaria quæ scribant genitivum* increpationis, *loco ablativi* increpationibus ; *suffragante Græco,* Qui autem ludibriis increpationis.

Cap. XIV. ℣. 11. Propter hoc & in idolis nationum non erit respectus. *Adverbium* non, *omittitur à Regio textu, & alio quodam, conspirantibus libris Græcis.*

℣. 20. Abducta per speciem operis. *Multi libri, loco* abducta, *habent* adducta, *quod est Græcè* ἐφελκόμενον, *attracta.*

℣. 26. Dei immemoratio. *Nostra conjectura fuit in Notationibus, pro* Dei, *seu* Domini, *ut alii legunt, scribendum esse* doni, *ex Græco* χάριν, *sicut infra* 18. ℣. 2.

℣. 26. Inordinatio mœchiæ & impudicitiæ. *Quædam antigrapha hoc solum legunt,* mœchia & impudicitia ; *omittunt id quod præcedit,* inordinatio, *quippe quod idem unum sit cum eo quod antecedit,* inconstantia, *Græcè* ἀταξία.

Cap. XV. ℣. 19. Bona potest conspicere. *Pro* conspicere, *Græcè est* ἐπισωφῆσαι, *quod potiùs est* concupiscere, *quomodo legit liber quidam.*

Cap. XVI. ℣. 1. Propter hæc & per his similia passi sunt dignè tormenta. *Quidam libri pro plurali* hæc, *scribunt singulare* hoc, & *omittunt conjunctionem & subsequentem, conformiter Græco.*

Cap. XVIII. ℣. 22. Illum qui se vexabat. *Nonnullè codices legunt* vexatorem, *unus omittit* se : *Græcè est* τὸν κολάζοντα, *vexantem ; sicut infra* ℣. 25. ὁ ὀλεθρεύων, *qui exterminabat.*

Cap. XIX. ℣. 9. Tanquam enim equi depaverunt escam. *Quidam boni libri auferunt* escam, *Græco consentaneè.*

Digitized by Google

CAPITULA LIBRI ECCLESIASTICI,

Ex Mſ. cod. Corb. n. 1. edita quoque à Joſepho Maria Caro presb. Romæ, 1688.

I. [a] *Omnis ſapientia à Domino Deo eſt.* cap. 1. ℣. 1.
II. *Initium ſapientiæ timor Domini.* c. 1. ℣. 16.
III. [b] *De concupiſcenda ſapientia, & ſervandis mandatis.* c. 1. ℣. 33.
IV. *Accedentes ad ſervitutem Dei, in juſtitia & timore ſtare* [c] *debere.* c. 2. ℣. 1.
V. *Metuentes Deum ſuſtineant miſericordiam ejus.* c. 2. ℣. 7.
VI. *De perdentibus ſuſtinentiam.* c. 2. ℣. 16.
VII. *De honore parentum, & quòd benedictio patris firmat domos filiorum.* c. 3. ℣℣. 3. 11.
VIII. *Bona opera cum manſuetudine facienda, & alta non querenda.* c. 3. ℣℣. 19. 22.
IX. *De eleemoſina, & pauperibus; & ab inope non avertendis oculis.* c. 4. ℣. 1.
X. *De pupillo, & vidua* c. 4. ℣. 10.
XI. *De ſtudio ſapientiæ.* c. 4. ℣. 12.
XII. [d] *Tempore tribulationis, fide ac juſtitiâ ſtandum.* c. 4. ℣. 33.
XIII. *De non confidendo in divitiis.* c. 5. ℣. 1.
XIV. [e] *De converſione.* c. 5. ℣. 8.
XV. *De gratia amici.* c. 6. ℣. 1.
XVI. [f] *De amico non permanente.* c. 6. ℣. 7.
XVII. *De doctrina ſapientiæ.* c. 6. ℣. 18.
XVIII. *De accipiendo conſilio, & inveſtiganda ſapientia.* c. 6. ℣. 24.
XIX. *De non faciendis malis.* c. 7. ℣. 1.
XX. *Neminem ſe ante Deum juſtificare.* c. 7. ℣. 5.
XXI. [g] *De mendacio vitando.* c. 7. ℣. 13.
XXII. [h] *De ſervo bono.* c. 7. ℣. 22.
XXIII. *De filiis erudiendis.* c. 7. ℣. 25.
XXIV. [i] *De parentibus honorandis.* c. 7. ℣. 29.
XXV. *De timore Dei, & honore Sacerdotum.* c. 7. ℣. 31.
XXVI. *De defunctis.* c. 7. ℣. 37.
XXVII. [k] *De non litigando.* c. 8. ℣. 1.
XXVIII. *De mortuo non gaudendum.* c. 8. ℣. 8.
XXIX. *De vitandis malis.* c. 8. ℣. 18.
XXX. [l] *De non danda poteſtate in ſe quemquam mulieri.* c. 9. ℣. 2.
XXXI. *De amico antiquo non derelinquendo.* c. 9. ℣. 14.
XXXII. [m] *De convivâ juſto.* c. 9. ℣. 22.
XXXIII. [n] *De judicibus.* c. 10. ℣. 1.
XXXIV. *De avaritia.* c. 10. ℣. 9.
XXXV. *De ſuperbia.* c. 10. ℣℣. 7. 9.
XXXVI. [o] *Humilem exaltat ſapientia.* c. 11. ℣. 1.
XXXVII. *In bonis non oblivi ſcendum malorum, & in malis reminiſcendum bonorum.* c. 11. ℣. 27.
XXXVIII. *De eleemoſinis.* c. 12. ℣. 1.
XXXIX. *De amicis.* c. 12. ℣. 8.
XL. [p] *De ſocietate divitum.* c. 13. ℣. 2.
XLI. *Qui non labitur in verbo, beatus eſt.* c. 14. ℣. 1.
XLII. *De benefaciendo, quia mors non tardat.* c. 14. ℣. 11.
XLIII. *Quòd in manu conſilii ſui hominem Deus reliquerit.* c. 15. ℣. 18.
XLIV. *De filiis impiis.* c. 16. ℣. 1.
XLV. [q] *Nihil abſcondi à Deo.* c. 16. ℣. 16.
XLVI. [r] *De diſcenda diſciplina.* c. 16. ℣. 24.
XLVII. *Quòd Deus de terra creavit hominem.* c. 17. ℣. 1.
XLVIII. [s] *De converſione ad Deum.* c. 17. ℣. 21.
XLIX. *Non demorandum cum impiis.* c. 17. ℣. 26.
L. [t] *De ſemper orando Deum.* c. 17. ℣. 24. c. 18. ℣. 23.
LI. *De continentia animæ.* c. 18. ℣. 30.
LII. *Quòd ebrioſus non locupletabitur: & qui ſpernit modica, paulatim cadit: & quòd mulieres, & vinum apoſtatare faciunt à Deo.* c. 19. ℣. 1.
LIII. *Amico & inimico non prodenda ſecreta.* c. 19. ℣. 8.
LIV. *Ante comminationem corripiendum proximum.* c. 19. ℣. 17.
LV. [u] *Bonum eſt arguere, quàm iraſci.* c. 20. ℣. 1.
LVI. *Qui præ confuſione promittit de amico, facit inimicum.* c. 20. ℣. 25.
LVII. *Verbum parabolarum.* c. 20. ℣. 29.
LVIII. *Non adjiciendum peccatum ſuper peccatum.* c. 21. ℣. 1.
LIX. *Stuppa collecta, ſynagoga peccantium.* c. 21. ℣. 10.
LX. *Riſus fatui in alta voce.* c. 21. ℣. 23.
LXI. *Pigrum lapide luteo lapidare.* c. 22. ℣. 1.
LXII. *Qui narranti non intendit, dormienti ſimilis eſt.* c. 22. ℣. 8.
LXIII. [x] *Convitia diſſolvunt amicitiam.* c. 22. ℣. 25.
LXIV. *Oratio.* c. 23. ℣. 1.
LXV. *De doctrina oris.* c. 23. ℣. 7.
LXVI. *Juramentum ſine peccato non eſſe.* c. 23. ℣. 9.
LXVII. [y] *Diſpoſitio injuſti peccare volentis.* c. 23. ℣. 26.
LXVIII. [z] *Laus ſapientiæ.* c. 24. ℣. 1.
LXIX. [aa] *Quæ tria ſapientia placeant, & quæ diſ-*

NOTÆ.

[a] Apud Joſ. Carum ita: Aliàs *De æterna Dei ſapientia, id eſt, filio Dei; quòd ante omnem ſit creaturam, & omnia per ipſum facta ſunt.* Et ſic deinceps ex edit. Joſ. Cari, ubicunque infra ponitur *Al.*
[b] Al. *De timore Dei, & mandati cuſtodia.*
[c] In edit. deeſt τὸ *debere*; ſequitur verò: Al. *De tolerantia tentationum, quæ fit pro juſtitia.*
[d] Al. *Quòd pro fide & juſtitia laborandum ſit, & pro ſalute animæ.*
[e] Al. *De converſione ad Deum.*
[f] Al. *De differentia amicorum.*
[g] Al. *De mend. vitando ad amicum.*
[h] Al. *De ſervo bono & fideli.*
[i] Al. *De parentum honore.*
[k] Al. *De non litig. cum potente.*
[l] Al. *De fugienda amicitia mulieris fornicariæ.*
[m] Al. *De convivio juſto.* Al. *de conviviis juſtis.*
[n] Al. *De judicibus mundi hujus.*
[o] Al. *De humilitate.*
[p] Al. *De ſocict. divitum ſuperborum.*
[q] Al. *De præſentia Dei, cui nihil celari poteſt.*
[r] Al. *De via diſciplinæ.*
[s] Al. *De convertendo ad Deum, & relinquendo peccato.*
[t] Al. *De oratione.*
[u] Al. *De bene correptionis, & iracundia malo.*
[x] Al. *De amicitia.*
[y] Al. *De fornicatione.*
[z] Al. *De æternitate, & omnipotentia ſapientiæ, id eſt, Chriſto filio Dei, per quem omnia facta ſunt.*
[aa] Al. *Sapientia narrat quæ ſint ei placita.*

Digitized by Google

pliceant; & novem inſuſpicabilia. c. 25. ℣℣. 1. 9.
LXX. [a] *De nequitia mulieris.* c. 25. ℣. 27.
LXXI. *De muliere bona.* c. 26. ℣. 1.
LXXII. *Propter inopiam multos delinquere.* c. 27. ℣. 1.
LXXIII. *Perdere fidem eum, qui amici nudat arcana.* c. 27. ℣. 17.
LXXIV. *De remiſſione peccati.* c. 28. ℣. 2.
LXXV. *De malo lingua.* c. 28. ℣. 13.
LXXVI. [b] *De fœnore.* c. 29. ℣. 1.
LXXVII. *De dato in proximum.* Ibid.
LXXVIII. *De miſericordia pauperum.* c. 29. ℣. 25.
LXXIX. *De frugalitate honeſta, & hoſpitalitate.* c. 29. ℣℣. 28. 31.
LXXX. *De diſciplina filiorum.* c. 30. ℣. 1.
LXXXI. *De bono ſanitatis.* c. 30. ℣. 14.
LXXXII. *Vigilia honeſta tabefacit carnes.* c. 31. ℣. 1.
LXXXIII. [c] *De continentia.* c. 31. ℣. 8.
LXXXIV. *De ebrietate.* c. 31. ℣. 12.
LXXXV. [d] *De rectoribus.* c. 32. ℣. 1.
LXXXVI. *Cum conſilio omnia facienda.* c. 32. ℣. 24.
LXXXVII. *Timenti Dominum non occurrent mala.* c. 33. ℣. 1.
LXXXVIII. *De diſciplina ſervorum.* c. 33. ℣. 25.
LXXXIX. *De ſomniis.* c. 34. ℣. 1.
XC. [e] *Divinationem, auguria, ſomnia, vanitatem eſſe.* c. 34. ℣. 5.
XCI. *De timentibus Deum.* c. 34. ℣. 14.
XCII. *De oblatione iniqua.* c. 34. ℣. 23.
XCIII. *De diſciplina cuſtodienda legis.* c. 35. ℣. 1.
XCIV. [f] *Oratio humilis nubes penetrat.* [g] c. 35. ℣. 21.
XCV. *Precatio ad Deum.* c. 36. ℣. 1.
XCVI. *Oratio ſapientia.* Ibid.
XCVII. *De eo qui tantùm nomine amicus eſt.* c. 37. ℣. 1.
XCVIII. [h] *Qualiter tractandum cum ſingulis.* c. 37. ℣. 12.
XCIX. *Virorum ſanctorum quærenda ſocietas.* c. 37. ℣. 15.
C. *Animam viri ſancti veraciorem eſſe, quàm ſeptem circumſpectores.* c. 37. ℣. 18.
CI. [i] *De verſuta & ſophiſtica locutione.* c. 37. ℣. 23.
CII. [k] *De mendacio.* (*l.* medico.) c. 38. ℣. 1.
CIII. *De orando Deo in tempore infirmitatis.* c. 38. ℣. 9.
CIV. [l] *De exſequiis.* c. 38. ℣. 16.
CV. [m] *De ſingulis artificibus.* c. 38. ℣. 28.
CVI. [n] *De ſapiente.* c 39. ℣. 1.
CVII. *Oranti dari ſpiritum intelligentia.* c. 39. ℣. 7.
CVIII. [o] *Vita hominis ſubſtantia.* c. 39. ℣. 31.
CIX. *De jugo gravi ſuper filios Adam.* c. 40. ℣. 1.
CX. *De indigentia miſera.* c. 40. ℣. 29.
CXI. *De memoria, & de judicio mortis.* c. 41. ℣. 1.
CXII. [p] *Ab omnibus vitiis declinandum.* c. 41. ℣. 21.
CXIII. *In revelatione ſecreti geminandum non eſſe ſermonem.* c. 42. ℣. 1.
CXIV. *De diſciplina inſenſati & fatui.* c. 42. ℣. 8.
CXV. *Deum feciſſe, ut mirabilia ejus ſancti narrent.* c. 42. ℣. 17.
CXVI. [q] *Laus creaturæ.* c. 43. ℣. 1.
CXVII. [r] *Laus Patrum.* c. 44. ℣. 1. ſeqq.
CXVIII. *Laus David fortiſſimi.* c. 47. ℣. 1.
CXIX. *Laus Salomonis.* c. 47. ℣. 24.
CXX. *Laus Eliæ.* c. 48. ℣. 1.
CXXI. *Laus Eliſei.* c. 48. ℣. 13.
CXXII. *Laus Joſiæ regis.* c. 49. ℣. 1.
CXXIII. *Præter David, & Ezechiam, & Joſiam, omnes reges peccaverunt.* [f] c. 49. ℣. 5.
CXXIV. *Laus Jeremiæ.* c. 49. ℣. 8.
CXXV. *Laus Simonis.* c. 50. ℣. 1.
CXXVI. [t] *Oratio Jeſu filii Sirach.* c. 51. ℣. 1.
CXXVII. [u] *Oratio Salomonis.*

Notæ.

[a] Al. *De nequitia mulieris mala.*
[b] Al. *De uſuris.*
[c] Al. *De continentia ciborum.*
[d] Al. *De rectoribus, ſive ſacerdotibus, ſive laicis.*
[e] Al. *De vanitate ſomniorum, & divinationum.*
[f] Al. *De precatione ad Deum.*
[g] Al. add. hoc capitulum : *De differentia mulierum, & amicorum.*
[h] Al. *Cum ſingulis qualiter tractandum ſit.*
[i] Al. *De pompa Philoſophorum.*
[k] Al. *De honore medicis exhibendo.*
[l] Al. *De exſequiis mortuorum.*
[m] Edit. *De ſingulis artificibus.* Al. *artibus.*
[n] Al. *De ſapientia.* Al. *De ſapientia virtutibus.*
[o] Al. *De vita hominis, quòd ſit ſubſtantia; & de vindictis pro peccatis.*
[p] Al. *De vitiis corrigendis, ac declinandis.*
[q] Al. *De lapſu* (l. *laude*) *elementorum.*
[r] Al. *De laude Patriarcharum.*
[f] Al. add. *& tranſgreſſi ſunt.*
[t] Al. *De confeſſione, & laudatione ejuſdem filii Sirach.*
[u] Al. *De oratione Salomonis ad dedicationem templi Dei.*

Digitized by Google

[a] IN ECCLESIASTICUM
JESU FILII SIRACH

PROLOGUS.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

MULTORUM nobis, & magnorum, per legem & prophetas, aliosque qui secuti sunt illos, [b] sapientia demonstrata est: in quibus oportet laudare Israël doctrinæ & sapientiæ causâ: [c] quia non solùm ipsos loquentes necesse est esse peritos, sed etiam extraneos posse & dicentes & scribentes doctissimos fieri. Avus meus Jesus, postquam [d] se ampliùs dedit ad diligentiam lectionis legis, & prophetarum, & aliorum librorum, [e] qui nobis à parentibus nostris traditi sunt: voluit & ipse scribere aliquid horum, quæ ad doctrinam & sapientiam pertinent: [f] ut desiderantes discere, & illorum periti facti, magis magisque attendant animo, & confirmentur ad legitimam vitam. Hortor itaque venire vos cum benevolentia, & [g] attentiori studio lectionem facere, & veniam habere in illis, in quibus [h] videmur, sequentes imaginem sapientiæ, deficere in verborum compositione. Nam deficiunt verba Hebraïca, quando fuerint translata ad alteram linguam. Non autem solùm hæc, sed & ipsa lex, & prophetæ, [i] cæteraque aliorum librorum, non parvam habent differentiam, quando inter se dicuntur. Nam in octavo & trigesimo anno temporibus [k] Ptolemæi Evergetis regis, postquam perveni in Ægyptum, [l] & cùm multum temporis ibi fuissem, inveni ibi libros relictos, non parvæ neque contemnendæ doctrinæ. Itaque bonum & necessarium putavi & ipse aliquam addere diligentiam & laborem interpretandi librum istum: [m] & multâ vigiliâ attuli doc-

NOTÆ.

[a] Mſ. S. Germ. n. 15. *Incipit liber Jesbu filii Sirach. Incipit prologus.* Corb. 1. cum altero Sangerm. *Incipit prologus libri Hiesu filii Surach. Prologus.* Corb. 2. *Incipit præfatio de libro Hiesu filii Siraci. Prologus.*

[b] *Sapientia demonstrata est.* Mſ. Corb. 2. hab. cum Sangerm. duplici, *sapientiam demonstratam:* sed in Corb. abrasa ult. utraque littera *m*, secunda manu. In Gr. sic: Πολλῶν, καὶ μεγάλων ἡμῖν διὰ τοῦ νόμου..... δεδομένων. *Cùm multa nobis, & magna per legem..... data sint.*

[c] *Quia non solùm ipsos loquentes necesse est esse peritos,* &c. In Mſs. S. Germ. & Corb. duobus deest *esse.* Græcè ita: Καὶ ὡς οὐ μόνον αὐτοὺς τοὺς ἀναγινώσκοντας, δεῖν ἐστὶν ἐπισήμονας γίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐκτὸς δύνασθαι τοὺς φιλομαθοῦντας χρησίμους εἶναι καὶ λέγοντας καὶ γράφοντας· *Cùmque eos qui legunt, non solùm ipsos oporteat fieri scientes, sed etiam extraneis studio disciplinæ ductos posse & dicendo & scribendo prodesse.*

[d] *Se ampliùs dedit.* Mſ. S. Germ. 15. delet *se.*

[e] *Qui nobis à parentibus nostris traditi sunt.* In Gr. sequuntur ista: καὶ οὐ τοῖς ἰκανὴν ἕξιν περιποιησάμενος, *atque in his eum qui satis esse posset, habitum sibi comparasset.* In Mſ. Sangerm. 15. *traditi sunt: voluit & ipse scribere aliquid horum duntaxat.*

[f] *Ut desiderantes discere.* Mſs. SS. Theod. Germ. & Corb. 1. *discerent;* ita quoque correctum est in Corb. 2. sed alia manu. In Gr. ὅπως οἱ φιλομαθεῖς, deinde, καὶ τούτων ἔτυχοι γενόμενοι, πολλῷ μᾶλλον ἐπιπροθῶσι διὰ τῆς ἐνόμου ζιώσεως· i. e. *etiam horum participes facti, multò magis proficiant per vitam legitimam.* In Mſ. S. Germ. *attendant animo ad legitimam vitam, & confirmentur.*

[g] *Attentiori studio.* Mſ. S. Germ. n. 14. cum Corb. 1. *attentione & studio.* Germ. 15. *attentiore studio.* Græc. καὶ προσοχῆς.

[h] *Videmur, sequentes imaginem,* &c. Mſ. S. Germ. 15. *videbimur..... & deficere,* &c. Similiter in Mſ. S. Theod. *& deficere.* Græcè: λοιπῶν τῶν κατὰ τὴν ἑρμηνείαν περιλειπομένων τισὶ τῶν λέξεων ἀδυναμεῖν. Οὐ γὰρ ἰσοδυναμεῖ αὐτὰ ἐν ἑαυτοῖς Ἑβραϊκὶ λεγόμενα, &c. *videbimur in nonnullis ad interpretandi rationem elaboratis dictionibus deficere. Non enim eandem vim habent hæc in se ipsis Hebraïcè dicta,* &c.

[i] *Cæteraque aliorum librorum.* In Mſs. Corb. 1. & Sangerm. duobus deest vox *aliorum;* abest quoque à Græco.

[k] *Ptolemæi.* Mſ. S. Germ. 15. *Tholomei.*

[l] *Et cùm multum temporis ibi fuissem.* Mſ. S. Germ. 14. cum Corb. duobus, *ibi fecissem.* Similiter in Sangerm. 15. sed absque vocula *ibi*, post seq. *inveni.* Gr. καὶ συγχρησάμενος, (al. ἐπ' ὀλίγον χρόνον συγχρονίσας,) εὗρον οὐ μικρᾶς παιδείας ἀρόμενον. Ἀναγκαιότατον ἔκρινα, &c. *inveni exemplar non parvæ doctrinæ. Maximè necessarium putavi,* &c.

[m] *Et multâ vigiliâ,* &c. Græc. πολλὴν γὰρ ἀγρυπνίαν, καὶ ἐπιστήμην προσενεγκάμενος ἐν τῷ διασώσαι τὸν χρόνον πρὸς τὸ, ἐπὶ πέρας ἀγαγεῖν τὸ βιβλίον ἐκδόσθαι καὶ τοῖς ἐν τῇ παροικίᾳ βουλομένοις φιλομαθεῖν, προκατασκευασάμενος τὰς ἴδιας ἐ

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

trinam in ſpatio temporis, ad illa quæ ad ſinem ducunt, librum iſtum dare, & illis qui volunt animum intendere, & diſcere quemadmodum oporteat inſtituere mores, qui ſecundùm legem Domini propoſuerint vitam agere. [n]

NOTÆ.

νόμῳ βιοτεύειν· multam enim vigiliam, & doctrinam attuli in ſpatio temporis ad hoc ut, ad finem ducens librum iſtum, ederem etiam iis, qui in paræcia volunt diſcere, præparati moribus ad vivendum in lege. In Mſ. S. Germ. 15. *librum dare, & illis qui volent animum intendere*, &c. item in Mſ. S. Theod. *librum dare.*

[n] In Mſ. Corb. 1. id ſubjicitur: *Explicit prologus Hieſu filii Syrach.*

ECCLESIASTICUS.

CAPUT PRIMUM.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

3. *Reg.* 3. 9. & 4. 29.

OMnis ſapientia à Domino Deo eſt, & cum illo fuit ſemper, & eſt ante ævum.

2. Arenam maris, & pluviæ guttas, & dies ſæculi quis dinumeravit? Altitudinem cœli, & latitudinem terræ, & profundum abyſſi quis dimenſus eſt?

3. Sapientiam Dei præcedentem omnia quis inveſtigavit?

4. Prior omnium creata eſt ſapientia, & intellectus prudentiæ ab ævo.

5. Fons ſapientiæ verbum Dei in excelſis, & ingreſſus illius mandata æterna.

6. Radix ſapientiæ cui revelata eſt, & aſtutias illius quis agnovit?

7. Diſciplina ſapientiæ cui revelata eſt, & manifeſtata? & multiplicationem ingreſſûs illius quis intellexit?

8. Unus eſt altiſſimus Creator omnipotens, & Rex potens, & metuendus nimis, ſedens ſuper thronum illius, & dominans Deus.

9. Ipſe creavit illam in Spiritu ſancto, & vidit, & dinumeravit, & menſus eſt.

10. Et effudit illam ſuper omnia opera ſua, & ſuper omnem carnem ſecundùm datum ſuum, & præbuit illam diligentibus ſe.

11. Timor Domini gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exſultationis.

12. Timor Domini delectabit cor, & dabit lætitiam, & gaudium, & longitudinem dierum.

13. Timenti Dominum bene erit in extremis, & in die defunctionis ſuæ benedicetur.

14. Dilectio Dei honorabilis ſapientia.

15. Quibus autem apparuerit in viſu, diligunt eam in viſione, & in agnitione magnalium ſuorum.

16. Initium ſapientiæ, timor Domini, & cum fidelibus in vulva concreatus eſt, cum electis feminis graditur, & cum juſtis & fi-

Pſalm. 110. 10. *Prov.* 1. 7. & 9. 10.

NOTÆ.

* Mſ. Corb. 1. *Incipit liber Eccleſiaſtici.* Corb. 2. *Incipit liber Hieſu filii Siracb.* Græc. Σοφία Σιράχ. Edit. Ald. Σοφία Ἰησοῦ υἱοῦ Σιράχ. Cyprianus hunc librum citans, vocat *Sapientiam Salomonis.* Salomoni pariter aſcribit Hilar. in Pſ. 66. n. 9. col. 188. f. item in Pſ. 140. n. 5. col. 536. c. dicit: *In eo libro, qui nobiſcum* (h. e. apud Latinos) *Salomonis inſcribitur, apud Græcos, atque Hebræos,* Sapientia Sirach *habetur.* Ambroſ. in Pſ. 36. col. 807. e. eundem tribuit Salomoni; at l. 1. de interpel. Job, col. 627. e. ait: *In Eccleſiaſtico Syrach:* & in Pſ. 118. col. 1039. c. *In libro Sapientiæ Syrach.* Hieron. in Eccleſ. to. 2. 735. c. *In Sapientia, quæ Sirach inſcribitur, legimus.* Vigil. Tapſ. *In Salomone.* Auguſt. in Speculo, *Eccleſiaſticum* appellat. Item Lucif. Calar. l. 1. pro S. Athan. cum Ambroſio in Pſ. 118. col. 1199. e. & Cypr. l. 3. Teſtim. S. Paulinus ep. 25. *In Eccleſiaſtico per Salomonem.*

¶. 1. Græcè ſimpliciter: Πᾶσα σοφία παρὰ Κυρίῳ, καὶ μετ' αὐτοῦ ἐστιν εἰς τὸν αἰῶνα. *Omnis ſapientia à Domino, & cum illo eſt in ævum.* Apud Victorin. Afric. l. 4. cont. Arium, p. 285. b. *Omnis ſapientia à Deo eſt, & cum eo fuit ſemper ante ævum.*

¶¶. 2. 3. Græc. ex duplici verſu 2. & 3. unum facit; ſcilicet loco *profundum abyſſi*, habet ἄβυσσον, deletque ſeq. *quis dimenſus eſt?* tum addit, καὶ σοφίαν τίς ἐξιχνίασεν; & *ſapientiam quis inveſtigabit?* detractis his, *Dei præcedentem omnia.* In Mſs. Corb. 2. & Sangerm. 15. legitur, *quis menſus eſt?* non *dimenſus eſt?* Ita quoque ap. Fulg. fragm. 8. cont. Fab. p. 588. additis his, quæ antecedunt & quæ ſubſeq. in Vulg. Vide etiam Hieron. in Ezech. 3.

¶. 4. Itidem apud Fulg. fragm. 34. cont. Fab. p. 648. & in Græco. Apud Victorin. Afric. l. 4. cont. Arium, p. 285. b. ſic: *Spiritus ſanctus*, & *intellectus prudentiæ ab ævo.*

¶. 5. Hic verſus abeſt à Græco: exſtat tamen in ed. Compl. ad verbum. Ita quoque ap. Fulg. l. cont. Faſtid. c. 2. p. 341. detracto uno *in excelſis.*

¶. 6. Similiter in Græco.

¶. 7. Hic verſus totus prætermittitur Græcè.

¶. 8. Græc. ſimpliciter habet: Εἷς ἐστι σοφὸς, φοβερὸς σφόδρα, καθήμενος ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ. *Unus eſt ſapiens, metuendus valde, ſedens ſuper thronum ſuum.* Fulg. l. cont. Faſtid. c. 2. p. 341. *Unus altiſſimus Creator omnip. eſt, Rex potens, metuendus nimis, ſedens ſuper thronum illius,* & *dominans.* Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 746. a. *Unus enim altiſſimus Creator omnipotens, Rex potens,* & *metuendus nimis.* In Mſ. Sangerm. 15. & *creator omnip. rex potens;* a Corb. etiam 2. & S. Theoder. abeſt & ante *rex.*

¶. 9. Mſs. Corb. duo, & Sangerm. 15. *Ipſe creavit illam Spiritu ſancto.* Fulg. l. cont. Faſtid. c. 2. p. 341. *Deus creavit illam Spiritu ſancto.* Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 742. f. *Et vidit,* & *numeravit,* & *menſus eſt omnia;* & *ipſe creavit ea per Spiritum ſanctum, qui creator eſt* & *effector operis ſui:* & inf. 49. f. *Et vidit,* & *dinumeravit,* & *menſus eſt omnia: ipſe creavit ea per Spiritum ſanctum.* Græcè ſimpliciter: Κύριος αὐτὸς ἔκτισεν αὐτὴν, καὶ εἶδε, καὶ ἐξηρίθμησεν αὐτήν.

¶. 10. Ita de Græco, præter hoc med. & *ſuper omnem carnem*, pro quo μετὰ πάσης σαρκὸς, *cum omni carne.* In Mſs. Corb. 1. & S. Theod. eſt, *præbet*, non *præbuit;* in Græco, ἐχορήγησε.

¶. 11. Similiter in Græco.

¶. 12. Mſs. Corb. 1. & S. Theod. *gaudium in longitudinem dierum;* Corb. 2. & Sangerm. 15. *in longitudine.* Gr. Vulgatæ congruit.

¶. 13. Ad verbum è Græco, præter hoc ult. *benedicetur*, pro quo εὑρήσει χάριν, *inveniet gratiam;* at in Mſ. Alex. εὐλογηθήσεται.

¶¶. 14. 15. Duo verſus iſti abſunt à Græco. In Mſ. S. Germ. 15. extremò legitur, & *in agnitionem magnalium*, &c.

¶. 16. Similiter ap. Hilar. in Pſ. 66. col. 188. f. *Initium ſapientiæ, timor Domini.* Ap. Cypr. verò l. 3. Teſtim. p. 311. c. *Initium ſapientiæ, metuere Deum:* ſic etiam in Græco eſt: ſubinde pro *concreatus eſt*, Mſ. S. Theod. hab. *concretus eſt*; Gr. ζυνεκλίθη αὐτοῖς; tum in Mſ. & *cum electis feminis gradietur*, & *cum juſtis* & *fidelibus agnoſcetur:* in Gr. καὶ μετὰ ἐνθρώπων θεμέλιον αἰῶνος ἀόρατος, καὶ μετὰ τοῦ σπέρματος αὐτῶν ἐμπιστευθήσεται· & *cum hominibus fundamentum ſæculi ædificavit,* & *cum ſemine eorum concredetur.* In Mſs. Corb. duobus, & *cum electis feminis cre-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

delibus agnoſcitur.

17. Timor Domini, ſcientiæ religioſitas.

18. Religioſitas cuſtodiet & juſtificabit cor, jucunditatem atque gaudium dabit.

19. Timenti Dominum bene erit, & in diebus conſummationis illius benedicetur.

20. Plenitudo ſapientiæ eſt timere Deum, & plenitudo à fructibus illius.

21. Omnem domum illius implebit à generationibus, & receptacula à theſauris illius.

22. Corona ſapientiæ, timor Domini, replens pacem, & ſalutis fructum:

23. & vidit, & dinumeravit eam: utraque autem ſunt dona Dei.

24. Scientiam, & intellectum prudentiæ ſapientia compartietur: & gloriam tenentium ſe, exaltat.

25. Radix ſapientiæ eſt timere Dominum: & rami illius longævi.

26. In theſauris ſapientiæ intellectus, & ſcientiæ religioſitas: exſecratio autem peccatoribus ſapientia.

27. Timor Domini expellit peccatum:

28. nam qui ſine timore eſt, non poterit juſtificari: iracundia enim animoſitatis illius, ſubverſio illius eſt.

29. Uſque in tempus ſuſtinebit patiens, & poſtea redditio jucunditatis.

30. Bonus ſenſus uſque in tempus abſcondet verba illius, & labia multorum enarrabunt ſenſum illius.

31. In theſauris ſapientiæ ſignificatio diſciplinæ:

32. exſecratio autem peccatori, cultura Dei.

33. Fili concupiſcens ſapientiam, conſerva juſtitiam, & Deus præbebit illam tibi.

34. Sapientia enim & diſciplina timor Domini: & quod beneplacitum eſt illi,

35. fides, & manſuetudo, & adimplebit theſauros illius.

36. Ne ſis incredibilis timori Domini: & ne acceſſeris ad illum duplici corde.

37. Ne fueris hypocrita in conſpectu hominum, & non ſcandalizeris in labiis tuis.

38. Attende in illis, ne fortè cadas, & adducas animæ tuæ inhonorationem,

39. & revelet Deus abſconſa tua, & in medio ſynagogæ elidat te:

40. quoniam acceſſiſti malignè ad Dominum, & cor tuum plenum eſt dolo & fallacia.

NOTÆ.

ditur, & cum juſtis, &c. ut in Vulg. In Germ. 15. *& cum electis ſeminis creditur*, &c.

℣℣. 17. 18. 19. Hi verſiculi tres deſunt in Græco: leguntur tamen apud Auguſt. in Speculo, & in codd. noſtris Lat.

℣. 20. Græc. loco *Deum*, hab. τὸν Κύριον, *Dominum*: deinde ſic, ᾧ μεθύσκει αὐτὸς ἀπὸ τῶν, &c. *& inebriat eos de fructibus ejus.* Aug. in Speculo Vulgatæ accinit.

℣. 21. Mſ. S. Theod. habet: *Et omnem domum implevit à generationibus*, &c. Græc. pro *à generationibus*, ponit ἐπιθυμημάτων, *deſideriis*; & pro *theſauris*, τῶν γενημάτων, *generationibus.*

℣. 22. Vigil Tapſ. cont. Varimad. p. 750. b. *Spiritus ſapientiæ replet pacem, & dat ſalutis fructum.* Auct. l. de vocat. gent. l. 1. c. 24. p. 15. b. *Corona ſapientia, timor Domini: utraque autem dona ſunt Dei*; quæ ultima verba ſunt de ℣. ſeq. Græc. Στέφανος σοφίας, φόβος Κυρίου, ἀναθάλλων εἰρήνην, ᾗ ὑγίειαν ἰάσεως· *Corona ſapientiæ, timor Domini, germinans pacem, & ſanitatem incolumitatis.*

℣. 23. Sic eſt in Græco, præter ſeqq. *utraque autem ſunt dona Dei*, quæ abſunt: de his tamen meminit Auct. l. 1. de voc. gent. c. 24. p. 15. b. ut notavi ſup. ad ℣. 22. Apud Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 750. b. ſic: *vidit, & dinumeravit, & menſus eſt utraque in domo Dei.*

℣. 24. Græc. Ἐπιστήμην, ᾗ γνῶσιν ζυνέσεως ἐξώμβρησε· ᾗ δόξαν κεκτημένων αὐτῆς, ἀνύψωσε. *Scientiam, & cognitionem intellectûs effudit: & gloriam tenentium ipſam, exaltavit.* In Mſ. S. Theod. *Scientia, & intellectus prudentiæ*, &c. ſubinde in Sangerm. 15. *& gloriam timentium ſe, inaltat.*

℣. 25. Sic eſt in Græco, excepta voce ult. *longævi*, pro qua μακροημέρευσις, *longævitas.* Apud Auguſt. in Speculo: *rami enim illius longævi:* ita etiam in Mſs. Corb. duobus, & S. Germ. 15.

℣℣. 26. 27. Hi duo verſus prætermittuntur in Græco: adſunt tamen in Auguſt. Speculo, addito uno *eſt*, ad vocem *intellectus.* In Mſ. Corb. 2. ſic: *In theſauris ſapientiæ intellectus, & ſcientia, & religioſitas*, &c. Horum omnium loco in ed. Compl. eſt: Φόβος Κυρίου ἀπωθεῖται ἁμαρτήματα, παραμένων δὲ αὐτῷ ἀποστρέφει ὀργήν. *Timor Domini expellit peccata, & perſeverans cum eo avertit iram.*

℣. 28. Ita legit Auguſt. in Speculo, excepto uno *non poteſt*, loco *non poterit.* Græcè ita: οὐ δυνήσεται θυμὸς ἄδικος δικαιωθῆναι· ἡ γὰρ ῥοπὴ τοῦ θυμοῦ αὐτοῦ, πτῶσις αὐτῷ· *non poterit ira injuſta juſtificari: impetus enim iræ ejus, ſubverſio ejus.* Apud Clem. Alex. l. 1. pædag. c. 8. ἄφοβος δὲ οὐ δυνήσεται δικαιωθῆναι, ut in Vulg.

℣. 29. Græcè, loco *redditio jucunditatis*, eſt αὐτῷ ἀναλώσει εὐφροσύνη, Mſ. Alex. εὐφροσύνη. Auguſt. in Speculo habet: *Sapiens uſque in tempus ſuſtinebit patiens*, &c. ut in Vulg.

℣. 30. A Græco abeſt *bonus ſenſus*; & loco *multorum*, eſt πιστῶν, *fidelium*; ſed in Mſ. Alex. ac ed. Compl. πολλῶν, Auguſt. in Speculo Vulgatæ ſuffragatur.

℣. 31. Abeſt hic verſiculus à Mſ. Sangerm. 15. In Gr. παραβολὴ ἐπιστήμης, *parabola ſcientiæ*, loco *ſignificatio diſciplinæ.*

℣. 32. Sic in Græco eſt: deeſt in Mſ. S. Germ. 15.

℣. 33. Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1138. f. *Concupiſcens ſapientiam, ſerva mandata.* Hilar. prologo in Pſ. n. 20. *Deſideraſti ſapientiam, ſerva mandata, & Dominus præſtabit tibi eandem.* Similiter hab. Hieron. in Eccleſiaſt. to. 2. 766. a. exceptis his ult. *miniſtrabit tibi eam:* item in Iſaï. 1. & 25. to. 3. 16. b. 217. f. præter hæc, *tribuet tibi eam:* & in Oſe. 10. col. 1308. c. *dabit eam tibi.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 17. p. 89. e. *Concupiſce ſapientiam, ſerva juſtitiam, & Deus præbebit eam tibi.* Gr. χορηγήσει ζοι αὐτήν· cæt. Hilario & Hieronymo favent. Apud Auguſt. in Speculo: *Concupiſcens ſapientiam, ſerva juſtitiam*, &c. ut in Vulg. à Mſ. etiam S. Germ. 15. abeſt 1. *fili.*

℣℣. 34. 35. Eadem exſtant Græcè, præter ultima, & *adimplebit theſauros illius*, quæ deſunt. Auguſt. in Speculo legit: & *adimplebit theſauros tuos*; Regius Aug. cod. hab. *ſermones tuos.* In Mſ. Corb. 1. deeſt & ante *adimplebit.*

℣. 36. Ita Auguſt. in Speculo unà cum Græco. In Mſs. Corb. 1. & S. Theod. *Ne fueris incredibilis*; in Corb. 2. & Germ. 15. *Non ſis*, &c.

℣. 37. Auguſt. in Speculo delet *in*, ante *labiis*, cum Mſs. Corb. duob. S. Theod. & Germ. 15. Græcè, loco & *non ſcandalizeris*, &c. eſt, ᾗ ἐν τοῖς χείλεσί ζου πρόσεχε, & *in labia tua intende*; ed. Compl. μὴ πρόσεχε.

℣. 38. Sic eſt in Græco, hoc 1. excepto, *Attende in illis*, pro quo, Μὴ ἐξύψου σεαυτὸν, *Ne exaltes te ipſum.* Auguſt. in Speculo Vulgatæ accinit, niſi quòd ultimò legit *confuſionem*; Gr. ἀτιμίαν. In Mſ. S. Theod. ſic: & *ponas ſcandalum animæ tuæ, & adducas inhonorationem tibi.*

℣. 39. Ita Aug. legit in Speculo. Gr. initio hab. ᾗ ἀποκαλύψει, & *revelabit*, extremòque, καλαβαλεῖ ζε· Mſ. S. Germ. 15. & *revelat.* Corb. 1. *elidet te.*

℣. 40. Græc. ὅτι οὐ προσῆλθες φόβῳ Κυρίου, *quoniam non acceſſiſti ad timorem Domini*; reliqua ut in Vulg. detracto tamen ult. & *fallacia.* Auguſt. in Speculo Vulgatæ ſuffragatur.

Digitized by Google

CAPUT II.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

Matth. 4. 1. *2. Tim.* 3. 12.

1. FIli accedens ad servitutem Dei, sta in justitia, & timore, & præpara animam tuam ad tentationem.

2. Deprime cor tuum, & sustine: inclina aurem tuam, & suscipe verba intellectûs: & ne festines in tempore obductionis.

3. Sustine sustentationes Dei: conjungere Deo, & sustine, ut crescat in novissimo vita tua.

4. Omne, quod tibi applicitum fuerit, accipe: & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe:

Sap. 3. 6.

5. quoniam in igne probatur aurum & argentum, homines verò receptibiles in camino humiliationis.

6. Crede Deo, & recuperabit te: & dirige viam tuam, & spera in illum. Serva timorem illius, & in illo veterasce.

7. Metuentes Dominum sustinete misericordiam ejus: & non deflectatis ab illo ne cadatis.

8. Qui timetis Dominum, credite illi: & non evacuabitur merces vestra.

9. Qui timetis Dominum, sperate in illum: & in oblectationem veniet vobis misericordia.

10. Qui timetis Dominum, diligite illum, & illuminabuntur corda vestra.

11. Respicite filii nationes hominum: & scitote quia nullus speravit in Domino, & confusus est.

12. Quis enim permansit in mandatis ejus, & derelictus est? aut quis invocavit eum, & despexit illum? *Psalm.* 30. 1.

13. Quoniam pius & misericors est Deus, & remittet in die tribulationis peccata: & protector est omnibus exquirentibus se in veritate.

14. Væ duplici corde, & labiis scelestis, & manibus malefacientibus, & peccatori terram ingredienti duabus viis. *3. Reg.* 18. 21.

15. Væ dissolutis corde, qui non credunt Deo: & ideo non protegentur ab eo.

NOTÆ.

℣. 1. Ita legunt Cypr. de laud. Mart. p. 347. b. & de mortalit. p. 231. b. August. in Speculo, & l. de par. to. 6. 538. d. S. Leo, serm. 38. & 82. p. 100. c. 167. c. Auct. op. imp. in Matth. hom. 1. p. 39. a. & Auct. quæst. Nov. T. ap. Aug. to. 3. 147. e. 157. b. at in Græco sic: Τέκνον, εἰ προσέρχῃ δουλεύειν Κυρίῳ Θεῷ, ἑτοίμασον τὴν ψυχήν σε, &c. *Fili, si accesseris ad serviendum Domino Deo, præpara animam tuam*, &c. omissis his mediis, *sta in justitia, & timore.*

℣. 2. August. in Speculo: *Et deprime cor tuum, & sustine: declina aurem tuam, & excipe verba intellectûs: & ne festines in tempus obductionis.* Mſ. S. Germ. n. 15. *declina aurem, & excipe verba intellectûs:* similiter in Corb. duobus, & *excipe verba:* item in Mſ. S. Theod. & *ne festines in tempus obduct.* Græc. pro *deprime*, hab. εὔθυνον, *dirige*; omittitque intermedia hæc, *inclina aurem tuam, & suscipe verba intellectûs.*

℣. 3. Ita legit August. in Speculo, nisi quòd hab. *sustentationem* num. sing. lib. verò de pat. to. 6. 538. d. *ut crescat in novissimis vita tua.* Græc. simpliciter habet: Κολλήθητι αὐτῷ, καὶ μὴ ἀποστῇς, ἵνα αὐξηθῇς ἐπ' ἐσχάτων σου. *Conjungere ei, & ne recedas, ut crescas in novissimis tuis.*

℣. 4. Ita legit August. in Speculo, & l. de mor. Eccl. to. 1. 703. d. & epist. 204. to. 2. 766. g. at l. de pat. to. 6. 538. d. ita: *Omne, quod tibi supervenerit, accipe*, &c. dein Cypr. de mortalit. p. 231. b. *in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe:* similiter l. de op. & eleem. p. 252. c. & de laud. mart. p. 348. a. S. Paulinus epist. 15. p. 88. a. *fili, in humilitate sustine.* A Græco abest hoc med. & *in dolore sustine;* cæt. verò ut in Vulg.

℣. 5. Ita Cypr. l. de mortalit. p. 231. b. sicut August. l. de pat. to. 6. 538. d. & in Speculo, nisi quòd hoc ult. loco Mſs. ferunt *acceptabiles*, non *receptibiles:* similiter ap. ipsum cùm l. 2. de Gen. to. 1. 679. e. tum serm. de urbis excid. col. 625. b. & *homines acceptabiles;* Græcè, καὶ ἄνθρωποι δεκτοί· sup. verò deest hoc, & *argentum;* quod tamen admittunt Cypr. l. de op. & eleem. p. 252. c. & Aug. l. de mor. Eccl. to. 1. p. 703. d. item Cypr. l. de laud. mart. p. 348. a. legit: *quoniam per ignem probatur aurum & argentum.* Auct. verò l. de XLII. mans. ap. Ambros. col. 15. f. sic: *quoniam in igne probatur argentum, & homines receptibiles in camino humilitatis.* Gaud. Brix. præfat. ad Benev. p. 945. b. *quomodo in igne probatur aurum & argentum, homines autem justi in camino humiliationis.* Ambros. in Ps. 118. to. 1. 1224. e. f. legit, *homines acceptabiles in fornace humilitatis;* tum addit: ταπεινώσεως enim Græcus dixit, *quod est* humiliatis. *Hoc ideo posui quia plurimi habent Latini*, in fornace afflictionis. *Latinus discernit, Græcus non separat:* ταπεινώσεως, & *humilitas virtutis dicitur, & humilitas afflictionis. Nihil impedit si Latinus separat; non enim Græcus ex Latino transtulit, sed Latinus ex Græco.*

℣. 6. Ita legit August. in Speculo. Græc. Πίστευσον αὐτῷ, καὶ ἀντιλήψεταί σου· εὔθυνον τὰς ὁδούς σου, καὶ ἔλπισον ἐπ' αὐτόν· nec addit plura. In Mſ. S. Germ. & *dirige viam tuam.*

℣. 7. Græc. delet unum *ab illo*, post *deflectatis*. August. in Speculo Vulgatæ favet.

℣. 8. Græcè, ὃ μὴ πταίσῃ, *non cadet*, loco *non evacuabitur*. August. in Speculo Vulgatæ accinit.

℣. 9. August. in Speculo leg. & *in oblectatione*, cum Mſs. S. Germ. S. Theod. & Corb. duobus. In Græco sic: Οἱ φοβούμενοι Κύριον, ἐλπίζατε εἰς ἀγαθὰ, καὶ εἰς εὐφροσύνην αἰῶνος, καὶ ἐλέους. *Qui timetis Dom. sperate in bona, & in lætitiam sæculi, & misericordiæ.*

℣. 10. Hic versiculus abest à Græco. Apud August. in Speculo: *Qui timetis Deum*, &c. ut in Vulg.

℣. 11. Auct. l. ad Novat. hæret. ap. Cypr. p. 441. *Respice fili nationes hominum, & scito: quis speravit in Domino, & confusus est?* August. in Speculo: & *scitote: quis speravit in Domino, & confusus est?* Similiter apud Fulg. ep. 2. p. 162. & Cassiod. in Ps. 20. & 55. col. 70. c. 187. a. *quis speravit in Domino*, &c. In Mſ. S. Germ. *quis speravit in Dominum*, &c. In Græco: Ἐμβλέψατε εἰς ἀρχαίας γενεὰς, καὶ ἴδετε· τίς ὑπέμεινεν Κυρίῳ, καὶ κατῃσχύνθη; *Respicite in antiquas nationes, & videte: quis speravit* vel *confidit in Domino, & confusus est?*

℣. 12. Græcè, prima tantùm verba sic variant: Ἢ τίς ὑπέμεινεν τῷ φόβῳ αὐτοῦ; Item ap. Cassiod. in Ps. 55. p. 187. a. *Aut quis permansit in timore ejus*, &c. August. verò in Speculo, initio sic hab. *Permansit in mandatis ejus;* subinde, & *quis illum*, &c. Itidem in Mſs. S. Theod. S. Germ. & Corb. 2. Apud Auct. l. ad Novat. hær. ap. Cypr. p. 441. ita: *Permansit in mandatis illius, & derelictus est? aut invocavit eum, & despexit illum?* Sed ap. Fulg. ep. 2. p. 162. *Aut quis permansit in mandat. ejus, & derelictus est? aut quis invocavit, & despexit illum?*

℣. 13. August. in Speculo pro *die*, leg. *tempore*, deletque inf. & *protector est.* Similiter in Mſs. Corb. 2. & S. Germ. 15. præterea Sangerm. hab. *remittit.* Græc. Διότι οἰκτίρμων καὶ ἐλεήμων ὁ Κύριος, καὶ ἀφίησιν ἁμαρτίας, καὶ σώζει ἐν καιρῷ θλίψεως. *Quoniam pius & misericors est Dominus, & remittit peccata, & salvat in tempore tribulationis;* nec subdit alia. Auct. verò l. cont. Novat. hær. ap. Cypr. p. 441. legit: *Quoniam pius & misericors Dominus, & remittens in tempore tribulationis peccata omnibus inquirentibus se in veritate.*

℣. 14. Ita refert Aug. in Speculo. Ita quoque Fulg. ep. 1. p. 149. & l. de Incarn. p. 411. excepta voce una *sceleratis* pro *scelestis.* Itidem in Mſ. Corb. 2. Græcè simpliciter: Οὐαὶ καρδίαις δειλαῖς, καὶ χερσὶν παρειμέναις, καὶ ἁμαρτωλῷ ἐπιβαίνοντι ἐπὶ δύο τρίβους· i. e. *Væ cordibus timidis, & manibus dissolutis, & peccatori ingredienti duabus viis.*

℣. 15. Sic apud August. in Speculo, præter unum *proteguntur*, præs. pro futuro. Apud Fulg. l. de Incarn. p. 411. *Væ qui non credunt Deo, quia non proteguntur ab eo:* & l. de Incarn. ad Petrum diac. p. 311. *Qui non credit Deo, à Deo non protegitur.* In Gr. Οὐαὶ καρδία παρειμένη, ὅτι οὐ πιστεύει διὰ τοῦτο οὐ σκεπασθήσεται. *Væ cordi dissoluto, quia non credit: ideo non protegetur.* Item in Mſs. S. Germ. & Corb. duobus deest & ante *ideo.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

16. Væ his, qui perdiderunt ſuſtinentiam, & qui dereliquerunt vias rectas, & diverterunt in vias pravas.

17. Et quid facient, cùm inſpicere cœperit Dominus?

18. Qui timent Dominum, non erunt incredibiles verbo illius: & qui diligunt illum, conſervabunt viam illius. *Joan. 14. 23.*

19. Qui timent Dominum, inquirent quæ beneplacita ſunt ei: & qui diligunt eum, replebuntur lege ipſius.

20. Qui timent Dominum, præparabunt corda ſua, & in conſpectu illius ſanctificabunt animas ſuas.

21. Qui timent Dominum, cuſtodiunt mandata illius, & patientiam habebunt uſque ad inſpectionem illius,

22. dicentes: Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini, & non in manus hominum.

23. Secundùm enim magnitudinem ipſius, ſic & miſericordia illius cum ipſo eſt.

NOTÆ.

℣. 16. Auguſt. in Speculo cum Mſs. S. Germ. & Corb. duob. delet tantùm ℣, poſt *ſuſtinentiam:* rurſus ipſe in Pſ. 26. to. 4. 129. b. hab. *Væ his, qui perdiderunt ſuſtinentiam:* ſimiliter l. 2. cont. epiſt. Parmen. to. 9. col. 25. d. item l. 3. col. 75. f. ſubnexis his, ℣ *diverterunt in vias pravas*, ut ſup. Ambroſ. verò in Pſ. 1. col. 748. f. *Væ qui dereliquiſti ſemitas directas, abeundo in vias tenebrarum.* Græcè: Οὐαὶ ὑμῖν τοῖς ἀπολωλεκόσι τὴν ὑπομονήν. *Væ vobis, qui perdidiſtis ſuſtinentiam;* ſequentia non leguntur ibid.

℣. 17. Auguſt. l. 3. cont. ep. Parmen. to. 9. 75. f. *Et quid facient, cùm inſpicere cœperit eos Dominus?* at in Speculo: *Et quid facietis, cùm inſpicere cœperit Deus?* Ita quoque in Mſ. S. Germ. & in Corb. 2. prima manu. In Gr. Καὶ τί ποιήσετε, ὅταν ἐπισκέπτηται ὁ Κύριος;

℣. 18. Ita Auguſt. in Speculo: nec aliter in Gr. niſi quòd ibi legitur pluraliter, *ῥημάτων αὐτοῦ..... τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ*, *verbis illius... vias ejus.*

℣. 19. Græc. extremò delet vocem *ipſius;* ſed habet Auguſt. in Speculo. Mſ. S. Germ. legit ſup. *quæ placita ſunt illi*, non *beneplacita;* Gr. εὐδοκίαν αὐτοῦ.

℣. 20. Ita Aug. in Speculo. Mſ. S. Germ. habet, *parabunt corda*, non *præparabunt;* Græc. que inf. ταπεινώσει, *humiliabunt*, pro *ſanctificabunt.*

℣. 21. Hic verſus totus deeſt in Græco; non verò in Auguſt. Speculo.

℣. 22. Concinit Aug. Speculum, niſi quòd hab. *Dei manus*, loco *manus Domini:* ita quoque in Mſs. S. Germ. & Corb. 2. at in Gr. ſunt hæc: *dicentes: Si pœnitentiam non egerimus;* & loco *incidemus*, eſt ἐμπεσούμεθα; al. λέγοντες· Ἐμπεσούμεθα, *Incidamus;* reliq. ut in Vulg.

℣. 23. Auguſt. in Speculo: *Secundùm enim magnit. illius, ſic* ℣ *miſeric. ipſius cum ipſo.* Ita quoque in Mſ. Corb. 2. item in Corb. 1. & Sangerm. addito verbo *eſt* in fine. Græcè ſimpliciter: Ὡς γὰρ ἡ μεγαλωσύνη αὐτοῦ, οὕτως καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ· *Sicut enim magnitudo ejus, ita* ℣ *miſericordia ejus.*

CAPUT III.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. FIlii ſapientiæ, eccleſia juſtorum: & natio illorum, obedientia & dilectio.

2. Judicium patris audite filii, & ſic facite ut ſalvi ſitis.

3. Deus enim honoravit patrem in filiis: & judicium matris exquirens, firmavit in filios.

4. Qui diligit Deum, exorabit pro peccatis, & continebit ſe ab illis, & in oratione dierum exaudietur.

5. Et ſicut qui theſaurizat, ita & qui honorificat matrem ſuam.

6. Qui honorat patrem ſuum, jucundabitur in filiis, & in die orationis ſuæ exaudietur.

7. Qui honorat patrem ſuum, vita vivet longiore: & qui obedit patri, refrigerabit matrem.

8. Qui timet Dominum, honorat parentes, & quaſi dominis ſerviet his, qui ſe genuerunt.

9. In opere & ſermone, & omni patientia honora patrem tuum, *Exod. 20. 12. Deuter. 5. 16. Matth. 15. 4. Marc. 7. 10. Epheſ. 6. 2.*

10. ut ſuperveniat tibi benedictio ab eo, & benedictio illius in noviſſimo maneat.

11. Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris eradicat fundamenta. *Gen. 27. 27. & 49. 2.*

12. Ne glorieris in contumelia patris tui: non enim eſt tibi gloria, ejus confuſio:

13. gloria enim hominis ex honore patris ſui, & dedecus filii pater ſine honore.

NOTÆ.

℣. 1. Eodem modo legit Aug. in Speculo. In Mſs. Corb. 1. & S. Theod. exſtat *eccleſia juſtorum.* In Germ. 15. *nati*, pro *natio;* ſed à Græco abſunt hæc tota.

℣. 2. Specul. Auguſt. cum Mſs. S. Germ. S. Theod. & Corb. duob. *audite filii dilecti.* Græc. initio hab. Ἐμοῦ τοῦ πατρὸς ἀκούσατε τέκνα, καὶ, &c. *Me patrem audite filii*, &c. ut ſup. In quibuſdam al. libb. eſt: Κρίσιν τοῦ πατρὸς, &c. in ed. Ald. Κρίμα τοῦ πατρὸς, &c.

℣. 3. A Græco abeſt verbum *exquirens;* cæt. ſimilia. In Mſ. Corb. ſimpliciter, *exquirit in filios;* in Sangerm. 15. *exquirens in filies;* detracto pariter verbo *firmavit;* in Mſ. S. Theod. *exquirens in filiis.*

℣. 4. Ita Aug. in Speculo, dempto uno ℣, poſt *illis:* deeſt pariter in Mſ. S. Germ. 15. In Græco ſic: Ὁ τιμῶν πατέρα, ἐξιλάσεται ἁμαρτίας· *Qui honorat patrem, exorabit pro peccatis;* nec alia plura.

℣. 5. Concinit Auguſt. in Spec. unà cum Græco.

℣. 6. Auguſt. in Speculo: *Qui honorificat patrem, jocundabitur in filiis;* nec addit plura. Similiter in Mſ. S. Germ. 15. præter unum *qui honorat.* Mſs. Corb. duo omittunt tantum *ſuum*, poſt *patrem;* cæt. ut in Vulg. Ita etiam in Gr. eſt, hoc excepto, ὑπὸ τέκνων, *à filiis;* at in ed. Compl. ἐπὶ τέκνοις.

℣. 7. Ita Aug. in Speculo, ſi excipias verbum *obaudit;* ſimiliter in Mſ. S. Germ. 15. *obaudit*, ac præterea, *refrigerabit matri;* item *matri* in Corb. 2. In Græco ſic: Ὁ δοξάζων πατέρα, μακροημερεύσει· καὶ ὁ εἰσακούων Κυρίου, ἀναπαύσει μητέρα αὐτοῦ.

℣. 8. Aug. in Speculo: *Qui timet Deum*, &c. ut ſup. In Græco legitur tantùm poſterior ſententia, ℣ *quaſi dominis*, &c. at in ed. Compl. prior etiam exſtat: Ὁ φοβούμενος Κύριον, τιμήσει πατέρα· dein, καὶ ὡς, &c. ut ſupra. Mſ. S. Germ. cum Corb. 1. extremò hab. *generaverunt.*

℣. 9. A Græco abeſt hoc, ℣ *omni patientia:* ſecus ap. Auguſt. in Spec. In Mſ. S. Theod. initio ipſo eſt, *In omni opere;* in Gr. Ἐν ἔργῳ, ut ſup.

℣. 10. Mſ. S. Germ. 15. cum Corb. 2. & S. Theod. hab. *à Deo*, non *ab eo;* ultimòque idem Germ. cum Corb. 1. & S. Theod. *manet*, non *maneat.* Auguſt. in Speculo; *ut ſuperveniat tibi bened. à Domino.* Græc. verò, ἵνα ἐπέλθῃ σοι εὐλογία παρ' αὐτοῦ· nec ſubdit alia; quæ tamen ab Auguſtino addita fuiſſe videntur in Speculo.

℣. 11. Sic eſt in Græco, additâ voculâ *enim*, poſt hanc, *benedictio.*

℣. 12. Ita in Græco, præter vocem πατρὸς, loco *ejus.* In Mſs. S. Theod. & Corb. duobus: *non enim eſt tibi gloria, ſed confuſio.* In ed. Ald. οὐ γὰρ ἔστι σοι δόξα πρὸς ἀτιμίαν.

℣. 13. In Græco ſic variat poſterior ſententia: καὶ ὄνειδος τέκνοις μήτηρ ἐν ἀδοξίᾳ, ℣ *dedecus filiis mater ſine honore.* In Mſs. etiam S. Germ. 15. & Corb. 2. ℣ *dedecus filiis.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

14. Fili ſuſcipe ſenectam patris tui, & non contriſtes eum in vita illius:

15. & ſi defecerit ſenſu, veniam da, & ne ſpernas eum in virtute tua: eleemoſina enim patris non erit in oblivione.

16. Nam pro peccato matris reſtituetur tibi bonum,

17. & in juſtitia ædificabitur tibi, & in die tribulationis commemorabitur tui: & ſicut in ſereno glacies, ſolventur peccata tua.

18. Quàm malæ famæ eſt, qui derelinquit patrem: & eſt maledictus à Deo, qui exaſperat matrem.

19. Fili in manſuetudine opera tua perfice, & ſuper hominum gloriam diligêris.

Philip. 2. 3. 20. Quantò magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam:

21. quoniam magna potentia Dei ſolius, & ab humilibus honoratur.

Prov. 25. 27. 22. Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris: ſed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita ſemper, & in pluribus operibus ejus ne fueris curioſus.

23. Non eſt enim tibi neceſſarium ea, quæ abſcondita ſunt, videre oculis tuis.

24. In ſupervacuis rebus noli ſcrutari multipliciter, & in pluribus operibus ejus non eris curioſus.

25. Plurima enim ſuper ſenſum hominum oſtenſa ſunt tibi.

26. Multos quoque ſupplantavit ſuſpicio illorum, & in vanitate detinuit ſenſus illorum.

27. Cor durum habebit malè in noviſſimo: & qui amat periculum, in illo peribit.

28. Cor ingrediens duas vias, non habebit ſucceſſus, & pravus corde in illis ſcandalizabitur.

29. Cor nequam gravabitur in doloribus, & peccator adjiciet ad peccandum.

30. Synagogæ ſuperborum non erit ſanitas: frutex enim peccati radicabitur in illis, & non intelliget.

31. Cor ſapientis intelligitur in ſapientia, & auris bona audiet cum omni concupiſcentia ſapientiam.

32. Sapiens cor & intelligibile abſtinebit ſe à peccatis, & in operibus juſtitiæ ſucceſſus habebit.

33. Ignem ardentem exſtinguit aqua, & *Dan. 4. 24.*

NOTÆ.

℣. 14. Accinit Auguſt. unà cum Gr. niſi quòd hab. ℣ *ne contriſtes*; ita etiam in Mſs. S. Germ. 15. & Corb. 2.

℣. 15. Conſonat Græcum, niſi quòd hab. *in* πάσῃ ἰσχύι *ea, in qualibet virtute tua.* Auguſt. in Speculo, *in tua virtute*; ita quoque in Mſ. S. Germ. 15.

℣℣. 16. 17. Græcè ita: Καὶ ἀντὶ ἁμαρτιῶν προσανοικοδομηθήσεταί σοι, ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου ἀναμνησθήσεταί σου· ὡς ἐπὶ πάγετῷ, ὕτως ἀναλυθήσονται σου αἱ ἁμαρτίαι· in Mſs. etiam Sangerm. 15. & Corb. 2. ℣. 17. tollitur ℣, ante *in die*, & ante *ſicut*. Item ap. Auguſt. epiſt. 140. to. 2. 442. e. legitur: *ſicut glacies in ſereno, ita ſolventur peccata tua.*

℣. 18. Similiter habet Auguſt. in Speculo. Græc. verò ita: Ὡς βλάσφημος, ὁ ἐγκαταλιπὼν πατέρα· καὶ κεκατηραμένος ὑπὸ Κυρίου, ὁ παροργίζων μητέρα αὐτοῦ. *Tanquam blaſphemus eſt, qui dereliquit patrem*, &c.

℣. 19. Ita Auguſt. in Speculo: at l. 13. Confeſſ. to. 1. 235. f. 236. a. extremò leg. ℣ *ab omni homine diligeris.* Græc. καὶ ὑπὸ ἀνθρώπου δεκτὸν ἀγαπηθήσῃ, ℣ *ab homine acceptabili diligêris*; cæt. ut in textu. Apud Fulg. ep. 2. p. 162. *In manſuetudine opera tua perfice*, ℣ *ſuper omnium gloriam diligêris.*

℣. 20. Ita legit Auguſt. in Speculo: at l. de ſ. virginit. to. 6. 355. e. 357. c. habet: *Quantò magnus es, tantò humilia te in omnibus*, &c. Hieron. in Ezech. 34. col. 944. a. *Quantò major es, tantò magis te humilia*, ℣ *in conſpectu Domini invenies gratiam.* Fulg. ep. 2. p. 162. *Quanto magis magna es, humilia te*, &c. ut in Vulg. Græc. Ὅσῳ μέγας εἶ, τοσοῦτῳ ταπείνωσον σεαυτὸν, καὶ ἔναντι Κυρίου εὑρήσεις χάριν.

℣. 21. Græcè τοῦ Κυρίου, *Domini*, abſque ſeq. *ſolius.* Auguſt. in Speculo Vulgatæ favet.

℣. 22. Hæc tota refert Aug. in Speculo. Cypr. verò l. 3. Teſtim. p. 319. b. priora tantùm: *Altiora ne quæſieris*, ℣ *fortiora te ne ſcrutatus fueris.* Eadem quoque citat Gelaſ. 1. Concil. to. 4. 1256. d. Ambr. l. 5. de fide, to. 2. 594. e. hæc pauca: *Altiora te ne quæſieris.* Itidem Gaud. Brix. ſer. 3. p. 948. h. ſed addit: *ſublimiora te ne ſcrutatus fueris.* Fulg. l. 1. de verit. præd. p. 448. *Altiora te ne quæſ.* ℣ *fortiora te ne ſcrutatus fueris: ſed quæ præcepit tibi Dominus, illa cogita ſemper*, ℣ *in plurimis operibus ejus ne ſis curioſus.* Mſ. S. Germ. 15. *Altiora te ne ſcrutaveris*, ℣ *fortiora te ne exquiſieris*, &c. ut ſup. Corb. 2. *Altiora te ne quæſieris*, ℣ *fortiora te ne ſcrutaberis*, &c. Græc. Χαλεπώτερά σου μὴ ζήτει, καὶ ἰσχυρότερά σου μὴ ἐξέταζε· ἃ προσετάγη σοι, ταῦτα διανοῦ· *Difficiliora te ne quæſieris*, ℣ *fortiora te ne exquiſiveris: quæ præcepta ſunt tibi, hæc cogita*; ſequentia deſunt: ver. cod. initio hab. βαθύτερά σου, *profundiora te*; Alexander Alexandrin. epiſt. ad Alex. ap. Theodoret. l. 1. hiſt. Eccl. ὑψηλότερά σου, &c.

℣. 23. Ita Auguſt. in Speculo ex editt. omnibus; in Mſs. verò ſic: *Non eſt enim tibi neceſſarium ſcrutari ea, quæ abſcondita ſunt.* In Gr. Οὐ γὰρ ἐστί σοι χρεία τῶν κρυπτῶν· ed. Compl. ſubdit, βλέπειν ὀφθαλμοῖς.

℣. 24. Græc. ſimpliciter hab. Ἐν τοῖς περισσοῖς τῶν ἔργων σου μὴ περιεργάζου, *In ſuperfluis operum tuorum ne fueris curioſus.* Mſ. S. Theod. ſic in fine: ℣ *in pluribus operibus ejus noli eſſe curioſus.* In Sangerm. 15. verſus totus deeſt.

℣. 25. Græc. Πλείονα γὰρ συνέσεως ἀνθρώπων ὑπερβέβληται σοι. Mſ. Sangerm. 15. leg. *ſuper ſenſu hominis*; Corb. 2. *ſuper ſenſum hominis.*

℣. 26. Auguſt. in Speculo, cum Mſ. S. Germ. 15. *Multos enim implanavit ſuſpicio eorum*, &c. Gaud. Brix. ſer. 3. p. 948. h. cum Mſs. Corb. duob. & S. Theod. *Multos enim ſupplantavit*, &c. Cr. Πολλοὺς γὰρ ἐπλάνησεν ἡ ὑπόλη-ψις αὐτῶν, καὶ ὑπόνοια πονηρὰ ὠλίσθησε διανοίας αὐτῶν. *Multos enim implanavit ſuſpicio illorum*, ℣ *cogitatio mala labefecit ſenſus eorum.*

℣. 27. Prior ſententia Græcè poſterior eſt, ita ſcilicet: Καὶ ὁ ἀγαπῶν κίνδυνον, ἐν αὐτῷ ἐμπεσεῖται· deinde, καρδία σκληρὰ κακωθήσεται ἐπ' ἐσχάτων. Contrà in ed. Compl. ordo ſervatur textûs Latini: & ipſa cum Mſ. Alex. hab. ἀπολεῖται, loco ἐμπεσεῖται. Auguſt. in Speculo cum Vulgata concinit ad verbum: at l. 1. de civit. Dei, c. 27. col. 25. d. legit: *qui amat periculum, incidit in illud.* Auct. l. de ſing. cleric. ap. Cypr. p. 538. b. *amans periculum, in ipſo periet.* Fulg. l. 1. de rem. pecc. c. 26. p. 380. *Cor durum malè habebit in noviſſimo:* ℣ *qui amat periculum, in ille periet.*

℣. 28. Sic ap. Auguſt. in Speculo, ſi excipiatur *pravicordius*, loco *pravus corde.* Ita quoque eſt in Mſs. S. Germ. 15. & Corb. 2. Idem vocabulum uſurpant Corb. 1. & S. Theod. ac præterea *requiem*, loco *ſucceſſus.* In Græco deſunt omnia.

℣. 29. Ita legit Auguſt. in Speculo. In Mſ. S. Germ. 15. deeſt *in* ante *doloribus.* In Græco ſic: Καρδία σκληρὰ βαρυθήσεται πόνοις, καὶ ὁ ἁμαρτωλὸς προσθήσει ἁμαρτίαν ἐπ' ἁμαρτίαις· i. e. *Cor durum gravabitur laboribus*, ℣ *peccator adjiciet peccatum ſuper peccata.*

℣. 30. In Mſs. S. Germ. 15. S. Theod. & Corb. 1..... *non eſt ſanitas..... eradicabitur in illis*, &c. Græcè ſimpliciter: Ἐπαγωγὴ (al. ἐπαγωγῇ, aut ἐν ἐπαγωγῇ) ὑπερηφάνου οὐκ ἔστιν ἴασις· φυτὸν γὰρ πονηρίας ἐρριζώκεν ἐν αὐτῷ. *Obductioni ſuperbi non eſt ſanatio: frutex enim malitiæ radicavit in illo.* In ed. Compl. ὀλοσωρίαι αὐτῷ ἐκριζωθήσονται, *itinera ejus eradicabuntur.*

℣. 31. Auguſt. in Spec. cum Mſs. Corb. 2. & S. Theod. hab. *Cor ſapiens*; reliqua ut in Vulg. In Græco ſic: Καρδία συνετοῦ διανοηθήσεται παραβολὴν, καὶ οὖς ἀκροατοῦ, ἐπιθυμία σοφοῦ· *Cor intelligentis cogitabit parabolam*, ℣ *auris auditoris, deſiderium ſapientis.*

℣. 32. Ita Auguſt. in Speculo: ſed à Græco abſunt hæc tota.

℣. 33. Concinit Aug. in Speculo. Ita quoque in Græco eſt, ſi excipiatur hoc fut. duplex, ἀσωσθήσει, *exſtinguet*, ℣ ἐξιλάσεται, *expiabit*, pro *reſiſtit*: in Mſ. S. Germ. 15. *reſiſtet.* Apud Hilar. in Pſ. 118. col. 324. a. *eleemoſina abſcondit peccatum*; Mſs. 2. *abſcidit.* Cypr. verò l. de op. & eleem. p. 237. b. & l. 3. Teſtim. p. 302. c. ita legit: *Sicut aqua exſtinguit ignem, ſic eleemoſina exſtinguet peccatum.* Accinunt Optat. l. 3. cont. Donat. p. 52. b. Leo M. ſer. 48. p.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

eleemoſina reſiſtit peccatis:
34. & Deus proſpector eſt ejus qui reddit gratiam: meminit ejus in poſterum, & in tempore caſus ſui inveniet firmamentum.

NOTÆ.

117. f. Maxim. Taurin. in homil. p. 46. d. 47. b. & Bonif. Mogunt. ſerm. 9.

℣. 34. Auguſt. in Speculo: *Et Deus proſpector tui, ejus qui reddit gratiam, meminit in poſterum: & in tempore caſus tui invenies firmamentum.* Mſ. S. Germ. 15. *Et Deus conſpector, qui reddit gratiam, meminit in poſterum: & in tempore caſus tui invenies firmamentum.* Similiter in Mſ. S. Theod. *meminit in poſterum: & in temp. caſus tui invenies firmam.* In Corb. 2. *Et Deus conſpector ejus qui reddit gratiam, meminit in poſterum*, &c. ut in Vulg. Alter etiam Corb. tollit *ejus*, poſt *meminit*. Græcè ita: Ὁ ἀνταποδιδοὺς χάριτας, μέμνηται εἰς τὰ μετὰ ταῦτα· καὶ ἐν καιρῷ πτώσεως εὑρήσει σήριγμα· *Qui reddit gratias, commemoratur in poſterum: & in tempore caſus inveniet firmamentum.* Ed. Compl. in principio hab. Καὶ Κύριος ὁ ἀνταποδιδοὺς; & inf. addit αὐτῷ, cum Mſ. Alex. ad vocem πτώσεως. Huic ℣. alludere videtur Ambroſ. l. 1. offic. to. 2. 43. b. cùm dicit: *In Proverbiis quoque habes, quòd ita plurimùm redhibitio iſta gratiæ apud Deum conſuevit valere, ut etiam in die ruinæ inveniat gratiam, quando poſſunt præponderare peccata.*

CAPUT IV.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

Tob. 4. 7. 1. FIli eleemoſinam pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne tranſvertas à paupere.
2. Animam eſurientem ne deſpexeris: & non exaſperes pauperem in inopia ſua.
3. Cor inopis ne afflixeris, & non protrahas datum anguſtianti.
4. Rogationem contribulati ne abjicias: & non avertas faciem tuam ab egeno.
5. Ab inope ne avertas oculos tuos propter iram: & non relinquas quærentibus tibi retro maledicere:
6. maledicentis enim tibi in amaritudine animæ, exaudietur deprecatio illius: exaudiet autem eum, qui fecit illum.
7. Congregationi pauperum affabilem te facito, & presbytero humilia animam tuam, & magnato humilia caput tuum.
8. Declina pauperi ſine triſtitia aurem tuam, & redde debitum tuum, & reſponde illi pacifica in manſuetudine.
9. Libera eum, qui injuriam patitur de manu ſuperbi: & non acidè feras in anima tua.
10. In judicando eſto pupillis miſericors ut pater, & pro viro matri illorum:
11. & eris tu velut filius Altiſſimi obediens, & miſerebitur tui magis quàm mater.
12. Sapientia filiis ſuis vitam inſpirat, & ſuſcipit inquirentes ſe, & præibit in via juſtitiæ:
13. & qui illam diligit, diligit vitam: & qui vigilaverint ad illam, complectentur placorem ejus.
14. Qui tenuerint illam, vitam hæreditabunt: & quò introibit, benedicet Deus.
15. Qui ſerviunt ei, obſequentes erunt ſancto: & eos, qui diligunt illam, diligit Deus.
16. Qui audit illam, judicabit gentes: & qui intuetur illam, permanebit confidens.

NOTÆ.

℣. 1. Itidem in Aug. Speculo, excepto uno *ne fraudes*: ſic etiam in Mſ. Corb. 1. In Græco: Τέκνον τὴν ζωήν σου πτωχοῦ μὴ ἀποστερήσῃς, καὶ μὴ παρελκύσῃς ὀφθαλμοὺς ἐπιδεεῖς. *Fili vitam pauperis ne defraudes, & ne protrahas oculos egenos.*

℣. 2. Sic habet Aug. in Speculo: nec diſſimilia in Græco, præter duo, λυπήσῃς, *contriſtaveris*, pro *deſpexeris*; & ἄνδρα, *virum*, loco *pauperem*.

℣. 3. Græc. initio hab. Καρδίαν παροργισμένην μὴ προστραύξῃς, &c. *Cor irritatum ne conturbes*, &c. Aug. in Speculo, ut in Vulg.

℣. 4. Itidem apud Aug. & in Græco.

℣. 5. Auguſt. in Speculo leg. *non auferas*, loco *ne averas*; cæt. ut ſupra. Græc. Ἀπὸ δεομένου μὴ ἀποστρέψῃς ὀφθαλμόν· καὶ μὴ δῷς τόπον ἀνθρώπῳ καταράσασθαί σε· *Ab egeno ne avertas oculum: & ne des locum homini ut maledicat tibi.* Mſ. etiam Corb. 1. delet *tuos*, poſt *oculos*.

℣. 6. Concinit Aug. in Speculo. In Mſ. S. Germ. ſic: *maledicentis enim te in amaritudine, exaudietur precatio illius*, &c. Græc. καταρωμένου γάρ σε ἐν πικρίᾳ ψυχῆς αὐτοῦ, τῆς δεήσεως αὐτοῦ ἐπακούσεται ὁ ποιήσας αὐτόν· *maledicentis enim tibi in amaritud. animæ ſuæ, deprecationem ejus exaudiet is, qui fecit eum.*

℣. 7. In Mſ. Sangerm. deeſt &, ante *magnato*. Ap. Auguſt. in Spec. omnia ut ſup. In Gr. verò hæc ſola: Προσφιλῆ συναγωγὴ σεαυτὸν ποίει, καὶ μεγίσταν ταπείνου τὴν κεφαλήν σου.

℣. 8. Ambroſ. l. de Nab. c. 12. col. 580. d. *Declina pauperi animam tuam, & redde debitum tuum, & reſponde pacifica in manſuetudine.* Auguſt. Specul. Vulgatæ congruit. Græc. hab. Κλῖνον πτωχῷ τὸ οὖς σου, καὶ ἀποκρίθητι αὐτῷ, &c. *Inclina pauperi aurem tuam, & reſponde ei*, &c. abſque verſic. medio, & *redde debitum tuum*. Ed. Compl. ſubdit ἀλύπως, voculæ σου; Mſ. verò S. Germ. 15. delet τὸ *ſine triſtitia*, ut & inf. voculam *illi*; quæ ult. pariter abeſt à Corb. 1.

℣. 9. Ambroſ. l. 1. off. col. 18. c. *Eripe injuriam accipientem.* Auguſt. in Spec. Vulgatæ accinit. Græc. Ἐξελοῦ ἀδικούμενον ἐκ χειρὸς ἀδικοῦντος· καὶ μὴ ὀλιγοψυχήσῃς ἐν τῷ κρίνειν σε. *Libera eum, qui injuriam patitur, de manu injuriam inferentis: & ne acedieris in judicando:* hoc autem ult. *in judicando*, ibid. conjunctum videtur cum hac ſententia, non autem cum ſeq. ut in Vulg.

℣. 10. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 328. b. ſic incipit: *Eſto pupillis miſericors ut pater, & pro viro matri illorum.* Ita etiam in Græco eſt, detractâ tamen voce *miſericors*. Apud Hieron. in Zach. 7. to. 3. 1742. c. *Eſte pupillis pater, & pro viro matri eorum.* Apud Auguſt. verò in Speculo: *In judicando eſto miſericors, pupillis ut pater, & pro viro*, &c.

℣. 11. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 328. b. & *eris velut filius Altiſſimi, ſi obedieris.* Auguſt. Speculum cum Mſ. S. Germ. 15. & *eris velut filius Altiſſ. obaudiens*, &c. Græc. καὶ ἔσῃ ὡς υἱὸς Ὑψίστου, καὶ ἀγαπήσει σε μᾶλλον ἢ μήτηρ σου· & *eris ſicut..... & diliget te magis mater tua*; ed. Compl. μᾶλλον ἢ, *magis quàm*.

℣. 12. Speculum Auguſtini cum Mſ. S. Germ. n. 15. habet, *vitam inſpiravit*; dein Mſ. S. Germ. & *ſuſcepit exquirentes ſe*, & *præibit in viam.* Græcum: Ἡ Σοφία υἱοὺς ἑαυτῆ ἀνύψωσε, καὶ ἐπιλαμβάνεται τῶν ζητούντων αὐτήν· *Sapientia filios ſibi exaltavit*, & *ſuſcipit inquirentes ſe*; nec ſubdit alia. Clemens Alex. l. ſtromat. legit: Ἡ Σοφία ἐπεφυσίωσε (al. ἐπεξυσίασε) τὰ ἑαυτῆς τέκνα· & Tertul. in Scorpiaco, *Sophia jugulavit filios ſuos*; an verò ex hoc loco ſumpſerit hanc ſententiam, inquit Nobil. non ſatis liquet.

℣. 13. Ita de Græco, præter ult. *complectentur placorem ejus*, pro quibus ſic, ἐμπλησθήσονται εὐφροσύνης, *implebuntur lætitiâ*. In Spec. Auguſt. omnia ut in Vulg. ſed in Mſ. ejuſd. Reg. extremò legitur, *complebuntur dulcore ejus:* in Bibliis Mſs. S. Germ. 15. & Corb. 1. *complectebuntur placorem ejus*; in Mſ. S. Theod. *complectentur lætitiæ placorem ejus*; deinde, *Et qui*, &c.

℣. 14. Gr. Ὁ κρατῶν αὐτῆς, κληρονομήσει δόξαν· καὶ ὅ εἰσπορεύεται, εὐλογήσει Κύριος. *Qui tenuerit eam, hæreditabit gloriam: & quòcunque ingreditur, benedicet Dominus.* Specul. Auguſt. Vulgatæ congruit.

℣. 15. Suffragatur Aug. in Spec. unà cum Græco.

℣. 16. Auguſt. in Spec. leg. *judicat gentes*, cum Mſs. S. Germ. 15. S. Theod. & Corb. duob. at in Gr. κρινεῖ, *judicabit*: exinde, καὶ ὁ προσελθὼν αὐτῇ, κατασκηνώσει ἐπεποιθώς· & *qui acceſſerit ad illam, habitabit confidens.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

17. Si crediderit ei, hæreditabit illam, & erunt in confirmatione creaturæ illius:

18. quoniam in tentatione ambulat cum eo, & in primis eligit eum.

19. Timorem & metum, & probationem inducet ſuper illum: & cruciabit illum in tribulatione doctrinæ ſuæ, donec tentet eum in cogitationibus ſuis, & credat animæ illius.

20. Et firmabit illum, & iter adducet directum ad illum, & lætificabit illum,

21. & denudabit abſconſa ſua illi, & theſaurizabit ſuper illum ſcientiam & intellectum juſtitiæ.

22. Si autem aberraverit, derelinquet eum, & tradet eum in manus inimici ſui.

23. Fili conſerva tempus, & devita à malo.

24. Pro anima tua ne confundaris dicere verum.

25. Eſt enim confuſio adducens peccatum, & eſt confuſio adducens gloriam & gratiam.

26. Ne accipias faciem adversùs faciem tuam, nec adversùs animam tuam mendacium.

27. Ne reverearis proximum tuum in caſu ſuo:

28. nec retineas verbum in tempore ſalutis. Non abſcondas ſapientiam tuam in decore ſuo.

29. In lingua enim ſapientia dignoſcitur: & ſenſus, & ſcientia, & doctrina in verbo ſenſati, & firmamentum in operibus juſtitiæ.

30. Non contradicas verbo veritatis ullo modo, & de mendacio ineruditionis tuæ confundere.

31. Non confundaris confiteri peccata tua, & ne ſubjicias te omni homini pro peccato. *Inf. 6.* 6.

32. Noli reſiſtere contra faciem potentis, nec coneris contra ictum fluvii.

33. Pro juſtitia agonizare pro anima tua, & uſque ad mortem certa pro juſtitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos.

34. Noli citatus eſſe in lingua tua; & inutilis, & remiſſus in operibus tuis.

35. Noli eſſe ſicut leo in domo tua, evertens domeſticos tuos, & opprimens ſubjectos tibi.

36. Non ſit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta.

NOTÆ.

℣. 17. Sic hab. Auguſt. in Speculo, excepta voce ult. *illorum*, loco *illius*. In Mſs. etiam Sangerm. 15. & Corb. 1. legitur, *creaturæ illorum*. In Mſ. S. Theod. vitioſè, *creatore illorum*. In Gr. Ἐὰν ἐμπιστεύσῃς, καταπληρουμένους αὐτὸν, καὶ ἐν κατακλήσει ἔσονται αἱ γενεαὶ αὐτοῦ· *Si credideris, hæreditabis eam, & in poſſeſſione erunt generationes ipſius*; ed. Compl. αὐτῶν, *illorum*; ſup. verò, ἐμπιστεύσῃ, κατακληρονομήσει· Mſ. Alex. ἐμπιστεύσει, κατακληρονομήσει.

℣. 18. Ita Aug. in Speculo. Græc. ὅτι διεσταλμένως πορεύεται μετ' αὐτῆ ἐν πρώτοις· *quia obliquè ambulat cum eo in primis*: al. ὅτι ἐν πειρασμῷ, *quia in tentatione*, ut in Vulg. Auctor op. imp. in Matth. p. 39. e. *quoniam cum tentatione ambulat cum eo*, &c. ut ſup.

℣. 19. Eadem legit Auguſt. in Speculo, præter voculam *illius*, poſtpoſitam iſti, *cogitationibus*. Similiter hab. Mſs. Corb. 1. & S. Germ. 15. *in cogitationibus illius*; ſup. verò *adprobationem*, loco *probationem*. Auct. op. imp. in Matth. p. 39. e. ſic: *Timorem & metum adducet ſuper eum: & cruciabit eum in tribulatione doctrina ſua, donec tentet eum in tribulationibus ejus, & credat animæ ejus*. Græc. Φόβον δὲ καὶ δειλίαν ἐπάξει ἐπ' αὐτὸν· καὶ βασανίζει αὐτὸν ἐν παιδιᾷ αὐτῆς, ἕως ἂν ἐμπιστεύσῃ τῇ ψυχῇ αὐτῆ, καὶ πειράζῃ αὐτὸν ἐν τοῖς δικαιώμασιν αὐτῆς. *Timorem autem & metum adducet ſuper illum: & cruciabit illum in diſciplina ſua, donec credat animæ illius, & tentet eum in juſtificationibus ſuis*.

℣. 20. Ita Aug. in Speculo, niſi quòd Mſs. ferunt ibid. & *jam adducet*; S. Germ. 15. & *iterum adducet*, abſque ult. & *lætificabit illum*. In Gr. ſic: Καὶ πάλιν ἐπαναξει κατ' εὐθείαν πρὸς αὐτὸν, καὶ εὐφρανεῖ αὐτόν· *Et rurſus redibit rectà ad illum, & lætificabit illum*; hoc omiſſo 1. & *firmabit illum*.

℣. 21. Aug. in Speculo leg. *abſcondita ſua*; cæt. ut ſupra. Mſ. S. Germ. 15. & *denudat abſconſa ſua*, & *theſaurizat*, &c. item in Corb. 1. & *theſaurizat*. In Gr. ſimpliciter, καὶ ἀποκαλύψει αὐτῷ τὰ κρυπτὰ αὐτῆς, & *revelabit ei abſcondita ſua*; prætermiſſis aliis.

℣. 22. Græcè, Ἐὰν ἀποπλανηθῇ, abſque medio *autem*; ultimòque πλώσεως αὐτῆ, *ruinæ ſuæ*, loco *inimici ſui*. Auguſt. in Spec. Vulgatæ favet.

℣. 23. In Græco deeſt tantùm 1. vox *fili*.

℣. 24. Græc. ipſo initio hab. καὶ, delerque ult. *dicere verum*. Ap. Aug. in Spec. ut in Vulg. excepto uno *non*, pro *ne*: in Mſs. etiam SS. Theod. & Germ. 15. *non confundaris*.

℣. 25. Concinit Aug. in Spec. necnon ep. 93. to. 2. 252. e. Ita quoque in Græco eſt, præter hoc ult. δόξα καὶ χάρις, *gloria & gratia*, loco *adducens gloriam & gratiam*. Ambroſ. in Pſ. 37. col. 838. d. legit: *Eſt verecundia adducens peccatum*. Nicetius epiſc. c. 2. Spicil. to. 3. p. 2. c. *Eſt confuſio, quæ adducit peccatum*. Severus presb. Miſcell. to. 1. p. 344. *Eſt confuſio adducens peccatum; eſt confuſio adducens gratiam Dei*. Hieron. verò in Ezech. 16. to. 3. p. 807. d. ait: *Tale quid illud Evangelii ſonat: Eſt confuſio quæ ducit ad mortem, & eſt confuſio quæ ducit ad vitam*. Addit nov. editor Martian. Not. a. « Erat fortè hæc » ſententia in aliquo Evangelio apocrypho, vel in exem» plaribus antiquæ Vulgatæ addita fuit, ſicut & alia bene » multa, quæ modò non leguntur apud nos. »

℣℣. 26. 27. Græcè, ex duplici verſu fit unus hoc modo: Μὴ λάβῃς πρόσωπον καὶα τῆς ψυχῆς σε, καὶ μὴ ἐντραπῇς εἰς πλῶσίν σε· i. e. *Ne accipias faciem adversùs animam tuam, & ne revereris in caſum tuum*. Apud Aug. in Spec. omnia ut in Vulg. præter dupl. *non*, pro *ne*. In Mſs. Corb. 1. & S. Germ. 15. *Non reverearis..... in caſum ſuum*: item in Mſ. S. Theod. *Non reverearis*.

℣. 28. Auguſt. in Spec. ultimò leg. *in decore ejus*. Similiter habent Mſs. S. Theod. & Corb. 1. Sangerm. verò 15. *in decorem ejus*; uti ſup. *in tempus ſalutis*. Græcè prior tantùm ſententia exſtat: μὴ κωλύσῃς λόγον ἐν καιρῷ σωτηρίας. At in ed. Compl. altera ſubjicitur: καὶ μὴ κρύψῃς τὴν σοφίαν σου εἰς καλλονήν.

℣. 29. Aug. in Spec. ita legit: *In lingua enim agnoſcitur ſapientia: & ſenſus, & ſcientia, & doctrina in verbis veritatis, & firmam. in operib. juſtitiæ*. Similiter in Mſs. S. Germ. 15. & Corb. 1. *agnoſcitur ſapientia*; in Mſ. S. Theod. *agnoſcetur ſapientia*: ſubinde in Germ. & *doctrina in verbis veritatis*. In Græco hæc ſola: Ἐν γὰρ λόγῳ γνωσθήσεται σοφία, καὶ παιδεία ἐν ῥήμασι γλώσσης. *In ſermone enim cognoſcetur ſapientia, & diſciplina in verbo linguæ*.

℣. 30. Auguſt. in Spec. & l. 3. cont. ep. Parmen. to. 9. 76. c. pro *verbo veritatis*, leg. tantùm *veritati*. Similiter in Mſs. S. Germ. 15. & S. Theod. ut in Græco: at Græcè deeſt ſeq. *ullo modo*; & loco *de mendacio ineruditionis tuæ*, habetur ſimpliciter, καὶ περὶ τῆς ἀπαιδευσίας σου. At in edit. Compl. τῇ ἀληθείᾳ κατὰ μηδὲν, καὶ περὶ ψεύσματος τῆς ἀπαιδευσίας σου, &c.

℣℣. 31. 32. Totidem verba exſtant in Spec. Auguſtini, excepto uno *omni*, quod deeſt ℣. 31. ante *homini*; deeſt pariter in tribus Mſs. Corb. 1. S. Germ. 15. & S. Theoder. Græcè nonnulla variant, mutaturque ſententiarum ordo; ita ſcilicet: Μὴ αἰσχυνθῇς ὁμολογῆσαι ἐφ' ἁμαρτίαις σου, καὶ μὴ βιάζου ῥοῦν πολεμοῦ. Καὶ μὴ ὑποσχῶσῃς σεαυτὸν ἀνθρώπῳ μωρῷ, καὶ μὴ λάβῃς πρόσωπον δυνάστου· i. e. *Ne confundaris confiteri peccata tua, nec coneris contra fluxum fluminis. Et non ſubjicias te homini ſtulto, & ne accipias faciem potentis*.

℣. 33. Auguſt. Specul. initio hab. *In juſtitia agonizare*, &c. ut ſup. Mſ. S. Germ. 15. *agoniare*. Græc. Ἕως τοῦ θανάτου ἀγωνίζαι περὶ τῆς ἀληθείας, καὶ Κύριος ὁ Θεὸς πολεμήσει ὑπὲρ σοῦ. *Uſque ad mortem agonizare pro veritate, & Dominus Deus pugnabit pro te*.

℣. 34. Ita legunt Cypr. l. 3. Teſtim. p. 327. a. & Aug. in Speculo. Sic etiam Chromat. Aquil. in Matth. p. 981. h. excepto uno *ſegnis*, loco *inutilis*. Græc. Μὴ γίνου τραχὺς ἐν γλώσσῃ σου, καὶ νωθρὸς, &c. *Noli eſſe aſper in lingua tua, & ſegnis*, &c. ut ſup. In Mſ. Alex. non τραχὺς, ſed ταχὺς, ut in Vulg.

℣. 35. Sic habet Aug. in Speculo. Græcè prior tantùm ſententia exſtat; loco verò ſeqq. *evertens domeſticos*, &c. eſt: καὶ φαντασιοκοπῶν ἐν τοῖς οἰκέταις σου, & *arreptitius in domeſticis tuis*.

℣. 36. Auguſt. in Spec. leg. *capiendum*, non *accipiendum*; Mſ. que S. Germ. 15. *reddendum*, pro *dandum*. Gr. Μὴ ἔσω ἡ χεὶρ σου ἐκτεταμένη εἰς τὸ λαβεῖν, καὶ ἐν τῷ ἀποδιδόναι συνεσταλμένη.

Digitized by Google

CAPUT V.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. NOli attendere ad poſſeſſiones iniquas, & ne dixeris: Eſt mihi ſufficiens vita: nihil enim proderit in tempore vindictæ & obductionis.

2. Ne ſequaris in fortitudine tua concupiſcentiam cordis tui:

3. & ne dixeris: Quomodo potui? aut quis me ſubjiciet propter facta mea? Deus enim vindicans vindicabit.

4. Ne dixeris: Peccavi, & quid mihi accidit triſte? Altiſſimus enim eſt patiens redditor.

5. De propitiato peccato noli eſſe ſine metu, neque adjicias peccatum ſuper peccatum.

6. Et ne dicas: Miſeratio Domini magna eſt, multitudinis peccatorum meorum miſerebitur.

Prov. 10. 6. 7. Miſericordia enim & ira ab illo citò proximant, & in peccatores reſpicit ira illius.

8. Non tardes converti ad Dominum, & ne differas de die in diem:

9. ſubitò enim veniet ira illius, & in tempore vindictæ diſperdet te.

10. Noli anxius eſſe in divitiis injuſtis: non enim proderunt tibi in die obductionis & vindictæ. Prov. 11. 4. 28.

11. Non ventiles te in omnem ventum, & non eas in omnem viam: ſic enim omnis peccator probatur in duplici lingua.

12. Eſto firmus in via Domini, & in veritate ſenſus tui & ſcientiâ, & proſequatur te verbum pacis & juſtitiæ.

13. Eſto manſuetus ad audiendum verbum, ut intelligas: & cum ſapientia proferas reſponſum verum.

14. Si eſt tibi intellectus, reſponde proximo: ſin autem, ſit manus tua ſuper os tuum, ne capiaris in verbo indiſciplinato, & confundaris.

15. Honor & gloria in ſermone ſenſati, lingua verò imprudentis ſubverſio eſt ipſius.

16. Non appelleris ſuſurro, & linguâ tuâ ne capiaris, & confundaris.

NOTÆ.

℣. 1. Ita legit Aug. in Speculo. In Gr. pauciora: Μὴ ἔσχε ἐπὶ τοῖς χρήμασί σου, ἢ μὴ ἱκανῆς· Αὐτάρκη μοι ἐστί. *Noli attendere ad divitias tuas, & ne dixeris: Sufficientes mihi ſunt*; ed. Compl. addit εἰς ζωήν, *ad vitam.*

℣. 2. Auguſt. in Spec. tollit hoc, *in fortitudine tua*, cum Mſ. Corb. 1. delet pariter Sangerm. 15. cum vocula ult. *tui*. Græcè ita: Μὴ ἐξακολούθει τῇ ψυχῇ σου, ἢ τῇ ἰσχύι σου, τοῦ πορεύεσθαι ἐν ἐπιθυμίαις καρδίας σου. *Ne ſequaris animam tuam, & fortitudinem tuam, ut ambules in concupiſcentiis cordis tui.*

℣. 3. Sic ap. Auguſt. in Speculo: in Gr. breviùs: ἢ μὴ εἴπῃς· Τίς με δυναστεύσει; ὁ γὰρ Κύριος ἐκδικῶν ἐκδικήσει σε. Ed. Compl. verbo δυναστεύσει, ſubdit hæc, διὰ τὰ ἔργα μου, Mſ. verò Alex. extremò delet σέ.

℣. 4. Lucif. Cal. de reg. apoſt. p. 220. d. *Ne dixeris: Peccavi, & quid accidit mihi triſte? eſt enim Altiſſimus patiens redditor.* Accinunt Cypr. l. 3. Teſtim. p. 316. c. & Vigil. Tapſ. cont. Varim. p. 738. d. Apud Aug. in Speculo, *Et ne dixeris*, &c. ut ſupra. In Gr. Μὴ εἴπῃς· Ἥμαρτον, καὶ τί μοι ἐγένετο; ὁ γὰρ Κύριός ἐστι μακρόθυμος. Ed. Compl. addit λυπηρόν, verbo ἐγένετο.

℣. 5. Aug. in Speculo: *De propitiatu peccatorum noli eſſe ſine metu*, &c. Ita quoque in Mſ. S. Germ. 15. Græcè: Περὶ ἐξιλασμοῦ μὴ ἄφοβος γίνου, προσθεῖναι ἁμαρτίαν ἐφ' ἁμαρτίαις. *De propitiatu noli eſſe ſine metu, ut adjicias peccatum ſuper peccata.* At Aug. l. 2. de ſerm. Dom. in mon. to. 3. p. 2. col. 219. c. legit: *fili, ne adjicias peccatum ſuper peccatum.* Similiter Vict. Tun. l. de pœnit. p. 603. e. ſicut etiam Fulg. l. 1. de remiſ. pecc. c. 26. deleto uno *fili*.

℣. 6. Similiter Aug. in Speculo, niſi quòd leg. *Dei*, loco *Domini*. Itidem in Mſ. Sangerm. 15. Græcè, Ὁ οἰκτιρμὸς αὐτοῦ πολύς, *Miſeratio ejus multa*; cæt. ut in Lat. Apud Aug. l. 2. de ſerm. Dom. in mon. col. 219. c. *Et dicas: Miſeratio Dei magna eſt.* Sic etiam apud Fulgent. l. 1. de remiſ. pecc. c. 26. & Victor Tun. l. de pœnit. p. 603. e. Vigil. autem Tapſ. l. cont. Varim. p. 748. f. ita legit: *Ne dixeritis: Miſericors eſt Deus noſter, non reddet nobis peccata noſtra: ipſe enim*, &c. ut inf. ℣. 7. Cæſar. Arelat. homil. 17. *Ne dixeris: Quia miſeratio Dei magna eſt, multitudini peccatorum meorum ignoſcet.*

℣. 7. Aug. in Spec. leg. *citò proximat*, cum Mſs. Corb. 1. & S. Theod. ſed à Sangerm. 15. abeſt comma iſtud, ſicut à Græco: in ed. tamen Compl. exſtat αὐτῷ ταχυνεῖ, mox in Gr. ἢ ἐπὶ ἁμαρτωλὸς καταπαύσει ὁ θυμὸς αὐτοῦ· & *ſuper peccatores requieſcet ira illius.* Similiter ap. Vict. Tun. l. de pœnit. p. 603. e. *Miſericordia enim & ira ab illo.* Item apud Fulg. l. 1. de remiſſ. pecc. c. 26. ſubjunctis proximè his, & *in peccatores reſpiciet ira illius.* Ap. Vigil. Tapſ. ubi ſup. *ipſe enim ſecundùm patientiam in fine redarguet peccatores.*

℣. 8. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 327. b. *Ne tardes converti ad Deum, & ne differas de die in diem.* Victor Tun. de pœnit. ap. Ambr. col. 603. e. Vulgatæ accinit cum Auguſt. in Spec. & Græco. Aug. verò ep. 127. to. 2. 373. c. cum S. Paulino epiſt. 25. p. 168. a. leg. *Ne tardes..... neque differas*, &c. Hormiſd. PP. epiſt. 6. Conc. to. 4. 1435. b. *Ne tardes..... & ne differas*, &c. ita etiam Auguſt. tract. 34. in Joh. to. 3. p. 2. col. 533. f. Ruricius epiſtolar. l. 2. ep. 20. p. 571. d. *Ne tarderis converti ad Deum, nec differas de*, &c. Fulg. l. 2. de rem. pecc. c. 5. p. 17. 387. 400. *Ne tardaveris converti ad Deum*, &c. ut in Vulg.

℣. 9. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 327. b. cum Mſ. Germ. 15. *ſubitò enim venit ira illius.* Similiter hab. Vict. Tun. l. de pœnit. p. 603. e. cum reliquis de Vulg. Ita quoque Ruricius ep. 20. p. 571. d. S. Paulin. verò ep. 25. p. 168. a. *ne ſubitò veniat ira illius.* Itidem Fulg. l. 2. de rem. pecc. c. 5. & 17. p. 387. 400. additis ſeqq. de Vulg. at l. de fide ad Petr. p. 517. legit: *ſubitò enim veniet ira ejus*, &c. Auguſt. in Spec. cum Vulg. concinit ad verbum; ſicut tract. 34. in Johan. to. 3. 533. f. Græcè: ἐξάπινα γὰρ ἐξεκαύσθαι ὀργὴ Κυρίου, &c. abſque *te*, in fine; quæ tamen vocula in al. libb. eſt.

℣. 10. Concinit Aug. in Speculo, niſi quòd hab. *nihil enim proderunt*, cum Mſs. Corb. 1. S. Theod. & S. Germ. 15. Græcè ita: Μὴ ἔσχε ἐπὶ χρήμασιν ἀδίκοις· οὐδὲν γὰρ ὠφελήσεις ἐν ἡμέρᾳ ἀναγωγῆς· *Noli attentus eſſe in divitiis injuſtis: nihil enim adjuvaberis in die obductionis:* Mſ. Alex. ὠφελήσει σε.

℣. 11. Auguſt. in Speculo: *Non ventiles te in omni vento, & non eas in omni via: ſic enim peccator probatur duplici lingua.* Similiter in Mſs. S. Germ. 15. & Corb. 1. & *non eas in omni via: ſic enim peccator*; cæt. ut in Vulg. Item in Mſ. S. Theod. *ſic enim peccator.* In Græco: Μὴ λίχμα ἐν παντὶ ἀνέμῳ, ἢ μὴ πορεύου ἐν τρίβῃ ἁπλανεῖ· ὕτως ὁ ἁμαρτωλὸς ὁ διγλωσσος.

℣. 12. Ita in Speculo Auguſt. excepta voce *Dei*, loco *Domini*: ſic etiam in Mſ. S. Germ. 15. in Græco pauciora de more: Ἴσθι ἐστηριγμένος ἐν συνέσει σου, ἢ εἷς ἔστω σου ὁ λόγος. *Eſto firmus in intellectu tuo, & unus ſit tuus ſermo.*

℣. 13. Mſs. Corb. 1. & S. Theod. hab. *verbum Dei*; ſicut Auguſt. in Speculo: præterea Aug. inf. legit *feras reſponſum*; Reg. autem cod. ibid. *fer*; Mſ. S. Germ. 15. *fers*; Mſ. S. Theod. *proferes.* Græc. Γίνου ταχὺς ἐν ἀκροάσει σου· ἢ ἐν μακροθυμίᾳ φθέγξαι ἀποκρισιν· *Eſto velox in auſcultatione tua: & in longanimitate profer reſponſum.*

℣. 14. In Speculo Aug. deeſt tantùm præpoſ. *in*, ante *verbo*; ſed à Græco abſunt hæc ult. tota, *ne capiaris*, &c.

℣. 15. Ita Aug. in Speculo. Mſ. S. Germ. 15. delet voculas 2. *verò*, & *eſt*: deeſt pariter *verò* in Corb. 1. in Mſ. etiam S. Theod. ſic: *lingua imprudentis ſubverſio illius.* Græcè: Δόξα καὶ ἀτιμία ἐν λαλιᾷ· ἢ γλῶσσα ἀνθρώπου πτῶσις αὐτοῦ· *Gloria & inhonoratio in ſermone: & lingua hominis ſubverſio illius.*

℣. 16. Mſs. S. Germ. 15. & Corb. 1. leg. *ſuſurrio*,

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

17. Super furem enim eſt confuſio & pœnitentia, & denotatio peſſima ſuper bilinguem: ſuſurratori autem odium, & inimicitia, & contumelia.

18. Juſtifica puſillum, & magnum ſimiliter.

NOTÆ.

tolluntque *ne*, ante *capiaris*; in Mſ. etiam S. Theod. deeſt *ne*. In Auguſt. Speculo ſic: *Non appelleris ſuſurro in vita tua, & in lingua tua ne capiaris, & confund.* In Græco: Μὴ κληθῇς ψίθυρος, καὶ τῇ γλώσσῃ σου μὴ ἐνέδρευε· *Ne appelleris ſuſurro, & linguâ tuâ ne inſidieris.*

℣. 17. Sic habet Aug. in Speculo. In Græco verò deeſt hoc, & *pœnitentia*; deeſt pariter ſententia poſterior tota, *ſuſurratori autem*, &c.

℣. 18. Ita Auguſt. hab. in Speculo. Mſ. S. Germ. 15. *Juſtifica puſillo, & magno ſimiliter.* Græc. verò: Ἐν μεγάλῳ, καὶ ἐν μικρῷ μὴ ἀγνόει· *In magno, & in parvo non ignores.*

CAPUT VI.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. NOli fieri pro amico inimicus proximo: improperium enim & contumeliam malus hæreditabit, & omnis peccator invidus & bilinguis.

Rom. 12. 16. Philip. 2. 3.

2. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ velut taurus: ne fortè elidatur virtus tua per ſtultitiam,

3. & folia tua comedat, & fructus tuos perdat, & relinquaris velut lignum aridum in eremo.

4. Anima enim nequam diſperdet qui ſe habet, & in gaudium inimicis dat illum, & deducet in ſortem impiorum.

5. Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos: & lingua eucharis in bono homine abundat.

6. Multi pacifici ſint tibi, & conſiliarius ſit tibi unus de mille.

7. Si poſſides amicum, in tentatione poſſide eum, & ne facilè credas ei.

8. Eſt enim amicus ſecundùm tempus ſuum, & non permanebit in die tribulationis.

9. Et eſt amicus qui convertitur ad inimicitiam: & eſt amicus qui odium & rixam, & convitia denudabit.

10. Eſt autem amicus ſocius menſæ, & non permanebit in die neceſſitatis.

11. Amicus ſi permanſerit fixus, erit tibi quaſi coæqualis, & in domeſticis tuis fiducialiter aget:

12. ſi humiliaverit ſe contra te, & à facie tua abſconderit ſe, unanimem habebis amicitiam bonam.

13. Ab inimicis tuis ſeparare, & ab amicis tuis attende.

14. Amicus fidelis, protectio fortis: qui autem invenit illum, invenit theſaurum.

15. Amico fideli nulla eſt comparatio, & non eſt digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius.

16. Amicus fidelis, medicamentum vitæ & immortalitatis: & qui metuunt Dominum, invenient illum.

17. Qui timet Deum, æquè habebit amicitiam bonam: quoniam ſecundùm illum erit amicus illius.

18. Fili à juventute tua excipe doctrinam, & uſque ad canos invenies ſapientiam.

NOTÆ.

℣. 1. Eadem refert Auguſt. in Speculo. Ambroſ. verò l. de bono mort. c. 7. col. 401. b. *Cum amice miſce animum tuum, non cum inimico.* Græc. Καὶ ἀντὶ φίλου μὴ γίνου ἐχθρός· ὄνομα γὰρ πονηρὸν, αἰσχύνην, καὶ ὀνειδισμὸν κληρονομήσει· ὅστις ὁ ἁμαρτωλὸς ὁ λίγλωσσος. *Et noli fieri pro amico inimicus: nomen enim malum, confuſionem, & improperium hæreditabit: ſic peccator bilinguis.*

℣. 2. Ita in Aug. Spec. Græcè, loco *velut taurus: ne fortè*, &c. habetur, ἵνα μὴ διαρπαγῇ ὡς ταῦρος ἡ ψυχή σου, *ne diripiatur velut taurus anima tua.*

℣. 3. Mſs. S. Germ. 15. S. Theod. & Corb. 1. ferunt: & *folia tua comedet, & fructus tuos perdet, & relinquêris velut*, &c. ut in Vulg. Græc. verò: Τὰ φύλλα σου καταφάγεται, καὶ τοὺς καρποὺς σου ἀπολέσεις, καὶ ἀφήσεις σεαυτὸν ὡς ξύλον ξηρόν. *Folia tua comedes, & fructus tuos perdes, & relinques te velut lignum aridum.*

℣. 4. Mſ. Corb. 1. *diſperdit*..... & *deducit*. S. Germ. 15. & S. Theod. *in gaudium inimici dat illum, & deducit*, &c. Græc. Ψυχὴ πονηρὰ ἀπολεῖ τὸν κτησάμενον αὐτὴν, καὶ ἐπιχαρμα ἐχθρῶν ποιήσει αὐτόν. *Anima nequam diſperdet eum qui ſe habet, & gaudium inimicorum faciet eum*; ſequentia deſunt.

℣. 5. Græc. Λάρυγξ γλυκὺς πληθυνεῖ φίλους αὐτοῦ· καὶ γλῶσσα εὐλαλος πληθυνεῖ εὐχαριστίας. *Guttur dulce multiplicabit amicos ſuos: & lingua beneloquens multiplicabit bonas ſalutationes.* S. Paulin. epiſt. 11. p. 49. a. & *lingua gratiæ in bono homine abundat.* Vide inf. ad ℣. 15.

℣. 6. Auguſt. in Spec. Vulgatæ favet. Hieron. in Iſai. 3. col. 34. e. legit: *Amici tibi ſint plurimi, conſiliarius autem unus de mille.* Gr. Οἱ εἰρηνεύοντές σοι ἔσωσαν πολλοὶ, οἱ δὲ σύμβουλοί σου εἰς ἀπὸ χιλίων. *Pacifici tibi ſint multi, conſiliarii autem tui unus de mille.* Mſ. S. Germ. 15. & *conſiliarii tibi ſint unus de mille.*

℣. 7. Auguſt. in Speculo, & *non facilè credas illi temetipſum.* Græc. καὶ μὴ ταχὺ ἐμπιστεύσῃς αὐτῷ, ed. Compl. ſubjungit σεαυτόν. Mſs. S. Germ. 15. S. Theod. & Corb. & *non facilè credas illi*; Mſ. S. Theod. addit *te ipſum.*

℣. 8. Concinit Auguſt. in Spec. Græc. habet ἐν καιρῷ αὐτοῦ, *in tempore ſuo*; ultimòque, θλίψεώς σου, *tribulationis tuæ.*

℣. 9. Auguſt. in Speculo: *Et eſt amicus qui egreditur ad inimicitiam*, &c. ut in Vulg. Similiter in Mſ. S. Germ. 15. *qui egreditur*; at in Gr. μετατιθέμενος: loco verò poſterioris ſententiæ, & *eſt amicus qui odium*, &c. legitur ſimpliciter, καὶ μάχην ὀνειδισμοῦ ἀποκαλύψει, & *rixam opprobrii tui denudabit.* Hæc ſententia tota abeſt à Mſ. S. Germ. 15.

℣. 10. Concinit Aug. in Speculo. In Mſs. S. Germ. 15. & S. Theod. legitur *permanet*, non *permanebit.* Græcè ita: Καὶ ἔστι φίλος κοινωνὸς τραπέζῃς, καὶ οὐ μὴ παραμείνῃ ἐν ἡμέρᾳ θλίψεώς σου.

℣. 11. Eadem legit Aug. in Spec: Græcè loco prioris ſententiæ, *Amicus..... coæqualis*, eſt, Καὶ ἐν τοῖς ἀγαθοῖς σου ἔσται ὡς σύ, & *in bonis tuis erit ſicut tu*; reliq. ut in Vulg.

℣. 12. Sic apud Auguſt. in Spec. at in Græco hæc ſola: ἐὰν ταπεινωθῇς, ἔσται καλὰ σοῦ, καὶ ἀπὸ τοῦ προσώπου σου κρυβήσεται· *ſi humiliatus fueris, erit contra te, & à facie tua abſcondet ſe.*

℣. 13. Itidem Aug. in Spec. unà cum Græco.

℣. 14. Ita Aug. in Spec. ſic etiam in Græco.

℣. 15. Concordat Auguſt. Speculum. Græc. verò loco ſententiæ poſterioris, & *non eſt digna*, &c. ſimpliciter habet: καὶ οὐκ ἔστι σταθμὸς τῆς καλοκαγαθίας αὐτοῦ· & *non eſt pondus bonitatis illius.* S. Paulin. ep. 11. p. 49. a. legit: *Amico fideli nulla eſt comparatio: & lingua gratiæ in bono homine abundat.* Hæc autem poſterior ſententia eſt de ſuperiori ℣. 5. quem vide.

℣. 16. Sic apud Aug. in Spec. præter præſ. *invenient*, loco fut. *invenient.* Similiter in Mſ. S. Germ. 15. *inveninnt.* A Græco abeſt vox *immortalitatis*; cæt. ut in Vulg. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 326. e. hanc vocem retinet, *immortalitatis.*

℣. 17. Concinit Aug. in Spec. at in Gr. ſic: Ὁ φοβούμενος Κύριον, εὐθυνεῖ φιλίαν αὐτοῦ· ὅτι κατ' αὐτὸν, οὕτως καὶ ὁ πλησίον αὐτοῦ. *Qui timet Dominum, dirigit amicitiam ſuam: quia ſecundùm ipſum, ſic & proximus ipſius.*

℣. 18. Suffragatur Auguſt. in Spec. nec aliter Græcè.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

19. Quasi is qui arat, & seminat, accede ad eam, & sustine bonos fructus illius:

20. in opere enim ipsius exiguùm laborabis, & citò edes de generationibus illius.

21. Quàm aspera est nimiùm sapientia indoctis hominibus, & non permanebit in illa excors.

22. Quasi lapidis virtus probatio erit in illis, & non demorabuntur projicere illam.

23. Sapientia enim doctrinæ secundùm nomen est ejus, & non est multis manifesta: quibus autem cognita est, permanet usque ad conspectum Dei.

24. Audi fili, & accipe consilium intellectus, & ne abjicias consilium meum.

25. Injice pedem tuum in compedes illius, & in torques illius collum tuum:

26. subjice humerum tuum, & porta illam, & ne acedieris vinculis ejus.

27. In omni animo tuo accede ad illam, & in omni virtute tua conserva vias ejus.

28. Investiga illam, & manifestabitur tibi, & continens factus ne derelinquas eam:

29. in novissimis enim invenies requiem in ea, & convertetur tibi in oblectationem.

30. Et erunt tibi compedes ejus in protectionem fortitudinis, & bases virtutis, & torques illius in stolam gloriæ:

31. decor enim vitæ est in illa, & vincula illius alligatura salutaris.

32. Stolam gloriæ indues eam, & coronam gratulationis superpones tibi.

33. Fili, si attenderis mihi, disces: & si accommodaveris animum tuum, sapiens eris.

34. Si inclinaveris aurem tuam, excipies doctrinam: & si dilexeris audire, sapiens eris.

35. In multitudine presbyterorum prudentium sta, & sapientiæ illorum ex corde conjungere, ut omnem narrationem Dei possis audire, & proverbia laudis non effugiant à te. *Inf. 8. 9.*

36. Et si videris sensatum, evigila ad eum, & gradus ostiorum illius exterat pes tuus.

37. Cogitatum tuum habe in præceptis Dei, & in mandatis illius maximè assiduus esto: & ipse dabit tibi cor, & concupiscentia sapientiæ dabitur tibi. *Psal. 1. 2.*

NOTÆ.

℣. 19. Accinit Aug. in Spec. ùnà cum Græco.

℣. 20. Sic apud Aug. in Spec. nec dissimiliter Græcè, nisi excipiatur vox ἐργασίᾳ, *operatione*, pro *opere*.

℣. 21. Aug. in Spec. leg. *permanet*, ex codd. Mss. non *permanebit*; ita quoque in Ms. Sangerm. 15. Græcum Vulgatæ favet, demptis tamen vocibus 2. *sapientia*, & *hominibus*.

℣. 22. Ita legit Aug. in Speculo. Græc. Ὡς λίθος δοκιμασίας ἰσχυρὸς ἔσαι ἐπ' αὐτῷ, καὶ οὐ χρονιεῖ ἀπορρίψαι αὐτήν. *Quasi lapis probationis fortis erit in illo, & non demorabitur projicere illam.*

℣. 23. Augustin. Spec. *quibus autem agnita est, permanet*, &c. Similiter in Ms. S. Germ. 15. sed à Græco abest hæc poster. sententia, uti vox *doctrinæ*.

℣. 24. Ita de Græco, præter τὸ *consilium intellectûs*, pro quo γνώμιλω μου. Augustin. in Ps. 101. to. 4. 1102. f. leg. *excipe sententiam meam*, &c. at in Speculo Vulgatæ congruit. Cassiodor. in Ps. 101. p. 341. a. *excipe sententiam*, &c. Ms. Alex. ἔκδεξαι τὴν γνώμιλον· alii λέξαι.

℣. 25. Augustin. in Spec. scribit *torquem* singulariter; cæt. ut in Vulg. ita rursum in Ps. 101. to. 4. 1102. f. excepto verbo *inser*, pro *injice*. Cassiod. in Ps. 101. p. 341. a. huic postremo Aug. loco accinit ad verbum. In Gr. sic: Καὶ εἰσένεγκον τὸς πόδας σου εἰς τὰς πέδας αὐτῆς, καὶ εἰς τὸν κλοιὸν αὐτῆς τὸν τράχηλόν σου.

℣. 26. Augustini Spec. similiter hab. & *ne acedieris vinculis ejus*; at in Ps. 101. col. 1102. f. & *ne oderis vinculis illius*. Gr. καὶ μὴ προσοχθίσῃς τοῖς δεσμοῖς αὐτῆς.

℣. 27. Aug. in Ps. 101. col. 1102. f. *In omni anima tua accede ad illam*, & *in omni virtute tua serva vias ejus*: at in Speculo, *In omni animo tuo*; paulò post, *serva vias ejus*, ut sup. sic etiam in Mss. S. Germ. 15. & Corb. 1. Græcè: Ἐν πάσῃ ψυχῇ σου... συντήρησον, &c. Ms. Alex. τήρησον.

℣. 28. Ita in Aug. Speculo, hoc excepto, *ne derelinqueris eam*: at in Ps. 101. to. 4. p. 1102. f. sic: *Investiga & quære, & innotescet tibi, & continens factus ne derelinquas eam*: Mss. S. Germ. 15. & S. Theod. *ne delinquas reliqueris*. Græc. Ἐξίχνευσον καὶ ζήτησον, καὶ γνωδίζεταί σοι..... μὴ ἀφῇς αὐτήν.

℣. 29. Concordat Aug. Speculum: ipse verò in Ps. 101. col. 1102. f. legit: *in novissimis enim invenies requiem ejus*, & *convertetur tibi in lætitiam*. Ita quoque in Græco.

℣. 30. In Augustini Speculo tollitur *ejus*, post *compedes*; cæt. verò sunt ut in Vulg. at in Ps. 101. col. 1102. f. retinet quidem Aug. hanc vocem, *ejus*, sed tollit τὸ & *bases virtutis*. Cassiod. in Ps. 101. p. 341. a. utrumque delet, & *ejus*, & *bases virtutis*. Sic etiam in Græco est; in ed. tamen Compl. πέδαι αὐτῆς. In Ms. S. Theod. ita: *Et erunt tibi compedes in protectione fortitudinis ejus*, & *bases..... in stola gloria*.

℣. 31. Aug. in Ps. 101. col. 1102. f. *decus enim aureum est in illa*, & *vincula illius fila byacinthina*. Ms. Corb. 1. & *vincula illius fila byacinthina*, *ac ligatura salutaris*; Ms. S. Theod. *nectura salutaris*. Gr. κόσμος γὰρ χρύσεός ἐστιν ἐπ' αὐτῆς, καὶ οἱ δεσμοὶ αὐτῆς κλῶσμα ὑακίνθινον.

℣. 32. Ita Augustin. in Ps. 101. col. 1102. f. excepta voce *exsultationis*, loco *gratulationis*; Gr. ἀγαλλιάματος. Ms. S. Theod. initio hab. *stolâ gloriæ*, non *stolam*.

℣. 33. Augustin. in Speculo legit, *si accommodaveris animam tuam*: sic etiam in Ms. S. Germ. 15. Græcè: Ἐὰν θέλῃς, τέκνον, παιδευθήσῃ· καὶ ἐὰν κλῶς τὴν ψυχήν σου, παιδεύσῃς ἔσῃ· *Si volueris, fili, disces*: & *si dederis animam tuam, callidus eris*. In Ms. S. Theod. *Fili, si attenderis mihi, disces eam*: & *si accommod. animam tuam*, &c. Græc. Alex. καὶ ἐὰν ἐπιδῶς τὴν, &c.

℣. 34. Augustin. in Spec. cum Ms. S. Germ. 15. *Et si inclinaveris*, &c. ut in Vulg. Græcè vocum ordo sic invertitur: Ἐὰν ἐπακούσῃς ἀκόης, ἐκλέξῃ· καὶ ἐὰν κλίνῃς τὸ σὸς σου, σοφὸς ἔσῃ· ed. Compl. addit σύνεσιν, *intelligentiam*, verbo ἐκλέξῃ.

℣. 35. Eadem refert Aug. in Spec. præter hoc ult. *ne effugiant te*; in Ms. S. Germ. 15. *non effugiunt to*; in Corb. 1. *non effugient te*. In Gr. Ἐν πλήθει πρεσβυτέρων συνῆσι· καὶ τίς σοφὸς, αὐτῷ προσκολλήθητι· πᾶσαν διήγησιν θείαν θέλε ἀκοῦσαι, καὶ παροιμίας συνέσεως μὴ ἐκφευγέτωσαν σε. *In multitudine presbyterorum sta*; & *quis sapiens, ei conjungere: omnem narrationem divinam velis audire*, & *proverbia intellectûs non effugiant te*.

℣. 36. Accinit Aug. in Speculo; nec absimilia in Græco. Aug. tamen tract. 7. in Joh. leg. *limen ostiorum*, non *gradus*: at in Gr. Καθμὸς θυρῶν.

℣. 37. Augustin. in Spec. delet *tuum*, post *cogitatum*, cum Mss. S. Germ. 15. & Corb. 1. Auct. op. imp. in Matth. hom. 17. p. 89. b. sic legit: *Cogitatum habe in præceptis Dei*, & *in mandatis ejus meditare semper*: & *ipse confirmabit cor tuum*, & *concupiscentiam sapientiæ tibi dabit*. Græc. Διανοοῦ δὲ τοῖς προστάγμασι Κυρίου, καὶ ἐν ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ μελέτα διαπαντός· αὐτὸς στηρίσει τὴν καρδίαν σου, καὶ ἡ ἐπιθυμία τῆς σοφίας σου δοθήσεταί σοι. *Cogitatum habe in præceptis Domini*, & *in mandatis illius meditare semper: ipse firmabit cor tuum*, & *concupiscentia sapientiæ tuæ dabitur tibi*.

Digitized by Google

CAPUT VII.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. NOli facere mala, & non te apprehendent.
2. Diſcede ab iniquo, & deficient mala abs te.
3. Fili, non ſemines mala in ſulcis injuſtitiæ, & non metes ea in ſeptuplum.
4. Noli quærere à domino ducatum, neque à rege cathedram honoris.
Job. 9. 2. *Pſal. 142. 2.* *Eccleſ. 7. 17.* *Luc. 18. 11.*
5. Non te juſtifices ante Deum, quoniam agnitor cordis ipſe eſt: & penes regem noli velle videri ſapiens.
6. Noli quærere fieri judex, niſi valeas virtute irrumpere iniquitates: ne fortè extimeſcas faciem potentis, & ponas ſcandalum in æquitate tua.
7. Non pecces in multitudinem civitatis, nec te immittas in populum,
Iuſt. 12. 7.
8. neque alliges duplicia peccata: nec enim in uno eris immunis.
9. Noli eſſe puſillanimis in animo tuo:
10. exorare, & facere eleemoſinam ne deſpicias.
11. Ne dicas: In multitudine munerum meorum reſpiciet Deus, & offerente me Deo altiſſimo, munera mea ſuſcipiet.
12. Non irrideas hominem in amaritudine animæ: eſt enim qui humiliat & exaltat,
1. Reg. 2. 7.
circumſpector Deus.
13. Noli arare mendacium adversùs fratrem tuum: neque in amicum ſimiliter facias.
14. Noli velle mentiri omne mendacium: aſſiduitas enim illius non eſt bona.
15. Noli verboſus eſſe in multitudine presbyterorum, & non iteres verbum in oratione tua.
16. Non oderis laborioſa opera, & ruſticationem creatam ab Altiſſimo.
17. Non te reputes in multitudine indiſciplinatorum.
18. Memento iræ, quoniam non tardabit.
19. Humilia valde ſpiritum tuum: quoniam vindicta carnis impii, ignis & vermis.
20. Noli prævaricari in amicum pecuniam differentem, neque fratrem chariſſimum auro ſpreveris.
21. Noli diſcedere à muliere ſenſata & bona, quam ſortitus es in timore Domini: gratia enim verecundiæ illius ſuper aurum.
22. Non lædas ſervum in veritate operantem, neque mercenarium dantem animam ſuam. *Levit. 19. 13.*
23. Servus ſenſatus ſit tibi dilectus quaſi anima tua, non defraudes illum libertate, neque inopem derelinquas illum.
24. Pecora tibi ſunt? attende illis: & ſi ſunt utilia, perſeverent apud te.

NOTÆ.

℣. 1. Ita Aug. in Spec. ſicut Fulg. l. 1. de rem. pecc. c. 26. p. 380. Gr... ἐὰν μὴ σε καλαλάβῃ κακόν, ed. Compl. κακά.

℣. 2. Ita rurſum Aug. in Spec. Fulg. verò l. 1. de rem. pecc. c. 26. p. 380. legit: *Diſcede ab iniquo, & diſcedent mala ab te.* Græcè, loco & *deficient mala abs te*, ſimpliciter, ἐκκλινεῖ ἀπὸ ζῆ, & *declinabit à te*; in ed. Compl. ſubnectitur ἁμαρτία, *peccatum.*

℣. 3. Aug. Speculum tollit vocem *fili*, cum Mſs. Corb. 1. S. Theod. & S. Germ. 15. præterea Sangerm. hab. *in ſulcis injuria*; ſed in marg. ponitur *injuſtitiæ*. Similiter ap. Fulg. l. 1. de rem. pecc. c. 26. p. 380. *Ne ſemines mala in ſulcis injuriæ*, & *non metes illa in ſeptuplum.* In Gr. ſic: Τὰ, μὴ σπεῖρε ἐπ' αὔλακας ἀδικίας, καὶ ὐ μὴ θερίσῃς αὐτὰς ἑπταπλασίως. *Fili, non ſemines in ſulcis injuſtitiæ*, & *non metes eas in ſeptuplum.*

℣. 4. Aug. Spec. *Noli quærere ab homine ducatum*, &c. Itidem in Mſs. S. Germ. 15. S. Theod. & Corb. 1. at in Gr. Μὴ ζήτει παρὰ κυρίου ἡγεμονίαν, &c. ut in Vulg.

℣. 5. Ita in Aug. Speculo. Græcè ſimpliciter: Μὴ λαικῶ ἐναντὶ Κυρίου, καὶ παρὰ βασιλεῖ μὴ ζορίζου. In Mſ. S. Theod. *noli videri ſapiens.*

℣. 6. Auguſtini Spec. *Noli quærere... niſi ſi vales virtute irrumpere... ne fortè extremiſcas faciem.....* & *ponas ſcandalum in agilitate tua.* Mſs. S. Theod. & Corb. 1. *niſi ſi valeas*; ultimòque *in agilitate tua*; item in S. Germ. 15. *in agilitate tua.* Apud Hieron. in Iſai. 3. col. 37. f. & in Ezech. 34. col. 944. a. *Ne quæras judex fieri, ne fortè non poſſis auferre iniquitates.* Ita quoque in Græco eſt; deinde, μήποτε εὐλαβηθῇς ἀπὸ προσώπου δυνάστου, καὶ θήσεις σκάνδαλον ἐν εὐθύτητί σου.

℣. 7. Ita Aug. in Spec. Mſ. S. Theod. hab. *Non pecces in multitudine civitatis.* Gr. εἰς πλῆθος πόλεως, deinde ſic: καὶ μὴ καταζάλῃς σεαυτὸν ἐν ὄχλῳ, & *ne demittas te in turbam.*

℣. 8. Similiter hab. Aug. in Speculo. Græc, μὴ καλασσεμεύσῃς δὶς ἁμαρτίαν· ἐν γὰρ τῇ μιᾷ οὐκ ἀθῷος ἔσῃ· *non alliges bis peccatum: in uno enim non eris innocens.*

℣. 9. Apud Aug. in Spec. *puſillanimis in anima tua*: ſimiliter in Mſs. S. Germ. 15. S. Theod. & Corb. Græcè ita, non eò loci, ſed inf. poſt ℣. 11. Μὴ ὀλιγοψυχήσῃς ἐν τῇ προσευχῇ σου, *in oratione tua.*

℣. 10. Concinit Aug. Speculum. A Gr. verò abeſt verbum *exorare*; reliqua ut ſup. niſi quòd verſiculus totus ibid. poſtponitur verſui 11. Vulg.

℣. 11. Itidem in Aug. Speculo. Mſs. verò S. Theod. & S. Germ. 15. hab. *offerentem me Deo altiſſ. ſuſcipiet munera mea.* Gr. Μὴ εἴπῃς· Τῷ πλήθει τῶν δώρων μου ἐπόψεται, καὶ ὅτε τῷ προσενέγκαι με Θεῷ ὑψίστῳ, προσδέξεται. Hæc autem tota antecedunt verſiculos 9. & 10. Vulgatæ, ut notavimus ſupra.

℣. 12. Ab Auguſt. Speculo abeſt vox penult. *circumſpector.* Græcè: Μὴ καταγέλα ἀνθρώπου ὄντα ἐν πικρίᾳ ψυχῆς αὐτοῦ· deinde, ἔστι γὰρ ὁ ταπεινῶν καὶ ἀνυψῶν· nec plura.

℣. 13. Ita in Aug. Speculo; cui non refragatur Græc. at in Mſs. S. Theod. S. Germ. 15. & Corb. 1. *Noli amare mendacium*, non *arare*; ſubiade in Sangerm. *neque amicum.* In Gr. Μὴ ἀρόσῃς ψεῦδος..... μηδὲ φίλῳ, &c. in ed. Ald. φίλον.

℣. 14. Conſonat Auguſt. Speculum: nec diſſimile quid in Gr. præter hoc ult. ὐκ εἰς ἀγαθόν, *non in bonum*; in Mſ. S. Germ. 15. *non bona.* Vide Aug. l. 14. de civit. Dei, c. 8. col. 357. c.

℣. 15. Itidem Græcè.

℣. 16. Gr. Μὴ μισήσῃς ἐπίπονον ἐργασίαν, &c. ut in Vulg. Auct. op. imp. in Matth. hom. 41. p. 174. e. *Non oderis ruſticam operationem*, & *agriculturam ab Altiſſimo creatam.*

℣. 17. Græc. habet ἁμαρτωλῶν, *peccatorum*, loco *indiſciplinatorum.*

℣℣. 18. 19. In Græco ſic inverſæ leguntur ſententiæ: Ταπείνωσον σφόδρα τὴν ψυχήν σου. Μνήσθητι ὅτι ὀργὴ ὐ χρονίσει ὅτι ἐκδίκησις ἀσεβοῦς, πῦρ καὶ σκώληξ. *Humilia valde animam tuam. Memento quia ira non tardabit: quia vindicta impii, ignis & vermis.* Ap. Fulg. l. 1. de rem. pecc. c. 27. p. 381. *Memento quoniam ira non tardabit. Humilia valde ſpiritum tuum: quoniam vindicta carnis impii, ignis & vermis.* Item ap. Auguſt. l. 21. de civit. Dei, c. 9. col. 630. d. *vindicta carnis impii, ignis & vermis*; in Mſ. Sangerm. 15. *vermes.*

℣. 20. Græc. Μὴ ἀλλάξῃς φίλον ἕνεκεν ἀδιαφόρου, μηδ' ἀδελφὸν γνήσιον ἐν χρυσίῳ Σωφείρ. *Ne commutes amicum propter indifferens, neque fratrem germanum in auro Suphir.* Mſ. S. Theod. *Noli prævaricari in amicum pecunia differenti*, &c. ut in Vulg.

℣. 21. A Græco abſunt hæc, *quam ſortitus es in timore Domini*; item inf. *verecundiæ* vox.

℣. 22. Concordat Aug. Speculum: nec aliter in Græco eſt.

℣. 23. Ita in Aug. Speculo, excepto uno *relinquas*, pro *derelinquas.* In Mſ. S. Germ. 15. deeſt τὸ *ſit tibi*, poſt verbum *ſenſatus.* In Græco hæc ſola: Οἰκέτην συνετὸν ἀγάπησον ὡς ψυχήν, μὴ στερήσῃς αὐτὸν ἐλευθερίας. *Servum ſenſatum diligat anima tua, non defraudes illum libertate.*

℣. 24. Conſonat Græcum.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

25. Filii tibi sunt? erudi illos, & curva illos à pueritia illorum.

26. Filiæ tibi sunt? serva corpus illarum, & non ostendas hilarem faciem tuam ad illas.

27. Trade filiam, & grande opus feceris, & homini sensato da illam.

28. Mulier si est tibi secundùm animam tuam, non projicias illam: & odibili non credas te. In toto corde tuo

Tob. 4. 3. 29. honora patrem tuum, & gemitus matris tuæ ne obliviscaris:

30. memento quoniam nisi per illos natus non fuisses: & retribue illis, quomodo & illi tibi.

31. In tota anima tua time Dominum, & sacerdotes illius sanctifica.

32. In omni virtute tua dilige eum qui te fecit: & ministros ejus ne derelinquas.

33. Honora Deum ex tota anima tua, & honorifica sacerdotes, & propurga te cum brachiis. *Deut. 12. 18.*

34. Da illis partem, sicut mandatum est tibi, primitiarum & purgationis: & de negligentia tua purga te cum paucis. *Levit. 2. 3. Num. 18. 15.*

35. Datum brachiorum tuorum & sacrificium sanctificationis offeres Domino, & initia sanctorum:

36. & pauperi porrige manum tuam, ut perficiatur propitiatio & benedictio tua.

37. Gratia dati in conspectu omnis viventis, & mortuo non prohibeas gratiam.

38. Non desis plorantibus in consolatione, & cum lugentibus ambula. *Rom. 12. 15.*

39. Non te pigeat visitare infirmum: ex his enim in dilectione firmaberis. *Matth. 25. 36.*

40. In omnibus operibus tuis memorare novissima tua, & in æternum non peccabis.

NOTÆ.

℣. 25. Gr. extremò hab. ἐν κάμψον ἐκ νεότητός τὸν τράχηλον αὐτῶν, & *curva à pueritia collum eorum.*

℣. 26. Similiter in Græco.

℣. 27. Sic hab. Aug. in Spec. unà cum Græco. In Mſ. S. Germ. 15. & *omni homini ſenſato da illam.*

℣. 28. Eadem legit Aug. in Spec. demptâ tamen ult. voculâ *tuo*, cujus loco Mſ. Germ. 15. ponit *honora*; idem Mſ. rurſus hab. *Honora*, in principio verſûs ſeq. Græc. ſimpliciter: Γυνὴ σοι ἐστὶ καλὰ ψυχήν; μὴ ἐκβάλῃς αὐτήν· deinde, Ἐν ὅλῃ καρδίᾳ δόξασον τὸν, &c. edit. verò Compl. poſt αὐτὴν, ſubdit iſta cum Vulg. μιαμόνῃ δὲ μὴ ἐκδῷς σεαυτόν.

℣. 29. Sic eſt in Græco, detractâ voculâ *tua*, poſt *matris*. Speculum Aug. Vulgatæ congruit.

℣. 30. Ita Aug. in Speculo, addito uno *enim* poſt verbum *memento*; ſed ab ejuſdem Spec. Mſs. abeſt vox *natus*, ſicut à Mſs. Germ. 15. & Corb. 1. In Græco ſic: Μνήσθητι ὅτι δι' αὐτῶν ἐγενήθης· ἀνθ τί ἀνταποδώσεις αὐτοῖς, καθὼς αὐτοί σοι; *Memento quia per eos natus es: & quid retribues illis, quomodo illi tibi?*

℣. 31. Sic habet Aug. in Spec. cum Mſ. S. Germ. 15. niſi excipias *Deum*, loco *Dominum*. Cypr. epiſt. 65. p. 113. *Ex tota anima tua time Deum, & ſacerdotes ejus ſanctifica.* Græc. Ἐν ὅλῃ..... εὐλόγει τὸν Κύριον, & τὰς ἱερεῖς αὐτῶ θαύμαζε· θαυμάζω, *miror, colo, obſervo.*

℣. 32. Sic eſt in Mſ. S. Germ. 15. & Gr. detracta voce *tua*. Ita quoque ap. Aug. in Speculo, niſi quòd hab. *dilige Deum*, non *eum*.

℣. 33. Apud Cypr. epiſt. 65. p. 113. ſimiliter: *Honora Deum ex tota anima tua, & honorifica ſacerdotes ejus.* In Græco breviùs: Φοβοῦ τὸν Κύριον, & δόξασον ἱερέα· omiſſis his quæ ſequuntur in Vulg. Mſ. S. Theod. addit, & *propugnato cum brachiis.*

℣. 34. Græc. Καὶ δὸς τὴν μερίδα αὐτῶ (Ald. αὐτοῖς,) καθὼς ἐνετείλαντό σοι, ἀπαρχήν, & περὶ πλημμελείας· *Et da partem ei, ſicut mandatum eſt tibi, primitias, & pro delicto:* ſubſequentia deſunt ibid. Mſs. Corb. 1. & S. Theod. Vulgatæ accinunt, niſi quòd hab. *da illi partem*, tollunt-que *tua* ſub finem poſt *negligentia:* abeſt etiam *tua* à Mſ. S. Germ. 15.

℣. 35. Græc. ipſo initio hab. Καὶ, detracta voce *tuorum*; omittit pariter τὸ *offeres Domino*; cæt. ut in Vulg. In Mſ. S. Germ. 15.... & *ſacrificium ſanctific. offers, initia ſanctor.* in Corb. 1. *offeres Domino, initia*, &c.

℣. 36. Ab Auguſt. Speculo abeſt vox iſta, *propitiatio*, ſicut à textu Gr. cætera quadrant.

℣. 37. Auguſt. Speculum, cum Mſ. S. Theoder. habet: *Gratia datûs..... & à mortuo non prohib.* &c. Similiter in Mſs. S. Germ. 15. & Corb. 1. *Gratia datûs.* In Gr. Χάρις δόματος; ſubinde, & ἐπὶ τεκρῷ μὴ, &c. & *in mortuo ne*, &c.

℣. 38. Auguſt. Speculum ex Mſs. hab. *in rogatione*, pro *in conſolatione*; ita quoque in Mſ. S. Germ. 15. In Græco ita: Μὴ ὑστέρει ἀπὸ κλαιόντων, & μετὰ πενθούντων πένθησον· i. e. *Non deſis plorantibus*, & *cum hominibus lugentibus luge.*

℣. 39. Sic habet Aug. in Speculo. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 328. b. ita: *Ne pigriteris viſitare infirmum*, &c. ut in Vulg. Græcè: Μὴ ὀκνει ἐπισκέπτεσθαι ἄῤῥωστον· ἐκ γὰρ τῶν τοιούτων ἀγαπηθήσῃ.

℣. 40. Ita in Speculo Auguſt. In Gr. Ἐν πᾶσι τοῖς λόγοις σου μιμήσαι τὰ, &c. *In omnibus verbis tuis memorare*, &c. ut ſup. Apud Hieron. verò ep. ad Cypr. to. 2. 702. c. *Memento mortis tuæ*, & *non peccabis.*

CAPUT VIII.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. NOn litiges cum homine potente, ne fortè incidas in manus illius.

Matth. 25. 25. 2. Non contendas cum viro locuplete, ne fortè contra te constituat litem tibi:

Inſ. 31. 6. 3. multos enim perdidit aurum & argentum, & usque ad cor regum extendit & convertit.

4. Non litiges cum homine linguato, & non strues in ignem illius ligna.

5. Non communices homini indocto, ne malè de progenie tua loquatur.

6. Ne despicias hominem avertentem se à peccato, neque improperes ei: memento quoniam omnes in correptione sumus. *2. Cor. 2. 6. Gal. 6. 1.*

NOTÆ.

℣. 1. Ita Aug. Spec. cum Græco.

℣. 2. Auguſt. in Spec. *Non contendas cum homine locupl. ne forte contra concitet litem tibi;* ita nempe ex Mſs. codd. nam in antea editt. ſic, *ne fortè contra conſiſtat litem tibi:* ſic etiam ferunt Mſs. S. Germ. 15. & Corb. 1. Corb. tamen ſec. manu correctum præfert *concitet.* Græc. μήποτε ἀνῆσήσῃ σε τὴν ὀλκήν, *ne forte ſtatuat contra te pondus.*

℣. 3. Auguſt. in Spec. prætermittit hoc, & *argentum*; quod etiam abeſt à Græco: ſequitur ibid. καὶ καρδίαι βασιλέων ἐξέκλινεν, & *corda regum fecit declinare.* Mſ. S. Germ. 15. habet: *Multos perdit aurum atque argentum*, & *uſque cor regum*, &c. ut in Vulg.

℣. 4. Auguſt. Spec. legit, *linguoſo*, & *non ſtruas*; Mſ. Reg. ibid. & *non ſtruas.* Gr. καὶ μὴ ἐπισοιζήσῃς ἐπὶ τὸ πῦρ, &c. Mſ. etiam S. Theod. hab. & *non ſtruas in ignem*, &c. S. Germ. 15. *in igne.*

℣. 5. Græc. Μὴ πρόσπαιζε ἀπαιδεύτῳ, ἵνα μὴ ἀτιμάζωνται οἱ πρόγονοί σου. *Ne colludas cum indocto, ne inhonorentur majores tui.*

℣. 6. Eadem refert Auguſt. in Speculo. Græc. breviùs pro more: Μὴ ὀνείδιζε ἄνθρωπον ἀποστρέφοντα ἀπὸ ἁμαρτίας· μνήσθητι ὅτι πάντες ἐσμὲν ἐν ἐπιλήμποις. *Non improperes homini avertenti ſe à peccato: memento quoniam omnes ſumus in correptionibus.* Mſ. Sangerm. 15. *ſumus in correptionem.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

Levit. 19. 32. 7. Ne ſpernas hominem in ſua ſenectute: etenim ex nobis ſeneſcunt.

8. Noli de mortuo inimico tuo gaudere: ſciens quoniam omnes morimur, & in gaudium nolumus venire.

Sup. 6. 35. 9. Ne deſpicias narrationem presbyterorum ſapientium, & in proverbiis eorum converſare:

10. ab ipſis enim diſces ſapientiam, & doctrinam intellectus, & ſervire magnatis ſine querela.

11. Non te prætereat narratio ſeniorum: ipſi enim didicerunt à patribus ſuis:

12. quoniam ab ipſis diſces intellectum, & in tempore neceſſitatis dare reſponſum.

13. Non incendas carbones peccatorum arguens eos, & ne incendaris flammâ ignis peccatorum illorum.

14. Ne contra faciem ſtes contumelioſi, ne ſedeat quaſi inſidiator ori tuo.

Inf. 29. 4. 15. Noli fœnerari homini fortiori te: quòd ſi fœneraveris, quaſi perditum habe.

16. Non ſpondeas ſuper virtutem tuam: quòd ſi ſpoponderis, quaſi reſtituens cogita.

17. Non judices contra judicem: quoniam ſecundùm quod juſtum eſt judicat.

18. Cum audace non eas in via, ne fortè gravet mala ſua in te: ipſe enim ſecundùm voluntatem ſuam vadit, & ſimul cum ſtultitia illius peries. *Gen. 4. 8.*

19. Cum iracundo non facies rixam, & cum audace non eas in deſertum: quoniam quaſi nihil eſt ante illum ſanguis, & ubi non eſt adjutorium, elidet te. *Prov. 22. 24.*

20. Cum fatuis conſilium non habeas: non enim poterunt diligere niſi quæ eis placent.

21. Coram extraneo ne facias conſilium: neſcis enim quid pariet.

22. Non omni homini cor tuum manifeſtes: ne fortè inferat tibi gratiam falſam, & convitietur tibi.

NOTÆ.

℣. 7. Ita Aug. Spec. cum Græco.

℣. 8. Sic apud Aug. in Speculo; à Mſ. tamen Reg. ejuſd. Spec. abeſt hoc, *inimico tuo*, ſicut à Mſ. noſtro Sangerm. 15. in Reg. autem cod. extremò legitur: *& in gaudium inimicorum nolumus venire.* In Græco ſimpliciter: Μὴ ἐπίχαιρε ἐπὶ νεκρῷ· μνήσθητι ὅτι πάντες τελευτῶμεν· detractis his quæ ſequuntur in Vulgata. In edit. Compl. voci νεκρῷ, ſubjicitur τῷ ἐχθροταίτῳ σου.

℣. 9. Græc. delet vocem *presbyterorum*; retinet verò Auguſtini Speculum. In Mſ. S. Germ. 15. deeſt *in*, ante *proverbiis*.

℣. 10. Aug. Speculum cum Mſs. S. Germ. 15. S. Theod. & Corb. 1. tollit vocem *ſapientiam*. In Gr. ſic: ὅτι παρ' αὐτῶν μαθήσῃ παιδείαν, καὶ λειτουργῆσαι μεγιστᾶσιν· ed. Compl. ſubdit, εὐμαρῶς.

℣. 11. Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1135. a. cum Auguſt. Speculo: *Non te prætereat narratio ſeniorum: & ipſi enim didicerunt à patribus;* Spec. hîc addit *ſuis*. Similiter in Mſs. S. Germ. 15. Corb. 1. & in Græco.

℣. 12. Auguſt. in Spec. tollit verbum *dare*, cum Mſ. S. Germ. 15. at in Mſs. S. Theod. & Corb. 1. eſt, *dabis reſponſum*. Græc. Vulgatæ conſonat.

℣. 13. Mſ. S. Theod. *Non incendas carbones peccatoris arguens eum, & ne incendaris flammâ ignis peccatorum illius.* Ambroſ. l. 3. de interpel. Job, c. 2. col. 655. b. *Noli incendere carbones peccatoris, ne forte exuraris in igne flammæ ejus.* Hieron. in Iſai. 37. col. 287. e. *Ne ſuccendas carbones peccatoris.* Græc. Μὴ ἐκκαῖε ἄνθρακας ἁμαρτωλοῦ, μὴ ἐμπυρισθῇς ἐν πυρὶ φλογὸς αὐτοῦ.

℣℣. 14. 15. Suffragatur Græc. niſi quòd habet, ἵνα μὴ ἐγκαθίσῃ, *ne inſideat*, loco *ne ſedeas*. Mſ. S. Germ. 15. *Noli fœnerare..... tanquam peritum habe.*

℣. 16. Eadem legit Ambr. l. de Tob. c. 23. col. 620. f. præter hoc med. *ſi enim ſpoponderis.* Gr. ᾧ ἐὰν ἐγγυήσῃ, ὡς ἀποτίσων χρόντιζε, *& ſi ſpoponderis, quaſi perſoluturus cogita.*

℣. 17. Græc. Μὴ δικάζε μετὰ (Compl. καλὰ) κριτοῦ· καλὰ γὰρ τὴν δόξαν αὐτοῦ κρινοῦσιν αὐτῷ, Compl. αὐτόν· i. e. *Ne litiges cum judice: nam ſecundùm exiſtimationem ejus judicabunt ei.* Mſs. S. Germ. 15. S. Theod. & Corb. 1. *quoniam ſecundùm quod dignum eſt judicat.*

℣. 18. Græcè pro his, *ne fortè gravet mala ſua in te*, habetur ſimpliciter, ἵνα μὴ βαρύνηταί κατὰ σοῦ, *ne gravetur contra te*; item inf. pro *vadit*, ποιήσει, *faciet*; cæt. quadrant.

℣. 19. Græc. Μετὰ θυμώδους μὴ ποιήσῃς μάχην, καὶ μὴ διαπορεύου μετ' αὐτοῦ τὴν ἔρημον, &c. *Cum iracundo ne facias rixam, & ne eas cum eo per deſertum*, &c. ut in Vulg.

℣. 20. Auguſt. in Spec. *Cum fatuis ne conſilium habeas..... niſi quæ ipſis placent:* ſic etiam in Mſ. S. Germ. 15. item in Mſ. S. Theod. *ne conſilium habeas.* In Gr. Μετὰ μωροῦ μὴ..... ὅ γὰρ δυνήσεταί λόγον σέξαι. *Cum fatuo ne..... non enim poterit verbum celare.*

℣. 21. Concordat Aug. Speculum: nec diſſimile quid in Græco, præter unum κρυπτόν, *occultum*, loco *conſilium*.

℣. 22. Mſ. Sangerm. 15. extremò hab. *ne fortè inferat tibi gratiam, & conviciet tibi.* Græc. ſimpliciter, ᾧ μὴ ἀναφερέτω σοι χάριν, *& non referat tibi gratiam:* ed. Compl. addit ψευδῆ; ſed Mſ. Corb. 1. delet *falſam*.

CAPUT IX.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. NOn zeles mulierem ſinus tui, ne oſtendat ſuper te malitiam doctrinæ nequam.

2. Non des mulieri poteſtatem animæ tuæ, ne ingrediatur in virtutem tuam, & confundaris.

3. Ne reſpicias mulierem multivolam: ne fortè incidas in laqueos illius.

4. Cum ſaltatrice ne aſſiduus ſis: nec audias illam, ne fortè pereas in efficacia illius.

5. Virginem ne conſpicias, ne fortè ſcandalizeris in decore illius. *Gen. 6. 2.*

6. Ne des fornicariis animam tuam in ullo, ne perdas te, & hæreditatem tuam. *Prov. 5. 2.*

NOTÆ.

℣. 1. Ita legit Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1199. e. ad verbum. Mſ. S. Germ. 15... *ne oſtendas ſuper te*, &c. Gr. μηδὲ διδάξῃς ἐπὶ σεαυτὸν παιδείαν πονηράν· *neque doceas ſuper te doctrinam malam*; cæt. ut in Lat. ſup.

℣. 2. Græc. Μὴ δῶς γυναικὶ τὴν ψυχήν σου, ἐπιβῆναι αὐτῆν ἐπὶ τὴν ἰσχύν σου. *Non des mulieri animam tuam, ut aſcendat ipſa ſuper virtutem tuam.* Mſs. S. Germ. 15. S. Theod. & Corb. 1. *ne ingrediatur in virtute tua, & confundaris.*

℣. 3. Gr. Μὴ ὑπάνδρα γυναικὶ ἐταιριζομένῃ, μήποτε, &c. ut in Vulg.

℣. 4. Auct. l. de ſing. cleric. ap. Cypr. p. 525. *Cum ſaltatrice noli aſſiduus eſſe: nec audias illam, ne fortè diſpereas in efficacia ejus.* Mſ. Corb. 1. *nec audies illam.* Græc. Μετὰ ψαλλούσης μὴ ἐνδελέχιζε, μήποτε ἁλῷς ἐν τοῖς ἐπιχειρήμασιν αὐτῆς. *Cum pſaltrice ne aſſiduus ſis, ne fortè capiaris in tentationibus ejus*; al. ἐπιλήμασιν, *ſtudiis.*

℣. 5. Ambroſ. l. 3. de virg. col. 176. e. *Virginem ne conſideres, nequando ſcandalizet te.* Auguſt. in Spec. *Virginem ne concupiſcas, ne fortè ſcandalizeris in decore ejus.* Græc. Παρθένον μὴ καταμάνθανε, μήποτε σκανδαλισθῇς ἐν τοῖς ἐπιλοίποις αὐτῆς.

℣. 6. Mſ. Sangerm. 15. cum Corb. 1. & S. Theod. *Non des fornicariis anim. tuam in nullo*, &c. Aug. Spec. *Non des... in ullo.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 983. d. *Ne des fornic..... in vallo*, &c. ſed corruptè, pro *ullo*. Græcè deeſt τὸ *in ullo*, ſicut inf. *te* & *ſi*; cæt. ut in Vulg.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

7. Noli circumſpicere in vicis civitatis, nec oberraveris in plateis illius.

Gen. 34. 2. 8. Averte faciem tuam à muliere compta, & ne circumſpicias ſpeciem alienam:

2. Reg. 11. 4. & 13. 1. Matth. 5. 28. 9. propter ſpeciem mulieris multi perierunt: & ex hoc concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit.

10. Omnis mulier, quæ eſt fornicaria, quaſi ſtercus in via conculcabitur.

11. Speciem mulieris alienæ multi admirati, reprobi facti ſunt: colloquium enim illius quaſi ignis exardeſcit.

12. Cum aliena muliere ne ſedeas omnino, nec accumbas cum ea ſuper cubitum:

13. & non alterceris cum illa in vino, ne forte declinet cor tuum in illam, & ſanguine tuo labaris in perditionem.

14. Ne derelinquas amicum antiquum: novus enim non erit ſimilis illi.

15. Vinum novum, amicus novus: veteraſcet, & cum ſuavitate bibes illud.

Judic. 9. 4. 16. Non zeles gloriam & opes peccatoris: non enim ſcis quæ futura ſit illius ſubverſio.

2. Reg. 15. 10. 17. Non placeat tibi injuria injuſtorum, ſciens quoniam uſque ad inferos non placebit impius.

18. Longè abeſto ab homine poteſtatem habente occidendi, & non ſuſpicaberis timorem mortis:

19. & ſi acceſſeris ad illum, noli aliquid committere, ne fortè auferat vitam tuam.

20. Communionem mortis ſcito: quoniam in medio laqueorum ingredieris, & ſuper dolentium arma ambulabis.

21. Secundùm virtutem tuam cave te à proximo tuo, & cum ſapientibus & prudentibus tracta.

22. Viri juſti ſint tibi convivæ, & in timore Dei ſit tibi gloriatio,

23. & in ſenſu ſit tibi cogitatus Dei, & omnis enarratio tua in præceptis Altiſſimi.

24. In manu artificum opera laudabuntur, & princeps populi in ſapientia ſermonis ſui, in ſenſu verò ſeniorum verbum.

25. Terribilis eſt in civitate ſua homo linguoſus: & temerarius in verbo ſuo odibilis erit.

NOTÆ.

℣. 7. Sic habet Chrom. Aquil. in Matth. p. 983. d. Mſ. S. Germ. 15. *Noli conſpicere*, &c. Græc. Μὴ περιβλέπου, &c. ut ſup. excepta voce ἐρήμοις, *deſertis*, pro *plateis*.

℣. 8. Ita Chromat. Aquil. in Matth. p. 983. d. excepto verbo *circumſpexeris*. Aug. in Spec. textui pariter accinit; nec abſimile Græc. eſt, niſi quòd hab. ὀφθαλμὸν, *oculum*, loco *faciem tuam*.

℣. 9. Conſonat Græc. niſi quòd pro *perierunt*, hab. ἐπλανήθησαν, *aberraverunt*.

℣. 10. Chromat. Aquil. in Matth. p. 980. e. *Mulier fornicaria, quaſi ſtercus in via ab hominibus prætereuntibus conculcatur.* Mſ. S. Theod. *conculcatur ab omnibus prætereuntibus:* item in Mſ. S. Germ. 15. *conculcatur.* Hæc autem tota prætermittuntur in Græco.

℣. 11. Hic etiam verſus abeſt à Græco. Apud Chromat. Aquil. in Matth. p. 983. d. ſic: *Speciem alienæ mulieris multi admirantes, reprobati ſunt: colloq. enim illius quaſi ignis ardeſcit.*

℣. 12. A Græco abſunt iſta: *nec accumbas cum ea ſuper cubitum:* Clemens tamen Alex. 2. pædagog. cap. 7. habet: ἢ μὴ μεθαυλισθῇς ἐπ' ἀγκῶνα μετ' αὐτῆς· ed. Compl. ἐπ' ἀγκαλῶν μετ' αὐτῆς. In Mſ. S. Germ. 15. ita legitur: *Cum aliena muliere non accumbas ſuper cubitum:* deinde: *Cum aliena muliere ne ſedeas omnino, nec accumbas cum ea ſuper cubitum:* ſed hæc repetitio vitioſa videtur, & incogitantiæ librarii tribuenda.

℣. 13. Accinit Auct. l. de ſing. cleric. ap. Cypr. p. 525. e. Græcè, loco *alterceris*, habetur συμβολοκοπήσῃς, quod Nobil. vertit, *agites convivia*; item inf. ἡ ψυχὴ, *anima*, non *cor*; & pro *ſanguine*, τῷ πνεύματι, *ſpiritu*; cæt. ad verbum ut ſup. In Mſ. S. Theod. *cor tuum in illa*, & *ſanguine tuo laberis in perditione.*

℣. 14. Concinit Aug. in Spec. ſicut etiam Fulg. ep. 14. p. 267. & Ruricius l. 2. epiſt. ep. 27. p. 572. g. Græcè id unum variat, ἔσῃ, *eſt*, pro *erit*.

℣. 15. Similiter hab. Aug. in Spec. cum Ruricio l. 2. epiſt. ep. 27. p. 572. g. Apud S. Paulin. verò epiſt. 42. p. 255. b. ita: *Vinum*, & *amicus veteraſcet*; & *cum ſuavitate bibes ipſum.* Apud Fulg. ep. 14. p. 267. *Vinum novum, amicus novus: vetereſcat*, & *cum ſuavitate bibes illud:* deinde, *quid eſt, Vetereſcat?* in Mſ. quoq. S. Germ. 15. *vetereſcat.* In Gr... ἐὰν παλαιωθῇ, μετ' εὐφροσύνης, &c. *ſi inveteraverit, cum lætitia bibes illud.* Mſ. S. Theod. initio hab. *Ut vinum novum*, &c. Græc. ut in Vulg.

℣. 16. Ita in Auguſt. Speculo. A Græco abeſt τὸ & *opes*; loco verò *quæ futura ſit*, eſt τί ἔσαι.

℣. 17. Græc. Μὴ εὐδοκήσῃς ἐν εὐδοκίᾳ ἀσεβῶν· μνήσθητι ὅτι ἕως ᾅδου οὐ μὴ δικαιωθῶσιν. *Non bene ſentias de beneplacito impiorum: memento quoniam uſque ad inferos non juſtificabuntur.*

℣. 18. Ita legit Cypr. l. 3. Teſtim. p. 326. dempta voce ult. *mortis.* Græc. Vulgatæ accinit ad verbum, cum Auguſt. Speculo. Mſ. S. Theod. τῷ *occidendi*, addit, & *non ſuſcitandi.*

℣. 19. Concinit Aug. Speculum. Græc. delet τὸ *ad illum*; loco verò, *noli aliquid committere*, habet, μὴ πλημμελήσῃς, *ne deliqueris.*

℣. 20. Græc. hoc primum omittit, *communionem mortis*; extremò, pro *ingredieris*, & *ſuper*, &c. hab. διαβαίνεις, ἢ ἐπὶ ἐπάλξεων πόλεων περιπατεῖς, *tranſis*, & *ſuper pinnacula civitatum ambulas.* Ambroſ. l. de fug. ſæc. c. 5. col. 429. c. alludens dicit, *in medio laqueorum* ambulare nos: ſimiliter in Pſ. 118. col. 1039. c. in Mſ. Sangerm. 15. *quoniam in medium laqueorum*, &c.

℣. 21. In Mſ. S. Germ. 15. deeſt *tuo*, poſt *proximo.* Græcè ita: Κατὰ τὴν ἰσχύν σου σύσχασαι τὸν πλησίον, ἢ μετὰ σοφῶν συμβουλεύου· i. e. *Secundùm virtutem tuam conjecta de proximis*, & *cum ſapientibus conſulta.* Auguſt. verò Spec. hab. cum Vulg. & *cum ſapientibus* & *prud. tracta.*

℣. 22. Græcè verſus iſte tranſfertur poſt ℣. 23. loco verò *Dei ſit tibi gloriatio*, eſt, Κυρίου ἔσω τὸ καύχημά σου, *Domini ſit gloriatio tua*; Aug. Specul. *ſit gloriatio tibi*; ſic etiam in Mſ. Sangerm. 15. Corb. 1. delet *tibi.* Apud Cypr. l. 3. Teſtim. p. 326. c. ut ſup. *Viri juſti ſint tibi convivæ.*

℣. 23. In Mſ. S. Germ. 15. deeſt vox *Dei*, habeturque inf. *narratio.* In Græco ſic: ἢ μετὰ συνετῶν ἔσω ὁ διαλογισμός σου, ἢ πᾶσα διήγησίς σου ἐν νόμῳ Ὑψίστου· & *cum intelligentibus ſit colloquutio tua*, & *omnis enarratio tua in lege Altiſſimi.*

℣. 24. In Græco hæc ſola: Ἐν χειρὶ τεχνιτῶν ἔργον ἐπαινεθήσεται, ἢ ὁ ἡγούμενος λαοῦ σοφὸς ἐν λόγῳ αὐτοῦ. *In manu artificum opus laudabitur*, & *dux populi ſapiens in ſermone ſuo.* In Mſs. Sangerm. 15. S. Theod. & Corb. 1. *In manus artificum opera laudabitur*, &c.

℣. 25. Ita Græcè. Mſ. S. Theod. ultimò hab. *odibilis eſt*; Gr. μισηθήσεται.

Digitized by Google

CAPUT X.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. JUdex ſapiens judicabit populum ſuum, & principatus ſenſati ſtabilis erit.

Prov. 29. 12. 2. Secundùm judicem populi, ſic & miniſtri ejus: & qualis rector eſt civitatis, tales & inhabitantes in ea.

3. Reg. 12. 13. 3. Rex inſipiens perdet populum ſuum: & civitates inhabitabuntur per ſenſum potentium.

4. In manu Dei poteſtas terræ: & utilem rectorem ſuſcitabit in tempus ſuper illam.

5. In manu Dei proſperitas hominis, & ſuper faciem ſcribæ imponet honorem ſuum.

Levit. 19. 13. 6. Omnis injuriæ proximi ne memineris, & nihil agas in operibus injuriæ.

7. Odibilis coram Deo eſt & hominibus ſuperbia: & exſecrabilis omnis iniquitas gentium.

Dan. 4. 14. 8. Regnum à gente in gentem transfertur propter injuſtitias, & injurias, & contumelias, & diverſos dolos.

9. Avaro autem nihil eſt ſceleſtius. Quid ſuperbit terra & cinis?

10. Nihil eſt iniquius quàm amare pecuniam: hic enim & animam ſuam venalem habet: quoniam in vita ſua projecit intima ſua.

11. Omnis potentatus brevis vita. Languor prolixior gravat medicum.

12. Brevem languorem præcidit medicus: ſic & rex hodie eſt, & cras morietur.

13. Cùm enim morietur homo, hæreditabit ſerpentes, & beſtias, & vermes.

14. Initium ſuperbiæ hominis, apoſtatare à Deo:

15. quoniam ab eo, qui fecit illum, receſſit cor ejus: quoniam initium omnis peccati eſt ſuperbia: qui tenuerit illam, adimplebitur maledictis, & ſubvertet eum in finem. *Prov. 18. 12.*

16. Propterea exhonoravit Dominus conventus malorum, & deſtruxit eos uſque in finem.

17. Sedes ducum ſuperborum deſtruxit Deus, & ſedere fecit mites pro eis.

18. Radices gentium ſuperbarum arefecit Deus, & plantavit humiles ex ipſis gentibus.

19. Terras gentium evertit Dominus, & perdidit eas uſque ad fundamentum:

20. arefecit ex ipſis, & diſperdidit eos, & ceſſare fecit memoriam eorum à terra.

21. Memoriam ſuperborum perdidit Deus, & reliquit memoriam humilium ſenſu.

22. Non eſt creata hominibus ſuperbia; neque iracundia nationi mulierum.

23. Semen hominum honorabitur hoc,

NOTÆ.

℣. 1. Ita Græcè, exceptis his duobus, *παιδεύσει, erudiet*, pro *judicabit*; & *τεταγμένη, ordinatus*, loco *ſtabilis*; in ed. Compl. *τεταμένη, protenſus*. Auct. l. de XLII. manſ. col. 9. c. legit: *Judex ſapiens docet populum ſuum*. Mſs. S. Germ. 15. & S. Theod. *Judex ſap. vindicabit populum*. Corb. 1. addit: *& principatus ſenſati terribilis erit*.

℣. 2. Græc. addit *αὐτῦ*, ad vocem *populi*; & pro *qualis rector eſt civit. tales &*, &c. hab. *καθὰ τὸν ἡγούμενον τῆς πόλεως, πάντες οἱ*, &c. Aug. l. 2. cont. Parm. to. 9. 30. c. *Secundùm principem populi, ſic & miniſtri ipſius: & qualis rector eſt civitatis, tales inhabitantes*; Mſ. S. Germ. 15. *tales & habitantes in ea*; Mſ. S. Theod. delet *in ea*.

℣. 3. Conſonat Græc. niſi quòd hab. ſingulariter, *πόλις οἰκισθήσεται, civitas habitabitur*. In Mſs. S. Germ. 15. Corb. 1. & S. Theod. *prudentium*, loco *potentium*; at in Gr. *δυνατῶν*.

℣. 4. Mſ. S. Germ. 15. hæc præfert: *In manu Dei poteſtas terræ: & exclamabilis omnis iniquitas gentium: & utilem rectorem in tempus ſuſcitabit ſuper illum*. Corb. 1. & S. Theod. *In manu Dei..... & exſecrabilis omnis iniquitas gentium: & utilem rect.* &c. hæc autem ſententia media legitur inf. in Vulg. ℣. 7. Græc. hoc loco Vulgatæ conſonat, niſi quòd omittit *rectorem*.

℣. 5. Ita Græcè, præter hoc ult. *δόξαν αὐτῦ, gloriam ipſius*, loco *honorem ſuum*. In Mſs. S. Germ. 15. S. Theod. & Corb. 1. non *proſperitas* legitur, ſed *poteſtas*: at in Gr. *εὐοδία*.

℣. 6. Græc. *Ἐπὶ παντὶ ἀδικήματι μὴ μνησικάκησης τῷ πλησίον, & μὴ πράσσε μηδὲν ἐν ἔργοις ὕβρεως. In omni injuria ne ſuccenſeas proximo, & nihil agas in operibus contumeliæ*.

℣. 7. Mſ. S. Germ. 15. *Odibilis coram Deo eſt hominum ſuperbia*. Gr. cum Vulg. *Μισητὴ ἐναντι Κυρίυ & ἀνθρώπων ὑπερηφανία·* dein verò ita: *& ἐξ ἀμφοτέρων πλημμελήσει ἄδικα, & ex utriſque delinquet injuſta*; ed. Compl. *πλημμέλεια ἀδικίας, delictum injuſtitiæ*.

℣. 8. Græc. delet hoc, & *injurias*; loco verò *diverſos dolos*, hab. *χρήματα, pecunias*; ed. Compl. addit *δόλια, doloſas*; cæt. ut in Lat.

℣℣. 9. 10. Auguſt. in Pſ. 1. to. 4. col. 3. f. *Quid ſuperbit terra & cinis? quoniam in vita ſua projecit intima ſua*: eadem rurſus habet l. 6. de muſica to. 1. 532. b. & ep. 140. to. 2. 444. f. Græcè pariter hæc leguntur ſola: *Τί ὑπερηφανεύεται γῆ & σποδός; ὅτι ἐν ζωῇ ἔρριψε τὰ ἐντόσθια αὐτῦ*, omittiturque prior ſententia, *Avaro autem*, &c. cum aliis omnibus intermediis. In ed. tamen Compl. poſt vocem *cinis*, ſubſequuntur iſta: *φιλαργύρε μὲν γὰρ οὐδὲν ἀνομώτερον· ἕτος γὰρ & τὸν ἑαυτῦ ψυχὴν ἐκπραμεῖται πωλῶν·* deinde, *ὅτι ἐν ζωῇ αὐτῦ ἔρριψε*, &c. Apud Fulg. l. de Incarn. ad Petr. diac. p. 311. *Cæpit ſuperbire terra & cinis, quia in vita ſua projecit intima ſua*.

℣. 11. Hic verſus prætermittitur in Græco. In Mſ. S. Germ. 15. legitur *via*, non *vita*; deeſtque ſententia ſequens.

℣. 12. Græc. *Μακρὸν ἀῤῥώστημα σκώπτει ἰατρός. In prolixum languorem cavillatur medicus*; reliqua ut ſup. demptâ conjunct. *ſic*.

℣. 13. Conſonat Græc. ad verbum.

℣. 14. Ita legit Auguſt. l. 6. de muſica, to. 1. 532. b. necnon epiſt. 140. to. 2. 448. b. & in Job, to. 3. 668. f. Apud Fulg. pariter, l. 1. ad Monim. c. 19. p. 15. *Initium ſuperbiæ, apoſtatare à Deo*. Græcè: *Ἀρχὴ ὑπερηφανίας, ἀνθρώπῳ ἀφίσταμένυ ἀπὸ Κυρίυ*.

℣. 15. Apud Aug. l. 6. de muſica, to. 1. 532. b. & l. 1. de ſerm. Dom. in mon. to. 3. 167. a. *initium omnis peccati, ſuperbia*. Similiter in Mſ. S. Germ. 15. in Corb. 1. verò ſic: *initium peccati eſt omnis ſuperbia*. Sic etiam hab. Mſ. S. Theod. ſed addit: *qui tenuerit illam, abominabilis erit apud Deum. Propterea*, &c. Græc. *& ἀπὸ τῦ ποιήσαντος αὐτὸν ἀπέστη ἡ καρδία αὐτῦ· ὅτι ἀρχὴ ὑπερηφανίας ἁμαρτία· & ὁ κρατῶν αὐτῆς, ἐξεμβρίσει βδέλυγμα·* i. e. *& ab eo, qui fecit eum, receſſit cor ejus: quoniam principium ſuperbiæ, peccatum; & qui tenuerit eam, profundet abominationem*. Ed. Compl. hab. *ἀρχὴ ἁμαρτίας, ὑπερηφανία·* & inf. *ἐξυβρίσει βδέλυγμα, & καταγραφήσεται εἰς τέλος*. Mſs. Corb. 1. & S. Germ. 15. *ſubvertet eos in finem*.

℣. 16. Græc. *Διὰ τῦτο παρεδόξασε Κύριος τὰς ἐπαγωγὰς, & κατέστρεψεν εἰς τέλος αὐτύς. Propterea incredibiles fecit Dominus obductiones, & deſtruxit eos in finem*.

℣. 17. Græc. delet vocem *ſuperborum*. Mſ. S. Germ. 15. hab. *detraxit*, non *deſtruxit*; Gr. *καθεῖλε*.

℣. 18. Græc. *Ῥίζας ἐθνῶν ἐξέλιπεν ὁ Κύριος, & ἐφύτευσε ταπεινὺς ἀντ' αὐτῶν· Radices gentium evulſit Dominus, & plantavit humiles pro eis*.

℣. 19. Sic eſt in Græco, præter hoc ult. *ἕως θεμελίων γῆς, uſque ad fundamenta terræ*.

℣. 20. Eadem leguntur Græcè.

℣. 21. Hic verſus omittitur in Græco: de hoc meminit Cæleſtin. I. epiſt. 22. to. 1. col. 1197. b. dicens *à Deo noſtro humilium ſervatam memoriam, & perditam ſuperborum*.

℣. 22. Prior ſententia Græco conſonat; altera ſic eſt ibid. *οὐδὲ ὀργὴ ὁμῦ γεννήματι γυναικῶν, neque ira furoris generationibus mulierum*.

℣. 23. Auguſt. Speculum addit *hominum*, verbo ex-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

quod timet Deum: ſemen autem hoc exhonorabitur, quod præterit mandata Domini.

24. In medio fratrum rector illorum in honore: & qui timent Dominum, erunt in oculis illius.

25. Gloria divitum, honoratorum, & pauperum, timor Dei eſt:

26. noli deſpicere hominem juſtum pauperem, & noli magnificare virum peccatorem divitem.

27. Magnus, & judex, & potens eſt in honore: & non eſt major illo, qui timet Deum.

Prov. 17. 2. 2. *Reg.* 12. 13. 28. Servo ſenſato liberi ſervient: & vir prudens & diſciplinatus non murmurabit correptus, & inſcius non honorabitur.

29. Noli extollere te in faciendo opere tuo, & noli cunctari in tempore anguſtiæ.

30. Melior eſt qui operatur, & abundat in omnibus, quàm qui gloriatur, & eget pane. *Prov.* 12. 9.

31. Fili in manſuetudine ſerva animam tuam, & da illi honorem ſecundùm meritum ſuum.

32. Peccantem in animam ſuam quis juſtificabit? & quis honorificabit exhonorantem animam ſuam?

33. Pauper gloriatur per diſciplinam & timorem ſuum: & eſt homo qui honorificatur propter ſubſtantiam ſuam.

34. Qui autem gloriatur in paupertate, quantò magis in ſubſtantia? & qui gloriatur in ſubſtantia, paupertatem vereatur.

NOTÆ.

honorabitur, cum Mſs. SS. Theod. & Germ. 15. At in Gr. ſic: Σπέρμα ἔντιμον ποῖον; σπέρμα ἀνθρώπου· σπέρμα ἔντιμον ποῖον; οἱ φοβούμενοι τὸν Κύριον. Σπέρμα ἄτιμον ποῖον; σπέρμα ἀνθρώπου· σπέρμα ἄτιμον ποῖον; οἱ παραβαίνοντες ἐντολάς. *Semen honoratum quale? ſemen hominis: ſemen honoratum quale? ii qui timent Dominum. Semen inhonoratum quale? ſemen hominis: ſemen inhonoratum quale? qui præterierunt mandata.*

℣. 24. Auguſt. in Spec. legit: *In medio fratrum illorum rector*, &c. Græc. Vulgatæ congruit, detracto tamen verbo *erunt*.

℣. 25. Accinit Aug. in Spec. Græcè: Πλούσιος, ἢ ἔνδοξος, ἢ πλουτῶν· τὸ καύχημα αὐτῶν, φόβος Κυρίου. *Dives, & honoratus, & pauper; gloriatio eorum, timor Domini.*

℣. 26. Auguſt. Spec. *non deſpicias* (Mſ. Reg. *ne deſpicere*) *hominem*..... *& non magnificaveris*, &c. editt. *non magnificare*. Mſs. S. Germ. 15. & S. Theod. *non deſpicere*..... *& non magnificare*, &c. Græc. οὐ δίκαιον ἀτιμάσαι πλούσιον συνετὸν, ἢ ὑ καθήκει δοξάσαι ἄνδρα ἁμαρτωλόν· *non juſtum eſt contemnere pauperem ſenſatum, & non decet glorificare virum peccatorem.*

℣. 27. Ita legit Aug. in Speculo; nec diſſimilia Gr. habet, præter ſeqq. δοξασθήσεται· ἢ ὑκ ἔστιν ἀυτῶν τις μείζων, *honorificabitur: & non eſt illorum quis major*, loco *eſt in honore: & non eſt major*. Mſ. S. Germ. 15. *Magnus eſt judex*, &c. dein Corb. 1. *& potens eſt honore*: utrumque etiam habetur in Mſ. S. Theod.

℣. 28. Auguſt. Speculum tollit *&*, poſt *ſervient*, ut Mſ. S. Germ. 15. poſt *prudens*: Mſ. S. Theod. leg. *liberi ſervinnt*. Ambroſ. l. 2. offic. col. 96. b. *Famulo ſapienti multi ſervinnt liberi*. Ambroſiaſt. col. 135. c. *Servo ſapienti liberi ſervient*. Græc. Οἰκέτῃ σοφῷ (ed. Compl. συνετῷ) ἐλεύθεροι λειτουργήσουσι· ἢ ἀνὴρ ἐπαισχύνων ὑ γογγύσει, Compl. ſubdit παιδευόμενος; reliqua deſunt.

℣. 29. Prior ſententia ſimiliter habetur ap. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 319. b. In Gr. ſic: Μὴ σοφίζου ποιῆσαι τὸ ἔργον σου, ἢ μὴ δοξάζου ἐν καιρῷ στενοχωρίας σου. *Noli excuſando cunctari in faciendo opere tuo, & noli te extollere in tempore anguſtiæ tuæ.*

℣. 30. Græcè deeſt τὸ *&* *abundat*: ante *gloriatur* verò, hoc inſeritur, περιπατῶν, ἢ, *ambulat, aut*: cæt. conveniunt.

℣. 31. Concinit Aug. Speculum: nec aliter in Græco, excepto verbo δόξασον, *glorifica*, pro *ſerva*.

℣. 32. Ad verbum è Græco, præter penult. vocem *animam*, pro qua ζωὴν, *vitam*.

℣. 33. Græc. Πλουτὸς δοξάζεται διὰ ἐπιστήμην αὐτοῦ· ἢ πλούσιος δοξάζεται διὰ τὸν πλοῦτον αὐτοῦ. *Pauper glorificatur per ſcientiam ſuam: & dives honorificatur propter divitias ſuas.*

℣. 34. Græc. Ὁ δὲ δοξαζόμενος ἐν πτωχείᾳ, ἢ ὲ πλούτῳ πόσῳ μᾶλλον; ἢ ὁ ἄδοξος ἐν πλούτῳ, ἢ ὲ πτωχείᾳ πόσῳ μᾶλλον; *Qui autem glorificatur in paupertate, quantò magis in divitiis? & qui eſt inglorius in divitiis, quantò magis in paupertate?* Auct. l. de ſing. cleric. ap. Cypr. p. 538. ſ. *qui gloriatur in divitiis, paupertatem vereatur.*

CAPUT XI.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

Gen. 40. 4. *Dan.* 6. 3. *Joan.* 7. 18. 1. *Reg.* 16. 7. 2. *Cor.* 10. 10. *Jacob.* 2. 1. *Act.* 12. 21. 22. 1. SApientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnatorum conſedere illum faciet.

2. Non laudes virum in ſpecie ſua, neque ſpernas hominem in viſu ſuo:

3. brevis in volatilibus eſt apis, & initium dulcoris habet fructus illius.

4. In veſtitu ne glorieris unquam, nec in die honoris tui extollaris: quoniam mirabilia opera Altiſſimi ſolius, & glorioſa, & abſconſa, & inviſa opera illius.

5. Multi tyranni ſederunt in throno, & inſuſpicabilis portavit diadema.

6. Multi potentes oppreſſi ſunt validè, & glorioſi traditi ſunt in manus alterorum. 1. *Reg.* 15. 28. *Eſther* 6. 7.

7. Priuſquam interroges, ne vituperes quemquam: & cùm interrogaveris, corripe juſtè.

8. Priuſquam audias, ne reſpondeas verbum: & in medio ſermonum ne adjicias loqui. *Prov.* 18. 13.

NOTÆ.

℣. 1. Sic apud Auguſt. in Speculo: item in Græco excepto aoriſt. ἀύψωσε, *exaltavit*, detractoque ſeq. *illius*; at in Mſ. Alex. & Compl. ἀνυψώσει κεφαλὴν αὐτῦ. Mſ. Germ. 15. *exaltavit caput illius*, *& in medio magnorum conſidere*, &c.

℣. 2. Auguſt. Specul. ſimiliter hab. *Non laudes virum*, &c. Græc. Μὴ αἰνέσεις ἄνδρα, &c. ut in Vulg. Mſ. Alex. Μὴ αἰνέσῃς.

℣. 3. Ita Aug. in Speculo: Græcè verò deeſt τὸ *habet*; & loco *dulcoris*, eſt γλυκασμάτων, *dulcorum*.

℣. 4. Græc. Ἐν περιβολῇ ἱματίων μὴ καυχήσῃ, ἢ ἐν ἡμέρᾳ δόξης μὴ ἐπαίρου· ὅτι θαυμαστὰ τὰ ἔργα Κυρίου, ἢ κρυπτὰ τὰ ἔργα αὐτῦ ἐν ἀνθρώποις. *In circumjectione veſtimentorum ne glorieris, & in die honoris ne extollaris: quia mirabilia opera Domini, & abſconſa opera illius in hominibus.* In Mſ. Alex. & Compl. deeſt ἐν ante *hominibus*.

℣. 5. Sic eſt in Græco, excepta voce ἐπ' ἄρχης, *ſolo*, pro *throno*: ſuſpicatur Nobilius aliquem ex *ſolo* feciſſe *ſolio* ſ. rurſuſque alium pro *ſolio* poſuiſſe *throno*.

℣. 6. Ita de Græco, exceptis his, *oppreſſi ſunt validè*, pro quibus ἠτιμάσθησαν σφόδρα, *exhonorati ſunt valde*. Mſ. S. Germ. 15. *preſſi ſunt validè*; Mſ. S. Theod. *oppreſſi ſunt valde*.

℣. 7. Accinit Auguſt. in Speculo: item ep. 43. to. 2. 93. e. niſi quòd initio hab. *Antequam interroges*. Ennod. pro ſynodo, Sirm. to. 1. p. 1620. e. *Priuſquam agnoſcas, ne adjudices quemquam*. Zozimus PP. epiſt. 3. to. 1. 953. cum Vulgata concinit. In Gr. ſic: Πρὶν ἐξετάσῃς, μὴ μέμφῃ· νόησον πρῶτον, ἢ τότε ἔλεγξον. *Priuſquam interroges, ne vituperes: intellige primùm, & tunc corripe.*

℣. 8. Auguſt. Speculum hab. *ſeniorum*, non *ſermonum*: item *ſeniorum* in Bibl. Mſs. Corb. 1. & S. Theod. at in Gr. λόγων, ſtatimque, μὴ παρεμβάλλου, Nobil. *ne interloquaris*. Compl. μὴ παρέμβαλλε ῥῆμα.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

9. De ea re, quæ te non moleſtat, ne certeris: & in judicio peccantium ne conſiſtas.

1. Tim. 6. 9. 10. Fili ne in multis ſint actus tui: & ſi dives fueris, non eris immunis à delicto: ſi enim ſecutus fueris, non apprehendes: & non effugies, ſi præcucurreris.

Eccleſ. 4. 8. 11. Eſt homo laborans, & feſtinans, & dolens impius, & tantò magis non abundabit.

12. Eſt homo marcidus egens recuperatione, plus deficiens virtute, & abundans paupertate:

Job. 42. 10. 13. & oculus Dei reſpexit illum in bono, & erexit eum ab humilitate ipſius, & exaltavit caput ejus: & mirati ſunt in illo multi, & honoraverunt Deum.

Job. 1. 21. 14. Bona & mala, vita & mors, paupertas & honeſtas à Deo ſunt.

15. Sapientia & diſciplina, & ſcientia legis apud Deum. Dilectio, & viæ bonorum apud ipſum.

16. Error & tenebræ peccatoribus concreata ſunt: qui autem exſultant in malis, conſeneſcunt in malo.

17. Datio Dei permanet juſtis, & profectus illius ſucceſſus habebit in æternum.

18. Eſt qui locupletatur parcè agendo, & hæc eſt pars mercedis illius

Luc. 12. 19. 19. in eo quod dicit: Inveni requiem mihi, & nunc manducabo de bonis meis ſolus:

20. & neſcit quòd tempus præteriet, & mors appropinquet, & relinquat omnia aliis, & morietur.

21. Sta in teſtamento tuo, & in illo colloquere, & in opere mandatorum tuorum veteraſce.

22. Ne manſeris in operibus peccatorum. Confide autem in Deo, & mane in loco tuo.

23. Facile eſt enim in oculis Dei ſubitò honeſtare pauperem.

24. Benedictio Dei in mercedem juſti feſtinat, & in hora veloci proceſſus illius fructificat.

25. Ne dicas: Quid eſt mihi opus, & quæ erunt mihi ex hoc bona?

26. Ne dicas: Sufficiens mihi ſum: & quid ex hoc peſſimabor?

27. In die bonorum ne immemor ſis malorum: & in die malorum ne immemor ſis bonorum: *Inf. 18. 25.*

28. quoniam facile eſt coram Deo in die obitus retribuere unicuique ſecundùm vias ſuas.

29. Malitia horæ oblivionem facit luxuriæ magnæ, & in fine hominis denudatio operum illius.

30. Ante mortem ne laudes hominem quemquam, quoniam in filiis ſuis agnoſcitur vir.

31. Non omnem hominem inducas in domum tuam: multæ enim ſunt inſidiæ doloſi.

32. Sicut enim eructant præcordia fœtentium, & ſicut perdix inducitur in caveam, & ut caprea in laqueum: ſic & cor ſuperborum, & ſicut proſpector videns caſum proximi ſui.

NOTÆ.

℣. 9. Auguſt. Spec. *De re ea, quæ te non mol. ne certaveris* (Mſs. *ne certeris:*) & *in judicio peccatorum ne conſiſtas.* Græc. Περὶ πράγματος, ᾧ οὐκ ἔστι σοι χρεία, μὴ ἔριζε· καὶ ἐν κρίσει ἁμαρτωλῶν μὴ συνέδρευε. *De re, qua tibi opus non eſt, ne certaveris:* & *in judicio peccatorum ne conſideas.* In Mſ. Alex. ac ed. Compl. deeſt χρεία.

℣. 10. Eadem refert Aug. in Spec. vide etiam q. 68. in Exod. to. 3. 442. a. Græcè, ἐὰν πληθυνῇς, *ſi abundaveris*, loco *ſi dives fueris;* paulòque poſt, καὶ ἐὰν, & *ſi*, pro *ſi enim;* cæt. ut in Lat. Mſ. S. Theod. extremò hab. *ſi præcucurrens eſt*, non *præcucurreris.*

℣. 11. Mſ. S. Germ. 15. initio hab. *Et eſt laborans;* Corb. 1. & S. Theod. ultimò, *non abundat.* Græc. Ἔστι κοπιῶν, καὶ πονῶν, καὶ σπεύδων, καὶ τόσῳ μᾶλλον ὑστερεῖται· *Eſt laborans*, & *dolens*, & *feſtinans*, & *tantò magis ipſi deeſt.* Mſ. Alex. καὶ πόσῳ, μᾶλλον, &c.

℣. 12. A Græco rurſus abeſt *homo*, ſicut inf. *plus;* ſubinde pro *abundans*, exſtat περισσεύει, *abundat;* ſed in ed. Compl. eſt περισσεύων.

℣. 13. Eadem leguntur Græcè, exceptis his pluralibus, καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐνέβλεψαν αὐτῷ εἰς ἀγαθά, & *oculi Domini reſpexerunt illum in bona:* deeſt autem hoc ult. & *honoraverunt Deum.*

℣. 14. Sic hab. Auct. quæſt. Vet. T. q. 34. ap. Aug. to. 3. 52. g. Sic etiam Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 14. p. 10. a. nec diſſimile quid in Gr. excepta voce πλοῦτος, *divitiæ*, loco *honeſtas*; quæ idem ſonant.

℣℣. 15. 16. Hi duo ℣℣. non leguntur in Bibliis Mſs. S. Germ. 15. S. Theod. & Corb. 1. abſunt pariter à Græco, præterquam ab ed. Compl.

℣. 17. Græc. Δόσις Κυρίου παραμένει εὐσεβέσι, καὶ ἡ εὐδοκία αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα εὐοδωθήσεται. *Datio Domini permanet piis*, & *beneplacitum ejus bonis ſucceſſus habebit in æternum;* Mſs. S. Germ. 15. S. Theod. & Corb. *ſucceſſus habebunt*, &c.

℣. 18. Græcè, pro *parcè agendo*, eſt ἀπὸ προσοχῆς, καὶ ἐφιγσίας αὐτοῦ, *attentè*, & *parcè agendo;* cæt. quadrant.

℣. 19. A Græco abſunt voculæ 2. *mihi* & *ſolus;* cæt. ut in Vulg. Ed. Compl. ultimò addit ἀδιαλείπτως, *aſſiduè.*

℣. 20. Græcè id omittitur, & *mors appropinquet;* loco verò *relinquat omnia*, habetur καταλείψει αὐτὰ, *relinquet illa.* In Mſ. S. Germ. 15. & *neſcit quòd tempus præteriet*, & *relinquat omnia aliis:* deinde, *Sta in teſtam.* Similiter in Corb. 1. & S. Theod. excepto fut. *relinquet.*

℣. 21. Ita de Græco, præter hoc, *mandatorum tuorum*, pro quo ſimpliciter, σοῦ, *tuo.*

℣. 22. Gr. Μὴ θαύμαζε ἐν ἔργοις ἁμαρτωλῶ. Πίστευε τῷ Κυρίῳ, καὶ ἐμμένε τῷ πόνῳ σου. *Ne mireris in operibus peccatoris. Crede te Domino*, & *mane in labore tuo.* Aug. Specul. habet, *Fide autem in Deo*, cum Mſ. S. Germ. 15.

℣. 23. Græcè pro *ſubitò*, διὰ τάχους ἐξάπινα, *velociter ſubitò;* cæt. quadrant. In Mſ. S. Germ. 15. *de ſubito beneſtari*, &c. item in Mſ. S. Theod. *beneſtari.*

℣. 24. Græc. Εὐλογία Κυρίου ἐν μισθῷ εὐσεβοῦς, καὶ ἐν ὥρᾳ ταχινῇ ἀναθάλλει εὐλογίαν αὐτοῦ. *Benedictio Domini in mercede pii*, & *in hora veloci exoriri facit benedictionem ſuam:* Mſs. S. Theod. Corb. 1. & S. Germ. 15. & *in bonore veloci*, &c.

℣. 25. Græc. extremò hab. καὶ τίνα ἀπὸ τῦ νῦν ἔσαι μοι τὰ ἀγαθά; & *qua ex hoc nunc erunt mihi bona?*

℣. 26. Mſs. SS. Germ. Theod. & Corb. 1. *Ne dicas: Sufficiens ſum*, &c. Græc. Μὴ εἴπῃς· Αὐτάρκη μοι ἐστὶ καὶ τί ἀπὸ τοῦ νῦν, &c.

℣. 27. Græcè, loco 1. *ne immemor ſis*, ſimpliciter habetur ἀμνησία, *oblivio;* loco verò alterius, ἡ μνησθήσεται, *non erit memoria.*

℣. 28. Eadem leguntur in Græco, excepto uno ἀνθρώπῳ, *homini*, pro *unicuique.* In Mſ. S. Germ. 15. tollitur *eſt*, poſt *facile;* ſubauditur etiam in Gr.

℣. 29. Sic eſt in Gr. detracta una voce *magna.* In Mſ. S. Germ. 15. non *denudatio* eſt, ſed *denunciatio;* in Gr. ἀποκάλυψις. Apud Ambr. l. de inſtit. virg. col. 254. d. ſic: *quia in fine hominis nudantur opera ejus.* Apud Caſſiod. in Pſ. 50. p. 170. b. *in fine ſuo laudabitur omnis vir.*

℣. 30. Ambroſ. l. de bono mort. c. 8. col. 404. c. *Ante mortem non laudaveris quemquam:* & in Pſ. 1. col. 744. b. *Ante mortem ne laudaveris aliquem:* & l. de inſtit. Virg. col. 254. d. *Ante mortem non laudes hominem quemquam:* & in Pſ. 37. col. 839. a. *Non laudes hominem in vita ſua.* Cypr. verò ep. 5. p. 10. b. cum Vulgata concinit, ſicut Auguſt. q. 168. in Gen. to. 3. 420. c. & in Speculo. Hieron. in Iſai. 3. to. 3. p. 39. a. ita legit: *Ne beatum dicas quemquam hominem ante mortem.* Rufin. l. 2. de bened. Patr. p. 22. c. *Ne laudaveris quemquam ante obitum.* Caſſian. coll. 6. c. 16. p. 426. *Ne beatifices hominem ante exitum ſuum.* Græc. Πρὸ τελευτῆς μὴ μακάριζε μηδένα, καὶ ἐν τέκνοις αὐτοῦ γνωθήσεται ἀνήρ.

℣. 31. Sic eſt in Græco, ut & in Auguſt. Speculo.

℣. 32. Auguſt. in Spec. legit *infantium*, loco *fœtentium;* & *foveam*, pro *caveam;* cæt. ut ſupra. In Mſ. S. Germ.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

33. Bona enim in mala convertens insidiatur, & in electis imponet maculam.

34. A scintilla una augetur ignis, & ab uno doloso augetur sanguis: homo verò peccator sanguini insidiatur.

35. Attende tibi à pestifero, fabricat enim mala: ne fortè inducat super te subsannationem in perpetuum.

36. Admitte ad te alienigenam, & subvertet te in turbine, & abalienabit te à tuis propriis.

NOTÆ.

15. *Sicut enim eructuant præcordia fœtantium, sicut perdix..... & sicut prospectator*, &c. item *fœtantium*, in Mſ. S. Theod. & Corb. 1. In Gr. hæc leguntur sola: Πέρδιξ θηρευτὴς ἐν καρτάλῳ, ὕτως καρδία ὑπερηφάνου, καὶ ὡς ὁ κατάσκοπος ἐπιβλέπει πτῶσιν· *Perdix venatrix in cavea, sic cor superbi, & tanquam speculator inspicit casum.* Apud Auct. op. imp. in Matth. hom. 54. p. 226. a. *Sicut capta, sic aspicit ruinam proximi sui.*

℣. 33. Suffragatur Augustinus in Spec. unà cum Græco. In Mſ. S. Theod. est, *convertit insidiator.*

℣. 34. Græcè: Ἀπὸ σπινθῆρος (Compl. add. μικρᾶς, al. μιᾶς) πυρὸς πληθύνεται ἀνθρακιὰ· καὶ ἀνθρώπου, &c. *A scintilla (parva, vel una) ignis augetur pruna: & homo*, &c. deest sententia media, & *ab uno doloso augetur sanguis.* Augustinus Speculum Vulgatæ consonat ad verbum. In Mſ. S. Germ. 15. deest tantùm *una*, post *scintilla.*

℣. 35. sic habet Aug. in Speculo. Mſ. S. Germ. 15. *ne fortè inducas*, &c. Græc. Πρόσεχε ἀπὸ κακέργου, ποτὲ γὰρ τεκλάσῃ· μήποτε μόμον εἰς τὸν αἰῶνα δῷ σοι· *Attende à malefico, mala enim fabricat: ne fortè maculam det tibi in perpetuum:* Mſ. S. Theod. delet hoc, *in perpetuum.*

℣. 36. Eadem sunt in Græco, excepto uno plurali ταραχαῖς, *turbationibus*, pro *turbine*; at in Compl. ταραχῇ; in Mſ. S. Germ. 15. *turbore*, proximèque, & *alienabit te*; in Aug. Spec. *torpore*, & *alienabit te*, &c.

CAPUT XII.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. SI benefeceris, scito cui feceris, & erit gratia in bonis tuis multa.

2. Benefac justo, & invenies retributionem magnam: & si non ab ipso, certè à Domino.

3. Non est enim ei bene qui assiduus est in malis, & eleemosinas non danti: quoniam & Altissimus odio habet peccatores, & misertus est pœnitentibus.

Gal. 6. 10. 4. Da misericordi, & ne suscipias peccatorem: & impiis & peccatoribus reddet vindictam, custodiens eos in diem vindictæ.

5. Da bono, & non receperis peccatorem.

6. Benefac humili, & non dederis impio: prohibe panes illi dari, ne in ipsis potentior te sit:

7. nam duplicia mala invenies in omnibus bonis, quæcunque feceris illi: quoniam & Altissimus odio habet peccatores, & impiis reddet vindictam.

8. Non agnoscetur in bonis amicus, & non abscondetur in malis inimicus.

9. In bonis viri, inimici illius in tristitia: & in malitia illius, amicus agnitus est.

10. Non credas inimico tuo in æternum: sicut enim æramentum, æruginat nequitia illius:

11. & si humiliatus vadat curvus, adjice animum tuum, & custodi te ab illo.

12. Non statuas illum penes te, nec sedeat ad dexteram tuam, ne fortè conversus in locum tuum, inquirat cathedram tuam: & in novissimo agnoscas verba mea, & in sermonibus meis stimuleris.

13. Quis miserebitur incantatori à serpente percusso, & omnibus, qui appropiant

NOTÆ.

℣. 1. August. Spec... *scito cui benefeceris*, &c. Mſ. Germ. 15. & *scito cui feceris*; tum in Corb. 1. & *erit gratia bonis*, &c. In Gr. Ἐὰν εὖ ποιῇς, γνῶθι τίνι ποιεῖς, καὶ ἔσται χάρις τοῖς ἀγαθοῖς σου· *Si benefacias, scito cui facias, & erit gratia bonis tuis.*

℣. 2. Ita in August. Speculo, excepto uno *Deo*, pro *Domino*; Gr. hab. παρὰ Ὑψίστου, *ab Altissimo*; item sup. εὐσεβεῖ, *pio*, pro *justo*; nec addit *magnam* post *retributionem.*

℣. 3. Eadem refert Aug. in Spec. exceptis his, num. plur. *Non est eis bene qui assidui sunt.* Græcè: Οὐκ ἔστιν ἀγαθὰ τῷ ἐνδελεχίζοντι εἰς κακὰ, καὶ τῷ ἐλεημοσύνην μὴ χαριζομένῳ· sequentia desunt. Mſ. Corb. 1. initio pariter tollit *enim*; & inf. legit *eleemosinam*, non *eleemosinas.* Sangerm. 15. *Non est ei bene qui assiduus est malis*, & *eleemosinæ non danti*, &c. Auct. quæst. apud Aug. to. 3. p. 95. c. *Altissimus misertus est pœnitentibus.*

℣. 4. Prior sententia similiter habetur in Græco, excepto verbo εὐσεβεῖ, *pio*, pro *misericordi*; reliqua verò desiderantur. Similiter in Aug. Speculo: *Da misericordi*, & *ne susceperis peccatorem*, absque seqq. In Mſ. S. Theod. *redde vindictam..... in die vindictæ*; item in Sangerm. 15. & Corb. 1. *in die vindictæ.*

℣. 5. Hic versiculus Græcè transfertur post ℣. 7. In Speculo Aug. minimè legitur.

℣. 6. Sic apud Aug. in Spec. Græcè, loco *prohibe panes*, &c. ita sequitur: ἐμπόδισον τοὺς ἄρτους αὐτοῦ, καὶ μὴ δῷς αὐτῷ, ἵνα μὴ ἐν αὐτοῖς σε δυναστεύσῃ· *impedi panes illius*, & *non dederis ei, ne in ipsis te opprimat.*

℣. 7. A Mſs. S. Germ. 15. S. Theod. & Corb. 1. absunt hæc: *quæcunque feceris illi*; nec etiam leguntur in August. Speculo. In Græco verò exstant omnia quæ in Vulg. imo ibid. hic subditur versiculus: Δὸς τῷ ἀγαθῷ, καὶ μὴ ἀντιλάβῃ τοῦ ἁμαρτωλοῦ, *Da bono*, & *ne susceperis peccatorem*; qui habetur sup. in Vulg. ℣. 5. Apud Fulg. l. 1. de rem. pecc. c. 27. p. 381. *quoniam & Altissimus misertus est pœnitentibus*, & *impiis & peccatoribus reddet vindictam.*

℣. 8. Ita de Græco, excepto verbo *agnoscetur*, pro quo ἐκδικηθήσεται, *judicabitur*; sed in aliq. libb. ἐπιγνωσθήσεται.

℣. 9. Græc. pro *malitia*, hab. κακοῖς, *malis*; & pro *agnitus est*, διαχωρισθήσεται, *disjungetur.* In Mſs. S. Theod. & S. Germ. 15. deest *in* ante *malitia.*

℣. 10. Græcè, verbum *æruginat* jungitur antecedentibus; & voci *nequitia*, præponitur ὕτως, *sic.* August. Speculum Vulgatæ congruit.

℣. 11. Concinit Augustini Speculum. Græcè verò ita: καὶ ἐὰν ταπεινωθῇ, καὶ πορεύηται συγκεκυφὼς, ἐπίσχυσον τὴν ψυχήν σου, καὶ φύλαξε ἀπ' αὐτοῦ· tum sequitur: καὶ ἔσῃ αὐτῷ ὡς ἐκμεμαχὼς ἔσοπτρον, καὶ γνώσῃ ὅτι οὐκ εἰς τέλος κατίωσε· i. e. & *si humiliatus fuerit*, & *vadat curvus*, *adjice animam tuam*, (Mſ. S. Theoder. *affirma animum tuum*,) & *custodi te ab illo*: & *eris ei tanquam qui abstersoris speculum*, & *cognosces quòd non in finem depositit æruginem.*

℣. 12. Augustini Speculum juxta Mſs. omnes habet: *Non statuas illum... nec sedeat ad dext. tuam*, *ne conversus stet in loco tuo*; deinde, *ne fortè conversus in locum tuum*, *inquirat*, &c. quæ supra. Sic etiam ferunt Mſs. nostri S. Germ. S. Theod. & Corb. 1. Græcè ita: Μὴ γνῷς αὐτὸν παρὰ σεαυτὸν, μὴ ἀναπέσῃς σε, σῇ ἐπὶ τὸν τόπον σου· μὴ καθίσῃς αὐτὸν ἐκ δεξιῶν σου, μήποτε ζητήσῃ τὴν καθέδραν σου, &c. *Ne statuas eum penes te*, *ne te subverso*, *stet in loco tuo*: *non facias eum sedere ad dexteram tuam*, *ne fortè inquirat cathedram tuam*, &c. ut in Vulg.

℣. 13. Eadem leguntur Græcè, nisi quòd ibi deest & ante *sic*; & pro *iniquo*, ponitur ἁμαρτωλῷ, *peccatore.* August. Specul. hab. *sic & qui comitatur*; cæt. ut in Vulg. in Mſs. S. Germ. 15. S. Theod. & Corb. 1. deest *sic.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

beſtiis? & ſic qui comitatur cum viro iniquo, & obvolutus eſt in peccatis ejus.

14. Unâ horâ tecum permanebit: ſi autem declinaveris, non ſupportabit.

Jer. 41. 6. 15. In labiis ſuis indulcat inimicus: & in corde ſuo inſidiatur ut ſubvertat te in foveam.

16. In oculis ſuis lacrymatur inimicus: & ſi invenerit tempus, non ſatiabitur ſanguine:

17. & ſi incurrerint tibi mala, invenies eum illic priorem.

18. In oculis ſuis lacrymatur inimicus, & quaſi adjuvans ſuffodiet plantas tuas.

19. Caput ſuum movebit, & plaudet manu, & multa ſuſurrans commutabit vultum ſuum.

NOTÆ.

℣. 14. Concinit Aug. Speculum, nec abſimile Græcum eſt.

℣. 15. Græc. ipſo initio habet Καὶ; ſubinde pro *indulcat*, γλυκανεῖ, *indulcabit*, ſicut infra, βουλεύσεται, *deliberabit*, pro *inſidiatur*. Mſ. S. Theod. ultimò ſcribit *in fovea*; Gr. εἰς βόθρον. Auguſt. Specul. Vulgatæ congruit.

℣. 16. Ita legit Aug. in Speculo. Sic etiam in Græco, excepto fut. δακρύσει, *lacrymabitur*.

℣. 17. Auguſt. Speculum delet 1. conjunct. & : deeſt pariter in Græco; at in fine jungitur σὺ, huic voci, *priorem*.

℣. 18. Sic habet Aug. in Speculo: at in Græco deeſt prior ſententia; & loco poſterioris ita legitur: ἐν ὡς βοηθῶν ὑποχάσει πτέρναν σου, & *quaſi adjuvans ſubjecabit calcem*, vel *calcaneum tuum*. Nonnulli libb. ferunt ὑποσκάψει, *ſuffodiet*, cum Vulg.

℣. 19. Græc. ἐπικροτήσει ταῖς χερσὶν αὐτοῦ, *plaudet manibus ſuis*; cæt. ut in Latino: ed. Compl. delet αὐτοῦ. Auguſt. Specul. hab. *plaudebit manu*, cum Mſs. Germ. 15. & Corb. 1. Mſ. S. Theod. addit: & *multa ſuſurrans commovebit vultum ſuum*: Gr. ἐν πολλὰ διαψιθυρίσει, ἐν ἀλλοιώσει τὸ πρόσωπον αὐτοῦ.

CAPUT XIII.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

Deut. 7. 2. 1. QUi tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicaverit ſuperbo, induet ſuperbiam.

2. Pondus ſuper ſe tollet, qui honeſtiori ſe communicat. Et ditiori te ne ſocius fueris.

3. Quid communicabit cacabus ad ollam? quando enim ſe colliſerint, confringetur.

4. Dives injuſtè egit, & fremet: pauper autem læſus tacebit.

5. Si largitus fueris, aſſumet te: & ſi non habueris, derelinquet te.

6. Si habes, convivet tecum, & evacuabit te, & ipſe non dolebit ſuper te.

7. Si neceſſarius illi fueris, ſupplantabit te, & ſubridens ſpem dabit, narrans tibi bona, & dicet: Quid opus eſt tibi?

8. Et confundet te in cibis ſuis, donec te exinaniat bis, & ter: & in noviſſimo deridebit te: & poſtea videns derelinquet te, & caput ſuum movebit ad te.

9. Humiliare Deo, & exſpecta manus ejus.

10. Attende ne ſeductus in ſtultitiam humilieris.

11. Noli eſſe humilis in ſapientia tua, ne humiliatus in ſtultitiam ſeducaris.

12. Advocatus à potentiore diſcede: ex hoc enim magis te advocabit.

13. Ne improbus ſis, ne impingaris: & ne longè ſis ab eo, ne eas in oblivionem.

14. Ne retineas ex æquo loqui cum illo: nec credas multis verbis illius: ex multa enim loquela tentabit te, & ſubridens interrogabit te de abſconditis tuis.

15. Immitis animus illius conſervabit verba tua: & non parcet de malitia, & de vinculis.

16. Cave tibi, & attende diligenter auditui tuo: quoniam cum ſubverſione tua ambulas.

17. Audiens verò illa quaſi in ſomnis vide, & vigilabis.

NOTÆ.

℣. 1. Græc. delet τὸ *ab ea*; & pro *induet ſuperbiam*, hab. ὁμοιωθήσεται αὐτῷ, *aſſimilabitur ei*. In ed. Compl. eſt ἐν αὐτῇ, pro *ab ea*; & in Mſ. S. Germ. 15. *induet*, pro *induet*: in Mſ. S. Theod. *induetur ſuperbiâ*.

℣. 2. Græcè: Βάρος ὑπὲρ σὲ μὴ ἄρῃς· καὶ ἰσχυροτέρῳ σου, καὶ πλουσιωτέρῳ (Mſ. Alex. & Compl. add. σου) μὴ κοινώνει· *Pondus ſuper te ne tollas*: & *fortiori te*, & *ditiori te ne communices*. Mſ. S. Germ. 15. hab. *Pondus ſuper ſe tollit, qui honeſtiori communicat*: itidem *tollit* in Corb. 1.

℣. 3. Mſ. S. Germ. 15. *Quid communic. caccabus ad ollam? quando colliſerint*, &c. Corb. 1. *quando enim colliſerint*, &c. dein S. Theod. *confringentur*. Græc. Τί κοινωνήσει χύτρα πρὸς λέβητα; αὕτη προσχρήσει, καὶ αὕτη συντριβήσεται. *Quid communicabit olla ad lebetem? ipſa impinget*, & *ipſa conteretur*.

℣. 4. Græc. Πλούσιος ἠδίκησε, καὶ αὐτὸς προσενεβριμήσατο· πτωχὸς ἠδικήθη, καὶ αὐτὸς προσλενθήσεται· *Dives injuſtè egit*, & *ipſe fremuit*: *pauper læſus eſt*, & *ipſe orabit*.

℣. 5. Græcè, Ἐὰν χρησιμεύσῃς, ἐργᾶται ἐν σοί· καὶ ἐὰν ὑστερήσῃς, καταλείψει σε· *Si utilitatem apportaveris, operatur in te*: & *ſi tibi defuerit, derelinquet te*.

℣. 6. Sic eſt in Græco, deleto uno *ſuper te*. Mſ. Corb. 1. hab. *vacuabit te*.

℣. 7. Græc. Χρείαν ἔχοντά σου, καὶ ἀποστραγγίσει σε, καὶ προσγελάσεταί σοι, καὶ δώσει σοι ἐλπίδα· λαλήσει σοι καλὰ, &c. ut ſupra. In Mſ. S. Germ. 15. deſunt ult. iſta: *bona*, & *dicet: Quid opus eſt tibi?*

℣. 8. Vix meliùs è Græco. In Mſs. S. Germ. 15. & S. Theod. legitur *derideat te*, abſque ſeq. conjunct. &; quæ etiam abeſt à Græco. In Mſ. Corb. 1. eſt *derides te: poſtea*, &c. Sangerm. 15. pro ult. *ad te*, hab. *ad ſe*; Gr. ἐπὶ σοί, *ſuper te*.

℣. 9. Hic verſiculus abeſt à Mſ. S. Germ. 15. ſicut à Græco.

℣℣. 10. 11. Horum verſuum 2. loco, hæc ſola leguntur Græcè: Πρόσεχε μὴ ἀποστλανηθῇς, καὶ μὴ ταπεινωθῇς ἐν εὐφροσύνῃ σου. *Attende ne ſeducaris*, & *ne humilieris in lætitia tua*. Mſ. S. Theod. *ne in ſtultitia humilieris*.

℣. 12. Græc. Προσκαλεσαμένου σε δυνάστου, ὑποχώρει μᾶλλον· καὶ τόσῳ μᾶλλον προσκαλέσεταί σε. *Cùm advocaverit te potens, diſcede*: & *tantò magis advocabit te*.

℣. 13. Græc. Μὴ ἐμπίπτετε, ἵνα μὴ ἀπωθῇς· καὶ μὴ μακρὰν ἀφισῶ, ἵνα μὴ ἐπιλησθῇς· *Non intrudas te, ne expellaris*: & *ne longè diſtes, ne eas in oblivionem*. Mſ. S. Germ. 15. & *longè abeſto, ne eas*, &c. Mſ. S. Theod. *ne longè ſis ab eo*, & *eas in*, &c.

℣. 14. Eadem leguntur Græcè, præter unum aut alterum; videlicet, εἰσηγεῖσθαι, *colloqui*, pro *ex æquo loqui*, in quibuſdam libb. eſt ἰσηγορεῖσθαι; extremò, καὶ ὡς προσγελῶν ἐξετάσει, & *quaſi arridens interrogabit*, abſque ſeqq. Mſ. tamen Alex. cum ed. Ald. ſubdit σέ; Compl. τὰ κρυπτά σου, cum Vulg.

℣. 15. Græc. Ἀνελεήμων, ὃ μὴ συντηρῶν λόγους· καὶ, &c. *Immitis, qui non conſervat verba*: & , &c. ut in Vulg. in quibuſdam libb. eſt, ἀνελεημόνως δὲ συντηρήσει λόγους σου, *immiſericorditer conſervabit verba tua*. Mſs. Corb. 1. & S. Theod. legunt: *Immittis* vel *Immittis animo illius*, & *conſervabit verba tua*.

℣. 16. A Græco abeſt hoc, *auditui tuo*; cæt. concordant.

℣℣. 17. 18. Hi duo verſus prætermittuntur in Græco: editio tamen Compl. habet: Ἀκήκοα ταῦτα ἐν ὕπνῳ σου,

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

18. Omni vita tua dilige Deum, & invoca illum in ſalute tua.

19. Omne animal diligit ſimile ſibi: ſic & omnis homo proximum ſibi.

20. Omnis caro ad ſimilem ſibi conjungetur, & omnis homo ſimili ſui ſociabitur.

2. Cor. 6. 14. 21. Si communicabit lupus agno aliquando, ſic peccator juſto.

22. Quæ communicatio ſancto homini ad canem? aut quæ pars diviti ad pauperem?

23. Venatio leonis, onager in eremo: ſic & paſcua divitum ſunt pauperes.

24. Et ſicut abominatio eſt ſuperbo humilitas: ſic & exſecratio divitis pauper.

25. Dives commotus confirmatur ab amicis ſuis: humilis autem cùm ceciderit, expelletur & à notis.

26. Diviti decepto multi recuperatores: locutus eſt ſuperba, & juſtificaverunt illum:

27. humilis deceptus eſt, inſuper & arguitur: locutus eſt ſenſatè, & non eſt datus ei locus.

28. Dives locutus eſt, & omnes tacuerunt, & verbum illius uſque ad nubes perducent.

29. Pauper locutus eſt, & dicunt: Quis eſt hic? & ſi offenderit, ſubvertent illum.

30. Bona eſt ſubſtantia, cui non eſt peccatum in conſcientia: & nequiſſima paupertas in ore impii.

31. Cor hominis immutat faciem illius, ſive in bona, ſive in mala.

32. Veſtigium cordis boni, & faciem bonam difficilè invenies, & cum labore.

NOTÆ.

γρηγόρησον· πάσῃ ζωῇ ἀγάπα τὸν Κύριον, ἐν ἐπικαλῇ αὐτὸν εἰς σωτηρίαν σου.

℣. 19. Sic eſt in Græco, deletâ conjunct. *ſic*. Vid. Auct. l. de ſing. cleric. ap. Cypr. p. 528. b.

℣. 20. Mſ. S. Germ. 15. *ad ſimilem ſibi conjungitur*; Græc. κατὰ γένος συνάγεται, *ſecundùm genus conjungitur*; dein, ἐν τῷ ὁμοίῳ αὐτῦ προσκολληθήσεται ἀνήρ.

℣. 21. Eadem leguntur in Collat. Carthag. p. 486. c. Græc. Τί κοινωνήσει λύκος ἀμνῷ; οὕτως ἁμαρτωλὸς πρὸς εὐσεβῆ. *Quid communicabit lupus agno? ſic peccator erga pium.*

℣. 22. Græc. Τίς εἰρήνη ὑαίνῃ πρὸς κύνα; ἐν τίς εἰρήνη πλουσίῳ πρὸς πένητα; *Quæ pax hiænæ ad canem? & quæ pax diviti ad pauperem?* In Mſs. S. Germ. 15. & Corb. 1. *aut quæ pax bona diviti*, &c. in Mſ. S. Theod. *quæ pars bona*, &c.

℣. 23. Ita Græcè, præter duo plural. λεόντων, ὄναγροι, *leonum, onagri*: deeſt etiam ℣, ante *paſcua*, ſicut in Mſs. S. Germ. 15. & Corb. 1.

℣. 24. Græc. initio ipſo tollit ℣ *ſicut*, cum verbo *eſt*, & ſeq. ℣; loco verò *divitis*, hab. πλουσίῳ, *diviti*. Item in Mſs. S. Germ. 15. & Corb. 1. *ſic exſecratio*.

℣. 25. Græc. delet *ſuis*, & loco *expelletur* ℣ *à notis*, hab. προσαπωθεῖται ὑπὸ φίλων, *expellitur ab amicis*; cæt. conveniunt. Deeſt pariter *ſuis* in Mſs. S. Germ. 15. & Corb. 1. item in Germ. eſt *expellitur*.

℣. 26. Græcè, Πλουσίῳ σφαλέντος, *Diviti lapſo*; paulòque poſt, pro *ſuperba*, ἀπόῤῥητα, *non dicenda*; cæt. ut in Vulg. in Mſ. Corb. 1. *locutus eſt ſuperbè*.

℣. 27. Conſonat Græc. niſi quòd hab. ἔσφαλε ἐν, *lapſus eſt* ℣, pro *deceptus eſt*; item in Mſ. S. Germ. 15. ℣ *inſuper*.

℣. 28. Eadem ſunt in Græco, excepto verbo ἀνύψωσαν, *exaltaverunt*, loco *perducent*; Mſ. S. Theoder. *perducet*.

℣. 29. Sic eſt in Græco, excepto uno εἶπαν, *dixerunt*, pro *dicunt*: extremò Mſs. S. Theod. & S. Germ. 15. hab. *ſubvertunt*, juxta Gr. Alex. in quo προσαπατρέπουσι, non προσαπαλῶψουσι.

℣. 30. Prior ſententia ſimiliter habetur ap. Ambroſ. l. de exhort. virg. col. 295. c. utraque legitur ap. Aug. in Speculo. Græc. delet τὸ *in conſcientia*; & loco *nequiſſima*, hab. πονηρὰ, *mala*; cæt. ut ſupra.

℣. 31. Ita Græcè ad verbum. Mſ. Corb. 1. ultimò leg. *ſive in bono, ſive in malo*.

℣. 32. Græc. Ἴχνος καρδίας ἐν ἀγαθοῖς, πρόσωπον ἱλαρόν· ἐν εὑρεσις παραβολῶν, διαλογισμοὶ μετὰ πόνου· *Veſtigium cordis in bonis, facies hilaris*: ℣ *inventio parabolarum, cogitationes cum labore*.

CAPUT XIV.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

Inſ. 19. 17. 1. BEatus vir, qui non eſt lapſus verbo ex ore ſuo, & non eſt ſtimulatus in triſtitia delicti.

2. Felix, qui non habuit animi ſui triſtitiam, & non excidit à ſpe ſua.

3. Viro cupido & tenaci ſine ratione eſt ſubſtantia, & homini livido ad quid aurum?

4. Qui acervat ex animo ſuo injuſtè, aliis congregat, & in bonis illius alius luxuriabitur.

5. Qui ſibi nequam eſt, cui alii bonus erit? & non jucundabitur in bonis ſuis.

6. Qui ſibi invidet, nihil eſt illo nequius, & hæc redditio eſt malitiæ illius:

7. & ſi bene fecerit, ignoranter, & non volens facit: & in noviſſimo manifeſtat malitiam ſuam.

8. Nequam eſt oculus lividi: & avertens faciem ſuam, & deſpiciens animam ſuam.

9. Inſatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis: non ſatiabitur donec conſumat arefaciens animam ſuam.

NOTÆ.

℣. 1. Ita legit Auguſt. in Speculo. Chromat. Aquil. in Matth. p. 982. c. ſic: *Beatus, qui non eſt lapſus verbo oris ſui*, ℣ *non eſt ſtimulatus triſtitiâ delicti*. Græc. textui favet, niſi quòd hab. ἐν σόματι αὐτῦ, *in ore ſuo*, pro *verbo ex ore ſuo*.

℣. 2. Concinit Auguſt. Speculum. Græcè: Μακάριος, ℣ ὃ κατέγνω ἡ ψυχὴ αὐτῦ, ἐν ὃς, &c. *Beatus, quem non condemnavit anima ſua*, ℣ *qui*, &c. ut ſupra. Mſ. S. Theod. ℣ *non excedit ab ſpe ſua*.

℣. 3. Græc. Ἀνδρὶ μικρολόγῳ ὃ καλὸς ὁ πλῦτος, ἐν ἀνθρώπῳ βασκάνῳ ἰνατί χρήματα; *Viro minutè rationes ſubducenti non eſt pulchra ſubſtantia*, ℣ *homini livido ad quid pecunia?* Auguſt. Speculum Vulgatæ conſonat.

℣. 4. Mſ. S. Theod. *Qui coacervat ex animo*, &c. Græc. Ὁ συνάγων ἀπὸ τῆς ψυχῆς αὐτῦ, συνάγει ἄλλοις, ἐν τοῖς..... τρυφήσουσιν ἕτεροι, *luxuriabuntur alii*.

℣. 5. Eadem ſunt in Græco, excepta voce penult. χρήμασι, *pecuniis*, pro *bonis*; at in al. libb. ἀγαθοῖς: item ſup. pro *cui alii*, ſimpliciter τίνι. Apud Aug. epiſt. 204. to. 2. 766. b. *Qui ſibi nequam, cui bonus?*

℣. 6. Similiter in Græco.

℣. 7. Ita Græcè, niſi quòd pro *ignoranter*, ℣ *non volens facit*, hab. ἐν λήθῃ ποιεῖ, *in oblivione facit*; in ed. Compl. ſimpliciter, οὐχ ἑκὼν ποιεῖ, *non volens facit*; mox in Mſ. S. Theod. ℣ *in noviſſimo manifeſtabit*, &c. Gr. ἐκφαίνει.

℣. 8. Mſs. S. Germ. 15. & Corb. 1. delent *ſuam*, poſt *faciem*. Græcè ita: Πονηρὸς ὁ βασκαίνων ὀφθαλμῷ· ἀποστρέφων πρόσωπον, ἐν ὑπερορῶν ψυχάς· *Nequam eſt invidens oculo: avertens faciem*, ℣ *deſpiciens animas*.

℣. 9. Mſs. Corb. 1. & S. Theod. hab. *in partem iniquitatis..... donec conſummet*, &c. Mſ. S. Germ. 15. *conſummet*. Græc. Πλεονέκτου ὀφθαλμὸς οὐκ ἐμπίπλαται μερίδι· ἐν ἀδικία πονηρὰ ἀναξηραίνει ψυχήν. *Cupidi oculus non ſatiatur parte*: ℣ *injuſtitia mala areſacit animam*; ed. Compl. addit αὐτῦ.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

10. Oculus malus ad mala: & non ſatiabitur pane, ſed indigens & in triſtitia erit ſuper menſam ſuam.

11. Fili ſi habes, benefac tecum, & Deo dignas oblationes offer.

12. Memor eſto quoniam mors non tardat, & teſtamentum inferorum quia demonſtratum eſt tibi: teſtamentum enim hujus mundi morte morietur.

Sup. 4. 1. Tob. 4. 7. Luc. 16. 9. 13. Ante mortem benefac amico tuo, & ſecundùm vires tuas exporrigens da pauperi.

14. Non defrauderis à die bono, & particula boni doni non te prætereat.

15. Nonne aliis relinques dolores & labores tuos in diviſione ſortis?

16. Da, & accipe, & juſtifica animam tuam.

17. Ante obitum tuum operare juſtitiam: quoniam non eſt apud inferos invenire cibum.

Iſai. 40. 6. Jac. 1. 10. 1. Pet. 1. 24. 18. Omnis caro ſicut fœnum veteraſcet, & ſicut folium fructificans in arbore viridi.

19. Alia generantur, & alia dejiciuntur: ſic generatio carnis & ſanguinis, alia finitur, & alia naſcitur.

20. Omne opus corruptibile in fine deficiet: & qui illud operatur, ibit cum illo.

21. Et omne opus electum juſtificabitur: & qui operatur illud, honorabitur in illo.

22. Beatus vir, qui in ſapientia morabitur, & qui in juſtitia ſua meditabitur, & in ſenſu cogitabit circumſpectionem Dei. *Pſal. 1. 2.*

23. Qui excogitat vias illius in corde ſuo, & in abſconditis ſuis intelligens, vadens poſt illam quaſi inveſtigator, & in viis illius conſiſtens:

24. qui reſpicit per feneſtras illius, & in januis illius audiens:

25. qui requieſcit juxta domum illius, & in parietibus illius figens palum ſtatuet caſulam ſuam ad manus illius, & requieſcent in caſula illius bona per ævum:

26. ſtatuet filios ſuos ſub tegmine illius, & ſub ramis ejus morabitur:

27. protegetur ſub tegmine illius à fervore, & in gloria ejus requieſcet.

NOTÆ.

℣. 10. A Mſs. S. Germ. 15. & S. Theod. abeſt τὸ *ſed indigens*. In Græco ſic: Ὀφθαλμὸς πονηρὸς φθονερὸς ἐπ' ἄρτῳ, καὶ ἐλλιπὴς ἐπὶ τῆς τραπέζης αὐτοῦ. *Oculus malus invidus in pane, & egenus ſuper menſam ſuam.*

℣. 11. Ita legunt Cypr. l. 3. Teſtim. p. 302. c. & Auguſt. in Speculo. Sic etiam in Græco eſt, hoc excepto, καθὼς ἐὰν ἔχεις, *ſicut habes*, pro *ſi habes*. Cæſar. Arelat. hom. 40. *Fili cùm habueris, benefac tecum*, &c. ut in Vulg.

℣. 12. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 302. c. *Memorare quoniam mors non tardat.* Cæſar. Arelat. hom. 40. *Memorare quòd mors non tardat.* Auguſt. Speculum Vulgatæ conſonat: nec differt Græc. niſi quòd ultimò prorſus hab. οὐχ ὑπεδείχθη σοι, *non tibi demonſtratum eſt*, omiſſis his, quæ ſubnectuntur in Vulg.

℣. 13. A Græco abeſt τῳ, poſt *amico*; & pro *pauperi*, eſt αὐτῷ, *ei*; cæt. ut in Vulg. cui etiam ſavet Auguſt. Speculum.

℣. 14. Græcè, Μὴ ἀφυστερήσῃς, *ne defraudes*; paulòque poſt, καὶ μερὶς ἐπιθυμίας ἀγαθῆς, & *pars boni deſiderii*; cæt. ut ſupra.

℣. 15. Græcè, ἑτέρῳ, *alii*, non *aliis*; in Mſ. verò Alex. ἑτέροις; ſubinde τῷ *dolores*, jungitur οἱ, & pro *in diviſione*, habetur εἰς διαίρεσιν; cæt. quadrant.

℣. 16. Ita de Græco, excepto uno *juſtifica*, pro quo ἀνάτεινον, *falle*; ſed in edd. Ald. & Compl. ἀγίασον. Auct. quæſt. Vet. Teſt. q. 22. ap. Aug. to. 3. 49. g. *juſtifica animam tuam ante obitum tuum.*

℣. 17. A Græco abeſt prior verſic. *Ante obitum tuum operare juſtitiam:* alter ſic habetur: ὅτι οὐκ ἔστιν ἐν ᾅδου ζητῆσαι τροφήν· *quoniam non eſt apud inferos quærere delicias*; in ed. Compl. τροφήν, *alimentum.*

℣. 18. Græcè ita: Πᾶσα σὰρξ ὡς ἱμάτιον παλαιοῦται, ἡ γὰρ διαθήκη ἀπ' αἰῶνος θανάτῳ ἀποθανῇ· ὡς φύλλον βλάστει ἐπὶ δένδρου δασέος. *Omnis caro ſicut veſtis veteraſcit, teſtamentum enim à ſæculo: morte morietur: ſicut folium germinans in arbore denſa.* Apud Auguſtin. lib. 16. de civit. Dei, c. 27. p. 440. d. *Omnis caro ſicut veſtis veteraſcit, teſtamentum enim à ſæculo: morte morieris:* item l. 6. cont. Julian. to. 10. 706. e. *Omnis caro ſicut veſtis veteraſcit.*

℣. 19. Mſ. S. Germ. 15. *Alia generat, & alia dejicit.* Græc. Τὰ μὲν καταβάλλει, ἄλλα δὲ φύει· ultimòque, ἡ μὲν τελευτᾷ, ἑτέρα δὲ γενᾶται.

℣. 20. Græc. habet ἐκλείψει, *deficit*, abſque præced. *in fine*; ultimòque, μετ' αὐτοῦ ἀπελεύσεται, *cum illo abibit.* In Mſs. Germ. 15. & Corb. 1. *ibit cum ipſo*: præterea Corb. hab. *Omne corpus corruptibile*; at Gr. conſtanter, πᾶν ἔργον.

℣. 21. Verſus iſte totus prætermittitur in Græco.

℣. 22. Eadem leguntur in Auguſtini Speculo, excepto uno *ſenſu ſuo*; abeſt tamen *ſuo* ibid. à cod. Reg. ut & *ſua*, poſt *juſtitia*. In Græco hæc tantùm exſtant: Μακάριος ἀνὴρ, ὃς ἐν σοφίᾳ τελευτήσει, καὶ ὃς ἐν δυνάσει αὐτοῦ διαλεχθήσεται. *Beatus vir, qui in ſapientia morietur, & qui in ſenſu ſuo diſſeret.* Similiter in Mſ. S. Germ. 15. *qui in ſapientia ſua morietur.*

℣. 23. Ita de Græco, præter ſeqq. pauca, ἀνὴς νοηθήσεται· ἔξελθε, *ejus intelliget: vade*, pro *ſuis intelligens, vadens*; ultimòque, καὶ ἐν ταῖς εἰσόδοις αὐτῆς ἐνέβρευε, & *in ingreſſibus ejus inſidiare*, loco & *in viis illius conſiſtens.* Auguſt. Speculum hab. & *in abſconditis illius intelligens*; Mſs. S. Germ. 15. & Corb. 1. & *in abſconſis illius..... quaſi veſtigator*, &c.

℣. 24. Sic eſt in Græco, excepto ult. ἀκροάσεται, *audiet.* In Mſ. S. Germ. 15. *quis reſpicit.....* & *in januas illius audiens.*

℣. 25. Græcè, non *figens*, ſed πήξει, *figet*; ultimòque, καὶ καταλύσει ἐν καταλύματι ἀγαθῶν, *requieſcet in caſula bonorum*, loco & *requieſcent in caſula illius bona per ævum*; cæt. ſimilia: Mſ. S. Theod. & *requieſcunt.*

℣. 26. Sic etiam in Græco. Mſ. S. Germ. 15. hab. *ſub tegimen illius.*

℣. 27. Vix meliùs è Græco, excepto uno *ſub tegmine illius*, pro quo, ὑπ' αὐτὴν, *ſub ea.* Mſ. S. Germ. 15. hab. *in ſubtegmine.*

CAPUT XV.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. QUi timet Deum, faciet bona: & qui continens eſt juſtitiæ, apprehendet illam,

2. & obviabit illi quaſi mater honorificata, & quaſi mulier à virginitate ſuſcipiet illum.

3. Cibabit illum pane vitæ & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potabit illum: & *Joan. 4. 10.*

NOTÆ.

℣. 1. Græc. non *bona* habet, ſed ἀυτὴν: in Mſs. quoque S. Germ. 15. Corb. 1. & S. Theod. ſic legitur: *Qui timet Deum, faciet illud*; at in ed. Ald. eſt ἀγαθόν, *bonum.* Subinde in Gr. loco *juſtitiæ*, exſtat, τῷ νόμῳ, *legis*; cæt. ſimilia.

℣. 2. A Græco abeſt vox *honorificata*, & pro *à virginitate*, eſt παρθενίας, *virginitatis.*

℣. 3. Græc. delet voces iſtas duas, *vitæ*, & *ſalutaris*; paulò verò poſt pro *in illo*, hab. ἐπ' αὐτὸν, *in illa*, abſque præced. & cæt. quadrant. Mſ. S. Germ. 15. *cibabit illum panem*, ut in Græco.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

firmabitur in illo, & non flectetur:

4. & continebit illum, & non confundetur: & exaltabit illum apud proximos ſuos,

5. & in medio Eccleſiæ aperiet os ejus, & adimplebit illum ſpiritu ſapientiæ & intellectus, & ſtolâ gloriæ veſtiet illum.

6. Jucunditatem & exſultationem theſaurizabit ſuper illum, & nomine æterno hæreditabit illum.

7. Homines ſtulti non apprehendent illam, & homines ſenſati obviabunt illi, homines ſtulti non videbunt eam: longè enim abeſt à ſuperbia & dolo:

8. viri mendaces non erunt illius memores: & viri veraces invenientur in illa, & ſucceſſum habebunt uſque ad inſpectionem Dei.

9. Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris:

10. quoniam à Deo profecta eſt ſapientia: ſapientiæ enim Dei aſtabit laus, & in ore fideli abundabit, & dominator dabit eam illi.

11. Non dixeris: Per Deum abeſt: quæ enim odit ne feceris.

12. Non dicas: Ille me implanavit: non enim neceſſarii ſunt ei homines impii.

13. Omne exſecramentum erroris odit Dominus, & non erit amabile timentibus eum.

14. Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit illum in manu conſilii ſui.

15. Adjecit mandata & præcepta ſua:

16. ſi volueris mandata ſervare, conſervabunt te, & in perpetuum fidem placitam facere. *Matth. 19. 17. Joan. 8. 31. 32.*

17. Appoſuit tibi aquam & ignem: ad quod volueris, porrige manum tuam.

18. Ante hominem vita & mors, bonum & malum: quod placuerit ei, dabitur illi: *Jer. 21. 8.*

19. quoniam multa ſapientia Dei, & fortis in potentia, videns omnes ſine intermiſſione.

20. Oculi Domini ad timentes eum, & ipſe agnoſcit omnem operam hominis. *Pſal. 33. 16. Hebr. 4. 13.*

21. Nemini mandavit impiè agere, & nemini dedit ſpatium peccandi:

22. non enim concupiſcit multitudinem filiorum infidelium & inutilium.

NOTÆ.

℣. 4. Ita de Græco, præter hoc 1. & *continebit illum*, pro quo ἡ ἐπ' αὐτῆς ἐφέξει, & *ſuper eam innitetur*. In Mſs. SS. Theod. Germ. 15. & Corb. 1. non *exaltabit* legitur, ſed *inaltabit*, Gr. ὑψώσει.

℣. 5. Græcè prætermittitur iſtud, & *adimplebit illum*, cum aliis ſubſequentibus. In Mſ. Corb. 1. legitur, & *implebit*: ſubinde in Sangerm. 15. *ſtolam gloriæ*, non *ſtolâ*.

℣. 6. In Græco breviùs: Εὐφροσύνην καὶ σέφανον ἀγαλλιάματος, καὶ ὄνομα αἰώνιον κατακληρονομήσει· *Jucunditatem & coronam exſultationis, & nomen æternum hæreditabit*. In Mſ. Alex. ac ed. Compl. αἰφήσει, καὶ ὄνομα αἰῶνος κατακληρονομήσει· Compl. addit αὐτόν.

℣. 7. Abſunt à Gr. verba iſta media, *homines ſenſati obviabunt illi*; item deeſt inf. *enim*, cum hoc ult. & *dolo*; loco verò *homines ſtulti*, ita, ἄνδρες ἁμαρτωλοὶ, *viri peccatores*. Auguſt. Speculum Vulgatæ conſonat.

℣. 8. Concinit Auguſt. Speculum; ſed à Græco abſunt iſta, & *viri veraces*, cum aliis ſubſeqq.

℣. 9. Succinit Aug. in Spec. & l. 2. cont. ep. Parmen. to. 9. 43. a. Sic etiam ap. Caſſiod. in Pſ. 49. p. 167. a. & in Gr. Apud Hieron. verò in Ezech. 16. to. 3. 810. e. *Non eſt pulchra laudatio in ore peccatoris.*

℣. 10. Eadem refert Auguſt. in Spec. Græc. verò ſeqq. ὅτι ἡ παρὰ Κυρίου ἀποστάλη· ἐν γὰρ σοφίᾳ ῥηθήσεται αἶνος, καὶ ὁ Κύριος εὐοδώσει αὐτόν· *quia non à Domino miſſus eſt: in ſapientia enim dicetur laus, & Dominus proſperabit illum.* Mſ. S. Theod. *quia non eſt miſſus à Deo, quoniam à Deo profecta eſt ſapientia.....* & *dominator Deus dabit*: Corb. 1. & *qui dominatur, dabit eam illi.*

℣. 11. Ita Aug. in Speculo: lib. verò de Gra. & l. arb. to. 10. 719. d. *Ne dixeris: Quia propter Dominum receſſi: quæ enim odit non facias.* In Gr. Μὴ εἴπῃς· Ὅτι διὰ Κύριον ἀπέστην· ἃ γὰρ ἐμίσησεν οὐ ποιήσεις.

℣. 12. Græc. ſubdit ὅτι, *quia*, poſt *dicas*; loco verò *non enim neceſſarii*, &c. hab. οὐ γὰρ χρείαν ἔχει ἀνδρὸς ἁμαρτωλοῦ. Auguſt. Speculum Vulgatæ congruit: at ipſe l. de Gra. & l. arb. to. 10. 719. d. legit: *Ne dixeris: Quia ipſe me induxit: non enim opus habet viro peccatore.*

℣. 13. Ita legitur in Speculo Aug. excepto uno *Deus*, pro *Dominus*: at l. de Gra. & l. arb. col. 719. d. pònitur *Dominus*; ſup. verò tollitur vox *erroris*, & loco ſeq. *erit*, habetur *eſt*. Ita quoque in Græco.

℣. 14. Succinit Auguſt. in Speculo: verùm l. de Gra. & l. arb. to. 10. 719. d. legit: *Ipſe ab initio fecit hominem*, &c. ut ſup. Ita quoque in Græco. Apud Gaud. Brix. ſerm. 13. p. 964. e. ſic: *Figuravit enim Deus hominem*, & *ad imaginem ſimilitudinis ſuæ fecit illum*, & *dimiſit eum in manu conſilii ſui.*

℣. 15. Hic verſiculus abeſt à Græco: non legitur etiam apud Auguſt. l. de Gra. & l. arb. col. 719. d. ſed habetur in Speculo.

℣. 16. Sic hab. Aug. in Speculo: lib. verò de Gra. & l. arb. col. 719. d. legit: *ſi volueris, conſervabis mandata*, & *fidem bonam placiti*. Gr. ἐὰν θέλῃς, συντήρησις ἐντολὰς, καὶ πίστιν ποιῆσαι εὐδοκίας· libb. quidam ferunt ἐὰν θέλῃς συντηρῆσαι, &c. Mſ. Corb. 1. *ſi voluerit mandata conſervare*, &c. Sangerm. 15. *ſi volueris, mandata conſervabunt te*, & *in perpetuum fidem placidam facere*. Caſſiod. in Pſ. 110. p. 382. a. *ſerva mandata*, & *ſervabunt te.*

℣. 17. Ita in Auguſt. Speculo, excepto uno *voles*, pro *volueris*: ſed l. de Gra. & l. arb. to. 10. 719. d. legit ipſe: *Apponit tibi ignem & aquam: ad quodcunque volueris, extende manum tuam.* Caud. Brix. ſerm. 13. p. 964. e. *Poſuit ante eum ignem & aquam, dicens: Ad quod volueris, extende manum tuam*: rurſum ibid. *Ecce aqua & ignis: ad quod volueris, extende manum tuam.* Ennod. l. 2. epiſt. ep. 19. Sirmond. to. 1. p. 1419. e. *Ecce aquam & ignem: ad quod vis, porrige manum.* In Mſ. Germ. 15. *ad quod voles, porrige*, &c. Græcè: Παράβηκέ σοι πῦρ καὶ ὕδωρ· ἃ ἐὰν θέλῃς, ἔκτεινον τὴν χεῖρά σου· ed. Compl. ἔκτεινον.

℣. 18. Sic hab. Auguſt. in Speculo. Græc. verò ita: Ἐναντι ἀνθρώπων ἡ ζωὴ καὶ ὁ θάνατος· καὶ ὃ ἐὰν εὐδοκήσῃ, δοθήσεται αὐτῷ. Similiter Aug. l. de Gra. & l. arb. to. 10. 719. d. *In conſpectu hominis vita & mors: & quodcunque placuerit, dabitur ei.* Tertul. l. 2. adv. Marc. p. 645. c. his alludens, dicit: *Sic & in poſteris legibus Creatoris invenias, proponentis ante hominem bonum & malum, vitam & mortem*: & l. de exhort. caſt. p. 939. c. *Ecce poſui ante te bonum & malum.*

℣. 19. Græcè, τοῦ Κυρίου, loco *Dei*, abſque ſeq. &; (in ed. tamen Compl. καὶ ἰσχυρός;) extremò, καὶ βλέπων τὰ πάντα, & *videns omnia*, abſque hoc ult. *ſine intermiſſione*. Auguſt. Speculum Vulgatæ congruit.

℣. 20. Auguſt. Specul. *Oculi Dei ad tim. eum*, & *ipſe agnoſcet omnem*, &c. Similiter in Mſ. S. Germ. 15. *Oculi Dei*. In Græco: Καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτὸν, καὶ αὐτὸς ἐπιγνώσεται πᾶν ἔργον ἀνθρώπου.

℣. 21. Ita legit Aug. in Speculo. Gr. Καὶ οὐκ ἐνετείλατο οὐδενὶ..... καὶ οὐκ ἔδωκεν ἄνεσιν οὐδενί, &c.

℣. 22. In Græco, verſus iſte non claudit caput 15. ut in Vulg. ſed initio ipſo capitis 16. legitur hoc modo: Μὴ ἐπιθύμει τέκνων πλήθους ἀχρήστων, &c. ut infra.

Digitized by Google

CAPUT XVI.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. NE jucunderis in filiis impiis, ſi multiplicentur: nec oblecteris ſuper ipſos, ſi non eſt timor Dei in illis.

2. Non credas vitæ illorum, & ne reſpexeris in labores eorum.

3. Melior eſt enim unus timens Deum, quàm mille filii impii.

4. Et utile eſt mori ſine filiis, quàm relinquere filios impios.

5. Ab uno ſenſato inhabitabitur patria, tribus impiorum deſeretur.

6. Multa talia vidit oculus meus, & fortiora horum audivit auris mea.

Inſ. 21. 10. 7. In ſynagoga peccantium exardebit ignis, & in gente incredibili exardeſcet ira.

Gen. 6. 4. 8. Non exoraverunt pro peccatis ſuis antiqui gigantes, qui deſtructi ſunt confidentes ſuæ virtuti:

9. & non pepercit peregrinationi Lot, & exſecratus eſt eos præ ſuperbia verbi illorum.

10. Non miſertus eſt illis, gentem totam perdens, & extollentem ſe in peccatis ſuis.

Num. 14. 20. & 26. 51. 11. Et ſicut ſexcenta millia peditum, qui congregati ſunt in duritia cordis ſui: & ſi unus fuiſſet cervicatus, mirum, ſi fuiſſet immunis:

12. miſericordia enim & ira eſt cum illo. Potens exoratio, & effundens iram:

13. ſecundùm miſericordiam ſuam, ſic correptio illius hominem ſecundùm opera ſua judicat.

14. Non effugiet in rapina peccator, & non retardabit ſufferentia miſericordiam facientis.

15. Omnis miſericordia faciet locum unicuique ſecundùm meritum operum ſuorum, *Rom. 2. 6.* & ſecundùm intellectum peregrinationis ipſius.

16. Non dicas: A Deo abſcondar, & ex ſummo quis mei memorabitur?

17. In populo magno non agnoſcar: quæ eſt enim anima mea in tam immenſa creatura?

18. Ecce cœlum, & cœli cœlorum, abyſſus, & univerſa terra, & quæ in eis ſunt, in conſpectu illius commovebuntur,

19. montes ſimul, & colles, & fundamenta terræ: cùm conſpexerit illa Deus, tremore concutientur.

NOTÆ.

℣. 1. Cypr. ep. 55. p. 87. b. *Fili, ne jocunderis in filiis impiis, ſi multiplicentur tibi, cùm non fueris timor Dei in ipſis.* Auguſt. in Speculo: *Et ne jocunderis in filiis impiis, ſi multiplicentur: non oblecteris ſuper ipſos, ſi non eſt timor Dei cum illis.* Ita quoque in Mſ. S. Germ. 15. ſicut in Gr. detractâ 1. conjunct. ℣: item in Mſ. S. Theod. *Ne jocunderis in..... non oblecteris*, &c. ut in Vulg. in Corb. 1. pariter, *non oblecteris*; ultimò verò, *cum illis*, ut ap. Aug. ſup.

℣. 2. Concinit Auguſt. Speculum: cui etiam favet Græc. niſi quòd hab. τόπον, *locum*, loco *labores*. Interpres Lat. legiſſe videtur κόπον; in nonnullis libb. eſt πλῆθος, ſi Nobilio fides: item ſup. μὴ ἔπιχε, loco *ne reſpexeris*.

℣. 3. Ita legit Aug. in Speculo: at in Græco ſimpliciter: Κρείσσων γὰρ εἷς ἢ χίλιοι· *Melior enim eſt unus quàm mille*. In ed. Compl. & ap. Chryſoſt. hom. 24. & 39. in Gen. εἷς δίκαιος ἢ, &c.

℣. 4. Sic apud Aug. in Spec. dempto uno *eſt*, poſt *utile*. Ita quoque in Mſ. S. Germ. 15. In Gr. ita ſequitur: ἢ ἀπνθανεῖν ἄτεκνον, ἢ ἔχειν τέκνα ἀσεβῆ.

℣. 5. Ita de Græco, excepta voce *patria*, pro qua πόλις, *civitas*; ſubinde ἀνόμων, loco *impiorum*; mel. in ed. Compl. ἀσεβῶν: præterea conjunct. γὰρ jungitur voci *uno*, ſicut δὲ, *autem*, alteri, *tribus*. In Mſs. SS. Theod. Germ. 15. & Corb. 1. ita legitur: & *à tribus impiis deſeretur*: at in Gr. conſtanter, φυλὴ δὲ ἀνόμων, &c.

℣. 6. Sic eſt in Græco, hoc excepto, *vidit oculus meus*, pro quo, ἑώρακα ἐν ὀφθαλμοῖς μου, *vidi in oculis meis*; nonnulli tamen libb. ferunt, ἑώρακεν ὀφθαλμός μου. In Mſ. Corb. *multa alia vidit*, &c. non *talia*; ſed in Gr. conſtanter, τοιαῦτα.

℣. 7. Græc. pro *exardeſcet*, hab. ἐξεκαύθη, *exarſit*; cæt. ſimilia. In Mſ. S. Germ. 15. *exardeſcit*.

℣. 8. Mſ. S. Germ. 15. *Non exoraverunt pro peccatis ſuis antiquis gigantibus, qui deſtruxerunt confidentes*, &c. item Corb. 1. & S. Theod. *qui deſtruxerunt*. Græc. Οὐκ ἐξιλάσατο περὶ τῶν ἀρχαίων γιγάντων, οἳ ἀπώλοντο τῇ ἰσχύϊ αὐτῶν. *Non eſt propitiatus pro antiquis gigantibus, qui rebellaverunt fortitudine ſua.*

℣. 9. Mſ. S. Germ. 15. & *non pepercit peregrinationi illorum*, & *exſecratus eſt illos*, &c. ut ſup. Itidem in Corb. 1. detracta voce penult. *verbi*. In Mſ. S. Theod. ſic: *non pepercit peregrinationi illorum, ſed percuſſit eos*, & *exſecratus eſt illos præ*, &c. ut in Vulg. In Græco: οὐκ ἐφείσατο περὶ τῆς παροικίας Λώτ, ὃς ἐβδελύξατο διὰ τὴν ὑπερηφανίαν αὐτῶν· *non pepercit pro incolatu Lot iis, quos exſecratus eſt pro ſuperbia illorum.*

℣. 10. Mſ. S. Germ. 15. extremò hab. & *extollentes ſe in ſuis peccatis*. Græc. Οὐκ ἠλέησεν ἕνεκεν ἀπωλείας, τοὺς ἐξηρμένους ἐν ἁμαρτίαις αὐτῶν. *Non miſertus eſt genti perditionis, iis qui ſe elevaverant in peccatis ſuis.*

℣. 11. Mſs. Corb. 1. & S. Theod. leg. *in duritiam*, non *in duritia*. Græc. Καὶ οὕτως ἐξακοσίας χιλιάδας πεζῶν, τοὺς ἐπισυναχθέντας ἐν σκληροκαρδίᾳ αὐτῶν· κἂν ᾖ εἷς σκληροτράχηλος, θαυμασὸν τοῦτο, εἰ ἀθωωθήσεται.

℣. 12. Sic eſt in Græco, exceptis his mediis, παρ' αὐτῷ. Δυνάσης ἐξιλασμῶν, *ab illo. Princeps propitiationum*, loco *cum illo. Potens exoratio.*

℣. 13. Mſ. S. Germ. 15... *ſi correptio illius hominis ſecundùm operam ſuam judicatur*: item in Corb. 1. & S. Theod. *judicatur*. Græcè verò ita: κατὰ τὸ πολὺ ἔλεος αὐτοῦ, οὕτως ἡ πολὺς ὁ ἔλεγχος αὐτοῦ· ἀνδρα κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ κρίνει· *ſecundùm multam miſericordiam ejus, ſic* & *multa correptio ejus: hominem ſecundùm opera ejus judicat.*

℣. 14. Mſs. S. Germ. 15. & Corb. 1. *Non effugiet in rapinam*, &c. ſubinde Corb. ſolus, *ſufferentiam*. Græc. Οὐκ ἐκφεύξεται ἐν ἁρπάγμασιν ἁμαρτωλὸς, ἡ δὲ μὴ καθυστέρησις ὑπομονὴν εὐσεβῶν. *Non effugiet in rapinis peccator*, & *non fraudabit ſufferentiam pii*. In Mſ. Alex. ac ed. Compl. ἐν ἁρπάγματι, paulòque poſt, ὑπομονή; Compl. add. ἀσεβῶν, *impii*, ſed ſola.

℣. 15. Hic verſus totus ita ſe habet in Græco: Πᾶσα ἐλεημοσύνη ποιήσει τόπον· ἕκαστος κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ εὑρήσει· i. e. *Omnis miſericordiæ faciet locum: unuſquiſque ſecundùm opera ſua inveniet.*

℣. 16. Concordat Aug. Speculum. Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 744. h. ſic habet: *Ne dixeris: A ſpiritu Dei abſcondar*, & *de altiſſimo quis mei memorabitur?* Græc. Μὴ εἴπῃς· Ὅτι ἀπὸ Κυρίου κρυβήσομαι, μὴ ἐξ ὕψους τίς μου μνησθήσεται;

℣. 17. Eadem ſunt in Græco, excepto verbo μνησθῶ, *ero in memoria*, pro *agnoſcar*; at in Mſ. Alex. γνωσθῶ; utrobique etiam deeſt *tam*, ante *immenſa*. Apud Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 744. h. *In populo enim magno non agnoſcor: quæ eſt enim anima mea in tam magna creatura?*

℣. 18. Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 745. a. *Ecce cælum*, & *cælum cælorum*, *abyſſus*, & *univerſa terra*, & *quæ in eis ſunt*, *in conſpectu ejus à vultu illius movebuntur*. Gr. Ἰδοὺ ὁ οὐρανὸς, καὶ ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ τοῦ Θεοῦ, ἄβυσσος, καὶ γῆ, σαλευθήσονται ἀπὸ τῆς ἐπισκέψεως αὐτοῦ. *Ecce cælum*, & *cælum cæli Dei*, *abyſſus*, & *terra*, *movebuntur in viſitatione ejus*: in Mſ. Alex. deeſt τοῦ Θεοῦ: ſubinde in ed. Compl. ſic eſt: καὶ γῆ, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς, ἀπὸ τῆς ἐπισκέψεως αὐτοῦ σαλευθήσεται.

℣. 19. A Græco abeſt τὸ & *colles*, ſicut inf. *Deus*; extremò ſic, συσσεισθήσονται, *concutientur*; cæt. ut in Lat. ſupra. Apud Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 745. a. ita: *Montes*, & *colles*, & *fundamenta terræ*: & *cùm conſpexerit*, *tremore concutientur*. In Mſs. S. Germ. 15. & Corb. 1. & *cùm conſpexerit*, &c.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

20. Et in omnibus his insensatum est cor: & omne cor intelligitur ab illo:

21. & vias illius quis intelligit, & procellam, quam nec oculus videbit hominis?

22. Nam plurima illius opera sunt in absconsis: sed opera justitiæ ejus quis enunciabit? aut quis sustinebit? Longè enim est testamentum à quibusdam, & interrogatio omnium in consummatione est.

23. Qui minoratur corde, cogitat inania: & vir imprudens & errans, cogitat stulta.

24. Audi me fili, & disce disciplinam sensus, & in verbis meis attende in corde tuo,

25. & dicam in æquitate disciplinam, & scrutabor enarrare sapientiam: & in verbis meis attende in corde tuo, & dico in æquitate spiritus virtutes, quas posuit Deus in opera sua ab initio, & in veritate enuncio scientiam ejus.

26. In judicio Dei opera ejus ab initio, & ab institutione ipsorum distinxit partes illorum, & initia eorum in gentibus suis.

27. Ornavit in æternum opera illorum, nec esurierunt, nec laboraverunt, & non destiterunt ab operibus suis.

28. Unusquisque proximum sibi non angustiabit usque in æternum.

29. Non sis incredibilis verbo illius.

30. Post hæc Deus in terram respexit, & implevit illam bonis suis.

31. Anima omnis vitàlis denunciavit ante faciem ipsius, & in ipsam iterum reversio illorum.

NOTÆ.

℣. 20. Græcè hæc tantùm exstant: Καὶ ἐπ' αὐτοῖς ὑ διανοηθήσεται καρδία· *Et super ipsis non cogitabit cor.* In Mſ. S. Germ. 15. *Et omne cor intelligetur*, prætermiſſis aliis.

℣. 21. Græc. ἡ τὰς ὁδοὺς αὐτῦ τίς ἐνθυμηθήσεται; ἢ κατανοήσει, ἂν μὴ ἴδηται ἄνθρωπος· & *vias ejus quis intelliget? & procella, quam non videbit homo.* Similiter in Mſs. S. Germ. 15. Corb. 1. & S. Theod. & *procella.*

℣. 22. Græcè ita: Τὰ δὲ πλείονα τῶν ἔργων αὐτῦ ἐν ἀποκρύφοις· ἔργα δικαιοσύνης τίς ἀναγγελεῖ; ἢ τίς ὑπομενεῖ; μακρὰν γὰρ ἡ διαθήκη· ſequentia verò deſunt. In ed. Compl. ſubnectuntur, ἡ ἐξέτασις ἀπάντων ἐν τελευτῇ. In Mſ. S. Germ. 15. *Nam plurima opera illius ſunt in abſconſis: opera juſtitiæ quis enunciavit?* &c. ut in Vulg. In Corb. 1. & S. Theod. & *interrogatio hominum*, &c. non *omnium.*

℣. 23. Eadem ſunt in Græco, præter vocem ταῦτα, *hæc*, loco *inania.*

℣. 24. Concinit Græc. niſi quòd hab. ἐπιστήμων, *ſcientiam*, loco *diſciplinam ſenſus*; tollitque *in* inf. ante ablat. *corde*: à Mſ. S. Germ. 15. abeſt tantùm ult. *tuo.*

℣. 25. Mſ. S. Theod. initio habet: & *dicam: In æquitate diſpoſui diſciplinam*, &c. ut in Vulg. Græcè multò brevius: ἐκφαίνω ἐν σαθμῷ παιδείαν, ἡ ἐν ἀκριβείᾳ ἀπαγγέλλω ἐπιστήμην· *oſtendo in pondere diſciplinam*, & *in veritate annuntio ſcientiam.* In Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. ἐκφανῶ..... ἀπαγγελῶ. Compl. addit αὐτῦ, ad ἐπιστήμην.

℣. 26. Ita Græcè, exceptis vocibus Κυρίου, loco *Dei*, & πτώσεως, *affectione*, pro *inſtitutione*; deſunt autem ibid. ult. verba, & *initia eorum in gentibus ſuis.* In Mſs. S. Germ. 15. & Corb. 1. & *initia ipſorum.*

℣. 27. Græc. loco *illorum*, hab. αὐτῦ, *ſua*; ſubditque, ἡ τὰς ἀρχὰς αὐτῶν εἰς γενεὰς αὐτῶν, & *principia eorum in generationes eorum*: deinde, ὅτε ἐπείνασαν, &c. ut in Vulg.

℣. 28. Græc. hab. οὐκ ἔθλιψε, *non angustiavit*; hoc autem ult. *usque in æternum*, adnectit verſui ſeq. antepoſitâ conjunct. ἡ; in Mſs. S. Theod. & Corb. 1. legitur *usque in æyum.*

℣. 29. Græc. ſic pergit: ἡ ἕως αἰῶνος οὐκ ἀπειθήσει τῷ ῥήματι αὐτῦ· & *usque in æternum non repugnabunt verbo illius.* In Mſ. S. Germ. 15. *usque in æyum non increduli verbo illius.*

℣. 30. Græc. initio hab. Καὶ μετὰ ταῦτα Κύριος ἐπὶ τὴν, &c. ut ſup.

℣. 31. Græc. Ψυχὴ παντὸς ζῴου ἐκάλυψε τὸ πρόσωπον αὐτῆς, *Animam omnis vitalis operuit facies ejus*; reliqua ut ſup. detracta voce *iterum.* In Mſ. S. Germ. 15. *Anima... denudabit ante faciem ipſius*, & *ipſa iterum reverſio illorum*: item in Corb. 1. & S. Theod. & *ipſa iterum.*

CAPUT XVII.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

Gen. 1. 1. 27. & 5. 1. DEus creavit de terra hominem, & secundùm imaginem suam fecit illum.

2. Et iterum convertit illum in ipsam, & secundùm se vestivit illum virtute.

3. Numerum dierum, & tempus dedit illi, & dedit illi potestatem eorum quæ sunt super terram.

4. Posuit timorem illius super omnem carnem, & dominatus est bestiarum & volatilium.

Gen. 2. 18. 5. Creavit ex ipso adjutorium simile sibi: consilium, & linguam, & oculos, & aures, & cor dedit illis excogitandi: & disciplinâ intellectus replevit illos.

6. Creavit illis scientiam spiritus, sensu implevit cor illorum, & mala & bona ostendit illis.

7. Posuit oculum suum super corda illorum, ostendere illis magnalia operum suorum,

8. ut nomen sanctificationis collaudent; & gloriari in mirabilibus illius, ut magnalia enarrent operum ejus.

9. Addidit illis disciplinam, & legem vitæ

NOTÆ.

℣. 1. Græc. simpliciter hab. Κύριος ἔκτισεν ἐκ γῆς ἄνθρωπον· sequentia transfert post versum 3.

℣. 2. Prior sententia similiter habetur in Græco; posterior verò legitur inf. post. ℣. 3. Mſ. S. Theod. hab. *Et iterum convertit illum in ipſo*; extremò Sangerm. 15. *veſtivit illum virtutem.*

℣. 3. Græc. primò sic habet: Ἡμέρας ἀριθμῶν, ἡ καιρὸν ἔδωκεν αὐτοῖς, ἡ ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τῶν ἐπ' αὐτῆς· tum add. ὲ ℣. 2. καθ' ἑαυτὸν ἐνέδυσεν αὐτὸν ἰσχύν· ultimò ὲ ℣. 1. ἡ κατ' εἰκόνα αὐτῦ ἐποίησεν αὐτόν· i. e. *Dies numeri*, & *tempus dedit illis*, & *dedit illis poteſtatem eorum quæ ſunt ſuper eam: ſecundùm ſe ipſos veſtivit illos virtute*, & *ſecundùm imaginem ſuam fecit eos.*

℣. 4. Græcè, initio ipso ponitur Καί; paulòque post, κατακυριεύειν, *dominari*, loco *dominatus eſt*; cæt. ut supra. In Mſ. Alex. ac ed. Compl. deest 1. Καὶ.

℣. 5. A Græco absunt ista prima: *Creavit ex ipso adjutorium ſimile ſibi*; reliqua conveniunt cum Vulg. detracto duplici &, ante *aures*, & ante *diſciplina.* Mſ. S. Germ. hab. *ſimilem ſibi*: & *oculos*, *aures*, & *cor*; Mſ. S. Theod. *ſimile ipſi*: *conſilium*, &c.

℣. 6. Græcè prætermittuntur ista: *Creavit illis ſcientiam ſpiritus, ſenſu implevit cor illorum*; reliqua concordant cum Vulg.

℣. 7. Mſs. S. Germ. & S. Theod. *Poſuit oculum ipſorum*; Corb. 1. *Poſuit collum ipſorum ſuper corda ipſorum*, *oſtendere ipſis*, &c. Græcum Vulgatæ consonat. nili quòd hab. τὸ μεγαλεῖον, loco *magnalia.*

℣. 8. Græc. initio hab. ἡ ὄνομα ἁγιασμῦ αἰνέσουσι, & *nomen ſanctificationis laudabunt*; deinde ἵνα διηγοῦνται τὰ, &c. omissis his intermediis, & *gloriari in mirabilibus illius.* In Mſ. Germ. 15. & *nomen ſanctif. conlaudent.....* & *magnal. enarrent*, &c. In Mſ. S. Theod. *ut nomen ſanctificationis ſuorum* & *collaudent*, &c. ut in Vulg.

℣. 9. Sic est in Græco.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

hæreditavit illos.

10. Teſtamentum æternum conſtituit cum illis, & juſtitiam & judicia ſua oſtendit illis.

11. Et magnalia honoris ejus vidit oculus illorum, & honorem vocis audierunt aures illorum, & dixit illis: Attendite ab omni iniquo.

12. Et mandavit illis unicuique de proximo ſuo.

13. Viæ illorum coram ipſo ſunt ſemper, non ſunt abſconſæ ab oculis ipſius.

Rom. 13. 1. 14. In unamquamque gentem præpoſuit rectorem:

15. & pars Dei, Iſraël facta eſt manifeſta.

16. Et omnia opera illorum velut ſol in conſpectu Dei: & oculi ejus ſine intermiſſione inſpicientes in viis eorum.

17. Non ſunt abſconſa teſtamenta per iniquitatem illorum, & omnes iniquitates eorum in conſpectu Dei.

Inf. 29. 16. 18. Eleemoſina viri quaſi ſignaculum cum ipſo, & gratiam hominis quaſi pupillam conſervabit:

Matth. 25. 35. 19. & poſtea reſurget, & retribuet illis retributionem, unicuique in caput ipſorum, & convertet in interiores partes terræ.

20. Pœnitentibus autem dedit viam juſtitiæ, & confirmavit deficientes ſuſtinere, & deſtinavit illis ſortem veritatis.

21. Convertere ad Dominum, & relinque peccata tua:

22. precare ante faciem Domini, & minue offendicula.

23. Revertere ad Dominum, & avertere ab injuſtitia tua, & nimis odito exſecrationem:

24. & cognoſce juſtitias & judicia Dei, & ſta in ſorte propoſitionis, & orationis altiſſimi Dei.

25. In partes vade ſæculi ſancti, cum vivis & dantibus confeſſionem Deo. *Pſalm. 6. 6.*

26. Non demoreris in errore impiorum, ante mortem confitere. A mortuo quaſi nihil, perit confeſſio. *Iſa. 38. 19.*

27. Confiteberis vivens, vivus & ſanus confiteberis, & laudabis Deum, & gloriaberis in miſerationibus illius.

28. Quàm magna miſericordia Domini, & propitiatio illius convertentibus ad ſe!

29. Nec enim omnia poſſunt eſſe in hominibus, quoniam non eſt immortalis filius hominis, & in vanitate malitiæ placuerunt.

30. Quid lucidius ſole? & hic deficiet. Aut quid nequius quàm quod excogitavit caro & ſanguis? & hoc arguetur.

31. Virtutem altitudinis cœli ipſe conſpicit: & omnes homines terra & cinis.

NOTÆ.

℣. 10. Eadem ſunt in Græco, præter τὸ & *juſtitiam*, quod deeſt.

℣. 11. Græc. Μεγαλεῖον δόξης εἶδον οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτῶν, καὶ δόξαν φωνῆς αὐτῶν ἤκουσεν τὸ ἓς αὐτῶν· reliqua ut in Vulg. Mſ. S. Theod. ſub fin. hab. *Attendite vobis ab*, &c.

℣. 12. Ita Græcè, & in Mſs. S. Germ. 15. & Corb. 1. detracto ult. *ſuo*.

℣. 13. Sic eſt in Græco, excepto verbo προσκόψονται, *abſcondentur*, loco *ſunt abſconſa*.

℣. 14. Græc. Ἑκάστῳ ἔθνει, *Unicuique genti*, &c. ut ſupra.

℣. 15. Græcè deſunt *facta*, & *manifeſta*.

℣. 16. A Græco abeſt & ipſo initio; loco verò *Dei*, eſt αὐτοῦ, *ejus*; extremò, pro *ſine intermiſſione inſpic.* &c. ſimpliciter, ἐνδελεχεῖς ἐπὶ τὰς ὁδὸς αὐτῶν· ed. Compl. ἐνδελεχῶς. Similiter in Mſ. S. Germ. 15. deeſt & in principio.

℣. 17. Concordat Aug. Speculum. At in Græco ſic: Οὐκ ἐκρύβησαν αἱ ἀδικίαι αὐτῶν ἀπ' αὐτοῦ, καὶ πᾶσαι αἱ ἁμαρτίαι αὐτῶν ἔναντι Κυρίου· i. e. *Non ſunt abſconſæ iniquitates eorum ab eo*, & *omnia peccata eorum coram Domino*. In Mſ. S. Germ. *Non ſunt abſconſa teſtamenta ſuper iniquitatem eorum*, &c. ut in Vulg.

℣. 18. Eadem leguntur Græcè; ſicut etiam apud Auguſt. in Speculo. In Mſ. S. Germ. ita: *Eleemoſina viri quaſi ſaccuſum cum ipſo*, & *gratia hominis quaſi pupilla conſervabit*: item in Corb. 1. & S. Theod. *quaſi ſaccuſum*; at in Gr. conſtanter, ὡς σφραγίς.

℣. 19. Sic habet Auguſt. in Speculo. Mſ. S. Germ. 15. extremò, & *convertit in interiores*, &c. Corb. 1. *in inferiores*, &c. Græcè ita: μετὰ ταῦτα ἐξαναστήσεται, καὶ ἀνταποδώσει αὐτοῖς, καὶ τὸ ἀνταπόδομα αὐτῶν εἰς κεφαλὴν αὐτῶν ἀποδώσει· *poſt hæc reſurget*, & *retribuet illis*, & *retributionem eorum in caput eorum reddet*.

℣. 20. Ita rurſum Auguſt. in Speculo. Victor Tun. l. de pœnit. ap. Ambr. col. 590. a. *Pœnitentibus autem dedit partem juſtitiæ*, & *corrogavit deficientes ſuſtinere*, & *deſtinavit illos in ſortem veritatis*: eadem repetit inf. col. 606. a. In Mſ. S. Germ. 15. & *conrogavit deficientes*, &c. in Mſ. S. Theod. & *corroboravit deficientes*. In Gr. Πλὴν μετανοοῦσιν ἔδωκεν ἐπάνοδον, καὶ παρεκάλεσεν ἐκλείποντας ὑπομονήν· *Verumtamen pœnitentibus dedit reditum*, & *confirmavit deficientes ſuſtinentiâ*; nec plura.

℣. 21. Suffragatur Aug. in Speculo: nec abſimile quid Græcè, præter ult. vocem *tua*, quæ deeſt. Mſ. S. Germ. 15. initio hab. *Convertere ad Deum*, cum Auguſt.

℣. 22. Auguſt. Spec. *precare ante faciem*, & *minue offendiculum*. Sic etiam in Græco eſt, & in Mſ. S. Germ. 15. Codex. Reg. Speculi addit *ejus* ad *faciem*.

℣. 23. Sic eſt in Græco, præter Ὑψίστου, *Altiſſimum*, loco *Dominum*; deeſt etiam inf. *tua*, poſt *injuſtitia*. Auguſt. Speculum Vulgatæ congruit, niſi quòd hab. *Revertere ad Deum*. Mſ. S. Germ. 15. *Refer te ad Dominum*.

℣. 24. Horum loco hæc pauca leguntur Græcè: Ὑψίστῳ τίς αἰνέσει ἐν ᾅδου; *Altiſſimo quis laudem dicet in inferno?*

℣. 25. Græc. hæc ſola addit: ἀντὶ ζώντων, καὶ ζώντων, καὶ διδόντων ἀνθομολόγησιν· *pro viventibus*, & *viventibus*, & *dantibus viciſſim confeſſionem*. A Mſ. Alex. ac ed. Compl. abeſt καὶ ζώντων; à Mſ. S. Germ. 15 ult. tantùm *Deo*. Victor Tun. l. de pœnit. ap. Ambr. col. 603. f. ſic habet: *In partem vades ſæculi ſancti*, *cum vivis* & *dantibus confeſſionem*.

℣. 26. Græcè, poſteriora tantùm exſtant hoc modo: Ἀπὸ νεκροῦ, ὡς μηδὲ ὄντος, ἀπώλετο ἐξομολόγησις· i. e. *A mortuo*, *tanquam eo qui non eſt*, *perit confeſſio*; priora deſunt. Similiter apud Caſſiod. in Pſ. 114. p. 388. c. *A mortuo*, *quaſi ex eo qui non eſt*, *perit confeſſio*. In Mſ. verò S. Germ. 15. *Non demoreris in errore impiorum. A mortuo quaſi nihil perit*; deeſt ult. vox *confeſſio*; deeſt pariter in Corb. 1. & S. Theod. ſed in hoc ult. pro *perit*, legitur *erit*.

℣. 27. Græcè ita: Ζῶν καὶ ὑγιὴς αἰνέσει τὸν Κύριον, *Vivus* & *ſanus laudabit Dominum*; nec leguntur plura. Apud Victor. Tun. l. de pœnit. p. 603. f. ſic: *Vivens* & *ſanus fateberis*, & *laudabis Deum*. Item Caſſiod. in Pſ. 114. p. 388. c. alludens, dicit: *Nos autem viventes* & *ſani laudamus nomen tuum*.

℣. 28. Conſonat Græc. niſi quòd, detracta voce *illius*, ſubdit τοῖς ἐπιστρέφουσιν ἐπ' αὐτόν, *convertentibus ſe ad eum*. Auguſt. in Spec. ſervat *illius*; legitque, *miſericordia Dei*, cum Mſ. Sangerm. 15.

℣. 29. Eadem ſunt in Græco, demptis tamen poſterioribus his: & *in vanitate malitiæ placuerunt*: priora pariter leguntur in Speculo Auguſt. Mſ. S. Theod. hab. *omnibus*, non *hominibus*.

℣. 30. Græc. Τί φωτεινότερον ἡλίου; καὶ τοῦτο ἐκλείψει· καὶ πονηρὸς ἐνθυμηθήσεται σάρκα καὶ αἷμα. *Quid lucidius ſole? & hoc deficit*: & *malus excogitabit carnem* & *ſanguinem*. Vatic. codex hab. in marg. καὶ πονηρὸν ἐνθυμηθήσεται σάρξ καὶ αἷμα. Mſ. S. Germ. 15. cum Corb. 1. & S. Theod. *Aut quid nequius excogitavit caro* & *ſanguis?* Sangerm. ſubdit, & *hoc arguitur*, quod abeſt à Græco.

℣. 31. Totidem verba ſunt in Græco.

Digitized by Google

CAPUT XVIII.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

Gen. 1. 1. QUi vivit in æternum, creavit omnia
1. ſimul. Deus ſolus juſtificabitur, & manet invictus rex in æternum.

2. Quis ſufficit enarrare opera illius?

3. Quis enim inveſtigabit magnalia ejus?

4. Virtutem autem magnitudinis ejus quis enunciabit? aut quis adjiciet enarrare miſericordiam ejus?

5. Non eſt minuere, neque adjicere, nec eſt invenire magnalia Dei.

6. Cùm conſummaverit homo, tunc incipiet: & cùm quieverit, aporiabitur.

7. Quid eſt homo, & quæ eſt gratia illius? & quid eſt bonum, aut quid nequam illius?

Pſalm. 8. Numerus dierum hominum ut multùm
89. 10. centum anni: quaſi gutta aquæ maris deputati ſunt: & ſicut calculus arenæ, ſic exigui anni in die ævi.

9. Propter hoc patiens eſt Deus in illis, & effundit ſuper eos miſericordiam ſuam.

10. Vidit præſumptionem cordis eorum quoniam mala eſt, & cognovit ſubverſionem illorum quoniam nequam eſt.

11. Ideo adimplevit propitiationem ſuam in illis, & oſtendit eis viam æquitatis.

12. Miſeratio hominis circa proximum ſuum: miſericordia autem Dei ſuper omnem carnem.

13. Qui miſericordiam habet, docet, & erudit quaſi paſtor gregem ſuum.

14. Miſeretur excipientis doctrinam miſerationis, & qui feſtinat in judiciis ejus.

15. Fili in bonis non des querelam, & in omni dato non des triſtitiam verbi mali.

16. Nonne ardorem refrigerabit ros? ſic & verbum melius quàm datum.

17. Nonne ecce verbum ſuper datum bonum? ſed utraque cum homine juſtificato.

18. Stultus acriter improperabit: & datus indiſciplinati tabeſcere facit oculos.

19. Ante judicium para juſtitiam tibi, & antequam loquaris diſce.

20. Ante languorem adhibe medicinam, & ante judicium interroga teipſum, & in conſpectu Dei invenies propitiationem. *1. Cor. 11. 28.*

21. Ante languorem humilia te, & in tempore infirmitatis oſtende converſationem tuam.

22. Non impediaris orare ſemper, & ne verearis uſque ad mortem juſtificari: quoniam merces Dei manet in æternum. *Luc. 18. 1. 1. Theſſ. 5. 17.*

23. Ante orationem præpara animam tuam: & noli eſſe quaſi homo qui tentat Deum.

NOTÆ.

℣. 1. Hæc ultima verba, & *manet invictus rex in aternum*, deſunt in Gr. loco verò *ſimul*, eſt κοινῇ, quæ dictio etiam verti poſſet *communiter*. Auguſt. l. 4. de Gen. ad lit. c. 33. to. 3. 179. g. legit *ſimul*.

℣. 2. Græc. Οὐκεὶ ἐξεφοίνισεν ἐξαγγεῖλαι τὰ ἔργα αὐτοῦ. *Nemini poteſtatem fecit enarrandi opera ipſius.* Ed. Compl. hab. Τίνι ἐξεφοίνισεν. In Mſ. Corb. 1. *Quis ſufficiet*, &c.

℣. 3. Sic eſt in Græco, excepto uno Καὶ τίς, *Et quis*, pro *Quis enim*.

℣. 4. Græc. initio delet *autem*; ſubinde pro *enunciabit? aut*, hab. ἐξαριθμήσεται; ἢ, *enumerabit? &*; extremò pluraliter, τὰ ἐλέη αὐτοῦ, *miſericordias ejus*. In Mſs. S. Germ. 15. & Corb. 1. & *quis adjiciet*, &c.

℣. 5. Ultima tantùm variant Græcè, videlicet *invenire magnalia Dei*, pro quibus, ἐξιχνιάσαι τὰ θαυμάσια τοῦ Κυρίου, *inveſtigare mirabilia Domini*. Apud Ambroſ. in Pſ. 40. col. 874. f. 875. a. *Non eſt adjicere, neque minuere, in quo perfecta, & plena ſunt omnia.*

℣. 6. Similiter in Græco, exceptis his duobus, ἄρχεσθαι, pro *incipiet*; ultimòque τότε ἀναπαύσεται. Apud Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1062. c. bene: *Cùm conſummaverit homo, tunc incipit: & cùm finierit, tunc aperiabitur.* In Mſs. S. Germ. 15. & Corb. 1. *tunc incipit: & cùm quieverit, operabitur*; item in Mſ. S. Theod. *operabitur*; ſed corruptè, ni fallor.

℣. 7. A Mſ. S. Germ. abeſt triplex *eſt*; à Corb. 1. poſtr. duplex; à Mſ. S. Theod. ultimum tantùm. In Gr. ſic: Τί ἄνθρωπος, καὶ τί ἡ χρῆσις αὐτοῦ; τί τὸ ἀγαθὸν αὐτοῦ, καὶ τί τὸ κακὸν αὐτοῦ;

℣. 8. Mſ. S. Germ. 15. tollit *ut*, ante *multùm*; paulò verò poſt habet: *quaſi gutta aquæ à mare*, & *ſicut cauculus arenæ*, &c. Mſ. S. Theod. *quaſi guttæ aquæ ad mare*, & *ſicut*, &c. Corb. 1. *quaſi guttæ aquæ ad mare deputati ſunt: & ſicut*, &c. Græc. Ἀριθμὸς ἡμερῶν ἀνθρώπων πολλὰ ἔτη ἑκατόν· ὡς σταγὼν ὕδατος ἀπὸ θαλάσσης, καὶ ψῆφος, &c. ut in Vulg.

℣. 9. Eadem leguntur Græcè, exceptis his mediis, μακροθύμησε Κύριος..... καὶ ἐξέχεεν, *patiens fuit Dominus... & effudit*; ed. Compl. μακροθυμεῖ... καὶ διαχεύσει. Mſ. S. Germ. 15. & *effudit*.

℣. 10. Græcum delet iſta, *præſumptionem cordis eorum quoniam mala eſt*; cætera ſimilia.

℣. 11. In Græco hæc leguntur ſola: Διὰ τοῦτο ἐπλήθυνε τὸν ἐξιλασμὸν αὐτοῦ· *Propter hoc multiplicavit propitiationem ſuam.* In Mſ. verò S. Germ. 15. omnia ut in Vulg. præter unum & *oſtendit ei*, non *eis*.

℣. 12. Similiter in Græco.

℣. 13. Græc. Ἐλέγχων, καὶ παιδεύων, καὶ διδάσκων, καὶ ἐπιστρέφων ὡς ποιμὴν, &c. i. e. *Corripiens, & erudiens, & docens, & convertens quaſi paſtor*, &c. Mſ. S. Germ. 15. & *docet, erudit*; Corb. 1. & *docte erudit*.

℣. 14. Mſs. codd. Corb. 1. & S. Theod. *Miſereatur excipiens doctrinam miſerationis*, &c. Similiter habet Sangerm. 15. ſed addit, & *qui feſtinant*, &c. Græc. Τὸς ἐκδεχομένους παιδείαν ἐλεεῖ, καὶ τὸς κατασπεύδοντας ἐπὶ τὰ κρίματα αὐτοῦ. *Excipientium diſciplinam miſeretur, & eorum qui feſtinant ad judicia ejus.* Auguſt. in Spec. *Miſeretur excipientium doctrinam miſerationis, & qui feſtinant in judiciis ejus.*

℣. 15. Ita fert Græc. niſi quòd ſub fin. delet τὸ *non des*; & loco *verbi mali*, hab. λόγων, *verborum*; ed. Compl. λόγων πονηρῶν. Auguſt. Speculum nil differt à Vulgata. Mſs. S. Theod. & Corb. 1. legunt: & *omni dato ne des*, &c. Sangerm. 15. & *omni dato non des*, &c.

℣. 16. Concinit Auguſt. Speculum. Sic etiam in Græco eſt, detracto uno &, ante *verbum*. Mſ. S. Theod. habet ſup. *refrigeravit*, non *refrigerabit*, vet. codd. more.

℣. 17. Eadem leguntur Græcè, præter poſtrema, ἀμφότερα παρὰ ἀνδρὶ κεχαριτωμένῳ· *utraque apud hominem gratioſum.* Apud Auguſt. in Spec. *utraque cum homine juſtificato*; item in Mſs. S. Germ. 15. S. Theod. & Corb. 1. & *utraque*.

℣. 18. Accinit Aug. Spec. nec diſſimile quidquam in Gr. præter unum ἐασκάνη, *invidi*, loco *indiſciplinati*.

℣. 19. Itidem in Auguſt. Speculo. In Gr. autem id unum exſtat, Πρὶν λαλῆσαι μάθε. Item ap. Ambroſ. l. de Noe, c. 31. col. 275. d. *Diſcendum tibi prius eſt quàm loquendum.* Contrà, Fulgent. l. 1. de rem. pecc. c. 29. priorem ſententiam admittit, *Ante judicium para juſtitiam tibi*; dein verò, & *in conſpectu Dei invenies propitiationem*, quæ ſunt de ℣. ſeq.

℣. 20. Concinit Auguſt. Speculum. Græcè ita: καὶ πρὸ ἀῤῥωσίας θεράπευε. Πρὸ κρίσεως ἑτοίμαζε σεαυτὸν, καὶ ἐν ὥρᾳ ἐπισκοπῆς εὑρήσεις ἱλασμόν. Fulgent. autem ubi ſup. non legit *in hora viſitationis* cum Gr. ſed *in conſpectu Dei*, ut in Vulg.

℣. 21. Græc. loco *infirmitatis*, habet ἁμαρτημάτων, *peccatorum*; & loco *converſationem tuam*, ſimpliciter, ἐπιστροφήν, *converſionem*. Aug. Speculum Vulgatæ congruit.

℣. 22. Græc. pro *orare ſemper*, hab. τοῦ ἀποδοῦναι εὐχὴν εὐκαίρως, *reddere votum tempeſtivè*; tollit verò ultima iſta: *quoniam merces Dei manet in æternum.* Auguſt. Speculum nil omnino differt à Vulg. Mſ. S. Theod. loco & *ne verearis*, leg. & *non vetêris*.

℣. 23. Accinit Auguſt. Speculum cum Auct. op. imp. in Matth. p. 79. d. Græc. loco *animam tuam*, habet

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

Sup. 7. 18. 24. Memento iræ in die conſummationis, & tempus retributionis in converſatione faciei.

Sup. 11. 27. 25. Memento paupertatis in tempore abundantiæ, & neceſſitatum paupertatis in die divitiarum.

26. A manè uſque ad veſperam immutabitur tempus, & hæc omnia citata in oculis Dei.

27. Homo ſapiens in omnibus metuet, & in diebus delictorum attendet ab inertia.

28. Omnis aſtutus agnoſcit ſapientiam, & invenienti eam dabit confeſſionem.

29. Senſati in verbis & ipſi ſapienter egerunt: & intellexerunt veritatem & juſtitiam, & impluerunt proverbia & judicia.

30. Poſt concupiſcentias tuas non eas, & à voluntate tua avertere. *Rom. 6. 12. 13.*

31. Si præſtes animæ tuæ concupiſcentias ejus, faciet te in gaudium inimicis tuis. *& 13. 14.*

32. Ne oblecteris in turbis nec in modicis: aſſidua enim eſt commiſſio illorum.

33. Ne fueris mediocris in contentione ex fœnore, & eſt tibi nihil in ſacculo: eris enim invidus vitæ tuæ.

NOTÆ.

ϵαυτὸν, *teipſum*; cæt. quadrant.

℣. 24. Ita Græcè, exceptis his, ἐν ἡμέραις, *in diebus*; extremòque, καιρὸν ἐκδικήσεως ἐν ἀποστροφῇ προσώπου, & *tempus vindictæ in converſione faciei*. Mſ. Corb. 1. hab. *in converſatione facies*; Sangerm. 15. & S. Theod. *in converſione facies*.

℣. 25. Græc. Μνήσθητι καιρὸν λιμοῦ ἐν καιρῷ πλησμονῆς· πλουσίαν, καὶ ἔνδειαν ἐν ἡμέραις πλούτου· i. e. *Memento temporis famis in tempore ſaturitatis; paupertatis, & neceſſitatis in diebus divitiarum*. Mſs. S. Germ. 15. S. Theod. & Corb. 1. & *neceſſitatem paupertatis in die*, &c.

℣. 26. In Mſ. S. Germ. 15. *mutatur tempus*: Græcè, μεταβάλλει καιρὸς, ſtatimque, καὶ πάντα εἰς ταχινὰ ἔναντι Κυρίου· in ed. Compl. καὶ πάντα ταῦτά ἐστι, &c.

℣. 27. Græc. pro *in omnibus*, ſingulariter hab. ἐν πανὶ; ſubinde ἁμαρτίων, *peccatorum*, loco *delictorum*; ultimòque, ἀπὸ πλημμελείας, *à delicto*, pro *ab inertia*. Auguſt. Speculum Vulgatæ conſonat ad verbum.

℣. 28. Mſ. S. Germ. 15. *Omnis aſtutus agnovit*, &c. Mſ. S. Theod. *cognovit*; Græc. Πᾶς συνετὸς ἔγνω, &c. ut ſupra.

℣. 29. Græc. prætermittit verba media, & *intellexerunt veritatem & juſtitiam*; in cæteris concordat cum Vulg. niſi quòd extremò hab. ἀκριβεῖς, *exquiſita*, loco & *judicia*. In Mſs. S. Germ. 15. S. Theod. & Corb. 1. ſup. *imploraverunt*, pro *impluerunt*; Gr. ἀνώμβρησαν.

℣. 30. Mſs. S. Germ. 15. & Corb. 1. hunc præferunt titulum, *DE CONTINENTIA ANIMÆ*; in Gr. ſimpliciter, ΕΓΚΡΑΤΕΙΑ ΨΥΧΗΣ. exinde ut in Vulg. exceptis his, ἀπὸ τῶν ὀρέξεών σου, *à deſideriis tuis*, pro *à voluntate tua*. Apud Ambroſ. epiſt. 63. col. 1030. c. *Poſt concupiſcentias tuas non eas, & à voluptate tua vetare*; nonnulli codd. *avertere*; Gr. κωλύου. Priori lectioni *vetare* favet Chromat. Aquil. in Matth. p. 983. d. alteri verò *avertere* Auguſt. in Spec. & l. 10. conf. col. 186. c. cum S. Leone, ſer. 68. p. 148. at epiſt. 80. c. 1. Leo M. hab. *vetare*.

℣. 31. Ita in Auguſt. Speculo, ſed abſque voce ult. *tuis*; quæ etiam abeſt à Mſ. S. Germ. 15. Ambroſ. ep. 63. p. 1030. c. legit: *Si dederis animæ tuæ concupiſcentiam, gaudio eris inimicis tuis*. Chromat. Aquil. in Matth. p. 983. d. *Quia ſi dederis animæ tuæ concupiſcentiam, tradet te in gaudium inimicis tuis, & invidis tuis*. Græc. Ἐὰν χορηγήσῃς τῇ ψυχῇ σου εὐδοκίαν ἐπιθυμίας, ποιήσει σε ἐπίχαρμα τῶν ἐχθρῶν σου. *Si præſtiteris animæ tuæ beneplacitum concupiſcentiæ, faciet te gaudium inimicorum tuorum*.

℣. 32. Græc. Μὴ εὐφραίνου ἐπὶ πολλῇ τρυφῇ, μηδὲ προσδεθῇς συμβολῇ αὐτῆς. *Ne oblecteris in multa epulatione, neque alligeris commiſſioni ejus*. Auguſt. in Speculo: *Ne oblecteris in turbis, nec immodicis delecteris*. In Mſ. S. Germ. 15. pro *aſſidua enim eſt*, vitiosè, *addunus eſt enim*; in Corb. 1. *aa duas eſt enim*.

℣. 33. Græcè: Μὴ γίνου πτωχὸς συμβολοκοπῶν ἐκ πανουργίας, ἔσται γὰρ σοὶ ἔσῃ ἐν μαρσυπίῳ· *Non fias pauper de ſymbolis comeſſans ex fœnore, & nihil tibi eſt in ſacculo*; ultima deſunt. In Mſs. S. Theod. & S. Germ. 15. ita: & *non eſt tibi nihil in ſeculo*, &c. ſed corruptè ni fallor, pro *ſacculo*. Edit. Compl. ſubdit, ἔσῃ γὰρ ἐπίζηλος τῆς ἰδίας ζωῆς πικρός.

CAPUT XIX.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. OPerarius ebrioſus non locupletabitur: & qui ſpernit modica, paulatim decidet.

Gen. 19. 33. 3. Reg. 11. 1. 2. Vinum & mulieres apoſtatare faciunt ſapientes, & arguent ſenſatos:

3. & qui ſe jungit fornicariis, erit nequam: putredo & vermes hæreditabunt illum, & extolletur in exemplum majus, & tolletur de numero anima ejus.

Joſ. 9. 15. & 22. 11. 4. Qui credit citò, levis corde eſt, & minorabitur; & qui delinquit in animam ſuam, inſuper habebitur.

5. Qui gaudet iniquitate, denotabitur: & qui odit correptionem, minuetur vitâ: & qui odit loquacitatem, exſtinguit malitiam.

6. Qui peccat in animam ſuam, pœnitebit: & qui jucundatur in malitia, denotabitur.

7. Ne iteres verbum nequam & durum, & non minoraberis.

8. Amico & inimico noli narrare ſenſum tuum: & ſi eſt tibi delictum, noli denudare:

9. audiet enim te, & cuſtodiet te, & qua-

NOTÆ.

℣. 1. Itidem Græcè, demptâ conjunct. med. & In Mſ. S. Germ. 15. legitur *ebriacus*, non *ebrioſus*. Gelaſ. 1. ep. 8. & 9. Conc. to. 4. 1183. d. 1194. e. *qui minima ſpernit, paulatim decidit*. Auguſt. Specul. cum Chromat. Aquil. in Matth. p. 981. d. *qui modica ſpernit, paul. decidet*. Auct. l. de ſing. cleric. p. 528. *qui ſpernit modica, paulatim cadet*.

℣. 2. Ambroſ. ep. 63. col. 1030. c. *Vinum & mulieres apoſtatare faciunt etiam ſapientes*: & in Pſ. 118. col. 1167. e. *Vinum & mulieres faciunt apoſtatare*. Auguſt. in Spec. Vulgatæ accinit, niſi quòd extremò leg. *arguunt*, non *arguent*. Græc. Οἶνος καὶ γυναῖκες ἀποστήσουσι συνετούς· ſequentia deſunt.

℣. 3. Græc. καὶ ὁ κολλώμενος πόρναις, τολμηρότερος ἔσται· οἵτινες (Mſ. Alex. οἵτινα) καὶ σκώληκες κληρονομήσουσιν αὐτὸν, καὶ ἡ ψυχὴ τολμηρὰ ἐξαρθήσεται· & *qui jungit ſe meretricibus, audacior erit: tineæ & vermes hæreditabunt illum, & anima audax tolletur de numero*.

℣. 4. Sic habet Aug. in Spec. Græcè deeſt τὸ & *minorabitur*; ſequitur verò, καὶ ὁ ἁμαρτάνων, εἰς ψυχὴν αὐτοῦ πλημμελήσει· & *qui peccat, in animam ſuam delinquet*. Mſ. Germ. 15. & *qui delinquet in*, &c.

℣. 5. Græc. pro *iniquitate*, hab. καρδίᾳ, *corde*; ultimòque ἐλαττοῦται καχίᾳ, *minuitur malitiâ*, pro *exſtinguit malitiam*: his autem caret intermediis, & *qui odit correptionem, minuetur vitâ*. Mſ. S. Germ. 15. initio legit: *Qui gaudet iniquitati*, cum Mſ. S. Theod. & inf. Germ. *comminuetur vitâ*.

℣. 6. Verſus iſte totus abeſt à Græco. In Mſ. S. Germ. eſt *pœnitebitur*.

℣. 7. Græc. brevius: Μηδέποτε δευτερώσῃς λόγον, καὶ ἐλάττονος ἢ μὴ ἐλαττονωθῇ. *Nunquam iteres verbum, & nihil tibi minuetur*.

℣. 8. Græc. ipſo initio hab. Ἐν φίλῳ, *In amico*, non ſimpliciter *Amico*; paulòque poſt delet *ſenſum tuum*; loco verò ſeq. & *ſi eſt tibi delictum*, ita, καὶ εἰ μὴ ἐστί σοι ἁμαρτία, *etiamſi non eſt tibi peccatum*.

℣. 9. Græcè iſta leguntur ſola: ἀκούσει γάρ σου, καὶ ἐφυλάξατό σε, καὶ ἐν καιρῷ μισήσει σε· *audivit enim te, & cuſtodivit*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

si defendens peccatum odiet te, & sic aderit tibi semper.

10. Audisti verbum adversùs proximum tuum? commoriatur in te, fidens quoniam non te dirumpet.

11. A facie verbi parturit fatuus, tanquam gemitus partus infantis.

12. Sagitta infixa femori carnis, sic verbum in corde stulti.

Levit. 19. 17. *Matth.* 18. 15. *Luc.* 17. 3.

13. Corripe amicum, ne fortè non intelexerit, & dicat: Non feci: aut si fecerit, ne iterum addat facere.

14. Corripe proximum, ne fortè non dixerit: & si dixerit, ne fortè iteret.

15. Corripe amicum: sæpe enim fit commissio.

16. Et non omni verbo credas: est qui labitur lingua, sed non ex animo.

Jac. 3. 8.

17. Quis est enim qui non deliquerit in lingua sua? Corripe proximum antequam commineris.

18. Et da locum timori Altissimi: quia omnis sapientia timor Dei, & in illa timere Deum, & in omni sapientia dispositio legis.

19. Et non est sapientia nequitiæ disciplina: & non est cogitatus peccatorum prudentia.

20. Est nequitia, & in ipsa exsecratio: & est insipiens qui minuitur sapientia.

21. Melior est homo, qui minuitur sapientia, & deficiens sensu in timore, quàm qui abundat sensu, & transgreditur legem Altissimi.

22. Est solertia certa, & ipsa iniqua.

23. Et est qui emittit verbum certum enarrans veritatem. Est qui nequiter humiliat se, & interiora ejus plena sunt dolo:

24. & est qui se nimiùm submittit à multa humilitate: & est qui inclinat faciem suam, & fingit se non videre quod ignoratum est:

25. & si ab imbecillitate virium vetetur peccare, si invenerit tempus malefaciendi, malefaciet.

26. Ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus.

27. Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis enunciant de illo.

28. Est correptio mendax in ira contumelioso: & est judicium, quod non probatur esse bonum: & est tacens, & ipse est prudens.

NOTÆ.

se, & in tempore odiet te.

℣. 10. Gr. delet τὸ *adversùs proximum tuum*; paulò verò post hab. σοὶ, *tibi*, pro *in te*; statimque θάρσει, *fide*, non *fidens*; cæt. ut in Vulg. Augustini Spec. eidem Vulg. favet, nisi quòd delet *tuum*, post *proximum*: similiter in Mss. S. Germ. 15. & Corb. 1.

℣. 11. Concinit August. Speculum. Græcè verò ita: Ἀπὸ προσώπου λόγου ἀδίνουσι μωροὶ, ὡς ἀπὸ προσώπου βρέφους ἡ τίκτουσα· i. e. *A facie verbi parturiet fatuus, sicut a facie infantis ea quæ parit.*

℣. 12. Ita legit Aug. in Spec. uno tamen excepto *ore*, pro *corde*; in Græco καρδίᾳ. In Mss. Corb. 1. & S. Theod. non *carnis* supra legitur, sed *canis*, abrasâ litterâ *r* in Corb. at in Græco σαρκὸς, &c. ut in Vulg.

℣. 13. Græc. Ἔλεγξον φίλον, μήποτε οὐκ ἐποίησε· ἢ εἴ τι ἐποίησε, μήποτε προσθῇ· *Corripe amicum, ne fortè non fecerit: & si quid fecerit, ne iterum addat.* August. Specul. Vulgatæ congruit, nisi quòd hab. *fecit*, loco *fecerit*. Mss. Corb. 1. tollit negationem ante verbum *intellexerit*.

℣. 14. Similiter in Gr. præter φίλον, *amicum*, loco *proximum*; ultimòque, ἵνα μὴ δευτερώσῃ, *ut non iteret*; edit. Compl. leg. sup. πλησίον cum Vulg. cui favet Aug. Specul.

℣. 15. Ita Aug. in Spec. Græcè λαβολὴ, *calumnia*, non *commissio*.

℣. 16. Sic etiam in Græco est, dempta voce *linguâ*, pro qua ed. Compl. ponit λόγῳ. Apud August. in Spec. *est qui labitur in lingua sua*; in Mss. Corb. 1. & S. Theod. *est qui lab. linguâ suâ*.

℣. 17. Concinit Aug. Speculum: nec absimile Græc. est, nisi quòd hab. initio, Καὶ τίς οὐχ ἡμάρτησεν, *Et quis non peccavit*; paulòque post addit ζῇ, ad *proximum*. Mss. S. Germ. 15. tollit *in* ante *linguâ suâ*.

℣. 18. August. Speculum cum Vulgata concinit. Græc. verò simpliciter habet: Καὶ λὸς τόπων νόμῳ Ὑψίστου· πᾶσα σοφία φόβος Κυρίου, καὶ ἐν πάσῃ σοφίᾳ ποίησις νόμου. *Et da locum legi Altissimi: omnis sapientia timor Domini, & in omni sapientia effectio legis.*

℣. 19. Græc. loco *cogitatus*, hab. ἔσω βουλὴ, *ubi consilium*; cæt. ut in Lat. sup. Apud Auct. op. imp. in Matth. hom. 17. p. 89. c. *Sapientia impiorum nequitia scientiæ est.*

℣. 20. Eadem sunt in Græco, præter nominat. αὐτὴ, *ipsa*, pro *in ipsa*. In Mss. S. Germ. 15. *Est nequitia, & ipsa exsecratio: & non est insipiens qui minuetur.* In Ms. S. Theod. *Est prudentia nequitiæ, & in ipsa exsecratio*, &c.

℣. 21. Itidem in Aug. Speculo, excepto verbo *deficit*, pro *minuitur*; in Mss. S. Germ. 15. *defecit*; in Corb. 1. & S. Theod. *deficit*. Græcè simpliciter: Κρείττων ὑπολείμενος ἐν συνέσει ἐμφρόνος, ἢ περισσεύων ἐν φρονήσει, καὶ παραβαίνων νόμον· *Melior est qui minuitur sensu in timore, quàm qui abundat sensu, & transgreditur legem:* ed. Compl. subdit Ὑψίστου.

℣. 22. Græcè ἀκριβὴς, *exquisita*, pro *certa*.

℣. 23. In Gr. ita: Καὶ ἔστι διαστρέφων χάριν τοῦ ἐκφῆναι κρίμα. Ἔστι πονηρευόμενος, συγκεκυφὼς μελανίᾳ, καὶ τὰ ἐσώτερα αὐτοῦ πλήρης δόλου. *Et est perversens gratiam ad ostendendum judicium. Est nequiter agens, qui se humiliat nigredine, & in suis interioribus est plenus dolo.* Ap. Ambros. epist. 2. col. 758. f. *Est qui nequiter humiliat se*, &c. ut in Vulg.

℣. 24. In Mss. S. Germ. 15. S. Theod. & Corb. 1. *& est justus, qui se nimiùm..... & est justus, qui inclinat faciem, & fingit*, &c. In Græco breviùs: συγκύπτων πρόσωπον, καὶ ἑτεροκωφῶν· ὅταν μὴ ἐπιγνώσῃ, προσθήσει ἁμ. *inclinans faciem, & semisurdus: ubi non fuerit agnitus, anticipabit te.*

℣. 25. Itidem Græcè, præter verbum *malefaciendi*, quod deest.

℣. 26. Sic etiam in Græco, excepto fut. duplici ἐπιγνωσθήσεται, *cognoscetur*, loco præs. dupl. *cognoscitur*.

℣. 27. Græc. Στολισμὸς ἀνδρὸς, καὶ γέλως ὀδόντων, καὶ βήματα ἀνδρώπου ἀναγγέλει τὰ περὶ αὐτοῦ· i. e. *Amictus viri, & risus dentium, & gressus hominis renuntiant de illo.* S. Paulin. ep. 42. p. 256. b. *Sermo viri indicat de illo.*

℣. 28. Mss. S. Germ. 15. & Corb. 1. ferunt *judicium*, non *judicium*. Græcè hæc tantùm leguntur: Ἔστιν ἔλεγχος, ὃς οὐκ ἔστιν ὠφέλιμος· καὶ ἔστι σιωπῶν, καὶ αὐτὸς φρόνιμος. *Est correptio, quæ non est decora: & est tacens, & ipse prudens.*

CAPUT XX.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. QUàm bonum est arguere, quàm irasci, & confitentem in oratione non prohibere!

2. Concupiscentia spadonis devirginabit juvenculam: *Infr.* 30. 21.

NOTÆ.

℣. 1. Græc. extremò habet: καὶ ὁ ἀνθομολούμενος, ἀπὸ ἐλαττώσεως κωλυθήσεται· *& qui vicissim confitetur, prohibebitur à diminutione*; cæt. ut sup. Nobil. *vicissim confitetur*, i. e. *qui respondens correptioni fatetur*; legendum est enim, inquit, ἀνθομολογούμενος, quod per incuriam typographi factum est ἀνθομολογήμενος.

℣. 2. Ita de Græco, excepto verbo *devirginabit*, pro quo ἀποπαρθενῶσαι, *devirginare*; in uno tamen vetusto est, teste Nobilio, ἀποπαρθένωσεν; & in Mss. Sangerm. 15. & Corb. 1. *devirginavit*; Sangerm. addit *juvenem*, non

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

3. ſic qui facit per vim judicium iniquum.
4. Quàm bonum eſt correptum manifeſtare pœnitentiam! ſic enim effugies voluntarium peccatum.
5. Eſt tacens, qui invenitur ſapiens: & eſt odibilis, qui procax eſt ad loquendum.
6. Eſt tacens non habens ſenſum loquelæ: & eſt tacens ſciens tempus aptum.
7. Homo ſapiens tacebit uſque ad tempus: laſcivus autem & imprudens non ſervabunt tempus.
8. Qui multis utitur verbis, lædet animam ſuam: & qui poteſtatem ſibi ſumit injuſtè, odietur.
9. Eſt proceſſio in malis viro indiſciplinato, & eſt inventio in detrimentum.
10. Eſt datum, quod non eſt utile: & eſt datum, cujus retributio duplex.
11. Eſt propter gloriam minoratio: & eſt qui ab humilitate levabit caput.
12. Eſt qui multa redimat modico pretio, & reſtituens ea in ſeptuplum.
13. Sapiens in verbis ſeipſum amabilem facit: gratiæ autem fatuorum effundentur.
14. Datus inſipientis non erit utilis tibi: oculi enim illius ſeptemplices ſunt:
15. exigua dabit, & multa improperabit: & apertio oris illius inflammatio eſt.
16. Hodie fœneratur quis, & cras expetit: odibilis eſt homo hujuſmodi.
17. Fatuo non erit amicus, & non erit gratia bonis illius:
18. qui enim edunt panem illius, falſæ linguæ ſunt. Quoties, & quanti irridebunt eum?
19. Neque enim quod habendum erat, directo ſenſu diſtribuit: ſimiliter & quod non erat habendum.
20. Lapſus falſæ linguæ, quaſi qui in pavimento cadens: ſic caſus malorum feſtinanter veniet.
21. Homo acharis quaſi fabula vana, in ore indiſciplinatorum aſſidua erit.
22. Ex ore fatui reprobabitur parabola: non enim dicit illam in tempore ſuo.
23. Eſt qui vetatur peccare præ inopia, & in requie ſua ſtimulabitur.
24. Eſt qui perdet animam ſuam præ confuſione, & ab imprudenti perſona perdet eam: perſonæ autem acceptione perdet ſe.
25. Eſt qui præ confuſione promittit amico, & lucratus eſt eum inimicum gratis.
26. Opprobrium nequam in homine mendacium, & in ore indiſciplinatorum aſſiduè erit.
27. Potior fur quàm aſſiduitas viri mendacis: perditionem autem ambo hæreditabunt.
28. Mores hominum mendacium ſine honore: & confuſio illorum cum ipſis ſine intermiſſione.

NOTÆ.

juvenculam.

℣. 3. Græcè ſimpliciter: Οὕτως ὁ πολλῶν ἐν βίᾳ κρίματα. ℣. 4. Hic verſus totus abeſt à Græco. ℣. 5. Eadem ſunt in Græco, præter hoc ult. ἀπὸ πολλῆς λαλιᾶς, *ex multa loquacitate*, loco *qui procax eſt ad loquendum.* ℣. 6. Græcè pro his, *non habens ſenſum loquelæ*, legitur, ὃ γὰρ ἔχει ἀπόκρισιν, *non enim habet reſponſum*; extremò verò tollitur *aptum*; cæt. ut in Vulgata. Mſs. S. Germ. 15. & Corb. 1. ferunt: *Eſt autem tacens.....* & *eſt tacens ſciens tempus apti temporis:* ſimiliter in Mſ. S. Theod. *tempus apti temporis.* ℣. 7. Ad verbum è Græco, præter hoc, *non ſervabunt*, pro quo ὑπερβήσεται, *tranſgredietur.* Item apud Ambr. l. 1. de off. col. 3. d. *Homo ſapiens tacebit uſque ad tempus.* ℣ 8. Mſ. S. Germ. 15. hab. *lædit*, & inf. *ſibi aſſumit*; Corb. 1. & S. Theod. pariter *ſibi aſſumit*, cum Aug. Spec. at in Græco ſic: Ὁ πλεονάζων λόγῳ, βδελυχθήσεται· ὃ δὲ ἐνεξουσιαζόμενος, μισηθήσεται. *Qui abundat ſermone, in abominatione erit:* & *qui poteſtatem ſibi ſumit, odietur.* ℣. 9. Græc. initio hab. Ἔστι εὐοδία, ad litt. *Eſt proſperum iter*; paulò verò poſt delet vocem *indiſciplinato*; cæt. ut in Vulg. Compl. add. ἁμαρτωλῷ. ℣. 10. Ita in Græco, præter hoc, λυσιτελήσῃ σοι, *erit utile tibi*, loco *eſt utile.* In Mſ. S. Germ. 15. *Eſt datus, qui non ſit utilis:* & *eſt datus*, &c. Gr. utrobique ἔστι δόσις. ℣. 11. Id unum variat Græcè, videlicet *aor.* ἦρε, *levavit*, pro fut. *levabit.* Mſ. S. Germ. 15. hab. *levavit*; S. Theod. & *qui ab humilit. levavit*, &c. ℣. 12. Græcè ἀγοράζων, *emat*, pro *redimat*; cæt. ut in Lat. ſup. ſubinde in Mſ. S. Theod. & *eſt reſtituens*, &c. ℣. 13. Græc. ſingulariter hab. ἐν λόγῳ, non pluraliter *in verbis*; exinde ποιήσει, *faciet*, non *facit*; cæt. ut in Vulg. Mſ. Alex. cum ed. Compl. ἐν λόγοις; Auguſt. Spec. *in verbis..... amab. facit.* ℣. 14. Sic eſt in Græco, præter hoc ultimum, ἀντὶ ἑπτὰ πολλοί, *pro uno multi*, loco *ſeptemplices ſunt*; in Mſ. S. Germ. 15. *ſeptiplices ſunt.* Mſ. S. Theod. initio hab. *Datum inſipientis non erit utile tibi*; Gr. δόσις, &c. ℣. 15. Poſterior ſententia ſic variat Græcè: ὃ ἀνοίξει τὸ στόμα αὐτοῦ ὡς κήρυξ, & *aperiet os ſuum ſicut præco:* prior at in Vulg. ℣. 16. Ita in Græco, exceptis his, δανιεῖ..... ἀναιτήξει, *fœnerabitur..... repetet*, detractâ voculâ *quis*, cum ſeq. *eſt.* In Mſs. S. Germ. 15. & S. Theod. *Hodie fœnerat quis...* & *odibilis homo hujuſmodi.* Apud Ambroſ. l. de Tob. c. 12. col. 604. a. *Qui hodie fœnerat*, & *cras expetit: odibilis homo hujuſmodi.* ℣. 17. Græc. Μωρὸς ἐρεῖ· Οὐχ ὑπάρχει μοι φίλος, ὃ δὲ οὐκ ἔστι χάρις τοῖς ἀγαθοῖς μου. *Stultus dicet: Non eſt mihi amicus*, & *non eſt gratia bonis meis.* ℣. 18. A Gr. abeſt *enim*; loco verò *illius*, habetur μοῦ, *meum*; deinde φαῦλοι γλώσσῃ, *pravi linguâ*, loco *falſæ linguæ ſunt*; cætera ut ſupra. In Mſ. S. Theod. pariter, *qui edunt*, abſque med. *enim*; & in Sangerm. 15. *falſi linguæ ſunt.* ℣. 19. Hæc tota prætermittuntur in Græco edit. Rom. In ed. tamen Compl. leguntur ſeqq. Οὔτε γὰρ τὸ ἔχειν, ἐν ὀρθῇ αἰσθήσει εἴληφε· ὃ τὸ μὴ ἔχειν ὁμοίως ἀδιάρεσον αὐτῷ. ℣. 20. Græc. Ὀλίσθημα ἀπὸ ἐδάφους, μᾶλλον ἢ ἀπὸ γλώσσης· οὕτως, &c. *Lapſus à pavimento, magis quàm à lingua: ſic*, &c. ut in Vulg. Mſs. S. Germ. 15. & S. Theod..... *quaſi qui pavimento cadens: nam* & *ſic caſus malor. feſtin. venient.* Item in Corb. 1. deeſt *in*, ante *pavimento*; in Aug. Spec. ſic, *de pavimento cadens*, &c. ℣. 21. Ad verbum è Græco, excepto iſto, *quaſi fabula vana*, pro quo μῦθος ἀκαιρίας, *fabula intempeſtiva.* Aug. in Spec. Vulgatæ accinit, niſi quòd habet, *diſciplinatorum*; at in Gr. conſtanter ἀπαιδεύτων, vel ut in ed. Ald. ἀπαιδεύτου. In Mſ. Corb. 1. legitur: *Homo ingratus, acharis*, &c. In Mſ. S. Theod. *Homo ingratus quaſi fabula vana*, & *in ore*, &c. ℣. 22. Concinit Aug. Speculum: nec abſimile Græcum eſt, niſi quòd habet εἴπῃ, *dicet*; ultimòque αὐτῆς, *ejus.* ℣. 23. Sic eſt in Græco, præpoſito uno οὐ, *non*, verbo *ſtimulabitur.* In Mſs. S. Theod. S. Germ. 15. & Corb. 1. legitur *ab inopia*, è Gr. ἀπὸ ἐνδείας. ℣. 24. Aug. in Spec. legit, *Eſt qui perdit animam*, &c. cum Mſs. S. Germ. 15. & Corb. 1. Itidem Græcè cum ſeqq. excipienda tamen ultima iſta: *perſona autem acceptione perdet ſe*, quæ à Græco abſunt. ℣. 25. Ita legit Aug. in Spec. Græcè: Ἔστι χάρις αἰσχύνης ἐπαγγελλόμενος φίλῳ, ὃ ἐκτήσατο αὐτὸν ἐχθρὸν δωρεάν. In Mſ. S. Germ. 15. *Eſt qui præ confuſ. promittat*, &c. ℣. 26. Sic eſt in Aug. Speculo: nec diſſimiliter in Græco, detracto med. &. In Mſ. S. Theod. additur *enim*, poſt *opprobrium.* ℣. 27. Ita Aug. in Speculo. Sic etiam in Græco, niſi excipiatur hoc, ὁ ἐνδελεχίζων ψεύδεσι, *aſſiduus in mendacio*, loco *aſſiduitas viri mendacis.* Mſs. S. Germ. 15. & Corb. 1. initio habent: *Potius furem*; Mſ. S. Theod. *Potius fur eſt*; Gr. Αἱρετὸν κλέπτης, &c. ℣. 28. Græc. Ἦθος ἀνθρώπου ψευδοῦς ἀτιμία· ὃ δὲ αἰσχύνη αὐτῷ μετ' αὐτοῦ ἐνδελεχῶς· *Mos hominis mendacis inhonoratio:* & *confuſio ejus cum ipſo ſine intermiſſione.* Similiter habet Aug. in Spec. & *confuſio illius cum ipſo*; quamvis initio legerit: *Mores hominum mendacium*, &c. Itidem in Mſ. S. Germ. 15.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

29. Sapiens in verbis producet ſeipſum, & homo prudens placebit magnatis.

30. Qui operatur terram ſuam, inaltabit acervum frugum: & qui operatur juſtitiam, ipſe exaltabitur: qui verò placet magnatis, effugiet iniquitatem.

Exod. 23. 8. *Deuter.* 16. 19. 31. Xenia & dona excæcant oculos judicum, & quaſi mutus in ore avertit correptiones eorum.

32. Sapientia abſconſa & theſaurus inviſus; quæ utilitas in utriſque? *Inf.* 41. 17.

33. Melior eſt qui celat inſipientiam ſuam, quàm homo qui abſcondit ſapientiam ſuam.

NOTÆ.

℣. 29. In Mſs. S. Germ. 15. & Corb. 1. hic præmittitur titulus: *VERBUM PARABOLARUM*; tum ſequitur, *Sapiens in verbis*, &c. In Græco pariter, ΛΟΓΟΙ ΠΑΡΑΒΟΛΩΝ; reliqua ut in Vulg.

℣. 30. In Græco hæc ſola: Ὁ ἐργαζόμενος γῆν (Compl. add. αὐτῆ,) ἀνυψώσει θημωνίαν αὐτῦ· καὶ ὁ ἀρέσκων μεγιστᾶσιν, ἐξιλάσεται ἀδικίαν· *Qui operatur terram, inaltabit acervum ſuum: & qui placet magnatis, expiabit iniquitatem.* Mſs. Germ. 15. & S. Theod. hab. *acervum fructuum.*

℣. 31. Concordat Auguſt. Speculum. Græc. verò loco *judicium*, legit σοφῶν, *ſapientum*; deinde ſic: καὶ ὡς φιμὸς ἐν σιάλῃ ἀποτρέπει ἐλεγμούς· & *ſicut frenum in ore avertunt increpationes*; ed. Compl. ἐλέγχους; Mſ. S. Theod. *correptionem eorum.*

℣. 32. Ita in Aug. Speculo, cui conſonat Græcum.

℣. 33. Eadem ſunt in Græco, niſi quòd ponitur ἄνθρωπος, *homo*, tam ante *qui celat*, quàm ante *qui abſcondit*. In Auguſt. Speculo: *Melior eſt in hominibus qui abſcondit inſip. ſuam, quàm qui abſcondit*, &c. In Mſ. S. Germ. 15. *Melius in hominibus qui abſcondent inſip. ſuam, quàm qui abſconduns*, &c.

CAPUT XXI.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. FIli peccaſti? non adjicias iterum: ſed & de priſtinis deprecare ut tibi dimittantur.

2. Quaſi à facie colubri fuge peccata: & ſi acceſſeris ad illa, ſuſcipient te.

3. Dentes leonis, dentes ejus, interficientes animas hominum.

4. Quaſi rhomphæa bis acuta omnis iniquitas, plagæ illius non eſt ſanitas.

5. Objurgatio & injuriæ annullabunt ſubſtantiam: & domus quæ nimis locuples eſt, annullabitur ſuperbiâ: ſic ſubſtantia ſuperbi eradicabitur.

6. Deprecatio pauperis ex ore uſque ad aures ejus perveniet, & judicium feſtinatò adveniet illi.

7. Qui odit correptionem, veſtigium eſt peccatoris: & qui timet Deum, convertetur ad cor ſuum.

8. Notus à longè potens linguâ audaci: & ſenſatus ſcit labi ſe ab ipſo.

9. Qui ædificat domum ſuam impendiis alienis, quaſi qui colligit lapides ſuos in hieme.

10. Stupa collecta ſynagoga peccantium, & conſummatio illorum flamma ignis. *Sup.* 16. 7.

11. Via peccantium complanata lapidibus, & in fine illorum inferi, & tenebræ, & pœnæ.

12. Qui cuſtodit juſtitiam, continebit ſenſum ejus.

13. Conſummatio timoris Dei, ſapientia & ſenſus.

14. Non erudietur, qui non eſt ſapiens in bono.

15. Eſt autem ſapientia, quæ abundat in malo: & non eſt ſenſus ubi eſt amaritudo.

16. Scientia ſapientis tanquam inundatio abundabit, & conſilium illius ſicut fons vitæ permanet.

NOTÆ.

℣. 1. Auguſt. l. 21. de civit. Dei, c. 27. to. 7. 651. b. *Fili peccaſti? ne adjicias iterum: & de prateritis deprec. ut dimittantur tibi:* ejuſdem Specul. *ſed & de præteritis... ut tibi remittantur.* Fulgent. epiſt. 7. p. 192. *Fili peccaſti? ne adjic. iterum: ſed & de præteritis deprec. ut tibi dimittantur:* ita rurſum l. 1. de rem. pecc. c. 27. p. 381. excepto uno *de priſtinis.* Similiter habet Vict. Tun. l. de pœnit. p. 603. e. Cæſar. verò Arelat. hom. 16. *Fili peccaſti? quieſce, non adjic. iterum: ſed & de priſtinis deprec. ut tibi remittantur:* Mſ. Sangerm. 15. *ut tibi remittatur.* Græcè: Τέκνον ἥμαρτες; μὴ... ἀλλὰ περὶ τῶν προτέρων σου δεήθητι· ſequentia deſunt.

℣. 2. Sic habet Aug. in Spec. cum Fulg. l. 1. de rem. pecc. c. 27. p. 381. Græcè, loco *peccata*, eſt ἀπὸ ἁμαρτίας, *à peccato*; mox ita, ἐὰν γὰρ προσέλθῃς, δήξεταί σε· *ſi enim acceſſeris, mordebit te.* Ed. Compl. προσέλθῃς αὐτῇ, δήξεταί σε.

℣. 3. Concinit Auguſt. Speculum unà cum Gr. Apud Fulg. verò l. de rem. pecc. c. 27. p. 381. ſic: *Et quaſi dentes leonis in vorando, interficient te.*

℣. 4. Ita in Aug. Speculo, & Græco.

℣. 5. In Gr. breviùs: Καταλαλιὰ καὶ ὕβρεις ἐρημώσουσι πλοῦτον· ὕβρις ὑπερηφάνου ἐρημωθήσεται· *Vehemens objurgatio & contumelia annullabunt ſubſtantiam: ſic domus ſuperbi vaſtabitur.* In Mſ. S. Germ. 15. *Cataplectatio & injuria adnullabunt ſubſtantiam: ſic ſubſtantia ſuperbiæ eradicabitur.*

℣. 6. A Græco abeſt τὸ *perveniet*; tum ſequitur: καὶ τὸ κρίμα αὐτῦ κατὰ σπουδὴν ἔρχεται, & *judicium ejus feſtinatò venit.* Mſ. S. Germ. 15. loco *perveniet*, leg. *veniet.* Itidem Corb. 1. tollit tamen *ejus*, poſt *aures.*

℣. 7. Eadem leguntur Græcè, exceptis his duobus, ἐν ἴχνει, *in veſtigio*, loco *veſtigium eſt*; ultimòque ἐν καρδίᾳ, *in corde*, loco *ad cor ſuum:* ed. Compl. hab. ἐν καρδίᾳ αὐτοῦ. Aug. in Spec. nil differt à Vulg.

℣. 8. Græc. hab. ἐν γλώσσῃ, *in lingua*, abſque adject. *audaci*; loco verò ſeqq. & *ſenſatus*, &c. ſic: ὁ δὲ γνώμων οἶδεν ἐν τῷ ὀλισθαίνειν αὐτόν, *ſenſatus autem novit cùm ille labitur.*

℣. 9. Sic eſt in Græco, exceptis his, ἐν χρήμασιν, *in pecuniis*, pro *impendiis*; ultimòque, εἰς χειμῶνα, *in hiemem.* Mſ. Germ. 15. habet, *quaſi qui colligat*; Gr. ὡς ὁ συνάγων.

℣. 10. Ita legit Fulg. l. 1. de remiſſ. pecc. c. 27. p. 381. nec refragatur Græc. niſi quòd hab. ἀνόμων, *iniquorum*, loco *peccantium.*

℣. 11. Sic eſt in Græco, præter hæc ult. ἐν ἐπ' ἐσχάτῳ αὐτῦς βόθρος ᾅδου, & *in noviſſimo illius foveæ inferni*, loco & *in fine illorum inferi*, & *tenebræ*, & *pœnæ*; in Mſ. S. Germ. 15. & *pœna.* Corb. 1. leg. ſup. *complantata lapidibus*; ſic etiam in Aug. Speculo: item in Mſ. S. Theod. cum hoc ſubſeq. & *in finem*; In Gr. ὡμαλισμένη ἐκ λίθων. Apud Fulg. l. 1. de rem. pecc. c. 27. p. 381. *Via peccantium plena offenſis*, & *in fine illorum*, &c. ut in Vulg.

℣. 12. Græc. loco *juſtitiam*, habet νόμον, *legem*; dein καταχρᾶται, *continet*, &c. ut ſup. Aug. Spec. Vulgatæ conſonat.

℣. 13. Græc. initio ipſo hab. Καί; extremò verò delet τὸ & *ſenſus.* Auguſt. Speculum Vulgatæ congruit.

℣. 14. Ita Græcè, ſi excipiatur vox ult. πανοῦργος, *aſtutus*, loco *ſapiens in bono.*

℣. 15. In Mſs. S. Theod. S. Germ. 15. & Corb. 1. *inſipientia eſt*, non *ſapientia*; ultimòque in Sangerm. & S. Theod. *ubi abundat amaritudo.* In Græco hæc leguntur ſola: Ἔστι πανουργία πλουτοῦσα ἀκρίαις, *Eſt aſtutia multiplicans amaritudinem.*

℣. 16. Itidem Græcè, detracto ult. verbo *permanet.* Auct. l. de XLII. mánſ. ap. Ambr. col. 16. d. ſic legit: *Cognitio ſapientis tanq. inundatio abundabit*, & *conſil. illius ſicut fons purus vitæ, quod cuſtodit à malo.* In ed. etiam Compl. ὡς πηγὴ ἁγνὴ ζωῆς.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

17. Cor fatui quaſi vas confractum, & omnem ſapientiam non tenebit.

18. Verbum ſapiens quodcunque audierit ſcius, laudabit, & ad ſe adjiciet: audivit luxurioſus, & diſplicebit illi, & projiciet illud poſt dorſum ſuum.

19. Narratio fatui quaſi ſarcina in via: nam in labiis ſenſati invenietur gratia.

20. Os prudentis quæritur in eccleſia, & verba illius cogitabunt in cordibus ſuis.

21. Tanquam domus exterminata, ſic fatuo ſapientia: & ſcientia inſenſati inenarrabilia verba.

22. Compedes in pedibus, ſtulto doctrina, & quaſi vincula manuum ſuper manum dextram.

23. Fatuus in riſu exaltat vocem ſuam: vir autem ſapiens vix tacitè ridebit.

24. Ornamentum aureum prudenti doctrina, & quaſi brachiale in brachio dextro.

25. Pes fatui facilis in domum proximi: & homo peritus confundetur à perſona potentis.

26. Stultus à feneſtra reſpiciet in domum: vir autem eruditus foris ſtabit.

27. Stultitia hominis auſcultare per oſtium: & prudens gravabitur contumeliâ.

28. Labia imprudentium ſtulta narrabunt: verba autem prudentium, ſtatera ponderabuntur.

29. In ore fatuorum cor illorum: & in corde ſapientium os illorum.

30. Dum maledicit impius diabolum, maledicit ipſe animam ſuam.

31. Suſurro coinquinabit animam ſuam, & in omnibus odietur: & qui cum eo manſerit, odioſus erit: tacitus & ſenſatus honorabitur.

NOTÆ.

℣. 17. Græc. initio hab. ἔγκατα, *interiora*, non *cor*; & poſt paulò, γνῶσιν, *ſcientiam*, non *ſapientiam*; cæt. ut in Vulg.

℣. 18. Mſ. S. Theod. non *quodcunque* fert, ſed *quod cùm*; Græc. ἐὰν, *ſi*; paulòque poſt Gr. jungit αὐτὸν, *illud*, verbo *laudabit*; ſubinde pro *diſplicebit*, & *projiciet*, hab. ἀπήρεσεν..... ἀπέρριψεν, *diſplicuit*..... *projecit*; cæt. ad verbum ut ſup. Auguſt. Speculum nil differt à Vulg. niſi quòd legit, *audiet luxurioſus*. In Mſ. Corb. 1. loco *ſcius*, eſt *inſcius*; at in Gr. ἐπισύμων. Apud Rufin. l. 2. de bened. Patr. p. 24. a. ſic: *Sapiens audiens verbum collaudat, & adjiciet ad illud.*

℣. 19. Ad verbum è Gr. præter τὸ *nam in labiis*, pro quo ἐπὶ δὲ χείλους, *in labio autem*. Auguſt. Speculum cum Vulg. concinit.

℣. 20. Græc. hab. ζητηθήσεται, *quæretur*; extremòque, διανοηθήσεται ἐν καρδίᾳ, *cogitabit in corde*; cæt. ut in Vulg. Mſ. Alex. cum Compl. διανοηθήσονται. Auguſt. Speculum nil diſcrepat à Vulg.

℣. 21. Eadem leguntur Græcè, niſi excipiatur verbum ἀνιχνίαστοι, loco *inenarrabilia*; Nobil. vertit, *non veſtigabilia.*

℣. 22. Concinit Auguſt. Speculum: nec refragatur Græc. niſi quòd legit num. plurali ἀνοήτοις, pro ſingul. *ſtulto*; Compl. ἀνοήτῳ. Mſ. Corb. 1. extremò hab. *ſuper manum dexteræ.*

℣. 23. Sic eſt in Græco, niſi quòd pro *ſapiens*, legitur πανοῦργος, *aſtutus*; & in fine, μειδιάσει, *ſubridebit.* Auguſt. Speculum Vulgatæ congruit. Mſs. S. Theod. S. Germ. 15. & Corb. 1. ſcribunt, *inaltat*, non *exaltat*; Gr. ἀνυψοῖ.

℣. 24. Itidem Græcè, poſito uno ὡς, *ſicut*, ante *ornamentum.* Auguſt. Speculum convenit cum Vulg.

℣. 25. Græcè loco *facilis*, habetur ταχύς, *velox*; delentur autem voces *proximi*, & *potentis*; cætera quadrant. Apud Ambroſ. l. de exhort. virg. col. 296. f. ſic: *Pes enim fatui facilis in domum proximi: qui autem ſapiens eſt, verecundatur.* In Mſ. S. Theod. *homo imperitus confundetur.*

℣. 26. Ita Græcè, exceptis his duobus, θύρας, *januas*, pro *feneſtra*; & παρακύψει, *reſpicit*, pro *reſpiciet.*

℣. 27. Similiter in Græco, niſi excipiatur vox 1. ἀσχημοσύνη, *inſcitia*, *imperitia*, pro *ſtultitia*. Mſ. S. Germ. 15. hab. *Stultitiam hominis audire per oſtium.*

℣. 28. Græc. loco prioris ſententiæ habet: Χείλη ἀλλοτρίων ἐν τύποις βαρυθήσεται, *Labia alienorum in his gravabuntur*; reliqua ut in Vulg. Chromat. Aquil. in Matt. p. 982. d. legit: *Labia imprudentium ſtulta narrabunt: & ſtaterâ appenditur verbum prudentis.*

℣. 29. Ita legit Aug. in Speculo. Hilar. in Pſ. 51. n. 7. col. 72. e. & inf. *In ore ſtultorum cor eorum eſt.* Ita quoque in Græco; ſequitur verò: καρδία δὲ σοφῶν, &c. *cor autem ſapientum*, &c. ſed in Compl. ἐν δὲ καρδίᾳ σοφῶν, &c.

℣. 30. Sic eſt in Gr. ut & ap. Auguſt. in Speculo. In Mſ. S. Theod. *impius diabolo.*

℣. 31. Multò pauciora in Græco, nempe: Μολύνει τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν ὁ ψιθυρίζων, καὶ ἐν παροικήσει μισηθήσεται· *Suſurro coinquinat animam ſuam*, & *in cohabitatione odietur*; reliqua deſunt. In Mſ. S. Germ. 15. legitur *ſuſurrio*; ſubinde cùm in ipſo, tum in Mſs. S. Theod. & Corb. 1. deeſt *cum eo*, ante verbum *manſerit*: deeſt pariter in Aug. Speculo.

CAPUT XXII.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. IN lapide luteo lapidatus eſt piger, & omnes loquentur ſuper aſpernationem illius.

2. De ſtercore boum lapidatus eſt piger: & omnis, qui tetigerit eum, excutiet manus.

3. Confuſio patris eſt de filio indiſciplinato: filia autem in deminoratione fiet.

4. Filia prudens hæreditas viro ſuo: nam quæ confundit, in contumeliam fit genitoris.

5. Patrem & virum confundit audax, & ab impiis non minorabitur: ab utriſque autem inhonorabitur.

6. Muſica in luctu importuna narratio: flagella & doctrina in omni tempore ſapientia.

7. Qui docet fatuum, quaſi qui conglutinat

NOTÆ.

℣. 1. Sic apud Auguſt. in Spec. Græcè verò ita: Λίθῳ ἠρλακωμένῳ συνεβλήθη ὀκνηρὸς, καὶ πᾶς ἐκσυρεῖ ἐπὶ τῇ ἀτιμίᾳ αὐτοῦ. *Lapidi conſpurcato comparatus eſt piger, & omnis exſibilabit in ignominiam illius.*

℣. 2. Græc. Βολίτῳ κοπρίων (Mſ. Alex. κοπρίῳ) συνεβλήθη ὀκνηρὸς· πᾶς ὁ ἀναιρούμενος αὐτὸν, ἐκτινάξει χεῖρα. *Stercori boum de ſterquiliniis comparatus eſt piger: omnis qui tollit illud, excutiet manum.*

℣. 3. Concinit Græc. nili quòd hab. in fine, γίνεται, *fit*, non *fiet*; & ſup. ἐν γενήσει ἀναιδεύτου, loco *de filio indiſciplinato*, quod idem valet. Mſs. S. Germ. 15. & Corb. 1. ferunt, *in filia autem in*, &c. Mſ. S. Theod. *in filia autem factus in*, &c.

℣. 4. Concinit Auguſt. Speculum: nec abſimilia in Gr. exceptis his, κληρονομήσει ἀνὴρ αὐτῆς, *hæreditabit virum ſuum*, loco *hæreditas viro ſuo*; deinde ἡ, pro *nam*; & εἰς λύπην, *in triſtitiam*, pro *in contumeliam*, abſque verbo *fit*. Mſ. Corb. 1. habet, *in contumelia fit.*

℣. 5. In Græco abeſt verſic. medius, *ab impiis non minorabitur*, cum ſeq. conjunct. *autem*; cætera quadrant. Auguſt. Speculum Vulgatæ conſonat, niſi quòd hab. *qua audax eſt*, è Gr. ἡ θρασεῖα.

℣. 6. Ita legit Aug. in Spec. nec aliter in Græco, excepto genit. caſu σοφίας, *ſapientiæ*, pro nominativo *ſapientia*. Apud Auct. op. imp. in Matth. hom. 51. p. 215. d. ſic: *doctrina & flagella in omni tempore.*

℣. 7. Græcè deeſt *quaſi qui*. Auguſt. in Spec. Vulgatæ favet. In Mſs. S. Germ. 15. & S. Theod. *quaſi*

Digitized by Google

teſtam.

8. Qui narrat verbum non audienti, quaſi qui excitat dormientem de gravi ſomno.

9. Cum dormiente loquitur qui enarrat ſtulto ſapientiam: & in fine narrationis dicit: Quis eſt hic?

Inſ. 38. 16. 10. Supra mortuum plora, defecit enim lux ejus: & ſupra fatuum plora, deficit enim ſenſus.

11. Modicum plora ſupra mortuum, quoniam requievit.

12. Nequiſſimi enim nequiſſima vita ſuper mortem fatui.

Gen. 50. 10. 13. Luctus mortui ſeptem dies: fatui autem & impii, omnes dies vitæ illorum.

14. Cum ſtulto ne multùm loquaris, & cum inſenſato ne abieris.

15. Serva te ab illo, ut non moleſtiam habeas, & non coinquinaberis peccato illius.

16. Deflecte ab illo, & invenies requiem, & non acediaberis in ſtultitia illius.

17. Super plumbum quid gravabitur? & quod illi aliud nomen quàm fatuus?

Prov. 27. 3. 18. Arenam, & ſalem, & maſſam ferri facilius eſt ferre, quàm hominem imprudentem, & fatuum, & impium.

19. Loramentum ligneum colligatum in fundamento ædificii non diſſolvetur: ſic & cor confirmatum in cogitatione conſilii.

20. Cogitatus ſenſati in omni tempore, metu non depravabitur.

21. Sicut pali in excelſis, & cæmenta ſine impenſa poſita contra faciem venti non permanebunt:

22. ſic & cor timidum in cogitatione ſtulti contra impetum timoris non reſiſtet.

23. Sicut cor trepidum in cogitatione fatui, omni tempore non metuet, ſic & qui in præceptis Dei permanet ſemper.

24. Pungens oculum deducit lacrymas: & qui pungit cor, profert ſenſum.

25. Mittens lapidem in volatilia, dejiciet illa: ſic & qui convitiatur amico, diſſolvit amicitiam.

26. Ad amicum etſi produxeris gladium, non deſperes: eſt enim regreſſus. Ad amicum

27. ſi aperueris os triſte, non timeas: eſt enim concordatio; excepto convitio, & improperio, & ſuperbia, & myſterii revelatione, & plaga doloſa: in his omnibus effugiet amicus.

28. Fidem poſſide cum amico in paupertate illius, ut & in bonis illius læteris.

29. In tempore tribulationis illius permane illi fidelis, ut & in hæreditate illius cohæres ſis.

30. Ante ignem camini vapor, & fumus ignis inaltatur: ſic & ante ſanguinem male-

NOTÆ.

qui conglutinat, &c. in Corb. 1. *glutinet*; Gr. συγκολλῶν.

℣. 8. Græc. ſimpliciter hab. ἐξεγείρων καθεύδοντα, &c. omiſſis his prioribus, *Qui narrat verbum non audienti, quaſi qui.* Auguſt. in Spec. legit: *Qui narrat verbum non attendenti, quaſi qui*, &c. Ita quoque eſt in Mſ. S. Germ. 15.

℣. 9. Auguſt. Speculum tollit voces duas *ſapientiam*, & *narrationis*. Græcè ita: Διηγούμενος νυσάζοντι, ὁ διηγούμενος μωρῷ· ἐν ἐσχάτῃ συντελείᾳ ἐρεῖ· Τί ἐστιν; *Enarrat dormitanti, qui enarrat ſtulto: & in fine dicet: Quid eſt?* In Mſ. S. Germ. 15..... *qui enumerat ſtulto: & in fine dicit: Quis eſt hic?*

℣. 10. In Auguſt. Speculo utrinque *deficit*; ultimæque voci *ſenſus*, præponitur *ei*; at in Græco bis ἐξέλιπε, *defecit*, abſque medio *ejus*; cætera ut in Vulg. In Mſ. S. Germ. 15. bis *defecit*, ut in Gr. in Mſ. verò S. Theod. *deficit..... deficit enim ſenſu*; Gr. σύνεσις, Mſ. Alex. σύνεσιν. Apud Ambr. l. de Tob. c. 1. col. 592. b. *Super mortuum plora.*

℣. 11. Ita de Græco, præter 1. *modicum*, pro quo ἥδιον, *jucundius*; in Mſ. Alex. ἧσσον. Apud Aug. in Spec. ut in Vulg.

℣. 12. Concordat Auguſt. Speculum: Græcè verò ita: Τῷ δὲ μωρῷ ὑπὲρ θάνατον ἡ ζωὴ πονηρά. *Fatui autem ſuper mortem vita mala.*

℣. 13. Auguſt. in Spec. legit *ſeptem diebus*, non *dies*; cæt. ut ſup. Gr. ἑπτὰ ἡμέραι; ultimòque ζωῆς αὐτοῦ, *vitæ ejus*; at in Mſ. Alex. ἀυτῶν, ut in Vulg. Mſ. S. Germ. 15. hab. & *impio*, loco & *impii*. Auguſt. q. 173. in Gen. to. 3. 422. a. *Luctus mortui ſeptem dierum: ſatui autem omnes dies vitæ ejus.* Ruric. l. 2. epiſt. ep. 45. p. 576. f. *Luctus ſapientis ſeptem diebus: impii verò omnes dies vitæ ſuæ.*

℣. 14. Græc. Μετὰ ἄφρονος μὴ πλείονα λόγον, ἐν πρὸς ἀσύνετον μὴ πορεύου. *Cum ſtulto ne multiplices ſermonem, & ad inſenſatum non eas.* Mſ. S. Germ. 15. *Cum ſtulto non multùm conloquaris.*

℣. 15. Græc. loco poſteriorum, & *non coinquinaberis peccato illius*, hab. ἐν ᾧ μὴ μολυνθῇς ἐν τῷ ἐπιταγμῷ αὐτοῦ, & *non coinquineris in concuſſione illius.* Mſ. S. Theod. & *non inquinaveris in peccato illius.* S. Germ. 15. *in pactu illius.*

℣. 16. Conſonat Græc. Mſ. S. Theod. hab. & *non acidiaveris*, &c. S. Germ. 15. addit *in ſtultitiam illius*; Gr. ἐν ᾧ μὴ ἀκηδιάσῃς ἐν τῇ, &c.

℣. 17. Itidem Græcè. In Mſ. S. Germ. 15. deeſt *quid*, ante *gravabitur*.

℣. 18. Græc. delet ultima iſta, & *fatuum*, & *impium*; cæt. quadrant. In Mſs. S. Germ. 15. & S. Theod. eſt *portare*, non *ferre*; in Gr. ἀστεγκτεῖν.

℣. 19. Unum diſcrepat à Græco, videlicet τὸ *in fundamento ædificii*, pro quo habetur, εἰς οἰκοδομὴν, *in ædificium*, *in concuſſione*. In Mſ. S. Theod. ita: *Sicut loramentum..... colligatum fundamento ædificii non diſſolvitur, ſic*, &c. item in Sangerm. 15. deeſt *in*, ante *fundamento*.

℣. 20. Mſ. S. Germ. 15. *Cogitatus ſenſati in omni tempore, vel metu non pravabitur*; Mſ. S. Theod. *vel metu non depravabitur*. Græc. Ἐν καιρῷ ἐπιλόγου καρδία πρασμένη ἐπὶ διανοίας σύνεσιν. *In tempore non metuet cor firmatum in cogitatione intellectûs.*

℣. 21. Mſ. S. Germ. 15. *Sicut pali in excelſis*, & *cimenta inimpenſa*, &c. Alter verò S. Theod. *Sicut ornatus arenoſus in pariete*, & *ſicut palea in excelſis*, &c. ut ſup. Græc. Ὡς κόσμος ψαμμωτὸς τοίχῳ ξυσῷ, χάραξ ἐπὶ μετεώρῳ κείμενοι κατέναντι ἀνέμου ἐ μὴ ὑπομείνωσι. *Sicut ornatus arenoſus parietis limpidi, pali in excelſo poſiti contra faciem venti non permanebunt.*

℣. 22. Concinit Græc. niſi quòd initio tollit &; & loco *impetum timoris*, hab. παντὸς φόβου, *omnem timorem*. Ed. Ald. ipſo initio hab. ὕτως καὶ; Mſ. verò S. Theod. in fine, *non reſiſtet omni tempore.*

℣. 23. Hic verſus totus abeſt in Græco. Mſ. S. Theod. in principio hab. *ſic* & *cor.*

℣. 24. Eadem leguntur Græcè, præter unum fut. κατάξει, *deducet*, pro *deducit*; in ed. Ald. καθαίρει; in Mſ. S. Germ. 15. *deducens*, extremòque *proferet*; Gr. ἐκφαίνει.

℣. 25. Auguſt. Speculum ultimò hab. *diſſolvet amicitiam*; cæt. ut in Vulg. Auguſtini Speculo Græc. favet, niſi quòd loco *dejiciet*, ponit ἀφοσιοῖ, *abigit*, tollitque ſeq. conjunct. *ſic*; in ed. Compl. ἀφοσιώσει.

℣. 26. Ita in Auguſt. Speculo, ſicut etiam in Græco.

℣. 27. In Græco deſideratur vox *triſte*, ut & iſta *convitio*; item inf. deeſt *omnibus*; ponitur verò πᾶς, *omnis*, ante ult. *amicus*; cæt. ut in Vulg. Auguſt. in Spec. ab eadem Vulg. nil differt. Mſ. S. Germ. 15. initio hab. *ſi aperuerit os triſte*; & inf. Mſ. S. Theod. *eſt enim concordatio ad amicum.*

℣. 28. Mſs. S. Germ. 15. & S. Theod. hab. *Fidem poſſide cum proximo*, &c. ita quoque eſt in Græco cum reliquis; deeſt tamen ibid. vox *illius*, poſt hanc, *paupertate*; & pro *lateris*, habetur ὁμοῦ πλουτῆς, *ſimul implearis*; ſed in Mſ. Alex. ac ed. Compl. εὐφρανθῆς.

℣. 29. Eadem ſunt in Græco, exceptis vocibus, *illius*, & *fidelis*, quæ deſunt. In Mſ. S. Theod. ſic: *Et in tempore tribulationis..... ut* & *hæreditati illius cohæres ſis.*

℣. 30. Græcè iſta leguntur ſola: Πρὸ πυρὸς ἀτμὶς καμίνου, ἐν καιρῷ· οὕτως πρὸ αἱμάτων λοιδορία.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

dicta, & contumeliæ, & minæ.

31. Amicum ſalutare non confundar, à facie illius non me abſcondam : & ſi mala mihi evenerint per illum, ſuſtinebo.

32. Omnis qui audiet, cavebit ſe ab eo.

33. Quis dabit ori meo cuſtodiam, & ſuper labia mea ſignaculum certum, ut non cadam ab ipſis, & lingua mea perdat me? Pſalm. 140. 3.

NOTÆ.

℣. 31. Conſonat Græc. niſi quòd pro *ſalutare*, habet ἐκτεάσαι, *protegere*; additque ἐγὼ poſt *confundar*; deletque ult. *ſuſtinebo*. Ambroſ. l. 2. off. col. 79. e. 80. e. legit : *Amicum ſalutare non erubeſcam, & à facie illius non me abſcondam : & ſi mala mihi evenerint per illum, ſuſtineo :* & l. 3. off. col. 139. c. e. *Amicum ſalutare non erubeſcas : & ſi mala mihi evenerint propter amicum, ſuſtineo :* vide etiam l. 1. col. 46. a. In Mſs. Sangerm. 15. & S. Theod. *Amicum ſalutare non confundaris, & à facie illius*, &c.

℣. 32. Græc. Πᾶς ὁ ἀκούων φυλάξεται ἀπ' αὐτοῦ.

℣. 33. Græc. initio habet, Τίς δώσει μοι ἐπὶ στόμα μου, &c. *Quis dabit mihi in ore meo ;* ſubinde παντὸργον, *aſtutum*, loco *certum ;* & pro *ab ipſis*, ἀπ' αὐτῶν, *ab illis*, nimirum *linguâ ;* cæt. ut in Vulg. Auguſt. in Spec. eidem Vulg. conſonat ad verbum : at l. de Gra. & l. arb. to. 10. 734. d. legit : *Quis dabit in ore meo cuſtodiam, & ſuper labia mea ſignac. aſtutum, ne ſortè cadam ab eo, & lingua*, &c. Ambroſius l. de exhort. virg. col. 296. f. 297. a. *Quis dabit diſciplinæ meæ cuſtodiam, & ſupra labia mea ſignac. certum, ne cadam ab illis, & lingua mea perdat me ?* & in Pſ. 38. col. 855. f. *Quis mihi dabit... labiorum meorum ſignaculum ?* Auct. l. de XLII. manſ. ap. Ambr. col. 17. e. *Quis dabit mihi ſuper os meum cuſtodiam, & ſuper labia mea ſignaculum ?* Mſs. S. Germ. 15. & S. Theod. *ſignaculum certum, uti ne cadam ab ipſis.*

CAPUT XXIII.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. DOmine pater, & dominator vitæ meæ, ne derelinquas me in conſilio eorum : nec ſinas me cadere in illis.

2. Quis ſuperponet in cogitatu meo flagella, & in corde meo doctrinam ſapientiæ, ut ignorationibus eorum non parcant mihi, & non appareant delicta eorum,

3. & ne adincreſcant ignorantiæ meæ, & multiplicentur delicta mea, & peccata mea abundent, & incidam in conſpectu adverſariorum meorum, & gaudeat ſuper me inimicus meus ?

4. Domine pater, & Deus vitæ meæ, ne derelinquas me in cogitatu illorum.

5. Extollentiam oculorum meorum ne dederis mihi, & omne deſiderium averte à me.

6. Aufer à me ventris concupiſcentias, & concubitus concupiſcentiæ ne apprehendant me, & animæ irreverenti & infrunitæ ne tradas me.

7. Doctrinam oris audite filii : & qui cuſtodierit illam, non periet labiis, nec ſcandalizabitur in operibus nequiſſimis.

8. In vanitate ſua apprehenditur peccator, & ſuperbus & maledicus ſcandalizabitur in illis.

9. Jurationi non aſſueſcat os tuum, multi enim caſus in illa. Exod. 20. 7.

10. Nominatio verò Dei non ſit aſſidua in ore tuo, & nominibus Sanctorum non admiſcearis : quoniam non eris immunis ab eis. Matth. 5. 33.

11. Sicut enim ſervus interrogatus aſſiduè, à livore non minuitur : ſic omnis jurans, & nominans, in toto à peccato non purgabitur.

NOTÆ.

℣. 1. A Speculo Auguſt. abeſt hoc, *in conſilio eorum.* In Mſ. etiam S. Germ. 15. extremò legitur tantùm : *non derelinquas me : ne ſinas me cadere in illos.* In Mſ. verò S. Theod. *ne derelinquas me in conſilio illorum : nec ſinas me cadere in illa exprobratione.* Græc. Vulgatæ congruit, niſi quòd hab. μὴ ἀφῇς με, *non ſinas me ;* ſed Mſ. Alex. cum ed. Compl. ἐγὼ μὴ ἀφῇς.

℣. 2. Eadem refert Aug. in Spec. Ita quoque in Græco ſunt, niſi quòd voci *ignorationibus*, id præponitur, ἐπί ; & loco *eorum*, ponitur μου, dempto *mihi* poſt *parcant ;* item pro *appareant*, ſic, παρῇ, Nobil. *prætermittant.* Mſ. S. Theod. in principio hab. *Quis ſuperponit ;* & inf. *non parcat mihi.* Sangerm. 15. *Quis ſuperponet in me in cogitatu meo flagella ;* ultimòque, & *non pareant delicta illorum.* Ambroſ. in Pſ. 38. col. 855. f. *Quis mihi dabit cogitationum mearum flagella ?*

℣. 3. Auguſt. in Spec. initio ipſo tollit &, ut & inf. *meorum*, cum ſeq. *ſuper me.* Eadem quoque abſunt in Mſ. Sangerm. 15. hoc excepto, & *adincreſcant.* Græc. ὅπως μὴ πληθύνωσιν· paulo verò poſt abeſt τὸ & *multiplicentur delicta mea*, necnon inf. *meorum ;* cæt. ut in Vulg. Mſ. etiam S. Theod. tollit *ſuper me*, poſt *gaudeat ;* Græcè tamen ἐπιχαρεῖταί μοι.

℣. 4. Concinit Auguſt. Speculum : ſed à Græco abſunt iſta, *ne derelinquas me in cogitatu illorum.*

℣. 5. Græcè deſunt voces duæ, *meorum*, & *omne ;* cæt. ut in Vulg. Auguſt. in Speculo ab ipſa non differt ; at l. de Gr. & l. arb. to. 10. 734. f. legit : *concupiſcentiam averte à me*, è Gr. ἐπιθυμίαν.

℣. 6. Eadem refert Auguſt. in Spec. item l. 10. conf. to. 1. 186. d. leg. *Aufer à me concupiſcentias ventris :* ſic etiam epiſt. 130. to. 2. 391. a. & l. de geſt. Pelag. to. 10. 195. e. ſed hoc ult. loco addit, & *deſiderium concubitûs ne apprehendat me :* & l. de Gra. & l. arb. to. 10. 734. f. *Ventris appetitio*, & *concubitus ne apprehendat me.* S. Paulin. ep. 15. p. 88. a. & *concupiſcentia ventris non apprehendat te.* Ambroſ. l. de exhort. virg. col. 298. e. *Aufer à me Ventris concupiſcentiam*, & *concubitus cupiditatis ne apprehendat me.* Auct. l. de promiſſ. part. 2. c. 8. ap. Proſp. p. 132. d. *Spiritalis*, inquit, *petiit auferri à ſe ventris concupiſcentias.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 983. d. *Aufer à me ventris concubitus concupiſcentiam*, & *concubitus concupiſcentiæ non apprehendat me*, & *animæ irreverenti & infrenatæ ne tradideris me.* Græcè hæc tantùm leguntur : Κοιλίας ὄρεξις, ἡ συνουσιασμὸς μὴ καταλαβέτωσάν με, ἡ ψυχὴ ἀναιδεῖ μὴ παραδῷς με· *Ventris appetitio*, & *concubitus ne apprehendant me*, & *animæ irreverenti ne tradas me.*

℣. 7. In Mſ. S. Germ. 15. hic præfigitur titulus, *DOCTRINA ORIS :* hunc etiam præfert Græc. cum ſubſequentibus, niſi quòd delet vocem *illam*, ſubditque, ἐν μὴ ἁλῷ ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτοῦ, *non capietur in labiis ſuis*, omiſſis aliis. Auguſt. Speculum Vulgatæ accinit, juncta una voce *ſuis*, cum *labiis :* item in Mſ. S. Germ. 15. *non periet in labiis ſuis :* in Mſ. S. Theod. *non periet in labiis.*

℣. 8. Ita legit Auguſt. in Spec. ſed à Græco abeſt τὸ *in vanitate ſua*, pro quo in ed. Compl. exſtat ἐν τῇ ἀρρεσύνῃ ; utrinque verò καταληφθήσεται, *apprehendetur ;* & inf. pluraliter, σκανδαλισθήσονται, *ſcandalizabuntur.* Mſ. S. Germ. 15. hab. *apprehendatur..... ſcandalizabitur in illo ;* item in Mſ. S. Theod. *apprehendetur.*

℣. 9. Græcè, Ὅρκῳ μὴ ἐθίσῃς τὸ στόμα σε, *Jurationi non aſſueſacias os tuum ;* nec ſubſequuntur alia. Apud Chromat. Aquil. in Matth. p. 984. c. *Jurationi non aſſueſcat os tuum.* Similiter ap. Aug. in Spec. ſubnexis his : *multus enim caſus in illa.* Ita quoque in Mſ. S. Germ. 15. & S. Theod. Apud Auct. op. imp. in Matth. p. 67. d. *Non aſſueſcat juramento os tuum, multus enim caſus in illo.*

℣. 10. Eadem refert Aug. in Spec. at in Græco pauciora, nempe ſeqq. Καὶ ὀνομασία τε Ἁγίων μὴ συνεθίζῃς· *Et nominationi Sanctorum ne aſſueſcas.*

℣. 11. Ita Aug. in Speculo. Chromat. verò Aquil. in Matth. p. 984. c. legit : *Sicut autem ſervus flagellatus aſſiduè, à livore non minuitur : ſic omnis jurans, & negotians, à peccato non purgabitur.* Græc. Vulgatæ conſonat, niſi quòd hab. ἐλαττωθήσεται, *minuetur*, ut & ἡ,

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

12. Vir multùm jurans implebitur iniquitate, & non discedet à domo illius plaga.

13. Et si frustraverit, delictum illius super ipsum erit: & si dissimulaverit, delinquit dupliciter:

14. & si in vacuum juraverit, non justificabitur: replebitur enim retributione domus illius.

15. Est & alia loquela contraria morti, non inveniatur in hæreditate Jacob.

16. Etenim à misericordibus omnia hæc auferentur, & in delictis non volutabuntur.

17. Indisciplinatæ loquelæ non assuescat os tuum: est enim in illa verbum peccati.

18. Memento patris & matris tuæ, in medio enim magnatorum consistis:

19. ne fortè obliviscatur te Deus in conspectu illorum, & assiduitate tua infatuatus, improperium patiaris, & maluisses non nasci, & diem nativitatis tuæ maledicas.

2. Reg. 16. 7. 20. Homo assuetus in verbis improperii, in omnibus diebus suis non erudietur.

21. Duo genera abundant in peccatis, & tertium adducit iram, & perditionem.

22. Anima calida quasi ignis ardens, non extinguetur donec aliquid glutiat:

23. & homo nequam in ore carnis suæ, non desinet donec incendat ignem.

24. Homini fornicario omnis panis dulcis, non fatigabitur transgrediens usque ad finem.

25. Omnis homo qui transgreditur lectum suum, contemnens in animam suam, & dicens: Quis me videt? *Isai. 29. 15.*

26. tenebræ circumdant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circumspicit me: quem vereor? delictorum meorum non memorabitur Altissimus.

27. Et non intelligit quoniam omnia videt oculus illius, quoniam expellit à se timorem Dei hujusmodi hominis timor, & oculi hominum timentes illum:

28. & non cognovit quoniam oculi Domini multo plus lucidiores sunt super solem, circumspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi, & hominum corda intuentes in abscónditas partes.

29. Domino enim Deo antequam crearentur, omnia sunt agnita: sic & post perfectum respicit omnia.

30. Hic in plateis civitatis vindicabitur, & quasi pullus equinus fugabitur: & ubi non speravit, apprehendetur.

31. Et erit dedecus omnibus, eò quòd non intellexerit timorem Domini.

NOTÆ.

loco *omnis*, & διαπαντὸς, *semper*, pro *in toto*.

℣. 12. Accinunt Cypr. l. 3. Testim. p. 308. b. & Augustin. in Spec. una cum Græco. In Mſ. S. Theod. & *non discedat à domo*, &c.

℣. 13. Ita Aug. in Speculo: nec dissimilia Græc. habet, præter ista: ἐὰν παραμελήσῃ, *si deliquerit*, loco & *si frustraverit*; ac ἥμαρτε, *deliquit*, pro *delinquis*; in Mſ. S. Germ. 15. *delinquet*.

℣. 14. Cypr. l. 3. Testimon. p. 308. b. *Et si vanè juraverit, non justificabitur.* Augustin. Speculum concordat cum Vulg. Græc. uno tantùm differt, ἐπαγωγῶν, *obdulcionibus*, pro *retributione*.

℣. 15. Græc. Ἔστι λέξις ἀντιπεριβεβλημένη θανάτῳ, &c. *Est loquela induta morte*; reliqua ut in Vulg.

℣. 16. Similiter in Græco, præter hoc primum, Ἀπὸ γὰρ οἰκτιρμῶν, *A piis enim*, loco *Etenim à misericordibus*. Mſs. S. Germ. 15. & S. Theod. extremò habent, *non volutabunt*; Græc. οὐκ ἐγκυλισθήσονται.

℣. 17. Augustin. Speculum: *Indisciplinationi non assuescat os tuum: est enim in illa verbum peccati.* Carnut. cod. ejusd. Spec. *Indisciplinatè non assuescat*; Reg. *Indisciplinata jurationi, vel loquela*, &c. Chromat. Aquil. in Matth. p. 982. d. *Indisciplinata loquela non assuescat os tuum: est enim in illa tristitia delicti.* Mſ. S. Germ. 15. *Indisciplinosa non adsuescat*, &c. Mſ. S. Theod. *Indisciplinosa loquelæ*, &c. Græc. Ἀπαιδεύτου λέξεως ἀεὶρῆ μὴ συνεθίσῃς τὸ στόμα σου, &c. *Indisciplinationi temerariæ ne assuefacias os tuum*, &c. ut in Vulg.

℣. 18. Ita Aug. in Spec. nec aliud Græc. sonat.

℣. 19. Itidem in Aug. Speculo: in Mſ. S. Germ. 15. deest una vox *Deus*. Græcè ita: μήποτ' ἐπιλάθῃ ἐνώπιον αὐτῶν, καὶ τῇ ἀβιαμῷ σε μωραθῇς· καὶ θελήσεις εἰ μὴ ἐγεννήθης, καὶ τὴν ἡμέραν τῆς τοκετοῦ σε καταράσῃ· *nequando obliviosi tradaris in conspectu illorum, & consuetudine tua infatuaris; & voles non esse natus, & diem nativitatis tuæ maledicas.* Mſ. S. Germ. 15. *ne maledicas.*

℣. 20. Ita legit Aug. in Spec. Sic etiam in Græco est, detracta præp. *in*, ante *verbis*.

℣. 21. Græc. rursus delet *in*, ante *peccatis*; paulòque post hab. ἐπάξει, *adducet*, absque hoc ult. & *perditionem*. Augustini Spec. nil discrepat à Vulg.

℣. 22. Ad verbum è Græco, hoc ult. excepto, *aliquid glutiat*, pro quo simpliciter καταποθῇ, *deglutiatur*. Mſ. S. Theod. hab. *aliquid deglutiat*. Augustin. Speculum Vulgatæ congruit.

℣. 23. Ita Augustin. in Speculo. Græcè ita: Ἄνθρωπος πόρνος ἐν σώματι σαρκὸς αὐτοῦ, ἕως μὴ παύσηται ἕως ἂν ἐκκαύσῃ πῦρ· *Homo fornicarius in corpore carnis suæ, non desinet donec accenderit ignem.*

℣. 24. Prior sententia Græco consonat: posterior *non fatigabitur*, &c. sic habetur, ἕως μὴ κοπάσῃ ἕως ἂν τελευτήσῃ. Mſ. S. Germ. 15. *non cessabit transgrediens à lecto suo.*

℣. 25. Concinit Augustin. Speculum. Gr. ita: Ἄνθρωπος παραβαίνων ἀπὸ τῆς κλίνης αὐτοῦ, λέγων ἐν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ· Τίς μὲ ὁρᾷ; Ambros. l. 1. de interpel. Job, c. 3. col. 627. e. *Omnis homo transgrediens in lectu suo, contemnens, & dicens in anima sua: Quis me videt?* Auct. op. imp. in Matth. hom. 41. p. 170. c. *Omnis homo transgrediens in lecto suo, dicit: Quis me videt?*

℣. 26. Eadem præfert Mſ. Sangerm. 15. cum Aug. Spec. præter unum *vereor*, pro *vereor*; Græcè, τί ἐνλαβοῦμαι; *quid vereor?* non *quem*; cæt. ut in Vulg. nisi excipiatur verbum ὁρᾷ, *videt*, pro *circumspicit*. Ambr. l. de Isaac, c. 7. col. 377. a. legit: *tenebræ cooperiunt me, & parietes circumdant me, & quis scit si videt Altissimus?* &. l. 1. interpel. Job, c. 3. col. 627. e. *tenebræ circumdant me, & parietes: quem vereor?* &. in Ps. 35. col. 771. f. *tenebræ operiunt me, & circumdant parietes: quis scit an videat Dominus?* &. in Ps. 36. col. 783. c. *quis scit si videat Dominus?* &. in Ps. 118. col. 976. e. *tenebræ in circuitu, & parietes me operiunt: peccatorum meorum non erit memor Altissimus:* &. inf. col. 1073. & *tenebræ circumdant me, & parietes: quem vereor?* itidem epist. 30. col. 911. a. item l. 1. off. col. 16. a. & *tenebræ cooperiunt me, & parietes: quem vereor?* &. l. 1. Hexa. col. 22. d. *tenebræ, & parietes operiunt nos: & quis scit si videbit Altissimus?* Auct. op. imp. in Matth. hom. 41. p. 170. c. *parietes, & tenebræ circumdant me: quem verebor? non memorabitur Altissimus delictorum meorum.*

℣. 27. Augustin. Speculum: *Et non intelliget quoniam non videt oculus illius, quoniam expellet à se timorem Dei*, &c. ut sup. Mſ. Reg. Spec. *Et non intelligit quoniam videt.* Mſs. S. Germ. 15. & S. Theod. *Et non intelliget.* Græcè, posteriora tantùm verba exstant: καὶ ὀφθαλμοὶ ἀνθρώπων, ὁ φόβος αὐτοῦ, & *oculi hominum, timor ejus*; cæt. desiderantur.

℣. 28. Eadem refert Augustin. in Speculo. Vigil. autem Tapsi. l. contra Varimad. p. 735. e. sic legit: *Oculi Domini multò amplius lucidiores sunt sole, circumspiciunt omnes vias hominum, & profundum abyssi, & hominum corda intuentur, & abscónditas partes.* Mſ. S. Germ. 15. *in abscónsas partes.* Græc. Vulgatæ accedit, nisi quòd loco *multò plùs*, hab. μυριοπλασίως, *decies millies*; paulòque post, ἐπιβλέποντες, *inspicientes*, pro *circumspicientes*, detractis his, *profundum abyssi, & hominum corda.*

℣. 29. Græc. delet τὸ *Domino enim Deo*, præponitque αὐτῷ, *ei*, verbo *agnita*; loco verò seqq. *sic & post perfectum respicit omnia*, habet, ὕτως καὶ μετὰ τὸ συντελεσθῆναι, *sic & postquam consummata sunt.*

℣. 30. Græc. caret hoc membro, & *quasi pullus equinus fugabitur.* In Mſ. S. Theod. deest tantùm conjunct. & ; &c inf. legitur *sperabit.*

℣. 31. Hic versus desideratur in Græco. Apud Ambros. tamen, l. 1. off. col. 16. a. ita legitur: *Et erit dedecus, quòd non intellexerit timorem Dei.* Sic etiam in Mſ.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

Levit. 20.10. *Deut.* 22.22.

32. Sic & mulier omnis relinquens virum ſuum, & ſtatuens hæreditatem ex alieno matrimonio:

33. primò enim in lege Altiſſimi incredibilis fuit: ſecundò in virum ſuum deliquit: tertiò in adulterio fornicata eſt, & ex alio viro filios ſtatuit ſibi.

34. Hæc in eccleſiam adducetur, & in filios ejus reſpicietur.

35. Non tradent filii ejus radices, & rami ejus non dabunt fructum:

36. derelinquet in maledictum memoriam ejus, & dedecus illius non delebitur.

37. Et agnoſcent qui derelicti ſunt, quoniam nihil melius eſt quàm timor Dei; & nihil dulcius, quàm reſpicere in mandatis Domini.

38. Gloria magna eſt ſequi Dominum: longitudo enim dierum aſſumetur ab eo.

NOTÆ.

S. Germ. 15. interpoſita voce *omnibus*.

℣. 32. Sic eſt in Græco, detractis tamen vocibus tribus, *omnis*, & *ſuum*, & *matrimonio*.

℣. 33. Græc. ponit ℭ, ante voces *ſecundò*, & *tertiò*; deletque ultimum *ſibi*; cætera ſatis quadrant. In Mſs. S. Germ. 15. & S. Theod. ℭ *ſecundò virum ſuum dereliquit*.

℣. 34. Mſ. S. Theod. hab. *Hæc in eccleſia adducetur*. Gr. Αὕτη εἰς ἐκκλησίαν ἐξαχθήσεται· ultimòque ἐπισκοπὴ ἔσται, *viſitatio erit*, pro *reſpicietur*.

℣. 35. Græc. initio hab. Οὐ διαδώσουσι..... εἰς ῥίζαν, *Non diffundentur..... in radicem*; reliqua ut in Vulg.

℣. 36. Ita Græcè ad verbum. Mſs. S. Germ. 15. & S. Theod. leg. *derelinquent*; Nobil. *relinquetur in maled. memoria ejus*. Gr. καταλειφθήσεται εἰς, &c.

℣. 37. Conſonat Græc. niſi quòd extremò hab. προσέχειν, *attendere*, loco *reſpicere in*. Mſ. S. Theod. tollit *eſt*, poſt vocem *melius*.

℣. 38. Hic verſus haud ſequitur in Græco; exſtat tamen in ed. Compl. ubi loco *enim*, ponitur δὲ, & pro *aſſumetur*, τὸ προσληφθῆναί σε, *aſſumi te*, &c.

CAPUT XXIV.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. SApientia laudabit animam ſuam, & in Deo honorabitur, & in medio populi ſui gloriabitur,

2. & in eccleſiis Altiſſimi aperiet os ſuum, & in conſpectu virtutis illius gloriabitur,

3. & in medio populi ſui exaltabitur, & in plenitudine ſancta admirabitur,

4. & in multitudine electorum habebit laudem, & inter benedictos benedicetur, dicens:

5. Ego ex ore Altiſſimi prodivi primogenita ante omnem creaturam:

6. Ego feci in cœlis ut oriretur lumen indeficiens, & ſicut nebula texi omnem terram:

7. Ego in altiſſimis habitavi, & thronus meus in columna nubis.

8. Gyrum cœli circuivi ſola, & profundum abyſſi penetravi, in fluctibus maris ambulavi,

9. & in omni terra ſteti: & in omni populo,

10. & in omni gente primatum habui:

11. & omnium excellentium & humilium corda virtute calcavi: & in his omnibus requiem quæſivi, & in hæreditate Domini morabor.

12. Tunc præcepit, & dixit mihi Creator omnium: & qui creavit me, requievit in tabernaculo meo,

13. & dixit mihi: In Jacob inhabita, & in Iſraël hæreditare, & in electis meis mitte radices.

14. Ab initio, & ante ſæcula creata ſum, & uſque ad futurum ſæculum non deſinam, & in habitatione ſancta coram ipſo miniſ- *Prov.* 8. 22.

NOTÆ.

℣. 1. Mſ. S. Germ. 15. hunc præfert titulum, *SAPIENTIÆ LAUS*: habetur etiam Græcè, ΑΙΝΕΣΙΣ ΣΟΦΙΑΣ, cum reliquis; hoc tamen medium, ℭ *in Deo honorabitur*, prorſus abeſt.

℣. 2. Ita in Gr. hoc excepto ſingul. ἐν ἐκκλησίᾳ, loco ℭ *in eccleſiis*.

℣℣. 3. & 4. His verſibus duobus Græc. caret. In Mſ. S. Theod. deeſt tantùm *ſui*, poſt vocem *populi*.

℣. 5. Ita legit Cypr. l. 2. Teſtim. p. 284. e. cum Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 730. d. Sic etiam ap. Lactant. l. 4. Inſtitut. c. 8. p. 574. niſi quòd deeſt vox *primogenita*. Apud Ambroſ. l. de bened. Patr. c. 11. col. 527. f. *Ex ore Altiſſimi prodivi*: itidem l. 1. & 4. de fide, col. 466. a. 537. a. & l. de Spir. S. col. 642. a. Succinit Auct. l. de fide orthod. ap. Ambr. col. 349. a. c. cum Phæbad. Agin. cont. Arian. p. 302. d. præmiſſâ tantùm voculâ *ego*. Similiter habetur Græcè, nec ibi ſubſequuntur iſta, *primogenita ante omnem creaturam*.

℣. 6. Poſteriora tantùm verba exſtant in Græco, nimirum, ἐγὼ ὡς ὀμίχλη κατεκάλυψα γῆν. Apud Cypr. l. 2. Teſtim. p. 284. c. omnia ut in Vulg. præter unam voculam *ſicut*, quæ deeſt. Sic etiam apud Lactant. l. 4. Inſtit. c. 8. p. 574. Apud Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 730. d. ita: *Ego feci ut in cœlo oriretur*..... ℭ *nebulâ texi*, &c. Item apud Maxim. Taurin. in homil. p. 25. g. *Ego feci ut oriretur in cœlo*.

℣. 7. Cypr. l. 2. Teſtim. p. 284. c. legit: *Ego in altis habitavi*, &c. ut ſupra. Similiter Lactant. l. 4. Inſtitut. c. 8. p. 574. cum Mſ. S. Germ. 15. Vigilius Tapſ. l. cont. Varim. p. 730. d. *Ego in excelſis habitavi*, &c. & inf. p. 738. c. *Ego ſapientia habitavi in altiſſimis*, &c. Mſ. S. Theod. *Ego in altis habito*, &c. Græc. Ἐγὼ ἐν ὑψηλοῖς κατεσκήνωσα, &c. ut in Vulg.

℣. 8. Cypr. l. 2. Teſtim. p. 284. c. *Gyrum cœli circuivi*, ℭ *in profundum abyſſi penetravi*, ℭ *in fluctibus maris ambulavi*. Vigil. Tapſ. cont. Varim. p. 730. d. ſimiliter habet, ℭ *in profundum abyſſi penetravi*; at omittit ſubſeqq. Mſ. S. Germ. 15. *Gyrum cœli circumivi ſola*, ℭ *in profundum*..... ℭ *in fluctibus maris amb.* Itidem in Mſ. S. Theod. excepto uno *circuivi*. Græcè: Γῦρον οὐρανοῦ ἐκύκλωσα μόνη, καὶ ἐν βάθει ἀβύσσων περιεπάτησα· ἐν κύμασι θαλάσσης, καὶ ἐν πάσῃ τῇ γῇ, &c.

℣. 9. Ita Cypr. l. 2. Teſtim. p. 284. c. In Gr. abeſt tantùm verbum *ſteti*. Apud Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 730. d. ſic: ℭ *in omni terra ſteti*: ℭ *in omni gente*, &c. ut inf.

℣. 10. Concinit Cypr. l. 2. Teſtim. p. 284. c. Vigil. verò Tapſ. l. cont. Varim. p. 730. d. addit, ℭ *populo principatum habui*. Græc. καὶ ἐθνει ἐκτησάμην, ℭ *gente poſſedi*.

℣. 11. Mſ. S. Theod. *excellentium* ℭ *ſublimium corda*..... *in hæreditate ejus morabor*: ſimiliter in Sangerm. 15. *in hæreditate ejus morabor*. Cypr. l. 2. Teſtim. p. 284. c. ℭ *omnium excellentium* ℭ *humilium corda propriâ virtute calcavi*: ſed hæc tota deſiderantur in Græco: proximè enim ibi ſequuntur iſta: μετὰ τῶν πάντων ἀνάπαυσιν ἐζήτησα, καὶ ἐν κληρονομίᾳ τίνος αὐλισθήσομαι.

℣. 12. Græc. delet τὸ ℭ *dixit*; & pro ult. *requievit in tabernac. meo*, hab. κατέπαυσε τὴν σκηνήν μου, *quieſcere fecit tabernaculum meum*; cæt. ut in Vulg. Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 740. e. 741. c. legit: *qui genuit me, requievit in tab. meo*.

℣. 13. Græc. tollit vocem *mihi*, cum his, ℭ *in electis meis mitte radices*; cæt. ut in Vulg.

℣. 14. Gr. in principio hab. Πρὸ τῶν αἰώνος ἀπ' ἀρχῆς ἔκτισέ με, *Ante ſæculum ab initio creavit me*; reliqua ut in Vulg. niſi quòd delet τὸ *futurum*, ut & conjunct. ℭ, poſt *deſinam*. In Mſs. S. Germ. 15. & S. Theod. *Ab ini-*

Digitized by Google

travi.
15. Et ſic in Sion firmata ſum, & in civitate ſanctificata ſimiliter requievi, & in Jeruſalem poteſtas mea.
16. Et radicavi in populo honorificato, & in parte Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine ſanctorum detentio mea.
17. Quaſi cedrus exaltata ſum in Libano, & quaſi cypreſſus in monte Sion:
18. quaſi palma exaltata ſum in Cades, & quaſi plantatio roſæ in Jericho:
19. Quaſi oliva ſpecioſa in campis, & quaſi platanus exaltata ſum juxta aquam in plateis.
20. Sicut cinnamomum & balſamum aromatizans odorem dedi: quaſi myrrha electa dedi ſuavitatem odoris:
21. & quaſi ſtorax, & galbanus, & ungula, & gutta, & quaſi libanus non inciſus vaporavi habitationem meam, & quaſi balſamum non miſtum odor meus.
22. Ego quaſi terebinthus extendi ramos meos, & rami mei honoris & gratiæ.
23. Ego quaſi vitis fructificavi ſuavitatem odoris: & flores mei fructus honoris & honeſtatis.
24. Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & ſanctæ ſpei.
25. In me gratia omnis viæ & veritatis, in me omnis ſpes vitæ & virtutis.
26. Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me, & à generationibus meis implemini:
27. Spiritus enim meus ſuper mel dulcis, & hæreditas mea ſuper mel & favum:
28. Memoria mea in generationes ſæculorum.
29. Qui edunt me, adhuc eſurient: & qui bibunt me, adhuc ſitient. *Joan. 6. 35.*
30. Qui audit me, non confundetur: & qui operantur in me, non peccabunt.
31. Qui elucidant me, vitam æternam habebunt.
32. Hæc omnia liber vitæ, & teſtamentum Altiſſimi, & agnitio veritatis.
33. Legem mandavit Moyſes in præceptis juſtitiarum, & hæreditatem domui Jacob, & Iſraël promiſſiones.
34. Poſuit David puero ſuo excitare regem ex ipſo fortiſſimum, & in throno honoris ſedentem in ſempiternum.
35. Qui implet quaſi Phiſon ſapientiam, & ſicut Tigris in diebus novorum. *Gen. 2. 11.*
36. Qui adimplet quaſi Euphrates ſenſum: qui multiplicat quaſi Jordanis in tempore meſſis. *Joſ. 3. 15.*
37. Qui mittit diſciplinam ſicut lucem, & aſſiſtens quaſi Gehon in die vindemiæ.
38. Qui perficit primus ſcire ipſam, & infirmior non inveſtigabit eam.
39. A mari enim abundavit cogitatio ejus, & conſilium illius ab abyſſo magna.
40. Ego ſapientia effudi flumina.
41. Ego quaſi trames aquæ immenſæ de fluvio, ego quaſi fluvii Dioryx, & ſicut aquæductus exivi de paradiſo:
42. dixi: Rigabo hortum meum plantationum, & inebriabo prati mei fructum.
43. Et ecce factus eſt mihi trames abun-

NOTÆ.

tio ante ſæculum creata ſum, &c.

℣. 15. Hæc ſola variant Græcè, & *in civitate ſanctificata ſimil. requievi*, pro quibus, ἐν πόλει ἡγιασμένῃ ὁμοίως με κατέπαυσεν, *in civitate dilecta ſimiliter quieſcere me fecit*; at in ed. Compl. ἐν πόλει ἡγιασμένῃ.

℣. 16. A Græco abſunt ult. iſta: & *in plenitudine ſanctorum detentio mea*; ſupra verò loco *Dei mei*, ſimpliciter *Kυρίυ*, *Domini*, abſque præced. &.

℣. 17. Sic eſt in Græco, hoc ult. excepto, ἐν ὄρεσιν Ἀερμών, *in montibus Aermon*; in Mſ. Alex. ἐν ὄρει.

℣. 18. Græc. pro *Cades*, hab. αἰγιαλοῖς, *litoribus*, (ed. Compl. Γαδδί, al. Γαδδοῖς,) deinde, ὡς φυτὰ, &c. & *quaſi planta*, &c. ut ſup.

℣. 19. Græc. ſingulariter hab. ἐν πεδίῳ, *in campo*, prætermiſſis his in fine, *juxta aquam in plateis*.

℣. 20. Græcè loco *balſamum aromatizans*, legitur ἀσπάλαθος ἀρωμάτων, *aſpalathus aromatum*, additurque ὡς, poſt 1. *dedi*; cæt. ut in Vulg. In Mſ. Sangerm. 15. & *aſpaltum aromatizans*.

℣. 21. In Gr. multò pauciora exſtant, videlicet: ὡς χαλβάνη, ὡς ὄνυξ, ὡς σαχθὴ, ὡς λιβάνου ἀτμὶς ἐν σκηνῇ· i. e. *ſicut galbanum*, & *ungula*, & *gutta*, & *quaſi libani vapor in tabernaculo*.

℣. 22. Eadem ſunt in Græco, repetita voce κλάδοι, *rami*, poſt *rami mei*; in ed. Compl. non geminatur.

℣. 23. Ita Græcè, præter vocem χάριν, *gratiam*, loco *ſuavitatem odoris*; ultimòque πλούτου, *divitiarum*, loco *honeſtatis*: ed. Compl. non χάριν habet, ſed εὐωδίαν. Mſ. S. Theod. extremò leg. *fructus odoris* & *honeſtatis*; Græcè verò conſtanter, καρπὸς δόξης, &c.

℣℣. 24. & 25. non habentur in Græco. In Mſ. S. Germ. 15. *In me gratia omnis vitæ*, non *via*. Apud Cypr. l. 2. Teſtim. p. 284. e. *in me omnis ſpes vitæ & virtutis*.

℣. 26. Græc. Προσέλθετε πρὸς μὲ οἱ, &c. *Accedite ad me qui*, &c. ut in Vulg. Cypr. l. 2. Teſtim. p. 284. e. *Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me*. Itidem Auct. op. imp. in Matth. hom. 28. p. 120. e. ſed proximè addit: *Spiritus meus ſuper mel dulcis*, de ℣. ſeq.

℣. 27. Eadem ſunt in Græco, præter duo, μνημόσυνον, *memoria*, loco *ſpiritus*; & in fine, ὑπὲρ μέλιτος κηρίου, *ſuper mellis favum*: at in Mſ. Alex. ὑπὲρ μέλιτος ἐν κηρίῳ.

℣. 28. Deeſt totus in Græco. Mſ. S. Theod. extremò hab. *in generatione ſæculorum*.

℣. 29. Conſonat Græc. ad verbum. Chromat. Aquil. in Matth. p. 978. h. legit: *Qui me manducant, adhuc eſurient*: & *qui me bibent, adhuc ſitient*. Mſ. Corb. 1. *eſurimus*, non *eſurient*.

℣. 30. Ita Græcè. In Breviar. Mozar. ad Dom. 1. Advent. ultimò *non peccant*.

℣. 31. Hic verſiculus non legitur in Græco. Breviar. Moz. hab. *vitam æt. poſſidebunt*.

℣. 32. Græcè ſimpliciter: Ταῦτα πάντα βίβλος διαθήκης Θεοῦ ὑψίστου. *Hæc omnia liber teſtamenti Dei altiſſimi*.

℣. 33. Rurſum pauciora in Gr. nempe, Νόμον, ὃν ἐνετείλατο Μωυσῆς, κληρονομίαν συναγωγαῖς Ἰακώβ. *Legem, quam mandavit Moyſes, hæreditatem ſynagogis Jacob*.

℣. 34. His omnibus Græcum caret. Breviar. Moz. cum Mſ. S. Theod. tollit &, poſt *fortiſſimum*.

℣. 35. Eadem ſunt in Græco. In Brev. Moz. *Qui implevit quaſi Phiſon ſcientiam*.

℣. 36. Ita Græcè, excepta conjunct. ὡς, loco *qui multiplicat*; ſubinde ἐν ἡμέραις, *in diebus*, pro *in tempore*, quod idem ſonat.

℣. 37. Concinit Græc. niſi quòd pro *mittit*, hab. ἐκφαίνων, *emittit*, abſque ſeq. & *aſſiſtens*. In Mſ. S. Theod. *quaſi Gyon*; deinde in Brev. Moz. *in diebus vindemiæ*, ſicut in Gr.

℣. 38. Græc. Οὐ συνετέλεσεν ὁ πρῶτος γνῶναι αὐτὴν, ὡς ἔτως ὁ ἔσχατος ἐξιχνίασεν αὐτήν. *Non conſummavit primus ſcire illam*, & *ſic ultimus non inveſtigavit eam*: item in Breviar. Moz. *inveſtigavit*.

℣. 39. Itidem Græcè. Breviar. Moz. & Mſ. S. Theod. hab. *conſil. ipſius in abyſſo magna*.

℣. 40. Hic verſiculus abeſt in Græco.

℣. 41. Mſ. S. Theod. *Ego quaſi trames aquæ immenſæ deſluo, ego quaſi fluvius Dorix*, &c. Brev. Moz. *Ego trames aquæ in meſſe deſluo, ego quaſi fluvius Dorix*, &c. item in Mſ. Sangerm. 15. *quaſi fluvius Dorix*. Græcè breviùs de more: Κἀγὼ ὡς διώρυξ ἀπὸ ποταμοῦ, καὶ ὡς ὑδραγωγὸς ἐξῆλθον εἰς παράδεισον· i. e. *Et ego quaſi foſſa de flumine*, & *ſicut aquæductus exivi in paradiſum*.

℣. 42. Ambroſ. in Pſ. 43. col. 886. a. *dixi: Rigabo hortum meum*. Græc. etiam tollit vocem *plantationum*; & loco *prati mei fructum*, hab. μου τὴν τερπνότητα, *meum pratum*; Mſs. Corb. 1. & S. Theod. cum Breviar. Moz. *partus mei fructum*.

℣. 43. Mſ. S. Germ. 15. *Et ecce facta eſt mihi trames*,

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

dans, & fluvius meus appropinquavit ad mare:
44. quoniam doctrinam quasi antelucanum illumino omnibus, & enarrabo illam usque ad longinquum.
45. Penetrabo omnes inferiores partes terræ, & inspiciam omnes dormientes, & illuminabo omnes sperantes in Domino.
46. Adhuc doctrinam quasi prophetiam effundam, & relinquam illam quærentibus sapientiam, & non desinam in progenies illorum usque in ævum sanctum.
47. Videte quoniam non soli mihi laboravi, sed omnibus exquirentibus veritatem. *Inf.* 33. 18.

NOTÆ.

& *fluvius meus propinquabit ad mare*; Ms. S. Theod. *propinquavit*. Græc. Καὶ ἰδὺ ἐγένετό μοι ὁ ποταμός εἰς θάλασσαν· *Et ecce facta est mihi fossa in fluvium*, & *fluvius meus factus est in mare*.

℣. 44. Græc. ἔτι (Compl. ὅτι) παιδείαν ὡς ὄρθρου φωτιῶ, καὶ ἐκφανῶ αὐτὰ ἕως εἰς μακράν, Compl. αὐτήν· *adhuc doctrinam quasi antelucanam illuminabo*, & *ostendam ea usque in longinquum*; Ms. S. Germ. 15. *usque in longinquo*; Corb. 1. & S. Theod. *usque in longinquum*: Brev. Moz. sup. *quasi lucem illuminabo*, &c.

℣. 45. Ita legit Vigil. Tapsi. l. cont. Varimad. p. 733. b. detracta tamen voce triplici *omnes*; loco etiam *in Domino*, hab. *in eum*. In Ms. S. Germ. 15. ac Brev. Moz. deest pariter *omnes*, ante *inferiores*, & ante *sperantes*; in Corb. 1. & S. Theod. ante *inferiores* tantùm. Apud Auct. op. imp. in Matth. hom. 1. p. 42. e. sic est: *Descendam ad inferiores partes terræ*, & *visitabo omnes dormientes*, & *illuminabo sperantes in Deum*. In Græco absunt tota.

℣. 46. Græcè leguntur hæc sola: Ἔτι διδασκαλίαν εἰς προφητείαν ἐκχεῶ, καὶ καταλείψω αὐτὴν εἰς γενεὰς αἰώνων· *Adhuc doctrinam quasi prophetiam effundam*, & *relinquam illam in generationes sæculorum*. Similiter ap. Ambros. in Ps. 43. col. 886. a. *Et adhuc doctrinam quasi prophetiam effundam*. In Ms. Corb. 1. deest *in*, ante *progenies*.

℣. 47. Totidem verba in Græco, præter ult. ἀυτὴν, *eam*, loco *veritatem*. Ms. S. Theod. leg. *Videte quoniam non solum mihi laboravi*, &c.

CAPUT XXV.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. IN tribus placitum est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hominibus:
2. Concordia fratrum, & amor proximorum, & vir & mulier bene sibi consentientes.
3. Tres species odivit anima mea, & aggravor valde animæ illorum:
4. Pauperem superbum: divitem mendacem: senem fatuum & insensatum.
5. Quæ in juventute tua non congregasti, quomodo in senectute tua invenies?
6. Quàm speciosum canitiei judicium, & presbyteris cognoscere consilium!
7. Quàm speciosa veteranis sapientia, & gloriosis intellectus, & consilium!
8. Corona senum multa peritia, & gloria illorum timor Dei.
9. Novem insuspicabilia cordis magnificavi, & decimum dicam in lingua hominibus:
10. Homo, qui jucundatur in filiis, vivens & videns subversionem inimicorum suorum.
11. Beatus qui habitat cum muliere sensata, & qui lingua tua non est lapsus, & qui non servivit indignis se. *Inf.* 26. 1. *Sup.* 14. 1. & 19. 16.
12. Beatus, qui invenit amicum verum, & qui enarrat justitiam auri audienti. *Jac.* 3. 2.
13. Quàm magnus, qui invenit sapientiam, & scientiam! sed non est super timentem Dominum:
14. timor Dei super omnia se superposuit:
15. beatus homo, cui donatum est habere timorem Dei: qui tenet illum, cui assimilabitur?
16. Timor Dei initium dilectionis ejus: fidei autem initium agglutinandum est ei.
17. Omnis plaga, tristitia cordis est: & omnis malitia, nequitia mulieris.

NOTÆ.

℣. 1. Ms. S. Theod. hab. & *quæ sunt probata*, &c. Græc. Ἐν τρισὶν ὡραίσθην, καὶ ἀνέστην ὡραία ἐναντι Κυρίου καὶ ἀνθρώπων. *In tribus decora facta sum*, & *surrexi decora coram Domino & hominibus*.

℣. 2. Concordat Græcum: à Mss. Sangerm. 15. & S. Theod. abest *bene*.

℣. 3. Græc. initio hab. Τρία δὲ, *Tres autem*; extremòque, καὶ προσώχθισα ὁράσει τῇ ζωῇ ἀνδρῶν, & *indignatus sum valde vitæ illorum*.

℣. 4. Mss. Sangerm. 15. Corb. 1. & S. Theod. ponunt &, ante voces 2. *divitem*, & *senem*: Gr. pariter hab. καὶ πλούσιον ψεύστην, dein γέροντα μοιχὸν ἐλαττούμενον συνέσει, *senem adulterum diminutum intelligentiâ*.

℣. 5. Ms. S. Germ. 15. sic habet: *In juventute tua non congregasti*, & *quomodo invenies eam in senectute tua?* Similiter in Corb. 1. præter vocem *eam*, quæ deest. Ita quoque in Græco. In Ms. S. Theod. & *quomodo invenies ea in senectute tua?* Apud Ambr. l. de ob. Val. col. 1177. e. *Quæ in juventute non congregasti, quomodo invenies in senectute?* Apud August. in Spec. omnia ut in Vulg.

℣. 6. Sic habet August. Spec. unà cum Græco. Mss. S. Germ. 15. & S. Theod. scribunt *canitiæ*; præterea hic addit & *à presbyteris*; Græc. πολιαῖς..... καὶ πρεσβυτέροις, &c.

℣. 7. Itidem in August. Speculo; nec aliter in Gr. nisi excipiatur genitiv. γερόντων, pro dat. *veteranis*.

℣. 8. Sic ap. Aug. in Speculo, ut etiam in Gr. excepta voce ult. Κυρίου, loco *Dei*; in Ms. etiam S. Theod. *timor Domini*.

℣. 9. Græc. Ἐννέα ὑπενοήμαλα ἐμακάρισα ἐν καρδίᾳ, καὶ τὸ δέκατον ἐρῶ ἐπὶ γλώσσης· *Novem cogitationes beatificavi in corde*, & *decimam dicam in lingua*.

℣. 10. Sic est in Græco, dempta ult. voce *suorum*; quæ pariter abest in Mss. Sangerm. 15. & Corb. 1. loco verò *subversionem*, sic, ἐπὶ πτώσει.

℣. 11. Ita in Græco, nisi quòd pro *linguâ suâ*, simpliciter est ἐν γλώσσῃ; & pro *indignis*, ἀναξίῳ, *indigno*. Ms. S. Germ. 15. hab. *Beatus qui inhabitat*..... & *qui in lingua*, &c. similiter in Ms. S. Theod. & *qui in lingua*.

℣. 12. Eadem refert Cypr. l. 3. Testim. p. 326. at in Græco sic: Μακάριος ὃς εὗρε φρόνησιν, καὶ ὁ διηγούμενος εἰς ὦτα ἀκουόντων· *Beatus qui invenit prudentiam*, & *qui narrat in aures audientium*. Apud Hieron. de opt. gen. interpret. to. 4. 248. b. *Beatus qui in aures loquitur audientis*.

℣. 13. Ad verbum è Græco, eo excepto, & *scientiam*, quod abest. Ms. S. Germ. 15. extremò hab. *super timentes Deum*; Ms. S. Theod. *super timentem Deum*.

℣. 14. Græc. φόβος Κυρίου ὑπὲρ πᾶν ὑπερέβαλεν. Hieron. in Isai. 50. to. 3. 363. e. *timor Domini omnia superat*. Aug. verò in Spec. cum Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 15. b. *timor Domini super omnia se superposuit*. Sic etiam in Ms. S. Theod. deleto uno *se*.

℣. 15. Sic habetur in August. Speculo, nisi quòd initio deest *homo*, & inf. loco *tenet*, legitur *timet*. Itidem in Ms. S. Theod. Abest etiam vox *homo* à lib. 1. & 2. de voc. gent. c. 24. & 27. p. 15. b. 31. b. ut & à Mss. S. Germ. 15. & Corb. 1. In Græco posteriora solùm exstant, ὁ κρατῶν αὐτῷ τίνι ὁμοιωθήσεται; Eò forsan spectant quæ refert ex Salom. Auctor l. de sing. cleric. ap. Cypr. p. 521. b. *Beatus vir, qui veretur omnia per metum*.

℣. 16. Hic versus non habetur in Græco; legitur tamen in ed. Compl. sed cum hoc ult. discrimine, πίστις δὲ, ἀρχὴ κολλήσεως αὐτῷ, *fides autem, initium agglutinationis ejus*.

℣. 17. Hic versus Græcè non legitur.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

18. Et omnem plagam, & non plagam videbit cordis:
19. & omnem nequitiam, & non nequitiam mulieris:
20. & omnem obductum, & non obductum odientium:
21. & omnem vindictam, & non vindictam inimicorum.
22. Non eſt caput nequius ſuper caput colubri:
Prov. 21. 19. 23. & non eſt ira ſuper iram mulieris. Commorari leoni & draconi placebit, quàm habitare cum muliere nequam.
24. Nequitia mulieris immutat faciem ejus: & obcæcat vultum ſuum tanquam urſus: & quaſi ſaccum oſtendit. In medio proximorum ejus
25. ingemuit vir ejus, & audiens ſuſpiravit modicùm.
26. Brevis omnis malitia ſuper malitiam mulieris, ſors peccatorum cadat ſuper illam.
27. Sicut aſcenſus arenoſus in pedibus veterani, ſic mulier linguata homini quieto.
28. Ne reſpicias in mulieris ſpeciem, & non concupiſcas mulierem in ſpecie. Inf. 42. 6.
29. Mulieris ira, & irreverentia, & confuſio magna.
30. Mulier ſi primatum habeat, contraria eſt viro ſuo.
31. Cor humile, & facies triſtis, & plaga cordis, mulier nequam.
32. Manus debiles, & genua diſſoluta, mulier quæ non beatificat virum ſuum.
33. A muliere initium factum eſt peccati, & per illam omnes morimur. Gen. 3. 6.
34. Non des aquæ tuæ exitum, nec modicum; nec mulieri nequam veniam prodeundi.
35. Si non ambulaverit ad manum tuam, confundet te in conſpectu inimicorum.
36. A carnibus tuis abſcinde illam, ne ſemper te abutatur.

NOTÆ.

℣. 18. In Gr. deeſt 1. conjunct. &, cum verbo penult. *videbit*.

℣. 19. Itidem Græcè.

℣. 20. Græc. πᾶσαν (Mſ. Alex. ἢ πᾶσαν) ἐπαγωγὴν, ἢ μὴ ἐπαγωγὴν, &c.

℣. 21. Sic eſt in Græco.

℣. 22. A Græco abeſt tantùm vox *nequius*.

℣. 23. Eadem leguntur Græcè, hoc excepto duplici, ἐχθρῷ, *inimici*, loco *mulieris*; & εὐδοκήσω, *placebit mihi*, loco *placebit*.

℣. 24. Ita in Græco, niſi quòd loco *urſus*, habetur σάκκον, *ſaccum*, abſque ſeqq. & *quaſi ſaccum oſtendit*. In Mſ. Alex. ἄρκος; in ed. Compl. ἄρκτος. Item ſup. Mſ. S. Germ. 15. hab. *obcæcabit*; Corb. 1. & S. Theod. *obcæcavit*; præterea in Mſ. S. Theod. deeſt vox ult. *ejus*.

℣. 25. Græc. initio hab. ἀναπεσεῖται, *concidet*, pro *ingemuit*; ultimòque πικρά, *amarè*, loco *modicùm*; legiſſe videtur Interpres, μικρόν.

℣. 26. Similiter in Græco, excepto ſingul. ἁμαρτωλῷ, loco plural. *peccatorum*.

℣. 27. Totidem verba in Græco, excepto adverb. *ſicut*, quod abeſt; deeſt pariter in Mſ. S. Theod. at in ed. Compl. eſt, Ὡς ἀνάβασις, &c.

℣. 28. Ita Auguſt. in Spec. detractâ præpoſ. *in*, ante vocem *mulieris*. Græc. initio hab. Μὴ περιπάτει ἐπὶ, &c. *Ne procidas ad*, &c. ut in Vulg. dempto tamen hoc ult. *in ſpecie*.

℣. 29. Sic eſt in Græco, detracta tamen 1. voce *mulieris*.

℣. 30. Græc. addit, γυνὴ ἐὰν ἐπιχορηγῇ τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς, *mulier ſi ſubminiſtret viro ſuo*.

℣. 31. Ita legitur Græcè. In Mſs. Sangerm. 15. S. Theod. & Corb. 1. *plaga mortis*, *mulier nequam*.

℣. 32. In Græco deeſt *mulier*, legiturque μακαριεῖ, *beatificabit*, non *beatificat*; cæt. ut in Vulg.

℣. 33. Ita Græcè, detracto uno *factum eſt*. Apud Aug. l. 6. cont. Jul. to. 10. 706. f. *A muliere initium eſt peccati, & propter illam morimur omnes*. Auct. l. de ſing. cleric. ap. Cypr. p. 522. b. *A muliere factum eſt initium peccati, & propter hanc omnes morimur*; Græc. ἢ δι' αὐτὴν, &c.

℣. 34. Græcè deeſt vox *tua*, ut & ſeq. *nec modicum*; loco verò ult. *veniam prodeundi*, Gr. hab. ἐξουσίαν, *poteſtatem*; ſola Compl. παῤῥησίαν ἐξόδου.

℣. 35. Græc. caret his poſtremis, *confundet te in conſpectu inimicorum*; priora verò ut ſup. In Mſ. S. Germ. 15. & *confundet te*, abſque his, *in conſp. inimicorum*.

℣. 36. Græc. hoc ult. membrum omittit, *ne ſemper te abutatur*; cujus loco ed. Compl. addit, Λίαν ἢ ἀκόλουσον; cæt. ut in Vulg.

CAPUT XXVI.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. MUlieris bonæ beatus vir: numerus enim annorum illius duplex.
2. Mulier fortis oblectat virum ſuum, & annos vitæ illius in pace implebit.
3. Pars bona, mulier bona, in parte timentium Deum dabitur viro pro factis bonis:
4. divitis autem & pauperis cor bonum, in omni tempore vultus illorum hilaris.
5. A tribus timuit cor meum, & in quarto facies mea metuit:
6. Delaturam civitatis, & collectionem populi,
7. calumniam mendacem, ſuper mortem, omnia gravia:
8. dolor cordis & luctus, mulier zelotypa.
9. In muliere zelotypa flagellum linguæ, omnibus communicans.
10. Sicut boum jugum, quod movetur, ita & mulier nequam: qui tenet illam, quaſi qui apprehendit ſcorpionem.

NOTÆ.

℣. 1. Ita Græcè, exceptis his, ἢ ἀριθμὸς τῶν ἡμερῶν αὐτῆς διπλάσιος, & *numerus dierum ejus duplex*; Mſs. S. Germ. 15. Corb. 1. & S. Theod. *annorum illorum duplex*.

℣. 2. Sic eſt in Græco, demptâ voculâ *vitæ*, quam tamen ed. Compl. addit.

℣. 3. Græcè deſunt hæc ult. verba, *viro pro factis bonis*; cæt. quadrant. Mſs. Sangerm. 15. S. Theod. & Corb. 1. habent *in parte bona*.

℣. 4. Eadem ſunt in Græco, detracta penult. voce *illorum*. Mſ. S. Theod. initio ſcribit: *divites autem & pauperes*, &c. veterum codd. more.

℣. 5. Ita Græc. habet, præter hoc ult. προσώπω ἐδεήθην, *facie ſupplicavi*; at in Mſ. Alex. ac ed. Compl. προσέπεσον ἐφοβήθην.

℣. 6. Conſonat Græcum.

℣. 7. Mſs. S. Theod. S. Germ. 15. & Corb. 1. hab. & *calumniam mendacem*, &c. Græc. καὶ καλαψευσμὸν..... πάντα μοχθηρά.

℣. 8. Concordat Græcum.

℣. 9. Græcè ſimpliciter, Ἐπὶ γυναικὶ, deinde ἢ μάστιξ, &c. ut ſupra. Mſs. S. Germ. 15. & S. Theod. *In muliere infideli flagellum*, &c.

℣. 10. Ita in Græco, detracto adverb. 1. *ſicut*, cum ſeq. *ita* &. In Mſ. S. Germ. *ita & mulierem nequam..... apprehendas*; in Corb. 1. *ita & mulier eſt nequam..... apprehendet*; in Mſ. S. Theod. *apprehendat*.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

11. Mulier ebrioſa, ira magna: & contumelia, & turpitudo illius non tegetur.

12. Fornicatio mulieris in extollentia oculorum, & in palpebris illius agnoſcetur.

Inſ. 42. 11. 13. In filia non avertente ſe, firma cuſtodiam: ne inventâ occaſione utatur ſe.

14. Ab omni irreverentia oculorum ejus cave, & ne mireris ſi te neglexerit:

15. ſicut viator ſitiens, ad fontem os aperiet, & ab omni aqua proxima bibet, & contra omnem palum ſedebit, & contra omnem ſagittam aperiet pharetram donec deficiat.

16. Gratia mulieris ſedulæ delectabit virum ſuum, & oſſa illius impinguabit.

17. Diſciplina illius, datum Dei eſt.

18. Mulier ſenſata & tacita, non eſt immutatio eruditæ animæ.

19. Gratia ſuper gratiam, mulier ſancta & pudorata.

20. Omnis autem ponderatio non eſt digna continentis animæ.

21. Sicut ſol oriens mundo in altiſſimis Dei, ſic mulieris bonæ ſpecies in ornamentum domûs ejus:

22. lucerna ſplendens ſuper candelabrum ſanctum, & ſpecies faciei ſuper ætatem ſtabilem.

23. Columnæ aureæ ſuper baſes argenteas, & pedes firmi ſuper plantas ſtabilis mulieris.

24. Fundamenta æterna ſuper petram ſolidam, & mandata Dei in corde mulieris ſanctæ.

25. In duobus contriſtatum eſt cor meum, & in tertio iracundia mihi advenit:

26. Vir bellator deficiens per inopiam: & vir ſenſatus contemptus:

27. & qui tranſgreditur à juſtitia ad peccatum, Deus paravit eum ad rhomphæam.

28. Duæ ſpecies difficiles & periculoſæ mihi apparuerunt, difficilè exuitur negotians à negligentia: & non juſtificabitur caupo à peccatis labiorum.

NOTÆ.

℣. 11. Auguſtini Spec. extremò hab. *non contegetur* cum Mſs. S. Germ. Corb. & S. Theod. Item ap. Ambroſ. l. de Elia, c. 18. col. 556. *Mulier ebrioſa, ira magna.* Sic etiam in Gr. ſed inverſo ordine; deinde, καὶ ἀτιμωσύνην αὐτῆς ὁ συγκαλύψει, & *turpitudinem ſuam non conteget*, abſque hoc med. & *contumelia.*

℣. 12. Ita legunt Ambroſ. l. de apol. Dav. col. 710. f. & Auguſt. in Spec. nec diſſimilia Græcum habet.

℣. 13. Concordat Aug. Speculum; nec abſimilia exſtant Græcè, præter vocem ἄνεσιν, *remiſſione*, pro *occaſione.* Mſ. S. Theod. hab. ſup. *firma cuſtodia*, non *cuſtodiam.*

℣. 14. Ambroſ. de apol. Dav. col. 710. f. *Ab omni irreverenti oculo cave:* at l. de exhort. virg. col. 296. d. *Ab omni irreverenti oculis cave: & ſi ad tempus præterieris quaſi viator.* Auguſt. in Spec. *Ab omni irreverentia oculorum cave*, &c. ut in Vulg. Mſs. S. Germ. 15. S. Theod. & Corb. 1. *Ab omni irreverentia oculis cave.* Græc. Ὀπίσω ἀναιδοῦς ὀφθαλμῷ φύλαξαι, καὶ μὴ θαυμάσῃς ἐὰν εἰς σὲ πλημμελήσῃ· *Poſt irreverentem oculum cave, & ne mireris ſi in te deliquerit.*

℣. 15. Ambroſ. de exhort. virg. col. 296. d. *quaſi viator, tamen os ſuum aperit, & ab omni aqua proxima bibet;* (Mſs. non pauci, *bibe.*) Græc. delet τὸ *ad fontem*, ſicut &, poſt *bibet;* item *omnem*, ante *ſagittam*, cum hoc ult. *donec deficiat;* loco verò *aperiet*, hab. ἀνοίγει, *aperit;* cæt. ut in Vulg. Mſ. S. Germ. 15. extremò leg. *donec deficiet.*

℣. 16. Concinit Auguſt. Speculum. A Græco abeſt vox *ſedulæ;* verbo autem *impinguabit*, jungitur ibid. ἡ ἐπιστήμη αὐτῆς, *ſcientia ejus;* apud Aug. *diſciplina illius*, de ℣. ſeq.

℣. 17. Auguſt. Specul. ſic pergit: *Datus Dei, mulier ſenſata & tacita.* Itidem in Mſs. S. Germ. 15. & Corb. 1. in Mſ. S. Theod. *Datum Dei, mulier*, &c. Græcè, Δόσις Κυρίου, γυνὴ σιγηρά.

℣. 18. Græc. ſubdit, καὶ οὐκ ἔστιν ἀνταλλαγμα, &c. ut ſupra. Ita quoque in Speculo Auguſt. ſed abſque & in fronte.

℣. 19. Concinit Auguſt. Speculum. In Græco abeſt iſta vox *ſancta*, cum ſeq. & *ſi* at in ed. Compl. eſt, γυνὴ αἰσχυνηρὰ καὶ πιστή.

℣. 20. Ita legit Aug. in Speculo. Græcè ita: Καὶ οὐκ ἔστι σταθμὸς πᾶς ἄξιος ἐγκρατοῦς ψυχῆς. *Et non eſt pondus omne dignum continentis animæ.*

℣. 21. Mſs. S. Theod. & Corb. 1. *Sicut ſol oriens in mundo altiſſimis Dei, ſic*, &c. Sangerm. 15. *mundo & in altiſſimis Dei*, &c. Græc. Ἥλιος ἀναλάμπων ἐν ὑψίσοις Κυρίου, καὶ κάλλος ἀγαθῆς γυναικὸς ἐν κόσμῳ οἰκίας αὐτῆς· i. e. *Sol exoriens in altiſſimis Domini, & ſpecies mulieris bonæ in ornamento domus ſuæ.* Mſ. Alex. ultimò habet αὐτῆς, non αὐτοῦ.

℣. 22. Eadem ſunt in Græco, niſi hoc excipiatur ult. ἐπὶ ἡλικίᾳ σαφίμῃ, *in ætate ſtabili.*

℣. 23. Græc. Στύλοι χρύσεοι ἐπὶ βάσεως ἀργυρᾶς, καὶ πόδες ὡραῖοι ἐπὶ σίφροις εὐσταθῆς. *Columnæ aureæ ſuper baſim argenteam, & pedes decori in pectoribus ſtabilis:* ed. Compl. hab. ἐπὶ σίφροις εὐσταθίου· uti ſup. ἐπὶ βάσεσιν ἀργυραῖς.

℣. 24. Hæc tota prætermittuntur in Græco. Apud Severum presb. ep. 2. Miſcell. to. 1. p. 343. ſic: *Fundamenta aterna ſuper terram ſolidata, & mandata Domini in corde mulieris ſanctæ.*

℣. 25. Totidem verba in Græco.

℣. 26. Ultima tantùm variant in Græco, nimirum, καὶ ἄνδρες συνετοὶ, ἐὰν σωφρονισθῶσιν, & *viri ſenſati, ſi contemnantur.*

℣. 27. Græc. ἐπαναγων ἀπὸ δικαιοσύνης..... ὁ Κύριος ἑτοιμάσει εἰς ῥομφαίαν αὐτόν. Auguſt. Speculum Vulgatæ accinit ad verbum.

℣. 28. In Gr. hæc habentur ſola: Μόλις ἐξελεῖται ἔμπορος ἀπὸ πλημμελείας· καὶ ὁ δικαιωθήσεται κάπηλος ἀπὸ ἁμαρτίας. *Vix exuetur negotians à delicto: & non juſtificabitur caupo à peccato.*

CAPUT XXVII.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. PRopter inopiam multi deliquerunt: & qui quærit locupletari, avertit oculum ſuum.

2. Sicut in medio compaginis lapidum palus figitur, ſic & inter medium venditionis & emptionis anguſtiabitur peccatum.

3. Conteretur cum delinquente delictum.

4. Si non in timore Domini tenueris te inſtanter, citò ſubvertetur domus tua.

5. Sicut in percuſſura cribri remanebit pul-

NOTÆ.

℣. 1. Græc. initio habet, Χάριν ἀδιαφόρου, *Propter indifferens*, loco *Propter inopiam;* extremòque ἀποστρέψει ὀφθαλμόν, *avertet oculum;* ſola ed. Compl. addit αὐτῆς; Aug. Spec. *avertit ocul. ſuum*, ut in Vulg.

℣. 2. A Græco abſunt voculæ duæ, *ſicut*, & *ſic;* & pro *figitur*, exſtat παγήσεται, *figetur;* cæt. quadrant. In Mſs. S. Germ. 15. & Corb. 1. *Si in medio compaginis*, &c. in Corb. *figatur;* in utroque *anguſtiabitur peccatis;* Græc. συνελεύσεται ἁμαρτία. Mſ. S. Theod. Corbeienſi conſonat.

℣. 3. Hic verſiculus omittitur in Græco. In Auguſt. Speculo deeſt tantùm *cum delinquente.* Ita quoque in Mſ. S. Germ. 15.

℣. 4. Eadem leguntur in Auguſt. Speculo: nec aliter in Græco, exceptis his duobus, κεφαλήσῃ, *tenueris ſe*, pro *tenueris te;* extremòque, αὐτῆς ὁ οἶκος, *ejus domus*, loco *domus tua.*

℣. 5. Mſ. Corb. 1. *Si in pertuſura;* S. Germ. 15. & S. Theod. *Sicut in pertuſura cribri remanebit ſtercus, ſic aperia*, &c. Auguſt. Specul. juxta Mſs. *Sicut in pertun-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

vis, ſic aporia hominis in cogitatu illius.

6. Vaſa figuli probat fornax, & homines juſtos tentatio tribulationis.

7. Sicut ruſticatio de ligno oſtendit fructum illius, ſic verbum ex cogitatu cordis hominis.

8. Ante ſermonem non laudes virum: hæc enim tentatio eſt hominum.

9. Si ſequaris juſtitiam, apprehendes illam: & indues quaſi podêrem honoris, & inhabitabis cum ea, & proteget te in ſempiternum, & in die agnitionis invenies firmamentum.

10. Volatilia ad ſibi ſimilia conveniunt: & veritas ad eos, qui operantur illam, revertetur.

11. Leo venationi inſidiatur ſemper: ſic peccata operantibus iniquitates.

12. Homo ſanctus in ſapientia manet ſicut ſol: nam ſtultus ſicut luna mutatur.

13. In medio inſenſatorum ſerva verbum tempori: in medio autem cogitantium aſſiduus eſto.

14. Narratio peccantium odioſa, & riſus illorum in deliciis peccati.

15. Loquela multùm jurans, horripilationem capiti ſtatuet: & irreverentia ipſius obturatio aurium.

16. Effuſio ſanguinis in rixa ſuperborum: & maledictio illorum auditus gravis.

17. Qui denudat arcana amici, fidem perdit, & non inveniet amicum ad animum ſuum.

18. Dilige proximum, & conjungere fide cum illo.

19. Quòd ſi denudaveris abſconſa illius, non perſequêris poſt eum.

20. Sicut enim homo, qui perdit amicum ſuum, ſic & qui perdit amicitiam proximi ſui.

21. Et ſicut qui dimittit avem de manu ſua, ſic dereliquiſti proximum tuum, & non eum capies:

22. non illum ſequaris, quoniam longè abeſt: effugit enim quaſi caprea de laqueo: quoniam vulnerata eſt anima ejus:

23. ultra eum non poteris colligare. Et maledicti eſt concordatio:

24. denudare autem amici myſteria, deſperatio eſt animæ infelicis.

25. Annuens oculo fabricat iniqua, & nemo eum abjiciet:

26. in conſpectu oculorum tuorum condulcabit os ſuum, & ſuper ſermones tuos admirabitur: noviſſimè autem pervertet os ſuum, & in verbis tuis dabit ſcandalum.

27. Multa odivi, & non coæquavi ei, & Dominus odiet illum.

28. Qui in altum mittit lapidem, ſuper caput ejus cadet: & plaga doloſa, doloſi dividet vulnera.

NOTÆ.

ſura cribri, &c. ut in Vulg. Græc. Ἐν σαλεύσει κοσκίνου διαμένει κόπρια, οὕτως σκύβαλα ἀνθρώπου ἐν λογισμῷ αὐτοῦ. *In percuſſura cribri remanet ſimus, ſic quiſquilia hominis in cogitatione ejus.*

℣. 6. Accinunt magno conſenſu Cypr. l. de mortal. p. 237. c. & epiſt. ad Fortun. p. 267. b. & l. 3. Teſtim. p. 305. c. Auguſt. in Speculo, & l. 2. de Gen. to. 1. 679. e. 703. d. & epiſt. 140. to. 2. 436. c. & quæſt. 90. in Exod. to. 3. 451. b. & l. 2. de ſerm. Dom. in monte, col. 212. e. & Gaud. Brix. præf. ad Benev. p. 944. d. Caſſiod. verò in Pſ. 93. p. 316. c. legit: *Argentum probat ignis, & homines acceptos tentatio tribulationis.* Gr. Σκεύη κεραμέως δοκιμάζει κάμινος, ἄνθρωπος δὲ διαλογισμῷ αὐτοῦ· *Vaſa figuli probat fornax, & tentatio hominis in ſermocinatione ejus.*

℣. 7. Mſ. Corb. 1. extremò hab. *ſic & verbum ex cogitatu hominis cordis.* S. Germ. 15. *ſic verbum excogitatum hominis cordis*; item in Aug. Spec. *hominis cordis.* In Græco: Γεώργιον ξύλῳ ἐκφαίνει ὁ καρπὸς αὐτοῦ, οὕτως λόγος ἐνθυμήματος καρδίας ἀνθρώπῳ. *Culturam ligni oſtendit fructus illius, ſic verbum cogitationis cordis hominis*; Nobil. *ſic verbum excogitatum hominis cor.* Mſ. Alex. καρδία ἀνθρώπων, ed. Compl. ἐν καρδίᾳ.

℣. 8. Auguſt. Spec. *non collaudes virum*; Græc. μὴ ἐπαινέσῃς ἄνδρα; cæt. ut in Vulg.

℣. 9. Græc. priora tantùm verba refert, Ἐὰν διώκῃς τὸ δίκαιον, καταλήψῃ· καὶ ἐνδύσῃ αὐτὸ ὡς ποδήρη δόξης· reliqua prorſus omittit. Aug. Specul. cum Vulgata concinit ad verbum.

℣. 10. Eadem ſunt in Græco, excepto uno καλαύσει, *diverſetur*, pro *conveniunt*. Auguſt. Specul. nil omnino differt à Vulg.

℣. 11. Græc. delet adverb. *ſemper*; loco verò *iniquitates*, hab. ἄδικα, *iniqua*; Compl. κακίαν. Auguſt. Spec. *iniquitatem*, cum Mſ. S. Theod. cæt. ut in Vulg.

℣. 12. Concinit Aug. Speculum, niſi quòd extremò leg. *immutatur*, cum Mſs. Germ. 15. S. Theod. & Corb. 1. at Aug. epiſt. 55. to. 2. 130. f. hab. *Sapiens ſicut ſol permanet: ſtultus autem ſicut luna mutatur.* Græc. Δίκαιος οὐσεῖται διαπαντὸς σοφία· ὁ δὲ ἄφρων ὡς σελήνη ἀλλοιοῦται. Ambroſ. in Pſalm. 36. col. 807. e. *Narratio juſti ſemper ſapientia: ſtultus autem ſicut luna mutatur*: poſteriora etiam verba repetit l. de Nab. c. 8. col. 575. f. & l. 4. Hex. col. 77. b. & epiſt. 37. col. 931. c.

℣. 13. Suffragatur Aug. Speculum: nec diſſimile quidpiam in Gr. præter unum καιρὸν, *tempus*, loco *verbum temperi*. Mſs. Corb. 1. & S. Theod. initio hab. *in medio ſenſatorum*; Græc. verò conſtanter ἀσυνέτων.

℣. 14. Sic etiam Græcè, præter unum μωρῶν, *ſtultorum*, loco *peccantium*. Auguſt. in Spec. pro *deliciis*, legit *delictis* cum Mſs. S. Germ. 15. & Corb. 1. at in Gr. conſtanter σπατάλῃ. Mſ. S. Theod. hab. *ex delictis*.

℣. 15. Concinit Aug. Speculum. Græcè verò ita: Λαλιὰ πολυόρκου ὀρθώσει τρίχας· καὶ ἡ μάχη αὐτῶν ἐμφραγμὸς ὠτίων. *Loquela multùm jurantis, arriget capillos: & jurgium eorum obturatio aurium*: Mſ. Corb. 1. ſcribit, *obripilationem*; & inf. Mſ. S. Theod. *ſtatuit*.

℣. 16. Græcè deeſt tantùm *in*, ante *rixa*. In Spec. Aug. omnia ut in Vulg.

℣. 17. Græc. delet vocem *amici*, & pro *perdit*, hab. ἀπώλεσε, *perdidit*; cæt. ut in Vulg. Mſs. S. Theod. & S. Germ. 15. ferunt *perdet fidem*. Aug. Speculum Vulgatæ reſpondet ad verbum.

℣. 18. Ita Aug. in Spec. Ita quoque Græc. habet præter unum φίλον, *amicum*; loco *proximum*.

℣. 19. Auguſt. Specul. hab. cum Mſ. S. Theod. *non perſequaris*, è Græco, μὴ καταλιώξῃς: cætera ut in Vulg.

℣. 20. Ita in Aug. Speculo, præter hoc, *ſic qui perdit*; ita quoque in Mſs. S. Germ. 15. S. Theod. & Corb. 1. omiſſo med. & ſ; at in Græco ſic: Καθὼς γὰρ ἀπώλεσεν ἄνθρωπος τὸν ἐχθρὸν αὐτοῦ, οὕτως ἀπωλέσας τὴν φιλίαν τοῦ πλησίον. *Sicut enim perdidit homo inimicum ſuum, ſic qui perdidit amicitiam proximi.*

℣. 21. Gr. Καὶ ὡς πετεινὸν ἐκ χειρός σου ἀφῆκας τὸν πλησίον, οὕτως ἀφῆκας τὸν πλησίον, καὶ οὐ, &c. Mſs. S. Germ. 15. & S. Theod. *ſic reliquiſti prox. tuum*, &c. item Aug. Spec. *ſic reliquiſti*; Mſ. verò Reg. ibid. *ſic qui dereliquiſti*, &c.

℣. 22. Eadem refert Aug. in Speculo. Græcè pro *abeſt*, legitur ἀπέστη, *diſceſſit*; mox ita, καὶ ἐξέφυγεν, &c. omiſſis his in fine, *quoniam vulnerata eſt anima ejus.* Mſs. Corb. & S. Theod. initio hab. *non illum ſequêris.*

℣. 23. Græc. ὅτι θραῦμα (al. τραῦμα, al. θραῦμά) ἐστι καταδῆσαι, &c. *quia vulnus eſt colligare*; reliqua ut in Vulg. cui etiam Auguſt. conſonat in Spec.

℣. 24. Ita legit Aug. in Spec. Græcè ſimpliciter: ὁ δὲ ἀποκαλύψας μυστήρια, ἀπήλπισεν, *qui autem denudavit myſteria, deſperavit.*

℣. 25. Concordat Græc. niſi quòd extremò hab. ἀναστήσει ἀπ' αὐτοῦ, *removebit ab ipſo*, pro *abjiciet*. Auguſt. Specul. *Annuens oculis*, &c. ut in Vulg.

℣. 26. Itidem in Aug. Speculo: ſic etiam in Græco, præter primum στόμα σου, *os tuum*; at in Mſ. Alex. ac ed. Compl. hîc ut inf. στόμα αὐτοῦ, *os ſuum.*

℣. 27. Sic ap. Aug. in Spec. ut etiam Græcè. Mſ. S. Theod. initio hab. *Multa audivi.*

℣. 28. In Mſ. S. Germ. 15. deeſt vox *doloſa*; ſicut in Gr. iſta, *doloſi*; ſup. autem pro *cadet*, exſtat βάλλει,

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

29. Et qui foveam fodit, incidet in eam: & qui ſtatuit lapidem proximo, offendet in eo: & qui laqueum alii ponit, peribit in illo.

30. Facienti nequiſſimum conſilium, ſuper ipſum devolvetur, & non agnoſcet unde adveniat illi.

31. Illuſio, & improperium ſuperborum, & vindicta ſicut leo inſidiabitur illi.

32. Laqueo peribunt qui oblectantur caſu juſtorum: dolor autem conſumet illos antequam moriantur.

33. Ira & furor, utraque exſecrabilia ſunt, & vir peccator continens erit illorum.

NOTÆ.

mittit; cæt. ut in Vulg.

℣. 29. Auguſt. in Spec. *Qui foveam fodit, decidet in illam: & qui ſtatuit lapid..... & qui laqueum alii parat, peribit in illo.* In Mſ. etiam Sangerm. *decidet*, & *parat*; in Mſ. S. Theod. *decidet..... ponit.* Auct. l. de promiſſ. p. 2. ap. Proſp. col. 163. c. *Qui foveam fodit proximo, incidet in eam: & qui ſtatuet laqueum proximo, peribit in illo.* Græc. Ὁ ὀρύσσων βόθρον, εἰς αὐτὸν ἐμπεσεῖται· καὶ ὁ ἑαυτῷ παγίδα, ἐν αὐτῇ ἁλώσεται· al. ἐν αὐτῇ ἀπολεῖται. Hieron. in Eccleſ. to. 2. 772. c. *qui ſtatuet laqueum, capietur in illo.*

℣. 30. Ita Auguſt. Spec. niſi quòd ultimò hab. *adveniet illi*, cum Mſ. Corb. 1. à Germ. 15. abeſt *conſilium*: Mſ. S. Theod. add. *ſuper illum devolvetur.* In Græco ſic: Ὁ ποιῶν πονηρὰ, εἰς αὐτὸν κυλισθήσεται, καὶ οὐ μὴ ἐπιγνῷ πόθεν ἥκει αὐτῷ. *Qui facit mala, ſuper ipſum volventur, & non agnoſcet unde adveniant ſibi.*

℣. 31. Ita in Aug. Speculo, & Græco.

℣. 32. Ita rurſum in Auguſt. Speculo: nec abſimilia in Græco, exceptis his, ἀλώσονται, *capientur*, pro *peribunt*, & εὐσεβῶν, *piorum*, loco *juſtorum*; mox ita, καὶ ὀδύνη, &c.

℣. 33. Mſs. Sangerm. 15. S. Theod. & Corb. 1. delent unum *ſunt*, poſt *exſecrabilia*. Græcè ita: Μῆνις καὶ ὀργὴ, καὶ ταῦτά ἐστι βδελύγματα, καὶ ἀνὴρ ἁμαρτωλὸς ἐγκρατὴς ἔσται αὐτῶν. *Furor & ira, etiam hæc ſunt abominationes, & vir peccator continens erit illorum.*

CAPUT XXVIII.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

Deut. 32. 35. *Matth.* 6. 14. *Marc.* 11. 25. *Rom.* 12. 19.

1. QUi vindicari vult, à Domino inveniet vindictam, & peccata illius ſervans ſervabit.

2. Relinque proximo tuo nocenti te: & tunc deprecanti tibi peccata ſolventur.

3. Homo homini reſervat iram, & à Deo quærit medelam?

4. In hominem ſimilem ſibi non habet miſericordiam, & de peccatis ſuis deprecatur?

5. Ipſe cùm caro ſit, reſervat iram, & propitiationem petit à Deo? quis exorabit pro delictis illius?

6. Memento noviſſimorum, & deſine inimicari:

7. tabitudo enim & mors imminent in mandatis ejus.

8. Memorare timorem Dei, & non iraſcaris proximo.

9. Memorare teſtamentum Altiſſimi, & deſpice ignorantiam proximi.

10. Abſtine te à lite, & minues peccata:

11. homo enim iracundus incendit litem, & vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem habentium immittet inimicitiam.

12. Secundùm enim ligna ſilvæ ſic ignis exardeſcit: & ſecundùm virtutem hominis, ſic iracundia illius erit, & ſecundùm ſubſtantiam ſuam exaltabit iram ſuam.

13. Certamen feſtinatum incendit ignem: & lis feſtinans effundit ſanguinem: & lingua

NOTÆ.

℣. 1. In Gr. ὁ ἐκδικῶν, *qui vindicat*, loco *qui vindicari vult*; reliqua ut in Vulg. Eidem Vulg. accinit Auguſt. in Speculo, niſi quòd legit, *Qui vindicari vult à Deo*, deinde *inveniet*, &c. at l. 19. cont. Fauſt. to. 8. 330. f. *Qui vindicari vult, inveniet vindictam à Deo, & peccata illius confirmans confirmabit*; Gr. διαστρῶν διατρήσει· ſed in Mſ. Alex. ac ed. Ald. διασειῶν διασπάσει.

℣. 2. Suffragatur Auguſt. in Spec. & l. 19. cont. Fauſt. to. 8. 330. f. ſed l. de conjug. adult. to. 6. 413. c. legit: *Dimitte injuſtitiam proximo tuo: & tunc precanti tibi peccata ſolventur.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 987. h. *Remitte proximo tuo peccata: & tibi peccata ſolventur.* Græc. Ἄφες ἀδίκημα τῷ, &c. paulòque poſt add. σοὶ, ad *peccata*.

℣. 3. Ita legit Auguſt. in Spec. item l. de conjug. adult. to. 6. 413. c. hab. *Homo homini conſervat iram, & à Domino quærit medelam?* at l. 19. cont. Fauſt. to. 8. 330. f. *quærit medelam carnis?* Ruric. lib. 2. epiſtolar. ep. 19. p. 571. b. *Homo homini tenet iram*, &c. ut in Vulg. Chromat. Aquil. in Matth. p. 982. f. *Homo homini reſervas iram, & à Deo quæris medelam?* & inf. p. 987. d. *Homo homini reſervans iram, & à Deo quæris propitiationem?* Mſ. S. Germ. 15. *ſervat iram.* Græc. συνίμησι; cæt. ut in Vulg.

℣. 4. Eadem ſunt in Græco; ſicut etiam ap. Auguſt. in Speculo; itidem l. de conjug. adult. to. 6. 413. c. præter hoc 1. *Super hominem ſimilem*: l. verò 19. cont. Fauſt. to. 8. 330. f. extremò leg. *deprecatur Dominum?* Mſ. S. Theod. *deprecatur Altiſſimum?* Chromat. Aquil. in Matth. p. 982. f. 987. d. *Ipſe in hominem ſimilem tibi non habes miſericordiam, & Deum exoras pro peccatis?*

℣. 5. Ita legit Auguſt. in Speculo: item l. 19. cont. Fauſt. to. 8. 330. f. habet: *Et ipſe dum caro ſit, reſervat iram, & repropitiationem petit à Domino? & quis exorabit pro peccatis illius?* at l. de conjug. adult. to. 6. 413. c. ſimpliciter: *Cùm ipſe caro ſit, conſervat iracundiam? quis propitiabitur peccatis illius?* nec plura ſunt in Græco. Apud Chromat. Aquil. in Matth. p. 982. f. ita: *Et ipſe cùm ſis caro, retines iram, & propitiationem petis à Deo? & quis orabit pro delictis tuis?* In Mſs. Corb. & S. Theod. *Ipſe dum caro ſit*, &c. ut in Vulg.

℣. 6. Ita in Aug. Speculo. Apud Chromat. Aquil. in Matth. p. 982. f. *Memento noviſſima*, &c. Sic etiam in Græco.

℣. 7. Auguſt. Specul. *tabitudo enim, & mors imminet in mandatis Dei*; Mſs. Sangerm. 15. Corb. 1. & S. Theod. ſimpliciter, *imminet in mandatis*. Græc. per relat. ad Μνήσθητι, ſubdit, καταφθορὰν, καὶ θάνατον, καὶ ἔμμενε ἐντολαῖς, *tabitudinis, & mortis, & permane in mandatis.*

℣. 8. Sic eſt in Græco, præter vocem unam ἐντολῶν, *mandata*, loco *timorem Dei*. Auguſt. in Speculo cum Vulgata concinit.

℣. 9. Græc. loco *memorare*, ponit καὶ, deletque vocem *proximi*. Auguſt. Specul. *Memorare teſtamenti*, &c. ut in Vulg. Similiter in Mſs. S. Germ. 15. & Corb. 1.

℣. 10. Concordat Aug. Speculum. Mſ. S. Theod. hab. *Et abſtine*; Gr. Ἀπόσχου ἀπὸ, &c. ut ſup.

℣. 11. Auguſt. Specul. extremò hab. *immittit inimicitiam*, cum Mſ. Corb. 1. cæt. ut ſupra. Græc. ἐμβάλλει διαβολὴν, *immittit calumniam*; ſup. verò pro *incendit*, ἐκκαίει, *incendet*; cæt. ut in Vulg. In Mſ. Alex. ac ed. Compl. ἐμβαλεῖ διαβολήν.

℣. 12. Græc. Καὶ ἐπὶ τὴν ὕλην πυρὸς ἕλως ἐκκαυθήσεται· κατὰ τὴν ἰσχὺν τοῦ ἀνδρώσαι, ὁ θυμὸς αὐτοῦ ἔσται, καὶ κατὰ τὸν πλοῦτον ἀυψώσει ὀργὴν αὐτοῦ, καὶ κατὰ τὴν σεφώσιν τῆς μάχης ἐκκαυθήσεται. *Secundùm materiam ignis ſic exardeſcet: ſecundùm virtutem hominis, ira ejus erit, & ſecundùm divitias exaltabit iram ſuam, & ſecundùm firmitatem rixæ exardeſcet.* In Mſ. etiam Sangerm. 15. deeſt *ſic*, poſt vocem *hominis*.

℣. 13. Similiter hab. Aug. Speculum. In Græco. ἕλως,

Digitized by Google

teſtificans adducit mortem.

14. Si ſufflaveris in ſcintillam, quaſi ignis exardebit: & ſi exſpueris ſuper illam, extinguetur: utraque ex ore proficiſcuntur.

15. Suſurro & bilinguis maledictus: multos enim turbabit pacem habentes.

16. Lingua tertia multos commovit, & diſperſit illos de gente in gentem:

17. civitates muratas divitum deſtruxit, & domos magnatorum effodit.

18. Virtutes populorum concîdit, & gentes fortes diſſolvit.

19. Lingua tertia mulieres viratas ejecit, & privavit illas laboribus ſuis:

20. qui reſpicit illam, non habebit requiem, nec habebit amicum, in quo requieſcat.

21. Flagelli plaga livorem facit: plaga autem linguæ comminuet oſſa.

22. Multi ceciderunt in ore gladii, ſed non ſic quaſi qui interierunt per linguam ſuam.

23. Beatus qui tectus eſt à lingua nequam, qui in iracundiam illius non tranſivit, & qui non attraxit jugum illius, & in vinculis ejus non eſt ligatus:

24. jugum enim illius, jugum ferreum eſt: & vinculum illius, vinculum æreum eſt.

25. Mors illius, mors nequiſſima: & utilis potiùs infernus quam illa.

26. Perſeverantia illius non permanebit, ſed obtinebit vias injuſtorum: & in flamma ſua non comburet juſtos.

27. Qui relinquunt Deum, incident in illam, & exardebit in illis, & non extinguetur, & immittetur in illos quaſi leo, & quaſi pardus lædet illos.

28. Sepi aures tuas ſpinis, linguam nequam noli audire, & ori tuo facito oſtia & feras.

29. Aurum tuum & argentum tuum confla, & verbis tuis facito ſtateram, & frenos ori tuo rectos:

30. & attende ne fortè labaris in lingua, & cadas in conſpectu inimicorum inſidiantium tibi, & ſit caſus tuus inſanabilis in mortem.

NOTÆ.

contentio, pro *certamen*; & μάχη, *rixa*, pro *lis*; prætermittuntur verò ult. iſta, & *lingua teſtificans adducit mortem*. In Mſ. Corb. 1. *incendet ignem..... effundet..... adducet*; item in Mſ. S. Theod. *effundet*; & in S. Germ. 15. *incendet..... adducet*.

℣. 14. Mſ. Corb. 1. *Et ſi ſufflaveris, quaſi ignis*, &c. ſimiliter in Mſs. S. Theod. & Sangerm. 15. deeſt τὸ *in ſcintillam*. Græcè, Ἐὰν φυσήσῃς σπινθῆρα, ἐκκαυθήσεται, *Si ſufflaveris ſcintillam, exardeſcet*; reliqua ut in Vulg. niſi quòd ponitur ἐκ, ante *utraque*, ſubjicitur οὖ, huic ſeq. *ore*. Auguſt. Specul. hab. *Si ſufflaveris, quaſi ignis exardebit... & utraque ex ore proficiſcuntur*.

℣. 15. Ita legit Cypr. l. 3. Teſtim. p. 328. b. ſic etiam in Auguſt. Speculo, excepto præt. *turbavit*. Mſ. S. Theod. hab. *Sujurrio & bilinguis maledicus..... turbavit*. S. Valerian. hom. 5. Sirm. to. 1. p. 632. b. *Lingua multos conturbavit pacem habentes*. Græcè ita: Ψίθυρον καὶ δίγλωσσον καταρᾶσθαι· πολλὰς γὰρ εἰρηνεύοντας ἐκύλισεν· *Suſurronem & bilinguem maledicere* (ſupp. *oportet*, aut quiddam ſimile:) *multos enim pacem habentes perdiderunt*. Mſ. Alex. cum ed. Compl. καταράσασθε, *maledicite*; ſubinde Alex. ἐκύλισε· Mſ. Sangerm. 15. *turbabit*; Corb. *turbavit*.

℣. 16. Sic hab. Auguſt. Specul. unà cum Græco. Mſ. S. Theod. *à gente in gentem*.

℣. 17. Græc. καὶ πόλεις ὀχυρὰς καθεῖλε, καὶ οἰκίας μεγιστάνων κατέσρεψε· & *civitates munitas deſtruxit, & domos magnatorum ſubvertit*. Auguſt. Speculum Vulgatæ congruit. S. Valerian. hom. 5. Sirm. to. 1. p. 632. b. hab. *Lingua... civitates deſtruxit, & domos effodit*.

℣. 18. Eadem refert Auguſt. in Speculo, ſed abſunt à Græco.

℣. 19. Ita Græcè. Sic etiam in Aug. Speculo, præter unum *de laboribus ſuis*; addit quoque *de* Mſ. Corb. 1. Sangerm. 15. ſcribit *mulieres viritas*; Mſs. 2. Spec. Aug. *fortes*; Gr. ἀνδρείας.

℣. 20. Similiter in Aug. Speculo. At in Græco ita: ὁ περοίχων αὐτῇ, οὐ μὴ εὕρῃ ἀνάπαυσιν, οὐδὲ κατασκηνώσει μεθ' ἡσυχίας· *qui attendit illi, non inveniet requiem, neque habitabit cum ſilentio*. Mſ. Corb. 1. *non habet requiem*; S. Germ. 15. *non habebit requiem, nec habitabit cum requie*.

℣. 21. Auguſt. l. 19. cont. Fauſt. to. 8. 330. a. *Plaga flagelli livorem facit: plaga autem linguæ confringet oſſa*. Sic etiam in Græco. Mſ. S. Theod. hab. *comminuit*, non *comminuet*.

℣. 22. Prima ſententia ſimiliter habetur Græcè, altera ſic: καὶ οὐχ ὡς οἱ πεπτακότες διὰ γλῶσσαν, *& non ut ii qui ceciderunt per linguam*.

℣. 23. Græc. pro *lingua nequam*, ſimpliciter hab. αὐτῆς; & pro *in iracundiam*, ἐν τῷ θυμῷ, detracta inſ. conjunct. & ſ. cæt. ut ſupra. Mſs. quoque S. Germ. 15. S. Theod. & Corb. 1. hab. *in iracundia*.

℣. 24. Ita Græcè, præter hæc ult. plur. οἱ δεσμοὶ αὐτῆς, δεσμοὶ χάλκεοι, *vincula ejus, vincula ærea*.

℣. 25. Græc. Θάνατος πονηρὸς, ὁ θάνατος αὐτῆς, &c. ut ſup.

℣. 26. Græc. hæc ſola refert: Οὐ μὴ κρατήσῃ εὐσεβῶν· ἐν ᾧ τῇ φλογὶ αὐτῆς οὐ καήσεται· *Non obtinebit pios: & in flamma ejus non comburentur*: in Mſ. Corb. 1. deeſt &.

℣. 27. Eadem exſtant Græcè, niſi quòd pro *lædet*, legitur πεμανεῖται, *vaſtabit*, abſque conjunct. &, ante *immittetur*. Mſ. S. Germ. 15. hab. *Qui derelinquunt Deum, incidunt*, &c. S. Theod. *Qui derelinquunt Deum, incident..... & exardeſcet..... & immittet*, &c.

℣. 28. Hilar. in Pſ. 140. col. 536. c. d. legit: *Fac circumvalla poſſeſſionem tuam ſpinis*; ſtatimque, *Argentum & aurum*, &c. omiſſis iis quæ interſunt in Vulgatu. Cypr. verò ep. 55. & 69. p. 89. & 123. *Sepi aures tuas ſpinis, & noli audire linguam nequam*: ſimiliter l. de unit. Eccl. p. 200. b. & l. 3. Teſtim. p. 326. Ambroſ. in Luc. 3. p. 1323. a. *Sepi aures tuas ſpinis & tribulis, & noli audire linguam nequam*: item in Pſ. 118. col. 1252. a. & l. 1. de fide, col. 452. d. *Sepi aures tuas ſpinis*: at. l. 1. offic. to. 2. 4. f. legit: *Sepi poſſeſſionem tuam ſpinis*; deinde, & *argentum*, &c. Auct. op. imp. in Matth. hom. 51. p. 214. a. *Obſtrue aures tuas ſpinis, ne audias verba maligna*. Auct. lib. de XLII. manſ. ap. Ambr. col. 17. d. *Circumvallà poſſeſſionem tuam ſpinis, & ori tuo fac januas & feras*. Caſſiod. in Pſ. 40. p. 476. b. *Circumvalla poſſeſſionem tuam in ſpinis. Argentum & aurum*, &c. at in Pſ. 38. p. 132. c. *ori tuo facito oſtium & feram*. S. Valerian. hom. 5. Sirm. to. 1. p. 634. d. *facito ori tuo oſtia & feras*. Chromat. Aquil. in Matth. p. 982. c. *fac ori tuo feras, & linguæ tuæ*. Mſ. S. Theod. ſic: *Sepi aures tuas ſpinis, & noli audire linguam nequam, & ori tuo facito oſtia, & feras auribus tuis*. Græcè ſimpliciter: Ἵσε περίφραξον τὸ κλῆμά σου ἀκάνθαις· deinde, Τὸ ἀργύριόν σου, &c. de ℣. ſeq. detractis aliis. In ed. tamen Compl. ſequuntur iſta: καὶ τῷ στόματί σου ποίησον θυρώματα καὶ μοχλούς.

℣. 29. Hilarius in Pſ. 140. col. 536. d. *Argentum & aurum tuum conflitue, & ori tuo fac oſtium & feram, & verbis tuis jugum & menſuram*. Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1252. b. *Argentum & aurum tuum alliga, & ori tuo fac jugum & pondus*: & l. 1. offic. col. 5. a. *Et argentum & aurum tuum alliga, & ori tuo fac oſtium & vectem, & verbis tuis jugum & ſtateram*. Auct. l. de XLII. manſ. ap. Ambr. col. 17. d. *Argentum tuum & aurum tuum confla, & ſermonis tui fac ſtateram, & ori tuo fac pondus & feram*. Hieron. in Ezech. 45. col. 1039. f. *ſermonibus tuis facies ſtateram & appendiculum*. Auguſt. in Spec. *verbis tuis facito ſtateram*, &c. ut in Vulg. S. Valerian. hom. 5. Sirm. to. 1. 634. d. & *verbis tuis facito ſtateram*. Chromat. Aquil. in Matth. p. 982. c. & *verbis tuis fac ſtateram*. Anonym. ap. S. Paulin. epiſt. ad Celenc. to. 2. p. 15. *Argentum & aurum tuum confla, & verbis tuis facito ſtateram, & frenos ori tuo rectos*. Caſſiod. in Pſ. 40. p. 476. b. cum Hilar. ſupra: *Argentum & aurum tuum conſtitue, & ori tuo fac oſtium & feram, & verbis tuis fac jugum & menſuram*: & in Pſ. 38. p. 132. c. & *verbis jugum atque ſtateram*. Græc. Τὸ ἀργύριόν σου καὶ τὸ χρυσίον καλάδησον, καὶ τοῖς λόγοις σου ποίησον ζυγὸν καὶ σταθμὸν, καὶ τῷ στόματί σου ποίησον θύρας καὶ μοχλούς.

℣. 30. Sic habet Aug. Speculum. Item Anon. ap. S. Paulin. to. 2. p. 15. & *attende ne fortè labaris linguâ*. Mſ. S. Theod. *in lingua tua*. In Gr. iſta leguntur ſola: πρόσεχε (Compl. καὶ πρόσεχε) μήπως ὀλισθήσῃς ἐν αὐτῇ, καὶ πέσῃς κατέναντι ἐχθρευόντος.

Digitized by Google

CAPUT XXIX.

Versio antiqua, quæ et Vulgata nostra.

1. QUi facit miſericordiam, fœneratur proximo ſuo: & qui prævalet manu, mandata ſervat.

2. Fœnerare proximo tuo in tempore neceſſitatis illius, & iterum redde proximo in tempore ſuo.

3. Confirma verbum, & fideliter age cum illo: & in omni tempore invenies quod tibi neceſſarium eſt.

4. Multi quaſi inventionem æſtimaverunt fœnus, & præſtiterunt moleſtiam his qui ſe adjuverunt.

5. Donec accipiant, oſculantur manus dantis, & in promiſſionibus humiliant vocem ſuam:

6. & in tempore redditionis poſtulabit tempus, & loquetur verba tædii & murmurationum, & tempus cauſabitur:

7. ſi autem potuerit reddere, adverſabitur, ſolidi vix reddet dimidium, & computabit illud quaſi inventionem:

8. ſin autem, fraudabit illum pecuniâ ſuâ, & poſſidebit illum inimicum gratis:

9. & convitia & maledicta reddet illi, & pro honore & beneficio reddet illi contumeliam.

10. Multi non cauſâ nequitiæ non fœnerati ſunt, ſed fraudari gratis timuerunt.

11. Veruntamen ſuper humilem animo fortior eſto, & pro eleemoſina non trahas illum.

12. Propter mandatum aſſume pauperem: & propter inopiam ejus ne dimittas eum vacuum.

13. Perde pecuniam propter fratrem & amicum tuum: & non abſcondas illam ſub lapide in perditionem.

14. Pone theſaurum tuum in præceptis Altiſſimi, & proderit tibi magis quàm aurum.

15. Conclude eleemoſinam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. *Tob. 4. 10.*

16. 17. 18. Super ſcutum potentis, & ſuper lanceam adversùs inimicum tuum pugnabit. *Sup. 17. 18.*

19. Vir bonus fidem facit pro proximo ſuo: & qui perdiderit confuſionem, derelinquet ſibi.

20. Gratiam fidejuſſoris ne obliviſcaris: de-

Notæ.

℣. 1. Ambroſ. l. de Tob. c. 2. col. 593. d. *Qui facit miſericordiam, fœnerat proximo.* Similiter habetur in Auguſt. Speculo, necnon in Mſ. S. Germ. 15. abſque ult. vocula *ſuo*; Græcè, Δανείζει τῷ πλησίον χ', &c. *fœnerabitur proximo*; ſubinde jungitur αὐτῷ, *ſua*, huic voci, *manu*.

℣. 2. Ambroſ. l. de Tob. c. 2. col. 593. b. *Fœnera proximo tuo in tempore neceſſitatis illius*: & inf. c. 20. col. 617. d. *Redde proximo in tempore.* Auguſt. in Spec. *Fœnera proximo tibi in tempore neceſſit. illius*, & *iterum redde proximo tuo in temp. ſuo.* Itidem in Mſs. Sangerm. 15. & Corb. 1. *Fœnera proximo tibi*, &c. in Mſ. S. Theod. *Fœnerare proximo tibi.* Græc. Vulgatæ conſonat, demptis tamen voculis, *tuo*, & *ſuo*.

℣. 3. Ambroſ. l. de Tob. c. 20. col. 617. d. *Coanguſta verbum*, & *fideliter age cum illo*: & *in omni tempore invenies quod tibi neceſſarium ſit.* Apud Aug. in Spec. omnia ut in Vulg. cui etiam Græcum favet.

℣. 4. Itidem Græcè: nec aliter in Speculo Auguſt.

℣. 5. Græc. Ἕως ἂν λάβῃ, καταφιλήσει χεῖρα αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τῶν χρημάτων τοῦ πλησίον ταπεινώσει φωνήν. *Donec acceperit, oſculabitur manum ejus, & in pecuniis proximi humiliabit vocem.* Mſ. Sangerm. 15. hab. ſup. *manum dantis*.

℣. 6. Græc. loco *poſtulabit*, hab. παρελκύσει, *protrahet*, & pro *loquetur verba*, &c. ἀποδώσει λόγους ἀκηδίας, καὶ τὸν καιρὸν αἰτιάσεται, *reddet verba acedia, & tempus cauſabitur.*

℣. 7. Græc. ἐὰν ἰσχύσῃ, μόλις κομίσεται τὸ ἥμισυ, *ſi potuerit, vix reddet dimidium*; reliqua ut in Vulg. In ed. Compl. ἐὰν δὲ ἰσχύσῃ δοῦναι, μόλις, &c. In Mſs. SS. Theod. & Germ. 15. *ſi autem potuerit reddere, adverſatus, ſolidè vix reddet dimid.* &c. in Corb. 1. *adverſator, ſolidum vix redd.* &c. ſed ibi correctum, *adverſat Deus ſolidum*, &c.

℣. 8. Græc. εἰ δὲ μή, ἀπεστέρησεν αὐτὸν τῶν χρημάτων αὐτοῦ, καὶ ἐκτήσατο, &c. *ſin autem, fraudavit illum pecuniis ejus, & poſſedit*, &c.

℣. 9. Concinit Græc. niſi quòd delet 1. &, ſicut inf. τὸ & *beneficio*; item loco *contumeliam*, ponit ἀτιμίαν, *ignominiam*, ſeu *inhonorationem*, quæ idem ſonant.

℣. 10. Græc. Πολλοὶ χάριν πονηρίας ἀπέστρεψαν, ἀποστραφῆναι δ' ὠρέχθησαν εὐλαβηθέντες. *Multi propter nequitiam averterunt, fraudari gratis timuerunt.* Mſ. Alex. cum ed. Compl. Πολλοὶ οὐ χάριν, &c. al. οὐ χάριν. Mſ. S. Germ. 15. *Multi non cauſâ nequitiæ non fœneraverunt.* Ambroſ. l. de Tob. c. 3. col. 593. e. his alludens dicit: *Multi diſpendii cauſâ non fœnerant, dum fraudem verentur.*

℣. 11. Similiter habet Aug. in Speculo; cui etiam Gr. reſpondet.

℣. 12. Ad verbum è Græco, præter unum *propter*, ante *inopiam*, pro quo κατὰ, *ſecundùm.* Auguſt. Speculum Vulgatæ congruit.

℣. 13. Auguſt. Speculum addit *tuam*, ad *pecuniam*, delet verò *tuum*, poſt *amicum*; delent pariter Mſs. Corb. 1. & S. Theod. Ambroſ. l. de Tob. c. 3. p. 593. e. neutrum admittit; cætera verò hab. ut ſupra: ſimiliter l. 2. off. col. 79. e. & l. de Nab. c. 4. col. 571. f. niſi quòd hoc ult. loco ponit *in mortem*, loco *in perditionem*. Græcè ita: Ἀπώλεσον ἀργύριον δι' ἀδελφὸν καὶ φίλον καὶ μὴ ἰωθήτω ὑπὸ τὸν λίθον εἰς ἀπώλειαν. *Perde pecun. propter fratr. & amicum: & non contrabat rubiginem ſub lapide in perditionem:* at in ed. Compl. μὴ καταίσχυνε αὐτόν, ut in Vulg. In Mſ. Sangerm. 15. *Perde pecuniam pro fratre & amico*, &c.

℣. 14. Ita legunt Ambroſ. l. de Tob. c. 3. col. 593. e. & Aug. in Spec. nec abſimile quiddam in Græco, præter unum, κατ' ὁλοὰς, *ſecundùm mandata*, pro *in præceptis.*

℣. 15. Ita Cypr. de op. & eleem. & l. 3. Teſtim. p. 302. c. niſi quòd hab. *orabit*, pro *exorabit*. Sic etiam Aug. in Speculo. Ambroſ. verò in Luc. 11. p. 1434. f. *Conclude eleem. in corde pauperis*, & *hæc pro te exorabit in die malo.* Optat. Milev. l. 3. cont. Donat. p. 55. c. *Abſconde panem in corde pauperis*, & *ipſe pro te rogabit.* Gaud. Brix. ſer. 13. p. 965. d. *Conclude eleem. in corde paup.* & *ipſa pro te exorabit ad Deum.* Fulg. ep. 2. p. 157. *Abſconde eleem. in corde pauperis*, & *ipſa exorabit pro te.* Cæſar. Arelat. hom. 40. *Conclude eleem. in ſinu pauperum*, & *hæc te liberabit ab omni malo.* Græc. Σύγκλεισον ἐλεημοσύνην ἐν τοῖς ταμείοις σου, καὶ αὕτη ἐξελεῖταί σε ἐκ πάσης κακώσεως. *Conclude eleemoſinam in cellis tuis*, & *ipſa eruet te ex omni malo.*

℣℣. 16. 17. 18. In Mſs. Corb. 1. & S. Theod. antecedunt iſta: *Eleemoſina viri*, (Corb. delet *viri*) *quaſi ſacculum cum ipſo*, & *gratiam hominis quaſi pupillam conſervabit: & poſtea reſurget*, & *retribuet illis retributionem unicuique in caput illorum.* Hæc autem tota non leguntur in Græco eò loci, nec apud Auguſt. in Speculo, nec apud alios: huc advecta ſunt è ſuperiori cap. 17. ℣℣. 18. 19. ſubſequentia verò: *Super ſcutum potentis*, &c. ſimiliter habentur in Aug. Speculo. Græcè ita: Ὑπὲρ ἀσπίδα κράτους, καὶ ὑπὲρ δόρυ ἀλκῆς καὶ ἐναντίον ἐχθροῦ πολεμίου ὑπὲρ σοῦ· i. e. *Super ſcutum potentiæ*, & *ſuper lanceam roboris adversùs inimicum pugnabit pro te.*

℣. 19. Mſs. S. Germ. 15. & S. Theod. *Vir bonus fidem facit proximo ſuo*, &c. Auguſt. Speculum ſimiliter addit: & *qui perdid. confuſ. derelinquet ſibi*; cod. Carnut. ibid. *derelinquet tibi*; ſed malè, reniitentibus aliis; Mſ. S. Theod. *derelinquit.* Græc. Ἀνὴρ ἀγαθὸς ἐγγυήσεται τὸν πλησίον· καὶ ὁ ἀπελπίζων αἰσχύνην, καταλείψει αὐτόν.

℣. 20. Ambroſ. l. de Tob. c. 23. col. 620. c. *Gratiam repromiſſoris ne obliviſcaris: dedit enim pro te animam bonam.* Auguſt. Speculum Vulgatæ conſonat; ſic etiam Gr. niſi quòd initio hab. χάριτας, *gratias*, non *gratiam*,

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

dit enim pro te animam ſuam.

21. Repromiſſorem fugit peccator & immundus.

22. Bona repromiſſoris ſibi aſcribit peccator : & ingratus ſenſu derelinquet liberantem ſe.

23. Vir repromittit de proximo ſuo : & cùm perdiderit reverentiam, derelinquetur ab eo.

24. Repromiſſio nequiſſima multos perdidit dirigentes, & commovit illos quaſi fluctus maris.

25. Viros potentes gyrans migrare fecit, & vagati ſunt in gentibus alienis.

26. Peccator tranſgrediens mandatum Domini, incidet in promiſſionem nequam : & qui conatur multa agere, incidet in judicium.

27. Recupera proximum ſecundùm virtutem tuam, & attende tibi ne incidas.

Inſ. 39. 31. 28. Initium vitæ hominis, aqua & panis, & veſtimentum, & domus protegens turpitudinem.

29. Melior eſt victus pauperis ſub tegmine aſſerum, quàm epulæ ſplendidæ in peregrè ſine domicilio.

30. Minimum pro magno placeat tibi, & improperium peregrinationis non audies.

31. Vita nequam hoſpitandi de domo in domum : & ubi hoſpitabitur, non fiducialiter aget, nec aperiet os.

32. Hoſpitabitur, & paſcet, & potabit ingratos, & ad hæc amara audiet.

33. Tranſi hoſpes, & orna menſam : & quæ in manu habes, ciba cæteros.

34. Exi à facie honoris amicorum meorum : neceſſitudine domus meæ hoſpitio mihi factus eſt frater.

35. Gravia hæc homini habenti ſenſum : Correptio domus, & improperium fœneratoris.

NOTÆ.

℣. 21. Hic verſiculus abeſt in Græco : legitur autem apud Aug. in Spec. imo & in ed. Compl. verſu ſeq. voci *peccator* id jungitur, ἐγγυων φεύξεται ἁμαρτωλός· dein, ὃ ἄχρηστος, &c. i. e. *fidejuſſiones fugiet peccator : & ingratus*, &c.

℣. 22. Eadem refert Auguſt. in Spec. Græcè ita : Ἀγαθὰ ἐγγύου ἀναίρήσει ἁμαρτωλός· ὃ ἀχάριστος ἐν διανοίᾳ ἐγκαλαλήψει ῥυσαμένον. *Bona fidejuſſoris evertet peccator : & ingratus*, &c.

℣. 23. Hæc deſiderantur in Græco : ſed referuntur in Auguſt. Speculo. Mſ. S. Theod. extremò hab. *relinquetur ab eo.*

℣. 24. Græcè ἐγγύη, *fidejuſſio*, loco *repromiſſio nequiſſima* ; reliqua ut in Lat. ſup. ſubinde Auguſt. in Spec. leg. *diligentes* ; Mſ. S. Theod. *delinquentes* ; Græc. verò conſtanter καθευθύνοντας, *dirigentes*, ut in Vulg.

℣. 25. Sic apud Auguſt. in Spec. nec aliter in Græco, detracto verbo *gyrans*.

℣. 26. Auguſt. in Spec. leg. pluraliter *mandata Domini*, cum Mſs. S. Germ. 15. S. Theod. & Corb. 1. In Græco ſic : Ἁμαρτωλὸς ἐμπεσὼν εἰς ἐγγύην, ὃ λυόντων ἐργολαβείας, ἐμπεσεῖται εἰς κρίσεις· *Peccator incidens in fidejuſſionem, & ſolutas redemptiones, incidet in judicia.* At in ed. Compl. Ἁμαρτωλὸς παραβαίνων ἐντολὰς Κυρίου, ἐμπεσεῖται, ut in Vulg.

℣. 27. Sic habet Auguſt. in Speculo. Item Ambroſ. l. de Tob. c. 23. col. 620. c. *Recipe proximum ſecundùm virtutem tuam, & attende tibi ne cadas.* Græc. Ἀντιλαβοῦ τοῦ πλησίον, &c. ut in Vulg.

℣. 28. Græcè deeſt vox *hominis*, habeturque inf. κεκλωτων, *tegens*, non *protegens*. Mſ. Alex. retinet vocem ἀνθρώπου, quæ tamen abeſt à Mſ. S. Germ. 15. Apud Chrom. Aquil. in Matth. p. 987. b. ita : *Uſus hominis, panis, aqua, & veſtimentum.*

℣. 29. Eadem leguntur Græcè, præter hoc ult. ἀ ἀλλοτρίοις, *in alienis*, loco *in peregrè ſine domicilio.* Eò pariter ſpectant quæ Ambroſ. ait l. de Tob. c. 5. col. 597. c. *Suaviora erant olera cum ſecuritate, quàm aliena epulæ paſtæ cum ſollicitudine.*

℣. 30. Græcè breviùs, nimirum : Ἐπὶ μικρῷ ὃ μεγάλῳ εὐδοκίαν ἔχε· at in ed. Compl. eſt : Μικρὰ ὃ μεγάλα εὐδοκίαν ἔχε, ὃ ὀνειδισμὸν οἰκίας οὐ μὴ ἀκούσῃς. Mſs. S. Germ. 15. & S. Theod. *Super minimum & magnum placeat tibi*, &c.

℣. 31. In Græco abeſt verbum *hoſpitandi*, cum his, *non fiduciaiter aget* ; cæt. ut ſupra, poſito *non*, pro *nec*.

℣. 32. Græc. Ξενιεῖς, ὃ ποτιεῖς εἰς ἀχάριστα, ὃ πρὸς ἐμὲ ταῦτα πικρὰ ἀκούσῃ· *Hoſpitio ſuſcipies, & potabis ad ingrata, & præterea in his amara audies* : in Mſ. Alex. deeſt εἰς, ante ἀχάριστα.

℣. 33. Græc. Πάρελθε πάροικε, κόσμησον τράπεζαν ὃ ἐπὶ σὲ τῇ χειρί σου, ψώμισόν με· *Tranſi hoſpes, orna menſam : & ſi quid in manu tua, ciba me.*

℣. 34. Græc. Ἔξελθε πάροικε ἀπὸ προσώπου δόξης ἐπεξίωταί μοι ὁ ἀδελφὸς, χρεία τῆς οἰκίας. *Exi hoſpes à facie honoris : advenit mihi hoſpitio ſuſcipiendus frater, opus eſt domo.*

℣. 35. Reſpondent Græca Latinis.

CAPUT XXX.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

Prov. 13. 24. & 23. 13. 1. QUi diligit filium ſuum, aſſiduat illi flagella, ut lætetur in noviſſimo ſuo, & non palpet proximorum oſtia.

2. Qui docet filium ſuum, laudabitur in illo, & in medio domeſticorum in illo gloriabitur.

Deuter. 6. 7. 3. Qui docet filium ſuum, in zelum mittit inimicum, & in medio amicorum gloriabitur in illo.

4. Mortuus eſt pater ejus, & quaſi non eſt mortuus : ſimilem enim reliquit ſibi poſt ſe.

5. In vita ſua vidit, & lætatus eſt in illo : in obitu ſuo non eſt contriſtatus, nec confuſus eſt coram inimicis.

6. Reliquit enim defenſorem domus contra inimicos, & amicis reddentem gratiam.

7. Pro animabus filiorum colligabit vulnera ſua, & ſuper omnem vocem turbabuntur

NOTÆ.

℣. 1. Mſ. S. Germ. 15. hunc præfert titulum, *DE FILIIS* ; Græc. ΠΕΡΙ ΤΕΚΝΩΝ ; Corb. 1. *DE DISCIPLINA FILIORUM* ; ſubinde in Græco legitur ἐπὶ ολιγόσει, *aſſiduabit* ; cæt. ut in Vulg. exceptis his, & *non palpet proximorum oſtia*, quæ abſunt ; non etiam leguntur in Aug. Speculo. Habentur quidem in Mſ. S. Germ. 15. ſed aliâ manu ſuperaddita.

℣. 2. Eadem leguntur Græcè, præter duo, ὀνήσεται, *lucrabitur*, pro *laudabitur*, & γνωρίμων, *notorum*, loco *domeſticorum*. Apud Auguſt. in Spec. *laudabitur* ; legiſſe videtur Interpres, ὀνήσεται.

℣. 3. Gr. hab. παραζηλώσει, *in zelum mittet*, non *mittis* ; cæt. ut ſupra.

℣. 4. Concordat Græcum, niſi quòd ponit *ſibi*, ante *reliquit.*

℣. 5. Græcè deeſt *in illo*, poſt *lætatus eſt* ; retinetur tamen in ed. Compl. tum conſtanter ſequitur καὶ ; tolluntur verò ult. iſta, *nec confuſus eſt coram inimicis.* In Mſ. Germ. 15. ſic : *In vita ipſius vidit, & lætatus eſt in illo : in obitu illius*, &c. In Mſ. S. Theod. & *in obitu illius*, &c.

℣. 6. Græc. Ἀνταπὸν ἐχθρῶν κατέλιπεν ἐκδικον, ὃ, &c. *Contra inimicos reliquit defenſorem*, &c. ut in Vulg. In Mſ. S. Germ. 15. abeſt τὸ *contra inimicos.*

℣. 7. Græc. initio hab. Περιψύχων υἱὸν, *Refrigerans filium* ; edit. verò Ald. Περὶ ψυχῶν υἱῶν, ut in Vulg. ſub-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

viscera ejus.

8. Equus indomitus evadit durus, & filius remissus evadet præceps.

9. Lacta filium, & paventem te faciet: lude cum eo, & contristabit te.

10. Non corrideas illi, ne doleas, & in novissimo obstupescent dentes tui.

11. Non des illi potestatem in juventute, & ne despicias cogitatus illius.

Sup. 7. 25. 12. Curva cervicem ejus in juventute, & tunde latera ejus dum infans est, ne fortè induret, & non credat tibi, & erit tibi dolor animæ.

13. Doce filium tuum, & operare in illo, ne in turpitudinem illius offendas.

14. Melior est pauper sanus, & fortis viribus, quàm dives imbecillis, & flagellatus malitia.

15. Salus animæ in sanctitate justitiæ, melior est omni auro & argento; & corpus validum, quàm census immensus.

16. Non est census super censum salutis corporis: & non est oblectamentum super cordis gaudium.

17. Melior est mors quàm vita amara; & requies æterna quàm languor perseverans.

18. Bona abscondita in ore clauso, quasi appositiones epularum circumpositæ sepulcro.

19. Quid proderit libatio idolo? nec enim manducabit, nec odorabit: *Dan. 14. 6.*

20. sic qui effugatur à Domino, portans mercedes iniquitatis:

21. videns oculis, & ingemiscens, sicut spado complectens virginem, & suspirans. *Sup. 20. 2.*

22. Tristitiam non des animæ tuæ, & non affligas temetipsum in consilio tuo. *Prov. 12. 25. & 15. 13. & 17. 22.*

23. Jucunditas cordis hæc est vita hominis, & thesaurus sine defectione sanctitatis: & exsultatio viri est longævitas.

24. Miserere animæ tuæ placens Deo, & contine: congrega cor tuum in sanctitate ejus, & tristitiam longè repelle à te.

25. Multos enim occidit tristitia, & non est utilitas in illa. *2. Cor. 7. 10.*

26. Zelus & iracundia minuunt dies, & ante tempus senectam adducet cogitatus.

27. Splendidum cor, & bonum in epulis est: epulæ enim illius diligenter fiunt.

NOTÆ.

Inde loco *super omnem vocem*, constanter, ἐπὶ πάσῃ βοῇ, *ad omnem clamorem*; cæt. ut supra.

℣. 8. Apud Aug. in Spec. bis *evadit*, sicut in Gr. bis ἐκβαίνει; cæt. quadrant. In Mſ. S. Theod. *evadet durus.*

℣. 9. Sic habet Augustſ. Speculum, unà cum Græco. Mſ. S. Theod. *Lacta filium tuum.*

℣. 10. Ita in Græco, exceptis his, μὴ συνοδυνηθῇς, *ne simul doleas*, non simpliciter *doleas*; ultimòque, γομφιάσεις τὰς ὀδόντας σου, *quaties dentes tuos*, pro *obstupescent dentes tui.* Edit. Compl. hab. μὴ ὀδυνηθῇς, ἢ..... γομφιάσῃ; Augustſ. Specul. *ne doleas*, & ..... *obstupescant*, &c. Mſ. Corb. 1. *nec doleas.*

℣. 11. Sic apud Aug. in Spec. Ita quoque in Græco, præter ultima ista, & *ne despicias*, &c. quæ absunt: adduntur tamen infra ℣. 13. unâ voce mutatâ, ἀγνοίας, *ignorantias*, pro *cogitatus.*

℣. 12. Concinit Augustſ. Speculum. Sed in Gr. absunt priora verba: *Curva cervicem ejus in juventute*, &; sicut ult. ista, & *erit tibi dolor animæ*; media verò sic leguntur ibid. θλάσον τὰς πλευρὰς αὐτοῦ ὡς ἔστι νήπιος, μήποτε σκληρυνθεὶς ἀπειθήσῃ σοι i. e. *tunde latera illius dum est infans, ne fortè induratus non pareat tibi.* In ed. Compl. sequuntur ista, καὶ ἔσται σὺ ὀδύνη ψυχῆς· al. καὶ ἔσται σοὶ ὀδύνη ψυχῆς· imo & priora leguntur inf. in ed. Rom. sub fin. ℣. seq.

℣. 13. Ita in Græco est, exceptis his: ἵνα μὴ ἐν τῇ ἀχρειοσύνῃ αὐτοῦ πρόσκοψῃ, *ne in turpitudine tua offendas*; at in Mſ. Alex. αὐτοῦ προσκόψῃς; & in Aug. Spec. *ne in turpitudine illius confundaris.* Græc. subdit: καὶ μὴ παρίδῃς τὰς ἀγνοίας αὐτοῦ, κάμψον τὸν τράχηλον αὐτοῦ ἐν νεότητι· & *ne despicias ignorantias illius, curva collum ejus in juventute*; quæ in Vulg. leguntur sup. ℣℣. 11. & 12. Mſs. S. Germ. 15. Corb. 1. & S. Theod. hìc legunt, & *operare in illum*, non *in illo.*

℣. 14. Consonat Aug. Speculum. A Græco abest vox *imbecillis*; & pro *malitia*, est εἰς σῶμα αὐτοῦ, *in corpore suo.*

℣. 15. Ita legit Aug. in Spec. Græc. verò ita: Ὑγεία, καὶ εὐεξία βέλτιον παντὸς χρυσίου· καὶ σῶμα, &c. *Sanitas*, & *bona habitudo melior omni auro*; & *corpus*, &c. ut supra. In Mſs. S. Germ. 15. S. Theod. & Corb. 1. & *melior omni auro.*

℣. 16. Ita Græcè, nisi quòd loco *super censum salutis*, est βελτίων ὑγείας, *melior sanitate.* Aug. Speculum Vulgatæ congruit. Mſs. S. Germ. 15. S. Theod. & Corb. 1. sub fin. hab. & *non est oblectatio super*, &c.

℣. 17. Ita de Græco, exceptis his, & *requies æterna quàm*, pro quibus simpliciter ἢ, *aut.* Apud Aug. in Spec. tota ut in Vulg.

℣. 18. Ita in Aug. Speculo. Græcè: Ἀγαθὰ ἐκκεχυμένα ἐπὶ στόματι κεκλεισμένῳ, βέματα βρωμάτων παρακείμενα ἐπὶ τάφῳ· i. e. *Bona effusa ad os clausum, appositiones ciborum appositæ super sepulcrum.* In edit. Compl. Ἀγαθὰ κεκλεισμένα· & in Mſ. S. Germ. 15. *Bona abscensa.*

℣. 19. Græc. Τί συμφέρει κάρπωσις εἰδώλῳ; *Quid prodest oblatio idolo?* deinde sic: ὅτε γὰρ ἔδεται, ὅτε μὴ ὀσφρανθῇ· Mſs. Germ. 15. & S. Theod. *nec enim manducat, nec odorabitur*; Corb. 1. *nec odoratur.*

℣. 20. In Græco absunt ult. ista: *portans mercedes iniquitatis*; loco verò *effugatur*, est ὁ ἐκδιωκόμενος, *qui persecutionem patitur.* In Mſ. Corb. 1. *sicut qui effugatur*, &c. subinde in Sangerm. 15. & S. Theod. & *portans mercedes*, &c.

℣. 21. Consonat Græc. ad verbum, nisi quòd hab. ἐν ὀφθαλμοῖς, non simpliciter *oculis.*

℣. 22. Græc. Μὴ δῷς εἰς λύπην τὴν ψυχήν σου, &c. *Ne des in tristitiam animam tuam*, &c. ut sup. Aug. Speculum Vulgatæ accinit.

℣. 23. Eadem refert Aug. in Spec. A Græco absunt ista, & *thesaurus sine defectione sanctitatis*; cæt. conveniunt, dempto uno *hæc est*; in ed. tamen Compl. ἄνευ ζωή· in Mſ. S. Theod. deest &, ante *exsultatio.*

℣. 24. Sic hab. Augustſ. in Spec. præter hæc, & *congrega..... longè expelle à te.* Sic etiam in Mſs. S. Germ. 15. & S. Theod. at in Græco brevius: Ἀγάπα τὴν ψυχήν σου, καὶ παρακάλεσε τὴν καρδίαν σου, καὶ λύπην, &c. *Dilige animam tuam*, & *consolare cor tuum*, & *tristitiam*, &c. Porro hic versus cum seqq. ad finem usque cap. 33. desunt in Mſ. Corb. 1.

℣. 25. Ita Græcè, ut & ap. Aug. in Speculo.

℣. 26. Sic est in Græco, excepto verbo penult. ἄγει, *adducit.* Similiter in Aug. Speculo, prætereaque *minuent dies*; item in Mſ. S. Theod. *minuent dies*; in Sangerm. 15. *minuit dies..... adducit.*

℣. 27. Versus iste hìc non legitur in Græco, sed inſ. cap. 33. ℣. 13. paucis mutatis. In Mſs. S. Germ. 15. & S. Theod. sic est: *Splendidum cor, bonum in epulis: epulæ enim*, &c. Porro in eodem Græco subjiciuntur hìc multa, quæ in Vulg. & in ed. Compl. transferuntur inſ. in cap. 33. ℣. 16. & seqq.

Digitized by Google

* Græc. XXXIV.

CAPUT * XXXI.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. VIgilia honeſtatis tabefaciet carnes, & cogitatus illius auferet ſomnum.
2. Cogitatus præſcientiæ avertit ſenſum, & infirmitas gravis ſobriam facit animam.
3. Laboravit dives in congregatione ſubſtantiæ, & in requie ſua replebitur bonis ſuis.
4. Laboravit pauper in diminutione victûs, & in fine inops fit.
5. Qui aurum diligit, non juſtificabitur: & qui inſequitur conſumptionem, replebitur ex ea.
Sup. 8. 3. 6. Multi dati ſunt in auri caſus, & facta eſt in ſpecie ipſius perditio illorum.
7. Lignum offenſionis eſt aurum ſacrificantium: væ illis, qui ſectantur illud, & omnis imprudens deperiet in illo.
8. Beatus dives, qui inventus eſt ſine macula: & qui poſt aurum non abiit, nec ſperavit in pecunia & theſauris.
9. Quis eſt hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita ſua.
10. Qui probatus eſt in illo, & perfectus eſt, erit illi gloria æterna: qui potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus; facere mala, & non fecit:
11. ideo ſtabilita ſunt bona illius in Domino, & eleemoſinas illius enarrabit omnis Eccleſia ſanctorum.
12. Supra menſam magnam ſediſti? non aperias ſuper illam faucem tuam prior.
13. Non dicas ſic: Multa ſunt, quæ ſuper illam ſunt:
14. memento quoniam malus eſt oculus nequam.
15. Nequius oculo quid creatum eſt? ideo ab omni facie ſua lacrymabitur: cùm viderit,
16. ne extendas manum tuam prior, & invidia contaminatus erubeſcas.
17. Ne comprimaris in convivio.
18. Intellige quæ ſunt proximi tui ex teipſo:
19. utere quaſi homo frugi his, quæ tibi apponuntur: ne, cùm manducas multum, odio habearis.
20. Ceſſa prior cauſâ diſciplinæ: & noli nimius eſſe, ne fortè offendas.
21. Et ſi in medio multorum ſediſti, prior illis ne extendas manum tuam, nec prior poſ-

NOTÆ.

℣. 1. Græc. Ἀγρυπνία πλούτου ἐκτήκει σάρκας, καὶ ἡ μέριμνα αὐτοῦ ἀφιστᾷ ὕπνον. *Vigilia divitiarum tabefacit carnes, & cogitatus illarum aufert ſomnum:* ſimiliter hab. *tabefacit* Mſ. Sangerm. 15.

℣. 2. Mſs. S. Germ. 15. & S. Theod. initio hab. *Cogitatus præſentiæ*, &c. ut ſupra. Græc. verò ita: Μέριμνα ἀγρυπνίας ἀπαιτήσει ῥυσαγμὸν, καὶ ἀρρώστημα βαρὺ ἐκνήψει ὕπνος. *Sollicitudo vigiliæ interpellabit dormitationem, & infirmitatem gravem digerent ſomnus.* Ed. Ald. hab. ὕπνον, idque alia manu ſcriptum eſt in cod. Vatic.

℣. 3. Græc. loco *ſubſtantiæ*, hab. χρημάτων, *pecuniarum*, quod idem valet; dein verò ſic, καὶ ἐν τῇ ἀναπαύσει ἐμπίπλασθαι τῶν τρυφημάτων αὐτοῦ, *& in requie repletur deliciis ſuis;* Mſ. Sangerm. 15. leg. *replebitur bonorum ſuorum.*

℣. 4. Id unum, *& in fine inops fit*, ſic variat Græcè, καὶ ἐν τῇ ἀναπαύσει ἐνδεὴς γίνεται, *& in requie indigens fit.*

℣. 5. Concinit Aug. Speculum: nec diſſimile quiddam Græcè, præter hoc, διαφθορὰν, *corruptionem*, loco *conſumptionem;* idque, αὐτὸς πλησθήσεται, *ipſe replebitur*, pro *replebitur ex ea.* Apud S. Paulin. ep. 25. p. 167. c. ſic: *Qui pecuniam diligit, non juſtificabitur: & qui terrenas poſſeſſiones concupiſcit, in illis implanabitur:* at hæc poſtrema ex alio loco deſumpta videntur.

℣. 6. Sic legit Aug. in Spec. Græcè ita: Πολλοὶ ἐδόθησαν εἰς πτῶμα χάριν χρυσίου, καὶ ἐγενήθη ἀπώλεια αὐτῶν κατὰ πρόσωπον αὐτῶν. *Multi dati ſunt in caſum propter aurum, & facta eſt perditio eorum ad faciem ipſorum.* S. Paulin. ep. 25. p. 168. a. *Multi periclitati ſunt auri cauſâ, & facta eſt in facie illius perditio ipſorum.* In Mſ. S. Theod. *Multi dati ſunt in auro caſus:* & in Sangerm. 15. *& facta eſt in facie ipſius*, &c.

℣. 7. Eadem legit Aug. in Spec. Mſ. tamen Reg. ibid. pro *deperiet*, hab. *decipietur.* S. Paulin. ep. 25. p. 168. a. *Lignum offenſionis ejus eſt aurum, & dejicit eos,* (al. *væ illis*) *qui ſectantur illud: omnis imprudens diſperiet in illo.* Græc. loco *aurum ſacrificantium*, hab. τοῖς ἐθυσιάζουσιν αὐτῷ, *ſacrificantibus ei;* ſubditque, καὶ πᾶς ἄφρων ἁλώσεται ἐν αὐτῷ, *& omnis imprudens capietur in illo;* prætermiſſis his, *væ illis qui ſect. illud.*

℣. 8. Eadem leguntur Græcè, præter ult. *nec ſperavit in pecunia & theſauris*, quæ deſunt. Ambroſ. tamen l. de Nab. c. 13. p. 581. a. ait: *Benedicitur dives, qui inventus eſt ſine macula, & qui poſt aurum non abiit, nec ſperavit in pecunia theſauris.* Auguſtini Speculum Vulgatæ accinit.

℣. 9. Sic Ambroſ. l. de Nab. c. 13. col. 581. a. & 2. offic. col. 85. e. necnon Auguſt. in Spec. Græcè ita: Τίς ἐστι, καὶ μακαρίσωμεν αὐτόν; ἐποίησε γὰρ θαυμάσια ἐν λαῷ αὐτοῦ. *Quis eſt, & beatificabimus eum? fecit enim mirab. in populo ſuo:* in ed. Compl. Τίς ἐστιν οὗτος, καὶ, &c.

℣. 10. Auguſt. Speculum: *Quis probatus eſt in illo, & perf. eſt? & erit illi glor..... & facere mala*, &c. Item in Mſ. Sangerm. 15. *Quis probatus eſt..... & erit illi in gloria æterna..... facere malum, & non fecit.* Similiter in Mſ. S. Theod. præter τὸ *& facere mala.* Apud Ambr. l. de Nab. c. 13. col. 581. b. *qui potuit tranſgredi..... & facere mala, & non fecit.* In Græco: Τίς ἐδοκιμάσθη ἐν αὐτῷ, καὶ ἐτελειώθη; καὶ ἔσται εἰς καύχημα· τίς ἐδύνατο παραβῆναι, καὶ οὐ παρέβη· καὶ ποιῆσαι κακὰ, καὶ ἐποίησεν; *Quis probatus eſt in illo, & perfectus eſt? & ſit in gloriationem: qui potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus; & facere mala, & non fecit?*

℣. 11. Ita legit Aug. in Spec. dempta una voce *omnis* ante *Eccleſia;* deeſt pariter in Mſ. Sangerm. 15. ſicut in Græco; præterea ab eodem Gr. abſunt voces ſeqq. *ideo*, & *in Domino*, & *ſanctorum;* initio verò ipſo legitur στερεωθήσεται, *ſtabilientur*, non *ſtabilita ſunt.*

℣. 12. Græcè deeſt tantùm ult. vox *prior.*

℣. 13. Gr. ipſo initio habet Καὶ, detractâ ſeq. conjunct. *ſic*, cum verbo ult. *ſunt;* loco verò prioris *ſunt*, hab. γὲ, *quidem.* In Mſ. S. Germ. 15. *Non dicas: Si multa ſunt, quæ ſuper illa ſunt;* item in Mſ. S. Theod. *Non dicas: Si multa.*

℣. 14. Ita Græcè, præter unum κακὸν, *malum*, pro *malus eſt.* A Mſs. S. Theod. & Germ. 15. abeſt pariter verbum *eſt.*

℣. 15. Ita in Græco eſt, præter verbum *lacrymabitur*, pro quo λαμπρύνει, *lacrymatur*, abſque præced. *ſua:* mox ita, οὗ ἐὰν ἐπιβλέψῃ, *quocunque aſpexerit*, vel *aſpexeris*, &c.

℣. 16. Græc. delet voces *tuam prior*, cum reliquis; ed. tamen Compl. addit σὴν, ad *manum.*

℣. 17. Græc. Καὶ μὴ συνθλίβου αὐτῷ ἐν τρυβλίῳ· *Et ne comprimaris cum eo in catino.* Mſ. S. Germ. 15. *Nec comprimaris;* Mſ. S. Theod. ſubdit, *in convivio vini.*

℣. 18. Sic eſt in Græco, detractâ voculâ *tui.* In Mſs. S. Germ. 15. & S. Theod. *Intellige rem proximi tui ex teipſo.* Græc. proximè addit: καὶ ἐπὶ παντὶ πράγματι διανοοῦ, *& in omni re cogita.*

℣. 19. Ita in Auguſt. Speculo, hoc excepto, *ut non*, pro *ne;* in Mſ. S. Theod. *& non;* ſup. verò in Sangerm. 15. *frugi*, *quæ tibi adponentur: & non*, *cùm manducas*, &c. Græcè ita: φάγε ὡς ἄνθρωπος, τὰ παρακείμενά σοι· καὶ μὴ διαμασῶ, μὴ μισηθῇς· i. e. *comede ſicut homo, quæ appoſita ſunt tibi: & non devores, ne odio habearis.*

℣. 20. Conſonat Græc. niſi quòd pro *noli nimius eſſe*, hab. μὴ ἀπληστεύου, *noli eſſe inſatiabilis.* Auguſt. Spec. Vulgatæ congruit.

℣. 21. Ad verbum è Græco, præter ult. ſeqq. *nec prior poſcas bibere*, quæ abſunt. Apud Aug. in Spec. omnia ut in Vulg.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

cas bibere.

22. Quàm ſufficiens eſt homini erudito vinum exiguum, & in dormiendo non laborabis ab illo, & non ſenties dolorem.

23. Vigilia, cholera, & tortura viro infrunito:

24. ſomnus ſanitatis in homine parco: dormiet uſque manè, & anima illius cum ipſo delectabitur.

25. Et ſi coactus fueris in edendo multum, ſurge è medio, evome: & refrigerabit te, & non adduces corpori tuo infirmitatem.

26. Audi me fili, & ne ſpernas me: & in noviſſimo invenies verba mea.

27. In omnibus operibus tuis eſto velox, & omnis infirmitas non occurret tibi.

28. Splendidum in panibus benedicent labia multorum, & teſtimonium veritatis illius fidele.

29. Nequiſſimo in pane murmurabit civitas, & teſtimonium nequitiæ illius verum eſt.

30. Diligentes in vino noli provocare: *Judith, 13. 4.* multos enim exterminavit vinum.

31. Ignis probat ferrum durum: ſic vinum corda ſuperborum arguet in ebrietate potatum.

32. Æqua vita hominibus, vinum in ſobrietate: ſi bibas illud moderatè, eris ſobrius.

33. Quæ vita eſt ei, qui minuitur vino?

34. Quid defraudat vitam? Mors.

35. Vinum in jucunditatem creatum eſt, *Pſalm. 103. 15.* & non in ebrietatem, ab initio.

36. Exſultatio animæ & cordis, vinum moderatè potatum. *Prov. 31. 4.*

37. Sanitas eſt animæ & corpori ſobrius potus.

38. Vinum multum potatum, irritationem, & iram, & ruinas multas facit.

39. Amaritudo animæ vinum multum potatum.

40. Ebrietatis animoſitas, imprudentis offenſio, minorans virtutem, & faciens vulnera.

41. In convivio vini non arguas proximum: & non deſpicias eum in jucunditate illius:

42. verba improperii non dicas illi: & non premas illum in repetendo.

NOTÆ.

℣. 22. A Græco abeſt τὸ *vinum*; loco verò *in dormiendo*, ac cæteror. ſimpliciter eſt, ἐπὶ τῆς κοίτης αὐτῦ ὐκ ἀσθμαίνει, *in lecto ſuo non laborat aſthmate.* Auguſt. Spec. hab. *vinum exiguum.*

℣. 23. Hic verſiculus poſtponitur verſui 24. in Græco. Apud Ambroſ. l. de Elia, c. 8. col. 543. c. ſic: *Vigiliæ, & cholera, & tortura viro inſatiabili:* & l. de Cain, c. 5. col. 192. c. *Vigiliæ, & tormenta viro educi.* Græc. Πόνος ἀγρυπνίας ἐν χολέρᾳ, ἐν σρόφος μετὰ ἀνδρὸς ἀπαιδεύτε. *Labor vigiliæ & cholera, & tortura cum viro inſatiabili;* in ed. Compl. χολέρα, non χολέρας.

℣. 24. Græc. ὕπνος ὑγιείας ἐπὶ ἐντέρῳ μετρίῳ· ἀνέσῃ πρωΐ, ἐν ἡ ψυχὴ αὐτῦ μετ' αὐτῦ· *ſomnus ſanitatis in inteſtino moderato: ſurrexit manè, & anima ejus cum ipſo.* Mſ. S. Theod. hab. *uſque in manè.*

℣. 25. Ambroſ. l. de Cain, c. 5. col. 192. c. *Si coactus fueris in edendo, ſurge, & vome: & refrigerabit te, & non adduces corpori tuo infirmitatem.* Græcè breviùs: Καὶ εἰ ἐδιάδης ἐν ἐδέσμασιν, ἀνάσα μεζοπωρῶν, ἐν ἀναπαύσῃ. *Et ſi coactus fueris in epulis, ſurge in medio pomorum, & requieſces:* al. μεσοπωρῶν, quaſi è media cœna abiens; ed. Compl. addit ἔμεσον, ἐν ἀναπαύσῃ· item in Mſ. S. Germ. 15. *ſurge è medio, & vome;* ultimòque, *infirmitates.*

℣℣. 26. 27. Totidem verba exſtant in Græco.

℣. 28. A Græco abeſt vox *multorum*, & loco *veritatis*, eſt καλοῦς; cæt. ut in Vulg. Apud Ambr. l. de Nab. c. 14. col. 582. d. *Splendidum in panibus benedicent labia juſtorum, & teſtimonium bonitatis illius fiet.*

℣. 29. Similia in Græco, præter ult. unum ἀκριβὴς, *certum*, loco *verum eſt.*

℣. 30. Ita legit Aug. in Spec. Gr. verò, Ἐν οἴνῳ μὴ ἀθρίζε· πολλοὺς γὰρ, &c. *In vino noli ſortem agere: multos enim*, &c. ut ſup. Mſ. S. Theod. extremò hab. *exterminabit vinum.*

℣. 31. Græc. Κάμινος δοκιμάζει σόμωμα ἐν βαφῇ· ὕτως οἶνος καρδίας ἐν μάχῃ ὑπερηφάνων· *Fornax probat aciem ferri in tinctura: ſic vinum corda in contentione ſuperborum.* Ed. Compl. ὕτως οἶνος ἐν καρδίαις ὑπερηφάνων ἐν μέθῃ· *ſic vinum in corde ſuperborum in ebrietate.*

℣. 32. Ambroſ. l. de Elia, c. 12. col. 548. d. *Æqualis vita hominibus, vinum in ebrietate:* & inf. *bibas illud moderatè, ut ſis ſobrius.* Mſ. Sangerm. 15. *Æquabit in vita vinum hominibus: ſi bibas illud*, &c. ut in Vulg. Græc. Ἐσται ζωὴ οἶνος ἀνθρώπῳ (Alex. & Compl. ἀνθρώποις,) ἐὰν πίῃς αὐτὸν μέτρῳ αὐτῦ. *Æquale vitæ vinum homini, ſi bibas illud menſurâ ſuâ.*

℣. 33. Conſonat Græc. dempto uno verbo *eſt.* In Mſs. S. Germ. 15. & S. Theod. *Quæ eſt vita, quæ minuitur vino?*

℣. 34. Hic verſiculus abeſt in Gr.

℣. 35. Mſs. S. Germ. 15. & S. Theod. cum Ambr. ubi ſup. ℣. 32. *Vinum in jucunditate* (vel *jocunditate*) *creatum eſt, non in ebrietate, ab initio.* Græcè ſimpliciter: ἐν αὐτῆς ἔκτισαι εἰς εὐφροσύνην ἀνθρώποις.

℣. 36. Græc. Ἀγαλλίαμα καρδίας ἐν εὐφροσύνη ψυχῆς, οἶνος πινόμενος ἐν καιρῷ αὐτῦ ἀρχὴ· *Exſultatio cordis & lætitia animæ, vinum potatum in tempore quod ſatis ſit.* Ambr. ubi ſup. ℣. 32. *Exſultatio animæ & cordis eſt, ſi moderatè bibas.*

℣. 37. In Mſ. S. Germ. 15. deeſt *ſobrius potus;* in Græco verſiculus totus. In Mſ. S. Theod. ſic: *Sanitas eſt & corpori & animæ*, &c.

℣℣. 38. 39. Græcè ſic mutatur ordo: Πικρία ψυχῆς οἶνος πινόμενος πολὺς ἐν ἐρεθισμῷ, ἐν ἀνλιπλώματι. *Amaritudo animæ vinum potatum multum in irritatione, & contentione;* nec habentur plura. Ambr. ubi ſup. *Immoderatio autem potus iracundiam concitat, & ruinas multas efficit.*

℣. 40. Græc. loco priorum verborum, *Ebrietatis animoſitas, imprud. offenſio*, hab. Πληθύνει μέθη θυμὸν ἄφρονος εἰς πρόσκομμα· *Multiplicat ebrietas furorem imprudentis in offenſionem;* reliqua ut in Vulg.

℣. 41. Ita in Græco, hoc excepto 1. ἐν συμποσίῳ, *in compotatione*, pro *in convivio.*

℣. 42. Concinit Græc. niſi quòd hab. λόγον, *verbum*, non *verba.*

---

* Græc. xxxv.

CAPUT * XXXII.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. REctorem te poſuerunt? noli extolli: eſto in illis quaſi unus ex ipſis.

2. Curam illorum habe, & ſic conſide, & omni cura tua explicita recumbe:

3. ut lætéris propter illos, & ornamentum gratiæ accipias coronam, & dignationem conſequaris corrogationis.

NOTÆ.

℣. 1. Ad verbum è Græco. Hieron. in Ezech. 18. col. 821. f. legit: *Principem te conſtituerunt? ne eleveris: eſto inter eos quaſi unus ex ipſis:* & in Ezech. 34. & 45. col. 944. c. 1038. b. *Ducem te conſtit. ne eleveris: ſed eſto*, &c. ut ſup. Facund. Hermian. l. 12. Sirm. to. 2. 814. a. *Rectorem te inſtituerunt? ne extollaris: eſto in illis quaſi unus ex ipſis.* Auct. l. de aleator. ap. Cypr. p. 492. f. *Rectorem te petierunt? noli extolli*, &c. ut in Vulg.

℣. 2. Similiter in Græco. Auct. l. de aleator. ap. Cypr. p. 492. f. *Curam illorum habe, & conſidera.* Facund. Herm. l. 12. Sirm. to. 2. p. 814. a. *Curam illorum adhibe, & ſic conſidera.* Similiter hab. Mſ. S. Theod. *conſidera;* S. Germ. 15. *conſide*, è Gr. κάθεσαι, cum Vulg.

℣. 3. Græcè abſunt poſteriora iſta, & *dignationem con-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

4. Loquere major natu : decet enim te
5. primum verbum diligenti ſcientiâ, & non impedias muſicam.
6. Ubi auditus non eſt, non effundas ſermonem, & importunè noli extolli in ſapientia tua.
7. Gemmula carbunculi in ornamento auri, & comparatio muſicorum in convivio vini.
8. Sicut in fabricatione auri ſignum eſt ſmaragdi, ſic numerus muſicorum in jucundo & moderato vino.
9. Audi tacens, & pro reverentia accedet tibi bona gratia.
10. Adoleſcens loquere in tua cauſa vix.
11. Si bis interrogatus fueris, habeat caput reſponſum tuum.
12. In multis eſto quaſi inſcius, & audi tacens ſimul & quærens.
13. In medio magnatorum non præſumas: & ubi ſunt ſenes, non multum loquaris.
14. Ante grandinem præibit coruſcatio: & ante verecundiam præibit gratia, & pro reverentia accedet tibi bona gratia.
15. Et horâ ſurgendi non te trices: præcurre autem prior in domum tuam, & illic avocare, & illic lude,
16. & age conceptiones tuas, & non in delictis & verbo ſuperbo.
17. Et ſuper his omnibus benedicito Dominum, qui fecit te, & inebriantem te ab omnibus bonis ſuis.
18. Qui timet Dominum, excipiet doctrinam ejus: & qui vigilaverint ad illum, invenient benedictionem.
19. Qui quærit legem, replebitur ab ea: & qui inſidiosè agit, ſcandalizabitur in ea.
20. Qui timent Dominum, invenient judicium juſtum, & juſtitias quaſi lumen accendent.
21. Peccator homo vitabit correptionem, & ſecundùm voluntatem ſuam inveniet comparationem.
22. Vir conſilii non diſperdet intelligentiam, alienus & ſuperbus non pertimeſcet timorem:
23. etiam poſtquam fecit cum eo ſine conſilio, & ſuis inſectationibus arguetur.
24. Fili ſine conſilio nihil facias, & poſt factum non pœnitebis.
25. In via ruinæ non eas, & non offendes in lapides: nec credas te viæ laborioſæ, ne ponas animæ tuæ ſcandalum:
26. & à filiis tuis cave, & à domeſticis tuis attende.
27. In omni opere tuo crede ex fide ani-

NOTÆ.

ſequaris corrogationis; cæt. ut in Vulg. niſi quòd loco & *ornamentum gratiæ*, eſt, ἐν εὐχοσμίας χάριτι, & *ornamenti gratiâ*: in Mſ. S. Theod. *ut ornamentum gratiæ*; ultimòque, *congregationis*, non *corrogationis*.

℣. 4. Ita in Aug. Speculo, & Græco.

℣. 5. Auguſt. Specul. *primum verbum diligenti ſcientiam*, &c. Reg. Mſ. ibid. *dilige ſcientiam*; Carnut. *diligentis ſcientiam*. Bibl. Mſ. S. Germ. 15. *diligenti ſcientiam*, & *non impedias muſica*. Græc. initio hab. ἐν ἀκριβεῖ ἐπιστήμῃ, ἐν μὴ ἐμποδίσῃς μουσικά· tollitque *primum verbum*.

℣. 6. Mſ. S. Germ. 15. *Ubi auditus eſt*, abſque negatione: Græc. Ὅπου ἀκούσματα, μὴ, &c. ut in textu, niſi excipiatur hoc ult. μὴ σοφίζου, *noli ſapientiam tuam oſtentare*, loco *noli extolli in ſapientia tua*. Mſ. S. Theod. & *non effundas ſermonem intempeſtivè*, & *importunè noli extolli in ſap. tua*.

℣. 7. Græc. Σφραγὶς ἄνθρακος ἐπὶ κόσμῳ χρυσῷ, σύγκριμα μουσικῶν ἐν συμποσίῳ οἴνου· *Sigillum carbunculi in ornamento aureo, concentus muſicorum in compotatione vini*.

℣. 8. Græc. Ἐν κατασκευάσματι χρυσῷ σφραγὶς σμαράγδου, μέλος μουσικῶν ἐφ' ὕδατι οἴνου. *In fabricatione aurea ſigillum ſmaragdi, modulatio muſicorum in vino jocundo*.

℣. 9. Hic ℣. totus deſideratur in Græco. Mſ. S. Theod. hab. *accidet*, non *accedet*.

℣. 10. Auguſt. Specul. cum Mſ. S. Theod. *Adoleſcens loquere in tua cauſa vix cùm neceſſe fuerit*: ſed hoc ultimo, *cùm neceſſe fuerit*, caret Mſ. Reg. Speculi. Gr. hab. Λάλησον νεανίσκε εἰ χρεία σου· deinde, μόλις, &c. ut inf.

℣. 11. Concinit Aug. Speculum. Græc. addit, μόλις, ὡς ἐὰν ἐπερωτηθῇς, κεφαλαίωσον λόγον· *vix, ſi bis interrogatus fueris, in ſummam collige ſermonem*.

℣. 12. Ita Aug. in Spec. Græc. verò ſic: Ἐν ὀλίγοις πολλὰ γίνου ὡς γινώσκων, ἐν ἅμα σιωπῶν. *In paucis multa: eſto quaſi ſciens, & ſimul tacens*.

℣. 13. Auguſt. Specul. hab. *loqui non præſumas*, &c. ut ſup. ſed τὸ *loqui*, abeſt à Mſ. Reg. Spec. In Mſ. S. Theod. ſic: *Et loqui in medio magnatorum non præſumas*. In Gr. Ἐν μέσῳ μεγιστάνων μὴ ἐξιάζου· ἐν ἑτέρου λόγοντος, μὴ πολλὰ ἀδολέσχει. *In medio magnat. non agas æqualem: & alio docente, ne multa garrias*: at in ed. Compl. ἐν ὅπου γέροντες, μὴ, &c. Apud Ambr. in Pſ. 118. col. 1135. b. *ubi ſunt ſenes, non multum loquaris*: item l. de Noe, c. 31. col. 275. d. alludens dicit: *cùm veneris ad ſeniorum concilium, claude os tuum*.

℣. 14. Græc. Πρὸ βροντῆς κατασπεύδει ἀστραπή· ἐν πρὸ αἰχυντηροῦ προπορεύσεται χάρις. *Ante tonitruum feſtinat coruſcatio*: & *ante verecundiam præibit gratia*; reliqua abſunt: ſimiliter in Mſ. S. Germ. 15. deeſt τὸ & *pro reverentia accedet tibi bona gratia*. Apud Aug. in Spec. omnia ut in Vulg.

℣. 15. Concinit Aug. Speculum. At in Græco ſic: Ἐν ὥρᾳ ἐξεγείρου, ἐν μὴ ὑράγεις· ἀπότρεχε εἰς οἶκον, ἐν μὴ ῥαθύμει, ἐκεῖ παῖζε. *In hora exſurge, & non ſis ultimus: recurre in domum, & ne torpeas, ibi lude*. Auct. l. de promiſſ. c. 13. ap. Proſp. p. 206. b. *Ingredere huc adoleſcens, & huc avocare; hic lude*.

℣. 16. Ita legit Aug. in Spec. Græc. verò ſic: ἐν πολλοῖς τὰ ἐνθυμήματά σου, καὶ μὴ ἁμάρτῃς λόγῳ ὑπερηφάνῳ· & *ſac cogitata tua, & ne pecces verbo ſuperbo*. Auct. l. de promiſſ. ubi ſup. & *age conceptiones tuas*, ut in Vulg.

℣. 17. Ita in Aug. Speculo. Sic etiam in Græco, præter voces 2. *omnibus*, & *Dominum*, quæ abſunt.

℣. 18. Græcè abſunt voces *ejus*, & *ad illum*; cæt. quadrant, niſi hoc excipias, οἱ ὀρθρίζοντες, *qui vigilant*, pro *vigilaverint*. Auguſt. Speculum nil diſcrepat à Vulg.

℣. 19. Auguſt. Speculum concinit cum Vulg. In Græco abeſt præp. *ab*; & loco *qui inſidiosè agit*, eſt ὁ ὑποκρινόμενος, *qui ſimulat*; cæt. ut ſupra.

℣. 20. Auguſt. in Spec. leg. *juſtitiam quaſi lumen*, &c. Mſ. S. Germ. 15. *juſtitias quaſi lucem*. Græc. δικαιώματα ὡς φῶς, &c. deeſt autem ibid. vox anteced. *juſtum*.

℣. 21. Auguſt. in Spec. habet, *devitabit correptionem*, cum Mſ. S. Germ. 15. Græc. ἐκκλίνει ἔλεγμόν; cæt. ut in Vulg. Auct. l. de ſing. cleric. ap. Cypr. p. 529. f. legit: *Peccator homo evitat correptionem*, & *ad voluntatem ſuam invenit comparationem*.

℣. 22. Ita in Græco, exceptis his, ὁ μὴ παρίδῃ διανόημα, *non deſpiciet conſiderationem*, pro *non diſperdet intelligentiam*. Aug. in Spec. conſtanter hab. *non diſperdet*, &c. Mſ. S. Theod. *non diſperdet in intelligentia..... non pertimeſcit*, &c. S. Germ. 15. *non diſperiet intelligentiâ*.

℣. 23. Ita Græcè, exceptis his ult. & *ſuis injectationibus arguetur*, quæ deſunt.

℣. 24. Concinit Auguſt. Speculum; nec differt Græc. niſi quòd caret voce *fili*, & loco *poſt factum*, hab. ὦ τῷ ποιῆσαί σε. Ambr. in Pſ. 36. col. 808. c. *Et tu cum conſilio omnia fac*. Auct. l. de XLII. manſ. ap. Ambr. col. 16. c. *Sine conſilio nihil facias*, & *in faciendo ne te pœniteat*. Mſs. S. Germ. 15. & S. Theod. *non pœniteberis*? Gr. μὴ μεταμελῇ.

℣. 25. A Græco abſunt ult. iſta, *ne ponas animæ tuæ ſcandalum*; loco verò, & *non offendes in lapides*, &c. hab. ἐν μὴ προσκόψῃς ἐν λιθώδεσιν· μὴ πίσευσης ἐν ὁδῷ ἀπροσκόπῳ· & *ne offendas in lapidoſis: ne credas te viæ non explorate*; ed. Compl. ὁ προσκόψεις· in Mſ. etiam S. Germ. 15. *ne credas te*. Apud Auct. l. de ſing. cleric. ap. Cypr. p. 530. f. *non te credas viæ laborioſæ*, &c. ut in Vulg.

℣. 26. Græc. caret his ult. & *à domeſticis tuis attende*; priora verò ut in Vulg.

℣. 27. In Græco deſunt voces ſeqq. *tuo*, & *ex fide*;

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

mæ tuæ: hoc eſt enim conſervatio mandatorum.

28. Qui credit Deo, attendit mandatis: & qui confidit in illo, non minorabitur.

NOTÆ.

loco verò hujus, *conſervatio*, eſt τήρησις, *obſervatio*; cæt. ut in Vulg. In Mſs. S. Germ. 15. & S. Theod. *hæc eſt enim conſervatio.*

℣. 28. Eadem leguntur Græcè, exceptis his duobus, νόμῳ, *legi*, pro *Deo*, & Κυρίῳ, *Domino*, pro *in illo*; at in ed. Compl. primo loco eſt Κυρίῳ; altero verò, ἐπ' αὐτῷ, ut ſup. Apud Auguſt. in Spec. omnia ut in Vulg. præter fut. *adtendet.* In Mſ. S. Germ. 15. & *qui confidunt in illo, non minorabuntur.*

CAPUT * XXXIII.

* Græc. xxxvi.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. TImenti Dominum non occurrent mala, ſed in tentatione Deus illum conſervabit, & liberabit à malis.

2. Sapiens non odit mandata & juſtitias, & non illidetur quaſi in procella navis.

3. Homo ſenſatus credit legi Dei, & lex illi fidelis.

4. Qui interrogationem manifeſtat, parabit verbum, & ſic deprecatus exaudietur, & conſervabit diſciplinam, & tunc reſpondebit.

Sup. 21. 17. 5. Præcordia fatui quaſi rota carri: & quaſi axis verſatilis cogitatus illius.

6. Equus emiſſarius, ſic & amicus ſubſannator, ſub omni ſupraſedente hinnit.

7. Quare dies diem ſuperat, & iterum lux lucem, & annus annum à ſole?

8. A Domini ſcientia ſeparati ſunt, facto ſole, & præceptum cuſtodiente.

9. Et immutavit tempora, & dies feſtos ipſorum, & in illis dies feſtos celebraverunt ad horam.

10. Ex ipſis exaltavit & magnificavit Deus, & ex ipſis poſuit in numerum dierum. Et omnes homines de ſolo, & ex terra, unde creatus eſt Adam. *Gen.* 2. 7.

11. In multitudine diſciplinæ Dominus ſeparavit eos, & immutavit vias eorum.

12. Ex ipſis benedixit, & exaltavit: & ex ipſis ſanctificavit, & ad ſe applicavit: & ex ipſis maledixit, & humiliavit, & convertit illos à ſeparatione ipſorum.

13. Quaſi lutum figuli in manu ipſius, plaſmare illud & diſponere. *Rom.* 9. 21.

14. Omnes viæ ejus ſecundùm diſpoſitionem ejus: ſic homo in manu illius, qui ſe fecit, & reddet illi ſecundùm judicium ſuum.

15. Contra malum bonum eſt, & contra mortem vita: ſic & contra virum juſtum peccator. Et ſic intuere in omnia opera Altiſſimi. Duo & duo, & unum contra unum.

16. Et ego noviſſimus evigilavi, * & quaſi qui colligit acinos poſt vindemiatores. * Græc. c. xxx. versùs med.

17. In benedictione Dei & ipſe ſperavi: & quaſi qui vindemiat, replevi torcular.

18. Reſpicite quoniam non mihi ſoli labo- *Sup.* 24.

NOTÆ. 47.

℣. 1. Sic hab. Aug. Speculum. Græcè legitur κακόν, *malum*, non *mala*; deeſt verò iſtud, *Deus illum conſervabit*, cum hoc ult. *à malis*; ſed ante *liberabit*, ponitur πάλιν, *iterum*. In Mſs. S. Theod. & S. Germ. 15. ſic, *conſervat, & liberabit à malis.*

℣. 2. Concordat Aug. Speculum. Mſ. S. Germ. 15. hab. *non illudetur.* Græc. verò ita: Ἀνὴρ σοφὸς ὑ μισεῖ νόμον· ὁ δὲ ὑποκειμένος ἐν αὐτῷ, ὡς ἐν καταιγίδι πλοῖον. *Vir ſapiens non odiet legem: qui autem ſimulat in ea, ſicut in procella navis.*

℣. 3. Græc. hab. ἐμπιστεύσει νόμῳ, *credet legi*, abſque voce *Dei*; & in fine ſubdit, ὡς ἐρώτημα δικαίων, *ſicut interrogatio juſtorum.* Apud Aug. in Spec. omnia ut in Vulg.

℣. 4. Gr. initio hab. de ℣. 3. ὡς ἐρώτημα δικαίων, *ſicut interrogatio juſtorum*; al. δήλων, *manifeſtationum*; deinde ſic: Ἑτοίμασον λόγον, καὶ ὕτως ἀκουσθήσῃ· σύνδησον παιδείαν, καὶ ἀποκρίθητι· i. e. *Para verbum, & ſic audieris: colliga doctrinam, & reſponde*; ed. Compl. καὶ τότε ἀποκρίθητι. Aug. verò Spec. cum Vulg. *Qui interrogationem manifeſtat, parabit verbum.*

℣. 5. A Græco abeſt 1. *quaſi*; cætera quadrant.

℣. 6. Mſ. S. Germ. 15. *Equus admiſſarius, ſicut amicus*, &c. item in Mſ. S. Theod. *ſicut amicus*; in Gr. Ἵππος εἰς ὀχείαν, ὡς φίλος, &c. *Equus ad admiſſuram, ſicut amicus*; reliqua ut in Vulg.

℣. 7. Græcè, loco *iterum lux lucem*, &c. exſtat, καὶ πᾶν φῶς ἡμέρας ἐναυλῶ ἀρ' ἡλίῳ; *& omne lumen diei anni à ſole?* cætera ut ſupra.

℣. 8. Græc. ſimpliciter hab. Ἐν γνώσει Κυρίου διεχωρίσθησαν, omiſſis aliis.

℣. 9. Græcè deeſt vox *ipſorum*, ſicut aliæ omnes ſubſeqq.

℣. 10. Ita in Græco, præter verbum ἡγίασε, *ſanctificavit*, loco *magnificavit Deus*: ſub fin. quoque deeſt adverb. *unde*, ante *creatus eſt*. Item apud Auguſt. l. 1. ad Simplic. to. 6. 101. d. legitur, & *ex terra Adam creatus eſt.* Mſ. S. Theod. poſt hoc, *in numerum dierum*, ſubdit & *annos*; deinde, *Et homines omnes*, &c. ut in Vulg.

℣. 11. Ita Auguſt. l. 1. ad Simplic. to. 6. col. 101. d. Sic etiam Græcè, excepta voce ἐπιστήμης, *ſcientiæ*, loco *diſciplinæ*. Mſ. S. Germ. 15. habet: *In multitudinem diſciplinæ Dominus ſep.* &c. Mſ. S. Theod. *Dominus ſeparavit.*

℣. 12. Eadem prorſus in Gr. exceptis his ult. καὶ ἀνέστρεψεν αὐτὸς ἀπὸ στάσεως αὐτῶν, & *evertit eos à ſtatione ipſorum*; tollitur etiam & ibid. poſt *applicavit*. In Mſ. S. Germ. 15. initio iſta: *Et ex ipſis benedixit.* Similiter apud Auguſt. l. 1. ad Simplic. to. 6. 101. d. ſubinde ſic: & *ex his ſanctificavit*..... & *convertit illos ad diſſentionem illorum.* Item in Mſ. S. Theod. & *ex his ſanctificavit*, abſque ſeq. &.

℣. 13. Ita Auguſt. l. 6. ad Simplic. col. 101. d. Græc. caret his ult. *plaſmare illud & diſponere.* Mſ. S. Theod. hab. *in manus ipſius.*

℣. 14. Græc. loco *diſpoſitionem*, hab. εὐδοκίαν, *beneplacitum*; ſubinde ſic num. plurali, ὕτως ἄνθρωποι..... τῷ ποιήσαντος αὐτὸς, ἀποδῶναι αὐτοῖς, &c. Mſ. S. Germ. 15. *in manus ipſius, qui ſe fecit*, & *reddet illis*, &c. Apud Aug. l. 1. ad Simplic. to. 6. 101. d. omnia ut in Vulg.

℣. 15. Ex his omnibus vix una aut altera vocula variat Græcè; nempe loco *virum juſtum*, ſimpliciter legitur εὐσεβῆς, *pium*, abſque præcedenti & *:* deeſt etiam conjunctio &, ante & poſt alt. *duo*; ed. Compl. hab. ἀνδρὸς εὐσεβοῦς. Auguſt. l. 11. de civit. Dei, c. 18. col. 286. a. ſimiliter legit: *Contra malum bonum eſt, & contra mortem vita: ſic contra pium peccator. Et ſic intuere in omnia opera Altiſſimi. Bina & bina, unum contra unum:* at l. 1. ad Simplic. to. 6. 101. e. ita: *Contrarium malo bonum eſt, & contra mortem vita eſt: ſic & contra virum juſtum peccator. Et ſic intu. in omnia op. Altiſſ. Duo duo, unum contra unum:* item in Mſ. Sangerm. 15. *Duo duo, unum*, &c. in Mſ. S. Theod. *in omni opera Altiſſ.* & inf. *Duo & duo, unum*, &c.

℣. 16. Auguſt. l. 1. ad Simplic. to. 6. 102. b. *Et ego noviſſimus vigilavi, & quaſi qui racematur poſt vindemiatores*: ſimiliter in Mſs. S. Theod. & Sangerm. 15. *vigilavi.* In Græco priora tantùm exſtant, Κἀγὼ ἔσχατος ἠγρύπνησα· quæ verò ſequuntur ibid. pertinent ad Vulg. cap. 36. ℣. 13. & ſeqq. Quæ autem hîc habentur in Vulgata, Græcè reperiuntur ſub med. capitis 30. ubi ſic, ὡς καλαμώμενος ὀπίσω τρυγητῶν, &c.

℣. 17. Ita legit Auguſt. l. 1. ad Simplic. to. 6. 102. b. Sic etiam in Græco, præter hoc, Κυρίῳ ἔφθασα, *Domini perveni*, loco *Dei & ipſe ſperavi.*

℣. 18. Similiter in Græco.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

ravi, ſed omnibus exquirentibus diſciplinam.

19. Audite me magnates, & omnes populi, & rectores Eccleſiæ auribus percipite.

20. Filio & mulieri, fratri & amico non des poteſtatem ſuper te in vita tua: & non dederis alii poſſeſſionem tuam: ne fortè pœniteat te, & depreceris pro illis.

21. Dum adhuc ſuperes & aſpiras, non immutabit te omnis caro.

22. Melius eſt enim ut filii tui te rogent, quàm te reſpicere in manus filiorum tuorum.

23. In omnibus operibus tuis præcellens eſto.

24. Ne dederis maculam in gloria tua. In die conſummationis dierum vitæ tuæ, & in tempore exitus tui diſtribue hæreditatem tuam.

25. Cibaria, & virga, & onus aſino: panis, & diſciplina, & opus ſervo.

26. Operatur in diſciplina, & quærit requieſcere: laxa manus illi, & quærit libertatem.

27. Jugum & lorum curvant collum durum, & ſervum inclinant operationes aſſiduæ.

28. Servo malevolo tortura & compedes, mitte illum in operationem, ne vacet:

29. multam enim malitiam docuit otioſitas.

30. In opera conſtitue eum: ſic enim condecet illum. Quòd ſi non obaudierit, curva illum compedibus, & non amplifices ſuper omnem carnem: verùm ſine judicio nihil facias grave.

31. Si eſt tibi ſervus fidelis, ſit tibi quaſi anima tua: quaſi fratrem ſic eum tracta: quoniam in ſanguine animæ comparaſti illum. *Sup. 7. 23.*

32. Si læſeris eum injuſtè, in fugam convertetur:

33. & ſi extollens diſceſſerit, quem quæras, & in qua via quæras illum, neſcis.

NOTÆ.

℣. 19. Ita in Græco, detracto uno & *omnes*. In Mſ. S. Theod. *magnati*, non *magnates*.

℣. 20. Hæc tota ſimiliter exſtant Græcè, niſi fortè excipias τὰ χρήματά σου, *pecunias tuas*, loco *poſſeſſionem tuam*.

℣. 21. Græc. Ἕως ἔτι ζῇς ἐν πνοῇ σου, μὴ ἀλλαξάτω σε πᾶσα σαρξ. *Dum adhuc vivis & ſpiratio in te, ne alienet teipſum omni carni.* Mſ. S. Theod. *non enim mutabit te omnis caro.*

℣℣. 22. 23. Totidem verba ſunt in Græco.

℣. 24. A Græco abſunt voculæ duæ, *tui*, & *tuam*; cæt. ut in Vulg. imo & in ed. Ald. eſt τελευτῆς σου. Mſs. Sangerm. 15. & S. Theod. hab. *Ne dederis mac. in gloriam tuam.*

℣. 25. Concinit Græc. niſi quòd pro *cibaria*, & *onus*, hab. χορτάσματα, & φορτία, *pabula*, & *onera*.

℣. 26. Græc. initio hab. Ἐργάσαι ἐν παιδὶ, ἐν εὑρήσεις ἀνάπαυσιν, *Operare in puero*, & *invenies requiem*; ſubinde ζητήσει, *quæret*, non *quærit*.

℣. 27. Græc. legit κάμψουσι, *curvabunt*, non *curvant*; deletque τὸ *durum*, cum aliis verbis ſubſeqq.

℣. 28. Græc. Καὶ οἰκέτῃ κακούργῳ στρέβλαι ἐν βάσανοι, *Et ſervo malefico tortura & tormenta*; reliqua ut in Vulg. Similiter in Mſ. S. Theod. *tortura*; ut inf. in Sangerm. 15. *in operatione.*

℣. 29. Itidem Græcè. In Mſ. Sangerm. 15. hic verſiculus additur alia manu.

℣. 30. Nonnulla diſſimilia Græc. habet, ſed levia; nimirum poſt *conſtitue*, tollit *eum*; tum addit, καθὼς πρέπει αὐτῷ, *ſicut decet illi*; dein, κἂν μὴ πειθαρχῇ, βάρυνον τὰς πέδας αὐτοῦ, & *ſi non obaudierit, grava compedes ejus*; extremòque, ἐν ἄνευ κρίσεως μὴ ποιήσῃς μηδέν, & *ſine judicio ne facias quidquam*, abſque ſeq. *grave*. Mſ. S. Theod. initio hab. *Et in opera conſtitue*, paulòque poſt, *condecet illi*; item in Sangerm. 15. *condecet illi*; & inf. *grava illum*, non *curva*.

℣. 31. Græc. Εἰ ἔστι σοι οἰκέτης, ἔστω ὡς σὺ· ὅτι ἐν αἵματι ἐκτήσω αὐτόν. Εἰ ἔστι σοι οἰκέτης, ἄγε αὐτὸν ὡς σεαυτόν· ὅτι ὡς ἡ ψυχή σου ἐπιδεήσεις αὐτοῦ· *Si eſt tibi ſervus, ſit ſicut tu: quoniam in ſanguine comparaſti eum. Si eſt tibi ſervus, tracta eum ſicut teipſum: quoniam tanquam anima tua egebis eo.* Ed. Compl. loco *ſicut tu*, hab. ὡς ἡ ψυχή σου. Mſ. S. Theod. *Si eſt tibi ſervus bonus, ſit*, &c. ut in Vulg.

℣. 32. Græc. delet adverb. *injuſtè*, cum aliis ſeqq. ed. Compl. retinet ἀδίκως. Mſ. S. Theod. hab. *convertitur*, non *convertetur*.

℣. 33. Græc. ſubdit, ἐν ἀπάσῃ ἀσωδρᾷ, ἐν ποίᾳ ὁδῷ ζητήσεις αὐτόν; & *tollens anfugiat, in qua via quares illum?* nec plura. Mſ. Sangerm. 15. & *extollens diſceſſerit, quem quares*, &c. ut in Vulg. Similiter in Mſ. S. Theod. excepto uno *quaris*, pro *quares*.

---

* Græc. XXXI.

CAPUT * XXXIV.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. VAna ſpes, & mendacium viro inſenſato: & ſomnia extollunt imprudentes.

2. Quaſi qui apprehendit umbram, & perſequitur ventum: ſic & qui attendit ad viſa mendacia:

3. hoc ſecundùm hoc viſio ſomniorum: ante faciem hominis ſimilitudo hominis.

4. Ab immundo quid mundabitur? & à mendace quid verum dicetur?

5. Divinatio erroris, & auguria mendacia, & ſomnia malefacientium, vanitas eſt.

6. Et ſicut parturientis, cor tuum phantaſias patitur: niſi ab Altiſſimo fuerit emiſſa viſitatio, ne dederis in illis cor tuum:

7. multos enim errare fecerunt ſomnia, & exciderunt ſperantes in illis.

8. Sine mendacio conſummabitur verbum legis, & ſapientia in ore fidelis complana-

NOTÆ.

℣. 1. Ita Aug. in Spec. Gr. Καὶ ἐλπίδες, ἐν ψευδεῖς..... ἀναπτεροῦσι φρενας. *Vanæ ſpes, & mendaces..... volare faciunt imprudentes.*

℣. 2. Ita è Græco, niſi excipias ult. *ad viſa mendacia*, pro quibus ſimpliciter ἐνυπνίοις, *ſomniis*. Auguſtini Spec. cum Vulgata concinit, niſi quòd hab. *ſequitur ventum*, Gr. λιώκων ἄνεμον.

℣. 3. In Græco abeſt 1. *hominis*; loco verò alterius, rurſus ποιεῖται, *facies*; cæt. ut in Vulg. Aug. Speculum ab ipſa nil differt; nec etiam Mſ. Corb. 1. niſi quòd ibi legitur *viſus*, non *viſio*, Gr. ὄψεως. In Mſ. S. Theod. ultimò eſt *ſimilitudo alterius hominis*.

℣. 4. Sic legitur in Auguſt. Speculo. Item Græcè, niſi quòd extremò eſt, ἐν ἀπὸ ψευδοῦς τί ἀληθεύσει; quod Nobil. ita reddit, & *à falſo quid verum erit?*

℣. 5. Græcè ſimpliciter: Μαντεῖαι, ἐν οἰωνισμοὶ, ἐν ἐνύπ-

νια, μάταιά ἐστι· *Divinationes*, & *auguria*, & *ſomnia*, *vana ſunt*. In Mſ. Sangerm. 15. *divinitas* eſt, non *vanitas*.

℣. 6. Græc. tollit *tuum*, poſt *cor*, quod tamen addit ed. Compl. ſubinde, loco *fuerit emiſſa viſitatio... in illis*, hab. ἀποσταλῇ ἐν ἐπισκοπῇ..... εἰς αὐτά, *miſſa fuerint in viſitatione..... ad illa*; cæt. ut in Vulg. Auguſtini Spec. eidem Vulg. conſonat ad verbum. Mſ. S. Theod. hab. *phantaſiam patietur.*

℣. 7. Ita ſert Aug. Speculum: huic etiam Græc. favet, detracto uno *enim*; quod tamen ſubdit Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl.

℣. 8. Mſs. S. Germ. 15. & S. Theod. delent vocem *legis*, ſicut Aug. in Spec. Græcè ſimpliciter νόμος, *lex*, non *verbum legis*; loco verò ſeqq. *in ore fidelis complanabitur*, eſt σόμαλι πιστῷ τελειωσις, *ori fideli perfectio*; ap. Aug. in Spec. *in ore fidelis conteinplabitur.*

Digitized by Google

bitur.

9. Qui non eſt tentatus, quid ſcit? Vir in multis expertus, cogitabit multa: & qui multa didicit, enarrabit intellectum.

10. Qui non eſt expertus, pauca recognoſcit: qui autem in multis factus eſt, multiplicat malitiam.

11. Qui tentatus non eſt, qualia ſcit? qui implanatus eſt, abundabit nequitiâ.

12. Multa vidi errando, & plurimas verborum conſuetudines.

13. Aliquoties uſque ad mortem periclitatus ſum horum cauſa, & liberatus ſum gratia Dei.

14. Spiritus timentium Deum quæritur, & in reſpectu illius benedicetur.

15. Spes enim illorum in ſalvantem illos, & oculi Dei in diligentes ſe.

16. Qui timet Dominum, nihil trepidabit, & non pavebit: quoniam ipſe eſt ſpes ejus.

17. Timentis Dominum beata eſt anima ejus.

18. Ad quem reſpicit, & quis eſt fortitudo ejus?

Pſalm. 33. 16. 19. Oculi Domini ſuper timentes eum, protector potentiæ, firmamentum virtutis, tegimen ardoris, & umbraculum meridiani,

20. deprecatio offenſionis, & adjutorium casûs, exaltans animam, & illuminans oculos, dans ſanitatem, & vitam, & benedictionem.

21. Immolantis ex iniquo oblatio eſt maculata, & non ſunt beneplacitæ ſubſannationes injuſtorum. *Prov.* 21. 27.

22. Dominus ſolus ſuſtinentibus ſe in via veritatis & juſtitiæ.

23. Dona iniquorum non probat Altiſſimus, nec reſpicit in oblationes iniquorum: nec in multitudine ſacrificiorum eorum propitiabitur peccatis. *Prov.* 15. 8.

24. Qui offert ſacrificium ex ſubſtantia pauperum, quaſi qui victimat filium in conſpectu patris ſui.

25. Panis egentium vita pauperum eſt: qui defraudat illum, homo ſanguinis eſt.

26. Qui aufert in ſudore panem, quaſi qui occidit proximum ſuum.

27. Qui effundit ſanguinem, & qui fraudem facit mercenario, fratres ſunt. *Deuter.* 24. 14.

28. Unus ædificans, & unus deſtruens: quid prodeſt illis niſi labor? *Sup.* 7. 22.

29. Unus orans, & unus maledicens: cu-

NOTÆ.

℣. 9. Mſ. Corb. 1. hab. *quid ſit?* non *quid ſcit?* Græcè, prior ſententia abeſt tota; reliqua verò ſic leguntur: Ἀνὴρ πεπαιδευμένος ἔγνω πολλά· καὶ ὁ πολύπειρος, ἐκδιηγήσεται σύνεσιν· i. e. *Vir eruditus novit multa: & qui multa expertus eſt, enarrabit intellectum.*

℣. 10. Græc. Ὃς μὲν ἀπείρατος, ὀλίγα οἶδεν· ὁ δὲ πεπλανημένος, πλουτεῖ παιδείαν. *Qui non eſt tentatus, pauca novit: qui autem vagatus eſt, multiplicabit diſciplinam.* Ed. Compl. πληθύνει; Mſ. S. Theod. *multiplicavit.*

℣. 11. In Græco abſunt hæc tota; nec leguntur in Mſ. S. Germ. 15. Non etiam agnita fuiſſe videntur ab Auguſtino; nam in libro Speculi, relatis omnibus verſiculis, ab initio capitis, uſque ad ℣. 9. Vulg. quem excludit, continuò addit, & *poſt quinque verſus;* deinde, *Multa vidi*, &c. de ℣. 12. Porro inter verſum 8. & ℣. 12. Vulg. ſeptem habentur verſiculi, ſecundùm diſtributionem verſiculorum Auguſtino uſitatam. Detractis autem duobus his: *Qui tentatus non eſt*, &c. & *Qui implanatus eſt*, &c. remanent quinque verſiculi: ſatis ergo conſequitur ut Auguſtinus non illos duos admiſerit verſiculos de quibus agitur, quique in Vulgata verſum 11. integrum conficiunt. Nec addere juvat Auguſtinum l. 2. de ſer. Dom. in monte, to. 3. 212. b. ipſa illa verba citaſſe: *Qui non eſt tentatus, qualia ſcit?* hæc enim tam pertinere poſſunt ad Vulg. verſum 9. quàm ad ejuſdem ℣. 11. Si tamen contendas hunc verſiculum ſumptum fuiſſe ab Aug. de ℣. 11. dicam Auguſtinum in variis condendis libris non ſemper eundem adhibuiſſe Scripturæ codicem. In Mſ. S. Theod. hîc legitur: & *qui implanatus eſt, abundavit nequitiâ.*

℣. 12. Auguſt. in Spec. legit: *Multa vidi enarrando*, &c. Ita quoque hab. Mſs. Corb. 1. & S. Theod. at in Græco ſic: Πολλὰ ἑώρακα ἐν τῇ ἀποπλανήσει μου, καὶ πλείονα τῶν λόγων μου, σύνεσίς μου. *Multa vidi in circumerratione mea, & plura verborum meorum, intellectus meus.*

℣. 13. Ita fert Auguſt. Speculum. A Græco abeſt τὸ *horum cauſâ;* loco verò ſeqq. ita: καὶ διεσώθην τούτων χάριν, & *ſalvatus ſum horum gratiâ.*

℣. 14. Eadem ſunt in Aug. Speculo, excepto ult. plur. *benedicentur*, pro *benedicetur*. Similiter in Mſ. S. Germ. 15. *benedicentur;* at ſup. *quæretur:* in Corb. *quæretur ab eo:* ſic etiam in Mſ. S. Theod. cum plurali *benedicentur*. Apud Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 748. c. *Spiritus juſtorum à Domino, & in reſpectu illius gloriabuntur.* Græcè, Πνεῦμα φοβουμένων Κύριον ζήσεται· *Spiritus timentium Dominum vivet;* nec habentur plura.

℣. 15. Ita legit Aug. in Spec. ſed à Græco abeſt ſententia poſterior, & *oculi Dei in dilig. ſe.*

℣. 16. Eadem ſunt in Græco, ſicut in Aug. Speculo. Græcè tamen οὐ μὴ, pro *nihil.*

℣. 17. In Græco abeſt vocula *ejus*, ſicut in Mſ. Corb. 1. non legitur etiam in Auguſt. Speculo.

℣. 18. Ita Auguſt. in Spec. nec diſſimilia in Græco, niſi excipiatur iſtud, τίνι ἐπέχει, *cui intendit*, loco *ad quem reſpicit.* Mſ. Corb. 1. add. & *qua eſt fortitudo ejus?*

℣. 19. Sic habetur in Aug. Speculo, præter hoc ult. *meridianum*, loco *meridiani*. Græcè, loco *timentes eum*, exſtat, ἀγαπῶντας αὐτὸν, *diligentes eum;* deinde ſic: ὑπερασπισμὸς δυναστείας, καὶ σκέπασμα ἰσχύος, σκέπη ἀπὸ καύσωνος, καὶ σκέπη ἀπὸ μεσημβρίας, *protectio potentiæ, & firmamentum virtutis, tegmen ab ardore, & tegmen à meridie.*

℣. 20. Eadem refert Aug. in Spec. eadem quoque leguntur Græcè, præter priora iſta, φυλακὴ ἀπὸ περισκόμματος, καὶ βοήθεια ἀπὸ πτώματος, *cuſtodia ab offenſione, & adjutorium à caſu.* In Mſ. Sangerm. 15. & *precatio offenſionis..... dans ſanitatem, vitam*, &c. Græcè etiam deeſt καὶ, ante *vitam.*

℣. 21. Sic eſt in Aug. Speculo. Ita quoque in Græco, excepto verbo μεμωκημένη, *ſubſannata*, pro *maculata;* in Mſ. Alex. μεμωμημένη.

℣. 22. Prætermittuntur hæc in Græco; ſed habentur in Aug. Speculo.

℣. 23. Itidem in Auguſt. Speculo, præter hoc med. *nec reſpicit in oblationibus.* Ita quoque ferunt Mſs. S. Germ. 15. S. Theod. & Corb. 1. Auguſt. etiam l. 2. contra ep. Parmen. to. 9. 32. a. leg. *Dona iniquorum non probat Altiſſimus.* Itidem ap. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 328. b. In Græco hæc leguntur ſola: Οὐκ εὐδοκεῖ ὁ Ὕψιστος ἐν προσφοραῖς ἀσεβῶν, οὐδὲ ἐν πλήθει θυσιῶν ἐξιλάσεται ἁμαρτίας.

℣. 24. Pars illa quæ in Vulgata poſterior eſt, præmittitur Græcè, detracto uno *quaſi qui.* Auguſt. Speculum Vulgatæ congruit.

℣. 25. Sic eſt in Græco, excepto uno αἱμάτων, *ſanguinum*, loco *ſanguinis eſt.* Ita quoque legit Auguſt. in Spec. ſupra verò ita: *Panis indigentium vita pauperis eſt.* Itidem in Mſs. S. Theod. S. Germ. 15. & Corb. 1. *vita pauperis eſt;* ultimòque in Germ. 15. *homo ſanguinis*, abſque ſeq. *eſt.*

℣. 26. Ita in Aug. Speculo. Græcè verò ſimpliciter: Φονεύων τὸν πλησίον ὁ ἀφαιρούμενος συμβίωσιν, *Occidit proximum, qui aufert victum.*

℣. 27. Concinit Aug. in Spec. at quæſt. 57. in Levit. to. 3. 516. f. legit: *Et effundens ſanguinem, qui fraudat mercedem mercenarii.* Sic etiam Græcè ad verbum, eodemque ordine vocum. Item in Mſ. S. Germ. 15. & *qui fraudem facit mercedem mercenario;* abſque ſeq. *fratres ſunt.*

℣. 28. Ita in Græco, exceptis his ult. τί ὠφέλησαν πλεῖον ἢ κόπτες; *quid profecerunt pluſquam labores?* Aug. in Spec. Vulgatæ ſuffragatur. Paulus Oroſ. cont. Pelag. legit: *Unus ædificans, alius deſtruens: qui eorum proficiet, niſi labor?* Mſ. S. Germ. 15. *quid prodeſt illi, niſi*, &c.

℣. 29. Ita in Aug. Speculo; nec aliter Græcè, præter ult. ὁ Δεσπότης, *Dominus*, loco *Deus.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

jus vocem exaudiet Deus?

30. Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit eum, quid proficit lavatio illius?

31. sic homo qui jejunat in peccatis suis, & iterum eadem faciens, quid proficit humiliando se? orationem illius quis exaudiet? 2. *Pet.* 2. 22.

NOTÆ.

℣. 30. Eadem leguntur Græcè, hoc ult. excepto, τί ὠφέλησε τῷ λετρῷ αὐτῦ; *quid profecit lavatione sua?* Mſ. Alex. cum ed. Compl. hab. ἐν τῷ λετρῷ. At Cypr. ep. 71. p. 126. verſum hunc ita truncatum refert: *Qui baptizatur à mortuo, quid proficit lavatio ejus?* Similiter in Conc. Carthag. ap. Cypr. p. 333. b. At Auguſt. l. 2. de Gen. to. 1. 677. f. ſic hab. *Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit illum, quid proficit in lavacro ſuo?* epiſt. verò 108. to. 2. 307. d. *Qui baptizatur à mortuo, quid prodeſt lavacrum ejus?* item epiſt. 173. ad Donat. p. 615. e. referendo verba Donati: *Qui baptizatur à mortuo, quid ei prodeſt lavacrum ejus?* hìc tamen in vulgatis Auguſtini interjectum legitur, & *iterum tangit mortuum;* ſed hoc membrum videtur aſſutum ibid. cùm idem abſit à Mſs. omnibus. Et ſanè hic verſiculus medius à Donato non legebatur, ut conſtat ex Aug. libro 1. Retract. c. 21. n. 3. ubi ait: *De libro Eccleſiaſtici ipſe* (Donatus) *non abſtulit de media ſententia verba ad rem neceſſaria, ubi cùm ſcriptum ſit*, Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit illum, quid proficit lavatio ejus? *iſte ſic poſuit tanquam ſcriptum eſſet*, Qui baptizatur à mortuo, quid proficit lavatio ejus? *Nos autem, & antequam eſſet pars Donati, ſic habuiſſe codices plurimos, veruntamen Afros, ut non eſſet in medio*, & iterum tangit illum, *poſtea didicimus. Quòd ſi tunc ſciſſem, non in iſtum tanquam in furem divini eloquii, vel violatorem tanta dixiſſem.* At verò Auguſt. ex propria ſententia loquens, cùm ipſo Retract. lib. tum quæſt. 101. in Gen. to. 3. 418. b. verſum integrum refert, quomodo hodie legitur in Vulg. ita quoque nunc habetur in Speculo, niſi quòd extremò eſt, *quid proficiet*, &c. ſed lib. 2. cont. epiſt. Parmen. to. 9. 37. b. & 39. e. idem Auguſt. legit poſt Parmen. *Qui baptizatur à mortuo, quid proficit lavatio ejus?* & S. Pacian. epiſt. 3. p. 314. b. *Qui baptizatur à mortuo, nihil proficit.* Ex quibus patet non in omnibus antiquis Lat. codd. inſertum olim fuiſſe hunc verſiculum, & *iterum tangit mortuum.* Idipſum notavit Cuſtantius noſter to. 1. epiſt. Summ. Pontif. p. 229. b. c. ubi confutans Cyprianum, qui ad defenſionem cauſæ ſuæ contra Stephanum PP. hoc *Eccleſiaſtici* loco ita truncato nonnihil abutebatur, ait « In ſinceris « *Eccleſiaſtici* codicibus legi, & *iterum tangit eum:* » & poſt pauca: « Eodem loco, *inquit*, ſic truncato, ſimilique ra- « tione in gratiam hæreſis ſuæ cùm abuſus eſſet Donatus, « hunc Auguſtinus ut divini eloquii violatorem vehementer « arguit. At cùm idem Doctor in libros poſtmodum incidiſſet « Donati parte antiquiores, in quibus idem vitium jam erat, « eum retractare atque emendare non puduit quod adversùs « hæreticum illum bona fide ſcripſerat. Quàm rectè autem « de codicum illorum antiquitate judicavit, evincunt Cy- « priani libri, in quibus verſiculus, & *iterum tangit eum*, « jam deerat: » ita Cuſtantius.

℣. 31. Ita Aug. in Speculo, præter unum *facit*, pro *faciens:* at l. 2. de Gen. to. 1. 677. f. & q. 161. in Gen. to. 3. 418. b. ita legit: *ſic & qui jejunat ſuper peccata ſua, & iterum ambulans, hæc eadem facit.* Item Græcè: ὕλως ἄνθρωπος νηστεύων ἐπὶ τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῦ, καὶ πάλιν πορευόμενος, καὶ τὰ αὐτὰ ποιῶν· deinde ut in Vulg. inverſo tamen verſiculorum ordine: τῆς προσευχῆς αὐτῦ τίς εἰσακύσεται; καὶ τί ὠφέλησεν ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτόν; In Mſ. S. Germ. 15. *quis audiet?* non *exaudiet.*

CAPUT * XXXV.

* Græc. xxxii.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. QUi conſervat legem, multiplicat oblationem.

1. Reg. 15. 22. 2. Sacrificium ſalutare eſt attendere mandatis, & diſcedere ab omni iniquitate.

3. Et propitiationem litare ſacrificii ſuper injuſtitias, & deprecatio pro peccatis, recedere ab injuſtitia.

4. Retribuet gratiam, qui offert ſimilaginem: & qui facit miſericordiam, offert ſacrificium.

Jer. 7. 3. & 26. 13. 5. Beneplacitum eſt Domino recedere ab iniquitate: & deprecatio pro peccatis recedere ab injuſtitia.

Exod. 23. 15. & 34. 20. 6. Non apparebis ante conſpectum Domini vacuus.

7. Hæc enim omnia propter mandatum Dei fiunt.

8. Oblatio juſti impinguat altare, & odor ſuavitatis eſt in conſpectu Altiſſimi.

9. Sacrificium juſti acceptum eſt, & memoriam ejus non obliviſcetur Dominus.

10. Bono animo gloriam redde Deo: & non minuas primitias manuum tuarum.

11. In omni dato hilarem fac vultum tuum, & in exſultatione ſanctifica decimas tuas. 2. *Cor.* 9. 7. *Tob.* 4. 9.

12. Da Altiſſimo ſecundùm datum ejus, & in bono oculo ad inventionem facito manuum tuarum:

NOTÆ.

℣. 1. Ita Græc. habet, præter ult. vocem plural. *Deuter.* 16. 16. προσφοράς, *oblationes;* Aug. in Spec. leg. *orationem;* ita quoque in Mſ. Sangerm. 15. In Corb. 1. & S. Theod. ſic: *Qui conſervat verbum, multiplicat orationem.*

℣. 2. Concinit Aug. Speculum. Græcè ita: Θυσιάζων σωτηρίν, ὁ προσέχων ἐντολαῖς. *Sacrificans ſalutare, qui attendit mandatis;* nec ſequuntur alia. Mſ. Alex. hab. Θυσία σωτηρίν, &c. Mſ. Sangerm. 15. *Sacrificium ſalutare, attendere*, &c. ut in Vulg.

℣. 3. In Græco deſiderantur hæc tota. In Mſ. Sangerm. 15. ſola iſta reperiuntur, & *deprecatio, recedere ab injuſtitia;* quæ etiam inf. repetuntur in Vulg. ſub fin. verſûs quinti: porro librarius ſimilitudine quarumdam vocum ℣. 2. & ℣. 5. deceptus, ab uno ℣. facilè tranſire potuit ad alium, prætermiſſis omnibus intermediis. Contrà in Mſ. S. Theod. leguntur iſta: *Et propitiationem vitare ſacrificiis ſuper injuſtitias;* reliqua vero deſunt. Similiter in Corb. 1. *vitare*, non *litare*. Apud Auguſt. in Spec. omnia ut in Vulg.

℣. 4. Græc. Ἀνταποδιδὺς χάριν, προσφέρων σεμίδαλιν· ὁ ποιῶν ἐλεημοσύνην, θυσιάζων αἰνέσεως. *Qui retribuit gratiam, offert ſimilaginem:* & *qui facit eleemoſinam, offert ſacrificium laudis.* Sed hæc tota, ut & prior ſententia verſûs ſeq. omiſſa ſunt in Mſ. Sangerm. 15. oſcitatione nimirum ſcribæ, ut notavimus ſupra. In Mſ. S. Theod. id unum variat, *retribuit*, pro *retribuet.*

℣. 5. Eadem leguntur Græcè, niſi quòd loco *deprecatio pro peccatis*, ſimpliciter eſt ἐξιλασμός, *propitiatio.* Item in Mſs. Sangerm. 15. Corb. 1. & S. Theod. & *deprecatio, recedere ab injuſtitia*, detracto hoc med. *pro peccatis.*

℣. 6. Auguſt. Specul. *Non apparebis in conſpectu Dei vacuus;* Mſ. S. Germ. 15. *ante conſp. Dei*, &c. Gr. Μὴ ὀφθῇς ἐν προσώπῳ Κυρίῦ κενός· ed. Compl. ἐναντίον Κυρίῦ.

℣. 7. In Græco abeſt tantùm *Dei fiunt.* Apud Aug. in Spec. ſic: *propter mandata Domini fiunt;* in Mſ. S. Germ. 15. pariter *Domini.*

℣. 8. Ita in Aug. Speculo; ſicut etiam in Græco, juncto uno αὐτῆς, *ejus*, huic, *ſuavitatis.*

℣. 9. Græc. Θυσία ἀνδρὸς δικαίῦ δεκτή, καὶ τὸ μνημόσυνον αὐτῆς οὐκ ἐπιλησθήσεται. Aug. Specul. ut in Vulg.

℣. 10. Eadem exſtant Græcè, hoc excepto, ἐν ἀγαθῷ ὀφθαλμῷ, *in bono oculo*, pro *bono animo.* Aug. Speculum Vulgatæ conſonat.

℣. 11. Ita in Aug. Speculo. Sic etiam in Græco, dempta ult. voce *tuas.*

℣. 12. Concordat Aug. Speculum: nec abſimile quidquam Græcè, præter ult. vocem χειρός, *manûs*, loco *facito manuum tuarum.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

13. quoniam Dominus retribuens eſt, & ſepties tantum reddet tibi.

Levit. 22. 21. *Deut.* 15. 21.

14. Noli offerre munera prava, non enim ſuſcipiet illa.

15. Et noli inſpicere ſacrificium injuſtum, quoniam Dominus judex eſt, & non eſt apud illum gloria perſonæ.

Deut. 10. 17. 2. *Par.* 19. 7. *Job.* 34. 19. *Sap.* 6. 8. *Act.* 10. 34. *Rom.* 2. 11. *Gal.* 2. 6. *Col.* 3. 25. 1. *Pet.* 1. 17.

16. Non accipiet Dominus perſonam in pauperem, & deprecationem læſi exaudiet.

17. Non deſpiciet preces pupilli; nec viduam, ſi effundat loquelam gemitus.

18. Nonne lacrymæ viduæ ad maxillam deſcendunt, & exclamatio ejus ſuper deducentem eas?

19. A maxilla enim aſcendunt uſque ad cœlum, & Dominus exauditor non delectabitur in illis.

20. Qui adorat Deum in oblectatione, ſuſcipietur, & deprecatio illius uſque ad nubes propinquabit.

21. Oratio humiliantis ſe, nubes penetrabit: & donec propinquet non conſolabitur: & non diſcedet donec Altiſſimus aſpiciat.

22. Et Dominus non elongabit, ſed judicabit juſtos, & faciet judicium: & Fortiſſimus non habebit in illis patientiam, ut contribulet dorſum ipſorum:

23. & gentibus reddet vindictam, donec tollat plenitudinem ſuperborum, & ſceptra iniquorum contribulet:

24. donec reddat hominibus ſecundùm actus ſuos, & ſecundùm opera Adæ, & ſecundùm præſumptionem illius:

25. donec judicet judicium plebis ſuæ, & oblectabit juſtos miſericordiâ ſuâ.

26. Specioſa miſericordia Dei, in tempore tribulationis, quaſi nubes pluviæ in tempore ſiccitatis.

NOTÆ.

℣. 13. Conſonat Græc. ad verbum: nec differt Aug. Speculum. In Mſs. Corb. 1. & S. Theod. *ſepties tanto*; Gr. ἑπταπλάσια.

℣. 14. Accinit Aug. Speculum. Græcè verò ita: Μὴ ὀλιγώπει, ὑ γὰρ προσδέξεταί. *Ne minuas de munere, non enim ſuſcipiet.*

℣. 15. Auguſt. in Spec. *Noli reſpicere ſacrificium*, &c. Græc. Καὶ μὴ ἔπεχε θυσίᾳ, *Et non attendas ſacrificio*; reliqua ut in Vulg. in ed. Ald. ὑ μὴ, &c.

℣. 16. Concinit Græc. detracta una voce *Dominus*; quam tamen retinet ed. Compl. Similiter hab. Aug. in Spec. niſi quòd ſcribit *precationem*, non *deprecationem*; ſic etiam ſerunt Mſs. S. Germ. 15. S. Theod. & Corb. 1. Gr. δέησιν.

℣. 17. Ita in Græco: apud Aug. in Spec. *nec viduæ*, &c. Græcè verò, χήρας.

℣℣. 18. 19. Mſ. Sangerm. 15. duos verſus iſtos ſic jungit: *Nonne lacryma ad maxillam deſcendit, & exclamatio à maxilla aſcendit? & Dominus exauditor delectans in illis.* Corb. 1. *& Dominus exauditor delectabitur in illis.* Item in Aug. Speculo: *Nonne lacryma ad maxillam deſcendit, & exclamatio à maxilla aſcendit, propter illud quòd deſcendit ſuper illam?* Græcè ℣. 18. totus legitur ut in Vulg. detracta tantùm voce *ejus*, poſt *exclamatio*: de ℣. autem 19. ſeq. nihil habetur omnino, uſque ad ℣. 21.

℣. 20. Græc. Θεοσεβεύων ἐν εὐδοκίᾳ, δεχθήσεται, ἡ ἔνοις αὐτῦ ἕως νεφελῶν συνάψει· *Qui colit in beneplacito, ſuſcipietur, & precatio ejus uſque ad nubes attinget:* item in Mſs. Sangerm. 15. S. Theod. & Corb. 1. *precatio illius.*

℣. 21. Eadem leguntur Græcè, præter aor. λιτὴ ἥψατο, *penetravit*, pro *penetrabit*; loco verò *non conſolabitur*, hic, ὑ μὴ παρακληθῇ, Nobil. *non revocabitur*; Mſ. S. Germ. 15. *non conrogabitur*. S. Paulin. ep. 29. p. 280. a. legit: *Oratio humiliantis ſe, nubes penetrat*; Auguſt. in Spec. *penetrabit*. Auct. op. imp. in Matth. p. 33. c. *Vox pauperis penetrat nubes: & non diſcedit donec audiatur.* Fulg. ep. 4. p. 179. *Oratio humilium nubes penetrat: & non elongat Dominus donec exaudiat.* Victor Tun. ap. Ambr. col. 593. e. *Oratio humiliantis ſe, nubes penetravit.* Chrom. Aquil. in Matth. p. 986. e. *Oratio humilis nubes penetravit*; Gr. Προσευχὴ ταπεινῦ, &c.

℣. 22. Mſ. S. Germ. 15. *Et Dominus non longinquabit*, &c. Græc. verò ita: Καὶ κρινεῖ δικαίως, ὴ ποιήσει κρίσιν· ὴ ὁ Κύριος ὑ μὴ βραδύνῃ, ὐδὲ μὴ μακροθυμήσει ἐπ' αὐτοῖς, ἕως ἂν συντρίψῃ ὀσφῦν ἀνελεημόνων· *Et judicabit juſte, & faciet judicium: & Dominus non tardabit, neque habebit in illis patientiam, quouſque contribulet dorſum immiſericordium.*

℣. 23. Eadem ſunt in Græco, niſi excipias unum πλῆθος, *multitudinem*, loco *plenitudinem.*

℣. 24. Græc. initio hab. ἀνθρώπῳ, *homini*, non *hominibus*; loco verò & *ſecundùm opera Adæ*, &c. ſic, ὴ τὰ ἔργα τῶν ἀνθρώπων κατὰ τὰ ἐνθυμήματα αὐτῶν, *& opera hominum ſecundùm cogitationes eorum.*

℣. 25. Ad verbum è Græco, præter vocem *juſtos*, pro qua *eos*; deinde ſic, ἐν τῷ, &c.

℣. 26. Græc. delet vocem *Dei*; ſed addit αὐτῦ, *ejus*, ad hanc, *tribulationis*; cæt. ut ſup. Vulgatæ favet Aug. in Pſ. 42. to. 4. 364. a. cum Caſſiod. in Pſ. 41. p. 143. b.

CAPUT * XXXVI.

* Græc. XXXIII. & XXXVI. circa medium.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. MIſerere noſtri Deus omnium, & reſpice nos, & oſtende nobis lucem miſerationum tuarum:

2. & immitte timorem tuum ſuper gentes, quæ non exquiſierunt te, ut cognoſcant quia non eſt Deus niſi tu, & enarrent magnalia tua.

3. Alleva manum tuam ſuper gentes alienas, ut videant potentiam tuam.

4. Sicut enim in conſpectu eorum ſanctificatus es in nobis, ſic in conſpectu noſtro magnificaberis in eis,

5. ut cognoſcant te, ſicut & nos cognovimus quoniam non eſt Deus præter te Do-

NOTÆ.

℣. 1. Græcè legitur Δέσποτα ὁ Θεὸς, *Domine Deus*, non ſimpliciter *Deus*; tolliturque *nos*, poſt *reſpice*; deſunt pariter ſeqq. *& oſtende nobis*, &c. Mſ. Alex. caret voce Δέσποτα. Auguſt. l. 17. de civit. Dei, c. 20. to. 7. p. 483. f. hæc tantùm legit: *Miſerere noſtri dominator Deus omnium*: deinde, *& immitte*, &c. Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 728. d. *Miſerere nobis Deus omnium, & oſtende nobis lumen miſerationis tuæ.*

℣. 2. Græc. hab. ἐπὶ πάντα τὰ ἔθνη, *ſuper omnes gentes*; ſubſequentia verò omnia delet. Sola Complut. addit τὰ μὴ ἐκζητῦντά Σε· ſed caret reliquis. Mſs. Germ. 15. S. Theod. & Corb. 1. hab. *& cognoſcant..... ut enarrent*, &c. Apud Aug. l. 17. de civit. Dei, c. 20. col. 483. f. hæc ſolùm exſtant: *& immitte timorem tuum ſuper omnes gentes*; mox ita, *Extolle manum*, &c. de ℣. ſeq. Apud Vigil. Tapſ. lib. cont. Varim. p. 728. d. *& immitte timorem tuum ſuper gentes, quæ non exquiſierunt te, ut cognoſcant quoniam non eſt alius Deus niſi tu.*

℣. 3. Conſonat Græc. ſi excipias unum ὴ pro *ut*. Auguſt. l. 17. de civit. Dei, c. 20. col. 483. f. legit: *Extolle manum tuam ſuper gentes alienas, & videant pot. tuam.*

℣. 4. Auguſt. l. 17. de civit. Dei, ubi ſup. *Sicut coram illis ſanctificatus es in nobis, ita coram nobis magnificeris in illis.* Sic etiam Græcè ad verbum. Apud Vigil. Tapſ. l. contra Varimad. p. 728. b. *Sicut enim in conſpectu eorum manifeſtatus es in nobis, & ita in conſpectu noſtro manifeſtaberis in illis.* Accedunt etiam ex Aug. iſta, ep. 130. to. 2. 390. f. *Clarificare in omnibus gentibus, ſicut clarificatus es in nobis.*

℣. 5. Auguſt. l. 17. de civit. Dei, c. 20. col. 483. f. *& agnoſcant te, ſecundùm quod & nos agnovimus te,*

Digitized by Google

mine.

6. Innova signa, & immuta mirabilia.

7. Glorifica manum, & brachium dextrum.

8. Excita furorem, & effunde iram.

9. Tolle adversarium, & afflige inimicum.

10. Festina tempus, & memento finis, ut enarrent mirabilia tua.

11. In ira flammæ devoretur qui salvatur: & qui pessimant plebem tuam, inveniant perditionem.

12. Contere caput principum inimicorum, dicentium: Non est alius præter nos.

13. Congrega omnes tribus Jacob: ut cognoscant quia non est Deus nisi tu, & enarrent magnalia tua: & hæreditabis eos, sicut ab initio.

14. Miserere plebi tuæ, super quam invocatum est nomen tuum; & Israël, quem coæquasti primogenito tuo. *Exod. 4. 22.*

15. Miserere civitati sanctificationis tuæ Jerusalem, civitati requiei tuæ.

16. Reple Sion inenarrabilibus verbis tuis, & gloriâ tuâ populum tuum.

17. Da testimonium his, qui ab initio creaturæ tuæ sunt, & suscita prædicationes, quas locuti sunt in nomine tuo prophetæ priores.

18. Da mercedem sustinentibus te, ut prophetæ tui fideles inveniantur: & exaudi orationes servorum tuorum

19. secundùm benedictionem Aaron de populo tuo, & dirige nos in viam justitiæ, & sciant omnes qui habitant terram, quia tu es Deus conspector sæculorum. *Num. 6. 24.*

20. Omnem escam manducabit venter, & est cibus cibo melior.

21. Fauces contingunt cibum feræ, & cor sensatum verba mendacia.

22. Cor pravum dabit tristitiam, & homo peritus resistet illi.

23. Omnem masculum excipiet mulier: & est filia melior filia.

24. Species mulieris exhilarat faciem viri sui, & super omnem concupiscentiam hominis superducit desiderium.

25. Si est lingua curationis, est & mitigationis & misericordiæ: non est vir illius secundùm filios hominum.

26. Qui possidet mulierem bonam, inchoat possessionem: adjutorium secundùm illum est, & columna ut requies.

27. Ubi non est sepes, diripietur possessio: & ubi non est mulier, ingemiscit egens.

28. Quis credit ei, qui non habet nidum, & deflectens ubicunque obscuraverit, quasi succinctus latro exsiliens de civitate in civitatem?

NOTÆ.

quia non est Deus præter te Domine. Eadem quoque in Græco sunt, præter voculam *te*, post *agnovimus*, quæ deest; illam tamen retinet Ms. Alex. cum ed. Compl. Apud Vigil. Tapsi. l. contra Varim. p. 728. b. sic: *ut cognoscant te, sicut cognovimus quoniam non est alius Deus præter te Domine:* in Ms. S. Theod. *sicut & nos agnovimus.*

℣℣. 6. 7. 8. Similiter habentur in Græco.

℣. 9. Mss. S. Germ. 15. S. Theod. & Corb. 1. *Exstollo adversarium*, &c. Gr. Ἐξαρῶ ἀντίδικον, &c. ut sup.

℣. 10. Ita in Græco præter vocem ὁρκισμῦ, *juramenti*, loco *finis*; deinde, ἵνα ἐκδιηγησάσθωσαν τὰ μεγαλεῖά σου, & *enarrentur magnalia tua.*

℣. 11. Itidem Græcè, excepta voce πυρός, *ignis*, loco *flamma.*

℣. 12. Græc. hab. κεφαλάς, *capita*, non *caput*; extremò verò deest ibid. vox *alius*; cæt. ut in Vulg.

℣. 13. Mss. S. Germ. 15. S. Theod. & Corb. 1. hab. & *cognoscant quia..... ut enarrent*, &c. posteriora verò ista desunt in Græco; illorumque loco habentur seqq. Λαμπρὰ καρδία ἐν ἀγαθῇ ἐπὶ ἐδέσμασι τῶν βρωμάτων αὐτῆς ἐπιμελήσεται· i. e. *Splendidum cor & bonum in epulis ciborum suorum diligentiam adhibebit:* quæ respondent ult. versui capitis 30. Vulg. Ista verò, & *hæreditabis eos sicut ab initio*, leguntur in Græco, capite 36. ℣. 16. hoc modo, ἐν κατεκληρονόμησα αὐτὸς, καθὼς ἀπ' ἀρχῆς, & *hæreditavi eos*, &c. al. κατεκληρονόμησον, *hæredita.*

℣. 14. Ms. S. Germ. 15. *Miserere plebis tuæ, super quam invocatur nomen*, &c. Græc. ubi sup. Ἐλέησον λαὸν Κύριε, κεκλημένον ἐπ' ὀνόματί σου· ἐν Ἰσραὴλ, ὃν πρωτογόνῳ ὡμοίωσας. *Miserere plebi Domine, vocata in nomine tuo; & Israël, quem primogenito assimilasti.*

℣. 15. Itidem Græcè. In Ms. Sangerm. 15. bis *civitatis*, non *civitati.*

℣. 16. Eadem sunt in Græco, exceptis his mediis, ἔχει τὰ λόγιά σου, ἐν ἀπὸ, &c. *ad extollenda verba tua*, & ἀ, &c. pro *inenarrabilibus verbis tuis*, &.

℣. 17. Priora cum Græco concinunt; loco verò posteriorum, *prædicationes quas*, &c. Græc. hab. προφητείας, τὰς ἐν ὀνόματί σου, *prophetias, quæ in nomine tuo*, nec plura. Mss. S. Germ. 15. & Corb. 1. ferunt, & *suscita precationes.* Similiter in Ms. S. Theod. præmissis his, *Da testimonium quia ab initio*, &c.

℣. 18. Græc. ponit ἐν, pro *ut*; deleruque &, post *inveniantur*; tum addit, εἰσάκουσον Κύριε δεήσεως τῶν ἱκετῶν σου, *exaudi Domine orationem supplicum tuorum*; al. οἰκετῶν σου. Ambr. l. de Tob. c. 24. col. 622. b. legit: *Da mercedem Domine sustinentibus te.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 30. p. 126. c. *Da mercedem servis tuis, ut prophetæ tui fideles inveniantur.*

℣. 19. Ms. Corb. 1. hab. *secundùm benedict. Aaron da populo tuo.* Græc. περὶ τοῦ λαοῦ σου absunt verò ab eodem Gr. seqq. & *dirige nos in viam justitiæ*; reliqua sic habentur: καὶ γνώσονται πάντες οἱ ἐπὶ τῆς γῆς, ὅτι σὺ Κύριος εἶ ὁ Θεὸς τῶν αἰώνων· & *scient omnes qui super terram, quia tu Dominus es Deus sæculorum.* Ms. S. Germ. 15. & *dirige nos in via justitiæ.* Ms. S. Theod. *ut sciant omnes qui inhab.* &c.

℣. 20. Consonat Græc. nisi quòd hab. ἔστι δὲ, *est autem*, pro & *est.*

℣. 21. Græc. Φάρυγξ γεύεται βρώματα θήρας, οὕτως καρδία, &c. *Fauces gustant cibos venationis, ita cor*, &c. ut in Vulg. Ms. Corb. 1. loco *feræ*, vitiosè scribit *ferre*, reliqua verò interserit ℣. 22. Ms. S. Theod. addit, & *cor insensatum*; at in Gr. συνετόν.

℣. 22. Eadem sunt in Græco, excepto verbo ἀνταποδώσει, *retribuet*, pro *resistet.* In Ms. Corb. 1. hæc habentur: *Cor pravum dabit tristitiam, & cor insensatum verba mendacia, & homo peritus resistet illi.*

℣. 23. Ita Græcè, nisi hoc excipiatur, ἔστι δὲ, *est autem*, pro & *est*; in ed. Compl. ἔστι γάρ. In Ms. S. Germ. 15. *filia melior filia.*

℣. 24. Ad verbum è Græco, detractis his, *viri sui*, & *desiderium.* In Ms. Corb. 1. *superducet*; in Ms. S. Theod. *superducet desiderium sunm.*

℣. 25. Græc. Εἰ ἔστιν ἐπὶ γλώσσης αὐτῆς ἔλεος ἢ πραΰτης, ἢ οὐκ ἔστιν, &c. *Si est in lingua ejus misericordia & mansuetude, non est*, &c. ut in Vulg. in ed. Compl. voci πραΰτης, jungitur ἢ ἴασις, & *curatio.* In Mss. S. Germ. 15. & Corb. 1. deest *est*, post vocem *curationis.* In Ms. S. Theod. ita, *Sic est lingua curationis & mitigationis.*

℣. 26. Græc. non addit *bonam* post *mulierem*; loco verò *adjutorium secundùm illum*, &c. hab. βοηθὸν κατ' αὐτὸν, ἢ σύλλη ἀναπαύσεως, Ms. Alex. cum edd. Ald. & Compl. ἀναπαύσεως· i. e. *adjutricem secundùm se*, & *columnam requietis.* Ms. S. Germ. 15. *Qui possidet mulierem, inchoat possessionem: adjutorium contra illam est*, &c. ut in Vulg.

℣. 27. Itidem in Græco, præter hoc ult. στενάζει πλανώμενος, *ingemiscet errans.* In Ms. S. Theod. legitur *scpis*; deinde *diripitur..... gemiscit*, &c. item in Sangerm. 15. *gemiscit*; in Corb. 1. *ingemescet.*

℣. 28. In Ms. Sangerm. 15. & S. Theod. *Cui credit, qui non habet nidum*, &c. in Corb. 1. *cui credet*, &c. Græcè verò ita: Τίς γὰρ πιστεύσει εὐζώνῳ λῃστῇ, σκοπεύοντι ἐκ πόλεως εἰς πόλιν; οὕτως ἀνθρώπῳ μὴ ἔχοντι νοσσιὰν, ἢ καλιεύοντι ἐὰν οὐ φείσῃ. *Quis enim credet succincto latroni, erranti de civitate in civitatem? ita homini non habenti nidum, & deflectenti ubicunque obscuraverit.*

Digitized by Google

CAPUT XXXVII.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. OMnis amicus dicet: Et ego amicitiam copulavi: ſed eſt amicus ſolo nomine amicus. Nonne triſtitia ineſt uſque ad mortem?

2. Sodalis autem & amicus ad inimicitiam convertentur.

3. O præſumptio nequiſſima, unde creata es cooperire aridam malitiâ, & doloſitate illius?

4. Sodalis amico conjucundatur in oblectationibus, & in tempore tribulationis adverſarius erit.

5. Sodalis amico condolet causâ ventris, & contra hoſtem accipiet ſcutum.

6. Non obliviſcaris amici tui in animo tuo, & non immemor ſis illius in opibus tuis.

7. Noli conſiliari cum eo qui tibi inſidiatur, & à zelantibus te abſconde conſilium.

8. Omnis conſiliarius prodit conſilium, ſed eſt conſiliarius in ſemetipſo.

9. A conſiliario ſerva animam tuam: priùs ſcito quæ ſit illius neceſſitas: & ipſe enim animo ſuo cogitabit:

10. ne fortè mittat ſudem in terram, & dicat tibi:

11. Bona eſt via tua; & ſtet è contrario videre quid tibi eveniat.

12. Cum viro irreligioſo tracta de ſanctitate, & cum injuſto de juſtitia, & cum muliere de ea quæ æmulatur: cum timido de bello, cum negotiatore de trajectione, cum emptore de venditione, cum viro livido de gratiis agendis,

13. cum impio de pietate, cum inhoneſto de honeſtate, cum operario agrario de omni opere,

14. cum operario annuali de conſummatione anni, cum ſervo pigro de multa operatione: non attendas his in omni conſilio.

15. Sed cum viro ſancto aſſiduus eſto, quemcunque cognoveris obſervantem timorem Dei,

16. cujus anima eſt ſecundùm animam tuam: & qui, cùm titubaveris in tenebris, condolebit tibi.

17. Cor boni conſilii ſtatue tecum: non eſt enim tibi aliud pluris illo.

18. Anima viri ſancti enunciat aliquando vera, quàm ſeptem circumſpectores ſedentes in excelſo ad ſpeculandum.

19. Et in his omnibus deprecare Altiſſimum, ut dirigat in veritate viam tuam.

20. Ante omnia opera verbum verax præcedat te, & ante omnem actum conſilium ſtabile.

NOTÆ.

℣. 1. Ita Græcè, junctо uno ἀυλῶ, verbo *copulavi*.

℣. 2. A Græco abeſt *autem*; & pro *convertentur*, eſt τρεπόμενος, *convertens ſe*, nimirum poſt *amicus*.

℣. 3. Græcè, loco *creata es*, eſt ἀνεκυλίσθης, *devoluta es*; ſubinde deeſt vox *malitia*, cum ſeq. ℣, ac ult. *illius*; cæt. ut in Vulg. Mſ. Corb. hab. *cooperire aridâ malitiam*, ℣ *doloſitatem illius*. Sangerm. *cooperire aridam malitiam*, ℣ *doloſitatem illius*; Mſ. S. Theod. *aridam malitiâ*, ℣ *doleſitatem illius*.

℣. 4. Ita in Græco, excepto ſingul. εὐφροσύνη, pro *oblectationibus*; item in Mſs. Sangerm. S. Theod. & Corb. *oblectatione*.

℣. 5. Græcè pro *condolet*, habetur Συμπαθεῖ, quod etiam verti poteſt, *ſimul laborat*; item infra, ἐναντίῳ πολέμου, *contra bellum*, pro *contra hoſtem*; at in ed. Compl. ἐν ἐναντίῳ πολεμίῳ cæt. ut ſupra.

℣. 6. Conſonat Græc. detractâ vocalâ *tui*. Mſs. Sangerm. S. Theod. & Corb. hab. *in operibus*, pro *in opibus*; ſed malè, nam in Græco conſtanter, ἐν χρήμασι.

℣. 7. Iſte verſus non habetur hîc in Græco, præterquam in ed. Compl. In Rom. transfertur inf. poſt ℣. 11. In Mſs. Sangerm. Corb. & S. Theod. eſt: *Noli conſiliari cum ſocero tuo*, ℣ *à zelantibus*, &c. vid. inf. ad ℣. 12. In ed. Compl. Μὴ βουλεύου μετὰ τοῦ ὑποβλεπομένου σε, ἢ ἀπὸ, &c.

℣. 8. Græc. loco *prodit*, hab. ἐξαίρει, *extollit*; paulòque poſt, ἀλλ' ἔστι ζυμβουλεύων εἰς ἑαυτόν, *ſed eſt qui conſulit ſibi ipſi*.

℣. 9. Græcè ponitur ἢ ante *priùs*; & pro *animo ſuo cogitabit*, habetur ἑαυτῷ βουλεύσεται, *ſibi ipſi conſulet*; cæt. ut in Vulg. In Mſ. Corb. ſic: *A conſiliario malo ſerva*, &c. ſed vox *malo* ſuperadditur, licet eadem manu: extremò Mſ. S. Theod. hab. ℣ *quid ipſe animo ſuo cogitet*.

℣. 10. Similia Græc. hab. præter hoc, ἐπὶ σοὶ κλῆρον, *ſuper te ſortem*, loco *ſudem in terram*.

℣. 11. Itidem Græcè, excepto fut. στήσεται, *ſtabit*, pro *ſtet*.

℣. 12. Abſunt in Græco duæ priores ſententiæ, *cum viro*, &c. ℣ *cum injuſto de juſtitia*: ſed earum loco reponuntur iſtæ duæ: Μὴ βουλεύου μετὰ τοῦ ὑποβλεπομένου σε, ἢ ἀπὸ τῶν ζηλούντων σε κρύψον βουλήν· i. e. *Noli conſiliari cum eo qui te ſuſpectum habet*, ℣ *à zelantibus te abſconde conſilium*: quæ ipſæ prætermiſſæ ſunt ſup. ℣. 7. Græc. ſic pergit: μετὰ γυναικὸς περὶ ἀντιζήλου αὐτῆς, ἢ μετὰ δειλοῦ περὶ πολέμου· μετὰ ἐμπόρου περὶ μεταβολίας, ἢ μετὰ ἀγοράζοντος περὶ πράσεως· μετὰ βασκάνου περὶ εὐχαριστίας· *cum muliere de æmula ejus*, ℣ *cum timido de bello: cum negotiatore de permutatione*, ℣ *cum emptore de venditione; cum invido de gratiis reddendis*. Mſs. Corb. 1. & S. Theod. ſubnectunt pariter ibid. *Noli conſiliari cum eo qui ſuſpectum te habet*, ℣ *ab æmulantibus tibi abſconde conſilium*, ℣ *cum muliere de his quæ æmulatur*: ſed hæc Mſ. Corb. in inferiori margine ſcripta exhibet, licet eadem manu. In Sangerm. hæc leguntur: *Cum viro religioſo tracta de ſanctitate*, ℣ *cum juſto de juſtitia*, ℣ *cum muliere de ea quæ..... cum negotiatore de trajectitio*, *cum emptore*, &c. ut in Vulg.

℣. 13. Mſ. Sangerm. 15. hab. *cum impio de pietate*, *cum honeſto de honeſtate*, *cum operario agri de*, &c. Græc. verò hæc ſola: ἢ μετὰ ἀνελεήμονος περὶ χρησοκλείας, μετὰ ὀκνηροῦ περὶ παντὸς ἔργου, ℣ *cum immiſericorde de beneficentia*, *cum pigro de omni opere*.

℣. 14. Græc. ipſo initio hab. ἢ μετὰ μισθίου ἐφεσίου, ℣ *cum mercenario domeſtico*; ſubinde delet vocem *anni*, cum ſeq. præp. *cum*; extremò, pro *in omni conſilio*, ponit περὶ πάσης συμβουλίας, *de omni conſilio*; cæt. quadrant. Mſ. Sangerm. 15. hab. *de conſumptione anni*, non *conſummatione*.

℣. 15. Concordat Græc. niſi quòd loco ult. *timorem Dei*, hab. ἐντολάς, *mandata*; ed. Compl. ſubdit Κυρίου, *Domini*. Aug. in Spec. Vulgatæ ſuffragatur, deletâ tantùm vocalâ 1. *ſed*; quæ etiam abeſt à Mſs. Sangerm. & S. Theod. præterea Mſ. S. Theod. legit, *maximè aſſiduus eſto*.

℣. 16. Græc. ὃς ἐν τῇ ψυχῇ αὐτοῦ κατὰ τὴν ψυχήν σου ἐὰν πλαισιῶς, συναλγήσει σοι· *qui in anima ſua eſt ſecundùm animam tuam*: ℣ *ſi cecideris*, *condolebit tibi*. Mſs. Sangerm. 15. S. Theod. & Corb. 1. *quicunque titubaverit in tenebris*, *non condolebit tibi*.

℣. 17. Mſ. Corb. vitiosè legit: *Et cor boni conſilii ſtatuet tecum: non eſt tibi aliud puſillo*. Sangerm. 15. *Et cor boni conſilii ſtatue: non eſt enim tibi aliud pluris illo*. Similiter habet Mſ. S. Theod. *Et cor*; ultimòque *plus illo*, non *pluris*. Græc. Καὶ βουλὴν καρδίας στῆσον· ἢ γὰρ ἐστί σοι πιστότερος αὐτῆς. *Et conſilium cordis ſtatue: non enim eſt tibi fidelior ipſo*.

℣. 18. Græcè ita legitur: Ψυχὴ γὰρ ἀνδρὸς ἀπαγγέλλει ἐνίοτε εἴωθεν, ἢ ἑπτὰ, &c. *Anima enim viri annuntiare interdum conſuevit magis*, *quàm ſeptem*, &c. ut in Vulg. niſi quòd ultimò eſt ἐπὶ σκοπῆς, *ſuper ſpeculam*. Mſ. Corb. hab. *circumſpectores ſedentes ad ſpeculandum in excelſum*; Sangerm. delet τὸ *in excelſo*.

℣. 19. Concinit Auguſt. Speculum unà cum Græco.

℣. 20. Græcè ſimpliciter: Ἀρχὴ παντὸς ἔργου, λόγος· ἢ πρὸ πάσης πράξεως, βουλή. *Principium omnis operis*, *ver-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

21. Verbum nequam immutabit cor: ex quo partes quatuor oriuntur, bonum & malum, vita & mors: & dominatrix illorum eſt aſſidua lingua. Eſt vir aſtutus multorum eruditor, & animæ ſuæ inutilis eſt.

22. Vir peritus multos erudivit, & animæ ſuæ ſuavis eſt.

23. Qui ſophiſticè loquitur, odibilis eſt: in omni re defraudabitur:

24. non eſt illi data à Domino gratia: omni enim ſapientia defraudatus eſt.

25. Eſt ſapiens, animæ ſuæ ſapiens: & fructus ſenſus illius laudabilis.

26. Vir ſapiens plebem ſuam erudit, & fructus ſenſus illius fideles ſunt.

27. Vir ſapiens implebitur benedictionibus, & videntes illum laudabunt.

28. Vita viri in numero dierum: dies autem Iſraël innumerabiles ſunt.

29. Sapiens in populo hæreditabit honorem, & nomen illius erit vivens in æternum.

30. Fili in vita tua tenta animam tuam: & ſi fuerit nequam, non des illi poteſtatem:

31. non enim omnia omnibus expediunt, & non omni animæ omne genus placet.

32. Noli avidus eſſe in omni epulatione, & non te effundas ſuper omnem eſcam:

33. in multis enim eſcis erit infirmitas, & aviditas appropinquabit uſque ad choleram.

34. Propter crapulam multi obierunt: qui autem abſtinens eſt, adjiciet vitam.

NOTÆ.

bnm; & ante omnem actum, conſilium. In Mſ. Sangerm. *Ante omnem operam verbum*, &c. ut in Vulg.

℣. 21. Gr. initio hab. Ἴχνος ἀλλοιώσεως καρδίας· τέσσαρα μέρη ἀνατέμνει, &c. *Veſtigium mutationis cordis: quatuor partes oriuntur*, &c ut in Vulg. niſi quòd præponit ἐνδελεχῶς, *aſſidnè*, non *aſſidua*, voci *illorum*; ut & ἡ, iſti, *multorum*; loco etiam *animæ ſuæ*, hab. τῇ ἰδίᾳ ψυχῇ, *animæ propriæ*. Mſ. Sangerm. 15. initio delet *ex quo*; ſicut extremò iſta, *Eſt vir aſtutus*, &c. ad finem uſque hujus ℣. Abſunt pariter hæc ult. verba in Mſs. Corb. & S. Theod.

℣. 22. Hic verſus non legitur in Græco. In Mſ. verò S. Theod. ſic eſt: *Vir peritus qui multos erudivit, & animæ ſuæ ſuavis eſt.*

℣. 23. Caſſiod. in Pſ. 49. p. 168. b. *Qui ſophiſticè loquitur, odibilis eſt hujuſmodi.* Græc. Ἐὰν σοφιζόμενος ἐν λόγοις, μισητός· ὅτος πάσης τροφῆς κεκενωμένος. *Eſt, qui ſapientiam oſtentat in ſermonibus, odibilis: hic omni alimento defraudabitur.* In Mſs. Corb. 1. & Sangerm. 15. *odibilis: omni re defraud.* &c. Mſ. S. Theod. *odibilis eſt: hic omni re*, &c.

℣. 24. Græc. in principio habet, οὐ γὰρ ἐδόθη, & inf. ὅτι πάσης σοφίας, &c. Mſs. Sangerm. 15. S. Theod. & Corb. 1. *non eſt enim data illi*, &c.

℣. 25. Græcè non repetitur *ſapiens*; & pro ult. voce *laudabilis*, eſt ἐπὶ στόματος πιστοί, *in ore fideles*; in Compl. αἰνετοί.

℣. 26. Ita Græcè, excepto fut. παιδεύσει, *erudiet*; at in Compl. παιδεύει, ut ſup.

℣. 27. Græc. hab. ſingulariter εὐλογίας; ſicut Mſs. S. Theod. & Sangerm. 15. *benedictione*: Gr. addit, ἡ μακαρισθῶσιν αὐτὸν πάντες οἱ ὁρῶντες, & *beatificabunt eum omnes qui vident.*

℣. 28. Concordat Græc. niſi quòd hab. ἡ αἱ ἡμέραι, & *dies*, abſque ult. *ſunt.*

℣. 29. Græc. jungit αὐτῆ, voci *populo*; & loco *honorem*, hab. πίστιν, *fidem*; edit. verò Compl. ζῆσαι; cæt. ut in Vulg. niſi excipiatur unum ζήσεται, *vivet*, pro *erit vivens*, quod idem ſonat.

℣. 30. Poſtrema tantùm Græcè diſſimilia, nimirum, ἢ ἴδε τί πονηρὸν αὐτῇ, ἢ μὴ δῷς αὐτῇ, & *vide quid malum ei*, & *non des ei*, loco & *ſi fuerit nequam, non des illi poteſtatem.*

℣. 31. Conſonat Græc. niſi quòd extremò hab. ἢ ὑ πᾶσα ψυχὴ ἐν παντὶ εὐδοκεῖ, quæ idem valent.

℣. 32. Auct. op. imp. in Matth. hom. 51. p. 216. d. *Ne deſlecteris in multa epulatione, nec in turpibus, & modicis.* Græc. Μὴ ἀπλησιάσῃς ἐν πάσῃ τρυφῇ, ἢ μὴ ἐκχυθῇς ἐπὶ ἐδεσμάτων· *Noli eſſe inſatiabilis in omnibus deliciis, & ne effundas te ſuper epulas.*

℣. 33. Eadem ſunt in Græco, ſi excipiantur iſta, πόνος, ἢ ἡ ἀπλησία, *labor*, & *inſatiabilitas*, loco *infirmitas*, & *aviditas*; in Mſ. Alex. πόνος, ἢ ἡ ἀπλησία· in Mſ. Sangerm. *infirmitas*, & *apleſtia*, ultimòque *cholera*; in Corb. etiam & S. Theod. *uſque ad cholera.*

℣. 34. Diſſimilia duo Græc. habet, nimirum ἀπλησίαν, *edacitatem*, loco *crapulam*; & προσέχων, *attendit*, pro *abſtinens eſt*. In Mſ. Sangerm. 15. ſic: *Propter apleſtiam multi abierunt*, &c.

CAPUT XXXVIII.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. HOnora medicum propter neceſſitatem: etenim illum creavit Altiſſimus.

2. A Deo eſt enim omnis medela, & à rege accipiet donationem.

3. Diſciplina medici exaltabit caput illius, & in conſpectu magnatorum collaudabitur.

4. Altiſſimus creavit de terra medicamenta, & vir prudens non abhorrebit illa.

5. Nonne à ligno indulcata eſt aqua amara? *Exod. 15. 25.*

6. Ad agnitionem hominum virtus illorum, & dedit hominibus ſcientiam Altiſſimus, honorari in mirabilibus ſuis.

7. In his curans mitigabit dolorem, & unguentarius faciet pigmenta ſuavitatis, & unctiones conficiet ſanitatis, & non conſummabuntur opera ejus.

NOTÆ.

℣. 1. Ita legit Auguſt. in Spec. Græc. Τίμα ἰατρὸν πρὸς τὰς χρείας, τιμαῖς αὐτῦ· ἢ γὰρ αὐτὸν ἔκτισε Κύριος. *Honora medicum ad neceſſitates, honoribus illius: etenim illum creavit Dominus.*

℣. 2. In Auguſt. Spec. deeſt vox *omnis*; ut in Mſ. Sangerm. 15. antecedens *enim*; ultimò verò idem Mſ. leg. *dationem*, non *donationem*. Græcè ita: Παρὰ γὰρ Ὑψίστυ ἔστι ἴασις, ἢ..... λήψεται δόμα.

℣. 3. Græcè pro *diſciplina*, eſt ἐπιστήμη, ad litt. *ſcientia*, vel *peritia*; ultimò pro *collaudabitur*, ſic, θαυμασθήσεται, Nobil. *ſuſpicietur*; cæt. ut in Vulg. Eidem Vulg. Auguſt. favet ad verbum, uno excepto *ipſius*, loco *illius*; Mſ. etiam Corb. hab. *ipſius*; ut & Sangerm. inf. *magnorum*, non *magnatorum*.

℣. 4. Ita Græcè, ſi excipiatur vox prima Κύριος, loco *Altiſſimus*. Auguſt. Speculum hab. *medicinam*, non *medicamenta*; ultimòque *illam*, non *illa*. Similiter in Mſs. Corb. S. Germ. & S. Theod. *medicinam*; extremò verò in Sangerm. *non abhorrebit illi*; in Corb. *in illis*; S. Theod. *illam*.

℣. 5. Concinit Aug. Speculum. A Græco abeſt tantùm ult. vox *amara*.

℣. 6. Gr. ſubdit, εἰς τὸ γνωσθῆναι τὴν ἰσχὺν αὐτῦ; i. e. *ut cogneſceretur virtus illius?* deinde, ἢ αὐτὸς ἔδωκεν ἀνθρώποις, &c. & *ipſe dedit*, &c. ut in Vulg. ſed abſque med. voce *Altiſſimus*. In Mſ. S. Germ. ita: *Ad agnitionem hominum virtutis illorum*, & *dedit homini ſcientiam*, &c. In Mſ. Corb. & *dabit hominibus*; in Alex. ἀνθρώπῳ.

℣. 7. Auguſt. Specul. *In his curans mitigavit dolorem ipſorum.* Mſ. S. Germ. 15. *His curans mitigabit dolorem*, & *unguentarius facit pigmentum ſuavitatis*, & *unctiones conficiet ſuavitatis*, & *non*, &c. Græc. breviùs: Ἐν αὐτοῖς ἐθεράπευσε, ἢ ἦρε τὸν πόνον αὐτῦ, μυρεψὸς ἐν τούτοις ποιήσει μίγμα, ἢ ὑ μὴ συντελεσθῇ ἔργα αὐτῦ. *In his curavit*, & *abſtulit dolorem ejus, unguentarius in his faciet miſturam*, & *non conſummabit opera ſua.* Mſ. Alex. hab. cum ed.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

8. Pax enim Dei ſuper faciem terræ.

Iſa. 38. 3. 9. Fili in tua infirmitate ne deſpicias te ipſum, ſed ora Dominum, & ipſe curabit te.

10. Averte à delicto, & dirige manus, & ab omni delicto munda cor tuum.

11. Da ſuavitatem & memoriam ſimilaginis, & impingua oblationem, & da locum medico:

12. etenim illum Dominus creavit: & non diſcedat à te, quia opera ejus ſunt neceſſaria.

13. Eſt enim tempus quando in manus illorum incurras:

14. ipſi verò Dominum deprecabuntur, ut dirigat requiem eorum, & ſanitatem, propter converſationem illorum.

15. Qui delinquit in conſpectu ejus qui fecit eum, incidet in manus medici.

16. Fili in mortuum produc lacrymas, & quaſi dira paſſus incipe plorare, & ſecundùm judicium contege corpus illius, & non deſpicias ſepulturam illius.

17. Propter delaturam autem amarè fer luctum illius uno die, & conſolare propter triſtitiam:

18. & fac luctum ſecundùm meritum ejus uno die, vel duobus propter detractionem.

Prov. 15. 13. & 17. 22. 19. A triſtitia enim feſtinat mors, & cooperit virtutem, & triſtitia cordis flectit cervicem.

20. In abductione permanet triſtitia: & ſubſtantia inopis ſecundùm cor ejus.

21. Ne dederis in triſtitia cor tuum, ſed repelle eam à te: & memento noviſſimorum,

22. noli obliviſci: neque enim eſt converſio, & hulc nihil proderis, & te ipſum peſſimabis.

23. Memor eſto judicii mei: ſic enim erit & tuum: mihi heri, & tibi hodie.

24. In requie mortui requieſcere fac memoriam ejus, & conſolare illum in exitu ſpiritus ſui. *2. Reg.* 12. 21.

25. Sapientia ſcribæ in tempore vacuitatis: & qui minoratur actu, ſapientiam percipiet: qua ſapientia replebitur

26. qui tenet aratrum, & qui gloriatur in jaculo, ſtimulo boves agitat, & converſatur in operibus eorum, & enarratio ejus in filiis taurorum.

27. Cor ſuum dabit ad verſandos ſulcos, & vigilia ejus in ſagina vaccarum.

28. Sic omnis faber & architectus, qui noctem tanquam diem tranſigit, qui ſculpit ſignacula ſculptilia, & aſſiduitas ejus variat picturam: cor ſuum dabit in ſimilitudinem picturæ, & vigiliâ ſuâ perficiet opus.

29. Sic faber ferrarius ſedens juxta incudem, & conſiderans opus ferri: Vapor ignis uret carnes ejus, & in calore fornacis concertatur:

30. Vox mallei innovat aurem ejus, & con-

NOTÆ.

Compl. Συντελεσθῇ, non Συντελέσῃ.

℣. 8. Græc. Καὶ εἰρήνη παρ' αὐτῷ ἐσιν ἐπὶ, &c. *Et pax ab illo eſt ſuper*, &c.

℣. 9. Ita in Gr. præter unum *te ipſum*, quod deeſt. In Mſ. S. Germ. 15. *non deſpicias*, *ſed ora ad Dominum*, &c.

℣. 10. Mſ. S. Theod. *Avertere à delicto*, &c. Græc. Ἀπόσησον πλημμέλειαν..... ἢ ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας, &c. *Amove delictum*, &c. ut ſup. detracta ult. voce *tuum*. Ed. Compl. hab. Ἀπόσησον πλημμελείας. Auguſt. Speculum Vulgatæ congruit.

℣. 11. Similiter in Græco, niſi quòd poſt *oblationem* id ſubjungitur, ὡς μὴ ὑπάρχων, *quaſi non ſis*. Aug. Speculum hoc additamento caret.

℣. 12. Eadem exſtant Græcè, niſi excipias ult. ἢ γὰρ αὐτῷ χρεία, *nam & ipſo opus eſt*, pro *quia opera ejus ſunt neceſſaria*. Auguſtini Spec. Vulgatæ accinit.

℣. 13. In Aug. Speculo deeſt *tempus*. Græcè ita: Ἔστι καιρὸς, ὅτε ἢ ἐν χερσὶν αὐτῶν εὐοδία. *Eſt tempus*, *cùm & in manibus illorum ſuavitas edoris*.

℣. 14. Græc. initio hab. ἢ γὰρ αὐτοὶ, *nam & ipſi*; ſubinde αὐτοῖς, *ipſis*, loco *eorum*; ſtatimque, ἢ ἴασιν χάριν ἐμβιώσεως, *& ſanationem propter reſtituendam valetudinem*. Auguſt. Specul. concordat cum Vulg. Mſs. tamen ultimò ferunt ibid. *propter converſionem illorum*, non *converſationem*.

℣. 15. Ita Græcè, excepto uno ἐμπέσοι, *incidat*; ſed al. ἐμπεσεῖται, *incidet*. Mſ. S. Germ. 15. *incidat*.

℣. 16. S. Paulin. ep. 13. p. 69. a. *Fili produc lacrymas in mortuo*, *& quaſi dira paſſus incipe plorare*, *& non deſpicias ſepulturam illius*. Auguſt. ep. 263. to. 2. 893. g. *In mortuo produc lacrymas*, *& quaſi dira perpeſſus incipe lamentationem*; at in Speculo tota refert ut in Vulg. Græc. etiam cum ipſa concinit, addito ſolo αὐτῷ, ad *judicium*. Mſ. S. Germ. 15. hab. *contine*, non *contege*.

℣. 17. Eadem refert Auguſt. in Spec. detracto uno *autem*, quo etiam Mſ. S. Germ. caret. Græcè hæc leguntur ſola eò loci: Πίκρανον κλαυθμὸν, ἢ ἑρμανον κοπετόν. *Amarum fac ploratum*, *& caleſac planctum*; reliqua vide ℣. ſeq.

℣. 18. Sic apud Aug. in Spec. tota verò abſunt in Mſ. S. Germ. 15. In Græco ſic: ἢ ποίησον τὸ πένθος κατὰ τὴν ἀξίαν αὐτῷ ἡμέραν μίαν, ἢ δύο χάριν διαβολῆς, ἢ παρακλήθησι λύπης ἕνεκα· i. e. *& fac luctum ſecundùm dignitatem ejus uno die*, *& duobus propter detractionem*, *& admitte conſolationem propter triſtitiam*. Auguſt. ep. 263. to. 2. 893. g. hîc hab. pariter, *& conſolare propter triſtitiam*, nam continuò addit: *A triſtitia enim*, &c. Item S. Paulinus ep. 13. p. 72. b. ait *amaritudinem luctus uno ferendam die*: paulòque poſt: *& conſolare maturè propter triſtitiam*. *A triſtitia enim*, &c.

℣. 19. Ita in Auguſt. Speculo, ſi excipias fut. 2. *cooperiet..... flectet*; item in Mſ. S. Theod. *cooperiet*; in Sangerm. 15. *comperiet..... flectet*. Item Auguſt. ep. 263. to. 2. 893. g. legit: *A triſtitia enim procedit mors*, *& triſtitia cordis flectet fortitudinem*. Ita quoque in Græco, nec plura. Apud S. Paulin. ep. 13. p. 72. c. *A triſtitia enim feſtinat mors*, *& cooperiet virtutem*.

℣. 20. Græc. hab. παραλαίνει, *tranſit*, non *permanet*, ſubditque ἢ λύπη· deinde, ἢ βίος πλωχῦ κατὰ καρδίας.

℣. 21. Auguſt. Specul. *Non dederis in triſtitiam cor tuum*. Ita quoque Græc. hab. cum ſeqq. ἀπόσησον αὐτὴν, μνησθεὶς τὰ ἔσχατα.

℣. 22. Ita Græcè, niſi id excipiatur, ὑ γάρ ἐστιν ἐπάνοδος, *non enim eſt reditus*, pro *neque enim eſt converſio*.

℣. 23. Græc. loco *mei*, ponit αὐτῦ, *ejus*; ſed Mſ. Alex. hab. μῦ; Compl. ζῦ; deinde ſic, ὅτι ὕτω, ὡς ἢ τὸ ζόν, *quia ſic*, *ut etiam tuum*; Mſ. Alex. ὅτι ὕτως ἢ; cæt. quadrant.

℣. 24. Sic etiam Græcè, præter hoc, ἢ παρακλήθητι ἐν αὐτῷ, *& conſolationem accipe in eo*, pro *& conſolare illum*. Mſ. S. Theod. ipſo initio hab. *In requiem mortui*, &c.

℣. 25. Græc. pro *tempore vacuitatis*, hab. εὐκαιρία χολῆς, *opportunitate otii*; ſubinde addit αὐτῦ, ad vocem *actu*, & pro *qua*, habet τί, *quomodo*; cæt. ut in Vulg. Mſ. Germ. 15. initio legit: *Sapientiam ſcribe in tempore*. Similiter in Mſ. S. Theod. extremò verò ita, *quia ſapientiâ replebitur*.

℣. 26. Eadem ſunt in Græco, exceptis his, λόγατι κέντρῳ, *haſtâ ſtimuli*, pro *jaculo*, *ſtimulo*. In Mſs. S. Theod. & Germ. 15. ita: *& non gloriatur in jaculo*, *ſtimulo boves agit*, *&*..... *& narratio ejus*, &c.

℣. 27. Similiter in Græco.

℣. 28. Ita in Græco ad hoc uſque, *qui ſculpit*, pro quo ult. & ſeqq. ita: οἱ γλύφοντες γλύμματα ζῳοχυίδων, ἢ ὑ ὑπομενῦ αὐτῦ, ἀλλοιῶσαι ποικιλίαν· καρδίαν αὐτῦ δώσει εἰς τὸ ὁμοιῶσαι ζωογραφίαν, ἢ ὑ ἀγρυπνία αὐτῦ, τελέσαι ἔργον· *qui ſculpunt ſculpturas ſignaculorum*, *& aſſiduitas ejus*, *immutare varietatem*: *cor ſuum dabit ad aſſimilandam picturam*, *& vigilia ejus*, *perficere opus*. Mſ. S. Theod. *qui ſculpit ſignaculo ſculptilia*; ultimòque *perficit opus*; item in Sangerm. 15. *perficit opus*.

℣. 29. Græcè χαλκεὺς, *æraríus*, non *ferrarius*; paulòque poſt ab his, *conſiderans opus*, &c. ita: κ καταμανθάνων ἀργῷ σιδήρου· ἀτμὶς πυρὸς πέσει ζάρκας αὐτῦ, ἢ..... διαμαχήσεται· *& addijcens pigro ferro*: *vapor ignis durabit carnes ejus*, *&*..... *concertabit*.

℣. 30. Mſ. Sangerm. 15. hab. *innovabit*; ultimòque *oculi ejus*, non *oculus*. Ita quoque in Græco.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

tra ſimilitudinem vaſis oculus ejus:

31. Cor ſuum dabit in conſummationem operum, & vigiliâ ſuâ ornabit in perfectionem.

32. Sic figulus ſedens ad opus ſuum, convertens pedibus ſuis rotam, qui in ſollicitudine poſitus eſt ſemper propter opus ſuum, & in numero eſt omnis operatio ejus.

33. In brachio ſuo formabit lutum, & ante pedes ſuos curvabit virtutem ſuam.

34. Cor ſuum dabit ut conſummet linitionem, & vigiliâ ſuâ mundabit fornacem.

35. Omnes hi in manibus ſuis ſperaverunt, & unuſquiſque in arte ſua ſapiens eſt:

36. ſine his omnibus non ædificatur civitas.

37. Et non inhabitabunt, nec inambulabunt, & in eccleſiam non tranſilient.

38. Super ſellam judicis non ſedebunt, & teſtamentum judicii non intelligent, neque palàm facient diſciplinam & judicium, & in parabolis non invenientur:

39. ſed creaturam ævi confirmabunt, & deprecatio illorum in operatione artis, accommodantes animam ſuam, & conquirentes in lege Altiſſimi.

NOTÆ.

℣. 31. Itidem Græcè, niſi excipiatur verbum κοσμῆσαι, *ornare*, pro *ornabit*; Mſ. Sangerm. hab. *ornabit in conſummatione*; Gr. ἐπὶ ζυγοστασίας.

℣. 32. Similia Græc. habet, præter conjunct. ὲ, poſitam ante *convertens*; item infra, loco *propter*, eſt ἐπὶ, *in*. Mſ. S. Theod. hab. & *convertens*..... *in ſollicitudinem*... & *innumera eſt operatio ejus*; item in Sangerm. 15. & *innumera eſt*; Gr. ὲ ἀναρίθμητος, &c.

℣. 33. Conſonat Græc. niſi quòd tollit *ſuos*, poſt *pedes*.

℣. 34. Ita in Græco, præter penult. καθαρίσει, *mundare*, pro *mundabit*.

℣. 35. Concordat Græc. niſi quòd hab. ἐνεπίστευσαν, pro *ſperaverunt*; ſicut ἔργῳ, pro *arte*; quæ idem ſonant.

℣. 36. Græc. delet vocem *omnibus*, habetque οἰκισθήσεται, *ædificabitur*.

℣. 37. Ita fert Græc. excepto ablat. ἐν ἐκκλησίᾳ; Mſ. S. Theod. hab. *in eccleſiam ſuam*.

℣. 38. Mirè concinunt hæc tota cum Græco, præter vocem *diſciplinam*, pro qua δικαιοσύνην, *juſtitiam*; at in Mſ. Alex. παιδίαν; in Compl. παιδείαν. Mſ. S. Theod. hab. *judicii diſciplinam* & *judicium*.

℣. 39. Eadem rurſum in Græco, præter ult. iſta, πλὴν τῷ ἐπιδόντος τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ὲ διανοηθήσεται ἐν νόμῳ Ὑψίστου. Nobil. *tantummodo accommodantis animam ſuam*, & *conquirentis in*, &c.

CAPUT XXXIX.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. SApientiam omnium antiquorum exquiret ſapiens, & in prophetis vacabit.

2. Narrationem virorum nominatorum conſervabit, & in verſutias parabolarum ſimul introibit.

3. Occulta proverbiorum exquiret, & in abſconditis parabolarum converſabitur.

4. In medio magnatorum miniſtrabit, & in conſpectu præſidis apparebit.

5. In terram alienigenarum gentium pertranſiet: bona enim & mala in hominibus tentabit.

6. Cor ſuum tradet ad vigilandum diluculo ad Dominum, qui fecit illum, & in conſpectu Altiſſimi deprecabitur.

7. Aperiet os ſuum in oratione, & pro delictis ſuis deprecabitur.

8. Si enim Dominus magnus voluerit, ſpiritu intelligentiæ replebit illum:

9. & ipſe tanquam imbres mittet eloquia ſapientiæ ſuæ, & in oratione confitebitur Domino:

10. & ipſe diriget conſilium ejus, & diſciplinam, & in abſconditis ſuis conſiliabitur.

11. Ipſe palàm faciet diſciplinam doctrinæ ſuæ, & in lege teſtamenti Domini gloriabitur.

12. Collaudabunt multi ſapientiam ejus, & uſque in ſæculum non delebitur.

13. Non recedet memoria ejus, & nomen ejus requiretur à generatione in generationem.

14. Sapientiam ejus enarrabunt gentes, & laudem ejus enunciabit eccleſia.

15. Si permanſerit, nomen derelinquet plus quàm mille: & ſi requieverit, proderit illi.

16. Adhuc conſiliabor, ut enarrem: ut furore enim repletus ſum.

17. In voce dicit: Obaudite me divini fructus, & quaſi roſa plantata ſuper rivos aquarum fructificate.

NOTÆ.

℣. 1. In Græco deeſt vox *ſapiens*, habeturque ἐν προφητείαις, *in prophetiis*; cæt. ut ſup.

℣. 2. Ad verbum è Græco, ſi unum ſingul. excipias *narrationem*, pro quo plurale διηγήσεις, *narrationes*; at in Mſ. Alex. διήγησιν, ut in ed. Compl.

℣. 3. Ita rurſum in Græco, niſi quòd pro *abſconditis*, eſt *ænigmatibus*, *anigmatibus*; quod idem ſonat. In Mſ. S. Theod. vitiosè *conſervabitur*, pro *converſabitur*.

℣. 4. Concordat Græcum. Mſ. Sangerm. 15. hab. *in medio magnorum*.

℣. 5. Vix unum verbum differt à Græco, nempe ult. *tentabit*, pro quo ἐπείρασε, *tentavit*. Mſ. Sangerm. 15. legit: *In terram alienarum gentium*; Corb. *In terra alienarum gent. tranſiet*; S. Theod. *In terram alienarum gent. tranſiet*..... *in omnibus tentabit*.

℣. 6. Ita de Græco, verbum è verbo.

℣. 7. Græc. ipſo initio hab. ὲ; reliqua ut in Vulg.

℣. 8. Græcè deeſt *enim*; ultimóque eſt ἐμπλησθήσεται, *replebitur*; at in Ms. Alex. ἐμπλήσει αὐτόν, ut in Vulg.

℣. 9. Similiter in Græco, detractâ primâ conjunct. &.

℣. 10. Græc. initio hab. αὐτὸς κατευθύνει, *ipſe dirigit*; ſubinde ἐπιστήμην, *ſcientiam*, loco *diſciplinam*; ultimòque διανοηθήσεται, *meditabitur*, pro *conſiliabitur*. In Mſs. Sangerm. & S. Theod. ſimiliter deeſt prima conjunct. &.

℣. 11. Conveniunt hæc tota cum Græco.

℣. 12. Similiter in Græco, præter vocem ζώντων, *intelligentiam*, loco *ſapientiam*: deeſt etiam ſeq. &; ſed hanc conjunct. Mſ. Alex. addit.

℣. 13. Eadem leguntur Græcè, præter ult. ſeqq. ζήσεται εἰς γενεὰς γενεῶν, *vivet in generationes generationum*; at in Mſ. Alex. ζητήσεται, ut in Vulg.

℣. 14. Sic eſt in Græco verbum pro verbo. In Mſ. S. Germ. 15. *nunciabit*.

℣. 15. Ita de Græco, excepto ult. *proderit illi*, pro quo ἐμφανεῖ αὐτῷ, Nobil. *acquirit ſibi*.

℣. 16. Græc. Ἔτι διανοηθεὶς ἐκδιηγήσομαι· ὲ ὡς πλησμονὴν ἐπλήρωθην. *Adhuc meditatus enarrabo*: & *tanquam pleniluniun repletus ſum*.

℣. 17. Græcè, hoc primum deeſt, *In voce dicit*: ſequuntur verò iſta: Ἐξακούσατέ μου υἱοὶ ὅσιοι, ὲ βλαστήσατε ὡς ῥόδον φυόμενον ἐπὶ ῥεύματος ἀγροῦ. *Exaudite me filii ſancti*, & *germinate quaſi roſa plantata ſuper rivum agri*. Ap. Aug. in Spec. *In voce dicite*: *Obaudite me divini fructus aquarum*, & *quaſi roſa plant. ſuper rivum fructificate*. Mſ. S. Theod. hab. *In voce enim dicit*: *Obaudite me*; & inſ. cum Sangerm. 15. *ſuper rivum*. Corb. *Obœdite mihi*, *audite*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

18. Quasi Libanus odorem suavitatis habete.

19. Florete flores, quasi lilium, & date odorem, & frondete in gratiam, & collaudate canticum, & benedicite Dominum in operibus suis.

20. Date nomini ejus magnificentiam, & confitemini illi in voce labiorum vestrorum, & in canticis labiorum, & citharis, & sic dicetis in confessione:

Gen. 1. 31. 21. Opera Domini universa bona valde.

Marc. 7. 37. 22. In verbo ejus stetit aqua sicut congeries: & in sermone oris illius sicut exceptoria *Gen. 8. 3.* aquarum:

23. quoniam in præcepto ipsius placor fit, & non est minoratio in salute ipsius.

24. Opera omnis carnis coram illo, & non est quidquam absconditum ab oculis ejus.

25. A sæculo usque in sæculum respicit, & nihil est mirabile in conspectu ejus.

26. Non est dicere: Quid est hoc, aut quid est istud? omnia enim in tempore suo quærentur.

27. Benedictio illius quasi fluvius inundavit:

Gen. 7. 11. 28. quomodo cataclysmus aridam inebriavit, sic ira ipsius gentes, quæ non exquisierunt eum, hæreditabit.

Exod. 14. 21. 29. Quomodo convertit aquas in siccitatem, & siccata est terra: & viæ illius viis illorum directæ sunt: sic peccatoribus offensiones in ira ejus.

30. Bona bonis creata sunt ab initio, sic nequissimis bona & mala.

31. Initium necessariæ rei vitæ hominum, *Sup. 29.* aqua, ignis, & ferrum, sal, lac, & panis si- *28.* milagineus, & mel, & botrus uvæ, & oleum, & vestimentum.

32. Hæc omnia sanctis in bona, sic & impiis & peccatoribus in mala convertentur.

33. Sunt spiritus, qui ad vindictam creati sunt, & in furore suo confirmaverunt tormenta sua:

34. in tempore consummationis effundent virtutem: & furorem ejus, qui fecit illos, placabunt.

35. Ignis, grando, fames, & mors, omnia hæc ad vindictam creata sunt:

36. bestiarum dentes, & scorpii, & serpentes, & rhomphæa vindicans in exterminium impios.

37. In mandatis ejus epulabuntur, & super terram in necessitatem præparabuntur, & in temporibus suis non præterient verbum.

38. Propterea ab initio confirmatus sum, & consiliatus sum, & cogitavi, & scripta dimisi.

39. Omnia opera Domini bona, & omne *Gen. 1.* opus hora sua subministrabit. *31.*

40. Non est dicere: Hoc illo nequius est: *Marc. 7.* omnia enim in tempore suo comprobabuntur. *37.*

41. Et nunc in omni corde & ore collaudate, & benedicite nomen Domini.

NOTÆ.

me, &c. item inf. *super rivum.*

℣. 18. In Græco ὡς..... εὐωδιάσαι ὁμοῦ.

℣. 19. August. in Spec. tollit ℭ, post *lilium*, cum Mss. S. Theod. & Germ. 15. Corb. verò hab. ℭ *quasi lilium date odorem.* Græc. Καὶ ἀνθήσατε ἄνθος, ὡς κρίνον, καὶ δόσατε ὀσμὴν, καὶ αἰνέσατε ᾆσμα, καὶ εὐλογήσατε Κύριον ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἔργοις. *Et florete florem, sicut lilium, date odorem, & collaudate canticum, benedicite Dominum in omnibus operibus;* Ms. Alex. cum ed. Compl. hîc addit αὐτῷ; &c. Aug. in Ps. 117. col. 1272. d. legit: *benedicite Dominum omnia opera ipsius.*

℣. 20. Ita legit Aug. in Spec. detractâ tamen conjunct. ℭ, ante τὸ *in canticis;* deest pariter ℭ in Mss. Corb. S. Theod. & S. Germ. 15. præterea Sangerm. hab. *cinyris*, pro *citharis.* At August. in Ps. 117. col. 1272. legit: *Date nomini ipsius magnificentiam, & confitemini in laudem ipsius in canticis labiorum, & in citharis, & sic dicite in confessione.* Ita quoque in Græco, nisi quòd pro *in laudem*, est ἐν αἰνέσει, *in laudatione*, & pro *dicite*, ἐρεῖτε, *dicetis.* Idem Aug. in Ps. 7. col. 38. g. ℭ *hæc dicetis in confessione.*

℣. 21. Ita Aug. in Spec. at in Ps. 117. col. 1272. d. legit: *Quoniam omnia opera Domini bona nimis:* & sup. in Ps. 7. col 38. g. *Opera Dom. universa, quon. bona valde.* Sic etiam in Græco est: præterea ibid. sequuntur ista: ὃ πᾶν πρόσταγμα ἐν καιρῷ αὐτοῦ ἔσται, πάντα γὰρ ἐν καιρῷ αὐτοῦ ζητηθήσεται· i. e. ℭ *omne præceptum in tempore ejus erit, omnia enim in tempore suo quærentur.*

℣. 22. Concinit August. Speculum: nec absimile quiddam Græcè, præter 2. *fient*, quod deest.

℣. 23. Ita legit Aug. in Spec. at in Græco sic: ἐν προσλήμψει αὐτοῦ πᾶσα ἡ εὐδοκία, ὃ οὐκ ἔστιν ὃς ἐλαττώσει τὸ ζωήσειν αὐτόν· *in præcepto ejus omne beneplacitum*, ℭ *non est qui minuat salutare illius.* Ms. S. Theod. ℭ *non est minoratio in salute illius.*

℣. 24. Itidem in Aug. Speculo: nec aliter in Græco, præter unum κρυβῆναι, *abscondi*, loco *quidquam absconditum.*

℣. 25. Eadem sunt in Græco, excepto præt. uno ἐπέβλεψε, *respexit*, pro præs. *respicit;* ap. August. in Spec. *respiciet.*

℣. 26. Sic habet Aug. in Spec. præter unum *illud*, pro *istud.* Itidem in Mss. Sangerm. S. Theod. & Corb. 1. At in Græco sic: Οὐκ ἔστιν εἰπεῖν· Τί τοῦτο; εἰς τί τοῦτο; πάντα γὰρ εἰς χρείας αὐτῶν ἔκτισαι. *Non est dicere: Quid est hoc? ad quid hoc? omnia enim ad usus ipsorum creata sunt.* Ap. Hieron. in Eccles. to. 2. 735. c. *Ne dixeris: Quid est hoc, aut quid est istud? omnia enim tempore suo requirentur.*

℣. 27. Consonat Græc. In Mss. S. Theod. & Germ. est *inundabit;* at in Gr. constanter ἐπεκάλυψε.

℣. 28. Mss. SS. Germ. Theod. & Corb. initio hab. ℭ *quomodo*, &c. Gr. ὃν ὡς καλαχυσμὸς ξηρὰν ἐμέθυσεν, οὕτως ὀργὴν αὐτοῦ ἔθνη κληρονομήσει· ℭ *quomodo cataclysmus... sic iram suam gentes hæreditare facit.*

℣. 29. Græcè brevius: Ὡς μετέστρεψεν ὕδατα εἰς ἄλμην· αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ τοῖς ὁσίοις εὐθεῖαι· οὕτως τοῖς ἀνόμοις πρόσκομμα. *Sicut convertit aquas in salsuginem: via ejus sanctis directa: sic iniquis offensiones.* In Ms. Germ. 15. *Quomodo convertit aquas*, ℭ *siccata est terra*, &c. ut in Vulg.

℣. 30. Prior sententia convenit cum Græco; posterior ita legitur ibid. οὕτως τοῖς ἁμαρτωλοῖς κακά, *sic peccatoribus mala.*

℣. 31. Græc. initio hab. Ἀρχὴ πάσης χρείας εἰς ζωὴν ἀνθρώπου, *Principium omnis rei necessariæ ad vitam hominis;* reliqua ut sup. præter duo, ζυμίδαλις πυρῦ, *siligo tritici*, & αἷμα σταφυλῆς, *sanguis uvæ*, loco *panis similagineus*, & *botrus uvæ.* In Mss. Sangerm. & S. Theod. deest *sal.*

℣. 32. Similiter in Græco, dempta tamen voce *impiis*, cum præced. ℭ, & sequenti. Ms. S. Theod. hab. *sanctis in bonis*, non *in bona.*

℣. 33. Ita rursum Græcè, præter vocem penult. μάστιγας, *flagella*, loco *tormenta.*

℣. 34. Sic etiam Græcè, nisi quòd in principio habetur ὃ, ut in Mss. S. Theod. & Corb. paulòque post, ἐκχέουσι, *effundunt;* & in fine, κοπάσουσι, *sedabunt*, loco *placabunt.* In Mss. Sangerm. 15. & S. Theod. *illos confundent;* in Corb. *confundet.*

℣. 35. Ita in Græco, nisi quòd his vocibus 2. *grando*, & *fames*, præponitur καί.

℣. 36. Ad verbum è Græco, nisi excipias vocem *serpentes*, pro qua ἔχεις, *viperæ;* in Ms. Corb. *scorpiones*, ℭ *serpentes..... impiis.*

℣. 37. Eadem sunt in Græco, præter priora ista, Ἐν τῇ ἐντολῇ αὐτοῦ εὐφρανθήσονται, *In mandato ejus lætabuntur;* & post paulò pluraliter, εἰς χρείας, *in necessitates;* Mss. verò Sangerm. 15. S. Theod. & Corb. hab. *in necessitate.*

℣. 38. Græcè loco *consiliatus sum*, ℭ *cogitavi*, &c. simpliciter, διενοήθην, καὶ ἐν γραφῇ ἄφηκα, *meditatus sum*, ℭ *in scriptura reliqui;* Ms. Sangerm. 15. ℭ *inscripta dimisi.*

℣. 39. Græc. Τὰ ἔργα Κυρίου πάντα ἀγαθὰ, καὶ πᾶσαν χρείαν ἐν ὥρᾳ αὐτῆς χορηγήσει· Nobil..... ℭ *omnem usum in tempore ejus subministrabunt;* Ms. Sangerm. 15. *subministrat;* Corb. *subministrabitur.*

℣. 40. Gr. Καὶ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, &c. ut in Vulg. deleto uno *suo*, post *tempore.*

℣. 41. Ita Græcè ad verbum.

Digitized by Google

CAPUT XL.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. OCcupatio magna creata eſt omnibus hominibus, & jugum grave ſuper filios Adam, à die exitus de ventre matris eorum, uſque in diem ſepulturæ, in matrem omnium.

2. Cogitationes eorum, & timores cordis, adinventio exſpectationis, & dies finitionis:

3. à reſidente ſuper ſedem glorioſam, uſque ad humiliatum in terra & cinere:

4. ab eo qui utitur hyacintho, & portat coronam, uſque ad eum qui operitur lino crudo: furor, zelus, tumultus, fluctuatio, & timor mortis, iracundia perſeverans, & contentio,

5. & in tempore refectionis in cubili ſomnus noctis immutat ſcientiam ejus.

6. Modicum tanquam nihil in requie, & ab eo in ſomnis, quaſi in die reſpectus.

7. Conturbatus eſt in viſu cordis ſui, tanquam qui evaſerit in die belli. In tempore ſalutis ſuæ exſurrexit, & admirans ad nullum timorem:

8. cum omni carne, ab homine uſque ad pecus, & ſuper peccatores ſeptuplum.

Sup. 39. 35. 36. 9. Ad hæc mors, ſanguis, contentio, & rhomphæa, oppreſſiones, fames, & contritio, & flagella:

10. ſuper iniquos creata ſunt hæc omnia, & propter illos factus eſt cataclyſmus. *Gen. 7. 10.*

11. Omnia, quæ de terra ſunt, in terram convertentur, & omnes aquæ in mare revertentur. *Inſ. 41. 13. Eccleſ. 1. 7.*

12. Omne munus, & iniquitas delebitur, & fides in ſæculum ſtabit.

13. Subſtantiæ injuſtorum ſicut fluvius ſiccabuntur, & ſicut tonitruum magnum in pluvia perſonabunt.

14. In aperiendo manus ſuas lætabitur: ſic prævaricatores in conſummatione tabeſcent.

15. Nepotes impiorum non multiplicabunt ramos, & radices immundæ ſuper cacumen petræ ſonant.

16. Super omnem aquam viriditas, & ad oram fluminis ante omne fenum evelletur.

17. Gratia ſicut paradiſus in benedictionibus, & miſericordia in ſæculum permanet.

18. Vita ſibi ſufficientis operarii condulcabitur, & in ea invenies theſaurum.

19. Filii, & ædificatio civitatis confirmabit nomen, & ſuper hæc mulier immaculata computabitur.

20. Vinum & muſica lætificant cor: & ſu-

NOTÆ.

℣. 1. Ita Auguſt. l. 6. contra Julian. to. 10. 706. niſi quòd hab. *creata eſt omni homini*; ſic etiam Græcè ad verbum. Eadem rurſum citat Aug. l. Enchirid. to. 6. 221. a. ab his, *grave jugum*, &c. Accinunt Auct. l. de voc. Gent. l. 2. c. 21. p. 29. e. & Auct. l. promiſſ. ap. Proſp. p. 1. c. 4. col. 93. e. & Gelaſ. I. epiſt. 7. Conc. to. 4. 1179. c. necnon Fulg. de Incarn. ad Petr. diac. p. 301. a.

℣. 2. Græc. leg. ſingulariter φόβον, *timorem*, non *timores*; item poſt paulò eſt ἐπίνοια, *conſideratio*, pro *adinventio*; cæt. ut ſupra.

℣. 3. Ita in Græco, exceptis his, ἐπὶ θρόνου ἐν δόξῃ, ἐν, *ſuper thronum in gloria*, & ſed in Mſ. Alex. eſt ἐνδόξου, abſque ſeq. ἐν. in ed. Compl. δόξης. Mſs. Sangerm. 15. Corb. 1. & S. Theod. hab. *reſidentes ſuper ſedem*; ultimòque Germ. *in terram & cinerem.*

℣. 4. Similia Græc. habet, exceptis his prioribus, ἀπὸ φορτίου ὑακίνθου, ἐν στέφανον, ἐν; item ponit ἐν, ante voces ſeqq. *zelus, tumult. fluct. iracundia.* In Mſs. Corb. 1. & S. Theod. *qui cooperitur lino*, &c. Gr. περιβαλλομένου ὀθόνιον.

℣. 5. Ita Græcè: in Mſ. S. Germ. 15. *ſomnus mortis*, non *noctis.*

℣. 6. Itidem Græcè, niſi excipiatur vox ult. σκοπιᾶς, *ſpeculæ*, loco *reſpectûs.*

℣. 7. Ita quoque in Græco, præter hoc, ἀπὸ προσώπου πολέμου, *à facie belli*, pro *in die belli.*

℣. 8. Concinit Græc. niſi quòd extremò hab. ἑπταπλασίαν, *ſeptupla.*

℣. 9. Ita Græcè modò legatur, & *ſanguis*, & ſ ultimòque, *flagellum*, μάστιξ. In Mſs. Corb. 1. & S. Theod. *oppreſſiones famis.*

℣. 10. Ita Græcè ad verbum.

℣. 11. Gr. pro *convertentur*, hab. ἀναρρέουσι, *revertuntur*; Mſ. verò Alex. ἀναρρέουσι; exinde, ἐν ἀπὸ ὑδάτων εἰς θάλασσαν ἀναπέμπουσι, & *ab aquis in mare reflectunt*; Mſs. S. Germ. 15. & Corb. 1. & *aquæ omnes in mare convertentur*; itidem in Mſ. S. Theod. cum hoc 1. *Omnia enim quæ*, &c.

℣. 12. Ad verbum è Græco.

℣. 13. Similia Græc: habet. Mſ. verò Corb. 1. ſingulariter, *Subſtantia..... ſiccabitur.* Mſ. Sangerm. in fine, *manebunt*, non *perſonabunt*; S. Theod. *pertranſibunt*; Gr. ἐχηχήσει, quod referri poteſt ad neutrum plur. χρήματα; Nobil. tamen hîc vertit *perſonabit*, per relat. ad ſingul. βροντή.

℣. 14. Græc. Ἐν τῷ ἀνιζῆσαι αὐτὸν χεῖρας εὐφρανθήσεται, ἕτως οἱ παραβαίνοντες εἰς συντέλειαν ἐκλείψουσι.

℣℣. 15. 16. Ita in Græco eſt, ſi excipiatur præſ. πληθύνει, *multiplicant*; ſed in edit. Compl. fut. eſt πληθύνεῖ, ut in Vulg. ſubinde pro *cacumen petræ*, vel ut in Mſs. Corb. & S. Theod. *petroſæ*; Græcè legitur ἀκροτόμου πέτρας, quod Nobil. vertit, *duram petram*: at ibid. non ſubnectitur verbum *ſonant*, ut in Vulg. fixo enim puncto poſt vocem πέτρας, ita proximè ſequitur ℣. 16. Ἄχει ἐπὶ παντὸς ὑδάτος, ἐν χείλους ποταμοῦ, &c. quæ Nobil. Latinè ſic reddit: *Achi ſuper omnem aquam*, & *oram fluminis*, &c. Porro vox iſta, *Achim*, in libb. Gr. variè ſcribitur hoc loco, ſi Nobilio fides, nimirum vel ἄχι, vel ἄχη, vel ἄχει: edit. Rom. ſert ἄχει: hujus autem ult. dictionis interpretatio duplex, pro duplici accentûs poſitione; proindeque adnecti poteſt vel antecedentibus, vel ſubſequentibus: ſi enim legatur ἀχεῖ Doricè, cum accentu circumfl. ſumitur pro ἠχεῖ, quod eſt 3. ſing. præſ. indic. act. verbi ἠχέω, *reſono*, ab ἦχος, *ſonus*; tuncque non malè jungitur antecedentibus, ut in Vulg. (melius ſi pluraliter exprimeretur, ob nominat. femin. ῥίζαι;) ſi autem legatur ἄχει cum accentu acuto, Latinæ voci *viriditas*, quæ legitur inſ. in Vulg. ſatis reſpondet, tuncque optimè jungitur cum ſequentibus, maximè in Mſ. S. Theod. ubi, non ut in Vulg. *Super omnem aquam viriditas* legitur, ſed ita cum Gr. *Viriditas ſuper omnem aquam.* Porro voce ἄχος, quæ *dolorem*, *mœrorem*, vel *triſtitiam* vulgò ſonat, nonnunquam ſecund. Schol. quoddam, teſte Nobilio, intelligitur *plantarium tenue & herbuſum*: & ſanè l. Gen. c. 41. ℣. 2. quod in Vulg. legimus, *paſcebantur in locis paluſtribus*, Græcè ita exprimitur, ἐν ἐβόσκοντο ἐν τῷ ἀχει· rurſumque inf. ℣. 18. quod Vulg. hab. *paludis vireta carpebant*, Græcè ita redditur, ἐν ἐσήμωτο ἐν τῷ ἄχει· imo & hoc Eccleſiaſtici loco, utraque lectio admitti videtur in Vulg. ubi & *ſonant* legitur ſub fine ℣. 15. & *viriditas*, ſeq. ℣. 16. ut duæ interpretationes unius dictionis ἀχει conjunctæ videantur; maximè ſi vox Lat. *viriditas* cæteras omnes antecedat verſu 16. ut in Mſ. S. Theod. de quo ſup. Vide ſis Nobil. Not. cùm in hunc loc. tum maximè ad Gen. 41. 2.

℣. 17. Sic eſt in Græco, ut & in Aug. Speculo.

℣. 18. Prima ſententia Græco congruit; altera ſic eſt ibid. ἐν ὑπὲρ ἀμφότερα, ὁ εὑρὼν ἐνθησαυρόν, & *ſuper utraque, qui invenit theſaurum*: Mſ. Sangerm. 15. ultimò addit *filii*. Contrà Corb. in principio habet, *Fili*, deinde, *vita ſufficientis oper..... & in ea inveniet theſaurum ſibi.* Item in Mſ. S. Theod. ipſo initio legitur *Fili.*

℣. 19. Eadem ſunt in Græco, præter ſeqq. συρίζων ὄνομα, ἐν ὑπὲρ ἀμφότερα... λογίζεται i. e. *confirmant nomen*, & *ſuper utraque mulier immacul. computatur.* Mſ. S. Germ. 15. & *ſuper hanc mulier immacul. computatur.* Mſs. S. Theod. & Corb. initio delent vocem *filii*, paulò verò poſt hab. & *ſuper hanc*, cum Sangerm. non *ſuper hæc.*

℣. 20. Ad verbum è Græco.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

per utraque dilectio ſapientiæ.

21. Tibiæ & pſalterium ſuavem faciunt melodiam, & ſuper utraque lingua ſuavis.

22. Gratiam, & ſpeciem deſiderabit oculus tuus, & ſuper hæc virides ſationes.

23. Amicus & ſodalis in tempore convenientes, & ſuper utroſque mulier cum viro.

24. Fratres in adjutorium in tempore tribulationis, & ſuper eos miſericordia liberabit.

25. Aurum & argentum eſt conſtitutio pedum : & ſuper utrumque conſilium beneplacitum.

26. Facultates & virtutes exaltant cor, & ſuper hæc timor Domini.

27. Non eſt in timore Domini minoratio, & non eſt in eo inquirere adjutorium.

28. Timor Domini ſicut paradiſus benedictionis, & ſuper omnem gloriam operuerunt illum.

29. Fili in tempore vitæ tuæ ne indigeas : melius eſt enim mori, quàm indigere.

30. Vir reſpiciens in menſam alienam, non eſt vita ejus in cogitatione victûs : alit enim animam ſuam cibis alienis.

31. Vir autem diſciplinatus, & eruditus cuſtodiet ſe.

32. In ore imprudentis condulcabitur inopia, & in ventre ejus ignis ardebit.

NOTÆ.

℣. 21. Græcè legitur αὐλὸς, *tibia* ſingulariter, non *tibiæ* ; reliqua ut in Lat. ſup.

℣. 22. Mſ. Sangerm. 15. extremò hab. & *ſuper hoc viride ſationis* ; Græc. ἐν ὑπὲρ ἀμφότερα χλόην σπόρου· & *ſuper utraque viriditatem ſationis* ; cæt. ut in Vulg.

℣. 23. Eadem ſunt in Græco præter hoc, ἀπαντῶντες, *occurrentes*, pro *convenientes* ; ſtatimque, ἐν ὑπὲρ ἀμφότερα, & *ſuper utraque*, &c.

℣. 24. Græc. initio hab. Ἀδελφοὶ ἐν βοήθεια, *Fratres & adjutorium* ; extremòque, ἐν ὑπὲρ ἀμφότερα ἐλεημοσύνη ῥύσεται.

℣. 25. Ita Græcè, niſi quòd loco *eſt conſtitutio pedum*, id legitur, ἐστήσουσι πόδα, *ſtatuent pedem* ; & loco ult. *beneplacitum*, ſic, εὐδοκιμεῖται, *beneplacet*. Mſ. Sangerm. 15. hab. ſup. *conſtituet pedem* ; Corb. & S. Theod. & *conſtitutio pedum*.

℣. 26. Græc. Χρήματα ἐν ἰσχὺς ἀνυψώσουσι καρδίαν, ἐν ὑπὲρ ἀμφότερα, &c. ut ſup.

℣. 27. Conſonat Græc. ſi hoc primum excipiatur, Οὐκ ἔστι φόβῳ Κυρίου, *Non eſt timori Domini* ; at in Mſ. Alex. ac ed. Compl. ἐν φόβῳ Κυρίου, ut in Vulg. Mſ. S. Theod. legit inſ. *quærere*, non *inquirere*.

℣. 28. Ita de Græco, verbum è verbo.

℣. 29. Græc. Τέκνον ζωὴν ἐπαιτήσεως μὴ βιώσῃς· χρεῖττον ἀποθανεῖν, ἢ ἐπαιτεῖν· *Fili vitam mendicationis ne vivas : melius eſt mori, quàm mendicare*. In Mſ. Sangerm. 15. deeſt ſimiliter *enim*, ante *mori*.

℣. 30. Ita Græcè, niſi quòd pro *cogitatione victûs*, habetur λογισμῷ ζωῆς, *computatione vitæ* ; & pro *alit enim*, ſic, ἀλισγήσει, *contaminabit* ; præponitur etiam ὁ, voci penult. *cibis*.

℣. 31. Græc. Ἀνὴρ δὲ ἐπιστήμων, ἐν παιδευμένος ψυλάξεται.

℣. 32. Græcè legitur ἀναιδὴς, *impudentis*, loco *imprudentis* ; & ἐπαίτησις, *mendicatio*, pro *inopia* ; cæt. ut in Vulg.

CAPUT XLI.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. O Mors quàm amara eſt memoria tua, homini pacem habenti in ſubſtantiis ſuis ;

2. viro quieto, & cujus viæ directæ ſunt in omnibus, & adhuc valenti accipere cibum !

3. O mors, bonum eſt judicium tuum homini indigenti, & qui minoratur viribus,

4. defecto ætate, & cui de omnibus cura eſt, & incredibili, qui perdit patientiam !

5. Noli metuere judicium mortis. Memento quæ ante te fuerunt, & quæ ſuperventura ſunt tibi : hoc judicium à Domino omni carni :

6. & quid ſuperveniet tibi in beneplacito Altiſſimi ? ſive decem, ſive centum, ſive mille anni.

7. Non eſt enim in inferno accuſatio vitæ.

8. Filii abominationum ſiunt filii peccatorum, & qui converſantur ſecus domos impiorum.

9. Filiorum peccatorum periet hæreditas, & cum ſemine illorum aſſiduitas opprobrii.

10. De patre impio queruntur filii, quoniam propter illum ſunt in opprobrio.

11. Væ vobis viri impii, qui dereliquiſtis legem Domini Altiſſimi.

12. Et ſi nati fueritis, in maledictione naſcemini : & ſi mortui fueritis, in maledictione erit pars veſtra.

13. Omnia, quæ de terra ſunt, in terram convertentur : ſic impii à maledicto in perditionem. *Sup. 40. 11.*

14. Luctus hominum in corpore ipſorum, nomen autem impiorum delebitur.

15. Curam habe de bono nomine : hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille theſauri pretioſi & magni.

NOTÆ.

℣. 1. Ita quoque in Græco.

℣. 2. Eadem ſunt in Græco, niſi quòd loco *cujus viæ directæ ſunt*, legitur εὐοδουμένῳ, *proſperè agenti*.

℣. 3. Itidem Græcè.

℣. 4. Ita Græcè, ſubjuncto ἐν poſt *incredibili*, pro quo ult. ἀπιθοῦντι, Nobil. *diffidenti*. Mſs. Sangerm. 15. Corb. 1. & S. Theod. hab. *qui perdit ſapientiam* ; ſed in Gr. ἀπολωλεκότι ὑπομονήν.

℣. 5. Græcè hoc med. contractius, Μνήσθητι πρωτέρων σου, ἐν ἐσχάτων, *Memento priorum te*, & *noviſſimorum* ; cæt. ut in Lat. Mſ. S. Theod. hab. *ventura*, non *ſuperventura*.

℣. 6. Ita in Græco, præter unum ἀφαιρήσῃ, *renues*, pro *ſuperveniet tibi*. In Mſs. Sangerm. 15. Corb. & S. Theod. *ſuperveniet in beneplacitum*, Sangerm. *in beneplacita*.

℣. 7. A Græco abeſt tantùm vocula *enim*.

℣. 8. Suffragatur Græc. niſi excipias vocem βδελυκτά, *abominabiles*, loco *abominationum*. Vide etiam Nobilium ad hoc, *ſecus domos*, pro quo Græcè παροικίαις ; in Mſ. Corb. *ſecus domum*.

℣. 9. Ita Græcè, exceptis ult. his, ἐνδελεχιεῖ ὀνείδεσι, *erit aſſiduitas improperii*.

℣. 10. Sic in Græco, præter fut. iſta, μέμψεσθαι..... ὀνειδισθήσονται, *querentur..... erunt in opprobrio* ; in Mſ. S. Theod. *ſunt in opprobrium*.

℣. 11. Ad verbum è Gr. poſito uno *Dei*, Θεοῦ, loco *Domini*. Mſ. S. Theod. leg. *qui reliquiſtis*.

℣. 12. Græcè bis, εἰς κατάραν, *in maledictionem* ; ultimòque, μεερισθήσεσθε, *ſeparabimini*, loco *erit pars veſtra* ; cæt. ut in Vulg.

℣. 13. Sic eſt in Græco, niſi excipias verbum ἀπελεύσεσθαι, *abibunt*, vel *revertentur*, pro *convertentur*. Mſ. S. Theod. add. *ſic impii maledicto*, non *à maledicto*.

℣. 14. Græcè pluraliter ἐν σώμασιν, *in corporibus* ; & loco *impiorum*, ita, ἁμαρτωλῶν οὐκ ἀγαθόν, *peccatorum non bonum* ; cæt. ut ſupra.

℣. 15. A Græco abeſt τὸ *bono* ; loco verò *permanebit*, eſt διαμένει, *permanet* ; item loco *theſauri pretioſi & magni*, ſic, μεγάλου θησαυροὶ χρυσίου, *magni theſauri auri* ; in

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

16. Bonæ vitæ numerus dierum : bonum autem nomen permanebit in ævum.

17. Disciplinam in pace conservate filii : *Sup. 20. 32.* sapientia enim abscondita, & thesaurus invisus, quæ utilitas in utrisque ?

18. Melior est homo qui abscondit stultitiam suam, quàm homo qui abscondit sapientiam suam.

19. Veruntamen reveremini in his, quæ procedunt de ore meo.

20. Non est enim bonum omnem reverentiam observare : & non omnia omnibus bene placent in fide.

21. Erubescite à patre & matre de fornicatione : & à præsidente & à potente de mendacio :

22. à principe & à judice de delicto : à synagoga & plebe de iniquitate :

23. à socio & amico de injustitia : & de loco in quo habitas,

24. de furto, de veritate Dei, & testamento : de discubitu in panibus, & ab obfuscatione dati & accepti :

25. à salutantibus de silentio : à respectu mulieris fornicariæ : & ab aversione vultus cognati.

26. Ne avertas faciem à proximo tuo, & ab auferendo partem & non restituendo.

27. Ne respicias mulierem alieni viri, & ne scruteris ancillam ejus, neque steteris ad lectum ejus. *Matth. 5. 28.*

28. Ab amicis de sermonibus improperii : & cùm dederis, ne improperes.

NOTÆ.

Mſ. Sangerm. 15. *thesauri magni pretiosi.*

℣. 16. Gr. extremò hab. ἡ ἀγαθὸν ὄνομα εἰς αἰῶνα διαμένει· priora verò ut sup.

℣. 17. Hæc tota concinunt cum Græco, nisi excipias voculam δὲ, pro *enim :* nota loco *invisus*, legi ἀφανὴς ; in August. Speculo, & *thesaurus occultus*, &c. ita quoque in Mſ. Sangerm. 15.

℣. 18. Itidem Græcè, ut & in August. Speculo.

℣. 19. Græc. Τοιγαροῦν ἐντράπητε ἐπὶ τῷ ῥήματί μου. *Igitur revereamini in verbo meo.* Mſ. S. Theod. *Verumtamen revertimini in his*, &c.

℣. 20. Suffragatur Græcum. Mſs. Sangerm. S. Theod. & Corb. 1. leg. *irreverentiam*, Gr. ἀισχύνην.

℣. 21. Vix meliùs è Græco. In Mſ. Sangerm. 15. *Erubescite matrem & patrem de*, &c.

℣. 22. Sic est in Græco. Mſ. Corb. hab. *à principe & audace de*, &c. Gr. ἀπὸ κριτοῦ ἢ ἄρχοντος περὶ, &c.

℣. 23. Itidem Græcè, hoc excepto, ἢ ἀπὸ τόπου, & *à loco ;* Mſ. Sangerm. 15. & *loco.*

℣. 24. Græc. initio hab. περὶ κλοπῆς, ἢ ἀπὸ ἀληθείας, *de furto, & à veritate ;* paulòque post, ἢ ἀπὸ πήξεως ἀγκώνος, & *à fixione cubiti*, loco *de discubitu*, detracto teq. & ; cæt. ut in Vulg. in Mſ. S. Theod. *de discubito.*

℣. 25. Græc. ipso initio ponit καί ; reliqua quadrant cum Lat.

℣. 26. Græc. subdit, ἀπὸ ἀφαιρέσεως μερίδος ἢ δόσεως, *ab ablatione partis & datione*, omissis his quæ antecedunt in Vulg.

℣. 27. Græc. ἢ ἀπὸ καταπτώσεως γυναικὸς ὑπάνδρου, ἀπὸ παιδίσκης αὐτοῦ· ἢ μὴ ἐπιστῇς ἐπὶ, &c. i. e. *à confideratione mulieris conjugatæ, à sollicitatione ancillæ ejus ; & ne*, &c.

℣. 28. Similiter in Græco.

CAPUT XLII.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. NOn duplices sermonem auditûs de revelatione sermonis absconditi, & eris verè sine confusione, & invenies gratiam in conspectu omnium hominum : ne pro his *Levit. 19. 15. Deut. 1. 17. & 16. 19. Prov. 24. 23. Jac. 2. 1.* omnibus confundaris, & ne accipias personam ut delinquas.

2. De lege Altissimi, & testamento, & de judicio justificare impium,

3. de verbo sociorum & viatorum, & de datione hæreditatis amicorum,

4. de æqualitate stateræ & ponderum, de acquisitione multorum & paucorum,

5. de corruptione emptionis & negotiatorum, & de multa disciplina filiorum, & servo pessimo latus sanguinare.

6. Super mulierem nequam bonum est signum.

7. Ubi manus multæ sunt, claude ; & quodcunque trades, numera, & appende : datum verò, & acceptum omne describe.

8. De disciplina insensati & fatui, & de senioribus, qui judicantur ab adolescentibus : & eris eruditus in omnibus, & probabilis in conspectu omnium vivorum.

9. Filia patris abscondita est vigilia, & sollicitudo ejus aufert somnum, ne fortè in adolescentia sua adulta efficiatur, & cum viro commorata odibilis fiat :

10. nequando polluatur in virginitate sua, & in paternis suis gravida inveniatur : ne fortè cum viro commorata transgrediatur, aut certè sterilis efficiatur.

NOTÆ.

℣. 1. Gr. sic pergit : Ἀπὸ δευτερώσεως ἢ λόγου ἀκοῆς, ἢ ἀπὸ ἀποκαλύψεων λόγων κρυφίων· ἢ ἕση αἰσχυντηρὸς ἀληθινῶς, ἢ εὑρίσκων χάριν ἐναντι παντὸς ἀνθρώπου· μὴ περὶ τούτων αἰσχυνθῇς, ἢ μὴ, &c. *Ab iteratione & sermone auditûs, & à revelationibus sermonum absconditorum ; & eris verecundus verè, & invenies gratiam coram omni homine : ne pro his confundaris, & ne*, &c. ut sup. in Mſ. S. Theod. deest & , post *confundaris.*

℣. 2. Consonat Græc. ad verbum.

℣. 3. Eadem sunt in Græco, excepto singul. κοινωνῶν, *socii*, loco *sociorum.*

℣. 4. Ita Græcè, nisi excipiatur vox ἀκριβείας, pro *æqualitate ;* ap. Nobil. *exacta ratione.*

℣. 5. Græc. initio hab. περὶ ἀδιαφόρου πράσεως ἢ ἐμπόρων, *de indifferenti venditione & mercatorum ;* reliqua ut in Vulg. verti etiam posset, *de indifferentis venditione*, &c. in Mſ. Sangerm. est, *de correptione emptionis ;* paulòque post in Mſ. S. Theod. & *de servo pessimo.*

℣. 6. Ita in Græco, præter unum ζρεγὶς, *figillum*, loco *signum.*

℣. 7. Græc. ipso initio ponit ἢ, delet verò post *claude ;* tum addit : δὲ ἐὰν παραδιδῷς, ἐν ἀριθμῷ· ἢ σταθμῷ· ἢ δόσις, ἢ λῆψις πάντα ἐν γραφῇ· *quodcunque tradideris, in numero, & pondere :* & *datio*, & *acceptio omnia in scriptura ;* Mſ. Alex. cum Compl. hab. πάντα, non παντὶ ; & Mſ. S. Theod. *omnia describe.*

℣. 8. Græcè, loco *de senioribus, qui judicantur ab adolesc.* est ἐλέγχου κεκριμένου πρὸς νέους, i. e. *decrepiti, litigantis cum adolesc.* paulòque post, ἀληθινῶς, *verè*, pro *in omnibus ;* statimque, ἢ δεδοκιμασμένος ἐναντι παντὸς ζῶντος, & *probatus coram omni vivente ;* cæt. ut in Vulg. Mſs. Corb. & S. Theod. ultimò hab. *virorum*, non *vivorum.*

℣. 9. Ipso initio habetur Græcè, Θυγάτηρ πατρὶ, absque seq. *est ;* item versùs med. παραχθῇ, loco *adulta efficiatur ;* cæt. quadrant. In Mſ. Sangerm. 15. *Filia patri abscondita..... auferet somnum, ne fortè..... adultera efficiatur :* similiter in Corb. *auferet*, & *adultera ;* item in Mſ. S. Theod. *adultera ;* ap. Nobil. *superadulta.*

℣. 10. Ita ferè in Gr. si hæc ult. excipias, ἢ συνοχκευῇ, μήποτε γήρᾳ· & *cùm cohabitaverit, ne fortè sit sterilis*,

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

11. Super filiam luxuriosam confirma custodiam: nequando faciat te in opprobrium venire inimicis, à detractione in civitate, & objectione plebis, & confundat te in multitudine populi.

12. Omni homini noli intendere in specie: & in medio mulierum noli commorari:

13. de vestimentis enim procedit tinea, & à muliere iniquitas viri.

14. Melior est enim iniquitas viri, quàm mulier benefaciens, & mulier confundens in opprobrium.

15. Memor ero igitur operum Domini, & quæ vidi annuntiabo. In sermonibus Domini opera ejus.

16. Sol illuminans per omnia respexit, & gloriâ Domini plenum est opus ejus.

17. Nonne Dominus fecit sanctos enarrare omnia mirabilia sua, quæ confirmavit Dominus omnipotens stabiliri in gloria sua?

18. Abyssum, & cor hominum investigavit: & in astutia eorum excogitavit.

19. Cognovit enim Dominus omnem scientiam, & inspexit in signum ævi, annuntians quæ præterierunt, & quæ superventura sunt, revelans vestigia occultorum.

20. Non præterit illum omnis cogitatus, & non abscondit se ab eo ullus sermo.

21. Magnalia sapientiæ suæ decoravit: qui est ante sæculum & usque in sæculum, neque adjectum est,

22. neque minuitur, & non eget alicujus consilio.

23. Quàm desiderabilia omnia opera ejus, & tanquam scintilla, quæ est considerare!

24. Omnia hæc vivunt, & manent in sæculum, & in omni necessitate omnia obaudiunt ei.

25. Omnia duplicia, unum contra unum, & non fecit quidquam deesse.

26. Uniuscujusque confirmavit bona. Et quis satiabitur videns gloriam ejus?

NOTÆ.

loco *aut certè sterilis efficiatur.*

℣. 11. Græc. Ἐπὶ θυγατρὶ ἀδιατρέπτῳ στερέωσον φυλακήν· μήποτε ποιήσῃ σε ἐπίχαρμα ἐχθροῖς, λαλιὰν ἐν πόλει, καὶ ἔκκλητον λαοῦ, καὶ καταισχύνῃ σε ἐν πλήθει πολλῶν· *Super filia non avertente se confirma custodiam: ne fortè faciat te gaudium inimicis, fabulam in civitate, & vocatum populi, & confundat te in multitudine plurimorum.* In Ms. Sangerm. 15. omnia ut in Vulg. exceptis his, *à detractatione in civitate, & abjectione plebis;* item in Corb. & S. Theod. *abjectione*, non *objectione.*

℣. 12. Ita in Græco, nisi quòd pro ult. *noli commorari*, legitur μὴ συνέδρευε, *noli considere.* Auct. l. de sing. cleric. ap. Cypr. p. 538. hab. *in med. mulierum noli assiduus esse.*

℣. 13. Ita de Græco, excepta voce ult. *viri*, pro qua iterum γυναικός, *mulieris;* in ed. Compl. nec *viri*, nec *mulieris.*

℣. 14. Ad verbum è Græco, detractâ voculâ *enim*, quæ etiam abest à Mss. S. Theod. & Corb. Concinit pariter Auct. l. de sing. cleric. p. 528. c.

℣. 15. Græcè ἐκδιηγήσομαι, *enarrabo*, pro *annuntiabo;* cæt. conveniunt.

℣. 16. Eadem prorsus in Græco, excepto uno αὐτοῦ, *ejus*, loco *Domini;* sed in Ms. Alex. ac ed. Compl. est Κυρίου.

℣. 17. Græcè loco *fecit sanctos*, est, ἐνεποίησε τοῖς ἁγίοις, *indidit sanctis;* ultimoque subjicitur ἐν δόξῃ αὐτοῦ τὸ πᾶν, *in gloria ipsius universum;* cæt. ut in Vulg. In Ms. Corb. *facit sanctos..... qua confirmabit Dom. omnip. stabilis in*, &c.

℣. 18. Græc. delet vocem *hominum*, paulò verò post habet, καὶ ἐν πανουργεύμασιν αὐτῶν διενοήθη, *& in astutiis eorum meditatus est.* Ms. Corb. *investigabit..... excogitabit.* Ms. S. Theod. *investigabit, & in astutia illorum excogitavit.*

℣. 19. Mirè concordant hæc tota cum Græco, posito uno &, ante verbum *revelans.*

℣. 20. Ita è Græco, legendo *præteriit*, absque seq. &; Gr. παρῆλθε.

℣. 21. Vix unum relativum *qui*, variat Græcè, cujus loco ponitur καὶ ἕως, *& quatenus;* sed in Ms. Alex. ac ed. Compl. ὅς; in Corb. *qua* 1. manu, secundâ *qui;* apud Vigil. Tapf. l. contra Varimad. p. 736. d. sic: *Sicuti est ab initio, ita usque in sæculum, neque adjectum est ei.*

℣. 22. Græc. οὔτε ἠλαττώθη, καὶ οὐδὲ προσεδεήθη οὐδενὸς συμβούλου· *neque imminutum, & non eguit aliquo consiliario.* Vigil. Tapf. ubi sup. *neque minuetur illi, quoniam ipse est Dominus creatura sua.*

℣. 23. Ultima tantùm sic variant Græcè, καὶ ὡς σπινθῆρος, ἐστὶ θεωρῆσαι, *& tanquam scintilla, est considerare.* In Ms. Sangerm. 15. *& tanquam scintillam, quam est considerare;* item in Ms. S. Theod. *quam est considerare.*

℣. 24. Ita Græc. habet, excepto hoc plur. ἐν πάσαις χρείαις, *in omnibus necessitatibus;* conjunct. autem & ibid. antecedens, ponitur ante seq. *omnia*, detracto ult. *ei.* Mss. Sangerm. 15. S. Theod. & Corb. 1. initio leg. *vivent*, non *vivunt;* Gr. ζῇ.

℣. 25. Ad verbum è Græco, excepto ult. *deesse*, pro quo ἐκλεῖπον, *deficiens.*

℣. 26. Loco *uniuscujusque*, Græcè legitur ἓν τοῦ ἑνός, *unum unius;* reliq. ut in Vulgata. In Ms. Corb. *& uniuscujusque confirmabit*, &c.

CAPUT XLIII.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. Altitudinis firmamentum pulchritudo ejus est, species cœli in visione gloriæ.

2. Sol in aspectu annuntians in exitu, vas admirabile opus Excelsi.

3. In meridiano exurit terram, & in conspectu ardoris ejus quis poterit sustinere? Fornacem custodiens in operibus ardoris:

4. tripliciter sol exurens montes, radios igneos exsufflans, & refulgens radiis suis obcæcat oculos.

5. Magnus Dominus qui fecit illum, & in sermonibus ejus festinavit iter.

6. Et luna in omnibus in tempore suo, ostensio temporis, & signum ævi.

7. A luna signum diei festi, luminare quod

NOTÆ.

℣. 1. Primus versiculus sic habetur Græcè: Γαυρίαμα ὕψους στερέωμα καθαριότητος· *Gloriatio altitudinis firmamentum puritatis;* reliq. ut in Vulg. In Mss. Sangerm. & Corb. *Altitudinis firmam. pulchritudo est:* in Ms. S. Theod. tollitur *est.*

℣. 2. Consonat Græc. ad verbum.

℣. 3. Græc. Ἐν μεσημβρίᾳ αὐτοῦ ἀναξηραίνει χώραν, καὶ..... τίς ὑποστήσεται; Κάμινον φυσῶν, &c. *In meridiano suo exsiccat regionem, &..... quis sustinebit? Fornacem sufflans*, &c. ut in Vulg. In ed. Ald. φυλάσσων, *custodiens*, non φυσῶν. Ms. Sangerm. initio hab. *exuret*, absque seq. &.

℣. 4. Ita Græcè præter seqq. ἀτμίδας πυρώδεις ἐμφυσῶν, *vapores ignitos insufflans;* & in fine, ἀμαυροῖ ὀφθαλμούς, *offuscat oculos.* Ms. Alex. hab. sup. ἐκφυσῶν, *exsufflans*, cum Vulg.

℣. 5. Ita Græcè verbum è verbo. In Mss. Sangerm. & S. Theod. *festinabit.*

℣. 6. Sic est in Græco, præter seq. ἀνάδειξιν χρόνων, *ostensionem temporum*, loco *ostensio temporis;* in ed. Compl. χρόνου. In Ms. S. Theod. deest &, ante *luna.*

℣. 7. Ad verbum è Græco, nisi excipias ult. *in consummatione*, pro quo ἐπὶ συντελείας, *super consummationem;* Ms. Alex. hab. ἐπὶ συντελείᾳ· Sangerm. 15. *in consummationem.*

Digitized by Google

minuitur in conſummatione.
8. Menſis ſecundùm nomen ejus eſt, creſcens mirabiliter in conſummatione.
9. Vas caſtrorum in excelſis, in firmamento cœli reſplendens gloriosè.
10. Species cœli gloria ſtellarum, mundum illuminans in excelſis Dominus.
11. In verbis ſancti ſtabunt ad judicium, & non deficient in vigiliis ſuis.
Gen. 9. 14. 12. Vide arcum, & benedic eum qui fecit illum: valde ſpecioſus eſt in ſplendore ſuo.
13. Gyravit cœlum in circuitu gloriæ ſuæ, manus Excelſi aperuerunt illum.
14. Imperio ſuo acceleravit nivem, & accelerat coruſcationes emittere judicii ſui.
15. Propterea aperti ſunt theſauri, & evolaverunt nebulæ ſicut aves.
16. In magnitudine ſua poſuit nubes, & confracti ſunt lapides grandinis.
17. In conſpectu ejus commovebuntur montes, & in voluntate ejus aſpirabit Notus.
18. Vox tonitrui ejus verberabit terram, tempeſtas aquilonis, & congregatio ſpiritus:
19. & ſicut avis deponens ad ſedendum, aſpergit nivem, & ſicut locuſta demergens deſcenſus ejus.
20. Pulchritudinem candoris ejus admirabitur oculus, & ſuper imbrem ejus expaveſcet cor.
21. Gelu ſicut ſalem effundet ſuper terram: & dum gelaverit, fiet tanquam cacumina tribuli.
22. Frigidus ventus aquilo flavit, & gelavit cryſtallus ab aqua, ſuper omnem congregationem aquarum requieſcet, & ſicut lorica induet ſe aquis.
23. Et devorabit montes, & exuret deſertum, & exſtinguet viride, ſicut igne.
24. Medicina omnium in feſtinatione nebulæ: & ros obvians ab ardore venienti humilem efficiet eum.
25. In ſermone ejus ſiluit ventus, & cogitatione ſua placavit abyſſum, & plantavit in illa Dominus inſulas.
26. Qui navigant mare, enarrent pericula ejus: & audientes auribus noſtris admirabimur.
27. Illic præclara opera, & mirabilia; varia beſtiarum genera, & omnium pecorum, & creatura belluarum.
28. Propter ipſum confirmatus eſt itineris finis, & in ſermone ejus compoſita ſunt omnia.
29. Multa dicemus, & deficiemus in verbis: conſummatio autem ſermonum, ipſe eſt in omnibus.
30. Gloriantes ad quid valebimus? ipſe enim omnipotens ſuper omnia opera ſua.
31. Terribilis Dominus, & magnus vehementer, & mirabilis potentia ipſius.
32. Glorificantes Dominum quantumcun-

NOTÆ.

℣. 8. Sic etiam in Græco, excepta voce ult. ἀλλοιώσει, *mutatione*, pro *conſummatione*. Mſs. Sangerm. & Corb. præmittunt *admirabiliter*; Mſ. S. Theod. *admirabiliter in conſummationem*.

℣. 9. Græc. hab. ἐν ὕψει, *in celſitudine*, pro *in excelſis*, detracto adverbio *gloriosè*; cæt. ut ſup. deeſt pariter *gloriosè* in Mſ. Sangerm. in Corb. verò & S. Theod. eſt *glorioſa*, conjunct. cum ℣. ſeq.

℣. 10. Ita Græcè, excepto uno κόσμος, *ornatus*, pro *mundum*; Interpres legiſſe videtur κόσμον. In Mſ. Germ. 15. *Species cæli glorioſa ſtellarum*.

℣. 11. Eadem leguntur Græcè. Mſ. Corb. hab. *In verbis ſanctis ſtabunt*, &c. ſubinde Sangerm. & *non exardeſcent in vigiliis ſuis*. Similiter in ed. Ald. ἐν λόγοις ἁγίοις στήσονται· & in Compl. καὶ οὐ μὴ ἐκκαυθήσουν ἐν φυλακῇ.

℣. 12. Conſonat Græcum. Mſs. Sangerm. Corb. & S. Theod. delent *eum*, poſt *benedic*.

℣. 13. Ita in Græco, detracta vocula *ſua*. Apud Vigil. Tapſ. l. contra Varim. p. 750. e. *Imperio ſuo fecit nivem, potentiâ ſuâ gyravit cælum in circuitu gloria ſua*.

℣. 14. Ita Græcè, ſublato verbo *emittere*. Vid. Vigil. Tapſ. ℣. præced.

℣. 15. Concordat Græcum.

℣. 16. Similia in Græco, præter unum ἴσχυσε, *conſortavit*, loco *poſuit*.

℣. 17. Græc. initio hab. Καὶ ἐν ὀπτασίαις αὐτοῦ, & *in aſpectibus ejus*; Mſ. verò Alex. cum ed. Compl. ἐπιπλασία: ſubinde deeſt & in Gr. cum vocula *ejus*; at in Mſ. Alex. καὶ ἐν θελήμασι αὐτοῦ πτεύσεται· in Mſ. Corb. *adſpiravit*.

℣. 18. Eadem ſunt in Græco, præter duo, ὠδίνησε, *parturire fecit*, pro *verberabit*, & ζυσφοῦ, *vortex*, pro *congregatio*; ibi etiam præponitur καὶ, voci *tempeſtas*. Mſ. S. Theod. legit ſup. *verberavit*. Corb. 1. *Vox tonitrui ejus verberaverunt terram*; S. Germ. *exprobrabit terram*; ed. Ald. ὠνείδισεν ὀργήν.

℣. 19. Græc. ὡς πτερὰ καθιπτάμενα πάσῃ χιόνα, &c. *ſicut aves deorſum volantes, diſpergit nivem*; reliq. ut ſup. ſi excipiatur verbum καταλύουσα, *divertens*, loco *demergens*. In Mſ. Corb. ſimiliter abeſt &, in principio.

℣. 20. Eadem prorſus in Græco. Mſs. Sangerm. & Corb. 1. leg. *coloris*, non *candoris*; at in Gr. λευκότητος. Mſ. S. Theod. tollit *ejus*, poſt *candoris*, extremòque hab. *expaveſcit cor*, non *expaveſcet*.

℣. 21. Gr. Καὶ πάχνην ὡς ἅλα ἐπὶ γῆς χέει· καὶ παγεῖσα, γίνεται σκόλοπων ἄκρα· *Et pruinam ſicut ſalem effundit ſuper terram: & cùm congelaverit, fit tribulorum cacumina*.

℣. 22. Ita Græcè, exceptis his fut. 2. πτύσει, καὶ παγήσεται, *flabit*, & *gelabit*; item poſt paulò ſingulariter, ὕδατος, loco *aquarum*; ultimòque, καὶ ὡς θώρακα ἐνδύσε-ται τὸ ὕδωρ, & *ſicut loricam induet aqua*. In Mſ. S. Theod. *requieſcit*..... *induit*, &c.

℣. 23. Græcè abeſt &, in principio; ultimò verò eſt ὡς πῦρ, *ſicut ignis*, non *igne*; cæt. ut in Vulg. In Mſ. S. Theod. *devoravit*, abſque præced. &; in Sangerm. etiam deeſt &; extremò verò habetur, & *exſtinguit viridem ſicut ignem*: in Corb. pariter *ſicut ignem*.

℣. 24. Græcè ſimpliciter: Ἴασις πάντων κατὰ σπουδὴν ὁμίχλη· δρόσος ἀπαντῶσα ἀπὸ καύσωνος ἱλαρώσει· *Medicina omnium in feſtinatione nebula: ros obvians ab ardore exhilarabit*. Mſ. Sangerm..... *in feſtinationem nebula: ros obvians ab ardore & venienti humilem efficit eum*. In Corb. pro *venienti*, ita emendatur, *venti*.

℣. 25. Græcè hæc leguntur ſola: Λογισμῷ (Compl. Ἐν λογισμῷ) αὐτοῦ ἐκόπασεν ἄβυσσον, καὶ ἐφύτευσεν αὐτὴν Ἰησοῦς· i. e. *Cogitatione ſua pacavit abyſſum, & plantavit eam Jeſus*. In Mſ. Sangerm. 15. *In ſermone ejus ſilebit ventus, & plantavit illum Dominus Jeſus*; nec pluia: item in Mſ. S. Theod. & *plantavit illum Dominus Jeſus*; ſed abſque ſuper. &, ante *cogitatione ſua*; in Corb. & *plantabit illum Dominus Jeſus*; ed. Compl. loco Ἰησοῦς, hab. νήσους, *inſulas*.

℣. 26. Ita in Græco, præter iſta duo, διηγῶνται, *enarrant*; & θαυμάζομεν, *admiramur*. In Mſ. Sangerm. 15. ſingulariter: *Qui navigat mare, enarrat periculum ejus*: deinde, & *audientes auribus non admirabimur*. Similiter in Corb. & S. Theod. *Qui navigat*..... *enarrat*.

℣. 27. Græc. Καὶ ἐκεῖ τὰ παράδοξα, καὶ θαυμάσια ἔργα· ποικιλία παντὸς ζώου, κτίσις κητῶν. *Et illic inenarrabilia, & mirabilia opera; varietas omnis animalis, creatura cetorum*; Mſ. Alex. extremò hab. κτῆσιν κτηνῶν.

℣. 28. Græc. Δι' αὐτὸν εὐοδία τέλος αὐτοῦ, καὶ, &c. *Per ipſum proſper proceſſus finis ejus*, &c. ut in Vulg. In Mſ. S. Theod. *Propter ipſum conſummatus eſt itineris finis*, &c.

℣. 29. Græc. pro *deficiemus in verbis*, vel ut in Mſ. S. Theod. *deficiemus verbis*, hab. οὐ μὴ ἐφικώμεθα, Nobil. *non aſſequemur*; Mſ. Alex. cum ed. Ald. ἀφικώμεθα: ultimò hic, τὸ πᾶν ἐστιν αὐτός, *ipſe eſt omne*.

℣. 30. Græcè, Δεξάζοντες τοῦ ἰσχύσωμεν; *Glorificantes quo valebimus?* reliqua ut ſup. niſi excipiatur ὁ μέγας, *magnus*, loco *omnipotens*.

℣. 31. Ad verbum è Græco. In Mſ. Sangerm. abſunt hæc ult. & *mirabilis potentia ipſius*.

℣. 32. Græc. addit ὑψώσατε, *exaltate*, ad vocem *Dominum*; ſubinde pro *ſupervalebit*, hab. ὑπερέξει, *excedet*, detractis ult. his, & *admirabilis magnificentia ejus*. In Mſ. Sangerm. deeſt hoc 1. *Glorificantes Dominum*; nec ſubnectitur *enim* poſt *ſupervalebit*; deeſt pariter τὸ *enim* in Mſs. S. Theod. & Corb.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

que potueritis, ſupervalebit enim adhuc, & admirabilis magnificentia ejus.

33. Benedicentes Dominum, exaltate illum quantum poteſtis: major enim eſt omni laude.

34. Exaltantes eum replemini virtute: ne laboretis: non enim comprehendetis.

35. Quis videbit eum, & enarrabit? & quis magnificabit eum ſicut eſt ab initio? *Pſalm. 105. 2.*

36. Multa abſcondita ſunt majora his: pauca enim vidimus operum ejus.

37. Omnia autem Dominus fecit, & piè agentibus dedit ſapientiam.

NOTÆ.

℣. 33. Ita legit Auguſt. in Spec. detracto uno *enim*, poſt *major*; in Mſ. Corb. *major eſt enim in laude*. In Gr. verſus totus deſideratur.

℣. 34. Eadem ſunt in Græco, niſi hoc excipiatur, πληθύνατε ἐν ἰσχύϊ, *abundate in virtute*. Auguſt. Specul. hab. cum Vulg. *replemini virtute*. Mſs. Corb. & S. Theod. ſubdunt: *ne laboretis: non enim pervenietis*; Sangerm. *non enim habebitis*.

℣. 35. Gr. initio hab. Τίς ἑώρακεν, *Quis vidit*; paulòque poſt, ἢ τίς μεγαλύνει, *quis magnificat*, detracto ult. *ab initio*. In Mſ. Corb. *Quis vidit eum, & enarravit? & quis magnificavit eum*, &c. item in Sangerm. & S. Theod. *enarravit*, & *magnificavit*.

℣. 36. Eadem leguntur Græcè.

℣. 37. Græc. hab. γὰρ, *enim*, pro *autem*; ut & εὐσεβέσι, *piis*, pro *piè agentibus*; cæt. ut in Vulg. In Mſ. etiam S. Theod. *Omnia enim Dominus*, &c.

CAPUT XLIV.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. LAudemus viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua.

2. Multam gloriam fecit Dominus magnificentiâ ſuâ à ſæculo.

3. Dominantes in poteſtatibus ſuis, homines magni virtute, & prudentia ſua præditi, nunciantes in prophetis dignitatem prophetarum,

4. & imperantes in præſenti populo, & virtute prudentiæ populis ſanctiſſima verba.

5. In peritia ſua requirentes modos muſicos, & narrantes carmina ſcripturarum.

6. Homines divites in virtute, pulchritudinis ſtudium habentes: pacificantes in domibus ſuis.

7. Omnes iſti in generationibus gentis ſuæ gloriam adepti ſunt, & in diebus ſuis habentur in laudibus.

8. Qui de illis nati ſunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorum:

9. & ſunt quorum non eſt memoria: perierunt quaſi qui non fuerint: & nati ſunt, quaſi non nati, & filii ipſorum cum ipſis.

10. Sed illi viri miſericordiæ ſunt, quorum pietates non defuerunt:

11. cum ſemine eorum permanent bona,

12. hæreditas ſancta nepotes eorum, & in teſtamentis ſtetit ſemen eorum:

13. & filii eorum propter illos uſque in æternum manent: ſemen eorum & gloria eorum non derelinquetur.

14. Corpora ipſorum in pace ſepulta ſunt, & nomen eorum vivit in generationem & generationem.

15. Sapientiam ipſorum narrent populi, & laudem eorum nunciet eccleſia.

16. Henoch placuit Deo, & translatus eſt in paradiſum, ut det gentibus pœnitentiam. *Geneſ. 5. 24. Hebr. 11. 5.*

NOTÆ.

℣. 1. Græc. præmittit hunc titulum: ΠΑΤΕΡΩΝ ὕΜΝΟΣ, ut & Mſ. S. Theod. iſtum: *LAUS PATRUM*; exinde ita Græcè: Αἰνέσωμεν νῦν, &c. *Laudemus nunc*, &c. ultimòque τῇ γενέσει, abſque præced. *in*, & ſeq. *ſua*.

℣. 2. Græc. hab. ἔκτισε, *creavit*, pro *fecit*; paulòque poſt, τὴν μεγαλωσύνην αὐτοῦ, *magnificentiam ſuam*; ſed in ed. Compl. τῇ μεγαλωσύνῃ, ut in Vulg.

℣. 3. Mſ. Corb. *Dominantes in potentatibus*, &c. ut ſup. Græc. Κυριεύοντες ἐν ταῖς βασιλείαις αὐτῶν, ἄνδρες ὀνομαστοὶ ἐν δυνάμει, βουλεύοντες ἐν συνέσει αὐτῶν, ἀπαγγελλότες ἐν προφητείαις· i. e. *Dominantes in regnis ſuis, & viri nominati in virtute, conſiliantes in intellectu ſuo, annuntiantes in prophetiis*. Mſ. verò Corb. ultimò hab. *nunciantes in dignitate prophetarum*.

℣. 4. Mſ. Sangerm. extremò hab. *populi ſanctiſſima verba*. Græc. verò ita: ἡγούμενοι λαοῦ ἐν διαβουλίοις, καὶ συνέσει γραμματείας λαοῦ· Σοφοὶ λόγοι ἐν παιδείᾳ αὐτῶν· *rectores populi in conſiliis, & intellectu litteraturæ populi; ſapientes ſermones in diſciplina eorum*. Mſ. Alex. Σοφοὶ ἐν λόγοις παιδία αὐτῶν· nota τὸ *in diſciplina eorum*, Græcè ſubjici pro eo quod ſequitur in Vulg. *in peritia ſua*.

℣. 5. Mſ. Sangerm. *In peritia ſua requirentes*..... & *narrantes carmina in ſcriptura*. Mſ. S. Theod. *Imperitiâ ſuâ requirentes*, &c. ut in Germ. Græc. Ἐκζητοῦντες μέλη μουσικῶν, διηγούμενοι ἔπη ἐν γραφῇ· ed. Compl. καὶ διηγούμενοι ἐγγραφῇ.

℣. 6. Græc. Ἄνδρες πλούσιοι, κεχορηγημένοι ἰσχύϊ· εἰρηνεύοντες ἐν παροικίαις αὐτῶν· *Viri divites, ſubminiſtrati in fortitudine: pacem habentes in habitationibus ſuis*.

℣. 7. Græcè deeſt τὸ *gentis ſuæ*; loco verò *habentur in laudibus*, ſimpliciter eſt καύχημα, *gloriatio*; cæt. ut in Lat.

℣. 8. Græc. Εἰσὶν αὐτῶν, οἳ κατέλιπον ὄνομα τοῦ ἐκδιηγήσασθαι ἐπαίνους· *Sunt eorum, qui reliquerunt nomen ad enarrandum laudes*.

℣. 9. Conveniunt hæc tota cum Græco, excepto ult. *eum ipſis*, pro quo μετ' αὐτούς, *poſt ipſos*; præponitur etiam καὶ, verbo *perierunt*. Mſs. Sangerm. S. Theod. & Corb. extremò hab. *ipſorum cum illis*.

℣. 10. Græcè deeſt med. *ſunt*; tum ſequitur, ὧν αἱ δικαιοσύναι οὐκ ἐπελήσθησαν, *quorum juſtitiæ non ſunt traditæ oblivioni*.

℣℣. 11. 12. Hi verſiculi ita ſequuntur Græcè: μετὰ τοῦ σπέρματος αὐτῶν διαμένει (Compl. διαμένει) ἀγαθὴ κληρονομία, ἐκγονα αὐτῶν, ἐν ταῖς διαθήκαις ἔστη σπέρμα αὐτῶν· i. e. *cum ſemine eorum permanebit* (vel *permanet*) *bona hæreditas, nepotes eorum, in teſtamentis ſtetit ſemen eorum*. Mſ. verò Sangerm. habet: & *cum ſemine ipſorum perſeverat bona hæreditas nepotum illorum, & in teſtamentis ſtetit ſemen eorum*. Corb. & S. Theod. & *cum ſemine ipſorum perſeverat bona hæreditas, & nepotum illorum ſemen in teſtamento ſtetit*.

℣. 13. Græc. ſic punctat: καὶ τέκνα αὐτῶν δι' αὐτούς· ἕως αἰῶνος μενεῖ (Compl. μένει) σπέρμα αὐτῶν, καὶ ἡ δόξα αὐτῶν οὐκ ἐξαλειφθήσεται· i. e. & *filii eorum propter illos: uſque in æternum manebit*, (vel *manet*) *ſemen eorum, & gloria eorum non delebitur*; Mſ. Alex. cum Vulg. οὐκ ἐγκαταλειφθήσεται. Mſs. Corb. 1. & Sangerm. 15. & *filiorum ipſorum propter illos: uſque in æternum manet ſemen eorum, & gloria eorum non derelinq.* Mſ. S. Theod. & *filiorum ipſorum propter illos uſque in æt. manet: & ſemen eorum & gloria illorum non*, &c.

℣. 14. Græc. initio hab. τὸ σῶμα, *corpus*; ultimòque ſimpliciter, εἰς γενεάς, *in generationes*; cæt. ut in Vulg. ſed in Mſ. Alex. τὰ σώματα in principio; extremòque in Compl. εἰς γενεὰν καὶ γενεάν in Mſs. Sangerm. S. Theod. & Corb. *vivet in generationes & generationes*.

℣. 15. Ita in Græco, præter duo, διηγήσονται, *narrabunt*; & ἐξαγγέλει, *annuntiat*, abſque præced. *eorum*; ſed in Mſ. Alex. ac ed. Compl. eſt, αὐτῶν ἐξαγγελεῖ, *eorum annuntiabit*.

℣. 16. Græc. leg. Κυρίῳ, *Domino*, non *Deo*; paulò poſt delet τὸ *in paradiſum*; loco verò ſeqq. *ut det*, &c.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

17. Noë inventus est perfectus, justus, & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio.
18. Ideo dimissum est reliquum terræ, cùm factum est diluvium.
19. Testamenta sæculi posita sunt apud illum, ne deleri posset diluvio omnis caro.
20. Abraham magnus pater multitudinis gentium, & non est inventus similis illi in gloria : qui conservavit legem Excelsi, & fuit in testamento cum illo.
21. In carne ejus stare fecit testamentum, & in tentatione inventus est fidelis.
22. Ideo jurejurando dedit illi gloriam in gente sua, crescere illum quasi terræ cumulum,
23. & ut stellas exaltare semen ejus, & hæreditare illos à mari usque ad mare, & à flumine usque ad terminos terræ.
24. Et in Isaac eodem modo fecit propter Abraham patrem ejus.
25. Benedictionem omnium gentium dedit illi Dominus, & testamentum confirmavit super caput Jacob.
26. Agnovit eum in benedictionibus suis, & dedit illi hæreditatem, & divisit illi partem in tribubus duodecim.
27. Et conservavit illi homines misericordiæ, invenientes gratiam in oculis omnis carnis.

Gen. 9. 9.
Gen. 6. 14. & 7. 1.
Hebr. 11. 7.
Gen. 12. 2. 15. 5. & 17. 4.
Gen. 17. 10.
Gen. 22. 1.

NOTÆ.

hab. ὑπόδειγμα μετανοίας ταῖς γενεαῖς, *exemplum pœnitentiæ generationibus* ; Mſ. Corb. *ut des gentibus ſapientiam*, in marg. *pœnitentiam*.

℣. 17. Eadem prorſus in Græco, excepto med. &, quod deeſt.

℣. 18. Græc. Διὰ τοῦτο ἐγενήθη καταλειμμα τῇ γῇ, διὰ τοῦτο ἐγένετο κατακλυσμός· *Ideo fuerunt reliquiæ ipſi terræ, ideo factum eſt diluvium* ; Mſ. Alex. ὅτε ἐγένετο.

℣. 19. Ad verbum è Græco, præter τὸ *ne deleri poſſit*, pro quo ἵνα μὴ ἐξαλειφθῇ, *ne deleretur*. In Mſ. Sangerm. 15. *teſtimonia*, non *teſtamenta*.

℣. 20. Ita rurſum in Græco, demptâ voculâ *illi* ; quæ tamen eſt in Mſ. Alex.

℣. 21. Ita Græcè ad verbum, præter unum καὶ, quod habetur in principio : hæc tamen 1. conjunctio abeſt à Mſ. Alex. ac ed. Compl.

℣. 22. Græc. Διὰ τοῦτο ἐν ὅρκῳ ἔστησεν αὐτῷ εὐλογηθῆναι (Compl. εὐλογεῖν) ἔθνη ἐν τῷ σπέρματι αὐτοῦ, πληθύναι αὐτὸν ὡς χοῦν τῆς γῆς· *Ideo in jurejurando ſtatuit illi benedicere gentes in ſemine ipſius, multiplicare illum quaſi terræ cumulum.* Mſs. Sangerm. & S. Theod. ferunt : *Ideo jurejurando dedit illi ſemen in gente ſua*, &c.

℣. 23. Eadem leguntur Græcè, niſi excipias ult. ἕως ἄκρου γῆς, *uſque ad extremum terræ*. Mſs. Sangerm. S. Theod. & Corb. leg. *hæreditari illos* ; Nobil. *hæreditatem dare illis* : Mſ. S. Theod. ultimò, *uſque ad terminos orbis terræ*.

℣. 24. Sic eſt in Græco, præter hoc, ἔστησεν ὕτως, *ſtatuit ita*, pro *eodem modo fecit*. Mſ. S. Theod. hab. in fine, *patrem ſuum*, non *ejus*.

℣. 25. In Mſs. Sangerm. S. Theod. & Corb. deeſt vox *Dominus*. Græc. verò ſic pergit : εὐλογίαν πάντων ἀνθρώπων, καὶ διαθήκην καὶ κατέπαυσεν ἐπὶ κεφαλὴν Ἰακώβ· *benedictionem omnium hominum*, & *teſtamentum* : & *requievit ſuper caput Jacob*.

℣. 26. Græc. loco *hæreditatem*, hab. ἐν κληρονομίᾳ, *in hæreditate* ; Compl. verò κληρονομίαν cum Vulg. ſequitur Græcè, καὶ διέστειλε μερίδας αὐτοῦ· ἐν φυλαῖς ἐμέρισεν διεκαδύο· & *diviſit partes ejus* ; *in tribus partitus eſt duodecim* ; ed. Compl. hab. μερίδος, non μερίδας.

℣. 27. Græc. Καὶ ἐξήγαγεν ἐξ αὐτοῦ ἄνδρα ἐλεήμονα, εὑρίσκοντα, &c. *Et eduxit ex eo virum miſericordiæ, invenientem*, &c. ut ſup.

CAPUT XLV.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. Dilectus Deo & hominibus Moyses : cujus memoria in benedictione est.
2. Similem illum fecit in gloria sanctorum, & magnificavit eum in timore inimicorum, & in verbis suis monstra placavit.
3. Glorificavit illum in conspectu regum, & jussit illi coram populo suo, & ostendit illi gloriam suam.
4. In fide & lenitate ipsius sanctum fecit illum, & elegit eum ex omni carne.
5. Audivit enim eum, & vocem ipsius, & induxit illum in nubem.
6. Et dedit illi coram præcepta, & legem vitæ & disciplinæ, docere Jacob testamentum suum, & judicia sua Israël.
7. Excelsum fecit Aaron fratrem ejus, & similem sibi de tribu Levi :
8. statuit ei testamentum æternum, & dedit illi sacerdotium gentis : & beatificavit illum in gloria,
9. & circumcinxit eum zonâ gloriæ, & induit eum stolam gloriæ, & coronavit eum in vasis virtutis.
10. Circumpedes, & femoralia, & humerale posuit ei, & cinxit illum tintinnabulis aureis plurimis in gyro,

Exod. 11. 3.
Exod. 6. 7. 8.
Num. 12. 3. 7.
Hebr. 3. 2. 5.

NOTÆ.

℣. 1. Mſs. Sangerm. & S. Theod. *Dilectus à Deo*, &c. Gr. verò ſic jungit antecedentibus : Ἠγαπημένον ὑπὸ Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων Μωυσῆν· ὃ τὸ μνημόσυνον ἐν εὐλογίαις· *Dilectum à Deo & hominibus Moyſen : cujus memoria in benedictionibus.*

℣. 2. Eadem ſunt in Græco, præter ſeqq. δόξῃ, *gloria*, pro *in gloria* ; φόβοις, *timoribus*, pro *timore*, abſque ſeq. & ; ultimòque, ζημεῖα κατέπαυσε, *ſigna ceſſare fecit*, pro *monſtra plac.*

℣. 3. Græc. hab. ἐνετείλατο αὐτῷ πρὸς λαὸν αὐτοῦ, *mandavit illi ad populum ſuum*, pro & *juſſit illi*, &c. cæt. conveniunt cum Vulg.

℣. 4. Ita Græcè, ſi deleas τὸ *illum*, & ; ed. Compl. retinet αὐτόν. Mſs. S. Germ. S. Theod. & Corb. extremò hab. *de omni carne*.

℣. 5. Græc. Ἠκούτισεν αὐτὸν τῆς φωνῆς αὐτοῦ, καὶ εἰσήγαγεν αὐτὸν εἰς τὸν γνόφον. *Auditam fecit ei vocem ſuam*, & *induxit illum in caliginem.* Mſ. Sangerm. initio hab. *Audivit eum* ; ultimòque Corb. & S. Theod. *in nube.*

℣. 6. Ita Græcè, ſi tollatur &, ante *legem* ; legaturque *ſcientiæ*, ἐπιστήμης, loco *diſciplinæ*. Mſ. S. Theod. in principio hab. *Et dedit illi cor ad præcepta* ; paulòque poſt delet *ſuum*, poſt *teſtamentum* ; quod etiam abeſt in Mſs. Sangerm. Corb. & in Græco ; præterea Corb. leg. *coram ſe præcepta* ; Gr. κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ.

℣. 7. Græcè ita : Ἀαρὼν ὕψωσεν ἅγιον, ὅμοιον αὐτῷ ἀδελφὸν αὐτοῦ ἐκ φυλῆς Λευΐ· ad litt. *Aaron exaltavit ſanctum, ſimilem illi fratrem ejus de tribu Levi.*

℣. 8. Græc. loco *æternum*, hab. αἰῶνος, *ſæculi* ; ſicut λαῦ, *populi*, loco *gentis* ; item pro *in gloria*, ἐν εὐκοσμίᾳ, *in decore*, abſque præced. & ; cæt. ut in Vulg.

℣. 9. Græc. καὶ περιέζωσεν αὐτὸν στολὴν δόξης, ἐνέδυσεν αὐτὸν συντέλειαν καυχήματος, καὶ ἐστερέωσεν αὐτὸν σκεύεσιν ἰσχύος· ed. Compl. ἐν σκεύεσιν· l. e. & *circumcinxit eum ſtolâ gloriæ, induit eum conſummatione gloriationis*, & *confirmavit eum vaſis virtutis.* Mſ. S. Theod. *circumcinxit illum zonâ gloriæ*, & *induit illum ſtolâ gratiæ*, & *coronavit illum*, &c. Sangerm. 15. *circumcinxit illum zonam, induit illum ſtolam*, &c.

℣. 10. Græc. ſubdit : Περισκελῆ, καὶ ποδήρη, καὶ ἐπωμίδα· καὶ ἐκύκλωσεν αὐτὸν ῥοΐσκοις χρυσοῖς, κώδωσι πλείοσι κυκλόθεν· *Femoralia*, & *poderem*, & *humerale* ; & *circumdedit eum malis punicis aureis, tintinnabulis plurimis in*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

Exod. 28. 35. 11. dare ſonitum in inceſſu ſuo, auditum facere ſonitum in templo, in memoriam filiis gentis ſuæ.

12. Stolam ſanctam, auro, & hyacintho, & purpura, opus textile, viri ſapientis, judicio & veritate præditi:

13. torto cocco opus artificis, gemmis pretioſis figuratis in ligatura auri, & opere lapidarii ſculptis, in memoriam ſecundùm numerum tribuum Iſraël.

14. Corona aurea ſuper mitram ejus expreſſa ſigno ſanctitatis, & gloria honoris: opus virtutis, & deſideria oculorum ornata.

15. Sic pulchra ante ipſum non fuerunt talia uſque ad originem.

16. Non eſt indutus illa alienigena aliquis, ſed tantùm filii ipſius ſoli, & nepotes ejus per omne tempus.

17. Sacrificia ipſius conſumpta ſunt igne quotidie.

Levit. 8. 12. 18. Complevit Moyſes manus ejus, & unxit illum oleo ſancto.

19. Factum eſt illi in teſtamentum æternum, & ſemini ejus ſicut dies cœli, fungi ſacerdotio, & habere laudem, & glorificare populum ſuum in nomine ejus.

20. Ipſum elegit ab omni vivente, offerre ſacrificium Deo, incenſum, & bonum odorem, in memoriam placare pro populo ſuo:

21. & dedit illi in præceptis ſuis poteſtatem, in teſtamentis judiciorum, docere Jacob teſtimonia, & in lege ſua lucem dare Iſraël.

22. Quia contra illum ſteterunt alieni, & propter invidiam circumdederunt illum homines in deſerto, qui erant cum Dathan & Abiron, & congregatio Core in iracundia. *Num.* 16. 1. 3.

23. Vidit Dominus Deus, & non placuit illi, & conſumpti ſunt in impetu iracundiæ.

24. Fecit illis monſtra, & conſumpſit illos in flamma ignis.

25. Et addidit Aaron gloriam, & dedit illi hæreditatem, & primitias frugum terræ diviſit illi.

26. Panem ipſis in primis paravit in ſatietatem: nam & ſacrificia Domini edent, quæ dedit illi & ſemini ejus.

27. Cæterùm in terra gentes non hæreditabit, & pars non eſt illi in gente: ipſe eſt enim pars ejus, & hæreditas.

28. Phinees filius Eleazari tertius in gloria eſt, imitando eum in timore Domini: *Num.* 25. 7. 1. *Mach.* 2. 26. 54.

29. & ſtare in reverentia gentis: in bonitate & alacritate animæ ſuæ placuit Deo pro Iſraël.

30. Ideo ſtatuit illi teſtamentum pacis, principem ſanctorum & gentis ſuæ, ut ſit illi & ſemini ejus ſacerdotii dignitas in æternum.

NOTÆ.

gyro. Mſs. Corb. & S. Theod. leg. initio, *circumpediles*; Sangerm. inſ. *humeralem.*

℣. 11. Græc. ἠχῆσαι φωνὴν ἐν βήμασιν αὐτῦ, ἀκουσὸν ποιῆσαι ἦχον ἐν ναῷ, εἰς μνημόσυνον υἱοῖς λαῦ αὐτῦ· *ad ſonandum vocem in greſſibus ſuis, ad faciendum audiri ſonitum in templo, in memoriam filiis populi ſui*; Mſ. S. Theod. *in memoriam filiæ gentis ſuæ.*

℣. 12. Græc. Στολῇ ἁγίᾳ, χρυσῷ, καὶ ὑακίνθῳ, καὶ πορφύρᾳ, ἔργῳ ποικίλῃ, λογείῳ κρίσεως, ἐνδόξοις ἀληθείας. *Stolâ ſanctâ, auro, & hyacintho, & purpurâ, opere variateris, rationali judicii, manifeſtationibus veritatis.* Itidem in Mſ. Corb. *Stolâ ſanctâ.*

℣. 13. Græc. κεκλωσμένῃ κόκκῳ ἔργῳ τεχνίτου, λίθοις πολυτέλειαν γλύμματος σφραγίδος ἐν δέσει χρυσίου, ἔργῳ λιθουργῦ, εἰς μνημόσυνον ἐν γεγραμμένῃ κεκολαυμένῃ κατ' ἀριθμὸν φυλῶν Ἰσραήλ· *tortâ cocco opere artificis, lapidibus pretioſis ſculpturæ ſigilli in ligatura auri, opere lapidarii, in memoriam in ſcriptura ſculpturâ ſecundùm numerum tribuum Iſraël.* In ed. Compl. κεκλωσμένῳ κόκκῳ..... γλύμμασι..... ἐγλεγμένῃ κεκολαμμένῃ, &c. Mſ. S. Theod. hab. *torto cocco viri artificis..... in liniturâm auri, & operâ lapidarii..... ſecundùm numerum tribuum filiorum Iſraël.* Mſ. Corb. & *opere lapidarii ſculpti*; cæt. ut in Vulg.

℣. 14. Mſ. Sangerm. 15. *Coronam auream ſupra mitram ejus expreſſam ſigno ſanctitatis: gloria honoris, & opus virtutis, deſideria*, &c. Itidem Corb. & S. Theod. niſi quòd ille hab. *gloriam honoris*; iſte verò ſub fin. *deſiderio.* Græc. Σίφανον χρυσῆν ἐπάνω κιδάρεως, ἐκτύπωμα σφραγίδος ἁγιάσματος, καύχημα τιμῆς, ἔργον ἰσχύος, ἐπιθυμήματα ὀφθαλμῶν κεκομμένα, deinde ὡραῖα, &c.

℣. 15. Mſ. S. Theod. *Sic pulchra non fuerunt alia ante originem:* item Sangerm. & Corb. leg. *alia*, non *talia*; at in Græco τοιαῦτα; ſtatimque, ἕως αἰῶνος, *uſque in ſæculum*, loco *uſque ad originem.* Nota in Græco 1. vocem ὡραῖα, *pulchra*, adnecti verſui præced. detractâ anteced. conjunct. *ſic.*

℣. 16. Ita Græcè, deletis 3. voculis, *illa*, & *aliquis*, & *ſoli*: in Mſ. Corb. deeſt *ſoli*, cum ſubſeqq.

℣. 17. Græc. Θυσίαι αὐτῦ ὁλοκαρπωθήσονται καθημέραν ἐνδελεχῶς δίς. *Sacrificia ejus fient holocauſta quotidie aſſiduè bis.*

℣. 18. Græcè deeſt tantùm vocula *ejus*; præponitur verò ἐν, voci *oleo.*

℣. 19. Græc. Ἐγενήθη αὐτῷ εἰς διαθήκην αἰώνιον, καὶ ἐν τῷ σπέρματι αὐτῦ ὡς ἡμέρας οὐρανῦ, λειτουργεῖν αὐτῷ ἅμα, καὶ ἱεραπεύειν, καὶ εὐλογεῖν τὸν λαὸν αὐτῦ ἐν τῷ ὀνόματι αὐτῦ. *Factum eſt illi in teſtamentum æternum, & in ſemine ejus in diebus cœli, miniſtrare ei ſimul, & ſacerdotio fungi, & benedicere populum ejus in nomine ejus.* Mſ. Sangerm..... & *habere laudem, glorificari populum ſuum in nomine ſuo*; item in Corb. *glorificari pop. ſuum in nom. ſuo*; S. Theod. *glorificare pop. ſuum in nom. ſuo.*

℣. 20. Conſonat Græc. niſi excipias κάρπωσιν Κυρίῳ, *oblationem Domino*, loco *ſacrif. Deo.* Mſs. Corb. & Sangerm. leg. *placere*, non *placuit*; ſed malè, nam in Gr. εὐδοκήσεσθαι; in Mſ. S. Theod. *placere populo.*

℣. 21. Græc. in principio hab. ἔδωκεν αὐτόν, *dedit illum*; reliqua ut in Vulg. at Mſ. Alex. cum ed. Compl. ἔδωκεν αὐτῷ; ſubinde Mſ. Sangerm. leg. *in teſtimoniis judiciorum*; itidem Mſ. S. Theod. paulò verò poſt, *teſtimonia ſua*, &c.

℣. 22. Concordat Græc. niſi quòd loco *propter invidiam circumdederunt*, ſimpliciter hab. ἐζήλωσαν, *zelaverunt*, ultimòque ἐν θυμῷ καὶ ὀργῇ, *in furore & ira.* Mſs. Sangerm. & Corb. ferunt ſup. *in deſerto*, *homines*; nec malè juxta Gr. præterea Sangerm. ſcribit *Chorcb*, amboque inſ. *in iracundiam*; Mſ. S. Theod. *Chore in iracundiam.*

℣. 23. Conſonat Græc. detracta voce *Deus.*

℣. 24. Græc. Ἐποίησεν αὐτοῖς τέρατα, καταναλῶσαι ἐν πυρὶ φλογὸς αὐτῦ..... *ad conſumendum in igne flammæ ſuæ.* Mſ. Alex. cum ed. Compl. ultimò hab. αὐτύς, non αὐτῦ.

℣. 25. Eadem ſunt in Græco, exceptis ult. his: ἀπαρχὰς πρωτογεννημάτων ἐμέρισεν αὐτοῖς, *primitias primitivorum diviſit illis*; Mſ. Alex. & Compl. αὐτῷ. Mſs. Corb. Sangerm. & S. Theod. leg. *primitias fructuum terræ diviſit illi.*

℣. 26. Græc. initio delet *ipſis*, cum præp. *in*, ante *ſatietatem*; cæt. concordant ad verbum. Mſ. Alex. cum ed. Compl. hab. ἐν πλησμονῇ; & Mſ. Sangerm. *in ſatietate*; mox ita ibid. *nam ſacrificia..... quæ dedit ipſi* &, &c. item in Mſ. S. Theod. *nam ſacrificia.*

℣. 27. Græc. non *gentes* hab. ſed λαῦ, *populi*; rurſumque inf. pro *gente*, λαῷ, *populo*; mox ita, αὐτὸς γὰρ μερὶς ζῶν, κληρονομία, *ipſe enim pars tua, hæreditas*; cæt. ut ſup. In ed. Compl. μερὶς αὐτῦ κληρονομίας· in Mſ. Alex. καὶ κληρονομία.

℣. 28. Gr. ipſo initio ponit Καί; & pro *imitando*, hab. ἐν τῷ ζηλῶσαι, *in zelando*; cæt. ut in Vulg. Mſ. Sangerm. 15. ita: *Et Phinees..... in imitando ipſum in tim. Domini*; Corb. *ipſum in tim. Dei.* Similiter in Mſ. S. Theod. *Et Phinees..... imitando ipſum*, &c.

℣. 29. Græc. καὶ ἔστησαν αὐτὸν ἐν τρόποις λαῦ, ἐν ἀγαθότητι προθυμίας ψυχῆς αὐτῦ· καὶ ἐξιλάσατο περὶ τῦ Ἰσραήλ· *& ſtando in verſione populi, in bonitate alacritatis animæ ſuæ: & placavit pro Iſrael.* Mſ. S. Theod. & *alacritate animi placuit Deo Iſraëlis*; Corb. & Sangerm. & *placuit Deo Iſrael.*

℣. 30. Græc. Διὰ τῦτο ἐστάθη αὐτῷ διαθήκη εἰρήνης, προστάτην ἁγίων καὶ λαῷ αὐτῦ, ἵνα αὐτῷ ᾖ καὶ τῷ σπέρματι αὐτῦ ἱερωσύνης μεγαλεῖον εἰς τὰς αἰῶνας· *Ideo ſtatutum eſt*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

31. Et teſtamentum David regi filio Jeſſæ de tribu Juda, hæreditas ipſi & ſemini ejus, ut daret ſapientiam in cor noſtrum judicare gentem ſuam in juſtitia, ne abolerentur bona ipſorum, & gloriam ipſorum in gentem eorum æternam fecit.

NOTÆ.

illi teſtamentum pacis, præſidem ſanctorum & populo ſuo, ut ſit illi, &c. ut ſup. In ed. verò Compl. ἔδωκεν αὐτῷ διαθήκην..... εἰς τὸν αἰῶνα· in Mſs. S. Theod. Corb. & Germ. *ſtatuit ad illum teſtamentum.*

℣. 31. Græc. Καὶ διαθήκην τῷ Δαυὶδ υἱῷ ἐκ φυλῆς Ἰούδα, κληρονομία βασιλέως, υἱῷ ἐξ υἱοῦ μόνου, κληρονομία Ἀαρὼν ᾗ τῷ σπέρματι αὐτοῦ· δώη ὑμῖν σοφίαν ἐν καρδίᾳ ὑμῶν κρίνειν τὸν λαὸν αὐτοῦ ἐν δικαιοσύνῃ, ἵνα μὴ ἀφανισθῇ τὰ ἀγαθὰ αὐτῶν, ᾗ τὴν δόξαν αὐτῶν εἰς γενεὰς αὐτῶν. *Et teſtamentum Davidi filio ex tribu Juda, hæreditas regis, filii ex filio ſolo, hæreditas Aaron & ſemini ejus: det vobis ſapientiam in corde veſtro judicare populum ſuum in juſtitia, ne aboleantur bona ipſorum, & gloriam eorum in generationes eorum.* In Mſ. Alex. Δαυὶδ υἱῷ ἐκ Ἰεσσαὶ ἐκ φυλῆς Ἰούδα..... κληρονομία αὐτῷ ᾗ τῷ, &c. in Corb. *David regis filio.*

CAPUT XLVI.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. FOrtis in bello Jeſus Nave, ſucceſſor Moyſi in prophetis, qui fuit magnus ſecundùm nomen ſuum,

2. maximus in ſalutem electorum Dei, expugnare inſurgentes hoſtes, ut conſequeretur hæreditatem Iſraël.

3. Quam gloriam adeptus eſt in tollendo manus ſuas, & jactando contra civitates rhomphæas?

4. Quis ante illum ſic reſtitit? Nam hoſtes ipſe Dominus perduxit.

Joſ. 10. 14. 5. An non in iracundia ejus impeditus eſt ſol, & una dies facta eſt quaſi duo?

6. Invocavit Altiſſimum potentem in oppugnando inimicos undique, & audivit illum magnus & ſanctus Deus in ſaxis grandinis virtutis valde fortis.

7. Impetum fecit contra gentem hoſtilem, & in deſcenſu perdidit contrarios,

8. ut cognoſcant gentes potentiam ejus, quia contra Deum pugnare non eſt facile. Et ſecutus eſt à tergo potentis:

Num. 14. 6. 9. & in diebus Moyſi miſericordiam fecit ipſe, & Caleb filius Jephone, ſtare contra hoſtem, & prohibere gentem à peccatis, & perfringere murmur malitiæ.

10. Et ipſi duo conſtituti, à periculo liberati ſunt à numero ſexcentorum millium peditum, inducere illos in hæreditatem, in terram quæ manat lac & mel.

11. Et dedit Dominus ipſi Caleb fortitudinem, & uſque in ſenectutem permanſit illi virtus, ut aſcenderet in excelſum terræ locum, & ſemen ipſius obtinuit hæreditatem:

12. ut viderent omnes filii Iſraël, quia bonum eſt obſequi ſancto Deo.

13. Et judices ſinguli ſuo nomine, quorum non eſt corruptum cor: qui non averſi ſunt à Domino,

14. ut ſit memoria illorum in benedictione, & oſſa eorum pullulent de loco ſuo,

15. & nomen eorum permaneat in æternum, permanens ad filios illorum, ſanctorum virorum gloria.

16. Dilectus à Domino Deo ſuo Samuel propheta Domini, renovavit imperium, & unxit principes in gente ſua.

17. In lege Domini congregationem judicavit, & vidit Deus Jacob, & in fide ſua probatus eſt propheta.

18. Et cognitus eſt in verbis ſuis fidelis, quia vidit Deum lucis:

NOTÆ.

℣. 1. Græcè pluraliter, ἐν πολέμοις, *in bellis*, additurque ᾗ poſt *Nave*; at in Mſ. Alex. πολέμῳ; ſubinde ſic, ἐν προφητείαις, *in prophetiis*, non *prophetis*, abſque hac voce, *magnus*; cæt. ut in Vulg.

℣. 2. Græcè μέγας, non *maximus*; & loco *Dei*, eſt αὐτῦ, *ejus*; extremò κληρονομήσῃ, *hæreditaret*, pro *conſequeretur hæreditatem*, quod idem ſonat: in Mſ. Alex. ac ed. Compl. κατακληρονομήσῃ.

℣. 3. Ita in Græco, præter ult. ᾗ τῷ ἐκκλῖναι ῥομφαίαν ἐπὶ, &c. & *declinando rhomphaam contra*, &c. Mſ. Alex. & Compl. ἐν τῷ ἐκκλῖναι.

℣. 4. Ita Græcè, niſi excipiatur ἔστη, *ſtetit*, pro *reſtitit*.

℣. 5. Græcè ἐν χειρὶ, *manu*, pro *iracundia*; & ἀνεπόδισε, *retroceſſit*, pro *impeditus eſt*; in Mſ. Alex. ἐνεποδίσθη; cæt. ut in Vulg. In Mſ. Sangerm. *aut non in iracundia*; in Corb. & S. Theod. *aut non iracundiâ*, &c.

℣. 6. Ita quoque in Græco, præter iſta, ᾗ ἐπήκουσεν αὐτῶν μέγας Κύριος ἐν, & *audivit eos magnus Dominus in*; at in Mſ. Alex. ac ed. Compl. ἐπήκουσεν αὐτῦ; in Ald. αὐτόν; nuſpiam infra additur *valde*. Mſ. S. Theod. hab. *exaudivit*; & inſ. *virtutes*.

℣. 7. Græcè, Καὶ ἐρράξεν ἐπ' ἔθνος πόλεμον, &c. *Erupit contra gentem bellum*; reliqua ut ſup. Mſ. Corb. *Et impetum fecit*; &c.

℣. 8. Græc. ἵνα γνῶσιν ἔθνη παντοκρατορίαν αὐτῶν, ὅτι ἐναντίον Κυρίου ὁ πόλεμος αὐτῦ. Καὶ γὰρ ἐπηκολούθησεν ὀπίσω δυνάστου *ut cognoſcant gentes integram armaturam eorum, quia coram Domino bellum ejus. Etenim ſequutus eſt poſt potentem.* Mſs. Corb. Sangerm. & S. Theod. *à tergo potentes.*

℣. 9. Eadem præfert Gr. niſi quòd loco & *prohibere gentem à peccatis*, & *perfringere*, hab. κωλῦσαι λαὸν ἀπὸ ἁμαρτίας, ᾗ κοπάσαι, *prohibere populum à peccato*, & *ſedare*. Mſ. etiam Sangerm. tollit &, ante *prohibere*. Mſ. S. Theod. ſcribit *Caleph*, non *Caleb*.

℣. 10. Vix melius è Græco, niſi quòd pro his, *à periculo liberati ſunt à numero ſexcent.* legitur ſimpliciter, διεσώθησαν ἀπὸ ἑξακοσίων, &c. *ſalvati ſunt è ſexcentis*, &c. Mſ. S. Theod. præponit & verbo *inducere*.

℣. 11. Ita Græcè, præter voces 2. *virtus*, & *locum*, quæ abſunt. Mſ. S. Theod. hab. *uſque ad ſenectutem*.

℣. 12. Ita è Græco, excepto hoc ult. *obſequi ſancto Deo*, pro quo, τὸ πορεύεσθαι ὀπίσω Κυρίου, *obſequi Domino*. Mſ. Corb. initio hab. & *viderunt omnes*; dein Mſ. S. Theod. *filii Iſraël*, *quòd bonum eſt*, &c.

℣. 13. Sic iterum in Græco, niſi excipias iſta, ὅσων οὐκ ἐξεπόρευσεν ἡ καρδία, ᾗ ὅσοι, *quorumcunque non eſt fornicatum cor*, & *quicunque*, &c.

℣. 14. Græcè abeſt *ut*; & pro *benedictione*, plurale eſt εὐλογίαις, *benedictionibus*, abſque ſeq. &; cæt. ut in Vulg. Mſ. Corb. hab. *in benedictionem*.

℣. 15. In Mſs. Sangerm. & Corb. & *nomen eorum permanet*, &c. at in Græco: ᾗ τὸ ὄνομα αὐτῶν ἀντικαταλαμβάνομαι, ἐν υἱοῖς δεδοξασμένοις αὐτῶν, & *nomen eorum reſtauratum*, *glorificatis ipſis in filiis*; nec plura. Mſ. S. Theod. hab. *permanens in filios eorum*.

℣. 16. Græc. delet vocem *Deo*; ſubinde pro *renovavit imperium*, hab. κατέστησε βασιλείαν, *conſtituit regnum*; ultimòque, ἐπὶ τὸν λαὸν αὐτῦ, *ſuper populum ſuum*, pro *in gente ſua*; à Mſ. Sangerm. ſimiliter abeſt *Deo*, à Corb. *ſuo*: in Mſ. S. Theod. ſic, *Dilectus à Deo ſuo*.

℣. 17. Ita è Græco, hoc excepto, *vidit Deus*, pro quo, ἐπεσκέψατο Κύριος, *viſitavit Dominus*, abſque ſeq. &; in Mſs. Sangerm. S. Theod. & Corb. *vidit Dominus*.

℣. 18. Græcè ſimpliciter: Καὶ ἐγνώσθη ἐν πίστει αὐτῦ πιστὸς ὁράσεως, *Et cognitus eſt in fide ſua fidelis viſionis*. In Mſ. Alex. Καὶ ἐγνώσθη ἐν ῥήμασιν, in Compl. ἐν ῥήματι. In Mſ. Corb. *Et cognitus eſt in verbis ſuis fidelibus*.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. Reg. cap. 7. 19. & invocavit Dominum omnipotentem, in oppugnando hoſtes circumſtantes undique, in oblatione agni inviolati.

20. Et intonuit de cœlo Dominus, & in ſonitu magno auditam fecit vocem ſuam,

21. & contrivit principes Tyriorum, & omnes duces Philiſthiim:

1. Reg. 12. 5. 22. & ante tempus finis vitæ ſuæ & ſæculi, teſtimonium præbuit in conſpectu Domini, & Chriſti; pecunias & uſque ad calceamenta ab omni carne non accepit, & non accuſavit illum homo.

23. Et poſt hoc dormivit, & notum fecit regi, & oſtendit illi finem vitæ ſuæ, & exaltavit vocem ſuam de terra in prophetia delere impietatem gentis.

NOTÆ.

℣. 19. Græc. habet δυνάσην, *potentem*; & loco *circumſtantes*, ſimpliciter αὐτῦ, *ſuos*; ultimòque, ἀρνὸς γαλαβηνῦ, *agni lactentis*. Mſ. Sangerm. habet ſimiliter, & *invocavit Deum potentem*; tum Corb. *in expugnando*; Mſ. S. Theod. *ad impugnandos*; Gr. ἐν τῶ θλίβαι· ambo Mſs. *in oblatione viri inviolati*; item *viri* in Mſ. Sangerm. in edit. etiam Compl. ἀνδρός, non ἀρνός.

℣. 20. Hæc tota conveniunt cum Græco.

℣. 21. Concinit Græc. niſi quòd 1. loco hab. ἡγεμόνας, altero, ἄρχοντας. Mſ. Sangerm. & *contrivit principes*, &c.

℣. 22. Græc. in principio ſic habet: ἓως πρὸ καιρῦ κοιμήσεως αἰῶνος ἐπεμαρτύρατο ἑναντι, &c. & *ante tempus dormitionis ſæculi conteſtatus eſt in conſpectu*; reliqua ut in Vulg. excepto uno εἴληφα, *accepi*, pro *accepit*; at in ed. Ald. εἴληφε. Mſ. S. Theod. delet *ſuæ*, poſt *vitæ*; paulò verò poſt legit ſingulariter, *pecuniam*, & *uſque ad calceamentum*.

℣. 23. Græc. Καὶ μετὰ τὸ ὑπνῶσαι αὐτὸν, προεφήτευσε, καὶ ὑπέδειξε βασιλεῖ τὴν τελευτὴν αὐτῦ, καὶ, &c. *Et poſtquam dormivit ipſe, prophetavit, & oſtendit regi finem ejus*; reliqua ut in textu, niſi excipias ult. ἀνομίαν λαῦ, *iniquitatem populi*; Mſ. S. Theod. hab. *iniquitatem gentis*. Sangerm. & Corb. ſup. & *exaltavit vocem ejus*.

CAPUT XLVII.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

2. Reg. 12. 1. 1. POſt hæc ſurrexit Nathan propheta in diebus David.

2. Et quaſi adeps ſeparatus à carne, ſic David à filiis Iſraël.

1. Reg. 17. 34. 3. Cum leonibus luſit quaſi cum agnis: & in urſis ſimiliter fecit ſicut in agnis ovium, in juventute ſua.

1. Reg. 17. 49. 4. Nunquid non occidit gigantem, & abſtulit opprobrium de gente?

5. In tollendo manum, ſaxo fundæ dejecit exſultationem Goliæ:

6. nam invocavit Dominum omnipotentem, & dedit in dextera ejus tollere hominem fortem in bello, & exaltare cornu gentis ſuæ.

1. Reg. 18. 7. 7. Sic in decem millibus glorificavit eum, & laudavit eum in benedictionibus Domini, in offerendo illi coronam gloriæ:

8. contrivit enim inimicos undique, & exſtirpavit Philiſthiim contrarios uſque in hodiernum diem: contrivit cornu ipſorum uſque in æternum.

9. In omni opere dedit confeſſionem Sancto, & Excelſo in verbo gloriæ.

10. De omni corde ſuo laudavit Dominum, & dilexit Deum, qui fecit illum: & dedit illi contra inimicos potentiam:

11. & ſtare fecit cantores contra altare, & in ſono eorum dulces fecit modos.

12. Et dedit in celebrationibus decus, & ornavit tempora uſque ad conſummationem vitæ, ut laudarent nomen ſanctum Domini, & amplificarent manè Dei ſanctitatem.

13. Dominus purgavit peccata ipſius, & exaltavit in æternum cornu ejus: & dedit illi teſtamentum regni, & ſedem gloriæ in Iſraël. 2. Reg. 12. 13.

14. Poſt ipſum ſurrexit filius ſenſatus, & propter illum dejecit omnem potentiam inimicorum.

15. Salomon imperavit in diebus pacis, cui ſubjecit Deus omnes hoſtes, ut conderet domum in nomine ſuo, & pararet ſanctitatem in ſempiternum: quemadmodum eruditus es in juventute tua, 3. Reg. 3. 1.

NOTÆ.

℣. 1. Græc. initio hab. Καὶ μετὰ τῦτο, *Et poſt hoc*; paulòque poſt, προφητεύσαι, loco *propheta*; at in Compl. ὁ προφήτης. Similiter in Mſs. S. Theod. Germ. & Corb. *poſt hoc*, in principio.

℣. 2. Græcè deeſt &, ipſo initio; & pro *carne*, habetur ζωῆρῦ, *ſalutari*; cæt. ut in Vulg. In Mſs. Sangerm. & S. Theod. *ſeparatus eſt à carne*.

℣. 3. Eadem ſunt in Græco, deleto eo, *ſimiliter fecit*; τὸ verò, *in juventute ſua*, adnectitur verſui ſeq. ſicut etiam in Mſ. Corb. ſecus in Sangerm. ſed in utroque, *fecit ſicut cum agnis ovium*: ita quoque in Mſ. S. Theod.

℣. 4. Ita in Græco eſt.

℣. 5. Ita Græc. hab. niſi quòd præponit ἐν, τῶ ſaxo; & pro *dejecit*, fert καθαιρεῖν, & *dejiciendo*; in ed. Compl. deeſt ἐν. Mſ. Corb. habet: *in ſaxo fundæ*, & *dejecit in exſultatione Goliæ*. Similiter in Sangerm. & S. Theod. *in ſaxo fundæ*: iſte verò ſubdit, *dejecit exaltationem Goliæ*.

℣. 6. Græc. hab. ὕψισον, *altiſſimum*, loco *omnipotentem*, additque κράτος, *robur*, ad vocem *ejus*, delet verò & ante *exaltare*; cæt. ut in Vulg. In Mſ. Sangerm. eſt: *ubi invocavit Dominum potentem*, & *dedit in dexteram*, &c. Similiter in Corb. *ubi invocavit*; in Mſ. S. Theod. *ſibi invocavit*.

℣. 7. Conſonat Græc. niſi quòd hab. ἐν τῶ φέρεσθαι, *in aſſerendo*, non *in offerendo*. Mſ. Sangerm. leg. *in millibus*; Gr. verò ἐν μυριάσι.

℣. 8. Eadem prorſus in Gr. præter hoc ult. *uſque in æternum*, quod abeſt. Mſ. Sangerm. ſcribit, *contrivit enim*, &c.

℣. 9. Itidem Græcè, niſi quòd ſubnectitur αὐτῦ, *ſuo*, huic voci, *opere*; paulò verò poſt tollitur conjunct. &, cum præp. *in*.

℣. 10. Græc. delet voces 2. *Dominum*, & *Deum*, cum ult. his, & *dedit illi contra inimicos potentiam*.

℣. 11. Ita in Græco eſt, exceptis his ult. ἐξ ἠχῦ... γλυκαίνει μέλη, & *ex ſono..... dulces facit modos*.

℣. 12. Græc. initio hab. Ἔδωκεν ἐν ἑορταῖς, abſque præced. *Et*; paulò verò poſt delet vocem *vitæ*; tum addit: ἐν τῶ αἰνεῖν αὐτὸς τὸ ἅγιον ὄνομα αὐτῦ, ἅμα πρωὶ ἠχεῖν τὸ ἁγίασμα· i. e. *in laudando ipſos nomen ſanctum ejus*, & *à manè perſonando ſanctitatem*; cæt. ut in Vulg.

℣. 13. Eadem ſunt in Græco, præter duo, ἀφεῖλε, *abſtulit*, pro *purgavit*, & βασιλέων, *regum*, loco *regni*; at in ed. Compl. βασιλείας. In Mſs. Sangerm. 15. & Corb. ita: *Chriſtus purgavit peccata ipſius*..... & *dedit illi teſtam. regum*, &c. Itidem in Mſ. S. Theod. præter τὸ *cornu ipſius*.

℣. 14. Græc. Μετὰ τῦτον ἀνέστη υἱὸς ἐπισήμων, καὶ δι' αὐτὸν κατέλυσεν ἐν πλατυσμῶ· *Cum hoc ſurrexit filius ſciens*, & *propter illum habitavit in latitudine*. In Mſ. verò Alex. ac ed. Compl. Μετὰ τῦτον ἀνέστη, &c. in Mſ. Corb. *perfecit*, loco *dejecit*.

℣. 15. In Gr. ἐβασίλευσε, *regnavit*, pro *imperavit*; ſubinde loco *ſubjecit omnes hoſtes*, ſic, κατέπαυσε κυκλόθεν, *requiem dedit in circuitu*; & pro *quemadmodum eruditus es*, ὡς ἐσοφίσθης, *quàm ſapiens fuiſti*; cæt. ut ſupra. In Mſs. Sangerm. & S. Theod. *eruditus eſt in juvent. ſua*; ſimi-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

3. Reg. 4. 31. 16. & impletus es, quasi flumen, sapientiâ, & terram retexit anima tua.

17. Et replesti in comparationibus ænigmata: ad insulas longè divulgatum est nomen tuum, & dilectus es in pace tua.

18. In cantilenis, & proverbiis, & comparationibus, & interpretationibus, miratæ sunt terræ,

19. & in nomine Domini Dei, cui est cognomen, Deus Israël.

3. Reg. 10. 27. 20. Collegisti quasi aurichalcum aurum, & ut plumbum complesti argentum,

21. & inclinasti femora tua mulieribus: potestatem habuisti in corpore tuo,

22. dedisti maculam in gloria tua, & profanasti semen tuum inducere iracundiam ad liberos tuos, & incitari stultitiam tuam,

3. Reg. 12. 16. 23. ut faceres imperium bipartitum, & ex Ephraim imperare imperium durum.

24. Deus autem non derelinquet misericordiam suam, & non corrumpet nec delebit opera sua, neque perdet à stirpe nepotes electi sui: & semen ejus, qui diligit Dominum, non corrumpet.

25. Dedit autem reliquum Jacob & David de ipsa stirpe.

26. Et finem habuit Salomon cum patribus suis.

27. Et dereliquit post se de semine suo, gentis stultitiam,

28. & imminutum à prudentia, Roboam, qui avertit gentem consilio suo:

29. & Jeroboam filium Nabat, qui peccare fecit Israël, & dedit viam peccandi Ephraim, & plurima redundaverunt peccata ipsorum. 3. Reg. 12. 28.

30. Valde averterunt illos à terra sua.

31. Et quæsivit omnes nequitias, usque dum perveniret ad illos defensio, & ab omnibus peccatis liberavit eos.

NOTÆ.

liter in Corb. *eruditus est.*

℣. 16. Ita de Græco, præter voces 2. *sapientiâ*, & *retexit*, pro quibus, *Συνέσεως*, *intellectu*, & *ἐπεκάλυψε*, *contexit*, detracto præced. &. In Mſ. S. Theod. & *impletus est quasi..... anima sua*; item in Sangerm. & Corb. & *impletus est*; sicut in Corb. *anima sua.*

℣. 17. Concordat Græc. nisi quòd hab. gen. casu, *αἰνιγμάτων*, *anigmatum*; & *ἀφίκτο*, *pervenit*, pro *divulgatum est.* In Mſ. S. Theod. & *ad insulas longè extulisti nomen tuum.*

℣. 18. Eadem prorsus in Gr. juncto uno *Ζὲ*, verbo *mirata sunt.* Mſ. Sangerm. hab. *mirata sunt te terræ*; S. Theod. *mirata sunt gentes*, Gr. *χῶραι.*

℣. 19. Ita Græcè, detractâ 1. conjunct. &. In Mſ. Corb. deest vox *Dei.*

℣. 20. Græcè *καττίτερον*, *stannum*, loco *aurichalcum*; & *ἐπληθύνας*, *multiplicasti*, pro *complesti*; cæt. quadrant.

℣. 21. Græcè deest &, in principio; loco verò *potestatem habuisti*, est *ἐν ἐνεξουσιάσθης*, Nobil. & *subjugatus es*; cæt. ut in textu. In Mſ. Sangerm. & *reclinasti femora*, &c.

℣. 22. Similiter in Græco, præter ult. ista, *ad liberos tuos*, &c. pro quibus, *ἐπὶ τὰ τέκνα Ζυ*, *ἐν καλαυγῶν ἐπὶ τῇ ἀφεσύνῃ Ζυ*, *super filios tuos*, & *compunctus sum super stultitia tua*; in ed. Compl. *καλαυγῶναι*, *compungi*, aut etiam *incitari*: Mſ. S. Theod. hab. sup. *in liberos tuos*; deinde cum Sangerm. & *in cæteris stultitiam tuam.*

℣. 23. Græc. *γενέσθαι λίχα τυεκνίδα, ἐξ οἴκε Ἐφεσὶμ ἄρξαι βασιλείαν ἀνομῶν*: *ut fieret imperium bipertitum*, & *ex Ephraim inciperet regnum inobediens.* Mſs. Sangerm. & Corb. scribunt *Efrem*, non *Ephraim.*

℣. 24. Græcè, initio legitur *Κύριος*, *Dominus*; tollitur autem inf. *nec delebit*, ut post paulò, *à stirpe*, necnon vocula *sui*, post *electi*; loco verò *qui diligit Dominum*, &c. est, *τὸν ἀγαπήσαντος αὐτὸν*, *ὃ μὴ ἑτέρῳ*: *qui ipsum dilexit*, *non tollet.* In ed. Ald. *οὐδὲ μὴ ἐξαλείψῃ ἐκ τῆ αὐτῆ ἐκλεκτῆ ἐκγονα*· in Compl. *αὐτῆ ἔκγονα*, ut in Vulg. Mſ. S. Theod. initio hab. *non relinquet misericordiam.*

℣. 25. Græc. initio ponit *Καὶ*, detracto seq. *autem*; ultimòque hab. *ἐξ αὐτῆ ῥίζαν*, *ex ipso radicem*, loco *de ipsa stirpe*; cæt. ut sup.

℣. 26. Græc. hab. *Καὶ ἀνεπαύσατο*, *Et requievit*, loco *Et finem habuit*, absque ult. *suis*; Mſ. tamen Alex. subdit *αὐτῆ.*

℣. 27. Concordat Græcum. In Mſ. Sangerm. sic: & *reliquit post se..... genti stultitiam.*

℣. 28. Ita Græcè, detractâ præp. *à*, ante *prudentiâ*, positâ verò *ἐκ*, ante *consilio.* In Mſs. Corb. & S. Theod. pariter & *minutum prudentiâ.*

℣. 29. Ita in Græco, excepta voce *ἁμαρτίας*, *peccati*, loco *peccandi*; detractâque seq. *plurima.* In Mſ. Sangerm. & *dedit Efrem viam*, &c.

℣. 30. Græcè subnectitur *Σφόδρα*, *valde*, versui præced. tum sequitur, *ἀνοσῶσαι αὐτὸς*, &c. *ut averteret eos*, &c. ut supra.

℣. 31. Græc. legit simpliciter: *Καὶ πᾶσαν πονηρίαν ἐξεζήτησαν*, *ἕως ἐκδίκησις ἔλθῃ ἐπ' αὐτὸς*· *Et omnem nequitiam exquisierunt*, *donec vindicta veniret super eos.* Mſs. Corb. & S. Theod. subdunt, & *ab omnibus peccatis liberavit eos Dominus.*

CAPUT XLVIII.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

3. Reg. 17. 1. 1. ET surrexit Elias propheta, quasi ignis, & verbum ipsius quasi facula ardebat.

2. Qui induxit in illos famem, & irritantes illum invidia sua pauci facti sunt: non enim poterant sustinere præcepta Domini.

3. Reg. 17. 1. 3. Verbo Domini continuit cœlum, & dejecit de cœlo ignem ter:

4. Reg. 1. 10. 12. 4. sic amplificatus est Elias in mirabilibus suis. Et quis potest similiter sic gloriari tibi?

5. Qui sustulisti mortuum ab inferis de sorte mortis in verbo Domini Dei. 3. Reg. 17. 22.

6. Qui dejecisti reges ad perniciem, & confregisti facilè potentiam ipsorum, & glorioſos de lecto suo.

7. Qui audis in Sina judicium, & in Horeb judicia defensionis.

NOTÆ.

℣. 1. Eadem leguntur Græcè. Mſ. S. Theod. initio hab. *Exsurrexit Elias*; & in fine, *quasi fax ardebat*; item in Sangerm. *quasi fax*, in Gr. *ὡς λαμπάς.*

℣. 2. Post *famem*, ita sequitur Græcè: *ἐν τῷ ζήλῳ αὐτῆ ὠλιγοστοίησεν αὐτὸς*, & *zelo suo paucos fecit illos*; nec subjiciuntur alia. Mſs. Sangerm. 15. Corb. & S. Theod. leg. *imitantes*, non *irritantes*; Mſ. S. Theod. addit *illum invidiâ tabefacti sunt: non enim*, &c.

℣. 3. Mſ. Sangerm. *Verbo Domini exaltavit cœlum*, & *dejecit à se ignem terræ*; item in Corb. & *dejecit à se ignem terræ*; in Mſ. S. Theod. & *ejecit à se*, &c. in Græco: *Ἐν λόγῳ Κυρίυ ἀνέχεν οὐρανὸν, κατήγαγεν ὕετως τρὶς πῦρ. ..... deduxit sic ter ignem*; ed. Compl. *ἐν κατήγαγε.*

℣. 4. Græc. *ὡς ἐδοξάσθης Ἠλία ἐν τοῖς θαυμασίοις Ζυ· ἐν τὶς ὅμοιός Ζοι καυχᾶσθαι*; *quàm glorificatus fuisti Elias in mirabilibus tuis! & quis similis tibi ut glorietur?* Mſ. Alex. hab. *καυχήσεται*, *gloriabitur.* Sangerm. Theod. & Corb. & *quis potest similiter gloriari tibi?*

℣. 5. Græc. *Ὁ ἐγείρας νεκρὸν ἐκ θανάτυ, ἐν ἐξ ᾅδυ ἐν λόγῳ Ὑψίσυ. Qui suscitasti cadaver à morte, & ab inferis in verbo Altissimi.* Mſ. S. Theod. hab. *à sorte*, non *de sorte.*

℣. 6. Græc. his mediis caret, & *confregisti facilè potentiam ipsorum*; cæt. quadrant. Mſs. Sangerm. S. Theod. & Corb. vitiosè scrib. *delicto*, pro *de lecto.*

℣. 7. Mſ. S. Theod. initio hab. *Qui audisti*; Græc. *Ὁ ἀκούων*; subinde *ἐλεσμόν*, *correptionem*, loco *judicium*; statimque, *ἐν ἐν Χωρὴβ κρίματα ἐκδικήσεως*, & *in Choreb*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

8. Qui ungis reges ad pœnitentiam, & prophetas facis ſucceſſores poſt te.

4. *Reg.* 2. 11. 9. Qui receptus es in turbine ignis, in curru equorum igneorum.

10. Qui ſcriptus es in judiciis temporum lenire iracundiam Domini; conciliare cor *Malach.* 4. 6. patris ad filium, & reſtituere tribus Jacob.

11. Beati ſunt, qui te viderunt, & in amicitia tua decorati ſunt:

12. nam nos vita vivimus tantùm, poſt mortem autem non erit tale nomen noſtrum.

4. *Reg.* 2. 11. 13. Elias quidem in turbine tectus eſt, & in Eliſeo completus eſt ſpiritus ejus: in diebus ſuis non pertimuit principem, & potentiâ nemo vicit illum:

14. nec ſuperavit illum verbum aliquod, & *Reg.* 13. 21. mortuum prophetavit corpus ejus.

15. In vita ſua fecit monſtra, & in morte mirabilia operatus eſt.

16. In omnibus iſtis non pœnituit populus, & non receſſerunt à peccatis ſuis, uſque dum ejecti ſunt de terra ſua, & diſperſi ſunt in omnem terram:

17. & relicta eſt gens perpauca, & princeps in domo David.

18. Quidam ipſorum fecerunt quod placeret Deo: alii autem multa commiſerunt peccata.

19. Ezechias munivit civitatem ſuam, & induxit in medium ipſius aquam, & fodit ferro rupem, & ædificavit ad aquam puteum.

20. In diebus ipſius aſcendit Sennacherib, 4. *Reg.* & miſit Rabſacen, & ſuſtulit manum ſuam 18. 13. contra illos, & extulit manum ſuam in Sion, & ſuperbus factus eſt potentia ſua.

21. Tunc mota ſunt corda, & manus ipſorum: & doluerunt quaſi parturientes mulieres.

22. Et invocaverunt Dominum miſericordem, & expandentes manus ſuas, extulerunt ad cœlum: & ſanctus Dominus Deus audivit citò vocem ipſorum.

23. Non eſt commemoratus peccatorum illorum, neque dedit illos inimicis ſuis, ſed purgavit eos in manu Iſaiæ ſancti prophetæ.

24. Dejecit caſtra Aſſyriorum, & contrivit 4. *Reg.* illos angelus Domini: 19. 35. *Tob.* 1. 21.

25. nam fecit Ezechias quod placuit Deo, *Iſa.* 37. & fortiter ivit in via David patris ſui, quam 36. mandavit illi Iſaias propheta magnus, & 1. *Mac.* fidelis in conſpectu Dei. 7. 41.

26. In diebus ipſius retro rediit ſol, & ad- 2. *Mac.* didit regi vitam. 8. 19.

27. Spiritu magno vidit ultima, & conſo- 4. *Reg.* latus eſt lugentes in Sion. Uſque in ſempi- 20. 11. ternum *Iſa.* 38.

28. oſtendit futura, & abſcondita antequam 8. evenirent.

NOTÆ.

judicia vindictæ: ſimiliter in Mſs. Sangerm. & Corb. & *in Chareb.*

℣. 8. Græc. leg. εἰς ἀνταπόδομα, *in retributionem*, loco *ad pœnitentiam*, ultimòque μετ' αὐτὸν, *poſt te ipſum*, abſque præced. *facis*. Mſ. Sangerm. initio hab. *Qui junges reges*; ſed pravè, nam in Gr. ὁ χρίων. Mſ. S. Theod. addit *tuos*, ad *ſucceſſores*.

℣. 9. Græc. Ὁ ἀναλημφθεὶς, *Qui aſſumptus es*; reliqua ut in Vulg.

℣. 10. Græc. Ὁ καταγεγραμμένος ἐν ἐλεγμοῖς εἰς καιροὺς κοπάσαι ὀργὴν πρὸ θυμοῦ, καὶ ἐπιστρέψαι καρδίαν, &c. *Qui deſcriptus es in correptionibus ad tempora lenire iram ante furorem, & convertere cor*, &c. ut in Vulg. In Mſs. Sangerm. S. Theod. & Corb. *Qui inſcriptus es in indiciis temporum*, &c. Mſ. S. Theod. addit, & *linis iracundiam Dom.* extremò Sangerm. & *reſtituere tribui Jacob.*

℣. 11. Ita Græcè, deletis voculis 2. *ſient*, & *tua*: in Mſ. S. Theod. & *amicitiâ tuâ*, abſque præp. *in*. Gr. καὶ οἱ ἐν, &c.

℣. 12. Græcè ſimpliciter, καὶ γὰρ ἡμεῖς ζωῇ ζησόμεθα, *etenim nos vita vivemus*, abſque aliis ſubſeqq. In Mſ. S. Theod. *vitam vivimus*.

℣. 13. Græc. Ἠλίας, ὃς ἐν λαίλαπι ἐκαλύφθη, καὶ Ἐλισαιὲ ἐπλήσθη πνεύματος αὐτοῦ· καὶ ἐν ἡμέραις αὐτοῦ οὐκ ἐσαλεύθη ὑπὸ ἄρχοντος, καὶ οὐ καταδυνάστευσεν αὐτὸν οὐδείς. *Elias, qui in turbine tectus eſt*, & *Eliſæus impletus eſt ſpiritu illius*: & *in diebus ſuis non eſt commotus à principe*, & *non ſubjugavit eum quiſquam*. Similiter in Mſs. Sangerm. S. Theod. & Corb. *Elias, qui in turbine*, &c. ſubinde in Mſ. S. Theod. & *in potentia*, &c.

℣. 14. Gr. in principio hab. πᾶς λόγος οὐκ ὑπερῆρεν αὐτὸν, dein καὶ ἐν κοιμήσει, *in dormitione*, loco *mortuum*; cæt. ut ſup.

℣. 15. Græcum initio ipſo ponit Καὶ, ultimòque τὰ ἔργα αὐτοῦ, *opera ejus*, loco *operatus eſt*; cæt. ut in Vulg. Mſ. Sangerm. hab. *mirabilia opera ipſius*; S. Theod. *opera ejus*.

℣. 16. Eadem ſunt in Græco, excepto verbo ἐσφετερισμένοι, *direpti ſunt*, pro *ejecti ſunt*; non jungitur etiam ibid. *ſuis*, voci *peccatis*, præterquam in ed. Compl. in Mſ. Corb. ita: *uſque dum abjecti ſunt*; in Mſ. S. Theod. *uſque dum deleti ſunt*.

℣. 17. Ita quoque in Græco, excepto ult. τῷ οἴκῳ Δαυὶδ, *domui David*; at in Mſ. Alex. ἐν τῷ οἴκῳ, &c. in Mſ. S. Theod. & *principes in domo*, &c.

℣. 18. Aptè ad Græc. niſi quòd ibi legitur initio, Τινὲς μὲν αὐτῶν, *Quidam ſanè ipſorum*; & poſt paulò, τινὲς δὲ ἐπληθύναν, *quidam autem multiplicaverunt*, &c. detracta voce præced. *Deo*.

℣. 19. Græcè, loco *ipſius aquam*, habetur, αὐτῶν τὸν Γὼγ, *ipſorum Gog*, abſque ſeq. &; at in Mſ. Alex. ac ed. Compl. eſt, αὐτῆς ὕδωρ· extremò conſtanter κρήνας εἰς ὕδατα, *puteos ad aquas*; cæt. ut ſup.

℣. 20. Poſteriora tantùm variant Græcè, nempe ab his, & *ſuſtulit*, &c. pro quibus ſic: καὶ ἄρασεν· καὶ ἐπῆρεν ἡ χεὶρ αὐτοῦ ἐπὶ Σιὼν, καὶ ἐμεγαλαύχησεν ὑπερηφανίᾳ αὐτοῦ· i. e. & *promovit*: & *promovit manus ejus in Sion*, & *jactavit ſe in ſuperbia ſua*. Mſ. Sangerm. 15. ſcribit *Sennacherim*, è Gr. Σενναχιρίμ.

℣. 21. Concordat Græc. detracta ult. voce *mulieres*.

℣. 22. Græc. tollit &, ante *expandentes*; & poſt *ſuas*, addit πρὸς αὐτόν, *ad eum*; mox ita, καὶ ὁ ἅγιος ἐξ οὐρανοῦ τάχυ ἐπήκουσεν αὐτῶν, & *ſanctus de cœlo citò exaudivit eos*; nec plura. Mſ. Sangerm. 15. hab. & *patentes manus ſuas extulerunt ad cœlum*; Corb. & S. Theod. *expandentes manus, extulerunt in cœlum*.

℣. 23. Græcè legitur ſimpliciter: Καὶ ἐλυτρώσατο αὐτὸς ἐν χειρὶ Ἡσαΐου· *Et redemit eos in manu Eſaiæ*; prætermiſſis aliis.

℣. 24. Eadem ſunt in Græco, præter primum ἐπάταξε, *percuſſit*, loco *dejecit*; & ult. αὐτῷ, loco *Domini*. In Mſ. Sangerm. 15. *Subjecit*..... & *contrivit illos ang. Dei*; itidem in Corb. *Subjecit*, & *Dei*; item in Mſ. S. Theod. *angelus Dei*.

℣. 25. Sic etiam in Græco, præter ſeqq. Κυρίῳ, *Domino*, pro *Deo*; dein, καὶ ἐνίσχυσεν ἐν ὁδοῖς Δαυὶδ..... ἃς..... καὶ πιστὸς ἐν ὁράσει αὐτοῦ· & *invaluit in viis David*..... *quas*..... & *fidelis in viſione ipſius*. Mſ. Sangerm. hab. & *fortiter ivit in viam*, &c.

℣. 26. Totidem verba in Græco. Mſ. S. Theod. hab. *retro redit ſol*. Gr. verò ἀνεκόδισεν ὁ, &c.

℣. 27. Conſonat Græc. ad verbum. In Mſs. Corb. & S. Theod. deeſt *in*, ante *Sion*.

℣. 28. Ad verbum è Græco, niſi quòd extremò jungitur vox αὐτά, *ipſa*, verbo *evenirent*.

Digitized by Google

CAPUT XLIX.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

4. Reg. 22. 1. 1. MEmoria Josiæ in compositionem odoris facta opus pigmentarii.

2. In omni ore quasi mel indulcabitur ejus memoria, & ut musica in convivio vini.

3. Ipse est directus divinitus in pœnitentiam gentis, & tulit abominationes impietatis.

4. Et gubernavit ad Dominum cor ipsius, & in diebus peccatorum corroboravit pietatem.

5. Præter David, & Ezechiam, & Josiam, omnes peccatum commiserunt:

6. nam reliquerunt legem Altissimi reges Juda, & contempserunt timorem Dei.

7. Dederunt enim regnum suum aliis, & gloriam suam alienigenæ genti.

4. Reg. 25. 9. 8. Incenderunt electam sanctitatis civitatem, & desertas fecerunt vias ipsius in manu Jeremiæ.

9. Nam malè tractaverunt illum, qui à ventre matris consecratus est propheta, evertere, & eruere, & perdere, & iterum ædificare, & renovare.

Ezech. 1. 4. 10. Ezechiel qui vidit conspectum gloriæ, quam ostendit illi in curru Cherubim.

11. Nam commemoratus est inimicorum in imbre, benefacere illis qui ostenderunt rectas vias.

12. Et duodecim prophetarum ossa pullulent de loco suo: nam corroboraverunt Jacob, & redemerunt se in fide virtutis.

1. Esd. 3. 2. Agg. 1. 1. 14. & 2. 3. 5. 22. 24. Zach. 3. 1. 13. Quomodo amplificemus Zorobabel? nam & ipse quasi signum in dextera manu;

14. sic & Jesum filium Josedec? qui in diebus suis ædificaverunt domum, & exaltaverunt templum sanctum Domino, paratum in gloriam sempiternam.

15. Et Nehemias in memoriam multi temporis, qui erexit nobis muros eversos, & stare fecit portas & seras, qui erexit domos nostras.

16. Nemo natus est in terra qualis Henoch: nam & ipse receptus est à terra.

Gen. 41. 40. 42. 3. 45. 5. & 50. 20. 17. Neque ut Joseph, qui natus est homo, princeps fratrum, firmamentum gentis, rector fratrum, stabilimentum populi:

18. & ossa ipsius visitata sunt, & post mortem prophetaverunt.

Gen. 4. 25. & 5. 31. 19. Seth & Sem apud homines gloriam adepti sunt; & super omnem animam in origine Adam.

NOTÆ.

℣. 1. Ita in Græco, præter duo, θυμιάματος, *incensi*, loco *odoris*, & ἐργῳ, *opere*, pro *opus*; at in Mſ. Alex. ἔργον. Mſs. Sangerm. & Corb. hab. *Memoriam Josiæ in compositione odoris factam*, &c. ut sup. item Mſ. S. Theod. *in compositione*.

℣. 2. Similiter in Græco.

℣. 3. Græc. Αὐτὸς κατευθύνθη ἐν ἐπιστροφῇ λαοῦ, & ἔξηρε βδελύγματα ἀνομίας. *Ipse directus est in conversione populi*, & *abstulit abominationes iniquitatis*. Mſs. Sangerm. & Corb. hab. sup. *in pœnitentia gentis*: itidem Mſ. S. Theod. cum hoc ult. & *ab hominibus impietates*.

℣. 4. In Gr. abest duplex conjunct. & ; loco verò *gubernavit*, & *peccatorum*, est κατεύθυνε, *direxit*, & ἀνόμων, *iniquorum*; cæt. ut supra. Mſ. S. Theod. hab. *Et gubernavit ad Dom. cor suum*.

℣. 5. Eadem sunt in Græco, nisi excipias ult. πλημμέλειαν ἐπλημμέλησαν, *delictum deliquerunt*; in Mſ. Alex. πλημμελείᾳ, *delicto*.

℣. 6. Græc. positâ virgulâ post vocem *Altissimi*, simpliciter hab. ἐξέλιπον, *defecerunt*, loco & *contempserunt timorem Dei*. Mſ. verò S. Theod. ita, *legem Altissimi*, *potentes reges Juda deficerunt*, & *contempserunt*, &c. in Mſs. Sangerm. & Corb. *potentes*, loco *Altissimi*; & in Germ. *Judæ*, non *Judæ*; Gr. Ἰούδα.

℣. 7. Ita de Græco, præter unum *regnum*, pro quo κέρας, *cornu*; subinde in Mſs. Sangerm. & S. Theod. *alienæ genti*, non *alienigenæ*; Gr. ἀλλοτρίᾳ.

℣. 8. Eadem prorsus in Græco. Mſ. S. Theod. ultimò hab. *in manus Jeremiæ*.

℣. 9. Græc..... & αὐτὸς ἐν μήτρᾳ ἡγιάσθη προφ. ἐκριζοῦν, & κακοῦν, & ἀπολλύειν, οὕτως οἰκοδομεῖν, & καθαρτεύειν· & *ipse in utero sanctificatus est proph. eradicare*, & *affligere*, & *perdere*, *similiter ædificare*, & *plantare*. Mſ. S. Theod. hab. & *iterum readificare*.

℣. 10. Ita Græcè, præter nomen *Ezechiel*, ita scriptum, Ἰεζεκιήλ.

℣. 11. Græc. ponit &, post vocem ὄμβρῳ, *imbre*; & pro *qui ostenderunt rectas vias*, hab. τοὺς εὐθύνοντας ὁδούς, *qui dirigunt vias*; cæt. ut in Vulg. Similiter in Mſs. S. Germ. & S. Theod. & *benefacere*.

℣. 12. Priora Græco congruunt, posteriora verò, *nam corroboraverunt*, &c. sic habentur ibid. παρεκάλεσε δὲ τὸν Ἰακὼβ, & ἐλυτρώσατο αὐτὸς ἐν πίστει ἐλπίδος· *consolatus est autem Jacob*, & *redemit eos in fide spei*; in Mſ. Alex. παρεκάλεσαν γὰρ τὸν Ἰακὼβ, & ἐλυτρώσαντο, &c. Mſs. S. Theod. & Corb. ultimò hab. *in fide virtutis suæ*.

℣. 13. Ita in Græco, detracto med. *nam*; loco verò *signum*, est σφραγὶς, *signaculum*. Mſ. Sangerm. ultimò hab. *in dextra manu in Israël*; Corb. *in dextera manu Israël*; S. Theod. *in dextera manûs*, &c.

℣. 14. Græc. initio hab. οὕτως Ἰησοῦς υἱὸς Ἰωσεδέκ, *sic Jesus filius Josedec*; reliqua ut in Vulg. præter unum λαόν, *populum*, pro *templum*; at in Mſ. Alex. ac ed. Compl. ναόν. Mſs. Sangerm. & Corb. delent τὸ *sic*, in principio; ut & Mſ. S. Theod. *filium*, ante *Josedech*. Sangerm. ultimò hab. *in gloria sempiterna*; Gr. εἰς δόξαν αἰῶνος.

℣. 15. Eadem leguntur Græcè, præter hæc initio, Καὶ Νεεμίου ἐπὶ πολὺ τὸ μνημόσυνον, *Et Neemiæ memoria in multum tempus*; ultimòque, & ἀνεγείρας τὰ οἰκόπεδα ἡμῶν, & *erexit sola domorum nostrarum*. In Mſ. Corb. *Et Neemiæ memoria multi temporis*; in Sangerm. *Et Nehemia in memoria multi*, &c.

℣. 16. Græc. Οὐδὲ εἷς ἐκτίσθη οἷος Ἐνὼχ τοιοῦτος ἐπὶ τῆς γῆς· & γὰρ αὐτὸς ἀνελήφθη ἀπὸ τῆς γῆς· *Neque unus creatus est qualis Enoch talis in terra: nam* & *ipse assumptus est à terra*. In ed. Compl. Οὐδεὶς ἐκτίσθη; paulò verò post deest hoc, τοιοῦτος ἐπὶ τῆς γῆς.

℣. 17. Græcè deest *qui*, post *Joseph*; desunt pariter inf. *princeps fratrum*, *firmam. gentis*; cæt. ut supra. Mſ. Corb. initio hab. *Et Joseph qui*, &c. Sangerm. verò & S. Theod. *Et Joseph natus est homo*, &c.

℣. 18. Absunt à Gr. ult. ista, & *post mortem prophetaverunt*; priora verò habentur ut sup.

℣. 19. Similiter in Græco, præter ult. & ὑπὲρ πᾶν ζῶον ἐν τῇ κτίσει Ἀδάμ, & *super omne animal in creatione Adam*.

Digitized by Google

CAPUT L.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. Simon Oniæ filius, ſacerdos magnus, qui in vita ſua ſuffulſit domum, & in diebus ſuis corroboravit templum.

2. Templi etiam altitudo ab ipſo fundata eſt, duplex ædificatio & excelſi parietes templi.

3. In diebus ipſius emanaverunt putei aquarum, & quaſi mare adimpleti ſunt ſupra modum.

4. Qui curavit gentem ſuam, & liberavit eam à perditione.

5. Qui prævaluit amplificare civitatem, qui adeptus eſt gloriam in converſatione gentis: & ingreſſum domus & atrii amplificavit.

6. Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ, & quaſi luna plena in diebus ſuis lucet.

7. Et quaſi ſol refulgens, ſic ille effulſit in templo Dei.

8. Quaſi arcus refulgens inter nebulas gloriæ, & quaſi flos roſarum in diebus vernis, & quaſi lilia quæ ſunt in tranſitu aquæ, & quaſi thus redolens in diebus æſtatis.

9. Quaſi ignis effulgens, & thus ardens in igne.

10. Quaſi vas auri ſolidum, ornatum omni lapide pretioſo.

11. Quaſi oliva pullulans, & cypreſſus in altitudinem ſe extollens, in accipiendo ipſum ſtolam gloriæ, & veſtiri eum in conſummationem virtutis.

12. In aſcenſu altaris ſancti, gloriam dedit ſanctitatis amictum.

13. In accipiendo autem partes de manu ſacerdotum, & ipſe ſtans juxta aram. Et circa illum corona fratrum: quaſi plantatio cedri in monte Libano,

14. ſic circa illum ſteterunt quaſi rami palmæ, & omnes filii Aaron in gloria ſua.

15. Oblatio autem Domini in manibus ipſorum, coram omni ſynagoga Iſraël: & conſummatione fungens in ara, amplificare oblationem excelſi regis

16. porrexit manum ſuam in libatione, & libavit de ſanguine uvæ.

17. Effudit in fundamento altaris odorem divinum excelſo principi.

18. Tunc exclamaverunt filii Aaron, in tubis productilibus ſonuerunt, & auditam fecerunt vocem magnam in memoriam coram Deo.

19. Tunc omnis populus ſimul properaverunt, & ceciderunt in faciem ſuper terram, adorare Dominum Deum ſuum, & dare preces omnipotenti Deo excelſo.

20. Et amplificaverunt pſallentes in vocibus ſuis, & in magna domo auctus eſt ſonus ſuavitatis plenus.

1. *Mach.* 12. 6.
2. *Mach.* 3. 4.

NOTÆ.

℣. 1. Eadem prorſus in Græco: à Mſ. Sangerm. abeſt vox ult. *templum*.

℣. 2. Mſ. Sangerm. *Templi etiam altitudo, duplex ædificatio excelſa parietis templi*; Corb. & S. Theod. & *excelſa parietis templi*. Græcè: Καὶ ὑπ' αὐτῦ ἐθεμελιώθη ὕψος διπλᾶς, ἀνάλημμα ὑψηλὸν περιβόλου ἱερῦ. *Et ab ipſo fundata eſt altitudo duplicis, reparatio excelſa ambitûs templi*; ed. Compl. hab. διπλῆν ἀνάλημμα.

℣. 3. Græc. Ἐν ἡμέραις αὐτῦ ἠλατόμηθη ἀποδοχεῖον ὑδάτων, χαλκὸς ὡσεὶ θαλάσσης τὸ περίμετρον. *In diebus ipſius imminutum eſt receptaculum aquarum, as ficut maris perimetrum*: ita vertit Nobil. additque inf. *fortaſſe ſignificat, mare æneum ſupra modum amplum & capax*. In Mſ. Alex. ἀποδοχῖα ὕδατων; in ed. Compl. δοχεῖα ὕδατος; præterea in Alex. λάκκος, non χαλκός.

℣. 4. Græcè ſimpliciter: Ὁ φροντίζων τῦ λαῦ αὐτῦ ἀπὸ πτώσεως. *Curam gerens populi ſui à caſu*. Mſ. Sangerm. extremò hab. & *liberavit illam à pernicie*.

℣. 5. Mſ. Corb. hab. *in converſationem gentis*, ultimòque *amplificatus eſt*; ſimiliter in Sangerm. *amplificatus eſt*. Græc. verò ſic pergit: ὃς ἐπῆλθε πόλιν ἐμπολιορκῆσαι· ὡς ἐδοξάσθη ἐν περιοχῇ λαῦ, ἐν ἐξόδῳ οἴκου καταπετάσματος· & *muniens* (Nobil. *fortificans*) *civitatem ad obſidendum: quàm glorificatus eſt in converſatione populi, in egreſſu domûs velamenti!* In ed. Compl. ὃς πολιορκήσας, ὡς ἐδοξάσθης· in Mſ. Alex. ὃς ἐδοξώθη.

℣. 6. Ita in Græco, præter ult. τὸ *ſuis lucet*, quod abeſt; ſicut med. conjunct. & ſ ed. tamen Compl. extremò addit αὐτῆς.

℣. 7. In Græco ſimpliciter: Ὡς ἥλιος ἐκλάμπων ἐπὶ ταῦ Ὑψίστυ, *Quaſi ſol refulgens ſuper templum Altiſſimi*. Mſ. S. Theod. hab. *ſic ille refulſit in*, &c.

℣. 8. Græc. ipſo initio ponit ὡς, delet verò tria ſubſeqq. imo & in Mſ. Alex. ὡς in fronte non habetur; cætera Vulgatæ ſimilia, niſi quòd pro his: *quæ ſunt in tranſitu aquæ*, & *quaſi thus redolens*, habetur: ἐπ' ἐξόδων ὕδατος, ὡς βλαστὸς Λιβάνυ, *ſuper tranſitus aquæ, ſicut germen Libani*; Mſ. Alex. & Compl. ἐπ' ἐξόδῳ. In Mſ. Germ. *Quaſi arcus effulgens..... quaſi flos roſarum in diebus veris, quaſi lilia*, &c. in Mſ. S. Theod. *in diebus vernis*, &c.

℣. 9. Græc. Ὡς πῦρ, ὡς λίβανος ἐπὶ πυρεία, *Quaſi ignis, & thus ſuper focum*.

℣. 10. Ita Græcè.

℣. 11. Græc. jungit καρπὸς, *fructus*, verbo *pullulans*; ſubditque: ὡς κυπάρισσος ὑψηλὴ ἐν νεφέλαις, & *quaſi cypreſſus exaltata in nubibus*; reliqua ut in Vulg. præter ult. καυχήματος, *gloriationis*, loco *virtutis*, abſque præp. *in*, ante *conſummationem*. Mſs. Sangerm. & S. Theod. hab. *ſe tollens*; extremòque, *veſtiri eum conſummatione virtutis*.

℣. 12. Ita è Græco, legendo *amictui*, non *amictum*; Gr. enim ἱματίσασθαι περιβολὴν ἁγιάσματος.

℣. 13. Eadem leguntur Græcè, præter ſeqq. μέλη ἐκ χειρῶν, *membra de manibus*, loco *partes de manu*, f. leg. Interp. μέρη; in ed. etiam Compl. ἐκ χειρός; ſubinde loco *aram*, Græcè ἐκ Χάρα, vel ut in Compl. ἐκ Χάραν βωμῦ, *focum ara*, abſque ſeq. &, & penult. *monte*: ſimiliter in Mſs. Sangerm. 15. & Corb. deeſt &, poſt *aram*.

℣. 14. Græc. ἐκύκλωσαν αὐτὸν ὡς στέλεχη φοινίκων, &c. & *circumdederunt eum quaſi rami palmarum*, &c. ut in Vulg. In Mſ. S. Theod. *ſic circumſteterunt quaſi rami in palma*.

℣. 15. Græc. ipſo initio hab. Καὶ, non *autem*, & pro *ſynagoga*, ἐκκλησίας; ſubinde, pro *in ara*, & ſeqq. ita, ἐπὶ βωμῶν, κοσμῆσαι περιφορὰν ὑψίστυ παντοκράτορος· i. e. *ſuper aras, ad ornandum oblationem excelſi omnipotentis*. Ed. Compl. leg. ἐπὶ βωμῦ; Ald. ἐπὶ βωμῷ; Mſs. Corb. & S. Theod. *in aram*; præterea in Corb. & Sangerm. id præmittitur, & *conſummationem fungens*: Græcè, συντέλειαν λειτουργῶν.

℣. 16. Ita Græcè, niſi quòd legitur, ἐπὶ σπονδίν, *ſuper libatorium*, pro *in libatione*.

℣. 17. Græc. Ἐξέχεεν εἰς θυμίαμα θυσιαστηρίου εὐωδίας ὑψίστῳ παμβασιλεῖ. *Effudit ad fundamenta altaris odorem ſuavitatis excelſo omnium regi*. Mſ. Sangerm. *Et fudit in fundamenta*, &c. Mſ. S. Theod. *Effudit ad fundamenta*, ut ſup. in Gr.

℣. 18. Eadem ſunt in Græco, excepto ult. Ὑψίστῳ, *Altiſſimo*, pro *Deo*, abſque med. conjunct. &. Mſ. Sangerm. leg. *ſonaverunt*; itidem Mſ. S. Theod. ſed inf. delet vocem *magnam*.

℣. 19. Concinit Græc. niſi quòd hab. ſingulariter κατέσπευσε, *properavit*, non *properaverunt*; at in Mſ. Alex. ac ed. Ald. κατέσπευσαν; extremò ita, προσκυνῆσαι τῷ Κυρίῳ αὐτῶν παντοκράτορι Θεῷ τῷ ὑψίστῳ, *adorare Dominum ſuum omnip. Deum excelſum*, abſque hoc med. & *dare preces*. Mſs. Sangerm. & Corb. hab. *adorare Dominum ſuum*, & *dare*, &c. ut in Vulg.

℣. 20. Gr. Καὶ ἤσεσαν οἱ ψαλμῳδοὶ ἐν φωναῖς αὐτῶν, ἐν πλείῳ οἴκῳ ἡδύνθη μέλος· *Et laudaverunt pſallentes in vocibus ſuis, in magna domo dulce factum eſt melos*. In

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

21. Et rogavit populus Dominum excelſum in prece, uſquedum perfectus eſt honor Domini, & munus ſuum perfecerunt.

22. Tunc deſcendens, manus ſuas extulit in omnem congregationem filiorum Iſraël dare gloriam Deo à labiis ſuis, & in nomine ipſius gloriari:

23. & iteravit orationem ſuam, volens oſtendere virtutem Dei.

24. Et nunc orate Deum omnium, qui magna fecit in omni terra, qui auxit dies noſtros à ventre matris noſtræ, & fecit nobiſcum ſecundùm ſuam miſericordiam:

25. det nobis jucunditatem cordis, & fieri pacem in diebus noſtris in Iſraël per dies ſempiternos;

26. credere Iſraël nobiſcum eſſe Dei miſericordiam, ut liberet nos in diebus ſuis.

27. Duas gentes odit anima mea: tertia autem non eſt gens, quam oderim:

28. qui ſedent in monte Seir, & Philiſthiim, & ſtultus populus qui habitat in Sichimis.

29. Doctrinam ſapientiæ & diſciplinæ ſcripſit in codice iſto Jeſus filius Sirach Jeroſolymita, qui renovavit ſapientiam de corde ſuo.

30. Beatus, qui in iſtis verſatur bonis: qui ponit illa in corde ſuo, ſapiens erit ſemper.

31. Si enim hæc fecerit, ad omnia valebit: quia lux Dei, veſtigium ejus eſt.

NOTÆ.

Mſ. Alex. *ἐμεγαλύνθη μέλος*. In Mſ. S. Theod. *factus eſt ſonus ſuavitate plenus.*

℣. 21. Ita Græcè, niſi quòd poſt *τὸ in prece*, additur *κατέναντι ἐλεήμονος, ante miſericordem*; & pro *munus ſuum*, hab. *λειτουργίαν αὐτῦ, miniſterium ejus.* Mſ. S. Theod. initio hab. *Et rogavit omnis populus*, &c.

℣. 22. Eadem ſunt in Græco, præter *εὐλογίαν Κυρίῳ, benedictionem Domino*, loco *gloriam Deo*; Mſ. S. Theod. addit *in labiis ſuis*; Gr. *ἐκ χειλέων αὐτῦ*.

℣. 23. Græc. *καὶ ἐδευτέρωσεν ἐν προσευχῇσει, καὶ διδάξασθαι τὴν εὐλογίαν παρὰ Ὑψίστου. & iteravit in adoratione, ad oſtendendum benedictionem ab Altiſſimo.*

℣. 24. Græc. *Καὶ νῦν εὐλογήσατε τῷ Θεῷ πάντες, τῷ μεγαλοσυνάντι πάντα, τὸν ὑψώντα ἡμέρας ἡμῶν ἐκ μήτρας, καὶ ποιῦντα, &c. Et nunc benedicite Deum omnes, qui magna fecit ubique, qui exaltat dies noſtros ab utero, & facit*, &c. ut in Vulg. Mſs. Sangerm. & Corb. initio hab. *Et plùs gravit Deum omnium, qui magna fecit*, &c. Mſ. S. Theod. *Et plùs gravit Dominum*, &c. In ed. Compl. *εὐλογήσατε τὸν Θεὸν πάντων, τὸν μεγάλα ποιῦντα μόνον*, &c.

℣. 25. Concinit Græc. niſi quòd extremò hab. *κατὰ τὰς ἡμέρας τῦ αἰῶνος, ſecundùm dies ſæculi*, loco *per dies ſempiternos.*

℣. 26. Græc. *ἐμπιστεῦσαι μεθ' ἡμῶν τὸ εἶναι αὐτῦ, καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῦ λυτρώσαθαι ἡμᾶς: fidelem faciendo nobiſcum miſericordiam ſuam, & in diebus ejus liberet nos*; Mſs. S. Theod. & Germ. *ut ſanet vos in diebus ſuis*; Corb. *ut liberet eos*, &c. Vide Nobilii Not.

℣. 27. Græc. *Ἔν δυσὶν ἔθνεσι προσώχθισεν ἡ..... καὶ τὸ*, &c. ut ſup. detracto ult. *quam oderim.*

℣. 28. Ita de Græco, præter nomen *Seir*, pro quo *Σαμαρείας, Samaria*, abſque ſeq. &.

℣. 29. Græc. initio habet: *Παιδείαν Συνέσεως καὶ ἐπιστήμης ἐχάραξε ἐν τῷ βιβλίῳ τούτῳ*, &c. *Doctrinam intellectûs & ſcientiæ ſcripſit in codice iſto*; ed. Compl. *ἐχάραξε*; reliqua ut in Vulg. excepto uno *ἀνώμβρησε, diffudit*, pro *renovavit.*

℣. 30. Græcè, *ἀναπαήσεται, verſabitur*, pro *verſatur bonis*; ſtatimque, *καὶ ὁ θεὶς, & qui poſuerit*, &c. ut in Vulg. detracto tamen ult. *ſemper.*

℣. 31. Sic etiam in Græco, præter vocem *Κυρίου*, loco *Dei*, detractoque ult. *eſt.*

CAPUT LI.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. ORatio Jeſu filii Sirach: Confitebor tibi Domine rex, & collaudabo te Deum ſalvatorem meum.

2. Confitebor nomini tuo: quoniam adjutor & protector factus es mihi,

3. & liberaſti corpus meum à perditione, à laqueo linguæ iniquæ, & à labiis operantium mendacium, & in conſpectu aſtantium factus es mihi adjutor.

4. Et liberaſti me ſecundùm multitudinem miſericordiæ nominis tui à rugientibus, præparatis ad eſcam,

5. de manibus quærentium animam meam, & de portis tribulationum quæ circumdederunt me:

6. à preſſura flammæ quæ circumdedit me, & in medio ignis non ſum æſtuatus:

7. de altitudine ventris inferi, & à lingua coinquinata, & à verbo mendacii, à rege iniquo, & à lingua injuſta:

8. laudabit uſque ad mortem anima mea Dominum,

9. & vita mea appropinquans erat in inferno deorſum.

10. Circumdederunt me undique, & non erat qui adjuvaret. Reſpiciens eram ad adjutorium hominum, & non erat.

11. Memoratus ſum miſericordiæ tuæ Do-

NOTÆ.

℣. 1. Ita Græc. habet: Mſ. S. Theod. ultimò, *Dominum ſalvatorem.*

℣. 2. Græc. initio hab. *Ἐξομολογῦμαι, Confiteor*, &c. ut in Vulg. Breviar. Mozar. in com. 1. pontif. p. 324. *Confitebor nomini tuo magno*, &c. Mſ. S. Theod. *Confiteor.*

℣. 3. Eadem ſunt in Græco, exceptis his med. *καὶ ἐκ παγίδος διαβολῆς γλώσσης, ἀπὸ χειλέων, & à laqueo calumniæ linguæ, à labiis*, &c. Breviar. Mozarab. ubi ſup. *liberaſti animam meam à perditione, & à laqueo linguæ iniquæ, & contra aſſiſtentes factus es mihi adjutor*: itidem in Mſ. S. Theod. *& contra aſſiſtentes factus es*, &c. in ed. Compl. *καὶ ἔναντι ἀνθεστηκότων*, al. *παρεστηκότων.*

℣. 4. Græc. ſubdit *καὶ*, poſt vocem *miſericordiæ*; item Mſ. S. Theod. leg. *miſericordiæ tuæ, & nominis tui*; ſubinde pro *à rugientibus præparatis*, Græc. hab. *ἐκ βρυγμῶν ἑτοίμων, à rugitibus præparatorum*; cæt. ut ſup. Mſ. Sangerm. tum Breviar. Moz. *paratis.*

℣. 5. Græc. *ἐκ χειρὸς ζητούντων τὴν ψυχήν μου, ἐκ πλειόνων θλίψεων ὧν ἔσχον: de manu quærentium animam meam, de multis tribulationibus quas habui.* Breviar. Moz. & *de manu quærentium animam*, & *de portis tribulationis quæ circumdedit me.* Mſs. S. Theod. & Corb. & *de multis tribulationibus quæ circumdederunt me.*

℣. 6. Græc. *ἀπὸ πνιγμῦ πυρὸς κυκλόθεν, καὶ ἐκ μέσου πυρὸς οὗ ἐκ ἐξέκαυσα: à ſuffocatione ignis in circuitu, & de medio ignis ubi non ſum æſtuatus.* Breviar. Moz. & *in medio ignis non æſtuavi.*

℣. 7. Similiter in Græco, præter hoc ult. *βασιλεῖ διαβολῆ γλώσσης ἀδίκου, regi calumniæ linguæ iniquæ*; ed. Compl. hab. *ἐκ γλώσσης*; Breviar. Moz. & *linguâ iniquâ..... à rege injuſto*, &c. Mſs. Sangerm. S. Theod. & Corb. *à rege iniquo, & linguæ injuſtæ.*

℣. 8. Gr. in principio hab. *ἤγγισεν, appropinquavit*, pro *laudabit*; nec ultimò add. *Dominum.* Ed. Ald. leg. *ἤγγισε*, non *ἤγγισεν.*

℣. 9. Itidem Græcè, dempta præp. *in*, ante *inferno.*

℣. 10. Ad verbum è Græco, niſi id excipiatur, *reſpiciens eram*, pro quo ſimpliciter, *ἐμβλέπων*; at in Mſ. Alex. *ἔβλεπον*, in Compl. *ἐνέβλεπον.* Brev. Moz. addit, *ad adjutorium meum.*

℣. 11. Gr. in principio ponit *Καί*; extremòque *τῦ*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

mine, & operationis tuæ, quæ à sæculo sunt:

12. quoniam eruis sustinentes te Domine, & liberas eos de manibus gentium.

13. Exaltasti super terram habitationem meam, & pro morte defluente deprecatus sum.

14. Invocavi Dominum patrem Domini mei, ut non derelinquat me in die tribulationis meæ, & in tempore superborum sine adjutorio.

15. Laudabo nomen tuum assiduè, & collaudabo illud in confessione, & exaudita est oratio mea.

16. Et liberasti me de perditione, & eripuisti me de tempore iniquo.

17. Propterea confitebor, & laudem dicam tibi, & benedicam nomini Domini.

18. Cùm adhuc junior essem, priusquam oberrarem, quæsivi sapientiam palàm in oratione mea.

19. Ante templum postulabam pro illa, & usque in novissimis inquiram eam. Et efloruit tanquam præcox uva,

20. lætatum est cor meum in ea. Ambulavit pes meus iter rectum, à juventute mea investigabam eam.

21. Inclinavi modicè aurem meam, & excepi illam.

22. Multam inveni in meipso sapientiam, & multùm profeci in ea.

23. Danti mihi sapientiam, dabo gloriam.

24. Consiliatus sum enim ut facerem illam: zelatus sum bonum, & non confundar.

25. Colluctata est anima mea in illa, & in faciendo eam confirmatus sum.

26. Manus meas extendi in altum, & insipientiam ejus luxi.

27. Animam meam direxi ad illam, & in agnitione inveni eam.

28. Possedi cum ipsâ cor ab initio: propter hoc non derelinquar.

29. Venter meus conturbatus est quærendo illam: propterea bonam possidebo possessionem.

30. Dedit mihi Dominus linguam mercedem meam: & in ipsâ laudabo eum.

31. Appropiate ad me indocti, & congregate vos in domum disciplinæ:

32. quid adhuc retardatis? & quid dicitis in his? animæ vestræ sitiunt vehementer.

33. Aperui os meum, & locutus sum: Comparate vobis sine argento,

34. & collum vestrum subjicite jugo, & suscipiat anima vestra disciplinam: in proximo est enim invenire eam.

35. Videte oculis vestris, quia modicum laboravi, & inveni mihi multam requiem.

36. Assumite disciplinam in multo numero argenti, & copiosum aurum possidete in ea.

NOTÆ.

ἀπ' αἰῶνος, absque seq. *sunt*; cæt. ut sup. Mſ. Corb. & *cooperationis tuæ, quæ à sæculo est*; Sangerm. & *operationis tuæ, quæ à sæc. est.*

℣. 12. Græcè deest *Domine*; sequitur verò, *ὃ Σώσεις αὐτοὺς ἐκ χειρὸς ἐθνῶν*, & *salvas eos de manu gentium.* Mſs. S. Theod. & Germ. hab. *quoniam eruis* (Germ. *erues*) *sustinentes te*, & *liberas*; Corb. & *liberasti*; Gr. *ὅτι ἐξελῇ*; Alex. & Compl. *ἐξαιρῇ*..... *ὃ Σώσεις.*

℣. 13. Græc. *Καὶ ἀνύψωσα ἐπὶ γῆς ἱκετείαν μου, ὃ ὑπὲρ θανάτου ῥύσεως ἐδεήθην. Et exaltavi super terram supplicationem meam*, & *pro mortis liberatione deprecatus sum*: legisse videtur Interpres *οἰκετείαν*, non *ἱκετείαν*. Breviar. Moz. *Exaltasti in terra habit. meam*, & *pro mortuo deflendo deprecatus sum.* Mſ. Alex. *ὃ ἀπὸ ἀθανάτου ῥύσεως*, &c.

℣. 14. Græc. extremò hab. *ἐν ἡμέραις θλίψεως, ἐν καιρῷ ὑπερηφάνων ἀδοηθησίας*, *in diebus tribulationis*, *in tempore superborum destitutionis*; priora verò ut in Vulg.

℣. 15. Totidem verba in Græco, præter unum *illud*, quod deest; ed. Compl. hab. *Σέ*; Mſs. Sangerm. & S. Theod. tollunt &, ante *exaudita est.*

℣. 16. Græc. in principio hab. *Ἔσωσας γάρ με*, &c. *Salvasti enim me*; &c. ut in Vulg. Breviar. Moz. *Liberasti animam meam à perditione*, &c. item in Mſs. Sangerm. S. Theod. & Corb. deest &, ante *liberasti.*

℣. 17. Similiter in Græco. Mſs. Sangerm. Corb. & Breviar. Moz. hab. *benedicam nomen*; ed. Compl. *τὸ ὄνομα*; al. *τῷ ὀνόματι.*

℣. 18. Mſ. Sangerm. *Cùm adhuc junior sum, priusquam errem*, &c. item *junior sum* in Corb. & S. Theod. in Brev. Moz. *junior sum, priusquam errarem.* In Gr. *Ἔτι ὢν νεώτερος, πρὸ τοῦ πλανηθῆναί με*, &c. ut supra.

℣. 19. Ita in Græco, præter ult. ista, *Ἐξ ἄνθους ὡς πρωϊβλαστούσης σταφυλῆς, Ex flore tanquam matureſcentis uvæ.* In Mſ. S. Theod. *Ante tempus postulabam..... tanquam præcocax uva.* Similiter in Sangerm. & Corb. *Ante tempus postulabam*; ultimò verò, *Et florebit tanquam*, &c. in Germ. *defloriet.* In Brev. Moz. *usque in novissimo inquiram eam. Et deflui tanquam*, &c.

℣. 20. Eadem sunt in Græco, præter seqq. *ἐπορεύθη*...., *ἐν εὐθύτητι*, *assendit*..... *in rectitudine*, pro *ambulavit*... *iter rectum*; extremò etiam *ἴχνευσα*, *investigavi*, pro *investigabam*; sed in Mſ. Alex. ac ed. Compl. *ἴχνευον.*

℣. 21. Græc. delet ult. *illam*; cæt. verò ut supra.

℣. 22. Græc. *Καὶ πολλὴν εὗρον ἐμαυτῷ παιδείαν, προκοπὴ ἐγένετό μοι ἐν αὐτῇ. Et multam inveni mihi doctrinam, profectus factus est mihi in ea.* Breviar. Moz. cum Mſ. S. Theod. *Multam inveni mihimetipsi sapientiam*, &c. ut in Vulg.

℣. 23. Ad verbum è Græco. In Mſ. Sangerm. est: *Dans mihi sap.* &c.

℣. 24. Consonat Gr. nisi quòd ponit *ὃ*, ante *zelatus sum.*

℣. 25. Primus versiculus Græco congruit: posterior sic habetur, *ὃ ἐν ποιήσει μετ' ἀνυκλωσίας, & in factione famis diligenter egi*; in Mſ. Alex. *ὃ ἐν ποιήσει με ἀνυκλωσίαν.* Mſ. Sangerm. in principio hab. *Conluctata est anima mea in illam*; dein Mſ. S. Theod. & *faciendo eam*, &c.

℣. 26. Itidem Græcè, præter vocem *ἀγνοήματα*, *ignorantias*, loco *insipientiam.* Mſ. verò Sangerm. hab. & *in sapientia ejus luxit anima mea*; sed littera ult. *t*, verbo *luxit* ibid. videtur superaddita. In Corb. sic, & *in sapientia ejus luxi*; & in margine subnexum legitur eadem manu: & *ignorantias meas inluminavit.*

℣. 27. Græc. caret his ult. & *in agnitione inveni eam*; Mſ. verò Alex. subdit, *ὃ ἐν καιρῷ θερισμοῦ εὗρον αὐτήν*, & *in tempore messis inveni eam.* Mſ. S. Theod. & *in magnitudine inveni eam.*

℣. 28. Græc. *Καρδίαν ἐκτησάμην μετ' αὐτῶν ἀπ' ἀρχῆς, ὃ ἐν καθαρισμῷ εὗρον αὐτήν· διὰ τοῦτο ὁ μὴ ἐγκαταλειφθῶ*· i. e. *Cor acquisivi cum eis ab initio*, & *in purificatione inveni eam: propter hoc non derelinquar.* Mſ. verò Alex. cum ed. Compl. hab. *Καρδίαν ἐκτησάμην μετ' αὐτῆς ἀπ' ἀρχῆς· διὰ τοῦτο*, &c. ut in Vulg. Mſs. Sangerm. S. Theod. & Corb. *Possedi cum ipsis cor*, &c.

℣. 29. Gr. ipso initio ponit *Καί*; paulò verò post hab. *ἐκτησάμην*, *possedi*, non *possidebo*; cæt. ut supra.

℣. 30. Ita quoque in Græco, additâ voculâ *μοι*, ad *linguam.* In Mſs. Sangerm. S. Theod. & Corb. *Dedit enim mihi Dominus*, &c.

℣. 31. Aug. Specul. extremò hab. & *congregamini in domum disciplinæ.* Græc. *ὃ αὐλίσθητε ἐν οἴκῳ παιδείας*, & *commoramini in domo disciplinæ*; cæt. ut supra. In Mſs. S. Theod. & Corb. *Adpropinquate*, &c. in Corb. & *congregate vos in domo*, &c.

℣. 32. Ita Aug. in Spec. nisi quòd legit, & *quid adhuc dicitis?* Græcè simpliciter: *διότι ὑστερεῖτε ἐν τούτοις, ὃ αἱ ψυχαὶ ὑμῶν διψῶσι σφόδρα*; in Mſ. Alex. *τί ὅτι ὑστερεῖτε; λέγετε ὦ*, &c. in ed. Ald. *ὃ ὅτι ὑστερεῖτε; λέγετε ὦ*, &c. in Compl. *ἢ τί λέγετε ὦ*, &c.

℣. 33. Accinit Augustinus Speculum unà cum Græco. Mſs. S. Theod. & Corb. jungunt *sapientiam* ult. voci *argento*; imo & ipsum Augustinus Speculum, sed contra fidem Mſs.

℣. 34. Ita Græcè, nisi quòd abest & in principio, sicut *enim* sub finem. Apud Aug. in Spec. omnia ut in Vulg. præter hoc fut. & *suscipiet*; at in Gr. *καὶ ἐξάξω.* In Mſ. S. Theod. adnectitur *ejus*, voci *jugo*; ultimòque hab. *inveniri eam.*

℣. 35. Aug. Specul. *Videte oculis vestris, quoniam modicè laboravi*, &c. Græc. *Ἴδετε ἐν ὀφθαλμοῖς ὑμῶν, ὅτι ὀλίγον*, &c. ut in Vulg.

℣. 36. Concinit Aug. Speculum: nec absimile Græc. est, nisi quòd initio hab. *Μετάσχετε*, *Acquirite*, pro *As-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

37. Lætetur anima vestra in misericordia ejus, & non confundemini in laude ipsius.
38. Operamini opus vestrum ante tempus, & dabit vobis mercedem vestram in tempore suo.

NOTÆ.

sumite ; paulòque post, πολὺν *multum*, loco *copiosum*, quæ idem sonant.

℣. 37. Ita refert Aug. in Speculo ; sic etiam in Græco est, excepto uno αἰσχυνθήτε, *confundamini*, pro *confundemini.*

℣. 38. Sic ap. August. in Spec. Ita quoque in Gr. ad verbum, excepto uno *vobis*, quod abest, nimirum post *dabit.*

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore FRANCISCO LUCA Brugensi.

LIBER ECCLESIASTICI.

IN *prologo.* Et dicentes & scribentes doctissimos fieri. *Pro* dicentes, *quod est loquentes, plerumque legitur* discentes, *unâ litterâ additâ ; sed malè.*

Et illorum periti facti. *Non mutes participium* facti *in verbum infinitivum* fieri.

Deficere in verborum compositione. *Correctores sustulerunt conjunctionem* &, *quæ à plerisque libris præponitur his verbis.*

Nam deficiunt verba Hebraïca. *Et hinc sustulerunt* & *conjunctionem, quæ interponebatur ante* verba.

CAP. I. ℣. 8. Unus est altissimus Creator omnipotens. *Non addas* omnium *nomini* Creator.

℣. 12. Et longitudinem dierum. *Servanda est conjunctio* &, *non mutanda cum præpositione* in.

℣. 16. Cum electis feminis graditur. *Non præponas his verbis conjunctionem* &.

℣. 18. Religiositas custodiet & justificabit cor. *Quidam libri habent* vivificabit ; *quidam, ut correctio*, justificabit.

℣. 25. Et rami illius longævi. *Non est mutanda copulativa* & *in causalem* enim.

CAP. II. ℣. 17. Et quid facient. *Non est mutanda tertia persona in secundam* facietis.

CAP. III. ℣. 10. Ut superveniat tibi benedictio ab eo. *Romani Correctores, pro eo quod vulgò legitur* Deo, *reposuerunt pronomen* eo, *referendum ad* patrem tuum.

℣. 12. Non enim est tibi gloria, ejus confusio. *Et hic, pro conjunctione adversativa* sed, *reposuerunt pronomen* ejus.

℣. 16. Nam pro peccato matris restituetur tibi bonum. *Cave committes* peccato, *quod est delicto, cum eo quod contrarium est*, bono facto, *ut quidam.*

℣. 26. Multos quoque supplantavit suspicio illorum. *Non scribas enim pro* quoque.

℣. 28. Cor ingrediens duas vias, non habebit successus. *Pro* successus *quidam legunt* requiem.

℣. 30. Frutex enim peccati radicabitur in illis. *Insignis correctio, qua pro verbo composito* eradicabitur, *quod est, radicitus evelletur, emendatum est scriptumque verbum simplex contrariæ significationis*, radicabitur, *quod est, radices aget.*

℣. 34. Et Deus prospector est ejus qui reddit gratiam. *Non mutes* prospector, *quod est retributor, cum* conspector, *aut* protector.

Sequitur : Meminit ejus in posterum. *Correctores addiderunt pronomen* ejus.

CAP. IV. ℣. 8. Et responde illi pacifica in mansuetudine. *Nomen* pacifica *non est mutandum in adverbium* pacificè.

℣. 13. Complectentur placorem ejus. *Quidam pro* placorem, *quod est, suavitatem, non intellecto, absurdè* placatorem *scripserunt.*

℣. 17. Et erunt in confirmatione creaturæ illius. *Singulare* illius *non est vertendum in plurale* illorum.

℣. 32. Nec coneris contra ictum fluvii. *Cave scribas* fulminis, *quod est fulguris, pro* fluvii, *sive fluminis.*

CAP. V. ℣. 4. Altissimus enim est patiens redditor. *Non interponas* & *ante* redditor.

℣. 13. Esto mansuetus ad audiendum verbum. *Non subjicias, quod multi codices*, Dei : *superfluit enim.*

℣. 17. Et denotatio pessima super bilinguem. *Cave scribas* devotatio *aut* devoratio, *pro* denotatio, *quod est vituperatio.*

CAP. VI. ℣. 12. Si humiliaverit se contra te. *Non mutes* contra *in* coram.

℣. 19. Quasi is qui arat & seminat. *Non repetas* qui *ante* seminat.

℣. 31. Et vincula illius alligatura salutaris. *Quidam libri interjiciunt* fila hyacinthina, *ante* alligatura salutaris : *verùm alterum solum est nostræ Editionis. Græcè ad verbum ferè legitur* fila hyacinthina : *verùm id videtur Interpres juxta sensum vertisse* alligatura salutaris.

℣. 32. Stolam gloriæ indue eam. *Nequaquam mutandus est accusativus* stolam *in ablativum* stola.

℣. 33. Fili, si attenderis mihi, disces. *Quod sequitur in quibusdam libris pronomen* eam, *superfluit.*

CAP. VII. ℣. 4. Noli quærere à Domino ducatum. *Romani Patres correxerunt* à Domino, *Deo scilicet, quod vulgò legitur* ab homine.

℣. 6. Et ponas scandalum in æquitate tua. *Et hic, pro eo quod vulgò legitur* agilitate, *id est, alacritate, emendando substituerunt* æquitate, *quod est, rectitudine.*

℣. 7. Non pecces in multitudinem civitatis. *Accusativus* multitudinem *à Correctoribus repositus, nequaquam mutandus est in ablativum* multitudine.

℣. 13. Noli arare mendacium adversùs fratrem tuum. *Cavendum hic est, ne recidatur in vetus mendum, Romana correctione sublatum, quo* amare, *quod est diligere, scriptum fuit pro* arare, *quod moliri, fabricare, phrasi Hebraïca denotat. Differentia unius litteræ ansam præbuit studiosis scribis, mutandi quod non intelligebant, ut plerumque aliis.*

℣. 29. In toto corde tuo honora patrem tuum. *Rectè Correctores periodum inchoarunt ab his verbis* in toto corde tuo, *quæ alii jungunt periodo præcedenti.*

℣. 33. Et propugnate cum brachiis. *Hanc lectionem præstulerunt Correctores, ei quæ est in aliis libris*, & propugnato cum brachiis.

℣. 37. Gratia dati in conspectu omnis viventis. *Pro* dati, *alii legunt* datûs, *genitivum quartæ declinationis inusitatum : perrò* datur *verbum*, & *participium* data, *quæ in quibusdam reperiuntur libris, vitia sunt.*

CAP. VIII. ℣. 6. Memento quoniam omnes in correptione sumus. *Cave pro* correptione, *quod est reprehensione, scribas* corruptione, *id est, pro* e *secunda vocali*, u *quintam.*

℣. 8. Et in gaudium nolumus venire. *Et hic cavendum ne pro* nolumus *negativo, substituamus* volumus *affirmativum.*

℣. 12. Et in tempore necessitatis dare responsum. *Infinitivus* dare *non est mutandus in futurum indicativi* dabis.

CAP. IX. ℣. 2. Ne ingrediatur in virtutem tuam. *Non mutes quartos casus in sextos* virtute tua.

℣. 4. Ne forte pereas in efficacia illius. *Malè quidam substituerunt* effigie, *id est specie, pro* efficacia, *virtute.*

℣. 10. Quasi stercus in via conculcabitur. *Non addas* ab omnibus prætereuntibus.

CAP. X. ℣. 3. Et civitates inhabitabuntur per sensum potentium. *Noli scribere* prudentium, *quod est, sensatorum, pro* potentium, *quod est, principum.*

℣. 4. In manu Dei potestas terræ. *Quod sequitur in plerisque omnibus libris*, & exsecrabilis omnis iniquitas gentium, *Correctores judicarunt superfluere hoc loco, esse verò versus septimi subsequentis.*

℣. 5. In manu Dei prosperitas hominis. *Probata Correctoribus lectio est* prosperitas, *quod est, felicitas ; reprobata* potestas.

℣. 26. Noli despicere hominem justum pauperem, & noli magnificare virum peccatorem divitem. *Servandum est verbum imperativi modi repetitum* noli, *non commutandum cum adverbio negandi* non.

℣. 27. Magnus & judex & potens est in honore : & non est major illo qui timet Deum. *Plerique codices conjunctionem* &, *quæ præponitur nomini* judex, *vertunt in verbum substantivum* est (magnus est judex) *cui non pauci adjungunt nomen* dives, *hoc modo :* Magnus est dives judex ; *sed malè hæc. Tria enim hominum genera hic recensentur quæ sint in honore*, magnus *sive magnas*, judex, & potens, *sive quod Græcè est*, dynasta.

CAP. XI. ℣. 8. Et in medio sermonum ne adjicias lo-

Digitized by Google

qui. *Egregia correctio, quæ reſtituit vocem* ſermonum, *pro ea quæ corruptè à pleriſque legitur* ſeniorum, *quod eſt preſbyterorum.*

℣. 9. De ea re quæ te non moleſtat, ne certeris. *Interpres, vocabulo certandi, uſus genere deponenti, dixit* certeris, *pro* certes, *aut* certaveris.

℣. 20. Et neſcit quod tempus præteriet. *Ut vocula* quod, *non pro conjunctione, ſed pro nomine adjectivo eſt accipienda; ita futurum indicativi* præteriet, *non eſt mutandum cum præſenti conjunctivi* prætereat. *Porro pronomen* ipſum, *quod adjungunt quidam verbo* præteriet, *redundat.*

℣. 24. Et in hora veloci proceſſus illius fructificat. *Correctores emendarunt* hora, *quod eſt, tempore, pro eo quod vulgò legitur, & quidem vitioſè,* honore.

℣. 34. A ſcintilla una augetur ignis. *Non addas conjunctionem* enim.

℣. 36. Et abalienabit te à tuis propriis. *Retinendum eſt pronomen* tuis, *non ſurrogandum nomen* viis, *quod eſt, ſemitis.*

Cap. XII. ℣. 4. Et impiis & peccatoribus reddet vindictam. *Cave ſcribas imperativum ſecundæ perſonæ* redde, *pro tertiæ perſonæ futuri indicativi* reddet.

℣. 6. Prohibe panes illi dari. *Non mutes paſſivum* dari *in activum* dare.

℣. 12. Nec ſedeat ad dexteram tuam, ne fortè converſus in locum tuum, inquirat cathedram tuam. *Pleriſque libri, ante hæc verba,* ne fortè converſus in locum tuum, *interjiciunt alia prorſus ſimilia,* ne converſus ſtet in loco tuo, *ſed quæ judicata ſint ſuperfluere.*

℣. 13. Et ſic qui comitatur cum viro iniquo. *Non omittas adverbium* ſic, *nec præponas conjunctioni &.*

℣. 18. Et quaſi adjuvans ſuffodiet plantas tuas. *Cave mutes pronomen ſecundæ perſonæ* tuas *in tertiæ* ſuas.

Cap. XIII. ℣. 10. Attende, ne ſeductus in ſtultitiam humilieris. *Caſus quartus* ſtultitiam, *præferendus eſt ſexto, tum hoc tum proximo verſu.*

℣℣. 14. 15. Et ſubridens interrogabit te de abſconditis tuis. Immitis animus illius conſervabit verba tua. *Hanc germanam eſſe tum lectionem tum diſtinctionem, docuimus olim in Notationibus noſtris. Quidam enim libri, proximam ſententiam auſpicantur ab illis verbis,* de abſconditis tuis: *quidam, pro nomine* immitis, *habent verbum* immittis, *& pro nominativo* animus, *dativum* animo: *quidam denique unicum verbum* conſervabit, *dividunt in duo* non ſervabit. *Nam hæ corruptelæ huc occurrunt.*

℣. 17. Audiens verò illa, quaſi in ſomnis vide. *Nec addas nomen* verba, *nec ſcribas loco conjunctionis* verò.

℣. 21. Si communicabit lupus agno aliquando. *Conjunctio* ſi *non eſt mutanda in adverbium* ſicut.

℣. 22. Quæ communicatio ſancto homini ad canem? *Pro* ſancto homini, *quidam legunt* ſancti.

Sequitur: Aut quæ pars diviti ad pauperem? *Nomini* pars, *non addas epitheton* bona.

Cap. XIV. ℣. 10. Oculus malus ad mala. *Subjiciunt quidam libri* erigit *aut* erigitur, *ſed ſuperfluè.*

Sequitur: Et non ſatiabitur pane, ſed indigens & in triſtitia erit ſuper menſam ſuam. *Correctores addiderunt conjunctionem adverſativam* ſed.

℣. 12. Memor eſto quoniam mors non tardat. *Non mutes præſens* tardat *in futurum* tardabit.

Sequitur: Et teſtamentum inferorum quia demonſtratum eſt tibi. *Pro conjunctione* quia, *non ſcribas nomen* quod, *aut adverbium* jam.

Sequitur: Teſtamentum enim hujus mundi morte morietur. *Quidam libri, pro futuro indicativi* morietur, *habent imperativum* moriatur: *ſed ſpurium eſt, quod legitur in nonnullis,* mortem operatur.

Cap. XV. ℣. 9. Non eſt ſpecioſa laus in ore peccatoris. *Quod ſubjiciunt quidam libri,* quia non eſt à Domino miſſus, *meritò Correctores judicarunt ſuperfluere.*

℣. 16. Si volueris mandata ſervare, conſervabunt te. *Multi codices ſcribunt compoſitum* conſervare: *ſed &, quod ſubjiciunt nonnulli, redundat.*

Sequitur: Et in perpetuum fidem placitam facere. *Pro* facere *non ſubſtituas* ſervare, *multòque minùs futurum indicativi* ſervabunt *aut* facient.

℣. 17. Appoſuit tibi aquam & ignem. *Tertia perſona* appoſuit *non eſt mutanda in primam* appoſui.

Cap. XVI. ℣. 5. Ab uno ſenſato inhabitabitur patria, tribus impiorum deſeretur. *Perſuaſi Latini, uni ſenſato opponi tres impios, ſcripſerunt plerique &* à tribus impiis, *pro germana ſcriptura* tribus impiorum, *qua* tribus *ſubſtantivum eſt pro familia acceptum: quam Romani Patres reſtituerunt.*

℣. 9. Et non pepercit peregrinationi Loth. *Et hic reſtituerunt nomen proprium* Loth, *pro pronomine* illorum, *quod alios pleroſque omnes libros occupat.*

℣. 14. Et non retardabit ſufferentia miſericordiam facientis. *Pro primo caſu* ſufferentia, *non ſcribas quartum* ſufferentiam.

℣. 19. Cùm conſpexerit illa Deus. *Non præponas conjunctionem &.*

℣. 22. Et interrogatio omnium in conſummatione eſt. *Vocula* omnium, *id eſt, cunctorum, non eſt mutanda in* hominum.

℣. 30. Anima omnis vitalis denunciavit ante faciem ipſius. *Correctores ſuſtulerunt conjunctionem* autem, *quæ poſtponebatur voci* anima: *& futurum* denunciabit, *quod antea legebatur à pleriſque, commutarunt cum præterito* denunciavit; *quàm optimè.*

Sequitur: Et in ipſam iterum reverſio illorum. *Et hic rectiſſimè, in locum ſexti caſus* ipſa, *ſurrogarunt quartum* ipſam.

Cap. XVII. ℣. 7. Poſuit oculum ſuum ſuper corda illorum. *Retinendum eſt pronomen reciprocum* ſuum, *non ſubſtituendum* ipſorum, *quod eſt in aliis multis.*

℣. 18. Eleemoſina viri quaſi ſignaculum cum ipſo. *Cave ne recidas in vetus mendum, eorum qui inſerunt* ſacculus, *diminutivum à ſaccus, pro* ſignaculum, *quod eſt ſigillum.*

℣. 19. Et convertet in interiores partes terræ. *Præferendum eſt* convertet, *ei quod quidam libri habent* conteret; *& interiores per t mutam probatur præ* inferiores *per ſ ſemivocalem.*

℣. 26. A mortuo quaſi nihil, perit confeſſio. *Non judicarunt Romani Patres omittendam vocem* confeſſio, *tametſi à non paucis manuſcriptis omittatur. Cæterùm intelligere poteris ex Notationibus noſtris.*

℣. 30. Aut quid nequius quàm quod excogitavit caro & ſanguis? *Nec hic omittendum judicarunt* quàm quod.

Cap. XVIII. ℣. 6. Et cum quieverit, aporiabitur. *Vulgò legitur* operabitur, *quod eſt, laborabit, videbit ſibi de integro eſſe laborandum: ſed Patres ſenſerunt vocem Græcam ab Interprete fuiſſe retentam, ut aiunt, & ſcriptum fuiſſe* aporiabitur, *quod eſt, perplexus erit.*

℣. 8. Quaſi gutta aquæ maris deputati ſunt. *Scribendum eſt* gutta *numero ſingulari, non plurali* guttæ.

℣. 14. Miſeretur excipientis doctrinam miſerationis. *Ut præſens indicativi* miſeretur, *non eſt mutandum in præſens imperativi* miſereatur; *ita neque genitivus* excipientis, *in nominativum* excipiens.

Sequitur: Et qui feſtinat in judiciis ejus. *Conſequenter nec hic mutandum ſingulare* feſtinat *in plurale.*

℣. 22. Et ne verearis uſque ad mortem juſtificari. *Multi codices legunt* vetéris: *Patres prætulerunt* verearis.

℣. 24. Et tempus retributionis in converſatione faciei. *Cave ne genitivum* faciei, *mutes ſive in nominativum, ſive in verbum* facies, *aut participium* faciens.

℣. 25. Et neceſſitatum paupertatis in die divitiarum. *Neque hic genitivum pluralem* neceſſitatum, *mutes in accuſativum ſingularem* neceſſitatem.

℣. 27. Homo ſapiens in omnibus metuet. *Præferendum eſt futurum præſenti* metuit.

℣. 29. Et impluerunt proverbia & judicia. *Correctio eſt* impluerunt, *compoſitum ab* in & pluo, *quod eſt, inſtillaverunt; pro vulgari lectione* imploraverunt, *ab* in & ploro.

℣. 33. Et eſt tibi nihil in ſacculo. *Duo vitia ex hoc verſiculo ſublata ſunt: Unum, quod omiſſa eſt negatio* non, *quæ interponebatur media inter & & eſt: alterum, quòd pro* ſæculo, *quod eſt ævo, reſtitutum eſt* ſacculo, *quod eſt marſupio.*

Sequitur: Eris enim invidus vitæ tuæ. *Non ſubſtituas* animæ *pro* vitæ.

Cap. XIX. ℣. 12. Sagitta infixa femori carnis. *Cave legas* canis, *omiſſâ littera r, pro* carnis, *quod eſt, corporis.*

℣. 24. Et eſt qui ſe nimium ſubmittit. *Meritò omiſſa eſt vox* juſtus, *quæ interponebatur media inter & & eſt; nec ſolùm in hac pericope, ſed & in ſubſequente:* Et eſt qui inclinat faciem ſuam.

Sequitur: Et fingit ſe non videre quod ignoratum eſt. *Cave omittas negationem* non.

Cap. XX. ℣. 6. Et eſt tacens, non habens ſenſum loquelæ. *Non addas conjunctionem* autem.

Sequitur: Et eſt tacens, ſciens tempus aptum. *Adjectivo* aptum, *è quarto caſu mutato in ſecundum* apti, *multa exemplaria adjungunt ſubſtantivum* temporis; *ſed illud cùm minùs congruere videretur, alii adjunxerunt* ſermonis.

℣. 16. Odibilis eſt homo hujuſmodi. *Non præponas & conjunctionem.*

℣. 20. Sic caſus malorum feſtinanter veniet. *Numerus ſingularis* veniet, *non eſt mutandus in pluralem* venient.

℣. 21. Homo acharis quaſi fabula vana. *Pro* acharis, *quidam ſubſtituerunt* ingratus, *volentes interpretari Græcam vocem, quam Interpres reliquerat.*

℣. 31. Xenia & dona excæcant oculos judicum. *Pro* xenia *quidam ſcripſerunt* munera, *explicandi causâ.*

Cap. XXI. ℣. 5. Objurgatio & injuriæ annullabunt ſubſtantiam. *Pro* objurgatio, *quidam ſcribunt* caraplectatio, *quam vocem à Græca formatam, putant ab Interprete*

Digitized by Google

fuisse datam, ejusque loco tandem substitutam interpretationem objurgatio.

℣. 6. Deprecatio pauperis ex ore usque ad aures ejus perveniet. *Non mutes pronomen* ejus, *in nomen* Dei, *sed ita intelligas.*

℣. 11. Via peccantium complanata lapidibus. *Spurium est, quod quidam scribunt* complantata *à planto, pro* compianata, *à planus.*

Sequitur : Et in fine illorum inferi, & tenebræ, & pœnæ. *Casus sextus* fine, *non est mutandus in quartum* finem.

℣. 15. Est autem sapientia quæ abundat in malo. *Pro* sapientia, *quidam contrarium putaverunt esse corrigendum*, insipientia; *sed malè.*

Sequitur : Et non est sensus, ubi est amaritudo. *Posterius* est *quidam mutant cum* abundat.

℣. 18. Verbum sapiens quodcunque audierit scius laudabit, & ad se adjiciet. *Non omittas voculas illas duas* ad se.

℣. 31. Et qui cum eo manserit, odiosus erit. *Nec hinc auferas voculas* cum eo.

Cap. XXII. ℣. 3. Filia autem in deminoratione fiet. *Nomini* filia, *nec præponas* in *præpositionem, nec postponas adjectivum* fatua.

℣. 8. Qui narrat verbum non audienti. *Alii* non attendenti; *quæ expositio est.*

℣. 10. Supra mortuum plora, defecit enim lux ejus: & supra fatuum plora, deficit enim sensus. *Pro nominativo* sensus, *quidam ablativum legunt*, sensu: *sed nominativus est & in priori membro, ex quo non est posterius addendum pronomen* ejus (sensus ejus) *sed subaudiendum.*

℣. 11. Modicùm plora supra mortuum, quoniam requievit. *Quod sequitur in quibusdam libris :* Plurimùm verò super vitam fatui, *superfluis.*

℣. 19. Loramentum ligneum colligatum in fundamento ædificii non dissolvetur. *His verbis non est præponendum adverbium* sicut, *etsi subaudiendum : porro* loramentum, *quod est ligamentum, deductum à lorum, ineptè quidam mutant in* ornamentum : *ad hæc* in *præpositio non facilè est omittenda : denique futurum* dissolvetur, *verti non debet in præsens* dissolvitur.

℣. 20. Metu non depravabitur. *Voci* metu *non præponitur conjunctio* vel.

℣. 21. Sicut pali in excelsis, & cæmenta sine impensa. *Nec huic versui præponendum est*, Sicut ornatus arenosus in pariete limpido, &; *nec versui* 23. (*quidam enim libri unos, quidam alteri versui præponunt*) *omnino enim superfluit, videturque altera esse interpretatio ejus quod noster reddidit* cæmenta sine impensa, *quod docuimus in Notationibus. Porro hoc versu* 21. *rectè Correctores scripserunt* pali, *quod significat stipites aut arundines, pro eo quod alii plerique corruptè legunt* palea: *ubi & consequenter ineptè quidam omiserunt præpositionem* sine, *quidam etiam* impensa, *quod est, expensa, mutarunt in* immensa, *quod est, magna.*

Sequitur : Posita contra faciem venti non permanebunt. *Quod subjiciunt quidam codices*, Et cor confirmatum in cogitationibus sensus non turbabitur, *non est hujus loci, sed altera est ejus quod præcessit versio.*

℣. 22. Sic & cor timidum in cogitatione stulti, contra impetum timoris non resistet. *Non subjicias quod quidam*, in omni tempore. *De hoc autem, & tum præcedenti tum subsequenti versu, lege Notationes.*

℣. 27. Ad amicum si aperueris os triste, non timeas. τὸ ad amicum, *quod alii finem faciunt præcedentis versus, Correctores initium hujus : deinde pro tertia persona* aperuerit, *emendarunt* aperueris *persona secunda.*

℣. 31. Amicum salutare non confundar. *Et hic emendarunt* confundar, *primâ personâ, quod alii plerique scribunt secundâ personâ* confundaris.

Cap. XXIII. ℣. 1. Nec sinas me cadere in illis. *Legendum est* in illis, *non, ut multi*, in illa exprobratione, *aut* in illam exprobrationem.

℣. 2. Quis superponet in cogitatu meo flagella. *Futurum* superponet *non est mutandum in præsens* superponit.

℣. 3. Et gaudeat super me inimicus meus. *Non est omittendum medium illud* super me.

℣. 14. Replebitur enim retributione domus illius. *Non addas nomini* retributione *epitheton* pessima, *quod quidam.*

℣. 24. Non fatigabitur transgrediens usque ad finem. *Non commutes verbum* fatigabitur *cum verbo* cessabit.

℣. 33. Secundò in virum suum deliquit. *Cave vetus notariorum vitium, qui scripserunt* dereliquit, *quod est, deseruit, pro* deliquit, *quod est, peccavit.*

℣. 36. Derelinquet in maledictum memoriam ejus. *Futurum singulare* derelinquet, *non est vertendum, vel in plurale* derelinquent, *vel in passivum* relinquetur, *ut nec accusativus* memoriam *in nominativum.*

Cap. XXIV. ℣. 11. Et omnium excellentium & humilium corda virtute calcavi. *Non legas* colla, *quod est cervices, pro* corda; *nec addas adjectivum* propriâ *substantivo* virtute.

℣. 16. Et in parte Dei mei hæreditas illius. *Non est mutandus ablativus singularis* parte, *in accusativum pluralem* partes.

℣. 25. In me gratia omnis viæ & veritatis. *Correctores emendarunt* viæ, *quod est, semitæ, pro* vitæ, *quod multi habent.*

℣. 39. A mari enim abundavit cogitatio ejus. *Retinendum hic est, ex Patrum sententia, præteritum* abundavit, *non substituendum futurum* abundabit.

Sequitur : Et consilium illius ab abysso magna. *Cave commutes præpositionem* ab *cum* in.

℣. 41. Ego quasi fluvii dioryx. *Nobilis hujus loci emendatio, qua* fluvii *scriptum est casu genitivo, pro eo qui vulgò legitur nominativo* fluvius, & dioryx *trisyllabum, pro dissyllabo* doryx, *quod quidam pejùs legunt* dorax, *alii pessimè* vorax. *Primi erroris occasio ex eo sumpta est, quòd existimatum sit*, dioryx *esse nomen proprium, quod est appellativum, significans Græcè alveum.*

℣. 42. Et inebriabo prati mei fructum. *Cave mutes* prati, *quod quidam legunt* pratus, & *significat pascuum, in* partus, *derivatum à pario.*

Cap. XXV. ℣. 4. Divitem mendacem, senem fatuum. *Non interponas conjunctionem* &, *ut quidam.*

℣. 7. Quàm speciosa veteranis sapientia, & gloriosis intellectus & consilium. *Servandus est tertius casus pluralis numeri* gloriosis, *non supponendus primus numeri singularis* gloriosus.

℣. 24. Et obcæcat vultum suum tanquam ursus. *Legendum est præsenti tempore* obcæcat, *potiùs quàm futuro* obcæcabit: *quemadmodum &* ostendit *præsens, potiùs quàm futurum* ostendet, *in eo quod sequitur*, Et quasi saccum ostendit. *Porro quod proximum est*, in medio proximorum ejus, *Correctores fecerunt initium versûs* 25. *quod alii sicunt finem hujus.*

℣. 31. Et plaga cordis, mulier nequam. *Pro* cordis, *quod est* καρδίας, *alii vitiosè scribunt* mortis, *quod est* θανάτου.

℣. 35. Confundet te. *Non præponas conjunctionem* &.

Cap. XXVI. ℣. 1. Numerus enim annorum illius duplex. *Vulgò scribitur plurale* illorum; *Correctio est, singulare* illius.

℣. 3. In parte timentium Deum. *Substantivo* parte *non adjicias adjectivum* bonâ

℣. 9. In muliere zelotypa. *Correctores prætulerunt vocem* zelotypa, *ei quam alii legunt*, voci infideli.

℣. 14. Ab omni irreverentia oculorum ejus cave. *Non mutes genitivum* oculorum, *in dativum* oculis, *nec omittas pronomen* ejus.

Cap. XXVII. ℣. 2. Et emptionis angustiabitur peccatum. *Retinendus est nominativus* peccatum, *non mutandus in ablativum pluralem* peccatis.

℣. 5. Sicut in percussura cribri remanebit pulvis. *Correctores prætulerunt* pulvis, *ei quod alii legunt*, stercus.

℣. 7. Sic verbum ex cogitatu cordis hominis. *Genitivus* cordis *non temerè vertendus est in accusativum* cor.

℣. 9. Si sequaris justitiam, apprehendes illam. *Verbum* apprehendes *non est mutandum in participium* apprehendens.

℣. 13. In medio insensatorum serva verbum tempori. *Vitiosè quidam, pro imperativo secundæ personæ* serva, *scripserunt indicativum tertiæ personæ* servat.

℣. 14. Et risus illorum in delicits peccati. *Patres emendarunt* deliciis, *quod est, delectationibus, pro eo quod vulgò legitur* delictis, *id est, offensionibus.*

℣. 26. Condulcabit os suum. *Cave pro* condulcabit, *deducto à dulcis, scribas* conculcabit *à calco.*

℣. 27. Multa odivi. *Correctio est* odivi, *quod est, odi : reprobata lectio* audivi, *ab audio.*

Cap. XXVIII. ℣. 7. Tabitudo enim & mors. *Cave legas* Beatitudo, *quod est, felicitas, pro* tabitudo *corruptio.*

℣. 14. Si sufflaveris in scintillam, quasi ignis exardebit. *Correctores rectè addiderunt* in scintillam, *quod plerique libri omittunt.*

Sequitur : Et si exspueris super illam, exstinguetur. *Retinendum est pronomen feminini generis* illam, *non substituendum masculinum* illum.

℣. 15. Multos enim turbabit pacem habentes. *Alii pro futuro scribunt præteritum* turbavit.

℣. 19. Lingua tertia mulieres viratas ejecit. *Quod quidam legunt* fortes, *pro* viratas, *seu* viritas, *expositio est.*

℣. 25. Et utilis potiùs infernus quàm illa. *Alii, pro* infernus, *scribunt* inferus; *sed vitiosè quidam tertio casu* inferis.

℣. 28. Linguam nequam noli audire. *Non præponas his verbis & conjunctionem.*

Sequitur : Et ori tuo facito ostia & seras. *Quod sequi-*

Digitized by Google

ent in pleriſque codicibus auribus tuis, *Patres ſuperſtuere conſuerunt.*

Cap. XXIX. ℣. 6. Et loquetur verba tædii. *Non ſcribas Græcam vocem* acediæ, *pro Latina* tædii.

℣. 7. Si autem potuerit reddere, adverſabitur, ſolidi vix reddet dimidium. *Pro* adverſabitur, *quidam legunt* averſabitur, *quidam* adverſatus, *quidam* averſatus; *inter quæ parva differentia eſt rerum, non minùs quàm verborum: ſed nomen* ſolidi *retinendum eſt, nequaquam mutandum in adverbium* ſolidè.

℣. 10. Multi non causâ nequitiæ non fœnerati ſunt. *Non omittas alterum* non, *ſive prius ſive poſterius.*

℣. 15. Conclude eleemoſinam in corde pauperis. *Pro* corde *non ſcribas* finu.

℣. 16. Super ſcutum potentis. *Quæ his verbis præponunt plerique omnes libri*, Eleemoſina viri quaſi ſacculus cum ipſo, & gratiam hominis quaſi pupillam conſervabit: & poſtea reſurget, & retribuet illis retributionem, unicuique in caput illorum; *Correctores judicarunt redundare, omninoque eſſe auferenda, ut quæ non hujus ſint loci, ſed illius qui ſupra cap.* 17. ℣℣. 18. 19.

℣. 19. Vir bonus fidem facit pro proximo ſuo. *Non eſt omittenda præpoſitio* pro.

℣. 24. Repromiſſio nequiſſima, multos perdidit dirigentes. *Cave*, *pro* dirigentes, *quod eſt*, *feliciter agentes*, *legas aut* diligentes *aut* delinquentes.

℣. 34. Hoſpitio mihi factus eſt frater. *Non mutes perſonam tertiam* eſt *in ſecundam* es.

Cap. XXX. ℣. 15. Salus animæ in ſanctitate juſtitiæ, melior eſt omni auro & argento. *Non interjicias conjunctionem & ante comparationem* melior.

Sequitur: Et corpus validum, quàm cenſus immenſus. *Scribendum eſt* cenſus *per* c *tertiam alphabeti litteram, non* ſenſus *per* ſ.

℣. 20. Portans mercedes iniquitatis. *Non præponas his verbis & conjunctionem, ſicut nec bis* ℣. 24. Congrega cor tuum in ſanctitate ejus.

℣. 27. Splendidum cor & bonum in epulis eſt. *Hinc non auferas & conjunctionem mediam.*

Cap. XXXI. ℣. 1. Vigilia honeſtatis tabefaciet carnes, & cogitatus illius auferet ſomnum. *Duplex futurum quidam mutant cum duplici præſenti*, tabefacit, aufert.

℣. 10. Et perfectus eſt. *Participium* inventus, *quod quidam addunt participio* perfectus, *ſuperfluit.*

Sequitur: Qui potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus. *Pro* qui, *non facilè hic ſubſtituendum eſt interrogativum* quis.

℣. 13. Non dicas ſic: Multa ſunt quæ ſuper illam ſunt. *Multi libri, adverbium ſimilitudinis* ſic, *junctum iis quæ præcedunt, mutant in conjunctionem conditionalem* ſi, *junctam iis quæ ſequuntur: malè, ſed pejus illi, qui duas voces* ſi multa, *contrahunt in unam* ſimulata.

℣. 16. Cùm viderit, ne extendas manum tuam prior. *Alii præcedenti verſui, Correctores huic, diſtinguendo jungunt τὸ* cùm viderit.

℣. 19. Ne, cùm manducas multum, odio habearis. *Pro* ne, *alii minùs clarè* & non.

℣. 25. Surge è medio, evome. *Unicam vocem* evome *ex diſtractas in duas* & vome.

℣. 29. Nequiſſimo in pane murmurabit civitas. *Doctè Correctores præpoſitionem* in, *collocarunt mediam inter* nequiſſimo & pane, *quam alii incommodè collocant ante* nequiſſimo.

℣. 33. Quæ vita eſt ei qui minuitur vino? *Plerique libri habent* quæ, *pro eo quod Correctores dexterrimè emendarunt* ei qui.

Cap. XXXII. ℣. 2. Curam illorum habe, & ſic confide. *Cave ne* confide, *quod eſt* ſede *nullum una ſyllaba, mutes in* confidera, *quod eſt, animadverte.*

℣. 5. Loquere major natu, decet enim te primum verbum, diligenti ſcientia. *Nominativus* major *non eſt mutandus in dativum* majori; *ut nec ablativi* diligenti ſcientia, *mutandi ſunt in alios caſus.*

℣. 13. In medio magnatorum ne præſumas. *Non addas* loqui.

℣. 15. Et illic avocare. *Pro* avocare, *non ſcribas additâ* d *litterâ* advocare, *vel una voce in duas diſtracta* advoca te.

℣. 19. Scandalizabitur in ea. *Non eſt mutandum* in *cum* ab.

Cap. XXXIII. ℣. 2. Et non illidetur. *Cave ſcribas* illudetur, *quod eſt, riſui exponetur, pro* illidetur, *quod eſt, impinget, vocalem inquam quintam pro tertia.*

℣. 11. In multitudine diſciplinæ Dominus ſeparavit eos. *Nominativus* Dominus *nequaquam mutandus eſt in genitivum* Domini.

℣. 15. Duo & duo, & unum contra unum. *Malè alii plerique libri, pro priori conjunctione* &, *repetunt præpoſitionem* contra: Duo contra duo.

℣. 24. Ne dederis maculam in gloria tua. *Retinendus eſt ſextus caſus* gloria tua, *non mutandus in quartum.*

℣. 31. Si eſt tibi ſervus fidelis. *Pro* fidelis, *in quibuſdam libris eſt* bonus, *in quibuſdam* ſenſatus; *in quibuſdam nihil eſt horum, ſed ſubauditur hujuſmodi aliquid.*

Cap. XXXIV. ℣. 3. Hoc ſecundùm hoc, viſio ſomniorum. *Non eſt omittendum prius* hoc, *ſed utrumque legendum.*

Sequitur: Ante faciem hominis ſimilitudo hominis. *Non addas* alterius *poſteriori voci* hominis.

℣. 8. Et ſapientia in ore fidelis complanabitur. *Pro* complanabitur, *à planus, quidam minùs recte, additâ unâ litterâ, ſcribunt* compluntabitur, *à planto.*

℣. 10. Qui non eſt expertus, pauca recognoſcit. *Retinendum eſt præſens* recognoſcit, *non ſubſtituendum futurum.*

Sequitur: Qui autem in multis factus eſt, multiplicat malitiam. *Non eſt legendum nomen* factus *pro participio* factus, *nec futurum* multiplicabit, *pro præſenti* multiplicat.

℣. 11. Qui implanatus eſt, abundabit requiis. *Cave pro* implanatus, *quæ eſt vox fida a Græca* παραπλάνησις *variari, ſcribas*, *additâ* t *litterâ*, implantatus, *à planto; ac futurum* abundabit, *mutes in præteritum* abundavit.

℣. 12. Multa vidi errando. *Correctores* errando *emendarunt, quod eſt, vagando: pro eo plerique libri habent* enarrando, *quod eſt, explanando.*

℣. 14. Et in reſpectu illius benedicetur. *Non mutes* reſpectu *in* conſpectu.

℣. 25. Panis egentium, vita pauperum eſt. *Non mutes plurale* pauperum, *in ſingulare* pauperis.

℣. 30. Et iterum rangit eum. *Pro* eum *non legas* mortuum, *ſed ſubandias: nullo vero modo omittas hæc verba.*

Cap. XXXV. ℣. 1. Qui conſervat legem, multiplicat oblationem. *Tametſi ſerio interpres reddiderit* verbum, *Correctores tamen retinuerunt id quod clarius eſt* legem: *qui* & *pro* orationem, *quod eſt, precem, ex ſuis codicibus repoſuerunt* oblationem, *quod eſt, ſacrificium. Nam* & *ita eſt Græcè:* Qui conſervat legem, multiplicat oblationes.

℣. 3. Et propitiationem litare ſacrificii. *Alii pro genitivo ſingulari, legunt dativum pluralem* ſacrificiis.

℣. 12. Ad inventionem facito manuum tuarum. *Non eſt unica diſſio* adinventionem, *ſed duæ*, ad, *quod eſt ſecundum*, & inventionem.

℣. 17. Non deſpiciet preces pupilli. *Cave ſcribas* populi, *quod eſt plebis, pro* pupilli, *quod eſt orphani.*

℣. 19. Et Dominus exauditor non delectabitur in illis. *Non eſt omittenda negatio.*

Cap. XXXVI. ℣. 9. Tolle adverſarium & afflige inimicum. *Recte Patres* tolle *ſcripſerunt, quod eſt, auſer è medio, pro eo quod plerique legunt*, & *contrarium eſt*, extolle.

℣. 13. Ut cognoſcant quia non eſt Deus niſi tu, & enarrent magnalia tua. *Alii libri, contrario ordine, priùs ſcribunt* &, *poſtea* ut; *malè.*

℣. 17. Da teſtimonium his qui ab initio creaturæ tuæ ſunt. *Multi libri pronomina* his qui, *mutant in conjunctionem* quia; *malè itidem.*

Sequitur: Et ſuſcita prædicationes. *Legendum eſt* prædicationes, *poſitum pro prophetas, non* precationes, *quod eſt orationes.*

℣. 19. Secundùm benedictionem Aaron de populo tuo. *Præpoſitio* de *non eſt commutanda cum verbo* da, *ac proinde non inchoanda ab his verbis nova periodus, ſed præcedenti jungenda ſunt, prout Correctores junxerunt.*

℣. 21. Fauces contingunt cibum feræ, & cor ſenſatum verba mendacia. *Pro* ſenſatum, *quod eſt, prudens, intelligens, cave ſcribas contrarium* inſenſatum.

℣. 28. Quis credit ei qui non habet nidum. *Interrogativum* quis, *non eſt mutandum in relativum* qui, *nec nominativus* quis *in dativum* cui, *ablato ſubſequente dativo* ei: Cui credit qui: *corrupta enim hæc lectio eſt, à Correctoribus reſtituta integritati.*

Cap. XXXVII. ℣. 6. Et non immemor ſis illius in opibus tuis. *Correctores emendarunt* opibus, *quod eſt, divitiis, pro eo quod vulgò legitur* operibus, *quod eſt, actis ſive geſtis.*

℣. 7. Noli conſiliari cum eo qui tibi inſidiatur, & à zelantibus te abſconde conſilium. *Et hic, pro eo quod plerique libri habent* cum ſocero tuo, *emendarunt* cum eo qui tibi inſidiatur: *neque hunc verſum paulò poſt repetendum judicarunt, ut quidam libri, his verbis:* Noli conſiliari cum eo qui ſuſpectum te habet, & ab æmulantibus tibi abſconde conſilium.

℣. 9. Et ipſe enim animo ſuo cogitabit. *Pro* & ipſe enim, *quidam legunt* & quid ipſe: *conjunctionem* enim *quidam mutant cum præpoſitione* in: *pro* ſuo *tertia perſona pronomine, nonnulli* tuo *ſecunda ſcribunt: denique pro* cogitabit *ſecundo indicativi, alii habent præſens ſubjunctivi* cogiter; *ſed minùs recte hæc omnia.*

℣. 12. Cum viro irreligioſo tracta de ſanctitate, & cum injuſto de juſtitia. *Quidam libri, pro* irreligioſo, *quod eſt,*

Digitized by Google

impio, ſcribunt contrarium religioſo, *quod eſt, pio;* & juſto, *pro* injuſto: *alii quidam ad finem ſententiæ adjiciunt,* noli conſiliari: *verùm hæc Correctores ſequenda non eſſe cenſuerunt. Si placet, lege Notationes.*

Sequitur: Et cum muliere de ea quæ æmulatur. *Ablativum ſingularem generis feminini* ea, *non mutes in pluralem* his.

℣. 16. Et qui, cùm titubaveris in tenebris, condolebit tibi. *Malè alii plerique codices, vocalis* qui cum *contractis in unam* quicumque, & *ſecunda* titubaveris *verſa in tertiam* titubaverit, *denique addita* non *negatione ante* condolebit, *ſcribunt:* Et quicumque titubaverit in tenebris, non condolebit tibi.

℣. 17. Cor boni conſilii ſtatue tecum. *Non præponas his verbis conjunctionem* &c.

℣℣. 21. 22. Eſt vir aſtutus multorum eruditor, & animæ ſuæ inutilis eſt. Vir peritus multos erudivit, & animæ ſuæ ſuavis eſt. *Harum duarum ſententiarum, ſola prior legitur à libris Græcis; ſola poſterior à pleriſque Latinis: Patres utramque receperunt & junxerunt.*

℣. 33. Et aviditas appropinquabit uſque ad choleram. *Pro* aviditas *Græcè eſt* apleſtia, *ut & proximo verſu pro* crapulam, *ubi dicitur*: Propter crapulam multi obierunt: *quam Græcam vocem, quæ propriè ſignificat inſatiabilitatem, alii Latini libri retinent his duobus locis.*

Cap. XXXVIII. ℣. 4. Altiſſimus creavit de terra medicamenta, & vir prudens non abhorrebit illa. *Alii libri minùs rectè, pro nomine* medicamenta & *pronomine* illa *neutris, legunt nomen* medicinam & *pronomen* illam *feminina.*

℣. 6. Ad agnitionem hominum. *Non præponas his verbis conjunctionem* &c.

℣. 20. In abductione permanet triſtitia. *Correctores cenſuerunt* abductione *non eſſe mutandum in* obductione, *id eſt, vocalem primam in quartam.*

℣. 25. Sapientia ſcribæ in tempore vacuitatis. *Vulgatis lectio eſt*, Sapientiam ſcribe, *quia verbum* ſcribe *regit accuſativum* ſapientiam; *ſed germana lectio eſt, quia nominativus* ſapientia *regit genitivum nominis* ſcribæ. *Porro ſpuria ſunt*, nativitatis & vanitatis, *quæ quidam ſcribunt pro* vacuitatis, *quod eſt, otii.*

℣. 26. Qua ſapientia replebitur qui tenet aratrum. *Cave ne ablativum* qua *mutes in conjunctionem* quia, *ut pleriique hactenus, ac proinde præcedentibus jungas illud*, quia ſapientia replebitur.

℣. 28. Qui ſculpit ſignacula ſculptilia. *Non mutes accuſativum pluralem* ſignacula, *in ablativum ſingularem* ſignaculo.

℣. 31. Et vigilia ſua ornabit in perfectionem. *Duæ ſunt voces* in perfectionem, *non unica* imperfectionem, *ut pleriique ſcribunt.*

℣. 32. Et in numero eſt omnis operatio ejus. *Et hîc duæ ſunt dictiones* in numero, *quod eſt, certo numero; non una* innumera, *quam alii habent*, & *contrarium ſignificat, abſque numero.*

℣. 39. Accommodantes animam ſuam, & conquirentes in lege Altiſſimi. *Non eſt* animam ſuam *numero ſingulari mutandum in pluralia* animas ſuas.

Cap. XXXIX. ℣. 5. Bona enim & mala in hominibus tentabit. *Legendum eſt* hominibus, *quod eſt*, ἀνθρώπους, *non* omnibus, *quod eſt*, πᾶσι.

℣. 15. Si permanſerit, nomen derelinquet plùs quàm mille. *Non addas pronomen* ejus *voci* nomen.

℣. 17. In voce dicit. *Non præmittas & conjunctionem. Porro præſens* dicit, *quidam mutant cum præterito* dixit, *quidam cum futuro* dicam, *quidam cum participio* dicens. *Nam imperativus* dicito, & *futurum tertiæ perſonæ* dicet, *non videntur alicujus eſſe auctoritatis.*

℣. 23. Quoniam in præcepto ipſius placor fit. *Non legas* placatio, *ſed per* placor *intellige beneplacitum.*

℣. 27. Benedictio illius quaſi fluvius inundavit. *Non mutes præteritum* inundavit *in futurum* inundabit.

℣. 31. Sal, lac, & panis ſimilagineus. *Non omittas* ſal.

℣. 34. Et furorem ejus, qui fecit illos, placabunt. *Legendum eſt* placabunt, *potiùs quàm id quod in pleriſque eſt libris* confundent.

℣. 37. Et ſuper terram in neceſſitatem præparabuntur. *Non mutes accuſativum* neceſſitatem *in ablativum.*

℣. 39. Et omne opus hora ſua ſubminiſtrabit. *Servandum eſt futurum* ſubminiſtrabit, *non ſubſtituendum præteritum* ſubminiſtravit.

Cap. XL. ℣. 3. A reſidente ſuper ſedem glorioſam. *Ablativus ſingularis* reſidente, *nequaquam mutandus eſt in nominativum pluralem* reſidentes, *omiſſa præpoſitione* à.

℣. 5. Somnus noctis. *Cave ſcribas* mortis, *quod eſt* θανάτου, *pro* noctis.

℣. 11. Omnia quæ de terra ſunt, in terram convertentur. *Non addas conjunctionem* enim.

Sequitur: Et omnes aquæ in mare revertentur. *Præſerendum eſt* revertentur, *ei quod alii legunt* convertentur.

℣. 13. Subſtantiæ injuſtorum ſicut fluvius ſiccabuntur, & ſicut tonitruum magnum in pluvia perſonabunt. *Præſtat retinere pluralia* ſiccabuntur & perſonabunt, *quàm ſubſtituere ſingularia*, ſiccabitur & perſonabit.

℣. 15. Super cacumen petræ ſonant. *Non mutes præſens* ſonant *in futurum* ſonabunt.

℣. 17. Et miſericordia in ſæculum permanet. *Neque hîc mutes accuſativum* ſæculum *in ablativum* ſæculo.

℣. 18. Et in ea invenies theſaurum. *Alii, pro ſecunda perſona, ſcribunt tertiam* inveniet.

℣. 19. Filii, & ædificatio civitatis confirmabit nomen. *Nec omittas conjunctionem* &, *nec vertas futurum in præteritum* confirmavit.

Sequitur: Et ſuper hæc mulier immaculata computabitur. *Neutrum plurale* hæc *ſervandum eſt, non ſubſtituendum femininum ſingulare* hanc.

℣. 22. Et ſuper hæc, virides ſationes. *Neque hîc, pro plurali* hæc, *ſubſtitues ſingulare* hoc.

℣. 25. Aurum & argentum eſt conſtitutio pedum. *Correctores prætulerunt* eſt conſtitutio pedum, *ei quod quidam libri habent* conſtituit *vel* conſtituet pedem.

℣. 26. Facultates & virtutes exaltant cor. *Cave legas* victus, *quod eſt, ſumptus, pro* virtutes, *quod ſignificat vires.*

℣. 32. In ore imprudentis condulcabitur inopia. *Pro* condulcabitur, *quod eſt dulceſcet, nullo modo legendum eſt* conculcabitur, *id eſt, tertia alphabeti littera, pro quarta.*

Cap. XLI. ℣. 4. Et incredibili qui perdit patientiam. *Correctio Patrum eſt* patientiam, *quod eſt, tolerantiam; reproba lectio*, ſapientiam.

℣. 6. Et quid ſuperveniet tibi. *Quidam libri legunt numero plurali* & qui *vel* quæ ſupervenient tibi.

℣. 17. Sapientia enim abſcondita, & theſaurus invifus, quæ utilitas in utriſque? *Non commutes* invifus *enim* occultus.

℣. 19. Veruntamen reveremini in his quæ procedunt de ore meo. *Legendum eſt* reveremini, *quod eſt, pudorem habete; non* revertimini, *quod eſt, redite.*

℣. 20. Non eſt enim bonum omnem reverentiam obſervare. *Malè & hoc loco, plerique, pro* reverentiam, *quod eſt, verecundiam ſive pudorem, ſcribunt contrarium* irreverentiam.

℣. 28. Ab amicis de ſermonibus improperii. *Non præponas verbum* cave.

Cap. XLII. ℣. 5. De corruptione emptionis. *Correctores prætulerunt* corruptione, *quod eſt, vitiatione, ei quod alii legunt* correptione, *quod eſt, admonitione.*

℣. 8. Et probabilis in conſpectu omnium vivorum. *Inſignis correctio, qua repoſitum eſt* vivorum, *quod eſt, viventium, pro eo quod plerique omnes libri habent*, virorum.

℣. 9. Ne fortè in adoleſcentia ſua adulta efficiatur. *Et hîc egregiè reſtituerunt* adulta, *quod eſt, florem ætatis pertranſiens, pro* adultera, *quod eſt, fornicaria.*

℣. 17. Stabiliri in gloria ſua. *Non mutes paſſivum in activum* ſtabilire.

℣. 23. Et tanquam ſcintilla. *Nec hîc nominativum in accuſativum* ſcintillam.

Cap. XLIII. ℣. 8. Creſcens mirabiliter in conſummatione. *Alii libri, pro ablativo, habent accuſativum* conſummationem.

℣. 9. In firmamento cœli reſplendens gloriosè. *Non ſcribas nomen femininum* glorioſa, *pro adverbio* gloriosè.

℣. 11. In verbis ſancti ſtabunt ad judicium. *Non mutes genitivum ſingularem* ſancti, *in ablativum pluralem* ſanctis.

Sequitur: Et non deficient in vigiliis ſuis. *Non ſupponas* exardeſcent *pro* deficient.

℣. 17. Et in voluntate ejus adſpirabit Notus. *Correctores prætulerunt futurum præterito* adſpiravit.

℣. 18. Vox tonitrui ejus verberabit terram. *Alia eſt verſio, qua habet* exprobrabit, *pro eo quod noſtra* verberabit: *ubi & futurum ſervandum Correctores judicarunt.*

℣. 21. Et dum gelaverit, fiet tanquam cacumina tribuli. *Non mutes* gelaverit *cum* flaverit, *nec* cacumina, *omiſſâ primâ litterâ* c, *cum* acumina.

℣. 23. Et exſtinguet viride, ſicut igne. *Non ſubſtitues accuſativum* ignem *pro ablativo.*

℣. 24. Et ros obvians ab ardore venienti. *Non ſcribas, omiſſa præpoſitione, dativum* ardori *pro ablativo; neque* venti *pro* venienti.

℣. 25. Et plantavit in illa Dominus inſulas. *Obſervata digna correctio, qua ſcriptum eſt pronomen femininum* in illa, *pro maſculino* illum, & *nomen appellativum* inſulas, *pro nomine proprio* Jeſus: *ſic enim habent plerique omnes Latini libri:* Et plantavit illum Dominus Jeſus.

℣. 34. Non enim comprehendetis. *Quidam codices ſcri-*

Digitized by Google

bunt non enim pervenietis ; *quidam* non enim habebitis : *primum eſt omnium optimum.*

Cap. XLIV. ℣. 5. In peritia ſua requirentes modos muſicos. *Correctores prætulerunt* peritia, *ei quod alii libri habent* pueritia, *quod eſt adoleſcentia, quanquam & hoc ſuam habeat verisimilitudinem.*

℣. 10. Quorum pietates non defuerunt. *Præferendus eſt numerus pluralis, ei quem alii legunt ſingulari.*

℣. 11. Cum ſemine eorum. *Non præponas & conjunctionem.*

℣. 12. Et in teſtamentis ſtetit. *Non mutes plurale* teſtamentis *in ſingulare.*

℣. 13. Et filii eorum propter illos. *Non mutes nominativum* filii *in genitivum* filiorum, *addito nominative* ſemen *aut* hæreditas.

Sequitur : Uſque in æternum manent. *Nec hic mutes plurale* manent *in ſingulare* manet.

℣. 22. Dedit illi gloriam in gente ſua. *Pro* gloriam *non ſubſtituas* ſemen.

℣. 25. Et teſtamentum confirmavit ſuper caput Jacob. *Nec nomini* teſtamentum *addas pronomen* ſuum, *nec ſubſtituas pronomen* ejus *loco nominis* Jacob.

Cap. XLV. ℣. 6. Et dedit illi coram præcepta. *Cave ne vocem unam* coram, *quæ idem eſt quod præſens, ſeparet in duas* cor ad, *quaſi dicatur, animum ad* præcepta.

℣. 9. Et circumcinxit eum zonâ gloriæ. *Non ſcribas* juſtitiæ *pro* gloriæ.

℣. 12. Stolam ſanctam. *Retinendi ſunt hi accuſativi, non mutandi in alios caſus.*

℣. 14. Et gloria honoris. *Pro* gloria, *non ſcribas accuſativum* gloriam.

Sequitur : Opus virtutis, & deſideria oculorum ornata. *Conjunctio &, ut non eſt præponenda nomini* opus, *ita non anteponenda nomini* deſideria : *quod quidem legendum non eſt ſexto caſu numeri ſingularis* deſiderio.

℣. 15. Uſque ad originem. *Pro* originem, *quod eſt, principium, ne ſcribas* orientem.

℣. 17. Sacrificia ipſius conſumpta ſunt igne quotidie. *Pro* conſumpta, *alii libri habent* conſummata.

℣. 19. In nomine ejus. *Non mutes* ejus *in reciprocum* ſuo.

℣. 21. Et dedit illi in præceptis ſuis poteſtatem. *Servandum eſt pronomen ſingulare* illi, *non ſubſtituendum plurale* illis.

℣. 27. Cæterùm in terra gentes non hæreditabit. *Non eſt mutandum plurale* gentes *in ſingulare* gens.

℣. 29. Placuit Deo pro Iſraël. *Non eſt omittenda præpoſitio* pro, *quam Correctores conſultiſſimè addiderunt.*

Cap. XLVI. ℣. 4. Nam hoſtes ipſe Dominus perduxit. *Non legas* percuſſit *à percutio, pro* perduxit *à perduco.*

℣. 5. An non in iracundia ejus. *Non ſcribas conjunctionem* aut, *loco adverbii* an.

℣. 8. Et ſecutus eſt à tergo potentis. *Servandus eſt genitivus ſingularis* potentis, *non mutandus in accuſativum pluralem* potentes.

℣. 9. Et perfringere murmur malitiæ. *Non ſcribas* perſtringere *à ſtringo, pro* perfringere *aut* confringere *à frango.*

℣. 17. Et vidit Deus Jacob. *Legendus eſt caſus nominativus* Deus, *non accuſativus* Deum.

℣. 19. In oblatione agni inviolati. *Romani Patres emendarunt* agni, *pro eo quod plerique omnes legunt* viri, *quod eſt, maſculi ; & retinuerunt* inviolati, *id eſt, immaculati, pro eo quod quidam ſcribunt* immolati, *quod eſt, ſacrificati.*

℣. 23. Et exaltavit vocem ſuam. *Et hic correxerunt* ſuam, *pro eo quod multi legunt non reciproco* ejus.

Cap. XLVII. ℣. 5. In tollendo manum, ſaxo fundæ dejecit. *Non addas præpoſitionem* in *ante* ſaxo.

℣. 6. Nam invocavit Dominum omnipotentem. *Non ſcribas adverbium* ubi, *pro conjunctione* nam ; *nec* potentem *pro* omnipotentem.

℣. 13. Dominus purgavit peccata ipſius. *Non eſt legendum* Chriſtus, *neque* ſpiritus, *ſed* Dominus.

Ibidem. Et dedit illi teſtamentum regni. *Non mutes nomen abſtractum* regni, *in concretum* regum.

℣. 14. Et propter illum dejecit omnem potentiam inimicorum. *Alia verſio habet :* Et propter illum requievit in latitudine.

℣℣. 15. 16. Quemadmodum eruditus es in juventute tua, & impletus es, quaſi flumen, ſapientiâ, & terram retexit anima tua. *Retinenda ſunt ſecundæ perſonæ tum verba tum pronomina, non mutanda in perſonam tertiam.*

℣. 22. Et incitari ſtultitiam tuam. *Quidam non intelligentes quid ſibi vellet infinitivus paſſivus* incitari, *mutarunt illum cum aliis vocibus ; præſertim verò cum* in cæteris, *id eſt, in reliquis, quod pleroſque omnes malè occupat libros.*

Cap. XLVIII. ℣. 2. Et irritantes illum invidia ſua, pauci facti ſunt. *Correctores ſcripſerunt* irritantes, *quod eſt, exacerbantes, pro eo quod alii* imitantes *aut* æmulantes.

℣. 3. Et dejecit de cœlo ignem ter. *Inſignis loci reſtitutio, qua* de cœlo *ſcriptum eſt, quod vulgò legitur* à ſe ; & ter, *id eſt, tribus vicibus, quod* terræ : *ſic enim vulgò legitur :* Et dejecit à ſe ignem terræ, *mendoſiſſimè.*

℣. 6. Et glorioſos de lecto ſuo. *Cave ne* delicto, *quod eſt, peccato, ſcribas pro* de lecto, *quod eſt, de ſtrato.*

℣. 10. Qui ſcriptus es in judiciis temporum. *Alii libri, pro ſimplici* ſcriptus, *legunt compoſitum* inſcriptus ; & *pro* judiciis, indiciis, *id eſt,* n *conſonantem pro* u *vocali.*

℣. 13. Elias quidem in turbine tectus eſt. *Non mutes conjunctionem* quidem *in relativum* qui.

Cap. XLIX. ℣. 1. Memoria Joſiæ in compoſitionem odoris facta opus pigmentarii. *Correctores prætulerunt quartum caſum ſexto* compoſitione ; & *ſublato verbo ſubſtantivo* eſt, *nominativum femininum* facta, *reliquis quæ paſſim leguntur,* factam, factum, facti.

℣. 3. Ipſe eſt directus divinitus in pœnitentiam gentis. *Non eſt mutandus accuſativus* pœnitentiam *in ablativum.*

Sequitur : Et tulit abominationes impietatis. *Cave legas* ab hominibus *pro* abominationes, *duas voces pro una.*

℣. 7. Dederunt enim regnum ſuum aliis. *Non omittas conjunctionem* enim.

℣. 11. Benefacere illis. *Non præponas conjunctionem &.*

℣. 13. Nam & ipſe quaſi ſignum in dextera manu. *Superfluit, quod multi codices ſubjiciunt,* Iſraël.

℣. 14. Sic & Jeſum filium Joſedec. *Correctores præmiſerunt adverbium ſimilitudinis* ſic.

℣. 17. Neque ut Joſeph qui natus eſt homo. *Non mutes duas dictiunculas* neque ut, *cum una &c.*

Cap. L. ℣. 11. Et veſtiri eam in conſummationem virtutis. *Ut non eſt omittenda præpoſitio* in, *ita non eſt ſubſtituendus ablativus pro accuſativo* conſummationem.

℣. 15. Et conſummatione fungens in ara. *Hic ſervandus eſt ablativus* conſummatione.

℣. 24. Et nunc orate Deum omnium. *Multi codices pro* nunc *habent* plùs, & *pro imperativo* orate, *indicativum* oravit ; *quidam etiam addunt* rurſum poſt : Et rurſum poſt plùs oravit : *ſed hæc omnia repugnantia genuinæ lectioni.*

℣. 30. Qui ponit illa in corde ſuo. *Non eſt commutandum præſens* ponit *cum futuro* ponet.

Cap. LI. ℣. 12. Et operationis tuæ. *Pro nomine ſimplici* operationis, *non ſcribas compoſitum* cooperationis.

Sequitur : Quæ à ſæculo ſunt. *Retinendum eſt plurale* ſunt, *non ſubſtituendum ſingulare* eſt.

℣. 18. Cùm adhuc junior eſſem. *Et hic retinendus eſt optativus* eſſem, *non ſurrogandus indicativus* ſum.

℣. 19. Ante templum poſtulabam pro illa. *Correctores prudenter obſervarunt ſcribendum eſſe* templum, *quod eſt, ædem ſacram, pro eo quod vulgò legitur* tempus, *id eſt, horam.*

Ibidem. Et efflоruit tanquam præcox uva. *Pro* efflоruit, *non ſupponas* defloruit, deflorebit, *aut* florebit.

℣℣. 26. 27. Et inſipientiam ejus luxi. Animam meam direxi ad illam. *Hæc eſt germana hujus loci lectio, à multis vindicata mendis, Romanorum Patrum induſtriâ. Quidam enim codices addunt alterum* in, & *pro accuſativo* inſipientiam *ſcribunt ablativum ; quod tamen non recedit à vero. Alii vocem unam* inſipientia *ſive* inſipientiam, *dividunt in duas,* in ſapientia *aut* ſapientiam ; *malè. Complures primam perſonam* luxi *mutant in tertiam* luxit, *eique addunt ſuppoſiti loco* anima mea ; *non ſincerè. Nonnulli verbum ſimplex* luxit, *vertunt in compoſitum* eluxit, *tanquam à luceo deductum ſit, quod eſt à lugeo, deploro. Multi ſubjiciunt &* ignorantias meas illuminavit, *ſuperfluè. Denique nonnulli omittunt* animam meam, *niſi quòd mutatum in nominativum jungunt verbo præcedenti* luxit.

℣. 30. Dedit mihi Dominus linguam. *Non eſt addenda conjunctio* enim.

℣. 33. Comparate vobis ſine argento. *Quidam libri ſubjiciunt* ſapientiam : *verùm illud redundat, Correctorum judicio.*

Digitized by Google

Variæ Lectiones VULGATÆ, rursum ab eodem FRANCISCO LUCA obsservatæ.

LIBER ECCLESIASTICI.

CAP. I. ℣. 16. Cum electis feminis graditur. *Feminarum Græcè nulla est mentio, sed* τῶν σπερμάτων, seminum. *Unde conjiciunt quidam*, cum electis seminis, *legendum esse, quod sit, cum iis qui ex semine eorum electi sunt. Denique pro* graditur, *quædam insigniæ Mſs. legunt* creditur, *quod respondet Græco* ἐμπιστευθήσεται, *fidelis erit, credet se, adhærebit illis: qua ratione legitur Psal. 77. ℣. 8.* Et non erit creditus cum Deo spiritus ejus.

CAP. VII. ℣. 20. Noli prævaricari in amicum pecuniam differentem. *Multi boni libri scribunt casu ablativo*, pecuniâ differenti. *Græcè est in quibusdam exemplaribus* ἕνεκεν διαφόρου, *ob rem differentem; in aliis, nominatim Sixtinis,* ἕνεκεν ἀδιαφόρου, *ob rem indifferentem.*

CAP. VIII. ℣. 10. Ab ipsis sapientiam & doctrinam intellectus. *Multa Mſs. conformiter Græco, omittunt media illa verba*, sapientiam &.

CAP. XI. ℣. 5. Multi tyranni sederunt in throno. *Quidam conjiciunt pro* in throno, *legendum esse* in terra, *eò quòd Græcè sit* ἐπ' ἐδάφους, *in pavimento.*

℣℣. 15. 16. Sapientia & disciplina & scientia legis apud Deum: dilectio & viæ bonorum apud ipsum. Error & tenebræ peccatoribus concreata sunt: qui autem exsultant in malis, consenescunt in malo. *Hæc omittuntur à plerisque omnibus Latinis Mſs. conformiter pleriſque libris Græcis, etiam Sixtinis; quanquam in Græcis Regiæ editionis extent: vide Notationes.*

℣. 20. Et mors appropinquet. *Multi libri hoc omittunt, Græco consentaneè.*

℣. 32. Sicut enim eructant præcordia fetentium. *Alii libri scribunt ex primæ conjugationis* fetantium, *quod est, fœtarum.*

Ibidem. Et sicut prospector. *Quidam libri habent* prospectator.

CAP. XIII. ℣. 22. Aut quæ pars diviti ad pauperem. *Sunt libri, qui pro* pars, *legunt* pax, *id est,* εἰρήνη, *quod est Græcè.*

CAP. XXIV. ℣. 11. Et omnium excellentium & humilium corda virtute calcavi. *Quod quidam libri habent* sublimium, *id quod est, magnificorum, pro* humilium, *quod est, objectorum, suam habet verisimilitudinem: quanquam ex Græco non possit judicium ferri, quòd versiculum istum illic non legam.*

CAP. XXVI. ℣℣. 16. 17. 18. Et ossa illius impinguabit. Disciplina illius datum Dei est. Mulier sensata, &c. *Quidam libri sic distinguunt, conformiter Græcis, etiam Sixtinis:* Et ossa illius impinguabit disciplina illius. Datum Dei est mulier sensata, &c.

CAP. XXXI. ℣. 10. Qui probatus est in illo, & perfectus est, erit illi gloria æterna. *Multi insignes libri, pro* qui *relativo, scribunt interrogativum* quis, & *futuro* erit, *præponunt conjunctionem* &, *suffragante Græco; sed eadem utriusque lectionis sententia est.*

CAP. XXXVIII. ℣. 39. Accommodantes animam suam, & conquirentes in lege Altissimi. *Quidam libri, pro nominativis pluralibus* accommodantes & conquirentes, *legunt genitivos singulares* accommodantis & conquirentis: *quâ de re Notationes nostræ.*

CAP. XXXIX. ℣. 17. In voce dicit. *Manuscriptum Monasterii Lobiensis omittit hoc totum, consentaneè Græco: lege Notationes.*

℣. 26. Non est dicere: Quid est hoc, aut quid est istud? *Conjiciunt quidam, pro conjunctione disjunctiva* aut, *legendam esse propositionem* ad: Quid est hoc, ad quid est istud? *Sic enim est Græcè,* Τί τοῦτο, εἰς τί τοῦτο;

CAP. XL. ℣. 32. In ore imprudentis conculcabitur inopia. *Quidam legunt* impudentis, *quod est, inverecundi, nominatim Rabinus & Græca.*

CAP. XLIII. ℣. 24. Humilem efficiet eum. *Non sine similitudine veri putant quidam legendum esse* hilarem, *quod est lætum: est enim Græcè* ἱλαρόν.

CAP. XLIV. ℣. 3. Nunciantes in prophetis dignitatem prophetarum. *Antiqua Mſs. hujus Ecclesiæ nostræ Andomarensis, cum quibusdam aliis, hoc solum legunt:* Nunciantes dignitatem prophetarum; *alterum*, in prophetis, *omittunt. Videtur enim alterum superfluere, quod docuimus olim in Notationibus nostris in variis Bibliorum lectionibus.*

CAP. XLV. ℣. 27. Cæterùm in terra gentes non hæreditabit. *Non est mutandum plurale* gentes *in singulare* gens; *sed si substituatur genitivus singularis* gentis, *qui est Græcè, clarior fit sententia.*

Digitized by Google

IN PROPHETAS
CUM MAJORES TUM MINORES
ADMONITIO.

PROPHETAS omnes hoc uno complectimur Monito, quia vix aliquid nobis incumbit indagandum de uno, quod non possit exquiri de alio; quantùm nempe attinet ad capita vel fontes unde Versionem antiquam singulorum horumce librorum hausérimus deduxerimusque.

Fatebimur de his quod & de pluribus aliis: Dolet nobis non parum quòd tanta facta est Italicæ Versionis jactura, ut de sexdecim Prophetarum libris, ne unus quidem, etiam ex Minoribus, à nobis repertus sit in Mss. codicibus antiquis, qualemcunque perveſtigationem, inquisitionem, diligentiamve in his volvendis, per nos, vel per amicos, adhibuerimus. Nonnulla tantùm excipienda sunt Cantica, ut & alia paucissima, quæ Mss. quidam libri nobis suppeditarunt.

Itaque Mss. codicum ope & auxilio cùm essemus destituti, recurrendum nobis fuit pro more ad veterum Patrum scripta, ex quibus sparsa & vagè disjecta Prophetarum loca in unum colligerentur componerenturque. Multa sanè & valde multa deprompta à nobis fuere ex antiquis illis Scriptoribus Latinis, maximè ex Tertulliano, Cypriano, Lucifero Calaritano, Ambrosio, Tichonio, Hieronymo, Augustino, & aliis; quorum ope damna nostra resarcire conati sumus.

Nec frustra hunc laborem suscepimus: ex his enim simul coactis undequaque testimoniis, hoc nobis satis feliciter contigit, ut Prophetarum Majorum quatuor, si non partes omnes, saltem plurimas, imo magnas & maximas conficeremus. Neque infarciendo sæpe verba, quasi rimas explevimus, sed plerumque sententias, & versus integros concluſimus; quinimo sæpe & sæpius capita plena, vel dimidia, plùs minùs, unus idemque Scriptor, vel antiquus liber nobis subministravit.

Id maximè constat de Isaiæ Prophetia, quæ non quarta sui parte caret in Versione antiqua nostra. Hic enim liber in Vulgata hodierna ex sex & sexaginta capitibus constat; quorum etiam si versiculorum omnium subducatur numerus, millium ducentorum nonaginta trium summa fiet: porro ex his millibus ducentis nonaginta tribus versiculis, vix ducenti quinquaginta, vel ad summum trecenti desiderantur in Textu nostro.

Idem penè affirmari potest de Ezechielis libro, quem Vulgata partitur in octo & quadraginta capita: hæc autem capita in mille ducentos septuaginta duos versiculos dividuntur: si verò de ipsis trecentos quinquaginta duos, vel ut plurimùm quadringentos deducas, quos addere vel comparare non licuit, major pars totius libri suis numeris absoluta erit.

Non idem judicandum de duobus aliis Prophetis, nempe de Jeremia & Daniele: illius enim, videlicet Jeremiæ, Prophetia ex septem & quinquaginta capitibus constat in Vulgata nostra, eaque capita in mille quingentos undeviginti versiculos distribuuntur; sed de his ampliùs nongenti septuaginta desunt in nostra Versione antiqua.

Idem dicendum de altero, seu Danielis libro, partito scilicet in quatuordecim capita, rursumque in quingentos unum & triginta versiculos; quorum omnium à nobis vix ducenti versiculi recuperari potuerunt.

Ad Minores Prophetas quod attinet, in his comparandis multò feliciores fuimus: illorum enim duodecim librorum Versionem Latinam è Græco LXX. unius Hieronymi Commentaria nobis integram suppeditarunt; ex quibus etiam plurima jam expresseramus ad perficiendos libros Majorum Prophetarum, Isaiæ potissimùm, & Ezechielis. Isaiæ quippe unius viginti quinque capita integra, & ampliùs, ex eodem fonte fluxerunt, præter alia multa suis quæque locis dispertita. Ad Ezechielis etiam Prophetiam complendam, idem Hieronymi opus multa nobis suffecit. Unde colligitur, ex antiquis Scriptoribus Latinis, nullum plura, & majora, vel potiora, ad Prophetarum corpus perficiendum nobis contulisse, quàm Hieronymum.

Porro in suis Commentariis hanc rationem sequitur sanctus Doctor: Prophetarum libros explicare contendit, ex Hebræo potissimùm, & ex LXX. ut autem ab eo quod sibi proponit, minùs aberrare videatur, utrumque contextum Latinè refert; primò quidem ex Hebraïco fonte translatum; secundò verò, si non semper, saltem frequenter ex Editione LXX.

Digitized by Google

Hoc imprimis apparet in Minoribus Prophetis : & ſicubi in his recenſendis verſiculi nonnulli non ſubnectuntur ex Editione LXX. hujus prætermiſſionis rationem plerumque reddit Hieronymus, addendo proximè ad Verſionem Latinam ex Hebraïco : LXX. ſimiliter. *Et ſanè ſi inter textum unum & alterum nihil differebat, quid juvabat utrumque proponere, vel iterata proferre? Nonnunquam tamen id Hieronymo contigit, ut verba ſimilia cùm Hebraïci textus, tum LXX. Interpretum repeteret, potiſſimùm in Minoribus Prophetis : quinimo Proœm. in Iſaiam, col. 6. hæc ait :* Sicubi autem, prætermiſſis LXX. de Hebraïco diſputavi, illud in cauſa eſt, quòd aut eadem, aut ſimilia ſunt pleraque cum cæteris; & duplici Editione propoſita, nolui libros explanationis extendere, qui etiam in ſimplici explanatione modum brevitatis excedunt. *Unde liquet Hieronymum, Editionem quidem duplicem, quamvis ſimilem, aliquando referre, nec tamen ipſi duplicem explanationem ſubjungere, quod facilu inutile fuiſſet.*

Itaque Hieronymus, pro vario diſſimilitudinis gradu, diverſum etiam init conſilium, ſeu rationem : vel enim contextus ambo plurimùm inter ſe differunt, vel minùs, vel tenuiter admodum : ſi plurimùm, tunc Hieronymus unam Verſionem profert ſeparatim ab altera : ſi non ita valde aut multùm, alteram alteri intermiſcet : ſi nihil omnino aut pene nihil, unam tantùm ex Hebræo Latinam adhibet, prætermiſſâ alterâ è LXX. ſi tamen hoc ultimo caſu intercedat aliqua diverſitas notatione & animadverſione digna, hanc Hieronymus in Commentario indicare ſolet. Singulorum exempla ſubjiciemus; nec fortaſſe omnino inutiliter.

Primum genus exemplorum ducitur ex Hieronymi Comment. in Iſaiæ IX. ℣℣. 3. 4. 5. col. 84. b. c. ubi prolato duplici contextu, hæc addit : In obſcuris locis utramque Editionem ponimus, ut quantùm à cæteris Editionibus, *(puta Symmachi, Aquilæ, & Theodotionis)* & ab Hebraïca veritate diſtet Vulgata translatio, diligens Lector agnoſcat: *item in Ezech. XXXII. relatis poſterioribus verſiculis ex Hebræo, nempe à ℣. 17. ad finem uſque capitis, ſubdit :* Multùm in hoc loco LXX. Interpretum Editio, & ordine, & translatione diſcordat; & quædam in ea de Theodotione addita ſunt : unde neceſſe habuimus & ipſam ponere, nequaquam parcentes longitudini, & ſtudioſi Lectoris diligentiæ ſervientes. *Et hæc pro locis, qui multùm à ſe invicem diſcrepabant.*

Ad alios quod ſpectat, in quibus minor in utraque Editione erat diverſitas, v. g. in Ezech. XXVI. à ℣. 7. ad 14. hæc habet Hieronymus : Utramque Editionem ex more conjunxi, & in quibus diſcrepant, ex latere copulavi, brevitati voluminum providens: *& infra ad caput XXVII.* Si voluero, *inquit*, totam prophetiam contra Tyrum..... uno ſermone comprehendere, & longum faciam, & ſenſum Lectoris obſcurem; dum omnia ſimul non poteſt mente retinere, præcipuè in quibus ab Hebraïco in hoc loco LXX. Editio diſcrepat, hoc eſt, quæ addiderint, quæve ſubtraxerint. Itaque noſtra erimus Interpretatione *(ex Hebr.)* contenti, & ſicubi diſſonant, ex latere copulabimus : *item ad cap. XXIX. ℣℣. 3..... 7.* Studio brevitatis Editionem utramque miſcemus, ubi non multùm inter ſe diſcrepant : alioquin ubi magna diverſitas eſt, utramque proponimus : *demum præpoſito hoc modo toto capite XXXIV. ejuſdem Ezechielis, ita concludit :* Sæpe commonui Editionem me utramque miſcere, ut librorum vitem magnitudinem, in his duntaxat, quæ non multùm à ſe in translatione diſcordant.

Quod attinet autem ad capitula illa, quæ minimè, aut vix inter ſe diſſimilia erant in utraque Editione, Hieronymus ipſorum non geminat Verſionem Latinam, ſed unicam profert ex Hebræo, hoc ſubjecto, ut jam dixi, LXX. ſimiliter ; *v. g. in Oſe. I. ℣℣. 1. 5. 8. & ſicubi nonnulla intercedant diſparia, pauciſſimas illas plerumque notat varietates in Commentario : exempli gratiâ in Ezech. XXI. col. 845. a. adhibitis verſibus decem, ab octavo ad decimum octavum, ex Hebraïco ſolo, addit :* Multum eſt, ſi utramque ponam Editionem, & librorum extenditur longitudo, maximè ubi aut nulla, aut parva diſtantia eſt : ponam igitur nonnulla quæ diſcrepant : *deinde :* Pro eo quod nos diximus..... illi tranſtulerunt, *&c. item inf. in Ezech. XL. col. 989. a. allatis octo verſibus ex Hebraïco ſolo, proximè addit :* LXX. in eadem verba conſentiunt, præter *thee*, & *elau*, & *elamoth*, & *elam*. *Vide etiam in ſubſequentibus, & col. 993. b. & aliàs.*

Aliquando tamen Hieronymus unum tantùm ex Hebr. contextum apponit, quamvis longè diſtet ab Editione LXX. ſed varias infra, ſi non omnes, ſaltem præcipuas hujus loci diſſimilitudines notat : v. g. in Ezech. XL. ad ℣℣. 35. 36. &c. prolatis verbis ex Hebræo translatis, continuò ait : Multùm in hoc teſtimonio Hebraïca veritas à LXX. Interpretum Editione diſcordat : hoc enim quod diximus : *Ibi lavabunt holocauſtum*, &c. in LXX. non habetur, ſed in pleriſque codicibus de Theodotione additum eſt : *& ſic de aliis pluribus; ut non ſemper Hieronymus eandem rationem aut morem tenuerit, vel ita in propoſito, ſuſceptove conſilio permanſerit, quin aliquoties ab ipſo declinare ſibi permiſerit, pro re nata, vel eventu diverſo, vel locorum nonnullorum difficultate. At de his multa ſatis.*

Alia ſubeſt quæſtio agitanda, quæque noſtrâ maximè intereſt, Num ſcilicet Interpretatio Latina ex Editione LXX. quæ Hieronymi Commentariis, vel ex toto, vel partim intexta

Digitized by Google

reperitur, ſit Verſio antiqua Latina, quæ ante Hieronymum obtinebat, ſeu uſurpabatur in Eccleſia; Num verò, poſtpoſita Veteri, novam ipſe paraverit & inſtruxerit è textu Græco. Quæſtio ſanè ſatis obſcura, & prima fronte difficilis: ſi tamen diligentiùs excutiatur, non multùm, niſi me fallit animus, habebit difficultatis.

Primò quidem hanc Interpretationem Latinam è Commentariis Hieronymi petitam, Flaminius Nobilius Translationem veterem conſtanter appellat: v. g. in Oſe. XI. ℣. 3. ad hoc Græci contextûs, Καὶ ἐγὼ συνεπόδισα τὸν Ἐφραίμ, *quod ipſe ita reddit,* Et ego ligavi pedes Ephræm, *in Notis ſubjectis hæc monet:* « *Sic putat S. Hieronymus rectè verti* συνεπόδισα, *quamvis in textu vetuſtioris Translationis habeat,* Colligavi Ephraim. » *Item in Amos IV. ℣. 4. ad hoc,* in triduum, « *Sic videtur, inquit, explanare Theodoretus,* εἰς ἡμερίαν *: apud S. Hieronymum in contextu Vetuſtioris eſt* in die tertio; *in ſua,* tribus » diebus. » *Rurſum in Ezech. XIII. ℣. 7. Not. d. eandem Verſionem vocat,* contextum Vulgatæ antiquæ; *ſicut infra ad caput XIV. ℣. 4. ejuſdem Prophetæ, Not. b. Nobilio manifeſtè aſtipulatur eruditus P.* Michael Le Quien, *Ord. FF. Prædicatorum, in libro vernacula lingua ſcripto, cui titulus:* Défenſe du Texte Hébreu: *ita enim loquitur part. I. c. IX. p.* 179. L'ancienne Vulgate Latine tirée fidélement de la Gréque des LXX. du tems même des Apôtres, & raportée par S. Jérôme dans ſes Commentaires à côté de la ſienne, & citée par S. Cyprien dans ſon II. livre des Témoignages, *&c. Non multùm etiam ab utroque diſſentire videtur doctiſſimus Tillemontius to. XII. Hiſt. Eccl. p.* 131. *cùm dicit:* Il cite *(S. Jérôme)* en quelques endroits la correction qu'il avoit faite de l'Édition des Septante ſur les livres de Salomon avec des lignes & des étoiles: on a dans ſes Commentaires celle qu'il fit ſur les Prophêtes. *Et ſanè Hieronymus, teſte etiam Tillemontio, antequam transferret Scripturas ex Hebraïco fonte, aliam inſtruxerat Editionem, ſeu emendationem Latinam è Græco LXX. Interpretum, non quidem Communi, utpote vitioſo, & pluribus in locis depravato, ſed ex Hexaplari puro & emendato. Hanc Editionem indicat Hieronymus ipſe præf. in lib. Paralip.* Memini, *inquit,* Editionem LXX. Translatorum olim de Græco emendatam tribuiſſe me noſtris, *puta Latinis.*

Hujus autem Editionis libri plerique, ſic emendati & correcti cum aſteriſcis & obelis, deperditi fuere; nec de ipſis hodie ampliùs nobis ſuperſunt, quàm duo integri, nempe Pſalmorum & Job libri, quos Martianaus noſter tomo I. novæ Editionis operum S. Hieronymi, cum aſteriſcis & obelis, ſummo ſtudio edi curavit: his duobus libris ſi adjungas cum Tillemontio ea, quæ in Commentariis Hieronymi reſtant de ſexdecim Prophetarum libris, de his ipſis idem judicandum erit ac de Pſalterio emendato, & edito ab Hieronymo cum aſteriſcis & obelis, quodque ſervatum eſt in Vulgata noſtra, poſthabita nimirum Translatione nova ipſius Hieronymi ex Hebræo.

Porro, ut aiunt Editores Bibliorum Latinorum Vulgatæ Editionis apud Anton. Vitré, anni 1662. « *Latina Pſalmorum Editio, quam hactenus uſurpat ſancta Romana Eccle-* » *ſia, non eſt Verſio S. Hieronymi, ſed alia translata ab antiquo Interprete ex Græco LXX.* » *Seniorum Editionis S. Luciani Martyris, quæ* Κοινὴ, *ſive* Communis *dicebatur, ab ipſo-* » *met Hieronymo correcta & emendata.* » Κοινὴ autem iſta, *inquit Hieronymus ep. ad Sunniam & Fretelam, to. II. col.* 627. *b.* hoc eſt, Communis Editio, ipſa eſt quæ & LXX. ſed hoc intereſt inter utramque, quòd Κοινὴ pro locis & temporibus, & pro voluntate Scriptorum, vetus corrupta Editio eſt; ea autem quæ habetur in Ἑξαπλοῖς, & quam nos vertimus, ipſa eſt quæ in eruditorum libris incorrupta & immaculata LXX. Interpretum Translatio reſervatur. *Nec id multùm ſollicitare debet quod ait,* & quam nos vertimus; *hoc enim dictum abundè explicatum eſt ſupra in Admonitione prævia ad libros Job, & Pſalmorum, quam vide. Præterea in epiſt. ad Sun. & Fret. potiſſimùm agitur de Pſalterio, quod nemini dubium eſt, ſaltem perito, haud fuiſſe de integro ab Hieronymo translatum ex Græco LXX. ſed tantummodo correctum atque emendatum. Id etiam ipſe ſatis apertè declarat in eadem epiſtola, col.* 634. *b.* Nos emendantes olim Pſalterium, *inquit,* ubicunque ſenſus idem eſt, veterum Interpretum conſuetudinem mutare noluimus, ne nimia novitate Lectoris ſtudium terreremus. *Jam verò ſi Pſalterium uſu receptum hodie in Eccleſia, non eſt Hieronymi fetus propriè dictus, ſed ipſamet antiqua Verſio Latina, quamvis correcta ab ipſo & emendata; conſequens eſt ut Prophetarum Latina plurima, quæ ex Editione LXX. ſparſim leguntur in Commentariis ejuſdem Hieronymi, eadem de cauſa & ratione pari, de integro translata à S. Doctore non dicantur, ſed è veteri petita fuerint Translatione, quamvis correcta ab ipſo & emendata ad Græcum Hexaplare.*

Verùm non meliùs ſtatuetur & judicabitur de hac Verſione Latina, quàm ex Commentariis ipſis, in quibus includitur. Illic ſanè argumenta plurima ſunt & indicia, quæ oſtendunt Interpretationem illam Latinam nihil aliud eſſe plerùmque, quàm Verſionem antiquam ab Editione LXX. Κοινῆ, *ſeu* Communi, *ortam: multò pauciora, quæ illam è Græco, etiam Hexaplari, emendatam fuiſſe ab Hieronymo demonſtrent: nulla, aut pene*

Digitized by Google

nulla ex quibus efficiatur concludaturque omnino aliam, datâ operâ, ab Hieronymo claboratam fuiſſe. Hæc tota pateſient ſubſequentibus.

1°. *Oſtenſum eſt ſupra Hieronymum in hiſce Commentariis utramque Translationem vulgò adhibere cùm ex Hebræo, tum ex LXX. Porro illam quam ducit ex Hebræo, quæque ipſiſſima eſt Vulgata noſtra, ab ipſo priùs adornata, ſuam vocitat variis in locis; alteram verò è Græco derivatam, vel* LXX. *vel* Vulgatam *appellat, tertiâ perſonâ. Exempli gratiâ in Iſai. V.* ℣. 2. *ad hoc Vulgata*, ut faceret uvas, & fecit labruſcas, *ait :* Pro *labruſcis*, quas nos vertimus, in Hebræo ſcriptum eſt *buſim*, quod Aquila interpretatus eſt σαπρίας, id eſt, *fructus peſſimos;* Symmachus ἀπλῆ, hoc eſt, *imperfectos;* LXX. & Theodotio, *ſpinas : item infra col.* 49. *d.* Pro eo quod nos juxta Hebraïcum vertimus, & LXX. tranſtulerunt, *&c. col.* 244. *a.* Pro eo quod nos interpretati ſumus, *&c. Rurſum in Mich. I.* ℣. 10. *col.* 1501. *f.* Multùm Hebraïcum à LXX. interpretatione diſcordat, & *(magnis)* tam mea, quàm illorum Translatio difficultatibus involuta eſt : *& cap. II.* ℣. 9. *col.* 1510. *f.* 1511. *a.* Interpretatio LXX. *inquit*, tantùm diſcordat in præſenti loco ab Hebraïca veritate, ut nec capita poſſimus ex æquo ponere, nec eorum ſimul ſententias explicare : *tum addit :* Quamobrem noſtra primùm Translatio diſſeratur, & poſtea ad eoſdem veniemus. *Item in Abac. III.* ℣. 10. *col.* 1629. *a.* Solam noſtram Editionem *(Vulg.)* poſuimus, ut juxta eam, id eſt, juxta Hebraïcum texentes conſequentiam loci, poſtea LXX. commaticè per capitula diſſeramus : *& in Iſai. VIII. col.* 78. *f.* Quia multùm inter ſe Hebraïcum diſtat, & Vulgata Editio, ideo utrumque poſuimus : *& in cap. XXX. col.* 258. *b.* Multùm in hoc loco LXX. Editio Hebraïcumque diſcordant : primùm ergo de Vulgata Editione tractabimus. *Demum in Jerem. XV.* ℣℣. 10. 11. Pro eo quod nos juxta Hebraïcum interpretati ſumus, *Omnes maledicunt mihi*, uſque ad eum locum, ubi ſcriptum eſt, *in tempore tribulationis adversùs inimicum ;* in Editione Vulgata ita ſcriptum reperi : *Fortitudo mea defecit in his qui maledicunt, &c. & ſic aliis in locis. Ex quibus omnibus ita inferimus : Si Hieronymus in Commentariis uſus eſt Verſione Latina dudum à ſe adornata ex Hebræo, cur novam è Græco ipſe condiderit, cùm vetus Latina pariter exſtaret, quæ ipſi ſufficere potuerit? vel ſi novam prorſus è Græco inſtruxiſſet, nonne ſuam vocitare debuiſſet, ſicut & ſuam appellavit illam à ſe adornatam ex Hebræo? attamen priorem cùm nominat,* Noſtram *equidem* Editionem *dicit, vel, quod unum & idem*, Pro eo quod nos juxta Hebraïcum vertimus : Pro eo quod nos interpretati ſumus : *de altera verò loquens, eam vel* Vulgatam Editionem *appellat, vel ſimpliciter* LXX. *Concludendum igitur unam eſſe proprium Hieronymi fetum ; alteram verò veterem eſſe Translationem Latinam ab ipſo adhibitam in Commentariis. Concluſio ex neceſſaria conſecutione efficitur :* Juxta conſuetudinem noſtram, *inquit in Amos VI. col.* 1430. *b.* Editionem LXX. Interpretum diſſerentes, ne ſi hæreamus omnino in Hebraïco, illuſiſſe Lectoris diligentiæ ; & tacendo de Editione Vulgata, fruſtra eam propoſuiſſe videamur : *ergo, ſi per* Hebraïcum *intelligit Hieronymus Verſionem ſuam Latinam ex Hebr. quod negari non poteſt ; per* Editionem Vulgatam *intelligere debet Verſionem Communem etiam Latinam è LXX. Interpretibus : & ſi credatur* Vulgatæ Editionis, *aut* LXX. *nomine, ſignificari ab Hieronymo Græcum LXX. ſtrictè ſumptum, ſi non temerè omnino creditur, ſaltem levi conjecturâ : quamvis enim non negaverim nonnullis in locis ita poſſe accipi, in aliis tamen pluribus Vulgatam Latinam è Græco LXX. ortam deſignari, vel ex eo uno probari poteſt, nempe in Jon. II.* ℣. 3. *ubi Hieronymus, relato Vulgatæ hodiernæ verſiculo,* Veruntamen rurſum videbo templum ſanctum tuum ; *ſubnexâque pro more è LXX. lectione,* Putaſne addam ut videam templum ſanctum tuum? *proximè addit :* Hoc quod in Græco dicitur Ἄρα, & habet Vulgata Editio *Putas*, interpretari poteſt *Igitur : vide etiam in Jon. IV.* ℣. 2. *col.* 1490. *f. & in Naum II. col.* 1573. *f. Porro ſi Hieronymus ſup.* Vulgatæ *nomine intelligi voluiſſet Græcum LXX. non dixiſſet Vulgatam ſcribere* Putas, *ubi Græcum legit* Ἄρα ; *luce enim clarius eſt illic Hieronymum comparare textum Græcum LXX. Interpretum cum Vulgata Latina, quæ habebat* Putas ; *eòque maximè, quòd ſubdat hoc* Ἄρα, *vel* Putas, interpretari *poſſe* Igitur. *Hoc etiam liquet ex aliis locis ubi Hieronymus per vocabulum* Septuaginta, *non tantùm Græcos codices intelligit & ſuadet, verùm etiam Latinos : v. g. in Sophon. III.* ℣. 14. *col.* 1677. Non videatur mirum, *inquit*, ut ſæpe diximus, aliter Hebraïca capitula, & aliter LXX. Græca videlicet Latinaque finiri : *item in Jerem. XXVIII. col.* 660. *a. relatis quatuor verſibus* 12. 13. 14. 15. *ex Hebr. ita differit :* Hoc quod de Hebraïco poſuimus, *Sub jugo regis Babylonis, &c.* in LXX. non habetur ; & idcirco admoneo, ut prudens Lector intelligat quantum deſit per ſingula Græcis codicibus & Latinis. *Denique in Mich. I.* 16. *ad hoc Verſionis Latinæ è LXX.* Gloria filiæ Iſraël decalvare, & detondêre, *pro quo in Vulgata noſtra ſimpliciter*, Decalvare & tondêre, *addit :* Hoc quod dictum eſt à LXX. *Gloria filia Iſraël*, addentibus *filiæ ;* Hebræi in fine ſuperioris capituli legunt : nobis au-

Digitized by Google

tem, quia ſic voluiſtis, & ſemel ſuſcepimus, incumbit neceſſitas ita interpretari Scripturas, quomodo leguntur in Eccleſia, & nihilominus Hebraïcam non omittere veritatem. *Porro Scripturæ non legebantur Græcè in Eccleſia Latina, ſed Latinè è codicibus Verſionis antiquæ.*

2°. *Cùm Hieronymus propoſuit textum Latinum è Græco Septuaginta, in ſequenti Commentario nonnunquam voces immutat, & preſſiùs è Græco reddit, quod ſatis apertè ſignificat textum ſuperiorem ab ipſo fuiſſe relatum ſimpliciter ut legebatur in codice, non autem denuo & recèns ab eo fuiſſe translatum. V. g. in Oſe. X. ℣. 1. ad hoc, tum Vulgatæ ex Hebræo, tum Verſionis Latinæ è LXX.* Vitis frondoſa Iſraël, *in Commentario addit :* Vitis frondoſa, ſive juxta LXX. εὐκλήματοῦσα, id eſt, bonas habens propagines, & flagella fructifera, multos botros attulit : *rurſum infra, ad ℣. 4. pro his de Hebræo, Vulgataque noſtræ verbis,* Loquimini verba viſionis inutilis, *ita ſubjicit ex LXX.* Loquens verba, occaſiones mendaces : *at infra in Commentario, clariùs ipſe reddit, dicens :* LXX. verba eorum, *excuſationes falſas* tranſtulerunt : *in Græco etiam legimus* προφάσεις, *quæ vox planiùs & aptiùs redditur iſtâ,* excuſationes, *quàm illâ,* occaſiones; πρόφασις *enim, idem ac* prætextus : *& in Abac. III. ℣. 18. ad hoc Vulg.* & exſultabo in Deo Jeſu meo; *pro quo in Editione Lat. è LXX.* gaudebo ſuper Deo ſalutari meo; *infra in Comment. notat,* in Deo Jeſu meo, pro quo LXX. tranſtulerunt τῷ σωτῆρί μου, id eſt, ſalvatore meo, *non* ſalutari, *quod legitur ſupra, ac ſi ſcriptum eſſet apud LXX.* σωτηρίῳ μου, *non* σωτῆρι. *Vide etiam in Ezech. XVI. 21. in Oſe. XIV. 5. in Amos IV. 9. in Jon. I. 13. & in Mich. II. 9. 10. Ex quibus omnibus hoc ſaltem colligi poteſt, videlicet Hieronymo prædictis in locis id accidere, quod & aliàs ipſi contingit, ut veterem Interpretationem Latinam è LXX. ſuperiùs referat, deinde in Commentario nonnullas ejuſdem voces mutet, & alias, vel ſimiles, vel magis idoneas ſubſtituat.*

Non diffitebor tamen aliquando evenire ut Hieronymus non tantùm in Commentario, ſed etiam in textu Latino ſuperiùs poſito aliquid immutet : v. g. in Ezech. XXVIII. ℣. 12. præpoſito de more textu Latino cùm ex Hebraïco, tum ex LXX. ubi legitur utrinque, Tu ſignaculum ſimilitudinis; *in ſubſequenti Commentario ita differit :* Et quia in Latinis codicibus pro *ſignaculo, reſignaculum* legitur; dum κακοζήλως verbum è verbo exprimens, qui interpretatus eſt juxta LXX. Translationem ἀποσφράγισμα, id eſt, *reſignaculum* poſuit : *& in Jer. XXXI. ℣. 2. ad hoc Edit. Lat. è LXX.* Inveni calidum in deſerto, *ſimiliter ait in Comment.* Ridiculè Latini codices in hoc loco, ambiguitate verbi Græci, pro *calido, lupinos* interpretati ſunt : Græcum enim θερμὸν utrumque ſignificat. *Simile quoddam carpit in Latinis codicibus, ad Iſai. LVIII. ℣. 8. cùm enim ita retuliſſet ex Edit. LXX.* Tunc erumpet matutinum lumen tuum, & ſanitates tuæ citò orientur; *deinceps in Commentario hæc notat :* Pro eo quod LXX. tranſtulerunt Τὰ ἰάματά σου, id eſt, *ſanitates tuæ;* Latini Interpretes, ducti nominis ſimilitudine, ἱμάτια, id eſt, *veſtimenta,* poſuerunt : unde multi, translationis falſitate decepti, ad reſurrectionem corporis comprobandam, hoc utuntur teſtimonio, quo ſcilicet veſtimentum animæ corpus accipi velint, quod in die reſurrectionis oriatur. *Porro vox* ἱμάτια *fortaſſe reperiebatur in Editione* Κοινῇ; *in Hexaplari verò* ἰάματα, *unde correxerit Hieronymus ſup.* ſanitates, *loco* veſtimenta, *quod erat in Latino veteri : ſed hujuſmodi correctiones & emendationes, ut dixi, variùs incidunt in textum Latinum, variis Commentarii locis antepoſitum : & ſicubi Hieronymus aliquid inſerat ex Editione Hexaplari, plerumque id notat aſteriſco, ſubjiciendo, idem ex alio Interprete ſumptum eſſe : v. g. in Ezech. VIII. 2. ita textum refert ex Editione LXX.* Et ſurſum quaſi ※ viſio auræ : quaſi viſio electri : *tum addit :* Viſionem auræ, quæ in LXX. non habetur, de Theodotione addidimus. *Vide rurſum infra ad ℣. 4. & capite XXVII. ℣. 19. & aliis quibuſdam locis.*

3°. *In hac veteri Interpretatione Latina nonnulla reperiuntur menda, ſeu ſolœciſmi, à quibus fortè Hieronymus ſe abſtinuiſſet, ſi Græcum LXX. his in locis ipſe tranſtuliſſet. Exempli causâ in Zach. IV. ℣. 2. ſic legitur ex Editione LXX.* Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas ſuper eum : *Hieronymus autem in Verſione ſua ex Hebraïco ita ſcribit,* & lampas ejus ſuper caput ipſius : *rurſus infra in cap. VI. ℣. 6. ejuſdem Zachariæ ſecundùm LXX. hoc legitur,* in quo erant equi nigri, *per relationem ad* quadriga : *in Vulgata verò ex Hebræo,* in qua, *non* in quo; *ſed hæc, nugæ & tricæ. Quinimo hujuſmodi nævos parum curabat Hieronymus, dummodo verba intelligibilia eſſent, vulgique faverent conſuetudini : ait enim in Ezech. cap. XL. col. 982. c.* Illud autem ſemel monuiſſe ſufficiat, noſſe me *cubitum & cubita* neutrali appellari genere; ſed pro ſimplicitate & facilitate intelligentiæ, vulgique conſuetudine, ponere & genere maſculino. Non enim curæ nobis eſt vitare ſermonum vitia, ſed Scripturæ ſanctæ obſcuritatem quibuſcunque verbis differere. *Nos etiam in hac ratione non toto nixu, ſeu importunè inſiſtemus.*

Digitized by Google

Aliud ſe offert quod multò diligentiùs attendi & animadverti debet, nempe Scriptorum veterum Latinorum conſpiratio & quaſi concentus ad tuendam illam ex Editione LXX. Verſionem, ſaltem in plurimis. Enim verò vix meliùs de ipſa judicari poteſt, quàm ex variis Scripturæ teſtimoniis paſſim adhibitis in operibus Patrum Latinorum. At verò contentione & comparatione facta plurimorum hujuſmodi teſtimoniorum cum Verſione antiqua Latina, expreſſa ex Commentariis Hieronymi, animadvertimus ſæpe, & locis permultis, inter illa, non ſolùm aliquam intercedere ſimilitudinem, ſed & magnam & plurimam; imo frequenter & crebrò ad verbum utraque concordare inter ſe. Innumera eò loci revocare, eademve aut ſimillima repetere, operoſa res eſſet, & faſtidioſa nimis: multò aptiùs & commodiùs tam multa & varia in Notis noſtris perſpicientur, ad quas nos remittendum Lectorem ducimus. *

Ex his autem omnibus id colligi poſſe credimus, Hieronymum componendo ſua Commentaria in Prophetas, non recèns, datâque operâ, in Latinum tranſtuliſſe Editionem Græcam LXX. ſed uſum fuiſſe Verſione Latina jam dudum recepta in Eccleſia, ad ſummum ab ipſo correcta; maximè cùm novam ex Hebræo Latinam non condiderit, ſed ipſam illam, priùs à ſe adornatam, iiſdem Commentariis adhibuerit, ut liquet ex ſimilitudine quæ ipſi eſt cum Vulgata noſtra.

Præterea obſervandum eſt ex his Commentariis nonnullos Hieronymum excipienti vel ſcribenti dictaſſe, non ſua manu ſcripſiſſe: Sicque conabor, *inquit Præf. in Jer. col.* 526. Notariorum manu ſcribere, ut nihil deſit in ſenſibus, cùm multum deſit in verbis: *& in Ezech. XX. col.* 842. Hæc ad lucernulam qualiacunque ſunt dictare conamur..... Unde obſecro te..... ut iſta quæ Notariorum ſtylo cudimus, & ad quæ emendanda ſpatium vix habemus..... ſuſcipias. *Ex quibus, ut & ex aliis pluribus apparet, Hieronymum in hiſce elucubrandis libris brevitati ſtuduiſſe, nec plus operæ ſibimet ſumpſiſſe, quàm par erat. Porro novam ſuſcipere & adornare Verſionem è Græco LXX. res fuiſſet haudquaquam parvi laboris, ſed non omnino neceſſarii.*

* Si tamen de his nonnulla aliquis curioſiùs indagare vellet, & expendere loca præcipua, quibus Patres Latini ſæpe cum Hieronymo conveniant, vel ab ipſo leviter tantùm diſſideant, hæc potiſſimùm attendere, & aucupari oportebit. Primò quidem in *Iſaiæ Prophetia*, ad caput XXV. ℣℣. 6. 7. 8. conferenda ſunt teſtimonia ex Rufino & Ambroſio. Item capite XXVI. à ℣. 9. ad ℣. 21. ubi Canticum Iſaiæ habetur, multa ſimilia. Infra, ad caput XL. ℣. 2. vide Ambroſium; ℣. 3. Cyprianum; ℣. 4. Auguſtinum; ℣℣. 6. 12. Ambroſium. Rurſum ad caput XLI. ℣℣. 17. 18. vide Cyprianum. Ad caput XLII. ℣. 1. Ambroſium, & Auguſtinum; ℣. 3. Auguſtinum; ℣. 16. Leonem Magnum; ℣. 24. Cyprianum, & Philaſtrium Brixienſem. Ad caput XLIII. ℣℣. 1. 2. Cyprianum; ℣. 5. Tichonium; ℣. 10. Irenæum, Hilarium, Vigilium Tapſenſem; ℣. 19. Cyprianum; ℣. 21. Auctorem libri de vocatione Gentium; ℣. 26. Ambroſium. Ad caput XLV. ℣℣. 11. 13. 14. Hilarium, Ambroſium, &c. Ad caput XLVIII. ℣℣. 14. 15. 16. Ambroſium, Auguſtinum, Vigilium. Ad caput XLIX. ℣. 6. Tichonium; ℣. 12. Auguſtinum. Ad caput L. ℣. 6. Rufinum. Ad caput LI. ℣. 6. Irenæum. Ad caput LII. ℣. 6. Vigilium Tapſenſem; ℣. 10. Hilarium, & Leonem M. ℣. 15. Auguſtinum. Ad caput LIII. ℣. 4. Leonem M. ℣℣. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. Auguſtinum, Fulgentium, &c. Ad caput LIV. ℣℣. 1. 2. 3. 4. 5. Auguſtinum; ℣. 11. Irenæum. Ad caput LV. ℣℣. 1. 5. Cyprianum; ℣℣. 6. 7. Cyprianum, & Auguſtinum. Ad caput LVI. ℣. 5. Ambroſium, & Auguſtinum. Ad caput LVII. ℣. 1. Facundum; ℣. 4. Luciferum Calaritanum; ℣. 15. Luciferum, & Vigilium; ℣. 17. Auguſtinum. Ad caput LVIII. ℣. 1. Luciferum, Cyprianum; ℣. 2. Tertullianum, Luciferum; ℣. 3. Cyprianum; ℣℣. 4. 5. 6. Ambroſium; ℣. 7. Caſſiodorum, &c. ℣. 8. Irenæum, Caſſiodorum; ℣. 9. Ambroſium; ℣℣. 10. 11. Luciferum. Ad caput LIX. ℣. 2. Cyprianum; ℣℣. 3. 4. 6. 20. Auguſtinum, & Parmen. Ad caput LX. ℣. 2. Heſychium; ℣. 8. Tertullianum, & Ambroſium; ℣. 20. Caſſiodorum. Ad caput LXI. ℣. 1. Hilarium, Ambroſium; ℣. 2. Irenæum. Ad caput LXII. ℣. 3. Tichonium; ℣. 4. Auguſtinum; ℣. 11. Collationem Carthaginenſem. Ad caput LXIII. ℣℣. 9. 14. Vigilium Tapſenſem; ℣. 16. Auguſtinum, & Chromatium Aquil. Ad caput LXV. ℣. 2. Tertullianum, Hilarium, Ambroſium; ℣℣. 15. 16. rurſum Hilarium, & Ambroſium; ℣℣. 18. 19. Auguſtinum; ℣℣. 20. 25. Irenæum, Ambroſium. Ad caput LXVI. ℣. 1. Fulgentium; ℣. 10. Miſſale Romanum; ℣℣. 12. 13. Mſ. Sangerm. & Auguſtinum; ℣℣. 22. 23. Ambroſium; ℣. 24. Auguſtinum.

Ad *Jeremiæ* Prophetiam quod ſpectat, maximè perpendi debet verſus 10. capitis IX. ex Ambroſio; item ℣. 24. ex Cypriano. Ad caput XVI. autem, ℣. 19. legendus Auguſtinus; ſicut ad caput XVII. ℣. 11. & ad caput XXIII. ℣. 5.

In *Ezechielis* libro ad caput XIII. ℣℣. 9. 18. conſule Gildam Sapientem. Ad caput XIV. ℣. 9. Auguſtinum. Ad caput XVI. ℣℣. 4. 5. 6. 7. Auctorem operis imperfecti in Matthæum. Ad caput XVIII. ℣℣. 1. 2. 3. 5. 7. 8. 9. 10. 11. Julianum Pelagianum apud Auguſtinum. Ad caput XXVIII. ℣. 13. Tichonium. Ad caput XXXVII. ℣℣. 1. 2. 4. Irenæum; ℣. 5. Ambroſium; ℣℣. 6. 8. 9. Irenæum; ℣℣. 10. 11. Ambroſium; ℣. 13. Tertullianum; ℣. 14. Cyprianum; ℣℣. 21. 24. 25. Tichonium.

In *Oſea*, ad caput I. ℣. 6. attende Auguſtinum, & Hilarium; ℣. 7. Novatianum; ℣℣. 9. 10. Auguſtinum. Ad caput III. ℣. 2. Ambroſium, ℣. 5. Auguſtinum.

In *Joele*, ad caput II. ℣. 12. nota Cyprianum, Ambroſium, &c. ℣. 17. Gildam Sapientem; ℣. 28. Auguſtinum; ℣℣. 31. 32. Tertullianum, & Ambroſium.

In *Amos*, ad caput IV. ℣. 13. lege Ambroſium, Auguſtinum, Fulgentium. Ad caput V. ℣. 14. iterum Ambroſium. Ad caput VII. ℣. 17. Luciferum Calaritanum. Ad caput VIII. ℣. 9. Auctorem quæſtionum ap. Auguſtinum. Ad caput IX. ℣. 6. Ambroſium, & Fulgentium.

In *Jona* capite III. ℣. 3. vide Luciferum.

Ad *Michæa* III. ℣. 5. attende Vigilium Tapſenſem; ℣. 6. Tichonium; ℣. 9. Vigilium; ℣. 11. Luciferum. Ad caput IV. ℣℣. 1. 2. 3. ſicut ad caput V. ℣℣. 2. 3. Auguſtinum. Ad caput VI. ℣. 3. Ambroſium; ℣. 5. Vigilium; ℣℣. 6. 7. Auguſtinum. Ad caput VII. ℣℣. 2. 8. 9. 10. Ambroſium.

Prophetiam *Habacuc* quod ſpectat, animadvertendum in primis eſt Canticum, ſeu Oratio ejuſdem Prophetæ, quæ non ſolùm ex Hieronymi Commentario excerpta eſt, verùm etiam ex aliis libris, tum editis, tum Mſs. qui nimirum cum Verſione Latina è Commentario Hieronymiano expreſſa non parum congruunt.

De *Sophonia* Prophetia idem judicandum ac de aliis: enim verò ad caput I. ℣℣. 2. 3. concordat Cyprianus. Ad caput II. ℣℣. 14. 15. Tichonius. Ad caput III. ℣℣. 3. 4. 5. Gildas Sapiens.

Similiter in *Aggæi* capite II. ℣℣. 16. 17. 20. non parum concinit Auguſtinus.

Apud *Zachariam*, capite I. ℣. 2. cerne Victorem Tunenſem; ℣℣. 5. 6. Vigilium Tapſenſem. Capite II. ℣℣. 6. 7. Fauſtinum Presb. & Fulgentium; ℣. 8. Auguſtinum. Capite III. ℣. 1. Cyprianum, & Lactantium; ℣. 2. Vigilium; ℣. 3. Lactantium; ℣℣. 4. 5. Cyprianum, Lactantium; ℣. 7. Ambroſium, Lactantium. Capite IV. ℣. 6. Vigilium; ℣. 9. Julium Hilarionem. Capite VII. ℣. 9. Luciferum, Vigilium, Gildam Sapientem; ℣. 10. Vigilium Tapſenſem. Capite VIII. ℣. 16. Irenæum; ℣. 17. Luciferum. Capite IX. ℣. 9. Auctorem libri de promiſſionibus; ℣. 16. Auctorem libri de vocatione Gentium. Capite XII. ℣. 10. Auguſtinum pene ad verbum. Capite XIV. ℣℣. 12. 15. Tichonium.

Demum in *Malachia*, ad caput I. ℣. 7. conſulendus Gildas Sapiens; ℣. 10. Irenæus, & alii; ℣. 11. Irenæus, & Auguſtinus. Ad caput II. ℣℣. 2. 6. Cyprianus; ℣. 7. Auguſtinus; ℣℣. 10. 11. Cyprianus. Ad caput III. mirè conſonat Auguſtinus, nimirum ℣℣. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 13. 14. 15. 16. ſicut infra capite IV. ℣℣. 2. 3.

Digitized by Google

CAPITULA LIBRI ESAIÆ PROPHETÆ,

SECUNDUM VETEREM LATINAM EDITIONEM EX LXX.

Ex codd. Vatic. n. 4220. Orat. D. VIII. & S. Pauli, edita à Joſepho Maria Caro presb. Romæ, 1688.

I. *SERMO Domini ſuper Jeruſalem, & Judæam: propter peccata eas deſertas fuiſſe, ceſſantibus neomeniis, & ſabbatis, & omnibus ſolemnitatibus Legis.* cap. 1. ℣. 1.

II. *Lavacro futuro prædicavit Propheta mundari homines à peccatis.* c. 1. ℣. 16.

III. *Increpatio Domini ſuper Jeruſalem, quæ fuit fidelis, & facta eſt meretrix, iens poſt idola, priuſquam humiliaretur.* al. *Increpat Dominus Jeruſalem, quæ fuit fidelis, & facta eſt meretrix; cui minatur vindicare in illa ab inimicis.* c. 1. ℣. 21.

IV. *De Domino Jeſu Chriſto, quòd mons dictus ſit.* c. 2. ℣. 1.

V. *Typus populi novi, repudiatis Judæis pro idolis, quæ fecerunt & adoraverunt.* c. 2. ℣. 3.

VI. *Quòd auferet Dominus à Judæa omnem potentiam virtutis, in qua prævalebant pro peccatis.* c. 3. ℣. 1.

VII. *De Domino Chriſto.* c. 3. ℣. 10.

VIII. *De cogitatione Judæorum de occiſione Domini Chriſti.* al. *De cogitationibus Judæorum, ut occiderent Chriſtum.* ibid.

IX. *De Domino Chriſto judice, & de iniquitate Judæorum.* c. 3. ℣. 13. ſeqq.

X. *De Domino Chriſto.* ibid.

XI. *Canticum Eſaiæ ſuper Jeruſalem.* c. 5. ℣. 1.

XII. *Sermo ſuper Jeruſalem, id eſt, ſuper populum Judæorum.* ibid.

XIII. *Qui rapiunt domum, aut villam vicini.* c. 5. ℣. 8.

XIV. *De ſiceram ſectantibus, & qui laſcivia vinum bibunt, & ſuſcipit eos tartarus & infernus.* c. 5. ℣. 11.

XV. *De peccatoribus, & omnibus potentibus populi Iſraël, qui ponunt malum bonum.* c. 5. ℣. 18.

XVI. *Repromiſſio gentibus ad ſalutem.* al. *Repromiſſio, remiſſio gentis ad ſalutem.* c. 5. ℣. 26.

XVII. *Ubi vidit Dominum in throno Eſaias.* c. 6. ℣. 1.

XVIII. *Ubi tactu carbonis altaris labia Prophetæ cum homine toto purgata ſunt.* c. 6. ℣. 6.

XIX. *Ubi miſſus eſt ad populum prædicare eis, quoniam non converterentur ut ſalvi fiant.* al. *Prædicat Eſaias populis, ne converterentur, & ſalvi fierent.* c. 6. ℣. 9.

XX. *Quòd deſerta fieret Judæa, & decimaretur populus ejus; & decimaretur à populo ſuo à rege Aſſyriorum.* c. 6. ℣. 11.

XXI. *De his qui voluerunt expugnare Jeruſalem.* c. 7. ℣. 1.

XXII. *De nativitate Domini noſtri Jeſu Chriſti; & de baptiſmate.* c. 7. ℣. 14.

XXIII. *De Domino noſtro Jeſu Chriſto.* ibid.

XXIV. *Vox Domini Chriſti de diſcipulis.* c. 8. ℣. 3.

XXV. *De Domino Chriſto.* c. 9. ℣. 2.

XXVI. *De Domino Chriſto, & imperium ſuper humerum ejus.* al. *De Domini Chriſti imperio ſub humeros ejus.* c. 9. ℣. 6.

XXVII. *Syria à ſolis ortu, & Græcia ab occaſu.* al. *De Syriis qui ſunt à ſolis ortu, & Græcis ab occaſu.* c. 9. ℣. 12.

XXVIII. *De vidua & pupillo à populo oppreſſis.* c. 10. ℣. 1.

XXIX. *Sermo Domini ſuper Jeruſalem & Samariam pro idolis.* c. 10. ℣. 10.

XXX. *De ſecure, & ſerra.* c. 10. ℣. 15.

XXXI. *De Domino noſtro Jeſu Chriſto.* c. 10. ℣. 19.

XXXII. *De Rama civitate Saül.* c. 10. ℣. 29.

XXXIII. *De Domino noſtro Chriſto.* c. 11. ℣. 1.

XXXIV. *De Domino noſtro Jeſu Chriſto, & populo gentium Chriſtiano.* c. 11. ℣. 10.

XXXV. *De Domino Chriſto, & aqua baptiſmi.* c. 12. ℣. 1.

XXXVI. *De paſſione crucis.*

XXXVII. *De die Domini venturo.* c. 13. ℣. 6.

XXXVIII. *Sermo Domini ſuper Babyloniam, inimicam populi Dei: quòd in everſione ejus habitent in ea ſirenæ, hercii, & onocentauri.* c. 13. ℣℣. 1. 21.

XXXIX. *De diabolo loquitur Spiritus Sanctus.* c. 14. ℣. 9.

XL. *Item de diabolo, ubi dixit:* Ero ſimilis Deo; *& quòd in ſe reges, & orbem totum commoveat ad perdendum.* c. 14. ℣. 14.

XLI. *Sermo Domini ſuper Babyloniam.* c. 14. ℣℣. 4. 22.

XLII. *Sermo Domini ſuper Moabitidem: Onus Moabitidum.* c. 15. ℣. 1.

XLIII. *De Domino Chriſto; & ſermo ſuper Moab.* c. 16. ℣. 1. ſeqq.

XLIV. *Sermo Domini ſuper Damaſcum.* c. 17. ℣. 1.

XLV. *Indignatio Domini ſuper Jacob.* c. 17. ℣. 4.

XLVI. *Sermo Domini ſuper gentes, & ſuper Æthiopiam.* c. 17. ℣. 12. c. 18. ℣. 1.

XLVII. *De Domino Chriſto, quòd videri haberetur, qui videndus eſſet in Jeruſalem.* c. 18. ℣. 3.

XLVIII. *Sermo Domini ſuper Ægyptum.* c. 19. ℣. 1.

XLIX. *Sermo Domini ſuper divinos Ægypti.* c. 19. ℣. 11.

L. *Quòd Ægyptus creditura eſſet in Chriſtum Dominum.* c. 19. ℣. 18.

LI. *Sermo Domini ſuper Ægyptios, & Æthiopas.* c. 20. ℣. 3.

LII. *De ruina Babyloniæ,* al. *Babylonis.* c. 21. ℣. 1.

LIII. *Sermo Domini ſuper Idumæam.* c. 21. ℣. 11.

LIV. *Sermo Domini ſuper Sion pro idolis.* c. 22. ℣. 1.

LV. *De averſione aquæ, id eſt, de falſo baptiſmo Judæorum, & de idololatria; & quòd dicebant:* Manducemus & bibamus. c. 22. ℣℣. 9. 13.

LVI. *Sermo Domini ſuper Somnam ſcribam populi, id eſt, diſpenſatorem.* c. 22. ℣. 15.

LVII. *Sermo Domini ſuper Tyrum.* c. 23. ℣. 1.

LVIII. *Sermo Domini ſuper Carthaginem.* ibid.

LIX. *Quòd ſeptuaginta annis eſſet deſerta Carthago* (l. *Tyrus,*) *& reſtitueretur.* c. 23. ℣. 15.

LX. *Sermo malorum, quæ promiſit Deus dare ſuper terram pro peccatis.* c. 24. ℣. 1.

LXI. *De ebrietate vini.* c. 24. ℣℣. 7. 20.

LXII. *De ſpernentibus, & reprobantibus legem Domini;* al. add. *& confuſione ſolis, & lunæ.* c. 25. ℣. 2.

Digitized by Google

LXIII. *De Domino Chriſto, quòd regnaturus eſſet veniens in carne.* c. 25. ℣. 9.
LXIV. *De fide gentibus promiſſa.* c. 26. ℣. 2.
LXV. *De Domino* (al. add. *noſtro Jeſu*) *Chriſto.* c. 26. ℣. 4.
LXVI. *De juſto, & impio.* c. 26. ℣. 7.
LXVII. *De Domino Chriſto*, al. add. *& de reſurrectione ejus.* c. 26. ℣. 11.
LXVIII. *De reſurrectione.* c. 26. ℣. 19.
LXIX. *De interitu diaboli*, al. add. *& cantico vineæ meri.* c. 27. ℣. 1.
LXX. *Sermo Domini ſuper terram pro idolis.* c. 27. ℣. 6.
LXXI. *De mulieribus amantibus ſpectacula.* c. 27. ℣. 11.
LXXII. *De indignatione Domini ſuper Ephraim.* c. 28. ℣. 1.
LXXIII. *De ebrietate vini, & ſicera.* c. 28. ℣. 7.
LXXIV. *Sermo Domini ſuper principes populi fallaces: & de Domino Chriſto naſcituro, qui in Sion eſſet lapis offenſionis.* c. 28. ℣. 14.
LXXV. *De Domino Chriſto.* c. 28. ℣. 16.
LXXVI. *De gith & cymino*, al. addit, *& omni frumento.* c. 28. ℣. 25.
LXXVII. *Sermo Domini ſuper civitatem Aribel, quam expugnavit David.* c. 29. ℣. 1.
LXXVIII. *Perire dicit omnes, qui populum Dei laſerint.* c. 29. ℣. 7.
LXXIX. *Inebriatos dicit eſſe Judæos ſpiritu transpunctionis* (al. *compunctionis*) *pro peccatis ſuis; & de libro ſignato.* ibid. ℣℣. 10. 11.
LXXX. *De his, qui ſine Deo quid* (al. *aliquid*) *faciunt, & dicunt:* Non videt (*al.* Non vidit) Dominus. ibid. ℣. 15.
LXXXI. *De Domini Chriſti operibus; & quòd nobis ſit fides promiſſa, non Judæis qui peccaverunt.* ibid. ℣. 23.
LXXXII. *De incredulitate Judæorum, nolentium audire Prophetas.* al. *De infidelitate Judæorum, qui Prophetas audire contempſerunt.* c. 30. ℣. 9.
LXXXIII. *De pœnitentia agenda.* ibid. ℣. 15.
LXXXIV. *De Domino Chriſto, quòd revocaret Dominus populum ab errore idolorum.* ibid. ℣. 18.
LXXXV. *De Domino Chriſto; & de baptiſmo, & pane, & populo novo Chriſtiano, & Eccleſiâ novâ de gentibus futurâ.* ibid. ℣. 23.
LXXXVI. *Iratum Dominum dicit, eò quòd cum peccato introierunt in Sancta, & datos in manus inimicorum.* al. *Iratus Dominus his, qui cum peccatum* (l. *peccato*) *intraverunt in Sanctuarium, & tradit eos* in manus *inimicorum.* ibid. ℣. 27.
LXXXVII. *Sermo Domini ſuper populum, quòd ſumere auxilia ab Ægypto voluerunt.* c. 31. ℣. 1.
LXXXVIII. *Sermo Domini ſuper terram, & ſuper homines pro peccatis*, al. *pro idolis.* ibid. ℣. 7.
LXXXIX. *De mulieribus opulentis;* al. *de opulentia mulieris.* c. 32. ℣. 9.
XC. *De ſeminantibus ſuper aquas.* ibid. ℣. 20.
XCI. *De Domino Chriſto.* c. 33. ℣. 3.
XCII. *De paſſione Domini Chriſti.* ibid. ℣. 9.
XCIII. *De Domino Chriſto.* ibid. ℣. 13.
XCIV. *De prudentibus & conſiliariis ſcribis, qui Dominum Chriſtum non cognoverunt.* ibid. ℣. 18.
XCV. *De Domino Chriſto; & de Eccleſia, & baptiſmo.* ibid. ℣. 20.
XCVI. *In ira Domini traditur populus inimicis in perditione.* al. *Quòd traderetur populus inimicis in perditione, & de ruina Babylonis.* c. 34. ℣. 1.
XCVII. *De Domino Chriſto, & de populo gentium, & de ſignis curationum, & de baptiſmo.* c. 35. ℣. 1.
XCVIII. *De Sennacherim rege Aſſyriorum, cùm vellet expugnare Jeruſalem, & Dominus non permiſit eum: unde conſuluit Eſaiam Ezechias prophetam.* c. 36. ℣. 1. c. 37. ℣. 1.
XCIX. *Oratio Ezechiæ: & de idolis quòd dii non ſunt. Idola deos non eſſe, ſed hominum opera.* c. 37. ℣. 15.
C. *Avertit Dominus regem Aſſyriorum ab Jeruſalem, & occidit ei angelus Domini per noctem in caſtris centum octoginta millia virorum, & ipſe à filiis ſuis interfectus eſt.* ibid. ℣. 20.
CI. *Ubi Deus addit Ezechiæ annos quindecim ad vitam, & Canticum ejuſdem.* c. 38. ℣℣. 5. 10.
CII. *Sermo Domini ſuper Jeruſalem.* c. 39. ℣. 1.
CIII. *De Domino Chriſto, & adventu Johannis.* c. 40. ℣℣. 1. 3.
CIV. *Quòd omnis caro ſit fenum.* ibid. ℣. 6.
CV. *De Domino Chriſto collecturo populum ad fidem.* ibid. ℣. 10.
CVI. *Neminem ſcire conſilium Dei.* ibid. ℣. 13.
CVII. *De idolis, quæ homo facit, quòd dii non ſint.* ibid. ℣. 19.
CVIII. *Dei ſenſum non comprehendi, & ipſum omnia exhibere nobis.* al. *Dei ſenſum comprehendit nemo; & (ab) ipſo omnia nobis dari.* c. 41. ℣. 2.
CIX. *De Eccleſiis, & de Domino Chriſto revocante ab idolis populum.* ibid. ℣. 8.
CX. *De baptiſmo novo predicto.* ibid. ℣. 17.
CXI. *De judicio Domini in idolis.* ibid. ℣. 21.
CXII. *De Domino Chriſto.* c. 42. ℣. 1.
CXIII. *Vox Dei Patris de Domino Chriſto, quòd ei omnia dederit.* ibid.
CXIV. *De Domino Chriſto, & baptiſmo, & populo Chriſtiano.* c. 42. ℣. 6.
CXV. *De idololatris Judæis, quòd pro his traditi ſunt in direptionem.* ibid. ℣. 17.
CXVI. *Non lædi aquâ, aut igne eum, quem Dominus protegit.* c. 43. ℣. 1.
CXVII. *De populo novo ex omnibus gentibus futuro.* ibid. ℣. 5.
CXVIII. *Vox Dei Patris de Domino Chriſto.* ibid. ℣. 10.
CXIX. *De baptiſmo.* ibid. ℣. 20.
CXX. *De ſacrificiis, & incenſis Judæorum reprobatis.* ibid. ℣. 23.
CXXI. *De baptiſmo novo promiſſo & ipſi Iſraël.* c. 44. ℣. 3.
CXXII. *De idolis gentium, & ariolis, ac divinis.* ibid. ℣. 9.
CXXIII. *De Domino Chriſto.* ibid. ℣. 23.
CXXIV. *Vox Dei Patris de Domino Chriſto.* c. 45. ℣. 1.
CXXV. *Increpat Dominus Judæos de idolis.* ibid. ℣. 6.
CXXVI. *De Domino Chriſto, quòd Salutaris ſit dictus; & de adimpletione gentium.* ibid. ℣. 16.
CXXVII. *De idolorum opere, & pœnitentiâ colentium ea.* ibid. ℣. 20.
CXXVIII. *Sermo Domini ſuper Babyloniam pro idolis, cæteriſque malis admiſſis in populo Dei.* c. 46. ℣. 1.
CXXIX. *De Domino Chriſto.* c. 47. ℣. 4.
CXXX. *A Domino vindictam inferri inimicis, propter nimiam crudelitatem populo ſuo inlatam.* al. *A Domino nos tradi inimicis pro peccatis; ſi nimis lædamur, vindicari de inimicis.* ibid. ℣. 6.
CXXXI. *Increpat Dominus Judæos pro idolis, & pro cervice dura.* c. 48. ℣. 1.
CXXXII. *De Domino Chriſto, & baptiſmo.* ibid. ℣. 16.
CXXXIII. *Vox Domini Chriſti omnia ſibi data à Patre ad ſalutem Jacob, & Iſraël, & omnium gentium.* c. 49. ℣. 1.
CXXXIV. *Vox Dei Patris de Chriſto Domino.* ibid. ℣. 5.
CXXXV. *Vox Dei Patris ad Filium.* ibid. ℣. 8.

Digitized by Google

CXXXVI. *Vox Domini conſolantis Sion, id eſt, Eccleſiam.* ibid. ℣. 14.
CXXXVII. *Vox Domini Chriſti adſumentis gentes.* ibid. ℣. 18.
CXXXVIII. *De Synagoga repudiata à Domino Chriſto in adventu ejus.* c. 50. ℣. 1.
CXXXIX. *Dominus Chriſtus ante adventum ſuum paſſiones ſuas teſtatur; & increpat Judæos de malitia Judæorum, quia in eum eſſent peccaturi.* ibid. ℣. 6.
CXL. *Promiſſio Domini de Eccleſia.* c. 51. ℣. 1.
CXLI. *Non deſpici à Domino eos, qui ab hominibus deſpiciuntur.* ibid. ℣. 7.
CXLII. *Promiſſio facta matri Eccleſiæ de gentibus à Domino Chriſto.* ibid. ℣. 10.
CXLIII. *Dominum ulciſci populum ſuum de perſecutoribus, & reformari Jeruſalem.* ibid. ℣. 16. ſeqq.
CXLIV. *Vox Domini Chriſti ad Jeruſalem.* c. 52. ℣. 1.
CXLV. *Per malos nomen Domini blaſphemari.* ibid. ℣. 5.
CXLVI. *De Jeruſalem, id eſt, Eccleſia; & de Domino Chriſto, & ſanctis ejus.* ibid. ℣. 9.
CXLVII. *Ut recedant ſancti de civitate peccatorum.* ibid. ℣. 11.
CXLVIII. *De paſſione Domini Chriſti.* c. 53. ℣. 1.
CXLIX. *Vox Domini de Eccleſia ex gentibus electa.* c. 54. ℣. 1.
CL. *De proſelytis, & advenis.* ibid. ℣. 15.
CLI. *Omnes exſurgere in perſecutionem Eccleſiæ, & reos.....* ibid. ℣. 17.
CLII. *De baptiſmo, & de populo vero Chriſtianorum.* c. 55. ℣. 1.
CLIII. *Quærentes Dominum, & invenientes, recedere à malis ſuis, & conſequi vitam.* ibid. ℣. 6.
CLIV. *De ſpadonibus populi, & manſionibus.* c. 56. ℣. 3.
CLV. *De juſto.* c. 57. ℣. 1.
CLVI. *Increpat Dominus Judæos pro idololatria.* ibid. ℣. 3.
CLVII. *De Domino Chriſto.* ibid. ℣. 15.
CLVIII. *Forma jejuniorum.* c. 58. ℣. 3.
CLIX. *Delicta noſtra ſeparare inter nos & Deum, ne à malis noſtris liberemur.* c. 59. ℣. 2.
CLX. *De aſpidum fetibus in perſona antichriſtorum, perſecutorum, nihil ſanctitatis habentium.* ibid. ℣. 5.
CLXI. *Vox pœnitentiæ pro peccatis.* ibid. ℣. 11.
CLXII. *De Domino Chriſto; qui ideo venit ut liberaret Iſraël, & populum gentium.* ibid. ℣. 16.
CLXIII. *De Eccleſia, cui Dominus Chriſtus exortus eſt in Jeruſalem.* c. 60. ℣. 1.
CLXIV. *Promiſſiones Eccleſiæ factæ.* ibid. ℣. 6.
CLXV. *Vox Domini Chriſti de ſe, & de Eccleſia, & populo, & ſacerdotibus.* c. 61. ℣. 1.
CLXVI. *Contra injuſtitias, & rapinas.* al. *de injuſtitia, & rapinis.* ibid. ℣. 8.
CLXVII. *Vox Domini Chriſti de Eccleſia,* al. add. *& de ſe ipſo.* c. 62. ℣. 1.
CLXVIII. *De Domino Chriſto, & Eccleſiâ.* ibid. ℣. 11.
CLXIX. *De Domino Chriſto, & paſſione ejus.* c. 63. ℣. 1.
CLXX. *Quòd Dominus Chriſtus per Moyſen tranſvexit populum per rubrum mare.* ibid. ℣. 11.
CLXXI. *Exomologeſis Prophetæ ad Deum pro populo.* ibid. ℣. 15.
CLXXII. *De pœnitentia populi, & de panno menſtruali.* c. 64. ℣. 1.
CLXXIII. *Vox Domini Chriſti de paſſione ſua, & contra Judæos de idololatria.* c. 65. ℣. 1.
CLXXIV. *Non perdere, ſed ſervare Dominum ſervientem ſibi, & perdere non ſervientem.* al. *Non perderet Dominus ſervientem ſibi, ſed non ſervientem.* ibid. ℣. 8.
CLXXV. *Mercedes promiſſæ ſervienti Domino.* al. *De mercede ſervientium Domino.* ibid. ℣. 13.
CLXXVI. *Promiſſio Domini de reformatione Jeruſalem;* al. addit, *& habitavit lupus cum agno.* ibid. ℣℣. 17. 25.
CLXXVII. *Humilem, & quietum diligi à Domino.* al. *Quòd humilem & quietum diligit Deus.* c. 66. ℣. 2.
CLXXVIII. *Increpat Dominus Judæos, qui Dominum Chriſtum non receperunt.* ibid. ℣. 4.
CLXXIX. *Diligentibus Jeruſalem omnia bona abundatura,* al. *abundare.* ibid. ℣. 10.
CLXXX. *De die adventûs Domini.* al. *De adventu futuri diei Domini.* ibid. ℣. 15.
CLXXXI. *Dominus Chriſtus de ſe, & de Apoſtolis, & de populo expulſo loquitur.* ibid. ℣. 19.

Digitized by Google

PROPHETIA
ISAIÆ.

CAPUT PRIMUM.

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.
1. Visio Isaiæ filii Amos, quam vidit super Judam & Jerusalem in diebus Oziæ, Joathan, Achaz, & Ezechiæ, regum Juda.	1. Visio Isaiæ filii Amos, quam vidit contra Judæam, & contra Jerusalem..... *Hieron. in Isai. 2. to. 3. col. 21. a.*
2. Audite cœli, & auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus est. Filios enutrivi, & exaltavi: ipsi autem spreverunt me. *Os. 11.*	2. Audi cœlum, & præbe aurem terra, quoniam Dominus locutus est. Filios generavi, & exaltavi: ipsi autem me reprobaverunt. *Cypr. l. 1. Testim. p. 276. c.*
3. Cognovit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui: Israël autem me non cognovit, & populus meus non intellexit.	3. Agnovit bos possessorem suum, & asinus præsepium domini sui: Israël autem me non cognovit, & populus me non intellexit.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hieron. ad hunc ℣. col. 6. hæc habet: *Pro* Juda *in quo significantur duæ tribus, LXX. & Theodotio posuere* Judæam *quæ totam terram 12. tribuum ostendit:* deinde ait: *Et pro eo quod nos ex Hebræo vertimus*, super Judam & Jerusalem, *illi interpretati sunt*, contra Judæam & Jerusalem: & infra in cap. 2. p. 21. a. dicit: *In priore visione, LXX. interpretati sunt*, quam vidit contra Judæam, & contra Jerus. &c. Et verò in Græco est: Ὅρασις ἣν εἶδεν Ἡσαΐας υἱὸς Ἀμὼς, ἣν εἶδε κατὰ τῆς Ἰουδαίας, καὶ κατὰ Ἰερουσαλήμ· *Visio quam vidit Isaias filius Amos, quam vidit contra Judæam, & contra Jerusalem.*

℣. 2. Eadem sunt in Græco, nisi excipias ult. verbum ἠθέτησαν, pro quo Cypr. ipse de orat. Dom. p. 206. c. hab. *spreverunt.* Similiter vet. Iren. Interp. l. 4. c. 2. & 41. p. 229. a. 288. b. *Audi cœlum, & auribus percipe terra, quoniam Dom. locut. est. Filios genui, & exaltavi: ipsi autem me spreverunt.* Tertul. l. 3. cont. Marc. p. 681. a. *Audi cœlum, & in aures percipe terra:* & sup. p. 670. c. 674. c. *Filios generavi, & exaltavi: at illi me rejecerunt:* & l. adv. Jud. c. 3. p. 137. a. *Filios generavi, & exaltavi: ipsi autem spreverunt me:* item lib. adv. Jud. c. 9. p. 142. b. *Filios generavi:* at lib. de orat. c. 2. p. 180. b. *Filios genui, & illi me non agnoverunt.* Lucifer Calaritanus l. de non parc. in De. del. p. 234. vel 236. g. cum August. l. 2. de serm. Dom. in m. to. 3. 206. c. & Hieron. in Isai. 1. p. 8. f. *Filios genui, & exaltavi: ipsi autem me spreverunt:* itidem *spreverunt* apud Cypr. l. de zelo & liv. p. 260. b. at constanter *generavi*, ut in textu. Lactantius l. 4. Instit. c. 11. p. 575. *Audi cœlum, & percipe auribus terra, quon. Dom. loc. est. Filios genui, & exalt. ipsi autem spreverunt me.* Sic etiam apud Hilar. in Ps. 118. col. 343. e. & l. 12. de Trin. col. 1119. a. exceptis his, *ipsi autem*, &c. quæ non refert. Similiter hab. Ambros. in Ps. 118. col. 1155. b. 1186. b. 1221. d. *Audi cœlum, & auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus est:* & apud ipsum Auctor l. de fide orthod. *Filios genui, & exaltavi.* Ita quoque S. Leo, s. 25. p. 80. a. cum his, *ipsi autem spreverunt me.* Concinit Gaud. Brix. ser. 9. & 10. p. 957. b. 960. a. Sed Optat. l. 4. cont. Donat. p. 76. c. legit: *Audi cœlum, & percipe auribus terra: Filios generavi, & exaltavi: ipsi autem me dereliquerunt.* Auct. l. adv. Jud. apud Cypr. p. 574. *Audi cœlum, & prabe aurem terra, quoniam Dom. locutus est. Filios genui, & exaltavi, ipsi autem me spreverunt.* Hieron. in Isai. 1. p. 8, f. dicit, pro *genui*, Symmachum & Theod. posuisse *enutrivi:* & inf. col. 9. c. *Melius est autem*, inquit, *juxta Hebraïcum legere*, Filios enutrivi. Ennod. apol. pro IV. Synod. Conc. to. 4. 1341. c. *Filios nutrivi, & exalt. ipsi autem spreverunt me.*

℣. 3. Eadem referunt Tertul. l. 3. adv. Marc. p. 670. c. Lactant. l. 4. Instit. c. 11. p. 575. Leo M. s. 25. p. 80. a. & Gaud. Brix. s. 10. p. 960. a. nisi quòd omnes, præter Lact. scribunt *præsepe*, non *præsepium*; & Lact. cum S. Leone, *populus meus me non intellexit.* In Græco omnia ut in textu, præter pronomen *suum*, quod deest post *possessorem.* Hieron. etiam in hunc loc. col. 9. c. ait, pro his: *Israël non cognovit, populus meus non intellexit*, solos LXX. transtulisse: *Israël autem me non cognovit, & populus me non intellexit.* Sic etiam legit vet. Iren. Interp. l. 1. p. 90. c. cum Tertul. tum loco cit. tum l. 4. adv. Marc. p. 719. c. & l.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Cypr. ubi ſup. 4. Væ gens peccatrix, populus plenus peccatis, ſemen nequam, filii ſceleſti: reliquiſtis Dominum, & in indignationem miſiſtis illum ſanctum Iſraël.	4. Væ genti peccatrici, populo gravi iniquitate, ſemini nequam, filiis ſceleratis: dereliquerunt Dominum, blaſphemaverunt ſanctum Iſraël, abalienati ſunt retrorſum.
Ambr. in Pſ. 37. col. 827. e. 5..... omne caput in dolore, & omne cor in mœſtitia.	5. Super quo percutiam vos ultra, addentes prævaricationem? omne caput languidum, & omne cor mœrens.
6. A pedibus uſque ad caput, non eſt vulnus, *Idem ep. 41. col.* neque cicatrix, neque plaga cum fervore: non eſt *961. a.* malagma imponere, neque oleum, neque alligaturam.	6. A planta pedis uſque ad verticem, non eſt in eo ſanitas: vulnus, & livor, & plaga tumens, non eſt circumligata, nec curata medicamine, neque fota oleo.
Cypr. l. 1. Teſtim. p. 278. a. 7. Terra veſtra deſerta, civitates veſtræ igni exuſtæ: regionem veſtram in conſpectu veſtro alieni comedent eam; & deſerta, & ſubverſa à populis alienis.	7. Terra veſtra deſerta, civitates veſtræ ſuccenſæ igni: regionem veſtram coram vobis alieni devorant, & deſolabitur ſicut in vaſtitate hoſtili. *Inf. 5. 6.*
8. Derelinquetur filia Sion ſicut caſa in vinea, & ſicut cuſtodiarium in cucumerario, quaſi civitas quæ expugnatur.	8. Et derelinquetur filia Sion ut umbraculum in vinea, & ſicut tugurium in cucumerario, & ſicut civitas, quæ vaſtatur.
9. Et niſi Dominus ſabaoth reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma fuiſſemus, & quaſi Gomorrha ſimilaremur.	9. Niſi Dominus exercituum reliquiſſet nobis ſemen, quaſi Sodoma fuiſſemus, & quaſi Gomorrha ſimiles eſſemus. *Rom. 9. 29. Gen. 19. 24.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

adv. Jud. c. 13. p. 147. c. at l. 5. adv. Marc. p. 796. c. habet: *Iſraël me non agnovit, & populus meus me non intellexit:* in Mſ. tamen Alex. ac ed. Ald. λαός μου ὐ, &c. abſque *me*. In Actis Mart. S. Phil. ap. Ruinart. p. 417. ſic: *Iſraël non me agnovit Dominum omnium.* Similiter Hilar. in Pſ. 146. col. 580. a. *Agnovit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui: Iſraël verò me non cognovit.* Ita quoque Ambroſ. in Pſ. 39. col. 866. f. & in Luc. 13. col. 1452. f. & epiſt. 23. col. 882. c. at in Luc. 2. col. 1296. a. habet: *Agnovit bos poſſeſſorem ſuum, & aſina præſepe domini ſui;* tum addit: *Imo* præſepium *dixerim, ſicut ſcripſit qui tranſtulit; nihil enim apud me diſtat in verbo, quod non diſtat in ſenſu:* ita quoque hab. Cypr. cum Lactantio, ut notavi ſupra: at Cypr. l. de orat. Dom. p. 206. c. legit *præſepe*, ſicut infra, & *populus meus me non intellexit.* Auguſt. in Job, to. 3. 662. c. *Quoniam cognovit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui.* Auct. l. de Judaica incredul. ap. Cypr. p. 569. b. *Cognovit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepium domini ſui: Iſraël autem me neſciit, & plebs me non intellexit.*

℣. 4. Ita rurſum Cypr. l. de orat. Dom. p. 207. a. præter unum *dereliquiſtis.* Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. *Væ gens peccatrix, populus plenus deliciis, ſemen malignum, filii ſine lege: dereliquiſtis Dominum, & exacerbaſtis ſanctum Iſraël.* Ita quoque in Græco. Apud Tertul. l. adv. Jud. c. 3. p. 137. a. *Væ gens peccatrix, populus plenus peccatis, filii ſcelerati: dereliquiſtis Deum, & in indignationem miſiſtis ſanctum Iſraël:* & l. 3. adv. Marc. p. 671. a. *dereliquiſtis Dominum, & in iram provocaſtis ſanctum Iſrael:* & l. adv. Jud. c. 13. p. 147. c. alludens dicit: *ſed dereliquit magis, & ad indignationem provocavit ſanctum Iſraël.* Ambroſiaſt. col. 45. a. *Væ genti peccatrici, ſemen peſſimum;* & infra, 235. a. rurſus habet, *ſemen peſſimum;* deinde, *reliquiſtis enim Dominum, & ad iracundiam incitaſtis ſanctum Iſraël.* Hilar. in Pſalm. 65. col. 179. a. *in iracundiam provocaſtis ſanctum Iſraël.* Auct. l. de promiſſ. p. 1. c. 4. ap. Proſp. p. 94. a. *ſemen nequam, filii ſceleſti, dereliquiſtis Dominum.* Hieron. in Amos 5. col. 1408. e. *Væ gens peccatrix, populus plenus deliciis, ſemen peſſimum, filii iniqui:* at in Iſai. 1. col. 10. b. verſum hunc profert ex Hebr. quomodo legitur in Vulg. & addit: *Hoc quod in ultimo poſui*, abalienati ſunt retrorſum, *LXX. Interpretes non habent;* & *pro* blaſphemaverunt, *ſcribitur in eis*, ad iracundiam concitaverunt; & *pro* ſemine nequam, ſemen peſſimum, *quod cæteri ſequentes Hebraïcum*, mereim, *interpretati ſunt*, peſſimorum: & infra, pro hoc, quod in Hebraïco eſt, *populo gravi iniquitate*, dicit, *juxta LXX.* legi, *populo pleno peccatis.*

℣. 5. Eadem repetit Ambroſ. in Pſ. 1. col. 750. e. f. ſed l. de lapſ. virg. p. 313. b. legit: *totum caput in dolore, & totum cor in mæſtitia.* Cæleſtin. PP. epiſt. 22. to. 1. col. 1199. c. *omne caput in dolore, & omne cor in mæſtitia à pedibus uſque ad caput.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 38. p. 159. b. *omne caput in dolore, omne in cor triſtitia.* Græc. Τί ἔτι πληγῆτε, προσιθέντες ἀνομίαν; πᾶσα κεφαλὴ εἰς πόνον, καὶ πᾶσα καρδία εἰς λύπην. *Quid adhuc percutiamini, addentes iniquitatem? omne caput in labore, & omne cor in mœrore.* S. Paulin. epiſt. 50. p. 267. a. *omne cor in dolore à pedibus uſque ad caput.*

℣. 6. Rurſus Ambroſ. l. de lapſ. virg. col. 313. b. *A pedibus uſque ad caput, non eſt malagma imponere:* & l. 1. offic. col. 5. c. *non eſt malagma apponere, neque oleum, neque alligaturam.* Hieron. in hunc loc. col. 11. f. his Vulgatæ verbis, *non eſt circumligata*, &c. ſubdit: *pro quo LXX. tranſtulerunt: Non eſt malagma imponere, neque oleum, neque alligaturas:* & infra: *Pro faſciolis*, inquit, *quibus Iſraëlis nequaquam circumligata ſunt vulnera, LXX.* malagma *tranſtulerunt:* ita rurſum Hieron. in Ezech. 30. col. 918. a. & in Eccleſiaſt. to. 2. 766. c. In epiſt. verò Orientalium ad Symmach. Conc. to. 4. 1307. hæc leguntur: *Non eſt ulcus aut macula, neque plaga tumens: ſed totum ulcus eſt à pedibus uſque ad caput.* Græcè, Ἀπὸ ποδῶν ἕως κεφαλῆς, οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ ὁλοκληρία, ἔτε τραῦμα, ἔτε μώλωψ, ἔτε πληγὴ φλεγμαίνουσα, &c. *A pedibus uſque ad caput, non eſt in eo integritas, neque vulnus, neque livor, neque plaga tumens*, &c. ut in textu, præter vocem ult. plur. καταδέσμους, *alligaturas;* ſed à Mſ. Alex. abeſt hoc, οὐκ ἔστιν ἐν αὐτῷ ὁλοκληρία.

℣. 7. Ita verſum integrum reddit Tertul. l. adv. Jud. c. 3. p. 137. a. niſi quòd tollit *eam*, poſt *comedent*. Græcè tamen, κατεδίκασι αὐτήν, deinde ſic: ἡ ἠρήμωται, καὶ ἐστραμμένη ὑπὸ λαῶν ἀλλοτρίων· *devorant eam; & deſolata eſt, ſubverſa à pop. alienis;* cæt. ut in Lat. ſup. Rurſum Tertul. ibid. c. 13. p. 146. a. legit: *Terra veſtra deſerta, civitates veſtræ igni exuſtæ: regionem veſtr. in conſp. veſtro exteri comedent; & deſerta, & ſubverſa erit à populis alienis:* & inf. p. 147. a. alludens ait: *Terra eorum deſerta..... regionem ipſorum in conſp. eorum extranei devorantes:* & l. adv. Marc. p. 679. c. *regionem eorum ſub ipſorum conſpectu extranei devorant.* Hilar. in Pſ. 124. col. 402. e. *Terra veſtra deſerta, civitates veſtræ igni concrematæ: regionem veſtram in conſpectu veſtro exteri comedent; & deſolata, & ſubverſa à populis extraneis.* Hieron. in Amos 5. col. 1408. e. *Terra veſtra deſerta, civitates veſtræ igne conſumptæ: regiones veſtras coram vobis alieni comedent:* at in Iſai. 5. col. 53. a. *regionem veſtram in conſpectu veſtro alieni devorant; & deſerta eſt, atque ſubverſa à populis externis.*

℣. 8. Sic etiam ad verbum legit Tertul. l. adv. Jud. c. 3. p. 137. a. poſito uno & poſt vocem *cucumerario:* at inf. c. 13. p. 147. c. alludens dicit: *Derelicta eſt filia Sion tanquam ſpecula in vinea, velut in cucumerario caſula:* ſimiliter l. 3. & 4. adv. Marc. p. 679. c. 725. c. 735. a. Iren. l. 4. c. 4. p. 231. b. *Derelinquetur filia Sion ſicut caſa in vinea, & velut cuſtodiarium in cucumerario.* Hilar. in Pſ. 124. col. 402. e. *Derelinquetur filia Sion ut tabernaculum in vinea, & ſicut caſa cuſtodiaria in cucumerario.* Auct. op. imp. in Mat. hom. 29. p. 121. b. *Et derelinquetur filia Sion ſicut umbraculum in vinea.* Hieron. in hunc loc. col. 12. f. ait *cucumerarium* à LXX. *pomorum cuſtodiam* vocari; nunc etiam Græcè legitur ὀπωροφυλάκιον ἐν Συκαμίνῳ· cæt. ut in textu.

℣. 9. Ambroſ. l. de Noe, c. 19. col. 257. b. legit cum Gr. *Niſi Dominus ſabaoth reliquiſſet nobis ſemen, ſicut Sodoma facti eſſemus, & ſicut Gomorrha ſimiles eſſemus.* Similiter hab. Hieron. in Joel. 2. col. 1361. c. & Gaud. Brix. ſer. 4. p. 949. f. cum Paulo apoſt. Rom. 9. 29. excepto hoc ult. *ſimiles fuiſſemus*, Græc. ὡμοιώθημεν. Rurſum Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 162. *Niſi Dominus ſabaoth reliq. nob. ſemen, quaſi Sodoma eſſemus, & ſimiles Gomorrhæ fuiſſemus.* Tichon. reg. 3. p. 55. d. *Niſi Domi-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

10. Audite verbum Domini principes Sodomorum, percipite auribus legem Dei noſtri populus Gomorrhæ.

Jer. 6. 20. Amos, 5. 21. 11. Quò mihi multitudinem victimarum veſtrarum, dicit Dominus? plenus ſum: holocauſta arietum, & adipem pinguium, & ſanguinem vitulorum, & agnorum, & hircorum, nolui.

12. Cùm veniretis ante conſpectum meum, quis quæſivit hæc de manibus veſtris, ut ambularetis in atriis meis?

13. ne offeratis ultra ſacrificium fruſtra: incenſum abominatio eſt mihi. Neomeniam, & ſabbatum, & feſtivitates alias non feram, iniqui ſunt cœtus veſtri:

14. calendas veſtras, & ſolemnitates veſtras, odivit anima mea: facta ſunt mihi moleſta, laboravi ſuſtinens.

15. Et cùm extenderitis manus veſtras, avertam oculos meos à vobis: & cùm multiplicaveritis *Inſ. 59. 3.* orationem, non exaudiam: manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt.

VERSIO ANTIQUA.

10. Audite verbum Domini principes Sodomorum, attendite verbum Domini populus Gomorrhæ. *Hilar. in Pſ. 2. n. 19. col. 36. d.*

11. Quò mihi multitudinem hoſtiarum veſtrarum, dicit Dominus? plenus ſum: holocauſta arietum, & adipem agnorum, & ſanguinem taurorum, & hircorum, nolo.

12. Nec ſi veniatis apparere in conſpectu meo: quis enim exquiſivit hæc de manibus veſtris? calcare aulam meam non apponetis.

13. Si afferatis ſimilaginem, vanum eſt: thymiama abominatio eſt mihi. Neomenias, & ſabbata veſtra, & diem magnum non ſuſtineo:

14. jejunia, & ferias, & neomenias veſtras, & feſtivitates odit anima mea: facti enim eſtis mihi in abundantiam, jam non ſuſtineo peccata veſtra.

15. Cùm extenditis manus, avertam oculos meos à vobis: & ſi multiplicetis precem, non exaudiam vos: manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

eus ſabaoth reliq. nobis ſem. ſicut Sodoma eſſemus. Ad hanc autem vocem, *ſabaoth*, hæc habet Hieron. in hunc loc. col. 13. b. *Pro* Domino exercituum, *quod nos, ſecuti Aquilam, in Latinum vertimus, in Hebræo legitur* Dominus ſabaoth, *quod LXX. Interpretes, pro locorum qualitate, dupliciter transferunt, aut* Dominum virtutum, *aut* Dominum omnipotentem.

℣. 10. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 197. g. *Audite verbum Domini principes Sodomorum, attendite legem Dei plebs Gomorrha.* Ita quoque in Græco. Hilar. ipſe in Pſ. 118. col. 264. b. habet: *attendite legem Dei populi Gomorrha.* Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1007. e. *Audite principes Sodomorum:* quibus alludit Tertul. l. adv. Jud. c. 9. p. 142. b. dicens: Ἀρχοντας *Sodomorum, appellat archontas veſtros; & populum veſtrum, populum Gomorrha.* Tichon. reg. 4. p. 59. g. *Audite verbum Domini principes Sodomorum.* Similiter hab. Hieron. in Sophon. 2. 1665. e. additque: *& attendite in legem Domini populus Gomorrha:* contrà in Oſe. 11. col. 1315. c. *Audite legem Dei principes Sodomorum, attendite verbum Domini populus Gomorrha.*

℣. 11. Eadem repetit Hilar. in Pſ. 65. col. 183. d. hoc tantùm prætermiſſo, *dicit Dominus.* Iren. l. 4. c. 17. p. 248. d. *Quò mihi multitudinem ſacrificiorum veſtrorum, dicit Dominus? plenus ſum.* Tertul. l. 2. adv. Marc. p. 652. c. *Quò mihi multitudinem munerum tuorum? plenus ſum:* at paulò ſup. leg. *ſacrificiorum:* & l. adv. Jud. c. 5. p. 138. c. *Quò mihi multitudinem ſacrificiorum veſtrorum, dicit Dominus? holocauſtomata, & ſacrificia veſtra, & adipem hircorum, & ſanguinem taurorum nolo.* Cypr. l. 1. Teſtim. p. 280. a. *Quò mihi multitudinem ſacrificiorum veſtrorum, dicit Dom. plenus ſum: holocauſtomata arietum, & pinguamina agnorum, & ſanguinem taurorum, & hircorum, nolo.* Acta mart. S. Phileæ ap. Ruinart. p. 494. *Ut quid mihi multitudinem ſacrificiorum veſtrorum, dicit Dominus? plenus ſum: holocauſta arietum, & adipem agnorum, & ſanguinem hircorum nolo.* Ambroſ. l. 2. de interpel. Dav. c. 9. col. 651. c. *Quò mihi multitud. ſacrificiorum veſtrorum, dicit Dominus? plenus ſum: holocauſtomata arietum, & adipem agnorum, & ſang. taurorum, & hircorum, nolo.* Eadem quoque proferuntur à Donatiſtis in Collat. Carthag. p. 489. b. nec aliter exſtant Græcè, ſi excipiatur unum, πλήρης εἰμὶ ὁλοκαυτωμάτων, *plenus ſum holocauſtis;* ſed Mſ. Alex. habet ὁλοκαύτωμα, per relat. ad ſubſeqq. Auguſt. ſer. 42. to. 5. 209. d. *Quò mihi multitud. ſacrificiorum veſtrorum?* Hieron. in Oſe. 5. col. 1267. b. *holocauſta arietum, & adipem agnorum, & ſanguinem hircorum, atque taurorum, nolo:* in Vulgata quidem poſuit *nolui*, ſed in hunc Iſaiæ loc. col. 14. f. monet *pro eo quod eſt* nolui, *LXX. tranſtuliſſe* nolo; *præſens tempus pro præterito.* Attamen Caſſiod. in Pſ. 101. p. 337. b. legit *nolo*, licet Vulgatam noſtram citet.

℣. 12. Tertul. adv. Jud. c. 5. p. 138. c. *Nec ſi veniatis videri mihi: quis enim exquiſivit hæc de manibus veſtris?* Græc. ἀλλ' ἂν ἔρχησθε ὀφθῆναί μοι, &c. ut ſup. Ambroſ. l. 2. de interpel. Dav. c. 9. p. 651. c. *Nec ſi veniatis in conſpectum meum: quis enim iſta requiſivit de manibus veſtris? calcare regiam meam non adjicietis.* Cypr. lib. 1. Teſtim. p. 280. a. *quis enim exquiſivit iſta de manib. veſtris?* Hilar. in Pſ. 65. p. 183. d. *quis enim hæc exquiſivit de manibus veſtris?* Hieron. in hunc loc. col. 15. b. addit: *calcare atrium meum non apponetis.* Donatiſtæ in Collat. Carthag. p. 489. b. *Nec ſic veniatis in conſpectu meo: quis enim exquiſivit iſta de manibus veſtris? calcare aulam meam non adjicietis.*

℣. 13. Tertul. l. adv. Jud. c. 5. p. 138. c. *Quoniam etſi attuleritis mihi ſimilam, vanum eſt: incenſum abominatio eſt mihi.* Acta mart. S. Phileæ ap. Ruinart. p. 494. *Nec ſi ſimilam offeratis.* Collat. Carthag. p. 489. b. *Si attuleritis ſimilaginem, vanum: incenſum abominatio eſt mihi.* Græc. Ἐὰν φέρητε, &c. ut in Collat. Tertul. l. 1. cont. Marc. p. 626. c. addit: *Neomenias veſtras, & ſabbata, & diem magnum non ſuſtineo:* ſimiliter l. 5. p. 785. b. excepto ult. *non ſuſtinebo.* Hieron. in Ezech. 16. col. 798. b. *Neomenias veſtras, & ſabbata, & diem magnum non recipiam:* & in Ezech. 45. col. 1043. d. *Neomenias veſtras, & ſabbata veſtra, & diem magnum non ſuſcipio.* Auct. l. cont. Jud. ap. Cypr. p. 574. a. *Populo Iſraël, neomenias, ſabbatum, & diem magnum non patior.* Collat. Carthag. p. 489. b. cum Leone M. ſer. 89. p. 175. f. *Neomenias veſtras, & ſabb. & diem magn. non ſuſtineo.* Hi autem Scriptores non ſubnectunt, quod extremò legitur in Vulg. *iniqui ſunt cœtus veſtri;* tametſi omnes ſequentia verba de ℣. 14. proximè addant. Græcè pariter: Τὰς νεμηνίας ὑμῶν, & τὰ ζάββαλα, & ἡμέραν μεγάλην οὐκ ἀνέχομαι· deinde νηστείαν, &c. nec plura.

℣. 14. Tertul. l. 1. adv. Marc. p. 626. c. *ferias, & jejunium, & dies feſtos veſtros odit anima mea:* & l. 5. p. 785. b. *jejunium, & ferias, & cæremon. veſtras odit anima mea:* & l. 2. p. 652. c. *& ſolemnitates, & dies feſtos, & veſtra ſabbata odit anima mea:* vide etiam l. adv. Jud. c. 4. p. 137. c. & de Idol. c. 14. p. 243. c. necnon Hilarium l. 10. de Trin. col. 1073. d. Apud Ambroſ. l. de Incarn. col. 718. e. *neomenias, & ſabbata veſtra odit anima mea.* Item ap. Tichon. reg. 7. p. 67. b. *ſabbata veſtra odit anima mea.* Ap. Hieron. in Ezech. 16. p. 798. b. *jejunium, & otium, & ſolemnitates veſtras odit anima mea:* & in Ezech. 45. p. 1043. d. *jejunium, & ferias, & neomenias, & ſolemnitates veſtras odit anima mea:* & in Iſai. 58. col. 428. a. *jejunium, & otium, neomenias, & ſabbata, & alias ſolemnitates veſtras odit,* &c. & ſup. in Iſai. 1. col. 15. c. obſervat LXX. interpretatos eſſe *jejunium, & otium;* paulòque poſt hæc addit: *factis mihi eſtis in ſatietatem, nequaquam dimittam peccata veſtra;* pro quo ult. inquit, *interpretatus eſt Aquila*, laboravi ſuſtinens. Auct. l. adv. Jud. apud Cypr. p. 574. a. legit: *ferias, & jejunium exſecratur anima mea.* Collat. Carthag. p. 489. b. *jejunium, & ferias, & dies feſtos veſtros odit anima mea: factis enim eſtis mihi in abundantia multa, jam non parcam peccatis veſtris.* Eadem quoque refert Leo M. ſer. 89. p. 175. f. uſque ad verbum *factis.* Itidem ap. Gaud. Brix. ſer. 11. p. 961. g. præter τὸ *ferias veſtras.* Apud Marten. Anecdot. to. 5. p. 16. a. *jejunium, & diem feſtum veſtrum, & ſabbata odit anima mea: feciſtis mihi tædium, non dimittam peccata veſtra.* Cypr. l. 1. Teſtim. p. 283. a. *jam non laxabo peccata veſtra.* Græcè: νηστείαν, & ἀργίαν, & τὰς νεμηνίας ὑμῶν, & τὰς ἑορτὰς ὑμῶν μισεῖ ἡ ψυχή μου· ἐγενήθησέ μοι εἰς πλησμονήν, οὐκέτι ἀνήσω τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν.

℣. 15. Rurſum Hilar. in Pſ. 54. col. 104. f. *Et cùm extenderitis manus veſtras ad me, avertam oculos meos à vobis:* & inſ. *manus veſtræ ſanguine plenæ ſunt:* & in Pſ.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hilar. in Pſ. 2. n. 20. col. 37. a.

16. Lavamini, mundi eſtote, auferte nequitias ab animis veſtris, à conſpectu oculorum meorum: deſinite à malitiis veſtris,

17. diſcite bonum facere: exquirite judicium, liberate injuriam accipientem, judicate orphano, & juſtificate viduam.

18. Et venite, arguamur, dicit Dominus: & ſi fuerint delicta veſtra ut phœnicium, ut nivem dealbabo: ſi autem fuerint ut coccum, ut lanam candidam efficiam.

19. Et ſi volueritis, & audieritis me, quæ bona ſunt terræ manducabitis.

VULGATA NOVA.

16. Lavamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis: quieſcite agere perversè, *1. Pet. 3. 11.*

17. diſcite benefacere: quærite judicium, ſubvenite oppreſſo, judicate pupillo, defendite viduam.

18. Et venite, & arguite me, dicit Dominus: ſi fuerint peccata veſtra ut coccinum, quaſi nix dealbabuntur: & ſi fuerint rubra quaſi vermiculus, velut lana alba erunt.

19. Si volueritis, & audieritis me, bona terræ comedetis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

140. col. 535. e. *Si extendatis manus, avertam oculos meos à vobis.* Tertul. l. adv. Jud. c. 3. p. 137. a. *Et ſi extenderitis manus, avertam faciem meam à vobis: & ſi multiplicaveritis preces*, &c. ut in textu. Simliter apud Luciſ. Calar. l. 1. pro S. Athan. ab hoc, *ſi multiplicaveritis.* Apud Cypr. l. 1. Teſtim. p. 283. a. *Cùm extenderitis manus, avertam faciem à vobis: & ſi multiplicaveritis preces*, &c. ut in textu. Apud Ambroſ. l. 2. de interpel. Dav. c. 9. col. 651. d. *Cùm extenderitis manus ad me, avertam faciem meam à vobis.* Apud Hieron. in Matth. 27. p. 136. b. *Si levaveritis ad me manus, non exaudiam vos: manus enim veſtræ plenæ ſunt ſanguine.* In Collat. Carthag. p. 489. b. *Cùm extenderitis manus, avertam oculos meos à vobis: & ſi multiplicaveritis preces*, &c. ut in textu. Ita quoque in Græco, præter unum ἐὰν πληθύνητε τὴν δέησιν, *ſi multiplicetis orationem.* Apud Facund. Herm. Sirm. to. 2. p. 853. hæc leguntur: *Cùm multiplicaveritis preces veſtras, avertam faciem meam à vobis: & cùm obtuleritis ſacrificium mihi, non ſuſcipiam illud de manibus veſtris: nec placabor vobis, quoniam iniqui ſunt cœtus veſtri.* Auct. etiam l. adv. Jud. ap. Cypr. p. 575. c. alludens dicit: *Adorate Dominum pro meritis ſuis, quòd manus ejus extenderis: licet exaggeres orationem tuam, non exaudit: manus enim tuæ plenæ ſunt ſanguine.*

℣. 16. Hilar. eò loci non habet, *deſinite à malitiis veſtris;* ſed inf. in Pſ. 118. col. 369. b. ubi verſum eundem rurſum profert cum hoc additamento. Similiter apud Iren. l. 4. c. 17. p. 248. d. *Lavamini, mundi eſtote, auferte nequitias à cordibus veſtris, ab* (quid. *coram*) *oculis meis: deſinite à malitiis veſtris:* & c. 36. col. 278. c. *Lavamini, mundi eſtote, auferte nequitias à cordibus veſtris:* at inf. c. 41. p. 288. c. *auferte nequitias ab animabus veſtris* (al. *animis*,) *ante oculos meos: quieſcite ab iniquitatibus veſtris.* Tertul. etiam l. 2. adv. Marc. p. 651. b. monet *auferri nequitias de anima.* Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 197. h. *Lavamini, mundi eſtote, auferte malitias ab inimicis* (l. *ab animis*) *veſtris, ante oculos meos: deſinite à malitiis veſtris.* Cypr. l. 1. Teſtim. p. 283. a. *Lavamini, mundi eſtote, auferte nequitias ab animis veſtris, à conſpectu oculor. meorum: ceſſate à nequitiis veſtris.* Eadem quoque leguntur apud Auguſt. in Pſ. 103. col. 1177. f. ſicut in Græco. Rurſum Aug. l. 13. conf. to. 1. 233. d. habet: *Lavamini..... auf. nequitiam ab animis veſtris, atque à conſpectu oculor. meorum:* itidem l. 2. de ſer. Dom. in mon. to. 3. 217. d. præter plur. *nequitias.* Ambroſ. l. 2. de interpel. Dav. c. 9. col. 651. d. *Lavamini, mundi eſtote, auferte malitiam ab animis veſtris:* & lib. 1. Hexa. col. 17. b. *deſinite à malitiis veſtris.* Hieron. in Amos 5. col. 1408. e. *Lavamini, mundi eſtote, auferte malitias veſtras ab animis veſtris.* Fulgent. l. 1. de remiſſ. pecc. c. 11. pag. 367. *Lavamini, mundi eſtote, auferte nequitias veſtras ab animis veſtris, è conſpectu oculorum meorum: deſinite à malitiis veſtris:* at ſerm. 1. p. 550. Vulgatæ congruit. Auct. op. imp. in Matth. p. 36. c. ſic hab. *Lavamini, mundi eſtote, auferte nequitiam ab animabus veſtris: dicite benefacere:* ſic etiam hom. 15. p. 81. b. uſque ad *dicite.* In Geſtis cont. Silvan. tradit. Miſcell. to. 2. p. 98. *expellite malignitatem de animis veſtris.* Itidem in Actis purg. Cæcil. apud Optat. p. 264. c. cum hoc inf. *projicite malum de medio veſtrûm.* In vita Pauli Simpl. è Mſ. Harlæi: *Lavamini, mundi eſtote, auferte malitiam de animabus veſtris, coram oculis meis: diſcite*, &c.

℣. 17. Sic iterum legit Hilar. in Pſ. 118. col. 369. b. præter duo, *eruite*, pro *liberate;* & *pupillo*, pro *orphano:* nec diſſimilia ſunt in Græco. Apud Iren. l. 4. c. 17. p. 248. d. *Diſcite bonum facere: exquirite judicium, eruite eum qui injuriam patitur, judicate pupillo, & juſtificate viduam:* & inf. c. 36. p. 278. c. *Diſcite benefacere: exquirite judicium, defendite vim patientem, judicate pupillo, & juſtif.* &c. Tertul. l. 2. adv. Marc. p. 651. b. monet *diſcere benefacere, exquirere judicium, judicare pupillo, & juſtificare viduam:* & l. 4. p. 707. c. leg. *judicate pupillo, & juſtè tractate viduam:* & inf. p. 711. c. 724. b. *judicate pupillo, & juſtificate viduam:* & l. 1. ad uxor. c. 8. p. 276. a. *juſtè facite viduæ, & pupillo.* Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 197. h. cum Fulgent. l. 1. de remiſſ. pecc. c. 11. *Diſcite bonum facere: inquirite judicium, eripite injuriam accipientem, judicate pupillo, & juſtificate viduam.* Cypr. l. 1. Teſtim. p. 283. a. *Diſcite bonum facere: exquirite judicium, conſervate eum qui injuriam patitur, judicate pup. & juſtif. viduam:* hæc etiam ult. *judicate pup.* &c. repetit inf. l. 3. p. 328. b. itidem Ambroſ. l. de parad. col. 176. d. & l. 2. de interpel. Dav. c. 9. col. 651. d. & in Pſ. 118. col. 1173. f. 1235. a. & l. de vid. col. 189. d. 201. b. & epiſt. 24. col. 889. c. hoc autem poſteriori loco ſubdit: *& eripite injuriam accipientem.* Hieron. in Amos 5. col. 1408. e. *Diſcite benefacere: quærite judicium, judicate pupillo, juſtificate viduam.* Similiter hab. Auguſt. in Pſ. 103. col. 1177. f. niſi quòd id omittit, *quærite judicium:* item l. 13. conf. to. 1. 233. d. hoc excepto, *bonum facere.*

℣. 18. Græcè pariter, Καὶ δεῦτε, διελεγχθῶμεν, &c. ut ſup. ſed pro διελεγχθῶμεν, Mſ. Alex. hab. διελεγθῶμεν; edit. Ald. διαλεχθῶμεν; & Hilar. ipſe in Pſ. 118. col. 369. b. legit: *Et venite, diſputemus, dicit Dominus omnipotens.* Itidem Iren. l. 4. c. 17. & 36. p. 248. d. 278. c. ſed abſque ult. voce *omnipotens.* Ita etiam Hieron. in Amos 5. col. 1408. e. ſicut Auguſt. l. 13. confeſſ. to. 1. 233. d. & in Pſ. 103. to. 4. 1177. f. & l. 1. cont. Creſcon. to. 9. 399. b. Ita quoque eſt in Geſtis cont. Silvan. tradit. Miſcell. to. 2. p. 98. quibus accinit Tertul. l. 1. ad uxor. c. 8. p. 276. a. at l. 4. adv. Marc. p. 707. c. legit: *Et venite, conciliemur, dicit Dominus.* Auct. l. cont. Jud. ap. Cypr. p. 575. c. *Et venite, colloquamur, dicit Dominus Deus.* Tertul. ubi ſup. p. 703. b. addit: *& ſi fuerint delicta veſtra tanquam roſeum, velut nivem exalbabo: & ſi tanquam coccinum, velut lanam exalbabo.* Hilar. in Pſ. 67. col. 198. a. conſtanter leg. *phœnicium.* Cypr. l. 1. Teſtim. p. 283. a. *Et venite, diſputemus, dicit Dominus: & ſi fuerint peccata veſtra ut phœniceum, ut nivem exalbabo: & ſi fuerint quaſi coccinum, ut lanam inalbabo:* item inf. l. 3. p. 328. b. *Et venite, diſputemus, dicit Dominus:* quod etiam habet Ambr. l. de parad. col. 176. d. & in Pſ. 118. col. 1171. c. 1235. a. & l. de vid. col. 189. d. item l. 2. de interpel. Dav. c. 9. col. 651. d. ſubnexis his inf. *ſi fuerint peccata veſtra ut phœnicium, ut nivem dealbabe:* ita rurſum l. de apol. Dav. col. 696. d. & l. 1. de fide to. 2. 470. d. & l. de Myſt. col. 334. a. at in Luc. 9. col. 1414. e. *ſi fuerint delicta veſtra ſicut phœnicium, ut nivem dealbabo.* Auct. l. de XLII. manſ. ap. Ambr. p. 12. c. *ſi fuerint peccata veſtra ſicut phœnicium, quaſi nivem dealbabo: & ſi fuerint ſicut coccinum, velut lanam candida efficiam.* S. Pacian. epiſt. 3. p. 313. b. *& ſi fuerint peccata veſtra ut phœnicium, ut nivem dealbabo: & ſi ut coccinum, ut lanam candidam ea faciam.* Optat. l. 5. cont. Donat. p. 84. a. *& ſi fuerint peccata veſtra velut coccum, ut nivem inalbabo.* Auguſt. in Pſ. 44. col. 395. f. 469. c. *ſi fuerint peccata veſtra ſicut phœnicium, tanquam nivem dealbabe:* ſimiliter l. 12. cont. Fauſt. to. 8. 247. d. & l. de Gra. & l. arb. to. 10. 725. d. Fulgentius l. 1. de remiſſ. pecc. c. 11. *Et ſi fuerint delicta veſtra ut phœnicium, ut nivem dealbabo: ſi autem ut coccum, ut lanam candidam efficiam.*

℣. 19. Eadem ſunt in Græco, deletis vocibus 2. *quæ*, & *ſunt.* Rectè Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 197. h. *Et ſi volueritis, & exaudieritis me, bona terræ edetis.* Ita quoque Cypr. l. 1. & 3. Teſtim. p. 283. a. 319. b. excepto verbo *audieritis.* Item ap. Tertul. de reſur. carn. p. 576. b. *bona terræ edetis.* Ambr. verò l. de fug. ſæc. c. 6. col. 432. d. legit: *quæ bona ſunt terræ manducabitis.* Fulgent. l. 1. de remiſſ. pecc. c. 11. *Et ſi volueritis, & obaudieritis me, quæ bona ſunt terræ edetis:* at l. 2. de verit. præd. p. 460. Vulgatæ congruit. Prædeſtin. l.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

20. Quòd ſi nolueritis, & me ad iracundiam provocaveritis: gladius devorabit vos, quia os Domini locutum eſt.

21. Quomodo facta eſt meretrix civitas fidelis, plena judicii? juſtitia habitavit in ea, nunc autem homicidæ.

22. Argentum tuum verſum eſt in ſcoriam: vinum tuum miſtum eſt aquâ.

23. Principes tui infideles, ſocii furum: omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones. Pupillo non judicant: & cauſa viduæ non ingreditur ad illos. *Jerem. 5. 28.*

24. Propter hoc ait Dominus Deus exercituum fortis Iſraël: Heu, conſolabor ſuper hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis.

25. Et convertam manum meam ad te, & excoquam ad purum ſcoriam tuam, & auferam omne ſtannum tuum.

26. Et reſtituam judices tuos ut fuerunt priùs, & conſiliarios tuos ſicut antiquitus: poſt hæc vocaberis civitas juſti, urbs fidelis.

27. Sion in judicio redimetur, & reducent eam in juſtitia:

28. & conteret ſceleſtos, & peccatores ſimul: & qui dereliquerunt Dominum, conſumentur.

29. Confundentur enim ab idolis, quibus ſacrificaverunt: & erubeſcetis ſuper hortis, quos elegeratis,

30. cùm fueritis velut quercus defluentibus foliis, & velut hortus abſque aqua.

31. Et erit fortitudo veſtra, ut favilla ſtupæ, & opus veſtrum quaſi ſcintilla: & ſuccendetur utrumque ſimul, & non erit qui exſtinguat.

VERSIO ANTIQUA.

20. Quòd ſi nolueritis, neque audiveritis me: gladius vos comedet, os enim Domini locutum eſt. *Hilar. ubi ſup.*

21. Quomodo facta eſt meretrix civitas fidelis Sion, plena judicii? in qua juſtitia dormivit in ea, nunc autem latrones. *Hieron. in Iſai. 54. 390. f.*

22. Pecunia tua reproba eſt: caupones tui miſcent vinum aquâ. *Auct. op. imp. in Matth. hom. 38. p. 160. b.*

23. Principes tui indicto audientes ſunt, ſocii furum, diligentes munera, ſectantes retributionem, pupillis non judicantes, & judicium viduarum non attendentes. *Iren. l. 4. c. 2. p. 230. a.*

24. Propter hoc ait Dominus exercituum: Væ fortes Iſraël: non ceſſabit enim furor meus contra inimicos meos. *Hieron. in Iſai. 1. col. 19. a.*

25..... *Vide Not.*

26. Conſtituam judices tuos ſicut priùs, & conſiliarios tuos ſicut à principio: & poſt hæc vocaberis civitas juſtitiæ, mater civitatum, fidelis Sion. *Hieron. in Ezech. 16. col. 808. f.*

28..... comburentur iniqui, & peccatores ſimul: & qui relinquunt Deum, conſummabuntur. *Hieron. l. 1. cont. Pelag. to. 4. p. 2. col. 501. d.*

30. erunt enim quaſi terebinthus defluentibus foliis, & velut paradiſus ſine aqua. *Hieron. in Iſai. 1. col. 20. f.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

3. ap. Sirm. to. 1. p. 521. b. habet: *Si volueritis, & audieritis me, quæ bona ſunt terræ edetis;* at inf. p. 546. c. *bona terræ edetis.* Pelag. epiſt. ad Demetriad. p. 8. a. & Gaud. Brix. ſ. 16. p. 968. c. *Si volueritis, & audieritis me, quæ bona ſunt terræ manducabitis.* Sic etiam ap. Arnob. in Pſ. 146. p. 327. b. excepto verbo *edetis.* Philaſtr. Brix. l. de hæreſ. p. 716. d. *Et nunc ſi volueritis, & audieritis me, bona terræ manducabitis.*

℣. 20. Idem Hilar. in Pſ. 118. col. 343. e. *os enim Domini locutum eſt hæc.* Similiter hab. Novatian. de Trin. p. 1034. a. Tertul. l. 3. adv. Marc. p. 680. a. ſic: *Si nolueritis, nec audieritis me, machæra vos comedet:* at l. adv. Jud. c. 13. p. 147. c. *Si nolueritis, nec obaudieritis, gladius vos comedet.* Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 197. h. *Si verò nolueritis, neque exaudieritis me: gladius vos comedet, os enim Domini locutum eſt iſta.* Ita quoque in Græco eſt. Cypr. l. 1. & 3. Teſtim. p. 283. a. 319. b. *Si autem nolueritis, & non audieritis me: gladius vos conſumet, os enim Dom. loc. eſt iſta.* Fulgent. l. 1. de remiſſ. pecc. c. 11. *Si autem nolueritis, neque obaudieritis me: gladius vos comedet, os enim Dom. loc. eſt hoc:* & l. 2. de verit. præd. c. 4. p. 460. *Si autem nolueritis, nec obaudieritis me, gladius devorabit vos.* Pelag. epiſt. ad Demetriad. p. 8. a. *Si autem nolueritis, neque audieritis me, gladius vos conſumet.* Prædeſtin. l. 3. ap. Sirm. to. 1. p. 521. b. *Si autem nolueritis, neque audieritis me: gladius vos comedet, os enim Dom. loc. eſt hæc.* Arnob. in Pſ. 146. p. 327. b. *Si autem nolueritis, gladius vos comedet;* Gr. καταφάγεται, *devorabit.* Philaſtr. Brix. l. de hæreſ. p. 716. d. *Si autem nolueritis, nec audieritis me: glad. vos comedet, os enim Dom. locutum eſt.*

℣. 21. Ita Græcè, præter vocem ult. φονευταὶ *homicidæ*, loco *latrones.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 30. p. 126. a. *O quàm facta eſt meretrix civitas fidelis Sion!* Obſervat Hieron. in hunc loc. col. 17. *pro verbo Hebraïco* jalin, *LXX.* tranſtuliſſe *dormivit,* & *requievit,* & *requieſcet:* & infra: *Et quanquam,* inquit, *in Hebraïco non habeatur* Sion, *tamen LXX. ut ſenſum manifeſtiorem facerent, addiderunt:* ſubinde: *Pro juſtitia* verò *in Hebræo ſcriptum eſt* ſedec, *quod* juſtum *magis ſonat quàm* juſtitiam.

℣. 22. Græcè, Τὸ ἀργύριον ὑμῶν ἀδόκιμον, &c. ut in textu Lat. Sic etiam ap. Iren. l. 4. c. 11. p. 241. a. & Hieron. in hunc loc. col. 18. a. Maximus verò Taurin. in homil. p. 48. g. legit: *caupones veſtri miſcent aquam vino.*

℣. 23. Ad verbum è Græco, ſi hoc excipias, *indicto audientes ſunt,* pro quo ſimpliciter ἀπειθοῦσι, *inobedientes ſunt.* Similiter hab. Hieron. in hunc loc. col. 18. c. *inobedientes,* ſed abſque *ſunt:* tum addit: *Pro* inobedientibus, *Aquila* recedentes; *Symmachus* declinantes *interpretatus eſt.* Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 725. a. ait Deo non placere *amantes munera, ſectantes retributionem:* & ſup. p. 722. a. *clamantes populum, amantes munera, ſectantes retributionem.*

℣. 24. Hieron. in hunc loc. p. 18. f. 19. a. ad hoc Vulg. *fortis Iſraël,* ait: *Pro* forti Iſraël, *quod omnes ſimiliter tranſtulerunt, ſoli LXX. neſcio quid volentes, poſuerunt,* Væ fortes Iſraël: & poſt pauca: *Rurſum & in hoc quod in Hebraïco non habetur, ponunt LXX.* non ceſſabit enim furor meus contra inimicos meos. In Græco hod. ita: Διατῦτο τάδε λέγει Κύριος ὁ δεσπότης Σαβαώθ· Οὐαὶ οἱ ἰσχύοντες Ἰσραήλ· ὑ παύσεται γάρ μν ὁ θυμὸς ἐν τοῖς ὑπεναντίοις, ὐ κρίσιν ἐκ τῶν ἐχθρῶν μν ποιήσω.

℣. 25. Græc. ſic pergit: Καὶ ἐπάξω τὴν χεῖρά μν ἐπὶ σὲ, ὐ πυρώσω εἰς καθαρὸν τὺς δὲ ἀνθυπείλας ἀπολέσω, &c. *Et inducam manum meam ſuper te, & excoquam ad purum: inobedientes autem perdam,* &c. Unde Hieron. in hunc loc. col. 19. b. *Pro* ſcoria, inquit, *quod interpretatus eſt Symmachus,* & *Aquila* στέμφυλα, *id eſt,* vinacia; *Theodotio* γιγαρτῶδες, *id eſt,* acinum uvæ..... *ſoli LXX.* incredulos, *vel* inobedientes, *ſenſum magis quàm verba vertentes.*

℣. 26. Vix meliùs è Græco. Similiter hab. Auct. op. imp. in Matth. hom. 36. p. 156. b. *Et conſtituam principes tuos ſicut antea,* & *conſiliarios tuos ſicut ab initio.* Quam verò hîc appellat Hieronymus *matrem civitatum,* ſupra in Iſai. 1. col. 20. b. vocari dicit *metropolim* à LXX. & verò nunc legitur Græcè μητρόπολις.

℣. 28. Gr. ὐ συντελεσθήσονται οἱ ἄνομοι, ὐ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἅμα· ὐ οἱ ἐγκαταλιπόντες τὸν Κύριον, συντελεσθήσονται.

℣. 30. Ita Græcè, niſi quòd pro *defluentibus foliis,* legitur ἀποβεβληκυῖα τὰ φύλλα, *quæ abjecit folia;* & pro *ſine aqua,* ὕδωρ μὴ ἔχων· apud Hieron. in Oſe. 2. col. 1245. e. *erunt ſicut paradiſus aquam non habens.*

Digitized by Google

CAPUT II.

Versio antiqua.

Hieron. in Mich. 4. to. 3. 1526. a.

1. SErmo, qui factus est ad Isaiam, filium Amos, de Judæa & Jerusalem.

2. Quia erit in novissimis diebus manifestus mons Domini, & domus Dei super summitatem montium: & exaltabitur super colles, & venient ad eum omnes gentes.

3. Et ibunt nationes multæ, & dicent: Venite ascendamus in montem Domini, & in domum Dei Jacob, & annuntiabit nobis viam nostram, & ambulabimus in ea: de Sion enim exiet lex, & verbum Domini de Jerusalem.

4. Et judicabit inter gentes multas, & arguet populum plurimum: & concident gladios suos in aratra, & zibynas suas in falces: & non sumet gens contra gentem gladium, & non discent ultra belligerare.

Vulgata nova.

1. VErbum, quod vidit Isaias, filius Amos, super Juda & Jerusalem. *Mich. 4. 1.*

2. Et erit in novissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montium, & elevabitur super colles, & fluent ad eum omnes gentes.

3. Et ibunt populi multi, & dicent: Venite & ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Jacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis ejus: quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Jerusalem.

4. Et judicabit gentes, & arguet populos multos: & conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces: non levabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur ultra ad prælium.

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Totus hic Isaiæ locus sumptus videtur ab Hieronymo ex edit. LXX. præter τὸ versûs primi *de Juda*, quod mutuatus est à textu Hebraïco; nos autem correximus, *de Judæa*, auctoritate ipsius Hieronymi, qui ad hunc Isaiæ versiculum, col. 21. a. b. ita differit: *In priore visione, quam jam exposuimus, ubi LXX. interpretati sunt*, (cap. 1. ℣. 1.) quam vidit contra Judæam, & contra Jerusalem, *in Hebraïco scriptum est*, al Juda uJerusalem; *& in hac, quæ secunda est, in Hebraïco similiter continetur. Et miror cur LXX. Interpretes in illa dixerint*, contra Judæam & Jerusalem, *& in hac*, de Judæa, & de Jerusalem: & post pauca concludit: *Ergo juxta Hebraïcum, & in illa visione, & in isto sermone, quem vidit Isaias filius Amos, de Juda & Jerusalem intelligendum est, non contra Judæam & Jerusalem*; uti leg. sup. LXX. c. 1. hîc verò sic habent: Ὁ λόγος, ὁ γενόμενος πρὸς Ἡσαΐαν, υἱὸν Ἀμὼς, περὶ τῆς Ἰουδαίας, καὶ περὶ Ἰερουσαλήμ· quæ illa ipsa sunt quæ habentur in Lat. sup.

℣. 2. Eodem modo legitur Græcè. Hieron. etiam in Isai. 2. col. 21. b. habet: *Erit in noviss. dieb. manifestus mons Dom. & domus Dei in summitate montium*: & post pauca, 22. a. relato loco ut in Vulg. subdit: *LXX. manifestum montem Domini, & domum Dei super capita montium, transtulerunt.* Tertul. l. adv. Jud. c. 3. p. 137. b. dicit, *quòd in novissimis diebus manifestus futurus esset mons Domini, & domus Dei super vertices montium: & exaltabitur, inquit, super colles, venient super illum omnes gentes*: & l. 3. adv. Marc. p. 678. c. *Et erit in novissimis diebus manifestus mons Domini, & ædes Dei super summos montes..... & venient ad eum universæ nationes*: vide etiam l. 5. p. 785. b. Cypr. l. 2. Testim. p. 292. c. *Erit in novissimis temporibus manifestus mons Domini, & domus Dei super vertices montium: & exaltabitur super colles, & venient super illum omnes gentes.* Firmil. ep. ad Cypr. p. 142. c. *Erit in novissimis diebus manifestus mons Domini, & domus Dei super vertices montium*: Græc. ἐπ' ἄκρα τῶν ὀρέων· at in Mss. Alex. ἐπ' ἄκρων. Hilar. in Ps. 14. n. 5. col. 63. b. *Et erit in novissimis diebus manifestus mons Domini.* Aug. tract. 1. in Joh. 1. to. 3. 835. b. *Erit in novissimis diebus manifestus mons domus Domini, paratus in cacumine montium*: similiter hab. l. 10. de civit. Dei, c. 32. to. 7. 269. e. subditque: *& extolletur super colles, & venient ad eum universæ gentes*: & l. cont. Jud. to. 8. 35. a. *Erit in novissimis temporibus manifestus mons domus Domini, paratus in cacumine montium: & exaltabitur super colles, & venient ad eum universæ gentes*: at in Ps. 45. to. 4. 402. a. b. *Erit in novissimis temporibus manifestus mons Domini, paratus in cacumine montium*: item in Ps. 119. omittit vocem *domus.* Auct. l. de voc. gent. l. 2. c. 18. p. 27. f. *Quoniam erit in novissimis diebus manifestus mons Domini, & domus Dei in cacumine montium: & exaltabitur super colles, & venient ad eum omnes gentes.* Arnob. de Deo trino, p. 214. g. *In novissimis dieb. manifestus erit mons Dom. & venient ad eum omnes gentes.*

℣. 3. Ad verbum è Græco, nisi quòd verbo *venite*, subjicitur καί; & loco *viam nostram*, hab. ὁδὸν αὐτῆς. Idem Hieron. in Isai. 52. col. 377. e. & in Ezech. 47. col. 1053. c. legit, *ex Sion egredietur lex*, &c. Iren. l. 4. c. 34. p. 275. c. *ex Sion enim prodiet lex, & verbum Domini de Jerus.* Tertul. l. 3. adv. Marc. p. 678. c. *Et ibunt multi, & dicent: Venite ascendamus in montem Domini, & in ædem Dei Jacob, & annuntiabit nobis viam suam, & incedemus in ea: ex Sion enim exibit lex, & sermo Domini ex Jerusalem*: & l. adv. Jud. c. 3. p. 137. b. *Et ambulabunt multi, & dicent: Venite ascendamus in montem Domini, & in domum Dei Jacob*: tum: *de Sion enim exiet lex, & verbum Dom. ex Jerusalem*: at l. de anima, p. 501. b. legit, *in ædem Dei Jacob*: & l. 4. & 5. adv. Marc. p. 697. b. 785. b. *& sermo Domini ex Jerusalem.* Cypr. l. 2. Testim. p. 292. c. *Et ambulabunt multi, & dicent: Venite ascendamus in montem Domini, & in domum Dei Jacob, & nunciabit nobis viam ejus, & ambulabimus in illa: de Sion enim procedet lex, & verbum Domini ab Jerusalem*: itidem l. 1. p. 278. c. *de Sion enim procedet lex, & verbum Dom. de Jerusalem.* Auctor l. de monte Sina apud ipsum, p. 500. c. *de Sion exiet lex, & verbum Domini ab Jerus.* Hilar. in Ps. 14. n. 5. col. 63. b. *& dicent: Venite ascendamus in montem Domini, in ædem Dei Jacob*: at in Ps. 121. col. 386. f. *Venite ascendamus ad montem Domini, & in domum Dei Jacob, & annuntiabit nobis viam suam, & ambulabimus in ea: ex Sion enim exiet lex, & verbum Domini ex Jerusalem*: vide etiam in Ps. 52. col. 91. f. Aug. l. 10. de civit. Dei, c. 32. to. 7. 269. e. *Et ingredientur nationes multæ, & dicent: Venite ascendamus in montem Dom. & in domum Dei Jacob, & annuntiabit nobis viam suam, & ingrediemur in ea: ex Sion enim prodiet lex, & verbum Dom. ab Jerus.* & l. cont. Jud. to. 8. 35. b. *& dicent: Venite ascend..... & annuntiabit nobis viam salutis, & ingrediemur in eam: ex Sion enim lex prodiet, & verbum Domini ex Jerusalem*: quæ ultima rursus habet l. 18. de civit. Dei, c. 50. col. 532. e. & l. de op. monach. to. 6. 492. b. Similiter Optat. lib. 3. cont. Donat. p. 50. a. *ex Sion prodiet lex*, &c. Tertul. etiam l. 4. adv. Marc. p. 697. b. dicit *proditurum ex Sion legem, & sermonem Dom. ex Jerus.* Gundobadus rex, ep. ad Avit. Vienn. Sirm. to. 2. p. 54. b. *ex Sion procedet lex, & verbum Dom. ex Jerus.* Avitus ipse, epist. 19. ad Gundobad. ibid. *ex Sion egredietur lex, & verbum*, &c. Vigil. Taps. l. cont. Varim. p. 748. g. *ex Sion enim prodiet lex, & verbum*, &c. Auct. op. imp. in Matth. hom. 32. p. 135. d. *Et venient omnes gentes, & dicent: Venite ascendamus in montem Domini, & in domum Dei Jacob, & annuntiabit nobis viam suam, & ambulabimus in ea*: at supra hom. 5. p. 48. *Ascendamus in domum Dei Jacob, & ostendet nobis viam suam, & ambulabimus in ea.*

℣. 4. Consonat Græc. detracta una voce *multas*, post *gentes.* Idem Hieron. in Isai. 52. col. 377. e. legit: *Et judicabit inter multas gentes usque in longinquum*: & in Isai. 2. col. 23. b. loco *populos multos*, ait LXX. transtulisse *populum multum*; sicut etiam hab. Iren. l. 4. c. 34. p. 275. c. Rursus Hieron. epist. ad Sun. & Fret. to. 2. 626. c. legit: *concident gladios suos in aratra, & lanceas suas in falces: & non sumet gens contra gentem gladium, & non discent ultra pugnare.* Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 697. b. *Judicabit inter nationes, & traducet populum plurimum*: mox ibid. *concidunt machæras suas in aratra, & sibynas in falces*: & supra l. 3. p. 679. a. *Et judicabit inter nationes, & revincet populum amplum: & concident machæras suas in aratra, & sibynas in falces: & non accipiet gens super gentem machæram, & non discent amplius bellare*: at l. adv. Jud. c. 3. p. 137. b. *& concident gladios suos in aratra, & lanceas suas in falces: & non accipiet gens super gentem gladium, & jam non discent præliari.* Cypr. l. 2. Testim. p. 292. c. *Et judicabit inter gentes, &*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

5. Domus Jacob venite, & ambulemus in lumine Domini.

6. Projecisti enim populum tuum, domum Jacob: quia repleti sunt ut olim, & augures habuerunt ut Philisthiim, & pueris alienis adhæserunt.

7. Repleta est terra argento & auro: & non est finis thesaurorum ejus:

8. & repleta est terra ejus equis: & innumerabiles quadrigæ ejus. Et repleta est terra ejus idolis: opus manuum suarum adoraverunt, quod fecerunt digiti eorum.

9. Et incurvavit se homo, & humiliatus est vir: ne ergo dimittas eis.

10. Ingredere in petram, & abscondere in fossa humo à facie timoris Domini, & à gloria majestatis ejus.

11. Oculi sublimes hominis humiliati sunt, & incurvabitur altitudo virorum: exaltabitur autem Dominus solus in die illa.

12. Quia dies Domini exercituum super omnem superbum, & excelsum, & super omnem arrogantem: & humiliabitur.

13. Et super omnes cedros Libani sublimes, & erectas, & super omnes quercus Basan.

14. Et super omnes montes excelsos, & super omnes colles elevatos.

15. Et super omnem turrim excelsam, & super omnem murum munitum,

16. & super omnes naves Tharsis, & super omne quod visu pulchrum est.

17. Et incurvabitur sublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorum, & elevabitur Dominus solus in die illa:

18. & idola penitus conterentur:

VERSIO ANTIQUA.

5. Et nunc tu domus Jacob venite, & ambulemus in luce Domini. *Aug. l. 1. de conf. Evang. to. 3. p. 2. col. 19. c.*

6. Remisit enim plebem suam, domum Israël: quoniam repleta est sicut ab initio regio eorum auguriis, sicut alienigenarum, & filii multi alienigenæ nati sunt illis.

7. Repleta est enim regio eorum argento & auro: nec erat numerus thesaurorum illorum:

8. & repleta est terra equis: nec erat numerus curruum illorum. Et repleta est terra abominationibus operum manuum ipsorum: & adoraverunt ea, quæ fecerunt digiti eorum.

9. Et inclinavit se homo, & humiliavit se vir: & non remittam illis.

10. Et nunc intrate in petras, & absconditе vos in terra à facie timoris Domini, & à majestate virtutis ejus, cùm surrexerit confringere terram.

11. Oculi enim Domini excelsi, homo autem humilis: & humiliabitur altitudo hominum, & exaltabitur Dominus solus in illa die.

12. Dies enim Domini sabaoth supra omnem injuriosum, & superbum, & supra omnem altum, & humiliatum: qui humiliabuntur.

13. Et supra omnem cedrum Libani excelsorum, & elatorum, & supra omnem arborem libani Basan.

14. Et super omnem montem, & super omnem collem altum.

15..... *Vide Not.*

16. Et super omnem navem maris, & super omne spectaculum navium decoris.

17. Et humiliabitur, & cadet contumelia hominum, & exaltabitur Dominus solus in illa die:

18. & manibus fabricata omnia abscondent

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

redarguet populum multum: & concident gladios suos in aratra, & lanceas suas in falces: & jam non discent pugnare. Gundobadus rex ep. ad Avit. Vienn. Sirm. to. 2. p. 54. b. *Et judicabit inter plebes multas, & redarguet gentes validas usque longè: & concident gladios suos in aratra, & lanceas suas in falces: & jam non extollet gens super gentem gladium, & jam non ſtabunt belligerare.* Græcè pro *extollet*, est κἀψεται; in Mſ. verò Alex. ἀρη. Avitus Vienn. ep. 19. ad Gundobad. ubi sup. legit: *Et judicabit inter medium gentium, & increpabit populos multos: concident gladios suos in aratra, & lanceas suas in falces.* Vigil. Tapsi. l. cont. Varim. p. 748. g. *Et judicabit in medio gentium, & redarguet populum multum.*

℣. 5. Eadem repetit Aug. l. cont. Jud. to. 8. p. 36. f. 37. a. 39. d. sublato &, post *venite*. Græcè absunt tres voculæ *in*, &, *in* at in Mſ. Mediol. sic est, ÷ Ἐν cum obelo; subinde, καὶ πορευθῶμεν ἐν τῷ φωτὶ Κυρίου. Itidem in edd. Ald. & Compl. καὶ πορευθῶμεν, sicut in Ald. ἐν τῷ. Apud Cypr. l. 1. Testim. p. 278. a. *venite, ambulemus in lumine Domini:* apud Chromat. Aquil. in Matth. p. 981. b. *venite, ambulemus in luce Domini.*

℣. 6. Hæc tota concinunt cum Græco. Hieron. etiam in hunc loc. col. 24. b. c. ait: *Pro* Philisthiim, *semper LXX.* alienigenas *interpretati sunt:* & inf. pro & *pueris alienis adhæserunt*, iidem, inquit, transtulerunt, & *filii multi alienigenæ nati sunt eis.* Apud Cypr. l. 1. Testim. p. 278. a. hæc tantùm leguntur: *Dimisit enim populum suum, domum Israël.* Apud Chrom. Aquil. in Matth. p. 981. b. *Dimisit enim populum suum domûs Israël.*

℣. 7. Ita Græcè ad verbum.

℣. 8. Mirè concordant omnia cum Græco. Apud Cypr. epist. 64. p. 111. a. *adoraverunt eos, quos fecerunt digiti eorum:* similiter ep. ad Demetr. p. 221. b. & ad Fortun. p. 264. b. & l. de lapsi. p. 183. c. Apud Jul. Firmic. l. de erro. prof. relig. c. 29. *adoraverunt deos, quos fecerunt digiti eorum.*

℣. 9. Cypr. epist. 64. p. 111. a. *Et curvatus est homo, & humiliatus est vir: & non laxabo illis:* itidem epist. ad Fortun. p. 264. b. & l. de lapsi. p. 183. c. ita quoque ep. ad Demetr. p. 221. b. nisi quòd hab. *Et incurvatus est.* Julius Firm. de erro. prof. relig. c. 29. p. 179. c. *Et curvatus est.* Gr. Καὶ ἔκυψεν ἄνθρωπος, καὶ ἐταπεινώθη ἀνήρ· καὶ οὐ μὴ ἀφῶ αὐτούς· Mſ. Mediol. cum obelo, ÷ αὐτοῖς; unde Hieron. in hunc loc. col. 26. a. dicit LXX. interpretatos esse, & *non dimittam eis.*

℣. 10. Vix meliùs Græc. reddi potest.

℣. 11. Sic etiam in Græco ad verbum. Apud Vigil. Tapsi. l. cont. Varim. p. 733. g. *Et oculi excelsi humiliabuntur, & cadent: & exaltabitur Dominus solus in die illa.*

℣. 12. Aptè ad Græc. præter hæc ult. & *humiliatum: qui humiliabuntur*, pro quibus καὶ μετέωρον· καὶ ταπεινωθήσονται. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 726. b. bene, *Dies enim Domini sabaoth in omnem contumelioſum, & superbum, in omnem sublimem, & elatum: & humiliabuntur.* Cypr. ep. 55. p. 81. a. *Dies enim Domini sabaoth super omnem injurioſum, & superbum, & super omnem elatum, & excelsum.* Hieron. in Zach. 11. col. 1772. d. *Dies Domini sabaoth super omnem contumelioſum, & superbum, & super omnem excelsum, atque sublimem.*

℣. 13. Ita in Græco, præter hoc ult. βελάνη Βασὰν, *glandis Basan*, loco *libani Basan.* f. quidam oscitanter scripsit κεδάν, pro βελάν. Hieron. in Zach. 11. col. 1772. d. *Et super omnem cedrum Libani excelsam, & super omnem arborem quercûs Basan.*

℣. 14. Græc. ante *montem*, ponit ὑψηλὸν, *excelsum*: cæt. ut in Lat.

℣. 15. Hic versus prætermittitur ab Augustino: ita verò in Græco est: Καὶ ἐπὶ πάντα πύργον ὑψηλὸν, καὶ ἐπὶ πᾶν τεῖχος ὑψηλόν· *Et super omnem turrim excelsam, & super omnem murum excelsum.*

℣. 16. Rectè Hieron. in hunc loc. col. 28. c. *Pro* Tharsis, *quod omnes similiter transtulerunt, soli LXX.* mare *interpretati sunt:* & infra col. 29. a. *Quod sequitur:* & super omne quod visu pulchrum est, *LXX. transtulerunt:* & super omnem aspectum pulchritudinis navium. Sic etiam hodie legitur Græcè.

℣. 17. Ita rursum Aug. l. 13. cont. Faust. to. 8. 257. c. nec aliter Græcè, si subnectatur istud, πᾶς ἄνθρωπος, *omnis homo*, verbo *humiliabitur.*

℣. 18. Sic iterum Aug. l. 13. cont. Faust. col. 257. c. unà cum Græco.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. ubi sup. 19. in speluncis, & in sciſſuris petrarum, & in cavernis terræ à facie timoris Domini, & à majeſtate virtutis ejus, cùm exſurrexerit confringere terram.

20. Illa enim die projiciet homo abominationes aureas & argenteas, quas fecerunt ut adorarent ſupervacanea & noxia:

21. ut intrent in foramina ſolidæ petræ, & in ſciſſuras petrarum à facie timoris Domini, & à majeſtate virtutis ejus, cùm exſurrexerit comminuere terram.

22..... *Vide Not.*

VULGATA NOVA.

19. & introibunt in ſpeluncas petrarum, & in voragines terræ à facie formidinis Domini, & à gloria majeſtatis ejus, cùm ſurrexerit percutere terram. *Oſ.* 10. 8. *Luc.* 23. 30. *Apoc.* 6. 16.

20. In die illa projiciet homo idola argenti ſui, & ſimulacra auri ſui, quæ fecerat ſibi ut adoraret, talpas & veſpertiliones.

21. Et ingredietur ſciſſuras petrarum, & in cavernas ſaxorum à facie formidinis Domini, & à gloria majeſtatis ejus, cùm ſurrexerit percutere terram.

22. Quieſcite ergo ab homine, cujus ſpiritus in naribus ejus eſt, quia excelſus reputatus eſt ipſe.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 19. Eadem refert Aug. l. 13. cont. Fauſt. 257. d. præter verbum *ſurrexerit*, pro *exſurrexerit*. Græcè ita: *εἰσπέμπαντες εἰς τὰ σπήλαια, καὶ εἰς τὰς χάσμας τῶν πετρῶν, καὶ εἰς τὰς τρώγλας*, &c. *inferentes in ſpeluncas, & in ſciſſuras petrarum, & in cavernas*, &c. ut ſupra. Auct. l. de promiſſ. p. 3. ap. Proſp. col. 185. b. *Abſcondent deos ſuos in ſpeluncis, & cavernis petrarum, neque ibi celabunt eos.* Tertul. l. cont. Hermog. p. 420. b. addit, *cùm ſurrexerit confringere terram.*

℣. 20. Eadem quoque habet Aug. l. 13. cont. Fauſt. 257. d. Græc. addit *αὐτῶν*, *ſuas*, ad *abominationes*; & pro ult. *noxia* hab. *νυκτερίδι*, *veſpertiliones*; cæt. ut in textu: fortaſſe Interpres Lat. vertit *noctuas*, ex quo imperitus librarius fecit *noxia*: & verò Tertul. l. 3. adv. Marc. p. 679. c. legit: *Ex die qua projecit homo aſpernamenta ſua aurea & argentea, qua fecerunt adorandis vanis & noctuis*: at lib. adv. Jud. c. 13. p. 147. b. *Projecit homo abominamenta ſua aurea & argentea, qua fecerunt adorandis vanis & nocivis*; ſed correctum à Pamelio eſt *noctuis*. Hieron. in hunc loc. p. 29. e. *Pro* talpis, inquit, *quas nos interpretati ſumus, LXX.* vana: & poſt paulò: *Veſpertilio autem nocturna avis, quæ congruum ab eis nomen accepit, νυκτερίς, eò quòd in nocte volitet.*

℣. 21. Ita Græcè, verbum pro verbo.

℣. 22. Hic verſus abeſt in Gr. edit. Rom. unde Hieron. comment. in hunc loc. col. 30. b. dicit: *Hoc prætermiſere LXX. & in Græcis exemplaribus ab Origene ſub aſteriſcis do editione Aquilæ additum eſt*: & poſt pauca: *Tacitè*, inquit, *mecum mente pertractans, non poſſum invenire rationem quare LXX. tam perſpicuam de Chriſto prophetiam in Græcum noluerint vertere*: item in Jer. 17. col. 607. f. *Quod cur à LXX. prætermiſſum ſit, neſcio; niſi forſitan peperceruntpopulo ſuo.* In edd. verò Ald. & Compl. hæc ſequuntur: *Παύεσθε ὑμῖν ἀπὸ τοῦ ἀνθρώπου, οὗ ἀναπνοὴ* (Ald. *ὡς ἀναπνοή*) *ἐν μυκτῆρι αὐτοῦ, ὅτι ἐν τίνι λογίσθη.*

CAPUT III.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Iſai. 29. col. 248. a. 1. ECce dominator Dominus ſabaoth auferet ab Jeruſalem, & à Juda validum & validam, omnem fortitudinem panis, & omne robur aquæ;

2. gigantem, & fortem, & hominem bellatorem, & judicem, & prophetam, & conjectorem, & presbyterum;

3. & quinquagenarium, & admirabilem conſiliarium, & ſapientem architectum, & prudentem auditorem.

Hieron. in Eccleſ. to. 2. 775. c. 4. Et dabo juvenes principes eorum, & illuſores dominabuntur eis.

VULGATA NOVA.

1. ECce enim dominator Dominus exercituum auferet à Jeruſalem, & à Juda validum & fortem, omne robur panis, & omne robur aquæ;

2. fortem, & virum bellatorem, judicem, & prophetam, & ariolum, & ſenem;

3. Principem ſuper quinquaginta, & honorabilem vultu, & conſiliarium, & ſapientem de architectis, & prudentem eloquii myſtici.

4. Et dabo pueros principes eorum, & effeminati dominabuntur eis. *Eccleſ.* 10. 16.

VULGATA NOVA.

5. Et irruet populus, vir ad virum, & unuſquiſque ad proximum ſuum: tumultuabitur puer contra ſenem, & ignobilis contra nobilem.

5... 6. *Vide Not.*

6. Apprehendet enim vir fratrem ſuum domeſticum patris ſui: Veſtimentum tibi eſt, princeps eſto noſ-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc. ipſo initio hab. Ἰσὺ Δή; & pro *Juda*, Ἰουδαίας; ſubinde tollit *omnem*, ut & inf. *omne*; cæt. ut in Lat. Cypr. l. 1. Teſtim. p. 282. c. legit: *Ecce itaque dominator Dominus ſabaoth auferet à Juda, & ab Jeruſalem valentem & validum, valentiam panis, & valentiam aquæ.* Hieron. in hunc loc. col. 31. f. ait *juxta LXX.* legi, *validum & validam*: ſic etiam legit ipſe inf. col. 36. a. ſicut conſtanter, *ab Jeruſalem, & ab Juda.* Tertul. verò l. cont. Jud. c. 13. p. 147. b. ait: *Tulit enim Dominus ſabaoth à Judæis, & ab Jeruſalem, & ſapientem*, &c. vel *Abſtulit enim Dominus ſabaoth à Judæa, & ab Jeruſalem inter cætera, & prophetam*, &c. & l. 5. adv. Marc. p. 788. a. *Auferam à Judæa inter cætera, & ſapientem*, &c. Auct. l. adv. Jud. ap. Cypr. p. 575. *Dom. abſtulit ab Jeruſ. virtutem panis & aquæ.*

℣. 2. Hieron. loco cit. omittit *fortem*; ultimòque hab. *ſenem*, non *presbyterum*; at comment. in hunc loc. col. 32. f. ait: *Pro* forti, *quod ſolum eſt in Hebræo, duo ſimul LXX. tranſtulerunt*, gigantem, & fortem: & infra 33. b. *Quærimus*, inquit, *juxta Hebraïcum, quomodo interpretemur* ariolum, *quem omnes interpretati ſunt* divinum, *exceptis LXX. qui pro hoc* conjectorem *tranſtulerunt*: & poſt pauca: *Senem quoque..... LXX.* presbyterum *tranſtulerunt.* Sic etiam leguntur hæc tota in Gr. edit. Rom. Auct. l. adv. Jud. apud Cypr. p. 575. habet: *fortem, gigantem hominem, & bellatorem, judicem, prophetam, & deſtinatorem, & ſenem laudabilem.*

℣. 3. Eadem ſunt in Græco. Hieron. etiam in hunc loc. col. 34. e. teſtatur *pro duobus, id eſt*, honorabili vultu, & conſiliario, *LXX. unum virum* admirabilem conſiliarium *tranſtuliſſe*: & infra col. 35. e. loco *prudentem eloquii myſtici, LXX.* inquit, *interpretati ſunt, prudentem auditorem*: vide etiam ibid. col. 36. a. Tertul. l. adv. Jud. c. 13. p. 147. b. memorat *prophetam, & ſapientem architectum*, ablatos *à Judæa, & Jeruſalem.* Auct. l. adv. Jud. ap. Cypr. p. 575. *conſiliatorem, & peritum architectum, & prudentem adjutorem.*

℣. 4. Ita de Græco, præter unum *dabo*, pro quo ἐπιστήσω, *imponam.* Hieron. etiam in hunc loc. col. 36. f. obſervat pro verbo *effeminati*, LXX. & Theodotionem *illuſores* eſſe interpretatos.

℣. 5. Græc. & Vulgata vix differunt inter ſe.

℣. 6. Pene concordat Græcum cum Vulgata, niſi quòd ante *domeſticum* illic habetur particula disjunct. ἢ *vel*, (in Mſ. Alex. ἐὰν;) & pro *ruina*, τὸ βρῶμα; unde Hieron. in hunc locum, col. 37. b. ait: *Pro* ruina *Symmachus & Theodotio* infirmitatem *tranſtulerunt*, *LXX.* cibum.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

ter, ruina autem hæc ſub manu tua.

7. Reſpondebit in die illa, dicens: Non ſum medicus, & in domo mea non eſt panis, neque veſtimentum: nolite conſtituere me principem populi.

7... *Vide Not.*

8. Ruit enim Jeruſalem, & Judas concidit: quia lingua eorum & adinventiones eorum contra Dominum, ut provocarent oculos majeſtatis ejus.

VULGATA NOVA.

9. Agnitio vultus eorum reſpondit eis: & peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicaverunt, nec abſconderunt: væ animæ eorum, quoniam reddita ſunt eis mala.

10. Dicite juſto quoniam bene, quoniam fructum adinventionum ſuarum comedet.

11. Væ impio in malum: retributio enim manuum ejus fiet ei.

12. Populum meum exactores ſui ſpoliaverunt, & mulieres dominatæ ſunt eis. Populo meus, qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt, & viam greſſuum tuorum diſſipant.

13. Stat ad judicandum Dominus, & ſtat ad judicandos populos.

14. Dominus ad judicium veniet cum ſenibus populi ſui, & principibus ejus: vos enim depaſti eſtis vineam, & rapina pauperis in domo veſtra.

15. Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis, dicit Dominus Deus exercituum?

16. Et dixit Dominus: Pro eo quòd elevatæ ſunt filiæ Sion, & ambulaverunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, ambulabant pedibus ſuis, & compoſito gradu incedebant:

VERSIO ANTIQUA.

9. Confuſio vultus eorum reſtitit eis: iniquitatem ſuam ſicut Sodoma annuntiaverunt, & oſtenderunt: væ animæ eorum, quia cogitaverunt conſilium peſſimum contra ſemetipſos, *Hieron. in Iſai. 3. col. 38. b. e.*

10. dicentes: Alligemus juſtum, quoniam inutilis eſt nobis: itaque fructus operum ſuorum comedent. *Idem in Iſai. 1. & 3. col. 14. a. 38. e.*

11..... *Vide Not.*

12. Populus meus, exactores veſtri circumſcribunt vos: [a] qui vos poſtulant, dominantur veſtri. Populus meus, qui vos beatos dicunt, ſeducunt vos, & vias pedum veſtrorum diſturbant. *Ambroſ. l. de Tob. c. 9. col. 601.* [a] *Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 722. a. & 709. e.*

13. Conſtitutus eſt igitur Dominus in judicio, & ſtatuit in judicio populum ſuum. *Idem p. 734. e.*

14. Ipſe Dominus in judicium veniet cum presbyteris, & archontibus populi: vos autem ad quid incenditis vineam meam, & rapinæ mendici in domibus veſtris? *Ibid. p. 707. e.*

15. Cur vos læditis populum meum, & faciem mendicorum confunditis?

16..... exaltatæ ſunt filiæ Sion, & ambulaverunt alto collo, & nutu oculorum, & inceſſu pedum, trahentes tunicas, & pedibus ſimul ludentes: *Cypr. l. de hab. virg. 177. b.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 7. Hieron. in hunc loc. col. 37. c. ait: *Pro* medico *LXX. tranſtulerunt* principem: & poſt paulò: *Reſpondebit*, inquit, *in Hebræo non habetur, ſed de LXX. additum eſt; in Hebræo enim bis, quæ ſupra ſcripta ſunt, jungitur:* in illa die dicet: Non ſum medicus. Sed Martianæus noſter ibidem obſervat in Hebræo eſſe *iiſſa*, id eſt, *aſſumet*, quod LXX. optimè verterunt ἀποκριθεὶς, *reſpondens*, juxta phraſim in Evangelio ſæpiùs uſurpatam, *Reſpondens autem dixit.* Hoc etiam verbum, *reſpondebit*, legitur apud omnes Interpretes Chald. Syr. & Arab.

℣. 9. Priora iſta, *Confuſio vultus eorum reſtitit eis*, ſic tranſtulerunt LXX. teſte Hieronymo: nunc etiam ita leguntur Græcè in edit. Rom. cum ſubſequentibus, niſi quòd loco *iniquitatem ſuam ſicut Sodoma*, eſt, τὴν δὲ ἁμαρτίαν αὐτῶν ὡς Σοδόμων, *peccatum autem ſuum quaſi Sodomorum*; & pro *cogitaverunt*, βεβούλευται, *conſiliati ſunt*: poſteriora etiam iſta, *væ anima eorum*, &c. uſque ad ℣. 11. ſimiliter ait Hieronymus referre ſe *juxta LXX.* Apud Ambroſ. l. de bened. Patr. c. 3. col. 517. b. ſic: *væ anima ipſorum, quia cogitaverunt conſilium malum adverſùm ſe.* Apud Rufin. in Symb. p. 181. b. *væ anima eorum, qui cogitaverunt cogitationem peſſimam adverſùm ſemetipſos.*

℣. 10. Eadem ſunt in Græco. Sic etiam apud Ambroſ. l. de bened. Patr. c. 3. col. 517. b. & l. 2. offic. col. 76. d. uſque ad vocem *itaque.* Similiter apud Rufin. in Symb. p. 181. b.

℣. 11. Vulgata non longè diſtat à Græco.

℣. 12. Græc. pro *circumſcribunt vos*, hab. καταμῶνται ὑμᾶς, Nobil. *ſpoliant vos*; mox ita, ἢ οἱ ἀπαιτοῦντες, κυριεύουσιν ὑμῶν ultimòque, ἢ τὸν τρίβον τῶν..... ταράσσουσι at in ed. Compl. τὰς τρίβους..... ἐκταράσσουσι cæt. ut in textu. Ambroſ. in Pſ. 37. col. 827. b. hab. *vendiderunt nos*, & *dominantur nobis.* Subinde Lucif. Cal. l. de reg. apoſt. p. 220. c. *qui vos felices dicunt, in errorem vos mittunt*, & *ſemitam pedum veſtrorum turbant.* Itidem Cypr. epiſt. 28. p. 39. a. rurſumque l. de lapſ. p. 185. c. & l. 3. Teſtim. p. 328. c. niſi quòd hoc duplici loco leg. *ſemitas.* Hieron. l. 3. cont. Pelag. to. 4. 544. b. & in Iſai. 9. col. 89. a. *Populus meus, qui beatum te dicunt, ſeducunt te*, & *ſemitas pedum tuorum ſupplantant:* & in Oſe. 4. col. 1260. a. *Populus meus, qui beatos vos dicunt, ſeducunt vos*, & *ſemitas pedum veſtrorum ſupplantant:* ſimiliter l. 2. cont. Pelag. to. 4. 528. b. necnon in Exech. 34. col. 944. b. præter ſingul. *ſemitam:* at l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 227. c. ſic: *Populus meus, qui vos beatificant, ſeducunt vos*, & *ſemitas pedum veſtrorum conturbant:* item in Iſai. 3. col. 38. f. ait: *Pro* mulieribus, *quas ſolus interpretatus eſt Symmachus*, & *Hebraïcè dicitur* nalim, *Aquila*, & *LXX. tranſtulerunt* ἀπαιτοῦντας, *qui ſignificant* exactores. Auguſt. in Pſ. 85. to. 4. 916. g. *Populus meus, qui vos felices dicunt, in errorem vos mittunt*, & *turbant ſemitas pedum veſtrorum:* ita rurſum l. 3. cont. ep. Parmen. to. 9. 74. c. excepto verbo *conturbant*, pro *turbant:* item ep. 33. to. 2. 62. f. *qui vos felices dicunt, in errorem vos mittunt.* Ennod. Ticin. ap. Sirm. to. 1. p. 741. a. *qui vos laudant, ſeducunt vos*, & *ſubvertunt ſemitas pedum veſtrorum.* Anon. ap. S. Paulin. epiſt. ad Celanc. to. 2. p. 14. c. *Populo meus, qui beatificant vos, ſeducunt vos*, & *ſemitas pedum veſtrorum diſſipant*, al. *perturbant.*

℣. 13. Græc. Ἀναὶ νῦν καθαιρήσεται εἰς κρίσιν Κύριος, καὶ ἥξει εἰς κρίσιν τὸν λαὸν αὐτοῦ. Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 730. f. *ſtatuet Dominus in judicio populum ſuum.*

℣. 14. Conſonat Græc. niſi quòd voci *presbyteris*, jungit τῷ λαῷ, ut & iſti, *archontibus*, αὐτῷ; ſubinde ſic, ἐνεπυρίσατε, *incendiſtis*, & ἁρπαγὴ, *rapina*, num. ſing. Kurſum Tertul. l. de reſurr. carn. p. 573. c. ait *venturum in judicium cum presbyteris*, & *archontibus populi.* Ambroſ. in Pſ. 36. col. 811. a. *Quoniam ipſe Dominus veniet in judicium.* Rufin. in Symb. p. 181. b. *Dominus in judicium veniet cum ſenioribus*, & *principibus populi.* Ennod. Ticin. pro IV. Synodo, Conc. to. 4. p. 1342. d. *Dominus ad judic. veniet cum ſenibus populi ſui.* Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 730. f. *Ipſe Dominus in judicium veniet cum ſenioribus populi*, & *principibus ſuis:* & inf. p. 739. *Ecce ipſe Dominus in judicium veniet cum ſenioribus principibus ſuis.* Hieron. in Iſai. 52. p. 377. b. *Ipſe Dominus veniet cum ſenioribus populi*, & *cum principibus ejus: vos autem quare ſuccendiſtis vineam meam*, & *rapina pauperis in domibus veſtris?* Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 198. a. *vos autem quid ſuccenditis vineam meam*, & *rapina pauperum in domibus veſtris?*

℣. 15. Eadem prorſus in Græco. Apud Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 198. a. *Quid vos injuriam facitis populo* (Gr. ἀδικεῖτε,) & *faciem inopum confunditis?* Hieron. quoque in hunc loc. col. 39. f. ait LXX interpretatos eſſe *confunditis.*

℣. 16. Antecedunt iſta in Græco: Τάδε λέγει Κύριος· Ἀνθ' ὧν, *Hæc dicit Dominus: Pro eo quod*; reliqua ut in textu, niſi quòd pro *nutu*, exſtat ἐν νεύμασιν, *in nutibus*; additurque ἅμα, *ſimul*, huic voci, *pedum.* Hilarius in Pſ. 128. col. 433. a. *Filiabus Sion*, inquit, *exprobrat quòd alto cervice incedant.*

Digitized by Google

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Cypr. ubi ſup. 17. Et humiliabit Deus principales filias Sion, & revelabit Dominus habitum earum.	17. Decalvabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit.
18. Et auferet Dominus gloriam veſtis illarum, & ornamenta earum, & crines, & cincinnos, & lunulas,	18. In die illa auferet Dominus ornamentum calceamentorum, & lunulas,
19. & diſcriminalia, & armillas, & botronatum,	19. & torques, & monilia, & armillas, & mitras,
20. 21. & dextralia, & annulos, & inaures,	20. & diſcriminalia, & periſcelidas, & murenulas, & olfactoriola, & inaures,
	21. & annulos, & gemmas in fronte pendentes,
22. & ſerica contexta cum auro & hyacintho.	22. & mutatoria, & palliola, & linteamina, & acus,
23..... *Vide Not.*	23. & ſpecula, & ſindones, & vittas, & theriſtra.
24. Et erit pro odore ſuavitatis pulvis, & pro cingulo reſte cingêris, & pro ornamento capitis	24. Et erit pro ſuavi odore fœtor, & pro zona funiculus, & pro criſpanti crine calvitium, & pro faſcia pectorali cilicium.
Hieron. in Ezech. 7. col. 740. f. aureo calvitium habebis, propter opera tua.	25. Pulcherrimi quoque viri tui gladio cadent, & fortes tui in prælio.
[a] *Idem in Iſai. 3. col. 42. f.* 25. [a] Et filius tuus pulcherrimus, quem diligis, gladio cadet.....	26. Et mœrebunt atque lugebunt portæ ejus, & deſolata in terra ſedebit.

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 17. Conſonat Græc. ad verbum, niſi quòd extremò addit, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, *in die illa*, quod in Vulg. jungitur verſui ſeq.

℣. 18. Eadem ſunt in Græco, præter ſeq. τὰ ἁμαλόκια, *reticulos*, loco & *ornamenta earum*, & *crines*: at in Mſs. Alex. & Mediol. ἐν τῇς κόσμες αὐτῶν, ἐν τὰ ἁμαλόκια. Hieron. in Ezech. 16. col. 790. a. *Auferet Dominus gloriam veſtimenti earum*, & *murenulas*, & *corymbos*, & *circulos*. Tertul. l. de cult. femin. c. 10. p. 267. b. his alludens ait: *Nullum de conchilio veſtem Iſaias increpet, nullas lunulas reprobet, nullum botronatum retundas.*

℣℣. 19... 23. Iſti quinque verſiculi ita leguntur Græcè: ἐν τὸ κάθεμα, ἐν τὸν κόσμον τῦ πεσώπε αὐτῶν, ἐν τὴν σύνθεσιν τῦ κόσμε τῆς λόξης, ἐν τὰς χλιδῶνας, ἐν τὰ ψέλια, ἐν τὸ ἁμαλόκιον, ἐν τὰς σακίνλιας, ἐν τὰ περιδέξια, ἐν τὰ σφόντια, ἐν τὰ περιπόρφυρα, ἐν τὰ μεζοπόρφυρα, ἐν τὰ ἐμβλήμαλα τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν, ἐν τὰ διαφανῆ λακωνικὰ, ἐν τὰ βύσσινα, ἐν τὰ ὑακίνθινα, ἐν κόκκινα, ἐν τὴν βύσσον, ζὺν χρυσῷ ἐν ὑακίνθῳ ζυγκαθυφασμένα, ἐν θρίσσα καλάκιτα· i. e. & *monile demiſſum*, & *ornatum faciei earum*, & *compoſitionem ornatûs gloria*, & *brachialia*, & *armillas*, & *reticulum*, & *annulos*, & *dextralia*, & *inaures*, & *prætextas purpureas*, & *purpuras clavatas*, & *indumenta quæ per domum*, & *perſpicua laconica*, & *byſſina*, & *hyacinthina*, & *coccinea*, & *byſſum*, *cum auro* & *hyacintho contexta*, & *theriſtra accubitoria*. Hæc autem *omnia*, inquit Hieron. in hunc loc. col. 41. d. *licet LXX. Interpretes, Aquila, Symmachus, ac Theodotio diverſis modis interpretentur, nos ut potuimus, vel de Hebræo, vel de ipſorum translatione texuimus:* & poſt paulò: *Pro* linteamina, inquit, *LXX.* perſpicua laconica *interpretati ſunt..... quanquam* laconica *nec Hebraïcum habeat, nec ullus alius Interpretum:* item inf. col. 42. d. *Pro* faſcia pectorali, *quam interpretatus eſt Symmachus, LXX. tunicam μεζοπόρφυρον, id eſt*, clavatam purpuram, *tranſtulerunt.*

℣. 24. Totidem verba in Græco, excepto uno ἡδείας, *ſuavi*, loco *ſuavitatis*. Similiter ap. Hieron. in Ezech. 7. col. 740. f. *pro ornamento capitis tui habebis calvitium, propter opera tua.*

℣. 25. Ita *interpretati ſunt LXX.* teſte Hieronymo in hunc locum; ita quoque nunc legitur in ed. Rom.

CAPUT IV.

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Auct. q. Vet. Teſt. ap. Aug. to. 3. q. 47. col. 60. g. 1. ET apprehendent ſeptem mulieres unum hominem, dicentes: Panem noſtrum manducabimus, & veſtimentis noſtris operiemur: veruntamen invocetur ſuper nos nomen tuum, aufer opprobrium noſtrum.	1. ET apprehendent ſeptem mulieres virum unum in die illa, dicentes: Panem noſtrum comedemus, & veſtimentis noſtris operiemur: tantummodo invocetur nomen tuum ſuper nos, aufer opprobrium noſtrum.
Ibid. col. 62. b. 2. In illa autem die illuminabit Deus in conſilio ſuper terram.....	2. In die illa erit germen Domini in magnificentia & gloria, & fructus terræ ſublimis, & exſultatio his, qui ſalvati fuerint de Iſraël.
	3. Et erit: Omnis qui relictus fuerit in Sion, & reſiduus in Jeruſalem, ſanctus vocabitur, omnis qui ſcriptus eſt in vita in Jeruſalem.
Aug. l. 20. de civ. De. c. 25. col. 609. e. 4. Lavabit Dominus ſordes filiorum & filiarum Sion, & ſanguinem emundabit de medio eorum ſpiritu judicii, & ſpiritu combuſtionis.	4. Si abluerit Dominus ſordes filiarum Sion, & ſanguinem Jeruſalem laverit de medio ejus in ſpiritu judicii, & ſpiritu ardoris.

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Vix meliùs è Græco.

℣. 2. Græc. addit μετὰ λόξης, *cum gloria*, poſt voeem *conſilio*; cæt. ut in textu.

℣. 4. Græc. initio ſic habet: Ὅτι ἐκκλυνεῖ Κύριος τὸν ῥύπον, *Quoniam abluet Dominus ſordem*; reliqua ut in Lat. ſed cum præp. ἐν, ante 1. *ſpiritu*. Apud Hieron. in Malach. 3. col. 1825. e. omnia ut in textu: ſimiliter in Ezech. 16. col. 787. f. excepto uno *mundabit*; item inf. in Ezech. 22. col. 851. d. *Et lavabit.....* & *ſang. mundabit*, &c. Græcè verò ἐκκαθαεῖτ. Auct. quæſt. Vet. Teſt. q. 47. ap. Aug. to. 3. 62. b. *Quoniam abluet Dominus ſordes filiorum & filiarum Sion, & ſanguinem purgabit de medio eorum.* Similiter Optar. l. 5. cont. Donat. p. 83. c. *Quoniam abluet Dom. ſordes filiorum & filiarum Sion*; Mſ. 1. *lavabit Deus*; al. *ſordem*. Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 745. d. 746. g. *Et abluet Dominus ſordes filiorum & filiarum Sion, & ſanguinem purgabit de medio eorum ſpiritu judicii:* & inf. p. 751. b. *Et mundabit Dominus ſordes filior. & filiar. Sion, & ſanguinem Jeruſalem emundabit de medio ejus in ſpiritu judicii, & ſpiritu ardoris.* Auct. op. imp. in Matth. p. 44. a. *Et auferam ſordes filiorum Iſraël de medio eorum, & ſanguinem eorum mundabo in ſpiritu judicii, & ſpiritu combuſtionis & ardoris.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

5. Et creabit Dominus ſuper omnem locum montis Sion, & ubi invocatus eſt, nubem per diem, & fumum & ſplendorem ignis flammantis in nocte: ſuper omnem enim gloriam protectio.

6. Et tabernaculum erit in umbraculum diei ab æſtu, & in ſecuritatem, & abſconſionem à turbine, & à pluvia.

VERSIO ANTIQUA.

5. Et veniet, & erit omnis locus montis Sion, & omnia, quæ in circuitu ejus ſunt, proteget nubes per diem, & lumen ignis flammantis in nocte..... *Hieron. in Iſai. 4. col. 44. c.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 5. Tota iſta refert Hieron. ex edit. LXX. ſic etiam exſtant hodie in Gr. ed. Rom. niſi quòd loco *proteget*, eſt σκιάσει, *obumbrabit*; & pro *lumen ignis flamm.* &c. ὡς καπνῦ, ἢ φωτὸς πυρὸς καιομένη νυκτός, *tanquam fumo, & luce ignis ardentis per noctem*; in Mſs. Alex. & Mediol. necnon apud Aquil. Theod. & Symm. ἢ καπνὸν, ἢ φέγγος, ἢ φωτός, &c.

CAPUT V.

VULGATA NOVA.

Jer. 2. 21. Matth. 21. 33. 1. CAntabo dilecto meo canticum patruelis mei vineæ ſuæ. Vinea facta eſt dilecto meo in cornu filio olei.

2. Et ſepivit eam, & lapides elegit ex illa, & plantavit eam electam, & ædificavit turrim in medio ejus, & torcular exſtruxit in ea: & exſpectavit ut faceret uvas, & fecit labruſcas.

3. Nunc ergo habitatores Jeruſalem, & viri Juda, judicate inter me & vineam meam.

4. Quid eſt quod debui ultra facere vineæ meæ, & non feci ei? an quòd exſpectavi ut faceret uvas, & fecit labruſcas?

5. Et nunc oſtendam vobis quid ego faciam vineæ meæ: auferam ſepem ejus, & erit in direptionem: diruam maceriam ejus, & erit in conculcationem.

6. Et ponam eam deſertam: non putabitur, & non fodietur: & aſcendent vepres & ſpinæ: & nubibus mandabo ne pluant ſuper eam imbrem.

VERSIO ANTIQUA.

1. CAntabo nunc dilecto canticum dilectæ vineæ meæ. Vinea facta eſt dilecto in cornu, & in loco uberi. *Ex Brevior. Monar. ad ſer. 2. Dom. 3. Quadr.*

2. Et maceriâ circumdedi, & circumfodi, & plantavi vineam Soreth, & ædificavi turrem in medio ejus, & torcular fodi in ea: & ſuſtinui ut faceret uvas, fecit autem ſpinas.

3. Et nunc homo Juda, & qui habitatis in Jeruſalem, judicate inter me & vineam meam.

4. Quid faciam vineæ meæ, quod adhuc ei non fecerim? quoniam ſuſtinui ut faceret uvas, fecit autem ſpinas.

5. Et nunc ecce ego annuntio vobis quæ facturus ſum vineæ meæ: auferam maceriam ejus, & erit in direptionem: & deſtruam parietes ejus, & erit in conculcationem.

6. Et derelinquam vineam meam: & non putabitur, neque fodietur: & aſcendent in eam ſicut in agrum incultum ſpinæ: & nubibus mandabo ne pluant ſuper eam pluviam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hoc etiam Canticum reperitur in Antiphonar. Rom. Mſ. edito à Card. Thomaſio ad calcem Pſalt. Item in Mſ. Corb. n. 756. annorum circit. 1000. ſed ab his tantùm incipit, *Vinea facta eſt*, &c. deleruque ℣, poſt *cornu*. Similiter hab. Ambroſ. l. 3. Hexa. col. 52. c. & l. de bened. Patr. c. 11. col. 529. c. unà cum Græco: *Vinea facta eſt dilecto in cornu, in loco uberi*: at in Pſ. 36. col. 786. c. id omittit, *in loco*. Hieron. l. 1. in ep. ad Epheſ. to. 4. 328. b. legit: *Cantabo dilecto canticum dilecti vineæ meæ*: & in ep. ad Philem. col. 446. d. *Cantabo dilecto canticum diligibilis vineæ meæ*, &c. ſed ep. ad Princip. to. 2. 683. a. *Cantabo canticum dilecto vineæ meæ*. In Græco: Ἄσω δὴ τῷ ἠγαπημένῳ ᾆσμα τῦ ἀγαπητῦ μυ τῷ, &c. Alex. delet μῦ. Rurſum Hieron. in Iſai. 5. p. 45. f. *LXX.* inquit, *ſenſum magis, quàm verbum interpretati ſunt*: Vinea facta eſt dilecto meo in cornu, in loco pingui, *ſive* uberi, πίων *enim utrumque ſignificat*: eadem iterum legit inf. in Iſai. 27. col. 227. f. ſed abſque vocula *meo*. Similiter in Miſſali Rom. ad Tract. Sabb. S. Antiphon. etiam Rom. textui accinit, niſi quòd hab. *dilecti*, loco *dilecta*.

℣. 2. Mſ. Corb. hab. *Et maceriam circumdedi*; ſubinde *Sorecb*, non *Soreth*; extremò, *ut faceret uvam*: habet quoque *uvam* Cæleſtinus I. epiſt. 16. to. 1. 1151. c. Similiter ap. Ambroſ. l. 3. Hexa. col. 52. c. *Et maceriam circumdedi, & circumfodi vineam Sorech, & ædificavi turrim in medio ejus*: & in Luc. 20. col. 1500. b. *exſpectavi ut faceret uvas, fecit autem ſpinas*; quæ ult. ſimiliter habet Hilar. in Pſ. 1. n. 10. col. 21. Miſſale Rom. ad Tract. Sabb. S. *Et maceriam circumdedit, & circumfodit, & plantavit vineam Sorec, & ædificavit turrim in medio ejus, & torcular fodit in ea*. Ambr. in Luc. 3. col. 1323. a. conſtanter, *Et maceriam circumdedi*. Auct. quæſt. Vet. Teſt. q. 42. ap. Auguſt. to. 3. 55. f. *ſuſtinui ut faceret uvam, fecit autem ſpinas*. Rufin. in Symb. p. 182. a. *& exſpectavi ut faceret uvam, fecit autem ſpinas*. Item *ſpinas* habet Tertul. l. adv. Jud. c. 13. p. 147. b. & l. 3. adv. Marc. p. 679. c. Sic etiam LXX. tranſtuliſſe dicit Hieron. in hunc loc. col. 46. e. *Pro* labruſcis, inquit, *quod Aquila interpretatus eſt* Ζαπρίας..... *LXX. & Theodotio*, ſpinas: & paulò ſup. *Sorec ſolus Symmachus* electam *interpretatus eſt, non verbum è verbo exprimens, ſed ſenſum, qui tenetur in verbo*. Tertul. locis ſup. cit. legit ſimiliter *Sorech*. Antiphon. Rom. Thom. *Sorec*, &c. ut ſup. Vide Cotel. not. in l. 1. Conſtit. Apoſt. p. 121. a. In Græco ſic: Καὶ φραγμὸν περιέθηκα, ἢ ἐχαράκωσα, ἢ ἐφύτευσα ἄμπελον Σωρήκ, ἢ ᾠκοδόμησα πύργον ἐν μέσῳ αὐτῦ, ἢ προλήνιον ὤρυξα ἐν αὐτῷ· ἢ ἔμεινα τῦ ποιῆσαι σταφυλήν, ἢ ἐποίησεν ἀκάνθας. *Et ſepem circumpoſui, & vallavi, & plantavi vineam Sorech*, &c. Apud Arnob. de Deo trino, p. 215. a. *ædificavi turrim in medio vineæ, quam plantavi*.

℣. 3. Additum à nobis eſt *in Jeruſalem*, ex Mſ. Corb. Apud Ennod. Sirm. to. 1. p. 1626. d. ſic: *Homo Juda, & qui habitas Jeruſalem, judicate inter me & vineam meam*. Græcè: Καὶ νῦν οἱ ἐνοικοῦντες ἐν Ἰερυσαλὴμ, ἢ ἄνθρωπος τῦ Ἰούδα, κρίνατε ἐν ἐμοὶ, ἢ ἀναμέσον τῦ ἀμπελῶνός μυ.

℣. 4. Mſ. Corb. *Quid faciam vineæ meæ adhuc, quod & non fecerim? quoniam ſuſtinui ut faceret uvam*, &c. ut ſup. Antiph. Rom. Thom. *quam ſuſtinui*. S. Paulin. epiſt. 10. p. 47. c. *exſpectavi ut faceres uvam, & tu feciſti ſpinas*. Græc. Τί ποιήσω ἔτι τῷ ἀμπελῶνί μυ, ἢ οὐκ ἐποίησα αὐτῷ; διότι ἔμεινα τῦ ποιῆσαι σταφυλήν, ἐποίησε δὲ ἀκάνθας. *Quid faciam ultra vineæ meæ, & non feci ei? quoniam*, &c.

℣. 5. Mſ. Corb. *Nunc autem nunciabo quid faciam vineæ meæ: auferam maceriam ejus*, &c. ut in textu. Similiter apud Ambroſ. in Luc. 3. col. 1322. f. *auferam maceriam ejus, & erit in direptionem*. Apud Caſſiod. in Pſ. 79. p. 276. b. *deſtruam maceriam ejus, & erit in direptionem: & deſtruam parietem ejus, & erit in conculcationem*. In Græco: Νῦν δὲ ἀναγγελῶ ὑμῖν τί ἐγὼ ποιήσω τῷ ἀμπελῶνί μυ· ἀφελῶ τὸν φραγμὸν αὐτῦ, ἢ ἔσται εἰς διαρπαγήν· ἢ καθελῶ τὸν τοῖχον αὐτῦ, ἢ ἔσται εἰς καταπάτημα· *Nunc autem annuntiabo vobis quid ego faciam vineæ meæ: auferam ſepem ejus, & erit in direptionem: & diruam murum ejus, & erit in conculcationem*. Mſs. Alex. & Mediol. initio tollunt ἐγὼ, ante ποιήσω.

℣. 6. Eadem leguntur in Mſ. Corb. & Antiphon. Rom. Thom. Ita quoque in Græco. Apud Iren. l. 3. c. 17. p. 208. b. & *nubibus mandabo ne pluant ſuper eam*. Apud Tertul. adv. Jud. c. 13. p. 147. b. & l. 3. cont. Marc.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Breviar. Mozar. ad fer. 2. Dom. 3. Quadr. 7. Vinea enim Domini ſabaoth, domus eſt Iſraël: & homo Juda, novellum dilectum: ſuſtinui ut faceret judicium, fecit autem iniquitatem; & non juſtitiam, ſed clamorem.

Cypr. l. 3. Teſt. p. 322. c. 8. Væ qui conjungunt domum ad domum, & agrum ad agrum continuant, ut auferant proximo ſuo aliquid: nunquid habitabitis ſoli ſuper terram?

Hieron. in Iſai. 5. col. 49. e. 9. Audita ſunt hæc in auribus Domini ſabaoth.....

10..... *Vide Not.*

Ambr. l. de Elia, c. 15. col. 551. f. 11. Væ iis, qui conſurgunt manè, & ſectantur ſiceram, qui ebrii ſunt veſperi: nam vinum eos comburet.

12. Cum cithara enim, & pſalterio, & tympanis vinum bibunt: opera autem Domini non reſpiciunt, & opera manuum ejus non conſiderant.

Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 709. b. 14... Dilatavit orcus animam ſuam, & aperuit os ſuum: & deſcendent inclyti, & magni, & divites.

15. Et humiliabitur homo, & inhonorabitur vir: & oculi excelſi humiliabuntur, & cadent.

Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 733. g. & 731. d. 16... Exaltabitur Dominus ſabaoth in judicio, & Dominus ſanctus clarificabitur in illo.

Hieron. in Iſai. 5. col. 52. f. 17... Paſcentur direpti quaſi tauri.....

Hieron. in Ezech. 18. Væ his, qui attrahunt peccata ſicut funi-

VULGATA NOVA.

7. Vinea enim Domini exercituum, domus Iſraël eſt: & vir Juda, germen ejus delectabile: & exſpectavi ut faceret judicium, & ecce iniquitas; & juſtitiam, & ecce clamor.

8. Væ qui conjungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis uſque ad terminum loci: nunquid habitabitis vos ſoli in medio terræ?

9. In auribus meis ſunt hæc, dicit Dominus exercituum: Niſi domus multæ deſertæ fuerint, grandes & pulchræ, abſque habitatore.

10. Decem enim jugera vinearum facient lagunculam unam, & triginta modii ſementis facient modios tres.

11. Væ qui conſurgitis manè ad ebrietatem ſectandam, & potandum uſque ad veſperam, ut vino æſtuetis.

12. Cithara, & lyra, & tympanum, & tibia, & vinum in conviviis veſtris: & opus Domini non reſpicitis, nec opera manuum ejus conſideratis.

13. Propterea captivus ductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiam, & nobiles ejus interierunt fame, & multitudo ejus ſiti exaruit.

14. Propterea dilatavit infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum abſque ullo termino: & deſcendent fortes ejus, & populus ejus, & ſublimes, glorioſique ejus ad eum.

15. Et incurvabitur homo, & humiliabitur vir, & oculi ſublimium deprimentur.

16. Et exaltabitur Dominus exercituum in judicio, & Deus ſanctus ſanctificabitur in juſtitia.

17. Et paſcentur agni juxta ordinem ſuum, & deſerta in ubertatem verſa advenæ comedent.

18. Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis va-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

p. 679. c. & *mandatum eſt nubibus ne pluerent imbrem ſuper vineam Sorech.* Similiter ap. Hilar. in Pſ. 134. col. 474. c. & in Pſ. 146. col. 579. a. & *nubibus mandabo ne pluant ſuper eam pluviam.* Succinunt Tichon. reg. 7. p. 64. d. & Auct. op. imp. in Matth. hom. 20. p. 98. a. Apud Ambr. l. de Spir. S. col. 601. e. *mandabo nubibus meis ne pluant ſuper vineam.* Apud Aug. l. 1. de ſer. Dom. in mon. to. 3. 200. b. *mandabo nubibus meis ne pluant ſuper eam.* Hieron. in Eccleſ. to. 2. 778. c. tollit *meis*; ultimò verò addit *imbrem.*

℣. 7. Nil magis ſimile Græco eſt. Apud Hilar. in Pſ. 146. col. 579. a. hæc pauca: *Vinea enim Domini ſabaoth, domus Iſraël eſt.* Eadem quoque refert Hieron. in Iſai. 1. col. 12. e. quibus addit, & *homo Juda, novella plantatio, atque dilecta:* & in Iſai. 5. col. 48. b. pro his, quæ leguntur in Vulg. *germen ejus delectabile*, dicit LXX. tranſtuliſſe, *novella plantatio dilectiſſima:* ſimiliter infra: *LXX.* inquit, *tranſtulerunt: Exſpectavi ut faceret judicium*, & *fecit iniquitatem*; & *non juſtitiam, ſed clamorem*; tum ſubdit: *Volumus Latinis inſinuare auribus quod ab Hebræis didicimus:* judicium *apud eos appellatur* meſphat: vide rurſum eadem apud Hieron. in Iſai. 3. col. 39. f. & in Oſe. 2. col. 1250. b. & in Matth. 27. to. 4. 135. f. cui accinit Aug. l. 16. de civit. Dei, c. 2. col. 415. e. & Enchirid. to. 6. 227. c. Apud Ambroſ. in Pſ. 36. col. 786. e. hæc leguntur: *Ideo relicta eſt vinea Judæorum, quia iniquitatem fecit*, & *non judicium.* Apud Arnob. de Deo trino, p. 215. a. *Vinea enim Domini ſabaoth, domus Iſraëlis eſt.*

℣. 8. Sic eſt in Græco verbum pro verbo, niſi excipiatur iſtud, ἐγγίζοντες *appropinquant*, pro *continuant.* Ap. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 722. a. *Jungentes domum ad domum, ut quæ proximi ſunt auferrent.* Hieron. in hunc loc. col. 49. a. ait: *Pro eo quod nos diximus*, uſque ad terminum loci, *LXX. tranſtulerunt*, ut auferatis proximo. Apud Ambroſ. l. de Nabuthe, c. 3. col. 568. d. *Væ iis, qui jungunt domum ad domum*, & *villam ad villam:* & l. 5. & 6. Hexa. col. 91. b. 134. b. *nunquid ſoli habitabitis ſuper terram?* eadem etiam habet in Pſ. 36. & 48. col. 797. d. 953. d. & epiſt. 30. col. 911. e. S. Valerian. hom. 20. Sirm. to. 1. p. 695. c. *Væ illi, qui jungit villam ad villam.*

℣. 9. Ita LXX. tranſtulerunt, teſte Hieronymo ibid. Ita quoque in ed. Rom. addito uno γάρ, *enim*, poſt *audita.*

℣. 10. Græcè ita: Οὗ γὰρ ἐργῶνται δέκα ζεύγη βοῶν, ποιήσει κεράμιον ἓν· καὶ ὁ σπόρος ἀρτάβας ἓξ, ποιήσει μέτρα τρία. Unde Hieron. in hunc loc. col. 49. f. ait: *Pro* laguncula, *quam ſoli LXX. tranſtulerunt, omnes alii* batum *interpretati ſunt*..... & *pro* triginta modiis, *quod nos pro* coro *poſuimus*..... *LXX. verterunt* artabas ſex, *quæ menſura Ægyptiaca eſt*, & *facit modios viginti. In ſterilitate ergo nimia quæ ſequitur captivitatem, decem jugera vinearum facient batum, id eſt, tres amphoras*; & *triginta modii ſeminis, id eſt, corus, faciet ephi, quod LXX. tres menſuras interpretati ſunt, id eſt, tres modios.*

℣. 11. Conſonat Græc. niſi quòd pro *qui ebrii ſunt veſperi*, hab. οἱ μέθυσις τὸ ὀψέ, *qui exſpectant veſperam*; fortaſſe legit Ambr. μαίνεσθαι, *inſaniunt*, non μέθυσος. Hieron. in hunc loc. col. 50. f. ait pro *ebrietate*, *LXX. ipſum Hebraïcum* poſuiſſe *ſiceram.*

℣. 12. Ita Græcè ad verbum, hoc addito, ἐν αὐλοῖς, huic voci, *tympanis.* Apud Iren. l. 4. c. 2. col. 229. a. *Cum citharis*, & *tympanis*, & *pſalteriis*, & *tibiis vinum bibunt: opera autem Dei non intuentur*, & *opera manuum ejus non conſiderant*: at l. 2. c. 22. p. 147. c. *Cum cithara*, & *pſalterio bibunt: opera autem Domini non intendunt.* Tertul. l. de cor. mil. c. 10. p. 291. c. *Cum tympanis*, & *tibiis*, & *pſalteriis bibunt vinum.*

℣. 14. Græc. poſt τὸ *os ſuum*, addit, τοῦ μὴ διαλιπεῖν, *ut non ceſſet*; ultimòque ſubdit, καὶ οἱ λοιμοὶ αὐτῆς, & *peſtilentes ejus*; cæt. ut in Lat. ſup.

℣. 15. Ita in Græco, ſed abſque hoc ult. & *cadent.*

℣. 16. Græc. textui Lat. conſonat, niſi quòd pro *clarificabitur in illo*, hab. δοξασθήσεται ἐν δικαιοσύνῃ, *glorificabitur in juſtitia.*

℣. 17. Hieron. in hunc loc. col. 52. f. ait: *Pro* paſcentibus agnis juxta ordinem ſuum, *quod in bonam partem accipitur, neſcio quid volentes LXX. tranſtulerunt*, paſcentur direpti quaſi tauri, *pro* agnis, tauros *intelligentes*; & *rurſum pro* advenis, *interpretantur* agnos.

℣. 18. Eadem exſtant Græcè: Hieron. tamen loco citato poſuerat, & *ſicut jugo corrigiæ vituli, iniquitates*; quæ correximus ex his quæ ipſe Hieron. in hunc Iſaiæ loc. col. 53. b. ait: *Pro* vinculo plauſtri, corrigiam jugi vitulæ, *ſive* vaccæ, *LXX. tranſtulerunt:* unde in Mich.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

aitatis, & quaſi vinculum plauſtri peccatum.

19. Qui dicitis: Feſtinet, & citò veniat opus ejus, ut videamus: & appropiet, & veniat conſilium ſancti Iſraël, & ſciemus illud.

20. Væ qui dicitis malum bonum, & bonum malum: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum.

Prov. 3. 7. *Rom.* 12. 16.

21. Væ qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes.

22. Væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem.

23. Qui juſtificatis impium pro muneribus, & juſtitiam juſti aufertis ab eo.

24. Propter hoc, ſicut devorat ſtipulam linguæ ignis, & calor flammæ exurit; ſic radix eorum quaſi favilla erit, & germen eorum ut pulvis aſcendet. Abjecerunt enim legem Domini exercituum, & eloquium ſancti Iſraël blaſphemaverunt.

25. Ideo iratus eſt furor Domini in populum ſuum, & extendit manum ſuam ſuper eum, & percuſſit eum: & conturbati ſunt montes, & facta ſunt morticina eorum, quaſi ſtercus in medio platearum. In his omnibus non eſt averſus furor ejus, ſed adhuc manus ejus extenta.

26. Et elevabit ſignum in nationibus procul, & ſibilabit ad eum de finibus terræ: & ecce feſtinus velociter veniet.

27. Non eſt deficiens, neque laborans in eo: non dormitabit, neque dormiet, neque ſolvetur cingulum renum ejus, nec rumpetur corrigia calceamenti ejus.

VERSIO ANTIQUA.

culo longo, & quaſi corrigiâ jugi vitulæ, iniquitates. *44. col. 1025. b.*

20. Væ his, qui dicunt quod nequam eſt bonum, & quod bonum eſt nequam: qui ponunt lucem tenebras, & tenebras lucem: qui ponunt quod amarum eſt dulce, & quod dulce eſt amarum. *Aug. l. 2. cont. ep. Parmen. to. 9. 27. a.*

21. Væ vobis, qui ſapientes eſtis apud vos, & intelligentes veſtro judicio. *Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. 528. c.*

23. Qui juſtificant impium propter munera, & quod juſtum eſt juſto auferunt. *Hieron. in Zach. 7. col. 1742. b.*

25..... & acerbati ſunt montes..... [a] Et in omnibus his non ſunt converſi..... *Hieron. in Iſai. 5. col. 58. a.* [a] *Cypr. l. 1. Teſt. p. 282. b. c.*

26. Igitur extollet ſignum in gentes quæ ſunt longè, & attrahet illos à ſummo terræ: & ecce citò leviter venient.

27. Non eſurient, neque ſitient.....

VULGATA NOVA.

28. Sagittæ ejus acutæ, & omnes arcus ejus extenti. Ungulæ equorum ejus ut ſilex, & rotæ ejus quaſi impetus tempeſtatis.

29. Rugitus ejus ut leonis, rugiet ut catuli leonum: & frendet, & tenebit prædam: & amplexabitur, & non erit qui eruat.

30. Et ſonabit ſuper eum in die illa ſicut ſonitus maris: aſpiciemus in terram, & ecce tenebræ tribulationis, & lux obtenebrata eſt in caligine ejus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

6. col. 1540. e. legit: *Væ qui protrahunt peccata ſua quaſi funem longum, & quaſi lorum jugi vitula, iniquitates.* Tertul. l. de pœnit. c. 11. p. 70. a. *Væ illis, qui deliƈta ſua volut procero fune neſtunt.* Hilar. in Pſ. 118. col. 291. f. *Væ qui ligant peccata tanquam funem longum:* & in Pſ. 128. col. 432. d. *Væ qui trahunt peccata ſua tanquam funem longum.* Auguſt. in Pſ. 57. to. 4. 544. b. *Væ his, qui trahunt peccata ſicut reſtem longam:* ſimiliter tract. 10. in Joh. to. 3. 370. b.

℣. 20. Similiter hab. ipſe Parmen. ibid. 25. c. exceptis his ult. *qui ponunt id quod amarum eſt dulce, & dulce quod amarum:* rurſum Auguſt. in Job, to. 3. 641. f. legit: *Væ illis, qui dicunt quod bonum eſt malum, & malum bonum: qui ponunt tenebras lucem, & lucem tenebras:* & epiſt. 36. to. 2. 76. a. *Væ qui dicunt quod bonum malum; & tenebras lucem, & lucem tenebras; & amarum dulce, & dulce amarum.* Græc. Οὐαὶ οἱ λέγοντες τὸ πονηρὸν καλὸν, καὶ τὸ καλὸν πονηρόν· οἱ τιθέντες τὸ σκότος φῶς, καὶ τὸ φῶς σκότος· οἱ τιθέντες τὸ πικρὸν γλυκὺ, καὶ τὸ γλυκὺ πικρόν. Tertul. l. de carne Chr. p. 553. c. *Væ quæ faciunt dulce amarum, & tenebras lucem.* Ambroſ. l. de Tob. c. 9. col. 601. d. *Væ iis, qui dicunt quod amarum eſt dulce, & quod dulce amarum.* Hieron. in Eccleſ. to. 2. col. 788. c. *Væ his, qui dicunt malum bonum, & bonum malum:* & epiſt. ad Philem. to. 4. 448. d. *Væ qui dicunt dulce amarum, & amarum dulce: ponentes tenebras lucem, & lucem tenebras.* S. Paulin. epiſt. 12. p. 64. a. *Væ dicentibus malo bonum, & dulce amaris.* Anon. ibid. epiſt. ad Celanc. to. 2. p. 17. c. *qui dicunt quod bonum eſt malum; qui lucem appellant tenebras; & quod dulce eſt amarum vocant.* Ferrand. diac. ep. ad Pelag. p. 251. f. 252. a. *Væ his, qui ponunt tenebras lucem.*

℣. 21. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 319. c. *Væ qui arguti ſunt in ſemetipſis.* Græc. Οὐαὶ οἱ ζυνετοὶ ἐν ἑαυτοῖς, καὶ ἐναντίον ἑαυτῶν ἐπιſήμονες.

℣. 23. Poſterior verſiculus ſic habetur Græcè: καὶ τὸ δίκαιον τῦ δικαίυ αἴρονλες, & *juſtum juſti tollunt;* prior verò ut in Lat. ſup.

℣. 25. Græcè ſimiliter .....καὶ παρωξύνθη τὸ ὄρος· extremò verò ſic: καὶ ἐν πᾶσι τύτοις ἐκ ἀπεστράφη ὁ θυμὸς ἀυτῦ, ἀλλὰ ἔτι ἡ χεὶρ ὑψηλή· ut in Vulg.

℣. 26. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 708. a. *ecce velociter & leviter adveniant.* Græc. καὶ ἰδὺ ταχὺ κόφως ἔρχονται· item ſup. ζυρεῖ *ſibilabit*, pro *attrahet*; cæt. quadrant.

℣. 27. Similiter habet Tertul. lib. 4. adv. Marc. p. 708. a. Græc. Οὐ πεινάσουσιν, οὐδὲ κοπιάσουσιν, &c. *Non eſurient, neque laborabunt*, &c.

Digitized by Google

CAPUT VI.

Versio antiqua.

Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 318. a.

1. ET factum eſt anno, quo mortuus eſt Ozias rex, vidi Dominum ſabaoth ſedentem ſuper thronum altum & elevatum: & plena domus gloriâ ejus.

2. Et ſeraphim ſtabant in circuitu ejus: ſex alas habens una, & altera ſex: & duabus quidem alis velabant faciem, duabus verò pedes, & duabus volabant.

3. Et clamabant alterutrum, & dicebant: Sanctus, ſanctus, ſanctus, Dominus Deus ſabaoth, plena eſt omnis terra gloriâ ejus.

4. Et levatum eſt limen ex voce qua clamabant, & domus impleta eſt fumo.

5. Et dixi: O miſer ego, quoniam compunctus ſum, quia cùm ſim homo, & immunda labia habeam, & in medio populi immunda labia habentis ego habitem, regem Dominum ſabaoth ego vidi oculis meis.

Vulgata nova.

1. IN anno, quo mortuus eſt rex Ozias, vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum & elevatum: & ea quæ ſub ipſo erant, replebant templum.

2. Seraphim ſtabant ſuper illud: ſex alæ uni, & ſex alæ alteri: duabus velabant faciem ejus, & duabus velabant pedes ejus, & duabus volabant.

3. Et clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, ſanctus, ſanctus, Dominus Deus exercituum, plena eſt omnis terra gloriâ ejus. *Apoc. 4. 8.*

4. Et commota ſunt ſuperliminaria cardinum à voce clamantis, & domus repleta eſt fumo.

5. Et dixi: Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labiis ego ſum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito, & regem Dominum exercituum vidi oculis meis.

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. A Græco abeſt vocabulum *ſabaoth*; cæt. verò ut in Lat. ſup. Idem Vigilius Tapſ. inf. p. 727. d. legit: *vidi Dominum ſabaoth ſedentem ſuper thronum excelſum.* Itidem Ambroſ. l. 3. de Spir. S. p. 698. a. ſed addit, & *elevatum: & plena erat domus majeſtatis ejus.* Auguſt. l. cont. Adim. to. 8. 148. b. *Et factum eſt eo anno, quo mortuus eſt Ozias rex, vidi Dominum ſedentem in ſede altiſſima: & plena erat domus gloria ipſius.* Hieron. epiſt. ad Damaſ. de ſeraph. to. 3. 515. b. *Et factum eſt in anno, quo mortuus eſt rex Ozias, vidi Dominum ſedentem ſuper thronum excelſ. & elevatum:* inf. 516. f. & *plena erat domus majeſtate ejus:* item in Iſai. 6. p. 58. f. ad hoc Vulg. & *ea quæ ſub ipſo erant*, &c. ait: *Pro quo LXX. interpretati ſunt: Et plena domus gloriâ ejus:* rurſus in Iſai. 1. col. 6. f. habet: *vidi Dominum ſabaoth ſedentem*, &c. at in Oſe. 12. col. 1322. a. tollit *ſabaoth*; addit verò Auct. quæſt. N. Teſt. q. 88. ap. Aug. col. 80. e. Arnob. de Deo trin. p. 230. b. ita: *vidi Dominum ſedentem in thronum excelſum*; at inf. *vidi Dominum Deum omnipotentem ſabaoth ſedentem ſuper thronum.* Fulg. fragm. 34. cont. Fab. p. 650. *vidi Dominum ſedentem ſuper ſolium excelſum & elevatum.*

℣. 2. Idem Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 727. d. legit: *Et ſeraphim ſtabant in circuitu ejus: ſex alæ uni, & ſex alæ alteri: duabus velabant pedes, & duabus volabant.* Ambroſ. l. 3. de Spir. S. col. 698. a. c. *Et ſeraphim ſtabant in circuitu ejus: ſex alæ uni, & ſex alæ alteri: & duabus velabant faciem ejus, & duabus velabant pedes ejus, & duabus volabant.* Hieron. ep. ad Damaſ. to. 3. 516. f. 517. e. *Et ſeraphim ſtabant in circuitu ejus: ſex alæ uni, & ſex alæ alteri: & duabus quidem velabant faciem, & duabus velabant pedes, & duabus volabant.* Ita quoque in Græco eſt, excepta voce *alteri*, pro qua rurſus τῷ ἑνὶ, *uni.* Idem Hieron. in Iſai. 1. col. 6. f. & in Oſe. 12. col. 1322. a. hab. *Et ſeraphim duo in circuitu ejus:* ad hoc autem, *in circuitu ejus*, ipſe in Iſai. 6. col. 59. f. 60. a. 62. a. dicit: *Hoc quod nos, ſequentes alios Interpretes, & Hebraïcam veritatem, in qua ſcriptum eſt* memmallo, *id eſt*, ἑκάστῳ αὐτῶν, *quod Latinè dicitur* ſuper illud, *vertimus; LXX. tranſtulerunt* in circuitu ejus, *ut non ſuper templum ſtare ſeraphim, ſed in circuitu Domini deſcribantur:* tum addit: *Rurſum ubi nos diximus, quod unus de ſeraphim velaret faciem & pedes ejus, per quod intelligitur Dei, in Hebræo ſcriptum habetur* phanau, & reglau, *quod poteſt interpretari* & ejus, & ſuam; *ut ſeraphim juxta Hebræi ſermonis ambiguitatem, & faciem pedeſque Dei, & ſuam faciem ac pedes operire dicantur:* & epiſt. ad Damaſ. col. 518. *Velabant*, inquit, *faciem non ſuam, ſed Dei..... velabant pedes non ſuos, ſed Dei.* Item Ambroſ. l. 2. de Spir. S. cap. ult. n. 163. ait: *Stant tempora, volant tempora: ſtant præterita, volant futura; & quaſi alæ ſeraphim, ita faciem Dei vel pedes velant, eò quòd in Deo, qui nec principium nec finem habet, omnis ab hac cognitione principii ejus & finis, curſus temporum feriatur.* Apud Auguſt. l. cont. Adim. to. 8. 148. b. ſic: *Et in circumitu ſeraphim ſtabant, ſenas alas habentes: & binis quidem operiebant faciem ipſius, binis verò pedes.* Scilicet hîc redarguit Auguſt. Adimantum, quòd binas alas prætermiſerit quibus volabant ſeraphim.

℣. 3. Rurſum Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 727. d. *Et clamabant ad alterutrum, dicentes: Sanctus*, &c. Ambroſ. l. 3. de Spir. S. p. 698. a. *Et clamabant alter ad alterum, & dicebant: Sanctus, ſanctus, ſanctus, Dom. Deus ſabaoth, plena eſt univerſa terra majeſtate ejus.* Similiter Hieron. ep. ad Damaſ. to. 3. 517. e. excepta voce *gloriâ*, pro *majeſtate.* Hieronymo favet Græc. niſi quòd hab. καὶ ἐκέκραγον, & *clamabat*; at in Mſ. Mediol. ἐκέκραγον: item inf. deeſt vox *Deus.* Apud Ambroſ. l. 3. de Spir. S. col. 688. c. & l. 2. de fide, col. 491. a. b. conſtanter, *Dominus Deus ſabaoth.* Itidem ap. Hilar. in Pſ. 134. col. 478. a. additis his: *pleni ſunt cæli & terra gloriâ tuâ.* Hieron. in hunc loc. col. 60. f. ait: *Clamant alter ad alterum, vel juxta Hebræos, iſte ad iſtum, id eſt, unus ad unum:* & in Oſe. 12. col. 1322. a. *Clamantia ad invicem: Sanctus..... Dominus Deus ſabaoth.* Tertul. l. de orat. c. 3. p. 180. c. ait: *Non ceſſet dicere: Sanctus, ſanctus, ſanctus.* Auct. lib. de Spir. S. ap. Ambr. to. 2. 608. b. *Sanctus, ſanct. ſanct. Dom. Deus ſab. plena eſt omnis terra majeſtate ejus.* Sic etiam ap. Fulg. fragm. 21. cont. Fab. p. 605. excepta voce *gloriâ*, pro *majeſtate.*

℣. 4. Hieron. epiſt. ad Damaſ. to. 3. 519. b. legit: *Et elevatum eſt ſuperliminare à voce qua clamabant, & domus impleta eſt fumo.* Ita quoque Græc. habet: unde Hieron. loco cit. ſubdit: *Ubi autem in Latino* elevatum *legimus, in Græco* ſublatum *ponitur: ſed quia verbi ambiguitas utroque modo interpretari poteſt, noſtri* elevatum *interpretati ſunt pro* ablato.

℣. 5. Eadem in Græco ſunt, detractâ unâ conjunct. &, poſt *habeam*, repoſitâ verò poſt *habitem*; pro hoc autem ult. οἰκῶ *habito.* Ambroſ. in Pſ. 118. col. 997. c. *O miſer ego, quoniam immunda labia habeo, & in medio populi verſor immunda labia habentis:* & l. 1. offic. p. 4. f. *O miſer ego, quoniam compunctus ſum, quia cùm ſim homo, & immunda labia habeam*, &c. & l. 1. de pœnit. col. 400. d. *O miſer ego, & compunctus corde, quia cùm ſim homo, & immunda labia habeam, in medio quoque populi immunda labia habentis habitem:* & l. 1. de fide, col. 469. f. *O miſer ego, & compuncto corde, qui cùm immunda labia habeam, in medio quoque populi inhabitem immunda labia habentis, vidi Dom. ſabaoth:* vide etiam l. de bened. Patr. c. 4. col. 520. f. S. Iren. l. 4. c. 20. col. 255. a. *Regem Dom. ſabaoth vidi oc. meis.* S. Paulin. ep. 18. & 37. p. 104. c. 227. a. alludens, dicit: *Væ mihi, miſero peccatori immunda labia habenti.* Hieron. in hunc loc. col. 61. e. *Iſaias*, inquit, *juxta LXX. Interpretes compunctum ſe eſſe teſtatur, non ob alia crimina, ſed quia labia habet immunda:* & l. 2. cont. Pelag. to. 4. 528. c. legit: *Væ mihi, quia tacui, quia immunda habens labia, & in medio populi immunda habentis labia habitans, vidi Dominum ſabaoth oculis meis:* at l. 3. col. 542. f. *Heu mihi miſero, quoniam compunctus ſum, quia cùm ſim homo, & immunda labia habeam, in medio quoque populi immunda labia habentis ego habito:* & epiſt. ad Damaſ. to. 3. 521. b. Iſaiam inducit dicentem: *in medio quoque populi immunda labia habentis* (cùm) *habitem..... & regem Dominum ſabaoth ego vidi:* & inf. 523. c. *O miſer ego, quoniam compunctus ſum:* ſimiliter col. 520. d. Oroſius cont. Pelag. p. 456. h. *O miſer ego, quoniam compunctus ſum, quia cùm ſim homo, & immunda labia habeam, in medio quoque populi immunda labia habentis habito.* Vigil. Tapſ.

Digitized by Google

Vulgata nova.

6. Et volavit ad me unus de ſeraphim, & in manu ejus calculus, quem forcipe tulerat de altari.

7. Et tetigit os meum, & dixit: Ecce tetigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatum tuum mundabitur.

8. Et audivi vocem Domini dicentis: Quem mittam? & quis ibit nobis? Et dixi: Ecce ego, mitte me.

Matth. 13. 14. *Marc.* 4. 12. *Luc.* 8. 10. *Joan.* 12. 40. *Act.* 28. 26. *Rom.* 11. 8.

9. Et dixit: Vade, & dices populo huic: Audite audientes, & nolite intelligere: & videte viſionem, & nolite cognoſcere.

10. Excæca cor populi hujus, & aures ejus aggrava: & oculos ejus claude: ne fortè videat oculis ſuis, & auribus ſuis audiat, & corde ſuo intelligat, & convertatur, & ſanem eum.

Versio antiqua.

6. Et miſſus eſt ad me unus de ſeraphim, & in manu habebat carbonem, quem in forcipe ſumpſit ab altari. *Vigil. Tapſ. ubi ſup.*

7. Et tetigit os meum, & dixit mihi: Ecce tetigit iſtud labia tua, & auferet iniquitates tuas, & peccata tua emundabit.

8. Et ego audivi vocem Domini dicentis: Quem mittam? & quis ibit ad populum iſtum? Et dixi: Ecce ego, mitte me.

9. Et dixit mihi: Ito ad populum iſtum, & dic ei: Aure audietis, & non intelligetis: & videntes videbitis, & non aſpicietis.

10. Incraſſatum eſt enim cor populi hujus: & auribus ſuis graviter audierunt, & oculos ſuos clauſerunt: ne fortè videant oculis, & credant, & auribus audiant, & corde intelligant, & convertantur, & ſanem illos.

Notæ ad Versionem antiquam.

l. cont. Varimad. p. 746. d. *vidi Dominum regem ſabaoth oculis meis.*

℣. 6. Ad verbum è Græco, detracta præp. *in*, ante *forcipe*. Ambroſ. l. de Spir. S. col. 624. c. legit: *Miſſum eſt ad me unum de ſeraphim.* Ita quoque Hieron. epiſt. ad Damaſ. to. 3. 523. c. deinde ait: *LXX. Aquila*, & *Theodotion*, ſeraphim *neutro genere tranſtulerunt*, *Symmachus maſculino*: item in hunc Iſai. loc. col. 62. e. dicit: *Seraphim mittitur à Deo.....* & *in manu ſua tenet calculum*, *quem juxta LXX.* & *Theod. forcipe.....apprehendit*: & paulò ſupra: *Calculus iſte*, *qui à ſolis LXX.* ἄνθρακ, *id eſt*, carbunculus, *eſt interpretatus*, *poteſt non* carbonem *ſignificare*, *vel* prunam, *ut plerique exiſtimant*, *ſed* ἄνθρακα, *id eſt*, *carbunculum lapidem*: eadem obſervat epiſt. ad Damaſ. to. 3. 523. f. relatis nimirum his ex LXX. & *in manu habet carbonem*, *quem forcipe acceperat de altari*, & *tetigit os meum*, poſt paulò ſubdit: *In Hebræo pro* carbone, calculus *legitur*: & poſt pauca: *Videntur*, inquit, *mihi* & *LXX. in eo quod* ἄνθρακ *tranſtulerunt*, *idem ſenſiſſe quod cæteri*: ἄνθρακ *quippe*, *quem nos* carbunculum *interpretamur*, *genus eſt lapidis fulgidi*: & ſup. col. 521. e. rurſus habet: *Et miſſum eſt ad me unum de ſeraphim*, & *in manu ſua habebat carbonem*, *quem forcipe ſumpſerat de altari*: at in Jerem. 1. col. 529. d. *Et miſſus eſt ad me unus de ſeraphim*, & *in manu habebat carbonem*, *quem forcipe tulerat de altari*. Caſſiod. in Pſ. 118. p. 430. b. *Et volavit ad me unus de ſeraphim*, & *in manu habebat carbonem ignis*, *quem forcipe acceperat de altari*. Sed Hieron. ep. ad Damaſ. col. 523. c. legit ex LXX. *Et miſſum eſt*; paulòque poſt ait: *Cæteri Interpretes pro* miſſum eſſe, volaſſe *dixerunt*.

℣. 7. Conſonat Græc. detracto uno *mihi*, poſt *dixit*. Ambroſ. l. 1. de Spir. S. col. 623. f. 624. a. *Ecce tetigit hoc labia tua*, & *auferet iniquitates tuas*, & *peccata tua circumpurgabit*; bene *circumpurgabit*, nam in Græco eſt περικαθαρεῖ. Hilar. in Pſalm. 119. col. 373. f. 374. a. ait: *Dictum ad Eſaiam eſt*, *cùm per forcipem carbone comprehenſo labia ejus contacta ſunt*: *Ecce abſtuli injuſtitias tuas*, & *peccata tua purgavi*. Hieron. epiſt. ad Damaſ. to. 3. 521. e. *Et tetigit os meum*, & *dixit*: *Ecce tetigit hoc labia tua*, & *abſtulit iniquitates tuas*, & *peccata tua purgavit*: at infra col. 524. f. ſic habet ex LXX. & *dixit*: *Ecce tetigit hoc labia tua*, & *auferet iniquitates tuas*, & *peccata tua purgabit*: & in Jeremiæ cap. 1. col. 529. d. *Et tetigit os meum*, & *dixit*: *Ecce tetigit iſte lab. tua*, & *auferet iniquitates tuas*, & *pecc. tua mundabit*. Caſſiod. in Pſ. 118. p. 430. b. *Et tetigit os meum*, & *dixit*: *Ecce tetigit hoc labia tua*: & *ait*: *Ecce abſtuli iniquitates tuas*, & *peccata tua circumpurgavi*.

℣. 8. Græcè initio deeſt *ego*, extremòque additur εἰμὶ, *ſum*, ad hoc, *ecce ego*; cætera quadrant. Græco ſuffragatur ad verbum Auctor l. de Spir. S. ap. Ambroſ. col. 608. b. Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 746. d. rurſum legit: *Et audivi vocem dicentem mihi*: *Quem mittam?* & *quis ibit ad pop. iſtum? Et dixi*: *Ecce ego ſum*, *mitte me*. Apud Hieron. ep. ad Damaſ. to. 3. 522. a. omnia ut in textu, excepta voce *ego*, quæ initio deeſt: & inf. col. 524. f. rurſum habet ex LXX. *Et audivi vocem Domini dicentis*: *Quem mittam?* & *quis ibit ad populum iſtum?* & poſt pauca ait: *In Hebræo poſitum*, & quis ibit nobis? & comment. in hunc Iſai. loc. col. 62. f. *Pro eo quod*, & *nos*, & *alii omnes Interpretes tranſtulerunt*, nobis..... *neſcio quid volentes LXX. poſuerunt*, ad populum iſtum, *quod penitus in Hebræo non habetur*: rurſum ep. ad Damaſ. col. 526. a. refert ex LXX. *Et dixit*: *Ecce ego ſum*, *mitte me*: & poſt paulò ſubdit: *Propheta purgatus à vitiis*, *auſus eſt dicere*, Ecce ego ſum; *licet in Latinis codicibus*, *propter Interpretum varietatem*, *ſum non ſit appoſitum*: unde ipſe ibid. col. 520. d. legit: *Ecce ego*, *mitte me*. Similiter habet Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1149. c. 1167. c.

℣. 9. Idem Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 746. d. legit: *Vade*, & *dic populo huic*: *Aure audietis*, & *non intelligetis*, & *videntes videbitis*, & *non videbitis*. Ita quoque in Græco. Apud Tertul. l. 3. 4. & 5. cont. Marc. p. 670. c. 713. a. 793. c. *Aure audietis*, & *non audietis*: *oculis videbitis*, & *non videbitis*: vide etiam ſup. p. 725. b. Apud Cypr. l. 1. Teſtim. p. 276. c. *Vade*, & *dic populo iſti*: *Aure audietis*, & *non intelligetis*: & *videntes videbitis*, & *non videbitis*. Apud Hilar. in Pſ. 118. col. 343. f. *Auditu audietis*, & *non intelligetis*. Apud Ambroſ. in eund. Pſ. p. 1157. f. *Aure audietis*: item epiſt. 74. loquens de Judæis, *duræ cervicis populo*, ſubdit: *qui aure audiret*, & *non audiret*; *oculis videret*, & *non videret*. Ambroſiaſt. p. 158. c. *Vade*, & *dic populo huic*: *Aure audietis*, & *non intelligetis*. Auct. l. de Spir. S. apud eund. Ambroſ. col. 608. b. *Vade*, & *dic populo huic*: *Aure audietis*; reliqua ut in textu. Auct. op. imp. in Matth. hom. 32. p. 132. e. *Auditu auditis*, & *non intelligitis*. Arnob. de Deo trino, p. 230. b. *Vade*, *dic populo huic*: *Videntes videbitis*, & *non videbitis*. Hieron. epiſt. ad Damaſ. to. 3. 522. a. *Et ait*: *Vade*, & *dic populo huic*: *Aure audietis*, & *non intelligetis*: & *cernentes aſpicietis*, & *non videbitis*: & in Joel 2. col. 1360. b. *Vade*, & *dic populo huic*: *Auditu auditis*, & *non intelligetis*: & *videntes aſpicietis*, & *non videbitis*: ſic etiam in Iſai. 42. & 53. col. 321. e. 382. e. at in Iſai. 6. col. 63. a. *Vade*, *dic populo huic*: *Auribus audietis*, & *non intelligetis*: & *videntes videbitis*, & *non cognoſcetis*: & infra, relatis iiſdem juxta textum Hebr. ſubdit: *LXX. hunc locum ita interpretati ſunt*, *ut evangeliſta Lucas in Apoſtolorum Actibus poſuit*, (Act. 28. 25-27.) & poſt plura: *De præſenti autem loco hoc dicendum eſt*, *fruſtra nos ad LXX. translationem confugere*; *nec blaſphemum videatur eſſe*, *quod juxta Hebraïcum dicitur*: Auditu audite, & nolite intelligere: & videte viſionem, & nolite cognoſcere: *cùm hujuſmodi teſtimonia etiam in LXX. Interpretibus reperiamus*, *ut eſt illud in Exodo*: Propterea ſuſcitavi te, ut oſtendam in te virtutem meam, &c.

℣. 10. Eadem ſunt in Græco, detracto uno & *credant*; extremò etiam, non *ſanem*, ſed ἰάσομαι, *ſanabo*. Tertul. l. 3. adv. Marc. p. 670. c. *Incraſſatum eſt enim cor populi hujus*: & *auribus graviter audierunt*, & *oculos concluſerunt* (Gr. τὰς ὀφθαλμὰς ἐκάμμυσαν) *nequando auribus audiant*, & *oculis videant*, & *corde conjiciant*, & *convertantur*, & *ſanem illos*: & l. adv. Pſych. p. 984. b. alludens, ait: *Incraſſatum erat cor populi*, *ne oculis viderent*, & *auribus audiret*, & *corde conjiceret* (*adipibus obſtructo*.) Cypr. l. 1. Teſtim. p. 276. c. *Incraſſavit enim cor populi hujus*: & *auribus graviter audierunt*, & *oculos ſuos concluſerunt*: *ne fortè videant oculis*, & *auribus audiant*, & *corde intelligant*, & *revertantur*, & *curem illos*: & l. de laude martyrii, pag. 344. c. *Gravatum eſt cor inſipiens eorum*, *nequando convertantur*, & *ſanem illos*. Hilarius in Pſalmum 140. col. 540. f. *Incraſſatum eſt cor populi hujus*. Similiter habet Ambroſ. l. 2. de fide, col. 494. a. tum addit: & *auribus graviter audierunt*, & *oculos ſuos gravaverunt*: *nequando oculis ſuis videant*, & *auribus audiant*, & *corde intelligant*. Ambroſiaſt. p. 179. a. *Obcæcavit oculos eorum*, *ne videant*; & *aures ne audiant*, *uſque in hodiernum diem*. Hieron. in Joel 2. col. 1360. b. *Incraſſatum eſt enim cor populi hujus*, & *auribus ſuis graviter audierunt*: ſic etiam in Iſai. 53. col. 382. e. detracta vocula *ſuis*. At Auguſt. l. cont. Jud. to. 8. 36. c. legit: *Incraſſa cor populi hujus*, & *aures eorum oppila*, & *oculos*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Iren. l. 5. c. 34. p. 334. a.

11. Et dixi: Usquequo Domine? Quoadusque desolentur civitates ad non inhabitandum, & domus ut non sint homines, & terra derelinquetur deserta.

12. Et post hæc longè nos faciet Deus homines, & qui remanserint, multiplicabuntur super terram.

Hieron. in Isai. 6. col. 65. c.

13. Et adhuc in ea erit decimatio, & rursum erit in deprædationem sicut terebinthus, & sicut quercus, quæ projecit fructus suos.

VULGATA NOVA.

11. Et dixi: Usquequo Domine? Et dixit: Donec desolentur civitates absque habitatore, & domus sine homine, & terra relinquetur deserta.

12. Et longè faciet Dominus homines, & multiplicabitur quæ derelicta fuerat in medio terræ.

13. Et adhuc in ea decimatio, & convertetur, & erit in ostensionem sicut terebinthus, & sicut quercus, quæ expandit ramos suos: semen sanctum erit id, quod steterit in ea.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

eorum grava: similiter l. 2. de Trin. col. 790. d. Gelasius l. tract. 1. de anathem. vinc. Conc. to. 4. 1231. c. *Claude oculos eorum, & obtura aures eorum: & videntes non videant, & audientes non audiant, nequando intelligant: & obdura cor populi hujus, ne unquam convertantur, & sanem illos.* Auct. l. de laude mart. apud Cypr. p. 426. a. *Gravatum est cor insipiens eorum, nequando convertantur, & salvem illos.*

℣. 11. Itidem Græcè, hoc inserto, ἢ εἶπεν, & *dixit*, post vocem *Domine*: Iren. verò inf. c. 35. p. 335. c. legit: *Cùm desolatæ fuerint civitates gentium* & (f. *eò*) *quòd non inhabitentur, & domus eò quòd non sint homines, & derelinquetur terra deserta.* Gr. Ἕως ἂν ἐρημωθῶσι πόλεις παρὰ τὸ μὴ καθοικεῖσθαι, ἢ οἶκοι παρὰ τὸ μὴ εἶναι ἀνθρώπους, &c.

℣. 12. Idem Iren. l. 5. c. 35. p. 335. c. legit: *Elongabit Deus homines, & derelicti multiplicabuntur in terra*: nec absimile Græc. est.

℣. 13. Ita rursum in Græco est, exceptis his postr. ἢ ὡς βάλανος, ὅταν ἐκπέσῃ ἐκ τῆς θήκης αὐτῆς, & *sicut glans, cùm exciderit è theca sua*, loco & *sicut quercus*, &c. Hieron. quidem ibid. col. 65. c. subnectit ista de Hebr. *sanctum semen erit, quod steterit in ea*: at infra ait: *Quod diximus*: semen sanctum erit, &c. *vel juxta Aquilam*, semen sanctum erit germen ejus, *in LXX. Interpretibus non habetur, sed de Hebraïco*, & *Theodotionis editione ab Origene additum in Ecclesiæ fertur exemplaribus*: quapropter illa verba resecanda duximus; quæ etiam hodie non sequuntur in Gr. nec procul dubio erant in antiqua Versione Lat. ante Origenem.

CAPUT VII.

VERSIO ANTIQUA.

Aust. op. imp. in Matth. hom. 1. p. 20. f.

1. ET factum est in diebus Achaz, filii Joathan regis Juda, ascendit Rasim rex Syriæ, & Phacee, filius Romeliæ rex Israël, ad Jerusalem, expugnare eam: & non potuerunt eam debellare.

2. Et annuntiatum est in domo David à dicentibus: Consensit Syria cum Ephraim, & expavit anima ejus, & anima plebis ejus, sicut in silva arbor, cùm à vento commovetur.

3. Et dixit Dominus ad Isaiam: Exi in obviam Achaz tu, & qui relictus est Jasub filius tuus, ad piscinam & superioris viæ Villæ fullonis.

4. Et dices ei: Vide ut quiescas: & noli timere, neque anima tua languescat à duobus titionibus fumigantibus istis: cùm enim ira furoris mei facta fuerit, iterum sanabo: quoniam filius Aram, & filius Romeliæ,

5. qui cogitaverunt cogitationem pessimam, dicentes:

6. Ascendamus in Judæam, & colloquentes eis, convertamus eos ad nos, & regem statuemus eis filium Thabeel.

7. Hæc dicit Adonai, Dominus sabaoth: Non manebit cogitatio ista, neque sic fiet:

Cypr. l. 1. & 3. Testim. p. 277. c. 317. c.

9..... Et si non credideritis, neque intelligetis.

VULGATA NOVA.

1. ET factum est in diebus Achaz filii Joathan, filii Oziæ regis Juda, ascendit Rasin rex Syriæ, & Phacee, filius Romeliæ rex Israël, in Jerusalem, ad præliandum contra eam: & non potuerunt debellare eam. *4. Reg. 16. 5.*

2. Et nunciaverunt domui David, dicentes: Requievit Syria super Ephraim, & commotum est cor ejus, & cor populi ejus, sicut moventur ligna silvarum à facie venti.

3. Et dixit Dominus ad Isaiam: Egredere in occursum Achaz tu, & qui derelictus est Jasub filius tuus, ad extremum aquæductus piscinæ superioris in via Agri fullonis.

4. Et dices ad eum: Vide ut sileas: noli timere, & cor tuum ne formidet à duabus caudis titionum fumigantium istorum in ira furoris Rasin regis Syriæ, & filii Romeliæ:

5. eò quòd consilium inierit contra te Syria in malum Ephraim, & filius Romeliæ, dicentes:

6. Ascendamus ad Judam, & suscitemus eum, & avellamus eum ad nos, & ponamus regem in medio ejus filium Tabeel.

7. Hæc dicit Dominus Deus: Non stabit, & non erit istud:

8. sed caput Syriæ Damascus, & caput Damasci Rasin: & adhuc sexaginta & quinque anni, & desinet Ephraim esse populus:

9. & caput Ephraim Samaria, & caput Samariæ filius Romeliæ. Si non credideritis, non permanebitis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc. post *Joathan*, addit τοῦ υἱοῦ Ὀζίου, *filii Osiæ*, & loco *Syriæ*, ponit Ἀραμ; at Mf. Mediol. cum Symm. & Aquila hab. Σύρεως; cæt. quadrant.

℣. 2. Eadem sunt in Græco, præter seqq. εἰς τὸν οἶκον, *in domum*, pro *in domo*; λέγων, *dicendo*, pro *à dicentibus*; Ἀράμ, pro *Syria*, & ξύλον, *lignum*, loco *arbor*; in Mss. Alex. & Mediol. non λέγων, sed λέγοντες; in ed. Compl. λεγόντων. Apud Hieron. in Isai. 7. col. 66. a. *Et nunciaverunt domui David, dicentes: Consensit Syria cum Ephraim.*

℣. 3. In Græco abest &, post *piscinam*, & loco *villæ*, ponitur ἀγροῦ, *agri*; cæt. concordant.

℣. 4. Ita è Græco, excepta voce *titionibus*, pro qua ξύλων τῶν καλῶν, *lignis titionum*; item inf. ἢ, &, pro *quoniam*.

℣. 5. Græc. ὅτι ἐβουλεύσαντο βουλὴν πονηράν, *quia inierunt consilium malum*: Mf. Alex. addit: περὶ σοῦ, λέγοντες, *de te, dicentes*.

℣. 6. Ita in Græco, præter ista, ἀποστρέψωμεν, *avertemus*, pro *convertamus*, & sub fin. αὐτῆς τὸν υἱὸν, *ejus filium*, pro *eis filium*; at in Mf. Alex. ac ed. Compl. αὐτοῖς; item sup. in eodem Mf. ἀποστρέψωμεν.

℣. 7. A Græco abest vocabulum *Adonai*; paulò verò post pro *cogitatio*, legitur βουλὴ, *consilium*; ultimòque ἔσται, *erit*, pro *sic fiet*.

℣. 9. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 714. c. *Nisi credideritis, non intelligetis*; & inf. 719. a. 722. b. *Nisi enim credid.* &c. & l. 5. p. 793. c. *Et nisi credideritis, nec intelligetis.* Ambros. l. 1. de interpel. Job, c. 9. col. 636. d.

Digitized by Google

Vulgata nova.

10. Et adjecit Dominus loqui ad Achaz, dicens:

11. Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo in profundum inferni, ſive in excelſum ſupra.

12. Et dixit Achaz: Non petam, & non tentabo Dominum.

13. Et dixit: Audite ergo domus David: Nunquid parum vobis eſt, moleſtos eſſe hominibus, quia moleſti eſtis & Deo meo?

14. Propter hoc dabit Dominus ipſe vobis ſignum. Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel. *Matth. 1. 23. Luc. 1. 31.*

15. Butyrum & mel comedet, ut ſciat reprobare malum, & eligere bonum.

16. Quia antequam ſciat puer reprobare malum, & eligere bonum, derelinquetur terra, quam tu deteſtaris à facie duorum regum ſuorum.

Versio antiqua.

10. Et adjecit Dominus loqui ad Achaz, dicens: *Cypr. l. 2. Teſtim. p. 288. b.*

11. Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo in altitudinem ſurſum, & in altitudinem deorſum.

12. Et dixit Achaz: Non petam, & non tentabo Dominum Deum meum.

13. Et dixit: Audite itaque domus David: Non puſillum vobis certamen cum hominibus, quoniam Deus præſtat agonem?

14. Propter hoc dabit Deus ipſe vobis ſignum. Ecce virgo in uterum accipiet, & pariet filium, & vocabitis nomen ejus Emmanuel.

15. Butyrum & mel manducabit, priuſquam ſciat reprobare malum, & eligere bonum.

16. Quoniam priuſquam ſciat puer bonum aut malum, non credet malitiæ, ut eligat quod bonum eſt..... *Ambr. in Luc. 3. col. 1333. d.*

Notæ ad Versionem antiquam.

Si enim non credideritis, nec intelligetis. Ambroſiaſt. p. 119. e. *Niſi credideritis, neque intelligetis.* Auguſt. epiſt. 120. & 194. to. 2. 347. d. 721. g. *Niſi credideritis, non intelligetis:* ſimiliter hab. l. 2. de doctr. Chr. to. 3. 25. f. 26. a. ſed addit: *Alius interpretatus eſt: Niſi credideritis, non permanebitis,* Hieron. etiam in hunc Iſai. loc. col. 67. a. notat ita tranſtuliſſe Symmachum, LXX. verò, *non intelligetis:* quibus favent Facundus Herm. epiſt. fid. cath. p. 845. e. Greg. M. l. 2. Moral. c. 46. p. 64. e. Auct. quæſt. apud Aug. to. 3. 115. e. Auct. l. de promiſſ. apud Proſp. p. 99. e. & Fulg. l. pro fide cath. p. 545.

℣. 10. Conſonat Græc. ad verbum. Similiter ap. Iren. l. 3. c. 21. p. 217. a. *Senieres*, inquit, *ſic interpretati ſunt dixiſſe Eſaiam:* Et adjecit Dominus loqui ad Achaz. Anon. verò ap. Marten. Anecdot. to. 5. p. 7. d. *Factum eſt verbum Domini ad Achaz.*

℣. 11. Ita Græcè, præter poſtrema, εἰς βάθος, ἢ εἰς ὕψος· unde Hieron. in hunc loc. col. 69. a. b. legit: *Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo, ſive de profundo, ſive de excelſo;* tum addit: *quòd cùm ſoli LXX. dixerint, cæteri juxta Hebraïcum ſignificantiùs tranſtulerunt,* de profundo inferni. Ambr. in Pſ. 118. col. 1069. b. *Pete tibi ſignum à Domino in profundum, aut in altum.* Irenæus verò l. 3. c. 21. p. 217. a. *Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo in profundum deorſum, aut in altitudinem ſurſum.* Anon. apud Marten. Anecdot. to. 5. p. 7. d. *Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo in profundum inferni, ſive in excelſum ſupra.*

℣. 12. Conſonat Græc. niſi quòd extremò delet *Deum meum.* Iren. l. 3. c. 21. p. 217. a. *Et dixit Achaz: Non poſtulabo, nec tentabo Dominum.* Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1069. b. & l. 5. de fide, col. 594. c. *Non petam, neque tentabo Dominum.*

℣. 13. Sic iterum Cypr. ep. 8. ad Mart. p. 17. b. Iren. verò l. 3. c. 21. p. 217. a. *Et dixit: Non puſillum vobis agonem præbere hominibus, & quemadmodum Dominus præſtat agonem?* Tertul. l. adv. Jud. c. 8. p. 141. b. *Audite domus David: Non puſillum vobis certamen cum hominibus, quoniam Deus præſtat certamen?* At Hieron. in Iſai. 7. col. 70. b. ait: *Pro* labore, & moleſtia, *quod Aquila & Symmachus tranſtulerunt, LXX. & Theod.* agonem *interpretati ſunt.* Anon. apud Marten. Anecd. to. 5. p. 7. d. *Et ait: Audite nunc domus David: Non puſillum vobis certamen erit cum hominibus, & ideo vos præſtabitis certamen cum hominibus,* f. *cum Domino?* Græc. Καὶ εἶπεν Ἀκούσατε δὴ οἶκος Δαυίδ· Μὴ μικρὸν ὑμῖν ἀγῶνα παρέχειν ἀνθρώποις, ὅτι καὶ τῷ Κυρίῳ παρέχετε ἀγῶνα; *Et dixit..... Nunquid parum vobis eſt certamen præbere hominibus, & quemodo Domino præbetis certamen?*

℣. 14. Iren. l. 3. c. 21. p. 217. a. *Propter hoc Dominus ipſe dabit vobis ſignum. Ecce virgo in ventre accipiet, & pariet filium, & vocabitis nomen ejus Emmanuel.* Ita quoque in Græco, præter unum ſingul. κεκλήσεις, pro *vocabitis:* ſubdit Irenæus: *Non ergo vera eſt quorumdam interpretatio:* Ecce adoleſcentula in ventre habebit, & pariet filium; *quemadmodum Theodotion..... & Aquila..... quos ſectati ſunt Ebionæi.* Tertul. adv. Jud. c. 9. p. 141. b. *Propter hoc ipſe Deus dabit vobis ſignum. Ecce virgo concipiet in utero, & pariet filium, & vocabitis nomen ejus Emmanuel:* & l. de carn. Chr. p. 553. b. *Propterea dabit vobis Dominus ipſe ſignum. Ecce virgo,* &c. ut ſupra: vide etiam ibid. p. 551. a. 552. c. & l. de reſurr. carn. p. 573. c. & l. 3. adv. Marc. p. 674. a. b. Similiter hab. Novat. de Trin. p. 1036. a. *Ecce virgo concipiet, & pariet filium.* Lact. l. 4. Inſtit. c. 12. p. 576. cum textu concinit ad verbum. Ambroſ. l. 1. de Cain, c. 3. col. 187. d. *Ecce virgo in utero accipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel:* ſimiliter l. 2. de Abr. c. 2. col. 315. f. præter unum, & *vocabis:* vide etiam in Pſ. 118. col. 1069. c. 1213. f. & in Luc. 2. & 9. col. 1283. d. 1288. c. 1413. e. &c. Ambroſiaſt. 27. e. *Ecce virgo in utero concipiet.* Fulgent. l. 1. ad Traſim. c. 8. p. 75. b. *Ecce virgo in utero accipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel:* at l. cont. Faſtid. c. 8. *Ecce virgo in utero habebit, & pariet fil.* Junil. Afric. l. 2. de partib. div. leg. c. 22. p. 348. d. *Ecce virgo in utero concipiet, & pariet fil. & vocabunt nom. ejus Emmanuel.* Auct. l. de promiſſ. p. 3. ap. Proſp. col. 172. c. *Ecce virgo in utero accipiet, & pariet filium, & vocabitis nomen,* &c. Ita quoque S. Pacianus hab. l. de bapt. p. 318. d. præter hoc, & *vocabitur.* Sic etiam Anon. apud Marten. Anecdot. to. 5. p. 8. a. At Hieron. in hunc loc. col. 70. 71. cum Vigil. Tapſ. l. 3. de Trin. p. 222. a. 227. c. *Ecce virgo in utero concipiet.....* & *vocabis,* &c. Philaſtr. Brix. de hæreſ. pag. 722. e. *Septuaginta duo dixerunt:* Ecce virgo in utero concipiet, & pariet filium, & nomen ejus, Deus nobiſcum. *Aquila autem dixit:* Ecce juvencula concipiet, & pariet filium, & nomen ejus, Potens cum hominibus. Rurſum Hieron. in hunc loc. col. 70. d. *Propterea dabit Dominus ipſe vobis ſignum. Ecce virgo concipiet,* & *pariet,* & *vocabis nomen ejus Emmanuel:* & poſt paulò: *Sin autem* juvencula, *vel* puella, *ut Judæi volunt,* & *non* virgo *pariat, quale ſignum poterit appellari?* deinde: *Virgo Hebraïcè* bethula *appellatur, quæ in præſenti loco non ſcribitur, ſed pro hoc verbo poſitum eſt* alma, *quod præter LXX. omnes* adoleſcentulam *tranſtulerunt: porro* alma *apud eos verbum ambiguum eſt: dicitur enim,* & adoleſcentula, & abſcondita, &c. item infra col. 71. e. *Et LXX. & tres reliqui ſimiliter tranſtulerunt* vocabis, *pro quo in Matthæo ſcriptum eſt* vocabunt, *quod in Hebræo non habetur..... verbum* carathi, *quod omnes interpretati ſunt* vocabis, *poteſt intelligi* & vocabit. Demum l. de opt. gen. interpr. to. 4. 252. f. ait: *LXX. tranſtulerunt:* Ecce virgo in utero accipiet, & pariet filium, & vocabitis nomen ejus Emmanuel..... *Porro in Hebræo legimus ita ſcriptum:* Ecce virgo concipiet, & pariet filium, & vocabit nomen ejus Emmanuel.

℣. 15. Iren. l. 3. c. 21. p. 217. a. *Butyrum & mel manducabit: priuſquam cognoſcat, aut eligat mala, commutabit bonum.* Similiter hab. Tertul. adv. Jud. c. 9. p. 141. c. *Butyrum & mel manducabit.* Ita quoque Ambroſ. l. 2. de Abr. c. 2. col. 315. f. ſed addit: *priuſquam ſciat, aut proferat mala, eliget bonum.* Hieron. in hunc loc. col. 72. c. relatis his Vulg. verbis, *Butyrum & mel comedet, ut ſciat,* &c. ſubdit: *pro quo LXX. tranſtulerunt,* antequam ſciat; *quodque ſequitur,* aſſumere malum, *in Hebraïco non habetur.* Fulgent. l. 1. ad Traſim. c. 8. p. 75. b. *Butyrum & mel manducabit: priuſquam ſciat, aut proferat maligna, mutabit bonum.* S. Pacian. ſer. de bapt. p. 318. d. *Butyrum & mel manducabit: priuſquam ſciat, aut proferre malum, aut eligere bonum.* Junil. Afric. l. 2. de partib. div. leg. c. 22. p. 348. d. *priuſquam ſciat puer cognoſcere malum, & eligere bonum.* Græc. πρὶν γνῶναι αὐτὸν, ἢ πρόεσθαι πονηρὰ, ἐκλέξασθαι τὸ ἀγαθόν, *antequam ſciat, aut præeligere mala, eligere bonum.* Symmachus verò, εἰς τὸ γνῶναι αὐτὸν ἀποδοκιμάσαι τὸ κακὸν, καὶ ἐκλέξασθαι τὸ ἀγαθόν.

℣. 16. Eadem rurſus habet Ambroſ. l. 1. de Cain, c. 3. col. 187. d. & l. 2. de Abr. c. 2. col. 315. f. item l. 2. de interpel. Dav. c. 6. col. 647. b. alludens dicit: *Quoniam priuſquam ſciret puer bonum aut malum, elegit quod bonum eſt:* & l. de bened. Patr. c. 6. col. 522. c. *Priuſquam ſciat puer vocare patrem aut matrem, non credidit*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

17. Adducet Dominus ſuper te, & ſuper populum tuum, & ſuper domum patris tui, dies qui necdum venerunt, ex qua die abſtulit Ephraim à Juda regem Aſſyriorum.

.. Hieron. in Iſai. 7. col. 73. b. c.

VULGATA NOVA.

17. Adducet Dominus ſuper te, & ſuper populum tuum, & ſuper domum patris tui, dies qui non venerunt à diebus ſeparationis Ephraim à Juda cum rege Aſſyriorum.

VULGATA NOVA.

18. Et erit in die illa: Sibilabit Dominus muſcæ, quæ eſt in extremo fluminum Ægypti, & api, quæ eſt in terra Aſſur,

19. & venient, & requieſcent omnes in torrentibus vallium, & in cavernis petrarum, & in omnibus frutetis, & in univerſis foraminibus.

20. In die illa radet Dominus in novacula conducta, in his qui trans flumen ſunt, in rege Aſſyriorum, caput & pilos pedum, & barbam univerſam.

21. Et erit in die illa: Nutriet homo vaccam boum, & duas oves,

22. & præ ubertate lactis comedet butyrum: butyrum enim & mel manducabit omnis qui relictus fuerit in medio terræ.

23. Et erit in die illa: Omnis locus ubi fuerint mille vites, mille argenteis, in ſpinas & in vepres erunt.

24. Cum ſagittis & arcu ingredientur illuc: vepres enim & ſpinæ erunt in univerſa terra.

25. Et omnes montes, qui in ſarculo ſarrientur, non veniet illuc terror ſpinarum & veprium, & erit in paſcua bovis, & in conculcationem pecoris.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

malitiæ, eligens quod bonum eſt: ſed prima hujus teſtimonii verba pertinent ad ℣. 4. capitis 8. Iren. l. 3. c. 21. p. 217. a. *Quoniam priuſquam cognoſcat infans bonum vel malum, non conſentiet nequitiæ, uti eligat bonum.* Auguſt. l. 8. de Gen. ad lit. to. 3. 237. a. *Priuſquam ſciat puer bonum aut malum, contemnet malitiam, ut eligat bonum.* Fulg. l. 1. ad Traſim. c. 8. p. 75. b. *Quoniam priuſquam ſciat puer bonum aut malum, non credit malitiæ, ut eligat quod bonum eſt: & relinquetur terra deſolata.* Græc. Διότι πρὶν γνῶναι τὸ παιδίον ἀγαθὸν ἢ κακὸν, ἀπωθεῖ πονηρίᾳ, ἐκλέξασθαι τὸ ἀγαθόν· ἐγκαλειφθήσεται ἡ γῆ, ἣν σὺ φοβῇ ἀπὸ προσώπου τῶν δύο βασιλέων· *& relinquetur terra, quam tu times à facie duorum regum.*

℣. 17. Græcum initio hab. Ἀλλὰ ἐφάξει ὁ Θεὸς, *Sed adducet Deus;* reliqua ut in Lat. ſup. verbum pro verbo: & ſanè Hieron. loc. cit. ait *LXX. hunc locum ita* vertiſſe: ſed inf. ſubdit, *quod quem ſenſum habeat ſcire non poſſumus:* vid. ſeqq. ibid.

CAPUT VIII.

VERSIO ANTIQUA.

1. ET dixit Dominus ad me: Sume tibi librum novum & magnum, & ſcribe in eo ſtylo hominis: Velociter ſpolia detrahe, citò prædare.

2. Adeſt enim: & teſtes fac mihi fideles homines, Uriam, & Zachariam filium Barachiæ.

3. Et acceſſi ad prophetiſſam, & concepit, & peperit filium. Et dixit Dominus ad me: [a] Voca nomen ejus, Velociter ſpolia detrahe: Divide citò.

4. Quia priuſquam ſciat puer vocare patrem aut matrem, accipiet virtutem Damaſci, & ſpolia Samariæ, contra regem Aſſyriorum.

Hieron. in Iſai. 8. to. 3. 75. d. e.

a Ambr. in Pſalm. 118. col. 1241. d.

6..... Vide Not.

VULGATA NOVA.

1. ET dixit Dominus ad me: Sume tibi librum grandem, & ſcribe in eo ſtylo hominis: Velociter ſpolia detrahe, citò prædare.

2. Et adhibui mihi teſtes fideles, Uriam ſacerdotem, & Zachariam filium Barachiæ:

3. & acceſſi ad prophetiſſam, & concepit, & peperit filium. Et dixit Dominus ad me: Voca nomen ejus, Accelera ſpolia detrahere: Feſtina prædari.

4. Quia antequam ſciat puer vocare patrem ſuum & matrem ſuam, auferetur fortitudo Damaſci, & ſpolia Samariæ, coram rege Aſſyriorum.

5. Et adjecit Dominus loqui ad me adhuc, dicens:

6. Pro eo quòd abjecit populus iſte aquas Siloe, quæ vadunt cum ſilentio, & aſſumpſit magis Raſin, & filium Romeliæ:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 1..... 3. Hieron. hîc de more profert Vulgatæ contextum; tum addit: *LXX. pro* libro grandi, *interpretati ſunt* librum novum & magnum; & *pro eo quod in Hebræo habetur*, Adhibui mihi teſtes fideles, *dixerunt:* Adeſt enim: & teſtes fac mihi fideles homines; & *pro* Uria ſacerdote, *tantùm* Uriam; *cætera ſimiliter.* Ex quibus omnibus ſupra confecimus Lat. textum, nimirum uſque ad hæc verba, *Voca nomen ejus*, &c. quæ addita ſunt ex Ambr. In Græco hod. ſic: Καὶ εἶπε Κύριος πρὸς μέ· Λάβε ζευκτῶ τόμον καινῦ μεγάλυ, καὶ γράψον εἰς αὐτὸν γεγραμμένα ἀνθρώπυ, τῦ ὀξέως σκῦλευσον· Et dixit Dominus ad me: Sume tibi tomum novi magni, & ſcribe in eo ſtylo hominis, ut velociter depradationem faciat ſpoliorum; reliqua concordant, niſi excipias hæc ult. ℣. 3. Ταχέως σκύλευσον· Ὀξέως περόμευσον· quæ eòdem recidunt. Iren. l. 3. c. 16. p. 205. c. leg. *Voca nomen ejus, Velociter ſpolia: Celeriter diſpartire.* Hieron. ep. ad Princip. to. 2. 684. b. *Velociter ſpolia detrahe, citò prædare.*

℣. 4. Eadem rurſus habet Ambroſ. l. 1. de Cain, c. 3. col. 187. d. & l. de parad. col. 157. e. excepta conjunct. &, vel *ac*, pro *aut* poſt *patrem:* at in Pſ. 36. col. 800. e. conſtanter leg. *patrem aut matrem*, &c. ſimiliter l. 2. de interpel. Dav. c. 6. col. 647. b. & in Luc. 3. col. 1334. a. & l. de Incarn. col. 720. c. nec aliter in Græco, præter unum ἐναντι, *coram*, pro *contra*, ante *regem.* Iren. l. 3. c. 16. p. 205. d. legit: *Priuſquam enim cognoſcet puer vocare patrem aut matrem, accipiet virtutem Damaſci, & ſpolia Samariæ, contra regem Aſſyriorum.* Tertul. l. adv. Jud. c. 9. p. 141. b. c. *Quoniam priuſquam cognoſcat infans vocare patrem aut matrem, accipiet virtutem Damaſci, & ſpolia Samariæ, adversùs regem Aſſyriorum:* at l. 3. adv. Marc. p. 674. a. *Priuſquam cognoſcat puer vocare patrem & matrem*, &c. ut ſup. vide etiam l. 5. adv. Marc. p. 800. b. & l. de reſurr. carn. p. 573. c. Item Hieron. in Zach. 9. to. 3. 1755. d. alludens dicit: *Antequam ſciret puer vocare patrem & matrem, accepit virtutem Damaſci, & ſpolia Samariæ.* Fulgent. lib. 1. ad Traſim. c. 8. p. 75. b. textui ſuffragatur uſque ad vocem *Samariæ.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 1. p. 28. a. *Priuſquam cognoſcat puer patrem & matrem, accipiet virtutem Damaſci, in conſpectu regis Aſſyriorum.* Vigilius Tapſ. l. 5. cont. Eutych. p. 68. c. *Antequam cognoſcat puer vocare patrem aut matrem, accipiet virt. Dam. & ſpolia Samariæ.* Nec diſſimiliter hab. Anon. apud Marten. Anecdot. to. 5. p. 8. a. niſi quòd extremò addit, *contra regem Aſſyriorum.*

℣. 6. Auctor l. cont. Jud. apud Cyprian. p. 575. a. his alludens, dicit: *Vos noluiſtis aquam Siloam, quæ vadit ſilentio, ſed magis voluiſtis aquam Raſſim.* Græcè ita: Διὰ τὸ μὴ βούλεσθαι τὸν λαὸν τοῦτο τὸ ὕδωρ τῦ Σιλωὰμ, τὸ πορευόμενον ἡσυχῇ, ἀλλὰ βούλεσθαι ἔχειν τὸν Ῥασὶν, &c. *Eo quòd populus hic non velit aquam Siloam, quæ*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

7. propter hoc ecce Dominus adducet ſuper eos aquas fluminis fortes & multas, regem Aſſyriorum, & omnem gloriam ejus : & aſcendet ſuper omnes rivos ejus, & fluet ſuper univerſas ripas ejus,

8. & ibit per Judam, inundans, & tranſiens uſque ad collum veniet. Et erit extenſio alarum ejus, implens latitudinem terræ tuæ, ô Emmanuel.

9. Congregamini populi, & vincimini, & audite univerſæ procul terræ : confortamini, & vincimini, accingite vos & vincimini :

10. inite conſilium, & diſſipabitur : loquimini verbum, & non fiet : quia nobiſcum Deus.

11. Hæc enim ait Dominus ad me : Sicut in manu forti erudivit me, ne irem in via populi hujus, dicens :

12. Non dicatis, Conjuratio : omnia enim quæ loquitur populus iſte, conjuratio eſt : & timorem ejus ne timeatis, neque paveatis.

13. Dominum exercituum ipſum ſanctificate : ipſe pavor veſter, & ipſe terror veſter.

Luc. 2. 34. Rom. 9. 32. 1. Pet. 2. 6.

14. Et erit vobis in ſanctificationem. In lapidem autem offenſionis, & in petram ſcandali duabus domibus Iſraël ; in laqueum & in ruinam habitantibus Jeruſalem.

15. Et offendent ex eis plurimi, & cadent, & conterentur, & irretientur, & capientur.

16. Liga teſtimonium, ſigna legem in diſcipulis meis.

17. Et exſpectabo Dominum, qui abſcondit faciem ſuam à domo Jacob, & præſtolabor eum.

18. Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi Dominus in ſignum, & in portentum Iſraël à Domino exercituum, qui habitat in monte Sion.

19. Et cùm dixerint ad vos : Quærite à pythonibus, & à divinis, qui ſtrident in incantationibus ſuis : Nunquid non populus à Deo ſuo requiret pro vivis à mortuis ?

20. Ad legem magis, & ad teſtimonium. Quòd

VERSIO ANTIQUA.

7. propter hoc ecce Dominus inducet ſuper vos aquam fluvii validam & multam, & regem Aſſyriorum..... & ambulabit ſuper omnem murum veſtrum, *Hilar. in Pſ. 143. col. 558. c.* *Hieron. in Iſai. 8. col. 77. a. c. 78. a. b.*

8. & auferet de Judæa hominem, qui poſſit caput levare, aut forte aliquid facere..... Nobiſcum Deus.

9. Scitote.....

10. quodcunque inieritis conſilium, diſſipabitur : & quidquid locuti fueritis, non permanebit in vobis..... *Hieron. in Iſai. 55. to. 3. 405. c.*

11. Hæc dicit Dominus : Forti manu receſſerunt ab itinere viæ populi hujus, loquentes: *Hieron. in Iſai. 8. col. 78. e. f. ô Lxx.*

12. Ne fortè dicant, Durum eſt : omnia enim quæ loquitur populus iſte, dura ſunt : timorem autem ejus ne timueritis, neque conturbemini.

13. Dominum virtutum ipſum ſanctificate : & ipſe erit timor tuus.

14. Et ſi in ipſo confiſus fueris, erit tibi in ſanctificationem : & non ut lapidi offenſionis occurretis, neque ut petræ ruinæ : domus autem Jacob in laqueo, & in convalle erit ſedentibus in Jeruſalem.

15. Ideo infirmi erunt in ipſis plurimi, & ruent, & conterentur, & appropinquabunt, & capientur homines in tuitione.

16. Tunc manifeſti erunt qui ſignant legem, ne diſcant. *Cypr. l. 1. Teſt. p. 278. c.*

17. Et dicet : Exſpecto Deum, qui avertit faciem ſuam à domo Jacob, & fidens ero in illum.

18. Ecce ego & pueri, quos dediſti mihi..... *Ambr. in Luc. 7. col. 1386. d.*

19..... qui de terra loquuntur, qui de ventre clamitant..... *Hieron. in Iſai. 8. col. 81. b. 82. a.*

20. Legem in adjutorium hominibus dedit..... *Aug. ep. 175. to. 2. 6. 8. d.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

vadit cum ſilentio, ſed vult habere Raſin, &c.

℣. 7. Eadem ſunt in Græco, præter verbum ἀνάγει, *adducit*, pro *inducet* ; deeſt etiam conjunct. καὶ, poſt *multam*. Auct. l. adv. Jud. apud Cypr. p. 575. a. alludens ſic pergit : *quapropter induco vobis regem Aſſyriorum, qui montes veſtros in planum dabit, & introibit terras veſtras.*

℣. 8. Hieron. ibid. *Hoc quod in LXX. legitur*, & ambulabit ſuper omnem murum... aut forte aliquid facere ; *in Hebraïco non habetur, & in Græcis codicibus ÷ verò jugulante confoſſum eſt* : & non multò ſupra : *Emmanuel*, inquit, *à LXX. ſequenti capitulo captatur, non proprio nomine, ut apud Hebræos vocatur, ſed interpretato, id eſt*, Nobiſcum Deus.

℣. 9. Hieron. ibid. *Pro* congregamini, *ſive* infirmamini, & confringimini, *ut interpretati ſunt alii, LXX. poſuerunt* ſcitote ; *verbum enim Hebraïcum* roü, *propter res littera*, & dalet *ſimilitudinem, intellexerunt* doü.

℣. 10. Eadem Græc. ſonat, niſi quòd pro *diſſipabitur*, hab. Διασκεδάσει Κύριος, *diſſipabit Dominus* ; & pro *quidquid*, λόγον ὅν, *verbum quodcunque.*

℣. 11. Ita refert Hieron. ex LXX. In ed. Rom. pro 1. *Hæc*, legitur Οὕτω, *Sic* ; & pro *receſſerunt*, ἀπεστράφησαν, *recedunt* ; cæt. ut in Lat. ſup.

℣. 12. Editio Rom. tollit *eſt*, poſt *durum* ; dein verò habet ſingulariter, πᾶν γὰρ ὃ ἐὰν εἴπῃ ὁ..... σκληρόν ἐστι· reliqua ut in textu. Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. p. 134. a. extremò hab. *ne ergo timueritis eos.*

℣. 13. Sic eſt in Gr. ed. Rom. præter vocem *virtutum*, quæ abeſt : Mſ. tamen Mediol. cum edd. Ald. & Compl. hab. τὸν Κύριον τῶν δυνάμεων· ſic etiam Aquila, & Symm. cum Theodotione. Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 9. apud Proſp. p. 134. a. *Dominum autem ſanctificate in cordibus veſtris : & ipſe erit vobis timor.*

℣. 14. Hæc tota concordant cum Græco, excepto uno aut altero, nempe *erit ſedentibus*, pro quo ſimpliciter, ἐγκαθημένοις, *ſedentes* ; item ſup. λίθῳ προσκόμματι, *lapidis offenſioni*, non *lapidi offenſionis* : Tertul. l. adv. Jud. c. 14. p. 148. a. legit *lapidem offenſionis* : & l. 5. adv. Marc. p. 787. a. *Ecce poſui in Sion lapidem offenſionis*, & *petram ſcandali*. Arnob. jun. de Trin. p. 210. b. *Ecce ponam in Sion lapidem offenſionis*, & *petram ſcandali.*

℣. 15. Conſonat Græc. ad verbum. Hieron. tamen ibid. monet, *hoc quod ſequitur*, homines in tuitione, *obelo prænotandum eſſe.*

℣. 16. Hieron. in Iſai. 8. col. 80. b. *LXX.* inquit, *hunc locum ita interpretati ſunt*, videlicet : *Tunc manifeſti erunt qui ſignantur, ut non diſcant legem* : ſimiliter epiſt. ad Damaſ. to. 4. 155. c. legit : *Tunc manifeſti erunt qui ſignantur.* Græcè ita : Τότε φανεροὶ ἔσονται οἱ σφραγιζόμενοι τὸν νόμον τοῦ μὴ μαθεῖν· ambiguum autem hîc eſt participium σφραγιζόμενοι ; vel enim paſſivè ſumi poteſt, vel activè ; ſi paſſivè, accuſativus τὸν νόμον, pertinet ad verbum μαθεῖν, ſecus ſi activè ; participium verbi medii admiſit Cyprianus, Hieronymus verò paſſivi.

℣. 17. Eadem ſunt in Græco, excepto fut. μενῶ, *exſpectabo*, pro præſenti *exſpecto.*

℣. 18. Græc. habet, ἃ μοι ἔδωκεν ὁ Θεός, *quos dedit mihi Deus* ; ſed Ambr. in Luc. 17. col. 1485. d. conſtanter legit, *Ecce ego & pueri mei, quos dediſti mihi.* S. Paulin. ep. 19. p. 108. b. *Ecce ego Domine*, & *pueri, quos dediſti mihi.*

℣. 19. Ita *interpretati ſunt LXX.* teſte Hieronymo. Hodie etiam ita legitur Græcè, niſi quòd poſt verbum *loquuntur*, interſeruntur iſta, τὰς κενολογοῦντας, *vana loquentes.*

℣. 20. Prima verba ſumpta ab Auguſtino ita leguntur Græcè, niſi quòd additur ibid. γὰρ, *enim*, ad *legem*, detrahiturque vox *hominibus*. Ambroſiaſt. p. 58. b. habet, *Lex in adjutorium data eſt.* Græc. ſubdit, ἵνα εἴπωσιν, *ut dicant* ; reliqua ut in textu, hoc adjuncto in fine, περὶ

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Hieron. in Iſai. 8. col. 81. b. 82. a. non ſicut verbum hoc, pro quo non eſt dare munera.	ſi non dixerint juxta verbum hoc, non erit ei matutina lux.
21. Veniet autem ſuper (incredulos) fames duriſſima : & cùm eſurieritis, contriſtabimini, & maledicetis principi veſtro, & paternis (traditionibus.)	21. Et tranſibit per eam, corruet, & eſuriet : & cùm eſurierit, iraſcetur, & maledicet regi ſuo, & Deo ſuo, & ſuſpiciet ſurſum.
22. Et ſuſpicient in cœlum ſurſum, & in terram deorſum : & erunt in anguſtia, in tenebris, & in tribulatione, ut non videant : [a] non confundetur qui in anguſtia eſt uſque in tempus. *a Ambr. in Pſ. 1. col. 753. a.*	22. Et ad terram intuebitur, & ecce tribulatio & tenebræ, diſſolutio & anguſtia, & caligo perſequens, & non poterit avolare de anguſtia ſua.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

αὐτῦ, *pro eo* ; iſta verò cum ſubſequentibus teſtatur Hieronymus ibid. ſe *juxta LXX. Translationem ex parte* perſtrinxiſſe, *quæ*, inquit, *in pleriſque diſſonat ab Hebræo.*

℣. 21. Hæc ab Hieronymo non referri videntur ad verbum : Græcè enim ita : Καὶ ἥξει ἐφ' ὑμᾶς σκληρὰ λιμός· καὶ ἔσαι, ὡς ἂν πεινάσητε, λυπηθήσεσθε, καὶ κακῶς ἐρεῖτε τὸν ἄρχοντα, καὶ τὰ πάτρια· i. e. *Et veniet ſuper vos dura fames : & erit, ut eſurieritis, contriſtabimini, & maledicetis principem, & paterna.*

℣. 22. Hic rurſum Hieron. non citare videtur ad verbum ; enim verò ita Græc. ſe habet : Καὶ ἀναβλέψονται εἰς τὸν οὐρανὸν ἄνω, καὶ εἰς τὴν γῆν κάτω ἰμβλέψονται· καὶ ἰδοὺ ἀπορία σκότος, θλῖψις, καὶ συνοχαρία, καὶ σάλος, ὥστε μὴ βλέπειν· καὶ οὐκ ἀπορηθήσεται ὁ ἐν συνοχαρίᾳ ὢν ἕως καιροῦ. *Et ſuſpicient in cœlum ſurſum, & in terram deorſum inſpicient : & ecce egeſtas anguſta, & tenebræ, tribulatio, & anguſtia, & tenebræ, ita ut non ſit videre : & non deficiet qui in anguſtia fuerit uſque ad tempus.* Hieron. eodem loco habet, *ut non videant uſque ad tempus, donec & ipſi ad Dominum convertantur ;* paulòque poſt addit : *Hæc juxta LXX. Translationem ex parte perſtrinximus ;* quæ verba jam notavimus ſup.

CAPUT IX.

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Hieron. in Iſai. 9. col. 82. ex Lxx. 1. HOc primum bibe, velociter fac regio Zabulon, terra Neptalim, & reliqui qui juxta mare eſtis trans Jordanem Galilææ gentium.	1. PRimo tempore alleviata eſt terra Zabulon, & terra Nephthali : & noviſſimò aggravata eſt via maris trans Jordanem Galilææ gentium. *Matth. 4. 15.*
2. Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam : qui habitatis in regione & umbra mortis, lux orietur vobis.	2. Populus, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam : habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta eſt eis.
Ibid. col. 84. 3. Plurimam partem populi deduxiſti in lætitia tua : & lætabuntur in conſpectu tuo, ſicut lætari ſolent in meſſe, & ſicut hi qui dividunt ſpolia.	3. Multiplicaſti gentem, non magnificaſti lætitiam. Lætabuntur coram te, ſicut qui lætantur in meſſe, ſicut exſultant victores captâ prædâ, quando dividunt ſpolia.
4. Quia ablatum eſt jugum, quod ſupra ipſos erat poſitum, & virga de collo eorum : virga enim exactorum diſſipabitur, ſicut in die Mądian.	4. Jugum enim oneris ejus, & virgam humeri ejus, & ſceptrum exactoris ejus ſuperaſti, ſicut in die Madian. *Jud. 7. 22.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 700. b. legit : *Hoc primum bibite, citò facite regio Zabulon, & terra Nephthalim, & cateri qui maritimam ad Jordanem, Galilæa nationum.* Sic etiam in Græco eſt, niſi quòd ibi deeſt &, poſt *Zabulon ;* loco verò *ad Jordanem*, ponitur καὶ πέραν τῦ Ἰορδάνου, & *trans Jordanem.* Cypr. l. 1. Teſtim. p. 282. a. legit : *terra Zabulon, & terra Neptalim, via maris, & cateri qui maritima inhabitatis, & trans Jordanem gentium.* Ambroſ. in Pſ. 1. col. 753. a. *Hoc primum bibe :* ſimiliter in Luc. 9. col. 1400. c. & ſup. in Luc. 4. col. 1345. f. 1346. a. addit : *regio Zabulon, & terra Nephthalim, & cateri paraliam inhabitantes, & qui ſecus maritima, & trans Jordanem Galilæa gentium :* & l. de bened. Patr. c. 5. col. 521. e. *regio Zabulon, & regio Nephthalim, via maris trans Jordanem :* ſic etiam in Pſ. 43. col. 906. f. excepta voce duplici *terra*, pro *regio :* item in Pſ. 1. col. 754. c. *Galilæa gentium, & partes Judææ, populus qui*, &c. S. Paulin. ep. 18. p. 100. c. *terra Zabulon, & Nephthalim, via maris trans Jordanem Galilææ.* Rufin. l. 2. de bened. Patr. p. 12. c. *terra Zabulon, & terra Nephthalim, viam maris trans Jordanem Galilææ gentium.*

℣. 2. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 700. b. *Populus, qui ſedetis in tenebris, videte lumen magnum : qui habitatis terram, ſedentes in umbra mortis, lumen ortum eſt ſuper vos.* Cypr. l. 1. Teſtim. p. 282. a. *Populus, ambulans in tenebris, videte lumen magnum : qui habitatis in regione umbræ mortis, lumen lucebit ſuper vos.* Ita quoque in Græco eſt, excepto ablat. σκιᾷ, *umbrâ*, loco genit. *umbræ*, ſed al. σκιᾶς. Ambroſ. in Pſ. 1. col. 754. c. legit : *Populus, qui ambulatis in tenebris, videte lucem magnam : qui habitatis in regione mortis, lux fulgebit ſuper vos :* at l. de bened. Patr. c. 5. col. 521. e. *Populus, qui ſedebat in tenebris, viderunt lucem magnam : qui ſedebant in regione umbræ mortis, lux orta eſt eis :* & in Pſ. 118. col. 1141. c. *Populus, qui ſedebat in tenebris, lucem vidit magnam :* Mſ. etiam Alex. hab. Ὁ λαὸς, ὁ καθήμενος ἐν σκότει, &c. non ὁ πορευόμενος, ut in ed. Rom. ſubinde ed. Compl. ἴδε, Ald. ἴδε, al. ἰδέτω, non ἴδετε : Ambroſ. ubi ſup. col. 1142. e. addit : *populo, qui ſedebat in regione umbræ mortis, lux orta eſt eis :* & in Luc. 15. col. 1463. a. *qui ſedebant in regione umbræ mortis, lux orta eſt illis :* & l. de exhort. virg. p. 287. e. *Populus, qui ſedebat in umbra mortis, lux orta eſt illis :* & l. de Spir. S. col. 629. c. *Populus, qui ſedebat in tenebris, & in umbra mortis, lucem vidit magnam :* & in Luc. 4. col. 1346. a. *Populus, qui ſedebat in umbra mortis, lucem viderunt magnam.* S. Paulin. ep. 18. p. 100. c. poſt hæc verba, *via maris trans Jordanem Galilææ*, proximè addit, & *qui ſedebant in regione umbræ mortis, lucem viderunt magnam.* Hieron. ep. ad Damaſ. to. 4. p. 152. c. *qui habitatis in regione umbræ mortis, lux fulgebit ſuper vos.* Auguſt. quæſt. 56. in Deut. col. 579. b. *qui ſedebant in tenebris, & in umbra mortis, lux orta eſt eis :* & tract. 7. in Joh. to. 3. 351. b. *qui ſedebant ſub umbra mortis, lumen ortum eſt eis.* Rufin. l. 2. de bened. Patr. p. 12. c. *Populus, qui ſedebat in tenebris, vidit lucem magnam.* S. Leo ſerm. 32. p. 91. a. *Gentium populus, qui ſedebat in tenebris, vidit lucem magnam : & qui habitabant in regione umbræ mortis, lux orta eſt eis :* vide etiam ſerm. 28. p. 85. c. Similiter Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 15. p. 10. e. *Gentium populus, qui ſedebat in tenebris, lucem vidit magnam : & ſedentibus in tenebris, & umbra mortis, lux orta eſt illis.* Maxim. Taurin. in homil. p. 25. g. 27. a. *qui ſedebant in regione umbræ mortis, lux orta eſt eis.* Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. p. 173. *Gentium populus, ſedens in tenebris, vidit lucem magnam.* Hæc autem varia teſtimonia utrùm ex hoc Iſaiæ loco, an non potiùs ex Matth. capite 2. vel Luca, deſumpta fuerint, non omnino conſtat. Vide ſis.

℣. 3. Græc. initio habet : Τὸ πλεῖσον τῦ λαῦ, ὃ κατήγαγες, *Plurima pars populi, quam deduxiſti ;* & inf. ὡς οἱ εὐφρανόμενοι, *ſicut qui lætantur*, pro *ſicut lætari ſolent ;* cæt. ut in textu.

℣. 4. Poſteriora tantùm variant Græcè, videlicet : καὶ ἡ ῥάβδος, ἡ ἐπὶ τῷ τραχήλῳ αὐτῶν· τὴν γὰρ ῥάβδον τῶν

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

5. Quia omnis violenta prædatio cum tumultu, & veſtimentum miſtum ſanguine, erit in combuſtionem, & cibus ignis.

6. PARVULUS enim NATUS eſt nobis, & filius datus eſt nobis, & factus eſt principatus ſuper humerum ejus: & vocabitur nomen ejus, Admirabilis, conſiliarius, Deus, fortis, pater futuri ſæculi, princeps pacis.

7. Multiplicabitur ejus imperium, & pacis non erit finis: ſuper ſolium David, & ſuper regnum ejus ſedebit: ut confirmet illud, & corroboret in judicio & juſtitia, amodo & uſque in ſempiternum: zelus Domini exercituum faciet hoc.

8. Verbum miſit Dominus in Jacob, & cecidit in Iſraël.

9. Et ſciet omnis populus Ephraim, & habitantes Samariam, in ſuperbia & magnitudine cordis dicentes:

10. Lateres ceciderunt, ſed quadris lapidibus ædificabimus: ſycomoros ſuccciderunt, ſed cedros immutabimus.

4. Reg. 16. 9. 11. Et elevabit Dominus hoſtes Raſin ſuper eum, & inimicos ejus in tumultum vertet:

VERSIO ANTIQUA.

5. Quia omnem ſtolam congregatam dolo, & veſtimentum commutationis reſtituent, & cupient igne eſſe combuſti. *Hieron. ubi ſup.*

6. Quia PARVULUS NATUS eſt nobis, filius datus eſt nobis, cujus principatus factus eſt ſuper humerum ejus: & vocatur nomen ejus, Magni conſilii nuncius: adducam enim pacem ſuper principes, & ſanitatem ejus. *Ibid. col. 85.*

7. Magnus principatus illius, & pacis non eſt terminus: ſuper thronum David, & regnum ejus: ut corrigat illud, & auxilietur in judicio & juſtitia, ex hoc nunc & uſque in ſæculum: zelus Domini ſabaoth faciet hæc.

8..... & venit in Iſraël. *Hieron. in Iſai. 9. col. 87. c.*

10..... & ædificemus nobis turrem. *Ibid. col. 88. b.*

11. Et allidet Deus qui conſurgunt contra montem Sion, & inimicos illius diſſipabit.

VULGATA NOVA.

12. Syriam ab oriente, & Philiſthim ab occidente: & devorabunt Iſraël toto ore. In omnibus his non

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ἀναιτίλων διεσκέδασεν, ὡς τῇ ἡμέρᾳ, τῇ ἐπὶ Μαδιάμ· i. e. *& virga, qua ſuper cellum eorum: virgam enim exigentium diſſipavit, ſicut die, qua ſuper Madiam.*

℣. 5. Eadem ſunt in Græco, niſi excipias duo, μετὰ καλλαγῆς, *cum commutatione*, loco *commutationis*; ultimòque, εἰ ἐγένοντο πυρίκαυστοι, *ſi fiant igne combuſti*, pro *igne eſſe combuſti*; at in ed. Compl. εἶναι, non verò εἰ ἐγένοντο.

℣. 6. Conſonat Græc. ad verbum, poſito uno ὑ, poſt *filius*; extremòque, αὐτῷ, *ei*, loco *ejus*; edit. tamen Compl. hab. ὑγίειαν αὐτῦ. Miſſale Rom. ad Introit. 3. Miſſæ Nat. *Puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nob. cujus imperium ſuper humerum ejus: & vocabitur nomen ejus, Magni conſilii angelus.* Iren. l. 3. c. 16. p. 205. c. *Magni conſilii nuncius:* at l. 4. c. 33. p. 273. f. *vocatur nomen ejus, Admirabilis, conſiliarius, Deus, fortis.* In Mſ. etiam Alex. ac edd. Ald. & Compl. poſt hoc, Μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, ſubſequuntur iſta, Θαυμαστὸς, Σύμβουλος, Θεὸς, (hoc ult. deeſt in Alex.) Ἰσχυρὸς, ἐξουσιαστὴς, ἄρχων εἰρήνης, πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος· quibus favent Ignatius epiſt. ad Antioch. & Euſebius l. 7. & 9. demonſtr. Evang. Imo in Miſſali Rom. ad Introit. 2. Miſſæ Nativit. ita legitur: *Lux fulgebit ſuper nos, quia natus eſt nobis Dominus: vocabitur Admirabilis, Deus, princeps pacis, pater futuri ſæculi, cujus regni non erit finis.* Attamen Hieron. in hunc loc. col. 86. a. b. dicit: *Nominum majeſtate perterritos LXX. veror non eſſe auſos de puero dicere, quòd apertè* Deus *appellandus ſit, & cætera; ſed pro his ſex nominibus poſuiſſe, quod in Hebraïco non habetur*, Magni conſilii angelum: & adducam pacem ſuper principes, & ſanitatem ejus. Tertul. l. adv. Jud. c. 10. p. 144. b. habet: *Puer natus eſt nobis, & datus eſt nobis filius, cujus imperium factum eſt ſuper humerum ipſius:* itidem l. 3. adv. Marc. p. 677. b. & l. de carne Chr. p. 550. a. *dictus eſt*, inquit, *Magni conſilii angelus.* Novatian. de Trin. p. 1050. b. *Puer natus eſt vobis:* ſtatimque: *& vocabitur nomen ejus, Magni conſilii angelus:* vide etiam ſup. p. 1040. b. 1048. a. c. Cypr. l. 2. Teſtim. p. 294. b. *Ecce natus eſt nobis puer, & datus eſt nobis filius, cujus imperium ſuper humeros ejus: & vocatum eſt nomen ejus, Magnæ cogitationis nuncius.* Ita quoque leg. Lactant. l. 4. Inſtit. c. 12. p. 576. præter vocem *conſilii*, loco *cogitationis.* Julius Firmic. l. de errore prof. relig. c. 22. p. 173. e. *Ecce natus eſt nobis, imperium ſuper humeros ejus: & vocatum eſt nomen ejus, Magnæ cogitationis nuncius.* Hilar. l. 4. & 11. de Trin. col. 841. c. 1108. d. & Gregor. M. l. 24. in Job, c. 1. p. 759. e. *Magni conſilii angelus.* Ambroſ. l. 3. de fide, c. 8. col. 507. b. *Diſtingue*, inquit, *ſingulorum momenta verborum:* Puer natus eſt, filius datus eſt nobis: *& ſi ex Patre natus, non tamen nobis natus, ſed datus eſt:* & poſt pauca: *Alii codices ſic habent: Puer natus eſt nobis, filius datus eſt nobis:* & inf. c. 9. col. 508. b. *Puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis:* vide etiam l. 2. & 3. de Spir. S. col. 614. d. 667. a. & l. 1. de exceſſu Sat. col. 1116. f. ſicut in Pſ. 1. & 118. col. 754. d. 1091. d. ſed inf. col. 1247. d. addit, *cujus principatus ſuper humeros ejus:* ſimiliter in Pſ. 36. col. 800. e. necnon l. 1. de Abr. c. 8. col. 307. d. Mſs. tamen 5. mel. not. hoc ult. loco ferunt, *cujus principium ſuper*, &c. itidem l. 3. de fide, col. 306. f. nullo renitente Mſ. item l. de bened. Patr. c. 6. col. 522. e. *cujus principium ſuper humerum ejus:* at l. 2. de interpel. Dav. c. 4. col. 644. c. ita legit: *Puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, cujus initium ſuper humeros ejus: & vocabitur, Magni conſilii angelus:* & in Luc. 3. col. 1316. f. *Puer natus eſt nobis, filius datus eſt nobis, cujus principium ſuper humeros ejus: & vocabitur nomen ejus, Magni conſilii angelus: adducam enim pacem ſuper principes, & ſalutem:* ſed poſt pauca obſervat Aquilam ita interpretatum eſſe: *Puer natus eſt nobis, filius datus eſt nobis, & facta eſt menſura ejus in humero ejus: & vocabitur nomen ejus, Admirabilis, conſiliarius, Deus, fortis, potens, pater ſæculi, princeps pacis.* Fulgent. etiam l. 1. ad Traſim. c. 18. p. 85. habet: *Puer natus eſt nobis, filius datus eſt nobis, cujus principium ſuper humeros ejus: & vocabitur nomen ejus, Admirabilis, conſiliarius*, &c. Item Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 746. b. *Puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis*, &c. ut in Vulg. Avitus Vienn. ep. 28. p. 66. b. *Parvulus natus eſt nobis, filius datus eſt nobis;* reliq. ut in Vulg. S. Leo ſer. 57. p. 129. a. habet: *Ecce natus eſt puer, & datus eſt nobis filius, cujus imperium ſuper humeros ejus.* Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 3. ap. Proſp. p. 127. d. *Datus eſt vobis filius, & factus eſt principatus ſuper humeros ejus:* & inf. p. 3. col. 173. e. *adducam pacem ſuper principium ejus.* Maxim. Taurin. in homil. p. 27. d. *Puer natus eſt nobis, filius datus eſt nobis.* Marius Merc. p. 64. *Puer natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis, cujus principatus ſuper humerum ejus: hic vocabitur, Admirabilis, magni conſilii nuncius, Deus, fortis, pater futuri ſæculi, princeps pacis.*

℣. 7. Eadem prorſus in Græco, addito uno αὐτῦ *ejus*, ad vocem *pacis*; ut & ἐπ, ante *juſtitiâ.* Hieron. ibid. col. 86. b. ait: *Quod autem ſequitur:* Multiplicabitur ejus imperium, &c. *pro quo l. LXX. tranſtulerunt*, Magnus principatus ejus, *ſcire debemus quòd verbum Hebraïcum* meſra, *& hic, & ſupra, LXX.* ἀρχήν, *id eſt*, principatum *interpretati ſunt.* Ambroſ. in Luc. 3. col. 1316. f. *Et magna poteſtas ejus, & pacis ejus non erit finis: in ſede David, & in regno ejus.* Auct. l. de promiſſ. p. 3. apud Proſp. col. 173. e. *Pax, & ſalus illi magna eſt: poteſtatis & pacis ejus non erit terminus.* Marius Merc. p. 64. *Multiplicabitur regnum ejus, & pacis ejus non erit finis: ſuper ſedem David patris ſui, & ſuper regnum ejus ſedebit: ut confirmet illud, & corroboret in judicio & juſtitia, amodo & uſque in æternum: zelus Domini exercituum faciet hoc.*

℣. 8. Hieron. ibid. ad hæc Vulgatæ verba, *cecidit in Iſrael*, ait, *non, ut LXX. tranſtulerunt*, venit.

℣. 10. Hieron. ait ſic tranſtuliſſe LXX. Ita quoque in Gr. eſt.

℣. 11. Concinit Græc. niſi quòd add. ἐπὶ αὐτὸν, *ſuper eum*, poſt *Sion*, deletque penult. *illius*; Mſ. tamen

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

est aversus furor ejus, sed adhuc manus ejus extenta:

13. & populus non est reversus ad percutientem se, & Dominum exercituum non inquisierunt.

14. Et disperdet Dominus ab Israël caput & caudam, incurvantem & refrenantem die una.

14... *Vide Not.*

15. Longævus & honorabilis, ipse est caput: & propheta docens mendacium, ipse est cauda.

16. Et erunt, qui beatificant populum istum, seducentes: & qui beatificantur, præcipitati:

17. propter hoc super adolescentulis ejus non lætabitur Dominus: & pupillorum ejus, & viduarum non miserebitur: quia omnis hypocrita est & nequam, & universum os locutum est stultitiam. In omnibus his non est aversus furor ejus, sed adhuc manus ejus extenta.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Isai. 50. col. 364. e. Idem in Isai. 9. col. 89. c.

18. Ardebit sicut ignis iniquitas, & sicut gramen siccum vorabitur incendio..... & devorabit in circuitu collium omnia.

VULGATA NOVA.

18. Succensa est enim quasi ignis impietas, veprem & spinam vorabit: & succendetur in densitate saltus, & convolvetur superbia fumi.

VULGATA NOVA.

19. In ira Domini exercituum conturbata est terra, & erit populus quasi esca ignis: vir fratri suo non parcet.

20. Et declinabit ad dexteram, & esuriet: & comedet ad sinistram, & non saturabitur: unusquisque carnem brachii sui vorabit; Manasses Ephraim, & Ephraim Manassen, simul ipsi contra Judam.

21. In omnibus his non est aversus furor ejus, sed adhuc manus ejus extenta.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Alex. subdit αὐτῶν, Mediol. verò αὐτῦ, cum edd. Ald. & Compl.

℣. 14. Ambros. in Ps. 118. col. 1222. e. alludens, dicit: *Auferam à Judæa caput & caudam, initium & finem:* vide etiam sup. col. 1162. a. Græcè ita: Καὶ ἀφεῖλε Κύριος ἀπὸ Ἰσραὴλ κεφαλὴν ἢ ὑρὰν, μέγαν ἢ μικρὸν ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ· *Et abstulit Dominus ab Israël caput & caudam, magnum & parvum in una die.*

℣. 18. Græc. initio hab. Καὶ καυθήσεται, *Et succendetur*, loco *ardebit*; subinde pro *incendio*, ὑπὸ πυρός, *ab igne*; extremò pro *in circuitu*, τὰ κύκλῳ, *quæ in circuitu*; cæt. ut in Lat. sup.

CAPUT X.

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. l. 1. pro S. Ath. p. 198. b.

1. VÆ scribentibus nequitiam: scribentes enim, nequitiam scribunt:

2. declinantes judicium pauperum, & rapientes judicium egentium plebis meæ: ut sit illis vidua in rapinam, & pupillus in direptionem.

3. Et quid facient in die visitationis? tribulatio enim vobis à longè superveniet: & ad quem refugietis?.....& ubi relinquetis gloriam vestram?

Ennod. Ticin. pro Synod. Sirm. to. 1. 1639. a.

Hieron. in Isai. 10. col. 91. ex Lxx.

5. Væ Assyriis, virga furoris mei ipse est in manibus eorum.

6. Iram meam in gentem iniquam mittam, & populo meo præcipiam, ut faciat spolia, & prædam, & conculcet civitates, & ponat eas in pulverem.

7. Ipse autem non sic cogitavit, & non ita arbitratus est: sed ut conterat mens ejus, & disperdat gentes plurimas.

8. Quòd si dixerint ei: Tu solus es princeps:

9. respondebit: Non tuli regionem, quæ est supra Babylonem, & Chalane, ubi turris ædificata est: tuli autem Arabiam, & Damascum, & Samariam.

10. Sicut has tuli, sic omnia regna capiam:

VULGATA NOVA.

1. VÆ qui condunt leges iniquas: & scribentes, injustitiam scripserunt:

2. ut opprimerent in judicio pauperes, & vim facerent causæ humilium populi mei: ut essent viduæ præda eorum, & pupillos diriperent.

3. Quid facietis in die visitationis, & calamitatis de longè venientis? ad cujus confugietis auxilium? & ubi derelinquetis gloriam vestram,

4. ne incurvemini sub vinculo, & cum interfectis cadatis? Super omnibus his non est aversus furor ejus, sed adhuc manus ejus extenta.

5. Væ Assur, virga furoris mei & baculus ipse est, in manu eorum indignatio mea.

6. Ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mandabo illi, ut auferat spolia, & diripiat prædam, & ponat illum in conculcationem quasi lutum platearum.

7. Ipse autem non sic arbitrabitur, & cor ejus non ita existimabit: sed ad conterendum erit cor ejus, & ad internecionem gentium non paucarum.

8. Dicet enim:

9. Nunquid non principes mei simul reges sunt? nunquid non ut Charcamis, sic Calano; & ut Arphad, sic Emath? nunquid non ut Damascus, sic Samaria?

10. Quomodo invenit manus mea regna idoli,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 707. c. *Væ qui scribunt nequitiam: scribentes enim, scribunt nequam.* Hieron. in Isai. 58. col. 430. e. *Væ qui scribunt iniquitatem: scribentes enim, scribunt malitiam.* Ita quoque in Græco.

℣. 2. Vix meliùs è Græco, detracto uno ℈, ante *rapientes*. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 707. c. legit: *Vitantes judicia mendicorum, & diripientes judicata pauperum populi mei.* Hieron. in Isai. 58. col. 430. e. *rapientes judicium pauperum populi mei.*

℣. 3. Similiter in Græco, nisi excipiatur verbum ἥξει, *veniet*, pro *superveniet*. Lucif. Cal. loco cit. addit simpliciter, ℈ *ad quem refugietis?* pro quo Ennod. hab. *ad cujus fugietis auxilium*, &c. quæ sup. Græcè pariter, ἢ πρὸς τίνα καταφεύξεσθε τῦ βοηθηθῆναι, &c. ad litt. ℈ *ad quem confugietis, ut auxilium consequamini?* quæ idem valent.

℣. 5. Hieron. ista refert secund. Translat. LXX. quam testatur hîc in multis ab Hebraïco discrepare: versiculus etiam iste legitur ut sup. in ed. Rom. uno tantùm excepto, ἢ ὀργὴ, ℈ *ira*, loco *ipse*, per relat. ad *Assur*.

℣. 6. Ita in Græco, verbum pro verbo.

℣. 7. Ita rursum in Græco, nisi quòd ante *non ita*, id ponitur, τῇ ψυχῇ, *animo*, paulòque post, ἀλλὰ διαπάξει ὁ νῦς αὐτῦ, ἢ τῦ, &c. *sed abscedet mens ejus, etiam ut*, &c. loco *sed ut conterat mens ejus*, &c. ultimòque, ἐκ ὀλίγα, *non paucas*, loco *plurimas*.

℣. 8. Græc. Καὶ ἐὰν εἴπωσιν, &c. *Et si dixerint*, &c. ut sup.

℣. 9. Gr. initio habet, ἢ ἐρεῖ, ℈ *dicet*, pro *respondebit*; cæt. quadrant.

℣. 10. Græc. hab. ἀρχάς *principatus*, pro *regna*; cæt.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

fic & ſimulacra eorum de Jeruſalem, & de Samaria.

11. Nunquid non ſicut feci Samariæ, & idolis ejus, ſic faciam Jeruſalem, & ſimulacris ejus?

12. Et erit: cùm impleverit Dominus cuncta opera ſua in monte Sion, & in Jeruſalem, viſitabo
4. Reg. 19. 35. Inf. 37. 36. ſuper fructum magnifici cordis regis Aſſur, & ſuper gloriam altitudinis oculorum ejus.

13. Dixit enim: In fortitudine manus meæ feci, & in ſapientia mea intellexi: & abſtuli terminos populorum, & principes eorum deprædatus ſum, & detraxi quaſi potens in ſublimi reſidentes.

14. Et invenit quaſi nidum manus mea fortitudinem populorum: & ſicut colliguntur ova, quæ derelicta ſunt, ſic univerſam terram ego congregavi: & non fuit qui moveret pennam, & aperiret os, & ganniret.

15. Nunquid gloriabitur ſecuris contra eum, qui ſecat in ea? aut exaltabitur ſerra contra eum, à quo trahitur? quomodo ſi elevetur virga contra elevantem ſe, & exaltetur baculus, qui utique lignum eſt.

16. Propter hoc mittet dominator Dominus exercituum in pinguibus ejus tenuitatem: & ſubtus gloriam ejus ſuccenſa ardebit quaſi combuſtio ignis.

17. Et erit lumen Iſraël in igne, & Sanctus ejus in flamma: & ſuccendetur, & devorabitur ſpina ejus, & vepres in die una.

18. Et gloria ſaltus ejus, & carmeli ejus, ab anima uſque ad carnem conſumetur, & erit terrore profugus.

19. Et reliquiæ ligni ſaltus ejus præ paucitate numerabuntur, & puer ſcribet eos.

20. Et erit in die illa: non adjiciet reſiduum Iſraël, & hi qui fugerint de domo Jacob, inniti ſuper eo, qui percutit eos: ſed innitetur ſuper Dominum ſanctum Iſraël in veritate.

21. Reliquiæ convertentur, reliquiæ, inquam, Jacob ad Deum fortem.

VERSIO ANTIQUA.

ululate ſculptilia in Jeruſalem, & Samariâ. *Hieron. ubi ſup.*

11. Sicut enim feci Samariæ, & idolis ejus, ſic faciam Jeruſalem, & ſimulacris illius.

12..... *Vide Not.*

13. Dixit enim: Fortitudinem faciam, & ſapientiam intellectûs: auferam terminos nationum, & fortitudinem illarum vaſtabo, & comminuam civitates cum habitantibus. *Tichon. reg. 7. p. 64. b.*

14. Et totum orbem comprehendam manu velut nidum, & velut ova derelicta auferam: & non erit qui effugiat me, aut contradicat mihi.

15. Nunquid magnificabitur ſecuris ſine conciſore?[a] aut exaltabitur ſerra contra eum, qui trahit eam? *Ibid. p. 65. g.* [a] *Fnnod. pro Synod. p. 1623. d.*

16. Mittet Dominus ſabaoth in tuum honorem ignominiam, & in claritatem tuam ignem ardentem. *Tichon. reg. 4. p. 56. e.*

17. Et ardebit Iſraël lumen, & erit tibi ignis: & ſanctificabit illud in flamma ardente, & manducabit quaſi fenum ſilvam.

18. In illo die ardebunt montes, & per præcipitia * fugient, quaſi qui fugit à flamma ardente. * *Ed.* fugiunt, *vitiosè.*

19. Et qui remanſerint ab illis, numerabuntur, & puer ſcribet illos.

21..... *Vide Not.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ut in textu, repetita præp. ἐν, *in*, ante vocem *Samaria*. Hieron. notat verba iſta, *ululate ſculptilia in Jeruſalem*, LXX. de ſuo addidiſſe.

℣. 11. Ita Græcè, addito uno ϐ, poſt verbum *faciam*. Nota pro *idolis*, ſcribi χειροποιήτοις, *manufactis*, quod idem ſonat.

℣. 12. Hieron. ibid. col. 92. f. ad hoc Vulg. *ſuper fructum*, ait *LXX. pro* fructu, ſenſum, *vel* mentem magnam *interpretatos eſſe*.

℣. 13. Græc. loco *Fortitudinem*, & *ſapientiam*, hab. Ἐν τῇ ἰσχύι..... ϗ ἐν τῇ Ϛοφίᾳ, (Mſ. Mediol. τῇ ἰσχύι;) extremòque, ϗ Ϛίσω πόλεις καθοικημένας· cæt. quadrant. Hilar. in Pſ. 118. col. 337. e. legit: *Dixit enim: Virtute faciam*, ϗ *ſapientiâ intellectûs: auferam fines gentium*, ϗ *virtutem eorum*, ϗ *commovebo civitates inhabitabiles*: ſed Mſs. Reg. & Albin. teſte Cuſtantio noſtro, ferunt ibid. *Virtutem faciam*, ϗ *ſapientiam intellectûs*. Hieron. in Sophon. 2. col. 1668. b. legit: *Fortitudinem faciam*, ϗ *ſapientiam intellectûs: auferam terminos gentium*, ϗ *vires earum depaſcar*; Gr. πεγομεύσω: at in Ezech. 16. to. 3. 806. c. *Fortitudine faciam*, ϗ *ſapientiâ intelligentiæ: auferam terminos gentium*, ϗ *robur earum devaſtabo*, ϗ *commovebo civitates habitatas*: ſimiliter in Ezech. 17. col. 814. c. exceptis his poſterioribus, ϗ *vires earum depradabor*, ϗ *commovebo civitates quæ habitantur*: vide etiam in hunc Iſai. loc. col. 92. f. 93. a.

℣. 14. Eadem prorſus in Græco, præter unum ἐστιν, *eſt*, pro *erit*. Tertul. l. 2. adv. Marc. p. 653. c. 654. a. ait: *Qui totum orbem comprehendit velut nidum*: & lib. cont. Prax. p. 851. c. *Qui totum orbem manu* (Mſ. Alex. τῇ χειρὶ μου) *apprehendit velut nidum*. Hilar. verò in Pſ. 118. col. 337. e. legit: *Et omnem orbem terræ apprehendam manu mea ut pullos*, ϗ *tanquam confracta ova auferam*. Hieron. in Ezech. 16. col. 806. c. *Et orbem terrarum totum apprehendam manu ſicut nidum*, ϗ *ſicut confracta ova auferam*: itidem in Ezech. 17. col. 814. c. præter unum *universum*, pro *totum*; loco verò *confracta ova*, Græci omnes ferunt καταλελειμμένα ᾠά, *derelicta ova*, ut ſupra.

℣. 15. Græc. hab. λελαξάνηται, pro *magnificabitur*, jungitque ὁ αὐτῇ, voci *conciſore*; ſubinde pro *contra*, rurſus hab. ἀνευ, *ſine*. Ennod. loco cit. legit: *Nunquid gloriabitur ſecuris contra eum, qui ſecat in ea*, &c. quæ ſup.

℣. 16. Græc. ipſo initio hab. ἀλλὰ *ſed*; loco verò poſteriorum, ϗ *in claritatem tuam*, &c. ſimpliciter, ὡς εἰς τὴν σὴν λάξαν πῦρ καιόμενον καυτήσεται, ϗ *in gloriam tuam ignem ardentem accendet*; cæt. ut in textu. Hieron. etiam in hunc loc. col. 94. e. ait: *Pro eo quod nos vertimus*, mittet Dominus in pinguibus ejus tenuitatem, *LXX. transtulerunt*: Mittet Dominus in honorem tuum ignominiam.

℣. 17. Græc. Καὶ ἔσαι τὸ φῶς τῦ Ἰσραὴλ εἰς πῦρ, ϗ ἁγιάσει αὐτὸν (Mſ. Alex. αὐτὸ, Compl. αὐτὴν) ὡς πυρὶ καιομένῳ· ϗ φάγεται, &c. ut ſupra. Ambroſ. l. de Spir. S. col. 629. e. *Et erit lux Iſraël in ignem*. Hieron. in hunc loc. col. 94. e. *Pro eo quod nos diximus*, & Sanctus ejus in flamma, *illi* (*LXX.*) *verterunt*: & ſanctificabit eum in igne. Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. *Et erit lumen hujus Iſrael*, ϗ *ſanctificabit eum igne ardenti*.

℣. 18. Hieron. in hunc loc. col. 94. e. *Quod nos diximus*, Et gloria ſaltus ejus, & carmeli ejus, *illi* (*LXX.*) *interpretati ſunt*: exſtinguentur montes, & colles, & ſaltus. Ita quoque eſt in ed. Rom. antepoſitis his duobus, Τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, *Die illa*; ſubinde hic: ϗ καταφάγεται ἀπὸ ψυχῆς ἕως σαρκῶν· ϗ ἔσαι ὁ φεύγων, ὡς ὁ φεύγων ἀπὸ φλογὸς καιομένης· ϗ *devorabit ab anima uſque ad carnes*: & *erit qui fugit, quaſi fugiens à flamma ardenti*.

℣. 19. Conſonat Græc. nili quòd pro *numerabuntur*, hab. ἀριθμὸς ἔσονται, vel ut in Mſ. Alex. ἐσονται ἀριθμός, *erunt numerus*.

℣. 21. Hieron. in hunc loc. col. 94. f. 95. a. *Uti*, inquit, *in Græco dicitur*, Convertentur reliquiæ Jacob ad Deum fortem; *pro* Deo forti, *in Hebræo ſcriptum hab.* el gibbor..... *Et pro eo quod ſcriptum eſt*, reliquiæ convertentur, *pro eo dicitur in Hebræo*, *numero ſingulari*, quod reliquum eſt convertetur; *id eſt*, τὸ ὑπόλειμμα ἐπιστρέψει,

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Auct. quæſt. Vet. Teſt. ap. Aug. to. 3. 57. a.

22. Si fuerit numerus filiorum Iſraël tanquam arena maris, reliquiæ eorum ſalvæ fient : verbum enim conſummans, & brevians in æquitate :

23. quia verbum breviatum faciet Dominus in univerſo orbe.

VULGATA NOVA.

22. Si enim fuerit populus tuus Iſraël quaſi arena maris, reliquiæ convertentur ex eo : conſummatio abbreviata inundabit juſtitiam. *Inf.* 11. 11. *Rom.* 9. 27.

23. Conſummationem enim & abbreviationem Dominus Deus exercituum faciet in medio omnis terræ.

VULGATA NOVA.

24. Propter hoc, hæc dicit Dominus Deus exercituum : Noli timere populus meus habitator Sion, ab Aſſur : in virga percutiet te, & baculum ſuum levabit ſuper te in via Ægypti.

25. Adhuc enim paululum modicumque, & conſummabitur indignatio & furor meus ſuper ſcelus eorum.

26. Et ſuſcitabit ſuper eum Dominus exercituum flagellum juxta plagam Madian in petra Oreb, & virgam ſuam ſuper mare, & levabit eam in via Ægypti. *Inf.* 37. 36. *Jud.* 7. 25.

27. Et erit in die illa : Auferetur onus ejus de humero tuo, & jugum ejus de collo tuo, & computreſcet jugum à facie olei.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Iſai. 10. col. 97. ex Lxx.

28. Veniet enim in civitatem Aggai, & tranſibit in Mageddo : & in Machmas ponet vaſa ſua.

29. Et tranſibit vallem, & veniet in Aggai : timor apprehendet Rama civitatem Saül.

30. Fugiet filia Gallim : attende Laiſa, audietur in Anatoth.

31. Obſtupuit Medemena, & habitatores Gebim : conſolamini

32. hodie in via, ut maneat : conſolamini montem filiæ Sion, & collem Jeruſalem.

Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 709. b.

33. Ecce Dominus virtutum conturbabit glorioſos cum valentia, & elati comminuentur.....

34. Et ruent gladio ſublimes.....

VULGATA NOVA.

28. Veniet in Aiath, tranſibit in Magron : apud Machmas commendabit vaſa ſua.

29. Tranſierunt curſim, Gaba ſedes noſtra : obſtupuit Rama, Gabaath Saülis fugit.

30. Hinni voce tua filia Gallim, attende Laiſa, paupercula Anathoth.

31. Migravit Medemena : habitatores Gabim confortamini.

32. Adhuc dies eſt, ut in Nobe ſtetur : agitabit manum ſuam ſuper montem filiæ Sion, collem Jeruſalem.

33. Ecce dominator Dominus exercituum confringet lagunculam in terrore, & excelſi ſtaturâ ſuccidentur, & ſublimes humiliabuntur.

34. Et ſubvertentur condenſa ſaltus ferro : & Libanus cum excelſis cadet.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

in Hebræo ſcribitur ſar jaſub : nunc tamen ita Græcè legimus : Καὶ ἔσται τὸ καταλειφθὲν τῷ Ἰακὼβ ἐπὶ Θεὸν Ἰσχύοντα. *Et erit reſiduum Jacob ſuper Deum fortem.*

℣. 22. Græc. in principio hab. Καὶ ἐὰν γένηται ὁ λαὸς Ἰσραὴλ ὡς, *Et ſi fuerit populus Iſraël tanquam* ; reliqua ut ſup. detractâ conjunct. *enim*, poſt *verbum* ; ſed in Mſs. Alex. & Mediol. necnon in edd. Ald. & Compl. eſt, λόγον γὰρ ζυντελῶν, &c. Rufin. l. 1. de bened. Patr. p. 4. b. leg. *Si fuerint filii Iſraël ſicut arena maris, reliquiæ ſalvæ fient.* Tichon. verò reg. 3. p. 55. d. *Si fuerit numerus filiorum Iſraël ſicut arena maris, reliquiæ liberabuntur.* Auguſt. q. 148. in Gen. to. 3. 414. c. *Et ſi fuerit numerus filiorum Iſraël ſicut arena maris, reliquiæ ſalvæ fient.* : ſimiliter l. cont. Jud. to. 8. 33. c. item l. 3. de doctr. Chr. to. 3. 60. f. & l. 18. de civit. Dei, c. 46. to. 7. 529. e. detracto 1. &. Accinit Gregor. M. l. 2. in Job, c. 26. p. 62. c. & l. 4. c. 4. p. 103. e. & l. 9. c. 8. p. 292. a. 659. e. 865. b. 1294. e. Apud Gaud. Brix. ſer. 9. p. 957. c. *Si fuerit numerus filiorum Iſraël ſicut arena maris, reſidui ſalvabuntur.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 285. b. & l. de orat. Dom. p. 213. a. add. *verbum conſummans, & brevians in juſtitia.* Ambroſiaſt. p. 209. b. *verbum enim conſummans, & brevians in æquitate* ; Gr. ἐν δικαιοσύνῃ.

℣. 23. Conſonat Græc. ad verbum. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 697. b. *Quoniam deciſum ſermonem faciet Dominus in terra.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 285. b. & l. de orat. Dom. p. 213. a. *Quoniam ſermonem breviatum faciet Deus in toto orbe terræ.* Ambroſiaſt. p. 209. b. *Quia verbum breviatum faciet Dominus ſuper terram.* Ambroſ. verò l. de Tob. c. 20. col. 617. e. *Verbum enim conſummans & brevians faciet Dominus ſuper terram.* Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 736. b. *Verbum breviatum faciet Dominus in univerſo orbe.* Gaud. Brix. de Mach. p. 967. f. *Quoniam verbum abbreviatum faciet Dominus ſuper terram.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 987. g. *Quoniam verbum breviatum faciet Dominus per univerſum orbem terræ.*

℣. 26. Hieron. in hunc loc. col. 95. f. ait : *Pro* petra, *quod juxta Hebraïcum interpretatus eſt Aquila ; Symmachus, & Theod. ipſum verbum poſuerunt Hebraïcum*, ſur oreb, *pro quo LXX. interpretati ſunt* locum tribulationis.

℣. 28. Ita Græcè ad verbum, niſi quòd ita ſcriptum legitur, Μαγεδώ, non *Mageddo*. Hieron. quoque monet ſe iſta cum ſeqq. juxta edit. LXX. referre ; quia, inquit, *multùm in hoc loco LXX. ab Hebraïco diſcrepant.*

℣. 29. Ita rurſum in Græco, verbum pro verbo.

℣. 30. Similia Græc. habet, præter unum ἀκουσθῆναι, *audietur*, pro *attende* ; at in ed. Compl. ἔπαχνε.

℣. 31. Græc. ſic punctat : Καὶ ἐξέστη Μαδεμηνὰ, οἱ κατοικοῦντες Γιββεῖρ (ed. Ald. Γεβίμ) deinde interpoſito puncto, Παρακαλεῖτε, &c.

℣. 32. Græcè ita : Παρακαλεῖτε σήμερον ἐν ὁδῷ, τῇ μεῖναι τῇ χειρὶ παρακαλεῖτε τὸ ὄρος, τὴν θυγατέρα Σιὼν, ἢ οἱ βυνοὶ, οἱ ἐν Ἱερουσαλήμ. In ed. Compl. deeſt τῇ χειρί.

℣. 33. Græcè, loco *Dominus virtutum*, eſt ὁ δεσπότης Κύριος σαβαὼθ, *dominator Dominus ſabaoth* ; ſubinde pro *elati comminuentur*, ſic, οἱ ὑψηλοὶ τῇ ὕβρει ζυνθλιβήσονται, *excelſi ſuperbiâ conterentur* ; ſtatimque & ultimò, ἢ οἱ ὑψηλοὶ ταπεινωθήσονται, ut in Vulg. cæt. quadrant.

℣. 34. Græc. Καὶ πεσοῦνται, &c. ut in Lat.

CAPUT XI.

VERSIO ANTIQUA.

Cypr. l. 2. Teſt. p. 289. b.

1. ET exibit virga de radice Jeſſe, & flos de radice ejus aſcendet.

VULGATA NOVA.

1. ET egredietur virga de radice Jeſſe, & flos de radice ejus aſcendet. *Act.* 13. 23.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Græcè, deleta voce *ejus*, ante *aſcendet* ; ed. tamen Compl. ſervat αὐτοῦ. Similiter ap. Iren. l. 3. c. 9. 184. e. *Exiet virga de radice Jeſſe, & flos de radice ejus aſcendet.* Accinunt Lact. l. 4. Inſtit. c. 13. p. 577. Hilar. in Pſ. 2. n. 37. col. 46. & in Matth. col. 685. f. Ambroſ. l. de bened. Patr. c. 4. col. 519. b. item in Luc. 2. & 3. col. 1289. f. 1316. f. & l. de inſtit. virg. to. 2. 263. e. & l. 2. de Spir. S. col. 641. c. at l. de apol. Dav. to. 1. 723. c. legit : *Et exiet virga de radice Jeſſe, & virga ex radice aſcendet, & flos ex virga exiet.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

2. Et requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini; ſpiritus ſapientiæ, & intellectûs, ſpiritus conſilii, & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ, & pietatis,

3. & replebit eum ſpiritus timoris Domini. Non ſecundùm viſionem oculorum judicabit, neque ſecundùm auditum aurium arguet:

4. ſed judicabit in juſtitia pauperes, & arguet in æquitate pro manſuetis terræ: & percutiet terram virgâ oris ſui, & ſpiritu labiorum ſuorum interficiet impium. *2. Theſſ. 2. 8.*

5. Et erit juſtitia cingulum lumborum ejus: & fides cinctorium renum ejus.

6. Habitabit lupus cum agno: & pardus cum hædo accubabit: vitulus & leo & ovis ſimul morabuntur, & puer parvulus minabit eos. *Inſ. 65. 25.*

7. Vitulus & urſus paſcentur: ſimul requieſcent catuli eorum: & leo quaſi bos comedet paleas.

8. Et delectabitur infans ab ubere ſuper foramine aſpidis: & in caverna reguli, qui ablactatus fuerit, manum ſuam mittet.

9. Non nocebunt, & non occident in univerſo monte ſancto meo: quia repleta eſt terra ſcientiâ Domini, ſicut aquæ maris operientes.

VERSIO ANTIQUA.

2. Et requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini; ſpiritus ſapientiæ, & intellectûs, ſpiritus conſilii, & fortitudinis, ſpiritus ſcientiæ, & pietatis, *Cypr. ubi ſup.*

3. & implebit eum ſpiritus timoris Domini. Non ſecundùm gloriam judicabit, neque ſecundùm facundiam arguet: *Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 314. a.*

4. ſed judicabit humili judicio, & redarguet ſuperbos, & eripiet humiles terræ: & percutiet terram verbo oris, & ſpiritu per labia interficiet impium.

6. Et compaſcetur lupus cum agno: & pardus conquieſcet cum hædo: & vitulus & taurus & leo ſimul paſcentur, & puer puſillus ducet eos. *Iren. l. 5. c. 33. p. 333. a.*

7. Et bos & urſus ſimul paſcentur, & ſimul infantes eorum erunt: & leo & bos manducabunt paleas.

8. Et puer infans in cavernam aſpidum, & in cubile filiorum aſpidum manum mittet.

9. Et non malefacient, nec poterunt perdere aliquem in monte ſancto meo..... repleta eſt univerſa terra, ut cognoſcat Dominum, ut aqua multa operiat mare. *Aug. l. de unit. Eccl. to. 9. 346. f.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Verùm Textui noſtro favent S. Leo ſ. 23. p. 75. a. Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 10. ap. Proſp. p. 135. a. Maximus Taurin. in homil. p. 27. g. & Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 314. a. ſed l. 3. cont. Eutych. p. 25. c. habet: *Egredietur virga de radice Jeſſe, & germen de radice ejus aſcendet.* Itidem Fulg. reſp. cont. Arian. excepta voce *flos*, pro *germen*. Tertul. l. adv. Jud. c. 9. p. 143. b. *Et naſcetur virga de radice Jeſſe, & flos de radice ejus aſcendet:* vide etiam l. de corona mil. c. 13. p. 293. b. & l. de carne Chr. p. 553. a. Novatianus de Trin. p. 1035. 1036. a. *Prodiet virga de radice Jeſſe*, &c. ut in textu. Hieron. in Matth. 2. to. 4. 10. d. ait *juxta Hebraicam veritatem in Iſaia ſcriptum* eſſe: *Exiet virga de radice Jeſſe, & nazaræus de radice ejus conſcendet:* & l. de opt. gen. interp. to. 4. 252. e. *In eo loco, ubi nos legimus, atque tranſtulimus:* Exiet virga de radice Jeſſe, & flos de radice ejus aſcendet: *in Hebræo juxta linguæ illius ἰδίωμα ita ſcriptum eſt:* Exiet virga de radice Jeſſe, & nazaræus de radice ejus creſcet. *Cur hoc omiſerunt LXX. ſi non licet transferre verbum pro verbo?* & in Iſai. 11. col. 99. b. c. *Pro* radice, inquit, *quam ſeli LXX. tranſtulerunt, in Hebraïco ſcriptum hab.* geza, *quod Aquila, Sym. & Theod.* κορμὸν *interpretati ſunt, id eſt*, truncum; & *pro* flore, *qui Hebraïcè dicitur* neſer, germen *tranſtulerunt..... Illud autem quod in Evangelio Matthæi omnes quærunt Eccleſiaſtici, & non inveniunt ubi ſcriptum ſit*, quoniam Nazaræus vocabitur, *eruditi Hebræorum de hoc loco aſſumptum putant. Sed ſciendum quòd hic* neſer *per* ſade *litteram ſcribatur, cujus proprietatem & ſonum inter* z & ſ *Latinus ſermo non exprimit..... Porro* nazaræi, *quos LXX.* ſanctificatos, *Symmachus* ſeparatos *tranſtulerunt, per* zain *ſemper ſcribuntur elementum:* vide etiam epiſt. ad Damaſ. to. 4. col. 146. b.

℣. 2. Itidem Græcè, excepta voce Θεοῦ, loco *Domini*; at in edd. Ald. & Compl. legitur Κυρίου. Lact. l. 4. Inſtit. c. 13. p. 577. hab. *Et requieſcet ſuper eum ſpiritus Dei:* deinde, *ſpiritus ſapientiæ, & intellectûs*, &c. quæ ſup. Similiter Iren. l. 3. c. 9. p. 184. e. ſed inf. c. 17. p. 208. b. leg. *ſpiritus conſilii, & virtutis.* Tertul. l. adv. Jud. c. 9. p. 143. b. *Et requieſcet ſuper illum ſpiritus Dei; & ſpiritus ſapientiæ, & intellectûs, ſpiritus conſilii, & virtutis, ſpiritus agnitionis, & pietatis:* at l. 3. adv. Marc. loco *virtutis*, ponit *vigoris*; & l. 5. *valentiæ.* Novatian. de Trin. p. 1051. c. *Et requieſcit ſuper eum ſpiritus ſapientiæ, & intellectûs, ſpiritus conſilii, & virtutis, ſpiritus ſcientiæ, & pietatis.* Hilar. in Pſ. 2. n. 37. col. 46. *Et requieſcet ſuper eum ſpiritus timoris Domini.* Ita quoque Ambroſ. in Luc. 3. col. 1316. f. item in Pſ. 118. col. 1030. d. ſubnexis his, *ſpiritus ſapientiæ, & intellectûs, ſpiritus conſilii, atque virtutis, ſpiritus cognitionis, atque pietatis:* ſic etiam l. de Myſter. to. 2. 336. a. & l. 3. de Sacram. col. 363. f. & ſerm. 2. de Spir. S. col. 638. b. Auguſtinus epiſt. 194. to. 2. 719. f. hæc memorat, *ſpiritum ſapientiæ, & intellectûs, conſilii, & fortitudinis, ſcientiæ, & pietatis.* Ap. Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 314. a. *Et requieſcet in eo ſpiritus Dei; ſpiritus ſapientiæ*, &c. ut in textu: & l. 3. cont. Eutych. p. 25. c. *Et requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini.*

℣. 3. Iren. l. 3. c. 9. p. 185. a. & *implebit eum ſpiritus timoris Dei* (al. *Domini.*) *Non ſecundùm gloriam judicabit, neque ſecundùm loquelam arguet.* Ita quoque in Græco, detracta 1. conjunct. &. Similiter habet Lactant. l. 4. Inſtit. c. 13. p. 577. & *implebit eum ſpiritus timoris Domini.* Novatian. de Trin. p. 1051. c. & *implevit eum ſpiritus timoris Dei.* Hilar. in Pſ. 66. col. 188. f. & *replevit eum ſpiritus timoris Dei.* Apud Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1030. d. ult. voci *pietatis* ℣. præced. continuò additur, *ſpiritus ſanctæ timoris*: ſimiliter l. de Myſt. col. 336. a. & l. 3. de Sacram. col. 363. f. apud Aug. ep. 194. to. 2. 719. f. *timoris Dei.* Hieron. in hunc Iſai. loc. col. 100. c. ait LXX. tranſtuliſſe: *Non ſecundùm gloriam judicabit, neque juxta ſermonem arguet.*

℣. 4. Hieron. in hunc loc. col. 100. e. dicit LXX. tranſtuliſſe, *ſed judicabit humili judicio*, & *arguet humiles terræ*; & poſt paulò, pro *virga oris ſui*, ita, *verbo oris ſui.* Apud Iren. l. 3. c. 9. p. 185. a. ſic: *ſed judicabit humili judicium*, & *arguet glorioſos terræ.* Græcè, ἀλλὰ κρινεῖ ταπεινῷ κρίσιν, καὶ ἐλέγξει τοὺς ταπεινοὺς τῆς γῆς· καὶ πατάξει γῆν τῷ λόγῳ τοῦ στόματος αὐτοῦ, καὶ ἐν πνεύματι λιὰ χειλέων ἀνελεῖ ἀσεβῆ.

℣. 6. Eadem ſunt in Græco, verbum pro verbo. Hieron. epiſt. ad Sun. & Fret. to. 2. 626. c. legit ſimiliter: *Paſcetur lupus cum agno:* & *pardus requieſcet cum hædo:* & *vitulus* & *leo* & *taurus paſcentur ſimul*, & *puer parvulus ducet eos.* Ambroſ. l. de pœnit. to. 2. 407. f. *Tunc lupi & agni ſimul paſcentur.* Auct. l. de promiſſ. p. 3. ap. Proſp. p. 187. c. *Tunc unà paſcent ſimul lupus cum agno:* & *pardus adquieſcet hædo:* & *bos* & *leo* & *agnus ſimul manducabunt paleas*, & *puer puſillus paſcet eos.*

℣. 7. Ita quoque in Græco, niſi excipias ult. ὁ λέων ὡς βοῦς φάγεται ἄχυρα, & *leo ſicut bos comedet paleas.* Hieron. ep. ad Sun. & Fret. col. 627. a. *Et bos & urſus in commune paſcentur, parvulique eorum erunt pariter:* & *leo & bos comedent paleas.* Ambroſ. l. 1. de pœnit. p. 407. f. 408. a. *leo & bos paleam manducabunt*; deinde, *ſerpens autem terram ut panem*; proximèque, & *non nocebunt*, &c. de ℣. 9.

℣. 8. Ita Græcè, niſi quòd pro *in cavernam*, legitur ἐπὶ τρωγλῶν, *ſuper foramina*; ſed Mſs. Alex. & Mediol. ferunt ἐπὶ τρώγλην; ed. Compl. τρώγλῃ. Huc redeunt quæ Tertullianus ait l. 4. adv. Marc. p. 718. c. *Per Eſaiam, repromiſit conjicere manum in cavernam aſpidum, & in cubile natorum aſpidum, nec omnino læſi.* Ambroſ. l. 2. de interpel. Dav. c. 1. p. 639. d. legit: *Et puer parvulus mittet manum in cavernam aſpidum*, & *illi non nocebunt*; quæ ult. pertinent ad ℣. ſeq.

℣. 9. Ad verbum ὁ Græco, præter ult. *mare*, pro quo θαλάσσας, *maria.* Ambroſ. l. 1. de pœnit. to. 2. 408. a. *Et non nocebunt, neque vaſtabunt in monte ſancto meo, dicit Dominus.* Hieron. in Ezech. 47. col. 1053. c. addit: *repleta ſunt omnia ſcientiâ Domini, ſicut aqua multa operiunt.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Isai. 11. col. 102. c.

10. Et erit in die illa radix Jesse, & qui consurget ut princeps sit gentium: in ipso gentes sperabunt, & erit requies ejus honor.

VULGATA NOVA.

10. In die illa radix Jesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur, & erit sepulcrum ejus glorioſum. *Rom. 15. 12.*

VULGATA NOVA.

11. Et erit in die illa: Adjiciet Dominus secundò manum suam ad possidendum residuum populi sui, quod relinquetur ab Assyriis, & ab Ægypto, & à Phetros, & ab Æthiopia, & ab Ælam, & à Sennaar, & ab Emath, & ab insulis maris.

12. Et levabit signum in nationes, & congregabit profugos Israël, & dispersos Juda colliget à quatuor plagis terræ.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. in Ps. 36. col. 781. b.

13. Et auferetur zelus Ephræm, & inimici Judæ peribunt: non erit æmulus Ephræm Judæ, & Judas non vexabit Ephræm.

Hieron. in Isai. 11. col. 104. b. c.

14. Volabunt in navibus alienigenarum, mare simul prædabuntur.....

15... Desolabit Dominus mare Ægypti.....

VULGATA NOVA.

13. Et auferetur zelus Ephraim, & hostes Juda peribunt: Ephraim non æmulabitur Judam, & Judas non pugnabit contra Ephraim.

14. Et volabunt in humeros Philisthiim per mare, simul prædabuntur filios Orientis. Idumæa & Moab præceptum manus eorum, & filii Ammon obedientes erunt.

15. Et desolabit Dominus linguam maris Ægypti, & levabit manum suam super flumen in fortitudine spiritus sui: & percutiet eum in septem rivis, ita ut transeant per eum calceati.

16. Et erit via residuo populo meo, qui relinquetur ab Assyriis: sicut fuit Israëli in die illa, qua ascendit de terra Ægypti.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

viens mare. Græc. ὅτι ἐπλήσθη ἡ ζύμωσα τῆ γνῶναι τὸν Κύριον, ὡς ὕδωρ πολὺ καταχαλύψαι θαλάσσας· in ed. Ald. σύμωσα γῆ. Apud Auct. l. de promiss. p. 3. ap. Prosp. p. 188. b. *quia repleta est terra, ut cognoscat Deum, quasi aqua multa tegens mare.*

℣. 10. Similiter in Gr. nisi excipiatur præs. ὁ ἀνιστάμενος, *qui consurgit*, pro fut. *consurget.* Novatian. de Trin. p. 1036. a. legit: *Et erit in illa die radix Jesse, & qui surget imperare gentibus: in illum gentes sperabunt, & erit requies ejus honor.* Similiter apud Cypr. l. 1. Testim. p. 282. a. detractâ conjunct. &, post *Jesse*, adjunctâ verò voce *omnibus*, isti, *gentibus.* Apud Lactant. l. 4. Institut. c. 13. p. 577. *Et erit in illa die radix Jesse, & qui exsurget principari in nationes: in eum gentes sperabunt, & erit requies ejus in honore.* Apud Hilar. l. 5. de Trin. col. 875. d. *Et erit radix Jesse, & qui surget regere gentes: in eum gentes sperabunt.* Apud Ambros. in Luc. 3. col. 1316. f. *Et erit radix Jesse, & qui exsurget imperare gentibus: in ipso gentes sperabunt.* Apud Hieron. in Isai. 53. col. 388. d. *Erit radix Jesse, & qui resurget ut principetur gentium: in ipso gentes sperabunt:* & l. 2. in ep. ad Ephes. to. 4. 349. a. *Erit virga Jesse, & qui surget ad regnandum gentibus: in ipso gentes sperabunt.* August. l. de unit. Eccl. to. 9. 346. f. *Et erit in illa die radix Jesse, & qui exsurget principium habere in nationes: in eum gentes sperabunt.* Auct. l. de promiss. p. 1. c. 18. ap. Prosp. p. 104. b. *Erit radix Jesse, & qui exsurget regnare in gentibus: in eo gentes sperabunt.* Laurent. Mediol. de mul. Chanan. Analect. to. 2. p. 29. alludens dicit: *Exsurget virga de radice Jesse, qui dominatur omnibus, & in eum fines terra sperabunt.*

℣. 13. Vix melius è Græco.

℣. 14. Sic habere LXX. Hieron. ipse testatur loco cit. nec dissimilia exhibet Gr. ed. Rom. posito uno Καὶ, in principio.

℣. 15. Hieron. ibid. *Desolabit, non mare juxta LXX. sed juxta Hebraos, linguam maris Ægypti.* Nunc etiam legitur Græcè: Καὶ ἐρημώσει Κύριος τὴν θάλασσαν Αἰγύπτου.

CAPUT XII.

VERSIO ANTIQUA.

Iren. l. 3. c. 10. p. 186. c.

2. Ecce Deus meus salvator meus, fidens ero in eum.....

Facund. Herm. l. 1. p. 433. c.

3... Haurite aquas cum lætitia de fontibus salvatoris.

VULGATA NOVA.

1. ET dices in die illa: Confitebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi: conversus est furor tuus, & consolatus es me.

2. Ecce Deus salvator meus, fiducialiter agam, & non timebo: quia fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem. *Exod. 15. 2.*

3. Haurietis aquas in gaudio de fontibus salvatoris: *Psalm. 117. 14.*

VULGATA NOVA.

4. & dicetis in die illa: Confitemini Domino, & invocate nomen ejus: notas facite in populis adinventiones ejus: mementote quoniam excelsum est nomen ejus.

5. Cantate Domino quoniam magnificè fecit: annuntiate hoc in universa terra.

6. Exsulta, & lauda habitatio Sion: quia magnus in medio tui sanctus Israël.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Sic est in Græco, excepto ult. ἐπ' αὐτῷ, *in eo.*

℣. 3. Græc. Καὶ ἀντλήσατε ὕδωρ..... ἐκ τῶν..... τῶ σωτηρίω, &c. Ambros. in Ps. 37. col. 829. a. sic: *Et salies aqua cum delectatione de fontibus salvatoris:* similiter in Luc. 16. col. 1474. f. & sanè in Ms. Alex. est: Καὶ ἀντλήσεται ὕδωρ· in Mediol. ἀντλήσετε.

Digitized by Google

CAPUT XIII.

Vulgata nova.

1. ONus Babylonis, quod vidit Isaias filius Amos.

2. Super montem caliginosum levate signum, exaltate vocem, levate manum, & ingrediantur portas duces.

3. Ego mandavi sanctificatis meis, & vocavi fortes meos in ira mea, exsultantes in gloria mea.

4. Vox multitudinis in montibus, quasi populorum frequentium: vox sonitus regum, gentium congregatarum: Dominus exercituum præcepit militiæ belli,

5. venientibus de terra procul, à summitate cœli: Dominus, & vasa furoris ejus, ut dispердat omnem terram.

6. Ululate, quia prope est dies Domini: quasi vastitas à Domino veniet.

7. Propter hoc, omnes manus dissolventur, & omne cor hominis contabescet,

8. & conteretur. Torsiones & dolores tenebunt, quasi parturiens, dolebunt: unusquisque ad proximum suum stupebit, facies combustæ vultus eorum.

9. Ecce dies Domini veniet, crudelis, & indignationis plenus, & iræ, furorisque ad ponendam terram in solitudinem, & peccatores ejus conterendos de ea.

Exech. 32. 7. *Joel.* 2. 10. & 3. 15. *Matth.* 24. 29. *Marc.* 13. 24. *Luc.* 21. 25.

10. Quoniam stellæ cœli, & splendor earum, non expandent lumen suum: obtenebratus est sol in ortu suo, & luna non splendebit in lumine suo.

11. Et visitabo super orbis mala, & contra

Versio antiqua.

1. VIsio contra Babylonem, quam vidit Isaias filius Amos. *Hieron. in Isai. 13. col. 147. 148.*

2. Super montem campestrem tollite vicem, & exaltate vocem illis: nolite timere, exhortamini manus, aperite magistratus. *Tichon. reg. 4. p. 59. b. 60. a.*

3. Quia ecce ego præcipio: sanctificati sunt, & vocati gigantes veniunt iram meam lenire, gaudentes simul, & injuriam facientes.

4. Vox multarum gentium in montibus, similis gentium multarum: vox regum, & gentium collectarum: Deus sabaoth præcepit genti bellatrici

5. venire de longinquo, de summo fundamento cœli: Deus, & bellatores ejus, corruperunt universum orbem terræ.

6. Ululate, proximus est enim dies Domini, & contritio à Deo aderit.

7. Propter hoc, omnes manus resolventur, & omnis anima hominis trepidabit.

8. Turbabuntur legati parturientis, & parietes circumstantes: alius ad alium expavescent, & facies eorum sicut flamma commutabuntur.

9. Ecce enim dies Domini insanabilis venit, indignationis, & iræ, ponere orbem terrarum desertum, & peccatores perdere ex eo.

10. Stella enim cœli exterioris, & omnia luminaria ejus lumen dabunt: & tenebrescet, & non permanebit lumen ejus.

11. Et infligam mortuis terræ mala, & injustis

Notæ ad Versionem antiquam.

¥. 1. Græcè transfertur istud, *contra Babylonem*, post *Amos*; cætera ad verbum quadrant: in edd. Ald. & Compl. exstant omnia ordine quo supra. Hieron. in eundem loc. col. 107. d. ait *verbum Hebraïcum* messa, *vel* onus, *vel* pondus *intelligi*: unde miratur *LXX. Translatores in re tristi voluisse ponere* visionem. Apud Tichon. reg. 4. p. 59. h. simpliciter: *Visio adversùs Babylonem.*

¥. 2. Græc. Ἐπ' ὄρους πεδινοῦ ἄρατε σημεῖον, ὑψώσατε τὴν φωνὴν αὐτοῖς, παρακαλεῖτε τῇ χειρί, ἀνοίξατε οἱ ἄρχοντες· Mss. tamen Alex. & Mediolan. cum edd. Ald. & Compl. post vocem αὐτοῖς, subdunt, μὴ φοβεῖσθε· tum Mediol. ἀφορίσατε χειρί· Aquila, ἐξάρατε χεῖρα. Hieron. etiam loco cit. dicit LXX. transtulisse, *consolamini manum*, & *aperite principes.*

¥. 3. Hieron. in hunc loc. col. 148. f. ait sic vertisse LXX. *Ego præcipiam, & ego adducam eos: gigantes veniunt implere furorem meum, gaudentes simul, & contumeliam facientes.* Ita quoque fert ed. Rom. si excipias præf. 2. συντάσσω, & ἄγω, *præcipio*, & *duco*: attamen in Ms. Alex. est: Ἐγὼ συντάσσω καὶ ἐγὼ ἁγιασμένοι εἰσὶ, καὶ ἐγὼ ἄγω αὐτούς· Mediolan. hæc verba, καὶ ἐγὼ ἄγω αὐτὸς, geminat, i. e. & ante, & post ἡγιασμένοι εἰσὶ· subinde pro *gigantes veniunt*, Theod. vertit, καὶ γε ἐκάλεσα τοὺς γιγαντάς μου.

¥. 4. Hæc tota concordant cum Græco, excepta voce una *Deus*, pro qua Κύριος. Hieron. in hunc loc. col. 149. e. ait LXX. sic habere: *Dominus sabaoth præcepit genti bellicosissimæ*; Gr. ἐπολεμάχῳ.

¥. 5. Hieron. in Isai. 13. col. 149. e. ita refert ex LXX. *ut veniat de terra longinqua, à summo fundamento cœli: Dominus, & bellatores ejus, ut disperdant universum orbem.* Nunc etiam ita legitur in Gr. ed. Rom. Observat Hieron. ibid. *fundamentum, obelo prænotandum esse.* Apud Ambr. l. de Elia, c. 21. sic: *Ecce venit Dominus disperdere orbem terrarum*; Gr. καθαρθεῖσι, seu cum Ms. Alex. τῷ καθαρθεῖσι.

¥. 6. Itidem ap. Cypr. ep. ad Demetr. p. 223. b. si excipiatur vox una *obeditio*, pro *contritio*; Græcè συντριβή, ultimòque ἥξει, *veniet*, pro *aderit*; cæt. quadrant.

¥. 7. Itidem Græcè, præter hæc singul. πᾶσα χεὶρ ἐκλυθήσεται, *omnis manus dissolvetur.*

¥. 8. Suspicor hic quiddam prætermissum in edit. Tichon. nimirum inter voces *legati*, & *parturientis*; nam in Græco ita legitur: Ταραχθήσονται οἱ πρέσβεις, καὶ ὠδῖνες ἀντὶς ἕξουσι, ὡς γυναικὸς τικτούσης· i. e. *Turbabuntur legati, & dolores eos tenebunt, quasi mulieris parturientis.* Hieron. etiam in hunc loc. col. 150. c. ait *juxta LXX. additum* esse, *Turbabuntur legati, & dolores apprehendent eos*: quod verò subnectitur à Tichonio, & *parietes circumstantes*, non reperitur in Græco, sed ejus loco ista, καὶ συμφοράσουσι ἕτερος πρὸς τὸν ἕτερον, καὶ ἐκπλαγήσονται, & *condolebunt alter ad alterum, & stupebunt*; dein, καὶ τὸ πρόσωπον αὐτῶν, ὡς φλὸξ, μεταβαλοῦσιν, & *faciem suam, quasi flamma, mutabunt.*

¥. 9. Eodem modo legit Cypr. ep. ad Demetr. p. 223. b. si excipias unum singul. *terræ*, loco plur. *terrarum*. Hieron. in Isai. 13. col. 150. f. ait: *Pro* terra, *LXX.* τὴν οἰκουμένην, *id est* orbem, *interpretati sunt*; *pro* crudeli *insanabilem.* Apud Iren. l. 5. c. 35. p. 335. c. pariter: *Ecce enim dies Domini insanabilis venit, furore & ira plenus, ponere urbem* (l. *orbem*) *terræ desertam, & peccatores perdere ex ea.* Apud Ambros. epist. 5. to. 2. 768. d. *Sic enim dies Domini subitò venit.* Apud Hieron. in Joel. 1. col. 1346. a. *Ecce dies Domini insanabilis venit, furoris, & iræ, ut ponat universum orbem desertum, & peccatores perdat ex eo*: & in Amos 5. col. 1418. d. *Ecce dies Domini insanabilis venit, furoris, & iræ, ponere orbem terrarum desertum, & peccatores perdere ex eo*: similiter in Naum 1. col. 1563. b. sicut etiam in Græco: at idem Hieron. in Zach. 13. col. 1790. d. legit: *Dies Domini insanabilis veniet, furoris, & iræ, ponere totum orbem in solitudinem, & peccatores auferre de eo*: & in Abacuc 3. col. 1638. b. *Dies Domini insanabilis, furoris, & iræ, ponere orbem terræ universum in desertum, & peccatores perdere*: vide etiam l. 3. in ep. ad Ephes. to. 4. 402. f.

¥. 10. Hieron. in Isai. 13. col. 151. b. ita legit ex LXX. *Stellæ enim cœli, & Orion, & omnis ornatus cœli, lumen suum non dabunt: & obtenebrabuntur sole oriente, & luna non dabit lumen suum.* Ita quoque est in Gr. ed. Rom. præter unum *suum*, quod deest ante *non dabunt*: subinde monet Hieron. LXX. *Orionem* transtulisse, *addentes de suo*, & omnis ornatus cœli, *quod obelo*, inquit, *prænotandum est*: item supra col. 109. d. ait LXX. Ὡρίωνα vertisse: & in Jer. 13. col. 592. f. rursus legit: *Stellæ enim cœli, & Orion, & omnis ornatus cœli, lucem non dabunt: & tenebrabuntur orto sole, & luna non dabit lucem.*

¥. 11. Hieron. in Isai. 13. col. 151. f. similiter ha-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Tichon. ubi ſup. peccata eorum, & perdam injuriam ſceleſtorum, & injuriam ſuperborum humiliabo.

12. Et erunt qui remanſerint, honorati magis, quàm aurum quod non tetigit ignem; & homo honoratus erit magis, quàm lapis ex Saphir.

13. Cœlum enim indignabitur: & terra commovebitur à fundamentis propter animationem iræ Dei, in die qua aderit indignatio ejus.

14. Et erit qui relictus eſt, quaſi capreola fugiens, & ſicut ovis errans: & non erit qui colligat: ut homo ad populum ſuum convertatur, & venire in tribum ſuam feſtinet.

15. Qui enim inciderit, ſuperabitur: & ſi qui collecti ſunt, gladio cadent.

16. Et filiæ eorum in conſpectu eorum cadent: & domus eorum diripient, & uxores eorum habebunt.

17. Ecce excito vobis Medos, qui non computant pecuniam, neque auro opus eſt illis:

18. ſagittationes juvenum confringent, & filiis veſtris non miſerebuntur, & ſuper nepotes veſtros non parcent oculi eorum.

Hieron. in Iſai. 13. col. 153. f. 154. a. ex LXX. 19. Et erit Babylon, quæ vocatur inclyta glorioſa regis Chaldæorum, ſicut ſubvertit Deus Sodomam & Gomorrham.

20. Non habitabitur in æternum, nec ingredietur eam per multas generationes: nec tranſibunt per illam Arabes, neque paſtores requieſcent in ea.

21. Sed requieſcent ibi beſtiæ, & replebuntur domus ſonitu: & accubabunt ibi ſirenæ, & dæmonia ſaltabunt ibi:

* *Inſ.* cubilia. 22. & onocentauri ibi habitabunt, & * cubicula facient hericii in domibus eorum.

VULGATA NOVA.

impios iniquitatem eorum, & quieſcere faciam ſuperbiam infidelium, & arrogantiam fortium humiliabo.

12. Pretioſior erit vir auro, & homo mundo obrizo.

13. Super hoc cœlum turbabo: & movebitur terra de loco ſuo propter indignationem Domini exercituum, & propter diem iræ furoris ejus.

14. Et erit quaſi damula fugiens, & quaſi ovis: & non erit qui congreget: unuſquiſque ad populum ſuum convertetur, & ſinguli ad terram ſuam fugient.

15. Omnis, qui inventus fuerit, occidetur: & omnis, qui ſupervenerit, cadet in gladio.

16. Infantes eorum allidentur in oculis eorum: diripientur domus eorum, & uxores eorum violabuntur. *Pſalm. 136. 9.*

17. Ecce ego ſuſcitabo ſuper eos Medos, qui argentum non quærant, nec aurum velint:

18. ſed ſagittis parvulos interficient, & lactantibus uteris non miſerebuntur, & ſuper filios non parcet oculus eorum.

19. Et erit Babylon illa glorioſa in regnis, inclyta ſuperbia Chaldæorum: ſicut ſubvertit Dominus Sodomam & Gomorrham. *Gen. 19. 24.*

20. Non habitabitur uſque in finem, & non fundabitur uſque ad generationem & generationem: nec ponet ibi tentoria Arabs, nec paſtores requieſcent ibi.

21. Sed requieſcent ibi beſtiæ, & replebuntur domus eorum draconibus: & habitabunt ibi ſtruthiones, & piloſi ſaltabunt ibi:

22. & reſpondebunt ibi ululæ in ædibus ejus, & ſirenes in delubris voluptatis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

bet ex LXX. & *perdam injuriam iniquorum*, & *injuriam ſuperborum humiliabo*: tum addit: *Verbum Hebraïcum*, gaon, *quod perſpicuè* arrogantiam, & ſuperbiam *ſonat*, *Theodotio & LXX. ſemper* injuriam *tranſtulerunt*. In ed. Rom. ſic totus ℣. exſtat: Καὶ ἀτελῶμαι τῇ οἰκουμένῃ ὅλῃ κακὰ, καὶ τοῖς ἀσεβέσι τὰς ἁμαρτίας αὐτῶν, καὶ ἀπολῶ ὕβριν ἀνόμων, καὶ ὕβριν ὑπερηφάνων ταπεινώσω· i. e. *Et mandabo univerſo orbi terræ mala*, &c. fortaſſe mendum eſt in edit. Tichon. τὸ *mortuis terræ*, legendumque *orbi terræ*.

℣. 12. Hieron. in Iſai. 13. p. 152. b. ita legit ex LXX. *Et erunt qui derelicti fuerint, honorati magis, quàm aurum excelſum; & homo honorabilior erit lapide Sophir.* Itidem in ed. Rom. niſi quòd pro *excelſum*, eſt ἄπυρον, quod Nobil. vertit *incelſum*; & pro *lapide Sophir*, ita, ἢ ὁ λίθος, ὁ ἐν Σωφίρ, *quàm lapis*, **qui in Suphir*. Mſs. Alex. & Mediol. ἐκ Σωφίρ, *de Suphir*.

℣. 13. Similiter Hieron. in Iſai. 13. col. 152. d. ex LXX. *Cælum enim furiet: & terra movebitur à fundamentis ſuis.* Ita quoque hab. ed. Rom. cum ſeqq. διὰ θυμὸν ὀργῆς Κυρίου σαβαὼθ, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ᾗ ἂν ἐπέλθῃ ὁ θυμὸς αὐτοῦ· i. e. *propter furorem iræ Domini ſabaoth, in die qua ſupervenerit furor ejus.*

℣. 14. Græc. in principio hab. num. plur. Καὶ ἔσονται οἱ καταλελειμμένοι, *Et erunt qui relicti ſunt*; extremòque, ὥστε ἄνθρωπον εἰς τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀποστραφῆναι, καὶ ἄνθρωπος εἰς τὴν χώραν ἑαυτοῦ διαφεύξεται· *ita ut homo ad populum ſuum revertatur, & homo ad regionem ſuam expelletur.* Mſ. Alex. καὶ ἄνθρωπον εἰς τὴν χώραν αὐτοῦ διαφεύξεται· cæt. quadrant.

℣. 15. Græc. Ὃς γὰρ ἂν ἁλῶ, πτηθήσεται· καὶ οἵ τινες, &c. *Quicunque enim deprehenſus fuerit, opprimetur*: & *quicunque*, &c. ut in textu.

℣. 16. Græc. initio hab. Καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν ῥάξουσι ἐνώπιον αὐτῶν· *Et filios eorum allident coram eis*; reliqua ut in textu.

℣. 17. Vix meliùs è Græco.

℣. 18. Eadem prorſus in Græco, præter unum aut alterum, nempe τοξεύματα, *ſagittas*, loco *ſagittationes*; & τέκνοις, *filios*, pro *nepotes*.

℣. 19. Sic eſt in Græco, excepto uno ἀπὸ βασιλέως, *à rege*, loco *glorioſa regis*: & ſanè Hieron. iſta refert cum ſeqq. ex edit. LXX.

℣. 20. Græc. addit χρόνον, *tempus*, ad vocem *æternum*; ſtatimque num. plur. οὐδὲ μὴ εἰσέλθωσιν εἰς αὐτὴν, *neque ingredientur in eam*; reliqua ut in textu.

℣. 21. Ita Græcè, exceptâ primâ voculâ καὶ, &, pro *ſed*: vide Hieron. ſup. col. 141. a. Apud Ambroſ. in Luc. 4. col. 1334. e. *habitabunt in ea filiæ ſirenum.*

℣. 22. Similiter in Græco.

CAPUT XIV.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Iſai. 14. col. 154. a. 1. CItò veniet, & non tardabit.....

VULGATA NOVA.

1. PRope eſt ut veniat tempus ejus, & dies ejus non elongabuntur. Miſerebitur enim Dominus Jacob, & eliget adhuc de Iſraël, & requieſcere eos faciet ſuper humum ſuam: adjungetur advena ad eos, & adhærebit domui Jacob.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc. Ταχὺ ἔρχεται, *Citò venit*, &c. ſubdit Hieron. *Quod ſequitur* (in Vulg.) & dies ejus non protrahentur, *aſteriſcis notandum eſt, quia de Theodotione addita ſunt.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

2. Et tenebunt eos populi, & adducent eos in locum ſuum: & poſſidebit eos domus Iſraël ſuper terram Domini in ſervos & ancillas: & erunt capientes eos, qui ſe ceperant, & ſubjicient exactores ſuos.

3. Et erit in die illa: cùm requiem dederit tibi Deus à labore tuo, & à concuſſione tua, & à ſervitute dura, qua ante ſerviſti:

VULGATA NOVA.

4. ſumes parabolam iſtam contra regem Babylonis, & dices: Quomodo ceſſavit exactor, quievit tributum?

5. Contrivit Dominus baculum impiorum, virgam dominantium,

VERSIO ANTIQUA.

4. & ſumes planctum hunc..... *Hieron. in Iſai. 14. col. 155. e.*

5. Contrivit Dominus jugum impiorum, jugum..... *Ibid. 156. f.*

VULGATA NOVA.

6. cædentem populos in indignatione, plaga inſanabili, ſubjicientem in furore gentes, perſequentem crudeliter.

7. Conquievit & ſiluit omnis terra, gaviſa eſt & exſultavit:

8. abietes quoque lætatæ ſunt ſuper te, & cedri Libani: ex quo dormiſti, non aſcendet qui ſuccidat nos.

9. Infernus ſubter conturbatus eſt in occurſum adventus tui, ſuſcitavit tibi gigantes. Omnes principes terræ ſurrexerunt de ſoliis ſuis, omnes principes nationum.

10. Univerſi reſpondebunt, & dicent tibi: Et tu vulneratus es ſicut & nos, noſtri ſimilis effectus es.

VULGATA NOVA.

11. Detracta eſt ad inferos ſuperbia tua, concidit cadaver tuum: ſubter te ſternetur tinea, & operimentum tuum erunt vermes.

12. Quomodo cecidiſti de cœlo lucifer, qui manè oriebaris? corruiſti in terram, qui vulnerabas gentes?

13. qui dicebas in corde tuo: In cœlum conſcendam, ſuper aſtra Dei exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte teſtamenti, in lateribus Aquilonis.

14. Aſcendam ſuper altitudinem nubium, ſimilis ero Altiſſimo.

15. Veruntamen ad infernum detrahêris in profundum laci:

16. qui te viderint, ad te inclinabuntur, teque proſpicient: Nunquid iſte eſt vir, qui conturbavit terram, qui concuſſit regna,

VERSIO ANTIQUA.

11. Detracta eſt ad inferos gloria tua, multa lætitia tua..... *Hieron. in Iſai. 14. col. 157. e.*

12. Quomodo cecidit lucifer de cœlo, manè oriens? contritus eſt in terra, qui mittebatur ad omnes gentes? *Tichon. reg. 7. p. 63. b. 64. b.*

13. Tu autem dixiſti in animo tuo: In cœlum aſcendam, ſuper ſtellas Dei ponam ſedem meam, ſedebo in monte alto, ſuper montes altos in Aquilonem.

14. Aſcendam ſuper nubes, ero ſimilis Altiſſimo.

15. Nunc autem ad inferos deſcendes in fundamenta terræ:

16. & qui viderint te, mirabuntur ſuper te, & dicent: Hic eſt homo, qui concitat terram, movet reges,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Hîc poſitum eſt, & *ſumes planctum hunc*, è Gr. ἐξ λήψῃ τὸν θρῆνον τοῦτον. Hieron. enim ibid. ait: *Pro maſal, quam Aquila, & Symm. & Theod.* parabolam *transtulerunt..... LXX.* planctum *interpretati ſunt.*

℣. 5. Ita contextum deſcripſimus, ex his quæ Hieron. ibid. dicit: *Idcirco virga & baculus impiorum, pro quo LXX.* jugum *interpretati ſunt, percutit nos, &c. quia noluimus ſuſtinere jugum leviſſimum, jugum ſalvatoris.* In ed. Rom. Συνέτριψε Κύριος τὸν ζυγὸν τῶν ἁμαρτωλῶν, τὸν ζυγὸν τῶν ἀρχόντων.

℣. 11. Sic hodie legitur in Græco, excepto verbo κατέβη, *deſcendit*, pro *detracta eſt*: ita verò textum deſcripſimus, quia Hieron. utrumque textum explicando, ſic habet: *Detracta eſt ad inferos ſuperbia, vel gloria tua, & concidit cadaver tuum, ſive ut LXX. tranſtulerunt, multa lætitia tua.*

℣. 12. Ambroſiaſt. col. 90. c. & 167. a. *Quomodo cecidit de cœlo lucifer, qui manè oriebatur?* Similiter Auct. op. imp. in Matth. hom. 49. p. 210. a. at Auguſt. l. 3. de doctr. Chr. to. 3. 64. a. *Quomodo cecidit de cœlo lucifer, manè oriens?* Auct. l. de promiſſ. ap. Proſp. c. 1. p. 189. d. *Quomodo cecidit lucifer, qui manè oriebatur?* Auct. quæſt. Vet. T. q. 1. ap. Aug. to. 3. 42. e. *Quomodo cecidiſti de cœlo lucifer, qui manè oriebaris?* Hieron. in Iſai. 14. p. 158. a. ita legit ex ed. LXX. *Quomodo cecidit de cœlo lucifer, qui manè oriebatur? contritus eſt in terram, qui mittebas ad omnes gentes?* Ita quoque eſt in Gr. ed. Rom. In ed. Compl. Συντετρίψεις, *contritus es.* Apud Tichon. inf. *confractus eſt*; ſubinde, *qui mittitur.*

℣. 13. Eadem refert Cypr. ep. 55. p. 81. a. verbum pro verbo: nec diſſimilia Græc. habet, præter vocem οὐρανῶ, *cœli*, loco *Dei*; ultimòque, τὰ πρὸς βορρᾶν, *qui ad Aquilonem.* Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1174. d. legit: *In cœlum aſcendam, ſuper ſidera cœli ponam ſedem meam, ſedebo in monte excelſo, ſuper montes altos, qui ſunt ab Aquilone.* Anonym. ap. Ambr. col. 6. b. *ſedebo in monte ſublimi, ſuper montes excelſos ad Aquilonem.* Hieron. etiam in Iſai. 14. col. 158. f. dicit LXX. tranſtuliſſe, *in monte ſublimi, ſuper montes excelſos, qui ſunt ad Aquilonem:* item ipſe in Iſai. 2. col. 27. a. legit: *ſuper ſtellas cœli ponam ſedem meam, ſedebo in monte excelſo, ſuper omnes montes excelſos ad Aquilonem:* & in Zachar. 2. col. 1718. a. *In cœlum aſcendam, ſuper ſidera cœli ponam thronum meum, ſedebo in monte ſublimi, ſuper montes excelſos in Aquilone:* & l. 3. cont. Pelag. to. 4. 542. f. *Super ſidera aſcendam, ponam in cœlo thronum meum, & ero ſimilis Altiſſimo:* & epiſt. ad Euſtoch. to. 4. p. 2. col. 29. a. *ſuper ſidera cœli ponam ſedem meam.* Auguſt. in Pſ. 59. to. 4. 582. f. *ponam ſedem meam ad Aquilonem.* Similiter hab. Caſſiod. in Pſ. 38. & 118. p. 131. a. 418. a. Item Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 738. c. ſed addit: *aſcendam ſuper ſidera cœli, ſedebo ſuper montes excelſos.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 42. p. 178. b. *ſuper ſtellas cœli ponam tribunal meum.*

℣. 14. Concinunt Cypr. epiſt. 55. p. 81. a. & Hieron. in Iſai. 2. col. 27. a. unà cum Græco. Tertul. verò l. 5. adv. Marc. p. 799. b. legit: *Ponam in nubibus thronum meum, ero ſimilis Altiſſimo:* & ſup. p. 793. c. *Ero ſimilis Altiſſimi, ponam in nubibus thronum meum.* Ambroſ. in Pſ. 35. & 36. col. 770. c. 812. c. *Ponam thronum meum ſuper nubes, & ero ſimilis Altiſſimo:* ſimiliter l. 5. de fide, col. 596. a. & in Pſ. 118. col. 1004. f. 1046. c. at inf. 1174. e. habet: *Aſcendam ſuper nubes, & ero ſimilis Altiſſimo.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 28. p. 119. a. *Ponam ſedem meam in nube, & ero ſimilis Altiſſimo.* Auguſt. in Pſ. 1. to. 4. col. 3. e. *Ponam ſedem meam ad Aquilonem, & ero ſimilis Altiſſimo.* Auct. quæſt. utriuſq. T. q. 113. ap. Auguſt. to. 3. 116. *Ponam ſedem meam in nubibus, & ero ſimilis Altiſſimo.*

℣. 15. Tichon. paulò ſup. leg. *deſcendiſti*, non *deſcendes.* Cypr. ep. 55. p. 81. a. *Tu verò ad inferos deſcendes in fundamenta terræ.* Hieron. in Iſai. 14. col. 159. c. ex LXX. *Nunc autem in infernum deſcendes, & ad fundamenta terræ.* Ita quoque in Gr. ed. Rom.

℣. 16. Ita Græcè, deleto uno &, in principio. Cyprian. ep. 55. p. 81. a. legit: *& qui videbunt te, mirabuntur ſuper te:* & l. 3. Teſtim. p. 329. a. *Hic homo, qui concitat terram, commovet reges.* Caſſiod. in Pſ. 32. p. 107. b. *Hic eſt, qui commovebat terram:* verbo etiam iſto, *commovet*, utitur Tichon. inf. loco cit. In Gr. ὁ σείων.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Tichon. ubi ſup. 17. qui ponit orbem terræ totum deſertum, civitates deſtruxit, abductoſque non ſolvit?

18. Omnes reges gentium dormierant in honore, homo in domo ſua.

19. Tu autem projectus es in montes velut mortuus, abominatus cum omnibus qui ceciderunt interfecti gladio, & deſcenderunt ad inferos. Quomodo veniſti?

20. Sicut veſtimentum ſanguine conſperſum non erit mundum, ita nec tu eris mundus: quia terram meam perdidiſti, & plebem meam occidiſti: non eris in æternum tempus, ſemen nequam.

Hieron. in Iſai. 14. col. 162. 21. Præpara filios tuos occiſioni * peccatis patris tui, ut non conſurgant, & poſſideant terram, & impleant terram civitatum.

* *Ed. vitioſè* peccati.

22. Et inſurgam eis, dicit Dominus ſabaoth: & diſperdam nomen eorum, & reliquias, & ſemen: hæc dicit Dominus.

Tichon. reg. 4. p. 60. b. 23. Ponam Babylonem deſertum, ut inhabitent in ea hericii, & erit in nihilum, & ponam illud luti voraginem in perditionem: hæc dicit Dominus ſabaoth,

24. dicens: Quomodo dixi, ſic erit: & quemadmodum cogitavi,

25. ſic perſeverabit: Ut perdam Aſſyrios in terra mea, & in montibus meis: & erunt in conculcatione, & auferetur ab eis jugum eorum, & gloria ab humeris eorum auferetur.

26. Hæc cogitatio, quam cogitavit Dominus in orbem terræ totum, & hæc manus alta ſuper omnes gentes orbis terræ.

27. Deus enim ſanctus quod cogitavit, quis

VULGATA NOVA.

17. qui poſuit orbem deſertum, & urbes ejus deſtruxit, vinctis ejus non aperuit carcerem?

18. Omnes reges gentium univerſi dormierunt in gloria, vir in domo ſua.

19. Tu autem projectus es de ſepulcro tuo, quaſi ſtirps inutilis pollutus, & obvolutus cum his qui interfecti ſunt gladio, & deſcenderunt ad fundamenta laci, quaſi cadaver putridum.

20. Non habebis conſortium, neque cum eis in ſepultura: tu enim terram tuam diſperdidiſti, tu populum tuum occidiſti: non vocabitur in æternum ſemen peſſimorum.

21. Præparate filios ejus occiſioni in iniquitate patrum ſuorum: non conſurgent, nec hæreditabunt terram, neque implebunt faciem orbis civitatum.

22. Et conſurgam ſuper eos, dicit Dominus exercituum: & perdam Babylonis nomen, & reliquias, & germen, & progeniem, dicit Dominus.

23. Et ponam eam in poſſeſſionem ericii, & in paludes aquarum, & ſcopabo eam in ſcopa terens, dicit Dominus exercituum.

24. Juravit Dominus exercituum, dicens: Si non, ut putavi, ita erit: & quomodo mente tractavi,

25. ſic eveniet: Ut conteram Aſſyrium in terra mea, & in montibus meis conculcem eum: & auferetur ab eis jugum ejus, & onus illius ab humero eorum tolletur.

26. Hoc conſilium, quod cogitavi ſuper omnem terram, & hæc eſt manus extenta ſuper univerſas gentes.

27. Dominus enim exercituum decrevit: &

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 17. In edit. Tichonii legitur *civitas autem*, loco *civitates*; ſed aperto mendo, quod correximus: Græcè conſtanter, καὶ τὰς πόλεις αὐτῦ. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 329. a. ſimiliter hab. *qui ponit orbem terræ totum deſertum*, è Gr. ὁ θεὶς τὴν οἰκυμένην ὅλην ἔρημον. Hieron. in Iſai. 14. p. 160. d. *qui poſuit orbem terrarum deſertum, ſive*, inquit, *ut juxta Hebraïcum, præter LXX. omnes alii tranſtulerunt, quaſi deſertum:* & paulò ſup. ad hæc Vulgatæ verba, *vinctis ejus non aperuit carcerem*, addit: *ſive ut LXX. tranſtulerunt:* eos qui ducebantur non ſolvit. In ed. Rom. τὺς ἐν ἀπαγωγῇ οὐκ ἔλυσε, & *qui in obductione erant non ſolvit.*

℣. 18. Eadem refert Hieron. in Iſai. 14. col. 160. f. ex LXX. excepto verbo *dormierunt:* ita quoque eſt in Gr. ed. Rom. Apud Tichon. loco citato, p. 65. b. *Omnes reges terræ dormierunt in honore*, &c.

℣. 19. In edit. Tichonii pro *interfecti*, legitur *in deſertis*, ſed manifeſto errore typographico; nec multò meliùs infra, p. 65. b. *inſerti;* nam in Gr. conſtanter, ἐκκεκεντημένων, *confoſſis*, menda autem id genus frequenter occurrunt oculis in Biblioth. nov. PP. Lugdun. Hieron. in Iſai. 14. col. 160. f. Ita legit ex LXX. *Tu autem projicieris in montibus ſicut abortivum, abominabilis, & involutus cum interfectis gladio, deſcendentibus ad fundamenta terræ:* at inf. col. 161. a. ait: *Projectus eſt autem quaſi ſanies, quæ*, inquit, *Hebraïcè dicitur* neſer; *quam Aquila* ἰχῶρα *interpretatus eſt*, rabem *videlicet*, & pædorem; *quem Symm.* ἔκτρωμα, *id eſt*, abortivum, *LXX.* mortuum. In ed. Rom. ſic: Σὺ δὲ ῥιφήσῃ ἐν τοῖς ὄρεσιν ὡς νεκρὸς, ἐβδελυγμένος μετὰ πολλῶν τετρωκότων ἐκκεκεντημένων μαχαίραις, καταβαινόντων εἰς ᾅδην in Ald. & Compl. μαχαίρᾳ. Nuſpiam autem id invenitur quod extremò addit Tichon. *Quomodo veniſti?* idem tamen rurſus memorat inf. p. 65. c.

℣. 20. Eadem repetit Tichonius inf. col. 65. c. Multùm autem hîc Hebraïcum textum & LXX. differre inter ſe obſervat Hieron. in hunc loc. col. 161. d. 162. a. Ita quippe habent LXX. ipſo auctore: *Quomodo veſtimentum commiſtum ſanguine non erit mundum, ſic nec tu eris mundus: quia terram meam perdidiſti*, & *populum meum interfeciſti;* ſup. 114. b. *occidiſti.* In Collat. Carthag. p. 489. c. *Quomodo veſtimentum conſperſum in ſanguine non erit mundum, ita nec tu eris mundus: quia terram meam perdidiſti*, & *plebem meam occidiſti: non manebis in æternum tempus, ſemen nequam:* Hieron. locis cit. *ſemen peſſimum.* Collationi Carthag. Græcum conſonat ad verbum.

℣. 21. Ita Hieron. habet ex ed. LXX. item ſup. col. 114. e. ex eadem edit. *Para filios tuos interfectioni, propter peccata patris tui.* In Collat. Carthag. p. 489. c. *Para filios tuos interfici peccatis patris tui, ut non exſurgant.* Similiter ap. Tichon. reg. 7. p. 63. h. & 65. c. exceptis his, *interfice peccatis patris tui, ut non reſurgant;* ſed legendum procul dubio *interfici;* vet. enim Mſs. ſæpe mutant *i* in *e*. Græcè: Ἑτοίμασον τὰ τέκνα σου σφαγῆναι ταῖς ἁμαρτίαις τῦ πατρὸς αὐτῶν (Mſ. Alex. σου,) ἵνα μὴ ἀναστῶσι, καὶ κληρονομήσωσι τὴν γῆν, καὶ ἐμπλήσωσι τὴν γῆν πολέμων, al. πόλεων. Hieron. etiam ibid. col. 114. e. notat dictionem Hebraïcam ſignificare poſſe *civitates*, & *adverſarios.*

℣. 22. Eadem prorſus in Græco.

℣. 23. Hieron. in Iſai. 14. p. 163. b. ita legit ex LXX. *Et ponam Babyloniam deſertam, dicit Dominus, ita ut habitent in ea hericii*, & *erit in nihili*, & *ponam eam luti voraginem in perditionem.* Ita quoque eſt in Gr. ed. Rom. deletis tamen his, *dicit Dominus*, & *in ea;* hab. etiam ἔρημον, *deſertum*, non *deſertam;* ultimòque addit, τάδε λέγει Κύριος σαβαώθ.

℣. 24. A Græco abeſt verbum 1. *dicens;* loco verò *cogitavi*, legitur βεβούλευμαι, *conſilium cepi;* cæt. ut in Lat. ſup.

℣. 25. Eadem pene in Græco, niſi quòd jungitur αὐτῶν, *eorum*, huic voci, *gloria;* tollitur verò poſt ſeq. *humeris;* at in ed. Compl. habetur ὤμων αὐτῶν. Obſervat etiam Hieron. in hunc loc. col. 164. a. pro *onus*, quod legitur in Vulg. LXX. tranſtuliſſe κῦδος, id eſt, *gloria.*

℣. 26. Græcè, loco *cogitatio*, *quam cogitavit*, legitur ἡ βουλὴ, ἣν βεβούλευται, *conſilium*, *quod decrevit;* cæt. ut in textu, hoc detracto ult. *orbis terræ;* quod tamen ſubdit Mſ. Alex. Ad hoc autem Vulg. *ſuper omnem terram*, Hieron. in comm. col. 164. d. ait: *Pro* omni terra, *LXX.* univerſum orbem *interpretati ſunt.*

℣. 27. Græc. ipſo initio hab. Ἃ γὰρ, *Quæ enim*, loco ſeq. *quod;* & pro *cogitavit*, conſtanter, βεβούλευται, *decrevit;* ſubinde, αὐτὴν τὴν ὑψηλὴν, *ejus excelſam*, loco *illam fortem;* cæt. ut in Lat. ſupra.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

quis poterit infirmare? & manus ejus extenta: & quis avertet eam?

28. In anno, quo mortuus est rex Achaz, factum est onus istud:

29. ne læteris Philisthæa omnis tu, quoniam comminuta est virga percussoris tui: de radice enim colubri egredietur regulus, & semen ejus absorbens volucrem.

30. Et pascentur primogeniti pauperum, & pauperes fiducialiter requiescent: & interire faciam in fame radicem tuam, & reliquias tuas interficiam.

VERSIO ANTIQUA.

disperget? & manum illam fortem quis avertet? *Tichon. ubi sup.*

28. Anno, quo mortuus est rex Achaz, factum est verbum istud: *Hieron. in Isai. 14. col. 164.*

29. ne lætemini alienigenæ omnes, contritum est enim jugum ejus, qui percuticbat vos: siquidem ex semine serpentis egredientur genimina aspidum, & ex geniminibus eorum egredientur serpentes pennati.

30. Et pascentur pauperes per eum, & pauperes homines in pace requiescent: interficiet autem in fame semen tuum, & reliquias tuas occidet.

VULGATA NOVA.

31. Ulula porta, clama civitas: prostrata est Philisthæa omnis: ab Aquilone enim fumus veniet, & non est qui effugiet agmen ejus.

32. Et quid respondebitur nunciis gentis? Quia Dominus fundavit Sion, & in ipso sperabunt pauperes populi ejus.

32... *Vide Not.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 28. Hæc & seqq. refert Hieron. secundùm edit. LXX. ita quoque leguntur hodie in Gr. ed. Rom.

℣. 29. Hæc tota concinunt cum Græco, nisi exceperis τὸ ex geniminibus, pro quo rursus τὰ ἔκγονα, *fetus*; ultimò etiam πετάμενοι, *volantes*, loco *pennati*.

℣. 30. Vix meliùs è Græco.

℣. 32. Hieron. in Isai. 14. col. 165. f. monet *pro* nunciis, quod hab. Vulg. *id est*, angelis, *omnes*, præter Symmachum, *reges* esse interpretatos: & sup. 117. a. *Pro angelis*, inquit, *LXX. transtulerunt* reges, *unius aleph littera errore decepti.*

CAPUT XV.

VULGATA NOVA.

1. ONus Moab. Quia nocte vastata est Ar Moab, conticuit: quia nocte vastatus est murus Moab, conticuit.

2. Ascendit domus, & Dibon ad excelsa in planctum super Nabo, & super Medaba, Moab ululavit: in cunctis capitibus ejus calvitium, & omnis barba radetur.

Jer. 48. 37. Ezech. 7. 18.

3. In triviis ejus accincti sunt sacco: super tecta ejus, & in plateis ejus omnis ululatus descendit in fletum.

4. Clamabit Hesebon, & Eleale, usque Jasa audita est vox eorum: super hoc expediti Moab ululabunt, anima ejus ululabit sibi.

5. Cor meum ad Moab clamabit, vectes ejus usque ad Segor vitulam conternantem: per ascensum enim Luith flens ascendet, & in via Oronaim clamorem contritionis levabunt.

VERSIO ANTIQUA.

1. VErbum contra Moabitidem. Nocte periit Moabitis: nocte enim periit murus Moabitidis. *Hieron. in Isai. 15. col. 166. f. 167. a.*

2. Contristamini in vobis, peribit enim Dimon, ubi ara est: illuc ascendetis ad plorandum..... *Ibid. 167. a.*

VULGATA NOVA.

6. Aquæ enim Nemrim desertæ erunt, quia aruit herba, defecit germen, viror omnis interiit.

7. Secundùm magnitudinem operis, & visitatio eorum: ad torrentem salicum ducent eos.

8. Quoniam circuivit clamor terminum Moab: usque ad Gallim ululatus ejus, & usque ad Puteum Elim clamor ejus.

9. Quia aquæ Dibon repletæ sunt sanguine: ponam enim super Dibon additamenta; his qui fugerint de Moab leonem, & reliquiis terræ.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ista refert Hieron. ex edit. LXX. item inf. 173. b. ex iisdem, *Verbum contra Moab.* In ed. Rom. Τὸ ῥῆμα τὸ κατὰ τῆς Μωαβίτιδος. In Compl. Ῥῆμα κατὰ τῆ Μωάβ. Ubique inf. ἀπολεῖται..... ἀπολεῖται, *peribit..... peribit*, non *persit..... periit.*

℣. 2. Ita rursum Hieron. ex ed. LXX. In Rom. sic: Λυπεῖσθε ἐφ' ἑαυτοῖς, ἀπολεῖται γὰρ ἡ Διβὼν, ἡ ὁ βωμὸς ὑμῶν· ἐπὶ ἀναβήσεσθε κλαίειν, &c.

CAPUT XVI.

VULGATA NOVA.

1. EMitte agnum Domine dominatorem terræ, de Petra deserti ad montem filiæ Sion.

2. Et erit: Sicut avis fugiens, & pulli de nido avolantes, sic erunt filiæ Moab in transcensu Arnon.

3. Ini consilium, coge concilium: pone quasi noctem umbram tuam in meridie: absconde fugientes, & vagos ne prodas.

VULGATA NOVA.

4. Habitabunt apud te profugi mei: Moab esto latibulum eorum à facie vastatoris: finitus est enim pulvis, consummatus est miser: defecit qui conculcabat terram.

5. Et præparabitur in misericordia solium, &

VERSIO ANTIQUA.

4. Ecce proselyti per me accedent ad te..... *Tertul. l. 3. adv. Marc. p. 678. c.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Græc. Παροικήσουσί σοι οἱ φυγάδες Μωάβ, *Accolent tibi profugi Moab.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Isai. 16. col. 170.

6. Audivimus injuriam Moab, contumelioſus eſt valde: ſuperbia ejus, & injuria ejus, & furor non ſicut divinatio tua, non ſic.

7. Ululabit Moab, ſiquidem in Moab omnes ululabunt: habitatoribus autem Deſeth meditaberis, & non confundêris.

8. Campi Eſebon lugebunt, vinea Sabama.....

VULGATA NOVA.

ſedebit ſuper illud in veritate in tabernaculo David, judicans & quærens judicium, & velociter reddens quod juſtum eſt.

6. Audivimus ſuperbiam Moab, ſuperbus eſt valde: ſuperbia ejus & arrogantia ejus, & indignatio ejus pluſquam fortitudo ejus. *Jer. 48. 29.*

7. Idcirco ululabit Moab ad Moab, universus ululabit: his, qui lætantur ſuper muros cocti lateris, loquimini plagas ſuas.

8. Quoniam ſuburbana Heſebon deſerta ſunt, & vineam Sabama domini gentium exciderunt: flagella ejus uſque ad Jazer pervenerunt: erraverunt in deſerto, propagines ejus relictæ ſunt, tranſierunt mare.

VULGATA NOVA.

9. Super hoc plorabo in fletu Jazer vineam Sabama: inebriabo te lacrymâ meâ Heſebon, & Eleale: quoniam ſuper vindemiam tuam, & ſuper meſſem tuam vox calcantium irruit.

10. Et auferetur lætitia & exſultatio de Carmelo, & in vineis non exſultabit neque jubilabit: vinum in torculari non calcabit qui calcare conſueverat: vocem calcantium abſtuli.

11. Super hoc venter meus ad Moab quaſi cithara ſonabit, & viſcera mea ad murum cocti lateris. 11... 12. *Vide Not.*

12. Et erit: cùm apparuerit quod laboravit Moab ſuper excelſis ſuis, ingredietur ad ſancta ſua ut obſecret, & non valebit.

13. Hoc verbum, quod locutus eſt Dominus ad Moab ex tunc:

14. & nunc locutus eſt Dominus, dicens: In tribus annis, quaſi anni mercenarii, auferetur gloria Moab ſuper omni populo multo, & relinquetur parvus & modicus, nequaquam multus. 14... *Vide Not.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 6. Hæc, & ſequentia citantur ab Hieronymo juxta edit. LXX. In edit. Rom. tollitur *eſt*, poſt *contumelioſus*; loco verò *ſuperbia ejus*, & ſeqq. legitur, τὴν ὑπερηφανίαν ἐξῆς· οὐχ οὕτως ἡ μαντεία σου, οὐχ οὕτως, *ſuperbiam ſuſtuli: non ſic divinatio tua, non ſic*: à nonnullis abeſt verbum ἐξῆς; ed. etiam Compl. adjungit τὴν ὑπερηφανίαν antecedentibus; legit enim, ὑβρισὴν ἐφόλεσα τὴν ὑπερηφανίαν, *contumelioſam valde ſuperbiam*. In Mſ. Mediol. ita: ὑπερήφανος ἐφόλεσα, κατὰ τὸ ἔπαρμα αὐτοῦ, ἢ κατὰ τὴν ὑπερηφανίαν αὐτοῦ, ἢ τὴν ὀργὴν αὐτοῦ. In ed. Ald. ἢ ἡ ὕβρις αὐτοῦ, ἢ ἡ μῆνις αὐτοῦ. At Hieron. l. 3. cont. Pelag. to. 4. 531. c. ſic habet: *Audivimus ſuperbiam Moab, ſuperbus eſt valde: altitudinem illius, & elationem, & glorificationem, & inflationem cordis ego cognovi, dicit Dominus: quoniam nequaquam juxta inflationem ejus, & fortitudo illius eſt.*

℣. 7. Eadem leguntur Græcè, præter nomen Σέθ, pro *Deſeth*: error oriri potuit ab incuria librarii, qui junxit voculam δὲ, *autem*, cum ſeq. Σέθ, unde factum eſt *Deſeth*: attamen Hieronymus in decurſu explanationis conſtanter hab. col. 171. e. *Quod in LXX. poſitum eſt*, habitatoribus Deſeth, *in Hebraïco non habetur, ſed pro hoc legitur* ares, *quod* teſtam, *ſive* coctum laterem *ſignificat*.

℣. 8. Ita in Græco, excepto ult. Σεβαμά.

℣℣. 11. 12. Hieron. in hunc loc. col. 173. b. ait: *LXX. interpretati ſunt, Interiora Propheta quaſi murum renovata à Deo; & erubeſcere eum, id eſt, Moab, & intrare ad aras, & ad ea quæ manu facta ſint*: at verò ſenſum magis, quàm verba reddidiſſe Hieronymum, liquet ex his quæ leguntur hodie in edit. Rom. Καὶ τὰ ἐντός μου ὡς τεῖχος ἀνεκαίνισας. Καὶ ἔσαι εἰς τὸ ἀπεσπάσθαί σε, ὅτι ἐκεκράχει Μωὰβ ἐπὶ τοῖς βωμοῖς, καὶ εἰσελεύσεται εἰς τὰ χειροποίητα αὐτῆς· *Et interiora mea quaſi murum renovaſti. Et erit in confuſionem tuam, quia laboravit Moab in aris, & ingredietur in manufacta ſua*, &c.

℣. 14. LXX. pro *populo multo*, tranſtulerunt *divitiis multis*, teſte Hieronymo, ubi ſup. col. 173. c. nunc etiam legitur Græcè, παντὶ τῷ πλούτῳ τῷ πολλῷ.

CAPUT XVII.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Isai. 17. col. 173. f.

1. VErbum contra Damaſcum.....

VULGATA NOVA.

1. ONus Damaſci. Ecce Damaſcus deſinet eſſe civitas, & erit ſicut acervus lapidum in ruina.

VULGATA NOVA.

2. Derelictæ civitates Aroer gregibus erunt, & requieſcent ibi, & non erit qui exterreat.

3. Et ceſſabit adjutorium ab Ephraim, & regnum à Damaſco: & reliquiæ Syriæ ſicut gloria filiorum Iſraël erunt: dicit Dominus exercituum.

4. Et erit in die illa: attenuabitur gloria Jacob, & pinguedo carnis ejus marceſcet.

5. Et erit ſicut congregans in meſſe quod reſtiterit, & brachium ejus ſpicas leget: & erit ſicut quærens ſpicas in valle Raphaim. 5... *Vide Not.*

6. Et relinquetur in eo ſicut racemus, & ſicut excuſſio oleæ duarum vel trium olivarum in ſummitate rami, ſive quatuor aut quinque in cacuminibus ejus fructus ejus: dicit Dominus Deus Iſraël.

7. In die illa inclinabitur homo ad Factorem ſuum, & oculi ejus ad ſanctum Iſraël reſpicient:

8. & non inclinabitur ad altaria, quæ fecerunt manus ejus: & quæ operati ſunt digiti ejus non reſpiciet, lucos & delubra.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Isai. 17. col. 124. b. 176. f. 177. a. c. ex Lxx.

9. In die illa, erunt civitates tuæ derelictæ, ſicut dereliquerunt Amorrhæi & Evæi à facie filio-

VULGATA NOVA.

9. In die illa, erunt civitates fortitudinis ejus derelictæ ſicut aratra, & ſegetes quæ derelictæ

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hieron. dicit ſic habere LXX. tum ſubdit: *addentes de ſuo quod & in Moab fecere principio*. In ed. Rom. Τὸ ῥῆμα τὸ κατὰ Δαμασκοῦ.

℣. 5. Hieron. in hunc loc. col. 176. b. ait LXX. pro *valle Raphaim*, interpretatos eſſe *vallem duram*; Gr. ἐν φάραγγι στερεᾷ.

℣℣. 9. 10. Eadem ſunt in Græco, verbum pro verbo.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

ſunt à facie filiorum Iſraël, & eris deſerta.

10. Quia oblita es Dei ſalvatoris tui, & fortis adjutoris tui non es recordata : propterea plantabis plantationem fidelem, & germen alienum ſeminabis.

11. In die plantationis tuæ labruſca, & manè ſemen tuum florebit : ablata eſt meſſis in die hæreditatis, & dolebit graviter.

VERSIO ANTIQUA.

rum Iſraël, & erunt deſertæ. *Hieron. ubi ſup.*

10. Quia dereliquiſti Deum ſalvatorem tuum, & Domini auxiliatoris tui non es recordata : ideo plantabis plantationem infidelem, & ſemen infidele.

11. Et in die qua plantaveris, errabis : ſi autem manè ſeminaveris, florebit in meſſem in die hæreditatis, quando ſicut pater hominis dat hæreditatem filiis ſuis.

VULGATA NOVA.

12. Væ multitudini populorum multorum, ut multitudo maris ſonantis : & tumultus turbarum, ſicut ſonitus aquarum multarum.

13. Sonabunt populi ſicut ſonitus aquarum inundantium, & increpabit eum, & fugiet procul : & rapietur ſicut pulvis montium à facie venti, & ſicut turbo coram tempeſtate.

14. In tempore veſpere, & ecce turbatio : in matutino, & non ſubſiſtet : hæc eſt pars eorum qui vaſtaverunt nos, & ſors diripientium nos. 14... *Vide Not.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 11. Græcè deeſt ipſo initio, & *in* ſubinde, pro *in die hæreditatis*, &c. legitur : ἢ ἂν ἡμέρᾳ κληρώσῃ, ᾧ ὡς πατὴρ ἀνθρώπῳ κληρώσῃ τοῖς υἱοῖς ϛ· i. e. *quacunque die hæreditaveris, & tanquam pater hominis hæreditatem diſtribues filiis tuis* ; cæt. ut ſupra.

℣. 14. Hieron. in hunc locum col. 178. e. ait *pro non ſubſiſtet*, quod in Vulg. legitur, LXX. tranſtuliſſe *non erit*. Ita quoque in ed. Rom.

CAPUT XVIII.

VULGATA NOVA.

1. VÆ terræ cymbalo alarum, quæ eſt trans flumina Æthiopiæ,

2. qui mittit in mare legatos, & in vaſis papyri ſuper aquas. Ite angeli veloces ad gentem convulſam, & dilaceratam ; ad populum terribilem, poſt quem non eſt alius ; ad gentem exſpectantem & conculcatam, cujus diripuerunt flumina terram ejus.

3. Omnes habitatores orbis, qui moramini in terra, cùm elevatum fuerit ſignum in montibus, videbitis, & clangorem tubæ audietis :

VERSIO ANTIQUA.

1. VÆ terræ navium alarum trans flumina Æthiopiæ, *Hieron. in Iſai. 18. col. 179. ex LXX.*

2. qui mittis in mari obſides, & epiſtolas biblinas ſuper aquam. Ibunt enim nuncii leves ad gentem excelſam, & peregrinum populum & peſſimum : qui eſt trans eum, gens abſque ſpe, & conculcata : nunc flumina terræ omnis,

3. ſicut regio quæ habitatur, habitabitur regio eorum : quomodo ſi ſignum de monte elevetur, & tubæ vox audiatur.

VULGATA NOVA.

4. quia hæc dicit Dominus ad me : Quieſcam, & conſiderabo in loco meo, ſicut meridiana lux clara eſt, & ſicut nubes roris in die meſſis.

5. Ante meſſem enim totus efflоruit, & immatura perfectio germinabit, & præcidentur ramuſculi ejus falcibus : & quæ derelicta fuerint, abſcindentur, & excutientur.

6. Et relinquentur ſimul avibus montium, & beſtiis terræ : & æſtate perpetua erunt ſuper eum volucres, & omnes beſtiæ terræ ſuper illum hiemabunt.

7. In tempore illo, deferetur munus Domino exercituum à populo divulſo & dilacerato ; à populo terribili, poſt quem non fuit alius ; à gente exſpectante, exſpectante & conculcata, cujus diripuerunt flumina terram ejus ; ad locum nominis Domini exercituum, montem Sion. 7... *Vide Not.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Aptè ad Græc. præter vocem *alarum*, pro qua πτέρυγες ; at in ed. Compl. πτερύγων. Apud Ambroſ. l. 1. Hex. col. 14. b. *Væ terræ navium penna.* Apud Hieron. in Iſai. 2. col. 28. f. *Væ alis navium, quæ ſunt trans Æthiopiam.*

℣. 2. Græc. initio hab. ὁ ἀποστέλλων, *qui mittit* ; & infra, τίς ἀυτῦ ἰσχύσει ; *quis ultra illum ?* loco *qui eſt trans eum* ; ultimòque, πάντες, *omnia*, loco *omnis* ; cæt. ut in textu.

℣. 3. Similiter in Græco, præter ſeqq. ὡσεὶ ϛμεῖον..... ἀρθῇ, ὡς ϛάλπιγξος φωνὴ ἀκουσὸν ἔσται· Nobil. *quaſi ſignum de monte levabitur, quaſi tuba vox audibile erit.*

℣. 7. Hieron. in Iſai. 18. col. 127. c. ait : *LXX. pro eo quod nos diximus*, exſpectantem, exſpectantem, & *in Hebraïco ſcriptum eſt*, ſperantem, ſperantem ; *è contrario interpretati ſunt* ὑπόλπιζον, *id eſt, non ſperantem :* at in ed. Rom. eſt ἔθνος ἐλπίζον, *gens ſperans.*

CAPUT XIX.

VULGATA NOVA.

1. ONus Ægypti. Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem levem, & ingredietur Ægyptum, & commovebuntur ſimulachra Ægypti à facie ejus, & cor Ægypti tabeſcet in medio ejus.

VERSIO ANTIQUA.

1. VIſio Ægypti. [a] Ecce Dominus ſedet ſuper nubem levem, & venit in Ægyptum, & comminuentur manufacta Ægypti à facie illius, & cor ipſorum minorabitur in illis. *Hieron. in Iſai. 19. col. 181. c.* [a] *Tichon. reg. 4. p. 58. e.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic tota leguntur in Græco, præter fut. ἥξει, *veniet*, pro præſ. *venis*. Similiter hab. Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1210. d. & l. de exhort. virg. to. 2. 285. e. *Ecce Dominus ſedet ſuper nubem levem, & veniet in Ægyptum :* at in Pſ. 43. col. 899. d. *Ecce Dominus venit in nube levi.* Hilar. in Pſ. 96. ap. Marten. *Dominus venit in Ægypto ſuper nubem levem ;* & inf. *Dominus venit ſuper Ægyptum per nubem levem, & confringentur idola Ægypti.* Auct.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Tichon. ubi ſup. 2. Et exſurgent Ægyptii ſuper Ægyptios: & expugnabit homo fratrem ſuum, & homo proximum ſuum; & pugnabit civitas contra civitatem, & exſurget gens ſuper gentem.

3. Et turbabitur ſpiritus Ægyptiorum in ipſis, & cogitationes eorum diſpergam.....

VULGATA NOVA.

2. Et concurrere faciam Ægyptios adversùs Ægyptios: & pugnabit vir contra fratrem ſuum, & vir contra amicum ſuum, civitas adversùs civitatem, regnum adversùs regnum.

3. Et dirumpetur ſpiritus Ægypti in viſceribus ejus, & conſilium ejus præcipitabo: & interrogabunt ſimulachra ſua, & divinos ſuos, & pythones, & ariolos.

VULGATA NOVA.

4. Et tradam Ægyptum in manu dominorum crudelium, & rex fortis dominabitur eorum, ait Dominus Deus exercituum.

5. Et areſcet aqua de mari, & fluvius deſolabitur, atque ſiccabitur.

6. Et deficient flumina: attenuabuntur, & ſiccabuntur rivi aggerum. Calamus & juncus marceſcet: 6... *Vide Not.*

7. nudabitur alveus rivi à fonte ſuo, & omnis ſementis irrigua ſiccabitur, areſcet, & non erit.

8. Et mœrebunt piſcatores, & lugebunt omnes mittentes in flumen hamum, & expandentes rete ſuper faciem aquarum emarceſcent.

9. Confundentur qui operabantur linum, pectentes & texentes ſubtilia. 9... 10. *Vide Not.*

10. Et erunt irrigua ejus flaccentia: omnes qui faciebant lacunas ad capiendos piſces.

11. Stulti principes Taneos, ſapientes conſiliarii Pharaonis dederunt conſilium inſipiens. Quomodo dicetis Pharaoni: Filius ſapientium ego, filius regum antiquorum?

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Iſai. 30. col. 252. f. 12. Ubi ſunt nunc ſapientes tui? annuntient tibi, & dicant quid cogitaverit Dominus ſabaoth contra Ægyptum.

Idem in Iſai. 19. col. 184. c. 13. Defecerunt principes Taneos..... decipient Ægyptum per tribus.

VULGATA NOVA.

12. Ubi nunc ſunt ſapientes tui? annuntient tibi, & indicent quid cogitaverit Dominus exercituum ſuper Ægyptum.

13. Stulti facti ſunt principes Taneos, emarcuerunt principes Mempheos, deceperunt Ægyptum, angulum populorum ejus.

VULGATA NOVA.

14. Dominus miſcuit in medio ejus ſpiritum vertiginis: & errare fecerunt Ægyptum in omni opere ſuo, ſicut errat ebrius & vomens.

15. Et non erit Ægypto opus, quod faciat caput & caudam, incurvantem & refrenantem. 15... *Vide Not.*

16. In die illa erit Ægyptus quaſi mulieres, & ſtupebunt, & timebunt à facie commotionis manus Domini exercituum, quam ipſe movebit ſuper eam.

17. Et erit terra Juda Ægypto in pavorem: omnis qui illius fuerit recordatus, pavebit à facie conſilii Domini exercituum, quod ipſe cogitavit ſuper eam.

18. In die illa erunt quinque civitates in terra Ægypti, loquentes linguâ Chanaan, & jurantes per Dominum exercituum: Civitas ſolis vocabitur una. 18... *Vide Not.*

VERSIO ANTIQUA.

Auguſt. de unit. Eccl. to. 9. 367. a. b. 19. Illo die erit altare Domini in regione Ægyptiorum, & titulus ad fines eorum Domino:

20. & erit in ſignum in æternum Domino in regione Ægyptiorum. Quoniam clamabunt ad Dominum adversùs eos qui eis preſſuram faciebant, & mittet illis Dominus hominem, qui ſalvos eos faciet: judicans ſervabit eos.

VULGATA NOVA.

19. In die illa erit altare Domini in medio terræ Ægypti, & titulus Domini juxta terminum ejus

20. erit in ſignum, & in teſtimonium Domino exercituum in terra Ægypti. Clamabunt enim ad Dominum à facie tribulantis, & mittet eis ſalvatorem & propugnatorem, qui liberet eos.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

op. imp. in Matth. p. 32. e. 33. e. *Ecce Dominus deſcendit in Ægyptum, ſedens ſuper nubem levem, & cadent idola Ægypti.* Auctor l. de promiſſ. ap. Proſp. p. 171. c. *Ecce rex tuus venit, ſedens ſuper nubem levem:* & inf. p. 185. a. *fugient omnia manufacta Ægypti.* Auguſt. l. 8. de civit. Dei, c. 23. to. 7. 211. f. & *movebuntur manufacta Ægypti à facie ejus, & cor eorum vincetur in eis;* rectè *movebuntur*, è Græco ζειδήσεται.

℣. 2. Græc. in principio hab. Καὶ ἐπεγερθήσονται, *Et incitabuntur*, loco *Et exſurgent;* ſubinde delet hoc, & *pugnabit;* ſed in Mſ. Alex. rurſus eſt ἐπεγερθήσεσθαι, deinde cùm in ipſo, tum in al. πόλις ἐπὶ πόλιν, καὶ νόμος ἐπὶ νόμον, *civitas ſuper civitatem*, & *lex ſuper legem*, detractis ult. his, & *exſurget gens ſuper gentem;* cæt. ut in textu.

℣. 3. Ita Græcè, præter unum βουλὴν, *conſilium*, loco *cogitationes.*

℣. 6. Hieron. in hunc ℣. col. 183. c. ait: *Pro* junco, papyrum *LXX. tranſtulerunt, de quo charta fit, addentes de ſuo* achi viride, *quod in Hebraïco non habetur.* Similiter in ed. Rom. ἐν παντὶ ἕλει καλάμου καὶ παπύρου, καὶ τὸ ἄχι τὸ χλωρόν, &c.

℣. 9. Hieron. in hunc loc. col. 183. c. *Pro* ſubtilibus, byſſum *LXX. tranſtulerunt.*

℣. 10. Hieron. in hunc ℣. col. 184. a. *Pro* lacunis, inquit, *LXX.* ζύθον *tranſtulerunt, quod genus eſt potionis ex frugibus aquâque confectum.*

℣. 12. Græcè præponitur καὶ, verbo *annuntient;* & pro *cogitaverit*, habetur βεβούλευται, *deliberavit;* paulòque poſt, ἐπὶ *ſuper*, pro *contra;* cæt. ut in textu.

℣. 13. Itidem in Gr. edit. Rom.

℣. 15. Edit. Rom. Καὶ οὐκ ἔσται τοῖς Αἰγυπτίοις ἔργον, ὃ ποιήσει κεφαλὴν καὶ ὑφὼν, καὶ ἀρχὴν καὶ τέλος. Hieron. in hunc ℣. col. 185. b. *Pro* principio & fine, *quod* & *Symmachus*, & *LXX. tranſtulerunt, Theodotio more ſuo ipſa verba Hebraïca poſuit*, chaphphe, & agmon, *quod Aquila interpretatur* incurvum, *atque* perverſum.

℣. 18. Hieron. in hunc loc. col. 130. f. *Pro* civitate ſolis, inquit, *neſcio quid volentes LXX. interpretati ſunt* aſedec, *quam quidam noſtrorum* urbem juſtitiæ *interpretatur:* vide not. a. Martianæi noſtri, ibid. necnon Hieron. inf. col. 181. f.

℣. 19. Similiter in Græco, niſi quòd loco *Domini*, eſt τῷ Κυρίῳ, *Domino;* & ſub fin. πρὸς τὸ ὅριον αὐτῆς, *ad terminum ejus*, loco *ad fines eorum.* Apud Tichon. reg. 4. p. 58. e. *Die autem illo erit altare Domini in regione Ægyptiorum*, & *tituli ad terminos ejus Domino.*

℣. 20. Græcè Αἰγύπτῳ, loco *Ægyptiorum;* paulòque poſt, διὰ τὰς θλιβούσας αὐτούς, *propter tribulantes eos*, loco *adversùs eos qui eis preſſuram faciebant;* ſubinde deeſt *Dominus;* cæt. ut in textu. Lactant. l. 4. Inſtit. c. 13. p. 576. & *mittet eis Deus hominem*, & (al. *qui*) *ſalvabit eos*, & *judicans ſanabit eos;* Gr. bis ζώσει. Ambr. in Pſ. 48. col. 949. a. *mittet illis hominem, qui ſalvabit eos:* & l. 2. de Sacram. col. 356. c. & *mittet Dom. hominem, qui ſalvos faciat eos:* itidem ep. 42. col. 968. a. præter verbum penult. *faciet.* Tichon. reg. 4. p. 58. e. *Erit autem in ſignum in æter-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

21. Et cognoſcetur Dominus ab Ægypto, & cognoſcent Ægyptii Dominum in die illa, & colent eum in hoſtiis & in muneribus: & vota vovebunt Domino, & ſolvent.

22. Et percutiet Dominus Ægyptum plagâ, & ſanabit eam, & revertentur ad Dominum, & placabitur eis, & ſanabit eos.

VERSIO ANTIQUA.

21. Et cognitus erit Dominus Ægyptiis, & timebunt Ægyptii Dominum in illo die, & facient ſacrificia: & vota promittent Domino, & reddent. *Aug. ubi ſup.*

22. Et feriet Dominus Ægyptios plagâ, & ſanabit eos ſuâ miſericordiâ, & convertentur ad Dominum, & exaudiet eos, & ſanabit eos.....

VULGATA NOVA.

23. In die illa erit via de Ægypto in Aſſyrios, & intrabit Aſſyrius Ægyptum, & Ægyptius in Aſſyrios, & ſervient Ægyptii Aſſur.

24. In die illa erit Iſraël tertius Ægyptio & Aſſyrio: benedictio in medio terræ,

25. cui benedixit Dominus exercituum, dicens: Benedictus populus meus Ægypti, & opus manuum mearum Aſſyrio: hæreditas autem mea Iſraël.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

unum Domino in regione Ægyptiorum. Arnob. jun. de Deo trino, p. 215. e. addit: *Clamabit populus ad Deum ſuum in angustiis ſuis, & mittet illis Dominus hominem, qui liberet eos.*

℣. 21. Ambroſ. epiſt. 42. col. 968. a. *Et notus erit Dominus Ægyptiis.* Ita quoque in Græco; dein ἐγνώσονται, & *cognoſcent*, loco & *timebunt*; reliqua ut in textu, niſi excipias verbum εὐξονται, *vovebunt*, loco *promittent*, quod idem ſonat.

℣. 22. Eadem Græc. habet, excepto uno ἰάσει, *ſanatione*, pro *ſua miſericordia*; ultimò etiam addit ἰάσει.

CAPUT XX.

VULGATA NOVA.

1. IN anno, quo ingreſſus eſt Tharthan in Azotum, cùm miſiſſet eum Sargon rex Aſſyriorum, & pugnaſſet contra Azotum, & cepiſſet eam: *1... 2. Vide Not.*

2. in tempore illo locutus eſt Dominus in manu Iſaiæ filii Amos, dicens: Vade, & ſolve ſaccum de lumbis tuis, & calceamenta tua tolle de pedibus tuis. Et fecit ſic, vadens nudus, & diſcalceatus.

VULGATA NOVA.

3. Et dixit Dominus: Sicut ambulavit ſervus meus Iſaias nudus, & diſcalceatus, trium annorum ſignum & portentum erit ſuper Ægyptum, & ſuper Æthiopiam:

VERSIO ANTIQUA.

3..... Sicut puer meus Eſaias vadit nudus, & excalciatus..... *Ambr. ep. 58. col. 1015. c.*

VULGATA NOVA.

4. ſic minabit rex Aſſyriorum captivitatem Ægypti, & tranſmigrationem Æthiopiæ, juvenum & ſenum, nudam & diſcalceatam, diſcoopertis natibus ad ignominiam Ægypti.

5. Et timebunt, & confundentur ab Æthiopia ſpe ſua, & ab Ægypto gloria ſua.

6. Et dicet habitator inſulæ hujus in die illa: Ecce hæc erat ſpes noſtra, ad quos confugimus in auxilium, ut liberarent nos à facie regis Aſſyriorum: & quomodo effugere poterimus nos?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hieron. in hunc loc. col. 188. f. *Pro* Tharthan, *LXX.* Tanathan *tranſtulerunt..... pro* Sargon, Arna; *quod quid interpretetur, ſcire non poſſumus.*

℣. 2. Hieron. in hunc loc. col. 133. b. *calciamenta* ὑ *pedibus*, LXX. *caligas* vocant.

℣. 3. Conſonat Græc. niſi quòd hab. περιπάτησαι, *ivit*, pro *vadit*. Vide etiam Ambroſ. ep. 58. col. 1013. e.

CAPUT XXI.

VULGATA NOVA.

1. ONus deſerti maris. Sicut turbines ab Aphrico veniunt, de deſerto venit, de terra horribili.

2. Viſio dura nunciata eſt mihi: qui incredulus eſt, infideliter agit: & qui depopulator eſt, vaſtat. Aſcende Aelam, obſide Mede: omnem gemitum ejus ceſſare feci.

3. Propterea repleti ſunt lumbi mei dolore, anguſtia poſſedit me ſicut anguſtia parturientis: corrui cùm audirem, conturbatus ſum cùm viderem.

4. Emarcuit cor meum, tenebræ ſtupefecerunt me: Babylon dilecta mea poſita eſt mihi in miraculum.

VERSIO ANTIQUA.

1. VIſio deſerti maris. Sicut tempeſtas de deſerto tranſeat, de deſerto veniens, de terra horribili. *Hieron. in Iſai. 21. col. 190. ex Lxx.*

2. Viſio dura annuntiata eſt mihi: prævaricator prævaricatur, & iniquus iniquè agit. Contra me Elamitæ, & legati Perſarum veniunt: nunc ingemiſcam, & conſolabor me.

3. Idcirco repleti ſunt lumbi mei anguſtiâ, dolores apprehenderunt me ſicut parturientem: iniquè egi ut non audirem, feſtinavi ut non viderem.

4. Errat cor meum, iniquitas inundavit ſuper me, anima mea inſiſtit timori. *Ibid. 191.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Editio Rom. delet vocem *maris*; contrà Mſ. Mediol. addit θαλάσσης, detracta voce *deſerti*: ſubinde ſic apud omnes, ἀπ' ἐρήμου διέλθοι, *per deſertum tranſeat*; ultimòque pro *horribili*, φοβερόν, *terribilis*; quæ vox ibid. adjungitur priori iſti verſûs ſeq. τὸ ὅραμα, *viſio*, cui etiam ſubjicitur ἀγ σκληρὸν, & *dura*.

℣. 2. Vix diſſimile quiddam in edit. Rom. præter hoc, ἐπ' ἐμοὶ, *ſuper me*, pro *contra me*; rurſuſque ἐπ' ἐμέ, additum voci *Perſarum*.

℣. 3. Græc. initio habet: Διατῦτο ἐπλήσθη ἡ ὀσφύς μου ἐκλύσεως, ἀγ ὠδῖνες, &c. *Propter hoc impletus eſt lumbus meus diſſolutione, & dolores*, &c. ut in textu.

℣. 4. Edit. Rom. Ἡ καρδία μου πλανᾶται, ἀγ ἡ ἀνομία μου βαπτίζει, ἡ ψυχή μου ἐφίκετο εἰς φόβον.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup. 5. Para mensam, speculare speculam: comedite, bibite, surgite principes, parate clypeos.

6. Quia sic dixit ad me Dominus: Vade, & pone tibi speculatorem: & quodcunque videris, annuntia.

7. Et vidi ascensores equites duos, ascensorem asini, & ascensorem cameli: audivi auditum multum.

Ibid. 192. 8. Et vocavi Uriam ad speculam: Dominus dixit: Steti per totam diem, & super castra ego steti tota nocte.

9. Et ecce ipse venit ascensor bigæ, & respondens, ait: Cecidit, cecidit Babylon, & omnia simulachra ejus, & manufacta contrita sunt in terra.

10. Audite qui derelicti estis, & doletis: audite quæ audivi à Domino sabaoth, Deus Israël annuntiavit nobis.

11. Visio Idumææ. Ad me clamat de Seir: Custodite propugnacula.

12. Custodio manè & nocte: si quæris, quære, & apud me habita.

Ibid. 193. f. 194. a. c. 13. In saltu ad vesperam dormietis, in via Dedan.

14. In occursum sitienti ferte aquam, qui habitatis in regione Theman, cum panibus occurrite fugientibus,

15. propter multitudinem occisorum, propter turbam errantium, propter multitudinem gladii, & propter multitudinem arcuum intentorum, & propter multitudinem cadentium in bello.

VULGATA NOVA.

5. Pone mensam, contemplare in specula comedentes & bibentes: surgite principes, arripite clypeum.

6. Hæc enim dixit mihi Dominus: Vade, & pone speculatorem: & quodcunque viderit, annuntiet.

7. Et vidit currum duorum equitum, ascensorem asini, & ascensorem cameli: & contemplatus est diligenter multo intuitu.

8. Et clamavit leo: Super speculam Domini ego sum, stans jugiter per diem: & super custodiam meam ego sum, stans totis noctibus. *Hab. 2. 1.*

9. Ecce iste venit ascensor vir bigæ equitum, & respondit, & dixit: Cecidit, cecidit Babylon, *Jer. 51.* & omnia sculptilia deorum ejus contrita sunt in 1. terram. *Apocal. 14. 8.*

10. Tritura mea, & filii areæ meæ, quæ audivi à Domino exercituum Deo Israël, annuntiavi vobis.

11. Onus Duma ad me clamat ex Seir: Custos quid de nocte? custos quid de nocte?

12. Dixit custos: Venit manè & nox: si quæritis, quærite: convertimini, venite.

13. Onus in Arabia. In saltu ad vesperam dormietis, in semitis Dedanim.

14. Occurrentes sitienti ferte aquam, qui habitatis terram Austri, cum panibus occurrite fugienti.

15. A facie enim gladiorum fugerunt, à facie gladii imminentis, à facie arcus extenti, à facie gravis prælii:

VULGATA NOVA.

16. quoniam hæc dicit Dominus ad me: Adhuc in uno anno, quasi in anno mercenarii, & auferetur omnis gloria Cedar.

17. Et reliquiæ numeri sagittariorum fortium de filiis Cedar imminuentur: Dominus enim Deus Israël locutus est.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 5. In edit. Rom. abest τὸ *speculare speculam*; loco verò *surgite*, legitur ἀναςάντες, *surgentes*; cæt. ut in textu. In Mss. Mediol. additur sup. σκόπευσον τὴν σκοπίαν.

℣. 6. Suffragatur edit. Rom. nisi quòd hab. Βαδίσας, Ζεαυτῷ ςῆσον, *Vadens, tibi statue*, pro *Vade*, & *pone tibi*, quod idem valet.

℣. 7. Eadem sunt in edit. Rom. præter ult. ista, ἀκρόασαι ἀκρόασιν πολλήν, *auscultа auscultatione multa*; supra etiam ponitur ἐν, ante 1. *ascensorem*.

℣. 8. Ita rursum in ed. Rom. si excipiatur verbum κάλεσον, *voca*, pro *vocavi*; ut & διαπαντὸς ἡμέρας, *semper die*, loco *per totam diem*. Hieron. ibid. 136. b. *Quid sibi voluerint*, inquit, *in hoc loco LXX. Interpretes, ut pro* leone, *qui Hebraïcè dicitur* aria, Uriam *transtulerint, non satis intelligo; præsertim cùm supradictus sacerdos* Urias *aliis litteris scriptus sit.*

℣. 9. Similia Græc. habet.

℣. 10. Itidem in Gr. edit. Rom. hoc excepto, ἐν οἱ ὀδυνώμενοι, & *qui doletis*, loco & *doletis*; in Mss. Alex. simpliciter, ἐν ὀδυνώμενοι.

℣. 11. Ita legitur in edit. Rom. excepto verbo κάλει, *voca*, pro *clamat*; al. καλεῖ, *vocat*; in Mss. Alex. καλεῖτε. Hieron. ubi sup. 192. f. 193. a. ait: *Quod nos diximus*, clamat, *vel* vocat, *id est*, καλεῖ, *secundùm Hebræi & Græci sermonis ambiguitatem dici potest* clama, *vel* voca; & *est sensus: Deus qui est custos meus, die ac nocte me ad pœnitentiam vocat.*

℣. 12. Sic est in Gr. edit. Rom. nisi excipiatur istud, ἐὰν ζητῆς, *si quæsieris*. At Hieron. ep. ad Damas. to. 4. 155. a. constanter legit: *si quæris, quære*, & *ad me habita in saltu.*

℣. 13. Hieron. ibid. ad hoc Vulg. *Onus in Arabia*, ait: *Hoc in editione LXX. Interpretum non habetur; sed quod sequitur:* In saltu ad vesperam dormietis in semitis Dodanim, *cum priori visione conjunctum est, ut legatur:* Si quæris, quære, & ad me habita in saltu: & inf. 138. a. *Pro eo quod nos juxta LXX. transtulimus*, dormietis, *potest interpretari* morabimini, *sive* habitabitis. In ed. Rom. Ἐν τῷ δρυμῷ ἐσπέρας κοιμηθῆς, ἢ ἐν τῇ ὁδῷ Δαιδάν· *In saltu vespere dormies, aut in via Dadan.* In Mss. Mediol. deest ἢ.

℣. 14. Itidem Græcè.

℣. 15. Eadem fere editio Rom. repetitâ conjunct. ἐν, post verba *occisorum*, & *errantium*; extremò etiam, loco *cadentium*, est τῶν πεπτωκότων, i. e. *eorum qui ceciderunt.*

CAPUT XXII.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Isai. 22. col. 195. ex Lxx. 1. VErbum vallis Sion. Quid factum est tibi nunc, quia ascendistis omnes in tecta vana?

2. repleta est civitas clamantium, urbs exsul-

VULGATA NOVA.

1. ONus vallis visionis. Quidnam quoque tibi est, quia ascendisti & tu omnis in tecta?

2. clamoris plena, urbs frequens, civitas exsul-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hieron. ibid. col. 138. d. *LXX.* inquit, *licet non habeatur in Hebræo, manifestiùs transtulerunt*, Verbum vallis Sion: seqq. etiam rursus hab. in Ose. c. 8. col. 1289. c. nec aliter in edit. Rom. nisi quòd vox ὅτι, *quia*, præponitur huic, *tibi*; at in Mss. Alex. νῦν, ὅτι, &c. in Compl. Ζοὶ νῦν, ὅτι, &c. Apud Ambros. in Luc. 17. col. 1480. c. *Quid factum est tibi nunc, quia ascendisti in domos vacuas?* Apud Oprat. l. 3. cont. Donat. p. 50. c. *Ut quid hoc factum est vobis, ideo quoniam ascendistis in templa supervacanea?*

℣. 2. Abest in ed. Rom. *urbs exsultans*; in Mss. verò Mediol. est ἡ πόλις γαυριῶσα· subinde in ed. Rom. ἐν μαχαίρᾳ,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.	
tans : interfecti tui, non interfecti gladio, nec mortui in bello.	tans : vulnerati tui, non vulnerati gladio ; nec mortui tui, mortui in bello.	*Hieron. ubi sup. col. 196.*
3. Cuncti principes tui fugerunt simul, durèque ligati sunt : omnes qui inventi sunt, vincti sunt pariter, procul fugerunt.	3. Omnes principes tui fugerunt, & qui capti sunt, durè ligati sunt : [a] & fortes in te longè fugerunt.	*Idem in Isai. 10. col. 90. f.* [a] *Idem in Isai. 22. col. 196.*
4. Propterea dixi : Recedite à me, amarè flebo : nolite incumbere ut consolemini me super vastitate filiæ populi mei.	4. Propterea dixi : Dimitte me, amarè flebo : nolite contendere ut consolemini me super contritione filiæ generis mei.	*Ibid. 197. ex Lxx.*
5. Dies enim interfectionis, & conculcationis, & fletuum, Domino Deo exercituum in valle visionis, scrutans murum, & magnificus super montem.	5. Quia dies tumultûs, & perditionis, & conculcationis, & error à Domino Deo sabaoth : in valle Sion errant, à minimo usque ad maximum : errant super montes.	
6. Et Aelam sumpsit pharetram, currum hominis equitis, & parietem nudavit clypeus.	6. Elamitæ autem tulerunt pharetras, ascensores homines super equos, & congregatio pugnantium.	
7. Et erunt electæ valles tuæ plenæ quadrigarum, & equites ponent sedes suas in porta.	7. Et erunt electæ valles tuæ, implebuntur quadrigis, & equites stipabunt portas tuas.	
8. Et revelabitur operimentum Judæ, & videbis in die illa armamentarium domus saltus.	8. Et revelabunt portas Judæ, & aspicient die illo in domus electas civitatis.	
9. Et scissuras civitatis David videbitis, quia multiplicatæ sunt : & congregastis aquas piscinæ inferioris,	9. Et revelabunt abscondita domorum arcis David, & videbunt quoniam plures sunt, & averterunt aquam antiquæ piscinæ in civitatem,	*col. 198.*
10. & domos Jerusalem numerastis, & destruxistis domos ad muniendum murum.	10. & destruxerunt domos Jerusalem, ad firmandos muros civitatis.	
4. Reg. 20. 20. 2. Par. 32. 30. 11. Et lacum fecistis inter duos muros ad aquam piscinæ veteris : & non suspexistis ad eum, qui fecerat eam, & operatorem ejus de longè non vidistis.	11. Et fecistis vobis aquam inter duos muros intra piscinam antiquam : & non aspexistis eum, qui à principio fecit eam, & creatorem illius non vidistis.	
12. Et vocabit Dominus Deus exercituum in die illa ad fletum, & ad planctum, ad calvitium, & ad cingulum sacci :		
13. & ecce gaudium & lætitia, occidere vitulos & jugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum : Comedamus, & bibamus : cras enim moriemur.	13..... Edamus, & bibamus : cras enim moriemur.	*Cypr. l. 3. Testim. p. 322. c.*
Sap. 2. 6.		
1. Cor. 15. 32. 14. Et revelata est in auribus meis vox Domini exercituum : Si dimittetur iniquitas hæc vobis donec moriamini, dicit Dominus Deus exercituum.	14..... Non remittetur vobis peccatum istud quoadusque moriamini.	
15. Hæc dicit Dominus Deus exercituum : Vade, ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo, ad Sobnam præpositum templi, & dices ad eum :	15. Hæc dicit Dominus sabaoth : Vade ad pastophorion ad Somnam quæstorem, & dices ei :	*Hieron. in Isai. 22. col. 200. ex Lxx.*
16. Quid tu hìc, aut quasi quis hic ? quia ex-	16. Quid tu hîc, aut quid tibi est hîc ? quoniam	

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

in gladiis, pro *gladio* ; ultimòque πολέμων, *prælierum*, pro *bello* ; at in Mſ. Alex. μαχαίρας..... πολέμῳ· itidem in Mſ. Mediol. & Compl. πολέμῳ, al. πολέμω ; cæt. ut in textu. Apud Ambroſ. in Luc. 17. col. 1489. c. *Impleta eſt civitas clamantium.* Apud Optat. l. 3. cont. Donat. p. 50. c. *Unaquæque civitas repleta eſt vociferantium : vulnerati tui, non vulnerati gladio ; & mortui in te, non mortui in bello :* & inf. 62. a. *vulnerati in te, non vulnerati gladio*, &c.

℣. 3. Similiter in Græco. Hieron. verò in Iſai. 22. col. 196. b. legit : *Cuncti principes tui fugerunt ſimul, durèque ligati ſunt*, ut in Vulg. tum addit : *In hoc loco LXX. interpretationèm ſecuti ſumus, quia non multùm ab Hebraïco diſtat in ſenſu. Cæterùm ut verbum ex verbo de Hebræo tranſferam, ita apud eos legitur :* Omnes primates tui migraverunt ſimul, ab arcu ligati ſunt : *quam editionem & alii Interpretes ſecuti ſunt.* Optat. l. 3. cont. Donat. p. 50. c. ſic habet : *Omnes principes tui in fugam converſi ſunt, & qui capti ſunt, graviter alligati : & fortieres tui longè fugati ſunt.* Ambroſ. in Luc. 17. col. 1480. c. *Omnes principes tui fugerunt, quicunque in te vulnerati ſunt.*

℣. 4. Concordat edit. Rom. niſi quòd hab. num. plur. ἄφετέ με, *dimittite me.* Optat. l. 3. cont. Donat. p. 49. c. *Miſſum me facite, amarè plorabo : nemo poterit conſolari me in contritione filiæ generis mei :* ita quoque inſ. col. 50. c. 51. a.

℣. 5. Eadem prorſus in Gr. exceptis his, ἢ πλάνη τις παρὰ Κυρίῳ, abſque ſeq. *Deo* ; item poſt paulò ſimpliciter, ἀπὸ μικρῦ ἕως μεγάλου, *à parvo uſque ad magnum.* Apud Optat. l. 3. cont. Donat. p. 50. c. 51. a. *in errore ſunt à minimo uſque ad maximum, errantes in montibus :* nota hæc verba ap. Optat. legi ſup. ante verſum 3.

℣. 6. Græc. ponit ἢ, ante *aſcenſores* ; ultimòque hab. παρεκτάξεως, *aciei*, loco *pugnantium* ; cæt. ut in textu. Mſ. Alex. delet καὶ. Optat. l. 3. cont. Donat. p. 50. c. legit : *Et aſcendent Elamitæ cum pharetris.*

℣. 7. Itidem in Græco, niſi excipias vocem ἁρμάτων, *curribus*, pro *quadrigis.*

℣. 8. Ita legitur in Græco. Apud Optat. l. 3. cont. Donat. p. 51. a. *Penetralia veſtra deferentur, ſeu proferentur ad publicum.*

℣. 9. Eadem ſunt in Gr. edit. Rom. præter verbum εἶδοσαν, *viderunt*, pro *videbunt* ; paulòque poſt, ἢ ὅτι ἀπέστρεψε, & *quia avertit*, pro & *averterunt* ; at in Mſ. Alex. ἢ ἀπέστρεψαν ; in Mediol. ac ed. Compl. ὅτι ἀπέστρεψαν. Apud Optat. l. 3. cont. Donat. p. 51. a. *Et ſecreta domûs Iſrael nudabuntur : quoniam convertiſtis aquam antiquæ piſcinæ ad civitatem veſtram.*

℣. 10. Optat. ubi ſup. & *dejeciſtis muros Jeruſalem, ut faceretis alteram munitionem.* Græc. ἢ ὅτι καθεῖλεσαν τὰς οἰκίας Ἰερουσαλὴμ εἰς ὀχυρώματα τείχους τῇ πόλει· & *quia deſtruxerunt domos Jeruſ. in munitiones muri civitati.*

℣. 11. Mirè concinit Gr. edit. Rom. niſi quòd hab. εἰς τὸν, *in eum qui*, poſt verb. *aſpexiſtis.* Optat. l. 3. cont. Donat. p. 51. a. *Et conſtituiſtis aquam inter duas munitiones : & ad piſcinam antiquam attendere noluiſtis, nec ad eum qui ab initio creavit illam.*

℣. 13. Græc. extremò hab. ἀποθνήσκομεν, *morimur* ; cæt. ut ſupra. Ambroſ. in Pſ. 48. col. 951. d. *Manducemus, & bibamus : cras enim moriemur :* ſimiliter l. de Elia, c. 19. col. 556. d. & l. de Nab. c. 8. col. 575. f.

℣. 14. Similiter in Græco.

℣. 15. Itidem Græcè, præter unum εἰπὸν, *dic*, pro *dices.* Vide etiam Hieron. ſup. col. 141. e.

℣. 16. Græc. initio hab. ἢ, pro *aut* ; paulòque poſt,

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi ſup. excìdiſti tibi ſepulcrum, & feciſti tibi in excelſo memoriam, & deſcripſiſti tibi in terra tabernaculum.

17. Ecce Dominus ſabaoth ejiciet, & conteret virum, & auferet ſtolam,

18. & coronam tuam glorioſam: & projiciet te in regionem magnam & abſque menſura, & ibi morieris: & ponet currum tuum optimum in ignominiam, & domum principis tui in conculcationem.

19. Et aufereris à diſpenſatione tua, & de gradu tuo.

20. Et erit in die illa: Vocabo puerum meum Eliacim filium Helciæ,

21. & induam illum ſtolâ tuâ, & coronam tuam dabo illi fortiter, & diſpenſationem tuam dabo in manus ejus: & erit quaſi pater habitatoribus Jeruſalem, & Judæ.

22. Et dabo gloriam domûs David ei, & principabitur, & non erit qui contradicat: & dabo clavem domûs David ſuper humerum ejus, & claudet, & non erit qui aperiat.

23. Et conſtituam eum principem in loco fideli, & in ſolium gloriæ domûs patris ejus.

24. Et erit confidens ſuper eum omnis glorioſus in domo patris ſui à minimo uſque ad maximum, omne vas parvulum à vaſis Aganoth: & pendebunt ſuper eum.

25. In die illa hæc dicit Dominus ſabaoth: Movebitur homo, qui ſtabilitus erat in loco fideli: & auferetur, & corruet, & diſperibit gloria quæ erat in eo, quoniam Dominus locutus eſt.

VULGATA NOVA.

cidiſti tibi hic ſepulcrum, excidiſti in excelſo memoriale diligenter, in petra tabernaculum tibi.

17. Ecce Dominus aſportari te faciet, ſicut aſportatur gallus gallinaceus, & quaſi amictum ſic ſublevabit te.

18. Coronans coronabit te tribulatione, quaſi pilam mittet te in terram latam & ſpatioſam: ibi morieris, & ibi erit currus gloriæ tuæ, ignominia domus Domini tui.

19. Et expellam te de ſtatione tua, & de miniſterio tuo deponam te.

20. Et erit in die illa: Vocabo ſervum meum Eliacim filium Helciæ,

21. & induam illum tunica tua, & cingulo tuo confortabo eum, & poteſtatem tuam dabo in manu ejus: & erit quaſi pater habitantibus Jeruſalem, & domui Juda.

22. Et dabo clavem domus David ſuper humerum ejus: & aperiet, & non erit qui claudat: & claudet, & non erit qui aperiat. *Apoc. 3. 7. Job. 12. 14.*

23. Et figam illum paxillum in loco fideli, & erit in ſolium gloriæ domui patris ejus.

24. Et ſuſpendent ſuper eum omnem gloriam domus patris ejus, vaſorum diverſa genera, omne vas parvulum, à vaſis craterarum uſque ad omne vas muſicorum.

25. In die illa dicit Dominus exercituum: Auferetur paxillus, qui fixus fuerat in loco fideli: & frangetur, & cadet, & peribit quod pependerat in eo, quia Dominus locutus eſt.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

rurſus δδε, *hic*, ante *ſepulcrum*; ſubinde μνημεῖον, *monumentum*, loco *memoriam*; & πέτρᾳ, pro *terrâ*; cæt. ut in textu. Apud Ambroſ. in Pſ. 48. col. 951. f. *Quid quia adificaſti, & excidiſti tibi ſepulcrum?*

℣. 17. Græc. ipſo initio hab. Ἰδὺ δὴ, *Ecce nunc*; paulòque poſt, ἐκβάλλει, *ejicit*, pro *ejiciet*, (at in Mſ. Alex. ac ed. Compl. ἐκβαλεῖ;) demum add. Σῦ, *tuam*, ad *ſtolam*; cæt. ut ſup.

℣. 18. Eadem prorſus in Græco, præter unum καλὸν, loco *optimum*.

℣. 19. Ita rurſum Græcè.

℣. 20. Itidem Græcè, præpoſito uno ἐγὼ, verbo *vocabo*; quæ tamen conjunctio abeſt à Mſ. Alex. ac ed. Compl. extremò autem conſtanter, Χελκίου, *Chelciæ*, non *Helciæ*.

℣. 21. Eadem fert Gr. edit. Rom. niſi id excipias, κατὰ κράτος, loco *fortiter*, Nobil. vertit *per imperium*; extremò etiam legitur, ἐγὼ τοῖς ἐνοικοῦσιν ἐν Ἰούδᾳ, & *inhabitantibus in Juda*, non ſimpliciter, & *Juda*.

℣. 22. Græc. initio delet vocem *domûs*, poſt *gloriam*; ſed addit αὐτῷ, *ei*, poſt verbum *dabo*; item poſt *humerum ejus*, ſubnectit iſta, ἐγὼ ἀνοίξει, ἐγὼ οὐκ ἔσται ὁ ἀποκλείων, & *aperiet*, & *non erit qui claudat*; deinde, ἐγὼ κλείσω, ἐγὼ οὐκ ἔσται ὁ ἀνοίγων, ut ſup. in textu.

℣. 23. Sic eſt in Græco, excepto uno ἐγὼ ἔσται, & *erit*, ante hoc, *in ſolium*.

℣. 24. Græc. hab. ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου, *à parvo uſque ad magnum*, tum addit: ἐγὼ ἔσονται ἐπικρεμάμενοι αὐτῷ τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, & *erunt pendentes ab eo die illa*, omiſſis his intermediis, *omne vas parvulum à vaſis Aganoth*; quæ tamen ſervant edd. Ald. & Compl. ſcilicet πᾶν τὸ σκεῦος τὸ μικρὸν ἀπὸ σκεύους τῶν Ἀγαγώθ. Hæc autem non memorantur à Cyrillo: apud Procop. ſignantur aſteriſco, Theodotionique tribuuntur: cæt. ut ſup. in textu.

℣. 25. Concinit Græc. edit. Rom. niſi quòd τὸ πρῶτον, *in die illa*, adnectit antecedentibus: ſub fin. etiam pro *in eo*, hab. ἐπ' αὐτόν, *ſuper eum*.

CAPUT XXIII.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Iſai. 23. col. 202. 1. VErbum Tyri. Ululate naves Carthaginis: quia perierunt, & ultra non venient de terra Citiorum: ducta captiva eſt.

2. Cui ſimiles facti ſunt habitatores inſulæ, negotiatores Phœnicis, transfretantes mare

3. in aquis multis, ſemen negotiatorum? quaſi meſſium illatarum, negotiatores gentium.

VULGATA NOVA.

1. ONus Tyri. Ululate naves maris: quia vaſtata eſt domus, unde venire conſueverant: de terra Cethim revelatum eſt eis.

2. Tacete qui habitatis in inſula: negotiatores Sidonis transfretantes mare, repleverunt te.

3. In aquis multis ſemen Nili, meſſis fluminis fruges ejus: & facta eſt negotiatio gentium.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hieron. ibid. col. 201. f. *Quid nobis videretur ſuper* onere, *vel* verbo, & aſſumptione Tyri, *juxta Hebræos ſupra in libro decem Viſionum hiſtoricæ explanationis diximus: nunc omnem contra Tyrum prophetiam ſecundùm ἀναγωγὴν, & editionem LXX. breviter percurremus*: & verò ſup. col. 143. b. ad hoc Vulg. *Ululate naves maris*, addit, *pro quo in LXX. legimus* Carthaginis, & *habetur in Hebræo* Tharſis. Similiter apud Ambroſ. l. de Elia, c. 19. col. 556. d. *Ululate naves Carthaginis, quæ perierunt, & non amplius erunt.* Apud Optat. l. 3. cont. Donat. p. 51. c. 52. a. *Viſio ſuper Tyrum. Ululate naves Carthaginis.* In edit. Rom. Τὸ ῥῆμα Τύρ. At in Mſs. Mediol. & Alex. necnon in edd. Ald. & Compl. ὅραμα; deinde, Ὀλολύξατε πλοῖα Καρχηδόνος· ὅτι ἀπώλετο, ἐγὼ ἀκέτι ἔρχονται ἐκ γῆς Κιτιαίων· ἤκουσαι αἰχμάλωτος.

℣. 2. Concordat Græc. Rom. niſi excipias vocem Φοινίκης, *Phœniciæ*, loco *Phœnicis*. Apud Ambroſ. l. de Elia, c. 19. col. 556. f. *mercatores Phœnicum, tranſmeantes mare.*

℣. 3. Hieron. ibid. col. 143. f. dicit: *Pro* Nilo, *quod apud Hebræos legimus* ſior, *LXX.* & *Theodotio* negotiatores *interpretati ſunt; quod verbum* turbidum, & *per hoc*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

4. Erubeſce Sidon: ait enim mare: fortitudo maris, dicens: Non parturivi, & non peperi, & non enutrivi juvenes, nec ad incrementum perduxi virgines.

5. Cùm auditum fuerit in Ægypto, dolebunt cùm audierint de Tyro:

6. Tranſite maria, ululate qui habitatis in inſula:

7. Nunquid non veſtra hæc eſt, quæ gloriabatur à diebus priſtinis in antiquitate ſua? ducent eam pedes ſui longè ad peregrinandum.

8. Quis cogitavit hoc ſuper Tyrum quondam coronatam, cujus negotiatores principes, inſtitores ejus inclyti terræ?

9. Dominus exercituum cogitavit hoc, ut detraheret ſuperbiam omnis gloriæ, & ad ignominiam deduceret univerſos inclytos terræ.

10. Tranſi terram tuam quaſi flumen filia maris, non eſt cingulum ultra tibi.

11. Manum ſuam extendit ſuper mare, conturbavit regna: Dominus mandavit adversùs Chanaan, ut contereret fortes ejus,

12. & dixit: Non adjicies ultra ut glorieris, calumniam ſuſtinens virgo filia Sidonis: in Cethim conſurgens tranſfreta, ibi quoque non erit requies tibi.

13. Ecce terra Chaldæorum talis populus non fuit, Aſſur fundavit eam: in captivitatem traduxerunt robuſtos ejus, ſuffoderunt domos ejus, poſuerunt eam in ruinam.

14. Ululate naves maris, quia devaſtata eſt fortitudo veſtra.

15. Et erit in die illa: In oblivione eris ô Tyre ſeptuaginta annis, ſicut dies regis unius: poſt ſeptuaginta autem annos erit Tyro quaſi canticum meretricis.

VERSIO ANTIQUA.

4. Erubeſce Sidon, dixit mare: fortitudo autem maris ait: Non parturivi, neque peperi, neque enutrivi juvenes, neque exaltavi virgines. *Hieron. ubi ſup.*

5. Cùm autem auditum fuerit in Ægypto, apprehendet eos dolor ſuper Tyro:

6. Ite Carthaginem, ululate qui habitatis in inſula hac: *Ibid. 203.*

7. Nonne hæc eſt contumelia veſtra à principio, antequam traderetur?

8. Quis cogitavit hæc ſuper Tyrum? nunquid minor eſt, aut non prævalet? negotiatores ejus, principes Chanaan inclyti terræ.

9. Dominus ſabaoth cogitavit diſſolvere omnem contumeliam gloriantium, & dehoneſtare omne quod inclytum eſt ſuper terram.

10. Operare terram tuam, etenim naves nequaquam veniunt de Carthagine:

11. & manus tua nequaquam prævalet, quæ in mari provocat reges: Dominus ſabaoth præcepit de Chanaan, perdere robur ejus: *Ibid. 204.*

12. & dicent: Nequaquam adjicietis injuriam facere, & iniquitatem virgini filiæ Sidonis: ſi ieris in Citios, neque ibi erit requies tibi;

13. & ſi ad terram Chaldæorum, & ipſa vaſtata eſt ab Aſſyriis: fundavit eam Siim, ſtatuerunt propugnacula ejus, ſuſcitaverunt turrem ejus, paries ejus cecidit.

14. Ululate naves Carthaginis, quoniam periit fortitudo veſtra. *Ibid. 205.*

15. Et erit in die illa: Derelinquetur Tyrus ſeptuaginta annis, ſicut tempus regis unius, ſicut tempus hominis: & poſt ſeptuaginta annos erit Tyrus quaſi canticum meretricis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Nili *aquas ſignificat.* Ambroſ. l. de Elia, c. 19. col. 556. f. & l. 4. Hexa. col. 71. d. legit: *in aqua multa, ſemen mercatorum? ſicut meſſis, quæ deſertur.* Sic etiam hab. Gr. ed. Rom. At in ed. Compl. eſt, ὡς ἀμητῶν εἰσφερομένων, ut ſup. in textu.

℣. 4. Similia prorſus in Græco. Ambroſius etiam l. 4. Hexa. col. 71. d. legit: *Erubeſce Sidon, dixit mare:* ita rurſus hab. l. de Elia, c. 19. col. 557. d. & addit: *Non parturivi, nec peperi, nec enutrivi juvenes;* quæ mirum in modum confirmant verſionem ab Hieronymo uſurpatam.

℣. 5. Græcè non præponitur *in*, voci *Ægypto;* at in Mſ. Alex. ac ed. Compl. habetur ἐν Αἰγύπτῳ; extremòque conſtanter, περὶ Τύρου, *pro Tyro;* cæt. ut ſupra.

℣. 6. Græc. Ἀπέλθατε εἰς Καρχηδόνα, &c. *Abite in Carthaginem*, &c. ut in Lat. ſup. Apud Ambroſ. l. de Elia, c. 19. col. 557. f. *Ite in Carthaginem, ululate qui inhabitatis inſulas.* Hieron. etiam loco cit. col. 144. b. ait: *Rurſum pro* mari, & Tharſis, *LXX.* Carthaginem *tranſtulerunt.*

℣. 7. Eadem leguntur Græcè, excepto uno ἦν, *erat*, pro *eſt;* extremò tamen ſic habetur, περὶ παραδοθῆναι αὐτήν, ad litt. *priuſquam ipſa traderetur.* Hieron. proximè addit: *deducent eam pedes ejus longè ad peregrinandum;* quæ verba abſunt à Gr. edit. Rom. Et verò Hieron. ipſe ibid. monet: *Quod ſequitur*, deducent eam, &c. *de Hebraïco additum eſt*, & *aſteriſco*, *id eſt*, *ſtellis illuminantibus prænotatur:* attamen in aliquot libris hæc ſequuntur, ſi Nobilio fides, ἀπάξουσιν αὐτὴν οἱ πόδες αὐτῆς πόρρωθεν εἰς ἀποικίαν· ſed iſta, inquit, neque apud Cyrillum ſunt; & apud Procopium, tanquam de Theodotione ſumpta, notantur aſteriſcis ※

℣. 8. Edit. Rom. Τίς ταῦτα ἐβούλευσεν ἐπὶ Τύρον; μὴ ἦσαν ἐσὶν, ἢ οὐκ ἰσχύει; οἱ ἔμποροι αὐτῆς ἔνδοξοι ἄρχοντες τῆς γῆς· *Quis hæc decrevit ſuper Tyrum? nunquid imbecillior eſt, aut non valet? mercatores ejus glorioſi principes terræ.* In Mſ. Mediol. legitur Χαναὰν, loco τῆς γῆς. In ed. Compl. ſic: Χαναὰν ἄρχοντες οἱ ἔνδοξοι τῆς γῆς. At Hieron. loco cit. 203. b. ait: *Verbum* Chanaan *de Theodotionis editione additum eſt, pro quo Aquila* negotiatores *tranſtulit.*

℣. 9. Græcè conſtanter, ἐβουλεύσατο, *decrevit*, pro *cogitavit;* cæt. reſpondent Latinis.

℣. 10. Similiter in Gr. niſi excipiatur unum ἔτι, *non ultra*, pro *nequaquam.*

℣. 11. Græc. καὶ ἡ χεὶρ σου ἔτι ἰσχύει κατὰ θάλασσαν, καὶ παροξύνουσα βασιλεῖς, &c. *manus autem tua non ultra valet per mare, irritans reges;* reliqua ut in Lat. ſup.

℣. 12. Eadem præfert Gr. edit. Rom. præter ſeq. ἔτι δὲ μὴ, *non ultra*, pro *nequaquam;* & vocem *virgini*, quæ abeſt: Mſ. tamen Mediol. cum Theod. Aq. & Symm. hab. παρθένον; ſed Hieron. loco cit. col. 204. e. monet hanc vocem, *virgo*, *de Hebraïco* eſſe additam; anteced. verò iſtam, *ſabaoth*, in Hebraïco non haberi. Poſt paulò etiam ita legitur Græcè, ἐὰν ἀπέλθῃς εἰς Κίτιεῖς, *quod ſi abieris ad Citiaos*, &c.

℣. 13. Hieron. ibid. ſubdit: *Quod ſequitur, de Theodotionis editione ſub aſteriſcis additum eſt*, nempe *fundavit eam Siim, ſtatuerunt propugnac. ejus, ſuſcitav. turrem ejus;* deinde, & *abſque aſteriſcis jungitur, Paries ejus cecidit:* & ſanè hodie in edit. Rom. hæc leguntur ſola: ἐὰν εἰς γῆν Χαλδαίων, ἐὰν αὕτη ἠρήμωται ἀπὸ τῶν Ἀσσυρίων, dein, ὅτι ὁ τοῖχος αὐτῆς πέπτωκε. In nonnullis tamen libb. ſi Nobilio fides, poſt τὸ, Ἀσσυρίων, hæc ſubnectuntur, ἐθεμελίωσεν αὐτὴν εἰς Σιείμ, ἔστησαν ἔπαλξεις αὐτῆς, ἐξήγειραν βάρεις αὐτῆς· quæ, inquit, neque apud Cyrillum habentur; & apud Procopium aſteriſco ſignata ſunt, hoc tamen ſcholio adjuncto: *Horum, quæ aſteriſco notata ſunt, Origenes, tanquam ipſorum LXX. mentionem fecit in 25. to. in Eſaiam.* Ita Nobilius. Vide etiam Hexap. Orig. in hunc loc. cum Not. Montfalc.

℣. 14. Ita quoque in Græco, niſi excipiatur vox penult. ὀχύρωμα, loco *fortitudo.* Rectè Ambroſ. l. de Elia, c. 20. col. 558. c. *Ululate naves Carthaginis, quoniam periit munitio veſtra.*

℣. 15. Eadem ſunt in Gr. deleta voce *unius*, poſt hanc, *regis;* repetitoque ἐν ἔσαι, & *erit*, poſt ſeq. *hominis;* in ed. Compl. adjungitur ἑνὸς, *unius*, ad vocem βασιλέως. Apud Ambroſ. l. de Elia, c. 20. col. 558. c. *Et erit in illa die: Relinquetur Tyrus;* paulòque poſt: *eritque poſt ſeptuaginta annos Tyrus ut canticum meretricis:* & inf. & *poſt ſeptuag. annos erit Tyrus ut*, &c. ut ſup. Apud Tichon. reg. 4. p. 59. b. *erit poſt ſeptuaginta annos Tyrus ſicut canticum fornicariæ.* Hieron. ubi ſup. 205. d.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup.

16. Sume citharam, vagare civitas meretrix oblivioni tradita: bene citharizа, plurimùm canta, ut sit tui memoria.

17. Post septuaginta autem annos, visitationem faciet Deus Tyri, & iterum restituetur in antiquum: eritque negotiatio ejus omnibus regnis orbis terrarum super faciem terræ.

18. Et erit negotiatio ejus, & merces sancta Domino: sed non ipsis congregabitur, sed his qui habitant coram Domino: omnis negotiatio ejus, comedere & bibere, & impleri in collationem, memoriale coram Domino.

VULGATA NOVA.

16. Sume citharam, circui civitatem meretrix oblivioni tradita: bene cane, frequenta canticum, ut memoria tui sit.

17. Et erit post septuaginta annos, Visitabit Dominus Tyrum, & reducet eam ad mercedes suas: & rursum fornicabitur cum universis regnis terræ super faciem terræ.

18. Et erunt negotiationes ejus, & mercedes ejus sanctificatæ Domino: non condentur, neque reponentur: quia his, qui habitaverint coram Domino, erit negotiatio ejus, ut manducent in saturitatem, & vestiantur usque ad vetustatem.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ait hoc med. & *sicut tempus hominis*, in Hebraïco non haberi, sed in Græco additum esse.

℣. 16. Ambros. l. de Elia, c. 20. col. 558. e. *Accipe citharam, & vagare civitas meretrix oblita: bene citharizа, multa canta, ut fiat memoria tui.* Ita quoque est in Græco edit. Rom. Apud Tichon. reg. 4. p. 59. b. *Accipe citharam angularem, civitas fornicaria oblita: bene citharizare, multa cantica canta, ut tui commemoratio fiat.*

℣. 17. Consonat Græc. nisi quòd hab. initio, Καὶ ἔσαι μετὰ τὰ ἑβδομήκοντα· paulòque post, ἐμπόριον, loco *negotiatio*, absque seq. *ejus*. Ambros. l. de Elia, c. 20. col. 558. d. post hoc ult. de ℣. 15. *ut canticum meretricis*, proximè addit: & *visitationem faciet Deus Tyri*. Tichon. reg. 4. p. 59. b. *Et erit post septuag. annos, Respectionem faciet Deus Tyri, & iterum restituetur in antiquum*. Hieron. ubi sup. iterum observat τὸ ult. *super faciem terræ*, in Hebraïco non haberi, sed in Græco esse additum.

℣. 18. Græcè non legitur *sancta Domino*, sed ἅγιον Κυρίῳ, *sanctum Domino*: subinde tollitur 1. conjunct. *sed*; extremò verò ponitur ᾗ, ante τὸ *in collationem*, pro quo εἰς ζυμβολήν; in Ms. tamen Alex. ac ed. Compl. deest illud ᾗ; cæt. ad verbum ut in Lat. supra. Tichon. reg. 4. p. 59. b. pariter legit: *Et erit negotiatio ejus, & merces sancta Domino*: & post pauca: *omnis negotiatio ejus, edere, & bibere, & repleri in signum memoriæ in conspectu Domini*. Hieron. ubi sup. rursum monet hoc ult. *memoriale coram Domino*, in Hebraïco non esse, sed in Græco superadditum.

CAPUT XXIV.

VERSIO ANTIQUA.

Tichon. reg. 4. p. 59.

1. ECce Dominus corrumpet orbem terrarum, & vastabit illum, & nudabit faciem ejus, disperget eos qui inhabitant in eo.

2. Et erit populus sicut sacerdos: & famulus sicut dominus: & famula sicut domina: & erit emens sicut & vendens: & qui debet, sicut ille cui debetur: & qui fœnerat, sicut ille qui fœneratur.

3. Quia corruptione corrumpetur terra, & vastabitur vastatione terra. Os enim Domini locutum est hæc.

4. Planxit terra, corruptus est orbis terræ, planxerunt alti terræ.

5. Terra autem facinus admisit, propter eos qui inhabitant in ea: quia transierunt legem, & mutaverunt jussa testamenti æterni.

6. Propterea ergo maledictio comedit terram, quia peccaverunt qui inhabitant in ea: propter hoc egentes erunt qui inhabitant terram, & relinquentur homines pauci.

7. Lugebit vitis, lugebit vinum, gement omnes quorum jocundatur anima.

8. Cessabit jocunditas tympanorum, cùm ces-

VULGATA NOVA.

1. ECce Dominus dissipabit terram, & nudabit eam, & affliget faciem ejus, & disperget habitatores ejus.

2. Et erit sicut populus, sic sacerdos: & sicut servus, sic dominus ejus: sicut ancilla, sic domina ejus: sicut emens, sic ille qui vendit: sicut fœnerator, sic is qui mutuum accipit: sicut qui repetit, sic qui debet. *Osee 4. 9.*

3. Dissipatione dissipabitur terra, & direptione prædabitur. Dominus enim locutus est verbum hoc.

4. Luxit, & defluxit terra, & infirmata est: defluxit orbis, infirmata est altitudo populi terræ.

5. Et terra infecta est ab habitatoribus suis: quia transgressi sunt leges, mutaverunt jus, dissipaverunt fœdus sempiternum.

6. Propter hoc maledictio vorabit terram, & peccabunt habitatores ejus: ideoque insanient cultores ejus, & relinquentur homines pauci.

7. Luxit vindemia, infirmata est vitis, ingemuerunt omnes qui lætabantur corde.

8. Cessavit gaudium tympanorum, quievit so-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc. initio hab. καλαρθείρει, *disperdit*; præponitque ᾗ, verbo *disperget*; cæt. quadrant. Hieron. in Isai. 27. col. 227. a. legit: *Ecce Dominus disperdet orbem terrarum, & desolabit eum*: & sup. in c. 24. col. 207. e. dicit: *Pro* dissipata terra, *LXX.* corruptum orbem *interpretati sunt*; & *pro* afflicta facie illius, *id est*, terræ, *iidem transtulerunt*, & revelabit faciem ejus: quæ omnia satis confirmant Tichonii scripturam.

℣. 2. Eadem sunt in Græco, nisi quòd deest &, post vocem *domina*, sicut ante & post verbum *vendens*; sequentia verò hoc ordine leguntur: ὁ δανείζων, ὡς ὁ δανειζόμενος· ᾗ ὁ ὀφείλων, ὡς δ ὀφείλ· i. e. *fœnerator, sicut qui mutuum accipit*; & *qui debet, sicut cui debet*: in Ms. Alex. ac ed. Compl. ᾗ ὁ δανείζων.

℣. 3. Græcè deest 1. *quia*; & pro *vastabitur vastatione*, habetur πεγρομῇ πεγρομευθήσεται, *direptione diripietur*, quod eòdem redit; cæt. ad verbum quadrant.

℣. 4. Hieron. in Isai. 24. col. 208. c. ita legit ex LXX. *Luxit terra, corruptus est orbis, luxerunt excelsi terræ*. Ita quoque in Gr. est, posito uno ᾗ, ante verbum *corruptus est*, pro quo ψιτ. edit. Tichon. scribit *curvatus est*, sed aperto mendo, quod emendare non dubitavimus, cùm Græcè legatur ἐφθάρη, nullo alio refragante, præter Theod. & Symm. apud quos, καλερρίφη; similibus autem mendis totam scatere Bibliothecam PP. Lugdun. res patens omnibus est.

℣. 5. Hieron. in Isai. 24. col. 208. c. e. *Terra autem egit impiè, propter habitatores suos: quia prævaricati sunt legem, mutaverunt præcepta, testamentum æternum*: nec dissimilia Græc. habet, præter hoc 1. Ἡ δὲ νόμους; at in Ms. Alex. Ἡ δὲ γῆ, &c. utrobique etiam præponitur ᾗ, verbo *mutaverunt*.

℣. 6. Consonat Græc. ad verbum, nisi quòd initio hab. ἔδεται, *comedet*, absque præced. *ergo*. Hieron. in Isai. 24. col. 208. e. bene: *Propter hoc maledictio vorabit terram, quia peccaverunt habitatores ejus: ideo paupertas erunt habitatores terræ, & dimittentur homines pauci*; Gr. ᾗ καλειφθήσονται.

℣. 7. Suffragatur Græcum. In edit. verò noviss. Tichon. legitur *gemant*, sed pravè; correximus *gement*, ex edit. Rom. in qua ϛενάξυσι, nullo renitente Ms.

℣. 8. Edit. nov. Tichon. scribit *tympano*, sed vitiosè;

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

nitus lætantium, conticuit dulcedo citharæ.

9. Cum cantico non bibent vinum: amara erit potio bibentibus illam.

10. Attrita eſt civitas vanitatis, clauſa eſt omnis domus nullo introeunte.

11. Clamor erit ſuper vino in plateis: deſerta eſt omnis lætitia: translatum eſt gaudium terræ.

12. Relicta eſt in urbe ſolitudo, & calamitas opprimet portas.

13. Quia hæc erunt in medio terræ, in medio populorum: quomodo ſi paucæ olivæ, quæ remanſerunt, excutiantur ex olea; & racemi, cùm fuerit finita vindemia.

14. Hi levabunt vocem ſuam, atque laudabunt: cùm glorificatus fuerit Dominus, hinnient de mari.

15. Propter hoc in doctrinis glorificate Dominum; in inſulis maris nomen Domini Dei Iſraël.

16. A finibus terræ laudes audivimus, gloriam juſti. Et dixi: Secretum meum mihi, ſecretum meum mihi, væ mihi: prævaricantes prævaricati ſunt, & prævaricatione tranſgreſſorum prævaricati ſunt.

17. Formido, & fovea, & laqueus ſuper te, qui habitator es terræ.

Jer. 48. 44. 18. Et erit: Qui fugerit à voce formidinis, cadet in foveam: & qui ſe explicaverit de fovea, tenebitur laqueo: quia cataractæ de excelſis apertæ ſunt, & concutientur fundamenta terræ.

VERSIO ANTIQUA.

ſabit impudicitia, & divitiæ impiorum. *Tichon. ubi ſup.*

9. Confuſi ſunt, non biberunt merum: amarum factum eſt vinum illis qui bibunt illud.

10. Deſerta eſt omnis civitas, claudent omnes ne introeant.

11. Ululate de vino ubique: ceſſabit omnis jocunditas terræ.

12. Et relinquentur civitates deſertæ, & domus derelictæ peribunt.

13..... quomodo ſi quis excutiat olivam, ſic excutient eos: & ſi quieſcat vindemia, *Hieron. in Iſai. 24. col. 209. ex Lxx.*

14. iſti clamore vociferabuntur: qui autem relicti fuerint ſuper terram, lætabuntur ſimul cum gloria Domini: conturbabitur aqua maris. *col. 210.*

15. Propterea gloria Domini in inſulis erit maris: nomen Domini glorioſum erit, Domini Dei Iſraël.

16. Ab alis terræ portenta audivimus, ſpes juſto. Et dicent: Myſterium meum mihi: væ prævaricatoribus, qui prævaricantur legem. *col. 211.*

17. Timor, & fovea, & laqueus ſuper vos, qui habitatis terram.

18. Et erit: Qui fugerit timorem, cadet in foveam: & qui exierit de fovea, capietur laqueo: quia feneſtræ cœli apertæ ſunt, & concutientur fundamenta terræ.

VULGATA NOVA.

19. Confractione confringetur terra, contritione conteretur terra, commotione commovebitur terra,

20. agitatione agitabitur terra ſicut ebrius, & auferetur quaſi tabernaculum unius noctis: & gravabit eam iniquitas ſua, & corruet, & non adjiciet ut reſurgat.

Joel. 2. 31. Act. 2. 20. 23. Et erubeſcet luna, & confundetur ſol, cùm regnaverit Dominus exercituum in monte Sion, & in Jeruſalem, & in conſpectu ſenum ſuorum fuerit glorificatus.

21. Et erit: In die illa viſitabit Dominus ſuper militiam cœli in excelſo; & ſuper reges terræ, qui ſunt ſuper terram.

22. Et congregabuntur in congregatione unius faſcis in lacum, & claudentur ibi in carcere: & poſt multos dies viſitabuntur.

VERSIO ANTIQUA.

23. Et liquefiet later, & cadet murus..... *Hieron. ubi ſup. col. 212. a.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

poſuimus *tympanorum*, è Græco Vatic. ubi ſic totus ℣. eſt: Πέπαυται εὐφροσύνη τυμπάνων, πέπαυται αὐθάδεια, ἡ πλοῦτος ἀσεβῶν, πέπαυται φωνὴ κιθάρας· *Ceſſavit lætitia tympanorum, ceſſavit arrogantia, & opulentia impiorum, ceſſavit vox citharæ.* Vide Nobilii not.

℣. 9. Eadem leguntur Græcè, præter τὸ Ζύμωμα, *fecera*, loco *vinum*; detractoque ult. *illud*.

℣. 10. Primus verſiculus Græco conſonat; alter verò ſic habetur ibid. κλείσει οἰκίαν τοῦ μὴ εἰσελθεῖν, *claudet domum ad non ingrediendum*. In edit. Tichonii legitur *plaudent*, non *claudent*, ſed aperto mendo, quod delevimus.

℣. 11. Rurſus hic depravatus apertè Tichonii textus eſt in edit. Lugdun. ubi ſic legitur, *Ululate divini*; correximus *de vino*, è Gr. περὶ τοῦ οἴνου· item ibid. πέπαυται, *ceſſavit*; ultimòque poſt vocem *terræ*, denuo ſubjicitur, ἀφῆλθε πᾶσα εὐφροσύνη τῆς γῆς, *abiit omnis lætitia terræ*; quod à Mſ. Alex. abeſt, nec legitur apud Cyrillum, Nobilio teſte.

℣. 12. Concordat Græcum.

℣. 13. Græcè præmittuntur iſta: Ταῦτα πάντα ἔσται ἐν τῇ γῇ ἐν μέσῳ τῶν ἐθνῶν· i. e. *Hæc omnia erunt in terra in medio gentium*: ſequentia ut in Lat. ſup.

℣. 14. Similiter in Græco.

℣. 15. Itidem Græcè, exceptis his ult. Κύριε ὁ Θεὸς Ἰσραήλ, *Domine Deus Iſraël*, quæ adjunguntur ad ℣. ſeq. at in ed. Compl. eſt, Κυρίῳ τῷ Θεῷ, ut ſupra.

℣. 16. Ita fert Gr. edit. Rom. niſi quòd hab. εὐσεβεῖ, *pio*, pro *juſto*; deletque hoc med. *Myſterium meum mihi*: & ſanè Hieron. loco cit. ait: *Hoc quod dicitur*, Myſterium meum mihi, *in LXX. non habetur, ſed de Theodotionis tranſlatione in Græco additum eſt. Rurſum pro eo quod illi poſuerunt* væ, *ut ſequenti verſiculo jungeretur, in Hebraïco dicitur* oili, *quod propriè ſonat*, væ mihi. *Pro* finibus *quoque, quod nos propter explanationem ſenſûs apertiùs poſuimus, in Hebraïco habetur* mecchenaph, *quod* alam, *non* finem *ſonat*: & infra: *Miror quo ſenſu pro pſalmis & laudibus, quod in Hebraïco legitur* zemroth, *LXX.* portenta *interpretati ſint*: idem Hieron. in Ezech. 6. col. 734. e. legit: *Domine ab alis, ſive finibus terræ portenta audivimus*: Ambroſ. l. 1. Hexa. p. 14. b. *A pennis terræ prodigia audivimus*. Rurſum Hieron. epiſt. pro l. adv. Jovin. to. 4. p. 2. col. 236. d. *Myſterium meum mihi, myſterium meum mihi, & meis*. Nobil. quoque monet in aliquot codd. hæc ſequi: Καὶ εἶπαν· Τὸ μυστήριόν μου ἐμοί, τὸ μυστήριόν μου ἐμοί, ἡ τοῖς ἐμοῖς· ſed addit apud Procopium hæc ſub aſteriſco apponi, Τὸ μυς..... τὸ μυς. μου ἐμοί· & infra: Ea quidem, inquit, Cyrillus non habet; habet autem in comm. Græcis Theodor. & ſæpè à Chryſoſtomo, & aliis citantur. Ita Nobilius.

℣. 17. Concinit Græc. niſi quòd ultimò hab. τοὺς ἐνοικοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς, ad litt. *inhabitantes ſuper terram*.

℣. 18. Eadem prorſus in Gr. edit. Rom. niſi quòd legitur ὑπὸ τῆς παγίδος, *à laqueo*; paulòque poſt, ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, loco *cœli*: rectè Ambroſ. l. de Iſaac, c. 4. col. 365. f. *feneſtræ apertæ ſunt è cælo*: extremò autem ſubjunximus iſta, & *concutientur fundam. terræ*, quamvis non addita ſint ab Hieronymo ex ed. LXX. enim verò ipſa in hoc ult. concordat cum Hebr. & Vulgata.

℣. 23. Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. 528. d. legit: *Erubeſcet luna, & confundetur ſol, quando viſitaverit Dominus ſuper militiam cœli in excelſis*. Gr. Καὶ ταπεινωθήσεται ἡ πλίνθος, ἡ πεσεῖται τὸ τεῖχος, ὅτι βασιλεύσει Κύριος ἐκ Σιὼν, ἡ ἐκ Ἰερουσαλὴμ, ἡ ἐνώπιον τῶν πρεσβυτέρων δοξασθήσεται. Unde Hieron. in Iſai. 24. col. 212. ait: *Pro eo quod nos interpretati ſumus*, Et erubeſcet luna, & confundetur ſol, *LXX. tranſtulerunt* liquefieri laterem, & cadere murum. *Quæ autem erroris cauſa ſit, ſequentia verba monſtrabunt*: Sol, *linguâ Hebraïcâ, tribus generibus appellatur*;

Digitized by Google

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ſemes & hamma, *quod interpretatur* calor; & heres, *quod* ὄσεακον, *id eſt*, teſtam, *vel* ariditatem *ſonat*: maor *autem*, *quod Græcè* φωσήρ, *Latinè dicitur* luminare, *ſoli lunæque commune eſt. Rurſum luna vocatur* jaree, *quæ Græcè dicitur* μήνη..... & labana, *id eſt*, candida, *vel* alba. *In præſenti igitur loco pro* labana, *id eſt*, luna, *Septuaginta interpretati ſunt* laterem, *qui Hebraïcè appellatur* lebena, *verbi ambiguitate decepti. Rurſum pro* hamma, *id eſt*, calore, *per quem intelligitur* ſol, *poſuerunt* murum, *qui Hebraïcè dicitur* homa.

CAPUT XXV.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Iſai. 25. col. 213. ex Lxx.

1. DOmine Deus meus, glorificabo te, laudabo nomen tuum: quoniam feciſti admirabiles res, conſilium antiquum verum, fiat.

2. Quia poſuiſti civitates in tumulum, civitates fortes, ut caderent fundamenta earum: impiórum civitates in æternum non ædificabuntur.

3. Propterea benedicet tibi populus pauperum, & civitates hominum iniquitatem ſuſtinentium benedicent tibi.

4. Fuiſti enim omni civitati humili auxiliator, & triſtibus propter inopiam protectio: ab hominibus peſſimis liberabis eos: umbraculum ſitientium, & ſpiritus hominum iniquitatem ſuſtinentium,

5. quaſi homines puſillanimes ſitientes in Sion ab hominibus impiis, quibus nos tradidiſti.

col. 214. 6. Et faciet Dominus ſabaoth omnibus gentibus: ſuper montem iſtum bibent lætitiam, bibent vinum,

7. ungentur unguento in monte iſto. Trade omnia hæc gentibus: conſilium enim hoc ſuper omnes gentes.

8. Devoravit mors prævalens: abſtulit Dominus Deus omnem lacrymam ab omni facie, & opprobrium populi ſui abſtulit ab omni terra: os enim Domini locutum eſt.

Iren. l. 4. c. 9. p. 238. c. 9. Et dicent in illa die: Ecce Dominus Deus noſter, in quem ſperavimus, & exſultavimus in ſalute noſtra.

Hieron. in Amos 2. col. 1387. c. 10..... conculcabitur Moab, ſicut conculcatur in area in plauſtris.

VULGATA NOVA.

1. DOmine Deus meus es tu, exaltabo te, & confitebor nomini tuo: quoniam feciſti mirabilia, cogitationes antiquas fideles, amen.

2. Quia poſuiſti civitatem in tumulum, urbem fortem in ruinam, domum alienorum: ut non ſit civitas, & in ſempiternum non ædificetur.

3. Super hoc laudabit te populus fortis, civitas gentium robuſtarum timebit te.

4. Quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione ſua: ſpes à turbine, umbraculum ab æſtu: ſpiritus enim robuſtorum quaſi turbo impellens parietem.

5. Sicut æſtus in ſiti, tumultum alienorum humiliabis: & quaſi calore ſub nube torrente, propaginem fortium marceſcere facies.

6. Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc convivium pinguium, convivium vindemiæ, pinguium medullatorum, vindemiæ defecatæ.

7. Et præcipitabit in monte iſto faciem vinculi colligati ſuper omnes populos, & telam quam orditus eſt ſuper omnes nationes.

8. Præcipitabit mortem in ſempiternum: & auferet Dominus Deus lacrymam ab omni facie, & opprobrium populi ſui auferet de univerſa terra: quia Dominus locutus eſt. *Apoc. 7. 17. & 21. 4.*

9. Et dicet in die illa: Ecce Deus noſter iſte, exſpectavimus eum, & ſalvabit nos: iſte Dominus, ſuſtinuimus eum, exſultabimus, & lætabimur in ſalutari ejus.

10. Quia requieſcet manus Domini in monte iſto: & triturabitur Moab ſub eo, ſicuti teruntur paleæ in plauſtro.

VULGATA NOVA.

11. Et extendet manus ſuas ſub eo, ſicut extendit natans ad natandum: & humiliabit gloriam ejus cum alliſione manuum ejus.

12. Et munimenta ſublimium murorum tuorum concident, & humiliabuntur, & detrahentur in terram uſque ad pulverem.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic eſt in Gr. edit. Rom. excepta voce una *meus*, quæ deeſt poſt *Deus*; in Mſs. tamen Alex. & Mediol. legitur Θεός μου, ſicut in edd. Ald. & Compl.

℣. 2. In ed. Rom. præponitur negatio μὴ, verbo *caderent*; extremòque legitur num. ſingul. πόλις... ἡ μὴ οἰκοδομηθῇ· at in ed. Compl. hab. πόλεις; ut & ſup. τῇ πτώσει, abſque ulla negatione; quæ pariter abeſt à Mſ. Alex.

℣. 3. Similia leguntur Græcè, præter nominat. ſing. πτωχὸς, *pauper*, loco genit. plur. *pauperum*.

℣. 4. Hæc tota concordant cum Græco. Apud Ambroſ. l. 3. de fide, p. 504. c. ſic: *Factus eſt omni civitati humili adjutor.*

℣. 5. Itidem Græcè.

℣. 6. Ita è Græco, ad verbum. Similiter ap. Rufin. in Symb. p. 180. b. *Et faciet Dominus Deus ſabaoth omnibus gentibus: in monte iſto bibent lætitiam, bibent vinum.* Item ap. Auct. l. de voc. gent. l. 2. c. 18. p. 28. a. *Et faciet Dominus ſabaoth omnibus gentibus: in monte iſto bibent in jucunditate vinum.* Ap. Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. *Et faciet Dominus ſabaoth gentibus: in iſto monte bibent in lætitia, bibent vinum.*

℣. 7. Ita rurſum in Græco. Item ap. Rufin. in Symbol. p. 180. b. *ungentur unguento in monte iſto.* Similiter habet Auct. l. de voc. gent. l. 2. c. 18. p. 28. a. ſed addit: *Trades hæc omnia gentibus: hoc enim conſilium ſuper omnes gentes.* Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. *unguento ungentur: tradent hæc omnia gentibus.*

℣. 8. Græc. ante verbum *abſtulit*, ponit hoc, ἐξ πάλιν, & *rurſum*; tollit verò &, ante *opprobrium*; ſicut *ſui*, poſt *populi*; cæt. ad verbum ut ſup. Iren. l. 5. c. 10. p. 306. a. legit: *Devoravit mors potens: Deus abſtulit omnem lacrymam ab omni facie.* Ambroſ. verò epiſt. 44. col. 978. e. *Devoravit mors prævalens:* & l. de fide reſur. col. 1152. b. *os enim Domini locutum eſt.* Hieron. in Oſe. 13. col. 1330. a. *Devoravit mors invaleſcens: abſtulit Dominus omnem lacr. ab omni facie:* item l. 1. in epiſt. ad Eph. to. 4. 340. b. *Deveravit mors invaleſcens;* Gr. ἰσχύσας.

℣. 9. A Græco abeſt vox *Dominus*; loco verò *in quem ſperavimus*, eſt: ἐφ' ᾧ ἠλπίζομεν, ἐξ σώσει ἡμᾶς, *in quo ſperabamus*, & *ſalvabit nos*: deinde hic: ἧτος Κύριος, ὑπεμείναμεν αὐτὸν, ἐξ ἠγαλλιώμεθα, ἐξ εὐφρανθησόμεθα ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ ἡμῶν· i. e. *iſte Dominus, ſuſtinuimus eum, & exſultavimus, & lætati ſumus in ſalute noſtra*: ſed à Mſ. Alex. abſunt hæc media, ἐξ σώσει ἡμᾶς· ἧτος Κύριος, ὑπεμείναμεν αὐτῷ· deſunt pariter in ed. Compl. cum hoc, ἐξ εὐφρανθησόμεθα. Apud Ambroſ. l. de fide reſurrect. col. 1152. b. *Et dicent die illa:* Græcè etiam non habetur *in*, ante vocem *die*; ſed in Mſ. Alex. eſt, ἐν τῇ ἡμέρᾳ.

℣. 10. Græc. hab. Μωαβίτις, non *Moab*; paulòque poſt, πατοῦσιν ἄλωνα, *calcant aream*, pro *conculcatur in area*; cæt. ut ſupra.

Digitized by Google

CAPUT XXVI.

VULGATA NOVA.

1. IN die illa cantabitur canticum iſtud in terra Juda:

Urbs fortitudinis noſtræ Sion ſalvator, ponetur in ea murus & antemurale.

2. Aperite portas, & ingrediatur gens juſta, cuſtodiens veritatem.

3. Vetus error abiit: ſervabis pacem; pacem, quia in te ſperavimus.

4. Speraſtis in Domino in ſæculis æternis, in Domino Deo forti in perpetuum.

5. Quia incurvabit habitantes in excelſo, civitatem ſublimem humiliabit.

Humiliabit eam uſque ad terram, detrahet eam uſque ad pulverem.

6. Conculcabit eam pes, pedes pauperis, greſſus egenorum.

7. Semita juſti recta eſt, rectus callis juſti ad ambulandum.

8. Et in ſemita judiciorum tuorum Domine ſuſtinuimus te: nomen tuum, & memoriale tuum in deſiderio animæ.

9. Anima mea deſideravit te in nocte: ſed & ſpiritu meo in præcordiis meis de manè vigilabo ad te.

Cùm feceris judicia tua in terra, juſtitiam diſcent habitatores orbis.

10. Miſereamur impio, & non diſcet juſti-

VERSIO ANTIQUA.

1. IN die illa cantabunt canticum iſtud ſuper terram Judæam: *Hieron. in Iſai. 26. col. 216. b.*

* Ecce civitas virtus, & ſalvatio noſtra, pone murum, & circa murum munitionem muri. *Ex Brev. Mozar. ad fer. 6. Dom. 2. Adv. & ap. Thomaſ. ad calc. Pſalt. p. 724.*

2. Poſt ſceptrum viri aperite portas, intret plebs cuſtodiens juſtitiam:

3. participes qui ſunt veritatis, cuſtodientes pacem:

4. quoniam in te ſperaverunt Domine uſque in æternum. Deus magnus & æternus,

5. quomodo humiliaſti, & deduxiſti eos, qui commorabantur in altiſſimis;

civitates firmiſſimas dejicies, & deduces eas uſque ad humum.

6. Et conculcabunt eas pedes manſuetorum, & humilium.

7. Directa facta eſt via piorum, & præparatum eſt iter ſanctorum.

8. Viæ enim Domini judicium: ſperavimus in nomine ejus, & in memoria, quam concupivit anima mea.

9. De nocte vigilat ſpiritus meus ad te Deus: *Ex Brev. Mor. in Circumc. Dom.*

quia lux præcepta tua ſunt ſuper terram. Juſtitiam diſcite qui habitatis terram,

10. ceſſavit enim impius: omnis enim qui non

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic eſt in Græco.

* Hieron. in Iſai. 26. ita legit ex LXX. *Ecce civitas fortis, & ſalutare noſtrum, ponet murum & circummurale.* Hieronymo favet Gr. edit. Rom. niſi quòd tollit *noſtrum*, poſt *ſalutare*, quod tamen addit Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. Hieronymus inf. *Pro eo quod nos*, inquit, *vertimus* antemurale, *Symmachus* firmamentum *interpretatus eſt, ut ipſi muri munitionibus cincti ſint.*

℣. 2. A Græco abeſt τὸ πρῶτον, *poſt ſceptrum viri*: non etiam legitur apud Hieron. in hunc loc. col. 216. f. ſed tantùm ſeqq. ex ed. LXX. *Aperite portas, ingrediatur populus cuſtodiens juſtitiam, & cuſtodiens veritatem.* Ita quoque in Græco ad verbum.

℣. 3. Hieron. in hunc loc. col. 216. f. ſic pergit: *apprehendens veritatem, & cuſtodiens pacem, pacem.* Ita quoque in Græco eſt, præter vocem ult. *pacem*, quæ non geminatur.

℣. 4. Hieron. ubi ſup. *quoniam in te ſperaverunt Domine uſque in ſempiternum:* & inf. 217. f. addit: *Deus magne, æterne.* Græc. ὅτι ἐπὶ σοὶ ἐλπίδι ἤλπισαν Κύριε ἕως τοῦ αἰῶνος. Ὁ Θεὸς ὁ μέγας, ὁ αἰώνιος. In Mſ. Alex. ac edit. Compl. deeſt initio vox ἐλπίδι.

℣. 5. Brev. Moz. habet *commovebantur*, non *commorabantur*, ſed aperto mendo, quod correximus è Gr. ἀναστήσας, vel καθοικοῦντας; cæt. ſatis conveniunt cum eodem Græco, ſi ipſo initio ponatur *qui*, pro *quomodo*, nam in Gr. ὃς; fortè legit Interpres ὡς: extremò etiam Gr. tollit *eos*, poſt *deduces*, ſed Mſ. Alex. addit αὐτάς. Hieron. in hunc loc. col. 217. f. legit: *qui humiliaſti, & deſtruxiſti eos, qui habitant in excelſis; civitates robuſtas deſtrues, & deduces uſque ad pavimentum.*

℣. 6. Ita legit Hieron. ad verbum ibid. 217. f. nec refragatur Græc. niſi quòd hab. αὐτὰς, *eos*, non *eas*.

℣. 7. Hieron. in hunc loc. 218. e. ſic habet ex LXX. *Via juſtorum recta, recta facta eſt via juſtorum, & præparata.* Edit. Rom. Ὁδὸς εὐθεῖῶν εὐθεῖα ἐγένετο, ἡ ὁδὸς τῶν εὐθεῖῶν ἡτοιμασμένη· Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. ἡτοιμασμένη ἡ ὁδὸς τῶν εὐθεῖῶν, Ald. ἀστεῖῶν.

℣. 8. Hieron. ubi ſup. 218. e. ita legit ex LXX. *Via enim Domini judicium: ſperavimus in nomine tuo, & in memoria, qua deſiderat anima noſtra.* Ita quoque eſt in Gr. ed. Rom. In edd. Ald. & Compl. pro ἐπεθύμει ἡ ψυχὴ ἡμῶν, exſtat, ἐπεθύμει ἡ ψυχή μου· quidam hîc ſubnectunt ἐκ νυκτὸς, *de nocte*, ut verſus ſeq. ordiatur à verbo ὀρθρίζει: hanc interpunctionem, inquit Nobil. videtur probare S. Hieron. in comm. licet in contextu illud, *de nocte*, conjungatur cum ſequentibus. Ita verò utrumque textum diſponit ibid. Hieron. ut his verbis de Vulg. ſimul junctis, & *memoriale tuum in deſiderio animæ, anima mea deſideravit te in nocte*, iſta de edit. LXX. reſpondeant ſola, & *in memoria, qua deſiderat anima noſtra:* ſubinde ad hæc Vulg. verba: *ſed & ſpiritu meo in præcordiis meis de manè vigilabo ad te:* aptat iſta de edit. LXX. *de nocte conſurgit ſpiritus meus ad te Deus, quia lux*, &c. tum addit: *Volumus & Hebraïcum ſequi, & Vulgatam editionem non penitus præterire: & hac rerum neceſſitate compellimur diverſo ordine atque ſermone diverſas intelligentias quærere. Igitur quod dicitur*, de nocte, *juxtà LXX. hujus capituli principium eſt: juxta Hebraïcum, finis ſuperioris; licet poſſit etiam juxta LXX. in fine accipi ſuperioris teſtimonii, ut ſit ſenſus:* Deſiderat anima mea ad te de nocte: & *poſtea incipias:* Manè conſurgit ſpiritus meus ad te Deus. *Ideo autem manè conſurgit, quia lux præcepta tua ſuper terram.*

℣. 9. Canticum iſtud ſimiliter habetur in quatuor Mſs. codd. optimæ notæ, nempe in Lotharingo uno S. Michaelis, vulgò *S. Mibel*; altero S. Germani à Pratis n. 15. annorum 900. item in duobus aliis, olim Reginæ Sueciæ, nunc Vaticanis, qui plura alia id genus Cantica exhibent; quæ ſcilicet, maximè ex uno annor. circiter 800. edita ſunt ab Em. Cardinali Thomaſio ad calc. Pſalterii Ambr. alterius verò uncialibus litteris deſcripti, variantes lectiones nobis tranſmiſſæ ſunt ab uno è noſtris perito *D. J. Avril*, quæ omnes, ſicut & aliorum trium infra ſubjicientur in notis. Ad primum igitur ℣. quod attinet, Mſ. 1. Reg. Suec. hab. *A nocte vigilat;* paulòque poſt, *quia lux præcepta tua ſuper*, &c. abſque medio *ſunt*, quod verbum pariter delent Mſs. SS. Mich. & Germani. Pſalt. Thomaſ. hab. *quia lux eſt præcepta tua.* Sangerm. verò delet ult. iſta, *Juſtitiam diſcite qui habitatis terram.* Apud Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1154. d. *De nocte vigilat ad te ſpiritus meus:* ſimiliter inf. col. 1217. f. ubi ſequitur, *lux præcepta tua;* ſicut l. 2. de interpel. Dav. c. 5. col. 645. a. Apud S. P. Chryſol. ſerm. 21. p. 862. b. *De nocte ſpiritus meus vigilat ad te Deus.* Similiter habet Nicetius epiſc. c. 3. Spicil. to. 3. p. 3. c. ſubnexis his: *quia lux præcepta tua ſunt ſuper terram.* Hieron. in Iſai. 26. col. 219. a. ait: *Quod ſequitur*, in nocte, *juxta LXX. ſequenti capitulo jungitur; juxta Hebraïcum, priori:* ſubinde ita legit ex LXX. *De nocte conſurgit ſpiritus meus ad te Deus, quia lux judicia tua ſuper terram. Juſtitiam diſcite qui habitatis ſuper terram.* Ita quoque eſt hodie in Gr. præter vocem προστάγματα, loco *judicia.*

℣. 10. Brev. Moz. initio hab. *ceſſabit*, ſed Mſs. noſtri quatuor *ceſſavit*, è Gr. πέπαυται, quod retinuimus:

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Ex Brev. Mozar. ubi sup. didicerit justitiam super terram, veritatem non faciet: tollatur impius, ne videat majestatem Domini.	tiam: in terra sanctorum iniqua gessit, & non videbit gloriam Domini.
11. Domine excelsum est brachium tuum, & * *Breviar. vitiosè* cognoverit. nescierunt: cùm autem * cognoverint, confundentur: zelus apprehendit populum ineruditum: & nunc ignis adversarios consumit.	11. Domine exaltetur manus tua, & non videant: videant, & confundantur zelantes populi: & ignis hostes tuos devoret.
12. Domine Deus noster, pacem da nobis: omnia enim dedisti nobis.	12. Domine dabis pacem nobis: omnia enim opera nostra operatus es nobis.
13. Domine Deus noster, posside nos: Domine, præter te, alium non novimus, nomen tuum invocabimus.	13. Domine Deus noster, possederunt nos domini absque te, tantùm in te recordemur nominis tui.
14. Mortui autem vitam non videbunt, neque medici exsuscitabunt: ideo superinduxisti, & perdidisti, & tulisti omne masculum eorum.	14. Morientes non vivant, gigantes non resurgant: propterea visitasti & contrivisti eos, & perdidisti omnem memoriam eorum.
15. Adde illis mala Domine, adde mala glorioſis terræ.	15. Indulsisti genti Domine, indulsisti genti: nunquid glorificatus es? elongasti omnes terminos terræ.
16. Domine in tribulatione modica memor fui * tui, in tribulatione modica * eruditio tua facta est nobis. * *tui & eruditio tua, addita ex Mſ. Regin. Suec.*	16. Domine in angustia requisierunt te, in tribulatione murmuris doctrina tua eis.
17. Et sicut parturiens proxima est partui, & in dolore suo clamat: ita facti sumus dilecto.	17. Sicut quæ concipit, cùm appropinquaverit ad partum, dolens clamat in doloribus suis: sic facti sumus à facie tua Domine.
18. Propter timorem tuum Domine, in utero accepimus, & parturivimus spiritum salutis, quem fecisti super terram: sed cadent qui inhabitant terram.	18. Concepimus, & quasi parturivimus, & peperimus spiritum: salutes non fecimus in terra, ideo non ceciderunt habitatores terræ.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

subinde iidem Mſs. codd. delent *enim*, post *omnis*: item S. Germ. & S. Mich. pro *non faciet*, legunt *non facere*; paulòque post, *ut non videat*, loco *ne videat*. Mſ. Reg. Suec. & *non videat claritatem Domini*. Iren. l. 5. c. 35. p. 335. c. *Tollatur*, *ut non videat gloriam Domini*. August. ep. 147. to. 2. 484. e. *Tollatur impius*, *ne videat claritatem Domini*; at l. de sp. & lit. to. 10. 105. c. *ut non videat gloriam Domini*. Greg. M. moral. l. 4. c. 12. p. 113. c. *Tollatur impius*, *ne videat gloriam Dei*: itidem l. 6. c. 30. p. 202. c. & l. 20. c. 3. p. 639. b. 1189. c. 1483. a. Gregorio succinit Cassiod. in Pſ. 109. p. 378. b. Auctor verò l. de promiss. ap. Prosp. c. 20. p. 204. a. legit: *Auferatur impius*, & *non videat claritatem Domini sanctorum*. Hieron. in Isai. 26. col. 219. e. ita ex ed. LXX. *Cessavit enim impius*, & *non discet justitiam super terram; veritatem non faciet: auferatur impius*, *ut non videat gloriam Domini*. Sic etiam in Gr. est, præter hoc, πᾶς ὃς ὐ μὴ μάθῃ, loco & *non discet*; at Hieron. sup. in Isai. 1. col. 16. b. legit: *omnis qui non didicerit justitiam*, &c.

℣. 11. Mſs. S. Germ. & S. Mich. ferunt initio, *Domine Deus*, absque seq. *est*; subinde pro *cognoverint*, Mſ. S. Mich. hab. *cognoverunt*. Psalt. Thomas. *Domine Deus*, *excelsum est..... dum autem adveneris*, *scientes confundentur: zelus apprehendet*, &c. ut in textu Mozar. Similiter habet Mſ. Regin. Suec. præter hoc, *dum autem cognoverint*, *confundentur*. Hieron. in hunc loc. col. 220. e. ita legit ex LXX. *Domine excelsum est brachium tuum*, & *nesciebant: scientes autem*, *confundentur: zelus apprehendet populum ineruditum*: & *nunc ignis adversarios comedet*. Eadem quoque in Græco, nisi excipiatur istud, ὐκ ἤδεισαν, *non noverunt*, pro *nesciebant*. Similiter ap. Ambros. in Pſ. 118. col. 1198. e. *zelus apprehendit populum ineruditum*. Apud August. l. 20. de civit. Dei, c. 12. to. 7. 590. a. *zelus occupavit plebem ineruditam*: & *nunc ignis contrarios comedet*.

℣. 12. Ita legit Aug. in Pſ. 71. to. 4. 743. c. cum Mſ. S. Mich. Ita quoque Hieron. in hunc loc. col. 221. a. ex LXX. item inf. in Isai. 28. col. 234. a. præter unum *reddidisti*, pro *dedisti*; in Mſ. etiam S. Germ. & Psalt. Thom. *reddidisti*; in Gr. ἀπέδωκας; cæt. ut supra. Apud Fulg. l. 2. ad Tras. c. 6. p. 94. *Domine Deus noster*, *pacem tuam da nobis: omnia enim dedisti nobis*. Itidem in Mſ. Regin. Suec.

℣. 13. Mſs. S. Germ. Regin. Suec. & S. Mich. cum Psalt. Thomas. habent *nescimus*, pro *non novimus*; & *nominamus*, pro *invocabimus*; Gr. ὐκ οἴδαμεν..... ὀνομάζομεν. Hieron. in Isai. 26. col. 221. b. *Domine Deus noster*, *posside nos: Domine*, *extra te*, *alium nescimus*, *nomen tuum invocamus*. Fulg. fragm. 11. cont. Fab. p. 591. & fragm. 31. p. 630. *Domine*, *præter te*, *alium non novimus*, *nomen tuum invocavimus*: & l. 2. ad Trasim. c. 6. p. 94. *Domine Deus noster*, *posside nos: Domine*, *praeter te*, *alium non novimus*, *nomen tuum nominamus*.

℣. 14. Mſs. S. Germ. & S. Mich. hab. *suscitabunt*, & inf. *omnem masculum*. Itidem in Psalt. Thomas. ac præterea *sustulisti*, pro *tulisti*. In Mſ. Regin. Suec. sic: *Non mortui vitam non videbunt*, *neque medici resuscitabunt: ideo..... & sustulisti omnem masculum*, &c. Hieron. in hunc loc. col. 221. f. ex LXX. *Mortui enim vitam non videbunt*, *neque medici suscitabunt: idcirco induxisti*, & *perdidisti*, & *tulisti omne masculum eorum*. Ita quoque in Gr. exceptâ voculâ λὲ initio, pro *enim*.

℣. 15. Concinunt Mſs. S. Germ. & S. Mich. Sic etiam habet Hieron. in Isai. 26. col. 222. f. ex LXX. notatque *mala*, *quæ LXX. secundò posuerunt*, *in Hebraïco non haberi*. Textui favet Gr. edit. Rom. Mſ. Regin. Suec. & Psalt. Thomas. hab. *omnibus gloriosis terræ*.

℣. 16. In Mſ. S. Mich. simpliciter: *Domine in tribulatione modicâ emendatio tua nobis*. In Mſ. S. Germ. 15. *Domine in tribulatione memor fui tui*, *in tribulatione modicâ emendatio tua nobis*. Itidem in Psalt. Thomas. & Mſ. Reg. Suec. præter hoc ult. *eruditio tua est nobis*; Mſ. Suec. *facta est nobis*. Apud Hieron. in hunc loc. 223. b. ex LXX. *Domine in tribulatione recordatus sum tui*, *in tribulatione parvâ doctrina tua nobis*. Ita quoque est in edit. Rom. nisi excipiatur vox παιδεία, pro *doctrina*.

℣. 17. Ita Mſs. S. Germ. & S. Mich. nisi quòd hab. *parere*, loco *partui* (Gr. τεκεῖν) & in fine *dilecto tuo*: Brev. Moz. *delicto*, sed pravè. Mſ. Regin. Suec. fert: *Et tanquam parturiens*, *quæ proxima est partui*, *in dolore suo clamat: ita facti sumus dilecto tuo*. Psalt. Thom. *Et sicut parturiens proxima ut pareret*, *in dolore suo exclamavit: ita facti sumus in dilecto tuo*. Hieron. in Isai. 26. col. 223. c. ita legit ex LXX. *Et sicut parturiens*, *cùm appropinquat ad partum*, *in dolore suo clamat: sic facti sumus dilecto tuo*. Ita quoque habet Edit. Rom. præter conjunct. *cùm*, quam delet, & aor. 1. ἐκέκραξε, *clamavit*, pro *clamat*; at in ed. Compl. κράζει. Hieron. ibid. addit: *Hoc quod LXX. addiderunt*, sic facti sumus dilecto tuo; *pro quo*, inquit, *cæteri transtulerunt*, sic facti sumus à facie tua Domine, *obelo prænotandum est*.

℣. 18. Ita ferunt Mſs. SS. Mich. & Germ. additis tamen duobus, nimirum, & *peperimus*, post hoc, *parturivimus*; & *tua*, ad vocem *salutis*. Sic etiam in Græco, præter seqq. ὃ ἐποιήσαμεν ἐπὶ τῆς γῆς· ὐ πεσούμεθα, ἀλλὰ πεσοῦνται πάντες οἱ ἐνοικοῦντες ἐπὶ τῆς γῆς. In Psalt. Thomas. *Propter timorem tuum Domine*, *in utero accepimus*, & *doluimus*, & *peperimus spiritum salutis tuæ*, *quem fecisti* (al. *fecimus*) *super terram: non cademus*, *sed cadent qui inhabitant super terram*. In Mſ. Reg. Suec. deest hoc 1. *Propter timorem*; paulòque post, istud, & *peperimus*; ut & præpos. *super*, ante *inhabitant*; cæt. ut in Psalt. Thom. A Mſ. etiam Alex. abest ὃ, ante ἐποιήσαμεν, nec-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

19. Vivent mortui tui, interfecti mei resurgent: expergiscimini, & laudate qui habitatis in pulvere: quia ros lucis ros tuus, & terram gigantum detrahes in ruinam.

20. Vade populus meus, intra in cubicula tua, claude ostia tua super te, abscondere modicùm ad momentum, donec pertranseat indignatio.

Mich. 1. 3. 21. Ecce enim Dominus egredietur de loco suo, ut visitet iniquitatem habitatoris terræ contra eum: & revelabit terra sanguinem suum, & non operiet ultra interfectos suos.

VERSIO ANTIQUA.

19. Resurgent mortui, resurgent qui sunt in monumentis, & lætabuntur qui in terra: ros enim, qui abs te est, sanitas est illis; terra verò impiorum peribit. *Ex Mſs. notatis infra.*

20. Ambula populе meus, & intra recessus tuos: absconde pusillùm aliquantulum, donec transeat ira Domini. *Ex Brev. Mozar. ubi sup.*

21. Ecce enim Dominus de sancto inducet iram super habitatores terræ: & revelabit terra sanguinem suum, & non abscondet ultra interfectos. *Hieron. in Isai. 26. col. 225. ex Lxx.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

non seqq. ὑ πισύμθα, & πάντες. In edd. Ald. & Compl. est, ὃ ἐποίησας. Apud Ambros. l. 2. de fide res. to. 2. p. 1152. b. *Propter timorem tuum Domine, in utero accepimus, & parturivimus spiritum salutis tuæ, quem effudisti super terram: cadent qui inhabitant terram:* & in Luc. 20. to. 1. col. 1509. e. *De timore tuo concepimus, & parturivimus:* & post pauca: *peperimus spiritum salutis in terra:* item in Ps. 39. col. 866. c. & l. 1. de Cain, c. 10. col. 204. e. & l. 2. de Abr. c. 11. col. 348. a. *in utero accepimus, & parturivimus spiritum salutis:* & l. 3. de interpel. Job, c. 4. col. 658. b. *De timore tuo in utero accepimus, & parturivimus spiritum salutis.* Apud Augustinum in Psalm. 47. to. 4. 418. f. *A timore tuo concepimus, & parturivimus spiritum salutis.* Apud Hieronymum in Eccles. to. 2. 730. c. *A timore tuo Domine, concepimus, & parturivimus, & peperimus:* similiter habet quæst. 4. ad Algas. to. 4. 193. d. subnexis his, *spiritum salutis tuæ, quem fecisti super terram:* at epist. 18. ad Eustoch. to. 4. p. 2. col. 47. b. sic: *A timore tuo Domine, concepimus, & doluimus, & peperimus spiritum salvationis tuæ, quem fecimus super terram:* item in Isai. 37. col. 288. d. *A timore tuo..... doluimus, & peperimus sp. salutis:* lib. verò 2. in ep. ad Gal. to. 4. 277. f. *concepimus, & peperimus, filios salvationis tuæ fecimus super terram:* & in Isai. 59. col. 438. c. *A timore tuo Dom. concepimus, & parturivimus, & peperimus, spiritum salutis tuæ fecimus super terram:* similiter in Amos 1. p. 1374. f. & in Abac. 3. col. 1629. e. excepto uno *faciemus*, pro *fecimus*; præterea in Abac. 3. hab. *in utero suscepimus*, pro *concepimus*: demum in Isai. 26. col. 224. a. addit ex LXX. *non cademus, sed cadent habitatores terræ:* deinde: *LXX. autem hoc asserunt, quòd facientibus sanctis spiritum salutis super terram, qui terræ habitatores sunt, cernunt; licet inter* orbem, *qui Hebraïcè* thebel, & *Græcè dicitur* οἰκουμένη, *ac* terram, *multa diversitas sit.* Fulgent. de Incarn. ad Petr. diac. p. 308. *Propter timorem tuum Domine, in utero concepimus, & parturivimus spiritum salutis tuæ: justitiam non fecimus super terram.*

℣. 19. Ita ex Mſs. S. Germ. & S. Mich. Sic etiam in Psalt. Thomas. exceptis his, *Exsurgent mortui, & resurgent..... & lætabuntur qui sunt super terram.* In Mſ. Regin. Suec. *Surgunt mortui, & resuscitabuntur qui in monum. sunt, & lætabuntur qui subter terram sunt,* &c. ut sup. Breviarium verò Mozarabicum habet: *Exsurgent mortui, & resurgant qui sunt in monumentis, & lætabuntur omnes qui sunt super terram,* &c. ut supra. Græc. Ἀναστήσονται οἱ νεκροὶ, καὶ ἐγερθήσονται οἱ ἐν τοῖς μνημείοις, καὶ εὐφρανθήσονται οἱ ἐν τῇ γῇ· reliqua ut in textu, nisi ultimum verbum excipias πεσοῦνται, loco *peribit.* Iren. l. 5. c. 15. p. 311. b. *Resurgent mortui, & surgent qui in monumentis, & lætabuntur qui sunt in terra: ros enim, qui à te est, sanitas est eis:* itidem infra c. 34. p. 334. a. addito verbo *sunt*, ad vocem *monumentis*; detracto verò *est*, post *à te:* vide etiam l. 4. c. 33. p. 273. c. Tertul. l. de resur. carn. p. 578. b. *Vivent mortui, & exsurgent de sepulcris: ros enim, qui à te est, medela est ossibus eorum.* Ambros. l. 2. de fide res. to. 2. 1152. b. *Resurgent qui in monumentis sunt.* Ambrosiast. *Qui in monumentis sunt, resurgent.* S. Paulin. ep. 44. p. 268. c. *ros enim, qui ab illo est, sanitas est nobis.* Hieron. in Isai. 26. col. 224. b. ita leg. ex LXX. *Resurgent mortui, & resurgent de sepulcris, & lætabuntur qui sunt in terra: ros enim tuus, sanitas eorum; terra autem impiorum cadet:* & in Ose. 6. col. 1276. a. *Resurgent mortui, & resuscitabuntur qui in sepulcris sunt; ros enim, qui à te est, sanitas eorum est:* & inf. in c. 14. col. 1334. a. *ros enim lucis, qui à te est, sanitas eorum est.* August. l. 20. de civit. Dei, c. 21. to. 7. 650. f. 601. a. b. *Resurgent mortui, & resurgent qui in sepulcris erant, & lætabuntur omnes qui sunt in terra: ros enim, qui abs te est, sanitas illis est; terra verò impiorum cadet:* & l. 22. c. 3. col. 657. c. *Resurgent qui erant in monumentis.* Auct. l. de promiss. p. 3. ap. Prosp. p. 180. c. *Exsurgent mortui, & excitabuntur* (al. *suscitabuntur*) *qui in monumentis sunt, & exsultabunt omnes qui sunt in terra,* (al. *lætabuntur quæ super terram sunt:*) *ros enim, qui à te est, medicina illis est:* item inf. c. 18. p. 201. b. *Exsurgent mortui, & excitabuntur qui in monumentis sunt.*

℣. 20. Psalt. Thomas. *Ambula populus meus, & intra in recessus tuos: claude ostium tuum, & absconde te post illud aliquantulum, donec,* &c. ut sup. Similiter habet Mſ. Regin. Suec. præter ista, *Ambula plebs mea, intra in secreta tua.* Tertul. l. de resur. carn. p. 577. a. *Populus meus, introite in cellas, promas quantulum, donec ira mea prætereat.* Ambros. l. 2. de Sacram. p. 382. f. *Ambula populus meus, & intra in recessus tuos: claude ostium tuum, abscondere pusillùm, donec transeat ira Domini.* Hieron. in Isai. 26. col. 225. ex LXX. *Vade populus meus, ingredere cubicula tua, claude ostium tuum, abscondere paululùm quantulùmcunque, donec pertranseat ira Domini.* Sic etiam in Gr. edit. Rom. Rursum Hieron. in Amos 5. col. 1419. a. *Vade populus meus, intra cubicula tua, claude ostium, abscondere pusillùm, donec transeat ira Domini:* & epist. 18. ad Eustoch. to. 4. p. 2. col. 39. b. *Populus meus, intra cubiculum tuum, claude ostium tuum, abscondere pusillùm aliquantulum, donec transeat ira Domini.* Victor Vit. l. 2. de pers. Afric. p. 23. a. *claude ostium tuum, & abscondere aliquantulum, donec transeat ira Dei.*

℣. 21. Eadem fert Gr. edit. Rom. excepto verbo præs. ἐπάξει, *inducit*, pro fut. *inducet*; detractoque inf. *ultra*, ante *interfectos*; ed. tamen Compl. hab. τὰς ἀπεκτονίνας ἔτι.

CAPUT XXVII.

VULGATA NOVA.

1. IN die illa visitabit Dominus in gladio suo duro, & grandi, & forti, super Leviathan serpentem vectem, & super Leviathan serpentem tortuosum, & occidet cetum, qui in mari est.

VERSIO ANTIQUA.

1. IN die illa inducet Deus gladium sanctum, & magnum, & fortem, super draconem colubrum fugientem, super draconem colubrum tortuosum, & occidet draconem, qui est in mari. *Hieron. in Isai. 27. col. 226. ex Lxx.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Deest in Gr. conjunct. &, ante *occidet*; nec ultimò subjicitur, *qui est in mari*; cæt. ut in textu Lat. imo & in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. est ἐν θαλάσσῃ; dein in Compl. τὸν δράκοντα, τὸν ἐν τῇ θαλάσσῃ. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 718. c. legit: *Illa die superducet Dominus Deus machæram sanctam, magnam, & fortem, in draconem illum colubrum magnum & tortuosum, & interficiet eum illa die.* Hilar. in Ps. 64. col. 167. c. *Superinducet Dominus machæram terribilem, & magnam, super draconem serpentem pravum, & perimet draconem, qui in mari est.* Jul. Firmic. l. de errore prof. relig. c. 27. p. 175. d. *In illa die superinducet Deus gladium sanctum, & magnum, & fortem, super draconem serpentem magnum & tortuosum, & interficiet draconem.* Rursus Hieron. in Sophon. 2. col. 1667.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Hieron. in Isai. 27. col. 227. ex Lxx. 2. In die illo vinea bona desiderium ejus, ut princeps illius sit.	2. In die illa vinea meri cantabit ei.
3. Ego civitas fortis, civitas quæ oppugnatur, frustra potum dabo illi: capientur enim nocte, die autem cadet murus.	3. Ego Dominus, qui servo eam, repentè propinabo ei: ne fortè vilitetur contra eam, nocte & die servo eam.
Ibid. 228. 4. Non est quæ non apprehenderit eam: quis ponet me custodem stipulæ in agro? propter adversariam hanc repuli eam: idcirco fecit Dominus omnia quæ dispositi. Combusta sum,	4. Indignatio non est mihi: quis dabit me spinam & veprem in prælio: gradiar super eam, succendam eam pariter?
5. dicent habitatores ejus: faciemus pacem illi, faciemus pacem ei,	5. An potiùs tenebit fortitudinem meam, faciet pacem mihi, pacem faciet mihi?
Ibid. 229. 6. qui veniunt filii Jacob: germinabit, & florebit Israël, & implebit orbem terrarum fructus ejus.	6. Qui ingrediuntur impetu ad Jacob, florebit & germinabit Israël, & implebunt faciem orbis semine.
	7. Nunquid juxta plagam percutientis se percussit eum? aut sicut occidit interfectos ejus, sic occisus est?
8. Rixans, & exprobrans emittet eos: Nonne tu eras qui meditabaris spiritu duro interficere eos spiritu furoris?	8. In mensura contra mensuram, cùm abjecta fuerit, judicabis eam: meditatus est in spiritu suo duro per diem æstus.
Ibid. 230. 9. Propterea auferetur iniquitas Jacob: & hæc erit benedictio ejus cùm abstulero peccatum ejus, quando posuerit omnes lapides ararum contritos quasi cinerem comminutum, & non perseverabunt arbores eorum, & idola eorum succidentur quasi lucus.	9. Idcirco super hoc dimittetur iniquitas domui Jacob: & iste omnis fructus ut auferatur peccatum ejus, cùm posuerit omnes lapides altaris sicut lapides cineris allisos, non stabunt luci & delubra.
10. Et longè habitans grex dimittetur sicut grex derelictus: & erit multo tempore in pascua, & ibi requiescent greges.	10. Civitas enim munita desolata erit, speciosa relinquetur, & dimittetur quasi desertum: ibi pascetur vitulus, & ibi accubabit, & consumet summitates ejus.
11. Et post multum tempus non erit in ea omne viride, quia * exsiccatus est. Mulieres venientes à spectaculo venite, non est enim populus habens intelligentiam: propterea non miserebitur eorum, qui fecit eos; & qui formavit eos, non parcet.	11. In siccitate messes illius conterentur, mulieres venientes, & docentes eam: non est enim populus sapiens, propterea non miserebitur ejus, qui fecit eum; & qui formavit eum, non parcet ei.
* *Nobil. & Gr.* exsiccatum.	
Ibid. 231. 12. Et erit: In die illa concludet Dominus à fossa fluminis usque ad Rhinocoruram, vos autem congregate unum & unum filios Israël.	12. Et erit: In die illa percutiet Dominus ab alveo fluminis usque ad torrentem Ægypti, & vos congregabimini unus & unus filii Israël.
Ibid. 232. 13. Et erit: In die illa canent tubâ magnâ, & venient qui perierant in regione Assyriorum, & qui perierant in Ægypto, & adorabunt Dominum super montem sanctum in Jerusalem.	13. Et erit: In die illa clangetur in tuba magna, & venient qui perditi fuerant de terra Assyriorum, & qui ejecti erant in terra Ægypti, & adorabunt Dominum in monte sancto in Jerusalem.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

d. *Inducet gladium magnum, & sanctum, super draconem colubrum tortuosum, & interficiet illum in die illa:* & in Isai. 27. col. 227. b. ait: *Gladius sanctus, & magnus, & fortis, sive juxta Hebraïcum, & reliquos Interp.* gladius durus; *non enim ut LXX. arbitrati sunt,* cadesa *dicitur: quòd si esset,* sanctum *sonaret: sed* casa, *quod propriè transfertur in* durum.

℣. 2. In Gr. edit. Rom. deest *ejus*, post *desiderium*; loco verò ult. *ut princeps illius sit*, legitur, ἐξάρχειν κατ' αὐτῆς· Nobil. *cantare*, aut *incipere super eam*; Ms. Mediol. cum ed. Ald. hab. ἐξάρχει.

℣. 3. Sic est in Gr. excepto verbo ἁλώσεται, *capietur.* Rursus Hieron. in Eccles. to. 2. 775. a. habet: *Ego civitas firma, civitas quæ oppugnatur:* similiter quæst. 2. ad Algas. to. 4. 192. a. Equidem Hieronymus epist. ad Paulam, to. 2. 710. f. huc alludens ait: *Quamvis etiam dicere audeant: Ego civitas firma, civitas quæ non oppugnatur:* sed ibi, ut liquet, contextus sermonis Hieronymi negationem exigit. Multi tamen codices operum Hieron. retinent particulam negativam *non oppugnatur*, teste Martianæo; sed in ipsis vel intelligendum *non expugnatur*, vel aliis, nec paucioribus, standum, qui habent veram lectionem, *quæ oppugnatur:* Hieron. enim in hunc Isaiæ loc. col. 228. b. relatâ hac sententiâ, *Ego civitas firma, civitas quæ oppugnatur*, continuò addit, *pulchreque* oppugnatur *dixit, non* expugnatur: *oppugnari* quippe, obsidionem sustinere est; *expugnari* verò, vi capi, & vinci: vide Martianæi notas a. locis cit. sup. to. 2. 775. & to. 4. 191. Apud Ambros. l. de Isaac, c. 5. col. 367. f. *Ego civitas munita, ego civitas obsessa:* similiter l. 6. Hexa. col. 132. e. & l. de bono mort. c. 5. col. 397. d. Gr. πόλις ὀχυρὰ, πόλις πολιορκημένη.

℣. 4. Similia Græc. habet, præter hoc, τοῦτο διατῶ-το, loco *idcirco.*

℣. 5. Græc. βοήσονται οἱ οἰκοῦντες ἐν αὐτῇ· ποιήσωμεν εἰρήνην αὐτῷ, ποιήσωμεν εἰρήνην· *clamabunt habitatores ejus: faciamus pacem ei, faciamus pacem.*

℣. 6. Eadem fere Gr. edit. Rom. nisi excipiantur hæc ult. ἐμπλησθήσεται ἡ οἰκουμένη τῷ καρπῷ αὐτῶ. Item Apud Iren. l. 4. c. 4. p. 231. c. *Filii Jacob germinabunt, & floriet Israel, & fructu ejus adimplebitur universa terra.* Ap. Aug. l. de unit. Eccl. to. 9. 346. f. 347. a. *germinabit, & floreseet Israël, & replebitur orbis terrarum fructu ejus.*

℣. 8. Concordat Græc. cum textu Lat.

℣. 9. Eadem sunt in Gr. præter seqq. ἐν τοῦτό ἐστιν, loco *& hæc erit;* paulòque post, ὅταν θῶσι, *quando posuerint,* (Ms. Alex. θῶ;) ultimòque, ἐκκεκομμένα ὥσπερ λοιμὸς μακρὰν, *succisa quasi lucus longè;* quam vocem *longè*, jungit Hieron. ℣. sequenti.

℣. 10. Suffragatur Græc. nisi quòd hab. ἐκ βόσκημα, *in pastionem*, loco *in pascua:* ipso initio etiam deest &.

℣. 11. Eadem prorsus in Græco, deleta voce *multum*, in principio, ut & inf. *eorum*, post *miserebitur.* Apud Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 735. b. sic: *Mulieres venientes à visione, venite.* Item Hieron. loco cit. col. 230. f. ait: *Hoc quod LXX. interpretati sunt:* non erit in ea quidquam viride, quia exaruit: *juxta Hebraicum sequentibus copulatur, juxta LXX. priori sensui.*

℣. 12. Ita in Gr. ed. Rom. nisi quòd habetur Συμφράξει ὁ Θεός, sed in Ms. Alex. ac edd. Ald. & Compl. ὁ Κύριος, ut sup. item in ed. Rom. κατὰ ἕνα simpliciter, loco *unum* & *unum;* at in Compl. & in Mss. Alex. & Barb. καθ' ἕνα ἕνα.

℣. 13. Concinit Græc. ad verbum.

Digitized by Google

CAPUT XXVIII.

Vulgata nova.	Versio antiqua.
1. VÆ coronæ ſuperbiæ, ebriis Ephraim, & flori decidenti, gloriæ exſultationis ejus, qui erant in vertice vallis pinguiſſimæ, errantes à vino.	1. VÆ coronæ injuriæ, mercenarii Ephraim: flos cadens de gloria ſuper verticem montis pinguis, qui ebrii eſtis abſque vino. *Hieron. in Iſai. 28. col. 233. ex Lxx.*
2. Ecce validus & fortis Dominus, ſicut impetus grandinis; turbo confringens, ſicut impetus aquarum multarum inundantium, & emiſſarum ſuper terram ſpatioſam.	2. Ecce fortis & durus furor Domini, ſicut grando quæ fertur in pronum, non habens umbraculum, & quæ violenter decidit, ſicut aquarum multitudo trahens humum, & faciens ſibi ſpatium.
3. Pedibus conculcabitur corona ſuperbiæ ebriorum Ephraim.	3. Manibus & pedibus conculcabitur corona injuriæ, mercenarii Ephraim.
4. Et erit flos decidens gloriæ exſultationis ejus, qui eſt ſuper verticem vallis pinguium, quaſi temporaneum ante maturitatem autumni: quod cùm aſpexerit videns, ſtatim ut manu tenuerit, devorabit illud.	4. Et erit flos, qui decidit de ſpe gloriæ, in ſummitate montis excelſi, ſicut præmatura ficus: quam qui viderit, antequam ſumat manu, cupiet eam devorare.
5. In die illa erit Dominus exercituum corona gloriæ, & ſertum exſultationis reſiduo populi ſui:	5. In die illa erit Dominus ſabaoth corona ſpei, quæ compacta eſt gloriæ reliquiis populi: *Ibid. 235.*
6. & ſpiritus judicii ſedenti ſuper judicium, & fortitudo revertentibus de bello ad portam.	6. relinquetur in ſpiritu judicii ſuper judicium, & fortitudinem vetans interficere.
7. Verùm hi quoque præ vino neſcierunt, & præ ebrietate erraverunt: ſacerdos & propheta neſcierunt præ ebrietate, abſorpti ſunt à vino, erraverunt in ebrietate, neſcierunt videntem, ignoraverunt judicium.	7. Iſti enim vino decepti ſunt, errant propter ſiceram: ſacerdos & propheta exciderunt mente propter ſiceram, abſorpti ſunt propter vinum, vacillaverunt propter ebrietatem ſiceræ, erraverunt, hoc eſt phaſma.
8. Omnes enim menſæ repletæ ſunt vomitu ſordiumque, ita ut non eſſet ultra locus.	8. Maledictio comedet hoc conſilium, ſiquidem iſtud conſilium propter avaritiam eſt.
9. Quem docebit ſcientiam? & quem intelligere faciet auditum? ablactatos à lacte, avulſos ab uberibus.	9. Cui annuntiabimus mala? & cui annuntiabimus nuncium? qui ablactati ſunt à lacte, qui abſtracti ab ubere. *Ibid. 236.*
10. Quia manda remanda, manda remanda, exſpecta reexſpecta, exſpecta reexſpecta, modicum ibi, modicum ibi.	10. Tribulationem ſuper tribulationem exſpecta, præſtolare ſpem ſuper ſpem, adhuc parum, adhuc parum,
11. In loquela enim labii, & lingua altera loquetur ad populum iſtum. *1. Cor. 14. 21.*	11. propter irriſionem labiorum, propter linguam alteram, qua loquentur populo huic, *Ibid. 237.*
12. Cui dixit: Hæc eſt requies mea, reficite laſſum, & hoc eſt meum refrigerium: & noluerunt audire.	12. dicentes eis: Hæc eſt requies eſurienti, & hæc contritio: & noluerunt audire.
13. Et erit eis verbum Domini: Manda remanda, manda remanda, exſpecta reexſpecta, exſpecta reexſpecta, modicum ibi, modicum ibi: ut vadant, & cadant retrorsùm, & conterantur, & illaqueentur, & capiantur.	13. Et erit eis ſermo Domini: Tribulatio ſuper tribulationem, exſpecta exſpecta, ſpes ſuper ſpem, adhuc parum, adhuc parum: ut vadant, & cadant retrorsùm, & conterantur, & periclitentur, & capiantur.
14. Propter hoc audite verbum Domini viri illuſores, qui dominamini ſuper populum meum, qui eſt in Jeruſalem.	14. Propterea audite verbum Domini viri tribulati, & principes populi hujus, qui eſt in Jeruſalem. *Ibid. 238.*
15. Dixiſtis enim: Percuſſimus fœdus cum mor-	15. Quia dixiſtis: Fecimus teſtamentum cum

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Itidem Græcè.

℣. 2. In edit. Rom. Ἰδοὺ ἰσχυρὸν καὶ σκληρὸν ὁ θυμός, *Ecce fortis ac durum furor*, &c. at in Compl. ἰσχυρὸς καὶ σκληρός· ſubinde in edit. Rom. tollitur ϑ, poſt *umbraculum*; paulòque poſt ſic legitur: ὡς ὕδατος πολὺ πλῆθος ζύσον χώσει, τῇ γῇ ποιήσει ἀνάπαυμα· *ſicut aqua magna multitudo trahens regionem, terra faciet requiem.*

℣. 3. Sic habetur Græcè.

℣. 4. Vix diſſimile quidpiam in Græco.

℣. 5. Ita Græcè.

℣. 6. Edit. Rom. initio hab. καταλειφθήσονται, *relinquentur*; Ald. verò & Compl. καταλειφθήσεται; extremò in Rom. κωλυόντων, *vetantium*; in Mſs. autem Alex. & Mediol. κωλύων, *vetans*; cæt. concordant.

℣. 7. Hæc tota ſimiliter exſtant in edit. Rom. exceptis his, πεπλημμελημένοι εἰσὶν, ἐπλανήθησαν, *deliquerunt, erraverunt*, loco *decepti ſunt, errant*; ſed in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. πεπλανημένοι, quod etiam recentiori manu appoſitum eſt in Mſ. Vatic. ſubinde abeſt ab ipſo vox *ſicera*, poſt *ebrietatem*; quæ tamen legitur in Mediol. Alex. Ald. & Compl.

℣. 8. Conſonat Græcum.

℣. 9. Ita Græcè, præter 2. aoriſt. ἀπηγγείλαμεν..... ἀπηγγείλαμεν, *annuntiavimus..... annuntiavimus*, pro totidem fut.

℣. 10. Sic eſt in Græco, detracto verbo *præſtolare*. Similiter apud Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1215. a. *Tribulationem ſuper tribulationem exſpecta, ſpem ſuper ſpem.*

℣. 11. Itidem Græcè, excepta voculâ ὅτι, *quia*, pro *qua*.

℣. 12. Concordat Græcum. Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. 518. ait: *Suſcipite laſſum, & hæc eſt requies mea.*

℣. 13. Abeſt à Gr. edit. Rom. *exſpecta exſpecta*; at in Mſ. Mediol. additur, προσδέχου προσδέχου· extremò in ed. Rom. καὶ συντριβῶσι, καὶ κινδυνεύσωσι, καὶ ἁλῶσονται, ϑ *conterentur*, ϑ *periclitabuntur*, ϑ *capientur*; ſed in Compl. καὶ κινδυνεύσωσι, καὶ συντριβήσωνται· in Mſ. Mediol. καὶ κινδυνεύσωσι, καὶ ἁλώσωνται· cæt. conveniunt cum Lat. ſup. niſi excipias vocem Θεοῦ, loco *Domini*; in Mſs. Mediol. Alex. & B. Κυρίου τοῦ Θεοῦ.

℣. 14. Concinit Græc. ad verbum.

℣. 15. Eadem leguntur Græcè, præter ſequentia, συνθήκας, *pacta*, pro *pactum*; ſtatimque, inverſo ordine, καταιγὶς φερομένη ἐὰν παρέλθῃ, *tempeſtas irruens ſi pertran-*

Digitized by Google

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Hieron. ubi sup. inferno, & cum morte pactum. Tempestas transiens si irruerit, non veniet super nos: quoniam posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protegemur.	te, & cum inferno fecimus pactum. Flagellum inundans cùm transierit, non veniet super nos: quia posuimus mendacium spem nostram, & mendacio protecti sumus.
Ibid. 239. 16. Propterea sic dicit Dominus: Ecce ego immittam in fundamenta Sion lapidem pretiosum, electum, angularem, honorabilem in fundamenta ejus: & qui crediderit, non confundetur.	16. Idcirco hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem, lapidem probatum, angularem, pretiosum in fundamento fundatum: qui crediderit, non festinet. *Psalm.* 117. 22. *Matth.* 21. 42. *Act.* 4. 11.
17. Et ponam judicium in spem, misericordiam autem meam in pondera, & qui credunt frustra mendacio: quoniam non transibit per vos tempestas.	17. Et ponam in pondere judicium, & justitiam in mensura: & subvertet grando spem mendacii: & protectionem aquæ inundabunt. 1. *Pet.* 2. 6. *Rom.* 9. 33.
18. Et non auferet vobis testamentum mortis, & spes vestra ad infernum non permanebit: tempestas veniens si transierit, eritis ei in conculcationem.	18. Et delebitur fœdus vestrum cum morte, & pactum vestrum cum inferno non stabit: flagellum inundans cùm transierit, eritis ei in conculcationem.
19. Cùm transierit, tollet vos: manè manè pertransiet: die & nocte erit spes pessima: discite audire, qui estis in tribulatione.	19. Quandocunque pertransierit, tollet vos: quoniam manè diluculo pertransibit in die & in nocte, & tantummodo sola vexatio intellectum dabit auditui.
20. Non possumus pugnare: ipsi autem infirmi sumus, ut congregemur.	20. Coangustatum est enim stratum, ita ut alter decidat: & pallium breve utrumque operire non potest.
Ibid. 240. 21. Sicut mons impiorum consurget Dominus, & erit in valle Gabaon: cum furore faciet opera sua, amaritudinis opus: & furor ejus quasi alienis abutetur, & aliena amaritudo ejus.	21. Sicut enim in monte divisionum stabit Dominus: sicut in valle, quæ est in Gabaon, irascetur: ut faciat opus suum, alienum opus ejus: ut operetur opus suum, peregrinum est opus ejus ab eo. 2. *Reg.* 5. 20. 1. *Par.* 14. 11. *Isa.* 10. 10.
22. Et vos nolite lætari, ne confortentur vincula vestra: quia consummatas, & abbreviatas res audivi à Domino Deo sabaoth, quas facturus est super omnem terram.	22. Et nunc nolite illudere, ne fortè constringantur vincula vestra: consummationem enim & abbreviationem audivi à Domino Deo exercituum super universam terram.
Ibid. 242. 23. Auribus percipite, & audite vocem meam; attendite, & audite sermones meos.	23. Auribus percipite, & audite vocem meam, attendite, & audite eloquium meum.
24. Nunquid tota die arabit qui arat, aut sementem præparabit, antequam præparet terram?	24. Nunquid tota die arabit arans ut serat, proscindet & sarriet humum suam?
25. Nunquid non cùm adæquaverit faciem ejus, tunc seminabit gith, & cyminum, & rursum seminabit triticum, & hordeum, & milium, & far in finibus suis?	25. Nonne cùm adæquaverit faciem ejus, seret gith, & cyminum sparget, & ponet triticum per ordinem, & hordeum, & milium, & viciam in finibus suis?
26. Et erudieris judicio Dei, & lætaberis.	26. Et erudiet illum in judicio: Deus suus

Notæ ad Versionem antiquam.

fierit, absque adv. *quoniam*, ante seq. *posuimus*. Ed. Compl. habet Συνθήκην, *pactum*, non *pacta*.

℣. 16. In edit. Rom. geminatur initio, Κύριος Κύριος; & pro *immittam*, habetur ἐμβάλω; paulòque post, ἀκρογωνιαῖον, *summum angularem*, non simpliciter *angularem*; cæt. quadrant: imo in Mss. Alex. B. Mediol. ac edd. Ald. & Compl. non duplicatur Κύριος; legiturque ἐμβαλῶ. Hieron. inf. in Isai. 54. col. 396. e. legit: *Ecce immittam in fundamenta Sion lapidem angularem, lapidem electum, pretiosum: & qui crediderit in eo, non confundetur.* Similiter in Ms. Alex. ὁ πιστεύων ἐν αὐτῷ, vel ut in B. ac edd. Ald. & Compl. ἐπ' αὐτῷ. Iren. l. 3. c. 21. p. 217. c. *Sic dicit Dominus: Ecce ego mitto in fundamenta Sion lapidem pretiosum, electum, summum angularem, honorificum.* Tertul. l. 5. adv. Marc. p. 788. b. *Ecce ego injicio in fundamenta Sionis lapidem pretiosum, honorabilem: & qui in eum crediderit, non confundetur.* Cypr. l. 2. Testim. p. 291. c. *Ecce ego immitto in fundamenta Sion lapidem pretiosum, electum, summum angularem, honoratum: & qui crediderit in eum, non confundetur.* Cypriano succinit ad verbum Jul. Firmic. l. de errore prof. relig. c. 21. p. 172. f. hoc tantùm præposito, *sic dicit Dominus.* Hilar. in Ps. 124. col. 403. b. *Propter hoc sic dicit Dominus: Ecce mitto in fundamenta Sion lapidem præclarum, electum, angularem, pretiosum in fundamenta ejus: & qui crediderit in eum, non confundetur.* Ambros. l. 1. offic. col. 38. b. *Ecce mitto lapidem in fundamentum Sion.* Augustinus tract. 8. in Joh. to. 3. 352. b. *Ecce pono in Sion lapidem electum, pretiosum: & qui crediderit in illum, non confundetur:* & l. 2. cont. adversar. leg. to. 8. 584. b. *Ecce pono in Sion lapidem angularem, electum, pretiosum: & qui credid. in eum, non erubescet.* Ita quoque legit Auct. l. de promiss. p. 1. c. 23. col. 107. e. excepto verbo *confundetur*, pro *erubescet*. Arnob. jun. de Trin. p. 11. b. legit: *& omnis qui crediderit in eo, non confundetur.*

℣. 17. Ita Græcè, nisi exceperis ult. ἐὰν οἱ πεποιθότες μάτην ψεύδει· ὅτι ὑπὲρ μὴ παρέλθῃ ὑμᾶς καταιγὶς· *& qui confiderunt frustra mendacio: quia non præteribit vos tempestas.* Apud Ambros. in Ps. 118. col. 1232. f. hæc pauca: *Misericordia ejus in flateris.*

℣. 18. Edit. Rom. in principio hab. Μὴ ἐξ ἀφέλῃ, quod Nobil. vertit, *Nonne etiam auferet;* at in ed. Compl. est, ἐξ μὴ ἀφέλῃ· subinde in ed. Rom. ponitur ἡ, *quæ*, ante τὸ εἰς *infernum;* paulòque post, φερομένη ἐὰν ἐπέλθῃ, *ruens si supervenerit*, loco *veniens si transierit;* at in ed. Compl. ἐὰν παρέλθῃ· cæt. conveniunt cum ed. Rom.

℣. 19. Eadem fert Græcum, nisi quòd sic dividit, πρωὶ πρωὶ παρελεύσεται ἡμέρας, deinde, ἐξ ὀ νυκτὶ ἔσται ἐλπὶς πονηρά, *& in nocte erit spes mala:* addit Hieron. inf. 240. c. *discite audire, qui tribulati estis;* Gr. συνοχωρήμενοι.

℣. 20. Itidem in ed. Rom. præter hoc ult. τῦ ὑμᾶς Συναχθῆναι, *ut vos congregemini;* at in Ms. Alex. ac ed. Compl. τῦ ἡμᾶς Συναχθῆναι.

℣. 21. Similia exhibet ed. Rom. præter ult. ὁ δὲ θυμὸς αὐτῦ ἀλλοτρίως χρήσεται, ἐξ ἡ Ζωρία αὐτῦ ἀλλοτρία· *furor autem ejus alienè utetur, & putredo,* seu *perditio ejus aliena;* in Mss. Alex. B. ac ed. Compl. ἡ πικρία αὐτῦ ἀλλοτρία.

℣. 22. Eadem prorsus in Græco, exceptâ voculâ μηδὲ, *neque*, pro *ne*, ante *confortentur;* inf. etiam tollitur vox *Deo;* at in Compl. exstat, παρὰ Κυρίῳ Θεῦ, ut supra.

℣. 23. Concordat Græc. ad verbum.

℣. 24. Nil differt Græc. nisi quòd hab. πρὶν ἐργάσασθαι, *antequam operetur*, pro *antequam præparet.*

℣. 25. Græc. utrinque hab. σπείρῃ, *seminat*, non *seminabit;* & pro *gith*, μικρὸν μελάνθιον, *parvum melanthium*, id est, *nigrum papaver;* cæt. ut in textu.

℣. 26. Ita Græcè, addito Ζῦ, *tui*, ad vocem *Dei.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

docebit illum.

27. Non enim in ſerris triturabitur gith, nec rota plauſtri ſuper cyminum circuibit: ſed in virga excutietur gith, & cyminum in baculo.

28. Panis autem comminuetur: verùm non in perpetuum triturans triturabit illum, neque vexabit eum rota plauſtri, nec ungulis ſuis comminuet eum.

29. Et hoc à Domino Deo exercituum exivit, ut mirabile faceret conſilium, & magnificaret juſtitiam.

VERSIO ANTIQUA.

27. Non enim cum duritia mundatur gith, neque rota plauſtri circuit ſuper cyminum: ſed virgâ excutitur gith, & cyminum *Hieron. ubi ſup.*

28. cum pane comeditur: neque enim in ſempiternum ego iraſcar vobis, nec vox amaritudinis meæ conculcabit vos?

29. Et hæc à Domino ſunt egreſſa portenta: inite conſilium, exaltate vanam conſolationem.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 27. Eadem prorſus in Græco, cum hoc, μελάνθιον, pro *gith*.

℣. 28. Edit. Rom. τὸ δὲ κύμινον μετὰ ἄρτου βρωθήσεται· ὃ γὰρ εἰς τὸν αἰῶνα ἐγώ εἰμι ὑμῖν ὀργισθήσομαι, &c. *cyminum autem cum pane comedetur: non enim in ſempit. ego equidem vobis iraſcar*, &c. ut ſup. at in Mſs. B. & Alex. ac ed. Ald. ſimpliciter eſt, ἐγὼ ὑμῖν ὀργισθήσομαι, abſque εἰμί· in Compl. ἐγὼ ὀργισθήσομαι ὑμῖν.

℣. 29. Ita Græcè, adjuncto uno ζαβαὼθ, ad vocem *Domino*.

CAPUT XXIX.

VULGATA NOVA.

1. VÆ Ariel, Ariel civitas, quam expugnavit David: additus eſt annus ad annum: ſolemnitates evolutæ ſunt.

2. Et circumvallabo Ariel, & erit triſtis & mœrens, & erit mihi quaſi Ariel.

3. Et circumdabo quaſi ſphæram in circuitu tuo, & jaciam contra te aggerem, & munimenta ponam in obſidionem tuam.

4. Humiliaberis, de terra loquêris, & de humo audietur eloquium tuum: & erit quaſi pythonis de terra vox tua, & de humo eloquium tuum muſſitabit.

5. Et erit ſicut pulvis tenuis multitudo ventilantium te: & ſicut favilla pertranſiens multitudo eorum, qui contra te prævaluerunt:

6. eritque repentè confeſtim. A Domino exercituum viſitabitur in tonitruo, & commotione terræ, & voce magna turbinis & tempeſtatis, & flammæ ignis devorantis.

7. Et erit ſicut ſomnium viſionis nocturnæ multitudo omnium gentium, quæ dimicaverunt contra Ariel, & omnes qui militaverunt, & obſederunt, & prævaluerunt adversùs eam.

8. Et ſicut ſomniat eſuriens, & comedit, cùm autem fuerit expergefactus, vacua eſt anima ejus: & ſicut ſomniat ſitiens, & bibit, & poſtquam fuerit expergefactus, laſſus adhuc ſitit, & anima ejus vacua eſt: ſic erit multitudo omnium gentium, quæ dimicaverunt contra montem Sion.

9. Obſtupeſcite, & admiramini, fluctuate, & vacillate: inebriamini, & non à vino: movemini, & non ab ebrietate.

VERSIO ANTIQUA.

1. VÆ Ariel, Ariel civitas, quam expugnavit David: congregate genimina, annum ſuper annum, comedite: comedetis enim cum Moab. *Hieron. in Iſai. 29. col. 243. ex Lxx.*

2. Coanguſtabo enim Ariel, & erit fortitudo illius, & divitiæ mihi.

3. Et circumdabo ſicut David ſuper te, & mittam vallum in circuitu tuo, & ponam per gyrum tui turres.

4. Et humiliabuntur in terram ſermones tui, & in terram occident verba tua: & erit ſicut loquentium de terra vox tua, & uſque ad pavimentum vox tua infirmabitur.

5. Et erunt ſicut pulvis de rota divitiæ impiorum: & ſicut favilla quæ rapitur multitudo eorum, qui te oppreſſerunt:

6. eritque in puncto repentè à Domino ſabaoth: viſitatio enim erit cum tonitru, & commotione, & voce magna, tempeſtas valida, & flamma ignis devorans.

7. Et erunt quomodo videntis ſomnium nocte divitiæ omnium gentium, quæ militaverunt contra Ariel, & omnes qui pugnaverunt contra Jeruſalem, & univerſi qui congregati ſunt ſuper eam, & afflixerunt eam.

8. Eruntque ſicut qui in ſomnis eſuriunt, & comedunt, cùmque ſurrexerint, vanum eſt ſomnium eorum: & ſicut qui per ſomnium ſitit, & bibit, cùm ſurrexerit, adhuc ſitiet, & anima ejus fruſtra ſperavit: ſic erunt divitiæ omnium gentium, quæ militaverunt contra montem Sion. *Ibid. 244.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græcè non geminatur *Ariel*; cæt. verò ut in Lat. ſup. Idem Hieron. inf. 245. b. leg. *manducate: comedetis enim*, &c. Gr. φάγεσθε· φάγεσθε γὰρ, &c.

℣℣. 2. 3. Conſonat Græc.

℣. 4. Eadem rurſus in Gr. niſi quòd loco & *erit ſicut loquentium*, eſt, καὶ ἔζονται ὡς οἱ φώνοῦντες· at in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. καὶ ἔσαι, &c.

℣. 5. Græcè χνῦς, *lanugo*, pro *favilla*; extremòque, καταδυναστευόντων σε, *opprimentium te*, loco *eorum qui te oppreſſerunt*; at in Compl. θλιβόντων σε; cæt. ut in Lat. ſup.

℣. 6. Itidem Græcè, præter duo, ὡς στιγμὴ, *quaſi punctus* vel *punctum*, pro *in puncto*; & φερομένη, *ruens*, pro *valida*.

℣. 7. Eadem exhibet Gr. edit. Rom. præter ſeqq. ἐνυπναζόμενος καθ' ὕπνους νυκτός, *ſomnians per ſomnos noctis*, loco *videntis ſomnium nocte*; in Mſ. Alex. ὁ ἐνυπνιαζόμενος ἐνύπνιον· ſubinde in Rom. pro *qui pugnaverunt*, vel ut inf. *militaverunt*, ſic, οἱ στρατευόμενοι; at in Mſ. Alex. ac ed. Compl. στρατευσάμενοι; extremò, καὶ οἱ θλίβοντες αὐτόν, & *qui affligebant eam*, loco & *afflixerunt eam*. Mſ. Alex. καὶ θλίβοντες.

℣. 8. Edit. Rom. in principio hab. Καὶ ὡς οἱ ἐν τῷ ὕπνῳ πίνοντες, καὶ ἔδοντες, *Et ſicut qui in ſomno bibunt, & comedunt*; ſubinde deleta voce *eorum*, poſt *ſomnium*, ſic pergit: καὶ ὃν τρόπον ἐνυπνιάζεται ὁ διψῶν, ὡς ὁ πίνων, καὶ ἐξαναστὰς, ἔτι διψᾷ, &c. ut in textu Lat. Similiter Hieron. in Amos 4. col. 1398. c. *ſicut ſomniat qui ſitit, quaſi bibat, & cùm ſurrexerit, adhuc ſitit, anima autem ejus fruſtra ſperavit*; dein verò ita: *ſic erunt omnes gentes, quæ pugnant contra Jeruſalem*. Mſ. Alex. ac ed. Compl. ita ferunt initio: Καὶ ἔζονται ὡς οἱ ἐν ὕπνῳ, paulòque poſt, αὐτῶν τὸ ἐνύπνιον; & inf. ὁ διψῶν καὶ πίνων, quæ textui favent; extremò etiam Mſ. Alex. hab. ἐπὶ Ἰερουσαλὴμ, καὶ ἐπὶ τὸ ὄρος Σιών. Ambroſ. l. de Joſ. c. 6. n. 30. col. 495. b. ait: *Et Eſaias dicit ita eſſe hujuſmodi homines, qui in hoc ſæculo delectantur ſecundis rebus*,

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Cypr. ep. 55. p. 85. c. 10. Et dedit illis Deus ſpiritum tranſpunctionis.....	10. Quoniam miſcuit vobis Dominus ſpiritum ſoporis, claudet oculos veſtros, prophetas & principes veſtros, qui vident viſiones, operiet.
Hilar. prolog. in Pſ. n. 5. 11. Et erunt vobis omnia verba hæc tanquam eloquia libri hujus ſignati: quòd ſi quidem homini ſcienti litteras dicetur: Lege iſta: dicet: Non poſſum legere, ſignatum eſt enim.	11. Et erit vobis viſio omnium ſicut verba libri ſignati, quem cùm dederint ſcienti litteras, dicent: Lege iſtum: & reſpondebit: Non poſſum, ſignatus eſt enim.
12. Et ſi dabitur liber hic in manus hominis neſcientis litteras, & dicetur ei: Lege hunc: reſpondebit: Neſcio litteras.	12. Et dabitur liber neſcienti litteras, diceturque ei: Lege: & reſpondebit: Neſcio litteras.
Hieron. in Iſai. 29. col. 247. ex Lxx. 13. Et ait Dominus: Appropinquat mihi populus iſte ore ſuo, & labiis ſuis honorat me, cor autem ejus longè eſt à me: fruſtra colunt me, docentes hominum præcepta atque doctrinas:	13. Et dixit Dominus: Eò quòd appropinquat populus iſte ore ſuo, & labiis ſuis glorificat me, cor autem ejus longè eſt à me, & timuerunt me mandato hominum & doctrinis: *Matth.* 15. 8. *Marc.* 7. 6.
14. Propterea ecce adjiciam ut transferam populum iſtum: transferam enim illos, & perdam ſapientiam ſapientium, & intellectum prudentium abſcondam.	14. Ideo ecce ego addam ut admirationem faciam populo huic miraculo grandi & ſtupendo: peribit enim ſapientia à ſapientibus ejus, & intellectus prudentium ejus abſcondetur. *1. Cor.* 1. 19.
Ibid. 248. 15. Væ qui profundum conſilium faciunt, & erunt in tenebris opera eorum, & dicunt: Quis videt nos? quis ſciet nos, & quæ nos facimus?	15. Væ qui profundi eſtis corde, ut à Domino abſcondatis conſilium: quorum ſunt in tenebris opera, & dicunt: Quis videt nos, & quis novit nos? *Ald.* 1. 8.
16. Nonne ut lutum figuli reputabimini? nunquid dicet factura factori ſuo: Non ſapienter me feciſti? aut figmentum fictori ſuo: Non tu me feciſti?	16. Perverſa eſt hæc veſtra cogitatio: quaſi ſi lutum contra figulum cogitet, & dicat opus factori ſuo: Non feciſti me: & figmentum dicat fictori ſuo: Non intelligis.
Hieron. in Iſai. 32. col. 271. a. 17. Adhuc modicum, & erit Libanus in Charmel, & Charmel in ſaltum reputabitur.	17. Nonne adhuc in modico & in brevi convertetur Libanus in charmel, & charmel in ſaltum reputabitur?
Cypr. l. 1. Teſt. c. 4. p. 277. b. 18. Sed in illa die audient ſurdi ſermones li-	18. Et audient in die illa ſurdi verba libri,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ſicut qui in ſomnis manducat & bibit, videtur ſibi cibo aut potu, dum dormit, repleri: ſed cùm evigilaverit, incipit eſurire ampliùs; & tunc intelligit quàm inanis ille cibus & potus fuerit ſomniantis.

℣. 10. Sic iterum legit Cypr. l. de lapſ. p. 192. a. Græc. "Οτι κατέτικεν ὑμᾶς Κύριος πνεύματι κατανύξεως· *Quoniam potavit vos Dominus ſpiritu compunctionis.* Hieron. in Iſai. 29. col. 246. b. ait *pro* ſoporis ſpiritu, *LXX. compunctionem* eſſe interpretatos: at ſup. in c. 22. col. 197. d. legit: *Dominus eis miſcuit ſpiritum erroris.*

℣. 11. Eadem exhibet edit. Rom. niſi quòd ubi Hilar. hab. *quòd ſi quidem*, ipſa fert, ὃ ἐὰν δῶσιν αὐτὸ, nempe τὸ βιβλίον, *quem ſi dederint ipſum* (librum;) & ubi Hilar. hab. *dicetur*, illa λέγοντες, *dicentes*, præpoſito uno ᾧ, ſequenti *dicet*. Item Hilarius in Pſ. 118. col. 343. f. 344. a. legit: *dabitur liber iſte in manus hominis ſcientis litteras, & dicetur ei: Lege hæc: & reſpondebit: Non poſſum legere, ſignatum eſt enim.* Cypr. l. 1. Teſtim. p. 277. b. *Et erunt vobis hi omnes ſermones ſicut ſermones libri qui ſignatus eſt, quem ſi dederis homini ſcienti litteras ad legendum, dicet: Non poſſum legere, ſignatus eſt enim.* Hieron. in Ezech. 44. col. 1022. e. *Erunt verba libri iſtius ſicut verba libri ſignati, quem cùm dederis homini neſcienti litteras, & dixeris ei: Lege: & reſpondebit tibi: Neſcio litteras:* & in Dan. 12. col. 1136. a. *Et erunt ſermones libri iſtius quaſi verba voluminis ſignati, quod ſi dederint homini neſcienti litteras, dicentes ei: Lege: reſpondebit: Neſcio litteras.* Anon. ap. Marten. Anecdot. to. 5. p. 8. b. *Erunt vobis verba libri hujus ſicut libri ſignati, quem ſi dederis homini ſcienti litteras ad legendum, dicit: Non poſſum legere, ſignatum eſt enim.*

℣. 12. Græc. initio hab. Καὶ λαβήσεται, *Et dabitur*, abſque med. *ſi*; item inf. ἐρεῖ, *dicet*, pro *dicetur*; rurſuſque, ᾧ ἐρεῖ, pro *reſpondebit*; cæt. ut ſup. Hieron. in Ezech. 44. col. 1022. e. ſic pergit: *Et dabunt illum homini ſcienti litteras, dicentes: Lege: & dicet: Non poſſum legere, quia ſignatus eſt:* & in Dan. 12. col. 1136. a. *Sin autem dederint illud homini ſcienti litteras, & dixerint: Lege librum: reſpondebit: Non poſſum legere, ſignatus eſt enim.* Apud Marten. Anecdot. to. 5. p. 8. b. ita legit Anon. *Aut ſi dederis non ſcienti litteras, & dicas: Lege: dicet: Non didici.*

℣. 13. Edit. Rom. præponit ὡς, his vocibus, *ore*, & *labiis*; paulòque poſt habet, τιμῶσί με, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ· μάτην δὲ, &c. *honorant me, cor autem eorum longè abeſt à me: fruſtra autem*, &c. ut ſup. ab edit. Compl. abeſt ὡς, ante *ore*, & *labiis*. Tertul. l. 3. adv. Marc. p. 670. c. quoſdam memorat *labiis diligentes Deum, corde autem longè abſiſtentes ab eo.* Iren. l. 4. c. 12. p. 241. c. ita legit: *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè eſt à me: fruſtra autem colunt me, docentes doctrinas & præcepta hominum.* Cypr. epiſt. 63. & 68. p. 108. c. 118. b. *Populus iſte labiis ſuis honorificat me, cor verò eorum longè ſeparatum eſt à me: ſine cauſa autem colunt me, mandata & doctrinas hominum docentes:* ita rurſus hab. epiſt. 74. p. 139. a. niſi quòd delet *ſuis*, poſt *labiis*. Hilar. in Pſ. 52. p. 84. a. *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè eſt à me:* itidem inf. col. 95. b. excepto ſing. *ejus*, loco *eorum*: & in Pſalmum 51. col. 80. a. addit: *ſine cauſa colunt me, docentes doctrinas & præcepta hominum.* Ambroſ. pariter in Pſ. 36. col. 810. d. legit: *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè eſt à me:* item in Pſ. 43. col. 915. f. & in Pſ. 118. col. 1025. c. 1212. d. & l. 6. de Sacram. col. 382. e. & l. 1. de pœnit. col. 396. f. 397. c. Ambroſiaſt. col. 61. e. & 247. f. *Plebs hæc labiis me honorat, cor autem eorum longè eſt à me.* Hieron. l. 1. in ep. ad Tit. to. 4. 422. d. *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longè eſt à me: ſine cauſa autem me colunt, docentes doctrinas & mandata hominum:* at hæc pertinere videntur ad Matth. c. 15. ℣. 8.

℣. 14. Hæc tota reſpondent Græco, niſi excipias unum *transferam enim*, pro quo ἐγὼ μεταθήσω, & *transferam*. Ap. Tertul. l. 3. adv. Marc. p. 670. c. *auferam ſapientiam ſapientium illorum, & prudentiam prudentium eorum abſcondam:* & l. 4. p. 719. a. *perdam ſapientiam ſapientium, & prudentiam eorum celabo:* & l. 5. p. 793. c. & *auferam ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium irritam faciam.* Cypr. l. de bono pat. p. 247. b. *perdam ſapientiam ſapientium, & prudentiam prudentium reprobabo.* Similiter ap. Hilar. l. 3. de Trin. col. 811. f. præter unum *intellectum*; at ibi Carnut. Mſ. hab. *prudentiam*, ut ſupra.

℣. 15. Græc. initio ſic habet: Οὐαὶ οἱ βαθέως βουλὴν ποιοῦντες, καὶ οὐ διὰ Κυρίου· καὶ οἱ ἐν κρυφῇ βουλὴν ποιοῦντες, καὶ ἐροῦσι, &c. *Væ qui profundè* (Mſ. Mediol. cum edd. Ald. & Compl. βαθεῖαν, *profundum*) *conſilium faciunt, & non per Dominum: væ qui in occulto conſilium faciunt, & erunt*, &c. ſubinde καὶ ἐροῦσι· Τίς ἑώρακεν ἡμᾶς; καὶ τίς..... ἢ ἃ ἡμεῖς ποιοῦμεν; *& dicent: Quis vidit nos? & quis..... vel quæ nos facimus?*

℣. 16. Ita Græcè, niſi quòd ibi ſic invertitur ſententiarum ordo: Μὴ ἐρεῖ τὸ πλάσμα τῷ πλάσαντι αὐτό· Οὐ σύ με ἔπλασας; ἢ τὸ ποίημα τῷ ποιήσαντι· Οὐ συνετῶς με ἐποίησας;

℣. 17. Græc. Οὐχέτι μικρὸν, καὶ μεταστήσεται ὁ Λίβανος ὡς τὸ ὄρος τὸ Χέρμελ, καὶ τὸ Χέρμελ, &c. *Nonne adhuc modicum, & transferetur Libanus ſicut mons Chermel, & Chermel*, &c. ut ſupra.

℣. 18. Similiter in Græco, præter 1. Καὶ, loco *Sed;*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

& de tenebris & caligine oculi cæcorum videbunt.

VERSIO ANTIQUA.

bri, & qui in tenebris, & qui in nebula ſunt, oculi cæcorum videbunt. *Cypr. ubi ſup.*

VULGATA NOVA.

19. Et addent mites in Domino lætitiam, & pauperes homines in ſancto Iſraël exſultabunt:

20. quoniam defecit qui prævalebat, conſummatus eſt illuſor, & ſucciſi ſunt omnes qui vigilabant ſuper iniquitatem:

21. qui peccare faciebant homines in verbo, & arguentem in porta ſupplantabant, & declinaverunt fruſtra à juſto.

VULGATA NOVA.

22. Propter hoc, hæc dicit Dominus ad domum Jacob, qui redemit Abraham: Non modò confundetur Jacob, nec modò vultus ejus erubeſcet:

23. ſed cùm viderit filios ſuos, opera manuum mearum, in medio ſui ſanctificantes nomen meum, & ſanctificabunt ſanctum Jacob, & Deum Iſraël prædicabunt:

24. & ſcient errantes ſpiritu intellectum, & muſſitatores diſcent legem.

VERSIO ANTIQUA.

22. Propterea hæc dicit Dominus ſuper domum Jacob, quam ſeparavit ex Abraham: Non modò confundetur Jacob, neque nunc faciem mutabit: *Hieron. in Iſai. 29. col. 250. ex Lxx.*

23. ſed cùm viderit filios ſuos, opera mea, propter me ſanctificabunt nomen meum, & ſanctificabunt ſanctum Jacob, & Deum Iſraël timebunt:

24. & ſcient qui errant ſpiritu intelligentiam, & muſſitatores diſcent obedientiam, & linguæ balbutientes diſcent loqui pacem.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

detractoque verbo *ſunt*, poſt *nebula*.

℣. 22. Concinit Græc. ad verbum.

℣. 23. Eadem ſunt in Græco, præter priora, ἀλλ' ὅταν ἴδωσι τὰ τέκνα αὐτῶν, *ſed cùm viderint filii eorum*: apud Symmach. verò, ἀλλ' ὅταν ἴδῃ τὰ τέκνα αὐτοῦ.

℣. 24. Ita Græcè, niſi excipiatur verbum ὑπακούειν, *obedire*, loco *obedientiam*. Hieron. loco cit. col. 250. e. obſervat ultima hæc verba, *& lingua balbutientes diſcent loqui pacem*, obelo ÷ eſſe prænotanda; & verò abſunt à Vulg.

CAPUT XXX.

VULGATA NOVA.

1. VÆ filii deſertores, dicit Dominus, ut faceretis conſilium, & non ex me: & ordiremini telam, & non per ſpiritum meum, ut adderetis peccatum ſuper peccatum:

2. qui ambulatis ut deſcendatis in Ægyptum, & os meum non interrogaſtis, ſperantes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in umbra Ægypti.

3. Et erit vobis fortitudo Pharaonis in confuſionem, & fiducia umbræ Ægypti in ignominiam.

4. Erant enim in Tani principes tui, & nuncii tui uſque ad Hanes pervenerunt.

5. Omnes confuſi ſunt ſuper populo, qui eis prodeſſe non potuit: non fuerunt in auxilium & in aliquam utilitatem, ſed in confuſionem & in opprobrium.

6. Onus jumentorum Auſtri. In terra tribulationis & anguſtiæ leæna, & leo ex eis, vipera, & regulus volans, portantes ſuper humeros jumentorum divitias ſuas, & ſuper gibbum camelorum theſauros ſuos, ad populum qui eis prodeſſe non poterit.

VERSIO ANTIQUA.

1. VÆ filii prævaricatores, dicit Dominus: feciſtis conſilium, & non per me; & pactum, non per ſpiritum meum, ut adderetis peccata peccatis: *Hieron. in Iſai. 30. col. 251. ex Lxx.*

2. qui itis ut deſcendatis in Ægyptum, & me non interrogaſtis, ut accipiatis auxilium à Pharaone, & protegamini ab Ægyptiis.

3. Erit vobis protectio Pharaonis in confuſionem, & his qui confidunt in Ægypto, opprobrium.

4. Sunt enim in Tani principes, nuncii peſſimi.

5. Fruſtra laborabunt ad populum, qui eis non proderit ad auxiliandum neque in utilitatem, ſed in confuſionem & opprobrium.

6. Viſio quadrupedum in deſerto. In tribulatione & anguſtia leo, & catulus leonis: inde aſpides, & genimina aſpidum volantium, qui ferebant ſuper aſinos & camelos divitias ſuas, ad gentem quæ eis non proderit. *Ibid. 253. 254.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Edit. Rom. loco *prævaricatores*, hab. ἀποστάται, *deſertores*; & ζυνθήκας, *pacta*, non *pactum*; detracta etiam conjunct. &, ante *non per me*; at in Mſ. Alex. καὶ οὐ δι' ἐμοῦ· & in ed. Compl. ζυνθήκων; cæt. ut in textu. Iren. l. 4. c. 18. p. 250. c. legit: *feciſtis conſilium, non per me; & teſtamentum, non per ſpiritum meum.* Cypr. ep. 55. p. 82. b. *Væ vobis filii deſertores, hæc dicit Dominus: Habuiſtis conſilium, & non per me: & feciſtis conventionem, & non per ſpiritum meum, adjicere peccata ſuper peccata.* Similiter in Mſs. Alex. & Mediol. ac in edd. Ald. & Compl. τὰ δὲ λέγει Κύριος· & in Mediol. προσθῆναι ἁμαρτίας ἐφ' ἁμαρτίας. Auct. l. ad Novatian. hæret. ap. Cypr. p. 16. vel 435. loquitur de deſertoribus fidei, quos Spiritus S. meritò increpat, dicens: *Feciſtis conſilium, non per me; & conventionem non per ſpiritum meum, adjicere peccata ſuper peccata.* Ambroſ. in Pſ. 39. col. 862. c. *feciſtis conſilium, ſed non per me.* Auct. l. de XLII. manſ. ap. Ambr. col. 16. c. *Væ filii apoſtatæ, hæc dicit Dominus: Feciſtis conſilium, non per me; & pactum, non per ſpiritum meum.* Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 301. c. *Væ filii deſerteres, hæc dicit Dominus: Feciſtis conſilium, non per me; & pactum, non per ſpiritum meum, adjicere peccata ſuper peccata.* Concil. Toletan. 8. to. 2. conc. Hiſp. p. 541. c. *Væ filiis deſertionis, dicit Dominus: feciſtis conſilium, non per me; & ſponſionem, non per ſpiritum meum, adjicere peccatum ſuper peccatum.*

℣. 2. Eadem leguntur Græcè, ſed in 3. perſona: οἱ πορευόμενοι καταβῆναι..... ἐμὲ δὲ οὐκ ἐπηρώτησαν τῷ βοηθῆναι, &c.

℣. 3. Itidem Græcè, addito uno γὰρ, *enim*, ad verbum *erit*.

℣. 4. In Gr. Ὅτι εἰσὶν, *Quia ſunt*, loco *Sunt enim*, quod idem ſonat; reliqua ut in textu.

℣. 5. Ubi Hieron. hab. *ad auxiliandum*, edit. Rom. ponit εἰς βοήθειαν, *ad auxilium*, abſque ſeqq. *neque in utilitatem*; cæt. ut in Lat. Mſ. verò Alex. cum ed. Compl. hab. οὔτε εἰς βοήθειαν, οὔτε εἰς ὠφέλειαν.

℣. 6. Eadem prorſus in Græco, additâ unâ conjunct. καὶ, *etiam*, poſt *inde*.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Hieron. in Isai. 30. col. 254. 7. Ægyptii inania & vacua proderunt vobis: annuntia ista, quoniam vana est consolatio vestra hæc.	7. Ægyptus enim frustra & vanè auxiliabitur: ideo clamavi super hoc: Superbia tantùm est, quiesce.
Ambr. l. 3. Hexa. col. 54. d. 8..... scribe in buxo.....	8. Nunc ergo ingressus scribe ei super buxum, & in libro diligenter exara illud, & erit in die novissimo in testimonium usque in æternum:

VULGATA NOVA.
9. populus enim ad iracundiam provocans est, & filii mendaces, filii nolentes audire legem Dei.
10. Qui dicunt videntibus: Nolite videre: & aspicientibus: Nolite aspicere nobis ea, quæ recta sunt: loquimini nobis placentia, videte nobis errores.

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Hieron. in Isai. 30. col. 255. f. ex Lxx. 11..... auferte à nobis verbum Israël.	11. Auferte à me viam, declinate à me semitam, cesset à facie nostra sanctus Israël.
	12. Propterea hæc dicit sanctus Israël: Pro eo quòd reprobastis verbum hoc, & speraslis in calumnia & in tumultu, & innixi estis super eo:
Ibid. 256. 13. Propterea vertetur vobis hæc * iniquitas, ut sitis quasi murus cadens subitò civitatis firmissimæ & captæ, cujus repentina advenerit ruina.	13. propterea erit vobis iniquitas hæc sicut interruptio cadens, & requisita in muro excelso, quoniam subitò, dum non speratur, veniet contritio ejus.
* *Hieron.* iniquitas, *sive* peccatum.	14. Et comminuetur sicut conteritur lagena figuli contritione pervalida: & non invenietur de fragmentis ejus testa, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fovea.
Ibid. 256. 15. Hæc dicit Dominus Deus sanctus Israël: Cùm reversus ingemueris, tunc salvus eris, & scies ubi fueris: quia confidebas super vanis, vana facta est fortitudo vestra. Et noluistis audire:	15. Quia hæc dicit Dominus Deus sanctus Israël: Si revertamini & quiescatis, salvi eritis: in silentio & in spe erit fortitudo vestra. Et noluistis:
16. sed dixistis: Super equos fugiemus: propterea fugietis. Et super levibus ascensoribus erimus: ideo leves erunt, qui persequuntur vos.	16. & dixistis: Nequaquam, sed ad equos fugiemus: ideo fugietis. Et super veloces ascendemus: ideo velociores erunt, qui persequentur vos.
Ibid. 257. a. 17. Mille ad vocem unius fugient: & ad vocem quinque fugient multi, donec relinquamini quasi malus navis in vertice montis, & quasi signum super collem.	17. Mille homines à facie terroris unius: & à facie terroris quinque fugietis, donec relinquamini quasi malus navis in vertice montis, & quasi signum super collem.
	18. Propterea exspectat Dominus ut miserea-tur vestri: & ideo exaltabitur parcens vobis: quia Deus judicii Dominus: beati omnes qui exspectant eum.
Ibid. 257. c. 19. Populus enim sanctus in Sion habitat.....	19. Populus enim Sion habitabit in Jerusalem: plorans nequaquam plorabis, miserans miserebitur tui: ad vocem clamoris tui statim ut audierit, respondebit tibi.
Ibid. 258. 20..... & nequaquam ultra appropinquabunt tibi, qui decipiant te: quia oculi tui videbunt eos, qui te seduxerunt.	20. Et dabit vobis Dominus panem arctum, & aquam brevem: & non faciet avolare à te ultra doctorem tuum: & erunt oculi tui videntes præceptorem tuum.
21. Et aures tuæ audient verba post te decipientium, qui dixerunt: Hæc via, ambulemus in ea, sive ad dextram, sive ad sinistram.	21. Et aures tuæ audient verbum post tergum monentis: Hæc est via, ambulate in ea: & non declinetis neque ad dexteram, neque ad sinistram.
22. Et contaminabis idola deargentata, & deaurata: comminues ea, & dispergis sicut aquam menstruatæ, & sicut stercus abjicies ea.	22. Et contaminabis laminas sculptilium argenti tui, & vestimentum conflatilis auri tui, & dispergis ea sicut immunditiam menstruatæ. Egredere, dices ei:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 7. Ita Græcè, exceptâ voculâ αὐτοῖς, *eis*, pro *ista*.

℣. 8. Græc. .....γράψον ἐπὶ πυξίου, &c.

℣. 11. Græc. .....ἀφέλετε ἀφ' ἡμῶν τὸ λόγιον τοῦ Ἰσραήλ, *& auferte à nobis eloquium Israël.*

℣. 13. Ita LXX. transtulerunt, teste Hieronymo. In ed. Rom. est: Διατοῦτο ἔσται ὑμῖν ἡ ἁμαρτία αὕτη ὡς τεῖχος πίπτον παράχρημα πόλεως ὀχυρᾶς ἐλαφυσίας, ἧς παράχρημα πάρεσι τὸ πτῶμα. *Propterea erit vobis peccatum hoc sicut murus cadens subitò civitatis munitæ captæ, cujus repentè adest ruina.*

℣. 15. Concinit Græc. nisi quòd initio hab. Οὕτω λέγει Κύριος Κύριος ὁ ἅγιος, &c. Cypr. ep. 28. p. 39. a. *Sic dicit Dominus: Cùm conversus gemueris, tunc salvaberis, & scies ubi fueris:* item l. de lapsi. p. 193. a. cum S. Paciano ep. 3. p. 311. a. *Cùm conversus ingemueris, tunc salvaberis, & scies ubi fueris.* Lucif. Cal. l. de reg. apost. p. 220. d. *Cùm conversus ingemueris, tunc salvus eris.* Ambros. l. 1. de pœnit. col. 396. c. *Si conversus ingemueris, salvus eris:* & epist. 67. col. 1059. d. *Cùm conversus ingemueris, tunc salvus eris.* Victor Tun. ap. Ambros. col. 592. b. & 593. f. & 598. d. *Cùm conversus fueris, & ingemueris, tunc salvaberis.* Fulg. ep. 7. p. 193. 196. *Cùm conversus fueris, & ingemueris, salvus eris:* & l. 1. de rem. pecc. c. 11. p. 368. necnon l. 1. de fide ad Petr. p. 517. *Si conversus fueris, & ingem.* &c. ut sup. Vide etiam Gregor. M. to. 2. col. 969. a.

℣. 16. Sic est in Græco verbum pro verbo.

℣. 17. Similia Græc. habet, præter hæc ult. ἐπ' ὄρους, ὡς σημαίαν (Compl. σημεῖον) φέρων ἐπὶ βουνοῦ, *super montem, & sicut signum ferens super collem.* Porro hæc ult. verba, *donec relinquamini*, &c. non proferuntur ab Hieronymo ex LXX. sed quia in his concordat uterque textus cùm Hebr. tum Gr. ipsa velut ex ed. LXX. adjungere non dubitavimus.

℣. 19. Hieron. dicit sic habere LXX. In edit. Rom. sic: Διότι λαὸς ἅγιος ἐν Σιὼν οἰκήσει· *Quia populus sanctus in Sion habitabit.*

℣℣. 20..... 22. Totidem pene verba in Græco.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

23. Et dabitur pluvia ſemini tuo, ubicunque ſeminaveris in terra: & panis frugum terræ erit uberrimus, & pinguis: paſcetur in poſſeſſione tua in die illo agnus ſpatiosè:

24. & tauri tui, & pulli aſinorum, qui operantur terram, commiſtum migma comedent ſicut in area ventilatum eſt.

25. Et erunt ſuper omnem montem excelſum, & ſuper omnem collem elevatum rivi currentium aquarum, in die interfectionis multorum cùm ceciderint turres.

26. Et erit lux lunæ ſicut lux ſolis, & lux ſolis erit ſeptempliciter ſicut lux ſeptem dierum, in die qua alligaverit Dominus vulnus populi ſui, & percuſſuram plagæ ejus ſanaverit.

27. Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor ejus, & gravis ad portandum: labia ejus repleta ſunt indignatione, & lingua ejus quaſi ignis devorans.

28. Spiritus ejus velut torrens inundans uſque ad medium colli, ad perdendas gentes in nihilum, & frenum erroris, quod erat in maxillis populorum.

29. Canticum erit vobis ſicut nox ſanctificatæ ſolemnitatis, & lætitia cordis ſicut qui pergit cum tibia, ut intret in montem Domini ad fortem Iſraël.

30. Et auditam faciet Dominus gloriam vocis ſuæ, & terrorem brachii ſui oſtendet in comminatione furoris, & flamma ignis devorantis: allidet in turbine, & in lapide grandinis.

31. A voce enim Domini pavebit Aſſur virgâ percuſſus.

32. Et erit tranſitus virgæ fundatus, quam requieſcere faciet Dominus ſuper eum in tympanis & citharis: & in bellis præcipuis expugnabit eos.

33. Præparata eſt enim ab heri Topheth, à rege præparata, profunda, & dilatata. Nutrimenta ejus, ignis & ligna multa: flatus Domini ſicut torrens ſulphuris ſuccendens eam.

VERSIO ANTIQUA.

23. Tunc erit pluvia ſemini terræ tuæ, & panis frugum terræ tuæ erit abundans & pinguis: & paſcentur jumenta tua in die illa locum pinguem & ſpatioſum: *Hieron. ubi ſup. col. 259.*

24. tauri veſtri, & boves veſtri, qui operantur terram, comedent paleas commiſtas in hordeo ventilato.

25. Et erit ſuper omnem montem altum, & ſuper omnem collem editum aqua pertranſiens in die illa, quando perient multi, quando concident muri. *Iren. l. 5. c. 34. p. 334. d.*

26. Et erit lumen lunæ ſicut lumen ſolis, & lumen ſolis ſeptuplum in die, quando ſanaverit Dominus contritionem populi ſui, & dolorem plagæ tuæ curaverit. *Hieron. in Iſai. 30. col. 260. ex Lxx.*

27. Ecce nomen Domini venit poſt tempus multum, ardens furor cum gloria: eloquium labiorum ejus, eloquium iræ plenum; & ira furoris ſicut ignis devorabit. *Ibid. 261.*

28. Et ſpiritus ejus ſicut aqua in valle trahens veniet uſque ad collum, & dividetur ut conturbet gentes ſuper errore vano: & abjicietur error, & aſſumet eos in conſpectu eorum.

29. Nunquid ſemper oportet vos lætari, & ingredi in ſancta mea jugiter, quaſi feſta celebrantes atque gaudentes, ut ingrediamini cum tibia ad montem Domini, ad Deum Iſraël?

30. Et auditam faciet Dominus gloriam vocis ſuæ, & furorem brachii ſui oſtendet: cum furore, & ira, & flamma ignis devorante fulminabit vehementer, & ſicut aqua, & grando deſcendens cum vi. *Ibid. 264.*

31. Ad vocem enim Domini ſuperabuntur Aſſyrii plagâ, qua percutiet eos.

32. Et erit ei per circuitum, unde habebat ſpem auxilii, in quo confidebat: ipſi cum tympanis & cythara pugnabunt contra eum ex commutatione.

33. Tu enim ante dies decipieris: nunquid & tibi regnum paratum eſt? Vallem profundam, ligna poſita, ignem & ligna multorum: furor Domini ſicut vallis ſulphure ſuccenſa.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 23. Ita rurſus in Græco.

℣. 24. Sic eſt in Gr. detracta una voce *veſtri*, poſt *boves*.

℣. 25. Eadem verba Græc. exhibet, excepto ult. πύργοι, *turres*, loco *muri*. Auct. quæſt. utriuſq. Teſt. q. 105. ap. Aug. to. 3. 100. f. *Eritque ſuper omnem montem excelſum, & in omni loco excelſo aqua perambulans in die illa, cùm perierint multi, & cùm ceciderint turres.*

℣. 26. Eadem leguntur Græcè, niſi quòd ante *ſeptuplum*, repetitur ἔσται, *erit*; quod tamen abeſt à Mſ. Mediol. ſicut ab edit. Ald. ſubinde pro *ſanaverit*, ἰάσηται, bene; pro ult. verò *curaverit*, ἰάσεται, *curabit*. Iren. l. 5. p. 334. d. *Et erit lumen lunæ quaſi lumen ſolis, ſeptuplum diei, quando ſanabit contritionem populi ſui, & dolorem plagæ ſuæ ſanabit.* Auct. quæſt. utriuſq. Teſt. q. 105. col. 100. f. *Et erit lumen lunæ ut lumen ſolis, & lux ſolis erit ſepties tantùm in die, cùm ſanabit contritionem populi ſui.* Gaud. Brix. ſer. 3. p. 948. a. *Et luna lucebit ſicut ſol, & ſol ſepties tantùm.* Hieron. ubi ſup. ait: *Miror quomodo in præſenti loco verba Hebraïca* labana, & hamma..... *ſupra LXX.* laterem, & murum *tranſtulerint in eo loco ubi ſcriptum eſt*: & erubeſcet luna, & ſol confundetur, *pro quo illi interpretati ſunt*: liquefient lateres, & ruet murus; & *nunc idem ſequentes Hebraïcum*, lunam ſolemque *tranſtulerint: unde mihi datur ſuſpicio non eos erraſſe à principio, ſed paulatim ſcriptorum vitio depravatos: neque enim fieri poteſt ut qui in hoc loco eadem verba bene interpretati ſunt, in ſuperioribus erraverint.*

℣. 27. Similia leguntur Græcè, præter unum *multum*, quod abeſt; in edd. tamen Ald. & Compl. legitur, πολὺ χρόνῳ πολλῷ. Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 303. b. hab. *Ecce nomen Domini per multum tempus venit, ardens irâ cum gloria labiorum ejus: verbum irâ plenum, & ira furoris ſicut ignis*: & l. cont. Varim. p. 747. b. *Ecce nomen Dei poſt multum tempus, ardens in ira indignationis voravit gentes.* Similiter in Brev. fidei cont. Arian. ap. Sirmond. p. 395. d. *Ecce nomen Domini poſt multum tempus veniens, ardens in ira indignationis vorabit gentes.* Apud Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 724. b. *Ignis exarſit ex indignatione mea.*

℣. 28. Iſta reſpondent Græco, præter ult. & *abjicietur error*, &c. pro quibus, ἐν πλάνῃ ἀντὶς πλάνης, ἐν πλήγεται αὐτὸς κατὰ πρόσωπον αὐτῶν i. e. & *perſequetur eos error*, & *capiet eos ad faciem ipſorum.* Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 303. legit ſimiliter: *Sed & ſpiritus ejus ſicut aqua in valle trahens veniet uſque ad collum*: & l. cont. Varimad. p. 747. b. *Et ſpiritus velut fons aqua in valle trahens.* Brev. fidei cont. Arian. apud Sirmond. p. 395. d. *Et ſpiritus ejus ut fons aqua vallem trahens.*

℣. 29. Sic habet edit. Rom. niſi excipias iſta: ἐν αἰσθ εὐφραινομένης εἰσελθεῖν, & *quaſi lætantes ingredi*, loco *atque gaudentes ut ingrediamini.*

℣. 30. Eadem fert Græc. ed. Rom. præter verbum λεῖξαι, *oſtendere*, pro *oſtendet*; at in ed. Compl. eſt δεῖξαι: ſubinde deeſt vox *ignis*, præterquam in Mſ. Mediol. ubi πυρός, ſed cum obelo ÷ præfixo.

℣. 31. Itidem Græcè, exceptâ primâ voculâ διὰ, *per*, pro *ad*. Edit. Rom. extremò hab. ἐν παλάξῃ, non παλάξει, ut in Mſ. Alex. at Hieron. inf. legit ex LXX. *plagâ, cùm percuſſerit eos.*

℣. 32. Concinit Græc. niſi quòd hab. ὅθεν ἦν αὐτῶν ἡ ἐλπὶς τῆς βοηθείας, ἐφ' ᾗ αὐτὸς ἐπεποίθει, *unde erat eorum ſpes auxilii, in que ipſe confidebat.* Hieron. loco cit. rurſum ex LXX. *Et erit ei in circuitu, unde fuerat ei ſpes auxilii*, &c.

℣. 33. Similia Gr. habet, præter verbum ἀπαλήθευσαι, *exigêris*, pro *decipieris*; ſed in ed. Compl. eſt ἀπαλήθευσαι; ſubinde conſtanter, πολὺ, *multa*, non *multorum.*

Digitized by Google

CAPUT XXXI.

Versio antiqua.

Hieron. in Oſc. 2. col. 1251. a.

1. VÆ qui deſcendunt in Ægyptum propter auxilium.....

Vulgata nova.

1. VÆ qui deſcendunt in Ægyptum ad auxilium, in equis ſperantes, & habentes fiduciam ſuper quadrigis, quia multæ ſunt; & ſuper equitibus, quia prævalidi nimis: & non ſunt conſili ſuper ſanctum Iſraël, & Dominum non requiſierunt.

Vulgata nova.

2. Ipſe autem ſapiens adduxit malum, & verba ſua non abſtulit: & conſurget contra domum peſſimorum, & contra auxilium operantium iniquitatem.

3. Ægyptus, homo, & non Deus: & equi eorum, caro, & non ſpiritus: & Dominus inclinabit manum ſuam, & corruet auxiliator, & cadet cui præſtatur auxilium, ſimulque omnes conſumentur.

3..... *Vide Not.*

4. Quia hæc dicit Dominus ad me: Quomodo ſi rugiat leo, & catulus leonis ſuper prædam ſuam, & cùm occurrerit ei multitudo paſtorum, à voce eorum non formidabit, & à multitudine eorum non pavebit: ſic deſcendet Dominus exercituum ut prælietur ſuper montem Sion, & ſuper collem ejus.

5. Sicut aves volantes, ſic proteget Dominus exercituum Jeruſalem, protegens & liberans, tranſiens & ſalvans.

Versio antiqua.

Hieron. in Iſai. 31. col. 266. e. ex Lxx.

6. Convertimini ſicut in profundum receſſeratis filii Iſraël.

7. In die enim illa abjiciet vir idola argenti ſui, & idola auri ſui, quæ fecerunt vobis manus veſtræ in peccatum.

8. Et cadet Aſſur in gladio non viri, & gladius non hominis vorabit eum, & fugiet non à facie gladii: juvenes ejus ſuperabuntur:

9. petrâ enim circumdabuntur quaſi vallo, & vincentur: qui autem fugerit, capietur. Hæc dicit Dominus: Beatus qui habet in Sion ſemen, & domeſticos in Jeruſalem.

Vulgata nova.

6. Convertimini ſicut in profundum receſſeratis filii Iſraël.

7. In die enim illa abjiciet vir idola argenti ſui, & idola auri ſui, quæ fecerunt vobis manus veſtræ in peccatum.

8. Et cadet Aſſur in gladio non viri, & gladius non hominis vorabit eum, & fugiet non à facie gladii: & juvenes ejus vectigales erunt:

Inf. 37. 36. 4. Reg. 19. 35. 2. Par. 32. 21.

9. & fortitudo ejus à terrore tranſibit, & pavebunt fugientes principes ejus: dixit Dominus: cujus ignis eſt in Sion, & caminus ejus in Jeruſalem.

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Sic eſt in Græco, niſi excipiatur præp. ἐπὶ, *ad*, loco *propter*. Apud Ambroſ. ep. 28. col. 904. a. *Va iis qui deſcendunt in Ægyptum.*

℣. 3. Hieron. in hunc loc. col. 265. e. dicit LXX. tranſtuliſſe *Ægyptius homo*, non *Ægyptus*; ita quoque in Græco.

℣. 6. Sic habet Vulgata ad verbum; attamen Hieron. hæc & ſequentia refert ex edit. LXX. In Romana ſic: Ἐπιστράφητε οἱ τὴν βαθείαν βουλὴν βουλεύεσθαι, καὶ ἄνομον, υἱοὶ Ἰσραήλ· i. e. *Convertimini qui profundum conſilium conſultabatis, & iniquum, filii Iſraël.*

℣. 7. Totidem verba leguntur in Vulg. quæ tamen ab Hieron. tribuuntur editioni LXX. In Rom. ſic: Ὅτι τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἀπαρνήσονται οἱ ἄνθρωποι τὰ χειροποίητα αὐτῶν τὰ ἀργυρᾶ, καὶ τὰ χειροποίητα τὰ χρυσᾶ, ἃ ἐποίησαν αἱ χεῖρες αὐτῶν. *Quia die illa abnegabunt homines manufacta ſua argentea, & manufacta aurea, quæ fecerunt manus eorum:* extremò Mſ. Mediol. habet, * A. ἃ ἐποίησαν ἁμάρτημα.

℣. 8. Eadem pene in Vulgata; quamvis ipſa proferantur ab Hieron. ex ed. LXX. Romana hodie ſic habet: Καὶ πεσεῖται Ἀσσὺρ ὑ μάχαιρα ἀνδρὸς, οὐδὲ μάχαιρα ἀνθρώπου καταφάγεται αὐτὸν, καὶ φεύξεται ὑπ ἀπὸ προσώπου μαχαίρας· οἱ δὲ νεανίσκοι ἔσονται εἰς ὕπλημα. *Et cadet Aſſur: non gladius viri, neque gladius hominis vorabit eum, & fugiet non à facie gladii: juvenes autem erunt in cladem.*

℣. 9. Eadem ſunt in Græco. Iren. quoque l. 5. c. 34. p. 335. a. legit: *Hæc dicit Dominus: Beatus qui habet in Sion ſemen, & domeſticos in Jeruſalem.* Item Ambroſ. l. 1. de Jac. c. 6. col. 452. d. *Beatus qui habet ſemen in Sion, & domeſticos in Jeruſalem.* Ita rurſum ap. Hieron. ep. ad Pammach. & ep. ad Euſtoch. to. 4. p. 2. col. 36. c. & in Zach. 14. col. 1803. c. Item apud Caſſian. collat. 21. c. 32. p. 806. f. & apud Gaud. Brix. ſer. 8. p. 954. a.

CAPUT XXXII.

Versio antiqua.

Hieron. in Iſai. 32. col. 268. ex Lxx.

1. ECce enim rex juſtus regnabit, & principes cum judicio præerunt.

2. Et erit homo occultans ſermones ſuos, & abſcondetur quaſi ab aqua quæ fertur, & apparebit in Sion ſicut fluvius currens inclytus in terra ſitienti.

3. Et nequaquam erunt confidentes in hominibus, ſed aures ſuas ad audiendum dabunt.

4. Et cor infirmorum attendet auditui, & linguæ balbutientium citò diſcent loqui pacem.

Vulgata nova.

1. ECce in juſtitia regnabit rex, & principes in judicio præerunt.

2. Et erit vir ſicut qui abſconditur à vento, & celat ſe à tempeſtate, ſicut rivi aquarum in ſiti, & umbra petræ prominentis in terra deſerta.

3. Non caligabunt oculi videntium, & aures audientium diligenter auſcultabunt.

4. Et cor ſtultorum intelliget ſcientiam, & lingua balborum velociter loquetur & planè.

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Concinit Græc. ad verbum. Iren. etiam l. 5. c. 34. p. 335. a. legit: *Ecce rex juſtus regnabit, & principes cum judicio principabunt.*

℣. 2. Eadem prorſus leguntur in Græco. Apud Hieron. verò epiſt. ad Dardan. to. 2. col. 607. b. hæc pauca: *Et erit vir abſcondens ſermones ſuos, & apparebit in terra Sion ſicut fluvius glorioſus in terra ſitienti.*

℣. 3. Sic eſt in Græco, præter vocem *ſuas*, quæ deeſt poſt *aures*; item ſup. ὑκέτι, *non ampliùs*, pro *nequaquam*.

℣. 4. Concinit Græc. niſi quòd hab. αἱ ψελίζουσαι, *balbutientes*, loco *balbutientium*.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

5. Non vocabitur ultra is, qui insipiens est, princeps: neque fraudulentus appellabitur major:

6. stultus enim fatua loquetur, & cor ejus faciet iniquitatem, ut perficiat simulationem, & loquatur ad Dominum fraudulenter, & vacuam faciat animam esurientis, & potum sitienti auferat.

7. Fraudulenti vasa pessima sunt: ipse enim cogitationes concinnavit ad perdendos mites in sermone mendaci, cùm loqueretur pauper judicium.

8. Princeps verò ea, quæ digna sunt principe, cogitabit, & ipse super duces stabit.

9. Mulieres opulentæ surgite, & audite vocem meam: filiæ confidentes percipite auribus eloquium meum.

10. Post dies enim & annum, vos conturbabimini confidentes: consummata est enim vindemia, collectio ultra non veniet.

VERSIO ANTIQUA.

5. Et nequaquam dicent stulto ut princeps sit: *Hieron. ubi sup.*
nec ultra dicent ministri tui: Tace:

6. fatuus enim fatua loquetur, & cor ejus vana intelliget, ad perficiendam iniquitatem, & loquendum ad Dominum errorem, ut dispergat animas esurientes, & animas sitientes vacuas faciat.

7. Consilium enim pessimorum iniqua cogitabit, interficere humiles sermonibus iniquis, & dissipare verba humilium in judicio.

8. Pii autem sapientiam cogitarunt, & hoc consilium permanet.

9. Mulieres divites exsurgite, & audite vocem meam: filiæ in spe audite sermones meos. *Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 713. a.*

10. Dies anni mementote cum labore in spe.....

VULGATA NOVA.

11. Obstupescite opulentæ, conturbamini confidentes: exuite vos, & confundimini, accingite lumbos vestros.

12. Super ubera plangite, super regione desiderabili, super vinea fertili.

VULGATA NOVA.

13. Super humum populi mei spinæ & vepres ascendent: quantò magis super omnes domos gaudii civitatis exsultantis?

14. Domus enim dimissa est, multitudo urbis relicta est, tenebræ & palpatio factæ sunt super speluncas usque in æternum. Gaudium onagrorum pascua gregum,

VERSIO ANTIQUA.

13. Super terram populi mei spinæ, & fenum ascendet..... *Hieron. in Isai. 32. col. 271. d.*

14..... & erunt villæ tuæ speluncæ usque in æternum..... *Ibid. 270. a.*

VULGATA NOVA.

15. donec effundatur super nos spiritus de excelso: & erit desertum in charmel, & charmel in saltum reputabitur.

16. Et habitabit in solitudine judicium, & justitia in charmel sedebit.

17. Et erit opus justitiæ pax, & cultus justitiæ silentium, & securitas usque in sempiternum.

VULGATA NOVA.

18. Et sedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta.

19. Grando autem in descensione saltus, & humilitate humiliabitur civitas.

20. Beati, qui seminatis super omnes aquas, immittentes pedem bovis & asini.

VERSIO ANTIQUA.

18. Et habitabit populus ejus in civitate pacis..... *Ibid. 271. c.*

20. Beati qui seminant super omnem aquam, ubi bos & asinus calcant. *Ibid. 270. b. 272. d.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 5. Græc. initio hab. Καὶ ἐκέτι μὴ εἴπωσι, &c. ut in Lat.

℣. 6. Eadem exhibet Græc. edit. Rom. nisi hoc excipias circa medium, τῦ Συντελεῖν ἄνομα, *ad perficiendum iniqua*; ultimòque, ποιήσει, *faciet*; sed in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. ποιῆσαι, *faciat*. Vigil. Tapſ. l. 3. de Trin. p. 221. b. legit: *Stultus enim stulta loquitur, & cor ejus vana intelligit, & consummat iniqua, & loquitur ad Dominum errorem, ad disperdendas animas esurientes; & animas sitientes inanes faciet:* ubi autem Vigil. habet *ad disperdendas*, ed. Rom. fert τῦ διασπεῖραι; Compl. cum Mſ. Alex. διαφθεῖραι.

℣. 7. Vigil. Tapſ. l. 3. de Trin. p. 221. b. ita legit: *Consilium enim malorum iniquè cogitavit disperdere humiles in sermonibus iniquis, & dissipare verba humilium in judicio.* Ita quoque est in edit. Rom. præter hoc, ἄνομα βυλεύσεται, *iniqua cogitabit*; in Mſ. Mediol. sic: * οἱ Γ. ἐβυλεύσατο; in Alex. βυλεύεται.

℣. 8. Ita fert Græc. præter unum Συνετά, *prudentia*, loco *sapientiam*.

℣. 9. Eadem leguntur Græcè. Item apud Ambr. l. de Nab. c. 3. col. 569. b. *Mulieres divites exsurgite*; Gr. ἀνάστητε.

℣. 10. Græc. Ἡμέρας ἐνιαυτῦ μνείαν ποιήσασθε ἐν ὀδύνῃ μετ' ἐλπίδος· *Dici anni memoriam facite in dolore cum spe.* Hieron. inſ. in Iſai. 34. *Et dierum anni recordamini.*

℣. 13. Græc. Ἡ γῆ τῦ λαῦ μυ, ἄκανθα, *Terra populi mei, spina*, &c. ut ſupra. Apud Symmach. Ἐπὶ τὴν γῆν τῦ λαῦ μῦ, &c.

℣. 14. Ita *tranſtulerunt LXX.* teſte Hieron. Ita quoque eſt in ed. Rom. detractâ voculâ *tuæ*.

℣. 18. Ita ex Hieron. qui ait: *Cùm populus Chriſtianus ſederit, vel habitaverit in pulchritudine, ſive ut LXX. tranſtulerunt, In civitate pacis*, &c. Gr. edit. Rom. textui conſonat.

℣. 20. Similiter in Græco. Item ap. Ambroſ. ep. 74. col. 1083. a. *Beatus qui ſeminat ſuper omnem aquam, ubi bos & aſinus calcat.* Apud Hieron. ep. 25. ad Marcell. to. 4. p. 2. col. 62. f. *Beatus qui ſeminat ſecus omnem aquam, ubi bos & aſinus calcant*: & in Iſai. 1. col. 9. f. *Beatus qui ſeminat ſuper omnem aquam, ubi bos calcat, & aſinus*; & in Eccleſ. to. 2. 777. c. *Beatus qui ſeminat ſuper aquam, ubi bos & aſinus calcant*; Gr. πάντες.

Digitized by Google

CAPUT XXXIII.

Versio antiqua.

Hieron. in Isai. 33. col. 271. ex Lxx.

1. VÆ qui vos miseros faciunt, vos enim nemo facit miseros: & qui reprobant vos, vos non reprobant: capientur reprobantes, & tradentur, & quasi tinea in vestimento sic superabuntur.

Ibid. 272.

2. Domine miserere nostri: in te enim confidimus: factum est semen incredulorum in perditionem, salus autem nostra in tempore tribulationis.

3. Propter vocem timoris obstupuerunt populi à timore tuo, & dispersæ sunt gentes.

4. Nunc autem congregabuntur spolia vestra parvi & magni: quando si quis congreget locustas, sic illudent vobis.

5. Sanctus Deus, qui habitat in excelsis: repleta est Sion judicio & justitia.

6. In lege tradentur: in thesauris salus nostra: venit sapientia, & disciplina, & pietas à Domino: isti sunt thesauri justitiæ.

Vulgata nova.

1. VÆ qui prædaris, nonne & ipse prædaberis? & qui spernis, nonne & ipse spernêris? cùm consummaveris deprædationem, deprædaberis: cùm fatigatus desieris contemnere, contemnêris.

2. Domine miserere nostri: te enim exspectavimus: esto brachium nostrum in manè, & salus nostra in tempore tribulationis.

3. A voce angeli fugerunt populi, & ab exaltatione tua dispersæ sunt gentes.

4. Et congregabuntur spolia vestra sicut colligitur bruchus, velut cùm fossæ plenæ fuerint de eo.

5. Magnificatus est Dominus, quoniam habitavit in excelso: implevit Sion judicio & justitia.

6. Et erit fides in temporibus tuis: divitiæ salutis sapientia & scientia: timor Domini ipse est thesaurus ejus.

Vulgata nova.

7. Ecce videntes clamabunt foris, angeli pacis amarè flebunt.

8. Dissipatæ sunt viæ, cessavit transiens per semitam, irritum factum est pactum, projecit civitates, non reputavit homines.

9. Luxit, & elanguit terra: confusus est Libanus, & obsorduit, & factus est Saron sicut desertum: & concussa est Basan, & Carmelus.

9... *Vide Not.*

Versio antiqua.

Cypr. l. 2. Testim. p. 295. b.

10. Nunc exsurgam, dicit Dominus: nunc clarificabor, nunc exaltabor.

11. Nunc videbitis, nunc intelligetis, nunc confundemini: vana erit fortitudo spiritus vestri, ignis vos consumet.

Vulgata nova.

10. Nunc consurgam, dicit Dominus: nunc exaltabor, nunc sublevabor.

11. Concipietis ardorem, parietis stipulam: spiritus vester ut ignis vorabit vos.

12. Et erunt populi quasi de incendio cinis, spinæ congregatæ igni comburentur.

Hieron. in Isai. 33. col. 274. ex Lxx.

13. Audient qui longè sunt, quæ fecerunt; scient qui appropinquant fortitudinem meam.

14. Recesserunt qui erant in Sion iniqui, apprehendet tremor impios: quis annuntiabit vobis quoniam ignis ardet? quis annuntiabit vobis locum æternum?

15. Qui ambulat in justitia, & loquitur rectam viam, & odit impietatem & iniquitatem, & manus excutit à muneribus, & obturat aures ut non audiat judicium sanguinis, & claudit oculos ne videant iniquitatem.

16. Iste habitabit in excelsa spelunca petræ for-

13. Audite qui longè estis, quæ fecerim, & cognoscite vicini fortitudinem meam.

14. Conterriti sunt in Sion peccatores, possedit tremor hypocritas: quis poterit habitare de vobis cum igne devorante? quis habitabit ex vobis cum ardoribus sempiternis?

15. Qui ambulat in justitiis, & loquitur veritatem, qui projicit avaritiam ex calumnia, & excutit manus suas ab omni munere, qui obturat aures suas ne audiat sanguinem, & claudit oculos suos ne videat malum.

Psalm. 14. 2.

16. Iste in excelsis habitabit, munimenta saxo-

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Græc. hab. ὑμᾶς δὲ, *vos autem*, loco *vos enim*; paulòque post, καὶ ὁ ἀθετῶν ὑμᾶς, ἵνα ἀθετεῖ, *& qui reprobat vos, non reprobat*; cæt. ut in textu. Apud Ambr. in Ps. 37. col. 829. b. *vos nemo faciet miseros.* Apud Gild. Sap. de excid. Britan. p. 712. d. *Væ tibi qui prædaris, nonne & ipse prædaberis? & qui occidis, nonne & ipse occidêris? & cùm desieveris prædari, tunc cades.*

℣℣. 2. 3. Similia prorsus in Græco sunt.

℣. 4. Eadem exhibet editio Rom. præter hoc, ὃν τρόπον, *quemodo*, pro *quando.*

℣. 5. Consonat Græc. nisi quòd hab. ἐν ὑψηλῷ, *in excelso*; Ms. Alex. bene, ἐν ὑψηλοῖς.

℣. 6. Eadem exstant Græcè, excepto uno ἐκεῖ, *illic*, pro *venit*; in quibusdam tamen libb. est ἥκει, teste Nobilio: infra etiam constanter πρὸς τὸν Κύριον, loco *à Domino.* Rectè August. l. 1. cont. adversar. leg. to. 8. 565. e. *in thesauris salus nostra: ibi sapientia, & disciplina, & pietas ad Dominum: hi sunt thesauri justitiæ.* Leo M. verò ser. 90. p. 176. d. *thesaurus, & salus nostra advenit, sapientia, & disciplina, & pietas à Domino: hi sunt thesauri justitiæ.* Similiter apud Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 15. b. hoc excepto, *in thesauris salus nostra.* Item ap. Ambr. l. 6. de Sacr. c. 5. col. 384. d. *hi sunt thesauri justitiæ.*

℣. 9. Hieron. loco cit. col. 273. f. ait pro *Basan*, transtulisse LXX. *Galilæam.* Ita quoque fert Gr. edit. Rom.

℣. 10. Concordat Græc. ad verbum.

℣. 11. A Græco abest hoc med. *nunc confundemini*; & pro *intelligetis*, est αἰσθήσεσθε, *sentietis*; cæt. quadrant. In nonnullis libb. est αἰσθήσεσθε, si Nobilio fides; in Ms. verò Alex. ac ed. Compl. αἰσχυνθήσεσθε.

℣. 13. Hæc tota concinunt cum Græco, excepto uno *fecerunt*, pro quo ἐποίησα, *feci*; legit Interp. ἐποίησαν.

℣. 14. Sic est in Græco ad verbum. Item apud Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 727. c. *quis annuntiabit vobis locum æternum?* Ap. Cypr. l. 2. Testim. p. 296. c. *quis nunciabit vobis locum illum æternum?*

℣. 15. Græcè simpliciter λαλῶν, pro & *loquitur*; ut & μισῶν ἀνομίαν καὶ ἀδικίαν, loco & *odit impietat. & iniquitatem*; item βαρύνων, pro & *obturat*; necnon καμμύων, pro & *claudit*; ultimòque, ἵνα μὴ ἴδῃ, &c. *ne videat*, loco *ne videant*; cæt. ut in Lat. supra. Apud Cypr. l. 2. Testim. p. 296. c. *Ambulans in justitia, & manus abstinens à muneribus, gravans aures ut non audiat judicium sanguinis, & comprimens oculos suos ne videat injustitiam.*

℣. 16. Sic iterum legit Hieron. in Ezech. 47. col. 1053. f. at in Matth. 27. to. 4. 141. f. *Hic habitabit in excisa spelunca*, &c. Cyprian. l. 2. Testim. p. 296. c. *Hic in-*

Digitized by Google

Vulgata nova.	Versio antiqua.	
rum ſublimitas ejus : panis ei datus eſt, aquæ ejus fideles ſunt.	tiſſimæ : panis ei dabitur, & aqua ejus fidelis.	*Hieron. ubi ſup.*
17. Regem in decore ſuo videbunt oculi ejus, cernent terram de longè.	17. Regem cum gloria videbunt oculi veſtri, videbunt terram de longè.	
1. *Cor.* 1. 20. 18. Cor tuum meditabitur timorem : ubi eſt litteratus ? ubi legis verba ponderans ? ubi doctor parvulorum ?	18. Anima veſtra meditabitur timorem : ubi ſunt grammatici ? ubi conſiliatores ? ubi eſt qui numerat eos, qui nutriunt & parvum & magnum populum ?	
19. Populum impudentem non videbis, populum alti ſermonis : ita ut non poſſis intelligere diſertitudinem linguæ ejus, in quo nulla eſt ſapientia.	19. cui non dedit conſilium : neque ſciebat profundam vocem illius, ita ut non audiret populus contemptus : & non eſt audienti intelligentia.	
20. Reſpice Sion civitatem ſolemnitatis noſtræ : oculi tui videbunt Jeruſalem, habitationem opulentam, tabernaculum quod nequaquam transferri poterit : nec auferentur clavi ejus in ſempiternum, & omnes funiculi ejus non rumpentur :	20. Ecce Sion civitas, ſalutare noſtrum oculi tui videbunt : Jeruſalem civitas dives, tabernacula quæ non movebuntur : nec auferentur paxilli tabernaculi ejus in ſempiternum, & funiculi ejus non diripientur :	*Ibid. 275.*
21. quia ſolummodo ibi magnificus eſt Dominus noſter : locus fluviorum rivi latiſſimi & patentes : non tranſibit per eum navis remigum, neque trieris magna tranſgredietur eum.	21. quia nomen magnum Domini vobis. Locus veſter erit ; flumina, & rivi latiſſimi & ſpatioſi : non ingredietur per eam navis agitata remigio.	
22. Dominus enim judex noſter, Dominus legifer noſter, Dominus rex noſter : ipſe ſalvabit nos.	22. Deus enim meus magnus eſt : non tranſibit me Dominus judex noſter, Dominus princeps noſter, Dominus rex noſter : Dominus ipſe ſalvabit nos.	*Ibid. 276.*
23. Laxati ſunt funiculi tui, & non prævalebunt : ſic erit malus tuus ut dilatare ſignum non queas. Tunc dividentur ſpolia prædarum multarum : claudi diripient rapinam.	23. Diſrupti ſunt funiculi tui, quia non prævaluerunt : malus tuus inclinatus eſt ut dimittat vela. Non elevabit ſignum, donec tradatur in vaſtitatem : multi igitur claudi prædas facient.	
24. Nec dicet vicinus : Elangui : populus qui habitat in ea, auferetur ab eo iniquitas.	24. Et non dicent : Laborabo : populus qui habitat in eis, dimittetur eis delictum.	

Notæ ad Versionem antiquam.

habitabit in alta ſpelunca petræ fortis : panis illi dabitur, & aqua ejus fidelis. Sic etiam in Græco. Anon. verò ap. Ambroſ. col. 5. e. legit : *Et ſedit in ſpelunca petræ Ethan.*

℣. 17. Concinit Græc. niſi quòd habet ὄψεσθε, *videbitis*, pro *videbunt*. Hieron. etiam in Matth. 27. to. 4. 141. f. legit : *Regem cum gloria videbitis.* Tertul. l. adv. Jud. c. 13. p. 146. a. *Regem cum claritate videbitis, & oculi veſtri videbunt terram de longinquo.* Similiter habet Cypr. l. 2. Teſtim. p. 296. c. cum Auct. l. de promiſſ. p. 3. ap. Proſp. p. 171. c. *Regem cum claritate videbitis.*

℣. 18. Eadem exſtant Græcè, repetito verbo εἰσὶ, *ſunt*, poſt 2. *ubi* ; iſtud autem τρεφομένης, Nobil. reddit paſſivo eo, *nutriuntur*, non activo *nutriunt*, ut ſupra : Gr. etiam tollit &, ante ſeq. *parvum*. Ap. Tertul. l. adv. Jud. c. 13. p. 146. a. hæc pauca : *Anima veſtra meditabitur timore.*

℣. 19. Græc. loco τῦ *profundam vocem illius*, hab. βαθύφωνον, quod Nobil. vertit *vocem profundam habentem* ; cæt. ut in textu Lat.

℣. 20. Ubi Latinè legimus *auferentur*, ita Græcè, κινηθῶσι, *movebuntur* ; & ubi *diripientur*, Gr. hab. διαῤῥαγῶσι, *diſrumpentur* ; cæt. concordant ad verbum, niſi quòd Gr. adjungit χρόνον, *tempus*, ad *ſempiternum* : initio verò editt. Gr. ſic punctant : Ἰδοὺ Σιὼν ἡ πόλις, τὸ σωτήριον ἡμῶν, deinde, οἱ ὀφθαλμοὶ σὺ ὄψονται Ἰερουσαλὴμ, tum πόλις πλουσία, &c. At Iren. l. 3. c. 20. p. 214. b. ita dividit : *Ecce Sion civitas, ſalutare noſtrum oculi tui videbunt.* Tichon.que, reg. 2. p. 51. e. addit : *Jeruſalem civitas dives, tabernacula quæ non commovebuntur : neque agitabuntur pali tabernaculi tui in æternum tempus, neque funes ejus rumpentur.*

℣. 21. Græcè, τόπος ὑμῖν ἔσται, *locus vobis erit* ; paulòque poſt, πλατεῖς, *lati*, pro *latiſſimi* ; denique pro *non ingredietur*, &c. οὐ πορεύσῃ ταύτην τὴν ὁδὸν, οὐδὲ πορεύσεται πλοῖον ἐλαύνον *non ibis hanc viam, neque ibit navis impellens remigio* ; cæt. quadrant.

℣. 22. Totidem verba in Græco.

℣. 23. Eadem ſunt in Græco edit. Rom. præter hoc, ἐνίσχυσαν, *invaluerunt*, loco *prævaluerunt* ; in Mſs. Alex. & Mediol. ac edd. Ald. & Compl. ἐνίσχυσε ; ſubinde in Rom. οὐ χαλάσῃ, *non dimittet*, pro *ut dimittat* ; & loco *vaſtitatem*, ac *prædas*, bis πεφρομὴν, *direptionem*, aut *prædam*. Tichon. reg. 2. p. 51. e. legit : *Rupti ſunt funes tui, quia non valuit arbor navis tua : inclinaverunt tua vela : & non tollet ſignum, donec tradatur in perditionem.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 24. p. 105. a. *Diſrupti ſunt funes tui, quæ* (l. *quia*) *non valuit arbor tua : inclinaverunt vela tua, & non laxabunt vela tua.*

℣. 24. Itidem Græcè, adjecto uno γὰρ, *enim*, ad verbum *dimittetur*.

CAPUT XXXIV.

Vulgata nova.

1. Accedite Gentes, & audite, & populi attendite : audiat terra, & plenitudo ejus ; orbis, & omne germen ejus.

2. Quia indignatio Domini ſuper omnes gentes, 2... *Vide Not.*

Vulgata nova.

& furor ſuper univerſam militiam eorum : interfecit eos, & dedit eos in occiſionem.

3. Interfecti eorum projicientur, & de cadaveribus eorum aſcendet fetor : tabeſcent montes à ſanguine eorum.

Versio antiqua.

4..... & cœlum convolvetur ut liber..... *Tertul. l. cont. Hermog. p. 420. b.*

4. Et tabeſcet omnis militia cœlorum, & complicabuntur ſicut liber cœli : & omnis militia eorum cadet ſicut folium de vite, & quaſi ficus defluens poma ſua.

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 2. Ubi Vulg. noſtra hab. *ſuper univerſam militiam*, Hieronym. in hunc loc. 277. a. teſtatur LXX. tranſtuliſſe *numerum earum*.

℣. 4. Suffragatur Græcum. Hieronym. etiam ubi ſup. 277. b. ad hæc Vulg. verba, & *omnis militia eorum defluet*, dicit LXX. tranſtuliſſe, & *ſtella defluant*. In ed. Rom. ὁ πάντα τὰ ἄστρα πεσεῖται, ὡς φύλλα, &c.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Ezech. 29. col. 907. c.

5. Inebriatus eſt gladius meus in cœlo: nunc deſcendet in terram, ut perdat ex ea hominem, & jumentum.

VULGATA NOVA.

tia eorum defluet, ſicut defluit folium de vinea & de ficu.

5. Quoniam inebriatus eſt in cœlo gladius meus: ecce ſuper Idumæam deſcendet, & ſuper populum interfectionis meæ, ad judicium.

VULGATA NOVA.

6. Gladius Domini repletus eſt ſanguine, incraſſatus eſt adipe, de ſanguine agnorum, & hircorum, de ſanguine medullatorum arietum: victima enim Domini in Boſra, & interfectio magna in terra Edom.

7. Et deſcendent unicornes cum eis, & tauri cum potentibus: inebriabitur terra eorum ſanguine, & humus eorum adipe pinguium:

8. quia dies ultionis Domini, annus retributionum judicii Sion.

9. Et convertentur torrentes ejus in picem, & humus ejus in ſulphur: & erit terra ejus in picem ardentem.

10. Nocte & die non exſtinguetur, in ſempiternum aſcendet fumus ejus: à generatione in generationem deſolabitur, in ſæcula ſæculorum non erit tranſiens per eam.

11. Et poſſidebunt illam onocrotalus & ericius: ibis & corvus habitabunt in ea: & extendetur ſuper eam menſura, ut redigatur ad nihilum, & perpendiculum in deſolationem. 11... *Vide Not.*

12. Nobiles ejus non erunt ibi: regem potiùs invocabunt, & omnes principes ejus erunt in nihilum.

13. Et orientur in domibus ejus ſpinæ, & urticæ, & paliurus in munitionibus ejus: & erit cubile draconum, & paſcua ſtruthionum.

14. Et occurrent dæmonia onocentauris, & piloſus clamabit alter ad alterum: ibi cubavit lamia, & invenit ſibi requiem. 14... *Vide Not.*

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Iſai. 34. col. 279. f. ex Lxx.

15..... ibi obviaverunt ſibi cervi, & viderunt facies ſuas:

16. numero tranſierunt; unus ex ipſis non periit, nec quæſivit alterum: Dominus enim præcepit eis, ſpiritus ejus congregavit eos.

17. Et ipſe dedit eis ſortes, & manus illius divident eis, ut paſcantur in ſempiternum, & poſſideant in generatione generationum, & requieſcant in ea.

VULGATA NOVA.

15. Ibi habuit foveam ericius, & enutrivit catulos, & circumfodit, & fovit in umbra ejus: illuc congregati ſunt milvi, alter ad alterum.

16. Requirite diligenter in libro Domini, & legite: unum ex eis non defuit, alter alterum non quæſivit: quia quod ex ore meo procedit, ille mandavit, & ſpiritus ejus ipſe congregavit ea.

17. Et ipſe miſit eis ſortem, & manus ejus diviſit eam illis in menſuram: uſque in æternum poſſidebunt eam, in generationem & generationem habitabunt in ea.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 5. Similiter ap. eundem Hieron. ep. ad Euſtoch. to. 4. p. 2. col. 28. c. & ep. ad Damaſ. col. 148. f. *Inebriatus eſt gladius meus in cælo.* Ita quoque fert edit. Rom. loco verò ſeqq. addit: *ἰδὺ ἐπὶ τὴν Ἰδυμαίαν καταβήσεται, ἢ ἐπὶ τὸν λαὸν τῆς ἀπωλείας μετὰ κρίσεως· ecce ſuper Idumæam deſcendet, & ſuper populum perditionis cum judicio.* Rurſum Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. 528. f. legit: *Quomodo inebriatus eſt in cælo gladius meus, & nunc ſuper Idumæam deſcendet.*

℣. 11. Eò ſpectare videntur quæ Tertul. ait l. de Idol. c. 23. p. 247. a. *Viderimus ſi corvus, & milvus, & lupus, & canis in Eccleſia erit.*

℣. 14. Hieron. in eund. loc. col. 279. a. *Et occurrent ſibi in ea (juxta LXX.) diverſa dæmonum phantaſmata.* In edit. Rom. Καὶ συναντήσουσι δαιμόνια ὀνοκενταύροις, &c.

℣. 15. Græc. ἐκεῖ συνήντησαν ἔλαφοι, ἢ εἶδον τὰ πρόσωπα ἀλλήλων. Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 301. c. *occurrerunt ſibi cervæ, & viderunt facies ſuas.*

℣. 16. Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 301. c. *numero tranſierunt, & una ex eis non periit; alia aliam non quæſivit: quia Dominus mandavit eis, & ſpiritus ejus congregavit eas.* Vigilio favet Gr. edit. Rom. niſi quòd pro *quæſivit*, hab. ἐζήτησαν, *quæſierunt*; ultimòque, ξυνήγαγεν αὐτά· at in Mſ. Mediol. ἐζήτησεν..... ξυνήγαγεν αὐτάς· ſimiliter αὐτάς, in Alex. ac edd. Ald. & Compl.

℣. 17. Græc. Καὶ αὐτὸς ἐπιβαλεῖ αὐτοῖς κλῆρας, ἢ ἡ χεὶρ αὐτῦ διεμέρισε, βόσκεσθαι· εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον κληρονομήσετε· γενεὰς (in Mſs. Alex. & Mediol. ac edd. Ald. & Compl. εἰς γενεὰς) γενεῶν ἀναπαύσονται ἐπ' αὐτῆς. *Et ipſe mittet eis ſortes, & manus ejus diſtribuit, ut paſcantur: in æternum tempus poſſidebitis: (in) generationes generationum requieſcent ſuper eam.*

CAPUT XXXV.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Iſai. 35. col. 280. a. ex Lxx.

1. LÆtare deſertum ſitiens, & exſultet ſolitudo, & floreat quaſi lilium.

2. Florebunt, & exſultabunt deſerta Jordanis: gloria Libani data eſt ei, & honor Carmeli; & populus meus videbit gloriam Domini, & altitudinem Dei noſtri.

Hilar. in Pſ. 54. col. 106. f. 107. a.

3. Invaleſcite manus invalidæ, & genua diſſo-

VULGATA NOVA.

1. LÆtabitur deſerta & invia, & exſultabit ſolitudo, & florebit quaſi lilium.

2. Germinans germinabit, & exſultabit lætabunda & laudans: gloria Libani data eſt ei: decor Carmeli, & Saron, ipſi videbunt gloriam Domini, & decorem Dei noſtri.

3. Confortate manus diſſolutas, & genua de-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Itidem Græcè, detractâ conjunct. &, ante *exſultet.* Item apud Hilar. in Pſ. 54. col. 106. f. *Lætare deſertum ſitiens, exſultet deſertum, & floreat tanquam lilium:* ſimiliter in Pſ. 65. col. 177. c. niſi quòd hab. & *exſultet deſertum.* Apud Ambroſ. l. de virginit. to. 2. 226. d. *Lætare ſterilis, & exſulta deſertum, & floreat ut lilium.*

℣. 2. Græc. initio hab. Καὶ ἐξανθήσει, *Et efflorebunt;* extremò verò tollit vocem *noſtri;* cæt. ut in textu Lat. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 703. a. legit: *videbit enim populus ſublimitatem Domini, & gloriam Dei.* Hilar. in Pſ. 54. col. 106. f. prima tantùm refert, *Et floreant, & exſultent deſerta Jordanis;* quæ rurſus hab. in Pſ. 65. col. 177. c. excepto uno *effloreant:* non etiam eò loci adduntur plura apud ipſum, ſed utrobique proximè ſequitur: *Invaleſcite manus,* &c.

℣. 3. Sic iterum legit Hilar. in Pſ. 65. col. 177. c. Iren. verò l. 3. c. 20. col. 214. a. *Confortamini manus reſolutæ, & genua debilia:* item l. 4. c. 33. p. 273. c. dicit: *Manus diſſolutæ, & genua debilia firmabuntur.* Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 703. b. *Convaleſcite manus dimiſſæ, & genua diſſoluta:* & inf. p. 719. a. *Invaleſcite manus dimiſſæ,*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

bilia roborate.

4. Dicite pusillanimis: Confortamini, & nolite timere: ecce Deus vester ultionem adducet retributionis: Deus ipse veniet, & salvabit vos.

5. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum patebunt.

6. Tunc saliet sicut cervus claudus, & aperta erit lingua mutorum: quia scissæ sunt in deserto aquæ, & torrentes in solitudine.

7. Et quæ erat arida, erit in stagnum, & sitiens in fontes aquarum. In cubilibus, in quibus priùs dracones habitabant, orietur viror calami & junci.

8. Et erit ibi semita & via, & via sancta vocabitur: non transibit per eam pollutus, & hæc erit vobis directa via, ita ut stulti non errent per eam.

9. Non erit ibi leo, & mala bestia non ascendet per eam, nec invenietur ibi: & ambulabunt qui liberati fuerint.

10. Et redempti à Domino convertentur, & venient in Sion cum laude: & lætitia sempiterna super caput eorum: gaudium & lætitiam obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus.

VERSIO ANTIQUA.

luta. *Hilar. ubi sup.*

4. Consolamini modici animi sensu, invalescite, & nolite timere: ecce Deus noster judicium reddet: ipse veniet, & salvabit nos.

5. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum audient.

6. Tunc saliet claudus sicut cervus, & plana erit lingua mutorum: quia rupta est in deserto aqua, & rivus in terra sitienti. *Cypr. l. 2. Test. p. 287. c.*

7..... erit ibi lætitia avium, & caulæ gregum. *Hieron. in Isai. 35. col. 281. a.*

8. Erit ibi via munda, & via sancta vocabitur: & non transibit illic immundum, nec erit illic via immunda: qui autem dispersi erunt, vadent in ea, & non errabunt. *Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 718. c.*

9. Et non erit jam illic leo, nec ex bestiis pessimis quidquam ascendet in eam, nec invenietur illic: [a] & ambulabunt in ea redempti,

10. & congregati per Dominum..... [b] jocunditas æterna super caput eorum..... aufugit dolor, & mœror, & gemitus ab illis.

[a] *Vigil. Tapsi. l. cont. Varim. p. 748. g.*
[b] *Tertul. l. de resur. carn. p. 591. b.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

& *genua resoluta*: & l. de resurr. carn. p. 574. a. ait: *Nec manus aridæ, & genua dissoluta revaluerunt.* Novatian. l. de Trin. p. 1037. c. *Convalescite manus dissolutæ, & genua debilia.* Cypr. l. 2. Testim. p. 287. c. cum Lact. l. 4. Institut. c. 15. p. 578. *Confortamini manus resolutæ, & genua debilia.* Ambros. l. de Jos. c. 3. col. 489. c. *Convalescite manus demissæ, & genua dissoluta*: item l. de fug. sæc. c. 7. col. 432. f. & in Ps. 47. col. 941. c. & epist. 63. col. 1044. a. *Convalescite manus remissæ*, &c. Hieron. in Sophon. 2. col. 1658. e. *Confortamini manus dissolutæ, genua debilia solidamini*: & l. 2. in ep. ad Eph. to. 4. 354. f. *Confortamini manus dimissæ, & genua dissolutæ.* In Collat. Carthag. p. 485. c. ex parte Donatist. *Confortamini manus dissolutæ, & genua debilia.* Græc. Ἰσχύσατε χεῖρες ἀνειμέναι, καὶ γόνατα παραλελυμένα.

℣. 4. Ita rursum legit Hilar. in Ps. 65. col. 177. c. sed absque conjunct. & , ante *nolite.* Iren. l. 3. c. 20. p. 214. a. *Adhortamini pusillanimes sensu, confortamini, ne timeatis: ecce Deus noster judicium retribuit, & retributurus est: ipse veniet, & salvabit nos.* Ita quoque in Græco. Apud Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 703. b. *convalescite, nec timete*: & l. adv. Jud. c. 10. p. 143. c. *ecce Deus noster judicium retribuit: ipse veniet, & salvos faciet nos.* Novatian. lib. de Trin. p. 1037. c. *Consolamini pusillanimes sensu, convalescite, nolite timere: ecce Deus noster judicium retribuet: ipse veniet, & salvabit nos.* Lactant. l. 4. Instit. c. 15. p. 578. *Consolamini qui estis pusilli animi, nolite timere, nolite metuere: Dominus noster judicium retribuet: ipse veniet, & salvos faciet nos.* Cypr. l. 2. Testim. p. 287. c. *Exhortamini qui estis pusillanimes, nolite metuere: Deus noster judicium retribuet: ipse veniet, & salvos faciet nos.* In Collat. Carthag. p. 485. c. *Confortamini qui estis pusillanimes, nolite timere: Dominus noster judicium retribuet, & ipse veniet, & salvos faciet nos.* Vide Aug. in Joh. 6. col. 184. e. Auctor l. de promiss. ap. Prosp. p. 175. e. *Exhortamini qui estis pusillanimes, confortamini, & jam nolite timere: ecce enim Deus noster retribuet judicium: ipse veniet, & salvos nos faciet.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 45. p. 186. c. *ipse veniet Dominus, & salvabit nos.* In Missali Rom. ad offert. fer. 4. iv. temp. Adv. *Confortamini, & jam nolite timere: ecce enim Deus noster retribuet judicium: ipse veniet, & salvos nos faciet*: & ad Commun. Dom. 3. Adv. *Dicite: Pusillanimes confortamini, & nolite timere: ecce Deus noster veniet, & salvabit nos*: Vulg. scribit *vos*; at Hieron. in hunc loc. col. 281. a. monet LXX. transtulisse *nos.*

℣. 5. Eadem repetit Hilar. in Ps. 65. col. 177. c. nec aliter in Græco. Apud Iren. l. 4. c. 33. p. 273. c. versiculorum ordo invertitur; nempe primo loco legitur: *Quemadmodum cervus*, &c. ut infra; subinde: *Et aperientur oculi cæcorum*, &c. ut in textu. Item ap. Tertul. l. adv. Jud. c. 10. p. 143. c. 1. loco: *Tunc infirmi curabuntur*; deinde: & *oculi cæcorum videbunt, & aures surdorum audient*: & l. 4. adv. Marc. p. 719. a. *Tunc patefient oculi cæcorum, & aures exaudient surdorum.* Novatian. verò l. de Trin. p. 1036. a. & 1037. c. textui Hilar. suffragatur ad verbum. Accinunt Lactant. l. 4. Institut. c. 15. p. 578. Cypr. l. 2. Testim. p. 287. c. Collat. Carthag. p. 485. c. Auct. l. de promiss. p. 3. ap. Prosp. p. 175. e. & S. Leo ser. 52. p. 122. a. Similiter habet Auct. op. imp. in Matth. hom. 45. p. 186. c. excepto ult. *patebunt*, pro *audient.*

℣. 6. Eadem legit Lact. l. 4. Institut. c. 15. p. 578. Nec dissimile Græcum est, nisi quòd habetur ibi, τραχὺ δὲ ἔσαι γλῶσσα μογιλάλων, *expedita autem erit lingua balborum*; paulòque post, φάραγξ, *vallis*, non *rivus.* Apud Iren. l. 4. c. 33. p. 273. c. *Quemadmodum cervus, claudus saliet*, & *plana erit lingua mutorum*; deinde, & *aperientur oculi cæcorum*, &c. de ℣. præced. Apud Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 719. a. *Tunc saliet claudus ut cervus*, & *clara erit lingua mutorum*: & l. cont. Jud. c. 10. p. 143. c. *Et claudus saliet velut cervus*, & *multorum* (l. *mutorum*) *lingua solventur*: vide etiam l. de resur. carn. p. 574. a. Novatianus l. de Trin. p. 1036. a. & 1037. c. *Tunc saliet claudus sicut cervus*, & *diserta erit lingua mutorum.* Hilar. in Ps. 54. col. 106. f. 107. a. *Erudietur lingua mutorum; tunc saliet claudus tanquam cervus*: & in Ps. 65. p. 177. c. *Et audietur lingua mutorum; tunc saliet claudus tanquam cervus.* Ambros. in Ps. 48. col. 947. e. *Clara erit lingua mutorum.* Collat. Carthag. p. 485. c. *Plana erit lingua mutorum*, & *claudus saliet sicut cervus: quoniam rupta est in deserto aqua*, & *fons in terra sitienti.* Auct. verò l. de promiss. p. 3. ap. Prosp. p. 175. e. cum Cypr. *Tunc saliet claudus sicut cervus*, & *plana erit lingua mutorum.* Succinit Leo M. ser. 52. p. 122. a. Apud Auct. op. imp. in Matth. hom. 45. p. 186. c. sic: & *lingua mutorum diserta erit.*

℣. 7. Ita transtulerunt LXX. teste Hieron. Editio Rom. habet: Ἐκεῖ εὐφροσύνη ὀρνέων, ἐπαύλεις καλάμου, καὶ ἕλη. *Ibi lætitia avium, caulæ arundinis*, & *paludes.* Ald. ποιμνὶς καλάμου, al. ποιμνίων.

℣. 8. Eadem exstant Græcè, præter vocem unam ἀκάθαρτος, *immundus*, loco *immundum.* Hieronymus in hunc locum, col. 281. a. ait ita transtulisse LXX. *neque erit ibi via immunda: qui autem dispersi sunt, transibunt per eam*, & *non errabunt*; inf. col. 282. c. & *qui dispersi fuerant*; Græcè, οἱ δὲ διεσπαρμένοι. In Collat. Carthag. ex parte Donatist. p. 485. c. *Illic via munda*, & *sancta vocabitur*: & *non transibit illic immundus, neque erit illic via immunda*; sequentia desunt.

℣. 9. Ita Græcè, nisi quòd initio deest vocula *jam*; ut & inf. ista, *quidquam*; at in ed. Compl. est, οὐδὲν ἐν τῶν πονηρῶν θηρίων ἐ, &c. subinde, loco & *ambulabunt*, ita Gr. ἀλλὰ πορεύσονται. In Collat. Carthag. p. 485. c. *Etiam illic non erit leo, neque ex bestiis malis ascendet in illa, neque invenientur in illa: sed ambulabunt illic redempti*, & *electi.*

℣. 10. Eadem sunt in Gr. detracto ult. *ab illis.* Apud Ambros. in Ps. 38. col. 849. b. *fugit dolor, tristitia*, & *gemitus*: & in Ps. 36. col. 797. d. *fugiet dolor*, & *gemitus*, & *tristitia*: item l. 2. de Abr. c. 5. p. 322. c. *fugiet*, &c. Fulg. l. 3. ad Trasim. c. 19. p. 125. legit: *gaudium* & *lætitiam obtinebunt*, & *fugiet ab eis dolor* & *gemitus.* Græc. καὶ εὐφροσύνη καταλήψεται αὐτούς, ἀφεύξεται ὀδύνη, &c.

Digitized by Google

CAPUT XXXVI.

VULGATA NOVA.

4. Reg. 18. 13. 2. Par. 32. 1. 1. ET factum est in quartodecimo anno regis Ezechiæ, ascendit Sennacherib rex Assyriorum super omnes civitates Juda munitas, & cepit eas.

2. Et misit rex Assyriorum Rabsacen de Lachis in Jerusalem, ad regem Ezechiam in manu gravi, & stetit in aquæductu piscinæ superioris in via Agri fullonis.

3. Et egressus est ad eum Eliacim filius Helciæ, qui erat super domum, & Sobna scriba, & Joahe filius Asaph à commentariis.

4. Et dixit ad eos Rabsaces: Dicite Ezechiæ: Hæc dicit rex magnus, rex Assyriorum: Quæ est ista fiducia, qua confidis?

5. aut quo consilio vel fortitudine rebellare disponis? super quem habes fiduciam, quia recessisti à me?

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Ezech. 29. col. 905. e. 6. Ecce confidis in virga arundinea atque confracta ista, super Ægypto: cui qui innisus fuerit, ingreditur in manum ejus: sic est Pharao rex Ægypti omnibus, qui confidunt in eo.

VULGATA NOVA.

6. Ecce confidis super baculum arundineum confractum istum, super Ægyptum: cui si innixus fuerit homo, intrabit in manum ejus, & perforabit eam: sic Pharao rex Ægypti omnibus, qui confidunt in eo.

VULGATA NOVA.

7. Quòd si responderis mihi: In Domino Deo nostro confidimus: nonne ipse est, cujus abstulit Ezechias excelsa & altaria, & dixit Judæ & Jerusalem: Coram altari isto adorabitis?

8. Et nunc trade te domino meo regi Assyriorum, & dabo tibi duo millia equorum, nec poteris ex te præbere ascensores eorum.

9. Et quomodo sustinebis faciem judicis unius loci ex servis domini mei minoribus? Quòd si confidis in Ægypto, in quadrigis, & in equitibus:

10. & nunc nunquid sine Domino ascendi ad terram istam, ut disperderem eam? Dominus dixit ad me: Ascende super terram istam, & disperde eam.

11. Et dixit Eliacim, & Sobna, & Joahe ad Rabsacen: Loquere ad servos tuos Syrâ linguâ: intelligimus enim: ne loquaris ad nos Judaicè in auribus populi, qui est super murum.

12. Et dixit ad eos Rabsaces: Nunquid ad dominum tuum & ad te misit me dominus meus, ut loquerer omnia verba ista; & non potiùs ad viros, qui sedent in muro, ut comedant stercora sua, & bibant urinam pedum suorum vobiscum?

13. Et stetit Rabsaces, & clamavit voce magna Judaicè, & dixit: Audite verba regis magni, regis Assyriorum.

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. l. 1. pro S. Ath. p. 198. c. 14..... Non vos seducat Ezechias, quia possit vos liberare

15. de manibus regis Assyriorum Deus vester.

16..... hæc dicit rex Assyriorum: Si vultis benedici, exite potiùs ad me, & manducabitis unusquisque fructum vestrum, vineæ & ficus: & bibetis aquam de lacubus vestris,

17. donec veniam, & accipiam vos in terra tali, sicut est terra vestra, terra tritici, & vini, & panis, & vinearum.

18. Non ergo vos seducat Ezechias, dicens: Deus vos liberabit.....

20..... quis liberabit Jerusalem de manu mea?

VULGATA NOVA.

14. Hæc dicit rex: Non seducat vos Ezechias, quia non poterit eruere vos.

15. Et non vobis tribuat fiduciam Ezechias super Domino, dicens: Eruens liberabit nos Dominus, non dabitur civitas ista in manu regis Assyriorum.

16. Nolite audire Ezechiam: hæc enim dicit rex Assyriorum: Facite mecum benedictionem, & egredimini ad me, & comedite unusquisque vineam suam, & unusquisque ficum suam: & bibite unusquisque aquam cisternæ suæ,

17. donec veniam, & tollam vos ad terram, quæ est ut terra vestra, terram frumenti & vini, terram panum & vinearum.

18. Nec conturbet vos Ezechias, dicens: Dominus liberabit nos. Nunquid liberaverunt dii gentium unusquisque terram suam de manu regis Assyriorum?

19. Ubi est deus Emath, & Arphad? ubi est deus Sepharvaim? nunquid liberaverunt Samariam de manu mea?

20. Quis est ex omnibus diis terrarum istarum, qui eruerit terram suam de manu mea, ut eruat Dominus Jerusalem de manu mea?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 6. Græc. Ἰδὺ πεποιθὼς εἶ ἐπὶ τὴν ῥάβδον τὴν καλαμίνην, τὴν τεθλασμένην ταύτην, ἐπ' Αἴγυπτον· ὡς ἂν ἐπισκιασθῇ ἀνὴρ ἐπ' αὐτὴν, εἰσελεύσεται εἰς τὴν χεῖρα αὐτοῦ, καὶ τρήσει αὐτήν· οὕτως ἐστὶ Φαραὼ βασιλεὺς Αἰγύπτου, καὶ πάντες οἱ πεποιθότες ἐπ' αὐτῷ.

℣℣. 14. 15. Ita Lucifer continuè: hæc tamen non referre videtur ad verbum: sic enim legimus Græcè: Τάδε λέγει ὁ βασιλεύς· Μὴ ἀπατάτω ὑμᾶς Ἐζεκίας λόγοις, οὐ γὰρ μὴ ῥύσηται ῥύσασθαι ὑμᾶς. Καὶ μὴ λεγέτω ὑμῖν Ἐζεκίας· Ὅτι ῥύσεται ὑμᾶς ὁ Θεὸς, καὶ οὐ μὴ παραδοθῇ ἡ πόλις αὕτη ἐν χειρὶ βασιλέως Ἀσσυρίων. *Hæc dicit rex: Non seducat vos Ezechias sermonibus, non poterit eruere vos. Et non dicat vobis Ezechias: Quia eruet vos Deus, & non tradetur civitas ista in manu regis Assyriorum.*

℣. 16. Græcè deest *potiùs*, post *exite*; loco verò & *manducabitis*, &c. sic legitur: καὶ φάγεσθε ἕκαστος τὴν ἄμπελον αὐτοῦ, καὶ τὰς συκᾶς· καὶ πίεσθε ὕδωρ ἐκ τοῦ λάκκου ὑμῶν· & *comedite unusquisque vitem suam, & ficus: & bibite aquam de cisterna vestra.*

℣. 17. Concordat Græc. nisi quòd hab. εἰς γῆν, *ad terram*, pro *in terra tali*; & ἄρτων, *panum* num. plur. non *panis*; deest etiam *est* sup. post *sicut*.

℣. 18. Itidem Græcè, deletâ conjunct. *ergo*.

℣. 20. Gr. Τίς τῶν θεῶν πάντων τῶν ἐθνῶν τούτων, ὅσις ἐῤῥύσατο τὴν γῆν αὐτοῦ ἐκ χειρός μου, ὅτι ῥύσεται ὁ Θεὸς τὴν Ἰερουσαλὴμ ἐκ χειρός μου; *Quis est ex omnibus diis gentium, qui eruerit terram suam de manu mea, quia eruet Deus Jerusalem de manu mea?*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

21. Et ſiluerunt, & non reſponderunt ei verbum. Mandaverat enim rex, dicens: Ne reſpondeatis ei.
22. Et ingreſſus eſt Eliacim filius Helciæ, qui erat ſuper domum, & Sobna ſcriba, & Joahe filius Aſaph à commentariis, ad Ezechiam ſciſſis veſtibus, & nunciaverunt ei verba Rabſacis.

CAPUT XXXVII.

VULGATA NOVA.

4. Reg. 19. 1. 1. ET factum eſt, cùm audiſſet rex Ezechias, ſcidit veſtimenta ſua, & obvolutus eſt ſacco, & intravit in domum Domini.
2. Et miſit Eliacim, qui erat ſuper domum, & Sobnam ſcribam, & ſeniores de ſacerdotibus, opertos ſaccis, ad Iſaiam filium Amos prophetam,
3. & dixerunt ad eum: Hæc dicit Ezechias: Dies tribulationis, & correptionis, & blaſphemiæ, dies hæc: quia venerunt filii uſque ad partum, & virtus non eſt pariendi.
4. Si quo modo audiat Dominus Deus tuus verba Rabſacis, quem miſit rex Aſſyriorum dominus ſuus ad blaſphemandum Deum viventem, & exprobrandum ſermonibus, quos audivit Dominus Deus tuus: leva ergo orationem pro reliquiis, quæ repertæ ſunt.
5. Et venerunt ſervi regis Ezechiæ ad Iſaiam:

VULGATA NOVA. VERSIO ANTIQUA.

6. & dixit ad eos Iſaias: Hæc dicetis domino veſtro: Hæc dicit Dominus: Ne timeas à facie verborum, quæ audiſti, quibus blaſphemaverunt pueri regis Aſſyriorum me.
6..... Non eſt quod paveas à ſermonibus iſtis, quos audiſti, quibus exprobraverunt me legati Aſſyriorum. *Lucif. Cal. l. 1. pro S. Ath. p. 198. c.*
7. Ecce ego dabo ei ſpiritum, & audiet nuncium, & revertetur ad terram ſuam, & corruere eum faciam gladio in terra ſua.
7. Ecce mitto in eum ſpiritum, & audito nuncio, revertetur in regionem ſuam, & cadet gladio in terra ſua.

VULGATA NOVA.

8. Reverſus eſt autem Rabſaces, & invenit regem Aſſyriorum præliantem adversùs Lobnam. Audierat enim quia profectus eſſet de Lachis,
9. & audivit de Tharaca rege Æthiopiæ, dicentes: Egreſſus eſt ut pugnet contra te. Quod cùm audiſſet, miſit nuncios ad Ezechiam, dicens:

VULGATA NOVA. VERSIO ANTIQUA.

10. Hæc dicetis Ezechiæ regi Judæ, loquentes: Non te decipiat Deus tuus, in quo tu confidis, dicens: Non dabitur Jeruſalem in manu regis Aſſyriorum.
10. Sic dicetis Ezechiæ regi Juda: Non te ſeducat Deus tuus, in quo confidis, dicens: Non tradetur Jeruſalem in manus regis Aſſyriorum. *Lucif. Cal. ubi ſup.*

VULGATA NOVA.

11. Ecce tu audiſti omnia, quæ fecerunt reges Aſſyriorum omnibus terris, quas ſubverterunt, & tu poteris liberari?
12. Nunquid eruerunt eos dii gentium, quos ſubverterunt patres mei, Gozam, & Haram, & Reſeph, & filios Eden, qui erant in Thalaſſar?
4. Reg. 18. 34. & 19. 13. 13. Ubi eſt rex Emath, & rex Arphad, & rex urbis Sepharvaim, Ana, & Ava?
14. Et tulit Ezechias libros de manu nunciorum, & legit eos, & aſcendit in domum Domini, & expandit eos Ezechias coram Domino.
15. Et oravit Ezechias ad Dominum, dicens:
16. Domine exercituum Deus Iſraël, qui ſedes ſuper cherubim: tu es Deus ſolus omnium regnorum terræ, tu feciſti cœlum & terram.

13... *Vide Not.* 14... *Vide Not.*

VULGATA NOVA. VERSIO ANTIQUA.

17. Inclina Domine aurem tuam, & audi: aperi Domine oculos tuos, & vide, & audi omnia verba Sennacherib, quæ miſit ad blaſphemandum Deum viventem.
17. Inclina aurem tuam, & audi..... *Novat. de Trin. p. 1034. a.*

VULGATA NOVA.

18. Verè enim Domine deſertas fecerunt reges Aſſyriorum terras, & regiones earum.
19. Et dederunt deos earum igni: non enim erant dii, ſed opera manuum hominum, lignum & lapis: & comminuerunt eos.
20. Et nunc Domine Deus noſter ſalva nos de ma-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 6. Græcè ſimpliciter, Μὴ φοβηθῇς, *Ne timeas*, abſque ſeq. *iſtis*; loco verò *legati*, ſic, οἱ πρέσβεις βασιλέως; cæt. quadrant.

℣. 7. Græc. initio hab. Ἰδοὺ ἐγὼ ἐμβάλλω εἰς αὐτὸν, &c. ut ſupra: editt. tamen Lucif. ferunt *meum ſpiritum*; at correximus *in eum*, è Græco εἰς αὐτόν; facilè enim potuit ab imperito ſcriba *in* mutari in *m*, & adnecti ſequenti *eum*.

℣. 10. Græc. hab. τῆς Ἰουδαίας, *Judææ*, non *Juda*; paulòque poſt, ἐφ' ᾧ πέποιθας ἐπ' αὐτῷ, *in quo confidiſti in eo*; & ſub fin. ἐν χειρὶ, *in manu*; Mſ. verò Alex. εἰς χεῖρας; cæt. textui conſonant.

℣. 13. Hieron. in hunc loc. col. 289. c. ait: *In enumeratione autem gentium cæterarum ponit* Ana, & Ava, *quas LXX. miſcuerunt dicentes*, Anavegava; *conjunctionemque &, id eſt*, v, *inter duas gentes* Ana, & Ava, *linguâ poſuere Hebraïcâ, ut ignorantibus una gens videatur aut civitas.* In ed. Rom. Ἀναγιγάνα; in Ald. & Mſ. Mediol. Ἀνὰ, ϗ Ἀβά; al. Ἀνὰ, ϗ Γανά.

℣. 14. & ſeqq. Eò ſpectant quæ refert Auct. op. imp. in Matth. hom. 1. p. 20. c. dicens: *Cùm miſiſſet ad eum Sennacherib rex Aſſyriorum Rapſacem principem militiæ ſuæ, & libellum plenum improperiis & blaſphemiis contra Deum, ſicut exposit Eſaias propheta, Ezechias accepit libellum illum; & ingreſſus in templum, aperuit ante Dominum, & oravit, & confeſtim miſſus eſt ad eum Eſaias propheta, annuntians ei protectionem Dei, & confortans eum: & exiit ad preces Ezechiæ angelus à facie Domini, & percuſſit in caſtris Aſſyriorum centum octoginta quinque millia virorum.* Vide ſup. IV. Reg. 20. 14. & II. Paralip. 32. 17. ſeqq.

℣. 17. Gr. Κλῖνον Κύριε τὸ οὖς σου, καὶ ἄκουσον Κύριε, &c.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

nu ejus: & cognoscant omnia regna terræ, quia tu es Dominus solus.

21. Et misit Isaias filius Amos ad Ezechiam, dicens: Hæc dicit Dominus Deus Israël: Pro quibus rogasti me de Sennacherib rege Assyriorum:

VERSIO ANTIQUA.

Anecdot. Marten. to. 5. p. 7. e.

22..... Sprevit te, & subsannavit te virgo filia Sion: caput suum movet adversùm te filia Jerusalem.

VULGATA NOVA.

22. hoc est verbum, quod locutus est Dominus super eum: Despexit te, & subsannavit te virgo filia Sion: post te caput movit filia Jerusalem.

VULGATA NOVA.

23. Cui exprobrasti, & quem blasphemasti, & super quem exaltasti vocem, & levasti altitudinem oculorum tuorum? Ad sanctum Israël.

24. In manu servorum tuorum exprobrasti Domino: & dixisti: In multitudine quadrigarum mearum ego ascendi altitudinem montium, juga Libani: & succidam excelsa cedrorum ejus, & electas abietes illius, & introibo altitudinem summitatis ejus, saltum Carmeli ejus.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Isai. 37. col. 290. f.

25. Et posui pontem, & desertas feci aquas, & omnem congregationem aquarum.

VULGATA NOVA.

25. Ego fodi, & bibi aquam, & exsiccavi vestigio pedis mei omnes rivos aggerum.

VULGATA NOVA.

26. Nunquid non audisti, quæ olim fecerim ei? ex diebus antiquis ego plasmavi illud: & nunc adduxi: & factum est in eradicationem collium compugnantium, & civitatum munitarum.

27. Habitatores earum breviata manu contremuerunt, & confusi sunt: facti sunt sicut fenum agri, & gramen pascuæ, & herba tectorum, quæ exaruit antequam maturesceret.

28. Habitationem tuam, & egressum tuum, & introitum tuum cognovi, & insaniam tuam contra me.

29. Cùm fureres adversùm me, superbia tua ascendit in aures meas: ponam ergo circulum in naribus tuis, & frenum in labiis tuis, & reducam te in viam, per quam venisti.

VERSIO ANTIQUA.

Idem 291. f.

30..... quæ priùs severas.....

VULGATA NOVA.

30. Tibi autem hoc erit signum: Comede hoc anno quæ sponte nascuntur, & in anno secundo pomis vescere: in anno autem tertio seminate, & metite, & plantate vineas, & comedite fructum earum.

VULGATA NOVA.

31. Et mittet id, quod salvatum fuerit de domo Juda, & quod reliquum est, radicem deorsum, & faciet fructum sursum:

32. quia de Jerusalem exibunt reliquiæ, & salvatio de monte Sion: zelus Domini exercituum faciet istud.

33. Propterea hæc dicit Dominus de rege Assyriorum: Non intrabit civitatem hanc, & non jaciet ibi sagittam, & non occupabit eam clypeus, & non mittet in circuitu ejus aggerem.

34. In via qua venit, per eam revertetur, & civitatem hanc non ingredietur, dicit Dominus:

35. & protegam civitatem istam, ut salvem eam propter me, & propter David servum meum.

36. Egressus est autem angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum centum octoginta quinque millia. Et surrexerunt manè, & ecce omnes, cadavera mortuorum. *Sup. 31. 8. 4. Reg. 19. 35. Tob. 1. 21.*

37. Et egressus est, & abiit, & reversus est Sennacherib rex Assyriorum, & habitavit in Ninive. *Eccli. 48. 24.*

38. Et factum est, cùm adoraret in templo Nesroch deum suum, Adramelech & Sarasar filii ejus percusserunt eum gladio: fugeruntque in terram Ararat, & regnavit Asarhaddon filius ejus pro eo. *1. Mac. 7. 41. 2. Mac. 8. 19.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 22. Græc. hab. ἐκίνησε, *movit*, non *movet*; deletque præced. *suum*; cæt. similia.

℣. 25. Consonat Græc. nisi quòd extremò hab. ὕδατος, *aqua*, non *aquarum*.

℣. 30. Sic habere LXX. monet Hieron. sup. pro his de Vulg. *quæ sponte nascuntur*; ed. Rom. ἃ ἐσπαρκας.

CAPUT XXXVIII.

VULGATA NOVA.

4. Reg. 20. 1. 2. Par. 32. 24.

1. IN diebus illis ægrotavit Ezechias usque ad mortem: & introivit ad eum Isaias filius Amos propheta, & dixit ei: Hæc dicit Dominus: Dispone domui tuæ, quia morieris tu, & non vives.

2. Et convertit Ezechias faciem suam ad parietem, & oravit ad Dominum,

3. & dixit: Obsecro Domine, memento quæso quomodo ambulaverim coram te in veritate, & in corde perfecto, & quod bonum est in oculis tuis fecerim. Et flevit Ezechias fletu magno.

4. Et factum est verbum Domini ad Isaiam, dicens:

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. in Ps. 40. col. 874. f.

5..... ecce adjicio ad tempus tuum annos quindecim.

VULGATA NOVA.

5. Vade, & dic Ezechiæ: Hæc dicit Dominus Deus David patris tui: Audivi orationem tuam, & vidi lacrymas tuas: ecce ego adjiciam super dies tuos quindecim annos:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 5. Itidem Græcè.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

6. & de manu regis Aſſyriorum eruam te, & civitatem iſtam, & protegam eam.

7. Hoc autem tibi erit ſignum à Domino, quia faciet Dominus verbum hoc, quod locutus eſt:

8. Ecce ego reverti faciam umbram linearum, per quas deſcenderat in horologio Achaz in ſole, retrorsùm decem lineis. Et reverſus eſt ſol decem lineis per gradus, quos deſcenderat.

7... 8. *Vide Not.*

VULGATA NOVA.

9. Scriptura Ezechiæ regis Juda, cùm ægrotaſſet, & convaluiſſet de infirmitate ſua.

10. Ego dixi: In dimidio dierum meorum vadam ad portas inferi.

Quæſivi reſiduum annorum meorum: 11. dixi: Non videbo Dominum Deum in terra viventium.

Non aſpiciam hominem ultra, & habitatorem quietis.

12. Generatio mea ablata eſt, & convoluta eſt à me, quaſi tabernaculum paſtorum.

Præciſa eſt velut à texente, vita mea: dum adhuc ordirer, ſuccidit me: de manè uſque ad veſperam finies me.

13. Sperabam uſque ad manè, quaſi leo ſic contrivit omnia oſſa mea:

De manè uſque ad veſperam finies me: 14. ſicut pullus hirundinis ſic clamabo, meditabor ut columba.

Attenuati ſunt oculi mei, ſuſpicientes in excelſum.

Domine vim patior, reſponde pro me.

15. Quid dicam, aut quid reſpondebit mihi, cùm ipſe fecerit?

Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ.

16. Domine ſi ſic vivitur, & in talibus vita ſpiritus mei, corripies me, & vivificabis me.

VERSIO ANTIQUA.

9. Oratio Ezechiæ regis Judæ, quando languit, & ſurrexit de infirmitate ſua. *Hieron. in Iſai. 38. col. 294. f.*

10. Ego dixi in exceſſum dierum meorum: Ibo in portis inferorum. *Ex Pſalt. Sorbon. Græc. Lat. n. 459. annor. circ. 500.*

Relinquo annos reliquos: 11. dixi: Jam non videbo ſalutare Dei in terra viventium:

Nec ultra videbo hominem adhuc inhabitantem.

12. Defecerunt ex cognatione mea: dereliqui reſiduum vitæ meæ: exiit, & abiit à me; quemadmodum tabernaculum, quod ſtatuerat,

deſtruit. Factus eſt apud me ſpiritus meus, ſicut lanifica proximans * telam demere.

* *Mſ. vitioſè* tela dexteræ.

13. In die illa traditus ſum uſque ad manè, ſicut leo ita contrivit omnia oſſa mea:

A die enim uſque ad noctem traditus ſum; 14. ut hirundo ita clamabo, & ſicut columbæ meditabor.

Defecerunt enim oculi mei videre altitudinem cœli

ad Dominum, qui miſertus eſt mihi,

15. & abſtulit à me dolorem vitæ meæ.

16. Domine, de ipſa enim nunciatum eſt tibi: & excitaſti meum ſpiritum, & conſolatus vixi.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 7. 8. His duobus verſibus reſpondent ea quæ narrat Hilarius in Pſ. 118. col. 368. b. en verba: *In Eſaiæ libro, orante Ezechia, ſignum ei poſitum prorogatæ ſalutis in gradibus eſt. Erant autem in domo ejus gradus decem, quos ſol ultrà temporis ſui curſum, lumine ſuo accedente, conſcendit; rurſumque die mortis ejus, de temporis ſui limite, lumine decedente, deſcendit.*

℣. 9. Eadem ſunt in Græco, excepta voce Ἰουδαίας, *Judææ*, loco *Judæ*. Miratur autem Hieron. ibid. *quomodo ſoli LXX. pro* ſcriptura, orationem *poſuerint, cùm* oratio, thephellath *dicatur*, & *non* machthab, *quæ in præſenti loco ſcribitur.*

℣. 10. Hieron. in hunc loc. col. 295. b. ita refert ex LXX. *Ego dixi in excelſo dierum meorum: Vadam ad portas inferi. Relinquam annos reſidnos.* Ita quoque hab. edit. Rom. ſupplendo verbum πορεύζομαι, quod deeſt. In Mſs. duobus Reginæ Suec. quorum unus editus eſt à Card. Thomaſio ad calc. Pſalt. *Ego dixi in altitudine dierum meorum: Ibo in portas* (Gr. ἐν πύλαις) *inferni. Relinquam annos meos reliquos.*

℣. 11. Mſ. Reg. Suec. cum Pſalt. Thomaſ. *dixi: Jam non videbo ſalutare Dei ſuper terram: nec videbo ultra hominem de cognatione mea: dereliqui*, &c. de ℣. ſeq. Hieron. verò in Iſai. 38. col. 295. b. ita legit ex LXX. *dixi: Nequaquam ultra videbo ſalutare Dei in terra viventium: nec videbo hominem adhuc cum habitantibus.* Græc. hod. εἶπα· Οὐκέτι ὐ μὴ ἴδω τὸ ζωτήριον τῦ Θεῦ ἐπὶ γῆς ζώντων. Οὐκέτι μὴ ἴδω τὸ ζωτήριον τῦ Ἰσραὴλ ἐπὶ γῆς· ὐκέτι μὴ ἴδω ἄνθρωπον· i. e. *dixi: Nequaquam ultra videbo ſalutare Dei in terra viventium. Ultra non videbo ſalutare Iſraël ſuper terram; non ultra videbo hominem.* A Mſ. Alex. abeſt vox ζώντων; poniturque in Mſ. Mediolan. ſub aſteriſco, velut ex Aquila. In edit. verò Compl. deſunt ſeqq. Οὐκέτι μὴ ἴδω τὸ ζωτήριον τῦ Ἰσραήλ· alii quoque libb. tollunt eadem verba; ſed addunt iſta, ὐκέτι ὐ μὴ ἴδω ἄνθρωπον ἐκ τῆς συγγενείας μυ, hoc omiſſo intermedio, *adhuc cum habitantibus*, vel *adhuc inhabitantem*; necnon ſeq. *defecerunt*, aut *defeci*. In edd. tamen Ald. & Compl. eſt, μετὰ καθημένων, cum ſeq. ἔλιπον, &c. Cyrillus autem τὸ, μετὰ κατοικούντων, non habet; idque apud Procop. de Theodotione legitur in marg. ſub aſteriſco, nempe, ὅτι μετὰ καθημένων.

℣. 12. Mſ. Reg. Suec. & Pſalt. Thomaſ. poſt hæc, *nec videbo ultra hominem de cognatione mea*, ſubdunt: *dereliqui reliquum vitæ meæ: exiit*, & *abiit à me, ſicut qui deſtrnit tabernaculum ſtabilitum. Spiritus meus apud me factus eſt, ſicut lanifica proximans demere telam.* Itidem Fulg. l. 3. ad Monim. c. 6. p. 48. ab his, *Spiritus meus*, &c. Hieron. verò in hunc loc. col. 295. b. ſic hab. ex LXX. *Defeci à cognatione mea: exivit*, & *receſſit à me; ſicut tabernaculum ſolvit, qui fixerat. Sicut tela ſpiritus meus receſſit, cùm à texente ſuccidituv.* Ed. Rom. Ἐξέλιπον ἐκ τῆς ζυγγενείας μυ· καθέλιπον τὸ ἐπίλοιπον τῆς ζωῆς μυ· ἐξῆλθε, καὶ ἀπῆλθεν ἀπ' ἐμῦ, ὥσπερ ὁ σκηνὼν καλιὰν, πήξας. Ὡς ἰσὸς τὸ πνεῦμά μυ παρ' ἐμοὶ ἐγένετο, ἀριθ ἐγιζόσης ἐκτεμεῖν. *Defecit ex cognatione mea: dereliqui reſiduum vitæ meæ: exiit*, & *abiit à me, ſicut tabernaculum ſolvens, qui fixerat. Sicut tela ſpiritus meus apud me factus eſt, texente appropinquante ad ſuccidendum.* In edd. Ald. & Compl. Ἐξέλιπον ἐκ τῆς ζυγγενείας μυ· in aliis libb. pariter ἐξέλιπον.

℣. 13. Eadem prorſus leguntur in Gr. edit. Rom. excepto uno λέοντι, *leoni*, pro *leo*; in ed. Ald. λέων τις; in Compl. λέων. Similiter habet Hieron. in Iſai. 38. col. 295. b. ex LXX. *In illa die traditus ſum uſque manè, ſicut leo ſic contrivit omnia oſſa mea: à die uſque ad noctem traditus ſum.* Itidem in Mſ. Regin. Suec. & Pſalt. Thomaſ. exceptis his, *tanquam leo, ſic oſſa mea conteruit: à die enim.*

℣. 14. Similiter habent Mſ. Reg. Suec. & Pſalt. Thomaſ. exceptis his, & *ſicut columba ſic meditabor.* Hieron. etiam in hunc loc. col. 296. b. ita legit ex LXX. *quaſi birundo ſic clamabo, quaſi columba ſic meditabor. Defecerunt enim oculi mei, aſpiciendo in excelſum cæli ad Dominum, qui erait me.* Ita quoque ſert Gr. edit. Rom. niſi quòd initio addit ὴ, poſt verbum *clamabo.*

℣. 15. Mſ. Regin. Suec. & Pſalt. Thomaſ. & *abſtulit dolorem animæ meæ.* Similiter Hieron. col. 296. b. legit ex LXX. & *abſtulit dolorem animæ meæ;* ſed addit, & *ipſe fecit.* A Gr. autem edit. Rom. hoc ult. abeſt, & *ipſo fecit;* nec additur ibi *meæ*, ad vocem *animæ;* ſed iſta, μῦ à me, ad verbum *abſtulit.* Editio Compl. Hieronymo favet legendo in fine, ὴ αὐτὸς ἐποίησε.

℣. 16. Sic etiam in Pſalt. Thomaſ. & Mſ. Regin. Suec. excepto uno *de ipſo*, ſed malè; nam in Græco conſtanter, περὶ αὐτῦ, *de ipſa;* ſubinde iidem libb. hab. *reſuſcitaſti ſpiritum meum*, &c. ut ſupra; Gr. καὶ ἐξέγειράς μυ

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Pſalt. Sorb. ſup. 17. Vidi enim animam meam ut non pereat, & projeciſti poſt me omnia peccata mea.

18. Non enim qui in inferno ſunt laudabunt te, neque qui mortui ſunt benedicunt te: neque ſperant qui in inferno ſunt, miſericordiam tuam.

19. Qui vivunt benedicunt te, quemadmodum & ego: nam & ex hodierno faciam *filios, annuntiabunt juſtitiam tuam.

* *Mſ.* illos.

20. Domine ſalutis meæ, nec deſinam benedicens te cum pſalterio omnibus diebus vitæ meæ in conſpectu domûs Dei mei.

21..... *Vide Not.*

VULGATA NOVA.

17. Ecce in pace amaritudo mea amariſſima: Tu autem eruiſti animam meam ut non periret, projeciſti poſt tergum tuum omnia peccata mea.

18. Quia non infernus confitebitur tibi, neque mors laudabit te: non exſpectabunt qui deſcendunt in lacum, veritatem tuam.

19. Vivens vivens ipſe confitebitur tibi, ſicut & ego hodie: pater filiis notam faciet veritatem tuam.

20. Domine ſalvum me fac, & pſalmos noſtros cantabimus cunctis diebus vitæ noſtræ in domo Domini.

21. Et juſſit Iſaias ut tollerent maſſam de ficis, & cataplaſmarent ſuper vulnus, & ſanaretur.

22. Et dixit Ezechias: Quod erit ſignum quia aſcendam in domum Domini?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

τὴν ψυχήν, &c. Hieron. etiam in hunc loc. col. 296. f. ita legit ex LXX. *Domine, de ipſa annuntiatum eſt tibi: & ſuſcitaſti ſpiritum meum, & conſolatus vivificaſti.* Græc. ἠ παρακληθεὶς ἔζησα.

℣. 17. Mſ. Regin. Suec. cum Pſalt. Thomaſ. *Liberaſti animam meam ne periret, & projeciſti*, &c. ut ſupra. Hieronymus verò in hunc locum, col. 296. f. ita ex LXX. *Ecce in pace amaritudo mea;* deinde, *Liberaſti enim animam meam ut non periret, & projeciſti*, &c. ut ſupra. At in Græco hod. non præmittitur iſtud, *Ecce in pace amaritudo mea*, præterquam in edit. Compl. quæ etiam addit μοῦ, ad *peccata*, quod delet edit. Rom. cæt. quadrant. Ubi autem Hieron. habet *liberaſti*, Græc. fert εἶλε, quod malè redditur iſto, *vidi*, in Mſ. Sorb. quaſi ſcriptum fuiſſet Græcè εἶδον.

℣. 18. Mutilus eſt hîc Mſ. Sorbon. qui poſteriora tantùm hab. *quæ* (l. *neque*) *ſperant qui in inferno ſunt, miſericord. tuam;* priora verò ſupplevimus ex Mſ. Regin. Suec. & Pſalt. Thomaſ. ubi leguntur tota quæ ſupra, excepto uno *ſperabunt*, pro *ſperant*; Pſalt. etiam Thomaſ. hab. *benedicent*, non *benedicunt*. Græc. Οὐ γὰρ οἱ ἐν ᾅδου αἰνέσουσί σε, οὐδὲ οἱ ἀποθανόντες εὐλογήσουσί σε· οὐδὲ ἐλπίσουσιν οἱ ἐν ᾅδῃ, τὴν ἐλεημοσύνην σου. Hieron. pariter in hunc loc. col. 296. f. legit ex LXX. *Neque enim qui in inferno laudabunt te, neque mortui benedicent tibi: neque ſperabunt qui apud inferos ſunt, miſericordiam tuam.* Item Caſſiod. in Pſ. 6. p. 29. b. *Non enim qui in inferno ſunt laudabunt te, neque qui mortui ſunt benedicent te.*

℣. 19. Mendum irrepſiſſe videtur in Mſ. Sorb. ubi *illos*, loco *filios*; nam Græcè conſtanter, παιδία. Item apud Ambroſ. l. 3. de interpel. Job, c. 4. p. 657. f. legitur: *ex hodierno filios faciam, qui nunciabunt juſtitiam tuam.* Similiter ap. Hieron. in hunc loc. col. 296. f. ex LXX. *Viventes benedicent tibi, ſicut & ego: ab hodie enim filios faciam, qui annuntiabunt juſtitiam tuam:* & inf. col. 297. f. addit: *Poſſumus ergo juxta LXX. hoc dicere, quod non dixerit*, filios faciam; *ſed* παιδία, *quos vel* parvulos, *vel* pueros, *ſive* infantulos, & *poſteros intelligimus.* In edit. Rom. Οἱ ζῶντες εὐλογήσουσί σε, ὃν τρόπον κἀγὼ ἀπὸ γὰρ τῆς σήμερον παιδία ποιήσω, ἃ ἀναγγελοῦσι τὴν δικαιοσύνην σου. In Mſ. verò Regin. Suec. & Pſalt. Thomaſ. ſic: *Qui vivunt benedicunt* (Pſalt. *benedicent*) *te, quemadmodum & ego: pater filiis notam facit veritatem tuam.*

℣. 20. Ambroſ. l. 3. de interpel. Job, c. 4. col. 657. f. *Domine Deus ſalutis meæ, & non ceſſabo te benedicens cum pſalterio omnes dies vitæ meæ.* Hieron. in eund. loc. col. 296. f. *Domine ſalutis meæ, & non requieſcam benedicens tibi cum pſalterio omnibus diebus vitæ meæ in conſpectu domûs Dei.* Ita quoque eſt in Græco edit. Rom. præter primam vocem Θεέ, loco *Domine*; at in Mſs. Alex. & Mediol. ac edd. Ald. & Compl. Κύριε. In Mſ. Reg. Suec. & Pſalt. Thom. ſimpliciter: *Domine, pſalmos noſtros cantabimus cunctis diebus*, &c. ut in Vulg.

℣. 21. Hunc ℣. reſpexit Tertul. l. de corona mil. c. 8. p. 291. b. cùm dixit: *Memini & Eſaiam Exechiæ languenti aliquid medicinale mandaſſe.* Item Hieron. in hunc loc. col. 297. f. *Aiunt Hebræi*, inquit, *verbum* ſiin, *quod prætermiſere LXX.* ulcus *ſonare*, *non* vulnus.

CAPUT XXXIX.

VULGATA NOVA.

4. Reg. 20. 12. 1. IN tempore illo miſit Merodach Baladan, filius Baladan rex Babylonis, libros & munera ad Ezechiam: audierat enim quòd ægrotaſſet & convaluiſſet.

2. Lætatus eſt autem 2... *Vide Not.* ſuper eis Ezechias, & oſtendit eis cellam aromatum, & argenti, & auri, & odoramentorum, & unguenti optimi, & omnes apothecas ſupellectilis ſuæ, & univerſa quæ inventa ſunt in theſauris ejus. Non fuit verbum quod non oſtenderet eis Ezechias in domo ſua, & in omni poteſtate ſua.

3. Introivit autem Iſaias propheta ad Ezechiam regem, & dixit ei: Quid dixerunt viri iſti, & unde venerunt ad te? Et dixit Ezechias: De terra longinqua venerunt ad me, de Babylone.

4. Et dixit: Quid viderunt in domo tua? Et dixit Ezechias: Omnia quæ in domo mea ſunt, viderunt: non fuit res, quam non oſtenderim eis in theſauris meis.

5. Et dixit Iſaias ad Ezechiam: Audi verbum Domini exercituum.

VERSIO ANTIQUA.

Facund. Herm. l. 6. Serm. to. 2. p. 173. c. 6. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & auferentur omnia, quæ ſunt in domo tua, & quæcunque recondiderunt patres tui uſque in hunc diem, & in Babylonem introibunt: & non derelinquetur ſermo, quem dixit Dominus.

VULGATA NOVA.

6. Ecce dies venient, & auferentur omnia, quæ in domo tua ſunt, & quæ theſaurizaverunt patres tui uſque ad diem hanc, in Babylonem: non relinquetur quidquam, dicit Dominus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Hieron. in hunc loc. col. 299. a. *Lætatus eſt*, inquit, (Ezechias) *in adventu legatorum Merodach..... oſtenditque eis, juxta LXX. domum* nechotha, *pro qua Symmachus tranſtulit* aromatum ſuorum; & *theſauros argenti*, & *auri*, & *odoramentorum*, & *unguenti optimi*, *quod in Hebraïco ſcribitur* olei boni; & *omnes theſauros vaſorum gazæ*, *ſive ut ibi legitur*, vaſorum ſuorum; reliqua ut in Vulg.

℣. 6. In Gr. edit. Rom. deeſt hoc initio, *dicit Dominus*; quod tamen retinet Mſ. Alex. cum ed. Compl. Mox

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

7. Et de filiis tuis, qui exibunt de te, quos genueris, tollent, & erunt eunuchi in palatio regis Babylonis.

8. Et dixit Ezechias ad Isaiam: Bonum verbum Domini quod locutus est. Et dixit: Fiat tantùm pax & veritas in diebus meis.

VERSIO ANTIQUA.

7. Ecce ex filiis tuis, qui procedent ex te, quos generabis, adducentur, & erunt eunuchi in domo regis Babylonis. *Facund. ubi sup.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

in Rom. ἢ λήψονται, & *tollent*, loco & *auferentur*; paulòque post, Συνήγαγον, *congregaverunt*, pro *recondiderunt*; & pro *introibunt*, ἥξει, *venient*, absque præced. &; ultimò sic: ἢ οὐδὲν ὑ μὴ καταλείπωσιν· εἶπε δὲ ὁ Θεός· & *nihil relinquent: dixit autem Deus*; cæt. quadrant. Apud Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 709. b. *Ecce dies veniunt, & auferentur omnia, quæ in domo tua sunt, & quæ patres tui congesserunt, in Babylonem transferentur.*

℣. 7. Græc. Ὅτι ἢ ἀπὸ τῶν τέκνων Ϛυ, ὧν γεννήσεις, λήψονται, ἢ ποιήσει σπάδοντας ἐκ τῶ οἴκω τῦ βασιλέως τῶν Βαβυλωνίων· i. e. *Quoniam & de filiis tuis, quos genueris, tollent, & facient spadones in domo regis Babyloniorum.* In Mſ. Mediol. ἀπὸ τῶν τέκνων Ϛυ, ὧν ἐγέννησας, deinde sic, ※ Theod. οἵτινες ἐξελεύϹονται ἐκ Ϛυ. Apud Ambr. in Pſ. 118. col. 991. b. *De semine tuo accipient, & facient spadones in domo regis.* Apud Hieron. in Dan. 1. col. 1075. f. *Et de semine tuo tollent, & facient eunuchos in domo regis Babylonis.*

CAPUT XL.

VULGATA NOVA.

1. COnsolamini, consolamini popule meus, dicit Deus vester.

2. Loquimini ad cor Jerusalem, & advocate eam: quoniam completa est malitia ejus, dimissa est iniquitas illius: susceptit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis.

Matth. 3. 3. *Marc.* 1. 3. *Luc.* 3. 4. *Joan.* 1. 23. 3. Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri.

4. Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt prava in directa, & aspera in vias planas.

5. Et revelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro pariter quòd os Domini locutum est.

Eccli. 14. 18. *Jac.* 1. 10. *1. Pet.* 1. 24. 6. Vox dicentis: Clama. Et dixi: Quid clamabo? Omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus quasi flos agri.

VERSIO ANTIQUA.

1. COnsolamini, consolamini populum meum, dicit Deus. *Hieron. in Isai. 40. col. 300. ex Lxx.*

2. Sacerdotes, loquimini ad cor Jerusalem, consolamini eam: quia repleta est humilitas ejus, solutum est peccatum illius: quia recepit de manu Domini duplicia peccata sua.

3. Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri. *Ibid. 301.*

4. Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt prava in directa, & aspera in campos.

5. Et apparebit gloria Domini, & videbit omnis caro salutare Dei, quia Dominus locutus est.

6. Vox dicentis: Clama. Et dixi: Quid clamabo? Omnis caro fœnum, & omnis gloria hominis quasi flos fœni. *Ibid. 302.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Græcè ad verbum. Similiter apud Ambros. in Pſ. 118. col. 1194. f. & 1214. f. *Consolamini, consolamini populum meum, dicit Dominus.* Vide etiam Hieron. in Isai. 10. col. 98. b. & præf. in Isai. 6.

℣. 2. Similiter habet Ambros. in Pſ. 118. col. 1194. f. unà cum Græco: *Sacerdotes, loquimini in cor Jerusalem, consolamini eam: quoniam repleta est humiliatio ejus, solutum est peccatum ejus: quoniam accepit de manu Domini duplicia peccata sua:* ita rursum legit sup. col. 1087. e. hoc uno excepto, *ad cor*, pro *in cor*; & inf. col. 1195. c. *quia recepit de manu Dom.* &c. Itidem in Pſ. 37. col. 820. e. at in Pſ. 118. col. 1214. f. sic habet: *Sacerdotes, loquimini justitiam in cor Jerusalem, consolamini eam: quia repleta est dejectio, & solutum est peccatum ejus: quia recepit de manu Dom.* &c. ut sup. Vide etiam Hieron. in Isai. 10. col. 98. b.

℣. 3. Hieronymo accinunt ad verbum Cypr. l. 2. Testim. p. 286. c. & Zeno Veron. l. 2. tract. 7. p. 160. unà cum Græco. Ambrosius verò in Luc. 1. col. 1277. f. legit: *Vox clamantis in deserto: Parate viam Domino, rectas facite semitas ejus:* similiter hab. in Pſ. 36. col. 798. e. & l. 5. de fide, col. 568. c. *Parate viam Domino;* ultimòque, *semitas ejus.* Augusſt. tract. 13. in Joh. to. 3. 391. b. & ser. 288. to. 5. 1154. c. 1159. c. *Vox clamantis in eremo* (al. *deserto*): *Parate viam Domino* (al. *Domini*,) *rectas facite semitas ejus:* & tract. 4. in Joh. col. 315. e. *Dirigite viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri.* Auct. l. de promiſſ. p. 3. ap. Prosp. p. 171. a. *Vox clamantis in eremo: Parate viam Domino, rectas facite semitas Dei nostri.* Itidem Auct. quæſt. N. T. q. 57. ap. Aug. to. 3. 64. e. &. Maxim. Taurin. in homil. p. 32. g. h. excepto uno *deserto.* Maximus inf. p. 33. d. g. legit *Domini*, non *Domino.*

℣. 4. Tertul. l. 5. adv. Marc. p. 784. b. his alludens, dicit: *Parate vias Domini, ut fierent rivi, & colles, & montes, repleti & humiliati; & tortuosa & aspera in rectitudinem, & in campos:* & inf. p. 785. b. *ut efficeret tortuosa in viam rectam, & aspera in vias lenes.* Item Cypr. l. 2. Testim. p. 286. c. legit: *Omnis rivus implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt omnia tortuosa in directum, & aspera in campum.* Augusſt. ser. 288. to. 5. 1154. c. & 1159. c. *Omnis vallis implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt tortuosa in directum* (inf. *in directa*,) & *aspera in vias planas.* Auct. l. de promiſſ. p. 3. ap. Prosp. p. 171. a. *Omnis rivus implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt tortuosa in directum, & aspera in vias planas.* Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 9. p. 7. a. *Omnis vallis replebitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt prava in directa, & aspera in vias planas.* Concinit Fulg. l. 1. ad Trasim. p. 84. ab his: *erunt prava*, &c. Ita quoque fert Gr. ed. Rom. præter ult. ἢ ἔσαι πάντα τὰ σκολιὰ εἰς ἰθεῖαν, ἢ ἡ τραχεῖα εἰς πεδία. sed Mſ. Alex. & Compl. tollunt πάντα; & pro πεδία, Ald. habet cum Mſ. Alex. ὁδὸς λεία; Compl. πεδία λεῖα; Symm. Theod. & Aquila, εἰς πεδίον. Vide Matth. 3. 3. Marc. 1. 3. & Luc. 3. 4.

℣. 5. Ita de Græco, verbum è verbo. Cypr. l. 2. Testim. p. 286. c. legit: *Et videbitur claritas Domini, & videbit omnis caro salutare Dei, quon. Dom. locut. est.* Ambros. ep. 46. col. 986. a. *Et videbitur majestas Domini, & videbit omnis caro salutare Dei.* Similiter hab. Tertul. l. de resur. carn. p. 570. a. *omnis caro videbit salutare Dei.* Ambrosiast. & *videbit omnis caro salutare Dei.* Sic etiam ap. Aug. ser. 288. to. 5. 1154. c. & 1159. c. nec plura, quamvis proximè hoc antecedat ibid. *in vias planas;* statimque sequatur τὸ *exclama.* Auct. etiam l. de promiſſ. p. 3. ap. Prosp. p. 171. a. post *vias planas*, subdit: & *videbit omnis caro salutare Dei*, omisſo versiculo intermedio.

℣. 6. Sic est in Græco ad verbum. Item apud Tertul. cont. Valent. p. 448. a. *Omnis caro fœnum:* ficut l. de resur. carn. p. 570. a. & 591. c. Apud Cypr. l. de habit. virg. p. 175. a. & l. 3. Testim. p. 320. b. *Omnis caro fœnum, & omnis claritas ejus ut flos fœni.* Apud Ambros. in Luc. 1. col. 1279. c. ut sup. *Clama. Et dixi: Quid clamabo? Omnis caro fœnum:* similiter l. 1. & 6. Hexa. col. 44. a. 139. e. detracto uno & *dixi:* itidem in Psal. 118. col. 983. b. & 992. c. additis his, & *omnis gloria ejus ut flos fœni:* l. verò 1. Hexa. col. 44. & *omnis gloria hominis ut flos fœni:* at epist. 72. col. 1076. b. & *omnis gloria ejus*, &c. vide etiam in Luc. 9. col. 1403. d. & epist. 32. col. 918. c. S. Paulinus ep. 25. p. 168. c. *Omnis caro fœnum*,

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Hieron. ubi ſup. 7. Aruit fœnum, & cecidit flos:	7. Exſiccatum eſt fœnum, & cecidit flos, quia ſpiritus Domini ſufflavit in eo. Verè fœnum eſt populus:
8. Verbum autem Dei noſtri manet in ſempiternum.	8. exſiccatum eſt fœnum, & cecidit flos: Verbum autem Domini noſtri manet in æternum.
Ibid. 303. 9. Super montem excelſum aſcende, qui evangelizas Sion: exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Jeruſalem: exalta, noli timere. Dic civitatibus Juda: Ecce Deus veſter:	9. Super montem excelſum aſcende tu, qui evangelizas Sion: exalta in fortitudine vocem tuam, qui evangelizas Jeruſalem: exalta, noli timere. Dic civitatibus Juda: Ecce Deus veſter:
10. ecce Dominus Deus cum virtute veniet, & brachium cum dominatione: ecce merces ejus cum eo, & opus in conſpectu illius.	10. ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium ejus dominabitur: ecce merces ejus cum eo, & opus illius coram illo.
11. Sicut paſtor paſcet populum ſuum: & in brachio ſuo congregabit agnos, & in ſinu ſuo portabit, & prægnantes conſolabitur.	11. Sicut paſtor gregem ſuum paſcet: in brachio ſuo congregabit agnos, & in ſinu ſuo levabit, fetas ipſe portabit. *Ezech.* 34. 23. & 37. 24. *Joan.* 10. 11.
Ibid. 304. 12. Quis menſus eſt manu aquam, & cœlum palmo, & omnem terram pugillo? quis ſtatuit montes pondere, & rupes ſtaterâ?	12. Quis menſus eſt pugillo aquas, & cœlos palmo ponderavit? quis appendit tribus digitis molem terræ, & libravit in pondere montes, & colles in ſtatera?
13. Quis cognovit mentem Domini? aut quis conſiliarius ejus fuit? quis docuit eum?	13. Quis adjuvit ſpiritum Domini? aut quis conſiliarius ejus fuit, & oſtendit illi? *Sap.* 9. 13. *Rom.* 11. 34. 1. *Cor.* 2. 16.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

& omnis claritas ejus ut flos fœni. Aug. ſer. 288. to. 5. 1154. c. 1159. c. *Exclama.* (inf. *Et dixi:*) *Quid exclamabo? Omnis caro fœnum, & omnis claritas ejus ut flos fœni:* at in Pſ. 1. to. 4. 3. b. *Omnis caro fœnum, & claritas hominis ut flos fœni:* ſimiliter in Pſ. 89. col. 956. g. 1127. b. ſupra verò col. 986. c. hab. *& omnis claritas carnis ut flos fœni:* & epiſt. 205. to. 2. 769. a. ſicut in Joh. 1. col. 342. a. *& omnis honor carnis ut* (in Joh. *quaſi*) *flos fœni.* Hieron. ep. ad Cypr. to. 2. 699. b. *& omnis gloria ejus quaſi flos fœni.* Oroſius cont. Pelag. p. 456. h. *Omnis caro fœnum, & gloria hominis ſicut flos fœni.* Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 740. a. & Maxim. Taurin. in homil. p. 13. h. *Omnis caro fœnum, & omnis gloria hominis ſicut* (vel *ut*) *flos fœni.*

℣. 7. 8. Ita in Græco edit. Rom. nec plura; ſed apud Hieron. ubi ſup. poſt hoc, *cecidit flos*, interſerta habentur iſta ſub aſteriſcis: ※ *quia ſpiritus Dei flavit in eo.* ※ *Verè fœnum eſt populus:* ※ *exſiccatum eſt fœnum, cecidit flos:* deinde, *verbum autem Dei*, &c. ut ſup. Subdit Hieron. *Hoc quod aſteriſcis notatur, ex Hebraïco, & Theodotionis editione additum eſt: ex quo manifeſtum eſt vel à LXX. prætermiſſum, vel paulatim Scriptorum vitio abolitum, dum & prior & ſequens verſus finitur in flore:* & inf. in Iſai. 42. col. 320. e. ait: (*Verò fœnum eſt populus*) *in LXX. de Theodotionis editione additum eſt, qui hæc verba tacuerunt:* item epiſt. ad Cypr. to. 2. 699. b. legit: *Fœnum aruit, flos decidit.* Cypr. l. de hab. virg. p. 175. a. & l. 3. Teſtim. p. 320. b. *Aruit fœnum, & flos decidit: ſermo autem Domini manet in æternum.* Similiter habet S. Paulin. epiſt. 25. p. 168. c. Ita quoque Ambroſ. l. 3. Hexa. col. 44. b. & Auguſt. in Pſ. 1. & 89. to. 4. col. 3. b. 956. g. 986. c. & ſerm. 288. to. 5. 1154. e. 1159. c. præter unum *verbum*, pro *ſermo*: ita rurſum Ambroſ. in Pſ. 118. col. 983. b. & epiſt. 72. col. 1076. b. adjunctâ voculâ *ejus*, ad *flos*. Aug. in Joh. 1. col. 342. a. cum Oroſ. cont. Pelag. p. 456. h. *Fœnum aruit, flos decidit: verbum autem Domini manet in æternum.* Maxim. Taurin. in homil. p. 13. h. *Aruit fœnum, & flos decidit: verbum autem Dei manet in æternum.* Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 740. a. *Aruit fœnum, & flos: verbum autem Domini manet in æternum.* Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 726. c. *verbum autem Dei noſtri manet in ævum.* Nullus autem vet. Patrum Lat. quos noverim memorat verſiculos illos adjunctos ab Hieron. ſub aſteriſcis. In ed. tamen Compl. poſt verbum ἐξέπεσε, *cecidit*, ita legitur: ὅτι πνεῦμα Θεοῦ ἐνεφύσησεν ἐν αὐτῷ. Ἀληθῶς ὁ χόρτος ἐστὶν ὁ λαός· ἐξηράνθη ὁ χόρτος, ἄνθος ἐξέπεσεν. Al. ὅτι πνεῦμα Κυρίου ἐπνευσεν εἰς αὐτόν. Ἀληθῶς χόρτος ὁ λαός· ἐξηράνθη ὁ χόρτος, ἐξέπεσε τὸ ἄνθος· quæ verba Cyrillus non habet, quæque apud Procop. præmiſſis aſteriſcis, Symmacho & Theodot. tribuuntur.

℣. 9. Eadem fere Gr. edit. Rom. niſi quòd careat præp. *in*, ante vocem *fortitudine*; ſed habetur in Mſ. Mediol. ac ed. Compl. ſubinde in Rom. pluraliter, ὑψώσατε, μὴ φοβεῖσθε, *exaltate, nolite timere*; at in Compl. ὕψωσαι, μὴ φοβοῦ, ut in Lat. ſup. Apud Tertullianum, l. 4. adv. Marc. p. 706. c. *In montem excelſum aſcende, qui evangelizas Sion: extolle cum vigore vocem tuam, qui evangelizas Jeruſalem:* & l. 5. p. 783. b. *Aſcende in montem excelſum, qui evangelizas Sioni: extolle vocem in valentia tua, qui evangelizas Jeruſalem.* Ambroſ. in Luc. 6. col. 1365. e. *Aſcende in montem excelſum, qui evangelizas Sion: exalta in virtute vocem tuam, qui evangelizas Jeruſalem:* & in Pſ. 47. col. 943. d. *In montem excelſum aſcende, qui evangelizas Sion:* vide etiam in Pſ. 35. col. 773. b. & in Luc. 9. & 17. col. 1413. b. 1479. f. Hieron. l. 2. in ep. ad Galat. to. 4. 275. d. *Super montem excelſum aſcende, qui evangelizas Sion: exalta in virtute vocem tuam, qui evang. Jeruſ. exalta, noli timere.* Hormiſd. epiſt. 13. Conc. to. 4. 1452. b. *exalta vocem tuam, qui evangelizas Jeruſalem: exalta, noli timere.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 9. p. 55. c. *Super montem excelſum aſcende tu, qui bene annuntias Sion.*

℣. 10. Itidem Græcè, præter hæc, Κύριος μετὰ ἰσχύος ἔρχεται, *Dominus cum fortitudine venit*, loco *Deus cum virtute veniet.*

℣. 11. Edit. Rom. hab. τὸ κτῆνος, *gregem*, loco *populum*; delet verò *in*, ante vocem *brachio*; tollit pariter iſta, & *in ſinu ſuo portabit*; cæt. ut in textu. Sed Mſ. Mediol. hæc ult. addit ex Aquila & Symm. ὁ τῷ κόλπῳ αὐτῆς βαστάσει· quæ verba prætermittunt Procop. & Cyrillus. Vide ſis Cotel. not. in l. 2. Conſtit. Apoſt. p. 147. b.

℣. 12. Hæc tota conveniunt cum Gr. edit. Rom. niſi exceperis vocem *rupes*, pro qua πάνας, ad verbum *ſaltus*; unde Hieron. in Ezech. 36. col. 951. b. Πάνας, inquit, *nemoroſa loca intelligimus:* attamen προβόλους πάνας, *rupes nivibus tectas*, ex Sophocle vertitur ab Eraſmo. Novatianus l. de Trin. p. 1052. b. legit: *Quis ſicut ego? & quis menſus eſt palmo cœlum, & terram pugillo? quis ſuſpendit montes in pondere, & nemora in ſtatera?* & ſup. p. 1032. b. *Menſus eſt cœlum palmo, terram pugillo... qui expendit montes in pondere, & nemora in ſtatera.* Hilar. l. 1. de Trin. col. 768. f. *qui tenes cœlum palmâ, & terram pugillo.* Ambroſ. l. 1. Hexa. col. 5. d. *Quis menſus eſt manu aquam, & cœlum palmo, & univerſam terram clauſa manu? quis ſtatuit montes in libra, & rupes in ſtatera, & nemora in jugo?* eadem repetit l. 6. col. 116. a. ad verbum: item l. de Spir. S. to. 2. 651. d. abſque his ult. *& nemora in jugo:* vide etiam l. 1. de Cain, col. 197. f. & in Pſ. 38. col. 850. d. ubi ſic: *Quis menſus eſt manu aquam..... & univ. terram clauſa manu? quis ſtatuit montes in ſtatera?* & in Pſ. 118. col. 1058. c. *Quis menſus eſt manu aquas*, &c. ſimiliter inf. col. 1233. a. ubi ſubdit: *quis poſuit rupes in ſtatera?* Auguſt. ep. 120. to. 2. 352. c. *qui cœlum menſus eſt palmo, & terram pugillo.* Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 15. c. *Quis menſus eſt manu aquam, & cœlum palmo, & univerſam terram pugillo? quis ſtatuit montes in libra, rupes in ſtatera?* Vigil. Tapſ. l. 5. de Trin. *Qui menſus eſt manu aquam, & cœlum palmo, & univerſam terram clauſa manu.* Itidem Fulg. l. 2. ad Traſim. c. 8. p. 97.

℣. 13. Tertul. l. 5. adv. Marc. p. 800. a. *Quis enim cognovit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius ei fuit?* & l. adv. Prax. p. 852. c. *Quis cognovit ſenſum Domini, & quis illi conſilio fuit?* Ambroſ. l. 1. Hexa. col. 5. d. *Quis cognovit ſenſum Domini, aut quis ejus conſiliarius fuit, vel quis inſtruxit eum?* vide etiam l. de Spir. S. to. 2. 651. e. Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 730. e. *Quis cognovit ſenſum Domini, aut quis conſiliarius ejus fuit, aut quis conſuluit*, &c. ut inf. ℣. 14. Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 15. c. *Quis cognovit ſenſum Domini,*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

14. Cum quo iniit consilium, & instruxit eum, & docuit eum semitam justitiæ, & erudivit eum scientiam, & viam prudentiæ ostendit illi?

15. Ecce gentes quasi stilla situlæ, & quasi momentum stateræ reputatæ sunt: ecce insulæ quasi pulvis exiguus.

16. Et Libanus non sufficiet ad succendendum, & animalia ejus non sufficient ad holocaustum.

17. Omnes gentes quasi non sint, sic sunt coram eo, & quasi nihilum & inane reputatæ sunt ei.

Act. 17. 29. 18. Cui ergo similem fecistis Deum? aut quam imaginem ponetis ei?

VERSIO ANTIQUA.

14. Cujus accepit consilium, & instruxit illum? vel quis ostendit ei judicium, & viam intelligentiæ quis ostendit illi? *Hieron. ubi sup.*

15. Si omnes gentes sicut stilla situlæ, & quasi momentum stateræ reputatæ sunt, & quasi saliva reputatæ sunt?

16. Libanus non sufficit ad comburendum, & omnia quadrupedia non sufficiunt ad holocaustum.

17. Et cunctæ gentes quasi nihili sunt, & in nihili reputatæ sunt ei.

18. Cui similem æstimastis Dominum? aut cui similem æstimastis eum? *Vigil. Tapsi. l. cont. Varim. p. 731. g.*

VULGATA NOVA.

19. Nunquid sculptile conflavit faber? aut aurifex auro figuravit illud, & laminis argenteis argentarius?

20. Forte lignum & imputribile elegit: artifex sapiens quærit quomodo statuat simulacrum, quod non moveatur.

VULGATA NOVA.

21. Nunquid non scitis? nunquid non audistis? nunquid non annuntiatum est vobis ab initio? nunquid non intellexistis fundamenta terræ?

22. Qui sedet super gyrum terræ, & habitatores ejus sunt quasi locustæ: qui extendit velut nihilum cœlos, & expandit eos sicut tabernaculum ad inhabitandum.

23. Qui dat secretorum scrutatores quasi non sint, judices terræ velut inane fecit:

24. & quidem neque plantatus, neque satus, neque radicatus in terra truncus eorum: repentè flavit in eos, & aruerunt, & turbo quasi stipulam auferet eos.

25. Et cui assimilastis me, & adæquastis, dicit sanctus?

26. Levate in excelsum oculos vestros, & videte quis creavit hæc: qui educit in numero militiam eorum, & omnes ex nomine vocat: præ multitudine fortitudinis & roboris, virtutisque ejus, neque unum reliquum fuit.

VERSIO ANTIQUA.

21. Nonne scietis? nonne audietis? nonne annuntiatum est vobis à principio? non cognovistis fundamenta terræ? *Hieron. in hunc loc. col. 306.*

22. Qui tenet gyrum terræ, & habitatores ejus quasi locustas: qui statuit quasi cameram cœlum, & extendit quasi tabernaculum ad habitandum.

23. Qui dat principes regnare pro nihil, terram autem quasi nihili fecit:

24. siquidem non plantabuntur, neque serentur, nec solidabitur in terra radix eorum: flavit super eos, & arefacti sunt, & tempestas assumet illos quasi stipulam.

25. Nunc ergo cui assimilastis me, & exæquabor eis, dixit sanctus?

26. Elevate sursum oculos vestros, & videte quis ostendit hæc omnia: qui educit juxta numerum ornatum suum, omnes in nomine vocabit: à multa gloria, & in robore fortitudinis, nihil te latet.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

aut quis ejus fuit consiliarius, qui instruxit eum? Ita quoque in Gr. est, exceptâ conjunct. ἢ, &, pro *aut.*

℣. 14. Edit. Rom. in principio habet: Ἢ πρὸς τίνα συνεκρίνατο; sed Compl. delet πρός; reliqua concinunt cum Lat. repositio uno ἤ, *vel*, ante *viam*, loco &. Vigil. Tapsi. l. cont. Varimad. p. 730. e. legit: *Aut quis consuluit, & instruxit eum? quis ostendit ei judicium? Auct.* l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 15. c. *Aut quem consuluit, & instruxit eum? vel quis ostendit ei judicium, aut viam prudentiæ quis ostendit ei?*

℣. 15. Sic est in Gr. edit. Rom. præter hæc pauca: ἀπὸ κάδου, loco *situla*; ultimòque, λογισθήσονται, *reputabuntur*, dempto præced. &, quæ tamen conjunctio habetur in Mss. Alex. ac edd. Ald. & Compl. Irenæus l. 5. c. 29. p. 327. d. legit: *Ut stillicidium de cado, & sicut momentum statera.* Tertul. l. de præscrip. c. 8. p. 332. a. alludens dicit: *Nationes verò nunquam penes Deum, nisi stillicidium de situla, & pulvis ex area, & feris semper:* & l. de resur. carn. p. 591. c. *Nationes ostendit nunc deputatas velut pulverem & salivam:* & l. de pœnit. c. 4. p. 166. c. *Tu nihil quondam penes Deum, nisi stillæ situlæ, & areæ pulvis, & vasculum figuli.* Ambros. in Ps. 1. p. 760. f. 761. a. f. *Sic omnes gentes ut stillicidium de urceo, & sicut momentum stateræ æstimata sunt, & ut spuma æstimabuntur.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 25. p. 111. e. *Pro nihilo habentur omnes gentes.*

℣. 16. Concordat Gr. nisi quòd addit δὲ, *autem*, post vocem *Libanus.*

℣. 17. Ita fert Gr. edit. Rom. præter vocularn *ei*, quam delet; ed. tamen Compl. hab. ἐλογίσθησαν αὐτῷ. Hilar. in Ps. 118. p. 263. e. *Omnes gentes nihil sunt; & omnia quæ à malitia sunt, in nihilum æstimata sunt.* Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. 531. f. *Omnes habitatores terræ quasi nihil reputati sunt apud eum.*

℣. 18. Græc. Τίνι ὡμοιώσατε Κύριον; ἢ τίνι ὁμοίωματι ὡμοιώσατε αὐτόν;

℣. 21. Itidem Græcè.

℣. 22. Eadem prorsus in Græco, præter nomin. ἀκρίδες, loco acc. *locustas.* Novat. l. de Trin. p. 1032. b. *Qui continet gyrum terræ, & eos qui habitant in ipso, quasi locusta;* Gr. ἢ οἱ κατοικοῦντες ἐν αὐτῇ, &c. Ambros. l. 6. Hexa. col. 116. a. *Qui tenet gyrum terræ, & habitantes in ea sicut locustas: qui statuit cœlum ut cameram:* & sup. l. 1. col. 10. f. *fecit Deus cœlum sicut cameram:* unde Aug. l. 2. de gen. ad lit. to. 3. 138. e. ait: *Cœlum dicitur velut camera esse suspensum.* Vigilius Tapsi. l. 5. de Trin. legit: *Qui continet circuitum terræ, & eos qui habitant in ea sicut locusta.*

℣. 23. Edit. Rom. habet: Ὁ διδοὺς ἄρχοντας ὡς οὐδὲν ἄρχειν, *Qui dat principes quasi nihil præesse;* reliqua ut in textu: in Mss. Alex. Mediol. ac ed. Compl. ὡς οὐδέν.

℣. 24. Græc. οὐ γὰρ μὴ φυτευθῶσιν, οὐδὲ μὴ σπαρῶσιν, οὐδὲ μὴ ῥιζωθῇ εἰς τὴν γῆν ἡ ῥίζα αὐτῶν... ἢ καλαμὴν ὡς χόρτασμα λήψεται αὐτούς· i. e. *non enim plantabunt, neque serent, neque radicabitur in terram radix eorum.....* & *tempestas tanquam stipulas tollet eos:* in ed. Compl. οὐ γὰρ μὴ φυτεύσωσιν, οὐδὲ μὴ σπαρῶσιν.

℣. 25. Sic est in Gr. edit. Rom. præter unum ὑψωθήσομαι, *exaltabor*, pro *exæquabor eis;* at in Compl. ὁμοιωθήσομαι αὐτοῖς; in Ms. Mediol. ex Theod. & Symm. ὡθήσομαι, lege ἰσωθήσομαι; apud Aquil. ἐξισωθήσομαι. Tertul. l. 1. adv. Marc. p. 620. b. *cui me similabitis?*

℣. 26. Concinunt hæc tota cum Gr. edit. Rom. si addatur *ejus*, ad vocem *fortitudinis;* ultimòque legatur, *nihil te latuit*, è Gr. οὐδέν σε ἔλαθε· in Ms. Alex. ac ed. Compl. abest σε, post vocem κύριος. Apud Hilar. in Ps. 130. col. 443. a. *Elevate oculos vestros, & videte quis ostendit hæc omnia.* Ap. Augustin. epist. 166. to. 2. 589. a. *qui profert numerosè sæculum;* item l. 12. de civit. Dei, c. 18. to. 7. 317. c. Gr. ὁ ἐκφέρων κατ' ἀριθμὸν τὸν κόσμον αὐτῶν.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi ſup. col. 309. 27. Non enim dicas Jacob, & quid locutus es Iſraël, dicens: Abſcondita eſt via mea à Deo, & Deus meus judicium meum abſtulit, & receſſit?

28. Et nunc neſcis, & non audiſti? Deus æternus, Deus qui creavit terminos terræ: non eſuriet, nec laborabit, nec eſt inventio prudentiæ ejus.

29. Qui dat eſurientibus fortitudinem, & non dolentibus mœrorem.

30. Eſurient enim juvenes, & laborabunt adoleſcentes, & electi infirmi erunt.

31. Qui autem exſpectant Deum, mutabunt fortitudinem, aſſument alas quaſi aquilæ, current & non laborabunt, gradientur & non eſurient.

VULGATA NOVA.

27. Quare dicis Jacob, & loqueris Iſraël: Abſcondita eſt via mea à Domino, & à Deo meo judicium meum tranſivit?

28. Nunquid neſcis, aut non audiſti? Deus ſempiternus Dominus, qui creavit terminos terræ: non deficiet, neque laborabit, nec eſt inveſtigatio ſapientiæ ejus.

29. Qui dat laſſo virtutem: & his, qui non ſunt, fortitudinem & robur multiplicat.

30. Deficient pueri, & laborabunt, & juvenes in infirmitate cadent.

31. Qui autem ſperant in Domino, mutabunt fortitudinem, aſſument pennas ſicut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 27. Ad verbum è Græco, præter voces duas, *dicens*, & *meum*, quæ abſunt.

℣. 28. Similia Græc. habet, excepto uno καϑασκευάζας, *apparavit*, pro *creavit*. Apud Tertul. l. adv. Pſych. p. 984. b. hæc pauca: *ſi enim Deus æternus non eſuriet*: & l. adv. Prax. p. 852. a. *Deus æternus non ſitiet, nec eſuriet omnino*. Fulg. l. 3. ad Traſim. c. 27. p. 133. *Deus æternus, Deus qui fecit fines terræ: non eſuriet, neque laborabit, neque inveniri poteſt prudentia ejus*. Vigil. Tapſ. l. 3. de Trin. p. 223. a. *Deus æternus, Deus qui fecit extrema terræ: non eſuriet, neque laborabit, nec eſt inventio prudentiæ ejus*.

℣. 29. Similiter in Græco. Item apud Fulg. l. 3. ad Traſim. c. 27. p. 133. *Præſtans eſurientibus vires, & non dolentibus mœrorem*. Ap. Vigil. Tapſ. l. 3. de Trin. p. 223. a. *Dans eſurientibus cibum, & laborantibus virtutem*.

℣. 30. Conſonat Græc. ad verbum. Similiter ap. Fulg. l. 3. ad Traſim. c. 27. p. 133. *Eſurient enim juvenes, & laborabunt adoleſcentes, & electi ſine viribus erunt*. Græc. ἀνίσχυες ἐσονται.

℣. 31. Eadem præfert Græcum. Hilar. verò in Pſ. 138. col. 515. d. legit, *pennigerabunt tanquam aquilæ*, è Gr. πτεροφυήσουσιν. Ambr. l. de virginit. to. 2. col. 258. d. *Qui exſpectant Dom..... current & non laborabunt*. Hetych. ap. Aug. epiſt. 198. to. 2. 740. e. 746. e. *Qui verò exſpectant Dominum, exſultabunt cum virtute, prædicent pennas ſicut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non eſurient*. Itidem ap. Fulg. l. 3. ad Traſim. c. 27. p. 133.

CAPUT XLI.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Iſai. 41. col. 310. ex Lxx. 1. INnovamini ad me inſulæ, principes enim mutabunt virtutem: appropinquent, & loquantur ſimul, tunc judicium annuntient.

2. Quis ſuſcitavit de oriente juſtitiam, vocavit eam ad pedes ſuos, & vadet? dabit in conſpectu gentium, & reges in ſtuporem mittet: & dabit in terram gladios eorum, & ſicut ſtipulam projectam arcus eorum.

3. Et perſequetur eos, tranſibit in pace via pedum ejus.

4. Quis operatus eſt, & fecit hæc? vocavit eam, qui vocat eam à generationum principio. Ego Deus primus, & in hæc quæ ventura ſunt ego ſum.

5. Viderunt gentes, & timuerunt, termini terræ obſtupuerunt, & acceſſerunt, venerunt ſimul,

6. judicans unuſquiſque proximo ſuo auxiliari & fratri: & dicet:

7. Prævaluit vir artifex, & ærarius percutiens malleo, ſimul producens: aliquando quidem dicit: Solidatio bona eſt: confortaverunt ea, in clavis ponent ea, & non movebuntur.

Ibid. 312. 8. Tu autem Iſraël puer meus, Jacob quem elegi, ſemen Abraham quem dilexi:

VULGATA NOVA.

1. TAceant ad me inſulæ, & gentes mutent fortitudinem: accedant, & tunc loquantur, ſimul ad judicium propinquemus.

2. Quis ſuſcitavit ab oriente juſtum, vocavit eum ut ſequeretur ſe? dabit in conſpectu ejus gentes, & reges obtinebit: dabit quaſi pulverem gladio ejus, ſicut ſtipulam vento raptam arcui ejus.

3. Perſequetur eos, tranſibit in pace, ſemita in pedibus ejus non apparebit.

4. Quis hæc operatus eſt, & fecit, vocans generationes ab exordio? Ego Dominus, primus & noviſſimus ego ſum. *Inf. 44. 6. & 48. 12.*

5. Viderunt inſulæ, & timuerunt, extrema terræ obſtupuerunt, appropinquaverunt, & acceſſerunt. *Apoc. 1. 8. 17. & 22. 13.*

6. Unuſquiſque proximo ſuo auxiliabitur, & fratri ſuo dicet: Confortare.

7. Confortavit faber ærarius percutiens malleo eum, qui cudebat tunc temporis, dicens: Glutino bonum eſt: & confortavit eum clavis, ut non moveretur.

8. Et tu Iſraël ſerve meus, Jacob quem elegi, ſemen Abraham amici mei:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Eadem fert Græc. edit. Rom. Ambroſius l. 2. de interpel. Dav. c. 9. col. 651. f. initio legit: *Renovamini inſulæ*.

℣. 2. Itidem Græcè, præter hæc plural. ῥυγγανα ἐξωσμένα, *ſtipulas projectas*.

℣. 3. Conſonat Græc. ad verbum.

℣. 4. Ita Græcè, verbum pro verbo. Apud Iren. l. 4. c. 5. p. 232. c. *Ego ſum Deus primus, & ſuper ventura ego ſum*. Apud Tertul. l. cont. Marc. p. 852. c. *Ego primus, & in ſuperventura ego ſum*. Apud Auguſt. l. de unit. Eccl. to. 9. 347. a. *Ego Deus primus, & in his quæ adveniunt ego ſum*. Fulg. l. pro fide cath. p. 537. *Ego Deus primus, & ego in ea quæ ſuperveniunt*. Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 728. c. *Ego ſum Dom. Deus primus, & ego noviſſimus, & in ea quæ ventura ſunt in noviſſimo ego ſum*.

℣. 5. Græc. ed. Rom. delet verbum *obſtupuerunt*; tranſfertque conjunct. &, poſt *acceſſerunt*; at in ed. Compl. eſt, ἤκασιν, ἤγγισαν· in Mſ. Mediol. ex Theod. ἐξέσησαν; ex Aquila, ἤγγισαν; mox in Mſ. Alex. & Compl. ἠ ἦλθοσαν; in Rom. ἠ ἦλθον ἅμα· cæt. ut in Lat. ſupra. Apud Aug. l. de unit. Eccl. to. 9. 347. a. *Viderunt gentes, & timuerunt fines terræ*.

℣. 6. A Græco abeſt τὸ *ſuo*; & poſt vocem *fratri*, transfertur verbum *auxiliari*, pro quo βοηϑῆσαι, quod Nobilius vertit *ad auxiliandum*; cæt. ut in Lat. ſup.

℣. 7. Similia Græc. exhibet, niſi quòd loco *ſolidatio*, ponit ζύμβλημα, quod poſſet etiam verti *commiſſura*, vel *conflatio*.

℣. 8. Græc. ponit ἠ, poſt Ἰακώϐ; tollit verò Mſ. Alex. cæt. ut in textu Lat.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

9. in quo apprehendi te ab extremis terræ, & à longinquis ejus vocavi te, & dixi tibi: Servus meus es tu, elegi te, & non abjeci te.

10. Ne timeas, quia ego tecum ſum: ne declines, quia ego Deus tuus: confortavi te, & auxiliatus ſum tibi, & ſuſcepit te dextera juſti mei.

11. Ecce confundentur & erubeſcent omnes, qui pugnant adversùm te: erunt quaſi non ſint, & peribunt viri, qui contradicunt tibi.

12. Quæres eos, & non invenies, viros rebelles tuos: erunt quaſi non ſint: & veluti conſumptio, homines bellantes adversùm te.

13. Quia ego Dominus Deus tuus apprehendens manum tuam, dicenſque tibi: Ne timeas, ego adjuvi te.

14. Noli timere vermis Jacob, qui mortui eſtis ex Iſraël: ego auxiliatus ſum tibi, dicit Dominus: & redemptor tuus ſanctus Iſraël.

15. Ego poſui te quaſi plauſtrum triturans novum, habens roſtra ſerrantia: triturabis montes, & comminues: & colles quaſi pulverem pones.

16. Ventilabis eos, & ventus tollet, & turbo diſperget eos: & tu exſultabis in Domino, in ſancto Iſraël lætaberis.

17. Egeni & pauperes quærunt aquas, & non ſunt: lingua eorum ſiti aruit. Ego Dominus exaudiam eos, Deus Iſraël non derelinquam eos.

18. Aperiam in ſupinis collibus flumina, & in medio camporum fontes: ponam deſertum in ſtagna aquarum, & terram inviam in rivos aquarum.

19. Dabo in ſolitudinem cedrum, & ſpinam, & myrtum, & lignum olivæ: ponam in deſerto abietem, ulmum, & buxum ſimul:

20. Ut videant, & ſciant, & recogitent, & intelligant pariter quia manus Domini fecit hoc, & ſanctus Iſraël creavit illud.

21. Prope facite judicium veſtrum, dicit Dominus: afferte, ſi quid fortè habetis, dixit rex Jacob.

22. Accedant, & nuncient nobis quæcunque

VERSIO ANTIQUA.

9. quem aſſumpſi ab extremis terræ, & à ſummitatibus ejus vocavi te, & dixi tibi: Puer meus es, elegi te, & non dereliqui te. *Hieron. ubi ſup.*

10. Noli timere, tecum enim ſum: ne erres, ego enim ſum Deus tuus, qui confortavi te, & auxiliatus ſum tui, & roboravi te dexterâ juſtâ meâ.

11. Ecce confundentur & erubeſcent omnes adverſarii tui: erunt enim quaſi non ſint, & peribunt omnes inimici tui.

12. Quæres eos, & non invenies, homines, qui inſanient in te: erunt enim quaſi non ſint, & non erunt pugnantes adversùm te.

13. Quia ego Dominus Deus tuus, qui teneo dexteram tuam, qui dico tibi:

14. Ne timeas Jacob, parvule Iſraël: ego auxiliatus ſum tui, dicit Deus, qui redimo te ſanctus Iſraël.

15. Ecce feci te quaſi rotas plauſtri triturantis novas in ſerrarum modum: & triturabis montes, & comminues colles, & ut pulverem pones.

16. Et ventilabis, & ventus auferet eos, & tempeſtas diſperget illos: tu autem lætaberis in Domino, & in ſanctis Iſraël.

17. Et exſultabunt pauperes & inopes: quærent enim aquam, & non erit: lingua eorum præ ſiti exaruit. Ego Dominus Deus exaudiam ipſos, Deus Iſraël, & non derelinquam eos. *Ibid. 313.*

18. Sed aperiam in montibus flumina, & in medio camporum fontes: faciam deſertum in paludes, & ſitientem terram in aquæductus.

19. Ponam in terram abſque aqua cedrum, & buxum, & myrtum, & cypariſſum, & populum:

20. Ut videant, & ſciant, & cogitent, & noverint ſimul quia manus Domini fecit hæc, & ſanctus Iſraël oſtendit.

21. Juxta eſt judicium veſtrum, dicit Dominus Deus: venerunt, & appropinquaverunt conſilia veſtra, dicit rex Jacob. *Ibid. 314.*

22. Appropinquent, & annuntient nobis quæ

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 9. Eadem leguntur Græcè.

℣. 10. Ita fert Græc. uno excepto *μὴ πλανῶ, non fallo*, loco *ne erres*: ita ſanè accipit Cyrillus, teſte Nobilio.

℣. 11. Concordat Græcum. Apud Ambroſ. in Pſ. 1. col. 759. d. ſic: *Ecce confundentur & reverebuntur omnes adverſarii: erunt enim tanquam non ſint:* & inf. col. 760. b. *Et quod ait*, ſunt ſicut qui non ſunt, *utique potuit dicere*, non erunt; *ſed cùm dixerit*, confundentur & reverebuntur, *utique intelligis, quia erunt per ſubſtantiam, & profectum converſionis; ſed non erunt quaſi adverſarii, quod fuerunt.* Fauſtin. presb. l. cont. Arian. p. 646. b. *Erubeſcent & confundentur omnes, qui adverſantur ei, & ibunt cum confuſione.*

℣. 12. Ita quoque in Græco eſt.

℣. 13. Itidem Græcè, detracta voce *Dominus*.

℣. 14. Ita Græcè, niſi quòd additur *Κῦ*, ad vocem *Deus*, deleturque penult. *ſanctus*: contrà in Mſ. Alex. deeſt *Κῦ*, & in Mediol. habetur ἅγιος, ex τοῖς Γ.

℣. 15. Eadem leguntur Græcè, præter duo, ἀλοῶντας, *triturantes*, loco *triturantis*; & in fine *χνῦν*, loco *pulverem*: Mſ. Alex. hab. *χῦν*. Cypr. l. 2. Teſtim. p. 286. a. *Ecce feci te ſicut rotas vehiculi triturantis novas in ſe reternatas: & triturabis montes, & extenuabis colles, & ſicut lanuginem pones.* Hieron. in Amos 2. col. 1387. c. *Ponam te ſicut rotas planſtri novas cum ſerrarum dentibus: & conteres montes, & comminues colles.*

℣. 16. Ita rurſum in Gr. edit. Rom. exceptis his, *in Domino*, & quæ deſunt. Mſ. tamen Alex. hab. ex Aq. & Symm. ἀγαλλίασῃ ἐν Κυρίῳ, καὶ ἐν τῷ ἁγίῳ Ἰσραήλ. Cypr. l. 2. Teſtim. p. 286. a. *Et ventilabis, & ventus occupabit illos, & procella diſperget: tu autem jocundaberis in ſanctis Iſraël.*

℣. 17. Ita Græcè ad verbum, niſi quòd repetitur *ἐγώ*, ante *exaudiam*, deleturque ſeq. *ipſos*. Cypr. l. 2. Teſtim. p. 286. a. bene: *Et exſultabunt inopes & egeni: quærent enim aquam, & non erit: lingua enim eorum à ſiti ſiccabit. Ego Dominus Deus, ego exaudiam Deus Iſraël, & non derelinquam eos.* Tertul. l. cont. Hermog. p. 420. c. *quærent aquam, & non invenient.*

℣. 18. Græc. ed. Rom. addit *ὑδάτων*, *aquarum*, ad *paludes*, ultimòque hab. *ἐν ὑδραγωγοῖς*; cæt. ut in Lat. ſup. Mſ. Alexandr. delet vocem *ὑδάτων*, cum ed. Compl. item Mſ. Mediol. ſed in marg. hab. *οἱ Γ. ὑδάτων*. Cypr. l. 2. Teſtim. p. 286. a. legit: *Sed aperiam inter montes flumina, & in mediis campis fontes: faciam deſerta in nemora aquoſa, & ſitientem terram in aquæductus.*

℣. 19. Conſonat Gr. edit. Rom. ad verbum, deleto uno & ante *myrtum*; ſed Mſ. Alex. hab. *ἢ μυρσίνην*, cum edd. Ald. & Compl. Cypr. l. 2. Teſtim. p. 286. a. *Ponam in inaquoſam terram cedrum, & buxum, & myrtum, & cypreſſum, & ulmum, & populum.* Tertul. l. 3. adv. Marc. p. 670. b. *Ponam flumina in regione ſitienti, & in ſolitudine cedrum, & buxum*: ſed primum membrum reſpondet verbis ult. ℣. præced. Rurſum Hieron. in Iſai. 2. p. 27. d. *Ponam in terra inaquoſa cedrum, & buxum, & cypreſſum, & pinum.* Mſ. Mediol. ex Aq. & Symm. hab. *πεύκην, πτελέαν*, ſ. *πτελέαν, ulmum.*

℣. 20. Itidem Græcè. Cypr. l. 2. Teſtim. p. 286. a. *Ut videant, & cognoſcant, & ſciant, & credant ſimul quia manus Domini fecit iſta, & ſanctus Iſraël oſtendit.*

℣. 21. Sic eſt in Græco, præter verbum *venerunt*, quod abeſt.

℣. 22. Edit. Rom. poſt verbum *annuntient*, addit

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi ſup. ventura ſunt : aut priora quæ erant dicite : & apponemus ſenſum, & ſciemus quæ ſunt noviſſima, ventura quoque dicite nobis.

23. Et annuntiate quæ ventura ſunt in noviſſimo, & ſciemus quoniam dii eſtis : bene facite & malè : & admirabimur, & videbimus ſimul,

24. unde ſitis vos, & unde ſit opus veſtrum. De terra abominationum elegerunt vos :

Ibid. 315. 25. Ego autem ſuſcitavi eum qui ab aquilone eſt, & qui ab ortu ſolis : vocatur nomine meo : veniant principes, & ſicut lutum figuli, & ſicut figulus conculcans lutum, ſic conculcabimini.

26. Quis enim annuntiabit vobis ea quæ à principio ſunt, ut cognoſcamus ea quæ in futuro, & dicemus quia verum ſit? non eſt qui prædicat, neque qui audiat verba veſtra.

27. Principium Sion dabo, & Jeruſalem conſolabor in via.

Ibid. 316. 28. Nam de gentibus nullus eſt, & de ſimulacris ipſorum non erat qui annuntiaret : & ſi interrogavero eos unde eſtis, non reſpondebunt mihi.

29. Sunt enim factores veſtri, & fruſtra ſeducunt vos.

VULGATA NOVA.

ventura ſunt : priora quæ fuerunt nunciate : & ponemus cor noſtrum, & ſciemus noviſſima eorum, & quæ ventura ſunt indicate nobis.

23. Annuntiate quæ ventura ſunt in futurum, & ſciemus quia dii eſtis vos : bene quoque aut malè, ſi poteſtis, facite : & loquamur, & videamus ſimul.

24. Ecce, vos eſtis ex nihilo, & opus veſtrum ex eo quod non eſt : abominatio eſt qui elegit vos.

25. Suſcitavi ab aquilone, & veniet ab ortu ſolis : vocabit nomen meum, & adducet magiſtratus quaſi lutum, & velut plaſtes conculcans humum.

26. Quis annuntiavit ab exordio ut ſciamus, & à principio ut dicamus : Juſtus es? non eſt neque annuntians, neque prædicens, neque audiens ſermones veſtros.

27. Primus ad Sion dicet : Ecce adſunt, & Jeruſalem evangeliſtam dabo.

28. Et vidi, & non erat neque ex iſtis quiſquam qui iniret conſilium, & interrogatus reſponderet verbum.

29. Ecce omnes injuſti, & vana opera eorum : ventus & inane ſimulacra eorum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ὑμῖν, *vobis* ; Mſ. verò Mediol. ex τοῖς Γ. ἡμῖν, *nobis*, ut ſupra : extremò, pro *ventura quoque*, Rom. habet, ἃ τὰ ἐπερχόμενα, & *ventura* ; cæt. ut in textu.

℣. 23. Ita fert Gr. edit. Rom. niſi quòd in principio tollit &, jungit verò ἡμῖν, *nobis*, verbo *annuntiate*, quod tamen deeſt in Mſ. Alex. & Compl. infra etiam pro *malè*, Rom. habet κακώσατε, *malefacite*. Hieron. ep. ad Damaſ. to. 3. 518. e. ita legit : *Priora annuntiate mihi, & noviſſima quæ futura ſunt, & dicam quia dii eſtis* ; primum autem membrum pertinet ad ℣. præced.

℣. 24. Ita in Græco, præter accuſat. βδέλυγμα, *abominationem* ; at in ed. Compl. eſt genitiv. βδελυγμάτων, *abominationum*, ut ſupra.

℣. 25. Græcè, pro ſing. *vocatur*, legitur pluraliter καλοῦνται, *vocabuntur* ; cæt. ut in textu verbum è verbo.

℣. 26. Græc. initio delet *vobis*, cum ſeq. verbo *ſunt* ; ſubinde pro *in futuro*, hab. ἔμπροσθεν, *ad faciem* ; paulòque poſt, ἀληθῆ ἐστιν, *vera ſunt*, loco *verum ſit* ; cæt. ut in Lat. ſup.

℣. 27. Ita fert Gr. edit. Rom. niſi ult. excipias, εἰς ὁδόν ; at in Mſ. Alex. ἐν ὁδῷ. Caſſiod. in Pſ. 1. p. 15. c. hab. *in itinere* ; priora ut ſupra.

℣. 28. Ita Græcè, additâ voculâ ἰδοὺ, *ecce*, poſt vocem *gentibus*.

℣. 29. Sic eſt in Græco, præter ult. οἱ πλανῶντες ὑμᾶς, *qui ſeducunt vos*.

CAPUT XLII.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Iſai. 42. col. 316. ex LXX. 1. ECce Jacob puer meus, aſſumam eum : Iſraël electus meus, ſuſcepit eum anima mea : dedi ſpiritum meum ſuper eum, judicium gentibus educet.

2. Non clamabit, neque dimittet, nec audietur foris vox ejus.

3. Calamum fractum non conteret, & linum fumigans non exſtinguet : ſed in veritate educet judicium.

VULGATA NOVA.

1. ECce ſervus meus, ſuſcipiam eum : electus meus, complacuit ſibi in illo anima mea : dedi ſpiritum meum ſuper eum, judicium gentibus proferet. *Matth.* 12. 18.

2. Non clamabit, neque accipiet perſonam, nec audietur vox ejus foris.

3. Calamum quaſſatum non conteret, & linum fumigans non exſtinguet : in veritate educet judicium.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic habetur Græcè, detractâ 1. voculâ *ecce*, quam tamen admittit Euſebius l. 13. demonſtr. Evang. Hieron. verò ep. ad Algaſ. q. 2. to. 4. 190. b. ait : *In Iſaia juxta LXX. Interpretes ſic ſcriptum eſt : Jacob puer meus, ſuſcipiam eum : Iſraël electus meus, ſuſcepit eum anima mea : dedi ſpiritum meum ſuper eum, judicium gentibus proferet.* Ambroſ. l. de bened. Patr. c. 11. col. 527. c. *Jacob puer meus, ſuſcipiam eum : Iſraël electus meus, ſuſceipiat eum anima mea :* & l. de Spir. S. col. 619. e. *Jacob puer meus, ſuſcipiam eum : Iſraël electus meus, ſuſcepit eum anima mea : dedi ſpiritum meum in ipſum :* at epiſt. 46. p. 987. c. hab. *Jacob puer meus, Iſraël dilectus meus.* Phœbad. Agin. l. cont. Arian. p. 302. h. *Ecce filius meus, quem ego elegi : ponam ſpiritum meum ſuper eum.* Auguſt. l. 20. de civit. Dei, c. 30. to. 7. 616. c. *Jacob puer meus, ſuſcipiam illum : Iſraël electus meus, aſſumpſit eum anima mea : dedi ſpiritum meum in illum, judicium gentibus proferet :* ſubinde monet *in Hebræo non* ſcribi, *Jacob*, & *Iſraël*, *ſed quod ibi legitur, Servus meus :* eadem repetit quæ ſup. l. de unit. Eccl. to. 9. 347. b. præter hæc, *Iſraël electus, ſuſcepit eum.* Auct. l. cont. Jud. ap. Cypr. p. 501. e. *Ecce puer meus dilectiſſimus : ponam ſuper eum ſpiritum meum, & judicium gentibus nunciabit.* Vide Matth. 12. 18.

℣. 2. Ita rurſum legit ex ed. LXX. Hieron. ep. ad Algaſ. q. 2. to. 4. 190. b. at in Iſai. 42. col. 317. c. loco *dimittet*, dicit habere LXX. *non relinquet* ; Gr. οὐδὲ ἀνῆσει. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 717. c. *Non contendet, nec vox ejus in platea audietur :* & l. de pat. c. 3. p. 199. a. alludens dicit : *Non contendit, non reclamavit, nec quiſquam in plateis vocem ejus audivit :* & l. adv. Jud. c. 9. p. 143. b. *Neque contendit, neque clamavit, neque audita eſt foris vox ejus :* ſimiliter l. 3. adv. Marc. p. 676. c. Novatianus l. de Trin. p. 1036. a. *non audietur in plateis vox ejus.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 290. a. *Non clamabit, neque audiet quis in plateis vocem ejus.* Auguſt. l. 20. de civit. Dei, c. 30. to. 7. 616. c. *Non clamabit, neque ceſſabit, neque audietur foris vox ejus :* ſimiliter l. de unit. Eccl. to. 9. 347. b. Auct. l. cont. Jud. apud Cypr. p. 501. e. *Non clamabit, neque contendet ;* reliqua deſunt. Vide Matth. 12. 18. cui reſpondere videntur plura huc ex PP. adducta.

℣. 3. Eadem rurſus habet Hieronymus ex LXX. quæſt. 2. ad Algaſ. to. 4. 190. b. præter duo, *arundinem confractam ;* ultimòque, *proferet judicium.* Tertullianus lib.

Digitized by Google

Vulgata nova.

4. Non erit triſtis, neque turbulentus, donec ponat in terra judicium: & legem ejus inſulæ exſpectabunt.

5. Hæc dicit Dominus Deus, creans cœlos, & extendens eos: firmans terram, & quæ germinant ex ea: dans flatum populo, qui eſt ſuper eam, & ſpiritum calcantibus eam.

6. Ego Dominus vocavi te in juſtitia, & apprehendi manum tuam, & ſervavi te. Et dedi te in fœdus populi, in lucem gentium: *Inſ. 49. 6.*

7. Ut aperires oculos cæcorum, & educeres de conclusione vinctum, de domo carceris ſedentes in tenebris.

8. Ego Dominus, hoc eſt nomen meum: gloriam meam alteri non dabo, & laudem meam ſculptilibus. *Inſ. 48. 11.*

9. Quæ prima fuerunt, ecce venerunt: nova quoque ego annuntio: antequam oriantur, audita vobis faciam.

10. Cantate Domino canticum novum, laus ejus ab extremis terræ: qui deſcenditis in mare, & plenitudo ejus; inſulæ, & habitatores earum.

Versio antiqua.

4. Splendebit, & non conteretur, donec ponat ſuper terram judicium: & in nomine ejus gentes ſperabunt. *Hieron. ubi ſup.*

5. Sic dicit Dominus Deus, qui fecit cœlum, & finxit illud: qui ſolidavit terram, & quæ in ea ſunt: & dat populo, qui eſt ſuper eam, ſpiritum, & ſpiritum calcantibus eam. *Ambr. l. 3. de Spir. S. to. 2. 65[illegible]. b.*

6. Ego Dominus Deus, qui vocavi te in æquitate, & tenebo manum tuam, & confortabo te. Et dedi te in teſtamentum generis mei, in lucem gentium:

7. Aperire oculos cæcorum, educere de vinculis alligatos, & de domo carceris habitantes in tenebris. *Hieron. in Iſai. 42. col. 317. a.*

8. Ego Dominus Deus, hoc mihi nomen eſt: claritatem meam alii non dabo, neque virtutes meas ſculptilibus. *Cypr. l. 2. Teſtim. p. 287. c.*

9. Quæ à principio ſunt, ecce fiunt, ut nova, quæ ego annuntiabo: & priuſquam manifeſtarem ea, audire vos feci. *Caſſiod. in Pſal. 113. p. 387. b.*

10. Cantate Domino canticum novum, principatus ejus glorificatur, & nomen illius à ſummitate terræ: qui deſcendunt in mare, & navigant illud; inſulæ, & habitatores earum. *Hieron. in Iſai. 42. col. 319. ex Lxx.*

Notæ ad Versionem antiquam.

4. adv. Marc. p. 717. c. *Arundinem quaſſatam non comminuet, & linum fumigans non exſtinguet:* item l. de pat. c. 3. p. 199. alludens dicit: *Arundinem quaſſatam non fregit, linum fumigans non reſtinxit:* & l. 3. adv. Marc. p. 675. c. necnon l. cont. Jud. c. 9. p. 143. b. *Arundinem contuſam non comminuit, linum ardens non exſtinxit.* Ed. Rom. Κάλαμον τεθλασμένον ὐ ϛυντρίψει, ϗ λίνον καπνιζόμενον ὐ σβέσει, &c. Mſs. Alex. & Mediol. cum edd. Ald. & Compl. hab. ϛυντεθλασμένον, quod *contuſum* ſignificat; & Juſtinus λίνον τυφόμενον, quod *accenſum*, & *fumigans*. Novatian. l. de Trin. p. 1036. a. legit: *Arundinem quaſſatam non conteret, & linum fumigans non exſtinguet.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 290. a. *Arundinem quaſſatam non confringet, & linum fumigans non exſtinguet: ſed in veritate proferet judicium.* Similiter hab. Auct. l. cont. Jud. ap. Cypr. p. 501. a. præter ult. *quoadusque expellat in contentione judicium*, loco *ſed in veritate*, &c. Ambroſ. in Luc. 7. col. 1381. a. *Arundinem quaſſatam non confringet.* Auguſt. l. 20. de civit. Dei, c. 30. to. 7. 616. c. *Calamum quaſſatum non conteret, & linum fumans non exſtinguet: ſed in veritate proferet judicium:* at l. de unit. Eccl. to. 9. 347. b. *Arundinem quaſſatam non confringet, & linum fumigans non exſtingnet: ſed cum veritate proferet judicium.* Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 14. p. 138. b. *Arundinem quaſſatam non comminuet, & linum fumigans non exſtinguet.*

℣. 4. Eadem refert Hieron. ex LXX. epiſt. ad Algaſ. q. 2. to. 4. 190. b. excepto uno *quaſſabitur*, pro *conteretur*. Ita quoque in Græco eſt. Apud Tertul. l. 3. & 5. adv. Marc. p. 648. c. 783. b. & *in nomine ejus nationes ſperabunt:* at inf. 786. a. & *in nomine ejus nationes credent:* & ſup. p. 785. b. *Lux erit nationum:* & *in nomine ejus nationes ſperabunt.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 290. a. *Fulgebit, & non quaſſabitur, quoadusque ponat in terra judicium:* & *in nomine ejus gentes credent.* Auguſt. l. 20. de civit. Dei, c. 30. to. 7. 616. d. *Refulgebit, & non confringetur, donec ponat in terra judicium:* & *in nomine ejus gentes ſperabunt:* ſimiliter l. de unit. Eccl. to. 9. 347. b. Ambroſ. in Pſ. 39. p. 864. e. *donec ejiciat in veritate judicium.* Auct. l. cont. Jud. ap. Cypr. p. 501. a. *quoadusque expellat in contentione judicium:* & *in nomine ejus gentes credent, & ſperabunt.*

℣. 5. Gr. pro *finxit*, habet πήξας, paulòque poſt, ϗ δοὺς πνοὴν τῷ λαῷ τῷ ἐπ' αὐτῆς, loco & *dat populo, qui eſt ſuper eam, ſpiritum*; cæt. ut in Lat. Irenæus l. 4. c. 2. p. 229. b. *Sic ait Dominus Deus, qui fecit cœlum, & affixit illud: qui confirmavit terram, & quæ in ea ſunt: & qui dat afflatum populo, qui eſt ſuper eam, & ſpiritum his qui calcant illam:* & l. 5. c. 12. p. 306. a. *Sic dicit Dom. qui fecit cœlum, & fixit illud: qui firmavit terram, & quæ in ea ſunt:* & *dedit afflatum populo, qui ſuper eam eſt, & ſpiritum his qui calcant illam.* Quidam legunt *finxit*, pro *fixit*, ſed malè; nam Hieron. in hunc loc. p. 318. b. dicit habere LXX. *Qui fecit cœlum, & defixit illud.* Ambr. l. 1. Hex. col. 10. f. *Cœlum Dominus expondit.* Tertul. l. de anima, p. 482. a. *Qui dedit flatum populo ſuper terram, & ſpiritum calcantibus eam.* Vigilius Tapſ. l. 12. de Trin. p. 323. b. *Dixit Dominus, qui fecit cœlum, & adfixit illud: qui ſolidavit terram, & quæ in ea ſunt: qui dat inſpirationem populo, qui eſt ſuper eam, & ſpiritum calcantibus eam.*

℣. 6. Ita Græcè, deleto relat. *qui*, poſt *Deus*, ut & *mei*, poſt *generis*; ed. tamen Ald. habet γένους μου. Tertul. l. cont. Jud. c. 12. p. 146. a. *Et dedi te in diſpoſitionem generis mei, in lucem gentium:* & l. 3. adv. Marc. p. 678. a. *Ecce dedi te in diſpoſitionem generis mei, in lucem nationum.* Lactant. l. 4. Inſtit. c. 20. p. 582. *Ego Dominus Deus vocavi te in juſtitiam, & tenebo manum tuam, & confirmabo. Et dedi te in teſtamentum generis mei, in lucem gentium.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 287. c. *Ego Dominus Deus vocavi te in juſtitia, ut teneam manum tuam, & confortabo te. Et dedi te in teſtamentum generis mei, in lumen gentium.* Hieron. in Iſai. 42. col. 317. a. *Dedi te in teſtamentum generis, in lucem nationum.* Arnob. de Deo trino, p. 215. b. *Ego Dominus vocavi te, & dedi te teſtamentum gentium.*

℣. 7. Ita ſert Græc. edit. Rom. præter unum ϗ καθημένης, loco *habitantes*; ſed à Mſ. Alex. ac ed. Compl. abeſt καί. Apud Tertul. cont. Jud. c. 12. p. 146. a. *Aperire oculos cæcorum, exſolvere de vinculis vinctos, & de domo carceris ſedentes in tenebris:* ſimiliter l. 3. adv. Marc. p. 678. a. exceptâ *cellâ*, pro *domo*. Lact. l. 4. Inſtitut. c. 20. p. 582. *Aperire oculos cæcorum, producere ex vinculis alligatos, & de domo carceris ſedentes in tenebris.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 287. c. *Aperire oculos cæcorum, producere à vinculis vinctos, & de domo carceris ſedentes in tenebris.* Ambroſ. l. 3. de Spir. S. to. 2. 647. c. *Aperire oculos cæcorum, educere de vinculis alligatos.* Similiter ap. Arnob. de Deo trino, p. 215. b. *Aperire oculos cæcorum.*

℣. 8. Similiter habet Ambr. l. 1. de fide, col. 445. c. *Dominus nomen eſt mihi.* Phæbad. Agin. cont. Arian. p. 303. d. *claritatem meam alteri non dabo.* Hieron. in Iſai. 42. col. 318. f. ait LXX. addere, *nec virtutes meas ſimulacris.* Apud Caſſiod. in Pſ. 113. p. 387. b. ſic: *Ego Dominus, hoc eſt nomen meum in æternum: gloriam meam alteri non dabo, neque virtutes meas ſculptilibus.* Ita quoque in Græco eſt, addita voce Θεὸς, ad hanc, *Dominus*; detracto verò τῷ *in æternum*.

℣. 9. Philaſtr. Brix. l. de hæreſ. p. 715. f. *Ecce ego facio nova: & priuſquam veniant, annuntiata ſunt vobis.* Græc. Τὰ ἀπ' ἀρχῆς, ἰδὺ ἤρχασι, ϗ καινὰ, ἃ ἐγὼ ἀναγγέλλω· ϗ πρὸ τοῦ ἀναγγεῖλαι, ἐδηλώθη ὑμῖν· i. e. *Quæ à principio, ecce venerunt, & nova, quæ ego annuntio: & antequam annuntientur, manifeſtata ſunt vobis.* Mſ. Alex. hab. ἐγὼ ἀναγγελῶ· Mediol. cum edd. Ald. & Compl. ἃ ἐγὼ ἀναγγελῶ, ut ſup. in textu.

℣. 10. Ita Græcè, exceptis his: ἡ ἀρχὴ αὐτοῦ δοξάζετε τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἀπ' ἄκρου τῆς γῆς, *principium ejus: glorificate nomen ejus ab extremo terræ*, loco *principatus ejus glorificatur*, & *nomen illius à ſummitate terræ*. Hieron. etiam inf. col. 319. f. dicit LXX. habere: *glorificate nomen ejus in terminis terræ*. At Iren. l. 4. c. 9. p. 237. d. legit: *Cantate Domino hymnum novum, initium*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Iiron. ubi sup.

11. Lætare desertum, & vici ejus; villæ, & habitatores Cedar: lætabuntur qui habitant in Petra, de summitate montium clamabunt.

12. Dabunt Deo gloriam, virtutes ejus in insulis nunciabunt.

13. Dominus Deus virtutum egredietur, & conteret bellum: suscitabit zelum, & clamabit super inimicos suos cum fortitudine.

14. Tacui à principio: num semper tacebo, & sustinebo? sicut pariens patienter egi: erumpam, & arefaciam simul.

15. Vastabo montes, & colles, & omne fenum eorum arefaciam: & ponam flumina in insulas, & paludes siccabo.

16. Et adducam cæcos per viam, quam nesciunt; & semitas, quas ignoraverunt, calcare eos faciam: faciam eis tenebras in lucem, & prava in recta: hæc verba faciam illis, & non derelinquam eos.

17. Ipsi verò conversi sunt retrorsùm: confundamini confusione, qui confiditis super sculptilibus, qui dicitis conflatis: Vos estis dii nostri.

Ibid. 321.

18. Surdi audite, & cæci suspicite ut videatis.

19. Quis est cæcus, nisi pueri mei? & surdi, nisi qui dominantur eorum? quis cæcus, nisi qui recepit? & excæcati sunt servi Dei.

20. Vidistis sæpe, & non custodistis: apertæ sunt aures, & non audistis.

21. Dominus Deus voluit ut justificaretur, & magnificaret laudem.

22. Et vidi, & erat populus vastatus, atque direptus: laqueus enim in cubilibus ubique, & in domibus simul, in quibus absconderunt eos: facti sunt in direptionem, & non erat qui erueret prædam, & non erat qui diceret: Redde.

23. Quis est in vobis, qui hæc audiat, & futura cognoscat?

24. Quis dedit in direptionem Jacob, & Israël

VULGATA NOVA.

11. Sublevetur desertum, & civitates ejus: in domibus habitabit Cedar: laudate habitatores Petræ, de vertice montium clamabunt.

12. Ponent Domino gloriam, & laudem ejus in insulis nunciabunt.

13. Dominus sicut fortis egredietur, sicut vir prælior suscitabit zelum: vociferabitur, & clamabit: super inimicos suos confortabitur.

14. Tacui semper, silui, patiens fui, sicut parturiens loquar: dissipabo, & absorbebo simul.

15. Desertos faciam montes, & colles, & omne gramen eorum exsiccabo: & ponam flumina in insulas, & stagna arefaciam.

16. Et ducam cæcos in viam, quam nesciunt; & in semitis, quas ignoraverunt, ambulare eos faciam: ponam tenebras coram eis in lucem, & prava in recta: hæc verba feci eis, & non dereliqui eos.

17. Conversi sunt retrorsùm: confundantur confusione qui confidunt in sculptili, qui dicunt conflatili: Vos dii nostri.

18. Surdi audite, & cæci intuemini ad videndum.

19. Quis cæcus, nisi servus meus? & surdus, nisi ad quem nuncios meos misi? quis cæcus, nisi qui venundatus est? & quis cæcus, nisi servus Domini?

20. Qui vides multa, nonne custodies? qui apertas habes aures, nonne audies?

21. Et Dominus voluit ut sanctificaret eum, & magnificaret legem, & extolleret.

22. Ipse autem populus direptus, & vastatus: laqueus juvenum omnes, & in domibus carcerum absconditi sunt: facti sunt in rapinam, nec est qui eruat; in direptionem, nec est qui dicat: Redde.

23. Quis est in vobis qui audiat hoc, attendat & auscultet futura?

24. Quis dedit in direptionem Jacob, & Is-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ejus: glorificatur nomen ejus à summo terræ, virtutes ejus in insulis annuntiant: sed ult. verba pertinent ad ℣. 12. Ambros. in Ps. 36. col. 786. d. *Cantate Domino vestro canticum novum, principium ejus: magnificate nomen ejus ab extremo terræ.*

℣℣. 11. 12. Consonat Græc. edit. Rom. Vide Iren. sup. ℣. 10.

℣. 13. Ita rursum in Græco. Cypr. verò l. de op. & eleem. p. 254. c. legit: *Dominus Deus virtutum prodibit, & comminuet bellum: excitabit certamen, & clamabit super inimicos suos cum fortitudine:* ita quoque l. 2. Testim. p. 296. b.

℣. 14. Græc. tollit hoc, *à principio;* addit verò ἐγὼ, post voculam *num;* reliqua quadrant. Edit. Compl. initio habet, Ἐσιώπησα ἀπ' αἰῶνος, *Tacui à sæculo.* Tertul. l. de pudic. p. 1000. b. *Tacui: nunquid & semper tacebo, & sustinebo? quievi: velut parturiens exsurgam, & arescere faciam.* Cypr. l. de op. & eleem. p. 254. c. & l. 2. Testim. p. 296. b. *Tacui: nunquid semper tacebo?* Similiter August. in Joh. 7. & 8. col. 510. b. 533. a. necnon S. Paulin. epist. 5. p. 24. b. & Auct. quæst. Vet. Test. q. 1. ap. Aug. to. 3. 41. c. & inf. inter quæst. Nov. T. q. 68. col. 69. c.

℣. 15. Concinit Græc. ad verbum. Tertul. l. cont. Hermog. p. 420. c. legit, *sed & paludes arefaciam.*

℣. 16. Edit. Rom. initio habet: Καὶ ἄξω τυφλὸς ἐν ὁδῷ, ἣ οὐκ ἔγνωσαν· subinde loco *in recta,* εἰς εὐθεῖαν; at in Compl. εἰς εὐθεῖα, uti post paulò in ead. & Ald. ποιήσω αὐτοῖς, quod ult. αὐτοῖς abest à Rom. nec legitur apud Cyrillum; cæt. quadrant. Tichon. reg. 2. p. 51. d. legit: *Ducam cæcos in viam, quam non noverunt; & semitas, quas non cognoverunt, calcabunt: & faciam illis tenebras in lucem, & prava in directum: hæc verba faciam, & non derelinquam eos.* Similiter habet August. l. 3. de doctr. Chr. to. 3. 59. a. præter unum *noverunt,* pro *cognoverunt.* Leo M. ser. 11. p. 60. c. *Adducam cæcos in viam, quam ignorabant; & semitas, quas nesciebant, faciam illos calcare: faciam illis tenebras in lucem, & prava in directa: hæc verba faciam illis, & non relinquam eos.* Auctor lib. de voc. gent. l. 1. c. 10. p. 7. a. *Ducam cæcos in viam, quam non noverunt; & semitas, quas nesciunt, calcabunt: & faciam illis tenebras in lucem* (al. *illucescere,*) *& prava in directum: hæc verba faciam, & non derelinquam eos.*

℣. 17. Itidem Græcè. Apud Aug. l. 3. de doctr. Chr. to. 3. p. 59. b. *Ipsi autem conversi sunt retro.* Similiter habet Tichon. reg. 2. p. 51. d. cum Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 10. p. 7. a. Julius Firmic. de errore prof. relig. c. 29. p. 176. h. addit: *confundemini confusione, qui fiditis super sculptilia, qui dicitis fusilibus: Vos estis dii nostri.*

℣. 18. Ita rursum in Græco.

℣. 19. Græc. ipso initio habet, Καὶ τίς τυφλός; paulò verò post delet ista, *quis cæcus, nisi qui recepit?* cætera concordant ad verbum; imo ed. Compl. post vocem *eorum,* hæc addit, τίς τυφλὸς ὡς ὁ ἀπεχθικώς; al. ἀφεστικώς, *recessit?* Apud Tertul. l. 3. & 5. adv. Marc. p. 670. c. 799. a. ita: *Et quis cæcus, nisi pueri mei? & quis surdus, nisi qui dominantur eorum?*

℣. 20. Similiter in Græco.

℣. 21. Consonat Gr. edit. Rom. nisi excipiatur verbum ἐβουλεύσατο, *cogitavit,* pro *voluit;* at in Mss. Mediol. ac edd. Ald. & Compl. ἐβούλετο.

℣. 22. Vix meliùs è Græco.

℣. 23. Gr. edit. Rom. loco *hæc audiat, & futura cognoscat?* hab. ἀκωλιεῖται ταῦτα; εἰσακούσατε εἰς τὰ ἐπερχόμενα, *auribus percipiat ista? exaudite in futura.* Mss. Alex. εἰσακήσεται, ed. Ald. ὃς εἰσακήσεται τὰ ἐπερχόμενα· Compl. verò, ταῦτα εἰσακήσεται, ἢ εἰς τὰ ἐπερχόμενα γνώσῃ; quæ Lat. textui respondent.

℣. 24. Edit. Rom. in principio hab. Οἷς ἔδωκεν, *Quibus dedit;* Mss. verò Alex. cum edd. Ald. & Compl. Τίς ἔδωκεν, ut sup. subinde Rom. jungit αὐτὸν, *eum,* verbo *vastantibus,* sicut αὐτῷ, *ei,* verbo *peccaverunt;* Compl. tamen delet αὐτὸν: mox in Rom. & al. Καὶ οὐκ ἤβούλοντο,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

raël vaſtantibus? nonne Dominus ipſe, cui peccavimus? Et noluerunt in viis ejus ambulare, & non audierunt legem ejus.

25. Et effudit ſuper eum indignationem furoris ſui, & forte bellum, & combuſſit eum in circuitu, & non cognovit: & ſuccendit eum, & non intellexit.

VERSIO ANTIQUA.

vaſtantibus? nonne Deus, cui peccaverunt? Et noluiſtis in viis illius ambulare, neque audire legem ejus. *Hieron. ubi ſup.*

25. Et induxit ſuper eos iram furoris ſui, & prævaluit adversùs eos bellum, & qui comburebant eos per circuitum: & non cognovit unuſquiſque, nec poſuerunt ſuper animam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Et noluerunt; cæt. ut in textu. Mſ. Floriac. habet: *Quis dedit in rapinam Jacob, & Iſraël deprædantibus eum? nonne Deus, cui peccaverunt? Et noluerunt ingredi vias ejus:* deinde, *Et induxit ſuper eos*, &c. de ℣. ſeq. Cypr. l. de lapſ. p. 188. b. *Quis dedit in direptionem Jacob, & Iſraël iis qui prædabantur illum? nonne Deus, cui peccaverunt? Et noluerunt in viis ejus ambulare, neque audire legem ejus:* ſimiliter l. de orat. Dom. p. 212. b. niſi quòd habet, *eis qui prædantur illum..... Et nolebant in viis ejus*, &c. Philaſtr. Brix. l. de hæreſ. p. 710. a. *Quis dedit Iſrael in direptionem? nonne Dominus, cui peccaverunt? Et noluerunt in viis ejus ambulare.*

℣. 25. Fadem exhibet Græc. præter iſta ſub fin. καὶ οὐκ ἐγνωσαν ἕκαστος ἀυτῶν, & non cognoverunt unus quiſque eorum. Mſ. Floriac. *Et induxit ſuper eos iram ſuam, & prævaluit in eis bellum: & non cognoverunt unuſquiſque eorum, neque poſuerunt in anima ſua.* Cypr. l. de lapſ. & de orat. Dom. p. 188. b. 212. b. *Et ſuper induxit ſuper eos iram animationis ſuæ.*

CAPUT XLIII.

VULGATA NOVA.

1. ET nunc hæc dicit Dominus creans te Jacob, & formans te Iſraël: Noli timere, quia redemi te, & vocavi te nomine tuo: meus es tu.

2. Cùm tranſieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te: cùm ambulaveris in igne, non comburêris, & flamma non ardebit in te:

3. Quia ego Dominus Deus tuus ſanctus Iſraël ſalvator tuus, dedi propitiationem tuam Ægyptum, Æthiopiam, & Saba pro te.

4. Ex quo honorabilis factus es in oculis meis, & glorioſus: ego dilexi te, & dabo homines pro te, & populos pro anima tua.

5. Noli timere, quia ego tecum ſum: ab Oriente adducam ſemen tuum, & ab Occidente congregabo te.

6. Dicam Aquiloni: Da; & Auſtro: Noli prohibere: affer filios meos de longinquo, & filias meas ab extremis terræ.

7. Et omnem, qui invocat nomen meum, in gloriam meam creavi eum, formavi eum, & feci eum.

VERSIO ANTIQUA.

1. ET nunc ſic dicit Dominus, qui fecit te Jacob, & creavit te Iſraël: Noli timere, quoniam redemi te, vocavi te nomine tuo: meus es tu. *Hieron. in Iſai. 43. col. 322. ex Lxx.*

2. Et ſi tranſieris per aquam, tecum ſum, & flumina non cooperient te: & ſi tranſieris per ignem, non comburêris, flamma non exuret te:

3. Quia ego Dominus Deus tuus ſanctus Iſraël ſalvator tuus, feci commutationem tuam Ægyptum, & Æthiopiam, & Syenen pro te.

4. Ex quo honorabilis factus es, & in conſpectu meo glorificatus es: & ego dilexi te, & dabo homines pro te, & principes pro capite tuo.

5. Noli timere, quoniam tecum ſum: ab Oriente adducam ſemen tuum, & ab Occidente congregabo te.

6. Dicam Aquiloni: Adduc; & Africo: Noli prohibere: adduc filios meos de terra longinqua, & filias meas à terminis terræ,

7. omnes, qui vocantur nomine meo: in gloria enim mea creavi illum, & plaſmavi eum, & feci illum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic eſt in Græco, niſi quòd jungitur ὁ Θεὸς, *Deus*, voci *Dominus*; & pro *creavit te*, habetur ὁ πλάσας Ϛε, *formavit te.* Similiter ap. Cypr. ep. ad Fortunat. p. 267. c. *Noli timere, quia te redemi, & vocavi te nomine tuo: meus es tu.* Apud Hieron. in Ezech. 47. col. 1053. f. *Noli timere, quoniam redemi te: meus es tu.*

℣. 2. Eadem ſunt in Græco. Cypr. epiſt. ad Fortunat. p. 267. c. ita legit: *Et ſi tranſieris per aquam, tecum ſum, & flumina te non inundabunt: & ſi tranſieris per ignem, flamma te non comburet.* Ambroſ. in Pſ. 1. & 36. col. 756. d. 799. b. *Si tranſeas per aquam, flumina non te concludent*; Gr. ὁ Συγκλύσει σε· & in Pſ. 47. col. 939. d. *Si tranſeas per aquam, tecum ſum:* ſimiliter in Pſ. 118. col. 1243. f. ſed addit, *& flumina non inundabunt te*; at l. 1. de pœnit. to. 2. 409. f. *Si tranſeas..... tecum ſum, flumina te non concludent:* ititem epiſt. 2. col. 757. b. ſubnexis his, *nec ignis exuret veſtimenta tua.* Anonym. ap. Ambroſ. to. 2. col. 6. f. *Si tranſieris per aquam, tecum ſum, & flumina non cooperient te: & ſi tranſieris per ignem, non combureris;* ut ſup. in textu. Rurſum Hieron. in Ezech. 47. col. 1053. f. *Et ſi tranſieris per aquam, tecum ego ſum:* & in Zachar. 13. col. 1790. b. *Si tranſieris per ignem, flamma non comburet te, quia tecum ſum.*

℣. 3. Concinit Græc. niſi hæc exceperis, ὁ Σώζων Ϛε, loco *ſalvator tuus*; & Σύηνη, loco *Syenen.* Cypr. epiſt. ad Fortunat. p. 267. c. rectè: *Quoniam ego Dominus Deus tuus ſanctus Iſraël, qui te ſalvum facio.*

℣. 4. Eadem prorſus in Græco, detractâ conjunct. &, poſt *factus es.*

℣. 5. Ita quoque in Græco. Apud Iren. l. 4. c. 14. p. 244. b. *ab Oriente attraham ſemen tuum, & ab Occaſu colligam te.* Apud Tichon. reg. 2. 51. d. *Noli timere, quia tecum ſum: ab Oriente adducam ſemen tuum, & ab Occidente colligam te.* Similiter habet Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 10. p. 7. b. excepto uno *metuere*, pro *timere.*

℣. 6. Ita rurſum Græcè; ſicut apud Hieron. in Iſai. 14. col. 158. f. & in Eccleſ. to. 2. 779. a. ſed in Ezech. 38. col. 966. c. legit: *Dicam Aquiloni: Affer*; ultimòque, *ab extremo terræ*; cæt. ut ſupra; Gr. ἀπ' ἄκρων τῆς γῆς· ed. Compl. ἀπ' ἄκρου, &c. Iren. l. 4. c. 14. p. 244. b. *Et dicam Aquiloni: Adduc; & Auſtro: Noli prohibere: attrahe filios meos de longinquo, & filias meas à ſummitatibus terræ.* Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1121. c. *Ab Aquilone adduc.* Tichon. reg. 2. p. 51. d. *Dicam Aquiloni: Da; & Africo: Noli vetare: adduc filios meos de terra longinqua, & filias meas à ſummo terræ.* Ita quoque legit Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 10. p. 7. b. excepto verbo *Adduc*, pro *Da.*

℣. 7. Hieron. in Ezech. 38. col. 966. c. legit: *omnes, qui vocati ſunt nomine meo.* Sic etiam in Gr. ed. Rom. πάντες, οἱ ἐπικέκλησται· at in Compl. πάντες, οἱ ἐπικαλοῦσι ſubinde in Rom. κατεσκεύασα ἀυτόν, pro *creavi illum*; cæt. ut in Lat. ſup. Apud Iren. l. 4. c. 14. p. 244. b. rectè: *omnes, quotquot vocati ſunt in nomine meo: in gloria enim mea præparavi, & formavi, & feci eum.* Apud Tichon. reg. 2. p. 51. d. *& omnes, in quibus vocatum eſt nomen meum: in gloriam enim meam paravi illum, & finxi illum*; non ſequitur, *& feci eum.* Apud Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 10. p. 7. b. *omnes, in quibus invocatum eſt nomen meum: in gloriam enim meam paravi illum, &*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup. 8. Et eduxi populum cæcum, qui habent oculos, & sunt cæci, & surdæ sunt aures ejus.

9. Omnes gentes congregatæ sunt simul, & convenerunt principes earum: quis annuntiabit hæc, aut quæ à principio sunt quis annuntiabit vobis? adducant testes suos, & justificentur, & audiant, & loquantur vera.

10. Estote mihi testes, & ego testis, dicit Dominus Deus, & puer meus, quem elegi: ut sciatis, & credatis, & intelligatis quia ego sum. Ante me non fuit alius, & post me non erit.

11. Ego Deus, & non est præter me salvator.

Ibid. 323. 12. Ego annuntiavi, & salvos feci: exprobravi, & non erat in vobis alienus: vos mei testes, & ego Dominus Deus

13. ab initio, & non est qui de manibus meis eruat: faciam, & quis avertet illud?

Ibid. 324. 14. Sic dicit Dominus Deus, qui redemit vos, sanctus Israël: Propter vos mittam in Babylonem, & suscitabo fugientes universos; & Chaldæi in navibus vincientur.

15. Ego Dominus Deus sanctus Israël, qui ostendi Israël regem vestrum.

Ibid. 325. 16. Quia sic dicit Dominus, qui dat in mari viam, & in aqua vehementi semitam.

17. Qui educit currus & equos, & multitudinem robustissimam: sed dormierunt, & non resurgent: exstincti sunt quasi linum exstinctum.

18. Nolite meminisse priorum, & vetera ne recogitetis.

19. Ecce ego faciam nova, quæ nunc orientur, & cognoscetis ea: & faciam in deserto viam, & in inaquoso flumina.

VULGATA NOVA.

8. Educ foras populum cæcum, & oculos habentem; surdum, & aures ei sunt.

9. Omnes gentes congregatæ sunt simul, & collectæ sunt tribus: quis in vobis annuntiet istud, & quæ prima sunt audire nos faciet? dent testes eorum, justificentur, & audiant, & dicant: Verè.

10. Vos testes mei, dicit Dominus, & servus meus, quem elegi: ut sciatis, & credatis mihi, & intelligatis quia ego ipse sum. Ante me non est formatus Deus, & post me non erit.

11. Ego sum, ego sum Dominus, & non est absque me salvator. *Osi.* 13. 4.

12. Ego annuntiavi, & salvavi: auditum feci, & non fuit in vobis alienus: vos testes mei, dicit Dominus, & ego Deus.

13. Et ab initio ego ipse, & non est qui de manu mea eruat: operabor, & quis avertet illud?

14. Hæc dicit Dominus redemptor vester, sanctus Israël: Propter vos misi in Babylonem, & detraxi vectes universos, & Chaldæos in navibus suis gloriantes.

15. Ego Dominus sanctus vester, creans Israël rex vester.

16. Hæc dicit Dominus, qui dedit in mari viam, & in aquis torrentibus semitam.

17. Qui eduxit quadrigam & equum, agmen & robustum: simul obdormierunt, nec resurgent: contriti sunt quasi linum, & exstincti sunt.

18. Ne memineritis priorum, & antiqua ne intueamini.

19. Ecce ego facio nova, & nunc orientur, utique cognoscetis ea: ponam in deserto viam, & in invio flumina. *2. Cor.* 5. 17. *Apocal.* 21. 5.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

finxi, & feci illum.

℣. 8. Tichon. reg. 2. p. 51. d. legit: *Et produxi plebem cæcam: & oculi eorum sunt similiter cæci, & surdas aures habent.* Ita quoque Auctor l. de voc. gent. l. 1. c. 10. p. 7. b. sed absque adverb. *similiter.* In ed. Rom. Καὶ ἐξηγαγον λαὸν τυφλόν· καὶ ὀφθαλμοὶ εἶεν ἑαυτοῖς τυφλοὶ, καὶ κωφοὶ τὰ ὦτα ἔχοντες· in Mſ. Mediol. ac edd. Ald. & Compl. κωφὰ, non κωφοί.

℣. 9. Hæc tota concinunt cum Græco, ſi excipiantur iſta, *& convenerunt principes earum*, pro quibus, καὶ συναχθήσεσθαι ἄρχοντες ἐξ αὐτῶν, *& congregabuntur principes ex eis.*

℣. 10. Eadem leguntur Græcè, juncto uno Θεὸς, huic voci, *alius.* Similiter habet Iren. l. 4. c. 5. p. 232. b. *ego teſtis, dicit Dominus Deus, & puer meus, quem elegi: ut cognoſcatis, & credatis, & intelligatis quia ego ſum. Ante me non fuit alius Deus, & poſt me non erit:* & l. 3. c. 6. p. 181. a. *& ego teſtis..... uti cognoſcatis..... quoniam ego ſum.* Tertul. l. de carne Chr. p. 553. c. *Ante me Deus non fuit.* Hilar. l. 4. de Trin. col. 848. b. *Eſtote mihi teſtes, & ego teſtis, dicit Dominus Deus, & puer meus, quem elegi: ut ſciatis, & credatis, & intelligatis, quoniam ego ſum, & ante me non eſt alius Deus, & poſt me non erit.* Similiter Ambroſius in Pſalm. 118. col. 976. f. ad hoc uſque, *ut ſciatis:* item inf. col. 1024. f. 1155. b. 1276. f. & l. 1. de fide, col. 454. d. *Ante me non fuit alius Deus, & poſt me non erit.* Victorin. Afer, l. 2. adv. Arium, p. 272. b. *Nullus fuit ante me Deus, & poſt me nullus erit ſimilis Deus:* & p. 262. d. *Ante me non fuit alius Deus, & poſt me non erit ſimilis:* vide etiam inf. p. 295. h. Fulg. l. pro fide cath. p. 537. *Ante me non fuit Deus, & præter me non erit alius quis.* Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 728. c. *ego teſtis veſter, dicit Dom. Deus, & puer meus, quem ego elegi: ut ſciatis, & credatis quia ego ſum. Ante me non fuit alius, & poſt me non erit:* & l. 12. de Trin. *Ante me non fuit alius Deus, & poſt me non erit.* Caſſiod. in Pſ. 113. p. 387. b. *Ante me enim non fuit alius Deus, & poſt me non erit.*

℣. 11. Iren. l. 4. c. 5. p. 232. b. *Ego Deus, & non eſt abſque me ſalvans.* Fulg. l. pro fide cath. p. 537. a. & Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. *Ego Deus, & non eſt præter me ſalvans.* Ita quoque in Græco. Apud Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 8. p. 4. a. *Ego ſum, ego ſum Deus, & non eſt præter me qui ſalvet.*

℣. 12. Conſonat Græc. ad verbum. Apud Iren. l. 4. c. 5. p. 232. b. *Annuntiavi, & ſalvavi.* Similiter apud Fulg. l. pro fide cath. p. 537. a. ſubnexis his, *& non erit in vobis alienus.*

℣. 13. Græc. initio habet, ἔτι ἀπ' ἀρχῆς, *adhuc à principio;* reliqua ut in textu: ſed à Compl. abeſt ἔτι.

℣. 14. Itidem Græcè, excepto uno, ὁ λυτρούμενος, *redimens*, pro *qui redemit.*

℣. 15. Ita rurſum in Græco, præter hoc, ὁ ἅγιος ὑμῶν, *ſanctus veſter*, pro *ſanctus Iſraël.*

℣. 16. Similiter in Græco, ſublatâ conjunct. *quia*, quam tamen ſervant edd. Ald. & Compl.

℣. 17. Concinit Græc. niſi quòd hab. ἵππον, καὶ ἰσχὺν ἰσχυράν, *equum, & multitudinem robuſtam.*

℣. 18. Sic iterum in Græco. Apud Iren. l. 4. c. 33. p. 274. a. *& antiqua nolite reputare.* Apud Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 697. b. *Ne rememineritis priorum, & antiqua ne cogitaveritis.* Apud Cypr. epiſt. 63. p. 106. a. *Nolite priora meminiſſe, & antiqua nolite reputare:* ſimiliter l. 1. Teſtim. p. 279. a. additâ conjunct. *ergo*, poſt *nolite.* Vide Tertul. ad ℣. ſeq.

℣. 19. Ita fert Græc. ad verbum, niſi quòd initio hab. ἐγὼ ποιῶ; ſed à Mſ. Alex. abeſt ἐγώ. Iren. l. 4. c. 33. p. 274. a. ſimiliter legit: *Ecce facio nova, quæ nunc orientur, & ſcietis: & faciam in deſerto viam, & in terra inaquoſa flumina.* Tertul. l. 1. adv. Marc. p. 626. b. *Vetera tranſierunt: Ecce nova, quæ ego nunc facio:* ita rurſum l. 4. p. 705. b. poſito uno &, ante *ecce;* ſublato verò *nunc*, poſt *ego:* at ſupra p. 697. b. ita legit: *Vetera tranſierunt, nova oriuntur: ecce facio nova, quæ nunc orientur:* item l. de pudic. p. 1001. c. *Vetera tranſierunt:* & l. 4. adv. Marc. p. 707. a. *ponam in terra inaquoſa flumina.* Cypr. epiſt. 63. p. 106. a. *Ecce ego facio nova, quæ nunc orientur, & cognoſcetis: & faciam in deſerto viam, & flumina in loco inaquoſo:* ſimiliter l. 1. Teſtim. p. 279. a. detracta voce *ego.* Ambroſ. epiſt. 42. col. 967. a. *Ecce facio omnia nova.* Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 9. p. 6. d. *Ecce faciam nova, quæ nunc oriuntur, & cognoſcetis ea: & faciam in deſerto viam, & in ſicca terra flumina.* Auct. l. de promiſſ. p. 3. ap. Proſp. p. 182. e. *Ecce ego nova facio, quæ nunc orientur.* Apud Marten. Anecdot. to. 5. p. 10. b. *Ecce facio nova, quæ nunc orientur; & ponam in deſerto flumina.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.	
20. Glorificabit me beſtia agri, dracones & ſtruthiones: quia dedi in deſerto aquas, flumina in invio, ut darem potum populo meo, electo meo.	20. Benedicent me beſtiæ agri, ſirenes, & filiæ ſtruthionum: quia dedi in deſerto aquam, & flumina in inaquoſo, ut bibere faciam genus meum electum,	*Hieron. ubi ſup.*
21. Populum iſtum formavi mihi, laudem meum narrabit.	21. populum meum quem acquiſivi, ut virtutes meas narret.	
22. Non me invocaſti Jacob, nec laboraſti in me Iſraël.	22. Non nunc vocavi te Jacob, neque laborare te feci Iſraël.	*Ibid.* 326.
23. Non obtuliſti mihi arietem holocauſti tui, & victimis tuis non glorificaſti me: non te ſervire feci in oblatione, nec laborem tibi præbui in thure.	23. Non attuliſti mihi oves holocauſti tui, neque in victimis tuis magnificaſti me: nec ſervire te feci in hoſtiis, nec laborem tibi præbui in thure.	
24. Non emiſti mihi argento calamum, & adipe victimarum tuarum non inebriaſti me. Veruntamen ſervire me feciſti in peccatis tuis, præbuiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis.	24. Nec emiſti mihi argento thymiama, nec adipem hoſtiarum tuarum concupivi: ſed in peccatis tuis defendi te, & in iniquitatibus tuis.	
25. Ego ſum, ego ſum ipſe, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum non recordabor.	25. Ego ſum, ego ſum, qui deleo iniquitates tuas, & non recordabor.	
26. Reduc me in memoriam, & judicemur ſimul: narra ſi quid habes ut juſtificeris.	26. Tu verò memento, & judicemur: dic tu iniquitates tuas primus, ut juſtificeris.	
27. Pater tuus primus peccavit, & interpretes tui prævaricati ſunt in me.	27. Patres veſtri peccaverunt, & principes veſtri iniquè egerunt in me.	
28. Et contaminavi principes ſanctos, dedi ad internecionem Jacob, & Iſraël in blaſphemiam.	28. Et contaminaverunt principes ſancta mea, & dedi ut perderem Jacob, & Iſraël in opprobrium.	

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 20. Sic eſt in Gr. verbum pro verbo. Apud Iren. l. 4. c. 33. p. 274. c. hæc tantùm leguntur, *ad potandum genus electum*, annexa nimirum his, quæ habentur ſup. in fine ℣. 19. & *in terra inaquoſa flumina.* Similiter ap. Cypr. cùm ep. 63. p. 106. a. tum l. 1. Teſtim. p. 279. a. poſt ult. verba ℣. 19. & *flumina in loco inaquoſo*, proximè ſequuntur iſta, *adaquare genus meum electum.* Error fortaſſe ortus eſt ab ultimis verbis his ℣. 19. ἐν τῇ ἀνύδρῳ ποταμούς, quæ pariter recurrunt ℣. 20. ante verbum ποτίσαι; unde librarius qui primùm illa deſcripſerat ℣. 19. poſtea relegendo oſcitanter reſumpſerit non ea quæ exſtarent ℣. 19. ſed ea quæ legerentur infra ℣. 20. ſicque verba intermedia prætermiſerit, ſimilitudine vocum deceptus: hujuſmodi autem lapſus ſæpe contingunt antiquis ſcriptoribus. Apud Tertul. l. 3. adv. Marc. p. 670. b. ſic: *benedicent me beſtia agri, ſirenes, & filia paſſerum.* Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 9. p. 6. d. rectè legit: *Benedicent me beſtiæ agri, ſirenæ, & filiæ ſtruthionum: quòd dederam in deſerto aquam, & flumina in ſicca terra, ad potandum genus meum electum.* Ambroſ. l. 3. de fide, c. 1. p. 497. d. ait Eſaiam *ſirenas, & filias paſſerum dixiſſe.*

℣. 21. Itidem Græcè. Sic etiam apud Iren. l. 4. c. 33. p. 274. a. niſi excipias ult. *enarret*; Græc. διηγεῖσθαι. Cypr. epiſt. 63. p. 106. a. & l. 1. Teſtim. p. 279. a. legit: *plebem meam quam acquiſivi, ut virtutes meas exponeret.* Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 9. p. 6. d. *populum meum quem mihi acquiſivi, & ut enarrent virtutes meas.*

℣. 22. Ad verbum è Græco.

℣. 23. Eadem exhibet Gr. edit. Rom. additâ voculâ ζϛ, ad *oves*; ſed hanc delet Mſ. Alex. Apud Iren. l. 4. c. 17. p. 240. a. ſic: *Non mihi oves holocauſtomatis tui, nec in ſacrificiis tuis clarificaſti me: non ſerviſti mihi in ſacrificio, nec aliquid laboriosè feciſti in thure*; nec malè è Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. quæ ferunt, οὐδὲ ἐδύνευσας, vel οὐκ ἐδύλωσας ἐν ταῖς θυσίαις σου, οὐδὲ ἔγκοπον ἐποίησας ἐν, &c. ubi Rom. hab. οὐκ ἐδύλωσά ζϛ... οὐδὲ ἔγκοπον ἐποίησά ζϛ ἐν. Auct. quæſt. ex utroque Teſt. q. 103. ap. Aug. to. 3. 99. e. *Quò mihi oves holocauſti tui? neque in ſacrificiis tuis honoraſti me: non enim ad hoc te feci, ut laborares in thure.*

℣. 24. Eadem ſunt in Gr. ed. Rom. excepto uno πρόεσθε μν, pro *deſiſti te*: at in Mſ. Alex. ἐν ἐν ταῖς ἀδικίαις ζϛ προέσθε ζϛ· in Compl. ὑπερώσησά ζϛ, ἐν ἐν ταῖς ἀδικίαις ζϛ. Hieronymo favent Cyrill. Theodoret. & Euſeb. l. 11. demonſtr. Evang. Iren. verò l. 4. c. 17. p. 249. a. legit: *Nec mercatus es mihi argento incenſum, nec adipem ſacrificiorum tuorum concupivi: ſed in peccatis tuis, & iniquitatibus tuis ante me ſtetiſti.* Auct. quæſt. ex utroque Teſt. q. 103. ap. Aug. to. 3. 99. e. *Aut ut mercareris mihi argento incenſum: nec adipem ſacrificiorum tuorum concupivi: in peccatis autem tuis, & iniquitatibus adſtitiſti mihi.*

℣. 25. In edit. Rom. ſic: Ἐγώ εἰμι, ἐγώ εἰμι, ὁ ἐξαλείφων τὰς ἀνομίας ζϛ ἕνεκεν ἐμοῦ, καὶ τὰς ἁμαρτίας ζϛ, καὶ οὐ μὴ μνησθῶ ζϛ. *Ego ſum, ego ſum, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccata tua, & non recordabor:* at in Mſ. Alex. ὁ ἐξαλείφων τὰς ἀνομίας ζϛ, καὶ οὐ μὴ μνησθῶ ζϛ· Mſ. verò Mediol. verba iſta, ἕνεκεν ἐμοῦ, καὶ τὰς ἁμαρτίας ζϛ, in margine hab. ſub aſteriſco ex Theodot. Apud Ambroſ. l. de Noe, c. 13. col. 244. a. legit: *Ego ſum, ego ſum, qui deleo iniquitates, & memor non ero:* & l. de apol. Dav. col. 697. f. 712. f. 713. a. *Ego ſum, ego ſum, qui deleo iniquitates tuas* (al. *veſtras*,) & *memor non ero:* vide etiam ſup. col. 412. a. & inf. in Pſ. 36. 38. & 118. col. 811. b. 842. c. 996. d. 1032. a. 1044. e. 1072. c. item l. 2. de pœnit. to. 2. 422. e. 425. f. & l. 3. de Spir. S. col. 677. c. Victor Tun. ap. Ambroſ. col. 591. b. c. d. & 593. f. *Ego ſum, qui deleo iniquitates tuas, & non rememorabor.* Auct. l. ad Novatian. ap. Cypr. p. 441. *Ego ſum, ego ſum, qui deleo facinora tua, & non commemorabor te.* Gregor. M. Paſtoral. p. 3. c. 29. col. 84. d. & *peccatorum tuorum meorum non ero.* Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 303. b. *Ego ſum, qui deleo iniquitates*; deinde, *dic tu iniquitates tuas*, &c. de ℣. ſeq. prætermiſſis aliis.

℣. 26. Conſonat Græc. ad verbum. Ambroſ. l. de Noe, c. 13. p. 244. a. legit: *Tu autem memor eſto, & judicemur: dic iniquitates tuas ut juſtificeris*: ſimiliter in Pſ. 118. col. 1032. a. ut & ſup. col. 996. d. ſed illic jungit *tu prius*, verbo *dic*: vide etiam to. 1. 178. b. 199. e. 217. e. 633. a. 694. c. 697. f. 732. b. 811. b. 815. e. 1012. a. 1044. e. 1050. e. 1254. c. 1384. e. item to. 2. 422. e. 425. f. 426. a. 428. c. 677. c. Similiter habet Gregorius M. Paſt. p. 3. col. 84. d. *Tu autem memor eſto.* Hilar. in Pſ. 125. col. 411. c. addit: *confitere primùm peccata tua ut juſtificeris*: & in Pſ. 135. col. 484. b. *confitere pecc. tua prior ut juſtificeris.* Hieron. in Ezech. 16. col. 807. d. *dic tu primùm peccata tua ut juſtificeris*: ſed in hunc Iſai. loc. col. 327. c. obſervat LXX. addidiſſe de ſuo hæc verba, *dic tu prior iniquitates tuas ut juſtificeris.* Victor Tun. ap. Ambroſ. to. 2. 591. b. c. d. 593. f. *Tu autem noli obliviſci, & judicemur: dic tu prior iniquitates tuas ut juſtificeris.* Auct. l. ad Novat. ap. Cypr. p. 441. *Tu autem in mente habe, & judicemus: dic tu facinora tua priùs ut juſtificeris.* Auct. quæſt. ex utroque Teſt. q. 112. ap. Aug. to. 3. 113. c. *dic prior iniquitates tuas ut juſtificeris.* Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 303. b. *dic tu iniquitates tuas prior ut juſtificeris.* Similiter Caſſiod. in Pſ. 6. p. 28. c. excepto uno *priùs*, loco *prior.*

℣. 27. Sic etiam in Gr. ed. Rom. præter unum πρῶτοι, *primi*, loco *peccaverunt*; ſed Mſ. Mediol. cum edd. Ald. & Compl. utrumque hab. πρῶτοι ἥμαρτον· mox Alex. cum Mediol. ἐν οἱ ἄρχοντες αὐτῶν, &c. Tichon. reg. 2. p. 51. d. *Patres tui primò, & principes eorum facinus admiſerunt.* Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 303. b. *Patres veſtri priores, & principes eorum iniquè egerunt in me.*

℣. 28. Itidem Græcè. Apud Tichon. reg. 2. p. 51. d. ſic: *Et inquinaverunt principes tui ſancta mea, & dedi perire Jacob, & Iſrael in maledictum.* Vigil. Tapſ. l. 12.

Digitized by Google

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

de Trin. p. 303. b. *Et contaminaverunt principes ſancta mea, & dedi perdere Jacob, & Iſrael in opprobrium.*

CAPUT XLIV.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Iſai. 44. col. 327. ex Lxx.

1. NUnc autem audi Jacob puer meus, & Iſraël quèm elegi:

2. Ego Dominus Deus qui feci te, & plaſmavi te de ventre, adhuc habebis auxilium: noli timere puer meus Jacob, & dilecte Iſraël quem elegi.

3. Adhuc ego dabo aquam in ſiti qui ambulant in inaquoſo: ponam ſpiritum meum ſuper ſemen tuum, & benedictiones meas ſuper filios tuos.

4. Et orientur ut in medio aquæ fenum, & ſicut ſalix juxta præterfluentes aquas.

5. Iſte dicet: Dei ſum: iſte clamabit in nomine Jacob: & alius ſcribet in manu ſua: Dei ſum ego: & in nomine Iſraël clamabit.

Lactant. l. 4. Inſt. c. 29. p. 587.

6. Sic dicit Deus rex Iſraël, & qui eruit eum Deus æternus: Ego primus, & ego noviſſimus, & præter me nemo eſt Deus.

Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 728. d.

7. Sicut ego ſum, qui ſtet, & vocet, & præparet mihi ex quo hominem feci in ſæculo?.....

Tertul. l. de Idol. c. 4. p. 259. c.

8..... teſtes vos eſtis, ſi eſt Deus abſque me.

9. Et non erant tunc qui fingunt, & exſculpunt: omnes vani qui faciunt libita ſibi, quæ illis non proderunt.

Iren. l. 3. c. 6. p. 181. b.

10. Confundantur omnes, qui blaſphemant Deum, & ſculpunt inutilia.

VULGATA NOVA.

1. ET nunc audi Jacob ſerve meus, & Iſraël quem elegi: *Jer. 30. 10. & 46. 27.*

2. Hæc dicit Dominus faciens & formans te, ab utero auxiliator tuus: noli timere ſerve meus Jacob, & rectiſſime, quem elegi.

3. Effundam enim aquas ſuper ſitientem, & fluenta ſuper aridam: effundam ſpiritum meum ſuper ſemen tuum, & benedictionem meam ſuper ſtirpem tuam.

4. Et germinabunt inter herbas, quaſi ſalices juxta præterfluentes aquas.

5. Iſte dicet: Domini ego ſum: & ille vocabit in nomine Jacob: & hic ſcribet manu ſua: Domino: & in nomine Iſraël aſſimilabitur.

6. Hæc dicit Dominus rex Iſraël, & redemptor ejus Dominus exercituum: Ego primus, & ego noviſſimus, & abſque me non eſt Deus. *Sup. 41. 4. Inf. 48. 12. Apoc. 1. 8. 17. & 22. 13.*

7. Quis ſimilis mei? vocet, & annuntiet: & ordinem exponat mihi, ex quo conſtitui populum antiquum: ventura & quæ futura ſunt annuntient eis.

8. Nolite timere, neque conturbemini: ex tunc audire te feci, & annuntiavi: vos eſtis teſtes mei: nunquid eſt Deus abſque me, & formator, quem ego non noverim?

9. Plaſtæ idoli omnes nihil ſunt, & amantiſſima eorum non proderunt eis: ipſi ſunt teſtes eorum, quia non vident, neque intelligunt, ut confundantur.

10. Quis formavit Deum, & ſculptile conflavit ad nihil utile?

VULGATA NOVA.

11. Ecce omnes participes ejus confundentur: fabri enim ſunt ex hominibus: convenient omnes, ſtabunt & pavebunt, & confundentur ſimul.

Sup. 13. 11.

12. Faber ferrarius lima operatus eſt: in prunis, & in malleis formavit illud, & operatus eſt in brachio fortitudinis ſuæ: eſuriet & deficiet, non bibet aquam, & laſſeſcet.

13. Artifex lignarius extendit normam, formavit

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Concinit Gr. edit. Rom. In Mſ. Alex. παῖς μου Ἰακώβ. Similiter ap. Tichon. reg. 2. p. 51. d. *Nunc audi me puer meus Jacob, & Iſraël quem elegi.* Item ap. Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 303. b. *Nunc autem audi puer meus Jacob, & Iſraël quem elegi.*

℣. 2. Græc. initio habet: Οὕτω λέγει Κύριος ὁ Θεὸς ὁ ποιήσας σε, καὶ ὁ πλάσας σε ἐκ κοιλίας· reliqua ut in Lat. Similiter Auct. quæſt. ex Vet. Teſt. q. 23. ap. Aug. to. 3. 50. b. *Sic dicit Dominus Deus qui fecit te, & finxit te in utero.* Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. verſum hunc totum prætermittit, quamvis antecedentem referat cum ſubſequente: deceptus fortaſſe eſt ſimilitudine vocum iſtarum, *Iſraël quem elegi*, quibus viciſſim clauduntur verſus 1. & 2.

℣. 3. Sic eſt in Gr. edit. Rom. præter adverbium 1. ὅτι *quia*, pro *adhuc*, quod delet edit. Ald. In Mſ. Mediol. habetur ἔτι cum veru ÷ Apud Ambroſ. l. 1. de Spir. S. to. 2. 619. a. ut ſup. *ponam ſpiritum meum ſuper ſemen tuum, & benedictiones meas ſuper filios tuos.* Apud Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 303. b. *Quia ego dabo aquam in ſiti qui iter fecerunt in ſicco: imponam ſpiritum meum*, &c. ut in textu: & inf. 324. c. *Quia ego dabo in ſiti aquam iis, qui in ſicco iter fecerunt: & ponam ſpiritum meum ſuper*, &c. quæ ſup.

℣. 4. Similiter in Græco, præter hoc ſingul. ult. ἐπὶ παραῤῥέον ὕδωρ. Hilar. in Pſ. 136. col. 492. e. rectè: *Exorientur tanquam in medio aquæ fenum, & tanquam ſalix ſuper defluentem aquam.* Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 324. c. *Et orietur tanquam in aqua fenum, velut ſalix inter fluxus aquæ.*

℣. 5. Eadem exhibet Græc. addità conjunct. καὶ, poſt 1. *Dei ſum;* detracto verò *ego*, poſt alterum. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 732. b. legit: *Hic dicet: Ego Dei ſum: & clamabit in nomine Jacob: & alius inſcribetur in nomine Iſraëlis.*

℣. 6. Ita Græcè, exceptis his, Ζαβαὼθ, loco *æternus;* & μετὰ ταῦτα, *poſt hæc*, loco *noviſſimus;* item ὑπὲρ, pro *nemo*, detracto præced. &. Apud Tertul. cont. Hermog. p. 412. c. *Ego primus.* Apud Novatian. l. de Trin. p. 1052. b. *Ego primus*, & *noviſſimus*, & *præter me non eſt Deus.* Apud Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 728. d. *Dominus Deus Iſrael, qui liberavit eos de Ægypto: Ego ſum primus, & ego poſt hæc*, & *præter me non eſt Deus:* at l. 12. de Trin. *Ego Deus primus*, & *ego poſtea*, & *præter me Deus non eſt.*

℣. 7. Græc. Τίς ὥσπερ ἐγώ; στήτω, καὶ καλεσάτω, καὶ ἀναγγειλάτω, καὶ ἑτοιμασάτω μοι ἀφ' οὗ ἐποίησα ἄνθρωπον εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ τὰ ἐπερχόμενα, πρὸ τοῦ ἐλθεῖν, ἀναγγειλάτωσαν ὑμῖν· *Quis ſicut ego? ſtet, & vocet, & annuntiet, & paret mihi ex quo feci hominem in ſæculum: & futura, antequam veniant, annuntient vobis.*

℣. 8. Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 300. c. *teſtes eſtis vos, ſi eſt Deus præter me.* Ita quoque in Græco.

℣. 9. Eòdem recidunt quæ leguntur Græcè, niſi quòd pro *erant*, habetur ἦσαν, *audierunt;* quam lectionem admittunt Cyrillus & Procop. ſi Nobilio fides: ſed in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. legitur ἦσαν, ut ſupra.

℣. 10. Mendum ſapit verbum *blaſphemant*, pro *plaſmant;* nam in Græco eſt: Ἀμὴ αἰσχυνθήσονται οἱ πλάσσοντες θεὸν, καὶ γλυφέντες πάντως ἀνωφελῶς· à Mſ. Alex. abeſt τὸ, πάντες. Irenæus anteced. verbis iſta ſubdit: *Et ego teſtis, dicit Dominus;* quæ alibi non exſtant, neque apud LXX. neque in Vulg. Suſpicatur noviſſimus Iren. editor noſter ipſa de priori Iſaiæ loco, c. 43. ℣. 10. quem paulò ante refert Irenæus, huc ſcribarum incuriâ translata fuiſſe.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

illud in runcina : fecit illud in angularibus, & in circino tornavit illud : & fecit imaginem viri quasi speciosum hominem habitantem in domo.

14. Succidit cedros, tulit ilicem, & quercum, quæ steterat inter ligna saltus : plantavit pinum, quam pluvia nutrivit.

15. Et facta est hominibus in focum : sumpsit ex eis, & calefactus est : & succendit, & coxit panes : de reliquo autem operatus est deum, & adoravit : fecit sculptile, & curvatus est ante illud.

16. Medium ejus combussit igni, & de medio ejus carnes comêdit : coxit pulmentum, & saturatus est, & calefactus est, & dixit : Vah, calefactus sum, vidi focum.

VULGATA NOVA.

17. Reliquum autem ejus deum fecit & sculptile sibi : curvatur ante illud, & adorat illud, & obsecrat, dicens : Libera me, quia Deus meus es tu.

VERSIO ANTIQUA.

17..... inclinat se, & adorat illud, & votum faciens, dicit : Deus meus es tu. *Hieron. in Dan. 3. col. 1083. d.*

VULGATA NOVA.

18. Nescierunt, neque intellexerunt : obliti enim sunt ne videant oculi eorum, & ne intelligant corde suo.

19. Non recogitant in mente sua, neque cognoscunt, neque sentiunt, ut dicant : Medietatem ejus combussi igni, & coxi super carbones ejus panes : coxi carnes & comedi, & de reliquo ejus idolum faciam ? ante truncum ligni procidam ?

VULGATA NOVA.

20. Pars ejus cinis est : cor insipiens adoravit illud, & non liberabit animam suam, neque dicet : Fortè mendacium est in dextera mea.

21. Memento horum Jacob, & Israël, quoniam servus meus es tu : formavi te, servus meus es tu Israël, ne obliviscaris mei.

22. Delevi ut nubem iniquitates tuas, & quasi nebulam peccata tua : revertere ad me, quoniam redemi te.

23. Laudate cœli, quoniam misericordiam fecit Dominus : jubilate extrema terræ, resonate montes laudationem, saltus & omne lignum ejus : quoniam redemit Dominus Jacob, & Israël gloriabitur.

24. Hæc dicit Dominus redemptor tuus, & formator tuus ex utero : Ego sum Dominus, faciens omnia, extendens cœlos solus, stabiliens terram, & nullus mecum.

25. Irrita faciens signa divinorum, & ariolos in furorem vertens. Convertens sapientes retrorsùm : & scientiam eorum stultam faciens.

26. Suscitans verbum servi sui, & consilium nunciorum suorum complens. Qui dico Jerusalem : Habitaberis ; & civitatibus Juda : Ædificabimini, & deserta ejus suscitabo.

27. Qui dico profundo : Desolare, & flumina tua arefaciam.

28. Qui dico Cyro : Pastor meus es, & omnem voluntatem meam complebis. Qui dico Jerusalem : Ædificaberis ; & templo : Fundaberis.

VERSIO ANTIQUA.

20. Cognoscite quòd cinis sit cor illorum, & errant, & nemo animam suam liberare potlit..... *Tertul. l. de Idol. c. 4. p. 239. c.*

21. Memento horum Jacob, & Israël, quoniam puer meus es tu : formavi te puerum meum : & tu Israël, ne obliviscaris mei. *Hieron. in Isai. 44. col. 330. ex Lxx.*

22. Ecce enim delevi sicut nubem iniquitates tuas, & sicut caliginem peccata tua : revertere ad me, & redimam te.

23. Lætamini cœli, quoniam misertus est Deus Israëlis : canite tubâ fundamenta terræ, clamate montes lætitiam, colles & omnia ligna quæ in eis sunt : quoniam redemit Deus Jacob, & Israël inclytus erit.

24. Sic dicit Dominus, qui redemit te, & formans te ex utero : Ego Dominus, qui compleo omnia, extendi cœlum solus, & formavi terram. *Ibid. 331.*

25. Quis alius dissipavit signa pythonum, & divinationes de corde ? Qui averto prudentes retrorsùm : & consilium eorum stultum facio.

26. Et statuo verbum pueri mei, & consilium angelorum ejus verum probo. Qui dico Jerusalem : Habitaberis ; & civitatibus Judæ : Ædificabimini, & deserta illius orientur.

27. Qui dico abysso : Desolaberis, & flumina tua arefaciam.

28. Qui dico Cyro, ut sapiat, & omnes voluntates meas faciat. Qui dico Jerusalem : Ædificaberis, & domum sanctam meam fundabo.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 17. In Gr. edit. Rom. deest hoc, *inclinat se* ; reliqua verò sic habentur : καὶ προσκυνεῖ, καὶ προσεύχεται, λέγων· Ἐξελοῦ με, ὅτι Θεός μου εἶ σύ· i. e. *& adorat, & orat, dicens : Erue me, quia Deus meus es tu :* at in Mſ. Mediol. necnon in edd. Ald. & Compl. κάμψει αὐτῷ, καὶ προσκυνεῖ· Mediol. hìc addit αὐτῷ, cum Alex.

℣. 20. Græc. edit. Rom. in principio habet γνῶθι, *ſcito* ; Mſ. verò Alex. γνῶτε, ut ſup. reliqua vix diſſimilia.

℣. 21. Sic habet Græc. ad verbum. Tichon. reg. 2. p. 51. d. *finxi te puerum meum, meus es tu Iſraël, noli obliviſci mei.*

℣. 22. Concinit Græc. edit. Rom. niſi quòd habet ſingulariter, τὴν ἁμαρτίαν σου, loco *peccata tua :* at in Mſs. Alex. & Mediol. ac edd. Ald. & Compl. τὰς ἁμαρτίας. Apud Tichon. reg. 2. p. 51. d. *Ecce enim delevi velut nubem facinora tua, & ſicut nimbum peccata tua : convertere ad me, & redimam te.*

℣. 23. Totidem verba in Græco, niſi excipias ult. δοξασθήσεται, *glorificabitur*, pro *inclytus erit*, quod idem ſonat.

℣. 24. Græcè initio, ὁ λυτρούμενός σε, *qui redimit te* ; ultimòque, ἐστερέωσα τὴν γῆν, *firmavi terram* ; cæt. ut in Lat. ſup. fortè mendum librarii eſt τὸ *formavi*, ap. Hieronymum. Tertul. l. cont. Hermog. 412. c. & l. cont. Prax. p. 852. c. hab. *extendi cœlum ſolus.* Ambr. l. 5. de fide, col. 556. b. *ego extendi cœlum ſolus.*

℣. 25. Tertul. l. cont. Prax. p. 852. c. *Quis alius dejecit ſigna ventriloquorum, & divinationes à corde ? Avertens ſapientes retrorsùm : & conſilium eorum inſatuans.* Ita quoque in Gr. edit. Rom. præter unum διασκεδάσω, pro *dejecit* ; at in Mſ. Alex. διεσκέδασεν. Idem Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 719. b. legit : *Quis alius dejiciet ſigna ventriloquorum, & divinationes ex corde ? Avertens in poſteriora ſapientes : & cogitationes eorum inſatuans.*

℣. 26. Græc. ed. Rom. initio habet : Καὶ ἰσῶν ῥῆμα παιδὸς αὐτοῦ, Mſs. Alex. & Mediol. ῥήματα ; item Tertul. l. adv. Prax. p. 852. c. *Siſtens verba filii ſui :* ſubinde in ed. Rom. ἀληθεύων. Ὁ λέγων τῇ Ἱερουσαλήμ, *verum probans. Dicens Jeruſalem ;* paulòque poſt, Ἰσραήλ, loco *Judæ ;* at in Mſ. Alex. ac ed. Compl. Ἰουδαίας ; extremò, ἀνατελεῖ, *exorientur ;* ap. Nobil. *germinabunt ;* in Mſ. Mediol. ἀναῤῥήσω ; ap. Auct. l. de promiſſ. apud Proſp. p. 175. a. *exaltabuntur deſerta Jordanis.*

℣. 27. Conſonat Græc. niſi quòd hab. ὁ λέγων, *dicens*, pro *qui dico.* Ambr. l. 2. Hexa. col. 28. e. *Deſerta eris, & omnes fluvios ſiccabo.*

℣. 28. Græc. conſtanter hab. initio & inf. ὁ λέγων, pro *qui dico ;* paulòque poſt, ποιήσει, *faciet*, non *faciat ;* cæt. ut in textu.

Digitized by Google

CAPUT XLV.

Versio antiqua.

Lactant. l. 4. Inst. c. 12.

1. Sic dicit Dominus Deus Christo Domino meo, cujus tenui dexteram; obaudire ante eum gentes faciam, & fortitudinem regum disrumpam; aperiam ante illum portas, & civitates non claudentur.

2. Ego anteibo, & montes deplanabo: & fores æreas conteram, & serras ferreas confringam.

3. Et dabo tibi thesauros absconditos, & invisibiles: ut scias quia ego sum Dominus Deus, qui voco nomen tuum, Deus Israël.

Tichon. reg. 1. p. 50. c.

4. Propter Jacob puerum meum, & Israël electum meum..... [a] tu autem me non cognovisti,

[a] *Idem reg. 2. p. 51. c.*

5. quoniam ego sum Deus, & non est alius absque me Deus, & nesciebas me:

Vigil. Tapsi. l. 12. de Trin. p. 301. a.

6. Ut sciant qui ab oriente sole, & qui ab occidente, quia non est ampliùs præter me: Ego Dominus Deus, & non est ampliùs:

Aug. l. 1. cont. adversi. leg. to. 8. 576. g.

7. ego creans lucem, & faciens tenebras, faciens pacem, & creans mala.....

Vulgata nova.

1. Hæc dicit Dominus christo meo Cyro, cujus apprehendi dexteram, ut subjiciam ante faciem ejus gentes, & dorsa regum vertam, & aperiam coram eo januas, & portæ non claudentur.

2. Ego ante te ibo: & glorioſos terræ humiliabo: portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam.

3. Et dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum: ut scias quia ego Dominus, qui voco nomen tuum, Deus Israël.

4. Propter servum meum Jacob, & Israël electum meum, & vocavi te nomine tuo: assimilavi te, & non cognovisti me.

5. Ego Dominus, & non est ampliùs: extra me non est Deus: accinxi te, & non cognovisti me:

6. Ut sciant hi, qui ab ortu solis, & qui ab occidente, quoniam absque me non est: Ego Dominus, & non est alter,

7. formans lucem, & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum: ego Dominus faciens omnia hæc.

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Eadèm leguntur Græcè, excepto isto, *μῶ Κύρω*, pro *Domino meo*; non additur etiam verbum *faciam*, post *gentes*. Hieron. in Abac. 3. col. 1632. c. bene: *Hæc dicit Dominus christo meo Cyro, cujus tenui dexteram, ut audirent coram eo gentes*; Gr. ἐκραταίωσα ἐμπροσθεν αὐτῦ ἐθνη addit Hieron. in Isai. 45. col. 332. d. *Scio in hoc capitulo non solùm Latinorum, sed Græcorum plurimos vehementer errare, existimantium scriptum esse*: Sic dicit Dominus Christo meo Domino; *ut intelligatur, juxta illud quod alibi legimus*: Pluit Dominus à Domino; & dixit Dominus Domino meo: *neque enim Κυρίῳ, quod* Dominum *sonat, sed* Cyro *dicitur, qui Hebraïcè appellatur* Chores, *regi Persarum, qui Babylonem, Chaldæosque superavit..... Iste appellatus est* christus, *id est*, unctus Domini, *quod erat insigne apud Hebræos regiæ potestatis.* Attamen Tertullianus l. adv. Jud. c. 7. p. 136. b. legit: *Sic dicit Dominus Deus Christo meo Domino, cujus tenui dexteram, ut exaudiant illum gentes; fortitudines regum disrumpam, aperiam ante illum portas, & civitates non claudentur illi*: similiter l. cont. Prax. p. 848. b. & 858. b. *Hæc dicit Dominus Domino meo Christo.* Item Novatian. de Trin. p. 1043. b. cum Arnob. jun. l. de Trin. p. 210. b. *Hæc dicit Dominus Christo meo Domino.* Cypr. pariter l. 1. Testim. p. 282. b. *Sic dicit Dom. Deus Christo meo Domino, cujus teneo dexteram, ut exaudiant eum gentes, & fortitudinem regum disrumpam; aperiam ante ipsum portas, & civitates non claudentur.* Tichon. reg. 1. p. 50. c. *Sic dicit Dominus Christo Domino meo, cujus ego tenui dexteram, ut exaudiant eum gentes.* Vigil. Tapsi. l. 1. de Trin. p. 205. a. *Sic dicit Dominus Christo meo, cui tenui dexteram, ut obaudiant eum omnes gentes*: & l. cont. Varimad. p. 731. h. *Hæc dicit Dominus Christo meo Domino, cui tenui dexteram; & obedire faciam ante eum omnes gentes, atque aperiam ante eum portas*, &c. ut in textu. Anecdot. Marten. to. 5. p. 7. c. *Sic dicit Dominus Christo meo Domino, cui tenuit dextram, ut exaudiant eum gentes: Fortitudinem regum disrumpam, aperiam ante eum portas, & civitates non claudentur.* Similiter habet epist. S. Barnabæ, Εἶπεν Κύριος τῷ Χριστῷ μυ Κυρίῳ quam lectionem carpit doctiss. Cotelerius not. in hunc loc. to. 2. p. 30. e. his verbis: « Cùm LXX. scripsissent *Κύρῳ*, antiquarii existimantes » Isaiam loqui de Christo Jesu, nec ad Cyrum attendentes, » assumpta vicina voce *Κυρίῳ*, locum Scripturæ jam olim » corruperunt ». In hunc errorem raptus est incertus ille collector Græcus testimoniorum adversùs Judæos, qui editus est cum S. Gregorio Nysseno, capite cui titulus, *ad Judæos*; en verba: *Cùm David dixisset*: Dixit Dominus Domino meo, &c. *Esaias planiùs & apertiùs dicit*: Dicit Dominus Christo meo Cyro, *Κύρῳ*; *at sensus videtur postulare Κυρίῳ*, Domino. *Aiunt autem hæc de Cyro Persa esse dicta, sed ridiculum: quî enim reliqua Cyro conveniunt?* Verùm Hieron. ubi sup. in Abacuc 3. hanc sententiam refutat, nullaque probabilitate niti confirmat, dicens: *Sed & Cyrus Persarum rex atque Medorum, qui de captivitate populum relaxavit, licet multi errent, & de Domino Salvatore scriptum putent, audit per Isaiam*: Hæc dicit Dominus christo meo Cyro, &c. *& ad extremum dicitur* (℣. 4.) Tu autem non cognovisti me; *quod de Salvatore nefas est intelligere.* Vide sis plura apud Cotel. loco cit.

℣. 2. Græc. ed. Rom. jungit *ὦ*, præpositioni *ante*; Mſ. Alex. *αὐτῦ*; subinde Rom. cum al. hab. *μοχλύς*, *vectes*, pro *serras*; cæt. ut in textu. Ambros. l. 3. Hexa. col. 39. c. legit: *Ego ante te ambulabo, & montes planos faciam.* Vigil. Tapsi. l. cont. Varimad. p. 732. a. *Ego ante eum præibo, & montes planos efficiam: atque aperiam ante eum portas*, &c. Anecdot. Marten. to. 5. p. 7. c. *portas æreas aperiam, & vectes ferreos confringam.*

℣. 3. Gr. Καὶ δώσω σοι θησαυρὺς σκοτεινὺς, ἀποκρύφους, ἀοράτους ἀνοίξω σοι ἵνα γνῶς ὅτι ἐγὼ Κύριος ὁ Θεός συ, &c. ut sup. à Mſ. Alex. abest σοῖ; i. e, *Et dabo tibi thesauros tenebrosos, absconditos*, &c. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 719. a. *Et dabo illis thesauros absconditos, invisibiles aperiam illis.* Tichon. reg. 1. p. 50. c. *Et dabo tibi thesauros absconditos, & invisibiles aperiam tibi: ut scias quoniam ego sum Dominus, qui voco nomen tuum, Deus Israël*: vide etiam infra, reg. 2. p. 51. c. Apud Marten. Anecdot. to. 5. p. 7. c. *Et dabo tibi thesauros absconditos.* Vigil. Tapsi. l. 5. de Trin. *ego Dominus Deus, qui voco nomen tuum, Deus Israël.*

℣. 4. Eadem leguntur Græcè. Apud Vigil. Tapsi. l. 12. de Trin. p. 300. c. *tu autem non nosti me.*

℣. 5. Iren. l. 1. p. 26. a. *Ego Deus, & præter me nemo.* Tertul. l. de carne Chr. p. 553. c. *Ego sum Deus, & alius absque me non est*: & l. cont. Prax. p. 853. a. *Ego Deus, & alius præter me non est*: vide etiam p. 852. b. Novatian. de Trin. p. 1032. c. *Ego Deus, & non est præter me.* Vigil. Tapsi. l. 12. de Trin. p. 300. c. *Quia ego Dominus Deus, & non est alius præter me: ego Dominus, & non est ampliùs præter me Deus, & non noveras me*: hæc autem, *& non est alius præter me, ego Dominus*, redundare videntur, cùm absint à Græco; cætera conveniunt cum ipso, nisi quòd ultimis his, *& non noveras me*, id præponitur, *ὠχύρωά σε*, *confortavi te*, quod tamen deest in Mſ. Alex. Vide rursum Vigil. Tapsi. l. cont. Varimad. p. 728. c.

℣. 6. Similiter in Græco, præter vocem Θεὸς, *Deus*, loco 1. *ampliùs*. Auct. l. de Trin. ap. Ambros. col. 326. f. *Ego Dominus, & non est ampliùs extra me.* Auct. quæst. ex utroque Test. q. 114. ap. Aug. to. 3. 116. g. *Ego sum Deus, & non est alius præter me.*

℣. 7. Mſ. Floriac. *Ego qui creavi lucem, & feci tenebras, faciens pacem, & creans bona: ego Dominus qui facio mirabilia.* Græc. Ἐγὼ ὁ κατασκευάσας φῶς, & ποιήσας σκότος, ὁ ποιῶν εἰρήνην, & κτίζων κακά· ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ὁ ποιῶν πάντα ταῦτα. Tertul. l. cont. Hermog. p. 420. a. *Ego qui struxi lucem, & feci tenebras*: & l. de fuga in pers. p. 970. a. *ego sum qui facio pacem, & condo mala:*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.
8. Rorate cœli desuper, & nubes pluant justum : aperiatur terra, & germinet salvatorem : & justitia oriatur simul : ego Dominus creavi eum.	8. Lætetur cœlum desuper, & nubes spargant justitiam : germinet terra, & oriatur misericordia : & justitiam germinet simul : ego Dominus qui creavi te. *Hieron. in Isai. 45. col. 335. ex Lxx.*
9. Væ qui contradicit fictori suo, testa de *Jerem. 18. 6. Rom. 9. 20.* samiis terræ : nunquid dicet lutum figulo suo : Quid facis, & opus tuum absque manibus est ?	9. Quid melius feci quàm lutum figuli ? nunquid arans arabit terram ? nunquid dicet lutum figulo : Quid facis, quoniam non operaris, nec habes manus ?
10. Væ qui dicit patri : Quid generas ? & mulieri : Quid parturis ?	10. Væ qui dicit patri : Quid generas ? & matri : Quid parturis ?
11. Hæc dicit Dominus sanctus Israël, plastes ejus : Ventura interrogate me, super filios meos, & super opus manuum mearum mandate mihi.	11. Sic enim dicit Dominus Deus sanctus Israël, qui fecit ventura : Interrogate me de filiis meis, & de operibus manuum mearum mandate mihi.
12. Ego feci terram, & hominem super eam creavi ego : manus meæ tetenderunt cœlos, & omni militiæ eorum mandavi.	12. Ego feci terram, & hominem super eam : ego manu mea firmavi cœlum : ego omnibus stellis mandavi.
13. Ego suscitavi eum ad justitiam, & omnes vias ejus dirigam : ipse ædificabit civitatem meam, & captivitatem meam dimittet, non in pretio, neque in muneribus, dicit Dominus Deus exercituum.	13. Ego suscitavi eum cum justitia regem, omnes viæ illius rectæ : ipse ædificabit civitatem meam, & captivitatem populi mei convertet, non cum pretio, neque cum muneribus, dixit Dominus Deus sabaoth.
14. Hæc dicit Dominus : Labor Ægypti, &	14. Sic dicit Dominus sabaoth: Laboravit Ægyp- *Ibid. 337.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

& l. de pudic. p. 1000. a. *faciens pacem, & condens mala :* & l. 2. adv. Marc. p. 649. b. *condens mala, sed & pacem faciens :* & l. 4. p. 697. c. *condens mala, & faciens pacem :* vide etiam p. 619. c. 653. b. Iren. l. 4. c. 40. p. 287. a. c. *Ego Deus zelans, faciens pacem, & condens mala.* Novatian. l. de Trin. p. 1032. c. *Ego sum Dominus, qui feci lucem, & creavi tenebras.* Ambr. in Ps. 118. col. 1175. d. *Ego Dominus creans mala.* Hieron. in Amos 3. col. 1390. e. *Ego Deus, qui feci lucem, & tenebras, qui facio pacem, & condo mala.* Augustin. l. de morib. Manich. to. 1. 719. c. *Ego facio bona, & creo mala :* monet verò ibid. *in plerisque exemplaribus sic scriptum* esse : *Ego facio bona, & condo mala :* ita quoque legit ipse l. cont. epist. Manich. to. 8. 179. b. at l. 1. cont. Adversar. leg. to. 8. 575. f. *Ego sum Deus faciens bona, & creans mala :* & l. cont. Adim. to. 8. 147. d. f. *Ego sum Deus, qui facio pacem, & constituo mala.* Philastr. Brix. l. de hæres. p. 709. h. *Ego sum Dominus, qui facio pacem, & creo mala.* Auct. quæst. ex utroque Test. q. 106. ap. Aug. to. 3. 101. f. *Ego Deus, qui feci lucem, & creavi tenebras :* & inf. q. 107. col. 104. b. *Ego Deus feci lucem, & creavi tenebras.* Fulg. de Incarn. ad Petr. p. 308. *Ego Dominus formans lucem, & creans tenebras.*

℣. 8. Ita fert Græc. ed. Rom. nisi quòd pro *spargant*, hab. ῥανάτωσαν, ad litt. *rorent, aspergant ;* & pro *oriatur misericordia*, βλαστησάτω ἔλεος, *germinet*, vel *emittat misericordiam ;* edit. Compl. καὶ ἀνατειλάτω ἔλεος, καὶ δικαιοσύνη βλαστησάτω ἅμα· Mss. Alex. καὶ δικαιοσύνη ἀνατειλάτω ἅμα. Lactant. l. 4. Instit. c. 12. p. 576. legit : *Exsultent cœli desuper, & nubes induant justitiam : aperiatur terra, & pullulet salvatorem.* Julian. Pelag. ap. Augustin. l. 1. op. imp. to. 10. 951. b. *Expletur cœlum desuper, & nubes spargant justitiam : oriatur ex terra misericordia : & justitia oriatur simul : ego sum Dominus Deus qui creavi te.* Leo M. ser. 23. p. 76. a. *producat terra, & germinet salvatorem : & justitia oriatur.*

℣. 9. Hieron. infra 336. f. legit *qui arat*, non *arans*. Tertul. l. de resur. carn. p. 569. a. *nunquid argilla dicet figulo ?* Julian. Pelag. ap. Augustin. l. 1. op. imp. to. 10. 951. b. *Faciens meliorem, præparavi te sicut lutum figuli : nunquid qui arat, arabit terram per omnem diem ? nunquid dicit lutum figulo : Quid facis, quia non operaris, quia non habes manus ?* Græc. edit. Rom. Ποῖον βέλτιον καλεσκεύασα ὡς πηλὸν κεραμέως ; μὴ ὁ ἀροτεῖων ἀροτεύσει τὴν γῆν ὅλην τὴν ἡμέραν ; reliqua ut in textu Lat. In ed. Ald. Ποιῶν βελτίω καλεσκεύασα ὡς, &c. Sic etiam legit Cyrill. cum Procop. In aliis nonnullis libris est : Ποιῶν βέλτιον, καλεσκεύασά σε ὡς πηλὸν, &c. In ed. Compl. Τί ἐποίησα βέλτιον, &c.

℣. 10. Edit. Rom. initio hæc habet : Μὴ ἀποκρίνεται τὸ πλάσμα πρὸς τὸν πλάσαντα αὐτό ; deinde : Ὁ λέγων τῷ πατρί· Τί γεννήσεις ; καὶ τῇ μητρί· Τί ὠδίνεις ; Mss. Alex. & Mediol. ὠδινήσεις. Julian. Pelag. ap. Augustin. l. 1. op. imp. to. 10. 951. a. b. *Nunquid dicit figmentum ei, qui se finxit : Sapienter me finxisti ? vel qui dicit patri : Quid generabis ? & matri : Quid parturies ?* sed à Mss. Alex. absunt priora verba, Μὴ ἀποκρίνεται, ad hoc usque, ὁ λέγων ; absunt pariter ab edit. Compl. sed loco ὁ λέγων τῷ, habet : Οὐαὶ ὁ λέγων τῷ, &c. ut supra in textu. Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. 529. a. *Væ qui dicit patri : Ut quid me generasti ? & matri : Quare me peperisti ?*

℣. 11. Græc. ed. Rom. in principio hab. ὅτι οὕτω, loco *sic enim ;* sequentia ad verbum quadrant. Hilar. l. 4. de Trin. col. 849. c. *Quoniam sic dicit Dominus Deus sanctus Israël, qui fecit quæ ventura sunt : Interrogate me de filiis vestris, & de filiabus, & de operibus manuum mearum mandate mihi :* abest quidem istud ab ed. Rom. & *de filiabus*, sed in Ms. Alex. est περὶ τῶν υἱῶν μου, καὶ περὶ τῶν θυγατέρων μου. Julian. Pelag. ap. Augustin. l. 1. op. imp. to. 10. 951. c. hab. *Quia sic dicit Dominus Deus Israël sanctus, qui fecit futura : Interrogate me pro filiis meis, & filiabus, & pro operibus manuum mearum mandate mihi.* Ambros. l. 5. de fide, col. 587. b. *qui fecit quæ adventura sunt.* & supra, l. 1. col. 463. d. *qui fecit quæ ventura sunt.* Gregor. M. l. 30. Moral. to. 1. col. 964. d. *qui fecit quæ futura sunt :* similiter l. 1. hom. 10. in Ezech. col. 1273. b. cui lectioni etiam favet Hilar. l. 12. de Trin. col. 1132. c. necnon Augustin. in Joh. 14. to. 3. 679. d. *Non enim ait*, inquit, *qui facturus est quæ futura sunt, sed, qui fecit quæ futura sunt :* Vide etiam inf. 733. c.

℣. 12. Eadem refert Julian. Pelag. ap. Aug. l. 1. op. imp. to. 10. 951. c. hoc uno excepto, *sideribus*, pro *stellis*. Eadem quoque hab. Gr. ed. Rom. Hilarius verò l. 4. de Trin. col. 849. c. d. *Ego feci terram, & hominem super eam : ego omnibus sideribus præcepi*, prætermissis verbis intermediis : at in Psalm. 118. col. 299. b. illa ipsa refert : *ego manu mea firmavi cœlum :* & in Ps. 125. col. 409. c. *ego sum qui feci cœlum & terram ex nihilo.* Ambros. in Ps. 118. col. 1090. f. *ego manu mea solidavi cœlum.* Vigil. Tapsi. l. cont. Varimad. p. 730. a. *Ego feci sermone meo terram, & hominem super eam : ego solidavi cœlum manu : ego omnibus sideribus mandavi, ut luceant in cœlo.*

℣. 13. Similia prorsus in Gr. addito uno καὶ, post *regem ;* detractoque nomine *Deus*, ante *sabaoth*. Similiter habet Hilar. l. 4. de Trin. p. 849. c. d. *Ego suscitavi regem cum justitia, & omnes viæ ejus rectæ : hic ædificabit civitatem meam, & captivitatem plebis meæ convertet, non cum præmio, neque cum muneribus, dicit Dominus sabaoth.* Item Julian. Pelag. ap. Augustin. l. 1. op. imp. to. 10. 951. d. *Ego levavi eum justitia regem, & omnes viæ ejus rectæ : hic ædificabit civitatem meam, & captivitatem populi mei reducet, non cum præmio, nec cum muneribus, dixit Dominus sabaoth.* Ambros. in Ps. 47. col. 942. f. *hic ædificabit mihi civitatem :* & in Luc. 2. col. 1311. a. *ipse ædificabit civitatem mihi.* Edit. Rom. ἔτος (Ms. Alex. cum Compl. αὐτὸς) οἰκοδομήσει. Hieron. in Ose. 3. col. 1256. e. *Suscitavi regem cum justitia :* & in Isai. 54. col. 397. a. *hic ædificabit civitatem meam, & reducet captivitatem populi mei.*

℣. 14. Ad verbum è Græco, nisi id excipias, & *te sequentur*, pro quo, καὶ ὀπίσω σε ἀκολουθήσουσι. Tertul. l. cont. Prax. p. 849. b. rectè : & *Sabain*, vel *Seboin viri elati ad te transibunt : & post te sequentur vincti manibus, & te adorabunt : quia in te Deus est.* Lactant. l. 4. Instit. c. 13. p. 576. *Fatigata est Ægyptus, & natio Æthiopum, & Saba viri alti ad te transgredientur, & tui erunt servi : & post*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Hieron. ubi sup. tus, & negotiatio Æthiopum, & Sabaim viri excelsi ad te transibunt, & tui erunt servi, & te sequentur vincti manicis: & transibunt ad te, & adorabunt te, & in te orabunt: quoniam in te Deus est, & non est Deus absque te.	negotiatio Æthiopiæ, & Sabaim viri sublimes ad te transibunt, & tui erunt: Post te ambulabunt, vincti manicis pergent: & te adorabunt, teque deprecabuntur: Tantùm in te est Deus, & non est absque te Deus.
15. Tu enim Deus es, & nesciebamus; Deus Israël salvator.	15. Verè tu es Deus absconditus, Deus Israël salvator.
16. Confundantur, & erubescant omnes adversarii ejus, & ambulent in confusione: innovamini ad me insulæ.	16. Confusi sunt, & erubuerunt omnes: simul abierunt in confusionem fabricatores errorum.
17. Israël salvatur à Domino salute æterna: non confundentur, neque erubescent usque in æternum.	17. Israël salvatus est in Domino salute æterna: non confundemini, & non erubescetis usque in sæculum sæculi.
Ibid. 338. 18. Sic dicit Dominus, qui fecit cœlum; iste Deus, qui ostendit terram, & fecit eam, ipse paravit eam: non in vacuum fecit eam: sed ut habitaretur, plasmavit eam: ego sum Dominus, & non est ultra.	18. Quia hæc dicit Dominus creans cœlos, ipse Deus formans terram, & faciens eam, ipse plastes ejus: non in vanum creavit eam: ut habitaretur, formavit eam: ego Dominus, & non est alius.
19. Non in abscondito locutus sum, neque in loco terræ tenebroso: non dixi semini Jacob: Vanum quærite: ego sum Dominus, qui loquor justitiam, annuntio veritatem.	19. Non in abscondito locutus sum in loco terræ tenebroso: non dixi semini Jacob: Frustra quærite me: ego Dominus loquens justitiam, annuntians recta.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

te ambulabunt vincti compedibus, & adorabunt te, & te precabuntur: quoniam in te Deus est, & non alius Deus præter te: & inf. c. 29. p. 587. *adorabunt te, & in te precabuntur: quoniam in te Deus est, & non est alius Deus præter te.* Cypr. l. 2. Testim. p. 286. c. *Sic dicit Dominus Deus sabaoth: Fatigata est Ægyptus, & negotiatio Æthiopum, & Sabaim viri alti ad te transgredientur,* &c. ut sup. ap. Lactant. Hilarius l. 4. de Trin. col. 849. d. post vocem *sabaoth* ult. ℣. 13. proximè addit: *Laboravit Ægyptus, & mercatus Æthiopum, & Sabain: viri excelsi ad te transibunt, & tui erunt servi: & post te sequentur alligati vinculis, & adorabunt te, & in te deprecabuntur: quoniam in te est Deus, & non est Deus præter te:* quamvis autem è Græco ἐπὶ σοὶ Σαβαεὶμ ἄνδρες, planum sit nomen *Sabain*, jungi debere cum seq. *viri*, ut legatur *Sabaim viri*, non verò *Æthiopum & Sabaim*; tamen hanc ultimam lectionem tuetur videtur Hilarius, cùm dicat infra: *Et qui tandem existimandus labor Ægypti, & mercatus Æthiopum & Sabain:* & post paulò: *In Magis itaque & muneribus labor Ægypti, & mercatus Æthiopum & Sabain ostenditur:* deinde: *excelsi autem qui ad eum transituri sunt,* &c. Apud Zenon. autem Veron. l. 2. tract. 7. p. 158. ita: *Sic dicit Dom. Deus sabaoth: Fatigata est Ægyptus, & mercatus Æthiopum: ex Saba viri excelsi ad te transibunt, & tui erunt servi: & sequentur te alligati compedibus, & adorabunt te, & in te precabuntur: quoniam in te Deus est, & non est Deus alius præter te:* Mſ. tamen 1. Tol. ibid. habet & *Sabam*, non *ex Saba*. Ap. Ambr. l. 1. de fide, to. 2. 448. a. *Laboravit Ægyptus, & mercatus Æthiopum, & Sabaim viri excelsi ad te transibunt, & tui erunt servi: & post te sequentur alligati vinculis, & adorabunt te, & in te deprecabuntur: quoniam in te est Deus, & non est Deus præter te.* Eadem prorsus habet Fulg. resp. cont. Arian. p. 66. 67: Rursum Ambr. in Ps. 37. to. 1. p. 827. e. *Laboravit Ægyptus, mercatus Æthiopum, & Sabaim viri excelsi ad te transibunt:* & l. 2. de Spir. S. to. 2. 649. c. & *adorabunt te, & in te deprecabuntur.* Ambrosiast. col. 40. f. *quia in te est Deus, & non est Deus præter te.* Auct. lib. de fide orthod. ap. Ambros. col. 353. f. *Hæc dicit Dominus Deus: Fatigata est Ægyptus, & negotiatio Æthiopum, & Sabaim viri excelsi ad te transient, tui erunt servi: & post te ambulabunt vincti compedibus, & te deprecabuntur: quoniam in te Deus est, & non est alius Deus præter te.* Fulgent. verò, qui sup. resp. cont. Arian. concinit ad verbum cum Ambrosio, aliter legit l. pro fide cathol. p. 538. c. ita scilicet: *Fatigata est Ægyptus, & negotiatio Æthiopia: multi ad te venient, & tui erunt servi: & ambulabunt post te adligati compedibus, & adorabunt te, & te deprecabuntur: quoniam in te est Deus, & tu es Deus solus:* at l. 2. ad Trasim. c. 3. p. 91. b. *quoniam in te est Deus, & non est Deus præter te.* Victorin. Afric. l. 1. adv. Arium, p. 261. e. *Laboravit Ægyptus, & mercimonia Æthiopum, & Sabaim viri altissimi in te ambulabunt, & tibi erunt servi: & retro te sequentur ligati manicis, & te venerabuntur, & te precabuntur: quòd in te Deus est, & non est Deus extra te:* itidem l. 2. p. 275. a. dempto *te*, post *retro*, sicut & post *manicis*. Fausstin. presb. l. cont. Arian. p. 646. a. *Fatigata est Ægyptus, & negotiatio Æthiopum, & Sabaim viri excelsi ad te transibunt, & tui erunt servi: & post te sequentur adligati vinculis, & adorabunt te, & in te deprecabuntur: quoniam in te est Deus, & non est Deus præter te.* Vigil. Tapsi. l. cont. Varimad. p. 739. b. *Sic dicit Dominus Deus sabaoth: Laboravit Ægyptus, & mercatus est Æthiopas, & Sabaini viri excelsi ad te transibunt, & tui erunt servi: & post te sequentur alligati vinculis, & adorabunt, & te deprecabuntur.* Auct. quæst. N. T. q. 97. col. 87. b. *post te sequentur alligati vinculis, & adorabunt te, & in te deprecabuntur: quoniam in te est Deus, & non est Deus præter te.*

℣. 15. Consonat Græc. ad verbum. Ita quoque legunt Lactant. l. 4. Instit. c. 13. p. 576. Hilar. l. 4. de Trin. col. 849. d. 851. b. c. e. Ambrosiast. col. 40. f. Fulg. l. 2. ad Trasim. c. 3. p. 91. b. Fausstin. presb. l. cont. Arian. p. 646. a. & Vigil. Tapsi. cont. Varim. p. 728. d. at ipse p. 741. c. *In te est Deus, & nesciebamus: tu enim Deus sæculorum salvator.* Tertul. verò l. cont. Prax. p. 849. b. sic habet: *Tu enim es Deus noster, & nesciebamus; Deus Israëlis.* Cypr. l. 2. Testim. p. 286. c. *Tu enim es Deus, & non sciebamus; Deus Israël salvator.* Ambros. l. 1. de fide, col. 448. a. *Tu enim es Deus, & nesciebamus; Deus Israël.* Itidem Fulgent. resp. cont. Arian. p. 66. 67. addita voce *salvator*, post ult. *Israël:* item. l. 2. ad Trasim. p. 91. at l. pro fide cathol. p. 538. c. sic: *& nesciebamus, Deus Israël salvator noster.* Victorin. Afric. l. 1. adv. Arium, p. 261. e. *Tu es enim Deus, & non sciebamus; Deus Israël.*

℣. 16. Eadem fert Gr. edit. Rom. præter hæc tria fut. Αἰσχυνθήσονται, ἐγκατακλιθήσονται... ἐπορεύσονται. Lactant. l. 4. Instit. c. 13. p. 576. *Confundentur, & reverebuntur omnes qui adversantur tibi, & cadent in confusionem.* Similiter hab. Cypr. l. 2. Testim. p. 286. c. Hilar. verò l. 4. de Trin. col. 849. d. 851. b. c. e. *Erubescent, & pudebit omnes qui adversantur ei, & ibunt cum confusione:* nec aliter ap. Fulg. l. 2. ad Trasim. c. 3. p. 91. b. præter insolitum verbum *pudebunt*, pro *pudebit:* ita rursum resp. cont. Arian. p. 66. Fausstin. presb. cont. Arian. p. 646. a. *Erubescent, & confundentur omnes qui adversantur ei, & ibunt cum confusione.*

℣. 17. Græc. extremò addit ἔτι, *amplius;* antecedentia verò ut in Lat. sup. Cyrillus & Procop. tollunt ἔτι, cum Hieronymo.

℣. 18. Itidem Græcè, præter unum διώρισεν, *distinxit*, loco *paravit.* Tertul. l. cont. Hermog. p. 419. a. *Hæc dicit Dominus, qui fecit cœlum; iste Deus, qui demonstravit terram, & fecit illam:* & supra p. 418. c. *non in vacuum fecit illam, sed inhabitari.* Fulgent. l. pro fide cathol. p. 537. a. *Hæc dicit Dominus, qui fecit cœlum; hic Deus, qui extendit terram, & fecit eam: non in vanum fecit eam, sed ut inhabitaretur: ego sum, ego sum, & non est alius quis.* Vigil. Tapsi. l. cont. Varimad. p. 730. a. *Sic dicit Dominus, qui constituit cœlum & terram, & fecit eam, ipse infinivit eam:* & sup. 728. c. *ego sum Dom. Deus tuus, & non est alius præter me.* Vide inf. ℣℣. 21. 22.

℣. 19. In Gr. ed. Rom. sic geminatur sub finem: ἐγώ εἰμι, ἐγώ εἰμι Κύριος, &c. secus in Mediol. ac edd. Ald. & Compl. subinde Rom. & al. præponunt conjunct. ἐγὼ, verbo *annuntio;* sed Compl. eam delet; cæt. quadrant. Apud Vigil. Tapsi. l. cont. Varimad. p. 729. h. sic: *ego sum Dominus, qui loquor justitiam, & annuntio veritatem.* Similiter apud Cassiod. in Ps. 5. p. 25. a. præter vocem

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

20. Congregamini, & venite, & accedite simul qui salvati estis ex gentibus: nescierunt qui levant lignum sculpturæ suæ, & rogant Deum non salvantem.

21. Annuntiate, & venite, & consiliamini simul: quis auditum fecit hoc ab initio, ex tunc prædixit illud? nunquid non ego Dominus, & non est ultra Deus absque me? Deus justus, & salvans non est præter me.

22. Convertimini ad me, & salvi eritis omnes fines terræ: quia ego Deus, & non est alius.

23. In memetipso juravi, egredietur de ore meo justitiæ verbum, & non revertetur:

Rom. 14. 11. *Philip.* 2. 10. 24. quia mihi curvabitur omne genu, & jurabit omnis lingua.

25. Ergo in Domino, dicet, meæ sunt justitiæ & imperium: ad eum venient, & confundentur omnes qui repugnant ei.

26. In Domino justificabitur, & laudabitur omne semen Israël.

VERSIO ANTIQUA.

20. Congregamini, & venite, & consulite simul qui salvamini de gentibus: non cognoverunt qui portant lignum sculpturæ suæ, orant deos non salvantes. *Hieron. ubi sup.*

21. Si annuntiant, appropinquent, ut sciant simul: quis audita fecit hæc ab initio, tunc annuntiatum est vobis? nonne ego Dominus Deus, & non est alius absque me? justus, & salvans non est præter me.

22. Convertimini ad me, & salvi eritis ab extremis terræ: ego sum Deus, & non est alius.

23. Per memetipsum juro, nisi egredietur de ore meo justitia, sermones mei non avertentur:

24. quia mihi incurvabit omne genu, & jurabit, & confitebitur omnis lingua Deo,

25. dicens: Justitia, & gloria ad eum veniet, & confundentur omnes qui separant se à Domino.

26. Justificabitur, & in Deo glorificabitur omne semen filiorum Israël.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

recta, loco *veritatem*.

℣. 20. Similiter in Græco, nisi id exceperis, γλύμμα αὐτῶν, *sculpturam suam*, loco *sculpturæ suæ*; præponitur etiam ibid. ᾧ, verbo *orant*.

℣. 21. Eadem fert Gr. ed. Rom. præter hoc, ἐγὼ ὁ Θεός, loco *nonne ego Dominus Deus?* at in Mſ. Mediol. necnon in edd. Ald. & Compl. est: οὐχὶ ἐγὼ Κύριος ὁ Θεός; Apud Novatian. l. de Trin. p. 1052. b. *ego sum Deus, & non est præter me justus, & salvans*; Gr. σωτήρ. Nicetius epist. 2. Conc. to. 5. 834. b. *ego sum salvator, & non est alius præter me.* Fulg. resp. cont. Arian. p. 66. & l. 1. de rem. pecc. c. 7. p. 364. *ego Deus, & non est alius præter me; justus, & salvans, & non est alius præter me.* Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 728. a. *ego sum Deus, & non est præter me alius.*

℣. 22. Itidem Græcè, exceptis his mediis, οἱ ἀπ' ἐσχάτου τῆς γῆς, *qui ab extremo terræ.* Apud Tertul. l. cont. Hermog. p. 412. c. *ege quidem Deus.* Apud Fulg. resp. cont. Arian. p. 66. a. *Convertimini ad me, & salvi eritis: quia ab extremo terræ ego sum Deus, & non est alius.*

℣. 23. Ita de Græco, verbum è verbo. Tertul. l. 2. adv. Marc. p. 654. b. *Sed* &, inquit, *jurat Deus per semetipsum:* & l. cont. Hermog. p. 412. c. *Juravit nonnunquam per semetipsum, quòd alius non sit qualis ipse.* Fulg. resp. cont. Arian. p. 66. a. *Per memetipsum juro, quoniam exibit* (al. *exivit*) *ex ore meo justitia, & verba mea non avertentur:* at l. pro fide cathol. p. 537. a. *Per meipsum juro, nisi prodierit de ore meo justitia, verba mea non revertentur.* Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 728. a. *Per meipsum juro, quia exivit ex ore meo veritas, & sermo meus non auferetur.* Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 9. p. 6. d. *Per memetipsum juro, nisi exiet de ore meo justitia, & verba mea non avertentur.*

℣. 24. Edit. Rom. delet hoc, & *confitebitur*; ultimò verò hab. τὸν Θεόν; cæt. ut in textu: contrà Mſs. Alex. & Mediol. tollunt istud, & *jurabit*, sed habent, ᾧ ἐξομολογήσεται πᾶσα γλῶσσα τῷ Θεῷ, ut in Lat. supra. Fulgent. resp. cont. Arian. p. 66. *mihi enim inclinabit* (al. *inclinavit*) *universitas genu, & jurabit omnis lingua per Deum:* at insta, p. 67. *Vivo ego, dicit Dominus, quoniam mihi flectetur omne genu, & omnis lingua confitebitur Deo:* & l. pro fide cathol. p. 537. a. *quoniam mihi flectetur omne genu, & jurabit omnis lingua Deum.* Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 728. b. *quia mihi inclinabitur omne genu, & omnis lingua jurabit per Dominum.* Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 9. p. 6. d. *quia mihi flectetur omne genu, & confitebitur omnis lingua Deo.*

℣. 25. Sic habetur Græcè, nisi quòd hoc ult. *à Domino*, jungitur verbo *justificabitur*, pro quo δικαιωθήσονται num. plurali. Similiter apud Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 728. a. b. *Justitia, & gloria ad eum veniet.*

℣. 26. Itidem Græcè, præter verbum primum δικαιώθήσονται, *justificabuntur*; Mſ. Alex. præterea habet, ἐνδοξασθήσονται, ᾧ πᾶν, &c. Rom. verò ed. ἐνδοξασθήσεται πᾶν, ut supra.

CAPUT XLVI.

VULGATA NOVA.

1. COnfractus est Bel, contritus est Nabo: facta sunt simulachra eorum bestiis & jumentis, onera vestra gravi pondere usque ad lassitudinem.

2. Contabuerunt, & contrita sunt simul: non potuerunt salvare portantem, & anima eorum in captivitatem ibit.

3. Audite me domus Jacob, & omne residuum domus Israël, qui portamini à meo utero, qui gestamini à mea vulva.

4. Usque ad senectam ego ipse, & usque ad

VERSIO ANTIQUA.

1. CEcidit Bel, contritus est Dagon: facta sunt sculptilia eorum in bestias & jumenta: portatis ea colligata, quasi onus laboranti, & deficienti, *Hieron. in Isai. 46. col. 340. ex Lxx.*

2. & esurienti, nec prævalenti simul: qui non poterunt salvari de bello, ipsi autem captivi ducti sunt.

3. Audite me domus Jacob, & omnes reliquiæ Israël, qui portamini de utero, & erudimini à * parvulo

4. usque ad senectutem. Ego sum, & donec se- * *Inf.* ab infantia. *Ibid.* 341.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Similiter habet Gr. ed. Rom. excepto nomine Ναεώ, pro *Dagon*; sed Mſ. Alex. necnon edd. Ald. & Compl. scribunt Δαγών, cum Cyrillo & Procopio: extremò ed. Rom. tollit ᾧ, ante verbum *deficienti*; servant verò Mſs. Alex. & Mediol. Apud Cyprian. l. 3. Testim. p. 321. c. sic: *Cecidit Bel, dissolutus est draco: facta sunt sculptilia eorum ut bestiæ & pecora: auferetis illa collo ligata, quasi sarcinam, laborantes, & esurientes, & non valentes:* Mſs. Cypr. scribunt *Vel*, pro *Bel*; sed more vet. librariis usitato, qui sæpe *v*, mutant in *b*, & vice versa: imperitè autem in noviſſima edit. servatum est *Vel*; nec multò meliùs, ni fallor, vox *draco*, quæ proximè accedit isti, *Dagon:* porro *Dagon* in multis legitur Græcis; nuspiam, quod noverim, *draco*.

℣. 2. Sic est in Græco. Edit. nova Hieron. fert *salvare*, non *salvari*; sed aperto mendo, quod correximus; nam in Gr. constanter, Ζαθῆναι. Similiter ap. Cypr. l. 3. Testim. p. 322. a. *Collecti simul non poterunt salvari de bello: ipsi autem captivi ducti sunt tecum.*

℣. 3. Ita rursum in Græco. Item ap. Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 728. b. *Audite domus Jacob, & residuum Israël, qui egredimini ex utero, & erudimini à puero.*

℣. 4. Eadem exhibet Græc. nisi excipias verbum ἀνήσω, loco *portabo*; ad litt. *remittam*. Ambros. l. de instit.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup. nescatis ego sum, ego sustineo vos: ego feci, & ego portabo: ego suscipiam, & salvos vos faciam.

5. Cui assimilastis me? videte, excogitate qui erratis,

6. & confertis aurum de sacculo, & argentum in statera appenditis, & conducitis aurificem: fecerunt opera manuum, & incurvati adoraverunt.

7. Portant illud in humeris, & vadunt: si autem posuerint illud in loco suo, manet, & non movebitur: & qui clamaverit ad illud, non audiet, & de malis non liberabit eum.

8. Mementote horum, & ingemiscite: agite pœnitentiam qui erratis, revertimini corde.

9. Et mementote priorum à sæculo, quoniam ego sum Deus, & non est ultra præter me:

10. Qui annuntio priùs novissima, antequam fiant & compleantur, & dixi: Omnis voluntas mea stabit, & cuncta quæ cogitavi, faciam:

11. Qui voco ab Oriente avem, & de terra longinqua, de quibus cogitavi: locutus sum, & adduxi: creavi, & feci.

Ibid. 342. 12. Audite me qui perdidistis cor, qui longè estis à justitia.

13. Adduxi justitiam meam; & salutem, quæ à me est, tardare non faciam. Dedi in Sion salutem, & Israëli gloriam.

VULGATA NOVA.

canos ego portabo: ego feci, & ego feram: ego portabo, & salvabo.

5. Cui assimilastis me, & adæquastis, & comparastis me, & fecistis similem?

6. Qui confertis aurum de sacculo, & argentum statera ponderatis: conducentes aurificem, ut faciat Deum: & procidunt, & adorant.

7. Portant illum in humeris gestantes, & ponentes in loco suo: & stabit, ac de loco suo non movebitur: sed & cùm clamaverint ad eum, non audiet: de tribulatione non salvabit eos. Psal. 6. 25.

8. Mementote istud, & confundamini: redite prævaricatores ad cor.

9. Recordamini prioris sæculi, quoniam ego sum Deus, & non est ultra Deus, nec est similis mei:

10. Annuntians ab exordio novissimum, & ab initio quæ necdum facta sunt, dicens: Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet:

11. Vocans ab Oriente avem, & de terra longinqua virum voluntatis meæ: & locutus sum, & adducam illud: creavi, & faciam illud.

12. Audite me duro corde, qui longè estis à justitia.

13. Prope feci justitiam meam, non elongabitur, & salus mea non morabitur. Dabo in Sion salutem, & in Israël gloriam meam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

virg. to. 2. p. 258. d. similiter legit: *Ego sum Deus, & donec senescatis ego sum:* vide etiam in Luc. 2. to. 1. 1284. 2. Apud Aug. in Ps. 112. to. 4. 1251. e. *Ego sum, & usquedum senescatis ego sum.* Apud Vigil. Tapsi. l. cont. Varimad. p. 728. b. *usque ad senectutem. Ab initio ego sum, & quousque senescatis ego sum: ego feci, ego sustineo, ego remittam, ego suscipiam, dicit Dominus.*

℣. 5. Itidem Græcè. Cypr. l. 3. Testim. p. 322. a. legit: *Cui me assimilastis? videte, & intelligite quia erratis corde.* Ambros. l. 1. de fide, to. 2. p. 459. b. *Cui me similem æstimabis?* Auct. l. de fide orth. p. 352. b. *Cui me comparabitis?*

℣. 6. Cypr. l. 3. Testim. p. 322. a. *Qui committitis aurum de sacculo, & argentum in statera ponderatis, in pondera conducentes artifices: fecerunt manufalla, & inclinantes se, adoraverunt illud.* Edit. Rom. Οἱ (Mss. Mediolan. cum edd. Ald. & Compl. Καὶ οἱ) ξυμβαλλόμενοι χρυσὸν ἐκ μαρσυπίου, καὶ ἀργύριον ἐν ζυγῷ· στήσαντι ἐν σταθμῷ (Compl. σταθμίζετε,) καὶ μισθοῦσθαι χρυσοχόον, ἐποίησαν χειροποίητα· καὶ κύψαντες, προσκυνῆσιν αὐτοῖς.

℣. 7. Edit. Rom. pro *in humeris*, legit singulariter, ἐπὶ τῷ ὤμῳ, *super humerum*; Mss. autem Alex. ἐπὶ τῶν ὤμων· subinde ed. Rom. delet &, post verbum *manet*; loco verò *ad illud, non audiet*, &c. ponit, πρὸς αὐτὸν, καὶ μὴ εἰσακούσῃ· ἀπὸ κακῶν καὶ μὴ σώσῃ αὐτόν· *ad ipsum, non exaudiet: à malis non salvabit eum:* in Mss. Alex. καὶ μὴ ἀκούσῃ. Apud Cypr. l. 3. Testim. p. 322. a. *Et levaverunt in humeris, & sic ambulabant: si autem posuerint illa loco, manebunt, & non movebuntur: & qui clamaverint ad illa, non audient: à malis non salvabunt eos.*

℣. 8. Itidem Græcè, præter unum præt. οἱ πεπλανημένοι, *qui erratis.* Augustin. in Joh. 5. col. 435. d. *Redite prævaricatores ad cor.* Auct. quæst. ex utroq. Test. q. 102. ap. Aug. to. 3. 94. b. *pœnitentiam agite qui erratis, & convertimini.* Victor Tun. ap. Ambros. col. 602. f. *redite filii desertores.*

℣. 9. Sic est in Græco, verbum pro verbo. Ap. Iren. l. 2. c. 9. p. 126. b. *ego sum Deus, & præter me non est alius Deus.* Apud Vigil. Tapsi. l. cont. Varimad. p. 728. c. *ego sum Dominus Deus, & præter me non est Deus.*

℣. 10. Edit. Rom. pro *compleantur*, hab. ἅμα ζυντελεσθῆναι; sed à Compl. abest ἅμα: subinde in Rom. ἡ βουλή, loco *voluntas*; ut & βουλεύσομαι, pro *cogitavi*; cæt. ut supra. Apud Vigil. Tapsi. l. cont. Varimad. p. 728. c. *Annuntians novissima, priusquam fiant, & statim consummata sunt:* & inf. 730. a. *Omne consilium meum stabit, & omnia quæcunque cogitavi, ego feci.* Apud Cassiod. in Ps. 32. p. 108. a. *Omne consilium meum stabile erit, & omnia quæcunque cogitavi, efficiam.*

℣. 11. Ita fert Græc. ad verbum; sed in fine, post *feci*, rursum ponit: ἤγαγον αὐτὸν, καὶ εὐώδωσα τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, quæ absunt ab edit. Compl. Apud Vigil. Tapsi. l. cont. Varimad. p. 729. h. *cogitavi, & locutus sum: & adduxi, & creavi, & feci.*

℣. 12. Ita legit Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 199. a. nisi quòd adjungit *vestrum*, ad *cor.* Græc. textui Lat. congruit.

℣. 13. Græc. ipso initio hab. Ἤγγισα, *Prope feci*, pro *Adduxi*; extremòque ponit εἰς, *in*, ante *gloriam*, detracto præcedenti &; cæt. quadrant. Eò spectare videntur illa Tertulliani l. 3. adv. Marc. p. 679. a. *Longè quique à justitia mea, appropinquaverunt justitiæ meæ, & veritati:* & l. 5. p. 799. b. *Qui longè erant à me, appropinquaverunt justitiæ meæ.*

CAPUT XLVII.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Isai. 47. col. 343. ex Lxx. 1. DEscende, sede super terram virgo filia Babylonis, sede in terram: non est solium filiæ Chaldæorum, quoniam nequaquam ultra vocaberis mollis & tenera.

VULGATA NOVA.

1. DEscende, sede in pulvere virgo filia Babylon, sede in terra: non est solium filiæ Chaldæorum, quia ultra non vocaberis mollis & tenera.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. In Gr. edit. Rom. deest τὸ *non est solium*; loco verò *filiæ*, habetur θυγάτηρ, *filia*; item pro *ultra vocaberis*, προσεθύνη κληθῆναι, *adjicieris vocari*; cæt. ut in textu Lat. In ed. tamen Compl. est, οὐκ ἔστι θρόνος θύγατερ Χαλδαίων. Hieron. ep. 18. ad Eustoch. to. 4. p. 2. col. 29. d. rursum legit: *Descende, sede in terra virgo filia Babylonis, sede in terra: non est solium filiæ Chaldæorum, non vocaberis ultra mollis & delicata.* Similiter hab. Gaud. Brix.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

2. Tolle molam, & mole farinam : denuda turpitudinem tuam, discooperi humerum, revela crura, transi flumina.

Nah. 3. 5. 3. Revelabitur ignominia tua, & videbitur opprobrium tuum : ultionem capiam, & non resistet mihi homo.

4. Redemptor noster, Dominus exercituum nomen illius, sanctus Israël.

5. Sede tacens, & intra in tenebras filia Chaldæorum : quia non vocaberis ultra domina regnorum.

6. Iratus sum super populum meum, contaminavi hæreditatem meam, & dedi eos in manu tua : non posuisti eis misericordias : super senem aggravasti jugum tuum valde.

7. Et dixisti : In sempiternum ero domina : non posuisti hæc super cor tuum, neque recordata es novissimi tui.

8. Et nunc audi hæc delicata, & habitans *Apocal.* confidenter, quæ dicis in corde tuo : Ego sum, 18. 7. & non est præter me ampliùs : non sedebo vidua, & ignorabo sterilitatem.

VERSIO ANTIQUA.

2. Tolle molam, mole farinam : revela operimentum tuum, denuda canos, discooperi tibias, transi flumina. *Hieron. ubi sup.*

3. Revelabitur ignominia tua, apparebunt opprobria tua : quod justum est de te auferam, nequaquam ultra tradam hominibus.

4. Dixit qui eruit te Dominus sabaoth : nomen ejus, sanctus Israël. *Ibid.* 344.

5. Sede compuncta, ingredere in tenebras filia Chaldæorum : nequaquam ultra vocaberis fortitudo regni.

6. Iratus sum contra populum meum, contaminavi hæreditatem meam, ego dedi eos in manum tuam : tu verò non dedisti eis misericordiam : seni aggravasti jugum valde.

7. Et dixisti : In æternum ero domina : non intellexisti hæc in corde tuo, neque recordata es novissimorum.

8..... sedeo regina, & vidua non sum. *Gregor. l. 3. Moral. c. 31. p. 97. d.*

VULGATA NOVA.

Inf. 51. 19. 9. Venient tibi duo hæc subitò in die una, sterilitas & viduitas : universa venerunt super te, propter multitudinem maleficiorum tuorum, & propter duritiam incantatorum tuorum vehementem.

10. Et fiduciam habuisti in malitia tua, & dixisti : Non est qui videat me : sapientia tua & scientia tua hæc decepit te. Et dixisti in corde tuo : Ego sum, & præter me non est altera.

VULGATA NOVA.

11. Veniet super te malum, & nescies ortum ejus : & irruet super te calamitas, quam non poteris expiare : veniet super te repentè miseria, quam nescies.

12. Sta cum incantatoribus tuis, & cum multitudine maleficiorum tuorum, in quibus laborasti ab adolescentia tua, si fortè quid prosit tibi, aut si possis fieri fortior.

13. Defecisti in multitudine consiliorum tuorum : stent, & salvent te augures cœli, qui contemplabantur sidera, & supputabant menses, ut ex eis annuntiarent ventura tibi.

14. Ecce facti sunt quasi stipula, ignis combussit eos : non liberabunt animam suam de manu flammæ : non sunt prunæ, quibus calefiant ; nec focus, ut sedeant ad eum.

15. Sic facta sunt tibi in quibuscunque laboraveras : negotiatores tui ab adolescentia tua, unusquisque in via sua erraverunt : non est qui salvet te.

VERSIO ANTIQUA.

11. Veniet super te perditio, & nescies : fovea, & incides in eam..... *Hieron. in Isai. 47. col. 345.*

12. Sta nunc in incantationibus tuis, & in multis maleficiis tuis, quæ discebas ab adolescentia tua, quæ non prodesse tibi possunt.

13. Et laborasti in consiliis tuis : stent, & salvam te faciant astrologi cœli, qui contemplantur stellas : annuntient tibi quid venturum sit super te.

14. Ecce omnes quasi phrygana in igne comburentur, & non eruent animam suam de flamma : quia habes carbones ignis, sedebis super eos.

15. Hi erunt tibi in adjutorium : laborasti in commutatione tua ab adolescentia, homo in semetipso erravit : tibi autem non erit salus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ser. 8. p. 955. d. *non vocaberis ultra mollis & delicata.*

℣. 2. Similiter in Græco. Idem etiam Hieron. ep. 18. ad Eustoch. to. 4. p. 2. col. 29. d. legit : *Accipe molam, mole farinam : discooperi velamen tuum, denuda crura, transi flumina.* Ambr. in Ps. 118. col. 1188. c. *transgredere flumina.* Gaud. Brix. ser. 8. p. 955. d. *Sede in terra, & accipe molam, & mole.*

℣. 3. Ita rursum Græcè. Item apud Gaud. Brix. ser. 8. p. 955. d. *apparebunt opprobria tua :* sicut apud Hieron. ep. 18. ad Eustoch. to. 4. p. 2. col. 29. d.

℣. 4. Edit. Rom. delet verbum 1. *dixit ;* sed habet Mſ. Alex. subinde in ed. Rom. ὄνομα αὐτῷ, *nomen ei ;* cæt. ut in Lat. sup.

℣. 5. Itidem Græcè.

℣. 6. Eadem fere Gr. edit. Rom. præter verbum ἐμίανας, *contaminasti ;* Mſ. verò Mediol. cum edd. Ald. & Compl. hab. ἐμίανα, *contaminavi ;* subinde, τῷ πρεσβυτέρῳ, pro *seni ;* Compl. πρεσβύτῃ. Hieron. in Zach. 1. to. 3. 1712. c. *ego dedi eos in manus tuas : tu autem non fecisti eis misericordiam : senis aggravasti jugum.*

℣. 7. Consonat Græcum ad verbum.

℣. 8. Græc. ὁ καθὼ χήρα, οὐδὲ γνώσομαι ὀρφανίαν· non *sedebo vidua, neque cognoscam orbitatem.*

℣. 11. Hieron. dicit ita transtulisse LXX. Ita quoque est in editione Romana.

℣. 12. Græcè, pro *multis maleficiis tuis*, legitur singulariter, πολλῇ φαρμακείᾳ σου, *multo maleficio tuo ;* & post paulò, loco *quæ non prodesse tibi possunt*, ita, εἰ λυτήσῃ ὠφελεῖσθαι, *si poteris adjuvari ;* cæt. ut supra.

℣. 13. Eadem prorsus in Græco, deleta 1. conjunct. & ; positoque νῦν, *nunc*, post verbum *stent ;* sed à Mſ. Alex. abest νῦν.

℣. 14. Itidem Græcè, excepto verbo κάθισαι, *sede*, pro *sedebis ;* at in Compl. καθίσεις. Hieron. in Ezech. 1. col. 706. b. & in Amos 7. col. 1434. a. & ep. ad Damas. to. 3. 522. a. constanter legit : *habes carbones ignis, sedebis super eos.*

℣. 15. Ita rursum in Græco, detractis voculis duabus, nempe *in*, ante *adjutorium*, & *tua*, post *commutatione ;* in Mſ. tamen Alex. est ὡς τῇ μεταβολῇ σου. Hieron. in Ezech. 1. col. 706. b. & in Amos 7. col. 1434. a. & ep. ad Damas. to. 3. 522. a. constanter hab. *Hi erunt tibi in adjutorium.*

Digitized by Google

CAPUT XLVIII.

Vulgata nova.

1. AUdite hæc domus Jacob, qui vocamini nomine Iſraël, & de aquis Juda exiſtis, qui juratis in nomine Domini, & Dei Iſraël recordamini non in veritate, neque in juſtitia.

2. De civitate enim ſancta vocati ſunt, & ſuper Deum Iſraël conſtabiliti ſunt : Dominus exercituum nomen ejus.

Versio antiqua.

Hieron. in Iſai. 42. col. 347. ex Lxx.

3. Priora adhuc annuntiavi, & de ore meo egreſſa ſunt, & auditum factum eſt : ſubitò feci, & venerunt.

4. Scio quia durus es, & nervus ferreus collum tuum, & frons tua ænea.

5. Et annuntiavi tibi olim : antequam venirent ſuper te, auditum tibi feci, ne fortè diceres : Quia idola mihi fecerunt, ſculptilia & conflatilia mandaverunt mihi.

6. Audiſtis omnia, & vos non cognoviſtis : ſed audita tibi feci nova à nunc, quæ futura ſunt :

7. & non dixiſti : Nunc fiunt, & non olim, & non in prioribus diebus : ne dicas : Etiam novi ea.

8. Neque noſti, neque ſcis, neque à principio aperui aures tuas : ſcio enim quoniam prævaricans prævaricaberis, & iniquus adhuc ex utero vocaberis.

9. Propter nomen meum oſtendam tibi furorem meum : & glorioſa mea inferam ſuper te, ut non te interficiam.

10. Ecce vendidi te, non propter argentum : erui autem te de fornace paupertatis.

11. Propter me faciam, quia nomen meum polluitur : & gloriam meam alteri non dabo.

Ibid. 348.

12. Audi me Jacob, & Iſraël quem ego voco : ego ſum primus, & ego in ſempiternum.

13. Et manus mea fundavit terram, & dextera mea firmavit cœlum : vocabo eos, & ſtabunt ſimul.

14. Et congregabuntur omnes, & audient : quis eis nunciavit hæc ? Diligens te, feci voluntatem tuam ſuper Babylonem, ut auferrem ſemen Chaldæorum.

Vulgata nova.

3. Priora ex tunc annuntiavi, & ex ore meo exierunt, & audita feci ea : repentè operatus ſum, & venerunt.

4. Scivi enim quia durus es tu, & nervus ferreus cervix tua, & frons tua ærea.

5. Prædixi tibi ex tunc : antequam venirent indicavi tibi, ne fortè diceres : Idola mea fecerunt hæc, & ſculptilia mea, & conflatilia mandaverunt iſta.

6. Quæ audiſti, vide omnia : vos autem num annuntiaſtis ? Audita feci tibi nova ex tunc, & conſervata ſunt quæ neſcis :

7. nunc creata ſunt, & non ex tunc : & ante diem, & non audiſti ea, ne fortè dicas : Ecce ego cognovi ea.

8. Neque audiſti, neque cognoviſti, neque ex tunc aperta eſt auris tua : ſcio enim quia prævaricans prævaricaberis, & tranſgreſſorem ex utero vocavi te.

9. Propter nomen meum longè faciam furorem meum : & laude mea infrenabo te, ne intereas.

10. Ecce excoxi te, ſed non quaſi argentum, elegi te in camino paupertatis.

11. Propter me, propter me faciam, ut non blaſphemer : & gloriam meam alteri non dabo. *Sup. 42. 8.*

12. Audi me Jacob, & Iſraël quem ego voco : ego ipſe, ego primus, & ego noviſſimus. *Sup. 41. 4. & 44. 6. Apoc. 1. 8. 17. & 22. 13.*

13. Manus quoque mea fundavit terram, & dextera mea menſa eſt cœlos : ego vocabo eos, & ſtabunt ſimul.

14. Congregamini omnes vos, & audite : quis de eis annuntiavit hæc ? Dominus dilexit eum, faciet voluntatem ſuam in Babylone, & brachium ſuum in Chaldæis.

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 3. Sic habet Græc. niſi excipias verbum ult. ἐπῆλθε, *advenerunt.*

℣. 4. Itidem Græcè ; ut & rurſum apud Hieron. in Ezech. 2. col. 711. a.

℣ 5. Edit. Rom. addit ἃ, *quæ*, poſt *olim ;* delet verò Compl. ſubinde in Rom. repetitur ὃ εἶπας, ὅτι, & *dicas, quia*, ante vocem *ſculptilia ;* cætera quadrant ad verbum.

℣. 6. Ita prorſus in Græco.

℣. 7. Sic iterum Græcè, deletâ præp. *in*, ante vocem *prioribus ;* poſtpoſito verò, ἤκουσας αὐτά, *audiſti ea*, huic ſeq. *dicas.* Apud Hilar. in Pſ. 118. p. 320. b. ita : *ne dicas de mandatis meis, quòd cognoveris ea.* Apud Hieron. in Eccleſ. to. 2. 766. a. *ne dicas : Etiam cognoſco eam.*

℣. 8. Similia prorſus in Græco, præter unum ἀπίσω, vel ut in Compl. ἀπ' ἴσας, pro *ſcis.* Hilar. in Pſ. 118. col. 320. b. *Neque cognoviſti, neque credidiſti ea, neque ab initio aperni tibi aures : cognovi enim quòd ſpernens ſperneres, & quòd iniquus adhuc ex ventre vocandus eſſes.* Hieron. in Eccleſ. to. 2. 766. a. *Neque cognoviſti, neque ſcis, neque à principio aperui tibi aures : ſcio enim quia contemnens contemnis.* Tichon. reg. 2. p. 51. e. *ſcio quoniam reprobatus reprobaberis.*

℣. 9. Similiter in Græco. Tichon. reg. 2. p. 51. e. legit : *Propter nomen tuum* (l. *meum*) *oſtendam tibi dignitatem meam : & præclara mea ſuperducam tibi.*

℣. 10. Sic eſt in Græco. Hieron. verò inf. 348. a. legit : *Ecce vendidi te, non in pecunia : ſed vendidi te peccatis tuis, & erui te de fornace paupertatis.*

℣. 11. Sic habetur Græcè, additâ voculâ σοὶ, *tibi*, ad verbum *faciam ;* ſed abeſt in ed. Compl. Novatian. l. de Trin. p. 1032. c. legit : *quoniam majeſtatem meam non dabo alteri.*

℣. 12. Eodem modo legit Aug. l. 20. de civit. Dei, c. 30. to. 7. 614. c. l. verò cont. Maximin. to. 8. 721. d. habet : *Audite me Jacob, & Iſraël quem ego vocabo : ego ſum primus, & ego ſum in æternum :* ita rurſum l. cont. ſerm. Arian. to. 8. 638. a. ſublato ult. *ſum.* Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 303. a. textui accinit, niſi quòd ultimò habet *in æternum.* Ita quoque in Græco eſt, repetito verbo εἰμὶ, poſt 2. *ego ;* ſed abeſt ab ed. Compl. Similiter apud Ambroſ. l. 2. de fide, to. 2. 484. e. & l. 3. de Spir. S. col. 666. c. *ego ſum primus, & ego in æternum.* Sic etiam apud Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 730. a. & apud Auct. quæſt. N. Teſt. q. 97. p. 89. a.

℣. 13. Concinit Græc. ad verbum. Ambroſ. l. 3. de Spir. S. to. 2. 666. c. legit : *Et manus mea fundavit terram, & dextera mea ſolidavit cœlum : vocabo eos, & adſtabunt ſimul.* Similiter Auguſt. l. 2. cont. Maximin. to. 8. p. 721. d. detracta una conjunct. &, ante vocem *dextera*, quam etiam omittit Ambroſ. l. 2. de fide, col. 484. e. necnon Auguſt. l. cont. ſerm. Arian. to. 8. 638. a. qui rurſum leg. *ſolidavit cœlos*, & in fine, *adſtabunt ſimul :* ſed l. 20. de civit. Dei, c. 30. to. 7. 614. c. concinit omnino cum textu Hieron. Itidem Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 303. a. niſi quòd addit *omnes*, ad hoc, *vocabo eos :* lib. verò cont. Varimad. p. 730. a. legit : *Manus mea fundavit terram, & dextera mea ſolidavit cœlum.* Ita quoque Auct. quæſt. N. Teſt. q. 97. ap. Auguſt. to. 3. 89. a.

℣. 14. Eadem prorſus habet Aug. l. 20. de civit. Dei, c. 30. to. 7. 614. c. at l. cont. ſerm. Arian. to. 8. 638. a. legit : *Convenient etiam univerſi, & audient : quis illis nunciavit hæc ? Diligens autem te, feci voluntatem tuam ſuper*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

15. Ego ego locutus ſum, & vocavi eum: adduxi eum, & directa eſt via ejus.

16. Accedite ad me, & audite hoc: non à principio in abſcondito locutus ſum: ex tempore antequam fieret, ibi eram: & nunc Dominus Deus miſit me, & ſpiritus ejus.

17. Hæc dicit Dominus redemptor tuus ſanctus Iſraël: Ego Dominus Deus tuus docens te utilia, gubernans te in via, qua ambulas.

18. Utinam attendiſſes mandata mea: facta fuiſſet ſicut flumen pax tua, & juſtitia tua ſicut gurgites maris,

19. & fuiſſet quaſi arena ſemen tuum, & ſtirps uteri tui ut lapilli ejus: non interiſſet, & non fuiſſet attritum nomen ejus à facie mea.

Jer. 51. 6. 20. Egredimini de Babylone, fugite à Chaldæis, in voce exſultationis annuntiate: auditum facite hoc, & efferte illud uſque ad extrema terræ. Dicite: Redemit Dominus ſervum ſuum Jacob.

21. Non ſitierunt in deſerto, cùm educeret *Exod.* eos: aquam de petra produxit eis, & ſcidit petram, & fluxerunt aquæ. *17. 6. Num. 20. 12.*

22. Non eſt pax impiis, dicit Dominus. *Inſ. 57. 21.*

VERSIO ANTIQUA.

15. Ego locutus ſum, & ego vocavi: adduxi eum, & proſperam feci viam ejus. *Hieron. ubi ſup.*

16. Adducite ad me, & audite hæc: non à principio in abſcondito locutus ſum: quando fiebat, ibi eram: & nunc Dominus Deus miſit me, & ſpiritus ejus.

17. Sic dicit Dominus, qui liberavit te* ſanctus Iſraël: Ego ſum Deus, oſtendi tibi viam, in qua ambules. *Incif. Cal. l. de reg. apoſt. p. 220. c.*

18. Et ſi audiſſes mandata mea, facta fuiſſet ut fluvius pax tua, & juſtitia ut fluctus maris: * Edit. vitiosè *ſanctum.*

19. & factum eſſet ſicut arena maris ſemen tuum, & nati ventris tui.....

20. Exi de Babylone, fugiens à Chaldæis: [a] vocem jucunditatis annuntiate, & audiatur: annuntiate uſque ad extremum terræ: Liberavit Dominus populum ſuum. *Ambr. l. de Iſaac, c. 6. col. 373. d.* [a] *Miſſale Rom. ad Introit. Dom. 5. poſt Paſcha.*

21. Si ſitierint, per deſerta adducet illos: aquam de petra producet illis, findetur petra, & fluet aqua, & bibet plebs mea. *Cypr. l. 1. Teſt. p. 279. b.*

22. Non enim eſt gaudere impiis, dicit Dominus. *Iren. l. 1. p. 83. c.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Babylonem, ut tollatur ſemen Chaldæorum: ita rurſum l. 2. cont. Maximin. to. 8. 721. d. detracto uno *autem*, poſt *diligens.* Ambroſ. l. 3. de Spir. S. to. 2. 666. c. *Et congregabuntur omnes, & audient: quis illis hæc denuntiavit? Diligens te, feci voluntatem tuam adversùs Babylonem, ut tollatur ſemen Chaldæorum:* vide etiam in Pſ. 118. to. 1. 1131. d. Vigilius Tapſ. l. 12. de Trin. p. 303. a. *Et congregabuntur omnes, & audient: quis annuntiavit eis talia? Diligens te, feci voluntatem tuam in Babylone, ut tollam ſemen Chaldæorum.* Græc. textui Hieron. conſonat ad verbum, habetque τίς αὐτοῖς ἀπήγγειλε; Symmach. τίς αὐτῷ, *quis ei:* ſic etiam ferunt Mſs. plures Auguſt. ſup. l. de civit. Dei; ſed refragantur alii Mſs. ejuſdem libri, ſicut omnes utriuſque cont. Maximin. & contra ſerm. Arian.

℣. 15. Itidem Græcè, ſublata una conjunct. &, poſt *locutus ſum;* at in Compl. ἐγὼ ἐκάλεσα. Item apud Ambroſ. l. 3. de Spir. S. to. 2. 666. d. & l. 2. de fide, col. 484. f. *Ego locutus ſum, & ego vocavi: adduxi eum, & proſperum iter ejus feci.* Ap. Auguſt. l. 20. de civit. Dei, c. 30. col. 614. c. d. *Et locutus ſum, & ego vocavi: adduxi eum, & proſperam feci viam ejus:* at l. cont. ſerm. Arian. to. 8. 638. b. & l. cont. Maximin. col. 721. e. *Ego locutus ſum, ego vocavi: adduxi illum, & proſperam viam ejus feci.* Auct. quæſt. N. T. q. 97. ap. Aug. to. 3. 89. a. *Ego locutus ſum, ego vocavi: ego adduxi eum, & proſperum iter ejus feci.* Similiter habet Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 303. a. deleto uno *ego*, poſt *vocavi:* item l. cont. Varimad. p. 732. a. *Ego vocavi, & adduxi eum, & proſperum iter*, &c.

℣. 16. Eadem ſunt in Græco, præter iſtud, Κύριος Κύριος, loco *Dominus Deus;* in Mſ. Alex. ſemel tantùm Κύριος, abſque ſeq. *Deus.* Apud Ambroſ. l. 2. de fide, to. 2. 484. f. *Accedite ad me, & audite hæc: non in occulto ab initio locutus ſum: cùm fierent, illic eram: & nunc Dominus miſit me, & ſpiritus ejus:* itidem l. 3. de Spir. S. col. 666. d. præter iſta: *& nunc Dominus Deus miſit, & ſpiritus ejus.* Auguſt. l. 20. de civit. Dei, c. 30. to. 7. 614. d. *Accedite ad me, & audite hæc: non à principio locutus ſum in abſcondito: quando fiebant, ibi eram: & nunc Dominus Deus miſit me, & ſpiritus ejus:* at l. cont. Maximin. to. 8. 721. e. necnon l. cont. ſerm. Arian. col. 638. b. ita legit: *Convenite ad me, & audite iſta: nec enim ab initio in obſcuro locutus ſum: cùm fiebant, ibi eram: & nunc Dominus miſit me, & ſpiritus ejus.* Auct. quæſt. N. T. q. 97. ap. Aug. to. 3. 89. a. cum Ambroſio ſup. l. 2. de fide, concinit ad verbum. Ita quoque Vigil. Tapſ. l. 3. de Trin. p. 232. c. necnon l. 12. p. 303. a. niſi quòd hoc ult. loco hab. *non à principio in abſcondito locutus ſum hæc, quando fiebant: & nunc Dominus miſit me*, &c.

℣. 17. Græc. Οὕτω λέγει Κύριος; ὁ ῥυσάμενός σε ἅγιος Ἰσραήλ· Ἐγώ εἰμι ὁ Θεός σου, δέδειχά σοι τῇ εὑρεῖν σε τὴν ὁδὸν, ἐν ᾗ πορεύσῃ ἐν αὐτῇ. *Sic dicit Dominus, qui eruit te ſanctus Iſraël: Ego ſum Deus tuus, oſtendi tibi ut invenires viam, in qua ambulabis in ea.*

℣. 18. Conſonat Græcum ad verbum. Vide Tichon. infra.

℣. 19. Sic eſt in Græco, detracta una voce *maris.* Ap. Tichon. reg. 3. p. 55. b. e. *Si me audiſſes Iſraël, eſſet ſicut arena maris numerus tuus;* at in Gr. conſtanter, τὸ σπέρμα σου.

℣. 20. Gr. loco *jucunditatis*, habet εὐφροσύνης, *lætitiæ;* & pro *audiatur*, ἀκουσὸν γενέσθω τοῦτο, *auditum fiat hoc;* ſubinde poſt vocem *terræ*, ſubdit λέγετε, *dicite;* & loco *populum ſuum*, τὸν λαὸν αὐτοῦ Ἰακώβ, *ſervum ſuum Jacob;* Mſ. verò Alex. τὸν λαόν. Ambroſ. in Pſ. 1. col. 747. a. iterum legit: *Exi ergo à Babylone, fugiens à Chaldæis.*

℣. 21. Eadem iterum legit Cypr. epiſt. 63. p. 106. b. nec aliter in Græco ſunt, niſi quòd ipſo initio ponitur ἐκ; & loco *per deſerta adducet*, habetur, Δι' ἐρήμου ἄξει, *per deſertum ducet.*

℣. 22. Græcè deeſt *enim;* transferturque vox *impiis*, poſt ult. *Dominus;* at in Mſ. Alex. legitur ut ſup. τοῖς ἀσεβέσι, λέγει Κύριος.

CAPUT XLIX.

VULGATA NOVA.

Jer. 1. 5. 1. AUdite inſulæ, & attendite populi de longè: Dominus ab utero vocavit me, *Galat. 1. 15.* de ventre matris meæ recordatus eſt nominis mei. *Inſ. 51. 16.*

2. Et poſuit os meum quaſi gladium acutum: *Epheſ. 6. 16.*

VERSIO ANTIQUA.

1. AUdite me inſulæ, & attendite gentes: poſt multum tempus ſtabit, dicit Dominus: De ventre vocavit me, & ex utero matris meæ vocavit nomen meum. *Hieron. in Iſai. 49. col. 350. ex Lxx.*

2. Et poſuit os meum quaſi gladium acutum,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc. hab. Διὰ χρόνου πολλοῦ, *per multum tempus*, loco *poſt multum*, &c. paulò verò poſt delet, *De ventre vocavit me, &* cæt. ad verbum quadrant. Ambroſius etiam in Pſ. 35. col. 767. c. legit: *Ex utero matris meæ vocavit Dominus nomen meum.*

℣. 2. Ita de Græco, verbum è verbo. Apud Hilar. in

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi ſup. & ſub protectione manus ſuæ abſcondit me : poſuit me quaſi ſagittam electam, & in pharetra ſua abſcondit me.

3. Et dixit mihi : Servus meus es tu Iſraël, & in te gloriabor.

4. Et ego dixi : Sine cauſa laboravi, in vanum, & in nihili dedi fortitudinem meam : propterea judicium meum apud Dominum, & labor meus coram Deo meo.

Ibid. 352. 5. Et nunc ſic dicit Dominus, qui formavit me ex utero ſervum ſibi, ut congregarem Jacob ad eum, & Iſraël : congregabor, & glorificabor coram Domino, & Deus meus erit fortitudo mea.

6. Et dixit mihi : Magnum tibi eſt ut voceris puer meus, & ſuſcites tribus Jacob, & diſperſionem Iſraël convertas. Ecce poſui te in teſtamentum generis, in lucem gentium, ut ſis ſalus uſque ad extremum terræ.

Ibid. 353. 7. Sic dicit Dominus, qui eruit te Deus Iſraël : Sanctificate eum, qui deſpicit animam ſuam, qui abominationi eſt gentium, qui ſervus eſt principum : Reges videbunt eum, & conſurgent principes, & adorabunt eum propter Dominum, quia fidelis eſt ſanctus Iſraël, & elegit te.

8. Sic dicit Dominus : Tempore opportuno exaudivi te, & in die ſalutis auxiliatus ſum tui : & plaſmavi te, & dedi te in teſtamentum gentium, ut conſtitueres terram, & poſſideres hæreditates deſertas :

VULGATA NOVA.

in umbra manus ſuæ protexit me, & poſuit me ſicut ſagittam electam : in pharetra ſua abſcondit me. *Hebr.* 4. 12. *Apoc.* 1. 16.

3. Et dixit mihi : Servus meus es tu Iſraël, quia in te gloriabor.

4. Et ego dixi : In vacuum laboravi, ſine cauſa, & vanè fortitudinem meam conſumpſi : ergo judicium meum cum Domino, & opus meum cum Deo meo.

5. Et nunc dicit Dominus, formans me ex utero ſervum ſibi, ut reducam Jacob ad eum, & Iſraël non congregabitur : & glorificatus ſum in oculis Domini, & Deus meus factus eſt fortitudo mea.

6. Et dixit : Parum eſt ut ſis mihi ſervus ad ſuſcitandas tribus Jacob, & feces Iſraël convertendas. Ecce dedi te in lucem gentium, ut ſis ſalus mea uſque ad extremum terræ. *Supr.* 42. 6. *Act.* 13. 47.

7. Hæc dicit Dominus redemptor Iſraël, ſanctus ejus, ad contemptibilem animam, ad abominatam gentem, ad ſervum dominorum : Reges videbunt, & conſurgent principes, & adorabunt propter Dominum, quia fidelis eſt, & ſanctum Iſraël qui elegit te.

8. Hæc dicit Dominus : In tempore placito exaudivi te, & in die ſalutis auxiliatus ſum tui : & ſervavi te, & dedi te in fœdus populi, ut ſuſcitares terram, & poſſideres hæreditates diſſipatas : *2. Cor.* 6. 2.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Pſ. 119. & 126. col. 374. a. 421. d. & *poſuit me tanquam ſagittam electam, & in pharetra ſua abſcondit me.* Ap. Ambroſ. epiſt. 46. p. 987. c. *Et poſuit os meum ut gladium acutum, & ſub tegumento manus ſuæ protexit me : poſuit me ſicut ſagittam electam, & pharetra ſua texit me :* item l. 5. Hexa. col. 110. d. alludens ait : *pharetra mea protexi eum :* vide etiam in Pſ. 36. & 118. col. 788. e. 1023. a. & l. de exhort. virg. col. 293. f. Rurſum Hieron. ep. ad Marcell. to. 2. 712. c. *poſuit me ſicut ſagittam,* &c. ut in textu : & in Abac. 3. col. 1631. c. *poſuit me ut jaculum electum,* &c. ut ſupra.

℣. 3. Iſidem Græcè, niſi excipiatur verbum ult. δοξασθήσομαι, pro *glorior.* Rectè Ambroſ. ep. 46. col. 987. c. *Et dixit mihi : Servus meus es tu Iſrael ;* & inf. *in te glorificabor.* Hilar. verò cùm in Pſ. 119. col. 3, 4. a. tum in Pſ. 126. col. 421. d. huic ult. de ℣. 2. *abſcondit me,* proximè addit, *Et ait : Grande tibi eſt,* &c. quæ pertinent ad ℣. 6. Ita quoque jungit Hieron. in Abac. 3. col. 1631. c. prætermiſſis omnibus intermediis.

℣. 4. Similia prorſus in Græco, niſi excipiatur adverb. κενῶς, pro *ſine cauſa.* Ambroſ. in Pſ. 48. col. 953. c. & epiſt. 46. col. 987. d. 988. b. legit : *Et ego dixi : In vacuum laboravi, & in nihilum dedi vires meas : ideo judicium meum ante Dominum, & dolor meus ante Deum meum.*

℣ 5. Eadem exhibet Gr. edit. Rom. hoc ult. excepto, μοι ἰχύς, *mihi fortitudo ;* at in Compl. ἰχύς μου, in Mſ. Alex. μοῦ ἰχύς, ut ſupra. Apud Ambroſ. in Pſ. 35. col. 767. b. *Sic dicit Dominus, qui finxit me ex utero ſervum ſibi, ad congregandum Jacob, & Iſrael ad eum :* & epiſt. 46. col. 987. d. *Et nunc ſic dicit Dominus, qui finxit me ſervum ex utero ſibi, ad congregandum Jacob, & Iſrael.* Auguſt. l. de unit. Eccl. to. 9. 347. c. *Et nunc ſic dicit Dominus, qui finxit me in utero ſervum ſibi, ut congregem Jacob, & Iſrael ad eum : appropinquabo illum, & honorabor coram Domino, & Deus meus erit mihi virtus.* Apud Vigil. Tapſ. l. 5. cont. Eutych. p. 67. b. omnia ut in Vulg. præter hoc med. *& Iſrael non congregabitur,* quod deeſt.

℣. 6. Similia leguntur in Græco edit. Rom. præter tria, nempe, τοῦ στῆσαι, *ut ſuſcites,* loco & *ſuſcites ;* ſubinde, ἰδοὺ δέδωκά σε, *ecce dedi te,* pro *ecce poſui te ;* extremò, τοῦ εἶναί σε εἰς σωτηρίαν, *ut ſis in ſalutem,* loco *ut ſis ſalus :* Mſ. Alex. hab. ſup. ἰδοὺ τέθεικά σε εἰς φῶς ἐθνῶν· Tertul. que l. 4. adv. Marc. p. 719. b. *poſui te in lucem nationum ;* & l. 5. p. 783. b. *poſui te in lumen nationum :* & l. cont. Prax. p. 848. b. *Magnum tibi eſt ut voceris filius meus, ad ſtatuendas tribus Jacob, & ad convertendam diſperſionem Iſraelis. Poſui te in lucem nationum, ut ſis ſalus in extremum terræ.* Hilar. in Pſ. 119. col. 374. a. *Et ait : Grande tibi eſt hoc, vocari te puerum meum :* & in Pſ. 126. col. 421. d. *Et dixit mihi : Magnum tibi eſt hoc, vocari te puerum meum.* Ambroſ. epiſt. 81. col. 1099. d. *Magnum tibi eſt vocari puerum meum :* & epiſt. 46. col. 987. e. *Magnum tibi eſt vocari te puerum meum ;* paulòque poſt : *Ecce poſui te in teſtamentum generis mei, in lucem gentium, ut ſis in ſalutem uſque ad extremum terræ :* itidem l. de virginit. to. 2. 229. a. necnon l. 5. de fide, col. 570. d. ſed hoc ult. loco jungit hæc, *vocari puerum meum,* cum ſeq. *ecce poſui te,* &c. prætermiſſis aliis intermediis. Tichon. reg. 4. p. 57. d. *Magnum tibi erit iſtud, ut voceris puer meus, & ſtatuas tribus Jacob, & Iſraël diſperſionem convertas. Ecce poſui te in teſtamentum generis, in lumen gentium, ut ſis in ſalutem uſque in noviſſimum terræ.* Aug. l. de unit. Eccl. to. 9. 347. d. *Et dixit mihi : Maximum tibi erit hoc, vocari te puerum meum, ut conſtituas tribus Jacob, & prolem Iſraël convertas. Et poſui te in teſtamentum generis, in lucem gentium, ut ſis ſalus uſque ad fines terræ :* & l. cont. Jud. to. 8. 29. d. 39. e. *Dedi te in lucem gentium, ut* (al. *ita ut*) *ſis ſalus mea uſque in fines terræ.* Rurſum Hieron. in Abac. 3. col. 1631. c. habet : *Magnum eſt tibi hoc, vocari te ſervum meum :* & in Iſai. 22. to. 3. 200. f. *Magnum tibi eſt vocari te puerum meum :* ſimiliter l. 1. in ep. ad Tit. to. 4. 409. a. ubi ait ita Græcè dici : Μέγα ζοι ἐσὶ τὸ τὸ κληθῆναί σε παῖδά μου· abeſt τό ab ed. Rom. & à Compl. σό : Hieron. verò ep. ad Dardan. to. 2. 610. b. ita legit : *Parum tibi eſt ut ſis puer meus ad ſuſcitandas tribus Iſrael, & feces* (vel *reliquias*) *Iſrael congregandas. Dedi te in lucem cunctis gentibus, ut ſis ſalvator univerſæ terræ.* Vigil. Tapſ. l. 5. cont. Eutych. p. 67. b. *Et dixit : Magnum tibi eſt ut ſis mihi ſervus ad ſuſcitandas tribus Jacob, & diſperſiones Iſraelis congreges. Ecce poſui te in teſtamentum generis, in lucem gentium, ut ſis ſalus uſque ad extremum terræ.* Collat. Carthag. p. 392. b. *Poſui te in teſtamentum generis, in lucem gentibus, ut ſit ſalus uſque in fines terræ.*

℣. 7. Sic habet editio Rom. præter ſeqq. τὸν βδελυσόμενον ὑπὸ τῶν ἐθνῶν τῶν δούλων τῶν ἀρχόντων, loco *abominationi eſt gentium, qui ſervus eſt principum :* at in Compl. loco τῶν δούλων, eſt ὁ δοῦλος ; apud Cyrill. τὸν δοῦλον ; quæ lectio ab Hieronymo Theodotioni tribuitur ; qui etiam loco τῶν ἐθνῶν, hab. τῷ ἔθνει : extremò in edit. Rom. eſt ἐξελεξάμην σε, *elegi te ;* ſed apud Symm. ἐξελέξατό σε, *elegit te,* ut ſupra.

℣. 8. Hæc tota conveniunt cum Græco edit. Rom. excepta voce *opportuno,* pro qua δεκτῷ. Similiter hab. Hilar. in Pſ. 68. col. 221. d. *Tempore accepto exaudivi te :* item in Pſ. 118. col. 340. d. additque, *& in die ſalutis auxiliatus ſum tibi.* Ambroſ. l. 2. de Abr. c. 10. col. 346. c. *Tempore accepto exaudivi te, & in die ſalutis adjuvi te :*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

9. ut diceres his, qui vincti ſunt: Exite; & his, qui in tenebris: Revelamini. Super vias paſcentur, & in omnibus planis paſcua eorum.

Apocal. 7. 16. 10. Non eſurient, neque ſitient, & non percutiet eos æſtus & ſol: quia miſerator eorum reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos.

11. Et ponam omnes montes meos in viam, & ſemitæ meæ exaltabuntur.

12. Ecce iſti de longè venient, & ecce illi ab Aquilone & mari, & iſti de terra Auſtrali.

13. Laudate cœli, & exſulta terra, jubilate montes laudem: quia conſolatus eſt Dominus populum ſuum, & pauperum ſuorum miſerebitur.

14. Et Dixit Sion: Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus eſt mei.

15. Nunquid obliviſci poteſt mulier infantem ſuum, ut non miſereatur filio uteri ſui? & ſi illa oblita fuerit, ego tamen non obliviſcar tui.

16. Ecce in manibus meis deſcripſi te: muri tui coram oculis meis ſemper.

17. Venerunt ſtructores tui: deſtruentes te & diſſipantes, à te exibunt.

Inf. 60. 4. 18. Leva in circuitu oculos tuos, & vide, omnes iſti congregati ſunt, venerunt tibi: vivo ego, dicit Dominus, quia omnibus his velut ornamento veſtieris, & circumdabis tibi eos quaſi ſponſa.

19. Quia deſerta tua, & ſolitudines tuæ, &

VERSIO ANTIQUA.

9. dicereſque his, qui in vinculis ſunt: Exite; & qui in tenebris: Revelamini. In omnibus viis paſcentur, & in omnibus ſemitis paſcua eorum. *Hieron. ubi ſup.*

10. Non eſurient, neque ſitient, neque percutiet eos æſtus, neque ſol: ſed qui miſeretur eorum, conſolabitur eos, & per fontes aquarum ducet illos.

11. Ponamque omnem montem in viam, & omnem ſemitam in paſcua eis.

12. Ecce iſti de longè venient, iſti ab Aquilone & mari, alii autem de terra Perſarum.

13. Lætamini cœli, & exſultet terra, erumpant montes lætitiam: quia miſertus eſt Deus populi ſui, & humiles populi ſui conſolatus eſt.

14. Dixit autem Sion: Dereliquit me Dominus, & Deus oblitus eſt mei. *Ibid. 355.*

15. Nunquid obliviſcetur mulier parvuli ſui, ut non miſereatur partûs uteri ſui? ſin autem & horum oblita fuerit mulier, ſed ego non obliviſcar tui, dicit Dominus.

16. Ecce ſuper manus meas depinxi muros tuos, & coram me es ſemper:

17. citòque ædificaberis à quibus deſtructa fueras: & qui te diſſipaverant, egredientur ex te.

18. Leva in circuitu oculos tuos, & vide, omnes iſti congregati ſunt, venerunt ad te: vivo ego, dicit Dominus, quia omnibus his quaſi ornamento veſtieris, & circumdabis tibi eos quaſi monile ſponſæ.

19. Quoniam deſerta tua, & quæ diſſipata,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ita rurſum l. de inſtit. virg. to. 2. 270. a. & epiſt. 23. col. 883. d. Hieron. verò in Iſai. 52. col. 379. d. *Tempore opportuno audivi te, & in die ſalutis adjutor tui fui.* Auguſt. l. de unit. Eccl. to. 9. 347. d. *Sic dicit Dominus Iſraël: Tempore aptiſſimo exaudivi te, & in die ſalutis adjuvi te:* & poſt paulò: *dedi te in teſtamentum gentium, ut incolas terram, & poſſideas hæreditatem deſerti:* Mſ. quoque Alex. habet κληρονομίαν ἐρήμου, non κληρονομίας ἐρήμους, ut in edit. Rom. Vigilius Tapſ. l. 5. cont. Eutych. p. 67. a. nil differt à textu noſtro Lat. niſi quòd leg. *tempore accepto;* & inf. *ut conſtitueres terras.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 51. p. 215. e. *Tempore acceptabili exaudivi te, & in die ſalutis adjuvi te.*

℣. 9. Eadem ſunt in Græco, præter duo, λέγοντα, *dicens*, pro *dicereſque*; & ἀνακαλυφθῆναι, *ut revelentur*, pro *revelamini*. Apud Ambroſ. epiſt. 41. col. 958. b. *qui in vinculis ſunt: Exite; & bis, qui in carcere ſunt: Procedite.* Apud Vigil. Tapſ. l. 5. cont. Eutych. p. 67. a. ut ſup. *dicereſque bis, qui in vinculis ſunt: Exite; & qui in tenebris: Revelamini.*

℣. 10. Concinit Græc. ad verbum, niſi quòd delet *eos*, poſt *conſolabitur*; ſed habet ed. Compl. παρακαλέσει αὐτούς.

℣. 11. Itidem Græcè.

℣. 12. Ita rurſum in Græco. Item apud Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 707. b. *Ecce iſti venient de longinquo, iſti autem venient ab Aquilone & mari, alii autem de terra Perſarum.* Similiter apud Auguſt. l. de unit. Eccl. to. 9. 347. e. *Ecce iſti à longinquo venient, hi autem ab Aquilone & mari, alii autem ex terra Perſarum.* Apud Auct. l. de promiſſ. p. 3. col. 184. a. *Ecce hi de longinquo veniunt, hi autem ab Aquilone & mari, hi autem de terra Perſarum.* In Mſ. Alex. πόρρωθεν ἔρχονται; in ed. Rom. ἔρχεται.

℣. 13. Ita de Græco, verbum è verbo. Auguſt. verò l. de unit. Eccl. to. 9. 347. e. legit: *Exſulta cælum, & in lætitia eſto terra, emittant montes jocunditatem: quoniam miſertus eſt Deus populi ſui, & humiles populi ſui allocutus eſt.*

℣. 14. Ita legit Auguſt. l. de unit. Eccl. to. 9. 347. e. Sic etiam in Græco eſt edit. Rom. hoc excepto, καὶ ὅτι Κύριος, & *quia Dominus*, loco & *Deus*; ſed abeſt ὅτι, ab edd. Ald. & Compl. & in Mſ. Alex. eſt, καὶ ὁ Θεός, ut in Lat. ſup.

℣. 15. Similia exſtant Græcè, niſi hoc excipiatur, *ut non miſereatur partûs*, pro quo, ἢ τῷ μὴ ἐλεῆσαι τὰ ἔκγονα· ſed à Mſ. Alex. abeſt ἢ. Apud Hieron. in Iſai. 66. col. 503. d. ita: *Nunquid obliviſcetur mulier ut miſereatur ſobolis uteri ſui? ſed & ſi illa fuerit oblita, ego tamen non obliviſcar tui.* Apud Auguſt. verò l. de unit. Eccl. to. 9. 347. e. *Nunquid capiet oblivio mulierem filii ſui, vel poteſt fieri ut non miſereatur fœtûs uteri ſui? nunc ecce & ſi illam oblivio habebit, me tamen tui nullo modo oblivio capiet,* *dicit Dominus;* Gr. εἶπε, *dixit.*

℣. 16. Concinit Græc. ad verbum. Item Iren. l. 5. c. 35. p. 335. e. *Ecce in manibus meis depinxi muros tuos, & in conſpectu meo es ſemper.* Ambroſ. l. 6. Hexa. col. 129. a. 132. d. *Ecce ego, Jeruſalem, pinxi muros tuos:* ſimiliter l. 4. de interpel. Dav. c. 8. col. 669. f. & in Pſ. 47. & 118. col. 944. b. 1156. d. & l. de exhort. virg. to. 2. 296. b. at l. de bono mort. c. 5. to. 1. 397. e. *In manibus meis pinxi muros tuos, & in conſpectu meo es ſemper.* Hieron. in Iſai. 2. col. 28. b. *Ecce ſuper manus meas depinxi muros tuos, & in conſpectu meo ſunt ſemper.* Auguſt. l. de unit. Eccl. to. 9. 347. e. f. *Ecce ſuper manus meas deſcripſi tuos muros: in conſpectu etiam meo es in perpetuum.*

℣. 17. Sic iterum Græcè: rurſumque ap. Hieron. in Iſai. 2. col. 28. b. *citò ædificaberis ab his, à quibus deſtructa eras.* Auguſt. verò l. de unit. Eccl. to. 9. 347. f. legit: & *brevi ædificaberis ab his, à quibus everſa es:* & inf. 348. a. addit: & *qui deſolaverunt te, diſcedent à te:* Græc. καὶ οἱ ἐρημώσαντές σε, ἐξελεύσονται ἐκ σοῦ· Mſ. Alex. ἐξ σοῦ ἐξελεύσονται.

℣. 18. Græc. adjungit πάντας, *omnes*, ad *vide*, ſubditque: ἰδοὺ συνήχθησαν, καὶ ἦλθοσαν πρός σε, *ecce congregati ſunt, & venerunt ad te;* ſubinde ſic: ὅτι πάντας αὐτοὺς ὡς κόσμον ἐνδύσῃ, καὶ περιθήσεις αὐτοὺς ὡς κόσμον νύμφη, Mſ. Alex. νύμφης. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 707. b. *Attollo per circuitum oculos tuos, & vide; omnes congregati ſunt:* & l. 3. p. 681. a. & *circumdabis enim illos tibi tanquam ornamentum ſponſæ.* Ambroſ. l. de bened. Patr. c. 4. col. 520. *vivo ego, dicit Dominus, niſi omnes eos induam ſicut veſtimentum.* Tichon. reg. 7. p. 66. d. *Extolle oculos tuos in circuitu, vide omnes filios tuos; collecti ſunt, & venerunt ad te: vivo ego, dicit Dominus, quia omnibus illis induêris, & ſuperimpones illos ſicut ornamentum nova nupta.* Auguſt. l. de unit. Eccl. to. 9. 348. a. *Circumſpice ubique oculis tuis, & vide univerſos: vivo ego, dicit Dominus, omnes hos indues te, & diſpones eos ut ornamentum nova nupta.* Auct. l. de promiſſ. p. 1. c. 27. ap. Proſp. col. 110. e. *vivo ego, dicit Dominus, quia omnibus illis veſtieris.* Vide Greg. M. to. 3. col. 534. b.

℣. 19. Loco *nunc anguſtaberis pra*, edit. Rom. hab. ὅτι νῦν στενοχωρήσει ἀπό· & ubi *te humiliaverant*, ſic, καταπίνοντές σε; cæt. quadrant ad verbum: à Mſs. Alex. & Mediol. abeſt ὅτι, ante στενοχωρήσει. Tichon. reg. 7. p.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi ſup. & quæ corruerunt, nunc anguſtaberis præ habitatoribus, & longè fient à te qui te humiliaverant.

20. Dicent enim in auribus tuis filii tui, quos perdidiſti : Anguſtus mihi locus eſt, fac mihi locum ut habitem.

21. Et dices in corde tuo : Quis genuit mihi iſtos? ego autem abſque liberis, & vidua : & iſtos quis enutrivit mihi? ego derelicta ſum ſola : & iſti ubi erant?

Ibid. 356. 22. Sic dicit Dominus Deus : Ecce elevo ſuper gentes manum meam, & ſuper inſulas levabo ſignum meum. *Ibid.* 357. Et adducent filios tuos in ſinu, & filias tuas in humeris portabunt.

23. Et erunt reges nutritii tui, & principes feminæ nutrices tuæ : ſuper faciem terræ adorabunt te, & pulverem pedum tuorum lingent. Et ſcies quia ego Dominus, & non confundentur qui exſpectant me.

Ibid. 358. 24. Nunquid accipiet quis à gigante ſpolia? & ſi captivum duxerit quis iniquè, ſalvabitur?

25. Sic dicit Dominus : Si quis ceperit gigantem, accipiet ſpolia : & accipiens à forti, ſalvabitur. Ego autem judicium meum judicabo, & ego filios meos eruam.

26. Et comedent qui tribulaverunt te carnes ſuas : & bibent, quaſi vinum novum, ſanguinem ſuum, & inebriabuntur : & ſciet omnis caro, quia ego Dominus qui erui te, & adjutorium fortitudinis Jacob.

VULGATA NOVA.

terra ruinæ tuæ, nunc anguſta erunt præ habitatoribus, & longè fugabuntur qui abſorbebant te.

20. Adhuc dicent in auribus tuis filiis ſterilitatis tuæ : Anguſtus eſt mihi locus, fac ſpatium mihi ut habitem.

21. Et dices in corde tuo : Quis genuit mihi iſtos? ego ſterilis, & non pariens, tranſmigrata, & captiva : & iſtos quis enutrivit? ego deſtituta & ſola : & iſti ubi erant?

22. Hæc dicit Dominus Deus : Ecce levabo ad gentes manum meam, & ad populos exaltabo ſignum meum. Et afferent filios tuos in ulnis, & filias tuas ſuper humeros portabunt.

23. Et erunt reges nutritii tui, & reginæ nutrices tuæ : vultu in terram demiſſo adorabunt te, & pulverem pedum tuorum lingent. Et ſcies quia ego Dominus, ſuper quo non confundentur qui exſpectant eum.

24. Nunquid tolletur à forti præda? aut quod captum fuerit à robuſto, ſalvum eſſe poterit?

25. Quia hæc dicit Dominus : Equidem, & captivitas à forti tolletur : & quod ablatum fuerit à robuſto, ſalvabitur. Eos verò, qui judicaverunt te, ego judicabo, & filios tuos ego ſalvabo.

26. Et cibabo hoſtes tuos carnibus ſuis : & quaſi muſto, ſanguine ſuo inebriabuntur : & ſciet omnis caro, quia ego Dominus ſalvans te, & redemptor tuus fortis Jacob.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

66. d. legit : *Quia deſerta tua, & dirnta, & quæ ceciderunt, nunc anguſtiabuntur ab inhabitantibus.* Auguſt. l. de unit. Eccl. to. 9. 348. a. *Quoniam quæ deſerta fuerunt in te, & corrupta, & declapſa, nunc in maxima arctura erunt per eos, qui commorantur iſtic : longè à te efficiantur qui te transverabant.*

℣. 20. Itidem Græcè, dempto uno *eſt*, poſt *locus*. Ap. Aug. in Pſ. 112. to. 4. 1254. c. *Dicent in auribus tuis filii tui, quos amiſeras : Anguſtia nobis eſt in iſto loco, facite itaque nobis & nunc locum, in quo commoremur :* ſimiliter l. de unit. Eccl. to. 9. 348. b. præter iſta, *Dicent enim in aures tuas ;* & inf. *facite itaque nobis etiam nunc*, &c.

℣. 21. Similiter in Græco, poſito Λὰ, *autem*, ante *derelicta ;* & inf. μοὶ, *mihi*, ante *ubi*. Apud Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 707. b. ſic : *Vides ignotos, & extraneos, & dices cordi tuo : Quis iſtos genuit mihi?* Apud Auguſt. in Pſ. 112. to. 4. 1254. c. *Tu verò dices in corde tuo : Quis generavit mihi iſtos, cùm ſciam me eſſe ſine filiis, & viduam? quis ergo iſtos educavit mihi? ego enim derelicta fui ſola : bi autem mihi ubi erant?* eadem quoque refert ad verbum, l. de unit. Eccl. to. 9. 343. b.

℣. 22. Græcè geminatur initio, Κύριος Κύριος, loco *Dominus Deus ;* & pro ſeq. duplici *ſuper*, habetur εἰς, *ad ;* cæt. concordant ; in Mſ. Alex. ſemel Κύριος, abſque ſeq. *Deus*. Auguſt. l. de unit. Eccl. to. 9. 348. b. legit : *Sic dicit Dominus : Ecce tollam in nationes manus meas, & in inſulas ſignum meum. Et adducam filios tuos in ſinu ; filias etiam tuas ſuper humeros portabunt.* Auct. l. de promiſſ. p. 3. ap. Proſp. p. 184. c. *Ecce tollo in gentes manum meam, & in inſulas tollam ſignum meum. Et adducent filios tuos in gremio ; filias autem tuas ſuper humeros tollent ;* Mſ. Remig. *portabunt*. Apud Ambroſ. in Luc. 2. p. 1311. d. *ſuper humeros tollentur*.

℣. 23. Tota iſta concinunt cum Græco edit. Rom. addita una voce *eorum*, αὐτῶν, ad hanc, *feminæ*. Auguſt. l. de unit. Eccl. to. 9. 348. c. legit : *Et erunt reges educatores veſtri, quæ autem principales ſunt, nutrices veſtræ : ſuper terram declinantes faciem, deprecabuntur te, & veſtigia pedum tuorum elinguent. Et ſcies quoniam ego Dominus, nec erubeſces :* ſimiliter in Mſ. Alex. καὶ οὐκ αἰσχυνθήσῃ, abſque ſeq. οἱ ὑπομένοντές με, quod habet edit. Rom. Auctor l. de promiſſ. p. 3. ap. Proſp. col. 184. c. *Et erunt reges nutritores tui, & principes feminæ eorum, pſaltrices tuæ : & ſuper faciem terræ adorabunt te, & pulverem tuorum pedum lingent :* ſed hîc vitioſè omnino ſcriptum videtur τὸ *pſaltrices*, loco *altrices ;* Græcè enim conſtanter τροφοί εἰσι.

℣. 24. Sic eſt in Græco.

℣. 25. Editio Rom. ipſo initio hab. Ὅτι οὕτω λέγει, &c. ſed à Mſ. Alex. abeſt 1. ὅτι ; ſubinde in Rom. eſt αἰχμαλωτεύσῃ, *captivaverit*, loco *ceperit ;* extremòque, τὴν κρίσιν σου κρινῶ, καὶ ἐγὼ τοὺς υἱούς σου ῥύσομαι· i. e. *judicium tuum judicabo, & ego filios tuos eruam :* Mſ. Mediol. & Compl. ferunt υἱούς μου, *filios meos*, ut ſup. in textu.

℣. 26. Eadem leguntur Græcè, præter verbum αἰσθανθήσεται, *ſentiet*, pro *ſciet ;* ultimòque, καὶ ἀντιλαμβανόμενος ἰσχύος Ἰακώβ, & *qui adjuvo fortitudinem Jacob*, loco & *adjutorium*, &c.

CAPUT L.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Iſai. 50. col. 358. ex l. xx.

1. SIc dicit Dominus : Qualis eſt liber repudii matris veſtræ, quo dimiſi eam? aut cui creditori, & exactori meo vendidi vos? ecce peccatis veſtris venundati eſtis, & in iniquitatibus veſtris dimiſi matrem veſtram.

VULGATA NOVA.

1. HÆc dicit Dominus : Quis eſt hic liber repudii matris veſtræ, quo dimiſi eam? aut quis eſt creditor meus, cui vendidi vos? ecce in iniquitatibus veſtris venditi eſtis, & in ſceleribus veſtris dimiſi matrem veſtram.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. In edit. Rom. pro *creditori*, legitur ὑπόχρεω, quod *debitorem*, & *obæratum* ſignificare ſolet ; non additur autem id, & *exactori meo ;* nec etiam præponitur *in*, voci *iniquitatibus ;* cæt. ut in textu. In edd. Ald. & Compl. eſt : τίνι ὑπόχρεω τῶν πεπρασμένων με, ἢ τίνα πέπρακα ὑμᾶς αὐτῷ ; ſed apud Procop. iſtud, τῶν πεπρασμένων με, ἢ,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.
2. Quia veni, & non erat vir: vocavi, & non erat qui audiret: nunquid abbreviata & parvula facta eſt manus mea, ut non poſſim redimere? aut non eſt in me virtus ad liberandum? Ecce in increpatione mea deſertum faciam mare, ponam flumina in ſiccum: computreſcent piſces ſine aqua, & morientur in ſiti. *Inſ. 59. 1.*	2. Quia veni, & non erat homo: vocavi, & non erat qui obediret: nunquid non poteſt manus mea liberare? aut non prævalet ut eruat? Ecce comminatione mea deſertum faciam mare, & ponam flumina deſerta: & arefient piſces eorum, eò quòd non ſit aqua, & morientur in ſiti. *Hieron. ubi ſup. & col. 360.*
3. Induam cœlos tenebris, & ſaccum ponam operimentum eorum.	3. Et induam cœlum tenebris, & quaſi cilicium ponam operimentum ejus.
4. Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut ſciam ſuſtentare eum, qui laſſus eſt verbo: erigit manè, manè erigit mihi aurem, ut audiam quaſi magiſtrum.	4. Dominus dat mihi linguam diſciplinæ, ut ſciam quando oporteat me loqui verbum: poſuit me manè, addidit mihi aurem ad audiendum. *Ibid. 361.*
5. Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico: retrorsùm non abii.	5. Et diſciplina Domini aperit aures meas, ego autem non renuo, neque contradico.
6. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus: faciem meam non averti ab increpantibus, & conſpuentibus in me. *Matth. 26. 67.*	6. Dorſum meum dedi ad flagella, & genas meas ad alapas: faciem autem meam non averti à confuſione ſputorum.
7. Dominus Deus auxiliator meus, ideo non ſum confuſus: ideo poſui faciem meam ut petram duriſſimam, & ſcio quoniam non confundar.	7. Et Dominus auxiliator meus factus eſt, propterea non ſum confuſus: ſed poſui faciem meam ſicut fortiſſimam petram, & ſciam quoniam non confundar.
8. Juxta eſt qui juſtificat me, quis contradicet mihi? ſtemus ſimul, quis eſt adverſarius meus? accedat ad me. *Rom. 8. 33.*	8. Qui juxta eſt, juſtificat me: quis eſt qui judicetur mecum? reſiſtat mihi ſimul: & quis eſt qui judicium ineat adversùm me? appropinquet mihi. *Ibid. 362.*
9. Ecce Dominus Deus auxiliator meus: quis	9. Ecce Dominus auxiliator meus: quis affliget

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ponitur ſub aſteriſco, Theodotionique tribuitur, cum ſeq. αὐτῷ. Ambroſ. in Luc. 16. col. 1472. d. ita legit: *Quis liber eſt iſte repudii matris veſtræ, quo dimiſi eam? ecce in iniquitatibus veſtris venditi eſtis, & in peccatis veſtris dimiſi matrem veſtram:* rurſus apol. Dav. col. 722. a. *Quis liber repudii matris veſtræ, quo dimiſi eam?* & l. de Tob. c. 8. col. 600. e. f. *cui vendidi vos fœneratori?* & inſ. 601. a. *ego vos non vendidi, ſed peccatis veſtris venditi eſtis:* item l. de Joſeph, c. 4. col. 490. b. & in Pſ. 37. col. 827. b. & in Luc. 22. col. 1518. *peccatis veſtris venditi eſtis:* & in Pſ. 43. col. 904. e. *ecce peccatis veſtris venditi eſtis, & propter iniquitates veſtras dimiſi matrem veſtram.* Sic etiam habet Ambroſiaſt. col. 66. f. Rufinus verò in Symb. p. 178. b. *peccatis veſtris venundati eſtis.*

℣. 2. Eadem præfert Græc. ed. Rom. niſi quòd ipſo initio ponit Τί ὅτι, *Quid quia;* Compl. Δίοτι; item loco *prævalet ut eruat*, Rom. hab. Ἰσχύω τοῦ ἐξελέσθαι; *prævalet ut eruam?* & pro ſeq. *comminatione*, ἐλεγμῷ, quod *refutationem* ſonat; mel. in Mſs. Alex. & Mediol. τῇ ἀπειλῇ. Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 736. c. ſic habet: *nunquid abbreviatus factus eſt ſermo meus, aut parvus ut non poſſim redimere? aut non eſt in me virtus ad liberandum?* item ibid. *nunquid abbreviata eſt manus mea, ut ſalvare non poſſit?* Ambroſ. in Pſ. 35. col. 774. a. *Ecce ego increpatione mea deſolabo mare, & ponam flumina deſerta: & arefient piſces eorum.*

℣. 3. Sic habet Gr. edit. Rom. deletâ tamen 1. conjunct. & ; at in Mſ. Alex. ἢ ἀδύνω. Apud Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 735. a. *Cœlum veſtiam tenebris.*

℣. 4. Græcè geminatur initio, Κύριος Κύριος; tollitur verò *me*, poſt *oporteat;* cæt. ut in textu: in Mſ. Alex. deeſt 1. Κύριος. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 732. b. legit: *Dominus mihi dat linguam diſciplinæ, quando debeam proferre ſermonem:* & inſ. p. 733. b. *appoſuit mihi manè aurem ad audiendum:* & l. cont. Prax. p. 854. b. 855. b. *Dominus dat mihi linguam diſciplinæ, ad cognoſcendum quando oporteat dicere ſermonem;* poſter. loco ſubdit, *quem ego loquor.* Ambroſ. in Pſ. 40. to. 1. col. 867. f. *Dominus mihi dedit linguam eruditionis, ut ſcirem quando oporteat ſermonem dicere:* & l. de virginit. to. 2. 229. b. necnon l. de inſtit. virg. col. 250. c. *Dominus dat mihi linguam eruditionis, ut ſciam quando oporteat dicere ſermonem:* vide etiam l. 1. offic. col. 3. d.

℣. 5. Itidem in Gr. edit. Rom. præter vocem Κυρίν, *Domini*, quæ geminatur; at in Mſs. Alex. & Mediol. necnon in edd. Ald. & Compl. ſemel tantùm ponitur ut ſupra. Ap. Cypr. epiſt. 6. ad Rogat. p. 12. b. & l. 2. Teſtim. p. 290. a. *non ſum contumax, neque contradico:* vide etiam l. de op. & eleem. p. 254. c. Itidem apud Lactant. l. 4. Inſtit. c. 18. p. 581.

℣. 6. Ita Græcè ad verbum. Tertul. l. 3. adv. Marc. p. 670. a. legit: *Dorſum meum poſui in flagella, maxillas autem meas in palmas: faciem meam vero non averti à ſputaminibus:* ita rurſum l. de fuga in perſec. p. 973. b. item l. de reſur. carn. p. 573. c. alludens dicit: *Dorſum ſuum ponens ad flagella, & maxillas ad palmas; & faciem non avertens à fœditate ſputaminum.* Cypr. ſimiliter cum ep. 6. ad Rogat. p. 12. b. tum l. 2. Teſtim. p. 290. a. imo & l. de op. & eleem. p. 255. a. *Dorſum meum poſui ad flagella, & maxillas meas ad palmas: faciem autem meam non averti à fœditate ſputorum.* Concinunt Lactant. l. 4. Inſtit. c. 18. p. 581. & Anonymus ap. Marten. Anecdot. to. 5. p. 13. a. Hilar. verò in Pſ. 53. col. 97. a. alludens dicit: *Qui flagellis dorſum præbuit, maxillas ab alapis non deflexit, ſputamentorum contumeliam non exprobravit:* & in Pſ. 68. col. 225. b. *nec maxillas ab alapis, nec faciem avertit à ſputis.* Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1146. f. *Scapulas meas dedi in flagella, maxillas meas in palmas: faciem autem meam non averti à confuſione ſputorum:* & in eund. Pſ. col. 1031. c. *Dorſum meum poſui in flagella, maxillas meas in palmas: os autem meum non averti à confuſione ſputorum:* & l. de Incarn. to. 2. 713. e. *Dorſum meum dedi in flagella, & maxillas meas in palmas: vultum autem meum non converti à confuſione ſputorum.* Similiter hab. Leo M. ſer. 64. p. 140. c. excepto uno *averti:* at ſer. 53. p. 123. c. ſcribit, *ad flagella;* ut & inf. *ad palmas: faciem autem*, &c. Hieron. in Matth. 26. to. 4. 133. b. *Dedi maxillas meas alapis, & faciem meam non averti à confuſione ſputorum.* Rufin. in Symb. p. 181. b. *Dorſum meum dedi ad flagella, & maxillas meas ad palmas: & faciem meam non averti à confuſione ſputorum.* Auct. l. de promiſſ. p. 3. ap. Proſp. col. 177. e. *Ipſe dorſum meum poſui ad flagella, maxillas verò meas ad palmas: faciem verò meam non averti à fœditate ſputorum.* Suffragatur Fulg. l. 3. ad Traſim. c. 17. p. 124. excepta voce *confuſione*, pro *fœditate.*

℣. 7. Græc. ed. Rom. conſtanter habet, Καὶ Κύριος Κύριος, *Et Dominus Dominus;* Mſ. verò Alex. ſemel, ut ſupra; tum in Rom. βοηθός μοι, *auxiliator mihi;* in Alex. & Compl. βοηθός μου: ſubinde in ſingulis, *ſerpeár, ſolidam*, loco *fortiſſimam;* & ἔγνων, *novi*, pro *ſciam;* cæt. ut in textu. Apud Cypr. l. 2. Teſtim. p. 290. a. *Et fuit Deus auxiliator meus.* Ap. Marten. Anecdot. to. 5. p. 13. a. *Et fuit Dominus adjutor meus.* Apud Arnob. de Deo trino, to. 8. 213. f. *poſui faciem meam petram firmiſſimam.*

℣. 8. Editio Rom. in principio legit: Ὅτι ἤγγικεν ὁ δικαιώσας με, *Quia juxta eſt qui juſtificavit me;* Compl. verò, ὁ δικαιῶν με· reliqua ut in textu, niſi quòd utrobique eſt ὁ κρινόμενός μοι, & loco *qui judicetur mecum*, & loco *qui judicium ineat adversùm me.* Apud Iren. l. 4. c. 33. p. 274. c. ita: *Quiſquis judicatur, ex adverſo adſtet: & quiſquis juſtificatur, appropinquet puero Dei.* Apud Ambroſ. in Pſ. 38. col. 847. d. *quis contradicat, aut quis reſiſtat mihi?*

℣. 9. Edit. Rom. initio habet: Ἰδοὺ Κύριος Κύριος βοηθήσει μοι· τίς, &c. *Ecce Dominus Dominus auxiliabitur mihi:*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

me? Ecce omnes vos quasi vestimentum veterascetis, & quasi tinea comedet vos.

Hieron. ubi sup. & 363.

10. Quis est in vobis, qui timeat Dominum, exaudiat vocem pueri ejus? qui ambulant in tenebris, non est eis lux: confiditis in nomine Domini, & innitimini super Deo.

Ibid. 364.

11. Ecce omnes vos ignem accenditis, & confortatis flammam: ambulate in lumine ignis vestri, & in flamma quam succendistis: propter me facta sunt hæc vobis, in mœrore dormietis.

VULGATA NOVA.

est qui condemnet me? Ecce omnes quasi vestimentum conterentur, tinea comedet eos.

10. Quis ex vobis timens Dominum, audiens vocem servi sui? qui ambulavit in tenebris, & non est lumen ei, speret in nomine Domini, & innitatur super Deum suum.

11. Ecce vos omnes accendentes ignem, accincti flammis, ambulate in lumine ignis vestri, & in flammis quas succendistis: de manu mea factum est hoc vobis, in doloribus dormietis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

quis, &c. ut in Lat. deleto adv. *quasi*, ante *tinea*, quod tamen servant edd. Ald. & Compl. cum Mss. Alex. & Mediol. ibid. etiam non geminatur Κύριος. Apud Iren. l. 4. c. 33. p. 274. c. *Va vobis, quoniam omnes veterascetis sicut vestimentum, & tinea comedet vos.* Apud Hieron. in Isai. 14. col. 162. d. *Ecce omnes vos quasi vestimentum veterascemini, & tinea devorabit vos.*

℣. 10. Eadem leguntur Græcè, nisi quòd additur conjunctio καὶ, post vocem *tenebris*; & pro *confiditis*, habetur πεποίθατε, *confidite*; extremòque, ἀντιστηρίσασθε, *innitamini*. Tertul. l. 3. adv. Marc. p. 676. c. legit: *Quis enim in vobis, qui Deum metuit, exaudiat vocem filii ejus?* & l. 4. p. 716. b. *Quis Deum metuens, audiat vocem filii ejus?* & infra: *Quis in vobis metuens, exaudiat vocem filii ejus?*

℣. 11. Totidem verba in Græco. Similiter apud Ambr. l. de Joseph, c. 4. col. 490. f. *ambulate in lumine ignis vestri, & in flamma quam accendistis*; vel ut in Luc. 13. col. 1460. f. *& flammâ quam accendistis vobis*: at l. 1. de pœnit. to. 2. col. 410. b. *ambulate in igne flamma vestra, quam accendistis.* Hieron. in Amos 5. col. 1410. c. *ambulate in lumine ignis vestri, & in flamma quam succendistis.* Tertul. l. adv. Jud. c. 13. p. 147. c. *propter me hæc facta sunt vobis, in anxietate dormietis*: sic etiam l. 3. adv. Marc. p. 680. a.

CAPUT LI.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Isai. 51. col. 364. ex Lxx.

1. AUdite me qui persequimini quod justum est, & quæritis Dominum: attendite in robustam petram quam excidistis, & in foveam laci, quam fodistis.

2. Respicite in Abraham patrem vestrum, & in Saram, quæ peperit vos: quia unus erat, & vocavi eum, & benedixi ei, & dilexi illum, & multiplicavi eum.

Ibid. 365.

3. Et te nunc consolabor Sion: & consolatus sum omnia deserta ejus quasi paradisum, & ea quæ ad occidentem sunt quasi paradisum Domini. Exsultationem & lætitiam invenient in ea, confessionem & vocem laudis.

Ibid. 366.

4. Audite me, audite me populus meus, & reges ad me attendite: quia lex à me egredietur, & judicium meum in lucem.

5. Appropinquat citò justitia mea, & egredietur sicut lux salutare meum, & in brachio meo gentes sperabunt: me insulæ exspectabunt, & in brachio meo sperabunt.

Ibid. 367.

6. Levate in cœlum oculos vestros, & inspicite terram deorsum: quoniam cœlum sicut fumus firmatum est, terra autem sicut vestimentum veterascet, & habitatores ejus sicut hæc morientur: Salutare autem meum in sempiternum erit, & justitia mea non deficiet.

Ibid. 368.

7. Audite me qui scitis judicium, populus meus, cujus lex mea in corde eorum: nolite ti-

VULGATA NOVA.

1. AUdite me qui sequimini quod justum est, & quæritis Dominum: attendite ad petram unde excisi estis, & ad cavernam laci, de qua præcisi estis.

2. Attendite ad Abraham patrem vestrum, & ad Saram, quæ peperit vos: quia unum vocavi eum, & benedixi ei, & multiplicavi eum.

3. Consolabitur ergo Dominus Sion, & consolabitur omnes ruinas ejus: & ponet desertum ejus quasi delicias, & solitudinem ejus quasi hortum Domini. Gaudium & lætitia invenietur in ea, gratiarum actio & vox laudis.

4. Attendite ad me populo meus, & tribus mea me audite: quia lex à me exiet, & judicium meum in lucem populorum requiescet.

5. Prope est justus meus, egressus est salvator meus, & brachia mea populos judicabunt: me insulæ exspectabunt, & brachium meum sustinebunt.

6. Levate in cœlum oculos vestros, & videte sub terra deorsum: quia cœli sicut fumus liquescent, & terra sicut vestimentum atteretur, & habitatores ejus sicut hæc interibunt: Salus autem mea in sempiternum erit, & justitia mea non deficiet. *Psalm. 36. 39.*

7. Audite me qui scitis justum, populus meus lex mea in corde eorum: nolite timere oppro- *Psalm. 36. 31.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic est in Græco, nisi excipiantur ista, ἐμβλέψατε εἰς τὴν στερεὰν πέτραν, *inspicite in solidam petram*, pro *attendite*, &c.

℣. 2. Ita de Græco, verbum è verbo, præter nomen Σάρραν.

℣. 3. Eadem leguntur in Gr. edit. Rom. nisi quòd post *deserta ejus*, rursum additur, καὶ θήσω τὰ ἔρημα αὐτῆς, *& ponam deserta ejus*; ut & inf. αὐτῆς, *ejus*, ad *occidentem*; sed à Mss. Alex. absunt tota ista: καὶ θήσω τὰ ἔρημα αὐτῆς ὡς παράδεισον, καὶ τὰ πρὸς λυσμὰς αὐτῆς.

℣. 4. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 697. b. *Audite me, audite me populus meus, & reges auribus intendite in me: quoniam lex prodibit à me, & judicium meum in lucem nationum.* Ita quoque in Græco est. Apud August. l. de unit. Eccl. to. 9. 348. c. *Audite me, audite populus meus; reges quoque intendite mihi: quoniam lex à me prodiet, & judicium meum in lucem gentibus.*

℣. 5. Totidem verba in Græco. Apud August. verò l. de unit. Eccl. to. 9. 348. c. sic: *Appropinquat maturè justitia mea, & salutare meum proficiscetur, & in brachio meo gentes salvantur.*

℣. 6. Hæc tota similiter habentur Græcè. Apud Iren. l. 4. c. 3. p. 230. d. sic: *Allevate oculos vestros in cælum, & attendite in terram deorsum: quoniam cælum sicut fumus confirmatum est, terra autem sicut vestimentum veterascet; qui autem inhabitant in eis, quemadmodum hæc morientur: Salutare autem meum in æternum erit, justitia autem mea non deficiet.* Apud Ambros. l. 1. Hexa. col. 15. f. *Tollite in cælum oculos vestros, & aspicite terram deorsum: quia cælum ut fumus solidatum est, terra autem ut vestimentum veterascet:* & sup. col. 10. f. ait, *quòd firmaverit cælum sicut fumum.*

℣. 7. Similiter in Græco edit. Rom. nisi quòd deest *meus*, post *populus*; & pro *in corde eorum*, habetur ἐν τῇ καρδίᾳ ὑμῶν, *in corde vestro*; at in Mss. Alex. & Mediol. ὁ λαός μου; & in Compl. ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν. Ms. Floriac. sic hab. *Audite*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

brium hominum, & blaſphemias eorum ne metuatis.

8. Sicut enim veſtimentum, ſic comedet eos vermis: & ſicut lanam, ſic devorabit eos tinea: Salus autem mea in ſempiternum erit, & juſtitia mea in generationes generationum.

9. Conſurge, conſurge, induere fortitudinem brachium Domini: conſurge ſicut in diebus antiquis, in generationibus ſæculorum. Nunquid non tu percuſſiſti ſuperbum, vulneraſti draconem?

Exod. 14. 21. 10. Nunquid non tu ſiccaſti mare, aquam abyſſi vehementis: qui poſuiſti profundum maris viam, ut tranſirent liberati?

11. Et nunc qui redempti ſunt à Domino, revertentur, & venient in Sion laudantes, & lætitia ſempiterna ſuper capita eorum, gaudium & lætitiam tenebunt, fugiet dolor & gemitus.

12. Ego, ego ipſe conſolabor vos: quis tu ut timeres ab homine mortali, & à filio hominis, qui quaſi fenum ita areſcet?

13. Et oblitus es Domini factoris tui, qui tetendit cœlos, & fundavit terram: & formidaſti jugiter tota die à facie furoris ejus qui te tribulabat, & paraverat ad perdendum: ubi nunc eſt furor tribulantis?

14. Citò veniet gradiens ad aperiendum, & non interficiet uſque ad internecionem, nec deficiet panis ejus.

15. Ego autem ſum Dominus Deus tuus, qui conturbo mare, & intumeſcunt fluctus ejus: Dominus exercituum nomen meum.

Supr. 49. 2. 16. Poſui verba mea in ore tuo, & in umbra manus meæ protexi te, ut plantes cœlos, & fundes terram: & dicas ad Sion: Populus meus es tu.

17. Elevare, elevare, conſurge Jeruſalem, quæ bibiſti de manu Domini calicem iræ ejus: uſque ad fundum calicis ſoporis bibiſti, & potaſti uſque ad feces.

18. Non eſt qui ſuſtentet eam ex omnibus

VERSIO ANTIQUA.

mere opprobrium hominum, & contemptu eorum ne vincamini. *Hieron. ubi ſup.*

8. Sicut enim veſtimentum, conſumentur tempore: & ſicut lanæ, comedentur à tinea: Juſtitia autem mea in æternum erit, & ſalus mea in generationes generationum.

9. Exſurge, exſurge Jeruſalem, & induere fortitudine brachii tui: exſurge ſicut in principio diei, ſicut generatio ſempiterna. Nonne tu es, quæ excidiſti latitudinem, diſſolviſti draconem?

10. Nonne tu es, quæ deſertum feciſti mare, aquas abyſſi multas: quæ poſuiſti profundum maris viam tranſitûs his, qui fuerant liberati,

11. & redempti? A Domino enim reducentur, & venient in Sion cum lætitia & exſultatione æterna: in capite enim eorum laus, & lætitia apprehendet eos; fugiet dolor, & mœror, & gemitus.

12. Ego ſum, ego ſum ipſe, qui conſolor te: *Ibid. 369.*
ſcito quæ fueris, & timueris ab homine mortali, & à filio hominis, qui quaſi fenum arefacti *Ibid. 370.*
ſunt.

13. Et oblita es Dei factoris tui, qui fecit cœlum, & fundavit terram: & timebas ſemper cunctis diebus faciem furoris tribulantis te, ſicut cogitavit auferre te: & nunc ubi eſt furor tribulantis te?

14. Cùm enim ſalva facta fueris, non ſtabit, neque permanebit.

15. Quia ego Deus tuus, qui conturbo mare, & ſonare facio fluctus ejus: Dominus ſabaoth nomen mihi.

16. Ponam verba mea in ore tuo, & in umbra manus meæ protegam te, in qua ſtatui cœlum, & fundavi terram: & dicet Sion: Populus meus es tu.

17. Exſurge, exſurge, elevare Jeruſalem, quæ *Ibid. 371.*
bibiſti de manu Domini calicem furoris ejus: calicem enim ruinæ, * condy furoris ebibiſti, & evacuaſti. * *Edit. ὀλόλυγος*

18. Et non erat qui conſolaretur te ex omni-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

me qui noſtis judicium, populus meus, in quorum corde lex mea eſt: nolite metuere opprobria hominum, & detractione eorum ne ſuperemini. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 708. b. *ne metueritis ignominiam ab hominibus, & nullificatione eorum ne minuamini.* Ambroſ. *Audite me populus meus, qui ſcitis judicium, quorum in corde lex mea eſt.* Auguſt. l. de divin. dæmon. to. 6. 514. b. & epiſt. 78. to. 2. 185. a. *Audite me qui ſcitis judicium, populus meus, in quorum corde lex mea eſt: opprobrium hominum nolite metuere, & detractione eorum ne ſuperemini:* ſimiliter epiſt. 102. col. 286. d. præter unum plur. *opprobria;* at l. de divin. ubi ſup. addit: *nec quòd nunc vos ſpernunt, magni duxeritis:* ſimiliter ep. 78. & 102. præter hoc, *nec quòd vos ſpernant:* hæc autem abſunt à Gr.

℣. 8. Græc. habet ὑπὸ χρόνου, *à tempore;* & ſub fin. Σωτήριόν μου, *Salutare meum*, loco *Salus mea;* cæt. ut in textu. In Mſ. Floriac. ſic: *Nam ſicut veſtimentum, ita per tempus aſſumentur: & velut lanam, comedet eos tinea: Juſtitia autem mea manet in æternum, Salutare verò meum in ſæcula ſæculorum.* Apud Auguſt. l. de divin. dæmon. to. 6. 514. c. *Sicut enim veſtimentum, ita per tempus abſumentur: & ſicut lana, à tinea comedentur: Juſtitia autem mea in æternum manet:* eadem rurſum refert ep. 78. ad clerum, to. 2. 185. a. & epiſt. 102. col. 286. d.

℣. 9. Sic eſt in Gr. edit. Rom. præter hæc ult. *Nonne tu es, quæ excidiſti latitudinem, diſſolviſti draconem?* quæ deſunt: ſed in edd. Ald. & Compl. ſubſequuntur: ἡ οὐ σὺ ἡ κατομήσασα πλάτος, διαῤῥήξασα (al. διαλύσασα) δράκοντα; quæ apud Procop. aſcribuntur Theodotioni ſub aſteriſco; & verò ipſa Cyrillus non habet, ſi Nobilio fides. Apud Tertul. l. de reſur. carn. p. 576. c. hæc leguntur ſola: *Exſurge, exſurge Jeruſalem, induere fortitudinem brachii tui: exſurge ſicut in primordio diei.*

℣. 10. Sic eſt in Græco, præter hoc ſingul. ὕδωρ ἀβύσσου πολλῆς, *aquam abyſſi multam;* exinde verò pluraliter, τὰ βάθη τῆς θαλάσσης, *profunda maris.*

℣. 11. Ita Græcè, niſi quòd pro *in capite*, habetur ἐπὶ κεφαλῆς, *ſuper caput;* & ἀνίδρα, *fugit*, pro *fugiet.* Auct. verò l. de XLII. manſ. apud Ambr. col. 8. a. legit ut ſup. *in capite eorum laus, & lætitia apprehendet eos; fugiet dolor, mœror, & gemitus.*

℣. 12. In Gr. edit. Rom. deeſt *ipſe*, poſt *ego ſum;* ſed in edd. Ald. & Compl. additur αὐτός; cæt. quadrant, niſi exceperis iſta, τίς ὕσα, ἐφοβήθης, *quæ cùm eſſes, timueris*, pro *quæ fueris*, & *timueris.* Apud Hieron. l. 3. in ep. ad Epheſ. to. 4. 397. a. *qualis tu timuiſti ab homine mortali, & à filio hominis.*

℣. 13. Hæc tota concinunt cum Græco, ſi addatur *enim*, ad verbum *cogitavit;* ſed ab ed. Compl. abeſt γάρ.

℣. 14. Itidem Græcè. Apud Hieron. tamen ſubſequuntur iſta: *& non occidet in corruptionem, & non deficiet panis ejus;* quæ detrahenda duximus, quoniam abſunt etiamnum ab ed. LXX. nec apud Hieron. leguntur, niſi cum aſteriſco ※ ut ex Hebr. de Theodotionis editione ſuperaddita: apud Procop. etiam adduntur in margine ſub aſteriſco, eidem Theodotioni aſcripta, teſte Nobilio. In edit. Compl. pariter ſequuntur, ἢ ἡ θανατώσει εἰς διαφθορὰν, ἢ ἡ μὴ ὑστερήσῃ ὁ ἄρτος αὐτῆς.

℣. 15. Similiter habetur in Græco.

℣. 16. Ita de Græco, verbum è verbo, præter ſeq. ὑπὸ τὴν σκιὰν, *ſub umbra*, pro *in umbra.*

℣. 17. Ita rurſum in Græco. Item ap. Ambroſ. in Pſ. 37. col. 822. c. *bibiſti calicem iræ de manu Domini, calicem enim ruinæ bibiſti, & exinaniſti:* Mſs. 2. hab. *iræ*, non *ruinæ;* at in Gr. conſtanter τῆς πτώσεως.

℣. 18. Eadem prorſus leguntur Græcè. Apud Ambroſ. in Pſ. 37. col. 822. c. hæc pauca: *Nec erat qui te conſolaretur.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Hieron. ubi ſup. bus filiis tuis, quos genuiſti: & non erat qui apprehenderet manum tuam, neque ex omnibus filiis tuis, quos exaltaſti.	filiis, quos genuit: & non eſt qui apprehendat manum ejus ex omnibus filiis, quos enutrivit.
19. Duo hæc contraria tibi: quis contriſtabitur tecum? ruina, & contritio, fames, & gladius; quis conſolabitur te?	19. Duo ſunt quæ occurrerunt tibi: quis contriſtabitur ſuper te? vaſtitas, & contritio, & fames, & gladius; quis conſolabitur te? *Sup. 47. 9.*
Ibid. 373. 20. Filii tui indigentes, & dormientes in capite omnium viarum, ſicut beta ſemicocta; pleni furoris Domini, & deficientes à Domino Deo.	20. Filii tui projecti ſunt, dormierunt in capite omnium viarum, ſicut oryx illaqueatus: pleni indignatione Domini, increpatione Dei tui.
21. Propterea audi humiliata, & ebria non à vino.	21. Idcirco audi hoc paupercula, & ebria non à vino.
22. Sic dicit Dominus Deus, qui judicat populum ſuum: Ecce tuli de manu tua calicem ruinæ, * *Edit.* κόνδυ. condy furoris mei, & non adjicies bibere illum ultra.	22. Hæc dicit dominator tuus Dominus, & Deus tuus, qui pugnabit pro populo ſuo: Ecce tuli de manu tua calicem ſoporis, fundum calicis indignationis meæ, non adjicies ut bibas illum ultra.
23. Et dabo eum in manus eorum, qui te iniquè oppreſſerunt, & humiliaverunt; qui dixerunt animæ tuæ: Inclinare, ut tranſeamus: & poſuiſti æqualia terræ media tua à foris tranſeuntibus.	23. Et ponam illum in manu eorum, qui te humiliaverunt, & dixerunt animæ tuæ: Incurvare, ut tranſeamus: & poſuiſti ut terram corpus tuum, & quaſi viam tranſeuntibus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 19. Totidem verba in Græco, præter unum λιὸ, *quare*, pro 1. *duo*; at in Mſ. Alex. δύο, non δύο.

℣. 20. Græc. ed. Rom. tollit conjunct. & , & poſt *indigentes*, & ante *deficientes*; loco verò *omnium viarum*, hab. πάσης ἐξόδου, *omnis exitûs*; ultimòque, διὰ Κυρίου τοῦ Θεοῦ, *per Dominum Deum*; ſed in Compl. πασῶν ἐξόδων... ἀπὸ Κυρίου τοῦ Θεοῦ. S. Paulin. epiſt. 39. p. 240. memorat etiam *betam ſemicoctam*, de qua copiosè Hieron. diſſerit ubi ſup. quem vide.

℣. 21. Itidem Græcè: item ap. Ambroſ. l. de exhort. virg. to. 2. 299. a. *Audi humiliata, & ebria non à vino.*

℣. 22. Ad verbum è Græco. Apud Ambroſ. l. de exhort. virg. 299. a. *Ecce accepi de manu tua calicem ruinæ, & poculum iræ.* Ap. Caſſiod. in Pſ. 22. p. 80. b. *Et accepi de manu tua calicem ruinæ, poculum iræ, & indignationis meæ.*

℣. 23. Sic eſt in Græco, addito uno ζῇ, *te*, ad verbum *humiliaverunt*; deleta verò præp. ἐ, ante penult. *foris*. Apud Hieron. ubi ſup. 374. b. *Juxta LXX. media & cervices tuas foris tranſeuntibus*: in Mſs. Alex. & Mediol. τὰ μετάφρενά σου ἔξω τοῖς, &c.

CAPUT LII.

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Hieron. in Iſai. 52. col. 374. ex Lxx. 1. EXſurge, exſurge Sion, induere fortitudine tua Sion, & induere gloria tua Jeruſalem, civitas ſancta: nequaquam ultra adjiciet ut pertranſeat per te incircumciſus & immundus.	1. CONſurge, conſurge, induere fortitudine tua Sion, induere veſtimentis gloriæ tuæ Jeruſalem, civitas ſancti: quia non adjiciet ultra ut pertranſeat per te incircumciſus & immundus.
Ibid. 375. 2. Excute pulverem, & exſurge Jeruſalem: ſolve vinculum colli tui captiva filia Sion.	2. Excutere de pulvere, conſurge; ſede Jeruſalem: ſolve vincula colli tui captiva filia Sion.
3. Quia hæc dicit Dominus: Gratis venundati eſtis, & ſine pecunia redimemini.	3. Quia hæc dicit Dominus: Gratis venundati eſtis, & ſine argento redimemini.
Ibid. 376. 4. Quia ſic dicit Dominus: In Ægyptum deſcendit populus meus priùs, ut peregrinaretur ibi: & in Aſſyrios violenter abducti ſunt.	4. Quia hæc dicit Dominus Deus: In Ægyptum deſcendit populus meus in principio, ut colonus eſſet ibi: & Aſſur abſque ulla cauſa calumniatus eſt eum. *Geneſ. 46. 6.*
5. Et nunc quid erit hic, dicit Dominus, quia ablatus eſt populus meus gratis? admiramini, & ululate. Hæc dicit Dominus: Propter vos ſemper nomen meum blaſphematur in gentibus.	5. Et nunquid mihi eſt hic, dicit Dominus, quoniam ablatus eſt populus meus gratis? Dominatores ejus iniquè agunt, dicit Dominus, & jugiter tota die nomen meum blaſphematur.
6. Propterea ſciet populus meus nomen meum in die illa: quia ego ipſe qui loquebar, adſum.	6. Propter hoc ſciet populus meus nomen meum in die illa: quia ego ipſe qui loquebar, ecce adſum. *Ezech. 36. 20. Rom. 2. 24.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Totidem leguntur Græcè, præpoſito uno οὐ, verbo 2. *induere*, quod tamen abeſt à Mſ. Alex. Donatus in Collat. Carthag. p. 485. b. legit: *Exſurge Sion, indue fortitudinem tuam Jeruſalem, civitas ſancta: non adjiciet tranſire per te incircumciſus & immundus.*

℣. 2. Ita fert Græc. ſubjuncto verbo κάθισον, *ſede*, poſt *exſurge*.

℣. 3. Sic eſt in Gr. niſi hoc excipiatur, ὑ μετὰ ἀργυρίου, *non cum argento*, pro *ſine pecunia*. Apud Ambr. l. de Inſtit. virg. to. 2. 268. a. *Gratis venundati eſtis, & ſine argento redimemini.* Similiter habet Aug. tract. 41. in Joh. col. 572. d.

℣. 4. Eadem præfert Gr. ed. Rom. excepto uno *quia*, quod delet; ſed habent edd. Ald. & Compl. ὅτι οὕτως, cum Mſ. Mediol.

℣. 5. Edit. Rom. in principio habet: Καὶ νῦν τί ἐστὲ ὧδε; τάδε λέγει Κύριος· *Et nunc quid eſtis hic? hæc dixit Dominus*; reliqua ut in textu: at in Mſ. Mediol. ſic: ÷ A. Καὶ νῦν τί μοι ὧδε, φησί, &c. Theod. & Symm. Καὶ νῦν τί μοι ὧδε, λέγει Κύριος· in Mſ. Alex. Καὶ νῦν τί ὧδε ἔσαι; in edd. Ald. & Compl. ἔσαι ὧδε. Apud Tertul. l. 3. & 4. adv. Marc. p. 679. c. 708. b. poſtrema tantùm leguntur: *Propter vos blaſphematur nomen meum in nationibus*: & l. adv. Jud. c. 13. p. 147. c. *Propter vos nomen Dei blaſphematur in gentibus.* Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 309. c. *hæc dicit Dominus: Propter vos ſemper blaſphematur nomen meum in gentibus.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 11. p. 60. c. *nomen enim Dei per vos blaſphematur inter gentes.*

℣. 6. Conſonat Græc. addito uno εἰμὶ, ad vocem *ego*. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 706. c. *Propterea cognoſcet populus nomen meum in illa die.* Ambroſ. l. de Joſeph, c. 12. to. 1. 506. b. *ipſe qui loquebar, ecce adſum*: & l. 2. de fide, to. 2. 477. b. *ipſe qui loquebar, adſum.* Hilar. in Pſ. 119. col. 372. c. *ecce adſum tibi.* Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 309. c. *Propterea cognoſcet populus meus in illa die nomen meum: quia ego ſum ipſe qui loquebar, adſum*: at l.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.	
Nah. 1. 15. *Rom.* 10. 15. 7. Quàm pulchri ſuper montes pedes annuntiantis & prædicantis pacem; annuntiantis bonum, prædicantis ſalutem, dicentis Sion: Regnabit Deus tuus!	7. Sicut hora ſuper montes, ſic pedes evangelizantis auditum pacis, evangelizantis bona: quia auditam faciam ſalutem meam, dicens: Sion regnabit Deus tuus.	*Hieron. ubi ſup. col.* 378.
8. Vox ſpeculatorum tuorum: levaverunt vocem, ſimul laudabunt: quia oculo ad oculum videbunt cùm converterit Dominus Sion.	8. Vox cuſtodientium te exaltata eſt, & voce ſimul lætabuntur: quia oculi ad oculos videbunt, quando miſertus fuerit Dominus Sion.	
9. Gaudete, & laudate ſimul deſerta Jeruſalem: quia conſolatus eſt Dominus populum ſuum, redemit Jeruſalem.	9. Erumpant lætitiam ſimul deſerta Jeruſalem: quia miſertus eſt Dominus ejus, & eruit Jeruſalem.	*Ibid.* 379.
Pſalm. 97. 3. 10. Paravit Dominus brachium ſanctum ſuum in oculis omnium gentium: & videbunt omnes fines terræ ſalutare Dei noſtri.	10. Revelabit Dominus brachium ſanctum ſuum in conſpectu cunctarum gentium: & videbunt omnes fines terræ ſalutare Dei noſtri.	
2. Cor. 6. 17. 11. Recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere: exite de medio ejus, mundamini qui fertis vaſa Domini.	11. Recedite, recedite, egredimini inde, & immundum nolite tangere: exite de medio ejus, ſeparamini qui portatis vaſa Domini.	*Ibid.* 380.
12. Quoniam non in tumultu exibitis, nec in fuga properabitis: præcedet enim vos Dominus, & congregabit vos Deus Iſraël.	12. Quia non cum tumultu exibitis, neque cum fuga ibitis: ſed præcedet vos Dominus, & qui congregat vos Deus Iſraël.	
13. Ecce intelliget ſervus meus, exaltabitur, & elevabitur, & ſublimis erit valde.	13. Ecce intelliget puer meus, & exaltabitur, & gloriabitur valde.	*Ibid.* 381.
14. Sicut obſtupuerunt ſuper te multi, ſic inglorius erit inter viros aſpectus ejus, & forma ejus inter filios hominum.	14. Sicut ſtupebunt ſuper te multi, ſic ingloria erit ab hominibus ſpecies tua, & gloria tua à filiis hominum.	
Rom. 15. 21. 15. Iſte aſperget gentes multas, ſuper ipſum continebunt reges os ſuum: quia quibus non eſt narratum de eo, viderunt; & qui non audierunt, contemplati ſunt.	15. Sic mirabuntur gentes multæ ſuper eo, & continebunt reges os ſuum: quia quibus non eſt annuntiatum de eo, videbunt; & qui non audierunt, intelligent.	

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

cont. Varimad. p. 729. h. *Hæc dicit Dom. In die illa ſcient pop. meus, quoniam ego ſum ipſe, qui loquebar in ſeriis meis prophetis, & evangelizans: auditum audietis, ecce adſum.* Philaſtr. Brix. l. de hæreſ. p. 721. c. *ecce qui loquebar in prophetis, adſum.* Gaud. Brix. ſer. 2. p. 947. a. *qui loquebatur in prophetis: Ecce adſum.*

℣. 7. Similia leguntur Græcè, præter duo, nimirum, ὡς εὐαγγελιζόμενος ἀγαθά, *ſicut evangelizans bona*; & inf. σωτηρίαν σου, *ſalutem tuam*, non *meam*; at in ed. Compl. eſt ὡς εὐαγγελιζομένου ἀγαθά, ut ſup. in textu. Ap. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 706. c. *Quàm tempeſtivi pedes evangelizantium pacem, evangeliz. bona!* Apud Hilar. in Pſ. 119. col. 372. c. *Quàm pulcherrimi*, &c. Apud Ambr. ubi ſup. *Quàm ſpecioſi*, &c. ſed hæc tria teſtim. pertinere videntur ad Rom. 10. ℣. 11. quem vide. Symmachus tamen ap. Procop. habet: Τί εὐπρέπεις ἐπὶ τῶν ὀρέων πόδες, &c. Aquila, Τί ὡραιώθησαν ἐπὶ τὰ ὄρη πόδες, &c.

℣. 8. Græc. ipſo initio ponit ὅτι, *quia*; reliqua ut in textu, verbum pro verbo; imo & à Compl. abeſt ὅτι. Hieron. inf. in Iſai. 56. col. 412. c. dicit *juxta LXX.* legi: *Vox cuſtodum tuorum elevata eſt.*

℣. 9. Conſonat Græc. ad verbum. Ita quoque habet Auguſt. l. de unit. Eccl. to. 9. 348. d. niſi quòd legit, *Erumpant lætitiâ*; deletque inf. vocem *Dominus*. Apud Ambroſ. in Luc. 2. p. 1303. c. *Exſulta deſertum.*

℣. 10. Editio Rom. in principio habet, Καὶ ἀποκαλύψει; ſed abeſt ἡ in Compl. apud Symm. & Theod. ἀπεκάλυψεν; extremò etiam ed. Rom. fert τὴν Σωτηρίαν τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, *ſalutem quæ à Deo noſtro*; cæt. ut in textu: à Mſ. Alex. abeſt ἡμῶν. Tertul. l. 3. adv. Marc. p. 679. b. alludens, dicit: *Jam enim revelaverat Dominus brachio ſuo Sanctum, ut viderint univerſæ nationes, & ſumma terræ ſalutem, quæ erat à Deo.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 285. c. *Revelavit Dominus brachium ſuum illum ſanctum in conſpectu omnium gentium: videbunt omnes gentes, ipſa ſuprema terræ, ſalutem à Deo.* Hilar. in Pſ. 13. n. 5. col. 58. f. *Revelavit Dominus brachium ſuum ſanctum in conſpectu omnium gentium: & cognoſcent omnes fines terræ ſalutare Dei noſtri.* Hieron. in Iſai. 9. col. 85. c. *Revelavit Dom. Deus brachium ſanctum ſuum omnibus gentibus.* Auguſt. l. de unit. Eccl. to. 9. 348. d. *Et patefaciet Dominus brachium ſuum ſanctum in conſpectu univerſarum gentium: & videbunt omnes nationes uſque ad ultima terræ ſalutem, quæ à Deo eſt.* Ita quoque legitur in Collat. Carthag. p. 392. b. præter hæc, *omnes gentes uſque ad intima terræ.* Leo M. ſerm. 35. p. 96. c. *Revelavit Dominus brachium ſanctum ſuum in conſpectu omnium gentium: & viderunt omnes gentes terræ ſalutem, quæ à Domino Deo noſtro eſt.* Similiter hab. Auct. l. de voc. gent. l. 2. c. 18. p. 28. a. exceptis his, *Et revelabit..... & videbunt..... quæ à Domino noſtro eſt.*

℣. 11. Eadem prorſus in Græco. Apud Tertul. l. 3. adv. Marc. p. 679. a. ſic: *Divertite, divertite, excedite de medio ejus..... ſeparamini qui Domini vaſa portatis*; editt. ferunt *canſam*, non *vaſa*; ſed aperto mendo; nam Tertul. ipſe l. 5. adv. Marc. p. 800. b. legit: *Exite de medio eorum, & immundum ne attigeritis: ſeparamini qui fertis vaſa Domini.* Cypr. l. de lapſ. p. 184. b. *Diſcedite, diſcedite, exite inde, & immundum nolite tangere: exite de medio ejus, ſeparamini qui fertis vaſa Domini*; & l. 3. Teſtim. p. 316. c. *exite de medio eorum, qui fertis vaſa Domini.* Auguſt. epiſt. 108. col. 308. c. *exite inde, & immundum ne tetigeritis*: & l. 3. cont. ep. Parmen. to. 9. 69. b. *Recedite, recedite, exite inde, & immundum nolite tangere: exite de medio ejus, & ſeparamini qui fertis vaſa Domini.* In Collat. Carthag. p. 490. c. *Diſcedite, exite inde, & immundum nolite tangere: diſcedite de medio eorum, qui fertis vaſa Domini.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 26. p. 113. d. *Exite, exite de medio eorum, & immundum ne tetigeritis.* Auct. l. de aleat. ap. Cypr. p. 494. c. *Diſcedite, diſcedite inde, exite de medio ejus, qui portatis vaſa Domini; & immundum ne tetigeritis.*

℣. 12. Ita in Græco, præter iſta, προπορεύσεται γὰρ πρόσωπος ὑμῶν Κύριος, *præcedet enim prior vobis Dominus.*

℣. 13. Conſonat Græc. niſi quòd hab. Δοξασθήσεται, *glorificabitur*, pro *gloriabitur*. Apud Auguſt. l. 1. de conſ. Evang. to. 3. p. 2. col. 21. e. *Ecce in intellectu erit* (Mſs. 7. *intellectum intelliget*) *puer meus, & exaltabitur, & honorificabitur vehementer*: at l. 18. de civit. Dei, c. 29. to. 7. 510. c. *Ecce intelliget puer meus, & exaltabitur, & glorificabitur valde.* Fulg. l. de fide ad Petr. p. 524. *Ecce intelliget puer meus, & exaltabitur, & ſublimis erit valde.*

℣. 14. Itidem Græcè. Apud Tertul. l. 3. adv. Marc. p. 676. b. ſic: *Quemadmodum expaveſcent multi ſuper te, ſic ſine gloria erit ab hominibus forma tua.* Apud Hieron. in Iſai. 53. col. 382. f. *Inglorius erit aſpectus ejus, & forma ejus præ filiis hominum.* Apud Auguſt. l. 1. de conſ. Evang. to. 3. p. 2. col. 21. e. *Quomodo multi mirabuntur ſuper te, ſic tamen & inhoneſta videbitur ab omnibus ſpecies tua, & bonor tuus ab hominibus*: at l. 18. de civit. Dei, c. 29. to. 7. 510. c. *Quemadmodum ſtupeſcent ſuper te multi, ita gloriâ privabitur ab hominibus ſpecies tua, & gloria tua ab hominibus*: item in Mſ. Alex. ſimpliciter, ἀπὸ τῶν ἀνθρώπων, abſque vocula υἱῶν.

℣. 15. Hæc tota concinunt cum Græco: nec diſſimilia hab. Auguſt. l. 1. de conſ. Evang. to. 3. p. 2. col. 21. e. necnon l. 18. de civit. Dei, c. 29. to. 7. 510. c. ubi ſic: *Ita enim mirabuntur gentes multæ ſuper eum, & continebunt reges os ſuum: quoniam quibus non eſt nunciatum* (al. *annuntiatum*) *de illo, videbunt; & qui non audierunt, intelligent*: hæc poſtrema rurſus hab. in Pſ. 47. to. 4. 419. g. item Cypr. l. 1. Teſtim. p. 282. b. & Ruſin. in Symb. p. 180. b. & Maxim. Taurin. p. 9. h. 11. h. & Leo M. ſer. 35. p. 96. e. & Auct. epiſt. ad Demetriad.

Digitized by Google

Notæ ad Versionem antiquam.

p. 44. f. 45. a. Auctor etiam l. de promiſſ. p. 3. col. 184. a. ap. Proſp. legit : *Mirabuntur gentes multæ ſuper eum, & continebunt os ſuum reges : quibus non eſt nunciatum de eo, videbunt*, &c. ut ſupra. Hieron. in Iſai. 65. col. 479. c. *quibus non eſt annuntiatum de eo, audient ; & qui non audierunt, intelligent.* Caſſiod. in Pſ. 17. p. 63. b. *quibus non eſt nunciatum de eo, videbunt ; & qui non audierunt, contemplabuntur.*

CAPUT LIII.

Versio antiqua.

Hieron. in Iſai. 53. col. 382. ex l.xx.

1. DOmine, quis credidit auditui noſtro? & brachium Domini cui revelatum eſt?

2. Annuntiavimus quaſi parvulum in conſpectu ejus, ſicut radix in terra ſitienti : non eſt ſpecies ei, neque gloria : & vidimus eum, & non habebat ſpeciem, neque decorem :

3. Sed ſpecies ejus inhonorata, & deficiens præ filiis hominum ; homo in plaga, & ſciens ferre infirmitatem : quia averſa eſt facies ejus, deſpecta, & non reputata.

Vulgata nova.

1. QUis credidit auditui noſtro? & brachium Domini cui revelatum eſt? *Jean. 12. 38.*

2. Et aſcendet ſicut virgultum coram eo, & ſicut radix de terra ſitienti : non eſt ſpecies ei, neque decor : & vidimus eum, & non erat aſpectus, & deſideravimus eum : *Rom. 10. 16.*

3. Deſpectum, & noviſſimum virorum, virum dolorum, & ſcientem infirmitatem : & quaſi abſconditus vultus ejus & deſpectus, unde nec reputavimus eum. *Marc. 9. 11.*

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Accinunt magno conſenſu Tertul. l. cont. Prax. p. 848. b. 849. b. Cypr. l. 2. Teſtim. p. 285. 289. c. Fauſt. presb. cont. Arian. p. 646. f. Lact. l. 4. Inſtit. c. 16. p. 579. Auguſt. l. 1. de conſ. Evang. to. 3. p. 2. col. 21. f. & l. 18. de civit. Dei, c. 29. to. 7. 510. d. Leo M. ſerm. 27. p. 84. f. Anonym. ex Synodico, c. 225. Concil. Baluz. Fulgentius l. 3. ad Traſim. c. 29. p. 134. & Anonym. ap. Marten. Anecdot. to. 5. p. 12. e. nec diſſimile quidpiam in Græco.

℣. 2. Sic habetur Græcè ad verbum. Tertul. l. cont. Jud. c. 14. p. 147. c. legit : *Annuntiamus enim de illo, ſicut puerulus, ſicut radix in terra ſitienti : & non erat ei ſpecies, neque gloria : & vidimus eum, & non habebat ſpeciem, neque decorem :* & l. 3. adv. Marc. p. 671. b. 676. b. *Annuntiavimus enim de illo* (al. *coram ipſo*,) *velut* (al. *ſicut*) *puerulus, velut* (al. *ſicut*) *radix in terra ſitienti : & non eſt ſpecies ejus, neque gloria ;* reliqua ut ſupra : & l. adv. Prax. p. 848. f. *Annuntiavimus de illo, ſicut puerulus, ſicut radix in terra ſitienti : & non erat forma ejus, nec gloria :* & l. de carne Chr. p. 550. b. *qui nec formam habuit, nec ſpeciem.* Novatian. de Trin. p. 1036. a. *& vidimus eum, & non erat ei ſpecies, neque honor.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 289. c. *Annuntiavimus coram ipſo ſicut pueri, ſicut radix in terra ſitienti : non eſt figura ejus, neque claritas : & vidimus illum, & non habuit figuram, neque ſpeciem.* Ita quoque legit Lactant. l. 4. Inſtit. c. 16. p. 579. niſi quòd addit *&*, poſt vocem *pueri ;* ultimòque, *decorem*, loco *ſpeciem.* Ambroſ. l. 2. de interpel. Dav. c. 4. col. 644. b. *vidimus eum, & non habebat ſpeciem, neque decorem :* ſimiliter in Luc. 9. & 13. col. 1413. b. 1454. f. & epiſt. 46. col. 986. a. at l. 4. de fide, col. 523. f. *vidimus eum non habentem ſpeciem, neque decorem :* & in Luc. 1. col. 1267. e. *non habebat ſpeciem ſuam, neque decorem.* Hieron. in Amos 7. col. 1435. e. *non eſt ſpecies illi, neque decor : vidimus eum, & non erat pulchritudo :* epiſt. verò ad Princip. to. 2. 684. c. *vidimus eum, & non habebat ſpeciem, neque decorem.* Similiter hab. Auguſt. in Pſ. 103. to. 4. 1132. b. & l. cont. Jud. to. 8. 31. d. item l. 1. de conſ. Evang. to. 3. 21. g. legit : *Nunciavimus coram illo, ut puer, ut radix in terra ſitienti : non eſt ſpecies illi, neque honor : & vidimus illum, & non habuit ſpeciem, neque decorem :* & l. 18. de civit. Dei, c. 29. to. 7. p. 510. d. *Annuntiavimus coram illo, ut infans, ut radix in terra ſitienti : non eſt ſpecies illi, neque gloria : & vidimus eum, & non habebat ſpeciem, neque decorem :* at ſer. 44. to. 5. col. 214. f. hab. *Aſcendet ſicut virgultum, & ſicut radix in terra ſitienti :* & inf. 215. d. *non eſt ſpecies illi, neque honor : & vidimus illum, & non habuit ſpeciem, neque decorem :* vide etiam l. de bono viduit. to. 6. 382. d. Fulgentius l. 3. ad Traſim. c. 29. p. 135. a. *Annuntiavimus coram ipſo, ut puer, ut radix in terra ſitienti : non eſt ei ſpecies, neque gloria : & vidimus eum, & non habuit ſpeciem, neque decorem.* Anonym. ex Synodico adv. Tragœd. Iren. c. 225. *Annuntiavimus coram ipſo tanquam pueri, ut radix in terra ſitienti : non eſt ei ſpecies, neque gloria : vidimus eum, & non habuit ſpeciem, neque decorem.* Fauſtin. presb. l. cont. Arian. p. 646. f. *Enunciavimus coram ipſo, ſicut puer, ſicut radix inveterata* (l. *in terra*) *ſitienti : non eſt ſpecies ei, neque honor formæ : & vidimus eum, & non habebat ſpeciem, neque decorem.* Anonym. ap. Marten. Anecdot. to. 5. p. 12. e. *Annuntiavimus de eo, ſicut infans : non ſpecies ei, neque decor : & vidimus eum, & non habebat ſpeciem, neque decorem.* Vigil. Tapſ. l. 2. cont. Eutych. p. 16. b. *vidimus eum, & non erat in eo ſpecies, neque decor.* Junil. Afric. l. 2. de part. div. leg. c. 22. p. 348. f. *vidimus, & non habebat ſpeciem, neque decorem.*

℣. 3. Mirè concinunt hæc tota cum Gr. edit. Rom. ſi addatur *exiſtens*, è Gr. ὤν, ad *plaga :* ubi autem Rom. ed. hab. ἐν ἐκλείποντι παρὰ τὰς ὀδύνας τῶν ἀνθρώπων, Mſ. Alex. fert ἐκλείποντα παρὰ πάντας ἀνθρώπους. Tertul. l. 3. cont. Marc. p. 671. a. legit : *Sed ſpecies ejus inhonorata, deficiens citra filios hominum ; homo in plaga, & ſciens ferre infirmitatem :* ſimiliter l. cont. Jud. c. 14. p. 148. a. at ſupra, c. 9. p. 143. b. *homo in plaga poſitus, & ſciens ferro imbecillitatem :* ita rurſum l. 3. adv. Marc. p. 676. c. ſed abſque verbo *poſitus :* & l. de idol. c. 18. p. 245. b. add. *vultu & aſpectu inglorius :* & l. de carne Chr. p. 550. b. *Sed forma ejus ignobilis, defecta citra omnes homines ; homo in plaga, & ſciens ferre imbecillitatem.* Novatian. de Trin. p. 1036. a. *homo in plaga, & ſciens ferre infirmitatem.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 289. c. *Sed figura ejus ſine honore, & deficiens præter cæteros homines ; homo in plaga poſitus, & ſciens ferre imbecillitatem : quia averſa eſt facies ejus, inhonoratus eſt, & non eſt computatus.* Itidem Lact. l. 4. Inſtit. c. 16. p. 579. his exceptis, *poſitus eſt ſciens ;* paulòque poſt : *quia averſus eſt, & non eſt computatus.* Ambroſ. in Luc. 22. & 23. col. 1516. d. 1526. d. *homo in plaga, & ſciens ferre infirmitates ;* in Pſ. 61. col. 956. d. e. *infirmitatem.* Hieron. epiſt. ad Princip. to. 2. 684. c. *Sed erat ſpecies ejus inhonorata, & deficiens à filiis hominum ; homo in plaga poſitus, & ſciens ferre infirmitatem : quia avertit faciem ſuam.* Auguſt. l. de bono viduit. to. 6. 382. d. *Sed facies ejus abjecta, & deformis poſitio ejus :* at l. cont. Jud. to. 8. 31. d. *Sed vultus ejus abjectus, & deformis poſitio ejus :* ſimiliter habet ſer. 44. to. 5. 216. a. additque, *ab omnibus hominibus ;* deinde, *homo in plaga, & qui ſciat ferre infirmitates : propter quod & avertit ſe, facies ejus injuriata eſt, nec magni æſtimata eſt :* eadem rurſum habet l. 1. de pecc. merit. to. 10. 29. d. & l. 1. de conſ. Evang. to. 3. col. 21. g. at l. 18. de civit. Dei, c. 29. to. 7. 510. d. *Sed ſpecies ejus ſine honore, deficiens præ omnibus hominibus ; homo in plaga poſitus, & ſciens ferre infirmitatem : quoniam averſa eſt facies ejus, inhonoratus eſt, nec magni æſtimatus eſt.* Fulgent. l. 3. ad Traſim. c. 29. p. 135. a. *Sed ſpecies ejus ſine honore, & abjecta præ omnibus hominibus ; homo in plaga, & ſciens ferre infirmitatem : quoniam averſatus eſt, facies ejus deboneſtata eſt, nec aliquid æſtimata eſt.* Anonym. ex Synodico adv. tragœd. Iren. c. 225. *Sed ſpecies ejus ſine honore, & abjectio præ omnibus hominibus ; homo in plaga poſitus, ſciens ferre infirmitates : quoniam averſata eſt ſpecies ejus, & deboneſtatus, & pro nihilo æſtimatus eſt.* Vigil. Tapſ. l. 2. cont. Eutych. p. 16. b. *Sed forma ejus deſpecta, & deficiens ſuper filios hominum :* item l. 3. de Trin. p. 223. b. addit : *homo in plaga poſitus, ſciens ferre infirmitates : quoniam averſata eſt facies ejus, & deboneſtata eſt, nec aliquid æſtimata eſt.* Fauſtin. presb. l. cont. Arian. p. 646. f. *Sed ſpecies ejus ſine honore, deficiens præter cæteros homines ; homo in plaga poſitus, & ſciens ferre infirmitatem : quia averſa eſt facies, depretiatus eſt, nec æſtimatus eſt.* Junil. Afric. l. 2. de part. div. leg. c. 22. p. 348. f. *Sed ſpecies inhonorabilis, inferior omnibus hominibus ; homo in plagis, & ſciens ferre humilitatem : quia adverſa facies ejus, & deboneſtata eſt, & ad nihilum reputatus.* Anonym. ap. Marten. Anecdot. to. 5. p. 12. e. *homo in plaga poſitus, & qui ſcit infirmi-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Matth. 8. 17. 4. Verè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portavit: & nos putavimus eum quaſi leproſum, & percuſſum à Deo & humiliatum.

1. *Cor.* 15. 3. 5. Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra: diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & livore ejus ſanati ſumus.

6. Omnes nos quaſi oves erravimus, unuſquiſque in viam ſuam declinavit: & poſuit Dominus in eo iniquitatem omnium noſtrûm.

7. Oblatus eſt quia ipſe voluit, & non aperuit os ſuum: ſicut ovis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet, *Matth.* 26. 63. & non aperiet os ſuum. *Act.* 8. 32.

VERSIO ANTIQUA.

4. Iſte peccata noſtra portat, & pro nobis dolet: & nos reputavimus eum eſſe in dolore, & in plaga, & in afflictione. *Hieron. ubi ſup.*

5. Ipſe autem vulneratus eſt propter peccata noſtra, & infirmatus eſt propter iniquitates noſtras: diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, livore ejus ſanati ſumus. *Ibid.* 384.

6. Omnes quaſi oves erravimus, homo in via ſua erravit: & Dominus tradidit eum propter iniquitates noſtras.

7. Et ipſe propter afflictionem non aperuit os ſuum: ſicut ovis ad victimam ductus eſt, & ſicut agnus coram tondente mutus, ſic non aperuit os ſuum. *Ibid.* 385.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

tates ſuſtinere: quia adverſata eſt facies ejus, depretiata eſt, nec computata.

℣. 4. Conſonat Gr. ad verbum. Iren. l. 4. c. 33. p. 273. c. legit: *Ipſe infirmitates noſtras accipiet, & languores portabit.* Tertul. l. 3. adv. Marc. p. 676. c. *Ipſe imbecillitates noſtras abſtulit, & languores portavit:* & l. 4. p. 701. c. *Imbecillitates noſtras aufert, & languores portat.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 290. a. *Hic peccata noſtra portat, & pro nobis dolet: & nos putavimus illum eſſe in dolore, & in plaga, & in vexatione.* Similiter ap. Lactant. l. 4. Inſtit. c. 16. p. 579. niſi quòd præponitur *hic*, verbo *dolet*; legiturque infra, *ipſum eſſe in dolore.* Hilar. in Pſ. 138. col. 505. f. alludens ait: *Ipſe peccata noſtra ſuſcepit, & infirmitates noſtras portavit:* ſimiliter in Pſ. 143. col. 560. f. item in Pſ. 68. col. 227. a. 228. b. habet: *pro nobis dolet; & idcirco eſt eſſe in doloribus æſtimatus:* at l. 10. de Trin. col. 1066. b. *Hic peccata noſtra portat, & pro nobis dolet: & nos exiſtimavimus eum in doloribus eſſe, & in plaga, & in vexatione.* Itidem Ambroſ. in Luc. 10. & 22. col. 1428. d. 1516. e. *Hic peccata noſtra portat, & pro nobis dolet:* & in Pſ. 35. col. 766. e. addit: *& nos æſtimavimus eum eſſe in doloribus:* vide etiam in Pſ. 39. 61. & 118. col. 864. e. 956. d. 1164. d. & l. 2. de fide, to. 2. 480. d. item l. 3. 493. b. habet: *Quoniam infirmitates noſtras ſuſcepit, & ægritudines noſtras portavit.* Hieron. in Zach. 3. col. 1721. e. *Et ipſe infirmitates noſtras portat, & pro nobis dolet: & nos reputavimus eum eſſe in dolore, & in plaga, & in anguſtia.* Tichon. reg. 1. p. 49. h. *Hic peccata noſtra fert, & pro nobis dolet.* Auguſt. ſer. 44. to. 5. 216. a. *Hic infirmitates noſtras portat, & pro nobis in doloribus eſt: & nos exiſtimavimus illum in doloribus eſſe, & in plaga, & in pœna:* eadem quoque refert l. 1. de pecc. mer. to. 10. 29. d. & l. 1. de conſ. Evang. to. 3. col. 21. g. ſicut epiſt. 140. to. 2. 427. d. at l. 2. cont. adverſar. leg. to. 8. 587. e. omnia refert ut ſupra in textu, præter unum *putavimus*, pro *reputavimus:* ita quoque l. 18. de civit. Dei, c. 29. to. 7. 510. e. excepto verbo *exiſtimavimus.* Fulgent. l. 3. ad Traſim. c. 29. p. 135. a. *Hic peccata noſtra portat, & pro nobis dolet: & nos exiſtimavimus eum in doloribus eſſe, & in plaga, & in vexatione.* Leo M. ſer. 56. p. 128. b. *Hic peccata noſtra portat, & pro nobis dolet: & nos putavimus illum eſſe in dolore, & in plaga, & in vexatione.* Similiter Anonym. ex Synodic. adv. tragœd. Iren. c. 225. excepto verbo *æſtimavimus*, abſque præced. &. Fauſtin. presb. l. cont. Arian. p. 646. f. *Hic peccata noſtra fert, & pro nobis dolet: & æſtimavimus eum in dolore eſſe, & in plaga, & in malo.* Vigil. Tapſ. l. 3. de Trin. p. 223. b. *Hic peccata noſtra portat, & pro nobis dolet.* Maxim. Taurin. in homil. p. 22. h. *Quoniam ipſe infirmitates noſtras portat, & pro nobis dolet: nos autem exiſtimabamus eum eſſe in dolore.* Junil. Afric. l. 2. de part. div. leg. c. 22. p. 348. f. *Ipſe peccata noſtra portat, & pro nobis dolet: & nos putavimus eum eſſe in dolore, & in plaga, & in ærumna.* Anonym. ap. Marten. Anecdot. to. 5. p. 12. e. *Hic peccata noſtra portavit, & pro nobis in doloribus eſt;* deinde, *ſicut ovis ad occiſionem*, &c. ut infra, ℣. 7.

℣. 5. Itidem Græcè, poſito uno ἡμεῖς, ante *ſanati ſumus.* Rectè Novatian. l. de Trin. p. 1036. a. *livore ejus nos ſanati ſumus.* Tertul. l. cont. Prax. p. 859. a. *Et Dominus*, inquit, *eum tradidit pro delictis noſtris;* & l. 4. adv. Marc. p. 715. c. *ut livore ejus ſanaremur.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 290. a. *Ipſe autem vulneratus eſt propter ſacinora noſtra, & infirmatus eſt propter peccata noſtra: doctrina pacis noſtræ ſuper illum, & livore ejus ſanati ſumus.* Ita quoque habet Lactant. l. 4. Inſtit. c. 16. p. 579. ad verbum. Hilarius l. 10. de Trin. col. 1066. b. *Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, & infirmatus eſt propter peccata noſtra:* & in Pſ. 143. p. 560. f. *livore ejus nos ſanati ſumus.* Similiter habet Ambroſ. in Pſ. 40. to. 1. 871. f. & l. 4. de fide, to. 2. 531. b. item in Luc. 2. col. 1295. d. *Vulneratus eſt propter iniquitatem noſtram, & infirmatus eſt propter peccata noſtra.* Hieron. in Zach. 3. col. 1721. e. *Ipſe verò vulneratus eſt propter peccata noſtra.* Tichon. reg. 1. p. 49. h. *Et ipſe vulneratus eſt propter facinora noſtra.* Auguſt. ſer. 44. to. 5. 215. d. & l. 1. de conſ. Evang. to. 3. 21. g. *Ipſe autem vulneratus eſt propter peccata noſtra, & infirmatus eſt propter iniquitates noſtras: eruditio pacis noſtræ in eum, livore ejus ſanati ſumus:* ſimiliter l. 2. cont. adverſar. leg. to. 8. 587. e. præter hæc, *diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & livore*, &c. at l. 1. de pecc. mer. to. 10. col. 29. d. *eruditio pacis noſtræ ſuper eum, in livore*, &c. ut ſupra: & in Pſ. 40. to. 4. 353. c. *vulneribus ejus ſanati ſumus:* ſed l. 18. de civit. Dei, c. 29. to. 7. 510. e. *Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, & infirmatus eſt propter peccata noſtra: eruditio pacis noſtræ in eo, livore ejus nos ſanati ſumus.* Fulg. l. 3. ad Traſim. c. 22. p. 128. & c. 29. p. 134. c. *Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, & infirmatus eſt propter peccata noſtra: eruditio pacis noſtræ in eo, & livore ejus nos ſanati ſumus.* Leo M. ſer. 56. p. 128. b. *Ipſe autem vulneratus eſt propter peccata noſtra, & infirmatus eſt propter facinora noſtra, & livore ejus ſanati ſumus.* Anonym. ex Synodico, adv. tragœd. Iren. c. 225. *Ipſe autem vulneratus eſt propter pecc. noſtra, & infirm. eſt propt. iniquit. noſtras: eruditio pacis noſtræ in eum, livore ejus nos ſanati ſumus.* Fauſtin. presb. l. cont. Arian. p. 646. f. *Ipſe autem vuln. eſt propter iniquitates noſtras, & infirmatus eſt propter peccata noſtra: doctrina pacis noſtræ ſuper eum, plagâ ejus nos ſanati ſumus.* Ita quoque Junil. Afric. l. 2. de partib. div. leg. c. 22. uſque ad vocem *doctrina.* Maxim. Taurin. in homil. p. 22. h. *livore ejus nos ſanati ſumus.* Auct. l. de promiſſ. p. 1. c. 12. ap. Proſp. p. 100. d. *livore ejus omnes ſanati ſumus:* itidem part. 3. promiſſ. 22. p. 178. d.

℣. 6. Sic eſt in Græco, exceptis his, ταῖς ἁμαρτίαις ἡμῶν, *peccatis noſtris*, loco *propter iniquitates noſtras;* deeſt etiam *in*, ante *via ſua.* Ap. Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. 529. b. *Omnes ſicut oves erravimus: & omnium noſtrum Dominus peccata portavit.* Cypr. verò l. 2. Teſtim. p. 290. a. legit: *Omnes ſicut oves erravimus, homo à via ſua erravit: & Deus tradidit illum pro peccatis noſtris.* Ita quoque Lactant. l. 4. Inſtit. c. 16. p. 580. ſed hæc omittit med. *homo à via ſua erravit.* Similiter hab. Tichon. reg. 1. p. 49. h. *Deus tradidit illum pro peccatis noſtris.* Auguſt. autem l. 2. cont. adverſar. leg. to. 8. 587. e. ut ſup. in textu: *Omnes quaſi oves erravimus, homo in via ſua erravit: & Dominus tradidit eum propter iniquitates noſtras:* at ſerm. 44. to. 5. 216. a. c. & l. 1. de conſ. Evang. to. 3. 21. g. *Omnes ut oves erravimus: & Dominus tradidit illum pro peccatis noſtris:* ſimiliter l. 1. de pecc. mer. to. 10. 29. e. nec addit plura: & tract. 35. in Joh. to. 3. 542. a. *Omnes ut oves erravimus: & ipſe traditus eſt pro peccatis noſtris:* at l. 18. de civit. Dei, c. 29. to. 7. 510. e. *Omnes ut oves erravimus, homo à via ſua erravit: & Dom. tradidit illum pro peccatis noſtris.* Fulgent. l. 3. ad Traſim. c. 29. p. 134. c. *Omnes ut oves erravimus, homo à via ſua erravit: & Dom. trad. eum pro peccatis noſtris.* Ita quoque Fauſtin. presb. l. cont. Arian. p. 646. f. Anonym. ex Synodico, adverſ. tragœd. Iren. c. 225. *Omnes ut oves erravimus, & omnes homines à via ſua erraverunt: & Dominus tradidit eum pro peccatis noſtris.* Item Vigil. Tapſ. l. 3. de Trin. p. 223. b. *& Dominus tradidit eum pro peccatis noſtris.*

℣. 7. Græc. ed. Rom. initio hab. & ſub fin. ἀνοίγει, *aperit;* Compl. verò ἤνοιξε, *aperuit*, ut ſup. item Rom.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi ſup. 8. In humilitate judicium ejus ſublatum eſt: generationem illius quis enarrabit? quia tollitur de terra vita ejus: ab iniquitatibus populi mei ductus eſt ad mortem.

VULGATA NOVA.

8. De anguſtia, & de judicio ſublatus eſt: generationem ejus quis enarrabit? quia abſciſſus eſt de terra viventium: propter ſcelus populi mei percuſſi eum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

extremò delet pronom. *ſuum*; ſed Mſs. Alex. & Mediol. cum edd. Ald. & Compl. addunt αὐτῦ; ſicut Alex. αὐτὸν ſup. poſt verbum *tondente*; cæt. concordant. Idem Hieron. loco cit. col. 385. a. habet: *afflictius non aperuit os*; Gr. διὰ τὸ κεκακῶθαι, *propterea quòd afflictus eſt.* Iren. l. 4. c. 23. p. 260. b. hæc habet: *quemadmodum ovis ad victimam ductus eſt, & quemadmodum agnus in conſpectu tondentis ſine voce, ſic non aperuit os ſuum.* Tertul. l. adv. Jud. c. 9. p. 143. b. *tanquam ovis ad victimam ductus eſt, & ſicut agnus coram tondente ſe non aperuit os ſuum:* & c. 13. p. 147. b. *& velut agnus coram tondente ſe ſine voce, ſic non aperuit os ſuum:* & l. de reſur. carn. p. 573. c. *tanquam ovis ad victimam adductus eſt, & tanquam agnus ante tondentem ſine voce, ſic non aperuit os ſuum:* ſimiliter l. 3. adv. Marc. p. 676. c. ſed abſque ult. pronom. *ſuum:* vide etiam l. de fuga in perſec. p. 973. b. & l. de pat. c. 3. p. 199. a. & l. 3. & 4. adv. Marc. p. 671. a. 734. c. ſupra verò p. 733. b. habet: *tanquam ovis ad victimam adduci habens, & tanquam ovis coram tondente, ſic os non aperturus.* Novatian. l. de Trin. p. 1050. b. *quaſi ovis ad jugulationem adductus eſt:* & ſup. p. 1036. a. *ſicut ovis ad occiſionem ductus eſt, ſicut agnus coram tondente ſe ſine voce, ſic non aperuit os ſuum in humilitate.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 290. a. *Et ipſe propterea quòd vexatus eſt, non aperuit os ſuum:* & inf. 291. a. add. *ſicut ovis ad victimam ductus eſt, & ſicut agnus coram tondente ſe ſine voce, ſic non aperuit os ſuum:* itidem epiſt. 6. ad Rogat. p. 12. b. & l. de op. & eleem. p. 254. c. ſed hoc ult. loco deeſt vocula *ſic.* Auct. l. de dupl. mart. ap. Cypr. p. 585. c. *ſic ipſe Dom. inquit, velut agnus ſine voce ad mactationem ductus eſt.* Lact. l. 4. Inſtit. p. 581. *ſicut ovis ad immolandum ductus eſt, & ſicut agnus coram tondentibus ſe ſine voce, ſic non aperuit os ſuum.* Hilar. in Pſ. 68. col. 225. b. *tanquam ovis ad occiſionem ductus.* Ambroſ. l. 2. de Abr. c. 8. p. 335. b. *tanquam ovis ad victimam ductus eſt, & ſicut aries coram tondente ſe ſine voce, ſic non aperuit os ſuum:* & inf. 461. d. *ſicut ovis ad occiſionem ductus eſt, & ſicut agnus ad victimam:* & in Pſ. 45. col. 930. d. *ſicut agnus coram tondente ſe, ſic non aperuit os ſuum:* vide etiam l. de apol. Dav. col. 728. e. & l. 2. de fide, col. 482. a. & epiſt. 63. & 75. col. 1045. a. 1085. b. Ambroſiaſt. col. 160. e. *ut ovis ad immolandum ductus eſt.* S. Paulin. ep. 11. p. 54. b. *agnus*, inquit, *pro nobis ad interfectionem ductus eſt, & coram tondente ſe non aperuit os ſuum:* & inf. 59. c. *ſicut ovis ad interfectionem ductus eſt.* Julius Firmic. l. de err. prof. relig. c. 28. p. 175. h. *ſicut ovis ad victimam ductus eſt, & ſicut agnus coram tondente ſe, ſic non aperuit os ſuum.* Auguſt. in Joh. 7. col. 510. b. *ſicut ovis ad immolandum ductus eſt, & ſicut agnus coram tondente ſe non aperuit os ſuum:* at epiſt. 105. & 140. to. 2. 302. f. 436. c. *ſicut ovis ad immolandum ductus eſt, & ſicut agnus coram tondente ſe ſuit ſine voce, ſic non aperuit os ſuum:* ſimiliter tract. 35. in Joh. to. 3. 542. a. detracto uno *ſe:* tract. verò 37. col. 555. b. & in Pſ. 40. to. 4. 353. c. ponit quidem *ſe*, ſed tollit verbum *ſuit:* tract. autem 4. in Joh. col. 313. b. ita legit: *ſicut ovis ad occiſionem ductus eſt, & ſicut agnus coram eo, qui ſe tonderet, ſuit ſine voce; ſic non aperuit os ſuum:* at l. 20. de civit. Dei, c. 30. to. 7. 614. e. *ſicut ovis ad immolandum*, &c. & ſerm. 44. to. 5. 216. c. *Et ipſe quoniam malè tractatus eſt, non aperuit os: ut ovis ad immolandum ductus eſt, & ut agnus ante eum, qui ſe tonderet, ſuit ſine voce; ſic non aperuit os ſuum:* itidem l. 1. de pecc. mer. to. 10. 29. e. & l. 1. de conſ. Evang. to. 3. 21. g. at l. 18. de civit. Dei, c. 29. to. 7. 510. e. habet: *Et ipſe propter quod afflictus eſt, non aperuit os ſuum: ut ovis ad immolandum ductus eſt, & ut agnus ante eum, qui ſe tondet, ſine voce, ſic non aperuit os ſuum:* verùm l. 2. cont. adverſ. leg. to. 8. 587. e. legit: *Et ipſe propter afflictionem non aperuit os: ſicut ovis ad victimam ductus eſt, & ſicut agnus coram tondente ſe, ſic non aperuit os ſuum;* quæ congruunt cum textu noſtro. Fauſtin. presb. l. cont. Arian. p. 646. f. *Et ipſe propter quod malè tractatus eſt, non aperuit os: ſicut ovis ad occiſionem adductus eſt, & ſicut agnus coram tondente ſe, ſic non aperuit os ſuum.* Itidem Rufin. in Symb. p. 182. a. *ſicut agnus coram tondente ſe, ſic*, &c. Fulgent. l. 3. ad Traſim. c. 29. p. 135. a. *Et ipſe quia malè tractatus eſt, non aperuit os: ut ovis ad immolandum ductus eſt, & ut agnus ante eum, qui ſe tondet, ſine voce, ſic non aperuit os ſuum:* at l. 1. p. 79. legit: *ſicut ovis ad victimam adductus eſt, & ſicut agnus coram tondente ſe ſine voce, ſic*, &c. ut ſup. & l. cont. Faſtid. c. 8. p. 348. *ſicut ovis ad immolandum ductus eſt, & ſicut agnus coram tondente ſine voce, ſic*, &c. Anonym. verò ex Synodico, adv. tragœd. Iren. c. 225. Conc. Baluz. *Ipſe autem malè vexatus, contiuuit labia ſua: ut ovis ad immolandum ductus eſt, & ſicut agnus coram tondente ſe ſine voce, ſic non aperuit os ſuum.* Item Auct. op. imp. in Matth. hom. 24. p. 106. d. *ſic non aperuit os.* Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 5. p. 129. a. *ſicut ovis ad immolandum ductus eſt;* at inſ. p. 3. promiſſ. 20. col. 178. b. *ſicut ovis ad victimam ductus eſt, & ſicut agnus coram tondente ſe, non aperuit os ſuum.* Similiter hab. Gaud. Brix. ſer. 3. p. 948. e. *ſicut ovis ad victimam ductus eſt;* & Oroſius l. cont. Pelag. p. 455. e. addit: *tanquam agnus coram tondente, ſic non aperiens os ſuum.* Vigil. Tapſ. l. 3. de Trin. p. 223. b. *Et ipſe quia malè tractatus eſt, non aperuit os ſuum: ut ovis ad occiſionem ductus eſt, & ſicut agnus coram tondente ſe ſine voce, ſic non aperuit os ſuum in humilitate.* Anonym. apud Marten. Anecdot. to. 5. p. 12. e. cum Caſſiod. in Pſ. 23. & 31. p. 283. b. 451. b. *ſicut ovis ad occiſionem ductus eſt, & ſicut agnus coram tondente ſe, ſic non aperuit os ſuum.*

℣. 8. Itidem Græcè. Similiter apud Iren. l. 4. c. 23. p. 260. b. *In humilitate judicium ejus ablatum eſt:* & l. 2. c. 28. p. 157. e. necnon l. 3. c. 19. p. 212. a. *generationem ejus quis enarrabit?* Tertul. cont. Jud. c. 13. p. 147. b. 148. a. *In humilitate judicium ejus ſublatum eſt: nativitatem autem ejus quis enarrabit? quia tolleretur à terra vita ejus:* & ſup. c. 10. p. 144. c. *à facineribus populi mei perductus eſt ad mortem:* item l. 3. adv. Marc. p. 671. c. *nativitatem ejus quis enarrabit?* Phœbad. Agin. l. cont. Arian. p. 301. f. h. 302. a. *nativitatem ejus quis enarravit?* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 291. a. *In humilitate judicium ejus ſublatum eſt: nativitatem ejus quis enarrabit? quoniam auferetur à terra vita ejus: à facineribus populi mei adductus eſt ad mortem.* Similiter Lact. l. 4. Inſtit. c. 18. p. 581. *In humilitate ejus judicium ſublatum eſt: nativitatem ejus quis enarrabit? quoniam auferetur à terra vita ejus.* Hilar. l. 2. de Trin. col. 794. c. *generationem ejus quis enarrabit?* Zeno Veron. l. 2. tract. 7. p. 157. *nativitatem ejus quis enarrabit?* Ambroſ. l. de inſtit. virg. col. 268. e. & l. 1. de fide, col. 462. b. & in Luc. 10. col. 1424. c. *In humilitate judicium ejus ſublatum eſt;* ita nempe in editt. & Mſs. ferè omnibus; in uno tamen Corb. *ſublimatum eſt;* & in epiſt. ad Vercell. *judicium ejus exaltatum eſt;* Gr. ἤρθη. Ambroſiaſt. p. 160. e. *quoniam tolletur à terra vita ejus: ab iniquitatibus populi mei ductus eſt ad mortem.* Item Hieronymus in Matth. 26. to. 4. p. 132. a. *ab iniquitatibus populi mei ductus eſt ad mortem.* Auguſtin. l. de conſ. Evang. to. 3. 21. g. & l. 18. de civit. Dei, c. 29. to. 7. 510. f. & ſer. 44. to. 5. 216. f. *In humilitate judicium ejus ſublatum eſt: generationem ejus quis enarrabit? quoniam tolletur de terra vita ejus: ab iniquitatibus populi mei ductus eſt ad mortem:* ſimiliter l. 2. cont. adverſar. leg. to. 8. 587. f. & l. 1. de pecc. mer. to. 10. 29. d. Ita quoque hab. Fulgentius l. 3. ad Traſim. c. 29. p. 135. a. Vide rurſum Auguſt. l. cont. Jud. to. 8. 36. b. & tract. 35. in Joh. to. 3. 542. a. Rufinus in Symb. p. 184. a. *In humilitate judicium ejus ſublatum eſt.* Jul. Firmic. l. de err. prof. relig. c. 28. p. 175. h. *In humilitate judicium ejus ſublatum eſt: nativitatem ejus quis enarravit: quoniam auferetur à terra vita ejus.* Fauſtin. presb. l. cont. Arian. p. 646. f. *In humilitate judicium ejus ſublatum eſt: generationem ejus quis enarrabit? quia auferetur à terra vita ejus: ab iniquitatibus plebis meæ adductus eſt ad mortem.* Anonym. ex Synodico adv. tragœd. Iren. c. 225. Conc. Baluz. *In humilitate judicium ejus ſublatum eſt; generationem autem ejus quis enarravit? quoniam tolletur à terra vita ejus: & ab iniquitatibus populi mei ductus eſt ad mortem.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 1. p. 11. c. *generationem ejus quis enarrabit?* Auct. l. de promiſſ. dimid. temp. c. 12. ap. Proſp. p. 197. e. *In humilitate judicium ejus ſublatum eſt: generationem autem ejus quis enarrabit? quia tolletur à terra vita ejus:* & ſup. p. 1. c. 12. col. 100. d. *pro iniquitate populi ductus eſt ad mortem:* ſimiliter p. 3. promiſſ. 21. col. 178. b. additâ voculâ *mei*, ad *populi*. Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 738. d. *In humilitate judic. ejus ſublatum eſt: quia tolletur de terra vita: nativitatem autem ejus quis enarrabit?* vide etiam ſup. p. 730. b. Anonym. ap. Marten. Anecdot. to. 5. p. 12. e. *In humilitate judicium ejus ſublatum eſt: nativitatem autem ejus quis enarrabit? quia tolletur à terra*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.	
9. Et dabit impios pro ſepultura, & divitem pro morte ſua: eò quòd iniquitatem non fecerit, neque dolus fuerit in ore ejus.	9. Et dabo peſſimos pro ſepultura ejus, & divites pro morte illius: quia iniquitatem non fecit, neque dolum in ore ſuo.	*Hieron. ubi ſup.*
1. *Pet.* 2. 22.		
10. Et Dominus voluit conterere eum in infirmitate: ſi poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longævum, & voluntas Domini in manu ejus dirigetur.	10. Et Dominus vult mundare eum à plaga: ſi dederitis pro peccato, anima veſtra videbit ſemen longævum. Et vult Dominus	*Ibid.* 387.
1. *Joan.* 3. 5.		
11. Pro eo quòd laboravit anima ejus, videbit & ſaturabitur: in ſcientia ſua juſtificabit ipſe juſtus ſervus meus multos, & iniquitates eorum ipſe portabit.	11. auferre de dolore animam ejus, oſtendere ei lucem, & formare intelligentiam, juſtificare juſtum bene ſervientem multis: & peccata eorum ipſe portabit.	
12. Ideo diſpertiam ei plurimos: & fortium dividet ſpolia, pro eo quòd tradidit in mortem animam ſuam, & cum ſceleratis reputatus eſt: & ipſe peccata multorum tulit, & pro tranſgreſſoribus rogavit.	12. Propterea ipſe poſſidebit multos, & fortium dividet ſpolia, pro eo quòd contaminata eſt in morte anima ejus, & cum iniquis reputatus eſt: & ipſe peccata multorum ſuſcepit, & propter iniquitates eorum traditus eſt.	*Ibid.* 388.
Marc. 15. 28. *Luc.* 22. 37. & 23. 34.		

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

vita ejus: à malignis plebis meæ adductus eſt in mortem.

℣. 9. Ita fert Gr. edit. Rom. præter vocem πονηρὸς, loco *peſſimos*; ubi autem hab. ὑδὲ δόλον ἐν τῷ στόματι, Mſ. Alex. ponit, ὑδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ, &c. Tertul. l. cont. Jud. c. 10. p. 144. c. *Et dabo malos pro ſepultura ejus, & divites pro morte ejus: quia ſcelus non fecit, nec dolus in ore ejus inventus eſt:* & l. 3. adv. Marc. p. 680. a. *Et dati ſunt peſſimi pro ſepultura ejus, & locupletes pro morte ejus.* Cypr. l. 2. Teſtim. 291. a. *Et dabo malos pro ſepultura ejus, & ipſos divites pro morte ejus: quia facinus non fecit, neque inſidias ore ſuo.* Eadem legit Fauſtin. presb. l. cont. Arian. p. 646. f. exceptis his, *quia iniquitatem non fecit, neque dolum in ore ſuo locutus eſt.* Ambroſiaſt. quoque hab. col. 160. f. *Et dabo malos pro ſepultura ejus:* at inf. col. 184. d. *qui peccatum non fecit, nec dolus inventus eſt in ore ejus.* Auguſt. l. 1. de pecc. mer. to. 10. 29. e. *Dabo ergo malos propter ſepulturam ejus, & divites propter mortem ejus: ob hoc quòd iniquitatem non fecerit, nec dolum ore ſuo:* ſimiliter l. 1. de conſ. Evang. to. 3. 21. g. præter hoc ult. *in ore ſuo:* at l. 18. de civit. Dei, c. 29. to. 7. 510. e. *Et dabo malignos pro ſepultura ejus, & divites pro morte ejus: quoniam iniquitatem non fecit, nec dolum in ore ſuo:* & ſerm. 44. to. 5. 216. g. *Dabo malos pro ſepultura ejus, & divites pro morte ejus;* inf. *propter mortem ejus.* Anonym. ex Synod. adv. tragœd. Iren. c. 225. Conc. Baluz. *Et dabo inanes pro ſepultura ejus, & divites pro morte ejus: quoniam iniquitatem non fecit, nec dolus inventus eſt in ore ejus.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 11. & 15. p. 61. c. 81. d *peccatum non fecit, nec dolus inventus eſt in ore ejus.* Similiter hab. Oroſ. l. cont. Pelag. 455. e. Anonymus ap. Marten. Anecdot. to. 5. p. 11. c. 12. e. *Et dedi divites pro morte ejus: quia peccatum non fecit, nec dolus inventus in ore ejus.*

℣. 10. Itidem Græcè. Tichon. reg. 1. p. 49. h. *Et Deus vult eum purgare à plaga. Et vult Deus,* &c. Aug. l. 1. de pecc. mer. to. 10. 29. e. *Dominus vult purgare illum de plaga: ſi dederitis vos ob delicta veſtra animam veſtram, videbitis ſemen longæ vitæ* (Mſs. *longiſſimæ vitæ.*) *Et vult Dominus,* &c. ita rurſum l. 1. de conſ. Evang. to. 3. 22. a. cum voce *longiſſimæ:* at l. 18. de civit. Dei, c. 29. to. 7. 510. e. *Et Dominus vult purgare eum de plaga: ſi dederitis pro peccato animam veſtram, videbitis ſemen longævum,* &c. Anonym. ex Synodico adv. tragœd. Iren. c. 225. Conc. Baluz. *Et Dominus vult purgare eum de plaga: ſi detis pro peccato animas veſtras, videbitis ſemen longæ vitæ. Et vult Dominus,* &c.

℣. 11. Eadem prorſus in Græco, excepto ablat. τῇ συνέσει, *intelligentiâ*, loco accuſ. *intelligentiam.* Tertul. l. cont. Jud. c. 10. p. 144. c. *Et Deus voluit eximere à morte animam ejus.* Tichon. reg. 1. p. 49. h. *Et vult Deus à dolore auferre animam ejus, oſtendere illi lucem, & formare illum prudentiâ.* Ambroſ. in Pſ. 61. p. 956. f. *& peccata eorum ipſe purgavit;* at in Gr. conſtanter, ἀνόσιοι. Auguſt. l. 1. de pecc. mer. to. 10. 29. f. *Et vult Dominus auferre à doloribus animam ejus, oſtendere illi lucem, & figurare per ſenſum, juſtificare juſtum bene ſervientem pluribus: & peccata illorum ipſe ſuſtinebit:* ſic etiam l. 1. de conſ. Evang. to. 3. 22. a. ad verbum: at l. 18. de civit. Dei, c. 29. to. 7. 510. f. *Et Dom. vult auferre à dolore animam ejus, oſtendere illi lucem, & formare intellectum, juſtificare juſtum bene ſervientem pluribus: & peccata eorum ipſe portabit:* item l. de unit. Eccl. to. 9. 348. f. *& peccata eorum ipſe portabit.* Similiter hab. Fulgent. l. 3. ad Traſim. c. 29. p. 135. b. Anonym. verò ex Synodico adv. tragœd. Iren. c. 225. Conc. Baluz. *Et vult Dominus adclere animæ ejus, oſtendere ei lumen, formare prudentiam, juſtificare juſtum bene ſervientem pluribus: & peccata eorum ipſe portabit.* Vigil. Tapſ. l. 5. cont. Eutych. p. 66. b. *Pro eo quòd laboravit anima ejus, videbit lucem, & ſaturabitur ſcientiâ, juſtificare juſtum bene ſervientem multis; & iniquitates eorum ipſe portabit.*

℣. 12. Tertul. l. adv. Jud. c. 10. p. 144. c. *Propterea ipſe multos in hæreditatem habebit, & multorum dividet ſpolia, pro eo quòd tradita eſt in mortem anima ejus:* & l. 3. adv. Marc. p. 677. c. *Propterea ipſe multos hæreditati habebit, & multorum dividet ſpolia:* & l. de reſur. carn. p. 574. a. *deputatus etiam inter iniquos:* & l. 4. cont. Marc. p. 703. b. *& delicta noſtra ipſe auſert.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 291. a. *Propterea ipſe conſequetur multos, & fortium dividet ſpolia, propterea quòd tradita eſt ad mortem anima ejus, & inter facinoroſos deputatus eſt: & ipſe peccata multorum tulit, & propter facinora illorum traditus eſt.* Ambroſ. in Pſ. 61. col. 956. f. *Ideo ipſe hæreditate poſſidebit multos, & fortium partietur ſpolia.* Auguſt. l. de unit. Eccl. to. 9. 348. f. *Ideo hæreditate poſſidebit multos, & fortium partietur ſpolia, propter quod tradita eſt in mortem anima ejus, & inter iniquos deputatus eſt: & ipſe peccata multorum ſuſtinuit, & propter iniquitates noſtras traditus eſt:* & l. 1. de pecc. mer. to. 10. 29. f. *Propterea ipſe hæreditabit complures, & fortium partietur ſpolia, propter quod tradita eſt anima ejus ad mortem, & inter iniquos æſtimatus eſt: & ipſe peccata multorum ſuſtinuit, & propter iniquitates eorum traditus eſt:* ita quoque hab. l. 1. de conſ. Evang. to. 3. 22. b. excepto uno *æſtimata eſt;* quibus omnibus favet Gr. edit. Rom. Rurſum l. 18. de civit. Dei, c. 29. to. 10. 510. g. Aug. legit: *Propterea ipſe hæreditabit plures, & fortium dividet ſpolia, propter quod tradita eſt ad mortem anima ejus, & inter iniquos æſtimatus eſt: & ipſe peccata multorum portavit, & propter peccata eorum traditus eſt.* Fulgent. l. 3. ad Traſim. c. 29. p. 135. b. primo Auguſtini loco de unit. Eccl. ſuffragatur ad verbum, hoc tamen excepto, *Ideo ipſe*, in principio; & in fine, *propter iniquitates eorum traditus eſt.* Anonym. ex Synodico adv. tragœd. Iren. c. 225. Conc. Baluz. *Ideo ipſe hæreditatem poſſidebit multos, & fortium partietur ſpolia, propter quod tradita eſt in mortem anima ejus, & inter iniquos deputatus eſt: & ipſe peccata multorum tollit, & propter iniquitates noſtras traditus eſt.* Vigil. Tapſ. l. 5. cont. Eutych. *Propterea ipſe poſſidebit multos, & fortium ipſe dividet ſpolia, pro eo quod tradidit in morte animam ſuam, & cum ſceleratis deputatus eſt: & peccata multorum,* &c. ut in Vulg. Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 21. ap. Proſp. p. 145. e. *fortium dividet ſpolia:* & ſup. p. 1. c. 28. p. 111. b. *inter iniquos deputatus eſt.* Hilar. in Pſ. 138. col. 510. c. *& cum iniquis deputatus eſt.* Anon. ap. Marten. Anecdot. to. 5. p. 11. c. *ſed Dominus tradidit eum pro peccatis noſtris;* paulòque poſt, *inter maledicos reputatus eſt:* & inf. p. 12. e. *ſed Dominus voluit tradere eum pro peccatis noſtris, & inter iniquos reputatus eſt.*

Digitized by Google

CAPUT LIV.

Versio antiqua.

Hieron. in Isai. §4. col. 389. ex Lxx.

1. LÆtare sterilis quæ non paris : erumpe, & clama quæ non parturis : quia plures filii desertæ, magis quàm ejus quæ habet virum : dixit enim Dominus.

Ibid. 391.

2. Dilata locum tabernaculi tui, & pelles aulæorum tuorum fige, ne parcas : protende funiculos, & clavos tuos conforta.

3. Adhuc in dextris & in sinistris dilata : & semen tuum possidebit gentes, & civitates desertas habitare facies.

Ibid. 392.

4. Noli timere, quia confusa es; neque confundaris, quia exprobratum tibi est : confusionem enim æternam obliviscêris, & opprobrii viduitatis tuæ memor non eris.

5. Quia Dominus qui fecit te, Dominus sabaoth nomen ei : & qui eruit te, Deus Israël omnis ter-

Vulgata nova.

1. LAuda sterilis quæ non paris : decanta laudem, & hinni quæ non pariebas : quoniam multi filii desertæ, magis quàm ejus quæ habet virum, dicit Dominus. *Luc. 23. 29. Gal. 4. 27.*

2. Dilata locum tentorii tui, & pelles tabernaculorum tuorum extende, ne parcas : longos fac funiculos tuos, & clavos tuos consolida.

3. Ad dexteram enim & ad lævam penetrabis : & semen tuum gentes hæreditabit, & civitates desertas inhabitabit.

4. Noli timere, quia non confundêris, neque erubesces : non enim te pudebit, quia confusionis adolescentiæ tuæ obliviscêris, & opprobrii viduitatis tuæ non recordaberis ampliùs.

5. Quia dominabitur tui qui fecit te, Dominus exercituum nomen ejus : & redemptor tuus *Luc. 1. 32.*

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Itidem apud S. Paulum, ep. ad Gal. c. 4. ℣. 27. excepta voce *multi*, loco *plures*; ita quoque in Græco, cum voce πολλά; unde Hieron. ipse in Mich. 5. col. 1532. d. legit, *multi filii desertæ, magis*, &c. ut sup. Irenæus verò, l. 1. p. 51. b. hab. *plures filii ejus quæ deserta est, magis quàm ejus quæ habet virum.* Item Hilar. in Ps. 54. col. 107. b. *plures jam filii desertæ, magis quàm ejus quæ habet virum.* Cypr. autem l. 1. Testim. p. 280. c. *Jucundare sterilis quæ non paris : erumpe, & exclama quæ non parturis : quia multi filii desertæ, magis quàm ejus quæ habet virum : dixit enim Dominus.* Ambros. l. 1. de Abr. c. 7. col. 302. f. *Lætare sterilis quæ non paris : erumpe, & exclama*, &c. ut in textu : ita rursum in Luc. 2. col. 1303. c. & l. de vid. to. 2. 190. b. & l. de virg. col. 154. d. & de virginit. col. 235. f. & de exhort. virg. col. 288. f. & epist. 30. col. 913. e. at l. 1. de Abr. c. 5. col. 296. e. legit *clama*. August. epist. 105. to. 2. 302. f. & l. de unit. Eccl. to. 9. 349. b. c. *Lætare sterilis quæ non paris : erumpe, & exclama quæ non parturis : quoniam multi filii desertæ, magis quàm ejus quæ habet virum : dixit enim Dominus :* similiter in Ps. 58. to. 4. 564. d. & l. 2. cont. adversar. leg. to. 8. 587. g. ita quoque l. 18. de civit. Dei, c. 29. to. 7. 510. g. & l. 3. cont. Cresc. to. 9. 472. c. præter unum *clama :* vide etiam in Job, to. 3. 670. e. at l. 1. de cons. Evang. to. 3. p. 2. col. 22. b. habet : *Delectare sterilis quæ non paris : exsulta, & clama quæ non parturis : quia multi filii desertæ, magis*, &c. ut sup. Priori verò ejusd. Aug. loco favent Auct. quæst. V. T. q. 40. ap. Aug. to. 3. 54. e. & Auct. l. de promiss. p. 3. promiss. 32. ap. Prosp. p. 182. c. cum Collar. Carthag. p. 392. b. Zeno Veron. l. 2. tract. 11. p. 172. ita legit : *Exsulta sterilis quæ non pariebas : erumpe, & clama quæ non parturis : quoniam multi filii desertæ :* porro Mss. 3. ibidem ferunt : *Exsultat sterilis quæ non pariebat :* item *pariebat* habent codices 2. al. *deserunt te*, pro *desertæ*.

℣. 2. Græc. ed. Rom. delet *pelles*; addit verò σου, ad *funiculos*; & pro *clavos*, hab. παλους, *palos*; cæt. ut in textu : edd. tamen Ald. & Compl. hab. τας δερρεις των αυλεων, al. αυλαιων; sicque legitur ap. Justin. & Procop. item ed. Compl. tollit σου, post *funiculos*, ut etiam post *clavos*. Cypr. l. 1. Testim. p. 280. c. legit : *Dilata locum tabernaculi tui, & aulæorum tuorum, & fige; noli parcere : longas fac mensuras tuas, & palos tuos confirma.* Ambros. l. 3. Hexa. col. 34. d. *Dilata locum tabernaculorum tuorum, & aulæorum tuorum, fige, ne parcas : longiores fac funiculos tuos, & palos tuos confirma.* August. epist. 105. to. 2. 302. f. *Dilata locum tabernaculi tui, & aulæas tuas confige, non est quòd parcas : porrige longiùs funiculos, & palos validos confirma :* similiter l. 1. de cons. Evang. to. 3. 22. b. præter duo seqq. *aulas*, loco *aulæas; & constitue*, pro *confirma :* ita quoque in Ps. 58. to. 4. 564. e. his insuper exceptis, *extende longiùs funiculos tuos :* verùm l. 18. de civit. Dei, c. 29. to. 7. 510. g. legit : *Dilata locum tabernaculi tui, & aulæarum tuarum, fige, noli parcere : prolonga funiculos tuos, & palos tuos conforta :* & l. 2. cont. adversar. leg. to. 8. 587. g. *Dilata locum..... & aulæorum tuorum, fige, ne parcas : protende funiculos, & clavos tuos conforta :* & l. de unit. Eccl. to. 9. 349. e. *Dilata locum..... & aularum tuarum, fige, noli parcere : longos fac funiculos tuos, & palos tuos confirma :* l. verò 3. cont. Cresc. to. 9. 472. c. *Dilata locum..... & aulas tuas confige, non est quòd parcas : porrige longiùs funiculos, palos validos confirma :* vide etiam ser. 37. to. 5. 184. d. In Collat. Carthag. p. 392. b. sic : *Dilata locum tab. tui, & aularum tuarum, fige palos, nolè parcere : longos fac funiculos tuos, & palos tuos confirma.*

℣. 3. Sic habet Gr. ed. Rom. demptâ præp. *in*, ante *sinistris*; quam tamen Ms. Alex. retinet : ubi etiam Rom. ponit, nempe in fine, κατοικισεις, Alex hab. κατοικησεις, *inhabitabis.* Cypr. l. 1. Testim. p. 280. c. legit : *Adhuc in dexteram tuam & in sinistram extende : & semen tuum gentes possidebit, & civitates desertas inhabitabit.* Ambros. l. 3. Hexa. col. 34. d. *Adhuc in dexteram & sinistram extende : & semen tuum gentes hæreditate possidebit, & civitates desertas inhabitabis.* August. epist. 105. to. 2. 302. f. 303. a. & in Ps. 58. to. 4. 564. f. & l. 3. cont. Cresc. to. 9. 472. c. *Etiam atque etiam in dexteram atque sinistram extende* (vel *extendens :*) *semen enim tuum hæreditabit gentes, & civitates quæ desertæ erant inhabitabis :* similiter l. 1. de cons. Evang. to. 3. p. 22. b. nisi quòd addit *partem*, ad *sinistram :* at l. 18. de civit. Dei, c. 29. to. 7. 510. g. legit : *Adhuc in dextram & sinistram partem extende : & semen tuum hæreditabit gentes, & civitates desertas inhabitabis :* & l. 2. cont. adversar. leg. to. 8. 587. g. *Adhuc in dextris & sinistris dilata : & semen tuum possidebit gentes, & civitates desertas habitari facies;* vet. quidam codd. *facias :* & l. de unit. Eccl. to. 9. 349. e. *Adhuc in dextram & in sinistram extende : & semen tuum gentes possidebit, & civitates desertas inhabitabis :* vide etiam serm. 37. to. 5. 184. d. In Collat. Carthag. p. 392. b. sic : *Adhuc in dexteram & sinistram extenderis : & semen tuum gentes possidebit, & civitates desertas inhabitabit.*

℣. 4. Concinunt hæc tota cum Græco, si addatur in fine *ultra*, è Gr. ἔτι, quæ tamen vocula abest à Ms. Alex. Apud Cypr. l. 1. Testim. p. 280. c. sic : *Noli timere, quia revinces; neque revereris, quia maledicta es : quoniam confusionem æternam oblivisceris.* Apud Ambros. l. de vid. to. 2. 190. b. *ignominiæ, & viduitatis tuæ non eris memor.* Apud August. verò epist. 104. to. 2. 303. a. ita : *Non est quòd metuas, prævalebis enim; nec erubescas, quòd detestabilis fueris : confusionem enim in perpetuum oblivisceris, ignominiæ viduitatis tuæ non eris memor :* similiter l. 1. de cons. Evang. to. 3. 22. c. & in Ps. 58. to. 4. 564. f. & l. 3. cont. Cresc. to. 9. 472. c. sed l. de unit. Eccl. to. 9. 349. e. *Ne timeas, quoniam prævalebis; neque vereris, quòd detestabilis fueris : confusionem æternam oblivisceris, ignominiæ viduitatis tuæ non eris memor.* Porrò ubi Aug. hab. *prævalebis*, & Cypr. *revinces*, Gr. ponit κατηχυνθης, quod verbum duxisse videntur Cypr. & Aug. non à καταισχυνω, sed à καταιχυω : meliùs idem Aug. legit l. 18. de civit. Dei, c. 29. to. 7. 511. a. *Ne timeas, quoniam confusa es; neque revereris, quia exprobrata es : quoniam confusionem æternam oblivisceris, & opprobrii viduitatis tuæ non eris memor :* & l. 2. cont. adversar. leg. to. 8. 587. g. *Noli timere, quia confusa es; neque revereris, quia exprobratum tibi est : confusionem enim æternam oblivisceris, & opprobrii viduitatis tuæ memor non eris :* quæ omnia vix uno verbo discrepant à textu Hieron. Sed in Collat. Carthag. p. 392. b. ita legitur : *Ne timeas, quoniam prævalebis; neque vereris, quòd detestabilis fueris : confusionem enim in æternum oblivisceris, ignominiæ viduitatis tuæ non eris memor.*

℣. 5. Sic est in Græco, præter ista, ὁ ποιων σε, *qui facit te;* ultimòque, αὐτος Θεος Ἰσραηλ πασης της γης κληθησεται, *ipse Deus Israël omnis terræ vocabitur;* in ed. tamen

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

ſanctus Iſraël, Deus omnis terræ vocabitur.

6. Quia ut mulierem derelictam & mœrentem ſpiritu vocavit te Dominus, & uxorem ab adoleſcentia abjectam, dixit Deus tuus.

7. Ad punctum in modico dereliqui te, & in miſerationibus magnis congregabo te.

8. In momento indignationis abſcondi faciem meam parumper à te, & in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui: dixit redemptor tuus Dominus.

Gen. 9. 15. 9. Sicut in diebus Noe iſtud mihi eſt, cui juravi ne inducerem aquas Noe ultra ſupra terram: ſic juravi ut non iraſcar tibi, & non increpem te.

10. Montes enim commovebuntur, & colles contremiſcent: miſericordia autem mea non recedet à te, & fœdus pacis meæ non movebitur: dixit miſerator tuus Dominus.

11. Paupercula, tempeſtate convulſa, abſque ulla conſolatione. Ecce ego ſternam per ordinem lapides tuos, & fundabo te in ſapphiris,

12. & ponam jaſpidem propugnacula tua: & portas tuas in lapides ſculptos, & omnes terminos tuos in lapides deſiderabiles:

Joan. 6. 45. 13. Univerſos filios tuos doctos à Domino; & multitudinem pacis filiis tuis.

14. Et in juſtitia fundaberis: recede procul à calumnia, quia non timebis; & à pavore, quia non appropinquabit tibi.

15. Ecce accola veniet, qui non erat mecum, advena quondam tuus adjungetur tibi.

16. Ecce ego creavi fabrum ſufflantem in igne prunas, & proferentem vas in opus ſuum, & ego creavi interfectorem ad diſperdendum.

17. Omne vas, quod fictum eſt contra te, non dirigetur: & omnem linguam reſiſtentem ti-

VERSIO ANTIQUA.

ræ vocabitur. *Hieron. ubi ſup. & col. 393.*

6. Non ut mulierem derelictam & puſillanimem vocavit te Dominus, neque ut mulierem, quæ ab adoleſcentia odioſa eſt, dixit Deus tuus.

7. Tempore modico reliqui te, & cum miſericordia magna miſerebor tui.

8. In furore parvo averti faciem meam à te, & in miſericordia ſempiterna miſerebor tui: dixit qui eruit te Dominus.

9. Ab aqua, quæ fuit ſub Noe, hoc mihi eſt: ſicut juravi ei in tempore illo, terræ nequaquam ultra iraſci ſuper te, *Ibid. 394.*

10. neque in comminatione tua montes transferre; neque colles tui transferentur: ſic nec miſericordia mea deficiet, nec teſtamentum pacis meæ auferetur: dixit propitius tui Dominus.

11. Humilis, & inſtabilis abſque conſolatione. Ecce ego præparo tibi carbunculum lapidem tuum, & fundamenta tua ſapphirum, *Ibid. 395.*

12. & ponam propugnacula tua jaſpin: & portas tuas lapides cryſtalli, & muros tuos lapides electos:

13. & omnes filios tuos diſcipulos Dei; & multa pax erit filiis tuis.

14. Et in juſtitia ædificaberis: recede ab iniquo, & non timebis, & tremor non appropinquabit tibi. *Ibid. 398.*

15. Ecce proſelyti accedent ad te per me, & coloni erunt tui, & ad te confugient. *Ibid. 399.*

16. Ecce ego creavi te, non ut ærarius ſufflans in igne prunas, & proferens vas in opus: ego autem creavi te non in perditionem interficere.

17. Omne vas, quod factum eſt contra te, non proſperabitur: & omnis vox ſurget contra te in

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Compl. eſt, Θεὸς πάσης τῆς γῆς. Ap. Ambr. l. de vid. to. 2. 190. b. *Quia ego Dominus qui facio te.* Apud Aug. epiſt. 105. to. 2. 303. a. *Quoniam ego ſum Dominus qui feci te, Dominus nomen ei: & qui eruit te, ipſe Deus Iſraël univerſæ terræ vocabitur:* ſimiliter l. 1. de conſ. Evang. to. 3. col. 10. a. 21. e. 22. c. & l. 3. cont. Creſcon. to. 9. 472. d. exceptis his, *ego Dominus qui facio te:* item in Pſ. 58. to. 4. 581. f. *Quoniam ego ſum Dominus qui facio te, Dominus nomen eſt ei: & qui eruit te, ipſe Dominus Deus Iſraël univerſæ terræ vocabitur:* & l. de unit. Eccl. to. 9. 349. f. *Quoniam ego Dominus qui facio te, Dominus nomen illi: & qui liberavit te, Deus Iſraël univerſæ terræ vocabitur.* Ita quoque legitur in Collat. Carthag. p. 392. b. Verùm Aug. l. 18. de civit. Dei, c. 29. to. 7. 511. a. habet: *Quoniam Dominus faciens te, Dominus ſabaoth nomen ejus: & qui eruit te, ipſe Deus Iſraël univerſæ,* &c. at l. cont. adverſar. leg. to. 8. 588. a. *Quia Dominus qui fecit te, Dominus ſabaoth nomen ei: & qui eruit te Deus Iſraël, Deus omnis terræ vocabitur:* & in Pſ. 46. to. 4. 412. c. *ipſe Deus tuus qui eruit te, univerſæ terræ Deus vocabitur:* vide etiam l. cont. Jud. to. 8. 39. a. Caſſiod. in Pſ. 71. p. 243. b. legit: *qui eruit te Deus Iſraël, ipſe Deus univerſæ terræ vocabitur.*

℣. 6. Ita Græcè ad verbum.

℣. 7. Conſonat Græcum. Ambroſ. verò l. de vid. to. 2. 190. c. legit: *Tempus enim breve dereliqui te.* Auct. l. de cœna Dom. apud Cypr. p. 471. b. *A tempus in modico derelinquam te.*

℣℣. 8. 9. Eadem prorſus in Græco.

℣. 10. Eadem fert Gr. edit. Rom. præter ſeqq. τὸ παρ' ἐμοῦ σοι ἔλεος, *quæ à me tibi miſericordia*, pro *miſericordia mea*; & poſt paulò, τῆς εἰρήνης σου, *pacis tuæ*, non *meæ*; ultimòque, εἶπε γὰρ ἱλεώς σοι Κύριος, *dixit enim propitius tibi Domine*; at in Compl. Κύριος; & in Mſs. Alex. ac Mediol. εἶπε γὰρ Κύριος ἱλεώς σοι· Mediolan. tamen in Marg. hab. οἱ Γ. εἶπεν οἰκτείρων σε Κύριος· item ſup. in multis codd. & apud Cyrill. eſt, εἰρήνης μου, non σου, teſte Nobil.

℣. 11. Similia leguntur Græcè, niſi id excipiatur, ὑ παρακλήτου, *non habuiſti conſolationem*, pro *abſque conſolatione*. Iren. l. 5. c. 34. p. 335. a. hab. *Ecce ego præparabo tibi carbunculum lapidem, & fundam. tua ſapphirum.* Ita quoque legit Chrom. Aquil. in Matth. p. 980. g. imo & Hieron. ipſe in Agg. 2. col. 1700. e. *Ecce ego præparabo tibi*, &c. at in Ezech. 28. col. 897. f. *Ecce ego præpare carb.* &c. Gr. ἑτοιμάζω.

℣. 12. Itidem Græcè, præter unum τὸν περίβολόν σου, loco *muros tuos*. Rectè Iren. l. 5. c. 34. p. 335. a. & *ponam propugnacula tua jaſphin: & portas tuas lapidem cryſtallum, & circumvallum tuum lapides electos.* Hieron. verò in Ezech. 28. col. 897. f. ſic: & *ponam propugn. tua jaſpidem: & portas tuas lapide cryſtallo, & murum tuum lapidibus electis:* ſimiliter in Agg. 2. col. 1700. e. exceptis his, *de lapide cryſtallo*, ut & inf. *de lapidibus electis.* Apud Chromat. Aquil. in Matth. p. 980. g. & *propugnacula tua jaſpidem: & portas tuas lapidem cryſtallum, & circuitum tuum lapides electos.*

℣. 13. Iren. l. 5. c. 34. p. 335. a. & *omnes filios tuos docibiles Dei, & in multa pace filios tuos.* Ita quoque in Gr. eſt edit. Rom. at in Compl. πολλὴ εἰρήνη τοῖς τέκνοις, ut ſupra. Apud Hieron. in Ezech. 28. col. 897. f. & *omnes filios tuos doctos à Deo, & in multa pace filios tuos.* Ap. Chromat. Aquil. in Matth. p. 980. g. & *omnes filios tuos docibiles Dei.* Apud Auguſt. l. 2. de ſer. Dom. in mon. col. 208. d. *ſed ſint omnes docibiles Deo;* item inf. 215. a. *docibiles Deo.*

℣. 14. Eadem ſunt in Græco. Item apud Iren. l. 5. c. 34. p. 335. a. *Et in juſtitia adificaberis:* rurſumque ap. Hieron. in Ezech. 28. p. 897. f.

℣. 15. Concordat Græc. niſi quòd pro *coloni erunt tui*, hab. παροικήσουσί σοι, *habitabunt apud te*; quod idem ſonat. Ambroſ. l. 2. de Spir. S. to. 2. 652. d. *Ecce proſelyti venient ad te per me.* Auct. l. de voc. gent. l. 2. c. 18. p. 28. a. *Ecce advenæ ad te per me accedent, & ad te confugient.*

℣. 16. Eadem prorſus in Græco ed. Rom. detracto uno *in igne*; ſed in edd. Ald. & Compl. eſt ἐν πυρί; tollit tamen hoc Cyrillus; & apud Procop. idem ſub aſteriſco tribus Interpretibus aſcribitur.

℣. 17. Hæc tota conveniunt cum textu Græco, præter unum *proſperabitur*, pro quo εὐοδώσω, *proſperabo*; at in edd. Ald. & Compl. eſt εὐοδωθήσεται. Apud Ambr. in Pſ. 48. col. 948. d. & epiſt. 27. & 77. col. 899. b. 1089. e. *Eſt hæreditas credentibus in Domino*; attamen Græcè conſtanter, θεραπεύουσι, *ſervientibus*: unde apud Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. ſic legitur: *Eſt hæreditas colentibus Deum*; & *vos eritis juſti, dicit Dominus.* Quod autem proximè antecedit, & *obnoxii tui erunt in ea*, obelo prænotatur

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup. judicium: omnes eos vinces, & obnoxii tui erunt in ea. Est hæreditas servientibus * Domino; & vos eritis mihi justi, dicit Dominus.

* *Edit. nu.* Domine; *sed aperte mendo.*

VULGATA NOVA.

bi in judicio, judicabis. Hæc est hæreditas servorum Domini, & justitia eorum apud me, dicit Dominus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ab Hieron. *quod*, inquit, *non tam à LXX. quàm à malis scriptoribus videtur additum.*

CAPUT LV.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Isai. 55. col. 400. ex Lxx.

1. QUi sititis, ite ad aquam: & quotquot non habetis pecuniam, euntes emite, & comedite: & ambulate, & emite absque pecunia, & absque pretio vinum & adipem.

2. Quare emitis pecuniâ, & laborem vestrum

Ibid. 401. non in saturitatem? Audite me, & comedite bona, & delectabitur in bonis anima vestra.

3. Attendite auribus vestris, & sequimini vias

Ibid. 402. meas: & audite me, & vivet in bonis anima vestra, & constituam vobis testamentum æternum, sancta David fidelia.

Ibid. 403. 4. Ecce testimonium in gentibus dedi eum, principem & præcipientem gentibus.

5. Gentes, quæ nesciebant te, invocabunt te: & populi, qui ignorabant te, ad te confugient, propter Dominum Deum tuum sanctum Israël, quia glorificavit te.

Ibid. 404. 6. Quærite Dominum; & cùm inveneritis eum, invocate: & postquam vobis appropinquaverit,

7. relinquat impius vias suas, & vir iniquus cogitationes suas, & convertatur ad Dominum, & misericordiam consequetur: quia multùm dimittet peccata vestra.

Ibid. 405. 8. Neque enim sunt cogitationes meæ, sicut cogitationes vestræ: nec sicut viæ meæ, viæ vestræ, dicit Dominus.

VULGATA NOVA.

1. OMnes sitientes venite ad aquas: & qui non habetis argentum, properate, emite, & comedite: venite, emite absque argento, & absque ulla commutatione vinum & lac. *Eccli. 51. 33. Apoc. 22. 17.*

2. Quare appenditis argentum non in panibus, & laborem vestrum non in saturitate? Audite audientes me, & comedite bonum, & delectabitur in crassitudine anima vestra.

3. Inclinate aurem vestram, & venite ad me: audite, & vivet anima vestra, & feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias David fideles. *Act. 13. 34.*

4. Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus.

5. Ecce gentem, quam nesciebas, vocabis: & gentes, quæ te non cognoverunt, ad te current, propter Dominum Deum tuum, & sanctum Israël, quia glorificavit te.

6. Quærite Dominum, dum inveniri potest: invocate eum, dum prope est.

7. Derelinquat impius viam suam, & vir iniquus cogitationes suas, & revertatur ad Dominum, & miserebitur ejus, & ad Deum nostrum: quoniam multus est ad ignoscendum.

8. Non enim cogitationes meæ, cogitationes vestræ: neque viæ vestræ, viæ meæ, dicit Dominus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Gr. ed. Rom. delet ista, & *ambulate*, & *emite*; nec repetit τὸ *absque*, ante *pretio*; cæt. concordant ad verbum; imo Ald. & Compl. addunt φάγετε, καὶ πορεύεσθε, καὶ ἀγοράσατε· sed hæc apud Procop. leguntur in margine sub asteriſco ex Theodot. Missale Rom. sic hab. ad Introit. sabb. post Dom. 4. Quadrag. *Sitientes venite ad aquas, dicit Dominus:* & *qui non habetis pretium, venite,* & *bibite cum lætitia.* Cypr. verò l. 3. Testim. p. 327. b. *Qui sititis, vadite ad aquam:* & *quotquot non habetis pecuniam, euntes emite,* & *bibite sine pecunia:* Mſ. quoque Alex. non *comedite* habet, sed πίετε; sicut etiam Cyrillus, & Procopius, Nobilio teste. Ambros. l. de Joseph, c. 7. col. 499. b. *Qui sitis, ite ad aquam:* & *quicunque non habetis argentum, ite, emite,* & *bibite,* & *manducate: emite sine argento* & *pretio vinum* & *adipem:* similiter hab. l. de Elia, c. 10. col. 545. a. & epist. 37. col. 934. a. usque ad 2. *emite*; at l. de instit. virg. col. 268. a. legit: & *quicunque non habetis argentum, ite,* & *emite,* & *bibite sine argento:* & l. 3. de Spir. S. col. 692. c. *quicunque non habetis argentum, ite, emite,* & *bibite, manducate sine argento*; & inf. *qui non habet pecuniam, emat sine pretio.*

℣. 2. Totidem verba in Græco.

℣. 3. Itidem Græcè, dempta conjunctione &, ante τὸ *audite me*; mel. *exaudite me*, è Gr. εἰσακούσατέ μου. Apud Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 697. b. *audite me,* & *vivetis,* & *disponam vobis testamentum æternum, adjiciens sancta* & *fidelia David:* & l. 3. p. 678. b. & *disponam vobis dispositionem æternam, religiosa* & *fidelia David.* Apud Novat. l. de Trin. p. 1036. a. & *disponam vobis testamentum æternum, sancta David fidelia.* Apud Arnob. de Deo trino, to. 8. p. 215. f. *Audite me,* & *manducabitis bona: ambulate in viis ejus,* & *salvabitur anima vestra,* & *disponam vobis testamentum æternum.*

℣. 4. Consonat Græc. ad verbum. Tertul. l. 3. adv. Marc. p. 678. b. legit: *Ecce testimonium eum nationibus posui, principem* & *imperantem nationibus.* Novatian. l. de Trin. p. 1036. a. *Ecce posui eum in principem* & *præcipientem gentibus.* Cypr. l. 1. Testim. p. 282. a. *Ecce testem illum nationibus manifestavi, principem* & *imperantem gentibus.* Hieron. in Ezech. 46. col. 1049. a. *Ecce testimonium in gentibus dedi eum, principem* & *præceptorem in gentibus.*

℣. 5. Hæc tota congruunt cum Gr. edit. Rom. Apud Tertul. l. 3. adv. Marc. p. 678. b. sic: *Nationes, quæ te non sciunt, invocabunt te:* & *populi confugient ad te:* item l. cont. Jud. c. 14. p. 148. c. alludens, dicit: *Christum hodie invocant nationes, quæ eum non sciebant.* Novatian. l. de Trin. p. 1036. a. *Gentes, quæ te non noverunt, invocabunt te:* & *populi, qui te nesciunt, ad te confugient.* Cypr. l. 1. Testim. p. 282. a. *Gentes, quæ non noverunt te, invocabunt te:* & *populi, qui ignorabant te, ad te confugient.* Similiter habet Auct. l. de promiss. p. 3. ap. Prosp. col. 184. a. Item Leo M. ser. 28. & 32. p. 85. c. 91. b. *Gentes, quæ te non noverunt, invocabunt te:* & *populi qui te nesciebant* (al. *nescient*,) *ad te confugient.* Auct. l. de voc. gent. l. 2. c. 18. p. 28. b. *Gentes, quæ te non cognoverunt, invocabunt te:* & *populi, qui te nesciunt, ad te confugient.*

℣. 6. Ita Græcè, nisi quòd pro *cùm inveneritis*, habetur ἐν τῷ εὑρίσκειν, ad litt. *in inveniendo.* Similiter apud Cypr. l. 3. Testim. p. 307. b. *Quærite Dominum;* & *cùm inveneritis, invocate eum: cùm autem appropinquaverit vobis.* Item apud Aug. l. 15. de Trin. to. 8. p. 967. c. *Quærite Dominum;* & *mox ut inveneritis, invocate eum:* & *cùm appropinquaverit vobis.* Fulg. verò ep. 7. p. 191. & l. 2. de rem. pecc. c. 20. p. 403. Vulgatæ congruit.

℣. 7. Sic habetur Græcè, nisi excipias vocem βυλὰς, *consilia*, loco *cogitationes*, quæ idem sonant. Cypr. l. 3. Testim. p. 307. b. legit: *relinquat impius vias suas,* & *vir facinorosus cogitationes suas,* & *convertatur ad Dominum,* & *misericordiam consequetur: quia in multum* (Gr. ἐπὶ πολὺ) *remittet peccata vestra.* Itidem S. Pacian. epist. 3. p. 312. d. usque ad vocem *quia*, præter *Deum* tamen, loco *Dominum.* Apud August. l. 15. de Trin. to. 8. 967. c. *derelinquat impius vias suas,* & *vir iniquus cogitationes suas.* Apud Fulg. epist. 7. p. 191. & l. 2. de rem. pecc. c. 20. *derelinquat impius viam suam,* & *vir iniquus cogitationem suam,* & *revertatur ad*, &c. ut in Vulg. at l. 2. de verit. præd. p. 462. & *vir iniquus cogitationes suas,* & *convertatur ad Dom.*

℣. 8. Græcè, initio ipso habetur οὐ, *non*, pro *neque*; subinde constanter, βυλαὶ, pro *cogitationes*; extremòque

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

9. Quia ſicut exaltantur cœli à terra, ſic exaltatæ ſunt viæ meæ à viis veſtris, & cogitationes meæ à cogitationibus veſtris.

10. Et quomodo deſcendit imber, & nix de cœlo, & illuc ultra non revertitur, ſed inebriat terram, & infundit eam, & germinare eam facit, & dat ſemen ſerenti, & panem comedenti:

11. Sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo: non revertetur ad me vacuum, ſed faciet quæcunque volui, & proſperabitur in his, ad quæ miſi illud.

12. Quia in lætitia egrediemini, & in pace deducemini: montes & colles cantabunt coram vobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu.

13. Pro ſaliunca aſcendet abies, & pro urtica creſcet myrtus: & erit Dominus nominatus in ſignum æternum, quod non auferetur.

VERSIO ANTIQUA.

9. Sed quantùm diſtat cœlum à terra, tantùm diſtat via mea à viis veſtris, & cogitationes veſtræ à cogitatione mea. *Hieron. ubi ſup.*

10. Quomodo ſi deſcendat pluvia, aut nix de cœlo, & non revertatur, donec inebriet terram, & generet, & oriatur, & det ſemen ſeminanti, & panem ad comedendum:

11. Sic erit verbum meum, quod exierit de ore meo: non revertetur, donec compleat quæ volui, & proſperas faciam vias ejus, & præcepta mea.

12. In lætitia egrediemini, & in gaudio deducemini: montes & colles exſilient, exſpectantes vos in gaudio, & omnia ligna agri applaudent ramis. *Ibid. 406.*

13. Et pro ſtœbe aſcendet cypariſſus, & pro conyza aſcendet myrtus: & erit Dominus in nomen, & in ſignum ſempiternum, & non deficiet.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ordo vocum ſic invertitur: *αἱ ὁδοὶ ὑμῶν, αἱ ὁδοί μου* cæt. quadrant. Anonym. Donatiſta ad calc. Optat. p. 301. a. ſic hab. *Non ſunt cogitationes meæ ſicut veſtræ: neque veſtræ, ſicut meæ.* Fulg. l. 2. ad Traſim. c. 1. p. 88. & l. cont. Faſtid. c. 5. p. 345. nil differt à Vulg. niſi quòd hab. *neque viæ meæ, viæ veſtræ.*

℣. 9. Sic eſt in Græco, præter hæc, *ὡς..... οὕτως*, loco *quantùm..... tantùm.* Rectè Anonym. Donatiſta ad calc. Optati, p. 301. a. *Sicut enim diſtat cœlum à terra, ita diſtant viæ meæ à viis veſtris, & cogitationes veſtræ à ſenſu meo.* Philaſtr. verò Brix. l. de hæreſ. p. 712. h. *Sicut enim cœlum diſtat à terra, ita diſtant ſenſus veſtri, & cogitationes, & conſilia veſtra à ſenſibus, & cogitationibus meis, dicit Dominus.* Gaud. Brix. ſer. 3. p. 948. h. *Sicut diſtat cœlum à terra, ita diſtant ſenſus mei à ſenſibus veſtris, & cogitationes meæ à cogitationibus veſtris.* Fulgent. l. 2. ad Traſim. c. 1. p. 88. & l. cont. Faſtid. c. 5. p. 345. cum Vulg. concinit.

℣. 10. Concordat Græc. niſi quòd hab. *ἕως ἂν μεθύ-ζῃ..... ᾖ ἐκτέμῃ, ᾖ ἐκβλασήσῃ, ᾖ δῷ*, &c. Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 18. ap. Proſp. p. 141. d. *Sicut vos, aut pluvia deſcendens, non diſcedit, quouſque inebriet terram, & germinet, & det panem ad edendum his, qui eam colunt:* ſed à Græco abſunt iſta, *his qui eam colunt.*

℣. 11. Eadem ſunt in Græco, præter ſeq. *τὰς ὁδούς σου, vias tuas*, loco *vias ejus*: iſta verò, *ἕως ἂν τελεσθῇ ὅσα ἂν*, meliùs redderentur his, *donec completa fuerint quæcunque*, quàm *τῷ compleat quæ*: in Mſ. Alex. & Compl. *ζυντελεσθῇ*. Apud Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 18. p. 141. d. *Ita & verbum, quodcunque exierit ex ore meo: non revertetur, quouſque perficiat quæ volui.*

℣. 12. In edit. Rom. additur *γὰρ, enim*, ad voces *lætitia*, & *montes*; loco verò *deducemini*, habetur *διδαχθήσεσθε, docebimini*; ſic etiam apud Cyrillum, Procop. & Juſtin. mart. ſed in edit. Compl. eſt *ἀχθήσεσθε*, al. *διαχθήσεσθε*, quod ſecutus eſt Hieron.

℣. 13. Itidem Græcè. Hieron. ſcribit Gr. *σειζά*, ſubditque, *id eſt, viliſſimis ſtipitibus.*

CAPUT LVI.

VULGATA NOVA.

Sap. 1. 1.

1. HÆc dicit Dominus: Cuſtodite judicium, & facite juſtitiam: quia juxta eſt ſalus mea ut veniat, & juſtitia mea ut reveletur.

2. Beatus vir, qui facit hoc, & filius hominis, qui apprehendet iſtud: cuſtodiens ſabbatum ne polluat illud, cuſtodiens manus ſuas ne faciat omne malum.

3. Et non dicat filius advenæ, qui adhæret Domino, dicens: Separatione dividet me Dominus à populo ſuo: Et non dicat eunuchus: Ecce ego lignum aridum.

4. Quia hæc dicit Dominus eunuchis: Qui cuſtodierint ſabbata mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum:

5. Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius à filiis & filiabus: nomen ſempiternum dabo eis, quod non peribit.

VERSIO ANTIQUA.

1. HÆc dicit Dominus: Cuſtodite judicium, & facite juſtitiam: quia juxta eſt ſalus mea ut veniat, & miſericordia mea ut reveletur. *Hieron. in Iſai. 56. col. 407. ex Lxx.*

2. Beatus vir, qui facit hæc, & homo, qui retinet iſta: & cuſtodit ſabbata ut non profanet ea, & ſervat manus ſuas ne faciat iniquitatem. *Ibid. 408.*

3. Ne dicat alienigena, qui appoſitus eſt Domino: Putaſne ſeparet me Dominus à populo ſuo? Et ne dicat eunuchus: Quia ego ſum lignum aridum.

4. Hæc dicit Dominus eunuchis: Qui cuſtodierint ſabbata mea, & elegerint quæ ego volo, & tenuerint teſtamentum meum: *Ibid. 409.*

5. Dabo eis in domo mea, & in muro meo locum nominatum, meliorem filiis & filiabus: nomen ſempiternum dabo eis, & non deficiet.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hieron. hîc unum ex Hebr. textum adhibet, ſed addit: *LXX. pro* juſtitia, miſericordiam *tranſtulerunt; cætera ſimiliter.* Luciſ. Calar. l. 1. pro S. Athanaſ. p. 199. a. legit: *Cuſtodite judicium, facite juſtitiam: appropiavit enim ſalutare meum advenire, & miſericordia mea revelari.* Ita quoque in Græco eſt, poſitâ conjunct. *γὰρ*, ante *facite.*

℣. 2. Conſonat Græc. niſi quòd tollit *ea*, poſt *proſamet*; ultimòque hab. *ἄδικα, iniqua*; at in ed. Compl. eſt, *μὴ βεβιλῶν αὐτὰ..... μὴ ποιεῖν ἀδίκημα.* Apud Luciſ. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 199. a. *Beatus vir, qui facit eam, & homo, qui amplectitur eam: ſabbata mea non violare, cuſtodiens manus ſuas ne faciat injuſtitias.*

℣. 3. Ita Græcè, præter hoc, *Ἀφορίζει με ἀφ', Separabit me utique*, loco *Putaſne ſeparet me*: vox tamen *ἀφ'*, interdum redditur iſto, *putaſne.* Apud Ambroſ. l. de inſtit. virg. to. 2. 260. b. *Ne dicat ſpado: Quia ego ſum lignum aridum.*

℣. 4. Eadem leguntur Græcè, excepto uno *ὅζῳ*, pro *qui.* Ambroſ. l. de inſtit. virg. to. 2. 260. b. ſic: *Hæc dicit Dominus ſpadonibus: Quicunque cuſtodierint præcepta mea, & elegerint quæ ego volo, & amplectentur teſtamentum meum:* ſimiliter l. de exhort. virg. col. 282. d. nec aliter apud Fulg. epiſt. 3. c. 6. p. 167. a. Auguſt. verò l. cont. Adim. to. 8. 115. b. legit: *Hæc dicit Dominus ſpadonibus: Eis, qui cuſtodierint præcepta mea, & elegerint ſibi quæ ego volo, & capaces fuerint teſtamenti mei:* & l. 14. cont. Fauſt. to. 8. 270. f. *Hæc dicit Dominus ſpadonibus: Omnibus, qui obſervaverint præcepta mea, & elegerint quæ ego volo, & cuſtodierint teſtamentum.*

℣. 5. Concinit Græc. ad verbum. Ambroſ. l. de inſtit. virg. col. 260. c. legit: *Dabo illis in domo mea, & in*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi ſup. col. 410. 6. Et alienigenis, qui additi ſunt Domino, ſervire ei, & diligere nomen ejus, ut ſint ei in ſervos & ancillas: & omnes qui cuſtodiunt ſabbata mea, ut non violent ea, & tenent teſtamentum meum:

Ibid. 411. 7. Inducam illos in montem ſanctum meum, & lætificabo eos in domo orationis meæ: holocauſtomata eorum, & victimæ erunt acceptabiles ſuper altare meum: domus enim mea, domus orationis vocabitur cunctis gentibus.

8. Dixit Dominus, qui congregat diſperſos Iſraël: Quia congregabo ad eum congregationem.

9. Omnes beſtiæ feræ venite, comedite omnes beſtiæ ſaltûs.

Ibid. 412. 10. Videte quoniam excæcati ſunt omnes, non cognoverunt univerſi: canes muti, non poterunt latrare, ſomniantes lectulum, amantes dormitationes.

11. Et canes impudentes animæ ignoraverunt ſaturitatem: & ſunt mali neſcientes intelligentiam: omnes vias ſuas ſecuti ſunt, unuſquiſque ſimul à ſummitate ejus.

12..... *Vide Not.*

VULGATA NOVA.

6. Et filios advenæ, qui adhærent Domino, ut colant eum, & diligant nomen ejus, ut ſint ei in ſervos: omnem cuſtodientem ſabbatum ne polluat illud, & tenentem fœdus meum;

7. Adducam eos in montem ſanctum meum, & lætificabo eos in domo orationis meæ: holocauſta eorum, & victimæ eorum placebunt mihi ſuper altari meo: quia domus mea, domus orationis vocabitur cunctis populis. *Jer. 7. 11. Matth. 21. 13. Marc. 11. 17. Luc. 19. 46.*

8. Ait Dominus Deus, qui congregat diſperſos Iſraël: Adhuc congregabo ad eum congregatos ejus.

9. Omnes beſtiæ agri venite ad devorandum, univerſæ beſtiæ ſaltus.

10. Speculatores ejus cæci omnes, neſcierunt univerſi: canes muti non valentes latrare, videntes vana, dormientes, & amantes ſomnia.

11. Et canes impudentiſſimi neſcierunt ſaturitatem: ipſi paſtores ignoraverunt intelligentiam: omnes in viam ſuam declinaverunt, unuſquiſque ad avaritiam ſuam, à ſummo uſque ad noviſſimum. *Jer. 6. 13. & 8. 10.*

12. Venite, ſumamus vinum, & impleamur ebrietate: & erit ſicut hodie, ſic & cras, & multò ampliùs.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

muro meo locum nominatum, meliorem & filiorum & filiarum: nomen æternum dabo illis, & non deficient: ita rurſum l. de exhort. virg. col. 282. d. demptâ conjunct. &, ante *filiorum.* Auguſt. l. de ſ. virginit. to. 6. 352. e. *Dabo eis in domo mea, & in muro meo locum nominatum, meliorem multò quàm filiorum atque filiarum: nomen æternum dabo eis, nec unquam deerit:* & l. cont. Adim. to. 8. col. 115. b. 146. c. *Dabo illis in domo mea, & in muro meo locum nominatiſſimum* (al. *nominatum,*) *meliorem multò filiorum atque filiarum: nomen æternum dabo illis, nec unquam deerit:* & l. 14. cont. Fauſt. to. 8. 270. f. *Dabo illis..... locum nominatum, meliorem filiorum & filiarum: nomen æternum dabo illis, & non deerit illis.* Ita quoque hab. Fulg. epiſt. 3. c. 6. p. 167. a. excepto ult. *non deficiet,* pro *non deerit illis.* Vide etiam Aug. l. 20. de civit. Dei, c. 22. to. 7. p. 604. e.

℣. 6. Totidem verba Græc. hab. niſi quòd poſt *nomen,* addit *Κυρίου, Domini,* loco *ejus,* deletque *ea,* poſt *violent;* ſed in ed. Compl. habetur, *μὴ βεβηλῶν αὐτά.* Ad vocem mediam *ancillas,* Hieron. ait: *Quod autem in LXX. additum eſt,* & ancillas, *obelo prænotavimus; neque enim fieri poteſt, ut in ſpiritualibus donis ſit ſexûs ulla diverſitas.*

℣. 7. Eadem prorſus in Græco, addito uno *αὐτῶν, eorum,* ad vocem *victimæ.* Apud Ambroſ. l. 2. de Spir. S. to. 2. 653. d. *domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus.* Similiter hab. Auct. quæſt. Vet. T. q. 44. ap. Auguſt. to. 3. 56. d. Item Ambroſiaſt. p. 46. f. hoc excepto ult. *in omnibus gentibus.*

℣℣. 8. 9. Conſonat Græcum ad verbum.

℣. 10. Abeſt à Gr. ed. Rom. vox *univerſi;* loco verò *dormitationes,* eſt *νυσάξαι;* cæt. ut in Lat. ſup. Mſ. Alex. addit *φθεγξῆσαι,* poſt verbum *cognoverunt;* ſic etiam Mediol. cum hoc in margine, — *al* Γ. *ὅμως·* mox iidem Alex. & Mediol. cum ed. Compl. ferunt *πάντες κύνες,* &c. Similiter ap. Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 241. vel 243. d. *Videte quia omnia excæcata ſunt, non cognoverunt ſapere: omnes canes muti, qui non potuerunt latrare, ſomniantes in cubili, amantes dormitare.* Ap. Ambroſ. l. 6. Hexa. col. 119. b. *canes muti, neſcientes latrare.* Ap. Auguſt. in Pſ. 81. to. 4. 872. b. *canes muti, neſcierunt latrare.* Sic etiam ap. Caſſiod. in eund. Pſ. p. 281. c. Facundus Herm. l. 9. Sirm. to. 2. p. 712. e. ita legit: *Videte quia omnes excæcati ſunt, neſcierunt ſapere: omnes muti canes, qui non potuerunt latrare, ſomniantes cubile, amantes dormitare.*

℣. 11. Edit. Rom. loco *animæ,* hab. *τῇ ψυχῇ, animâ,* vel *animo;* deinde, *ἐκ τἰδ ἑτες,* &c. extremoque, *κατὰ τὸ ἑαυτῆ, juxta ſuum,* loco *ſimul à ſummitate ejus;* cæt. ut ſupra: edd. tamen Ald. & Compl. hab. *ἕκαστος κατὰ τὸ ἑαυτῆ πλεονέκτημα ἅμα* (Ald. delet *ἅμα*) *ἀπ' ἄκρου αὐτῆ,* Ald. *ἀπ' ἄκρου αὐτῶν.* Hæc autem ult. *unuſquiſque ſimul à ſummitate ejus,* præſignantur aſteriſco ap. Hieron. Et verò Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. p. 241. vel 243. d. illa non refert, ſed iſta ſola: *Et canes improbi animæ neſcientes ſatietatem: & ſunt nequam neſcientes intellectum: omnes ſuas vias ſecuti ſunt.* Item Facund. Hermian. l. 9. Sirm. to. 2. p. 712. e. legit: *Et canes improbi omnino* (f. *animo*) *neſcientes ſaturitatem: & ſunt maligni neſcientes intellectum: omnes ſuas vias exſecuti ſunt, unuſquiſque ſecundùm ſe:* tum proximè: *Videte quomodo perit juſtus,* &c. de cap. ſeq. omiſſis his totis, quæ interſunt in Vulg.

℣. 12. Hæc ſequuntur apud Hieronym. ſub aſteriſco: *Venite, & ſumamus vinum, & inebriemur: & ſit talis dies craſtina, magna ampliùs nimis:* quæ reſpondent verſui ult. Vulgatæ: ipſa autem deſunt tota in Græco ed. Rom. Et ſanè Hieron. infra, col. 413. b. de iiſdem ita diſſerit: *Quodque ſequitur:* Unuſquiſque ad avaritiam ſuam, à ſummo uſque ad noviſſimum. Venite, ſumamus vinum, & impleamur ebrietate, &c. de Vulg. *in LXX. Interpretibus non habetur, ſed ex Hebraico additum, ſtellis illuminantibus prænotatur:* tum addit: *Denique hos verſiculos nullus Eccleſiaſticorum Interpretum diſſeruit, ſed quaſi patentem in medio foveam tranſilirent atque tranſmittunt.* Non etiam Lucifer, & Facundus illos referunt, ut notavimus ſup. neque Cyrillus illos habet; & apud Procop. iidem traduntur Theodotioni, præmiſſo pariter aſteriſco. In edd. tamen Ald. & Compl. ita ſequuntur: *Δεῦτε, λάβωμεν οἶνον, καὶ οἰνοφλυγήσωμεν μέθυ* (Ald. *μέθυε*) *καὶ ἔσται τοιαύτη ἡμέρα αὔριον μεγάλη μᾶλλον σφόδρα·* Ald. pro *μᾶλλον σφόδρα,* hab. *περὶ ζέ.*

CAPUT LVII.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Iſai. 57. col. 413. ex LXX. 1. VIdete quomodo juſtus periit, & nemo ſuſcipit corde: & viri juſti tolluntur, & ne-

VULGATA NOVA.

1. JUſtus perit, & non eſt qui recogitet in corde ſuo: & viri miſericordiæ colliguntur,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita de Græco, verbum è verbo. Idem Hieron. in Iſai. 59. col. 437. f. ſic hab. *Juſtus perit, & non eſt qui recogitet: & viri juſti tolluntur, & nemo corde intelligit: à facie enim iniquitatis ſublatus eſt juſtus:* & ſup. in c. 57.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.	
quia non eſt qui intelligat : à facie enim malitiæ collectus eſt juſtus.	mo conſiderat : à facie enim iniquitatis ablatus eſt juſtus.	*Hieron. ubi ſup.*
2. Veniat pax, requieſcat in cubili ſuo qui ambulavit in directione ſua.	2. Erit in pace ſepultura ejus, ablata eſt de medio.	
3. Vos autem accedite huc filii auguratricis; ſemen adulteri, & fornicariæ.	3. Vos autem accedite huc filii iniqui; ſemen adulterorum, & meretricis.	*Ibid.* 415.
4. Super quem luſiſtis? ſuper quem dilataſtis os, & ejeciſtis linguam? nunquid non vos filii ſceleſti, ſemen mendax?	4. In quo luſiſtis? ſuper quem aperuiſtis os veſtrum? & ſuper quo ejeciſtis linguam veſtram? nonne vos eſtis filii perditionis, ſemen iniquum?	*Ibid.* 416.
5. qui conſolamini in diis ſubter omne lignum frondoſum, immolantes parvulos in torrentibus, ſubter eminentes petras?	5. qui vocatis idola ſubter frondoſas arbores, immolantes filios veſtros in vallibus, in medio petræ?	*Ibid.* 417.
6. In partibus torrentis pars tua, hæc eſt ſors tua : & ipſis effudiſti libamen, obtuliſti ſacrificium : nunquid ſuper his non indignabor?	6. Hæc eſt pars tua, hæc eſt ſors tua : & illis effudiſti libamina, & his præparaſti hoſtias : ſuper his ergo non iraſcar?	
7. Super montem excelſum & ſublimem poſuiſti cubile tuum, & illuc aſcendiſti ut immolares hoſtias.	7. Super montem excelſum & ſublimem poſuiſti cubile tuum, & illuc aſcendiſti ut immolares hoſtias.	*Ibid.* 418.
8. Et poſt oſtium, & retro poſtem poſuiſti memoriale tuum : quia juxta me diſcooperuiſti, & ſuſcepiſti adulterum : dilataſti cubile tuum, & pepigiſti cum eis fœdus : dilexiſti ſtratum eorum manu aperta.	8. Et poſt oſtium, & retro poſtem poſuiſti memoriale tuum : putabas quoniam ſi receſſiſſes à me, plus aliquid haberes : dilexiſti dormientes tecum.	
9. Et ornaſti te regi unguento, & multiplicaſti pigmenta tua. Miſiſti legatos tuos procul, & humiliata es uſque ad inferos.	9. Et multiplicaſti fornicationem tuam cum eis, multoſque feciſti procul à te. Et miſiſti legatos ultra terminos tuos, & humiliata es uſque ad inferos.	*Ibid.* 419.
10. In multitudine viæ tuæ laboraſti : non dixiſti : Quieſcam : vitam manus tuæ inveniſti, propterea non rogaſti.	10. Multis itineribus tuis laboraſti : & non dixiſti : Deſinam : confortata feciſti hæc, propterea non rogaſti me.	
11. Pro quo ſollicita timuiſti, quia mentita es, & mei non es recordata, neque cogitaſti in corde tuo? quia ego tacens, & quaſi non videns, & mei oblita es.	11. Quem timens perterrita es, & mentita es mihi, nec recordata es mei, neque poſuiſti me in mente tua & in corde tuo? & ego te videns deſpiciam, & non me timuiſti.	*Ibid.* 420.
12. Ego annuntiabo juſtitiam tuam, & opera tua non proderunt tibi.	12. Ego annuntiabo juſtitiam tuam, & mala tua quæ non proderunt tibi.	*Ibid.* 421.
13. Cùm clamaveris, liberent te congregati tui, & omnes eos auferet ventus, tollet aura : Qui autem fiduciam habet mei, hæreditabit ter-	13. Cùm clamaveris, eruant te in tribulatione tua : iſtos enim omnes tollet ventus, & auferet tempeſtas : Qui autem ſperant in me, poſſidebunt	

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

col. 414. c. *In LXX. legitur : A facie malitiæ ablatus eſt juſtus.* Iren. verò l. 4. c. 34. p. 276. a. *Vide enim quomodo juſtus perit, & nemo intuetur : & viri juſti tolluntur, & nemo excipit corde.* Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 715. b. *Vide quomodo perit juſtus, & nemo excipit corde : & viri juſti auferuntur, & nemo conſiderat :* & infra p. 722. b. *Vide quomodo juſtus aufertur, & nemo advertit :* & l. cont. Gnoſt. p. 828. c. *Videte quomodo perit juſtus, & nemo excipit corde : & viri juſti auferuntur, & nemo animadvertit : à facie enim injuſtitia perit juſtus.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 290. c. *Videte quomodo juſtus perit, & nemo intelligit : & viri juſti tolluntur, & nemo recognoſcit : à facie enim injuſtitia ſublatus eſt juſtus.* Auguſtinus in Pſ. 81. to. 4. 872. b. *Ecce quomodo juſtus periit, & nemo conſiderat.* Uranius presb. de ob. S. Paulini ap. eund. to. 2. 145. a. *Tollitur juſtus, & nemo intelligit : & viri juſti tolluntur, & nemo conſiderat.* Facund. Herm. l. 9. Sirm. to. 2. 713. a. *Videte quomodo perit juſtus, & nemo animadvertit : & viri juſti tolluntur, & nemo conſiderat.*

℣. 2. Itidem Græcè, ubi pro *ablata eſt*, legitur ἦρται, quod Nobil. vertit *ablatus eſt*; Tertul. verò l. 3. adv. Marc. p. 677. c. *ſepultura ejus ſublata de medio eſt*, ut ſup. & l. cont. Gnoſt. p. 828. c. *Et erit*, inquit, *honor ſepulturæ ejus.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 290. c. *Et erit in pace ſepultura ejus.* Similiter hab. Hieron. in Iſai. 59. col. 437. f. & addit : *tolleturque de medio.*

℣. 3. Ita rurſum Græcè. Apud Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 241. vel 243. d. *Accedite huc filii iniquitatis; ſemen adulterum, & meretricis.*

℣. 4. Duo tantùm diſcrepant à Græco, nempe *luſiſtis*, pro quo ἐστρυφήσατε; & inf. *ſuper quo*, pro quo ἐπὶ τίνα. Rectè Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. p. 241. vel 243. d. *In quo delectati eſtis? & in quem aperuiſtis os veſtrum? & adversùs quem immiſiſtis linguam veſtram? nonne vos eſtis filii perditionis, ſemen iniquum?* Rufin. in Symb. p. 182. a. *ſupra quem aperuiſtis os veſtrum? & adversùs quem relaxaſtis linguas veſtras?*

℣. 5. Sic etiam Græcè, exceptis his, οἱ παρακαλοῦντες, pro *qui vocatis*; & poſt paulò, τὰ τέκνα αὐτῶν, loco *filios veſtros*; ultimòque num. plur. τῶν πετρῶν, *petrarum.*

℣. 6. Græcè ipſo initio habetur : Ἐκείνη σου ἡ μερὶς tolliturque ſeq. *eſt*; & loco *præparaſti*, ponitur ἀπέσπασας, *obtuliſti*; cæt. ut in Lat. ſup. Apud Cypr. verò ep. 64. p. 111. a. *illis fudiſtis libamina, & illis impoſuiſtis ſacrificia : ſuper hæc omnia ergo non indignabor, dicit Dominus?* ſimiliter epiſt. ad Fortunat. p. 264. b. deleta voce *omnia* : item epiſt. 55. p. 85. b. ubi præterea deeſt *ergo*; idem pariter abeſt à Compl. Huic poſter. Cypriani loco ſuffragatur ad verbum Julius Firm. l. de errore prof. relig. c. 29. p. 179. c.

℣. 7. Hieron. Vulgatæ textum unum refert uſque ad verbum *putabas* ℣. ſeq. ſed addit *LXX.* habere *ſimiliter.* Eadem quoque exhibet Græc. edit. Rom. his paucis exceptis, nimirum, ἐκεῖ, *illic*, loco *poſuiſti*; & in fine, ἀνεβίβασας θυσίας Cυ, *aſcendere feciſti hoſtias tuas*, detracto verbo *immolares*; Mſ. Alex. delet σῦ, *tuas*, Mediol. que hujus voculæ loco, hoc addit ſub aſteriſco, ※ οἱ Γ. θυσιάσαι; ed. verò Compl. θῦσαι θυσίας Cυ, ut ſup. in textu.

℣. 8. Græcè priora tantùm ſic variant : Καὶ ὀπίσω τῶν σαθμῶν τῆς θύρας οὐ ἔθηκας μνημόσυνά Cυ & *poſt oſtia tui poſtes poſuiſti memorialia tua.*

℣. 9. Similia Græc. habet, niſi quòd voculæ *procul*, id præponit τὰς, *eos qui.*

℣. 10. Ita Græcè, niſi quòd additur conjunct. ὅτι, *quia*, poſt verbum *confortata*; ut & σὺ, in fine, poſt hoc, *rogaſti me.*

℣. 11. Gr. ed. Rom. tollit *mei*, poſt *recordata es*; ſed addunt Mſs. Alex. & Mediol. cum edd. Ald. & Compl. mox ita in Rom. οὐδὲ ἐκαλέσω με ἐκ τῶν διανοιῶν (Compl. add. Cυ,) οὐδὲ εἰς τὴν καρδίαν Cυ; ἐγὼ ἐγώ εἰμι ἐν σοὶ παρορῶ, &c. Nobil. *neque ſumpſiſti me in mentem, neque in cor tuum? & ego te videns deſpicio*, &c.

℣. 12. Itidem Græcè, præfixâ voculâ Καὶ, 1. voci *ego*.

℣. 13. Hæc tota concinunt cum Græco, hoc excepto uno, *ſperant in me*, pro quo ἐντεχόμενοί μου, Nobil. *innituntur mihi.* Apud Auguſt. ſer. 45. to. 5. 218. c. *Qui*

Digitized by Google

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Hieron. ubi sup. terram, & hæreditate consequentur montem sanctum meum.	ram, & possidebit montem sanctum meum.
14. Et dicent: Mundas facite à facie ejus vias, & auferte offendicula de via populi mei.	14. Et dicam: Viam facite, præbete iter, declinate de semita, auferte offendicula de via populi mei. *Inf. 62. 10.*
Ibid. 422. 15. Hæc dicit Excelsus, & in excelsis habitans in æternum: Sanctus in sanctis nomen illi; excelsus in sanctis requiescens, & pusillanimis dans patientiam, & vitam his, qui corde contriti sunt.	15. Quia hæc dicit Excelsus, & sublimis habitans æternitatem: & sanctum nomen ejus in excelso & in sancto habitans, & cum contrito & humili spiritu: ut vivificet spiritum humilium, & vivificet cor contritorum.
Ibid. 423. 16. Non in æternum ulciscar in vos, neque semper irascar vobis: spiritus enim à me egredietur, & flatum omnem ego feci.	16. Non enim in sempiternum litigabo, neque usque ad finem irascar: quia spiritus à facie mea egredietur, & flatus ego faciam.
Ibid. 424. 17. Propter peccatum ad modicum quid contristavi eum, & percussi eum, & averti faciem meam ab eo: & contristatus est, & ambulavit tristis in viis suis.	17. Propter iniquitatem avaritiæ ejus iratus sum, & percussi eum: abscondi à te faciem meam, & indignatus sum: & abiit vagus in via cordis sui.
18. Vias ejus vidi, & sanavi eum, & consolatus sum illum, & dedi ei consolationem veram.	18. Vias ejus vidi, & sanavi eum, & reduxi eum, & reddidi consolationes ipsi, & lugentibus ejus.
19. Pacem super pacem his, qui longè, & qui prope sunt, dicit Dominus, & sanabo eos.	19. Creavi fructum labiorum pacem, pacem ei, qui longè est, & qui prope, dixit Dominus, & sanavi eum.
20. Qui autem iniqui sunt, fluctuabunt, & quiescere non poterunt.	20. Impii autem quasi mare fervens, quod quiescere non potest, & redundant fluctus ejus in conculcationem & lutum.
21. Non est gaudium impiis, dicit Dominus Deus.	21. Non est pax impiis, dicit Dominus Deus. *Sup. 48. 22.*

Notæ ad Versionem antiquam.

autem dediti mihi erunt, possidebunt terram, & inhabitabunt montem sanctum meum.

℣. 14. Ita rursum Græcè.

℣. 15. Similiter habet Gr. ed. Rom. sublatâ conjunct. καὶ, ante τὸ *in excelsis*; repetito verò inf. δώσω, *dans*, ante *vitam*. In Mss. Alex. & Mediolan. ac edd. Ald. & Compl. additur Κύριος ὕψιστος, ad *nomen illi*. Apud Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 199. g. sic: *Hæc dicit Excelsus, in excelsis habitans in æternum: Sanctus in sanctis nomen ei; Dominus altissimus in sanctis requiescens, & pusillanimis dans animaquitatem, & dans vindictam contribulatis corde.* Ap. August. in Ps. 112. to. 4. 1252. c. *Hæc dicit Altissimus, in excelsis habitans in æternum: nomen ejus, Dominus altissimus, in sanctis requiem habens.* Apud Vigil. Tapsi. l. cont. Varimad. p. 746. g. *Hæc dicit Excelsus, in excelsis habitans in æternum: Sanctus in sanctis, Dominus excelsus nomen ei; in sanctis requiescens.*

℣. 16. Sic habetur Græcè. Lucif. verò Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 199. g. ita legit: *Non in æternum irascar vobis, nec semper vindictam de vobis exigam.* Iren. l. 5. c. 12. p. 306. b. addit: *spiritus enim à me exiet, & afflatum* (al. *flatum*) *omnem ego feci.* Tertul. l. cont. Hermog. p. 402. a. *quia spiritus à me exivit, & flatum omnem ego feci:* & l. de anima, p. 482. a. *spiritus ex me prodivit, & flatum omnem ego feci.* August. in Ps. 76. to. 4. 811. a. *Non in æternum vindex in vobis ero, neque per omne tempus irascar vobis: spiritus enim à me precedet, & omnem flatum ego feci:* & in Ps. 101. col. 1095. a. *Non in æternum tempus irascar vobis: spiritus enim à me procedit*, &c. ut sup. & in Ps. 42. col. 366. g. *spiritus à me prodiet, & omnem flatum*, &c. & l. 7. de Gen. ad lit. to. 3. 213. e. *spiritus enim à me procedet, & flatum omnem ego feci:* vide etiam epist. 205. to. 2. 773. d. & q. 93. in Levit. to. 3. 527. b. & l. 13. de civit. Dei, c. 24. to. 7. 346. e. Auct. l. ad Novatian. ap. Cypr. p. 438. b. *Non in æternum indignabor vobis, neque semper non defendam vos.* Cassiod. autem in Ps. 76. p. 260. c. cum August. sup. *Non in æternum vindex in vobis ero, neque per omne tempus irascar vobis.* Arnob. de Deo trino, to. 8. 230. h. *spiritus à me prodiet, & omnem animam ego feci.* Fulg. fragm. 15. cont. Fab. p. 596. *spiritus à me exiet, & flatum omnem ego feci.*

℣. 17. Similia prorsus in Græco. Item ap. August. l. 7. de Gen. ad lit. to. 3. 213. e. *Et propter peccatum pusillum quid contristavi eum, & percussi eum:* & in Ps. 42. to. 4. 366. g. *Propter peccatum modicum quid contristavi illum, & averti faciem meam ab illo:* & *contristatus est, & abiit tristis in viis suis:* & in Ps. 76. col. 811. a. *Propter peccatum paululum quid contristavi eum, & percussi eum, & averti faciem meam ab illo:* & *abiit tristis, & ambulavit vias suas:* & in Ps. 101. col. 1095. a. *Propter pecc. modicum quid contristavi illum*, &c. Auct. l. ad Novatian. p. 438. b. *Propter peccatum modicè contristavi eum, & percussi eum, & averti faciem meam ab eo:* & *contristatus est, & abiit tristis in viis suis.*

℣. 18. Sic iterum legit Hieron. l. 1. in ep. ad Ephes. to. 4. 345. a. nec aliter in Græco est. Apud August. ep. 130. to. 2. 383. f. & in Ps. 71. to. 4. 743. b. ita: *dabo illi solatium verum.* Itidem apud Greg. M. to. 3. col. 2. Apud Auct. verò l. ad Novatian. ap. Cypr. p. 438. c. *Vias ejus vidi, & curavi eum, & dedi ei exhortationem veram;* Gr. παράκλησιν ἀληθινήν.

℣. 19. Ita Græcè, præter hoc, Καὶ εἶπεν Κύριος, *Et dixit Dominus*, absque seq. &. Item apud Aug. ep. 130. to. 2. 383. f. & in Ps. 71. to. 4. 743. b. *Pacem super pacem.* Vide etiam Hieron. l. 1. in ep. ad Ephes. to. 4. 345. a. & Auct. l. ad Novatian. p. 438. c.

℣. 20. Sic est in Græco.

℣. 21. Hieron. l. 3. in ep. ad Gal. to. 4. 304. b. legit: *Non est gaudere impiis, dicit Dominus.* Ita quoque Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 199. b. necnon August. l. 2. de serm. Dom. in monte, to. 3. 234. b. & l. 14. de civit. Dei, c. 8. to. 7. 356. f. 357. b. Græc. Οὐκ ἔστι χαίρειν τοῖς ἀσεβέσιν, εἶπεν ὁ Θεός· Mss. Alex. cum Compl. Κύριος ὁ Θεός.

CAPUT LVIII.

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Hieron. in Isai. 58. col. 425. 426. ex Lxx. 1. CLama in fortitudine, & ne parcas; quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo peccata eorum, & domui Jacob iniquitates eorum.	1. CLama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo scelera eorum, & domui Jacob peccata eorum.

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Eadem sunt in Græco. Tertullian. l. cont. Jud. c. 9. p. 143. b. legit: *Exclama in vigore, & ne pepercëris; exalta ut tuba vocem tuam, annuntia plebi meæ facinora ipsorum, & domui Jacob delicta eorum.* Lucif. Cal. l.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

2. Me etenim de die in diem quærunt, & ſcire vias meas volunt: quaſi gens, quæ juſtitiam fecerit, & judicium Dei ſui non dereliquerit: rogant me judicia juſtitiæ: appropinquare Deo volunt.

3. Quare jejunavimus, & non aſpexiſti: humiliavimus animas noſtras, & neſciſti? Ecce in die jejunii veſtri invenitur voluntas veſtra, & omnes debitores veſtros repetitis.

4. Ecce ad lites & contentiones jejunatis, & percutitis pugno impiè. Nolite jejunare ſicut uſque ad hanc diem, ut audiatur in excelſo clamor veſter.

Zach. 7. 5. 5. Nunquid tale eſt jejunium, quod elegi, per diem affligere hominem animam ſuam? nunquid contorquere quaſi circulum caput ſuum, & ſaccum & cinerem ſternere? nunquid iſtud vocabis jejunium, & diem acceptabilem Domino?

6. Nonne hoc eſt magis jejunium, quod elegi? diſſolve colligationes impietatis, ſolve faſciculos deprimentes; dimitte eos, qui confracti ſunt, liberos, & omne onus dirumpe.

VERSIO ANTIQUA.

2. Me etenim de die in diem quærunt, & ſcire vias meas volunt: quaſi gens, quæ juſtitiam fecerit, & quæ judicium Dei ſui non dereliquerit: petunt me nunc judicium juſtum, & appropinquare Deo cupiunt, dicentes: *Iliteren. ubi ſup.*

3. Quare jejunavimus, & non vidiſti: humiliavimus animas noſtras, & non cognoviſti? In diebus enim jejuniorum veſtrorum inveniuntur voluntates veſtræ, & omnes ſubjectos vobis affligitis.

4. Ad judicia & jurgia jejunantes, & percutitis pugnis humilem. Quid mihi jejunatis, ut hodie audiatur in clamore vox veſtra? *Ibid. 428.*

5. Non tale jejunium elegi, & diem humiliare animam ſuam: neque ſi incurvaveris quaſi circulum collum tuum, & cilicium & cinerem ſubſtraveris: nec ſic vocabis jejunium, & diem acceptabilem.

6. Nonne tale jejunium elegi, dicit Dominus? ſed ſolve omnem colligaturam iniquitatis, diſſolve obligationes violentarum cautionum; dimitte fractos in remiſſionem, & omnem ſcripturam iniquam conſcinde. *Ibid. 429.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

1. pro S. Athan. p. 199. b. *Exclama in virtute, ne parcas; ſicut tuba exalta vocem tuam, & annuntia populo meo peccata ſua, & domui Jacob iniquitates ſuas.* Cypr. l. de op. & eleem. p. 238. b. *Exclama in fortitudine, & noli parcere; ſicut tuba exalta vocem tuam, & annuntia plebi meæ peccata ipſorum, & domui Jacob facinora eorum:* ſimiliter l. 3. Teſtim. p. 302. a. detracta conjunct. &, ante *annuntia.* Ambroſ. in Pſ. 40. & 118. col. 874. b. 1211. a. *exalta viribus vocem tuam.* Auguſt. in Pſ. 80. to. 4. 860. e. *Exclama, & exalta ſicut tuba vocem tuam.* Siricius PP. epiſt. 6. to. 1. 659. f. *exalta ut tuba vocem tuam.*

℣. 2. Hieronymus ſola verba refert ex Hebr. ad hoc uſque, *petunt me;* ſed addit: *LXX. ſimiliter.* Tertul. quoque l. cont. Jud. c. 9. p. 143. b. his accedit, dicens: *Me de die in diem quærunt, & cognoſcere vias meas cupiunt: quaſi populus, qui juſtitiam fecerit, & judicium Dei non dereliquerit.* Item Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 199. b. *Me de die in diem quærunt, & ſcire vias meas volunt: tanquam populus, qui juſtitiam fecerit, & judicium Dei non dereliquerit: petunt à me nunc judicium juſtum, & appropiare Deo deſiderant.* Cypr. l. 3. Teſtim. p. 302. a. *Me de die in diem quærunt, & cognoſcere vias meas concupiſcunt: quaſi plebs, quæ juſtitiam fecerit, & judicium Dei non deſeruerit: poſtulant me nunc judicium juſtum, & appropinquare Deo concupiſcunt, dicentes:* ita quoque in Græco eſt, addito uno αὐτῷ, ad vocem *Dei.*

℣. 3. Ita fert Gr. edit. Rom. exceptis his, εὑρίσκετε τὰ θελήματα ὑμῶν, *invenitis voluntates veſtras;* ſed in aliis eſt εὑρίσκεται τὰ, *inveniuntur*, &c. ut ſup. Similiter apud Tertul. l. cont. Pſych. p. 988. b. *In diebus enim jejuniorum veſtrorum inveniuntur voluntates veſtræ, & omnes ſubjectos vobis ſuccutitis.* Cypr. l. 3. Teſtim. p. 302. a. *Quid quia jejunavimus, & non vidiſti: humiliavimus animas noſtras, & non cognoviſti? In diebus enim jejunii inveniuntur voluntates veſtræ, aut enim ſubjectos vobis ſubpungitis;* Gr. ὑποτάσσετε. Sed Ambr. l. de Elia, c. 10. col. 545. c. habet: *In diebus jejuniorum veſtrorum invenitis voluntates veſtras, & omnes ſubditos vobis ſtimulatis.* Hieron. ep. 18. ad Euſtoch. to. 4. p. 2. col. 46. f. *In diebus jejuniorum veſtrorum inveniuntur voluntates veſtræ, & omnes, qui ſub veſtra poteſtate ſunt, ſtimulatis:* & l. 2. cont. Jovin. col. 211. c. *In diebus jejuniorum veſtrorum inveniuntur voluntates veſtræ, & ſubjectos percutitis.* Auguſt. ſer. de util. jejun. to. 6. 618. *& eos, qui ſub jugo veſtro ſunt, ſtimulatis.* Vide etiam Greg. M. to. 2. 62. d.

℣. 4. Edit. Rom. ipſo initio hab. εἰ εἰς, *ſi ad;* ſed à Mſs. Alex. & Mediol. abeſt εἰ, ſicut ab edd. Ald. & Compl. exinde conſtanter, νηστεύετε, *jejunatis*, non *jejunantes;* paulòque poſt, Ἰκατὶ μοι νηστεύετε, &c. ut in Lat. Apud Tertul. l. cont. Pſych. p. 988. b. *Aut ad convitia & lites jejunatis, & caditis pugnis.* Apud Cypr. l. 3. Teſtim. p. 302. a. *Aut ad judicia & lites jejunatis, aut proximos caditis pugnis. Ut quid mihi jejunatis, ut hodie audiatur vox veſtra in clamore?* Apud Ambroſ. l. de Elia, c. 10. col. 545. d. *An ad judicia & rixas jejunatis, & percutitis pugnis? Ut quid mihi tale jejunium, ita ut audiatur in clamore vox veſtra?* Apud Hieron. ep. 18. ad Euſtoch. to. 4. p. 2. col. 46. f. *In judiciis & litibus jejunatis, & percutitis pugnis humilem:* & l. 2. cont. Jovin. col. 211. c. *Et in judicia, & in lites jejunatis, & cæditis pugnis.* Ap. Auguſt. verò ſer. de util. jejun. to. 6. 618. c. ita: *Auditur in clamore vox veſtra; & eos, qui ſub jugo veſtro ſunt, ſtimulatis, & cæditis pugnis.*

℣. 5. Edit. Rom. jungit ἄνθρωπον, *hominem*, verbo *humiliare;* extremòque habet, ὑμῖν οὕτω καλὴ νηστεία δεκτή, abſque hoc med. *& diem;* cæt. concordant ad verbum: Mſ. Mediol. poſt νηστείαν, hoc addit ſub aſteriſco, ex Symm. & Theod. ※ Θ. Σ. ἡμέραν. Tertul. l. cont. Pſych. p. 982. c. 988. b. legit pariter: *Non tale jejunium ego elegi.* Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 199. b. addit: *nec ſic flectas ut circulum cervicem tuam, & cilicium & cinerem ſubſternas: nec ſic vocabitis jejunium acceptum.* Cypr. l. 3. Teſtim. p. 302. a. *Non hoc jejunium ego elegi, niſi humiliet homo animam ſuam: & ſi contorſeris quaſi circulum cellum tuum, & ſaccum & cinerem ſubſtraveris: nec ſic vocabitur jejunium acceptum.* Ambroſ. l. de Elia, c. 10. col. 545. d. *Non hoc jejunium ego elegi, & diem ad humiliandum animam ſuam hominem: nec ſi flectas ut circulum collum tuum, cinerem etiam & cilicium ſubſternas: nec ſic vocabitis jejunium acceptum:* ita rurſum l. de Nabuth. c. 10. col. 577. c. omiſſis tamen his, *& diem ad humiliandum animam ſuam hominem:* vide etiam in Pſ. 118. col. 1103. b. Hieron. in Zach. 7. col. 1741. b. *Non tale jejunium elegi, dicit Dominus, neque ut humiliet homo animam ſuam:* itidem l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 211. c. *Non tale jejunium elegi, dicit Dominus;* ſed hæc fortè pertinent ad ℣. ſeq. Vide Cotel. not. ad ep. Barnabæ, c. 3. to. 2. col. 11.

℣. 6. Hæc tota congruunt cum Græco, niſi fortè exceperis vocem *cautionum*, pro qua συναλλάγματων, *commutationum, conventionum.* Iren. l. 4. c. 17. p. 249. a. ita legit: *Hoc eſt jejunium quod ego elegi, dicit Dominus: Solve omnem nodum injuſtitiæ, diſſolve connexus violentium commerciorum; dimitte quaſſatos in requiem, & omnem conſcriptionem injuſtam conſcinde.* Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 199. c. g. *Unde & non tale jejunium elegi, dicit Dominus: ſed ſolve omnem nodum iniquitatis, ſed ſolve obligationes violentorum contractorum; dimitte confractos in remiſſionem, & omnem conſcriptionem iniquam diſrumpe.* Cypr. l. 3. Teſtim. p. 302. a. *Non tale jejunium elegi, dicit Dominus: ſed ſolve omnem nodum injuſtitiæ, reſolve ſuffocationes impetentium commerciorum; dimitte quaſſatos in requiem, & omnem conſignationem injuſtam diſſipa:* ſic etiam l. de orat. Dom. p. 214. b. Hilarius verò in Pſ. 124. col. 406. b. *Non tale jejunium elegi, dicit Dominus: ſed ſolve omne vinculum iniquitatis, diſſolve obligationes vehementium commutationum.* Ambroſ. l. de Elia, c. 10. col. 545. d. *Non tale jejunium ego elegi, dicit Dominus: ſed ſolve omnem colligationem injuſtitiæ tuæ, diſſolve obligationes violentarum commutationum; dimitte confractos in remiſſionem, & omnem conſcriptionem iniquam diſrumpe:* ſimiliter l. de Nabuth. c. 10. col. 577. c. ſublata voce *tuæ*, poſt *injuſtitiæ:* ita quoque l. de bono mort. c. 3. col. 393. d. præter hanc, *circumſcriptionem*, loco *conſcriptionem;* Græcè, συγγραφήν. Hieron. in Zach. 7. col. 1741. b. *Non tale jejun..... ſed ſolve omne vinculum iniquitatis, diſſolve obligationes violentarum cautionum:* & ſup. in

Digitized by Google

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Hieron. ubi sup. 7. Frange esurienti panem tuum, & pauperes sine tecto induc in domum tuam: si videris nudum, operi, & domesticos seminis tui ne despexeris.	7. Frange esurienti panem tuum, & egenos vagosque induc in domum tuam: cùm videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne despexeris. *Ezech. 18. 7. 16. Matth. 25. 35.*
Ibid. 431. 8. Tunc erumpet matutinum lumen tuum, & sanitates tuæ citò orientur, & præibit in conspectu tuo justitia tua, & gloria Dei circumdabit te.	8. Tunc erumpet quasi manè lumen tuum, & sanitas tua citiùs orietur, & anteibit faciem tuam justitia tua, & gloria Domini colliget te.
9. Tunc clamabis, & Deus exaudiet te: adhuc loquente te, dicet: Ecce adsum: si abstuleris à te colligationem, & ordinationem, & verbum murmurationis;	9. Tunc invocabis, & Dominus exaudiet: clamabis, & dicet: Ecce adsum: si abstuleris de medio tui catenam, & desieris extendere digitum, & loqui quod non prodest.
10. & dederis esurienti panem tuum ex animo tuo, & animam humiliatam saturaveris: tunc orietur in tenebris lumen tuum, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies.	10. Cùm effuderis esurienti animam tuam, & animam afflictam repleveris, orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erunt sicut meridies.
Ibid. 433. 11. Et erit Deus tuus tecum semper, & impleberis sicut desiderat anima tua, & ossa tua pinguescent, & erunt sicut hortus ebrius, & sicut fons, cui non deficiet aqua.	11. Et requiem tibi dabit Dominus semper, & implebit splendoribus animam tuam, & ossa tua liberabit, & eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum, cujus non deficient aquæ.

Notæ ad Versionem antiquam.

hunc Isaiæ loc. col. 429. c. *Manifestius*, inquit, *LXX. transtulerunt* obligationes violentarum cautionum, *quas nostri, verbi ambiguitate decepti, id est*, Συναμαγμάτων, commutationes, *pro* chirographis *interpretati sunt.* Cassiod. in Ps. 34. p. 116. b. *solve omne vinculum iniquitatis, dissolve obligationes vehementium commutationum; dimitte afflictos in remissione, & omnem retributionem iniquam disrumpe.*

℣. 7. Itidem Græcè. Apud Iren. l. 4. c. 17. p. 249. a. sic: *Frange esurienti panem tuum ex animo, & peregrinum sine tecto induc in domum tuam: si videris nudum, cooperi eum, & domesticos seminis tui non despicies*, al. *ne despicias*; in Mss. Alex. & Mediol. ἐχ ὑπερόψῃ; in ed. Rom. ἐχ ὑπερόψῃ. Tertul. pariter l. 2. adv. Marc. p. 651. c. hoc suadet, *Infringere panem esurienti, & tectum non habentem inducere in domum tuam; nudum si videris, contegere, & domesticos seminis tui non despicere:* & l. 4. p. 711. c. ait: *Panem infringito esurienti, & mendicos sine tecto in domum tuam inducito; & nudum si videris, tegito:* paulò sup. *Infringito esurienti panem tuum, & mendicos, qui sine tecto sunt, in domum tuam inducito; & nudum si videris, tegito:* & inf. 725. a. *Confringe panem tuum esurienti, & mendicos, & qui sine tecto sunt, induc in domum tuam:* & p. 730. b. *Confringito panem tuum esurienti, & non habentes tectum, in domum tuam inducito; nudum si videris, contegito.* Cypr. l. de orat. Dom. p. 214. b. *Frange esurienti panem tuum, & egenos sine tecto induc in domum tuam: si videris nudum, vesti, & domesticos seminis tui non despicies:* similiter l. 3. Testim. p. 302. a. itemque l. de op. & eleem. p. 238. b. nisi quòd ibi addit *eum*, ad *vesti*, & legit *non despicias*; quod ult. etiam habet l. 3. Testim. p. 325. b. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 199. c. *Frange esurienti panem tuum, & egenos* (inf. *pauperes*,) *qui sine tecto sunt, induc in domum tuam: si videris nudum, operi, & domesticos seminis tui noli despicere*, inf. *non despicies.* Ambros. l. de Elia, c. 10. col. 545. d. *Frange esurienti panem tuum, & egenos non habentes tectum induc in domum tuam: & si videris nudum, cooperi eum, & domesticos seminis tui non despicias:* & l. de Nabuth. c. 10. col. 577. c. *Frange panem tuum esurienti, egenos non habentes tectum..... si videris nudum, vesti, & domest. sem. tui non despicies.* Hieron. verò in Zach. 7. col. 1741. b. *Esurienti da panem tuum ex animo: si videris nudum, operi eum, & pauperem, & absque tecto, induc in tabernaculum tuum:* at l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 211. c. *Frange esurienti panem tuum, & pauperes sine tecto induc in domum tuam: si videris nudum, vesti, & domesticos seminis tui ne despicias.* August. tract. 17. in Joh. to. 3. p. 2. col. 426. e. *Frange esurienti panem tuum, & egenum sine tecto induc in domum tuam: si videris nudum, vesti, & domesticos seminis tui ne despexeris:* sic etiam l. 13. conf. to. 1. col. 232. d. & in Ps. 83. to. 4. 882. d. 884. a. Lib. verò 2. de doctr. Christ. to. 3. 25. d. dicit: *Illud Isaiæ proph. unus Interpres ait:* & domesticos seminis tui ne despexeris: *alius autem ait*, & carnem tuam ne despexeris. Auct. quæst. V. T. p. 2. ap. eund. Aug. to. 3. 145. e. *Frange esurienti panem tuum: si videris nudum, vesti, & domesticos seminis tui ne despicies.* S. Valerian. hom. 7. Sirm. to. 1. p. 644. c. 652. d. *Frange esurienti panem: si videris nudum, vesti eum, & domesticos seminis tui ne despexeris.* Cassiod. in Ps. 34. p. 116. b. *Frange esurienti panem tuum, & pauperes sine tecto induc in domum tuam: si videris nudum, cooperi, & domesticos seminis tui non despicies.*

℣. 8. Eadem prorsus in Græco. Hieronymus verò addit ubi sup. *Pro eo quod LXX. transtulerunt*, τὰ ἰάματά σου, *id est*, sanitates tuæ, *Latini Interpretes, ducti nominis similitudine*, ἱμάτια, *id est*, vestimenta, *posuerunt: unde multi translationis falsitate decepti, ad resurrectionem corporis comprobandam, hoc utuntur testimonio, quo scilicet vestimentum animæ corpus accipi velint, quod in die resurrectionis oriatur:* & antecedet, *inquit*, in conspectu tuo justitia tua. Ita nimirum leg. Tertul. l. de resurr. carn. p. 576. c. 577. a. *Tunc lumen tuum temporaneum erumpet, & vestimenta tua citiùs orientur.* Item Cyprianus l. de orat. Dom. p. 214. b. c. *Tunc erumpet temporaneum lumen tuum, & vestimenta tua citò orientur, & præibit ante te justitia, & claritas Dei circumdabit te:* similiter l. de op. & eleem. p. 238. b. & l. 3. Testim. p. 302. a. Concinit S. Valerian. hom. 9. Sirm. to. 1. p. 652. d. vide etiam homil. 7. p. 644. c. e. At Irenæus l. 4. c. 17. p. 249. a. cum Hieronymo legit: *Tunc erumpet matutinum lumen tuum, & sanitates tuæ citiùs orientur, & præcedet ante te justitia, & gloria Domini circumdabit te.* Item Lucifer Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 199. c. *Tunc orietur matutinum lumen tuum, & sanitas tua citò orietur, & præcedet ante te justitia, & majestas Dei circumdabit te.* Ambros. l. de Nabuth. c. 10. col. 577. d. *Tunc orietur tibi matutinum lumen tuum, & sanitas tua matura orietur, & præcedet ante te justitia, & majestas Dei circumdabit te:* ita quoque l. de Elia, c. 4. p. 539. a. Rursum Hieron. in Zach. 7. col. 1741. b. *Tunc erumpet temporanea lux tua, & sanitates tuæ citò orientur.* August. tract. 17. in Joh. to. 3. p. 2. col. 426. e. *Tunc erumpet velut matutina lux tua.* Cassiod. in Ps. 34. p. 116. b. *Tunc erumpet matutinum lumen tuum, & sanitas tua citò orietur, & præcedet ante te justitia tua, & majestas Domini circumdabit te.*

℣. 9. Ita Græcè, verbum pro verbo. Apud Iren. l. 4. c. 17. p. 249. a. hæc adduntur proximè verbo ult. ℣. præced. *& adhuc te loquente, dicam: Ecce adsum.* Apud Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 199. e. g. *Tunc clamabis, & Deus exaudiet te: adhuc loquenti tibi dicet: Ecce adsum:* & post paulò: *si auferas à te vinculum iniquitatis, & obligationis, & verbum murmurationis.* Apud Cypr. l. de orat. Dom. p. 214. c. *Tunc exclamabis, & Deus exaudiet te: & dum adhuc loqueris, dicet: Ecce adsum:* itidem l. de op. & eleem. p. 238. b. & l. 3. Testim. p. 302. a. sublatâ conjunct. &, post *exaudiet te.* Eadem quoque habet S. Valerian. hom. 9. Sirm. to. 1. p. 652. d. etiam cum conjunct. & *:* sed hom. 7. p. 644. e. favet Ambrosio, qui ita legit, l. de Nabuth. c. 10. col. 577. d. *Tunc clamabis, & Deus exaudiet te: adhuc te loquente, dicet: Ecce adsum.* Sic etiam Cassiod. in Ps. 34. p. 116. b. Apud S. Paulin. epist. 17. p. 98. *in omni loco, dum adhuc loqueris, ecce adsum.*

℣. 10. Eadem exhibet Gr. ed. Rom. nisi quòd tollit pronom. *tuum*, post *panem*; addit verò Ms. Alex. Lucifer Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 199. h. sic pergit: *& dederis esurienti panem tuum ex animo, & animam humiliatam satiaveris: tunc orietur in tenebris lumen tibi, & tenebræ tibi ut meridies erunt.* Tichon. reg. 5. p. 61. b. *tenebræ tuæ sicut meridies erunt.* August. in Job, to. 3. p. 1. col. 677. b. *tenebræ ejus sint velut meridies.*

℣. 11. Tota ista congruunt cum Gr. edit. Rom. excepto uno *deficiet*, pro quo ἐξέλιπεν, *defecit.* Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 199. h. similiter habet: *Et erit Deus tuus tecum semper, & repleberis sicut desiderat anima tua, & omnia ossa tua pinguescent, & erunt sicut hortus ebrius, & sicut fons, cui non deficit aqua.* Item Ambros. epist. 63. to. 2. 1030. b. *ossa tua pinguescent, & eris sicut hortus*

Digitized by Google

Vulgata nova.	Versio antiqua.	
Inf. 61. 4. 12. Et ædificabuntur in te deserta sæculorum: fundamenta generationis & generationis suscitabis: & vocaberis ædificator sepium, avertens semitas in quietem.	12. Et ædificabuntur tibi deserta à sæculo, & erunt fundamenta tua sempiterna in generationes: & vocaberis ædificator maceriæ, & semitas in medio quiescere facies.	*Hieron. ubi sup. & col. 434.*
13. Si averteris à sabbato pedem tuum, facere voluntatem tuam in die sancto meo, & vocaveris sabbatum delicatum, & sanctum Domini gloriosum, & glorificaveris eum dum non facis vias tuas, & non invenitur voluntas tua, ut loquaris sermonem:	13. Si averteris in sabbatis pedem tuum, ut non facias voluntates tuas in die sancta, & vocabis sabbata delicata, sancta Domino, non tolles pedem tuum ad opus, neque loquêris verbum in ira de ore tuo:	*Ibid. 435.*
14. Tunc delectaberis super Domino, & sustollam te super altitudines terræ, & cibabo te hæreditate Jacob patris tui: os enim Domini locutum est.	14. Et eris confidens super Dominum, & elevabit te super bona terræ, & cibabit te hæreditate Jacob patris tui: os enim Domini locutum est.	*Ibid. 436.*

Notæ ad Versionem antiquam.

ebrius. In Mſ. Alex. ac ed. Ald. poſt ult. vocem *aqua*, ſubnectuntur iſta: Καὶ τὰ ὀστᾶ ζῳ ὡς βοτάνη ἀνατελεῖ, ἐν πιαν θήσεται, ἐν κληρονομήσει γενεὰς γενεῶν· eadem quoque addunt Cyrill. & Procop. ſi Nobilio fides. At Hieronymus loco cit. dicit: *Quod in Alexandrinis exemplaribus in principio hujus capituli additum eſt:* Et adhuc in te erit laus mea ſemper: *& in fine:* & oſſa tua quaſi herba orientur, & pingueſcent, & hæreditate poſſidebunt in generatione & generationes: *in Hebraïco non habetur, ſed ne in LXX. quidem emendatis & veris exemplaribus; unde obelo prænotandum eſt.*

℣. 12. Edit. Rom. in principio habet: Καὶ οἰκοδομηθήσονται αἱ ἔρημοι αἰώνιοι, Et *ædificabuntur tua deſerta æterna;* at in Compl. eſt Ζοὶ, *tibi*, non οὖ: ſubinde loco *in generationes*, Rom. hab. γενεῶν γενεαῖς, *generationum generationibus;* & loco *maceriæ*, φραγμῶν, *ſepium*, addito οὖ, *tuas*, ad *ſemitas;* ſed à Mſ. Alex. abeſt οὖ· cæt. ut in Lat. ſup. Ambroſius in Luc. 3. col. 1323. b. legit: *vocaberis ædificator ſepis.* Hieron. etiam loco cit. 434. e. ait: *In eo loco ubi nos juxta LXX. interpretati ſumus, ne quid innovare videremur, quia vulgatum eſt teſtimonium:* & vocaberis ædificator ſepium; *in Hebraïco legitur:* & vocabitur in te Goder pheres: & paulò ſup. ad *ſepes atque maceries*, addit: *hoc enim Græco ſermone ſignificat* φραγμός, &c.

℣. 13. Ita Græcè, ſi excipiatur unum, ἀπὸ τῶν Σαββάτων, *à ſabbatis*, pro *in ſabbatis;* item infra, Θεῷ, pro *Domino.*

℣. 14. Sic iterum Græcè, ſi jungas ταῦτα, *hæc*, ult. verbo *locutum eſt.* Iren. l. 5. c. 34. p. 334. e. legit: *Eo eris fidens in Domino, & faciet te ingredi ſupra omnem terram, & cibabit te hæreditate Jacob patris tui.* Gr. pro *elevabit te*, vel *faciet te ingredi*, hab. ἀναβιβάσει σε, ad litt. *aſcendere te faciet*, quæ idem ſonant. Auct. l. de promiſſ. p. 3. promiſſ. 15. ap. Proſp. p. 176. c. addit: *cibabit te in hæreditate patris tui Jacob;* Mſ. 1. *in hæreditatem.*

CAPUT LIX.

Vulgata nova.	Versio antiqua.	
Num. 11. 23. Sup. 50. 2. 1. Ecce non est abbreviata manus Domini ut salvare nequeat, neque aggravata est auris ejus ut non exaudiat:	1. Nunquid non potest manus Domini salvos facere? aut aggravata est auris ejus ut non exaudiat?	*Hieron. in Isai. 59. col. 437. ex Lxx.*
2. Sed iniquitates vestræ divisérunt inter vos & Deum vestrum, & peccata vestra abscondérunt faciem ejus à vobis ne exaudiret.	2. Sed peccata vestra separant inter vos & Deum, & propter peccata vestra avertit faciem ejus à vobis ut non misereatur.	
Sup. 1. 15. 3. Manus enim vestræ pollutæ sunt sanguine, & digiti vestri iniquitate: labia vestra locuta sunt mendacium, & lingua vestra iniquitatem fatur.	3. Manus enim vestræ pollutæ sunt sanguine, & digiti vestri peccatis: labia vestra polluta sunt iniquitate, & lingua vestra injustitiam meditatur.	
Job. 15. 35. 4. Non est qui invocet justitiam, neque est qui judicet verè: sed confidunt in nihilo, & loquuntur vanitates: conceperunt laborem, & pepererunt iniquitatem.	4. Nullus loquitur justa, neque est justum judicium: confidunt in vanis, & loquuntur vacua, iniquitates, atque peccata: quia parturiunt dolorem, & generant iniquitatem.	*Ibid. 438.*
5. Ova aspidum ruperunt, & telas araneæ	5. Ova aspidum fregerunt, & telam araneæ	

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Cypr. l. de lapſis, p. 188. b. & l. 2. Teſtim. p. 285. c. *Nunquid non valet manus Dei ut ſalvos faciat? aut gravavit aurem ut non exaudiat?* itidem l. 3. Teſtim. p. 318. c. præter vocem *Domini*, loco *Dei:* ſic etiam ep. ad Demetr. p. 220. a. legit *Domini;* ſed addit, *ut ſalvos vos faciat*, &c. ut ſup. Parmen. apud Auguſt. l. 2. cont. ejus epiſt. to. 9. 28. d. *Nunquid non valet manus Domini ſalvos facere? aut gravavit aurem ut non exaudiat?* nec diſſimile quidpiam Græcè, ſi addatur αὐτῦ, ad *aurem.* Sic etiam legitur in Mſ. Floriac. *Nunquid non valet manus Domini ut ſalvos faciat? aut gravavit aurem ſuam ut non exaudiat?* Videſis Aug. in Joh. 8. col. 572. g. & in Rom. 1. to. 3. p. 2. col. 930. a.

℣. 2. Concordat Gr. edit. Rom. niſi quòd repetit ἀναμέσον, *inter*, ante *Deum;* deletque *ejus*, poſt *faciem;* Mſ. verò Alex. hoc pronomen αὐτῦ retinet. Cypr. l. de lapſ. p. 188. b. & l. 3. Teſtim. p. 318. c. legit: *Sed peccata veſtra inter vos & Deum ſeparant, & propter delicta veſtra avertit faciem à vobis ne misereatur:* ſimiliter ep. ad Demetr. p. 220. a. ſed habet *faciem ſuam:* item l. 2. Teſtim. p. 285. c. prætereaque, *& propter peccata veſtra.* Sic etiam habetur in Mſ. Floriac. ad verbum. Parmen. verò ap. Auguſt. l. 2. cont. ejus ep. to. 9. 28. d. ita legit: *Sed delicta veſtra diſtinguunt inter medium veſtrûm & Dei, & propter peccata veſtra avertit faciem à vobis ne misereatur.* Aug. ipſe in Rom. 1. to. 3. p. 2. col. 930. a. *Sed peccata veſtra inter vos & Deum ſeparant:* & in Joh. 8. col. 572. g. *Sed peccata veſtra ſeparant inter vos & Deum.*

℣. 3. Cypr. l. 2. & 3. Teſtim. p. 285. c. 318. c. cum Zenone Veron. l. 1. tract. 13. p. 97. *Manus enim veſtræ inquinatæ ſunt ſanguine, & digiti veſtri in peccatis: labia autem veſtra locuta ſunt facinus, & lingua veſtra injuſtitiam meditatur.* Parmen. apud Auguſt. l. 2. cont. ejus epiſt. to. 9. 28. d. *Manus enim veſtræ ſanguine coinquinatæ ſunt, & digiti veſtri in peccatis: labia autem veſtra locuta ſunt iniquitatem, & lingua veſtra injuſtitiam meditatur.* Eadem leguntur in Mſ. Floriac. præter hoc, *inquinatæ ſunt ſanguine;* nec aliter in Græco: à Compl. abeſt præp. ἐν, ante *peccatis.*

℣. 4. Cypr. l. 2. & 3. Teſtim. p. 285. c. 318. c. *Nemo loquitur vera, neque eſt judicium verum: fidunt in vanis, & loquuntur inania: qui parturiunt dolorem, & pariunt facinus.* Parmen. ap. Auguſt. ubi ſup. *Nemo loquitur juſta, non eſt judicium verum: confidunt in vanis, & loquuntur vana: quia parturiunt dolorem, & pariunt iniquitatem.* Sic etiam Græcè, præter duo, ἐδὲ, *neque*, pro *non;* & πεποιθασι, pro *confidunt.* In Mſ. Floriac. ſic: *Nemo loquitur juſtitiam, nec eſt judicium verum: confidunt in vanis, & loquuntur inania: quia parturiunt dolum, & pariunt iniquitatem.*

℣. 5. Parmen. ap. Auguſt. l. 2. cont. ejus epiſt. to. 9. p. 28. d. ita refert: *Ova aſpidum eruperunt, & telam ara-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Hieron. ubi ſup. texuerunt : & qui de ovis eorum comedere voluerit, frangens reperiet putridum, & in ipſo regulum.	texuerunt : qui comederit de ovis eorum, morietur : & quod confotum eſt, erumpet in regulum.
6. Tela eorum non erit in veſtimentum, nec *Ibid.* 439. operientur operibus ſuis : opera enim eorum opera iniquitatis.	6. Telæ eorum non erunt in veſtimentum, neque operientur operibus ſuis : opera eorum opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum.
7. Et pedes eorum ad malitiam currunt, veloces ad effundendum ſanguinem innoxium : & cogitationes eorum cogitationes ſtultorum : contritio & miſeria in viis eorum.	7. Pedes eorum ad malum currunt, & feſtinant ut effundant ſanguinem innocentem : cogitationes eorum cogitationes inutiles : vaſtitas & contritio in viis eorum. *Prov.* 1. 16. *Rom.* 3. 15.
8. Et viam pacis non cognoverunt, & non eſt judicium in viis eorum : ſemitæ enim eorum perverſæ quas tranſeunt, & neſciunt pacem.	8. Viam pacis neſcierunt, & non eſt judicium in greſſibus eorum : ſemitæ eorum incurvatæ ſunt eis : omnis qui calcat in eis, ignorat pacem.
Ibid. 440. 9. Propterea receſſit judicium ab eis, & non apprehendit eos juſtitia : cùm exſpectarent lucem, factæ ſunt eis tenebræ ; præſtolantes eam, in tenebris ambulabunt.	9. Propter hoc elongatum eſt judicium à nobis, & non apprehendet nos juſtitia : exſpectavimus lucem, & ecce tenebræ ; ſplendorem, & in tenebris ambulavimus.
10. Palpabunt ſicut cæci parietem, & quaſi non habentes oculos attrectabunt : cadent in meridie quaſi in nocte media, quaſi morientes gement.	10. Palpavimus ſicut cæci parietem, & quaſi abſque oculis attrectavimus : impegimus meridie quaſi in tenebris, in caliginoſis quaſi mortui.
11. Quaſi urſus, & quaſi columba pariter ambulabunt. Exſpectavimus judicium, & non eſt ; ſalus longè receſſit à nobis.	11. Rugiemus quaſi urſi omnes, & quaſi columbæ meditantes gememus : exſpectavimus judicium, & non eſt ; ſalutem, & elongata eſt à nobis.
Ibid. 441. 12. Multa eſt enim iniquitas noſtra in conſpectu tuo, & peccata noſtra reſtiterunt nobis : iniquitates enim noſtræ in nobis ſunt, & injuſtitias noſtras cognovimus.	12. Multiplicatæ ſunt enim iniquitates noſtræ coram te, & peccata noſtra reſponderunt nobis : quia ſcelera noſtra nobiſcum, & iniquitates noſtras cognovimus,
13. Impiè egimus, & mentiti ſumus, & receſſimus à Deo noſtro : locuti ſumus iniqua, & inobedientes fuimus : parturivimus, & meditati ſumus de cordibus noſtris verba iniqua.	13. peccare & mentiri contra Dominum : & averſi ſumus ne iremus poſt tergum Dei noſtri, ut loqueremur calumniam & tranſgreſſionem : concepimus, & locuti ſumus de corde verba mendacii.
14. Et receſſimus à judicio, & juſtitia longè ſtetit : quia conſumpta eſt in viis eorum veritas, & per rectum iter tranſire non poterant.	14. Et converſum eſt retrorsùm judicium, & juſtitia longè ſtetit : quia corruit in platea veritas, & æquitas non potuit ingredi.
15. Et veritas ſublata eſt, & tranſtulerunt men- *Ibid.* 442. tem ut non intelligerent : vidit Dominus, & non placuit ei, quoniam non erat judicium :	15. Et facta eſt veritas in oblivionem : & qui receſſit à malo, prædæ patuit : & vidit Dominus, & malum apparuit in oculis ejus, quia non eſt judicium :
16. & vidit, & non erat vir : & conſideravit, & non erat qui defenderet : & ultus eſt eos brachio ſuo, & miſericordiâ ſuſtinuit.	16. & vidit quia non eſt vir : & aporiatus eſt, quia non eſt qui occurrat : & ſalvavit ſibi brachium ſuum, & juſtitia ejus ipſa confirmavit eum.
17. Et indutus eſt juſtitiam quaſi loricam, & poſuit galeam ſalutis in capite : & circumdatus eſt veſtimento vindictæ, & pallio,	17. Indutus eſt juſtitia ut lorica, & galea ſalutis in capite ejus : indutus eſt veſtimentis ultionis, & opertus eſt quaſi pallio zeli. *Eph.* 6. 17. *1. Theſſ.* 5. 8.
18. quaſi retribuens ultionem opprobrium ad-	18. Sicut ad vindictam quaſi ad retributionem

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

neæ texunt : & qui erat de ovis illis manducaturus, contrens invenit olidum, & in ipſo baſiliſcum : pro *eruperunt* autem, nonnulli codd. hab. ibid. *ruperunt ;* ſed Parmeniano ita reſpondet Auguſt. inf. ac ſi ille citaverit *eruperunt.* In Gr. ἐῤῥήξαν ; reliqua Parmen. textui favent ad verbum. Ambroſ. in Pſ. 38. col. 856. f. leg. pariter, *telam aranea texunt ;* necnon Hieron. ipſe ep. ad Cypr. to. 2. 700. b.

℣. 6. Sic etiam Græcè, præpoſito uno ἀπὸ, voci *operibus.* Parmen. ap. Auguſt. l. 2. cont. illius epiſt. to. 9. 28. e. *Tela ergo eorum non erit ad veſtiendum, neque ſe operient de operibus ſuis : opera enim illorum opera iniquitatis.*

℣. 7. Concordat Gr. edit. Rom. niſi quòd delet τὸ *innoxium*, poſt *ſanguinem ;* loco verò *ſtultorum*, hab. ἀπὸ φόνων, *de homicidiis ;* nonnulli tamen libb. addunt ſup. ἀναίτιον, ad *ſanguinem ;* & loco ἀπὸ φόνων, Mſ. Alex. & Compl. hab. ἀφρόνων ; quo modo etiam legunt Hieron. & Euſeb. l. 11. demonſtr. Evang. quidam ἀποφωλίων, *vanorum.* Parmen. ap. Aug. l. 2. cont. illius ep. to. 9. 28. e. *Pedes autem eorum ad nequitiam currunt, veloces ad effund. ſanguinem : & cogitationes eorum cogit. inſipientium : contritio & miſeria in viis eorum.*

℣. 8. Ita prorſus in Græco. Item apud Aug. ubi ſup. *Et viam pacis non cognoverunt.*

℣. 9. Græc. ed. Rom. pro *apprehendit*, hab. καταλάβῃ, *apprehendet ;* extremòque, μείναντες αὐγὴν, ἐν ἀωρία περιεπατήσαμεν, i. e. *præſtolantes ſplendorem, in obſcuritate ambulaverunt ;* cæt. ut in Lat. Manifeſtum eſt autem non αὐγὴν Hieronymum legiſſe, ſed αὐτήν. In ed. etiam Compl. eſt σκότει, pro ἀωρία ; deinde in Mediol. ÷ οἱ Γ. περιπατήσομεν. Apud Tichon. reg. 7. p. 64. e. *dum ſuſtinent ipſi lumen, facta ſunt illis tenebræ ; fulgorem, obſcura nocte ambulaverunt.*

℣. 10. Ita Græcè, præpoſitâ conjunct. &, verbo *cadent.* Ap. Tichon. reg. 7. p. 64. e. *Palpabunt ſicut cæcus parietem.*

℣. 11. Sic iterum Græcè, niſi quòd interpunctio poſtponitur voci *ſalus*, non huic, *non eſt.*

℣. 12. Conſonat Græc. ad verbum, deleto uno *ſunt*, poſt hoc, *in nobis.*

℣. 13. Sic eſt in Gr. edit. Rom. præter ſeq. ὅπιθεν τοῦ Θεοῦ, loco *à Deo ;* at in Ald. & Mſ. Alex. ἀπὸ ὄπιθεν ; in Compl. ſimplic. ἀπό : item inf. ἀπὸ καρδίας, *de corde*, loco *de cordibus.*

℣. 14. Eadem exſtant Græcè.

℣. 15. Sic habet Græc. niſi hoc excipias, τοῦ ζυνιέναι, *ab intelligendo*, loco *ut non intelligerent ;* ibid. quoque ſubſequitur καὶ.

℣. 16. Ita de Græco ad verbum.

℣. 17. Concinit Græc. niſi quòd habet ζωτηρίου, loco *ſalutis ;* & in fine jungit αὐτοῦ, voci *pallio.* Apud Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 730. f. ſic : *Induit ſe juſtitiam & gloriam : circumpoſuit* (περιέθετο) *galeam ſalutis capiti ſuo, & operuit ſe veſte vindictæ.*

℣. 18. Græc. hab. ὡς ἀνταποδώσων ἀνταπόδοσιν ὀργῆς

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

indignationis hoſtibus ſuis, & viciſſitudinem inimicis ſuis: inſulis vicem reddet.

19. Et timebunt qui ab occidente, nomen Domini; & qui ab ortu ſolis, gloriam ejus: cùm venerit quaſi fluvius violentus, quem ſpiritus Domini cogit:

Rom. 11. 26. 20. & venerit Sion redemptor, & eis, qui redeunt ab iniquitate in Jacob, dicit Dominus.

21. Hoc fœdus meum cum eis, dicit Dominus: Spiritus meus, qui eſt in te, & verba mea, quæ poſui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore ſeminis tui, & de ore ſeminis ſeminis tui, dicit Dominus, amodo & uſque in ſempiternum.

VERSIO ANTIQUA.

verſariis. *Hieron. ubi ſup.*

19. Et timebunt qui ab occidente, nomen Domini; & qui ab ortu ſolis, nomen inclytum: veniet enim quaſi fluvius violentus ira Domini, veniet cum furore.

20. Et veniet de Sion qui liberet, & avertet impietates à Jacob.

21. Et hoc erit eis à me teſtamentum, dicit Dominus: Spiritus meus, qui eſt in te, & verba mea, quæ dedi in ore tuo, non deficient de ore tuo, & ex ore ſeminis tui, ait Dominus, ex nunc & in æternum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

τοῖς, &c. *quaſi retributurus retributionem opprobr.* &c. ut ſup. Apud Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 730. f. *ut retribuat retributionem adverſariis ſuis.*

℣. 19. Similiter in Græco, hoc excepto, ἡ ὀργὴ παρὰ Κυρίου, *ira à Domino*, pro *ira Domini.*

℣. 20. Ita rurſum Græcè, præter hoc, ἕνεκεν Σιὼν, *propter Sion;* at in ed. Compl. ἀπὸ Σιών; & ap. Hieron. in Iſai. 4. col. 44. e. conſtanter, *veniet ex Sion qui liberet.* Apud Hilar. in Pſ. 58. col. 132. e. *veniet ex Sion qui liberabit, & avertet impietates ab Jacob.* Ap. Auguſt. in Pſ. 13. p. 69. b. *veniet ex Sion qui avertat impietatem ab Jacob:* & l. 6. op. imp. to. 10. 1333. b. *veniet ex Sion qui eripiat, & avertat impietatem à Jacob.* Similiter hab. Ambroſiaſt. p. 85. e. 222. c. at multò ſup. p. 27. a. legit, *& avertat captivitatem ab Jacob.* Auct. quæſt. Vet. T. q. 44. ap. Aug. to. 3. 56. f. *veniet ex Sion qui eripiet, & avertet impietatem ab Jacob:* at q. 76. ex N. T. col. 74. d. hab. *qui eripiat, & avertat impietatem,* &c.

℣. 21. Congruunt iſta cum Græco, niſi quòd ibid. initio deeſt *erit;* paulò verò poſt, pro *dicit*, eſt εἶπε, *dixit;* & ſub fin. εἶπε γὰρ, *ait enim.* Apud Hilar. in Pſ. 58. col. 132. e. ita: *Et hoc illis à me teſtamentum, cùm auferam impietates eorum.* Apud Auguſt. l. 6. op. imp. to. 10. 1333. b. *Et hoc illis à me teſtamentum, cùm abſtulero peccata eorum.* Similiter habet Ambroſiaſt. p. 27. a. & 85. e. rurſumque 222. c. adjuncto verbo *erit*, ut ſupra. Auct. quæſt. Vet. T. q. 44. ap. Aug. to. 3. 56. f. hab. *Et hoc illis à me teſtamentum;* nec plura.

CAPUT LX.

VULGATA NOVA.

1. SUrge, illuminare Jeruſalem: quia venit lumen tuum, & gloria Domini ſuper te orta eſt.

2. Quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos: ſuper te autem orietur Dominus, & gloria ejus in te videbitur.

3. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in ſplendore ortus tui.

Sup. 49. 18. 4. Leva in circuitu oculos tuos, & vide: omnes iſti congregati ſunt, venerunt tibi: filii tui de longè venient, & filiæ tuæ de latere ſurgent.

5. Tunc videbis, & affluës, & mirabitur & dilatabitur cor tuum, quando converſa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi.

6. Inundatio camelorum operiet te, dromedarii Madian & Epha: omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & laudem Domino annuntiantes.

VERSIO ANTIQUA.

1. ILluminare, illuminare Jeruſalem: venit enim lumen tuum, & gloria Domini ſuper te orta eſt. *Hieron. in Iſai. 60. col. 445. ex Lxx.*

2. Ecce tenebræ operient terram, & caligo ſuper gentes: ſuper te autem apparebit Dominus, & gloria illius in te videbitur.

3. Et ambulabunt gentes in lumine tuo, & reges in ſplendore tuo.

4. Leva in circuitu oculos tuos, & vide omnes congregatos filios tuos: venerunt omnes filii tui de longè, & filiæ tuæ ſuper humeros portabuntur. *Ibid. 448.*

5. Tunc videbis, & gaudebis, & timebis, & ſtupebis corde: quoniam transferentur in te divitiæ maris, & gentium, & populorum. *Ibid. 449.*

6. Et venient tibi greges camelorum, & operient te cameli Madian & Gephar: omnes de Saba venient, aurum & thus deferentes, & ſalutare Domini annuntiabunt.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic iterum apud Hieron. in Iſai. 1. col. 7. c. niſi excipiatur *lux tua:* itidem in Zach. 14. col. 1794. c. ſed additur *ſuper te;* deinde, & *gloria Dei tui ſuper te orta eſt.* Maxim. Taurin. in homil. to. 6. p. 10. h. *Illuminare, illumin. Jeruſ. adeſt enim lumen tuum, & majeſtas Domini in te exorta eſt.* Græc. textui Lat. noſtro favet ad verbum. De nomine autem *Jeruſalem*, redundante ap. LXX. vide Hieron. inf. ad ℣. ſeq.

℣. 2. Eadem leguntur Græcè. Hieron. verò in Iſai. 1. col. 7. c. hab. *in te apparebit Dominus, & gloria illius ſuper te oſtendetur:* & in Zach. 14. col. 1794. c. *Ecce enim tenebræ & caligo operient terram ſuper gentes: ſuper te autem apparebit Dominus, & gloria Dei tui ſuper te orta eſt.* Heſych. ap. Aug. epiſt. 198. to. 2. 740. d. 746. d. *Ecce enim tenebræ & caligo operient terram ſuper gentes: in te verò apparebit Dominus, & majeſtas ejus in te videbitur.* Hieron. loco cit. 448. b. monet *nomen* Jeruſalem (ſup.) & gentium, *quod hîc à LXX. ponitur, in Hebraïco non haberi, & obelo prænotandum eſſe adversùm eos, qui aſſerunt omnia quæ dicuntur, dici ad Jeruſalem.*

℣. 3. Sic eſt in Græco, niſi quòd vox βασιλεῖς, ponitur primo loco, ſecundo verò ἔθνη; edit. tamen Compl. textui favet. Ambroſ. l. de ob. Theod. to. 2. p. 1213. a. legit, *Ambulabunt reges in lumine tuo.* Hieron. in Iſai. 1. p. 7. c. *Et gradientur reges in lumine tuo, & gentes in ſplendore tuo:* & in Zach. 14. p. 1794. c. *Et ibunt reges in lumine tuo, & gentes in ſplendore tuo.*

℣. 4. Ita Græcè, detracta voce *omnes*, poſt *vide;* quæ tamen exſtat in ed. Compl. Apud Hieron. in Iſai. 1. col. 7. c. *Quando venient omnes filii ejus de longè, & filiæ illius in humeris portabuntur.*

℣. 5. Itidem Græcè, hoc uno ſublato, & *gaudebis;* Hieron. verò ibid. monet: *Quod additur in LXX. & timebis, in Hebraïco non habetur.*

℣. 6. Edit. Rom. ante *aurum*, ponit φέροντες, *ferentes;* & poſt *thus*, hab. οἴσουσι, *deferent;* ſed hoc ult. abeſt in ed. Compl. cæt. ut in textu. Mſ. Alex. cum ed. Ald. poſt verbum οἴσουσι, addit, καὶ λίθον τίμιον, καὶ τὸ σωτήριον, &c. Hieron. in Iſai. 1. col. 7. c. legit: *& operient eam cameli Madian & Epha, afferentes aurum & thus.* Auct. verò op. imp. in Matth. hom. 1. p. 31. a. *omnes, qui fuit in Saba, venient, aurum offerentes, & lapidem pretioſum, ſalutare Domini evangelizantes.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Hieron. ubi ſup. 7. Omnes oves Cedar congregabuntur tibi, arietes Nabæoth venient: & offerentur placabiles ſuper altare meum, & domus orationis meæ glorificabitur.	7. Omne pecus Cedar congregabitur tibi, arietes Nabaioth miniſtrabunt tibi: offerentur ſuper placabili altari meo, & domum majeſtatis meæ glorificabo.
Ibid. 450. 8. Qui ſunt hi, qui ut nubes volant, & ſicut columbæ cum pullis ad me?	8. Qui ſunt iſti, qui ut nubes volant, & quaſi columbæ ad feneſtras ſuas?
9. Me inſulæ exſpectarunt, & naves Tharſis in primis, ut adducant filios tuos de longè, & argentum ſuum, & aurum cum eis propter nomen Domini ſanctum, & quia ſanctus Iſraël glorificatus eſt.	9. Me enim inſulæ exſpectant, & naves maris in principio, ut adducam filios tuos de longè; argentum eorum, & aurum eorum cum eis nomini Domini Dei tui, & ſancto Iſraël, quia glorificavit te.
Ibid. 451. 10. Et ædificabunt alienigenæ muros tuos, & reges eorum aſſiſtent tibi: propter iram enim meam percuſſi te: & propter miſericordiam dilexi te.	10. Et ædificabunt filii peregrinorum muros tuos, & reges eorum miniſtrabunt tibi: in indignatione enim mea percuſſi te: & in reconciliatione mea miſertus ſum tui.
11. Et aperientur portæ tuæ ſemper: die ac nocte non claudentur, ut introducant ad te fortitudinem gentium, & reges earum, qui adducendi ſunt.	11. Et aperientur portæ tuæ jugiter: die ac nocte non claudentur, ut afferatur ad te fortitudo gentium, & reges earum adducantur. *Apocal.* 21.25.
12. Gentes enim & reges, qui non ſervierint tibi, peribunt: gentes ſolitudine deſolabuntur.	12. Gens enim & regnum, quod non ſervierit tibi, peribit: & gentes ſolitudine vaſtabuntur.
Ibid. 452. 13. Gloria Libani ad te veniet in cypariſſo, & pino, & cedro ſimul, ut glorificetur locus ſanctus meus.	13. Gloria Libani ad te veniet, abies & buxus, & pinus ſimul, ad ornandum locum ſanctificationis meæ; & locum pedum meorum glorificabo.
14. Et ibunt ad te timentes filii eorum, qui te humiliaverunt, & irritaverunt te: & vocaberis Civitas Domini, Sion ſancti Iſraël.	14. Et venient ad te curvi filii eorum qui humiliaverunt te, & adorabunt veſtigia pedum tuorum omnes qui detrahebant tibi, & vocabunt te Civitatem Domini, Sion ſancti Iſraël.
15. Pro eo quòd fuiſti derelicta, & odio habita, & non erat qui auxiliaretur, ponam te exſultationem æternam, gaudium generationum in generationes:	15. Pro eo quòd fuiſti derelicta, & odio habita, & non erat qui per te tranſiret, ponam te in ſuperbiam ſæculorum, gaudium in generationem & generationem:
16. & ſuges lac gentium, & divitias regum comedes: & ſcies quia ego Dominus, qui ſalvam te feci, & qui erui te Deus Jacob.	16. & ſuges lac gentium, & mamillâ regum lactaberis: & ſcies quia ego Dominus ſalvans te, & redemptor tuus fortis Jacob.
Ibid. 453. 17. Pro ære afferam tibi aurum, & pro ferro dabo tibi argentum; & pro lignis tribuam tibi æs, & pro lapidibus ferrum: & dabo principes tuos in pace, & epiſcopos tuos in juſtitia.	17. Pro ære afferam aurum, & pro ferro afferam argentum; & pro lignis æs, & pro lapidibus ferrum: & ponam viſitationem tuam pacem, & præpoſitos tuos juſtitiam.
18. Et non audietur ultra iniquitas in terra tua, neque contritio & miſeria in finibus tuis:	18. Non audietur ultra iniquitas in terra tua, vaſtitas & contritio in terminis tuis, & occu-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 7. Eadem exſtant in Gr. edit. Rom. poſitâ conjunct. ϛ, ante 1. *omnes*, ut & ante vocem *arietes*; ſublatâ verò iſtâ, *tibi*; ſed hæc ult. vox *tibi*, cum ſeq. ϛ, exſtat in Mſ. Mediol. ac edd. Ald. & Compl. & poſt paulò, tam in Rom. quàm in al. Δεκτὰ, *acceptabilia*, loco *placabiles*. Apud Hieron. in Iſai. 1. col. 7. c. ſic: *Et greges Cedar congregabuntur in Jeruſalem, & arietes Nabajoth properabunt: & erunt placabiles hoſtiæ ſuper altare Domini.* Apud Auct. op. imp. in Matth. hom. 1. p. 31. a. *Et omnes oves Cedar congregabuntur, & arietes Nabajoth venient; qui & offerent acceptabilia ſuper altare tuum.* Græcè pariter, Ναβαιώθ.

℣. 8. Edit. Rom. in principio habet: Τίνες οἵδε, *Quinam iſti*, pro *Qui ſunt hi, qui*; reliqua ut in textu. Mſ. Mediol. cum ed. Ald. Τίνες δὲ οἵδε. Tertul. l. 5. adv. Marc. p. 797. c. *Quinam huc velut nubes volant, tanquam columbæ cum pullis ad me?* & l. 3. p. 681. a. *Volant velut qui ſunt milvi; ut nubes volant, & velut pulli columbarum ad me.* Ambroſ. l. de fuga ſæc. c. 9. col. 440. c. & l. de virginit. to. 2. 239. c. *Qui ſunt iſti, qui ut nubes volant, & ſicut columbæ cum pullis ſuis?* item epiſt. 16. col. 823. f. excepto uno *ſicut nebulæ*, loco *ut nubes*. Auctor l. de promiſſ. p. 3. ap. Proſp. p. 184. a. *Qui ſunt hi, qui ut nubes volabunt, adducere filios tuos*, &c. ut inf.

℣. 9. Concinit Græc. niſi quòd transfert *ſuum*, poſt *aurum*; additque ϛ, poſt *eis*. Auct. l. de prom. p. 3. ap. Proſp. col. 184. a. legit, *adducere filios tuos de terra longinqua?*

℣. 10. Ita in Græco, verbum pro verbo. Item apud Auct. op. imp. in Matth. hom. 10. p. 59. d. *Et alienigenæ ædificabunt muros tuos.*

℣. 11. Ita rurſum in Græco.

℣. 12. Itidem Græcè, additâ conjunct. ϛ, poſt verbum *peribunt*. Apud Auct. l. de promiſſ. p. 3. prom. 36. p. 184. b. ſimiliter: *Gentes & reges, qui tibi non ſervierint, peribunt.*

℣. 13. Græc. ipſo initio hab. Καὶ ἡ δόξα, *Et gloria*; reliqua ut in Lat. ſup. nec plura.

℣. 14. Hieron. primò ſic hab. de ℣. præced. ※ ϛ *locum pedum meorum glorificabo*: deinde: *Et ibunt ad te timentes filii eorum, qui te humiliaverunt*, ÷ ϛ *irritaverunt te*: ϛ *adorabunt veſtigia pedum tuorum omnes qui irritaverunt te*, ϛ *vocaberis*, &c. tum addit: *Multa deſunt in LXX. quæ ex Hebræo ſub aſteriſcis poſui*, ϛ *quod addiderunt obelis prænotavi*: unde ſuſpicor non tantùm his, ϛ *locum pedum*, &c. præponendum eſſe aſteriſcum, ſed etiam iſtis, ϛ *adorabunt .....qui irritaverunt te*, ſiquidem hæc ultima non exſtant in ed. LXX. ſicut & priora: & ſanè ita legimus hodie in Hexapl. Origen. to. 2. p. 185. ※ Λ. Σ. Θ. Καὶ τὸν τόπον τῶν ποδῶν μου δοξάσω. rurſuſque infra: ※ *ci* Γ. ἐν προσκυνήσουσιν ἐπὶ τὰ ἴχνη τῶν ποδῶν σε πάντες οἱ παροξύναντές. *In O. vacat*: idcirco illa omnia reſecanda duximus; cætera verò congruunt cum edit. Rom. ſublata una voce *Domini*, quæ tamen in Compl. eſt: imo & iſta ſup. ibid. leguntur: ἐν προσκυνοῦσι τὰ ἴχνη τῶν ποδῶν σε οἱ παροξύναντες· quæ procul dubio mutuò ſumpta ſunt à Symm. Aq. & Theod.

℣. 15. Ita Græcè, præter conjunct. ἐν, adjunctam poſt verbum *auxiliaretur*; ultimòque, γενεαῖς, *generationibus*, loco *in generationes*.

℣. 16. Sic eſt in Græco, niſi excipiantur ult. ὁ σώζων σε, ἐξαιρούμενός σε, *ſalvans te*, ϛ *eruens te*, pro *qui ſalvam te*, &c.

℣. 17. Eadem leguntur Græcè, excepto uno οἴσω, *feram*, poſito & pro *afferam*, & pro 1. *dabo*, & pro *tribuam*. Apud Iren. l. 4. c. 26. p. 263. a. ſimiliter: ϛ *dabo principes tuos in pace*, ϛ *epiſcopos tuos in juſtitia.*

℣. 18. Similia prorſus in Græco, excepta conjunct.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

pabit ſalus muros tuos, & portas tuas laudatio.

Apocal. 21. 23. & 22. 5.

19. Non erit tibi ampliùs ſol ad lucendum per diem, nec ſplendor lunæ illuminabit te : ſed erit tibi Dominus in lucem ſempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam.

20. Non occidet ultra ſol tuus, & luna tua non minuetur : quia erit tibi Dominus in lucem ſempiternam, & complebuntur dies luctus tui.

21. Populus autem tuus omnes juſti, in perpetuum hæreditabunt terram, germen plantationis meæ, opus manus meæ ad glorificandum.

22. Minimus erit in mille, & parvulus in gentem fortiſſimam : ego Dominus in tempore ejus ſubitò faciam iſtud.

VERSIO ANTIQUA.

ſed vocabuntur ſalutare muri tui, & portæ tuæ ſculptura. *Hieron. ubi ſup.*

19. Et non erit tibi ſol ultra in lucem diei, neque ortus lunæ lumen præbebit tibi nocte : ſed erit tibi Dominus lux æterna, & Deus gloria tua. *Ibid. 454.*

20. Non enim occidet ſol tibi, & luna tibi non deficiet : eritque Dominus lux ſempiterna, & complebuntur dies luctus tui.

21. Populus tuus omnes juſti, ſemper poſſidebunt terram, cuſtodiens plantationem, opera manuum ſuarum in gloriam.

22. Qui parvus eſt, erit in millibus; & qui minimus, in gentem magnam : ego Dominus in tempore congregabo eos.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ὐδὲ, *neque*, pro καὶ, repetitâ poſt vocem *contritio*. Caſſiod. in Pſ. 21. p. 433. b. legit : *vocabuntur ſalutare muri tui*, & *porta tua latitia*; LXX. γλύμμα, Aq. ὕμνοις, Symm. αἴνεσις, *laudatio*.

℣. 19. Hæc tota concinunt cum Gr. ed. Rom. ubi tamen φωτιεῖ σε, pro *lumen præbebit tibi*; in Compl. & Mſ. Alex. Σοί. Apud Hieron. quoque in Zach. 14. col. 1794. c. *Non erit tibi ſol in lucem diei, neque ortus lunæ illuminabit te per noctem : ſed erit tibi Dominus lux æterna, & Deus tuus gloria tua.* Apud Caſſiod. in Pſ. 21. p. 433. b. *Nec erit tibi ſol in lumine diei, neque ortus lunæ lucebit tibi in nocte : ſed erit tibi Dominus lumen æternum, & Deus tuus gloria tua.* Item ap. Ambr. in Pſ. 118. col. 1122. c. & *erit illis Dominus lumen æternum.*

℣. 20. Sic eſt in Græco, hoc uno excepto, ἔσται γάρ σοι, pro *eritque*. Similiter ap. Caſſiod. in Pſ. 21. p. 433. b. *Non enim occidet tibi ſol tuus, & luna tibi non deficiet : erit enim tibi Dominus Deus lumen æternum, & complebuntur dies luctus tui.*

℣. 21. Græc. in principio habet : Καὶ ὁ λαός σου πᾶς δίκαιος, δι' αἰῶνος κληρονομήσουσι τὴν γῆν reliqua ut in Lat. ſup. Caſſiod. in Pſ. 21. p. 433. b. *Et populus tuus omnis juſtus erit, & in hæreditate poſſidebunt terram.*

℣. 22. Ita Græcè, niſi hoc excipias, εἰς χιλιάδας, *in millia*, pro *in millibus*; item ſup. ὀλιγοστὸς, pro *parvus*; ad litt. *panciſſimus*.

CAPUT LXI.

VULGATA NOVA.

Luc. 4. 18.

1. SPiritus Domini ſuper me, eò quòd unxerit Dominus me : ad annuntiandum manſuetis miſit me, ut mederer contritis corde, & prædicarem captivis indulgentiam, & clauſis aperitionem :

2. ut prædicarem annum placabilem Domino, & diem ultionis Deo noſtro : ut conſolarer omnes lugentes :

Matth. 5. 5.

VERSIO ANTIQUA.

1. SPiritus Domini ſuper me, propter quod unxit me : evangelizare pauperibus miſit me, ſanare contritos corde, prædicare captivis remiſſionem, & cæcis ut videant : *Hieron. in Iſai. 61. col. 455. ex Luc.*

2. vocare annum acceptabilem Domino, & diem retributionis : conſolari omnes lugentes :

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Totidem verba in Gr. edit. Rom. præter ult. ἀνάβλεψιν, *viſum*, loco *ut videant* : ubi autem Rom. ed. hab. πτωχοῖς, Mſ. Mediol. ponit ταπεινοῖς; ita quoque in ep. Barnab. c. 14. vide ſis Cotel. not. in hunc loc. to. 2. p. 31. b. Rurſum Hieron. in Iſai. 34. to. 3. 278. f. legit : *Spiritus Domini ſuper me, eò quod unxit me : evangelizare pauperibus miſit me, prædicare captivis remiſſionem, & cæcis ut videant.* Iren. l. 3. c. 9. p. 185. a. *Spiritus Dei ſuper me, quapropter unxit me : evangelizare humilibus miſit me, curare contritos corde, præconare captivis remiſſionem, & cæcis viſionem :* & inf. c. 17. & 18. p. 208. b. 210. b. *Spiritus Domini* (al. *Dei*) *ſuper me, propter quod unxit me.* Item Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 708. a. *Spiritus Domini ſuper me, propter quod unxit me : ad evangelizandum pauperibus miſit me, curare obtritos corde* : l. verò cont. Prax. p. 848. b. *Spiritus Dom..... quapropter unxit me ad evangelizandum hominibus.* Novatian. de Trin. p. 1051. c. *Spiritus Dom. ſuper me, propter quod unxit me : evangelizare pauperibus miſit me.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 289. a. *Spiritus Dom. ſuper me, propter quod unxit me : bene nunciare pauperibus miſit me, curare contribulatos corde, prædicare captivis remiſſionem, & cæcis viſum.* Hilar. in Pſ. 64. col. 170. f. *Spiritus Domini ſuper me, propterea unxit me : evangelizare pauperibus miſit me, prædicare captivis remiſſionem, & cæcis viſionem :* vide etiam in Pſ. 136. p. 491. a. Ambroſ. l. 1. & 3. de Spir. S. col. 619. e. 665. c. *Spiritus Dom. ſup. me, propter quod unxit me : evangelizare pauperibus miſit me, prædicare captivis remiſſionem, & cæcis viſum.* Auguſt. l. 1. de pecc. mer. to. 10. p. 29. g. *Spiritus Dom. ſup. me, propter quod unxit me : evangelizare paup. miſit me, ut refrigerem qui in preſſura cordis ſunt; prædicare captivis remiſſionem, & cæcis viſum :* Gallic. Mſs. Aug. cum editt. Am. & Er. hab. *evangelizare humilibus miſit me, ut refrigerent qui*, &c. unus è Vatic. codd. *ut refrigerent hi qui*, &c. rurſum Aug. in Joh. 14. to. 3. 692. c. *Spiritus Dom. ſuper me, propter quod unxit me : evangelizare pauperibus miſit me.* Ambroſio ſuffragantur Caſſiod. in Pſ. 106. p. 367. b. Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 742. d. 748. f. & Phœbad. Agin. l. cont. Arian. p. 302. h. Anonymus verò ap. Marten. Anecdot. to. 5. p. 15. c. ita legit : *Spiritus Dom. ſuper me, propterea unxit me : miſit me bene nunciare pauperibus, ſanare contritos corde, educere de vinculis alligatos & de domo carceris, aperire oculos cæcorum.* Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 31. ap. Proſp. p. 158. d. *Spiritus Domini ſuper me, propter quod unxit me : bene evangelizare pauperibus miſit me, dimittere quaſſatos in requiem, reddere captivis libertatem, & cæcis viſum :* ſic etiam p. 3. promiſſ. 10. p. 174. e. præter poſtrema, *curare contribulatos corde, prædicare captivis remiſſionem, & cæcis viſum*, loco *dimittere quaſſatos*, &c. Junil. Afric. l. 2. de partib. div. leg. c. 23. p. 348. h. *pronunciare pauperibus miſit me, prædicare captivis remiſſionem, & cæcis viſum.* Breviar. fid. cont. Arian. ap. Sirmond. p. 390. a. *Spiritus Dom. ſuper me, propter quod unxerit me, ad evangelizandum pauperibus remiſſionem, & cæcis viſum.*

℣. 2. Sic in edit. Rom. eſt, præter unum Κυρίου δεκτὸν, *Domini acceptabilem*; at in Mſ. Mediol. τῷ Κυρίῳ, ut ſupra. Idem Hieron. in Iſai. 34. to. 3. 278. f. legit : *vocare annum Domini acceptabilem, & diem retributionis Deo noſtro : conſolari omnes lugentes.* Iren. l. 2. c. 22. p. 146. d. 147. c. *vocare annum Domini acceptum*, &c. l. verò 3. c. 9. p. 185. a. *vocare annum Domini acceptabilem, & diem retributionis : conſolari omnes plangentes.* Item Cypr. l. 2. Teſtim. p. 289. a. *vocare annum Domini acceptabilem, & diem retributionis.* Hilar. in Pſ. 64. col. 170. f. *vocare annum Domini acceptum, & diem retributionis.* Tichon. reg. 5. p. 61. g. *prædicare annum Domini acceptabilem, & diem retributionis.* Breviar. fid. cont. Arian. ap. Sirm. p. 390. a. *annuntiare annum placabilem Domini.* Philaſtr. Brix. l. de hæreſ. p. 714. e. *annuntiare annum Dei acceptabilem, & diem retributionis.*

Digitized by Google

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Hieron. ubi sup. 3. dare lugentibus Sion ; dare eis gloriam pro cinere, unctionem lætitiæ lugentibus, habitum *Ibid.* 456. gloriæ pro ſpiritu mœroris : & vocabuntur generationes juſtitiæ, plantatio Domini in gloriam.	3. ut ponerem lugentibus Sion; & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudii pro luctu, pallium laudis pro ſpiritu mœroris : & vocabuntur in ea fortes juſtitiæ, plantatio Domini ad glorificandum.
4. Et ædificabunt deſertas ſempiternas : quæ deſolatæ fuerant priùs ſuſcitabuntur, & innovabunt civitates deſertas, deſolatas in generationes.	4. Et ædificabunt deſerta à ſæculo, & ruinas antiquas erigent, & inſtaurabunt civitates deſertas, diſſipatas in generationem & generationem. *Sup.* 58. 12.
5. Et venient alienigenæ, & paſcent oves tuas ; & aliarum gentium aratores, & vinitores.	5. Et ſtabunt alieni, & paſcent pecora veſtra : & filii peregrinorum agricolæ & vinitores veſtri erunt.
Ibid. 457. 6. Vos autem Sacerdotes Domini vocabimini, Miniſtri Dei noſtri : Fortitudinem gentium comedetis, & in divitias earum eritis admirabiles.	6. Vos autem Sacerdotes Domini vocabimini : Miniſtri Dei noſtri, dicetur vobis : Fortitudinem gentium comedetis, & in gloria earum ſuperbietis.
7. Sic terram ſecundò poſſidebunt, & gaudium ſempiternum erit ſuper caput eorum.	7. Pro confuſione veſtra duplici & rubore, laudabunt partem ſuam : propter hoc in terra ſua duplicia poſſidebunt, lætitia ſempiterna erit eis.
Ibid. 458. 8. Ego enim ſum Dominus, qui diligo juſtitiam, & odio rapinas ex iniquitate : & dabo laborem eorum juſtis, & teſtamentum æternum ponam cum eis.	8. Quia ego Dominus diligens judicium, & odio habens rapinam in holocauſto : & dabo opus eorum in veritate, & fœdus perpetuum feriam eis.
9. Et ſcietur in gentibus ſemen eorum, & nepotes eorum in medio populorum : omnis, qui viderit eos, cognoſcet illos, quia iſti ſunt ſemen benedictum à Deo :	9. Et ſcient in gentibus ſemen eorum, & germen eorum in medio populorum : omnes, qui viderint eos, cognoſcent illos, quia iſti ſunt ſemen, cui benedixit Dominus.
10. gaudio lætabuntur in Domino. Exſultet anima mea in Domino : induit enim me veſtimento ſalutis, & tunicam lætitiæ circumdedit mihi : ſicut ſponſum mitrâ, & ſicut ſponſam ornavit mundo muliebri.	10. Gaudens gaudebo in Domino, & exſultabit anima mea in Deo meo : quia induit me veſtimentis ſalutis : & indumento juſtitiæ circumdedit me, quaſi ſponſum decoratum corona, & quaſi ſponſam ornatam monilibus ſuis.
11. Et ſicut terram efferentem florem ſuum, & ſicut hortus ſemina ſua germinat ; ſic Dominus Deus profert juſtitiam, & laudem in conſpectu omnium gentium.	11. Sicut enim terra profert germen ſuum, & ſicut hortus ſemen ſuum germinat; ſic Dominus Deus germinabit juſtitiam & laudem coram univerſis gentibus.

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 3. Edit. Rom. initio hab. Λοθῆναι, *ut detur*, pro *dare*; quod verbum non repetit poſt *Sion*; deeſt etiam in Mſ. Alex. ac ed. Compl. ſed in Mediol. eſt Δῦναι αὐτοῖς : ſubinde loco *habitum*, ed. Rom. fert, κατὰ στολὴν, *ſecundùm ſtolam*; Compl. verò κατασολὴν; cæt. ut in textu. Ap. Chromat. Aquil. in Matth. p. 978. e. ſic : *Date his, qui lugent Sion, gloriam pro cinere, unctionem lætitiæ lugentibus, pro ſpiritu mœſtitiæ amictum gloriæ.* Hieron. verò in Iſai. 34. col. 278. f. ſic pergit : *dare plangentibus gloriam.*

℣. 4. Ita Græcè, præter verbum ἐξαναστήσουσι, *ſuſcitabunt*, pro *ſuſcitabuntur*; Nobilius vertit : *Et ædificabunt deſerta ſempiterna : quæ deſolata fuerant priùs ſuſcitabunt*, &c. ut ſup.

℣. 5. Ita rurſum in Græco, præter unum, ποιμαίνοντες, *paſcentes*, loco & *paſcent.*

℣. 6. Gr. ed. Rom. tollit vocem *noſtri*, poſt *Dei*; paulò verò poſt hab. ἐν τῷ πλούτῳ, *in divitiis*, loco *in divitias*; cæt. ut in textu : Ald. & Compl. ſcribunt Θεοῦ ἡμῶν, ut ſupra.

℣. 7. Conſonat Græc. detracto verbo *erit*, poſt *ſempiternum.*

℣. 8. Similiter in Græco, niſi hoc excipiatur ult. διαθήσομαι αὐτοῖς, *diſponam eis*, loco *ponam cum eis.*

℣. 9. Ad verbum è Græco.

℣. 10. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 705. a. *Exſultet anima mea in Domino : induit enim me indumentum ſalutaris, & tunicam jocunditatis : velut ſponſo circumpoſuit mihi mitram, & velut ſponſam ornavit me ornatu.* Ita quoque in Græco eſt, verbum pro verbo, præmiſſis tamen his, Καὶ εὐφροσύνῃ εὐφρανθήσομαι ἐπὶ Κύριον, ut ſup. in textu. Item apud Tichonium, reg. 1. p. 50. c. *ſicut ſponſo impoſuit mihi mitram, & ſicut ſponſam ornavit me ornatu.* Apud Auguſt. epiſt. 140. to. 2. 428. c. *ſicut ſponſo alligavit mihi mitram, & ſicut ſponſam ornavit me ornamento :* itidem in Pſ. 30. to. 4. 147. g. nec aliter tract. 1. in 1. Joh. to. 3. p. 2. col. 827. f. & l. 3. de doctr. Chr. to. 3. 58. f. præter verbum *impoſuit*, pro *alligavit.* Ita quoque legit Eucher. q. in Iſai. p. 844. a. Hieron. verò in Iſai. 14. col. 162. d. conſtanter : *Exſultet anima mea in Domino : induit enim me veſtimento ſalutis, & tunicâ lætitiæ circumdedit me.* Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 38. ap. Proſp. p. 167. d. *induit me veſtimento ſalutari, & ſtolâ jucunditatis circumdedit me, ſicut ſponſam ornatam monilibus ſuis;* Mſ. Rem. ibid. *veſtimento ſalutaris*, & *ſtolam*, &c.

℣. 11. Gr. ed. Rom. delet verbum *germinat*; loco verò ſeqq. habet, ὕτως ἀνατελεῖ Κύριος δικαιοζύνην, ἐν ἀγαλλιάματι ἐναντίον, &c. i. e. *ſic germinare faciet Dominus Dominus juſtitiam, & exſultationem in conſpectu*, &c. ut ſup. ſed in ed. Compl. eſt : τὰ σπέρματα αὐτῦ ἐκβλαστήσει ὕτως ἀνατελεῖ Κύριος, Symm. ἀνατείλει, &c.

CAPUT LXII.

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Hieron. in Iſai. 62. col. 459. ex LXX. 1. PRopter Sion non tacebo, & propter Jeruſalem non relinquam, donec egrediatur ſicut lumen juſtitia ejus, & ſalutare illius ſicut lampas ardeat.	1. PRopter Sion non tacebo, & propter Jeruſalem non quieſcam, donec egrediatur ut ſplendor juſtus ejus, & ſalvator ejus ut lampas accendatur.

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Conſonat Græc. niſi quòd addit μοῦ, poſt *ſalutare*, loco *illius*; & in fine, καυθήσεται, loco *ardeat.* Auguſt. l. de unit. Eccl. to. 9. 349. g. *Propter Sion non tacebo, & propter Jeruſalem non quieſcam, donec prodeat ſicut lux juſtitia mea, ſalvatio autem mea ſicut facula ardebit.* Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 729. d. *ſalutare autem meum ſicut facula ardebit.* In Mſ. etiam Alex. ac edd. Ald. & Compl. eſt δικαιοζύνη μου, *juſtitia mea*, non *ejus*,

Digitized by Google

Vulgata nova.	Versio antiqua.	
2. Et videbunt gentes juſtum tuum, & cuncti reges inclytum tuum : & vocabitur tibi nomen novum, quod os Domini nominabit,	2. Et videbunt gentes juſtitiam tuam, & omnes reges gloriam tuam : & vocabit te nomen novum, quod os Domini nominabit.	*Hieron. ubi ſup.*
3. Et eris corona gloriæ in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui.	3. Et eris corona decoris in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui.	
4. Non vocaberis ultra Derelicta : & terra tua non vocabitur ampliùs Deſolata : ſed vocaberis Voluntas mea in ea, & terra tua inhabitata : quia complacuit Domino in te : & terra tua inhabitabitur.	4. Et nequaquam ultra vocaberis Derelicta : & terra tua non vocabitur adhuc Deſerta : vocaberis enim Voluntas mea, & terra tua Habitata.	*Ibid.* 460.
5. Habitabit enim juvenis cum virgine, & habitabunt in te filii tui. Et gaudebit ſponſus ſuper ſponſam, & gaudebit ſuper te Deus tuus.	5. Et ſicut habitans juvenis cum virgine, ſic habitabunt filii tui. Et erit quomodo lætatur ſponſus ſuper ſponſa, ſic lætabitur ſuper te Dominus.	*Ibid.* 461.
6. Super muros tuos Jeruſalem conſtitui cuſtodes, tota die & tota nocte in perpetuum non tacebunt. Qui reminiſcimini Domini, ne taceatis,	6. Et ſuper muros tuos Jeruſalem conſtitui cuſtodes, tota die & tota nocte qui nunquam tacebunt recordantes Domini:	
7. & ne detis ſilentium ei, donec ſtabiliat, & donec ponat Jeruſalem laudem in terra.	7. non eſt enim veſtri ſimilis, ſi correxerit : & faciet Jeruſalem gaudium ſuper terram.	
8. Juravit Dominus in dextera ſua, & in brachio fortitudinis ſuæ : Si dedero triticum tuum ultra cibum inimicis tuis : & ſi biberint filii alieni vinum tuum, in quo laboraſti.	8. Juravit Dominus per dexteram ſuam, & per fortitudinem brachii ſui : Si ultra dedero triticum meum, ut ſit in cibum inimicis tuis : & ſi ultra biberint filii alieni vinum tuum, in quo laboraſti.	*Ibid.* 462.
9. Quia qui congregant illud, comedent, & laudabunt Dominum : & qui comportant illud, bibent in atriis ſanctis meis.	9. Sed qui congregaverint, comedent ea, & laudabunt Dominum : & qui congregaverint, bibent ea in atriis ſanctis meis.	
Sup. 57. 14. 10. Tranſite, tranſite per portas, præparate viam populo, planum facite iter, eligite lapides, & elevate ſignum ad populos.	10. Ite per portas meas, & viam facite populo meo, & lapides de via projicite, levate ſignum in gentes.	*Ibid.* 463.
Zach. 9. 9. *Matth.* 21. 5. 11. Ecce Dominus auditum fecit in extremis terræ, dicite filiæ Sion : Ecce ſalvator tuus venit : ecce merces ejus cum eo, & opus ejus coram illo.	11. Ecce enim Dominus fecit auditum uſque ad extremum terræ, dicite filiæ Sion : Ecce ſalvator tuus venit, habens mercedem ſuam ſecum, & opus ſuum ante faciem ſuam.	
12. Et vocabunt eos, Populus ſanctus, redempti à Domino. Tu autem vocaberis, Quæſita civitas, & non Derelicta.	12. Et vocabit eum, Populum ſanctum, redemptum à Domino. Tu autem vocaberis, Requiſita civitas, & non Derelicta.	

Notæ ad Verſionem antiquam.

℣. 2. Abeſt ab ed. Rom. vox *omnes*, ante *reges* ; extremò verò ſic : ὃ ὁ Κύριος ὀνομάσει αὐτό· *quod Dominus vocabit illud* ; cæt. ut in Lat. ſupra. Ed. Compl. hab. πάντες βασιλεῖς ; ultimòque, ὃ τὸ στομα Κυρίου ὀνομάσει, ut ſupra ; in Mſ. etiam Mediol. πάντες βασιλεῖς, ſed ex Aquila, & Symm. Apud Tichon. reg. 7. p. 66. c. *Videbunt gentes juſtitiam tuam, & reges claritatem tuam : & vocabunt nomen tuum, quod Dominus nominavit illud.* Auguſt. l. de unit. Eccl. to. 9. 349. g. *Et videbunt omnes gentes juſtitiam tuam, & reges honorem tuum : & vocabit te nomine tuo novo, quod Dominus vocavit illud.* Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 729. d. *Et videbunt omnes gentes juſtitiam tuam, & omnes reges terræ honorem tuum : & vocaberis nomine tuo novo, quod Dominus nominabit.*

℣. 3. Itidem Græcè. Similiter apud Ambroſ. l. de inſtit. virg. to. 2. 264. c. *Et eris corona decoris in manu Domini.* Apud Tichon. reg. 7. p. 66. c. *Eris corona ſpeciei in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui.* Apud Auguſt. l. de unit. Eccl. to. 9. 350. a. *Et eris corona pulchritudinis in conſpectu Domini, & diadema regni in manu Dei tui.*

℣. 4. Ita fert Gr. edit. Rom. præter ult. ſeqq. Σοὶ γὰρ κληθήσεται Θέλημα ἐμὸν, καὶ τῇ γῇ σου Οἰκουμένη· *tibi enim vocabitur Voluntas mea, & terra tua Habitata* ; at in edd. Ald. & Compl. ac Mſ. Mediol. ἡ γῆ σου Οἰκουμένη· tum ſequitur in Rom. ὅτι εὐδόκησε Κύριος ἐν Σοὶ, καὶ ἡ γῆ Σου Συνοικισθήσεται· *quia complacuit Dominus in te, & terra tua cohabitabitur* : ſed hoc additamentum Mſ. Mediolan. exhibet in margine ſub aſteriſco ; non legitur etiam ap. Cyrillum, teſte Nobilio ; idemque Hieron. à LXX. prætermiſſum eſſe dicit ſup. 460. f. Tichon. reg. 7. p. 66. ſic hab. *In etiam non vocaberis Derelicta : & terra tua non vocabitur Deſerta : tibi etiam nomen vocabitur Voluntas mea, & terra tua Orbis terrarum.* Auguſt. l. de unit. Eccl. to. 9. 350. a. 386. g. *Et jam non vocaberis Derelicta : & terra tua non vocabitur Deſerta : tu enim vocaberis Voluntas mea, & terra tua Orbis terrarum.* Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 729. d. *tu enim vocaberis Voluntas mea.*

℣. 5. Eadem leguntur Græcè, excepto fut. εὐφρανθήσεται, *lætabitur*, pro præſ. *lætatur.*

℣. 6. Concinit Græc. ad verbum, niſi hoc excipias, οἳ διὰ τέλους ἡ, pro *qui nunquam.* Ap. Ambr. in Pſ. 47. col. 944. c. *In muris tuis conſtitui cuſtodes, diebus ac noctibus in finem non tacebunt.*

℣. 7. Ita Græcè, excepto verbo ποιήσῃ, *fecerit*, pro *faciet* ; in Compl. ποιήσεις.

℣. 8. Editio Rom. fert, κατὰ τῆς δόξης, *per gloriam*, loco *per dexteram* ; ſed Mſ. Mediolan. ἐν δεξιᾷ ; Ald. & Compl. κατὰ τῆς δεξιᾶς, quod ap. Procop. tribuitur Theodotioni : ſubinde ad *triticum*, ed. Rom. addit σῦ, *tuum* ; dein, καὶ τὰ βρώματά σου, *& cibos tuos*, loco *ut ſit in cibum* ; cæt. quadrant.

℣. 9. Concordat Græc. ad verbum.

℣. 10. Ita rurſum Græcè. Apud Ambroſ. pariter in Pſ. 36. col. 813. f. *lapides de via projicite.*

℣. 11. Similia leguntur Græcè, niſi quòd loco *tuus*, exſtat Σοὶ, *tibi*, ante *venit* ; paulò verò poſt detrahitur *ſecum* ; al. tamen additur μετ' αὐτοῦ. In Collat. Carthag. p. 485. b. ita legitur : *Dic filiæ Sion : Ecce tibi ſalvator adveniet, habens mercedem, & opus ante faciem ſuam* : pro *adveniet* autem, ed. Rom. hab. παραγίγονε, Mſ. Alex. παραγίνεται, Ald. & Compl. παραγίνεται.

℣. 12. Sic eſt in Græco, verbum pro verbo ; nec aliter in Collat. Carthag. p. 485. b. excepta voce *Deſiderata*, pro *Requiſita*, Gr. Ἐπιζητημένη. Auct. op. imp. in Matth. hom. 44. p. 193. his alludere videtur, dicens : *Conſtituam judices tuos ſicut priùs : tunc vocaberis, Civitas juſtitiæ.*

Digitized by Google

CAPUT LXIII.

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Hieron. in Isai. 63. col. 463. ex Lxx. 1. QUis est iste, qui venit de Edom, fulvis vestibus de Bosor, sic formosus in stola sua, violentia cum fortitudine? Ego, qui loquor justitiam, & judicium salutaris.	1. QUis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suæ. Ego, qui loquor justitiam, & propugnator sum ad salvandum.
Ibid. 465. 2. Quare rubra sunt vestimenta tua, & indumenta tua sicut calcantium torcular	2. Quare ergo rubrum est indumentum tuum, & vestimenta tua sicut calcantium in torculari? *Apocal. 19. 13.*
3. plenum, conculcatum? Et de gentibus vir non est mecum: & conculcavi eos in furore meo, & confregi eos quasi terram, & deduxi sanguinem eorum in terram.	3. Torcular calcavi solus, & de gentibus non est vir mecum: calcavi eos in furore meo, & conculcavi eos in ira mea: & aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea, & omnia indumenta mea inquinavi.
4. Dies enim retributionis venit eis, & annus redemptionis adest.	4. Dies enim ultionis in corde meo, annus redemptionis meæ venit. *Sup. 34. 8.*
5. Aspexi, & non erat auxiliator: consideravi, & nullus qui præberet auxilium: & eruit eos brachium meum, & furor meus advenit.	5. Circumspexi, & non erat auxiliator: quæsivi, & non fuit qui adjuvaret: & salvavit mihi brachium meum, & indignatio mea ipsa auxiliata est mihi.
6. Et conculcavi eos in ira mea, & deduxi in terram sanguinem eorum.	6. Et conculcavi populos in furore meo, & inebriavi eos in indignatione mea, & detraxi in terram virtutem eorum.
Ibid. 466. 7. Misericordiæ Domini recordatus sum: virtutes Domini recordabor in omnibus quæ reddidit nobis. Dominus judex bonus domui Israël, retribuet nobis secundùm misericordiam suam, & secundùm multitudinem justitiæ suæ.	7. Miserationum Domini recordabor, laudem Domini super omnibus quæ reddidit nobis Dominus, & super multitudinem bonorum domui Israël, quæ largitus est eis secundùm indulgentiam suam, & secundùm multitudinem misericordiarum suarum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græcè pro *fulvis vestibus*, est ἐρύθημα ἱματίων; deest verò *sua*, post *stola*, ut & relat. *qui*, post *ego*; cæt. ut in Lat. supra; in ed. Compl. est ὡς στολὴν αὐτοῦ. Ap. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 733. c. *Quis, qui advenit ex Edom, rubor vestimentorum ejus ex Bosor, sic decorus in stola violenta cum fortitudine?* deinde, *Quare rubra*, &c. omissis intermediis. Similiter hab. Ambr. in Ps. 118. col. 1152. f. *Quis est iste, qui advenit ex Edom, rubor vestimentorum ex Bosor, sic pretiosus in stola?* ita rursum l. de instit. virg. col. 259. b. præter unum *vestimentorum ejus*: & l. de Myst. to. 2. p. 334. c. *Quis est iste, qui ascendit ex Edom, rubor vestimentorum ejus ex Bosor, speciosus in stola candida?* & epist. 32. col. 918. d. *Ego loquor justitiam, & judicium salutis.* Auct. l. de XLII. mans. ap. Ambr. p. 11. e. *unde fulvor vestium de Bosra?* Hieron. in Isai. 34. col. 277. f. *Quis est iste, qui venit de Edom, rubra vestimenta ejus de Bosra?* & in Abdiæ 1. col. 1457. d. *Quis est iste, qui ascendit de Edom, fulvidâ veste de Bosor, sic formosus in stola candida?* & l. 2. in ep. ad Ephes. to. 4. 352. f. *Quis est iste, qui ascendit de Edom, fulvida vestimenta ejus ex Bosor, sic formosus in stola candida?* ita quoque in Isai. 53. col. 383. d. ad hoc usque, *sic formosus.* Rufin. in Symb. p. 183. b. *Quis est hic, qui venit de Edom, rubor vestimentorum ejus ex Bosra?*

℣. 2. Sic habet Gr. ed. Rom. præter hoc ult. ὡς ἀπὸ πατητοῦ ληνοῦ, *sicut de calcato torculari*; Procop. ὡς ἀπὸ πατήματος ληνοῦ. Tertullianus l. 4. adv. Marc. p. 734. a. legit: *Quare rubra vestimenta tua, & indumenta sicut de foro torcularis pleno, conculcato?* Cypr. ep. 63. p. 105. c. 106. a. *Quare rubicunda sunt vestimenta tua, & indumenta tua velut à calcatione torcularis pleni, & percalcati?* Rufin. in Symb. p. 183. b. *Quare rubicunda sunt vestimenta tua, & indumentum tuum tanquam in torculari calcatum?* Ap. Hieron. in Joel. 2. col. 1359. g. *Quàm rubicunda sunt vestimenta tua!* Vide not. ad ℣. seq.

℣. 3. Græc. ed. Rom. ad hoc ult. ℣. sup. ὡς ἀπὸ πατητοῦ ληνοῦ, adjungit, πλήρης καταπεπατημένης, quæ Nobil. sic vertit, & distinguit: *sicut de calcato torculari?* deinde, *Plenus percalcato*, « id est, inquit, *Oppletus sum quasi humore expresso per calcationem torcularis:* » tum addit: « Corrigenda autem in Græca editione interpunctio, ut huic respondeat. Et suspicari quidem licet adhuc » subesse aliquod mendum. Veruntamen satis sit ex hac lectione sat commodam elici sententiam, & magis quodam » modo Hebraicæ respondentem, quàm eam quæ in cæteris codicibus, in quibus est πλήρης, (ita sanè in edd. Ald. » & Compl.) Variè autem apud Latinos vertitur istud, » πλήρης, prout variè aut accipitur, aut legitur illud, ἀπὸ πατητοῦ ληνοῦ, quod antecedit. Tertul. ubi sup. *sicut de foro torcularis pleno, conculcato.* Procopius pro πατητοῦ, hab. πατήματος; & S. Cypr. *velut à calcatione torcularis pleni, & percalcati.* B. Cyrillus in explanat. neutrum videtur habuisse, sed tantùm ἀπὸ ληνοῦ: & in exposit. Symb. inter op. S. Cypr. *tanquam à torculari calcato.* Vetus Interp. aut aliter legit, aut videtur accepisse pro unica lectione ἀποσαλητοῦ, quasi *calcatoris*: ita enim apud S. Hieron. *sicut calcantium torcular plenum, conculcatum.* In nonnullis autem libris, post καταπεπατημένης, sequitur, Ληνὸν ἐπάτησα μονώλατος, *Torcular calcavi solus*; quod Justinus habet. Sed apud Procop. pro alia interpretatione in margine appositum est ad πλήρης καταπεπατημένης: & perspicuè S. Hieron. (in hunc loc. col. 465. d.) *Septuaginta pro eo quod nos diximus:* Torcular calcavi solus: *interpretati sunt*, plenum conculcatum, » *quod magis*, inquit, *cum superiori capitulo legendum est, quàm ut sit sequentis principium.* Rufin. in Symb. p. 183. b. legit cum Vulg. *Torcular calcavi solus.* Subsequentia autem verba, & *de gentibus*, &c. nil omnino differunt à textu Græco, in quo etiam non adduntur plura. Hieron. tamen ultimo versiculo, & *deduxi sanguinem eorum in terram*, alterum subnectit velut ex edit. LXX. & *omnia vestimenta mea inquinavi:* dico, velut ex ed. LXX. i. e. Hexaplari; nam sup. ex Hebr. ita refert: & *aspersus est sanguis eorum sup. vestim. mea;* deinde, & *omnia indumenta mea pollui.* Porro hoc additamentum non legitur hodie in Græco Vatic. imo in Hexap. Orig. profertur sub asteriſco, videlicet ex Theodot. & Symm. hoc insuper addito, *In O. vacat.* Similiter ap. Procop. nomine Theodot. & Symm. margini appositum est, & cum eodem signo, si Nobilio fides. Ap. Cyrillum tamen ita legitur, ἐν πάντα τὰ ἐνδύματά μου ἐμόλυνα· sed in explanat. non agnoscitur, teste eodem Nobilio. In ed. Compl. ita sequitur, ἐν πάντα τὰ ἱμάτιά μου ἐμίανα.

℣. 4. Consonat Græc. ad verbum.

℣. 5. Græc. præponit ἐγὼ, verbis 2. *aspexi*, & *consideravi*; & loco *qui præberet auxilium*, simpliciter hab. ἀντελαμβάνετο, *succurrebat*; cæt. ut supra. Ambros. l. de instit. virg. to. 2. 261. e. *Et respexi, & non erat auxiliator: & adtendi, & nemo suscipiebat: & liberabo eos brachio meo:* & inf. col. 265. c. *Respexi, & non erat adjutor.*

℣. 6. Concinit Græc. deletâ unâ præpos. *in*, ante *irâ*.

℣. 7. Gr. edit. Rom. caret verbo *recordabor*; sed in Mss. Mediol. est ἀναμνήσω; subinde in ed. Rom. ἡμῖν ἀνταποδίδωσι, pro *reddidit nobis*; ap. Hieron. inf. 467. b. *retribuit mihi*; demum pro *retribuet*, in ed. Rom. est ἐπάγει, *adducit*; cæt. similia.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

8. Et dixit: Veruntamen populus meus est, filii non negantes: & factus est eis salvator.

9. In omni tribulatione eorum non est tribulatus, & angelus faciei ejus salvavit eos: in dilectione sua, & in indulgentia sua ipse redemit eos, & portavit eos, & elevavit eos cunctis diebus sæculi.

10. Ipsi autem ad iracundiam provocaverunt, & afflixerunt spiritum sancti ejus: & conversus est eis in inimicum, & ipse debellavit eos.

11. Et recordatus est dierum sæculi Moysi, *Exod.* & populi sui: Ubi est qui eduxit eos de mari 14. 29. cum pastoribus gregis sui? ubi est qui posuit in medio ejus spiritum sancti sui?

12. Qui eduxit ad dexteram Moysen brachio majestatis suæ, qui scidit aquas ante eos, ut faceret sibi nomen sempiternum:

13. Qui eduxit eos per abyssos, quasi equum in deserto non impingentem.

14. Quasi animal in campo descendens, spiritus Domini ductor ejus fuit: sic adduxisti populum tuum, ut faceres tibi nomen gloriæ.

Deuter. 15. Attende de cælo, & vide de habitaculo 26. 15. sancto tuo, & gloriæ tuæ: ubi est zelus tuus, *Baruc.* & fortitudo tua, multitudo viscerum tuorum, & 2. 16. miserationum tuarum? super me continuerunt se.

16. Tu enim pater noster, & Abraham nescivit nos, & Israël ignoravit nos: tu Domine pater noster, redemptor noster, à sæculo nomen tuum.

17. Quare errare nos fecisti Domine de viis tuis: indurasti cor nostrum ne timeremus te? convertere propter servos tuos, tribus hæreditatis tuæ.

18. Quasi nihilum possederunt populum sanctum tuum: hostes nostri conculcaverunt sanctificationem tuam.

19. Facti sumus quasi in principio, cùm non

VERSIO ANTIQUA.

8. Et dixit: Non populus meus? filii nequa- *Hieron. ubi sup.* quam reprobabunt: & factus est eis in salutem 468. 9. ex omni tribulatione eorum: non legatus, neque angelus; sed ipse salvavit eos, quòd diligeret illos, & parceret eis: ipse redemit eos, & suscepit illos, & exaltavit omnibus diebus sæculi.

10. Ipsi autem non crediderunt, & exacerbaverunt spiritum sanctum ejus: conversus est eis in inimicum, ipse pugnavit contra eos.

11. Et recordatus est dierum antiquorum, qui *Ibid.* 469. eduxit de terra pastorem ovium: Ubi est qui posuit in eis spiritum sanctum?

12. Qui eduxit dexterâ Moysen brachium gloriæ suæ, sic eduxit populum suum per validam aquam in conspectu ejus, ut faceret sibi nomen sempiternum.

13. Adduxit eos per abyssum, sicut equum per solitudinem, & non laboraverunt.

14. Et sicut jumenta per campum, descendit spiritus à Domino, & dux eorum fuit: sic adduxisti populum tuum, ut faceres tibi nomen gloriæ.

15. Convertere de cœlo, & vide de domo sancta tua, & gloriæ tuæ: ubi est zelus tuus, & fortitudo tua? ubi est multitudo misericordiarum tuarum, & miserationum tuarum, quâ sustinuisti nos?

16. Tu enim es pater noster, quia Abraham non cognovit nos, & Israël non cognovit nos: sed tu Domine pater noster libera nos, à principio nomen tuum super nos est.

17. Quare seduxisti nos Domine de via tua *Ibid.* 471. sancta: indurasti corda nostra ut non timeremus te? convertere propter servos tuos, propter tribus hæreditatis tuæ,

18. ut modicum possideamus montis sancti tui: adversarii nostri conculcaverunt sanctuarium tuum.

19. Facti sumus quasi à principio, cùm non

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 8. Sic est in Græco, nisi id excipiatur, οὐχ, pro *non*, quod ibi vim hab. οὐχί, adverb. interrogandi; rectè ap. Nobil. *nonne.*

℣. 9. Concordat Græc. ad verbum, nisi quòd addit rursum αὐτὸς, post *exaltavit.* Iren. l. 3. c. 20. p. 214. b. legit: *neque senior, neque angelus; sed ipse Dominus salvabit eos, quoniam diligit eos, & parcet eis: ipse liberabit eos*, al. *liberavit.* Tertul. l. de carne Chr. p. 550. b. *non angelus, neque legatus; sed ipse Dominus salvos eos fecit:* & l. 4. adv. Marc. p. 716. c. *non legatus, nec nuncius; sed ipse Dominus salvos eos fecit, ipse jam prædicans.* Cypr. l. 2. Testim. p. 287. c. *non senior, neque angelus; sed ipse Dominus liberabit illos, quia diligit eos, & parcet eis, & ipse redimet eos.* Vigil. Tapsi. l. cont. Varimad. p. 728. f. *non legatus, neque angelus; sed ipse Dominus venit, & salvavit eos:* vide etiam inf. p. 743. g. item l. 12. de Trin. p. 315. a. hab. *non legatus, neque angelus; sed ipse salvabit eos, eò quòd diligeret eos: & ipse susceperit eos, & exaltavit eos omnibus diebus sæculi.*

℣. 10. Eadem exstant Græcè, exceptis his, ἐν ἐχθροῖς αὐτοῖς εἰς ἔχθραν, & *conversus est eis in inimicitiam.* Hieron. legit εἰς ἐχθρόν. Lactant. l. 4. Instit. c. 12. p. 376. *Ipsi autem non crediderunt, & exacerbarunt spiritum sanctum.* Similiter ap. Ambros. l. de Spir. S. col. 674. b. præter hoc, *sed exacerbaverunt.* Apud Vigil. Tapsi. l. 12. de Trin. p. 315. a. *Ipsi verò contumaciter egerunt, & exacerbaverunt spiritum sanctum: & conversus est eis ad inimicitiam:* & l. 2. p. 211. a. 212. c. *& irritaverunt spiritum sanctum: & conversus est illis ad inimicitiam, Dominus ipse expugnavit eos.*

℣. 11. Eadem exhibet Gr. edit. Rom. præter seqq. Πῦ ὁ ἀναβιβάσας ἐκ τῆς θαλάσσης; *Ubi est qui eduxit è mari?* pro *qui eduxit de terra;* sed in Mss. Alex. ac edd. Ald. & Compl. abest. πῦ; ponitur verò γῆς, loco θαλάσσης, ut sup. Apud Vigil. Tapsi. l. 2. de Trin. p. 212. c. *Et rememoratus est dierum æternorum, qui eduxit de terra pastorem ovium.* Rufin. in Symb. p. 185. b. *qui eduxit de terra pastorem magnum ovium.*

℣. 12. Edit. Rom. loco seqq. *sic eduxit populum suum per validam aquam in conspectu ejus*, habet, κατίσχυσεν ὕδωρ ἀπὸ προσώπου αὐτοῦ, *superavit aquam à facie ejus;* cæt. ut in Lat. sup. at in Compl. ὕτως ἤγαγεν τὸν λαὸν αὐτοῦ κατ' ἰσχυρὸν ὕδωρ, ut sup.

℣. 13. Sic etiam Græcè. Item ap. Ambr. l. 3. de Spir. S. col. 675. a. *Quia adduxit eos per abyssum, sicut equum per desertum, & non laboraverunt.* Similiter apud Vigil. Tapsi. l. 12. de Trin. p. 307. c. excepto 1. *deduxit*, pro *quia adduxit;* Gr. ἤγαγε.

℣. 14. Similia prorsus in Græco. Apud Ambros. l. 3. de Spir. S. col. 675. a. *Et sicut pecora per campum, descendit spiritus à Domino, & direxit eos.* Apud Vigil. Tapsi. l. 12. de Trin. p. 307. c. *Tanquam jumenta per campum, descendit spiritus à Domino, & deduxit eos:* & l. 2. pag. 210. c. *descendit spiritus à Deo, & eduxit eos: sic eduxisti populum tuum, facere tibi nomen gloria.*

℣. 15. Eadem leguntur Græcè, præter hoc singul. τῶν οἰκτιρμῶν σου, *misericordia tua*, loco plur. *misericordiarum tuarum;* item infra, ὅτι, *quia*, pro *quâ.*

℣. 16. Consonat Græc. ad verbum, nisi quòd pro 1. *cognovit*, hab. ἔγνω, & pro altero ἐπέγνω. August. l. de cura pro mort. to. 6. 526. c. *Tu es enim pater noster, quia Abraham nescivit nos, & Israël non cognovit nos.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 986. g. *Tu es enim pater noster, quia Abraham non cognovit nos, & Israël non cognovit nos: sed tu Domine pater noster, ab initio nomen tuum super nos est.*

℣. 17. Totidem verba exstant Græcè, excepto uno *sancta*, quod abest. Hieron. etiam in Isai. 65. col. 479. b. legit: *Quare nos errare fecisti Domine de vis tua: induraſti corda nostra ut non timeremus te?*

℣. 18. Gr. edit. Rom. his ult. caret, *adversarii nostri conculcaverunt sanct. tuum;* sed exstant in Mss. Alex. ac edd. Ald. & Compl. non tamen ea Cyrillus habet, nec Justin. M. si Nobilio fides; secus ap. Procopium.

℣. 19. Itidem Græcè, nisi excipiatur unum ἤρξας, loco

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Hieron. ubi ſup. dominareris noſtri; neque invocatum eſt nomen tuum ſuper nos.	dominareris noſtri, neque invocaretur nomen tuum ſuper nos.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

dominareris.

CAPUT LXIV.

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
1. SI aperueris cœlum, tremor apprehendet ex te montes: & liqueſcent,	1. UTinam dirumperes cœlos, & deſcenderes: à facie tua montes defluerent.
Hieron. in Iſai. 64. col. 472. ex Lxx. 2. ſicut cera à facie ignis liqueſcit: & comburet ignis adverſarios, & manifeſtum erit nomen tuum in adverſariis: à facie tua gentes turbabuntur.	2. Sicut exuſtio ignis tabeſcerent, aquæ arderent igni, ut notum fieret nomen tuum inimicis tuis: à facie tua gentes turbarentur.
3. Cùm feceris glorioſa, tremor apprehendet ex te montes.	3. Cùm feceris mirabilia, non ſuſtinebimus: deſcendiſti, & à facie tua montes defluxerunt.
Ibid. 473. 4. A ſæculo non audivimus, neque oculi noſtri viderunt Deum abſque te, & opera tua, quæ facies exſpectantibus miſericordiam.	4. A ſæculo non audierunt, neque auribus perceperunt: oculus non vidit, Deus abſque te, quæ præparaſti exſpectantibus te. *1. Cor. 2. 9.*
5. Occurrit enim facientibus juſtitiam, & viarum tuarum recordabuntur: ecce tu iratus es, *Ibid. 474.* & omnes peccavimus: idcirco erravimus.	5. Occurriſti lætanti, & facienti juſtitiam: in viis tuis recordabuntur tui: ecce tu iratus es, & peccavimus: in ipſis fuimus ſemper, & ſalvabimur.
6. Et facti ſumus quaſi immundi omnes nos, ut pannus ſedentis omnis juſtitia noſtra: & defluximus quaſi folia propter iniquitates noſtras: ſicut ventus auferet nos.	6. Et facti ſumus ut immundus omnes nos, & quaſi pannus menſtruatæ univerſæ juſtitiæ noſtræ: & cecidimus quaſi folium univerſi, & iniquitates noſtræ quaſi ventus abſtulerunt nos.
Ibid. 475. 7. Et non eſt qui invocet nomen tuum, & qui recordatus, apprehendat te: quoniam avertiſti faciem tuam à nobis, & tradidiſti nos propter iniquitates noſtras.	7. Non eſt qui invocet nomen tuum; qui conſurgat, & teneat te: abſcondiſti faciem tuam à nobis, & alliſiſti nos in manu iniquitatis noſtræ.
Ibid. 476. 8. Et nunc Domine, pater noſter tu, nos autem lutum: opera manuum tuarum omnes nos.	8. Et nunc Domine, pater noſter es tu, nos verò lutum: & fictor noſter tu, & opera manuum tuarum omnes nos.
9. Ne iraſcaris nobis Domine nimis, & ne in tempore memineris peccatorum noſtrorum: & nunc reſpice, quoniam populus tuus omnes nos.	9. Ne iraſcaris Domine ſatis, & ne ultra memineris iniquitatis noſtræ: ecce reſpice, populus tuus omnes nos. *Pſalm. 78. 8.*
10. Civitas ſancti tui facta eſt deſerta, Sion quaſi ſolitudo, Jeruſalem in maledictionem.	10. Civitas ſancti tui facta eſt deſerta, Sion deſerta facta eſt, Jeruſalem deſolata eſt.
11. Domus ſanctuarii noſtri, & gloriæ, cui benedixerunt patres noſtri, facta eſt igne combuſta, & omnia glorioſa noſtra conciderunt.	11. Domus ſanctificationis noſtræ, & gloriæ noſtræ, ubi laudaverunt te patres noſtri, facta eſt in exuſtionem ignis, & omnia deſiderabilia noſtra verſa ſunt in ruinas.
12. Et ſuper omnibus his ſuſtinuiſti Domine, & tacuiſti, & humiliaſti nos valde.	12. Nunquid ſuper his continebis te Domine, tacebis, & affliges nos vehementer?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita de Græco, verbum è verbo.

℣. 2. Eodem modo nunc legitur Græcè. Similiter hab. Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 14. ap. Proſp. p. 138. c. *à facie tua gentes turbabuntur.*

℣. 3. Sic iterum Græcè. In edit. Compl. deeſt τὸ *ex te.* Apud Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 14. p. 138. c. legitur: *Cùm feceris mirabilia.* Apud Ambr. in Luc. 17. col. 1479. e. *tremor autem montes occupabit.*

℣. 4. Concinit Hilar. l. 5. de Trin. p. 873. c. niſi quòd hab. *præter te*, loco *abſque te*; ultimòque, *miſericordiam tuam.* Hilario ſuffragatur Græc. ſed tollit ult. vocem *tuam.* Apud Hieron. l. de opt. gen. interpr. to. 4. p. 2. col. 254. ſic: *A ſæculo non audivimus, neque oculi noſtri viderunt Deum abſque te, & opera tua vera: & facies exſpectantibus te miſericordiam.* Ap. Fulg. l. pro fide Cath. p. 537. *A ſæculo non audivimus, neque oculi noſtri viderunt Deum præter te.*

℣. 5. Græc. initio hab. Συναντήσεται, *occurret*, non *occurrit*; & inf. ἡμεῖς, *nos*, loco *omnes*, ante *peccavimus*; cæt. ut in textu. Apud Ambr. in Pſ. 37. col. 826. b. hæc ſola: *peccavimus, & tu iratus es nobis.*

℣. 6. Ita Græcè, excepto uno ὥσπερ, *ſic*, pro *ſicut*, ante vocem *ventus.* Hieron. in Iſai. 14. col. 162. d. legit: *Et facti ſumus immundi omnes nos, ſicut pannus menſtruatæ univerſa juſtitia noſtra:* & l. 2. cont. Pelag. to. 4. 529. b. *quaſi pannus menſtruatæ reputata ſunt omnia in lege opera noſtra.* Caſſiod. in Pſ. 1. p. 11. c. dicit: *Juſtitia juſti ſic eſt apud te, ſicut pannus menſtruatæ*; Gr. ἀποκαθημένης, *ſedentis*, pro quo, inquit Hieron. Symmachus poſuit κυνοῦσῶν, i. e. *parientium.*

℣. 7. Ita rurſum Græcè, niſi excipias ult. ἁμαρτίας, *peccata*, loco *iniquitates.*

℣. 8. Sic eſt in Græco, detracta ult. voce *nos.*

℣. 9. Sic iterum Græcè, excepta voce una *Domine*, quæ abeſt.

℣. 10. Græcè repetitur ἐγενήθη, *facta eſt*, poſt vocem *ſolitudo*; cæt. ut in Lat. ſup.

℣. 11. Græc. in principio hab. Ὁ οἶκος τὸ ἅγιον ἡμῶν, ἐν ᾗ ἤνεσάν σε, i. e. *Domus ſanctuarium noſtrum, & gloria*, non *ſanctuarii noſtri, & gloriæ*; reliqua concordant ad verbum.

℣. 12. Totidem verba in Græco.

Digitized by Google

CAPUT LXV.

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.
Rom. 10. 20. 1. QUæſierunt me qui ante non interrogabant, invenerunt qui non quæſierunt me : dixi : Ecce ego, ecce ego ad gentem, quæ non invocabat nomen meum.	1. APparui non quærentibus me, inventus ſum ab his, qui me non interrogabant : dixi : Ecce ego in gente, quæ non invocavit nomen meum. *Hieron. in Iſai. 65. col. 479. ex Lxx.*
2. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, qui graditur in via non bona poſt cogitationes ſuas.	2. Expandi manus meas tota die ad populum incredulum, & contradicentem, qui non ambulaverunt in via bona, ſed poſt peccata ſua. *Ibid. 480.*
3. Populus qui ad iracundiam provocat me ante faciem meam ſemper : qui immolant in hortis, & ſacrificant ſuper lateres :	3. Populus hic, qui exacerbat me in conſpectu meo: ipſi ſemper immolant in hortis, & adolent incenſum ſuper laterem dæmonibus, qui non ſunt : *Ibid. 481.*
4. qui habitant in ſepulcris, & in delubris idolorum dormiunt : qui comedunt carnem ſuillam, & jus profanum in vaſis eorum.	4. in ſepulcris & in ſpecubus dormiunt propter ſomnia : qui comedunt carnem ſuillam, & jus hoſtiarum : profana omnia vaſa eorum. *Ibid. 482.*
5. Qui dicunt, Recede à me, non appropinques mihi, quia immundus es : iſti fumus erunt in furore meo, ignis ardens tota die.	5. Qui dicunt, Abi longè à me, ne appropinques mihi, quoniam mundus ſum : iſte eſt fumus furoris mei, ignis ardet in eo cunctis diebus. *Ibid. 483.*
6. Ecce ſcriptum eſt coram me : non tacebo, ſed reddam & retribuam in ſinum eorum	6. Ecce ſcriptum in conſpectu meo : non tacebo, donec reddam & retribuam in ſinu eorum
7. iniquitates veſtras, & iniquitates patrum veſtrorum ſimul, dicit Dominus, qui ſacrificaverunt ſuper montes, & ſuper colles exprobraverunt mihi, & remetiar opus eorum primum in ſinu eorum.	7. peccata ſua, & patrum ſuorum, dicit Dominus, qui adolebant incenſum ſuper montes, & ſuper colles exprobraverunt mihi : reddam opera eorum in ſinum eorum.
8. Hæc dicit Dominus : Quomodo ſi inveniatur granum in botro, & dicatur : Ne diſſipes illud, quoniam benedictio eſt : ſic faciam propter ſervos meos, ut non diſperdam totum.	8. Sic dicit Dominus : Quomodo ſi inveniatur acinum in botro, & dicatur : Ne contingas illud, quia benedictio eſt in eo : ſic faciam propter ſervum meum, ut non diſperdam omnes. *Ibid. 484.*
9. Et educam de Jacob ſemen, & de Juda poſſidentem montes meos : & hæreditabunt eam electi mei, & ſervi mei habitabunt ibi.	9. Et educam de Jacob ſemen, & de Juda, & hæreditabit montem ſanctum meum : & hæreditabunt electi mei, & ſervi mei habitabunt ibi. *Ibid. 485.*
10. Et erunt campeſtria in caulas gregum, & vallis Achor in cubile armentorum populo meo qui requiſierunt me.	10. Et erunt in ſaltu ovilia gregum, & vallis Achor in requie armentorum populo meo qui requiſierunt me.
11. Et vos, qui dereliquiſtis Dominum, qui obliti eſtis montem ſanctum meum, qui ponitis Fortunæ menſam, & libatis ſuper eam.	11. Vos autem, qui dereliquiſtis me, & obliti eſtis montis ſancti mei, & paratis Fortunæ menſam, & impletis dæmoni potionem : *Ibid. 486.*
12. Numerabo vos in gladio, & omnes in	12. Ego tradam vos in gladium, omnes inter-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Iren. l. 3. c. 6. p. 180. d. *Palam apparui his, qui me non quærunt.* Cypr. l. 1. Teſtim. p. 282. b. *Manifeſtus factus ſum eis, qui me non quærunt ; inventus ſum ab eis, qui me non interrogabant : dixi : Ecce ſum genti, quæ non invocavit nomen meum.* Hilar. verò l. 5. de Trin. col. 872. a. *Palam apparui non interrogantibus me,* & *inventus ſum non quærentibus me : dixi : Ecce ſum genti, qui non invocaverunt nomen meum.* Ambroſ. l. 2. de Abr. c. 10. col. 346. e. *Palam factus ſum non quærentibus me, apparui iis, qui de me non interrogabant :* itidem l. 2. de interpel. David, c. 8. col. 650. d. & in Pſ. 118. col. 1146. f. detractâ unâ præp. *ds :* vide etiam l. de Joſeph, c. 12. col. 506. c. at l. de apol. Dav. p. 717. b. legit : *Palam apparui non quærentibus me.* Ambroſiaſt. p. 235. b. *Palam factus ſum non quærentibus me.* Leo M. ſerm. 11. p. 60. e. *Inventus ſum à non quærentibus me,* & *palam apparui iis, qui me non interrogabant.* Edit. Rom. Ἐμφανὴς ἐγενήθην τοῖς ἐμὲ μὴ ἐπερωτῶσιν, εὑρέθην τοῖς ἐμὲ μὴ ζητοῦσιν· εἶπα· Ἰδού εἰμι τῷ ἔθνει, οἳ οὐκ ἐκάλεσάν μου τὸ ὄνομα· ſed Mſs. Alex. & Mediol. cum edd. Ald. & Compl. 1. loco habent, ζητοῦσιν, ſecundo verò, ἐπερωτῶσιν ; ſubinde Alex. οἵτινες οὐκ ἐκάλεσαν τὸ ὄνομά μου.

℣. 2. Sic eſt in Gr. ed. Rom. niſi hæc excipias, τοῖς πορευομένοις ὁδῷ οὐ καλῇ, *qui ambulaverunt in via non bona ;* ſed Mſs. Alex. & Mediol. cum edd. Ald. & Compl. ferunt, οἳ οὐκ ἐπορεύθησαν ὁδῷ ἀληθινῇ, Compl. ἀγαθῇ. Tertul. l. cont. Jud. c. 13. p. 146. b. *Expandi manus meas tota die ad populum contumacem, contradicentem mihi, qui ambulat viam non bonam, ſed poſt peccata ſua.* Novatian. de Trin. p. 1036. a. & 1050. b. *Tota die expandi manus meas ad pop. non credentem.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 293. c. *Expandi manus meas tota die ad plebem contumacem,* & *contradicentem mihi, qui ambulant vias non bonas, ſed poſt peccata ſua.* Hilar. l. 5. de Trin. p. 872. a. *Extendi manus meas tota die ad populum diffidentem,* & *contradicentem.* Ambroſ. l. de Joſeph, c. 12. col. 506. b. & l. de apol. Dav. col. 717. b. *Expandi manus meas ad pop. non credentem,* & *contradicentem :* & in Pſ. 43. col. 897. f. *Tota die expandi manus meas ad plebem non credentem,* & *contradicentem.* Similiter hab. Auguſt. l. cont. Jud. to. 8. col. 36. c. præter unum *populum.*

℣. 3. Græc. τῷ *in conſpectu meo,* addit διαπαντός, *ſemper ;* & infra hab. num. plur. ἐπὶ ταῖς πλίνθοις, *ſuper lateres ;* cæt. quadrant.

℣. 4. Eadem prorſus in Græco, præter verbum unum μεμολυμμένα, *inquinata,* loco *profana.*

℣. 5. Sic eſt in Græco ad verbum, detracto tamen uno *abi :* apud Nobilium inf. *furnus,* non *fumus ;* at in Gr. conſtanter καπνὸς, *fumus,* non ἴπνος.

℣. 6. Editio Rom. in principio hab. Ἰδοὺ γέγραπται, *Ecce ſcriptum eſt ;* tollit verò inf. *reddam,* cum ſeq. & ; cæt. ut in textu : ſed in Mſ. Mediol. ac ed. Compl. eſt : ἕως ἂν ἀποδῶ ἐν ἀνταποδόσει εἰς τὸν, &c.

℣. 7. Similia leguntur Græcè.

℣. 8. Græc. pro his : *Quomodo ſi inveniatur.....* & *dicatur : Ne contingas illud,* hab. Ὃν τρόπον εὑρεθήσεται... καὶ ἐρεῖς· Μὴ λυμήνῃ αὐτόν· i. e. *Quomodo invenietur.....* & *dicent : Ne perdas illud ;* extremòque, ἕνεκεν τοῦ δουλεύοντός μοι· τούτου ἕνεκεν οὐ μὴ ἀπολέσω πάντας, *propter ſervientem mihi ; propter hunc non diſperdam omnes :* cæt. ſimilia.

℣. 9. Gr. initio hab. Καὶ ἐξάξω τὸ ἐξ Ἰακὼβ σπέρμα, & *educam quod de Jacob ſemen ;* ultimòque, καὶ κατοικήσουσιν ἐκεῖ, & *habitabunt ibi ;* ſed in Mſ. Alex. deeſt καὶ ; cæt. quadrant.

℣. 10. Itidem Græcè, præter accuſativ. εἰς ἀνάπαυσιν, *in requiem,* pro ablat. *in requie.*

℣. 11. Sic eſt in Græco, excepto uno *dæmoni,* poſito loco *fortunæ,* & vice verſa ; vox tamen *fortuna* Græcè, non tantùm dicitur τύχη, ſed & Δαίμων. Apud Ambroſ. l. de Elia, c. 10. col. 545. b. *paraſtis dæmoniis menſam,* & *impleſtis fortuna poculum ;* ſeu κέρασμα, *quod omnes,* teſte Hieronymo, *ſimiliter tranſtulerunt, id eſt, miſtam potionem.*

℣. 12. Eadem fert Græc. excepto uno ἐν σφαγῇ, *in*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup. 487. fecti corruetis : quia vocavi vos, & non audistis : locutus sum, & contempsistis : & fecistis malum in conspectu meo, & quæ nolebam elegistis.

Ibid. 488. 13. Propterea hæc dicit Dominus : Ecce servi mei comedent, vos autem esurietis : ecce servi mei bibent, vos autem sitietis :

14. Ecce servi mei gaudebunt, vos autem confundemini : Ecce servi mei exsultabunt in gaudio, vos autem clamabitis propter dolorem cordis vestri, & propter contritionem spiritus vestri ululabitis.

Ibid. 489. 15. Relinquetis enim nomen vestrum in saturitatem electis meis, vos autem interficiet Dominus : servientibus autem mihi vocabitur nomen novum,

16. cui benedicetur super terram : benedicent enim Deum verum, & qui jurant super terram,

Ibid. 490. jurabunt Deum verum : obliviscentur enim tribulationis prioris, & non ascendet super cor eorum.

17. Erit enim cœlum novum, & terra nova : & non recordabuntur priorum, & non veniet super cor eorum.

18. Sed gaudium & exsultationem invenient in ea : quia ecce ego facio Jerusalem exsultationem, & populum meum lætitiam.

Ibid. 491. 19. Et exsultabo super Jerusalem, & lætabor super populo meo : & non audietur ultra in ea vox fletus & vox clamoris.

VULGATA NOVA.

cæde corruetis : pro eo quòd vocavi, & non respondistis : locutus sum, & non audiitis : & faciebatis malum in oculis meis, & quæ nolui elegistis. *Prov.* 1. 24. *Isa.* 66. 4. *Jer.* 7.

13. Propter hoc hæc dicit Dominus Deus : Ecce servi mei comedent, & vos esurietis : ecce servi mei bibent, & vos sitietis : 13.

14. Ecce servi mei lætabuntur, & vos confundemini : Ecce servi mei laudabunt præ exsultatione cordis, & vos clamabitis præ dolore cordis, & præ contritione spiritus ululabitis.

15. Et dimittetis nomen vestrum in juramentum electis meis : & interficiet te Dominus Deus, & servos suos vocabit nomine alio.

16. In quo qui benedictus est super terram, benedicetur in Deo amen : & qui jurat in terra, jurabit in Deo amen : quia oblivioni traditæ sunt angustiæ priores, & quia absconditæ sunt ab oculis meis.

17. Ecce enim ego creo cœlos novos, & terram novam : & non erunt in memoria priora, & non ascendent super cor. *Isa.* 66. 22. *Apocal.* 21. 1.

18. Sed gaudebitis & exsultabitis usque in sempiternum in his, quæ ego creo : quia ecce ego creo Jerusalem exsultationem, & populum ejus gaudium.

19. Et exsultabo in Jerusalem, & gaudebo in populo meo : & non audietur in eo ultra vox fletus & vox clamoris.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

mactatione, loco *interfecti* ; paulò verò post, pro *audistis*, sic, ὑπηκούσατε, i. e. *obedistis*, quod idem valet.

℣. 13. Concinit Græc. nisi quòd hab. hîc & inf. constanter, οἱ δουλεύοντές μοι, loco *servi mei* ; unde Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 708. a. 709. c. legit : *Ecce qui serviunt mihi, saturabuntur, vos autem esurietis : ecce qui serviunt mihi, bibent, vos autem sitietis :* & l. cont. Jud. c. 13. p. 146. c. *Ecce qui serviunt mihi, manducabunt, vos autem esurietis : servientes mihi potabuntur, vos autem sitietis.* Cypr. l. 1. Testim. p. 282. b. *Sic dicit Dominus : Ecce qui serviunt mihi, manducabunt, vos autem esurietis : ecce qui mihi serviunt, bibent, vos autem sitietis.* Similiter habet Hilar. l. 5. de Trin. p. 869. d. & 870. b. præter hoc 1. *Propterea sic dicit Dominus.* Sic etiam Ambros. l. de Elia, c. 10. col. 545. a. & l. de parad. p. 163. d. necnon Hieron. in Eccles. to. 2. 776. a. Item Jul. Firm. l. de errore prof. relig. c. 19. *Sic dicit Dominus : Ecce qui serviunt mihi, manducabunt, vos autem esurietis.* Fulg. pariter l. 1. ad Monim. c. 25. p. 20. *Ecce qui serviunt mihi, manducabunt, vos verò esurietis.*

℣. 14. Similia leguntur Græcè. Item apud Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 708. a. 709. c. *Ecce qui serviunt mihi, exsultabunt in jocunditate, vos autem confundemini : Ecce qui serviunt mihi, oblectabuntur, vos autem clamabitis præ dolore cordis :* & l. cont. Jud. c. 13. p. 146. c. & *à contribulatione spiritûs ululabitis ;* Gr. ἀπὸ συντριβῆς. Cypr. l. 1. Testim. p. 282. b. *Ecce qui mihi serviunt, jucundabuntur, vos autem confundemini ;* reliqua prætermittit. Hilar. verò l. 5. de Trin. 869. d. 870. c. &c. omissâ priori sententiâ, legit : *Ecce qui serviunt mihi, exsultabunt in lætitia, vos autem clamabitis propter dolorem cordis vestri, & à contribulatione* (al. *contritione*) *spiritûs ululabitis.* Hieron. in Eccles. to. 2. 776. a. *Ecce qui serviunt mihi, lætabuntur, vos autem pudebit.* Jul. Firm. l. de errore prof. relig. c. 19. *Ecce qui serviunt mihi, jucundabuntur, vos confundemini ; vos interficiet Dominus.* Fulg. l. 1. ad Monim. c. 25. p. 20. *Ecce qui serviunt mihi, lætabuntur, vos verò confundemini : Ecce qui serviunt mihi, exsultabunt in lætitia, vos autem clamabitis propter dolorem cordis vestri, & à contritione spiritûs ululabitis.*

℣. 15. Congruunt ista cum Gr. Tertul. l. cont. Jud. c. 13. p. 146. c. 147. a. legit : *Remittetis enim nomen vestrum in satietatem electis meis, vos autem interficiet Dominus : eis autem qui serviunt mihi, nomen nominabitur novum.* Itidem Cypr. l. 1. Testim. p. 282. b. *vos interficiet Dominus : eis autem qui serviunt mihi, nomen nominabitur novum.* Hilar. verò l. 5. de Trin. p. 869. d. & 870. d. *Relinquetis enim vos nomen vestrum in lætitia electis meis, vos autem interficiet Dominus : servientibus verò mihi vocabitur nomen novum.* Item Ambros. l. 1. de fide, col. 467. a. *servientibus mihi vocabitur nomen novum.* Vigil. Tapsi. pariter l. 2. de Trin. p. 213. b. & l. cont. Varimad. p. 734. c. *servientibus verò mihi vocabitur nomen novum :* at l. 1. cont. Arium, p. 95. a. *servientium verò mihi*, &c. ut sup. Auctor l. de promiss. p. 3. promiss. 33. ap. Prosp. *his verò qui mihi serviunt, nomen nominabitur novum.*

℣. 16. Græc. initio habet : ὁ εὐλογηθήσεται, &c. ut in Lat. supra. Tertul. l. cont. Jud. c. 13. p. 147. a. *quod benedicetur in terris.* Cypr. l. 1. Testim. p. 282. b. *quod benedicetur in terra.* Hilar. l. 5. de Trin. p. 869. c. & 870. c. *quod benedicetur super terram : & benedicent Deum verum, & qui jurant super terram, jurabunt in Deum verum :* & sup. 830. d. 868. c. 869. b. c. *benedicent te Deum verum :* vide etiam in Ps. 62. col. 155. f. Similiter Ambros. l. 1. de fide, to. 2. 467. a. *quod benedicetur super terram : & benedicent Deum verum, & qui jurant super terram, jurabunt per Deum verum :* & epist. 9. to. 2. 803. f. *jurabunt Deum verum.* Vigil. Tapsi. l. 2. de Trin. *quod benedicetur super omnem terram : & benedicent Deum verum, & qui sunt super terram, jurabunt per Deum vivum :* & l. cont. Varimad. p. 734. c. *quod benedicitur super terram... & qui jurant super terram, jurabunt in Deum verum.*

℣. 17. Similiter in Græco. Iren. l. 5. c. 35. p. 336. a. legit : *Erit enim cœlum novum, & terra nova : & non erunt memores priorum, neque obveniet eis in cor ;* Gr. οὐδ' οὐ μὴ ἐπέλθῃ αὐτῶν ἐπὶ τὴν καρδίαν. Compl. ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν. Apud Ambr. in Ps. 118. p. 1116. a. *Erit cœlum novum.* Item ap. Aug. l. 20. de civit. Dei, c. 21. & l. 22. c. 3. to. 7. 602. a. 657. d. *Erit cœlum novum, & terra nova : & non erunt memores priorum, nec ascendent in cor ipsorum ;* Mss. hîc & inf. *nec ascendet.* Apud Vigil. Tapsi. l. 2. de Trin. p. 213. b. *obliviscentur tribulationem pristinam, nec ascendet in cor eorum.* Hilar. verò in Ps. 148. col. 588. b. legit cum Vulg. *Ecce ego facio novum cœlum, & novam terram.* Itidem Gaud. Brix. ser. 3. 948. a. cui accinit Philastr. Brix. l. de hæres. p. 710. c. detractâ 1. voculâ *Ecce.*

℣. 18. Eadem sunt in Græco, translata voce *Jerusalem*, post *exsultationem.* Iren. l. 5. c. 35. p. 336. a. legit : *Sed lætitiam & exsultationem invenient in ea :* & sup. c. 34. p. 335. a. *ecce ego facio Jerusalem exsultationem, & plebem meam ;* tum addit : *etiam non audietur*, &c. de ℣. seq. prætermissis intermediis. August. l. 20. c. 21. de civit. Dei, & l. 22. c. 3. col. 602. a. 657. d. *Sed lætitiam & exsultationem invenient in ea : ecce ego faciam Jerusalem exsultationem, & populum meum lætitiam.*

℣. 19. Itidem Græcè. Apud Iren. l. 5. c. 34. p. 335. a. *etiam non audietur in ea vox fletus, neque vox clamoris.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

20. Non erit ibi ampliùs infans dierum, & ſenex qui non impleat dies ſuos: quoniam puer centum annorum morietur, & peccator centum annorum maledictus erit.

21. Et ædificabunt domos, & habitabunt: & plantabunt vineas, & comedent fructus earum.

22. Non ædificabunt, & alius habitabit: non plantabunt, & alius comedet: ſecundùm enim dies ligni, erunt dies populi mei, & opera manuum eorum inveterabunt:

23. electi mei non laborabunt fruſtra, neque generabunt in conturbatione: quia ſemen benedictorum Domini eſt, & nepotes eorum cum eis.

Pſalm. 31. 5. 24. Eritque antequam clament, ego exaudiam: adhuc illis loquentibus, ego audiam.

Sup. 11. 6. 25. Lupus & agnus paſcentur ſimul, leo & bos comedent paleas: & ſerpenti pulvis panis ejus: non nocebunt, neque occident in omni monte ſancto meo, dicit Dominus.

VERSIO ANTIQUA.

20. Neque fiet ibi ultra immaturus, & ſenex qui non impleat tempus ſuum: erit enim infans centum annorum, & qui moritur peccator centenarius, maledictus erit. *Hieron. ubi ſup.*

21. Et ædificabunt domos, & habitabunt: & plantabunt vineas, & comedent fructus earum. *Ibid.* 492.

22. Non ædificabunt, & alius habitabit: non plantabunt, & alius comedet: etenim ſecundùm dies ligni vitæ, dies populi mei: opera laborum ſuorum inveteraſcere facient: *Ibid.* 493.

23. electi mei non laborabunt in vacuum, neque filios generabunt in maledictionem: quia ſemen benedictum à Domino eſt, & nepotes eorum cum eis.

24. Et erit antequam clament, ego exaudiam eos: adhuc loquentibus illis, dicam: Quid eſt?

25. Tunc lupi & agni paſcentur ſimul, leo autem quaſi bos comedet paleas, & ſerpens terram quaſi panem: non nocebunt, neque corrumpent in monte ſancto meo, dicit Dominus. *Ibid.* 494.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Apud Auguſt. l. 20. c. 21. & l. 22. c. 3. de civit. Dei, to. 7. 602. a. 657. d. *Et exſultabo in Jeruſalem, & lætabor in populo meo: & ultra non audietur in illa vox fletûs.*

℣. 20. Græcè, loco *infans*, habetur ὁ νέος, *adoleſcens*; paulòque poſt, ὁ δὲ, *qui autem*, pro & *qui*; & in fine præponitur ἢ *etiam*, verbo *maledictus*; cæt. ut in Lat. ſup. Apud Iren. l. 5. c. 34. p. 335. a. *Etiam non fiet ibi immaturus, & ſenior qui non impleat tempus ſuum: erit enim juvenis annorum centum, moriens autem peccator centum annorum, & maledictus erit.*

℣. 21. Hieron. hîc nonniſi textum unum refert, nempe ex Hebr. ad hoc uſque ℣. ſeq. *etenim ſecundùm*, &c. ſed addit: *LXX. ſimiliter.* Iren. etiam l. 5. c. 34. p. 335. a. hæc habet: *Et ædificabunt domus, & ipſi inhabitabunt: & plantabunt vineas, & ipſi manducabunt fructus earum, & vinum bibent:* at inf. c. 35. p. 335. c. leg. & *paſtinabunt vineas.* Item Julian. Pelag. ap. Auguſt. l. 4. op. imp. to. 10. 1218. c. *Ædificabunt domus, & ipſi inhabitabunt: paſtinabunt vineas, & ipſi manducabunt fructus earum.* Græc. Καὶ οἰκοδομήσουσι οἰκίας, καὶ αὐτοὶ κατοικήσουσι· καὶ καταφυτεύσουσιν ἀμπελῶνας, καὶ αὐτοὶ φάγονται τὰ γενήματα αὐτῶν· edd. Ald. & Compl. addunt, καὶ τὸν οἶνον πίονται, cum Irenæo.

℣. 22. Iren. l. 5. c. 34. p. 335. a. *Et non ipſi ædificabunt, & alii inhabitabunt: neque ipſi paſtinabunt, & alii comedent: ſecundùm enim dies ligni vitæ, erunt dies plebis in te; opera enim laborum eorum veteraſcent:* & ſup. c. 15. p. 311. c. *ſecundùm enim lignum vitæ, dies ipſorum erunt.* Julian. Pelag. ap. Auguſt. l. 4. op. imp. to. 10. 1218. e. *Non ædificabunt, & alii habitabunt: & non paſtinabunt, & alii manducabunt: ſecundùm enim dies ligni vitæ, erunt dies populi mei: opera labiorum* (l. *laborum*) *eorum perſeverant.* Auguſt. ipſe l. 20. de civit. Dei, c. 27. to. 7. 611. b. *ligni vitæ erunt dies populi mei.* Græc. Οὐ μὴ οἰκοδομήσωσι, καὶ ἄλλοι οἰκοδομήσωσι· καὶ οὐ μὴ φυτεύσωσι, καὶ ἄλλοι φάγονται· κατὰ γὰρ τὰς ἡμέρας τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, ζήσονται αἱ ἡμέραι τοῦ λαοῦ μου· τὰ γὰρ ἔργα τῶν πόνων αὐτῶν παλαιώσουσιν· ed. Compl. loco πόνων, hab. χειρῶν, *manuum*, cum Vulg.

℣. 23. Ita Græcè, excepto uno, ὑπὸ Θεοῦ, *à Deo*, pro *à Domino*. Julian. Pelag. ap. Auguſt. l. 4. op. imp. to. 10. 1218. f. legit: *Electi mei non laborabunt in vacuum, nec filios procreabunt in maledicto: quia ſemen benedictum à Deo eſt.*

℣. 24. Conſonat Græc. adjuncto uno *ipſi*, ad verbum *clament*. Auguſt. in Pſ. 6. to. 4. 24. e. ita legit: *adhuc loquente te, dicam: Ecce adſum.*

℣. 25. Eadem omnino leguntur Græcè, niſi id excipiatur, καὶ λέων, & *leo*, pro *leo autem*. Iren. l. 5. c. 33. p. 333. b. hab. *Tunc lupi & agni paſcentur ſimul, & leo quaſi bos veſcetur paleis, ſerpens autem terram quaſi panem: & non nocebunt, neque vexabunt in monte ſancto meo, dicit Dominus.* Ambroſ. l. 5. Hexa. col. 81. e. *Tunc lupi & agni ſimul paſcentur, leo & bos ſimul paleas manducabunt:* vide etiam in Pſ. 118. col. 1038. a. & in Luc. 10. & 13. col. 1421. c. 1459. e. & l. 1. de virg. to. 2. 170. a.

CAPUT LXVI.

VULGATA NOVA.

Act. 7. 49. & 17. 24. 1. HÆc dicit Dominus: Cœlum ſedes mea, terra autem ſcabellum pedum meorum: quæ eſt iſta domus, quam ædificabitis mihi? & quis eſt iſte locus quietis meæ?

VERSIO ANTIQUA.

1. SIc dicit Dominus: Cœlum mihi thronus, & terra ſuppedaneum pedum meorum: quam mihi ſedem ædificabitis? aut quis locus ad requiem mihi? *Cypr. l. 2. Teſtim. p. 285. c.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic iterum legit Cypr. l. 3. Teſtim. p. 305. b. præter unum *ſcabellum*, loco *ſuppedaneum*. Iren. l. 4. c. 2. p. 229. c. *Cœlum mihi ſedes eſt, terra ſuppedaneum pedum meorum.* Tertul. l. 2. adv. Marc. p. 654. a. & l. cont. Prax. p. 851. c. ait: *Cui* (al. *cujus*) *cœlum thronus, & terra ſcabellum.* Novatian. l. de Trin. p. 1032. c. 1034. a. *Cœlum mihi thronus eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum: qualem mihi ædificabitis domum? aut quis locus requiei meæ?* Zeno Veron. l. 1. tract. 14. p. 104. *Cœlum mihi thronus, & terra ſuppedaneum pedum meorum: quam mihi ædificabitis domum? aut quis locus ad requiem mihi?* Hilar. in Pſ. 131. col. 448. d. & l. 1. & 4. de Trin. col. 768. f. 831. a. *Cœlum mihi thronus eſt, terra autem ſcabellum pedum meorum: quam domum ædificabitis mihi? aut quis locus requietionis meæ?* ita rurſum in Pſ. 126. col. 416. e. excepta voce *ſedes*, pro *thronus*: lib. etiam 1. de Trin. addit *erit*, ad vocem *locus*. Apud Ambroſ. pariter l. 3. de Spir. S. to. 2. 680. f. *Cœlum mihi thronus, terra autem ſcabellum pedum meorum:* vide etiam ep. 43. col. 972. c. & in Pſ. 118. to. 1. 1117. c. Victor Tun. ap. eund. Ambroſ. col. 592. c. *Cœlum mihi ſedes eſt, terra verò ſcabellum*, &c. Similiter hab. Auguſt. epiſt. 120. to. 2. 352. c. at l. 2. de ſerm. Dom. in mon. to. 3. 212. g. *Cœlum mihi thronus eſt, & terra ſcabell. ped. meorum:* & l. 2. de Trin. to. 8. 790. a. addit: *quam domum ædificabitis mihi? aut quis locus quietis meæ?* Fulgent. l. 2. ad Traſim. c. 4. p. 91. c. & fragm. 16. cont. Fab. p. 597. *Cœlum mihi ſedes eſt, terra autem ſcabellum ped. meorum: quam domum ædificabitis mihi, dicit Dominus? aut quis eſt locus requietionis meæ?* Similiter in Act. S. Philippi M. ap. Ruinart. p. 410. ad hoc uſque *dicit Dominus*. Item apud Vigil. Taps. l. cont. Varimad. p. 748. h. ad hoc, *quam domum:* at l. 5. de Trin. *Cœlum mihi thronus eſt*, &c. Item Ruric. epiſt. 14. l. 2. p. 568. h. *Cœlum mihi thronus eſt, terra autem ſcab. ped. meorum: quam mihi ſedem ædificabitis? aut quis erit locus requietionis meæ?* Gr. edit. Rom. Οὕτως λέγει Κύριος· Ὁ οὐρανός μου θρόνος, καὶ ἡ γῆ (Mſs. Alex. & Mediol. cum edd. Ald. & Compl. ἡ δὲ γῆ) ὑποπόδιον τῶν..... ποῖον οἶκον οἰκοδομήσετέ μοι; καὶ ποῖος (Alex. & Compl. ἡ ποία) τόπος τῆς καταπαύσεώς μου;

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Cypr. ubi sup. 2. Omnia enim ista fecit manus mea, & sunt mea omnia ista, [a] dicit Dominus: & super quem
[a] *Hieron. in Isai. 66. col. 496. 497. ex Lxx.* respiciam, nisi humilem, & quietum, & trementem sermones meos?

3. Iniquus autem qui immolat vitulum, quasi percutiens virum: sacrificans de grege, quasi qui occidat canem: qui offert similam, quasi qui sanguinem suillum: qui dat thus in memoriale, quasi
Ibid. 498. blasphemus. Et ipsi elegerunt vias suas, & abominationes suas anima eorum voluit.

4. Et ego eligam illusiones eorum, & peccata retribuam eis: quia vocavi eos, & non obaudierunt: locutus sum, & non audierunt: & fecerunt malum in conspectu meo, & quæ nolebam elegerunt.

5. Audite verbum Domini, qui tremitis sermonem ejus: dicite fratribus vestris, qui oderunt vos, & abominantur: ut nomen glorificetur Domini, & appareat in lætitia eorum, & illi confundantur.

VULGATA NOVA.

2. Omnia hæc manus mea fecit, & facta sunt universa ista, dicit Dominus: ad quem autem respiciam, nisi ad pauperculum, & contritum spiritu, & trementem sermones meos?

3. Qui immolat bovem, quasi qui interficiat virum: qui mactat pecus, quasi qui excerebret canem: qui offert oblationem, quasi qui sanguinem suillum offerat: qui recordatur thuris, quasi qui benedicat idolo. Hæc omnia elegerunt in viis suis, & in abominationibus suis anima eorum delectata est.

4. Unde & ego eligam illusiones eorum: & quæ timebant, adducam eis: quia vocavi, & non *Prov.* erat qui responderet: locutus sum, & non au- *1. 24.* dierunt: feceruntque malum in oculis meis, & *Sup. 65.* quæ nolui elegerunt. *12.*

5. Audite verbum Domini, qui tremitis ad *Jer. 7.* verbum ejus: dixerunt fratres vestri odientes vos, *13.* & abjicientes propter nomen meum: glorificetur Dominus, & videbimus in lætitia vestra: ipsi autem confundentur.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Ita rursum habet Cypr. l. 3. Testim. p. 305. b. *Omnia enim ista fecit manus mea, & sunt mea omnia ista:* sed hoc omisso, *dicit Dominus*, utrobique addit: *& super quem aspiciam alium, nisi super humilem*, &c. quæ sup. at epist. 17. p. 26. c. tollit vocem *alium*, post *aspiciam*. Græcum nil differt ab his quæ posuimus in textu, nisi quòd repetit ἐπὶ, *super*, ante *humilem*. Zeno Veron. l. 1. tract. 14. p. 104. pariter legit: *Omnia enim ista fecit manus mea.* Iren. l. 4. c. 17. p. 249. a. *super quem igitur aspiciam, nisi super humilem*, &c. ut supra. Novatian. verò l. de Trin. p. 1032. c. *& super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem, & quietum, & trementem verba mea?* Apud Hilar. in Ps. 126. col. 416. e. ita: *Nonne hæc omnia fecit manus mea?* & l. 1. de Trin. col. 768. f. *Nonne manus mea fecit hæc?* quidam Mss. add. *omnia:* at in Ps. 131. col. 448. d. *Omnia enim hæc fecit manus mea, & mea sunt omnia hæc:* & l. 4. de Trin. col. 831. a. *Hæc enim fecit manus mea, & sunt omnia hæc mea:* sed in Ps. 13. n. 1. col. 56. f. addit: *& super quem aspiciam, nisi super humilem, & mitem, & trementem verba mea?* & in Ps. 98. *super quem respiciam, nisi super humilem, & quietum, & trementem sermones meos?* & in Ps. 137. col. 502. b. *& super quem respiciam, nisi super humilem, & trementem verba mea?* vide etiam l. 2. ad Constant. col. 1230. a. & in Matth. col. 621. a. Apud Ambros. l. 6. Hexa. col. 140. d. *Nonne manus mea fecit hæc omnia?* ita sanè ferunt ibid. Mss. 12. cum vet. edit. nisi quòd nonnulli Mss. tollunt vocem *omnia;* alii autem hab. *Omnia enim hæc fecit manus mea:* verùm l. 3. de Spir. S. to. 2. 671. c. Ambros. constanter legit: *Nonne manus mea fecit hæc omnia?* & in Ps. 118. to. 1. 1090. f. *manus mea fecit hæc:* exinde l. 6. Hexa. col. 132. b. 142. *supra quem requiescam, nisi super humilem, & quietum, & trementem verba mea?* itidem in Ps. 36. col. 787. f. sed in Ps. 37. col. 816. a. & l. de ob. Theod. to. 2. 1207. a. *super quem requiescam, nisi supra humilem, & mansuetum?* Hieron. quoque in Isai. 54. col. 399. a. dicit: *super quem Dominus requiescit, nisi super hum. & quiet. & trem. verba ejus?* August. l. 2. de Trin. to. 8. 790. a. *Nonne manus mea fecit hæc omnia?* & in Galat. 5. to. 3. 970. d. *super quem requiescit spiritus meus, nisi super hum. & quiet. & trementem verba mea?* at in Ps. 104. to. 4. 1177. b. *super quem requiescet spiritus meus? super humilem, & quietum, & trementem verba mea:* ita rursum l. de s. virginit. to. 6. 361. c. cui loco accinit Fulg. l. 1. de rem. pecc. c. 3. p. 361. additâ tamen voculâ *nisi*, post hoc, *spiritus meus:* & l. 2. ad Trasim. c. 4. p. 91. c. præmittit ista: *Nonne manus mea fecit hæc omnia?* Auct. quæst. ex utroq. Test. q. 100. ap. August. to. 3. 92. d. *in quo requiescam, nisi in humili, & mansueto, & tremente verba mea?* Cassian. l. 12. de spir. superb. c. 31. p. 291. *super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem, & quietum, & trementem verba mea?* tum addit: *sive secundum exemplaria, quæ Hebraïcam exprimunt veritatem: Ad quem respiciam, nisi ad pauperculum*, &c. Greg. M. etiam l. 5. Moral. c. 45. col. 175. e. ait: *Juxta Vetustam Translationem scriptum est: Super quem requiescet spiritus meus, nisi super humilem, & quietum, & trementem sermones meos?* ita rursum legit inf. l. 18. col. 588. d. & l. 19. col. 920. d. & l. 2. in Ezech. hom. 7. col. 1381. c. necnon Hormisd. PP. ep. 7. Conc. to. 4. col. 1439. cui lectioni favent Novatian. Aug. Fulg. &c. ut videtur supra. Cassiod. quoque in Ps. 21. & 103. p. 353. b. 434. c. habet: *super quem requiescit spiritus meus, nisi super hum. & quiet. & trem. verba mea?* S. Pacianus verò paræn. ad pœnit. p. 316. c. priorem lectionem admittit cum Iren. Cypr. Hilar. &c. videlicet: *super quem respiciam, nisi supra humilem, & quiet. & trem. verba mea?* Item Ruric. l. 2. ep. 14. p. 568. h. *aut super quem alium respiciam, nisi super humilem, & quiet. & trem. sermones meos?* Græcè etiam constanter, ἢ ἐπὶ τίνα ἐπιβλέψω;

℣. 3. Ita Hieron. pergit ex ed. LXX. Gr. verò ed. Rom. jungit μοὶ, *mihi*, verbo *immolat;* delet autem seqq. *quasi percutiens virum, sacrificans de grege;* subinde præponit λὲ, *autem*, verbo *offert;* tollitque relativ. *qui*, ante *sanguinem;* cæt. quadrant ad verbum. In edd. Ald. & Compl. adduntur ista, ὡς ὁ τύπτων ἄνδρα, ὁ ἀποκτείνων ἐκ τοιμοῦ, quæ tamen apud Procop. ex Theod. & Symm. leguntur in margine sub asteriscis: ita quoque præfignantur in Hexapl. Orig. nec ipsa referunt Cyrill. & Basil. teste Nobilio. Iren. etiam l. 4. c. 18. p. 250. e. simpliciter habet: *Peccator autem qui occidit mihi vitulum, quasi occidat canem.* Attamen Hieron. loco cit. id unum monet: *Quod sequitur in Editione Vulgata*, Iniquus autem, *in Hebraïco non habetur, sed simpliciter junxit, & dixit: Qui immolat bovem, quasi qui interficiat hominem:* silet verò de iis quæ aberant à LXX. Sed Parmenian. ap. August. l. 2. cont. epist. ejusd. to. 9. 31. e. hæc sola refert: *Facinorosus qui sacrificat mihi vitulum, quasi qui canem occidat: & qui similaginem, quasi sanguinem porcinum: & qui offert thus in memoriam, quasi blasphemus.* Similiter in Collat. Carthag. p. 489. c. ex parte Donatistar. *Facinorosus autem qui sacrificat mihi vitulum, quasi qui canem occidat: & qui similam offert, quasi sanguinem porcinum: & qui thus in memoriam, quasi blasphemus.* Auctor lib. cont. Fulg. Donat. append. August. to. 9. p. 7. a. legit: *Facinorosus qui sacrificat mihi, velut qui canem occidat: & qui offert similaginem, quasi sanguinem porcinum: & qui offert thus in memoria, quasi blasphemus.* Optat. l. 4. cont. Donat. p. 74. b. *Sacrificium peccatoris, quasi qui victimet canem.*

℣. 4. Eadem prorsus in Græco, præter unum μῦ, *mu*, junctum verbo *obaudierunt.*

℣. 5. Editio Rom. initio hab. Ἀκούσατε ῥήματα· Mss. verò Alex. τὸ ῥῆμα; Compl. λόγον; subinde in Rom. pro *fratribus vestris*, ἀδελφοὶ ὑμῶν τοῖς; at in Compl. ἀδελφοῖς ὑμῶν; in Mss. Alex. ἀδελφοῖς ἡμῶν· demum in fine, Rom. hab. αἰσχυνθήσονται, *confundentur;* cæt. ut in Lat. sup. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 709. c. *dicite, Fratres nostri estis, eis, qui vos oderunt.* Ambrosiast. p. 160. c. *dicite iis, qui non rectè ambulant in viis meis: Fratres nostri estis vos.* Aug. epist. 88. to. 2. 217. f. *Audite qui pavetis verbum Domini: dicite, Fratres nostri estis, his, qui vos oderunt, & qui vos exsecrantur: ut nomen Domini honorificetur, & appareat illis in jocunditate, ipsi autem erubescant:* itidem epist. 108. col. 305. f. excepto verbo *detestantur*, pro *exsecrantur.* Sic etiam in Collat. Carth. p. 393. b. & cum verbo *detestantur.* Ap. Optat. l. 1. cont. Donat. p. 3. c. *Vos qui timetis nomen Domini* (al. *Dominum*,) *audite nomen* (al. *verbum*) *Domini: hi, qui vos odio habent, & exsecrantur, & nolunt se dici fratres vestros, vos tamen dicite eis: Fratres nostri estis:*

Digitized by Google

Vulgata nova.	Versio antiqua.	
6. Vox populi de civitate, vox de templo, vox Domini reddentis retributionem inimicis ſuis.	6. Vox clamoris de civitate, vox de templo, vox Domini reddentis retributionem inimicis ſuis.	*Hieron. ubi ſup. col.* 500.
7. Antequam parturiret, peperit : antequam veniret partus ejus, peperit maſculum.	7. Antequam parturiens pariat : antequam veniat dolor parturientium, effugiat, & peperit maſculum.	
8. Quis audivit unquam tale? & quis vidit huic ſimile? nunquid parturiet terra in die una? aut parietur gens ſimul, quia parturivit & peperit Sion filios ſuos?	8. Quis audivit tale? & quis vidit ſimile? ſi parturivit terra in die una? aut ſi nata eſt gens ſimul, quia parturivit & peperit Sion parvulos ſuos?	
9. Nunquid ego, qui alios parere facio, ipſe non pariam, dicit Dominus? ſi ego, qui generationem cæteris tribuo, ſterilis ero, ait Dominus Deus tuus?	9. Ego autem dedi exſpectationem hanc, & non recordata es mei, dicit Dominus : nonne ego parientem, & ſterilem feci, dicit Deus tuus?	
10. Lætamini cum Jeruſalem, & exſultate in ea omnes qui diligitis eam : gaudete cum ea gaudio univerſi, qui lugetis ſuper eam,	10. Lætare Jeruſalem, & conventum facite omnes qui diligitis eam : gaudete gaudio omnes, qui lugetis ſuper eam,	*Ibid.* 502.
11. ut ſugatis, & repleamini ab ubere conſolationis ejus : ut mulgeatis, & deliciis affluatis ab omnimoda gloria ejus.	11. ut ſugatis, & impleamini ab ubere conſolationis ejus : ut poſtquam ſuxeritis, delectemini ab introitu gloriæ ejus.	
12. Quia hæc dicit Dominus : Ecce ego declinabo ſuper eam quaſi fluvium pacis, & quaſi torrentem inundantem gloriam gentium, quam ſugetis : ad ubera portabimini, & ſuper genua blandientur vobis.	12. Quia hæc dicit Dominus : Ecce ego declinabo ad eos quaſi fluvius pacis, & quaſi torrens inundans gloriam gentium : parvuli eorum in humeris portabuntur, & ſuper genua conſolabuntur.	
13. Quomodo ſi cui mater blandiatur, ita ego conſolabor vos, & in Jeruſalem conſolabimini.	13. Quomodo ſi cui mater blandiatur, ita ego conſolabor vos, & in Jeruſalem conſolabimini.	*Ibid.* 503.
14. Videbitis, & gaudebit cor veſtrum, & oſſa veſtra quaſi herba germinabunt : & cognoſcetur manus Domini ſervis ejus, & indignabitur inimicis ſuis.	14. Videbitis, & gaudebit cor veſtrum, & oſſa veſtra quaſi herba germinabunt : & cognoſcetur manus Domini timentibus eum, & indignabitur incredulis.	

Notæ ad Versionem antiquam.

obſervat autem hîc noviſſimus editor (D. Elias *Dupin*) verba iſta, *& nolunt ſe dici fratres veſtros*, non S. eſſe Interpretis, ſed ipſiuſmet Optati, qui nimirum prolatis de Scriptura teſtimoniis nonnulla ſolet de ſuo, quaſi ſupplendo, inſerere. Attamen eorumdem non diſſimilia multùm refert Aug. in Pſ. 32. to. 4. 207. d. cùm ait : *his, qui dicunt vobis : Non eſtis fratres noſtri, dicite : Fratres noſtri eſtis.* Hieron. l. cont. Helvid. to. 4. p. 2. col. 139. f. *dicite his, qui oderunt vos : Fratres noſtri eſtis.* Auct. quæſt. ex N. T. q. 72. ap. Aug. to. 3. 72. d. *Vos qui timetis Deum, dicite illis, qui vos oderunt, nec audierunt præcepta mea : Fratres noſtri eſtis.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 985. e. *Audite verbum Domini, qui timetis nomen ejus : dicite : Fratres noſtri eſtis, bis, qui vos oderunt, & abominantur : ut nomen Domini magnificetur, & appareat illis in jucunditate eorum, & illi confundantur.*

℣. 6. Textum unicum hîc profert Hieron. *Vox fremitus de civitate*, &c. quæ ſup. ſed addit : *LXX pro* fremitu, clamorem *poſuerunt*, *& cætera ſimiliter.* Ita quoque legimus in Gr. hod. excepto verbo ult. ἀντικειμένοις, *adverſariis*, abſque pronom. *ſuis.*

℣. 7. Ita rurſum in Gr. his duobus exceptis, τῶν ὠδίνων, deinde, ἐξέφυγε, i. e. *parturiginum*, *effugit*, loco *parturientium*, *effugiat.* Ambroſ. l. de Noe, c. 12. col. 242. c. legit, *effudit*, *& peperit maſculum.*

℣. 8. Eadem exhibet Græc. præter hæc levia, οὕτως, *ſic*, pro *ſimile*; & poſt paulò, ἢ ἐὰν ἐτέχθη ἔθνος εἰς ἄπαξ, *aut etiam nata eſt gens tota ſimul.* Apud Ambroſ. l. de exhort. virg. to. 2. 288. f. *Quis audivit? ſi parturivit terra uno die, & gens nata eſt ſimul?*

℣. 9. Sic habetur Græcè, excepto Aor. duplici εἶπε, *dixit*, pro *dicit.* Ambroſ. l. de Abr. c. 7. col. 302. f. legit : *nonne ſterilem, & parientem ego feci, dicit Dominus?* Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 14. p. 10. a. *nonne ecce ego fecundum, & ſterilem feci, dicit Dominus?*

℣. 10. Græc. jungit hoc, ἐν αὐτῇ, *in ea*, verbo *facite*; ut & id, ἅμα αὐτῇ, *ſimul cum ea*, verbo *gaudete*; cæt. ut in Lat. ſup. iſtud autem, ἅμα αὐτῇ, abeſt à Compl. & in Mſ. Mediol. Theodotioni tribuitur ſub aſteriſco. In Miſſali Rom. ad Introit. Dom. IV. Quadr. fic : *Lætare Jeruſalem, & conventum facite omnes qui diligitis eam : gaudete cum lætitia, qui in triſtitia fuiſtis.* In Brev. Mſ. Sangerm. num. 747. *Lætare Jeruſalem, & diem feſtum agite omnes qui diligitis eam : gaudete gaudio omnes, qui lugebatis ſuper eam.* Itidem in Bibl. Mſ. ejuſdem monaſt. S. Germ. n. 8.

℣. 11. Ita Græcè. Breviar. verò Mſ. S. Germ. *Ut potemini à lacte, & ſatiemini ab uberibus conſolationis ejus : & cùm avulſi fueritis à lacte, epulemini ab introitu gloriæ ejus.* Ita quoque in Bibl. Mſ. ejuſd. S. Germ. At in Miſſali Rom. *Ut exſultetis, & ſatiemini ab uberibus conſolationis veſtræ.*

℣. 12. Similia prorſus Gr. habet, præter unum præſ. ἐκκλίνω, *declino*; at in Compl. ἐκκλινῶ. Brev. Mſ. S. Germ. cum Bibl. Mſ. ejuſd. *Quia hæc dicit Dominus : Ecce ego declino in eos ut flumen pacis, & ut torrens inundans gloria gentium : pueri eorum in humeris portabuntur, & ſuper genua conſolabuntur.* Ambroſ. l. 1. de Spir. S. col. 632. f. *Ecce ego decurro in vos ſicut fluvius pacis, & ſicut torrens inundans gloriam gentium*; Mſs. nonnulli ibid. cum vet. ed. *decurram in vos.* Auguſt. l. 20. de civit. Dei, c. 21. to. 7. 601. c. *Hæc dicit Dominus : Ecce ego declino in eos ut flumen pacis, & ut torrens inundans gloriam gentium : filii eorum ſuper humeros portabuntur, & ſuper genua conſolabuntur.* Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 747. c. *Hæc dicit Dominus : Ego declinabo in eis ut fluvius pacis, & ut torrens inundans gloriam gentium.*

℣. 13. Hieron. textum unum præfert Hebræo & Vulgatæ conſentaneum, ſed monet inf. *LXX.* habere *ſimiliter.* Bibl. Mſ. S. Germ. cum Breviar. itidem Germ. leg. *Quemadmodum mater conſolatur filios ſuos, ita & ego conſolabor vos, & in Jeruſalem conſolabimini.* Auguſt. l. 20. de civit. Dei, c. 21. to. 7. 601. c. *Quemadmodum ſi quem mater conſoletur, ita ego vos conſolabor, & in Jeruſ. conſolabimini.* Græc. Ὡς εἴ τινα μήτηρ παρακαλέσει, οὕτω κἀγὼ, &c. ut in textu Lat. Irenæus l. 5. c. 15. p. 311. c. *ego vos advocabo, & in Jeruſ. advocabimini.*

℣. 14. Rurſum Hieron. textum refert ut ſup. id eſt, ſecundùm Hebr. ſolum & Vulg. ſed extremò addit : *LXX.* *pro* ſervis, *poſuerunt* timentes ; *pro* inimicis, incredulos ; *cætera ſimiliter.* Nos etiam has mutationes adhibuimus. Bibl. Mſ. S. Cerm. ita fert cum Breviar. itidem Germ. *Et videbitis, & gaudebitis, & lætabitur cor veſtrum, & oſſa veſtra ut herba germinabunt : & comminabitur contumacibus.* Iren. l. 5. c. 15. p. 311. c. *Et videbitis, & gratulabitur cor veſtrum, & oſſa veſtra quaſi herba orientur : & cognoſcetur manus Domini bis, qui colunt eum.* Tertul. l. de reſur. carn. p. 578. b. *gaudebit cor veſtrum, & oſſa veſtra velut herba orientur.* Auguſt. l. 20. de civit. Dei, c. 21. to. 7. 601. c. *Et videbitis, & gaudebit cor veſtrum, & oſſa veſtra ſicut herba exorientur : & cognoſcetur manus Domini colentibus eum, & comminabitur contumacibus :* & inf. 602. c. *ſive, ut ait alius Interpres*, incredulis ; in ed. Rom. τοῖς ἀπειθοῦσιν ; ut & ſup. τοῖς φοβουμένοις, pro *colentibus* &

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup. col. 504. 15. Ecce Dominus quasi ignis veniet, & quasi tempestas currus ejus: reddere in furore ultionem suam, & increpationem in flamma ignis:

16. in igne enim Domini judicabitur omnis terra, & in gladio illius cadet universa caro: multi vulnerati erunt à Domino,

Ibid. 505. 17. qui sanctificantur, & purificantur in hortis & liminibus, comedentes carnem porcinam, & abominationes, & murem: simul cosumentur, dicit Dominus.

Ibid. 506. 18. Et ego opera eorum, & cogitationes eorum novi, & venio congregare omnes gentes & omnes linguas: & venient, & videbunt gloriam meam.

19. Et dimittam super eos signum, & emittam ex eis qui salvati fuerint, ad gentes in Tharsis, & Phud, & Lud, & Mosoch, & Thobel; *Ibid. 507.* & in Græciam, & in insulas longè, qui non audierunt nomen meum, neque viderunt gloriam *Ibid. 509.* meam. Et annuntiabunt gloriam meam in gentibus,

20. & adducent fratres vestros de cunctis nationibus donum Domino cum equis & rhedis, in lampenis mulorum, cum umbraculis in sanctam civitatem Jerusalem, dicit Dominus, quo- *Ibid. 511.* modo si offerant filii Israël victimas suas mihi cum psalmis in domo Domini.

21. Et ex eis sumam sacerdotes, & levitas, dicit Dominus.

Ibid. 512. 22. Sicut enim cœlum novum, & terra nova, quæ ego facio permanere in conspectu meo, dicit Dominus: sic stabit semen vestrum, & nomen vestrum.

23. Et erit mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato: veniet omnis caro ut adoret in conspectu meo in Jerusalem Dominum.

VULGATA NOVA.

15. Quia ecce Dominus in igne veniet, & quasi turbo quadrigæ ejus: reddere in indignatione furorem suum, & increpationem suam in flamma ignis:

16. quia in igne Dominus dijudicabit, & in gladio suo ad omnem carnem, & multiplicabuntur interfecti à Domino,

17. qui sanctificabantur, & mundos se putabant in hortis post januam intrinsecus, qui comedebant carnem suillam, & abominationem, & murem: simul consumentur, dicit Dominus.

18. Ego autem opera eorum, & cogitationes eorum: venio ut congregem cum omnibus gentibus & linguis: & venient & videbunt gloriam meam.

19. Et ponam in eis signum, & mittam ex eis qui salvati fuerint, ad Gentes in mare, in Africam, & Lydiam tendentes sagittam; in Italiam & Græciam, ad insulas longè, ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam. Et annuntiabunt gloriam meam gentibus,

20. & adducent omnes fratres vestros de cunctis gentibus donum Domino in equis, & in quadrigis, & in lecticis, & in mulis, & in carrucis, ad montem sanctum meum Jerusalem, dicit Dominus, quomodo si inferant filii Israël munus in vase mundo in domum Domini.

21. Et assumam ex eis in sacerdotes, & levitas, dicit Dominus:

22. Quia sicut cœli novi, & terra nova, quæ *Apocal.* ego facio stare coram me, dicit Dominus: sic sta- *21. 1.* bit semen vestrum, & nomen vestrum.

23. Et erit mensis ex mense, & sabbatum ex sabbato: veniet omnis caro ut adoret coram facie mea, dicit Dominus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

at in Mſ. Alex. ac ed. Compl. ζεφυρίοις; cæt. Auguſtini teſtimonio reſpondent ad verbum.

℣. 15. Concinit Græc. ed. Rom. niſi quòd in principio hab. Ἰδὺ γὰρ, *Ecce enim*; extremòque addit αὐτῷ, ad *increpationem*; Mſ. Alex. & Compl. carent αὐτῷ. Bibl. Mſ. S. Germ. ut & Breviar. Mſ. ejuſd. loci ferunt: *Ecce Dominus ut ignis veniet, & ut tempeſtas currus ejus: reddere in ira vindictam, & vaſtationem in flamma ignis*; al. *flammam*. Gr. ἐν ἀποσοβισμῷ αὐτῦ ἐν φλογὶ πυρός. Cypr. l. de op. & eleem. p. 254. c. legit: *Ecce enim Dominus ſicut ignis veniet, & ſicut procella currus ejus: retribuere in ira vindictam*; ſequentia non addit. Itidem Zeno Veron. l. 2. tract. 9. niſi quòd initio hab. *Deus*, loco *Ecce enim Dominus*. Auguſt. l. 20. de civit. Dei, c. 21. to. 7. 602. c. *Ecce enim Dominus ut ignis veniet, & ut tempeſtas currus ejus: reddere in indignatione vindictam, & vaſtationem in flamma ignis*. Auct. l. de promiſſ. p. 4. ap. Proſp. p. 200. c. *Ecce dies Domini ſicut ignis veniet, & ſicut procella currus ejus: reddere in ira vindictam, & retributionem in flamma ignis*. Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 730. f. *Ecce enim Dominus ut ignis veniet, & ut tempeſtas curſus ejus: reddere vindictam in ira, & ultionem in flamma ignis*: at inf. 739. a. *Ecce ipſe Dominus in judicium veniet cum ſenioribus principibus ſuis, reddere vindictam in ira, & in flamma ignis*.

℣. 16. Sic habetur Græcè, detracto uno *cadet*. Bibl. Mſ. S. Germ. cum Breviar. itidem Germ. Mſ. *in igne enim zeli Domini devorabitur omnis terra, & in gladio ejus omnis caro*. Cypr. l. de op. & eleem. p. 254. c. ſic pergit: *in igne enim Domini judicabuntur, & in gladio ejus vulnerabuntur*. Aug. l. 20. de civit. Dei, c. 21. to. 7. 602. e. *in igne enim Domini judicabitur omnis terra, & in gladio ejus omnis caro: multi vulnerati erunt à Domino*.

℣. 17. Græc. loco *ſanctificantur*, hab. ἁγιζόμενοι, *mundantur*, vel *expiantur*; exinde præponit ὰ, voci *liminibus*; & ſub fin. ſcribit εἶπε, *dixit*, non *dicit*; cæt. ut in Lat. ſup.

℣. 18. Edit. Rom. ſcribit ſingulariter, τὸν λογισμὸν αὐτῶν, *cogitationem eorum*; tollit verò ſeq. *novi*; ut & inf. *omnes*, ante *linguas*; cæt. quadrant. Edd. Ald. & Compl. poſt *cogitationes eorum*, addunt ἐπίσαμαι. Cypr. l. 1. Teſtim. p. 282. b. cum Lactant. l. 4. Inſtit. c. 11. p. 575. legit: *venie colligere omnes gentes & linguas: & venient, & videbunt claritatem meam*.

℣. 19. Græc. præponit εἰς, *in*, voci *Thobel*; ſubjungit verò τὰς, *quæ*, poſt *inſulas*; à Mſ. Alex. abeſt εἰς, ante *Thobel*; cæt. concordant ad verbum cum Lat. ſup. Apud Cypr. l. 1. Teſtim. p. 282. b. *Et dimittam ſuper eos ſignum, & mittam ex eis conſervatos in gentes, quæ longè ſunt, quæ non audierunt nomen meum, neque viderunt gloriam meam. Et nunciabunt claritatem meam in gentes*. Eadem quoque legunur ap. Lactant. l. 4. Inſtit. c. 11. p. 575. præter hæc media, *nomen meum, neque viderunt*, quæ deſunt.

℣. 20. Eadem rurſum in Græco, niſi hæc excipias pauca, εἶπε Κύριος, dein, ὡς ἀνενέγκωσιν, *dixit Dominus, quaſi afferant*; extremòque, εἰς τὸν οἶκον Κυρίου, *in domum Domini*. Tichonius reg. 5. p. 62. d. ſic habet: *adducent filii filiorum ex omnibus gentibus donum Deo cum equis & curribus, in ſplendore multorum* (l. *mulorum*,) *cum umbraculis in ſanctam civitatem*.

℣. 21. Conſonat Græc. ad verbum, niſi quòd hab. εἶπε, *dixit*, non *dicit*.

℣. 22. Sic iterum Græcè, excepto uno μένει, *manens*, loco *permanere*; at in Compl. μένειν. Apud Iren. l. 5. c. 36. p. 337. a. *Quemadmodum enim cœlum novum, & terra nova, quæ ego facio, perſeverant in conſpectu meo: ſic ſtabit ſemen veſtrum, & nomen veſtrum*. Tertul. l. de reſur. carn. 578. b. *Quemadmodum cœlum novum, & terra nova, quæ ego facio in conſpectu meo, dicit Dominus: ita ſtabit ſemen veſtrum*. Ambroſ. l. de fide reſur. to. 2. p. 1157. b. *Quemadmodum cœlum novum, & terra nova, quæ ego facio manere coram me, dicit Dominus: ſic ſtabit nomen veſtrum, & ſemen veſtrum*. Aug. l. 20. de civit. Dei, c. 21. to. 7. 603. e. *Quomodo enim cœlum novum, & terra nova manebit coram me, dixit Dominus: ſic ſtabit ſemen veſtrum, & nomen veſtrum*.

℣. 23. Totidem verba in Græco, hoc excepto ult. εἶπε Κύριος, *dixit Dominus*, loco *Dominum*. Tertul. l. cont. Jud. c. 4. p. 137. c. legit: *Et erit menſis ex menſe, & dies de die, & ſabbatum de ſabbato: & veniet omnis caro adorare*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

24. Et egredientur, & videbunt cadavera vi-
Marc. rorum, qui prævaricati ſunt in me: vermis eo-
9. 43. rum non morietur, & ignis eorum non exſtin-
guetur: & erunt uſque ad ſatietatem viſionis omni carni.

VERSIO ANTIQUA.

24. Et exibunt, & videbunt membra homi- *Ambr. l. de fide resur. to. 2. 1157. b.*
num, qui prævaricati ſunt in me: nam vermis
eorum non morietur, & ignis eorum non ex-
ſtinguetur: & erunt in aſpectum univerſæ carni.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

in Jeruſalem, dicit Dominus: & l. de reſur. carn. p. 578. b. *veniet adorare omnis caro in conſpectu meo, dicit Dominus.* Ambroſ. l. de fide reſur. to. 2. 1157. b. *Et erit menſis ex menſe, & ſabbatum ex ſabbato: & veniet omnis caro in conſpectu meo, ut adorent in Jeruſalem, dicit Dominus Deus.* Similiter hab. Auguſt. l. 20. de civit. Dei, c. 21. col. 603. e. præter ſeqq. *veniet*, abſque præced. *&*; paulòque poſt, *adorare*; & in fine, *dixit Dominus:* at infra, c. 22. p. 604. e. ita: *Et erit eis menſis ex menſe, & ſabb. ex ſabbato, tanquam luna ex luna, & requies ex requie:* quæ poſtrema aliubi non exſtant. Fauſtin. presb. l. cont. Arian. p. 651. c. *& veniet omnis caro in conſp. meo adorare in Jeruſalem, dicit Dominus Deus.* Item Hieron. in Ezech. 45. col. 1043. f. legit *adorare.* Auct. verò l. de voc. gent. l. 1. c. 9. p. 7. b. *& venit omnis caro in conſp. meo, ut adorent in Jeruſ. dicit Dominus.*

℣. 24. Similia prorſus in Græco. Idem Ambroſ. in Luc. 13. col. 1461. a. ita legit: *& videbunt membra hominum prævaricantium in me: nam,* &c. ut ſupra. Tertul. l. de reſur. carn. p. 578. b. *Et exibunt* (utique de ſepulcris,) *& videbunt artus eorum, qui impiè egerunt: quoniam vermis illorum non decidet, & ignis eorum non exſtinguetur: & erunt conſpectui omni carni.* Cyprianus epiſt. ad Demetrian. p. 224. b. *vermis eorum non morietur, & ignis eorum non exſtinguetur: & erunt ad viſionem univerſa carni.* Similiter habet Lucifer Calar. l. de mor. pro Dei fil. p. 248. g. Apud Aug. l. 20. & 21. de civit. Dei, to. 7. 603. f. 629. f. *Et egredientur, & videbunt membra hominum, qui prævaricati ſunt in me: vermis eorum non morietur, & ignis eorum non exſtinguetur: & erunt viſui omni carni:* tum ſequitur: *Quidam non interpretati ſunt* membra hominum, *ſed* cadavera virorum; Gr. τὰ κῶλα τῶν ἀνθρώπων. Κῶλον autem craſſioris inteſtini pars eſt, ſeu laxius inteſtinum, Celſo teſte: κῶλα tamen, *cadavera* dicuntur Hebr. 3. ita etiam LXX. vertunt vocem Hebr. *pigdim*, id eſt, *cadavera.* Fauſtin. presb. l. cont. Arian. p. 651. c. legit: *Et procedent ſancti, & videbunt membra hominum, qui prævaricati ſunt in me: vermis eorum non morietur, & ignis eorum non exſtinguetur: & erunt in viſione omni carni.* Auct. l. de promiſſ. p. 4. c. 19. ap Proſp. p. 202. c. *vermis eorum non morietur, & ignis eorum non exſtinguetur: & erunt uſque ad ſatietatem viſionis univerſa carni;* Mſ. Remig. ibid. *vermes eorum non morientur, & ignis eorum non exſtinguitur: & erunt ad viſionem univerſa carni;* Gr. εἰς ὄρασιν. Fulg. l. 1. de rem. pecc. c. 27. p. 381. cum Ambroſiaſt. *ignis eorum non exſtinguetur, & vermis eorum non morietur.* Eadem quoque referunt Auct. l. de Spir. S. ap. Ambr. col. 608. e. & Chromat. Aquil. in Matth. p. 979. h. ſervato tamen communi ſententiarum ordine.

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore FRANCISCO LUCA Brugenſi.

ISAIAS.

CAP. I. ℣. 11. Plenus ſum. Holocauſta arietum, & adipem pinguium, & ſanguinem vitulorum & agnorum & hircorum nolui. *Per ſe legendum eſt* plenus ſum; *non verò illi jungendum id quod ſequitur, ſive integrè, ſive ex parte, mutatis accuſativis in ablativos, ut quidam codices faciunt.*

℣. 12. Cùm venireris ante conſpectum meum. *Nec addendas hæc verſui præcedenti, nec præſens* venireris *mutes in futurum* veneritis.

℣. 13. Ne offeratis ultra ſacrificium fruſtra. *Alii ſcribunt* afferatis, *id eſt, vocalem primam loco quartæ.*

℣. 18. Velut lana alba erunt. *Non omittas* alba, *quod Interpres explicandi causâ adjecit, ſecutus LXX.*

℣. 23. Principes tui infideles. *Quidam libri, pro* infideles, *ſcribunt* inobedientes.

CAP. III. ℣. 6. Veſtimentum tibi eſt. *Non præponas his verbis participium* dicens.

℣. 16. Ambulabant pedibus ſuis, & compoſito gradu incedebant. *Alii collocant conjunctionem copulativam ante* pedibus ſuis.

CAP. V. ℣. 6. Et aſcendent vepres & ſpinæ. *Non addas* ſuper eam, *ſed intelligas.*

CAP. VI. ℣. 1. Super ſolium excelſum & elevatum. *Quod ſequitur in multis libris* & plena erat domus, *ſive* terra, à majeſtate ejus, *ſuperfluit omnium judicio. Lege Notationes noſtras.*

℣. 7. Ecce tetigit hoc labia tua. *Non eſt mutanda tertia perſona* tetigit *in primam* tetigi.

CAP. VIII. ℣. 19. Nunquid non populus à Deo ſuo requiret pro vivis à mortuis? *Non eſt addenda vox* viſionem, *quam plerique libri adjicinnt verbo* requiret; *nec mutanda poſterior præpoſitio* à *in conjunctionem* ac.

CAP. IX. ℣. 1. Galilææ gentium. Populus qui ambulabat. *Non connectas vocem* gentium *periodo ſequenti, hoc modo:* Gentium populus.

℣. 3. Multiplicaſti gentem, non magnificaſti lætitiam. *Non interponas conjunctionem &.*

℣. 14. Incurvantem & refrenantem. *Pro* refrenantem *multi legunt* depravantem, *ex Commentario haud dubium D. Hieronymi in capita Iſaiæ* 9. & 19. *præferente* depravantem.

CAP. X. ℣. 21. Reliquiæ converterentur. *Quod præcedit* in veritate, *permaneat finis verſus periodique præcedentis, non adjungatur huic.*

CAP. XIII. ℣. 4. Vox ſonitus regum, gentium congregatarum. *Non interponas conjunctionem &, ante* gentium.

CAP. XIV. ℣. 32. Et in ipſo ſperabunt pauperes populi ejus. *Correctores pratulerunt maſculinum* ipſo, *femininæ* ipſa, *quod in aliis eſt libris.*

CAP. XV. ℣. 5. Vectes ejus uſque ad Segor vitulam conternantem. *Legendum eſt* conternantem, *quod eſt, agentem annum tertium, non, additâ ſ litterâ,* conſternantem, *quod eſt, perturbantem.*

℣. 8. Quoniam circuivit clamor terminum Moab. *Non mutes præteritum* circuivit *in futurum.*

CAP. XVI. ℣. 5. Et ſedebit ſuper illud in veritate. *Nec hic mutes neutrum* illud *in maſculinum* eum.

℣. 14. Et relinquetur parvus & modicus. *Non addas verbo* relinquetur, *id quod quidam libri,* in eo ſicut racemus; *eſt enim alterius loci.*

CAP. XVII. ℣. 10. Propterea plantabis plantationem fidelem. *Pro* fidelem, *non ſcribas contrarium* infidelem, *quod quidam.*

℣. 11. In die plantationis tuæ labruſca. *Nominativus ſingularis præferendus eſt ei, quem alii legunt, accuſativo plurali* labruſcas.

℣. 12. Væ multitudini populorum multorum. *Non mutes dativum in nominativum* multitudo.

CAP. XVIII. ℣. 2. Cujus diripuerunt flumina terram ejus. *Quod ſequitur in quibuſdam libris* ad montem nominis Domini exercituum, montem Sion, *non eſt hujus verſus, ſed ſeptimi, ſinientis hoc caput.*

℣. 5. Ante meſſem enim totus efflоruit. *Non eſt mutandum præteritum* efflоruit *in futurum* efflorebit.

Sequitur: Et immatura perfectio germinabit. *Hic ſervandum eſt futurum* germinabit, *non vertendum in præteritum.*

℣. 7. A gente exſpectante, exſpectante & conculcata. *Repetenda eſt vox* exſpectante.

CAP. XIX. ℣. 9. Confundentur qui operabantur linum pectentes. *Legendum eſt* pectentes, *quod eſt pectinantes, non, additâ l litterâ,* plectentes, *quod eſt percutientes.*

℣. 11. Quomodo dicetis Pharaoni. *Non mutes futurum* dicetis, *in præſens* dicitis.

CAP. XX. ℣. 4. Et tranſmigrationem Æthiopiæ, juvenum & ſenum, nudam & diſcalceatam. *Retinendi ſunt genitivi plurales* juvenum & ſenum, *non mutandi in accuſativos ſingulares* juvenem & ſenem: *& conſequenter neque*

Digitized by Google

adjectiva feminina nudam & discalceatam *vertenda sunt in masculina* nudum & discalceatum.

℣. 6. Ecce hæc erat spes nostra. *Ita rectiùs legitur quàm* hæccine erat.

Ibidem. Ut liberarent nos. *Quidam libri numero singulari scribunt* liberaret.

Cap. XXI. ℣. 10. Tritura mea, & filii areæ meæ. *Romani Patres, pro eo quod vulgò legitur feminino singulari* filia, *prudenter emendarunt* filii, *masculino plurali.*

℣. 11. Ad me clamat ex Seir. *Cave ne pro præpositione* ex, *additâ unâ litterâ scribas nomen* rex.

Cap. XXII. ℣. 2. Nec mortui in bello. *Non est iteranda vox* mortui, *hoc modo :* Nec mortui tui, mortui in bello.

℣. 8. Et videbis in die illa. *Non mutes singulare* videbis *in plurale.*

℣. 11. Ad aquam piscinæ veteris. *Retinenda est præpositio* ad, *non substituenda conjunctio* &c.

℣. 23. Domui patris ejus. *Alii scribunt reciprocum* sui.

Cap. XXIII. ℣. 2. Negotiatores Sidonis. *Correctio est* negotiatores, *quod est mercatores ; rejecta scriptura* negotiatio, *quod est mercatus.*

Cap. XXVI. ℣. 18. Et peperimus spiritum : salutes non fecimus in terra. *Accusativus pluralis* salutes, *non est mutandus in genitivum singularem* salutis, *& jungendus ei quod præcedit, quod quidam libri faciunt.*

Cap. XXVII. ℣. 8. Judicabis eam. *Secunda persona* judicabis, *non est mutanda in tertiam sive singularis numeri sive pluralis.*

Sequitur : Meditatus est in spiritu suo duro. *Retinendum est genus masculinum, non supponendum femininum* meditata.

℣. 11. Mulieres venientes & docentes eam. *Et hic retinendus numerus singularis* eam, *non surrogandus pluralis* eas.

℣. 13. Et qui ejecti erant in terra Ægypti. *Non mutes* in *præpositionem, positam pro* ad, *cum de sive* ex.

Cap. XXVIII. ℣. 4. Et erit flos decidens, gloriæ exsultationis ejus. *Quidam conjiciunt, pro genitivo aut dativo* gloriæ, *legendum nominativum* gloria ; *sed liceat* gloriæ *accipere ut nominativum pluralem.*

Cap. XXIX. ℣. 6. Et flammæ ignis devorantis. *Alii pro secundo casu* flammæ *scribunt sextum* flamma.

Cap. XXX. ℣. 4. Erant enim in Tani. *Non est mutandum* erant *à sum, in* erant *ab eo.*

℣. 15. Quia hæc dicit Dominus Deus sanctus Israël. *Non omittas nomen* sanctus.

℣. 29. Canticum erit vobis, sicut nox sanctificatæ solemnitatis. *Egregiè Correctores scripserunt* nox, *quæ est altera pars diei, pro eo quod plerique vitiosè legunt* vox, *id est, clamor.*

Cap. XXXI. ℣. 4. Et cùm occurrerit ei multitudo pastorum. *Non omittas conjunctionem* &.

Cap. XXXII. ℣. 7. In sermone mendaci. *Alii pro adjectivo* mendaci, *scribunt substantivum* mendacii.

Cap. XXXIII. ℣. 9. Confusus est Libanus & obsorduit. *Scribendum est* obscrduit *vocali quarta, derivatum à sordes, non quinta* obsurduit, *à surdus.*

℣. 19. Populum impudentem non videbis. *Meritò corvexerunt Patres* impudentem, *quod est inverecundum, pro eo quod complures legunt* imprudentem, *id est, insipientem.*

℣. 23. Et non prævalebunt. *Alii scribunt* sed *pro* &.

Cap. XXXIV. ℣. 7. Inebriabitur terra eorum sanguine. *Non mutes futurum in præsens* inebriatur.

℣. 14. Et occurrent dæmonia onocentauris. *Patres emendarunt* onocentauris, *scripto casu tertio numeri pluralis, pro nominativo singulari* onocentaurus, *quem plerique alii scribunt, & ei quod sequitur jungunt.*

℣. 17. In generationem & generationem habitabunt in ea. *Prior accusativus non est mutandus in ablativum* generatione, *ut plerique faciunt.*

Cap. XXXV. ℣. 4. Dicite pusillanimis. *Servandus est dativus pluralis* pusillanimis, *quod est meticulosis ; non surrogandus nominativus pluralis* pusillanimes.

Ibidem. Ecce Deus vester, &c. & salvabit vos. *Non sunt mutanda secunda persona pronomina in primæ,* noster, nos.

Cap. XXXVI. ℣. 21. Mandaverat enim rex. *Non addas pronomen* eis.

Cap. XXXVIII. ℣. 14. Responde pro me. *Non facilè scribas simplex* sponde, *pro composito* responde.

℣. 15. Quid dicam, aut quid respondebit mihi, cùm ipse fecerit ? *Nec omittas posterius* quid, *nec vertas in masculinum* quis. *Ad hæc ut prima persona pronomen* mihi, *non est commutandum cum secunda* tibi ; *ita nec tertia persona verbum* fecerit *cum prima* fecerim. *Hæc enim menda sunt in quibusdam codicibus.*

Cap. XL. ℣. 2. Quoniam completa est malitia ejus. *Non judicarunt Correctores, pro* malitia, *corrigendum esse* militia, *id est, pro vocali prima scribendum esse tertiam. Lege Notationes nostras.*

℣. 24. Et quidem, neque plantatus, neque satus, neque radicatus in terra truncus eorum. *Non facilè mutandi sunt nominativi isti casus numeri singularis, in alios.*

Cap. XLI. ℣. 2. Sicut stipulam vento raptam. *Non præponas conjunctionem* &.

℣. 12. Et veluti consumptio, homines bellantes adversùm te. *Nequaquam sunt nominativi plurales* homines bellantes, *commutandi cum genitivis singularibus* hominis bellantis.

℣. 18. Aperiam in supinis collibus flumina. *Non facilè scribendum est* supremis, *quod est summis, pro* supinis, *quod opponitur pronis.*

℣. 27. Primus ad Sion dicet : Ecce adsunt. *Mendosè plerique omnes libri scribunt* adsum, *prima persona singulari, pro* adsunt *tertia plurali.*

Cap. XLIII. ℣. 14. Propter vos misi in Babylonem. *Non mutes verbum simplex* misi *in compositum* emisi.

Cap. XLIV. ℣. 16. Et de medio ejus carnes comedit. *Quod multi codices addunt* coxit &, *ante* comedit, *superfluum est.*

Cap. XLV. ℣. 9. Væ qui contradicit fictori suo. *Non scribas* factori *à facio, pro* fictori *à fingo.*

Cap. XLVI. ℣. 11. Vocans ab oriente avem. *Quidam, interpretandi causâ, pro* avem, *id est, volucrem, scripserunt* justum ; *malè.*

Cap. XLIX. ℣. 21. Ego destituta, & sola : & isti ubi erant ? *Minimè interjiciendum est adverbium* hîc *inter* ubi & erant.

℣. 23. Vultu in terram demisso adorabunt te. *Non mutes accusativum* terram *cum ablativo* terra.

Cap. L. ℣. 5. Retrorsum non abii. *Subest hic mendum in autographo Romano, ubi excusum est tertia persona* abiit *pro prima* abii.

℣. 6. Et conspuentibus in me. *Non judicarunt Patres omittendum* tò in me.

Cap. LIII. ℣. 11. In scientia sua justificabit ipse justus servus meus multos. *Nec futurum* justificabit *vertendum est in præteritum, nec nominativi singulares* justus servus meus *in accusativos plurales* justos servos meos.

Cap. LIV. ℣. 1. Lauda sterilis quæ non paris. *Pro* lauda *est in multis libris* lætare, *sed à* Lxxii. & *Apostolo Gal.* 4. ℣. 27. *acceptum.*

℣. 9. Cui juravi ne inducerem aquas Noe ultra super terram. *Nomen proprium* Noe *retinendum est, nec in ejus locum surrogandum nomen appellativum* diluvii.

Cap. LVII. ℣. 9. Et ornasti te regi unguento. *Qui vulgò legitur casus ablativus nominis adjectivi* regio, *à Patribus mutatus est in dativum nominis substantivi* regi.

Cap. LIX. ℣. 4. Sed confidunt in nihilo. *Pro ablativo* nihilo, *alii scribunt* nihili *indeclinabile.*

℣. 9. Propter hoc elongatum est judicium à nobis, & non apprehendet nos justitia. *Pronomina prima persona* nobis & nos, *mutanda non sunt in secunda personæ pronomina* vobis & vos.

Cap. LX. ℣. 5. Et mirabitur & dilatabitur cor tuum. *Non est omittendum prius* &.

℣. 20. Et complebuntur dies luctus tui. *Cave scribas* luminis *sive lucis, pro* luctus, *quod est mœroris.*

Cap. LXI. ℣. 7. Laudabunt partem suam. *Correctores dederunt pronomen reciprocum* suam, *pro eo quod alii legunt* eorum.

Cap. LXII. ℣. 2. Quod os Domini nominabit. *Non mutes futurum* nominabit *in præteritum* nominavit.

℣. 4. Sed vocaberis Voluntas mea in ea, & terra tua inhabitata. *Cave scribas verbum* inhabitabitur, *pro participio* inhabitata : *participium enim est hujus loci, verbum verò ejus loci, ubi sequitur hoc ipso versu :* Quia complacuit Domino in te, & terra tua inhabitabitur.

℣. 9. Quia qui congregant illud, comedent. *Non mutes præsens* congregant *in futurum* congregabunt.

℣. 10. Eligite lapides. *Non præponas bis verbis & conjunctionem.*

Cap. LXIII. ℣. 4. Annus redemptionis meæ venit. *Retinenda est vox* redemptionis *à redimo, non substituenda* retributionis *à retribuo.*

℣. 10. Et afflixerunt spiritum sancti ejus. *Non mutes genitivum* sancti *in accusativum* sanctum.

℣. 15. Et gloriæ tuæ. *Non interponas* solis.

Cap. LXIV. ℣. 6. Et facti sumus ut immundus omnes nos. *Nec hic mutes numerum singularem* immundus *in pluralem* immundi.

Cap. LXV. ℣. 6. Et retribuam in sinum eorum. *Pro* sinum, *cave scribas, additâ* g *litterâ,* signum.

℣. 16. Et quia absconditæ sunt ab oculis meis. *Non est mutandum pronomen* meis *in* nostris.

℣. 22. Electi mei non laborabunt frustra. *Alii sic distinguunt, ut* electi mei *non incboet hanc periodum, sed finiat præcedentem. Lege Notationes.*

℣. 25. Leo & bos comedent paleas. *Non præponas con-*

Digitized by Google

jnnctionem & voci leo.

Cap. LXVI. ℣. 6. Vox populi de civitate. *Non ſubſtituas* fremitus *pro* populi.

℣. 17. Poſt januam intrinſecus. *Non facilè corrigas* unam *pro* januam, *quod multi faciunt : quæ de re Notationes noſtræ legi poſſunt.*

℣. 19. In Africam & Lydiam tendentes ſagittam. *Inſignis correctio, quæ ſcriptum eſt* tendentes *à tendo tertiæ conjugationis, pro* tenentes *à teneo ſecundæ.*

Variæ Lectiones Vulgatæ, rurſum ab eodem Francisco Luca obſervatæ.

ISAIAS.

Cap. III. ℣. 17. Et Dominus crinem earum nudabit. *Pro* crinem, *quidam conjiciunt legendum eſſe* clunem : *in quem ſenſum Pagninus vertit* nates. *Nam de crine, quod plus erat, jam dixerat :* Decalvabit Dominus, *&c. de natibus verò diſcoopertis, comminatio eſt infra* 20. ℣. 4.

Cap. VI. ℣. 3. Sanctus, ſanctus, ſanctus, Dominus Deus exercituum. *Vetus noſter Corrector annotat, juxta antiquos & Hebræum, non interponi ibi* Deus : *quod nec Græcus habet vel in Sixtina editione.*

Cap. VII. ℣. 14. Et vocabitur nomen ejus Emmanuel. *Si Hieronymi commentarium & libros antiquos ſequi oportet, hic legendum eſt* vocabis, *ſecundâ perſonâ ſingulari.*

Cap. XVIII. ℣. 2. Ad gentem exſpectantem. *Repetenda videtur vox* exſpectantem, *non minùs hic, quàm infra* ℣. 7. *quâ de re Notationes.*

Cap. XIX. ℣. 25. Et opus manuum mearum Aſſyrio. *Quidam libri, pro dative, legunt nominativum* Aſſyrius : *Hebræum ambiguum eſt* Aſſur.

Cap. XXVI. ℣. 1. Urbs fortitudinis noſtræ Sion ſalvator. *Vetus Epanorthotes noſter annotat in hæc verba,* Urbs fortitudinis noſtræ ſalvator : Hebræus & antiqui non interponunt Sion ; *ſed nec Græcus, inter alios.*

Cap. XXXVIII. ℣. 16. Domine ſi ſic vivitur. *Multi codices omittunt conjunctionem conditionalem* ſi, *non abſque verisimilitudine, quod docent Notationes noſtræ.*

Cap. XL. ℣. 9. Tu qui evangelizas Sion, qui evangelizas Jeruſalem. *In aliis libris ſcribitur utroque loco femininum* quæ, *conſentaneè Hebræo : nam maſculinum* qui, *Græca probant. Vide Notationes.*

Cap. XLI. ℣. 10. Et ſuſcepit te dextera juſti mei. *Pro tertia perſona* ſuſcepit, *eſt qui ſcribat primam* ſuſcepi : *quod ſi verum eſt (ut eſt Hebræo & Græco conſentaneum) id quod ſequitur,* dextera, *accipiendum eſt auferendi caſu, prout etiam Hebraïcè præponitur præpoſitio* in, *& Græcè legitur caſus dandi.*

℣. 19. Ponam in ſolitudinem cedrum. *Plures antiqui libri legunt ablativum* ſolitudine, *ſicut mox ſequitur,* Ponam in deſerto abietem.

Cap. XLIV. ℣. 23. Laudate cœli, quoniam miſericordiam fecit Dominus. *Multi antiqui libri, Hebræo ſimiliter, omittunt* miſericordiam : *quod tamen ſupplent Græcus & Chaldæus.*

Cap. XLIX. ℣. 10. Et ad fontes aquarum potabit. *Plura vetera Mſs. etiam Miſſale Romanum, Sabbato poſt Dominicam* 4. *Quadrag. loco* potabit, *quod eſt, potum dabit, ſcribunt* portabit, *quod eſt, feret, ducet, non ſine ſimilitudine veri, quod docent Notationes noſtræ.*

℣. 20. Adhuc dicent in auribus tuis filiis ſterilitatis tuæ. *Vix dubito quin ſit hic error typographicus in editione Romana, quo dativus* filiis *poſitus ſit loco nominativi* filii.

Cap. LII. ℣. 7. Dicentis Sion : Regnabit Deus tuus. *Alii libri ſcribunt pro futuro præteritum* regnavit, *conſentaneè Hebræo, quanquam futurum ſit Græcè.*

Cap. LX. ℣. 1. Surge, illuminare Jeruſalem, quia venit. *Vetus Corrector annotat :* Hebræus, & antiqui, & Hieronymus, non interponunt Jeruſalem. *Sed ſuppletur à Græcis & Chaldæo.*

CAPITULA LIBRI JEREMIÆ,

JUXTA VETER. EDIT. LATINAM EX LXX. INTERP.

Ex codd. Mſs. S. Petri n. 3. Orat. B. VII. Vat. n. 4220. & S. Pauli, edita à Joſ. Maria Caro presb. Romæ, 1688.

I. *IN utero matris ſanctificatum Hieremiam ad prophetandum.* cap. 1. ℣. 5.
II. *De baculo nucino,* al. *nuceo.* c. 1. ℣. 11.
III. *De olla ſuccenſa ſecundùm iram Domini ſuper Hieruſalem pro idolis.* c. 1. ℣. 13.
IV. *Pro idolis datos (* al. *dat) Judæos in depradationem.* c. 2. ℣. 5.
V. *De pſeudoſacerdotibus, & pſeudoprophetis.* c. 2. ℣℣. 8. 26.
VI. *De falſo baptiſmo.* c. 2. ℣. 22.
VII. *De aqua aliena, hoc eſt, falſo baptiſmo.* c. 2. ℣. 24.
VIII. *Non prodeſſe baptiſma hæreticorum.* c. 2. ℣. 25.
IX. *De idololatria Judæorum.* c. 2. ℣. 27. ſeq.
X. *Ubi Judæos increpat Dominus, quòd ſui obliti ſunt, & pro animabus pauperum, & innocentium.* c. 2. ℣. 32.
XI. *Ut adulteram non recipiat maritus, quia coinquinata eſt.* c. 3. ℣. 1.
XII. *Ubi pro idololatria repudiat Dominus Judæam.* c. 3. ℣. 6.
XIII. *Ubi invitat Deus homines ad pœnitentiam, ut liberentur à peccatis, & vivant.* c. 3. ℣. 12. ſeq.
XIV. *Unum de civitate, & duos de patria promittit Dominus accipere ; & dare ſacerdotes populo ſuo ſecundùm cor ſuum.* c. 3. ℣. 14. ſeq.
XV. *De pœnitentia agenda.* c. 3. ℣. 17.
XVI. *Vox pœnitentiæ.* c. 3. ℣. 21.
XVII. *Quòd revertentem peccatorem ſuſcipiat (* al. *recipiat) Deus.* c. 4. ℣. 1.
XVIII. *Ut per pœnitentiam purificetur homo à peccatis, & veniam (* al. *renovationem) conſequatur.* c. 4. ℣. 3.
XIX. *Minatur Dominus perdere terram Juda pro peccatis, niſi pœnitentiam egerint.* c. 4. ℣. 5.
XX. *De ſpiritu ſeductionis.* c. 4. ℣. 12.
XXI. *Vox Prophetæ dolentis iterum Judæa gentes,* al. *dolentis interitum Judæa gentis.* c. 4. ℣. 19.
XXII. *Sermo Domini ſuper Judæam, & Hieruſalem, pro peccatis traditas inimicis,* al. *in manus inimici.* c. 4. ℣. 27.
XXIII. *Non eſſe inventum, qui quæreret fidem, & faceret judicium.* c. 5. ℣. 1.
XXIV. *De impœnitentibus.* c. 5. ℣. 2. ſeq.
XXV. *Sermo Domini ſuper Judæam pro idolis, quæ ſecuti ſunt.* c. 5. ℣. 7. ſeq.
XXVI. *Pro peccatis idololatriæ traditos inimicis Judæos, & Hieruſalem,* al. addit, *deſolatam.* c. 5. ℣. 19. ſeq.
XXVII. *De pupillo (* al. *pupillis) & pauperibus oppreſſis.* c. 5. ℣. 28.
XXVIII. *Synagogam congregationem dicit.* c. 6. ℣. 11.
XXIX. *De iniquitatibus populi, & ſacerdotum,* al. addit, *& pſeudoprophetarum.* c. 6. ℣. 13.

Digitized by Google

XXX. *Gentes audiſſe Deum, & non Judæos.* c. 6. ℣℣. 18. 22.
XXXI. *Reprobat Dominus incenſum, & ſacrificia Judæorum.* c. 6. ℣. 20.
XXXII. *Tradi populum in direptionem pro peccatis.* c. 6. ℣. 21. ſeq.
XXXIII. *Argentum reprobum dictos Judæos pro peccatis.* c. 6. ℣. 30.
XXXIV. *Pœnitentibus bona, & impœnitentibus mala donari à Deo.* c. 7. ℣. 5. ſeq.
XXXV. *Domum Dei non eſſe ſpeluncam latronum.* c. 7. ℣. 11.
XXXVI. *Non proficere precem ſacerdotis* (al. *preces ſacerdotum*) *populo peccanti.* c. 7. ℣. 16.
XXXVII. *De ligna colligentibus ad idolorum coquenda libamina.* c. 7. ℣. 18.
XXXVIII. *Ubi reprobat Dominus holocauſta, & hoſtias Judæorum pro peccatis.* c. 7. ℣. 21.
XXXIX. *Sermo Domini ſuper Judæos pro inobedientia* (al. *invidentia,*) *& idololatria, quando adificaverunt aram Taphet* (al. *Japhet*) *ad immolandum filios ſuos.* c. 7. ℣. 28.
XL. *Sermo Domini de impœnitentibus nolentibus reverti ad Dominum, id eſt, Judæis.* c. 8. ℣. 1. ſeq.
XLI. *Vox pœnitentiæ.* c. 8. ℣. 14.
XLII. *Pro idolis iraſcitur Dominus.* c. 8. ℣. 19.
XLIII. *Vox Domini* (al. add. *Chriſti,*) *quam Judæi non receperunt.* c. 9. ℣. 1.
XLIV. *De malitia, & fallacia fratris, & amici; & de malis factis hominum.* c. 9. ℣. 4.
XLV. *De uſuris uſurarum, & fallacia, & dolo hominum.* c. 9. ℣. 6.
XLVI. *Pro idolis traditos Judæos in gentes in diſpertionem.* c. 9. ℣. 13.
XLVII. *Non gloriari ſapientem, aut fortem, aut divitem, niſi in Domino, ut Dominum cognoſcat homo.* c. 9. ℣. 23.
XLVIII. *De idolis gentium, quæ ſibi faciunt homines, ne in eis ſperent.* c. 10. ℣. 2.
XLIX. *Dominum omnia conſtituiſſe.* c. 10. ℣. 12.
L. *De idolis, quæ homines faciunt.* c. 10. ℣. 14.
LI. *Pro idolis reprobatos Judæos.* c. 10. ℣. 18.
LII. *Pelles* (al. *conligationes*) *tabernaculi*; al. addit, *& de ſacerdotibus.* c. 10. ℣. 20.
LIII. *Verba teſtamenti Domini ad populum.* c. 11. ℣. 2. ſeq.
LIV. *Propter quod ſecuti ſunt idola Judæi, iraſcitur Dominus, & prohibet Prophetam orare pro populo.* c. 11. ℣. 9. ſeq.
LV. *Vox Domini Chriſti de ſemetipſo, & de Judæis, quòd eum crucifixuri eſſent.* c. 11. ℣. 18.
LVI. *Vox Prophetæ dolentis populum peccantem in Chriſtum Dominum.* c. 12. ℣. 1.
LVII. *Sanctificari peccatores in die interitus ſui, hoc eſt, ſanctificari Deum in peccatoribus.* c. 12. ℣. 3.
LVIII. *Vox Domini* (al. add. *Chriſti*) *repudiantis ſynagogam.* c. 12. ℣. 7.
LIX. *Ubi Dominus reprobat Judæam, & pſeudoprophetas damnat.* c. 12. ℣. 14.
LX. *De converſis ad Dominum, & nolentibus reverti.* c. 12. ℣. 16.
LXI. *De cinctorio lineo.* c. 13. ℣. 1.
LXII. *Quomodo impletur uter vino, ita impletos Judæos ebrietate iræ Domini.* c. 13. ℣. 12.
LXIII. *De pſeudoſacerdotibus, qui ſunt montes tenebroſi.* c. 13. ℣. 16.
LXIV. *De impœnitentibus, non quærentibus Dominum.* c. 13. ℣. 24.
LXV. *De inopia pluviæ.* c. 14. ℣. 1.
LXVI. *Vox pœnitentium*, al. *pœnitentiæ.* c. 14. ℣. 7.
LXVII. *De luxurioſis.*
LXVIII. *Non proficere jejunia, & ſacrificia populo peccanti; nec prodeſſe preces Prophetæ orantis pro populo delinquente.* Al. *Non proficere jejuniis, & ſacrificiis populum peccantem; non prodeſſe preces Prophetarum.* c. 14. ℣. 11.
LXIX. *De pſeudoprophetis.* c. 14. ℣. 13.
LXX. *Vox pœnitentium.* c. 14. ℣. 19.
LXXI. *Non prodeſſe populo peccanti preces Prophetarum.* c. 15. ℣. 1.
LXXII. *Sermo Domini in quatuor plagis.* c. 15. ℣. 2.
LXXIII. *De paſſione Domini* (al. add. *noſtri Jeſu*) *Chriſti.* c. 15. ℣. 10.
LXXIV. *Vox Domini Chriſti de paſſione, & de aqua mendacii.* c. 15. ℣ 15.
LXXV. *Vox Domini ad Prophetam: ubi reprobat ipſe Dominus Judæos, pro idolis traditos in mortem.* c. 16. ℣. 1.
LXXVI. *De perditione Judæorum pro idolis.* c. 16. ℣. 11.
LXXVII. *De populo Chriſtiano ex gentibus venturo; & de idolis quòd non ſint.* c. 16. ℣. 16.
LXXVIII. *Maledictus qui ſperat in homine; & diſcedit cor ejus à Domino.* c. 17. ℣. 1.
LXXIX. *Benedictus homo, qui confidit in Domino.* c. 17. ℣. 7.
LXXX. *De perdice, id eſt, pſeudoſacerdotibus congregantibus dolo.* c. 17. ℣. 11.
LXXXI. *De his qui derelinquunt Dominum.* c. 17. ℣. 13.
LXXXII. *De ſabbato non violando,* (al. *Diem ſabbati non violandum;*) *& ſententia Domini in eum, qui violaverit.* c. 17. ℣. 21.
LXXXIII. *De figulo faciente vaſa; figura Domini.* c. 18. ℣. 1.
LXXXIV. *Si pœnituerit gens, miſericordiam conſequetur: ſi non pœnituerit, mala percipiet.* c. 18. ℣. 7.
LXXXV. *Sermo indignationis Domini ſuper populum pro idolis.* c. 18. ℣. 13.
LXXXVI. *Ubi Judæi cogitaverunt occidere Hieremiam: & maledicit eos cum filiis, & uxoribus eorum.* c. 18. ℣. 18.
LXXXVII. *De doliolo fictili, & ſermone Domini ſuper Judæos pro idolis.* c. 19. ℣. 1.
LXXXVIII. *Ubi conſtituit Dominus dare Hieruſalem in deſolationem, propter quod incenderunt ſuper tecta militiæ cœli, & immolaverunt diis alienis.* c. 19. ℣. 3.
LXXXIX. *Ubi datus Hieremias in cuſtodiam, & cùm produceretur, dixit ſermonem Domini ſuper Judam.* c. 20. ℣. 2.
XC. *Vox Prophetæ dolentis populum.* c. 20. ℣. 14.
XCI. *Ubi tradidit Dominus Sedechiam regem Juda, & pueros ejus, & populum Judaicum, & Hieruſalem Chaldæis in captivitatem.* c. 21. ℣. 1.
XCII. *De judicio juſto, & liberando eo, qui injuriam patitur.* c. 21. ℣. 12.
XCIII. *De judicio, & juſtitia; & pupillo, & vidua, & advena vindicandis,* al. add. *ab inimicis ſuis.* c. 22. ℣. 3.
XCIV. *Sermo Domini ſuper populum & regem, non facientes judicium & juſtitiam, datos in perditionem,* al. add. *& pro idolis.* c. 22. ℣. 5.
XCV. *Sermo Domini in Sellem* (al. *Sellum,*) *filium Joſiæ pro peccatis ejus.* c. 22. ℣. 11.
XCVI. *De eo qui adificat domum non cum juſtitia, & non judicat juſtè humili & pauperi.* c. 22. ℣. 13.
XCVII. *Reprobat Dominus, & tradidit Jechoniam regem Juda morti, & ſemen ejus.* c. 22. ℣. 14.
XCVIII. *De paſtoribus negligentibus plebem Domini.* c. 23. ℣. 1.
XCIX. *De Domino Chriſto,* al. add. *futuro nunc.* c. 23. ℣. 5.

Digitized by Google

C. *De ſacerdotibus populi, & prophetis iniquis ſervientibus Baal.* c. 23. ℣. 11.

CI. *De pſeudoprophetis ducentibus* (al. *ſeducentibus*) *populum poſt Baal, non audiendis.* c. 23. ℣. 13.

CII. *Pro peccatis inrogari mala à Domino.* c. 23. ℣. 19.

CIII. *Nihil abſconditum eſſe à Deo.* c. 23. ℣. 24.

CIV. *De ſomniis pſeudoprophetarum mendacibus.* c. 23. ℣. 26.

CV. *Arguit Dominus pſeudoprophetas mendaces.* c. 23. ℣. 32.

CVI. *De duobus calathis ficuum optimarum, & peſſimarum; quæ ſunt figura pœnitentis, & impœnitentis populi: & ubi tradidit Dominus regem Sedechiam cum populo in famem, mortem, & gladium pro peccatis.* c. 24. ℣. 1.

CVII. *Pro idolis traditam Hieruſalem* (al. add. *& populum*) *in captivitatem regi Babyloniæ annis ſeptuaginta.* c. 25. ℣. 9.

CVIII. *De calice vini, quo potionentur gentes.* c. 25. ℣. 15.

CIX. *Quòd Dominus excitet* (al. *ſuſcitet*) *gentes ad terram debellandam, quæ Domino peccaverit.* c. 25. ℣℣. 19..... 29.

CX. *Jubet Dominus ululare paſtores pro populo dato in traductionem pro peccatis.* c. 25. ℣. 34.

Al. interponit hoc Capitulum:

Minatur Dominus, ſi non fuerit converſus. c. 26. ℣. 4.

CXI. *Si populus averſus fuerit à peccatis, temperat ab eis Dominus iram ſuam.* c. 26. ℣. 3.

CXII. *Ubi Judæi voluerunt occidere Hieremiam prophetantem eis ſuper Hieruſalem.* c. 26. ℣. 8.

CXIII. *Ubi accepit Propheta torques in cervice ſua, oſtendens tradi populum Dei in captivitatem regi Babyloniæ.* c. 27. ℣. 1.

CXIV. *Non audiendos pſeudoprophetas, quos non miſit Dominus.* c. 27. ℣. 9.

CXV. *Ubi confundit Hieremias propheta pſeudoprophetas, & ſacerdotes, & populum.* c. 28. ℣. 5.

CXVI. *Rurſus de torquibus ferreis* (al. add. *& ligneis:*) *& ubi moritur Ananias pſeudopropheta juxta juſſionem Domini.* c. 28. ℣. 10.

CXVII. *Non audiendos pſeudoprophetas, & divinantes.* c. 29. ℣. 8.

CXVIII. *Quòd completis ſeptuaginta annis captivitatis, daretur pax Judæis.* c. 29. ℣. 10.

CXIX. *Maledictum ſuper Sedechiam regem, & Achab; quos tradidit Dominus regi Babyloniæ pro peccatis eorum.* c. 29. ℣. 21.

CXX. *De pſeudoprophetis, de quibus dicit Dominus:* Non miſi eos. c. 29. ℣. 23.

CXXI. *Ubi occidit Dominus Semian pſeudoprophetam, & genus ejus.* c. 29. ℣. 31.

CXXII. *Ubi promittit Dominus reformare Judæam poſt captivitatem, & ulciſci in perſecutores populi ſui.* c. 30. ℣. 3.

CXXIII. *De Domino Chriſto.* c. 30. ℣. 21.

CXXIV. *De Domino Chriſto, & populo novo; & de Baptiſmo.* c. 31. ℣. 1. ſeq.

CXXV. *De populo gentium novo per fidem futuro,* al. *& fide futura.* c. 31. ℣. 10.

CXXVI. *De interfectione filiorum Rachel, & planctu.* c. 31. ℣. 15.

CXXVII. *Dare Dominum veniam peccatorum pœnitentiam agentibus.* c. 31. ℣. 19.

CXXVIII. *De Domino Chriſto; quòdque deſtinatus* (al. *ordinatus*, al. *natus*) *ſit à Deo venire, & circuire terram ad ſalutem hominum.* c. 31. ℣. 23.

CXXIX. *Vox Domini Chriſti, quomodo à mortuis reſurgeret: & de ſacramento Corporis & Sanguinis.* c. 31. ℣. 25.

CXXX. *Vox Domini Chriſti.* c. 31. ℣. 27.

CXXXI. *Unumquemque in ſuo delicto mori.* c. 31. ℣. 30.

CXXXII. *Promiſſio Domini de populo novo* (al. add. *Chriſtiano.*) *Vox Chriſtianorum, & de civitatis opere.* Al. *Promiſſio de populo novo Chriſtianorum, & de civitatis opere.* c. 31. ℣. 32.

CXXXIII. *Dicit Dominus non ſe reprobaturum genus Iſraël uſque in finem.* c. 31. ℣. 38.

CXXXIV. *Ubi Hieremias in aula carceris conſtitutus, emit agrum à filio fratris patris ſui ſeptem ſiclis, & decem argenteis.* c. 32. ℣℣. 2. 7.

CXXXV. *Oratio Hieremiæ prophetæ pro populo ad Dominum.* c. 32. ℣. 16.

CXXXVI. *Videre Dominum* (al. *videri à Domino*) *vias hominum, & dare* (al. *dari*) *unicuique ſecundùm facta ejus.* c. 32. ℣. 19.

CXXXVII. *Ubi tradidit Dominus Hieruſalem in perditionem regi Babyloniæ, & Chaldæis pro idololatria.* c. 32. ℣. 28.

CXXXVIII. *Secundùm pietatem ſuam ſolam promittit Dominus dare veniam peccatorum, & pacem populo captivitatis.* c. 32. ℣. 37.

CXXXIX. *Adhuc tranſire oves per manus numerantis.* c. 33. ℣. 13.

CXL. *Sermo Domini ſuper Sedechiam regem Judæ, & ſuper Hieruſalem; quòd traderentur Chaldæis in perditionem pro peccatis,* al. add. *ſuis.* c. 34. ℣. 2.

CXLI. *Ubi ſecundùm præcepta Domini noluerunt Judæi Hebræos à ſervitute dimittere; & tradidit eos Dominus ad vindictam.* Al. *Ubi præcepta Domini noluerunt audire; & tradidit eos ad vindictam.* c. 34. ℣. 10.

CXLII. *De filiis Jonadab, qui non biberunt vinum ſecundùm præceptum patris ſui, & benedixit eos Dominus: quibus non fuit domus, & vinea, & ager, & ſemen terræ neſcierunt.* c. 35. ℣. 1. ſeq.

CXLIII. *Mandat Dominus Judæis, ut unuſquiſque avertatur à via ſua mala, ne traderentur in manus inimicorum: & mittit Hieremias Baruch, ut legeret eis verba Domini.* c. 35. ℣. 15. c. 36. ℣ 4.

CXLIV. *Ubi cùm legeret Baruch regi, & populo præcepta Domini de libro, combuſſerunt librum Prophetæ: & iratus Dominus locutus eſt mala ſuper regem, & populum, & Hieruſalem.* c. 36. ℣. 10. ſeq.

CXLV. *Sermo Domini ſecundò ſuper Joachim, & Hieruſalem, & Judæam.* c. 36. ℣. 29.

CXLVI. *Ubi Sedechias mittit ad Hieremiam, ut oraret pro eo ad Dominum: & excitavit Dominus Chaldæos expugnare Hieruſalem, & comburere eam igni.* c. 37. ℣. 3.

CXLVII. *Ubi miſſus eſt Hieremias in carcerem.* c. 37. ℣. 10. ſeq.

CXLVIII. *Ubi miſſus eſt Propheta in lacum cœnoſum; propter quod prophetavit ſuper Hieruſalem, & regnum, & populum: & extraxit eum inde Abdimelech Æthiops.* c. 38. ℣. 6.

CXLIX. *Ubi cùm quæreret rex à Propheta verbum Domini, prophetavit ſuper Hieruſalem, & populum, & regem: & ejecerunt eum de carcere principes Babyloniorum.* c. 38. ℣. 14. ſeq.

CL. *Sermo Domini ſuper Abdimelech liberandum, quòd & ipſe liberavit prophetam Domini Hieremiam.* c. 39. ℣. 15.

CLI. *Ubi archimagirus dimiſit Hieremiam prophetam de vinculis, ut ab eo abiret ad Goliam, quem conſtituerat rex Babyloniæ ſuper reſiduos Judæorum in terra eorum.* c. 40. ℣. 1.

CLII. *Ubi congregati ſunt ad Godoliam Judæi in Magphat,* (al. *Maſphat,*) *cùm eis præponeretur à rege Babyloniæ.* c. 40. ℣. 8.

Digitized by Google

CLIII. *Ubi dictum eſt Godoliæ, quòd eum occiſurus eſſet Iſmahel, & non credidit: & occiſus eſt ab eo cum his, qui cum eo erant.* c. 40. ℣. 14. c. 41. ℣. 1.

CLIV. *Ubi viri exercitûs Judæorum, & populus rogant Prophetam, pro eis ad Dominum oret.* c. 42. ℣. 2.

CLV. *Verbum* (al. *verba*) *Domini ſuper reſiduos populi: propter quòd præceptum Domini non audierint, adhuc captivarentur in gladio, & fame, & morte.* c. 42. ℣. 15.

CLVI. *Ubi noluerunt audire Prophetam, & duxerunt ſe in Ægyptum: & ibi tradidit eos Dominus Nabuchodonoſor regi Babyloniæ in captivitatem ſecundam, & Ægyptum cum idolis combuſſit igni cum templis ſuis.* c. 43. ℣. 2.

CLVII. *Indignatio Domini ſuper Iſraël pro idolis, quibus relicto Deo ſacrificaverunt.* c. 44. ℣. 2.

CLVIII. *Ubi tradidit Dominus Judæos in Ægypto in gladium, famem, & mortem pro idolis.* c. 44. ℣. 11.

CLIX. *Indignatio Domini ſuper Judæos pro idolis, & ſuper mulieres eorum.* c. 44. ℣. 24.

CLX. *Increpat Dominus Baruch improperantem Deo.* c. 45. ℣. 1.

CLXI. *Sermo Domini in Galaad, & ſuper populum, pro peccatis induci gentes ad ultionem.* c. 46. ℣. 1. ſeq.

CLXII. *Sermo Domini ſuper Magdalum, & Memphem, & Ægyptum, traditas pro idolis in perditionem.* c. 46. ℣. 14.

CLXIII. *Promittit Dominus Jacob & Iſraël, quòd eos liberet de manibus inimicorum.* c. 46. ℣. 27.

CLXIV. *Sermo Domini ſuper Philiſthiim, & Tyrum, & Sidonem.* c. 47. ℣. 1.

CLXV. *Sermo Domini in Gazam, & Aſcalonam.* c. 47. ℣. 5.

CLXVI. *Sermo Domini ſuper Nabo, & Cariathiarim, & cæteras.* c. 48. ℣. 1.

CLXVII. *Maledictus qui facit opus Dei negligenter.* c. 48. ℣. 10.

CLXVIII. *Pro injuria populi Dei, & pro idolis periiſſe civitates Moab.* c. 48. ℣. 25. ſeq.

CLXIX. *Sermo Domini pro idolis in filios Ammon, & cæteros.* c. 49. ℣. 1.

CLXX. *Sermo Domini ſuper Idumæam.* c. 49. ℣. 7.

CLXXI. *Iraſci Dominum Boſræ,* (al. add. *&*) *pro pupillo, & vidua.* c. 49. ℣. 13.

CLXXII. *Paſtorem non poſſe deprecari Dominum, cùm iraſcitur Dominus populo.* c. 49. ℣. 19. ſeq.

CLXXIII. *Sermo Domini ſuper Damaſcum, cæteraſque civitates ejus.* c. 49. ℣. 23.

CLXXIV. *Sermo Domini ſuper Cedar.* c. 49. ℣. 28.

CLXXV. *Sermo Domini ſuper Elam.* c. 49. ℣. 34.

CLXXVI. *Sermo Domini ſuper Babyloniam, & Chaldæos pro injuria filiorum Iſraël.* c. 50. ℣. 1.

CLXXVII. *Sermo Domini ſuper regem Babylonis, & terram ejus, quam tradidit Dominus inimicis pro populo Dei læſo.* c. 50. ℣. 18.

CLXXVIII. *Quòd Deus condiderit univerſa.* ibid.

CLXXIX. *Quod ſimulacra ab hominibus facta, dii non ſunt in perpetuum.*

CLXXX. *Sermo Domini ſuper Babyloniam, & Chaldæos pro populo Dei, & pro idolis, quos tradidit Deus inimicis in perditionem.* c. 51. ℣. 1.

CLXXXI. *Sanctificat Dominus exterminatores populi ſui in ſe peccantis.* c. 51. ℣. 27.

CLXXXII. *Sermo Domini de interitu Babyloniæ, & civitatum ejus.* c. 51. ℣. 29.

CLXXXIII. *Pro idolis everſam Babyloniam, & Chaldæos.* c. 51. ℣℣. 47. 54.

CLXXXIV. *Præceptum Hieremiæ ad Saraiam.* c. 51. ℣. 59.

CLXXXV. *Ubi Nabuchodonoſor rex Babyloniæ cepit Hieruſalem, & Sedechiam, quem, occiſis filiis ejus, & omnibus principibus, miſit in carcerem.* c. 52. ℣. 1.

CLXXXVI. *Ubi Nabuzardan venit Hieruſalem, & ſuccenſa domo Domini, abſtulit omnia ornamenta templi Domini in Babyloniam.* c. 52. ℣. 12.

CLXXXVII. *Ubi Joachim à rege Babyloniæ ejectus eſt de carcere.* c. 52. ℣. 31.

CLXXXVIII. *Lamentationes* (al. *Lamentatio*) *Prophetæ.* c. 1. ſeqq.

CLXXXIX. *Oratio ejuſdem,* al. *Jeremiæ prophetæ.* c. 5. ℣. 1.

Digitized by Google

PROPHETIA

* JEREMIÆ.

CAPUT PRIMUM.

VULGATA NOVA.

1. VERBA Jeremiæ filij Helciæ, de ſacerdotibus qui fuerunt in Anathoth, in terra Benjamin.

2. Quod factum eſt verbum Domini ad eum in diebus Joſiæ filii Amon regis Juda, in tertiodecimo anno regni ejus.

3. Et factum eſt in diebus Joakim filii Joſiæ regis Juda, uſque ad conſummationem undecimi anni Sedeciæ filii Joſiæ regis Juda, uſque ad tranſmigrationem Jeruſalem, in menſe quinto.

4. Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens:

5. Priuſquam te formarem in utero, novi te: & antequam exires de vulva, ſanctificavi te, & prophetam in Gentibus dedi te.

6. Et dixi, A, a, a, Domine Deus: ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum.

VERSIO ANTIQUA.

1. VERBUM Dei quod factum eſt ad Jeremiam..... *Hieron. in Jer. 1. col. 528. d. f.*

3..... uſque ad captivitatem Jeruſalem.....

5. Priuſquam te formarem in utero, novi te: & priuſquam exires de vulva, ſanctificavi te, & prophetam in Gentibus poſui te. *Cypr. l. 1. Teſt. p. 282. a.*

6. Et dixi: [a] Quis es Dominator Domine: ecce neſcio loqui, quia juvenior ſum ego. *Hieron. in Jer. 1. col. 529. b.* [a] *Ambroſ. in Pſal. 118. col. 1149. d.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Hieron. præf. in Jer. notat inverſam eſſe, cùm in Græcis tum in Latinis exemplaribus, hujus Prophetæ viſionum ſeriem. *Præterea*, inquit, *ordinem viſionum, qui apud Græcos & Latinos omnino confuſus eſt, ad priſtinam fidem correximus*: item prologo in eundem Prophetam, to. 3. col. 526. 527. ait: *Jeremiæ ordinem librariorum errore confuſum, multaque quæ deſunt, ex Hebræis fontibus digerere ac complere (conſului) ut novum ex veteri, verumque pro corrupto atque falſato Prophetam teneas.*

¥. 1. Hieron. loco cit. ait: *Pro Verbis Jeremiæ, LXX. poſuerunt: Verbum Dei quod factum eſt ad Jeremiam*: & infra c. 14. col. 599. b. eundem memorat *titulum Prophetiæ, in quo ſcriptum eſt*, inquit, *Quod factum eſt verbum Domini ad Jeremiam de ſermonibus ficcitatis*. Græc. Τὸ ῥῆμα τῦ Θεῦ ὃ ἐγένετο ἐπὶ Ἱερεμίαν τὸν τῦ Χελκία, &c.

¥. 3. Hieron. ibid. *Pro* tranſmigratione, *quod omnes alii voce conſona tranſtulerunt, LXX. poſuere* captivitatem. Gr. ἕως τῆς αἰχμαλωσίας Ἱερυσαλήμ.

¥. 5. Sic iterum leg. Cypr. l. de lapſ. p. 187. c. cum Auct. quæſt. ex Vet. Teſt. q. 44. ap. Auguſt. to. 3. 58. a. Ita quoque in Gr. eſt, præter hoc, εἰς ἔθνη, *in gentes*, pro *in gentibus*, abſque præced. &. Iren. l. 5. c. 15. p. 312. b. *Priuſquam plaſmarem te in utero, novi te*, &c. ut ſupra. Tertul. l. de anima, p. 490. c. *Priuſquam te in utero fingerem, novi te: & priuſquam exires de vulva, ſanctificavi te.* Hilar. in Pſ. 119. col. 375. c. *Priuſquam te formarem in utero, novi te: & priuſquam exires de vulva, ſanctificavi te.* Itidem Leo M. ſer. 29. p. 87. a. cum Auct. l. de voc. gent. l. 2. c. 10. p. 23. d. Item ap. Lactant. l. 4. Inſtit. c. 8. p. 573. *Priuſquam te formarem in utero, novi te.* Apud Ambroſ. l. de apol. Dav. col. 695. c. *Priuſquam te formarem in utero matris tuæ, novi te*, &c. ut in textu: ita rurſum l. 1. & 4. de fide, to. 2. 443. c. 541. e. at l. de bened. Patr. c. 11. col. 528. b. & l. 2. de interpel. Dav. c. 5. col. 645. e. addit, *& priuſquam exires de vulva matris*, &c. & in Luc. 1. & 2. col. 1281. b. 1300. d. legit: *Priuſquam te formarem in utero, novi te: & in vulva matris ſanctificavi te*: ſed in Luc. 1. col. 1277. d. *priuſquam exires de vulva*, &c. Hieron. in Iſai. 6. col. 62. c. *& in vulva matris tua ſanctificavi te.*

¥. 6. Græc. Καὶ εἶπα· Ὁ ὢν Δέσποτα Κύριε, ἰδοὺ, &c. ut ſupra. Hilar. l. 4. de Trin. col. 831. d. *Qui es Dominus Domine.* Rurſum Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1205. c. *Dominator Domine, ecce neſcio loqui, quia juvenis ſum ego.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ambroſ. ubi ſup. 7. Et dixit Dominus : Noli dicere : Quia juvenior ſum ego : quia ad omnes, quoſcunque miſero te, abibis : & ſecundùm omnia quæcunque mandavero tibi, loquêris.

8. Ne timeas à facie eorum : quia ego tecum ſum, dicit Dominus, ut liberem te.

Caſſiod. in Pſal. 50. p. 172. c. 9. Extendit Dominus manum ſuam ad me, & tetigit os meum : & dixit ad me : Ecce dedi verba mea in os tuum :

10. ecce ſtatui te ſuper gentes, & regna, eradicare, & demolire, & perdere, & exterminare, & ædificare, & circumplantare.

Hieron. in Eccleſ. to. 2. 784. b. 11..... Quid tu vides Jeremia?.... Baculum nuceum.....

12..... Bene vidiſti, quia vigilabo ego ſuper verbum meum ut faciam illud.

13..... *Vide Not.*

Hieron. in Iſai. 14. col. 158. f. 14..... Ab Aquilone exardeſcent mala ſuper omnes habitatores terræ.

VULGATA NOVA.

7. Et dixit Dominus ad me : Noli dicere : Puer ſum : quoniam ad omnia, quæ mittam te, ibis : & univerſa, quæcunque mandavero tibi, loquêris.

8. Ne timeas à facie eorum : quia tecum ego ſum, ut eruam te, dicit Dominus.

9. Et miſit Dominus manum ſuam, & tetigit os meum : & dixit Dominus ad me : Ecce dedi verba mea in ore tuo :

10. ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna, ut evellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſſipes, & ædifices, & plantes. *Inf.* 18. 7.

11. Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens : Quid tu vides Jeremia? Et dixi : Virgam vigilantem ego video.

12. Et dixit Dominus ad me : Bene vidiſti, quia vigilabo ego ſuper verbo meo ut faciam illud.

13. Et factum eſt verbum Domini ſecundò ad me, dicens : Quid tu vides? Et dixi : Ollam ſuccenſam ego video, & faciem ejus à facie Aquilonis.

14. Et dixit Dominus ad me : Ab Aquilone pandetur malum ſuper omnes habitatores terræ : *Inf.* 4. 6.

VULGATA NOVA.

15. quia ecce ego convocabo omnes cognationes regnorum Aquilonis, ait Dominus : & venient & ponent unuſquiſque ſolium ſuum in introitu portarum Jeruſalem, & ſuper omnes muros ejus in circuitu, & ſuper univerſas urbes Juda.

16. Et loquar judicia mea cum eis ſuper omnem malitiam eorum, qui dereliquerunt me, & libaverunt diis alienis, & adoraverunt opus manuum ſuarum.

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. l. de non parc. in Deo. del. p. 231. f. vel 233. f. [a] *Hieron. in Jer. 1. col. 532. a.* [b] *Lucif. Cal. ubi ſup.* 17. Et tu accinge lumbos tuos, & ſurge, & dic omnia quæcunque mandavi tibi. Ne timeas à facie eorum, nec formides in conſpectu eorum : [a] quia tecum ſum, ut liberem te, dicit Dominus.

18. [b] Ecce poſui te in hodierna die ſicut civitatem firmatam, & ſicut murum æreun firmum, omnibus regibus Juda, & principibus ejus, & plebi terræ.

VULGATA NOVA.

17. Tu ergo accinge lumbos tuos, & ſurge, & loquere ad eos omnia quæ ego præcipio tibi. Ne formides à facie eorum : nec enim timere te faciam vultum eorum.

18. Ego quippe dedi te hodie in civitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum, ſuper omnem terram, regibus Juda, principibus ejus, & ſacerdotibus, & populo terræ. *Inf.* 6. 27.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Hieron. ubi ſup. poſt hoc, *Et dixi*, ſubdit ex LXX. *O Domine Deus, neſcio loqui, quia juvenis ſum :* & in Iſai. 3. col. 36. e. *ecce ego neſcio loqui, quia juvenis ſum.*

℣. 7. Ambroſ. ibid. *Et dixit ei Dominus*, narrando ſanè. Græc. Καὶ εἶπε Κύριος πρός με, *Et dixit Dominus ad me ;* & inf. pro *abibis*, ſimpliciter, πορεύσῃ, *ibis ;* cæt. ut in Lat. ſup. Rurſum Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1205. c. legit : *Noli dicere : Quia juvenis ſum ego : quia ad omnes, ad quoſcunque miſero te, abibis :* & *per omnia quæcunque mandavero tibi, loquêris :* vide etiam ibid. col. 987. e. & 1135. a. & in Pſ. 36. col. 804. a. Hieron. in Iſai. 3. col. 36. e. *Reſpondit Dominus : Ne dicas : Quia juvenis ſum.*

℣. 8. Sic iterum legit Ambroſ. inf. col. 1205. c. nec diſſimile quidpiam in Græco, præter unum τῷ ἐξαιρεῖσθαί σε, *ut eruam te*, præpoſitum huic, *dicit Dominus.*

℣. 9. Itidem Græcè, niſi quòd habetur initio, Καὶ ἐξέτεινε ; additurque inf. Κύριος, ad verbum *dixit.* Rectè Tertul. l. cont. Prax. p. 854. b. & *dixit mihi Dominus : Ecce dedi ſermones meos in os tuum.* Ambroſ. in Pſ. 43. col. 890. d. ut ſup. *Ecce dedi verba mea in os tuum.* Hieron. verò in Soph. 1. col. 1654. a. cum Tertul. *Ecce dedi ſermones meos in os tuum.*

℣. 10. Ambroſ. in Pſ. 43. col. 890. d. legit : & *conſtitui te hodie ſuper gentes*, & *regna*, *eradicare*, & *deſtruere*, & *perdere*, & *ædificare*, & *plantare.* Hieron. in Soph. 1. col. 1654. a. *Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes*, & *regna*, *eradicare*, & *ſuffodere*, & *diſperdere*, & *ædificare*, & *plantare.* Ita quoque in Græco eſt, niſi excipiatur verbum ἀνοικοδομεῖν, pro *ædificare ;* item ſup. repetitur ἐπὶ, *ſuper*, ante *regna.* Auguſt. in Pſ. 50. to. 4. 468. f. *Ecce dabo tibi eradicare, ſuffodere, evertere, diſperdere,* & *rurſus ædificare,* & *plantare :* ſer. verò 312. to. 5. 1257. a. *Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes,* & *regna, eradicare,* & *effodere,* & *perdere,* & *reædificare,* & *plantare.* Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 749. h. *Ecce ego conſtitui te hodie ſuper gentes,* & *regna, ut evellas,* & *deſtruas,* & *reædifices,* & *plantes.* Vulg. & *deſtruas,* & *diſperdas,* & *diſſipes,* & *ædif.* &c. Unde Hieron. in hunc Jer. loc. col. 529. f. ait : *Hoc quod nos de Hebraïco addidimus*, diſſipes, *ſive* deponas, *in LXX. non habetur.* Græcè nunc, ἐκριζοῦν, καὶ κατασκάπτειν, καὶ ἀπολύειν, καὶ ἀνοικοδομεῖν, καὶ καταφυτεύειν.

℣. 11. A Græco abeſt τὸ *Jeremia ;* ſed in Mſ. Alex. eſt, ſicut in edd. Ald. & Compl. Hieron. etiam in hunc loc. col. 530. c. ait : *Pro* virga vigilante, *LXX.* baculum nuceum *tranſtulerunt.* Item Ambroſ. l. de apol. Dav. col. 725. f. & epiſt. 41. col. 956. c. hab. *baculum nucinum ;* Gr. βακτηρίαν καρυΐνην.

℣. 12. Græcè, ἐγρήγορα ἐγὼ, *vigilavi ego*, non *vigilabo ;* ſtatimque pluraliter, ἐπὶ τοὺς λόγους μου τοῦ ποιῆσαι αὐτούς.

℣. 13. Eò ſpectant quæ dicit Hilar. in Pſ. 59. col. 140. d. *Eſt* & *olla, ſecundùm Jeremiam, urens peccata, atque tollens.* Item ap. Auguſt. in Pſ. 59. to. 4. 582. f. memoratur *olla ſuccenſa ab Aquilone.*

℣. 14. Sic iterum legit Hieron. in Joel. 2. col. 1355. c. item in hunc Jerem. loc. col. 531. a. ait : *Ab Aquilone aperientur, ſive exardeſcent mala :* & in epiſt. ad Tit. to. 4. 425. f. *Ab Aquilone enim exardeſcent mala ſuper omnes inhabitantes terram.* Græc. Ἀπὸ προσώπου Βορρᾶ ἐκκαυθήσεται τὰ κακὰ, &c. ut ſupra.

℣. 17. Ita in Græco, niſi exceperis 2. verba, ἐντελοῦμαι, *mandavero*, pro *mandavi ;* & πτοηθῇς, *exterrearis*, loco *formides.* Eadem rurſus habet Lucif. ibid. præter iſta, & *exſurge*, & *dic omnia quæcunque dico tibi :* ſed conſtanter prætermittit poſtrema, *quia tecum ſum*, &c. quæ tamen leguntur Græcè ; quæque addidimus ex Hieronymo loco cit. ubi ait : *Quod juxta LXX. ſequitur :* quia tecum ſum ut liberem te, dicit Dominus : *in Hebraïco non habetur :* & ſup. loco iſtorum de Vulg., *nec enim timere te faciam*, ſubdit : *ſive ut LXX.* & *cæteri :* ne fortè timere te faciam. In ed. Compl. habetur, μηδὲ πτοηθῆναί σε ποιήσω, non ſimpliciter, μηδὲ πτοηθῇς, ut in Rom. Apud Gaud. Brix. ſer. 2. p. 947. c. priora ſic legere eſt : *Et tu præcinge lumbos tuos,* & *dices ad populum.*

℣. 18. Hæc tota reſpondent Græco. Auct. op. imp. in Matth. p. 38. b. ſimiliter habet : *Ecce poſui te in hodierna die ſicut civitatem firmam,* (Gr. ὀχυρὰν) & *ſicut murum æreum.* Item Hieron. in hunc loc. col. 532. b. his Vulgatæ verbis : *Ego quippe dedi te hodie*, ſubdit, procul dubio

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

19. Et bellabunt adversùm te, & non prævalebunt: quia ego tecum sum, ait Dominus, ut liberem te.

VERSIO ANTIQUA.

19. Et pugnabunt contra te, & non poterunt adversùm te: quia ego tecum sum, ut liberem te, dicit Dominus. *Lucif. Cal. ubi sup.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

è LXX. *sive*, Ecce posui te in hac die.
℣. 19. Similiter in Græco, excepto uno εἶπε, *dixit*, pro *dicit*.

CAPUT II.

VULGATA NOVA.

1. ET factum est verbum Domini ad me, dicens:

2. Vade, & clama in auribus Jerusalem, dicens: Hæc dicit Dominus: Recordatus sum tui, miserans adolescentiam tuam, & charitatem desponsationis tuæ, quando secuta es me in deserto, in terra quæ non seminatur.

3. Sanctus Israël Domino, primitiæ frugum ejus: omnes, qui devorant eum, delinquunt: mala venient super eos, dicit Dominus.

4. Audite verbum Domini domus Jacob, & omnes cognationes domus Israël:

Mich. 5. hæc dicit Dominus: Quid invenerunt patres
6. 3. vestri in me iniquitatis, quia elongaverunt à me, & ambulaverunt post vanitatem, & vani facti sunt?

6. Et non dixerunt: Ubi est Dominus, qui ascendere nos fecit de terra Ægypti: qui traduxit nos per desertum, per terram inhabitabilem & inviam, per terram sitis, & imaginem mortis, per terram, in qua non ambulavit vir, neque habitavit homo?

7. Et induxi vos in terram Carmeli, ut comederetis fructum ejus, & optima illius: & ingressi contaminastis terram meam, & hæreditatem meam posuistis in abominationem.

8. Sacerdotes non dixerunt: Ubi est Dominus? & tenentes legem nescierunt me, & pastores prævaricati sunt in me: & prophetæ prophetaverunt in Baal, & idola secuti sunt.

9. Propterea adhuc judicio contendam vobiscum, ait Dominus, & cum filiis vestris disceptabo.

10. Transite ad insulas Cethim, & videte: & in Cedar mittite, & considerate vehementer: & videte si factum est hujuscemodi.

11. Si mutavit gens deos suos, & certè ipsi

VERSIO ANTIQUA.

1..... *Vide Not.*

2..... Hæc dicit Dominus: Recordatus sum misericordiæ adolescentiæ tuæ, & dilectionis perfectionis tuæ..... *Hieron. in Jer. 2. col. 532. f. ex Lxx.*

3. Sanctus Israël Domino, initium generationum ejus: omnes, qui edunt eum, pœnitebunt: mala inducam super eos, dicit Dominus. *Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 200. b.*

4. Audite verbum Domini domus Jacob, & omnis domus Israël: *Idem l. de non conv. cum hær. p.*

5. hæc dicit Dominus: Quid invenerunt in me *223. d. e.*
patres vestri contumaciæ, quòd recessérunt longè à me, & abierunt post supervacua, & frustrati sunt?

6. Et non dixerunt: Ubi est Deus, qui liberavit nos de terra Ægypti: qui eduxit nos, ducatum præbens in deserto, in terra inculta & ignota, & in terra sine aqua & sine fructu, in terra, in quam nemo commeavit vir, neque commoratus est ibi filius hominis?

7. Et induxit vos in Carmelum, ut manducaretis fructum ejus, & bona ejus: & intrastis, & coinquinastis terram, & hæreditatem meam posuistis in exterminationem.

8. Sacerdotes non dixerunt: Ubi est Dominus? & seniores legis meæ nescierunt me, & pastores impiè egerunt in me: & prophetæ prophetaverunt in Baal, & post inutilia abierunt.

10. Circuite insulam Cethim, & videte: & in Cedar mittite, & intelligite vehementer: & videte si facta sunt talia. *Fulg. ep. 12. p. 219. b.*

11. Si mutabunt gentes deos suos, & isti non *Tertul. adv. Jud. c. 13. p. 146. c.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 1. 2. Græc. ipso initio habet simpliciter: Καὶ εἶπε, *Et dixit*; deinde: Τάδε λέγει Κύριος· Ἐμνήσθην, &c. ut in Lat. sup. Quod autem in Vulgata præmittitur ℣. 1. & 2. *Et factum est verbum Domini ad me, dicens: Vade, & clama in auribus Jerusalem, dicens: Hoc*, inquit Hieron. ibid. *in LXX. non habetur; sed sub asteriscis de Theodotionis editione additum est, qui verbum Hebraïcum*, carath, *pro quo nos diximus* clama, *sive* prædica, *interpretatus est* lege: & infra: *Hoc quoque quod posuimus*, in deserto, in terra quæ non seminatur, *in LXX. non habetur.* Nunc etiam Græcè ultimò sequitur: τῷ ἐξακολουθῆσαί σε τῷ ἁγίῳ Ἰσραὴλ, λέγει Κύριος· *quando tu secuta es sanctum Israël, dicit Dominus.*

℣. 3. Gr. hab. γενημάτων, *geniminum*, loco *generationum*; paulòque post, πλημμελήσουσι, *delinquent*, loco *pœnitebunt*; & ἥξει, *venient*, pro *inducam*; cæt. ut in Lat. sup.

℣. 4. Itidem Græcè, hoc excepto, πᾶσα πατριὰ οἴκου, *omnis cognatio domûs*, loco *omnis domus.*

℣. 5. Nil differt Græc. nisi quòd loco *contumaciæ*, hab. πλημμέλημα, *delictum*; paulòque post, τῶν ματαίων, *vana*, loco *supervacua*; ultimòque, ἐματαιώθησαν, *vani facti sunt*, pro *frustrati sunt.*

℣. 6. Græcè, loco *Deus qui liberavit*, habetur Κύριος ὁ ἀναγαγών, *Dominus qui eduxit*; exinde pro *qui eduxit nos*, *ducatum præbens*, simpliciter, ὁ καθοδηγήσας ἡμᾶς· & pro *ignota*, ἀβάτῳ, *invia*, absque sequenti & extremò, ᾧ οὐ κατῴκησεν ἄνθρωπος ἐκεῖ, *neque habitavit homo illic*; at in Compl. οὐδὲ ἄνθρωπος ἐκεῖ, ut sup. & sanè Hieron. in hunc loc. col. 533. f. ait: *Pro* homine, *LXX.* filium hominis *interpretati sunt*; & *pro* imagine mortis, *de Theodotione additum est*, umbra mortis, quo ult. carent edit. Rom. & al. Apud Vigil. Tapsi. l. 12. de Trin. p. 307. c. ita: *Et non dixistis: Ubi est Dominus, qui eduxit nos de terra Ægypti, qui induxit nos in deserto?*

℣. 7. Concordat Græc. nisi quòd in principio hab. Καὶ ἤγαγον, vel ut in edd. Ald. & Compl. Καὶ εἰσήγαγον, *Et induxi*; subinde καρπὸς, *fructus*, num. plur. ultimòque, βδέλυγμα, *abominationem*, loco *exterminationem*, additâ voculâ μοῦ sup. ad *terram.*

℣. 8. Similia leguntur Græcè, præter seqq. οἱ ἀντεχόμενοι τοῦ νόμου, *tenentes legem*, loco *seniores legis meæ*; Mss. Alex. add. μοῦ, & sub fin. hab. ἐπροφήτευον, ubi Rom. ed. ἐπροφήτευσαν; extremò ibid. ἀνωφελῆς, *inutile*, loco *inutilia.* Hieron. in Zach. 11. col. 1775. e. legit: *Sacerdotes non dixerunt: Ubi est Dominus? tenentes legem meam nescierunt me, & pastores prævaricati sunt in me: & prophetæ prophetabant in Baal, & idola secuti sunt.*

℣. 10. Græc. initio habet: Διότι ἔλθετε εἰς νήσους Χεττιείμ, *Idcirco venite ad insulas Chettiim*; reliqua ut in Lat. supra. Tertul. l. adv. Jud. c. 13. p. 146. c. *mittite, & interrogate nimis, si facta sunt talia.*

℣. 11. Consonat Græc. nisi quòd in principio hab. Εἰ ἀλλάξωνται, *Si mutaverint*; at in Mss. Alex. ἀλλάξονται. Apud Fulgent. ep. 12. p. 219. b. *Si mutavit gens deos suos, & isti non sunt dii.* Hieron. in hunc loc. p. 534. e. ad hoc Vulg. *Si mutavit gens deos*, addit, *sive*, *deos suos*: item

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Tertul. ubi sup. sunt dii: populus autem meus mutavit gloriam suam, ex quo nihil proderit eis.

Hieron. in Jer. 2. col. 535. b. ex Lxx. 12. Obstupuit cœlum super hoc, & inhorruit extra modum & vehementer, dicit Dominus.

Tertul. adv. Jud. c. 13. p. 146. c. 13. Duo hæc mala fecit populus: Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt sibi lacus contribulatos, qui non poterant aquam continere.

VULGATA NOVA.

non sunt dii: populus verò meus mutavit gloriam suam in idolum.

12. Obstupescite cœli super hoc, & portæ ejus desolamini vehementer, dicit Dominus.

13. Duo enim mala fecit populus meus: Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt sibi cisternas, cisternas dissipatas, quæ continere non valent aquas.

VULGATA NOVA.

14. Nunquid servus est Israël, aut vernaculus? quare ergo factus est in prædam?

15. Super eum rugierunt leones, & dederunt vocem suam, posuerunt terram ejus in solitudinem: civitates ejus exustæ sunt, & non est qui habitet in eis.

16. Filii quoque Mempheos & Taphnes constupraverunt te usque ad verticem.

17. Nunquid non istud factum est tibi, quia dereliquisti Dominum Deum tuum eo tempore, quo ducebat te per viam? 17... *Vide Not.*

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Isai. 52. col. 378. a. 18. Et nunc quid tibi est, & viæ Ægypti, ut bibas aquam Geon? & quid tibi est, & viæ Assyriorum, ut bibas aquam fluminum?

Cypr. l. 3. Testim. p. 321. c. 19. Verberavit te delictio tua, & nequitia tua accusavit te. Et scito, & vide, quia amarum tibi erit quòd dereliqueris me, dicit Dominus Deus tuus, & non speraveris in me, dicit Dominus Deus tuus.

20. Quia in sæculum contribulasti jugum meum, & dirupisti vincula tua, & dixisti: Non serviam: sed ibo super omnem montem excelsum, & super omnem collem altum, & super omne lignum umbrosum: ibi confundar in fornicatione.

Hieron. in Jer. 2. col. 537. ex Lxx. 21. Ego autem plantavi te vineam frugiferam, omnem veram: quomodo conversa es in amaritudinem vitis aliena?

VULGATA NOVA.

18. Et nunc quid tibi vis in via Ægypti, ut bibas aquam turbidam? & quid tibi cum via Assyriorum, ut bibas aquam fluminis?

19. Arguet te malitia tua, & aversio tua increpabit te. Scito, & vide, quia malum & amarum est reliquisse te Dominum Deum tuum, & non esse timorem mei apud te, dicit Dominus Deus exercituum.

20. A sæculo confregisti jugum meum, rupisti vincula mea, & dixisti: Non serviam. In omni enim colle sublimi, & sub omni ligno frondoso tu prosternebaris meretrix. *Isa. 3. 6.*

21. Ego autem plantavi te vineam electam, omne semen verum: quomodo ergo conversa es mihi in pravum vinea aliena? *Isai. 5. 1. Matth. 21. 33.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

huic ult. *in idolum* ex Vulg. subdit: *sive, de quo ei nihil proderit*; Gr. ἐξ ἧς οὐκ ὠφεληθήσονται.

℣. 12. Itidem Græcè, detractâ conjunct. &, ante *vehementer*. Tertul. adv. Jud. c. 13. p. 146. c. legit: *Expavit cœlum super isto.* Cypr. l. 3. Testim. p. 321. b. *Exhorruit cœlum in hoc, & abhorruit multùm magis vehementer, dicit Dominus.* Parmen. apud August. l. 2. cont. ipsum, to. 9. 37. a. *Expectavit* (l. *expavit*) *cœlum super istud, & inhorruit misto vehementius, dicit Dominus.*

℣. 13. Edit. Rom. initio habet: "Οτι λαός μου ἐποίησε τὴν πονηρὰν ταύτην ὁ λαός μου *Quia duo & mala fecit populus meus*; sed a Compl. abest καὶ; subinde in Rom. ζωῆς, *vitæ*, loco *vivæ*; at in Compl. & Mss. Alex. ζῶντος; demum loco *contribulatos, qui non poterant*, constanter, ζυντετεμμένους, οἳ οὐ δυνήσονται cæt. ut in Lat. sup. Apud Cypr. l. 3. Testim. p. 321. c. *Hæc maligna fecit plebs mea: Dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & effoderunt sibi lacus detritos, qui non poterant aquam continere*: & l. 1. p. 277. a. *Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & effoderunt sibi lacus detritos, qui non poterunt aquam portare*: & l. de unit. Eccl. p. 197. ac ep. 70. p. 125. *qui non possunt aquam portare.* Zeno Veron. l. 2. tract. 59. p. 272. *Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt sibi lacus detritos, qui non possunt aquam portare.* Ambros. in Ps. 61. col. 960. d. *Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & fecerunt sibi contritos lacus*: vide etiam l. de Isaac, c. 1. col. 356. c. & l. 3. offic. to. 2. 134. b. Hieronym. in Ezech. 47. col. 1053. f. *Duo mala fecit populus meus: Me dereliquerunt fontem aquæ viva, & foderunt sibi lacus, qui aquam continere non possunt*: & in Ose. 10. col. 1306. b. *Duo pessima fecit populus meus: Me dereliq..... & foderunt sibi lacus contritos, qui non possunt aquam continere*: & in Isai. 54. col. 400. f. *qui non possunt aquas continere*: sic etiam in Ezech. 32. col. 932. c. & in Amos 4. col. 1401. e. S. Paulinus epist. 50. p. 298. c. *Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt sibi lacus contritos, qui non tenent aquam.* Parmen. apud Aug. l. 2. cont. ipsum, to. 9. 37. a. *Quoniam duo nequam fecit populus iste: Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & effoderunt sibi lacus detritos, qui non possunt aquam portare.* Auct. l. cont. Fulg. Donat. append. to. 9. Aug. col. 5. b. *Duo mala fecit populus iste: Me dereliquerunt, & effoderunt sibi lacus detritos, qui copiam non possunt portare.* Vigil. Tapsi. l. 12. de Trin. p. 324. b. *Duo nequam fecit populus iste: Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, & foderunt sibi lacus contritos, qui non potuerunt aquam portare*: at l. cont. Varimad. p. 747. b. *Hæc dicit Dominus Deus Israël: Duo mala fecit populus meus: Me reliquerunt..... & foderunt sibi lacus detritos, qui aquam non possunt continere.* Concinit Optat. l. 4. cont. Donat. p. 76. a. ab his, *dereliquerunt fontem.* Similiter ap. Hilar. in Ps. 97. *Me dereliq. fontem aquæ vivæ.*

℣. 17. Quod Vulgata extremò addit: *eo tempore, quo ducebat te per viam*, hoc *in LXX. non habetur*, inquit Hieron. in hunc loc. col. 536. a. deest pariter hodie in Græco.

℣. 18. Ita Græcè ad verbum, detracto duplici *est*. Rursus Hieron. in Ose. 2. col. 1246. b. *Quid tibi, & viæ Ægypti, ut bibas aquam Geon? & quid tibi, & via Assyriorum, ut bibas aquas fluminum?* & in Isai. 50. col. 360. d. *quid tibi est, & viæ Assyriorum, ut bibas aquas fluminum?* item in hunc Jerem. loc. col. 536. b. dicit: *Pro sior, nos* turbidam *interpretati sumus, quod verbum Hebraïcum significat; pro quo Communis Editio habet* Gæon. Similiter apud Ambros. in Ps. 1. col. 755. d. *Quid tibi, & via Ægypti, ut bibas aquam Geon?* & l. de Tob. c. 7. col. 599. f. *Quid tibi, ut bibas aquam Geon?*

℣. 19. Græc. in principio habet: Παιδεύσει σε ἡ ἀποστασία σου, καὶ ἡ κακία σου ἐλέγξει σε· item infra, εὐδόκησα ἐπὶ σοί, *complacui in te*, loco *speraveris in me*; cæt. ut in Lat. sup. detracto tamen verbo *erit*, post hoc, *amarum tibi.* Iren. l. 4. c. 37. p. 283. b. initio legit: *Emendabit te absessio tua.* Hieron. in Jer. 2. col. 536. e. nimirum ex LXX. *Erudiet te prævaricatio tua*: & in Isai. 19. col. 184. f. *Arguet te prævaricatio tua, & malitia tua corripiet te.*

℣. 20. Græc. ipso initio hab. "Οτι ἀπ' αἰῶνος συνέτριψας τὸν ζυγόν σου, *Quia à sæculo contrivisti jugum tuum*; paulòque post addit σοί, verbo *serviam*; delet verò seqq. *super omnem montem excelsum & ;* subinde loco *super omne*, hab. ὑποκάτω παντὸς, *subtus omne*; & pro *confundar*, διαχυθήσομαι, *diffundar*, adjunctâ voculâ μὴ, in fine. Hieron. in hunc Jer. loc. 536. f. Vulgatam nov. Veteri ita intermiscet: *jugum meum, sive* tuum..... *vincula mea sive* tua..... *tu prosternebaris meretrix, sive* ibi diffundebaris in fornicatione: & in Ose. 4. col. 1261. a. *Me dereliquisti*, inquit, & *dixisti: Vadam super omnem collem excelsum, & diffundar in fornicatione mea subter omni ligno frondoso.*

℣. 21. Itidem Græcè. Hieron. in Isai. 5. col. 45. d. rursus habet: *Ego plantavi te vineam fructiferam, totam veram: quomodo conversa es in amaritudinem vineæ alienæ?* similiter in Isai. 32. col. 270. e. præter hoc ult. *vitis alienæ*: item in Matth. 27. to. 4. 137. f. *quomodo facta*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

22. Si laveris te nitro, & multiplicaveris tibi herbam borith, maculata es in iniquitate tua coram me, dicit Dominus Deus.

23. Quomodo dicis: Non ſum polluta, poſt Baalim non ambulavi? vide vias tuas in convalle, ſcito quid feceris: curſor levis explicans vias ſuas.

24. Onager aſſuetus in ſolitudine, in deſiderio animæ ſuæ attraxit ventum amoris ſui: nullus avertet eam: omnes qui quærunt eam, non deficient: in menſtruis ejus invenient eam.

25. Prohibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuum à ſiti. Et dixiſti: Deſperavi, nequaquam faciam: adamavi quippe alienos, & poſt eos ambulabo.

26. Quomodo confunditur fur quando deprehenditur, ſic confuſi ſunt domus Iſraël, ipſi & reges eorum, principes, & ſacerdotes, & prophetæ eorum,

27. dicentes ligno: Pater meus es tu: & lapidi: Tu me genuiſti: verterunt ad me tergum, & non faciem, & in tempore afflictionis ſuæ dicent: Surge, & libera nos.

28. Ubi ſunt dii tui, quos feciſti tibi? ſurgant & liberent te in tempore afflictionis tuæ: ſecundùm numerum quippe civitatum tuarum erant dii tui Juda.

29. Quid vultis mecum judicio contendere? omnes dereliquiſtis me, dicit Dominus.

30. Fruſtra percuſſi filios veſtros, diſciplinam non receperunt: devoravit gladius veſter prophetas veſtros, quaſi leo vaſtator

31. generatio veſtra. Videte verbum Domini: Nunquid ſolitudo factus ſum Iſraëli, aut terra ſerotina? quare ergo dixit populus meus: Receſſimus, non veniemus ultra ad te?

Inf. 32. 33.

Inf. 11. 13.

VERSIO ANTIQUA.

22..... *Vide Not.*

23..... vide vias tuas in ſepulcro multitudinis, ſcito quid feceris: ad veſperam vox ejus ululavit: *Hieron. ubi ſup.*

24. vias ſuas dilatavit ſuper aquas ſolitudinis, in deſiderio animæ ſuæ ſpiritu portabatur: tradita eſt, quis convertet eam? omnes qui quærunt illam, non laborabunt: & in humilitate illius reperient illam. *Ibid.* 538.

25. Averte pedem tuum ab aſpera via, & faucem tuam à ſiti. Quæ autem dixit: Confortabor: quia dilexit exteros, & poſt illos abibat. *Lucif. Cal. l. de non conv. cum har. p.* 223. *f.*

26. Quemadmodum confunditur fur cùm comprehenſus fuerit, ſic confundentur filii Iſraël, ipſi & reges eorum, & principes ipſorum, & ſacerdotes ipſorum, & prophetæ.

27. Ligno & lapidi dixerunt: Quia pater meus es tu: & lapidi: Tu genuiſti me: & converterunt ad me dorſum, & non faciem ſuam..... *Cypr. l.* 3. *Teſtim. p.* 321. *c.*

28. Ubi ſunt dii tui, quos feceras? reſurgant, & ſalvam te faciant in tempore malorum tuorum..... [a] & juxta numerum viarum Jeruſalem immolabant Baal. *Hieron. in Iſai.* 57. *col.* 421. *d.* [a] *Idem in Jer.* 2. *col.* 539. *ex Lxx.*

29. Ut quid loquimini ad me? omnes vos impiè egiſtis, & omnes vos deliquiſtis in me, dicit Dominus. *Lucif. Cal. l. de non conv. cum har. p.* 223. *f.*

30. Sine cauſa percuſſi filios veſtros, diſciplinam non recepiſtis: devoravit gladius prophetas veſtros [b] quaſi leo vaſtator, *Hieron. in Iſai.* 1. *col.* 11. *b.* [b] *Idem in Jer.* 2. *col.* 539. *f. ex Lxx.*

31. & non timuiſtis. Audite verbum Domini: hæc dicit Dominus: Nunquid ſolitudo factus ſum Iſraëli, aut terra plena ſentium: quia dixit populus meus: Non ſerviemus, nec veniemus ad te? *Ibid.* 540.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

es in amaritudinem vitis aliena? & ſup. in c. 26. col. 128. d. *quomodo mutata es in amaritud. vitis aliena?* quam vocem *aliena*, rurſum habet in Matth. 15. col. 68. b. ſicut in Ezech. 15. col. 781. c. Ambroſ. etiam in Pſ. 36. col. 786. c. legit: *Ego te plantavi vitem fructiferam, totam veram:* & in Luc. 9. col. 1407. b. *Plantavi te vitem fructuoſam, omnem veram:* & l. 4. de fide, col. 550. d. *Ego plantavi te vitem fructiferam: quomodo converſa es in amaritudinem vitis aliena?* Rufin. l. 2. de bened. Patr. p. 10. b. *Ego te plantavi vineam frugiferam, totam fragacem: quomodo converſa es in amaritudinem vitis aliena?* S. Paulin. ep. 10. p. 47. c. *Ego te plantavi vitem fructuoſam: tu verò converſus es in amaritudinem vitis aliena.* Fulgent. l. 1. de dupl. præd. c. 23. p. 18. c. *Ego te plantavi vineam fructiferam: quomodo converſa es in amaritudinem vitis aliena?*

℣. 22. Hieron. in hunc loc. 537. b. ait: *Pro* herba borith, *quam nos, ut in Hebræo poſita eſt, vertimus, LXX. tranſtulerunt* πόαν (nunc ποίαν) *ut ſignificarent* herbam fullonum.

℣. 23. Hieron. his Vulgatæ verbis, *vide vias tuas in convalle*, ſubdit: *ſive* valle, *quæ Hebraïcè dicitur* gé, & *à LXX. interpretatur* πολυάνδριον, *quod ſermone noſtro dici poteſt, ſepulcrum multitudinis.* Edit. quoque Rom. fert: ἴδε τὰς ὁδούς σου ἐν τῷ πολυανδρίῳ, καὶ γνῶθι τί ἐποίησας reliqua ut in Lat. ſup.

℣. 24. Ita Hieron. ex ed. LXX. Congruunt etiam cum Græco hod. niſi hoc excipias ſing. *in deſiderio*, pro quo, ἐν ἐπιθυμίαις, *in deſideriis;* tollitur quoque &, poſt *laborabunt.*

℣. 25. Itidem Græcè, niſi hæc excipias med. Ἡ δὲ εἶπεν· Ἀνδρείσομαι, *Illa autem dixit: Viriliter agam.* Hieron. in hunc loc. col. 538. c. ita refert ex LXX. *Converte pedem tuum à via aſpera, & guttur tuum à ſiti. Quæ dixit: Viriliter agam: quoniam dilexi alienos, & poſt eos ambulavi:* in ed. etiam Compl. ἠγάπησα, *dilexi*, non ἠγάπηκα, *dilexit*, ut in ed. Rom.

℣. 26. Græc. initio ſic habet: Ὡς αἰσχύνη κλέπτου ἐὰν ἁλῷ, &c. *Sicut confuſio furis cùm deprehenſus fuerit;* reliqua ut ſup. addito uno αὐτῶν, *ipſorum*, in fine.

℣. 27. Conſonat Græc. detracta voce *lapidi*, ante *dixerunt;* extremò etiam legitur num. plur. τοῦτα, καὶ οὐ πρόσωπα αὐτῶν. Ambroſ. in Luc. 15. col. 1463. b. ait: *noli ligno dicere: Pater meus es tu:* ſic etiam l. 1. offic. col. 31. e. Apud Auguſt. in Pſ. 113. to. 4. 1260. a. *dicentes ligno: Pater meus es tu: & lapidi: Tu me genuiſti.* Rufin. l. 1. de bened. Patr. p. 2. b. addit: *converterunt ad me dorſa ſua, & non faciem.* Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 9. p. 133. d. *verterunt ad me dorſum ſuum, & non facies ſuas.*

℣. 28. Gr. Καὶ ποῦ εἰσὶν οἱ θεοὶ σου, οὓς ἐποίησας σεαυτῷ; οἱ ἀναστήσονταί σοι, καὶ σώσουσίν σε καιρῷ τῆς κακώσεώς σου, &c. *Et ubi ſunt dii tui, quos feciſti tibi? ſi ſurgent, & ſalvabunt in tempore afflictionis tuæ?* poſtrema ut in Lat. ſup. quæ Hieron. teſtatur à LXX. fuiſſe ſuperaddita: *Quodque ſequitur*, inquit, *& juxta numerum*, &c. *à LXX. additum eſt.*

℣. 29. Conſonat Græc. ad verbum, niſi quòd pro *deliquiſtis*, hab. ἠνομήσατε, *iniquè egiſtis.* Aug. autem l. 2. de pecc. mer. to. 10. 48. b. initio leg. cum Vulg. *Quid vultis mecum judicio contendere?* & Hieron. in hunc Jer. loc. col. 539. e. ait: *Quodque ſequitur:* & omnes iniquè egiſtis in me, *à LXX. additum eſt.*

℣. 30. Sic habetur Græcè. Ita rurſum apud Hieron. in Iſai. 9. col. 88. e. & in Soph. 2. col. 1658. a. uſque ad verbum *devoravit:* item in Amos 4. col. 1400. d. præter adverb. 1. *fruſtra*, pro *ſine cauſa;* Gr. μάτην. Cypr. verò ep. ad Demetr. p. 218. b. legit: *Sine cauſa percuſſi filios veſtros, diſciplinam non exceperunt.* Itidem Auguſt. l. 3. cont. ep. Parmen. to. 9. col. 76. d. excepto ult. *receperunt:* at epiſt. 93. to. 2. 231. c. ſic: *Fruſtra flagellavi filios veſtros, diſciplinam non receperunt.* In Græco tamen conſtanter, οὐκ ἐδέξασθε· unde Hieron. in hunc Jer. loc. col. 539. c. ait, loco *non receperunt*, poſuiſſe LXX. *non recepiſtis;* item inf. ad hoc Vulg. *devoravit gladius veſter*, ait: *LXX. non habent* veſter; *ſed ſimpliciter interpretati ſunt* devoravit gladius prophetas veſtros.

℣. 31. Eadem exhibet Gr. edit. Rom. præter adv. interr. διατί, *cur*, pro conj. *quia;* at in Compl. διότι; ſubinde pro *ſerviemus*, eſt κυριευθησόμεθα, ſed in Mſ. Alex. λελευθησόμεθα. Apud Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 725. b. *Nunquid ſolitudo factus ſum domui Iſraël, aut terra in inultum derelicta?* Gr. ἀτιμωρούμενη.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Isai. 3. col. 42. e.

32. Si oblivisci potest sponsa ornatus sui, aut virgo fasciæ pectoralis suæ; & ego oblivisear tui, dicit Dominus.

Lucif. Cal. l. 2. pro S. Ath. p. 200. c.

33..... tu malignatus es, ut coinquinares vias tuas,

34. & in manibus tuis inventus est sanguis animarum innocentium: [a] non in foveis inveni eos, sed sub omni quercu.

[a] *Hieron. in Jer. 2. col. 540. e.*

Ibid. 540. f.

36. Quomodo contempsisti nimis.....

37..... *Vide Not.*

VULGATA NOVA.

32. Nunquid obliviscetur virgo ornamenti sui, aut sponsa fasciæ pectoralis suæ? populus verò meus oblitus est mei diebus innumeris.

33. Quid niteris bonam ostendere viam tuam ad quærendam dilectionem, quæ insuper & malitias tuas docuisti vias tuas,

34. & in alis tuis inventus est sanguis animarum pauperum & innocentum? non in fossis inveni eos, sed in omnibus quæ supra memoravi.

35. Et dixisti: Absque peccato & innocens ego sum: & propterea avertatur furor tuus à me. Ecce ego judicio contendam tecum, eò quòd dixeris: Non peccavi.

36. Quàm vilis facta es nimis, iterans vias tuas! & ab Ægypto confundêris, sicut confusa es ab Assur.

37. Nam & ab ista egredieris, & manus tuæ erunt super caput tuum: quoniam obtrivit Dominus confidentiam tuam, & nihil habebis prosperum in ea.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 32. Græc. Μὴ ἐπιλήσεται νύμφη τὸν κόσμον αὐτῆς, ἢ παρθένος τὴν ϛηθοδεσμίδα αὐτῆς; ὁ δὲ λαός μου ἐπελάθετό μου ἡμέρας, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός· i. e. *Nunquid obliviscetur sponsa ornamenti sui, & virgo fascia pectoralis sua? populus autem meus oblitus est mei diebus, quorum non est numerus.*

℣. 33. Ita Græcè.

℣. 34. Consonat Græc. nisi quòd hab. num. plur. εὑρέθησαν αἵματα, *inventi sunt sanguines.* Hieron. quoque in Jer. 2. col. 540. e. ait pro *alis*, ap. LXX. legi *manibus*: item infra: *Pauperes*, inquit, *de Hebraïco posuimus, qui in LXX. non habentur.*

℣. 36. Græc. Ὅτι καταῤῥόπησας σφόδρα.

℣. 37. Hieron. in Jer. 2. col. 541. a. dicit pro *confidentia*, alibi *spem* legi: *Confidentiam*, inquit, *sive spem tuam*, procul dubio è LXX. ubi sic: ὅτι ἀπώσατο Κύριος τὴν ἐλπίδα σου, &c.

CAPUT III.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Jer. 3. col. 541. c.

1. TAntùm dicitur: [a] Si contaminata fuerit mulier, nunquid revertetur ad eam vir suus? & tu fornicata es in pastoribus multis, & sic revertere ad me, dicit Dominus.

[a] *Auct. l. de promiss. c. 15. p. 139. c.*

Hieron. in Jer. 3. col. 541. e. 542. a.

2..... quasi cornix deserta: & interfeciști.....

3. & habuisti pastores multos in offensionem tui: facies meretricis facta est tibi, sine rubore facta es ad omnes.

Hieron. in Joel. 1. col. 1343. b.

4. Non ut Dominum me vocasti, & patrem, & principem virginitatis tuæ.

Gaud. Brix. ser. 8. p. 955. d.

6..... Vidisti quæ fecit mihi habitatio domus

VULGATA NOVA.

1. VUlgò dicitur: Si dimiserit vir uxorem suam, & recedens ab eo, duxerit virum alterum: nunquid revertetur ad eam ultra? nunquid non polluta & contaminata erit mulier illa? tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen revertere ad me, dicit Dominus, & ego suscipiam te.

2. Leva oculos tuos in directum, & vide ubi non prostrata sis: in viis sedebas, exspectans eos quasi latro in solitudine: & polluisti terram in fornicationibus tuis, & in malitiis tuis.

3. Quam ob rem prohibitæ sunt stillæ pluviarum, & serotinus imber non fuit: frons mulieris meretricis facta est tibi, noluisti erubescere.

4. Ergo saltem amodo voca me: Pater meus, dux virginitatis meæ tu es:

5. Nunquid irascêris in perpetuum, aut perseverabis in finem? Ecce locuta es, & feciști mala, & potuisti.

6. Et dixit Dominus ad me in diebus Josiæ

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic habet Auct. l. de promiss. ab his, *Si contaminata fuerit*, &c. Hieron. verò ubi sup. testatur ipso initio posuisse LXX. *Tantùm dicitur*, loco *Vulgò dicitur*, quod habetur in Vulg. attamen neutrum legitur hodie in edit. LXX. sed simpliciter ista: Ἐὰν ἐξαποστείλῃ ἀνὴρ τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ ἀπέλθῃ, ἀπ' αὐτοῦ, καὶ γένηται ἀνδρὶ ἑτέρῳ· μὴ ἀναλαμβάνουσα ἀναλάμψει πρὸς αὐτὸν ἔτι; οὐ μιαινομένη μιανθήσεται ἡ γυνὴ ἐκείνη; καὶ σὺ ἐξεπόρνευσας ἐν ποιμέσι πολλοῖς, καὶ ἀνέκαμπτες πρός με, λέγει Κύριος· i. e. *Si dimiserit vir uxorem suam, & recesserit ab eo, & facta fuerit viro alteri: nunquid revertens revertetur ad eum ultra? nonne inquinata inquinabitur mulier illa? & tu fornicata es in pastoribus multis, & revertebaris ad me, dicit Dominus.* Hieron. etiam in hunc Jerem. loc. col. 541. c. ad hoc Vulg. *mulier illa*, addit, sive *terra illa*; item huic *amatoribus*, subdit, vel *pastoribus*; his denique, *tamen revertere ad me, dicit Dominus*, seqq. ista, vel *revertebaris ad me, dicit Dominus*: & sanè, inquit, *in Hebræo, post fornicationem suscipit pœnitentem, & hortatur ut revertatur ad se: in LXX. verò, non provocat ad pœnitentiam, sed arguit impudentiam meretricis, quòd post adulterium reverti audeat ad maritum.*

℣. 2. Ita Hieron. ex edit. LXX. pro his Vulg. verbis: *quasi latro in solitudine: & polluisti:* nunc etiam Græcè, ὡσεὶ κορώνη ἐν ἐρημίᾳ· καὶ ἐμίανας, &c. Victor: Alius pro ἐμίανας, edidit: ἐφονοκτόνεις, *interficiebas*, teste Nobilio.

℣. 3. Suffragatur editio Rom. nisi quòd pro *tibi*, habet σοῦ; Mss. verò Alex. cum Compl. *tui*. Idem Hieron. in Ezech. 7. col. 740. f. legit: *facies meretricis facta est tibi, nescis erubescere*: & in Ose. 2. col. 1246. a. necnon epist. ad Eustoch. to. 4. p. 2. col. 32. f. *facies meretricis facta est tibi, impudorata es tu*; Gr. verò ut sup. ἀπηναίσχυντησας πρὸς πάντας.

℣. 4. Ita rursum legit Hieron. in Isai. 54. col. 390. f. præter hoc, *neque ut patrem*: item in Ose. 2. col. 1253. a. *Non ut Dominum me invocasti, aut patrem, aut principem*, &c. ut sup. At in Græco: Οὐχ ὡς οἶκόν με ἐκάλεσας, καὶ πατέρα, καὶ ἀρχηγόν, &c. *Nonne tanquam domum me vocasti, & patrem, & ducem*, &c. ut sup. nonnulli pro οἶκον, hab. οἰκεῖον, *domesticum*, teste Nobilio.

℣. 6. Ita Græcè, nisi quòd loco *habitatio domûs*, simpliciter habetur ἡ κατοικία; item inf. pro *abiit*..... & *for-*

Digitized by Google

Vulgata nova.	Versio antiqua.	
Sup. 2. regis : Nunquid vidisti quæ fecerit aversatrix	Israël ? abiit super omnem montem excelsum,	*Gaud. Brix. ubi*
20. Israël ? abiit sibimet super omnem montem excelsum, & sub omni ligno frondoso, & fornicata est ibi.	& subtus omne lignum nemorosum, & fornicata est illic in idolis, & * mœchabatur lignum & lapidem.	*sup.* * *Edit. vitiosè* machinabatur; *vid. inf.* ℣. 9.
7. Et dixi, cùm fecisset hæc omnia : Ad me revertere : & non est reversa. Et vidit prævaricatrix soror ejus Juda,	7. Et dixi, postquam hæc omnia fornicata est : Revertere ad me : & non est conversa.....	
8. quia pro eo, quòd mœchata esset aversatrix Israël, dimisissem eam, & dedissem ei libellum repudii : & non timuit prævaricatrix Juda soror ejus, sed abiit, & fornicata est etiam ipsa.	8..... & dimisi eam, & dedi ei libellum repudii.....	
9. Et facilitate fornicationis suæ contaminavit terram, & mœchata est cum lapide & ligno.	9..... & mœchata est in lignum & lapidem.	*Cypr. ep.* 63. *p.* 110. *a.*
10. Et in omnibus his non est reversa ad me prævaricatrix soror ejus Juda in toto corde suo, sed in mendacio, ait Dominus.	10. Et in his omnibus non est reversa ad me.....	
11. Et dixit Dominus ad me : Justificavit animam suam aversatrix Israël, comparatione prævaricatricis Judæ.		
12. Vade, & clama sermones istos contra Aquilonem, & dices : Revertere aversatrix Israël, ait Dominus, & non avertam faciem meam à vobis : quia sanctus ego sum, dicit Dominus, & non irascar in perpetuum.	12. Vade, & lege sermones istos ad Aquilonem, & dic : Convertere ad me domus Israël, dicit Dominus, [a] & non firmabo faciem meam in vos : quia misericors ego sum, dicit Dominus, & non irascar vobis in ævum.	*Tychon. reg.* 7. *p.* 64. *g.* [a] *Auct. quæst. ex utroq. Test. q.* 102. *ap. Aug. to.* 3. 94. *g.*
13. Veruntamen scito iniquitatem tuam, quia in Dominum Deum tuum prævaricata es : & dispersisti vias tuas alienis sub omni ligno frondoso, & vocem meam non audisti, ait Dominus.	13. Veruntamen cognosce delictum tuum : impiè egisti, & posuisti vias tuas in alienos subtus omne lignum nemorosum.....	
14. Convertimini filii revertentes, dicit Dominus : quia ego vir vester : & assumam vos unum de civitate, & duos de cognatione, & introducam vos in Sion.	14. Convertimini filii vagi & recedentes, dicit Dominus, quia ego dominator vestri : & assumam vos unum de civitate, & duos de cognatione, & introducam vos in Sion.	*Hieron. in Jer.* 3. *col.* 544. *b.*
15. Et dabo vobis pastores juxta cor meum, & pascent vos scientiâ & doctrinâ.	15. Et dabo vobis pastores secundùm cor meum, & pascent vos pascentes cum disciplina.	*Lucif. Cal. l.* 1. & 2. *pro S. Athan. p.* 183. *a.* 190. *b.* 201. *a.*

Vulgata nova.	Versio antiqua.
16. Cùmque multiplicati fueritis, & creveritis	16... *Vide Not.*
in terra in diebus illis, ait Dominus : non dicent ultra : Arca testamenti Domini : neque ascendet super cor, neque recordabuntur illius : nec visitabitur, nec fiet ultra.	Domini : & congregabuntur ad eam omnes gentes in nomine Domini in Jerusalem, & non ambulabunt post pravitatem cordis sui pessimi.
17. In tempore illo vocabunt Jerusalem Solium	18. In diebus illis ibit domus Juda ad domum Israël, & venient simul de terra Aquilonis ad terram, quam dedi patribus vestris.

Vulgata nova.	Versio antiqua.	
19. Ego autem dixi : Quomodo ponam te in filios, & tribuam tibi terram desiderabilem, hæreditatem præclaram exercituum gentium ? Et dixi : Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis.	19..... & dabo tibi..... hæreditatem nominatam Dei omnipotentis gentium.....	*Hieron. in Jer.* 3. *col.* 545. *a.*

Notæ ad Versionem antiquam.

nicata est, ita, ἐπορεύθησαν..... ἐπόρευσαν, prætermissis his quæ sequuntur, *in idolis, & machinabatur lignum & lapidem* ; sed in edd. Ald. & Compl. est, ἐπορεύθη..... ἐπόρευσαν, ut supra. Hieron. in Ose. 4. col. 1261. a. habet : *& mœchabantur in ligno & lapide :* deinde, *Et dixi*, &c.

℣. 7. Hieron. in Ose. 4. col. 1261. a. ita legit : *Et dixi, postquam fornicati sunt cum his omnibus : Revertere ad me : & non est reversa in toto corde, sed in mendacio*, &c. Victor autem Tun. l. de pœnit. ap. Ambros. col. 596. a. unà cum Gr. *Et dixi, postquam fornicata es hæc omnia : Ad me revertere : & non es reversa :* & inf. col. 601. c. *Et dixi, postquam fornicata est omnia hæc : Ad me revertere : & noluit ad me reverti.*

℣. 8. Itidem Græcè.

℣. 9. Hieron. in Isai. 57. col. 416. f. *& mœchabantur in lignum & lapidem.* Græc. ἐμοίχευσε τὸ ξύλον καὶ τὸν λίθον.

℣. 10. Ita in Græco.

℣. 12. Hæc tota congruunt cum Græco, excepto uno *dic*, pro quo, ἐρεῖς, *dices*. Hieron. in hunc loc. col. 543. d. utramque Vulg. jungit simul hoc modo : *Vade & clama, sive* lege..... *& non avertam, sive* firmabo..... *à vobis, sive* super vos, (inf. contra vos,) *quia sanctus, sive* misericors : item infra dicit : *Verbum Hebraïcum* carath, *& voca, & clama, & lege significat ; unde Aquila & Symm.* clamita, *LXX. & Theodotio* lege *interpretati sunt ;* Gr. ἀνάγνωθι. Auct. quæst. ex utroq. Test. q. 102. col. 94. g. legit : *Vade, & dic : Revertere ad me commoratio Israël, dicit Dominus, & non firmabo*, &c. ut supra. In Gr. etiam ἡ κατοικία τῦ Ἰσραήλ.

℣. 13. Græc. Πλὴν γνῶθι τὴν ἀδικίαν σου, ὅτι ἐκ Κύριον τὸν Θεόν σου ἠσέβησας· καὶ διέχεας τὰς ὁδούς σου, &c. ut in Lat. supra. Hieron. in hunc loc. col. 543. d. *Veruntamen scito iniquitatem tuam, quia in Dominum Deum tuum impiè egisti : & effudisti vias tuas*, &c. de Vulg.

℣. 14. Græc. Ἐπιστράφητε υἱοὶ ἀφεστηκότες, λέγει Κύριος, διότι ἐγὼ κατακυριεύσω ὑμῶν· *Convertimini filii qui recessistis, dicit Dominus, quia ego dominabor vestri ;* reliqua ut in Vulg. & Lat. sup. quæ quoniam non differunt inter se, textui nostro adnectere non dubitavimus.

℣. 15. Eadem rursus habet Lucif. l. de non parc. in De. del. p. 230. vel 232. h. 236. vel 238. a. Item Cypr. cùm epist. 62. p. 102. b. & l. de hab. virg. p. 173. b. tum l. 1. & 3. Testim. p. 279. b. 324. a. Similiter August. ser. 313. to. 5. 1258. f. detracto verbo *pascentes :* & ser. 46. col. 237. e. alludens dicit : *Et constituam eis pastores... & pascent eas cum disciplina ;* Gr. μετ' ἐπιστήμης, *cum scientia ;* cæt. ut in textu Lucif.

℣. 16. Hieron. in hunc loc. col. 544. b. habet : *Arca pacti, vel testamenti*, è Gr. Κιβωτὸς διαθήκης.

℣. 19. Itidem Græcè, præter vocem *nominatam*, quæ deest : at Theodoret. videtur addere ὀνομαστὴν, ut Nobi-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

20. Sed quomodo si contemnat mulier amatorem suum, sic contempsit me domus Israël, dicit Dominus.

21. Vox in viis audita est, ploratus & ululatus filiorum Israël: quoniam iniquam fecerunt viam suam, obliti sunt Domini Dei sui. 21... *Vide Not.*

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Isai. 51. col. 369. e.

22. Convertimini ad me filii convertentes, & ego sanabo contritiones vestras.....

VULGATA NOVA.

22. Convertimini filii revertentes, & sanabo aversiones vestras. Ecce nos venimus ad te: tu enim es Dominus Deus noster.

VULGATA NOVA.

23. Verè mendaces erant colles, & multitudo montium: verè in Domino Deo nostro salus Israël. 23... *Vide Not.*

24. Confusio comêdit laborem patrum nostrorum ab adolescentia nostra, greges eorum, & armenta eorum, filios eorum, & filias eorum.

25. Dormiemus in confusione nostra, & operiet nos ignominia nostra: quoniam Domino Deo nostro peccavimus nos, & patres nostri, ab adolescentia nostra usque ad diem hanc: & non audivimus vocem Domini Dei nostri.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

lio fides.

℣. 21. Hieron. in hunc loc. 545. c. habet: *Vox in viis, sive in labiis*, è Gr. Φωνὴ ἐκ χειλέων.

℣. 22. Sic iterum legit Hieron. epist. 27. ad Marcell. to. 4. col. 65. b. præter unum *curabo*, pro *sanabo*: at in Naum 2. col. 1572. e. *Revertimini ad me filii revertentes, & sanabo contritiones vestras.* Græc. Ἐπιστράφητε υἱοὶ ἐπιστρέφοντες, καὶ ἰάσομαι τὰ, &c. ut sup. Rursum hab. Hieron. *contritiones*, in Jerem. 3. col. 545. c. Auctor l. de vita Chr. ap. August. to. 6. 185. c. *Convertimini filii convertentes, & ego sanabo contritionem vestram.* Victor Tun. l. de pœnit. c. 25. ap. Ambr. 602. f. *Revertimini filii revertentes, & sanabo tribulationem vestram.*

℣. 23. Apud Hieron. in hunc loc. 545. e. sic: *multitude, sive* fortitudo *montium*; Gr. ἡ δύναμις τῶν ὀρέων.

CAPUT IV.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Jer. 4. col. 546. b.

1. SI conversus fuerit Israël, ait Dominus, ad me convertetur.....

Cypr. l. 1. Test. p. 278. b.

3. Hæc dicit Dominus viris Juda, & qui inhabitant Jerusalem: Renovate inter vos novitatem, & ne seminaveritis in spinis:

4. circumcidite vos Deo vestro, & circumcidite præputium cordis vestri: ne exeat sicut ignis ira mea, & exurat, & non sit qui exstinguat [a] à facie nequitiæ adinventionum vestrarum.

[a] *Hieron. in Jer. 4. col. 546. f.*

VULGATA NOVA.

1. SI reverteris Israël, ait Dominus, ad me convertere: si abstuleris offendicula tua à facie mea, non commoveberis.

2. Et jurabis: Vivit Dominus in veritate, & in judicio, & in justitia: & benedicent eum gentes, ipsumque laudabunt.

3. Hæc enim dicit Dominus viro Juda & Jerusalem: Novate vobis novale, & nolite serere super spinas: *Osee.* 10. 12.

4. circumcidimini Domino, & auferte præputia cordium vestrorum viri Juda, & habitatores Jerusalem: ne fortè egrediatur ut ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui exstinguat, propter malitiam cogitationum vestrarum.

VULGATA NOVA.

5. Annuntiate in Juda, & in Jerusalem auditum facite: loquimini, & canite tuba in terra: clamate fortiter, & dicite: Congregamini, & ingrediamur civitates munitas,

6. levate signum in Sion. Confortamini, nolite stare, quia malum ego adduco ab Aquilone, & contritionem magnam. *Sup. 1. 14.*

7. Ascendit leo de cubili suo, & prædo gentium se levavit: egressus est de loco suo, ut ponat terram tuam in solitudinem: civitates tuæ vastabuntur, remanentes absque habitatore.

8. Super hoc accingite vos ciliciis, plangite & ululate: quia non est aversa ira furoris Domini à nobis. 8... *Vide Not.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita in Græco.

℣. 3. Eadem refert Lact. l. 4. Instit. c. 17. p. 580. ad verbum. Sic etiam legitur Græcè, præter seq. Νεώσατε ἑαυτοῖς νεώματα, *Novate vobis ipsis novalia.* Tertul. l. cont. Jud. c. 3. p. 137. b. *Innovate vobis novitatem, & nolite seminare in spinis*: at l. 1. adv. Marc. p. 626. b. *Renovate vobis novamen novum*: & l. 4. & 5. p. 705. b. 802. a. *Novate vobis novamen novum*: itidem sup. p. 697. b. subnexis his, *& ne severitis in spinas.* Zeno Veron. l. 1. tract. 13. p. 98. *Hæc dicit Dominus viris Juda, & omnibus qui habitant in Jerusalem: Renovate inter vos novitatem, & ne seminaveritis in spinis.* Apud Marten. Anecdot. to. 5. p. 10. c. *Viri Juda, & qui habitatis Jerusalem, renovate vobis novale, & nolite serere super spinas.* Auct. l. de sing. cleric. ap. Cypr. p. 536. *nolite serere in spinis.*

℣. 4. Concinit Lact. ad verbum l. 4. Instit. c. 17. p. 580. ad hoc usque, *exstinguat* incl. nisi quòd hab. *Domino Deo.* Zeno Veron. l. 1. tract. 13. p. 98. post hoc, *in spinis*, proximè addit: *circumcidite præputium cordis vestri: ne exeat sicut ignis ira mea, & exurat, & non sit qui exstinguat.* Tertul. verò l. 1. adv. Marc. p. 626. b. & *circumcidimini Deo vestro, & circumcidimini præputia cordis vestri*: ita rursum l. 4. & 5. p. 697. b. 785. c. at l. cont. Jud. c. 3. p. 137. b. *circumcidimini Deo, & circumcidite præputium cordis vestri.* Ambrosiast. p. 42. a. 209. d. *circumcidite vos Deo, & circumcidite præputium cordis vestri*: & sup. 105. c. *circumcidite duritiam cordis vestri.* Hieron. verò l. 1. in ep. ad Ephes. to. 4. 343. d. ita legit: *circumcidimini Deo vestro, & nolite circumcidere carnem præputii vestri.* Sed Auct. l. de sing. cleric. ap. Cypr. p. 536. *circumcidite vos Deo vestro, circumcidite præputium cordis vestri.* Apud Marten. Anecdot. to. 5. p. 10. c. *circumcidimini Deo vestro, & circumcidite præputia cordis vestri: ne exeat ira, & exurat, & non sit qui exstinguat.* Quod autem subnexuimus, *à facie nequitiæ*, de Græco sumpsimus; ap. Hieron. enim ita sequitur: *propter malitiam cogitationum, sive* adinventionum *vestrarum.* In edit. Rom. sic: περιτμήθητε τῷ Θεῷ ὑμῶν, καὶ περιτέμεσθε τὴν σκληροκαρδίαν ὑμῶν ἄνδρες Ἰούδα, καὶ οἱ κατοικοῦντες Ἰερουσαλήμ· μὴ ἐξέλθῃ ὡς πῦρ ὁ θυμός μου, καὶ ἐκκαυθήσεται, καὶ οὐκ ἔσται ὁ σβέσων ἀπὸ προσώπου πονηρίας ἐπιτηδευμάτων ὑμῶν.

℣. 8. Hieron. in hunc loc. 547. f. hab. *Super hoc ac-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

9. Et erit in die illa, dicit Dominus: Peribit cor regis, 9... *Vide Not.* & cor principum: & obſtupeſcent ſacerdotes, & prophetæ conſternabuntur.

VULGATA NOVA.

10. Et dixi: Heu, heu, heu Domine Deus, ergone decepiſti populum iſtum & Jeruſalem, dicens: Pax erit vobis: & ecce pervenit gladius uſque ad animam?

VERSIO ANTIQUA.

10..... O Domine Deus..... *Hieron. in Jer. 4. col. 548. a.*

VULGATA NOVA.

11. In tempore illo dicetur populo huic & Jeruſalem: Ventus urens in viis, quæ ſunt in deſerto viæ filiæ populi mei, non ad ventilandum, & ad purgandum. 11... *Vide Not.*

12. Spiritus plenus ex his veniet mihi: & nunc ego loquar judicia mea cum eis.

13. Ecce quaſi nubes aſcendet, & quaſi tempeſtas currus ejus: velociores aquilis equi illius: væ nobis quoniam vaſtati ſumus.

14. Lava à malitia cor tuum Jeruſalem, ut ſalva fias: uſquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ?

15. Vox enim annuntiantis à Dan, & notum facientis idolum de monte Ephraim. 15. *Vide Not.*

16. Dicite gentibus: Ecce auditum eſt in Jeruſalem cuſtodes venire de terra longinqua, & dare ſuper civitates Juda vocem ſuam.

17. Quaſi cuſtodes agrorum facti ſunt ſuper eam in gyro: quia me ad iracundiam provocavit, dicit Dominus.

18. Viæ tuæ, & cogitationes tuæ fecerunt hæc tibi: iſta malitia tua, quia amara, quia tetigit cor tuum. *Sap. 1. 3. 5.*

VULGATA NOVA.

19. Ventrem meum, ventrem meum doleo, ſenſus cordis mei. turbati ſunt in me: non tacebo, quoniam vocem buccinæ audivit anima mea, clamorem prælii.

VERSIO ANTIQUA.

19. Ventrem meum doleo, ventrem meum doleo..... *Ambr. l. de ob. Val. col. 1182. d.*

VULGATA NOVA.

20. Contritio ſuper contritionem vocata eſt, & vaſtata eſt omnis terra: repentè vaſtata ſunt tabernacula mea, ſubitò pelles meæ.

21. Uſquequo videbo fugientem, audiam vocem buccinæ?

VULGATA NOVA.

22. Quia ſtultus populus meus me non cognovit: filii inſipientes ſunt, & vecordes: ſapientes ſunt ut faciant mala, bene autem facere neſcierunt.

VERSIO ANTIQUA.

22. Qui præſunt populo meo, me neſciebant: filii inſenſati, & imprudentes ſunt: ſapientes ſunt in maleſaciendo, bene autem facere non cognoverunt. *Iren. l. 4. c. 2. p. 230. a.*

VULGATA NOVA.

23. Aſpexi terram, & ecce vacua erat, & nihili; & cœlos, & non erat lux in eis.

24. Vidi montes, & ecce movebantur: & omnes colles conturbati ſunt.

25. Intuitus ſum, & non erat homo: & omne volatile cœli receſſit.

26. Aſpexi, & ecce Carmelus deſertus: & omnes urbes ejus deſtructæ ſunt à facie Domini, & à facie iræ furoris ejus.

27. Hæc enim dicit Dominus: Deſerta erit omnis terra, ſed tamen conſummationem non faciam.

28. Lugebit terra, & mœrebunt cœli deſuper: eò quòd locutus ſum, cogitavi, & non pœnituit me, nec averſus ſum ab eo.

VULGATA NOVA.

29. A voce equitis & mittentis ſagittam, fugit omnis civitas: ingreſſi ſunt ardua, & aſcenderunt rupes: univerſæ urbes derelictæ ſunt, & non habitat in eis homo.

VERSIO ANTIQUA.

29. A voce equitis & intendentis arcum, fugit omnis regio: & ingreſſi ſunt ſaltus, ſive ſpeluncas..... *Hieron. in Jer. 4. col. 551. b.*

VULGATA NOVA.

30. Tu autem vaſtata quid facies? cùm veſtieris te coccino, cùm ornata fueris monili aureo, & pinxeris ſtibio oculos tuos, fruſtra componêris: contempſerunt te amatores tui, animam tuam quærent.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

cingite..... non eſt averſa ira furoris Domini à nobis: ſive, ut LXX. tranſtulerunt, à vobis.

℣. 9. Hieron. ubi ſup. 548. a. ait: *Ipſi quoque ſacerdotes, qui legem Domini docere debuerant..... quodam ſtupore inſatuati, vertentur in amentiam: ſic enim LXX. tranſtulerunt, pro ſtupore, exceſſum mentis exprimentes.* Edit. Rom. ἐν οἷ ἐξέστητε.

℣. 10. Ita LXX. teſte Hieronymo, pro *Heu, heu, heu Domine Deus.* In edit. Rom. Ὦ Δέσποτα Κύριε, *O dominator Domine.*

℣. 11. Hieron. in hunc loc. 548. c. *Ventus urens, ſive roris*; ſed mendosè, ni fallor, pro *erroris*, nam in Gr. Πνεῦμα πλανήσεως.

℣. 15. Hieron. in hunc loc. 549. b. *Vox enim..... notum facientis idolum*, vel dolorem. Gr. ἐν ἀκουσθήσεται πόνος, & *audietur dolor.*

℣. 19. Ambroſ. ibid. hæc præmittit: *Implevit me amaritudine, inebriavit me felle*; quæ abſunt à Græco: abeſt pariter in ipſo 1. *doleo.* Eadem repetit Ambroſ. l. de fuga ſæc. c. 7. col. 434. d. & epiſt. 36. col. 930. a. *Ventrem meum doleo*, &c. Hieron. in Jer. 4. 549. f. ad hoc Vulg. *turbati ſunt*, ſubdit: *Ubi nos juxta Symmachum poſuimus* turbati ſunt, & *in Hebræo ſcriptum eſt* homa, *LXX.* & *Theodotio poſuerunt* μαιμάσι, *quod verbum uſque impræſentiarum, quid ſignificet, ignoro. Aquila autem poſuit* ὀχλάζει, *quod & ipſum* tumultum *ſonat.*

℣. 22. Hieron. in hunc loc. 550. d. ait: *Pro eo quod nos diximus:* Quia ſtultus populus meus me non cognovit: *LXX tranſtulerunt:* Quia principes populi mei me non cognoverunt: & in Mich. 7. col. 1549. c. *Duces populi mei me neſcierunt: filii ſtulti ſunt, & non intelligentes: ſapientes ſunt ut faciant mala, bene autem facere neſciernnt.* Ita quoque in Græco eſt.

℣. 29. Ita refert Hieron. de more: *A voce equitis, & mittentis ſagittam, ſive* intendentis arcum, *fugit omnis civitas, ſive* regio: *ingreſſi ſunt ardua, & aſcenderunt rupes:* tum addit: *quodque ſequitur*, & ingreſſi ſunt ſaltus, ſive ſpeluncas, *à LXX. additum eſt.* In Græco ſic: Ἀπὸ

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

31. Vocem enim quasi parturientis audivi, angustias ut puerperæ: Vox filiæ Sion intermorientis, 31. *Vide Not.* expandentisque manus suas: væ mihi, quia defecit anima mea propter interfectos.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

φωνῆς ἱππέως ἐκλεταμένης τόξον, ἀνεχώρησε πᾶσα ἡ χώρα· εἰσέδυσαν εἰς τὰ σπήλαια, καὶ εἰς τὰ ἄλση ἐκρύβησαν, &c. i. e. *A voce equitis & intenti arcûs, recessit omnis regio: ingressi sunt in speluncas, & in nemora se absconderunt*, &c.

℣. 31. Hieron. in hunc loc. 551. f. hab. *angustias, sive gemitus ut puerperæ.* Gr. Ὅτι φωνὴν ὡς ὠδινούσης ἤκουσα, τὸν στεναγμὸν ὡς πρωτοτοκούσης, &c.

CAPUT V.

VERSIO ANTIQUA.

Ang. q. 40. in Gen. to. 3. 389. c.

1. CIrcuite vias Jerusalem, & videte, & quærite in plateis ejus, & cognoscite, si invenietis hominem facientem justitiam, & quærentem fidem: & propitius ero peccatis eorum.

Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. 529. f.

2. Quamvis enim dicant: Vivit Dominus: fraudulenter jurant, & hoc ipsum in mendacio.

Cypr. ep. ad Demetr. p. 218. b.

3..... verberasti eos, nec doluerunt: flagellasti eos, nec voluerunt accipere disciplinam.....

VULGATA NOVA.

1. CIrcuite vias Jerusalem, & aspicite, & considerate, & quærite in plateis ejus, an inveniatis virum facientem judicium, & quærentem fidem: & propitius ero ei.

2. Quòd si etiam, Vivit Dominus, dixerint: & hoc falsò jurabunt.

3. Domine oculi tui respiciunt fidem: percussisti eos, & non doluerunt: attrivisti eos, & renuerunt accipere disciplinam: induraverunt facies suas supra petram, & noluerunt reverti.

VULGATA NOVA.

4. Ego autem dixi: Forsitan pauperes sunt & stulti, ignorantes viam Domini, judicium Dei sui. 4... *Vide Not.*

5. Ibo igitur ad optimates, & loquar eis: ipsi enim cognoverunt viam Domini, judicium Dei sui: & ecce magis hi simul confregerunt jugum, ruperunt vincula.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Naum 2. col. 1575. c.

6..... percussit eos leo de silva, & lupus usque ad domos disperdidit eos, & pardus vigilavit super civitates eorum: omnes, qui egrediuntur ex eis, capientur.....

Iren. l. 4. c. 41. p. 288. b.

8. Equi furentes circa feminas facti sunt: Unusquisque ad uxorem proximi sui hinniebat.

Hieron. in Jer. 5. col. 553. f. 554. a.

10. Ascendite propugnacula..... auferte sustentacula.....

12..... & dixerunt: Non sunt hæc.....

13..... *Vide Not.*

VULGATA NOVA.

6. Idcirco percussit eos leo de silva, lupus ad vesperam vastavit eos, pardus vigilans super civitates eorum: omnis, qui egressus fuerit ex eis, capietur: quia multiplicatæ sunt prævaricationes eorum, confortatæ sunt aversiones eorum.

7. Super quo propitius tibi esse potero? filii tui dereliquerunt me, & jurant in his, qui non sunt dii: saturavi eos, & mœchati sunt, & in domo meretricis luxuriabantur.

8. Equi amatores & emissarii facti sunt: Unusquisque ad uxorem proximi sui hinniebat.

Ezech. 22. 11.

9. Nunquid super his non visitabo, dicit Dominus? & in gente tali non ulciscetur anima mea?

10. Ascendite muros ejus, & dissipate, consummationem autem nolite facere: auferte propagines ejus, quia non sunt Domini.

11. Prævaricatione enim prævaricata est in me domus Israël, & domus Juda, ait Dominus.

12. Negaverunt Dominum, & dixerunt: Non est ipse: neque veniet super nos malum: gladium & famem non videbimus.

13. Prophetæ fuerunt in ventum locuti, & responsum non fuit in eis: hæc ergo evenient illis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. 529. f. *Circuite in exitibus Jerusalem, & quærite in plateis ejus, sicubi reperire poteritis virum, qui juxta justitiam vivat, & fidem: & ero propitius propter eum.* Græc. Περιδράμετε ἐν ταῖς ὁδοῖς Ἰερουσαλὴμ, καὶ ἴδετε, καὶ γνῶτε, καὶ ζητήσατε ἐν ταῖς πλατείαις αὐτῆς, ἐὰν εὕρητε εἰ ἔστι ποιῶν κρίμα, καὶ ζητῶν πίστιν· καὶ ἵλεως ἔσομαι αὐτοῖς, λέγει Κύριος· i. e. *Circumcurrite in viis Jerusalem, & videte, & cognoscite, & quærite in plateis ejus, si inveniatis si est faciens judicium, & quærens fidem: & propitius ero eis, dicit Dominus.*

℣. 2. Græc. Ζῇ Κύριος, λήγει· διαψεύδεται γὰρ ἐν ψευδέσιν ὀμνύει.

℣. 3. Consonat Græc. nisi quòd pro *verberasti*, hab. ἐμαστίγωσας, *flagellasti*; & pro *flagellasti*, Συνετέλεσας, *consummasti.*

℣. 4. Hieron. in hunc loc. 552. e. *pauperes sunt, & stulti, sive* non potuerunt. Græc. πλωχοί εἰσι, διότι οὐκ ἐδυνάσθησαν.

℣. 6. Græc. ipso initio ponit Διατοῦτο; seqq. similia, nisi excipiantur ult. πάντες οἱ ἐκπορευόμενοι ἀπ' αὐτῶν θηρευθήσονται, quæ Nobil. ita distinguit, *omnes egredientes, ab eis capiuntur.* Cassiod. in Ps. 101. p. 339. a. sic: *Voravit eos leo de silva, & lupus ad vesperam vastavit eos.*

℣. 8. Similiter in Græco, excepto plur. ult. ἐχρεμέτιζον, *hinniebant*; at in ed. Compl. ἐχρεμέτιζεν. Idem Iren. l. 5. c. 8. p. 301. d. hab. *Equi furentes ad feminas facti sunt: Unusquisque ipsorum hinniens ad uxorem proximi sui.* Ambros. in Ps. 118. col. 1011. f. *quia in uxorem proximi sui adhinniebat.* Hieron. in Zach. 9. col. 1759. d. *Equi insanientes in feminas facti sunt mihi: Unusquisque ad uxorem proximi sui hinniebat*: similiter hab. l. cont. Helvid. to. 4. p. 2. col. 135. c. item in Jer. 5. col. 553. e. dicit: *Pro* emissariis, *in Hebraïco scriptum est* mosechim, *quod omnes voce consona* ἕλκοντες, *id est*, trahentes, *transtulerunt.*

℣. 10. Ita Hieron. ibid. *Ascendite muros ejus, sive* propugnacula..... *auferte propagines ejus, sive* sustentacula. Græc. Ἀνάβητε ἐπὶ τὸ τεῖχος αὐτῆς..... ὑπολίπεσθε τὰ ὑποστρίγματα αὐτῆς.

℣. 12. Sic Hieron. *& dixerunt: Non est ipse, sive* Non sunt hæc. Gr. καὶ εἶπαν· Οὐκ ἔστι ταῦτα.

℣. 13. Hieron. ibid. *& responsum, sive* sermo: Gr. καὶ λόγος.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

14. Hæc dicit Dominus Deus exercituum : Quia locuti eſtis verbum iſtud : ecce ego do verba mea in ore tuo in ignem, & populum iſtum in ligna, & vorabit eos.

15. Ecce ego adducam ſuper vos gentem de longinquo domus Iſraël, ait Dominus ; gentem robuſtam, gentem antiquam, gentem, cujus ignorabis linguam, nec intelliges quid loquatur.

16. Pharetra ejus quaſi ſepulcrum patens, univerſi fortes.

VERSIO ANTIQUA.

14..... ecce do tibi in os verba mea in ignem.... *Ambr. in Pſ. 38. col. 849. a.*

16. Univerſi fortes. *Hieron. in Jer. 5. col. 554. f.*

VULGATA NOVA.

17. Et comedet ſegetes tuas, & panem tuum : devorabit filios tuos, & filias tuas : comedet gregem tuum, & armenta tua : comedet vineam tuam, & ficum tuam : & conteret urbes munitas tuas, in quibus tu habes fiduciam, gladio.

18. Veruntamen in diebus illis, ait Dominus, non faciam vos in conſummationem.

VULGATA NOVA.

Inf. 16. 10. 19. Quòd ſi dixeritis : Quare fecit nobis Dominus Deus noſter hæc omnia ? dices ad eos : Sicut dereliquiſtis me, & ſerviſtis deo alieno in terra veſtra, ſic ſervietis alienis in terra non veſtra.

VERSIO ANTIQUA.

19..... ſerviſtis diis alienis..... *Idem 555. a.*

VULGATA NOVA.

20. Annuntiate hoc domui Jacob, & auditum facite in Juda, dicentes :

21. Audi populе ſtulte, qui non habes cor : qui habentes oculos, non videtis ; & aures, & non auditis.

VULGATA NOVA.

22. Me ergo non timebitis, ait Dominus : & à facie mea non dolebitis ? Qui poſui arenam terminum mari, præceptum ſempiternum, quod non præteribit : & commovebuntur, & non poterunt ; & intumeſcent fluctus ejus, & non tranſibunt illud :

VERSIO ANTIQUA.

22. Me non timebitis, dicit Dominus : & à facie mea non formidabitis ? Qui poſui arenas terminum mari, præceptum ſempiternum, quod non præteribit : [a] & turbabitur, & non poterit : & ſonabunt fluctus ejus..... *Idem in Iſai. 51. col. 371. c.* [a] *Idem in Jer. 5. col. 555. f.*

VULGATA NOVA.

23. populo autem huic factum eſt cor incredulum & exaſperans, receſſerunt & abierunt.

24. Et non dixerunt in corde ſuo : Metuamus Dominum Deum noſtrum, qui dat nobis pluviam temporaneam & ſerotinam in tempore ſuo ; plenitudinem annuæ meſſis cuſtodientem nobis.

VERSIO ANTIQUA.

25. Iniquitates noſtræ declinaverunt iſta : & peccata noſtra amoverunt bona à nobis : *Conc. Tolet. 8. t. 2. p. 541. d.*

26. Quia inventi ſunt in populo meo impii, & laqueos ſtatuerunt ad diſpergendos viros, & comprehenderunt.

27. Ut laqueus inſtans plenus volatilibus, ſic domus eorum plenæ * dolo. * *Edit. aperto mendo* dolore.

VULGATA NOVA.

28. Incraſſati ſunt & impinguati : & præterierunt ſermones meos peſſimè. Cauſam viduæ non judicaverunt, cauſam pupilli non direxerunt, & judicium pauperum non judicaverunt.

28... *Vide Not.*

Iſai. 1. 23. Zach. 7. 10.

29. Nunquid ſuper his non viſitabo, dicit Dominus ? aut ſuper gentem hujuſcemodi non ulciſcetur anima mea ?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 14. Græc. *Ἰδὺ ἐγὼ δέδωκα τὺς λόγυς μυ εἰς τὸ σόμα συ, πῦρ, ecce ego dedi verba mea in os tuum, ignem.*

℣. 16. Hieronym. ibid. *Quod ſequitur* (in Vulg.) Pharetra ejus quaſi ſepulcrum patens, *in LXX. editione non dicitur :* nunc etiam Græcè id unum habetur : Πάντες δυνατοὶ, *Univerſi fortes*, prætermiſſis aliis.

℣. 19. Hieron. ibid. *ſerviſtis deo alieno*, *vel* diis alienis ; Gr. *ἐδουλεύσατε θεοῖς ἀλλοτρίοις.*

℣. 22. Ambroſ. l. 3. Hexa. col. 37. d. *Aut non timebitis me, dicit Dominus, qui poſui arenam finem mari ?* Hieron. in Jer. 5. verſionem utramque ex Hebr. & LXX. ſic jungit : *non dolebitis, ſive* timebitis..... & *commovebuntur*, & *non poterunt ; ſive* turbabitur, & non poterit : & *intumeſcent*, *ſive* ſonabunt. Edit. Rom. ponit *μὴ*, *nunquid*, in principio, ſicut *ἢ*, *aut*, poſt *Dominus ;* ſubinde, *ἄμμον*, ſingulariter, pro *arenas ;* paulòque poſt, *καὶ οὐχ ὑπερβήσεται αὐτὸ*, & *non tranſgredietur illud*, loco *quod non præteribit ;* cæt. quadrant.

℣. 25. Itidem Græcè, præter vocem triplicem *ὑμῶν*, loco *noſtra..... noſtra..... nobis.* Mſ. etiam Floriac. hab. & *peccata veſtra amoverunt bona.*

℣. 26. Ita rurſum Græcè, præter unum *τῦ διαφθεῖραι*, *ad perdendos*, loco *ad diſpergendos ;* ſed fortaſſe erratum librarii eſt, legendumque *ad diſperdendos.* In Mſ. Floriac. ſic : *Quoniam inventæ ſunt in populo meo impietates.* Hieron. etiam in hunc loc. 557. a. ait : *Quod nos diximus*, inſidiantes quaſi aucupes, *in LXX. non habetur :* id etiam hodie in Gr. non legitur.

℣. 27. Græcè nunc, *ἐφεσαμένη*, *ſuperpoſitus*, pro *inſtans ;* & in fine, *πλήρεις δόλυ*, *plena dolo*, non *dolore ;* cæt. ut in textu.

℣. 28. Hieron. in hunc loc. 557. c. ſic habet : *cauſam*, *ſive* judicium *pupilli non direxerunt ; judicium pauperum*, *ſive* viduæ, *non judicaverunt*, &c. & poſt pauca : *pupillum & pauperes contempſerunt*, *pro quo LXX. dixerunt* viduas, *quod in Hebraïco non habetur ;* ebionim *quippe propriè* pauperes, *non* viduas *ſonat :* & ſupra : *Si volueris*, inquit, *annotare per ſingula, quæ in LXX. editione prætermiſſa ſunt, longum fiet.* In edit. Rom. ſic : *οὐκ ἐκρίναν κρίσιν ὀρφανῦ, καὶ κρίσιν χήρας οὐκ ἐκρίνασαν.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

30. Pavor & horrenda facta ſunt ſuper terram:
31. prophetæ prophetabunt iniqua, & ſacerdotes plauſum dederunt manibus ſuis: & plebs mea dilexit ſic: & quid facietis in futurum?

Aug. l. 4. de doctr. Chr. to. 3. 76. a.

VULGATA NOVA.

30. Stupor & mirabilia facta ſunt in terra:
31. prophetæ prophetabant mendacium, & ſacerdotes applaudebant manibus ſuis: & populus meus dilexit talia: quid igitur fiet in noviſſimo ejus?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 30. Auct. l. de XLII. manſ. ap. Ambroſ. col. 13. f. *Stupor & horribilia facta ſunt in terra.* Ita quoque in Græco eſt. Apud Cæleſtin. PP. epiſt. 13. to. 1. 1118. c. *Horribilia facta ſunt ſuper terram.*

℣. 31. Eadem exhibet Græc. præter hoc præſ. προφητεύουσι, *prophetant*; ultimòque, εἰς τὰ μετὰ ταῦτα, loco *in futurum*: Hieron. in Jer. 5. col. 557. f. legit *poſt hæc*, ex ed. LXX. uti ſup. *iniqua*, loco *mendacium*, quod eſt in Vulgata. Cæleſtin. PP. epiſt. 13. to. 1. 1118. c. *Propheta iniquitatem prophetant.*

CAPUT VI.

VULGATA NOVA.

1. CONfortamini filii Benjamin in medio Jeruſalem, & in Thecua clangite buccina, & ſuper Bethacarem levate vexillum: quia malum viſum eſt ab Aquilone, & contritio magna.
2. Speciosæ & delicatæ aſſimilavi filiam Sion.
3. Ad eam venient paſtores, & greges eorum: fixerunt in ea tentoria in circuitu: paſcet unuſquiſque eos, qui ſub manu ſua ſunt.
4. Sanctificate ſuper eam bellum: conſurgite, & aſcendamus in meridie: væ nobis, quia declinavit dies, quia longiores factæ ſunt umbræ veſperi.
5. Surgite, & aſcendamus in nocte, & diſſipemus domos ejus.

1... 3. 4. 5. *Vide Not.*

VERSIO ANTIQUA.

6..... Cædite ligna ejus, & comportate..... civitas mendax, omnis oppreſſio in medio ejus.

Hieron. in Jer. 6. col. 559. b.

7. Sicut refrigerat lacus aquam, ſic refrigerat malitia habentes ſe: [a] impietas & miſeria audietur in ea contra faciem ejus.

Idem in Iſai. 14. col. 159. f.
[a] *Idem in Jer. 6. col. 559. e. ex Lxx.*

8. Per omnem dolorem & flagellum erudieris Jeruſalem, ne fortè recedat anima mea à te, ne faciam te inviam terram, quæ non habitetur.
9. Quia hæc dicit Dominus virtutum: Racemate, racemate quaſi in vinea reliquias Iſraël: revertimini quaſi vindemiator in cartallum ſuum.

10..... ecce ſermo Domini factus eſt eis in maledictum, & non volunt illum.

Cypr. l. 1. Teſt. c. 3. p. 277. a.

11. Et furorem meum implevi, & ſuſtinui, & non conſumpſi eum.....

Hieron. in Jer. 6. col. 560. b.

12..... *Vide Not.*

VULGATA NOVA.

6. Quia hæc dicit Dominus exercituum: Cædite lignum ejus, & fundite circa Jeruſalem aggerem: hæc eſt civitas viſitationis, omnis calumnia in medio ejus.
7. Sicut frigidam fecit ciſterna aquam ſuam, ſic frigidam fecit malitiam ſuam: iniquitas & vaſtitas audietur in ea, coram me ſemper infirmitas & plaga.
8. Erudire Jeruſalem, ne fortè recedat anima mea à te, ne fortè ponam te deſertam, terram inhabitabilem.
9. Hæc dicit Dominus exercituum: Uſque ad racemum colligent quaſi in vinea reliquias Iſraël: converte manum tuam quaſi vindemiator ad cartallum.
10. Cui loquar? & quem conteſtabor ut audiat? ecce incircumciſæ aures eorum, & audire non poſſunt: ecce verbum Domini factum eſt eis in opprobrium, & non ſuſcipient illud.
11. Idcirco furore Domini plenus ſum, laboravi ſuſtinens: effunde ſuper parvulum foris, & ſuper conſilium juvenum ſimul: vir enim cum muliere capietur, ſenex cum pleno dierum.
12. Et tranſibunt domus eorum ad alteros, agri & uxores pariter: quia extendam manum meam ſuper habitantes terram, dicit Dominus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hieron. in hunc loc. 558. a. hab. *levate* ſignum, *ſive vexillum*; & poſt paulò, *viſum eſt*, *ſive* apparuit: edit. Rom. ἄρατε Σημεῖον, ὅτι κακὰ ἐκκέκυφεν, &c.

℣. 3. Hieron. ibid. 558. c. hab. *fixerunt*, *ſive* figent; Gr. πήξουσι.

℣. 4. Hieron. ibid. 558. c. f. hab. *Sanctificate*, *ſeu* parate; ſubinde, *longiores factæ ſunt*, *ſive* defecerunt. Gr. Παρασκευάσασθε..... ὅτι ἐκλείπουσιν αἱ σκιαὶ τῆς ἡμέρας.

℣. 5. Hieron. ibid. 558. f. ad hoc ult. Vulg. *domos ejus*, addit, *ſive fundamenta illius*. Gr. καὶ διαφθείρωμεν τὰ θεμέλια αὐτῆς.

℣. 6. Hieron. ſic opponit Verſionem unam alteri de more: *Cædite lignum*, *ſive* ligna *ejus*, & *effundite*, *ſive* comportate.....*civitas viſitationis*, *ſive* mendax, *omnis calumnia*, *ſive* oppreſſio *in medio ejus*. Gr. Ἔκκοψον τὰ ξύλα αὐτῆς, ἔκχεον ἐπὶ..... πόλις ψευδὴς, ὅλη καταδυναστεία ἐν αὐτῇ.

℣. 7. Concordat Græc. niſi quòd hab. circa med. αὐτῆς, *ejus*, loco *habentes ſe*; & pro ult. *contra faciem ejus*, ſic, ἐπὶ πρόσωπον αὐτῆς διαπαντός, *ſuper faciem ejus ſemper*. Idem Hieronymus in Jeremiam, col. 559. b. id notat, *ciſterna*, *vel* lacus; paulòque poſt addit: *Hoc autem Latinus lector intelligat, ut ſemel dixiſſe ſufficiat*, lacum, *non* ſtagnum *ſonare juxta Græcos*, *ſed* ciſternam, *quæ ſermone Syro*, & *Hebraïco*, gubba *appellatur*. *In præſenti autem loco*, *pro* lacu, *quem omnes ſimiliter tranſtulerunt*, *in Hebraïco* bor *dicitur*; Græcè nunc, λάκκος.

℣. 8. Gr. ipſo initio ſimpliciter hab. Πόνῳ καὶ μάστιγι, *Dolore & flagello*; reliqua ut in Lat. ſup. detracto adv. *fortè*.

℣. 9. Suffragatur Græc. ed. Rom. ſublata voce *virtutum*, quam tamen admittunt Ald. & Compl. ſubinde pro *in vinea*, conſtanter, ἄμπελον, *vineam*; & pro *revertimini*, ἐπιστρέψατε; mel. *convertimini*.

℣. 10. Ita Græcè, præter ſeqq. ὀνειδισμόν, *opprobrium*, loco *maledictum*; ſtatimque, ἐὰν μὴ βουληθῶσιν αὐτό, & *non volent illum*. Hieron. in Jer. 6. col. 560. a. ad hoc Vulg. ſup. *aures eorum*, addit, *ſive veſtræ*; & verò in Mſ. Alex. eſt ὦτα ὑμῶν; ſed in ed. Rom. ὦτα αὐτῶν.

℣. 11. Sic eſt in Græco, præter ult. plur. αὐτὸς, *eos*, loco *eum*: tum ſequitur, ἐκχεῶ ἐπὶ νήπια ἔξωθεν, *effundam ſuper parvulos foris*. Hieronymus verò ibid. 560. c. hab. *effunde*, *ſive* effundit *ſuper parvulum furorem*, & *ſuper*, &c.

℣. 12. Hieron. in hunc loc. 560. f. ait: *Quod in Hebraïco dicitur*, extendam manum meam ſuper peccatores, *ſive* habitatores terræ, *apud LXX. ſemper* elevabo *ſcribitur*, *qui uterque percutientis eſt habitus*. In Gr. ſic: ἐκτενῶ τὴν χεῖρά μου ἐπὶ τοὺς κατοικοῦντας τὴν γῆν.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Isai. 56. 11. Infr. 8. 10. 13. A minore quippe usque ad majorem omnes avaritiæ student : & à propheta usque ad sacerdotem cuncti faciunt dolum.

14. Et curabant contritionem filiæ populi mei cum ignominia, dicentes : Pax, pax : & non erat pax.

15. Confusi sunt, quia abominationem fecerunt : quin potiùs confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt : quam ob rem cadent inter ruentes : in tempore visitationis suæ corruent, dicit Dominus.

16. Hæc dicit Dominus : State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea : & invenietis refrigerium animabus vestris. Et dixerunt : Non ambulabimus. Matth. 11. 29.

17. Et constitui super vos speculatores. Audite vocem tubæ. Et dixerunt : Non audiemus.

18. Ideo audite gentes, & cognosce congregatio, quanta ego faciam eis.

19. Audi terra : Ecce ego adducam mala super populum istum, fructum cogitationum ejus : quia verba mea non audierunt, & legem meam projecerunt.

Isai. 1. 11. 20. Ut quid mihi thus de Saba affertis, & calamum suave olentem de terra longinqua ? holocautomata vestra non sunt accepta, & victimæ vestræ non placuerunt mihi.

21. Propterea hæc dicit Dominus : Ecce ego dabo in populum istum ruinas, & ruent in eis patres & filii simul, vicinus & proximus peribunt.

VERSIO ANTIQUA.

13. A pusillo eorum usque ad magnum cuncti perpetrarunt iniqua : à sacerdote usque ad pseudoprophetam universi operati sunt falsa. *Faust. & Marcell. libell. prec. Sirm. to. 1. p. 259. a. b.*

14. Et meditabantur obtritionem populi mei, pro nihilo constituentes, & dicentes : Pax, pax : & ubi est pax ?

15. Confusi sunt, quoniam defecerunt : & ne sic quidem confusionem sustinentes, convenerunt, & ignominiam suam non cognoverunt : propterea cadent in ruina sua, & in tempore visitationis infirmabuntur.....

16..... State in viis, & videte, & interrogate semitas Domini sempiternas, quæ sit via bona, & ambulate in ea : [a] & invenietis purificationem animarum vestrarum. Et dixerunt : Non ibimus. *Hieron. in Isai. 3. col. 39. b.* [a] *Idem in Isai. 57. col. 420. d. & Jer. 6.*

17. Constitui super vos exploratores. Audite vocem tubæ. Et dixerunt : Non audiemus. *Iren. l. 4. c. 36. p. 278. a.*

18. Propter hoc audierunt gentes, & qui pascunt pecora in eis.

19..... *Vide Not.*

20. Quò mihi thus de Saba affertis, & cinnamomum de terra longinqua ? holocaustomata, & sacrificia vestra non delectaverunt me. *Iren. l. 4. c. 17. p. 248. a.*

21. Propterea hæc dicit Dominus : Ecce ego dabo in populum istum infirmitatem, & infirmabuntur in ea..... *Hieron. in Jer. 6. col. 562. c.*

VULGATA NOVA.

22. Hæc dicit Dominus : Ecce populus venit de terra Aquilonis, & gens magna consurget à finibus terræ.

23. Sagittam & scutum arripiet : crudelis est, & non miserebitur : vox ejus quasi mare sonabit : & super equos ascendent, præparati quasi vir ad prælium, adversùm te filia Sion.

23... *Vide Not.*

24. Audivimus famam ejus, dissolutæ sunt manus nostræ : tribulatio apprehendit nos, dolores ut parturientem.

25. Nolite exire ad agros, & in via ne ambuletis : quoniam gladius inimici pavor in circuitu.

VULGATA NOVA.

26. Filia populi mei accingere cilicio, conspergere cinere : luctum unigeniti fac tibi, planctum amarum, quia repentè veniet vastator super nos.

VERSIO ANTIQUA.

26. Filia populi mei accingere cilicio, & conspergere cinere : luctum dilecti fac tibi, planctum miserabilem, quia repentè veniet miseria super vos. *Hieron. in Jer. 6. col. 563. c.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 13. Græc. ipso initio hab. ὅτι, *quia* ; & præponit ϗ utrique præposit. *usque* : item loco *perpetrarunt*, ponit συνετελέσαντο, *consummaverunt* ; cæt. ut in Lat. sup.

℣. 14. Concordat Græc. nisi quòd hab. ἰῶντο, *curabant*, pro *meditabantur*. Similiter apud Ambros. in Ps. 118. p. 1188. b. *Pax, pax : & ubi est pax ?*

℣. 15. Ita in Græco, exceptis his intermediis, *& ne sic quidem confus. sustin. convenerunt*, pro quibus ϗ ὐδ' ὡς καταισχυνόμενοι κατῃσχύνθησαν, *& neque sicut qui confunduntur, confusi sunt* ; extremò etiam, ἀπολῦνται, *peribunt*, pro *infirmabuntur*.

℣. 16. Græc. textui Lat. consonat ad verbum, additis tamen his, ϗ ἴδετε ποία ἐςὶν, *& videte qualis est*, post hanc vocem, *sempiternas* : item inf. hab. ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν, *animabus vestris*, loco *animarum vestrarum*. Idem Hieron. in Naum 2. col. 1569. a. legit : *State in viis, & interrogate semitas æternas, & videte quæ sit via bona, & amb. in ea* : & in Isai. 57. sup. *quærite viam bonam, & ambulate in ea : & invenietis purificationem*, &c. item in Jer. 6. col. 561. c. ad hoc Vulg. *refrigerium*, addit, *sive purificationem*. Hilarius in Psalm. 118. col. 248. a. legit : *State in viis, & interrogate vias Domini æternales, & quærite quæ sit via bona* : & in Ps. 127. & 137. col. 424. f. 501. f. cum Cassiod. in Ps. 27. p. 443. c. *State in viis Domini, & interrogate semitas Dei æternales, & videte quæ est via bona, & ambulate in ea.* Ambros. verò in Ps. 118. col. 1024. f. hab. *State in viis legis, & interrogate semitas æternas, & videte quæ via melior, & ambulate in ea.*

℣. 17. Ita Græcè ad verbum. Item apud Cypr. l. 1. Testim. p. 282. a. *Audite vocem tubæ. Et dixerunt : Non audiemus.*

℣. 18. Ita rursum in Græco, præter hoc ult. τὰ ποίμνια αὐτῶν, *greges suos*, loco *pecora in eis*. Cypr. l. 1. Testim. p. 282. a. legit : *Propter hoc audient gentes, & qui pascent pecora in eis.* Hieron. in Jer. 6. col. 561. d. *audierunt gentes, & qui pascitis greges.*

℣. 19. Hieron. in hunc loc. 562. a. ad hoc Vulg. *cogitationum*, addit, *sive aversionis*, è Gr. ἀποςροφῆς.

℣. 20. Græc. in principio hab. ἱνατί, *ut quid*, pro *quò* ; & post *holocaustomata*, addit ὑμῶν ὐκ εἰσὶ δεκτὰ, *vestra non sunt accepta* ; cæt. concordant. Hieronymus in Jerem. 6. col. 562. c. dicit, pro *calamo*, *quod Hebraïcè dicitur* cane, LXX. & Theodotionem *cinnamum* transtulisse.

℣. 21. Itidem Græcè, nisi quòd pro *dabo*, habetur δίδωμι, *do*, absque ult. *in ea* ; sed in edd. Ald. & Compl. additur ἐν αὐτῇ.

℣. 23. Hieron. in hunc loc. 562. f. hab. *scutum, sive* zebynnam *arripiet : crudelis est, vel* impudens, *& non miserebitur*. Græc. ζιβύνην κρατήσυσιν· ἰταμός ἐςι, ϗ ὐκ ἐλεήσει.

℣. 26. Priora verba Vulgatæ similia, pariter conveniunt cum textu Græco : subdit Hieron. de more, & variantes utriusque lectiones ita exhibet : *luctum unigeniti, sive* dilecti, *fac tibi, planctum amarum, sive* miserabilem, *quia repentè veniet vastator, sive* miseria, *super nos, sive* super vos : item post paulò addit : *Ubi nos diximus*, luctum unigeniti fac tibi ; *pro* unigenito, *in Hebraïco scribitur*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

27..... *Vide Not.*

Hieron. in Jer. 6. col. 563. e.

28. Omnes inobedientes, ambulantes perversè, æs & ferrum: universi corrupti sunt.

29..... *Vide Not.*

Ambros. in Luc. 22. col. 1520. e.

30. Argentum vestrum reprobum est.....

VULGATA NOVA.

27. Probatorem dedi te in populo meo robustum: & scies, & probabis viam eorum.

28. Omnes isti principes declinantes, ambulantes fraudulenter, æs & ferrum: universi corrupti sunt.

29. Defecit sufflatorium, in igne consumptum est plumbum, fruſtra conflavit conflator: malitiæ enim eorum non sunt consumptæ.

30. Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus projecit illos.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

jaid, *quod magis* solitarium, *quàm* unigenitum *sonat: si enim esset* dilectus, *sive* amabilis, *ut LXX transtulerunt*, idid *poneretur*..... *Illud quoque quod nos interpretati sumus*, quia repentè veniet vastator super nos, *LXX.* super vos *posuerunt*. Idem Hieron. in Ezech. 27. col. 891. c. priora sic refert: *sparge terram super caput tuum, & cinerem substerne tibi.* Græc. verò, ut dixi, Vulgatæ consonat, habetque initio: Θύγατερ λαῦ μυ περίζωσαι ζάκκον, καταπάυσον ἐν σποδῷ· deinde ut in Lat. sup. πένθος ἀγαπητὸν ποίησαι ζεαυτῇ, κοπετὸν οἰκτρὸν, ὅτι ἐξαίφνης ἥξει ταλαιπωρία ἐφ' ὑμᾶς.

℣. 27. Hieron. in hunc loc. 563. f. dicit: *Probator robustus, quod Hebraïcè dicitur* mabsar, *vel* munitum *juxta Aquilam: vel* clausum, *atque* circumdatum *juxta Symmach. & LXX. sonat.* Edit. Rom. Δοκιμαστὴν λίθωκά ζε ἐν λαοῖς λελοκιμασμένος· Symm. περίφρακτον; Aquila, ὀχυρόν.

℣. 28. Hieron. ibid. sic habet pro more: *Omnes isti principes declinantes, sive* inobedientes, *ambulantes fraudulenter, sive* perversè, &c. ut in Vulg. Item Græcè, Πάντες ἀπήκοοι, πορευόμενοι σκολιῶς, χαλκὸς καὶ, &c. ut in Lat. sup.

℣. 29. Hieron. in hunc loc. 563. f. addit: *Defecit sufflatorium in igne, quem significantiùs Græci* φυσητῆρα *appellant, consumptum est plumbum, fruſtra conflavit conflator, sive* argentarius. Gr. Ἐξέλιπε φυσητὴρ ἀπὸ πυρὸς, ἐξέλιπε μόλιβος, εἰς κενὸν ἀργυροκόπος ἀργυροκοπεῖ, &c.

℣. 30. Ἀργύριον ἀποδεδοκιμασμένον καλέσατε αὐτὸς, &c.

CAPUT VII.

VERSIO ANTIQUA.

1..... *Vide Not.*

Iren. l. 4. c. 17. p. 248. a.

2. Audite sermonem Domini omnis Juda:

3. Hæc dicit Dominus Deus Israël: Dirigite vias vestras, & studia vestra: & constituam vos in loco isto.

4. Ne confisi fueritis vobismet in sermonibus mendacibus, quoniam in totum non proderunt vobis, dicentes: Templum Domini, templum Domini est.

Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 200. c.

5..... si emendantes emendaveritis vias vestras, & cogitationes vestras, & facientes feceritis judicium inter virum & proximum ejus,

6. & proselytum, & pauperem, & viduam non potentabitis, sanguinem innocentis non effuderitis in hoc loco, & post alienos deos non abibitis.....

Hieron. in Jer. 7. col. 564. e.

7. & habitare vos faciam.....

VULGATA NOVA.

1. VErbum, quod factum est ad Jeremiam à Domino, dicens:

2. Sta in porta domus Domini, & prædica ibi verbum istud, & dic: Audite verbum Domini omnis Juda, qui ingredimini per portas has, ut adoretis Dominum.

3. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël: Bonas facite vias vestras, & studia vestra: & habitabo vobiscum in loco isto. *Inf. 26. 13.*

4. Nolite confidere in verbis mendacii, dicentes: Templum Domini, templum Domini, templum Domini est.

5. Quoniam si bene direxeritis vias vestras, & studia vestra: si feceritis judicium inter virum & proximum ejus,

6. advenæ, & pupillo, & viduæ non feceritis calumniam, nec sanguinem innocentem effuderitis in loco hoc, & post deos alienos non ambulaveritis in malum vobismetipsis:

7. habitabo vobiscum in loco isto; in terra, quam dedi patribus vestris à sæculo & usque in sæculum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 1. 2. Sic est in Græco edit. Rom. excepta voce ultima Ἰουδαία, *Judæa*, pro *Juda*; nec alia ibid. vel antecedunt, vel subsequuntur. In Compl. verò ista tota præmittuntur ut in Vulgata: Ῥῆμα, ὃ ἐγένετο πρὸς Ἱερεμίαν παρὰ Κυρίου, λέγων· Ἴσα ἐπὶ τὴν πύλην τοῦ οἴκου Κυρίου, καὶ ἀνάγνωθι ἐκεῖ τὸ ῥῆμα τοῦτο, καὶ εἶπε· deinde quæ sup. Ἀκούσατε λόγον Κυρίου πᾶσα Ἰουδαία· nec sequuntur plura. Hieron. etiam in hunc loc. 564. a. sic hab. cum Vulg. *Verbum, quod factum est ad Jeremiam*..... *& prædica, vel* lege *ibi verbum istud, & dic: Audite verbum Domini omnis Juda, qui ingredimini per portas has, ut adoretis Dominum:* verum addit: *Hoc in editione LXX. non habetur, sed de Theodotione ex Hebraïco additum est.*

℣. 3. Ita Græcè, nisi excipiatur unum κατοικιῶ, pro *constituam*, quod idem sonat. Hieron. in hunc loc. 564. d. utramque Versionem sic jungit de more: *Bonas facite, vel* dirigite (inf. *corrigite*) *vias vestras, & studia vestra, sive* adinventiones vestras: *& habitabo vobiscum in loco isto, sive* habitare vos faciam in loco isto..... *juxta Symmachum:* & confirmabo vos in loco isto.

℣. 4. Consonat Græc. ad verbum, nisi quòd pro *vobismet*, hab. ἐφ' ἑαυτοῖς, *in vobis ipsis*; sed à Compl. abest ἐφ'. Hieron. in hunc loc. 564. e. ait: *Hoc quod LXX. in hujus capituli addidere principio*, in verbis mendacii, quæ vobis omnino non proderunt, *in Hebraïco non habetur.*

℣. 5. Hieron. in hunc loc. 564. b. *Quoniam si benedixeritis, sive* direxeritis *vias vestras*, &c. & inf. *si rectas feceritis vias vestras.* Græc. Ὅτι ἐὰν διορθῶντες διορθώσητε τὰς ὁδὸς ὑμῶν, καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα ὑμῶν· καὶ ποιοῦντες κρίσιν ἀναμέσον ἀνδρὸς καὶ ἀναμέσον τοῦ πλησίον αὐτοῦ.

℣. 6. Gr. hab. ὀρφανὸν, loco *pauperem*; paulòque post, καταδυναστεύσητε, pro *potentabitis*; dein, καὶ αἷμα ἀθῷον, *innocentem*, loco *innocentis*; ultimòque, μὴ πορεύησθε εἰς κακὸν ὑμῖν, *non ambulaveritis in malum vobis*; cæt. ut in textu. Hieron. ubi sup. 564. e. pro *potentabitis*, leg. ex LXX. *oppresseritis eos.*

℣. 7. Gr. καὶ κατοικιῶ ὑμᾶς, &c.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

8. Ecce vos confiditis vobis in sermonibus mendacii, qui non proderunt vobis ; 8... *Vide Not.*

9. furari, occidere, adulterari, jurare mendaciter, libare Baalim, & ire post deos alienos, quos ignoratis.

10. Et venistis, & stetistis coram me in domo hac, in qua invocatum est nomen meum, & dixistis : Liberati sumus, eò quòd fecerimus omnes abominationes istas. 10... *Vide Not.*

VULGATA NOVA.

11. Nunquid ergo spelunca latronum facta est domus ista, in qua invocatum est nomen meum in oculis vestris ? ego, ego sum : ego vidi, dicit Dominus. *Matth.* 21. 13. *Marc.* 11. 17. *Luc.* 19. 46.

VERSIO ANTIQUA.

11. Nunquid spelunca latronum est domus mea, in qua vocatum est nomen meum..... *Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 200. c.*

VULGATA NOVA.

12. Ite ad locum meum in Silo, ubi habitavit nomen meum à principio : & videte quæ fecerim ei propter malitiam populi mei Israël :

13. & nunc, quia fecistis omnia opera hæc, dicit Dominus : & locutus sum ad vos manè consurgens, & loquens, & non audistis : & vocavi vos, & non respondistis : 13... *Vide Not.* *Prov. 1. 24. Isai. 65. 12.*

VULGATA NOVA.

14. Faciam domui huic, in qua invocatum est nomen meum, & in qua vos habetis fiduciam ; & loco, quem dedi vobis & patribus vestris, sicut feci Silo. *1. Reg. 4. 2. 10.*

15. Et projiciam vos à facie mea, sicut projeci omnes fratres vestros, universum semen Ephraim.

16. Tu ergo noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis laudem & orationem, & non obsistas mihi : quia non exaudiam te. *Inf. 11. 14. & 14. 11.*

17. Nonne vides quid isti faciunt in civitatibus Juda, & in plateis Jerusalem ?

VERSIO ANTIQUA.

14. Et faciam domui, ubi invocatum est nomen meum super ipsam, in qua confiditis vos ; & loco, quem dedi vobis & patribus vestris, sicut feci Selon. *Ambros. ep. 40. col. 950. d.*

15. Et projiciam vos à facie mea, sicut projeci fratres vestros, omne semen Ephræm.

16. Et tu noli orare pro populo isto, & noli postulare illis misericordiam, & neque acceseris ad me pro illis : quia non exaudiam te.

17. Aut non vides quid isti faciunt in civitatibus Juda ? ....

VULGATA NOVA.

18. Filii colligunt ligna, & patres succendunt ignem, & mulieres conspergunt adipem, ut faciant placentas reginæ cœli, & libent diis alienis, & me ad iracundiam provocent. 18... *Vide Not.*

19. Nunquid me ad iracundiam provocant, dicit Dominus ? nonne semetipsos in confusionem vultus sui ?

20. Ideo hæc dicit Dominus Deus : Ecce furor meus, & indignatio mea conflatur super locum istum, super viros, & super jumenta, & super lignum regionis, & super fruges terræ, & succendetur, & non extinguetur. 20... *Vide Not.*

VULGATA NOVA.

21. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël : Holocautomata vestra addite victimis vestris, & comedite carnes.

22. Quia non sum locutus cum patribus vestris, & non præcepi eis, in die qua eduxi eos de terra Ægypti, de verbo holocautomatum, & victimarum.

VERSIO ANTIQUA.

21. Hæc dicit Dominus : Holocaustomata vestra colligite cum sacrificiis vestris, & manducate carnes. *Iren. l. 4. c. 17. p. 248. c.*

22. Quoniam non sum locutus ad patres vestros, nec de holocaustomatibus & sacrificiis præcepi eis, qua die eduxi eos de Ægypto.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 8. Hieron. in hunc loc. 565. b. sic habet cum Vulg. *Ecce vos confiditis vobis in verbis mendacii, sive* mendacibus, *quæ non proderunt vobis.* Græc. Εἰ δὲ ὑμεῖς πεποίθατε ἐπὶ λόγοις ψευδέσιν, ὅθεν οὐκ ὠφεληθήσεσθε. *Si autem vos confidistis in verbis mendacibus, unde non erit vobis utilitas.*

℣. 10. Hieron. ubi sup. ad hoc Vulg. *liberati sumus*, addit, *sive desivimus ;* Græc. ἀπεχόμεθα, *abstinuimus.*

℣. 11. Ita Græcè, nisi hoc ult. excipiatur, οὗ ἐπικέκληται τὸ..... ἐπ' αὐτῷ, *ubi invocatum est nom..... in ea.* Ap. Hieron. in hunc loc. 565. c. *domus ista, sive* mea.

℣. 13. Hieron. ubi sup. 566. a. ait : *Hoc quod posuimus*, manè consurgens, & loquens, *in LXX. non habetur :* hoc etiam deest hodie in Græco.

℣. 14. Græc. in principio hab. Τοίνυν κἀγὼ ποιήσω, *Igitur & ego faciam ;* subinde pro *confiditis vos*, ὑμεῖς πεποίθατε ἐπ' αὐτῷ, *vos confidistis in ea ;* ultimòque, τῇ Σηλώ, *Selo ;* ed. Ald. τῇ Σηλώμ.

℣. 15. Concordat Græc. ad verbum, nisi excipias ult. Ἐφραΐμ.

℣. 16. Tertullian. l. de pudic. p. 1000. b. *Tu ne adoraveris pro populo isto, & ne postulaveris misericordiam consequi eos, & ne acceseris pro his ad me : quoniam non exaudiam.* Hieron. l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 222. e. *Noli orare pro populo hoc, nec assumas pro eis deprecationem, & non obsistas mihi : quia non exaudiam te :* quæ Vulgatæ favent : item in Jer. 7. col. 566. c. his Vulg. verbis, *nec assumas pro eis laudem & orationem*, subdit, *sive, nec roges ut misericordiam consequantur.* Rursum Ambr. l. 1. de pœnit. col. 402. b. legit : *Noli orare pro populo isto.* Facund. Herm. l. 12. Sirm. to. 2. p. 822. a. *Noli orare pro populo hoc, & ne postulaveris misereri illius, & non acceseris ad me pro eis : quia non exaudiam te.* Græc. Καὶ σὺ μὴ προσεύχῃ περὶ τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ μὴ αἴτει τοῦ ἐλεηθῆναι αὐτούς, καὶ μὴ εὔχου, καὶ μὴ προσέλθῃς μοι περὶ αὐτῶν ὅτι οὐκ εἰσακούσομαι.

℣. 17. Græc. Ἢ οὐχ ὁρᾷς τί αὐτοὶ, &c. ut sup.

℣. 18. Hieron. in hunc loc. 566. f. habet : *mulieres conspergunt adipem, ut faciant placentas, sive* chavonas *reginæ, sive* militiæ *cœli*, &c. Græc. αἱ γυναῖκες αὐτῶν τρίβουσι σαῖς, τοῦ ποιῆσαι καυῶνας τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ.

℣. 20. Hieron. in hunc loc. 567. a. verbo *conflata est*, seu *conflatur*, quod est in Vulg. subdit, *sive stillavit ;* Græcè, χεῖται, *funditur.*

℣. 21. Similiter hab. Auct. quæst. ex utroque Test. ap. Aug. to. 3. 99. d. *Hæc dicit Dominus : Holocausta vestra congregate cum sacrificiis vestris, & manducate carnes.* Ita quoque in Græco.

℣. 22. Auct. quæst. ex utroque Test. p. 99. d. *Quia non sum locutus ad patres vestros, neque mandavi illis, qua die eduxi illos de terra Ægypti.* Ita quoque Græc. habet, subnexis tamen his in fine, περὶ ὁλοκαυτωμάτων καὶ θυσίας, Mſ. Alex. & Compl. θυσιῶν ; quæ apud Iren. media exstant supra.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Iren. ubi sup. 23. Sed sermonem hunc præcepi eis, dicens: Audite vocem meam, & ero Deus vester, & vos eritis populus meus: & ambulate in omnibus viis meis, quascunque præcepero vobis, ut bene sit vobis.

24. Et non obaudierunt, nec intenderunt: sed ambulaverunt in cogitationibus cordis malitiæ suæ: & facti sunt retrorsùm & non ad priora.

Ibid. c. 36. p. 279. b. 25..... Et misi ad vos omnes servos meos prophetas inter diem, & ante lucem.

26. Et non obedierunt mihi, neque intenderunt aures ipsorum.....

27. Et dices eis hunc sermonem:

28. Hoc genus, quod non obedivit voci Domini, neque recepit disciplinam: defecit fides ex ore ipsorum.

Ibid. p. 278. a. 29..... reprobavit Dominus, & abjecit gentem facientem hæc,

30. quoniam fecerunt filii Juda malignum in conspectu meo, dicit Dominus.....

VULGATA NOVA.

23. Sed hoc verbum præcepi eis, dicens: Audite vocem meam, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus: & ambulate in omni via, quam mandavi vobis, ut bene sit vobis.

24. Et non audierunt, nec inclinaverunt aurem suam: sed abierunt in voluntatibus, & in pravitate cordis sui mali: factique sunt retrorsùm & non in ante,

25. à die qua egressi sunt patres eorum de terra Ægypti, usque ad diem hanc. Et misi ad vos omnes servos meos prophetas per diem consurgens diluculo, & mittens.

26. Et non audierunt me, nec inclinaverunt aurem suam: sed induraverunt cervicem suam: & pejus operati sunt, quàm patres eorum. *Inf. 16.*

27. Et loquêris ad eos omnia verba hæc, & non audient te: & vocabis eos, & non respondebunt tibi. *12.*

28. Et dices ad eos: Hæc est gens, quæ non audivit vocem Domini Dei sui, nec recepit disciplinam: periit fides, & ablata est de ore eorum.

29. Tonde capillum tuum, & projice, & sume in directum planctum: quia projecit Dominus, & reliquit generationem furoris sui,

30. quia fecerunt filii Juda malum in oculis meis, dicit Dominus. Posuerunt offendicula sua in domo, in qua invocatum est nomen meum, ut polluerent eam:

VULGATA NOVA.

31. & ædificaverunt excelsa Topheth, quæ est in valle filii Ennom: ut incenderent filios suos, & filias suas igni: quæ non præcepi, nec cogitavi in corde meo.

32. Ideo ecce dies venient, dicit Dominus, & non dicetur ampliùs, Topheth, & Vallis filii Ennom: sed Vallis interfectionis: & sepelient in Topheth, eò quòd non sit locus.

31... *Vide Not.*

33. Et erit morticinum populi hujus in cibos volucribus cœli, & bestiis terræ, & non erit qui abigat.

34. Et quiescere faciam de urbibus Juda, & de plateis Jerusalem, vocem gaudii, & vocem lætitiæ, vocem sponsi, & vocem sponsæ: in desolationem enim erit terra. *Exsib. 26. 13.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 23. Græc. Ἀμὴ ἡ τὸ ῥῆμα τοῦτο ἐνετειλάμην αὐτοῖς, λέγων· Ἀκούσατε τῆς φωνῆς μου, καὶ ἔσομαι ὑμῖν εἰς Θεὸν, καὶ ὑμεῖς ἔσεσθέ μοι εἰς λαὸν, καὶ, &c. ut in Lat. sup.

℣. 24. Græc. Καὶ οὐκ ἤκουσάν μου (Mſ. Alex. cum Compl. εἰσήκουσάν μου,) καὶ ἡ προσέχετε τὸ οὖς αὐτῶν· ἀλλ' ἐπορεύθησαν ἐν ταῖς ἐνθυμήμασι τῆς καρδίας αὐτῶν τῆς κακῆς· καὶ ἐγενήθησαν εἰς τὰ ὀπίσω καὶ οὐκ εἰς τὰ ἔμπροσθεν. Hieron. in hunc loc. 567. f. pro ἐνθυμήμασι, rectè hab. *desideriis.*

℣. 25. Concordat Græcum. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 725. b. *Et emisi ad vos omnes famulos meos prophetas.* Ambros. in Luc. 15. col. 1465. a. *Et locutus sum ad vos ante lucem, & misi ad vos servos meos prophetas ante lucem.*

℣. 26. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 725. b. *Et non audiit populus meus, & non intendit auribus suis, & obduravit collum suum.* Græc. Καὶ οὐκ εἰσήκουσάν μου, καὶ ἡ προσέχετε τὸ οὖς αὐτῶν, καὶ ἐσκλήρυναν τὸν τράχηλον αὐτῶν.

℣. 27. Græc. idem præfert, nec addit plura.

℣. 28. Ita rursum Græcè, nisi id excipiatur, οὐκ ἤκουσε τῆς φωνῆς, *non audivit vocem*, pro *non obedivit voci*, quæ idem sonant.

℣. 29. Similia Græc. exhibet, nisi hanc vocem exceperis, τὴν γενεὰν, *generationem*, pro *gentem*. Hieron. in hunc loc. 568. c. ad hoc Vulg. & *sume in directum*, addit, *sive, super labia.* Græcè pariter, καὶ ἀνάλαβε ἐπὶ χειλέων θρῆνον, deinde, ὅτι ἀπεδοκίμασε, &c. ut in textu.

℣. 30. Sic iterum Græcè.

℣. 31. Hieron. in hunc loc. 568. e. hab. & *ædificaverunt excelsa, sive* aram. Græc. καὶ ᾠκοδόμησαν τὸν βωμόν reliqua ad finem usque hujus cap. vix discrepant à Vulg. sicut & alia multa passim.

CAPUT VIII.

VULGATA NOVA.

1. IN illo tempore, ait Dominus: Ejicient ossa regum Juda, & ossa principum ejus, & ossa sacerdotum, & ossa prophetarum, & ossa eorum, qui habitaverunt Jerusalem, de sepulcris suis:

2. & expandent ea ad solem, & lunam, & omnem militiam cœli, quæ dilexerunt, & quibus servierunt, & post quæ ambulaverunt, & quæ quæsierunt, & adoraverunt: non colligentur, & non sepelientur: in sterquilinium super faciem terræ erunt.

3. Et eligent magis mortem quàm vitam omnes qui residui fuerint de cognatione hac pessima in universis locis, quæ derelicta sunt, ad quæ ejeci eos, dicit Dominus exercituum.

VERSIO ANTIQUA.

Cypr. l. 3. Testim. p. 328. c. 4. Hæc dicit Dominus: Nunquid qui cadit,

VULGATA NOVA.

4. Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Nun-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Tertul. l. de pœnit. c. 8. p. 168. c. *Non, qui ceciderit, resurget? & qui aversatus fuerit, convertetur?* Lucif. Cal. l. de reg. apost. p. 220. c. *Nunquid qui cadit, non resurget? aut qui avertitur, non convertetur?* Ambros. in Ps. 36. col. 800. c. *Nunquid qui cadit, non adjiciet ut resurgat? aut qui aversus fuerit, non revertetur?* Fulg.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.	
quid qui cadit, non reſurget? & qui averſus eſt, non revertetur?	non ſurget? aut qui avertitur, non convertetur?	*Cypr. ubi ſup.*
5. Quare ergo averſus eſt populus iſte in Jeruſalem averſione contentioſa? Apprehenderunt mendacium, & noluerunt reverti.	5. Quare ergo averſus eſt populus iſte in Jeruſalem averſione contentioſa? Induraverunt cervices ſuas, noluerunt reverti.	*Fulg. ep. 7. p. 193. c.*
6. Attendi, & auſcultavi: nemo quod bonum eſt loquitur, nullus eſt qui agat pœnitentiam ſuper peccato ſuo, dicens: Quid feci? omnes converſi ſunt ad curſum ſuum, quaſi equus impetu vadens ad prælium.		
7. Milvus in cœlo cognovit tempus ſuum, turtur, & hirundo, & ciconia cuſtodierunt tempus adventus ſui: populus autem meus non cognovit judicium Domini.	7. Cognovit milvus tempus ſuum, turtur, & hirundo, ruris paſſeres cuſtodierunt tempora introitus ſui: populus autem meus non cognovit judicium Domini.	*Cypr. l. 1. Teſtim. p. 277. a.*
8. Quomodo dicitis: Sapientes nos ſumus, & lex Domini nobiſcum eſt? verè mendacium operatus eſt ſtylus mendax ſcribarum.	8. Quomodo dicitis: Sapientes ſumus, & lex Domini nobiſcum eſt? incaſſum facta eſt metatura falſa ſcribæ.	
9. Confuſi ſunt ſapientes, perterriti & capti ſunt: verbum enim Domini projecerunt, & ſapientia nulla eſt in eis.	9. Confuſi ſunt ſapientes, trepidaverunt, & capti ſunt: quia verbum Domini reprobaverunt.....	

VULGATA NOVA.

Iſai. 56. 11. Sup. 6. 13.

10. Propterea dabo mulieres eorum exteris, agros eorum hæredibus: quia à minimo uſque ad maximum omnes avaritiam ſequuntur: à propheta uſque ad ſacerdotem cuncti faciunt mendacium.

11. Et ſanabant contritionem filiæ populi mei ad ignominiam, dicentes: Pax, pax: cùm non eſſet pax.

10... 11... 12. *Vide Not.*

12. Confuſi ſunt, quia abominationem fecerunt: quinimo confuſione non ſunt confuſi, & erubeſcere neſcierunt: idcirco cadent inter corruentes, in tempore viſitationis ſuæ corruent, dicit Dominus.

13. Congregans congregabo eos, ait Dominus: non eſt uva in vitibus, & non ſunt ficus in ficulnea, folium defluxit: & dedi eis quæ prætergreſſa ſunt.

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.	
14. Quare ſedemus? convenite, & ingrediamur civitatem munitam, & ſileamus ibi: quia Dominus Deus noſter ſilere nos fecit, & potum dedit nobis aquam fellis: peccavimus enim Domino.	14. Quare ſedemus? convenite, & ingrediamur civitates munitas, & projiciamur ibi: quia Dominus noſter abjecit nos, & potum dedit nobis aquam fellis.....	*Hieron. in Jer. 8. col. 571. f.*
Inf. 9. 15. 15. Exſpectavimus pacem, & non erat bonum; tempus medelæ, & ecce formido.		
Inf. 14. 19. 16. A Dan auditus eſt fremitus equorum ejus, à voce hinnituum pugnatorum ejus commota eſt omnis terra: & venerunt, & devoraverunt terram, & plenitudinem ejus; urbem, & habitatores ejus.	16. Ex Dan audiemus vocem velocitatis equorum ejus, à voce hinnitûs decurſionis equorum ejus commovebitur tota terra: & veniet, & manducabit terram, & plenitudinem ejus; & civitatem, & qui habitant in ea.	*Iren. l. 5. c. 30. p. 329. a.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ep. 7. p. 193. *Nunquid qui cadit, non reſurget? aut qui averſus eſt, non revertetur?* S. Pacian. epiſt. 1. p. 306. g. *Nonne qui ceciderit, reſurget? & qui averſus fuerit, convertetur?* ita rurſum paræn. ad pœnit. p. 317. g. excepto uno *averſatus fuerit.* Græc. Ὅτι τάδε λέγει Κύριος· Μὴ ὁ πίπτων, οὐκ ἀνίσταται; ἢ ὁ ἀποστρέφων, οὐκ ἀναστρέψει; Mſ. Alex. οὐκ ἐπιστρέψει; Hieron. in Jer. 8. col. 569. f. *non avertetur?*

℣. 5. Ambroſ. in Pſ. 36. col. 800. c. alludens dicit: *Væ iis qui avertuntur averſione impudenti, dicit Dominus.* Græc. Διατί ἀπέστρεψεν ὁ λαὸς μου οὗτος (in Mſ. Alex. & Compl. deeſt μου) ἀποστροφὴν ἀναιδῆ, καὶ κατισχυρίσαντο ἐν τῇ προαιρέσει αὐτῶν, καὶ οὐκ ἠθέλησαν τοῦ ἐπιστρέψαι; *Quare averſus eſt populus meus hic averſione impudenti, & confirmati ſunt in propoſito ſuo, & noluerunt reverti?*

℣. 7. Lactant. l. 4. Inſtit. c. 11. p. 575. *Cognovit tempus ſuum turtur, & hirundo, & ruris paſſeres cuſtodierunt tempora introitus ſui,* &c. ut in textu. Ambroſ. ep. 23. col. 883. c. *Turtur, & hirundo, agri paſſeres agnoverunt tempora introitus ſui:* & l. 6. Hexa. col. 119. f. *Turtur, & hirundo, agri paſſeres cuſtodierunt tempora introitus ſui: populus autem meus non cognovit judicia Domini;* Mſs. ſex hab. *tempora nidi ſui.* Hieron. in hunc loc. 570. d. ait: *Pro* milvo, *quem interpretatus eſt Symmachus, LXX. & Theodotio ipſum verbum Hebraïcum poſuere* aſida..... *pro eo autem quod nos poſuimus* ciconiam..... *LXX.* agri paſſeres *interpretati ſunt.* Græc. Καὶ ἡ ἀσίδα ἐν τῷ οὐρανῷ ἔγνω τὸν καιρὸν αὐτῆς, τρυγὼν, καὶ χελιδὼν, ἀγρὸς στρουθία ἐφύλαξαν καιροὺς εἰσόδων (Mſ. Alex. εἰσόδου) ἑαυτῶν· ὁ δὲ λαὸς μου οὗτος οὐκ ἔγνω τὰ κρίματα Κυρίου.

℣. 8. Græc. initio hab. Πῶς ἐρεῖτε· Ὅτι Σοφοὶ ἐσμὲν ἡμεῖς; *Quomodo dicetis: Quia ſapientes ſumus nos?* extremòque, Χοῖρος ψευδὴς γεγραμματεῦσιν, *juncus mendax ſcribis;* cæt. ut in Lat. ſupra: ad hoc autem è Cypr. *metatura falſa ſcriba,* Fellus Oxon. ep. hæc notat: « Sed cùm arundine non « modò ſcriberent veteres, ſed & metirentur, pro ſtylo ſcri- « bæ, metatura ſubſtituebatur: ex contortis arundinibus fu- « niculus menſorum Zach. 2. 1. Χοινίον γεωμετρικόν appella- « tur. » Theodoret. σχοῖνον interpretatur *funiculum,* & *hereditatem,* ſi Nobilio fides.

℣. 9. Concordat Græc. ed. Rom. niſi quòd pro *trepidaverunt,* hab. ἐξέστησαν, & *territi ſunt;* & loco *verbum,* τὸν νόμον, *legem;* ſed Mſ. Alex. cum Ald. & Compl. τὸν λόγον. Item ſupra in Compl. deeſt ἐξ, ante ἐστράφησαν.

℣℣. 10. 11. 12. Hieron. in hunc loc. 570. f. *Propterea dabo mulieres, ſive* uxores *eorum externis, agros eorum hæredibus: quia à minimo uſque ad maximum omnes avaritiæ ſtudent: à propheta uſque ad ſacerdotem cuncti faciunt mendacium, ſive* iniquitatem. *Et ſanabant,* &c. de Vulg. At in Græco priora tantùm exſtant, videlicet: Διατί τὸ λοιπὸν τὰς γυναῖκας αὐτῶν ἑτέροις, καὶ τοὺς ἀγροὺς αὐτῶν τοῖς κληρονόμοις· ſubſequentia verò deſunt tota uſque ad ℣. 13. Et verò leguntur ſup. c. 6. ℣℣. 13. 14. 15. tam in Gr. quàm in Vulg. ipſa. Editio tamen Compl. hîc Vulgatæ congruit.

℣. 14. Græcè ſimiliter: Ἐπὶ τί ἡμεῖς καθήμεθα; Συνάχθητε, καὶ εἰσέλθωμεν εἰς τὰς πόλεις τὰς ὀχυρὰς, καὶ ἀπορριφῶμεν ἐκεῖ· ὅτι ὁ Θεὸς ἀπέῤῥιψεν ἡμᾶς, &c. ut in Lat. ſup. Ita verò Hieron. habet de more: *Quare ſedemus? conven. & ingred. civit. munitam, ſive* civitates munitas, & *ſileamus ibi, ſive* projiciamur ibi: & infra 572. b. ad ℣. 16. ita loquitur: *Non igitur ut ſupra, LXX. tranſtulerunt:* Dixit populus: Ingrediamur civitates munitas, *ſed* civitatem munitam, &c.

℣. 16. Eadem leguntur Græcè, præter pauca & levia, nimirum, ἐσείσθη, *commota eſt,* pro *commovebitur;* item

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Jer. 8. col. 572. c. e.

17. Quia ecce ego mittam vobis serpentes mortiferos, quibus non est incantatio : & mordebunt vos, ait Dominus, insanabiliter :

18. cum dolore cordis vestri deficietis.

VULGATA NOVA.

17. Quia ecce ego mittam vobis serpentes regulos, quibus non est incantatio : & mordebunt vos, ait Dominus :

18. dolor meus super dolorem, in me cor meum mœrens.

VULGATA NOVA.

19. Ecce vox clamoris filiæ populi mei de terra longinqua : Nunquid Dominus non est in Sion, aut rex ejus non est in ea? Quare ergo me ad iracundiam concitaverunt in sculptilibus suis, & in vanitatibus alienis?

20. Transiit messis, finita est æstas, & nos salvati non sumus.

21. Super contritione filiæ populi mei contritus sum, & contristatus, stupor obtinuit me.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. l. de lapsu virg. col. 313. d.

22. Nunquid resina non est in Galaad? aut medicus non est ibi? quare non ascendit sanitas filiæ populi mei?

VULGATA NOVA.

22. Nunquid resina non est in Galaad? aut medicus non est ibi? quare igitur non est obducta cicatrix filiæ populi mei?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

sup. loco *velocitatis*, & *decursionis*, est ὀξύτητος, & ἱπποδαλας, quæ vertuntur à Nobilio *fremitûs*, & *equitatûs*; infra demum tollitur &, ante πόλιν, *civitatem*. Hieron. in hunc loc. 572. b. Versionem unam alteri hic opponere pergit : *A Dan auditus est fremitus equorum ejus, à voce binnituum pugnatorum ejus, sive* equitatûs *commota est omnis terra : & venerunt, & devoraverunt, sive*, & vehient, & devorabunt *terram, & plenitudinem ejus; urbem, & habitatores ejus :* tum addit : *Non igitur ut supra* (℣. 14.) *LXX. transtulerunt :* Dixit populus : Ingrediamur civitates munitas, *sed* civitatem munitam, *ut significet* Jerusalem : *denique & nunc infert* urbem, & habitatores ejus. *Describitur autem à Dan per Phœnicem veniens cum exercitu Nabuchodonosor, in quo loco fluvius Jordanis oritur : & qua LXX. futura, Hebraïcum pro veritate rei jam facta commemorat.*

℣. 17. Ita Hieron. ibid. *Quia ecce ego mittam vobis serpentes regulos, sive* pessimos, *aut ut LXX. transtulerunt*, mortiferos, &c. ut supra. Edit. Rom. Διότι ἰδὺ ἐγὼ ἐξαποστέλλω εἰς ὑμᾶς ὄφεις θανατώντας, οἷς οὐκ ἔστιν ἐπᾴσαι· & δήξονται ὑμᾶς ἀθλατα, absque hoc med. *ait Dominus.*

℣. 18. Consonat Græc. nisi quòd ultimò hab. ἀπορυμένης, *deficientis*, pro *deficietis*, quod fortasse mendum est novissimæ edit. Ad hæc autem Vulgatæ verba : *dolor meus super dolorem, in me cor meum mœrens*, Hieron. addit : *pro quo, ut supra diximus, LXX. superiori sententiæ, quæ dicta sunt copulârunt, ut ponerent :* & mordebunt vos, ait Dominus, insanabiliter : cum dolore cordis vestri deficietis. *In Hebraïco autem, non tam* dolor *est, qui Græcè dicitur* ὀδύνη, *quàm* μειδίαμα, *quod nos interpretari possumus ritum oris dolore contracti, & habentem risûs similitudinem.*

℣. 22. Itidem Græcè. Ita quoque hab. Hieron. in Jerem. 22. col. 628. f. 629. a. & in Ezech. 27. col. 886. f. excepta voce *curatio*, loco *sanitas ;* in Gr. ἴασις. Idem Hieron. in Ezech. 47. col. 1058. b. legit : *aut medici non sunt ibi? quare non ascendit sanatio filiæ populi mei?*

CAPUT IX.

VERSIO ANTIQUA.

Gildas Sap. l. de excid. Britann. to. 8. p. 712. g.

1. QUis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum? & plorabo in die & nocte interfectos populi mei.

Hieron. in Jer. 8. col. 573. c.

2. Quis det mihi in solitudine mansionem novissimam, ut relinquam populum meum, & recedam ab eis?....

Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 200. d.

3. Extendit linguam suam sicut arcum in falso : & fides non invaluit super terram, quia de malis mala exierunt, & me nescierunt.....

Lucif. Cal. ubi sup.

5..... veritatem non loquuntur, didicit lingua eorum loqui mendacium : reverti noluerunt, & non obreliquerunt.

VULGATA NOVA.

1. QUis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum? & plorab odie ac nocte interfectos filiæ populi mei.

2. Quis dabit me in solitudine diversorium viatorum, & derelinquam populum meum, & recedam ab eis? quia omnes adulteri sunt, cœtus prævaricatorum.

3. Et extenderunt linguam suam quasi arcum mendacii & non veritatis : confortati sunt in terra, quia de malo ad malum egressi sunt, & me non cognoverunt, dicit Dominus.

4. Unusquisque se à proximo suo custodiat, & in omni fratre suo non habeat fiduciam : quia omnis frater supplantans supplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet.

5. Et vir fratrem suum deridebit, & veritatem non loquentur : docuerunt enim linguam suam loqui mendacium : ut iniquè agerent, laboraverunt.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Similiter Ambros. l. de laps. virg. col. 317. b. *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum?* Sic etiam August. in Ps. 21. to. 4. 94. b. & l. 2. cont. ep. Parmen. to. 9. 33. a. Item Ennod. l. 1. ap. Sirm. to. 1. p. 1391. b. excepta voce *fletuum*, loco *lacrymarum ;* Græc. δακρύων. Siricius PP. epist. 1. to. 1. 629. d. *Quis dabit capiti meo aquam, aut oculis meis fontem lacrymarum? & flebo populum hunc die ac nocte.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 978. d. *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum? & plorabo hanc plebem die ac nocte.* Græc. Τίς δώσει κεφαλῇ μου ὕδωρ, & ὀφθαλμοῖς μου πηγὴν δακρύων ; & κλαύσομαι τὸν λαόν μου τοῦτον ἡμέρας & νυκτὸς, τοὺς τετραυματισμένους θυγατρὸς λαοῦ μου.

℣. 2. Iren. l. 4. c. 25. p. 261. c. *Quis dabit mihi in deserto habitationem novissimam?* Græc. Τίς δώῃ (Ald. & Compl. δώσει) μοι ἐν τῇ ἐρήμῳ καθμὸν ἔσχατον, & καταλείψω, &c. ut in textu Lat. subinde cum Vulg. ὅτι πάντες μοιχῶνται, σύνοδος ἀθετούντων.

℣. 3. Græc. Καὶ ἐτείναν τὴν γλῶσσαν αὐτῶν ὡς τόξον· ψεῦδος, & οὐ πίστις ἐνίσχυσεν, &c. *Et intenderunt linguam suam sicut arcum : mendacium, & non fides invaluit ;* reliqua ut in textu, excepto uno εἰς κακὰ, *in mala*, ante *exierunt.*

℣. 5. August. in Ps. 139. to. 4. 1558. f. *docuerunt linguas suas loqui mendacium : ut iniquè agerent, laboraverunt :* sed hæc citare videtur August. secundùm Interpretat. Hieronymi ex Hebr. scilicet Vulg. enimvero Hieron. in hunc Jer. loc. 573. f. utramque Versionem cùm ex Hebr. tum è LXX. sic jungit : *docuerunt enim linguam suam loqui mendacium, sive*, didicit enim lingua eorum loqui mendacium : deinde : *ut iniquè agerent, laboraver-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

6. Habitatio tua in medio doli : in dolo renuerunt ſcire me, dicit Dominus.

7. Propterea hæc dicit Dominus exercituum : Ecce ego conflabo, & probabo eos : quid enim aliud faciam à facie filiæ populi mei ?

Pſalm. 27. 3. 8. Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta eſt : in ore ſuo pacem cum amico ſuo loquitur, & occultè ponit ei inſidias.

9. Nunquid ſuper his non viſitabo, dicit Dominus ? aut in gente hujuſmodi non ulciſcetur anima mea ?

10. Super montes aſſumam fletum ac lamentum, & ſuper ſpecioſa deſerti planctum : quoniam incenſa ſunt, eò quòd non ſit vir pertranſiens : & non audierunt vocem poſſidentis : à volucre cœli uſque ad pecora tranſmigraverunt & receſſerunt.

11. Et dabo Jeruſalem in acervos arenæ, & cubilia draconum : & civitates Juda dabo in deſolationem, eò quòd non ſit habitator.

12. Quis eſt vir ſapiens, qui intelligat hoc, & ad quem verbum oris Domini fiat ut annuntiet iſtud, quare perierit terra, & exuſta ſit quaſi deſertum, eò quòd non ſit qui pertranſeat ?

VERSIO ANTIQUA.

6. Uſuram ſuper uſuram, dolum ſuper dolum : noluerunt me noſſe, dicit Dominus. *Lucif. Cal. ubi ſup.*

7. Propter hæc hoc dicit Dominus : Ecce ego comburo eos, & probabo eos : quia ſic faciam à facie malignitatis filiæ populi mei.

8. Sagitta vulnerans lingua eorum, maligna verba oris eorum : proximo ſuo loquitur pacifica, & in ſemetipſum detinet inimicitiam.

9. Nunquid in his * viſitabo, dicit Dominus ? aut in gentem talem non vindicabit anima mea ? * *Supp.* non.

10. Super montes accipite luctum, & ſuper ſemitas deſertas planctum : quia defecerunt, eò quòd non ſint homines : non acceperunt vocem ſubſtantiæ : à volatilibus uſque ad jumenta expaverunt & defecerunt. *Ambroſ. l. 3. de fide, col. 517. f.*

11. Et dabo Jeruſalem in tranſmigrationem..... *Hieron. in Jer. 9. col. 574. f.*

12. Quis homo ſapiens, & intelligens hæc ?.... *Vigil. Tapſ. l. 4. de Trin. p. 247. c.*

VULGATA NOVA.

13. Et dixit Dominus : Quia dereliquerunt legem meam, quam dedi eis, & non audierunt vocem meam, & non ambulaverunt in ea :

14. & abierunt poſt pravitatem cordis ſui, & poſt Baalim : quod didicerunt à patribus ſuis.

15. Idcirco hæc dicit 15... *Vide Not.*

VULGATA NOVA.

17. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſraël : Contemplamini, & vocate lamentatrices, & veniant : & ad eas, quæ ſapientes ſunt, mittite, & properent :

18. feſtinent, & aſſumant ſuper nos lamentum : deducant oculi noſtri lacrymas, & palpebræ noſtræ defluant aquis.

19. Quia vox lamentationis audita eſt de Sion : Quomodo vaſtati ſumus & confuſi vehementer ? quia dereliquimus terram, quoniam dejecta ſunt tabernacula noſtra.

Dominus exercituum Deus Iſraël : Ecce ego cibabo populum iſtum abſinthio, & potum dabo eis aquam fellis. *Inf. 23. 15.*

16. Et diſpergam eos in gentibus, quas non noverunt ipſi & patres eorum : & mittam poſt eos gladium, donec conſumantur.

VERSIO ANTIQUA.

17..... Intelligite, & vocate lamentatrices..... & loquantur : *Hieron. in Jer. 9. col. 575. f.*

18. & aſſumant ſuper vos lamentum : & deducant oculi veſtri lacrymas, & palpebræ veſtræ defluant aquis.

19. Quoniam vox lamentationis audita eſt in Sion..... abjecimus tabernacula noſtra.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

runt, *ſive* iniquè egerunt, & *non intermiſerunt ut convertentur*. Græc. ἀλήθειαν ὐ μὴ λαλήσωσι, μεμάθηκεν ὐ γλῶσσα αὐτῶν λαλεῖν ψευδῆ· ἠδίκησαν, ϗ ὐ διέλιπον τοῦ ἐπιστρέψαι.

℣. 6. Hieron. ubi ſup. ſic pergit : *Habitatio tua in medio doli : in dolo*, *ſive* Uſura ſuper uſuram, & dolus in dolo : *renuerunt*, *ſive* noluerunt : & inf. 574. a. repetitis his, *Habitatio tua in medio doli : in dolo*, ſubdit : *ſive*, ut LXX. *tranſtulerunt* : Uſura ſuper uſuram, & dolus ſuper dolum. Sic etiam hodie in Græco eſt, adjunctis his quæ leguntur ſup.

℣. 7. Græcè ita : Διατῦτο τάδε λέγει Κύριος· Ἰδὺ ἐγὼ πυρώσω αὐτὺς, ϗ δοκιμῶ αὐτές· ὅτι ποιήσω ἀπὸ προσώπου θυγατρὸς λαῦ μυ, &c. In Compl. τί ποιήσω, al. ὅτι τί. Hieron. in Jer. 9. col. 574. b. hab. de more : *Propterea hæc dicit Dom..... Ecce ego conflabo*, *ſive* igne examinabo, & *probabo eos : quid enim aliud faciam a facie filia.....* *ſive*, quid faciam à facie malitiæ filiæ populi mei ?

℣. 8. Eadem ſunt in Græco, præter duo, δόλια, *doloſa*, loco *maligna* ; & ἐν ἑαυτῷ ἔχει, *in ſe ipſo habet*, pro *in ſemetipſum detinet*.

℣. 9. Græc. in principio habet, Μὴ ἐπὶ τύτοις ὐκ ἐπισκέψομαι, *Nunquid ſuper his non viſitabo* ; paulòque poſt, ἐν λαῷ τοιῦτῳ, *in populo tali*, loco *in gentem talem* ; cæt. ut ſupra.

℣. 10. Hieron. in Jer. 9. 574. d. Verſionem utramque ſic intermiſcet : *Super montes aſſumam*, *ſive* aſſumite *fletum & lamentum*, & *ſuper ſpecioſa*, *ſive* ſemitas *deſerti planctum : quoniam incenſa ſunt*, *ſive* defecerunt, *eò quòd non ſit vir*, *ſive* homo *pertranſiens* : & *non audierunt vocem poſſidentis*, *ſive* ſubſtantiæ : & poſt pauca : *Pro* poſſidente, LXX. *tranſtulerunt* ſubſtantiæ..... & *ſubſtantia hîc*, *non pro* δόλια, *hoc eſt*, eſſentia, *accipitur*, *ſed pro* opibus, *atque* divitiis. Victor Vit. l. 3. de perſec. Afric. p. 34. b. legit : *Super montes accipite planctum*, & *ſuper ſemitas deſerti luctum : quia defecerunt*, *eò quòd non ſint homines : non audierunt vocem ſubſtantiæ*, *à volatilibus cœli uſque ad pecora*. Similiter hab. Vigil. Tapſ. l. 5. de Trin. p. 247. c. ad verbum : at l. cont. Varimad. p. 736. e. ita : *Super montes accipite planctum*, & *ſuper ſemitas deſerti lamentationem : quia defecerunt*, *eò quòd non ſint homines : quia audire noluerunt vocem ſubſtantiæ meæ : à volucribus cœli uſque ad jumenta mente exciderunt*. Ita quoque in Græco, præter poſteriora, *quia audire noluerunt*, &c. pro quibus ſic : ὐκ ἤκουσαν φωνὴν ὑπάρξεως· ἀπὸ πετεινῶν τῦ ὐρανῦ ϗ ἕως κτηνῶν ἐξέστησαν, ᾤχοντο.

℣. 11. Hieron. ubi ſup. *Et dabo Jeruſ. in acervos arenæ*, *ſive* in tranſmigrationem. Gr. cum textu Lat. concinit.

℣. 12. Græc. Τίς ὁ ἄνθρωπος ὁ ζυνετὸς, ϗ ζυνέτω τῦτο ; *Quis eſt homo intelligens*, & *intelligat hoc ?*

℣. 15. Hieron. in hunc loc. 575. d. huic Vulg. voci, *abſinthio*, ſubdit, *vel anguſtiis*, è Gr. ἀνάγκας.

℣. 17. A Græco abeſt verbum *intelligite* ; Hieron. tamen addit pro more, *contemplamini*, ſive *intelligite* : item poſt paulò, *properent*, ſive *loquantur* ; Gr. φθεγξάσθωσαν.

℣. 18. Hieron. ibid. ſic pergit : *feſtinent*, & *aſſumant ſuper nos*, *ſive* ſuper vos *lamentum* : & *deducant oculi noſtri*, *ſive* veſtri *lacrymas*, & *palpebræ noſtræ*, *ſive* veſtræ *defluant aquis*. Græc. textui Lat. conſonat ad verbum, niſi hoc excipias ult. ῥείτω ὕδωρ, *fluant aquam*, pro *defluant aquis*.

℣. 19. Hieron. ſubdit : *Quoniam vox lamentationis audita eſt de Sion*, *ſive* in Sion ; & infra, *dejecta ſunt*, *ſive* abjecimus *tabern. noſtra*. Græc. etiam huic textui congruit

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

21..... mors introivit per feneſtras veſtras..... *S. Paulin. ep. 41. p. 253. c.* [a] diſperdent parvulos deforis, juvenes de plateis morte. *a Hieron. in Jer. 9. col. 576. e.*

22..... cadavera hominum..... ſuper faciem campi.....

Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 200. e. 23. Hæc dicit Dominus: Non glorietur ſapiens in ſua ſapientia, & non glorietur fortis in fortitudine ſua, nec glorietur dives in divitiis ſuis:

Cypr. l. 3. Teſtim. p. 306. c. 24. ſed in hoc glorietur, qui gloriatur, intelligere & noſſe, quoniam ego ſum Dominus, qui facio miſericordiam, & judicium, & juſtitiam ſuper terram: quoniam in his eſt voluntas mea, dicit Dominus.

Hieron. l. 1. in ep. ad Epheſ. to. 4. 343. d. 26..... omnes gentes incircumciſi carne, domus verò Iſraël incircumciſi ſunt corde.

VULGATA NOVA.

20. Audite ergo mulieres verbum Domini: & aſſumant aures veſtræ ſermonem oris ejus: & docete filias veſtras lamentum, & unaquæque proximam ſuam planctum:

21. quia aſcendit mors per feneſtras noſtras, ingreſſa eſt domos noſtras, diſperdere parvulos deforis, juvenes de plateis.

22. Loquere: Hæc dicit Dominus: Et cadet morticinum hominis quaſi ſtercus ſuper faciem regionis, & quaſi fenum poſt tergum metentis, & non eſt qui colligat.

23. Hæc dicit Dominus: Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua, & non glorietur dives in divitiis ſuis: *1. Cor. 1. 31. 2. Cor. 10. 17.*

24. ſed in hoc glorietur, qui gloriatur, ſcire & noſſe me, quia ego ſum Dominus, qui facio miſericordiam, & judicium, & juſtitiam in terra: hæc enim placent mihi, ait Dominus.

25. Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & viſitabo ſuper omnem qui circumciſum habet præputium,

26. ſuper Ægyptum, & ſuper Juda, & ſuper Edom, & ſuper filios Ammon, & ſuper Moab, & ſuper omnes qui attonſi ſunt in comam, habitantes in deſerto: quia omnes gentes habent præputium, omnis autem domus Iſraël incircumciſi ſunt corde.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ad verbum.

℣. 21. Ambroſ. l. de fug. ſæc. c. 1. col. 418. b. *Introvit mors per feneſtram:* & in Pſ. 118. col. 1038. e. *Introvit mors per feneſtras.* Hieron. ep. 18. ad Euſtoch. to. 4. p. 2. col. 39. e. *Introvit mors per feneſtras veſtras.* Concinit Maxim. Taurin. in homil. to. 6. p. 39. f. Auct. verò op. imp. in Matth. hom. 51. p. 214. e. legit: *Quoniam introvit mors per feneſtras noſtras.* In Gr. Ὅτι ἀνέβη θάνατος διὰ τῶν θυρίδων ὑμῶν..... τοῦ ἐκτρίψαι νήπια ἔξωθεν, καὶ νεανίσκους ἀπὸ τῶν πλατειῶν· ſic etiam in Vulg. præter vocem *noſtras*, loco ὑμῶν, poſt *feneſtras.* Hieron. ubi ſup. de hoc verbo, *loquere*, quod eſt primum ℣. ſubſequentis in Vulg. ita diſſerit: *Verbum Hebraïcum, quod tribus litteris ſcribitur*, daleth, beth, res, (*vocales enim in medio non habet*,) *pro conſequentia & legentis arbitrio ſi legatur* dabar, ſermonem *ſignificat; ſi* deber, mortem; *ſi* daber, loquere: *unde & LXX. & Theodotio junxerunt illud præterito capitulo, ut dicerent:* diſperdent parvulos deforis, juvenes de plateis morte; *Aquila verò & Symm. tranſtulerunt* λάλησον, *id eſt*, loquere.

℣. 22. Hieron. ſic habet: *Et cadet morticinum hominis, ſive* cadavera hominum *quaſi ſtercus ſuper faciem regionis, ſive* campi. Græc. Καὶ ἔσονται οἱ νεκροὶ τῶν ἀνθρώπων εἰς παράδειγμα ἐπὶ προσώπου τῆς πεδίου.

℣. 23. Sic etiam legit Auct. ep. ad Demetriad. ap. S. Leon. p. 44. e. cum Ferrando præn. ad Regin. p. 157. nec aliter in Græco. Succinit pariter Hilar. in Pſ. 51. & 123. col. 71. b. 398. d. niſi quòd tollit verbum *glorietur*, & ante *fortis*, & ante *dives.* Cypr. verò l. 3. Teſtim. p. 306. c. leg. ut ſup. *Non glorietur ſapiens in ſap. ſua, neque glorietur fortis in fortitudine ſua, neque glorietur dives in divitiis ſuis.* Item Zeno Veron. l. 1. tract. 3. p. 29. *Non glorietur ſap. in ſua ſapientia, neque glorietur fortis in fortitudine ſua, neque dives in divitiis ſuis.* Lucif. l. 1. pro S. Athan. p. 186. a. hoc med. hab. *neque glorietur potens in virtute ſua.* Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 709. b. ult. *ne glorietur dives in divitiis ſuis.*

℣. 24. Totidem verba in Græco. Eadem quoque refert Iren. l. 4. c. 17. p. 248. d. exceptis his, *ſcire*, pro *noſſe*, & *in terra*, loco *ſuper terram.* Lucif. verò Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 186. a. ſimpliciter habet: *ſed in hoc glorietur, qui gloriatur, ſcire & intelligere Deum, & facere judicium, & juſtitiam in medio terræ:* at l. 2. p. 200. e. ita: *ſed in hoc glorietur, qui gloriatur, inquirere me, & intelligere, & ſcire in Deum gloriari, quia ego ſum Dominus, qui facio miſericordiam*, &c. ut in textu. Lucif. eadem quoque repetit infra p. 200. f. Item Hilar. in Pſ. 123. col. 398. d. *ſed in eo glorietur, qui gloriatur, intelligere ſe & cognoſcere, quoniam ego ſum Dominus.* Zeno Veron. l. 1. tract. 3. p. 29. *ſed in hoc glorietur, qui gloriatur, intelligere & ſcire, quia ego ſum Dom. qui facio miſeric. & judicium, & juſtit. ſuper terram.* Auguſt. epiſt. 55. to. 2. 130. a. ait: *Qui enim gloriatur, in eo glorietur, ſcire & intelligere, quoniam ego ſum Dominus.* Auct. ep. ad Demetriad. p. 44. e. *ſed in hoc glorietur, qui gloriatur, intelligere & ſcire, quia ego ſum Dominus.* Similiter hab Ferrand. præn. ad Regin. p. 157. ſubjunctis his: *qui facio miſericordiam, & judicium, & juſtitiam ſuper terram.* Hieron. in hunc loc. 576. f. ad hoc Vulg. verbum, *ſcire*, addit, *ſive intelligere*; item his ult. ejuſdem Vulg. verbis, *hæc enim placent mihi*, ſubdit iſta: *ſive, quia in iſtis eſt voluntas mea*; quæ omnia mirè textum noſtrum confirmant.

℣. 26. Idem Hieron. in Iſai. 52. to. 3. 375. d. legit: *omnes gentes incircumciſæ carne ſunt, filii autem Iſraël incircumciſi ſunt cordibus ſuis.* Lucif. verò Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 200. g. *omnes gentes ſine circumciſione ſunt, & omnes domus Iſraël ſine circumciſione ſunt cordis.* Gr. πάντα τὰ ἔθνη ἀπερίτμηλα ζαρκὶ, ὁ δὲ πᾶς οἶκος Ἰσραὴλ ἀπερίτμητοι καρδίας αὐτῶν· ed. Ald. καρδίαις.

CAPUT X.

VERSIO ANTIQUA.

Cypr. l. 3. Teſtim. p. 321. b. 2. Hæc dicit Dominus: Secundùm vias gen-

VULGATA NOVA.

1. AUdite verbum, quod locutus eſt Dominus ſuper vos domus Iſraël.

2. Hæc dicit Dominus: Juxta vias gentium

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Idem Cypr. l. 3. Teſtim. p. 316. b. *Hæc dicit Dominus: Secundùm viam gentilium ne ambulaveritis.* Gr. Τάδε λέγει Κύριος· Κατὰ τὰς ὁδὸς τῶν ἐθνῶν μὴ μανθάνετε· καὶ ἀπὸ τῶν ζημείων τοῦ οὐρανοῦ μὴ φοβεῖσθε ὅτι φοβοῦνται αὐτὰ τοῖς προσώποις αὐτῶν· i. e. *Hæc dicit Dominus: Secundùm vias gentium nolite diſcere: & à ſignis cæli no-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

nolite discere : & à signis cœli nolite metuere, quæ timent gentes :

3. quia leges populorum vanæ sunt : quia lignum de saltu præcidit opus manus artificis in ascia.

Sup. 13. 11. & 14. 8. 4. Argento & auro decoravit illud : clavis & malleis compegit, ut non dissolvatur.

5. In similitudinem palmæ fabricata sunt, & non loquentur : portata tollentur, quia incedere non valent : nolite ergo timere ea, quia nec malè possunt facere, nec bene.

VERSIO ANTIQUA.

tium nolite incedere..... quia timent illa in personis suis : *Cypr. ubi sup.*

3. quia legitima gentium vacua sunt : lignum de saltu excisum, opus fabri, & conflatum.

4. Aurum & argentum speciosè composita sunt: in martulis & in clavis confirmaverunt illa ; & non movebuntur,

5. quia confixibilia sunt.

VULGATA NOVA.

Mich. 7. 18. 6. Non est similis tui Domine : magnus es tu, & magnum nomen tuum in fortitudine.

Apocal. 15. 4. 7. Quis non timebit te ô rex gentium ? tuum est

6... 7... 8. *Vide Not.*

enim decus : inter cunctos sapientes gentium, & in universis regnis eorum nullus est similis tui.

8. Pariter insipientes & fatui probabuntur : doctrina vanitatis eorum lignum est.

VULGATA NOVA.

9. Argentum involutum de Tharsis affertur, & aurum de Ophaz : opus artificis, & manus ærarii : hyacinthus & purpura indumentum eorum : opus artificum universa hæc.

10. Dominus autem Deus verus est : ipse Deus vivens, & rex sempiternus : ab indignatione ejus commovebitur terra : & non sustinebunt gentes comminationem ejus.

11. Sic ergo dicetis eis : Dii, qui cœlos & terram non fecerunt, pereant de terra, & de his quæ sub cœlo sunt.

VERSIO ANTIQUA.

9. Argentum appositum est à Tharsis, venit aurum Moab : opera artificum omnia : hyacinthum & purpura vestient eam. *Cypr. ubi sup.*

* Tollentes tollent ea, quia non prodient : nolite timere ea, quia malum non faciunt, & bonum non est in illis.

10..... *Vide Not.*

11. Sic dicite : Dii, qui cœlum & terram non fecerunt, intereunt à terra, & de sub cœlo isto.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

lite metuere, quia timens ea faciebus suis. Mſ. Alex. loco μανθάνετε, hab. πορεύεσθαι, cum Cypr.

℣. 3. Consonat Græc. nisi quòd scribit μάταια, *vana*, pro *vacua* ; additque ἐστὶν, *est*, ad *lignum* ; ultimòque hab. χώνευμα, *conflatio*, non *conflatum*.

℣. 4. Græc. Ἀργυρίῳ καὶ χρυσίῳ κεκαλλωπισμένα (Alex. Ald. & Compl. add. ἐστὶν) εἰ φοβεροὶ καὶ ἄκρις ἐστερέωσαν αὐτά· δήσουσιν αὐτὰ, καὶ οὐ κινηθήσονται· i. e. *Argento & auro decorata : in malleis & clavis firmaverunt illa* (Nobil. *illas* ;) *collocabunt ea, & non movebuntur.* Hieron. in hunc loc. 577. f. ad hoc Vulg. *ut non dissolvatur*, addit è LXX. pro more, *sive*, *non moveantur.*

℣. 5. Græcè, ἀργύριον τορευτόν ἐστιν, οὐ πορεύσονται· i. e. *argentum tornatile est, non ibunt* ; nec plura sequuntur ibid. quæ respondeant subnexis his in Vulg. *portata tollentur, quia*, &c. sed transferuntur infra post ℣. 9. quæ vide.

℣℣. 6. 7. 8. Hi versus tres de Vulg. absunt à Græco edit. Rom. Et sanè Hieron. comm. in hunc loc. col. 578. c. relatis iisdem ℣℣. ex Hebræo & Vulg. nempe ℣. 6. *Non est similis tui Domine : magnus tu* (Vulg. *es tu*,) *& magnum nomen tuum..... 7. Quis non timebit te.....* 8. *Pariter fatui & sapientes* (Vulg. *insipientes & fatui*) *probabuntur*, &c. ait : *Hæc in LXX. non habentur, sed de Theodotionis editione in plerisque addita sunt* : prætermittuntur etiam à S. Cypriano, ut videtur. « Sed in Complut. & apud Theodoretum hæc interjiciuntur, teste Nobilio : 6. Οὐκ ἔστιν ὅμοιός Σοι Κύριε· μέγας εἶ σὺ, καὶ μέγα τὸ ὄνομά Σου ἐν τῇ ἰσχύι. 7. Τίς οὐ φοβηθήσεταί Σε βασιλεῦ ἐθνῶν ; Σοὶ γὰρ πρέπει· ὅτι ἐν πᾶσι τοῖς σοφοῖς τῶν ἐθνῶν, καὶ ἐν πάσαις ταῖς βασιλείαις αὐτῶν οὐκ ἔστιν ὅμοιός Σοι. 8. Ἅμα (hæc postrema pars, inquit Nobil. à Theodoreto significatur, non exprimitur) ἄφρονες καὶ ἀνόητοι εἰσὶν παιδεύσεις ματαίων αὐτῶν ξύλων ἐστί· » quæ omnia pene ad verbum redduntur in Vulg. nostra. Quod autem Hieron. legit sup. initio ℣. 8. *Pariter fatui & sapientes*, non verò *insipientes & fatui* cum Vulg. id ipsum confirmat in consequentibus ita resumendo verba : *Tuum est, inquit, decus : in veritate decor, in mendacio turpitudo : quamvis hæretici, juxta sapientiam mundi, quæ destruetur, sibi sapientes esse videantur, tamen in omnibus regnis..... nullus est similis tui, dicente sermone divino :* Perdam sapientiam sapientium, &c. *simul sapientes & fatui sunt : doctrina eorum..... vilis est, & ligno comparatur.*

℣. 9. Græc. ed. Rom. ult. verbo versûs 5. οὐ πορεύσονται, hæc jungit, nil interjecto medio, Ἀργύριον πεφορτισμένον ἐστὶν ἀπὸ Θαρσεὶς ἥξει χρυσίον Μωφάζ· καὶ χεὶρ χρυσοχόων, ἔργα τεχνιτῶν πάντα· ὑάκινθον καὶ πορφύραν ἐνδύσουσιν αὐτά· i. e. *Argentum productum est : à Tharsis veniet aurum Mophaz : & manus artificum, opera artificum omnia : hyacinthe & purpurâ induent ea.* Hieron. verò in comm. post hæc, *doctrina vanitatis eorum lignum est* : sic pergit : *Argentum involutum, sive* productum *de Tharsis affertur, & aurum de Ophaz : opus artificis, & manus ararii : hyacinthus & purpura indumentum eorum : opus artificum, sive* sapientum *universa hæc* : sed hæc tota adjuncta sunt iis quæ Hieron. affirmat non haberi apud LXX.

* Quæ subjiciuntur hîc à Cypr. non sequuntur ibid. in Vulg. sed sup. ℣. 5. videlicet post hæc verba, *In similitudinem palmæ fabricata sunt, & non loquentur.* In Græco verò sicut apud Cypr. his ult. ℣. 9. ὑάκινθον καὶ πορφύραν ἐνδύσουσιν αὐτά, subnectuntur ista : αἱρόμενα αἴρεσθαι, ὅτι οὐκ ἐπισκέψονται· μὴ φοβηθῆτε αὐτὰ, ὅτι οὐ μὴ κακοποιήσωσι, καὶ ἀγαθὸν οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς· i. e. *portata tollentur, quia non conscendent : ne timeatis ea, quia non malefacient, & bonum non est in eis.*

℣. 10. In Græco nihil reperitur quod respondeat huic Vulg. versui decimo ; sed post hæc ult. articuli præced. ἀγαθὸν οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς, continuò sequitur, sicut apud Cypr. Οὕτως ἐρεῖτε αὐτοῖς, &c. de ℣. 11. Hieronymus quidem in comment. his ult. verbis ℣. 9. *opus artificum, sive* sapientum *universa hæc*, proximè addit : *Dominus autem Deus verus est : iste Deus*, &c. ut in Vulg. Sed & ea ipsa in numero sunt illorum, quæ S. Doctor ait *in LXX. non* legi, *sed de Theodotionis editione in plerisque addita* fuisse ; quæque, inquit, *cùm juxta litteram videantur perspicua, juxta anagogen magnam habent difficultatem.* « Apud Theodoretum tamen, teste Nobilio, hîc adduntur multa ad laudem veri Dei pertinentia, quæ respondent Vulgatæ. »

℣. 11. Græc. initio hab. Οὕτως ἐρεῖτε αὐτοῖς, *Sic dicetis eis* ; & pro *intereunt*, ἀπολέσθωσαν, *disperent* ; cæt. ut in Lat. supra. Iren. l. 3. c. 6. p. 181. b. similiter habet : *Dii, qui non fecerunt cœlum & terram, pereant de terra quæ est sub cœlo.* Item Ambros. l. 4. de fide, col. 529. f. ad hoc usque inclus. *pereant* : at l. 1. Hex. col. 5. e. legit : *Dii, qui non fecerunt cœlum & terram, peribunt à terra, & de sub cœlo isto.* August. in Ps. 47. to. 4. 424. b. *Hæc eis dicetis : Dii, quæ cœlum & terram non fecerunt, pereant de terra, & de his quæ sub cœlo sunt* : & l. 13. cont. Faust. to. 8. 256. a. *Sic dicetis illis : Dii, qui cœlum & terram non fecerunt, pereant à terra, & de sub cœlo.* Auct. l. de promiss. p. 3. ap. Prosp. p. 185. b. *Dii, qui cœlum & terram non fecerunt, pereant de sub cœlo, & terra.* Itidem Fulg. epist. 12. p. 219.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. l. 1. Hexa. col. 5. e.

12. Dominus, qui fecit terram in virtute ſua, & correxit in ſapientia ſua orbem, & in ſua prudentia extendit cœlum,

[a] *Hieron. in hunc loc. col. 579. b.*

13. & multitudinem aquæ in cœlo, [a] & educit nebulas ab extremis terræ: fulgura in pluviam fecit, & educit ventos de theſauris ſuis.

Ambr. l. 1. Hexa. col. 5. e.

14. Infatuatus eſt homo à ſcientia ſua.....

VULGATA NOVA.

12. Qui facit terram in fortitudine ſua, præparat orbem in ſapientia ſua, & prudentia ſua extendit cœlos. *Geneſ. 1. 1. Inſ. 51. 15.*

13. Ad vocem ſuam dat multitudinem aquarum in cœlo, & elevat nebulas ab extremitatibus terræ: fulgura in pluviam facit, & educit ventum de theſauris ſuis. *Pſalm. 134. 7.*

14. Stultus factus eſt omnis homo à ſcientia, confuſus eſt artifex omnis in ſculptili: quoniam falſum eſt quod conflavit, & non eſt ſpiritus in eis. *Inſ. 51. 16.*

VULGATA NOVA.

15. Vana ſunt, & opus riſu dignum: in tempore viſitationis ſuæ peribunt.

16. Non eſt his ſimilis pars Jacob: qui enim formavit omnia, ipſe eſt: & Iſraël virga hæreditatis ejus: Dominus exercituum nomen illi.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Jer. 10. col. 580. ex LXX.

17. Congregavit deforis ſubſtantiam ſuam, quæ habitat in munitione:

18. quia hæc dicit Dominus: Ecce ego ſupplantabo habitatores terræ hujus: & tribulabo eos ut inveniantur.

19. Væ ſuper contritione tua, peſſima plaga tua. Ego autem dixi: Planè hoc eſt vulnus meum, & apprehendit me.

20..... omnes pelles meæ conſciſſæ ſunt, filii mei, & oves meæ exierunt à me: non eſt locus ultra tabernaculo meo.....

Ibid. 581.

22..... cubile ſtruthionum.

Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 200. b.

23. Scio Domine quoniam non ſunt hominis viæ ejus: neque vir ibit, & corriget cogitationem ſuam.

24. Doce nos Domine, ſed in judicio; & non in ira, ne paucos nos facias.

25. Effunde iram tuam ſuper gentes, quæ neſciunt te; & ſuper regna, quæ nomen tuum non invocaverunt: quia comederunt Jacob, & conſed abſque hoc ult. & *terra.*

VULGATA NOVA.

17. Congrega de terra confuſionem tuam, quæ habitas in obſidione:

18. quia hæc dicit Dominus: Ecce ego longè projiciam habitatores terræ in hac vice: & tribulabo eos ita ut inveniantur.

19. Væ mihi ſuper contritione mea, peſſima plaga mea. Ego autem dixi: Planè hæc infirmitas mea eſt, & portabo illam.

20. Tabernaculum meum vaſtatum eſt, omnes funiculi mei dirupti ſunt, filii mei exierunt à me, & non ſubſiſtunt: non eſt qui extendat ultra tentorium meum, & erigat pelles meas.

21. Quia ſtultè egerunt paſtores, & Dominum non quæſierunt: propterea non intellexerunt, & omnis grex eorum diſperſus eſt.

22. Vox auditionis ecce venit, & commotio magna de terra Aquilonis: ut ponat civitates Juda ſolitudinem, & habitaculum draconum.

23. Scio Domine quia non eſt hominis via ejus: nec viri eſt ut ambulet, & dirigat greſſus ſuos.

24. Corripe me Domine, veruntamen in judicio; & non in furore tuo, ne fortè ad nihilum redigas me. *Pſalm. 6. 1.*

25. Effunde indignationem tuam ſuper gentes, quæ non cognoverunt te; & ſuper provincias, quæ nomen tuum non invocaverunt: quia *Pſalm. 78. 6.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 12. Ita Græcè, præter ſeq. ὁ ἀνορθώσας, *qui erexit*, pro & *correxit*; tollitur etiam præp. *in*, ante *ſua prudentia*. Similiter apud Hieron. in hunc loc. 579. b. *qui fecit.*

℣. 13. Itidem Græcè, exceptis his levibus, καὶ ἀνήγαγε νεφέλας ἐξ ἐσχάτου τῆς γῆς... καὶ ἐξήγαγε φῶς· at in Compl. ἀνέμους, in Ald. ἀνέμους φῶς. Hieron. loco cit. eadem ſic profert: & *elevat*, *ſive* educit *nebulas ab extremis terræ: fulgura in pluviam fecit*, & *educit ventum*, *ſive* ventos *de theſauris ſuis.*

℣. 14. Græc. Ἐμωράνθη πᾶς ἄνθρωπος ἀπὸ γνώσεως· ſeqq. etiam uſque ad ℣. 17. Vulgatæ ſatis reſpondent, ſicut & alia multa in textu noſtro veteri prætermiſſa.

℣. 17. Sic eſt in Græco, excepta voce ult. ἐκλεκτοῖς, *electis*, pro *munitione*; at in ed. Compl. τειχίσματι, al. τειχίσμασι.

℣. 18. Eadem ſunt in Græco ed. Rom. præter ſeqq. σκελίζω, *debilito*, pro *ſupplantabo*; extremòque, ἐν θλίψει, ὅπως εὑρεθῇ ἡ πληγή Cy. *in tribulatione*, *ut inveniatur plaga tua*: ſed in ed. Ald. & Compl. ἐν θλίψει, καὶ ἐκθλίψω αὐτούς, &c. item in Compl. abeſt ἡ πληγή Cy. Hieron. autem conſtanter ait LXX. tranſtuliſſe ſupra, *ſupplantabo*, & *cadere faciam.*

℣. 19. Græcè, loco *peſſima*, eſt ἀλγηρὰ, *doloris plena*; ſubinde, κἀγὼ, & *ego*; paulòque poſt, σὲ, & σὲ, *tuum*, & *te*, loco *meum*, & *me*; cæt. ut ſupra. Hieron. ibidem dicit ipſam loqui Jeruſalem..... *Intelligo vulnus meum quod apprehendit me.*

℣. 20. Hieron. ſic habet de more: *omnes funiculi mei diſrupti ſunt*, *ſive* omnes pelles meæ conſciſſæ ſunt; deinde, *filii mei exierunt à me*, *ſive* oves meæ; & poſt paulò: *non eſt qui extendat ultra tentorium meum*, *ſive* non eſt locus ultra tabernaculo meo: item ibid. *filii mei exierunt à me*, *ſive* pecora mea, *quod*, inquit, *à LXX. additum non ſtat juxta hiſtoriam; in longa enim obſidione, quomodo oves & pecora auferri poterant de Jeruſalem, quæ etiamſi fuiſſent, fames conſumpſerat?* In edit. Rom. Ἡ σκηνή Cy ἐταλαιπώρησεν, ὤλετο, καὶ πᾶσαι αἱ δέρρεις Cy διεσπάσθησαν, οἱ υἱοί μου, καὶ τὰ πρόβατά μου οὐκ εἰσὶν· οὐκ ἔστι τόπος τῆς σκηνῆς μου, Compl. Cy.

℣. 22. Hieron. de more: *habitaculum draconum*, *ſive* cubile ſtruthionum, Græc. κοίτην στρουθῶν.

℣. 23. Græcè, ἡ ὁδὸς, *via*, non *via*; ultimòque, κατορθώσει πορείαν αὐτῷ, *diriget greſſum ſuum*, pro *corriget cogit. ſuam*; cæt. ut in textu. Apud Auguſt. l. 2. de pecc. mer. to. 10. 43. f. & 54. g. *Scio Domine quia non eſt in homine via ejus: nec viri eſt ut ambulet*, & *dirigat greſſus ſuos.* Fulg. de Incarn. ad Petr. p. 309. *Scio Domine quia non eſt in homine via ejus: neque viri eſt, ut corrigat viam ſuam.* Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 8. & 15. d. *Scio Domine quia non eſt in homine via ejus* (al. *ſua:*) *nec viri eſt, ut dirigat iter ſuum.*

℣. 24. Ita in Græco, niſi quòd pro *doce*, legitur παίδευσον; paulòque poſt, πλὴν, pro *ſed*; & pro *ne*, ἵνα μή. Hieron. in Ezech. 13. col. 772. d. *Corripe nos Domine, veruntamen in judicio*; & *non in furore*, *ut nequaquam paucos nos facias.* Item apud Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1082. c. *Corripe nos Domine in judicio*, & *non in furore.* Apud Aug. l. 2. de pecc. mer. to. 10. 54. g. *Corripe me Domine, veruntamen in judicio*, & *non in furore tuo.*

℣. 25. Vix meliùs è Græco, niſi quòd loco *regna*, hab. γενεὰς, *generationes*; edd. verò Ald. & Compl. βασιλείας; extremò ita, τὴν νομὴν αὐτοῦ ἠρήμωσαν, *paſcuam ejus vaſtaverunt.* Hieron. in Ezech. 13. col. 772. d. legit: *Effunde*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

comederunt Jacob, & devoraverunt eum, & conſumpſerunt illum, & decus ejus diſſipaverunt.

VERSIO ANTIQUA.

ſumpſerunt illum, & paſcua ejus exterminaverunt. *Lucif. Cal. ubi ſup.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

furorem iræm ſuper gentes, quæ te ignoraverunt; & ſuper regna, quæ nomen tuum non invocaverunt: item in Jerem. 10. col. 581. e. ſic hab. *ſuper provincias, ſive* generationes; & inf. *decus*, extremòque, *decus ejus, vel* paſcua *diſſipaverunt, ſive* ad ſolitudinem redegerunt; Lucif. Cal. loco cit. *deſolaverunt.*

CAPUT XI.

VULGATA NOVA.

1. VErbum, quod factum eſt à Domino ad Jeremiam, dicens:

2. Audite verba pacti hujus, & loquimini ad viros Juda, & habitatores Jeruſalem,

3. & dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus Iſraël: Maledictus vir, qui non audierit verba pacti hujus,

4. quod præcepi patribus veſtris in die, qua eduxi eos de terra Ægypti, de fornace ferrea, dicens: Audite vocem meam, & facite omnia quæ præcipio vobis, & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum:

5. ut ſuſcitem juramentum, quod juravi patribus veſtris, daturum me eis terram fluentem lacte & melle, ſicut eſt dies hæc. Et reſpondi, & dixi: Amen Domine.

6. Et dixit Dominus ad me: Vociferare omnia verba hæc in civitatibus Juda, & foris Jeruſalem, dicens: Audite verba pacti hujus, & facite illa:

7. quia conteſtans conteſtatus ſum patres veſtros in die, qua eduxi eos de terra Ægypti, uſque ad diem hanc: manè conſurgens conteſtatus ſum, & dixi: Audite vocem meam:

8. & non audierunt, nec inclinaverunt aurem ſuam: ſed abierunt unuſquiſque in pravitate cordis ſui mali: & induxi ſuper eos omnia verba pacti hujus, quod præcepi ut facerent, & non fecerunt.

VERSIO ANTIQUA.

2. Audite verba teſtamenti hujus..... *Hieron. in Jer. 11. col. 582. a.*

4..... quia eduxi eos de fornace ferrea, ex Ægypto, dicens: [a] Audite vocem meam, & ero vobis in Dominum, & vos mihi in populum, & ibitis in omnibus viis meis, quaſcunque mandavero vobis. *Ambroſ. in Pſal. 118. col. 1224. f.* [a] *Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 725. b.*

5..... Fiat Domine. *Hieron. in Jer. 11. col. 582. f.*

6. Et dixit Dominus ad me: Lege omnia verba hæc in civitatibus Juda, & foris Jeruſalem, dicens: Audite verba teſtamenti hujus, & facite illa: & non fecerunt. *Ibid. 583. a.*

7..... *Vide Not.*

8. & non audierunt, & non adverterunt aurem ſuam: ſed abierunt in iis, quæ concupierunt corde ſuo malo..... *Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 725. b.*

VULGATA NOVA.

9. Et dixit Dominus ad me: Inventa eſt conjuratio in viris Juda, & in habitatoribus Jeruſalem.

10. Reverſi ſunt ad iniquitates patrum ſuorum priores, qui noluerunt audire verba mea: & hi ergo abierunt poſt deos alienos, ut ſervirent eis: irritum fecerunt domus Iſraël & domus Juda pactum meum, quod pepigi cum patribus eorum.

11. Quam ob rem hæc dicit Dominus: Ecce ego inducam ſuper eos mala, de quibus exire non poterunt: & clamabunt ad me, & non exaudiam eos.

12. Et ibunt civitates Juda, & habitatores Jeruſalem, & clamabunt ad deos, quibus libant, & non ſalvabunt eos in tempore afflictionis eorum.

13. Secundùm numerum enim civitatum tuarum, erant dii tui Juda: & ſecundùm numerum viarum Jeruſalem, poſuiſti aras confuſionis, aras ad libandum Baalim. *Sup. 2. 28.*

9... *Vide Not.*

VULGATA NOVA.

14. Tu ergo noli orare pro populo hoc, & *Sup. 7. 16. Inf. 14. 11.*

VERSIO ANTIQUA.

14. Et tu noli orare pro populo hoc, & no- *Cypr. ep. ad Fortun. p. 264. c. & de lapſ. p. 187. c.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Ita in Græco. Hieron. ibid. *Verbum* berith, *Aquila & Symm. ſemper* pactum, *LXX. & Theodotio* teſtamentum *interpretati ſunt.*

℣. 4. Ambroſ. alludendo dicit: *quia eduxit eos Deus*, pro quo poſuimus, *quia eduxi eos.* In Gr. ἐν ἡμέρᾳ ᾗ ἐξήγαγον αὐτοὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου, ἐκ καμίνου τῆς σιδηρᾶς λέγων· deinde: Ἀκούσατε τῆς φωνῆς μου, καὶ ποιήσατε πάντα ὅσα ἐὰν ἐντείλωμαι ὑμῖν, καὶ ἔσεσθέ μοι εἰς λαὸν, καὶ ἐγὼ ἔσομαι ὑμῖν εἰς Θεόν· *Audite vocem meam, & facite omnia quæcunque mandavero vobis, & eritis mihi in populum, & ero vobis in Deum.*

℣. 5. Sic Hieron. ibid. *Amen Domine, pro quo LXX.* Fiat Domine (*hoc enim Amen ſignificat*) *tranſtulerunt.*

℣. 6. Conſonat Græc. ad verbum, detracto uno *omnia*, poſt *lege.*

℣℣. 7. 8. Hieron. in comment. col. 583. a. prolatis duobus ℣℣. 7. & 8. ex Hebr. & Vulg. *Quia conteſtans..... præcepi ut facerent*, (*& non fecerunt:*) ait hæc tota abeſſe à Græco: *Hucuſque*, inquit, *in LXX. non habetur: quodque ſequitur*, & non fecerunt, *ab eis poſitum eſt, & cum ſuperioris capituli fine ſociatum, in quo ſcriptum eſt: Audite verba pacti hujus, & facite illa, & non fecerunt.* Et ſanè non plura exhibet Gr. edit. Rom. poſt hoc enim ult. verſûs 6. ἐὰν ποιήσατε αὐτάς, continuò addit, καὶ οὐκ ἐποίησαν· ſtatimque, Καὶ εἶπε Κύριος πρός με, &c. de ℣. 9. prætermiſſis duobus ℣℣. intermediis: in ed. tamen Compl. exſtant ut in Vulg. habentur etiam in Hexaplis Orig. ſed ex Theodotione, & ſub aſteriſco: imo & apud Tertul. leguntur ea quæ ſupra in textu; quorum loco ed. Compl. hab. καὶ οὐκ ἤκουσαν, οὐδὲ ἔκλιναν τὸ οὖς αὐτῶν· ἀλλ' ἐπορεύοντο ἕκαστος ἐν σκολιότητι τῆς καρδίας αὐτῶν τῆς πονηρᾶς· quæ reſpondent verſui 8. Vulg.

℣. 9. Hieron. in hunc loc. 583. c. dicit: *Pro* conjuratione, *quam nos juxta Symm. interpretati ſumus, Aquila & LXX. & Theod.* Σύνδεσμον *tranſtulerunt, quam nos* colligationem *poſſumus dicere.* Quæ autem ſequuntur in Vulg. uſque ad ℣. 14. Græco pene ad verbum quadrant.

℣ 14. Ita legitur Græcè. Item apud Tertul. l. de pu-

Digitized by Google

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Cypr. ubi sup. li postulare pro ipsis in prece & oratione : quia non exaudiam in tempore quo invocabunt me, in tempore afflictionis suæ.	ne assumas pro eis laudem & orationem : quia non exaudiam in tempore clamoris eorum ad me, in tempore afflictionis eorum.
Iren. l. 4. c. 17. p. 249. a. 15..... non enim adipes, & carnes pingues auferent à te injustitias tuas.....	15. Quid est, quòd dilectus meus in domo mea fecit scelera multa ? nunquid carnes sanctæ auferent à te malitias tuas, in quibus gloriata es ?
Hieron. in Isai. 17. col. 176. f. 16. Olivam fructiferam..... vocavit te Dominus Deus tuus.....	16. Olivam uberem, pulchram, fructiferam, speciosam, vocavit Dominus nomen tuum : ad vocem loquelæ, grandis exarsit ignis in ea, & combusta sunt fruteta ejus.
	17. Et Dominus exercituum qui plantavit te, locutus est super te malum, pro malis domus Israël & domus Juda, quæ fecerunt sibi ad irritandum me, libantes Baalim.
Cypr. l. 2. Testim. p. 291. a. 293. c. 18. Domine, significa mihi, & cognoscam : tunc vidi meditationes eorum.	18. Tu autem Domine demonstrasti mihi, & cognovi : tunc ostendisti mihi studia eorum.
19. Ego sicut agnus sine malitia perductus sum ad victimam : in me cogitaverunt cogitatum, dicentes : Venite, mittamus lignum in panem ejus, & eradamus à terra vitam ejus, & nomen ejus non erit in memoria ampliùs.	19. Et ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam : & non cognovi quia cogitaverunt super me consilia, dicentes : Mittamus lignum in panem ejus, & eradamus eum de terra viventium, & nomen ejus non memoretur ampliùs.

Vulgata nova.	
Inf. 17. 10. & 20. 12. 20. Tu autem Domine Sabaoth, qui judicas justè, & probas renes & corda, videam ultionem tuam ex eis : tibi enim revelavi causam meam.	22. Propterea hæc dicit Dominus exercituum : Ecce ego visitabo super eos : juvènes morientur in gladio, filii eorum, & filiæ eorum morientur in fame.
21. Propterea hæc dicit Dominus ad viros Anathoth, qui quærunt animam tuam, & dicunt : Non prophetabis in nomine Domini, & non morieris in manibus nostris.	23. Et reliquiæ non erunt ex eis : inducam enim malum super viros Anathoth, annum visitationis eorum.

Notæ ad Versionem antiquam.

dic. p. 1000. b. *Tu ne ad-oraveris pro populo, & ne postulaveris pro his in prece & oratione : quoniam non exaudiam in tempore quo invocaverint me, in tempore afflictionis suæ.*

℣. 15. Græc. μὴ εὐχαὶ, ἢ κρέα ἅγια ἀφελοῦσιν ἀπὸ σοῦ τὰς κακίας σου ; *nunquid vota, & carnes sanctæ auferent à te malitias tuas ?*

℣. 16. Græc. Ἐλαίαν ὡραίαν, εὔσκιον τῷ εἴδει, ἐκάλεσε Κύριος τὸ ὄνομά σου *Olivam pulchram, bene opacam specie, vocavit Dominus nomen tuum.* Reliqua paulùm discrepant à Vulg. sequens autem ℣. 17. ipsi consonat pene ad verbum.

℣. 18. Eadem referunt Lactant. l. 4. Instit. c. 18. p. 581. & Jul. Firmic. l. de errore prof. relig. c. 28. p. 175. h. nec dissimilia Græc. habet, præter vocem ἐπιτηδεύματα, *studia*, loco *meditationes*. Apud Ambros. in Ps. 118. col. 1180. c. *Notum mihi fac Domine*, & *scibo* : Gr. γνώρισόν μοι : & l. 4. de fide, col. 550. d. *Domine notum mihi fac, ut sciam : tunc vidi cogitationes eorum.*

℣. 19. Eadem prorsus habet Julius Firmic. l. de errore prof. relig. c. 28. p. 175. h. ad hoc usque, *vitam ejus*. Lact. verò l. 4. Instit. c. 18. p. 581. ita : *Ego sicut agnus sine macula perductus sum ad victimam : in me cogitaverunt cogitationem, dicentes : Venite, mittamus*, &c. ut in textu Cypr. Similiter hab. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 733. c. *adversùs me cogitaverunt cogitatum, dicentes : Venite, conjiciamus lignum in panem ejus :* & l. 3. p. 677. c. *Venite, mittamus lignum in panem ejus :* & l. cont. Jud. c. 10. p. 144. b. *Venite, mittamus in panem ejus lignum, & conteramus eum à terra vivorum, & nomen illius non memorabitur ampliùs.* Ambros. in Ps. 39. col. 863. a. *Ego sicut agnus ductus sum, & nescivi :* & in Ps. 37. col. 830. d. *Sicut agnus ductus sum ad immolandum, & nescivi :* & l. 4. de fide, col. 550. d. *Ego ut agnus ductus sum innocens ad immolandum, & nesciebam : adversùm me cogitaverunt consilium, dicentes : Venite, injiciamus lignum in panem ejus :* item in Ps. 35. col. 766. f. *injiciamus lignum in panem ejus.* Rufin. in Symb. p. 182. b. *Venite, & injiciamus lignum in panem ejus, & conteramus eum de terra viventium.* Anon. apud Ambr. to. 2. 4. a. dicit : *Tanquam agnus innocens adductus est ut sacrificaretur.* Fulg. l. 1. ad Trasim. c. 12. p. 79. *Ego sicut agnus innocens adductus sum ut immolarer, & nescivi : in me cogitaverunt cogitationem malam, dicentes : Venite, mittamus lignum in panem ejus.* Similiter Auct. l. de promiss. p. 3. ap. Prosp. p. 178. c. *Venite, mittamus lignum in panem ejus.* Græc. Ἐγὼ δὲ ὡς (Mss. Alex. & Compl. Ἐγὼ ὡς) ἀρνίον ἄκακον ἀγόμενον τοῦ θύεσθαι, οὐκ ἔγνων· ἐπ' ἐμὲ ἐλογίσαντο λογισμὸν πονηρὸν (Compl. del. πονηρὸν,) λέγοντες· Δεῦτε, καὶ ἐμβάλωμεν ξύλον εἰς τὸν ἄρτον αὐτοῦ, καὶ ἐκτρίψωμεν αὐτὸν ἀπὸ γῆς ζώντων, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ οὐ μὴ μνησθῇ ἔτι, Mss. Alex. ἔτι. Reliqua usque ad finem capitis paucis tantùm discrepant à Vulg.

CAPUT XII.

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Ambr. in Ps. 118. col. 1196. c. 1. JUstus es Domine, [a] quia satisfaciam tibi : veruntamen judicia loquar ad te : Quid est quòd viæ peccatorum prosperantur ?....	1. JUstus quidem tu es Domine, si disputem tecum : veruntamen justa loquar ad te : Quare via impiorum prosperatur : bene est omnibus, qui prævaricantur, & iniquè agunt ? *Job 21. 7. Hab. 1. 13.*
2..... [b] generaveruntfilios, & faciunt fructum :	2. Plantasti eos, & radicem miserunt, pro-

[a] *Hieron. in Jer. 12. col. 587. & ep. 22. ad Paul. to. 4. p. 2. col. 55. a.*
[b] *Hieron. in Jer. 12. col. 587.*

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Ambros. loco cit. habet : *Justus es Domine.* Hieron. in Jer. 12. *Justus quidem es tu Domine, si disputem tecum*, sive *quia satisfaciam tibi :* & ep. ad Paulam : *Justus es Domine : veruntamen judicia*, &c. quæ supra. In Gr. Δίκαιος εἶ Κύριε, ὅτι ἀπολογήσομαι πρός σε· πλὴν κρίματα λαλήσω πρός σε· Τί ὅτι ὁδὸς ἀσεβῶν εὐοδοῦται, &c.

℣. 2. Gr. ἐτεκνοποιήσαντο, καὶ ἐποίησαν καρπόν· ἐγγὺς εἶ σοῦ τῷ στόματος αὐτῶν, &c. ut in Lat. supra. Fulg. ep. 14. p. 231. *juxta est ori eorum, & longè à renibus eorum.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.	
ficiunt, & faciunt fructum : prope es tu ori eorum, & longè à renibus eorum.	prope es tu ori eorum, & longè à renibus eorum.	*Hieron. ubi jup.*
3. Et tu Domine noſti me, vidiſti me, & probaſti cor meum tecum : congrega eos quaſi gregem ad victimam, & ſanctifica eos in die occiſionis.		
4. Uſquequo lugebit terra, & herba omnis regionis ſiccabitur propter malitiam habitantium in ea ? conſumptum eſt animal, & volucre, quoniam dixerunt : Non videbit noviſſima noſtra.	4..... Non videbit Deus vias noſtras.	
5. Si cum peditibus currens laboraſti : quomodo contendere poteris cum equis ? cùm autem in terra pacis ſecurus fueris, quid facies in ſuperbia Jordanis ?	5..... quid facies in fremitu Jordanis?	
6. Nam & fratres tui, & domus patris tui, etiam ipſi pugnaverunt adversùm te, & clamaverunt poſt te plena voce : ne credas eis cùm locuti fuerint tibi bona.		
7. Reliqui domum meam, dimiſi hæreditatem meam : dedi dilectam animam meam in manu inimicorum ejus.	7. Dereliqui domum meam, dimiſi hæreditatem meam in manus inimicorum ejus.	*Laſt. l. 4. Inſtit. c. 20. p. 582.*
8. Facta eſt mihi hæreditas mea quaſi leo in ſilva : dedit contra me vocem, ideo odivi eam.	8. Facta eſt hæreditas mea mihi ſicut leo in ſilva : dedit ipſa ſuper me vocem ſuam, ideo odi eam.	
9. Nunquid avis diſcolor hæreditas mea mihi ? nunquid avis tincta per totum ? venite, congregamini omnes beſtiæ terræ, properate ad devorandum.	9. Nunquid ſpelunca hyænæ hæreditas mea mihi ? an ſpelunca in circuitu ejus ſuper eam ? pergite, congregate omnes beſtias agri, & veniant, & comedant eam.	*Hieron. in Jer. 12. col. 588. ex Lxx.*
10. Paſtores multi demoliti ſunt vineam meam, conculcaverunt partem meam : dederunt portionem meam deſiderabilem in deſertum ſolitudinis.	10. Paſtores multi diſruperunt vineam meam, polluerunt partem meam : dederunt portionem meam deſiderabilem in deſertum invium.	*Ibid. 589.*
11. Poſuerunt eam in diſſipationem, luxitque ſuper me : deſolatione deſolata eſt omnis terra : quia nullus eſt qui recogitet corde.	11. Poſita eſt in diſſipationem..... propterea diſſipatione diſſipata eſt terra.....	
12. Super omnes vias deſerti venerunt vaſtatores, quia gladius Domini devorabit ab extremo terræ uſque ad extremum ejus : non eſt pax univerſæ carni.	12..... nec ulla pax univerſæ carni.	
13. Seminaverunt triticum, & ſpinas meſſuerunt : hæreditatem acceperunt, & non eis proderit : confundemini à fructibus veſtris, propter iram furoris Domini.	13. Seminaſtis triticum, & ſpinas meſſuiſtis : cleri eorum non proderunt eis : confundemini à gloriatione veſtra, ab opprobrio in conſpectu Domini.	
14. Hæc dicit Dominus adversùm omnes vicinos meos peſſimos, qui tangunt hæreditatem, quam diſtribui populo meo Iſraël : Ecce ego evellam eos de terra ſua, & domum Juda evellam de medio eorum.	14..... Juda ejiciam de medio eorum.	
15. Et cùm evulſero eos, convertar, & mi-	15. Et cùm ejecero eos, revertar..... & habi-	

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Sic eſt in Græco.

℣. 5. Gr. πῶς ποιήσεις ἐν φρυάγματι τῦ Ἰορδάνε; *quomodo facies in fremitu Jordanis ?*

℣. 7. Ita Græc. habet, additis tamen his poſt *hæreditatem meam*, ἔδωκα τὴν ἠγαπημένην ψυχήν μυ, *dedi dilectam animam meam.* Apud Hieron. verò in Matth. 24. to. 4. 113. c. *Reliqui domum meam, dimiſi hæreditatem meam :* deinde, *facta eſt mihi*, &c. de ℣. 9. Similiter apud Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 728. g. *Reliqui domum meam, dimiſi hæredit. meam :* ſtatimque : *& veni, & factus ſum illis in opprobrium.*

℣. 8. Similia Græc. habet, detracta voce *ipſa*, poſt *dedit ;* ultimò verò ἐμίσησα, *odivi*, pro *odi.* Apud Ambroſ. epiſt. 75. col. 1084. b. *Facta eſt hæreditas mihi ſicut leo.* Ap. Hieron. in Matth. 27. col. 135. f. *Facta eſt mihi hæreditas mea ſicut leo in ſilva : dederunt ſuper me vocem ſuam.* Ita quoque habet Rufin. in Symb. p. 182. a. excepto ſingul. *dedit*, pro *dederunt*, ſubjunctiſque his in fine, *propterea exoſus ſum eam, & propterea dereliqui domum meam :* quæ poſtrema reſpondent ſuper. verſui 7.

℣. 9. Græc. circa med. delet τὸ *ſuper eam ;* extremò verò hab. τῦ φαγεῖν αὐτήν, *ad comedendam eam ;* cæt. ut in textu : in Compl. etiam eſt, αὐτῆς ἐπ' αὐτήν ; βαδίζατε, &c. Idem Hieron. in Iſai. 65. col. 482. d. ita legit : *Facta eſt hæreditas mea mihi quaſi ſpelunca hyæna :* ſic etiam in Matth. 24. to. 4. 113. e.

℣. 10. Eadem ſunt in Græco, verbum pro verbo.

℣. 11. Ita è Græco, excepto uno *propterea*, pro quo ἀφ' ἐμέ, *propter me :* addit Hieron. *Hoc quod poſuimus*, luxitque ſuper me, *juxta Hebraïcum prioris verſiculo copulatur..... juxta LXX. verò loquitur Deus, quòd propter illum terra ſit diſſipata, & redacta in ſolitudinem, quia nullus ſit qui corde recogitet, nec ulla pax univerſa carni.*

℣. 12. Græc. ὅτι ἔστιν εἰρήνη πάσῃ Σαρκί.

℣. 13. Græc. Vatic. hab. Σπείσατε πυρὸς, καὶ ἀκάνθας θερίζετε, *Seminate frumenta, & ſpinas metite ;* & infra, αἰσχύνθητε, *confundimini ;* cæt. ut in Lat. ſup. in edd. verò Ald. & Compl. eſt ἐσπείρατε, & ἐθερίσατε ; in Mſ. Alex. θερίσατε. Apud Auguſt. l. 2. de ſerm. Dom. in mon. to. 3. p. 2. col. 233. c. *Seminaſtis triticum, & ſpinas metetis ;* ſed novem Mſs. ferunt ibid. *Seminatis..... metitis.* Ruſus ap. Hieron. in Oſe. col. 1268. c. & epiſt. 34. ad Nepot. to. 4. 260. a. *cleri eorum non proderunt eis.*

℣. 14. Græc. τὸν Ἰσραὴλ ἐκβαλῶ ἐκ μέσυ αὐτῶν.

℣. 15. Hieron. hab. cum Vulg. *Et cùm evulſero eos :* ego autem poſui *ejecero*, è Gr. μετὰ τὸ ἐκβαλεῖν ; ſicut ipſe Hieron. ℣. præced. ad *evellam*, add. *vel ejiciam*, è Gr. ἐκβαλῶ ; reliqua de Gr. ut in textu, niſi quòd loco *virum*, utrinque habetur ἕκαστον εἰς τὸν..... ἢ ἕκαστω εἰς τὸν- &c.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup. tare faciam virum in hæreditate sua, & virum in terra sua.

VULGATA NOVA.

serebor eorum: & reducam eos, virum ad hæreditatem suam, & virum in terram suam.

VULGATA NOVA.

16. Et erit: si eruditi didicerint vias populi mei, ut jurent in nomine meo, Vivit Dominus, sicut docuerunt populum meum jurare in Baal: ædificabuntur in medio populi mei.

17. Quòd si non audierint, evellam gentem illam evulsione & perditione, ait Dominus.

CAPUT XIII.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Jer. 13. col. 590. b. 1..... Vade, & possíde tibi cinctorium lineum..... & per aquam non transibit.

VULGATA NOVA.

1. HÆc dicit Dominus ad me: Vade, & possíde tibi lumbare lineum, & pones illud super lumbos tuos, & in aquam non inferes illud.

VULGATA NOVA.

2. Et possedi lumbare juxta verbum Domini, & posui circa lumbos meos.

3. Et factus est sermo Domini ad me, secundò, dicens:

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup. 4. Tolle cinctorium.....

VULGATA NOVA.

4. Tolle lumbare, quod possedisti, quod est circa lumbos tuos, & surgens vade ad Euphraten, & absconde ibi illud in foramine petræ.

VULGATA NOVA.

5. Et abii, & abscondi illud in Euphrate, sicut præceperat mihi Dominus.

6. Et factum est post dies plurimos, dixit Dominus ad me: Surge, vade ad Euphraten: & tolle inde lumbare, quod præcepi tibi ut absconderes illud ibi.

7. Et abii ad Euphraten, & fodi, & tuli lumbare de loco, ubi absconderam illud: & ecce computruerat lumbare, ita ut nulli usui aptum esset.

8. Et factum est verbum Domini ad me, dicens:

9. Hæc dicit Dominus: 9... *Vide Not.* Sic putrescere faciam superbiam Juda, & superbiam Jerusalem multam:

10. Populum istum pessimum, qui nolunt audire verba mea, & ambulant in pravitate cordis sui: abierunt que post deos alienos ut servirent eis, & adorarent eos: & erunt sicut lumbare istud, quod nulli usui aptum est.

11. Sicut enim adhæret lumbare ad lumbos viri, sic agglutinavi mihi omnem domum Israël, & omnem domum Juda, dicit Dominus: ut essent mihi in populum, & in nomen, & in laudem, & in gloriam: & non audierunt. 11... *Vide Not.*

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup. 12..... Omnis uter implebitur vino.....

VULGATA NOVA.

12. Dices ergo ad eos sermonem istum: Hæc dicit Dominus Deus Israël: Omnis laguncula implebitur vino. Et dicent ad te: Nunquid ignoramus quia omnis laguncula implebitur vino?

VULGATA NOVA.

13. Et dices ad eos: 13... *Vide Not.* Hæc dicit Dominus: Ecce ego implebo omnes habitatores terræ hujus, & reges qui sedent de stirpe David super thronum ejus, & sacerdotes, & prophetas, & omnes habitatores Jerusalem, ebrietate:

14. & dispergam eos 14... *Vide Not.* virum à fratre suo, & patres & filios pariter, ait Dominus: non parcam, & non concedam: neque miserebor ut non disperdam eos.

15. Audite, & auribus percipite. Nolite elevari, quia Dominus locutus est.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Isai. 13. col. 108. d. 16. Date gloriam Domino Deo vestro antequam offendant pedes vestri ad montes tenebrosos: exspectabitis lucem, & ibi umbra mortis, & ponentur in tenebris.

Idem in Jer. 13. col. 592. ex Lxx.

VULGATA NOVA.

16. Date Domino Deo vestro gloriam antequam contenebrescat, & antequam offendant pedes vestri ad montes caliginosos: exspectabitis lucem, & ponet eam in umbram mortis, & in caliginem.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Græcè ad verbum. In consequentibus etiam usque ad finem cap. plerumque nihil sonat, nihil olet peregrinum aut contrarium Vulgatæ.

℣. 4. Ita in Græco. Ubi etiam inf. ℣℣. 6. & 7. ponit Vulg. *lumbare*, Hieron. addit, *sive cinctorium*; Græc. constanter, περίζωμα.

℣. 9. Ubi Vulg. habet *superbiam*, Hieron. in hunc loc. 590. d. subdit, *vel injuriam*, è Gr. ὕβριν.

℣. 11. Huc redit quod Anonym. ait in Psalm. 98. è schedis Marten. *Sicut tu posuisti lumbare istud ad lumbos tuos, ita & ego applicabo populum meum ad me.* Græcè ita: Ὅτι καθάπερ κολλᾶται τὸ περίζωμα περὶ τὴν ὀσφὺν τῦ ἀνθρώπυ, ὕτως ἐκόλλησα πρὸς ἐμαυτὸν τὸν οἶκον τῦ Ἰσραὴλ, &c. quæ Vulgatæ accinunt, ut & alia multa ejusdem libri; quod sæpe animadvertimus. Hieron. in comm. col. 591. a. sic habet: *Sicut enim adhæret lumbare ad lumbos hominis, sic agglutinavi, & adhærere mihi feci omnem domum Israël, & omnem domum Juda.*

℣. 12. Iridem Græcè: vide sis Hieron. loco cit.

℣. 13. Hieron. in Jer. 13. huic, *de stirpe*, quod in Vulg. est, subdit, è Gr. *sive filios.*

℣. 14. Hieron. ubi sup. habet cum Vulg. *non parcam*, sed addit, *sive, non desiderabo.* Græc. οὐκ ἐπιποθήσω, λέγει Κύριος, ἢ οὐ φείσομαι.

℣. 16. Similia Græc. habet, nisi quòd post hoc, *Deo vestro*, subdit, πρὸ τῦ ζυσκοτάσαι, ἢ, i. e. *antequam contenebrescat*, & *; item inf. ἢ ἀναμενεῖτε εἰς φῶς, & exspectabitis ad lucem.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

17. Quòd ſi hoc non audieritis, in abſcondito plorabit anima mea à facie ſuperbiæ : plorans plorabit, & deducet oculus meus lacrymam, quia captus eſt grex Domini.

Thren. 1. 2.

18. Dic regi, & dominatrici : Humiliamini, ſedete : quoniam deſcendit de capite veſtro corona gloriæ veſtræ.

19. Civitates Auſtri clauſæ ſunt, & non eſt qui aperiat : translata eſt omnis Juda tranſmigratione perfecta.

VERSIO ANTIQUA.

17. Quòd ſi non audieritis, in abſcondito plorabit anima veſtra à facie ſuperbiæ..... *Hieron. ubi ſup.*

18. Dicite regi, & potentibus..... quoniam ſublata eſt..... *Ibid. 593.*

19..... translatus eſt omnis Juda captivitate perfecta.

VULGATA NOVA.

20. Levate oculos veſtros, & videte qui venitis ab Aquilone : ubi eſt grex, qui datus eſt tibi, pecus inclytum tuum ?

21. Quid dices cùm viſitaverit te ? tu enim docuiſti eos adversùm te, & erudiſti in caput tuum : nunquid non dolores apprehendent te, quaſi mulierem parturientem ?

VULGATA NOVA.

22. Quòd ſi dixeris in corde tuo : Quare venerunt mihi hæc ? Propter multitudinem iniquitatis tuæ revelata ſunt verecundiora tua, pollutæ ſunt plantæ tuæ.

Inf. 30. 14.

23. Si mutare poteſt æthiops pellem ſuam, aut pardus varietates ſuas : & vos poteritis benefacere, cùm didiceritis malum.

24. Et diſſeminabo eos quaſi ſtipulam, quæ vento raptatur in deſerto.

25. Hæc ſors tua, parſque menſuræ tuæ à me, dicit Dominus, quia oblita es mei, & confiſa es in mendacio :

26. unde & ego nudavi femora tua contra faciem tuam, & apparuit ignominia tua,

27. adulteria tua, & hinnitus tuus, ſcelus fornicationis tuæ : ſuper colles in agro vidi abominationes tuas. Væ tibi Jeruſalem, non mundaberis poſt me : uſquequo adhuc ?

VERSIO ANTIQUA.

22..... dehoneſtatæ ſunt plantæ tuæ. *Ibid. 593.*

23. Si æthiops mutaverit pellem ſuam, & pardus varietatem ſuam : & vos poteritis facere bonum, cùm didiceritis mala. *Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. 530. b.*

25. Hæc ſors tua, & pars inobedientiæ tuæ adversùm me..... & ſperaſti in mendacio : *Hieron. in Jer. 13. col. 594. d.*

26. & ego nudabo & revelabo poſteriora tua contra faciem tuam : [a] nunc videbitur ignominia tua, [a] *Ambroſ. l. de Abr. c. 7. col. 331. a.*

27. & adulterium tuum, & hinnitus, & alienatio fornicationis tuæ : [b] ſuper colles in agro vidi abominationes tuas. Væ tibi Jeruſalem, quia non es mundata poſt me : uſquequo adhuc ? [b] *Hieron. in Jer. 13. col. 595.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 17. Hieron. ibid. *in abſcondito... plorabit anima veſtra : ſive juxta LXX. à facie ſuperbiæ ;* & ſupra : *à facie ſuperbiæ, ſive injuriæ :* & poſt pauca : *Plorans plorabit Jeruſalem, ſive*, Plorans plorabit, & deducet oculus meus lacrymam, *quia captus eſt grex Domini.* Græc. Ἐὰν δὲ μὴ ἀκούσητε, κεκρυμμένως κλαύσεται ἡ ψυχή ὑμῶν ἀπὸ προσώπου ὑπερηφανίας· καὶ καταξέουσιν οἱ ὀφθαλμοὶ ὑμῶν δάκρυα, ὅτι συνετρίβη τὸ ποίμνιον Κυρίου.

℣. 18. Ita in Græco. Hieron. addit : *Verbum Hebraïcum* gebira, *Aquila & Symm.* dominatricem, & dominam *interpretati ſunt, quod LXX. putaverunt* geburoth, potentesque *diverunt.*

℣. 19. Græc. ἀποικίᾳ Ἰούδας, συνετέλεσαν ἀποικίαν τελείαν· *translatus eſt Judas, conſummaverunt* tranſmigrationem *perfectam.*

℣. 22. Græc. παραδειγματισθῆναι τὰς πτέρνας σου, *ut deboneſtentur calcanei tui.*

℣. 23. Ambr. l. 6. Hexa. col. 118. c. *Si mutabit æthiops pellem ſuam, & pardus varietatem ſuam.* Itidem Hieron. in Ezech. 27. col. 886. a. nec aliter Græcè, præter hoc plur. τὰ ποικίλματα αὐτῆς, *varietates ſuas.*

℣. 25. Græc. Οὕτως ὁ κλῆρός σου, ἡ μερὶς τῆ ἀπειθεῖν ὑμᾶς ἐμοί· *Sic ſors tua, & pars inobedientiæ veſtræ adversùm me ;* reliqua ut ſup.

℣. 26. Hieron. ubi ſup. Verſioni Lat. ex Hebr. alteram è LXX. ſic admiſcere videtur : *unde & ego nudavi*, ſive nudabo & revelabo *femora*, & poſteriora *tua contra faciem tuam.* Græcè ita : κἀγὼ ἀποκαλύψω τὰ ὀπίσω σου ἐπὶ τὸ πρόσωπόν σου, καὶ ὀφθήσεται ἡ ἀτιμία σου.

℣. 27. Græcè ſimiliter : καὶ ἡ μοιχεία σου, καὶ χρεμετισμός σου, καὶ ἡ ἀπωλειτρίωσις τῆς πορνείας σου ἐπὶ τῶν βουνῶν, καὶ ἐν τοῖς ἀγροῖς εἶδόν σε τὰ βδελύγματά σου. Οὐαὶ σοι Ἰερουσαλὴμ, ὅτι οὐκ ἐκαθαρίσθης ὀπίσω μου· ἕως τίνος ἔτι ; Hieron. etiam ſup. hab. *ſcelus*, vel alienatio *fornicationis tuæ :* ſequentia ex ipſo ſervanda duximus, cùm à Græco vix diſcrepare videantur.

CAPUT XIV.

VULGATA NOVA.

1. Quod factum eſt verbum Domini ad Jeremiam de ſermonibus ſiccitatis.

2. Luxit Judæa, & portæ ejus corruerunt, & obſcuratæ ſunt in terra, & clamor Jeruſalem aſcendit.

3. Majores miſerunt minores ſuos ad aquam : venerunt ad hauriendum, non invenerunt aquam, reportaverunt vaſa ſua vacua : confuſi ſunt & afflicti, & operuerunt capita ſua.

VERSIO ANTIQUA.

2. Luxit Juda, & portæ ejus vacuæ factæ ſunt, & contenebratæ ſunt ſuper terram, & clamor Jeruſalem aſcendit. *Hieron. in hunc loc. col. 595. c, d.*

3. Majores ejus miſerunt juniores ſuos ad aquam: venerunt ad puteos, & non invenerunt aquam, reportaverunt vaſa ſua vacua.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Itidem Græcè, excepta voce, Ἰουδαία, pro *Juda.*

℣. 3. Gr. ſimiliter : Καὶ οἱ μεγιστᾶνες αὐτῆς ἀπέστειλαν τοὺς νεωτέρους αὐτῶν ἐφ' ὕδωρ· ἦλθοσαν ἐπὶ τὰ ῥέοντα, καὶ οὐχ εὗρόσαν ὕδωρ, καὶ ἀπέστρεψαν τὰ ἀγγεῖα αὐτῶν κενά. Hieron. ſubdit : *confuſi ſunt & afflicti, ſive* erubuerunt, *& operuerunt capita ſua ;* ſed hæc non leguntur in Græco, præterquam in edit. Compl. ubi ſic : ἠχύνθησαν καὶ ἐνετράπη-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup. 4. Et opera terræ quoniam defecerunt, quia non erat pluvia super terram, confusi sunt agricolæ, operuerunt capita sua.

Ibid. 595. f. 5. Et cervæ in agro pepererunt, & reliquerunt: quia non erat herba.

Ibid. 596. 6. Et onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventum quasi dracones, defecerunt oculi eorum, quia non erat fenum.

7. Si iniquitates nostræ restiterint nobis..... quoniam multa sunt peccata nostra..... tibi peccavimus.

August. q. 55. in Deut. to. 3. 577. e. 578. c. 8. Patientia Israël Domine..... [a] quare factus es sicut advena in terra, & quasi indigena divertens ad manendum?

[a] *Hieron. in Jer. 14. col. 596. ex l.xx.*

9. Nunquid eris quasi homo dormiens, & quasi vir qui salvare non possit? tu autem in nobis es Domine, & nomen tuum invocatum est super nos, ne oblivisearis nostri.

Hilar. in Psalm. 132. col. 465. e. 10..... dilexerunt movere pedes suos, [b] & non pepercerunt, & Deus non placuit sibi in eis.....

[b] *Hieron. in Jer. 14. col. 597. a.*

11..... *Vide Not.*

Tertul. l. de pudic. p. 1000. b. 12. Quoniam si jejunaverint, non exaudiam obsecrationem eorum.....

Hieron. in Jer. 14. col. 597. e. 13. Et dixi: Quis es Domine Deus?....

Aug. l. 2. cont. adverss. leg. to. 8. 589. f. 15..... Hæc dicit Dominus de prophetis, qui prophetant in nomine meo, & ego non misi eos.....

Hieron. in Jer. 14. col. 598. a. b. 16..... & effundam super eos mala sua.

17. Et dices ad eos verbum istud: Deducant oculi vestri lacrymas per noctem & diem, & non cessent.....

VULGATA NOVA.

4. Propter terræ vastitatem, quia non venit pluvia in terram, confusi sunt agricolæ, operuerunt capita sua.

5. Nam & cerva in agro peperit, & reliquit: quia non erat herba.

6. Et onagri steterunt in rupibus, traxerunt ventum quasi dracones, defecerunt oculi eorum, quia non erat herba.

7. Si iniquitates nostræ responderint nobis: Domine fac propter nomen tuum, quoniam multæ sunt aversiones nostræ, tibi peccavimus.

8. Exspectatio Israël, salvator ejus in tempore tribulationis: quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator declinans ad manendum?

9. Quare futurus es velut vir vagus, ut fortis qui non potest salvare? tu autem in nobis es Domine, & nomen tuum invocatum est super nos, ne derelinquas nos.

10. Hæc dicit Dominus populo huic, qui dilexit movere pedes suos, & non quievit, & Domino non placuit: Nunc recordabitur iniquitatum eorum, & visitabit peccata eorum.

11. Et dixit Dominus ad me: Noli orare pro populo isto in bonum. *Sup. 7. 16. & 11. 14.*

12. Cùm jejunaverint, non exaudiam preces eorum: & si obtulerint holocautomata, & victimas, non suscipiam ea: quoniam gladio, & fame, & peste consumam eos.

13. Et dixi, A a a, Domine Deus: Prophetæ dicunt eis: Non videbitis gladium, & fames non erit in vobis, sed pacem veram dabit vobis in loco isto. *Sup. 5. 12. Inf. 23. 17. Inf. 29. 9.*

14. Et dixit Dominus ad me: Falsò prophetæ vaticinantur in nomine meo: non misi eos, & non præcepi eis, neque locutus sum ad eos: visionem mendacem, & divinationem, & fraudulentiam, & seductionem cordis sui prophetant vobis.

15. Idcirco hæc dicit Dominus de prophetis, qui prophetant in nomine meo, quos ego non misi, dicentes: Gladius, & fames non erit in terra hac: In gladio & fame consumentur prophetæ illi.

16. Et populi, quibus prophetant, erunt projecti in viis Jerusalem præ fame & gladio, & non erit qui sepeliat eos; ipsi & uxores eorum, filii & filiæ eorum: & effundam super eos malum suum.

17. Et dices ad eos verbum istud: Deducant oculi mei lacrymam per noctem & diem, & non taceant: quoniam contritione magna contrita est virgo filia populi mei, plaga pessima vehementer. *Thren. 1. 16. & 2. 18.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

σαν, ἢ ἐκάλυψαν τὰς κεφαλὰς αὐτῶν. In Hexapl. Orig. ita ex Theodot. sub asteriſco: ἠχύνθησαν ἢ ἀστράπησαν, ἢ ἐπεκάλυψαν τὴν κεφαλὴν αὐτῆ.

℣. 4. Hieron. ibid. sic pergit: *propter terræ vastitatem, sive* & opera terræ *quoniam defecerunt, quia non venit, sive* non erat *pluvia super terram*, &c. ut sup. Græc. initio habet: Καὶ τὰ ἔργα τῆς γῆς ἐξέλιωεν, ὅτι οὐκ ἦν ὑετὸς, ἠχύνθησαν οἱ γεωργοὶ, &c. ut in Lat.

℣. 5. Ad verbum è Græco. Hieron. ubi sup. sic habet pro more: *Nam* & *cerva, sive* cervæ, *in agro peperit, sive* pepererunt, & *reliquit, sive* reliquerunt: *quia*, &c.

℣. 6. Græcè ipso initio deest &; reponitur verò inf. ante *traxerunt*: sed post paulò tollitur τὸ *quasi dracones*; quod tamen in quibusdam Græc. & apud Theodoretum additur, si Nobilio fides; cæt. ad verbum quadrant.

℣. 7. Græc. Αἱ ἁμαρτίαι ἡμῶν ἀντέςησαν ἡμῖν, &c. ut supra. At in Compl. Εἰ αἱ ἁμαρτίαι, &c.

℣. 8. Itidem Græcè, nisi id excipiatur ult. εἰς κατάλυμα, *ad diversorium*, loco *ad manendum*.

℣. 9. Eadem rursum in Græco, præter hæc duo levissima, ὅ, *aut*, pro &, post *dormiens*; & ἢ Σὺ, & *tu*, pro *tu autem*. Vigil. Tapsi. l. 3. de Trin. p. 223. a. legit: *Nunquid eris ut homo dormiens*, & *sicut vir qui non potest salvus fieri?* Gr. Σώζειν. Fulg. fragm. 31. cont. Fab. p. 630. similiter addit: & *tu in nobis es Domine*, & *nomen tuum invocatum est super nos.*

℣. 10. Primus versiculus ex Hilario; reliqua suppeditat Hieron. ab hoc, & *non pepercerunt*: item sup. hab. *quia dilexit, sive* dilexerunt, *movere pedes suos*: singula conveniunt cum Græco, præter unum *placuit sibi*, pro quo εὐδόκησεν, *prosperavit*; in Mſ. Alex. ἠυδόκησεν; in Compl. εὐδόκησεν.

℣℣. 11. 12. Græc. eadem sonat.

℣. 13. Græc. Καὶ εἶπα· Ὁ ὢν Κύριε.

℣. 15. Eadem exstant Græcè, præter vocem, ψευδῆ, *falsa*, subnexam his, *in nomine meo.*

℣. 16. Itidem Græcè.

℣. 17. Græc... Καταγάγετε ἐπ' ὀφθαλμὺς ὑμῶν δάκρυα, &c. *Deducite super oculos vestros lacrymas*, &c. ut sup.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

18. Si egreſſus fuero ad agros, ecce occiſi gladio: & ſi introiero in civitatem, ecce attenuati fame. Propheta quoque & ſacerdos abierunt in terram, quam ignorabant.

19. Nunquid projiciens abjeciſti Judam? aut Sion abominata eſt anima tua? quare ergo percuſſiſti nos, *Sup. 8.* ita ut nulla ſit ſanitas? exſpectavimus pacem, & non 15. eſt bonum; & tempus curationis, & ecce turbatio.

18... *Vide Not.*

20. Cognovimus Domine impietates noſtras, iniquitates patrum noſtrorum, quia peccavimus tibi.

21. Ne des nos in opprobrium propter nomen tuum, neque facias nobis contumeliam ſolii gloriæ tuæ: recordare, ne irritum facias fœdus tuum nobiſcum.

VULGATA NOVA.

22. Nunquid ſunt in ſculptilibus gentium qui pluant? aut cœli poſſunt dare imbres? nonne tu es Dominus Deus noſter, quem exſpectavimus? tu enim feciſti omnia hæc.

VERSIO ANTIQUA.

22. Nunquid eſt in idolis gentium qui pluat? aut cœli dabunt pluviam, niſi tu volueris?.... *Caſſiod. in Pſ. 1. p. 16. a.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 18. Huic voci *fame*, quæ eſt in Vulg. Hieron. ubi ſup. addit, *ſive, dolore famis.* Græc. ἢ ἴδε πόνος λιμοῦ.

℣. 22. Poſteriora tantùm, *aut cœli*, &c. differunt à Græco, ubi ſic: ἢ εἰ ὁ ὐρανὸς δώσει πλησμονὴν αὐτῷ, ἢ οὐχὶ σὺ εἶ αὐτός· i. e. *& ſi cœlum dabit ſatietatem ſuam, nonne tu es ipſe?* Hieron. ep. ad Princip. to. 2. 693. a. leg. *& non eſt in eis qui pluat.*

CAPUT XV.

VULGATA NOVA.

1. ET dixit Dominus ad me: Si ſteterit Moyſes, & Samuel coram me, non eſt anima mea ad populum iſtum: ejice illos à facie mea, & egrediantur.

VERSIO ANTIQUA.

1... Si ſteterint Moyſes & Samuel contra me..... emitte..... *Hieron. epiſt. ad Cypr. to. 2. 696. a. & in Jer. 15. col. 599. d.*

VULGATA NOVA.

2. Quòd ſi dixerint ad te: Quò egrediemur? dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Qui ad mortem, *Zach.* ad mortem: & qui ad gladium, ad gladium: & qui *11. 9.* ad famem, ad famem: & qui ad captivitatem, ad captivitatem.

3. Et viſitabo ſuper eos quatuor ſpecies, dicit Dominus: Gladium ad occiſionem, & canes ad lacerandum, & volatilia cœli & beſtias terræ ad devorandum & diſſipandum:

4. & dabo eos in fervorem univerſis regnis terræ: propter Manaſſem filium Ezechiæ regis Juda, ſuper omnibus quæ fecit in Jeruſalem. *4. Reg. 21. 7. 12.*

5. Quis enim miſerebitur tui Jeruſalem? aut quis contriſtabitur pro te? aut quis ibit ad rogandum pro pace tua?

VULGATA NOVA.

6. Tu reliquiſti me, dicit Dominus, retrorsùm abiiſti: & extendam manum meam ſuper te, & interficiam te: laboravi rogans.

VERSIO ANTIQUA.

6..... nequaquam ultra dimittam eos. *Hieron. in Jer. 15. col. 600. c.*

7. Et diſpergam eos ventilabro in portis terræ: interfeci & diſperdidi populum meum, & tamen à viis ſuis non ſunt reverſi.

7..... in portis populi mei.....

8. Multiplicatæ ſunt mihi viduæ ejus ſuper arenam maris: induxi eis ſuper matrem adoleſcentis vaſtatorem meridie: miſi ſuper civitates repentè terrorem.

9. Infirmata eſt quæ peperit ſeptem, defecit anima ejus: occidit ei ſol, cùm adhuc eſſet *1. Reg.* dies: confuſa eſt, & erubuit: & reſiduos ejus in *2. 5.* gladium dabo in conſpectu inimicorum eorum, *Amos,* ait Dominus. *8. 9.*

9. Exterrita eſt quæ parit, & tæduit anima ejus: ſubiit ſol ei, cùm adhuc medius dies eſſet: confuſa eſt, & maledicta: reliquos eorum in gladio dabo in conſpectu inimicorum eorum. *Cypr. l. 2. Teſt. p. 295. a.*

10. Væ mihi mater mea: quare genuiſti me,

10. Heu me mater: ut quid me peperiſti, vi- *Ambroſ. l. 2. de fide reſurrect. col. 1143. b.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hilar. prolog. in Pſ. n. 4. *Nec ſi ſtet Moyſes, & Samuel.* Græc. Ἐὰν στῇ Μωυσῆς, ἢ Σαμουὴλ πρὸ προσώπου μου..... ἐξαποστείλον, reliqua Græca uſque ad ℣. 6. non multùm diſcrepant à Vulgata; quod etiam affirmare poſſumus de aliis multis hujus libri, à quibus Latinè referendis ſecundùm ed. LXX. ideo ſe abſtinuiſſe videtur Hieronymus, quòd Verſiones duæ cùm ex Hebræo, tum ex LXX. plerumque inter ſe convenirent. Hoc iterum & ſæpiùs monemus, ne Verſio noſtra vetus mutila nimis & imperfecta eſſe videatur.

℣. 6. Hoc Hieron. teſtatur habere LXX. loco *τῷ laboravi rogans*, quod legitur in Vulg. nunc etiam Græcè, ἢ κλίτι ἀνήσω αὐτούς.

℣. 7. Ita Græc. habet, non *in portis terræ*, ut in Vulg.

℣. 9. Græc. Ἐκλάθη ἡ τίκτουσα ἑπτὰ, ἀπεκάκησεν ἡ ψυχὴ αὐτῆς· ἐπέδυ ὁ ἥλιος αὐτῇ, &c. ut in Lat. ſup. præter unum ἐκ μάχαιρων, pro *in gladio.* Iren. l. 4. c. 33. p. 274. a. legit: *Exinanita eſt quæ parit, tædnit anima ejus: occidit ſol ei, cùm adhuc medius dies eſſet: confuſa eſt, & impreperium paſſa eſt* (Gr. ἢ ὠνειδίθη:) *reliquos eorum in gladium dabo in conſpectu inimicorum eorum.* Lact. l. 4. Inſtit. c. 19. p. 582. *Exterrita eſt quæ parit, & tædnit animam: & occidit ſol ei, cùm adhuc medius dies eſſet: confuſa eſt, & maledicta: reliquos eorum in gladium dabo in conſpectu inimicorum meorum:* ſed vitiosè *meorum*; nam in Gr. conſtanter, αὐτῶν. Hieron. in Iſai. 54. col. 390. e. *Vacua facta eſt quæ pariebat ſeptem, defecit & anima ejus: occidit ei ſol adhuc meridie:* & in Matth. 27. to. 4. 139. b. *occubuit ſol cùm adhuc media eſſet dies:* & in Jerem. 15. col. 600. f. ita ſecund. Hebr. & LXX. *Infirmata eſt, ſive* abjecit, *aut* vacua facta eſt, *quæ peperit ſeptem, ſive* plurimos..... *cùm adhuc eſſet dies, aut* medius dies: ſubinde addit: *Sæpe diximus verbum Hebraïcum* ſaba, *vel* ſeptem, *vel* juramentum *ſonare, vel* plurimos; *unde & diverſa eſt interpretatio, Aquilæ, LXX. & Theodotione* ſeptem *tranſferentibus, Symmacho* plurimos.

℣. 10. Hæc tota conveniunt cum Gr. niſi quòd loco *cauſam dicentem judicii in omni terra*, hab. δικαζόμενον, ἢ

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

rum causam dicentem judicii in omni terra? non profui, neque profuit mihi quisquam: [a] fortitudo mea defecit in his, qui maledicunt mihi.

11. Fiat Domine dirigentibus illis, si non astiti tibi in tempore afflictionis eorum, & in tempore tribulationis eorum in bona contra inimicum.

12. Si cognoscet ferrum, & operimentum æneum?

14. Et servire te faciam inimicis tuis.....

15. Domine memor esto mei, & visita me, & innocentem me fac ab insectantibus me, non in longanimitate: scito quomodo acceperim de te improperium

16. ab his, qui spernunt sermones tuos: consumma illos, & erit verbum tuum mihi in jocunditatem & gaudium cordis mei: quoniam vocatum est nomen tuum in me, Domine omnipotens.

17. Non sedi in concilio eorum laudantium, sed timebam à facie manus tuæ: singulariter sedebam, quoniam amaritudine repletus sum.

18. Ut quid qui me contristant, prævalent in me? plaga mea valida est, unde sanabor? facta est mihi ut aqua mendax, quæ non habet fidem.

19..... si eduxeris pretiosum à vili, quasi os meum eris.....

21..... & redimam te de manu pestilentium.

Ambros. ubi sup.
[a] *Hieron. in Jer. 15. col. 601. f. 602.*
August. l. 2. cont. litt. Petil. to. 9. 290. d. e.
Auct. l. de xlii. mans. ap. Ambros. col. 12. a.
Hieron. in Jer. 15. col. 603. f.

VULGATA NOVA.

virum rixæ, virum discordiæ in universa terra? non fœneravi, nec fœneravit mihi quisquam: omnes maledicunt mihi.

11. Dicit Dominus: Si non reliquiæ tuæ in bonum, si non occurri tibi in tempore afflictionis, & in tempore tribulationis adversùs inimicum.

12. Nunquid fœderabitur ferrum ferro ab Aquilone, & æs?

13. Divitias tuas & thesauros tuos in direptionem dabo gratis in omnibus peccatis tuis, & in omnibus terminis tuis.

14. Et adducam inimicos tuos de terra, quam nescis: quia ignis succensus est in furore meo, super vos ardebit.

15. Tu scis Domine, recordare mei, & visita me, & tuere me ab his qui persequuntur me, noli in patientia tua suscipere me: scito quoniam sustinui propter te opprobrium.

16. Inventi sunt sermones tui, & comedi eos, & factum est mihi verbum tuum in gaudium & in lætitiam cordis mei: quoniam invocatum est nomen tuum super me, Domine Deus exercituum.

17. Non sedi in concilio ludentium, & gloriatus sum à facie manus tuæ: solus sedebam, quoniam comminatione replesti me. *Psalm. 1. 1. & 25. 4.*

18. Quare factus est dolor meus perpetuus, & plaga mea desperabilis renuit curari? facta est mihi quasi mendacium aquarum infidelium. *Inf. 30. 15.*

19. Propter hoc hæc dicit Dominus: Si convertêris, convertam te, & ante faciem meam stabis: & si separaveris pretiosum à vili, quasi os meum eris: convertentur ipsi ad te, & tu non convertêris ad eos.

20. Et dabo te populo huic in murum æreum, fortem; & bellabunt adversùm te, & non prævalebunt: quia ego tecum sum ut salvem te, & eruam te, dicit Dominus.

21. Et liberabo te de manu pessimorum, & redimam te de manu fortium.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Διακρινόμενον πάσῃ τῇ γῇ, i. e. *qui judicer, & discernar omni terræ.* Hieron. ep. 22. ad Paulam, to. 4. p. 2. col. 55. a. leg. *Hei mihi mater: ut quid genuisti me, virum qui dicerer discrimen omni terræ?* Item in Jer. col. 601. a. ista refert, *virum rixæ, sive* judicii, *virum discordiæ, sive* qui judicer *in universa terra:* & inf. ait sic habere LXX. *non profui, neque profuit mihi quisquam:* nec post multa: *Pro eo quod nos*, inquit, *juxta Hebraïcum interpretati sumus*, omnes maledicunt mihi, *usque ad eum locum, ubi scriptum est:* In tempore tribulationis, &c. *in editione Vulgata ita scriptum reperi:* fortitudo mea defecit, &c. quæ posuimus in textu. Ambros. loco cit. *virtus mea defecit.*

℣. 11. Totidem verba in Græco, præter unum κακῶν, *malorum*, loco *afflictionis.*

℣. 12. Græcè, Εἰ γνωσθήσεται σίδηρος, &c. *Si cognoscetur ferrum*, &c. ultimòque additur ἡ ἰσχύς σου, *fortitudo tua;* Theodoret. hab. τὴν ἰσχύν σου, & conjungit cum seqq. *fortitudinem tuam, & thesauros*, &c.

℣. 14. Ita Græcè, addito uno κύκλῳ, *in circuitu*, ad verbum *faciam.*

℣. 15. Itidem Græcè. Vulgata ipso initio hab. *Tu scis*, sed hoc Hieron. in eund. loc. 602. f. testatur ap. LXX. non legi.

℣. 16. Eadem sunt in Græco, nisi excipias verbum ἐπικέκλημαι, *invocatum est*, pro *vocatum est.* Item ap. Hieron. in hunc loc. 602. f. ita è LXX. *ab his, qui reprobant sermones tuos: consume eos, & erit mihi.*

℣. 17. Similia prorsus in Græco, præter unum παιζόντων, *ludentium*, loco *laudantium;* quod ult. mendum esse potest vel in Mss. vel in editt. Hieronymus in hunc loc. 603. a. verbo *gloriatus sum*, quod legitur in Vulg. subdit, *sive metuebam*, è Gr. εὐλαβήμην.

℣. 18. Rursum Aug. l. de unit. Eccl. to. 9. 381. a. *Ut quid qui contristant me, prævalent? plaga mea est, unde sanabor? facta est mihi ut aqua mendax, non habens fidem:* & epist. 108. to. 2. 307. c. *facti sunt mihi sicut aqua mendax, non habens fidem.* Cypr. epist. 73. p. 131. b. *Ut quid qui contristant me, prævalent? plaga mea solida est, unde sanabor? dum fit, facta est mihi quasi aqua mendax, non habens fidem.* Ita quoque in Græco est, adjuncto uno μοῦ, ad *prævalent.* Item ap. Hieron. in hunc loc. ex ed. LXX. *Quare qui contristant me, confortantur? plaga mea fortis, unde curabor? facta est mihi quasi aqua mendax, non habens fidem.* Auct. l. cont. Fulg. Donat. append. to. 9. Aug. col. 5. d. *Ut quid injuriantes me, prævalent? plaga mea solida facta est, unde sanabor? facta est mihi sicut aqua mendax, non habens fidem.*

℣. 19. Græc. idem sonat: in consequentibus etiam vix differt à Vulg.

℣. 21. Ita rursum Græcè.

CAPUT XVI.

VULGATA NOVA.

1. ET factum est verbum Domini ad me, dicens:

1... 8. *Vide Not.*

2. Non accipies uxorem, & non erunt tibi filii & filiæ in loco isto.

3. Quia hæc dicit Dominus super filios & filias,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 1..... 8. Hi versus octo & in Vulgata, & in Gr. vix quidquam diversum reddunt.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

qui generantur in loco iſto, & ſuper matres eorum, quæ genuerunt eos: & ſuper patres eorum, de quorum ſtirpe ſunt nati in terra hac:

4. Mortibus ægrotationum morientur: non plangentur, & non ſepelientur, in ſterquilinium ſuper faciem terræ erunt: & gladio, & fame conſumentur: & erit cadaver eorum in eſcam volatilibus cœli, & beſtiis terræ.

5. Hæc enim dicit Dominus: Ne ingrediaris domum convivii, neque vadas ad plangendum, neque conſoleris eos: quia abſtuli pacem meam à populo iſto, dicit Dominus, miſericordiam & miſerationes.

6. Et morientur grandes & parvi in terra iſta: non ſepelientur neque plangentur, & non ſe incident, neque calvitium fiet pro eis.

7. Et non frangent inter eos lugenti panem ad conſolandum ſuper mortuo: & non dabunt eis potum calicis ad conſolandum ſuper patre ſuo & matre.

8. Et domum convivii non ingrediaris, ut ſedeas cum eis, & comedas & bibas:

VERSIO ANTIQUA.

9..... Et auferam de civitatibus Juda, & de quadriviis Jeruſalem, vocem lætantium, & vocem gaudentium, vocem ſponſi, & vocem ſponſæ. *Cypr. l. 2. Teſtim. p. 293. a.*

VULGATA NOVA.

9. quia hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſraël: Ecce ego auferam de loco iſto in oculis veſtris, & in diebus veſtris, vocem gaudii, & vocem lætitiæ, vocem ſponſi, & vocem ſponſæ.

VULGATA NOVA.

10. Et cùm annuntiaveris populo huic omnia verba hæc, & dixerint tibi: Quare locutus eſt Dominus ſuper nos omne malum grande iſtud? quæ iniquitas noſtra? & quod peccatum noſtrum, quod peccavimus Domino Deo noſtro? *Sup. 5. 19.*

10... 15. *Vide Not.*

11. Dices ad eos: Quia dereliquerunt me patres veſtri, ait Dominus: & abierunt poſt deos alienos, & ſervierunt eis, & adoraverunt eos: & me dereliquerunt, & legem meam non cuſtodierunt.

12. Sed & vos pejus operati eſtis, quàm patres veſtri: ecce enim ambulat unuſquiſque poſt pravitatem cordis ſui mali, ut me non audiat.

13. Et ejiciam vos de terra hac, in terram, quam ignoratis vos, & patres veſtri: & ſervietis ibi diis alienis die ac nocte, qui non dabunt vobis requiem.

14. Propterea ecce dies veniunt dicit Dominus, & non dicetur ultra: Vivit Dominus, qui eduxit filios Iſraël de terra Ægypti,

15. ſed, Vivit Dominus, qui eduxit filios Iſraël de terra Aquilonis, & de univerſis terris, ad quas ejeci eos: & reducam eos in terram ſuam, quam dedi patribus eorum.

VULGATA NOVA.

16. Ecce ego mittam piſcatores multos dicit Dominus, & piſcabuntur eos: & poſt hæc mittam eis multos venatores, & venabuntur eos de omni monte, & de omni colle, & de cavernis petrarum.

VERSIO ANTIQUA.

16. Ecce ego mittam piſcatores multos, & piſcabuntur illos..... [a] & multos venatores, & venabuntur eos ſuper omnem montem, & ſuper omnem collem..... *Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 702. a.* [a] *Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1035. f.*

VULGATA NOVA.

17. Quia oculi mei ſuper omnes vias eorum: non ſunt abſconditæ à facie mea, & non fuit occultata iniquitas eorum ab oculis meis.

17.... 18. *Vide Not.*

18. Et reddam primùm duplices iniquitates, & peccata eorum: quia contaminaverunt terram meam in morticinis idolorum ſuorum, & abominationibus ſuis impleverunt hæreditatem meam.

VULGATA NOVA.

19. Domine fortitudo mea, & robur meum, & refugium meum in die tribulationis: ad te gentes venient ab extremis terræ, & dicent: Verè mendacium poſſederunt patres noſtri, vanitatem, quæ eis non profuit.

VERSIO ANTIQUA.

19. Domine fortitudo mea, & adjutorium meum, & refugium meum in die malorum: ad te gentes venient ab extremo terræ, & dicent: Quàm falſa poſſederunt patres noſtri ſimulacra, & non eſt in eis utilitas! *Aug. l. 13. cons. Fauſt. to. 8. 256. b.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 9. Julius Firm. l. de errore prof. relig. c. 20. p. 172. c. *Et auferam de civitatibus Judæ, & de urbibus Jeruſalem, vocem lætantium, vocem ſponſi, & vocem ſponſæ.* Græc. Ἰδοὺ ἐγὼ καθαιρῶ ἐκ τοῦ τόπου τούτου ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν ὑμῶν, καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ὑμῶν, φωνὴν χαρᾶς, καὶ φωνὴν εὐφροσύνης, φωνὴν νυμφίου, καὶ φωνὴν νύμφης· i. e. *Ecce ego abire facio de loco iſto coram oculis veſtris, & in diebus veſtris, vocem gaudii, & vocem lætitiæ, vocem ſponſi, & vocem ſponſæ.*

℣℣. 10..... 15. Hi verſus omnes tam in Vulgata, quàm in Gr. unum pene & idem ſonant.

℣. 16. Græc. habet ἀποστέλω, *mitto*, pro *mittam*; & poſt 1. *multos*, addit, λέγει Κύριος, *dicit Dominus*; item poſt *illos*, iſta, καὶ μετὰ ταῦτα ἀποστέλω, Mſs. Alex. & Compl. ἀποστελῶ; cæt. quadrant. Idem Ambroſ. loco cit. legit: *Ecce mitto multos piſcatores*: & l. 6. Hexa. col. 133. b. *ecce ego mitto venatores multos.* Auct. l. de promiſſ. p. 3. ap. Proſp. p. 175. c. *Mittam ad eos piſcatores, & piſcabuntur eos; & venatores, & venabuntur eos.*

℣. 17. Hieron. in hunc ℣. col. 607. a. ait: *Quod hîc de Hebraïco poſuimus*, non ſunt abſcondita ea à facie mea, *in LXX. non habetur*; cæt. Græca Vulgatæ reſpondent pene ad verbum.

℣. 18. Ad hoc Vulg. *Et reddam primùm*, Hieron. in comm. col. 607. a. dicit: *Sciendum quod in Hebr. poſitum ſit* primùm, & *in LXX. editione prætermiſſum*; deeſt quoque hodie in Gr. τὸ *primùm*.

℣. 19. Eadem leguntur Græcè, præpoſito uno ζὺ, *tu*, voci 2. *fortitudo*; ſubinde eſt, ἐν ἡμέραις, *in diebus*, at in Compl. ἐν ἡμέρᾳ, ut ſup. Idem Auguſt. l. 1. de conſ. Evang. to. 3. col. 17. f. & l. 18. de civit. Dei, c. 33. to. 7. 515. g. 516. a. ita legit: *Domine Deus meus, & refugium meum in die malorum: ad te gentes venient ab extremo terræ, & dicent: Verè mendacia coluerunt patres noſtri ſimulacra, & non eſt in illis* (to. 3. 18. d. *in quibus non eſt*) *utilitas*: ſimiliter l. de fide reſur. to. 6. 146. f. detractis his, & *refug. meum in die malorum*: item in Pſ. 94. to. 4. 1030. c. d. habet: *ad te gentes venient..... Verè mendacia coluerunt*, &c. In Collat. Carthag. p. 392. ſic: *Domine virtus mea, & adjutorium meum, & refugium meum in diem malorum: ad te gentes venient ab extremo terræ, & dicent: Quàm falſa poſſederunt patres noſtri idola, & non eſt in eis utilitas!* Apud Hieron. in Jer. 16. p. 607. d. ſimiliter ex edit. LXX. *ad te gentes venient ab extremis terræ, & dicent: Quomodo falſa poſſederunt patres noſtri idola, & non eſt in eis utilitas?* & epiſt. ad Princip. to. 2. 693. a. *Quàm falſa poſſederunt patres noſtri idola!* Græc. Ὡς ψευδῆ ἐκτήσαντο οἱ πατέρες ἡμῶν εἴδωλα. Apud Ferrand. paren. ad Regin. *Domine fortitudo mea, & adjutorium meum in die malorum.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Aug. ubi ſup. 20. Si faciet homo deos, & ipſi non ſunt dii.	20. Nunquid faciet ſibi homo deos, & ipſi non ſunt dii?
21. Propterea ecce ego oſtendam illis in tempore illo, manum meam oſtendam illis: & ſcient & virtutem meam, quoniam ego Dominus.	21. Idcirco ecce ego oſtendam eis per vicem hanc, oſtendam eis manum meam, & virtutem meam: & ſcient quia nomen mihi Dominus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 20. Sic eſt in Græco, adjuncto uno ἑαυτῷ, *ſibi*, ad verbum *faciet*: at Aug. l. 8. de civit. Dei, to. 7. c. 23. col. 211. f. 214. c. conſtanter legit: *Si faciet homo deos, & ecce ipſi non ſunt dii*: ſimiliter l. de fide reſur. to. 6. 146. f.

℣. 21. Græcè ita: Διατοῦτο ἰδοὺ ἐγὼ δηλώσω αὐτοῖς ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ τὴν χεῖρά μου, καὶ γνωσθήσομαι αὐτοῖς τὴν δύναμίν μου· καὶ γνώσονται ὅτι ὄνομά μοι Κύριος· i. e. *Propterea ecce ego oſtendam eis in tempore illo manum meam, & notam faciam eis virtutem meam: & ſcient quia nomen mihi Dominus*: at in Compl. καὶ γνωσθήσομαι αὐτοῖς τὴν χεῖρά μου, καὶ τὴν δύναμίν μου· καὶ γνώσονται ὅτι ἐγὼ Κύριος.

CAPUT XVII.

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Ambroſ. l. 3. de Spir. S. col. 668. e. a Hieron. in Jerem. 17. col. 607. f. 1. SCripta eſt, Juda, culpa tua graphio ferreo, & ungue adamantino, & ſcripta eſt in pectore & in corde tuo, [a] & in cornibus altarium.....	1. PEccatum Juda ſcriptum eſt ſtylo ferreo in ungue adamantino, exaratum ſuper latitudinem cordis eorum, & in cornibus ararum eorum.

VULGATA NOVA.

2. Cùm recordati fuerint filii eorum ararum ſuarum, & lucorum ſuorum, lignorumque frondentium, in montibus excelſis,

2... 3... 4. *Vide Not. ad ℣. 1.*

3. ſacrificantes in agro: fortitudinem tuam, & omnes theſauros tuos in direptionem dabo, excelſa tua propter peccata in univerſis finibus tuis.

4. Et relinquêris ſola ab hæreditate tua, quam dedi tibi: & ſervire te faciam inimicis tuis in terra, quam ignoras: quoniam ignem ſuccendiſti in furore meo, uſque in æternum ardebit.

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Aug. l. 13. cont. Fauſt. to. 8. 256. c. d. 5. Maledictus homo, qui ſpem habet in homine, & firmat carnem brachii ſui, & à Domino diſcedit cor ejus.	5. Hæc dicit Dominus: Maledictus homo, qui confidit in homine, & ponit carnem brachium ſuum, & à Domino recedit cor ejus. *Iſai. 30. 2. 31. 1. Inf. 48.*
6. Et erit ſicut tamarix, quæ in deſerto eſt, non videbit cùm venient bona: & habitabit inter iniquos in terra deſerta, in terra ſalſa, quæ non inhabitabitur.	6. Erit enim quaſi myricæ in deſerto, & non videbit cùm venerit bonum: ſed habitabit in ſiccitate in deſerto, in terra ſalſuginis, & inhabitabili. *7. Inf. 48. 6.*
7. Benedictus homo, qui confidit in Domino, & erit Dominus ſpes ejus.	7. Benedictus vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia ejus.
8. Eritque tanquam lignum fructiferum ſecus	8. Et erit quaſi lignum quod tranſplantatur *Pſalm. 1. 3.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hic verſus cum tribus aliis ſubſequentibus deeſt in Gr. edit. Rom. iidem quoque olim aberant à LXX. teſte Hieronymo in Jer. col. 607. f. *Quod cur*, inſit, *à LXX. prætermiſſum ſit, neſcio: niſi forſitan pepercerunt populo ſuo, ſicut & in Iſaia* (11. 22.) *eos feciſſe manifeſtum eſt, multaque hujuſcemodi, quæ ſi voluero cuncta digerere, non dicam libro, ſed libris opus erit*: item inf. ad ℣℣. 2. 3. & 4. Vulg. col. 608. c. *Et hæc*, inquit, *in LXX. non habentur, eâdem ut reor causâ, quam ſupra diximus, ne ſcilicet æterna in eos ſententia permaneret.* Attamen priores iſti ℣℣. quatuor olim exſtabant in aliis Editionibus, & ex ipſiſmet ſub aſteriſcis adjecti fuerunt in Hexaplis: id nempe obſervat Euſeb. l. 10. demonſtr. Evang. dicens: Εἰ καὶ μὴ παρὰ τοῖς Ο. ἀλλ' ἔν τε τῷ Ἑβραϊκῷ ταῦτα εὑρόντες, καὶ ἐν ταῖς τῶν λοιπῶν Ἑρμηνευτῶν ἐκδόσεσι, ἔτι μετὰ προσθέσεως ἀστερίσκων ἐν τοῖς ἀντιγράφοις· i. e. *Etiamſi non apud LXX. ſed in Hebraïco hæc invenerimus, necnon in aliis reliquorum Interpretum editionibus, inſuper cum additione aſteriſcorum in accuratioribus LXX. Interpretum exemplaribus.* Et ſanè ea ipſa antecedunt in uno Mſ. Jeſ. ſicut in altero Vatic. ſub aſteriſcis: habentur etiam in ed. Compl. & apud Theodoret. Primus quoque eorumdem ℣℣. legitur apud Ambroſium, ut patet ex l. 3. de Spir. S. à nobis cit. ſup. rurſumque ſerm. cont. Auxent. to. 2. 870. a. necnon l. de apol. Dav. to. 1. 731. b. Hieron. etiam in Jer. col. 607. f. ad hæc Vulg. verba, *ſuper latitudinem cordis eorum*, addit ex al. edit. *ſive, in pectore cordis eorum*; deinde, *& in cornibus* altarium, *ſive, ararum eorum.* Ambr. de apol. Dav. leg. ſup. *ſcripta eſt in pectore cordis tui.* Sed horum nil omnino memorat Auguſt. l. 13. cont. Fauſt. quamvis & antecedentia & ſubſequentia verba Jer. ibid. recitet: enimverò cùm cap. 7. hujus libri 13. attuliſſet ult. verba cap. præced. Jerem. ſubinde initio cap. 8. cont. Fauſt. ait: *Ibi enim ſequitur, & dicit: Maledictus homo*, &c. de ℣. 5. prætermiſſis omnibus intermediis, quæ leguntur in Vulg. videlicet quatuor primis ℣℣. capitis 17. Vide ſis Hexap. Orig. & Nobilii Not. in hunc loc.

℣. 5. Eadem rurſum legit Auguſt. l. de Gr. & lib. arb. to. 10. 721. d. ſicut Auct. epiſt. ad Demetriad. ap. S. Leon. p. 42. c. Ita quoque in Græco, præter duo, συπλοῦ, *firmabit*, pro *firmat*, & ἀποστῇ, *diſcedet*, pro *diſcedit*; huic etiam med. *brachii ſui*, jungitur ἐπ' αὐτόν, *ſuper eum*, quod abeſt ab edit. Compl. Auguſt. l. 15. de civit. Dei, c. 18. to. 7. 401. b. hab. *Maledictus omnis, qui ſpem ſuam ponit in homine*: itidem in Pſ. 10. to. 4. 61. d. & tract. 4. in 1. Joh. to. 3. p. 2. col. 853. a. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 726. *Miſer homo, qui ſpem habet in homine*: & ſup. p. 709. c. *Maledictus homo, qui ſpem habet in homine.* Similiter hab. Cypr. l. de lapſ. p. 187. a. & l. 3. Teſtim. p. 307. a. Item Zeno Veron. l. 2. tract. 6. p. 151. cum Ambroſio in Pſ. 118. col. 1114. f. & Auctore quæſt. N. T. q. 91. ap. Auguſt. to. 3. 83. c. Hieronymus etiam in hunc loc. col. 608. f. ait: *qui confidit, ſive ſpem habet*: & in Iſai. 31. col. 265. e. *Maledictus homo, qui ſpem habet in homine, & firmavit carnem brachii ſui, & à Domino receſſit cor ejus.* Caſſiod. in Pſ. 30. & 117. p. 90. b. 394. b. *Maledictus, qui confidit in homine, & ponit ſpem carnem brachii ſui, & à Domino recedit cor ejus.*

℣. 6. Hieron. in Iſai. 31. col. 265. e. *Et erit quaſi myrice in deſerto, quæ non videbit cùm venerint bona.* Græc. Καὶ ἔσται ὡς ἡ ἀγελαμυρίκη ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὐκ ὄψεται ὅταν ἔλθῃ τὰ ἀγαθὰ· ἀλλ' ἢ κατοικηνώσει ἐν ἁλμοῖς καὶ ἐν ἐρήμῳ, ἐν γῇ ἀλμυρᾷ, ἥτις οὐ κατοικεῖται. *Et erit ſicut myrica ſilveſtris in deſerto, non videbit cùm venerint bona: & habitabit in ſalſis & in deſerto, in terra ſalſa, quæ non habitabitur.*

℣. 7. Concinit Ferrand. parænet. ad Regin. p. 157. Ita quoque Græc. habet, poſito uno καὶ, ante *benedictus.* Cypr. l. 3. Teſtim. p. 307. a. *Et benedictus homo, qui fidit in Domino, & erit in Deo ſpes ejus.* Apud Hieron. in hunc loc. 608. d. *ſpes, ſive fiducia ejus.*

℣. 8. Ferrand. parænet. ad Regin. p. 157. *Eritque ſicut lignum fructiferum ſecus aquam, & in humorem mittet radices ſuas: non timebit cùm venerit æſtus. Et erunt in eo*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

ſuper aquas, quod ad humorem mittit radices ſuas: & non timebit cùm venerit æſtus. Et erit folium ejus viride, & in tempore ſiccitatis non erit ſollicitum, nec aliquando deſinet facere fructum.

9. Pravum eſt cor omnium, & inſcrutabile: quis cognoſcet illud?

1. Reg. 16. 7. Pſalm. 7. 10. Apoc. 2. 23. 10. Ego Dominus ſcrutans cor, & probans renes: qui do unicuique juxta viam ſuam, & juxta fructum adinventionum ſuarum.

11. Perdix fovit quæ non peperit: fecit divitias, & non in judicio: in dimidio dierum ſuorum derelinquet eas, & in noviſſimo ſuo erit inſipiens.

12. Solium gloriæ altitudinis à principio, locus ſanctificationis noſtræ.

13. Exſpectatio Iſraël Domine: omnes, qui te derelinquunt, confundentur: recedentes à te, in terra ſcribentur: quoniam dereliquerunt venam aquarum viventium Dominum.

14. Sana me Domine, & ſanabor: ſalvum me fac, & ſalvus ero: quoniam laus mea tu es.

15. Ecce ipſi dicunt ad me: Ubi eſt verbum Domini? veniat.

16. Et ego non ſum turbatus, te paſtorem ſequens: & diem hominis non deſideravi, tu ſcis. Quod egreſſum eſt de labiis meis, rectum in conſpectu tuo fuit.

17. Non ſis tu mihi formidini, ſpes mea tu in die afflictionis.

18. Confundantur qui me perſequuntur, & non confundar ego: paveant illi, & non pa-

VERSIO ANTIQUA.

aquam, & in humore mittet radices ſuas: non timebit cùm venerit æſtus. Et erunt in eo propagines nemoroſæ, in anno ſiccitatis non timebit, & non deficiet faciendo fructum. *Aug. ubi ſup.*

9. Grave cor per omnia: & homo eſt, & quis agnoſcet eum?

10. Ego Dominus interrogans corda, & probans renes: ut dem unicuique ſecundùm vias ejus, & ſecundùm fructum ſtudiorum ejus. *Ibid. 258. d.*

11. Clamavit perdix, congregavit quæ non peperit, faciens divitias ſuas non cum judicio: in dimidio dierum ejus derelinquent eum, & in noviſſimis ſuis erit inſipiens. *Ibid. e. & 259. a. c.*

12. Sedes autem gloriæ exaltata eſt, ſanctificatio noſtra.

13. Patientia Iſraël Domine: univerſi, qui te derelinquunt, terreantur, confundantur: qui receſſerunt, in terram evertentur: quoniam dereliquerunt fontem vitæ Dominum. *Ibid. 261. b. &c.*

14. Sana me Domine, & ſanabor: ſalvum me fac, & ſalvus ero: [a] quia gloria mea tu es. [a] *Ambroſ. l. de virginit. col. 238. b.*

15..... Ubi eſt verbum Domini? veniat.

16. Non laboravi ſequens poſt te: & diem hominis non concupivi, tu ſcis. [b] Quod egreſſum eſt de labiis meis, ante faciem tuam eſt. *Aug. in Pſal. 36. 289. g.* [b] *Hieron. in Jer. 17. col. 611. e.*

17. Non fias mihi alienus, parcens mihi in die peſſimo.

18. Confundantur qui perſequuntur me, & non confundar ego..... *Ambroſ. l. de virginit. col. 238. e.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

frutices nemoroſi, & *in anno ſiccitatis non timebit*, & *non deficiet à faciendo fructum.* Ita quoque in Græco eſt, præter ſeqq. παρ' ὕδατα, *ſecus aquas*; & poſt paulò, ῥίζαν αὐτῆ, *radicem ſuam*, (in Compl. ῥίζας;) extremò ποιῶν, *faciens*, loco *à faciendo*. Hieron. in hunc loc. 609. d. utramque Vulg. ſic jungit de more: *Et erit quaſi lignum, quod tranſplantatum eſt, ſive* fructiferum..... *Et erit folium ejus viride, ſive* ramuſculi ejus frondentes, & *in tempore, ſive* anno *ſiccitatis non erit ſollicitum, ſive* non timebit, &c.

℣. 9. Sic iterum Auguſt. l. 18. de civit. Dei, c. 33. col. 516. a. niſi excipias verbum penult. *cognoſcet*. Hieron. in Jer. 17. col. 610. a. ita legit ex LXX. *Profundum eſt cor ſuper omnia: & homo eſt, quis cognoſcet eum?* Sic etiam Græcè, excepto uno ἐ τίς, & *quis?* in Compl. ὅστις. Idem Hieron. in Iſai. 17. col. 177. d. rurſum hab. cum LXX. & *homo eſt*, & *quis cognoſcet eum?* ititem in Eccleſ. to. 2. 736. c. *licet*, inquit, *in Hebræo aliter ſit.* Accinunt magno conſenſu Iren. l. 3. c. 18. p. 209. c. & l. 4. c. 33. p. 273. f. Tertul. l. adv. Jud. c. 14. p. 148. a. & l. 3. adv. Marc. p. 671. c. & l. de carne Chr. p. 550. b. Cypr. l. 2. Teſtim. p. 288. c. Hilar. l. 4. de Trin. col. 852. b. Ambroſ. in Pſ. 39. 43. 61. & 118. col. 863. c. 919. b. 956. c. 1114. f. & ep. 46. col. 986. d. item l. 1. de pœnit. to. 2. 394. a. & l. de inſtit. virg. col. 271. b. cum verbo *agnoſcet*. Ita demum Gregor. M. in Job. 9. col. 309. e. Apud Zenonem Veron. l. 2. tract. 7. p. 159. & *homo eſt*, & *quis cognoſcit eum?*

℣. 10. Eadem ſunt in Græco, niſi hoc excipiatur, ἐτάζων, *ſcrutans*, pro *interrogans*, quod idem ſonat; item inf. num. plur. κατὰ τὰς καρπούς, *ſecundùm fructus*. Ambroſ. l. 1. offic. to. 2. 15. e. & l. 2. de Spir. S. c. 11. col. 658. b. hab. *Ego ſum ſcrutans corda & renes*. Auct. quæſt. ex utroque Teſt. q. 125. ap. Aug. to 3. 136. a. *Ego Deus, qui ſcrutor renes & corda*. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 726. b. ait: *Scit autem Deus corda veſtra*. Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 735. d. *Ego ſum Dominus ſcrutans corda, & probans renes: ut dem*, &c. ut in textu.

℣. 11. Conſonat Græc. ad verbum. Hieron. quoque in hunc loc. col. 610. e. ait ſic tranſtuliſſe LXX. *Clamavit perdix, congregavit quæ non peperit*; paulòque poſt: *in dimidio dierum ejus relinquent eum*: & in Oſe. 13. col. 1328. f. *noviſſimum ejus erit inſipiens*. Ambr. quoque l. 6. Hexa. p. 117. f. legit: *Clamavit perdix*, & *congregavit quæ non peperit*: ititem epiſt. 32. col. 917. d. ſed abſque med. & Philaſtr. Brix. l. de hæreſ. p. 702. a. *Clamavit perdix, collegit quæ non parturiit, faciens divitias non cum ſapientia: in medio dierum derelinquent eum*, & *in poſtremo erit inſipiens*. Auct. op. imp. in Matth. hom. 20. p. 97. d. *Clamavit perdix, congregavit filios quos non genuit, fecit divitias ſuas non cum judicio: in medio dierum derelinquet eas*, & *in finem erit ſtultus*. At Auguſt. in Pſ. 54. to. 4. 516. b. conſtanter legit: *in dimidio dierum ejus derelinquent eum*, & *in noviſſimis ſuis erit inſipiens*.

℣. 12. Sic eſt in Græco, detractâ tantùm conjunct. *autem*, cum ſeq. *eſt*. Ap. Ambroſ. in Luc. 17. p. 1485. f. *Thronus virtutis exaltatus eſt.*

℣. 13. Græc. hab. οἱ καταλιπόντες σε, *qui dereliquerint te*, pro *qui te derelinquunt*, abſque ſeq. verbo *terreantur*; loco verò *evertentur*, ita, γεγράπτωσαν; cæt. ut in Lat. ſup. Meliùs idem Auguſt. l. 1. cont. adverſ. leg. to. 8. 574. c. *univerſi, qui derelinquunt te, confundantur: recedentes, ſuper terram ſcribantur*. Auct. l. cont. Fulg. Donat. append. to. 9. Aug. col. 5. b. *omnes, qui derelinquunt te, confundentur: recedentes à te, ſcribentur in libro mortis: quoniam dereliquerunt te fontem vitæ*. Hieron. etiam in hunc loc. 611. a. hab. *venam, ſive fontem*, è Gr. πηγήν.

℣. 14. Græcè ſimiliter, niſi excipiatur vox καύχημα, *gloriatio*, pro *gloria*. Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. 530. b. *Sana me Domine, & ſanabor: ſalvum me fac Domine, & ſalvus ero: tu es gloria mea, & ſpes mea*. Ambroſ. in Pſ. 37. col. 833. a. *Sana me Domine, & ſanabor: ſalvum me fac, & ſalvabor:* & i. 1. de pœnit. to. 2. 399. a. *ſalva me, & ſalvabor:* ititem l. de virginit. col. 238. b. repetito *Domine*, poſt *ſalva me*. Concinit Auct. l. de XLII. manſ. ap. Ambr. p. 8. b. niſi quòd deler vocem *Domine*.

℣. 15. Sic iterum Ambroſ. epiſt. 85. col. 1106. c. unà cum Græco.

℣. 16. Rurſum Ambroſ. in Pſ. 37. col. 833. a. & epiſt. 85. col. 1106. b. legit: *Non laboravi ſequens poſt te*. Hieron. quoque in hunc loc. 611. e. Vulgatæ lectioni *non ſum turbatus, te paſtorem ſequens*, ſubjungit: *ſive, non laboravi ſequens te*. Græc. Ἐγὼ δὲ οὐκ ἐνοπίασα, καταλελοιδόρησά σου. Hilar. in Pſ. 51. col. 71. c. & Auguſt. in Pſ. 36. col. 289. g. ſimiliter addunt: *diem hominis non concupivi, tu ſcis*. Sic etiam in Græco eſt; extremò ita: τὰ ἐκπορευόμενα διὰ τῶν χειλέων μου, πρὸ προσώπου σου ἐστί.

℣. 17. Rurſum Hieron. infra: LXX. *tranſtulerunt, discentes*: Ne fias mihi alienus, parcens in die malo. Græc. Μὴ γενηθῇς μοι εἰς ὀλοτρίωσιν, φειδόμενός μου ἐν ἡμέρᾳ πονηρᾷ.

℣. 18. Conſonat Græc. ad verbum, cum hoc optat. ἵνα

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Tibull. reg. 5. p. 62. b. c.

19..... Vade, & ſta in portis filiorum populi tui, in quas ingrediuntur reges Juda, & egrediuntur, & in omnibus portis Jeruſalem:

20. & dices ad eos: Audite verbum Domini, qui intratis portas iſtas.

21. Hæc dicit Dominus: Cuſtodite animas veſtras, & nolite tollere onera in die ſabbatorum, & nolite exire portas Jeruſalem.

22. Et nolite ferre onera de domibus veſtris in die ſabbatorum, ſicut mandavi patribus veſtris.

23. Et non obaudierunt in auribus ſuis, & induraverunt cervicem ſuam ſuper patres ſuos, ut me non audirent, neque perciperent diſciplinam.

24. Eritque: Si me audieritis, dicit Dominus, ut non inferatis onera per portas civitatis hujus in die ſabbatorum, ut non faciatis omne opus veſtrum, & ſanctificetis diem ſabbatorum:

25. Et intrabunt per portas civitatis hujus reges & principes, ſedentes in ſede David, & aſcendentes in currus & equos, ipſi, principes eorum, viri Juda, qui inhabitant Jeruſalem: & habitabitur civitas hæc in æternum.

26. Et venient de civitatibus Juda, & de civitatibus Jeruſalem, & de terra Benjamin, & de terra campeſtri, & de terra quæ ad Auſtrum, afferentes holocauſta, & incenſa, & manna, & thus, ferentes laudationem in domo Domini.

27. Et ſi me non audieritis ut ſanctificetis diem ſabbatorum, ut non portetis onera, neque intretis per portas Jeruſalem: ſuccendam ignem in portis ejus, & conſumet domos Jeruſalem, & non exſtinguetur.

VULGATA NOVA.

veam ego: induc ſuper eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos.

19. Hæc dicit Dominus ad me: Vade, & ſta in porta filiorum populi, per quam ingrediuntur reges Juda, & egrediuntur, & in cunctis portis Jeruſalem:

20. & dices ad eos: Audite verbum Domini reges Juda, & omnis Juda, cunctique habitatores Jeruſalem, qui ingredimini per portas iſtas.

21. Hæc dicit Dominus: Cuſtodite animas veſtras, & nolite portare pondera in die ſabbati, nec inferatis per portas Jeruſalem.

22. Et nolite ejicere onera de domibus veſtris in die ſabbati, & omne opus non facietis: ſanctificate diem ſabbati, ſicut præcepi patribus veſtris.

23. Et non audierunt, nec inclinaverunt aurem ſuam: ſed induraverunt cervicem ſuam ne audirent me, & ne acciperent diſciplinam.

24. Et erit: Si audieritis me, dicit Dominus, ut non inferatis onera per portas civitatis hujus in die ſabbati: & ſi ſanctificaveritis diem ſabbati, ne faciatis in eo omne opus:

25. Ingredientur per portas civitatis hujus reges & principes, ſedentes ſuper ſolium David, & aſcendentes in curribus & equis, ipſi & principes eorum, viri Juda, & habitatores Jeruſalem: & habitabitur civitas hæc in ſempiternum.

26. Et venient de civitatibus Juda, & de circuitu Jeruſalem, & de terra Benjamin, & de campeſtribus, & de montuoſis, & ab Auſtro, portantes holocauſtum, & victimam, & ſacrificium, & thus, & inferent oblationem in domum Domini.

27. Si autem non audieritis me ut ſanctificetis diem ſabbati, & ne portetis onus, & ne inferatis per portas Jeruſalem in die ſabbati: ſuccendam ignem in portis ejus, & devorabit domos Jeruſalem, & non exſtinguetur.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

μὴ καῖαι Χυθείην ἐγώ· ſequentia Vulgatæ congruunt.

℣. 19. Concordat Græcum, niſi quòd hab. ἐν αἷς εἰσπορεύονται ἐν αὐταῖς..... ἢ ἐν αἷς ἐκπορεύονται ἐν αὐταῖς· *in quibus ingrediuntur in eis.....* & *in quibus egred. in eis*; ſed à Compl. abeſt 1. ἐν αὐταῖς. Ap. Hieron. in hunc loc. 612. b. ſic: *in portis..... per quas.*

℣. 20. Græcè internectuntur iſta poſt vocem *Domini*, βασιλεῖς Ἰούδα, ἢ πᾶσα Ἰουδαία, ἢ πᾶσα Ἰερουσαλήμ, *reges Juda*, & *omnis Judæa*, & *omnis Jeruſalem*; cætera quadrant. Apud Hieron. in hunc loc. 612. b. *omnis Juda*, *ſive Judæa.*

℣. 21. Ita Græcè, excepto ablat. πύλαις, *portis*, loco *portas*. Eò ſpectant quæ hab. Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 749. c. *Hæc dicit Dominus Deus omnipotens: Obſervate diem ſabbati*, & *ſanctificate eum*, *ut habitem in medio veſtri.*

℣. 22. Græcè, poſt vocem *ſabbatorum*, ſubnectuntur iſta: ἢ πᾶν ἔργον οὐ ποιήσετε· ἁγιάσατε τὴν ἡμέραν τῶν Σαββάτων, & *omne opus nolite facere: ſanctificate diem ſabbatorum*; cæt. ut in Lat. ſup. niſi id excipiatur, μὴ ἐκφέρετε, *ne efferatis*, pro *nolite ferre.*

℣. 23. Græc. in principio habet: Καὶ ἐκ ἤκουσαν, ἢ οὐκ ἔκλιναν τὸ οὖς αὐτῶν, *Et non audierunt*, & *non inclinaverunt aurem ſuam*; reliqua ut in Lat. ſupra. Hieron. in hunc loc. 612. d. monet *in Hebraïco non* haberi, *ſuper patres ſuos*; non additur etiam in Vulg.

℣. 24. Græcè hæc ult. & *ſanctificetis diem ſabbat.* ponuntur ante iſta, *ut non faciatis*, &c. deeſtque *veſtrum*, poſt *opus*; cæt. ut ſupra.

℣. 25. Eadem leguntur in Græco, additâ voculâ αὐτῶν, ad *equos*; uti ἢ, poſt *ipſi*, & poſt *Juda.*

℣. 26. Græc. pro *civitatibus Jeruſalem*, hab. κυκλόθεν Ἰερουσαλήμ, *de circuitu Jeruſalem*; & inſ. poſt vocem *campeſtri*, ſubdit, ἢ ἐκ τῶν ὀρέων, ἢ ἐκ τῆς πρὸς, &c. & *de monte*, & *de ea quæ*, &c. item ad *holocauſta*, addit, ἢ θυσίας, ἢ θυμιάματα, ἢ μάννα· cæt. ut in Lat. ſup. Hieron. in hunc loc. 612. e. habet de more, *victimas*, *ſive* thymiamata, & *ſacrificium*, *ſive* manna... *oblationem*, *ſive* laudem: & infra, 614. a. ait: *Pro* ſacrificio, *LXX. ipſum verbum Hebraicum poſuere* manaa, *quod peſſima conſuetudine*, *imo ſcriptorum negligentiâ*, manna *in noſtris legitur*: item poſt pauca: *Oblationem*, inquit, *quæ Hebraïce dicitur* thoda, & *in* gratiarum actionem *verti poteſt*, laudem *LXX. tranſtulerunt.*

℣. 27. Græc. ipſo initio hab. Καὶ ἔσαι, ἐὰν μὴ, *Et erit*, *ſi*, &c. ſubinde poſt 1. *Jeruſalem*, ſubdit, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν Σαββάτων κ. τ. λ. &c. *in die ſabbatorum* & ſ; extremò pro *domos*, ponit ἀμφόδα, *bivia*; cæt. concordant. Hieron. in hunc loc. 614. b. ad hanc vocem, *domos*, addit, *ſive* vicos *Jeruſalem*, *quos*, inquit, *LXX.* ἀμφόδα, *Aquila* & *Symmachus*, βάρεις, *id eſt*, turritas domos, *interpretati ſunt.* Vide ſis Martianæi not. in hunc loc.

Digitized by Google

CAPUT XVIII.

VULGATA NOVA.

1. VErbum, quod factum eſt ad Jeremiam à Domino, dicens:

2. Surge, & deſcende in domum figuli, & ibi audies verba mea.

3. Et deſcendi in domum figuli, & ecce ipſe faciebat opus ſuper rotam.

4. Et diſſipatum eſt vas, quod ipſe faciebat è luto manibus ſuis: converſuſque fecit illud vas alterum, ſicut placuerat in oculis ejus ut faceret.

5. Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens:

Iſai. 45. 9. Rom. 9. 20. 6. Nunquid ſicut figulus iſte, non potero vobis facere, domus Iſraël, ait Dominus? ecce ſicut lutum in manu figuli, ſic vos in manu mea, domus Iſraël.

Sup. 1. 10. 7. Repentè loquar adversùm gentem, & adversùs regnum, ut eradicem, & deſtruam, & diſperdam illud.

8. Si pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo, quod locutus ſum adversùs eam: agam & ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogitavi ut facerem ei.

9. Et ſubitò loquar de gente & de regno, ut ædificem & plantem illud.

10. Si fecerit malum in oculis meis, ut non audiat vocem meam: pœnitentiam agam ſuper bono, quod locutus ſum ut facerem ei.

11. Nunc ergo dic viro Juda, & habitato-

VERSIO ANTIQUA.

1. SErmo, qui factus eſt à Domino ad Jeremiam, dicens: *Victor Tun. l. de pœnit. ap. Sirmond. p. 603. b.*

2. Exſurge, & deſcende in domum figuli, & ibi audies verba mea.

3. Et deſcendi in domum figuli, & ecce ipſe opus faciebat ſuper lapides.

4. Et cecidit vas, quod ipſe faciebat in manibus ſuis: & iterum fecit illud vas aliud, ſicut placuit coram ipſo facere.

5. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:

6. Sicut figulus iſte, non potero vos facere, domus Iſraël? ecce ſicut lutum figuli, vos eſtis in manibus meis.

7. Et tantùm ſi loquar ſuper gentem, aut ſuper regnum, ut tollam eos, & ut perdam eos.

8. Et ſi converſa fuerit gens illa à malis ſuis cogitationibus, pœnitentiam agam pro malis, quæ cogitabam ut facerem eis, & non faciam.

9. Et tamen ſi locutus fuero ſuper regnum aut gentem, ut reædificetur & circumplantetur,

10. & fecerit iniqua in conſpectu meo, ut non exaudiat vocem meam: pœnitentiam agam pro bonis, quæ locutus ſum ut facerem eis, & non faciam.

11. Et nunc dic ad viros Juda, & inhabitan-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Græcè. Vigilius autem Tapſ. l. cont. Eutych. p. 51. b. habet: *Dixit Dominus ad me: Deſcende*, &c.

℣. 2. Similiter hab. Hilar. in Pſ. 2. n. 39. col. 47. a. excepto uno *Surge*; Gr. Ἀνάστηθι, &c. ut ſupra. Ambroſ. l. 2. de interpel. Dav. c. 5. col. 645. c. *Deſcende in domum figuli, & audies illic verba mea.* Item Vigil. Tapſ. l. 4. cont. Eutych. p. 51. b. *Deſcende in domum figuli, & ibi audies verba mea.*

℣. 3. Eadem refert Hilar. in Pſ. 2. col. 47. a. ad verbum. Sic etiam in Græco eſt. Vigilius autem Tapſ. l. 4. cont. Eutych. p. 51. b. legit cum Vulg. *Et deſcendi in domum figuli, & ecce ipſe faciebat opus ſuum ſuper rotam.* Item Hieron. in Iſai. 45. col. 337. a. hab. *& ecce ipſe faciebat opus in rota*: at in hunc Jer. loc. col. 615. b. *ſuper rotam, ſive lapides*: & infra: *ſuper rotam*, inquit, *quam LXX. verbi ambiguitate ſeducti*, lapides *tranſtulerunt*: abanim *enim pro qualitate loci, & diverſitate pronunciationis*, & organum, *id eſt*, rota figuli, *vocatur*, & lapides.

℣. 4. Similia leguntur Græcè, niſi quòd repetitur αὐτὸς, *ipſe*, ante *fecit*; quod tamen abeſt à Mſ. Alex. & Compl. Hilarius in Pſ. 2. n. 39. col. 47. a. 48. b. legit: *Et cecidit vas, quod faciebat in manibus ejus: & iterum ipſe fecit vas aliud, ſecundùm quod placuit in conſpectu ejus ut faceret.* Ambroſ. l. 2. de interpel. Dav. c. 5. col. 645. c. *Deſcendi, & vidi quomodo cecidit vas, quod ipſe faciebat in manibus ſuis*: & poſt paulò: *fecit vas aliud, quomodo placuit.* Hieron. in Iſai. 45. col. 337. a. *Et diſſipatum eſt vas, quod faciebat in manibus ſuis: rurſumque fecit ex eodem luto aliud vas, ſicut placuit in conſpectu ejus*: item in hunc Jer. loc. col. 615. c. ad hoc Vulg. *converſuſque*, addit, *ſive*, & *rurſum*. Rufin. in Symb. p. 124. c. alludens, dicit: *Vas de manu ſua collapſum, & confractum, rurſum elevavit manibus ſuis: & reformavit, ſicut placuit in conſpectu ejus.* Vigil. Tapſ. l. 4. cont. Eutych. p. 51. b. *Et exterminatum eſt vas, quod faciebat in manibus ejus: & converſus replaſmavit illud in aliud, ſicut placuerat oculis ejus.*

℣. 5. Itidem ap. Hieron. in Iſai. 45. p. 337. a. & in Græco. Apud Hilar. in Pſ. 2. n. 39. col. 47. a. *Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens.*

℣. 6. Sic iterum Græcè, niſi quòd ipſo initio habetur, Εἰ καθὼς, *Si ſicut*. Hilar. in Pſ. 2. n. 39. col. 47. a legit: *Si ſecundùm figulum hunc, non poſſum facere vos, domus Iſraël? ecce ſicut lutum figuli, vos eſtis in manibus meis.* Hieron. in Iſai. 45. col. 337. a. *Si non poſſum, ſicut iſte figulus, facere vos, domus Iſraël, dicit Dominus? ecce ſicut lutum in manu figuli, ſic vos eſtis in manibus meis, domus Iſraël.* Victor Tun. ubi ſup. p. 592. a. *ſicut lutum figuli, ſic vos eſtis in manu mea.*

℣. 7. Græc. in principio hab. Πέρας λαλήσω, i. e. *Ad ſummam loquar*; reliqua ut in Lat. ſup. detracto ult. *eos.* Hilar. in Pſ. 2. n. 39. col. 47. a. *In ſumma loquar ſuper gentem, aut ſuper regnum, ut ſeriam eos, & perdam.* Hieron. etiam in hunc loc. col. 615. c. ad vocem 1. *repentè*, quæ eſt in Vulg. addit, *ſive*, *ad ſummam*; item ad hoc, *eradicem*, τὸ *ſive auferam*: demum in Amos 9. col. 1450. e. legit: *Aſſumam* (f. *Ad ſummam*) *& loquar ſuper gentem, & regnum, ut auferam eam, & diſperdam*: & in Soph. 2. col. 1667. d. *loquar ſuper gentem, & ſuper regnum, & auferam, & diſperdam eos*: & l. 3. cont. Pelag. to. 4. 536. f. *Ad ſummam loquar contra gentem, & regnum, ut eradicem, & deſtruam, & diſperdam illud.*

℣. 8. Græc. Καὶ ἐπιστρέψῃ (Mſ. Alex. ἐπιστρέψῃ) τὸ ἔθνος ἐκεῖνο ἀπὸ πάντων τῶν κακῶν αὐτῶν, ᾧ μετανοήσω περὶ τῶν (Mſ. Alex. πάντων τῶν) κακῶν, ὧν ἐλογισάμην (Mſ. Alex. ἐλάλησα,) τοῦ ποιῆσαι αὐτοῖς. Edit. Compl. initio hab. Εἰ ἐπιστρέψῃ, Ald. ἐπιστρέψει. Hilar. in Pſ. 2. n. 39. col. 47. a. *Et ſi converſa fuerit gens illa à malis ſuis, pœnitebo de malis quæ cogitabam facere illis.* Hieron. in Amos 9. col. 1450. e. *Si converſa fuerit gens illa à malis ſuis, & ego agam pœnitentiam de his, quæ cogitaveram facere ei*: at in Soph. 2. col. 1667. d. *Et ſi pœnitentiam egerint, & ego pœnitentiam agam de omnibus malis, quæ locutus ſum ut facerem eis*: lib. verò 3. cont. Pelag. to. 4. 536. f. Vulgatæ congruit ad verbum.

℣. 9. Hilar. in Pſ. 2. col. 47. b. *Et in ſumma loquar ſuper gentem & regnum, ut readificem & plantem.* Item Hieron. in Jer. col. 615. c. ad hoc 1. Vulg. *Et ſubitò*, add. *ſive*, *ad ſummam*: & l. 3. cont. Pelag. to. 4. 536. f. legit: *Et ad ſummam loquar de gente & regno, ut adificem & plantem illud.* Græc. Καὶ πέρας λαλήσω ἐπὶ ἔθνος καὶ βασιλείαν, τοῦ ἀνοικοδομεῖσθαι καὶ τοῦ καταφυτεύεσθαι.

℣. 10. Hilar. in Pſ. 2. col. 47. b. *Et facient mala ante me, ut ne audiant vocem meam: & pœnitebo de bonis, quæ locutus ſum facere illis*: nec aliter in Græco, excepto verbo ποιήσωσι, pro *facient*. Ap. Hieron. l. 3. cont. Pelag. to. 4. 536. f. *Si fecerit malum in conſpectu mee, ut non audiat*, &c. ut in Vulg.

℣. 11. Similia Græc. habet, præter hæc leviſſima, ἀποσκφήτω δὴ, *avertatur nunc*, pro *tonvertatur*; extremò-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Vig. Tapn. ubi sup. tes Jerusalem : Ecce ego fingo mala super vos, & cogito super vos cogitationem : convertatur unusquisque à via sua maligna, meliores facite cogitationes vestras.

12..... *Vide Not.*

Ambros. l. 1. de virgin. col. 152. b. 13..... quanta fecit virgo Jerusalem ?

Hieron. in Jer. 18. col. 616. c. 14. Nunquid deficient de petra ubera, aut nix de Libano ? aut declinabit aqua violenter sublata vento ?

VULGATA NOVA.

ribus Jerusalem, dicens : Hæc dicit Dominus : Ecce ego fingo contra vos malum, & cogito contra vos cogitationem : revertatur unusquisque à via sua mala, & dirigite vias vestras & studia vestra. 4. Reg. 17. 13. Inf. 25. 5. & 35. 15. Jon. 3. 9.

12. Qui dixerunt : Desperavimus : post cogitationes enim nostras ibimus, & unusquisque pravitatem cordis sui mali faciemus.

13. Ideo hæc dicit Dominus : Interrogate gentes : Quis audivit talia horribilia, quæ fecit nimis virgo Israël ?

14. Nunquid deficiet de petra agri nix Libani ? aut evelli possunt aquæ erumpentes frigidæ, & defluentes ?

VULGATA NOVA.

15. Quia oblitus est mei populus meus, frustra libantes, & impingentes in viis suis, in semitis sæculi, ut ambularent per eas in itinere non trito :

15... *seqq. Vide Not.*

Isa. 19. 8. & 49. 13. & 50. 13. 16. ut fieret terra eorum in desolationem, & in sibilum sempiternum : omnis qui præterierit per eam obstupescet, & movebit caput suum.

17. Sicut ventus urens dispergam eos coram inimico : dorsum, & non faciem ostendam eis in die perditionis eorum.

18. Et dixerunt : Venite, & cogitemus contra Jeremiam cogitationes : non enim peribit lex à sacerdote, neque consilium à sapiente, nec sermo à propheta : venite, & percutiamus eum linguâ, & non attendamus ad universos sermones ejus.

19. Attende Domine ad me, & audi vocem adversariorum meorum.

20. Nunquid redditur pro bono malum, quia foderunt foveam animæ meæ ? Recordare quòd steterim in conspectu tuo, ut loquerer pro eis bonum, & averterem indignationem tuam ab eis.

21. Propterea da filios eorum in famem, & deduc eos in manus gladii : fiant uxores eorum absque liberis, & viduæ : & viri earum interficiantur morte : juvenes eorum confodiantur gladio in prælio.

22. Audiatur clamor de domibus eorum : adduces enim super eos latronem repentè : quia foderunt foveam ut caperent me, & laqueos absconderunt pedibus meis.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Jer. 18. col. 618. c. 23..... in tempore furoris tui fac in eis.

VULGATA NOVA.

23. Tu autem Domine scis omne consilium eorum adversùm me in mortem : ne propitieris iniquitati eorum, & peccatum eorum à facie tua non deleatur : fiant corruentes in conspectu tuo, in tempore furoris tui abutere eis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

que, ἢ καλλίονα ποιήσατε τὰ ἐπιτηδεύματα ὑμῶν, & *meliora facite studia*, seu *adinventiones vestras*. Apud Tertul. l. 2. adv. Marc. p. 653. b. *Ecce ego emitto in vos mala.*

℣. 12. Hieron. in hunc loc. col. 616. c. sic habet : *Qui dixerunt : Desperavimus, sive* confortabimur : *post cogitationes enim nostras ibimus, & unusquisque pravitatem, sive* quod placuit, *cordis sui mali faciemus.* Græc. Καὶ εἶπαν· Ἀνδεξόμεθα, ὅτι ὀπίσω τῶν ἀποσεσυρισμένων ἡμῶν πορευσόμεθα, καὶ ἕκαστος τὰ ἀρεστὰ τῆς καρδίας αὐτοῦ τῆς πονηρᾶς ποιήσομεν.

℣. 13. Græcè versus totus Vulgatæ congruit, nisi quòd pro *gentes*, hab. ἐν ἔθνεσι, *in gentibus.*

℣. 14. Sic est in Græco, nisi id excipiatur, μὴ ἐκλείπῃ, *nunquid declinabit*, loco *aut declinabit.* Apud Ambr. l. 1. de virgin. col. 152. b. ita : *Non deficiens de petra ubera, neque nix à Libano : aut declinabit aqua valide vento quæ portatur ?*

℣. 15. seqq. Hieron. in hunc loc. 617. a. ad hoc Vulg. *in semitis sæculi*, add. *sive sempiternis ;* Gr. hab. Χοίνης αἰωνίνης, *funiculos sempiternos ;* ed. verò Compl. τρίζοις αἰωνίοις· reliqua Græca ad finem usque hujus cap. paucis tantùm differunt à Vulgata.

℣. 23. Apud Hieron. ubi sup. 618. c. *Fiant corruentes, sive* impingentes *in conspectu tuo, in tempore furoris tui abutere eis, sive* fac in eis. Gr. Γενέσθω ἡ ἀδύνεια αὐτῶν ἐναντίον σου, ἐν καιρῷ θυμῷ σου ποίησον ἐν αὐτοῖς.

CAPUT XIX.

VULGATA NOVA.

1. HÆc dicit Dominus : Vade, & accipe lagunculam figuli testeam à senioribus populi, & à senioribus sacerdotum :

1... 2... 3... 5. *Vide Not.*

2. Et egredere ad vallem filii Ennom, quæ est juxta introitum portæ fictilis : & prædicabis ibi verba, quæ ego loquar ad te.

3. Et dices : Audite verbum Domini reges Juda, & habitatores Jerusalem : hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël : Ecce ego inducam afflictionem super locum istum, ita ut omnis, qui audierit illam, tinniant aures ejus :

4. Eò quòd dereliquerint me, & alienum fecerint locum istum : & libaverunt in eo diis alienis, quos nescierunt ipsi, & patres eorum, & reges Juda : & repleverunt locum istum sanguine innocentum.

5. Et ædificaverunt excelsa Baalim, ad comburendos filios suos igni in holocaustum Baalim : quæ non præcepi, nec locutus sum, nec ascenderunt in cor meum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 1. 2. 3. 5. Hieron. in hunc loc. 618. f. *Pro* laguncula figuli, *LXX.* doliolum *transtulerunt ;* & *pro* porta fictili, *Aquila, Symm.* & *Theod. ipsum verbum posuerunt Hebraïcum* harsith, *pro quo LXX. juxta morem suum, pro aspiratione* heth *litteræ, addiderunt* chi Gr. *ut dicerent* charsith, *pro* arsith : item hab. & *prædicabis, sive* clamabis, *vel* leges : & inf. ad ℣. 3. col. 619. b. *inducam afflictionem, sive* mala..... *ita ut omnis, qui audierit illam, sive* illa, &c. item ad ℣. 5. verbo *præcepi*, quod in Vulg. est, subdit, *sive cogitavi ;* Gr. ἐνεθυμήθην.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

6. Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus: & non vocabitur ampliùs locus iſte, Topheth, & Vallis filii Ennom, ſed Vallis occiſionis.

VERSIO ANTIQUA.

6. Idcirco ecce dies veniunt, dicit Dominus: & non vocabitur locus iſte ampliùs Ruina, & Polyandrion filii Ennom, ſed Polyandrion occiſionis. *Hieron. in Jer. 19. col. 619. f. ex Lxx.*

VULGATA NOVA.

7. Et diſſipabo conſilium Juda & Jeruſalem in loco iſto: & ſubvertam eos gladio in conſpectu inimicorum ſuorum, & in manu quærentium animas eorum: & dabo cadavera eorum, eſcam volatilibus cœli, & beſtiis terræ.

Sup. 18. 16. 8. Et ponam civitatem hanc in ſtuporem, & in ſibilum: omnis, qui præterierit per eam, obſtupeſcet, & ſibilabit ſuper univerſa plaga ejus.

Inf. 49. 13. & 50. 13. 9. Et cibabo eos carnibus filiorum ſuorum, & carnibus filiarum ſuarum: & unuſquiſque carnem amici ſui comedet in obſidione, & in anguſtia, in qua concludent eos inimici eorum, & qui quærunt animas eorum.

10. Et conteres lagunculam in oculis virorum, qui ibunt tecum.

11. Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus exercituum: Sic conteram populum iſtum, & civitatem iſtam, ſicut conteritur vas figuli, quod non poteſt ultra inſtaurari: & in Topheth ſepelientur, eò quòd non ſit alius locus ad ſepeliendum.

12. Sic faciam loco huic, ait Dominus, & habitatoribus ejus: & ponam civitatem iſtam ſicut Topheth.

13. Et erunt domus Jeruſalem, & domus regum Juda, ſicut locus Topheth, immundæ; omnes domus, in quarum domatibus ſacrificaverunt omni militiæ cœli, & libaverunt libamina diis alienis.

14. Venit autem Jeremias de Topheth, quò miſerat eum Dominus ad prophetandum, & ſtetit in atrio domus Domini, & dixit ad omnem populum:

15. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſraël: Ecce ego inducam ſuper civitatem hanc, & ſuper omnes urbes ejus, univerſa mala, quæ locutus ſum adversùm eam: quoniam induraverunt cervicem ſuam, ut non audirent ſermones meos.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 6. Eadem ſunt in Græco, hoc excepto, τῷ τόπῳ τέτῳ, *loco iſti*, pro *locus iſte*. *Miror autem*, inquit Hieron. ibid. *quid ſibi voluerint LXX. pro* Thopheth, διάπτωσιν, *hoc eſt*, ruinam, *ponere*; & *pro* valle, πολυάνδριον, *quod ſignificat* virorum multitudinem. Sequentia de Græco & Vulgata, uſque ad finem capitis, verbis tantùm paucis inter ſe differunt pro more.

CAPUT XX.

VULGATA NOVA.

1. ET audivit Phaſſur filius Emmer ſacerdos, qui conſtitutus erat princeps in domo Domini, Jeremiam prophetantem ſermones iſtos.

2. Et percuſſit Phaſſur Jeremiam prophetam, & miſit eum in nervum, quod erat in porta Benjamin ſuperiori, in domo Domini.

VERSIO ANTIQUA.

1. ET audivit Phaſcor..... *Hieron. in Jer. 20. col. 621. d.*

2..... & miſit eum in cataracten.....

VULGATA NOVA.

3. Cumque illuxiſſet in craſtinum, eduxit Phaſſur Jeremiam de nervo: & dixit ad eum Jeremias: Non Phaſſur vocavit Dominus nomen tuum, ſed pavorem undique. 3. *Vide Not.*

4. Quia hæc dicit Dominus: Ecce ego dabo te in pavorem, te & omnes amicos tuos: & corruent gladio inimicorum ſuorum, & oculi tui videbunt: & omnem Judam dabo in manum regis Babylonis: & traducet eos in Babylonem, & percutiet eos gladio.

VULGATA NOVA.

5. Et dabo univerſam ſubſtantiam civitatis hujus, & omnem laborem ejus, omneque pretium, & cunctos theſauros regum Juda dabo in manu inimicorum eorum: & diripient eos, & tollent, & ducent in Babylonem.

6. Tu autem Phaſſur, & omnes habitatores domus tuæ, ibitis in captivitatem: & in Babylonem venies, & ibi morieris, ibique ſepelieris tu, & omnes amici tui, quibus prophetaſti mendacium.

VERSIO ANTIQUA.

5. Et dabo omnem fortitudinem..... *Idem 622. b.*

7. Seduxiſti me Domine, & ſeductus ſum: fortior me fuiſti, & invaluiſti: factus ſum in deriſum tota die, omnes ſubſannant me.

7. Seduxiſti me Domine, & ſeductus ſum: tenuiſti me, & potuiſti: factus ſum in deriſum tota die, exivi in ſubſannationem. *Hieron. epiſt. ad Damaſ. to. 3. 522. f.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hieron. ibid. *Pro* Phaſur, *LXX. tranſtulerunt* Phaſcor, *qui interpretatur* ovis nigredo; Gr. Παχάρ.

℣. 2. Hieron. ubi ſup. *Pro* nervo, *quem nos diximus, LXX.* & *Theodotio vertere* cataracten..... *nos autem* nervum *diximus, more vulgari, quod tormenti genus etiam in Actibus Apoſt. legimus, quando apoſtoli Paulus & Silas in cuſtodiam carceris dati ſunt.*

℣. 3. Hieron. in hunc loc. 622. a. *Pro* pavore, *quod in Hebraïco ſcriptum eſt* magur, *LXX.* & *Theodotio*, μέτοικον, *id eſt*, migrantem, *interpretati ſunt.*

℣. 5. Sic eſt in Græco: reliqua de ipſo uſque ad ℣. 7. à Vulg. vix diſſentiunt.

℣. 7. Idem Hieron. in Iſai. 63. to. 3. col. 472. a. rurſus legit: *Seduxiſti me Dom. & ſeductus ſum: tenuiſti, & potuiſti*: at in Iſai. 6. & 27. col. 63. a. 228. a. *Decepiſti me Dom. & deceptus ſum*: itidem in Jer. 20. col. 622. e. ſubnexis his, *obtinuiſti, & potuiſti*. Ambroſ. verò in Pſ. 118. col. 1149. f. ut ſupra: *Seduxiſti me Dom. & ſeductus ſum*. Gr. Ἠπάτησάς με Κύριε, καὶ ἠπατήθην· ἐκράτησας, καὶ ἠδυνάσθης· ἐγενόμην εἰς γέλωτα πᾶσαν ἡμέραν διετέλεσε μυκτηριζόμενος.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

5. Quòd ſi non audieritis verba hæc: in memetipſo juravi, dicit Dominus, quia in ſolitudinem erit domus hæc.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Jer. 22. col. 628. e.

6..... tu mihi principium Libani.....

7..... & mittent in ignem.

VULGATA NOVA.

6. Quia hæc dicit Dominus ſuper domum regis Juda: Galaad tu mihi caput Libani: ſi non poſuero te ſolitudinem, urbes inhabitabiles.

7. Et ſanctificabo ſuper te interficientem virum, & arma ejus: & ſuccident electas cedros tuas, & præcipitabunt in ignem.

VULGATA NOVA.

8. Et pertranſibunt gentes multæ per civitatem hanc: & dicet unuſquiſque proximo ſuo: Quare fecit Dominus ſic civitati huic grandi?

Deuter. 29. 24. 3. Reg. 9. 8.

9. Et reſpondebunt: Eò quòd dereliquerint pactum Domini Dei ſui, & adoraverint deos alienos, & ſervierint eis.

10. Nolite flere mortuum, neque lugeatis ſuper eum fletu: plangite eum, qui egreditur, quia non revertetur ultra, nec videbit terram nativitatis ſuæ.

11. Quia hæc dicit Dominus ad Sellum filium Joſiæ regem Juda, qui regnavit pro Joſia patre ſuo, qui egreſſus eſt de loco iſto: Non revertetur huc ampliùs:

12. ſed in loco, ad quem tranſtuli eum, ibi morietur, & terram iſtam non videbit ampliùs.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Jer. 22. col. 630. ex Lxx.

13. O qui ædificas domum tuam non cum juſtitia, & cœnacula tua non in judicio: apud eum proximus operatur gratis, & mercedem ei non reddit.

14. Ædificaſti tibi domum parvulam, cœnacula perflatilia diſtincta feneſtris, & contignata cedro, & lita ſinopide.

15. Nunquid regnabis, quia tu contendis contra Achaz patrem tuum? non comedent, & non bibent: melius tibi erat facere judicium, & juſtitiam bonam.

16. Non cognoverunt, non judicaverunt judicium humilis, neque judicium pauperis: nonne hoc eſt te ignorare me, dicit Dominus?

17. Ecce non ſunt oculi tui recti, nec cor tuum bonum: ſed ad avaritiam tuam, & ut ſanguinem innocentem effundas, & ad iniquitatem, & homicidium, ut facias ea.

VULGATA NOVA.

13. Væ qui ædificat domum ſuam in injuſtitia, & cœnacula ſua non in judicio: amicum ſuum opprimet fruſtra, & mercedem ejus non reddet ei.

14. Qui dicit: Ædificabo mihi domum latam, & cœnacula ſpatioſa: qui aperit ſibi feneſtras, & facit laquearia cedrina, pingitque ſinopide.

15. Nunquid regnabis, quoniam confers te cedro? pater tuus nunquid non comêdit & bibit, & fecit judicium & juſtitiam tunc cùm bene erat ei?

16. Judicavit cauſam pauperis & egeni in bonum ſuum: nunquid non ideo quia cognovit me, dicit Dominus?

17. Tui verò oculi & cor ad avaritiam, & ad ſanguinem innocentem fundendum, & ad calumniam, & ad curſum mali operis.

VULGATA NOVA.

18. Propterea hæc dicit Dominus ad Joakim filium Joſiæ regem Juda: Non plangent eum: Væ frater, & væ ſoror: non concrepabunt ei: Væ Domine, & væ inclyte.

18. & ſeqq. Vide Not.

19. Sepultura aſini ſepelietur, putrefactus & projectus extra portas Jeruſalem.

Inf. 36. 30.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Jer. 22. col. 631. f. 632. a.

20..... & clama trans mare.....

VULGATA NOVA.

20. Aſcende Libanum, & clama: & in Baſan da vocem tuam, & clama ad tranſeuntes, quia contriti ſunt omnes amatores tui.

VULGATA NOVA.

21. Locutus ſum ad te in abundantia tua; & dixiſti: Non audiam: hæc eſt via tua ab adoleſcentia tua, quia non audiſti vocem meam.

22. Omnes paſtores tuos paſcet ventus, & amatores tui in captivitatem ibunt: & tunc confundêris, & erubeſces ab omni malitia tua.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 13. Græc. Ὁ οἰκοδομῶν οἰκίαν αὐτῆ ὐ μετὰ δικαιοσύνης, ϗ τὰ ὑπερῶα αὐτῆ ὐκ ἐν κρίματι· παρὰ τῷ πλησίον αὐτῆ ἐργᾶται ἀφρεὰν, ϗ τὸν μισθὸν αὐτῆ ὐ μὴ ἀποδῶσι αὐτῷ. *Qui ædificat domum ſuam non cum juſtitia, & cœnacula ſua non in judicio: apud proximum ſuum operatur gratis, & mercedem ejus non reddet ei.* In Mſ. Alex. Ὁ ὁ οἰκοδομῶν τὴν οἰκίαν αὐτῆ· in ed. Ald. Ὡς ὁ οἰκοδομῶν; in Compl. Ὁ ὁ οἰκοδομῶν οἰκίαν ζυ..... ϗ τὰ ὑπερῶά ου... παρ' αὐτῷ ὁ πλησίον, &c. Apud Ambroſ. epiſt. 30. col. 911. f. *O qui ædificant domum ſuam non cum juſtitia.*

℣. 14. Ita fert Græc. niſi quòd loco *parvulam*, hab. Σύμμιτον, Nobil. *commenſuratam*; item vocibus 2. *cedro*, & *ſinopide* præponit ἐν, *in*; Compl. tamen delet hanc præp. ante *ſinopide*. Ambroſ. epiſt. 30. col. 911. f. legit: *Ædificaſti domum, metire ſuperiora ejus perflatilia diſtincta feneſtris, & contignata cedro, & illita minio.*

℣. 15. Sic eſt in Græco, præter hoc mod. ἐν Ἀχαὰζ τῷ πατρί ζυ, *in Achaz patre tuo*; extremò etiam Gr. delet *bonam*; ſed Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. addunt δικαιοσύνην καλήν.

℣. 16. Ita Græcè ad verbum, excepto uno dat. ταπεινῷ, *humili*, loco *humilis*; at in Compl. ταπεινοῦ; in Ald. & Mſ. Alex. ταπεινῶν.

℣. 17. Græc. Vatic. delet vocem *recti*, ſed Compl. add. εὐθεῖς; exinde in Vatic. ita: ϗ εἰς τὸ αἷμα τὸ ἀθῶον τοῦ ἐκχέαι αὐτὸ, ϗ εἰς ἀδικήματα, ϗ εἰς φόνον, &c. i. e. *& ad ſanguinem innocentem ut effundas eum, & ad iniquitates, & ad homicidium*; cæt. ut in Lat. ſupra. Hieron. ibid. allato duplici textu de more, ſubdit: *Utramque editionem ex integro poſui, ut & Hebraïca veritas, & difficultas Vulgatæ editionis faciliùs cognoſcatur.* Apud Iren. l. 4. c. 18. p. 250. c. ita: *Non ſunt oculi tui, nec cor tuum bonum: ſed in cupiditate tua, & ad ſanguinem juſtum ut effundas eum, & ad injuſtitiam, & ad homicidium, ut facias.*

℣. 18. ſeqq. Hieron. in Jer. col. 631. b. ait: *Hoc quod nos de Hebraïco poſuimus:* Non plangent eum: Væ frater, & væ ſoror: *in LXX. non habetur.* Hodie etiam deeſt in Græco; ſequentia ibid. uſque ad ℣. 24. paucis tantùm differunt a Vulg. pro more.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

23. Quæ ſedes in Libano, & nidificas in cedris, quomodo congemuiſti, cùm veniſſent tibi dolores, quaſi dolores paturientis?

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.	
24. Vivo ego, dicit Dominus: quia ſi fuerit Jechonias filius Joakim regis Juda, annulus in manu dextera mea, inde evellam eum.	24. Vivo ego, dicit Dominus: ſi factus fuerit Jechonias filius Joachim rex Juda, ſignaculum in manu dextera mea, inde abſtraham eum.	*Iren. l. 3. c. 21. p. 218. a.*
25. Et dabo te in manu quærentium animam tuam, & in manu quorum tu formidas faciem, & in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis, & in manu Chaldæorum.	25. Et tradam eum in manu quærentium animam tuam.....	
26. Et mittam te, & matrem tuam quæ genuit te, in terram alienam, in qua nati non eſtis, ibique moriemini:	26. Et projiciam te.....	*Hieron. in Jer. 22. col. 632. b.*
27. & in terram, ad quam ipſi levant animam ſuam ut revertantur illuc, non revertentur.		
28. Nunquid vas fictile atque contritum vir iſte Jechonias? nunquid vas abſque omni voluptate? quare abjecti ſunt ipſe & ſemen ejus, & projecti in terram, quam ignoraverunt?	28. Abjectus eſt Jechonias ut vas, non eſt uſus in eo: propter quod projectus eſt ipſe, & ſemen ejus.	*Ambroſ. in Luc. 3. col. 1328. f.*
29. Terra, terra, terra, audi ſermonem Domini.	29. Terra, terra, audi verbum Domini:	
30. Hæc dicit Dominus: Scribe virum iſtum ſterilem, virum qui in diebus ſuis non proſperabitur: nec enim erit de ſemine ejus vir, qui ſedeat ſuper ſolium David, & poteſtatem habeat ultra in Juda.	30. Scribe virum iſtum abdicatum: quia non exſurget ex ſemine ejus ſedens in throno David, princeps adhuc in Juda.	

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 24. Conſonat Græc. niſi quòd ultimò hab. ἐκτάσω Ϛε, *evellam te*, loco *abſtrahan eum*.

℣. 25. Græc. Καὶ παραδώσω Ϛε εἰς χεῖρας, *Et tradam te in manus*, &c. ut ſupra. Hieron. addit ex Hebr. & Vulg. *& in manu quorum tu formidas faciem, & in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis, (quod in LXX. non habetur) & in manu Chaldæorum.* Hodie etiam in Gr. poſt hoc, τὴν ψυχήν Ϛου, proximè ſequitur, ὃν Ϛὺ ὑλαβῇ ἀπὸ προσώπου αὐτῶν, εἰς χεῖρας τῶν Χαλδαίων, omiſſis intermediis quæ leguntur in Vulg. Ap. Theodoretum tamen & in Compl. additur, καὶ εἰς χεῖρας Ναβυχοδονόσορ βασιλέως τῆς Βαβυλῶνος, quod Hieron. teſtatur in LXX. non haberi. Ita Nobil.

℣. 26. Ita in Græco. Quæ etiam ſequuntur ibid. uſque ad ℣. 28. Vulgatæ parum diſſimilia.

℣. 28. Edit. Rom. Ambr. cum duobus vel tribus Mſs. hab. *ut vas, cujus non eſt uſus in eo:* unus aut alter, *cui non eſt uſus in eo.* Ambr. verò l. 2. de interpel. Dav. c. 5. col. 645. d. legit: *Depretiatus eſt Jechonias ſicut vas, cujus opera non eſt neceſſaria.* Iren. l. 3. c. 21. p. 218. b. *Inhonoratus eſt Jechonias quemadmodum vas, quod non eſt opus: quoniam projectus eſt in terram, quam non ſciebat.* Item Hieron. in hunc loc. col. 633. a. ex LXX. *Inhonoratus eſt Jechonias quaſi vas, in quo nulla eſt utilitas:* & in Oſe. 8. col. 1289. a. *Inhonoratus eſt Jechonias ſicut vas, cujus nulla eſt utilitas.* Ita quoque in Græco eſt, niſi quòd add. αὐτῦ, *ejus*, ad vocem *utilitas*; tum ſequitur ibid. ὅτι ἐξέρριπται, καὶ ἐξεβλήθη εἰς γῆν, ἣν οὐκ ᾔδει· *quia abjectus eſt, & ejectus in terram, quam ignoravit.*

℣. 29. Itidem Græcè. Ita rurſum ap. Ambr. l. 2. de interpel. Dav. c. 5. col. 645. d. ſed abſque 1. voce *terra*: at epiſt. 25. col. 893. a. geminatur ut ſupra. Apud Iren. verò l. 3. c. 21. p. 218. b. ſic: *Terra, audi ſermonem Domini.*

℣. 30. Idem Ambroſ. epiſt. 25. col. 893. a. legit: *Scribe hos viros abdicatos:* at l. 2. de interpel. Dav. c. 5. col. 645. d. *Scribe virum iſtum abdicatum*, ut ſupra. Irenæus l. 3. c. 21. p. 218. b. *Scribe virum hunc, abdicatum hominem: quoniam non augebit de ſemine ejus ſedens ſuper thronum David, princeps in Juda.* Hieron. in Jer. col. 633. c. relato textu ex Hebr. ſeu Vulg. ſubdit: *Si volnero per loca notare ſingula, quanta LXX. vel prætermiſerint, vel mutaverint, longum fiet; præſertim cùm poſſit diligens lector ex utraque Editione conſiderare quid mutatum, quid additum, quod ſubtractum ſit. Pro* ſterili, *in Hebræo ſcriptum eſt* ariri, *quod Aquila primo edit.* ſterilem, *ſecunda* ἀναύξητον, *id eſt*, non creſcentem; *Symm.* vacuum; *LXX. & Theodotio* abominabilem & abdicatum *interpretati ſunt:* & infra: *deeſt in LXX. videlicet*, in diebus ejus non proſperabitur, *ſive* non creſcet: *Septuaginta enim tranſtulerunt:* Scribe virum iſtum, abdicatum hominem: quia non creſcet de ſemine ejus vir, qui ſedeat ſuper thronum David princeps ultra in Juda, *quod in Hebraïco bis poſitum eſt: quod putantes qui ab initio ſcripſerunt, in Græcis libris additum, ſubtraxerunt.* Huic Hieronymi loco ſuffragatur Gr. edit. Rom. niſi quòd in ipſa deeſt *vir*, poſt hoc, *de ſemine ejus*; at in quibuſdam lib. adjungitur ἀνήρ, ſi Nobilio fides.

CAPUT XXIII.

VULGATA NOVA.

1. VÆ paſtoribus, qui diſperdunt & dilacerant gregem paſcuæ meæ, dicit Dominus. *Ezech. 13. 3. & 34. 2.*

2. Ideo hæc dicit Dominus Deus Iſraël ad paſtores, qui paſcunt populum meum: Vos diſperſiſtis gregem meum, & ejeciſtis eos, & non viſitaſtis eos: ecce ego viſitabo ſuper vos malitiam ſtudiorum veſtrorum, ait Dominus.

3. Et ego congregabo reliquias gregis mei de omnibus terris, ad quas ejecero eos illuc: & con-

VERSIO ANTIQUA.

1. O Paſtores, qui diſperditis & diſſipatis oves paſcuæ meæ. *Hieron. in Jer. 23. col. 634. b.*

3..... reſtituam illos ad paſcua ſua.....

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic eſt in Græco, excepta voce ult. αὐτῶν, *eorum*, loco *meæ*; at in Mſ. Alex. & Compl. τῆς νομῆς μου.

℣. 3. Græc. καὶ ἀγάγω αὐτοὺς εἰς τοὺς τόπους αὐτῶν. Vulg. *ad rura ſua.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

5. Quòd ſi non audieritis verba hæc: in memetipſo juravi, dicit Dominus, quia in ſolitudinem erit domus hæc.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Jer. 22. col. 628. e.

6..... tu mihi principium Libani.....

7..... & mittent in ignem.

VULGATA NOVA.

6. Quia hæc dicit Dominus ſuper domum regis Juda: Galaad tu mihi caput Libani: ſi non poſuero te ſolitudinem, urbes inhabitabiles.

7. Et ſanctificabo ſuper te interficientem virum, & arma ejus: & ſuccident electas cedros tuas, & præcipitabunt in ignem.

VULGATA NOVA.

8. Et pertranſibunt gentes multæ per civitatem hanc: & dicet unuſquiſque proximo ſuo: Quare fecit Dominus ſic civitati huic grandi?

Deuter. 29. 24. 3. Reg. 9. 8.

9. Et reſpondebunt: Eò quòd dereliquerint pactum Domini Dei ſui, & adoraverint deos alienos, & ſervierint eis.

10. Nolite flere mortuum, neque lugeatis ſuper eum fletu: plangite eum, qui egreditur, quia non revertetur ultra, nec videbit terram nativitatis ſuæ.

11. Quia hæc dicit Dominus ad Sellum filium Joſiæ regem Juda, qui regnavit pro Joſia patre ſuo, qui egreſſus eſt de loco iſto: Non revertetur huc ampliùs:

12. ſed in loco, ad quem tranſtuli eum, ibi morietur, & terram iſtam non videbit ampliùs.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Jer. 22. col. 630. ex Lxx.

13. O qui ædificas domum tuam non cum juſtitia, & cœnacula tua non in judicio: apud eum proximus operatur gratis, & mercedem ei non reddit.

14. Ædificaſti tibi domum parvulam, cœnacula perflatilia diſtincta feneſtris, & contignata cedro, & lita ſinopide.

15. Nunquid regnabis, quia tu contendis contra Achaz patrem tuum? non comedent, & non bibent: melius tibi erat facere judicium, & juſtitiam bonam.

16. Non cognoverunt, non judicaverunt judicium humilis, neque judicium pauperis: nonne hoc eſt te ignorare me, dicit Dominus?

17. Ecce non ſunt oculi tui recti, nec cor tuum bonum: ſed ad avaritiam tuam, & ut ſanguinem innocentem effundas, & ad iniquitatem, & homicidium, ut facias ea.

VULGATA NOVA.

13. Væ qui ædificat domum ſuam in injuſtitia, & cœnacula ſua non in judicio: amicum ſuum opprimet fruſtra, & mercedem ejus non reddet ei.

14. Qui dicit: Ædificabo mihi domum latam, & cœnacula ſpatioſa: qui aperit ſibi feneſtras, & facit laquearia cedrina, pingitque ſinopide.

15. Nunquid regnabis, quoniam confers te cedro? pater tuus nunquid non comêdit & bibit, & fecit judicium & juſtitiam tunc cùm bene erat ei?

16. Judicavit cauſam pauperis & egeni in bonum ſuum: nunquid non ideo quia cognovit me, dicit Dominus?

17. Tui verò oculi & cor ad avaritiam, & ad ſanguinem innocentem fundendum, & ad calumniam, & ad curſum mali operis.

VULGATA NOVA.

18. Propterea hæc dicit Dominus ad Joakim filium Joſiæ regem Juda: Non plangent eum: Væ frater, & væ ſoror: non concrepabunt ei: Væ Domine, & væ inclyte.

18. *& ſeqq. Vide Not.*

19. Sepultura aſini ſepelietur, putrefactus & projectus extra portas Jeruſalem.

Inf. 36. 30.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Jer. 22. col. 631. f. 632. a.

20..... & clama trans mare.....

VULGATA NOVA.

20. Aſcende Libanum, & clama: & in Baſan da vocem tuam, & clama ad tranſeuntes, quia contriti ſunt omnes amatores tui.

VULGATA NOVA.

21. Locutus ſum ad te in abundantia tua; & dixiſti: Non audiam: hæc eſt via tua ab adoleſcentia tua, quia non audiſti vocem meam.

22. Omnes paſtores tuos paſcet ventus, & amatores tui in captivitatem ibunt: & tunc confundêris, & erubeſces ab omni malitia tua.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 13. Græc. Ὁ οἰκοδομῶν οἰκίαν αὐτοῦ οὐ μετὰ δικαιοσύνης, καὶ τὰ ὑπερῷα αὐτῆς οὐκ ἐν κρίματι· παρὰ τῷ πλησίον αὐτοῦ ἐργάται ἀωρεὶ, καὶ τὸν μισθὸν αὐτοῦ οὐ μὴ ἀποδῶσι αὐτῷ. *Qui ædificat domum ſuam non cum juſtitia, & cœnacula ſua non in judicio: apud proximum ſuum operatur gratis, & mercedem ejus non reddet ei.* In Mſ. Alex. Ὁ οἰκοδομῶν τὴν οἰκίαν αὐτοῦ. In ed. Ald. Ὡς ὁ οἰκοδομῶν; in Compl. Ὁ οἰκοδομῶν οἰκίαν ζυ..... καὶ τὰ ὑπερῷά σου... παρ' αὐτῷ ὁ πλησίον, &c. Apud Ambroſ. epiſt. 30. col. 911. f. *O qui ædificant domum ſuam non cum juſtitia.*

℣. 14. Ita fert Græc. niſi quòd loco *parvulam*, hab. Σύμμιστον, Nobil. *commenſuratam*; item vocibus 2. *cedro*, & *ſinopide* præponit ἐν, *in*; Compl. tamen delet hanc præp. ante *ſinopide*. Ambroſ. epiſt. 30. col. 911. f. legit: *Ædificaſti domum, metire ſuperiora ejus perflatilia diſtincta feneſtris, & contignata cedro, & illita minio.*

℣. 15. Sic eſt in Græco, præter hoc mod. ἐν Ἀχαὰζ τῷ πατρί ζυ, *in Achaz patre tuo*; extremò etiam Gr. delet *bonam*; ſed Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. addunt δικαιοσύνην καλήν.

℣. 16. Ita Græcè ad verbum, excepto uno dat. ταπεινῷ, *humili*, loco *humilis*; at in Compl. ταπεινοῦ; in Ald. & Mſ. Alex. ταπεινῶν.

℣. 17. Græc. Vatic. delet vocem *recti*, ſed Compl. add. εὐθεῖς; exinde in Vatic. ita: ἐὰν εἰς τὸ αἷμα τὸ ἀθῷον τοῦ ἐκχέαι αὐτὸ, καὶ εἰς ἀδικήματα, καὶ εἰς φόνον, &c. i. e. *& ad ſanguinem innocentem ut effundas eum, & ad iniquitates, & ad homicidium*; cæt. ut in Lat. ſupra. Hieron. ibid. allato duplici textu de more, ſubdit: *Utramque editionem ex integro poſui, ut & Hebraïca veritas, & difficultas Vulgatæ editionis facilius cognoſcatur.* Apud Iren. l. 4. c. 18. p. 250. c. ita: *Non ſunt oculi tui, nec cor tuum bonum: ſed in cupiditate tua, & ad ſanguinem juſtum ut effundas eum, & ad injuſtitiam, & ad homicidium, ut facias.*

℣. 18. ſeqq. Hieron. in Jer. col. 631. b. ait: *Hoc quod nos de Hebraïco poſuimus:* Non plangent eum: Væ frater, & væ ſoror: *in LXX. non habetur.* Hodie etiam deeſt in Græco; ſequentia ibid. uſque ad ℣. 24. paucis tantùm differunt a Vulg. pro more.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

23. Quæ ſedes in Libano, & nidificas in cedris, quomodo congemuiſti, cùm veniſſent tibi dolores, quaſi dolores paturientis?

VULGATA NOVA.

24. Vivo ego, dicit Dominus: quia ſi fuerit Jechonias filius Joakim regis Juda, annulus in manu dextera mea, inde evellam eum.

25. Et dabo te in manu quærentium animam tuam, & in manu quorum tu formidas faciem, & in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis, & in manu Chaldæorum.

26. Et mittam te, & matrem tuam quæ genuit te, in terram alienam, in qua nati non eſtis, ibique moriemini:

27. & in terram, ad quam ipſi levant animam ſuam ut revertantur illuc, non revertentur.

28. Nunquid vas fictile atque contritum vir iſte Jechonias? nunquid vas abſque omni voluptate? quare abjecti ſunt ipſe & ſemen ejus, & projecti in terram, quam ignoraverunt?

29. Terra, terra, terra, audi ſermonem Domini.

30. Hæc dicit Dominus: Scribe virum iſtum ſterilem, virum qui in diebus ſuis non proſperabitur: nec enim erit de ſemine ejus vir, qui ſedeat ſuper ſolium David, & poteſtatem habeat ultra in Juda.

VERSIO ANTIQUA.

24. Vivo ego, dicit Dominus: ſi factus fuerit Jechonias filius Joachim rex Juda, ſignaculum in manu dextera mea, inde abſtraham eum. *Iren. l. 3. c. 21. p. 218. a.*

25. Et tradam eum in manu quærentium animam tuam.....

26. Et projiciam te..... *Hieron. in Jer. 22. col. 632. b.*

28. Abjectus eſt Jechonias ut vas, non eſt uſus in eo: propter quod projectus eſt ipſe, & ſemen ejus. *Ambroſ. in Luc. 3. col. 1328. f.*

29. Terra, terra, audi verbum Domini:

30. Scribe virum iſtum abdicatum: quia non exſurget ex ſemine ejus ſedens in throno David, princeps adhuc in Juda.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 24. Conſonat Græc. niſi quòd ultimò hab. ἐκπάσω Ϛε, *evellam te*, loco *abſtrahan eum.*

℣. 25. Græc. Καὶ παραδώσω Ϛε εἰς χεῖρας, *Et tradam te in manus*, &c. ut ſupra. Hieron. addit ex Hebr. & Vulg. *& in manu quorum tu formidas faciem, & in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis, (quod in LXX. non habetur) & in manu Chaldæorum.* Hodie etiam in Gr. poſt hoc, τὴν ψυχήν Ϛυ, proximè ſequitur, ὃν Ϛὺ ὑλακῇ ἀπὸ προσώπου ἀνδρῶν, εἰς χεῖρας τῶν Χαλδαίων, omiſſis intermediis quæ leguntur in Vulg. Ap. Theodoretum tamen & in Compl. additur, καὶ εἰς χεῖρας Ναβυχοδονόσορ βασιλέως τῆς Βαβυλῶνος, quod Hieron. teſtatur in LXX. non haberi. Ita Nobil.

℣. 26. Ita in Græco. Quæ etiam ſequuntur ibid. uſque ad ℣. 28. Vulgatæ parum diſſimilia.

℣. 28. Edit. Rom. Ambr. cum duobus vel tribus Mſs. hab. *ut vas, cujus non eſt uſus in eo:* unus aut alter, *cui non eſt uſus in eo.* Ambr. verò l. 2. de interpel. Dav. c. 5. col. 645. d. legit: *Depretiatus eſt Jechonias ſicut vas, cujus opera non eſt neceſſaria.* Iren. l. 3. c. 21. p. 218. b. *Inhonoratus eſt Jechonias quemadmodum vas, quod non eſt opus: quoniam projectus eſt in terram, quam non ſciebat.* Item Hieron. in hunc loc. col. 633. a. ex LXX. *Inhonoratus eſt Jechonias quaſi vas, in quo nulla eſt utilitas:* & in Oſe. 8. col. 1289. a. *Inhonoratus eſt Jechonias ſicut vas, cujus nulla eſt utilitas.* Ita quoque in Græco eſt, niſi quòd add. αὐτοῦ, *ejus*, ad vocem *utilitas*; tum ſequitur ibid. ὅτι ἐξέρριψαν, καὶ ἐξεβλήθη εἰς γῆν, ἣν οὐκ ᾔδει: *quia abjectus eſt, & ejectus in terram, quam ignoravit.*

℣. 29. Itidem Græcè. Ita rurſum ap. Ambr. l. 2. de interpel. Dav. c. 5. col. 645. d. ſed abſque 1. voce *terra*: at epiſt. 25. col. 893. a. geminatur ut ſupra. Apud Iren. verò l. 3. c. 21. p. 218. b. ſic: *Terra, audi ſermonem Domini.*

℣. 30. Idem Ambroſ. epiſt. 25. col. 893. a. legit: *Scribe hos viros abdicatos:* at l. 2. de interpel. Dav. c. 5. col. 645. d. *Scribe virum iſtum abdicatum*, ut ſupra. Irenæus l. 3. c. 21. p. 218. b. *Scribe virum hunc, abdicatum hominem: quoniam non augebit de ſemine ejus ſedens ſuper thronum David, princeps in Juda.* Hieron. in Jer. col. 633. c. relato textu ex Hebr. ſeu Vulg. ſubdit: *Si voluero per loca notare ſingula, quanta LXX. vel prætermiſerint, vel mutaverint, longum fiet; præſertim cùm poſſit diligens lector ex utraque Editione conſiderare quid mutatum, quid additum, quod ſubtractum ſit. Pro* ſterili, *in Hebræo ſcriptum eſt* ariri, *quod Aquilæ primo edit.* ſterilem, *ſecunda* ἀναύξητον, *id eſt*, non creſcentem; *Symm.* vacuum; *LXX. & Theodotio* abominabilem & abdicatum *interpretati ſunt:* & inſta: *deeſt in LXX. videlicet*, in diebus ejus non proſperabitur, *ſive* non creſcet: *Septuaginta enim tranſtulerunt:* Scribe virum iſtum, abdicatum hominem: quia non creſcet de ſemine ejus vir, qui ſedeat ſuper thronum David princeps ultra in Juda, *quod in Hebraïco bis poſitum eſt: quod putantes qui ab initio ſcripſerunt, in Græcis libris additum, ſubtraxerunt.* Huic Hieronymi loco ſuffragatur Gr. edit. Rom. niſi quòd in ipſa deeſt *vir*, poſt hoc, *de ſemine ejus*; at in quibuſdam lib. adjungitur ἀνήρ, ſi Nobilio fides.

CAPUT XXIII.

VULGATA NOVA.

1. VÆ paſtoribus, qui diſperdunt & dilacerant gregem paſcuæ meæ, dicit Dominus. *Exech. 13. 3. & 34. 2.*

2. Ideo hæc dicit Dominus Deus Iſraël ad paſtores, qui paſcunt populum meum: Vos diſperſiſtis gregem meum, & ejeciſtis eos, & non viſitaſtis eos: ecce ego viſitabo ſuper vos malitiam ſtudiorum veſtrorum, ait Dominus.

3. Et ego congregabo reliquias gregis mei de omnibus terris, ad quas ejecero eos illuc: & con-

VERSIO ANTIQUA.

1. O Paſtores, qui diſperditis & diſſipatis oves paſcuæ meæ. *Hieron. in Jer. 23. col. 634. b.*

3..... reſtituam illos ad paſcua ſua.....

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic eſt in Græco, excepta voce ult. αὐτῶν, *eorum*, loco *meæ*; at in Mſ. Alex. & Compl. τῆς νομῆς μου.

℣. 3. Græc. καὶ ἀγάγω αὐτοὺς εἰς τὴν νομὴν αὐτῶν. Vulg. *ad rura ſua.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. l. 18. de civit. Dei, c. 33. [a] *Hilar. in Pſal. 131. col. 445. f.*

5. Ecce dies veniunt, ait Dominus: & [a] ſuſcitabo illis David regem, orientem juſtum: & regnabit rex, & intelliget: & faciet juſtitiam & judicium ſuper terram.

6. In diebus ejus ſalvabitur Judas, & Iſraël commorabitur ſidens: [b] & hoc eſt nomen, quo appellabit eum Dominus, Joſedec, in prophetis:

Iren. l. 5. c. 34. p. 334. c.

7. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & non dicent adhuc: Vivit Dominus, qui eduxit filios Iſraël ab Aquilone:

8. & ab omni regione, quò expulſi fuerant, reſtituet illos in terram ipſorum, quam dedit patribus ipſorum.

Hieron. in Jer. 23. col. 635. f.

9. Contritum eſt cor meum in me, commota ſunt omnia oſſa mea: factus ſum quaſi vir ebrius, & quaſi homo ſoporatus vino à facie Domini, & à facie decoris gloriæ ejus.

[b] *Hieron. in Jer. 23. col. 635. d.*

VULGATA NOVA.

vertam eos ad rura ſua: & creſcent & multiplicabuntur.

4. Et ſuſcitabo ſuper eos paſtores, & paſcent eos: non formidabunt ultra, & non pavebunt: & nullus quæretur ex numero, dicit Dominus.

5. Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & ſuſcitabo David germen juſtum: & regnabit rex, & ſapiens erit: & faciet judicium & juſtitiam in terra. *Iſai. 4. 2. 40. 11. 45. 8. Inf. 33. 14. Ezech. 34. 23. Dan. 9. 24. Joan. 1. 45. Deuter. 33. 28. Sup. 16. 14.*

6. In diebus illis ſalvabitur Juda, & Iſraël habitabit confidenter: & hoc eſt nomen, quod vocabunt eum, Dominus juſtus noſter.

7. Propter hoc ecce dies veniunt, dicit Dominus, & non dicent ultra: Vivit Dominus, qui eduxit filios Iſraël de terra Ægypti:

8. Sed: Vivit Dominus, qui eduxit & adduxit ſemen domus Iſraël de terra Aquilonis, & de cunctis terris, ad quas ejeceram eos illuc: & habitabunt in terra ſua.

9. Ad prophetas: Contritum eſt cor meum in medio mei, contremuerunt omnia oſſa mea: factus ſum quaſi vir ebrius, & quaſi homo madidus à vino à facie Domini, & à facie verborum ſanctorum ejus.

VULGATA NOVA.

10. Quia adulteris repleta eſt terra, quia à facie maledictionis luxit terra, arefacta ſunt arva deſerti: factus eſt curſus eorum malus, & fortitudo

10... *Vide Not.*

eorum diſſimilis.

11. Propheta namque & ſacerdos polluti ſunt: & in domo mea inveni malum eorum, ait Dominus.

VERSIO ANTIQUA.

Caſſiod. in Pſal. 33. p. 114. c. [a] *Hieron. in Jer. 23. col. 636. d.*

12. Et propter hoc facta eſt via eorum lapſinoſa in tenebris: & ſupplantabuntur, & cadent in ea: [a] quia inferam ſuper eos mala.....

Ibid. 636. f.

13. Et in prophetis Samariæ vidi iniquitatem...

Ibid. 637. a. c.

14. Et in prophetis Jeruſalem vidi horribilia..... ut non converteretur unuſquiſque à via ſua peſſi-

VULGATA NOVA.

12. Idcirco via eorum erit quaſi lubricum in tenebris: impellentur enim, & corruent in ea: afferam enim ſuper eos mala, annum viſitationis eorum, ait Dominus.

13. Et in prophetis Samariæ vidi fatuitatem: prophetabant in Baal, & decipiebant populum meum Iſraël.

14. Et in prophetis Jeruſalem vidi ſimilitudinem adulterantium, & iter mendacii: & con-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 5. Prima tantùm verba, *Ecce dies veniunt, ait Dominus:* & ſumpta ſunt ab Auguſt. reliqua verò ab Hilario, nempe ab his, *ſuſcitabo illis David*, &c. Similiter habet Caſſiod. in Pſ. 31. p. 451. a. *ſuſcitabo illis David regem, orientem juſtum.* Græc. ἀναστήσω τῷ Δαυὶδ ἀνατολὴν δικαίαν..... καὶ Συνήσει ἐν πίστει κρῖμα, &c. i. e. & *ſuſcitabo ipſi David orientem juſtum*, &c. ut in Lat. ſupra. Auguſt. autem loco ſupra cit. addit cum Vulg. & *ſuſcitabo David germen juſtum: & regnabit rex, & ſapiens erit: & faciet judicium & juſtitiam ſuper terram.* Sed Hieron. in Jer. col. 634. f. ad hoc Vulg. & *ſuſcitabo David germen juſtum*, adjungit è LXX. *ſive, orientem juſtum*; ſicut inf. ad *ſapiens erit*, iſtud, *ſive intelliget.*

℣. 6. Iridem Græcè, niſi quòd præponitur δὲ, verbo *ſalvabitur*; habeturque inf. ἐν τούτῳ τὸ ὄνομα αὐτῷ, ὅ, & *hoc nomen ejus, quod:* à nonnullis tamen libris & Theodoreto abeſt δὲ, ante *ſalvabitur*, teſte Nobilio. Auguſt. verò l. 18. de civit. Dei, c. 33. col. 515. f. legit cum Vulg. *In diebus illis ſalvabitur Juda, & Iſraël habitabit confidenter:* & *hoc eſt nomen, quod vocabunt eum, Dominus juſtus noſter.* Hieron. in Jer. col. 634. f. habet: *vocabunt eum, ſive* vocabit eum, *Dominus juſtus noſter, ſive* juſtitia noſtra, *quod Hebraïcè dicitur* ſadecenu. Tum addit: *Hoc quod in LXX. malè additum eſt*, in prophetis, *penitus amputandum: aliud enim capitulum ſequitur, quod ab eis prætermiſſum eſt, quo finito, titulus eſt*, Ad prophetas, *ſive* Contra prophetas: & inf. 635. d. ad hoc Vulg. ℣. 9. *Ad prophetas*, addit, *ſive In prophetis, vel Contra prophetas:* ſtatimque: *Hic titulus, ut ſupra diximus, in editione LXX. finis anterioris capituli poſitus eſt, ubi ſcriptum legimus:* Et hoc eſt nomen, quo appellabit eum Dominus, Joſedec, in prophetis, *quod plerique ignorantes, varia explanationis deliramenta confingunt.* Hoc tamen, *in prophetis*, inquit Nobil. ſolitum conjungi cum antecedentibus oſtendit Theodoret. qui habet, ἐν αὐτὸς ἐν προφήταις, & *ipſe in prophetis.* Capitulum etiam ſeq. quod Hieron. ait ſupra à LXX. prætermiſſum, nunc ſimiliter deeſt in Græco Vatic. ubi verſum 6. proximè ſequitur verſus 9. excluſis duobus aliis intermediis. Non tamen ibid. penitus omittuntur, uti nec in aliis coliat. codd. ſed ad calcem hujus capitis rejiciuntur. In ed. Compl. hîc ſubjunguntur, quo etiam loco illos ponendos duximus ex Irenæo, ut Vulgatæ noſtræ aptarentur & reſponderent. Vide ſis Nobilium in hunc loc.

℣℣. 7. 8. *Hoc omne capitulum in LXX. non habetur*, inquit Hieron. in comm. col. 635. c. Legitur tamen infra in Gr. edit. Rom. & al. ut notavimus ſupra: in Complut. ponitur eò loci: Edit. Rom. ſic habet in fine capitis: Διατοῦτο ἰδοὺ ἡμέραι ἔρχονται, λέγει Κύριος, καὶ οὐκ ἐροῦσιν ἔτι· Ζῇ Κύριος, ὃς ἀνήγαγε τὸν οἶκον Ἰσραὴλ ἐκ γῆς Αἰγύπτου· ἀλλά· Ζῇ Κύριος, ὃς συνήγαγε πᾶν τὸ σπέρμα Ἰσραὴλ ἀπὸ γῆς Βορρᾶ, καὶ ἀπὸ πασῶν τῶν χωρῶν, ὅθι ἐξέωσεν αὐτοὺς ἐκεῖ· καὶ ἀποκατέστησεν αὐτοὺς εἰς τὴν γῆν αὐτῶν· i. e. *Idcirco ecce dies veniunt, dicit Dominus*, & *non dicent ultra: Vivit Dominus, qui eduxit domum Iſraël de terra Ægypti: ſed: Vivit Dominus, qui congregavit omne ſemen Iſraël à terra Aquilonis*, & *ab omnibus regionibus, quò expulerat eos illuc*; & *reſtituit eos in terram ipſorum.*

℣. 9. Eadem ſunt in Græco, niſi quòd loco *ebrius*, habetur Συντετριμμένος, *contritus*; & loco *ſoporatus vino*, ita, Συνεχόμενος ἀπὸ οἴνου, *captus à vino*; quæ idem ſonant.

℣. 10. Hieron. in hunc Jer. loc. col. 636. b. *Hoc quod nos de Hebraïco poſuimus*, Quia adulteris repleta eſt terra, *in LXX. non habetur, qui* juramentum *dixere, pro* maledictione; unde ſup. legit: *quia à facie maledictionis*, ſive *juramenti, luxit terra: arefacta ſunt arva*, ſive *paſcua deſerti.*

℣. 12. Græc. Διατοῦτο γενέσθω ἡ ὁδὸς αὐτῶν αὐτοῖς εἰς ὀλίσθημα ἐν γνόφῳ, &c. *Idcirco fiat via illorum ipſis in lubricum in caligine*, &c. ut in Lat. ſup.

℣. 13. Græc. εἶδον ἀνομήματα, *vidi iniquitates*: cætera vix differunt à Vulg.

℣. 14. Eadem ſunt in Græco, niſi excipias iſta, ἀποστραφῆναι, *averteretur*; & πονηρᾶς, *malâ*, loco *peſſimâ.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

fortaverunt manus peſſimorum, ut non converteretur unuſquiſque à malitia ſua: facti ſunt mihi omnes ut Sodoma, & habitatores ejus quaſi Gomorrha.

15. Propterea hæc dicit Dominus exercituum ad prophetas: Ecce ego cibabo eos abſinthio, & potabo eos felle: à prophetis enim Jeruſalem egreſſa eſt pollutio ſuper omnem terram. *Sup. 9. 15.*

16. Hæc dicit Dominus exercituum: Nolite audire verba prophetarum, qui prophetant vobis, & decipiunt vos: viſionem cordis ſui loquuntur, non de ore Domini. *Inf. 27. 9. & 29. 8.*

17. Dicunt his, qui blaſphemant me: Locutus eſt Dominus: Pax erit vobis: & omni, qui ambulat in pravitate cordis ſui, dixerunt: Non veniet ſuper vos malum. *Sup. 5. 12. & 14. 13.*

18. Quis enim affuit in conſilio Domini, & vidit & audivit ſermonem ejus? quis conſideravit verbum illius & audivit?

19. Ecce turbo Dominicæ indignationis egredietur, & tempeſtas erumpens ſuper caput impiorum veniet. *Inf. 30. 14.*

20. Non revertetur furor Domini uſque dum faciat, & uſque dum compleat cogitationem cordis ſui: in noviſſimis diebus intelligetis conſilium ejus.

21. Non mittebam prophetas, & ipſi currebant: non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant.

22. Si ſtetiſſent in conſilio meo, & nota feciſſent verba mea populo meo, avertiſſem utique eos à via ſua mala, & à cogitationibus ſuis peſſimis.

23. Putaſne Deus è vicino ego ſum, dicit Dominus? & non Deus de longè?

VERSIO ANTIQUA.

ma: facti ſunt mihi omnes quaſi Sodoma, & habitatores ejus quaſi Gomorrha. *Hieron. ubi ſup.*

15..... Ecce ego cibabo eos doloribus, & potabo eos aquâ amarâ: quia egreſſa eſt à prophetis Jeruſalem pollutio in omnem terram.

16..... Nolite audire ſermones prophetarum, quoniam viſiones cordis eorum fruſtrantur eos: loquuntur, ſed non ab ore Domini. *Cypr. l. de unit. Eccl. p. 197. c.*

17. Dicunt eis, qui abjiciunt verbum Dei: Pax erit vobis: & omnibus ambulantibus in voluntatibus ſuis: Omnis, qui ambulat in errore cordis ſui, non venient ſuper eum mala.

18. Quoniam quis ſtetit in ſubſtantia Domini, & videbit verbum Dei? quis aurem præbuit & audivit? *Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 736. e.*

19. Ecce tempeſtas & commotio..... *Hieron. in Jer. 23. col. 638. a.*

20..... in noviſſimis diebus intelligent ea. *Iren. l. 4. c. 26. p. 262. a.*

21. Non illos mittebam, & illi ibant in nomine meo prophetare: [a] non locutus ſum ad eos, & ipſi prophetaverunt. *Philaſtr. Brix. de hæreſ. p. 713. f.* [a] *Cypr. l. de unit. Eccl. p. 197. c.*

22. Si ſtetiſſent in ſubſtantia mea, & audiſſent verba mea, & ſi docuiſſent populum meum, convertiſſem eos à malis cogitationibus eorum.

23. Ego Deus approximans, & non Deus de longinquo. *Idem l. 3. Teſtim. p. 320. a.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 15. Ita in Græco, præter ſingul. ὀδύνῳ, *dolore*; at in Mſ. Alex. ὀδύναις, *doloribus*; ultimò etiam, πάσῃ τῇ γῇ, *omni terræ*, pro *in omnem terram*, quod idem valet.

℣. 16. Sic iterum habet Cypr. epiſt. 40. p. 53. c. præter vocem *pſeudoprophetarum*. In Gr. Μὴ ἀκούετε τὺς λόγυς τῶν προφητῶν, ὅτι ματαιῦσιν ἑαυτοῖς ὅρασιν ἀπὸ καρδίας αὐτῶν λαλῦσι, ϗ ὐκ ἀπὸ στόματος Κυρίυ· i. e. *Nolite audire ſermones prophetarum, quia vanam faciunt ſibi* (vel *vobis*) *ipſis viſionem: de corde ſuo loquuntur, & non ex ore Domini.*

℣. 17. Rurſum Cypr. epiſt. 40. p. 53. c. *Dicunt eis, qui abjiciunt verbum Domini: Pax erit vobis.* Ita quoque Græc. habet: ſequitur autem ibid. ϗ πᾶσι τοῖς πορευομένοις τοῖς θελήμασιν αὐτῶν, ϗ παντὶ τῷ πορευομένῳ πλάνῃ καρδίας αὐτῦ εἶπαν· Οὐχ ἥξει ἐπὶ σὲ κακά· i. e. *& omnibus ambulantibus in volunt. ſuis, & omni ambulanti in errore cordis ſui dixerunt: Non venient ſuper te mala.* A Mſ. Alex. ſicut ab edd. Ald. & Compl. abeſt verbum εἶπαν, *dixerunt.*

℣. 18. Idem Vigil. l. 5. de Trin. p. 248. a. *Quis ſtabit in ſubſtantia Domini, & videbit verbum ejus?* Similiter hab. Auctor l. de fide orthod. ap. Ambr. p. 351. f. præter nomen *Domini*, loco *ejus*. Ambroſ. ipſe l. 3. de fide, to. 2. 518. b. legit: *Quoniam quis ſtetit in ſubſtantia Domini, & vidit verbum ejus?* Victor Vit. l. 3. de perſ. Afric. p. 34. b. *Quis ſtetit in ſubſtantia Domini, & vidit, & audivit verbum ejus?* Victor Afric. l. 1. adv. Arium, p. 262. f. 272. f. *Quia qui ſtetit in ſubſtantia Domini, & vidit verbum ejus? qui præbuit aurem, & audivit?* Hieron. etiam in hunc loc. 637. f. ait: *Ubi nos interpretati ſumus* in conſilio Domini, *& in Hebraïce ſcriptum eſt* baſod..... *LXX. & Theod.* ſubſtantiam, *ſive* ſubſiſtentiam *interpretati ſunt.* Græc. Ὅτι τίς ἔστη ἐν ὑποστήματι Κυρίυ, ϗ εἶδε τὸν λόγον αὐτῦ; τίς ἠνωτίσατο, ϗ ἤκυσε;

℣. 19. Græc. Ἰδὺ Σεισμὸς παρὰ Κυρίυ.

℣. 20. Cypr. l. 1. Teſtim. c. 4. *in noviſſimo dierum cogneſcetis ea.* Græc. ἐπ' ἐσχάτυ τῶν ἡμερῶν νοήσετε αὐτό.

℣. 21. Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. 522. c. *Ipſi veniebant à ſe, & ego non mittebam eos.* Græc. Οὐκ ἀπέστειλα τὺς προφήτας, ϗ αὐτοὶ ἔτρεχον· ὑδὲ ἐλάλησα πρὸς αὐτὺς, ϗ αὐτοὶ ἐπροφήτευον· i. e. *Non mittebam prophetas, & ipſi currebant: neque locutus ſum ad eos, & ipſi prophetabant.*

℣. 22. Ambroſ. l. 3. de fide, col. 518. b. *Et ſi ſtetiſſent in ſubſtantia mea, & audiſſent verba mea, & ſi docuiſſent plebem meam, avertiſſem eos à nequitiis, & adinventionibus ſuis.* Hieron. quoque ait in comm. col. 637. f. 638. f. pro *conſilio*, vertiſſe LXX. *ſubſtantiam, vel ſubſiſtentiam.* Similiter Hilar. l. 1. de Trin. col. 776. d. dicit *ſtandum eſſe per fidem in ſubſtantia Dei.* Item Victor Vit. l. 3. de perſ. Afric. p. 34. b. *Si ſtetiſſent in ſubſtantia mea, avertiſſem utique eos à via ſua mala, & à peſſimis cogitationibus ſuis.* Vigil. Tapſ. l. 5. de Trin. *Si ſtetiſſent in ſubſtantia mea, avertiſſem eos à ſtudiis eorum peſſimis:* & l. cont. Varimad. p. 736. e. *Si ſtetiſſent in ſubſtantia mea, & ſi audiſſent verba mea, & ſi docuiſſent populum meum, averterem eos à ſtudiis eorum peſſimis.* Auctor l. de fide orthod. ap. Ambroſ. col. 351. f. *Si ſtetiſſent in ſubſtantia mea, & ſi audiſſent verba mea, avertiſſem eos ab ſtudiis eorum peſſimis.* Victor Afric. l. 1. adv. Arium, p. 262. f. 270. d. 272. f. 281. d. 295. c. *Et ſi ſtetiſſent in ſubſtantia mea, & audiſſent verba mea.* Accinunt Phæbad. Agin. cont. Arian. p. 301. d. & Auct. quæſt. ex utroq. Teſt. q. 99. ap. Aug. to. 3. 91. c. Græcè ita: Καὶ εἰ ἔστησαν ἐν τῇ ὑποστάσει μυ, ϗ εἰ ἤκυσαν τῶν λόγων μυ, ϗ τὸν λαὸν μυ ἂν ἀπέστρεφον αὐτὺς ἀπὸ τῶν πονηρῶν ἐπιτηδευμάτων αὐτῶν... *& populum meum avertiſſent eos à malis*, &c.

℣. 23. Sic iterum legit Cypr. l. de lapſ. p. 190. b. & l. de orat. Dom. p. 205. a. Iren. verò l. 4. c. 19. p. 252. b. *Deus appropinquans ego ſum, & non Deus de longinquo.* Hilar. in Pſ. 118. col. 355. d. *Deus appropians ego ſum, & non Deus de longè, dicit Dominus:* & in Pſ. 129. col. 438. a. *Ego ſum Deus appropians, & non de longè.* Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1219. c. *Deus appropinquans ego ſum.* Hieron. in Iſai. 29. col. 247. d. *Deus appropinquans ego, & non de longè, dicit Dominus:* & in Iſai. 65. col. 496. f. *Deus appropinquans ego, & non de longè Deus:* & in Iſai. 66. col. 507. f. *Ego Deus appropinquans, & non de longè, dicit Dominus:* & in hunc Jerem. loc. col. 638. f. ex LXX. *Deus appropinquans ego, dicit Dominus, & non Deus de longè.* Hodie etiam ita legimus Græcè, niſi quòd additur verbum *eimí*, ad *ego*. Apud Victor. Vit. l. 3. de perſ. Afric. p. 44. a. *Ego Deus approximans, & non de longinquo.* Fulgent. l. 2 ad Traſim. p. 97. b. *Ego Deus proximans, & non Deus de longinquo:* & epiſt. 14. p. 231. *Ego ſum Deus approximans, & non Deus de longinquo.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Cypr. ubi ſup. 24. Si abſconditus fuerit homo in abſconditis: ergo ego non videbo eum? nonne cœlum & terram ego impleo, dicit Dominus?

Hieron. in Jer. 23. col. 639. c. 25..... Vidi ſomnium.

26..... & prophetantium voluntates cordis ſui.

27. Qui cogitant facere.....

Cypr. ep. 63. p. 110. a. 28..... quid eſt paleis ad triticum?

Caſſiod. in Pſ. 17. p. 62. c. 29. Nonne verba mea ſicut ignis, dicit Dominus, & ſicut ſecuris concîdens petram?

Cypr. ep. 63. p. 110. a. 30. Propter hoc ecce ego ad prophetas, dicit Dominus, qui furantur verba mea unuſquiſque à proximo ſuo.

Hieron. in Jer. 23. col. 640. f. 641. a. 31..... & dormitant dormitationem.

Cypr. ep. 63. p. 110. a. 32..... & ſeducunt populum meum in mendaciis ſuis, & in erroribus ſuis.....

Hieron. in Jer. 23. col. 641. b. c. 33..... Quæ eſt aſſumptio Domini? dices ad eos: Vos eſtis aſſumptio: allidam vos, dicit Dominus.

34..... Aſſumptio Domini: ulciſcar.....

VULGATA NOVA.

24. Si occultabitur vir in abſconditis: & ego non videbo eum, dicit Dominus? nunquid non cœlum & terram ego impleo, dicit Dominus?

25. Audivi quæ dixerunt prophetæ, prophetantes in nomine meo mendacium, atque dicentes: Somniavi, ſomniavi.

26. Uſquequo iſtud eſt in corde prophetarum vaticinantium mendacium, & prophetantium ſeductiones cordis ſui?

27. Qui volunt facere ut obliviſcatur populus meus nominis mei propter ſomnia eorum, quæ narrat unuſquiſque ad proximum ſuum: ſicut obliti ſunt patres eorum nominis mei propter Baal.

28. Propheta, qui habet ſomnium, narret ſomnium: & qui habet ſermonem meum, loquatur ſermonem meum verè: quid paleis ad triticum, dicit Dominus?

29. Nunquid non verba mea ſunt quaſi ignis, dicit Dominus, & quaſi malleus conterens petram?

30. Propterea ecce ego ad prophetas, ait Dominus, qui furantur verba mea unuſquiſque à proximo ſuo.

31. Ecce ego ad prophetas, ait Dominus, qui aſſumunt linguas ſuas, & aiunt: Dicit Dominus.

32. Ecce ego ad prophetas ſomniantes mendacium, ait Dominus, qui narraverunt ea, & ſeduxerunt populum meum mendacio ſuo, & in miraculis ſuis: cùm ego non miſiſſem eos, nec mandaſſem eis, qui nihil profuerunt populo huic, dicit Dominus.

33. Si igitur interrogaverit te populus iſte, vel propheta, aut ſacerdos, dicens: Quod eſt onus Domini? dices ad eos: Vos eſtis onus: projiciam quippe vos, dicit Dominus.

34. Et propheta, & ſacerdos, & populus qui dicit: Onus Domini: viſitabo ſuper virum illum, & ſuper domum ejus.

VULGATA NOVA.

35. Hæc dicetis unuſquiſque ad proximum, & ad fratrem ſuum: Quid reſpondit Dominus? & quid locutus eſt Dominus?

36. & onus Domini ultra non memorabitur: quia onus erit unicuique ſermo ſuus: & pervertiſtis verba

36... 40. *Vide Not.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 24. Ita rurſum hab. Cyprian. l. de lapſ. p. 190. b. & l. de orat. Dom. p. 205. a. necnon Victor Vit. l. 3. de perſ. Afric. p. 44. a. Iren. verò l. 4. c. 19. p. 252. b. *Si abſconditur homo in abſconſis: & ego eum non videbo?* Hilar. in Pſ. 118. col. 355. e. addit: *nonne cœlum & terram ego impleo, dicit Dominus?* Ambroſ. in Pſ. 43. col. 903. f. *cœlum & terram ego compleo, dicit Dominus:* ſimiliter l. 2. de interpel. Dav. c. 4. col. 644. a. & in Pſ. 118. col. 977. c. 1219. d. & l. 5. de fide, to. 2. 568. c. & l. de Spir. S. col. 618. c. & epiſt. 43. col. 974. b. at in Luc. 17. to. 1. 1481. e. leg. *impleo.* Similiter Victor Tun. ap. Ambr. col. 592. c. Hieron. autem in Iſai. 65. col. 496. f. ita legit: *Nunquid latere quis poterit in abſconditis: & ego non videbo eum? nonne cœlum & terram ego impleo?* & in Iſai. 66. col. 507. f. *Nunquid abſcondet ſe in abſconditis homo, & ego ignorabo?* & in hunc Jer. loc. ita ex LXX. *Si abſcondetur homo in abſconditis: & ego non videbo eum, dicit Dominus?* Auguſt. l. 12. & 22. de civit. Dei, to. 7. 323. c. 697. e. add. *cœlum & terram ego impleo:* ſimiliter in Joh. 3. col. 548. b. Fulgent. l. 2. ad Traſim. p. 97. b. *Si abſconditus fuerit homo in occulto: ego ergo non videbo eum? nonne cœlum & terram ego impleo?* ita rurſum ſer. cont. Faſtid. hoc deleto, *in occulto*, cum ſeq. *ergo.* Vigil. Tapſ. l. 5. de Trin. *Si abſondat ſe homo in abſconſis: nonne ego videbo eum? nunquid non ego cœlum & terram impleo, dicit Dominus?* Græc. Εἰ κρυβήσεταί τις ἐν κρυφαίοις· κἀγὼ ἐγὼ, &c. ut in textu Cypr. In Mſ. Alex. Εἰ κρυβήσεται ἄνθρωπος, &c.

℣. 25. Græc. Ἐνυπνιασάμην ἐνύπνιον, *Somniavi ſomnium.*

℣. 26. Græc. ὡς τοῦ προφητεύειν αὐτὸς τὰ θελήματα τῆς καρδίας αὐτῶν.

℣. 27. Græc. Τῶν λογιζομένων τοῦ ἐπιλαθέσθαι τοῦ νόμου μου, &c. i. e. *Cogitantium ut oblivio fiat legis mea*, &c.

℣. 28. Auguſt. l. 3. cont. Crieſcon. to. 9. 482. a. 519. g. *quid palea cum tritico?* Mſs. *palea:* lib. verò 3. cont. ep. Parmen. to. 9. 67. d. f. *quid paleis ad triticum?* In Collat. Carthag. p. 486. c. *quid paleis ad frumentum?* Græcè, τί τὸ ἄχυρον πρὸς τὸν σῖτον;

℣. 29. Sic eſt in Græco, addito uno ἰδὲ, *ecce*, poſt *nonne.* Ap. Iren. l. 5. c. 17. p. 314. b. *Verbum Domini, quemadmodum bipennis, cædens petram.* Item Hieron. in hunc Jer. loc. 639. f. 640. d. dicit pro *malleo*, LXX. interpretatos eſſe *ſecurim.*

℣. 30. Græc. Ἰδὲ ἐγὼ ἀντιτίθετο πρὸς τοὺς..... λέγει Κύριος ὁ Θεὸς, τοὺς κλέπτοντας, &c. ut in Latino. Hieron. l. 2. in epiſt. ad Epheſ. to. 4. 374. e. *qui furantur ſermones unuſquiſque à proximo ſuo.*

℣. 31. Conſonat Græc. niſi quòd extremò addit αὐτῶν, *ſuam.*

℣. 32. Ita Græcè, excepto uno aor. ἐπλάνησαν, *ſeduxerunt*, pro *ſeducunt.* Hieron. in hunc loc. 640. f. hab. *in mendaciis ſuis, & in miraculis, ſive ſtuporibus, atque terroribus ſuis:* at in Gr. conſtanter, ἐν τοῖς πλάνοις.

℣℣. 33. 34. Eadem ſunt in Græco, ſed cum triplici ἐγὼ præpoſito totidem verbis, *dices, allidam*, & *ulciſcar.*

℣℣. 36..... 40. Hieron. in hunc loc. 642. a. relatis ultimis verſibus hujus capitis, nempe ab his Vulg. verbis ℣. 36. *& pervertiſtis* (Hieron. *pervertitis*) *verba Dei viventis*, &c. uſque ad finem cap. continuò addit: *Hucuſque in LXX. non habetur:* quaſi verò olim tota iſta ab edit. LXX. abſuiſſent. Attamen eorumdem multa etiam-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Dei viventis, Domini exercituum Dei noſtri.

37. Hæc dices ad prophetam : Quid reſpondit tibi Dominus ? & quid locutus eſt Dominus ?

38. Si autem onus Domini dixeritis : propter hoc hæc dicit Dominus : Quia dixiſtis ſermonem iſtum : Onus Domini : & miſi ad vos, dicens : Nolite dicere : Onus Domini :

39. Propterea ecce ego tollam vos portans, & derelinquam vos, & civitatem quam dedi vobis & patribus veſtris, à facie mea.

40. Et dabo vos in opprobrium ſempiternum, & in ignominiam æternam, quæ nunquam oblivione delebitur. *Sup. 20. 11.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

num leguntur in Gr. edit. Rom. nempe poſt hæc prima verba ℣. 36. ἐγὼ λῆμμα Κυρίῳ μὴ ὀνομάζετε ἔτι· ὅτι τὸ λῆμμα τῷ ἀνθρώπῳ ἔσαι ὁ λόγος αὐτοῦ, detractis intermediis quæ leguntur in Vulg. proximè ſequuntur iſta è ℣. 37. Καὶ λιατί ἐλάλησε Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν ; dein è ℣. 38. Διατοῦτο τάδε λέγει Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν· Ἀνθ' ὧν εἴπατε τὸν λόγον τοῦτον· Λῆμμα Κυρίου· ἐγὼ ἀπέστειλα πρὸς ὑμᾶς, λέγων· Οὐκ ἐρεῖτε· Λῆμμα Κυρίου· 39. Διατοῦτο ἰδοὺ ἐγὼ λαμβάνω, ἐγὼ ῥάσσω ὑμᾶς, ἐγὼ τὴν πόλιν ἣν ἔδωκα ὑμῖν, ἐγὼ τοῖς πατράσιν ὑμῶν. 40. Καὶ δώσω ἐφ' ὑμᾶς ὀνειδισμὸν αἰώνιον, ἐγὼ ἀτιμίαν αἰώνιον, ἥτις οὐκ ἐπιλησθήσεται· i. e. ℣. 37. *Et quare locutus eſt Dominus Deus noſter ?* 38. *Propter hoc hæc dicit Dominus Deus noſter : Pro eo quòd dixiſtis ſermonem iſtum : Aſſumptio Domini :* & *miſi ad vos, dicens : Non dicetis : Aſſumptio Domini :* 39. *Propterea ecce ego aſſumo,* & *allido vos,* & *civitatem quam dedi vobis,* & *patribus veſtris.* 40. *Et dabo ſuper vos opprobrium ſempiternum,* & *ignominiam ſempiternam, quæ oblivioni non tradetur.* Tum ſubnectuntur illa quæ reſpondent verſibus 7. & 8. Vulg. de quibus ſupra. Ad ſubjecta Hieron. verba, *Hucuſque in LXX. non habetur*, quod attinet, facilè crediderim ipſa non ſtrictè, ſed paulò clementiùs eſſe accipienda, intelligendo de multis, quod dicere videtur de totis omnibus quæ antecedunt : & verò Hieron. cùm refert textum Lat. ex Hebr. & Vulg. ita variantes lectiones è LXX. aut aliis Interpr. ſic intermiſcet de more : ℣. 37. *Hæc dices, ſive* dicetis *ad prophetam*..... 38. *Onus, ſive* Aſſumptio *Domini*..... *Nolite dicere : Onus, ſive* Aſſumptionem *Domini.* 39. *Propterea ecce ego tollam, ſive* aſſumam *vos*, &c. & infra explanationi ſuæ juxta Hebr. & Vulg. ita ſubjicit : *Dicamus* & *aliter, duntaxat juxta Septuaginta*, λῆμμα *non ſolùm* aſſumptionem, *ſed* & donum, munuſque *ſignificat* : item ſub fine : *Notandum*, inquit, *quòd* Verba Dei viventis, Domini exercituum, Dei noſtri, *Latini* & *Græci codices non habent ;* & *Hebræi in ſuis voluminibus contra ſe legant quod propriè myſterium ſignificat Trinitatis.* Porro hæc tria, *Verba Dei viventis, Domini exercituum, Dei noſtri*, quæ ſecund. Hieron. Trinitatem denotant, ipſiſſima illa ſunt quæ leguntur ſup. in Vulg. ℣. 36. quæ verò abſunt à Gr. edit. Rom. Hic etiam verſiculus, ut & ſeq. alter, profertur in Hexap. ex Theodotione & ſub aſteriſcis, qui ſignificant hæc verba abfuiſſe olim à LXX. Ita enim legimus in Hexap. ad ℣. 36. ※ Θ. Καὶ ἐξετρέψατε τοὺς λόγους Θεοῦ ζῶντος, Κυρίου τῶν δυνάμεων. *In O vacat.* Deinde ad ℣. 37. ※ Θ. Οὕτως ἐρεῖτε πρὸς τὸν προφήτην· Τί ἀπεκρίθη σοι Κύριος ; *In O vacat.* Item ibid. ※ ἐγὼ λῆμμα Κυρίου. *In O vacat.* Subinde ad ℣. 38. ※ μὴ λέγετε. *In O vacat.* Demum ad ℣. 39. Ο. ἐγὼ λαμβάνω ※ Α. Σ. ὑμᾶς : λήμματι. Item ※ Α. Σ. Θ. ἀπὸ τοῦ προσώπου μου. *In O vacat :* quæ omnia ſatis indicant non tota omnia, ſed aliqua tantùm ex antecedentibus deſuiſſe olim, ut etiamnum abſunt in edit. LXX. Vide ſis Hexap. to. 2. p. 218. 219. ſicut Nobilii Not. in hunc loc.

CAPUT XXIV.

VULGATA NOVA.

1. OStendit mihi Dominus : & ecce duo calathi pleni ficis, poſiti ante templum Domini, poſtquam tranſtulit Nabuchodonoſor rex Babylonis Jechoniam filium Joakim regem Juda, & principes ejus, & fabrum, & incluſorem de Jeruſalem, & adduxit eos in Babylonem. *1... 4. Vide Not.*

2. Calathus unus ficus bonas habebat nimis, ut ſolent ficus eſſe primi temporis : & calathus unus ficus habebat malas nimis, quæ comedi non poterant, eò quòd eſſent malæ.

3. Et dixit Dominus ad me : Quid tu vides Jeremia ? Et dixi : Ficus, ficus bonas, bonas valde ; & malas, malas valde, quæ comedi non poſſunt, eò quòd ſint malæ.

4. Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens :

VULGATA NOVA.

5. Hæc dicit Dominus Deus Iſraël : Sicut ficus hæ bonæ : ſic cognoſcam tranſmigrationem Juda, quam emiſi de loco iſto in terram Chaldæorum, in bonum.

6. Et ponam oculos meos ſuper eos ad placandum, & reducam eos in terram hanc : & ædificabo eos, & non deſtruam : & plantabo eos, & non evellam.

7. Et dabo eis cor ut ſciant me, quia ego ſum Dominus : & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum : quia revertentur ad me in toto corde ſuo. *Sup. 7. 23.*

8. Et ſicut ficus peſſimæ, quæ comedi non poſſunt, eò quòd ſint malæ : hæc dicit Dominus, ſic dabo Sedeciam regem Juda, & principes ejus, & reliquos de Jeruſalem, qui remanſerunt *Inf. 29. 17.*

VERSIO ANTIQUA.

5. Hæc dicit Dominus Deus Iſraël : [a] Sicut ficus iſtas bonas, recognoſcam translatos Juda, quos emiſi de loco iſto in terram Chaldæorum, in bona. *Hieron. in Jer. 24. col. 643. [a] Ambr. l. 3. Hexa. col. 56. e.*

6. Et confirmabo oculos meos ſuper illos in bona, & reſtituam illos in terram iſtam : [b] & reædificabo eos, & non deſtruam : & replantabo eos, & non evellam. *[b] Auct. quæſt. ex utroq. Teſt. ap. Auguſt. to. 3. 95. a.*

7. Et dabo illis cor ut ſciant me, quia ego ſum Dominus : & erunt mihi in populum, & ego ero illis in Deum : quia convertentur ad me ex toto corde ſuo. *Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 15. c.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 1..... 4. Hieron. in hunc loc. col. 644. f. hæc habet : *Pro* incluſoribus, *LXX.* vinctos *interpretati ſunt, ut captivitatis ſignificarent malum ;* & *de ſuo addidere* divites, *quod in Hebraïco non habetur.* In Gr. etiam Vatic. legimus τοὺς τεχνίτας, ἐγὼ τοὺς δεσμώτας, ἐγὼ τοὺς πλουσίους ἐξ Ἰερουσαλήμ. Reliqua uſque ad ℣. 5. unum pene & idem ſonant cum Vulgata.

℣. 5. Græc. Τάδε λέγει Κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραήλ· Ὡς τὰ σῦκα τὰ χρηστὰ ταῦτα, οὕτως ἐπιγνώσομαι τοὺς ἀποικισθέντας Ἰουδαίους, &c. ut in Lat. ſup. Mſ. autem Alex. cum ed. Ald. leg. Ἰούδα, non Ἰουδαίους.

℣. 6. Græc. Καὶ στήσω τοὺς..... ἐγὼ ἀποκαλάσω αὐτοὺς εἰς τὴν γῆν ταύτην εἰς ἀγαθά· ἐγὼ ἀνοικοδομήσω αὐτοὺς, ἐγὼ οὐ μὴ καθελῶ αὐτούς· ἐγὼ καλαφυλεύσω, &c. ut ſupra. Edit. Compl. tollit αὐτοὺς, poſt καθελῶ. Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. 530. c. alludens dicit : *ego plantabo eos, ut nequaquam eradicentur.* Item Ambroſiaſt. p. 92. c. *revertentes ad me replantabo.* Auct. verò l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 15. c. *reſtituam illos in terram :* & *ædificabo,* & *non deſtruam :* & *plantabo eos,* & *non evellam.*

℣. 7. Itidem Græcè. Apud Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. 530. c. ſic : *Et ego dabo eis cogitationem* & *ſenſum,*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Jer. 24. col. 643. e.

9. Et dabo eos in diſperſionem.....

VULGATA NOVA.

in urbe hac, & qui habitant in terra Ægypti.

9. Et dabo eos in vexationem, afflictionemque omnibus regnis terræ; in opprobrium, & in parabolam, & in proverbium, & in maledictionem in univerſis locis, ad quæ ejeci eos.

10. Et mittam in eis gladium, & famem, & peſtem: donec conſumantur de terra, quam dedi eis, & patribus eorum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ut intelligant me. Sequentia in Græco, ad finem uſque capitis, Vulgatæ vix diſſimilia.

℣. 9. Ita Græcum habet.

CAPUT XXV.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Jer. 25. col. 645. d.

1. VErbum, quod factum eſt ad Jeremiam ſuper omnem populum Juda, in anno quarto Joacim filii Joſiæ regis Juda.

Caſſiod. in Pſ. 26. p. 442. c.

3..... ego autem locutus ſum ad vos ante lucem.....

Cypr. l. 1. Teſt. p. 276. b.

4. Miſi ad vos ſervos meos prophetas: ante lucem mittebam, & non audiebatis me, neque intendebatis auribus veſtris:

5. dicens: Convertatur unuſquiſque à via ſua mala, & à nequiſſimis affectationibus veſtris: & habitabitis in terra iſta, quam dedi vobis, & patribus veſtris, à ſæculo & uſque in ſæcula.

6. Nolite ambulare poſt deos alienos, ut ſerviatis eis, & ne adoraveritis eos: & ne inciteris me in operibus manuum veſtrarum, ad diſperdendos vos.

Hieron. in Jer. 25. col. 646. f.

7. Et non audiſtis me.

VULGATA NOVA.

1. VErbum, quod factum eſt ad Jeremiam de omni populo Juda, in anno quarto Joakim filii Joſiæ regis Juda, (ipſe eſt annus primus Nabuchodonoſor regis Babylonis.)

2. Quod locutus eſt Jeremias propheta ad omnem populum Juda, & ad univerſos habitatores Jeruſalem, dicens:

3. A tertio decimo anno Joſiæ filii Ammon regis Juda uſque ad diem hanc; iſte tertius & vigeſimus annus; factum eſt verbum Domini ad me, & locutus ſum ad vos de nocte conſurgens, & loquens: & non audiſtis.

4. Et miſit Dominus ad vos omnes ſervos ſuos prophetas, conſurgens diluculo, mittenſque: & non audiſtis, neque inclinaſtis aures veſtras ut audiretis,

5. cùm diceret: Revertimini unuſquiſque à via ſua mala, & à peſſimis cogitationibus veſtris: & habitabitis in terra, quam dedit Dominus vobis, & patribus veſtris, à ſæculo & uſque in ſæculum.

4. Reg. 17. 13. Sup. 18. 11. Inf. 35. 15.

6. Et nolite ire poſt deos alienos, ut ſerviatis eis, adoretiſque eos: neque me ad iracundiam provocetis in operibus manuum veſtrarum, & non affligam vos.

7. Et non audiſtis me, dicit Dominus, ut me ad iracundiam provocaretis in operibus manuum veſtrarum, in malum veſtrum.

VULGATA NOVA.

8. Propterea hæc dicit Dominus exercituum: Pro eo quòd non audiſtis verba mea:

9. ecce ego mittam, & aſſumam univerſas cognationes Aquilonis, ait Dominus, & Nabuchodonoſor regem Babylonis ſervum meum: & adducam eos ſuper terram iſtam, & ſuper habitatores ejus, & ſuper omnes nationes, quæ in circuitu illius ſunt: & interficiam eos, & ponam eos in ſtuporem & in ſibilum, & in ſolitudines ſempiternas.

10. Perdamque ex eis vocem gaudii, & vocem lætitiæ, vocem ſponſi, & vocem ſponſæ, vocem molæ, & lumen lucernæ.

11. Et erit univerſa terra hæc in ſolitudinem, & in ſtuporem: & ſervient omnes gentes iſtæ regi Ba-

2. Par. 36. 22. 1. Eſdr. 1. 1. Inf. 26. 6. & 29. 10. Dan. 9. 2.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita in Græco ad verbum. Hieron. verò ait, quod ſequitur (in Vulg.) *ipſe eſt annus primus Nabuchodonoſor regis Babylonis*, in LXX. non haberi: non legitur etiam hodie in ed. Rom. nec in al.

℣. 3. Græc. καὶ ἐλάλησα πρὸς ὑμᾶς ὀρθρίζων.

℣. 4. Totidem verba refert Lactant. l. 4. Inſtit. c. 11. p. 575. Caſſiod. verò in Pſ. 26. p. 442. c. verſiculo antecedenti 3. ſubjungit, & *non audiſtis me*; mox ita: *Et miſi ad vos omnes ſervos meos prophetas ante lucem.* Gr. Καὶ ἀπέστειλον πρὸς ὑμᾶς τοὺς δούλους μου τοὺς προφήτας, ὀρθρου ἀποστέλλων· καὶ οὐκ εἰσηκούσατε, καὶ οὐ προσεῖχε τοῖς ὠσὶν ὑμῶν.

℣. 5. Eadem quoque legit Lactant. l. 4. Inſtit. p. 575. his tamen exceptis, *cùm dicerem vobis*, pro *dicens*; ſubinde, *affectionibus*, pro *affectationibus*; ultimò, *ſæculum*, loco *ſæcula*. Hieron. in hunc Jer. loc. col. 646. e. ſic hab. *à ſæculo & uſque in ſæculum*, ſive ab æterno & uſque in æternum. Gr. λέγων· Ἀποστράφητε ἕκαστος ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ τῆς πονηρᾶς, καὶ ἀπὸ τῶν πονηρῶν ἐπιτηδευμάτων ὑμῶν· καὶ κατοικήσετε ἐπὶ τῆς γῆς, ἧς ἔδωκα ὑμῖν, καὶ τοῖς πατράσιν ὑμῶν, ἀπ' αἰῶνος καὶ ἕως αἰῶνος. Caſſiod. in Pſ. 26. p. 442. c. initio hab. *dicens: Revertimini unuſquiſque à via ſua maligna.*

℣. 6. Ita rurſum legit Cypr. epiſt. ad Fortunat. p. 264. b. & ad Demetr. p. 218. a. ſicut Lact. l. 4. Inſtit. c. 11. p. 575. niſi quòd tollit τὰ, & *ne adoraveritis eos.* Jul. quoque Firm. l. de errore prof. relig. c. 29. p. 179. c. *Nolite ambulare poſt deos alienos, ut ſerviatis eis, & ne adoraveritis: ne incitetis me in operibus manuum veſtrarum, ad diſperdendos vos.* Zeno Veron. l. 1. tract. 15. p. 112. *Nolite ambulare poſt deos alienos, ut ſerviatis eis, & ne adoraveritis eos: nequando incitetis me in operibus manuum veſtrarum, & diſperdam vos.* Auct. l. de aleatorib. ap. Cypr. p. 494. b. *Nolite ſacrificare diis alienis: ne incitetis me in operibus manuum veſtrarum, ad diſperdendum vos.* Græc. Μὴ πορεύεσθε ὀπίσω θεῶν ἀλοτρίων, τοῦ λυπεῖν αὐτοῖς, καὶ τοῦ προσκυνεῖν αὐτοῖς· ὅπως μὴ παροργίζητέ με ἐν τοῖς..... τοῦ κακῶσαι ὑμᾶς.

℣. 7. Itidem Græcè, nec plura: *quodque ſequitur* (in Vulg.) Dicit Dominus, ut me ad iracundiam provocaretis in operibus manuum veſtrarum, in malum veſtrum: *in LXX. non habetur*, teſte Hieron. ubi ſup. Sequentia Græca uſque ad ℣. 14. paucis tantùm diſcrepant à Vulg.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

bylonis ſeptuaginta annis.

12. Cùmque impleti fuerint ſeptuaginta anni, viſitabo ſuper regem Babylonis, & ſuper gentem illam, dicit Dominus, iniquitatem eorum, & ſuper terram Chaldæorum: & ponam illam in ſolitudines ſempiternas.

13. Et adducam ſuper terram illam omnia verba mea, quæ locutus ſum contra eam, omne quod ſcriptum eſt in libro iſto, quæcunque prophetavit Jeremias adversùm omnes gentes:

14. Quia ſervierunt eis, 14... *Vide Not.*
cùm eſſent gentes multæ,
& reges magni: & reddam eis ſecundùm opera eorum, & ſecundùm facta manuum ſuarum.

VULGATA NOVA.

15. Quia ſic dicit Dominus exercituum Deus Iſraël: Sume calicem vini furoris hujus de manu mea: & propinabis de illo cunctis gentibus, ad quas ego mittam te.

16. Et bibent, & turbabuntur, & inſanient à facie gladii, quem ego mittam inter eos.

17. Et accepi calicem de manu Domini, & propinavi cunctis gentibus, ad quas miſit me Dominus:

18. Jeruſalem, & civitatibus Juda, & regibus ejus, & principibus ejus: ut darem eos in ſolitudinem, & in ſtuporem, & in ſibilum, & in maledictionem, ſicut eſt dies iſta:

19. Pharaoni regi Ægypti, & ſervis ejus, & principibus ejus, & omni populo ejus,

20. & univerſis generaliter: cunctis regibus terræ Auſitidis, & cunctis regibus terræ Philiſthiim, & Aſcaloni, & Gazæ, & Accaron, & reliquiis Azoti,

21. & Idumææ, & Moab, & filiis Ammon:

22. Et cunctis regibus Tyri, & univerſis regibus Sidonis: & regibus terræ inſularum, qui ſunt trans mare:

23. Et Dedan, & Thema, & Buz, & univerſis qui attonſi ſunt in comam:

24. Et cunctis regibus Arabiæ, & cunctis regibus Occidentis, qui habitant in deſerto:

25. Et cunctis regibus Zambri, & cunctis regibus Elam, & cunctis regibus Medorum:

26. cunctis quoque regibus Aquilonis de prope & de longè, unicuique contra fratrem ſuum: & omnibus regnis terræ, quæ ſuper faciem ejus ſunt: & rex Seſach bibet poſt eos:

27. & dices ad eos: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſraël: Bibite, & inebriamini, &

VERSIO ANTIQUA.

15. * Sic dicit Dominus Deus Iſraël: Accipe calicem vini meri de manu tua: & potabis omnes gentes, ad quas ego mitto te. * Gr. Cap. xxxi. 7. *Tichon. reg. 4. p. 60. f.*

16. Et vomент, & inſanient à facie gladii, quem ego mitto in medio illarum.

17. Et accepi calicem de manu Domini, & potavi gentes, ad quas miſit me Dominus ad ipſas:

18. Jeruſalem, & civitates Judæ, & reges ejus, & principes ejus: ut ponerentur in deſolatione, & in devaſtatione, & in ſibilatione:

19. & Pharaonem regem Ægypti, & pueros ejus, & potentes ejus, univerſum populum ejus,

20. & omnes promiſcuos ejus: & reges omnes alienigenarum, Aſcalonem, & Gazam, & Accaron, & quæ contra faciem Azoti,

21. & Idumæam, & Moabitem, & filios Ammon:

22. Et regem Tyri, & regem Sidonis: & reges, qui trans mare ſunt:

23. Et Dedan, & Theman, & Boſor, & omnem circumtuntam à facie:

24. Et omnes promiſcuos, qui commorantur in deſerto:

25. Et omnes reges Elam, & omnes reges Perſarum:

26. & univerſos reges à Subſolano, qui longè & qui juxta ſunt, unumquemque ad fratrem ſuum: & omnia regna terræ, quæ ſuper faciem terræ ſunt:

27. & dices illis: Hæc dicit Dominus omnipotens: Bibite, & inebriamini, & vomite: &

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 14. *Hoc* totum *in LXX. non habetur*, inquit Hieron. in hunc loc. col. 647. f.

℣. 15. In Græco Vatic. hîc incipit cap. 32. Loco verò *Sic dicit*, ibid. legitur Οὕτως εἶπε, *Sic dixit*; additurque τούτου, *hujus*, ad vocem *meri*; ſubinde pro *tua*, habetur μοῦ, *mea*; extremòque τῷ *mitto te*, ſubjicitur πρὸς αὐτούς, *ad eos*; cæt. ut in Lat. ſupra. Similiter apud Ambroſ. in Pſ. 37. col. 822. c. *Accipe calicem vini meri hujus de manu mea: & potionabis omnes gentes, ad quas ego mittam te.* Apud Hieron. in Iſai. 51. col. 372. b. *Sume calicem vini meri de manu mea: & propinabis cunctis gentibus, ad quas ego mittam te:* & epiſt. ad Damaſ. de ſeraph. to. 3. 522. e. *Accipe calicem meri hujus de manu mea: & potionabis omnes gentes, ad quas ego te mittam:* & in Ezech. 23. col. 859. a. *Accipe calicem vini meri de manu mea: & potabis omnes gentes, ad quas ego mittam te:* & in Iſai. 6. col. 63. b. *Accipe calicem, & potionabis omnes gentes, ad quas ego mittam te:* item in Jerem. 25. col. 648. a. hab. *calicem vini furoris, ſive* meri.

℣. 16. Similiter Ambroſ. in Pſ. 37. col. 822. c. *Et voment, & inſanient à facie gladii.* Hieron. in Ezech. 23. col. 859. a. *Et bibent, & voment, & inſanient:* ſic etiam epiſt. ad Damaſ. de ſeraph. to. 3. 522. e. adjunctis his: *& cadent à facie gladii, quem mittam in medio eorum:* at in Iſai. 51. col. 372. b. *Et bibent, & voment, & inſanient à facie gladii, quem ego mittam in medio eorum.* Ita quoque eſt in Græco, excepto uno præſ. ἀποστέλλω, *mitto*, pro fut. *mittam*; ſupra legitur ἐξεμέσαται, ad litt. *evoment.*

℣. 17. Sic eſt in Græco, verbum pro verbo. Hieron. ep. ad Damaſ. to. 3. 522. f. *Et accepi calicem de manu Domini, & potionavi omnes gentes, ad quas miſit me Dominus.*

℣. 18. Concordat Græc. niſi quòd poſt *reges*, repetit Ἰούδα, loco *ejus*: & pro *in devaſtatione*, hab. εἰς ἄθετον; at in Compl. εἰς ἀφανισμόν. Apud Hieron. epiſt. ad Damaſ. de ſeraph. to. 3. 522. f. ſic: *Et Jeruſalem, & civitates Juda, & reges ejus, & principes ejus: ad ponendas eas in deſolationem, & in invium, & ſibilationem.*

℣. 19. Itidem Græcè, poſito uno ὲ, ante *univerſum.*

℣. 20. Conſonat Græc. ſublato *ejus*, poſt vocem *promiſcuos*; poſito verò ὲ, ante *Aſcalonem*; item pro *quæ contra faciem Azoti*, ſic, τὸ ἐπίλοιπον Ἀζώτου, *reliquias Azoti.* Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. hab. Συμμίκτους αὐτῶ, *promiſcuos ejus*; Hieron. in hunc loc. 648. e. *mixticios:* quod autem ſequitur in Hebr. & Vulg. *& cunctis regibus terræ Auſitidis*; hoc teſtatur Hieron. *in LXX. non haberi.*

℣. 21. Ita Græcè.

℣. 22. Concinit Græc. niſi quòd hab. tripliciter βασιλεῖς, *reges*, non *regem..... regem.*

℣. 23. Ita Græcè, præter vocem Ῥῶς, pro *Boſor*; at in Compl. Βύζ· exinde, ὲ πᾶν περιπεκαρμένον κατὰ πρόσωπον αὐτῶ, *& omne circumtunſum ſecundùm faciem ejus.*

℣℣. 24. 25. Ita in Græco.

℣. 26. Similiter in Græco, detracta una voce *terræ*, poſt *regna*. Hieron. etiam in hunc loc. 649. d. ait: *Pro* Aquilone, *qui Hebraïcè dicitur* Saphon, *LXX. vertêre* Ἀνατολήν, *quem nos* Subſolanum *poſſimus dicere.*

℣. 27. Græc. initio hab. Οὕτως εἶπε, *Sic dixit*, pro *Hæc dicit*; deletque &, poſt *bibite*; exinde pro *vomite*, ſert ἐξεμέσατε, *evomuiſti*; & pro ed. *ſurgetis*, ὲ μὴ ἀναστῆτε, *non reſurgatis*; cæt. ut in textu. In Mſ. Alex. ὲ μεθύσθητε, ὲ ἐξεμέσατε. Apud Ambr. l. de Elia, c. 16. col. 553. e. *Bibite, & inebriamini, & vomite: & cadetis, & non*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Tirbon. ubi sup. * *In edit. deest non, male.* cadetis, & * non surgetis à facie gladii, quem ego mitto in medium vestrûm.	vomite: & cadite, neque surgatis à facie gladii, quem ego mittam inter vos.
28. Et ad eos qui noluerunt accipere calicem ita ut bibant, dices: Sic dicit Dominus: Bibentes bibetis:	28. Cùmque noluerint accipere calicem de manu tua ut bibant, dices ad eos: Hæc dicit Dominus exercituum: Bibentes bibetis:
29. quia in civitate, in qua invocatum est nomen meum super ipsam, incipio vexare vos, & vos purgatione non eritis purgati: quia gladium ego invoco super inhabitantes terram.	29. quia ecce in civitate, in qua invocatum est nomen meum, ego incipiam affligere, & vos quasi innocentes & immunes eritis? non eritis immunes: gladium enim ego voco super omnes habitatores terræ, dicit Dominus exercituum. *1. Pet. 4. 17.*
Hieron. in Jer. 25. col. 651. 30. Et tu prophetabis ad eos omnia verba hæc, & dices ad illos: Dominus de excelso responsum dabit, & de loco sancto suo dabit vocem suam: respondebit sermonem super locum suum: illi autem quasi vindemiantes respondebunt. Super omnes habitatores terræ	30. Et tu prophetabis ad eos omnia verba hæc, & dices ad illos: Dominus de excelso rugiet, & de habitaculo sancto suo dabit vocem suam: rugiens rugiet super decorem suum: celeuma quasi calcantium concinetur adversùs omnes habitatores terræ. *Joel. 3. 16. Amos, 1. 2.*
31. pervenit interitus, super partem terræ: judicium enim erit in gentibus: & ipse judicabitur cum omni carne, impii autem tradentur gladio, dicit Dominus.	31. Pervenit sonitus usque ad extrema terræ: quia judicium Domino cum gentibus: judicatur ipse cum omni carne, impios tradidi gladio, dicit Dominus.
32..... Ecce malum..... & tempestas egredietur ab extremis terræ.	32. Hæc dicit Dominus exercituum: Ecce afflictio egredietur de gente in gentem: & turbo magnus egredietur à summitatibus terræ.
33. Et erunt vulnerati à Domino.....	33. Et erunt interfecti Domini in die illa à summo terræ usque ad summum ejus: non plangentur, & non colligentur, neque sepelientur: in sterquilinium super faciem terræ jacebunt.
Ibid. 652. 34. Jubilate pastores, & clamate: & plangite arietes ovium..... & cadetis quasi arietes electi.	34. Ululate pastores, & clamate: & aspergite vos cinere optimates gregis: quia consumpti sunt dies vestri, ut interficiamini; & dissipationes vestræ, & cadetis quasi vasa pretiosa.
35..... & salvatio ab arietibus gregis.	35. Et peribit fuga à pastoribus, & salvatio ab optimatibus gregis.
36..... jubilum arietum.....	36. Vox clamoris pastorum, & ululatus optimatum gregis: quia vastavit Dominus pascua eorum.
37. Et conticuerunt speciosa pacis.....	37. Et conticuerunt arva pacis à facie iræ furoris Domini.
38. Dereliquit quasi leo cubile suum, quia facta est terra eorum invia à facie gladii magni.	38. Dereliquit quasi leo umbraculum suum, quia facta est terra eorum in desolationem à facie iræ columbæ, & à facie iræ furoris Domini.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

surgetis.

℣. 28. Gr. Καὶ ἔσαι, ὅταν μὴ βόλωνται δέξασθαι τὸ ποτήριον ἐκ τῆς χειρός σου, ὥστε πιεῖν, καὶ ἐρεῖς· Οὕτως εἶπε Κύριος· Πίονλες πίεσθε· i. e. *Et erit, cùm noluerint accipere calicem de manu tua, ut bibant, & dices: Sic dixit Dominus: Bibentes bibetis.*

℣. 29. Similiter in Græco, nisi quòd pro *invocatum est*, habetur ὠνομάσθη, *nominatum est*; item verbo *incipio*, præponitur ἐγὼ; sicut ante *inhabitantes*, ponitur πάντας, *omnes*; deletur autem *vos*, post verbum *vexare*. Hieron. in hunc loc. 650. f. ad hæc Vulgatæ verba: *& vos quasi innocentes immunes eritis?* addit: *sive, & vos munditiâ mundi eritis?*

℣℣. 30. 31. Hæc tota mutuamur ab Hieronymo: ita verò primùm verba refert, copulando nimirum Versionem utramque cùm ex Hebr. tum è LXX. pro more: *Et tu prophetabis..... Dominus de excelso rugiet, sive* responsum dabit, *& de habitac. sancto suo dabit vocem suam: rugiens rugiet super decorem suum, sive* respondebit super locum suum: *celeuma quasi calcantium concinetur adversùm omnes habitatores terræ. Pervenit sonitus, sive* interitus *usque ad extrema, sive* super partem *terræ: quia judicium Domino*, &c. ut in Vulg. Infra autem hæc habet: *Allegorici Interpretes juxta LXX. hunc locum sic edisserunt, ut ad bonam partem referant apertam Domini comminationem:* Dominus, *inquiunt*, de excelso responsum dabit, *his videlicet quos salvaturus est*, & de loco sancto suo dabit vocem suam, respondebitque sermonem in loco suo: illi autem quasi vindemiantes, *pleni fructibus, illius sententiæ* respondebunt: Super omnes habitatores terræ veniet interitus, *non super universam terram, sed* super partem terræ, *eorum videlicet qui non credunt:* judicium enim erit in gentibus: & ipse judicabitur cum omni carne, impii autem tradentur gladio.) Ex his autem omnibus textum nostrum confecimus ut videtur supra; nec malè: ita enim respondent Græca: Καὶ Σὺ προφητεύσεις ἐπ' αὐτοὺς τοὺς λόγους τούτους, καὶ ἐρεῖς· Κύριος ἀφ' ὑψηλοῦ χρηματιεῖ, ἀπὸ τοῦ οἴκου αὐτοῦ δώσει φωνὴν αὐτοῦ· λόγον χρηματιεῖ ἐπὶ τὸ πόπον αὐτοῦ· καὶ οἶδε ὥσπερ τρυγῶντες ἀποκελεύσονται. Καὶ ἐπὶ κατοικίσεις ἐπὶ τὴν γῆν ἥκει ὄλεθρος, ἐπὶ μέρος τῆς γῆς· ὅτι κρίσις τῷ Κυρίῳ ἐν τοῖς ἔθνεσι· κρίνεται αὐτὸς πρὸς πᾶσαν σάρκα, οἱ δὲ ἀσεβεῖς ἐδόθησαν εἰς μάχαιραν, λέγει Κύριος.

℣. 32. Græc. Ἰδοὺ κακὰ..... καὶ λαίλαψ μεγάλη ἐκπορεύεται ἀπ' ἐσχάτου τῆς γῆς.

℣. 33. Ita Græcè.

℣. 34. Concordat Græc. nisi quòd hab. Ἀλαλάξατε, pro *Jubilate*. At Hieron. ibid. dicit: *Notandum quòd in hoc tantùm loco LXX.* jubilum *in malam partem posuerint, pro quo alii Interpretes* ululatum, *ut in Hebræo scriptum est, transtulere.*

℣. 35. Græc. καὶ σωτηρία ἀπὸ τῶν κριῶν τῶν ποιμάτων, *& salus ab arietibus ovium.*

℣. 36. Hieron. ibid. *Et hîc notandum quòd apud LXX.* jubilum *pro* ululatu *positum sit.* In Græco, ἀλαλαγμός.

℣. 37. Καὶ παύεται τὰ καλάμινα τῆς εἰρήνης, *Et cessabunt reliqua pacis.*

℣. 38. Consonat Græc. nisi quòd hab. καλάμα, *diversorium*, pro *cubile*; & εἰς ἄβατον, *in invium*, pro *invia*. Hieron. ibid. *Dereliquit quasi leo umbraculum, sive* cubile suum, *& ut verius est*, tabernaculum; *hoc enim* succo *Hebraïcum sonat:* subinde dicit pro *columba*, LXX. transtulisse *gladium magnum.*

Digitized by Google

CAPUT XXVI. *

* Gr. xxxiii.

Vulgata nova.

1. IN principio regni Joakim filii Josiæ regis Juda, factum est verbum istud à Domino, dicens:

2. Hæc dicit Dominus: Sta in atrio domus Domini, & loquêris ad omnes civitates Juda, de quibus veniunt ut adorent in domo Domini, universos sermones, quos ego mandavi tibi ut loquaris ad eos: noli subtrahere verbum,

3. si fortè audiant & convertantur unusquisque à via sua mala: & pœniteat me mali, quod cogito facere eis propter malitiam studiorum eorum.

Versio antiqua.

1. IN principio regis Joacim filii Josiæ regis Juda, factum est verbum istud ad Jeremiam à Domino, dicens: *Hieron. in Jer. 27. col. 657. e.*

2..... Sta in atrio domûs Domini, & responsum dabis omni Judæ, iis qui veniunt adorare in domo Domini, omnia verba, quæ constitui tibi respondere illis: noli auferre verbum: *Ambr. l. 2. de pœnit. col. 423. d.*

3. forsitan audient & avertentur [a] unusquisque à via sua mala: & quiescam à malo..... [a] *Hieron. in Jer. 26. col. 653. b.*

Vulgata nova.

4. Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus: Si non audieritis me, ut ambuletis in lege mea, quam dedi vobis,

5. ut audiatis sermones servorum meorum prophetarum, quos ego misi ad vos de nocte consurgens, & dirigens, & non audistis:

1. Reg. 4. 2. 10. 6. Dabo domum istam sicut Silo, & urbem hanc dabo in maledictionem cunctis gentibus terræ.

Sup. 7. 12. 7. Et audierunt sacerdotes, & prophetæ, & omnis populus, Jeremiam loquentem verba hæc in domo Domini. *7... 8... 11. Vide Not.*

8. Cùmque complesset Jeremias, loquens omnia quæ præceperat ei Dominus ut loqueretur ad universum populum, apprehenderunt eum sacerdotes, & prophetæ, & omnis populus, dicens: Morte moriatur.

9. Quare prophetavit in nomine Domini, dicens: Sicut Silo erit domus hæc: & urbs ista desolabitur, eò quòd non sit habitator? Et congregatus est omnis populus adversùs Jeremiam in domo Domini.

10. Et audierunt principes Juda verba hæc: & ascenderunt de domo regis in domum Domini, & sederunt in introitu portæ domus Domini novæ.

11. Et locuti sunt sacerdotes & prophetæ ad principes, & ad omnem populum, dicentes: Judicium mortis est viro huic: quia prophetavit adversùs civitatem istam, sicut audistis auribus vestris.

Vulgata nova.

Sup. 25. 13. 12. Et ait Jeremias ad omnes principes, & ad universum populum, dicens: Dominus misit me, ut prophetarem ad domum istam, & ad civitatem hanc omnia verba quæ audistis.

Versio antiqua.

12..... Dominus misit me, ut prophetarem super domum istam, & super civitatem hanc omnia verba quæ audistis. *Hieron. in Jer. 26. col. 655. c.*

Sup. 7. 3. 13. Nunc ergo bonas facite vias vestras, & studia vestra, & audite vocem Domini Dei vestri: & pœnitebit Dominum mali, quod locutus est adversùm vos.

13..... & quiescet Dominus à malis, quæ locutus est contra vos.

14. Ego autem ecce in manibus vestris sum: facite mihi quod bonum & rectum est in oculis vestris:

14..... ut expedit vobis.

Vulgata nova.

15. Veruntamen scitote & cognoscite, quòd si occideritis me, sanguinem innocentem tradetis contra vosmetipsos, & contra civitatem istam, & habitatores ejus: in veritate enim misit me Dominus ad vos, ut loquerer in auribus vestris omnia verba hæc.

16. Et dixerunt principes, & omnis populus ad sacerdotes & ad prophetas: Non est viro huic judicium mortis: quia in nomine Domini Dei nostri locutus est ad nos.

17. Surrexerunt ergo viri de senioribus terræ: & dixerunt ad omnem cœtum populi, loquentes:

18. Michæas de Morasthi fuit propheta in diebus Ezechiæ regis Juda, & ait ad omnem populum Juda, dicens: Hæc dicit Dominus exercituum: Sion *Mich. 3. 12.* quasi ager arabitur: & Jerusalem in acervum lapidum erit: & mons domus in excelsa silvarum.

19. Nunquid morte condemnavit eum Ezechias rex Juda, & omnis Juda? nunquid non timuerunt Dominum, & deprecati sunt faciem Domini: & pœnituit Dominum mali, quod locutus fuerat adversùm eos? Itaque nos facimus malum grande contra animas nostras.

20. Fuit quoque vir prophetans in nomine Domini, Urias filius Semei de Cariathiarim: & prophetavit adversùs civitatem istam, & adversùs terram hanc juxta omnia verba Jeremiæ.

21. Et audivit rex Joakim, & omnes potentes, & principes ejus verba hæc: & quæsivit rex interficere eum. Et audivit Urias, & timuit, fugitque & ingressus est Ægyptum.

22. Et misit rex Joakim viros in Ægyptum, Elnathan filium Achobor, & viros cum eo in Ægyptum.

23. Et eduxerunt Uriam de Ægypto: & adduxerunt eum ad regem Joakim, & percussit eum gladio:

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Hieron. ait sic *in principio* posuisse LXX. A Gr. tamen hod. abest τὸ *regis Juda*; sicut istud, *ad Jeremiam*; necnon ult. verbum *dicens*; cæt. ut in Lat.

℣. 2. Eadem sunt in Græco, nisi quòd pro *omni Juda*, habetur ἅπασι τοῖς Ἰουδαίοις, dein ἐν πάσαι τοῖς, &c. *omnibus Judæis*, & *omnibus iis*, &c. Hieron. in eund. loc. 653. d. *Præcipitur*, inquit, *ut loquatur ad omnes civitates Juda, licet* civitates LXX. *non transtulerint.*

℣. 3. Itidem Græcè, præter hoc plur. ἀπὸ τῶν κακῶν, *à malis*: sequentia usque ad ℣. 12. paucis exceptis, conguunt cum Vulgata.

℣. 7. Hieron. in hunc loc. 654. d. ad vocem *prophetæ*, ait *pseudoprophetas manifestiùs LXX.* transtulisse: ita quoque infra ad ℣℣. 8. 11. & seqq.

℣. 12. Concordat Græc. ad verbum.

℣. 13. Sic etiam in Græco, nisi excipiatur ult. ἐφ' ὑμᾶς, *super vos*, pro *contra vos.*

℣. 14. Græc. ὡς συμφέρει, καὶ ὡς βέλτιον ὑμῖν' *sicut expedit*, & *sicut melius vobis.* Reliqua usque ad finem capitis plerumque consentiunt cum Vulg.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

& projecit cadaver ejus in ſepulcris vulgi ignobilis.
24. Igitur manus Ahicam filii Saphan fuit cum Jeremia, ut non traderetur in manus populi, & interficerent eum.

* Gr. xxxiv.

CAPUT XXVII.*

VULGATA NOVA.

1. IN principio regni Joakim filii Joſiæ regis Juda, factum eſt verbum iſtud ad Jeremiam à Domino, dicens: 1... *Vide Not.*

2. Hæc dicit Dominus ad me: Fac tibi vincula, & catenas: & pones eas in collo tuo.

3. Et mittes eas ad regem Edom, & ad regem Moab, & ad regem filiorum Ammon, & ad regem Tyri, & ad regem Sidonis; in manu nunciorum, qui venerunt Jeruſalem ad Sedeciam regem Juda.

4. Et præcipies eis ut ad dominos ſuos loquantur: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſraël: Hæc dicetis ad dominos veſtros:

5. Ego feci terram, & homines, & jumenta, quæ ſunt ſuper faciem terræ, in fortitudine mea magna, & in brachio meo extento: & dedi eam ei, qui placuit in oculis meis.

6. Et nunc itaque ego dedi omnes terras iſtas in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis ſervi mei: inſuper & beſtias agri dedi ei ut ſerviant illi. 6... 7. *Vide Not.*

7. Et ſervient ei omnes gentes, & filio ejus, & filio filii ejus: donec veniat tempus terræ ejus & ipſius: & ſervient ei gentes multæ, & reges magni.

8. Gens autem & regnum, quod non ſervierit Nabuchodonoſor regi Babylonis, & quicunque non curvaverit collum ſuum ſub jugo regis Babylonis: in gladio, & in fame, & in peſte viſitabo ſuper gentem illam, ait Dominus, donec conſumam eos in manu ejus.

Sup. 23. 16. *Inf.* 29. 8. 9. Vos ergo nolite audire prophetas veſtros, & divinos, & ſomniatores, & augures, & maleficos, qui dicunt vobis: Non ſervietis regi Babylonis.

10. Quia mendacium prophetant vobis: ut longè vos faciant de terra veſtra, & ejiciant vos, & pereatis.

11. Porro gens, quæ ſubjecerit cervicem ſuam ſub jugo regis Babylonis, & ſervierit ei; dimittam eam in terra ſua, dicit Dominus: & colet eam, & habitabit in ea.

12. Et ad Sedeciam regem Juda locutus ſum ſecundùm omnia verba hæc, dicens: Subjicite colla veſtra ſub jugo regis Babylonis, & ſervite ei, & populo ejus, & vivetis. 12... 13... 14. *Vide Not.*

13. Quare moriemini tu & populus tuus gladio, & fame, & peſte, ſicut locutus eſt Dominus ad gentem, quæ ſervire noluerit regi Babylonis?

14. Nolite audire verba prophetarum dicentium vobis: Non ſervietis regi Babylonis: quia mendacium ipſi loquuntur vobis.

15. Quia non miſi eos, ait Dominus: & ipſi prophetant in nomine meo mendaciter: ut ejiciant vos, & pereatis tam vos, quàm prophetæ, qui vaticinantur vobis. *Sup.* 14. 14. & 23. 21. *Inf.* 29. 9.

16. Et ad ſacerdotes, & ad populum iſtum locutus ſum, dicens: Hæc dicit Dominus: Nolite audire verba prophetarum veſtrorum, qui prophetant vobis, dicentes: Ecce vaſa Domini revertentur de Babylone nunc citò, mendacium enim prophetant vobis. 16... 17. *Vide Not.*

17. Nolite ergo audire eos, ſed ſervite regi Babylonis, ut vivatis: quare datur hæc civitas in ſolitudinem?

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Jer. 27. *col.* 660. *e.* 18. Et ſi prophetæ ſunt, & eſt verbum Domini in eis, occurrant mihi:

19. quia ſic dixit Dominus: Et reliqua vaſa,

20. quæ non tulit rex Babylonis, quando tranſtulit Jechoniam de Jeruſalem,

VULGATA NOVA.

18. Et ſi prophetæ ſunt, & eſt verbum Domini in eis: occurrant Domino exercituum, ut non veniant vaſa, quæ derelicta fuerant in domo Domini, & in domo regis Juda, & in Jeruſalem, in Babylonem.

19. Quia hæc dicit Dominus exercituum ad columnas, & ad mare, & ad baſes, & ad reliqua vaſorum, quæ remanſerunt in civitate hac: *4. Reg.* 25. 13.

20. quæ non tulit Nabuchodonoſor rex Babylonis, cùm transferret Jechoniam filium Joakim regem Juda de Jeruſalem in Babylonem, & omnes optimates Juda & Jeruſalem.

21. Quia hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſraël ad vaſa, quæ derelicta ſunt in domo Domini, & in domo regis Juda & Jeruſalem:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hunc verſum abeſſe à LXX. teſtatur Hieron. in comm. col. 657. e. *Hoc in editione LXX. non habetur*, inquit, & *multi putant ſequentis capituli eſſe principium; quod nequaquam ita eſt, ſed jungendum ſuperiori, ut quidquid dictum refertur & factum, in principio regni Joacim factum eſſe credamus: unde & mittendi in Ægyptum, quaſi ad amicum regem habuit poteſtatem. Videntur autem mihi LXX. titulum iſtum hac ratione ſilviſſe, ne ſecundò dicere viderentur. Jam enim in principio poſuerant* (cap. 26.) In principio regis Joacim filii Joſiæ regis Juda, factum eſt verbum iſtud ad Jeremiam à Domino, dicens:

℣℣. 6. 7. Hieron. in hunc loc. col. 658. f. 659. a. ait: *Hoc quod ex Hebraïco poſuimus* (6.) dedi ei ut ſerviant illi. (7.) Et ſervient ei omnes..... & reges magni, *in LXX. editione non legitur.* Abeſt quoque hodie à Græco Vatic.

℣℣. 12. 13. 14. Hieron. in hunc loc. col. 660. a. *Hoc quod*, inquit, *de Hebraïco poſuimus* (12.) ſub jugo regis Babylonis..... (13.) Quare moriemini tu..... (14.) Nolite audire verba prophetarum dicentium vobis, *in LXX. non habetur. Et idcirco admoneo, ut prudens lector intelligat quantum deſit per ſingula Græcis codicibus & Latinis.* Deſunt etiam hæc tota in Gr. Vatic.

℣℣. 16. 17. Rurſus Hieron. ubi ſup. *Hoc quod poſuimus*, nunc citò, *in LXX non habetur*; & *illud quod ſequitur* (17.) Nolite audire eos..... in ſolitudinem. Hæc pariter non leguntur in Gr. Vatic.

℣℣. 18..... 22. Græcè ſimiliter ℣. 18. Εἰ προφῆται εἰσὶ, καὶ εἰ ἔστι λόγος Κυρίου ἐν αὐτοῖς, ἀντιπαρακαλεσάτωσάν μοι· deinde ℣. 19. Ὅτι οὕτως εἶπε Κύριος· Καὶ τῶν ἐπιλοίπων σκευῶν, 20. ἃ οὐκ ἔλαβε βασιλεὺς Βαβυλῶνος, ὅτε ἀπῴκισε τὸν Ἰεχονίαν ἐξ Ἰερουσαλὴμ, 22. εἰς Βαβυλῶνα εἰσελεύσεται, λέγει Κύριος. Plura autem non leguntur in Gr. Vatic. à ℣. 18. ad finem uſque capitis. Id ipſum etiam obſervat Hieron.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

22. In Babylonem transferentur, & ibi erunt usque ad diem visitationis suæ, dicit Dominus, & asferri faciam ea, & restitui in loco isto.

VERSIO ANTIQUA.

22. in Babylonem intrabunt, dicit Dominus. *Hieron. in Jer. col. 660. c.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

in comm. loco sup. cit. allatis enim primis Vulg. verbis ℣. 18. *Et si prophetæ sunt, & est verbum Domini in eis: occurrant*, quæ pariter leguntur in Gr. statim addit: *Quodque sequuntur, & subdituri sumus usque ad finem hujus capituli, in LXX. non habetur.* Et revera subdit omnia quæ subsequuntur in Vulg. ab his verbis ℣. 18. *Domino exercituum, ut non veniant vasa*, &c. usque ad ult. ista totius capitis, & *restitui in loco isto* incl. additque: *Hæc, ut diximus, in LXX. non habentur, sed de Hebraïca veritate translata sunt; pro quo aliud, quod scriptum non erat, posuere dicentes:* mihi quia sic dixit Dominus: Et reliqua vasa, &c. ut sup. *sensum magis, quàm verba ponentes; fortitan irrationabile arbitrati, ut Deus loqueretur ad columnas, & ad mare, & ad bases, & ad reliqua vasa quæ remanserant in Jerusalem.*

CAPUT XXVIII. *

* Græc. xxxv.

VULGATA NOVA.

1. ET factum est in anno illo, in principio regni Sedeciæ regis Juda, in anno quarto, in mense quinto, dixit ad me Hananias filius Azur propheta de Gabaon, in domo Domini coram sacerdotibus & omni populo, dicens:

2. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël: Contrivi jugum regis Babylonis.

3. Adhuc duo anni dierum, & ego referri faciam ad locum istum omnia vasa domûs Domini, quæ tulit Nabuchodonosor rex Babylonis de loco isto, & transtulit ea in Babylonem.

4. Et Jechoniam filium Joakim regem Juda, & omnem transmigrationem Juda, qui ingressi sunt in Babylonem, ego convertam ad locum istum, ait Dominus: conteram enim jugum regis Babylonis.

VERSIO ANTIQUA.

1..... *Vide Not.*

2..... Contrivi jugum regis Babylonis. *Hieron. in Jer. col. 661.*

3. Adhuc duo anni dierum, & ego referri faciam ad locum istum omnia vasa Domini,

4. Jechoniam, & transmigrationem Judæ: quia conteram jugum regis Babylonis.

VULGATA NOVA.

5. Et dixit Jeremias propheta ad Hananiam prophetam in oculis sacerdotum, & in oculis omnis populi, qui stabat in domo Domini:

6. & ait Jeremias propheta: Amen, sic faciat Dominus: suscitet Dominus verba tua, quæ prophetasti: ut referantur vasa in domum Domini, & omnis transmigratio de Babylone ad locum istum.

7. Verumtamen audi verbum hoc, quod ego loquor in auribus tuis, & in auribus universi populi:

8. Prophetæ, qui fuerunt ante me & ante te ab initio, & prophetaverunt super terras multas, & super regna magna, de prælio, & de afflictione, & de fame.

9. Propheta, qui vaticinatus est pacem: cùm venerit verbum ejus, scietur propheta, quem misit Dominus in veritate.

10. Et tulit Hananias propheta catenam de collo Jeremiæ prophetæ, & confregit eam. 10... 11... 12. *Vide Not.*

11. Et ait Hananias in conspectu omnis populi, dicens: Hæc dicit Dominus: Sic confringam jugum Nabuchodonosor regis Babylonis post duos annos dierum de collo omnium gentium.

12. Et abiit Jeremias propheta in viam suam. Et factum est verbum Domini ad Jeremiam, postquam confregit Hananias propheta catenam de collo Jeremiæ prophetæ, dicens:

13. Vade, & dices Hananiæ: Hæc dicit Dominus: Catenas ligneas contrivisti: & facies pro eis catenas ferreas.

14. Quia hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël: Jugum ferreum posui super collum cunctarum gentium istarum, ut serviant Nabuchodonosor regi Babylonis, & servient ei: insuper & bestias terræ dedi ei. 14... *Vide Not.*

15. Et dixit Jeremias propheta ad Hananiam prophetam: Audi Hanania: non misit te Dominus, & tu confidere fecisti populum istum in mendacio.

16. Idcirco hæc dicit Dominus: Ecce ego mit- 16... 17. *Vide Not.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hieron. in Jer. col. 661. b. *Quos Hebraïcum* prophetas, *hoc est*, nebeim, *LXX.* pseudoprophetas *interpretati sunt, ut manifestiorem facerent intelligentiam: denique & in præsenti loco* propheta *dicitur, hoc est*, nebia, *& non* pseudopropheta.

℣. 2. Græc. Οὕτως εἶπε Κύριος· Συντέτριφα τὸν ζυγὸν τοῦ βασιλέως Βαβυλῶνος.

℣℣. 3. 4. Græc. Ἔτι δύο ἔτη ἡμερῶν, καὶ ἐγὼ ἀποστρέψω εἰς τὸν τόπον τοῦτον τὰ σκεύη οἴκου Κυρίου, deinde, καὶ Ἰεχονίαν, καὶ τὴν ἀποικίαν Ἰούδα· ὅτι Συντρίψω τὸν ζυγὸν βασιλέως Βαβυλῶνος· nec ibi leguntur plura. Id etiam monet Hieron. ubi sup. relatis enim iis omnibus quæ sequuntur in Vulg. ab his verbis ℣. 3. *quæ transtulit* (Vulg. *tulit*) *Nabuchodonosor*, &c. usque ad finem ℣. 4. continuò addit, *pro quibus LXX. transtulerunt*, Jechoniam, & transmigrationem Judæ, quia conteram jugum regis Babylonis, *breviter Hebraïcæ veritatis sensum magis, quàm verba ponentes.* Reliqua omnia usque ad fin. capitis, Vulgatæ nostræ vix dissimilia.

℣℣. 10. 11. 12. Hieron. in comm. col. 662. c. *Et tulit Ananias propheta catenam, vel* furcam *de collo Jeremiæ... Sic confringam jugum Nabuchod..... duobus annis dierum*, &c. subinde addit: *Duos annos non transtulerunt LXX. Prophetam quoque non dixere Ananiam, ne scilicet prophetam viderentur dicere, qui propheta non erat: quasi non multa in Scripturis sanctis dicantur juxta opinionem illius temporis, quæ gesta referuntur, & non juxta quod rei veritas continebat.* Item infra ad hæc Vulg. verba, ℣. 12. *postquam confregit Ananias propheta catenam, vel* furcam, &c. *Et in præsenti loco*, inquit, *juxta LXX. Ananias propheta non scribitur, & in consequentibus, ne scilicet, ut priùs dixi, pseudoprophetam appellare viderentur prophetam.* Ita pariter legimus hodie in Gr. edit. Rom.

℣. 14. Hieron. in hunc loc. 662. f. ait: *Quod sequitur*, & servient ei: insuper & bestias terræ dedi illi, *in LXX. non habetur.* Deest etiam in Gr. edit. Rom.

℣℣. 16. 17. Hieron. ibid. *Quod sequitur* (in Vulg.) quia adversùm Dominum locutus es. Et mortuus est.....

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

tam te à facie terræ : hoc anno morieris : adversùm enim Dominum locutus es.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup. col. 663. c.

17. Et mortuus eſt menſe ſeptimo.

VULGATA NOVA.

17. Et mortuus eſt Hananias propheta in anno illo, menſe ſeptimo.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

in menſe ſeptimo : *in LXX. non habetur : pro quo tantùm poſuerunt :* Et mortuus eſt menſe ſeptimo : & *hic in LXX. Ananias propheta non dicitur, cùm ſecundùm Hebr. Scriptura ſancta prophetam voces.* Ita quoque nunc in Græco ed. Rom.

---

* Græc. XXXVI.

CAPUT XXIX.*

VULGATA NOVA.

1. ET hæc ſunt verba libri, quem miſit Jeremias propheta de Jeruſalem ad reliquias ſeniorum tranſmigrationis, & ad ſacerdotes, & ad prophetas, & ad omnem populum, quem traduxerat Nabuchodonoſor de Jeruſalem in Babylonem :

2. poſtquam egreſſus eſt Jechonias rex, & domina, & eunuchi, & principes Juda & Jeruſalem, & faber, & incluſor de Jeruſalem :

3. in manu Elaſa filii Saphan, & Gamariæ filii Helciæ, quos miſit Sedecias rex Juda ad Nabuchodonoſor regem Babylonis in Babylonem, dicens :

4. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſraël omni tranſmigrationi, quam tranſtuli de Jeruſalem in Babylonem :

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in hunc loc. col. 664. b.

5..... & plantate pomaria.....

VULGATA NOVA.

5. Ædificate domos, & habitate : & plantate hortos, & comedite fructum eorum.

VULGATA NOVA.

6. Accipite uxores, & generate filios & filias : & date filiis veſtris uxores, & filias veſtras date viris, & pariant filios & filias : & multiplicamini ibi, & nolite eſſe pauci numero.

7. Et quærite pacem civitatis, ad quam tranſmigrare vos feci : & orate pro ea ad Dominum : quia in pace illius erit pax vobis.

8. Hæc enim dicit Dominus exercituum Deus Iſraël : Non vos ſeducant prophetæ veſtri, qui ſunt in medio veſtrûm, & divini veſtri : & ne attendatis ad ſomnia veſtra, quæ vos ſomniatis :

9. quia falsò ipſi prophetant vobis in nomine meo : & non miſi eos, dicit Dominus.

10. Quia hæc dicit Dominus : Cùm cœperint impleri in Babylone ſeptuaginta anni, viſitabo vos : & ſuſcitabo ſuper vos verbum meum bonum, ut reducam vos ad locum iſtum.

Sup. 14. 14. & 23. 16. & 27. 15.

Sup. 25. 12. 2. Par. 36. 21. 1. Eſd. 1. 1. Dan. 9. 2.

VERSIO ANTIQUA.

Miſſale Rom. ad Introit. Dom. 23. poſt Pent.

11. Ego cogito cogitationes pacis, & non afflictionis.....

12. Invocabitis me, & ego exaudiam vos.....

Hieron. in Jer. 29. col. 666. a. [a] *Miſſ. Rom.*

14. Et apparebo vobis, [a] & reducam captivitatem veſtram de cunctis locis.

VULGATA NOVA.

11. Ego enim ſcio cogitationes, quas ego cogito ſuper vos, ait Dominus, cogitationes pacis, & non afflictionis, ut dem vobis finem & patientiam.

12. Et invocabitis me, & ibitis : & orabitis me, & ego exaudiam vos.

13. Quæretis me, & invenietis : cùm quæſieritis me in toto corde veſtro.

14. Et inveniar à vobis, ait Dominus : & reducam captivitatem veſtram, & congregabo vos de univerſis gentibus, & de cunctis locis, ad quæ expuli vos, dicit Dominus : & reverti vos faciam de loco, ad quem tranſmigrare vos feci.

VULGATA NOVA.

15. Quia dixiſtis : Suſcitavit nobis Dominus prophetas in Babylone.

15... 20. *Vide Not.*

16. Quia hæc dicit Dominus ad regem, qui ſedet ſuper ſolium David, & ad omnem populum habitatorem urbis hujus, ad fratres veſtros, qui non ſunt egreſſi vobiſcum in tranſmigrationem.

Sup. 24. 9. 10.

17. Hæc dicit Dominus exercituum : Ecce mittam in eos gladium, & famem, & peſtem : & ponam eos quaſi ficus malas, quæ comedi non poſſunt, eò quòd peſſimæ ſint.

18. Et perſequar eos in gladio, & in fame, & in peſtilentia : & dabo eos in vexationem univerſis regnis terræ ; in maledictionem, & in ſtuporem, & in ſibilum, & in opprobrium cunctis gentibus, ad quas ego ejeci eos :

19. eò quòd non audierint verba mea, dicit Dominus : quæ miſi ad eos per ſervos meos prophetas, de nocte conſurgens, & mittens : & non audiſtis, dicit Dominus.

20. Vos ergo audite verbum Domini, omnis tranſmigratio, quam emiſi de Jeruſalem in Babylonem.

21. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſraël ad Achab filium Coliæ, & ad Sedeciam filium Maaſiæ, qui prophetant vobis in nomine meo mendaciter : Ecce ego tradam eos in manus Nabuchodonoſor regis Babylonis : & percutiet eos in oculis veſtris.

22. Et aſſumetur ex eis maledictio omni tranſmigrationi Juda, quæ eſt in Babylone, dicentium : Ponat te Dominus ſicut Sedeciam, & ſicut Achab, quos frixit rex Babylonis in igne :

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 5. Ita Hieron. *Et habitate, ſive* plantate *hortos, ſive* pomaria. Edit. Rom. καὶ φυτεύσατε παραδείσους.

℣. 11. Græc. Καὶ λογιοῦμαι ἐφ' ὑμᾶς λογισμὸν εἰρήνης, καὶ οὐ κακὰ, *Et cogitabo ſuper vos cogitationem pacis,* & *non mala.*

℣. 12. Græc. Καὶ προσεύξασθε πρός με, καὶ εἰσακούσομαι ὑμῶν. *Et orate ad me,* & *exaudiam vos.*

℣℣. 14. ſeqq. Sic in Miſſali Rom. ab hoc, & *reducam &*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

23. pro eo quòd fecerint ſtultitiam in Iſraël, & mœchati ſunt in uxores amicorum ſuorum, & locuti ſunt verbum in nomine meo mendaciter, quod non mandavi eis: ego ſum judex & teſtis, dicit Dominus.

24. Et ad Semeian Nehelamiten dices:

25. Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Iſraël: Pro eo quòd miſiſti in nomine tuo libros ad omnem populum, qui eſt in Jeruſalem, & ad Sophoniam filium Maaſiæ ſacerdotem, & ad univerſos ſacerdotes, dicens:

26. Dominus dedit te ſacerdotem pro Joiade ſacerdote, ut ſis dux in domo Domini ſuper omnem virum arreptitium & prophetantem, ut mittas eum in nervum & in carcerem.

VERSIO ANTIQUA.

23. pro eo quòd fecerunt iniquitatem in Iſraël..... *Hieron. in Jer. 29. col. 668. a. f.*

24. Et ad Semeiam Neelamitem dices:

25. Non miſi te in nomine meo. Et ad Sophoniam filium Maaſiæ ſacerdotem.....

26. Dominus dedit te ſacerdotem pro..... ut ſis præceptor & epiſcopus in domo Domini..... ut mittas eum in cuſtodiam & in cataracten. *Ibid. 669. a.*

VULGATA NOVA.

27. Et nunc quare non increpaſti Jeremiam Anathothiten, qui prophetat vobis?

28. Quia ſuper hoc miſit in Babylonem ad nos, dicens: Longum eſt: ædificate domos, & habitate: & plantate hortos, & comedite fructus eorum.

29. Legit ergo Sophonias ſacerdos librum iſtum in auribus Jeremiæ prophetæ.

30. Et factum eſt verbum Domini ad Jeremiam, dicens:

31. Mitte ad omnem tranſmigrationem, dicens: Hæc dicit Dominus ad Semeian Nehelamiten: Pro eo quòd prophetavit vobis Semeias, & ego non miſi eum: & fecit vos confidere in mendacio:

32. idcirco hæc dicit Dominus: Ecce ego viſitabo ſuper Semeian Nehelamiten, & ſuper ſemen ejus: non erit ei vir ſedens in medio populi hujus, & non videbit bonum, quod ego faciam populo meo, ait Dominus: quia prævaricationem locutus eſt adversùs Dominum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

at Hieron. ſup. ait hæc verba, *& reducam*, &c. uſque ad ℣. 21. abeſſe à LXX. *Hucuſque*, inquit, *in LXX. non habetur, quæ aſteriſcis prænotavi.* Deſunt pariter hodie in Græco Vatic. quorum loco hæc pauca leguntur: ad ℣℣. 14. & 15. Καὶ ἐκφανῶμαι ὑμῖν· ὅτι εἴπατε· Κατέστησεν ἡμῖν Κύριος προφήτας ἐν Βαβυλῶνι. *Et apparebo vobis: quia dixiſtis: Conſtituit nobis Dominus prophetas in Babylone.* Subdit Hieron. ubi ſup. *Cætera in quibus vel ſinguli verſus, vel pauca ab eis* (LXX.) *prætermiſſa ſunt verba, victus tædio, annotare nolui, ne faſtidium legentibus facerem.*

℣. 23. Græc. Ἰδοὺ ἡ ἐπισκοπὴ ἀνομίας, &c.

℣℣. 24. 25. Græcè ſimiliter, ℣. 24. Καὶ πρὸς Σαμαΐαν τὸν Αἱλαμίτην ἐρεῖς. Subdit Hieron. ubi ſup. *Et quæ ſequuntur* (℣. 25.) Hæc dicit Dominus exercituum, Deus Iſraël: Pro eo quòd miſiſti in nomine tuo libros ad omnem populum, qui eſt in Jeruſalem, *in LXX. non habentur: rurſumque addidere de ſuo:* Non miſi te in nomine meo: & *conſequenter juxta ordinem:* Et ad Sophoniam filium Maaſiæ ſacerdotem: & *iterum de Hebræo*, & ad omnes ſacerdotes: *ac deinde hiſtoria texitur:* Dominus dedit te ſacerdotem, &c. de ℣. 26. Nunc etiam in Gr. Vatic. poſt ult. verbum ℣. 24. ἐρεῖς, proximè ſequitur: Οὐκ ἀπέστειλά σε τῷ στόματί μου· dein, Καὶ πρὸς Σοφονίαν υἱὸν Μαασαίου τὸν ἱερέα εἶπε· Κύριος ἔδωκέ σε ἱερέα, &c.

℣. 25. Sic Hieron. ibid. *Dominus dedit te..... ut ſis dux, ſive* præceptor & epiſcopus *in domo Domini ſuper..... ut mittas eum in nervum & in carcerem, ſive* in cuſtodiam & in cataracten, *quem Symm. μόχλον*, &c. Edit. Rom. pariter habet: Κύριος ἔδωκέ σε ἱερέα ἀντὶ Ἰωδαὲ τοῦ ἱερέως, γενέσθαι ἐπισκέπτην ἐν τῷ οἴκῳ Κυρίου..... ἐν πώσεις αὐτὸν εἰς τὸ ἀποκλεισμὸν καὶ εἰς τὸν καταράκτην. Quæ ſequuntur uſque ad finem capitis, ut & alia plura ex anteced. plurimùm conveniunt cum Vulg.

CAPUT XXX.* *Græc. XXXVII.

VULGATA NOVA.

1. HOc verbum, quod factum eſt ad Jeremiam à Domino, dicens:

2. Hæc dicit Dominus Deus Iſraël, dicens: Scribe tibi omnia verba, quæ locutus ſum ad te, in libro.

VERSIO ANTIQUA.

3. Ecce enim dies veniunt, dicit Dominus: & convertam converſionem populi mei Iſraël & Juda, ait Dominus: & convertam eos ad terram, quam dedi patribus eorum: & poſſidebunt eam.

3..... & ſedere faciam eos in terra, quam dedi patribus eorum..... *Hieron. in Jer. 30. col. 671. b.*

VULGATA NOVA.

4. Et hæc verba, quæ locutus eſt Dominus ad Iſraël & ad Judam:

5. Quoniam hæc dicit Dominus: Vocem terroris audivimus: formido, & non eſt pax.

VERSIO ANTIQUA.

6. Interrogate, & videte ſi generat maſculus: quare ergo vidi omnis viri manum ſuper lumbum ſuum, quaſi parturientis, & converſæ ſunt univerſæ facies in aurugínem?

6. Si itaque audiſtis hujus modi, ſi pepcrit maſculus..... *Hilar. in Pſalm. 131. col. 456. b.*

Joel. 2. 11. Amos 5. 18. Soph. 1. 15.

7. Væ, quia magna dies illa, nec eſt ſimilis ejus: tempuſque tribulationis eſt Jacob, & ex ipſo ſalvabitur.

8. Et erit in die illa, ait Dominus exercituum:

8. In illa dic, dicit Dominus, contribulabo *Ibid. 445. a.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 3. Græc. ἐπιστρέψω αὐτὺς εἰς τὴν γῆν, ἣν ἔδωκα τοῖς πατράσιν αὐτῶν, &c. Hieron. ubi ſup. *& convertam eos, ſive* ſedere faciam *in terra, quam*, &c.

℣. 6. Græc. cum Vulg. Ἐρωτήσατε, καὶ ἴδετε εἰ τίκτει ἄρσεν.

℣. 8. Similia Græc. habet, detracta voce ult. *diis*; item

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hilar. ubi sup. jugum à cervice eorum, & vincula eorum disrumpam, & non operabuntur ipsi adhuc aliis diis:

9. & operabuntur Domino Deo suo, & David regem ipsorum suscitabo illis.

VULGATA NOVA.

conteram jugum ejus de collo tuo, & vincula ejus dirumpam, & non dominabuntur ei ampliùs alieni:

9. sed servient Domino Deo suo, & David regi suo, quem suscitabo eis.

VULGATA NOVA.

Isai. 43. 1. 44. 2. *Luc.* 1. 70. 10. Tu ergo ne timeas serve meus Jacob, ait Dominus, neque paveas Israël: quia ecce ego salvabo te de terra longinqua, & semen tuum de terra captivitatis eorum: & revertetur Jacob, & quiescet, & cunctis affluet bonis, & non erit quem formidet:

11. quoniam tecum ego sum, ait Dominus, ut salvem te: faciam enim consummationem in cunctis gentibus, in quibus dispersi te: te autem non faciam in consummationem: sed castigabo te in judicio, ut non videaris tibi innoxius.

10... 11. *Vide Not.*

12. Quia hæc dicit Dominus: Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua.

13. Non est qui judicet judicium tuum ad alligandum: curationum utilitas non est tibi.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Jer. 30. *col.* 673. *c.* 14..... multiplicata sunt peccata tua.

VULGATA NOVA.

14. Omnes amatores tui obliti sunt tui, teque non quærent: plaga enim inimici percussi te castigatione crudeli: propter multitudinem iniquitatis tuæ dura facta sunt peccata tua. *Sup.* 23. 19.

VULGATA NOVA.

15. Quid clamas super contritione tua? insanabilis est dolor tuus: propter multitudinem iniquitatis tuæ, & propter dura peccata tua feci hæc tibi.

15... *Vide Not.*

16. Propterea omnes, qui comedunt te, devorabuntur: & universi hostes tui in captivitatem ducentur: & qui te vastant, vastabuntur, cunctosque prædatores tuos dabo in prædam.

17. Obducam enim cicatricem tibi, & à vulneribus tuis sanabo te, dicit Dominus. Quia ejectam vocaverunt te Sion: Hæc est, quæ non habebat requirentem.

18. Hæc dicit Dominus: Ecce ego convertam conversionem tabernaculorum Jacob, & tectis ejus miserebor, & ædificabitur civitas in excelso suo, & templum juxta ordinem suum fundabitur.

19. Et egredietur de eis laus, voxque ludentium: & multiplicabo eos, & non minuentur: & glorificabo eos, & non attenuabuntur.

19... *Vide Not.*

20. Et erunt filii ejus sicut à principio, & cœtus ejus coram me permanebit: & visitabo adversùm omnes qui tribulant eum.

21. Et erit dux ejus ex eo: & princeps de medio ejus producetur: & applicabo eum, & accedet ad me: quis enim iste est, qui applicet cor suum ut appropinquet mihi, ait Dominus?

22. Et eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum.

22... *Vide Not.*

23. Ecce turbo Domini, furor egrediens, procella ruens, in capite impiorum conquiescet.

24. Non avertet iram indignationis Dominus, donec faciat & compleat cogitationem cordis sui: in novissimo dierum intelligetis ea.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

sup. legitur εἶπε, *dixit*, non *dicit*. Similiter apud Cypr. l. 1. Testim. p. 279. b. *In illa die contribulabo jugum à cervice illorum, & vincula illorum disrumpam, & non operabuntur alius*; Gr. ἀλλοτρίοις, *alienis*.

℣. 9. Ita Græcè ad verbum. Item apud Cypr. l. 1. Testim. p. 279. b. *sed operabuntur Domino Deo, & David regem suscitabo ipsis.* Similiter Hieron. in Jer. col. 672. c. ad hoc Vulg. *servient*, addit è LXX. *sive operabuntur.* Cassiod. in Ps. 31. p. 451. a. *& David regem ipsorum suscitabo illis.*

℣℣. 10. 11. Hieron. ubi sup. his duobus ex Hebr. versibus: *Tu ergo ne timeas serve meus..... ut non tibi videaris innoxius:* subdit: *Hæc περικοπὴ in LXX. non habetur, & in plerisque codicibus Vulgatæ editionis sub asteriscis de Theodotione addita est:* deest pariter hodie in Græco Vatic. Hieron. tamen l. 2. cont. Pelag. to. 4. 531. a. hab. *Noli timere Jacob, dicit Dominus: ego enim sum tecum, & interficiam omnes gentes, in quas dispersi te: te verò ipsum perire non faciam: sed castigabo te in justitia, & ita miserebor tui, ut te innoxium non relinquam.* Hæc autem Vulgatæ nostræ sensum magis referunt, quàm verba.

℣℣. 14. 15. Hieron. ibid. sic habet: *plagâ enim inimici percussi te castigatione crudeli, sive* forti: *propter multitudinem iniquitatis tuæ dura facta sunt, sive* multiplicata sunt *peccata tua.* Græc. ℣. 14. ὅτι πληγὴν ἐχθρὸς ἐπαισέ σε παιδείαν σκληράν· ἐπὶ πᾶσαν ἀδικίαν σου ἐπληθύνατο αἱ ἁμαρτίαι σου. Addit Hieron. infra: *Quodque sequitur* (Vulg. ℣. 15.) Quid clamas super contritione tua? insanabilis est dolor tuus: propter multitudinem iniquitatis tuæ, *in LXX. non habetur, videlicet quia secundò dicitur:* propter multitudinem iniquitatis tuæ, & dura peccata tua: *& qui scribebant à principio, additum putaverunt.* Deest etiam hodie in Gr. Vatic. totus ℣. 15.

℣. 19. Rursus Hieron. in hunc loc. 674. b. *Quodque sequitur* (in Vulg.) & glorificabo eos, & non attenuabuntur, *in LXX. non habetur.* Abest pariter à Gr. Vatic.

℣. 22. Hic versiculus non legitur apud LXX. teste Hieron. in hunc loc. saltem ex edit. Mar. Vict. *Rursumque*, inquit, *& hoc in LXX. non habetur*, videlicet: *Et eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum:* & infra: *Quodque dicit juxta Hebraïcum*, scilicet, *Et eritis mihi in pop.* &c. Hoc autem non præteribimus, quod maximè occurrit, videlicet, Erasmo, & Martianæo nostro elapsum esse mendum intolerabile in editt. comment. Hieron. ubi enim legi deberet: *& hoc in LXX. non habetur*, uterque edidit: *& hoc in Hebraïce non habetur:* rursum infra, ubi ponendum fuisset: *Quodque dicit juxta Hebraïcum:* ambo scripserunt: *Quodque dicit juxta LXX.* Erratum utrumque aptè corrigitur ex editione Mariani Victorii, quæ primo loco habet, *& hoc in LXX.* altero verò, *juxta Hebraïcum.* Ita verò legendum esse his duobus in locis certo certius est: 1°. quia versiculus 22. de quo agitur, etiamnum exstat in textu Hebraïco, sicut etiam in Vulg. quæ proximè de eodem fonte prodiit: 2°. quia idem versic. abest à Gr. hod. LXX. quod etiam satis indicat Hexaplor. Orig. nova editio. Idem quoque necessariò consequitur ex his quæ ait Hieron. sup. in comment. Allatis enim prioribus verbis ℣. 19. hujus cap. ex Hebr. aut Vulg. subdit: *Quodque sequitur*, & glorificabo eos, &c. *in LXX. non habetur:* exinde subnexis totis ℣℣. seqq. 20. 21. pariter addit: *Rursumque & hoc in LXX. non habetur*, nempe ℣. 22. *Et eritis mihi in populum*, &c. Porro si pro *in LXX.* scriberetur τὸ *in Hebraïco*, quod ferunt editt. Erasmi & Martianæi, quò pertineret istud, *rursumque*, usurpatum ab Hieronymo, quod manifestò arguit eos ipsos Interpretes nominatos supra, nimirum *Septuaginta?*

Digitized by Google

CAPUT XXXI. *

Græc. XXXVIII.

VULGATA NOVA.

1. IN tempore illo, dicit Dominus : Ero Deus universis cognationibus Israël, & ipsi erunt mihi in populum.

2. Hæc dicit Dominus : Invenit gratiam in deserto populus, qui remanserat à gladio : vadet ad requiem suam Israël.

3. Longè Dominus apparuit mihi. Et in charitate perpetua dilexi te : ideo attraxi te, miserans.

4. Rursumque ædificabo te, & ædificaberis virgo Israël : adhuc ornaberis tympanis tuis, & egredieris in choro ludentium.

VERSIO ANTIQUA.

1. IN tempore illo, dicit Dominus : Ero Deus generi Israël, & ipsi erunt mihi in populum. *Hieron. in Jer. 31. col. 675.*

2. Sic dicit Dominus : Inveni lupinum in deserto cum his, qui perierant gladio : ite, & nolite interficere Israël.

3. Longè Dominus apparuit ei. [a] Dilectione æterna dilexi te : propterea traxi te ad miserationem. [a] *Aust. ep. ad Demetriad. p. 45. b.*

4. Quia ædificabo te, & ædificaberis virgo Israël : [b] adhuc assumes tympana tua..... [b] *Hieron. in Jer. 31. col. 675.*

VULGATA NOVA.

5. Adhuc plantabis vineas in montibus Samariæ : plantabunt plantantes, & donec tempus veniat, non vindemiabunt :

6. quia erit dies, in qua clamabunt custodes in monte Ephraim : Surgite, & ascendamus in Sion ad Dominum Deum nostrum.

7. Quia hæc dicit Dominus : Exsultate in lætitia Jacob, & hinnite contra caput gentium : personate, & canite, & dicite : Salva Domine populum tuum, reliquias Israël.

Isai. 2. 3. Mich. 4. 2.

VULGATA NOVA.

8. Ecce ego adducam eos de terra Aquilonis, & congregabo eos ab extremis terræ : inter quos erunt cæcus & claudus, prægnans & pariens simul, cœtus magnus revertentium huc.

9. In fletu venient, & in misericordia reducam eos : & adducam eos per torrentes aquarum in via recta, & non impingent in ea : quia factus sum Israëli pater, & Ephraim primogenitus meus est.

10. Audite verbum Domini gentes, & annuntiate in insulis quæ procul sunt, & dicite : Qui dispersit Israël, congregabit eum : & custodiet eum sicut pastor gregem suum.

11. Redemit enim Dominus Jacob, & liberavit eum de manu potentioris.

12. Et venient, & laudabunt in monte Sion : & confluent ad bona Domini super frumento, & vino, & oleo, & fetu pecorum & armentorum : eritque anima eorum quasi hortus irriguus, & ultra non esurient.

13. Tunc lætabitur virgo in choro, juvenes & senes simul : & convertam luctum eorum in gaudium, & consolabor eos, & lætificabo à dolore suo.

VERSIO ANTIQUA.

8..... & congregabo illos ab extremis terræ in die festo : [c] & generabit filios multos..... *Tertul. de Bapt. p. 392. c.* [c] *Hieron. in Jer. 31. col. 676. e.*

9. In fletu exierunt, & in consolatione revocabo eos..... [d] & non errabunt in ea..... *Ambros. l. 2. de interp. Dav. c. 2. col. 641. b.* [d] *Hieron. in Jer. 31. col. 677. b.*

10. Audite verbum Domini gentes, & annuntiate insulis quæ longè sunt, dicite : Quia ventilabit Deus Israël, congregabit eum : & custodiet eum sicut pascens gregem ovium suarum. *Iren. l. 5. c. 34. p. 334. c.*

11. Quoniam redemit Dominus Jacob, & eripuit eum de manu fortioris ejus.

12. Et venient, & lætabuntur in monte Sion : & venient ad bona, & in terram tritici, & vini, & fructuum, & animalium, & ovium : & erit anima eorum sicut lignum fructiferum, & non esurient adhuc.

13. Et tunc gaudebunt virgines in congregatione juvenum, & seniores gaudebunt : & convertam luctum eorum in gaudium, & faciam eos in exsultatione.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc..... εἶπε Κύριος· Ἔσομαι εἰς Θεὸν τῷ γένει Ἰσραήλ, &c. ut sup.

℣. 2. Ita Hieron. ex LXX. nisi quòd ponit *calidum*, loco *lupinum* : sed addit : *Ridiculè Latini codices in hoc loco, ambiguitate verbi Græci, pro* calido, lupinos *interpretati sunt : Græcum enim* θερμὸν *utrumque significat, quod & ipsum non habetur in Hebræo : est enim scriptum* hen, *quod Aquila, Symm. & Theod.* χάριν, *hoc est*, gratiam, *interpretati sunt : soli LXX. posuerunt* calidum, *putantes ultimam litteram* mem *esse : si enim legamus* hen *per litteram* nun, gratia *dicitur ; si per* mem, calor *interpretatur.* Similiter in Isai. 65. col. 485. a. allatis his : *Quasi calidum in deserto invenit Israël cum occisis gladio :* subdit : *Pro eo quod scriptum est,* ὡς θερμὸν, *hoc est*, quasi calidum, *Latinus Interpres, verbi ambiguitate deceptus*, lupinum *interpretatus est, in quo & Græcorum plerique errant.* Edit. Rom. Οὕτως εἶπε Κύριος· Εὗρον θερμὸν, &c. ut in Lat. supra. Servavimus autem lectionem Latinor. codd. *lupinum*, licet vitiosam ex Hieronymo.

℣. 3. Græc. Κύριος πόρρωθεν ὤφθη αὐτῷ, &c. ut sup.

℣. 4. Sic est in Græco, præter hoc singul. τύμπανον, loco *tympana*.

℣. 8. Græc..... ἐγὼ ζυγάξω αὐτοὺς ἀπ' ἐσχάτου τῆς γῆς ἐν ἑορτῇ φασέκ· ἐν τεκνοποιίᾳ ὄχλον πολύν, &c. Unde Hieron. in eund. loc. col. 676. e. ait : *Quod sequitur*, in solemnitate phasε : & generabit filios multos, *in Hebraïco non habetur, sed in LXX. tantùm legitur.*

℣. 9. Hieron. in hunc loc. 677. b. sic habet : *In fletu venient, sive egredientur :* & inf. *Si juxta Hebraïcum legerimus* In fletu venient..... *sin autem juxta LXX. qui dixerunt :* In fletu egredientur, & in misericordia, *sive* in consolatione reducam eos, &c. In ed. Rom. Ἐν κλαυθμῷ ἐξῆλθον, ἐν ὡ παρακλήσει ἀνάξω αὐτούς, &c. ut in Lat.

℣. 10. Concinit Gr. nisi quòd initio hab. λόγος, *verba*, non *verbum* ; paulòque post, εἰς νήσους, *in insulas*, pro *insulis* ; subinde, Ὁ διασπείρας τὸν Ἰσραὴλ, *Qui ventilavit Israël*, absque med. *Deus* ; dein, ἐν ζυγάξει, & *congregabit* ; ultimòque, ποίμνιον αὐτοῦ, *gregem suum*. Similiter ap. Cypr. l. 1. Testim. p. 279. c. *Audite verbum Domini gentes, & nunciate insulis quæ longè sunt, dicite : Qui disperdit Israël, congregabit illum :* & *custodiet sicut pastor gregem suum.* Mſ. Alex. tollit pariter ἐν, ante *congregabit*.

℣. 11. Ita rursum legit Iren. l. 3. c. 2. p. 183. d. Cypr. verò l. 1. Testim. p. 279. c. *Qui eruit Dominus Jacob, & eruit de manu fortioris illius.* Hieron. in hunc loc. 677. f. *de manu potentioris, sive, de manu fortioris.* Græc. ἐκ χειρὸς στερεωτέρων αὐτοῦ, *de manu validiorum eo* ; cæt. ut in textu Lat. sublato ἐν, ante *eripuit* ; quæ tamen conjunct. est in edit. Compl.

℣. 12. Itidem Græcè, addita voce Κυρίου, *Domini*, ad *bona* ; detractâ verò seq. &. Similiter apud Hieron. in hunc loc. 677. f. *quasi hortus irriguus, sive*, inquit, *quasi lignum fructiferum.*

℣. 13. Græc. ipso initio tollit &. ; loco verò *seniores*, hab. πρεσβύται, *senes* ; & pro *convertam*, στρέψω, *vertam* ; ultimòque, εὐφρανθήσονται, *lætantes*, pro *in exsultatione* ;

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Iren. ubi ſup. 14. Et magnificabo, & inebriabo animam ſacerdotum filiorum Levi : & populus meus bonis meis adimplebitur.

Hieron. in Jer. 31. col. 678. f. 15. Sic dicit Dominus : Vox in Rhama audita eſt, lamentatio, & fletus, & luctus Rachel plorantis filios ſuos : & noluit conquieſcere, quia non ſunt.

Ibid. 679. e. 16..... & revertentur de terra inimicorum.

Ambr. l. 2. de pœnit. col. 424. e. f. 425. a. c. 18. Audiens audivi Ephræm lacrymantem : Caſtigaſti me, & caſtigatus ſum ; ſicut vitulus non ſum edoctus : converte me, & convertar : quia tu es Dominus Deus meus.

19. Quia in noviſſimo captivitatis meæ pœnitentiam egi : & poſtquam cognovi, ingemui ſuper dies confuſionis. Et ſubjectus ſum tibi, quia accepi opprobrium, & demonſtravi te à juventute mea.

20. Dilectus mihi eſt filius Ephræm, puer in deliciis : quoniam eò quòd ſermones mei in ipſo ſunt, memoriâ memor ero ejus. Propterea feſtinavi ſuper illum : miſericordiâ miſerebor ejus, dicit Dominus.

Hieron. in Jer. 31. col. 681. c. 21. Statue tibi ſpeculatores, fac pœnam : da cor tuum in humeros tuos, viam in qua ambulaſti : [a] convertere virgo Iſraël, revertere in civitates tuas lugens.

[a] *Auguſt. l. 3. op. imp. to. 10. 1083. d. e.*

22. Uſquequo avertêris filia inhonorata ? quoniam creavit Dominus ſalutem in plantationem novam, in qua ſalute circuibunt homines.

23. Sic dixit Dominus : Adhuc dicent verbum hoc in terra Juda, & in ejus civitatibus, cùm revocabo captivitatem ejus : Benedictus Dominus

VULGATA NOVA.

14. Et inebriabo animam ſacerdotum pinguedine : & populus meus bonis meis adimplebitur, ait Dominus.

15. Hæc dicit Dominus : Vox in excelſo audita eſt lamentationis, luctus, & fletus Rachel plorantis filios ſuos, & nolentis conſolari ſuper eis, quia non ſunt. *Matth. 2. 18.*

16. Hæc dicit Dominus : Quieſcat vox tua à ploratu, & oculi tui à lacrymis : quia eſt merces operi tuo, ait Dominus : & revertentur de terra inimici.

17. Et eſt ſpes noviſſimis tuis, ait Dominus : & revertentur filii ad terminos ſuos.

18. Audiens audivi Ephraim tranſinigrantem : Caſtigaſti me, & eruditus ſum, quaſi juvenculus indomitus : converte me, & convertar : quia tu Dominus Deus meus.

19. Poſtquam enim convertiſti me, egi pœnitentiam : & poſtquam oſtendiſti mihi, percuſſi femur meum. Confuſus ſum, & erubui, quoniam ſuſtinui opprobrium adoleſcentiæ meæ.

20. Si filius honorabilis mihi Ephraim, ſi puer delicatus : quia ex quo locutus ſum de eo, adhuc recordabor ejus. Idcirco conturbata ſunt viſcera mea ſuper eum : miſerans miſerebor ejus, ait Dominus.

21. Statue tibi ſpeculam, pone tibi amaritudines : dirige cor tuum in viam rectam, in qua ambulaſti : revertere virgo Iſraël, revertere ad civitates tuas iſtas.

22. Uſquequo deliciis diſſolvêris filia vaga ? quia creavit Dominus novum ſuper terram : FEMINA CIRCUMDABIT VIRUM.

23. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſraël : Adhuc dicent verbum iſtud in terra Juda, & in urbibus ejus, cùm convertero captivitatem eo-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

cæt. ut in Lat. ſup. Item apud Hieron. in hunc loc. 677. f. *virgo in choro, ſive virgines.*

℣. 14. Conſonat Græc. detracto 1. *Et*, ante *magnificabo*. Similiter apud Hieron. in Jer. col. 677. f. *pro pinguedine, ſive filiorum Levi.*

℣. 15. Græc. Οὕτως εἶπε Κύριος· Φωνὴ ἐν Ῥαμᾶ ἠκούσθη θρήνου, καὶ κλαυθμὸς, καὶ ὀδυρμός· Ῥαχὴλ ἀποκλαιομένη οὐκ ἤθελε παύσασθαι ἐπὶ τοῖς υἱοῖς αὐτῆς, ὅτι οὐκ εἰσίν· i. e. *Sic dixit Dominus : Vox in Rhama audita eſt lamentationis, & planctûs : Rachel deplorans noluit conquieſcere ſuper filiis ſuis, quia non ſunt.* At in Compl. θρῆνος, καὶ κλαυθμὸς, καὶ ὀδυρμὸς, ut ſupra : tum ibid. ut & in Ald. Ῥαχὴλ ἀποκλαιομένη ἐπὶ τῶν υἱῶν αὐτῆς, καὶ οὐκ ἤθελεν παρακληθῆναι ὅτι, &c. In Mſ. Alex. ἀποκλαιομένης ἐπὶ τῶν υἱῶν, &c. Apud Ambroſ. in Pſ. 37. col. 819. c. *Vox audita eſt in Rama, fletus, & ululatus multus : Rachel plorans filios ſuos, & noluit conſolari, quia non ſunt.* Similiter habet Auct. l. de promiſſ. p. 3. ap. Proſp. p. 174. b. excepta voce *multus*, quam delet. Hieron. ubi ſup. hæc addit : *Nec juxta Hebraïcum, nec juxta LXX. Matthæus ſumpſit teſtimonium. Legimus enim in eo (11. 17. 18.) Tunc impletum eſt (Vulg. adimpletum eſt) quod dictum eſt per Jerem. propb. dicentem :* Vox in Rhama audita eſt, ploratus, & ululatus multus Rachel flentis (Vulg. plorans) filios ſuos, & noluit, &c. *Ex quo perſpicuum eſt Evangeliſtas & Apoſtolos nequaquam ex Hebræo interpretationem alicujus ſecutos ; ſed quaſi Hebræos ex Hebræis, quod legebant Hebraïcè, ſuis ſermonibus expreſſiſſe.*

℣. 16. Itidem Græcè.

℣. 18. Similia Græc. exhibet, niſi quòd loco *audiens*, ponit ἀκοὴν, *auditu ;* & inf. ἐγὼ, ante *ſicut vitulus*. Hieron. in hunc loc. 680. a. ſic hab. *Audiens audivi Ephraim tranſmigrantem, ſive* lamentantem..... & *eruditus ſum ſicut juvencus indomitus, ſive* ſicut vitulus, & non didici.

℣. 19. Eadem ſunt in Græco, hoc excepto, ὑπέδειξα, *oſtendi*, pro *ſubjectus ſum ;* detractoque eo, & *demonſtravi te*. Apud Hieron. in hunc loc. col. 680. a. ita ex Hebr. & LXX. de more : *Poſtquam enim convertiſti me, ſive* captus ſum..... & *poſtquam* cognovi, *ſive oſtendiſti mihi, percuſſi femur meum, ſive* ingemui ; *confuſus ſum*, & *erubui, ſive* ex die confuſionis, & oſtendi te. Item infra : *Quodque dixere LXX.* & oſtendi te, *ſignificat*, &c.

℣. 20. Ambroſ. loco cit. necnon in Luc. 1. col. 1276. f. verba ult. ℣. præced. *à juventute mea*, jungit cum ſequentibus *dilectus mihi eſt filius Ephraim ;* ſecus in Vulgata & in Græco, ubi ſic : Υἱὸς ἀγαπητὸς Ἐφραὶμ ἐμοὶ, παιδίον ἐντρυφῶν (Compl. ἐμοὶ Ἐφραὶμ, παιδίον ἐντρυφόν) ὅτι ἀπὸ οὗ ἐλάλησα ἐν αὐτῷ, μνείᾳ μνησθήσομαι αὐτοῦ. Διατοῦτο ἐστενάχθη ἡ κοιλία αὐτοῦ· ἐλεῶν ἐλεήσω αὐτὸν, φησὶ Κύριος· i. e. *Filius dilectus Ephraim mihi, parvulus delicatus : quia ex quo verba mea in eo, memoriâ memorabor ejus. Idcirco ſollicitus fui ſuper eo : miſerans miſerabor ejus, dicit Dominus :* quæ eodem recidunt. Similiter apud Hieron. in hunc loc. col. 680. f. *honorabilis, ſive dilectus ;* & infra : *locutus ſum de eo, ſive, verba mea in eo.*

℣. 21. Ita Hieron. uſque ad verbum *convertere ;* reliqua ex Auguſtino. Hieron. ubi ſup. legit *revertere*, è Græco ἀποστράφηθι ; ſequentia ut ap. Auguſt. Græc. initio hab. Στῆσον σεαυτὴν Σιὼν, *Statue te ipſam Sion ;* deletque vocem *tuos*, poſt *humeros :* edit. verò Compl. hab. Στῆσον σεαυτῇ ἐπισκόπους, ποίησον, additque σοῦ, ad *humeros*, cum Ald. & Mſ. Alex. Hieron. poſt pauca obſervat *verbum Hebraïcum* ſionim, *vel in* ſpeculatores, *vel in* ſpeculas verti, *ut Aquila & Symm. interpretati ſunt. Unde miror*, inquit, *quid ſibi voluerit Vulgata editio, ut pro* ſionim, *hoc eſt, pro* ſpeculatoribus, Sion *poneret, turbaretque lectoris intelligentiam.*

℣. 22. Eadem ſunt in Græco, exceptâ voculâ *qua*, quæ abeſt ante *ſalute*. Hieron. in hunc loc. col. 681. c. ita legit ex LXX. *Uſquequo convertêris filia deſpecta ? quoniam creavit te Dominus ſalute in plantationem novam : in ſalute tua circuibunt homines.* Addit Hieron. *Utramque autem Editionem ex toto poſui, ut caput obſcuriſſimum, & Eccleſiæ continens ſacramenta, à LXX. (ſive quis alius hunc Prophetam interpretatus eſt,) aut ignoratum, aut obmiſſum oſtenderem.*

℣. 23. Græc. ipſo initio hab. ὅτι, *quia*, quod Mſ. Alex. delet, cum ed. Compl. item infra, pro *revocabo*, ſic, ἀποστρέψω ; cæt. ut in Lat. ſupra. Hieron. in hunc loc. col. 682. b. ita refert ex LXX. *Sic dixit Dominus virtutum Deus Iſraël : Adhuc dicent ſermonem iſtum in terra Juda, & in urbibus ejus, quando reduxero tranſmigrationem ejus : Benedictus Dominus ſuper juſtum montem ſanctum ejus.* Editio

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

rum : Benedicat tibi Dominus, pulchritudo juſtitiæ, mons ſanctus :

24. & habitabunt in eo Judas & omnes civitates ejus ſimul, agricolæ & minantes greges.

25. Quia inebriavi animam laſſam, & omnem animam eſurientem ſaturavi.

26. Ideo quaſi de ſomno ſuſcitatus ſum : & vidi, & ſomnus meus dulcis mihi.

27. Ecce dies veniunt, dicit Dominus : & ſeminabo domum Iſraël & domum Juda ſemine hominum, & ſemine jumentorum.

28. Et ſicut vigilavi ſuper eos ut evellerem, & demolirer, & diſſiparem, & diſperderem, & affligerem : ſic vigilabo ſuper eos ut ædificem, & plantem, ait Dominus.

Ezech. 18. 2. 29. In diebus illis non dicent ultra : Patres comederunt uvam acerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt.

30. Sed unuſquiſque in iniquitate ſua morietur : omnis homo, qui comederit uvam acerbam, obſtupeſcent dentes ejus.

Hebr. 8. 8. 31. Ecce dies venient, dicit Dominus : & feriam domui Iſraël & domui Juda fœdus novum :

32. non ſecundùm pactum, quod pepigi cum patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorum, ut educerem eos de terra Ægypti ; pactum, quod irritum fecerunt, & ego dominatus ſum eorum, dicit Dominus.

VERSIO ANTIQUA.

ſuper juſtum montem ſanctum ſuum : *Auguſt. ubi ſup.*

24. & qui inhabitant in Judæa, & in omni civitate ejus ſimul cum agricola, & tolletur in grege.

25. Quoniam inebriavi omnem animam ſitientem, & omnem animam eſurientem ſatiavi.

26. Propter hoc exſurrexi : & vidi, & ſomnus meus dulcis mihi factus eſt.

27. Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus : & ſeminabo Iſraël & Juda ſemen hominis, & ſemen pecoris.

28. Et erit, ſicut vigilabam ſuper eos deponere, & affligere : ita vigilabo ſuper eos ædificare, & complantare, dicit Dominus.

29. In diebus illis non dicent : Patres manducaverunt uvam acerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt.

30. Sed unuſquiſque in ſuo peccato morietur : & ejus, qui manducaverit uvam acerbam, obſtupuerunt dentes ipſius.

31. Ecce dies veniunt, dicit Dominus : & conſummabo ſuper domum Iſraël & in domo Juda teſtamentum novum : *Cypr. l. 3. Teſtim. p. 312. a.*

32. non ſecundùm teſtamentum, quod diſpoſueram patribus eorum, in die cùm apprehendi manum illorum, educere eos de terra Ægypti : quia non permanſerunt in teſtamento meo, & ego neglexi eorum, dicit Dominus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

eriam Compl. in principio habet : Οὕτως εἶπε Κύριος τῶν Δυνάμεων ὁ Θεὸς Ἰσραήλ.

℣. 24. Hieron. ubi ſup. ſic pergit ex LXX. *& qui habitant in terra Judæa, & in omni civitate ejus cum agricola, & elevabitur in grege.* Edit. Rom. καὶ κατοικοῦντες ἐν ταῖς πόλεσιν Ἰούδα, καὶ ἐν πάσῃ τῇ γῇ αὐτοῦ ἅμα γεωργῷ, &c. ut ſup. Compl. verò, καὶ κατοικοῦντες ἐν γῇ Ἰουδαίᾳ, καὶ ἐν πάσῃ πόλει αὐτοῦ, &c.

℣. 25. Eadem refert Ambroſ. l. 2. de pœnit. to. 2. 425. d. una cum Græco. Hieron. etiam in hunc loc. col. 680. f. hab. *animam laſſam, ſive, omnem animam ſitientem ;* ultimòque, *ſaturavi, ſive replevi.* Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 733. h. *Inebriabo animam eſurientem, & animam eſurientem implebo.*

℣. 26. Itidem Græcè. Apud Ambroſ. l. 2. de pœnit. col. 425. d. *Ideo exſurrexi : & vidi, & ſomnus meus mihi dulcis eſt :* & l. 2. de interpel. Dav. c. 3. col. 642. b. *Et ſurrexi, & vidi, & ſomnus dulcis factus eſt mihi.* Vigilius Tapſ. l. cont. Varimad. p. 733. h. *Propter hoc ſurrexi : & ſomnus meus dulcis mihi factus eſt.* Iren. l. 4. c. 31. p. 269. a. *& ſomnus meus ſuavis mihi factus eſt.*

℣. 27. Conſonat Græc. ad verbum. Apud Ambroſ. in Luc. 15. col. 1461. e. ita : *Semen Iſraël in ſemen hominum, & Juda in ſemen animalium.* Hieron. in hunc loc. col. 683. d. ait : *Domum & domum, id eſt,* domum Iſraël & domum Juda, *in LXX. non habetur ; ſed tantùm* Iſraël & Judam, *ut ſit :* & ſeminabo Iſraël & Judam.

℣. 28. Eadem ſunt in Græco, nili excipiatur verbum καθαιρεῖν, pro *deponere*, mel. *deſtruere.*

℣. 29. Eadem rurſus habet Aug. l. 6. cont. Julian. to. 10. 709. d. necnon S. Pacian. epiſt. 3. p. 309. h. nec diſſimilia leguntur Græcè. Tertul. l. 2. adv. Marc. p. 650. a. ait ſimiliter, *Non dicturos acidam uvam patres manducaſſe, & filiorum dentes obſtupniſſe.* Item Optat. l. 3. cont. Donat. p. 48. a. *Ut vobis ſtupeſcerent dentes, ipſi uvas acidas comederunt.*

℣. 30. Sic iterum legit Aug. l. 6. cont. Julian. to. 10. 709. d. excepto uno fut. *obſtupeſcent*, è Gr. αἰμωδιάσουσι ; cæt. quoque ibid. ut in Lat. ſup. Item ap. S. Pacian. epiſt. 3. p. 309. h. *Sed unuſquiſque in ſuo peccato morietur.*

℣. 31. Idem Cypr. l. 1. Teſtim. p. 279. a. *Ecce dies veniunt..... & conſummabo domui Iſraël & domui Juda teſtament. novum.* Sic etiam habet Lactant. l. 4. Inſtit. c. 20. p. 582. Nec aliter Græcè, præter hoc, διαθήσομαι, pro *conſummabo.* Rectè Iren. l. 4. c. 9. p. 237. d. *Ecce diſponam teſtamentum novum.* Similiter ap. Tertul. l. cont. Jud. c. 3. p. 137. b. *Ecce enim dies veniunt, dicit Dominus : & diſponam domui Juda & domui Jacob teſtamentum novum :* item l. 1. cont. Marc. p. 626. b. *& diſponam teſtam.* at l. 4. p. 697. b. *Ecce veniunt dies, dicit Dominus : & perficiam domui Jacob & domui Juda teſtam. novum.* Apud Auguſt. epiſt. 138. to. 2. 413. b. *Ecce dies veniunt, dicit Dom. & confirmabo ſuper domum Jacob teſtam. novum :* ſimiliter l. cont. Jud. to. 8. 33. e. *& confirmabo ſuper domum Jacob teſt. novum :* & in Pſ. 104. col. 1181. e. *& confirmabo domui Jacob teſt. novum :* at quæſt. 11. in Deut. to. 3. 560. c. necnon l. 32. cont. Fauſt. to. 8. 455. a. & l. de ſp. & lit. to. 10. 103. a. *Ecce dies veniunt..... & conſummabo ſuper domum Iſr. & ſuper dom. Juda teſt. novum :* & l. 18. de civit. Dei, c. 33. col. 516. b. *& conſummabo ſuper domum Jacob teſt. novum :* & l. 17. c. 3. col. 457. e. ſicut in Pſ. 73. & 118. to. 4. 780. c. 1302. d. & l. 3. op. imp. to. 10. 1083. g. *& conſummabo domui Iſr. & domui Juda teſt. novum :* & l. de geſt. Pelag. to. 10. 199. a. *& conſummabo domui Iſr. & domui Jacob teſt. novum.* Hieron. autem in Iſai. 51. col. 368. b. legit : *ſtatuam teſtam. novum :* & in hunc Jer. loc. col. 684. b. ita ex Hebr. & LXX. *& feriam, ſive* diſponam..... *pactum, ſive* teſtamentum *novum.* Auct. etiam l. de voc. gent. l. 1. c. 9. p. 6. a. hab. *Ecce dies veniunt..... & diſponam domui Iſr. & domui Juda teſtam. novum.* Fulg. autem ep. 17. p. 314. b. *Ecce dies veniens..... & conſummabo ſuper domum Iſr. & ſuper dom. Juda teſtam. novum :* ita rurſum ep. 14. p. 267. præter hoc 1. *Ecce dies veniunt.* Itidem apud S. Leon. ſer. 95. p. 181. f. & ap. Auct. l. de promiſſ. p. 3. col. 182. d. necnon ap. Sedul. Scot. in ep. ad Rom. p. 495. a. & ap. Marten. Anecdot. to. 5. p. 10. c. Ambroſiaſt. verò, p. 47. e. 157. f. & Caſſiod. in Pſ. 72. p. 252. c. legunt : *Ecce dies veniunt..... & conſummabo domui Iſr. & domui Juda teſt. novum.* Similiter hab. Auct. quæſt. ex V. T. ap. Auguſt. to. 3. 56. f. at inf. q. 60. ex N. T. p. 65. g. ſic : *& dabo vobis teſtam. novum.* Ita quoque Ambroſiaſt. p. 85. d. cum Chromat. Aquil. in Matth. p. 977. h.

℣. 32. Cypr. l. 1. Teſtim. p. 279. a. rurſus legit : *non ſecundùm teſtamentum, quod diſpoſui patribus eorum, in die qua apprehendi manus eorum, ut educerem eos de terra Ægypti : quia non permanſerunt in teſtamento meo, & ego neglexi eos, dicit Dominus.* Eadem quoque refert Lactant. l. 4. Inſtit. c. 20. p. 582. præter ſing. *manum*, pro *manus ;* paulòque poſt, *quia ipſi non perſeveraverunt in teſt. meo.* Ita quoque in Græco. Iren. l. 4. c. 9. p. 237. d. initio habet : *non quemadmodum diſpoſui patribus veſtris.* Tertul. l. cont. Jud. c. 3. p. 137. b. *non tale, quale jam dedi patribus eorum, in die quo eos eduxi de terra Ægypti :* & l. 1. adv. Marc. p. 626. b. *non quale diſpoſui ad patres veſtros, cùm illos eduxiſſem de terra Ægypti :* & l. 4. p. 697. b. *non ſecundùm teſtamentum, quod diſpoſui patribus eorum, in die qua accepi diſpoſitionem eorum, ad educendos eos de terra Ægypti.* Chromat. Aquil. in Matt. p. 977.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Cypr. ubi ſup. 33. Quia hoc teſtamentum, quod diſponam domui Iſraël poſt dies illos, dicit Dominus: Dans legem meam, in ſenſu eorum ſcribam illam: & ero illis in Deum, & ipſi erunt mihi in plebem.	33. Sed hoc erit pactum, quod feriam cum domo Iſraël poſt dies illos, dicit Dominus: Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam: & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum. *Hebr.* 10. 16.
34. Et non docebunt unuſquiſque fratrem ſuum, dicentes: Cognoſce Dominum: quia omnes ſcient me à minore uſque ad maximum eorum: quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum non ero memor ampliùs.	34. Et non docebit ultra vir proximum ſuum, & vir fratrem ſuum, dicens: Cognoſce Dominum: omnes enim cognoſcent me à minimo eorum uſque ad maximum, ait Dominus: quia propitiabor iniquitati eorum, & peccati eorum non memorabor ampliùs. *Act.* 10. 43.
35..... *Vide Not.*	35. Hæc dicit Dominus, qui dat ſolem in lumine diei, ordinem lunæ & ſtellarum in lumine noctis: qui turbat mare, & ſonant fluctus ejus, Dominus exercituum nomen illi.
36..... *Vide Not.*	36. Si defecerint leges iſtæ coram me, dicit Dominus: tunc & ſemen Iſraël deficiet, ut non ſit gens coram me cunctis diebus.
37. Si exaltatum fuerit cœlum in ſublime, dicit Dominus, & ſi humiliata fuerit terra deorſum: at	37. Hæc dicit Dominus: Si menſurari potuerint cœli ſurſum, & inveſtigari fundamenta terræ

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

h. *non tale, quale jamdudum dedi patribus eorum, cùm educerem eos de terra Ægypti.* Hieron. in Iſai. 51. col. 368. b. *non juxta teſtamentum, quod diſpoſui patribus eorum:* item in hunc Jer. loc. col. 684. c. ad *pactum*, quod in Vulg. eſt, addit è LXX. *ſive* teſtamentum, *quod pepigi cum patribus veſtris:* & inf. ad hæc Vulg. *& ego dominatus ſum eorum*, ita, *ſive, ego neglexi eos.* Auguſt. epiſt. 138. to. 2. 413. b. *non ſicut teſtamentum, quod diſpoſui patribus eorum, cùm eduxi eos de terra Ægypti:* & quæſt. 11. in Deut. to. 3. 560. c. *non ſecundùm teſtamentum, quod diſpoſui ad patres eorum, in die qua apprehendi manum eorum, ut educerem eos de terra Ægypti:* & in Pſ. 73. to. 4. 780. c. *non ſecundùm teſtamentum, quod diſpoſui patribus eorum:* & in Pſ. 104. col. 1181. d. *non ſecundùm teſtamentum, quod conſtitui patribus eorum, cùm eduxiſſem eos de terra Ægypti:* & in Pſ. 118. col. 1302. d. cum Cypr. ſup. *non ſecundùm teſtam. quod diſpoſui patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorum, ut educerem eos de terra Ægypti: quoniam ipſi non permanſerunt in teſtamento meo, & ego neglexi eos, dicit Dominus:* ſimiliter l. 17. de civit. Dei, c. 3. to. 7. 457. e. necnon l. de geſt. Pelag. to. 10. 199. a. & l. 3. op. imp. col. 1083. g. 1084. a. uſque ad vocem *quoniam:* ita quoque l. cont. Jud. to. 8. 33. e. excepto verbo *conſtitui*, pro *diſpoſui:* at l. 32. cont. Fauſt. to. 8. 455. a. habet: *non ſecundùm teſtam. quod feci patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorum, ut ejicerem eos de terra Ægypti:* ita rurſum l. de ſpir. & lit. to. 10. 103. b. ſubnexis his: *quia ipſi non perſeveraverunt in teſtam. meo, & ego neglexi eos, dicit Dominus.* Auct. quæſt. ex Vet. T. ap. Auguſt. to. 3. 56. f. eadem prorſus habet quæ ſupra Auguſt. in Pſ. 118. Itidem Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 9. p. 6. a. excepto verbo *perſeveraverunt*, pro *permanſerunt.* Ambroſiaſt. p. 47. e. ſic: *non ſecundùm quod dedi patribus eorum:* & infra p. 85. d. *non quale feci cum patribus illorum:* & p. 157. f. *non ſecundùm quod diſpoſui patribus illorum.* Auct. l. de promiſſ. p. 3. ap. Proſp. p. 182. d. *non ſecundùm teſtam. quod dedi patribus eorum.* Fulg. ep. 14. p. 267. *non ſecundùm teſtam. quod feci cum patribus eorum.* Caſſiod. in Pſ. 72. p. 252. c. *non ſecundùm teſt. quod diſpoſui patribus eorum.* Apud Marren. Anecdot. to. 5. p. 10. c. *non tale teſtamentum, quod diſpoſui patribus veſtris, in die qua eduxi eos de terra Ægypti.*

℣. 33. Eadem rurſum hab. Cypr. l. 1. Teſtim. p. 279. a. præter med. iſta, *Dans leges meas, in ſenſum illorum ſcribam illas.* Græcè: Διδὺς δώσω νόμες μȣ εἰς τὴν διάνοιαν ἀὐτῶν, ϗ ἐπὶ καρδίας ἀὐτῶν γράψω ἀὐτύς· *Dans dabo leges meas in mentem illorum, & in corde eorum ſcribam eas;* cæt. ut in Lat. ſup. additâ voculâ μȣ̃, ad *teſtamentum*, quam tamen delet Mſ. Alex. Hieronymus in Iſai. 51. col. 368. b. ſic hab. *Sed ſtatuam teſtamentum, dans leges meas in mentibus eorum, & ſuper cor eorum ſcribam eas: & ero eorum Deus, & ipſi erunt populus meus:* ſimiliter in Iſai. 54. col. 398. e. *dans leges meas in mentibus eorum, & ſuper cor illorum ſcribam eas:* & in hunc Jer. loc. col. 684. c. *Et hoc erit pactum, ſive* teſtamentum..... *Dabo legem meam in viſceribus, ſive in mente.* Chromat. Aquil. in Matt. p. 977. h. *Sed hoc eſt teſtam. quod dabo illis: Scribam leges meas in cordibus eorum, & in ſenſu eorum ſcribam illas.* Auguſt. quæſt. 11. in Deut. to. 3. 560. c. *Quoniam hoc eſt teſtamentum, quod diſpoſui ad eos poſt dies illos: Dans leges meas in cor eorum, & in mente eorum ſuperſcribam eas:* & in Pſ. 118. col. 1302. d. *Quoniam hoc eſt teſtam. quod conſtituam domui Iſrael poſt dies illos, dicit Dominus: Dabo leges meas in mentibus eorum, & in cordibus eorum ſcribam eas:* ſimiliter l. 17. de civitate Dei, c. 3. tom. 7. 457. f. præter ſequentia, *Dabo leges meas in mentem eorum, & ſuper corda eorum ſcribam eas: & videbo eos, & ero illis in Deum, & ipſi erunt mihi in plebem:* Mſs. ferunt ibidem, *dando leges meas:* at l. de ſpir. & litt. to. 10. 104. ſic hab. Auguſt. *Quia hoc teſtamentum eſt, quod ordinabo domui Iſrael poſt illos dies, dicit Dominus: Dabo leges meas in cor illorum, & in mente eorum ſcribam eas: & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum:* inſ. *in mente eorum, & in cordibus eorum.* Apud Optat. ad calc. l. 7. cont. Donat. p. 112. c. *Quoniam hoc eſt teſtam. meum, quod diſponam domui Iſrael & domui Juda: Et poſt dies illos, dicit Dominus, dans leges meas in corde eorum, & in mentibus eorum ſcribam eas.* Fulgent. epiſt. 17. p. 314. b. *Quia hoc eſt teſtam. quod diſponam domui Iſrael poſt dies iſtos, dicit Dom. Dabo leges meas in corda eorum, & in ſenſibus eorum ſuperſcribam eas: & ero eis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum.* S. Leo ſerm. 95. p. 181. f. *Poſt dies illos, dicit Dominus, dabo leges meas in ſenſu ipſorum, & in corde ipſorum ſcribam eas.* Similiter habet Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 8. p. 5. b. & cap. 9. p. 6. a. prætermiſſis his: *Quia hoc eſt teſtam. quod diſponam domui Iſrael.*

℣. 34. Eadem quoque refert Cypr. l. 1. Teſtim. p. 279. a. exceptis his duobus, *dinoſce*, pro *cognoſce*, & *minimo*, pro *minore.* Hieron. in Iſai. 54. col. 398. e. *Et nequaquam ultra docebunt ſinguli proximos ſuos & fratres, dicentes: Cognoſce Dominum: ſed omnes ſcient me à minimo uſque ad maximum: propitius enim ero iniquitatum eorum, & peccatorum eorum non recordabor.* Auguſt. l. de ſpir. & lit. to. 10. 105. f. 106. a. *Et non docebit unuſquiſque civem ſuum, & unuſquiſque fratrem ſuum, dicens: Cognoſce Dominum: quia omnes cognoſcent me à minore uſque ad majorem eorum: quia propitius ero iniquitati eorum, & peccata eorum non memorabor ultra:* at quæſt. 11. in Deut. to. 3. 560. c. *& iniquitatum eorum, & peccatorum eorum non memor ero amplius:* vide etiam epiſt. 266. to. 2. 899. f. Ambroſiaſter p. 46. f. *propitius ero iniquitatibus eorum, & delictorum illorum non memorabor.* Fulgent. ep. 17. p. 314. b. 316. b. *Et non docebit unuſquiſque proximum ſuum, & unuſquiſque fratrem ſuum, dicens: Cognoſce Deum: quoniam omnes ſcient me à majore uſque ad minorem eorum: quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum illorum jam non memorabor:* ita rurſum infra p. 316. exceptis his: *Cognoſce Dominum..... à minore uſque ad majorem eorum.* Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 9. p. 6. b. *Et non docebit unuſquiſque proximum ſuum, & unuſquiſque fratrem ſuum, dicens: Cognoſce Dominum: quia omnes cognoſcent me à paſſillo eorum uſque ad magnum: quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum memor non ero.* Ita quoque in Græco eſt, niſi quòd pro *docebit*, hab. Διδάξωσι, *docebunt;* & πολίτην, *civem*, loco *proximum;* & εἰδήσȣσι, pro *cognoſcent;* addit etiam ἀὐτῶν, *eorum*, ad *magnum*, ultimòque, ἔτι, *amplius*, ad *ero.*

℣℣. 35. 36. Græcè, verſus iſti duo transferuntur poſt verſum 37.

℣. 37. Sic eſt in Græco, præter hoc, τὸ ἔλαφος τῆς γῆς, pro *terra*, & ϗ, pro ſeq. *at.* Hieron in hunc

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

deorsum: & ego abjiciam universum semen Israël propter omnia quæ fecerunt, dicit Dominus.

38. Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & ædificabitur civitas Domino à turre Hananeel usque ad portam anguli.

39. Et exibit ultra norma mensuræ in conspectu ejus super collem Gareb: & circuibit Goatha,

40. & omnem vallem cadaverum, & cineris, & universam regionem mortis, usque ad torrentem Cedron, & usque ad angulum portæ equorum orientalis, Sanctum Domini: non evelletur, & non destruetur ultra in perpetuum.

VERSIO ANTIQUA.

ego non reprobabo genus Israël, dicit Dominus, pro omnibus quæ fecerunt. *Cypr. ubi sup.*

39..... & circuibit per gyrum de electis lapidibus. *Hieron. in Jer. 31. col. 686. d. 687. b.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

loc. col. 685. f. ita legit ex LXX. *Hæc dicit Dominus: Si elevatum fuerit cælum sublimiùs, & si humiliatum pavimentum terræ deorsum: & ego non reprobabo genus Israël, dicit Dominus, pro omnibus quæ fecerunt:* & infra 686. b. *Si exaltatum fuerit cælum sublimiùs..... & ego non reprobabo semen Israël, dicit Dom. propter omnia quæ fecerunt.*

℣. 39. Hieron. ibid. *& circuibit Goatha, sive juxta LXX. de electis lapidibus:* & infra: *& circuibit Goatha, pro quo interpretati sunt LXX. per gyrum electis lapidibus.* Gr. hod. καὶ περικυκλώσεται κύκλῳ ἐξ ἐκλεκτῶν λίθων.

CAPUT XXXII.* * Græc. xxxix.

VULGATA NOVA.

1. VErbum, quod factum est ad Jeremiam à Domino, in anno decimo Sedeciæ regis Juda: ipse est annus decimus octavus Nabuchodonosor.

2. Tunc exercitus regis Babylonis obsidebat Jerusalem: & Jeremias propheta erat clausus in atrio carceris, qui erat in domo regis Juda.

3. Clauserat enim eum Sedecias rex Juda, dicens: Quare vaticinaris, dicens: Hæc dicit Dominus: Ecce ego dabo civitatem istam in manus regis Babylonis, & capiet eam?

4. Et Sedecias rex Juda non effugiet de manu Chaldæorum: sed tradetur in manus regis Babylonis: & loquetur os ejus cum ore illius, & oculi ejus oculos illius videbunt.

VULGATA NOVA.

5. Et in Babylonem ducet Sedeciam: & ibi erit donec visitem eum, ait Dominus: si autem dimicaveritis adversùm Chaldæos, nihil prosperum habebitis.

VERSIO ANTIQUA.

5. Et Babylonem ingredietur..... *Hieron. in Jer. 32. col. 688. e.*

VULGATA NOVA.

6. Et dixit Jeremias: Factum est verbum Domini ad me, dicens:

7. Ecce Hanameel filius Sellum patruelis tuus veniet ad te, dicens: Eme tibi agrum meum, qui est in Anathoth: tibi enim competit ex propinquitate ut emas.

8. Et venit ad me Hanameel filius patrui mei secundùm verbum Domini ad vestibulum carceris, & ait ad me: Posside agrum meum, qui est in Anathoth in terra Benjamin: quia tibi competit hæreditas, & tu propinquus es ut possideas. Intellexi autem quòd verbum Domini esset.

9. Et emi agrum ab Hanameel filio patrui mei, qui est in Anathoth: & appendi ei argentum septem stateres, & decem argenteos.

10. Et scripsi in libro, & signavi, & adhibui testes: & appendi argentum in statera.

11. Et accepi librum possessionis signatum, & stipulationes, & rata, & signa forinsecus.

12. Et dedi librum possessionis Baruch filio Neri filii Maasiæ, in oculis Hanameel patruelis mei, in oculis testium, qui scripti erant in libro emptionis, & in oculis omnium Judæorum, qui sedebant in atrio carceris.

13. Et præcepi Baruch coram eis dicens:

14. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël: Sume libros istos, librum emptionis hunc signatum, & librum hunc qui apertus est: & pone illos in vase fictili, ut permanere possint diebus multis.

15. Hæc enim dicit Dominus exercituum Deus Israël: Adhuc possidebuntur domus, & agri, & vineæ in terra ista.

16. Et oravi ad Dominum, postquam tradidi librum possessionis Baruch filio Neri, dicens:

VULGATA NOVA.

17. Heu, heu, heu, Domine Deus: ecce tu fecisti cœlum & terram in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extento: non erit tibi difficile omne verbum:

VERSIO ANTIQUA.

17. Quis es Domine? tu fecisti cœlum & terram in magna virtute tua, & brachio excelso: [a] nihil apud te est absconditum: *Ambr. l. de apol. Dav. col. 729. e.* [a] *Hieron. in Jer. 32. col. 691. b.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 5. Hieron. ibid. sic hab. (e Vulg.) *Et in Babylonem ducet Sedeciam: & ibi erit:* tum addit: *pro quo LXX. transtulerunt:* Et Babylonem ingredietur..... *& ibi erit: verbum ponit ambiguum..... quodque sequitur* (in Vulg.) donec visitem eum, ait Dominus: & si pugnaveritis adversùs Chaldæos, nihil prosperum habebitis: *in LXX. non habetur.* In Gr. etiam Vatic. simpliciter: Καὶ εἰσελεύσεται Σεδεκίας εἰς Βαβυλῶνα· καὶ ἐκεῖ καθίσεται· nec subnectuntur plura. Vide sis Hieron. inf. col. 688. f. 689. b.

℣. 17. Hieronymus in hunc loc. col. 691. a. ad hæc Vulg. verba, *Heu, heu, heu, Domine Deus*, add. è LXX. *sive, qui es Domine Deus:* & inf. *pro quo*, inquit, *LXX. transtulerunt ὁ ὤν*, i. e. *qui es Domine Deus:* item huic, *in brachio tuo extento*, subdit, *sive excelso:* & seqq. *non erit tibi difficile, sive impossibile, omne verbum*, ita, *vel juxta LXX. nihil apud te est absconditum.* Vigil. Tapsi. l. cont. Varim. p. 730. b. legit: *Domine, qui fecisti cœlum & terram in virtute tua magna, & brachio tuo excelso:* & inf. p. 735. f. *Dominus, qui fecit cœlum & terram, nihil occultare potest à me.* Græc. Ὁ ὢν Κύριε, Σὺ ἐποίησας τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν τῇ ἰσχύϊ Σου τῇ μεγάλῃ, καὶ τῷ βραχίονί Σου τῷ ὑψηλῷ καὶ τῷ μεσεώρῳ· οὐ μὴ ἀποκρυβῇ ἀπὸ Σοῦ πᾶν.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 730. b. 735. f.

18. Qui facis miſericordiam in millia, & qui reddes peccata patrum in ſinu filiorum eorum poſt eos..... [a] Dominus virtutum.....

[a] *Hieron. in Jer. 32. col. 691.*

VULGATA NOVA.

18. Qui facis miſericordiam in millibus, & reddis iniquitatem patrum in ſinum filiorum eorum poſt eos: Fortiſſime, magne, & potens, Dominus exercituum nomen tibi. *Exod. 34. 7.*

VULGATA NOVA.

19. Magnus conſilio, & incomprehenſibilis cogitatu: cujus oculi aperti ſunt ſuper omnes vias filiorum Adam, ut reddas unicuique ſecundùm vias ſuas, & ſecundùm fructum adinventionum ejus.

19... 20. *Vide Not.*

20. Qui poſuiſti ſigna & portenta in terra Ægypti uſque ad diem hanc, & in Iſraël, & in hominibus, & feciſti tibi nomen ſicut eſt dies hæc.

21. Et eduxiſti populum tuum Iſraël de terra Ægypti, in ſignis, & in portentis, & in manu robuſta, & in brachio extento, & in terrore magno.

22. Et dediſti eis terram hanc, quam juraſti patribus eorum ut dares eis terram fluentem lacte & melle.

23. Et ingreſſi ſunt, & poſſederunt eam: & non obedierunt voci tuæ, & in lege tua non ambulaverunt: omnia quæ mandaſti eis ut facerent, non fecerunt: & evenerunt eis omnia mala hæc.

24. Ecce munitiones exſtructæ ſunt adversùm civitatem, ut capiatur: & urbs data eſt in manus Chaldæorum, qui præliantur adversùs eam, à facie gladii, & famis, & peſtilentiæ: & quæcunque locutus es acciderunt, ut tu ipſe cernis.

25. Et tu dicis mihi Domine Deus: Eme agrum argento, & adhibe teſtes: cùm urbs data ſit in manus Chaldæorum?

VERSIO ANTIQUA.

Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 735. f.

26. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:

27. Ego Dominus Deus univerſæ carnis: nunquid aliquid à me occultatur?

VULGATA NOVA.

26. Et factum eſt verbum Domini ad Jeremiam, dicens:

27. Ecce ego Dominus Deus univerſæ carnis: nunquid mihi difficile erit omne verbum?

28. Propterea hæc dicit Dominus: Ecce ego tradam civitatem iſtam in manus Chaldæorum, & in manus regis Babylonis, & capient eam.

Hieron. in Jer. 32. col. 693. d.

29. Et venient Chaldæi adversùs urbem hanc.....

29. Et venient Chaldæi prælientes adversùm urbem hanc, & ſuccendent eam igni, & comburent eam, & domos, in quarum domatibus ſacrificabant Baal, & libabant diis alienis libamina ad irritandum me.

Ibid. 694. f.

30. Erant enim filii Juda, & filii Iſraël ſoli facientes malum in oculis meis ab adoleſcentia ſua.

30. Erant enim filii Iſraël, & filii Juda jugiter facientes malum in oculis meis ab adoleſcentia ſua: filii Iſraël qui uſque nunc exacerbant me in opere manuum ſuarum, dicit Dominus.

VULGATA NOVA.

31. Quia in furore & in indignatione mea facta eſt mihi civitas hæc, à die qua ædificaverunt eam, uſque ad diem iſtam, qua auferetur de conſpectu meo.

32. Propter malitiam filiorum Iſraël, & filiorum Juda, quam fecerunt ad iracundiam me provocantes, ipſi & reges eorum, principes eorum, & ſacerdotes eorum, & prophetæ eorum, viri Juda & habitatores Jeruſalem.

33. Et verterunt ad me terga & non facies: cùm docerem eos diluculo, & erudirem, & nollent audire ut acciperent diſciplinam.

34. Et poſuerunt idola ſua in domo, in qua invocatum eſt nomen meum, ut polluerent eam. *4. Reg. 21. 4.*

VERSIO ANTIQUA.

Ibid. 695. d. e.

35. Et ædificaverunt aras Baal, quæ ſunt in valle filii Ennom, ut offerrent filios ſuos & filias ſuas idolo Moloch.....

VULGATA NOVA.

35. Et ædificaverunt excelſa Baal, quæ ſunt in valle filii Ennom, ut initiarent filios ſuos & filias ſuas Moloch: quod non mandavi eis, nec aſcendit in cor meum ut facerent abominationem hanc, & in peccatum deducerent Judam.

36. Et nunc propter iſta, hæc dicit Dominus Deus Iſraël ad civitatem hanc, de qua vos dicitis quòd tradetur in manus regis Babylonis in gladio, & in fame, & in peſte.

Cypr. l. 3. Teſt. p. 312. b.

37. Ecce ego cogregabo eos ex omni terra, qua diſperſi illos in ira, & in furore meo, & in exacer-

37. Ecce ego congregabo eos de univerſis terris, ad quas ejeci eos in furore meo, & in ira mea,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 18. Vigil. Tapſ. loco cit. p. 735. f. ita verba refert: *Qui ego facio miſericordiam in millia, & reddo peccata patrum in filios eorum poſt eos*: ſup. verò 730. b. ſic habet: & *qui reddes peccata patrum in ſinu filiorum eorum poſt eos*. Ex his autem duobus textum unum confecimus ut videtur ſupra, mutando nimirum τὸ *ego facio*, in hoc, *qui facis*; maximè cùm Vigil. ipſe p. 730. b. legat, & *qui reddes*. Græcè pariter: Ποιῶν ἐλεος εἰς χιλιάδας, ὁ ἀποδιδοὺς ἁμαρτίας πατέρων εἰς κόλπους (Compl. κόλπον) τέκνων αὐτῶν μετ' αὐτούς· ὁ Θεὸς, ὁ μέγας, ὁ ἰσχυρός.

℣℣. 19. 20. Hieron. in hunc loc. col. 691. b. ad hoc Vulg. *filiorum Adam*, addit, *ſive hominum*, è Græco τῶν υἱῶν τῶν ἀνθρώπων. Item inf. 692. b. huic voci, *hominibus* ℣. 20. ſubdit, *ſive terrigenis*, è Gr. τοῖς γηγενέσι.

℣℣. 26. 27. Sic eſt in Græco, præter hoc ult. μὴ ἀπ' ἐμοῦ κρυβήσεταί τι; *nunquid à me abſcondetur quicquam?* quod idem valet.

℣. 29. Græc. loco *adversùs*, hab. πολεμοῦντες ἐπί, i. e. *oppugnantes ſuper*; cæt. ut in Lat.

℣. 30. Græcè pariter: Ὅτι οὐκ ἦσαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ, καὶ οἱ υἱοὶ Ἰούδα μόνοι ποιοῦντες τὸ πονηρὸν κατ' ὀφθαλμούς μου ἐκ νεότητος αὐτῶν. *Quodque ſequitur* (in Vulg.) filii Iſraël qui uſque nunc..... dicit Dominus, *in LXX. non habetur*, inquit Hieron. & *de Hebraïco additum eſt*. Idem etiam hodie abeſt à Græco Vatic.

℣. 35. Conſonat Græc. ad verbum, niſi quòd hab. τῷ Μολὸχ βασιλεῖ, *Moloch regi*, pro *idolo Moloch*.

℣. 37. Græc. initio habet Συνάγω, *congrego*, & pro *in ira*, ἐκεῖ ἐν ὀργῇ μου, *illuc in ira mea*; item pro *conteram*, ἐπιστρέψω, *convertam*; ultimòque pro *relinquam illos in pavore*, ſic, καθιῶ αὐτοὺς πεποιθότας, *ſedere eos faciam confidentes*; cæt. ut in Lat. ſup.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

& in indignatione grandi: & reducam eos ad locum istum, & habitare eos faciam confidenter.

38. Et erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum.

39. Et dabo eis cor unum, & viam unam, ut timeant me universis diebus: & bene sit eis, & filiis eorum post eos.

40. Et feriam eis pactum sempiternum, & non desinam eis benefacere: & timorem meum dabo in corde eorum ut non recedant à me.

41. Et lætabor super eis, cùm bene eis fecero: & plantabo eos in terra ista in veritate, in toto corde meo & in tota anima mea.

VERSIO ANTIQUA.

batione magna: & conteram illos in locum istum, & relinquam illos in pavore. *Cypr. ubi sup.*

38. Et erunt mihi in plebem, & ero illis in Deum.

39. Et dabo illis viam alteram, & cor aliud, ut timeant me omnibus diebus, in bono cum filiis suis.

40. Et consummabo eis testamentum æternum, quod non avertam post illos: & timorem dabo in cor eorum ut non discedant à me.

41. Et visitabo super illos benefacere illis, & plantare illos in terra sua in fide, & in omni corde, & in omni animo.

VULGATA NOVA.

42. Quia hæc dicit Dominus: Sicut adduxi super populum istum omne malum hoc grande: sic adducam super eos omne bonum, quod ego loquor ad eos.

43. Et possidebuntur agri in terra ista: de qua vos dicitis quòd deserta sit, eò quòd non remanserit homo & jumentum, & data sit in manus Chaldæorum.

VULGATA NOVA.

44. Agri ementur pecunia, & scribentur in libro, & imprimetur signum, & testis adhibebitur: in terra Benjamin, & in circuitu Jerusalem, in civitatibus Juda, & in civitatibus montanis, & in civitatibus campestribus, & in civitatibus quæ ad Austrum sunt: quia convertam captivitatem eorum, ait Dominus.

VERSIO ANTIQUA.

44..... in civitatibus Sephela, & in civitatibus Nageb..... *Hieron. in Jer. 32. col. 697. a.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 38. Sic est in Græco, posito uno ἐγὼ, ante verbum *ero*.

℣. 39. Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 9. p. 6. c. *Et dabo illis viam alteram, & cor aliud, ut me timeant omnes dies, in bonum ipsis, & filiis eorum post eos.* Ita quoque in Græco est, posito uno ἐγὼ, ante τὸ *in bonum*.

℣. 40. Hieron. in hunc loc. p. 696. c. *Et disponam testamentum æternum.* August. l. de dono persever. to. 10. 823. c. 828. f. addit: *timorem meum dabo in cor eorum, ut à me non recedant.* Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 9. p. 6. c. *Et constituam illis testamentum æternum, quod non avertam post eos: & timorem meum dabo in cor eorum, ne discedant à me.* Ita quoque Græc. habet.

℣. 41. Auct. epist. ad Demetriad. p. 45. d. cum Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 9. p. 6. c. *Et visitabo eos, ut bonos eos faciam.* Hieron. in hunc loc. col. 696. c. ex LXX. *Et visitabo eos, ut eis benefaciam:* subinde ex Hebr. & *plantabo eos in terra ista in veritate, sive*, inquit, *ut LXX. transtulerunt*, in fide. Similiter in Græc. Vatic. Καὶ ἐπισκέψομαι (Compl. add. αὐτὺς) τῦ ἀγαθῶσαι αὐτὺς, ἐ φυτεύσω αὐτὺς ἐ τῇ γῇ ταύτῃ ἐ πίςει, ἐ ἐ πάσῃ καρδίᾳ μυ, ἐ ἐ πάσῃ ψυχῇ.

℣. 44. Ita Hieron. ibid. & *in civitatibus campestribus, sive* Sephela, & *in civitatibus* Nageb, *hoc est, quæ ad Austrum sunt.* Græcè pariter: ἐ ἐ πόλεσι τῆς Σεφηλὰ, ἐ ἐ πόλεσι τῆς Νεγέβ. Hic autem *explicimus commentariorum Hieronymi in Jeremiam libri vj. feliciter.*

CAPUT XXXIII.* * Græc. XL.

VULGATA NOVA.

1. ET factum est verbum Domini ad Jeremiam secundò, cùm adhuc clausus esset in atrio carceris, dicens: 1... 13. *Vide Not.*

2. Hæc dicit Dominus qui facturus est, & formaturus illud, & paraturus, Dominus nomen ejus.

3. Clama ad me, & exaudiam te: & annuntiabo tibi grandia, & firma quæ nescis.

4. Quia hæc dicit Dominus Deus Israël ad domos urbis hujus, & ad domos regis Juda, quæ destructæ sunt, & ad munitiones, & ad gladium

5. venientium ut dimicent cum Chaldæis, & impleant eas cadaveribus hominum, quos percussi in furore meo & in indignatione mea, abscondens faciem meam à civitate hac, propter omnem malitiam eorum.

6. Ecce ego obducam eis cicatricem & sanitatem, & curabo eos: & revelabo illis deprecationem pacis & veritatis.

7. Et convertam conversionem Juda, & conversionem Jerusalem: & ædificabo eos sicut à principio.

8. Et emundabo illos ab omni iniquitate sua, in qua peccaverunt mihi: & propitius ero cunctis iniquitatibus eorum, in quibus deliquerunt mihi, & sprevérunt me.

9. Et erit mihi in nomen, & in gaudium, & in laudem, & in exsultationem cunctis gentibus terræ, quæ audierint omnia bona, quæ ego facturus sum eis: & pavebunt, & turbabuntur in universis bonis, & in omni pace, quam ego faciam eis.

10. Hæc dicit Dominus: Adhuc audietur in loco isto, (quem vos dicitis esse desertum, eò quòd non sit homo nec jumentum: in civitatibus Juda, & foris Jerusalem, quæ desolatæ sunt absque homine, & absque habitatore, & absque pecore)

11. vox gaudii & vox lætitiæ, vox sponsi & vox sponsæ, vox dicentium: Confitemini Domino exercituum, quoniam bonus Dominus, quoniam in æternum misericordia ejus: & portantium vota in domum Domini: reducam enim conversionem terræ sicut à principio, dicit Dominus.

12. Hæc dicit Dominus exercituum: Adhuc erit in loco isto deserto absque homine, & absque jumento, & in cunctis civitatibus ejus, habitaculum pastorum accubantium gregum.

13. In civitatibus montuosis, & in civitatibus campestribus, & in civitatibus quæ ad Austrum sunt; & in terra Benjamin, & in circuitu Jerusalem, & in civi-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 1..... 13. Hæc tota, quorum Latinam versionem antiquam recuperare non licuit, Græcè in multis plenumque conveniunt cum Vulgata: id jam sæpe dictum est supra, ut non dicendum sit sæpius.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

tatibus Juda adhuc transibunt greges ad manum numerantis, ait Dominus.

Sup. 23. 5. seq. 14. Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & suscitabo verbum bonum, quod locutus sum ad domum Israël & ad domum Juda. *14. seqq. Vide Not.*

15. In diebus illis, & in tempore illo, germinare faciam David germen justitiæ: & faciet judicium & justitiam in terra.

16. In diebus illis salvabitur Juda, & Jerusalem habitabit confidenter: & hoc est nomen, quod vocabunt eum, Dominus justus noster.

17. Quia hæc dicit Dominus: Non interibit de David vir, qui sedeat super thronum domus Israël.

18. Et de sacerdotibus & de Levitis non interibit vir à facie mea, qui offerat holocautomata, & incendat sacrificium, & cædat victimas omnibus diebus.

19. Et factum est verbum Domini ad Jeremiam, dicens:

20. Hæc dicit Dominus: Si irritum potest fieri pactum meum cum die, & pactum meum cum nocte, ut non sit dies & nox in tempore suo:

21. Et pactum meum irritum esse poterit cum David servo meo, ut non sit ex eo filius qui regnet in throno ejus, & Levitæ & Sacerdotes ministri mei.

22. Sicuti enumerari non possunt stellæ cœli, & metiri arena maris: sic multiplicabo semen David servi mei, & Levitas ministros meos.

23. Et factum est verbum Domini ad Jeremiam, dicens:

24. Nunquid non vidisti quid populus hic locutus sit, dicens: Duæ cognationes, quas elegerat Dominus, abjectæ sunt: & populum meum despexerunt, eò quòd non sit ultra gens coram eis?

VERSIO ANTIQUA.

Cyprian. in Psalm. 32. p. 108. b. 25..... Si non esset testamentum meum in custodia die ac nocte, præcepta cœli & terræ non dedissem.

VULGATA NOVA.

25. Hæc dicit Dominus: Si pactum meum inter diem & noctem, & leges cœlo & terræ non posui:

26. equidem & semen Jacob & David servi mei projiciam, ut non assumam de semine ejus principes seminis Abraham, Isaac, & Jacob: reducam enim conversionem eorum, & miserebor eis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 14. seqq. Hæc omnia usque ad finem capitis desunt in Græco Vatic. In Complut. tamen & apud Theodoretum sequuntur; quorum nonnulla sunt similia eis quæ habita sunt cap. 23. 5. seqq. ita Nobilius, quem vide.

℣. 25. Hic versus deest in Græco Vatic. ut notavi supra: in ed. autem Complut. & ap. Theodoret. sic legitur: Ἐὰν μὴ εἶεν ἡ διαθήκη μου τῇ ἡμέρᾳ καὶ τῇ νυκτὶ, καὶ νόμους τοῦ οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς μὴ ἐθέμην.

CAPUT XXXIV. *

* Græc. XLI.

VULGATA NOVA.

1. VErbum quod factum est ad Jeremiam à Domino, quando Nabuchodonosor rex Babylonis, & omnis exercitus ejus, universaque regna terræ, quæ erant sub potestate manus ejus, & omnes populi bellabant contra Jerusalem, & contra omnes urbes ejus, dicens:

2. Hæc dicit Dominus Deus Israël: Vade, & loquere ad Sedeciam regem Juda: & dices ad eum: Hæc dicit Dominus: Ecce ego tradam civitatem hanc in manus regis Babylonis, & succendet eam igni.

3. Et tu non effugies de manu ejus: sed comprehensione capieris, & in manu ejus tradêris: & oculi tui oculos regis Babylonis videbunt, & os ejus cum ore tuo loquetur, & Babylonem introibis.

4. Attamen audi verbum Domini Sedecia rex Juda: Hæc dicit Dominus ad te: Non morieris in gladio,

5. sed in pace morieris, & secundùm combustiones patrum tuorum regum priorum qui fuerunt ante te, sic comburent te: & væ Domine, plangent te: quia verbum ego locutus sum, dicit Dominus.

6. Et locutus est Jeremias propheta ad Sedeciam regem Juda universa verba hæc in Jerusalem.

7. Et exercitus regis Babylonis pugnabat contra Jerusalem, & contra omnes civitates Juda, quæ reliquæ erant, contra Lachis, & contra Azecha: hæ enim supererant de civitatibus Juda, urbes munitæ.

8. Verbum, quod factum est ad Jeremiam à Domino, postquam percussit rex Sedecias fœdus cum omni populo in Jerusalem, prædicans:

9. Ut dimitteret unusquisque servum suum, & unusquisque ancillam suam, Hebræum & Hebræam liberos: & nequaquam dominarentur eis, id est, in Judæo & fratre suo.

10. Audierunt ergo omnes principes & universus populus, qui inierant pactum ut dimitteret unusquisque servum suum, & unusquisque ancillam suam liberos, & ultra non dominarentur eis: audierunt igitur, & dimiserunt.

11. Et conversi sunt deinceps: & retraxerunt servos & ancillas suas, quos dimiserant liberos, & subjugaverunt in famulos & famulas.

12. Et factum est verbum Domini ad Jeremiam à Domino, dicens:

13. Hæc dicit Dominus Deus Israël: Ego percussi fœdus cum patribus vestris, in die qua eduxi eos de terra Ægypti, de domo servitutis, dicens:

14. Cùm completi fuerint septem anni, dimittat unusquisque fratrem suum Hebræum, qui venditus est ei, & serviet tibi sex annis: & dimittes eum à te liberum: & non audierunt patres vestri me, nec inclinaverunt aurem suam. *Exod. 21. 2. Deuter. 15. 12.*

15. Et conversi estis vos hodie, & fecistis quod rectum est in oculis meis, ut prædicaretis libertatem unusquisque ad amicum suum: & inistis pactum in conspectu meo, in domo, in qua invocatum est nomen meum super eam.

16. Et reversi estis, & commaculastis nomen meum: & reduxistis unusquisque servum suum, & unusquisque ancillam suam, quos dimiseratis ut essent liberi & suæ potestatis: & subjugastis eos ut sint vobis servi & ancillæ.

17. Propterea hæc dicit Dominus: Vos non audistis me, ut prædicaretis libertatem unusquisque fratri suo, & unusquisque amico suo: ecce ego prædico vobis libertatem, ait Dominus, ad gladium, ad pestem, & ad famem: & dabo vos in commotionem cunctis regnis terræ.

18. Et dabo viros, qui prævaricantur fœdus meum, & non observaverunt verba fœderis, quibus assensi sunt

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

in conſpectu meo, vitulum quem conciderunt in duas partes, & tranſierunt inter diviſiones ejus:

19. Principes Juda & principes Jeruſalem, eunuchi & ſacerdotes, & omnis populus terræ, qui tranſierunt inter diviſiones vituli:

20. Et dabo eos in manus inimicorum ſuorum, & in manus quærentium animam eorum: & erit morticinum eorum in eſcam volatilibus cœli, & beſtiis terræ.

21. Et Sedeciam regem Juda, & principes ejus dabo in manus inimicorum ſuorum, & in manus quærentium animas eorum, & in manus exercituum regis Babylonis, qui receſſerunt à vobis.

22. Ecce ego præcipio, dicit Dominus, & reducam eos in civitatem hanc, & præliabuntur adversùs eam, & capient eam, & incendent igni: & civitates Juda dabo in ſolitudinem, eò quòd non ſit habitator.

CAPUT XXXV. *

* Græc. XLII.

VULGATA NOVA.

1. VErbum, quod factum eſt ad Jeremiam à Domino in diebus Joakim filii Joſiæ regis Juda, dicens:

2. Vade ad domum Rechabitarum: & loquere eis, & introduces eos in domum Domini in unam exedram theſaurorum, & dabis eis bibere vinum.

3. Et aſſumpſi Jezoniam filium Jeremiæ filii Habſaniæ, & fratres ejus, & omnes filios ejus, & univerſam domum Rechabitarum:

4. Et introduxi eos in domum Domini ad gazophylacium filiorum Hanan, filii Jegedeliæ hominis Dei, quod erat juxta gazophylacium principum, ſuper theſaurum Maaſiæ filii Sellum, qui erat cuſtos veſtibuli.

5. Et poſui coram filiis domus Rechabitarum ſcyphos plenos vino, & calices: & dixi ad eos: Bibite vinum.

6. Qui reſponderunt: Non bibemus vinum: quia Jonadab filius Rechab, pater noſter, præcepit nobis, dicens: Non bibetis vinum vos, & filii veſtri uſque in ſempiternum:

7. & domum non ædificabitis, & ſementem non ſeretis, & vineas non plantabitis, nec habebitis: ſed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus veſtris, ut vivatis diebus multis ſuper faciem terræ, in qua vos peregrinamini.

8. Obedivimus ergo voci Jonadab filii Rechab, patris noſtri, in omnibus quæ præcepit nobis, ita ut non biberemus vinum cunctis diebus noſtris nos, & mulieres noſtræ, filii, & filiæ noſtræ:

9. & non ædificaremus domos ad habitandum: & vineam, & agrum, & ſementem non habuimus:

10. ſed habitavimus in tabernaculis, & obedientes fuimus juxta omnia, quæ præcepit nobis Jonadab pater noſter.

11. Cùm autem aſcendiſſet Nabuchodonoſor rex Babylonis ad terram noſtram, diximus: Venite, & ingrediamur Jeruſalem à facie exercitus Chaldæorum, & à facie exercitus Syriæ: & manſimus in Jeruſalem.

12. Et factum eſt verbum Domini ad Jeremiam, dicens:

13. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſraël: Vade, & dic viris Juda, & habitatoribus Jeruſalem: Nunquid non recipietis diſciplinam ut obediatis verbis meis, dicit Dominus?

14. Prævaluerunt ſermones Jonadab filii Rechab, quos præcepit filiis ſuis ut non biberent vinum: & non biberunt uſque ad diem hanc, quia obedierunt præcepto patris ſui: ego autem locutus ſum ad vos, de manè conſurgens & loquens, & non obediſtis mihi.

VULGATA NOVA.

15. Miſique ad vos omnes ſervos meos prophetas, conſurgens diluculo, mittenſque & dicens: Convertimini unuſquiſque à via ſua peſſima, *Sup. 18. 11. & 25. 5.* & bona facite ſtudia veſtra: & nolite ſequi deos alienos, neque colatis eos: & habitabitis in terra, quam dedi vobis & patribus veſtris: & non inclinaſtis aurem veſtram, neque audiſtis me.

VERSIO ANTIQUA.

15. Et miſi ad vos ſervos meos prophetas, dicere: Avertimini unuſquiſque à via ſua nequiſſima, & meliora facite opera veſtra..... *Iren. l. 4. c. 36. p. 279. b.*

VULGATA NOVA.

16. Firmaverunt igitur filii Jonadab filii Rechab præceptum patris ſui, quod præceperat eis: populus autem iſte non obedivit mihi.

17. Idcirco hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſraël: Ecce ego adducam ſuper Juda, & ſuper omnes habitatores Jeruſalem univerſam afflictionem, quam locutus ſum adversùm illos: eò quòd locutus ſum ad illos, & non audierunt: vocavi illos, & non reſponderunt mihi.

18. Domui autem Rechabitarum dixit Jeremias: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſraël: Pro eo quòd obediſtis præcepto Jonadab patris veſtri, & cuſtodiſtis omnia mandata ejus, & feciſtis univerſa, quæ præcepit vobis:

19. Propterea hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſraël: non deficiet vir de ſtirpe Jonadab filii Rechab, ſtans in conſpectu meo cunctis diebus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 15. Græcè ſimiliter: Καὶ ἀπέστειλα πρὸς ὑμᾶς τοὺς παῖδάς μου τοὺς προφήτας, λέγων· Ἀποστράφητε ἕκαστος ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ τῆς πονηρᾶς, καὶ βελτίω ποιήσατε τὰ ἐπιτηδεύματα ὑμῶν.

CAPUT XXXVI. *

* Græc. XLIII.

VULGATA NOVA.

1. ET factum eſt in anno quarto Joakim filii Joſiæ regis Juda: factum eſt verbum hoc ad Jeremiam à Domino, dicens:

2. Tolle volumen libri, & ſcribes in eo omnia verba, quæ locutus ſum tibi adversùm Iſraël & Judam, & adversùm omnes gentes; à die qua locutus ſum ad te ex diebus Joſiæ uſque ad diem hanc:

3. Si fortè audiente domo Juda univerſa mala, quæ ego cogito facere eis, revertatur unuſquiſque à via ſua peſſima: & propitius ero iniquitati, & peccato eorum.

4. Vocavit ergo Jeremias Baruch filium Neriæ: &

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

ſcripſit Baruch ex ore Jeremiæ omnes ſermones Domini quos locutus eſt ad eum, in volumine libri:

5. & præcepit Jeremias Baruch, dicens: Ego clauſus ſum, nec valeo ingredi domum Domini.

6. Ingredere ergo tu, & lege de volumine, in quo ſcripſiſti ex ore meo, verba Domini, audiente populo in domo Domini, in die jejunii: inſuper & audiente univerſo Juda, qui veniunt de civitatibus ſuis, leges eis:

7. Si fortè cadat oratio eorum in conſpectu Domini, & revertatur unuſquiſque à via ſua peſſima: quoniam magnus furor & indignatio eſt, quam locutus eſt Dominus adversùs populum hunc.

8. Et fecit Baruch filius Neriæ juxta omnia, quæ præceperat ei Jeremias propheta, legens ex volumine ſermones Domini in domo Domini.

9. Factum eſt autem in anno quinto Joakim filii Joſiæ regis Juda, in menſe nono: prædicaverunt jejunium in conſpectu Domini omni populo in Jeruſalem, & univerſæ multitudini, quæ confluxerat de civitatibus Juda in Jeruſalem.

10. Legitque Baruch ex volumine ſermones Jeremiæ in domo Domini, in gazophylacio Gamariæ filii Saphan ſcribæ, in veſtibulo ſuperiori, in introitu portæ novæ domus Domini, audiente omni populo.

11. Cùmque audiſſet Michæas filius Gamariæ filii Saphan omnes ſermones Domini ex libro:

12. deſcendit in domum regis ad gazophylacium ſcribæ: & ecce ibi omnes principes ſedebant: Eliſama ſcriba, & Dalaias filius Semeiæ, & Elnathan filius Achobor, & Gamarias filius Saphan, & Sedecias filius Hananiæ, & univerſi principes.

13. Et nunciavit eis Michæas omnia verba, quæ audivit legente Baruch ex volumine in auribus populi.

14. Miſerunt itaque omnes principes ad Baruch, Judi filium Nathaniæ filii Selemiæ, filii Chuſi, dicentes: Volumen, ex quo legiſti audiente populo, ſume in manu tua, & veni. Tulit ergo Baruch filius Neriæ volumen in manu ſua, & venit ad eos.

15. Et dixerunt ad eum: Sede, & lege hæc in auribus noſtris. Et legit Baruch in auribus eorum.

16. Igitur cùm audiſſent omnia verba, obſtupuerunt unuſquiſque ad proximum ſuum, & dixerunt ad Baruch: Nunciare debemus regi omnes ſermones iſtos.

17. Et interrogaverunt eum, dicentes: Indica nobis quomodo ſcripſiſti omnes ſermones iſtos ex ore ejus.

18. Dixit autem eis Baruch: Ex ore ſuo loquebatur quaſi legens ad me omnes ſermones iſtos: & ego ſcribebam in volumine atramento.

19. Et dixerunt principes ad Baruch: Vade, & abſcondere tu & Jeremias, & nemo ſciat ubi ſitis.

20. Et ingreſſi ſunt ad regem in atrium: porro volumen commendaverunt in gazophylacio Eliſamæ ſcribæ: & nunciaverunt audiente rege omnes ſermones.

21. Miſitque rex Judi ut ſumeret volumen: qui tollens illud de gazophylacio Eliſamæ ſcribæ, legit audiente rege, & univerſis principibus qui ſtabant circa regem.

22. Rex autem ſedebat in domo hiemali in menſe nono: & poſita erat arula coram eo plena prunis.

23. Cùmque legiſſet Judi tres pagellas vel quatuor, ſcidit illud ſcalpello ſcribæ, & projecit in ignem, qui erat ſuper arulam, donec conſumeretur omne volumen igni, qui erat in arula.

24. Et non timuerunt, neque ſciderunt veſtimenta ſua, rex & omnes ſervi ejus, qui audierunt univerſos ſermones iſtos.

25. Veruntamen Elnathan, & Dalaias, & Gamarias contradixerunt regi ne combureret librum: & non audivit eos.

26. Et præcepit rex Jeremiel filio Amelech, & Saraiæ filio Ezriel, & Selemiæ filio Abdeel, ut comprehenderent Baruch ſcribam, & Jeremiam prophetam: abſcondit autem eos Dominus.

VERSIO ANTIQUA.

Ap. Optat. Milev. ad calc. p. 112. a.

27. Et factus eſt ſermo Domini ad Jeremiam, poſtquam combuſſit rex capitulum libri, & ſermones quos ſcripſit Baruch ex ore Jeremiæ: dixit Deus ad Jeremiam:

28. Accipe tibi chartam alteram: & ſcribe omnes ſermones tuos, qui tunc erant ſcripti in libro, quem combuſſit Joachim rex Judæ.

Iren. l. 3. c. 21. p. 218. b.

30. Propter hoc ſic dicit Dominus ſuper Joachim patrem ejus regem Judææ: Non enim erit ex eo ſedens ſuper thronum David: & mortificatum ejus erit projectum in æſtu diei, & in glacie noctis.

31. Et reſpiciam ſuper eum, & ſuper filios ejus; & inferam ſuper eos, & ſuper inhabitantes Jeruſalem, ſuper terram Juda omnia mala, quæ locutus ſum ſuper eos.....

VULGATA NOVA.

27. Et factum eſt verbum Domini ad Jeremiam prophetam, poſtquam combuſſerat rex volumen, & ſermones quos ſcripſerat Baruch ex ore Jeremiæ, dicens:

28. Rurſum tolle volumen aliud: & ſcribe in eo omnes ſermones priores, qui erant in primo volumine, quod combuſſit Joakim rex Juda.

29. Et ad Joakim regem Juda, dices: Hæc dicit Dominus: Tu combuſſiſti volumen illud, dicens: Quare ſcripſiſti in eo annuntians: Feſtinus veniet rex Babylonis, & vaſtabit terram hanc, & ceſſare faciet ex illa hominem, & jumentum?

30. Propterea hæc dicit Dominus contra Joakim regem Juda: Non erit ex eo qui ſedeat ſuper ſolium David: & cadaver ejus projicietur ad æſtum per diem, & ad gelu per noctem.

31. Et viſitabo contra eum, & contra ſemen ejus, & contra ſervos ejus iniquitates ſuas; & adducam ſuper eos, & ſuper habitatores Jeruſalem, & ſuper viros Juda omne malum, quod locutus ſum ad eos, & non audierunt.

32. Jeremias autem tulit volumen aliud, & dedit illud Baruch filio Neriæ ſcribæ: qui ſcripſit in eo ex ore Jeremiæ omnes ſermones libri, quem combuſſerat Joakim rex Juda igni: & inſuper additi ſunt ſermones multò plures, quàm antea fuerant.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 27. Græc. loco *capitulum libri*, hab. τὸ χαρτίον, *volumen*; deinde, πάντας τοὺς λόγους, ubique præced. ℣; ultimòque, λέγων, *dicens*, pro *dixit Deus ad Jerem.* cæt. ut in Lat. ſup.

℣. 28. Græc. Πάλιν λάβε σὺ (Mſ. Alex. σεαυτῷ) χαρτίον ἕτερον καὶ γράψον πάντας τοὺς λόγους, τοὺς ὄντας ἐπὶ τῷ χαρτίῳ, οὓς καῆκαυσεν ὁ βασιλεὺς Ἰωακείμ.

℣. 30. Græc. initio hab. εἶπε, *dixit*, non *dicit*; deletque *patrem ejus*, poſt *Joachim*; loco verò ſeq. *Judææ*, ſcribit Ἰούδα; mox ita, Οὐκ ἔσται αὐτῷ καθήμενος, *non erit ei ſedens*; cæt. ut in Lat. ſup.

℣. 31. Græc. Καὶ ἐπισκέψομαι ἐπ' αὐτὸν, καὶ ἐπὶ τὸ γένος

Digitized by Google

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

αὐτῦ, ᾗ ἐπὶ τὺς παῖδας αὐτῦ· ᾗ ἐπάξω ἐπ' αὐτὸν, ᾗ ἐπὶ τὺς, &c. *Et viſitabo ſuper eum, & ſuper genus ejus, & ſuper pueros ejus; & inducam ſuper eum*, &c. ut in Lat. ſup. addito uno ᾗ, poſt *Jeruſalem*; extremòque, πρὸς ἀυτὺς, *ad eos*, pro *ſuper eos*; at in Mſ. Alex. & Compl. ἐπ' ἀυτές.

CAPUT XXXVII. *

* Græc. XLIV.

VULGATA NOVA.

4. Reg. 24. 17. Inf. 52. 1. 2. Par. 36. 15.

1. ET regnavit rex Sedecias filius Joſiæ pro Jechonia filio Joakim : quem conſtituit regem Nabuchodonoſor rex Babylonis in terra Juda.

2. Et non obedivit ipſe, & ſervi ejus, & populus terræ verbis Domini, quæ locutus eſt in manu Jeremiæ prophetæ.

3. Et miſit rex Sedecias Juchal filium Selemiæ, & Sophoniam filium Maaſiæ ſacerdotem, ad Jeremiam prophetam, dicens : Ora pro nobis Dominum Deum noſtrum.

4. Jeremias autem liberè ambulabat in medio populi : non enim miſerant eum in cuſtodiam carceris. Igitur exercitus Pharaonis egreſſus eſt de Ægypto : & audientes Chaldæi, qui obſidebant Jeruſalem, hujuſcemodi nuncium, receſſerunt ab Jeruſalem.

5. Et factum eſt verbum Domini ad Jeremiam prophetam, dicens :

6. Hæc dicit Dominus Deus Iſraël : Sic dicetis regi Juda, qui miſit vos ad me interrogandum : Ecce exercitus Pharaonis, qui egreſſus eſt vobis in auxilium, revertetur in terram ſuam in Ægyptum :

7. & redient Chaldæi, & bellabunt contra civitatem hanc : & capient eam, & ſuccendent eam igni.

8. Hæc dicit Dominus : Nolite decipere animas veſtras, dicentes : Euntes abibunt, & recedent à nobis Chaldæi ; quia non abibunt.

9. Sed & ſi percuſſeritis omnem exercitum Chaldæorum, qui præliantur adversùm vos, & derelicti fuerint ex eis aliqui vulnerati : ſinguli de tentorio ſuo conſurgent, & incendent civitatem hanc igni.

10. Ergo cùm receſſiſſet exercitus Chaldæorum ab Jeruſalem propter exercitum Pharaonis,

11. egreſſus eſt Jeremias de Jeruſalem ut iret in terram Benjamin, & divideret ibi poſſeſſionem in conſpectu civium.

12. Cùmque perveniſſet ad portam Benjamin, erat ibi cuſtos portæ per vices, nomine Jerias, filius Selemiæ filii Hananiæ, & apprehendit Jeremiam prophetam, dicens : Ad Chaldæos profugis.

13. Et reſpondit Jeremias : Falſum eſt, non fugio ad Chaldæos. Et non audivit eum : ſed comprehendit Jerias Jeremiam, & adduxit eum ad principes.

14. Quam ob rem irati principes contra Jeremiam, cæſum eum miſerunt in carcerem, qui erat in domo Jonathan ſcribæ : ipſe enim præpoſitus erat ſuper carcerem.

15. Itaque ingreſſus eſt Jeremias in domum laci & in ergaſtulum : & ſedit ibi Jeremias diebus multis.

16. Mittens autem Sedecias rex tulit eum : & interrogavit eum in domo ſua abſconditè, & dixit : Putaſne eſt ſermo à Domino ? Et dixit Jeremias : Eſt : & ait : In manus regis Babylonis tradêris.

17. Et dixit Jeremias ad regem Sedeciam : Quid peccavi tibi, & ſervis tuis, & populo tuo, quia miſiſti me in domum carceris ?

18. Ubi ſunt prophetæ veſtri, qui prophetabant vobis, & dicebant : Non veniet rex Babylonis ſuper vos, & ſuper terram hanc ?

VULGATA NOVA.

19. Nunc ergo audi obſecro domine mi rex : Valeat deprecatio mea in conſpectu tuo : & ne me remittas in domum Jonathan ſcribæ, ne moriar ibi.

20. Præcepit ergo rex Sedecias ut traderetur Jeremias in veſtibulo carceris : & daretur ei torta panis quotidie, excepto pulmento, donec conſumerentur omnes panes de civitate : & manſit Jeremias in veſtibulo carceris.

VERSIO ANTIQUA.

19. Nunc ergo domine mi rex, audi deprecationem meam, & prævaleat apud te obſecratio mea : ne remittas me in domum Jonathan ſcribæ, ne ibi peream. *Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. 531. a.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 19. Græc. Καὶ νῦν κύριε βασιλεῦ, παρέστω τὸ ἔλεός μου κατὰ πρόσωπόν σου· ᾗ τί ἀποστρέφεις με εἰς οἶκον Ἰωνάθαν τῦ γραμματέως; ᾗ ἵ μὴ ἀποθάνω ἐκεῖ. Edit. Compl. ipſo initio hab. Καὶ νῦν ἄκουσον δὴ κύριε, &c. i. e. *Et nunc domine* (vel *audi domine*) *rex : Procidat miſericordia mea ad faciem tuam : & quid reditre me facis in domum Jonathan ſcriba ? & non moriar ibi.*

CAPUT XXXVIII. *

* Græc. XLV.

VULGATA NOVA.

1. AUdivit autem Saphatias filius Mathan, & Gedelias filius Phaſſur, & Juchal filius Selemiæ, & Phaſſur filius Melchiæ, ſermones, quos Jeremias loquebatur ad omnem populum, dicens :

Sup. 21. 9.

2. Hæc dicit Dominus : Quicunque manſerit in civitate hac, morietur gladio, & fame, & peſte : qui autem profugerit ad Chaldæos, vivet, & erit anima ejus ſoſpes & vivens.

3. Hæc dicit Dominus : Tradendo tradetur civitas hæc in manu exercitus regis Babylonis, & capiet eam.

4. Et dixerunt principes regi : Rogamus ut occidatur homo iſte : de induſtria enim diſſolvit manus virorum bellantium, qui remanſerunt in civitate hac, & manus univerſi populi, loquens ad eos juxta verba hæc : ſiquidem homo iſte non quærit pacem populo huic, ſed malum.

5. Et dixit rex Sedecias : Ecce ipſe in manibus veſtris eſt : nec enim fas eſt regem vobis quidquam negare.

6. Tulerunt ergo Jeremiam, & projecerunt eum in lacum Melchiæ filii Amelech, qui erat in veſtibulo carceris : & ſubmiſerunt Jeremiam funibus in lacum, in quo non erat aqua, ſed lutum : deſcendit itaque Jeremias in cœnum.

7. Audivit autem Abdemelech Æthiops vir eunuchus, qui erat in domo regis quòd miſiſſent Jeremiam in lacum : porro rex ſedebat in porta Benjamin.

8. Et egreſſus eſt Abdemelech de domo regis, & locutus eſt ad regem, dicens :

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

9. Domine mi rex, malefecerunt viri isti omnia quæcunque perpetrarunt contra Jeremiam prophetam, mittentes eum in lacum ut moriatur ibi fame, non sunt enim panes ultra in civitate.

10. Præcepit itaque rex Abdemelech Æthiopi, dicens: Tolle tecum hinc triginta viros, & leva Jeremiam prophetam de lacu antequam moriatur.

11. Assumptis ergo Abdemelech secum viris, ingressus est domum regis, quæ erat sub cellario: & tulit inde veteres pannos, & antiqua quæ computruerant, & submisit ea ad Jeremiam in lacum per funiculos.

12. Dixitque Abdemelech Æthiops ad Jeremiam: Pone veteres pannos, & hæc scissa & putrida sub cubito manuum tuarum, & super funes: fecit ergo Jeremias sic.

13. Et extraxerunt Jeremiam funibus, & eduxerunt eum de lacu: mansit autem Jeremias in vestibulo carceris.

14. Et misit rex Sedecias, & tulit ad se Jeremiam prophetam ad ostium tertium, quod erat in domo Domini: & dixit rex ad Jeremiam: Interrogo ego te sermonem, ne abscondas à me aliquid.

15. Dixit autem Jeremias ad Sedeciam: Si annuntiavero tibi, nunquid non interficies me? & si consilium dedero tibi, non me audies.

16. Juravit ergo rex Sedecias Jeremiæ clam, dicens: Vivit Dominus, qui fecit nobis animam hanc, si occidero te, & si tradidero te in manus virorum istorum, qui quærunt animam tuam.

17. Et dixit Jeremias ad Sedeciam: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël: Si profectus exieris ad principes regis Babylonis, vivet anima tua, & civitas hæc non succendetur igni: & salvus eris tu, & domus tua.

18. Si autem non exieris ad principes regis Babylonis, tradetur civitas hæc in manus Chaldæorum, & succendent eam igni: & tu non effugies de manu eorum.

19. Et dixit rex Sedecias ad Jeremiam: Sollicitus sum propter Judæos, qui transfugerunt ad Chaldæos: ne fortè tradar in manus eorum, & illudant mihi.

20. Respondit autem Jeremias: Non te tradent: audi quæso vocem Domini, quam ego loquor ad te, & bene tibi erit, & vivet anima tua.

21. Quòd si nolueris egredi: iste est sermo, quem ostendit mihi Dominus:

22. Ecce omnes mulieres, quæ remanserunt in domo regis Juda, educentur ad principes regis Babylonis: & ipsæ dicent: Seduxerunt te, & prævaluerunt adversùm te viri pacifici tui, demerièrunt in cœno & in lubrico pedes tuos, & recesserunt à te.

23. Et omnes uxores tuæ, & filii tui educentur ad Chaldæos: & non effugies manus eorum, sed in manu regis Babylonis capieris: & civitatem hanc comburet igni.

24. Dixit ergo Sedecias ad Jeremiam: Nullus sciat verba hæc, & non morieris.

25. Si autem audierint principes quia locutus sum tecum, & venerint ad te, & dixerint tibi: Indica nobis quid locutus sis cum rege, ne celes nos, & non te interficiemus: & quid locutus est tecum rex:

26. Dices ad eos: Prostravi ego preces meas coram rege, ne me reduci juberet in domum Jonathan, & ibi morerer.

27. Venerunt ergo omnes principes ad Jeremiam, & interrogaverunt eum: & locutus est eis juxta omnia verba, quæ præceperat ei rex, & cessaverunt ab eo: nihil enim fuerat auditum.

28. Mansit verò Jeremias in vestibulo carceris usque ad diem, quo capta est Jerusalem: & factum est ut caperetur Jerusalem.

---

* Græc. XLVI.

CAPUT XXXIX. *

VULGATA NOVA.

4. Reg. 25. 1. Isa. 52. 4.

1. ANno nono Sedeciæ regis Juda, mense decimo, venit Nabuchodonosor rex Babylonis, & omnis exercitus ejus ad Jerusalem, & obsidebant eam.

2. Undecimo autem anno Sedeciæ, mense quarto, quinta mensis, aperta est civitas.

3. Et ingressi sunt omnes principes regis Babylonis, & sederunt in porta media: Neregel, Sereser, Semegarnabu, Sarsachim, Rabsares, Neregel, Sereser, Rebmag, & omnes reliqui principes regis Babylonis.

4. Cùmque vidisset eos Sedecias rex Juda, & omnes viri bellatores, fugerunt: & egressi sunt nocte de civitate per viam horti regis, & per portam, quæ erat inter duos muros, & egressi sunt ad viam deserti.

4... 13. *Vide Not.*

5. Persecutus est autem eos exercitus Chaldæorum: & comprehenderunt Sedeciam in campo solitudinis Jerichontinæ, & captum adduxerunt ad Nabuchodonosor regem Babylonis in Reblatha, quæ est in terra Emath: & locutus est ad eum judicia.

6. Et occidit rex Babylonis filios Sedeciæ in Reblatha, in oculis ejus: & omnes nobiles Juda occidit rex Babylonis.

7. Oculos quoque Sedeciæ eruit: & vinxit eum compedibus ut duceretur in Babylonem.

8. Domum quoque regis, & domum vulgi succenderunt Chaldæi igni, & murum Jerusalem subverterunt.

9. Et reliquias populi, qui remanserant in civitate, & perfugas, qui transfugerant ad eum, & superfluos vulgi, qui remanserant, transtulit Nabuzardan magister militum in Babylonem.

10. Et de plebe pauperum, qui nihil penitus habebant, dimisit Nabuzardan magister militum in terra Juda: & dedit eis vineas & cisternas in die illa.

11. Præceperat autem Nabuchodonosor rex Babylonis de Jeremia Nabuzardan magistro militum, dicens:

12. Tolle illum, & pone super eum oculos tuos, nihilque ei mali facias: sed, ut voluerit, sic facias ei.

13. Misit ergo Nabuzardan princeps militiæ, & Nabusezban, & Rabsares, & Neregel, & Sereser, & Rebmag, & omnes optimates regis Babylonis,

14. miserunt, & tulerunt Jeremiam de vestibulo carceris, & tradiderunt eum Godoliæ filio Ahicam filii Saphan, ut intraret in domum, & habitaret in populo.

15. Ad Jeremiam autem factus fuerat sermo Domini, cùm clausus esset in vestibulo carceris, dicens:

16. Vade, & dic Abdemelech Æthiopi, dicens: Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël: Ecce ego inducam sermones meos super civitatem hanc in malum, & non in bonum: & erunt in conspectu tuo in die illa.

17. Et liberabo te in die illa, ait Dominus: & non tradêris in manus virorum, quos tu formidas:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

¥¥. 4..... 13. Hi versus decem absunt à Græco Vatic. secus in Compl. & ap. Theodoret. Vide sis Nobil. in hunc loc.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

18. Sed eruens liberabo te, & gladio non cades: sed erit tibi anima tua in salutem, quia in me habuisti fiduciam, ait Dominus.

CAPUT XL.*

* Græc. XLVII.

VULGATA NOVA.

1. SErmo, qui factus est ad Jeremiam à Domino, postquam dimissus est à Nabuzardan magistro militiæ de Rama, quando tulit eum vinctum catenis in medio omnium, qui migrabant de Jerusalem & Juda, & ducebantur in Babylonem.

2. Tollens ergo princeps militiæ Jeremiam, dixit ad eum: Dominus Deus tuus locutus est malum hoc super locum istum,

3. & adduxit: & fecit Dominus sicut locutus est, quia peccastis Domino, & non audistis vocem ejus, & factus est vobis sermo hic.

4. Nunc ergo ecce solvi te hodie de catenis, quæ sunt in manibus tuis: si placet tibi ut venias mecum in Babylonem, veni; & ponam oculos meos super te: si autem displicet tibi venire mecum in Babylonem, reside: ecce omnis terra in conspectu tuo est: quod elegeris, & quò placuerit tibi ut vadas, illuc perge.

5. Et mecum noli venire: sed habita apud Godoliam filium Ahicam filii Saphan, quem præposuit rex Babylonis civitatibus Juda: habita ergo cum eo in medio populi: vel quòcunque placuerit tibi ut vadas, vade. Dedit quoque ei magister militiæ cibaria, & munuscula, & dimisit eum.

6. Venit autem Jeremias ad Godoliam filium Ahicam in Masphath, & habitavit cum eo in medio populi, qui relictus fuerat in terra.

7. Cùmque audissent omnes principes exercitus, qui dispersi fuerant per regiones, ipsi & socii eorum, quòd præfeciset rex Babylonis Godoliam filium Ahicam terræ, & quòd commendasset ei viros, & mulieres, & parvulos, & de pauperibus terræ, qui non fuerant translati in Babylonem:

8. Venerunt ad Godoliam in Masphath: & Ismahel filius Nathaniæ, & Johanan, & Jonathan filii Caree, & Sareas filius Thanehumeth, & filii Ophi, qui erant de Netophathi, & Jezonias filius Maachathi, ipsi & viri eorum.

9. Et juravit eis Godolias filius Ahicam filii Saphan, & comitibus eorum, dicens: Nolite timere servire Chaldæis, habitate in terra, & servite regi Babylonis, & bene erit vobis. 4. Reg. 25. 24.

10. Ecce ego habito in Masphath, ut respondeam præcepto Chaldæorum, qui mittuntur ad nos: vos autem colligite vindemiam, & messem, & oleum, & condite in vasis vestris, & manete in urbibus vestris, quas tenetis.

11. Sed & omnes Judæi, qui erant in Moab, & in filiis Ammon, & in Idumæa, & in universis regionibus, audito quòd dedisset rex Babylonis reliquias in Judæa, & quòd præposuisset super eos Godoliam filium Ahicam filii Saphan:

12. reversi sunt, inquam, omnes Judæi de universis locis, ad quæ profugerant, & venerunt in terram Juda ad Godoliam in Masphath: & collegerunt vinum, & messem multam nimis.

13. Johanan autem filius Caree, & omnes principes exercitus, qui dispersi fuerant in regionibus, venerunt ad Godoliam in Masphath.

14. Et dixerunt ei: Scito quòd Baalis rex filiorum Ammon misit Ismahel filium Nathaniæ percutere animam tuam. Et non credidit eis Godolias filius Ahicam.

15. Johanan autem filius Caree dixit ad Godoliam seorsum in Masphath, loquens: Ibo, & percutiam Ismahel filium Nathaniæ nullo sciente, ne interficiat animam tuam, & dissipentur omnes Judæi, qui congregati sunt ad te, & peribunt reliquiæ Juda.

16. Et ait Godolias filius Ahicam ad Johanan filium Caree: Noli facere verbum hoc: falsum enim tu loqueris de Ismahel.

CAPUT XLI.*

* Græc. XLVIII.

VULGATA NOVA.

1. ET factum est in mense septimo, venit Ismahel filius Nathaniæ, filii Elisama de semine regali, & optimates regis, & decem viri cum eo, ad Godoliam filium Ahicam in Masphath: & comederunt ibi panes simul in Masphath.

2. Surrexit autem Ismahel filius Nathaniæ, & decem viri qui cum eo erant, & percusserunt Godoliam filium Ahicam filii Saphan gladio, & interfecerunt eum, quem præfecerat rex Babylonis terræ.

3. Omnes quoque Judæos, qui erant cum Godolia in Masphath, & Chaldæos, qui reperti sunt ibi, & viros bellatores percussit Ismahel.

4. Secundo autem die postquam occiderat Godoliam, nullo adhuc sciente,

5. venerunt viri de Sichem, & de Silo, & de Samaria octoginta viri, rasi barba, & scissis vestibus, & squallentes: & munera & thus habebant in manu, ut offerrent in domo Domini.

6. Egressus ergo Ismahel filius Nathaniæ in occursum eorum de Masphath, incedens & plorans ibat: cùm autem occurrisset eis, dixit ad eos: Venite ad Godoliam filium Ahicam.

7. Qui cùm venissent ad medium civitatis, interfecit eos Ismahel filius Nathaniæ circa medium laci, ipse, & viri qui erant cum eo.

8. Decem autem viri reperti sunt inter eos, qui dixerunt ad Ismahel: Noli occidere nos: quia habemus thesauros in agro, frumenti, & hordei, & olei, & mellis. Et cessavit, & non interfecit eos cum fratribus suis.

9. Lacus autem, in quem projecerat Ismahel omnia cadavera virorum, quos percussit propter Godoliam, ipse est, quem fecit rex Asa propter Baasa regem Israël: ipsum replevit Ismahel filius Nathaniæ occisis.

10. Et captivas duxit Ismahel omnes reliquias populi, qui erant in Masphath; filias regis, & universum populum, qui remanserat in Masphath: quos commendaverat Nabuzardan princeps militiæ Godoliæ filio Ahicam. Et cepit eos Ismahel filius Nathaniæ, & abiit ut transiret ad filios Ammon.

11. Audivit autem Johanan filius Caree, & omnes principes bellatorum, qui erant cum eo, omne malum, quod fecerat Ismahel filius Nathaniæ.

12. Et assumptis universis viris, profecti sunt ut bellarent adversùm Ismahel filium Nathaniæ, & invenerunt eum ad aquas multas, quæ sunt in Gabaon.

13. Cùmque vidisset omnis populus, qui erat cum

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

tres veſtri, reges veſtri, & principes veſtri, & populus terræ, horum recordatus eſt Dominus, & aſcendit ſuper cor ejus?

22. Et non poterat Dominus ultra portare propter malitiam ſtudiorum veſtrorum, & propter abominationes, quas feciſtis: & facta eſt terra veſtra in deſolationem, & in ſtuporem, & in maledictum, eò quòd non ſit habitator, ſicut eſt dies hæc.

23. Propterea quòd ſacrificaveritis idolis, & peccaveritis Domino, & non audieritis vocem Domini, & in lege, & in præceptis, & in teſtimoniis ejus non ambulaveritis: idcirco evenerunt vobis mala hæc, ſicut eſt dies hæc.

24. Dixit autem Jeremias ad omnem populum, & ad univerſas mulieres: Audite verbum Domini omnis Juda, qui eſtis in terra Ægypti:

25. Hæc inquit Dominus exercituum Deus Iſraël, dicens: Vos, & uxores veſtræ, locuti eſtis ore veſtro, & manibus veſtris impleſtis, dicentes: Faciamus vota noſtra, quæ vovimus, ut ſacrificemus reginæ cœli, & libemus ei libamina: impleſtis vota veſtra, & opere peſpetraſtis ea.

26. Ideo audite verbum Domini omnis Juda, qui habitatis in terra Ægypti: Ecce ego juravi in nomine meo magno, ait Dominus: quia nequaquam ultra vocabitur nomen meum ex ore omnis viri Judæi, dicentis: Vivit Dominus Deus in omni terra Ægypti.

27. Ecce ego vigilabo ſuper eos in malum, & non in bonum: & conſumentur omnes viri Juda, qui ſunt in terra Ægypti, gladio, & fame, donec penitus conſumantur.

28. Et qui fugerint gladium, revertentur de terra Ægypti in terram Juda viri pauci: & ſcient omnes reliquiæ Juda ingredientium terram Ægypti, ut habitent ibi, cujus ſermo compleatur, meus, an illorum.

29. Et hoc vobis ſignum, ait Dominus, quòd viſitem ego ſuper vos in loco iſto: ut ſciatis quia verè complebuntur ſermones mei contra vos in malum.

30. Hæc dicit Dominus: Ecce ego tradam Pharaonem Ephree regem Ægypti in manu inimicorum ejus, & in manu quærentium animam illius: ſicut tradidi Sedeciam regem Juda in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis inimici ſui, & quærentis animam ejus.

CAPUT XLV.*

* Græc. LI. ſub fine.

VULGATA NOVA.

1. VErbum, quod locutus eſt Jeremias propheta ad Baruch filium Neriæ, cùm ſcripſiſſet verba hæc in libro ex ore Jeremiæ, anno quarto Joakim filii Joſiæ regis Juda, dicens:

2. Hæc dicit Dominus Deus Iſraël ad te Baruch:

3. Dixiſti: Væ miſero mihi, quoniam addidit Dominus dolorem dolori meo: laboravi in gemitu meo, & requiem non inveni.

4. Hæc dicit Dominus: Sic dices ad eum: Ecce quos ædificavi, ego deſtruo: & quos plantavi, ego evello, & univerſam terram hanc.

5. Et tu quæris tibi grandia? noli quærere: quia ecce ego adducam malum ſuper omnem carnem, ait Dominus: & dabo tibi animam tuam in ſalutem in omnibus locis, ad quæcunque perrexeris.

---

* Græc. XXVI.

CAPUT XLVI.*

VULGATA NOVA.

1. QUod factum eſt verbum Domini ad Jeremiam prophetam contra gentes:

2. ad Ægyptum, adversùm exercitum Pharaonis Nechao regis Ægypti, qui erat juxta fluvium Euphraten in Charcamis, quem percuſſit Nabuchodonoſor rex Babylonis, in quartò anno Joakim filii Joſiæ regis Juda.

VERSIO ANTIQUA.

Anſt. l. de xlii. manſ. ap. Ambroſ. col. 12. f.

3. Aſſumite arma, ſcuta adducite in prælium.

4. Sternite equos, aſcendite equites..... polite lanceas.....

VULGATA NOVA.

3. Præparate ſcutum, & clypeum, & procedite ad bellum.

4. Jungite equos, & aſcendite equites: ſtate in galeis, polite lanceas, induite vos loricis.

VULGATA NOVA.

5. Quid igitur? vidi ipſos pavidos, & terga vertentes, fortes eorum cæſos: fugerunt conciti, nec reſpexerunt: terror undique, ait Dominus.

6. Non fugiat velox, nec ſalvari ſe putet fortis: Ad Aquilonem juxta flumen Euphraten victi ſunt, & ruerunt.

7. Quis eſt iſte, qui quaſi flumen aſcendit: & veluti fluviorum, intumeſcunt gurgites ejus?

8. Ægyptus, fluminis inſtar aſcendit, & velut flumina movebuntur fluctus ejus, & dicet: Aſcendens operiam terram: perdam civitatem, & habitatores ejus.

9. Aſcendite equos, & exſultate in curribus, & procedant fortes, Æthiopia & Libyes tenentes ſcutum, & Lydii arripientes, & jacientes ſagittas.

10. Dies autem ille Domini Dei exercituum, dies ultionis, ut ſumat vindictam de inimicis ſuis: devorabit gladius, & ſaturabitur, & inebriabitur ſanguine eorum: victima enim Domini Dei exercituum in terra Aquilonis juxta flumen Euphraten.

11. Aſcende in Galaad, & tolle reſinam, virgo filia Ægypti: fruſtra multiplicas medicamina, ſanitas non erit tibi.

12. Audierunt gentes ignominiam tuam, & ululatus tuus replevit terram: quia fortis impegit in fortem, & ambo pariter conciderunt.

13. Verbum quod locutus eſt Dominus ad Jeremiam prophetam, ſuper eo quòd venturus eſſet Nabuchodonoſor rex Babylonis & percuſſurus terram Ægypti.

14. Annuntiate Ægypto, & auditum facite in Magdalo, & reſonet in Memphis, & in Taphnis, dicite: Sta, & præpara te: quia devorabit gladius ea,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 3. Græc. Ἀναλάβετε ὅπλα, καὶ ἀσπίδας, καὶ προσαγάγετε εἰς πόλεμον, *Aſſumite arma, & ſcuta, & accedite ad bellum.*

℣. 4. Concinit Græc. niſi quòd hab. προσβάλλετε, loco *polite*; Nobil. vertit *applicate.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

quæ per circuitum tuum ſunt.

15. Quare computruit fortis tuus? non ſtetit, quoniam Dominus ſubvertit eum.

16. Multiplicavit ruentes, ceciditque vir ad proximum ſuum: & dicent: Surge, & revertamur ad populum noſtrum, & ad terram nativitatis noſtræ, à facie gladii columbæ.

17. Vocate nomen Pharaonis regis Ægypti, tumultum adduxit tempus.

18. Vivo ego (inquit rex, Dominus exercituum nomen ejus) quoniam ſicut Thabor in montibus, & ſicut Carmelus in mari, veniet.

19. Vaſa tranſmigrationis fac tibi habitatrix filia Ægypti: quia Memphis in ſolitudinem erit, & deſeretur, & inhabitabilis erit.

20. Vitula elegans atque formoſa Ægyptus: ſtimulator ab Aquilone veniet ei.

21. Mercenarii quoque ejus, qui verſabantur in medio ejus, quaſi vituli ſaginati verſi ſunt, & fugerunt ſimul, nec ſtare potuerunt: quia dies interfectionis eorum venit ſuper eos, tempus viſitationis eorum.

22. Vox ejus quaſi æris ſonabit: quoniam cum exercitu properabunt, & cum ſecuribus venient ei, quaſi cædentes ligna.

23. Succiderunt ſaltum ejus, ait Dominus, qui ſupputari non poteſt: multiplicati ſunt ſuper locuſtas, & non eſt eis numerus.

24. Confuſa eſt filia Ægypti, & tradita in manus populi Aquilonis.

25. Dixit Dominus exercituum Deus Iſraël: Ecce ego viſitabo ſuper tumultum Alexandriæ, & ſuper Pharaonem, & ſuper Ægyptum, & ſuper deos ejus, & ſuper reges ejus, & ſuper Pharaonem, & ſuper eos qui confidunt in eo.

26. Et dabo eos in manus quærentium animam eorum, & in manus Nabuchodonoſor regis Babylonis, & in manus ſervorum ejus: & poſt hæc habitabitur ſicut diebus priſtinis, ait Dominus.

27. Et tu ne timeas ſerve meus Jacob, & ne paveas Iſraël: quia ecce ego ſalvum te faciam de longinquo, & ſemen tuum de terra captivitatis tuæ: & revertetur Jacob, & requieſcet, & proſperabitur; & non erit qui exterreat eum. *Iſai. 43. 1. & 44. 2.*

28. Et tu noli timere ſerve meus Jacob, ait Dominus: quia tecum ego ſum, quia ego conſumam cunctas gentes, ad quas ejeci te: te verò non conſumam, ſed caſtigabo te in judicio, nec quaſi innocenti parcam tibi.

CAPUT XLVII.* *Græc. xxix.

VULGATA NOVA.

1. QUod factum eſt verbum Domini ad Jeremiam prophetam contra Palæſthinos, antequam percuteret Pharao Gazam:

2. Hæc dicit Dominus: Ecce aquæ aſcendunt ab Aquilone, & erunt quaſi torrens inundans, & operient terram & plenitudinem ejus, urbem & habitatores ejus: clamabunt homines, & ululabunt omnes habitatores terræ,

3. à ſtrepitu pompæ armorum, & bellatorum ejus, à commotione quadrigarum ejus, & multitudine rotarum illius. Non reſpexerunt patres filios manibus diſſolutis

4. pro adventu diei, in quo vaſtabuntur omnes Philiſthiim, & diſſipabitur Tyrus, & Sidon cum omnibus reliquis auxiliis ſuis: depopulatus eſt enim Dominus Palæſthinos, reliquias inſulæ Cappadociæ. *Deuter. 2. 23. Amos 9. 7.*

5. Venit calvitium ſuper Gazam: conticuit Aſcalon, & reliquiæ vallis earum: uſquequo concidêris?

6. O mucro Domini uſquequo non quieſces? Ingredere in vaginam tuam, refrigerare, & ſile.

7. Quomodo quieſcet, cùm Dominus præceperit ei adversùs Aſcalonem, & adversùs maritimas ejus regiones, ibique condixerit illi?

CAPUT XLVIII.* *Græc. xxxi.

VULGATA NOVA.

1. AD Moab hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſraël: Væ ſuper Nabo, quoniam vaſtata eſt, & confuſa: capta eſt Cariathaim: confuſa eſt fortis, & tremuit.

2. Non eſt ultra exſultatio in Moab contra Heſebon: cogitaverunt malum. Venite, & diſperdamus eam de gente: ergo ſilens conticeſces, ſequeturque te gladius.

3. Vox clamoris de Oronaim: vaſtitas, & contritio magna.

4. Contrita eſt Moab: annuntiate clamorem parvulis ejus.

5. Per aſcenſum enim Luith plorans aſcendet in fletu: quoniam in deſcenſu Oronaim hoſtes ululatum contritionis audierunt:

6. Fugite, ſalvate animas veſtras: & eritis quaſi myricæ in deſerto.

VULGATA NOVA.

7. Pro eo enim quòd habuiſti fiduciam in munitionibus tuis, & in theſauris tuis, tu quoque capieris: & ibit Chamos in tranſmigrationem, ſacerdotes ejus, & principes ejus ſimul. *Sap. 17. 6.*

VERSIO ANTIQUA.

7..... egredietur Chamos in captivitatem, ſacerdotes illius, & principes ejus ſimul. *Hieron. in Iſai. 25. col. 216. b.*

VULGATA NOVA.

8. Et veniet prædo ad omnem urbem, & urbs nulla ſalvabitur: & peribunt valles, & diſſipabuntur campeſtria: quoniam dixit Dominus:

9. Date florem Moab, quia florens egredietur: & civitates ejus deſertæ erunt, & inhabitabiles.

VULGATA NOVA.

10. Maledictus, qui facit opus Domini fraudulenter: & maledictus, qui prohibet gladium ſuum à ſanguine.

VERSIO ANTIQUA.

10. Maledictus, qui facit opera Dei negligenter..... *Cypr. l. 3. Teſtim. p. 315. b.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 7. Ita Græcè, hoc excepto, ἐν αἰχμαλωσίᾳ ἐς, *in tranſmigrationem* &, loco *in captivitatem.*

℣. 10. Hilar. in Pſ. 13. n. 1. col. 56. f. *Maledictus omnis faciens opera Dei negligenter:* [illegible] in Pſ. 118. col. 252.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

tres veſtri, reges veſtri, & principes veſtri, & populus terræ, horum recordatus eſt Dominus, & aſcendit ſuper cor ejus?

22. Et non poterat Dominus ultra portare propter malitiam ſtudiorum veſtrorum, & propter abominationes, quas feciſtis: & facta eſt terra veſtra in deſolationem, & in ſtuporem, & in maledictum, eò quòd non ſit habitator, ſicut eſt dies hæc.

23. Propterea quòd ſacrificaveritis idolis, & peccaveritis Domino, & non audieritis vocem Domini, & in lege, & in præceptis, & in teſtimoniis ejus non ambulaveritis: idcirco evenerunt vobis mala hæc, ſicut eſt dies hæc.

24. Dixit autem Jeremias ad omnem populum, & ad univerſas mulieres: Audite verbum Domini omnis Juda, qui eſtis in terra Ægypti:

25. Hæc inquit Dominus exercituum Deus Iſraël, dicens: Vos, & uxores veſtræ, locuti eſtis ore veſtro, & manibus veſtris impleſtis, dicentes: Faciamus vota noſtra, quæ vovimus, ut ſacrificemus reginæ cœli, & libemus ei libamina: impleſtis vota veſtra, & opere perpetraſtis ea.

26. Ideo audite verbum Domini omnis Juda, qui habitatis in terra Ægypti: Ecce ego juravi in nomine meo magno, ait Dominus: quia nequaquam ultra vocabitur nomen meum ex ore omnis viri Judæi, dicentis: Vivit Dominus Deus in omni terra Ægypti.

27. Ecce ego vigilabo ſuper eos in malum, & non in bonum: & conſumentur omnes viri Juda, qui ſunt in terra Ægypti, gladio, & fame, donec penitus conſumantur.

28. Et qui fugerint gladium, revertentur de terra Ægypti in terram Juda viri pauci: & ſcient omnes reliquiæ Juda ingredientium terram Ægypti, ut habitent ibi, cujus ſermo compleatur, meus, an illorum.

29. Et hoc vobis ſignum, ait Dominus, quòd viſitem ego ſuper vos in loco iſto: ut ſciatis quia verè complebuntur ſermones mei contra vos in malum.

30. Hæc dicit Dominus: Ecce ego tradam Pharaonem Ephree regem Ægypti in manu inimicorum ejus, & in manu quærentium animam illius: ſicut tradidi Sedeciam regem Juda in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis inimici ſui, & quærentis animam ejus.

---

* Græc. LI. ſub fine.

CAPUT XLV.*

VULGATA NOVA.

1. VErbum, quod locutus eſt Jeremias propheta ad Baruch filium Neriæ, cùm ſcripſiſſet verba hæc in libro ex ore Jeremiæ, anno quarto Joakim filii Joſiæ regis Juda, dicens:

2. Hæc dicit Dominus Deus Iſraël ad te Baruch:

3. Dixiſti: Væ miſero mihi, quoniam addidit Dominus dolorem dolori meo: laboravi in gemitu meo, & requiem non inveni.

4. Hæc dicit Dominus: Sic dices ad eum: Ecce quos ædificavi, ego deſtruo: & quos plantavi, ego evello, & univerſam terram hanc.

5. Et tu quæris tibi grandia? noli quærere: quia ecce ego adducam malum ſuper omnem carnem, ait Dominus: & dabo tibi animam tuam in ſalutem in omnibus locis, ad quæcunque perrexeris.

---

* Græc. XXVI.

CAPUT XLVI.*

VULGATA NOVA.

1. QUod factum eſt verbum Domini ad Jeremiam prophetam contra gentes:

2. ad Ægyptum, adversùm exercitum Pharaonis Nechao regis Ægypti, qui erat juxta fluvium Euphraten in Charcamis, quem percuſſit Nabuchodonoſor rex Babylonis, in quartò anno Joakim filii Joſiæ regis Juda.

VERSIO ANTIQUA.

Anſt. l. de xlii. maſſ. ap. Ambroſ. col. 12. f.

3. Aſſumite arma, ſcuta adducite in prælium.

4. Sternite equos, aſcendite equites..... polite lanceas.....

VULGATA NOVA.

3. Præparate ſcutum, & clypeum, & procedite ad bellum.

4. Jungite equos, & aſcendite equites: ſtate in galeis, polite lanceas, induite vos loricis.

VULGATA NOVA.

5. Quid igitur? vidi ipſos pavidos, & terga vertentes, fortes eorum cæſos: fugerunt conciti, nec reſpexerunt: terror undique, ait Dominus.

6. Non fugiat velox, nec ſalvari ſe putet fortis: Ad Aquilonem juxta flumen Euphraten victi ſunt, & ruerunt.

7. Quis eſt iſte, qui quaſi flumen aſcendit: & veluti fluviorum, intumeſcunt gurgites ejus?

8. Ægyptus, fluminis inſtar aſcendit, & velut flumina movebuntur fluctus ejus, & dicet: Aſcendens operiam terram: perdam civitatem, & habitatores ejus.

9. Aſcendite equos, & exſultate in curribus, & procedant fortes, Æthiopia & Libyes tenentes ſcutum, & Lydii arripientes, & jacientes ſagittas.

10. Dies autem ille Domini Dei exercituum, dies ultionis, ut ſumat vindictam de inimicis ſuis: devorabit gladius, & ſaturabitur, & inebriabitur ſanguine eorum: victima enim Domini Dei exercituum in terra Aquilonis juxta flumen Euphraten.

11. Aſcende in Galaad, & tolle reſinam, virgo filia Ægypti: fruſtra multiplicas medicamina, ſanitas non erit tibi.

12. Audierunt gentes ignominiam tuam, & ululatus tuus replevit terram: quia fortis impegit in fortem, & ambo pariter conciderunt.

13. Verbum quod locutus eſt Dominus ad Jeremiam prophetam, ſuper eo quòd venturus eſſet Nabuchodonoſor rex Babylonis & percuſſurus terram Ægypti.

14. Annuntiate Ægypto, & auditum facite in Magdalo, & reſonet in Memphis, & in Taphnis, dicite: Sta, & præpara te: quia devorabit gladius ea,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 3. Græc. Ἀναλάβετε ὅπλα, ἢ ἀσπίδας, ἢ προσαγάγετε εἰς πόλεμον, *Aſſumite arma, & ſcuta, & accedite ad bellum.*

℣. 4. Concinit Græc. niſi quòd hab. περιθέλετε, loco *polite*; Nobil. vertit *applicate.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

quæ per circuitum tuum ſunt.

15. Quare computruit fortis tuus? non ſtetit, quoniam Dominus ſubvertit eum.

16. Multiplicavit ruentes, ceciditque vir ad proximum ſuum: & dicent: Surge, & revertamur ad populum noſtrum, & ad terram nativitatis noſtræ, à facie gladii columbæ.

17. Vocate nomen Pharaonis regis Ægypti, tumultum adduxit tempus.

18. Vivo ego (inquit rex, Dominus exercituum nomen ejus) quoniam ſicut Thabor in montibus, & ſicut Carmelus in mari, veniet.

19. Vaſa tranſmigrationis fac tibi habitatrix filia Ægypti: quia Memphis in ſolitudinem erit, & deſeretur, & inhabitabilis erit.

20. Vitula elegans atque formoſa Ægyptus: ſtimulator ab Aquilone veniet ei.

21. Mercenarii quoque ejus, qui verſabantur in medio ejus, quaſi vituli ſaginati verſi ſunt, & fugerunt ſimul, nec ſtare potuerunt: quia dies interfectionis eorum venit ſuper eos, tempus viſitationis eorum.

22. Vox ejus quaſi æris ſonabit: quoniam cum exercitu properabunt, & cum ſecuribus venient ei, quaſi cædentes ligna.

23. Succiderunt ſaltum ejus, ait Dominus, qui ſupputari non poteſt: multiplicati ſunt ſuper locuſtas, & non eſt eis numerus.

24. Confuſa eſt filia Ægypti, & tradita in manus populi Aquilonis.

25. Dixit Dominus exercituum Deus Iſraël: Ecce ego viſitabo ſuper tumultum Alexandriæ, & ſuper Pharaonem, & ſuper Ægyptum, & ſuper deos ejus, & ſuper reges ejus, & ſuper Pharaonem, & ſuper eos qui confidunt in eo.

26. Et dabo eos in manus quærentium animam eorum, & in manus Nabuchodonoſor regis Babylonis, & in manus ſervorum ejus: & poſt hæc habitabitur ſicut diebus priſtinis, ait Dominus.

27. Et tu ne timeas ſerve meus Jacob, & ne paveas Iſraël: quia ecce ego ſalvum te faciam de longinquo, & ſemen tuum de terra captivitatis tuæ: & revertetur Jacob, & requieſcet, & proſperabitur; & non erit qui exterreat eum. *Iſai. 43. 1. & 44. 2.*

28. Et tu noli timere ſerve meus Jacob, ait Dominus: quia tecum ego ſum, quia ego conſumam cunctas gentes, ad quas ejeci te: te verò non conſumam, ſed caſtigabo te in judicio, nec quaſi innocenti parcam tibi.

CAPUT XLVII.*

* Græc. xxix.

VULGATA NOVA.

1. QUod factum eſt verbum Domini ad Jeremiam prophetam contra Palæſthinos, antequam percuteret Pharao Gazam:

2. Hæc dicit Dominus: Ecce aquæ aſcendunt ab Aquilone, & erunt quaſi torrens inundans, & operient terram & plenitudinem ejus, urbem & habitatores ejus: clamabunt homines, & ululabunt omnes habitatores terræ,

3. à ſtrepitu pompæ armorum, & bellatorum ejus, à commotione quadrigarum ejus, & multitudine rotarum illius. Non reſpexerunt patres filios manibus diſſolutis

4. pro adventu diei, in quo vaſtabuntur omnes Philiſthiim, & diſſipabitur Tyrus, & Sidon cum omnibus reliquis auxiliis ſuis: depopulatus eſt enim Dominus Palæſthinos, reliquias inſulæ Cappadociæ. *Deuter. 2. 23. Amos 9. 7.*

5. Venit calvitium ſuper Gazam: conticuit Aſcalon, & reliquiæ vallis earum: uſquequo concidêris?

6. O mucro Domini uſquequo non quieſces? Ingredere in vaginam tuam, refrigerare, & ſile.

7. Quomodo quieſcet, cùm Dominus præceperit ei adversùs Aſcalonem, & adversùs maritimas ejus regiones, ibique condixerit illi?

CAPUT XLVIII.*

* Græc. xxxi.

VULGATA NOVA.

1. AD Moab hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſraël: Væ ſuper Nabo, quoniam vaſtata eſt, & confuſa: capta eſt Cariathaim: confuſa eſt fortis, & tremuit.

2. Non eſt ultra exſultatio in Moab contra Heſebon: cogitaverunt malum. Venite, & diſperdamus eam de gente: ergo ſilens conticeſces, ſequeturque te gladius.

3. Vox clamoris de Oronaim: vaſtitas, & contritio magna.

4. Contrita eſt Moab: annuntiate clamorem parvulis ejus.

5. Per aſcenſum enim Luith plorans aſcendet in fletu: quoniam in deſcenſu Oronaim hoſtes ululatum contritionis audierunt:

6. Fugite, ſalvate animas veſtras: & eritis quaſi myricæ in deſerto.

VULGATA NOVA.

7. Pro eo enim quòd habuiſti fiduciam in munitionibus tuis, & in theſauris tuis, tu quoque capieris: & ibit Chamos in tranſmigrationem, ſacerdotes ejus, & principes ejus ſimul. *Sap. 17. 6.*

VERSIO ANTIQUA.

7..... egredietur Chamos in captivitatem, ſacerdotes illius, & principes ejus ſimul. *Hieron. in Iſas. 25. col. 216. b.*

VULGATA NOVA.

8. Et veniet prædo ad omnem urbem, & urbs nulla ſalvabitur: & peribunt valles, & diſſipabuntur campeſtria: quoniam dixit Dominus:

9. Date florem Moab, quia florens egredietur: & civitates ejus deſertæ erunt, & inhabitabiles.

VULGATA NOVA.

10. Maledictus, qui facit opus Domini fraudulenter: & maledictus, qui prohibet gladium ſuum à ſanguine.

VERSIO ANTIQUA.

10. Maledictus, qui facit opera Dei negligenter..... *Cypr. l. 3. Teſtim. p. 315. b.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 7. Ita Græcè, hoc excepto, ἐν αἰχμαλωσίᾳ ἐλεύσεται, *in tranſmigrationem* ℣, loco *in captivitatem.*

℣. 10. Hilar. in Pſ. 13. n. 1. col. 56. f. *Maledictus omnis faciens opera Dei negligenter:* [illegible] Pſ. 118. col. 252.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

11. Fertilis fuit Moab ab adoleſcentia ſua, & requievit in fecibus ſuis : nec transfuſus eſt de vaſe in vas, & in tranſmigrationem non ablit : idcirco permanſit guſtus ejus in eo, & odor ejus non eſt immutatus.

12. Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus : & mittam ei ordinatores, & ſtratores languncularum, & ſternent eum, & vaſa ejus exhaurient, & lagunculas eorum collident.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Iſai. 25. col. 216. b.

13. Confundetur Moab in Chamos, ſicut confuſa eſt domus Iſraël in Bethel.....

VULGATA NOVA.

13. Et confundetur Moab à Chamos, ſicut confuſa eſt domus Iſraël à Bethel, in qua habebat fiduciam. 3. Reg. 12. 29.

VULGATA NOVA.

Iſai. 16. 6.

14. Quomodo dicitis : Fortes ſumus, & viri robuſti ad præliandum ?

15. Vaſtata eſt Moab, & civitates illius ſuccideruntː & electi juvenes ejus deſcenderunt in occiſionem : ait rex, Dominus exercituum nomen ejus.

16. Prope eſt interitus Moab ut veniat : & malum ejus velociter accurret nimis.

17. Conſolamini eum omnes, qui eſtis in circuitu ejus ; & univerſi, qui ſcitis nomen ejus, dicite : Quomodo confracta eſt virga fortis, baculus glorioſus ?

18. Deſcende de gloria, & ſede in ſiti, habitatio filiæ Dibon : quoniam vaſtator Moab aſcendit ad te, diſſipavit munitiones tuas.

19. In via ſta, & proſpice habitatio Aroer : interroga fugientem : & ei qui evaſit, dic : Quid accidit ?

20. Confuſus eſt Moab, quoniam victus eſt : ululate, & clamate, annuntiate in Arnon, quoniam vaſtata eſt Moab.

21. Et judicium venit ad terram campeſtrem : ſuper Helon, & ſuper Jaſa, & ſuper Mephaath,

22. & ſuper Dibon, & ſuper Nabo, & ſuper domum Deblathaim,

23. & ſuper Cariathaim, & ſuper Bethgamul, & ſuper Bethmaon,

24. & ſuper Carioth, & ſuper Boſra ; & ſuper omnes civitates terræ Moab, quæ longè, & quæ prope ſunt.

25. Abſciſſum eſt cornu Moab, & brachium ejus contritum eſt, ait Dominus.

26. Inebriate eum, quoniam contra Dominum erectus eſt : & allidet manum Moab in vomitu ſuo, & erit in deriſum etiam ipſe.

27. Fuit enim in deriſum tibi Iſraël, quaſi inter fures reperiſſes eum : propter verba ergo tua quæ adverſùm illum locutus es, captivus ducêris.

28. Relinquite civitates, & habitate in petra habitatores Moab : & eſtote quaſi columba nidificans in ſummo ore foraminis.

29. Audivimus ſuperbiam Moab, ſuperbus eſt valde ; ſublimitatem ejus, & arrogantiam, & ſuperbiam, & altitudinem cordis ejus. *Iſai. 16. 6.*

30. Ego ſcio, ait Dominus, jactantiam ejus : & quòd non ſit juxta eam virtus ejus, nec juxta quod poterat conata ſit facere.

31. Ideo ſuper Moab ejulabo, & ad Moab univerſam clamabo, ad viros muri fictilis lamentantes.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. l. de Elia, c. 16. col. 554. a. b.

32. Sicut fletum Jazer deflebo te vinea : quia deſerta eſt civitas Jazer.

VULGATA NOVA.

32. De planctu Jazer plorabo tibi vinea Sabama : propagines tuæ tranſierunt mare, uſque ad mare Jazer pervenerunt : ſuper meſſem tuam, & vindemiam tuam prædo irruit.

33..... vinum in torcularibus tuis manè non calcaverunt ; meridie autem non fecerunt.

33. Ablata eſt lætitia & exſultatio de Carmelo, & de terra Moab, & vinum de torcularibus ſuſtuli : nequaquam calcator uvæ ſolitum celeuma cantabit. *Iſai. 16. 10.*

VULGATA NOVA.

34. De clamore Heſebon uſque Eleale, & Jaſa, dederunt vocem ſuam ; à Segor uſque ad Oronaim vitula conternante : aquæ quoque Nemrim peſſimæ erunt.

35. Et auferam de Moab, ait Dominus, offerentem in excelſis, & ſacrificantem diis ejus.

36. Propterea cor meum ad Moab quaſi tibiæ reſonabit : & cor meum ad viros muri fictilis dabit ſonitum tibiarum : quia plus fecit quàm potuit, idcirco perierunt.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Ezech. 7. col. 740. f.

37. Omnia capita in omni loco attondentur, & omnis barba radetur.

VULGATA NOVA.

37. Omne enim caput calvitium, & omnis barba raſa erit : in cunctis manibus colligatio, & ſuper omne dorſum cilicium. *Iſai. 15. 2.* *Ezech. 7. 18.*

VULGATA NOVA.

38. Super omnia tecta Moab, & in plateis ejus omnis planctus : quoniam contrivi Moab ſicut vas inutile, ait Dominus.

39. Quomodo victa eſt, & ululaverunt ? quomodo dejecit cervicem Moab, & confuſus eſt ? Eritque Moab in deriſum, & in exemplum omnibus in circuitu ſuo.

40. Hæc dicit Dominus : Ecce quaſi aquila volabit, & extendet alas ſuas ad Moab.

41. Capta eſt Carioth, & munitiones comprehenſæ ſunt : & erit cor fortium Moab in die illa, ſicut cor mulieris parturientis.

42. Et ceſſabit Moab eſſe populus : quoniam con-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

d. cum Ambroſiaſt. ut ſup. *Maledictus, qui facit opera Dei negligenter.* Ambroſ. in Pſ. 118. col. 989. a. *Maledictus omnis, qui opus Dei facit negligenter.* Ita quoque Auct. l. de XLII. manſ. ap. Ambr. col. 14. d. deleta voce *omnis.*

℣. 13. Itidem Græcè, exceptis his, ἀπὸ Χαμὼς, & ἀπὸ Βαιθήλ, *à Chamos, & à Baithel.*

℣. 32. Græc. Ὡς κλαυθμὸν Ἰαζὴρ ἀποκλαύσομαί σοι ἄμπελος Ἀσεβμά· κλήματά σου διῆλθε θάλασσαν, πόλεις Ἰαζὴρ ἥψαντο· i. e. *Quaſi plorationem Jazer plorabo tibi vitis Aſeroma : propagines tuæ tranſierunt mare, civitates Jazer attigerunt.*

℣. 33. Græc. καὶ οἶνος οὐκ ἦν ἐπὶ ληνοῖς σου· πρωὶ οὐκ ἐπάτησαν, οὐδὲ διέλης οὐκ ἐποίησαν αἰδέ· i. e. *& vinum erat in torcularibus tuis : manè non calcarunt, & veſperè non fecerunt hæc.* Ita Nobil. De hac ult. voce vide Notas ejus.

℣. 37. Græc. Πᾶσαν κεφαλὴν ἐν παντὶ τόπῳ ξυρηβήσεται, &c. *Omne caput in omni loco radent*, &c. ut ſupra.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

tra Dominum gloriatus est.

43. Pavor, & fovea, & laqueus super te ô habitator Moab, dicit Dominus.

Isai. 24. 18. 44. Qui fugerit à facie pavoris, cadet in foveam: & qui conscenderit de fovea, capietur laqueo: adducam enim super Moab annum visitationis eorum, ait Dominus.

45. In umbra Hesebon steterunt de laqueo fugientes: quia ignis egressus est de Hesebon, & flamma de medio Seon, & devorabit partem Moab, & verticem filiorum tumultus.

46. Væ tibi Moab, periisti populе Chamos: quia comprehensi sunt filii tui, & filiæ tuæ in captivitatem.

47. Et convertam captivitatem Moab in novissimis diebus, ait Dominus. Hucusque judicia Moab.

CAPUT XLIX.*

* Græc. xxx.

VULGATA NOVA.

1. AD filios Ammon. Hæc dicit Dominus: Nunquid non filii sunt Israël? aut hæres non est ei? Cur igitur hæreditate possedit Melchom, Gad: & populus ejus in urbibus ejus habitavit?

2. Ideo ecce dies veniunt, dicit Dominus: & auditum faciam super Rabbath filiorum Ammon fremitum prælii, & erit in tumulum dissipata, filiæque ejus igni succendentur, & possidebit Israël possessores suos, ait Dominus.

3. Ulula Hesebon, quoniam vastata est Hai: clamate filii Rabbath, accingite vos ciliciis: plangite & circuite per sepes: quoniam Melchom in transmigrationem ducetur, sacerdotes ejus & principes ejus simul.

4. Quid gloriaris in vallibus? defluxit vallis tua, filia delicata, quæ confidebas in thesauris tuis, & dicebas: Quis veniet ad me?

5. Ecce ego inducam super te terrorem, ait Dominus Deus exercituum, ab omnibus qui sunt in circuitu tuo: & dispergemini singuli à conspectu vestro, nec erit qui congreget fugientes.

6. Et post hæc reverti faciam captivos filiorum Ammon, ait Dominus.

* Græc. Cap. xxix. ℣. 7. & seqq. 7. * Ad Idumæam. Hæc dicit Dominus exercituum: Nunquid non ultra est sapientia in Theman? Periit consilium à filiis, inutilis facta est sapientia eorum.

8. Fugite & terga vertite, descendite in voraginem habitatores Dedan: quoniam perditionem Esau adduxi super eum, tempus visitationis ejus.

9. Si vindemiatores veniissent super te, non reliquissent racemum: si fures in nocte, rapuissent quod sufficeret sibi.

10. Ego verò discooperui Esau, revelavi abscondita ejus, & celari non poterit: vastatum est semen ejus, & fratres ejus, & vicini ejus, & non erit.

11. Relinque pupillos tuos: ego faciam eos vivere: & viduæ tuæ in me sperabunt.

12. Quia hæc dicit Dominus: Ecce quibus non erat judicium ut biberent calicem, bibentes bibent: & tu quasi innocens relinquêris? non eris innocens, sed bibens bibes.

13. Quia per memetipsum juravi, dicit Dominus, quòd in solitudinem, & in opprobrium, & in desertum, & in maledictionem erit Bosra: & omnes civitates ejus erunt in solitudines sempiternas.

Abd. 1. 2. 14. Auditum audivi à Domino, & legatus ad gentes missus est: Congregamini, & venite contra eam, & consurgamus in prælium:

15. Ecce enim parvulum dedi te in gentibus, contemptibilem inter homines.

16. Arrogantia tua decepit te, & superbia cordis tui: qui habitas in cavernis petræ, & apprehendere *Abd.* 1. 4. niteris altitudinem collis: cùm exaltaveris quasi aquila nidum tuum, inde detraham te, dicit Dominus.

17. Et erit Idumæa deserta: omnis qui transibit per eam, stupebit, & sibilabit super omnes plagas ejus.

Genes. 19. 20. 18. Sicut subversa est Sodoma, & Gomorrha, & vicinæ ejus, ait Dominus: non habitabit ibi vir, & non incolet eam filius hominis.

19. Ecce quasi leo ascendet de superbia Jordanis ad pulchritudinem robustam: quia subitò currere faciam eum ad illam: & quis erit electus, quem præponam ei? quis enim similis mei? & quis sustinebit me? & quis est iste pastor, qui resistat vultui meo? *Job.* 41. 1.

20. Propterea audite consilium Domini, quod iniit de Edom; & cogitationes ejus, quas cogitavit de habitatoribus Theman: Si non dejecerint eos parvuli gregis, nisi dissipaverint cum eis habitaculum eorum.

21. A voce ruinæ eorum commota est terra: clamor in mari rubro auditus est vocis ejus.

22. Ecce quasi aquila ascendet, & avolabit: & expandet alas suas super Bosran: & erit cor fortium Idumææ in die illa, quasi cor mulieris parturientis.

23. * Ad Damascum: Confusa est Emath, & Arphad: quia auditum pessimum audierunt, turbati sunt in mari: præ sollicitudine quiescere non potuit. * Græc. Cap. xxx. sub fin.

24. Dissoluta est Damascus, versa est in fugam, tremor apprehendit eam: angustia & dolores tenuerunt eam quasi parturientem.

25. Quomodo dereliquerunt civitatem laudabilem, urbem lætitiæ!

26. Ideo cadent juvenes ejus in plateis ejus: & omnes viri prælii conticescent in die illa, ait Dominus exercituum.

27. Et succendam ignem in muro Damasci, & devorabit mœnia Benadad.

28. * Ad Cedar, & ad regna Asor, quæ percussit Nabuchodonosor rex Babylonis. Hæc dicit Dominus: Surgite, & ascendite ad Cedar, & vastate filios Orientis. * Græc. Cap. xxx. circa med.

29. Tabernacula eorum, & greges eorum capient: pelles eorum, & omnia vasa eorum, & camelos eorum tollent sibi: & vocabunt super eos formidinem in circuitu.

30. Fugite, abite vehementer, in voraginibus sedete, qui habitatis Asor, ait Dominus: iniit enim contra vos Nabuchodonosor rex Babylonis consilium, & cogitavit adversùm vos cogitationes.

31. Consurgite, & ascendite ad gentem quietam, & habitantem confidenter, ait Dominus: non ostia, nec vectes eis: soli habitant.

32. Et erunt cameli eorum in direptionem, & multitudo jumentorum in prædam: & dispergam eos in omnem ventum, qui sunt attonsi in comam: & ex omni consinio eorum adducam interitum super eos, ait Dominus.

33. Et erit Asor in habitaculum draconum, deserta usque in æternum: non manebit ibi vir, nec incolet eam filius hominis.

34. * Quod factum est verbum Domini ad Jeremiam prophetam adversùs Ælam in principio regni Sedeciæ regis Juda, dicens: * Græc. Cap. xxv. sub fin.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Tichon. reg. 4. ex Mſ. B. M. Rem. A. n. 35.

35. Hæc dicit Dominus : Confringantur arcus in Ælam, principatus eorum.

36. Et ſuperducam quatuor ventos à quatuor cardinibus cœli : & diſpergam illos per omnes ventos cœli : nec erit gens, quæ illuc non veniat, quæ expellat Ælam.

37. Et terrebo illos coram inimicis eorum, qui quærunt animas eorum : & ſuperducam in eos ſecundùm iram indignationis meæ : & mittam poſt eos gladium meum, donec conſumat eos.

38. Et ponam ſedem meam in Ælam, & perdam inde * regem & potentes.

* *Mſ.* reges, *Edit. verò* regem, *è Gr.* βασιλέα.

39. Eritque in noviſſimis diebus, avertam captivitatem Ælam, dicit Dominus.

VULGATA NOVA.

35. Hæc dicit Dominus exercituum : Ecce ego confringam arcum Ælam, & ſummam fortitudinem eorum.

36. Et inducam ſuper Ælam quatuor ventos à quatuor plagis cœli : & ventilabo eos in omnes ventos iſtos : & non erit gens, ad quam non perveniant profugi Ælam.

37. Et pavere faciam Ælam coram inimicis ſuis, & in conſpectu quærentium animam eorum : & adducam ſuper eos malum, iram furoris mei, dicit Dominus : & mittam poſt eos gladium donec conſumam eos.

38. Et ponam ſolium meum in Ælam, & perdam inde reges & principes, ait Dominus.

39. In noviſſimis autem diebus reverti faciam captivos Ælam, dicit Dominus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 35. Græc. Τάδε λέγει Κύριος· Συντρίβη τὸ τόξον Αἰλὰμ, ἀρχὴ δυναστείας αὐτῶν. *Hæc dicit Dominus : Contritus eſt arcus Ælam, principium potentatûs eorum.* Edit. PP. Lugdun. hab. *Confringam Nair*, vitiosè, pro *confringantur* è Mſ. Rem.

℣. 36. Græc. Καὶ ἐπάξω ἐπὶ Αἰλὰμ τέσσαρας ἀνέμους ἐκ τῶν τεσσάρων ἄκρων τῆ ἐρήμῳ· καὶ διασπερῶ αὐτοὺς ἐν πᾶσι τοῖς ἀνέμοις τούτοις· καὶ οὐκ ἔσται ἔθνος, ὃ οὐχ ἥξει ἐκεῖ, οἱ ἐξωσμένοι Αἰλάμ· *Et inducam ſuper Ælam quatuor ventos à quatuor extremis cœli : & diſpergam eos in omnibus ventis iſtis : & non erit gens, quæ non veniet illuc, expulſi Ælam.*

℣. 37. Eadem exhibet Græc. niſi exceperis ſing. τὴν ψυχὴν, *animam*, loco *animas*.

℣. 38. Itidem Græcè, excepto verbo, ἐξαποστελῶ, *emittam*, pro *perdam* : at in quibuſd. lib. ἀπολῶ.

℣. 39. Conſonat Græc. niſi quòd habet ἐν ἀποστρέψω, pro *avertam*, quod ult. ſupplevimus è Mſ. B. M. Rem. loco *in æternum*, quod vitiosè legitur in Edit.

* Græc. XXVII.

CAPUT L. *

VULGATA NOVA.

1. VErbum, quod locutus eſt Dominus de Babylone, & de terra Chaldæorum, in manu Jeremiæ prophetæ.

2. Annuntiate in gentibus, & auditum facite : levate ſignum, prædicate, & nolite celare : dicite : Capta eſt Babylon, confuſus eſt Bel, victus eſt Merodach, confuſa ſunt ſculptilia ejus, ſuperata ſunt idola eorum.

3. Quoniam aſcendit contra eam gens ab Aquilone, quæ ponet terram ejus in ſolitudinem : & non erit qui habitet in ea ab homine uſque ad pecus : & moti ſunt, & abierunt.

4. In diebus illis, & in tempore illo, ait Dominus : venient filii Iſraël, ipſi & filii Juda ſimul : ambulantes & flentes properabunt, & Dominum Deum ſuum quærent.

5. In Sion interrogabunt viam, huc facies eorum. Venient, & apponentur ad Dominum fœdere ſempiterno, quod nulla oblivione delebitur.

6. Grex perditus factus eſt populus meus : paſtores eorum ſeduxerunt eos, feceruntque vagari in montibus : de monte in collem tranſierunt, obliti ſunt cubilis ſui.

7. Omnes, qui invenerunt, comederunt eos : & hoſtes eorum dixerunt : Non peccavimus : pro eo quòd peccaverunt Domino decori juſtitiæ, & exſpectationi patrum eorum Domino.

8. Recedite de medio Babylonis, & de terra Chaldæorum egredimini : & eſtote quaſi hœdi ante gregem.

9. Quoniam ecce ego ſuſcito, & adducam in Babylonem congregationem gentium magnarum de terra Aquilonis : & præparabuntur adversùs eam, & inde capietur : ſagitta ejus, quaſi viri fortis interfectoris, non revertetur vacua.

10. Et erit Chaldæa in prædam : omnes vaſtantes eam replebuntur, ait Dominus.

11. Quoniam exſultatis, & magna loquimini, diripientes hæreditatem meam : quoniam effuſi eſtis ſicut vituli ſuper herbam, & mugiſtis ſicut tauri.

12. Confuſa eſt mater veſtra nimis, & adæquata pulveri, quæ genuit vos : ecce noviſſima erit in gentibus, deſerta, invia, & arens.

13. Ab ira Domini non habitabitur, ſed redigetur tota in ſolitudinem : omnis, qui tranſibit per Babylonem, ſtupebit, & ſibilabit ſuper univerſis plagis ejus.

14. Præparamini contra Babylonem per circuitum omnes qui tenditis arcum ; debellate eam, non parcatis jaculis : quia Domino peccavit.

15. Clamate adversùs eam, ubique dedit manum, ceciderunt fundamenta ejus, deſtructi ſunt muri ejus, quoniam ultio Domini eſt : ultionem accipite de ea ; ſicut fecit, facite ei.

16. Diſperdite ſatorem de Babylone, & tenentem falcem in tempore meſſis : à facie gladii columbæ unuſquiſque ad populum ſuum convertetur, & ſinguli ad terram ſuam fugient.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Iſai. 56. col. 411. f. 412. a.

17. Ovis errans Iſraël, leones ejecerunt eam : primus devoravit eam rex Aſſur : & noviſſimus confringet oſſa illius rex Babylonis.

VULGATA NOVA.

17. Grex diſperſus Iſraël, leones ejecerunt eum : primus comedit eum rex Aſſur : iſte noviſſimus exoſſavit eum Nabuchodonoſor rex Babylonis.

VULGATA NOVA.

18. Propterea hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſraël : Ecce ego viſitabo regem Babylonis, & terram ejus, ſicut viſitavi regem Aſſur :

19. & reducam Iſraël ad habitaculum ſuum : & paſcetur Carmelum & Baſan, & in monte Ephraim & Galaad ſaturabitur anima ejus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 17. Græc. loco duplicis *eam*, hab. αὐτὸν, *eum*, per relat. ad *Iſraël* ; ſubinde pro *devoravit*, ponit ἔφαγε, *co-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

20. In diebus illis, & in tempore illo, ait Dominus, quæretur iniquitas Iſraël, & non erit; & peccatum Juda, & non invenietur: quoniam propitius ero eis, quos reliquero.

VERSIO ANTIQUA.

20..... in tempore illo, dicit Dominus, quæretur iniquitas in Iſraël, & non erit; & peccatum in Juda, & non invenietur..... *Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. 531. d.*

VULGATA NOVA.

21. Super terram dominantium aſcende, & ſuper habitatores ejus viſita, diſſipa, & interfice quæ poſt eos ſunt, ait Dominus: & fac juxta omnia quæ præcepi tibi.

22. Vox belli in terra, & contritio magna.

VULGATA NOVA.

23. Quomodo confractus eſt, & contritus malleus univerſæ terræ? quomodo verſa eſt in deſertum Babylon in gentibus?

VERSIO ANTIQUA.

23..... contritus eſt malleus univerſæ terræ..... *S. Paulin. ep. 32. p. 214. b.*

VULGATA NOVA.

24. Illaqueavi te, & capta es Babylon, & neſciebas: inventa es & apprehenſa: quoniam Dominum provocaſti.

25. Aperuit Dominus theſaurum ſuum, & protulit vaſa iræ ſuæ: quoniam opus eſt Domino Deo exercituum in terra Chaldæorum.

26. Venite ad eam ab extremis finibus, aperite ut exeant qui conculcent eam: tollite de via lapides, & redigite in acervos, & interficite eam: nec ſit quidquam reliquum.

27. Diſſipate univerſos fortes ejus, deſcendant in occiſionem: væ eis, quia venit dies eorum, tempus viſitationis eorum.

28. Vox fugientium, & eorum qui evaſerunt de terra Babylonis, ut annuntient in Sion ultionem Domini Dei noſtri, ultionem templi ejus.

29. Annuntiate in Babylonem plurimis, omnibus qui tendunt arcum: conſiſtite adversùs eam per gyrum, & nullus evadat: reddite ei ſecundùm opus ſuum: juxta omnia quæ fecit, facite illi: quia contra Dominum erecta eſt, adversùm ſanctum Iſraël.

30. Idcirco cadent juvenes ejus in plateis ejus: & omnes viri bellatores ejus conticeſcent in die illa, ait Dominus.

31. Ecce ego ad te ſuperbe, dicit Dominus Deus exercituum: quia venit dies tuus, tempus viſitationis tuæ.

32. Et cadet ſuperbus, & corruet, & non erit qui ſuſcitet eum: & ſuccendam ignem in urbibus ejus, & devorabit omnia in circuitu ejus.

33. Hæc dicit Dominus exercituum: Calumniam ſuſtinent filii Iſraël, & filii Juda ſimul: omnes, qui ceperunt eos, tenent, nolunt dimittere eos.

34. Redemptor eorum fortis, Dominus exercituum nomen ejus, judicio defendet cauſam eorum, ut exterreat terram, & commoveat habitatores Babylonis.

35. Gladius ad Chaldæos, ait Dominus, & ad habitatores Babylonis, & ad principes, & ad ſapientes ejus.

36. Gladius ad divinos ejus, qui ſtulti erunt: gladius ad fortes illius, qui timebunt.

37. Gladius ad equos ejus, & ad currus ejus, & ad omne vulgus, quod eſt in medio ejus: & erunt quaſi mulieres: gladius ad theſauros ejus, qui diripientur.

38. Siccitas ſuper aquas ejus erit, & areſcent: quia terra ſculptilium eſt, & in portentis gloriantur.

39. Propterea habitabunt dracones cum faunis ficariis: & habitabunt in ea ſtruthiones: & non inhabitabitur ultra uſque in ſempiternum, nec extruetur uſque ad generationem & generationem.

40. Sicut ſubvertit Dominus Sodomam & Gomorrham, & vicinas ejus, ait Dominus: non habitabit ibi vir, & non incolet eam filius hominis. *Geneſ. 19. 24.*

41. Ecce populus venit ab Aquilone, & gens magna, & reges multi conſurgent à finibus terræ.

42. Arcum & ſcutum apprehendent: crudeles ſunt & immiſericordes: vox eorum quaſi mare ſonabit: & ſuper equos aſcendent, ſicut vir paratus ad prælium contra te filia Babylon.

43. Audivit rex Babylonis famam eorum, & diſſolutæ ſunt manus ejus: anguſtia apprehendit eum, dolor quaſi parturientem.

44. Ecce quaſi leo aſcendet de ſuperbia Jordanis ad pulchritudinem robuſtam: quia ſubitò currere faciam eum ad illam: & quis erit electus, quem præponam ei? quis eſt enim ſimilis mei? & quis ſuſtinebit me? & quis eſt iſte paſtor, qui reſiſtat vultui meo? *Sup. 49. 19.* *Job 41. 1.*

45. Propterea audite conſilium Domini, quod mente concepit adversùm Babylonem; & cogitationes ejus, quas cogitavit ſuper terram Chaldæorum: Niſi detraxerint eos parvuli gregum, niſi diſſipatum fuerit cum ipſis habitaculum eorum.

46. A voce captivitatis Babylonis commota eſt terra, & clamor inter gentes auditus eſt.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

mèdit; extremòque, ἐν ἔτος ὕστερον τὰ ὀστᾶ αὐτοῦ βασιλεὺς Βαβυλῶνος, & *hic poſteriùs oſſa ejus rex Babylonis*; cæt. ſimilia.

℣. 20. Græc..... ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ζητήσουσι τὴν ἀδικίαν Ἰσραὴλ, καὶ οὐκ ὑπάρξει· καὶ τὰς ἁμαρτίας Ἰούδα, καὶ οὐ μὴ εὑρεθῶσιν· *in tempore illo quærent iniquitatem Iſraël, & non erit; & peccata Judæ, & non invenientur.*

℣. 23. Itidem Caſſiod. in Pſ. 97. p. 328. a. unà cum Græco.

CAPUT LI.*

* Græc. XXVIII.

VULGATA NOVA.

1. HÆc dicit Dominus: Ecce ego ſuſcitabo ſuper Babylonem & ſuper habitatores ejus, qui cor ſuum levaverunt contra me, quaſi ventum peſtilentem.

2. Et mittam in Babylonem ventilatores, & ventilabunt eam & demolientur terram ejus: quoniam venerunt ſuper eam undique in die afflictionis ejus.

3. Non tendat qui tendit arcum ſuum, & non aſcendat loricatus, nolite parcere juvenibus ejus, interficite omnem militiam ejus.

4. Et cadent interfecti in terra Chaldæorum, & vulnerati in regionibus ejus.

5. Quoniam non fuit viduatus Iſraël & Juda à Deo ſuo Domino exercituum: terra autem eorum repleta eſt delicto à ſancto Iſraël.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ep. apol. pro lib. cont. Jovin. to. 4. 227.

6. Fugite de medio Babylonis, & ſervate unuſquiſque animam ſuam.....

Ambroſ. in Pſal. 118. col. 1233. c. Idem de Elia, c. 15. col. 552. c. Idem l. de Joſ. c. 3. col. 489. b.

7. Calix aureus Babylon in manu Domini, à quo inebriatæ ſunt gentes : à vino ejus biberunt omnes gentes, ideo commotæ ſunt.

8. Et ſubitò cecidit Babylon, & contrita eſt..... accipite reſinam corruptioni ejus, ſi quomodo ſanabitur.

Hieron. in Eccleſ. tb. 2. 755. a.

9. Curavimus Babyloniam, & ſanata non eſt : relinquamus eam, & abeat unuſquiſque in terram ſuam.....

VULGATA NOVA.

6. Fugite de medio Babylonis, & ſalvet unuſquiſque animam ſuam : nolite tacere ſuper iniquitatem ejus : quoniam tempus ultionis eſt à Domino, viciſſitudinem ipſe retribuet ei.

7. Calix aureus Babylon in manu Domini, inebrians omnem terram : de vino ejus biberunt gentes, & ideo commotæ ſunt.

8. Subitò cecidit Babylon, & contrita eſt : ululate ſuper eam, tollite reſinam ad dolorem ejus, ſi fortè ſanetur. *Iſai. 21. 9. Apocal. 14. 8.*

9. Curavimus Babylonem, & non eſt ſanata : derelinquamus eam, & eamus unuſquiſque in terram ſuam : quoniam pervenit uſque ad cœlos judicium ejus, & elevatum eſt uſque ad nubes.

VULGATA NOVA.

10. Protulit Dominus juſtitias noſtras : venite, & narremus in Sion opus Domini Dei noſtri.

11 Acuite ſagittas, implete pharetras : ſuſcitavit Dominus ſpiritum regum Medorum : & contra Babylonem mens ejus eſt ut perdat eam, quoniam ultio Domini eſt, ultio templi ſui.

12. Super muros Babylonis levate ſignum, augete cuſtodiam : levate cuſtodes, præparate inſidias : quia cogitavit Dominus, & fecit quæcunque locutus eſt contra habitatores Babylonis.

13. Quæ habitas ſuper aquas multas, locuples in theſauris, venit finis tuus pedalis præciſionis tuæ.

14. Juravit Dominus exercituum per animam ſuam : Quoniam replebo te hominibus quaſi brucho, & ſuper te celeuma cantabitur. *Amos 6. 8.*

VERSIO ANTIQUA.

Cypr. l. 3. Teſtim. p. 322. a.

15. Dominus, qui fecit cœlum & terram in virtute, correxit orbem terræ, in ſua prudentia extendit cœlum,

16. & multitudinem aquarum in cœlo : perduxit nubes ab extremo terræ, fulgura in nubibus : & ejecit ventos de theſauris ſuis.

17. Infatuatus eſt omnis homo ab ſcientia ſua : confuſus eſt omnis artifex in ſculptilibus ſuis : quia falſum conflavit, non eſt ſpiritus in illis.

18. Vacuata ſunt opera incluſa, in tempore conſpectionis illorum peribunt.

VULGATA NOVA.

15. Qui fecit terram in fortitudine ſua, præparavit orbem in ſapientia ſua, & prudentia ſua extendit cœlos. *Geneſ. 1. 1.*

16. Dante eo vocem, multiplicantur aquæ in cœlo : qui levat nubes ab extremo terræ, fulgura in pluviam fecit : & produxit ventum de theſauris ſuis.

17. Stultus factus eſt omnis homo à ſcientia : confuſus eſt omnis conflator in ſculptili : quia mendax eſt conflatio eorum, nec eſt ſpiritus in eis.

18. Vana ſunt opera, & riſu digna, in tempore viſitationis ſuæ peribunt.

VULGATA NOVA.

19. Non ſicut hæc, pars Jacob : quia qui fecit omnia ipſe eſt, & Iſraël ſceptrum hæreditatis ejus : Dominus exercituum nomen ejus.

20. Collidis tu mihi vaſa belli, & ego collidam in te gentes, & diſperdam in te regna :

21. & collidam in te equum & equitem ejus : & collidam in te currum & aſcenſorem ejus :

22. & collidam in te virum & mulierem : & collidam in te ſenem & puerum : & collidam in te juvenem & virginem :

23. & collidam in te paſtorem & gregem ejus : & collidam in te agricolam & jugales ejus : & collidam in te duces & magiſtratus.

24. Et reddam Babyloni, & cunctis habitatoribus Chaldææ omne malum ſuum, quod fecerunt in Sion, in oculis veſtris, ait Dominus.

VERSIO ANTIQUA.

Ambroſ. in Luc. 17. p. 1477. e.

25. Ecce ego ad te mons corrupte, qui corrumpis omnem terram.....

VULGATA NOVA.

25. Ecce ego ad te mons peſtifer, ait Dominus, qui corrumpis univerſam terram : & extendam manum meam ſuper te, & evolvam te de petris, & dabo te in montem combuſtionis.

VULGATA NOVA.

26. Et non tollent de te lapidem in angulum, & lapidem in fundamenta, ſed perditus in æternum eris, ait Dominus.

27. Levate ſignum in terra : clangite buccina in

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 6. Ita Græcè, verbum pro verbo.

℣. 7. Ad verbum è Græco, præter ſeqq. *à quo inebriatæ ſunt gentes*, pro quibus, μεθύσκον πᾶσαν τὴν γῆν, *inebrians omnem terram ;* deeſt etiam vox *omnes* ante ſeq. *gentes.*

℣. 8. Eadem ſunt in Græco, verbum pro verbo.

℣. 9. Hieron. in Eccleſ. to. 2. 755. a. *Curavimus Babylonem, & non eſt curata :* & in Ezech. 47. col. 1058. c. *Curavimus Babylonem, & non eſt ſanata : relinquamus eam.* Sic etiam in Græco, niſi excipiatur verbum ἐγκαταλίπωμεν, *derelinquamus ;* ſubinde, καὶ ἀφείλωμεν, & *abeamus*, &c. ut in textu.

℣. 15. Tertul. l. cont. Hermog. p. 423. a. *Deus faciens terram in valentia ſua, parans orbem in intelligentia ſua, & ſuo ſenſu extendit cœlos.* Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 730. b. *Dominus, qui fecit terram in virtute ſua magna, & erexit orbem in ſapientia, & prudentia ſua extendit cœlum.* Græc. Κύριος ποιῶν γῆν ἐν τῇ ἰσχύι αὐτοῦ, ἑτοιμάζων οἰκουμένην ἐν τῇ Σοφίᾳ αὐτοῦ, ἐν τῇ Συνέσει αὐτοῦ ἐξέτεινε τὸν οὐρανόν· *Dominus faciens terram in fortitudine ſua, parans orbem in ſapientia ſua, in intellectu ſuo extendit cœlum.*

℣. 16. Græc. Εἰς φωνὴν δόσεως ὕδατος ἐν οὐρανῷ· καὶ ἀνήγαγε νεφέλας ἀπ' ἄκρου τῆς γῆς, ἀστραπὰς εἰς ὑετὸν ἐποίησε· καὶ ἐξήγαγε φῶς ἐκ τῶν θησαυρῶν αὐτοῦ. *Ad vocem poſuit ſonum aquæ in cœlo :* & *eduxit nubes ab extremo terræ, fulgura in pluviam fecit :* & *eduxit lumen de theſauris ſuis.* Similiter habet Vigil. Tapſ. ubi ſup. & *poſuit ſonum aquæ in cœlo.*

℣. 17. Similiter in Græco, paucis mutatis ; nempe deeſt *ſua*, poſt *ſcientia ;* ſubinde loco *artifex*, eſt χρυσοχόος, *aurifex ;* mox ἀπὸ, *ab*, pro *in ;* & inf. ψευδῆ ἐχώνευσαν, *falſa conflaverunt*, pro *falſum conflavit.*

℣. 18. Græc. Μάταιά ἐστιν ἔργα μεμωκημένα, &c. *Vana ſunt opera ridicula*, &c. ut in textu.

℣. 25. Sic iterum Ambroſ. l. 3. de fide, to. 2. 517. e. *Ecce ego ad te mons corrupte.* Græc. Ἰδοὺ ἐγὼ πρός σε τὸ ὄρος τὸ διεφθαρμένον, &c. ut in Lat. ſup.

Digitized by Google

gentibus, ſanctificate ſuper eam gentes : annuntiate contra illam regibus Ararat, Menni, & Aſcenez : numerate contra eam Taphſar, adducite equum quaſi bruchum aculeatum.

28. Sanctificate contra eam gentes, reges Mediæ, duces ejus, & univerſos magiſtratus ejus, cunctamque terram poteſtatis ejus.

29. Et commovebitur terra, & conturbabitur : quia evigilabit contra Babylonem cogitatio Domini, ut ponat terram Babylonis deſertam & inhabitabilem.

30. Ceſſaverunt fortes Babylonis à prælio, habitaverunt in præſidiis : devoratum eſt robur eorum, & facti ſunt quaſi mulieres : incenſa ſunt tabernacula ejus, contriti ſunt vectes ejus.

31. Currens obviam currenti veniet : & nuncius obvius nuncianti : ut annuntiet regi Babylonis, quia capta eſt civitas ejus à ſummo uſque ad ſummum :

32. & vada præoccupata ſunt, & paludes incenſæ ſunt igni, & viri bellatores conturbati ſunt.

33. Quia hæc dicit Dominus exercituum, Deus Iſraël : Filia Babylonis quaſi area, tempus trituræ ejus : adhuc modicum, & veniet tempus meſſionis ejus.

34. Comedit me, devoravit me Nabuchodonoſor rex Babylonis : reddidit me quaſi vas inane, abſorbuit me quaſi draco, replevit ventrem ſuum teneritudine mea, & ejecit me.

35. Iniquitas adversùm me, & caro mea ſuper Babylonem, dicit habitatio Sion : & ſanguis meus ſuper habitatores Chaldææ, dicit Jeruſalem.

36. Propterea hæc dicit Dominus : Ecce ego judicabo cauſam tuam, & ulciſcar ultionem tuam, & deſertum faciam mare ejus, & ſiccabo venam ejus.

37. Et erit Babylon in tumulos, habitatio draconum, ſtupor, & ſibilus, eò quòd non ſit habitator.

38. Simul ut leones rugient, excutient comas veluti catuli leonum.

39. In calore eorum ponam potus eorum, & inebriabo eos, ut ſopiantur, & dormiant ſomnum ſempiternum, & non conſurgant, dicit Dominus.

40. Deducam eos quaſi agnos ad victimam, & quaſi arietes cum hœdis.

41. Quomodo capta eſt Seſach, & comprehenſa eſt inclyta univerſæ terræ ? quomodo facta eſt in ſtuporem Babylon inter gentes ?

42. Aſcendit ſuper Babylonem mare, multitudine fluctuum ejus operta eſt.

43. Factæ ſunt civitates ejus in ſtuporem, terra inhabitabilis & deſerta, terra in qua nullus habitet, nec tranſeat per eam filius hominis.

44. Et viſitabo ſuper Bel in Babylone, & ejiciam quod abſorbuerat de ore ejus, & non confluent ad eum ultra gentes, ſiquidem & murus Babylonis corruet.

45. Egredimini de medio ejus populus meus : ut ſalvet unuſquiſque animam ſuam ab ira furoris Domini.

46. Et ne fortè molleſcat cor veſtrum, & timeatis auditum, qui audietur in terra : & veniet in anno auditio, & poſt hunc annum auditio ; & iniquitas in terra, & dominator ſuper dominatorem.

47. Propterea ecce dies veniunt, & viſitabo ſuper ſculptilia Babylonis : & omnis terra ejus confundetur, & univerſi interfecti ejus cadent in medio ejus.

48. Et laudabunt ſuper Babylonem cœli & terra, & omnia quæ in eis ſunt : quia ab Aquilone venient ei prædones, ait Dominus.

49. Et quomodo fecit Babylon ut caderent occiſi in Iſraël : ſic de Babylone cadent occiſi in univerſa terra.

50. Qui fugiſtis gladium, venite, nolite ſtare : recordamini procul Domini, & Jeruſalem aſcendat ſuper cor veſtrum.

51. Confuſi ſumus, quoniam audivimus opprobrium : operuit ignominia facies noſtras : quia venerunt alieni ſuper ſanctificationem domus Domini.

52. Propterea ecce dies veniunt, ait Dominus : & viſitabo ſuper ſculptilia ejus, & in omni terra ejus mugiet vulneratus.

53. Si aſcenderit Babylon in cœlum, & firmaverit in excelſo robur ſuum : à me venient vaſtatores ejus, ait Dominus.

54. Vox clamoris de Babylone, & contritio magna de terra Chaldæorum :

55. quoniam vaſtavit Dominus Babylonem, & perdidit ex ea vocem magnam : & ſonabunt fluctus eorum quaſi aquæ multæ : dedit ſonitum vox eorum :

56. Quia venit ſuper eam, id eſt ſuper Babylonem, prædo, & apprehenſi ſunt fortes ejus, & emarcuit arcus eorum, quia fortis ultor Dominus reddens retribuet.

57. Et inebriabo principes ejus, & ſapientes ejus, & duces ejus, & magiſtratus ejus, & fortes ejus : & dormient ſomnum ſempiternum, & non expergiſcentur, ait rex, Dominus exercituum nomen ejus.

58. Hæc dicit Dominus exercituum : Murus Babylonis ille latiſſimus ſuffoſſione ſuffodietur, & portæ ejus excelſæ igni comburentur, & labores populorum ad nihilum, & gentium in ignem erunt, & diſperibunt.

59. Verbum, quod præcepit Jeremias propheta, Saraiæ filio Neriæ filii Maaſiæ, cùm pergeret cum Sedecia rege in Babylonem, in anno quarto regni ejus : Saraias autem erat princeps prophetiæ.

60. Et ſcripſit Jeremias omne malum, quod venturum erat ſuper Babylonem, in libro uno : omnia verba hæc, quæ ſcripta ſunt contra Babylonem.

61. Et dixit Jeremias ad Saraiam : Cùm veneris in Babylonem, & videris, & legeris omnia verba hæc,

62. dices : Domine tu locutus es contra locum iſtum ut diſperderes eum : ne ſit qui in eo habitet ab homine uſque ad pecus, & ut ſit perpetua ſolitudo.

63. Cùmque compleveris legere librum iſtum, ligabis ad eum lapidem, & projicies illum in medium Euphraten :

64. & dices : Sic ſubmergetur Babylon, & non conſurget à facie afflictionis, quam ego adduco ſuper eam, & diſſolvetur. Hucuſque verba Jeremiæ.

---

* CAPUT LII.

VULGATA NOVA.

1. FIlius viginti & unius anni erat Sedecias cùm regnare cœpiſſet : & undecim annis regnavit in Jeruſalem, & nomen matris ejus Amital, filia Jeremiæ de Lobna. *4. Reg. 24. 18. 2. Par. 36. 11.*

2. Et fecit malum in oculis Domini, juxta omnia quæ fecerat Joakim.

3. Quoniam furor Domini erat in Jeruſalem & in Juda, uſquequo projiceret eos à facie ſua : & receſſit Sedecias à rege Babylonis.

4. Factum eſt autem in anno nono regni ejus, in *4. Reg. 25. 1. Sup. 39. 1.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* De hoc ultimo capite 52. id ambigitur inter eruditos, num verè ſit Jeremiæ, an non magis alterius cujuſdam ſcribæ, v. g. Eſdræ, vel etiam Baruch notarii Jeremiæ : ratio dubitandi triplex : 1°. quòd in Vulgata caput proximè antecedens his claudatur verbis : *Hucuſque verba Jeremiæ* : 2°. quòd ſeq. caput 52. totidem pene verbis legatur ſup. libro IV. Regum, ſcilicet à verſu 18. capitis 24. ad finem uſque capitis 25. idque tam in Vulgata noſtra, quàm in editione LXX. 3°. denique quòd in Mſs. pluribus initium libri Baruch non ducatur quidem ab his Vulgatæ verbis : *Et hæc verba libri, quæ ſcripſit Baruch*, &c. ſed à verſu duodecimo capitis 52. Jeremiæ, hoc præmiſſo

Digitized by Google

menſe decimo, decima menſis : Venit Nabuchodonoſor rex Babylonis, ipſe & omnis exercitus ejus, adversùs Jeruſalem, & obſederunt eam, & ædificaverunt contra eam munitiones in circuitu.

5. Et fuit civitas obſeſſa uſque ad undecimum annum regis Sedeciæ.

6. Menſe autem quarto, nona menſis, obtinuit fames civitatem : & non erant alimenta populo terræ.

7. Et dirupta eſt civitas, & omnes viri bellatores ejus fugerunt, exieruntque de civitate nocte per viam portæ, quæ eſt inter duos muros, & ducit ad hortum regis (Chaldæis obſidentibus urbem in gyro) & abierunt per viam, quæ ducit in eremum.

8. Perſecutus eſt autem Chaldæorum exercitus regem : & apprehenderunt Sedeciam in deſerto, quod eſt juxta Jericho : & omnis comitatus ejus diffugit ab eo.

9. Cùmque comprehendiſſent regem, adduxerunt eum ad regem Babylonis in Reblatha, quæ eſt in terra Emath : & locutus eſt ad eum judicia.

10. Et jugulavit rex Babylonis filios Sedeciæ in oculis ejus : ſed & omnes principes Juda occidit in Reblatha.

11. Et oculos Sedeciæ eruit, & vinxit eum compedibus, & adduxit eum rex Babylonis in Babylonem, & poſuit eum in domo carceris uſque ad diem mortis ejus.

12. In menſe autem quinto, decima menſis, ipſe eſt annus nonus decimus Nabuchodonoſor regis Babylonis : venit Nabuzardan princeps militiæ, qui ſtabat coram rege Babylonis in Jeruſalem. 12. *& ſeqq. Vide Not.*

13. Et incendit domum Domini, & domum regis, & omnes domos Jeruſalem, & omnem domum magnam igni combuſſit.

14. Et totum murum Jeruſalem per circuitum deſtruxit, cunctus exercitus Chaldæorum, qui erat cum magiſtro militiæ.

15. De pauperibus autem populi, & de reliquo vulgo, quod remanſerat in civitate, & de perfugis, qui transfugerant ad regem Babylonis, & cæteros de multitudine, tranſtulit Nabuzardan princeps militiæ.

16. De pauperibus verò terræ reliquit Nabuzardan princeps militiæ vinitores, & agricolas.

17. Columnas quoque æreas, quæ erant in domo Domini, & baſes, & mare æneum, quod erat in domo Domini, confregerunt Chaldæi, & tulerunt omne æs eorum in Babylonem.

18. Et lebetes, & creagras, & pſalteria, & phialas, & mortariola, & omnia vaſa ærea, quæ in miniſterio fuerant, tulerunt : &

19. hydrias, & thymiamateria, & urceos, & pelves, & candelabra, & mortaria, & cyathos : quotquot aurea, aurea ; & quotquot argentea, argentea ; tulit magiſter militiæ :

20. & columnas duas, & mare unum, & vitulos duodecim æreos, qui erant ſub baſibus, quas fecerat rex Salomon in domo Domini : non erat pondus æris omnium horum vaſorum.

21. De columnis autem, decem & octo cubiti altitudinis erant in columna una, & funiculus duodecim cubitorum circuibat eam : porro groſſitudo ejus quatuor digitorum, & intrinſecus cava erat.

22. Et capitella ſuper utramque ærea : altitudo capitelli unius quinque cubitorum : & retiacula, & malogranata ſuper coronam in circuitu, omnia ærea. Similiter columnæ ſecundæ, & malogranata.

23. Et fuerunt malogranata nonaginta ſex dependentia : & omnia malogranata centum, retiaculis circumdabantur.

24. Et tulit magiſter militiæ Saraiam ſacerdotem primum, & Sophoniam ſacerdotem ſecundum, & tres cuſtodes veſtibuli.

25. Et de civitate tulit eunuchum unum, qui erat præpoſitus ſuper viros bellatores : & ſeptem viros de his, qui videbant faciem regis, qui inventi ſunt in civitate : & ſcribam principem militum, qui probabat tyrones : & ſexaginta viros de populo terræ, qui inventi ſunt in medio civitatis.

26. Tulit autem eos Nabuzardan magiſter militiæ, & duxit eos ad regem Babylonis in Reblatha.

27. Et percuſſit eos rex Babylonis, & interfecit eos in Reblatha in terra Emath : & translatus eſt Juda de terra ſua.

28. Iſte eſt populus, quem tranſtulit Nabuchodonoſor : In anno ſeptimo, Judæos tria millia, & viginti tres :

29. In anno octavo decimo Nabuchodonoſor, de Jeruſalem animas octingentas triginta duas :

30. In anno vigeſimo tertio Nabuchodonoſor, tranſtulit Nabuzardan magiſter militiæ animas Judæorum ſeptingentas quadraginta quinque : omnes ergo animæ, quatuor millia ſexcentæ.

31. Et factum eſt in trigeſimo ſeptimo anno tranſmigrationis Joachin regis Juda, duodecimo menſe, vigeſima quinta menſis, elevavit Evilmerodach rex Babylonis ipſo anno regni ſui, caput Joachin regis Juda, & eduxit eum de domo carceris.

32. Et locutus eſt cum eo bona, & poſuit thronum ejus ſuper thronos regum, qui erant poſt ſe in Babylone.

33. Et mutavit veſtimenta carceris ejus, & comedebat panem coram eo ſemper cunctis diebus vitæ ſuæ :

34. & cibaria ejus, cibaria perpetua dabantur ei à rege Babylonis, ſtatuta per ſingulos dies, uſque ad diem mortis ſuæ, cunctis diebus vitæ ejus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

titulo : *Incipit liber Baruch notarii Jeremiæ.* Non diſſimulabo tamen in iiſdem Mſs. ſaltem potioribus, caput 52. Jeremiæ integrum ſuo ordine legi, ut in Vulg. initio verò libri Baruch, duodecim tantùm verſus ejuſdem capitis reponi, nimirum à ℣. 12. ad ℣. 34. quamvis in capite 52. Jeremiæ, ab eodem ℣. 12. ad finem uſque ejuſdem capitis numerentur ℣℣. 23. Unde fit ut exordium ſupra dictum libri Baruch in his codd. Mſs. veluti ſumma ſit capitis 52. Jer. juxta Vulg. cùm ſcilicet de poſterioribus ejuſdem verſibus 23. multa deſint, maximè verò ℣℣. 15. 18. 19. 20. 21. 22. 23. item 28. 29. 30. & 34. ut videbitur infra ad ℣. 12. hujus capitis.

℣. 12. & ſeqq. Huc revocamus ea quæ in pluribus Mſs. leguntur infra initio ipſo libri Baruch, maximè cùm in uno, videlicet Corb. n. 2. ann. 800. idem liber Baruch proximè ſequatur caput 52. Jeremiæ, præponaturque Threnis, ſive Lamentationibus ejuſdem Prophetæ. Eundem quoque locum Baruch obtinet in edit. LXX. Pariſienſi cum notis Nobilii, anni 1628. Prædicta autem tota ſatis reſpondent iis quæ leguntur in Vulg. hoc præſ. capite 52. à ℣. 12. ad ℣. 34. nonnullis tamen verſibus aut breviatis aut reſectis, quorum etiam quatuor (15. 28. 29. 30.) deſunt in Græco. En illa, quomodo ſe habent in præd. Mſs. variis : ℣. 12. *Et factum eſt in quinto anno, decimâ menſis, venit Nabuzardan princeps coquorum, qui ſtabat ante faciem regis Babyloniæ in Jeruſalem.* 13. *Et ſuccendit ædem Domini, & domum regis, & omnes domos civitatis magnas ſuccendit igne.* 14. *Et murum Jeruſalem in circuitu demolitus eſt exercitus Chaldæorum, cum Nabuzardan principe coquorum.* 16. *Et reſiduum populi reliquit princeps coquorum, vinearum cultores.* 17.....23. (ſummatim) *Et omne æs, argentum, & aurum, & omnem ſupellectilem civitatis Jeruſalem, quidquid fuit, tranſtulit princeps coquorum.* 24. *Summum autem ſacerdotem, & ſacerdotem ſecundum, & cuſtodes viæ :* 25. *& ſpadonem unum, qui erat præpoſitus viris bellatoribus : & ſeptem viros nominatos, qui ſunt ad faciem regis, qui inventi ſunt in civitate : & ſcribam virtutum, qui ſcribatum adminiſtrabat populo terræ,* 26. *adduxit Nabuzardan ad regem.* 27. *Et interfecit eos rex Babylonis in Deblatha in terra Emath.* 31. *Et factum eſt in trigeſimo octavo anno tranſmigrationis Joachim regis Judæ, elevavit caput ejus Evilmerodach rex Babylonis, & eduxit eum*

Digitized by Google

Notæ ad Versionem antiquam.

de carcere. 32. 33. *Et mutavit vestimenta ejus, & posuit thronum ejus super omnes Judæos, qui erant in Babylonia. & manducabat panem semper ante faciem ejus, omnibus diebus vitæ suæ.* Græcè pariter cap. 52. Jer. hæc leguntur à ℣. 12. Καὶ ἐν μηνὶ πέμπτῳ, δεκάτῃ τοῦ μηνὸς, ἦλθε Ναζυζαρδὰν ὁ ἀρχιμάγειρος, ἑστηκὼς κατὰ πρόσωπον τοῦ βασιλέως Βαβυλῶνος εἰς Ἰερουσαλήμ. 13. Καὶ ἐνέπρησε τὸν οἶκον Κυρίου, καὶ τὸν οἶκον τοῦ βασιλέως, καὶ πάσας τὰς οἰκίας τῆς πόλεως, καὶ πάσαν οἰκίαν μεγάλην ἐνέπρησεν ἐν πυρί. 14. Καὶ πᾶν τεῖχος Ἰερουσαλὴμ κύκλῳ καθεῖλεν ἡ δύναμις τῶν Χαλδαίων, ἡ μετὰ τοῦ ἀρχιμαγείρου. Tum proximè : 16. Καὶ τοὺς καταλοίπους τοῦ λαοῦ κατέλιπεν ὁ ἀρχιμάγειρος εἰς ἀμπελουργοὺς, καὶ εἰς γεωργούς. 17. Καὶ τοὺς στύλους τοὺς χαλκοῦς, &c. singulatim ut in Vulg. usque ad ℣. 24. nonnullis mutatis. Tum sequitur : ℣. 24. Καὶ ἔλαβεν ὁ ἀρχιμάγειρος τὸν Ισρία τὸν πρῶτον, καὶ τὸν ἱσρία τὸν δευτερεύοντα, καὶ τοὺς τρεῖς τοὺς φυλάττοντας τὴν ὁδόν· 25. καὶ εὐνοῦχον ἕνα, ὃς ἦν ἐπισάτης τῶν ἀνδρῶν τῶν πολεμιστῶν· καὶ ἑπτὰ ἄνδρας ὀνομαστὰς, τοὺς ἐν προσώπῳ τοῦ βασιλέως, τοὺς εὑρεθέντας ἐν τῇ πόλει· καὶ τὸν γραμματέα τῶν δυνάμεων, τὸν γραμματεύοντα τῷ λαῷ τῆς γῆς· καὶ ἑξήκοντα ἀνθρώπους ἐκ τοῦ λαοῦ τῆς γῆς, τοὺς εὑρεθέντας ἐν μέσῳ τῆς πόλεως. 26. Καὶ ἔλαβεν αὐτοὺς Ναβυζαρδὰν ὁ ἀρχιμάγειρος τοῦ Βασιλέως, καὶ ἤγαγεν αὐτοὺς πρὸς βασιλέα Βαβυλῶνος εἰς Δεβλαθά. 27. Καὶ ἐπάταξεν αὐτοὺς βασιλεὺς Βαβυλῶνος ἐν Δεβλαθὰ ἐν γῇ Αἱμάθ. Mox ut in Lat. sup. ℣. 31. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ τριακοστῷ καὶ ἑβδόμῳ ἔτει ἀποικισθέντος τοῦ Ἰωακεὶμ βασιλέως Ἰούδα, ἐν τῷ δωδεκάτῳ μηνὶ, ἐν τῇ τετράδι καὶ εἰκάδι τοῦ μηνὸς, ἔλαβεν Οὐλαμαδάχαρ βασιλεὺς Βαβυλῶνος ἐν τῷ ἐνιαυτῷ, ᾧ ἐβασίλευσε, τὴν κεφαλὴν Ἰωακεὶμ βασιλέως Ἰούδα, καὶ ἔκειρεν αὐτὸν, καὶ ἐξήγαγεν αὐτὸν ἐξ οἰκίας, ἧς ἐφυλάσσετο. 32. Καὶ ἐλάλησεν αὐτῷ χρηστὰ, καὶ ἔδωκε τὸν θρόνον αὐτοῦ ἐπάνω τῶν βασιλέων, τῶν μετ' αὐτοῦ ἐν Βαβυλῶνι. 33. Καὶ ἤλλαξε τὴν στολὴν τῆς φυλακῆς αὐτοῦ, καὶ ἤσθιεν ἄρτον διαπαντὸς κατὰ πρόσωπον αὐτοῦ πάσας τὰς ἡμέρας, ἃς ἔζησε. i. e. ℣. 12. *Et in mense quinto, decimâ mensis, venit Nabuzardan princeps coquorum, qui stabat ante faciem regis Babylonis in Jerusalem.* 13. *Et incendit domum Domini, & domum regis, & omnes domos civitatis, & omnem domum magnam incendit in igne.* 14. *Et omnem murum Jerusalem in circuitu destruxit virtus Chaldæorum, quæ cum principe coquorum.* 16. *Et reliquos de populo reliquit princeps coquorum in vinearum, & agrorum cultores.* 17. *Et columnas æneas.....* ...24. *Et tulit princeps coquorum sacerdotem primum, & sacerdotem secundum, & tres illos, qui custodiebant viam :* 25. *& eunuchum unum, qui erat præfectus virorum bellatorum : & septem vires nominatos, qui in facie regis, inventos in civitate : & scribam virtutum scribentem populo terræ : & sexaginta homines de populo terræ, inventos in medio civitatis.* 26. *Et tulit eos Nabuzardan princeps coquorum regis, & duxit eos ad regem Babylonis in Deblatha.* 27. *Et percussit eos rex Babylonis in Deblatha in terra Æmath.* 31. *Et factum est in trigesimo & septimo anno transmigrationis Joacim regis Juda, in duodecimo mense, in vigesima quarta mensis, accepit Ulamadachar rex Babylonis in anno, quo regnum adiit, caput Joacim regis Juda, & totondit eum, & eduxit eum de domo, in qua custodiebatur.* 32. *Et locutus est ei bona, & dedit thronum ejus super reges, qui secum in Babylone.* 33. *Et mutavit stolam carceris ejus, & comedebat panem semper ante faciem ejus cunctis diebus, quibus vixit.*

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore Francisco Luca Brugensi.

JEREMIAS.

Cap. I. ℣. 14. Ab Aquilone pandetur malum. *Voci* malum *non addas* omne.

℣. 18. Et sacerdotibus, & populo terræ. *Nec hic* omni *voci* populo.

Cap. II. ℣. 37. Et nihil habebis prosperum in ea. *Correctores meritò addiderunt* in ea, *quod alii omittunt.*

Cap. III. ℣. 1. Tamen revertere ad me, dicit Dominus, & ego suscipiam te. *Addiderunt Correctores τὸ* & ego suscipiam te, *ex plurimis libris manuscriptis, quanquam Hebraïcè non legatur.*

℣. 2. Et vide ubi non prostrata sis. *Non est scribendum adverbium temporis* nunc, *pro negandi* non.

℣. 3. Quam ob rem prohibitæ sunt stillæ pluviarum. *Non substituas* stellæ, *quod est sidera, loco* stillæ, *quod est gutta.*

Cap. IV. ℣. 1. Si reverteris Israël. *Præferendum est* reverteris, *ei quod in aliis libris est*, converteris.

℣. 3. Dominus viro Juda & Jerusalem. *Non addas* habitatori *ante* Jerusalem, *hoc quidem loco.*

℣. 8. Quia non est aversa ira furoris Domini à nobis. *Retinendum est pronomen primæ personæ* nobis, *non substituendum secundæ* vobis.

℣. 12. Et nunc ego loquar judicia mea cum eis. *Correctores judicarunt omittendam conjunctionem* sed, *quam pleraque omnes libri collocant inter* ego & loquar.

℣. 16. Dicite gentibus : Ecce auditum est. *Pro* dicite gentibus, *pleraque omnia manuscripta legunt* concitate gentes.

℣. 31. Vox filiæ Sion intermorientis expandentisque manus suas. *Retinendi sunt genitivi singulares* intermorientis expandentisque, *non supponendi accusativi plurales, distracto priore vocabulo in duo*, inter morientes expandentesque.

Cap. V. ℣. 8. Equi amatores. *Quod sequitur in multis libris* in feminas, *Patres censuerunt superfluere.*

℣. 25. Iniquitates vestræ declinaverunt hæc, & peccata vestra prohibuerunt bonum à vobis. *Pronomina secundæ personæ non sunt mutanda in personam primam.*

Cap. VI. ℣. 26. Quia repentè veniet vastator super nos. *Hic è contrario non est pronomen primæ personæ* nos, *convertendum in secundæ* vos.

℣. 28. Æs & ferrum. *Non est præponendum adverbium similitudinis* ut.

Cap. VII. ℣. 5. Quoniam si bene direxeritis vias vestras. *Non scribas unicam vocem* benedixeritis, *pro duabus* bene direxeritis.

℣. 7. A sæculo & usque in sæculum. *Non auferas conjunctionem &c.*

℣. 24. Sed abierunt in voluntatibus. *Retinenda est vox* voluntatibus, *id est, desideriis, non substituenda* voluptatibus, *mutatâ liquidâ* n *in mutam* p.

℣. 34. In desolationem enim erit terra. *Accusativus* desolationem *non est commutandus cum ablativo.*

Cap. VIII. ℣. 1. Ejicient ossa regum Juda. *Legendum est numero plurali* regum, *non singulari* regis.

Cap. IX. ℣. 2. Quia omnes adulteri sunt, cœtus prævaricatorum. *Non interponas conjunctionem &c.*

℣. 17. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israël. *Alii libri omittunt* Deus Israël.

Ibidem. Et vocate lamentatrices, & veniant. *Non mutes posterius & in* ut.

℣. 19. Quoniam dejecta sunt tabernacula nostra. *Legendum est* dejecta, *quod est, diruta, potiùs quàm* deserta, *quod est, derelicta.*

℣. 25. Ecce dies veniunt. *Præsens præferendum est futuro* venient.

Cap. X. ℣. 18. Et tribulabo eos ita ut inveniantur. *Plerique libri interjiciunt* non *inter* ut & inveniantur, *sed temerè.*

Cap. XI. ℣. 12. Et clamabunt ad deos quibus libant. *Malè plerique libri, pro* deos *nomine, scribunt* eos *pronomen.*

℣. 13. Et secundùm numerum viarum Jerusalem. *Non addas pronomen* tuarum *nomini* viarum.

℣. 18. Tunc ostendisti mihi studia eorum. *Cave commutes adverbium* tunc *cum pronomine* tu.

Cap. XIV. ℣. 14. Et divinationem & fraudulentiam. *Non est mutandum substantivum* fraudulentiam, *in adjectivum* fraudulentam, *emissa conjunctione, hoc modo :* Et divinationem fraudulentam.

℣. 18. Propheta quoque & sacerdos. *Correctores emendarunt* quoque *pro* namque.

Cap. XVII. ℣. 9. Pravum est cor omnium & inscrutabile. *Insignis correctio, qua vox* omnium, *posita pro super omnia, restituta est in locum vocis* hominis, *quæ vulgò legitur.*

Cap. XX. ℣. 17. Qui non me interfecit à vulva. *Non commutes relativum* qui *cum conjunctione* quia.

Cap. XXIII. ℣. 10. Quia adulteris repleta est terra. *Non mutes adjectivum* adulteris *in substantivum* adulteriis.

℣. 13. Prophetabant in Baal. *Non præponas & conjunctionem.*

℣. 14. Vidi similitudinem adulterantium, & iter men-

Digitized by Google

dacii. *Pro genitivo participii* adulterantium, *quidam codices ſcribunt nominativum nominis* adulterium.

℣. 19. Ecce turbo Dominicæ indignationis egredietur. *Non eſt mutandum futurum in præſens* egreditur.

℣. 33. Dices ad eos : Vos eſtis onus. *Correctores clarè emendarunt*, Vos eſtis onus (*nam & LXX. ad hunc modum verterunt*) *pro eo quod multi codices legunt*, Ut quid vobis onus ?

Cap. XXV. ℣. 20. Et Aſcaloni & Gazæ. *Retinendus eſt dativus* Aſcaloni, *non mutandus in genitivum.*

Cap. XXVI. ℣. 18. Et mons domus in excelſa ſilvarum. *Voci* domus *non addas* Domini.

℣. 19. Itaque nos facimus malum grande contra animas noſtras. *Pro* nos facimus, *alii ſcribunt* non faciamus ; *ſed minùs rectè.*

Cap. XXIX. ℣. 1. Et hæc ſunt verba libri quem miſit Jeremias. *Patres correxerunt* quem, *ſcilicet librum, pro eo quod alii minùs ſincerè legunt* quæ, *ſc. verba.*

℣. 15. Suſcitavit nobis Dominus prophetas in Babylone. *Et hic correxerunt* ſuſcitavit *præterito tempore, pro futuro* ſuſcitabit.

Cap. XXX. ℣. 7. Et ex ipſo ſalvabitur. *Præſtat legere neutro genere* ipſo, *ſ. tempore, quod proximè præcedit, quàm feminino genere* ipſa *ſ. die.*

Cap. XXXI. ℣. 6. Cuſtodes in monte Ephraim. *Quod quidam adjiciunt* in monte Samariæ, *ſuperfluum eſt.*

℣. 8. Prægnans & pariens. *Non præponas & voci* prægnans.

℣. 9. Et in miſericordia reducam eos. *Quidam libri, pro* miſericordia, *legunt* precibus.

℣. 32. Quod pepigi cum patribus eorum. *Non mutes pronomen tertiæ perſonæ* eorum *in ſecundæ* veſtris.

℣. 39. Et exibit ultra norma menſuræ. *Nominativus* norma *non eſt mutandus in accuſativum* normam.

℣. 40. Et omnem vallem cadaverum & cineris. *Patres optimè emendarunt* cineris *caſu genitivo numeri ſingularis, pro eo quod alii ſcribunt numero plurali* cineres.

Ibidem. Uſque ad torrentem Cedron, & uſque ad angulum portæ equorum orientalis. *Nequaquam poſtponendus eſt torrens Cedron portæ equorum, quod faciunt quidam libri.*

Cap. XXXII. ℣. 12. In oculis teſtium. *Hic non eſt præponenda conjunctio &, ut mox non eſt omittenda, ubi dicitur*, Et in oculis omnium Judæorum.

℣. 24. Et urbs data eſt in manus Chaldæorum. *Redundat quod quidam libri ſubjiciunt*, Et in manu regis Babylonis.

℣. 36. De qua vos dicitis quòd tradetur. *Melius eſt futurum indicativi* tradetur, *præſenti conjunctivi* tradatur.

Cap. XXXIII. ℣. 14. Ecce dies veniunt. *Hoc loco melius eſt præſens* veniunt, *quàm futurum* venient.

℣. 16. Et Jeruſalem habitabit confidenter. *Cave ne pro nomine civitatis* Jeruſalem, *ſupponas nomen decem tribuum* Iſraël, *quod non eſt hujus loci, ſed ſupra* 23. ℣. 6.

Cap. XXXVI. ℣. 13. Quæ audivit legente Baruch. *Pro* legente *ablativo abſolutè poſito, non eſt ſubſtituendus accuſativus* legentem.

Cap. XXXVIII. ℣. 6. Et ſubmiſerunt Jeremiam funibus in lacum, in quo non erat aqua. *Non præponas præpoſitionem* in, *nomini* funibus, *nec conjunctionem &, nomini* lacum, *accuſativo mutato in ablativum, ſublatoque eo quod ſequitur* in quo : Et in lacu non erat aqua. *Prior enim lectio & certior & clarior eſt.*

℣. 11. Et antiqua quæ computruerant. *Adjectivo* antiqua *non addas ſubſtantivum* veſtimenta.

Cap. XXXIX. ℣. 13. Et Nabuſezban & Rabſares. *Prius nomen non eſt diſtrahendum in duo* Nabu & Sesban, *quod quidam faciunt : nec ultima illius littera eſt* ℵ*ata, ſed* n *liquida.*

Cap. XL. ℣. 11. Et in filiis Ammon. *Non ſcribas* finibus, *quod eſt, terminis, pro* filiis.

Cap. XLI. ℣. 7. Ipſe & viri qui erant cum eo. *Non mutes ſingulare* ipſe *in plurale* ipſi.

Cap. XLII. ℣. 1. Et Jezonias filius Oſaiæ. *Non eſt ſcribendum* Oſiæ, *vel* Joſiæ *pro* Oſaiæ ; *ſicut nec infra* XLIII. ℣. 2. *ubi legitur :* Dixit Azarias filius Oſaiæ.

Cap. XLIV. ℣. 1. Verbum quod factum eſt per Jeremiam ad omnes Judæos. *Plerique libri habent duplex* ad ; *Correctores prius mutarunt in* per.

℣. 4. Abominationis hujuſcemodi quam odivi. *Non omittas poſtrema hæc verba* quam odivi.

℣. 9. Et mala uxorum ejus. *Non mutes ſingulare* ejus *in plurale* eorum.

℣. 13. Et viſitabo ſuper habitatores terræ Ægypti. *Non omittas præpoſitionem* ſuper.

Cap. XLVI. ℣. 6. Non fugiat velox. *Alii libri habent futurum indicativi* fugiet.

Cap. XLVIII. ℣. 15. Et civitates ejus ſucciderunt. *Correctores emendarunt* ſucciderunt, *quod eſt, exciderunt, ſubverterunt, pro eo quod quidam legunt* ſuccenderunt, *quidam* aſcenderunt.

℣. 18. Quoniam vaſtator Moab aſcendit ad te, diſſipavit munitiones tuas. *Præterita non ſunt in futura mutanda*, aſcendet, diſſipabit.

℣. 34. A Segor uſque ad Oronaim vitula conternante. *Caſus ſexti* vitula conternante, *haudquaquam mutandi ſunt in quartos* vitulam conternantem : *ſicut nec* conternante, *quod eſt, tertium annum agente, depravandum eſt, additâ* ſ *litterâ*, conſternante. *Simile Iſa.* 15. ℣. 5.

℣. 36. Propterea cor meum ad Moab quaſi tibiæ reſonabit. *Retinendus eſt numerus pluralis* tibiæ, *non ſubſtituendus ſingularis* tibia, *nec addendum nomen* æris.

℣. 45. Et flamma de medio Seon. *Cave ne ſcribas* Sion *arcem Jeroſolymitanam, pro* Seon *rege Amorrhæorum.*

Sequitur : Et devorabit partem Moab. *Non mutes futurum in præteritum* devoravit.

Cap. XLIX. ℣. 2. Et erit in tumulum diſſipata. *Patres correxerunt* tumulum, *quod eſt, colliculum, pro eo quod vulgò legitur, additâ* t *litterâ*, tumultum, *id eſt, turbam.*

℣. 6. Et poſt hæc reverti faciam captivos. *Voci* captivos *non præponas* fugientes &c.

℣. 29. Formidinem in circuitu. *Non ſubjicias pronomen* ejus.

℣. 35. Et ſummam fortitudinem eorum. *Legendum eſt nomen* ſummam, *conſtans duplici* m *medio, non verbum* ſumam, *ſummarum à ſumo.*

Cap. L. ℣. 12. Deſerta, invia, & arens. *Non præponas & conjunctionem voci* deſerta.

℣. 19. Et paſcetur Carmelum & Baſan. *Scribendum eſt accuſativo caſu* Carmelum, *non nominativo*, Carmelus.

℣. 39. Propterea habitabunt dracones cum faunis ficariis. *Duplex mendum hinc ſublatum eſt feliciſſimâ Romanorum Patrum diligentiâ ; unum, quo pro* faunis, (*quod nomen eſt dæmonum ſilveſtrium, apud Ethnicos, affinium Satyris*) *ſcribebatur* fatuis, *id eſt, ſtultis : alterum, quo legebatur* ficariis, *à fica, quod genus eſt gladii, pro* ficariis, *à ficu arbore, Faunis, credo, ut aliàs Mercurio, amata.*

℣. 42. Crudeles ſunt & immiſericordes. *Cave ſcribas contrarium* miſericordes.

Cap. LI. ℣. 6. Quoniam tempus ultionis eſt à Domino. *Nomini* ultionis *non addas pronomen* ejus.

℣. 15. Præparavit orbem in ſapientia ſua. *Non præponas his verbis & conjunctionem.*

℣. 27. Clangite buccina in gentibus. *Pro* gentibus, *quod eſt, nationibus, nequaquam ſcribendum eſt* montibus.

℣. 52. Et viſitabo ſuper ſculptilia ejus. *Pronomen* ejus *non eſt commutandum cum nomine* Babylonis.

℣. 58. Murus Babylonis ille latiſſimus. *Non eſt* latiſſimus, *quod eſt ſpatioſiſſimus, tranſpoſitis primis duabus litteris, commutandum cum* altiſſimus, *quod eſt, excelſiſſimus.*

Cap. LII. ℣. 20. Et vitulos duodecim æreos. *Non eſt omittenda conjunctio &c.*

℣. 22. Et capitella ſuper utramque ærea. *Non facilè mutandus eſt accuſativus* utramque *in ablativum* utraque.

Ibidem. Similiter columnæ ſecundæ & malogranata. *Hæc verba Romani Correctores poſt alios addiderunt, quæ à multis libris omittuntur, de quibus legere licet Notationes noſtras.*

Variæ Lectiones Vulgatæ, rurſum ab eodem Francisco Luca obſervatæ.

JEREMIAS.

Cap. V. ℣. 13. Prophetæ fuerunt in ventum locuti. *Quædam Mſſ. omittunt participium* locuti, *conſentaneè Hebræo & Græco.*

Cap. XXII. ℣. 10. Neque lugeatis ſuper eum fletu : Plangite. *Videtur potiùs ita interpungendum, ut vox* fletu, *conjungatur cum* plangite.

Cap. XXXIII. ℣. 16. Et hoc eſt nomen quod vocabunt eum. *Non pauca Mſſ. legunt :* Et hoc eſt quod vocabit eam, *omiſſa voce* nomen, *dato verbo ſingulari* vocabit, & *pronomine feminino* eam, *ſimiliter Hebræo : lege Notationes, ſi placet.*

Digitized by Google



THRENI,

ID EST,

LAMENTATIONES

JEREMIÆ

PROPHETÆ.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

* Et factum est, postquam in captivitatem redactus est Israël, & Jerusalem deserta est, sedit Jeremias propheta flens, & planxit lamentatione hac in Jerusalem, & amaro animo suspirans, & ejulans dixit:

CAPUT PRIMUM.

VULGATA NOVA.

ALEPH.

1. QUOMODO sedet sola civitas plena populo : facta est quasi vidua domina gentium : princeps provinciarum facta est sub tributo.

BETH.

2. Plorans ploravit in nocte, & lacrymæ ejus in maxillis ejus : non est qui consoletur eam ex omnibus charis ejus : omnes amici ejus spreverunt eam, & facti sunt ei inimici.

Jer. 13. 17.

VERSIO ANTIQUA.

ALEPH.

1. QUOMODO sedet sola civitas, quæ abundabat populis : facta est ut vidua, quæ multiplicata erat in nationibus : princeps in regionibus facta est in tributo.

Cassiod. in Ps. 78. p. 272. c.

BETH.

2. Plorans ploravit in nocte, & lacrymæ illius in maxillis ejus : non est qui eam consoletur ab omnibus qui diligunt eam : omnes qui amant illam, despexerunt eam.....

Ambr. l. de ob. Val. to. 2. 1175. c.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Similiter in Græco, detractis tamen vocibus nonnullis, nempe *propheta*, post *Jeremias*, & his sub fin. *amaro animo suspirans*, & *ejulans* : desunt pariter in Mss. duobus Lat. Sangerm. n. 9. & 12. sed in al. v. g. Sangerm. & Corb. 2. leguntur ut supra. Hæc autem præfatiuncula non reperitur in Hebræo, nec habetur in vetustioribus Mss. Versionis Hieronymianæ, maximè Regio, & Colbertino Anicienſi optimæ notæ : in Corb. autem n. 2. scripto tempore Caroli magni singulæ ejusdem præfat. lineæ obelis jugulantur, quæ manifestò indicant ascititium quoddam esse, quod è LXX. Interpretum versione irrepsit in hosce codices, & in Vulgata nostra servatum est de Lat. veteri.

℣. 1. Græcè, Πῶς ἐκάθισε, *Quomodo sedis ?* reliqua quadrant, nisi quòd habetur in fine, εἰς φόρον, *in tributum.* Similiter apud Hieron. in Isai. 52. col. 380. a. *Quomodo sedet sola civitas, quæ erat plena populis : facta est quasi vidua, quæ erat multiplicata in gentibus.* Gr. hic & sup. πεπληθυμμένη.

℣. 2. Sic iterum legit Ambr. l. 2. de pœnit. to. 2. 427. a. hoc excepto, *nec est qui consoletur eam.* Ita quoque in Græco.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

GHIMEL.

3. Migravit Judas propter afflictionem, & multitudinem servitutis : habitavit inter gentes, nec invenit requiem : omnes persecutores ejus apprehenderunt eam inter angustias.

VERSIO ANTIQUA.

DALETH.

Ambr. de ob. Val. to. 2. 1176. c. 4. Viæ Sion lugent..... sacerdotes ejus ingemiscunt : virgines ejus abductæ, & ipsa indignatur intra se.

VULGATA NOVA.

DALETH.

4. Viæ Sion lugent, eò quòd non sint qui veniant ad solemnitatem : omnes portæ ejus destructæ : sacerdotes ejus gementes : virgines ejus squalidæ, & ipsa oppressa amaritudine.

VULGATA NOVA.

HE.

5. Facti sunt hostes ejus in capite, inimici ejus locupletati sunt : quia Dominus locutus est super eam propter multitudinem iniquitatum ejus : parvuli ejus ducti sunt in captivitatem ante faciem tribulantis.

VAU.

6. Et egressus est à filia Sion omnis decor ejus : facti sunt principes ejus velut arietes non invenientes pascua : & abierunt absque fortitudine ante faciem subsequentis.

VULGATA NOVA.

ZAIN.

7. Recordata est Jerusalem dierum afflictionis suæ, & prævaricationis omnium desiderabilium suorum, quæ habuerat à diebus antiquis, cùm caderet populus ejus in manu hostili, & non esset auxiliator : viderunt eam hostes, & derisérunt sabbata ejus.

HETH.

8. Peccatum peccavit Jerusalem, propterea instabilis facta est : omnes, qui glorificabant eam, spreverunt illam, quia viderunt ignominiam ejus : ipsa autem gemens conversa est retrorsùm.

VERSIO ANTIQUA.

TETH.

Ambros. in Psal. 118. *i.* 1080. *c.* 9. Immunditia ejus ante pedes ejus, non fuit memor novissimorum suorum : & cecidit invalidè, non est qui consoletur eam : vide Domine humilitatem ejus, quia magnificatus est inimicus.

VULGATA NOVA.

TETH.

9. Sordes ejus in pedibus ejus, nec recordata est finis sui : deposita est vehementer, non habens consolatorem : vide Domine afflictionem meam, quoniam erectus est inimicus.

IOD.

Ibid. 1086. *d.* 10. Manus suas extendit, qui tribulatur in omnia desideria ejus : vidit enim gentes introeuntes in sanctificationem suam, quibus mandasti ne introirent in ecclesiam ejus.

IOD.

10. Manum suam misit hostis ad omnia desiderabilia ejus : quia vidit gentes ingressas sanctuarium suum, de quibus præceperas ne intrarent in ecclesiam tuam.

CAPH.

Ibid. 1103. *c.* 11. Omnis populus ejus ingemiscentes, quærentes panem : dederunt desideria sua in escam, ut reficiant animam : vide Domine & aspice, quia facta est sine honore.

CAPH.

11. Omnis populus ejus gemens, & quærens panem : dederunt pretiosa quæque pro cibo ad refocillandam animam : vide Domine & considera, quoniam facta sum vilis.

VULGATA NOVA.

LAMED.

12. O vos omnes, qui transitis per viam, attendite, & videte si est dolor sicut dolor meus : quoniam vindemiavit me ut locutus est Dominus in die iræ furoris sui.

VERSIO ANTIQUA.

MEM.

Ambros. in Psal. 118. 1130. *c.* 13. Ex alto suo misit ignem in ossibus meis.....

VULGATA NOVA.

MEM.

13. De excelso misit ignem in ossibus meis, & erudivit me : expandit rete pedibus meis, convertit me retrorsùm : posuit me desolatam, tota die mœrore confectam.

VULGATA NOVA.

NUN.

14. Vigilavit jugum iniquitatum mearum : in manu ejus convolutæ sunt, & impositæ collo meo : infirmata est virtus mea : dedit me Dominus in manu, de qua non potero surgere.

VERSIO ANTIQUA.

SAMECH.

Ibid. 1158. *c.* 15. Abstulit omnes fortes meos Dominus de medio mei : vocavit in me tempus, ut contereret in me electos meos : lacum calcavit Dominus virgini filiæ Judæ.

VULGATA NOVA.

SAMECH.

15. Abstulit omnes magnificos meos Dominus de medio mei : vocavit adversùm me tempus, ut contereret electos meos : torcular calcavit Dominus virgini filiæ Juda.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Eadem leguntur Græcè, hoc ult. excepto, πιεζομένη ἐν ἑαυτῇ, *oppressa amaritudine in se*, pro *indignatur intra se.*

℣. 9. Græc. pro *cecidit invalidè*, hab. καθεῖλεν ὑπέρογκα, Nobil. *fecit se descendere immensè* ; item loco *humilitatem ejus*, ταπείνωσίν μου, *humiliationem meam* ; cæt. similia.

℣. 10. Græc. Χεῖρα αὐτῦ ἐξεπέτασε θλίβων ἐπὶ πάντα τὰ ἐπιθυμήματα αὐτῆς· εἶδε γὰρ ἔθνη εἰσελθόντα εἰς τὸ ἁγίασμα αὐτῆς, ἃ ἐνετείλω μὴ εἰσελθεῖν αὐτὰ εἰς ἐκκλησίαν σου. *Manum suam extendit tribulans ad omnia desiderabilia ejus : vidit enim gentes ingressas in sanctuarium ejus, quas præcepit non intrare eas in ecclesiam tuam.*

℣. 11. Rursus Ambr. de ob. Val. col. 1175. c. *Omnis populus ejus ingemiscentes.* Ita quoque Græc. habet, cum reliquis, nisi quòd loco *ut reficiant*, ponit τῦ ἐπιστρέψαι, *ad revocandam* ; & pro *aspice*, ἐπίβλεψον, *respice*, *considera.*

℣. 13. Concordat Græc. ad verbum.

℣. 15. Hæc tota conveniunt cum Græco, detracto uno *in me*, post hoc, *ut contereret*, pro quo ult. τῦ συντρίψαι, Nobil. *conterendi.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

AIN.

Jer. 14. 17. 16. Idcirco ego plorans, & oculus meus deducens aquas: quia longè factus est à me consolator, convertens animam meam: facti sunt filii mei perditi, quoniam invaluit inimicus.

PHE.

17. Expandit Sion manus suas, non est qui consoletur eam: mandavit Dominus adversùm Jacob in circuitu ejus hostes ejus: facta est Jerusalem quasi polluta menstruis inter eos.

SADE.

18. Justus est Dominus, quia os ejus ad iracundiam provocavi: audite obsecro universi populi, & videte dolorem meum: virgines meæ, & juvenes mei abierunt in captivitatem.

VERSIO ANTIQUA.

AIN.

16. In his ego fleo, oculi mei caligaverunt à fletu: quia elongavit à me qui me consolabatur..... *Ambr. l. 2. de pœnit. to. 2. 427. a.*

PHE.

17. Expandit Sion manus suas, non est qui consoletur eam..... *Idem in Ps. 118. col. 1184. d.*

TSADE.

18. Justus est Dominus, quia os ejus irritavit: audite omnes populi, & videte dolorem meum: virgines meæ, & juvenes mei abierunt in captivitatem. *Ibid. 1196. c. Idem de ob. Val. col. 1175. a.*

VULGATA NOVA.

COPH.

19. Vocavi amicos meos, & ipsi deceperunt me: sacerdotes mei, & senes mei in urbe consumpti sunt: quia quæsierunt cibum sibi ut refocillarent animam suam.

VULGATA NOVA.

RES.

20. Vide Domine quoniam tribulor, conturbatus est venter meus: subversum est cor meum in memetipsa, quoniam amaritudine plena sum: foris interficit gladius, & domi mors similis est.

VERSIO ANTIQUA.

RES.

20. Vide Domine quia tribulor, venter meus turbatus est à fletu meo: conversum est cor meum in me..... à foris sine filiis fecit, & ab intus mors. *Ambr. l. 2. de pœnit. col. 427. b. Idem in Ps. 118. col. 1196. c.*

VULGATA NOVA.

SIN.

21. Audierunt quia ingemisco ego, & non est qui consoletur me: omnes inimici mei audierunt malum meum, lætati sunt, quoniam tu fecisti: adduxisti diem consolationis, & fient similes mei.

THAU.

22. Ingrediatur omne malum eorum coram te: & vindemia eos, sicut vindemiasti me propter omnes iniquitates meas: multi enim gemitus mei, & cor meum mœrens.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 16. Sic est in Græco, præter seqq. ὁ ὀφθαλμός μου κατήγαγεν ὕδωρ, *oculus meus deduxit aquam*, loco *oculi mei caligaverunt à fletu*; ultimòque, ὁ παρακαλῶν με, *qui consoletur me*; sed Ambros. in Ps. 118. col. 1172. a. constanter hab. *In hoc ego fleo, oculi mei caligaverunt*, &c. ut supra: similiter de ob. Val. to. 2. 1174. c. 1175. a.

℣. 17. Græc. singulariter hab. χεῖρα αὐτῆς, *manum suam*; Mss. verò Alex. τὰς χεῖρας; ed. Compl. χεῖρες; cæt. ut supra.

℣. 18. Concinit Græc. nisi quòd hab. παρωξύρατο, *irritavi*; additque λαὸς, ad seq. *audite*. Idem Ambr. l. de lapsf. virg. col. 306. a. legit: *audite me omnes populi*, &c.

℣. 20. Græc. delet τὸ ἀ *fletu meo*; subditque: ἡ καρδία μου ἐτράφη ἐν ἐμοὶ, ὅτι παρακεκλικυῖα παρεκλιμάθην· ἔξωθεν ἀτέκνωσέ με μάχαιρα, ὡσεὶ θάνατος ἐν οἴκῳ· i. e. *& cor meum versum est in me, quia exacerbans exacerbata sum: foris orbavit me filiis gladius, sicut mors in domo*: priora verò ut in Lat. sup.

CAPUT II.

VULGATA NOVA.

ALEPH.

1. QUomodo obtexit caligine in furore suo Dominus filiam Sion: projecit de cœlo in terram inclytam Israël, & non est recordatus scabelli pedum suorum in die furoris sui.

BETH.

2. Præcipitavit Dominus, nec pepercit, omnia speciosa Jacob: destruxit in furore suo munitiones virginis Juda, & dejecit in terram: polluit regnum, & principes ejus.

GHIMEL.

3. Confregit in ira furoris sui omne cornu Israël; avertit retrorsùm dexteram suam à facie inimici: & succendit in Jacob quasi ignem flammæ devorantis in gyro.

DALETH.

4. Tetendit arcum suum quasi inimicus, firmavit dexteram suam quasi hostis: & occidit omne quod pulchrum erat visu in tabernaculo filiæ Sion, effudit quasi ignem indignationem suam.

HE.

5. Factus est Dominus velut inimicus: præcipitavit Israël, præcipitavit omnia mœnia ejus: dissipavit munitiones ejus, & replevit in filia Juda humiliatum & humiliatam.

VAU.

6. Et dissipavit quasi hortum tentorium suum, demolitus est tabernaculum suum: oblivioni tradidit Dominus in Sion festivitatem, & sabbatum; & in opprobrium, & in indignationem furoris sui, regem, & sacerdotem.

ZAIN.

7. Repulit Dominus altare suum, maledixit sanctificationi suæ: tradidit in manu inimici muros turrium ejus: vocem dederunt in domo Domini, sicut in die solemni.

HETH.

8. Cogitavit Dominus dissipare murum filiæ Sion: tetendit funiculum suum, & non avertit manum suam à perditione: luxitque antemurale, & murus pariter dissipatus est.

TETH.

9. Defixæ sunt in terra portæ ejus: perdidit, & contrivit vectes ejus; regem ejus & principes ejus in gentibus: non est lex, & prophetæ ejus non invenerunt visionem à Domino.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

IOD.

Ambr. l. 2. de pœnit. col. 427. b. c. 10. Sederunt in terra, tacuerunt ſeniores filiæ Sion: & impoſuerunt terram ſuper caput ſuum, præcinxerunt ſe cilicio, deduxerunt in terram principes, virgines Jeruſalem,

CAPH.

11. Defecerunt in lacrymis oculi mei, caligaverunt, turbatus eſt venter meus: effuſa eſt in terra gloria mea.....

VULGATA NOVA.

IOD.

10. Sederunt in terra, conticuerunt ſenes filiæ Sion: conſperſerunt cinere capita ſua, accincti ſunt ciliciis, abjecerunt in terram capita ſua virgines Jeruſalem.

CAPH.

11. Defecerunt præ lacrymis oculi mei, conturbata ſunt viſcera mea: effuſum eſt in terra jecur meum ſuper contritione filiæ populi mei, cùm deficeret parvulus & lactens in plateis oppidi.

VULGATA NOVA.

LAMED.

12. Matribus ſuis dixerunt: Ubi eſt triticum & vinum? cùm deficerent quaſi vulnerati in plateis civitatis: cùm exhalarent animas ſuas in ſinu matrum ſuarum.

VERSIO ANTIQUA.

MEM.

Idem de ob. Val. col. 1182. d. 13. Quid teſtabor tibi? aut quid adſimilabo tibi, filia Jeruſalem? quis ſalvam te faciet, & quis conſolabitur te, virgo filia Sion? quia magna facta eſt ſuper te contritio tua: quis ſanabit te?

VULGATA NOVA.

MEM.

13. Cui comparabo te? vel cui aſſimilabo te, filia Jeruſalem? cui exæquabo te, & conſolabor te, virgo filia Sion? magna eſt enim velut mare contritio tua: quis medebitur tui?

VULGATA NOVA.

NUN.

14. Prophetæ tui viderunt tibi falſa, & ſtulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, ut te ad pœnitentiam provocarent: viderunt autem tibi aſſumptiones falſas, & ejectiones.

VERSIO ANTIQUA.

SAMECH.

Idem in Pſ. 118. col. 1158. e. 1160. 15. Tenuerunt ſuper te manus omnes tranſeuntes per viam: ſibilaverunt, & moverunt caput ſuum ſuper filiam Jeruſalem: Hæc eſt civitas, dicentes, corona gloriæ, & jucunditas univerſæ terræ?

VULGATA NOVA.

SAMECH.

15. Plauſerunt ſuper te manibus omnes tranſeuntes per viam: ſibilaverunt, & moverunt caput ſuum ſuper filiam Jeruſalem: Hæccine eſt urbs, dicentes, perfecti decoris, gaudium univerſæ terræ?

AIN.

Ibid. 1184. f. 16. Aperuerunt in te os ſuum omnes inimici tui: ſibilaverunt, fremuerunt dentibus, & dixerunt: Deglutivimus eam: tamen hæc eſt dies, quam ſperabamus: invenimus eam, vidimus eam.

PHE.

Ibid. 1172. b. 17. Dominus quæ cogitavit, conſummavit; verbum ſuum, quod mandavit à diebus antiquis: deſtruxit, & non pepercit, & lætificavit ſuper te inimicum, & exaltavit cornu tribulantis te.

PHE.

16. Aperuerunt ſuper te os ſuum omnes inimici tui: ſibilaverunt, & fremuerunt dentibus, & dixerunt: Devorabimus: en iſta eſt dies, quam exſpectabamus: invenimus, vidimus.

AIN.

17. Fecit Dominus quæ cogitavit, complevit ſermonem ſuum, quem præceperat à diebus antiquis: deſtruxit, & non pepercit, & lætificavit ſuper te inimicum, & exaltavit cornu hoſtium tuorum. *Levit. 26. 14. Deuter. 28. 15.*

TSADE.

Ibid. 1193. f. 18. Exclamavit cor eorum ad Dominum: Muri filiæ Sion deducant torrentes, fluant lacrymas, die ac nocte: noli dare tibi requiem, non ſileat pupilla oculi tui.

SADE.

18. Clamavit cor eorum ad Dominum ſuper muros filiæ Sion: Deduc quaſi torrentem lacrymas, per diem & noctem: non des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui. *Jer. 14. 17. Sup. 1. 16.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 10. Itidem Græcè, niſi quòd tollitur ℣, ante *impoſuerunt*; & pro *cilicio*, hab. Ϛάκκυς, *ciliciis*; extremòque, ἐν Ἰερυσαλήμ, *in Jeruſ.*

℣. 11. A Græco abeſt verbum *caligaverunt*; loco verò *venter*, eſt ἡ καρδία, *cor*; cæt. ut in Lat. ſupra. Idem Ambroſ. l. de lapſ. virg. to. 2. 319. b. legit: *Defecerunt in lacrymas oculi mei: effuſa eſt in terram gloria mea*: & in Pſ. 118. col. 1193. e. *Defecerunt in lacrymas oculi mei, conturbatum eſt cor meum*; ſed Mſs. 10. ferunt ibid. *oculi mei, caligaverunt*, &c.

℣. 13. Græc. tollit *te*, poſt *ſalvam*, ſicut *quis*, ante *conſolabitur*; loco verò *quia magna facta eſt..... contritio tua*, hab. ὅτι ἐμεγαλύνθη ποτήριον Ϛυντελῶς Ϛυ, *quia magnificatum eſt poculum contritionis tuæ*; cæt. quadrant. Idem Ambroſ. l. de lapſ. virg. to. 2. 317. a. legit: *quis conſoletur te, virgo filia Sion? quia magna facta eſt ſicut mare contritio tua.*

℣. 15. Græc. hab. ἐκρότησαν, *plauſerunt*, pro *tenuerunt*; & inf. ἐρῦσι, *dicent*, pro *dicentes*; item loco *gloriæ*, ℣ *jucunditas*, ſimpliciter, εὐφροσύνης, *lætitiæ*; Mſ. verò Alex. cum edd. Ald. & Compl. σίφαρος ὅλξης εὐφροσύνης· cæt. ut in textu Lat. Idem Ambroſ. in Pſ. 61. col. 962. a. conſtanter legit: *Tenuerunt ſuper te manus*, &c. perinde ac ſi in Gr. fuiſſet ἐκράτησαν, non ἐκρότησαν. Ap. Caſſiod in Pſ. 78. p. 272. b. *Hæc eſt civitas, qua dicebatur corona gloriæ, jocunditas univerſæ terræ.*

℣. 16. Totidem verba Græc. habet, niſi quòd præponit ἠ, verbo *fremuerunt*, tollitque *eam*, poſt ult. *vidimus*; ſup. verò προσδοκῶμεν, loco *ſperabamus*, ad litt. *exſpectabamus.*

℣. 17. Gr. in principio habet: Ἐποίησε Κύριος ἃ ἐνεθυμήθη, *Fecit Dominus quæ cogitavit*; deinde, Ϛυνετέλεσε, &c. ut ſupra, præter relat. plur. ἅ, *quæ*, pro *quod*, abſque ℣, poſt *inimicum*. In ed. tamen Ald. ὁ ἐνετείλατο, ut ſup.

℣. 18. Græc. Ἐβόησε καρδία αὐτῶν πρὸς Κύριον. Τεῖχη Σιὼν καλαγάγετε ὡς χειμάρρους ὄλκρυα, ἡμέρας ἢ νυκτὸς· μὴ ὄλῳς ἔστω σιγὴ Ϛαυτῇ, μὴ Ϛιωπησάτω θυγάτηρ ὀφθαλμῶν Ϛυ· i. e. *Clamavit cor eorum ad Dominum: Muri Sion deducite quaſi torrentes lacrymas, die ac nocte: non des requiem tibi, non taceat filia oculorum tuorum.* In ed. verò Compl ſic: Τεῖχη θυγατρὸς Σιὼν καλαγαγέτω, Mſ. Alex. καλαγαγέτωσαν ὡς, &c. ſubinde in Compl. μὴ Ϛιωπησάτω κόρη ὀφθαλμοῦ Ϛυ, ut in textu; itidem in Ald. κόρη, *pupilla*; item *puella pulchra mulier*, Th. κορέω.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

COPH.

19. Consurge, lauda in nocte, in principio vigiliarum : effunde sicut aquam cor tuum ante conspectum Domini : leva ad eum manus tuas pro anima parvulorum tuorum, qui defecerunt in fame in capite omnium compitorum.

RES.

20. Vide Domine, & considera quem vindemiaveris ita : ergone comedent mulieres fructum suum, parvulos ad mensuram palmæ? si occiditur in sanctuario Domini sacerdos, & propheta?

VERSIO ANTIQUA.

COPH.

19. Surge, & expergiscere in nocte, in principio vigiliæ tuæ : effunde sicut aquam cor tuum ante faciem Domini : extolle ad Dominum manus tuas pro animabus parvulorum tuorum, qui deficiunt fame in plateis omnium itinerum. *Ambros. in Psal. 118. col. 1209. f.*

RECHS.

20. Vide Domine, & considera, quia vindemiasti nos..... sacerdos & propheta de sanctuario tuo defecerunt. *Cassiod. in Psal. 79. p. 276. a.*

VULGATA NOVA.

SIN.

21. Jacuerunt in terra foris puer & senex : virgines meæ, & juvenes mei ceciderunt in gladio : interfecisti in die furoris tui : percussisti, nec misertus es.

THAU.

22. Vocasti quasi ad diem solemnem, qui terrerent me de circuitu, & non fuit in die furoris Domini qui effugeret, & relinqueretur : quos educavi, & enutrivi, inimicus meus consumpsit eos.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 19. Græc initio habet : Ἀνάστα, ἀγαλλίασαι ἐν νυκτὶ, εἰς ἀρχὰς φυλακῆς σου· paulòque post : ἔσον πρὸς αὐτὸν χεῖράς σου περὶ ψυχῆς νηπίων σου τῶν ἐκλυομένων λιμῷ ἐπ' ἀρχῆς πασῶν ἐξόδων· i. e. *Surge, exsulta in nocte, in principiis custodiæ tuæ..... leva ad eum manus tuas pro anima parvulorum tuorum, qui dissolvuntur fame in principio omnium exituum*, Nobil. *compitorum*; edd. Ald. & Compl. loco ἀγαλλίασαι, ponunt ἀδολεσχῆσαι. Ambros. l. de lapsi. virg. col. 317. a. rursus habet : *effunde sicut aquam cor tuum ante faciem Domini*; nec aliter in Græco.

℣. 20. Græc. Ἰδὲ Κύριε, ὃ ἐποίησεν τινι ἐπεφύλισας οὕτως..... ἀποκτενεῖς ἐν ἁγιάσματι Κυρίε ἱερέα καὶ προφήτην. *Vide Domine, & considera quem vindemiaveris ita..... occides in sanctuario Domini sacerdotem & prophetam.*

CAPUT III.

VULGATA NOVA.

ALEPH.

1. EGo vir videns paupertatem meam in virga indignationis ejus.

ALEPH.

2. Me minavit, & adduxit in tenebras, & non in lucem.

ALEPH.

3. Tantùm in me vertit, & convertit manum suam tota die.

BETH.

4. Vetustam fecit pellem meam, & carnem meam, contrivit ossa mea.

BETH.

5. Ædificavit in gyro meo, & circumdedit me felle, & labore.

BETH.

6. In tenebrosis collocavit me, quasi mortuos sempiternos.

GHIMEL.

7. Circumædificavit adversùm me, ut non egrediar : aggravavit compedem meum.

GHIMEL.

8. Sed & cùm clamavero, & rogavero, exclusit orationem meam.

GHIMEL.

9. Conclusit vias meas lapidibus quadris, semitas meas subvertit.

VULGATA NOVA.

DALETH.

10. Ursus insidians factus est mihi, leo in absconditis.

VERSIO ANTIQUA.

DALETH.

10. Ursa insidians..... *Ambr. l. 6. Hexa. col. 119. d.*

VULGATA NOVA.

DALETH.

11. Semitas meas subvertit, & confregit me : posuit me desolatam.

DALETH.

12. Tetendit arcum suum, & posuit me quasi signum ad sagittam.

HE.

13. Misit in renibus meis filias pharetræ suæ.

VULGATA NOVA.

HE.

14. Factus sum in derisum omni populo meo, canticum eorum tota die.

VERSIO ANTIQUA.

HE.

14..... derisui, & contemptui his, qui in circuitu nostro..... *Cassiod. in Psal. 78. p. 272. b.*

VULGATA NOVA.

HE.

15. Replevit me amaritudinibus, inebriavit me absynthio.

VAU.

16. Et fregit ad numerum dentes meos, cibavit me cinere.

VAU.

17. Et repulsa est à pace anima mea, oblitus sum bonorum.

VAU.

18. Et dixi : Periit finis meus, & spes mea à Domino.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 10. Græc. Ἄρκτος ἐπεδρεύσα αὐτός μοι λέων ἐν κρυφαίοις· *Ursa insidians, ipse mihi leo in absconditis.*

℣. 14. Græc. Ἐγενήθην γέλως παντὶ λαῷ μου, ψαλμὸς αὐτῶν ὅλην τὴν ἡμέραν. *Factus sum risus omni populo meo, psalmus eorum tota die.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

ZAIN.

19. Recordare paupertatis, & transgressionis meæ, absynthii, & fellis.

ZAIN.

20. Memoria memor ero, & tabescet in me anima mea.

ZAIN.

21. Hæc recolens in corde meo, ideo sperabo.

VERSIO ANTIQUA.

HETH.

Ambros. in Psal. 118. col. 1260. c. 22. Misericordia Domini est, quòd non defecimus: quia non sunt consummatæ miserationes ejus.

23. Renovabit illas sicut lux matutina: multi sunt gemitus mei, & cor meum defecit.

24. Sors mea Dominus, dixi: ideo sustinebo eum.

TETH.

Ibid. 1079. f. 25. Bonus est Dominus sustinentibus eum, animæ quæ quærit eum.

26. Bonum est sustinere & sperare in salutare Dei.

27. Bonum est viro, cùm portaverit jugum grave à juventute sua.

IOD.

Ambr. de ob. Val. col. 1176. e. 28. Sedebit singulariter, & silebit: quia tulit jugum grave.

Idem in Ps. 118. col. 1086. f. 1088. a. 29. Dabit in sepultura os suum, si tamen est spes patientiæ.

30. Dabit percutienti maxillam suam, & satiabitur in opprobriis.

CAPH.

Ibid. 1103. b. c. 31. Quia non repellet in æternum Dominus.

VULGATA NOVA.

HETH.

22. Misericordiæ Domini quia non sumus consumpti: quia non defecerunt miserationes ejus.

HETH.

23. Novi diluculo, multa est fides tua.

HETH.

24. Pars mea Dominus, dixit anima mea: propterea exspectabo eum.

TETH.

25. Bonus est Dominus sperantibus in eum, animæ quærenti illum.

TETH.

26. Bonum est præstolari cum silentio salutare Dei.

TETH.

27. Bonum est viro, cùm portaverit jugum ab adolescentia sua.

IOD.

28. Sedebit solitarius, & tacebit: quia levavit super se.

IOD.

29. Ponet in pulvere os suum, si fortè sit spes.

IOD.

30. Dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobriis.

CAPH.

31. Quia non repellet in sempiternum Dominus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 22. Idem Ambros. l. de ob. Valent. to. 2. 1176. e. *Misericordiæ Domini quòd non defecimus*, &c. ut supra. Græcè, Τὰ ἐλέη Κυρίου ὅτι οὐκ ἐξέλιπέ με, *Misericordia Domini quia non dereliquit me*; Nobil. *quia non ficit deficere me*; deinde ut sup. ὅτι οὐ συνετελέσθησαν οἱ οἰκτιρμοὶ αὐτοῦ· sequuntur verò ista: Μῦνας εἰς τὰς πρωΐας ἐλέησον Κύριε, ὅτι οὐ συνετελέσθημεν, ὅτι οὐ συνετελέσθησαν οἱ οἰκτιρμοὶ αὐτοῦ· i. e. *quia non sunt consumpta miserationes ejus. Mensis in matutinis miserere Domine, quia consumpti non sumus, quia non sunt consumptæ miserationes ejus.* Verùm tota ista desunt apud Theodoret. sicut ap. Ambros. teste Nobilio, quem vide.

℣. 23. Eadem rursum habet Ambr. de ob. Val. col. 1176. e. Græcè verò ita: Καιναὶ εἰς τὰς πρωΐας, πολλὴ ἡ πίστις σου. *Novæ in matutinis, multa est fides tua.*

℣. 24. Græc. Μερὶς μου Κύριος, εἶπεν ἡ ψυχή μου· διὰτοῦτο ὑπομενῶ αὐτόν. *Pars mea Dominus, dixit anima mea*, &c. sed Ambr. de ob Val. to. 2. 1176. e. constanter legit ut sup. in textu.

℣. 25. Sic iterum legit Ambr. l. 6. Hexa. col. 130. f. & epist 35. col. 928. d. & de ob. Val. to. 2. 1176. e. at in Luc. 18. to. 1. 1488. b. *Bonus Dominus exspectantibus eum.* Græc. Ἀγαθὸς Κύριος τοῖς ὑπομένουσιν αὐτὸν· ψυχὴ, ἣ ζητήσει αὐτὸν, ἀγαθόν. *Bonus Dominus sustinentibus eum; anima, quæ quæret illum, bonum.*

℣. 26. Ambr. de ob. Val. to. 2. 1176. e. *Bonum est sperare in salutare Domini.* Græc. Καὶ ὑπομεῖ, καὶ ἡσυχάσει εἰς τὸ Σωτήριον Κυρίου. *Et sustinebit, & silebit in salutare Domini.* At in Compl. Ἀγαθόν ἐστιν ὑπομένειν, καὶ ἡσυχάζειν εἰς τὸ Σωτήριον Κυρίου, Ald. τοῦ Θεοῦ.

℣. 27. Rursum Ambr. in Ps. 118. col. 982. a. b. *Bonum est viro, cùm tollit jugum in juventute*: & infra 1214. d. *Bonum est viro, qui grave portavit jugum à juventute*: verùm de ob. Val. col. 1176. e. *Bonum est viro, cùm portaverit jugum grave in juventute sua*: similiter de ob. Theod. col. 1213. c. excepto uno, *à juventute*, absque *sua*. Hilar. in Ps. 118. col. 251. e. f. *Bonum est juveni viro, cùm auferet jugum grave in juventute sua.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 984. h. cum Auct. l. de sing. cleric. p. 524. c. *Bonum est viro, cùm portaverit jugum grave in juventute sua.* Ita quoque in Græco, præter unum *grave*, quod deest. Hieron. ep. 18. ad Eustoch. to. 4. p. 2. col. 46. b. ut in Vulgata. S. Eucher. exhort. ad Monach. p. 181. d. *Bonum est homini, cùm portaverit jugum à juventute sua.* Cassiod. in Ps. 118. p. 422. c. *Bonum est viro, qui grave portavit jugum à juventute sua*; ed. Ald. ἐκ νεότητος, *à juventute*; Rom. & al. ἐκ νεότητι.

℣. 28. Sic iterum legit Ambr. de ob. Theod. col. 1213. c. præter hoc, *quia portavit jugum grave*: at in Ps. 118. col. 982. d. 1214. d. *quia tulit jugum verbi*; sed col. 982. a. *quia tulit in se*; quod ult. Græco favet. Hilar. in Ps. 118. col. 251. f. 252. a. cum Eucher. exhort. ad Monach. p. 181. d. *Sedebit singulariter, & tacebit.* Hieron. ep. 18. ad Eustoch. to. 4. p. 2. col. 46. b. *Sedebit solitarius, & tacebit: quoniam sustulit super se jugum.* S. Paulin. ep. 5. p. 24. a. *Bonum est viro sedere singulariter, & tacere.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 984. h. *Sedebit singulariter, & tacebit: quia portavit jugum grave.* Auct. l. de sing. cleric. p. 524. c. *Sedebit singulariter, & silebit: quoniam tulit super se jugum grave.* Cassiod. in Ps. 118. p. 422. c. *Sedebit singulariter, & silebit: quia sustinuit jugum grave.*

℣. 29. Hic versiculus abest à Græco Vatic. nec etiam memoratur ab Hieron. ep. 18. ad Eustoch. to. 4. p. 2. col. 46. b. neque à Chromat. Aquil. in Matth. p. 984. h. sed ap. Theodoretum est: Δώσει ἐν χώματι τὸ στόμα αὐτοῦ, εἴπως ἢ ἐλπίς. *Dabit in pulvere os suum, si fortè sit spes.* In ed. Compl. Θήσει ἐν κονιορτῷ τὸ στόμα αὐτοῦ, &c. *Ponet in pulvere os suum*, &c. Apud Auct. l. de promiss. p. 3. ap. Prosp. p. 179. d. *Dabit in fossura os suum.*

℣. 30. Hieron. epist. 18. ad Eustoch. to. 4. p. 2. col. 46. b. *Et dabit percutienti se maxillam, saturabitur opprobriis.* Ita quoque legit Auct. l. de promiss. p. 3. ap. Prosp. p. 177. e. 197. e. cui favet Græcum, detractâ 1. conjunct. &. Chromat. verò Aquil. in Matth. p. 984. h. hab. *Dabit percutiendam maxillam suam, & satiabitur in opprobrio.*

℣. 31. Ita rursum Ambr. l. 1. de pœnit. col. 396. d. Hieron. verò ep. 18. ad Eustoch. to. 4. p. 2. col. 46. b. ita: *Quia non in sempiternum abjiciet Dominus.* Ita quoque in Gr.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.	
CAPH.		
32. Quia ſi abjecit, & miſerebitur ſecundùm multitudinem miſericordiarum ſuarum.	32. Quia cùm humiliaverit, miſerebitur ſecundùm multitudinem miſericordiæ ſuæ.	*Amlroſ. ubi ſup.*
CAPH.		
33. Non enim humiliavit ex corde ſuo, & abjecit filios hominum,	33. Quia non humiliavit toto corde ſuo, neque repulit filios hominum,	
LAMED.	LAMED.	
34. Ut contereret ſub pedibus ſuis omnes vinctos terræ,	34. Ut humiliaret ſub pedibus omnes vinctos terræ,	*Ibid. 1115. d.*
LAMED.		
35. Ut declinaret judicium viri in conſpectu vultus Altiſſimi.	35. Et declinaret judicium viri contra faciem Altiſſimi.	
LAMED.		
36. Ut perverteret hominem in judicio ſuo, Dominus ignoravit.	36. Ad condemnandum hominem cùm judicatur, Dominus non dixit.	
MEM.		
Amos 3. 6. 37. Quis eſt iſte, qui dixit ut fieret, Domino non jubente?		
MEM.	MEM.	
38. Ex ore Altiſſimi non egredientur nec mala nec bona?	38. De ore Altiſſimi non exibunt mala....	*Ambroſ. ubi ſup.*

VULGATA NOVA.	
MEM.	
39. Quid murmuravit homo vivens, vir pro peccatis ſuis?	
NUN.	
40. Scrutemur vias noſtras, & quæramus, & revertamur ad Dominum.	
NUN.	
41. Levemus corda noſtra cum manibus ad Dominum in cœlos.	
NUN.	
42. Nos iniquè egimus, & ad iracundiam provocavimus: idcirco tu inexorabilis es.	
SAMECH.	
43. Operuiſti in furore, & percuſſiſti nos: occidiſti, nec pepercifti.	

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.	
SAMECH.	SAMECH.	
44. Oppoſuiſti nubem tibi, ne tranſeat oratio.	44. Oppoſuiſti nubem, ne tranſeat oratio noſtra.	*Caſſiod. in Pſal. 101. p. 337. b.*

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.	
SAMECH.	PHE.	
45. Eradicationem, & abjectionem poſuiſti me in medio populorum.	47. Formido, & laqueus facta eſt nobis vaticinatio, & contritio.	
PHE.		
46. Aperuerunt ſuper nos os ſuum omnes inimici.		
VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.	
PHE.	PHE.	
48. Diviſiones aquarum deduxit oculus meus, in contritione filiæ populi mei.	48. Ut flumina aquarum tranſierunt oculi mei, ſuper contritionem plebis meæ.	*Chromat. Aquil. in Matth. p. 978. d.*
AIN.	AIN.	
49. Oculus meus afflictus eſt, nec tacuit, eò quòd non eſſet requies,	49. Oculus meus abſorptus eſt.....	*Ambr. in Pſ. 118. col. 1193. f.*

VULGATA NOVA.	
AIN.	
50. Donec reſpiceret & videret Dominus de cœlis.	
AIN.	
51. Oculus meus deprædatus eſt animam meam in cunctis filiabus urbis meæ.	
SADE.	
52. Venatione ceperunt me quaſi avem inimici mei gratis.	

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.	
SADE.	SADE.	
53. Lapſa eſt in lacum vita mea, & poſuerunt lapidem ſuper me.	53. Mortificaverunt in lacum vitam meam, & poſuerunt lapidem ſuper me.	*Ruffin. in Symb. p. 183. c.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 32. Sic iterum Ambroſ. l. 1. de pœnit. to. 2. 396. d. Græcè ita: Ὅτι ὁ ταπεινώσας, οὐκ ἐξουθένησε καὶ κατὰ τὸ, &c. *Quia qui humiliavit, miſerebitur & ſecundùm*, &c. ut ſup.

℣. 33. Idem Ambroſ. l. 1. de pœnit. to. 2. 396. e. *Qui non humiliavit toto corde ſuo*, &c. ut ſupra. Græc. Οὐκ ἀπεκρίνω ἀπὸ καρδίας αὐτῦ, καὶ ἐταπείνωσεν υἱὸς ἀνδρός. Nobil. *Non reprobavit ex corde ſuo, & humiliavit filios viri.*

℣. 34. Ita in Græco eſt, juncto uno αὐτῦ, *ejus*, voci *pedibus.*

℣. 35. Græc. ipſo initio hab. Τῦ ἐκκλῖναι, &c. ut ſupra.

℣. 36. Itidem Græcè. A Mſs. tamen nonnullis Ambr. hoc ult. abeſt, *Dominus non dixit*; ſed in pluribus ſic legitur: *Dominus nam dixit.*

℣. 38. Concinit Græc. ad verbum, additque in fine, καὶ τὸ ἀγαθόν, & *bonum.*

℣. 44. Græc. Ἐπεσκέπασας νεφέλην σεαυτῷ, ἵνα μὴ διέλθῃ προσευχή, *Oppoſuiſti nubem tibi, propter orationem.*

℣. 48. Gr. Ἀφέσεις ὑδάτων κατάξει ὁ ὀφθαλμός μου, ἐπὶ τὸ σύντριμμα τῆς θυγατρὸς τῦ λαῦ μου. *Emiſſiones aquarum deducet oculus meus, ſuper contritionem filiæ populi mei.*

℣. 49. Conſonat Græcum.

℣. 53. Eadem ſunt in Græco, excepto uno ὡς λίθῳ,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

SADE.

54. Inundaverunt aquæ ſuper caput meum : dixi : Perii.

COPH.

55. Invocavi nomen tuum Domine de lacu noviſſimo.

COPH.

56. Vocem meam audiſti : ne avertas aurem tuam à ſingultu meo, & clamoribus.

COPH.

57. Appropinquaſti in die, quando invocavi te : dixiſti : Ne timeas.

RES.

58. Judicaſti Domine cauſam animæ meæ, redemptor vitæ meæ.

RES.

59. Vidiſti Domine iniquitatem illorum adversùm me : judica judicium meum.

RES.

60. Vidiſti omnem furorem, univerſas cogitationes eorum adversùm me.

VERSIO ANTIQUA.

SIN.

Ambroſ. in Pſal. 118. col. 1239. b.

61. Audiſti opprobrium eorum Domine, omnia conſilia eorum adversùm me ;

62. Labia inſurgentium mihi, & meditationes eorum adversùm me tota die.

63. Seſſionem eorum, & reſurrectionem eorum ; aſpice in oculos eorum.

THAU.

64. Redde illis retributionem Domine ſecundùm opera manuum ipſorum.

VULGATA NOVA.

SIN.

61. Audiſti opprobrium eorum Domine, omnes cogitationes eorum adversùm me ;

SIN.

62. Labia inſurgentium mihi, & meditationes eorum adversùm me tota die.

SIN.

63. Seſſionem eorum, & reſurrectionem eorum vide ; ego ſum pſalmus eorum.

THAU.

64. Reddes eis vicem Domine juxta opera manuum ſuarum.

VULGATA NOVA.

THAU.

65. Dabis eis ſcutum cordis laborem tuum.

THAU.

66. Perſequêris in furore, & conteres eos ſub cœlis Domine.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

in lacu, pro *in lacum*.

℣. 61. Græc. delet vocem *Domine* ; loco verò *conſilia*, hab. διαλογισμὸς, *cogitationes* ; cæt. ut in Lat. ſup.

℣℣. 62. 63. Concinit Græc. ad verbum.

℣. 64. Totidem verba in Græco, præter primum ἀπόδοσις, *retribues*, pro *redde*.

CAPUT IV.

VULGATA NOVA.

ALEPH.

1. QUomodo obſcuratum eſt aurum, mutatus eſt color optimus, diſperſi ſunt lapides ſanctuarii in capite omnium platearum ?

BETH.

2. Filii Sion inclyti, & amicti auro primo : quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea, opus manuum figuli ?

GHIMEL.

3. Sed & lamiæ nudaverunt mammam, lactaverunt catulos ſuos : filia populi mei crudelis, quaſi ſtruthio in deſerto.

VERSIO ANTIQUA.

DALETH.

Hieron. ep. 18. ad Euſtoc. to. 4. p. 2. col. 36. f.

4. Adhæſit lingua lactentis ad faucem ipſius in ſiti : parvuli poſtulaverunt panem, & qui frangeret eis, non erat.

VULGATA NOVA.

DALETH.

4. Adhæſit lingua lactentis ad palatum ejus in ſiti : parvuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis.

VULGATA NOVA.

HE.

5. Qui veſcebantur voluptuosè, interierunt in viis : qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora.

VAU.

6. Et major effecta eſt iniquitas filiæ populi mei peccato Sodomorum, quæ ſubverſa eſt in momento, & non ceperunt in ea manus.

Geneſ. 19. 24.

ZAIN.

7. Candidiores Nazaræi ejus nive, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, ſapphiro pulchriores.

HETH.

8. Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum, & non ſunt cogniti in plateis : adhæſit cutis eorum oſſibus : aruit, & facta eſt quaſi lignum.

VERSIO ANTIQUA.

TETH.

Ambroſ. in Pſal. 118. col. 1080. d.

9. Boni erant vulnerati gladio, quàm vulnerati fame : abierunt compuncti à nativitate agrorum.

VULGATA NOVA.

TETH.

9. Melius fuit occiſis gladio, quàm interfectis fame : quoniam iſti extabuerunt conſumpti à ſterilitate terræ.

VULGATA NOVA.

IOD.

10. Manus mulierum miſericordium coxerunt filios ſuos : facti ſunt cibus earum in contritione filiæ populi mei.

CAPH.

11. Complevit Dominus furorem ſuum, effudit

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Sic eſt in Græco, hoc ult. excepto, ὁ διαχλῶν οὐκ ἦσιν αὐτοῖς, *qui frangat, non eſt eis*.

℣. 9. Græcè ſimiliter, præter unum ἀπὸ γεννημάτων, *à frugibus*, loco *à nativitate*.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

iram indignationis ſuæ : & ſuccendit ignem in Sion, & devoravit fundamenta ejus.

LAMED.

12. Non crediderunt reges terræ, & univerſi habitatores orbis, quoniam ingrederetur hoſtis & inimicus per portas Jeruſalem :

MEM.

13. Propter peccata prophetarum ejus, & iniquitates ſacerdotum ejus, qui effuderunt in medio ejus ſanguinem juſtorum.

NUN.

14. Erraverunt cæci in plateis, polluti ſunt in ſanguine : cùmque non poſſent, tenuerunt lacinias ſuas.

SAMECH.

15. Recedite polluti, clamaverunt eis : recedite, abite, nolite tangere : jurgati quippe ſunt, & commoti dixerunt inter gentes : Non addet ultra ut habitet in eis.

VULGATA NOVA.

PHE.

16. Facies Domini diviſit eos, non addet ut reſpiciat eos : facies ſacerdotum non erubuerunt, neque ſenum miſerti ſunt.

VERSIO ANTIQUA.

PHE.

16..... faciem ſanctorum non receperunt, & nobilibus miſericordiam non dederunt. *Ambroſ. in Pſal. 118. col. 1185. b.*

VULGATA NOVA.

AIN.

17. Cùm adhuc ſubſiſteremus, defecerunt oculi noſtri ad auxilium noſtrum vanum, cùm reſpiceremus attenti ad gentem, quæ ſalvare non poterat.

VERSIO ANTIQUA.

SADE.

18..... appropinquavit enim tempus noſtrum : repleti ſunt dies noſtri, advenit finis noſter. *Ibid. 1210. a.*

VULGATA NOVA.

SADE.

18. Lubricaverunt veſtigia noſtra in itinere platearum noſtrarum, appropinquavit finis noſter : completi ſunt dies noſtri, quia venit finis noſter.

COPH.

19. Velociores fuerunt perſecutores noſtri aquilis cœli : ſuper montes perſecuti ſunt nos, in deſerto inſidiati ſunt nobis.

RES.

20. Spiritus oris noſtri Chriſtus Dominus captus eſt in peccatis noſtris : cui diximus : In umbra tua vivemus in gentibus.

SIN.

21. Gaude, & lætare filia Edom, quæ habitas in terra Hus : ad te quoque perveniet calix, inebriaberis, atque nudaberis.

THAU.

22. Completa eſt iniquitas tua filia Sion, non addet ultra ut tranſmigret te : viſitavit iniquitatem tuam filia Edom, diſcooperuit peccata tua.

COPH.

19. Leves facti ſunt qui perſecuti ſunt nos, ſuper aquilas cœli : in montibus accenſi ſunt, in deſerto inſidiatus eſt nobis.

RES.

20. Spiritus ante faciem noſtram Chriſtus Dominus comprehenſus eſt in interitu noſtro : ſub cujus umbra diximus : Vivemus inter gentes. *Ibid. 1158. c.*

SIN.

21. Gaude, & lætare filia Idumææ, quæ habitas in Geth : & quidem ad te pertranſibit calix, bibes, & inebriaberis adhuc. *Ibid. 1239. c.*

THAU.

22. Defecit iniquitas tua filia Sion, non adjiciet te expellere adhuc : viſitavit iniquitates tuas filia Edom, revelavit ſuper peccata tua. *Ibid. 1247. d.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 16. Græc. *πρόσωπον ἱερέων οὐκ ἔλαβον, πρεσβύτας οὐκ ἠλέησαν· facies ſacerdotum non acceperunt, prophetarum miſerti non ſunt :* at in Mſ. Alex. & Compl. *πρεσβύτας, ſenum*, non *prophetarum*.

℣. 18. Græc. tollit *enim*, poſt *appropinquavit ;* extremò verò hab. *πάρεστιν ὁ καιρὸς ἡμῶν, adeſt tempus noſtrum*, pro *advenit finis noſter ;* al. verò, *τὸ τέλος ἡμῶν·* cæt. ſimilia.

℣. 19. Græc. initio hab. *Κύριοι ἐγένοντο οἱ διώκοντες*, paulòque poſt, *ἐξέστησαν, evolaverunt*, pro *accenſi ſunt*, (Mſ. autem Alex. cum edd. Ald. & Compl. *ἐξέφθησαν* ;) ultimòque, *ἐνήδρευσαν ἡμᾶς, inſidiati ſunt nobis*, num. plurali. Ambroſ. l. de fug. ſæc. c. 9. col. 440. d. rurſum : *Leves facti ſunt ſuper aquilas.*

℣. 20. Similiter habet Ambr. ubi ſup. col. 1210. a. hoc excepto, *in umbra ejus*, loco *ſub cujus umbra diximus :* at in Pſ. 36. col. 793. f. & l. de Iſaac, c. 8. col. 383. a. *in umbra ejus vivemus :* & in Pſ. 118. col. 1223. c. *ſub umbra ejus in gentibus vivemus :* vide etiam ſup. 998. e. & l. de Abr. c. 9. col. 342. f. & in Luc. 9. col. 1420. a. b. & l. de myſt. col. 341. b. & l. de Spir. S. col. 622. e. ubi conſtanter, *Spiritus ante faciem noſtram Chriſtus Dominus.* Iren. l. 3. c. 10. p. 186. e. *Spiritus faciei noſtræ Chriſtus Dominus.* Tertul. l. 3. adv. Marc. p. 671. a. *Spiritus perſona ejus Chriſtus Dominus :* ſimiliter l. cont. Prax. p. 850. c. Hieron. in Eccleſ. to. 2. 751. c. 752. a. *Et ſpiritus vultûs noſtri Chriſtus Dominus, cui diximus : In umbra ejus vivemus in gentibus :* & l. 2. cont. Pelag. to. 4. 526. f. *Spiritus faciei noſtræ Chriſtus Dominus captus eſt pro peccatis noſtris : cui diximus : Sub umbra tua vivemus in gentibus.* Auguſt. l. 18. de civit. Dei, c. 33. to. 7. 515. e. *Spiritus oris noſtri Dominus Chriſtus captus eſt in peccatis noſtris.* Rufin. in Symb. p. 180. b. *Spiritus vultûs noſtri Chriſtus Dominus comprehenſus eſt in corruptionibus noſtris : in quo diximus : Sub umbra ejus vivemus in gentibus.* Caſſiod. in Pſ. 41. p. 142. a. *Spiritus vultûs noſtri Chriſtus Dominus comprehenſus eſt : ſub cujus velamento vivimus inter gentes.* Auct. l. de promiſſ. p. 3. ap. Proſp. p. 178. c. *Ante faciem noſtram Chriſtus Dominus comprehenſus eſt in corruptionem eorum.* Apud Marten. Anecdot. to. 5. p. 11. c. *Spiritus vultûs noſtri Chriſtus Dominus comprehenſus eſt in interitum gentis noſtræ : ſub cujus umbra vivimus inter gentes.* Græc. Πνεῦμα προσώπου ἡμῶν Χριστὸς Κύριος ζυνελήφθη ἐν ταῖς διαφθοραῖς αὐτῶν (Ald. & Compl. ἡμῶν·) ᾧ εἴπαμεν· Ἐν τῇ σκιᾷ αὐτοῦ ζησόμεθα ἐν τοῖς ἔθνεσι.

℣. 21. Græc. loco *in Geth*, hab. *ἐπὶ γῆς, ſuper terram ;* (Compl. verò *ἐπὶ γῆς Οὐζ*, vel *Οὐς·*) mox ita : *καί γε ἐπὶ σὲ διελεύσεται τὸ ποτήριον Κυρίου μεθυσθήσῃ, καὶ ἀποχεῖς· etiam ſuper te tranſibit calix Domini, inebriaberis, & effundes ;* cæt. ut in Lat. ſup. Apud Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1210. b. conſtanter, *bibes, & inebriaberis.*

℣. 22. Similia Græc. habet, præter duo, *τοῦ ἀποικίσαι σε, tranſmigrare te*, loco *te expellere adhuc ;* & *ἀσεβήματα, impietates*, loco *peccata*. In Mſ. Alex. ac ed. Compl. *ἔτι ἀποικίσαι·* in Ald. *ἔτι τοῦ ἀποικίσαι*. Ambr. ubi ſup. 1210. b. ita legit : *viſitabit iniquitates tuas, revelabit ſuper peccata ;* vide etiam col. 1080. c. Græc. conſtanter, *ἐπισκέψατο..... ἀποκάλυψιν.*

Digitized by Google

*ORATIO JEREMIÆ PROPHETÆ.

CAPUT V.

Versio antiqua.

1. MEMENTO Domine quid factum sit nobis: aspice, & vide opprobrium nostrum.

2. Hæreditas nostra conversa est alienis, domus nostræ peregrinis.

3. Orphani facti sumus, velut non habentes patres; matres nostræ sicut viduæ.

4. Aquas nostras in pecunia bibimus: & ligna nostra in commutatione accepimus.

5. In cervices nostras curvati sumus: laboravimus, requiem non accepimus.

6. Ægyptus dedit manus Assyriis in satietate ipsis.

7. Patres nostri peccaverunt, & non sunt: nos autem iniquitates eorum exsolvimus.

8. Servi dominati sunt nobis: & non est qui redimat de manibus eorum.

9. In animabus nostris acquisivimus panem nostrum, à facie gladii & solitudinis.

10. Pellis nostra, ut clibanus livida facta est à facie plagarum famis.

11. Mulieres in Sion humiliatæ sunt, & virgines in civitatibus Juda.

12. Principes in manibus eorum suspensi sunt: & faciem seniorum non glorificaverunt.

13. Potentes molis molebant: & juvenes ligno confixi sunt.

14. Senes ad portas defecerunt, & electi à psalmis suis cessaverunt.

15. Dissolutum est gaudium cordis nostri: conversus est in luctum chorus noster.

16. Cecidit corona capitis nostri: væ nunc nobis, quoniam peccavimus.

Ex Mſ. Regin. Suec. nunc Vatic. edit. à Thomaſio Cardin. ad calcem Pſalt. p. 734. Item ex Breviar. Mozar. ad fer. 5. Dom. 2. Quadrag. nonnullis exceptis inf. notatis.

Vulgata nova.

1. RECORDARE Domine quid acciderit nobis: intuere, & respice opprobrium nostrum.

2. Hæreditas nostra versa est ad alienos, domus nostræ ad extraneos.

3. Pupilli facti sumus absque patre, matres nostræ quasi viduæ.

4. Aquam nostram pecuniâ bibimus: ligna nostra pretio comparavimus.

5. Cervicibus nostris minabamur, lassis non dabatur requies.

6. Ægypto dedimus manum, & Assyriis ut saturaremur pane.

7. Patres nostri peccaverunt, & non sunt: & nos iniquitates eorum portavimus.

8. Servi dominati sunt nostri: non fuit qui redimeret de manu eorum.

9. In animabus nostris afferebamus panem nobis, à facie gladii in deserto.

10. Pellis nostra, quasi clibanus exusta est à facie tempestatum famis.

11. Mulieres in Sion humiliaverunt, & virgines in civitatibus Juda.

12. Principes manu suspensi sunt: facies senum non erubuerunt.

13. Adolescentibus impudicè abusi sunt: & pueri in ligno corruerunt.

14. Senes defecerunt de portis, juvenes de choro psallentium.

15. Defecit gaudium cordis nostri: versus est in luctum chorus noster.

16. Cecidit corona capitis nostri: væ nobis, quia peccavimus.

Notæ ad Versionem antiquam.

* Græc. titulo caret.

℣. 1. Consonat Græc. nisi quòd hab. ὅτι ἐγενήθη.....ἐπίβλεψον, loco *quid factum sit..... aspice.*

℣. 2. Similiter hab. Auct. l. de promiss. c. 33. p. 2. col. 160. d. Sic etiam in Græco ad verbum; sicut in Brev. Moz. præter singul. *domus nostra.*

℣. 3. Græcè, οὐχ ὑπάρχει πατήρ, *non est pater*, loco *velut non habentes patres*; cæt. ut in Lat. supra. In Brev. Moz. *Pupilli facti sumus, velut non habentes patrem..... quasi viduæ.*

℣. 4. Græc. Ὕδωρ ἡμῶν ἐν ἀργυρίῳ ἐπίομεν· ξύλα ἡμῶν ἐν ἀλλάγματι ἦλθεν ἡμῖν, &c. *Aquam nostram in argento bibimus: ligna nostra in commutatione venerunt nobis*, &c. Brev. Moz. *Aquas nostras pecuniâ bibimus: & ligna nostra pretio comparavimus.*

℣. 5. Gr. ἐπὶ τὸν τράχηλον ἡμῶν ἐδιώχθημεν, ἐκοπιάσαμεν, οὐκ ἀνεπαύθημεν· *super collum nostrum: passi sumus persecutionem, laboravimus, non habuimus requiem.* Brev. Moz. *Cervicibus minab. lapsis non dabatur requies.*

℣. 6. Græc. Αἴγυπτος ἔδωκε χεῖρα Ἀσσὺρ εἰς πλησμονὴν αὐτῶν. *Ægyptus dedit manum Assur ad satietatem ipsorum.* Brev. Moz. *Ægypto dedimus manum, & Assyriis ut saturaremur pane.*

℣. 7. Ita Græc. habet, nisi quòd delet conjunct. &, post *peccaverunt*, quam tamen retinent edd. Ald. & Compl. Item pro ult. *exsolvimus*, ita, ὑπέχομεν, *sustinuimus*, absque sup. *autem.*

℣. 8. Sic item Græcè, nisi excipiantur ultima, λυτρούμενος οὐκ ἔστιν ἐκ τῆς χειρὸς αὐτῶν, *qui redimat non est de manu eorum*, loco *& non est qui redimat de*, &c. Brev. Moz. *nec est qui redimat nos de*, &c. ut sup.

℣. 9. Breviar. Moz. initio hab. *In manibus nostris*, &c. sed vitiosè, ni fallor, *manibus*, pro *animabus*: nam Græcè constanter, Ἐν ταῖς ψυχαῖς ἡμῶν; deinde, εἰσαγόμεθα, *afferemus*, pro *acquisivimus*; reliqua ut sup. detractâ tamen conjunct. &, ante ult. *solitudinis.*

℣. 10. Græc. Τὸ δέρμα ἡμῶν, ὡς κλίβανος ἐπυρώθη· συνεσπάσθησαν ἀπὸ προσώπου καλαυρώπων λιμοῦ. *Pellis nostra, quasi clibanus exusta est: convulsæ sunt à facie tempestatum famis*: ab ed. Compl. abest ἐπυρώθη. In Brev. Moz. sic: *Pellis nostra, ut clibanum livida facta est à facie plagarum & fame.*

℣. 11. Græc. Γυναῖκας ἐν Σιὼν ἐταπείνωσαν, παρθένους, &c. *Mulieres in Sion humiliaverunt, virgines*, &c. ut sup.

℣. 12. Græc. extremò hab. πρεσβύτεροι οὐκ ἐδοξάσθησαν, *seniores non sunt glorificati*, loco & *faciem seniorum*, &c. prior. ut supra. Breviar. Moz. *Principes in manibus suis..... & facies senum non glorificaverunt.*

℣. 13. Græc. Ἐκλεκτοὶ κλαυθμὸν ἀνέλαβον· καὶ νεανίσκοι ἐν ξύλῳ ἠσθένησαν· i. e. *Electi ploratum assumpserunt: & juvenes in ligno infirmati sunt.* Brev. Moz. *Electi moles violabant* (f. *molis molebant:*) *& juvenes in ligno confixi sunt.*

℣. 14. Græc. Καὶ πρεσβύται ἀπὸ πύλης κατέπαυσαν, ἐκλεκτοὶ ἐκ ψαλμῶν αὐτῶν κατέπαυσαν. *Et senes à porta cessaverunt, electi à psalmis suis cessaverunt.* Brev. Moz. *Senes ad portam defecerunt, & electi à psalmis cessaverunt.*

℣. 15. Itidem in Brev. Moz. præter unum *versus est*: Græc. ἐστράφη; item initio, κατέλυσε, pro *dissolutum est*; reliqua ut sup.

℣. 16. Sic etiam Græcè.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

17. Propterea mœstum factum est cor nostrum, ideo contenebrati sunt oculi nostri.

18. Propter montem Sion quia disperiit, vulpes ambulaverunt in eo.

19. Tu autem Domine in æternum permanebis, solium tuum in generationem & generationem.

20. Quare in perpetuum oblivisceris nostri? derelinques nos in longitudine dierum?

21. Converte nos Domine ad te, & convertemur: innova dies nostros, sicut à principio.

22. Sed projiciens repulisti nos, iratus es contra nos vehementer.

VERSIO ANTIQUA.

17. Propter hoc factum est in dolore cor nostrum, propter hoc excæcati sunt oculi nostri. *Ex MS. Regin. Succ. & ex Brix. Mozar. ubi sup.*

18. Super montem Sion quia exterminatus est, vulpes transierunt per eum.

19. Tu autem Domine in æternum habitas, sedes tua in sæculum sæculi.

20. Utquid in contemptu oblivisceris nostri? derelinques nos in longitudine dierum?

21. Converte nos Deus ad te, & convertemur: innova dies nostros, sicut antea.

22. Quia repellens repulisti nos à te, & iratus es nobis nimis valde.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 17. Brev. Moz. *Propter hoc factum est in dolore cor nostrum, & obscurati sunt oculi nostri, ne videant.* Græc. Περὶ τύτυ ἐγενήθη ὀδύνη, ἐδυνήθη ἡ καρδία ἡμῶν· περὶ τύτυ ἐσκότασαι οἱ ὀφθαλμοὶ ἡμῶν· *Propterea fuit mœror, mœstum cor nostrum; ideo contenebrati sunt oculi nostri:* nec hab. plura: à Compl. abest ὀδύνη.

℣. 18. Concinit Græc. nisi quòd ultimò hab. ἐν αὐτῇ, *in ea*, vel *per eam.*

℣. 19. Brev. Moz. *Tu autem Dom. in æternum permanes, sedes tua*, &c. ut sup. Græc. καθοικήσεις, *habitabis*, loco *permanes*, vel *habitas*; deinde, ὁ θρόνος σὺ εἰς γενεὰν καὶ γενεάν· *solium tuum in generationem & generationem*; cæt. ut sup.

℣. 20. Brev. Moz. *Et quid in contentione oblivisceris nostri? derelinquis nos in longitudinem dierum?* Gr. Ἵνατί εἰς τίνας ἐπιλήσῃ ἡμῶν; *Utquid in finem oblivisceris nostri?* deinde, καταλείψεις, &c. ut in Moz.

℣. 21. Ita Græcè, nisi quòd habetur Κύριε, *Domine*, loco *Deus*; præponiturque ὅτι, verbo *innova*. Brev. Moz. hab. *Converte nos Deus ad te, & convertamur: renova*, &c. ut sup. Fulg. l. 2. de verit. præd. c. 6. p. 462. *Converte nos ad te, & convertemur: renova dies nostros, sicut antea.* Vigilius Tapsi. l. cont. Varimad. p. 748. e. *Converte nos Deus, & convertemur ad te: renova dies nostros, sicut ab initio.*

℣. 22. Brev. Moz. *Quia repellens repulisti nos, iratus es contra nos nimis valde.* Sic etiam Græcè, præter unum ἕως, *usque*, pro *nimis.*

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore FRANCISCO LUCA Brugensi.

THRENI.

ET factum est, postquam in captivitatem redactus est Israël, &c. *Hanc præfatiunculam, Patres judicarunt non esse omittendam, tametsi à quibusdam libris omittatur.*

CAP. III. ℣. 17. Et repulsa est à pace anima mea. *Non omittas illud* à pace.

℣. 21. Hæc recolens in corde meo, ideo sperabo. *Conjunctionem* ideo *malè quidam dividunt in duas dictiunculas* in Deo.

℣. 23. Novi diluculo. *Pro masculino* novi, *quidam legunt femininum* novæ: *sed spurium est, quod à quibusdam legitur* nova es.

℣. 28. Sedebit solitarius, & tacebit, quia levavit super se. *Non addas alterum* se, *quod multi*: levavit se super se.

CAP. IV. ℣. 14. Cumque non possent, tenuerunt lacinias suas. *Non addas verbo* possent *infinitivum* intrare.

℣. 17. Quæ salvare non poterat. *Neque hic addas pronomen* nos.

Digitized by Google

AD LIBRUM BARUCH
MONITUM.

Hic liber annumerandus illis eſt, quorum antiqua Verſio Latina ſervata fuit in Vulgata noſtra; ſiquidem ipſe in Hebraïco Canone nunquam exſtitit, uti nec Epiſtola Jeremiæ eidem adjuncta. De his nempe duobus opuſculis ita loquitur Hieronymus prologo ad Commentarium in Jerem. ad Euſebium, to. 3. col. 526. 527. Libellum autem Baruch, qui vulgò Editioni LXX. copulatur, nec habetur apud Hebræos; & ψευδεπίγραφον Epiſtolam Jeremiæ nequaquam cenſui differendam: ſed magis Jeremiæ ordinem, librariorum errore confuſum, multaque, quæ deſunt, ex Hebræis fontibus digerere ac complere; ut novum ex veteri, verumque pro corrupto atque falſato Prophetam teneas. *Et præfat. in eund. Jerem. to. 1. 553.* Ordinem viſionum, *inquit*, qui apud Græcos & Latinos omnino confuſus eſt, ad priſtinam fidem correximus. Librum autem Baruch, Notarii ejus, qui apud Hebræos nec legitur, nec habetur, prætermiſimus. *Ex quibus conſtat, patetque omnibus, nec librum Baruch, nec Epiſtolam Jeremiæ ipſi annexam, translata fuiſſe in Latinum ab Hieronymo. Attamen obſervat Martianæus noſter utrumque hunc textum poſt caput LII. Prophetiæ Jeremiæ deſcriptum reperiri in duplici exemplari Canonis Hebraïcæ veritatis: ſed addit vir doctus, annotationem quandam ibidem præmiſſam fuiſſe ab eo, qui temere, & contra mentem Hieronymi, partem hanc Editionis antiquæ ex LXX. in novam, ſeu Hieronymianam, ad Hebræos codices concinnatam, invexit: en illa:* Liber iſte, qui Baruch nomine prænotatur, in Hebræo Canone non habetur, ſed tantùm in Vulgata Editione: ſimiliter & Epiſtola Jeremiæ prophetæ. Ad notitiam autem legentium hìc ſcripta ſunt, quia multa de Chriſto, noviſſimiſque temporibus indicant. *Eadem etiam præfatiuncula hodie legitur in Mſ. Monaſterii S. Theoderici ad Remos n. 1. optimæ notæ, necnon in altero Mſ. Corb. n. 2. annorum circiter* 800. *nempe ad calcem capitis LIIa Jeremiæ, cui etiam ſubjicitur liber Baruch. Obſervat inſuper D. Joh. Martianæus annotationem ſeu præfatiunculam ſupradictam « in Canone Carcaſſonenſi ad modum tituli deſcribi in medio pagina; in Canone autem Sangermanenſi noſtro eadem verba in margine legi, & quidem minutulis litterarum formis, ut & alia ſcholia marginalia critica ejuſdem libri. » Quæ omnia ſatis oſtendunt librum Baruch, quamvis in hoc duplici exemplari Canonis Hebraïcæ veritatis inſertus fuerit, non tamen propriè ad Canonem Hebraïcum pertinuiſſe, nec ab Hieronymo unquam, ut ipſe teſtatur, Latinè fuiſſe redditum. Unde, inquam, neceſſariò ſequitur Verſionem Latinam hujus libri, in Vulgata noſtra adhibitam, aliam eſſe non poſſe, præter illam, quæ olim uſurpabatur in Eccleſia ante Hieronymum.*

Præf. ad edit. Rom. « *Qui namque in ea (Vulg.) libri continentur (ut à majoribus noſtris quaſi per manus traditum nobis eſt) partim ex S. Hieronymi translatione, vel emendatione ſuſcepti ſunt, partim retenti ex antiquiſſima quadam Editione Latina, quam S. Hieronymus Communem & Vulgatam, S. Auguſtinus Italam, S. Gregorius Veterem translationem appellat.* » *Id unum tantum movere poteſt quòd libri Baruch, de quo nunc agitur, alia nobis præſtò ſit Verſio Latina ex variis Mſs. codicibus antiquis, quæ quidem Interpretatio multa in ſe habet admiſta diſparia & diſſimilia illius, quæ retenta fuit in Vulgata noſtra. Fatendum autem eſt Vulgatâ hodiernâ textum Græcum plerumque preſſiùs reddi, quàm Veteri illâ quam proferimus; neutra tamen, ut videbitur infra in Notis, ab antiquorum Patrum teſtimoniis procul abſcedit, nec etiam à Græco. Ut ut eſt, amba proferuntur à nobis, ſolito more: de hac noſtra recèns addita penes doctos erit omne judicium. Vide ſis admonitionem noſtram in lib. I. Machab. quò idem incommodum recurrit, pro quo detrahendo aliquid conjectamus, quod fortaſſe arridere poſſit.*

At verò inter Mſs. codices, qui librum Baruch ſecundùm Verſionem illam antiquiſſimam nobis ſuppeditarunt, unus potiſſimùm notatu dignus eſt, nempe codex Eccleſia Remenſis n. 1. Hic Mſ. annos ſaltem nongintos præfert, quod etiam apertè oſtendit inſcriptio variis ejuſdem marginibus ſubnexa, Hincmarus Archiepiſcopus dedit ſanctæ Mariæ Remenſi Eccleſiæ. *Liber etiam Baruch in hoc Mſ. ponitur ante Jeremiæ Prophetiam & Lamentationes, ſub hoc titulo:* Incipit liber Baruch Notarii Jeremiæ prophetæ: *tum ſequitur ibid.* Et factum eſt in quinto anno, decima menſis, venit Nabuzardan, *&c. quæ reſpondent capiti LII. Jeremiæ à ℣. 12. ad finem prope capitis. Eadem præferunt Mſs. alii quatuor, nempe unus S. Remigii pariter Remenſis, n. 4. A. annorum circiter* 700. *alius S. Theoderici ad Remos, n. 1. Remigiano pene æqualis; tertius & quartus Pariſ. Monaſterii S. Germani à*

Digitized by Google

Pratis, quorum unus annor. circiter 500. *notatur n.* 16. *In his autem ſingulis Mſs. verſus* 12. *prædictus, & alii ſequentes ita conjuncti reperiuntur cum libro Baruch, ut ab ipſis illis initium capiat idem liber; imo & in nonnullis Mſs. ut jam dixi, his omnibus* ℣℣. *præfigitur titulus:* Incipit liber Baruch Notarii Jeremiæ prophetæ. *Eodem quoque modo editi ſunt hi verſiculi omnes, initio libri Baruch ſecundùm antiquam Verſionem, à Joſepho Maria Caro presbytero, Romæ, anno* 1688. *nimirum inter Capitula vetera Scriptura, ex Mſ. codice Orat. B. VII.*

Unum reſtat aut alterum, quod lectorem monitum oportet, ſcilicet in Mſ. codice Corbeienſi, n. 2. *necnon in altero S. Theoderici ad Remos, n.* 1. *eundem librum Baruch Vulgatæ noſtræ planè ſimilem inveniri: quia tamen Mſs. illi duo nonnullis quamvis levibus, diſcrepare videntur ab eadem Vulgata, illas quantulaſcunque varietates accuratè decerptas Notis noſtris inſerendas duximus, ut ſpecimen daretur cæterorum id genus codicum: ſed aliis pluribus conferendis ſuperſedimus, quod & magno oneri fuiſſet, & parvæ, aut mediocris forſan utilitatis. Porro in Mſ. Corb. ſupra laudato, Baruchi libro nonnulli ſparſim apponuntur tituli; videlicet ipſo initio libri, iſte:* De ordine & ſacrificio pro vita Nabugodonoſor. *Item capite III. ante* ℣. 9. De doctrina Eccleſiaſtica initiat: *& infra ante* ℣. 36. *ejuſdem capitis:* Hîc de Chriſto dicit Deus. *Subinde capite IV. ante* ℣. 12. Vox Eccleſiæ in perſecutione: de pœnitentibus, & de martyribus. *Demum in fronte capitis V.* De gloria Eccleſiæ, & reſurrectione Sanctorum. *Varii etiam id genus tituli habentur in Mſ. S. Theoderici. In his autem duobus Mſs. ut & in aliis tribus laudatis ſupra, liber Baruch diverſo modo clauditur; nimirum poſt caput V. Mſs. duo Corb. & S. Theoderici ponunt:* Explicit Prophetia Jeremiæ: *alii verò tres Sangerm. Rem. & Orat. ibidem ſubjiciunt:* Explicit Baruch. *Mſs. etiam Corb. & S. Theod. referunt Epiſtolam Jeremiæ, quæ in Vulgata adnectitur libro Baruch; ſed Mſ. S. Theod. qui in fine capitis V. Baruch, id poſuerat cum Corb.* Explicit Prophetia Jeremiæ; *hîc poſt Epiſtolam Jerem. ſequentem præfert clauſulam:* Explicit liber Baruch Notarii Jeremiæ; *Corb. verò iſtam:* Explicit exemplum Jeremiæ prophetæ. *Verùm tam in hoc Mſ. codice, quàm in aliis nonnullis laudatis ſup.* Threni, *ſeu* Lamentationes Jeremiæ *proximè ſubſequuntur librum Baruch, qua in Vulgatis noſtris Bibliis eundem librum antecedunt: imo in Editione LXX. Græc. Lat. Pariſ. anni* 1628. *Lamentationes mediæ ſunt Baruch inter & Epiſtolam Jeremiæ.*

Ad hanc Epiſtolam quod ſpectat, alia nulla ejuſdem Verſio Latina nobis ſuppetit ex Mſs. codicibus, præter eam quæ habetur hodie in Vulgata. Cùm autem Epiſtola ipſa in Hebræorum Canone nunquam exſtiterit, nec etiam in Latinum verſa fuerit ab Hieronymo, ut notatum eſt ſupra; quin illa ipſa de antiquiſſima Verſione Latina ſervata fuerit integra in Vulgata noſtra, nulli dubium eſſe poteſt. Rem quoque ita ſe habere, ſatis declarant cùm magna ipſi & textui Græco vicinitas, tum multa ejuſdem loca à veteribus Scriptoribus, maximè à Julio Firmico, & Vigilio Tapſenſi prolata, quæ ſæpe ad verbum conveniunt cum Vulgata noſtra. Eandem quoque Epiſtolam contulimus cum Mſs. duobus Corbeienſi & S. Theoderici, de quibus ſupra. Porro cùm Vulgata noſtra contineat librum Baruch ſecundùm Verſionem antiquam è Græco proximè ortam, hunc cum prædicta Epiſtola, majori charactere, ad veterem Interpretationem à nobis vulgò adhibito, edendum duximus, quomodo ſupra impreſſi ſunt libri Sapientiæ & Eccleſiaſtici ex eadem Verſione ſervati. Quia tamen à nobis etiam edenda erat alia Verſio antiquiſſima ejuſdem Prophetiæ è regione Vulgatæ; ut illa magis diſtingueretur à Vulgata, typis Italicis, ut aiunt, uſi ſumus, quibus etiam infra excudentur capita priora XIII. libri I. Machabæorum ex altera veteri Verſione petita.

Digitized by Google

SUMMA CAPITA LIBRI BARUCH,

è Vulgatis Bibliis deprompta.

CAP. I. *JUdæi à Babylone mittunt ad eos qui erant in Jeruſalem librum Baruch, unà cum collectis pecuniis, ut oblatis holocauſtis orent pro ipſis, & pro Nabuchodonoſor, filioque ejus Baltaſſar: confitentur peccata ſua.*

CAP. II. *Judæi in captivitate confitentur propter peccata ſua contigiſſe ſibi mala quæ Deus per prophetas ſuos fuerat comminatus: fuſis ergo precibus petunt miſericordiam, quam per Moyſen fuerat pollicitus ſe reſipiſcentibus daturum.*

CAP. III. *Perſeverant confiteri peccata ſua, & patrum ſuorum, obſecrantes Deum pro miſericordia: Iſraël in captivitatem ductus eſt, eò quòd dereliquerit viam ſapientiæ, quæ non invenitur à potentibus, divitibus, aut gigantibus: ſed populo Iſraël tradita fuerat à Deo, cui omnes ſuæ creaturæ obediunt: additurque de Chriſti adventu in carnem.*

CAP. IV. *Jeruſalem ſuam luget deſolationem, hortaturque filios ſuos ut forti ſint animo: nam ſicut propter ipſorum peccata Deus eos tradidit adverſariis, ita eis liberatis puniet hoſtes ipſorum.*

CAP. V. *Jubetur Jeruſalem luctum exuere, eò quòd filii ejus cum ignominia ducti in captivitatem, cum gloria ſint ad eam reducendi.*

CAP. VI. *Judæos apud Babylonios captivos vaticinatur Jeremias poſt ſeptem generationes liberandos: hortaturque ut ſibi caveant ab illorum idololatria, oſtendens à plurimis effectibus imbecillia eſſe idola, penituſque ſenſu carentia, ac vaniſſima.*

Digitized by Google

PROPHETIA
BARUCH.

VERSIO VETUS.

Ex Mſs. codd. B. M. Rem. n. 1. S. Remig. pariter Rem. n. 4. A. S. Theod. ad Rem. n. 1. uno & alt. S. Germ. n. 16. & ex alio cod. Orat. B. VII. edito à Joſ. M. Caro presbyt. Romæ, 1688.

1. *ET factum eſt in quinto anno, decimâ menſis, venit Nabuzardan princeps coquorum, qui ſtabat ante faciem regis Babyloniæ, in Jeruſalem.*

2. *Et ſuccendit adem Domini, & domum regis, & omnes domos civitatis magnas ſuccendit igne.*

3. *Et murum Jeruſalem in circuitu demolitus eſt exercitus Chaldæorum, cum Nabuzardan principe coquorum.*

4. *Et reſiduum populi reliquit princeps coquorum, vinearum cultores.*

5. *Et omne æs, argentum, & aurum, & omnem ſupellectilem civitatis Jeruſalem, quidquid fuit, tranſtulit princeps coquorum.*

6. *Summum autem ſacerdotem, & ſacerdotem ſecundum, & cuſtodes viæ;*

7. *& ſpadonem unum, qui erat præpoſitus viris bellatoribus; & ſeptem viros nominatos, qui ſunt ad faciem regis, qui inventi ſunt in civitate; & ſcribam virtutum, qui ſcribatum adminiſtrabat populo terræ,*

8. *adduxit Nabuzardan ad regem.*

9. *Et interfecit eos rex Babylonis in Deblatha in terra Emath.*

* Vide Not.

10. *Et factum eſt in trigeſimo octavo anno tranſmigrationis Joachim regis Juda, elevavit caput ejus Evilmerodach rex Babylonis, & eduxit eum de carcere.*

11. *Et mutavit veſtimenta ejus, & poſuit thronum ejus ſuper omnes Judæos, qui erant in Babylonia.*

12. *Et manducabat panem ſemper ante faciem ejus omnibus diebus vitæ ſuæ.*

NOTÆ.

℣. 1. Hic verſus, ut & ſeqq. undecim, ita leguntur initio hujus libri in Mſs. codicibus indicatis ſup. ad marg. In nonnullis etiam is præfigitur titulus: *Incipit liber Baruch Notarii Jeremiæ.* Illi autem ℣℣. omnes reſpondent totidem verſibus cap. LII. Jerem. ſcilicet à ℣. 12. ad finem prope capitis, (pluribus tamen reſectis & mutatis;) rurſumque capiti ultimo libri IV. Regum, à ℣. 8. ad ℣. 30. de his vide quæ poſuimus ſup. in Not. ad cap. LII. Jeremiæ.

℣. 2. Mſ. Orat. extremò hab. *& ſuccendit igni.*

℣. 3. In Mſ. uno legitur *demolivit*, non *demolitus eſt.*

℣. 4. Mſ. S. Theod. initio hab. *Et reliquum populi*, &c.

℣. 5. Codd. nonnulli ſcribunt *omne ſupellectile*, non *ſupellectilem.*

℣. 6. Mſs. tres initio tollunt *autem*: unus Sangerm. extremò leg. *& cuſtodem viæ*, non *cuſtodes.*

℣. 8. Mſs. duo hab. ſimpliciter, *& adduxit eos.*

℣. 9. In Mſs. B. M. Rem. S. Theod. & S. Germ. unò ſcriptum *Reblatha*, non *Deblatha*; at in Gr. Δεβλαθά.

* In Vulg. capite LII. Jerem. ſubſequuntur hîc verſus tres, nempe 28. 29. 30. qui omnes abſunt à Græco edit. Rom. ſicut à Mſs. noſtris codicibus.

℣℣. 10. 11. 12. Hi verſus poſteriores ſimiliter habentur in omnibus codicibus notatis ſupra.

CAPUT PRIMUM.

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET VERSIO ANTIQUA.

1. ET hæc verba libri, quæ ſcripſit Baruch filius Neriæ, filii Maaſiæ, filii Sedeciæ, filii Sedei, filii Helciæ, in Babylonia,

2. in anno quinto, in ſeptimo die menſis, in

ALIA VERSIO VETUS.

1. *ET factum eſt poſt annum quintum, & menſem ſeptimum, quo ceperunt Chaldæi Jeruſalem, & ſuccenderunt eam igne;*

2. *ſcripſit librum Baruch filius Neriæ, filii*

Ex Mſs. codd. S. Germ. n. 16. B. M. Rem. n. 1. necnon Orat. B. VII. edit. à Joſ. M. Caro presb. Romæ, exceptis nonnullis, quibus variant inter ſe, quæ notabuntur inf.

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣℣. 1. 2. Ordo verſuum hîc invertitur in Verſione veteri: ita nempe in Græco eſt, ſicut in Vulg. Καὶ ἔτος οἱ λόγοι τοῦ βιβλίου, οὓς ἔγραψε Βαρὺχ υἱὸς Νηρίου, υἱοῦ Μαασαίου, υἱοῦ Σεδεκίου, υἱοῦ Ἀσαδίου (Mſ. Alex. Σαδαίου,) υἱοῦ

Digitized by Google

AL. VERSIO VETUS.

Ex Mſ. cod. Sangerm. & aliis duobus notatis ſup.

Amaſiæ, filii Sedechiæ, filii Sedei, filii Helchiæ, de tribu Simeon in Babylonia, cujus libri verba ſunt in ſubjecto; & miſit in Jeruſalem.

3. *Quem legit ipſe Baruch in Babylonia ad aures Sedechiæ filii Joachim regis Juda,*

4. *& ad aures potentium, & filiorum regum, & ſeniorum, & totius populi, à puſillo uſque ad magnum, univerſis habitantibus in Babylonia, ad flumen Suth.*

5. *Et jejunaverunt cum fletu, adorantes Dominum.*

6. *Et collegerunt argentum prout poterat manus ſingulorum,*

7. *& miſerunt ad Joachim filium Helchiæ filii Salom, Sacerdotem Magnum, & ad cateros, & ad omnem populum, qui inventus eſt cum illo in Jeruſalem:*

8. *& ut acciperent vaſa domûs Domini, quæ ablata fuerant de templo terræ Juda in Babylonia, vaſa aurea & argentea, quæ fecerat Sedechias filius Joſiæ regis Juda,*

9. *poſtquam adduxit Nabuchodonoſor rex Babyloniæ Jechoniam, & principes ejus vinctos, & potentes, & populum terræ ex Jeruſalem, & induxit eos in Babylonia.*

10. *Et dixerunt: Ecce miſimus ad vos argentum, emite ex eo holocauſta pro peccatis noſtris, & thus, & facite manna, & imponite ſuper altare Dei noſtri:*

11. *& orate pro vita Nabuchodonoſor regis Babyloniæ, & Balthaſar filii ejus, ut ſint dies eorum ſicut dies cœli ſuper terram:*

12. *& dabit Dominus virtutem nobis, & illuminabit oculos noſtros, & viveimus ſub umbra Nabuchodonoſor regis Babyloniæ, & Balthaſar filii ejus, & ſerviemus illis multis diebus, & inveniemus gratiam in conſpectu eorum.*

13. *Et orate pro nobis ad Dominum Deum noſtrum, quia peccavimus: ſi forſitan avertatur indignatio Domini, & iracundia ejus à nobis.*

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

tempore quo ceperunt Chaldæi Jeruſalem, & ſuccenderunt eam igni.

3. Et legit Baruch verba libri hujus ad aures Jechoniæ filii Joakim regis Juda, & ad aures univerſi populi venientis ad librum,

4. & ad aures potentium filiorum regum, & ad aures presbyterorum, & ad aures populi, à minimo uſque ad maximum eorum omnium habitantium in Babylonia, ad flumen Sodi.

5. Qui audientes plorabant, & jejunabant, & orabant in conſpectu Domini.

6. Et collegerunt pecuniam ſecundùm quod potuit uniuſcujuſque manus,

7. & miſerunt in Jeruſalem ad Joakim filium Helciæ filii Salom Sacerdotem, & ad ſacerdotes, & ad omnem populum, qui inventi ſunt cum eo in Jeruſalem:

8. cùm acciperet vaſa templi Domini, quæ ablata fuerant de templo, revocare in terram Juda decima die menſis Sivan, vaſa argentea, quæ fecit Sedecias filius Joſiæ rex Juda,

9. poſteaquam cepiſſet Nabuchodonoſor rex Babylonis Jechoniam, & principes, & cunctos potentes, & populum terræ ab Jeruſalem, & duxit eos vinctos in Babylonem.

10. Et dixerunt: Ecce miſimus ad vos pecunias, de quibus emite holocautomata, & thus, & facite manna, & offerte pro peccato ad aram Domini Dei noſtri:

11. & orate pro vita Nabuchodonoſor regis Babylonis, & pro vita Baltaſſar filii ejus, ut ſint dies eorum ſicut dies cœli ſuper terram:

12. & ut det Dominus virtutem nobis, & illuminet oculos noſtros, ut vivamus ſub umbra Nabuchodonoſor regis Babylonis, & ſub umbra Baltaſſar filii ejus, & ſerviamus eis multis diebus, & inveniamus gratiam in conſpectu eorum.

13. Et pro nobis ipſis orate ad Dominum Deum noſtrum: quia peccavimus Domino Deo noſtro, & non eſt averſus furor ejus à nobis uſque in hunc diem.

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

Χελκίᾳ, ἐν Βαβυλῶνι, deinde, ἐν τῷ ἔτει τῷ πέμπτῳ, ἐν ἑβδόμῃ (Alex. & Compl. delent ἐν) τῇ μηνὸς, ἐν τῷ καιρῷ ᾧ ἔλαβον οἱ Χαλδαῖοι τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἐνέπρησαν αὐτὴν ἐν πυρί. In Mſ. S. Germ. n. 16. hæc variant pauca: *Et factum eſt..... quod ceperunt..... & ſuccenderunt eam igni; ſcripſit lib. Baruch filius Neri, filii Maſei, filii..... Helciæ.* Mſ. cod. S. Theod. aliis duobus conſonat, niſi quòd loco *Neriæ*, & *Amaſiæ*, & *Sedechiæ*, hab. *Neeri*, & *Maaſiæ*, & *Sedeciæ*; loco verò ſeqq. *cujus libri verba ſunt in ſubjecto*, & *miſit in Jeruſ.* rurſus addit cum Vulg. *in anno quinto, in ſeptima die menſis, in tempore quo ceperunt Chaldæi Jeruſ. & ſuccenderunt eam igne.* Mſ. Corb. n. 2. ipſo initio hab. *Hæc verba libri*, deinde ut in Vulg. exceptis his, *filius Maaſiæ, filius Sedechiæ.*

℣. 3. Ita ex Mſ. Sangerm. ſolo, nam à duobus aliis B. M. Rem. & Cari abſunt poſter. iſta, *ad aures Sedechiæ filii Joachim regis Juda.* In Mſ. S. Theod. omnia ut in Vulg. præter ultima, & *ad aures univerſi populi venientis ad librum*, quæ deſunt, ut in Mſs. 2. ſupra. Græc. Vulgatæ conſonat ad verbum, niſi quòd loco duplicis *ad aures*, hab. ἐν ἀσὶν, *in auribus*, quod idem valet; & loco ſing. *venientis*, plur. τῶν ἐρχομένων, *venientium.*

℣. 4. Mſs. S. Germ. & Cari tollunt &, poſt vocem *regum.* Mſs. S. Theod. & Corb. Vulgatæ congruunt, niſi quòd hab. *magnum*, loco *maximum*; ultimòque, *Sudi*, pro *Sodi.* Græc. Καὶ ἐν ἀσὶ τῶν δυνατῶν, καὶ υἱῶν τῶν βασιλέων, καὶ ἐν ἀσὶ τῶν πρεσβυτέρων, καὶ ἐν ἀσὶ παντὸς τοῦ λαοῦ, ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου πάντων τῶν καθοικούντων ἐν Βαβυλῶνι, ἐπὶ ποταμοῦ Σούδ.

℣. 5. Græc. Καὶ ἔκλαιον, καὶ ἐνήστευον, καὶ ἠυχοῦτο ἐναντίον Κυρίου. *Et plorabant, & jejunabant, & orabant ante Dominum.*

℣. 6. Græc. extremò hab. cum Vulg. καθὸ ἐκάστου ηὗρατο ἡ χεὶρ.

℣. 7. Mſ. S. Germ. hab. & *.aterer*, abſque præp. *ad.* Græc. verò nil differt à Vulg. niſi quòd ſcribit Χελκίου, loco *Helciæ.* Mſ. Corb. ſic: *Et miſerunt Jeruſalem ad..... filii Salon*, &c. ut in Vulg.

℣. 8. Mſ. S. Germ. ſolus: & *cùm acciperent vaſa domûs Domini..... terra Iuda in Babylonia, aurea & argentea*, &c. ut ſup. Mſ. etiam Orat. hab. *terra*, non *terræ.* Græc. ἐν τῷ λαβεῖν αὐτὸν τὰ σκεύη οἴκου Κυρίου, τὰ ἐξενεχθέντα ἐκ τοῦ ναοῦ, ἀποστρέψαι εἰς γῆν Ἰούδα τῇ δεκάτῃ τοῦ Σιβὰ, σκεύη, &c. ut in Vulg. Mſ. S. Theod. initio hab. ut ſup. *cùm acciperent vaſa*; reliqua verò ut in Vulg.

℣. 9. Græc. ipſo initio hab. μετὰ τὸ ἀποικίσαι Ναβυχοδ. *poſtquam tranſtulit Nabuchod.* ſubinde loco *ejus vinctos*, ſic, καὶ τοὺς δεσμῶτας, *& vinctos*; ultimòque, καὶ ἤγαγεν αὐτὸν εἰς Βαβυλῶνα, *& duxit eum in Babylonem*; Mſ. verò Alex. cum Compl. ἐξήγαγεν αὐτούς; cæt. ut in Verſ. vet. In Mſ. Corb. *rex Babylonum*; paulòque poſt, & *principes*, & *vinctos*, & *potentes*..... & *duxit eos in Babyloniam*; cæt. ut in Vulg. In Mſ. etiam S. Theod. & *vinctos*, & *potentes.*

℣. 10. Græc. præponit καὶ, verbo *emite*; pro ſeq. verò *ex eo*, hab. τῷ ἀργυρίῳ, *argento*; ſubinde, καὶ περὶ ἁμαρτίας, & *pro peccato*, loco *pro peccatis noſtris*; item pro *imponite*, ἀνοίσατε, *offerte*; extremòque addit vocem Κυρίου, *Domini*, ad hanc, *Dei.* Mſ. S. Theod. hab. *magna*, non *manna*; ſed aperto mendo.

℣. 11. Concordat Græc. niſi quòd nomini *Balthaſar*, præponit hoc, εἰς ζωὴν, *ad vitam.* Mſ. Corb. ſimiliter hab. *regis Babyloniæ*; paulò verò poſt, *ut ſint dies ipſorum*; Gr. αὐτῶν, ut & ſup. Βαβυλῶνος.

℣. 12. Similia leguntur Græcè, niſi quòd repetitur iſtud, ὑπὸ τὴν σκιὰν, *ſub umbra*, ante *Balthaſar.* In Hypognoſt. l. 3. ap. Aug. to. 10. 24. a. omnia ut in Vulg. Similiter in Mſ. Corb. præter hoc, *Et det Dominus..... regis Babyloniæ.*

℣. 13. Græc. poſt verbum *peccavimus*, hæc addit, τῷ Κυρίῳ Θεῷ ἡμῶν, *Domino Deo noſtro*; deinde, καὶ ἐκ ἀποστρεψεν ὁ θυμὸς Κυρίου, καὶ ἡ ὀργὴ αὐτοῦ ἀφ' ἡμῶν ἕως

Digitized by Google

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

14. Et legite librum iſtum, quem miſimus ad vos recitari in templo Domini, in die ſolemni, & in die opportuno:

Inf. 2. 6. 15. & dicetis: Domino Deo noſtro juſtitia, nobis autem confuſio faciei noſtræ: ſicut eſt dies hæc omni Juda, & habitantibus in Jeruſalem,

16. Regibus noſtris, & principibus noſtris, & ſacerdotibus noſtris, & prophetis noſtris, & patribus noſtris.

Dan. 9. 5. 17. Peccavimus ante Dominum Deum noſtrum, & non credidimus, diffidentes in eum:

18. & non fuimus ſubjectibiles illi, & non audivimus vocem Domini Dei noſtri, ut ambularemus in mandatis ejus, quæ dedit nobis.

19. A die, qua eduxit patres noſtros de terra Ægypti, uſque ad diem hanc, eramus incredibiles ad Dominum Deum noſtrum: & diſſipati recellimus, ne audiremus vocem ipſius.

Deuter. 28. 15. 20. Et adhæſerunt nobis multa mala, & maledictiones, quæ conſtituit Dominus Moyſi ſervo ſuo: qui eduxit patres noſtros de terra Ægypti, dare nobis terram fluentem lac & mel, ſicut hodierna die.

21. Et non audivimus vocem Domini Dei noſtri ſecundùm omnia verba prophetarum, quos miſit ad nos:

22. & abivimus unuſquiſque in ſenſum cordis noſtri maligni, operari diis alienis, facientes mala ante oculos Domini Dei noſtri.

AL. VERSIO VETUS.

14. *Et legetis librum iſtum, quem miſimus ad vos, in domo Domini, in die ſolemni. Quem cùm accepiſſent, legerunt:* Ex Mſ. cod. Sangerm. & aliis duobus notatis ſup.

15. *in quo fuit ſcriptum hoc: Domino Deo noſtro juſtitia, nobis autem confuſio ruboris in facie: ſicut eſt hodierna die omni Juda, qui migratus eſt ab Jeruſalem,*

16. *& regibus noſtris, & principibus, & ſacerdotibus, & prophetis noſtris, & patribus,*

17. *cum quibus peccavimus ante Dominum, & contempſimus eum:*

18. *& non audivimus vocem Domini Dei noſtri, ut iremus in præcepta, & in mandata ejus, qua dedit ante faciem noſtram.*

19. *A die, qua eduxit nos de terra Ægypti, & fuimus uſque in hunc diem contumaces in Dominum Deum noſtrum: & meditabamur nequam, ne audiremus vocem ejus.*

20. *Et hæſerunt nobis omnia mala in maledicto, quod conſtituit Dominus per Moyſen ſervum ſuum: qui eduxit patres noſtros de terra Ægypti, dare nobis terram fluentem lacte & melle.*

21. *Et non audivimus vocem Domini Dei noſtri ſecundùm omnia verba prophetarum, quos miſit ad nos:*

22. *& abiimus unuſquiſque in ſenſu cordis ſui mali, operari diis alienis, facere mala ſub oculis Dei noſtri.*

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 14. Græc. addit ἐξαγορεῦσαι, *ad recitandum*, poſt hoc, *miſimus ad vos*: ſubinde, pro *ſolemni*, hab. ἑορτῆς, *ſolemnitatis*; ſtatimque, ἐν ᾧ ὑμέρᾳ καιρῷ, & *in diebus temporis*, detractis ſeqq. *quem cùm accepiſſent, legerunt: in quo fuit ſcriptum hoc*; cæt. ſimilia. Mſ. Rem. initio tollit *iſtum*, poſt *librum*, ſed ſolus.

℣. 15. Mſ. Sangerm. ſolus ſub fin. habet, *ſicut in hodierna die omnibus Juda*; deinde Mſ. Orat. *qui transmigratus eſt*, &c. Græc. Vulgatæ congruit, niſi quòd loco *faciei noſtræ*, ponit τῶν προσώπων, *facierum*; ſtatimque, ὡς ἡ ὑμέρα αὕτη ἀνθρώπῳ Ἰούδα, ἐν τοῖς, &c. *ſicut dies hæc homini Juda*, &c. In Mſs. etiam Corb. & S. Theod. tollitur *eſt*, poſt *ſicut*. Caſſiod. in Pſ. 50. p. 170. b. ita legit: *dicetis Domino Deo noſtro: Tibi juſtitia, nobis autem confuſio vultûs noſtri.*

℣. 16. Græc. initio ſimiliter hab. ἐν τοῖς βασιλεῦσιν; reliqua verò ut in Vulg. In Mſ. Corb. deeſt conjunct. &, ante voces *ſacerdotibus*, & *prophetis*.

℣. 17. Græc. Ὅτι ἡμάρτομεν ἐναντι Κυρίου, ἐν ἠπειθήσαμεν αὐτῷ. *Quia peccavimus ante Dominum, & non credidimus ei.* Mſ. Rem. hab. *ante Deum.*

℣. 18. Eadem ſunt in Græco, exceptis his, τοῖς προστάγμασι Κυρίου, loco *in præcepta*, & *in mandata* (Mſ. Rem. & *mandata*) *ejus*. Mſ. Alex. hab. ἐν τοῖς; ed. Ald. προστάγμασι αὐτοῦ. Mſ. Corb. & *non obaudivimus vocem*, &c. Mſ. S. Theod. & *non obaudivimus voci*, &c. ut in Vulg.

℣. 19. Græc. magis Vulgatæ reſpondet, niſi quòd hab. ἐχεδιάζομεν, loco *diſſipati receſſimus*; Nobil. vertit *vagabamur*, ſed notat hîc ἐχεδιάζομεν, poſitum eſſe pro ἐνεθυμούμεθα, id eſt, *excogitabamus varia peccatorum genera.*

℣. 20. Græc. Καὶ ἐκολλήθη εἰς ὑμᾶς τὰ κακὰ, ἡ ἡ ἀρὰ, ἣν ζυνέταξε Κύριος τῷ Μωυσῇ παιδὶ αὐτοῦ ἐν ἡμέρᾳ, ᾗ ἐξήγαγε, &c. *Et adhæſerunt in nos mala, & maledictio, quam conſtituit Dominus Moyſi puero ſuo in die, qua eduxit*, &c. ut in Vulg. Mſ. S. Theod. hab. & *maledictiones, quas conſtituit*; ſubinde Corb. *quia eduxit patres*, &c. ut in Vulg.

℣. 21. Mſ. S. Germ. tollit *non*, ante *audivimus*; ſed habent alii duo Mſs. Ita quoque in Græco, ſicut & ſeqq. Mſ. S. Theod. delet vocem *omnia*, ante *verba*.

℣. 22. Similia Gr. habet, addita voce Κυρίου, ad hanc *oculis*. Mſ. S. Theod. hab. *operari deos alienos*; cæt. ut in Vulg.

CAPUT II.

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

1. PRopter quod ſtatuit Dominus Deus noſter verbum ſuum, quod locutus eſt ad nos, & ad judices noſtros, qui judicaverunt Iſraël, & ad reges noſtros, & ad principes noſtros, & ad omnem Iſraël, & Juda:

2. ut adduceret Dominus ſuper nos mala magna, quæ non ſunt facta ſub cœlo, quemadmodum facta ſunt in Jeruſalem, ſecundùm quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi,

Deuter. 28. 53.

AL. VERSIO VETUS.

1. *ET ſtatuit Dominus verbum ſuum, quod locutus eſt in nos, & judices noſtros, qui judicabant Iſraël, & Juda:* Ex Mſ. cod. Sangerm. & aliis duobus notatis ſup.

2. *ut induceret in nos mala magna, qua non ſunt facta ſub cœlo, quæ fecit in Jeruſalem, ſecundùm ea quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi,*

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 1. Hæc tota conveniunt cum Gr. ſed poſt *Iſraël*, ſequuntur iſta ibid. καὶ ἐπὶ τοὺς βασιλεῖς ὑμῶν, καὶ ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας ὑμῶν, καὶ ἐπὶ ἄνθρωπον Ἰσραὴλ, καὶ Ἰούδα, ut in Vulg. Mſs. Corb. & S. Theod. hab. ſup. *qui judicaverunt in Iſraël.*

℣. 2. Similiter in Græco, niſi quòd pro *ſub cœlo*, *qua*, habetur ὑποκάτω παντὸς τοῦ οὐρανοῦ, κατὰ, *ſub omni cœlo, quemadmodum.* Nota in Gr. ed. Rom. pro *non ſunt facta*, legi ὃν ἐποίησεν, *non fecit*; & inf. pro *fecit*, ἐποίησεν, *facta ſunt*; verùm Nobil. monet corrigendum eſſe ſup. ἐποίησεν; & paulò poſt, pro ἐποίησεν, reponendum ἐποίησε. Mſs. Corb. & S. Theod. tollunt *in*, ante *Jeruſalem.*

Digitized by Google

AL. VERSIO VETUS.	VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.
Ex Mſ. cod. Sangerm. & aliis duobus notatis ſup. 3. *ut manducaret homo carnes filii ſui, & filia.*	3. ut manducaret homo carnes filii ſui, & carnes filiæ ſuæ.
4. *Et dedit nos ſubditos omnibus regnis, quæ in circuitu noſtro ſunt, in opprobrium, & deſolationem, & omnibus populis, quò diſperſit nos Dominus.*	4. Et dedit eos ſub manu regum omnium, qui ſunt in circuitu noſtro, in improperium, & in deſolationem in omnibus populis, in quibus nos diſperſit Dominus.
5. *Et facti ſumus ſubtus, & non ſupra: quia peccavimus Domino Deo noſtro, ut non obaudiremus vocem ejus.*	5. Et facti ſumus ſubtus, & non ſupra: quia peccavimus Domino Deo noſtro, non obaudiendo voci ipſius.
6. *Ipſi juſtitia: nobis autem, & patribus noſtris confuſio, ſicut dies iſti,*	6. Domino Deo noſtro juſtitia: nobis autem, & patribus noſtris confuſio faciei, ſicut eſt dies hæc. *Sup. 1. 15.*
7. *qui venerunt nobis:*	7. Quia locutus eſt Dominus ſuper nos omnia mala hæc, quæ venerunt ſuper nos:
8. *& non ſumus deprecati Deum, ut averteretur unuſquiſque à cogitationibus ſuis peſſimis.*	8. & non ſumus deprecati faciem Domini Dei noſtri, ut reverteremur unuſquiſque noſtrûm à viis noſtris peſſimis.
9. *Et vigilavit Dominus in malis operibus noſtris, & induxit ſuper nos mala: quia juſtus eſt Dominus in omnibus operibus ſuis, quæ mandavit nobis:*	9. Et vigilavit Dominus in malis, & adduxit ea ſuper nos: quia juſtus eſt Dominus in omnibus operibus ſuis, quæ mandavit nobis:
10. *& non obaudivimus vocem ejus, ut ambularemus in præceptis Domini, quæ dedit ante faciem noſtram.*	10. & non audivimus vocem ipſius ut iremus in præceptis Domini, quæ dedit ante faciem noſtram.
11. *Et nunc Domine Deus Iſraël, qui eduxiſti populum tuum de terra Ægypti in manu valida, cum ſignis, & prodigiis, in virtute magna, & brachio excelſo, & feciſti tibi nomen, ſicut dies iſta:*	11. Et nunc Domine Deus Iſraël, qui eduxiſti populum tuum de terra Ægypti in manu valida, & in ſignis, & in prodigiis, & in virtute tua magna, & in brachio excelſo, & feciſti tibi nomen ſicut eſt dies iſte: *Dan. 9. 15.*
12. *peccavimus, impiè egimus, & malè fecimus, Domine Deus noſter, in omnibus juſtificationibus tuis.*	12. peccavimus, impiè egimus, iniquè geſſimus, Domine Deus noſter, in omnibus juſtitiis tuis.
13. *Avertatur ira tua à nobis: quia derelicti ſumus pauci in nationibus, quò diſperſiſti nos.*	13. Avertatur ira tua à nobis: quia derelicti ſumus pauci inter gentes, ubi diſperſiſti nos.
14. *Exaudi Domine orationem noſtram, & eripe nos propter te: & da gratiam nobis ante faciem eorum, qui nos abduxerunt:*	14. Exaudi Domine preces noſtras, & orationes noſtras, & educ nos propter te: & da nobis invenire gratiam ante faciem eorum, qui nos abduxerunt:
15. *ut ſciat omnis terra quia tu es Deus noſter, & quia nomen tuum invocatum eſt ſuper Iſraël, & ſuper genus ejus.*	15. ut ſciat omnis terra quia tu es Dominus Deus noſter, & quia nomen tuum invocatum eſt ſuper Iſraël, & ſuper genus ipſius.
16. *Domine proſpice de domo ſancta tua, & annue nobis: inclina Domine aurem tuam, & audi.*	16. Reſpice Domine de domo ſancta tua in nos, & inclina aurem tuam, & exaudi nos. *Deuter. 26. 15. Iſai. 63. 15.*

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 3. Græc. τῦ φαγεῖν ἡμᾶς, ἄνθρωπον Ϛάρκας υἱῦ αὐτῦ, ἢ ἄνθρωπον Ϛάρκας ϑυγατρὸς αὐτῦ· *ut manducaremus nos, homo carnes filii ſui, & homo carnes filiæ ſuæ.*

℣. 4. Mſ. S. Germ. fert: *Et dedit nobis ſubditos omnibus regnis, qui in circuitu noſtro;* ſed aperto mendo, quod correximus ex aliis duobus Rem. & Orat. ambo etiam tollunt &, poſt *deſolationem;* & pro ſeq. *quò*, hab. *ad quos.* Græc. Καὶ ἔδωκεν αὐτὺς ὑποχειρίους πάσαις ταῖς βασιλείαις, ταῖς κύκλῳ ἡμῶν, εἰς ὀνειδισμὸν, ἢ ἄῤῥατον ἐν πᾶσι τοῖς λαοῖς τοῖς κύκλῳ, ὃ διέσπειρεν αὐτὺς Κύριος ἐκεῖ. Mſ. Corb. *Et dedit eos ſub manus regum omnium, qui..... in improperium, & in deſolat. & in omnibus populis, quò nos,* &c. ut ſup. Similiter in Mſ. S. Theod. *quò nos.*

℣. 5. Concordat Græc. niſi quòd initio hab. ἐγενήθημεν, *facti ſunt*, non *facti ſumus*; ut & infra, πρὸς τὸ μὴ ἀκύειν τῆς, &c. Mſ. Corb. *non obaudiendo vocem*, &c. S. Theod. *non obediendo voci*, &c.

℣. 6. Mſ. S. Germ. in principio hab. *Ipſi juſtitiæ*, ſed vitioſè. Græcè ita: Τῷ Κυρίῳ Θεῷ ἡμῶν ἡ δικαιοσύνη, *Domino Deo noſtro juſtitia*; reliqua ut in textu, niſi quòd ad vocem *confuſio*, additur τῶν προσώπων, *facierum*; & loco *ſicut dies iſti*, ὡς ἡ ἡμέρα αὕτη; Mſ. S. Germ. *ſicut dies iſtius*; Corb. & S. Theod. *ſicut dies hæc.*

℣. 7. Ita Mſs. Rem. & Orat. *qui venerunt nobis*; Sangerm. ſolus, *quæ venerunt nobis.* In Mſ. Corb. *Quæ locutus eſt*, &c. ut in Vulg. Sic etiam in Græco, Ἃ ἐλάλησε Κύριος, &c. ut in Vulg. In Mſ. S. Theod. *Quia locutus eſt Dominus ſuper omnia mala*, &c. de Vulg.

℣. 8. Græc. ἢ οὐκ ἐπείθημεν τῷ προσώπῳ Κυρίῳ, τῦ ἀποστρέψαι ἕκαστον ἀπὸ τῶν ἐνθυμάτων τῆς καρδίας αὐτῶν τῶν πονηρῶν· Mſ. Rem. & *non ſumus deprecati Dominum*, &c. ut in textu, deleta voce penult. *ſuis.*

℣. 9. Mſ. S. Germ. ſolus tollit pronom. *ſuis*, poſt ult. *operibus*, Græcè verò habetur; ſupra tamen hoc deeſt ibid. *operibus noſtris*, ut & ſeq. *mala*; additur autem Κύριος, verbo *induxit*; cæt. ut in textu. In Mſ. S. Theod. omnia ut in Vulg. præter hoc, *verax eſt*, loco *juſtus eſt.*

℣. 10. Græc. Vulgatæ conſonat. Mſ. S. Theod. addit *nobis*, verbo *dedit.*

℣. 11. Græc. Vulgatæ congruit ad verbum, deleto pronom. *tua*, poſt *virtute*; ſicut verbo *eſt*, in fine: utrumque etiam tollit Mſ. S. Theod. ſupra verò hab. *plebem tuam*, cum Mſ. Corb. loco *populum tuum*: ſubinde Mſ. Rem. & *in brachio*; ultimòque Corb. *ſicut dies iſte.*

℣. 12. Ita Græcè, niſi excipiatur verbum ἠδικήσαμεν, *iniquè geſſimus*, loco & *malè fecimus.*

℣. 13. Sic eſt in Græco, addito uno in fine, ἐκεῖ, *illuc.* In Mſ. S. Theod. deeſt vox *pauci*; at in Gr. eſt ὀλίγοι.

℣. 14. Hypognoſt. l. 3. ap. Aug. to. 10. 24. a. *Exaudi Domine orationem noſtram, & deprecationem noſtram, & eripe nos propter te: & da nobis gratiam ante faciem eorum, qui nos abduxerunt.* Ita quoque in Græco. Mſ. S. Theod. & *educ propter te*; S. Germ. & Orat. *adduxerunt*, pro *abduxerunt*; Gr. τῶν ἀπαγαγόντων.

℣. 15. Græc. pro *tu es*, hab. Σὺ Κύριος, *tu Dominus*, abſque ſeq. &, poſt *noſter*; cæt. ut ſupra. Mſ. Rem. *quia tu es Dominus Deus*, & *quia*, &c.

℣. 16. Ita Græcè, exceptis his, ἐνόησον εἰς ἡμᾶς, ἢ, *intende in nos*, &, pro *annue nobis*; at in Mſ. Alex. & Compl. deeſt καί: Mſ. quoque Alex. ultimò hab. εἰσάκουσον; Vatic. verò & al. ἄκουσον; Germ. ſolus *exaudi*; alii 2. *audi*; ſic etiam Corb. & S. Theod. abſque ſeq. *nos.*

Digitized by Google

Vulgata nostra, quæ et antiqua.	*Al. Versio vetus.*
Isai. 37. 17. & 64. 9. Psalm. 113. 17. 17. Aperi oculos tuos, & vide : quia non mortui tui, qui sunt in inferno, quorum spiritus acceptus est à visceribus suis, dabunt honorem & justificationem Domino :	17. *Aperi oculos tuos, & vide : quia non mortui, qui in inferno sunt, quorum spiritus accepti sunt à præcordiis eorum, dabunt gloriam & justificationes tibi :* Ex Mſ. cod. Sangerm. & aliis duobus notatis ſup.
18. sed anima, quæ tristis est super magnitudine mali, & incedit curva, & infirma, & oculi deficientes, & anima esuriens dat tibi gloriam & justitiam Domino.	18. *ſed anima triſtes, & infirma, & eſurientes, & oculi deſicientes dabunt gloriam & juſtificationem, Domine.*
19. Quia non secundùm justitias patrum nostrorum nos fundimus preces, & petimus misericordiam ante conspectum tuum, Domine Deus noster :	19. *Quia non propter juſtificationem patrum noſtrorum, & regum, jactamus miſericordiam ante faciem tuam, Domine Deus noſter :*
20. sed quia misisti iram tuam, & furorem tuum super nos, sicut locutus es in manu puerorum tuorum prophetarum, dicens :	20. *quoniam miſiſti indignationem tuam, & iram ſuper nos, ſicut locutus es in manus puerorum tuorum prophetarum tuorum, dicens :*
21. Sic dicit Dominus : Inclinate humerum vestrum, & cervicem vestram, & opera facite regi Babylonis : & sedebitis in terra, quam dedi patribus vestris.	21. *Hæc dicit Dominus : Inclinate humerum veſtrum, & operamini regi Babylonis.*
22. Quòd si non audieritis vocem Domini Dei vestri operari regi Babyloniæ : defectionem vestram faciam de civitatibus Juda, & à foris Jerusalem,	22. *Deficientem faciam de civitatibus Juda, & extrinſecus Jeruſalem,*
23. & auferam à vobis vocem jucunditatis, & vocem gaudii, & vocem sponsi, & vocem sponsæ, & erit omnis terra sine vestigio ab inhabitantibus eam.	23. *vocem lætitiæ & jocunditatis, vocem ſponſi & ſponſæ, eritque univerſa terra ſine veſtigio ab inhabitantibus.*
24. Et non audierunt vocem tuam, ut operarentur regi Babylonis : & statuisti verba tua, quæ locutus es in manibus puerorum tuorum prophetarum, ut transferrentur ossa regum nostrorum, & ossa patrum nostrorum de loco suo :	24. *Et non audivimus vocem tuam, ut operaremur regi Babyloniæ : & ſtatuiſti verba tua, quæ locutus es in manibus puerorum tuorum prophetarum, ut ejicerentur oſſa regum, & prophetarum noſtrorum de loco ſuo :*
25. & ecce projecta sunt in calore solis, & in gelu noctis : & mortui sunt in doloribus pessimis, in fame & in gladio, & in emissione.	25. *& ecce projecta ſunt in æſtu ſolis, & gelu noctis : & mortui ſunt in doloribus malis, in fame, & gladio, & emiſſione.*
26. Et posuisti templum, in quo invocatum est nomen tuum in ipso, sicut hæc dies, propter iniquitatem domus Israël, & domus Juda.	26. *Et poſuiſti domum, in qua invocatum eſt nomen tuum, ſicut dies iſta, propter domum Iſraël, & Juda.*
27. Et fecisti in nobis Domine Deus noster secundùm omnem bonitatem tuam, & secundùm omnem misericordiam tuam illam magnam :	27. *Et feciſti Domine Deus noſter ſecundùm omnem moderationem tuam magnam,*
28. Sicut locutus es in manu pueri tui Moysi, in die qua præcepisti ei scribere legem tuam coram filiis Israël,	28. *ſicut locutus es in manu pueri tui Moyſi, qua die mandaſti ei ſcribere legem tuam coram filiis Iſraël,*
Levit. 26. 14. Deuter. 28. 15. 29. dicens : Si non audieritis vocem meam,	29. *dicens : Si non obaudieritis vocem meam,*

Notæ ad al. Versionem veterem.

℣. 17. Græcè, hæc ſola variant, ὅτι οὐχ οἱ τεθνηκότες ἐν τῷ ἅδῃ, ὧν ἐξῆλθε τὸ πνεῦμα αὐτῶν ἀπὸ..... ἢ δικαίωμα τῷ Κυρίῳ· quæ Vulgatæ accedunt.

℣. 18. Mſ. Sangerm. ſolus loco *juſtificationem*, hab. *juſtitiam*. Græc. Ἀλλὰ ἡ ψυχὴ, ἡ λυπουμένη ἐπὶ τὸ μέγεθος, ὃ βαδίζει κύπτον, ἢ ἀσθενῆ, ἢ οἱ ὀφθαλμοὶ οἱ ἐκλείποντες, ἢ ἡ ψυχὴ ἡ πεινῶσα, δώσουσί σοι δόξαν ἢ δικαιοσύνην, Κύριε· i. e. *Sed anima, quæ triſtatur in magnitudinem, qui incedit curvus, & infirmus, & oculi deficientes, & anima eſuriens, dabunt tibi gloriam & juſtitiam, Domine.* Vulg. hab. *ſuper magnitudine mali ;* ſed vox *mali* abeſt à Mſs. Corb. & S. Theod. ſicut à Gr. Ad ſeq. autem ὃ βαδίζει, Nobil. notat ſubintelligendum ſaltem videri, quod exprimitur ap. Theodoret. τὸ πνεῦμα, *ſpiritus, qui incedit.*

℣. 19. Græc. Ὅτι οὐκ ἐπὶ τὰ δικαιώματα τῶν πατέρων ἡμῶν, ἢ τῶν βασιλέων ἡμῶν, ἡμεῖς καταβάλλομεν τὸν ἔλεον, &c. *Quia non ſuper juſtificationibus patrum noſtrorum, & regum noſtrorum, nos*, &c. ut in textu vet. Mſ. Orat. delet τὸ *ante faciem*. Hoc etiam de Vulg. *preces*, & *petimus*, deeſt in Mſs. Corb. & S. Theod.

℣. 20. Græc. Ὅτι ἐπῆκας τὸν θυμόν σου, ἢ τὴν ὀργήν σου εἰς ἡμᾶς, καθάπερ ἐλάλησας ἐν χειρὶ, &c. *Quia immiſiſti furorem tuum, & iram tuam in nos, ſicut locutus es in manu*, &c. ut ſupra, detracto tamen hoc ult. *tuorum, dicens ;* in Mſ. Alex. προφητῶν, λέγων.

℣. 21. Gr. Οὕτως εἶπε Κύριος· Κλίνατε τὸν ὦμον ὑμῶν, ἐργάσασθαι τῷ βασιλεῖ Βαβυλῶνος· ἢ καθίσατε ἐπὶ τὴν γῆν, &c. ut in Vulg. Mſ. S. Theod. habet *autem*, loco *humerum*.

℣. 22. Græc. Vulgatæ congruit, niſi quòd tollit voces *Dei veſtri ;* paulòque poſt habet, ἐκλείψειν ποιῶσω, *deficere faciam*, loco *defectionem veſtram faciam ;* at in Compl. ἐκλείψειν ποιῶσω· Mſs. etiam Corb. & S. Theod. ferunt, *defectionem faciam :* rurſus Corb. ipſo initio, *Quòd ſi autem non*, &c. & inf. S. Theod. *obtemperari regi*, pro *operari ;* at in Gr. conſtanter, ἐργάσασθαι.

℣. 23. Græc. pariter initio habet, φωνὴν εὐφροσύνης, ἢ φωνὴν χαρμοσύνης, φωνὴν νυμφίου, ἢ φωνὴν νύμφης, ἢ, &c. ut in textu vet. Mſ. Corb. *vocem jocunditatis*, & *vocem gaudimonii*, &c. ut in Vulg.

℣. 24. Eadem ſunt in Græco, præter poſtrema, τοῦ ἐξενεχθῆναι τὰ ὀστᾶ βασιλέων ἡμῶν, ἢ τὰ ὀστᾶ τῶν πατέρων ἡμῶν ἐκ τοῦ τόπου αὐτῶν· quæ magis Vulgatæ accedunt. Mſs. Rem. & Orat. delent *tua*, poſt *verba ;* paulò verò poſt, Mſ. S. Theod. hab. *ut perferrentur oſſa ;* Corb. *ut proferrentur oſſa regum noſtrorum de loco ſuo.*

℣. 25. Græc. ἢ ἰδοὺ εἰσὶν ἐξερριμμένα τῷ καύματι τῆς ἡμέρας, ἢ τῷ παγετῷ τῆς νυκτὸς· ἢ ἀπεθάνοσαν ἐν πόνοις πονηροῖς, ἐν λιμῷ, ἢ ἐν ῥομφαίᾳ, ἢ ἐν ἀποσολῇ.

℣. 26. Græc. addit ἐπ' αὐτῷ, *in ipſa*, poſt *nomen tuum ;* extremòque hab. διὰ πονηρίαν οἴκου Ἰσραὴλ, ἢ οἴκου Ἰούδα, *propter malitiam domus Iſrael, & domus Juda ;* cæt. ut in textu vet.

℣. 27. Græc. Καὶ ἐποίησας εἰς ἡμᾶς Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν κατὰ πᾶσαν ἐπιείκειάν σου, ἢ κατὰ πάντα οἰκτιρμόν σου τὸν μέγαν. *Et feciſti in nos Domine Deus noſter ſecundùm omnem æquitatem tuam, & ſecundùm omnem miſerationem tuam magnam.* A Mſ. Rem. abeſt vox *Domine*. Corb. & S. Theod. loco *æquitatem*, ſeu *bonitatem*, hab. *benignitatem*.

℣. 28. Eadem prorſus in Græco. Mſ. S. Germ. pro *manu*, hab. *manus ;* Græc. verò, ἐν χειρί.

℣. 29. Græc. λέγων· Ἐὰν μὴ ἀκούσητε τῆς φωνῆς μου, ἡ μὴν ἡ βόμβησις ἡ μεγάλη ἡ ποιὴ αὕτη ἀποστήσῃ εἰς

Digitized by Google

AL. VERSIO VETUS.

Ex Mſ. cod. Sangerm. & aliis duobus notatis ſup.

multitudo hæc magna convertetur in minimam gentem, quò eos diſpergam :

30. *ſcio enim quia non me audient : quia populus eſt dura cervicis : & convertentur ad cor ſuum in terra captivitatis ſuæ :*

31. *& ſcient quoniam ego ſum Dominus Deus eorum, & dabo illis cor ad intelligendum, & aures ad audiendum.*

32. *Et laudabunt me in terra captivitatis ſuæ, & memores erunt nominis mei.*

33. *Et avertent ſe à duritia cordis ſui, & à nequiſſimis rebus ſuis : qui reminiſcentur vias patrum ſuorum, quia peccaverunt coram Domino.*

34. *Et convertam eos in terram, quam juravi patribus eorum, Abraham, & Iſaac, & Jacob, & dominabuntur in ea : & multiplicabo eos, & non minorabuntur.*

35. *Et ſtatuam illis teſtamentum æternum, ut ſim illis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum : & ultra non movebo populum meum, filios Iſraël, de terra ſua.*

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

multitudo hæc magna convertetur in minimam inter gentes, quò ego eos diſpergam :

30. quia ſcio quòd me non audiet populus : populus eſt enim dura cervice : & convertetur ad cor ſuum in terra captivitatis ſuæ :

31. & ſcient quia ego ſum Dominus Deus eorum, & dabo eis cor, & intelligent ; aures, & audient.

32. Et laudabunt me in terra captivitatis ſuæ, & memores erunt nominis mei.

33. Et avertent ſe à dorſo ſuo duro, & à malignitatibus ſuis : quia reminiſcentur viam patrum ſuorum qui peccaverunt in me.

34. Et revocabo illos in terram, quam juravi patribus eorum, Abraham, Iſaac, & Jacob, & dominabuntur eis : & multiplicabo eos, & non minorabuntur.

35. Et ſtatuam illis teſtamentum alterum ſempiternum, ut ſim illis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum : & non movebo ampliùs populum meum, filios Iſraël à terra, quam dedi illis.

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

μικρὰν ἐν τοῖς ἔθνεσιν, ὃ διασωρῶ αὐτὴς ἐκεῖ· i. e. .....*Si non audieritis vocem meam, profectò turba magna multa hæc convertetur in parvam in gentibus, quò diſpergam eos illuc.* Mſs. Corb. & S. Theod. *Si non obaudieritis vocem meam,* (S. Th. *voci meæ,*) *ambitio hæc magna & multa convertetur in minimo inter gentes, quò ego,* &c. in Mſ. S. Theod. deeſt & *multa.* Mſ. Orat. extremò hab. *quoniam eos diſperdam.*

℣. 30. Græc. ipſo initio hab. cum Vulg. ὅτι ἴσμεν ὅτι ; ultimò verò, ἀποικισμῷ αὐτῶν, *tranſmigrationis ſuæ ;* cæt. ut in textu vet.

℣. 31. Græc. extremò hab. ſimpliciter : καὶ δώσω αὐτοῖς καρδίαν, καὶ ὦτα ἀκούοντα· i. e. & *dabo eis cor,* & *aures audientes ;* cæt. ut in Lat. ſup. Edd. Ald. & Compl. ſcribunt ἀκούσονται. Mſ. Corb. *ego ſum Deus eorum,* & *dabo eis cor,* & *audient aures.* Mſ. S. Theod. & *dabo eis cor,* & *audient auribus.* Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 15. e. *Et ſcient quia ego Dominus Deus illorum,* & *dabo illis cor cognoſcendi me,* & *aures audiendi.* Auguſt. l. de prædeſt. SS. to. 10. 818. b. *dabo eis cor cognoſcendi me,* & *aures audientes.*

℣. 32. Itidem Græcè, excepta voce ἀποικισμῷ, *tranſmigrationis*, loco *captivitatis.*

℣. 33. Græc. cum Vulgata concinit, niſi quòd hab. ἀπὸ πονηρῶν προσαγμάτων αὐτῶν, *à malis ordinationibus ſuis,* loco *à maliguitatibus ſuis ;* ultimòque, τῶν ἁμαρτόντων ἐναντι Κυρίου, *peccantium coram Domino ;* Mſ. Rem. ſolus, *quia peccaverimus coram Domino.* Nobil. vult erratum eſſe, προσαγμάτων, corrigendumque, πεαγμάτων, unde & ipſe vertit, & *à malignis negotiis ſuis ;* in edd. quoque Ald. & Compl. ſic legitur, ἀπὸ πονηρῶν πεαγμάτων.

℣. 34. Ita Græcè, niſi excipias verbum ἀποστρέψω, *revocabo*, pro *convertam ;* & inf. αὐτῆς, *ejus*, pro *in ea ;* ſic etiam hab. Mſ. Corb. & *dominabuntur ejus ;* Autographum Rom. *eis*, mendo typogr. teſte Luca Brug.

℣. 35. Eadem ſunt in Græco, præter vocem *filios*, quæ deeſt ſub fin. ante *Iſraël ;* ultimò etiam ita, ἀπὸ τῆς γῆς, ἧς ἔδωκα αὐτοῖς, ut in Vulg. non ſimpliciter *de terra ſua.*

CAPUT III.

AL. VERSIO VETUS.

Ex Mſ. cod. Sangerm. & aliis duobus notatis ſup.

1. *DOmine omnipotens, Deus Iſraël, anima in anguſtiis, & ſpiritus anxius clamat ad te :*

2. *exaudi Domine, & miſerere, quia Deus es miſericors, miſerere : quia peccavimus in conſpectu tuo.*

3. *Tu qui regnas in æternum, ne perdideris nos, Domine omnipotens, in perpetuum.*

4. *Domine Deus Iſraël, audi nunc orationem defunctorum Iſraël. & filiorum illorum, qui peccaverunt in conſpectu tuo : quia non audivimus vocem tuam, Domine Deus noſter, adhæſerunt nobis mala.*

5. *Ne memor fueris iniquitatis patrum noſtrorum, ſed memento manus tuæ, & nominis tui in tempore hoc :*

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

1. ET nunc Domine omnipotens, Deus Iſraël, anima in anguſtiis, & ſpiritus anxius clamat ad te :

2. audi Domine, & miſerere, quia Deus es miſericors, & miſerere noſtri : quia peccavimus ante te.

3. Quia tu ſedes in ſempiternum, & nos peribimus in ævum ?

4. Domine omnipotens, Deus Iſraël, audi nunc orationem mortuorum Iſraël, & filiorum ipſorum, qui peccaverunt ante te, & non audierunt vocem Domini Dei ſui, & agglutinata ſunt nobis mala.

5. Noli meminiſſe iniquitatum patrum noſtrorum, ſed memento manus tuæ, & nominis tui in tempore iſto :

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 1. Similiter habet Ambroſ. l. 1. de pœnit. to. 2. 402. c. *Domine omnipotens, Deus Iſraël, anima in anguſtiis,* & *ſpiritus anxius clamat ad te.* Sic etiam in Græco ad verbum. In Mſ. Orat. ſolo eſt : *Et nunc Domine omnipotens,* &c. paulò verò poſt deeſt vox *anxius*, pro qua Græcè, ἀχνιῶν. Ambr. l. 1. de Cain, c. 9. col. 199. e. legit : *anima in anguſtiis,* & *ſpiritus anxiatus,* &c. Oroſ. verò l. cont. Pelag. p. 456. h. *anima in anguſtiis,* & *ſpiritus anxius clamat ad te ;* ut ſupra.

℣. 2. A Græco Vatic. abſunt hæc media : *quia Deus es miſericors, miſerere :* ſed Mſ. Alex. textui noſtro favet. Apud Oroſ. cont. Pelag. p. 456. h. *vide Domine,* & *miſerere.* Græc. ἄκουσον Κύριε, &c.

℣. 3. Græc. Ὅτι σὺ καθήμενος τὸν αἰῶνα, ἡμεῖς ἀπολλύμενοι τὸν αἰῶνα ; i. e. *Quia tu ſedes in ſempiternum,* & *nos perditi in ævum ?* In Mſ. S. Theod. *Quia tu ſedes in æternum.*

℣. 4. Græc. initio habet cum Vulg. Κύριε παντοκράτωρ, ὁ Θεός, *Domine omnipotens, Deus ;* at infra : οἱ οὐκ ἤκουσαν τῆς φωνῆς σου Θεοῦ αὐτῶν. ᾧ ἐκολλήθη, &c. *qui non audierunt vocem tuam Dei ſui,* & *agglutinata ſunt,* &c.

℣. 5. Itidem Græcè, præter unum plur. ἀδικιῶν, *iniquitatum*, loco *iniquitatis ;* Mſ. S. Germ. hab. *iniquitates*, cum aliis duobus Corb. & S. Theod.

Digitized by Google

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

6. quia tu es Dominus Deus noſter, & laudabimus te Domine :

7. quia propter hoc dediſti timorem tuum in cordibus noſtris, & ut invocemus nomen tuum, & laudemus te in captivitate noſtra, quia convertimur ab iniquitate patrum noſtrorum, qui peccaverunt ante te.

8. Et ecce nos in captivitate noſtra ſumus hodie, qua nos diſperſiſti in improperium, & in maledictum, & in peccatum, ſecundùm omnes iniquitates patrum noſtrorum, qui receſſerunt à te Domine Deus noſter.

9. Audi Iſraël mandata vitæ : auribus percipe, ut ſcias prudentiam.

10. Quid eſt Iſraël quòd in terra inimicorum es?

11. inveteraſti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis : deputatus es cum deſcendentibus in infernum.

12. Dereliquiſti fontem ſapientiæ :

13. nam ſi in via Dei ambulaſſes, habitaſſes utique in pace ſempiterna.

14. Diſce ubi ſit prudentia, ubi ſit virtus, ubi ſit intellectus : ut ſcias ſimul ubi ſit longiturnitas vitæ & victus, ubi ſit lumen oculorum, & pax.

15. Quis invenit locum ejus? & quis intravit in theſauros ejus?

16. Ubi ſunt principes gentium, & qui dominantur ſuper beſtias, quæ ſunt ſuper terram?

17. qui in avibus cœli ludunt,

18. qui argentum theſaurizant, & aurum, in quo confidunt homines, & non eſt finis acquiſitionis eorum? qui argentum fabricant & ſolliciti ſunt, nec eſt inventio operum illorum?

19. exterminati ſunt, & ad inferos deſcenderunt, & alii loco eorum ſurrexerunt.

20. Juvenes viderunt lumen, & habitaverunt

AL. VERSIO VETUS.

6. *quia tu es Dominus Deus nobis, & laudabimus te Domine :*

7. *quia propter hoc dediſti timorem tuum in corde noſtro, ut invocemus te, & laudemus te in captivitate noſtra, quia convertimur in corde noſtro ad omnem iniquitatem patrum noſtrorum, qui peccaverunt in conſpectu tuo.*

8. *Ecce nos hodie in captivitate noſtra, qua nos diſperſiſti in opprobrium, & maledictum in gentes, ſecundùm iniquitates patrum noſtrorum, quia diſceſſerunt à te Domino Deo noſtro.*

* *Et cùm explicuiſſet librum orationis captivorum, accipiens ſpiritus vocem, Jeruſalem locutus eſt, dicens :*

9. *Audi Iſraël mandata vitæ : & auribus percipe, ut ſcias prudentiam.*

10. *Quid eſt Iſraël quòd in terra es inimicorum tuorum?*

11. *veteraſti in terra aliena, contaminatus es cum mortuis : deputatus es cum his, qui ſunt apud inferos :*

12. *quia dereliquiſti fontem vitæ, & ſapientiæ :*

13. *nam ſi in via Dei ambulares, habitares utique mecum in pace.*

14. *Diſce ubi ſit ſapientia, ubi fortitudo, ubi prudentia : ut ſcias ſimul ubi ſit longiturnitas, virtus, & vita : ubi ſit lumen oculorum, & pax.*

15. *Quis invenit locum ejus? & quis intravit in theſauros illius?*

16. *Ubi ſunt principes gentium, & qui dominantur ſuper beſtias, qua ſunt in terra?*

17. *qui in avibus cœli ludunt,*

18. *qui argentum theſaurizant, & aurum, in quo confidunt homines, & non eſt finis poſſeſſionis eorum? qui argentum fabricant & ſolliciti ſunt, nec eſt inventio operum illorum?*

19. *exinaniti ſunt, & ad inferos deſcenderunt, & alii in locum eorum exſurrexerunt.*

20. *Juvenes viderunt lumen, & habitave-*

Ex Mſ. cod. Sangerm. & aliis duobus notatis ſup.

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 6. Græc. delet verbum *es* ; & pro *nobis*, hab. ἡμῶν, cum Vulg. cæt. ut ſupra.

℣. 7. Græc. habet ἐπὶ καρδίαν ἡμῶν, *in cor noſtrum*, pro *in corde noſtro* (Compl. ἐπὶ καρδίαις ;) deinde, ἐν ἐπικαλεῖδαι (Alex. & Compl. τῷ ἐπικαλεῖδαι) τὸ ὄνομά ϛου ἐν αἰνέσομέν ϛε ἐν τῇ ἀποικίᾳ ἡμῶν, ὅτι ἀπεστρέψαμεν ἀπὸ καρδίας ἡμῶν πᾶσαν ἀδικίαν, &c. i. e. *ut invocemus nomen tuum : & laudabimus te in tranſmigratione noſtra, quia avertimus à corde noſtro omnem iniquitatem*, &c. ut ſup. Mſ. S. Germ. hab. *quia convertimur in corde noſtro omnem iniquitatem*, &c. Corb. & S. Theod. *quia converſemus iniquitatem*, &c.

℣. 8. Mſ. Corb. *Et ecce nos hodie in captivitate noſtra ſumus, quò nos diſperſiſti ;* reliqua ut in Vulg. excepto uno *diſceſſerunt*, pro *receſſerunt :* ſimiliter in Mſ. S. Theod. *quò nos*, ut & inf. *diſceſſerunt*. Græc. Ἰδοὺ ἡμεῖς ζῶμεν ἐν τῇ ἀποικίᾳ ἡμῶν, ἣν διέσπειρας ἡμᾶς ἐκεῖ εἰς ὀνειδισμὸν, καὶ εἰς ἀρὰν, καὶ εἰς ὄφλημα, κατὰ πάσας τὰς ἀδικίας πατέρων ἡμῶν, οἳ ἀπέστησαν ἀπὸ Κυρίου Θεοῦ ἡμῶν.

* Ita ſubnectitur in Mſ. Orat. & Rem. necnon in Mſ. S. Theod. de his ne verbum quidem in Græco.

℣. 9. Sic eſt in Græco, hoc excepto plur. ἐνωτίσασθε, abſque præced. σύ ; in Mſ. etiam Corb. *auribus percipite*. Ap. Ambr. in Pſ. 43. col. 901. b. *Audi Iſraël*. In Mſ. Rem. hoc antecedit : *Hæc oratio Baruch* ; deinde, *Audi Iſraël*, &c.

℣. 10. Græcè ita : Τί ἐϛι Ἰσραὴλ ; τί ὅτι ἐν γῇ τῶν ἐχθρῶν εἶ ; ſed à Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. abeſt 2. τί. In Mſ. verò Corb. ſic : *Quid eſt Iſraël? quid eſt quòd in terra es inimic.* &c. Ap. Ambr. in Pſ. 43. col. 901. b. *Quid eſt quòd in terra es inimicorum?* Apud Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 326. a. *Quid eſt Iſraël quòd in terra inimicorum es?* ut in Vulg. in ed. Ald. deeſt ult. εἶ, es.

℣. 11. Ambroſ. in Pſ. 43. col. 901. b. *pollutus es cum mortuis*. Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 326. a. *Et inveteraſti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis : deputatus es cum iis, qui in inferno ſunt*. Sic etiam in Græco, detracto 1. σύ, cum ult. *ſunt*.

℣. 12. Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 326. a. cum Vulg. *Dereliquiſti fontem ſapientiæ ;* nec etiam plura in Græco.

℣. 13. Mſ. S. Germ. habet : *ſi in via Domini ambulares, habitares utique in me cum pace ;* Mſ. S. Theod. *in pace ſuper terram*. In Corb. omnia ut in Vulg. exceptis 2. vocibus, *nam*, & *utique*, quæ deſunt. Apud Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 326. a. ſic : *viam Domini ſi ſuiſſes ingreſſus, habitares utique cum pace in æternum*. Græc. τῇ ὁδῷ τοῦ Θεοῦ εἰ ἐπορεύθης, κατῴκεις ἂν ἐν εἰρήνῃ τὸν αἰῶνα.

℣. 14. Græcè, φρόνησις, *prudentia*, pro *ſapientia ;* & ζύνεσις, *intelligentia*, pro *prudentia ;* repetiturque ἐϛὶν, poſt unumquodque *ubi ;* loco verò *longiturnitas, virtus*, ſimpliciter eſt μακροζωΐωσις ; cæt. ut in Lat. vet. In Mſ. S. Theod. *longiturnitas vitæ, & virtus ; ubi ſit lumen*, &c.

℣. 15. Mſs. Rem. & Corb. *& quis introivit in theſauros*. Sic etiam in Græco. In Mſ. S. Theod. *in theſauris*.

℣. 16. Mſ. S. Germ. habet, *& qui dominantur feris, quæ ſunt ſuper terram?* Gr. καὶ οἱ κυριεύοντες τῶν θηρίων, τῶν ἐπὶ τῆς γῆς ;

℣. 17. Mſ. S. Germ. *qui avibus cœli deludunt*. Gr. οἱ ἐν τοῖς..... ἐμπαίζοντες.

℣. 18. Græc. ipſo initio hab. καὶ, pro *qui ;* paulòque poſt, ἐπεποίθεσαν, pro *confidunt ;* ſubinde ante *argentum*, ſic, ὅτι οἱ, *quia qui*, vel *qui enim ;* cæt. ut in Lat. ſup. Mſ. S. Germ. legit : *in quo confidebant homines, nec eſt finis acquiſitionis eorum? qui argentum fabricantur*, &c. Similiter ap. Ambroſ. l. 1. de Cain, c. 5. col. 194. a. *nec eſt finis acquiſitionis eorum ;* Gr. τῆς κτήσεως.

℣. 19. Mſ. S. Germ. omittit verbum 1. *exinaniti ſunt*, ſed Mſ. Orat. habet ; alius Rem. ſic, *& tamen exinaniti ſunt ;* ultimòque cum Mſ. Orat. *ſurrexerunt*. Mſ. S. Theod. *& tamen exterminati ſunt..... & alii in loco illorum ſurrexerunt ;* Corb. *exſurrexerunt*. Græc. ἠφανίσθησαν, καὶ εἰς ᾅδου..... ἀνέστησαν ἀντ' αὐτῶν, Mſ. Alex. cum ed. Compl. ἀνταναστάσεως.

℣. 20. Eadem ſunt in Græco, niſi exceperis vocem ἐπιστήμης, *ſcientiæ*, loco *diſciplinæ*. Mſ. S. Germ. extremo

Digitized by Google

AL. VERSIO VETUS.

Ex Mſ. cod. Sangerm. & aliis duobus notatis ſup.

runt ſuper terram : viam autem diſciplinæ neſcierunt,

21. *neque intellexerunt ſemitas ejus, nec ſuſceperunt eam filii eorum, à via ipſorum longè facti ſunt :*

22. *neque auditum eſt in terra Chanaan, neque viſum in Theman.*

23. *Filii quoque Agar quærunt intellectum, & qui de terra ſunt, negotiatores Myrrhæ, & Theman, fabularum inquiſitores: prudentiæ viam & ſapientiam non recognoverunt, neque recordati ſunt ſemitarum ejus.*

24. *O Iſraël, quàm magna eſt domus Dei, & ingens locus poſſeſſionis ejus!*

25. *Magnus, & non habet conſummationem; excelſus & immenſus.*

26. *Ibi fuerunt gigantes nominati illi, qui ab initio fuerunt, ſtatura magna, ſcientes bellum.*

27. *Non hos elegit Dominus, neque viam dedit illis diſciplinæ : propterea perierunt.*

28. *Et quoniam non habuerunt ſapientiam, interierunt propter ſuam inſipientiam.*

29. *Quis aſcendit in cœlum, & accepit eam, aut eduxit eam de nubibus?*

30. *Quis transfretavit mare, & invenit eam? & prætulit auro electo?*

31. *Non eſt qui ſciat viam ejus, neque qui excogitet ſemitas ejus :*

32. *ſed qui ſcit univerſa, novit illam, & adinvenit eam prudentiâ ſuâ : qui perfecit terram in ſempiterno tempore, & adimplevit eam pecudibus :*

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

ſuper terram : viam autem diſciplinæ ignoraverunt,

21. neque intellexerunt ſemitas ejus, neque filii eorum ſuſceperunt eam, à facie ipſorum longè facta eſt :

22. non eſt audita in terra Chanaan, neque viſa eſt in Theman.

23. Filii quoque Agar, qui exquirunt prudentiam quæ de terra eſt, negotiatores Merrhæ, & Theman, & fabulatores, & exquiſitores prudentiæ & intelligentiæ : viam autem ſapientiæ neſcierunt, neque commemorati ſunt ſemitas ejus.

24. O Iſraël, quàm magna eſt domus Dei, & ingens locus poſſeſſionis ejus!

25. Magnus eſt, & non habet finem; excelſus & immenſus.

26. Ibi fuerunt gigantes nominati illi, qui ab initio fuerunt, ſtatura magna, ſcientes bellum.

27. Non hos elegit Dominus, neque viam diſciplinæ invenerunt : propterea perierunt.

28. Et quoniam non habuerunt ſapientiam, interierunt propter ſuam inſipientiam.

29. Quis aſcendit in cœlum, & accepit eam, & eduxit eam de nubibus?

30. Quis transfretavit mare, & invenit illam? & attulit illam ſuper aurum electum?

31. Non eſt qui poſſit ſcire vias ejus, neque qui exquirat ſemitas ejus :

32. ſed qui ſcit univerſa, novit eam, & adinvenit eam prudentia ſua : qui præparavit terram in æterno tempore, & replevit eam pecudibus, & quadrupedibus :

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

hab. *non cognoverunt*, è Gr. οὐκ ἔγνωσαν.

℣. 21. Ita Græcè, verbum pro verbo : Mſs. verò Rem. & Orat. in fine hab. *à facie illorum longè facta eſt*, ut in Vulg.

℣. 22. Græc. οὐδὲ ἠκούσθη ἐν Χαναὰν, &c. Mſs. Rem. & Orat. *non eſt audita in Chanaan, neque viſa eſt in Theman*; Gr. Θαιμάν.

℣. 23. Ita Mſ. Sangerm. Rem. verò & Orat. ferunt : *Filii quoque Agar, qui exquirunt* (Mſ. Rem. *exquirit*) *prudentiam quæ de terra eſt, negotiantes terræ*, & *Theman*, & *fabellatores*, & *exquiſitores prudentiæ & intelligentiæ : viam autem ſcientiæ neſcierunt, neque meminerunt ſemitarum ejus.* Similia quoque in Græco, præter ſeqq. *ci ἐπὶ τῆς γῆς, qui ſuper terram*, loco *quæ de terra eſt*; deinde, οἱ ἔμποροι τῆς Μερράν, *negotiatores Merran*, non *terræ*. Mſs. tamen Corb. & S. Theod. ferunt *terræ*, cum Bibl. Rob. Steph. anni 1546. ſubinde Gr. hab. Σοφίας, *ſapientiæ*, loco *ſcientiæ*, vel *prudentiæ*, abſque hoc, & *intelligentiæ*; Mſ. verò Corb. *exquiſitores intelligentiæ*, abſque voce *prudentiæ*.

℣. 24. Conſonat Græc. ad verbum. Similiter habet Ambroſ. l. 6. Hexa. col. 134. b. & l. de Cain, c. 5. col. 193. c. ita quoque epiſt. 15. to. 2. 820. a. & de ob. Theod. col. 1213. c. niſi quòd hab. & *quàm ingens*. In Mſ. Rem. deeſt *eſt*, poſt *magna*, ſicut in Græco.

℣. 25. Mſ. S. Germ. ſolus : *Magnus*, & *non habens finem*; deinde, *Alti & immenſi*, &c. ut infra ℣. 26. Corb. verò, & S. Theod. *Magnus*, & *non habet finem*, &c. ut in Vulg. Ita quoque in Græco. Ambroſ. l. 6. Hex. col. 134. b. & l. de Cain, c. 5. col. 193. c. *Magnus*, & *non habet finem; altus & immenſus* : at l. de ob. Theod. to. 2. 1213. c. *Magnum*, & *non habens finem* : epiſt. verò 15. col. 820. a. *Magnus*, & *non habens finem*. Aug. l. 2. cont. Maximin. to. 8. 743. b. *Magnus eſt*, & *non habet*, &c. ut in Vulg. Itidem Fulg. l. 2. ad Monim. c. 6. p. 33. & l. 2. ad Traſim. c. 3. p. 90. 105.

℣. 26. Mſ. S. Germ. ſolus : *Alti & immenſi gigantes nominati illi, qui ab initio fuerunt, ſtaturâ magni, ſcientes prælii*. Ambr. l. 1. de Cain & Ab. c. 5. col. 193. c. *Ibi fuerunt gigantes illi, qui ab initio fuerunt, ſtaturâ magnâ, ſcientes prælium*. Aug. l. 15. de civ. De. c. 23. to. 7. 409. c. *Ibi fuerunt gigantes illi nominati, qui ab initio fuerunt, ſtaturoſi, ſcientes prælium*. Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 9. p. 134. a. *Ibi fuerunt gigantes illi nominati, ſcientes prælium*. Græc. Ἐκεῖ ἐγενήθησαν οἱ γίγαντες οἱ ὀνομαστοὶ, ἀπ' ἀρχῆς γενόμενοι, ἐμπεπλεγμένοι, ἐπιστάμενοι πόλεμον.

℣. 27. Mſs. S. Germ. & Orat. *Et non elegit illos Dominus, nec dedit illis viam diſciplinæ*; Germ. ſolus addit, & *perierunt propter inſipientiam ſuam*, quæ ſunt de ℣. ſeq. intermedia verò penitus omittit. Mſ. Corb. hab. *Non hos elegit Deus, neque viam diſciplinæ dedit illis* : & *perierunt*. Similiter in Mſ. S. Theod. *neque viam diſciplinæ dedit illis*, &c. ut in Vulg. Ambroſ. l. 1. de Cain & Ab. c. 5. col. 193. c. cum Aug. l. 15. de civ. De. c. 23. col. 409. c. *Non hos elegit Dominus*; deinde Auguſt. *nec viam ſcientiæ dedit illis* : & *interierunt*. Itidem Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 9. ap. Proſp. p. 134. a. præter ult. & *perierunt*. Gr. Οὐ τούτους ἐξελέξατο ὁ Θεὸς, οὐδὲ ὁδὸν ἐπιστήμης ἔδωκεν αὐτοῖς· καὶ ἀπώλοντο.

℣. 28. Ita Mſ. Rem. Sic etiam hab. alter Orat. ſed delet pronom. *ſuam*, ante *inſipientiam*. Corb. verò huic, & *perierunt*, proximè addit, *eò quòd non haberent ſapientiam*; & *perierunt propter inſipientiam ſuam*. Mſ. S. Theod. *Et quoniam non hab. ſap. perierunt*, &c. ut in Vulg. Gr. Παρὰ τὸ μὴ ἔχειν φρόνησιν, ἀπώλοντο διὰ τὴν ἀβουλίαν αὐτῶν. Auguſt. l. 15. de civ. De. c. 23. col. 409. c. *Quia non habuerunt ſapientiam, perierunt propter inconſiderantiam*. Auct. l. de prom. p. 2. c. 9. ap. Proſp. p. 134. a. huic de ℣. anteced. & *perierunt*, ſubdit ſimpliciter : *propter quòd conſilium non habuerunt*.

℣. 29. Ita Mſ. S. Germ. Sic etiam in Mſ. S. Theod. & ap. Auct. l. de XLII. manſ. ap. Ambr. col. 14. f. exceptâ conjunct. & , pro *aut*, ut in Vulg. Mſ. Rem. hab. *Quis aſcendit in cælos..... & eduxit de nubibus?* Similiter cod. Orat. tollit *eam*, poſt *eduxit*; Corb. hab. & *deduxit eam*. Gr. καὶ καθεῖλεν αὐτὴν, &c. ut in Vulg.

℣. 30. Mſs. Rem. Orat. Corb. & S. Theod. Vulgatæ accinunt. Auct. verò l. de XLII. manſ. ap. Ambr. col. 14. f. legit : *Quis tranſivit trans mare, & invenit eam? & afferet eam auro electo?* Ita quoque in Græco. Vide Vigil. Tapſ. l. de Trin. p. 518. c.

℣. 31. Mſ. S. Germ. *Non eſt qui noverit eam, neque qui excogitat ſemitas ejus*. Auct. l. de XLII. manſ. ap. Ambr. col. 14. f. *Non eſt cognoſcens viam ejus, neque qui conſideret ſemitas ejus*. Sic etiam in Græco, præter ſing. ult. τὴν τρίβον αὐτῆς, *ſemitam ejus*. In Mſ. Corb. *Non eſt qui poſſit ſcire viam ejus, neque qui exquiſierat ſemitas ejus*.

℣. 32. Mſ. S. Germ. *ſed qui ſcit univerſa, novit eam*, & *adinvenit illum prudentia : qui compoſuit terram in æternitatem*, & *implevit eam pecoribus*. Auct. l. de XLII. manſ.

Digitized by Google

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.	AL. VERSIO VETUS.
33. qui emittit lumen, & vadit: & vocavit illud, & obedit illi in tremore.	33. *qui juſſit fieri lumen, & ortum eſt: vocavit illud, & obaudivit in tremore.* Ex Mſ. cod. Sangerm. & aliis duobus notatis ſup.
34. Stellæ autem dederunt lumen in cuſtodiis ſuis, & lætatæ ſunt:	34. *Cujus imperio ſtellæ ſplendificatæ ſunt:*
35. vocatæ ſunt, & dixerunt: Adſumus: & luxerunt ei cum jucunditate, qui fecit illas.	35. *vocavit eas, & dixerunt: Adſumus: & lucem dederunt cum lætitia ei, qui fecit illas.*
36. Hic eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius adversùs eum.	36. *Hic eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius ad illum.*
37. Hic adinvenit omnem viam diſciplinæ, & tradidit illam Jacob puero ſuo, & Iſraël dilecto ſuo.	37. *Invenit omnem viam diſciplinæ, & dedit eam Jacob puero ſuo, & Iſraël dilecto ſuo.*
38. Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt.	38. *Poſt hæc ſuper terram viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt.*

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

apud Ambr. p. 14. f. *ſed ſciens omnia, cognoſcit eam, & adinvenit eam prudentiâ ſuâ.* Græc. ἀλλ' ὁ εἰδὼς τὰ πάντα, γινώσκει αὐτὴν, ἐξεῦρεν (Ald. ᾧ ἐξεῦρεν) αὐτὴν τῇ ζυνέσει αὐτοῦ· ὁ καταστεváσας τὴν γῆν εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον, ἐπλήρωσεν αὐτὴν κτηνῶν τετραπόδων. Mſ. Corb. Vulgatæ congruit, niſi quòd hab. *invenit*, pro *adinvenit*.

℣. 33. Mſs. Rem. & Orat. ſimpliciter hab. *vocavit eam*, & *obedivit ei in tremore*, omiſſis eis, quæ antecedunt: Græc. verò ſic: ὁ ἀποστέλλων τὸ φῶς, ᾧ πορεύεται· ἐκάλεσεν αὐτὸ, ᾧ ὑπήκουσεν αὐτῷ τρόμῳ. Mſs. Corb. & S. Theod. & *obaudit illi in* (S. Th. *cum*) *tremore*.

℣. 34. Mſ. Rem. concinit cum Vulg. ſicut etiam Mſ. Orat. niſi quòd habet, *ſtellæ enim*, non *autem*: Gr. Οἱ δὲ ἀστέρες ἔλαμψαν, &c. ut in Vulg.

℣. 35. Græc. textui vet. congruit, deleto uno &, ante *lucem*: Mſs. verò Rem. & Orat. Vulgatæ accinunt.

℣. 36. Ita Mſ. Orat. Rem. verò hab. *Hic eſt Deus noſter: etenim æſtimabitur alius ad alium.* Mſ. Germ. ſolus: *Hic Dominus noſter, cui nullus eſt ſimilis.* Corb. *Hic Deus noſter, non æſtimabitur alius adversùs eum.* Græc. Οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, ᾧ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. Cyprianus l. 2. Teſtim. p. 286. c. *Apud Jeremiam*, inquit, *Hic Deus noſter, & non deputabitur alius abſque illo.* Lactant. l. 4. Inſtit. c. 13. p. 576. cum Auctore l. de fide orthod. ap. Ambr. p. 353. f. & Fauſtino presb. l. cont. Arian. p. 646. b. *Hic Deus noſter eſt, & non deputabitur alius abſque illo.* Zeno Veron. l. 2. tract. 7. p. 159. *Sed & Jeremias*, inquit, *eodem ſpiritu loquitur, dicens: Hic eſt Deus noſter, & non deputabitur* (Mſ. 1. *putabitur*) *Deus alius abſque ipſo.* Hilar. l. 4. de Trin. col. 852. b. 878. a. ex Jeremia: *Hic Deus noſter eſt, & non deputabitur alter ad eum.* Rufin. in Symb. p. 173. b. *Hic Deus noſter, non reputabitur alter ad eum.* Ambr. l. 1. de fide, to. 2. 449. a. *Hic Deus noſter, & non reputabitur alius ad eum:* & inf. 449. b. necnon l. 2. col. 486. a. *Hic eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius ad eum.* S. Paulin. ep. 24. p. 162. c. *Hic nobis Deus, non æſtimabitur alius ad eum.* Auguſt. l. 18. de civit. Dei, c. 33. to. 7. 515. f. *Hic Deus meus, & non æſtimabitur alter ad eum:* & l. 2. cont. Maximin. to. 8. 743. b. *Hic Deus noſter, non æſtimabitur alius ad eum.* Itidem in Synodico adv. tragœd. Iren. c. 225. append. Conc. Baluz. Item ap. Auct. quæſt. ex N. T. q. 97. ap. Aug. to. 3. 87. c. *Hic Deus noſter, & non æſtimabitur alter ad eum.* Fulg. quoque l. 2. ad Traſim. c. 3. & 13. p. 90. 107. legit: *Hic Deus noſter, & non æſtimabitur alius ad eum:* ſimiliter l. de Incarn. p. 296. 415. ſicut etiam fragm. 11. cont. Fab. p. 591. niſi quòd hab. *æſtimabitur alius præter illum:* at l. pro fide cath. p. 538. *& non deputabitur alius abſque eo.* Auct. l. de promiſſ. p. 3. ap. Proſp. p. 172. b. *Hic Deus noſter, & non eſt alius abſque eo.* Vigil. Tapſ. l. 3. de Trin. p. 222. c. *Hic eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius abſque illo:* at l. 1. cont. Arium, Sab. &c. *Hic eſt Deus noſter, & non deputabitur alter ad eum:* & l. cont. Varimad. p. 728. d. *Hic Deus noſter, & non applicabitur alter ad eum.* Caſſiod. in Pſ. 46. p. 160. b. cum Ferrando diac. ep. ad Sever. p. 140. & ad S. Fulg. p. 213. *Hic eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius abſque illo.* Avit. Vien. ep. 28. Sirm. to. 2. p. 66. c. *Hic eſt Deus noſter, non æſtimabitur alius ad eum.* Apud Marten. Anecdot. to. 5. p. 5. a. *Hic Deus, & non eſt alius, nec æſtimabitur abſque illo.*

℣. 37. Mſs. Rem. & Orat. *Hic adinvenit omnem viam diſciplinæ, & dedit illam Jacob puero ſuo, & Iſraël electo ſuo.* Græc. Ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν..... καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ. Cyprianus l. 2. Teſtim. p. 286. c. cum Lact. l. 4. Inſtit. c. 13. p. 576. necnon Fauſtino presb. l. cont. Arian. p. 646. b. *Qui invenit omnem viam prudentiæ, & dedit eam Jacob puero ſuo, & Iſraël dilecto ſibi.* Zeno Veron. l. 2. tract. 7. p. 159. *Qui adinvenit viam prudentiæ, & revelavit eam Jacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſibi.* Hilar. l. 4. de Trin. col. 852. b. 878. a. cum Ferrando diac. epiſt. ad Sever. p. 140. a. *Qui invenit omnem viam ſcientiæ, & dedit eam Jacob puero ſuo, & Iſraël dilecto ſuo.* Ambr. l. 1. de fide, to. 2. 449. a. *Hic adinvenit omnem viam diſciplinæ, & dedit eam Jacob puero ſuo, & Iſraël dilecto ſuo:* & l. 2. col. 486. a. *Qui adinvenit omnem viam diſciplinæ.* Ap. Rufin. in Symb. p. 173. b. ut & in Synodico adv. tragœd. Iren. c. 225. append. Conc. Baluz. *Qui invenit omnem viam diſciplinæ, & dedit eam Jacob puero ſuo, & Iſraël dilecto ſuo.* Itidem Auct. l. de fide orthod. ap. Ambr. col. 353. f. cum Auguſt. l. 18. de civit. Dei, c. 33. p. 515. f. præter vocem *prudentiæ*, loco *diſciplinæ*: at l. 2. cont. Maximin. to. 8. 743. b. Aug. legit: *Hic invenit omnem viam diſciplinæ*, &c. Avit. Vien. epiſt. 28. Sirm. to. 2. p. 66. c. *Invenit omnem viam diſciplinæ, dedit Jacob puero ſuo, & Iſraël dilecto ſuo.* Auct. quæſt. ex N. T. q. 97. ap. Aug. to. 3. 87. c. *Hic adinvenit omnem viam ſcientiæ, & dedit eam Jacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſibi.* Auct. l. de promiſſ. p. 3. ap. Proſp. p. 172. b. *Qui invenit omnem viam prudentiæ, & dedit eam Jacob electo ſibi.* Fulg. l. 2. ad Traſim. c. 3. & 13. p. 90. 107. *Adinvenit omnem viam diſciplinæ, & dedit eam Jacob puero ſuo, & Iſraël dilecto ſuo:* ita rurſum ep. 17. p. 296. ſicut etiam l. de Incarn. p. 415. præmiſſo relat. *qui*, verbo *adinvenit*: at lib. pro fide cath. p. 538. legit: *Qui invenit omnem viam prudentiæ*, & *dedit eam*, &c. ut ſup. Apud Marten. Anecdot. to. 5. p. 5. a. *Qui invenit omnem prudentiam, & dedit Jacob puero ſuo, & Iſraël dilecto ſuo.* Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 728. d. *Qui invenit omnem viam ſcientiæ, & dedit Jacob puero ſuo, & Iſraël electo ſuo:* ſimiliter habet l. 1. cont. Arium, Sab. &c. at l. 3. de Trin. p. 222. c. *Qui adinvenit omnem viam ſcientiæ, & dedit eam..... & Iſraël dilecto ſuo.*

℣. 38. Mſ. S. Germ. ſolus: *Poſt hæc ſuper terram apparebit, & inter homines converſabitur.* Græc. verò ut ſup. Μετὰ τοῦτο ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ ἐν τοῖς..... Συναναστράφη. Cyprian. l. 2. Teſtim. p. 286. c. cum Vulg. *Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt.* Accinunt magno conſenſu Zeno Veron. l. 2. tract. 7. p. 159. Ambroſ. l. 1. & 2. de fide, col. 449. a. 486. a. Auct. l. de fide orthod. ap. ipſum, col. 353. f. Auct. l. de promiſſ. p. 3. ap. Proſp. p. 172. b. Ferrand. diac. ep. ad Sever. p. 140. necnon Vigil. Tapſ. l. 3. de Trin. p. 222. c. Itidem ap. Marten. Anecdot. to. 5. p. 5. a. & ap. Fulg. l. 2. ad Traſim. c. 3. & 13. p. 90. 107. & epiſt. 17. p. 296. ut & in Synodico adv. tragœd. Iren. c. 225. app. Conc. Baluz. Hilar. verò l. 4. de Trin. col. 852. b. d. & 878. a. ita legit: *Poſt hoc ſuper terram viſus eſt, & inter homines converſatus eſt:* at in Pſ. 68. col. 225. b. *Poſtea in terris viſus eſt*, &c. Item S. Paulin. epiſt. 24. p. 162. c. *In terris viſus eſt, & inter homines converſatus eſt.* Rufin. in Symb. p. 173. b. *Poſt hæc in terris viſus eſt, & inter homines converſatus eſt.* Auguſt. l. 18. de civit. Dei, c. 33. col. 515. f. *Poſt hæc in terra viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt:* & l. 2. cont. Maximin. to. 8. 743. b. *Poſt hæc ſuper terram viſus eſt, & inter homines converſatus eſt.* Auct. quæſt. ex N. T. q. 97. ap. Aug. to. 3. 87. c. *Poſt hæc in terris viſus eſt, & inter homines converſatus eſt.* Avitus Vien. ep. 18. Sirm. to. 2. 66. c. *Et poſt hæc in terra viſus eſt, & inter homines converſatus:* in Mſ. etiam Orat. deeſt *eſt* in fine. Ambroſiaſt. p. 187. a. cum Vigil. Tapſ. l. 1. cont. Arium, Sab. &c. *Poſt hæc in terris viſus eſt, & inter homines converſatus eſt.*

Digitized by Google

CAPUT IV.

AL. VERSIO VETUS.

Ex Mſ. cod. San-germ. & aliis duobus notatis ſup.

1. *HIc liber præceptorum Dei, & lex, quæ permanet in æternum: omnes qui tenent eam, pervenient ad vitam; qui autem reliquerint eam, morientur.*

2. *Convertere Jacob, & apprehende eam, perambula ad ſplendorem ejus contra lumen.*

3. *Noli alteri dare gratiam tuam, & utilitates tuas genti advenæ.*

4. *Beatiſſimus Iſraël: quia quæ Deo placent, nota ſunt nobis.*

5. *Conſtantes eſtote populi, memorabiles Iſraël:*

6. *venundati eſtis gentibus non in perditionem: quoniam irritaſtis Dominum, traditi eſtis adverſariis veſtris.*

7. *Exacerbaſtis enim Dominum æternum, qui vos fecit, ſacrificantes dæmoniis, & non Deo.*

8. *Obliti enim eſtis Dominum, qui vos ſalvavit, & contriſtatis eam, quæ vos nutrivit, Jeruſalem.*

9. *Vidit enim ſupervenientem vobis iram à Deo, & dixit: Audite civitates Sion, quia induxit mihi Dominus luctum magnum:*

10. *Vidi enim captivitatem filiorum meorum, & filiarum, quam ſuper omnes induxit Æternus.*

11. *Nutrivi enim illos cum jocunditate: & dimiſi cum fletu & luctu.*

12. *Nemo in me exſultet, quia vidua relicta ſum à multis: deſolata ſum propter peccata filiorum meorum, quoniam declinaverunt à lege Domini.*

13. *Juſtitiam ejus non cognoverunt, neque ambulaverunt in viis mandatorum illius, neque ſemitas veritatis ejus cum juſtitia ingreſſi ſunt.*

14. *Venite convicinantes Sion, mementote captivitatis filiorum meorum, & filiarum, quam ſuperduxit illis ille Æternus.*

15. *Qui ſuſcitavit ad eos gentes de longinquo, improbas, & alterius linguæ:*

16. *quæ ſeni, & juveni miſericordiam non præſtiterunt, & abduxerunt dilectos vidua, & unicam à filiis deſolati ſunt.*

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

1. HIc liber mandatorum Dei, & lex, quæ eſt in æternum: omnes qui tenent eam, pervenient ad vitam; qui autem dereliquerunt eam, in mortem.

2. Convertere Jacob, & apprehende eam, ambula per viam ad ſplendorem ejus contra lumen ejus.

3. Ne tradas alteri gloriam tuam, & dignitatem tuam genti alienæ.

4. Beati ſumus Iſraël: quia quæ Deo placent, manifeſta ſunt nobis.

5. Animæquior eſto populus Dei, memorabilis Iſraël:

6. venundati eſtis gentibus non in perditionem: ſed propter quòd in ira ad iracundiam provocaſtis Deum, traditi eſtis adverſariis.

7. Exacerbaſtis enim eum qui fecit vos, Deum æternum, immolantes dæmoniis, & non Deo.

8. Obliti enim eſtis Deum, qui nutrivit vos, & contriſtaſtis nutricem veſtram Jeruſalem.

9. Vidit enim iracundiam à Deo venientem vobis, & dixit: Audite confines Sion, adduxit enim mihi Deus luctum magnum:

10. Vidi enim captivitatem populi mei, filiorum meorum, & filiarum, quam ſuperduxit illis Æternus.

11. Nutrivi enim illos cum jucunditate: dimiſi autem illos cum fletu & luctu.

12. Nemo gaudeat ſuper me viduam, & deſolatam: à multis derelicta ſum propter peccata filiorum meorum, quia declinaverunt à lege Dei.

13. Juſtitias autem ipſius neſcierunt, nec ambulaverunt per vias mandatorum Dei, neque per ſemitas veritatis ejus cum juſtitia ingreſſi ſunt.

14. Veniant confines Sion, & memorentur captivitatem filiorum, & filiarum mearum, quam ſuperduxit illis Æternus.

15. Adduxit enim ſuper illos gentem de longinquo, gentem improbam, & alterius linguæ:

16. qui non ſunt reveriti ſenem, neque puerorum miſerti ſunt, & abduxerunt dilectos viduæ, & à filiis unicam deſolaverunt.

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 1. Similiter in Græco, excepto uno *pervenient*, quod deeſt: abeſt etiam hoc verbum à Mſs. Corb. & S. Theod. Supra verò loco *permanet*, legitur Græcè, ὑπάρχων, ad litt. *eſt*.

℣. 2. Ita Græcè, niſi quòd transfertur *ejus*, poſt *lumen*. In Mſ. Rem. tollitur conjunct. &, ante *apprehende*.

℣. 3. Mſ. Orat. hab. *utilitates tuæ*; ſed aperto errore. Græc. Μὴ λαῷ ἑτέρῳ τὴν δόξαν σου, καὶ τὰ συμφέροντά σοι ἔθνει ἀλλοτρίῳ. Nobil. *Ne tradas alteri gloriam tuam, & quæ conferunt tibi genti alienæ.*

℣. 4. Mſ. Corb. *Beatus es tu Iſraël: quoniam quæ Deo placent, nobis manifeſta ſunt.* Græc. verò cum Vulg. Μακάριοι ἐσμὲν Ἰσραὴλ· ὅτι τὰ ἀρεστὰ τῷ Θεῷ ἡμῖν γνωστά ἐστιν. In Mſ. Orat. *nota ſunt*, ſed vitiosè, ut ℣. præced.

℣. 5. Græc. Θαρσεῖτε λαοί μου, μνημόσυνον Ἰσραήλ. *Confidite populus meus, memoriale Iſrael.*

℣. 6. Ita Græcè, detracto ult. *veſtris*; ſup. etiam τὸν Θεὸν, non *Dominum*. Mſ. quoque Orat. hab. *quoniam irritaſtis Deum*. Mſ. Floriac. *ſed quoniam irritaſtis Dominum, traditi eſtis adverſariis*. Hoc etiam Vulg. *in ira*, deeſt in Mſ. Corb.

℣. 7. Mſ. Floriac. *Exacerbaſtis enim eum qui vos fecit, Dominum æternum, ſacrificantes*, &c. ut ſup. Ita quoque in Gr. præter hoc, *Dominum æternum*, quod deeſt.

℣. 8. Græc. Ἐπελάθεσθε τὸν (Mſ. Alex. cum Ald. & Compl. δὲ τὸν) τροφεύσαντα ὑμᾶς (Alex. ἡμᾶς,) Θεὸν αἰώνιον, ἐλυπήσατε δὲ καὶ τὴν ἐκθρέψασαν ὑμᾶς, &c. *Obliti eſtis eum, qui nutrivit vos, Deum æternum*, &c. In Mſ. Orat. eſt *nuntiavit*, non *ſalvavit*, ſed aperto mendo, pro *nutrivit*: deinde tam in ipſo, quàm in Germ. & *contriſtatis*, ſed vitiosè, ni fallor, pro *contriſtaſtis*; in Rem. & *contriſtati eſtis*. Mſ. S. Theod. initio hab. *Obliti autem eſtis*; & in fine, *Iſraël*, non *Jeruſalem*.

℣. 9. Græcè, αἱ πάροικοι, *accolæ*, loco *civitates*, abſque ſeq. *quia*; paulòque poſt, ὁ Θεὸς, non *Dominus*; cæt. ut ſupra. In Mſ. S. Theod. *Audite fines Sion*: tum in Mſ. Alex. ac ed. Ald. ἐπήγαγεν γάρ μοι, &c.

℣. 10. Sic eſt in Græco, præter hoc, ἐπήγαγεν αὐτοῖς, loco *ſuper omnes induxit*.

℣. 11. Conſonat Gr. niſi quòd hab. ἐξαπέστειλα δὲ, *dimiſi autem*. Mſ. Rem. tollit *enim*, poſt *nutrivi*.

℣. 12. Græc. Μηδεὶς ἐπιχαιρέτω μοι τῇ χήρᾳ, καὶ κατα-λειφθείσῃ ὑπὸ, &c. ut in textu vet. excepto ult. Θεοῦ, loco *Domini*.

℣. 13. Græc. initio habet, Καὶ δικαιώματα αὐτοῦ, *Et juſtificationes ejus*; & inf. Θεοῦ, *Dei*, loco *illius*; ſtatimque: οὐδὲ τρίβους παιδείας ἐν δικαιοσύνῃ αὐτοῦ ἐπέβησαν· *neque per ſemitas diſciplinæ in juſtitia ejus aſcenderunt*. Mſ. S. Theod. vitiosè, *cum injuſtitiis ingreſſi ſunt*.

℣. 14. Græc. Ἐλθέτωσαν αἱ πάροικοι Σιὼν, καὶ μνήσθητε, &c. *Veniant accolæ Sion*, &c. ut ſup. detracta voce penult. *ille*. Mſ. Orat. hab. *Venite circumvicinantes Sion*; & infra Rem. *ſuperinduxit illis*; Gr. ἐπήγαγεν αὐτοῖς.

℣. 15. Græc. Ἐπήγαγεν γὰρ ἐπ' αὐτὸς ἔθνος μακρόθεν, ἔθνος ἀναιδὲς, καὶ ἀλόγλωσσον.

℣. 16. Mſ. Rem. *Quoniam ſeni, & juveni non præſti-*

Digitized by Google

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

17. Ego autem quid poſſum adjuvare vos?
18. Qui enim adduxit ſuper vos mala, ipſe vos eripiet de manibus inimicorum veſtrorum.
19. Ambulate filii, ambulate: ego enim derelicta ſum ſola.
20. Exui me ſtolâ pacis, indui autem me ſacco obſecrationis, & clamabo ad Altiſſimum in diebus meis.
21. Animæquiores eſtote filii, clamate ad Dominum, & eripiet vos de manu principum inimicorum.
22. Ego enim ſperavi in æternum ſalutem veſtram: & venit mihi gaudium à ſancto ſuper miſericordia, quæ veniet vobis ab æterno ſalutari noſtro.
23. Emiſi enim vos cum luctu & ploratu: reducet autem vos mihi Dominus cum gaudio & jucunditate in ſempiternum.
24. Sicut enim viderunt vicinæ Sion captivitatem veſtram à Deo, ſic videbunt & in celeritate ſalutem veſtram à Deo, quæ ſuperveniet vobis cum honore magno, & ſplendore æterno.
25. Filii patienter ſuſtinete iram, quæ ſupervenit vobis: perſecutus eſt enim te inimicus tuus, ſed citò videbis perditionem ipſius: & ſuper cervices ipſius aſcendes.
26. Delicati mei ambulaverunt vias aſperas: ducti ſunt enim ut grex direptus ab inimicis.
27. Animæquiores eſtote filii, & proclamate ad Dominum: erit enim memoria veſtra ab eo qui duxit vos.
28. Sicut enim fuit ſenſus veſter ut erraretis à Deo: decies tantùm iterum convertentes requiretis eum.
29. Qui enim induxit vobis mala, ipſe rurſum adducet vobis ſempiternam jucunditatem cum ſalute veſtra.
30. Animæquior eſto Jeruſalem, exhortatur enim te, qui te nominavit.
31. Nocentes peribunt, qui te vexaverunt: &

AL. VERSIO VETUS.

17. *Ego autem non poſſum juvare vos.*
18. *Sed Dominus, qui vobis hæc mala intulit, eripiet de manu inimicorum veſtrorum.*
19. *Abite filii, abite: ego enim derelicta ſum ſola.*
20. *Exui ſtolam pacis, & indui cilicium obſecrationis, clamabo ad Altiſſimum in diebus meis.*
21. *Animum ſortem habete filii, proclamate ad Dominum, & eripiet vos de manu principum inimicorum.*
22. *Ego enim ſperavi in æternum ſalvatorem veſtrum: quia veniet mihi gaudium à ſancto ſuper miſericordiam, quæ veniet vobis citò ab æterno ſalvatore noſtro.*
23. *Emiſi enim vos cum luctu & fletu: reſtituet autem vos mihi Dominus cum gaudio & lætitia in æternum.*
24. *Nam ſicut viderunt nunc confines veſtram captivitatem, ſic videbunt citò à Deo vobis ſalutem, quæ ſuperveniet in vos cum magna lætitia, & gloria, ac ſplendore æterno.*
25. *Filii patientes eſtote: quia per iram Dei perſecutus eſt vos inimicus, ſed citò videbitis ejus perditionem: & in cervices illius aſcendetis.*
26. *Delicati mei, ambulaſtis vias aſperas: ducti eſtis velut grex ab inimicis.*
27. *Conſtantes eſtote filii, & proclamate ad Dominum: erit enim illi pro veſtra captivitate memoria.*
28. *Sicut erraſtis à Deo: multipliciter converſi quæritis eum.*
29. *Qui enim induxit ſuper vos mala, dabit vobis æternam jocunditatem cum ſalute.*
30. *Conſtans eſto Jeruſalem, exhortatur te, qui te nominavit.*
31. *Miſeri facti ſunt, qui te vexaverunt,*

Ex Mſ. cod. Sangerm. & aliis duobus notatis ſup.

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

terunt, & *abduxerunt*, &c. ut ſup. alii, & *adduxerunt*, ſed malè. Græc. cum Vulg. Ὅτι οὐκ ἠχύνθησαν προσεύτην, οὐδὲ παιδίον ἐλέησαν, οὐκ ἀσπάγαγον τὰς ἀγαστὰς τῆς χήρας, οὐκ ἀπὸ τῶν θυγατέρων τὴν μόνην ἠρήμωσαν· Mſ. Alex. hab. μονογενῆν, *unigenitam*.

℣. 16. Græc. Vulgatæ congruit.

℣. 18. Græc. Ὁ γὰρ ἐσαγαγὼν τὰ κακὰ (Mſ. Alex. add. ἐμῖν, ἐξελεῖται ὑμᾶς ἐκ χειρὸς, &c. ut ſupra. Mſ. Rem. hab. *de manibus inimic.* Corb. verò, *de manu*.

℣. 19. Græc. Βαδίζεῖς τέκνα, βαδίζετε· ἐγὼ γὰρ κατελείφθην ἔρημος. Ambr. in Pſ. 118. col. 1194. e. *Ite, proficiſcimini filii: ego enim derelicta ſum deſerta.*

℣. 20. Mſ. S. Germ. *Exui me ſtolam pacis*, & *indui me ciliciо*, &c. ut ſupra. Ambr. in Pſ. 118. col. 1194. e. *Exui me ſtolam pacis, indui autem ſtolam precationis meæ*, & *clamabo ad Excelſum in diebus meis.* Sic etiam in Gr. præter ſeqq. Αἰώνιον, *Æternum*, loco *Excelſum*, & ζάκτον, loco 2. *ſtolam*; deeſt etiam & , ante *clamabo*.

℣. 21. Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1194. e. *Animo æquo eſtote filii, clamate ad Dominum*, & *extrahet vos de manu principum inimicorum.* Græc. Θαρρεῖτε τέκνα, βοήσατε πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ ἐξελεῖται ὑμᾶς ἐκ δυναστείας, ἐκ χειρὸς ἐχθρῶν. *Confidite filii, clamate ad Deum*, & *eripiet vos de dominatione, de manu inimicorum*; Mſ. S. Theod. *principum inimicorum.*

℣. 22. Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1194. e. *Ego enim ſperavi in illo Æterno ſalutem veſtram.* Ita quoque in Græco: deinde ſic: καὶ ἦλθέ μοι, & *venit mihi*; reliqua ut in textu vet. excepto uno ἐπὶ τῇ ἐλεημοσύνῃ, *ſuper miſericordia*. Mſ. Orat. hab. ſup. *quia venit mihi*, &c.

℣. 23. Vix melius è Græco.

℣. 24. Græc. Ὥσπερ γὰρ νῦν ἑωράκασιν αἱ πάροικοι Σιὼν τὴν ὑμετέραν αἰχμαλωσίαν, ὕτως ὄψονται ἐν τάχει τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ ὑμῶν σωτηρίαν, ἥ ἐπελεύσεται ὑμῖν μετὰ δόξης μεγάλης, καὶ λαμπρότητος τῆ Αἰωνίου Mſs. Corb. & S. Theod. delent τὸ *à Deo*, quod habetur in Vulg. poſt *captivitatem veſtram*: præterea Mſ. S. Theod. hab. *ſupereminet*, pro *ſuperveniet*; ſed f. vitiosè.

℣. 25. Mſ. Rem. hab. *quia propter iram Dei*, non *per iram*; deleteque *in*, ante *cervices*. Græc. Τέκνα μακροθυμήσατε τὴν παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐπελθοῦσαν ὑμῖν ὀργήν· καταδιώξει σε ὁ ἐχθρὸς, καὶ ὄψει αὐτοῦ τὴν ἀπώλειαν ἐν τάχει· καὶ ἐπὶ τραχήλους αὐτῶν ἐπιβήσῃ.

℣. 26. Ambroſ. l. 3. Hex. col. 56. f. cum Vulg. *Delicati mei ambulaverunt vias aſperas.* Sic etiam Auct. quæſt. ex utroq. T. q. 102. ap. Aug. to. 3. 95. a. ſubnexis his, *ducti ſunt ut grex direptus ab inimicis.* Ita quoque in Græco eſt, præter verbum ἠρθησαν, *ablati ſunt*, pro *ducti ſunt enim*, quod in Vulg. Similiter in Mſ. S. Theod. deeſt *enim*.

℣. 27. Ambroſ. l. 3. Hex. col. 56. f. *Conſtantes eſtote filii*, & *clamate ad Deum.* Auct. quæſt. ex utroq. Teſt. q. 102. p. 95. a. *Conſtantes eſtote filii*, & *proclamate ad Deum: erit veſtra in abductione memoria.* Græc. Θαρσήσατε τέκνα, καὶ βοήσατε πρὸς τὸν Θεὸν· ἔσται γὰρ ὑμῶν ὑπὸ τῆ ἐπάγοντος μνεία. *Confidite filii*, & *clamate ad Deum: erit enim veſtri ab eo qui induxit memoria.* Mſ. Corb. hab. *ab eo qui ducunt vos.* Mſ. S. Theod. *ab eo qui ducit vos.*

℣. 28. Ita Mſ. S. Germ. Rem. verò & Orat. ferunt: *Si ſicut erraſtis ab eo, multipliciter converſi quæratis eum.* Auct. quæſt. ex utroq. Teſt. q. 102. p. 95. a. *Nam ſicut fuit mens veſtra, ut erraretis à Deo: duplicabitis decies tantùm converſi quærentes eum.* Sic etiam Græcè, præter hæc poſtrema: δεκαπλασιάσατε ἐπιστρέφοντες ζητῆσαι αὐτόν· Nobil. *decies tantùm converſi quæretis eum.*

℣. 29. Mſ. Orat. habere videtur *etiam*, loco *æternam*, ſed malè; nam in Gr. αἰώνιον. Auct. quæſt. ex utroq. Teſt. q. 102. ap. Aug. to. 3. 95. a. rectè: *Qui enim induxit in vos mala, inducet in vos æternam jocunditatem cum ſaluto veſtra.* Ita quoque in Græco.

℣. 30. Ita Græcè, præter unum fut. παρακαλέσῃ, pro *exhortatur*; Nobil. *conſolabitur*; in Mſ. Alex. ac ed. Ald. παρακαλεῖ.

℣. 31. Similiter in Græco, detracto uno *facti ſunt*. Mſs. Corb. & S. Theod. hab. *Nocentes pavebunt*, *qui*, &c. ut in

Digitized by Google

AL. VERSIO VETUS.

Ex Mſ. cod. Sangerm. & aliis duobus notatis ſup.

& qui exſultaverunt in caſu tuo.

32. *Miſeræ civitates, quibus ſervierunt filii tui; miſerior, qui accepit filios tuos.*

33. *Sicut enim gaviſa eſt in ruina tua, & lætata eſt in tuo caſu Babylon, ita contriſtabitur in ſua ſolitudine.*

34. *Et amputabo exſultationem multitudinis ejus, & lætitia ejus erit in luctu.*

35. *Ignis enim ſuperveniet illi ab æterno, & dies longus, & habitabitur à dæmoniis plurimùm temporis.*

36. *Circumſpice ad Orientem Jeruſalem, & vide jocunditatem, quæ à Deo tibi ſuperventura eſt.*

37. *Ecce venient filii tui, quos emiſiſti, verbo Domini congregati ab Oriente & Occaſu, gaudentes in Dei gloria.*

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

qui gratulati ſunt in tua ruina, punientur:

32. civitates, quibus ſervierunt filii tui, punientur; & quæ accepit filios tuos.

33. Sicut enim gaviſa eſt in tua ruina, & lætata eſt in caſu tuo, ſic contriſtabitur in ſua deſolatione.

34. Et amputabitur exſultatio multitudinis ejus, & gaudimonium ejus erit in luctum.

35. Ignis enim ſuperveniet ei ab æterno in longiturnis diebus, & habitabitur à dæmoniis in multitudine temporis.

36. Circumſpice Jeruſalem ad Orientem, & vide jucunditatem à Deo tibi venientem.

37. Ecce enim veniunt filii tui, quos dimiſiſti diſperſos, veniunt collecti ab Oriente uſque ad Occidentem, in verbo ſancti gaudentes in honorem Dei.

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

Vulg. ſed mendosè, pro *peribunt*.

℣. 32. Ita in Græco, præter hoc, Λειλαία, ἡ, *miſera, quæ*, loco *miſerior, qui*.

℣. 33. Itidem Græcè, detracta voce *Babylon*. Mſ. S. Theod. tollit *enim*, ante *gaviſa*. Nota pro ult. *ſolitudine*, Græcè ſcribi ἐρημία, mel. *deſolatione*.

℣. 34. Græc. ſubdit αὐτῆς, *ab ea*, verbo *amputabo*; tollit verò *ejus*, poſt *multitudinis*; mox ita: καὶ τὸ ἀγαυρίαμα αὐτῆς εἰς πένθος, & *exſultatio ejus in luctum*; Mſ. Alex. ἔσαι εἰς πένθος.

℣. 35. Mſ. S. Germ. hab. *ſupervenit*, non *ſuperveniet*; Græc. verò ἐπελεύσεται; cæt. ut in Lat. ſup. hoc tamen excepto medio, εἰς ἡμέρας μακράς, *in dies longos*, loco & *dies longus*. Mſ. Corb. ult. hab. *in multitudinem temporis*; Græc. τὸν πλείονα χρόνον.

℣. 36. Iren. l. 5. c. 35. p. 335. e. *Circumſpice ad Orientem Jeruſalem, & vide lætitiam, quæ adventat tibi ab ipſo Deo.* Sic etiam Græcè, detracto penult. *ipſo*.

℣. 37. Iren. l. 5. c. 35. p. 335. e. *Ecce venient filii tui, quos emiſiſti, venient collecti ab Oriente uſque ad Occidentem, verbo illius ſancti gaudentes eâ, quæ à Deo tuo eſt, claritate.* Ita quoque in Græco eſt, excepto gemino præſ. ἔρχονται, *veniunt*, pro *venient*; ut & hoc in fine, τῇ τοῦ Θεοῦ, δόξῃ, pro *eâ, quæ à Deo tuo eſt, claritate*.

CAPUT V.

AL. VERSIO VETUS.

Ex Mſ. cod. Sangerm. & aliis duobus notatis ſup.

1. *EXue te Jeruſalem ſtolam luctûs tua vexationis: & indue decorem ejus, quia à Deo tibi eſt gloria.*

2. *Circumda te diploide, quia à Deo tibi eſt juſtitia: impone mitram capiti tuo gloria æterna.*

3. *Deus enim oſtendet ſub cœlo univerſa creaturæ ſplendorem tuum.*

4. *Et vocabitur nomen tuum ab eo in æternum: Pax juſtitiæ, & gloria Dei cultura.*

5. *Surge Jeruſalem, & ſta in alto: & circumſpice ad Orientem, & vide congregatos filios tuos à ſolis ortu & occaſu, verbo ſancti gaudentes in memoria Dei.*

6. *Exierunt enim à te pedeſtres ducti ab inimicis: reducit autem illos Deus ad te reportatos cum gloria ſicut filios regni.*

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

1. EXue te Jeruſalem ſtolâ luctûs, & vexationis tuæ: & indue te decore, & honore ejus, quæ à Deo tibi eſt, ſempiternæ gloriæ.

2. Circumdabit te Deus diploide juſtitiæ, & imponet mitram capiti honoris æterni.

3. Deus enim oſtendet ſplendorem ſuum in te, omni qui ſub cœlo eſt.

4. Nominabitur enim tibi nomen tuum à Deo in ſempiternum: Pax juſtitiæ, & honor pietatis.

5. Exſurge Jeruſalem, & ſta in excelſo: & circumſpice ad Orientem, & vide collectos filios tuos ab oriente ſole uſque ad occidentem, in verbo ſancti gaudentes Dei memoriâ. *Sup. 4. 36.*

6. Exierunt enim abs te pedibus ducti ab inimicis: adducet autem illos Dominus ad te portatos in honore ſicut filios regni.

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 1. Ita Mſ. S. Germ. Mſ. verò Orat. habet: *Exue te ſtolam luctûs Jeruſalem, (&) tuæ vexationis: & indue te decorem, quia*, &c. ut ſupra. Mſ. Rem. *Exue te ſtolam luctûs Jeruſ. tuæ vexationis decorem, quia*, &c. Corb. *Exue Jeruſ. ſtolâ luctûs, & vexat. tuæ: & indue te decorem, & honore ejus, quæ à Deo tibi eſt, in ſempiterna gloria.* Similiter hab. Mſ. S. Theod. *in ſempiterna gloria.* Iren. l. 5. c. 35. p. 335. e. *Exuere Jeruſalem habitum luctûs, & afflictionis tuæ: & induere decorem ejus, quæ à Deo tuo eſt, claritatis in æternum.* Ambroſ. l. 1. de pœnit. to. 2. 402. e. *Exue te Jeruſalem ſtolâ luctûs, & vexationis tuæ: & indue te decorem ejus, quæ à Deo data eſt tibi gloria in æternum.* Sic etiam in Græco, niſi excipias ult. εὐφροσύνειαν τῆς παρὰ τοῦ Θεοῦ δόξης εἰς τὸν αἰῶνα.

℣. 2. Mſ. Rem. *Circumda te diploide, à Deo juſtitia: impone mitram capiti tuo gloriæ tuæ.* Corb. *Circumdato te diploide Deo juſtitiæ, & impone mitram capiti tuo honoris æterni:* Mſ. S. Theod. *capiti tuo honorem Æterni.* Iren. l. 5. c. 35. p. 335. e. *Circumdare amictum duplicem ejus, quæ à Deo tuo eſt, juſtitiæ: impone mitram ſuper caput tuum gloriæ æternæ.* Nec aliter in Græco, niſi quòd tollitur *tuo eſt*, poſt *Deo*; ultimòque habetur τῷ Αἰωνίῳ, *Æterni*, non *æternæ*.

℣. 3. Iren. l. 5. c. 35. p. 335. e. *Deus enim demonſtrabit ei, quæ ſub cœlo eſt univerſa, tuum fulgorem.* Ita quoque in Græco. In Mſs. Corb. & S. Theod. ut in Vulg. deleta voce *omni*. Corb. addit, *quod ſub cœlo eſt.*

℣. 4. Iren. l. 5. c. 35. *Vocabitur namque nomen tuum ab ipſo Deo in æternum: Pax juſtitiæ, & gloria colenti Deo:* nec diſſimile quidquam Græcè, præter hoc ult. δόξα θεοσεβείας, *gloria pietatis*, loco *gloriæ colenti Deo.*

℣. 5. Iren. l. 5. c. 35. p. 335. c. *Surge Jeruſalem, & ſta in excelſo: & circumſpice ad Orientem, & vide collectos filios tuos à ſolis ortu uſque ad occidentem, verbo illius ſancti gaudentes ipſam Dei recordationem.* Eadem quoque ſunt in Græco, niſi quòd inverſo ordine ſic habetur, ἀπὸ ἀνατολῶν ἕως δυσμῶν, *à ſolis occaſu uſque ad ortum*; extremòque, τῇ τοῦ Θεοῦ μνείᾳ, *ipſâ Dei memoriâ*. Mſ. S. Theod. hab. *ab Oriente & uſque ad Occidentem*; dein Rem. *verbo ſcilicet gaudentes.*

℣. 6. Similiter in Græco, præter ult. θρόνον βασιλείας, *ſolium regni*, loco *filios regni*; at in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. υἱὸς βασιλείας. Apud Iren. l. 5. c. 35. p. 335. c. *Profecti ſunt enim à te pedites, dum adducerentur ab inimicis: introducet (Gr. εἰσάγει δὲ) illos Deus ad te portatus cum gloria tanquam thronus regni.* Mſ. S. Theod. *ad te paratos in honorem*, &c. ut in Vulg. Corb. *ad te portatos in honorem*, &c. Græc. πρὸς ζὴ αἰρομένης μετὰ δό-

Digitized by Google

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

7. Conſtituit enim Deus humiliare omnem montem excelſum, & rupes perennes, & convalles replere in æqualitatem terræ: ut ambulet Iſraël diligenter in honorem Dei.

8. Obumbraverunt autem & ſilvæ, & omne lignum ſuavitatis Iſraël ex mandato Dei.

9. Adducet enim Deus Iſraël cum jucunditate in lumine majeſtatis ſuæ, cum miſericordia, & juſtitia, quæ eſt ex ipſo.

AL. VERSIO VETUS.

7. *Conſtituit enim Deus humiliari omnem montem excelſum, & rupes perennes, convalles impleri ad æqualitatem terræ: ut ingrediatur Iſraël totus in Dei honore.* Ex Mſ. cod. Sangerm. & aliis duobus notatis ſup.

8. *Obumbrabunt autem ſilvæ, & omne lignum odoris Iſraël præcepto Dei.*

9. *Præibit enim Deus Iſraël cum lætitia in lumine majeſtatis ſuæ, cum miſericordia, & juſtitia, quæ in ipſo eſt.*

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

ξης, &c.

℣. 7. Eadem ſunt in Græco, præter ſeqq. θῖνας, *cumulos*, loco πηρες; ſubinde, καὶ φάραγγας, & *valles*, loco *convalles*; ultimòque, ἵνα βαδίσῃ Ἰσραὴλ ἀσφαλῶς τῇ τοῦ Θεοῦ δόξῃ· i. e. *ut ambulet Iſraël ſecurè in Dei gloria.* In Mſ. Rem. *perennes verò valles.* Apud Iren. l. 5. c. 35. p. 335. c. ita: *Decrevit enim Deus ut humilietur omnis mons excelſus, & congeries æterna; & ut valles impleantur ad redigendam planitiem terræ: ut ambulet Iſraël tutè Dei gloriâ.*

℣. 8. Græcè, Ἐσκίασαν δὲ καὶ; paulòque poſt, εὐωδίας τῷ Ἰσραήλ; cæt. ut ſupra. Item ap. Iren. l. 5. c. 35. p. 335. d. *Umbracula autem intexuerunt ſilvæ, & omne lignum boni odoris ipſi Iſraël præcepto Dei.* Mſs. Corb. & S. Theod. *mandato Dei.*

℣. 9. Iren. l. 5. c. 35. *Præibit enim Deus cum lætitia lumine claritatis ſuæ, cum miſericordia, & juſtitia, quæ ab ipſo eſt.* Ita quoque in Græco, niſi quòd initio habetur ut in Vulg. Ἡγήσεται γὰρ ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ μετὰ, &c. Mſ. S. Theod. ſimiliter hab. in fine, *quæ eſt ab ipſo*; Corb. *quæ eſt ab eo*; Græc. τῇ παρ' αὐτοῦ. In duobus autem præd. Mſs. hîc ſubjicitur: *Explicit prophetia Jeremiæ*; in aliis verò ſup. laudatis: *Explicit Baruch.*

CAPUT VI.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

* EXemplar epiſtolæ, quam miſit Jeremias ad abducendos captivos in Babyloniam à rege Babyloniorum, ut annuntiaret illis ſecundùm quod præceptum eſt illi à Deo.

Jerem. 25. 9. 1. PROPTER peccata, quæ peccaſtis ante Deum, abducemini in Babyloniam captivi à Nabuchodonoſor rege Babyloniorum.

2. Ingreſſi itaque in Babylonem, eritis ibi annis plurimis, & temporibus longis, uſque ad generationes ſeptem: poſt hoc autem educam vos inde cum pace.

Iſai. 44. 10. 3. Nunc autem videbitis in Babylonia deos aureos, & argenteos, & lapideos, & ligneos in humeris portari, oſtentantes metum gentibus.

4. Videte ergo ne & vos ſimiles efficiamini factis alienis, & metuatis, & metus vos capiat in ipſis.

5. Viſa itaque turba de retro, & ab ante, adorantes, dicite in cordibus veſtris: Te oportet adorari Domine.

6. Angelus enim meus vobiſcum eſt: ipſe autem exquiram animas veſtras.

7. Nam lingua ipſorum polita à fabro, ipſa etiam inaurata & inargentata, falſa ſunt, & non poſſunt loqui.

8. Et ſicut virgini amanti ornamenta; ita accepto auro fabricati ſunt.

9. Coronas certè aureas habent ſuper capita ſua dii illorum: unde ſubtrahunt ſacerdotes ab eis aurum, & argentum, & erogant illud in ſemetipſos.

10. Dant autem & ex ipſo proſtitutis, & meretrices ornant: & iterum cùm receperint

NOTÆ.

* Itidem Græcè, ut & infra, ad finem uſque Epiſtolæ, præter pauca, quæ ſola notabuntur de more. Mſ. Corb. hab. *Incipit exemplum epiſtolæ ejuſdem* (Jerem.) deinde: *Exemplum epiſtolæ, quam miſit Jerem. ad abductos* (Gr. ἀχθησομένους) *captivos..... ut nunciaret*, &c. Mſ. S. Theod. *Exemplar epiſtolæ, quam miſit Jerem. ad abductos captivos in Babylonia..... ut nunciaret illis ſecund. quod præceptum eſt illi à Domino.* Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 33. p. 160. a. ait: *Sententiam divinam Jeremias plebi jam captæ, & regibus, per epiſtolam expreſſit, dicens*, &c.

℣. 1. Similiter hab. Auct. l. de promiſſ. ubi ſup. uſque ad vocem *captivi.* Ita quoque in Mſ. Corb. excepto verbo *adducemini*; ultimòque, *rege Babylonum.* Gr. ἀχθήσεσθε..... ὑπὸ..... βασιλέως τῶν Βαβυλωνίων.

℣. 2. Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 9. p. 134. a. *Inter cætera ingreſſi in Babyloniam, & eritis illic per tempus longum, uſque ad generationes ſeptem.* Tichon. reg. 5. p. 62. a. *eritis in Babylonia uſque ad generat. ſeptem.* Mſ. Corb. *Ingreſſi itaque in Babyloniam, eritis illic annis plurimis, & tempus longum*, &c. Mſ. S. Theod. *eritis illic.....* & *tempore longo.* Gr. ἐκεῖ ἔτη πολλὰ, καὶ χρόνον μακρόν.

℣. 3. Tertul. l. cont. Gnoſt. p. 828. c. *Et nunc videbitis deos Babyloniorum aureos, & argenteos, & ligneos portari ſuper humeros, oſtentantes nationibus timorem.* Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 9. p. 134. a. *Videbitis ibi deos aureos, & argenteos portari in humeris*; Mſ. Corb. *in humeros portari.* Græc. Νυνὶ δὲ ὀψεσθε ἐν Βαβυλῶνι θεὺς ἀργυροῦς, καὶ χρυσοῦς, καὶ ξυλίνους ἐπ' ὤμοις αἰρομένους, &c. ut in Vulg.

℣. 4. Similiter hab. Mſ. S. Theod. excepta voce *alienis*, quam delet. Tertul. cont. Gnoſt. p. 828. c. ſic: *Cavete igitur ne & vos conſimiles ſitis allophylis, & timore capiamini.* Gr. Εὐλαβήθητε οὖν μὴ καὶ ὑμεῖς ἀφομοιωθέντες τοῖς ἀλλοφύλοις ἀφομοιωθῆτε, καὶ φόβος ὑμᾶς λάβῃ ἐπ' αὐτοῖς.

℣. 5. Tertul. cont. Gnoſt. p. 828. c. *Dum aſpicitis turbas adorantes retro eos, & ante, ſed dicite in animo veſtro: Te Domine adorare debemus.* Jul. Firm. l. de erro. prof. relig. c. 29. p. 176. d. *dicite autem in corde veſtro: Te oportet adorare Domine.* Cypr. de orat. Dom. p. 205. b. *In ſenſu autem tibi debet adorari Deus.* Mſ. Corb. *Tibi oportet adorari Domino.* Græc. Ἰδόντας (Mſ. Alex. ἰδόντες) ὄχλον ἔμπροσθεν, καὶ ὄπισθεν αὐτῶν, προσκυνοῦντας αὐτὰ, εἴπατε δὲ τῇ διανοίᾳ· Σοὶ δεῖ προσκυνεῖν Δέσποτα.

℣. 6. Jul. Firm. l. de erro. prof. relig. c. 29. p. 176. d. *Angelus autem meus vobiſcum eſt: legem autem exquiram ab animabus veſtris.* Similiter hab. Mſ. Corb. *Angelus autem meus*; reliqua verò ut in Vulg. Gr. Ὁ γὰρ ἄγγελός μου μεθ' ὑμῶν ἐστιν· αὐτὸς τε ἐκζητῶ τὰς ψυχὰς ὑμῶν.

℣. 7. Julius Firm. ubi ſup. *Lingua eorum polita fabro*, &c. ut in Vulgata. Caſſiod. in Pſalm. 34. p. 460. a. *Nam linguæ eorum politæ à fabro, ipſa autem inaurata*, &c. ut ſup. Græc. Γλῶσσα γὰρ αὐτῶν ἐστι καλεξυομένη ὑπὸ τέκτονος, αὐτά τε περίχρυσα καὶ πεπάργυσα, ψευδῆ δ' ἐστι, &c. ut ſup.

℣. 8. Jul. Firm. ubi ſup. *Et ſicut virgini hortatu amantis* (l. ornatûs amanti,) *accepto auro fabricati ſunt.* Græc. Καὶ ὥσπερ παρθένῳ φιλοκόσμῳ λαμβάνοντες χρυσίον, deinde, καλασκευάζουσι, &c. ut inf.

℣. 9. Jul. Firm. l. de error. prof. rel. c. 29. p. 176. d. ult. verbo ℣. anteced. *fabricati ſunt*, proximè addit: *coronas ſupra capita deorum ſuorum*; deinde: *eſt autem quando ſubtrahent ſacerdotes à diis ſuis aurum, & argentum, & erogabunt illud in ſemetipſos.* Mſs. Corb. & S. Theod. *unde ſubtrahent ſacerd.....* & *erogant illud in ſemetipſis.* Gr. κατασκευάζουσι στέφανους ἐπὶ τὰς κεφαλὰς τῶν θεῶν αὐτῶν· ἔστι δὲ ὅτε ὑφαιρέμενοι οἱ ἱερεῖς ἀπὸ τῶν θεῶν αὐτῶν χρυσίον, καὶ ἀργύριον, εἰς ἑαυτοὺς καταναλίσκει· i. e. *fabricant coronas ſuper capita deorum ſuorum: eſt autem* & *quando ſubtrahentes ſacerdotes à diis ſuis aurum, & argentum, in ſemetipſos inſumunt.* Mſ. Alex. καταναλώσει.

℣. 10. Jul. Firm. ubi ſup. *Dabunt etiam ex ipſo* & *proſ-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

illud à meretricibus, ornant deos ſuos.

11. Hi autem non liberantur ab ærugine & tinea.

12. Opertis autem illis veſte purpurea, extergunt faciem ipſorum propter pulverem domus, qui eſt plurimus inter eos.

13. Sceptrum autem habet ut homo, ſicut judex regionis, qui in ſe peccantem non interficit.

14. Habet etiam in manu gladium, & ſecurim; ſe autem de bello, & à latronibus non liberat. Unde vobis notum ſit quia non ſunt dii.

15. Non ergo timueritis eos. Sicut enim vas hominis confractum inutile efficitur, tales ſunt & dii illorum.

16. Conſtitutis illis in domo, oculi eorum pleni ſunt pulvere à pedibus introeuntium.

17. Et ſicut alicui qui regem offendit, circumſeptæ ſunt januæ; aut ſicut ad ſepulcrum adductum mortuum, ita tutantur ſacerdotes oſtia clauſuris & ſeris, ne à latronibus exſpolientur.

18. Lucernas accendunt illis, & quidem multas, ex quibus nullam videre poſſunt: ſunt autem ſicut trabes in domo.

19. Corda verò eorum dicunt elingere ſerpentes, qui de terra ſunt, dum comedunt eos, & veſtimentum ipſorum, & non ſentiunt.

20. Nigræ fiunt facies eorum à fumo, qui in domo fit.

21. Supra corpus eorum, & ſupra caput eorum volant noctuæ, & hirundines, & aves etiam ſimiliter & cattæ.

22. Unde ſciatis quia non ſunt dii. Ne ergo timueritis eos.

23. Aurum etiam quod habent, ad ſpeciem eſt. Niſi aliquis exterſerit æruginem, non fulgebunt: neque enim dum conflarentur, ſentiebant.

24. Ex omni pretio empta ſunt, in quibus ſpiritus non ineſt ipſis.

25. Sine pedibus in humeris portantur, oſtentantes ignobilitatem ſuam hominibus. *Iſai. 46. 7.* Confundantur etiam qui colunt ea.

26. Propterea ſi ceciderint in terram, à ſemetipſis non conſurgunt: neque ſi quis eum ſtatuerit rectum, per ſemetipſum ſtabit, ſed ſicut mortuis munera eorum illis apponentur.

27. Hoſtias illorum vendunt ſacerdotes ipſorum, & abutuntur: ſimiliter & mulieres eorum decerpentes, neque infirmo, neque mendicanti aliquid impertiunt;

28. de ſacrificiis eorum fetæ & menſtruatæ contingunt. Scientes itaque ex his quia non ſunt dii, ne timeatis eos.

29. Unde enim vocantur dii? Quia mulieres apponunt diis argenteis, & aureis, & ligneis:

30. & in domibus eorum ſacerdotes ſedent, habentes tunicas ſciſſas, & capita, & barbam raſam, quorum capita nuda ſunt.

31. Rugiunt autem clamantes contra deos

NOTÆ.

ſitutis meretricibus: ornabuntque illos, ut homines veſtimentis, deos argenteos, & aureos, & ligneos. Græc. Δώσουσι δὲ ἀπ' αὐτῶν ἐν ταῖς ἑαυτῶν πόρναις· κοσμοῦσί τε αὐτὺς, ὡς ἀνθρώπους τοῖς ἱματίοις, θεὺς ἀργυροῦς, ἢ θεὺς χρυσοῦς, ἢ ξυλίνους.

℣. 11. Græc. Οὗτοι δὲ ὑ διασώζονται ἀπὸ ἧ ἢ βρωμάτων.

℣. 12. Mſ. Corb. *Operti autem..... extergent;* item Mſ. S. Theod. *extergent.* Græc. Περιεβλημένων αὐτῶν ἱματισμὸν..... ἐκμάσονται τὸ..... διὰ τὸν ἐκ τῆς οἰκίας κονιορτὸν, ὃς ἐστι πλείω ἐπ' αὐτοῖς.

℣. 13. Mſ. S. Theod. *Sceptrum autem habent*, &c. ut ſup. Gr. Καὶ σκῆπτρον ἔχει ὡς ἄνθρωπος κριτὴς χώρας, ὃς τὸν..... ὐκ ἀτιμεῖ.

℣. 14. Gr. Ἔχει δὲ ἐγχειρίδιον λεξιᾷ ἐ..... ἑαυτὸν δὲ ἐκ..... ὐκ ἐξελεῖται. Ὅθεν γνώσιμοί εἰσιν ὐκ ὄντες θεοί.

℣. 15. Mſs. Corb. & S. Theod. *Ne ergo timueritis*, &c. Sic etiam Græcè.

℣. 16. Gr. Καθιδρυμένων αὐτῶν ἐ τοῖς οἴκοις, &c. ut in Lat.

℣. 17. Itidem Græcè, præter ſeqq. *al* αὐλαὶ, *atria*, loco *januæ*; ſtatimque, ὡς ἐπὶ θανάτῳ ἀσηγμένῳ, τὰς αὐλὰς αὐτῶν ὀχυροῦσιν οἱ ἱερεῖς θυρώμασί τε ἧ κλείθροις, &c. *ſicut ad mortem abducto, domos eorum muniunt ſacerdotes & oſtiis & clauſtris*, &c. Mſs. Corb. & S. Theod. *ita tutant ſacerdotes*, &c. ut in Vulg.

℣. 18. Gr. Λύχνους καίουσι, ἧ πλείους, ἢ ἑαυτοῖς, ὧν ὐδένα δυνάται ἰδεῖν· ἔστι μὲν ὥσπερ δοκὸς τῶν ἐκ τῆς οἰκίας. *Lucernas accendunt, & plures, quàm ſibi ipſis, ex quibus nullam videre poſſunt: eſt quidem ſicut trabs eorum, quæ è domo.*

℣. 19. Græc. Τὰς δὲ καρδίας αὐτῶν φασιν ἐκλείχεσθαι τῶν, ἀπὸ τῆς γῆς, ἑρπετῶν, καλεσάντων, αὐτύς τε, ἧ τὸν ἱματισμὸν αὐτῶν, ὐκ αἰσθάνονται· i. e. *Corda verò eorum dicunt elingi ab iis, qui de terra ſunt, ſerpentibus, dum comedunt, & eos, & veſtimentum ipſorum, non ſentiunt.* Mſ. Corb. *dum comedent eos.*

℣. 20. Gr. Μεμελανωμένοι τὸ πρόσωπον αὐτῶν ἀπὸ τῆ καπνῆ, τῆ ἐκ τῆς οἰκίας· i. e. *Nigri facti faciem ſuam à fumo, qui è domo fit.*

℣. 21. Eadem ſunt in Græco, niſi excipias poſtrema, ὡσαύτως δὲ ἧ οἱ αἴλουροι, *ſimiliter autem & cattі*, abſque ℣, ante *hirundines*. Mſ. etiam Corb. tollit *eorum*, poſt *capita*. Julius Firmicus l. de error. prof. relig. c. 29. p. 176. e. legit: *Supra corpus ejus, & caput volitant noctua, & hirundines, & aves ſimiliter.*

℣. 22. Itidem Græcè, præter hoc 1. Ὅθεν γνώσεσθε, *Unde ſcietis;* ultimòque, αὐτά, *ea;* at in edd. Ald. & Compl. αὐτύς, ut ſup. Similiter hab. Jul. Firm. ubi ſup. *Unde ſcietis quia non ſunt dii. Non ergo timueritis eos.* Item in Mſs. Corb. & S. Theod. *Unde ſcietis.*

℣. 23. Jul. Firm. ubi ſup. *Aurum eſt, quod circa ſe habent ad ſpeciem. Niſi aliquis exterſerit æruginem, non fulgebit: neque enim dum conflabuntur, ſentient.* Græc. Τὸ γὰρ χρυσίον, ὃ περίκειται, εἰς κάλλος. Ἐὰν μὴ, &c. *Aurum enim, quo circumdati ſunt, ad decorem*, &c. ut in Vulg. Mſ. Corb. hab. *extorſerit*, non *exterſerit*; Gr. ἐκμάξῃ.

℣. 24. Itidem Græcè, excepto ult. ἔστι, loco *ineſt ipſis*. Jul. Firm. l. de error. prof. relig. c. 29. p. 176. e. legit: *Pretio empti ſunt, in quibus ſpiritus non eſt;* Mſs. Corb. & S. Theod. *non eſt in ipſis.*

℣. 25. Similiter in Græco, præter hoc, Αἰχύνονται τε ἧ οἱ, *Confunduntur quoque etiam*, loco *Confundantur etiam*. Jul. quoque Firm. loco cit. hab. *Sine pedibus in humeris portantur.*

℣. 26. Græc. Διὰ τὸ εἴποτε ἐπὶ τὴν γῆν πέσῃ, μὴ δι' αὐτῶν ἀνίσασθαι· μή τε ἐάν τις αὐτὸ ὀρθὸν στήσῃ, δι' ἑαυτῆ κινηθήσεται· μή τε ἐὰν κλιθῇ, ὀ μὴ ὀρθωθῇ· ἀλλ' ὥσπερ νεκροῖς τὰ δῶρα αὐτοῖς παρατίθεται. *Propterea quòd ſi fortè ceciderint in terram, à ſemetipſis non conſurgunt: neque ſi quis illud ſtatuerit rectum, per ſe ipſum movebitur; neque ſi inclinatum fuerit, dirigetur: ſed ſicut mortuis munera ipſis apponuntur.* Mſ. Corb. hab. *à ſemetipſis non ſurgent.* Mſ. S. Theod. *non conſurgent: neque ſi quis illud ſtatuerit*, &c. ut in Vulg. deleta voce *eorum*, poſt *munera*.

℣. 27. Mſ. S. Theod. *Hoſtias ipſorum ſacerdotes illorum vendunt*, &c. Græc. Τὰς δὲ θυσίας αὐτῶν ἀποδόμενοι οἱ ἱερεῖς, αὐτῶν καταχρῶνται· ὡσαύτως δὲ ἧ αἱ γυναῖκες ἀπ' αὐτῶν ταμιεύουσαι, οὔτε πλωχῷ, οὔτε ἀδυνάτῳ μὴ μεταδῶσι. *Hoſtias autem illorum vendentes ſacerdotes, ipſis abutuntur: ſimiliter autem & mulieres de eis condientes, neque mendico, neque infirmo impertiunt.*

℣. 28. Gr. τῶν θυσιῶν αὐτῶν ἀποκαθημένη ἧ λεχὼ ἅπτονται· Nobil. *Sacrificia eorum menſtruata & puerpera tangunt;* reliqua ut in Vulg. Jul. Firm. l. de error. prof. rel. c. 29. p. 176. e. addit pariter: *Scientes itaque ex his quia non ſunt dii, ne timueritis eos;* Gr. μὴ φοβηθῆτε αὐτύς.

℣. 29. Græc. initio hab. Πόθεν γὰρ κληθείησαν θεοί; &c. *Unde enim vocentur dii?* &c. ut ſup.

℣. 30. Similiter habet Julius Firm. l. de error. prof. rel. c. 29. præter plur. *barbas raſas*, loco ſingul. *barbam raſam*; ita quoque in Græco. Mſ. etiam S. Theod. hab. *barbas raſas*; Corb. verò, *barba raſa.*

℣. 31. Concinit Jul. Firm. ubi ſup. niſi quòd extremò hab. *ſicut in gehenna mortui*; Gr. ὥσπερ τινες ἐν πεδαίπτῳ νεκροῦ· priora ut in Lat. ſup.

Digitized by Google

ſuos, ſicut in cœna mortui.

32. Veſtimenta eorum auferunt ſacerdotes, & veſtiunt uxores ſuas, & filios ſuos.

33. Neque ſi quid mali patiuntur ab aliquo, neque ſi quid boni, poterunt retribuere: neque regem conſtituere poſſunt, neque auferre.

34. Similiter neque dare divitias poſſunt, neque malum retribuere. Si quis illis votum voverit, & non reddiderit; neque hoc requirunt.

35. Hominem à morte non liberant, neque infirmum à potentiori eripiunt.

36. Hominem cæcum ad viſum non reſtituunt, de neceſſitate hominem non liberabunt.

37. Viduæ non miſerebuntur, neque orphanis benefacient.

38. Lapidibus de monte ſimiles ſunt dii illorum, lignei, & lapidei, & aurei, & argentei. Qui autem colunt ea, confundentur.

39. Quomodo ergo æſtimandum eſt, aut dicendum, illos eſſe deos?

40. Adhuc enim ipſis Chaldæis non honorantibus ea: qui cùm audierint mutum non poſſe loqui, offerunt illud ad Bel, poſtulantes ab eo loqui:

41. quaſi poſſint ſentire qui non habent motum, & ipſi cùm intellexerint, relinquent ea: ſenſum enim non habent ipſi dii illorum.

42. Mulieres autem circumdatæ funibus in viis ſedent, ſuccendentes oſſa olivarum.

43. Cùm autem aliqua ex ipſis attracta ab aliquo tranſeunte dormierit cum eo, proximæ ſuæ exprobrat quòd ea non ſit digna habita, ſicut ipſa, neque funis ejus diruptus ſit.

44. Omnia autem quæ illis fiunt, falſa ſunt. Quomodo æſtimandum aut dicendum eſt, illos eſſe deos?

45. A fabris autem, & ab aurificibus facta ſunt. Nihil aliud erunt, niſi id quod volunt eſſe ſacerdotes.

46. Artifices etiam ipſi, qui ea faciunt, non ſunt multi temporis. Nunquid ergo poſſunt ea quæ fabricata ſunt ab ipſis eſſe dii?

47. Reliquerunt autem falſa, & opprobrium poſtea futuris.

48. Nam cùm ſupervenerit illis prælium, & mala; cogitant ſacerdotes apud ſe, ubi ſe abſcondant cum illis.

49. Quomodo ergo ſentiri debeant quoniam dii ſunt, qui nec de bello ſe liberant, neque de malis ſe eripiunt?

50. Nam cùm ſint lignea, inaurata, & inargentata, ſcietur poſtea quia falſa ſunt, ab univerſis gentibus & regibus: quæ manifeſta ſunt quia non ſunt dii, ſed opera manuum hominum, & nullum Dei opus cum illis.

51. Unde ergo notum eſt, quia non ſunt dii, ſed opera manuum hominum, & nullum Dei opus in ipſis eſt?

52. Regem regioni non ſuſcitant, neque pluviam hominibus dabunt.

53. Judicium quoque non diſcernent, neque regiones liberabunt ab injuria: quia ni-

NOTÆ.

℣. 32. Mſ. S. Theod. *Veſtimenta autem ipſorum auferunt*, &c. ut in Vulg. Mſ. Corb. *A veſtimento eorum auferent*, &c. Græc. Ἀπὸ τῦ ἱματισμῦ αὐτῶν ἀφελόμενοι οἱ ἱερεῖς, ἐνδύσουσι τὰς..... ἢ τὰ παιδία.

℣. 33. Mſ. Corb. *Neque ſicut mali patiantur ab aliquo, neque ſi quid bonum*, &c. Mſ. S. Theod. *Neque ſi quid mali patiantur ab aliquo, neque ſi quid boni*, &c. Gr. Οὔτε ἐὰν κακὸν πάθωσιν ὑπό τινος, οὔτε ἐὰν ἀγαθὸν, &c. ut in Vulg.

℣. 34. Gr. Ὡσαύτως οὔτε πλῦτον, οὔτε χαλκὸν ἐ μὴ λύσωνται λυθῆναι. Ἐάν τις εὐχὴν αὐτοῖς εὐξάμενος μὴ ἀποδῶ, ἐ μὴ ἐπιζητήσωσι· *Similiter neque divitias, neque as dare poſſunt. Si quis illis votum voverit, & non reddiderit, non requirunt*; Mſ. Corb. *nec hoc requirunt*.

℣. 35. Gr. Ἐκ θανάτυ ἄνθρωπον ἐ μὴ ῥύσωνται, οὔτε ἀτλοντα ἀπὸ ἰσχυρῦ μὴ ἐξέλωνται. Mſ. S. Theod..... *neque infirmum à potente eripiunt*. Corb. *neque infirmum à potentiore eripient*.

℣. 36. Mſ. Corb. hab. *non reſtituent*, deinde, *de neceſſitate hominum*, &c. ut ſup. Gr. ἐ μὴ πεσιήσωσιν, ἐν ἀνάγκῃ ἄνθρωπον ὄντα ἐ μὴ ἐξέλωνται.

℣. 37. Ita in Græco, præter ſingul. ὀρφανόν, pro *orphanis*.

℣. 38. Græcè hæc tantùm variant, ὡμοιωμένοι εἰσὶ, τὰ ξύλινα, ἢ τὰ περίχρυσα, ἢ τὰ πεπάργυρα· *ſimiles ſunt, lignea, & inaurata, & inargentata*, loco *ſimiles ſunt dii illorum, lignei..... & argentei*.

℣. 39. Similiter in Græco.

℣. 40. Mſ. S. Theod. hab. *qui audierunt*, loco *qui cùm audierint*: ſubinde Corb. *offerent illum ad Bel*, &c. Gr. Ἔτι δὲ ἢ ἀυτῶν τῶν Χαλδαίων ἀ.ιμαζόντων αὐτά· οἵ ὅταν ἴδωσιν ἐνον μὴ λυνάμενον λαλῆσαι, προσευχόμενοι, τὸν Βῆλον αἰτῆσαι φωνῆσαι. *Adhuc autem & ipſis Chaldæis inhonorantibus ea: qui cùm viderint mutum non poſſe loqui, offerentes, Belum poſtulant loqui*.

℣. 41. Gr. ὡς λυνατὸν ὄντος αὐτῦ αἰσθέσθαι· ἢ ἐ λύσαντες αὐτοὶ νοήσαντες καλαλιπεῖ αὐτά· αἴσθησιν γὰρ ἐκ ἔχυσιν· *quaſi potens ipſe ſit ſentire: & non poſſunt ipſi intelligentes relinquere ea: ſenſum enim non habent*.

℣. 42. Mſs. Corb. & S. Theod. legunt *circumdatis funibus*, non *circumdatæ*; at in Gr. περιβέβλωαι χοιρία· loco verò *ſuccendentes oſſa olivarum*, Gr. hab. θυμιῶσι τὰ πίτυρα, i. e. *adolentes furfura*.

℣. 43. Mſ. S. Theod. ſcribit *attrectata*, non *attracta*; paulòque poſt delet *cum eo*, poſt *dormierit*, cum Corb. Gr. Ὅταν δέ τις αὐτῶν ἐφελκυσθεῖσα ὑπό τινος τῶν παραπορευομένων κοιμηθῇ, τὴν... ὅτι ἐκ ἠξίωται, ὥσπερ ἢ αὐτή, &c. ut ſup.

℣. 44. Gr. Πάντα τὰ γενόμενα ἐ αὐτοῖς..... Πῶς ἐν..... ἢ κλητέον ὡς θεὺς αὐτὸς ὑπάρχειν; Similiter hab. Mſ. S. Theod. *Quomodo ergo*; ultimòque Corb. *eſſe illos deos*.

℣. 45. Gr. Ὑπὸ τεκτόνων, ἢ χρυσοχόων καλεχευασμένα εἰσίν..... ἢ ὅ βέλονται οἱ τεχνῖται αὐτὰ γενέσθαι· *niſi id quod volunt artifices ea eſſe*.

℣. 46. Mſ. S. Theod. *Aurifices etiam ipſi*; Corb. *Aurifices ipſi etiam, qui ea faciunt*..... *Nunquid ergo poſſunt quæ ab ipſis fabricata ſunt eſſe dii?* Gr. Αὐτοί τε οἱ καλασκευάζοντες αὐτὰ, ἐ μὴ γένωνται πολυχρόνιοι. Πῶς τε λὴ μένει τὰ ὑπ' αὐτῶν καλασκευασθέντα; al. add. εἶναι θεοί, ut in Vulg.

℣. 47. Græc. Κατέλιπον γὰρ, &c. ut in Vulg. Mſ. S. Theod. extremò hab. *futuri*, non *futuris*.

℣. 48. Gr. Ὅταν γὰρ ἐπέλθῃ ἐπ' αὐτὰ πόλεμος..... βελεύονται πρὸς ἑαυτοὺς οἱ, &c. ut in Lat. Mſs. Corb. & S. Theod. *cogitant poſt ſe ſacerdotes*; deinde Mſ. S. Th. *ubi ſe abſcondunt cum ipſis*.

℣. 49. Mſ. Corb. *Quomodo ergo ſentire debeant*, &c. ut ſup. Gr. Πῶς ἔν ἐκ ἔσιν αἰσθέσθαι ὅτι ἐκ εἰσὶ θεοὶ, οἳ ὔτε ζώζουσιν ἑαυτὺς ἐκ πολέμυ, ὔτε ἐκ κακῶν; *Quomodo ergo non eſt ſentire quia non ſunt dii, qui nec ſalvant ſemetipſos de bello, neque de malis?*

℣. 50. Eadem exſtant Græcè, præter hæc pauca: nempe præponitur ἢ, voci *inaurata*; ſubinde loco *ab univerſis gentibus & regibus*: *quæ manifeſta ſunt*, ita, τοῖς ἔθνεσι πᾶσι, τοῖς τε βασιλεῦσι φανερὸν ἔσαι, *gentibus univerſis, & regibus manifeſtum erit*; ultimòque, ὡ αὐτοῖς ἐσι, *in ipſis eſt*, loco *cum illis*. Mſ. S. Theod. hab. *Nam cùm ſint lignea, & inaurata*..... *ſcietur poſtea quia falſa ſunt: gentibus univerſis & regibus manifeſta ſunt, quia*..... *& nullum Dei opus in illis*. Similiter hab. Corb. *& inaurata*; item inſ. *gentibus univerſis*, abſque præp. *ab*; & in fine, *nullum opus Dei in illis*. Jul. Firm. l. de error. prof. relig. c. 29. p. 176. e. *ſcietur poſtea quia falſa ſunt, gentibus univerſis & regibus: quia manifeſtum eſt quòd non ſunt dii, & nullum Dei opus ſit in ipſis*.

℣. 51. Græcè ſimpliciter: Τίνι ἔν γνωσέον ἐσιν, ὅτι ἐκ εἰσὶ θεοί; minimè repetitis aliis.

℣. 52. Similiter hab. Julius Firm. ubi ſup. præter unum *ſuſcitabunt*, pro *ſuſcitant*. Gr. Βασιλέα γὰρ χώρας ἐ μὴ ἀνασήσωσιν, &c. ut in Vulg.

℣. 53. Ita legit Jul. Firm. ibid. uſque ad vocem *ſicut*; loco tamen *regiones*, hab. *regionem* cum Mſ. Corb. Græc. verbo *diſcernent*, ſubdit ἑαυτῶν, *ſui ipſorum*; al. αὐτῶν, *eorum*; deinde ſic: ἢ ἐ μὴ ῥύσωνται ἀδίκημα, ἀδύνατοι ὄντες· ὥσπερ γὰρ κερῶναι, &c. ut ſup. i. e. *neque eripient injuriam, cùm impotentes ſint: ſicut enim cornicula*, &c.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

hil poſſunt, ſicut corniculæ inter medium cœli & terræ.

54. Etenim cùm inciderit ignis in domum deorum ligneorum, argenteorum, & aureorum, ſacerdotes quidem ipſorum fugient, & liberabuntur: ipſi verò ſicut trabes in medio comburentur.

55. Regi autem, & bello non reſiſtent. Quomodo ergo æſtimandum eſt, aut recipiendum quia dii ſunt?

56. Non à furibus, neque à latronibus ſe liberabunt dii lignei, & lapidei, & inaurati, & inargentati: quibus hi qui fortiores ſunt,

57. aurum, & argentum, & veſtimentum, quo operti ſunt, auferent illis, & abibunt, nec ſibi auxilium ferent.

58. Itaque melius eſt eſſe regem oſtentantem virtutem ſuam; aut vas in domo utile, in quo gloriabitur qui poſſidet illud; vel oſtium in domo, quod cuſtodit quæ in ipſa ſunt, quàm falſi dii.

59. Sol quidem, & luna, ac ſidera cùm ſint ſplendida, & emiſſa ad utilitates, obaudiunt.

60. Similiter & fulgur cùm apparuerit, perſpicuum eſt: idipſum autem & ſpiritus in omni regione ſpirat.

61. Et nubes, quibus cùm imperatum fuerit à Deo perambulare univerſum orbem, perficiunt quod imperatum eſt eis.

62. Ignis etiam miſſus deſuper ut conſumat montes, & ſilvas, facit quod præceptum eſt ei. Hæc autem neque ſpeciebus, neque virtutibus uni eorum ſimilia ſunt.

63. Unde neque exiſtimandum eſt, neque dicendum, illos eſſe deos, quando non poſſunt neque judicium judicare, neque quidquam facere hominibus.

64. Scientes itaque quia non ſunt dii, ne ergo timueritis eos.

65. Neque enim regibus maledicent, neque benedicent.

66. Signa etiam in cœlo gentibus non oſtendunt, neque ut ſol lucebunt, neque illuminabunt ut luna.

67. Beſtiæ meliores ſunt illis, quæ poſſunt fugere ſub tectum, ac prodeſſe ſibi.

68. Nullo itaque modo nobis eſt manifeſtum quia ſunt dii: propter quod ne timeatis eos.

69. Nam ſicut in cucumerario formido nihil cuſtodit: ita ſunt dii illorum lignei, & argentei, & inaurati.

70. Eodem modo & in horto ſpina alba, ſupra quam omnis avis ſedet. Similiter & mortuo projecto in tenebris, ſimiles ſunt dii illorum lignei, & inaurati, & inargentati.

71. A purpura quoque & murice, quæ ſupra illos tineant, ſcietis itaque quia non ſunt dii. Ipſi etiam poſtremò comeduntur, & erunt opprobrium in regione.

72. Melior eſt homo juſtus, qui non habet ſimulachra: nam erit longè ab opprobriis.

NOTÆ.

℣. 54. Jul. Firm. l. de erro. prof. rel. c. 29. p. 176. e. *Et cùm inciderit in domo deorum ligneorum, & inauratorum, & inargentatorum, ignis, ſacerdotes illorum liberabuntur: ipſi autem*, &c. ut in Vulgata. Gr. Καὶ γὰρ ὅταν ἐμπέσῃ εἰς οἰκίαν θεῶν ξυλίνων, ἢ περιχρύσων, ἢ περιαργύρων, πῦρ, οἱ μὲν ἱερεῖς αὐτῶν φεύξονται, ἢ, &c. ut in Vulg. excepto uno *μέσοι*, *mediis*, pro *in medio*.

℣. 55. Græcè ſimiliter, excepta voce πολεμίοις, *hoſtibus*, pro *bello*. Item ap. Jul. Firm. ubi ſup. *Regi autem, & bello..... Quomodo exiſtimandum eſt, vel recipiendum*, &c. ut ſup. Gr. Πῶς οὖν ἐκλεκτέον, ἢ νομιστέον, &c.

℣. 56. Jul. Firm. ibid. *Neque à furibus, neque à latronibus ſe liberabunt dii lignei, & aurati, & inargentati: quibus hi qui fortes ſunt:* nec aliter in Græco, præter hoc ult. *ὧν οἱ ἰσχύοντες*, *quorum fortes*.

℣. 57. Jul. Firm. ubi ſup. addit: *aurum, & argentum, quo operti ſunt, auferent.* Gr. περιελῦνται τὸ χρυσίον, ἢ τὸ ἀργύριον, ἢ τὸν ἱματισμὸν τὸν περικείμενον αὐτοῖς, ἀπελεύσονται ἔχοντες, ὅτε ἑαυτοῖς οὐ μὴ βοηθήσωσι· i. e. *circumamferent* (al. περιενόμενοι, *amferentes*) *aurum, & arg. & veſtimentum circumpoſitum illis, abibunt habentes, nec*, &c. ut in Vulg. Mſ. S. Theod. hab. *auferunt, & abeunt, nec ſibi auxilium ferunt*; Mſ. Corb. *auxil. fecerunt*.

℣. 58. Mſs. Corb. & S. Theod. poſt hoc, *poſſidet illud*, ſubdunt, *quàm falſi dii*, quod etiam repetunt in fine, cum Vulg. Græcè ita..... ἐφ' ᾧ κεχρήσεται ὁ κεκτημένος, ἢ οἱ ψευδεῖς θεοί· dein, ἢ ἐν θύρᾳ ἐν οἰκίᾳ διασώζουσα τὰ, &c. i. e. *in quo uſum habebit qui poſſidet, quàm falſi dii; vel etiam oſtium in domo, quod ſalvat ea quæ*, &c. ut in Vulg.

℣. 59. Græc. ipſo initio hab. Ἥλιος μὲν γὰρ, *Nam ſol quidem*; extremòque, εὐήκοά εἰσιν, *obedientia ſunt*, pro *obaudiunt*; cæt. ut in Lat. ſup.

℣. 60. Itidem Græcè. Vigil. Tapſ. etiam l. cont. Varim. p. 742. d. legit: *ſpiritus in omni regione ſpirat*.

℣. 61. Sic iterum Græcè, niſi quòd initio habetur, Καὶ νεφέλαις, ὅταν, *Et nubibus, cùm*; paulòque poſt, ἐφ' ὅλην τὴν, &c. *in univerſum orbem*, abſque voc. *eis* in fine. Vigil. Tapſ. ubi ſup. legit: *in nubibus, cui cùm imperatum fuerit perambulare per totum orbem, perficit quod imperatum eſt*.

℣. 62. Eadem ſunt in Græco, deleto uno *ei*, poſt *præceptum eſt*; extremò etiam pro *uni eorum ſimilia ſunt*, habetur αὐτῶν ἀφωμοιωμένα ἐσίν, *ipſorum aſſimilia ſunt*. Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 742. d. ita legit: *Fulgura etiam deſuper miſſa ut comburant montes, & ſilvas, faciunt quod præceptum eſt. Hæc autem neque in ſpecie, neque in virtute illi uni ſimilant*; edit. *ſimulant*.

℣. 63. Vigil. Tapſ. ubi ſup. *Unde neque exiſtimandum eſt, neque dicendum eſt illos deos, cùm non poſſint neque judicium judicare, neque hominibus benefacere*. Mſ. Corb. *Unde neque æſtimandum eſt, neque dicendum, illos eſſe deos, quando non poſſint neque..... neque facere hominibus*. Græc. Ὅθεν οὔτε νομιστέον, οὔτε κλητέον, ὑπάρχειν αὐτοὺς θεούς, &c. ut in Vulg. præter hoc, εὖ ποιῆσαι, *benefacere*, loco *quidquam facere*; Mſ. S. Theod. ſimpliciter, *facere*, ut in Corb. ſup.

℣. 64. Vigil. Tapſ. allatis ſup. proximè addit, *quia non ſunt dii*. Gr. verò, Γνόντες οὖν ὅτι, &c. ut in Vulg. ſed abſque ſeq. *ergo*. In Mſ. etiam S. Theod. deeſt *ergo*, ante *timueritis*.

℣. 65. Itidem Græcè. In Mſ. Corb. deeſt vox *regibus*.

℣. 66. Gr. Σημεῖά τε ἐν ἔθνεσιν ἐν οὐρανῷ ἢ μὴ λείψωσι, &c. ut in Vulg.

℣. 67. Similiter hab. Caſſiod. in Pſ. 34. p. 460. a. præter hoc ult. *aut prodeſſe ſibi*: ſic etiam in Mſ. S. Theod. *aut prodeſſe*. In Gr. Τὰ θηρία αὐτῶν ἐσι κρείτω, ἃ δύνανται ἐκφυγόντα εἰς σκέπην ἑαυτὰ ὠφελῆσαι.

℣. 68. Totidem verba leguntur Græcè. Mſ. S. Theod. tollit negationem ante *timeatis*, ſed malè.

℣. 69. Mſ. Corb. *Nam ſicut in cucumeraria*, &c. ut ſupra. Græc. Ὡσπερ γὰρ ἐν ζιγνηράτῳ περβασκαλίον οὐδὲν φυλάσσον ἔτως, &c. Quidam περβασκαλίον, *terriculamentum* vertunt, teſte Nobilio. Schol. περβασκάλια, & κεράμυκλα, *qui inter Græcos diſerti ſunt, vocant ea, quæ cuſtodes agrorum ſtatuunt ad timorem avium, vel etiam hominum*.

℣. 70. Græc. Τὸν αὐτὸν τρόπον ἢ τῇ ἐν κήπῳ ῥάμνῳ, ἐφ' ᾗς..... Ὡσαύτως δὲ ἢ νεκρῷ, &c. i. e. *Eodem modo & ſpinæ, quæ in horto, ſupra quam..... Similiter autem & mortuo*, &c. ut in Vulg.

℣. 71. Gr. Ἀπό τε τῆς πορφύρας ἢ τῆς μαρμάρυ, τῆς ἐπ' αὐτὸς ζιωμένης, γνωθήσονται ὅτι ὐκ εἰσὶ θεοί. Αὐτά τε ἐξ ὑσέρυ βρωθήσονται, ἢ ἔσαι ὄνειδος ἐν τῇ χώρᾳ. *A purpura quoque & murice, quæ ſuper eos putrefit, cognoſcentur quia non ſunt dii. Et ipſa poſtremò comedentur, & erit opprobrium in regione*. Mſs. Corb. & S. Theod. *A purpura quoque & marmore, quæ ſupra illud teneant, ſcietis..... & erit opprobrium in regione*.

℣. 72. Gr. Κρεῖσσον οὖν ἄνθρωπος δίκαιος, ὢκ ἔχων εἴδωλα· ἔσαι γὰρ μακρὰν ἀπὸ ὀνειδισμῦ. Mſ. Corb. in fine addit: *Explicit exemplum Jeremiæ prophetæ*. Mſ. verò S. Theod. *Explicit liber Baruch Notarii Jeremiæ*.

Digitized by Google

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore FRANCISCO LUCA Brugenſi.

BARUCH.

CAP. I. ℣. 8. Cùm acciperet vaſa templi Domini. *Non mutes ſingulare* acciperet *in plurale* acciperent.

℣. 9. Et cunctos potentes. *Correctores prætulerunt hanc lectionem, ei quæ habet* & vinctos & potentes, *quamvis Græco conſentaneæ.*

Ibidem. Et duxit eos vinctos in Babylonem. *Similiter hic addiderunt* vinctos, *quamvis illud alii libri Græco conformiter omittant.*

℣. 21. Quos miſit ad nos. *Quod ſequitur in quibuſdam libris* & ad judices noſtros, *ſuperfluit.*

CAP. II. ℣. 1. Qui judicaverunt Iſraël. *Non præponas præpoſitionem* in *nomini* Iſraël.

℣. 4. In omnibus populis. *Non præponas his verbis conjunctionem* &c.

℣. 22. Quòd ſi non audieritis. *Non interponas* feceritis nec, *inter* non & audieritis.

℣. 34. Et dominabuntur eis. *Vitium typographicum eſt hic in autographo Romano, dativ. pluralis* eis *pro genitivo ſingulari* ejus *ſ. terræ.*

CAP. III. ℣. 9. Ut ſcias prudentiam. *Non mutes ſingulare* ſcias *in plurale* ſciatis.

℣. 13. Habitaſſes utique in pace ſempiterna. *Unam vocem* ſempiterna, *malè quidam diſtrahunt in duas* ſuper terram.

℣. 23. Negotiatores Merrhæ & Theman. *Egregia correctio, qua reſtitutum eſt nomen proprium* Merrhæ, *pro appellativo* terræ.

CAP. IV. ℣. 6. Sed propter quod in ira ad iracundiam provocaſtis Deum. *Nomini* ira *non eſt addenda vox* Dei.

℣. 9. Audite confines Sion. *Cave pro* confines *ſcribas* civitates.

℣. 16. Et abduxerunt dilectos viduæ. *Legendum eſt* abduxerunt, *quod eſt, ſeparârunt, non* adduxerunt, *quod eſt contrarium, accedere fecerunt.*

℣. 20. Exui me ſtolâ pacis. *Nequaquam ſcribendum eſt* te *pronomen ſecundæ perſonæ, pro* me *primæ.*

℣. 25. Sed citò videbis perditionem ipſius. *Non mutes ſingulare* videbis *in plurale* videbitis.

CAP. V. ℣. 1. Ejus quæ à Deo tibi eſt ſempiternæ gloriæ. *Nec hîc mutes genit.* ſempiternæ gloriæ *in nominativos.*

℣. 3. Splendorem ſuum in te, omni qui ſub cœlo eſt. *Non eſt omittenda vox* omni.

℣. 6. Portatos in honore. *Præferendus eſt ablativus accuſativo* honorem.

℣. 8. Ex mandato Dei. *Alii libri omittunt* ex.

CAP. VI. ℣. 1. Ad abducendos captivos in Babyloniam. *Participium futurum* abducendos, *non eſt mutandum in participium præteritum* abductos.

℣. 9. Et erogant illud in ſemetipſos. *Neque hic accuſativus* ſemetipſos *mutandus eſt in ablativum* ſemetipſis.

℣. 15. Non ergo timueritis eos. *Non ſcribas* veneremini *pro* timueritis.

℣. 26. Sed ſicut mortuis munera eorum illis apponentur. *Cave pro* munera, *quod eſt, dona, ſcribas* humeri.

℣. 46. Artifices etiam ipſi. *Præferendum eſt* artifices, *ab arte dictum, ei quod alii legunt* aurifices, *ab auro.*

℣. 48. Cogitant ſacerdotes apud ſe ubi ſe abſcondant cum illis. *Nec omittas* apud ſe, *nec commutes cum* poſt ſe.

℣℣. 56. 57. Quibus hi qui fortiores ſunt, aurum, & argentum, & veſtimentum, quo operti ſunt, auferent illis. *Egregia correctio, qua nomen* iniqui, *quod vulgò ſcribitur, diſtractum eſt in duiunculas duas* hi qui, & *id quod ſequitur adnectitur ad perficiendam ſententiam præcedentem: malè enim quidam exordiuntur periodum novam ab his verbis,* aurum & argentum, &c.

℣. 58. Vel oſtium in domo, quod cuſtodit quæ in ipſa ſunt. *Multi libri, pro pronomine* ipſa, *ſcribunt nomen* pace; *peſſimè.*

℣. 61. Perambulare univerſum orbem. *Non addas præpoſitionem* in *ante* univerſum.

℣. 71. A purpura quoque & murice, quæ ſupra illos tineant, ſcietis itaque quia non ſunt dii. *Pro* murice, *alii legunt* marmore. *Patres prætulerunt* murice, *quòd ejuſdem generis murex cum purpura ſit, marmor verò longè alterius generis. Pro* tineant, *plerique habent* teneant, *malè; Patres emendarunt* tineant, *quo verbo à tinea derivato, Interpres ſignificare voluit, tineis agentibus corrumpuntur: nam & quæ Græcè legitur vox σήπομαι, quæ putreſcere denotat, proximè ad σὴς, quod eſt, tinea, accedit; eſt enim tinea, cauſa putrefactionis corruptioniſque. Videtur igitur loci ſenſus eſſe: Scietis quoque non eſſe deos (nam* itaque *ut Græcè non legitur, ita videri poſſit ſuperfluere) vel à veſtibus purpura muriceque tinctis, quas induuntur & geſtant; quibus etſi ſplendidiſſimè ſint ornati, non valent tamen eas, etiam dum ſuo corpori ſunt impoſitæ, ſervare integras, quin tineis occupantibus marceſcant ac putreſcant. Eſt ergo obſervatu digniſſima hujus loci reſtitutio.*

Digitized by Google

CAPITULA LIBRI EZECHIELIS,

JUXTA VETER. EDIT. LATINAM EX LXX. INTERP.

Ex codd. Mſs. S. Petri n. 3. S. Pauli, Vat. n. 4220. & Orat. B. VII. edita à Joſ. Maria Caro presb. Romæ, 1688.

I. *VIsIO quatuor animalium.* cap. 1. ℣. 5.
II. *Viſio rotarum.* c. 1. ℣. 15.
III. *Viſio throni Dei, & imaginis Dei ſuper thronum.* c. 1. ℣. 26.
IV. *Dominus mittit Prophetam ad populum, ut revertantur ab erroribus ſuis.* c. 2. ℣. 3.
V. *Ubi cibatur Propheta volumine libri à Domino; & mittitur ad filios Iſraël ſedentes in captivitatem.* c. 2. ℣. 8. c. 3. ℣. 1.
VI. *Quòd prophetam, ſive ſacerdotem, omni facinoroſo facinora ejus annuntiare oportet ei, ut deſinat, & vivat; ne ſanguinem ejus Dominus requirat ab eo: quòd ſi non audierit, periet in ſuo facinore: ſimiliter & de juſto, ſi peccaverit.* c. 3. ℣. 17.
VII. *Ubi iterum in campo viſus eſt Dominus Propheta; & mittit eum ad populum cum præceptis.* c. 3. ℣. 22.
VIII. *De latere, ſuper quem Propheta juſſus depinxit Jeruſalem in ſignum. Et de diebus quibus dormivit duobus lateribus ſuis Propheta in ſignum civitatis, & populi* (l. *captivitatis populi.*) c. 4. ℣. 1. ſeqq.
IX. *Ubi Propheta jubetur panem in pondere manducare ſimo coctum, in ſignum populi futuri pro peccatis; & aquam in menſuram bibere.* c. 4. ℣. 9.
X. *Ubi Propheta accipit machæram ſuper novaculam tonſoris acutam, ut raderet caput ſuum & barbam, & daret eam igni, & vento, & ſparſioni, in interitûs populi ſignum.* c. 5. ℣. 1.
XI. *Pro idolis, diverſis plagis percuſſum populum in fame, & gladio, & diſparſione.* c. 5. ℣. 5.
XII. *Pro idolis traditos Judæos diverſis malis.* c. 5. ℣. 13. c. 6. & 7.
XIII. *Hîc dicit:* Qui poſſidet, non gaudeat: & venditor non fleat. c. 7. ℣. 12.
XIV. Argentum eorum abjicietur, & aurum eorum non liberabit eos. c. 7. ℣. 19.
XV. *Sermo Domini ſuper prophetas, & ſuper ſacerdotes, & ſeniores, & ſuper reges, & magiſtratus.* c. 7. ℣. 26.
XVI. *Viſio ſimilitudinis claritatis Dei; & ſermo Domini ad Prophetam ſuper populum pro idolis.* al. *Viſio claritatis Dei; & ſermo Prophetæ ad populum.* c. 8. ℣. 1. ſeqq.
XVII. *De ſeptuaginta ſenioribus operantibus facinora pro idolis.* c. 8. ℣. 11.
XVIII. *De mulieribus plangentibus idola,* al. *pro idolis.* c. 8. ℣. 14.
XIX. *De xxx.* (al. *viginti quinque*) *viris domûs Judæ adorantibus ſolem.* c. 8. ℣. 16.
XX. *Ubi Dominus miſit Angelos ad vaſtationem populi in Jeruſalem, & dixit:* A ſanctis meis incipite. c. 9. ℣. 2. 6.
XXI. *Orat Propheta pro vaſtatione populi, & non auditur.* c. 9. ℣. 8.
XXII. *De viro, qui accepit carbones de medio rotarum, & cherubin.* c. 10. ℣. 2.
XXIII. *De ſimilitudine claritatis Dei, & de cherubin, & quatuor rotis.* c. 10. ℣. 18.
XXIV. *Sermo Domini ſuper principes Iſraël pro eorum iniquitatibus; quòd ipſi eſſent carnes, Jeruſalem olla.* c. 11. ℣. 1. 7.
XXV. *Ubi iterum vidit Propheta claritatem Domini; & factus eſt ad eum ſermo Domini.* c. 11. ℣. 23.
XXVI. *Præcepit Dominus ut Propheta vaſa captivitatis acciperet, & foſſo pariete, nocte exiret de civitate, quo eſſet exiturus populus in captivitatem.* c. 12. ℣. 3.
XXVII. *Edet panem Propheta cum dolore, & bibet aquam tribulationis; ut ſic populus captivatus paretur.* al. *Edet Propheta panem, & aquam in tribulatione.* c. 12. ℣. 18.
XXVIII. *Iraſcitur Deus populo dicenti:* Elongabitur dies, & periet viſio: *ideoque Dominum locuturum omnia, & feciſſe;* al. *Dominum locutum, & feciſſe omnia.* c. 12. ℣℣. 22. 23.
XXIX. *Sermo Domini ſuper pſeudoprophetas, quos non miſit Dominus.* c. 13. ℣. 1.
XXX. *Sermo Domini ſuper feminas falſa prophetantes.* c. 13. ℣. 17.
XXXI. *De juſto & iniquo, & judicium Domini.* c. 13. ℣. 22.
XXXII. *Sermo Domini ſuper viros Iſraël pro abominationibus ſuis, & injuſtitiis.* c. 14. ℣. 2.
XXXIII. *Ut convertatur homo à peccatis malis ad Dominum, quia Dominus novit hominum corda.* c. 14. ℣. 6.
XXXIV. *De Propheta errante.* al. *Sermo Domini ſuper falſos prophetas.* c. 14. ℣. 9.
XXXV. *Si fuerint tres viri, Noe, Daniel, & Job, in terra quæ peccaverit, non poſſe per eos liberari peccatores; ſed ipſos ſolos ſalvari à fame, beſtiis, & gladiis.* c. 14. ℣. 14.
XXXVI. *Sermo Domini ſuper vitem infructuoſam Jeruſalem.* c. 15. ℣. 1.
XXXVII. *Increpatio Domini ſuper Jeruſalem pro idolis.* c. 16.
XXXVIII. *Hîc dicit:* Mater veſtra Cethea, & pater veſter Amorrhæus, & ſoror veſtra Samaria. c. 16. ℣℣. 3. 45. 46.
XXXIX. *Juſtificat Dominus peccata Sodomorum & Samariæ, ſuper peccata Iſraël.* c. 16. ℣. 46.
XL. *De Eccleſia ſignificat hoc loco.* al. interponit hunc titulum: *De parabola aquilæ.* c. 17. ℣. 3.
XLI. *Quòd Jeruſalem, & magiſtratus traderentur regi Babyloniæ pro peccatis, & reliqui in glaaio caderent, & in diſpoſitionem* (l. *diſparſionem*) *mitterentur.* al. *Quòd Jeruſalem tradetur regi Babyloniis.* c. 17. ℣. 12.
XLII. *Promiſſio populi novi ex gentibus.* c. 17. ℣. 22.
XLIII. *Hîc dixit humiliare excelſum, & humilem exaltare.* c. 17. ℣. 24.
XLIV. *De uva acerba; & quòd non pater pro filio, nec filius pro patre in peccato teneatur; & de patre juſto, & filio impio; & percurrit per quatuor generationes juſti, & injuſti.* c. 18. ℣. 2.
XLV. *Si peccator averſus à peccato, fecerit juſti-*

Digitized by Google

tiam, (al. *judicium*,) *vivet.* c. 18. ℣. 21.

XLVI. *Juſtus, ſi peccaverit, morietur.* c. 18. ℣. 4.

XLVII. *Hortatur Dominus peccatores reverti ad ſe, ut vivant; quia Deus mortem non fecit.* c. 18. ℣. 30.

XLVIII. *Parabola leæ cum catulis ſuis.* al. *Increpatio Domini ſuper Jeruſalem & regnum ejus, quòd dari haberet in manu regis Babylonis.* c. 19. ℣. 1.

XLIX. *Sermo Domini ſuper ſeniores Iſraël, cùm venirent interrogare Prophetam in Domino.* al. *Sermo Domini ſuper ſeniores Iſraël, eò quòd ſabbata violaverint.* c. 20. ℣. 1.

L. *Sermo Domini ſuper domum Iſraël, quòd in terra, in qua induxit eos Dominus, ſacrificaverunt idolis gentium.* al. *Ubi immolaverunt filios ſuos diis alienis.* c. 20. ℣. 7.

LI. *De reditu filiorum Iſraël in terra ſua.* al. *Ubi promittit Dominus filiis Iſraël in terra.* c. 20. ℣. 40.

LII. *Sermo Domini in gladio ſuper Jeruſalem, & terram Iſraël.* c. 21. ℣. 1.

LIII. *Sententia ſecunda in gladio ſuper populum pro peccatis.* c. 21. ℣. 9.

LIV. *Sermo Domini ſuper filios Ammon in gladio.* c. 21. ℣. 20.

LV. *Sermo Domini ſuper Jeruſalem effundentem ſanguinem.* c. 22. ℣. 3.

LVI. *Sermo Domini de inhonoratione parentum; & de advena oppreſſo, & adulteris, & ſtupris, cæteriſque malis.* c. 22. ℣. 7.

LVII. *Sermo, & indignatio Domini ſuper populum commiſtum velut æramentum:* al. addit: *ſanguinum, & plumbum in camino.* al. *De populo commiſto, velut æramentum.* c. 22. ℣. 18.

LVIII. *De pſeudoprophetis, & ſacerdotibus.* c. 22. ℣. 25.

LIX. *Sermo Domini ſuper Samariam, quæ dicta eſt Oolla, & ſuper Jeruſalem, quæ dicta Oolibama.* al. *De Samaria, quæ dicta eſt Oollam; Jeruſalem, Oliva.* c. 23. ℣. 1.

LX. *Sermo Domini ſuper Ooliba*, al. *Oolibama, quæ eſt Jeruſalem.* c. 23. ℣. 22.

LXI. *Ubi accepit Jeruſalem bibendum calicem;* al. add. *exterminii pro idolis gladii.* c. 23. ℣. 32.

LXII. *Sermo Domini ſuper Jeruſalem, & Samariam;* al. add. *in ultione.* c. 23. ℣. 36.

LXIII. *Sermo Domini ſuper parabolam ollæ cum carnibus;* al. add. *ſuccenſæ, quæ eſt civitas ſanguinum Samariæ pro idolis:* al. verò: *parabolam ollæ cum carnibus ſuccenſæ.* c. 24. ℣. 3.

LXIV. *De Domino Chriſto, qui ſe dixit veniſſe.* al. *De Domino Chriſto, præcipiens prophetis non lugere.* c. 24. ℣. 14.

LXV. *Sermo Domini ſuper filios Ammon;* al. add. *qui dominati ſunt in terra Iſraël ultra modum.* c. 25. ℣. 3.

LXVI. *Sermo Domini ſuper plaudentes manum;* al. add. *& perſonantes pedes.* c. 25. ℣. 6.

LXVII. *Sermo Domini ſuper Moab, & Seir;* al. add. *& Idumæam, & Allophylos.* c. 25. ℣. 8.

LXVIII. *Sermo Domini ſuper Seir*, al. *Aſor*, l. *Sor, id eſt, Tyrum;* al. add. *pro Jeruſalem.* al. *Sermo Domini ſuper Tyrum.* c. 26. ℣. 1.

LXIX. *Generationes cognationum, & terrarum.* al. *Genera negotiationum, & terrarum.* al. *De genere negotiationum Tyri.* c. 27. ℣. 2.

LXX. *Adhuc de cogitationibus;* al. *de generationibus;* (l. *negotiationibus*) *Tyri.* c. 27. ℣. 12.

LXXI. *Adhuc ſermo Domini ſuper Tyrum.* c. 28. ℣. 2.

LXXII. *Nomina lapidum pretioſiorum;* al. add. *& divitiæ datæ homini ingrato, & peccatori, Iſraël.* al. *De principe Tyri ingrato.* c. 28. ℣. 13.

LXXIII. *Sermo Domini ſuper Sidonem;* al. add. *qui injuria afficit filios Iſraël.* c. 28. ℣. 22.

LXXIV. *Promiſſio Domini, quòd de diſperſione congregaret*, al. add. *ad terram ſuam ex gentibus filios Iſraël.* c. 28. ℣. 25.

LXXV. *Sermo Domini ſuper Pharaonem regem Ægypti, & ſuper Ægyptum, quòd filios Iſraël affecerint.* c. 29. ℣. 2.

LXXVI. *Quòd quadraginta annis eſſet Ægyptus deſerta*, al. add. *futura pro peccatis, & poſtea reſtituti.* c. 29. ℣. 9.

LXXVII. *Ubi tradidit Dominus terram Ægypti*, al. add. *pro populo Iſraël regi Nabuchodonoſor in prædam.* c. 29. ℣. 19.

LXXVIII. *De Ægypto tradita.* c. 30. ℣. 4.

LXXIX. *Sermo Domini de civitatibus Ægypti exterminandis.* c. 30. ℣. 13.

LXXX. *Ubi tradidit Dominus Pharaonem regem*, al. add. *Ægypti in manus regis Babylonis occidendum.* al. *Ubi tradidit Dominus Pharaonem regem in manu Nabuchodonoſor.* c. 30. ℣. 22.

LXXXI. *Sermo Domini adhuc ſuper Pharaonem regem Ægypti;* al. add. *& ſuper Ægyptum.* c. 31. & 32.

LXXXII. *De gigantibus mortuis.* c. 32. ℣. 24.

LXXXIII. *Sermo Domini ſuper populum, ut à peccatis ſe abſtineant;* al. add. *& ſpeculatorem populi, ut ſi non diſtinxerint peccatori peccatum fugiendi, ipſe pro eo teneatur; quòd ſi diſtinxerint, & non audierit eum, ille reus animæ ſuæ.* c. 33. ℣. 2.

LXXXIV. Nolo mortem morientis, ſed ut revertatur, & vivat. c. 33. ℣. 11.

LXXXV. *Juſtum perdere juſtitiam in die peccati;* al. add. *& peccatorem ſalvari in die converſionis illius.* al. *De juſto prævaricante, & peccatore convertente.* c. 33. ℣. 12.

LXXXVI. *Sermo Domini ſuper populum pro idolis, & adulteriis, & cæteris peccatis.* c. 33. ℣. 24.

LXXXVII. *Sermo Domini ſuper populum non credentium*, al. add. *verbis Prophetæ.* c. 33. ℣. 30.

LXXXVIII. *Sermo Domini ſuper paſtores populi negligentes.* al. *De paſtoribus negligentibus oves Domini.* c. 34. ℣. 2.

LXXXIX. *Sermo Domini ſuper oves, & arietes*, al. add. *& hircos.* c. 34. ℣. 11.

XC. *De Domino Chriſto paſtore novo;* al. add. *& teſtamento pacis, & populo novo noſtro.* c. 34. ℣. 23.

XCI. *Sermo Domini ſuper montem Seir;* al. add. *& de perditione ejus, pro quo læſit populum Domini.* c. 35.

XCII. *Sermo Domini ſuper montes Iſraël*, al. add. *quòd vindicati ſunt.* c. 36. ℣. 1.

XCIII. *Quòd Dominus vindicaverit Iſraël, & reſtitueret in terram ſuam;* al. add. *& multi peccaverint.* c. 36. ℣. 5.

XCIV. *Quòd pro peccatis idololatriæ vindicatum ſit in Iſraël.* al. *Quòd peccatum idololatriæ*, &c. c. 36. ℣. 17.

XCV. *Promiſſio Domini quòd recolligat populum Iſraël ex diſperſione*, al. add. *in terram ſuam; & ſanctificatur in eis.* c. 36. ℣. 22.

XCVI. *De baptiſmi novi gratia*, al. add. *quando baptizabuntur Judæi.* al. *De baptiſmo gratiæ, & abundantiâ.* c. 36. ℣. 25.

XCVII. *Hortatur Dominus populum reverti*, al. add. *à peccatis, & confundi in die mala, & reverti ad Dominum.* c. 36. ℣. 31.

XCVIII. *Promittit Dominus integri reſtitutionem Judæ in terra ſua*, al. *Judæis in terram ſuam.* al. *Ubi Dominus promittit reſtitutionem populo Iſraël.* c. 36. ℣. 33.

XCIX. *De reſurrectione mortuorum.* c. 37. ℣. 1.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Hieron. ubi sup. leves pennæ eorum.	aſpectus æris candentis.
8. Et manus hominis ſub pennis eorum in quatuor partibus eorum.	8. Et manus hominis ſub pennis eorum in quatuor partibus: & facies, & pennas per quatuor partes habebant.
	9. Junctæque erant pennæ eorum alterius ad alterum: non revertebantur cùm incederent: ſed unumquodque ante faciem ſuam gradiebatur.
Ambr. l. de virginit. col. 241. a. 10. Similitudo vultûs eorum: facies hominis, facies leonis à dextris illis quatuor; & facies vituli, à ſiniſtris illis quatuor, & facies aquilæ deſuper illis quatuor.	10. Similitudo autem vultûs eorum: facies hominis, & facies leonis à dextris ipſorum quatuor; facies autem bovis, à ſiniſtris ipſorum quatuor, & facies aquilæ deſuper ipſorum quatuor.
11. Et alæ eorum extenſæ.....	11. Facies eorum, & pennæ eorum extentæ deſuper: duæ pennæ ſingulorum jungebantur, & duæ tegebant corpora eorum:
	12. & unumquodque eorum coram facie ſua ambulabat: ubi erat impetus ſpiritus, illuc gradiebantur, nec revertebantur cùm ambularent.
Hieron. in Ezech. 1. col. 705. ex Lxx. 13. Et in medio animalium viſio ſicut carbonum ignis ardentium, ſicut facies lampadarum diſcurrentium in medio animalium, & ſplendor ignis, & de igne egrediebatur quaſi fulgur.	13. Et ſimilitudo animalium, aſpectus eorum quaſi carbonum ignis ardentium, & quaſi aſpectus lampadarum. Hæc erat viſio diſcurrens in medio animalium, ſplendor ignis, & de igne fulgur egrediens.
14. Et animalia currebant & revertebantur quaſi ſpecies bezec.	14. Et animalia ibant & revertebantur, in ſimilitudinem fulguris coruſcantis.
Ibid. 706. 15. Et vidi, & ecce rota una ſuper terram ſequens animalia quatuor:	15. Cùmque aſpicerem animalia, apparuit rota una ſuper terram juxta animalia, habens quatuor facies:
16. & aſpectus rotarum, & factura earum, quaſi ſpecies Tharſis: & ſimilitudo in quatuor: & opus earum erat, ſicut ſolet eſſe rota in rota.	16. & aſpectus rotarum, & opus earum, quaſi viſio maris: & una ſimilitudo ipſarum quatuor: & aſpectus earum & opera, quaſi ſit rota in medio rotæ.
17. In quatuor partes earum ambulabant, & non revertebantur cùm ambularent.	17. Per quatuor partes earum euntes ibant, & non revertebantur cùm ambularent.
18. Et dorſa earum, & altitudo erat eis. Et vidi eas, & dorſa earum plena oculis in circuitu ipſarum quatuor.	18. Statura quoque erat rotis, & altitudo, & horribilis aſpectus: & totum corpus oculis plenum in circuitu ipſarum quatuor. *Inf. 10. 12.*
Virgil. Tapſ. l. cont. Vad. p. 744. c. 19..... cùm autem elevarent ſe animalia à terra, exſiliebant rotæ.	19. Cùmque ambularent animalia, ambulabant pariter & rotæ juxta ea: & cùm elevarentur animalia de terra, elevabantur ſimul & rotæ.
20. Et ubicunque ibant nubes, & juxta illud ſpiritus rotæ extollebatur cum eis: quoniam ſpiritus vitæ erat in rotis.	20. Quòcunque ibat ſpiritus, illuc eunte ſpiritu, & rotæ pariter elevabantur, ſequentes eum. Spiritus enim vitæ erat in rotis.
Ambroſ. l. 2. de Abr. c. 8. col. 335. f. 336. a. 21. Cùm irent animalia, ibant & rotæ conjunctæ illis: & cùm elevarent ſe animalia à terra, elevabantur rotæ: quoniam ſpiritus vitæ erat in rotis.	21. Cum euntibus ibant, & cum ſtantibus ſtabant: & cum elevatis à terra, pariter elevabantur & rotæ, ſequentes ea: quia ſpiritus vitæ erat in rotis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 8. Græcè, ἐπὶ τὰ τέσσαρα μέρη, *ſuper quatuor partes*, pro *in quatuor partibus*; cæt. ut in Lat. ſupra.

℣. 10. Græc. hab. τῶν προσώπων, *facierum*, loco *vultûs*; additque ἡ, poſt vocem *hominis*; extremò verò delet adverb. *deſuper*; cæt. ut ſupra.

℣. 11. Ita Græcè, hoc omiſſo, quod in Vulg. antecedit.

℣. 13. Itidem Græcè, niſi excipiatur vox ὄψις, *aſpectus*, loco *facies*; tollitur etiam *quaſi*, ante ult. *fulgur*; at in Mſ. Alex. ac ed. Compl. eſt ὡς ἀστραπή.

℣. 14. Hic verſiculus non legitur in Gr. edit. Rom. reperitur tamen in Mſ. Alex. ſicut in edd. Ald. & Compl. & apud Theodoretum; item in Hexaplis, ſed ſub aſteriſco. Hieronymus etiam loco cit. ait: *Quodque ſequitur*: Et animalia currebant, &c. *de editione Theodotionis in LXX. additum eſt: qui, ne contra priores duas ſententias Propheta dicere videretur, hoc quod putabant eſſe contrarium, id eſt*, Et animalia currebant & revertebantur, *filendum putaverunt, ne legenti ſcandalum facerent. Melius eſt autem in Divinis libris transferre quod dictum eſt, licet non intelligas quare dictum ſit, quàm auferre quod neſcias: alioquin & multa alia, quæ ineffabilia ſunt, & humanus animus capere non poteſt, hac licentiâ delebuntur*: & poſt pauca: *Quod in Hebraïco ſermone dicitur* bezec, *interpretatus eſt Symmachus* quaſi ſpecies radii fulguris.

℣. 15. Græc. loco ult. *ſequens animalia quatuor*, ponit ἐχόμενος τῶν ζώων, τοῖς τέσσαρσι i. e. *juxta animalia, ipſis quatuor*; cæt. ut ſupra. Ambroſ. l. 2. de Abr. c. 8. col. 335. e. *Ezechiel*, inquit, *apertos ſibi cælos dicit, & vidiſſe inter alia etiam rotam unam ſuper terram, conjunctam animalibus quatuor.*

℣. 16. A Græco Vat. abeſt hoc, & *factura earum*; at in Compl. additur, ἡ ποίημα αὐτῶν· ſubinde in Vatic. ἓν τοῖς τέσσαρσι, *una ipſis quatuor*, loco *in quatuor*; ſed al. ἐν τοῖς, &c. demum in Vatic. καθὼς ἂν εἴη, *quaſi ſi eſſet*, pro *ſicut ſolet eſſe*; cæt. ut in Lat. ſupra. Ambr. l. 2. de Jac. c. 11. col. 476. f. alludens dicit: *Rota intra rotam currit, nec impeditur*: & l. de virginit. c. 18. to. 2. 242. b. *Videbit* (Ezech.) *rotam in medio rotæ, ſuper terram ſine offenſione labentem.* Hieron. ep. ad Marcell. to. 2. 622. b. & *ſpecies rotarum, ſicut ſpecies Tharſis*: & in Ezech. 10. col. 758. a. *quaſi viſio Tharſis.*

℣. 17. Sic eſt in Græco, ſublatâ mediâ conjunct. &. Huc redeunt quæ hab. Anonym. in Pſ. 97. è ſchedis Marten. *Et non ibant retrorsùm, ſed ſemper ibant ante ſe: non revertebantur, ſed ſemper anteibant.*

℣. 18. Græc. ipſo initio habet, ὑδ' οἱ τῶτοι, *neque dorſa*; Compl. verò, ἡ δ' οἱ, al. ἡ οἱ; ſubinde ἡ ἴδον αὐτὰ, & *vidi ea*; ultimòque, τοῖς τέσσαρσι, *ipſis quatuor*; cæt. ut in Lat. Anonymus ubi ſup. *Et plenæ erant oculis.*

℣. 19. Græc. ἡ ἐν τῷ ἐξαίρειν τὰ..... ἐξήροντο, &c. ut ſupra.

℣. 20. Οὗ ἂν ἦν ἡ νεφέλη, ἐκεῖ τὸ πνεῦμα τῦ πορεύεσθαι· ἐπορεύοντο οἱ τροχοὶ, ἡ ἐξήροντο ζὺν αὐτοῖς· διότι, &c. *Ubicunque erat nubes, illic & ſpiritus ad eundum; ibant & rotæ, & elevabantur cum eis: quoniam*, &c. ut ſupra. Anonym. ubi ſup. *Quòcunque ibat ſpiritus, illuc ſequebantur & rotæ.* Ambr. l. de virginit. to. 2. 236. f. & l. de Spir. S. col. 631. a. addit: & *ſpiritus vitæ erat in rotis.*

℣. 21. Græc. Ἐν τῷ πορεύεσθαι αὐτὰ ἐπορεύοντο, ἡ ἐν τῷ ἑσάναι αὐτὰ εἱσήκεισαν· ἡ ἐν τῷ ἐξαίρειν αὐτὰ ἀπὸ

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

22. Et ſimilitudo ſuper capita animalium firmamenti, quaſi aſpectus cryſtalli horribilis, & extenti ſuper capita eorum deſuper.

23. Sub firmamento autem pennæ eorum rectæ alterius ad alterum : unumquodque duabus alis velabat corpus ſuum, & alterum ſimiliter velabatur.

24. Et audiebam ſonum alarum, quaſi ſonum aquarum multarum, quaſi ſonum ſublimis Dei : cùm ambularent quaſi ſonus erat multitudinis ut ſonus caſtrorum : cùmque ſtarent, demittebantur pennæ eorum.

25. Nam cùm fieret vox ſuper firmamentum, quod erat ſuper caput eorum, ſtabant, & ſubmittebant alas ſuas.

26. Et ſuper firmamentum, quod erat imminens capiti eorum, quaſi aſpectus lapidis ſaphiri ſimilitudo throni : & ſuper ſimilitudinem throni, ſimilitudo quaſi aſpectus hominis deſuper.

VERSIO ANTIQUA.

23..... alæ eorum extentæ, & volantes..... *Hieron. in Exech. 1. col. 708. ex LXX.*

24. Audiebam vocem alarum eorum, ſicut vocem aquarum multarum, & vocem ſublimis Dei : & cùm irent ut vox verbi, ſicut vocem caſtrorum..... *Ambroſ. l. 2. de Abr. c. 8. col. 335. e.*

26..... ſuper ſimilitudinem throni, ſimilitudo ſicut ſpecies hominis. *Ambr. l. de virginit. c. 18. col. 242. c.*

VULGATA NOVA.

27. Et vidi quaſi ſpeciem electri, velut aſpectum ignis, intrinſecus ejus per circuitum : à lumbis ejus & deſuper, & à lumbis ejus uſque deorſum, vidi quaſi ſpeciem ignis ſplendentis in circuitu.

28. Velut aſpectum arcus cùm fuerit in nube in die pluviæ : hic erat aſpectus ſplendoris per gyrum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ὡὴς γῆς, ἐξήροντο ζὺν αὐτοῖς· ὅτι, &c. *Cùm illa irent, ibant; & cùm illa ſtarent, ſtabant : & cùm illa elevarentur à terra, elevabantur cum eis : quia*, &c. ut ſup.

℣. 23. Sic eſt in Græco, ſed abſque med. conjunct. &.

℣. 24. Græc. Vatic. ſic habet : Καὶ ἤκουον τὴν φωνὴν τῶν πτερύγων αὐτῶν ἐν τῷ πορεύεσθαι αὐτὰ ὡς φωνὴν ὕδατος πολλοῦ· ἐν ὦ τῷ ἑστάναι αὐτὰ, κατέπαυον αἱ πτέρυγες αὐτῶν· i. e. *Et audivi vocem alarum eorum, dum ipſa irent, ſicut vocem aquæ multæ : & cùm ipſa ſtarent, ceſſabant alæ eorum.* Mſ. verò Alex. & Compl. poſt vocem πολλοῦ, ſubdunt, ὡς φωνὴν ἰσχυρᾶς· dein, ἐν τῷ πορεύεσθαι αὐτὰ φωνὴ τῷ λόγῳ ὡς φωνὴ παρεμβολῆς· ſtatimque, ἐν ὦ τῷ ἑστάναι, &c. ut ſup. Ita quoque in ed. Ald. niſi quòd initio hab. ὡς φωνὴν ὕδατος ἰσχυρᾶς· al. cum Theodoreto, ὡς φωνὴν ὑδάτων πολλῶν, ὡς φωνὴν Θεοῦ ζαδδαΐ· ἐν τῷ πορεύεσθαι αὐτὰ φωνὴ (al. φωνὴν) τῷ λόγῳ ὡς φωνὴ παρεμβολῶν, &c. Hieron. quoque in hunc loc. col. 708. b. ait, ubi poſuit ipſe, *quaſi ſonum, vel vocem ſublimis Dei*, LXX. tranſtuliſſe, *quaſi vocem fortis :* & infra : *vox ſublimis Dei*, inquit, *quod Hebraicè appellatur* ſaddai, *juxta LXX. vox verbi.*

℣. 26. Sic etiam in Græco, excepto ult. ἄνωθεν, *deſuper*, quod Ambroſius tacuit.

CAPUT II.

VULGATA NOVA.

1. HÆc viſio ſimilitudinis gloriæ Domini : & vidi, & cecidi in faciem meam, & audivi vocem loquentis. Et dixit ad me : Fili hominis ſta ſuper pedes tuos, & loquar tecum.

2. Et ingreſſus eſt in me ſpiritus poſtquam locutus eſt mihi, & ſtatuit me ſupra pedes meos : & audivi loquentem ad me,

3. & dicentem : Fili hominis, mitto ego te ad filios Iſraël, ad gentes apoſtatrices, quæ receſſerunt à me : ipſi & patres eorum prævaricati ſunt pactum meum uſque ad diem hanc.

4. Et filii dura facie, & indomabili corde ſunt, ad quos ego mitto te : & dices ad eos : Hæc dicit Dominus Deus :

5. Si fortè vel ipſi audiant, & ſi fortè quieſcant, quoniam domus exaſperans eſt : & ſcient quia propheta fuerit in medio eorum.

6. Tu ergo fili hominis ne timeas eos, neque ſermones eorum metuas : quoniam increduli & ſubverſores ſunt tecum, & cum ſcorpionibus habitas : verba eorum ne timeas, & vultus eorum ne formides, quia domus exaſperans eſt.

VERSIO ANTIQUA.

1. HÆc viſio ſimilitudinis gloriæ Domini..... *Iren. l. 4. c. 20. p. 256. c.*

2. Et venit ad me ſpiritus, & aſſumpſit me, & elevavit, & ſtatuit me ſuper pedes meos : & audivi eum loquentem ad me, *Hieron. in Exech. 2. col. 710. ex LXX.*

3. & dixit mihi : Fili hominis, mitto te ad domum Iſraël : quia amaricaverunt me ipſi, & patres eorum uſque in hodiernum diem. *Lucif. Cal. l. de non parc. in Deo. del. p. 229. vel 231. ſ. g. ſeq. 230. vel 231. d.*

4. Et dices ad illos : Hæc dicit Dominus :

5. Si audierint, aut trepidaverint, quoniam domus amaricans eſt : & cognoſcent quoniam propheta es tu in medio eorum.

6. Et tu fili hominis ne timueris eos, neque trepidaveris à facie eorum : quoniam effuriabuntur, & concurrent ſuper te in circuitu, & in medio ſcorpionum tu inhabitas : ſermones eorum ne timueris, & à facie eorum ne trepidaveris, quoniam domus amaricans eſt.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Itidem Græcè.

℣. 2. Eadem ſunt in Græco, addito uno μὲ, ad verbum *elevavit* ; inf. etiam ἤκουον, *audiebam*, pro *audivi*.

℣. 3. Concinit Gr. niſi quòd addit ἐγὼ, ad verbum *mitto* ; ut & τοὺς παροξύνοντάς με, *exacerbantes me*, poſt vocem *Iſrael* ; ſtatimque, οἵτινες παρωξύνοσάν με, &c. ut ſup. Hieron. etiam in hunc loc. 71[illegible]. f. ait LXX. tranſtuliſſe *irritantes me*, ſive *in amaritudinem convertentes*. Hilar. in Pſ. 65. col. 179. a. legit : *Fili hominis, mitto te ego ad domum Iſrael, qui exacerbaverunt me.* Ambroſ. l. 2. de pœnit. col. 423. e. *Fili hominis, mittam ego te ad domum Iſrael, ad eos qui me exacerbaverunt, ipſi & patres eorum uſque in hodiernum.*

℣. 4. Conſonat Græcum. Ita quoque hab. Ambr. l. 2. de pœnit. col. 423. e.

℣. 5. Græc. initio hab. Ἐὰν ἄρα ἀκούσωσιν, ἢ πλουτῶσι, &c. ut ſup. Ambroſ. l. 2. de pœnit. col. 423. e. *Si fortè audient, & terrebuntur.*

℣. 6. Hæc tota mirè concinunt cum Græco. Hieron. in hunc loc. col. 711. c. ita legit ex LXX. *Et tu fili hominis*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup. leves pennæ eorum.

8. Et manus hominis sub pennis eorum in quatuor partibus eorum.

Ambr. l. de virginit. col. 241. a.

10. Similitudo vultûs eorum : facies hominis, facies leonis à dextris illis quatuor; & facies vituli, à siniſtris illis quatuor, & facies aquilæ deſuper illis quatuor.

11. Et alæ eorum extenſæ.....

Hieron. in Ezech. 1. col. 705. ex Lxx.

13. Et in medio animalium viſio ſicut carbonum ignis ardentium, ſicut facies lampadarum diſcurrentium in medio animalium, & ſplendor ignis, & de igne egrediebatur quaſi fulgur.

14. Et animalia currebant & revertebantur quaſi ſpecies bezec.

Ibid. 706.

15. Et vidi, & ecce rota una ſuper terram ſequens animalia quatuor :

16. & aſpectus rotarum, & factura earum, quaſi ſpecies Tharſis : & ſimilitudo in quatuor : & opus earum erat, ſicut ſolet eſſe rota in rota.

17. In quatuor partes earum ambulabant, & non revertebantur cùm ambularent.

18. Et dorſa earum, & altitudo erat eis. Et vidi eas, & dorſa earum plena oculis in circuitu ipſarum quatuor.

Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 744. c.

19..... cùm autem elevarent ſe animalia à terra, exſiliebant rotæ.

20. Et ubicunque ibant nubes, & juxta illud ſpiritus rotæ extollebatur cum eis : quoniam ſpiritus vitæ erat in rotis.

Ambroſ. l. 2. de Abr. c. 8. col. 335. f. 336. a.

21. Cùm irent animalia, ibant & rotæ conjunctæ illis : & cùm elevarent ſe animalia à terra, elevabantur rotæ : quoniam ſpiritus vitæ erat in rotis.

VULGATA NOVA.

aſpectus æris candentis.

8. Et manus hominis ſub pennis eorum in quatuor partibus : & facies, & pennas per quatuor partes habebant.

9. Junctæque erant pennæ eorum alterius ad alterum : non revertebantur cùm incederent : ſed unumquodque ante faciem ſuam gradiebatur.

10. Similitudo autem vultûs eorum : facies hominis, & facies leonis à dextris ipſorum quatuor ; facies autem bovis, à ſiniſtris ipſorum quatuor, & facies aquilæ deſuper ipſorum quatuor.

11. Facies eorum, & pennæ eorum extentæ deſuper : duæ pennæ ſingulorum jungebantur, & duæ tegebant corpora eorum :

12. & unumquodque eorum coram facie ſua ambulabat : ubi erat impetus ſpiritus, illuc gradiebantur, nec revertebantur cùm ambularent.

13. Et ſimilitudo animalium, aſpectus eorum quaſi carbonum ignis ardentium, & quaſi aſpectus lampadarum. Hæc erat viſio diſcurrens in medio animalium, ſplendor ignis, & de igne fulgur egrediens.

14. Et animalia ibant & revertebantur, in ſimilitudinem fulguris coruſcantis.

15. Cùmque aſpicerem animalia, apparuit rota una ſuper terram juxta animalia, habens quatuor facies :

16. & aſpectus rotarum, & opus earum, quaſi viſio maris : & una ſimilitudo ipſarum quatuor : & aſpectus earum & opera, quaſi ſit rota in medio rotæ.

17. Per quatuor partes earum euntes ibant, & non revertebantur cùm ambularent.

18. Statura quoque erat rotis, & altitudo, & horribilis aſpectus : & totum corpus oculis plenum in circuitu ipſarum quatuor. *Inf. 10. 12.*

19. Cùmque ambularent animalia, ambulabant pariter & rotæ juxta ea : & cùm elevarentur animalia de terra, elevabantur ſimul & rotæ.

20. Quòcunque ibat ſpiritus, illuc eunte ſpiritu, & rotæ pariter elevabantur, ſequentes eum. Spiritus enim vitæ erat in rotis.

21. Cum euntibus ibant, & cum ſtantibus ſtabant : & cum elevatis à terra, pariter elevabantur & rotæ, ſequentes ea : quia ſpiritus vitæ erat in rotis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 8. Græcè, *ἐπὶ τὰ τέσσαρα μέρη*, *ſuper quatuor partes*, pro *in quatuor partibus* ; cæt. ut in Lat. ſupra.

℣. 10. Græc. hab. *τῶν προσώπων*, *facierum*, loco *vultûs* ; additque *καὶ*, poſt vocem *hominis* ; extremò verò delet adverb. *deſuper* ; cæt. ut ſupra.

℣. 11. Ita Græcè, hoc omiſſo, quod in Vulg. antecedit.

℣. 13. Itidem Græcè, niſi excipiatur vox *ὄψις*, *aſpectus*, loco *facies* ; tollitur etiam *quaſi*, ante ult. *fulgur* ; at in Mſ. Alex. ac ed. Compl. eſt *ὡς ἀστραπή*.

℣. 14. Hic verſiculus non legitur in Gr. edit. Rom. reperitur tamen in Mſ. Alex. ſicut in edd. Ald. & Compl. & apud Theodoretum ; item in Hexaplis, ſed ſub aſteriſco. Hieronymus etiam loco cit. ait : *Quodque ſequitur* : Et animalia currebant, &c. *de editione Theodotionis in LXX. additum eſt : qui, ne contra priores duas ſententias Propheta dicere videretur, hoc quod putabant eſſe contrarium, id eſt*, Et animalia currebant & revertebantur, *ſilendum putaverunt, ne legenti ſcandalum facerent. Melius eſt autem in Divinis libris transferre quod dictum eſt, licet non intelligas quare dictum ſit, quàm auferre quod neſcias : alioquin & multa alia, quæ ineffabilia ſunt, & humanus animus capere non poteſt, hac licentiâ delebuntur* : & poſt pauca : *Quod in Hebraïco ſermone dicitur* bezec, *interpretatus eſt Symmachus* quaſi ſpecies radii fulguris.

℣. 15. Græc. loco ult. *ſequens animalia quatuor*, ponit *ἐχόμενος τῶν ζώων*, *τοῖς τέσσαρσι* i. e. *juxta animalia, ipſis quatuor* ; cæt. ut ſupra. Ambroſ. l. 2. de Abr. c. 8. col. 335. e. *Ezechiel*, inquit, *apertos ſibi cælos dicit, & vidiſſe inter alia etiam rotam unam ſuper terram, conjunctam animalibus quatuor.*

℣. 16. A Græco Vat. abeſt hoc, *& ſpectura earum* ; at in Compl. additur, *καὶ ποίημα αὐτῶν* ſubinde in Vatic. *ἓν τοῖς τέσσαρσι*, *una ipſis quatuor*, loco *in quatuor* ; ſed al. *ἐν τοῖς*, &c. demum in Vatic. *καθὼς ἂν εἴη*, *quaſi ſi eſſet*, pro *ſicut ſolet eſſe* ; cæt. ut in Lat. ſupra. Ambr. l. 2. de Jac. c. 11. col. 476. f. alludens dicit : *Rota intra rotam currit, nec impeditur* : & l. de virginit. c. 18. to. 2. 242. b. *Videbis* (Ezech.) *rotam in medio rotæ, ſuper terram ſine offenſione labentem.* Hieron. ep. ad Marcell. to. 2. 622. b. *& ſpecies rotarum, ſicut ſpecies Tharſis* : & in Ezech. 10. col. 758. a. *quaſi viſio Tharſis.*

℣. 17. Sic eſt in Græco, ſublatâ mediâ conjunct. *&*. Huc redeunt quæ hab. Anonym. in Pſ. 97. è ſchedis Marten. *Et non ibant retrorsùm, ſed ſemper ibant ante ſe : non revertebantur, ſed ſemper anteibant.*

℣. 18. Græc. ipſo initio habet, *οὐδ' οἱ τροχοὶ*, *neque rotæ* ; Compl. verò, *καὶ δ' οἱ*, al. *καὶ οἱ* ; ſubinde *καὶ εἶδον αὐτὰ*, *& vidi ea* ; ultimòque, *τοῖς τέσσαρσι*, *ipſis quatuor* ; cæt. ut in Lat. Anonymus ubi ſup. *Et plenæ erant oculis.*

℣. 19. Græc. *καὶ ἐν τῷ ἐξαίρειν τὰ..... ἐξήροντο*, &c. ut ſupra.

℣. 20. *Οὗ ἂν ἦν ἡ νεφέλη, ἐκεῖ τὸ πνεῦμα τοῦ πορεύεσθαι· ἐπορεύοντο οἱ τροχοὶ, καὶ ἐξήροντο ζὺν αὐτοῖς· διότι*, &c. *Ubicunque erat nubes, illic & ſpiritus ad eundum ; ibant & rotæ, & elevabantur cum eis : quoniam*, &c. ut ſupra. Anonym. ubi ſup. *Quòcunque ibat ſpiritus, illuc ſequebantur & rotæ.* Ambr. l. de virginit. to. 2. 236. f. & l. de Spir. S. col. 631. a. addit : *& ſpiritus vitæ erat in rotis.*

℣. 21. Græc. *Ἐν τῷ πορεύεσθαι αὐτὰ ἐπορεύοντο, καὶ ἐν τῷ ἑστάναι αὐτὰ ἑστήκεισαν· καὶ ἐν τῷ ἐξαίρειν αὐτὰ ἀπὸ*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

22. Et ſimilitudo ſuper capita animalium firmamenti, quaſi aſpectus cryſtalli horribilis, & extenti ſuper capita eorum deſuper.

23. Sub firmamento autem pennæ eorum rectæ alterius ad alterum : unumquodque duabus alis velabat corpus ſuum, & alterum ſimiliter velabatur.

24. Et audiebam ſonum alarum, quaſi ſonum aquarum multarum, quaſi ſonum ſublimis Dei : cùm ambularent quaſi ſonus erat multitudinis ut ſonus caſtrorum : cùmque ſtarent, demittebantur pennæ eorum.

25. Nam cùm fieret vox ſuper firmamentum, quod erat ſuper caput eorum, ſtabant, & ſubmittebant alas ſuas.

26. Et ſuper firmamentum, quod erat imminens capiti eorum, quaſi aſpectus lapidis ſaphiri ſimilitudo throni : & ſuper ſimilitudinem throni, ſimilitudo quaſi aſpectus hominis deſuper.

VERSIO ANTIQUA.

23..... alæ eorum extentæ, & volantes..... *Hieron. in Exech. 1. col. 708. ex LXX.*

24. Audiebam vocem alarum eorum, ſicut vocem aquarum multarum, & vocem ſublimis Dei : & cùm irent ut vox verbi, ſicut vocem caſtrorum..... *Ambroſ. l. 2. de Abr. c. 8. col. 335. e.*

26..... ſuper ſimilitudinem throni, ſimilitudo ſicut ſpecies hominis. *Ambr. l. de virginit. c. 18. col. 242. c.*

VULGATA NOVA.

27. Et vidi quaſi ſpeciem electri, velut aſpectum ignis, intrinſecus ejus per circuitum : à lumbis ejus & deſuper, & à lumbis ejus uſque deorſum, vidi quaſi ſpeciem ignis ſplendentis in circuitu.

28. Velut aſpectum arcus cùm fuerit in nube in die pluviæ : hic erat aſpectus ſplendoris per gyrum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

τῆς γῆς, ἐξήγοντο ζὺν αὐτοῖς· ὅτι, &c. *Cùm illa irent, ibant; & cùm illa ſtarent, ſtabant : & cùm illa elevarentur à terra, elevabantur cum eis : quia*, &c. ut ſup.

℣. 23. Sic eſt in Græco, ſed abſque med. conjunct. &.

℣. 24. Græc. Vatic. ſic habet : Καὶ ἤκουον τὴν φωνὴν τῶν πτερύγων αὐτῶν ἐν τῷ πορεύεσθαι αὐτὰ ὡς φωνὴν ὕδατος πολλοῦ· ἐν ἐν τῷ ἑστάναι αὐτὰ, κατέπαυον αἱ πτέρυγες αὐτῶν· i. e. *Et audivi vocem alarum eorum, dum ipſa irent, ſicut vocem aquæ multæ : & cùm ipſa ſtarent, ceſſabant alæ eorum.* Mſ. verò Alex. & Compl. poſt vocem πολλοῦ, ſubdunt, ὡς φωνὴν ἰσχυρᾶς· dein, ἐν τῷ πορεύεσθαι αὐτὰ φωνὴ τῆ λόγῳ ὡς φωνὴ παρεμβολῆς· ſtatimque, ἐν ἐν τῷ ἑστάναι, &c. ut ſup. Ita quoque in ed. Ald. niſi quòd initio hab. ὡς φωνὴν ὕδατος ἰσχυρᾶς· al. cum Theodoreto, ὡς φωνὴν ὑδάτων πολλῶν, ὡς φωνὴν Θεοῦ ζωσαί· ἐν τῷ πορεύεσθαι αὐτὰ φωνὴ (al. φωνὴν) τῆ λόγῳ ὡς φωνὴ παρεμβολῶν, &c. Hieron. quoque in hunc loc. col. 708. b. ait, ubi poſuit ipſe, *quaſi ſonum, vel vocem ſublimis Dei*, LXX. tranſtuliſſe, *quaſi vocem fortis :* & infra : *vox ſublimis Dei*, inquit, *quod Hebraïcè appellatur* ſaddai, *juxta LXX. vox verbi.*

℣. 26. Sic etiam in Græco, excepto ult. ἄνωθεν, *deſuper*, quod Ambroſius tacuit.

CAPUT II.

VULGATA NOVA.

1. HÆc viſio ſimilitudinis gloriæ Domini : & vidi, & cecidi in faciem meam, & audivi vocem loquentis. Et dixit ad me : Fili hominis ſta ſuper pedes tuos, & loquar tecum.

2. Et ingreſſus eſt in me ſpiritus poſtquam locutus eſt mihi, & ſtatuit me ſupra pedes meos : & audivi loquentem ad me,

3. & dicentem : Fili hominis, mitto ego te ad filios Iſraël, ad gentes apoſtatrices, quæ receſſerunt à me : ipſi & patres eorum prævaricati ſunt pactum meum uſque ad diem hanc.

4. Et filii dura facie, & indomabili corde ſunt, ad quos ego mitto te : & dices ad eos : Hæc dicit Dominus Deus :

5. Si fortè vel ipſi audiant, & ſi fortè quieſcant, quoniam domus exaſperans eſt : & ſcient quia propheta fuerit in medio eorum.

6. Tu ergo fili hominis ne timeas eos, neque ſermones eorum metuas : quoniam increduli & ſubverſores ſunt tecum, & cum ſcorpionibus habitas : verba eorum ne timeas, & vultus eorum ne formides, quia domus exaſperans eſt.

VERSIO ANTIQUA.

1. HÆc viſio ſimilitudinis gloriæ Domini..... *Iren. l. 4. c. 20. p. 256. c.*

2. Et venit ad me ſpiritus, & aſſumpſit me, & elevavit, & ſtatuit me ſuper pedes meos : & audivi eum loquentem ad me, *Hieron. in Exech. 2. col. 710. ex LXX.*

3. & dixit mihi : Fili hominis, mitto te ad domum Iſraël : quia amaricaverunt me ipſi, & patres eorum uſque in hodiernum diem. *Lucif. Cal. l. de non parc. in Deo. del. p. 229. vel 231. ſ. g. ſeq. 230. vel. 231. d.*

4. Et dices ad illos : Hæc dicit Dominus :

5. Si audierint, aut trepidaverint, quoniam domus amaricans eſt : & cognoſcent quoniam propheta es tu in medio eorum.

6. Et tu fili hominis ne timueris eos, neque trepidaveris à facie eorum : quoniam effuriabuntur, & concurrent ſuper te in circuitu, & in medio ſcorpionum tu inhabitas : ſermones eorum ne timueris, & à facie eorum ne trepidaveris, quoniam domus amaricans eſt.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Itidem Græcè.

℣. 2. Eadem ſunt in Græco, addito uno μὲ, ad verbum *elevavit ;* inf. etiam ἤκουον, *audiebam*, pro *audivi.*

℣. 3. Concinit Gr. niſi quòd addit ἐγὼ, ad verbum *mitto ;* ut & τοὺς παροξυνοντάς με, *exacerbantes me*, poſt vocem *Iſrael ;* ſtatimque, οἵτινες παρεπίκραναν με, &c. ut ſup. Hieron. etiam in hunc loc. 71.. f. ait LXX. tranſtuliſſe *irritantes me*, ſive *in amaritudinem convertentes.* Hilar. in Pſ. 65. col. 179. a. legit : *Fili hominis, mitto te ego ad domum Iſrael, qui exacerbaverunt me.* Ambroſ. l. 2. de pœnit. col. 423. e. *Fili hominis, mittam ego te ad domum Iſrael, ad eos qui me exacerbaverunt, ipſi & patres eorum uſque in hodiernum.*

℣. 4. Conſonat Græcum. Ita quoque hab. Ambr. l. 2. de pœnit. col. 423. e.

℣. 5. Græc. initio hab. Ἐὰν οὖν ἀκούσωσιν, ἢ πλουτῶσι, &c. ut ſup. Ambroſ. l. 2. de pœnit. col. 423. e. *Si fortè audient, & terrebuntur.*

℣. 6. Hæc tota mirè concinunt cum Græco. Hieron. in hunc loc. col. 711. c. ita legit ex LXX. *Et tu fili hominis*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. ubi sup. 7. Et loquêris verba mea ad eos, si fortè audierint, vel expaverint: quoniam domus amaricans est.

Hieron. in Exech. 2. col. 712. b. d. Ambr. l. 2. de pœnit. col. 427. c. 9. Et vidi, & ecce manus extenta ad me, in qua erat capitulum libri..... & inscripta erat lamentatio, & melos, & væ.

VULGATA NOVA.

7. Loquêris ergo verba mea ad eos, si fortè audiant, & quiescant: quoniam irritatores sunt.

8. Tu autem fili hominis audi quæcunque loquor ad te: & noli esse exasperans, sicut domus exasperatrix est: aperi os tuum & comede quæcunque ego do tibi.

9. Et vidi, & ecce manus missa ad me, in qua erat involutus liber: & expandit illum coram me, qui erat scriptus intus & foris: & scriptæ erant in eo lamentationes, & carmen, & væ. *Apocal. 5. 1.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

non timeas eos, nec à facie eorum formides: quoniam insanient, & congregabuntur contra te in circuitu: & epist. ad Algas. q. 5. to. 4. 194. c. *Fili hominis, in medio scorpionum tu habitas, & ne timeas eos.*

℣. 7. Itidem Græcè.

℣. 9. Sic est in Græco, nisi hoc excipiatur, ἐν αὐτῇ, *& in ea*, pro *in qua erat*, de Vulg.

CAPUT III.

VULGATA NOVA.

1. ET dixit ad me: Fili hominis quodcunque inveneris comede: comede volumen istud, & vadens loquere ad filios Israël.

2. Et aperui os meum, & cibavit me volumine illo:

2.... *Vide Not.*

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Exech. 3. col. 713. ex Lxx. 3. & dixit ad me: Fili hominis os tuum comedet, & venter tuus implebitur capitulo isto tibi dato.....

Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. p. 229. vel 231. b. 4..... Fili hominis ingredere ad domum Israël, & loquere sermones meos ad eos.

5. Quoniam non ad populum alti sermonis tu mitteris, ad Israël:

6. neque ad populos multos aliæ vocis, aut aliæ linguæ, neque graves qui sint in lingua, quorum non audies sermonem: & si ad tales misissem te, illi forsitan audissent sermones tuos.

7. Domus autem Israël nolunt audire te: quoniam nolunt audire me: quoniam tota domus Israël contentiosa est, & duro corde.

8. Et ecce dedi faciem tuam potentem adversùs facies eorum, & constantiam tuam confortabo adversùs contentionem eorum.

9. Et eris semper firmior petrâ: ne timueris ab eis, neque expaveris à facie eorum: quoniam domus amaricans est.

VULGATA NOVA.

3. & dixit ad me: Fili hominis venter tuus comedet, & viscera tua complebuntur volumine isto, quod ego do tibi. Et comedi illud: & factum est in ore meo sicut mel dulce. *Apocal. 10. 9.*

4. Et dixit ad me: Fili hominis vade ad domum Israël, & loquêris verba mea ad eos. *10.*

5. Non enim ad populum profundi sermonis, & ignotæ linguæ tu mitteris, ad domum Israël:

6. neque ad populos multos profundi sermonis, & ignotæ linguæ, quorum non possis audire sermones: & si ad illos mittereris, ipsi audirent te.

7. Domus autem Israël nolunt audire te: quia nolunt audire me: omnis quippe domus Israël attrita fronte est, & duro corde.

8. Ecce dedi faciem tuam valentiorem faciebus eorum, & frontem tuam duriorem frontibus eorum.

9. Ut adamantem, & ut silicem dedi faciem tuam: ne timeas eos, neque metuas à facie eorum: quia domus exasperans est.

VULGATA NOVA.

10. Et dixit ad me: Fili hominis, omnes sermones meos, quos ego loquor ad te, assume in corde tuo, & auribus tuis audi.

11. Et vade ingredere ad transmigrationem, ad filios populi tui, & loquêris ad eos, & dices eis: Hæc dicit Dominus Deus: si fortè audiant, & quiescant.

12. Et assumpsit me spiritus, & audivi post me vocem commotionis magnæ: Benedicta gloria Domini de loco suo;

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Hieron. in hunc loc. col. 713. a. *Pro* aperui, *LXX. transtulerunt* aperuit, *ut subaudiatur Deus.* Ita quoque in Græco hod.

℣. 3. Concordat Græc. ad verbum.

℣. 4. Græc. hab. βάδιζε, καὶ εἴσελθε, *vade, & ingredere;* reliqua ut in Lat. sup. Mss. Alex. delet καὶ, cum Compl. August. verò l. 1. cont. Crescon. to. 9. 395. b. legit: *vade, & intra in domum Israel, & loquere verba mea ad ipsos.*

℣. 5. Græc. loco *alti sermonis*, hab. βαθύγλωσσον, i. e. *profundæ linguæ;* ultimòque, πρὸς τὸν οἶκον τῦ Ἰσραήλ. August. l. 1. cont. Crescon. to. 9. 395. b. *Quia non ad populum ignotæ linguæ tu mitteris, ad domum Israel.* Ed. Ald. hab. βαρύγλωσσον, al. βεβαρύγλωσσον, *gravis*, vel *tardæ linguæ.*

℣. 6. Vix meliùs è Græco, præter duo, τὰς λόγυς, *sermones* num. plur. loco *sermonem;* & in fine, ζῦ, loco *sermones tuos.* Apud August. l. 1. cont. Crescon. col. 395. b. ita: *nec ad populos multos, diversis aut gravibus linguis loquentes, quorum verba non possis audire: & si ad tales misissem te, forsitan audissent te.*

℣. 7. Græc. initio hab. ὑ μὴ θελήσουσιν εἰσακῦσαί (Compl. ἀκῦσαί) ζε, *nolent exaudire te;* extremòque, φιλόνεικοί εἰσι, καὶ σκληροκάρδιοι, *contentiosi sunt, & duri corde;* cæt. ut supra. August. l. 1. cont. Crescon. col. 395. b. legit: *Domus autem Israël non audient te: quia nolunt audire me: omnis enim domus Israël inquieta, & duro corde est.*

℣. 8. Concinit Græc. nisi quòd loco *constantiam*, & *contentionem*, utrobique hab. τὸ τῖχος, & τῦ τίκτειν, Nobil. *pervicaciam.* August. l. 1. cont. Crescon. to. 9. 395. b. *Ego autem dedi faciem tuam fortem adversùs faciem eorum, & certamen tuum confortabo adversùs certamen eorum.*

℣. 9. Eadem leguntur Græcè, præter hoc 1. καὶ ἔσαι, *& erit*, pro *& eris.* Apud Arnob. de Deo trino, p. 213. g. *Super adamantem & petram firmavi faciem tuam.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

13. & vocem alarum animalium percutientium alteram ad alteram, & vocem rotarum ſequentium animalia, & vocem commotionis magnæ.

14. Spiritus quoque levavit me, & aſſumpſit me: & abii amarus in indignatione ſpiritus mei: manus enim Domini erat mecum, confortans me.

15. Et veni ad tranſmigrationem, ad acervum novarum frugum, ad eos qui habitabant juxta flumen Chobar, & ſedi ubi illi ſedebant: & manſi ibi ſeptem diebus mœrens in medio eorum.

16. Cùm autem pertranſiſſent ſeptem dies, factum eſt verbum Domini ad me, dicens:

Inf. 33. 7. 17. Fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſraël: & audies de ore meo verbum, & annuntiabis eis ex me.

18. Si dicente me ad impium: Morte morieris: non annuntiaveris ei, neque locutus fueris ut avertatur à via ſua impia, & vivat: ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem ejus de manu tua requiram.

19. Si autem tu annuntiaveris impio, & ille non fuerit converſus ab impietate ſua, & à via ſua impia: ipſe quidem in iniquitate ſua morietur, tu autem animam tuam liberaſti.

20. Sed & ſi converſus juſtus à juſtitia ſua fuerit, & fecerit iniquitatem: ponam offendiculum coram eo, ipſe morietur, quia non annuntiaſti ei: in peccato ſuo morietur, & non erunt in memoria juſtitiæ ejus, quas fecit: ſanguinem verò ejus de manu tua requiram.

21. Si autem tu annuntiaveris juſto ut non peccet juſtus, & ille non peccaverit: vivens vivet, quia annuntiaſti ei, & tu animam tuam liberaſti.

22. Et facta eſt ſuper me manus Domini, & dixit ad me: Surgens egredere in campum, & ibi loquar tecum.

23. Et ſurgens egreſſus ſum in campum: & ecce ibi gloria Domini ſtabat quaſi gloria, quam *Sup.* 1. 3. vidi juxta fluvium Chobar: & cecidi in faciem meam.

VERSIO ANTIQUA.

13. & vidi vocem alarum animalium percutientium altera ad alteram..... *Hieron. in Ezech. 3. col. 13. ex Lxx.*

14. Et ſpiritus elevavit me, & ſuſcepit me: & abii ſublimis in impetu ſpiritus mei: & manus Domini facta eſt ſuper me fortis.

15. Et intravi ad captivitatem ſublimis, & circuivi habitantes ſuper fluvium Chobar, qui erant ibi: & ſedi ibi ſeptem diebus converſans in medio eorum.

16. Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens: *Lucif. Cal. l. de non parc. in Deo. d. l. p. 230. vel 232. b.*

17. Fili hominis, ecce dedi te ſpeculatorem domûs Iſraël: & audies de ore meo ſermonem, & comminaberis eis à me.

18. In eo quod dicam ad ſceleratum: Morte morieris: & non diſtinxiſti illi, neque locutus es ut diſtingueres ſcelerato avertere à viis ſuis, ut vivat: ille ſceleratus in injuſtitia ſua morietur, & ſanguinem ejus de manu tua inquiram.

19. Et tu ſi diſtinxeris ſcelerato, & non averſatus fuerit à ſcelere ſuo, & via ſua: ſceleratus ille in injuſtitia ſua morietur, & tu animam tuam liberabis.

20. Et in eo, in quo averſatur juſtus à juſtitiis ſuis, & faciet delictum: & dabo tormentum in facie ejus, ipſe morietur, quoniam non diſtinxiſti illi: & in peccatis ſuis morietur, eò quòd non ſint in memoriam juſtitiæ ejus: & ſanguinem ejus de manu tua exquiram.

21. Tu autem ſi diſtinxeris juſto ne delinquat, & ipſe non delinquat: juſtus ille vivens vivet, quoniam diſtinxiſti illi, & tu animam tuam ſalvabis.

22. Et facta eſt ſuper me manus Domini, & ait ad me: Surge, egredere in campum, & ibi loquar ad te. *Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 736. b.*

23. Et ſurrexi, & exii: & ecce illic majeſtas Domini ſtabat ſicut majeſtas ejus, quem vidi ad fluvium Chobar.....

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 13. Ita Græcè ad verbum.

℣. 14. Ita fert Græc. præter vocem *ſublimis*, quam delet; ſed addit Mſ. Alex. μετέωρος, cum ed. Ald.

℣. 15. Totidem verba in Græco.

℣. 16. Græc. verbo *factum eſt*, hæc addit, μετὰ τὰς ἑπτὰ ἡμέρας, *poſt ſeptem dies*; cæt. ut ſupra.

℣. 17. In Græco deeſt *ecce*; & loco *domûs*, habetur οἴκῳ, *domui*; cæt. ut in textu. Hilarius in Pſ. 138. col. 524. d. legit: *Fili hominis ſpeculatorem dedi te domûs Iſraël: & audies ex ore meo verbum, & comminaberis.* Similiter habet Hieron. in Ezech. 33. col. 934. f. præter hæc, *domui Iſraël*; ultimòque, *& comminaberis eis ex me.* Ambr. epiſt. 40. col. 946. f. *Fili hominis ſpeculatorem te poſui domui Iſraël.* Auct. op. imp. in Matth. p. 186. a. *Ecce ſpeculatorem te poſui domui Iſraël.*

℣. 18. Accinit Græc. niſi quòd pro *ſcelerato*, hab. ἀνόμῳ, *iniquo*; deletque inf. τὸ, *neque locutus es*; ſed Mſ. Alex. ibid. addit, οὐδὲ ἐλάλησας, cum edd. Ald. & Compl. Hieron. in hunc loc. col. 716. c. ſimiliter ait LXX. poſuiſſe *iniquum*, pro *impio*: unde ipſe in Ezech. 33. col. 934. f. legit: *In eo quòd dicam iniquo: Morte morieris: & non annuntiaſti ei, nec locutus es ut annuntiares iniquo, & converteretur à viis ſuis, & viveret: iniquus ille in iniquitate ſua morietur, & ſanguinem ejus de manu tua requiram.* Hilarius verò in Pſ. 138. col. 524. d. *Et ſi non diſtinxiſti, neque locutus es ut diſtingueres iniquo ut ſe averteret ab itineribus ſuis, & viveret: iniquus ille in iniquitate ſua morietur, ſed ſanguinem ejus de manu tua requiram.* Auguſt. de corr. & Gra. to. 10. 777. a. *ille quidem in peccato ſuo morietur, ſanguinem verò ejus de manu ſpeculatoris requiram.* Vide ſis Ambr. epiſt. 51. col. 998. a. Auctor op. imp. in Matth. hom. 45. p. 186. a. *Si non dixeris impio ut à viis ſuis pravis diſcedat: ipſe quidem in ſuis peccatis morietur, animam autem ejus de manu tua requiram.*

℣. 19. Eadem prorſus in Græco, exceptis his, ἀνόμῳ, & ἀνομίας, pro *ſcelerato*, & *ſcelere*, ut ſupra. Item apud Hieron. in Ezech. 33. col. 934. f. *Et tu ſi annuntiaveris iniquo, & non converſus fuerit ab iniquitate ſua, & à via ſua: iniquus ille in iniquitate ſua morietur, & tu animam tuam liberaſti.*

℣. 20. Ad verbum pene è Græco. Ambroſ. verò epiſt. 40. to. 2. 947. a. ſic habet: *In eo ut ſi avertatur juſtus à juſtitiis ſuis, & fecerit delictum: quia non diſtinxiſti ei, non retinebitur memoria juſtitiæ ejus: & ſanguinem ejus de manu tua exquiram.*

℣. 21. Ambroſ. epiſt. 40. col. 947. a. *Tu autem ſi diſtinxeris juſto ut non peccet, & ipſe non peccaverit: juſtus vitâ vivet, quia dixiſti ei, & tu animam tuam liberabis.* Ita quoque in Græco, præter verbum διεστείλω, *diſtinxiſti*, pro *dixiſti*, quod ult. fortaſſe mendum eſt.

℣. 22. Itidem Græcè, adjuncto uno ἐγὼ, poſt *ſurge*; extremò tamen pro *loquar*, ponitur λαληθήσεται, *allocutio fiet.*

℣. 23. Vigil. initio hab. in edit. *Et ſurrexit, & exiit*; ſed hîc narrare videtur Auctor, non verba ipſa ſtrictè reddere; unde corrigere non dubitavimus: *Et ſurrexi, & exii.* Græcè pariter: Καὶ ἀνέστην, καὶ ἐξῆλθον πρὸς τὸ πεδίον· καὶ ἰδοὺ ἐκεῖ δόξα Κυρίου εἰστήκει καθὼς ἡ ὄψις, ἣν καθὼς ἡ δόξα Κυρίου, ἣν ἴδον ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ τοῦ Χωβάρ· i. e. *Et ſurrexi, & egreſſus ſum ad campum: & ecce ibi gloria Domini ſtabat ſicut aſpectus, & ſicut gloria Domini, quam vidi ſuper fluvium Chobar:* ab ed. Compl. abeſt hoc med. καθὼς ἡ ὄψις.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

24. Et ingreſſus eſt in me ſpiritus, & ſtatuit me ſuper pedes meos : & locutus eſt mihi, & dixit ad me : Ingredere, & includere in medio domus tuæ.

25. Et tu fili hominis, ecce data ſunt ſuper te vincula, & ligabunt te in eis : & non egredieris de medio eorum.

26. Et linguam tuam adhærere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quaſi vir objurgans : quia domus exaſperans eſt.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Ezech. 3. col. 718. d.

27..... Qui audit, audiat : & qui incredulus eſt, incredulus ſit.....

VULGATA NOVA.

27. Cùm autem locutus fuero tibi, aperiam os tuum, & dices ad eos : Hæc dicit Dominus Deus : Qui audit, audiat : & qui quieſcit, quieſcat : quia domus exaſperans eſt.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 27. Græc. Ὁ ἀκούων, ἀκουέτω· καὶ ὁ ἀπειθῶν, ἀπειθείτω· Nobil. *Qui audit, audiat : & qui eſt inobediens, non obediat.*

CAPUT IV.

VULGATA NOVA.

1. ET tu fili hominis ſume tibi laterem, & pones eum coram te : & deſcribes in eo civitatem Jeruſalem.

2. Et ordinabis adversùs eam obſidionem, & ædificabis munitiones, & comportabis aggerem, & dabis contra eam caſtra, & pones arietes in gyro.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. in Pſ. 38. col. 856. b.

3. Accipe tibi ſartaginem.....

VULGATA NOVA.

3. Et tu ſume tibi ſartaginem ferream, & pones eam in murum ferreum inter te, & inter civitatem : & obfirmabis faciem tuam ad eam, & erit in obſidionem, & circumdabis eam : ſignum eſt domui Iſraël.

4..... *Vide Not. ad ℣℣. 5. & 6.*

4. Et tu dormies ſuper latus tuum ſiniſtrum, & pones iniquitates domus Iſraël ſuper eo, numero dierum quibus dormies ſuper illud, & aſſumes iniquitatem eorum.

Ambroſ. ubi ſup.

5..... & accipies iniquitates domus Iſraël.

5. Ego autem dedi tibi annos iniquitatis eorum, numero dierum trecentos & nonaginta dies : & portabis iniquitatem domus Iſraël.

[a] *Hieron. in Oſe. 1. col. 1243. a.*

6. Et conſummabis... [a] & ſuſcipies iniquitates domûs Juda, & diebus quadraginta dormies in latere dextro.....

6. Et cùm compleveris hæc, dormies ſuper latus tuum dexterum ſecundò : & aſſumes iniquitatem domus Juda quadraginta diebus : diem pro anno, diem, inquam, pro anno dedi tibi. *Num. 14. 34.*

Idem in Ezech. 4. col. 721. ex Lxx.

7. Et ad concluſionem Jeruſalem parabis faciem tuam, & brachium tuum roborabis : & prophetabis ſuper eam.

7. Et ad obſidionem Jeruſalem convertes faciem tuam, & brachium tuum erit extentum : & prophetabis adversùs eam.

Ibid. 722. a.

8..... donec compleas dies concluſionis tuæ.

8. Ecce circumdedi te vinculis : & non te convertes à latere tuo in latus aliud, donec compleas dies obſidionis tuæ.

VULGATA NOVA.

9. Et tu ſume tibi frumentum, & hordeum, & fabam, & lentem, & milium, & viciam : & mittes ea in vas unum, & facies tibi panes numero dierum quibus dormies ſuper latus tuum : trecentis & nonaginta diebus comedes illud.

10. Cibus autem tuus quo veſcêris, erit in pondere viginti ſtateres in die : à tempore uſque ad tempus comedes illud.

11. Et aquam in menſura bibes, ſextam partem hin : à tempore uſque ad tempus bibes illud.

12. Et quaſi ſubcinericium hordeaceum comedes illud : & ſtercore, quod egreditur de homine, operies illud in oculis eorum.

13. Et dixit Dominus : Sic comedent filii Iſraël panem ſuum pollutum inter gentes, ad quas ejiciam eos. *Oſe. 9. 4.*

14. Et dixi : A a a, Domine Deus, ecce anima mea non eſt polluta ; & morticinum, & laceratum à beſ-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 3. Græc. Καὶ σὺ λάβε, &c. ut in Lat.

℣. 5. Ita Græcè : præmittuntur autem iſta ibid. Καὶ ἐγὼ δέδωκά σοι τὰς ἀδικίας αὐτῶν, εἰς ἀριθμὸν ἡμερῶν ἐνενήκοντα καὶ ἑκατὸν ἡμέρας· unde Hieron. in eund. loc. 721. e. *Satiſque miror*, inquit, *cur vulgata exemplaria* centum nonaginta annos *habeant*, & *in quibuſdam ſcriptum ſit*, centum quinquaginta, *cùm perſpicuè & Hebraïcum*, & *Aquila*, & *Symm.* & *Theod.* trecentos nonaginta *annos teneant*, & *apud ipſos LXX. qui tamen non ſunt Scriptorum vitio depravati, idem numerus reperiatur.* Nunc etiam in ed. Compl. habetur, τριακοσίων καὶ ἐνενήκοντα ἡμέρας· & in Ald. ἐνενήκοντα καὶ τριακοσίας ἡμέρας. In Hexapl. tamen ſic legimus : ※ Οἱ λοιποὶ, τριακοσίας καὶ ἐνενήκοντα ἡμέρας· Ο. ἐνενήκοντα καὶ ἑκατὸν ἡμέρας· i. e. *Reliqui*, trecentos & nonaginta dies ; *LXX.* nonaginta & centum dies : Hieron. que in Oſe. 1. col. 1242. f. 1243. a. rurſum ait : *In Ezechiel..... jubetur à Domino portare iniquitates domûs Iſraël, id eſt, decem tribuum*, & trecentis nonaginta *diebus in uno latere ſiniſtro dormire perpetuò, licet in LXX.* centum & nonaginta *ſcripti ſint.* Vide Nobilii Not. in hunc loc.

℣. 6. Græc. Καὶ συντελέσεις ταῦτα, καὶ κοιμηθήσῃ ἐπὶ τὸ πλευρόν σου τὸ δεξιόν· καὶ κλῖνῃ τὰς ἀδικίας τοῦ οἴκου Ἰούδα τεσσαράκοντα ἡμέρας. *Et conſummabis hæc*, & *dormies ſuper latus tuum dextrum* : & *aſſumes iniquitates domûs Juda quadraginta diebus.* Huc etiam redit quod Hieron. in Iſai. 5. col. 48. c. dicit : *In Ezechiele ad utriuſque populi peccata purganda, Iſraël in ſiniſtro latere ponuntur, juxta LXX. dies centum nonaginta, ſive, ut verùs in Hebraïco continetur, trecenti nonaginta ; Judæ autem, quadraginta dies.*

℣. 7. Concinit Græcum ad verbum.

℣. 8. Sic eſt in Græco, præter unum συντελεσθῶσιν, *completi fuerint*, pro *compleas.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

tiis non comedi ab infantia mea usque nunc, & non est ingressa in os meum omnis caro immunda.

15. Et dixit ad me: Ecce dedi tibi fimum boum pro stercoribus humanis: & facies panem tuum in eo.

VULGATA NOVA.

17. Ut deficientibus pane & aqua, corruat unusquisque ad fratrem suum: & contabescant in iniquitatibus suis.

16. Et dixit ad me: Fili hominis: Ecce ego conteram baculum panis in Jerusalem: & comedent panem in pondere, & in sollicitudine: & aquam in mensura, & in angustia bibent: *Inf. 5. 16. & 14. 13.*

VERSIO ANTIQUA.

17..... & tabescent in iniquitatibus suis. *Ambros. in Ps. 38. col. 856. b.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 17. Græc. ἢ ἐπλαχήσονται, &c. ut sup.

CAPUT V.

VULGATA NOVA.

1. ET tu fili hominis sume tibi gladium acutum, radentem pilos: & assumes eum, & duces per caput tuum, & per barbam tuam: & assumes tibi stateram ponderis, & divides eos.

2. Tertiam partem igni combures in medio civitatis, juxta completionem dierum obsidionis: & assumes tertiam partem, & concides gladio in circuitu ejus: tertiam verò aliam disperges in ventum, & gladium nudabo post eos.

VERSIO ANTIQUA.

1. ET tu fili hominis sume tibi gladium acutum, quasi novaculam tonsorum: & trahe per caput tuum, & barbam tuam..... *Hieron. in Ezech. 5. col. 725. a. c.*

2. Quartam partem igni combures in medio civitatis, & quartam concîdes gladio in circuitu ejus, & quartam disperges in ventum: & quartam partem assumes, & combures eam in medio civitatis.....

VULGATA NOVA.

3. Et sumes inde parvum numerum: & ligabis eos in summitate pallii tui.

4. Et ex eis rursum tolles, & projicies eos in medio ignis, & combures eos igni: & ex eo egredietur ignis in omnem domum Israël.

5. Hæc dicit Dominus Deus: Ista est Jerusalem, in medio gentium posui eam, & in circuitu ejus terras.

VULGATA NOVA.

6. Et contempsit judicia mea, ut plus esset impia quàm gentes; & præcepta mea ultra quàm terræ, quæ in circuitu ejus sunt: judicia enim mea projecerunt, & in præceptis meis non ambulaverunt.

7. Idcirco hæc dicit Dominus Deus: Quia superastis gentes, quæ in circuitu vestro sunt, & in præceptis meis non ambulastis, & judicia mea non feciſtis, & juxta judicia gentium, quæ in circuitu vestro sunt, non estis operati;

VERSIO ANTIQUA.

6..... justificationes meas iniquæ ex gentibus, & legitima mea de regionibus, quæ sunt in circuitu ejus..... *Hieron. in Ezech. 5. col. 726. e. f.*

7..... Quia occasio vestra de gentibus, quæ in circuitu vestro sunt, [a] & in legalibus meis non ambulastis, & justificationes meas non feciſtis, sed neque secundùm justificationes gentium, quæ sunt in circuitu vestro, feciſtis; [a] *Aug. l. de sing. cleric. ap. Cypr. p. 533. f.*

VULGATA NOVA.

8. Ideo hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te, & ipse ego faciam in medio tui judicia in oculis gentium:

9. & faciam in te quod non feci, & quibus similia ultra non faciam, propter omnes abominationes tuas.

10. Ideo patres comedent filios in medio tui, & filii comedent patres suos, & faciam in te judicia, & ventilabo universas reliquias tuas in omnem ventum.

VULGATA NOVA.

11. Idcirco vivo ego, dicit Dominus Deus: Nisi pro eo quòd sanctum meum violasti in omnibus offensionibus tuis, & in cunctis abominationibus tuis: ego quoque confringam, & non parcet oculus meus, & non miserebor.

12. Tertia pars tui peste morietur, & fame

VERSIO ANTIQUA.

11..... ego quoque abjiciam te..... *Hieron. in Ezech. 5. col. 728. b. f.*

12. Quarta pars tui morte atteretur, & quarta

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Similiter in Græco, exceptis his posterioribus. ὡσὲρ ξυρὸν κυρέως κτήσῃ αὐτὴν ζεαυτῷ, καὶ ἐπάξεις αὐτὴν ἐπὶ τὴν κεφαλήν ζε, καὶ ἐπὶ, &c. i. e. *super novaculam tonsoris: possidebis eam tibi, & duces eam super caput tuum, & super*, &c.

℣. 2. Ita Hieronymus sup. *Pro tribus partibus capillorum & pilorum, quarum una comburitur in medio civitatis, alia conciditur gladio in circuitu ejus, tertia verò hunc illucque rapienda dispergitur*, &c..... LXX. *quatuor partes interpretati sunt. Cumque dixissent:* Quartam partem igni combures..... & quartam disp. in ventum: *quia remanebat eis quarta pars alia, addiderunt de suo:* & quartam partem assumes, & combures eam, &c. In Græco Vatic. sic: Τὸ τέταρτον ἐν πυρὶ κατακαύσεις ἐν μέσῃ τῇ πόλει, κατὰ τὰς πληρώσεις τῶν ἡμερῶν τῆς ζυγκλεισμῦ· καὶ λήψῃ τὸ τέταρτον, καὶ καλαχαύσεις αὐτὸ ἐν μέσῳ αὐτῆς· καὶ τὸ τέταρτον καλαχόψεις ἐν ῥομφαίᾳ κύκλῳ αὐτῆς· καὶ τὸ τέταρτον διασκορπιεῖς τῷ πνεύματι, καὶ μάχαιραν ἐκσπάσω ὀπίσω αὐτῶν.

℣. 6. Ipso initio supple, *Et dices*; subinde in edit. scriptum *iniquè*, sed vitiosè, ni fallor, pro ipsi *iniquæ*; ita correximus è Gr. ubi sic: Καὶ ἐρεῖς τὰ δικαιώματά μου τῇ ἀνόμῳ ἐκ τῶν ἐθνῶν, &c. ut supra. Hieron. tamen loco cit. ait: *Illud autem quod dixere LXX.* Justificationes meas iniquè ex gentibus, &c. *non habere consequentiam, etiam me tacente, perspicuum est.*

℣. 7. Ita in Græco ad verbum.

℣. 11. Gr. κἀγὼ ἀπώσομαί ζε. Item Hieron. in hunc loc. 728. b. *ego quoque confringam (sive juxta LXX. abjiciam) te.*

℣. 12. Ita Hieron. ibid. *Septuaginta, quia supra quatuor partes posuerant, quas in descriptione incendii, gladii, & dis-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron, ubi sup. pars tui fame consumetur in medio tui : & quarta pars tui cadet in circuitu tuo : & quartam partem tui in omnem ventum dispergam.....

VULGATA NOVA.

consumetur in medio tui : & tertia pars tui in gladio cadet in circuitu tuo : tertiam verò partem tuam in omnem ventum dispergam, & gladium evaginabo post eos.

13. Et complebo furorem meum, & requiescere faciam indignationem meam in eis, & consolabor : & scient quia ego Dominus locutus sum in zelo meo, cùm implevero indignationem meam in eis.

Hieron. in Ezech. 5. col. 729. c.

14. Et dabo te in desertum, & filias tuas in circuitu tuo, in conspectu omnis prætereuntis.

14. Et dabo te in desertum & in opprobrium gentibus, quæ in circuitu tuo sunt, in conspectu omnis prætereuntis.

15. Et eris gemibilis.....

15. Et eris opprobrium, & blasphemia, exemplum, & stupor in gentibus quæ in circuitu tuo sunt, cùm fecero in te judicia in furore, & in indignatione, & in increpationibus iræ.

VULGATA NOVA.

16. Ego Dominus locutus sum : Quando misero sagittas famis pessimas in eos ; quæ erunt mortiferæ, & quas mittam ut disperdam vos : & famem congregabo super vos, & conteram in vobis baculum panis.

17. Et immittam in vos famem, & bestias pessimas usque ad internecionem : & pestilentia, & sanguis transibunt per te, & gladium inducam super te : ego Dominus locutus sum.

Sup. 4. 16. Inf. 14. 13.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

persionis, tres tantùm esse sermo propheticus approbavit, ut superfluò una pars incendii in duas partes divideretur, in hoc quoque loco eandem primam partem diviserunt in duas, ut dicerent : Quarta pars tui, &c. *Licet hoc quod posuimus,* & quarta pars tui in gladio cadet, *de Theodotionis editione sub asteriscis additum sit ; perspicuum est autem, ut Hebraa veritas continet, tres esse partes ; de quarum prima dicatur :* Et tertia tui pars peste morietur, & fame consumetur in medio tui : *multòque melius fuerat transferre quod scriptum est, quàm rei malè translatæ patrocinium quærere. Nec hoc dicimus ab illis factum, quibus vetustas auctoritatem dedit, sed per multa sæcula scriptorum atque lectorum vitio depravatum. Quanquam & Aristeus, & Josephus, & omnis schola Judæorum, quinque tantùm libros Moysi à LXX. translatos asserant.*

℣. 14. Ita Hieron. ibid. ex Hebr. *Et dabo te in desertum ;* tum addit : *quodque sequitur,* & in opprobrium gentibus, quæ in circuitu tuo sunt, *in LXX. non habetur ; pro quo addiderunt de suo,* & filias tuas in circuitu tuo : *rursumque juxta utramque editionem,* in conspectu omnis prætereuntis. Gr. initio hab. Καὶ θήσομαί σε εἰς ἔρημον, statimque, ἐν ταῖς θυγατράσι, &c. ut in Lat. sup.

℣. 15. Hieron. ibid. *In LXX. legitur,* Et erit (l. *eris*) στενωτὴ, *id est,* gemibilis.

CAPUT VI.

VULGATA NOVA.

1. ET factus est sermo Domini ad me, dicens : 2. Fili hominis pone faciem tuam ad montes Israël, & prophetabis ad eos,

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Isai. 2. col. 27. c.

3..... Hæc dicit Adonai Dominus montibus, & collibus : Ecce ego inducam super vos gladium, & dissipabuntur excelsa vestra,

VULGATA NOVA.

3. & dices : Montes Israël audite verbum Domini Dei : Hæc dicit Dominus Deus montibus, & collibus, rupibus, & vallibus : Ecce ego inducam super vos gladium, & disperdam excelsa vestra, *Inf. 36. 2.*

4. & conterentur aræ vestræ.....

4. & demoliar aras vestras, & confringentur simulachra vestra : & dejiciam interfectos vestros ante idola vestra.

VULGATA NOVA.

5. Et dabo cadavera filiorum Israël ante faciem simulachrorum vestrorum : & dispergam ossa vestra circum aras vestras

5... *Vide Not.*

6. in omnibus habitationibus vestris Urbes desertæ erunt, & excelsa demolientur, & dissipabuntur : & interibunt aræ vestræ, & confringentur : & cessabunt idola vestra, & conterentur delubra vestra, & delebuntur opera vestra.

7. Et cadet interfectus in medio vestri : & scietis quia ego sum Dominus.

8. Et relinquam in vobis eos, qui fugerint gladium in gentibus, cùm dispersero vos in terris.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Ezech. 6. col. 732. c.

9..... juravi cordi eorum fornicanti.....

VULGATA NOVA.

9. Et recordabuntur mei liberati vestri in gentibus, ad quas captivi ducti sunt : quia contrivi cor eorum fornicans, & recedens à me ; & oculos eorum fornicantes post idola sua : & displicebunt

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 3. Græc. delet vocabulum *Adonai ;* huic autem, *collibus,* addit, ἐν ταῖς φάραγξι, ἐν ταῖς νάπαις, & *vallibus,* & *rupibus ;* statimque, Ἰδοὺ ἐγὼ ἐπάγω, *Ecce ego induco,* &c. ut supra.

℣. 4. Sic est in Græco.

℣. 5. Priora ista Vulg. verba : *Et dabo cadavera filiorum Israël ante faciem simulacrorum vestrorum,* testatur Hieron. in hunc loc. 731. d. apud LXX. non haberi. Hodie etiam non leguntur Græcè, sed hæc sola, ἐν διασκορπίσαι τὰ ὀστᾶ, &c. ut in Vulg.

℣℣. 9. 10. Hieron. allatis his de Vulg. *quia contrivi cor eorum,* &c. usque ad ℣. 11. subdit : *Multa de hoc capitulo*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

ſibimet ſuper malis quæ fecerunt in univerſis abominationibus ſuis.

10. Et ſcient, quia ego Dominus non fruſtra locutus ſum, ut facerem eis malum hoc.

11. Hæc dicit Dominus Deus: Percute manum tuam, & allide pedem tuum, & dic: Heu, ad omnes abominationes malorum domus Iſraël: quia gladio, fame, & peſte ruituri ſunt.

VERSIO ANTIQUA.

10..... *Vide Not.*

11..... Plaude manu, & percute pede..... *Ambroſ. in Luc. 7. col. 1385. f.*

VULGATA NOVA.

12. Qui longè eſt, peſte morietur: qui autem prope, gladio corruet: & qui relictus fuerit, & obſeſſus, fame morietur: & complebo indignationem meam in eis.

13. Et ſcietis quia ego Dominus, cùm fuerint interfecti veſtri in medio idolorum veſtrorum, in circuitu ararum veſtrarum, in omni colle excelſo, & 13... *Vide Not.*

in cunctis ſummitatibus montium, & ſubtus omne lignum nemoroſum, & ſubtus univerſam quercum frondoſam, locum ubi accenderunt thura redolentia univerſis idolis ſuis.

14. Et extendam manum meam ſuper eos: & faciam terram deſolatam, & deſtitutam à deſerto Deblatha in omnibus habitationibus eorum: & ſcient quia ego Dominus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

à LXX. prætermiſſa ſunt, illudque mutatum (℣. 9.) juravi cordi eorum fornicanti, *pro quo nos poſuimus* contrivi cor eorum fornicans. Nunc etiam Græcè habetur ut ſupra.

℣. 11. Sic iterum Ambr. ep. 58. col. 1014. a. Græcè, ψόφησον, *ſtrepitum ede*, Nobil. *obſtrepe*, pro *percute*; cæt. ut in Lat. Hoc autem ſeq. in Vulg. *Heu*, obſervat Hieron. in hunc loc. 733. a. *Aquilam interpretatum eſſe*, Ἀα, LXX. & Theodot. Εὖγε, *quod magis*, inquit, *inſultantis eſt, quàm plangentis.*

℣. 13. Hieron. in hunc loc. 733. f. *Id quod nos*, inquit, *interpretati ſumus*, in cunctis ſummitatibus montium, & *poſt paululum*, & ſubter univerſam quercum frondoſam; *LXX. reliquerunt.* Eadem quoque abſunt à Gr. Vatic.

CAPUT VII.

VULGATA NOVA.

1. ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens: 2. Et tu fili hominis, hæc dicit Dominus Deus terræ Iſraël: Finis venit, venit finis ſuper quatuor plagas terræ.

3. Nunc finis ſuper te, & immittam furorem meum in te: & judicabo te juxta vias tuas: & ponam contra te omnes abominationes tuas. 3... 4. *Vide Not.*

4. Et non parcet oculus meus ſuper te, & non miſerebor: ſed vias tuas ponam ſuper te, & abominationes tuæ in medio tui erunt: & ſcietis quia ego Dominus.

5. Hæc dicit Dominus Deus: Afflictio una, afflictio ecce venit: 5... 6. *Vide Not.*

6. finis venit, venit finis, evigilavit adversùm te: ecce venit.

VULGATA NOVA.

7. Venit contritio ſuper te, qui habitas in terra: venit tempus, prope eſt dies occiſionis, & non gloriæ montium.

VERSIO ANTIQUA.

7..... venit tempus, appropinquavit dies, non cum perturbatione, neque cum doloribus. *Hieron. in Ezech. 7. col. 736. d. ex Lxx.*

VULGATA NOVA.

8. Nunc de propinquo effundam iram meam ſuper te, & complebo furorem meum in te: & judicabo te juxta vias tuas, & imponam tibi omnia ſcelera tua:

9. Et non parcet oculus meus, nec miſerebor, ſed vias tuas imponam tibi, & abominationes tuæ in medio tui erunt: & ſcietis quia ego ſum Dominus percutiens.

VULGATA NOVA.

10. Ecce dies, ecce venit: egreſſa eſt contritio, floruit virga, germinavit ſuperbia:

11. Iniquitas ſurrexit in virga impietatis: non ex eis, & non ex populo, neque ex ſonitu eorum: & non erit requies in eis.

12. Venit tempus, appropinquavit dies: qui

VERSIO ANTIQUA.

10. Ecce dies parit, ecce finis venit: egreſſa eſt complexio, & floruit virga, germinavit ſuperbia: *Hieron. in Ezech. 7. col. 737. c. ex Lxx.*

11. Suſcitata eſt injuria: & conteret fortitudinem iniqui, & non cum perturbatione, neque cum feſtinatione: & non ex ipſis ſunt, neque pulchritudo in eis.

12..... *Vide Not.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 3. 4. Hieron. in hunc loc. 735. b. prolatis his duobus ℣℣. ex Hebr. ſeu Vulg. ita differit: *In hoc capitulo juxta LXX. Interpretes ordo mutatus eſt atque confuſus; ita ut prima noviſſima ſint, & noviſſima, vel prima, vel media; ipſaque media nunc ad extrema, nunc ad principia transferantur: ex quo nos & ipſum Hebraïcum, & cæteros ſecuti Interpretes, ordinem poſuimus veritatis.*

℣℣. 5. 6. Hieron. ubi ſup. col. 735. f. relatis his duobus verſic. de Vulg. necnon prioribus verbis ℣. 7. ad hoc uſque, *venit tempus*, &c. ſtatim addit: *Hæc in LXX. non habentur, ſed in editione eorum de translatione Theodotionis ſub aſteriſcis addita ſunt.*

℣. 7. Itidem Græcè, excepto uno plurali, ἡ μετὰ θορύβων, *non cum perturbationibus.*

℣. 10. Græc. ed. Rom. Ἰδοὺ τὸ πέρας ἦκε, ἰδοὺ ἡ ἡμέρα Κυρίου· εἰ καὶ ἡ ῥάβδος ἤνθησεν· i. e. *Ecce finis venit, ecce dies Domini: ſi & virga floruit:* at in Compl. Ἰδοὺ ἡμέρα τίκτει, ἰδοὺ τὸ πέρας ἦκε· ἐξῆλθεν ἡ πλοκὴ, καὶ ἤνθησεν ἡ ῥάβδος· quæ reſpondent Latino ſup.

℣. 11. In Gr. Vat. ſic habetur initio: ἡ ὕβρις ἐξανέστηκε, *contumelia ſurrexit*, loco *ſuſcitata eſt injuria*; ſubinde, στήριγμα, *firmamentum*, loco *fortitudinem*; reliqua ut ſup. exceptis ult. & *non ex ipſis*, &c. quæ deſunt: at in Mſ. Alex. ſequuntur: καὶ οὐκ ἐξ αὐτῶν ἔσται, οὐδὲ ὡραιότης ἐν αὐτοῖς.

℣. 12. Hieron. in hunc loc. col. 738. c. monet hæc Vulg. verba, *quia ira ſuper omnem populum ejus*, apud LXX. non haberi. Nunc etiam deſunt in Græco.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup. 738. c. 739. a. b. 13. Quia qui emet, ad venditorem non revertetur : & homo in oculis vitæ suæ non obtinebit.

14. Clangite tuba, & judicate omnia.

VULGATA NOVA.

emit, non lætetur : & qui vendit, non lugeat : quia ira super omnem populum ejus.

13. Quia qui vendit, ad id, quod vendidit, non revertetur, & adhuc in viventibus vita eorum : visio enim ad omnem multitudinem ejus non regredietur : & vir in iniquitate vitæ suæ non confortabitur.

14. Canite tuba, præparentur omnes, & non est qui vadat ad prælium : ira enim mea super universum populum ejus.

VULGATA NOVA.

15. Gladius foris; & pestis, & fames intrinsecus : qui in agro est, gladio morietur : & qui in civitate, pestilentia, & fame devorabuntur.

16. Et salvabuntur qui 16... *Vide Not.* fugerint ex eis : & erunt in montibus quasi columbæ convallium omnes trepidi, unusquisque in iniquitate sua.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup. 740. c. 17..... femora polluentur humore.

VULGATA NOVA.

17. Omnes manus dissolventur, & omnia genua fluent aquis.

18. Et accingent se ciliciis, & operiet eos formido, & in omni facie confusio, & in universis capitibus eorum calvitium. *Isai. 15. 2. Jer. 48. 37.*

Ibid. 741. b. f. 19. Argentum eorum in plateis projicietur, & aurum eorum erit contemptui..... quia cruciatus iniquitatum eorum fuit.

19. Argentum eorum foras projicietur, & aurum eorum in sterquilinium erit. Argentum eorum, & aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris Domini. Animam suam non saturabunt, & ventres eorum non implebuntur : quia scandalum iniquitatis eorum factum est. *Prov. 11. 4. Eccli. 5. 10. Sophon. 1. 18.*

20. Electa mundi in superbiam posuerunt, & imagines abominationum suarum, & offendicula sua posuerunt ex eis : propter hoc dedi ea illis in immunditiam :

Ibid. 742. b. f. 21. & tradam ea in manus alienorum ut diripiant ea, & pestilentibus terræ in prædam, & polluent ea.

22..... & violabunt visitationem meam : & introibunt in ea temere.....

20. Et ornamentum monilium suorum in superbiam posuerunt, & imagines abominationum suarum & simulachrorum fecerunt ex eo : propter hoc dedi eis illud in immunditiam :

21. & dabo illud in manus alienorum ad diripiendum, & impiis terræ in prædam, & contaminabunt illud.

22. Et avertam faciem meam ab eis, & violabunt arcanum meum : & introibunt in illud emissarii, & contaminabunt illud.

[a] *Gild. Sap. l. de excid. Britan. p. 714. f.* 23. Et adducam perturbationem : [a] quoniam terra plena populis, & civitas plena iniquitate est.

24. Et avertam impetum virtutis eorum : & polluentur sancta eorum.

23. Fac conclusionem : quoniam terra plena est judicio sanguinum, & civitas plena iniquitate.

24. Et adducam pessimos de gentibus, & possidebunt domos eorum : & quiescere faciam superbiam potentium, & possidebunt sanctuaria eorum.

25. Exoratio veniet, & quæret pacem, & non erit.

26. Væ superveniet, & nuncius super nuncium

25. Angustia superveniente, requirent pacem, & non erit.

26. Conturbatio super conturbationem venict,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 13. Græc. Διότι ὁ κλώμβος πρὸς τὸν πωλοῦντα ἐκέτι μὴ ἐπιστρέψῃ· ἢ ἄνθρωπος ἐν ὀφθαλμῷ, &c. ut in Lat. In edd. Ald. & Compl. legitur *ἐν ὀφθαλμοῖς, in oculis.* In Gr. etiam Vatic. non exstant plura his, quæ eduntur sup. Hieron. quippe ibidem ait : *Sed nec isti duo versus (& adhuc in viventibus..... non regredietur :) habentur in LXX. editione :* leguntur tamen in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. paucis mutatis.

℣. 14. Non plura rursum exhibet Græc. Vatic. Hieronymus quoque iterum monet, hæc Vulg. nostræ verba, *Et non est qui vadat ad prælium, ira enim mea*, &c. apud LXX. non legi : exstant tamen in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. ut sup.

℣. 16. Hieron. in hunc loc. 739. f. ait : *Septuaginta* columbas convallium *omnino tacuerunt.*

℣. 17. Sic etiam in Græco.

℣. 19. Eadem fert Gr. edit. Rom. Hieronymus etiam notat media ista de Hebr. aut Vulg. *argentum eorum, & aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris Domini*, abesse à LXX. Non etiam leguntur hodie in edit. Rom. sed exstant in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl.

℣. 20. Græc. addit *αὐτὰ, ea*, ad 1. *posuerunt ;* pro altero verò *posuerunt*, hab. *ἐποίησαν, fecerunt*, absque his anteced. & *offendicula sua ;* cæt. ut in Lat. supra. Ed. tamen Ald. addit *καὶ προσοχθίσματα αὐτῶν*, ut sup. sed Hieron. ait : *Quod sequitur*, offendicula eorum, *scianius de Theodotione additum.*

℣. 21. Itidem Græcè, nisi excipias vocem *σκῦλα*, loco *prædam ;* Nobil. vertit *spolia.*

℣. 22. Sic etiam in Græco.

℣. 23. Græc. Vatic. *Καὶ ποιήσει φυρμόν· διότι ἡ γῆ πλήρης λαῶν, καὶ ἡ πόλις πλήρης ἀνομίας·* sed in Compl. loco *λαῶν*, legitur *κρίσεως αἱμάτων*, ut in Vulg. Hieronymusque ita refert ex ed. LXX. *quia terra plena judicio sanguinum, & civitas plena iniquitatum :* ad hoc autem prius, *Et adducam perturbationem*, quod pariter citat Hieron. ex LXX. ait : *Verbum Hebr.* arethic, *Aquila* conclusionem, *Symm. & Theod.* καθήλωσιν, *i. e.* confixionem, *interpretati sunt ; pro quo LXX. posuere φυρμὸν, quod nos in* perturbationem *vertimus.*

℣. 24. Rursum Hieron. ex ed. LXX. *Et avertam fremitum fortitudinis eorum : & polluentur sancta eorum.* Ita quoque in Græco est hod. nec plura : nonnulla tamen antecedunt in Vulg. videlicet : *Et adducam pessimos..... & possideb. domos eorum :* sed Hieron. monet ea in LXX. non haberi.

℣. 25. Hieron. in Ezech. col. 743. b. initio legit ex LXX. *Propitiatio veniet ;* subditque : *Juxta superiorem ordinem rectè Aquila & Theodot. interpretati sunt* adesse angustiam ; *Symmachusque* mœrorem. *Septuaginta autem in medio universorum tristium, verbum posuere lætitiæ, ut lugentis animus sustentetur..... Nos autem juxta Symm. priorem sententiam cum posteriore conjunximus, ut diceremus :* Angustia superveniente, requirent pacem, & non erit : *quod juxta LXX. omnino stare non potest : si enim* propitiatio veniet, *quomodo quærent pacem, & non invenient ?* Nunc etiam Græcè : *Καὶ ἐξιλασμὸς οὐχί, καὶ ζητήσει εἰρήνην, καὶ οὐκ ἔσαι.*

℣. 26. Hieron. in Ezech. 743. f. ita legit ex LXX. *Væ*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

& auditus ſuper auditum: & quærent viſionem de propheta, & lex peribit à ſacerdote, & conſilium à ſenioribus.

27. Rex lugebit, & princeps induetur mœrore, & manus populi terræ conturbabuntur. Secundùm viam eorum faciam eis, & ſecundùm judicia eorum judicabo eos: & ſcient quia ego Dominus.

VERSIO ANTIQUA.

erit: [a] & quæretur viſio à propheta, & lex peribit à ſacerdote, & conſilium de ſenioribus.

[a] *Gild. Sap. coſtig. in Eccleſ. ord. p. 717. b.*

27. Princeps induetur interitu, & manus populi terræ diſſolventur. Secundùm viam eorum faciam eis, & ſecundùm judicia eorum ulciſcar eos: & ſcient quia ego Dominus.

Hieron. in Ezech. 7. col. 744. b.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ſuper væ erit; deinde ut ſup. *nuncius ſuper nuncium.* Ita quoque in Græco eſt, ut & alia ſubſeqq. ex Gilda Sap. quod autem initio habetur ex ipſo, *Væ ſuperveniet*, fortaſſe mendum eſt vel librarii, vel edit. noviſſimæ; facilè enim ex *ſuper væ erit*, fieri potuit *ſuperveniet*; Græcè nimirum conſtanter, Οὐαὶ ἐπὶ οὐαὶ ἔσαι.

℣. 27. Totidem verba in Græco, præter unum plur. κατὰ τὰς ὁδὰς, pro ſingul. *ſecundùm viam*; paulòque poſt, ἐν τοῖς κρίμασιν, *in judiciis*, loco *ſecundùm judicia.* Hieron. ibid. ſic habet ex Hebr. ſeu Vulg. *Rex lugebit, & princeps induetur mœrore, ſive*, inquit, *juxta LXX.* interitu; *qui neſcio quid volentes, hoc quod de Hebraïco ſermone expreſſimus*, Rex lugebit, *omnino tacuerunt*: item inf. ad hæc Vulg. hod. *& manus populi terræ conturbabuntur*, addit, *ſive juxta LXX. diſſolventur*: & poſt pauca, ita ex Hebr. vel Vulg. *Secundùm viam eorum faciam eis, & ſecund. judicia eorum judicabo eos: ſive*, inquit, *ut LXX. tranſtulerunt, ulciſcar eos.* Ex his autem omnibus confecimus verſum, ut legitur ſupra; quod etiam præſtamus nonnunquam, modò tamen adhibita ab Hieronymo verba ex Hebr. aut Vulg. non differant à textu Græco.

CAPUT VIII.

VULGATA NOVA.

1. ET factum eſt in anno ſexto, in ſexto menſe, in quinta menſis: ego ſedebam in domo mea, & ſenes Juda ſedebant coram me, & cecidit ibi ſuper me manus Domini Dei.

2. Et vidi, & ecce ſimilitudo quaſi aſpectus ignis: ab aſpectu lumborum ejus, & deorſum, ignis: & à lumbis ejus, & ſurſum, quaſi aſpectus ſplendoris, ut viſio electri.

Dan. 14. 35. 3. Et emiſſa ſimilitudo manus apprehendit me in cincinno capitis mei: & elevavit me ſpiritus inter terram & cœlum: & adduxit me in Jeruſalem in viſione Dei, juxta oſtium interius, quod reſpiciebat ad Aquilonem, ubi erat ſtatutum idolum zeli ad provocandam æmulationem.

4. Et ecce ibi gloria Dei Iſraël, ſecundùm viſionem quam videram in campo.

5. Et dixit ad me: Fili hominis, leva oculos tuos ad viam Aquilonis. Et levavi oculos meos ad viam Aquilonis: & ecce ab Aquilone portæ altaris idolum zeli in ipſo introitu.

VERSIO ANTIQUA.

1..... & facta eſt ſuper me manus Adonai Domini.

Hieron. in Ezech. 8. col. 745. f. ex Lxx.

2. Et vidi, & ecce ſimilitudo quaſi ſpecies viri: à lumbis ejus, & deorſum, ignis: & à lumbis ejus, & ſurſum, quaſi viſio electri.

3. Et extendit ſimilitudinem manûs, & aſſumpſit me in fimbria verticis mei..... & adduxit me in Jeruſalem in viſione Dei, ad veſtibulum portæ, quæ reſpicit Aquilonem, ubi erat ſtatua poſſidentis.

Ibid. 746. f.
Ibid. 747. b.

4. Et ecce erat ibi gloria Domini Dei Iſraël, ſecundùm viſionem quam vidi in campo.

5..... ab Aquilone ad portam orientalem.

VULGATA NOVA.

6. Et dixit ad me: Fili hominis, putaſne, vides tu quid iſti faciunt, abominationes magnas, quas domus Iſraël facit hîc, ut procul recedam à ſanctuario meo? & adhuc converſus videbis abominationes majores.

7. Et introduxit me ad oſtium atrii: & vidi, & ecce foramen unum in pariete.

7... *Vide Not.*

8. Et dixit ad me: Fili hominis fode parietem. Et cùm fodiſſem parietem, apparuit oſtium unum.

9. Et dixit ad me: Ingredere, & vide abominationes peſſimas, quas iſti faciunt hîc.

10. Et ingreſſus vidi, & ecce omnis ſimilitudo reptilium & animalium, abominatio, & univerſa idola domus Iſraël depicta erant in pariete in circuitu per totum.

10... *Vide Not.*

11. Et ſeptuaginta viri de ſenioribus domus Iſraël, & Jezonias filius Saphan ſtabat in medio eorum, ſtantium ante picturas: & unuſquiſque habebat thuribulum in manu ſua: & vapor nebulæ de thure conſurgebat.

VULGATA NOVA.

12. Et dixit ad me: Certè vides fili hominis quæ ſeniores domus Iſraël faciunt in tenebris unuſquiſque in cubiculis imaginum ſuarum? dicunt enim: Non videt Dominus, derelinquit Dominus terram.

VERSIO ANTIQUA.

12. Et dixit Dominus ad me: Fili hominis, vidiſti quæ ſeniores Iſraël faciunt unuſquiſque eo-

Tertul. l. adv. Jud. c. 11. p. 145. a. b.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. A Gr. Vatic. abeſt *Adonai*; ſed in Mſ. Alex. legitur, χεὶρ Ἀδωναὶ Κυρίου ſicut in edd. Ald. & Compl. Vide Nobilii not. in hunc loc.

℣. 2. Græcè, Καὶ ἴδον, ᾗ ἰδὺ ὁμοίωμα ἀνδρὸς (ed. Ald. ὡς εἶδος ἀνδρός) ἀπὸ τῆς ὀσφύος αὐτῦ, ᾗ ἕως κάτω, πῦρ· ᾗ ἀπὸ τῆς ὀσφύος αὐτῦ, ὑπεράνω (Ald. & Compl. ᾗ ὑπεράνω) αὐτῦ, ὡς ὅρασις ἠλέκτρυ. Hieron. ibid. *quaſi viſio auræ, quaſi viſio electri*: ſic etiam in edit. Ald. ὡς ὅρασις αὔρας, ὡς εἶδος ἠλέκτρυ· in Compl. ὡς ὅρασις φέγγος, ὡς εἶδος, &c. ſed Hieron. ait: *Viſionem auræ, quæ in LXX. non habetur, de Theodotione addidimus.*

℣. 3. Hoc med. *in fimbria*, abeſt à Gr. Vatic. ſed in edd. Ald. & Compl. legitur, ἐπὶ τῦ κρασπέδυ τῆς κορυφῆς μυ· al. τῆς κορυφῆς τῆς κεφαλῆς μυ· cæt. quadrant, niſi exceperis plur. τὰ πρόθυρα, *veſtibula*, loco *veſtibulum.*

℣. 4. Ita de Græco ad verbum.

℣. 5. Sic Hieronymus ibid. *Pro eo quod nos poſuimus*, ab Aquilone portæ altaris idolum zeli in ipſo introitu, *LXX. tranſtulerunt*, ab Aquilone ad portam orientalem, *quod in Hebraïco non habetur, cætera quæ ibi ſcripta ſunt, relinquentes.* Ita quoque hodie in Græco eſt.

℣. 7. Hieron. ubi ſup. 748. b. *Hoc quod tranſtuli*, & vidi, & ecce foramen unum in pariete, *in LXX. non habetur.*

℣. 10. Rurſum Hieron. col. 749. a. *Hoc autem quod poſuimus*, Et ecce omnis ſimilitudo reptilium & animantium, *in LXX. non habetur.*

℣. 12. A Græco abeſt vox *Dominus*, poſt *dixit*; huic

Digitized by Google

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Tertul. ubi sup. rum in tenebris, unusquisque in cubiculo absconso : quoniam dixerunt : Non videt nos Dominus, dereliquit Dominus terram.	bris, unusquisque in abscondito cubiculi sui : dicunt enim : Non videt Dominus nos, dereliquit Dominus terram.
13. Et dixit ad me : Adhuc conversus videbis facinora majora, quæ isti faciunt.	13. Et dixit ad me : Adhuc conversus videbis abominationes majores, quas isti faciunt.
14. Et introduxit me ad limina januæ domûs Domini, quæ aspicit ad Aquilonem : & ecce illic mulieres sedentes, & plangentes Thamnus.	14. Et introduxit me per ostium portæ domus Domini, quod respiciebat ad Aquilonem : & ecce ibi mulieres sedebant plangentes Adonidem.
15. Et dixit Dominus ad me : Fili hominis vidisti : nunquid modica domus Juda, ut faciant facinora, quæ fecerunt? & adhuc vilurus es affectiones majores eorum.	15. Et dixit ad me : Certè vidisti fili hominis : adhuc conversus videbis abominationes majores his.
16. Et introduxit me in ædem domûs Domini interiorem : & ecce in liminibus templi Domini inter medium ælam, & inter medium altaris, quasi viginti quinque viri posteriora sua dederunt ad templum Domini, & facies suas contra Orientem : hi adorabant solem.	16. Et introduxit me in atrium domus Domini interius : & ecce in ostio templi Domini inter vestibulum & altare, quasi viginti quinque viri, dorsa habentes contra templum Domini, & facies ad Orientem : & adorabant ad ortum solis.
17. Et dixit ad me : Vides fili hominis : nunquid pusilla domus Juda, ut faciant facinora, quæ fecerunt hîc : quoniam impleverunt impietates suas? & ecce ipsi quasi subsannantes.	17. Et dixit ad me : Certè vidisti fili hominis : nunquid leve est hoc domui Juda, ut facerent abominationes istas, quas fecerunt hic : quia replentes terram iniquitate conversi sunt ad irritandum me? & ecce applicant ramum ad nares suas.
18. Ego faciam cum indignatione mea : non parcet oculus meus, neque miserebor : & exclamabunt ad aures meas voce magna, non exaudiam eos, sed neque miserebor.	18. Ergo & ego faciam in furore : non parcet oculus meus, nec miserebor, & cùm clamaverint ad aures meas voce magna, non exaudiam eos.

Notæ ad Versionem antiquam.

autem, *seniores*, additur οἴκου, *domûs* ; sicut ἀυτῶν, *ipsorum*, his duobus, *unusquisque*, & *absconso* ; paulò verò sup. desunt ista, *unusquisque eorum in tenebris* ; ut & *nos*, post *videt* ; cæt. quadrant.

℣. 13. Ita Græcè, si deleatur verbum *conversus*.

℣. 14. Similia Græc. habet, excepto ult. vocab. Θαμμύζ, absque conjunct. &, ante *plangentes*.

℣. 15. Græc. Καὶ εἶπε πρός με· Υἱὲ ἀνθρώπου ἑώρακας· ἢ ἔτι ὄψει ἑαυτῷ ἀνομίας μείζονα τούτων. *Et dixit ad me : Fili hominis vidisti* : & *adhuc videbis adinventiones majores his* : at in Ms. Alex. est : ἑώρακας· ἢ μικρὰ τῷ οἴκῳ Ἰούδα, τῷ ποιεῖν τὰς ἀνομίας, ἃς πεποιήκασιν αὐτοὶ ὧδε· ἢ ἔτι ὄψῃ ἑαυτῷ αὖθις, &c. quæ Tertullianæo textui favent.

℣. 16. Eadem pene Græc. exhibet : loco tamen *ædem*, hab. αὐλὴν, *atrium*, absque seq. *ecce*, quod ult. servat Ms. Alex. cum ed. Ald. subinde desunt voces seqq. *quinque*, *dederunt*, & *Orientem* ; extremò verò sic, ἢ ἦσαν προσκυνοῦσι τῷ ἡλίῳ, & *hi adorant solem* ; sed Ms. Alex. cum edd. Ald. & Compl. habet, εἴκοσι ἢ πέντε ἄνδρες· & infra, Compl. ἀπέναντι Ἀναλωῶν ; quæ textui Latino respondent. Hieron. ad hunc loc. col. 750. d. ita differit : *Quod nos* vestibulum, *juxta Symmachum interpretati sumus*, *qui πρόπυλον posuit*, *pro eo quod LXX.* & *Theodotio ipsum verbum Hebraïcum transtulerunt* ælam ; *Aquilæ prima editio*, πρόσαδα ; *secunda*, ælam templi *interpretata est* ; *quam nos* porticum templi *exprimere possimus* : & infra 751. d. *Quod nos* viginti quinque viros *transtulimus*, *LXX. posuerunt* viginti ; & *in quibusdam exemplaribus* quinque *de Theodotione additi sunt*.

℣. 17. Similia Græcum habet, præter seqq. pauca : ἑώρακας, *vidisti*, pro *vides* ; τῷ οἴκῳ, *domui*, loco *domus* ; & inf. τὴν γῆν ἀνομίας, *terram iniquitate*, loco *impietates suas*. Hieron. in hunc loc. col. 751. d. ait : *Pro eo quod nos diximus*, & ecce applicant ramum ad nares suas, *LXX. transtulerunt*, & ecce ipsi sicuti subsannantes, *quibus de Theodotione additum est*, extendunt ramum ; *ut fit totum pariter* : & ecce ipsi extendunt ramum quasi subsannantes.

℣. 18. Hæc sola leguntur Græcè : Καὶ ἐγὼ ποιήσω αὐτοῖς μετὰ θυμοῦ· ἡ φείσεταί ὁ ὀφθαλμός μου, οὐδὲ μὴ ἐλεήσω. Hieron. etiam in comment. col. 752. a. ait : *Quod sequitur* : & cùm clamaverint ad aures meas voce magna, non exaudiam eos : *in LXX. non habetur*. In Ms. tamen Alex. ac edd. Ald. & Compl. sequitur : ἢ κεκράξονται ἐν τοῖς ὠσὶν μου (Ald. & Compl. add. φωνῇ μεγάλῃ,) ἢ οὐ μὴ εἰσακούσω αὐτῶν.

CAPUT IX.

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Tertul. l. adv. Jud. c. 11. p. 145. 1. ET clamavit in aures meas voce magna, dicens : Approximavit vindicta civitatis hujus, & unusquisque habuit vasa exterminii in manu sua.	1. ET clamavit in auribus meis voce magna, dicens : Appropinquaverunt visitationes urbis, & unusquisque vas interfectionis habet in manu sua.
2. Et ecce sex viri veniebant à via portæ altæ, quæ respiciebat ad Aquilonem : & uniuscujusque bipennis dispersionis erat in manu ejus : & unus vir in medio eorum indutus podere, & zona sapphiri in lumbis ejus : & introierunt, & steterunt in proximis altaris ærei :	2. Et ecce sex viri veniebant de via portæ superioris, quæ respicit ad Aquilonem : & uniuscujusque vas interitus in manu ejus : vir quoque unus in medio eorum vestitus erat lineis, & atramentarium scriptoris ad renes ejus : & ingressi sunt, & steterunt juxta altare æreum :

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Eadem leguntur Græcè, nisi quòd deest vocula *hujus*, post *civitatis* ; loco etiam *habuit*, est εἶχε, *habebat*, quod idem sonat : Hieron. quoque ait ita vertisse LXX. non *habet*, quod in Hebr. & Vulg. item supra : *pro* visitationibus, inquit, ultionem *LXX. transtulerunt*.

℣. 2. Hæc tota similiter exstant Græcè, si excipiatur vox una πέλυξ, *securis*, loco *bipennis dispersionis* ; at in ed. Compl. πέλυξ ἐξολοθρεύσεως. Hieron. quoque in hunc loc. col. 752. f. 753. b. ait : *Pro* vase interitûs, *quod singuli viri habebant in manibus*, *soli LXX.* securim *interpretati sunt* : item pro *porta superiori*, *LXX. transtulerunt* excelsa : item sup. *pro* lineis, *quod nos*, inquit, *juxta Symmachum*, *interpretati sumus*, *LXX.* ποδήρη. .....*quæ Latinè dicitur* talaris..... *rursum ubi nos diximus*, &

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

3. Et gloria Domini Iſraël aſſumpta eſt de cherub, quæ erat ſuper eum ad limen domûs: & vocavit virum, qui indutus erat lineis, & atramentarium ſcriptoris habebat in lumbis ſuis.

4. Et dixit Dominus ad eum: Tranſi per me- *Exod.* diam civitatem in medio Jeruſalem: & ſigna thau 12. 7. ſuper frontes virorum gementium, & dolentium *Apoc.* 7. ſuper cunctis abominationibus, quæ fiunt in me- 3. dio ejus.

5. Et illis dixit, audiente me: Tranſite per civitatem ſequentes eum, & percutite: non parcat oculus veſter, neque miſereamini.

6. Senem, adoleſcentulum, & virginem, parvulum, & mulieres interficite uſque ad internecionem: omnem autem, ſuper quem videritis thau, ne occidatis, & à ſanctuario meo incipite. Cœperunt ergo à viris ſenioribus, qui erant ante faciem domus.

VERSIO ANTIQUA.

3. Et claritas Dei Iſraël aſcendit à cherubin, quæ fuit ſuper eam in ſubdival domûs: & vocavit hominem, qui indutus erat podere, qui habuit ſuper lumbos ſuos zonam. *Ieremi. uos ſnp.*

4. Et dixit ad eum Dominus: Tranſi mediam Jeruſalem: & ſcribe ſignum thau in frontibus virorum qui gemunt, & dolent ſuper omnia facinora, quæ fiunt in medio eorum.

5. Et in his dixit ad audientem: Ite poſt eum in civitatem, & concidite: & nolite parcere oculis veſtris, & ne miſereamini

6. ſenioris, aut juvenis, aut virginis: & parvulos, & mulieres interficite omnes, ut perdeleantur: omnes autem, ſuper quos eſt thau ſignum, ne acceſſeritis, & à ſanctis meis incipite.....

VULGATA NOVA.

7. Et dixit ad eos: Contaminate domum, & implete atria interfectis: egredimini. Et egreſſi ſunt, & percutiebant eos qui erant in civitate.

7... *Vide Not.*

8. Et cæde completa, remanſi ego: ruique ſuper faciem meam, & clamans aio: Heu, heu, heu, Domine Deus: ergone diſperdes omnes reliquias Iſraël, effundens furorem tuum ſuper Jeruſalem?

VULGATA NOVA.

9. Et dixit ad me: Iniquitas domus Iſraël & Juda, magna eſt nimis valde, & repleta eſt terra ſanguinibus, & civitas repleta eſt averſione: dixerunt enim: Dereliquit Dominus terram, & Dominus non videt.

10. Igitur & meus non parcet oculus, neque miſerebor: viam eorum ſuper caput eorum reddam.

VERSIO ANTIQUA.

9..... Iniquitas domus Iſraël & Juda, invaluit nimis: quia [a] repleta eſt terra populis, & civitas eſt repleta iniquitate & immunditia..... *Gild. l. de excid. Britann. p. 714. f.* [a] *Hieron. in Ezech. 9. col. 755. f.*

10. Ecce ego ſum, non parcet oculus meus, neque miſerebor..... *Gild. l. de excid. Britann. p. 714. f.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

atramentarium ſcriptoris ad renes ejus, *LXX. poſuerunt*, & zona ſapphiſina ſuper renes ejus.

℣. 3. Similia Græc. habet, exceptis his paucis, δόξα, *gloria*, loco *claritas*; & ἐπ' αὐτῶν, *ſuper ipſa*, loco *ſuper eam*; at in ed. Ald. eſt, ἐπ' αὐτῦ; ſubinde ſic, ὃς εἶχεν ἐπὶ τῆς ὀσφύος αὐτῦ, *qui habebat ſuper lumbum ſuum*. Hieron. in eund. loc. col. 752. f. ait: *Ubi nos tranſtulimus*, limen domûs, *LXX.* & *Theodotio* τὸ αἴθριον, *id eſt*, ſub divo, *poſuere veſtibulum*.

℣. 4. A Græco abeſt vox *Dominus*; loco verò *ſcribe ſignum thau*, legitur ſimpliciter, δὸς σημεῖον, *da ſignum*; cæt. ut in Latino. Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. initio hab. Εἶπεν Κύριος πρὸς, &c. Hieron. etiam in hunc loc. col. 754. a. ait: *Pro* ſigno, *quod LXX. Aq.* & *Symm. tranſtulerunt*, *Theodotio ipſum verbum Hebr. poſuit* thau. Rurſum Tertul. l. 3. adv. Marc. p. 679. b. hab. *Dicit Dominus ad me: Pertranſi in medio portæ mediam Jeruſalem:* & *da ſignum thau in frontibus virorum.* Cypr. ep. ad Demetr. p. 223. c. & l. 2. Teſtim. p. 294. c. *Tranſi per mediam Jeruſalem:* & *notabis ſignum ſuper frontes virorum qui ingemunt*, & *mœrent ob iniquitates*, *quæ fiunt in medio ipſorum.* Hieron. epiſt. ad Damaſ. to. 4. 155. d. *Pertranſi per mediam Jeruſalem:* & *da ſignaculum in frontibus virorum gementium*, & *dolentium in omnibus iniquitatibus*, *quæ fiunt in medio eorum.* Auguſt. ſerm. 107. to. 5. 552. c. *Vade*, & *da ſignum in frontibus eorum qui gemunt*, & *mœrent de peccatis populi mei*, *quæ fiunt in medio eorum*: & l. 13. cont. Fauſt. to. 8. 261. a. *ſigna in fronte eos qui gemunt*, & *mœrent ob iniquitates populi mei*, *quæ fiunt in medio eorum*: & l. 2. cont. ep. Parmen. n. 10. to. 9. 31. f. *gemunt*, & *mœrent peccata*, *quæ fiunt in medio eorum*: & l. 3. n. 10. col. 62. e. *gemunt*, & *mœrent iniquitates populi mei*, *quæ fiunt in medio eorum*: & l. de unit. Eccl. to. 9. 362. c. *qui gemunt*, & *mœrent peccata*, & *iniquitates populi mei*, &c. Auct. op. imp. in Matth. hom. 7. p. 56. c. *Ite per Jeruſalem:* & *ſignate omnes qui lugent ſuper iniquitates*, *quæ fiunt in medio Jeruſalem.* Auct. l. de promiſſ. c. 7. ap. Proſp. p. 195. b. *qui gemunt*, & *dolent ob iniquitates*, *quæ fiunt in medio eorum.* Apud Marten. Anecdot. to. 5. p. 13. c. *Tranſi per mediam Jeruſalem:* & *da ſignum in frontibus virorum dolentium*, & *gementium ab iniquitate*, *quæ fit in terra.*

℣. 5. Græc. initio habet: Καὶ τούτοις εἶπεν, ἀκούοντός μου· *Et illis dixit*, *audiente me*; reliqua ut in Latino. Cypr. ep. ad Demetr. p. 223. b. & l. 2. Teſtim. p. 294. c. *Vade*, & *cadite:* & *nolite parcere oculis veſtris*, *nolite miſereri.*

℣. 6. Cypr. l. 2. Teſtim. p. 294. c. ult. verbo ℣. præced. *miſereris*, ſimiliter add. *ſenioris*, & *juvenis*, & *virginis*; deinde, & *parvulos*, & *mulieres interficite*, *ut perdeleantur: omnem autem*, *ſuper quem ſignum ſcriptum eſt*, *ne tetigeritis*, & *ab ipſis ſanctis meis incipite:* item epiſt. ad Demetr. p. 223. b. *ſenioris*, *aut juvenis:* & *virgines*, & *parvulos*, & *mulieres interficite: omnem autem*, &c. ut ſupra. Græc. verò cum Vulg. Πρεσβύτερον, καὶ νεανίσκον, καὶ παρθένον, καὶ νήπια, καὶ γυναῖκας ἀποκτείνατε εἰς ἐξάλειψιν, &c. *Senem*, & *adoleſcentem*, & *virginem*, & *parvulos*, & *mulieres interficite ad internecionem:* deinde, ἐπὶ δὲ πάντας ἐφ' οὕς, &c. ut in textu, deleto ſigno *thau*, cum ſeq. conjunct. & *:* in Mſ. tamen Alex. ac edd. Ald. & Compl. eſt, καὶ ἀπὸ τῶν, &c. Hieron. in hunc loc. col. 754. a. *Pro ſigno*, inquit, *quod LXX. Aquila*, & *Symm. tranſtulerunt*, *Theodotio ipſum verbum Hebraïcum poſuit*, *thau:* & infra: *Pro eo quod ſequitur:* & à ſanctuario meo incipite..... *LXX. tranſtulerunt*, & à ſanctis meis incipite. Ita quoque legit ipſe in Iſai. 14. col. 156. d. ſicut Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1228. d. Auguſt. verò ſerm. 107. to. 5. 552. c. ita refert, alludens procul dubio: *Vade*, *vaſta*, *non parcas minoribus*, *majoribus*, *maſculis*, *feminis:* *ſed ad eos*, *qui habent in fronte ſignum*, *nen appropinques*; Gr. μὴ ἐγγίσῃς. Apud Marten. Anecdot. to. 5. p. 13. c. *Ite in civitatem*, & *nolite parcere ſeni*, *neque juveni*; & *mulieribus*, & *parvulis nolite parcere gladio:* *ſuper quos autem ſignum inveneritis*, *nec tetigeritis*, & *ſanctis meis nolite parcere.*

℣. 7. Hieron. in hunc loc. col. 754. f. *Pro* atrlis, *quæ Hebraïcè dicuntur* aſeroth, *LXX. poſuere* vias. Sic etiam in Græco Vat.

℣. 9. Hieron. ubi ſup. 755. f. *repleta eſt terra ſanguinibus*, *ſive*, *ut LXX. tranſtulerunt*, *populis:* deinde, & *civitas eſt repleta averſione*, *aut ut Vulgata habet editio*, *iniquitate* & *immunditia.* Gildas Sap. loco cit. ſimpliciter habet: *Iniquitas domûs Iſraël* & *Juda*, *invaluit nimis:* *quia impleta eſt terra iniquitate* & *immunditia:* ex quibus, adjunctiſque nonnullis ex Hieronymo, verſum ſupradictum confecimus. In Græco, μεμεγάλυνται σφόδρα σφόδρα, *magnificata eſt valde valde*, pro *invaluit nimis*; cæt. ut in textu, addito uno πολλῶν, *multis*, ad vocem *populis.*

℣. 10. Gr. initio habet ſimpliciter, Καὶ, loco *Ecce ego*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Auguſt. ubi ſup. rum, & dabo eis cor carneum :

20. Ut in præceptis meis ambulent, & juſtificationes meas obſervent, & faciant eas : & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum, dicit Dominus.

VULGATA NOVA.

lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum :

20. Ut in præceptis meis ambulent, & judicia mea cuſtodiant, faciantque ea : & ſint mihi in populum, & ego ſim eis in Deum.

VULGATA NOVA.

21. Quorum cor poſt offendicula & abominationes ſuas ambulat, horum viam in capite ſuo ponam, dicit Dominus Deus.

22. Et elevaverunt cherubim alas ſuas, & rotæ cum eis : & gloria Dei Iſraël erat ſuper ea.

23. Et aſcendit gloria Domini de medio civitatis, ſtetitque ſuper montem, qui eſt ad Orientem urbis.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Ezech. 11. col. 764. a. 24..... & aſcendi à viſione, quam videram.

VULGATA NOVA.

24. Et ſpiritus levavit me, adduxitque in Chaldæam ad tranſmigrationem, in viſione, in ſpiritu Dei : & ſublata eſt à me viſio, quam videram.

25. Et locutus ſum ad tranſmigrationem omnia verba Domini, quæ oſtenderat mihi.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Hieron. in hunc loc. col. 762. f. hab. *cor unum, ſive alterum.* Auguſt. q. 11. in Deut. col. 560. b. *auferam eis cor lapideum, & dabo eis cor carneum.* Gr. καὶ ἐκκαθάρω τὴν, &c.

℣. 20. Ita Græcè, detracto ult. *dicit Dominus ;* in Mſ. tamen Alex. ac ed. Ald. additur, λέγει Κύριος.

℣. 24. Similiter in Græco.

CAPUT XII.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Ezech. 12. col. 764. ex Lxx. 1. ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens :

2. Fili hominis in medio iniquitatum eorum tu habitas.....

3. Et tu fili hominis, fac tibi vaſa captivitatis, & captivare per diem coram eis : & captivare de loco tuo in locum alterum in conſpectu eorum, ut videant : quia domus exaſperans eſt.

Ibid. 765. 4. Et proferes vaſa tua, vaſa captivitatis per diem in oculis eorum : & tu egredieris veſpere in conſpectu eorum, ſicut egreditur captivus.

5. Perfode tibi parietem : & tranſibis per eum.

6. In conſpectu eorum in humeris portaberis, & abſconditus egredieris : faciem tuam operies, & non videbis terram : quia portentum dedi te domui Iſraël.

Ibid. 766. 7. Et feci ſic juxta omnia quæ mandaverat mihi : vaſaque protuli ſicut vaſa captivitatis per diem : & ad veſperum perfodi mihi parietem manu : & abſconditus egreſſus ſum, ſuper humeros aſſumptus ſum in conſpectu eorum.

8. Et factus eſt ſermo Domini manè ad me, dicens :

9. Fili hominis, etiamſi non interrogaverint, tu ingredere, ut ſciant cur iſta feceris.

VULGATA NOVA.

1. ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens :

2. Fili hominis in medio domus exaſperantis tu habitas : qui oculos habent ad videndum, & non vident : & aures ad audiendum, & non audiunt : quia domus exaſperans eſt.

3. Tu ergo fili hominis, fac tibi vaſa tranſmigrationis, & tranſmigrabis per diem coram eis : tranſmigrabis autem de loco tuo ad locum alterum in conſpectu eorum, ſi fortè aſpiciant : quia domus exaſperans eſt.

4. Et efferes foras vaſa tua quaſi vaſa tranſmigrantis per diem in conſpectu eorum : tu autem egredieris veſpere coram eis, ſicut egreditur migrans.

5. Ante oculos eorum perfode tibi parietem : & egredieris per eum.

6. In conſpectu eorum in humeris portaberis, in caligine effereris : faciem tuam velabis, & non videbis terram : quia portentum dedi te domui Iſraël.

7. Feci ergo ſicut præceperat mihi Dominus : vaſa mea protuli quaſi vaſa tranſmigrantis per diem : & veſpere perfodi mihi parietem manu : & in caligine egreſſus ſum, in humeris portatus in conſpectu eorum.

8. Et factus eſt ſermo Domini manè ad me, dicens :

9. Fili hominis, nunquid non dixerunt ad te domus Iſraël, domus exaſperans : Quid tu facis ?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 1. 2. Ad verbum è Græco. Sequentia etiam de Vulg. ipſi conſonant.

℣. 3. Itidem Græcè, niſi quòd deeſt τὸ 1. & *captivare ;* pro altero verò eſt, καὶ αἰχμαλωτευθήσῃ, & *captivaberis ;* at in ed. Ald. αἰχμαλωτισθῆναι, quod etiam habetur ſupra, tam in ipſa Ald. quàm in Compl. & Mſ. Alex.

℣. 4. Eadem prorſus in Gr. hoc tamen, *in conſpectu eorum*, tranſfertur poſt vocem ult. *captivus :* at in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. bis additur ἐνώπιον αὐτῶν, & poſt *veſpere*, & poſt *captivus*.

℣. 5. Conſonat Græc. ad verbum, niſi quòd hab. εἰς τὸν τοῖχον.

℣. 6. Ita in Græco, niſi excipiatur verbum ἀναλημφθήσῃ, *aſſumeris*, loco *portaberis :* jungitur etiam ibid. τὸ *in conſpectu eorum* cum ℣. præced.

℣. 7. Græc. Vat. delet τὸ *ſicut vaſa ;* ſed habet Mſ. Alex. cum ed. Ald. in eodem etiam Mſ. ac edd. Ald. & Compl. poſt *parietem*, additur *manu*, quod ult. abeſt à Gr. Vatic. cætera concordant ad verbum.

℣. 8. Ad verbum è Græco.

℣. 9. Hieron. allatis verbis de Vulg. ita reſumit : *Si te, inquit, interrogaverit domus exaſperans : Quare iſta facis ?* tum addit : *vel ſecundùm LXX. Etiamſi non interrogaverint*, &c. ut ſup. Græc. verò ita : Τὶ ὠφέλησε, ἐὰν εἶπαν πρός σε ὁ οἶκος τῦ Ἰσραὴλ, οἶκος ὁ παραπικραίνων· Τί σὺ ποιεῖς ; *Fili hominis, non dixerunt ad te domus*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

10. Dic ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Super ducem onus iſtud, qui eſt in Jeruſalem, & ſuper omnem domum Iſraël, quæ eſt in medio eorum.

11. Dic: Ego portentum veſtrum: quomodo feci, ſic fiet illis: in tranſmigrationem, & in captivitatem ibunt.

VERSIO ANTIQUA.

10. Dic ad eos: Hæc dicit Dominus Deus..... *Hieron. ubi ſup.*

11. Dic: Ego qui portenta facio.....

VULGATA NOVA.

12. Et dux, qui eſt in medio eorum, in humeris portabitur, in caligine egredietur: parietem perfodient ut educant eum: facies ejus operietur ut non videat oculo terram.

Iuſ. 17. 20. 13. Et extendam rete meum ſuper eum, & capietur in ſagena mea: & adducam eum in Babylonem in terram Chaldæorum: & ipſam non videbit, ibique morietur.

14. Et omnes qui circa eum ſunt, præſidium ejus, & agmina ejus diſpergam in omnem ventum: & gladium evaginabo poſt eos.

15. Et ſcient quia ego Dominus, quando diſperſero illos in gentibus, & diſſeminavero eos in terris.

16. Et relinquam ex eis viros paucos à gladio, & fame, & peſtilentia: ut enarrent omnia ſcelera eorum in gentibus, ad quas ingredientur: & ſcient quia ego Dominus.

VULGATA NOVA.

17. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:

18. Fili hominis, panem tuum in conturbatione comede: ſed & aquam tuam in feſtinatione & mœrore bibe.

19. Et dices ad populum terræ: Hæc dicit Dominus Deus ad eos, qui habitant in Jeruſalem in terra Iſraël: Panem ſuum in ſollicitudine comedent, & aquam ſuam in deſolatione bibent: ut deſoletur terra à multitudine ſua, propter iniquitatem omnium qui habitant in ea.

20. Et civitates, quæ nunc habitantur, deſolatæ erunt, terraque deſerta: & ſcietis quia ego Dominus.

21. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:

22. Fili hominis, quod eſt proverbium iſtud vobis in terra Iſraël, dicentium: In longum differentur dies, & peribit omnis viſio?

23. Ideo dic ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Quieſcere faciam proverbium iſtud, neque vulgò dicetur ultra in Iſraël: & loquere ad eos quòd appropinquaverint dies, & ſermo omnis viſionis.

24. Non enim erit ultra omnis viſio caſſa, neque divinatio ambigua in medio filiorum Iſraël.

VERSIO ANTIQUA.

17. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens: *Ibid. 767. f. ex LXX.*

18. Fili hominis, panem tuum cum dolore comedes: & aquam tuam cum tormento & anguſtia bibes.

19. Et dices ad populum terræ: Hæc dicit Adonai Dominus habitatoribus Jeruſalem ſuper terram Iſraël: Panes ſuos cum egeſtate comedent, & aquam ſuam cum diſſipatione bibent, ut diſſipetur terra & plenitudo ejus: in impietate enim omnes qui habitant in ea.

20. Et civitates eorum, quæ habitantur, in deſolationem erunt, & terra diſſipabitur: & cognoſcetis quia ego ſum Dominus.

21. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens: *Ibid. 768. f.*

22. Fili hominis, quæ eſt parabola.....

24..... nec divinans juxta gratiam.....

VULGATA NOVA.

25. Quia ego Dominus loquar: & quodcunque locutus fuero verbum, fiet, & non prolongabitur ampliùs: ſed in diebus veſtris domus exaſperans loquar verbum, & faciam illud, dicit Dominus Deus.

26. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:

27. Fili hominis, ecce domus Iſraël dicentium: Viſio, quam hic videt, in dies multos: & in tempora longa iſte prophetat.

28. Propterea dic ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Non prolongabitur ultra omnis ſermo meus: verbum, quod locutus fuero, complebitur, dicit Dominus Deus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Iſraël, domus exaſperans: Quid tu facis?

℣. 10. Ita Græcè, præter hoc, Κύριος Κύριος, loco *Dominus Deus*; in Compl. Ἀδωναῖ Κύριος.

℣. 11. Græc. Εἰπὸν Ὅτι ἐγὼ τέρατα ποιῶ *Dic: Quia ego portenta facio.*

℣. 17. Sic eſt in Græco.

℣. 18. Concinit Gr. niſi quòd delet vocem *tuam*, poſt *aquam*; at in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. eſt ὕδωρ σου.

℣. 19. Hæc tota reſpondent Græco, detracto vocabulo *Adonai*; quod tamen additur in Mſ. Alex. ſicut in edd. Ald. & Compl. loco verò & *plenitudo ejus*, ita, Σὺν πληρώματι αὐτῆς, *cum plenitudine ejus*, quod idem valet.

℣. 20. Ita rurſum Græcè, præter hoc, εἰς ἀφανισμὸν ἔσται, *in diſſipationem erit*, pro *diſſipabitur*; ambo idem ſonant.

℣℣. 21. 22. Sic eſt in Græco, verbum pro verbo.

℣. 24. Ita Hieron. ibid. *Rurſum ubi à nobis editum eſt*, neque erit divinatio ambigua, *vertêre LXX.* nec divinans juxta gratiam. Græcè nunc, ὁ μαντευόμενος τὰ πρὸς χάριν, & *divinans quæ ad gratiam.*

CAPUT XIII.

VULGATA NOVA.

1. ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:

2. Fili hominis, vaticinare ad prophetantes de corde ſuo, & dices prophetantibus de corde ſuo, *audite*

VERSIO ANTIQUA.

1. ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:

2. Fili hominis, vaticinare ad prophetas *Hieron. in Ezech. 13. col. 769. ex LXX.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 1. 2. Hieron. ſolito more refert verba de Hebr. ſeu Vulg. tum addit: *Hoc quod nos poſuimus*, qui prophetant: & dices prophetantibus de corde ſuo, *omiſere LXX. & pro eo quod non habetur in Hebræo, addiderunt*,

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Auguſt. ubi ſup. rum, & dabo eis cor carneum :

20. Ut in præceptis meis ambulent, & juſtificationes meas obſervent, & faciant eas : & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum, dicit Dominus.

VULGATA NOVA.

lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum :

20. Ut in præceptis meis ambulent, & judicia mea cuſtodiant, faciantque ea : & ſint mihi in populum, & ego ſim eis in Deum.

VULGATA NOVA.

21. Quorum cor poſt offendicula & abominationes ſuas ambulat, horum viam in capite ſuo ponam, dicit Dominus Deus.

22. Et elevaverunt cherubim alas ſuas, & rotæ cum eis : & gloria Dei Iſraël erat ſuper ea.

23. Et aſcendit gloria Domini de medio civitatis, ſtetitque ſuper montem, qui eſt ad Orientem urbis.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Ezech. 11. col. 764. a. 24..... & aſcendi à viſione, quam videram.

VULGATA NOVA.

24. Et ſpiritus levavit me, adduxitque in Chaldæam ad tranſmigrationem, in viſione, in ſpiritu Dei : & ſublata eſt à me viſio, quam videram.

25. Et locutus ſum ad tranſmigrationem omnia verba Domini, quæ oſtenderat mihi.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Hieron. in hunc loc. col. 762. f. hab. *cor unum, ſive alterum.* Auguſt. q. 11. in Deut. col. 560. b. *auferam eis cor lapideum, & dabo eis cor carneum.* Gr. ἐξοσάσω τὴν, &c.

℣. 20. Ita Græcè, detracto ult. *dicit Dominus ;* in Mſ. tamen Alex. ac ed. Ald. additur, λέγει Κύριος.

℣. 24. Similiter in Græco.

CAPUT XII.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Ezech. 12. col. 764. ex Lxx. 1. ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens :

2. Fili hominis in medio iniquitatum eorum tu habitas.....

3. Et tu fili hominis, fac tibi vaſa captivitatis, & captivare per diem coram eis : & captivare de loco tuo in locum alterum in conſpectu eorum, ut videant : quia domus exaſperans eſt.

Ibid. 765. 4. Et proferes vaſa tua, vaſa captivitatis per diem in oculis eorum : & tu egredieris veſpere in conſpectu eorum, ſicut egreditur captivus.

5. Perfode tibi parietem : & tranſibis per eum.

6. In conſpectu eorum in humeris portaberis, & abſconditus egredieris : faciem tuam operies, & non videbis terram : quia portentum dedi te domui Iſraël.

Ibid. 766. 7. Et feci ſic juxta omnia quæ mandaverat mihi : vaſaque protuli ſicut vaſa captivitatis per diem : & ad veſperum perfodi mihi parietem manu : & abſconditus egreſſus ſum, ſuper humeros aſſumptus ſum in conſpectu eorum.

8. Et factus eſt ſermo Domini manè ad me, dicens :

9. Fili hominis, etiamſi non interrogaverint, tu ingredere, ut ſciant cur iſta feceris.

VULGATA NOVA.

1. ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens :

2. Fili hominis in medio domus exaſperantis tu habitas : qui oculos habent ad videndum, & non vident : & aures ad audiendum, & non audiunt : quia domus exaſperans eſt.

3. Tu ergo fili hominis, fac tibi vaſa tranſmigrationis, & tranſmigrabis per diem coram eis : tranſmigrabis autem de loco tuo ad locum alterum in conſpectu eorum, ſi fortè aſpiciant : quia domus exaſperans eſt.

4. Et efferes foras vaſa tua quaſi vaſa tranſmigrantis per diem in conſpectu eorum : tu autem egredieris veſpere coram eis, ſicut egreditur migrans.

5. Ante oculos eorum perfode tibi parietem : & egredieris per eum.

6. In conſpectu eorum in humeris portaberis, in caligine effereris : faciem tuam velabis, & non videbis terram : quia portentum dedi te domui Iſraël.

7. Feci ergo ſicut præceperat mihi Dominus : vaſa mea protuli quaſi vaſa tranſmigrantis per diem : & veſpere perfodi mihi parietem manu : & in caligine egreſſus ſum, in humeris portatus in conſpectu eorum.

8. Et factus eſt ſermo Domini manè ad me, dicens :

9. Fili hominis, nunquid non dixerunt ad te domus Iſraël, domus exaſperans : Quid tu facis ?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 1. 2. Ad verbum è Græco. Sequentia etiam de Vulg. ipſi conſonant.

℣. 3. Itidem Græcè, niſi quòd deeſt τὸ 1. & *captivare ;* pro altero verò eſt, καὶ αἰχμαλωτεύθήση, & *captivaberis ;* at in ed. Ald. αἰχμαλωτίσῃς, quod etiam habetur ſupra, tam in ipſa Ald. quàm in Compl. & Mſ. Alex.

℣. 4. Eadem prorſus in Gr. hoc tamen, *in conſpectu eorum*, tranſfertur poſt vocem ult. *captivus :* at in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. bis additur ἀνώπιον αὐτῶν, & poſt *veſpere*, & poſt *captivus*.

℣. 5. Conſonat Græc. ad verbum, niſi quòd hab. εἰς τὸν τοῖχον.

℣. 6. Ita in Græco, niſi excipiatur verbum ἀναλημφθήσῃ, *aſſumeris*, loco *portaberis :* jungitur etiam ibid. τὸ *in conſpectu eorum* cum ℣. præced.

℣. 7. Græc. Vat. delet τὸ *ſicut vaſa ;* ſed habet Mſ. Alex. cum ed. Ald. in eodem etiam Mſ. ac edd. Ald. & Compl. poſt *parietem*, additur *manu*, quod ult. abeſt à Gr. Vatic. cætera concordant ad verbum.

℣. 8. Ad verbum è Græco.

℣. 9. Hieron. allatis verbis de Vulg. ita reſumit : *Si te, inquit, interrogaverit domus exaſperans : Quare iſta facis ?* tum addit : *vel ſecundùm LXX. Etiamſi non interrogaverint*, &c. ut ſup. Græc. verò ita : Τὶ ὠφελήσαν, ἐὰν εἶπαν πρός Ϛε ὁ οἶκος τῦ Ἰσραὴλ, οἶκος ὁ παραπικραίνων· Τί Ϛὺ ποιεῖς ; *Fili hominis, non dixerunt ad te domus*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

10. Dic ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Super ducem onus iſtud, qui eſt in Jeruſalem, & ſuper omnem domum Iſraël, quæ eſt in medio eorum.

11. Dic: Ego portentum veſtrum: quomodo feci, ſic fiet illis: in tranſmigrationem, & in captivitatem ibunt.

VERSIO ANTIQUA.

10. Dic ad eos: Hæc dicit Dominus Deus..... *Hieron. ubi ſup.*

11. Dic: Ego qui portenta facio.....

VULGATA NOVA.

12. Et dux, qui eſt in medio eorum, in humeris portabitur, in caligine egredietur: parietem perfodient ut educant eum: facies ejus operietur ut non videat oculo terram.

Iaſ. 17. 20. 13. Et extendam rete meum ſuper eum, & capietur in ſagena mea: & adducam eum in Babylonem in terram Chaldæorum: & ipſam non videbit, ibique morietur.

14. Et omnes qui circa eum ſunt, præſidium ejus, & agmina ejus diſpergam in omnem ventum: & gladium evaginabo poſt eos.

15. Et ſcient quia ego Dominus, quando diſperſero illos in gentibus, & diſſeminavero eos in terris.

16. Et relinquam ex eis viros paucos à gladio, & fame, & peſtilentia: ut enarrent omnia ſcelera eorum in gentibus, ad quas ingredientur: & ſcient quia ego Dominus.

VULGATA NOVA.

17. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:

18. Fili hominis, panem tuum in conturbatione comede: ſed & aquam tuam in feſtinatione & mœrore bibe.

19. Et dices ad populum terræ: Hæc dicit Dominus Deus ad eos, qui habitant in Jeruſalem in terra Iſraël: Panem ſuum in ſollicitudine comedent, & aquam ſuam in deſolatione bibent: ut deſoletur terra à multitudine ſua, propter iniquitatem omnium qui habitant in ea.

20. Et civitates, quæ nunc habitantur, deſolatæ erunt, terraque deſerta: & ſcietis quia ego Dominus.

21. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:

22. Fili hominis, quod eſt proverbium iſtud vobis in terra Iſraël, dicentium: In longum differentur dies, & peribit omnis viſio?

23. Ideo dic ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Quieſcere faciam proverbium iſtud, neque vulgò dicetur ultra in Iſraël: & loquere ad eos quòd appropinquaverint dies, & ſermo omnis viſionis.

24. Non enim erit ultra omnis viſio caſſa, neque divinatio ambigua in medio filiorum Iſraël.

VERSIO ANTIQUA.

17. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens: *Ibid. 767. f. ex LXX.*

18. Fili hominis, panem tuum cum dolore comedes: & aquam tuam cum tormento & anguſtia bibes.

19. Et dices ad populum terræ: Hæc dicit Adonai Dominus habitatoribus Jeruſalem ſuper terram Iſraël: Panes ſuos cum egeſtate comedent, & aquam ſuam cum diſſipatione bibent, ut diſſipetur terra & plenitudo ejus: in impietate enim omnes qui habitant in ea.

20. Et civitates eorum, quæ habitantur, in deſolationem erunt, & terra diſſipabitur: & cognoſcetis quia ego ſum Dominus.

21. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens: *Ibid. 768. f.*

22. Fili hominis, quæ eſt parabola.....

24..... nec divinans juxta gratiam.....

VULGATA NOVA.

25. Quia ego Dominus loquar: & quodcunque locutus fuero verbum, fiet, & non prolongabitur ampliùs: ſed in diebus veſtris domus exaſperans loquar verbum, & faciam illud, dicit Dominus Deus.

26. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:

27. Fili hominis, ecce domus Iſraël dicentium: Viſio, quam hic videt, in dies multos: & in tempora longa iſte prophetat.

28. Propterea dic ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Non prolongabitur ultra omnis ſermo meus: verbum, quod locutus fuero, complebitur, dicit Dominus Deus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Iſraël, domus exaſperans: Quid tu facis?

℣. 10. Ita Græcè, præter hoc, Κύριος Κύριος, loco *Dominus Deus*; in Compl. Ἀδωναῖ Κύριος.

℣. 11. Græc. Εἰπόν· Ὅτι ἐγὼ τέρατα ποιῶ *Dic: Quia ego portenta facio.*

℣. 17. Sic eſt in Græco.

℣. 18. Concinit Gr. niſi quòd delet vocem *tuam*, poſt *aquam*; at in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. eſt ὕδωρ σου.

℣. 19. Hæc tota reſpondent Græco, detracto vocabulo *Adonai*; quod tamen additur in Mſ. Alex. ſicut in edd. Ald. & Compl. loco verò & *plenitudo ejus*, ita, Σὺν πληρώματι αὐτῆς, *cum plenitudine ejus*, quod idem valet.

℣. 20. Ita rurſum Græcè, præter hoc, εἰς ἀφανισμὸν ἔσται, *in diſſipationem erit*, pro *diſſipabitur*; ambo idem ſonant.

℣℣. 21. 22. Sic eſt in Græco, verbum pro verbo.

℣. 24. Ita Hieron. ibid. *Rurſum ubi à nobis editum eſt*, neque erit divinatio ambigua, *vertêre LXX.* nec divinans juxta gratiam. Græcè nunc, ἢ μαντευόμενος τὰ πρὸς χάριν, & *divinans quæ ad gratiam.*

CAPUT XIII.

VULGATA NOVA.

1. ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:

2. Fili hominis, vaticinare ad prophetantes de corde ſuo, *emiſere LXX. & pro eo quod non habetur in Hebræo, addiderunt,*

VERSIO ANTIQUA.

1. ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens: *Hieron. in Ezech. 13. col. 769. ex LXX.*

2. Fili hominis, vaticinare ad prophetas

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 1. 2. Hieron. ſolito more refert verba de Hebr. ſeu Vulg. tum addit: *Hoc quod nos poſuimus*, qui pro-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Hieron. ubi ſup. Iſraël : & prophetabis, & dices ad eos : Audite verbum Domini.	tas Iſraël, qui prophetant : & dices prophetantibus de corde ſuo : Audite verbum Domini:
3. Hæc dicit Dominus Deus : Væ his, qui prophetant de corde ſuo, & omnino non vident.	3. Hæc dicit Dominus Deus : Væ prophetis *Jer. 23. 1.* inſipientibus, qui ſequuntur ſpiritum ſuum, & nihil vident. *Inf. 14.*
Ibid. 771. 4. Sicut vulpes in deſertis, prophetæ tui Iſraël.	4. Quaſi vulpes in deſertis, prophetæ tui Iſraël erant. *9. & 34. 2.*
5. Non ſteterunt in firmamento, & congregaverunt greges ſuper domum Iſraël : non reſurrexerunt qui dicunt : In die Domini :	5. Non aſcendiſtis ex adverſo, neque oppoſuiſtis murum pro domo Iſraël, ut ſtaretis in prælio in die Domini.
6. videntes mendacia, divinantes vana, qui dicunt : Dicit Dominus : & Dominus non miſit eos : & cœperunt ſuſcitare ſermonem.	6. Vident vana, & divinant mendacium, dicentes : Ait Dominus : cùm Dominus non miſerit eos : & perſeveraverunt confirmare ſermonem.
7. Nonne viſionem falſam vidiſtis, & divinationes vanas locuti eſtis? & dicebatis, Dicit Dominus; & ego non ſum locutus.	7. Nunquid non viſionem caſſam vidiſtis, & divinationem mendacem locuti eſtis? & dicitis, Ait Dominus; cùm ego non ſim locutus.
Ibid. 772. 8. Ideo dic : Hæc dicit Adonai Dominus : Quoniam verba veſtra mendacia, & divinationes veſtræ vanæ : idcirco ecce ego ſuper vos, dicit Dominus Deus.	8. Propterea hæc dicit Dominus Deus : Quia locuti eſtis vana, & vidiſtis mendacium : ideo ecce ego ad vos, dicit Dominus Deus.
9. Et extendam manum meam ſuper prophetas, qui vident mendacium, & qui loquuntur vana : in diſciplina populi mei non erunt, nec in ſcriptura domûs Iſraël ſcribentur, & in terram Iſraël non intrabunt : & ſcient quia ego Adonai Dominus.	9. Et erit manus mea ſuper prophetas, qui vident vana, & divinant mendacium : in conſilio populi mei non erunt, & in ſcriptura domus Iſraël non ſcribentur, nec in terram Iſraël ingredientur : & ſcietis quia ego Dominus Deus.
10. Quoniam deceperunt populum meum, dicentes : Pax pax, & non erat pax : & iſte ædificabat parietem, & * iſti linunt eum ſtultitiâ. ** Edit.* iſte.	10. Eò quòd deceperint populum meum, dicentes : Pax, & non eſt pax : & ipſe ædificabat parietem, illi autem liniebant eum luto abſque paleis.
11. Dic ad eos, qui linunt ſtultitiâ, Cadet : erit pluvia inundans, & dabo lapides magnos in junctûras eorum, & cadent : & ſpiritus auferens, & diſrumpetur.	11. Dic ad eos, qui liniunt abſque temperatura, quòd caſurus ſit : erit enim imber inundans, & dabo lapides prægrandes deſuper irruentes, & ventum procellæ diſſipantem.
12. Et ecce cecidit paries : & non dicent ad vos : Ubi eſt litura veſtra, quam liviſtis?	12. Siquidem ecce cecidit paries : nunquid non dicetur vobis : Ubi eſt litura, quam liniſtis?
13. Propterea hæc dicit Adonai Dominus : Et diſrumpam ſpiritum auferentem in furore meo, & pluvia inundans in ira mea erit : & lapides magnos in furore inducam in conſummationem. *Ibid. 773. a.*	13. Propterea hæc dicit Dominus Deus : Et erumpere faciam ſpiritum tempeſtatum in indignatione mea, & imber inundans in furore meo erit : & lapides grandes in ira in conſumptionem.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

& prophetabis, & dices ad eos : *eſt autem ſermo contra pſeudoprophetas*, &c. In Gr. Vatic. pariter : Καὶ ἐγένετο... Υἱὲ ἀνθρώπου, προφήτευσον ἐπὶ τοὺς προφήτας τῦ Ἰσραὴλ· καὶ προφητεύσεις, καὶ ἐρεῖς πρὸς αὐτούς· Ἀκούσατε λόγον Κυρίου.

℣. 3. Conſonat Græc. ſublata voce *Deus*; in Mſ. Alex. ac ed. Compl. eſt Ἀδωναὶ Κύριος.

℣℣. 4. 5. 6. Totidem leguntur Græcè.

℣. 7. Eadem exſtant in Gr. Vatic. ad hoc uſque, & *dicebatis*; nec plura. Hieron. tamen textui Lat. ſuperiori petito ab edit. LXX. ſubdit iſta : & *dicebatis, Dicit Dominus*; & *ego non ſum locutus*; quæ Hebræo & Vulgatæ hod. reſpondent : at inf. 772. a. ait : *Quodque ſequitur* : & dicebatis, Dicit Dom. &c. *in Septuaginta non habetur.* Id etiam obſervat Nobilius in Notis : *In cæteris*, inquit, *hæc ſequuntur* : καὶ ἐλέγετε, Φησὶ Κύριος· καὶ ἐγὼ οὐκ ἐλάλησα· & *apud S. Hieronymum in contextu Vulgatæ antiquæ*, & dicebatis, Dicit Dominus, &c. *quæ idem in comm. teſtatur in LXX. non haberi.* Vide ſis Hexap. Orig. in hunc loc. quæ aliis hunc verſiculum tribuunt : Ἀκ. καὶ ἐλέγετε, Φησὶ, &c.

℣. 8. In Gr. Vatic. deeſt conſtanter vox *Adonai*; ſicut in fine, *Deus*; cæt. quadrant ad verbum, præpoſitâ unâ conjunct. &, huic 1. *Ideo dic.* In Mſ. etiam Alex. ac edd. Ald. & Compl. initio & ult. loco eſt Ἀδωναὶ Κύριος. Gildas Sap. caſtig. in Eccl. ord. p. 717. h. legit : *Hæc dicit Dominus : Eò quòd ſermones veſtri ſunt mendaces*, & *divinationes veſtræ vanæ : propter hoc, ecce ego ad vos, dicit Dominus.*

℣. 9. Totidem verba leguntur Græcè, niſi quòd habetur num. plur. ψευδῆ, *mendacia*, non ſingulariter *mendacium*; extremò etiam omittitur vox *Adonai*; at in Mſ. Alex. conſtanter, Ἀδωναὶ Κύριος, ut ſupra. Gildas Sap. caſtig. in Eccl. ord. p. 717. h. 718. a. ſimiliter habet : *Extendam manum meam ſuper prophetas, qui vident mendacia*, & *eos qui loquuntur vana : in diſciplina populi mei non erunt, neque in ſcriptura domûs Iſraël ſcribentur*, & *in terram Iſraël non intrabunt* : & *ſcietis quia ego Dominus.* Eadem quoque refert Cæleſtinus PP. epiſt. 14. to. 1. 1134. niſi quòd loco & *ſcietis quia ego Dom.* hab. *quia populum meum ſeduxerunt*; quæ pertinent ad ℣. 10.

℣. 10. Gildas Sap. caſtig. in Eccl. ord. p. 718. a. legit : *Propterea populum meum ſeduxerunt, dicentes : Pax Domini*, & *non eſt pax Domini : hic ſtruunt* (l. *ſtruit*) *parietem*, & *ipſi ungunt eum.* Optat. l. 3. cont. Donat. p. 64. b. c. *Erunt falſi vates, qui ædificent ruinoſum parietem, dicentes : Pax pax :* & *ubi pax?* Item ap. Ambroſ. l. 4. de interpel. Dav. c. 3. col. 664. d. *Pax pax*, & *ubi eſt pax?* Græc. Ἀνθ' ὧν ἐπλάνησαν τὸν λαόν μυ, λέγοντες· Εἰρήνη, καὶ οὐκ ἔστιν εἰρήνη· καὶ ὅτος οἰκοδομεῖ τοῖχον, καὶ αὐτοὶ ἀλείφουσιν αὐτὸν, πεσεῖται· loco verò πεσεῖται, *cadet*, Hieron. in comm. col. 773. c. ait Symmachum poſuiſſe *abſque temperamento : Linebant*, inquit, *pſeudoprophetæ abſque temperamento, ut interpretatus eſt Symmachus, hoc eſt, puro luto..... ut verò LXX.* & *Theodotio*, linunt eum ſtultitiâ. *Aquila autem..... interpretatus eſt*, ἀνάλω, *quod ſignificat, abſque ſale.* Edit. Compl. utrumque hab. ἀφρόσυνη, πεσεῖται. In Mſ. Alex. geminatur ſup. Εἰρήνη εἰρήνη.

℣. 11. Eadem exſtant Græcè, detracta tamen voce *ſtultitiâ*, additâque conjunct. καὶ, poſt verbum *cadet* : loco verò *magnos*, hab. πελεκόλιθους; *magni enim ſunt*, inquit Nobil. *qui machinis jaciuntur* : tum Hieron. col. 773. f. *Hoc quod LXX. tranſtulerunt*, & ſuper junctûras eorum, *in Hebræo non habetur.* Quod autem ſequitur, & *ſpiritus auferens*, ita legitur Græcè, καὶ πνεῦμα ἐξαῖρον, quod Nobil. vertit, & *ventum auferentem.*

℣. 12. Itidem Græcè.

℣. 13. Vox *Adonai* ſemper abeſt à Græco Vatic. & pro *in furore*, eſt μετὰ θυμῦ, abſque ſeq. *meo*; cæt. ut in Lat. ſupra. In Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. conſtanter, Ἀδωναὶ Κύριος. Apud Optat. l. 3. cont. Donat. p. 65. b. hæc leguntur : *Contra parietem exſurgam cum ira mea*, & *immittam tempeſtatem nimiam*, & *pluviam, diluvia*, & *lapides petrobolos*; quæ ſenſum reddunt, non verba.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

14. Et deſtruam parietem, quem liniſtis abſque temperamento : & adæquabo eum terræ, & revelabitur fundamentum ejus : & cadet, & conſumetur in medio ejus : & ſcietis quia ego ſum Dominus.

15. Et complebo indignationem meam in pariete, & in his qui liniunt eum abſque temperamento, dicamque vobis : Non eſt paries, & non ſunt qui liniunt eum.

16. Prophetæ Iſraël, qui prophetant ad Jeruſalem, & vident ei viſionem pacis : & non eſt pax, ait Dominus Deus.

17. Et tu fili hominis, pone faciem tuam contra filias populi tui, quæ prophetant de corde ſuo : & vaticinare ſuper eas,

18. & dic : Hæc dicit Dominus Deus : Væ quæ conſuunt pulvillos ſub omni cubito manus : & faciunt cervicalia ſub capite univerſæ ætatis ad capiendas animas : & cùm caperent animas populi mei, vivificabant animas eorum.

19. Et violabant me ad populum meum propter pugillum hordei, & fragmen panis, ut interficerent animas, quæ non moriuntur, & vivificarent animas, quæ non vivunt, mentientes populo meo credenti mendaciis.

20. Propter hoc hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego ad pulvillos veſtros, quibus vos capitis animas volantes : & dirumpam eos de brachiis veſtris : & dimittam animas, quas vos capitis, animas ad volandum.

21. Et dirumpam cervicalia veſtra, & liberabo populum meum de manu veſtra, neque erunt ultra in manibus veſtris ad prædandum : & ſcietis quia ego Dominus.

22. Pro eo quòd mœrere feciſtis cor juſti mendaciter, quem ego non contriſtavi : & confortaſtis manus impii, ut non reverteretur à via ſua mala, & viveret :

23. propterea vana non videbitis, & divinationes non divinabitis ampliùs, & eruam populum meum de manu veſtra : & ſcietis quia ego Dominus.

VERSIO ANTIQUA.

14. Et ſuffodiam parietem, quem liviſtis, & cadet : & ponam eum ſuper terram, & revelabuntur fundamenta ejus : & cadet, & conſumemini cum increpationibus : & cognoſcetis quia ego Dominus. *Hieron. ubi ſup.*

15. Et complebo furorem meum ſuper parietem, & ſuper eos qui linunt eum, cadet : dixique ad vos : Non eſt paries, neque qui liniunt eum.

16. Prophetæ Iſraël, qui prophetant ſuper Jeruſalem, & qui vident illi pacem : non eſt pax eis, dicit Dominus Deus.

17. Et tu fili hominis, obfirma faciem tuam ſuper filias populi tui, quæ prophetant de corde ſuo : & propheta ſuper eas, *Ibid. 774.*

18. & dices : Hæc dicit Adonai Dominus : Væ his quæ conſuunt cervicalia ſub omni cubito manûs, & faciunt velamina ſuper omne caput univerſæ ætatis, ut pervertant animas : animæ ſubverſæ ſunt populi mei, & animas ſalvabant.

19. Et contaminabant me ad populum meum propter pugillum hordei, & fragmentum panis, ut occiderent animas, quas non oportuit mori, & ſalvarent animas, quas non oportuit vivere, dum loquuntur populo audienti vanos ſermones.

20. Propterea hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego ſuper cervicalia veſtra, ſuper quæ vos colligitis animas : & diſrumpam ea de brachiis veſtris : & dimittam animas, quas vos pervertitis, animas eorum in diſperſionem.

21. Et diſrumpam velamina veſtra, & liberabo populum meum de manibus veſtris, & non erunt ultra in manibus veſtris in congregationem : & cognoſcetis quia ego Dominus.

22. Pro eo quòd pervertebatis animam juſti iniquè, & ego non pervertebam eum : & confortabatis manus iniqui, ut penitus non converteretur à via ſua peſſima, & viveret :

23. propterea mendacia veſtra ultra non videbitis, & divinationes nequaquam divinabitis adhuc, & liberabo populum meum de manu veſtra : & ſcietis quia ego Dominus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 14. Ita Græcè, verbum pro verbo. Optat. verò l. 3. cont. Donat. p. 65. c. alludens, addit : *Et percutiam parietem ruinoſum, & diſſolventur compagines ejus.*

℣. 15. Ita rurſum Græcè.

℣. 16. Concinit Græc. niſi quòd poſt *pacem*, addit ἐγὼ, tollitque ſeq. *eis*, cum ult. *Deus*. In Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. Ἀδωναὶ Κύριος, ut ſup.

℣. 17. Sic iterum Græcè.

℣. 18. Similia Græc. habet, detracta ſemper voce *Adonai*, quam ſervat Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. de more. Rurſum Hieron. in Ezech. 16. col. 794. a. habet : *Væ his qui conſuunt cervicalia ſub omni cubito manûs, & faciunt operimenta ſuper caput univerſæ ætatis.* Item Ambr. in Pſ. 118. col. 1023. f. *Væ iis qui adſuunt cervicalia :* & l. 1. de interpel. Job, c. 7. col. 634. f. *Væ iis qui adſuunt cervicalia, ad evertendas animas populi.* Optat. l. 2. cont. Donat. p. 45. c. *Væ filiabus Iſraël, quæ ſarciunt cervicalia, ut ſupponant ſub cubito, & ſub manu :* & ſupra l. 1. p. 3. a. *Væ facientibus velamen ſuper omne caput, & ſuper omnem ætatem, ad evertendas animas : animæ everſæ ſunt populi mei :* vide etiam l. 2. p. 43. a. Gildas Sap. caſtig. in Eccl. ord. *Væ his qui concinnant cervicalia ſubtus omne cubitum manûs, & faciunt velamina ſuper omne caput univerſæ ætatis, ad ſubvertendas animas.*

℣. 19. Eadem leguntur Græcè, exceptis his, ἐν ἔνεκεν κλασμάτων ἄρτων, & *propter fragmenta panum ;* item infra, ἐν τῷ ἀποφθέγγεσθαι ὑμᾶς, *dum loquimini vos*, pro *dum loquuntur :* in Mſ. Alex. ac ed. Ald. ἕνεκεν κλασμάτων ἄρτου. Optat. l. 4. cont. Donat. p. 74. a. legit : *Et maledicebant mihi in populo meo propter plenam manum hordei, & buccellam, ut occiderent animas, quas non oportuit mori, dum annuntiant populo meo vanas ſeductiones :* ſimiliter l. 1. p. 3. a. omiſſis tantùm his, *propter plenam manum hordei, & buccellam :* vide etiam l. 5. p. 90. c.

℣. 20. Græcè geminatur Κύριος, loco *Dominus Deus ;* & verbo *colligitis*, præponitur ἐκεῖ, *illic ;* cæt. concordant ad verbum.

℣. 21. Eadem leguntur Græcè, excepto uno ſingul. ἐκ χειρός, *de manu*, loco *de manibus.*

℣. 22. Græc. hab. καρδίαν δικαίου, *cor juſti*, loco *animam juſti ;* tollitque adv. ſeq. *iniquè*, quod tamen additur in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. cæt. ut in Lat. ſupra.

℣. 23. Totidem verba in Gr. præter duo, *veſtra ultra*, quæ deſunt poſt *mendacia.*

Digitized by Google

CAPUT XIV.

Versio antiqua.

Hieron. in Exech. 14. col. 776. ex Lxx.

1. ET venerunt ad me viri de ſenioribus Iſraël, & ſederunt ante faciem meam.

2. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:

3. Fili hominis, viri iſti poſuerunt cogitationes ſuas in cordibus ſuis, & tormentum iniquitatum ſuarum poſuerunt ante faciem ſuam: ſi reſpondens reſpondebo eis?

4. Propterea loqueris eis, & dic ad eos: Hæc dicit Adonai Dominus: Homo homo de domo Iſraël, qui poſuerit cogitationes ſuas in corde ſuo, & tormentum iniquitatis ſuæ poſuerit ante faciem ſuam, & venerit ad prophetam ut interroget eum in me: ego Dominus reſpondebo ei in his quibus tenetur mens ejus:

5. ut averteret domum Iſraël ſecundùm corda eorum, quæ abalienata ſunt à me in cogitationibus eorum.

6. Propterea dic ad domum Iſraël: Hæc dicit Dominus Deus: Convertimini, & recedite ab inventionibus veſtris, & ab omnibus impietatibus veſtris, & convertite facies veſtras ad me.

7. Quia homo homo de domo Iſraël, & de advenis qui peregrinantur in terra Iſraël, qui abalienatus fuerit à me, & poſuerit cogitationes ſuas in corde ſuo, & tormentum iniquitatis ſuæ poſuerit ante faciem ſuam, & venerit ad prophetam ut interroget eum in me: ego Dominus reſpondebo ei in eo quo tenetur.

8. Et obfirmabo faciem meam ſuper hominem illum, & ponam eum in deſertum, & in exterminium, & auferam eum de medio populi mei: & cognoſcetis quia ego Dominus.

9. Et propheta ſi erraverit, & locutus fuerit verbum: ego Dominus errare feci prophetam illum: & extendam manum meam ſuper eum, & exterminabo illum de medio populi mei Iſraël.

10. Et accipient iniquitatem ſuam: ſecundùm iniquitatem interrogantis, & iniquitas ſimiliter prophetæ erit:

11. ut nequaquam erret domus Iſraël à me, & non polluantur adhuc in cunctis delictis ſuis: & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum, dicit Adonai Dominus.

Gild. Sup. l. de excid. Brit. p. 714. 8.

12. Factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:

13. Fili hominis, terra quæ peccaverit mihi, ut delinquat delictum, extendam manum meam, & conteram ejus firmamentum panis: & emit-

Vulgata nova.

1. ET venerunt ad me viri ſeniorum Iſraël, & ſederunt coram me.

2. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:

3. Fili hominis, viri iſti poſuerunt immunditias ſuas in cordibus ſuis, & ſcandalum iniquitatis ſuæ ſtatuerunt contra faciem ſuam: nunquid interrogatus reſpondebo eis?

4. Propter hoc loquere eis, & dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Homo homo de domo Iſraël, qui poſuerit immunditias ſuas in corde ſuo, & ſcandalum iniquitatis ſuæ ſtatuerit contra faciem ſuam, & venerit ad prophetam interrogans per eum me: ego Dominus reſpondebo ei in multitudine immunditiarum ſuarum:

5. ut capiatur domus Iſraël in corde ſuo, quo receſſerunt à me in cunctis idolis ſuis.

6. Propterea dic ad domum Iſraël: Hæc dicit Dominus Deus: Convertimini, & recedite ab idolis veſtris, & ab univerſis contaminationibus veſtris avertite facies veſtras.

7. Quia homo homo de domo Iſraël, & de proſelytis quicunque advena fuerit in Iſraël, ſi alienatus fuerit à me, & poſuerit idola ſua in corde ſuo, & ſcandalum iniquitatis ſuæ ſtatuerit contra faciem ſuam, & venerit ad prophetam ut interroget per eum me: ego Dominus reſpondebo ei per me.

8. Et ponam faciem meam ſuper hominem illum, & faciam eum in exemplum, & in proverbium, & diſperdam eum de medio populi mei: & ſcietis quia ego Dominus.

9. Et propheta cùm erraverit, & locutus fuerit verbum: ego Dominus decepi prophetam illum: & extendam manum meam ſuper illum, & delebo eum de medio populi mei Iſraël. *Sup. 13. 3.*

10. Et portabunt iniquitatem ſuam: juxta iniquitatem interrogantis, ſic iniquitas prophetæ erit:

11. ut non erret ultra domus Iſraël à me, neque polluatur in univerſis prævaricationibus ſuis: ſed ſint mihi in populum, & ego ſim eis in Deum, ait Dominus exercituum.

12. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:

13. Fili hominis, terra cùm peccaverit mihi, ut prævaricetur prævaricans, extendam manum meam ſuper eam, & conteram virgam panis ejus: *Sup. 4. 16. & 5. 16.*

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Græc. Καὶ ἦλθον πρός με ἐκ τῶν πρεσβυτέρων ἄνδρες τῦ λαῦ Ἰσραήλ, &c. ut ſup. at in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. Καὶ ἦλθον πρός με ἄνδρες ἀπὸ (Compl. ἐκ) τῶν πρεσβυτέρων τῦ λαῦ Ἰσραήλ· in Mſ. Alex. deeſt τῦ λαῦ.

℣℣. 2. 3. Similiter habentur Græcè.

℣. 4. Græc. initio hab. Διαῦτο λάλησον αὐλοῖς, ἃ ἐρεῖς πρὸς αὐτούς· *Propterea loquere eis, & dices ad eos;* reliqua ut in textu, detracta ſemper voce, *Adonai*, quam retinet de more Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. Hoc autem, *ut interroget eum in me*, abeſt tam à Gr. Vatic. quàm ab aliis.

℣. 5. Concordat Græc. ad verbum.

℣. 6. Græcè, loco *Dominus Deus*, habetur Κύριος Κύριος; deeſt verò ult. *ad me;* cætera ſimilia. Mſ. Alex. loco penult. *facies veſtras*, hab. πρός με.

℣. 7. Hæc ſimiliter exſtant Græcè, excepta voce *terra*, quæ deeſt ibid. ante 2. *Iſraël;* extremò verò additur ἐν αὐτῷ, *in ipſo*, ult. verbo *tenetur*.

℣. 8. Totidem verba in Græco; rurſumque apud Hieron. in Ezech. 13. col. 775. d. præter hoc 1. *firmabo*, è Gr. στηριῶ; paulòque poſt, *in diſſipationem*, loco *in exterminium;* ultimòque, *& ſcietis quia ego*, &c. abſque præced. *mei*, poſt *populi*.

℣. 9. Eadem leguntur Græcè, niſi quòd pro *erraverit*, habetur πλανήσῃ, *errare fecerit;* deleturque *verbum*, poſt ſeq. *locutus fuerit;* at in ed. Compl. eſt, πλανηθῇ, ἐν λαλήσῃ λόγον. Auguſt. l. de Gra. & l. arb. to. 10. 741. f. ſimiliter legit: *Et propheta ſi erraverit, & locutus fuerit: ego Dominus ſeduxi prophetam illum: & extendam manum meam ſuper eum, & exterminabo eum de medio populo meo Iſraël:* item l. 5. cont. Julian. to. 10. 634. d. *ego Dominus ſeduxi prophetam illum..... & exterminabo eum de medio populi mei Iſraël.*

℣. 10. Sic iterum Græcè, præter hoc, κατὰ τὸ ἀδίκημα, *ſecundùm iniquitatem*, ubi eſt τὸ *iniquitas*.

℣. 11. Ita in Græco, addito uno ἔτι, *ultra*, poſt verbum *erret;* detracto verò *Adonai*, quod ſervant de more edd. Ald. & Compl. cum Mſ. Alex.

℣. 12. Conſonat Græc. ad verbum. Cypr. etiam epiſt. ad Fortun. p. 264. c. legit: *Et fuit verbum Domini ad me, dicens.*

℣. 13. Græc. præponit ἐν, verbo *extendam;* & ad *manum meam*, addit ἐπ' αὐτην, *ſuper eam;* cæt. ut in Lat. ſupra. Similiter apud Cypr. epiſt. ad Fortun. p. 264. c. *Fili hominis, terra quæcunque peccaverit mihi, ut delin-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

& immittam in eam famem, & interficiam de ea hominem, & jumentum.

14. Et si fuerint tres viri isti in medio ejus, Noe, Daniel, & Job: ipsi justitiâ suâ liberabunt animas suas, ait Dominus exercituum.

15. Quòd si & bestias pessimas induxero super terram ut vastem eam; & fuerit invia, eò quòd non sit pertransiens propter bestias:

16. Tres viri isti si fuerint in ea, vivo ego, dicit Dominus Deus, quia nec filios, nec filias liberabunt: sed ipsi soli liberabuntur, terra autem desolabitur.

VERSIO ANTIQUA.

tam in eam famem, & tollam de ea hominem, & pecora. *Gild. ubi sup.*

14. Et si sint tres viri isti in medio ejus, Noe, Daniel, & Job, non liberabunt eam: ipsi in sua justitia salvi erunt, dicit Dominus.

15. Quòd si etiam bestias malas inducam super terram, & puniam illam, & erit in exterminium, & non erit qui iter faciat à facie bestiarum:

16. Et tres viri isti in medio ejus sint, vivo ego, dicit Dominus, si filii, & filiæ ejus liberabuntur: sed ipsi soli salvi erunt, terra autem erit in interitum.

VULGATA NOVA.

17. Vel si gladium induxero super terram illam, & dixero gladio: Transi per terram: & interfecero de ea hominem, & jumentum:

18. & tres viri isti fuerint in medio ejus: vivo ego, dicit Dominus Deus, non liberabunt filios, neque filias: sed ipsi soli liberabuntur.

19. Si autem & pestilentiam immisero super terram illam, & effudero indignationem meam super eam in sanguine, ut auferam ex ea hominem, & jumentum:

20. Et Noe, & Daniel, & Job fuerint in medio ejus: vivo ego, dicit Dominus Deus, quia filium & filiam non liberabunt: sed ipsi justitiâ suâ liberabunt animas suas.

21. Quoniam hæc dicit Dominus Deus: Quòd & si quatuor judicia mea pessima, gladium, & famem, ac bestias malas, & pestilentiam immisero in Jerusalem, ut interficiam de ea hominem, & pecus: 21... *Vide Not.*

22. tamen relinquetur in ea salvatio educentium filios, & filias: ecce ipsi ingredientur ad vos, & videbitis viam eorum, & adinventiones eorum, & consolabimini super malo, quod induxi in Jerusalem, in omnibus quæ importavi super eam.

23. Et consolabuntur vos, cùm videritis viam eorum, & adinventiones eorum: & cognoscetis quòd non frustra fecerim omnia, quæ feci in ea, ait Dominus Deus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

quæ delictum, extendam manum meam super eam, & obteram flabilimentum panis: & immittam in eam famem, & auferam ab ea hominem, & pecora: ita rursum habet l. de lapsi. p. 188. a.

℣. 14. Eadem sunt in Græco, præter hoc, *non liberabunt eam*, quod deest: initio verò est, Καὶ ἐὰν ὦσιν; paulòque post, ἢ Δανιήλ. Similiter apud Cypr. l. de lapsi. p. 188. a. & epist. ad Fortun. p. 264. c. *Et si fuerint tres viri hi in medio ejus, Noe, & Daniel, & Job, non liberabunt filios, neque filias: ipsi soli salvi erunt.* Apud S. Pacian. ep. 3. p. 309. h. *Et si fuerint tres hi in medio, Noe, Job, & Daniel, non liberabunt filios, neque filias: ipsi soli salvi erunt:* & infra p. 314. b. *Et si tres in medio eorum fuerint, Noe, Job, & Daniel, non liberabunt filios, neque filias: sed ipsi soli salvi erunt.*

℣. 15. Itidem Græcè, detractâ conjunct. &, post *exterminium*, quam tamen hab. Mss. Alex.

℣. 16. Sic est in Græco, præter hoc, ἢ θυγατέρες αὐτῶν λήμψονται, *aut filiæ salvabuntur*, loco *& filiæ ejus liberabuntur*: in Mss. Alex. ἢ θυγατέρες αὐτῶν, &c. in Compl. αὐτῶν, ἢ θυγατέρες.

℣. 21. Hieron. in hunc loc. col. 779. f. ait pro *pestilentia*, Vulgatam editionem, & inf. 780. c. LXX. *mortem* transtulisse.

CAPUT XV.

VULGATA NOVA.

1. ET factus est sermo Domini ad me, dicens:

2. Fili hominis, quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum, quæ sunt inter ligna silvarum?

3. Nunquid tolletur de ea lignum, ut fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus, ut dependeat in eo quodcunque vas?

VULGATA NOVA.

VERSIO ANTIQUA.

4. Ecce igni datum est in escam: utramque partem ejus consumpsit ignis, & medietas ejus redacta est in favillam: nunquid utile erit ad opus?

4..... annuam purgationem ejus consumit ignis, & dimittit in finem..... *Hieron. in Ezech. 15. col. 781. a. f.*

VULGATA NOVA.

5. Etiam cùm esset integrum, non erat aptum ad opus: quantò magis cùm illud ignis devoraverit, & combusserit, nihil ex eo fiet operis?

6. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Quomodo lignum vitis inter ligna silvarum, quod dedi igni ad devorandum, sic tradam habitatores Jerusalem.

VULGATA NOVA.

VERSIO ANTIQUA.

7. Et ponam faciem meam in eos: de igne egredientur, & ignis consumet eos: & scietis quia ego Dominus, cùm posuero faciem meam in eos,

7..... cùm obfirmavero faciem meam in eos. *Hieron. ubi sup.*

8. & dedero terram inviam, & desolatam: eò quòd prævaricatores exstiterint, dicit Dominus Deus.

8..... *Vide Not.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Ita posuere LXX. teste Hieron. pro Vulgatæ nostræ his, *utramque partem ejus..... in favillam.* Sic etiam hodie legimus Græcè, excepto uno, ἀπ' αὐτῆς, *ex ea*, loco *ejus*; at in Mss. Alex. αὐτῆς; in Compl. ἐπ' αὐτῆς.

℣℣. 7. 8. Ita rursum in Græco. Hieron. quoque ait LXX. loco *prævaricationem*, *delictum* esse interpretatos.

Digitized by Google

CAPUT XVI.

Versio antiqua.

1. ET factus est sermo Domini ad me, dicens:
2. Fili hominis, testificare Jerusalem iniquitates suas:

Hieron. in Ezech. 16. col. 782. ex Lxx.

3. & dices ad eam: Hæc dicit Adonai Dominus: [a] Pater tuus Chananæus, mater tua Chethæa: radix tua, & generatio tua de terra Chanaan.

[a] *Hilar. in Ps. 52. col. 92. c.*

Hieron. in Ezech. 16. col. 784. ex Lxx.

4. Et generatio tua in die qua nata es, non ligaverunt mamillas tuas, & umbilicus tuus non est præcisus, & in aqua non es lota in salutem, nec sale salita, & pannis non es involuta.

5. Nec pepercit super te oculus tuus, ut facerem tibi unum ex omnibus istis, & pateretur quippiam super te: & projecta es super faciem campi pravitate animæ tuæ, in die qua nata es.

Ibid. 786.

6. Et transivi per te, & vidi te mistam in sanguine tuo: & dixi tibi: De sanguine tuo vita:

7. Multiplicare: sicut ortum agri dedi te: & multiplicata es, & magnificata es, & ingressa es in civitates civitatum: ubera tua erecta sunt, & pilus tuus ortus est: tu autem eras nuda, plena ignominiæ.

8. Et transivi per te, & vidi te: & ecce tempus tuum, tempus divertentium: & expandi alas meas super te, & operui ignominiam tuam. Et

Ibid. 787.

juravi tibi, & ingressus sum in testamentum tecum (dicit Adonai Dominus) & facta es mihi.

9. Et lavi te aquâ, & mundavi sanguinem tuum ex te: & unxi te oleo.

Ibid. 788. 789.

10. Et indui te variis, & calciavi te hyacintho: & cinxi te byssо, & circumdedi te trichapto.

Hieron. epist. ad Damas. to. 4. 155. d. & in Osc. 2. col. 1245. b.

11. Et ornavi te ornamento, & imposui tibi armillas circa manus tuas, & monile circa collum tuum.

Vulgata nova.

1. ET factus est sermo Domini ad me, dicens:
2. Fili hominis, notas fac Jerusalem abominationes suas:

3. & dices: Hæc dicit Dominus Deus Jerusalem: Radix tua, & generatio tua de terra Chanaan: pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa.

4. Et quando nata es, in die ortus tui, non est præcisus umbilicus tuus, & aquâ non es lota in salutem, nec sale salita, nec involuta pannis.

5. Non pepercit super te oculus ut faceret tibi unum de his, misertus tui: sed projecta es super faciem terræ in abjectione animæ tuæ, in die qua nata es.

6. Transiens autem per te, vidi te conculcari in sanguine tuo: & dixi tibi cùm esses in sanguine tuo: Vive: dixi, inquam, tibi: In sanguine tuo vive.

7. Multiplicatam quasi germen agri dedi te: & multiplicata es, & grandis effecta, & ingressa es, & pervenisti ad mundum muliebrem: ubera tua intumuerunt, & pilus tuus germinavit: & eras nuda, & confusione plena.

8. Et transivi per te, & vidi te: & ecce tempus tuum, tempus amantium: & expandi amictum meum super te, & operui ignominiam tuam. Et juravi tibi, & ingressus sum pactum tecum (ait Dominus Deus) & facta es mihi.

9. Et lavi te aquâ, & emundavi sanguinem tuum ex te: & unxi te oleo.

10. Et vestivi te discoloribus, & calceavi te janthino: & cinxi te byssо, & indui te subtilibus.

11. Et ornavi te ornamento, & dedi armillas in manibus tuis, & torquem circa collum tuum.

Notæ ad Versionem antiquam.

¥¥. 1. 2. Sic habentur Græcè.

¥. 3. Græcè ita, & nonnullis inversis vocibus: Καὶ ἐρεῖς· Τάδε λέγει Κύριος (Compl. Ἀδοναὶ Κύριος) τῇ Ἱερουσαλήμ· Ἡ ῥίζα σου, καὶ ἡ γένεσίς σου ἐκ γῆς Χαναάν· ὁ πατήρ σου Ἀμορραῖος, καὶ ἡ μήτηρ σου Χεττταία. Item apud Tertul. l. cont. Jud. c. 9. p. 142. b. *Pater tuus Amorrhæus, & mater tua Chethæa.*

¥. 4. Græcè, pro *ligaverunt*, vel ut inf. *alligaverunt*, legitur ἔδησας, *ligavisti*; ac in Mſ. Alex. ἔδησαν· cætera quadrant, detractis tamen his, & *umbilicus tuus non est præcisus*, ut & infra, *in salutem*. Hieron. tamen ep. ad Eustoch. to. 4. p. 2. col. 32. b. constanter hab. *non est præcisus umbilicus tuus*: sed in Osc. 2. col. 1245. b. hæc tantùm refert: *In die quando nata es, non ligaverunt mamillas tuas, & sale non es salita.* Chromat. Aquil. in Matth. pag. 980. a. *aqua non est lota, neque sale salita.* Sola Compl. ed. addit, ἐλεύσῃ εἰς σωτηρίαν. Similiter Auct. op. imp. in Matth. hom. 33. pag. 138. e. *In qua die nata es, non est præcisus tuus umbilicus, & non alligaverunt mamillas tuas, & etiam in aqua non es lota in salutem, neque oleo uncta es, neque sale salita, neque pannis involuta es.* Gr. καὶ ἐν σπαργάνοις νῦν ἐσπαργανώθης· σπάργανον autem, *pannus oblongus*, seu *fascia qua infans involvitur.*

¥. 5. Itidem Græcè, si excipiatur ὀφθαλμός μου, *oculus meus*, loco *oculus tuus*; paulòque post, τοῦ παθεῖν, *ad patiendum*, loco & *pateretur*. Similiter hab. Auct. op. imp. in Matth. hom. 33. p. 138. e. *Neque pepercit oculus meus in te, ut facerem tibi unum ex istis omnibus, ut pateretur aliquid super te: & projecta es in faciem campi, & in pravitate animæ tuæ, in qua die nata es.*

¥. 6. Sic iterum in Græco, excepto uno ἐπὶ σὲ, *super te*, loco *per te*. Hieron. autem in Osc. 2. col. 1245. b. sic habet: *Et transivi per te, & inveni te nudam, & detumpatam, & conspersam in sanguine.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 33. p. 138. e. *Et transivi ad te, & vidi te conspersam in sanguine tuo: & dixi tibi: De sanguine tuo bibes*, f. *vives*, Mſs. antiquorum more, qui convertunt *b*, in *v*, & *v* in *b*. Gr. ζωή.

¥. 7. Similiter in Græco, nisi quòd legitur ἡ ἀναβολή, *oriens*, vel *ortus*, loco *ortum*, Nobil. *hortus*; extremò etiam præponitur ἐν, voci *plena*. Auct. op. imp. in Matth. hom. 33. p. 139. a. sic habet: *Et multiplicavi te, sicut hortum agri dedi: & multiplicata es, & magnificata es, & intrasti in civitates civitatum.*

¥. 8. Ita rursum in Græco, additâ tamen conjunct. καὶ, post hoc, *tempus tuum*; detractâ verò de more voce *Adonai*, quæ semper habetur in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl.

¥. 9. Græc. similiter, Καὶ ἔλουσά σε ἐν ὕδατι, καὶ ἐξέπλυνα τὸ αἷμά σου ἀπὸ σοῦ· καὶ ἤχρισά σε ἐν ἐλαίῳ.

¥. 10. Ita Græcè ad verbum. Pro *trichapto* autem, testatur Hieron. ibid. Aquilam posuisse *floridо*, sive *palpabili*; Symm. *indumento*; Theodot. ipsum verbum Hebr. *messe*: tum addit: *Cùmque diligenter inquirerem quid sibi vellet vocabulum* trichapti, *quod LXX. transtulerunt, & à nullo Græcorum nec usum, nec etymologiam possem invenire sermonis; tandem didici à LXX. esse compositum (rebus enim novis nova fingenda sunt nomina) quod tanta subtilitatis fuerit vestimentum, ut pilorum & capillorum tenuitatem habere credatur. Unde & ego volens tenuitatem exprimere vestimenti, pro* trichapto, subtilibus *transtuli, quod tenui flamine atque subtegmine textum erat.* De hoc vocabulo vide sis plura ap. Nobil.

¥. 11. Hieron. ubi sup. ad Damas. simpliciter habet: *Ornavi te ornamento, & imposui tibi armillas circa manus tuas*: at in Osc. 11. col. 1245. b. *Et ornamenta circumposui tibi, & dedi armillas circa manus tuas*; deinde, & *monile*, &c. ut supra: in Ezech. verò XVI. col. 789. f. *Et ornavi te ornamento*; subinde ex LXX. & *circumdedi armillis manus tuas*; demum ex Hebr. & Vulg. & *torquem circa collum tuum*: tum addit: *Pro* torque, *quam not juxta Aquilæ secundam editionem, & Symmachum interpretati sumus, LXX. & Theodotio* κάθεμα *transtulerunt*: *.....puto autem* κάθεμα *ab eis dictum ex variis gemmis in*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

12. Et dedi inaurem ſuper os tuum, & circulos auribus tuis, & coronam decoris in capite tuo.

13. Et ornata es auro, & argento, & veſtita es byſſo, & polymito, & multicoloribus: ſimilam, & mel, & oleum comediſti, & decora facta es vehementer nimis: & profeciſti in regnum.

14. Et egreſſum eſt nomen tuum in gentes propter ſpeciem tuam: quia perfecta eras in decore meo, quem poſueram ſuper te, dicit Dominus Deus.

15. Et habens fiduciam in pulchritudine tua, fornicata es in nomine tuo: & expoſuiſti fornicationem tuam omni tranſeunti, ut ejus fieres.

16. Et ſumens de veſtimentis tuis feciſti tibi excelſa hinc inde conſuta: & fornicata es ſuper eis, ſicut non eſt factum, neque futurum eſt.

17. Et tuliſti vaſa decoris tui de auro meo, atque argento meo, quæ dedi tibi: & feciſti tibi imagines maſculinas, & fornicata es in eis.

18. Et ſumpſiſti veſtimenta tua multicoloria, & operuiſti illas: & oleum meum, & thymiama meum poſuiſti coram eis.

19. Et panem meum, quem dedi tibi, ſimilam, & oleum, & mel, quibus enutrivi te, poſuiſti in conſpectu eorum in odorem ſuavitatis, & factum eſt, ait Dominus Deus.

20. Et tuliſti filios tuos, & filias tuas, quas generaſti mihi: & immolaſti eis ad devorandum. Nunquid parva eſt fornicatio tua?

21. Immolaſti filios meos, & dediſti, illos conſecrans, eis.

22. Et poſt omnes abominationes tuas, & fornicationes, non es recordata dierum adoleſcentiæ tuæ, quando eras nuda, & confuſione plena, conculcata in ſanguine tuo.

23. Et accidit poſt omnem malitiam tuam (væ, væ tibi, ait Dominus Deus)

24. & ædificaſti tibi lupanar, & feciſti tibi

VERSIO ANTIQUA.

12. Et dedi inaurem ſuper nares tuas, & rotulas ſuper aures tuas, & coronam gloriationis ſuper caput tuum. *Hieron. in Ezech. 16. col. 790. b. c. f. ex Lxx.*

13. Et ornata es auro, & argento, & amictus tui byſſini, & trichapta, & verſicoloria: ſimilam, & mel, & oleum comediſti, & ſpecioſa facta es vehementer nimis. *Ibid. 791. d. & in Iſai. 27. col. 230. c.*

14. Et exivit nomen tuum in gentes in ſpecie tua: quia completum erat in pulchritudine, quam poſui ſuper te, dicit Dominus Deus. *In Ezech. 792. f. ex Lxx.*

15..... *Vide Not.*

16. Et tuliſti de veſtibus tuis, & feciſti tibi idola conſuta: & fornicata es ſuper eis, & non ingredieris, neque fiet. *Ibid. 793.*

17. Et protuliſti de vaſis gloriæ tuæ de auro meo, & de argento meo, ex quibus dedi tibi: & feciſti tibi imagines maſculinas, & fornicata es in eis. *Auguſt. l. 3. cont. Donat. to. 9. 121. a.*

18. Et accepiſti veſtem meam verſicoloriam, & cooperuiſti idola tua: & oleum meum, & incenſum meum poſuiſti ante faciem idolorum tuorum.

19. Et panes meos, quos dedi tibi, & ſimilagine, & melle, & oleo cibavi te, & poſuiſti hæc ante faciem idolorum tuorum in odorem bene olentem. [a] Et factum eſt poſt hæc, dicit Adonai Dominus, [a] *Hieron. in Ezech. 16. col. 795. c.*

20. & tuliſti filios tuos, & filias tuas, quas genuiſti: & immolaſti eis in conſumptionem. Quaſi parum fornicata ſis:

21. & interfeciſti filios tuos, & dediſti eos, cùm offerres illis.

22. Hoc eſt ſuper omnem fornicationem tuam, & abominationes tuas: & non es recordata diei infantiæ tuæ, quando eras nuda, & ignominioſa; miſta in ſanguine tuo vixiſti.

23. Et factum eſt poſt omnes malitias tuas, dicit Adonai Dominus, *Ibid. 796.*

24. & ædificaſti tibi habitaculum fornicationis,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

poſtus mulierum monile deſcendens, qui & ipſe ornatus pulcherrimus mulierum eſt. Græc. hod. Καὶ ἐκόσμησά σε κόσμῳ, καὶ περιέθηκα ψέλια περὶ τὰς χεῖράς σου, καὶ κάδεμα περὶ τὸν τράχηλόν σου.

℣. 12. Itidem Græcè, præter hoc, περὶ τὸν μυκτῆρά σου, *circa nares tuas*; at in Mſ. Alex. ἐπὶ τὸν μυκτῆρα, ut ſupra.

℣. 13. Eadem ſunt in Græco, niſi quòd *oleum* ponitur ante *mel*; extremòque habetur, καὶ ἐγένου καλὴ σφόδρα, & *facta es pulchra valde*: in Mſ. Alex. ſic geminatur, σφόδρα σφόδρα, in Compl. σφόδρα σφοδρῶς. Vulg. addit, & *profeciſti in regnum*; ſed Hieron. inf. 792. e. monet hoc apud LXX. non haberi: *qui forſitan*, inquit, *Alexandria in Græcum ſermonem Scripturas ex Hebraïca veritate vertentes, timuerunt hoc edere, ne regem Ægypti viderentur offendere, dum à Deo Jeruſalem debitum regnum eſſe commemorarent: quanquam eruditi ſolos quinque libros Moyſi ab eis interpretatos probent.*

℣. 14. Græcè, poſt τὸ *completum erat*, ita ſubtexitur, ἐν εὐπρεπείᾳ, ἐν τῇ ὡραιότητί, *in decore, in pulchritudine*; in Compl. ὡραιότητός; cæt. conveniunt, niſi quòd extremò deeſt vox *Deus*; at in Mſ. Alex. necnon in edd. Ald. & Compl. conſtanter, Ἀδοναὶ Κύριος.

℣. 15. Hieron. nihil ſubnectit hîc ex ed. LXX. quo more utitur, quotieſcunque Hebr. & Gr. non valde differunt inter ſe: & ſanè in Gr. legimus: Καὶ ἐπεποίθεις ἐν τῷ κάλλει σου, καὶ ἐπόρνευσας ἐπὶ τῷ ὀνόματί σου· καὶ ἐξέχεας τὴν πορνείαν σου ἐπὶ πάντα παράοδον· quæ Vulgatæ reſpondent pene ad verbum.

℣. 16. Sic iterum Græcè. Hieron. infra 794. a. ait LXX. habere, & *non intrabis, neque erit*; quod idem valet.

℣. 17. Græc. in principio hab. Καὶ ἔλαβες τὰ σκεύη τῆς καυχήσεώς σου, *Et tuliſti vaſa gloriationis tuæ*; reliqua ut in Lat. ſupra.

℣. 18. Græc. Καὶ ἔλαβες τὸν ἱματισμὸν τὸν ποικίλον σου, καὶ περιέβαλες αὐτάς, Mſ. Alex. αὐτά· reliqua ut ſup. excepto ult. αὐτῶν, *eorum*, loco *idolorum tuorum*.

℣. 19. Græc. hab. Σεμίδαλιν, *ſimilam*, abſque præced. & ſtatimque, καὶ ἔλαιον, καὶ μέλι ἐψώμισά σε· paulòque poſt, αὐτῶν, loco *idolorum tuorum*; ut & εὐωδίας, *ſuavitatis*, loco *bene olentem*; extremò verò tollit *poſt hæc*, cum penult. voce *Adonai*; cæt. ſimilia: in Mſ. tamen Alex. ac ed. Ald. eſt: καὶ ἐγένετο μετὰ ταῦτα, λέγει Κύριος· in Compl. Ἀδοναὶ Κύριος. Hieron. eriam in hunc loc. col. 794. f. ait initio LXX. tranſtuliſſe *panes meos*, non *panem meum*.

℣. 20. Ita Græcè ad verbum.

℣. 21. Hieron. infra: *In eo autem loco*, inquit, *in quo nos poſuimus*, & dediſti, illos conſecrans, eis, *pro quo LXX. tranſtulerunt*, & dediſti eos ad placandum, *ſive* expiandum; *Aquila, Symm.* & *Theodotio poſuerunt*, tranſtuliſti, & tranſduxiſti eos: in Gr. hod. ita: καὶ ἔδωκας αὐτὰ, ἐν τῷ ἀποτροπιάζεσθαί σε αὐτὰ αὐτοῖς· quæ Nobil. vertit, & *dediſti eis, in expiando te ipſos eis*; Verſio antiqua adhibita ab Hieron. & *dediſti eos cùm offerres illis*, ut ſup.

℣. 22. Græc. delet hoc, & *abominationes tuas*, ut & inſ. vocem *diei*; cæt. concordant ad verbum: imo Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. add. καὶ τὰ βδελύγματά σου· καὶ ἐν ἐμνήσθης τῆς ἡμέρας τῆς, &c. Alex. τὰς ἡμέρας.

℣. 23. Itidem Græcè, detracta de more voce *Adonai*, quam tamen ed. Compl. habet. Hieron. ibid. poſt *malitias tuas*, addit, *væ væ tibi*, quod ſuſtulimus; Hieron. enim infra ait: *Hoc quod ſecundò dicitur*, væ væ tibi, *Vulgata editio non habet, ſed de Theodotionis editione additum eſt*: & ſanè hodie id non legitur in Græco; nec ap. Hieronymum habetur, niſi ſub aſteriſco, & cum duobus punctis craſſioribus in fine.

℣. 24. Similiter hodie legitur in Græco.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Hieron. ubi ſup. & feciſti tibi proſtitutionem in omni platea.	proſtibulum in cunctis plateis.
25. Et in principio omnis viæ ædificaſti fornicationes tuas : & corrupiſti decorem tuum : & divaricaſti crura tua omni tranſeunti, & multiplicaſti fornicationem tuam.	25. Ad omne caput viæ ædificaſti ſignum proſtitutionis tuæ : & abominabilem feciſti decorem tuum : & diviſiſti pedes tuos omni tranſeunti, & multiplicaſti fornicationes tuas.
26. Et fornicata es cum filiis Ægypti vicinis tuis, qui ſunt magnarum carnium : & multipliciter fornicata es, ut me ad iracundiam provocares.	26. Et fornicata es cum filiis Ægypti vicinis tuis magnarum carnium : & multiplicaſti fornicationem tuam ad irritandum me.
Ibid. 798. 27. Si autem extendero manum meam ſuper te, & auferam legitima tua : & dabo te in animas odientium te filiarum alienigenarum, quæ te declinare fecerunt de via tua. Impiè egiſti,	27. Ecce ego extendam manum meam ſuper te, & auferam juſtificationem tuam : & dabo te in animas odientium te filiarum Palæſtinarum, quæ erubeſcunt in via tua ſcelerata.
Ibid. 799. b. 28. & fornicata es in filios Aſſur, & nec ſic ſatiata es : & fornicata es, & non es repleta.	28. Et fornicata es in filiis Aſſyriorum, eò quòd necdum fueris expleta : & poſtquam fornicata es, nec ſic es ſatiata.
29. Et multiplicaſti teſtamenta tua ad terram Chanaan & Chaldæorum : & neque in iſtis expleta es.	29. Et multiplicaſti fornicationem tuam in terra Chanaan cum Chaldæis : & nec ſic ſatiata es.
30. Quid faciam cordi tuo, dicit Adonai Dominus ; cùm feceris hæc omnia opera mulieris fornicariæ, & impudentis? Et fornicata es tripliciter in filiabus tuis,	30. In quo mundabo cor tuum, ait Dominus Deus ; cùm facias omnia hæc opera mulieris meretricis, & procacis ?
31. quando ædificaſti lupanar tuum in principio omnis viæ, & baſim tuam feciſti in omni platea : & non fuiſti quaſi meretrix congregans mercedes.	31. Quia fabricaſti lupanar tuum in capite omnis viæ, & excelſum tuum feciſti in omni platea : nec facta es quaſi meretrix faſtidio augens pretium,
Ibid. 801. 32. Mulier adultera ſimilis tui, à viro ſuo accipiens mercedes,	32. ſed quaſi mulier adultera, quæ ſuper virum ſuum inducit alienos.
33. omnibus qui fornicabantur cum ea dabat mercedes : & tu dediſti mercedes cunctis amatoribus tuis, & onerabas illos, ut venirent ad te per circuitum in fornicatione tua.	33. Omnibus meretricibus dantur mercedes : tu autem dediſti mercedes cunctis amatoribus tuis, & dona donabas eis, ut intrarent ad te undique ad fornicandum tecum.
34. Et factum eſt in te perverſum contra mulieres in fornicatione tua, & poſt te non ſunt fornicatæ : in eo quòd dares mercedes, & mercedes non ſunt datæ tibi, & factum eſt in te perverſum.	34. Factumque eſt in te contra conſuetudinem mulierum in fornicationibus tuis, & poſt te non erit fornicatio : in eo enim quòd dediſti mercedes, & mercedes non accepiſti, factum eſt in te contrarium.
Ibid. 802. 35. Propterea meretrix audi verbum Domini.	35. Propterea meretrix audi verbum Domini.
36. Hæc dicit Adonai Dominus : Quia effudiſti æs tuum, & revelabitur ignominia tua in fornicatione tua ad amatores tuos, & in omnes cogitationes iniquitatum tuarum, & in ſanguine filiorum tuorum, quos dediſti eis :	36. Hæc dicit Dominus Deus : Quia effuſum eſt æs tuum, & revelata eſt ignominia tua in fornicationibus tuis ſuper amatores tuos, & ſuper idola abominationum tuarum in ſanguine filiorum tuorum, quos dediſti eis :
37. Ideo ecce ego ſuper te congregabo omnes amatores tuos, quibus commiſta es ; & omnes quos dilexiſti, cum univerſis quos oderas : & congregabo eos ſuper te per circuitum, & revelabo malitias tuas ad eos, & videbunt cunctam ignominiam tuam.	37. Ecce ego congregabo omnes amatores tuos, quibus commiſta es ; & omnes quos dilexiſti, cum univerſis quos oderas : & congregabo eos ſuper te undique, & nudabo ignominiam tuam coram eis, & videbunt omnem turpitudinem tuam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 25. Eadem rurſum in Græco, præter unum, τὰ πορνεῖα, *lupanaria*, loco *fornicationes* ; at in Compl. τὰς πορνείας.

℣. 26. Ita fert Græc. niſi quòd hab. ἐπὶ τοὺς υἱούς, *ſuper filios*, pro *cum filiis*.

℣. 27. Græc. delet *te*, poſt *dabo* ; addit verò Mſ. Alex. ſubinde Vatic. hab. θυγατέρας, *filias*, loco *filiarum* ; ultimòque, ἃς ὑβρίσασας, *quæ impiè egiſti* ; cæt. ut in Lat. ſupra. Hieron. ibid. ait : *Quod ſequitur*, ὑβρίσασας, *hoc eſt*, impiè egiſti, *juxta LXX. ſequenti capitulo coaptatur, juxta cæteros, finis ſuperioris eſt.*

℣. 28. Ita Græcè, præter vocem θυγατέρας, *filias*, loco *filios*.

℣. 29. Sic iterum in Græco, detracta voce *Chanaan* ; at in Mſ. Alex. eſt, Χαναναίων καὶ Χαλδαίων.

℣. 30. Græcè habetur initio : Τί διαθῶ τὴν θυγατέρα σου, λέγει Κύριος· ἐν τῷ ποιῆσαί σε, &c. *Quomodo diſponam filiam tuam, dicit Dominus ?* reliqua ut ſup. niſi quòd deeſt τὸ & *impudentis*. In ed. autem Compl. Τί ποιήσω τῇ καρδίᾳ σου, λέγει Ἀδωναὶ Κύριος ; ut ſupra. Hieron. ibid. ait : *Quod dixere LXX.* Et fornicata es tripliciter in filiabus tuis : *in Hebraïco non habetur, nec aliorum Interpretum quiſquam poſuit.*

℣. 31. Græc. in principio ſic hab. Τὸ πορνεῖον ᾠκοδόμησας ἐν πάσῃ ἀρχῇ ὁδοῦ, *Lupanar ædificaſti in omni principio viæ* ; paulò verò poſt tollit negationem ante *fuiſti* ; cæt. ut in textu : at in ed. Compl. eſt : Ἐν τῷ οἰκοδομῆσαί σε τὸ πορνεῖόν σου ἐν ἀρχῇ πάσης ὁδοῦ, ut ſupra.

℣. 32. Conſonat Græc. ad verbum. Sed Hieron. ibid. ait : *Hoc quod in LXX. ſcriptum eſt*, ſimilis tui, *in Hebraïco non habetur, & lectionis conturbat ordinem, & facit non minimam quæſtionem, quæ mulier, cujus ſimilis ſit.*

℣. 33. Totidem verba leguntur Græcè.

℣. 34. Ita fert Græc. Vatic. præter hoc, μετά σου πεπορνεύκασι, *tecum fornicatæ ſunt*, loco *poſt te non ſunt fornicatæ* ; edd. autem Ald. & Compl. hab. μετά σε οὐ πεπορνεύκασι, Compl. πορνεύουσιν ; extremò Vatic. hab. num. plurali, καὶ ἐγένετο ἐν σοὶ διεστραμμένα, *& facta ſunt in te perverſa* ; Ald. verò & Compl. διεστραμμένον. Rurſum Hieron. ep. ad Damaſ. to. 4. 152. f. 153. a. legit : *Et factum eſt in te perverſum ultra mulieres, quæ ante fornicationem tuam, & poſt te ſunt fornicatæ : in eo quòd dediſti mercedes, & mercedes tibi non ſunt datæ.*

℣. 35. Sic eſt in Græco.

℣. 36. Eadem leguntur Græcè, excepta voce *Adonai*, quæ deeſt ; ſed habetur in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. pro *ſanguine* verò, tam in Vatic. quàm in aliis eſt τοῖς αἵμασι, *ſanguinibus*.

℣. 37. Græc. in principio hab. Διὰ τοῦτο ἰδοὺ ἐγὼ ἐπισυνάγω πάντας τοὺς ἐραστάς σου, ἐν οἷς ἐφιλήσατε ἐν αὐτοῖς, &c. *Propter hoc ecce ego ſupercongrego omnes amatores tuos, in quibus commiſta es in eis* ; reliqua ut in textu. In Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. eſt, ἐπὶ σὲ συνάγω.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Inf. 23. 20. 38. Et judicabo te judiciis adulterarum, & effundentium ſanguinem: & dabo te in ſanguinem furoris & zeli.

39. Et dabo te in manus eorum, & deſtruent lupanar tuum: & demolientur proſtibulum tuum: & denudabunt te veſtimentis tuis, & auferent vaſa decoris tui: & derelinquent te nudam, plenamque ignominia:

40. & adducent ſuper te multitudinem, & lapidabunt te lapidibus, & trucidabunt te gladiis ſuis.

4. Reg. 25. 9. 41. Et comburent domos tuas igni, & facient in te judicia in oculis mulierum plurimarum: & deſines fornicari, & mercedes ultra non dabis.

42. Et requieſcet indignatio mea in te: & auferetur zelus meus à te, & quieſcam, nec iraſcar ampliùs.

43. Eò quòd non fueris recordata dierum adoleſcentiæ tuæ, & provocaſti me in omnibus his: quapropter & ego vias tuas in capite tuo dedi, ait Dominus Deus, & non feci juxta ſcelera tua in omnibus abominationibus tuis.

44. Ecce omnis, qui dicit vulgò proverbium, in te aſſumet illud, dicens: Sicut mater, ita & filia ejus.

45. Filia matris tuæ es tu, quæ projecit virum ſuum, & filios ſuos: & ſoror ſororum tuarum es tu, quæ projecerunt viros ſuos, & filios ſuos: mater veſtra Cethæa, & pater veſter Amorrhæus.

46. Et ſoror tua major, Samaria, ipſa & filiæ ejus, quæ habitant ad ſiniſtram tuam: ſoror autem tua minor te, quæ habitat à dextris tuis, Sodoma, & filiæ ejus.

47. Sed nec in viis earum ambulaſti, neque ſecundùm ſcelera earum feciſti pauxillum minus: pene ſceleratiora feciſti illis in omnibus viis tuis.

48. Vivo ego, dicit Dominus Deus, quia non fecit Sodoma ſoror tua ipſa, & filiæ ejus, ſicut feciſti tu, & filiæ tuæ.

Geneſ. 19. 24. 49. Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia, ſaturitas panis & abundantia, & otium ipſius, & filiarum ejus: & manum egeno & pauperi non porrigebant.

50. Et elevatæ ſunt, & fecerunt abominationes coram me: & abſtuli eas ſicut vidiſti.

VERSIO ANTIQUA.

38. Et ulciſcar te ultione adulterarum, & effundentium ſanguinem: & ponam te in ſanguine furoris & zeli. *Hieron. ubi ſup.*

39. Et tradam te in manus eorum, & ſuffodient lupanar tuum: & deſtruent baſim tuam: & nudabunt te veſtimentis tuis, & tollent vaſa gloriationis tuæ: & derelinquent te nudam, & plenam ignominiæ:

40. & adducent ſuper te multitudinem, & lapidabunt te lapidibus, & truncabunt te gladiis ſuis.

41. Et ſuccendent domos tuas igni, & facient in te ultiones coram mulieribus plurimis: & avertam te à fornicatione, & mercedes ultra non dabis.

42. Et immittam furorem meum ſuper te: & auferetur zelus meus à te, & requieſcam, & non ero ultra ſollicitus.

43. Quia non es recordata diei infantiæ tuæ, & contriſtabas me in his omnibus: & ecce ego vias tuas in caput tuum dabo, dicit Adonai Dominus, & ſic feciſti iniquitatem ſuper cunctis iniquitatibus tuis.

44. Hæc ſunt omnia, quæ dixerunt contra te in parabola, dicentes: Sicut mater, & filia. *Ibid.* 804.

45. Filia matris tuæ tu es, quæ repulit virum ſuum, & filios ſuos: & ſorores ſororum tuarum, quæ repulerunt viros ſuos, & filios ſuos: mater veſtra Chethæa, & pater veſter Amorrhæus.

46. Soror veſtra ſenior, Samaria, hæc & filiæ ejus, quæ habitant à ſiniſtris tuis: & ſoror tua junior te, quæ habitat à dextris tuis, Sodoma, & filiæ ejus.

47. Et nec ſic quidem in viis ejus ambulaſti, neque ſecundùm iniquitates illius egiſti paulò minùs: & tranſgreſſa es eas in omnibus viis tuis.

48. Vivo ego, dicit Adonai Dominus, ſic fecit Sodoma ſoror tua hæc, & filiæ ejus, ſicut feciſti tu, & filiæ tuæ. *Ibid.* 805. *f.*

49. Veruntamen fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, ſuperbia in ſaturitate panum, & in abundantia: deliciis affluebat ipſa, & filiæ ejus; hoc habebat ipſa, & filiæ ejus: & manum pauperis & egeni non aſſumebant.

50. Et gloriabantur magnificè, & fecerunt iniquitates in conſpectu meo: & abſtuli eas ſicut vidiſti.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 38. Ita Græcè, præter ſingul. μοιχαλίδος, *adulteræ*, loco *adulterarum*, abſque ſeq. & *effundentium ſanguinem*: at in ed. Compl. eſt, μοιχαλίδων, καὶ ἐκχεουσῶν αἷμα· in Ald. & Mſ. Alex. μοιχαλίδος, καὶ ἐκχεούσης αἷμα.

℣. 39. Similiter in Græco, niſi excipiatur verbum ἀφήσουσι, *dimittent*, pro *derelinquent*.

℣. 40. Græc. Καὶ ἄξουσιν ἐπὶ σὲ ὄχλους, καὶ..... ἐν λίθοις, καὶ καταφάξουσί σε ἐν τοῖς, &c. ut ſup.

℣. 41. Similia leguntur Græcè, excepto verbo δώσω, *dabo*, pro *dabis*; at in Mſ. Alex. δῶς, in Compl. πρισδῶς.

℣. 42. Conſonat Græc. cum Latino ſup. Hieron. in Iſai. 1. col. 11. b. ſic habet: *zelus meus recedet à te, & non iraſcar tibi ampliùs*: & in Naum 1. col. 1559. d. *zelus meus receſſit à te, & non iraſcar ultra tibi*: & epiſt. ad Cypr. to. 2. 702. b. *jam non iraſcar tibi, & zelus meus receſſit à te.*

℣. 43. Græc. tollit vocem *diei*; & inf. pro *dabo*, hab. δέδωκα, *dedi*; paulòque poſt, ἀσέβειαν, *impietatem*, loco *iniquitatem*, abſque præced. *Adonai*; cæt. optimè conveniunt. Apud Ambroſ. l. 3. de Spir. S. col. 674. b. & *contriſtaſtis me in omnibus his, dicit Dominus.* Rurſum apud Hieron. in Matth. 26. col. 129. e. & *in omnibus iſtis contriſtabas me.*

℣. 44. Itidem Græcè.

℣. 45. Abeſt à Gr. Vatic. pronom. *veſter*, poſt penult. *pater*; ſed in Compl. eſt πατὴρ ὑμῶν, ſicut in M.. Alex. cæt. conveniunt cum Lat. Meliùs tamen legeretur *ſoror es*, quàm *ſorores*; quod agnoviſſe videtur Hieronymus: ſed apud LXX. ſcriptum erat *ſorores*; & in ed. Rom. etiamnum legitur: καὶ ἀδελφαὶ τῶν ἀδελφῶν σου, αἱ ἀπωσάμεναι τοὺς, &c. vel ut in Mſ. Alex. καὶ αἱ ἀδελφαί σου τῶν ἀδελφῶν, αἳ, &c. Sic etiam legiſſe (inquit Nobilius) S. Hieronymum in LXX. patet ex iis quæ ſcribit in comment. en verba: *Et ſoror ſororum ſuarum, ut poſt paulnlum lecturi ſumus, Sodoma vocatur, & Samaria..... Porro quod in LXX. legitur*: ſorores (edit. malè *ſoror es*) ſororum tuarum, quæ repulerunt viros ſuos, & filios ſuos, *non habet ſenſum. Quas enim alias ſorores habebant Sodoma & Samaria, quæ ſorores ſunt Jeruſalem?* In quibuſdam tamen libris, teſte Nobilio, & apud Theodoretum eſt ἀδελφή, *ſoror*, non ἀδελφαί, *ſorores*. Hieron. etiam in Iſai. 54. col. 390. f. habet: *Filia matris tuæ tu es, quæ deteſtaſti virum tuum.* Tertul. que l. 3. adv. Marc. p. 674. c. *pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa.*

℣. 46. Hæc tota reſpondent Græco, excepto uno ſingul. ἡ κατοικοῦσα, *quæ habitat*, loco *quæ habitant*.

℣. 47. Ita fert Græc. excepto duplici αὐτῶν, *illarum*, loco *ejus*, & *illius*: item loco *tranſgreſſa es*, habetur ὑπερῆκεισαι, ad litt. *ſupergreſſa es*.

℣. 48. Conſonat Græc. niſi quòd hab. *ſi* πεποίηκε, *ſi fecit*, loco *ſic fecit*, quod mendum eſſe poteſt: in eodem etiam Gr. deeſt vox *Adonai*, ut & hoc, *ſoror tua*; ſed in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. eſt, ἡ ἀδελφή σου αὐτή.

℣. 49. Tota iſta concinunt cum Græco, ſi addatur vocula *hæc*, 1. conjunctioni *veruntamen*; Græcè enim ita. Πλὴν τοῦτο τὸ ἀνόμημα. Hieron. inf. monet id *quod poſuere LXX.* hoc habebat ipſa, & filiæ ejus, *in Hebraico non* haberi; deeſt etiam in Vulg. & notatur obelo eòdem loci in edit. nov. Hieron.

℣. 50. Eadem ſunt in Græco, præter verbum ult. ἑώρακα, *vidi*, pro *vidiſti*.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup. 51. Et Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccavit: & multiplicasti iniquitates tuas super eas, & justificasti sorores tuas in omnibus iniquitatibus tuis, quas operata es.

Ibid. 807. a. 52. Et tu sustine tormentum tuum, in eo quòd corruperis sorores tuas in peccatis tuis, quibus iniquè egisti super eas: & justificasti illas super te: & tu confundere, & susci pe ignominiam tuam, eò quòd justificaveris sorores tuas.

53. Et convertam conversiones earum conversione Sodomorum, & filiarum ejus: & convertam conversionem Samariæ, & filiarum ejus: & convertam conversionem tuam in medio earum,

54. ut portes tormentum tuum, & habeas ignominiam ex omnibus, quæ fecisti, ut me ad iracundiam provocares.

Ibid. 808. b. 55. Et soror tua Sodoma, & filiæ ejus restituentur sicut fuerunt à principio: & Samaria, & filiæ ejus restituentur sicut fuerunt à principio: & tu, & filiæ tuæ, restituemini sicut fuistis ab initio.

Ibid. 809. b. 56. Nisi fuisset Sodoma soror tua ad audiendum in ore tuo, in diebus superbiæ tuæ,

57. antequam revelarentur malitiæ tuæ, sicut nunc est filiarum Syriæ: & nisi hoc fuisset, quid factum esset tibi, & omnium in circuitu tuo filiarum alienigenarum, quæ circumdant te per gyrum?

58. impietates tuas & iniquitates tuas tu porta.

Ibid. 810. b. 59. Hæc dicit Adonai Dominus: Et faciam in te, sicut fecisti, sicut despexisti hæc, ut prætereres testamentum meum:

60. & recordabor ego testamenti mei, quod feci tecum in diebus adolescentiæ tuæ: & suscitabo tibi testamentum sempiternum.

61. Et recordaberis viæ tuæ, & despicieris: cùm receperis sorores tuas te majores cum junioribus tuis: & dabo eas tibi in probationem, & non ex testamento tuo.

62. Et suscitabo ego testamentum meum tecum: & cognosces quia ego Dominus,

63. ut recorderis, & confundaris, & non sit tibi ultra aperire os à facie ignominiæ tuæ, cùm propitius fuero tibi juxta omnia quæ fecisti, dicit Dominus Deus.

VULGATA NOVA.

51. Et Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccavit: sed vicisti eas sceleribus tuis, & justificasti sorores tuas in omnibus abominationibus tuis, quas operata es.

52. Ergo & tu porta confusionem tuam, quæ vicisti sorores tuas peccatis tuis, sceleratiùs agens ab eis: justificatæ sunt enim à te: ergo & tu confundere, & porta ignominiam tuam, quæ justificasti sorores tuas.

53. Et convertam restituens eas conversione Sodomorum cum filiabus suis, & conversione Samariæ, & filiarum ejus: & convertam reversionem tuam in medio earum,

54. ut portes ignominiam tuam, & confundaris in omnibus, quæ fecisti consolans eas.

55. Et soror tua Sodoma, & filiæ ejus revertentur ad antiquitatem suam: & Samaria, & filiæ ejus revertentur ad antiquitatem suam: & tu, & filiæ tuæ, revertemini ad antiquitatem vestram.

56. Non fuit autem Sodoma soror tua audita in ore tuo, in die superbiæ tuæ,

57. antequam revelaretur malitia tua: sicut hoc tempore in opprobrium filiarum Syriæ, & cunctarum in circuitu tuo filiarum Palæstinarum, quæ ambiunt te per gyrum:

58. scelus tuum, & ignominiam tuam tu portasti, ait Dominus Deus.

59. Quia hæc dicit Dominus Deus: Et faciam tibi, sicut despexisti juramentum, ut irritum faceres pactum:

60. & recordabor ego pacti mei tecum in diebus adolescentiæ tuæ: & suscitabo tibi pactum sempiternum.

61. Et recordaberis viarum tuarum, & confundêris: cùm receperis sorores tuas te majores cum minoribus tuis: & dabo eas tibi in filias, sed non ex pacto tuo.

62. Et suscitabo ego pactum meum tecum: & scies quia ego Dominus,

63. ut recorderis, & confundaris, & non sit tibi ultra aperire os præ confusione tua, cùm placatus tibi fuero in omnibus quæ fecisti, ait Dominus Deus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 51. Similia Græc. habet, præter unum κατὰ τὰς ἡμίσεις, *secundùm dimidia*, loco *dimidium*.

℣. 52. Totidem verba in Græco.

℣. 53. Ita rursum Græcè, præter accusat. ἀποστροφὴν, *conversionem*, pro ablat. *conversione*.

℣. 54. Sic est in Græco, verbum pro verbo.

℣. 55. Eadem exstant Græcè, præter hæc intermedia, & *Samaria*, & *filiæ ejus restituentur sicut fuerunt à principio*, quæ desunt: habentur tamen in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. sed omittuntur à Theodoreto, si Nobilio fides.

℣. 56. Græc. Καὶ εἰ μὴ ἦν Σόδομα ἡ ἀδελφή σου εἰς ἀκοὴν, &c. i. e. *Et nisi fuisset Sodoma soror tua in auditum in*, &c. ut supra.

℣. 57. Græcè, ὃν τρόπον νῦν ὄνειδος εἶ, *sicut nunc opprobrium es*, loco *sicut nunc est*; paulò verò post desunt ista, & *nisi hoc fuisset, quid factum esset tibi?* exinde pro *in circuitu tuo*, est κύκλῳ αὐτῆς, *in circuitu ejus*; cætera quadrant.

℣. 58. Ita de Græco: extremò tamen pro *porta*, habetur κεκόμισαι αὐτὰς, λέγει Κύριος, *portasti eas, dicit Dominus*; sed al. κόμισαι, ut supra.

℣. 59. Ad verbum è Græco, excepta voce *Adonai*, quæ semper deest: habetur tamen in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. pro more.

℣. 60. Eodem modo legitur Græcè.

℣. 61. Similiter in Græco, præter vocem οἰκοδομὴν, *ædificationem*, loco *probationem*; at in Mſ. Alex. δοκιμὴν, ut supra.

℣. 62. Itidem Græcè.

℣. 63. Ita de Græco, verbum è verbo: additur tamen ibi τοῦτο, ad *os*, tolliturque ult. *Deus*; sed in Mſ. Alex. & Compl. est τὸ στόμα, absque ϛῦ; & in Ald. & Compl. Ἀδοναὶ Κύριος, in fine.

CAPUT XVII.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Ezech. 17. col. 811. ex Lxx. 1. ET factus est sermo Domini ad me, dicens:

2. Fili hominis narra narrationem, & dic pa-

VULGATA NOVA.

1. ET factum est verbum Domini ad me, dicens:

2. Fili hominis propone ænigma, & narra

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 1. 2. Similiter in Græco.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

parabolam ad domum Iſraël,

3. & dices: Hæc dicit Dominus Deus: Aquila grandis magnarum alarum, longo membrorum ductu, plena plumis, & varietate, venit ad Libanum, & tulit medullam cedri.

4. Summitatem frondium ejus avulſit: & tranſportavit eam in terram Chanaan, in urbe negotiatorum poſuit illam.

5. Et tulit de ſemine terræ, & poſuit illud in terra pro ſemine, ut firmaret radicem ſuper aquas multas: in ſuperficie poſuit illud.

6. Cùmque germinaſſet, crevit in vineam latiorem humili ſtatura, reſpicientibus ramis ejus ad eam: & radices ejus ſub illa erant: facta eſt ergo vinea, & fructificavit in palmites, & emiſit propagines.

7. Et facta eſt aquila altera grandis, magnis alis, multiſque plumis: & ecce vinea iſta quaſi mittens radices ſuas ad eam, palmites ſuos extendit ad illam, ut irrigaret eam de areolis germinis ſui.

8. In terra bona ſuper aquas multas plantata eſt: ut faciat frondes, & portet fructum, ut ſit in vineam grandem.

9. Dic: Hæc dicit Dominus Deus: Ergone proſperabitur? nonne radices ejus evellet, & fructus ejus diſtringet, & ſiccabit omnes palmites germinis ejus, & areſcet: & non in brachio grandi, neque in populo multo, ut evelleret eam radicitus?

10. Ecce plantata eſt: ergone proſperabitur? nonne cùm tetigerit eam ventus urens ſiccabitur, & in areis germinis ſui areſcet?

VERSIO ANTIQUA.

rabolam ad domum Iſraël, *Hieron. ubi ſup.*

3. & dices: Hæc dicit Adonai Dominus: Aquila magna magnarum alarum, longo ductu, plena unguium, quæ habet ductum intrandi in Libanum, & tulit electa cedri.

4. Summitates teneritudinis avellit: & attulit eas in terra Chanaan, in civitate murata poſuit illud.

5. Et tulit de ſemine terræ, & dedit illud in campo plantationem ſuper aquas multas: ut reſpiceretur poſuit illud.

6. Ortumque eſt, & factum in vineam infirmam & parvulam magnitudine, ut tantùm apparerent rami ejus ſub ea: & radices illius ſubter illam erant: & facta eſt in vineam magnam, & fecit propagines, & extendit ramos ſuos.

7. Et facta eſt aquila altera grandis, magnarum alarum, plurimis unguibus: & ecce vinea hæc implicata erat ad eam, & radices ejus ad illam, & ramos ſuos extendit ad illam, ut irrigaret eam cum gleba plantationis ſuæ. *Ibid.* 812.

8. In campo bono ſuper aquam multam ipſa impinguata eſt: ut faceret germina, & afferret fructum, & eſſet in vineam grandem.

9. Propterea dic: Hæc dicit Adonai Dominus: Si dirigetur? nonne radices teneritudinis ejus, & fructus illius computreſcet, & areſcent omnia quæ ex ea orta ſunt: & non in brachio magno, neque in populo multo, ut evellat eam à radicibus ſuis?

10. Et ecce impinguatur: nunquid dirigetur? nonne ſtatim ut tetigerit eam ventus urens, areſcet ac ſiccabitur ariditate, cum gleba germinis ſui areſcet?

VULGATA NOVA.

11. Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens:

12. Dic ad domum exaſperantem: Neſcitis quid iſta ſignificent? Dic: Ecce venit rex Babylonis in Jeruſalem: & aſſumet regem, & principes ejus, & adducet eos ad ſemetipſum in Babylonem.

13. Et tollet de ſemine regni, ferietque cum eo fœdus: & ab eo accipiet jusjurandum: ſed & fortes terræ tollet,

14. ut ſit regnum humile, & non elevetur, ſed cuſtodiat pactum ejus, & ſervet illud.

15. Qui recedens ab eo miſit nuncios ad Ægyptum, ut daret ſibi equos, & populum multum. Nunquid proſperabitur, vel conſequetur ſalutem qui fecit hæc? & qui diſſolvit pactum, nunquid effugiet?

16. Vivo ego, dicit Dominus Deus: quoniam in loco regis, qui conſtituit eum regem, cujus fecit irritum juramentum, & ſolvit pactum, quod habebat cum eo, in medio Babylonis morietur.

17. Et non in exercitu grandi, neque in populo multo faciet contra eum Pharao prælium: in jactu aggeris, & in exſtructione vallorum, ut interficiat animas multas.

18. Spreverat enim juramentum ut ſolveret fœdus, & ecce dedit manum ſuam: & cùm omnia hæc fecerit, non effugiet.

19. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Vivo ego, quoniam juramentum quod ſprevit, & fœdus quod prævaricatus eſt, ponam in caput ejus.

20. Et expandam ſuper eum rete meum, & comprehendetur in ſagena mea: & adducam eum in Babylonem, & judicabo eum ibi in prævaricatione, qua deſpexit me. *Sup.* 12. 13. *Inf.* 32. 3.

21. Et omnes profugi ejus cum univerſo agmine ſuo, gladio cadent: reſidui autem in omnem ventum diſpergentur: & ſcietis quia ego Dominus locutus ſum.

VULGATA NOVA.

22. Hæc dicit Dominus Deus: Et ſumam

VERSIO ANTIQUA.

22. Quia hæc dicit Adonai Dominus: Et au- *Hieron. ubi ſup.* 814. *f.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 3. Ita rurſum Græcè, niſi quòd pro *longo ductu*, habetur ὁ μακρὸς τῇ ἐκτάσει, i. e. *longa extenſione*; deeſt etiam vox *Adenai* de more, quæ tamen exſtat in edd. Ald. & Compl. Apud Hieron. in Iſai. 35. col. 280. f. rurſus: *Aquila magnarum alarum plena unguibus, quæ habet ductum intrandi in Libanum, & Carmelum.*

℣. 4. Græc. habet εἰς γῆν..... εἰς πόλιν, *in terram..... in civitatem*; ultimòque, αὐτὰ, *eas*, non *illud*; cæt. ut in Lat. ſup.

℣. 5. Similiter in Græco, excepto uno ſingul. ἐφ' ὕδατι πολλῷ, *ſuper aquam multam.*

℣. 6. Gr. caret hac voce, *magnitudine*, poſt *parvulam*; loco verò ſeqq. *ut tantùm apparerent rami ejus ſub ea*, hab. τῷ ἐπιφαίνεσθαι αὐτὴν τὰ κλήματα αὐτοῦ ἐπ' αὐτόν· quæ Nobil. ſic vertit: *ut ipſa exſtare faceret ramos ſuos ſuper illum*; cætera ut in textu, ſi tollas *magnam*, poſt *vineam*; Mſ. tamen Alex. cum ed. Ald. addit μεγάλην, ut & ſup. μεγέθει, poſt *parvulam*; ſtatimque, τῷ vel τῷ ἐπιφαίνεσθαι αὐτῇ τὰ κλήματα αὐτῆς ἐπ' αὐτήν· in Ald. & Compl. deeſt αὐτῇ.

℣. 7. Hæc tota concinunt cum Græco, excepta voce *plurimis*, pro qua πολύς, *multa.*

℣. 8. Ita Græcè, exceptis his, πιαίνεσθαι τῷ πιεῖν..... ἐκ φέρειν..... τῷ εἶναι, *impinguatur: ut faciat..... & ferat... ut ſit*, &c.

℣. 9. A Græco abeſt conſtanter vox *Adonai*, ſicut *illius*, ante *computreſcet*; loco verò *orta ſunt*, eſt προγεγερμένα, *progerminantia*; cæt. ut ſupra. In edd. Ald. & Compl. de more Ἀδωναὶ Κύριος.

℣. 10. Ita de Græco, præter τὸ *ac ſiccabitur ariditate*, quod deeſt: à Mſ. Alex. ac. edd. Ald. & Compl. abeſt tantùm, *ac ſiccabitur.*

℣. 22. Sic habetur Græcè, detracta ſemper voce *Adonai*, quæ tamen in edd. Ald. & Compl. eſt; loco verò 1.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup. feram ego de electis cedri de vertice : de corde eorum auferam, & plantabo super montem excelsum.

23. Et suspendam illud in monte sublimi Israël, & plantabo, & afferet germen, & faciet fructum, & erit in cedrum magnam : & requiescet *Ibid. 815.* sub ea omnis avis, & omne volatile sub umbra ejus requiescet, & rami ejus restituentur.

24. Et scient omnia ligna campi, quia ego Dominus qui humilio lignum excelsum, & exalto lignum humile : & arefacio lignum viride, & germinare facio lignum aridum. Ego Dominus locutus sum, & facio.

VULGATA NOVA.

ego de medulla cedri sublimis, & ponam : de vertice ramorum ejus tenerum distringam, & plantabo super montem excelsum & eminentem.

23. In monte sublimi Israël plantabo illud, & erumpet in germen, & faciet fructum, & erit in cedrum magnam : & habitabunt sub ea omnes volucres, & universum volatile sub umbra frondium ejus nidificabit.

24. Et scient omnia ligna regionis, quia ego Dominus humiliavi lignum sublime, & exaltavi lignum humile : & siccavi lignum viride, & frondere feci lignum aridum. Ego Dominus locutus sum, & feci.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

auferam, constanter, λήψομαι, *sumam*. Apud Hieron. sup. post hanc vocem, *vertice*, legitur sub asteriſco, & *dabo de capite ramorum ejus*; quod abest à Gr. Vatic. monet etiam S. Doctor inf. hoc *de Theodotionis editione additum esse* in LXX. Ferunt Ald. & Compl. cum Mſ. Alex.

℣. 23. Similia Græc. exhibet detracta unâ conjunct. &, ante vocem *rami*, quæ tamen habetur in Mſ. Alex. necnon in edd. Ald. & Compl.

℣. 24. Eadem leguntur Græcè, excepto ult. ποιήσω, *faciam*, pro *facio*.

CAPUT XVIII.

VERSIO ANTIQUA.

Julian. ap. Aug. l. 3. op. imp. to. 10. 1067. e. 1. ET factus est sermo Domini ad me, dicens : 2. Fili hominis, quid vobis parabolam istam in terrâ Israël, dicentium : Patres manducaverunt uvam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt ?

3. Vivo ego, dicit Adonai Dominus, si amplius dicetur parabola hæc in Israël.

4. Quoniam omnes animæ, meæ sunt : quemadmodum anima patris, ita & anima filii; omnes animæ, meæ sunt : anima, quæ peccat, ipsa morietur.

5. Homo autem qui fuerit justus, qui faciet judicium & justitiam,

6. in montibus non manducabit, & oculos suos non extollet ad desideria domûs Israël : & uxorem proximi sui non contaminabit, & ad mulierem menstruatam non accedet :

7. & hominem non deprimet : & pignus debitori reddet, & rapinam non rapuerit : panem

VULGATA NOVA.

1. ET factus est sermo Domini ad me, dicens : 2. Quid est quòd inter vos parabolam vertitis in proverbium istud in terra Israël, dicentes : Patres comederunt uvam acerbam, & *Jer. 31.* dentes filiorum obstupescunt ? *29.*

3. Vivo ego, dicit Dominus Deus, si erit ultra vobis parabola hæc in proverbium in Israël.

4. Ecce omnes animæ, meæ sunt : ut anima patris, ita & anima filii mea est : anima, quæ peccaverit, ipsa morietur.

5. Et vir si fuerit justus, & fecerit judicium & justitiam,

6. in montibus non comederit, & oculos suos non levaverit ad idola domus Israël : & uxorem proximi sui non violaverit, & ad mulierem menstruatam non accesserit :

7. & hominem non contristaverit : pignus debitori reddiderit, per vim nihil rapuerit : pa-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Similiter ap. Hieron. in hunc loc. col. 815. f. sicut etiam in Græco. Julian. omittit &, ante *factus est*.

℣. 2. Idem Julian. infra, 1069. e. *ut quid vobis istam parabolam, ut dicatis : Parentes manducaverunt uvas acerbas*, &c. Gr. Τί ὑμῖν ἡ παροιμία αὕτη ἐν τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, λέγοντες· Οἱ πατέρες ἔφαγον ὄμφακα, &c. ut supra. Hieron. in Ezech. 18. col. 815. f. *Fili hominis, quæ est parabola hæc inter filios Israël, dicentium : Patres comederunt uvam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt ?* & in Ezech. 12. col. 770. a. *quid est vobis parabola ista in populo Israël, dicentium : Patres comederunt*, &c. ut sup. & in Jerem. 31. col. 683. f. *Fili hominis, quid vobis & parabola ista inter filios Israël, dicentium : Patres comederunt*, &c. & in epist. ad Tit. to. 4. 415. c. *Parentes uvam acerbam comederunt, & dentes*, &c. August. Enchirid. to. 6. 214. b. *Patres manducaverunt uvam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt ;* Mſs. antiquiores ibid. *obstipuerunt*, à *stipite*. Auct. quæst. ex V. T. q. 14. ap. Aug. to. 3. 47. g. *Patres nostri manducaverunt uvam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt*.

℣. 3. Hieron. in Ezech. 18. col. 818. d. *Vivo ego, dicit Adonai Dominus, si fuerit ultra ut dicatur hæc parabola in Israël.* Ita quoque in Græco est, detracta voce *Adonai*, quæ tamen exstat in Compl. & in Mſ. Alex. Rursus Hieron. in Jer. 31. col. 683. f. legit : *Vivo ego, dicit Dominus, si fuerit ultra hac parabola in Israël ;* Gr. ἐὰν γένηται ἔτι λεγομένη ἡ, &c.

℣. 4. Totidem verba in Græco, præter τὸ *omnes animæ*, post *filii*, quod deest. Ambros. in Luc. 17. col. 1483. e. legit : *Omnes animæ, meæ sunt : sicut anima patris, ita etiam anima filii mea est :* item l. de bono mort. c. 2. col. 390. a. addit : *anima, quæ peccat, ipsa morietur :* similiter in Ps. 1. col. 766. a. & in Luc. 9. col. 1420. c. at l. 2. de fide res. col. 1143. e. *anima enim, quæ peccaverit, ipsa morietur.* Auct. etiam l. de XLII. manss. ap. Ambr. col. 14. a. *anima, quæ peccaverit*, &c. Ambrosiast. p. 60. d. *anima enim, quæ peccat*, &c. Hieron. in Ezech. 18. col. 818. d. sic hab. ex LXX. *Quia omnes animæ, meæ sunt : quomodo anima patris, ita anima filii mea est : anima, quæ peccaverit, ipsa morietur :* & in Jer. 31. col. 683. f. 684. a. *Quia omnes animæ, meæ sunt : sicut anima patris, sic & anima filii : anima, quæ peccaverit, ipsa morietur.* August. epist. 44. to. 2. 106. c. *sicut enim anima patris mea est, ita & anima filii mea est : anima enim, quæcunque peccaverit, sola morietur :* & epist. 250. col. 878. e. *anima patris mea est, & anima filii mea est : anima, quæ peccaverit, ipsa morietur :* ita rursum ser. 35. to. 5. 174. d. & l. 3. op. imp. to. 10. 1068. f. Optat. l. 2. & 6. cont. Donat. p. 31. b. 102. c. *quoniam anima patris mea est, & anima filii mea est : anima, quæ peccat, sola punietur.* Victorin. Afric. l. 3. adv. Arium, p. 276. a. *Omnes animæ, sunt meæ : ut anima patris, sic & anima filii.* Auct. l. ad Novat. apud Cyprian. p. 440. *Omnes animæ, meæ sunt : sicut anima patris, & anima filii : anima, quæ peccaverit, ipsa morietur.* S. Pacian. epist. 3. p. 309. h. *quomodo anima patris, ita & anima filii, meæ sunt : unusquisque in suo peccato morietur.*

℣. 5. Cypr. l. 3. Testim. p. 318. c. *Homo autem qui erit justus ;* deinde ut infra ℣. 7. Hieron. in Ezech. 18. col. 819. c. sic pergit ex LXX. *Home autem qui fuerit justus, qui facit judicium & justitiam.* Græcè, Ὁ δὲ ἄνθρωπος ὃς ἔσται δίκαιος, ὁ ποιῶν, &c.

℣. 6. Hieron. ubi sup. *super montes non comederit, & oculos suos non levaverit ad cogitationes domûs Israël : & uxorem proximi sui non contaminaverit, & ad mulierem fluentem sanguine non accesserit.* Sic etiam hodie in Græco.

℣. 7. Cypr. l. 3. Testim. p. 318. c. *hominem non opprimet : & pignus debitoris reddet, & rapinam non faciet :* &

Digitized by Google

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.
Isai. 58. 7. nem ſuum eſurienti dederit, & nudum operuerit veſtimento:	ſuum eſurienti dabit, & nudum operiet veſtimento: *Julian. ubi ſup.*
Matth. 25. 35. 8. ad uſuram non commodaverit, & ampliùs non acceperit: ab iniquitate averterit manum ſuam, & judicium verum fecerit inter virum & virum:	8. & pecuniam ſuam in uſuram non dabit, & ſuperabundantiam non accipiet: & ab injuſtitia avertet manum ſuam, & judicium juſtum faciet inter virum & proximum ejus:
9. in præceptis meis ambulaverit, & judicia mea cuſtodierit ut faciat veritatem: hic juſtus eſt, vitâ vivet, ait Dominus Deus.	9. & in præceptis meis ambulavit, & juſtificationes meas cuſtodivit ut faceret eas: juſtus eſt iſte, vitâ vivet, dicit Adonai Dominus.
10. Quòd ſi genuerit filium latronem effundentem ſanguinem, & fecerit unum de iſtis:	10. Et ſi genuerit filium peſtilentem, effundentem ſanguinem, & facientem peccata:
11. & hæc quidem omnia non facientem, ſed in montibus comedentem, & uxorem proximi ſui polluentem:	11. in via patris ſui juſti non ambulavit, ſed qui in montibus manducavit, & uxorem proximi ſui contaminavit:
12. egenum & pauperem contriſtantem, rapientem rapinas, pignus non reddentem, & ad idola levantem oculos ſuos, abominationem facientem:	12. & mendicum & pauperem depreſſit, & rapinam rapuit, & pignus non reddidit, & in ſimulacra poſuit oculos ſuos, & iniquitatem fecit: *Ibid. 1068. a.*
13. ad uſuram dantem, & ampliùs accipientem: nunquid vivet? non vivet: cùm univerſa hæc deteſtanda fecerit, morte morietur, ſanguis ejus in ipſo erit.	13. cum uſura dedit, & ſuperabundantiam accepit: hic vitâ non vivet: omnes iſtas iniquitates fecit, morte morietur, ſanguis ejus ſuper ipſum erit.
14. Quòd ſi genuerit filium, qui videns omnia peccata patris ſui quæ fecit, timuerit, & non fecerit ſimile eis:	14. Si autem genuerit filium, & viderit omnia peccata patris ſui quæ fecit, & timuerit, & non fecerit ſecundùm iſta:
15. ſuper montes non comederit, & oculos ſuos non levaverit ad idola domus Iſraël, & uxorem proximi ſui non violaverit:	15. in montibus non manducavit, & oculos ſuos non levavit ad deſideria domûs Iſraël, & uxorem proximi ſui non contaminavit:
16. & virum non contriſtaverit, pignus non retinuerit, & rapinam non rapuerit, panem ſuum eſurienti dederit, & nudum operuerit veſtimento:	16. & hominem non depreſſit, & pignus non pigneravit, & rapinam non rapuit, panem ſuum eſurienti dedit, & nudum operuit veſtimento:
17. à pauperis injuria averterit manum ſuam, uſuram & ſuperabundantiam non acceperit, judicia mea fecerit, in præceptis meis ambulaverit: hic non morietur in iniquitate patris ſui, ſed vitâ vivet.	17. & ab iniquitate avertit manum ſuam, uſuram & ſuperabundantiam non accepit, juſtitiam fecit, & in præceptis meis ambulavit: iſte non morietur in patris ſui iniquitatibus, vitâ vivet.
18. Pater ejus quia calumniatus eſt, & vim fecit fratri, & malum operatus eſt in medio populi ſui, ecce mortuus eſt in iniquitate ſua.	18. Pater autem ejus quia tribulatione tribulavit, & rapinam rapuit, contraria fecit in medio populo meo, & mortuus eſt in ſua iniquitate.
19. Et dicitis: Quare non portavit filius iniquitatem patris? Videlicet, quia filius judicium & juſtitiam operatus eſt, omnia præcepta mea cuſtodivit, & fecit illa, vivet vitâ.	19. Et dixiſtis: Quid eſt quòd non accepit iniquitatem patris ſui filius? Quia filius juſtitiam, & judicium, & miſericordiam fecit, omnia legitima mea conſervavit, & fecit ea, vitâ vivet.
Deuter. 24. 16. 4. Reg. 14. 6. 2. Par. 25. 4. 20. Anima, quæ peccaverit, ipſa morietur:	20. Anima autem, quæ peccat, ipſa morie-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

panem ſuum eſurienti dabit, & nudum operiet. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 711. a. & *pignus reddet*; ſubinde, *panem ſuum dabit eſurienti, & nudum conteget.* Hieron. in Ezech. 18. col. 819. c. & *hominem non oppreſſerit: pignus debitori reddiderit, & rapinam non rapuerit: panem ſuum eſurienti dederit, & nudum operuerit veſtimento.* Ita quoque legitur Græcè, detracto ult. *veſtimento*; ſed in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. eſt περιβαλεῖ ἱμάτιον. Idem Hieron. infra legit poſt eoſdem LXX. *non oppreſſerit per potentiam*; Gr. ἐὰν μὴ καταδυναστεύσῃ.

℣. 8. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 711. a. *pecuniam ſuam fœnori non dedit, & quod abundaverit non ſumet.* Cypr. l. 3. Teſtim. p. 318. c. & *pecuniam ſuam in uſuram non dabit.* Hieron. in Ezech. 18. col. 819. c. ex ed. LXX. & *pecuniam ſuam ad uſuram non dederit, & ampliùs non acceperit: ab iniquitate averterit manum ſuam, juſtum judicium fecerit inter virum, & inter proximum ejus.* Sic etiam in Græco, niſi excipiantur fut. indic. λώσει..... λήψεται..... ἀποστρέψει..... ποιήσει, ut & alia ſup. quæ magis textui congruunt.

℣. 9. Itidem Græcè, detracta voce *Adonai*, de more. Hieron. in Ezech. 18. col. 819. c. ſimiliter hab. ex LXX. *in præceptis meis ambulaverit, juſtificationes meas cuſtodierit ut faciat eas: hic juſtus eſt, vitâ vivet, dicit Adonai Dominus.* Ambr. l. de Tob. c. 15. col. 609. a. *juſtus eſt iſte, vitâ vivet, dicit Dominus.*

℣. 10. Sic iterum in Græco. Hieron. etiam in Ezech. 18. col. 824. f. ait: *Pro* latrone, *in Hebræo ſcriptum* pharis, *quod LXX. & Theodotio* peſtilentem *interpretati ſunt:* & paulò ſupra ad hoc Vulg. & *fecerit unum de iſtis*, addit: *ſive ut LXX. tranſtulerunt:* & fecerit peccata, Gr. ἢ πάντα, &c.

℣. 11. Similiter in Græco, excepto uno ἀλλὰ ἢ, *ſed* & pro *ſed qui.* Apud Hieron. in Ezech. 18. *in via patris ſui juſti non ambulaverit*; Gr. ἐν ὁδοῖς.

℣. 12. Ad verbum è Græco, niſi exceperis iſtud, *depreſſit*, pro quo καταδυνάστευσε, i. e. *oppreſſit per potentiam*, ut Hieron. hab. hîc, & ſup. ad ℣. 7.

℣. 13. Hæc tota congruunt cum Græco, excepto uno *morietur*, pro quo θανατωθήσεται, quaſi *mortificabitur*; at in Mſ. Alex. ἀναθαπτῖται.

℣. 14. Sic eſt in Græco ad verbum, excepto ult. κατ' αὐτάς, *ſecundùm eas*, per relat. ad ἁμαρτίας, *peccata*; at in Compl. κατὰ ταῦτα.

℣. 15. Græcè pro *levavit ad deſideria*, habetur, ἔθετο εἰς τὰ ἐνθυμήματα, *poſuit ad cogitationes*; cæt. ut in Lat. ſupra. In Mſ. etiam uno Auguſt. eſt *poſuit.*

℣. 16. Græcè conſtanter habetur καταδυνάστευσε, loco *depreſſit*, abſque *veſtimento* in fine; cætera concordant ad verbum; imo in edd. Ald. & Compl. eſt περιέβαλεν ἱμάτιον.

℣. 17. Hæc tota mirè concinunt cum Græco, ſi tollatur *iſte*, ante τὸ *non morietur.*

℣. 18. Græc. Ὁ δὲ πατὴρ αὐτοῦ ἐὰν θλίψει θλῖψιν, ἢ ἁρπάσῃ ἁρπαγμα..... ἢ ἀναθαπτῖται, &c. i. e. *Pater autem ejus ſi tribulatione tribulaverit, & rapinam rapuerit... & morietur*; cæt. ut ſup. In Mſ. Alex. ac ed. Compl. pro ἐὰν, ponitur ἐν; & pro θλῖψη, in Compl. ἔθλιψεν; extremòque, ἀποθανεῖται.

℣. 19. Eadem exſtant Græcè, præter hoc primum, Καὶ ἐρεῖτε, *Et dicetis*; tollitur etiam pronom. *ſui*, poſt vocem *patris*; edd. tamen Ald. & Compl. hab. τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ſed inf. τὸ & *judicium* abeſt tam ab eiſdem edd. quàm à Rom.

℣. 20. Similia leguntur Græcè, nonnullis exceptis; nempe deeſt *ipſa*, ante *morietur*; tum ſequitur, ὁ δὲ

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Julian. ubi sup. tur : filius non accipiet injustitiam patris sui, neque pater accipiet injustitiam filii sui : justitia justi super ipsum erit, & iniquitas iniqui super ipsum erit.

21. Et iniquus, si convertat se ab omnibus iniquitatibus suis, quas fecit, & custodiat omnia mandata mea, & faciat judicium, & justitiam, & misericordiam : vitâ vivet, & non morietur.

22. Omnia delicta ejus, quæcunque fecit, non erunt in memoria : in sua justitia, quam fecit, vitâ vivet.

23. Nunquid voluntate volo mortem injusti, dicit Adonai Dominus, quàm ut avertat se à via sua mala, & vivat?

24. Cùm se autem converterit justus à sua justitia, & fecerit iniquitates secundùm omnes iniquitates, quas fecit iniquus, si fecerit, non vivet : omnes justitiæ ejus, quas fecit, non erunt in memoria : in delicto ejus, quo excidit, & in peccatis suis, quibus peccavit, in ipsis morietur.

25. Et dixistis : Non dirigit via Domini. Audite nunc domus Israël : Nunquid via mea non dirigit? nunc via vestra non est æqua.

26. Cùm convertit se justus à sua justitia, & facit delictum, morietur in eo delicto, quod fecit; in ipso morietur.

27. Et cùm averterit se iniquus ab iniquitate sua, quam fecit, & fecerit judicium & justitiam : hic animam suam custodivit.

VULGATA NOVA.

filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filii : justitia justi super eum erit, & impietas impii erit super eum.

21. Si autem impius egerit pœnitentiam ab omnibus peccatis suis, quæ operatus est, & custodierit omnia præcepta mea, & fecerit judicium & justitiam : vita vivet, & non morietur.

22. Omnium iniquitatum ejus, quas operatus est, non recordabor : in justitia sua, quam operatus est, vivet.

23. Nunquid voluntatis meæ est mors impii, dicit Dominus Deus, & non ut convertatur à viis suis, & vivat? *Inf.* 32. 33. 11. 2. *Pet.*

24. Si autem averterit se justus à justitia sua, & fecerit iniquitatem secundùm omnes abominationes, quas operari solet impius, nunquid vivet? omnes justitiæ ejus, quas fecerat, non recordabuntur : in prævaricatione, qua prævaricatus est, & in peccato suo, quod peccavit, in ipsis morietur. 3. 9.

25. Et dixistis : Non est æqua via Domini. Audite ergo domus Israël : Nunquid via mea non est æqua, & non magis viæ vestræ pravæ sunt?

26. Cùm enim averterit se justus à justitia sua, & fecerit iniquitatem, morietur in eis : in injustitia, quam operatus est, morietur.

27. Et cùm averterit se impius ab impietate sua, quam operatus est, & fecerit judicium & justitiam : ipse animam suam vivificabit.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

υἱὸς, *filius autem*; subinde tollitur *sui*, post vocem *patris*, ut & inf. post *filii*; loco verò *justi*, & *iniqui*, habetur δικαίῳ, & ἀνόμῳ, *justo*, & *iniquo* : at in Ms. Alex. est ut sup. αὐτὴ ἀποθανεῖται· υἱὸς υ'..... παιρὸς αὐτῦ..... υἱῦ αὐτῦ· δικαιοσύνη δικαίυ..... ἀνομία ἀνόμυ· item in edd. Ald. & Compl. δικαίν, & ἀνόμν. Similiter apud Ambr. l. de parad. col. 165. d. & l. 3. de fide, to. 2. 500. d. *Anima, quæ peccat, ipsa morietur.* Tertul. etiam l. 2. adv. Marc. p. 650. a. ait *non sumpturum patrem delictum filii, nec filium, delictum patris; sed unumquemque delicta sua rerum fisturum.* Cypr. epist. 52. p. 75. a. *justitia justi super eum erit, & scelus scelerati super eum erit.* S. Pacian. epist. 3. p. 309. h. *filius non accipiet facinus patris, neque pater accipiet facinus filii : justitia justi super eum erit.* Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 714. g. *filius non accipiet injustitiam patris, neque pater accipiet injustitiam filii : justitia justi super ipsum erit :* deinde : *& iniquus si convertat*, &c. ut inf. omissis intermediis.

℣. 21. Eadem refert Auct. l. de vita Christ. ap. Aug. to. 6. 185. b. præter unam vocem *omnia*, quæ deest ante *mandata.* Fulgent. ep. 7. p. 193. a. & l. 1. de remiss. pecc. p. 367. a. similiter hab. *Iniquus, si se convertat ab omnibus iniquitatibus suis, quas fecit, & custodierit omnia mandata mea, & faciat justitiam & misericordiam : vitâ vivet, & non morietur.* Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 714. g. *Et iniquus, si avertat se ab omnibus iniquitatibus, quas fecit, & custodiat omnia mandata mea, faciat justitiam & misericordiam multam : vitâ vivet, & non morietur.* Auct. verò l. ad Novat. hær. apud Cypr. p. 439. a. *Si conversus fuerit facinorosus ab omnibus facinoribus suis, quæ commisit, & justitiam fecerit : vitâ æternâ vivet, & non morietur in facinore suo.* Græc. Καὶ ὁ ἄνομος, ἐὰν ἀποστρέψῃ..... ᾗ φυλάξηται..... ᾗ ποιήσῃ δικαιοσύνην ᾗ ἔλεος, &c. Compl. κρῖμα ᾗ δικαιοσύνην· cæt. ut in textu. Vide Cassiod. ℣. seq. & Victor. Tun. inf. ad ℣. 27.

℣. 22. Ita legunt Fulg. ep. 7. p. 193. a. & Auct. l. de vita Chr. ap. Aug. to. 6. 185. b. sublata tantùm voce *vitâ*, ante *vivet.* Ita quoque in Græco est, absque *vitâ*; in Ms. tamen Alex. legitur, ἐν αὐτῇ ζήσεται. Cassiod. in Ps. 5. p. 25. c. ita legit : *Impius, quacunque die se averterit ab impietate sua, omnes impietates ejus non erunt in memoria.*

℣. 23. Hieron. in Ezech. 33. col. 936. e. *Nunquid volens cupio mortem iniqui, dicit Dominus, nisi converti eum à via sua mala, & vivere?* Fulgent. ep. 7. p. 193. a. & l. 1. de remiss. pecc. p. 367. a. *Nunquid voluntate volo mortem peccatoris, dicit Dominus, quàm ut avertatur de via sua mala, & vivere eum?* Auct. l. de vita Chr. ap. Aug. to. 6. 185. c. *Nunquid voluntate volo mortem injusti, dicit Adonai Dominus, quàm ut avertat se à via sua mala, & vivere eum faciam?* Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 714. g. *Nunquid voluntate volo mortem injusti, dicit Dominus, & non ut avertat se à via sua mala, & vivat?* Græc. Μὴ θελήσῃ θελήσω τὸν θάνατον τῦ ἀνόμυ, λέγει Κύριος (Compl. Ἀδωναὶ Κύριος,) ὡς τὸ ἀποστρέψαι αὐτὸν ἐκ τῆς ὁδῦ τῆς πονηρᾶς, ᾗ ζῆν αὐτόν; Vide infra ad ℣. 32.

℣. 24. Hæc tota mirè concinunt cum Græco, hoc tamen deleto, *si fecerit, non vivet*, quod est in ed. Compl. item supra, loco *fecerit iniquitates*, Græcè, ποιῆσαι ἀδικίαν, *fecerit injustitiam.* Rectè Fulgent. epist. 7. p. 193. a. & l. 1. de remiss. pecc. p. 367. a. *Cùm se autem averterit justus à justitia sua, & fecerit iniquitatem secundùm omnes iniquitates, quas fecit ille iniquus : omnes justitiæ ejus, quas fecit, non erunt in memoria : in delicto suo, quo deliquit, & in peccatis suis, quibus peccavit, in ipsis morietur.* Sedul. Scot. in ep. ad Rom. p. 499. d. e. *Cùm averterit se justus à justitia sua, & fecerit iniquitatem secundùm omnes iniquitates, quas fecit iniquus : omnes justitiæ ejus, quas fecerit, non commemorabuntur : in lapsu ejus, quo lapsus est; sed in peccatis, qui peccavit, in ipsis morietur.* Gildas Sap. castig. in Eccl. ord. p. 714. g. *Cùm se autem converterit justus à justitia sua, & fecerit iniquitates secundùm omnes iniquitates, quas fecit iniquus : omnes justitiæ ejus, quas fecit, non erunt in memoria : in delicto suo, quo excidit; in peccatis suis, quibus peccavit, morietur.*

℣. 25. Idem Julian. infra, col. 1073. b. sic habet : *Non est recta via Domini. Audite ergo domus Israël : Nunquid non est via mea recta, nonne via vestra non est aqua?* Gr. Καὶ εἴπατε· Οὐ καλευθύνει ἡ ὁδὸς Κυρίυ. Ἀκούσατε δὴ πᾶς ὁ οἶκος Ἰσραήλ· Μὴ ἡ ὁδός μυ ἡ καλευθυνεῖ, οὐχὶ ἡ ὁδὸς ὑμῶν καλευθύνει;

℣. 26. Fulg. ep. 7. p. 193. a. *In eo cùm convertet se justus à sua justitia, ut faciat delictum, in suo delicto, quod fecit, in ipso morietur.* Gr. Ἐν τῷ ἀποστρέψαι τὸν δίκαιον ἐκ τῆς..... ᾗ ποιήσῃ παράπτωμα, ᾗ ἀποθάνῃ ἐν τῷ παραπτώματι, ᾧ ἐποίησεν· ἐν αὐτῷ ἀποθανεῖται.

℣. 27. Græc. Καὶ ἐν τῷ ἀποστρέψαι ἄνθρωπον ἀπὸ τῆς..... ἧς ἐποίησε, ᾗ ποιήσει κρῖμα, &c. ut in Latino. In Ms. Alex. legitur ποιήσῃ κρῖμα, non ποιήσει. Apud Fulg. ep. 7. p. 193. a. sic : *Et in eo quòd avertatur iniquus ab iniquitate sua, quam fecit, ut faciat judicium & justitiam : hic animam suam custodivit.* Victor verò Tun. l. de pœnit. c. 3. ap. Ambr. col. 592. b. legit : *Impius quacunque die conversus fuerit ab injustitia, & justitiam fecerit : ipsa die peribunt omnes injustitiæ ejus; in sua injustitia, quam fecit, non morietur :* quæ postrema pertinere videntur ad ℣℣. 21. & 22. sup.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

28. Considerans enim, & avertens se ab omnibus iniquitatibus suis, quas operatus est, vità vivet, & non morietur.

29. Et dicunt filii Israël: Non est æqua via Domini. Nunquid viæ meæ non sunt æquæ, domus Israël, & non magis viæ vestræ pravæ?

30. Idcirco unumquemque juxta vias suas judicabo domus Israël, ait Dominus Deus. Convertimini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris: & non erit vobis in ruinam iniquitas.

31. Projicite à vobis omnes prævaricationes vestras, in quibus prævaricati estis, & facite vobis cor novum, & spiritum novum: & quare moriemini domus Israël?

32. Quia nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus, revertimini, & vivite.

VERSIO ANTIQUA.

28. Et * vidit ut averteret se ab omnibus iniquitatibus suis, quas fecit: vita vivet, & non morietur. *Julian. mss. sup.* * *Edit.* vivit.

29. Et dicit domus Israël: Non corrigit via Domini. Nunquid via mea non corrigit, domus Israël? nonne magis via vestra non corrigit?

30. Ideo unumquemque vestrûm secundùm vias ipsius judicabo vos domus Israël, dicit Adonai Dominus. [a] Convertimini, & avertite vos ab omnibus impietatibus vestris: & non erunt vobis in pœnam iniquitatis. [a] *Vulg. hab. ad Mennin. t. 5. p. 6.* 23.

31. Projicite à vobis omnes iniquitates vestras, quas impiè fecistis adversùs me, & facite vobis cor novum, & spiritum novum: & ut quid morimini domus Israël?

32. Quoniam nolo mortem morientis, sed ut avertatur ipse à via sua mala, & vivat anima ejus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Matth. 3. 2. *Luc.* 3. 3. *Sup.* 23. *Inf.* 33. 11. 2. *Pet.* 3. 9.

℣. 28. Edirt. ferunt *Et vitit*, non *vidit*; sed aperto mendo, ni fallor, quod corrigi debet ex Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. in primo enim, Καὶ ἴδεν, ἢ ἀπέστρεψεν, &c. in al. Καὶ εἶδε, ἢ, &c. at in Gr. edit. Rom. neutrum legitur, nec ἴδεν, nec εἶδε; sed simpliciter, Καὶ ἀπέστρεψεν ἐκ πασῶν ἀσεβειῶν αὐτῦ, ὧν, &c. ut in Lat. sup. deleta tamen conjunct. ℣, post *vivet*.

℣. 29. Gr. initio hab. Καὶ λέγουσιν ὁ οἶκος, *Et dicunt domus*, &c. subinde ter legitur, ὐ καλὸν ὁδοῦ, *non recta est*, pro triplici *non corrigit*; deestque ad verb. *magis*, post *nonne*.

℣. 30. Idem Julian. inf. 1073. b. *Ideo unumquemque vestrûm secundùm viam vestram judicabo vos, dicit Adonai Dominus.* Græc. Ἕκαστον κατὰ τὴν ὁδὸν αὐτῦ κρινῶ ὑμᾶς οἶκος Ἰσραὴλ, λέγει Κύριος· at in Mſ. Alex. Διὰ τῦτο ἕκαστον κατὰ τὴν.....λέγει Ἀδωναὶ Κύριος. Sequentia non differunt à Lat. sup. Hieronymus quoque in Ezech. 33. col. 936. e. legit: *Convertimini, & redite ab universis impietatibus vestris: & non erunt vobis in tormentum iniquitates:* sed hoc *iniquitates*, mendum esse potest in edit. cùm in Græco sit, εἰς κόλασιν ἀδικίας; attamen Auct. l. ad Novat. hær. ap. Cypr. p. 441. b. sic hab. *Convertite vos, & redite ab impietatibus vestris: & non erunt vobis iniquitates vestræ ad pœnam.*

℣. 31. Eadem sunt in Græco, præter τὰς ἀσεβείας, loco *iniquitates*. Mel. Auctor l. ad Novat. hær. ap. Cypr. p. 441. b. *Projicite à vobis omnes impietates vestras, quas fecistis adversùm me, & facite vobis cor novum, & spiritum novum: & ut quid vos morti traditis domus Israël?* Aug. l. de Gra. & l. arb. to. 10. 733. f. *Projicite à vobis omnes impietates vestras, quas impiè egistis in me, & facite vobis cor novum, & spiritum novum, & facite omnia mandata mea: ut quid moriemini domus Israël?* Abest quidem hoc à Gr. Vatic. *& facite omnia mandata mea:* sed in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. additur, ἢ ποιήσατε πάσας τὰς ἐντολάς μυ· in Alex. ποιῆσαι.

℣. 32. Græcè breviùs: Διότι ὐ θέλω τὸν θάνατον τῦ ἀποθνήσκοντος, λέγει Κύριος. In quibusdam tamen libris est, si Nobilio fides, Διότι ὐ βύλομαι τὸν θάνατον τῦ ἁμαρτωλῦ, λέγει Ἀδωναὶ Κύριος, ὡς τὸ ἐπιστρέψαι αὐτὸν ἀπὸ τῆς ὁδῦ αὐτῦ, ἢ ζῆν τὴν ψυχὴν αὐτῦ, λέγει Ἀδωναὶ Κύριος· ἐπιστράφητε ὖν, ἢ ζήσεσθε. Sic etiam pene habet Theodoretus. Tertul. l. de pœnit. c. 4. p. 166. c. *Vivo, inquit Dominus, & pœnitentiam malo quàm mortem.* Lucif. Cal. l. de reg. apost. p. 220. d. *Nolo mortem peccatoris, dicit Dominus, sed tantùm ut revertatur, & vivat.* Cypr. l. de bono pat. p. 248. b. cum Auctore lib. de Judaica incredul. p. 568. & Ambrosiast. col. 174. f. *Nolo mortem morientis, quantùm ut revertatur, & vivat.* Similiter habet Vict. Tun. apud Ambros. col. 591. a. exceptâ conjunct. *quàm*, pro *quantùm*; inf. *sed ut.* Auct. l. ad Novat. hær. ap. Cypr. p. 441. *Non enim desidero mortem peccatoris.* Auct. l. de Trin. ap. Ambr. p. 341. b. *Nolo enim mortem peccatoris, sed tantùm ut revertatur, & vivat.* Hieron. ep. ad Cypr. to. 2. col. 698. a. *Nolo mortem peccatoris, tantùm ut convertatur, & vivat:* & in Eccles. to. 2. 754. a. *Nolo mortem morientis, tantùm revertatur, & vivat.* August. in Ps. 101. to. 4. 1098. d. *Nolo mortem impii, quantùm ut revertatur, & vivat:* sic etiam l. cont. Adim. to. 8. 119. c. præter vocem *peccatoris*, loco *impii:* at l. de Gra. & l. arb. to. 10. 733. f. *Quia nolo mortem morientis, dicit Adonai Dominus, & convertimini, & vivetis.* S. Pacian. epist. 3. p. 311. a. *Malo pœnitentiam peccatoris, quàm mortem:* cui lectioni favet Hilar. in Ps. 2. n. 34. col. 45. c. Siricius verò ep. 1. ad Himer. Tarrac. n. 3. *Nolo mortem peccatoris, tantùm ut convertatur, & vivat.* Cælestin. l. ep. 4. col. 1070. *Nolo mortem peccatoris, sed tantùm convertatur, & vivat:* & ep. 16. col. 1151. *Nolo mortem morientis.* Auct. quæst. ex utr. T. q. 102. ap. Aug. to. 3. 94. b. *Nolo mortem peccatoris, quantùm ut convertatur, & vivat:* & inf. col. 95. b. *Nolo mortem morientis, quantùm ut revertatur, & vivat:* & quæst. 111. col. 111. g. *sed ut convertatur.* Philastr. Brix. de hæres. p. 710. c. *Vivo ego, dicit Dominus, nolo mortem peccatoris, sed magis ut revertatur, & vivat:* & infra 720. b. *Nolo mortem peccatoris, sed ut revertatur, & vivat.* S. Leo, ser. 49. p. 117. f. *Non vult mortem peccatoris, sed tantùm ut convert. & vivat.* Cassiod. in Ps. 93. p. 316. a. *sed ut convertatur, & vivat.* Vide sup. ad ℣. 23.

CAPUT XIX.

VULGATA NOVA.

1. ET tu assume planctum super principes Israël,

2. & dices: Quare mater tua leæna inter leones cubavit, in medio leunculorum enutrivit catulos suos?

3. Et eduxit unum de leunculis suis, & leo factus est: & didicit capere prædam, hominemque comedere.

4. Et audierunt de eo gentes, & non absque vulneribus suis ceperunt eum: & adduxerunt eum in catenis in terram Ægypti.

5. Quæ cùm vidisset quoniam infirmata est,

VERSIO ANTIQUA.

1. ET tu accipe lamentum super principem Israël, *Hieron. in Ezech. 19. col. 827. ex Lxx.*

2. & dices: Quid mater tua catulus in medio leonum facta est, in medio leonum multiplicavit catulos suos?

3. Et exsilivit unus de catulis ejus, leo factus est: & didicit rapere rapinas, homines comedit.

4. Et audierunt contra eum gentes, in corruptione earum captus est: & adduxerunt in camo in terram Ægypti.

5. Et vidit quoniam ablatus esset ab ea, & pe-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 1. 2. 3. Similiter habentur Græcè.

℣. 4. Gr. addit αὐτὸν, *eum*, ad verbum *adduxerunt*; est. similia.

℣. 5. Ita fert Græc. detractâ conjunct. ℣, ante *periisset*; at in edd. Ald. & Compl. est, ἢ ἀπώλετο.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

riiſſet ſubſtantia ejus : & tulit alium de catulis ſuis, leonem conſtituit eum.

6. Et converſabatur in medio leonum, leo factus eſt : & didicit rapere rapinas, homines comedit :

7. Et paſcebatur in audacia ſua, & civitates eorum ad deſertum adduxit : & vaſtavit terram, & plenitudinem ejus à voce rugitus ſui.

8. Et dedit ſuper eum gentes per circuitum de regionibus, & expanderunt ſuper eum retia ſua, in corruptione earum captus eſt.

9. Et poſuerunt eum in camo, & in cavea, venit ad regem Babylonis : & introduxerunt eum in carcerem, ut non audiretur vox ejus ultra ſuper montes Iſraël.

10. Mater tua quaſi vinea, ſicut flos in malis granatis in aqua plantata : fructus ejus, & germen illius factum eſt ex aqua multa.

11. Et facta eſt ei virga fortitudinis in tribum ducum, & exaltata eſt magnitudine ſua in medio propaginum : & vidit magnitudinem ſuam in multitudine palmitum ſuorum.

12. Et confracta eſt in furore, in terram projecta eſt, & ventus urens arefecit electa ejus : vindicati ſunt, & arefacta eſt virga fortitudinis ejus : ignis conſumpſit eam.

13. Et nunc plantaverunt eam in deſerto, in terra ſine aqua.

14. Et exivit ignis de virga electorum ejus, & comedit eam : & non erat in ea virga fortitudinis. Tribus in parabolam lamentationis eſt, & erit in planctum.

Hieron. ubi ſup.

Ibid. 829. *c.*

VULGATA NOVA.

& periit exſpectatio ejus : tulit unum de leunculis ſuis, leonem conſtituit eum.

6. Qui incedebat inter leones, & factus eſt leo : & didicit prædam capere, & homines devorare :

7. Didicit viduas facere, & civitates eorum in deſertum adducere : & deſolata eſt terra, & plenitudo ejus à voce rugitus illius.

8. Et convenerunt adversùs eum gentes undique de provinciis, & expanderunt ſuper eum rete ſuum, in vulneribus earum captus eſt.

9. Et miſerunt eum in caveam, in catenis adduxerunt eum ad regem Babylonis : miſeruntque eum in carcerem, ne audiretur vox ejus ultra ſuper montes Iſraël.

10. Mater tua quaſi vinea in ſanguine tuo ſuper aquam plantata eſt : fructus ejus, & frondes ejus creverunt ex aquis multis.

11. Et factæ ſunt ei virgæ ſolidæ in ſceptra dominantium, & exaltata eſt ſtatura ejus inter frondes : & vidit altitudinem ſuam in multitudine palmitum ſuorum.

12. Et evulſa eſt in ira, in terramque projecta, & ventus urens ſiccavit fructum ejus : marcuerunt, & arefactæ ſunt virgæ roboris ejus : ignis comêdit eam.

Oſe. 13. 15.

13. Et nunc tranſplantata eſt in deſertum, in terra invia, & ſitienti.

14. Et egreſſus eſt ignis de virga ramorum ejus, qui fructum ejus comêdit : & non fuit in ea virga fortis, ſceptrum dominantium. Planctus eſt, & erit in planctum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 6. 7. Ita quoque in Græco ſunt.

℣. 8. Græc. initio hab. Καὶ ἔδωκαν, *Et dederunt ;* reliqua ut in textu ; edit. verò Ald. ἔδωκαν, ut ſup.

℣. 9. Eadem leguntur Græcè, excepto ſingul. εἰσήγαγεν, *introduxit*, pro *introduxerunt ;* at in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. εἰσήγαγον· in Vatic. quoque deeſt vox *ultra*, ſed in Compl. eſt ἔτι ἐπὶ, &c.

℣. 10. Græcè poſtponitur ἐν, voci *vinea ;* deeſt verò in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. ſubinde num. ſingul. ἐν ῥοᾷ, *in malo granato ;* cæt. ut in Lat. ſup.

℣. 11. Gr. Vat. Καὶ ἐγένετο αὕτη ῥάβδος ἐπὶ φυλὴν, &c. *Et facta eſt hæc virga ſuper tribum ;* reliqua ut ſup. at in editt. Ald. & Compl. necnon Mſ. Alex. Καὶ ἐγένετο αὐτῇ (Alex. αὕτη) ῥάβδος ἰσχύος ἐπὶ, &c.

℣℣. 12. 13. 14. Similiter exſtant Græcè.

CAPUT XX.

VULGATA NOVA.

1. ET factum eſt in anno ſeptimo, in quinto, in decima menſis : venerunt viri de ſenioribus Iſraël, ut interrogarent Dominum, & ſederunt coram me.

2. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens :

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Ezech. 20. *col.* 831. *c. ex Lxx.*

3..... vivo ego ſi reſpondero vobis.....

VULGATA NOVA.

3. Fili hominis loquere ſenioribus Iſraël, & dices ad eos : Hæc dicit Dominus Deus : Nunquid ad interrogandum me vos veniſtis ? vivo ego quia non reſpondebo vobis, ait Dominus Deus.

4. Si ultus eos fuero ultione, fili hominis, iniquitates patrum eorum conteſtare eis.

4. Si judicas eos, ſi judicas fili hominis, abominationes patrum eorum oſtende eis.

5. Et dices ad eos : Hæc dicit Dominus Deus : Ex qua die elegi domum Iſraël, & notus factus ſum ſemini domûs Jacob, & cognitus eis in terra Ægypti, & ſuſcepi eos, dicens : Ego Dominus Deus veſter :

5. Et dices ad eos : Hæc dicit Dominus Deus : In die, qua elegi Iſraël, & levavi manum meam pro ſtirpe domûs Jacob, & apparui eis in terra Ægypti, & levavi manum meam pro eis, dicens : Ego Dominus Deus veſter :

6. in die illa apprehendi eos manu mea, dicens, ut educerem eos de terra Ægypti, in terram, quam paravi eis, terram fluentem lacte & melle : favus eſt ultra omnem terram.

6. in die illa levavi manum meam pro eis, ut educerem eos de terra Ægypti, in terram, quam provideram eis, fluentem lacte & melle : quæ eſt egregia inter omnes terras.

Ibid. 832.

7. Et dixi ad eos : Unuſquiſque abominationes oculorum ſuorum projiciat, & in adinven-

7. Et dixi ad eos : Unuſquiſque offenſiones oculorum ſuorum abjiciat, & in idolis Ægypti

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 3. 4. Græcè, Ζῶ ἐγὼ εἰ ἀποκριθήσομαι..... Εἰ ἐκδικήσω, &c. ut ſupra.

℣. 5. Eadem leguntur Græcè, hoc addito, τῇ χειρί μου, *manu mea*, verbo *ſuſcepi ;* deeſt verò ſup. *Deus ;* ſed in Mſ. Alex. eſt & Compl. Κύριος ὁ Θεός.

℣. 6. Hæc tota concinunt cum Græco, deleto uno *dicens*, poſt *manu mea*.

℣. 7. Similiter in Græco, excepto verbo μιαίνεσθε, *pol-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

nolite pollui : ego Dominus Deus veſter.

8. Et irritaverunt me, noluerunt que me audire : unuſquiſque abominationes oculorum ſuorum non projecit, nec idola Ægypti reliquerunt : & dixi ut effunderem indignationem meam ſuper eos, & implerem iram meam in eis, in medio terræ Ægypti.

9. Et feci propter nomen meum, ut non violaretur coram gentibus, in quarum medio erant, & inter quas apparui eis ut educerem eos de terra Ægypti.

10. Ejeci ergo eos de terra Ægypti, & eduxi eos in deſertum.

Levit. 18. 5. *Rom.* 10. 5. 11. Et dedi eis præcepta mea, & judicia mea oſtendi eis, quæ faciens homo, vivet in eis.

Exod. 20. 8. & 31. 13. *Deuter.* 5. 12. 12. Inſuper & ſabbata mea dedi eis, ut eſſent ſignum inter me & eos : & ſcirent quia ego Dominus ſanctificans eos.

VERSIO ANTIQUA.

tionibus Ægypti non polluatur : ego Dominus Deus veſter. *Hieron. ubi ſup.*

8. Et receſſerunt à me, & noluerunt audire me : abominationes oculorum non projecerunt, & adinventiones Ægypti non reliquerunt..... *Ibid.* 833.

10. Eduxi eos de terra Ægypti, & adduxi eos in deſertum. *Hieron. l. 1. in epiſt. ad Gal. tom. 4. 247. a.*

11. Et dedi eis præcepta mea, & juſtificationes meas oſtendi illis, quas faciet homo, & vivet in eis.

12. Et ſabbata mea dedi eis, in ſignum inter me & inter eos : ut ſcirent quia ego Dominus qui ſanctifico eos. *Aug. l. 22. de civ. Dei, c. 30. col. 702. b.*

VULGATA NOVA.

13. Et irritaverunt me domus Iſraël in deſerto, in præceptis meis non ambulaverunt, & judicia mea projecerunt, quæ faciens homo vivet in eis : & ſabbata mea violaverunt vehementer : dixi ergo ut effunderem furorem meum ſuper eos in deſerto, & conſumerem eos.

14. Et feci propter nomen meum, ne violaretur coram gentibus, de quibus ejeci eos in conſpectu earum.

VULGATA NOVA.

15. Ego igitur levavi manum meam ſuper eos in deſerto, ne inducerem eos in terram, quam dedi eis, fluentem lacte & melle, præcipuam terrarum omnium :

16. Quia judicia mea projecerunt, & in præceptis meis non ambulaverunt, & ſabbata mea violaverunt : poſt idola enim cor eorum gradiebatur.

17. Et pepercit oculus meus ſuper eos ut non interficerem eos : nec conſumpſi eos in deſerto.

18. Dixi autem ad filios eorum in ſolitudine : In præceptis patrum veſtrorum nolite incedere, nec judicia eorum cuſtodiatis, nec in idolis eorum polluamini.

19. Ego Dominus Deus veſter : in præceptis meis ambulate, judicia mea cuſtodite, & facite ea :

VERSIO ANTIQUA.

15. Et ego levavi manum meam ſuper eos in deſerto, ut omnino non introducerem eos in terram, quam dedi eis, terram fluentem lacte & melle; favus eſt ultra omnem terram : *Hieron. in Ezech. 20. col. 834. ex Lxx.*

16. Eò quòd juſtificationes meas repulerunt, & in præceptis meis non ambulaverunt, & ſabbata mea violaverunt, & poſt cogitationes cordium ſuorum ambulaverunt.

17. Et pepercit oculus meus ſuper eos ne delerem eos : & non interfeci eos in conſumptionem in deſerto.

18..... In legalibus patrum veſtrorum nolite ambulare, & juſtificationes eorum nolite cuſtodire, & ſtudiis eorum nolite commiſceri, & nolite inquinari. *Auct. l. de ſing. cleric. ap. Cypr. p. 535.*

19. Ego Dominus Deus veſter : in præceptis meis ambulate, & juſtificationes meas cuſtodite.....

VULGATA NOVA.

20. Et ſabbata mea ſanctificate, ut ſint ſignum inter me & vos, & ſciatis quia ego ſum Dominus Deus veſter. 20... *Vide Not.*

21. Et exacerbaverunt me filii : in præceptis meis non ambulaverunt, & judicia mea non cuſtodierunt ut facerent ea : quæ cùm fecerit homo, vivet in eis : & ſabbata mea violaverunt : & comminatus ſum ut effunderem furorem meum ſuper eos, & implerem iram meam in eis in deſerto.

22. Averti autem manum meam, & feci propter nomen meum, ut non violaretur coram gentibus, de quibus ejeci eos in oculis earum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Inaminé, loco *pollnatur*; at in Compl. *μιαινέσθω*.

℣. 8. Itidem Græcè, addito uno *αὐτῶν*, *ſuorum*, ad vocem *oculorum* : ſequentia etiam uſque ad ℣. 10. vix diſcrepant à Vulg.

℣. 10. In Gr. Vatic. hæc tantùm leguntur : *Καὶ ἤγαγον αὐτὺς εἰς τὴν ἔρημον*, abſque priori verſiculo, *Eduxi eos de terra Ægypti*; ſed in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. eſt : *Ἐξήγαγον αὐτὺς ἐκ γῆς Αἰγύπτου* deinde, *καὶ ἤγαγον*, &c. ut ſup.

℣. 11. Eadem ſunt in Græco, præter vocem *ὅσα*, *quæcunque*, pro *quas*. Hieron. infra, 258. c. leg. *demonſtravi*, non *oſtendi*; Gr. *ἐγνώρισα*, *notas feci*.

℣. 12. Vet. Iren. Interp. l. 4. c. 16. p. 246. b. *Et ſabbata mea dedi eis, ut ſint in ſigno inter me & ipſos : ut ſciant quoniam ego Dominus qui ſanctifico eos.* Græc. *Καὶ τὰ Σάββατα..... τοῦ εἶναι εἰς Σημεῖον..... τοῦ γινῶναι αὐτὺς*, &c. ut ſup. in textu.

℣. 15. Ita Græcè ad verbum, niſi quòd vox *omnino*, ſeu *παράπαν*, adnectitur ſuperioribus; ſequiturque, *τοῦ μὴ εἰσαγαγεῖν*, &c.

℣. 16. Sic iterum in Græco, hoc addito, *ἐν αὐτοῖς*, *in eis*, verbo 1. *ambulaverunt*; item infra, *καρδίας*, *cordis*, loco *cordium*; ſed in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. eſt *τῶν καρδιῶν*.

℣. 17. Græcè, *τοῦ ἐξαλεῖψαι*, loco *ne delerem*; melius in Compl. *τοῦ μὴ ἐξαλεῖψαι*; ſubinde in Gr. Vatic. & al. *ἐποίησα*, *feci*, pro *interfeci*, quod ult. fortaſſe irrepſit in edit. Hieron.

℣. 18. Itidem Græcè. Hieron. in hunc loc. col. 835. c. utramque Verſionem cùm ex Hebr. tum ex LXX. ſic jungit de more : *In præceptis, ſive* legitimis..... *nolite incedere..... nec idolis, ſive* cogitationibus *eorum polluamini.* Pro *cogitationibus* tamen, nunc legitur Græcè, *ἐπιθυμίαις*, i. e. *ſtudiis*, *adinventionibus.*

℣. 19. Ita rurſum in Græco.

℣. 20. Hieron. in hunc loc. 835. d. ad hoc Hebr. textus, *ut ſit ſignum..... & ſciatur*, addit, *ſive*, *ut ſciatis*; Gr. *τοῦ γινώσκειν*.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Auct. quæst. ex V. T. ap. Aug. to. 3. 57. e.

23. Levavi manum meam in deserto inter eos, ut dispergerentur inter gentes, & disseminarentur in regionibus :

24. eò quòd justificationes meas non fecerunt, & præcepta mea repulerunt..... [a] & post concupiscentiam cordis sui erant oculi eorum.

[a] *Iren. l. 4. c. 15. p. 245. a.*

25. Et ego dedi eis præcepta non bona, & justificationes in quibus non vivent in eis.

Hieron. in Ezech. [illegible]. 837. ex LXX.

26..... cùm transducerent omne quod aperit vulvam, ut delerem eos.

27. Idcirco loquere ad domum Israël, fili hominis : & dices ad eos : Hæc dicit Adonai Dominus : Usque ad hoc me ad iracundiam provocaverunt patres vestri in delictis suis, quibus corruerunt in me :

28. & introduxi eos in terram, super quam levavi manum meam ut traderem eam illis : viderunt omnem collem excelsum, & omne lignum nemorosum, & immolaverunt ibi diis suis : & posuerunt ibi furorem munerum suorum, & posuerunt ibi odorem fragrantiæ eorum, & libaverunt ibi libamina sua.

29. Et dixi ad eos : Quid est abbana, quia vos intratis illuc ? & vocaverunt nomen ejus Abbana usque in hodiernum diem.

Tichon. reg. 4. p. 56. b. 57. a.

31..... Vivo ego, dicit Dominus, si respondero vobis, & si ascenderit in spiritum vestrum hoc.

32. Et non erit, quemadmodum dicitis vos : Erimus sicut gentes, & sicut tribus terræ, ut serviamus lignis & lapidibus.

33. Vivo ego, dicit Dominus, nisi in manu forti, & brachio excelso, & in ira effusa regnabo super vos.

34. Et educam vos de populis : & recipiam vos de regionibus, in quibus dispersi estis, in manu forti, & brachio excelso, & ira effusa.

35. Et adducam vos in desertum populorum,

VULGATA NOVA.

23. Iterum levavi manum meam in eos in solitudine, ut dispergerem illos in nationes, & ventilarem in terras :

24. eò quòd judicia mea non feciſſent, & præcepta mea reprobassent, & sabbata mea violassent, & post idola patrum suorum fuissent oculi eorum.

25. Ergo & ego dedi eis præcepta non bona, & judicia in quibus non vivent.

26. Et pollui eos in muneribus suis, cùm offerrent omne quod aperit vulvam, propter delicta sua : & scient quia ego Dominus.

27. Quamobrem loquere ad domum Israël, fili hominis : & dices ad eos : Hæc dicit Dominus Deus : Adhuc & in hoc blasphemaverunt me patres vestri, cùm spreviſſent me contemnentes :

28. & induxiſſem eos in terram, super quam levavi manum meam ut darem eis : viderunt omnem collem excelsum, & omne lignum nemorosum, & immolaverunt ibi victimas suas : & dederunt ibi irritationem oblationis suæ, & posuerunt ibi odorem suavitatis suæ, & libaverunt libationes suas.

29. Et dixi ad eos : Quid est excelsum, ad quod vos ingredimini ? & vocatum est nomen ejus Excelsum usque ad hanc diem.

30. Proptèrea dic ad domum Israël : Hæc dicit Dominus Deus : Certè in via patrum vestrorum vos polluimini, & post offendicula eorum vos fornicamini :

31. & in oblatione donorum vestrorum, cùm traducitis filios vestros per ignem, vos polluimini in omnibus idolis vestris usque hodie : & ego respondebo vobis domus Israël ? Vivo ego, dicit Dominus Deus, quia non respondebo vobis.

32. Neque cogitatio mentis vestræ fiet, dicentium : Erimus sicut gentes, & sicut cognationes terræ, ut colamus ligna & lapides.

33. Vivo ego, dicit Dominus Deus, quoniam in manu forti, & in brachio extento, & in furore effuso regnabo super vos.

34. Et educam vos de populis : & congregabo vos de terris, in quibus dispersi estis, in manu valida, & in brachio extento, & in furore effuso regnabo super vos.

35. Et adducam vos in desertum populo-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 23. Græc. hab. ἐπ' αὐτὺς, *super eos*, loco *inter eos* ; deinde, τῦ διασκορπίσαι αὐτὺς ἐν τοῖς ἔθνεσι, διασπεῖραι αὐτὺς, &c. Ald. & Compl. ἢ διασπεῖραι, *ut dispergerem eos in gentibus, disseminarem eos*, &c.

℣. 24. Ita in Græco, exceptis his, ἢ ὀπίσω τῶν ἐνθυμημάτων τῶν πατέρων αὐτῶν, & *post cogitationes patrum suorum*, loco & *post concupiscentiam cordis sui*. Similiter hab. Hieron. in Ezech. 20. col. 835. f. & *post cogitationes*.

℣. 25. Eadem leguntur Græcè. Eadem quoque refert Hieron. l. 1. in ep. ad Gal. to. 4. 247. a. 258. c. Item Auct. quæst. ex V. T. col. 57. e. nisi quòd addit *meas*, ad *justificationes* ; at Hieron. in Ezech. 18. col. 824. d. legit : *Dedi eis justificationes non bonas, in quibus non vivant in eis*. Ambros. in Ps. 118. col. 1175. d. *Dedi vobis præcepta non bona*. Ambrosiast. col. 85. d. *Propterea dedi illis præcepta non bona*.

℣. 26. Hieron. ibid. sic habet ex Hebr. aut Vulg. *cùm offerrent*, dein ex LXX. *sive*, *transducerent* ; tum ex Hebr. *omne quod aperit vulvam propter delicta sua ; pro quo*, inquit, *LXX. transtulerunt*, *Ut delerem eos* ; statimque, *illi prætermiserunt : Et scient quia ego Dominus*. Græcè etiam ista tantummodo leguntur, saltem in Mss. Vatic. ἐν τῷ διασπερύσθαί με πᾶν διανοῖγον μήτραν, ὅπως ἀφανίσω αὐτάς· sed in Mss. Alex. sicut in edd. Ald. & Compl. hoc additur : ἵνα γνῶσιν ὅτι ἐγὼ Κύριος. Hieron. tamen inf. 837. c. constanter ait : *Illudque quod sequitur* : & scient quia ego sum Dominus, *in LXX. non habetur : non enim eis videbatur consequens post interfectionem, nosse quòd ipse sit Dominus*.

℣. 27. Totidem verba exstant in Græco, excepto uno *Adonai*, quod deest ; sed habetur solito more in Ms. Alex. ac edd. Ald. & Compl.

℣. 28. Græcè similiter, exceptis his, & *posuerunt ibi furorem munerum suorum*, quæ desunt ; sequuntur tamen in ed. Compl. cum vocula αὐτῶν, *eorum*, post vocem *fragrantiæ*, quæ abest à Græco Vatic.

℣. 29. Ita rursum Græcè, excepto uno ἀβαμὰ ; at in Ms. Alex. ἀββανὰ, ut sup. unde Hieron. ibid. *Pro* bama, inquit, *quod nos in* excelsum *vertimus*, *in LXX. editione error obtinuit ut scribatur* ἀββανὰ, *quod Hebraico sermone nil resonat*.

℣. 31. Consonat Græc. nisi quòd hab. εἰ ἀποκριθήσομαι..... εἰ ἀναβήσεται, *si respondebo*..... *si ascendet*. In edit. PP. Lugdun. legitur ωρ, loco *spiritum*, quem substituimus è Ms. B. M. Rem. A. n. 35. In Gr. pariter, πνεῦμα.

℣. 32. Ita quoque legitur in Græco.

℣. 33. Græce, ipso ini io præponitur διατέτο, *propterea* ; paulò verò post deest conjunct. *nisi*, quæ tamen additur à Ms. Alex. ac edd. Ald. & Compl. cæt. ut in Lat. supra.

℣. 34. Similiter in Græco, nisi quòd habetur, ἧ διεσκορπίσθητε ἐν αὐταῖς, *ubi dispersi estis in eis*, quod idem sonat.

℣. 35. Ita de Græco, si hoc excipias, *disputabo illic*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

rum, & judicabor vobiſcum ibi facie ad faciem.

36. Sicut judicio contendi adversùm patres veſtros in deſerto terræ Ægypti, ſic judicabo vos, dicit Dominus Deus.

37. Et ſubjiciam vos ſceptro meo, & inducam vos in vinculis fœderis.

38. Et eligam de vobis tranſgreſſores, & impios, & de terra incolatus eorum educam eos, & in terram Iſraël non ingredientur: & ſcietis quia ego Dominus.

39. Et vos domus Iſraël, Hæc dicit Dominus Deus: Singuli poſt idola veſtra ambulate, & ſervite eis. Quòd ſi & in hoc non audieritis me, & nomen meum ſanctum pollueritis ultra in muneribus veſtris, & in idolis veſtris:

VERSIO ANTIQUA.

& diſputabo illic ad vos facie ad faciem. *Tichon. ubi ſup.*

36. Quemadmodum diſputavi ad patres veſtros in deſerto terræ Ægypti, ſic judicabo vos, dicit Dominus.

37. Et redigam vos ſub virga mea, & inducam vos in numero.

38. Et eligam impios de vobis, & deſertores, quoniam ex tranſmigratione eorum educam eos, & in terram Iſraël non intrabunt: & cognoſcetis quia ego ſum Dominus.

39. Et vos domus Iſraël, Hæc dicit Adonai Dominus: Unuſquiſque adinventiones ſuas auferat. Et poſt hæc, ſi vos audieritis me, & nomen meum ſanctum non pollueritis ultra in muneribus veſtris, & in ſtudiis veſtris: *Hieron. in Ezech. 20. col. 838. f. ex Lxx.*

VULGATA NOVA.

40. in monte ſancto meo, in monte excelſo Iſraël, ait Dominus Deus, ibi ſerviet mihi omnis domus Iſraël; omnes, inquam, in terra, in qua placebunt mihi, & ibi quæram primitias veſtras, & initium decimarum veſtrarum in omnibus ſanctificationibus veſtris.

41. In odorem ſuavitatis ſuſcipiam vos, cùm eduxero vos de populis, & congregavero vos de terris, in quas diſperſi eſtis, & ſanctificabor in vobis in oculis nationum.

42. Et ſcietis quia ego Dominus, cùm induxero vos ad terram Iſraël, in terram, pro qua levavi manum meam, ut darem eam patribus veſtris.

43. Et recordabimini ibi viarum veſtrarum, & omnium ſcelerum veſtrorum, quibus polluti eſtis in eis: & diſplicebitis vobis in conſpectu veſtro in omnibus malitiis veſtris, quas feciſtis.

44. Et ſcietis quia ego Dominus, cùm benefecero vobis propter nomen meum, & non ſecundùm vias veſtras malas, neque ſecundùm ſcelera veſtra peſſima domus Iſraël, ait Dominus Deus.

VULGATA NOVA.

45. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:

46. Fili hominis, pone faciem tuam contra viam Auſtri, & ſtilla ad Africum, & propheta ad ſaltum agri meridiani.

47. Et dices ſaltui meridiano: Audi verbum Domini: hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ſuccendam in te ignem, & comburam in te omne lignum viride, & omne lignum aridum: non exſtinguetur flamma ſuccenſionis: & comburetur in ea omnis facies ab Auſtro uſque ad Aquilonem.

48. Et videbit univerſa caro, quia ego Dominus ſuccendi eam, nec exſtinguetur.

49. Et dixi: A a a, Domine Deus: ipſi dicunt de me: Nunquid non per parabolas loquitur iſte?

VERSIO ANTIQUA.

45. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens: *Hieron. ubi ſup. 841. c.*

46. Fili hominis, obfirma faciem tuam ſuper Theman, & reſpice ad Darom; vaticinare ſuper ſaltum ducem Nageb.

47. Et dices ſaltui Nageb: Audi ſermonem Domini: hæc dicit Dominus: Ecce ego ſuccendam in te ignem, & devorabit in te omne lignum viride, & lignum aridum: non exſtinguetur flamma ſuccenſa: & ardebit in ea omnis facies à Meridie uſque ad Aquilonem.

48. Et cognoſcet omnis caro, quia ego Dominus ſuccendi illam, non exſtinguetur.

49. Et dixi: Nequaquam, Domine Domine: ipſi dicunt ad me: Nonne parabola eſt quæ dicitur hæc?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ad vos, pro quo Διακριθήσομαι πρὸς ὑμᾶς ἐκεῖ, *judicabor vobiſcum ibi*: addidimus ſup. *illic* è Mſ. B. M. Rem. n. 35.

℣. 36. Græcè, Διακρίθην πρὸς τὰς πατέρας ὑμῶν, *judicio contendi adversùs patres veſtros*, loco *diſputavi ad patres veſtros*; cæt. quadrant.

℣. 37. Sic etiam in Græco, excepto uno Διάξω, *transfire faciam*, pro *redigam*. Mſ. B. M. Rem. habet *ſub virgam meam*, è Gr. ὑπὸ τὴν ῥάβδον μου.

℣. 38. Ad verbum è Græco, excepta voce *tranſmigratione*, pro qua παροικεσίας, i. e. *terrâ incolatûs*; extremò etiam ſic geminatur: Διότι ἐγὼ Κύριος Κύριος, *quia ego Dominus Dominus*.

℣. 39. Concinit Græc. ad verbum, niſi quòd ita duplicatur Κύριος Κύριος, loco *Adonai Dominus*; & pro *auferat*, ponitur ἐξάρατε, *auferte*.

℣. 45. Sic etiam legitur apud Tichon. reg. 4. p. 58. a. ut & in Græco.

℣. 46. Græcè anteponitur καὶ, verbo *vaticinare*; cæt. ut in Lat. ſupra. Apud Tichon. reg. 4. p. 58. a. d. ita è Mſ. B. M. Rem. *confirma faciem tuam ſuper Theman, reſpice in Dagon, prophetare in ſilvam ſummam Nageb.* Hieron. eriam ubi ſup. *Quod dixere* (LXX.) ducem Nageb, *meliùs hab. in Hebræo* agri, *vel* regionis Meridianæ: *non enim* ſare, *ut putaverunt LXX. quod verbum* ducem & principem *ſonat, ſed* ſade *ſcriptum eſt, quod propriè* agrum, regionemque *ſignat; & propter* daleth & res *litterarum ſimilitudinem, error inolevit.*

℣. 47. Similia exhibentur Græcè, paucis exceptis; videlicet geminatur vox *Dominus*; & pro *ſuccendam*, legitur ἀνάψω; ſubinde poſt *viride*, repetitur ξύλον τῶν ξύλων extremòque pro *Meridie*, ſic, Ἀπηλιώτην, *Subſolano*. Similiter ap. Tichon. reg. 4. partim ex edit. p. 58. a. partim è Mſ. Rem. *Et dices ſaltui Nageb: Audi verbum Domini: hæc dicit Dominus: Ecce ego incendo in te ignem, & comedet in te omne lignum viride, & omne lignum aridum: non exſtinguetur flamma incenſa: & comburetur in ea omnis facies à Subſolano uſque ad Aquilonem.*

℣. 48. Ad verbum è Græco, præter vocem *illam*, pro qua ἀυτὸ, per relat. ad ξύλον, *lignum*. Similiter ap. Tichon. reg. 4. p. 58. a. *Ut cognoſcas* (Mſ. B. M. Rem. *Et cognoſcit*, l. *cognoſcet*) *omnis caro, quia ego Dominus ſuccendi illud, non exſtinguetur ultra:* hoc autem *ultra*, abeſt à Gr. Vatic. ſed in Alex. additur ἔτι.

℣. 49. Itidem Græcè. Tichonius etiam reg. 4. p. 58. a. legit: *Et dixi: Non, Domine: ipſi dicunt ad me: Nonne parabola eſt hæc, quæ dicitur?* Rurſus Hieron. inf. 842. f. *parabola eſt iſta quæ dicitur?*

Digitized by Google

CAPUT XXI.

Versio antiqua.

Hieron. in Ezech. 21. col. 843. c. ex Lxx.

1. ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:
2. Idcirco vaticinare fili hominis, & obfirma faciem tuam contra Jeruſalem, & aſpice ad ſancta eorum, & propheta ſuper terram Iſraël:
3. Et dices ad terram Iſraël: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te, & educam gladium meum de vagina ſua, & interficiam ex te iniquum & injuſtum.
4. Sic egredietur gladius meus de vagina ſua ſuper omnem carnem à Meridie uſque ad Aquilonem:
5. Et cognoſcet omnis caro quia ego Dominus eduxi gladium meum de vagina ſua: non revertetur ultra.
6. Et tu fili hominis ingemiſce in contritione lumborum tuorum, & in doloribus geme in conſpectu eorum.
7. Eritque, ſi dixerint ad te: Quare tu gemis? & dices: Propter nuncium: quia venit, & comprehendetur pavore omne cor, & diſſolventur univerſæ manus, & exanimabitur omnis caro, & omnis ſpiritus, & omnia femora polluentur humore: ecce venit, & erit, dicit Dominus Deus.

Vulgata nova.

1. ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:
2. Fili hominis pone faciem tuam ad Jeruſalem, & ſtilla ad ſanctuaria, & propheta contra humum Iſraël:
3. Et dices terræ Iſraël: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te, & ejiciam gladium meum de vagina ſua, & occidam in te juſtum, & impium.
4. Pro eo autem quòd occidi in te juſtum, & impium, idcirco egredietur gladius meus de vagina ſua ad omnem carnem ab Auſtro uſque ad Aquilonem:
5. Ut ſciat omnis caro quia ego Dominus eduxi gladium meum de vagina ſua irrevocabilem.
6. Et tu fili hominis ingemiſce in contritione lumborum, & in amaritudinibus ingemiſce coram eis.
7. Cùmque dixerint ad te: Quare tu gemis? dices: Pro auditu: quia venit, & tabeſcet omne cor, & diſſolventur univerſæ manus, & infirmabitur omnis ſpiritus, & per cuncta genua fluent aquæ: ecce venit, & fiet, ait Dominus Deus.

Vulgata nova.

8. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:
9. Fili hominis propheta, & dices: Hæc dicit Dominus Deus: Loquere: Gladius, gladius exacutus eſt, & limatus.

Versio antiqua.

Hieron. ubi ſup. 845. a.

10..... interfice, contemne, repelle omne lignum.

12..... hoſpites mei..... percute manu,

13..... tribus repulſa eſt.....

Ambr. l. 2. de virgin. col. 172. f.

14..... plaude manu, & percute pede.....

Vulgata nova.

10. Ut cædat victimas, exacutus eſt: ut ſplendeat, limatus eſt: qui moves ſceptrum filii mei, ſuccidiſti omne lignum.
11. Et dedi eum ad levigandum, ut teneatur manu: iſte exacutus eſt gladius, & iſte limatus eſt, ut ſit in manu interficientis.
12. Clama, & ulula fili hominis, quia hic factus eſt in populo meo, hic in cunctis ducibus Iſraël, qui fugerant: gladio traditi ſunt cum populo meo, idcirco plaude ſuper femur,
13. quia probatus eſt: & hoc, cùm ſceptrum ſubverterit, & non erit, dicit Dominus Deus.
14. Tu ergo fili hominis propheta, & per-

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Similiter habet Tichon. reg. 4. p. 58. a. unà cum Græco.

℣. 2. Sic etiam in Græco, exceptis his, *ἐπὶ*, *ſuper*, pro *contra*, & *προφητεύσεις*, *prophetabis*, loco *propheta*; at in Compl. *προφήτευσον*. Apud Hieron. in Ezech. 13. col. 775. c. ſic: *Fili hominis, obfirma faciem tuam ſuper filios Jeruſalem.* Apud Tichon. reg. 4. è Mſ. B. M. Rem. *Propterea fili hominis prophetare, & confirma faciem tuam ad Jeruſalem, reſpice in ſancta eorum, & prophetabis ſuper terram Iſraël.*

℣. 3. Ita rurſum in Græco, deleta voce *Deus*, quam tamen addit Mſ. Alex. cum ed. Ald. Apud Tichon. reg. 4. ſic è Mſ. B. M. Rem. *Hæc dicit Dominus: Ecce ego educam gladium meum de vagina ſua, & diſperdam de te iniquum & injuſtum:* edit. p. 58. a. b. *inimicum & injuſtum;* ſed mendosè, ni fallor, nam Græc. hab. conſtanter, *ἄνομον καὶ ἄδικον*. Vulg. verò hod. *juſtum & impium; pro quo*, inquit Hieron. inf. *neſcio quid volentes LXX.* iniquum & injuſtum *interpretati ſunt, quaſi non idem utrumque ſignificet.*

℣. 4. Tichon. reg. 4. p. 58. d. ſubdit ſimiliter: *Sic exiet gladius meus de vagina ſua ſuper omnem carnem à Subſolano uſque ad Aquilonem.* Græcè verò antecedunt iſta: *Ἀνθ' ὧν ἐξολεθρεύσω ἐκ σοῦ ἄδικον καὶ ἄνομον, Eò quod exterminabo ex te injuſtum & iniquum;* deinde, *ὅτως ἐξελεύσεται*, &c. ut in Lat. textu, niſi hoc exceperis, *ἀπὸ Ἀπηλιώτου*, pro *à Meridie;* mel. ap. Tichon. *à Subſolano.*

℣. 5. Concinit Græc. ad verbum. Tichon. etiam reg. 4. p. 58. d. legit: *Et ſciet omnis caro quia ego ſum Dominus, qui emiſi gladium meum ab vagina ſua: non egredietur ultra;* Gr. *οὐκ ἀποστρέψει ἔτι.*

℣. 6. Eadem leguntur Græcè, præter hoc ult. *στεναξεις κατ' ὀφθαλμοὺς αὐτῶν, gemes ante oculos eorum*, pro *geme in conſpectu eorum.*

℣. 7. Totidem verba leguntur Græcè, excepto uno *θεσυδήσεται, quaſſabitur*, pro *comprehendetur pavore:* extremò etiam deeſt verbum *erit*, cum ult. *Dens;* at in Mſ. Alex. necnon in edd. Ald. & Compl. eſt: *καὶ ἔσται, λέγει Κύριος ὁ Θεός*, in Ald. *Κύριος Κύριος*. Nota ſcriptum ſup. in edit. Hieron. *examinabitur*, ſed aperto errore, pro *exanimabitur*, quem correximus; Græcè enim conſtanter *ἐκψύξει.*

℣. 10. Ita Hieron. ibid. *Pro eo quod nos diximus:* qui moves ſceptrum filii mei, ſuccidiſti omne lignum: *illi* (LXX.) *tranſtulerunt:* interfice, contemne, &c. Sic etiam hodie in Græco.

℣. 12. Sic Hieron. ibid. *Rurſum ubi nos diximus:* qui fugerant: gladio traditi ſunt: & *illi* (LXX.) *& alii tranſtulerunt*, hoſpites mei, *ſive* habitatores; Græc. hod. *παροικήσουσιν ἐπὶ ῥομφαίᾳ ἐγενετο ἐν τῷ λαῷ μου, inhabitabunt: propter gladium fuit in populo meo:* at in codd. aliq. & apud Theodoret. eſt, teſte Nobilio, *οἱ παροικοῦντές μοι, εἰς ῥομφαίαν ἐγένοντο ζὺν τῷ λαῷ μου, qui habitabant prope me, in gladium ſacti ſunt cum populo meo.* Hieron. ſubdit: *& ubi nos diximus:* plaude ſuper femur: *illi* (LXX.) *poſuerunt:* percute manu: Gr. *κρότησον ἐπὶ τὴν χεῖρά σου.*

℣. 13. Hieron. ubi ſup. *Et ubi tranſtulimus:* & hoc, cùm ſceptrum ſubverterit: *illorum* (LXX.) *habet editio*, tribus repulſa eſt. Gr. *ἢ τί, εἰ ἡ φυλὴ ἀπωσθῇ;* & *quid, ſi etiam tribus repulſa fuerit?*

℣. 14. Græcè, *κρότησον χεῖρα ἐπὶ χεῖρα* Mſ. Alex. *τῇ*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

cute manu ad manum, & duplicetur gladius, ac triplicetur gladius interfectorum : hic est gladius occisionis magnæ, qui obstupescere eos facit,

15. & corde tabescere, & multiplicat ruinas. In omnibus portis eorum dedi conturbationem gladii acuti, & limati ad fulgendum, amicti ad cædem.

16. Exacuere, vade ad dexteram, sive ad sinistram, quòcunque faciei tuæ est appetitus.

17. Quin & ego plaudam manu ad manum, & implebo indignationem meam, ego Dominus locutus sum.

18. Et factus est sermo Domini ad me, dicens:

19. Et tu fili hominis pone tibi duas vias, ut veniat gladius regis Babylonis : de terra una egredientur ambæ : & manu capiet conjecturam, in capite viæ civitatis conjiciet.

20. Viam pones ut veniat gladius ad Rabbath filiorum Ammon, & ad Judam in Jerusalem munitissimam.

21. Stetit enim rex Babylonis in bivio, in capite duarum viarum, divinationem quærens, commiscens sagittas : interrogavit idola, exta consuluit.

22. Ad dexteram ejus facta est divinatio super Jerusalem, ut ponat arietes, ut aperiat os in cæde, ut elevet vocem in ululatu, ut ponat arietes contra portas, ut comportet aggerem, ut ædificet munitiones.

23. Eritque quasi consulens frustra oraculum in oculis eorum, & sabbatorum otium imitans : ipse autem recordabitur iniquitatis ad capiendum.

24. Idcirco hæc dicit Dominus Deus : Pro eo quòd recordati estis iniquitatis vestræ, & revelastis prævaricationes vestras, & apparuerunt peccata vestra in omnibus cogitationibus vestris : pro eo, inquam, quòd recordati estis, manu capiemini.

VULGATA NOVA.

25. Tu autem profane, impie dux Israël, cujus venit dies in tempore iniquitatis præfinita:

26. Hæc dicit Dominus Deus : Aufer cidarim, tolle coronam : nonne hæc est, quæ humilem sublevavit, & sublimem humiliavit ?

27. Iniquitatem, iniquitatem, iniquitatem ponam eam : & hoc non factum est, donec veniret cujus est judicium, & tradam ei.

VERSIO ANTIQUA.

25. Et tu profane, inique dux Israël, cujus venit dies, in tempore iniquitatis finis : *Hieron. in Ezech. 21. col. 847. c. ex Lxx.*

26. Hæc dicit Dominus Deus : Abstulisti cidarim, & posuisti coronam ; hæc non erit similis : humiliasti excelsum, & sublevasti humilem.

27. Iniquitatem, iniquitatem ponam eam : nec hæc talis erit, donec veniat cui debetur, & dabo ei.

VULGATA NOVA.

28. Et tu fili hominis propheta, & dic : Hæc dicit Dominus Deus ad filios Ammon, & ad opprobrium eorum, & dices : Mucro, mucro, evagina te ad occidendum, lima te ut interficias, & fulgeas,

29. cùm tibi viderentur vana, & divinarentur mendacia : ut dareris super colla vulneratorum impiorum, quorum venit dies in tempore iniquitatis præfinita.

30. Revertere ad vaginam tuam, in loco in quo creatus es, in terra nativitatis tuæ judicabo te,

31. & effundam super te indignationem meam : in igne furoris mei sufflabo in te, daboque te in manus hominum insipientium, & fabricantium interitum.

32. Igni eris cibus, sanguis tuus erit in medio terræ, oblivioni tradêris : quia ego Dominus locutus sum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

χαρὶ ἐπὶ χεῖρα.

℣. 25. Ita de Græco ad verbum.

℣. 26. Abest *Deus*, à Gr. Vatic. sed in Mſ. Alex. est Κύριος Κύριος ὁ Θεός· subinde in Vatic. ἐπέθηκεν τὸν στέφανον αὐτῇ ὁ τοιαύτη ἔσται, *imposuisti coronam ; oi non erit talis ;* at in Compl. αὐτὴ ὁ, ut supra : demum Vatic. hab. τὸ ταπεινὸν, *humile*, non *humilem ;* cæt. ut in textu.

℣. 27. Græc. Vatic. triplicat *iniquitatem* cum Vulg. geminant verò Ald. & Compl. subinde loco *nec hæc*, hab. καὶ αὐτὴ, *væ ei.* Mſ. Alex. simpliciter, ὁ ; al. οὐδὲ αὐτὴ τοιαύτη ἔσται, &c. ut sup.

CAPUT XXII.

VULGATA NOVA.

1. ET factum est verbum Domini ad me, dicens:

2. Et tu fili hominis nonne judicas, nonne judicas civitatem sanguinum ?

3. & ostendes ei omnes abominationes suas, & dices : Hæc dicit Dominus Deus : Civitas effundens sanguinem in medio sui, ut veniat tempus ejus : & quæ fecit idola contra semetipsam, ut pollueretur.

4. In sanguine tuo, qui à te effusus est, deliquisti : & in idolis tuis, quæ fecisti, polluta es : & appropinquare fecisti dies tuos, & adduxisti tempus annorum tuorum : propterea dedi te opprobrium gentibus, & irrisionem universis terris.

VULGATA NOVA.

5. Quæ juxta sunt, & quæ procul à te, triumphabunt de te : sordida, nobilis, grandis interitu.

6. Ecce principes Israël singuli in brachio suo fuerunt in te ad effundendum sanguinem.

7. Patrem & matrem contumeliis affecerunt in te, advenam calumniati sunt in medio tui, pupillum & viduam contristaverunt apud te.

8. Sanctuaria mea spreviſti, & sabbata mea polluisti.

9. Viri detractores fuerunt in te ad effundendum sanguinem, & super montes comederunt in

VERSIO ANTIQUA.

5..... illudent tibi..... *Hieron. in Ezech. 22. col. 849. b.*

7. Patri & matri maledixerunt..... pupillum & viduam oppresserunt.

8..... sabbata mea profanastis. *Tertul. adv. Jud. c. 4. p. 137. c.*

9. Viri latrones fuerunt in te..... *Hieron. in Ezech. 22. col. 849. c.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 5. Græc. ἀναπαίξονται ἐν σοὶ, loco *triumphabunt de te*, quod in Vulg. est.

℣. 7. Consonat Græc. nisi quòd hab. ἐκακολόγων..... κατεδυνάσευον, *maledicebant..... opprimebant.*

℣. 8. Græc. ἐβεβήλων ἐν σοὶ *profanabant in te.*

℣. 9. Ita Græc. Alex. Vide Nobil. Not. in hunc loc.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

te, ſcelus operati ſunt in medio tui.

10. Verecundiora patris diſcooperuerunt in te, immunditiam menſtruatæ humiliaverunt in te:

Jer. 5. 8. 11. Et unuſquiſque in 11... *Vide Not.* uxorem proximi ſui operatus eſt abominationem, & ſocer nurum ſuam polluit nefariè, frater ſororem ſuam filiam patris ſui oppreſſit in te.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Ezech. 22. col. 849. c. 12..... & complebo conſummationem malitiæ tuæ in oppreſſione tua.....

VULGATA NOVA.

12. Munera acceperunt apud te ad effundendum ſanguinem: uſuram & ſuperabundantiam accepiſti, & avarè proximos tuos calumniabaris: meique oblita es, ait Dominus Deus.

VULGATA NOVA.

13. Ecce comploſi manus meas ſuper avaritiam tuam, quam feciſti; & ſuper ſanguinem, qui effuſus eſt in medio tui.

14. Nunquid ſuſtinebit cor tuum, aut prævalebunt manus tuæ in diebus, quos ego faciam tibi? ego Dominus locutus ſum, & faciam.

15. Et diſpergam te in nationes, & ventilabo te in terras, & deficere faciam immunditiam tuam à te.

16. Et poſſidebo te in conſpectu gentium: & ſcies quia ego Dominus.

17. Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens:

VERSIO ANTIQUA.

Donat. in collat. Carthag. p. 486. b. 18..... pro eo quòd facta eſt mihi omnis domus Iſraël permiſtio: omnes æramentum, argentum, ferrum, ſtannum, & plumbum, in medio camini ardentis permiſtum:

19. Propterea dicit: Hæc dicit Dominus: Propter quòd facti eſtis omnes in permiſtione una, ideo recipio vos in medio Jeruſalem:

20. ſicut recipitur æramentum, argentum, & ferrum, & ſtannum, & plumbum in medio camini, ad inſufflandum in igni, ut conflетur: ita recipiam vos in ira mea: & concremabo,

21. & inſufflabo in vos inſufflationem ignis iræ meæ, & conflabimini in medio ejus.

22..... & ſcietis quia ego ſum Dominus, qui effudi iram meam ſuper vos.

VULGATA NOVA.

18. Fili hominis, verſa eſt mihi domus Iſraël in ſcoriam: omnes iſti æs, & ſtannum, & ferrum, & plumbum in medio fornacis: ſcoria argenti facti ſunt.

19. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Eò quòd verſi eſtis omnes in ſcoriam, propterea ecce ego congregabo vos in medio Jeruſalem,

20. congregatione argenti, & æris, & ſtanni, & ferri, & plumbi in medio fornacis: ut ſuccendam in ea ignem ad conflandum: ſic congregabo in furore meo, & in ira mea, & requieſcam: & conflabo vos.

21. Et congregabo vos, & ſuccendam vos in igne furoris mei, & conflabimini in medio ejus.

22. Ut conflatur argentum in medio fornacis, ſic eritis in medio ejus: & ſcietis quia ego Dominus, cùm effuderim indignationem meam ſuper vos.

23. Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens:

Hieron. in Iſai. 30. col. 254. d. 24..... Tu es terra in qua non pluit, nec imber venit ſuper te in die iræ.

25. Cujus principes in medio ejus, quaſi leones rugientes, rapientes prædam, animas devorantes per potentiam.....

Donat. in collat. Carthag. p. 486. b. 26. Sacerdotes ejus repulerunt legem meam, profanabant ſancta mea: inter mundum & immundum non dividebant: & inter ſanctum & pollutum non ſeparabant.....

24. Fili hominis, dic ei: Tu es terra immunda, & non compluta in die furoris.

25. Conjuratio prophetarum in medio ejus, ſicut leo rugiens, rapienſque prædam, animas devoraverunt, opes & pretium acceperunt, viduas ejus multiplicaverunt in medio illius.

26. Sacerdotes ejus contempſerunt legem meam, & polluerunt ſanctuaria mea: inter ſanctum & profanum non habuerunt diſtantiam: & inter pollutum & mundum non intellexerunt: & à ſabbatis meis averterunt oculos ſuos, & coinquinabar in medio eorum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 11. Hieron. ubi ſup. col. 849. c. Vulgatæ verbo *oppreſſit*, addit, ſive *humiliavit*; Græc. ἐταπείνωσεν ἐν Σοι.

℣. 12. Ita Hieron. refert ex ed. LXX. horum loco de Hebr. & *avarè proximos tuos calumniata es*; Vulg. *calumniabaris*. Græc. καὶ συντελέσω συντέλειαν κακίας σὺ τὴν ἐν καταδυναστείᾳ· i. e. & *conſummaſti conſummationem malitiæ tuæ, quæ in oppreſſione*; Mſ. Alex. ultimò addit σῦ; Theodoretuſque cum al. habet ſupra, συντελέσω, *conſummabo*.

℣. 18. Græc. Υἱὲ ἀνθρώπου, ἰδοὺ γεγόνασί μοι ὁ οἶκος Ἰσραὴλ ἀναμεμιγμένοι πάντες χαλκῷ, καὶ σιδήρῳ, καὶ κασσιτέρῳ, καὶ μολίβῳ· ἐν μέσῳ ἀργυρίου ἀναμεμιγμένος ἐστί. *Fili hominis, ecce facti ſunt mihi domus Iſrael admiſti omnes æri, & ferro, & ſtanno, & plumbo: in medio argenti admiſta eſt.* In Mſ. Alex. γέγονεν ὁ οἶκος Ἰσραὴλ ἀναμεμιγμένος χαλκῷ· ſubinde in ed. Compl. ἐν μέσῳ καμίνου ἀργυρίου, &c. Hieron. in hunc loc. col. 851. a. ait: *Verbum Hebr.* ſig, *Symmachus* ſcoriam..... *LXX. vertêre* commiſtionem.

℣. 19. Græc. initio hab. Διατοῦτο εἶπόν, *Propterea dic*; ſubinde geminat vocem *Dominus*; delet verò ſeq. *omnes*, quam tamen retinet Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. cæt. ſimilia, niſi id excipiatur, εἰς σύγκρασιν μίαν, *in commiſtionem unam*; paulòque poſt, εἰς μέσον, *in medium*; at in Compl. ἐν μέσῳ, ut in textu Lat.

℣. 20. Eadem exſtant Græcè, præter hoc, εἰς αὐτὸ πῦρ, pro *in igni*; deeſt etiam *vos*, poſt *recipiam*, quod tamen hab. Mſ. Alex. cum ed. Compl. extremò pro *concremabo*, ita, συντέξω, καὶ χωνεύσω ὑμᾶς, *congregabo, & conflabo vos*. Apud Ambr. in Pſ. 118. col. 998. b. ſic: *Ecce preficiſcar in Jeruſalem, & inſufflabo in vos in igne iræ meæ, ut tabeſcatis à plumbo & ferro*: ita rurſum infra, p. 1130. f. præter hoc, & *inſufflabo in vos ignem iræ meæ*.

℣. 21. Concinit Græc. niſi quòd hab. ἐν πυρὶ, *in igne*, loco *inſufflationem ignis*; ſed in Mſ. Alex. καὶ ἐκφυσήσω εἰς ὑμᾶς ἐκφυσημα ἐν πυρὶ, &c. Vide Ambroſ. ſup. ad ℣. 20.

℣. 22. Ita Græcè, detractis duabus voculis, *ſum*, & *qui*.

℣. 24. Græc. Σὺ εἶ γῆ ἡ οὐ βρεχομένη, οὐδὲ ὑετὸς ἐγένετο ἐπὶ σοὶ, &c. *Tu es terra non irrigata, neque pluvia facta eſt ſuper te*, &c. ut ſup.

℣. 25. Similiter in Græco, niſi quòd loco *principes*, hab. ἀφηγούμενοι; ap. Hieron. in Ezech. 22. col. 852. f. *duces*; ſubinde Gr. hab. ἁρπάγματα, *rapinas*, loco *prædam*; extremòque, ἐν δυνασείᾳ, *in potentia*.

℣. 26. Eadem ſunt in Græco, mutato ſub finem vocum nonnullarum ordine.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Mich. 3. 11. *Soph.* 3. 3.

27. Principes ejus in medio illius, quasi lupi rapientes prædam ad effundendum sanguinem, & ad perdendas animas, & avarè ad sectanda lucra.

28. Prophetæ autem ejus liniebant eos absque temperamento, videntes vana, & divinantes eis mendacium, dicentes: Hæc dicit Dominus Deus, cùm Dominus non sit locutus.

29. Populi terræ calumniabantur calumniam, & rapiebant violenter: egenum & pauperem affligebant, & advenam opprimebant calumnia absque judicio.

30. Et quæsivi de eis virum, qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam: & non inveni.

31. Et effudi super eos indignationem meam, in igne iræ meæ consumpsi eos: viam eorum in caput eorum reddidi, ait Dominus Deus.

CAPUT XXIII.

VULGATA NOVA.

1. ET factus est sermo Domini ad me, dicens:
2. Fili hominis, duæ mulieres filiæ matris unius fuerunt,

VERSIO ANTIQUA.

3. & fornicatæ sunt in Ægypto, in adolescentia sua fornicatæ sunt: ibi subacta sunt ubera earum, & fractæ sunt mammæ pubertatis earum.

3..... ibi ceciderunt ubera earum, & ibi devirginatæ sunt. *Hieron. in Ezech. 23. col. 853. f. ex Lxx.*

4. Nomina autem earum, Oolla major, & Ooliba soror ejus minor: & habui eas, & pepererunt filios & filias. Porro earum nomina, Samaria Oolla, & Jerusalem Ooliba.

4. Nomina earum, Oolla senior, & Ooliba soror ejus: & factæ sunt mihi, & pepererunt filios & filias.....

5. Fornicata est igitur super me Oolla, & insanivit in amatores suos, in Assyrios propinquantes,

5..... & abiit ad amatores suos.....

VULGATA NOVA.

6. vestitos hyacintho, principes, & magistratus,
juvenes cupidinis, universos equites, ascensores equorum.

6... *Vide Not.*

7. Et dedit fornicationes suas super eos electos, filios Assyriorum universos: & in omnibus, in quos insanivit, in immunditiis eorum polluta est.

VULGATA NOVA.

VERSIO ANTIQUA.

8. Insuper & fornicationes suas, quas habuerat in Ægypto, non reliquit: nam & illi dormierunt cum ea in adolescentia ejus, & illi confregerunt ubera pubertatis ejus, & effuderunt fornicationem suam super eam.

8..... & ipsi devirginaverant eam..... *Ibid. 854.*

9. Propterea tradidi eam in manus amatorum suorum, in manus filiorum Assur, super quorum insanivit libidine.

Sup. 16. 38. 10. Ipsi discooperuerunt ignominiam ejus, filios & filias ejus tulerunt, & ipsam occiderunt gladio: & factæ sunt famosæ mulieres, & judicia perpetraverunt in ea.

10..... & facta est in sermone mulierum, & ultiones fecerunt in ea.

VULGATA NOVA.

11. Quod cùm vidisset soror ejus Ooliba, plusquam illa insanivit libidine: & fornicationem suam super fornicationem fororis suæ
12. ad filios Assyriorum præbuit impudenter,
ducibus & magistratibus ad se venientibus, indutis veste varia, equitibus qui vectabantur equis, & adolescentibus forma cunctis egregia.

12... *Vide Not.*

13. Et vidi quòd polluta esset via una ambarum.
14. Et auxit fornicationes suas: cùmque vidisset viros depictos in pariete, imagines Chaldæorum expressas coloribus,
15. & accinctos balteis renes, & tiaras tinctas
in capitibus eorum, formam ducum omnium, similitudinem filiorum Babylonis, terræque Chaldæorum, in qua orti sunt,

15... *Vide Not.*

16. insanivit super eos concupiscentia oculorum suorum, & misit nuncios ad eos in Chaldæam.

VULGATA NOVA.

VERSIO ANTIQUA.

17. Cùmque venissent ad eam filii Babylonis

17. Cùmque venissent ad eam filii Babylonis *Ibid. 855.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 3. Sic est in Græco. Idem Hieron. in Joel 1. col. 1343. f. sic habet: *In Ægypto fracta sunt mamma tua, & ibi devirginata es.*

℣. 4. Græc. Καὶ τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἦν Ὁολὰ, &c. ut supra.

℣. 5. Gr. ᾧ ἐπίθετο ἐπὶ τὰς ἐρωτὰς αὐτὰς, & *adhæsit super amatores suos.*

℣. 6. Hieron. ubi sup. ad hoc Vulg. *juvenes cupidinis*, addit, *sive electos*; Gr. νεανίσκοι, ᾧ ἐπιλεκτοί.

℣. 8. Ita de Græco, pro Vulgatæ his, *confregerunt ubera pubertatis ejus.*

℣. 10. Græc. ᾧ ἐγένετο κάλλημα εἰς γυναῖκας, ᾧ ἐποίησαν ἐκδικήσεις ὠ αὐτῇ εἰς τὰς θυγατέρας· & *facta est sermo apud mulieres, & fecerunt ultiones in ea in filias*: ed. Compl. delet hoc ult. εἰς τὰς θυγατέρας.

℣. 12. Hieron. in hunc loc. col. 855. e. hab. *ducibus... indutis veste varia, sive pretiosa*; Gr. ὑπὸ εὐπορίτας εὐπάρυφα.

℣. 15. Hieron. in eund. loc. col. 855. e. *forma ducum omnium, sive tristatarum omnium*; Gr. ὄψις τελειῶν πάντων, *aspectus triplex omnium*; sed al. ὄψις τρισαιῶν πάντων. Hieron. infra, 857. d. *Tristata*, inquit, *nomen est apud Græcos secundi gradus post regiam dignitatem.*

℣. 17. Græc. initio habet: Καὶ ἠλθοσαν, & *venerunt*; reliqua ut in Lat. supra. Tertul. iisdem alludens, dicit:

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup. ad cubile divertentium..... & receſſit anima ejus ab illis.

VULGATA NOVA.

ad cubile mammarum, polluerunt eam ſtupris ſuis, & polluta eſt ab eis, & ſaturata eſt anima ejus ab illis.

VULGATA NOVA.

18. Denudavit quoque fornicationes ſuas, & diſcooperuit ignominiam ſuam : & receſſit anima mea ab ea, ſicut receſſerat anima mea à ſorore ejus.

19. Multiplicavit enim fornicationes ſuas, recordans dies adoleſcentiæ ſuæ, quibus fornicata eſt in terra Ægypti.

VERSIO ANTIQUA.

20..... & verenda equorum, verenda eorum.

VULGATA NOVA.

20. Et inſanivit libidine ſuper concubitum eorum, quorum carnes ſunt ut carnes aſinorum : & ſicut fluxus equorum, fluxus eorum.

21. Et viſitaſti ſcelus adoleſcentiæ tuæ, quando ſubacta ſunt in Ægypto ubera tua, & confractæ ſunt mammæ pubertatis tuæ.

Ibid. 857. a. 22. Propterea Ooliba, hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego ſuſcitabo amatores tuos contra te, à quibus receſſit anima tua : & adducam eos adversùm te per circuitum ;

23. Filios Babylonis, & omnes Chaldæos, Phacouth, & Sue, & Couth, & omnes filios Aſſyriorum cum eis, juvenes electos, duces & magiſtratus, omnes triſtatas, & nominatos equitantes in equis :

24. cuncti venient ſuper te ab Aquilone, currus & rotæ, cum multitudine populorum ; clypei, & peltæ : & mittent cuſtodiam ſuper te in circuitu : & dabo ante faciem eorum judicium, & judicabunt te judiciis ſuis.

25. Et dabo zelum meum in te, & facient tecum in ira furoris : naſum tuum, & aures tuas auferent ; & reliquos tuos gladio dejicient : ipſi filios tuos, & filias tuas tollent ; & reſiduos tuos devorabit ignis.

26. Et denudabunt te veſtimento tuo, & aſſument vaſa gloriationis tuæ.

27. Et avertent impietates tuas à te, & fornicationem tuam de terra Ægypti : & non elevabis oculos tuos ad eos, & Ægypti non recordaberis ampliùs.

VULGATA NOVA.

22. Propterea Ooliba, hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego ſuſcitabo omnes amatores tuos contra te, de quibus ſatiata eſt anima tua : & congregabo eos adversùm te in circuitu ;

23. Filios Babylonis, & univerſos Chaldæos, nobiles, tyrannoſque & principes, omnes filios Aſſyriorum, juvenes formâ egregiâ, duces & magiſtratus univerſos, principes principum, & nominatos aſcenſores equorum :

24. & venient ſuper te inſtructi curru & rota, multitudo populorum : lorica, & clypeo, & galea armabuntur contra te undique : & dabo coram eis judicium, & judicabunt te judiciis ſuis.

25. Et ponam zelum meum in te, quem exercent tecum in furore : naſum tuum, & aures tuas præcident : & quæ remanſerint, gladio concident : ipſi filios tuos, & filias tuas capient ; & noviſſimum tuum devorabitur igni.

26. Et denudabunt te veſtimentis tuis, & tollent vaſa gloriæ tuæ.

27. Et requieſcere faciam ſcelus tuum de te, & fornicationem tuam de terra Ægypti : nec levabis oculos tuos ad eos, & Ægypti non recordaberis ampliùs.

VULGATA NOVA.

28. Quia hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego tradam te in manus eorum, quos odiſti ; in manus, de quibus ſatiata eſt anima tua.

29. Et agent tecum in odio, & tollent omnes labores tuos, & dimittent te nudam, & ignominia plenam, & revelabitur ignominia fornicationum tuarum, ſcelus tuum, & fornicationes tuæ.

30. Fecerunt hæc tibi, quia fornicata es poſt gentes, inter quas polluta es in idolis earum.

31. In via ſororis tuæ ambulaſti, & dabo calicem ejus in manu tua.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Iſai. 51. col. 374. c. 32..... Calicem ſororis tuæ Samariæ bibes profundum & latum, ut inebrieris.

Hieron. in Ezech. 23. col. 858. e. ex Lxx. 34. Feſtivitates & neomenias ejus auferam.....

VULGATA NOVA.

32. Hæc dicit Dominus Deus : Calicem ſororis tuæ bibes profundum & latum : eris in deriſum, & in ſubſannationem, quæ eſt capaciſſima.

33. Ebrietate, & dolore repleberis : calice mœroris, & triſtitiæ, calice ſororis tuæ Samariæ.

34. Et bibes illum, & epotabis uſque ad feces, & fragmenta ejus devorabis, & ubera tua lacerabis : quia ego locutus ſum, ait Dominus Deus.

35. Propterea hæc dicit Dominus Deus : Quia

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Scriptura Sancta ſtupri vocabulo utuntur in idololatriæ exprobratione.

℣. 20. Sic etiam Græcè, pro Vulg. his : *fluxus equorum, fluxus eorum.*

℣. 22. A Græco abeſt vox *Deus* ; ſed in Mſ. Alex. eſt Κύριος Κύριος ὁ Θεός ; in ed. Ald. Κύριος Κύριος ; in Compl. Ἀδωναὶ Κύριος ; deinde in Vatic. & al. Ἰδὺ ἐγὼ ἐξεγείρω, *ecce ego ſuſcito* ; & inf. additur, ἀπ' αὐτῶν, *ab eis*, poſt *anima tua* ; cæt. ut in textu.

℣. 23. Eadem exhibentur Græcè, præter iſta, Φακὲχ, ἡ Σνὲ, ἡ Τχνέ ; at in ed. Ald. Φακὲθ, ἡ Σνὲ, ἡ Κόθ, ut ſupra ; item inf. loco *triſtatas*, Græc. Vatic. hab. τριεῶς ; ſed Compl. τρισάτας, al. τρισάτας τριανῆς.

℣. 24. Totidem verba habentur Græcè, excepto ſingul. βαλεῖ, *mittet*, pro *mittent* ; at in ed. Ald. βαλοῦσι· huic etiam voci, *judiciis*, præponitur ἐν, *in*.

℣. 25. Eadem rurſum in Græco, præter unum ἐν, *in*, præpoſitum *gladio*.

℣. 26. Sic etiam Græcè.

℣. 27. Ita de Græco, verbum è verbo : excipiendum tamen eſt primum *avertent*, cujus loco conſtanter, ἀποστρέψω, *avertam*.

℣. 32. Conſonat Græc. niſi quòd caret hac voce, *Samariæ* ; & loco *ut inebrieris*, hab. ἐν τὸ πλησθῆναι τῦ ζυτισθῆναι μέθην, *& abundantem ad complendam ebrietatem*.

℣. 34. Itidem Græcè.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

oblita es mei, & projeciſti me poſt corpus tuum, tu quoque porta ſcelus tuum, & fornicationes tuas.

36. Et ait Dominus ad me, dicens: Fili hominis nunquid judicas Oollam, & Oolibam, & annuntias eis ſcelera earum?

37. Quia adulteratæ ſunt, & ſanguis in manibus earum, & cum idolis ſuis fornicatæ ſunt: inſuper & filios ſuos, quos genuerunt mihi, obtulerunt eis ad devorandum.

VERSIO ANTIQUA.

36..... & annuntias eis iniquitates earum? *Hieron. ubi ſup. col. 859. d. e.*

37..... cum adinventionibus ſuis fornicatæ ſunt: inſuper & filios ſuos, quos genuerant mihi, tranſduxerunt per ignem.

VULGATA NOVA.

38. Sed & hoc fecerunt mihi: Polluerunt ſanctuarium meum in die illa, & ſabbata mea profanaverunt.

39. Cùmque immolarent filios ſuos idolis ſuis, & ingrederentur ſanctuarium meum in die illa ut polluerent illud: etiam hæc fecerunt in medio domus meæ.

VULGATA NOVA.

40. Miſerunt ad viros venientes de longè, ad quos nuncium miſerant: itaque ecce venerunt: quibus te laviſti, & circumliniſti ſtibio oculos tuos, & ornata es mundo muliebri.

41. Sediſti in lecto pulcherrimo, & menſa ornata eſt ante te: thymiama meum, & unguentum meum poſuiſti ſuper eam.

42. Et vox multitudinis exſultantis erat in ea: & in viris, qui de multitudine hominum adducebantur, & veniebant de deſerto, poſuerunt armillas in manibus eorum, & coronas ſpecioſas in capitibus eorum.

43. Et dixi ei, quæ attrita eſt in adulteriis: Nunc fornicabitur in fornicatione ſua etiam hæc.

44. Et ingreſſi ſunt ad eam quaſi ad mulierem meretricem: ſic ingrediebantur ad Oollam & Oolibam, mulieres nefarias.

VERSIO ANTIQUA.

40..... cùm veniſſent, ſtatim lavabaris..... *Ibid.*

42. Et voce compoſita perſultabat..... & veniebant ebrii de deſerto.....

44..... ſic ingrediebantur ad Oollam & Oolibam, ut facerent iniquitatem.

VULGATA NOVA.

45. Viri ergo juſti ſunt: hi judicabunt eas judicio adulterarum, & judicio effundentium ſanguinem: quia adulteræ ſunt, & ſanguis in manibus earum.

46. Hæc enim dicit Dominus Deus: Adduc ad eas multitudinem, & trade eas in tumultum, & in rapinam:

47. Et lapidentur lapidibus populorum, & confodiantur gladiis eorum: filios & filias earum interficient, & domos earum igne ſuccendent.

VULGATA NOVA.

48. Et auferam ſcelus de terra, & diſcent omnes mulieres ne faciant ſecundùm ſcelus earum.

49. Et dabunt ſcelus veſtrum ſuper vos, & peccata idolorum veſtrorum portabitis: & ſcietis quia ego Dominus Deus.

VERSIO ANTIQUA.

48. Et auferam impietatem de terra, & diſcent omnes mulieres ne faciant ſecundùm impietatem earum.

49. Et dabunt impietatem veſtram ſuper vos...

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 36. Gr. ἢ ἀναγγελεῖς, & *annuntiabis*, &c. ut ſupra.

℣. 37. Gr. τὰ ἐνθυμήματα αὐτῶν ἐμοιχώλευσε ἢ τὰ τέκνα αὐτῶν, ἃ ἐγέννησάν μοι, διήγαγον αὐτοῖς διὰ ἐμπύρων.

℣. 40. Græc. ἢ ἅμα τῷ ἔρχεσθαι αὐτὰς, &c. ut ſup.

℣. 42. Græc. Καὶ φωνὴν ἁρμονίας ἀφειρύσατο· ἢ πρὸς ἄνδρας ἐκ πλήθους ἀνθρώπων ἤγοντας ἐκ τῆς ἐρήμου· Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. οἰνομένης ἐκ τῆς, &c.

℣. 44. Sic eſt in Græco, præter hoc, πρὸς Ὁολὰ, ἢ πρὸς Ὁολιβάν.

℣. 48. Græc. Καὶ ἀποστρέψω, *Et avertam*, loco *Et auferam*; paulòque poſt, ἢ ἵνα μὴ ποιήσωσι, & *non faciant*, loco *ne faciant*; ultimòque num. plur. κατὰ τὰς ἀνομίας αὐτῶν.

℣. 49. Græc. Καὶ λοιπὸν ἡ ἀσέβεια ὑμῶν ἐφ' ὑμᾶς, *Et dabitur impietas veſtra ſuper vos*. Nonnulla autem ſupra addita ſunt verba ex Hebr. aut Vulg. quæ nonniſi leviter differunt à Græco, ut ſcilicet nexu aliquo colligarentur variantes lectiones LXX. paſſim adhibitæ ab Hieronymo.

CAPUT XXIV.

VULGATA NOVA.

1. ET factum eſt verbum Domini ad me, in anno nono, in menſe decimo, decima die menſis, dicens:

2. Fili hominis ſcribe tibi nomen diei hujus, in qua confirmatus eſt rex Babylonis adversùm Jeruſalem hodie.

3. Et dices per proverbium ad domum irri-

VERSIO ANTIQUA.

1. ET factus eſt ſermo Domini ad me, in anno nono, in menſe decimo, decimâ menſis, dicens: *Hieron. in Ezech. 24. col. 861. ex Lxx.*

2. Fili hominis ſcribe tibi diem ab hac die, qua obfirmatus eſt rex Babylonis ſuper Jeruſalem ab hodierna die.

3. Et dic ad domum exaſperantem parabolam,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Græcè, ad verbum.

℣. 2. Eadem exſtant Græcè, poſito uno εἰς, *in*, ante *diem*.

℣. 3. Itidem Græcè, præter vocem *Deus*, quæ abeſt;

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Hieron. ubi sup. & dices ad eos : Hæc dicit Dominus Deus : Pone lebetem, & infunde super eum aquam.	tatricem parabolam, & loquêris ad eos : Hæc dicit Dominus Deus : Pone ollam ; pone, inquam, & mitte in eam aquam.
4. Et mitte in eum divisiones, omnem incisuram bonam, crus & humerum, carnibus separatis ab ossibus,	4. Congere frusta ejus in eam, omnem partem bonam, femur & armum, electa & ossibus plena.
5. de electis pecoribus assumpta; & incende ossa sub eis : ferbuit, & sunt cocta ossa ejus in medio illius.	5. Pinguissimum pecus assume, compone quoque strues ossium sub ea : efferbuit coctio ejus, & discocta sunt ossa illius in medio ejus.
6. Propterea hæc dicit Adonai Dominus : O civitas sanguinum, lebes, in quo est rubigo in eo, & rubigo non est egressa ex eo : per partes suas protulit, non cecidit super eam sors.	6. Propterea hæc dicit Dominus Deus : Væ civitati sanguinum, ollæ, cujus rubigo in ea est, & rubigo ejus non exivit de ea : per partes & per partes suas ejice eam, non cecidit super eam sors.
7. Quia sanguis ejus in medio illius est, super levissimam petram posui illum : non effudi illum super terram ut operiretur terra.	7. Sanguis enim ejus in medio ejus est, super limpidissimam petram effudit illum : non effudit illum super terram ut possit operiri pulvere.
Ibid. 862. 8. Ut ascenderet furor in ultionem vindictæ : dedi sanguinem ejus super limpidissimam petram ut non operiretur.	8. Ut superinducerem indignationem meam, & vindictâ ulciscerer : dedi sanguinem ejus super petram limpidissimam ne operiretur.
9. Propterea hæc dicit Adonai Dominus : Væ civitas sanguinum, & ego magnificabo torrem.	9. Propterea hæc dicit Dominus Deus : Væ civitati sanguinum, cujus ego grandem faciam pyram. *Nah.* 3. 1. *Hab.* 2. 12.
10. Et multiplicabo ligna, & succendam ignem, ut tabescant carnes, & imminuatur jus, & ossa concrementur,	10. Congere ossa, quæ igne succendam : consumentur carnes, & coquetur universa compositio, & ossa tabescent.
11. & stet super carbones suos : incensa est ut exuratur, & frigatur æs ejus : & concremetur in medio illius immunditia ejus, & deficiat rubigo ejus :	11. Pone quoque eam super prunas vacuam, ut incalescat, & liquefiat æs ejus : & confletur in medio ejus inquinamentum ejus, & consumatur rubigo ejus :
12. humiliabitur rubigo, & non exiet de ea multa rubigo ejus : confundetur rubigo illius.	12. multo labore sudatum est, & non exivit de ea nimia rubigo ejus, neque per ignem.
* *i. e.* fervor. 13. Immunditia tua * zemma : pro eo quòd contaminata es tu, & non es emundata ab immunditia tua : & quid erit si non fueris emundata ultra, donec implem furorem meum in te?	13. Immunditia tua exsecrabilis : quia mundare te volui, & non es mundata à sordibus tuis : sed nec mundaberis priùs, donec quiescere faciam indignationem meam in te.
14. Ego Dominus locutus sum : Et veniet, & faciam : non differam, nec miserebor, nec deprecabilis ero : secundùm vias tuas, & secundùm adinventiones tuas judicabo te, dicit Adonai Dominus. Propterea ego judicabo te juxta sanguinem tuum, & juxta cogitationes tuas judicabo te, immunda atque famosa, & nimia ad irritandum.	14. Ego Dominus locutus sum : Veniet, & faciam : non transeam, nec parcam, nec placabor : juxta vias tuas, & juxta adinventiones tuas judicabo te, dicit Dominus.
Ibid. 864. f. 15. Et factus est sermo Domini ad me, dicens :	15. Et factum est verbum Domini ad me, dicens :
16. Fili hominis, ecce ego auferam à te desi-	16. Fili hominis, ecce ego tollo à te deside-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

at in Mſ. Alex. ac ed. Compl. eſt Ἀδωναὶ Κύριος ; in Ald. Κύριος Κύριος.

℣℣. 4. 5. Concinit Græc. ad verbum.

℣. 6. Vox *Adonai* abeſt à Græco ; cæt. ipſi conſonant ; quin & in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. eſt Ἀδωναὶ Κύριος.

℣. 7. Eadem leguntur Græcè, niſi hoc ult. excipias, τοῦ καλύψαι ἐπ' αὐτὸ γῆν, loco *ut operiretur terra* ; Mſ. Alex. caret præp. ἐπὶ ; ſicut ed. Ald.

℣. 8. Græc. hab. λεωπετρίαν, *levem petram*, loco *limpidiſſimam* ; cæt. ſatis quadrant.

℣. 9. A Græco Vatic. abeſt vox *Adonai*, ſicut τὸ *Væ civitas ſanguinum* ; cæt. ſimilia. Sed in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. eſt Ἀδωναὶ Κύριος ; deinde, Οὐαὶ πόλις (Alex. πόλεις) τῶν αἱμάτων, κἀγὼ, &c. loco verò *terrem*, edit. nov. Hieron. fert *terrorem*, ſed manifeſto mendo ; Græcè enim conſtanter, λαόν ; ſola Compl. hab. λαόν. Ambroſ. in Pſ. 38. col. 856. c. *ſed ego magnum faciam titionem.*

℣. 10. Sic hab. Græc. præter ult. & *oſſa concrementur*, quibus caret : ed. tamen Compl. addit, καὶ τὰ ὀστᾶ ζυγλεκάησονται, Ald. ζυμφρυγήσονται, al. ζυμφρυγῇ. Ambroſ. in Pſ. 38. col. 856. c. *Et multiplicabo ligna, & ſuccendam ignem, ut liqueſiat caro, & imminuatur jus* ; abſque ſeqq.

℣. 11. Græc. Vatic. καὶ στῇ ἐπὶ τὰς ἄνθρακας, ὅπως πρόσκαυθῇ, καὶ θερμανθῇ ὁ χαλκὸς αὐτῆς· καὶ ταχὴ ἐν μέσῳ ἀκαθαρσίας αὐτῆς, καὶ ἐκλίπῃ ὁ ἰὸς αὐτῆς· & *ſtet ſuper carbones, ut exuratur, & concaleſcat æs ejus* : & *tabeſcat in medio immunditiæ ſuæ, & deficiat rubigo ejus.* Edd. verò Ald. & Compl. hab. καὶ στῇ ἐπὶ τὰς ἄνθρακας αὐτῆς· ἐξηψήθη, ὅπως, &c. ut ſup. Mſ. Alex. αὐτῆς· ἐξήρθη, ὅπως ἐκκαυθῇ, ὅπως ζυμφρυγῇ ὁ χαλκὸς αὐτῆς· καὶ ταχὴ ἐν μέσῳ αὐτῆς ἡ ἀκαθαρσία αὐτῆς, καὶ ἐκλίπῃ ὁ ἰὸς αὐτῆς.

℣. 12. Prima pars abeſt à Gr. In edit. tamen Compl. eſt, καὶ ταπεινωθήσεται ὁ ἰὸς αὐτῆς· reliqua ut in Lat. ſup.

℣. 13. Eadem leguntur Græcè, præter ſeqq. quæ deſunt, videlicet, *Immunditia tua zemma* ; paulòque poſt, & *non es emundata ab immunditia tua* ; ultimòque τὸ *in te.* Quæ autem hîc deſiderantur in Gr. Vatic. exſtant in Mſ. Alex. ac edit. Ald. & Compl. ubi ſic : Ἐν τῇ ἀκαθαρσίᾳ ζῦ ζέμα (Alex. ζέμμα·) ſubinde, καὶ οὐκ ἐκαθαρίσθης ἀπὸ ἀκαθαρσίας ζῦ· extremòque, ἐν ζοί. Vide Not. ſeq.

℣. 14. A Gr. Vatic. abeſt τὸ *nec deprecabilis ero* ; ſed in edit. Compl. eſt, καὶ οὐ μὴ παρακληθῶ· ſubinde in Vatic. & al. ὠθυμήματα, *cogitationes*, loco *adinventiones* ; & inf. αἵματά ζῦ, *ſanguines tuos*, loco *ſanguinem tuum*, abſque ſup. voce *Adonai* ; quæ tamen habetur in edd. Ald. & Compl. necnon in Mſ. Alex. cæt. congruunt ad verbum. Horum autem *pleraque* (℣℣. 12. 13. &c.) inquit Hieron. ibid. *de Theodotione addita ſunt* ; & *verbum Hebraïcum* zemma, *pro quo nos*, inquit, *exſecrabilem immunditiam interpretati ſumus : illudque ab eis* (LXX.) *additum eſt, quod in Hebraïco non habetur*, & *obelo prænotandum eſt*, Propterea ego judicabo te juxta ſang. &c. quæ ſup.

℣. 15. Sic eſt in Græco.

℣. 16. Ita Græcè, exceptis his, ἰδοὺ ἐγὼ λαμβάνω ἐκ ζῦ τὰ ἐπιθυμήματα, *ecce ego aufero à te deſideria* : hæc etiam deſunt in fine, *nec venient lacrymæ tibi* ; quæ tamen ſequuntur in Compl. Hieron. ſcribit ſup. *in acie, ſive, in præparatione* ; ſed inf. hab. *in plaga, ſive ut LXX. verterunt*, in

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

rabile oculorum tuorum in plaga : & non planges, neque plorabis, neque fluent lacrymæ tuæ.

17. Ingemiſce tacens, mortuorum luctum non facies : corona tua circumligata ſit tibi, & calceamenta tua erunt in pedibus tuis, nec amictu ora velabis, nec cibos lugentium comedes.

18. Locutus ſum ergo ad populum manè, & mortua eſt uxor mea veſperè : fecique manè ſicut præceperat mihi.

19. Et dixit ad me populus : Quare non indicas nobis, quid iſta ſignificent, quæ tu facis?

20. Et dixi ad eos : Sermo Domini factus eſt ad me, dicens :

21. Loquere domui Iſraël : Hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego polluam ſanctuarium meum, ſuperbiam imperii veſtri, & deſiderabile oculorum veſtrorum, & ſuper quo pavet anima veſtra : filii veſtri, & filiæ veſtræ, quas reliquiſtis, gladio cadent.

22. Et facietis ſicut feci : Ora amictu non velabitis, & cibos lugentium non comedetis.

23. Coronas habebitis in capitibus veſtris, & calceamenta in pedibus : non plangetis neque flebitis, ſed tabeſcetis in iniquitatibus veſtris, & unuſquiſque gemet ad fratrem ſuum.

24. Eritque Ezechiel vobis in portentum : juxta omnia, quæ fecit, facietis cùm venerit iſtud : & ſcietis quia ego Dominus Deus.

25. Et tu fili hominis, ecce in die, qua tollam ab eis fortitudinem eorum, & gaudium dignitatis, & deſiderium oculorum eorum, ſuper quo requieſcunt animæ eorum, filios & filias eorum :

26. In die illa cùm venerit fugiens ad te, ut annuntiet tibi :

27. In die, inquam, illa aperietur os tuum cum eo qui fugit : & loquêris, & non ſilebis ultra : eriſque eis in portentum, & ſcietis quia ego Dominus.

VERSIO ANTIQUA.

derabilia oculorum tuorum in præparatione : non planges, neque flebis, nec venient lacrymæ tibi. *Hieron. ubi ſup.*

17. Gemitus ſanguinis, renum luctus eſt : erunt crines tui colligati ſuper te, & calceamenta tua in pedibus tuis, nec conſolaberis in labiis eorum, & panem hominum non comedes.

18. Locutus ſum ad populum manè ſicut præceperat mihi, & mortua eſt uxor mea veſperi : fecique manè ſicut præceptum eſt mihi.

19. Et dixit ad me populus : Non annuntias nobis, quid ſunt hæc, quæ tu facis?

20. Et dixi ad eos : Sermo Domini factus eſt ad me, dicens :

21. Die ad domum Iſraël : Hæc dicit Adonai Dominus : Ecce ego contaminabo ſancta mea, ſuperbiam fortitudinis veſtræ, deſiderabilia oculorum veſtrorum, & quibus parcunt animæ veſtræ : filii veſtri, & filiæ veſtræ, quos reliquiſtis, in gladio cadent. *Ibid. 865. a.*

22. Et facietis ſicut feci : Ore eorum non conſolabimini, & panem virorum non comedetis.

23. Et comæ veſtræ ſuper capita veſtra, & calceamenta veſtra in pedibus veſtris : non plangetis nec flebitis, & conſumemini in iniquitatibus veſtris, & conſolabitur unuſquiſque fratrem ſuum.

24. Et erit Jezekiel vobis in portentum : ſecundùm omnia, quæ fecit, facietis : cùmque venerint hæc, cognoſcetis quoniam ego Adonai Dominus.

25. Et tu fili hominis, nonne in die, quando abſtulero fortitudinem ab eis, elationem glorientionis eorum, deſiderabilia oculorum eorum, & elationem animæ eorum, filios & filias eorum;

26. In die illa veniet qui ſalvus factus fuerit ad te, ut annuntiet in auribus tuis?

27. In die illa aperietur os tuum ad eum qui fugerit : & loquêris, & nequaquam ultra reticebis : & eris eis in portentum, & cognoſcent quoniam ego Dominus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

præparatione; Gr. conſtanter, ἐν παρατάξει.

℣. 17. In Gr. Varic. eſt, πένθος ἔσῃ, *luctus eris*, loco *luctus eſt*; at in ed. Ald. πένθος ἐστίν, ut ſup. tum in Vatic. & al. οὐκ ἔσται τὸ τρίχωμά σου, ad litt. *non erit capillitium tuum*; cæt. ut ſupra. Hieron. quoque inf. ait : *juxta LXX. coronam capillorum intelligamus cæſariem.*

℣. 18. Itidem Græcè, præter hoc, & *mortua eſt uxor mea*, quod deeſt; at in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. ſequitur : καὶ ἀπέθανεν ἡ γυνή μου, deinde, ἐποίησα καὶ, &c. ut ſupra : in Vatic. etiam & al. ipſo initio habetur Καὶ, ante *locutus ſum.*

℣℣. 19. 20. Totidem verba leguntur Græcè.

℣. 21. A Græco conſtanter abeſt vox *Adonai*; inf. autem pro *quibus*, eſt ὑπὲρ οὗ, *ſuper quibus*; poniturque καὶ, ante vocem *filii*; cæt. ut in textu. In Mſ. Alex. pro *Adonai Dominus*, eſt Κύριος Κύριος ὁ Θεός.

℣. 22. Itidem Græcè, poſito uno ἀπὸ, ante *ore.*

℣. 23. Vix meliùs de Græco, niſi excipiatur verbum ſingul. *conſolabitur*, pro quo plur. παρακληθήσεσθε, *conſolabimini.*

℣. 24. Græcè, pro *fecit*, habetur ἐποίησα, *feci*; præponiturque καὶ, verbo *cognoſcetis*, deleto ſup. *que*, ante *venerint*, cum voce *Adonai*; cæt. ut in textu. In ed. verò Compl. eſt ἐποίησε, ut ſup. abſque καὶ, ante *cognoſcetis*; & in Ald. Ἀδωναὶ Κύριος.

℣. 25. Similiter in Græco, niſi quòd additur αὐτῶν, poſt *filios*; & loco *deſiderabilia*, hab. ἐπιθυμήματα, *deſideria.*

℣. 26. Ita rurſum Græcè, addito uno Σοὶ, *tibi*, verbo *annuntiet*; deleto verò *tuis*, in fine.

℣. 27. Ita conſtanter Græcè, niſi excipiatur verbum ἀνασωζόμενον, *qui evaſerit*, loco *qui fugerit*; deeſt etiam ſeq. καὶ; at in Mſ. Alex. eſt, καὶ λαλήσεις; ſicut in edd. Ald. & Compl.

CAPUT XXV.

VULGATA NOVA.

1. ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens :

2. Fili hominis pone faciem tuam contra filios Ammon, & prophetabis de eis.

3. Et dices filiis Ammon : Audite verbum Domini Dei : Hæc dicit Dominus Deus : Pro eo quòd dixiſti : Euge, euge ſuper ſanctuarium meum, quia pollutum eſt; & ſuper terram Iſraël, quoniam deſolata eſt; & ſuper domum Juda, quoniam ducti ſunt in captivitatem :

VERSIO ANTIQUA.

1. ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens : *Hieron. in Ezech. 13. col. 775.*

2. Fili hominis obfirma faciem tuam ſuper filios Ammon.....

3..... Quia gaviſi eſtis ſuper ſanctuarium meum... *Idem in Ezech. 25. col. 867. ex Lxx.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 1. 2. Similiter in Græco.

℣. 3. Sic apud Hieron. pro his de Vulg. *Pro eo quòd dixiſti : Euge, euge ſuper ſanctuarium meum.* Græc. hod. Ἀνθ' ὧν ἐκακοχάρησε ἐπὶ τὰ ἅγιά μου.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Hieron. ubi sup. 4. Idcirco ego tradam te filiis Cedem..... & ipsi bibent ubertatem tuam.	4. Idcirco ego tradam te filiis orientalibus in hæreditatem, & collocabunt caulas suas in te, & ponent in te tentoria sua : ipsi comedent fruges tuas : & ipsi bibent lac tuum.
5. Daboque civitatem Ammon in pascua camelorum.....	5. Daboque Rabbath in habitaculum camelorum, & filios Ammon in cubile pecorum : & scietis quia ego Dominus.
6..... insonuisti pede, & insultasti ex animo tuo.....	6. Quia hæc dicit Dominus Deus : Pro eo quòd plausisti manu, & percussisti pede, & gavisa es ex toto affectu super terram Israël :
	7. Idcirco ecce ego extendam manum meam super te, & tradam te in direptionem gentium, & interficiam te de populis, & perdam de terris, & conteram : & scies quia ego Dominus.
Ibid. 870. 8. Hæc dicit Adonai Dominus : Pro eo quòd dixit Moab : Ecce sicut omnes gentes, domus Juda :	8. Hæc dicit Dominus Deus : Pro eo quòd dixerunt Moab & Seir : Ecce sicut omnes gentes, domus Juda :
9. Idcirco ecce ego dissolvam humerum Moab de civitatibus promontoriorum ejus, electam terram, domum Beth Iasimuth super fontem urbis maritimæ,	9. Idcirco ecce ego aperiam humerum Moab de civitatibus, de civitatibus, inquam, ejus, & de finibus ejus inclytas terræ Bethiesimoth, & Beelmeon, & Cariathaim,
10. filios Orientis super filios Ammon, dedi ei in hæreditatem : ut non sit memoria filiorum Ammon in gentibus.	10. filiis Orientis cum filiis Ammon, & dabo eam in hæreditatem : ut non sit ultra memoria filiorum Ammon in gentibus.
11. Et in Moab faciam ultiones : & cognoscent quoniam ego Dominus.	11. Et in Moab faciam judicia : & scient quia ego Dominus.
Ibid. 871. *f.* 12. Hæc dicit Adonai Dominus : Pro eo quòd fecit Idumæa ut ulciscerentur ultionem de domo Juda, & memoriam retinuerunt mali, & ulti sunt ultione;	12. Hæc dicit Dominus Deus : Pro eo quòd fecit Idumæa ultionem ut se vindicaret de filiis Juda, peccavitque delinquens, & vindictam expetivit de eis ;
Ibid. 872. 13. Propterea hæc dicit Adonai Dominus : Extendam manum meam super Idumæam, & interficiam de ea hominem & pecus, & ponam eam desertam : & de Theman fugientes, gladio cadent.	13. Idcirco hæc dicit Dominus Deus : Extendam manum meam super Idumæam, & auferam de ea hominem & jumentum, & faciam eam desertam ab Austro : & qui sunt in Dedan, gladio cadent.
14. Et dabo ultionem meam super Idumæam in manu populi mei Israël : & facient in Idumæa juxta iram meam, & furorem meum : & cognoscent ultionem meam, dicit Adonai Dominus.	14. Et dabo ultionem meam super Idumæam per manum populi mei Israël : & facient in Edom juxta iram meam, & furorem meum : & scient vindictam meam, dicit Dominus Deus.
Ibid. 873. *b.* 15. Propterea hæc dicit Adonai Dominus : Pro eo quòd fecerunt Alienigenæ ultionem, & suscitaverunt vindictam, insultantes ex animo, ut delerent usque in æternum :	15. Hæc dicit Dominus Deus : Pro eo quòd fecerunt Palæstini vindictam, & ulti se sunt toto animo, interficientes, & implentes inimicitias veteres :
16. propterea hæc dicit Adonai Dominus : Ecce ego extendam manum meam super Alienigenas, & disperdam Cretenses, & perdam reliquias littoris maritimæ :	16. propterea hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego extendam manum meam super Palæstinos, & interficiam interfectores, & perdam reliquias maritimæ regionis :
17. & faciam in eis ultiones magnas in vindicta furoris : & cognoscent quia ego Adonai Dominus, cùm dedero ultionem meam super eos.	17. faciamque in eis ultiones magnas arguens in furore : & scient quia ego Dominus, cùm dedero vindictam meam super eos.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Græc. initio hab. Διατῦτο ἰδὺ ἐγὼ παραδίδωμι ὑμᾶς, *Idcirco ecce ego trado vos ;* reliqua ut in textu.

℣. 5. Itidem Græcè.

℣. 6. Gr. ἐψόφησας τῷ ποδὶ Ϛν, καὶ ἐπέχαρας ἐκ ψυχῆς Ϛν.

℣. 8. A Gr. Vatic. abest vox *Adonai ;* sed in Mſ. Alex. ponitur de more, sicut in edd. Ald. & Compl. subinde in Vatic. post *ecce*, ita subjicitur, ἐχ ὃν τρόπον ; sed ab editt. Ald. & Compl. abest ἐχ, ut à Mſ. Alex. denique in Vatic. est οἶκος Ἰσραὴλ καὶ Ἰδύδα ; sed in Compl. deest Ἰσραὴλ καὶ ; cæt. conveniunt. Apud Hieron. sup. nomini *Moab*, hoc additur, & *Seir*, præmisso tamen asteriſco ; nec malè, nam Hieron. infra ait : *Hoc quod nos interpretati sumus*, & Seir, *in LXX. non habetur, sed de Theodotionis editione additum est.*

℣. 9. Gr. initio hab. παραλύω, *dissolvo ;* al. verò παραλύεω ; reliqua quadrant, nisi excipias vocabulum Βεθασιμὼθ, al. Βεθιασιμώθ. Pro *Beth Iesimoth* autem, & *Beelmeon*, & *Cariathaim*, inquit Hieron. infra, *nescio quid volentes LXX. interpretati sunt*, domum Beth Iasimuth, *cùm hoc vocabulum* villam desertam *significet ;* Beelmeon *quoque usque hodie in Moab vicus sit maximus, quem illi verterunt* super fontem ; & Cariathaim, *civitatem maritimam.* Vide etiam inf. col. 871. a.

℣. 10. Ita in Græco, excepto uno Κεδὲμ, loco *Orientis ;* extremò etiam deest τὸ *in gentibus ;* sed in Mſ. Alex. ac ed. Compl. additur ἐν τοῖς ἔθνεσι.

℣. 11. Sic est in Græco, præter vocem ἐκδίκησιν, *ultionem*, loco *ultiones.*

℣. 12. Eadem leguntur Græcè, excepta voce *Adonai*, quæ deest ; habetur tamen in Mſ. Alex. necnon in edd. Ald. & Compl. de more.

℣. 13. Ita Græcè, deleta semper voce *Adonai ;* positaque conjunct. καὶ, ante *extendam.*

℣. 14. Ita rursum in Græco, repetita voce κατὰ, *juxta*, ante *furorem meum.*

℣. 15. Sic habetur Græcè, hoc excepto, ἐν ἐκδικήσει, *in ultione*, loco *ultionem ;* ab ed. verò Ald. abest ἐν ; subinde in Vatic. loco *in æternum*, est ἕως ἑνός, *ad unum ;* in Ald. verò & Compl. & in Mſ. Alex. ἕως αἰῶνος, ut sup.

℣. 16. Græc. hab. ἐκτείνω, *extendo*, non *extendam ;* loco verò *reliquias littoris maritimæ*, sic, τὺς καταλοιπὺς τὺς καταλοικὺντας τὴν παραλίαν, *reliquos habitantes maritimam ;* cæt. ut in textu.

℣. 17. Eadem sunt in Græco, præter hoc, *in vindicta furoris*, quod deest ; ed. sola Compl. addit, ἐν ἐλεγμοῖς θυμοῦ.

Digitized by Google

CAPUT XXVI.

VULGATA NOVA.

1. ET factum eſt in undecimo anno, prima menſis, factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:

2. Fili hominis, pro eo quòd dixit Tyrus de Jeruſalem: Euge confractæ ſunt portæ populorum, converſa eſt ad me: implebor, deſerta eſt.

3. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ſuper te Tyre, & aſcendere faciam ad te gentes multas, ſicut aſcendit mare fluctuans.

4. Et diſſipabunt muros Tyri, & deſtruent turres ejus: & radam pulverem ejus de ea, & dabo eam in limpidiſſimam petram.

5. Siccatio ſagenarum erit in medio maris, quia ego locutus ſum, ait Dominus Deus: & erit in direptionem gentibus.

6. Filiæ quoque ejus, quæ ſunt in agro, gladio interficientur: & ſcient quia ego Dominus.

7. Quia hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego adducam ad Tyrum Nabuchodonoſor regem Babylonis ab Aquilone, regem regum, cum equis, & curribus, & equitibus, & cœtu, populoque magno.

VERSIO ANTIQUA.

1. ET factum eſt in undecimo anno, una menſis, factus eſt ſermo Domini ad me, dicens: *Hieron. in Ezech. 26. col. 874. a. ex LXX.*

2. Fili hominis, pro eo quòd dixit Sor de Jeruſalem: Euge confractæ ſunt gentes, converſa eſt ad me: quæ fuit plena, deſerta eſt.

3. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ſuper te Sor.....

4..... & ventilabo pulverem ejus de ea, & dabo eam in nitidiſſimam petram.

6. Filiæ quoque ejus, quæ ſunt in campo, gladio interficientur: & ſcient quia ego Dominus. *Ibid. 875. b.*

7. Quia hæc dicit Dominus: Ecce ego adducam ad te Sor, Nabuchodonoſor regem Babylonis ab Aquilone.....

VULGATA NOVA.

8. Filias tuas, quæ ſunt in agro, gladio interficiet: & circumdabit te munitionibus, & comportabit aggerem in gyro: & elevabit contra te clypeum.

9. Et vineas, & arietes temperabit in muros tuos, & turres tuas deſtruet in armatura ſua.

9.... *Vide Not.*

VULGATA NOVA.

10. Inundatione equorum ejus operiet te pulvis eorum: à ſonitu equitum, & rotarum, & curruum, movebuntur muri tui, cùm ingreſſus fuerit portas tuas quaſi per introitum urbis diſſipatæ.

11. Ungulis equorum ſuorum conculcabit omnes plateas tuas: populum tuum gladio cædet, & ſtatuæ tuæ nobiles in terram corruent.

12. Vaſtabunt opes tuas, diripient negotiationes tuas: & deſtruent muros tuos, & domos tuas præclaras ſubvertent: & lapides tuos, & ligna tua, & pulverem tuum in medio aquarum ponent.

13. Et quieſcere faciam multitudinem canticorum tuorum, & ſonitus citharārum tuarum non audietur ampliùs. *Jer. 7. 34.*

14. Et dabo te in limpidiſſimam petram, ſiccatio ſagenarum eris, nec ædificaberis ultra: quia ego locutus ſum, ait Dominus Deus.

15. Hæc dicit Dominus Deus Tyro: Nunquid non à ſonitu ruinæ tuæ, & gemitu interfectorum tuorum, cùm occiſi fuerint in medio tui, commovebuntur inſulæ?

16. Et deſcendent de ſedibus ſuis omnes prin-

VERSIO ANTIQUA.

10..... quaſi ingrediens urbem de campo.

11..... & ſubſtantiam fortitudinis tuæ in terram deducet.

12. Vaſtabit opes tuas, ſpoliabit ſubſtantiam tuam: & deſtruet muros tuos, & domos tuas deſiderabiles vertet: & lapides tuos, & ligna tua, & pulverem tuum in medio maris injiciet.

13. Et deſtruam multitudinem muſicorum tuorum, & vox organorum tuorum non audietur ampliùs.

14. Et dabo te in nitidiſſimam petram.....

15. Quia hæc dicit Dominus Deus Sor: Nonne à voce ruinæ tuæ, cùm ingemuerint vulnerati tui, cùm evaginatus fuerit gladius in medio tui, commovebuntur inſulæ? *Ibid. 877. b.*

16. Et deſcendent de ſedibus ſuis omnes prin-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic etiam in Græco.

℣. 2. Græc. hab. ἐπὶ Ἰερυσαλὴμ, *ſuper Jeruſalem*; deinde, Εὖγε ⟨υνετρίβη, ἀπόλωλε τὰ ἔθνη, ἐπεστράφη πρός με, &c. ut ſupra.

℣. 3. Sic iterum Græcè, deleta voce *Deus*; at in Mſ. Alex. necnon in edd. Ald. & Compl. pro more, Ἀδωναὶ Κύριος.

℣. 4. Conſonat Græc. niſi quòd hab. λειοπετρίαν, *levem petram*, loco *nitidiſſimam*.

℣. 6. Gr. Καὶ αἱ θυγατέρες αὐτῆς ἐν πεδίῳ (Mſ. Alex. αἱ ἐν τῷ πεδίῳ) μαχαίρᾳ ἀναιρεθήσονται, &c. ut ſupra.

℣. 7. Græc. Ἰδὺ ἐγὼ ἐπάγω, *addunt*; cæt. ut ſup.

℣. 9. Hieron. in hunc loc. 875. a. ad hæc Vulg. & *vineas*, & *arietes*, addit, *ſive lanceas*, è Gr. τὰς λόγχας.

℣. 10. Sic eſt in Græco pro ult. his de Vulg. *quaſi per introitum urbis diſſipatæ.*

℣. 11. Ita Græcè, horum loco de Vulg. & *ſtatuæ tuæ*, &c.

℣. 12. Græc. in principio hab. Καὶ προσομοιώσει τὴν δύναμίν ⟨ου, ἢ σκυλεύσει, &c. *Et depradabitur potentiam tuam, & ſpoliabit*; reliqua ut in Lat. ſup. addito uno ⟨οῦ, ad vocem *maris*.

℣. 13. Gr. initio habet, Καὶ καταλύσω, *Et ceſſare faciet*, pro *Et deſtruam*; paulòque poſt, ψαλτηρίων, *pſalteriorum*, loco *organorum*; cæt. ut ſupra.

℣. 14. Græc. conſtanter, λειοπετρίαν, abſque præp. *in*. Hieron. addit: *Utramque Editionem ex more conjunxi; & in quibus diſcrepant, ex latere copulavi, brevitati voluminum providens.*

℣. 15. Itidem Græcè, niſi quòd geminatur Κύριος Κύριος, loco *Dominus Deus*; deeſtque *tui*, poſt *vulnerati*; at in Compl. & Mſ. Alex. eſt τραυματίας ⟨ου. Tichon. reg. 4. ita legit ex Mſ. B. M. Rem. n. 35. *Hæc dicit Dominus ad Sor: Nonne à voce* (edit. p. 58. h. *à die*) *ruinæ tuæ, in gemitu vulneratorum, dum interficiuntur gladio in medio tui, commovebuntur inſulæ?*

℣. 16. Græcè variant nonnulla: nempe poſt vocem *principes*, hoc additur, ἐκ τῶν ἐθνῶν, *ex gentibus*; ſubinde loco

Digitized by Google

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Hieron. ubi sup. cipes maris : & auferent coronas suas, & vestimentis suis variis nudabuntur, furore insanient : in terra sedebunt, & formidabunt perditionem suam, & gement super te.	cipes maris : & auferent exuvias suas, & vestimenta sua varia abjicient, & induentur stupore : in terra sedebunt, & attoniti super repentino casu tuo admirabuntur.
17. Et assument super te lamentum, & dicent tibi : Quomodo periisti, & dissipata es in mari, urbs laudata, quæ fuisti fortis in mari, ipsa, & habitatores ejus, quæ dedit timorem suum omnibus habitatoribus suis ?	17. Et assumentes super te lamentum, dicent tibi : Quomodo periisti, quæ habitas in mari, urbs inclyta, quæ fuisti fortis in mari cum habitatoribus tuis, quos formidabant universi ?
18. Et formidabunt insulæ in die ruinæ tuæ : & turbabuntur insulæ in mari in exitu tuo.	18. Nunc stupebunt naves in die pavoris tui : & turbabuntur insulæ in mari, eò quòd nullus egrediatur ex te.
	19. Quia hæc dicit Dominus Deus : Cùm dedero te urbem desolatam, sicut civitates quæ non habitantur : & adduxero super te abyssum, & operuerint te aquæ multæ :
Ibid. 878. c. 20. Et detraxero te ad eos qui descendunt in foveam ad populum sempiternum, & collocavero te in profundo terrarum sicut solitudines veteres, cum his qui descendunt in foveam, ut non habiteris, & non resurgas in terra viventium :	20. Et detraxero te cum his qui descendunt in lacum ad populum sempiternum, & collocavero te in terra novissima sicut solitudines veteres, cum his qui deducuntur in lacum, ut non habiteris : porro cùm dedero gloriam in terra viventium,
Ibid. & 879. a. 21. perditionem dabo te, & ultra non eris in sempiternum, dicit Dominus Deus.	21. in nihilum redigam te, & non eris, & requisita non invenieris ultra in sempiternum, dicit Dominus Deus.

Notæ ad Versionem antiquam.

coronas suas, hab. μίτρας ἀπὸ τῶν κεφαλῶν αὐτῶν, *mitras de capitibus suis* ; mox ita : ἐκ τὸν ἱματισμὸν τὸν ποικίλον αὐτῶν ἐκδύσονται, ἐκδύσει ἐκδύσονται, & *vestimento suo vario spoliabuntur, stupore stupebunt* : sed ab edit. Compl. abest ἐκ τῶν ἐθ ὧν, ut & inf. ἀπὸ τῶν κεφαλῶν. Apud Tichon. reg. 4. ita ex Mſ. Rem. *Et descendent à sedibus suis omnes principes maris : & auferent mitras, & vestem variam suam dispoliabunt se : in stupore mentis stupebunt, & timebunt in interitu suo, & ingemiscent super te.* Edit. Compl. pro *in interitu suo*, hab. ἀπώλειάν σε, *perditionem tuam.*

℣. 17. A Græco Vatic. abest verbum *periisti* ; absunt pariter ista, *quæ fuisti fortis in mari, ipsa, & habitatores ejus* ; pro *in mari* verò, sic, ἐκ θαλάσσης, *de mari* ; cæt. concordant ad verbum : quin & in Mſ. Alex. ac in edd. Ald. & Compl. est, Πῶς ἀπώλου, ἡ κατελύθης ; tum in Compl. ἐν θαλάσσῃ ; subinde tam in Compl. quàm in Ald. & Mſ. Alex. ἦτις ἐγενήθη ἰσχυρὰ ἐν θαλάσσῃ, αὐλὴ, ἡ οἱ κατοικοῦντες αὐτὴν, ἦ δῦσα, &c. ut supra. Tichon. verò reg. 4. p. 58. h. sic legit : *Et accipient super te lamentationem, & dicent tibi : Quomodo destructa est de mari civitas illa laudabilis, quæ dedit timorem suum omnibus inhabitantibus in ea ?*

℣. 18. Tichon. reg. 4. p. 58. h. hæc tantùm refert : *Et timebunt insulæ ex die* (Mſ. Rem. *in die*) *ruinæ tuæ.* Ita quoque in Græco Vatic. prætermissis aliis, quæ leguntur supra : addunt tamen edd. Ald. & Compl. cum Mſ. Alex. καὶ ταραχθήσονται νῆσοι ἐν τῇ θαλάσσῃ ἀπὸ τῆς ἐξόδου σου, Ald. ἐξόδου. Hieronymus inf. dicit LXX. transtulisse, *in die egressionis tuæ.*

℣. 20. Græc. initio habet, Καὶ καταβιβάσω σε, *Et descendere faciam te*, pro *Et detraxero te* ; & infra : ἐν κατοικίῳ σε εἰς βάθη τῆς γῆς ὡς ἔρημον αἰώνιον..... μηδὲ ἀναστῇς ἐπὶ γῆς ζωῆς.

℣. 21. Sic est in Græco, excepto ult. Κύριος Κύριος.

CAPUT XXVII.

Vulgata nova.	
1. ET factum est verbum Domini ad me, dicens : 2. Tu ergo fili hominis assume super Tyrum lamentum :	

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Hieron. in Exech. 27. col. 879. c. 3..... negotiationi populorum ab insulis multis..... dixisti : Circumdedi mihi ego decorem.....	3. Et dices Tyro, quæ habitat in introitu maris, negotiationi populorum ad insulas multas : Hæc dicit Dominus Deus : O Tyre, tu dixisti : Perfecti decoris ego sum,
Ibid. 880. ex Lxx. 4..... Beelim, filii tui circumdederunt tibi decorem :	4. & in corde maris sita. Finitimi tui, qui te ædificaverunt, impleverunt decorem tuum :
5. cedrus de Sanir ædificata est tibi : tenues tabulas cypressinas de Libano tulerunt ut facerent tibi malos abiegnos.	5. abietibus de Sanir exstruxerunt te cum omnibus tabulatis maris : cedrum de Libano tulerunt ut facerent tibi malum.
Ibid. 881. 6. De Basan fecerunt remos tuos, & templa tua : & fecerunt tibi ex ebore domos silvestres de insulis Chettiim.	6. Quercus de Basan dolaverunt in remos tuos : & transtra tua fecerunt tibi ex ebore Indico, & prætoriola de insulis Italiæ.

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 3. Similiter in Græco, addito uno μῦ in fine ; pro *negotiationi* autem, legitur ἐμπορίῳ, quod *forum nundinarium* sonat, seu *mercatum.*

℣. 4. Græcè ita : ἐν καρδίᾳ θαλάσσης τῷ Βεελείμ, &c. ut in Lat. Ad hoc autem Vulg. *Finitimi tui*, &c. Hieron. ait : *pro quo nescio quid volentes, ita LXX. transtulerunt :* Beelim filii tui, &c. tum addit : *Sermo enim* Beelim *in hoc loco apud Hebræos penitus non habetur, sed pro* Beelim, *scriptum est* gebulaich, *quod significat* terminos tuos. *In eo quoque quod dixerunt*, filii tui, *verbi ambiguitate decepti sunt, & scripturæ similitudine ; dum pronunciatione diversa eadem litteræ*, cæmentariorum, & filiorum, bonaich, & benaich, *legantur.* Vide Iis Nobil. Not.

℣. 5. Gr. Vatic. pro *Sanir*, scribit Σενεὶρ, Alex. verò Σανεὶρ ; subinde in Vatic. ταινίαι σανίδων κυπαρίσσου (Mſ. Alex. κυπαρισσίνων, Ald. κυπάρισσα) ἐκ τοῦ Λιβάνου ἐλήφθησαν, &c. *tæniæ tabularum cypressi de Libano sumptæ sunt ;* cæt. ut in Lat. sup.

℣. 6. Græcè sic habetur initio, ἐκ τῆς Βασανίτιδος, *de Basanitide ;* tollitur autem conjunct. &, tum ante *templa*, tum ante *fecerunt*, cum seq. *tibi ;* cæt. verba sunt similia.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

7. Byſſus varia de Ægypto texta eſt tibi in velum ut poneretur in malo : hyacinthus & purpura de inſulis Eliſa facta ſunt operimentum tuum.

8. Habitatores Sidonis & Aradii fuerunt remiges tui : ſapientes tui, Tyre, facti ſunt gubernatores tui.

9. Senes Giblii, & prudentes ejus, habuerunt nautas ad miniſterium variæ ſupellectilis tuæ : omnes naves maris, & nautæ earum, fuerunt in populo negotiationis tuæ.

10. Perſæ, & Lydii, & Libyes erant in exercitu tuo viri bellatores tui : clypeum, & galeam ſuſpenderunt in te pro ornatu tuo.

11. Filii Aradii cum exercitu tuo erant ſuper muros tuos in circuitu : ſed & Pigmæi, qui erant in turribus tuis, pharetras ſuas ſuſpenderunt in muris tuis per gyrum : ipſi compleverunt pulchritudinem tuam.

12. Carthaginenſes negotiatores tui, à multitudine cunctarum divitiarum, argento, ferro, ſtanno, plumboque, repleverunt nundinas tuas.

13. Græcia, Thubal, & Moſoch, ipſi inſtitores tui : mancipia, & vaſa ærea advexerunt populo tuo.

14. De domo Thogorma, equos, & equites, & mulos adduxerunt ad forum tuum.

15. Filii Dedan negotiatores tui : inſulæ multæ negotiatio manus tuæ : dentes eburneos, & hebeninos commutaverunt in pretio tuo.

16. Syrus negotiator tuus propter multitudinem operum tuorum, gemmam, & purpuram, & ſcutulata, & byſſum, & ſericum, & chodchod propoſuerunt in mercatu tuo.

17. Juda & terra Iſraël ipſi inſtitores tui in frumento primo, balſamum, & mel, & oleum, & reſinam propoſuerunt in nundinis tuis.

18. Damaſcenus negotiator tuus in multitudine operum tuorum, in multitudine diverſarum opum, in vino pingui, in lanis coloris optimi.

19. Dan, & Græcia, & Moſel, in nundinis tuis propoſuerunt ferrum fabrefactum : ſtacte, & calamus in negotiatione tua.

20. Dedan inſtitores tui in tapetibus ad ſe-

VERSIO ANTIQUA.

7. Byſſus cum varietate de Ægypto facta eſt tibi in ſtratum, ut circumdaret tibi gloriam, & operiret te hyacintho & purpura : de inſulis Eliſſa facta ſunt opertoria tua. *Hieron. ubi ſup.*

8. Principes tui, qui habitabant in Sidone, & Aradii fuerunt remiges tui : ſapientes tui, Sor, qui erant in te, iſti gubernatores tui. *Ibid.* 882.

9. Senes Biblii, & ſapientes ejus erant in te ; iſti confortabant conſilium tuum : & omnes naves maris, & remiges earum, facti ſunt tibi in Occidentem Occidentis.

10..... peltas & galeas ſuſpenderunt in te : ipſi dederunt gloriam tuam. *Ibid.* 883.

11. Filii Aradiorum, & fortitudo tua ſuper muros tuos in circuitu : cuſtodes in turribus tuis erant, pharetras ſuas ſuſpenderunt ſuper propugnacula tua per gyrum : ipſi perfecerunt decorem tuum.

13. Græcia univerſa, & adjacentia ejus, ipſi negotiatores tui in animabus hominum : & vaſa ænea dederunt mercatum tuum. *Ibid.* 884.

14. De domo Thorgama, equos, & equites, & mulos dederunt nundinas tuas.

15. Filii Rhodiorum negotiatores tui ex inſulis multiplicaverunt negotiationem tuam dentes elephantinos : & his, qui introducebantur, reddebas mercedes tuas : *Ibid.* & 885.

16. homines, negotiationem tuam à multitudine mercatûs tui in Aphec, ſtactem, & polymita de Tharſis, & ramoth, & chodchod dederunt in nundinas tuas.

17. Judas & filii Iſraël iſti negotiatores tui in frumenti commercio, & unguentis, primum mel, & oleum, & reſinam dederunt in nundinis tuis. *Ibid.* 886.

18. Damaſcus negotiator tuus in multitudine operum tuorum, ex multitudine omnis fortitudinis tuæ, vinum ex Chelbon, & lanas de Mileto. *Ibid.* 887.

19. Ferrum factum opere, & rota in commiſtione tua eſt.

20. Dedan negotiatores tui cum jumentis electis *Ibid.* 888.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 7. Concinit Græc. niſi quòd tollit *in*, ante *ſtratum* ; præponitque ἐν, verbo *facta ſunt* ; Compl. verò hab. ἐν ῥαμοῖ, abſque conjunct. ἐν, ante ἐγένετο.

℣. 8. Ad verbum è Græco, poſitâ unâ conjunct. & ante *principes*.

℣. 9. Gr. Οἱ πρεσβύτεροι Βιβλίων, καὶ οἱ ϛοφοὶ αὐτῶν, οἳ ἦσαν ἐν ϛοί, &c. *Senieres Bibliorum*, & *ſapientes eorum*, *qui erant in te*, &c. ut ſupra ; ſed à Mſ. Alex. abeſt οἳ, ante ἦσαν. Hieron. inf. 890. f. ait *juxta edit. LXX.* legi *conſiliarios Bybli* ; *quæ Hebraïcè appellatur* Gebal.

℣. 10. Itidem Græcè.

℣. 11. Totidem verba in Græco, detracto uno *in circuitu* ; ſed in Mſ. Alex. ac ed. Ald. eſt ἐπὶ τῶν τειχέων κύκλῳ. Item in Vatic. loco *propugnacula*, legitur ὅρμων ; in multis, teſte Nobilio, ἁρμῶν Cv, *compages*, *armos suos*.

℣. 13. Gr. Ἡ Ἑμὰς, καὶ ἡ Σύμπασα, καὶ τὰ παρεπίνοντα, ἦτοι ἐνεπορεύοντό ϛοι, &c. *Græcia*, & *universa*, & *adjacentia*, *hi negotiabantur tibi*, &c. ut in textu : in Compl. ἡ Ἑμὰς πᾶσα ; in Mſ. Alex. Ἑμὰς, καὶ τὰ Σύμπαντα.

℣. 14. In Græco Vatic. eſt Θεγαρμὰ ; deinde, ἵπποι καὶ ἱππεῖς ; ultimòque, ἀγοράν Cv, *forum tuum*, abſque hoc ant. & *mulos*. In ed. verò Compl. & Mſ. Alex. Θεργαμὰ ; in Ald. Θεργαδὰ ; tum in quibuſque, ἵππους, καὶ ἱππεῖς, καὶ ἡμιόνους ἔδωκαν, ut in Lat. ſupra.

℣. 15. Nil tam ſimile Græco eſt. Ad hoc autem ex Hebr. *Filii Dadan negotiatores tui*, addit Hieron. ubi ſup. *Neſcio quid volentes LXX.* filios Rhodiorum *interpretati ſunt : niſi fortè prima littera falſi ſimilitudine*, *ut pro* Dadan, *legerent* Radan, *quæ* & *ipſa Cycladum maxima eſt*, & *in Ionio mari quondam urbs potentiſſima*..... *ſed melius eſt* Dadan *alterius loci nomen accipere* ; & *ut in Hebraïco*, & *apud cæteros Interpretes habetur*.

℣. 16. Græc. Vatic. loco *mercatûs tui*, hab. τῷ Συμμίκτῳ Cv, *commiſti tui*, abſque ſeq. *in Aphec*, quod etiam *de Theodotionis editione in LXX. additum eſt*, teſte Hieron. ubi ſupra : in edit. tamen Compl. eſt, τῆς ἐμπορίας Cv ἐν Ἀφὲκ extremò in Vatic. ἐν χερχὸρ ἐδώκαν τὴν ἀγοράν Cv, & *chorchor dederunt forum tuum* ; cæt. congruunt ad verbum.

℣. 17. Græcè legitur πράσει, *venditione*, pro *commercio* ; deinde, ἐν μύρῳ, καὶ κασίᾳ, καὶ, & *unguentorum*, & *caſia*, &, pro & *unguentis* ; ultimòque, τὸν Σύμμικτόν Cv. *commiſtum tuum*, pro *nundinis tuis* ; cæt. ut in Lat. ſupra.

℣. 18. In Gr. ἐμπορεύ Cv, *negotiatores tui*, abſque ſeq. *in multitudine operum tuorum* ; cæt. ut ſupra. Edit. Compl. addit, ἐν πλήθει ἔργων Cv. exinde in Mſ. Alex. οἴνου ἐκ Χελβών, non οἶνος ἐκ Χελβών, ut in Vatic.

℣. 19. Apud Hieron. præmittuntur iſta, ſed ſub aſteriſco : *Dan*, & *Javan*, & *Moſel in nundinis tuis* : abſunt etiam hodie à Græco : obſervat Hieron. ibid. ipſa in edit. LXX. de Theodotionis editione addita eſſe. Græcè nunc id priùs ponitur, Ἐξ Ἀσήλ, deinde ut ſup. Σίδηρος εἰργασμένος, καὶ τεχνίας (al. τεχνὸς) ἐν τῷ Συμμίκτῳ Cv ἐγένετο ab edit. verò Compl. abeſt τὸ primum, Ἐξ Ἀσήλ.

℣. 20. Conſonat Græc. niſi quòd ſcribit Δαιδάν, *Dadan*.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Hieron. ubi sup. ad currus.	dendum.
21. Arabia, & universi principes Cedar, ipsi negotiatores manus tuæ, camelos, & arietes, & agnos.....	21. Arabia, & universi principes Cedar, ipsi negotiatores manus tuæ: cum agnis, & arietibus, & hœdis venerunt ad te negotiatores tui.
	22. Venditores Saba, & Reema, ipsi negotiatores tui: cum universis primis aromatibus, & lapide pretioso, & auro, quod proposuerunt in mercatu tuo.
Ibid. 889. 23. Charran, & Chana, & Edne, isti negotiatores tui: Sabba, Assur, & Chalman, institores tui,	23. Haran, & Chene, & Eden, negotiatores tui: Saba, Assur, & Chelmad, venditores tui:
24. deferentes negotiationem, hyacinthum, & thesauros electos funibus colligatos, & cyparissos.	24. ipsi negotiatores tui multifariam involucris hyacinthi, & polymitorum, gazarumque pretiosarum, quæ obvolutæ & astrictæ erant funibus: cedros quoque habebant in negotiationibus tuis.
Tichon. reg. 7. p. 65. f. 25..... satiata & honorata es nimis in corde maris.	25. Naves maris, principes tui in negotiatione tua: & repleta es, & glorificata nimis in corde maris.
26. In aqua multa deduxerunt te remiges tui: spiritus austri contrivit te in corde maris.	26. In aquis multis adduxerunt te remiges tui: ventus auster contrivit te in corde maris.
	27. Divitiæ tuæ, & thesauri tui, & multiplex instrumentum tuum, nautæ tui & gubernatores tui, qui tenebant supellectilem tuam, & populo tuo præerant: viri quoque bellatores tui, qui erant in te, cum universa multitudine tua, quæ est in medio tui: cadent in corde maris in die ruinæ tuæ.
Idem reg. 4. p. 58. b. 28. Ad clamorem vocis tuæ gubernatores tui timore timebunt:	28. A sonitu clamoris gubernatorum tuorum conturbabuntur classes:
29. Et discedent de navibus omnes remiges tui: & vectores, & proretæ maris super terram stabunt:	29. Et descendent de navibus suis omnes qui tenebant remum: nautæ & universi gubernatores maris in terra stabunt:
30. & ululabunt super te voce sua, & clamabunt super te amarum: & imponent super caput suum terram, & cinerem sternent.	30. & ejulabunt super te voce magna, & clamabunt amarè: & superjacient pulverem capitibus suis, & cinere conspergentur.
31..... *Vide Not.*	31. Et radent super te calvitium, & accingentur ciliciis: & plorabunt te in amaritudine animæ ploratu amarissimo.
32. Et accipient super te lamentationem filiorum, lamentum Sor:	32. Et assument super te carmen lugubre, & plangent te: Quæ est ut Tyrus, quæ obmutuit in medio maris?
33. Quantum invenisti mercedis de mari? satiasti gentes multitudine tua, & à commistione tua locupletasti omnes reges terræ.	33. Quæ in exitu negotiationum tuarum de mari implesti populos multos: in multitudine divitiarum tuarum, & populorum tuorum, ditasti reges terræ.
34. Nunc autem contrita es in mari, in profundo aquæ commistio tua, & omnis congregatio tua in medio tui; ceciderunt omnes remiges tui.	34. Nunc contrita es à mari, in profundis aquarum opes tuæ, & omnis multitudo tua, quæ erat in medio tui, ceciderunt.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 21. Ita rursum in Græco, præter hoc med. ἦτοι ἔμποροί σε διὰ χειρός σε, *isti negotiatores tui per manum tuam.*

℣. 23. Græc. Vat. Χαρρὰ, ἡ Χανὰ, ἦτοι ἔμποροί σε· Ἀσσὴρ, ἡ Χαρμὰν, ἔμποροί σε. Mſ. Alex. hab. Χαρρὰν, ἡ Χανὰν, ἡ Δαιδὰν. Ed. Ald. Καρρὰν, ἡ Καννὰν, ἡ Δεδὰν, ἡ Σαβὰ, ἡ Ασσὴρ, ἡ Χαλμὰν. Compl. Σαβὰ, ἡ Ἀσσὴρ, ἡ Χαλμὰβ, &c.

℣. 24. Similiter in Gr. præter ult. κυπαρίσσινα, *cyparissina*, loco *cyparissos*: Hieron. tamen ibid. ait pro *cedris*, LXX. transtulisse *cyparissos*. Item sup. apud ipsum, post *negotiationem*, hæc sequuntur sub asteriſco: *in Machalim*, & *in Galima*; & post *hyacinthum*, istud, & *polymita*; sed monet τὸ *in Machalim*, & *in Galima*, de Theodotione in LXX. additum esse; seq. verò *polymita*, de Aquila & Symmacho.

℣. 25. Gr. ἡ ἐπισκλήθης, ἡ ἐβαρύνθης σφόδρα, &c. ut sup. Hieron. etiam in comment. col. 890. ad hanc Vulg. vocem, *glorificata*, addit de LXX. *sive aggravata*; legendum fortasse sup. *onerata*, non *honorata*.

℣. 26. Ita in Græco est.

℣. 28. Consonat Græc. ad verbum.

℣. 29. Gr. in principio hab. Καὶ καταβήσονται, *Et descendent*, absque voce *tui*, post *remiges*, quæ tamen exstat in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. reliqua ut in textu.

℣. 30. Eadem sunt in Græco, præter unum *super te*, quod deest. Hieron. in comment. col. 891. a. ultimò leg. *cinerem sternent sibi*, è Gr. σποδὸν στρώσονται.

℣. 31. Hieron. in comment. col. 891. a. ait: *Quod autem sequitur:* (in Vulg.) Et radent super te calvitium, & accingentur ciliciis: & plorabunt te in amaritudine animæ ploratu amarissimo. Et assument super te carmen lugubre, & plangent te: *in LXX. non habetur, sed de Theodotionis editione additum est.* Eadem etiam ad hoc usque, & *assument*, non leguntur in Gr. Vat. nec apud Tichonium supra.

℣. 32. Græcè: Καὶ λήψονται οἱ υἱοὶ αὐτῶν ἐπὶ σὲ θρῆνον, θρηνήμα Σόρ· nec plura: *Et assument filii eorum super te lamentum, lamentationem Sor*; al. *Coi, tibi*, non *Sor*. Hieron. etiam in comment. col. 891. f. ait sequentia (de Vulg.) *Quæ est ut Tyrus, quæ obmutuit*, sive *conticuit, in medio maris?* in LXX. non haberi: nunc etiam absunt à Gr. Vatic. nec admittuntur à Tichonio.

℣. 33. Similiter in Græco, posito uno ἀπὸ, ante vocem *multitudine*; pro *commistione* autem, constanter habetur συμμίκτῳ, *commisto*. Hieron. in comment. 892. a. hæc habet: *Quæ in exitu negotiationum tuarum, sive*, Quam inveniſti mercedem de mari? è Gr. Πόσον τινὰ εὗρες μισθὸν ἀπὸ, &c.

℣. 34. Edit. hab. *Nunc autem contristata es*; Mſ. verò B. M. Rem. n. 35. *contrita*, quod substituimus; Græcè pariter, Νῦν συντρίβης, *Nunc contrita es*; Compl. νῦν δὲ

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

35. Universi habitatores insularum obstupuerunt super te : & reges earum omnes tempestate perculsi mutaverunt vultus.

36. Negotiatores populorum sibilaverunt super te : ad nihilum deducta es, & non eris usque in perpetuum.

VERSIO ANTIQUA.

35. Omnes qui inhabitant insulas contristati sunt super te : & remiges eorum mentis alienatione stupuerunt, & lacrymatus est vultus eorum super te. *Tichon. ubi sup.*

36. Mercatores eorum de gentibus exsibilabunt te : perditio facta es, ultra non eris in æternum, dicit Dominus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

reliqua ut in Lat. Apud Hieron. in comment. col. 892. a. non *commistio*, sed *negotiatio tua* ; Græcè constanter, Σύμμικτός σου, *commistus tuus*.

℣. 35. Hæc tota Græco similima, dempto uli. *super te*, quod tamen est in ed. Ald. & Mſ. Alex. loco verò *remiges*, quod editio PP. Lugd. fert cum Mſ. Rem. Græcè legitur constanter, οἱ βασιλεῖς, *reges*. Hieron. in comment. col. 892. a. utramque Versionem sic jungit de more : *Universi habitatores insularum obstupuerunt*, *sive* contriti sunt *super te* : & *reges earum omnes tempestate perculsi*, *sive* versi in amentiam *mutaverunt vultus*, *vel fleverunt*. Mſ. B. M. Rem. legit *silvas*, non *insulas* ; at in Gr. νήσους.

℣. 36. Græc. delet *eorum*, post *mercatores* ; loco verò *exsibilabunt* (edit. vitiosè *exhilabunt*,) hab. ἐσύρισαν, *sibilaverunt*, extremòque, ἔτι οὐκέτι ἔσῃ εἰς τὸν αἰῶνα, absque seq. *dicit Dominus* ; in Mſ. tamen Alex. ac ed. Ald. est, εἰς τὸν αἰῶνα, λέγει Κύριος ὁ Θεός, cæt. congruunt. Hieron. in comment. col. 892. a. sic habet : *Negotiatores gentium*, *sive* populorum..... *ad nihilum deducta es*, *sive* facta perditio es, & *non eris ultra usque in sæculum*, *sive* in perpetuum. Mſ. Rem. Tichon. habet, & *perditio facta es*, & *ultra non eris*, &c. quæ supra.

CAPUT XXVIII.

VULGATA NOVA.

1. ET factus est sermo Domini ad me, dicens :

2. Fili hominis, dic principi Tyri : Hæc dicit Dominus Deus : Eò quòd elevatum est cor tuum, & dixisti : Deus ego sum, & in cathedra Dei sedi in corde maris : cùm sis homo, & non Deus, & dedisti cor tuum quasi cor Dei.

3. Ecce sapientior es tu Daniele : omne secretum non est absconditum à te.

4. In sapientia & prudentia tua fecisti tibi fortitudinem : & acquisisti aurum & argentum in thesauris tuis.

5. In multitudine sapientiæ tuæ, & in negotiatione tua multiplicasti tibi fortitudinem : & elevatum est cor tuum in robore tuo.

6. Propterea hæc dicit Dominus Deus : Eò quòd elevatum est cor tuum quasi cor Dei :

7. idcirco ecce ego adducam super te alienos, robustissimos gentium : & nudabunt gladios suos super pulchritudinem sapientiæ tuæ, & polluent decorem tuum.

8. Interficient, & detrahent te : & morieris

VERSIO ANTIQUA.

1. ET factus est sermo Domini ad me, dicens : *Hieron. in Ezech. 28. col. 893. ex Lxx.*

2. Et tu fili hominis, dic principi Tyri : Hæc dicit Dominus Deus : Pro eo quòd exaltatum est cor tuum, & dixisti : Deus ego sum, habitationem Dei habitavi in corde maris : tu autem es homo, & non Deus, & dedisti cor tuum quasi cor Dei.

3. Nunquid sapientior es Daniele ? sapientes non erudierunt te disciplinâ suâ.

4. Nunquid in eruditione tua, aut prudentia tua fecisti tibi fortitudinem : & fecisti aurum & argentum in thesauris tuis ?

5. Aut in multa eruditione tua, & negotiatione tua multiplicasti fortitudinem tuam ? elatum est cor tuum in fortitudine tua.

6. Propterea hæc dicit Dominus Deus : Quia dedisti cor tuum quasi cor Dei :

7. propter hoc ecce ego adducam super te alienos pestilentes de gentibus : & evaginabunt gladios suos in te super pulchritudine doctrinæ tuæ, & humiliabunt pulchritudinem tuam in perditione.

8. Et deducent te, & disponent te : & morie-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic est in Græco.

℣. 2. Totidem verba exstant Græcè, detracto uno *Deus* ; at in Mſ. Alex. est Κύριος ὁ Θεός. Eadem rursus habet idem Hieron. in Isai. 14. col. 160. b. excepto uno ablat. *habitatione*, loco accus. *habitationem*. Item Tichon. reg. 7. p. 65. d. *Sic Deus*, inquit, *increpat regem Tyri : Quoniam exaltatum est cor tuum*, & *dixisti : Deus ego sum*, *habitatione Dei habitavi in ordine* (l. *corde*) *maris : tu autem homo es*, & *non Deus*, & *dedisti cor tuum tanquam cor Dei*. Optat. l. 3. cont. Donat. p. 52. c. *Fili hominis*, *dic adversùs principem Tyri : Hæc dicit Dominus Deus : Quia exaltatum est cor tuum*, & *dixisti : Ego sum Deus*. Auct. l. de promiss. p. 4. ap. Prosp. col. 197. b. *Elevatum est cor tuum*, & *dixisti : Deus ego sum*, & *in cathedra Dei sedeo in corde maris : cùm sis homo*, & *non Deus*, & *dedisti cor tuum quasi cor Dei*.

℣. 3. Sic etiam in Gr. est, additâ voculâ Σὺ, ad verbum *es*. Ambros. verò in Ps. 118. col. 987. f. legit : *Quis prudentior*, *quàm Daniel* : & l. 2. off. to. 2. 83. f. *Quis Daniele sapientior ?* At Hieron. in Isai. 4. constanter : *Nunquid sapientior es Daniele ?* August. ep. 111. to. 2. 320. g. *Nunquid tu sapientior*, *quàm Daniel ?* Tichon. reg. 7. p. 65. d. *Nunquid sapientior es tu Daniele ? sapientes arguerunt te sapientiâ suâ*. Optat. l. 3. cont. Donat. p. 55. b. *Nunquid sapientior tu*, *quàm Daniel ? sapientes te non docuerunt sapientiam suam :* in multis est, ὦ Σοφοί, *aut sapientes*.

℣. 4. Itidem Græcè, detracto verbo *fecisti*, ante *aurum* ; at in Mſ. Alex. est, ἐποίησας χρυσίον. Apud Tichon. reg. 7. p. 65. d. *Nunquid sapientiâ tuâ*, *aut doctrinâ tuâ fecisti tibi virtutem* ; & *aurum*, & *argentum thesauris tuis ?* & infra : *Nunquid in scientia tua*, *aut sapientia tua fecisti tibi*, &c. ut sup.

℣. 5. Eadem fert Græc. Vat. sed absque 1. conjunct. *aut* ; in edd. tamen Ald. & Compl. est ἢ ἐν τῇ πολῇ, sicut in Mſ. Alex. Apud Tichon. reg. 7. p. 65. d. ita : *Nunquid in multa doctrina tua*, & *in mercatu tuo multiplicasti virtutem tuam ?* deinde, *Propterea hæc dicit*, &c. de ℣. 6. prætermissis intermediis : & infra : *Nunquid in multa scientia*, *aut in mercatu tuo multiplicasti tibi virtutem tuam ?*

℣. 6. Sic iterum in Græco, præter vocem *Deus*, quæ deest : at in Mſ. Alex. est Κύριος Κύριος ὁ Θεός ; in Ald. Κύριος Κύριος ; in Compl. Ἀδωναὶ Κύριος. Ap. Tichon. reg. 7. p. 65. d. h. *Propterea hæc dicit Dominus : Quoniam dedisti cor tuum sicut cor Dei*.

℣. 7. Græc. initio hab. ἀντὶ τούτου ἰδοὺ ἐγὼ ἐπάγω, *pro hoc ecce ego adduco* ; paulòque post, λοιμοὺς, loco *pestilentes* ; item infra addit ἐν, post hoc, *in te* ; quæ conjunct. abest ab ed. Compl. extremò hab. ῥομφαίαν..... εἰς ἀπώλειαν, *sternent*..... *in perditionem*, loco *humiliabunt*..... *in perditione* ; al. ταπεινώσουσι, al. ἐξολοθρεύσουσι ; cætera ut in Lat. sup. Apud Tichon. reg. 7. p. 65. d. *Propter hoc ecce ego induco super te alienas pestes ex gentibus* : & *exinanient gladios suos super te*, & *super decorem doctrinæ tuæ*, & *vulnerabunt decorem tuum in perditionem :* eadem quoque refert infra, præter vocem *scientiæ*, loco *doctrinæ* ; Gr. ἐπιστήμης.

℣. 8. Græcè, Καὶ καταβιβάσουσί σε, & *descendere facient*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Hieron. ubi sup. ris morte vulneratorum in corde maris.	in interitu occisorum in corde maris.
9. Nunquid loquens dices : Deus ego sum, in conspectu interficientium te? tu autem es homo, & non Deus, in multitudine vulnerantium te.	9. Nunquid dicens loquêris : Deus ego sum, coram interficientibus te : cùm sis homo, & non Deus, in manu occidentium te ?
10. Mortibus incircumcisorum morieris in manibus alienorum : quia ego locutus sum, dicit Adonai Dominus.	10. Morte incircumcisorum morieris in manu alienorum : quia ego locutus sum, ait Dominus Deus.
Ibid. 895. f. 11. Et factus est sermo Domini ad me, dicens : Fili hominis sume planctum super principem Tyri :	11. Et factus est sermo Domini ad me, dicens : Fili hominis leva planctum super regem Tyri :
12. & dices ei : Hæc dicit Dominus Deus : Tu signaculum similitudinis, plenus sapientiâ, & corona decoris,	12. & dices ei : Hæc dicit Dominus Deus : Tu signaculum similitudinis, plenus sapientiâ, & perfectus decore,
13. in deliciis paradisi Dei fuisti : omni lapide bono circumdatus es : sardio, & topazio, & smaragdo, & carbunculo, & sapphiro, & jaspide, & argento, & auro, & ligurio, & achate, & amethysto, & chrysolito, & berillo, & onychino : & auro replesti thesauros tuos : & horrea tua in te à die, qua conditus es, paraverunt,	13. in deliciis paradisi Dei fuisti : omnis lapis pretiosus operimentum tuum : sardius, topazius, & jaspis, chrysolithus, & onyx, & berillus, sapphirus, & carbunculus, & smaragdus : aurum opus decoris tui : & foramina tua in die, qua conditus es, præparata sunt.
14. cum cherub uncto à Deo, & habitante in tabernaculo : & dedi te in monte sancto Dei, factus es in medio lapidum ignitorum.	14. Tu cherub extentus, & protegens, & posui te in monte sancto Dei, in medio lapidum ignitorum ambulasti.
Ibid. 896. a. 15. Fuisti immaculatus in diebus tuis à die, qua creatus es, donec inventæ sunt iniquitates in te.	15. Perfectus in viis tuis à die conditionis tuæ, donec inventa est iniquitas in te.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

te, loco *deducent te*, & *disponent te*; reliqua ut in textu. Similiter apud Tichon. reg. 7. p. 65. d. 66. a. *Et deponent te*, & *morieris morte vulneratorum in corde maris.*

℣. 9. Ita de Græco ad verbum, hoc ult. excepto, *in multitudine vulnerantium te*, quod deest, saltem ex parte in Vat. nam in Alex. & Ald. additur ut sup. *ἐν πλήθει τραυματιζόντων Cs.* Apud Tichon. reg. 7. p. 65. d. sic : *Nunquid dicturus es in conspectu interficientium te : Deus ego sum? tu verò homo es, & non Deus :* & infra, p. 66. a. *Nunquid narrans narrabis in conspectu interficientium te : Deus sum ego? tu verò homo, & non Deus.* Augustl. de unit. Eccl. to. 9. 367. d. *Ostendam tibi quia homo es, & non Deus.*

℣. 10. Græc. Vatic. Ἐν πλήθει ἀπεσλμένων ἀπολῇ ἐν χερσὶν, &c. ut in Lat. sup. deleta voce *Adonai*. Alex. verò hab. Θανάτοις ἀπεσλμένοις ἀπολῇ, &c. Ald. Ἐν θανάτῳ ἀπεσλμένων ἀποθάνῃ..... λέγει Ἀδωναὶ Κύριος. Tichon. reg. 7. p. 65. d. legit : *In multitudinem incircumcisorum peribis in manibus alienorum : quia ego locutus sum, dicit Dominus :* & infra, p. 66. a. b. *In multitudine incircumcisorum periturus es manibus alienorum : quia ego locutus, dicit Dominus.*

℣. 11. Itidem Græcè. Tertul. l. 2. cont. Marc. p. 648. a. legit : *Et factus est sermo Domini ad me, dicens : Fili hominis sume planctum super principem Sor.* Tichon. reg. 7. p. 66. b. *Et factus est..... Fili hominis accipe lamentum super principem Tyri.*

℣. 12. Græcè, ἢ εἰπὸν αὐτῷ, & *dic ei*; subinde geminatur vox Κύριος; deest verò seq. *plenus sapientiâ*; at in Compl. & Ald. additur πλήρης Ϛοφίας; quod etiam ap. Theodor. legitur in margine. At Hieron. in Isai. 54. col. 397. d. & ep. ad Damas. to. 4. 155. c. simpliciter habet : *Tu es signaculum similitudinis*, & *corona decoris.* Tertullianus verò l. 2. cont. Marc. p. 648. a. legit : *Et dices : Hæc dicit Dominus : Tu es resignaculum similitudinis, plenus sapientiâ, corona decoris.* Hieronymus in hunc locum col. 896. d. ad hoc, *resignaculum*, ait : *Et quia in Latinis codicibus pro* signaculo, resignaculum *legitur, dum κακοζήλως verbum è verbo exprimens, qui interpretatus est juxta LXX. translationem, ἀποσράγισμα, id est*, resignaculum *posuit.* In Mss. Alex. ac ed. Compl. *Σὺ εἶ ἀποσφράγισμα.* Item ap. Tichon. reg. 7. p. 65. d. 66. b. *Et dic illi : Hæc dicit Dominus : Tu es signaculum similitudinis*, & *corona decoris.* Ap. Arnob. l. de Deo Trino p. 231. c. *Tu eras consignatio similitudinis*, & *corona decoris.*

℣. 13. Eadem iterum refert Hieron. in Isai. 54. col. 397. d. exceptis his tribus, *omni lapide primo indutus es*; item *lyncurio*, pro *ligurio*; denique, *apothecas*, loco *horrea.* Ambr. l. de parad. col. 148. c. *In voluptate paradisi factus es.* Hieron. verò ep. ad Damas. to. 4. 155. c. *In deliciis paradisi Dei natus es.* Similiter hab. Tertul. l. 2. adv. Marc. p. 648. a. *In deliciis paradisi Dei tui natus es :* deinde sic : *lapidem optimum indutus es : sardium, topazium, smaragdum, carbunculum, sapphirum, jaspin, ligurium, achatem, amethystum, chrysolitum, berillum, onychium : & auro replesti horrea tua*, & *thesauros tuos.* Tichon. reg. 7. p. 65. d. 66. d. *In deliciis paradisi Dei fuisti, omnem lapidem optimum habens in te alligatum : sardium, topazium, smaragdum*, & *carbunculum*, & *sapphirum*, & *jaspin*, & *argentum*, & *aurum*, & *ligurium*, & *achaten*, & *amethystum, chrysolitum*, & *berillum*, & *onychium* : & *auro replesti thesauros tuos*, & *apothecas tuas in te.* Itidem Arnob. l. de Deo Trino to. 8. 231. c. præter verbum *alligatum*, ut & inf. *argentum*, & *aurum*, quæ prætermittit. Augustl. l. 11. de civit. Dei, to. 7. 284. b. *In deliciis paradisi Dei fuisti : omni lapide pretioso ornatus es.* Græc. Ἐν τῇ τρυφῇ τοῦ παραδείσου τοῦ Θεοῦ ἐγενήθης· πάσλα λίθον χρυσὸν ἐνδέδε-Ϛαι· Ϛάρδιον, &c. ut in textu. Vide Not. seq.

℣. 14. Tertul. l. 2. cont. Marc. p. 648. a. sic pergit : *Ex qua die conditus es cum cherub, posui te in monte sancto Dei, fuisti in medio lapidum igneorum.* Hieron. in Isai. 54. col. 397. d. *A qua die conditus es cum cherubim, posui te in monte sancto meo, fuisti in medio lapidum ignitorum.* Tichon. reg. 7. p. 66. g. *Ex qua die creatus es tu cum cherubim, imposui te in monte sancto Dei, in medio lapidum igneorum fuisti :* & sup. col. 65. e. *cum cherubin, posui te in monte sancto Dei, fuisti in medio lapidum igneorum.* Augustl. l. 11. de Gen. ad lit. to. 3. p. 1. col. 286. g. *A die, qua creatus es tu cum cherub*, & *posui te in monte sancto Dei, fuisti in medio lapidum flammeorum.* Arnob. l. de Deo Trin. p. 231. c. *Nam ex qua die creatus es tu cum cherubim, posui te in monte sancto Dei*, & *factus es in medio lapidum igneorum.* Gr. Vatic. Ἀφ' ἧς ἡμέρας ἐκτίσθης Σὺ μετὰ τοῦ χερὺϐ, ἔθηκά Ϛε ἐν..... ἐγενήθης, &c. ut supra. Ed. Compl. verbo ἐκτίσθης, subdit, ἢ καλεσκευάσθης; Theod. ἡτοιμάσθησαν· item voci χερὺϐ, Compl. adjungit seqq. κεχεισμένος παρὰ Θεοῦ, ἢ τοῦ καλασκηνοῦντος ἐν σκηνώμασί, tum ed. Ald. ἔδωκά Ϛε, Compl. ἢ ἔθηκά Ϛε· in quibusdam aliis, κεχεισμένος τοῦ καλασκηνοῦντος; al. κεχεισμένε καλασκηνοῦντος· à Mss. Alex. abest verbum ἐγενήθης.

℣. 15. Itidem Græcè, adjuncto uno Σύ, ad verbum *fuisti*, quod tamen ab ed. Compl. abest. Tertul. l. 2. cont. Marc. p. 648. a. legit : *Fuisti invituperabilis in diebus tuis, ex qua die conditus es, donec inventa sunt læsuræ tuæ :* & infra : *Retro quidem invituperabilis à die conditionis tuæ, ex quo apparuerunt læsuræ tuæ.* Tichon. reg. 7. p. 65. e. *Abiisti sine macula in diebus tuis, ex qua die creatus es, donec invenirentur iniquitates tuæ in te :* similiter infra, addito uno *tu*, his vocibus, *macula*, & *creatus es.* Ap. Aug. l. 11. de civit. Dei, 284. b. *Ambulasti in diebus tuis sine vitio :* & l. 11. de Gen. ad lit. 286. g. 287. a. *Ambulasti sine vitio tu in diebus tuis, ex quo die creatus es tu, donec inventa sunt delicta tua in te.* Arnob. l. de Deo Trin. 231. c. *Et abisti sine macula in diebus tuis, ex qua die creatus es tu, donec invenirentur iniquitates tuæ in te.* Apud Hieron. verò in Isai. 54. col. 397. d. post hoc ult. *ignitorum* ℣. præced. proximè sequitur : *immaculatus in diebus tuis, ex quo conditus es, donec inventæ sunt in te iniquitates tuæ.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

16. In multitudine negotiationis tuæ repleta ſunt interiora tua iniquitate, & peccaſti : & ejeci te de monte Dei, & perdidi te, ô cherub protegens, de medio lapidum ignitorum.

17. Et elevatum eſt cor tuum in decore tuo : perdidiſti ſapientiam tuam in decore tuo, in terram projeci te : ante faciem regum dedi te ut cernerent te.

18. In multitudine iniquitatum tuarum, & iniquitate negotiationis tuæ, polluiſti ſanctificationem tuam : producam ergo ignem de medio tui, qui comedat te, & dabo te in cinerem ſuper terram in conſpectu omnium videntium te.

19. Omnes, qui viderint te in gentibus, obſtupeſcent ſuper te : nihili factus es, & non eris in perpetuum.

20. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens :

21. Fili hominis pone faciem tuam contra Sidonem : & prophetabis de ea,

22. & dices : Hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego ad te Sidon, & glorificabor in medio tui : & ſcient quia ego Dominus, cùm fecero in ea judicia, & ſanctificatus fuero in ea.

23. Et immittam ei peſtilentiam, & ſanguinem in plateis ejus : & corruent interfecti in medio ejus gladio per circuitum : & ſcient quia ego Dominus.

24. Et non erit ultra domui Iſraël offendiculum amaritudinis, & ſpina dolorem inferens undique per circuitum eorum, qui adverſantur eis : & ſcient quia ego Dominus Deus.

25. Hæc dicit Dominus Deus : Quando congregavero domum Iſraël de populis, in quibus diſperſi ſunt, ſanctificabor in eis coram gentibus : & habitabunt in terra ſua, quam dedi ſervo meo Jacob.

26. Et habitabunt in ea ſecuri : & ædificabunt domos, & plantabunt vineas, & habitabunt confidenter, cùm fecero judicia in omnibus qui adverſantur eis per circuitum : & ſcient quia ego Dominus Deus eorum.

VERSIO ANTIQUA.

16. A multitudine negotiationis tuæ repleſti cellaria tua iniquitate, & peccaſti : & vulneratus es à monte Dei, & adduxit te cherub obumbrans, de medio lapidum ignitorum. *Hieron. ubi ſup.*

17. Elatum eſt cor tuum in decore tuo : corrupta eſt diſciplina tua cum decore tuo. Propter multitudinem peccatorum tuorum in terram projeci te : in conſpectu regum dedi te ut dehoneſtareris.

18. Propter multitudinem peccatorum tuorum, & iniquitates negotiationis tuæ, contaminavi ſancta tua : & educam ignem in medio tui, hic devorabit te, & dabo te in cinerem ſuper terram in conſpectu omnium videntium te.

19. Et omnes, qui noverunt te in gentibus, contriſtabuntur ſuper te : perditio factus es, & non eris ultra in ſæculum.

20. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens : *Ibid. 900.*

21. Fili hominis obfirma faciem tuam contra Sidonem.....

22..... Hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego ad te Sidon, & glorificabor in te..... cùm fecero in te judicia, & ſanctificatus fuero in te.

23..... & corruent vulnerati in gladiis per circuitum : & ſcient quia ego Dominus.

24..... qui fecerint contumeliam.....

25. Hæc dicit Dominus : Colligam Iſraël ab omnibus gentibus, ubi diſperſi ſunt illic, & ſanctificabor in eis in conſpectu filiorum gentium : & habitabunt ſuper terram ſuam, quam dedi ſervo meo Jacob. *Iren. l. 5. c. 34. p. 334. b.*

26. Et inhabitabunt ſuper eam in ſpe : & ædificabunt domos, & plantabunt vineas, & inhabitabunt in ſpe, quando faciam judicium in omnibus qui inhonoraverunt eos in iis, qui in circuitu ſunt eorum : & cognoſcent quoniam ego ſum Dominus Deus ipſorum, & Deus patrum ipſorum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

At Græcè conſtanter : Ἐγενήθης Ϛὺ ἄμωμος ; ſola Compl. hab. ἐπορεύθης ἄμωμος ; extremò Mſ. Alex. τὰ ἀδικήματά Ϛυ ἐν Ϛοί· alii delent Ϛῦ.

℣. 16. Totidem verba leguntur Græcè, præter unum *obumbrans* ſub fin. quod deeſt ; at in Compl. legitur τὸ Ϛυσκιάζων. Tertul. l. 2. cont. Marc. p. 648. a. *De multitudine negotiationis tuæ promas tuas repleſti, & deliquiſti.* Tichon. reg. 7. p. 65. d. e. *A multitudine negotiationis tuæ impleſti promptuaria tua iniquitate, & peccatis : & vulneratus es à monte Dei ; abduxit te cherubin de medio lapidum inferorum :* at inf. *& peccaſti : & vulneratus es à monte Dei, & abduxit te cherubim de medio lapidum igneorum.* Arnob. l. de Deo Trin. to. 8. 231. c. *A multitudine cogitationis tuæ impleſti enim promptuaria tua iniquitate, & peccaſti : & vulneratus es à monte Dei, & eduxit te de cherubim, de medio lapidum igneorum.*

℣. 17. Similia prorſus in Græco. Item apud Tichon. reg. 7. p. 65. e. *Exaltatum eſt cor tuum decore tuo : corrupta eſt doctrina cum decore tuo :* & infra : *Exaltatum eſt cor tuum in decore tuo : corrupta eſt ſcientia tua in decore tuo. Propter multitudinem peccatorum tuorum in terram projeci te : in conſpectu regum dedi te deboneſtari.* Apud Arnob. l. de Deo trin. p. 231. c. *Exaltatum enim eſt cor tuum in decore tuo : ideo in terram projeci te in conſpectu regum, & dedi te in traductionem.*

℣. 18. Ita fert Gr. Vatic. niſi quòd hab. ἀδικιῶν, *iniquitatum*, loco *iniquitates* ; & inf. ἐκ μέσου Ϛυ, *de medio tui* ; ſubinde tollit *in*, ante *cinerem* ; addito verò Ϛῦ, ad ſeq. *terram*. Ald. & Compl. hab. εἰς στοδόν, cum Mſ. Alex. Tichonius reg. 7. p. 65. e. legit : *Propter multitudinem peccatorum, & iniquitatem negotiationis tuæ, contaminata ſunt* (inf. 67. a. *contaminantur*) *ſancta tua : educam ignem de medio tui, hic te devorabit, & dabo te cinerem* (inf. *in cinerem*) *in terra tua in conſpectu omnium videntium te.* Arnob. l. de Deo Trin. p. 231. c. *Propter multitudinem peccatorum tuorum, & iniquitatem negotiationis tuæ, quia contaminaſti ſancta tua : & producam ignem de medio tui, & ipſe ignis devorabit te, & dabo te in cinerem ſuper terram in conſpectu omnium videntium te.*

℣. 19. Ita rurſum in Græco Vat. excepto verbo συγάσονται, *gement*, pro *contriſtabuntur* ; at in Ald. & Compl. necnon in Mſ. Alex. συγχύσονται. Apud Tichon. reg. 7. p. 65. e. *Et omnes, qui te noverunt inter nationes, contriſtabuntur ſuper te : perditio factus es* (inf. *facta es*,) *& non eris in æternum tempus.* Apud Arnob. l. de Deo Trino, p. 231. c. *Et omnes, qui te noverunt inter nationes, contriſtabuntur ſuper te : ut prodigium enim factus es, & non eris amplius in æternum.*

℣℣. 20. 21. Itidem Græcè, niſi hoc ult. excipiatur, ἐπὶ Σιδῶνα, *ſuper Sidonem.*

℣. 22. Sic iterum in Græco, præter verbum penult. ἁγιασθήσομαι, *ſanctificabor*, pro *ſanctificatus fuero* ; ſupra autem deeſt vox *Deus*.

℣. 23. Gr. καὶ πεσοῦνται τετραυματισμένοι μαχαίρᾳ ἐν Ϛοὶ πεφυκόσῃ Ϛυ, καὶ, &c. ut in Lat.

℣. 24. Gr. τῶν ἀτιμασάντων αὐτούς.

℣. 25. Græcè duplicatur vox *Dominus* ; proximèque additur καὶ ; paulò verò poſt tollitur *omnibus*, ante *gentibus* ; & inf. loco *filiorum gentium*, habetur τῶν λαῶν, καὶ τῶν ἐθνῶν· in Mſ. autem Alex. λαῶν τῶν ἐθνῶν cæt. ut in Lat. ſup.

℣. 26. Tota iſta Græco ſimillima. Hieron. in hunc loc. col. 900. f. 901. a. Verſionem utramque ex Hebr. & Gr. ſic jungit de more : *Et habitabunt in ea ſecuri, ſive* in ſpe... *& habitabunt confidenter, ſive* in ſpe, *cùm fecero judicia in omnibus qui adverſantur per circuitum, ſive* fecerint eis contumeliam : *& ſcient quia ego Dom. Deus eorum :* tum addit : *Quodque ſequitur juxta LXX.* & Deus patrum eorum, *in Hebraïco non habetur.*

Digitized by Google

CAPUT XXIX.

Versio antiqua.

Hieron. in Ezech. 29. col. 902. b. ex Lxx.

1. IN anno duodecimo, in decimo menſe, in una menſis die, factum eſt verbum Domini ad me, dicens :

Idem in Ezech. 13. col. 775. d.

2. Fili hominis obfirma vultum tuum ſuper Pharaonem regem Ægypti.....

Hieron. in Ezech. 29. col. 903. b. ex Lxx.

4. Et ponam laqueum in maxillis tuis : & agglutinabo piſces fluminum tuorum pennis tuis.....

5. Et deponam te velociter, & omnes piſces fluminis tui : ſuper faciem campi tui cades, nec colligêris, neque congregaberis : beſtiis terræ, & volatilibus cœli dedi te ad devorandum :

6. Et ſcient omnes habitatores Ægypti quia ego ſum Dominus : pro eo quòd factus es virga arundinea domui Iſraël.

7. Quando apprehendit te manu ſua..... & confregiſti omnes renes eorum.

Ibid. 906. a.

8. Propterea hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego adducam ſuper te gladium.....

9. Et erit terra Ægypti perditio, & ſolitudo : & ſcient quia ego ſum Dominus : eò quòd dixeris : Fluvii mei ſunt, & ego feci illos.

10. Idcirco ecce ego ad te..... daboque terram Ægypti in ſolitudines, gladio diſperditam, à Magdalo & Syene, uſque ad terminum Æthiopiæ.

Vulgata nova.

1. IN anno decimo, decimo menſe, undecima die menſis, factum eſt verbum Domini ad me, dicens :

2. Fili hominis pone faciem tuam contra Pharaonem regem Ægypti, & prophetabis de eo, & de Ægypto univerſa :

3. Loquere, & dices : Hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego ad te Pharao rex Ægypti, draco magne, qui cubas in medio fluminum tuorum, & dicis : Meus eſt fluvius, & ego feci memetipſum.

4. Et ponam frenum in maxillis tuis : & agglutinabo piſces fluminum tuorum ſquamis tuis : & extraham te de medio fluminum tuorum, & univerſi piſces tui ſquamis tuis adhærebunt.

5. Et projiciam te in deſertum, & omnes piſces fluminis tui : ſuper faciem terræ cades, non colligêris, neque congregaberis : beſtiis terræ, & volatilibus cœli dedi te ad devorandum :

6. Et ſcient omnes habitatores Ægypti quia ego Dominus : pro eo quòd fuiſti baculus arundineus domui Iſraël. *Iſai. 36. 6.*

7. Quando apprehenderunt te manu, & confractus es, & laceraſti omnem humerum eorum : & innitentibus eis ſuper te, comminutus es, & diſſolviſti omnes renes eorum.

8. Propterea hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego adducam ſuper te gladium : & interficiam de te hominem, & jumentum.

9. Et erit terra Ægypti in deſertum, & in ſolitudinem : & ſcient quia ego Dominus : pro eo quòd dixeris : Fluvius meus eſt, & ego feci eum.

10. Idcirco ecce ego ad te, & ad flumina tua : daboque terram Ægypti in ſolitudines, gladio diſſipatam, à turre Syenes, uſque ad terminos Æthiopiæ.

Vulgata nova.

11. Non pertranſibit eam pes hominis, neque pes jumenti gradietur in ea : & non habitabitur quadraginta annis.

12. Daboque terram Ægypti deſertam in medio terrarum deſertarum, & civitates ejus in medio urbium ſubverſarum, & erunt deſolatæ quadraginta annis : & diſpergam Ægyptios in nationes, & ventilabo eos in terras.

Versio antiqua.

Hieron. ubi ſup.

13..... congregabo Ægyptios de gentibus, in quibus diſperſi fuerant.

14. Et reducam captivitatem Ægypti, & collocabo eos in terra Phatures, in terra, de qua aſſumpti ſunt : & erunt ibi in principatum humilem :

15..... & imminuam eos ne plures ſint inter

Vulgata nova.

13. Quia hæc dicit Dominus Deus : Poſt finem quadraginta annorum congregabo Ægyptum de populis, in quibus diſperſi fuerant.

14. Et reducam captivitatem Ægypti, & collocabo eos in terra Phathures, in terra nativitatis ſuæ : & erunt ibi in regnum humile :

15. inter cætera regna erit humillima, & non

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Græc. Ἐν τῷ ἔτει τῷ δεκάτῳ, ἐν τῷ δεκάτῳ μηνὶ, μιᾷ τοῦ μηνὸς, ἐγένετο, &c. ut ſupra. Hieron. tamen ubi ſup. ait : *In anno decimo, ſive juxta LXX. duodecimo ;* deinde, *in decimo menſe, ſive juxta Hebr. duodecimo.*

℣. 2. Conſonat Græc. ad verbum.

℣. 4. Gr. Καὶ ἐγὼ δώσω παγίδας εἰς τὰς ζιαγόνας σου· καὶ προσκολλήσω τοὺς ἰχθύας τοῦ ποταμοῦ σου πρὸς τὰς πτέρυγάς σου.

℣. 5. Sic eſt in Græco, detracto uno *tui*, poſt *campi*.

℣℣. 6. 7. Ita de Græco, verbum è verbo. Hieron. autem verſibus antecedentibus hæc addit : *Studio brevitatis Editionem utramque* (ex Hebr. & LXX.) *miſcemus, ubi non multùm inter ſe diſcrepant : alioquin, ubi magna diverſitas eſt, utramque proponimus.* Has etiam diverſitates quantulaſcunque ſupra collegimus, inſertis tamen nonnullis ex Hebr. ſeu Vulg. quæ à Græco nihil, vel leviſſimè diſcrepabant : id enim interdum præſtare non dubitamus, nixi Hieronymi auctoritate, quando nos deficiunt alii Patres Latini, ex quorum operibus ducantur id genus teſtimonia. Hac de re jam monuimus ſupra.

℣. 8. Græcè deeſt vox *Deus* ; loco verò *adducam*, ponitur ἐπάγω, *induco* ; cæt. ſimilia.

℣. 9. Sic etiam Græcè. Rurſum Hieron. in Iſai. 50. col. 360. d. *mea ſunt flumina*, & *ego feci ea.*

℣. 10. Eadem exhibet Gr. præter ſeqq. εἰς ἔρημον, καὶ ῥομφαίαν, καὶ ἀπώλειαν, *in ſolitudinem*, & *gladium*, & *perditionem* ; deinde, ἀπὸ Μαγδωλοῦ· ultimòque, καὶ ἕως ὁρίων Αἰθιόπων ; ſed in Mſ. Alex. Αἰθιοπίας, ut ſup.

℣. 13. Sic etiam in Græco, præter hoc ult. Διεσκορπίσθησαν ἐκεῖ, *diſperſi ſunt illuc.*

℣. 14. Ita rurſum in Græco, præter hoc, τῶν Αἰγυπτίων, *Ægyptiorum*, loco *Ægypti* ; paulòque poſt, Φαθουρῆς, non *Phatures* ; extremòque, καὶ ἔσται ἀρχὴ ταπεινή, & *erit principatus humilis.* In Mſ. Alex. Παθυρῆς.

℣. 15. Gr. καὶ ὀλιγοστοὺς αὐτοὺς ποιήσω, & *pauciſſimos eos faciam*, loco *imminuam eos*, quod de Vulg. eſt, & idem

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

elevabitur ultra ſuper nationes, & imminuam eos ne imperent gentibus.

16. Neque erunt ultra domui Iſraël in confidentia, docentes iniquitatem, ut fugiant, & ſequantur eos: & ſcient quia ego Dominus Deus.

17. Et factum eſt in vigeſimo & ſeptimo anno, in primo, in una menſis: factum eſt verbum Domini ad me, dicens:

18. Fili hominis, Nabuchodonoſor rex Babylonis ſervire fecit exercitum ſuum ſervitute magna adversùs Tyrum: omne caput decalvatum, & omnis humerus depilatus eſt: & merces non eſt reddita ei, neque exercitui ejus de Tyro, pro ſervitute qua ſervivit mihi adversùs eam.

VERSIO ANTIQUA.

gentes. *Hieron. ubi ſup.*

16. Neque erunt ultra domui Iſraël in ſpe, ut reducant eos in memoriam iniquitatis, ut ſequantur illos: & ſcient quia ego ſum Dominus Deus.

17. Et factum eſt in vigeſimo & ſeptimo anno, in primo, & una die menſis: factum eſt verbum Domini ad me, dicens: *Ibid. 908.*

18. Fili hominis, Nabuchodonoſor rex Babylonis ſubjugavit exercitum ſuum opere magno adversùm Tyrum: omne caput calvum, & omnis humerus depilatus: & merces non data eſt ei, & exercitui ejus contra Tyrum, & operi in quo ſervivit adversùm eam. *Hieron. in Abac. 1. col. 1596. c.*

VULGATA NOVA.

19. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego dabo Nabuchodonoſor regem Babylonis in terra Ægypti: & accipiet multitudinem ejus, & deprædabitur manubias ejus, & diripiet ſpolia ejus: & erit merces exercitui illius, *Jer. 46. 2.*

20. & operi, quo ſervivit adversùs eam: dedi ei terram Ægypti, pro eo quòd laboraverit mihi, ait Dominus Deus.

21. In die illo pullulabit cornu domui Iſraël, & tibi dabo apertum os in medio eorum: & ſcient quia ego Dominus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ſonat; reliqua ut in Lat. ſupra.

℣. 16. Græcè..... εἰς ἐλπίδα ἀναμιμήσκουσαν ἀνομίαν, ἐν τῷ ἀκολουθῆσαι αὐτὲς ὀπίσω αὐτῶν· i. e. *in ſpem reducentem in memoriam iniquitatis, ut ſequantur ipſi poſt illos*; cæt. ut ſupra; extremò tamen deeſt vox *Deus*.

℣. 17. Græc. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἑξακοσιοστῷ ὁμῷ ἐν εἰκοστῷ ἔτει, μιᾷ τοῦ μηνὸς τοῦ πρώτου, &c. ut in Lat.

℣. 18. Similiter in Græco, præter ſeqq. καθελκύσατο..... δουλείαν μεγάλην ἐπὶ Τύρου, *ſervire fecit..... ſervitute magna ſuper Tyrum*, pro *ſubjugavit..... opere magno adversùm Tyrum*; in Mſ. Alex. ἐπὶ Τύρου ſubinde in Vat. ἐγενήθη, *fuit*, pro *data eſt*; ultimòque, ἐν τῇς δουλείας ᾗς ἐδούλευσαν ἐπ' αὐτήν, *& ſervitutis qua ſervierunt adversùs eam*; at in Mſ. Alex. ἐδούλωσεν αὐτήν.

CAPUT XXX.

VULGATA NOVA.

1. ET factum eſt verbum Domini ad me, dicens:

2. Fili hominis propheta, & dic: Hæc dicit Dominus Deus: Ululate, væ, væ diei:

3. quia juxta eſt dies, & appropinquat dies Domini: dies nubis, tempus gentium erit.

4. Et veniet gladius in Ægyptum: & erit pavor in Æthiopia, cùm ceciderint vulnerati in Ægypto, & ablata fuerit multitudo illius, & deſtructa fundamenta ejus.

5. Æthiopia, & Libya, & Lydi, & omne reliquum vulgus, & Chub, & filii terræ fœderis, cum eis gladio cadent.

6. Hæc dicit Dominus Deus: Et corruent fulcientes Ægyptum, & deſtruetur ſuperbia imperii ejus: à turre Syenes gladio cadent in ea, ait Dominus Deus exercituum:

7. & diſſipabuntur in medio terrarum deſolatarum, & urbes ejus in medio civitatum deſertarum erunt.

8. Et ſcient quia ego Dominus: cùm dedero ignem in Ægypto, & attriti fuerint omnes auxiliatores ejus.

VERSIO ANTIQUA.

1. ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens: *Hieron. in Exech. 30. col. 910. f. ex LXX.*

2. Fili hominis vaticinare, & dic: Hæc dicit Adonai Dominus: O ô dies:

3. quoniam juxta eſt dies, & juxta via Domini: dies nubis, finis gentium erit.

4. Et veniet gladius ſuper Ægyptios, & erit conturbatio in Æthiopia: & cadent vulnerati in Ægypto, & auferent multitudinem ejus, & concidentur fundamenta illius.

5. Perſæ, & Cretenſes, & Lydi, & Libyes, & omnes commiſti, & de filiis teſtamenti mei, gladio cadent. *Ibid. 911. a.*

6. Hæc dicit Adonai Dominus: Et concident ſuſtentacula Ægypti, & deſcendet contumelia fortitudinis ejus: à Magdalo uſque ad Syenem gladio cadent in ea, dicit Adonai Dominus:

7. & deſolabitur in medio regionum deſolatarum, & civitates ejus in medio urbium deſertarum erunt.

8. Et ſcient quoniam ego ſum Dominus: quando dedero ignem ſuper Ægyptum, & contriti fuerint omnes auxiliatores ejus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Itidem Græcè.

℣. 2. Sic etiam in Græco, deleto tantùm vocabulo *Adonai*, quod habetur in edd. Ald. & Compl. Similiter ap. Tichon. reg. 4. p. 58. e. *O ô dies.*

℣. 3. Ita rurſum in Græco, præter hoc, & *juxta via*, quod deeſt; at in ed. Compl. ὅτι ἐγγὺς ἡμέρα τῷ Κυρίῳ, ἐν ἐγγίζει ἡμέρα Κυρίου· ἡμέρα, &c. Apud Tichon. verò reg. 4. p. 58. e. *quia prope eſt dies Domini: dies nubis, finis gentium erit*, ut ſup. in Gr. Vatic.

℣. 4. Tichon. reg. 4. p. 58. e. legit: *Et veniet gladius ſuper Ægyptios, & erit tumultus in Æthiopia: & cadent vulnerati in Ægypto, & cadent fundamenta ejus.* Ita quoque in Gr. Vatic. nec plura, niſi quòd habetur ibid. ταραχὴ ἐν γῇ Αἰθιοπίᾳ· ſed in Alex. ἐν τῇ Αἰθιοπίᾳ, abſque γῇ; paulòque poſt tam in eodem Alex. quàm in edd. Ald. & Compl. voci *Ægypto* ſubjicitur ἐν πτῶσται (Alex. πίπτουσαι) τὸ πλῆθος αὐτῆς, dein ἐν συμπεσοῦνται, &c. quæ textui Hieron. reſpondent.

℣. 5. Tichon. reg. 4. partim ex Mſ. B. M. Rem. partim ex edit. Lugd. p. 58. e. *Perſæ, & Cretes, & Lydii, & Lybies, & omnes commiſticii, & filii teſtamenti mei, gladio cadent in ea cum ipſis.* Græc. verò textui Hieron. reſpondet ad verbum, niſi quòd addit in fine, ἐν αὐτῇ; Compl. ἐν αὐτῇ μετ' αὐτῶν. Hieron. etiam inf. col. 911. f. legit ex LXX. *& filii teſtamenti mei gladio cum ipſa cadent.*

℣. 6. Græc. Vatic. caret iſto primo, *Hæc dicit Adonai Dominus*, ut & infra vocabulo *Adonai*; cæt. ut in Lat. ſup. niſi quòd ſcriptum Μαγδωλοῦ. At in ed. Compl. initio legitur: Τάδε λέγει Ἀδωναὶ Κύριος; extremòque, λέγει Ἀδωναὶ Κύριος.

℣. 7. Itidem Græcè, excepto uno αὐτῶν, *eorum*, loco *ejus*; in Compl. πόλεις αὐτῆς.

℣. 8. Ad verbum de Græco.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Hieron. ubi sup. rint omnes qui auxiliantur ei.	xiliatores ejus.
9. In die illa egredientur nuncii à facie mea, festinantes disperdere Æthiopiæ spem; & erit conturbatio in eis in die Ægypti, quia ecce veniet.	9. In die illa egredientur nuncii à facie mea in trieribus, ad conterendam Æthiopiæ confidentiam; & erit pavor in eis in die Ægypti, quia absque dubio veniet.
10. Hæc dicit Dominus Deus: Et disperdam multitudinem Ægyptiorum per manum Nabuchodonosor regis Babylonis,	10. Hæc dicit Dominus Deus: Cessare faciam multitudinem Ægypti in manu Nabuchodonosor regis Babylonis.
11. ipsius & populi ejus cum eo: pestilentes; qui de gentibus missi sunt ad perdendam terram: & evaginabunt omnes gladios suos super Ægyptum: & replebitur terra vulneratorum.	11. Ipse & populus ejus cum eo, fortissimi gentium adducentur ad disperdendam terram: & evaginabunt gladios suos super Ægyptum: & implebunt terram interfectis.
12. Et dabo fluvios eorum desertos, & tradam terram in manu pessimorum: & disperdam terram & plenitudinem ejus in manibus alienigenarum, ego Dominus locutus sum.	℣ 12. Et faciam alveos fluminum aridos, & tradam terram in manus pessimorum: & dissipabo terram & plenitudinem ejus manu alienorum, ego Dominus locutus sum.
13. Quia hæc dicit Dominus Deus: Et perdam abominationes, & deficere faciam optimates de Memphis, & principes de terra Ægypti, & non erunt ultra: & dabo terrorem in terra Ægypti.	13. Hæc dicit Dominus Deus: Et disperdam simulachra, & cessare faciam idola de Memphis: & dux de terra Ægypti non erit ampliùs: & dabo terrorem in terra Ægypti. *Zach.* 13. 2.
14. Et disperdam terram Phatures, & dabo ignem super Taphnim, & faciam ultionem in Diospoli.	14. Et disperdam terram Phathures, & dabo ignem in Taphnis, & faciam judicia in Alexandria.
15. Et effundam furorem meum super Sain robur Ægypti, & disperdam multitudinem Mempheos,	15. Et effundam indignationem meam super Pelusium robur Ægypti, & interficiam multitudinem Alexandriæ,
16. & dabo ignem super Ægyptum: & conturbatione conturbabitur Sais, & in Diospoli erit sciissura, & diffundentur aquæ.	16. & dabo ignem in Ægypto: quasi parturiens dolebit Pelusium, & Alexandria erit dissipata, & in Memphis angustiæ quotidianæ.
17. Juvenes Heliopoleos & Bubasti gladio cadent, & mulieres captivæ ducentur.	17. Juvenes Heliopoleos & Bubasti gladio cadent, & ipsæ captivæ ducentur.
18. Et in Taphnis tenebrescet dies, quando contrivero ibi sceptra Ægypti, & peribit ibi contumelia fortitudinis ejus: & ipsam nubes operiet, & filiæ ejus * ducentur. ** Supp. captivæ.*	18. Et in Taphnis nigrescet dies, cùm contrivero ibi sceptra Ægypti, & defecerit in ea superbia potentiæ ejus: ipsam nubes operiet, filiæ autem ejus in captivitatem ducentur.
19. Et faciam judicia in Ægypto: & scient quoniam ego sum Dominus.	19. Et judicia faciam in Ægypto: & scient quia ego Dominus.
Ibid. 916. b. 20. Et factum est in undecimo anno, in primo, in septima mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens:	20. Et factum est in undecimo anno, in primo mense, in septima mensis, factum est verbum Domini ad me, dicens:
21. Fili hominis brachium Pharaonis regis Ægypti confregi..... ut acciperet malagma, & accepto robore posset tenere gladium.	21. Fili hominis brachium Pharaonis regis Ægypti confregi: & ecce non est obvolutum ut restitueretur ei sanitas, ut ligaretur pannis, & fasciaretur linteolis, ut recepto robore posset tenere gladium.
22. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Ecce	22. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Ec-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 9. Græc. delet τὸ *à facie mea*; paulòque post, loco *Æthiopiæ spem*, hab. simpliciter, τὴν Αἰθιοπίαν; ultimòque, ἥκει, *venit*, non *veniet*; cæt. ut in textu. In edit. Compl. ἄγγελοι ἐκ προσώπου μου, ut sup. Apud Rufin. in Symb. p. 178. b. ita: *In illa die procedent angeli festinantes exterminare Æthiopiam; eritque inter eos perturbatio in die Ægypti, quoniam rectitudo venit.*

℣. 10. Sic est in Græco, præter hoc, Κύριος Κύριος, loco *Dominus Deus*; in Compl. & Mſ. Alex. Ἀδωναὶ Κύριος.

℣. 11. Eadem leguntur Græcè, detracto uno *cum eo*, ante *pestilentes*, pro quo λοιμοί. Ed. Compl. addit μετ' αὐτῆς, ut sup.

℣. 12. Ad verbum è Græco Vatic. præter ista, & *tradam terram in manu pessimorum*, quæ absunt; sequuntur autem in Alex. necnon in edd. Ald. & Compl. καὶ ἀποδώσομαι τὴν γῆν ἐν χειρὶ πονηρῶν.

℣. 13. In Gr. Vatic. constanter, Κύριος Κύριος, loco *Dominus Deus*; at in Compl. Κύριος ὁ Θεός, ut sup. tum in Vatic. Καὶ ἀπολῶ μεγισᾶνας, hoc prætermisso medio, *abominationes*, cum seq. & *deficere faciam*; sed in Ald. & Compl. ac Mſ. Alex. Καὶ ἀπολῶ βδελύγματα, καὶ καταπαύσω μεγισᾶνας. Hieron. quoque inf. col. 915. b. ait: *sequitur*, Et disperdam simulachra, *quæ* abominationes *LXX. transtulerunt*. Subinde Vatic. rursum addit Μέμφεως, post *principes*; delet verò ed. Compl. cum Ald. Demum à Vatic. abest versiculus iste: & *dabo terrorem in terra Ægypti*: in Compl. autem & Mſ. Alex. est, καὶ δώσω φόβον ἐν γῇ Αἰγύπτῳ, vel Αἰγύπτου· cæt. ut in Lat. supra.

℣. 14. Eadem sunt in Græco, præter duo, Φαθωρῆς, & Τάνιν, loco *Phatures*, & *Taphnim*. Hieron. quoque inf. col. 912. b. ait, *Taphnis*, *sive ut LXX. transtulerunt*, *Tanin*.

℣. 15. Itidem in Græco.

℣. 16. Totidem verba leguntur Græcè, si excipiatur nomen Συήν, loco *Sais*; at in edd. Ald. & Compl. est Σαΐς, ut supra.

℣. 17. Consonat Græc. nisi quòd ultimò hab. ἐν αἰχμαλωσίᾳ πορεύσονται, *in captivitatem abibunt*, pro *captivæ ducentur*, quod idem sonat.

℣. 18. Singula concinunt cum Gr. præter ult. *ducentur*, pro quo αἰχμάλωτοι ἀρθήσονται, *captivæ asserentur*; at in Compl. & Mſ. Alex. αἰχμάλωτοι ἀχθήσονται.

℣. 19. Ita rursum in Gr. præter singul. κρίμα, *judicium*; at in Compl. κρίματα, ut supra.

℣. 20. Similiter in Græco, addito uno μηνὶ, *mense*, post *primo*; detracto verò seq. *in*.

℣. 21. Gr. Υἱὲ ἀνθρώπου τὸν βραχίονα Φαραὼ..... Συντέτριφα..... τοῦ δοθῆναι ἐπ' αὐτὸν μάλαγμα, τοῦ δοθῆναι ἰσχὺν ἐπιλαβέσθαι μαχαίρας· i. e..... *ut daretur super eum malagma*, *ut daretur robur ad tenendum gladium*. Hieron. autem utramque Editionem sic jungit sup. & *ligaretur pannis*, & *farciretur linteolis*, *sive* ut acciperet malagma; & *accepto robore*, &c. quæ supra.

℣. 22. Græc. Διατοῦτο τάδε λέγει Κύριος Κύριος· Ἰδοὺ ἐγὼ ἐπὶ Φαραὼ..... καὶ Συντρίψω τοὺς βραχίονας αὐτοῦ τοὺς ἰσχυροὺς, καὶ τὸν τεταμένον, &c. ut in Lat. addito uno αὐτοῦ, *ejus*, post *gladium*. Ad hoc verò τεταμένους, Hie-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

ce ego ad Pharaonem regem Ægypti, & comminuam brachium ejus forte, ſed confractum : & dejiciam gladium de manu ejus :

23. & diſpergam Ægyptum in gentibus, & ventilabo eos in terris.

24. Et confortabo brachia regis Babylonis, daboque gladium meum in manu ejus : & confringam brachia Pharaonis, & gement gemitibus interfecti coram facie ejus.

25. Et confortabo brachia regis Babylonis, & brachia Pharaonis concident : & ſcient quia ego Dominus, cùm dedero gladium meum in manu regis Babylonis, & extenderit eum ſuper terram Ægypti.

26. Et diſpergam Ægyptum in nationes, & ventilabo eos in terras, & ſcient quia ego Dominus.

VERSIO ANTIQUA.

ego ad Pharaonem regem Ægypti, & conteram brachia ejus fortia, & diſpoſita : & dejiciam gladium de manu ejus : *Hieron. ubi ſup. col. 918. b.*

23. & diſſeminabo Ægyptum in gentibus, & ventilabo eos in terras. *Ibid. 916. d.*

24. Et confortabo brachia regis Babylonis, daboque gladium meum in manu ejus : & inducet gladium ſuper Ægyptum, & populabitur prædas ejus, & ſpoliabit ſpolia illius.

25. Et confortabo brachia regis Babylonis, & brachia Pharaonis cadent : & ſcient quia ego Dominus, cùm dedero gladium meum in manu regis Babylonis, & extenderit eum ſuper terram Ægypti.

26. Et diſſeminabo Ægyptum in nationes, & ventilabo eos in terras, & ſcient quia ego Dominus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ron. ubi ſup. hæc notat : *Illud autem quod in LXX. dicitur*, & conteram brachia ejus fortia, & diſpoſita, *quod Græcè dicitur* τεθλασμένα, *ſcripturum vitio depravatum eſt. Illi enim interpretati ſunt, non* τεθλασμένα, *ſed* τεθαμένα, *hoc eſt, non* diſpoſita, *ſed* extenta, *pro quo, juxta conſuetudinem ſuam, alii Interpretes* excelſa *poſuerunt.* Hieron. verò editt. ferunt confictam vocem τεθαμμένα, cùm Mſs. codd. hîc retineant Latino charactere *tetamena*, id eſt, *porrecta*, à verbo τείνω· ita Martianæus noſter in hunc loc.

℣. 23. Græc. hab. εἰς τὰ ἔθνη, *in gentes*, pro *in gentibus*; cæt. ut ſupra.

℣. 24. Eadem prorſus in Græco, præter unum ſingul. προγομὴν, *prædam*, loco *prædas*.

℣. 25. Sic iterum in Græco, his levibus exceptis, οἱ δὲ βραχίονες, *brachia autem*, loco & *brachia*; ſubinde, ὅτι ἐγώ εἰμι Κύριος, *quia ego ſum Dom.* paulòque poſt, εἰς χεῖρας, *in manus*, non *in manu*; demum, καὶ ἐκτενῶ, & *extendet*, pro *extenderit*.

℣. 26. Itidem Græcè, ni hoc ult. excipiatur, καὶ γνώσονται πάντες ὅτι ἐγώ εἰμι Κύριος· & *ſcient omnes quia ego ſum Dominus.* Hieron. initio leg. *Et diſpergam*; ſed cùm ſup. ℣. 23. ſimili verbo ſubtexuerit è LXX. *ſive diſſeminabo*, idem etiam eò loci admittere non dubitavimus.

* CAPUT XXXI.

VULGATA NOVA.

1. ET factum eſt in anno undecimo, tertio menſe, una menſis, factum eſt verbum Domini ad me, dicens :

2. Fili hominis dic Pharaoni regi Ægypti, & populo ejus : Cui ſimilis factus es in magnitudine tua ?

3. Ecce Aſſur quaſi cedrus in Libano, pulcher ramis, & frondibus nemoroſus, excelſuſque altitudine, & inter condenſas frondes elevatum eſt cacumen ejus.

4. Aquæ nutrierunt illum, abyſſus exaltavit illum : flumina ejus manabant in circuitu radicum ejus, & rivos ſuos emiſit ad univerſa ligna regionis.

5. Propterea elevata eſt altitudo ejus ſuper omnia ligna regionis : & mutiplicata ſunt arbuſta ejus, & elevati ſunt rami ejus præ aquis multis.

6. Cùmque extendiſſet umbram ſuam, in ramis ejus fecerunt nidos omnia volatilia cœli, & ſub frondibus ejus genuerunt omnes beſtiæ ſaltuum, & ſub umbraculo illius habitabat cœtus gentium plurimarum.

7. Eratque pulcherrimus in magnitudine ſua,

VERSIO ANTIQUA.

1. ET factum eſt in undecimo anno, tertio menſe, una die menſis, factum eſt verbum Domini ad me, dicens : *Hieron. in Ezech. 31. col. 917. f. 921. f. 922. b.*

2. Fili hominis dic Pharaoni regi Ægypti, & multitudini ejus : Cui ſimilis factus es in altitudine tua ?

3. Ecce Aſſur cypreſſus in Libano, & bonus ramis, & condenſus umbraculo, & excelſus magnitudine, & in medio nubium factum eſt cacumen ejus. *Idem in Zach. 11. col. 1772. c.*

4. Aqua nutrivit eum, & abyſſus exaltavit illum.....

5. Propterea elevata eſt altitudo ejus ſuper omnia ligna campi : & multiplicati ſunt rami ejus præ aquis multis. *Hieron. in Ezech. 31. col. 918. c. 919. a.*

7. Eratque pulcherrimus..... & in multitudine

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Hieron. in comment. totum hoc caput XXXI. refert de more ſecundùm Hebr. aut Vulg. interſertis variis lectionibus LXX. Interpretum. Id ipſum declarat S. Doctor infra, his verbis : *Utramque Editionem ex more commiſcui; ubi tamen plurimùm diſcrepabant, ne duplex propoſitio augeret librorum magnitudinem : ac primùm ſciendum quòd quæcunque dicuntur de rege Aſſyriorum futuro tempore, in LXX. quaſi tranſacta memorantur; & ſic vel ad arborem, vel ad principem loquitur Aſſyriorum, ut tam maſculino quàm feminino genere de una perſona intelligatur, dum & arbor refertur ad Aſſyrium, & Aſſyrius in arbore nominatur.* Porro diverſitates illas omnes, quantùm licuit, expreſſimus, ſervatis nonnullis de Vulg. quæ Græcum contextum vel omnino referebant, vel ſaltem ab ipſo parum diſcrepabant. De hoc jam lectorem commonuimus ſupra ; nec dicta repetemus in conſequentibus.

℣. 1. Similiter in Græco, hoc excepto, ἐν τῷ τρίτῳ μηνὶ, *in tertio menſe*; dein μιᾷ, abſque ſeq. *die*.

℣. 2. Græc..... εἶπον πρὸς Φαραὼ..... ἐν τῷ πλήθει αὐτῆς· Τίνι ὡμοίωσας ἑαυτὸν ἐν τῷ ὕψει σου ;

℣. 3. Similiter in Græco Vat. niſi quòd habetur κυπάρισσος· ap. Hieron. etiam in hunc Ezech. loc. 917. f. 918. f. *cypariſſus*; ſubinde in Gr. Vat. καλὸς ταῖς παραφυάσι, *pulcher propaginibus*, loco *bonus ramis*, detracto eo, & *condenſus umbraculo*; ſed in Mſ. Alex. necnon in editt. Ald. & Compl. ſequitur, ἐν πυκνὸς ἐν τῇ σκέπῃ, ἐν ὑψηλός, &c. ultimòque ut in aliis, ἡ ἀρχὴ αὐτῆ, *principium ejus*, loco *cacumen ejus*. Hieron. etiam in Ezech. 31. poſt hoc, *inter condenſas frondes*, quod de Vulg. eſt, ſubdit, *ſive in medio nubium*, è Gr. LXX.

℣. 4. Sic eſt in Græco, detractâ mediâ conjunct. &.

℣. 5. Græcè, τὸ μέγεθος, *magnitudo*, loco *altitudo*; paulòque poſt, ἐπλατύνθησαν, *dilatati ſunt*, pro *multiplicati ſunt*; extremòque ſingulariter, ἀφ' ὕδατος πολλοῦ.

℣. 7. Hieron. Verſionem ex Hebr. ita copulat cum Lat. è LXX. *Eratque pulcherrimus in magnitudine ſua*, & *in*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

ramorum ſuorum.....

Hieron. ubi ſup. 919.

8. Et cypariſſi..... & pini..... & abietes non fuerunt ſimiles ramis illius : omne lignum in paradiſo Dei non eſt aſſimilatum ei, & pulchritudini ejus.

9..... & æmulata ſunt eam omnia ligna deliciarum, quæ erant in paradiſo.

10..... *Vide Not.*

11. Tradidi eam in manu principis gentium, & faciam perditionem ejus.

12. Et ſuccendent eam alieni, & peſtilentes gentium..... & confringentur arbuſta ejus in univerſis campis terræ.....

13. In ruina ejus requieverunt omnia volatilia cœli.....

15. Hæc dicit Dominus Deus : In die quando deſcendit ad inferos, luxit eum abyſſus..... & contenebratus eſt ſuper eum Libanus, & omnia ligna agri defecerunt.

16. A ſonitu ruinæ ejus commotæ ſunt gentes, cùm deducerent eam ad infernum cum his qui deſcendunt in lacum : & conſolata ſunt in terra omnia ligna deliciarum.....

17. Nam & ipſi cum eo deſcenderunt ad infernum ad vulneratos gladio : & ſemen uniuſcujuſque habitantium ſub umbraculo ejus in medio vitæ ſuæ perierunt.

18. Cui aſſimilatus es ?..... in medio incircumciſorum dormies, cum his qui interfecti ſunt gladio : ſic eſt Pharao, & omnis multitudo ejus, dicit Dominus Deus.

Ibid. 924. e.

VULGATA NOVA.

& in dilatatione arbuſtorum ſuorum : erat enim radix illius juxta aquas multas.

8. Cedri non fuerunt altiores illo in paradiſo Dei, abietes non adæquaverunt ſummitatem ejus, & platani non fuerunt æquæ frondibus illius : omne lignum paradiſi Dei non eſt aſſimilatum illi, & pulchritudini ejus.

9. Quoniam ſpecioſum feci eum, & multis, condenſiſque frondibus : & æmulata ſunt eum omnia ligna voluptatis, quæ erant in paradiſo Dei.

10. Propterea hæc dicit Dominus Deus : Pro eo quòd ſublimatus eſt in altitudine, & dedit ſummitatem ſuam virentem atque condenſam, & elevatum eſt cor ejus in altitudine ſua :

11. Tradidi eum in manu fortiſſimi gentium, faciens faciet ei : juxta impietatem ejus ejeci eum.

12. Et ſuccident eum alieni, & crudeliſſimi nationum, & projicient eum ſuper montes, & in cunctis convallibus corruent rami ejus, & confringentur arbuſta ejus in univerſis rupibus terræ : & recedent de umbraculo ejus omnes populi terræ, & relinquent eum.

13. In ruina ejus habitaverunt omnia volatilia cœli, & in ramis ejus fuerunt univerſæ beſtiæ regionis.

14. Quam ob rem non elevabuntur in altitudine ſua omnia ligna aquarum, nec ponent ſublimitatem ſuam inter nemoroſa atque frondoſa, nec ſtabunt in ſublimitate ſua omnia quæ irrigantur aquis : quia omnes traditi ſunt in mortem ad terram ultimam, in medio filiorum hominum, ad eos qui deſcendunt in lacum.

15. Hæc dicit Dominus Deus : In die quando deſcendit ad inferos, induxi luctum, operui eum abyſſo : & prohibui flumina ejus, & coercui aquas multas : contriſtatus eſt ſuper eum Libanus, & omnia ligna agri concuſſa ſunt.

16. A ſonitu ruinæ ejus commovi gentes, cùm deducerem eum ad infernum cum his qui deſcendebant in lacum : & conſolata ſunt in terra infima omnia ligna voluptatis egregia atque præclara in Libano, univerſa quæ irrigabantur aquis.

17. Nam & ipſi cum eo deſcendent in infernum ad interfectos gladio : & brachium uniuſcujuſque ſedebit ſub umbraculo ejus in medio nationum.

18. Cui aſſimilatus es ô inclyte atque ſublimis inter ligna voluptatis ? Ecce deductus es cum lignis voluptatis ad terram ultimam : in medio incircumciſorum dormies, cum eis qui interfecti ſunt gladio : ipſe eſt Pharao, & omnis multitudo ejus, dicit Dominus Deus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

dilatione, *ſive* multitudine *arbuſtorum*, *vel* ramorum *ſuorum*. In Græco. Vat. Καὶ ἐγένετο καλὸς ὡ τῷ ὕψει αὐτῦ, ἀλλὰ τὸ πλῆθος τῶν κλάδων αὐτῦ.

℣. 8. Eadem leguntur Græcè, excepto hoc ult. ἐν τῷ κάλλει αὐτῦ, *in pulchritudine ejus*, abſque præced. &.

℣. 9. Græc. καὶ ἐζήλωσαν αὐτὸν τὰ ξύλα τῦ παραδείσου τῆς τρυφῆς τῦ Θεῦ.

℣. 10. Hieron. ibid. ad hanc vocem, *condenſam* de Vulg. addit, *ſive in medio nubium*, è LXX.

℣. 11. Gr. Καὶ παρέδωκα αὐτὸν εἰς χεῖρας..... καὶ ἐποίησε, &c. ut ſupra.

℣. 12. Gr. Καὶ ἐξωλόθρευσαν αὐτὸν ἀλλότριοι λοιμοὶ ἀπὸ ἐθνῶν..... καὶ ζυντρίψει τὰ σκέλχη αὐτῦ ἐν παντὶ πεδίῳ τῆς γῆς, &c.

℣. 13. Græc. Ἐπὶ τὴν πτῶσιν αὐτῦ, &c. ut in Lat.

℣. 15. Græcè, Κύριος Κύριος, loco *Dominus Deus* ; deinde, Ἐν ᾗ ἡμέρᾳ κατέβη εἰς ᾅδου· reliqua ut in Lat. ſup. niſi quòd deeſt conjunct. &, ante *omnia* ; & loco *agri*, habetur τῦ πεδίου ἐπ' αὐτῷ, *campi in eo*.

℣. 16. Similiter in Græco, excepto his, ἀπὸ τῆς φωνῆς, *à voce*, pro *à ſonitu* ; paulòque poſt, ὅτε καθεῖλκον αὐτὸν, *quando deducebant eum* ; & infra, καὶ παρεκάλυψαν αὐτὸν ἐν γῇ πάντα τὰ ξύλα τῆς τρυφῆς· & *conſolabantur eum in terra omnia*, &c.

℣. 17. Græcè, hæc ſola variant media, ἐν τοῖς τραυματίαις ἀπὸ μαχαίρας· καὶ τὸ σπέρμα αὐτῦ, οἱ καθημένοντες, i. e. *in vulneratis à gladio* : & *ſemen ejus*, *qui habitabant*.

℣. 18. Eadem ſunt in Græco, ſi hoc excipiatur ſub fin. τὸ πλῆθος τῆς ἰσχύος, *multitudo fortitudinis*, loco *omnis multitudo* ; ultimò etiam geminatur Κύριος Κύριος, loco *Dominus Deus*.

Digitized by Google

CAPUT XXXII.

Vulgata nova.

1. ET factum eſt, duodecimo anno, in menſe duodecimo, in una menſis, factum eſt verbum Domini ad me, dicens:

2. Fili hominis aſſume lamentum ſuper Pharaonem regem Ægypti, & dices ad eum: Leoni gentium aſſimilatus es, & draconi qui eſt in mari: & ventilabas cornu in fluminibus tuis, & conturbabas aquas pedibus tuis, & conculcabas flumina earum.

Sup. 12. 13. & 17. 20. 3. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Expandam ſuper te rete meum in multitudine populorum multorum, & extraham te in ſagena mea.

4. Et projiciam te in terram, ſuper faciem agri abjiciam te: & habitare faciam ſuper te omnia volatilia cœli, & ſaturabo de te beſtias univerſæ terræ.

5. Et dabo carnes tuas ſuper montes, & implebo colles tuos ſanie tua.

6. Et irrigabo terram fetore ſanguinis tui ſuper montes, & valles implebuntur ex te.

Iſai. 13. 10. *Joel.* 2. 10. & 3. 15. *Matth.* 24. 29. 7. Et operiam, cùm exſtinctus fueris, cœlum, & nigreſcere faciam ſtellas ejus: ſolem nube tegam, & luna non dabit lumen ſuum.

8. Omnia luminaria cœli mœrere faciam ſuper te: & dabo tenebras ſuper terram tuam, dicit Dominus Deus, cùm ceciderint vulnerati tui in medio terræ, ait Dominus Deus.

9. Et irritabo cor populorum multorum, cùm induxero contritionem tuam in gentibus ſuper terras quas neſcis.

10. Et ſtupeſcere faciam ſuper te populos multos: & reges eorum horrore nimio formidabunt ſuper te, cùm volare cœperit gladius meus ſuper facies eorum: & obſtupeſcent repentè ſinguli pro anima ſua in die ruinæ tuæ.

11. Quia hæc dicit Dominus Deus: Gladius regis Babylonis veniet tibi,

12. in gladiis fortium dejiciam multitudinem tuam: inexpugnabiles omnes gentes hæ: & vaſta-

Versio antiqua.

1. ET factum eſt, duodecimo anno, in menſe decimo, in una die menſis, factum eſt verbum Domini ad me, dicens: *Hieron. in Ezech. 32. col. 924. c. 925. b.*

2. Fili hominis aſſume lamentum ſuper Pharaonem regem Ægypti, & dices ad eum: Leoni gentium aſſimilatus es, & draconi qui eſt in mari: & ventilabas cornu in fluminibus tuis, & conturbabas aquas pedibus tuis, & conculcabas flumina tua.

3. Hæc dicit Dominus: Circumjaciam ſuper te retia populorum multorum, & extraham te in hamo meo. *Tichon. reg. 4. p. 58. f.*

4. Et extendam te ſuper terram, campi * tui: & conſtituam ſuper te omnes aves cœli, & ſaturabo omnes beſtias univerſæ terræ. * *Supp.* replebuntur.

5. Et dabo carnes tuas ſuper montes, & ſaturabo ſanguine tuo colles.

6. Et rigabitur terra ab his, quæ de te procedunt, à multitudine tua in montibus, * valles implebo abs te. * *Edit.* vepres.

7. Et cooperiam cœlum, cùm exſtinguêris, & obſcurabo aſtra ejus: ſolem in nube contegam, & lunæ non lucebit lumen ejus.

8. Omnia quæ lucent lumine in cœlo, obſcurabuntur ſuper te: & dabo tenebras ſuper terram tuam, dicit Dominus.

9. Et exaſperabo cor populorum multorum, cùm ducam captivitatem tuam in nationes in terram quam non noveras.

10. Et contriſtabuntur ſuper te multæ nationes: & reges earum mentis alienatione ſtupebunt, cùm volabit gladius meus ſuper facies eorum: in medio eorum erit ad ruinam ex die ruinæ tuæ.

11. Quoniam hæc dicit Dominus: Gladius regis Babylonis venit tibi

12. in gladiis gigantum, & dejiciam virtutem tuam: peſtes à nationibus omnes: & perdent con-

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Itidem Græcè, excepto uno Λεχάτῳ, pro *duodecimo*; at Hieron. inf. ait: *In multis exemplaribus juxta LXX.* duodecimus annus, & menſis decimus *ponitur*; *juxta autem cæteros Interpretes*, decimus annus, & duodecimus menſis.

℣. 2. Similia Græc. habet, præter hæc pauca; nempe addit Ϛὺ, verbo *aſſimilatus es*; ſtatimque, ᾗ ὡς δράκων, & *quaſi draco*, loco & *draconi*; ſubinde, ᾗ ἐκτεράτιζες τοῖς ποταμοῖς Ϛυ, ᾗ ἐτάραττες ὕδωρ, &c. ut in Lat.

℣. 3. Ita in Græco, hoc excepto, ᾗ περιβαλῶ, & *circumjiciam*; edit. PP. Lugd. pro *ſuper te retia*, fert *te ſuper terram*, aperto mendo, quod cuivis advertere licet; id ſuſtulimus auctoritate Mſ. B. M. Rem. n. 35. qui hab. *ſuper te retia*, è Gr. ἐπὶ Ϛὲ δίκτια. Rufin. etiam in Symb. p. 179. b. ultimò hab. & *extraham te in hamo meo*. Item Hieron. in Ezech. 32. col. 924. e. *extraham te in ſagena mea*, *ſive* extraham te in hamo: & inf. 925. b. id monet: *Editionem utramque miſcemus, in his duntaxat, in quibus diſcrepant; alioquin ubi unus ſenſus eſt, Hebraïcum ſequimur.*

℣. 4. Græcè, πεδία πλησθήσεται, abſque ſeq. *tui*; cæt. ut in Lat. ſupra. Rufin. in Symb. p. 179. b. legit: *Et extendam te ſuper terram, campi implebuntur de te*: & *conſtituam ſuper te omnes volucres cæli*, & *ſaturabo ex te omnes beſtias terræ*. Mſ. quoque Alex. cum ed. Compl. hab. πλησθήσεταί Ϛυ..... ᾗ ἐμπλήσω ἐκ Ϛῦ, &c. Apud Hieron. in Ezech. 32. ita: *Et projiciam*, *ſive* extraham *te in terram*, *ſuper faciem agri abjiciam te*, *ſive* campi replebuntur tui: & *habitare*, *ſive* ſedere *faciam ſuper te*, &c. ut in Vulg. Gr. ἐπιπαξιῶ ἐπὶ Ϛὲ, &c.

℣. 5. Concordat Græc. detracta ult. voce *colles*; ejus loco Compl. addit φάραγγας, *valles*; al. τὰ πεδία, *campos*; al. πᾶσαν τὴν γῆν, *totam terram*. Hieron. in Ezech. 32. & *implebo colles*, *ſive* valles, *ſanie tua*, *vel* ſanguine tuo; Græc. ᾗ ἐμπλήσω ἀπὸ τῦ αἵματός Ϛυ.

℣. 6. Similiter in Græco. Tichonii edit. & Mſ. Rem. ferunt *vepres*, loco *valles*; ſed vitiosè, ni fallor, nam Græcè conſtanter, φάραγγας. Apud Hieron. in Ezech. ita: *Et irrigabitur terra ſtercoribus tuis*; Gr. προχωρημάτων συ.

℣. 7. Græc. initio hab. cum Vulg. Καὶ καλαχαλύψω, ἐν τῷ σβεσθῆναί Ϛε, ὑφηλόν· extremòque, ᾗ Ϛελήνη ὐ μὴ φάνῃ τὸ φῶς αὐτῆς· cæt. ut in Lat. ſupra.

℣. 8. Mſ. B. M. Rem. initio hab. *Omnia quæ lucent lumina*, non *lumine*, ut in edit. Lug. Græcum, Πάντα τὰ φαίνοντα φῶς· reliqua ut in Lat. ſup. niſi quòd delet *tuam*, poſt *terram*; ſed addit Mſ. Alex. cum ed. Compl. ultimò etiam in Vatic. λέγει Κύριος Κύριος· in Alex. Κύριος ὁ Θεός. Apud Hieron. in comment. *contenebreſcent*, pro *obſcurabuntur*; Gr. Ϛυσκολάσουσι.

℣. 9. Sic etiam in Græco. Ap. Hieron. in hunc loc. *cùm induxero contritionem*, *ſive* captivitatem *tuam in gentibus ſuper terras*, *ſive* in terra quam *neſcis*. Gr. ὁπόταν ἄγω..... εἰς γῆν ἣν ὐκ ἔγνως.

℣. 10. In Græco deeſt τὸ *in medio eorum*; loco verò ſeq. *erit ad ruinam*; eſt, προσδεχόμενοι τὴν πτῶσιν ἑαυτῶν, *exſpectantes ruinam ſuam*; cæt. quadrant. Similiter apud Hieron. in hunc loc. *Et contriſtabuntur ſuper te gentes multæ*; ultimòque, *exſpectantes ruinam ſuam à die ruinæ tuæ*. Mſ. Tichon. B. M. Rem. habet: *cùm volavit gladius..... erit ad ruinam ſuam ex die ruinæ ſuæ*. Gr. verò, ἀφ' ἡμέρας πλώσεώς Ϛυ.

℣. 11. Græcè geminatur vox *Dominus*; & pro *venit*, eſt ἥξει, *veniet*; cæt. ad verbum ut ſupra.

℣. 12. Itidem Græcè. Apud Hieron. in Ezech. ſic: *in gladiis gigantium dejiciam fortitudinem tuam: peſtilentes de*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Tichon. ubi ſup. tumeliam Ægypti, & conteretur omnis virtus ejus.	bunt ſuperbiam Ægypti, & diſſipabitur multitudo ejus.
13. Et perdam omnia pecora ejus ab aqua multa: & non turbabit eam pes hominis ultra, & veſtigium pecorum non calcabit eam.	13. Et perdam omnia jumenta ejus, quæ erant ſuper aquas plurimas: & non conturbabit eas pes hominis ultra, neque ungula jumentorum turbabit eas.
14. Tunc requieſcent aquæ eorum, & flumina eorum ut oleum abibunt, dicit Dominus.	14. Tunc puriſſimas reddam aquas eorum, & flumina eorum quaſi oleum adducam, ait Dominus Deus:
15. Et dabo Ægyptum in interitum: & deſolabitur terra cum plenitudine ſua, & diſpergam omnes inhabitantes in ea: & ſcient quia ego Dominus ſum.	15. Cùm dedero terram Ægypti deſolatam: deſeretur autem terra à plenitudine ſua, quando percuſſero omnes habitatores ejus: & ſcient quia ego Dominus.
Hieron. in Ezech. 32. col. 925. b. 928. f. 16. Planctus eſt, & plangent eum filiæ gentium: ſuper Ægyptum, & ſuper omni fortitudine illius plangent eum, ait Dominus Deus.	16. Planctus eſt, & plangent eum: filiæ gentium plangent eum: ſuper Ægyptum, & ſuper multitudinem ejus plangent eum, ait Dominus Deus.
Ibid. 929. f. ex Lxx. 17. Et factum eſt in duodecimo anno, in quintadecima menſis, factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:	17. Et factum eſt in duodecimo anno, in quintadecima menſis, factum eſt verbum Domini ad me, dicens:
18. Fili hominis plange ſuper multitudinem Ægypti: & deducent filias ejus gentes mortuas in profundum terræ, ad eos qui deſcendunt in foveam.	18. Fili hominis cane lugubre ſuper multitudinem Ægypti: & detrahe eam ipſam, & filias gentium robuſtarum ad terram ultimam, cum his qui deſcendunt in lacum.
19..... *Vide Not.*	19. Quo pulchrior es? deſcende, & dormi cum incircumciſis.
20. In medio vulneratorum gladio cadent cum eo, & dormiet omnis fortitudo ejus.	20. In medio interfectorum gladio cadent: gladius datus eſt, attraxerunt eam, & omnes populos ejus.
Ibid. 930. a. 21. Et dicent tibi gigantes: In profundo foveæ deſcende: quo melior es? deſcende, & dormi cum incircumciſis in medio vulneratorum gladio.	21. Loquentur ei potentiſſimi robuſtorum de medio inferni, qui cum auxiliatoribus ejus deſcenderunt, & dormierunt incircumciſi, interfecti gladio.
22. Ibi Aſſur, & omnis congregatio ejus: omnes vulnerati ibi dati ſunt.	22. Ibi Aſſur, & omnis multitudo ejus: in circuitu illius ſepulcra ejus: omnes interfecti, & qui ceciderunt gladio.
23. Et ſepulcrum ejus in profundo foveæ: & facta eſt congregatio ejus in circuitu ſepulcri ejus: omnes vulnerati, qui ceciderant gladio, qui dederunt timorem ſuum in terra vitæ.	23. Quorum data ſunt ſepulcra in noviſſimis laci: & facta eſt multitudo ejus per gyrum ſepulcri ejus: univerſi interfecti, cadenteſque gladio, qui dederant quondam formidinem in terra viventium.
24. Ibi Ælam, & omnis fortitudo ejus in circuitu ſepulcri ejus: omnes vulnerati, & caden-	24. Ibi Ælam, & omnis multitudo ejus per gyrum ſepulcri ſui: omnes hi interfecti, ruenteſ-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

gentibus cunctis: & perdent injuriam Ægypti, & conteretur omnis fortitudo illius.

℣. 13. Eadem exſtant Græcè, ubi additur αὐτῆς, ad *pecora*; ſtatimque, ἀφ' ὕδατος, ut in Lat. ſupra: ſubſtituimus autem τὸ *ejus ab*, poſt *pecora*, ex Mſ. B. M. Rem. quod deerat in edit. Lugd. Apud Hieron. in Ezech. *ab aquis multis* pluraliter; ultimòque, *calcabit eas.*

℣. 14. Græc. in principio habet, Οὕτως τότε ἡσυχάσει, *Ita tunc quieſcent*; reliqua ut ſup. ſed à Compl. abeſt ὕτως. In editt. Tichonii eſt *habebunt*, pro *abibunt*; ſed aperto vitio, quod correximus è Mſ. B. M. Rem. Græcè etiam conſtanter, πορεύσονται: ſimilibus mendis ſcatere noviſſimam PP. Bibliothecam, omnibus notum eſt. Apud Hieron. in Ezech. *Ut aliquando quieſcant aquæ eorum, & flumina eorum quaſi oleum fluent.* Hieron. legiſſe videtur, Ὅπως τότε ἡσύχασαι.

℣. 15. Eadem leguntur Græcè, præter hoc 1. Ὅταν δῶ, *Cùm dedero*; item infra, ὅταν διασπερῶ, loco & *diſpergam.* Apud Hieron. in Ezech. col. 925. b. *Cùm dedero terram Ægypti perditam: deſeretur autem terra cum plenitudine ſua, quando diſſeminavero omnes habitatores ejus.* Mſ. Rem. Tichon. *omnes inhabitantes eam.*

℣. 16. Græc. Θρῆνός ἐστι, καὶ θρηνήσεις αὐτὸν, καὶ αἱ θυγατέρες τῶν ἐθνῶν θρηνήσουσιν αὐτόν· ἐπ' Αἴγυπτον, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν ἰσχὺν αὐτῆς θρηνήσουσιν αὐτὴν, λέγει Κύριος Κύριος· i. e. *Planctus eſt, & planges eum, & filiæ gentium plangent eum: ſuper Ægyptum, & ſuper omnem fortitudinem ejus plangent eam, ait Dominus Dominus.* Ap. Hieron. conſtanter deeſt initio τὸ & *planges eum.*

℣. 17. Hieron. relatis prioribus 16. verſibus ex Hebr. ſeu Vulg. cum variis lectionibus LXX. quas etiam inſeruimus in Notis, de reliquo capite ſic monet: *Multùm in hoc loco LXX. Interpretum editio, & ordine & translatione diſcordat; & quædam in ea de Theodotione addita ſunt: unde neceſſe habuimus & ipſam ponere, nequaquam parcentes longitudini, & ſtudioſi lectoris diligentia ſervientes:* tum ſequitur ℣. 17. ut & alii omnes ſecund. Verſ. LXX. uſque ad finem cap. Porro ℣. iſte 17. nil hodie differt à Græco, niſi hoc medio, ἔτει τῷ πρώτῳ μηνὸς, *anno primi menſis*; dein, πεντεκαιδεκάτῃ, abſque præp. *in.*

℣. 18. Totidem verba in Græco, præter ἰσχὺν, *fortitudinem*, loco *multitudinem*; at in Compl. πλῆθος.

℣. 19. Nil ſequitur eò loci in Gr. Vat. quod Vulgatæ verſiculo reſpondeat; ſed transfertur inf. in ℣. 21. In Hexap. tamen Orig. ad hunc ℣. 19. id legitur è LXX. Ὁ. Τίνος κρείττων εἶ; i. e. *LXX. Quo melior es?* ſubinde ita de Theodotione ſub aſteriſco: Θ. Ἐξ ὑδάτων εὐφροσύνῃ καλάζωθι, καὶ κοιμήθητι μετὰ ἀπειρημένων. Hieron. quoque poſt hoc ult. verſûs præced. *in foveam*, ſubdit: *Porro ſub aſteriſcis additum eſt:* De aqua pulcherrima deſcende, & dormi cum incircumciſis. *Rurſum ordo ſequitur:* In medio vulneratorum, &c. de ℣. ſeq. Iſta tamen, Ἐξ ὑδάτων, &c. hìc leguntur ap. Theodoret. teſte Nobil. necnon in Mſ. Alex. ac editt. Ald. & Compl.

℣. 20. Conſonat Gr. ad verbum.

℣. 21. Eadem fert Gr. Vatic. excepto uno γίνου, *eſto*, pro 1. *deſcende*; ſubinde, καὶ καλάζωθι, &c. ut ſup. ſed à Mſ. Alex. abeſt καὶ.

℣℣. 22. 23. Eadem leguntur Græcè, excepto iſto de ℣. 23. καὶ ἡ ταφὴ αὐτῶν, & *ſepulcrum eorum*, loco *ſepulcrum ejus.* Hieron. autem poſt hoc, & *omnis congregatio ejus*, de ℣. 22. addit: *Quodque ſequitur:* omnes vulnerati ibi dati ſunt. Et ſepulcrum ejus in profundo foveæ: & facta eſt congregatio ejus: *in Hebraïco non habetur, ſed à LXX. additum eſt.* Mox ita: *Rurſum dicitur:* in circuitu ſepulcri ejus, omnes vulnerati, qui ceciderant gladio. *Et iterum*, inquit, *de Theodotionis editione ſub aſteriſcis additum eſt:* Qui dederunt ſepulcra ejus in lateribus laci: & facta eſt congregatio in circuitu ſepulcri ejus: omnes iſti vulnerati, cadenteſque gladio: *poſt quæ poſuere LXX.* qui dederunt timorem ſuum in terra vitæ, &c. quæ ſup.

℣. 24. Hæc tota ſimiliter exſtant Græcè, niſi hoc ex-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

que gladio: qui deſcenderunt incircumciſi ad terram ultimam: qui poſuerunt terrorem ſuum in terra viventium, & portaverunt ignominiam ſuam cum his qui deſcendunt in lacum.

25. In medio interfectorum poſuerunt cubile ejus in univerſis populis ejus: in circuitu ejus ſepulcrum illius: omnes hi incircumciſi, interfectique gladio: dederunt enim terrorem ſuum in terra viventium, & portaverunt ignominiam ſuam cum his qui deſcendunt in lacum: in medio interfectorum poſiti ſunt.

26. Ibi Moſoch, & Thubal, & omnis multitudo ejus: in circuitu ejus ſepulcra illius: omnes hi incircumciſi, interfectique & cadentes gladio: quia dederunt formidinem ſuam in terra viventium.

27. Et non dormient cum fortibus, cadentibuſque & incircumciſis, qui deſcenderunt ad infernum cum armis ſuis, & poſuerunt gladios ſuos ſub capitibus ſuis, & fuerunt iniquitates eorum in oſſibus eorum: quia terror fortium facti ſunt in terra viventium.

28. Et tu ergo in medio incircumciſorum conterêris, & dormies cum interfectis gladio.

29. Ibi Idumæa, & reges ejus, & omnes duces ejus, qui dati ſunt cum exercitu ſuo cum interfectis gladio: & qui cum incircumciſis dormierunt, & cum his qui deſcendunt in lacum.

30. Ibi principes Aquilonis omnes, & univerſi venatores: qui deducti ſunt cum interfectis, paventes, & in ſua fortitudine confuſi: qui dormierunt incircumcili cum interfectis gladio, & portaverunt confuſionem ſuam cum his qui deſcendunt in lacum.

31. Vidit eos Pharao, & conſolatus eſt ſuper univerſa multitudine ſua, quæ interfecta eſt gladio; Pharao, & omnis exercitus ejus, ait Dominus Deus:

32. quia dedi terrorem meum in terra viventium, & dormivit in medio incircumciſorum cum interfectis gladio; Pharao, & omnis multitudo ejus: ait Dominus Deus.

VERSIO ANTIQUA.

tes gladio, & qui deſcendunt incircumciſi in terræ profundum: qui dederunt terrorem ſuum in terra vitæ, & acceperunt tormentum ſuum cum his qui deſcendunt in foveam, *Hieron. ubi ſup.*

25. in medio vulneratorum.

26. Ibi dati ſunt Moſoch, & Thubal, & omnis fortitudo eorum: in circuitu ſepulcri ejus omnes vulnerati ejus, univerſi incircumciſi, & vulnerati gladio: qui dederunt terrorem ſuum ſuper terram vitæ.

27. Et non dormierunt cum gigantibus, qui ceciderunt ab æterno, qui deſcenderunt in infernum cum armis quibus utebantur ad bella, & poſuerunt gladios ſuos ſub capitibus ſuis, & factæ ſunt iniquitates eorum in oſſibus eorum: quia terruerunt gigantes in vita ſua.

28. Et tu in medio incircumciſorum conterêris, & dormies cum vulneratis gladio.

29. Ibi Edom, & reges ejus, & omnes principes Aſſur, qui dederunt fortitudinem ejus in vulnere gladii: iſti cum vulneratis dormierunt, cum his qui deſcenderunt in foveam.

30. Ibi principes Aquilonis omnes, univerſi magiſtratus Aſſur: qui deſcenderunt vulnerati, cum terrore ſuo, & in fortitudine ſua confuſi: dormierunt incircumciſi cum vulneratis gladio, & abſtulerunt tormentum ſuum cum deſcendentibus in foveam.

31. Videbit eos Pharao, & conſolationem accipiet ſuper omni fortitudine eorum; vulnerati gladio; Pharao, & omnis fortitudo ejus, dicit Dominus Deus:

32. quia dedi formidinem ejus ſuper terram vitæ, & dormiet in medio incircumciſorum cum vulneratis gladio; Pharao, & omnis multitudo ejus, dicit Dominus Deus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

cipias, οἱ πεπλωκότες, *qui ceciderunt*, loco & *cadentes*.

℣. 25. Id unum hodie legitur in Græco, detractis aliis pluribus quæ ſequuntur in Vulg.

℣. 26. Eadem leguntur Græcè, præter hæc levia, Θοβέλ, pro *Thubal*; & αὐτῦ, *ejus*, non *eorum*, poſt vocem *fortitudo*; at in Compl. & Mſ. Alex. eſt ἁπάντων αὐτῶν, ut ſup. deeſt etiam &, ante *vulnerati*; ſubditur verò ἀπὸ μαχαίρας, *à gladio*.

℣. 27. Græc. initio hab. καὶ ἐκοιμήθησαν, & *dormierunt*, abſque negatione; at in Compl. καὶ οὐκ ἐκοιμήθησαν; item inf. ſimpliciter, πολεμικοῖς, *bellicis*, pro *quibus utebantur ad bella*; extremòque, πάντας, *omnes*, loco *gigantes*; ſed in Ald. & Compl. γίγαντες; in Mſ. Alex. γίγαντας; cæt. ut in Lat. ſup.

℣. 28. Ita Græcè, deleto verbo *conterêris*, cum ſeq. & *; at in Mſ. Alex. necnon in edd. Ald. & Compl. eſt Συντριβήσῃ, καὶ κοιμηθήσῃ.

℣. 29. Græc. Vatic. initio hab. Ἐκεῖ ἐδέθησαν οἱ ἄρχοντες Ἀσσύρ, *Ibi dati ſunt principes Aſſur*; reliqua ut in Lat. Editt. verò Ald. & Compl. cum Mſ. Alex. ferunt: Ἐκεῖ Ἐδὼμ, καὶ οἱ βασιλεῖς αὐτῆς, καὶ πάντες οἱ ἄρχοντες Ἀσσύριοι, ut ſup. extremò etiam legitur μετὰ καταβαινόντων, *cum deſcendentibus*, tam in Vatic. quàm in aliis.

℣. 30. Hæc tota reſpondent Græco, niſi quòd initio deeſt vox *univerſi*, ante *magiſtratus*, ſaltem in Vatic. nam in Gr. Alex. eſt αὐτοὶ πάντες· Ald. οὗτοι πάντες· ſubinde in Vat. οἱ καταβαίνοντες, *deſcendentes*, pro *qui deſcenderunt*; in Compl. οἵτινες κατήχθησαν, *qui deducti ſunt*; demum inf. à Vat. abeſt verbum *confuſi*; at in Compl. ſequitur, αἰχυνθέντες, al. αἰσχυνόμενοι· ἐκοιμήθησαν, &c.

℣. 31. In Gr. Vatic. deſunt iſta: *vulnerati gladio Pharao*, & *omnis fortitudo ejus*; in Ald. verò & Compl. necnon in Mſ. Alex. ſequuntur: τραυματίαι μαχαίρᾳ Φαραὼ, καὶ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῦ· cætera conveniunt, niſi quòd nomini *Pharao*, præit vox βασιλεύς, *rex*, quæ tamen deeſt in Ald. ultimò etiam Κύριος Κύριος, de more, loco *Dominus Deus*.

℣. 32. Similia leguntur Græcè, addito uno μετ' αὐτῦ, *cum eo*, poſt hoc, πλῆθος αὐτῦ, ſeu *multitudo ejus*; abeſt tamen μετ' αὐτῦ ab editt. Ald. & Compl. extremò de more λέγει Κύριος Κύριος· in Mſ. Alex. Κύριος Κύριος ὁ Θεός.

CAPUT XXXIII.

VULGATA NOVA.

1. ET factum eſt verbum Domini ad me, dicens:

2. Fili hominis loquere ad filios populi tui,

VERSIO ANTIQUA.

1. ET factum eſt verbum Domini ad me, dicens: *Hieron. in Ezech. 33. col. 934. b.*

2. Fili hominis loquere ad filios populi tui, &

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Itidem Græcè. Hæc autem, & ſeqq. uſque ad ℣. 7. paucis tantùm differunt à Vulg. Hieron. quoque unum ejuſdem textum refert, inſertis tantùm nonnullis varietatibus edit. LXX. quas intexere non omiſimus.

℣. 2. Similia leguntur Græcè, exceptis his, ἐφ' ἣν ἂν ἐπάγω, *ſuper quam induxero*, pro *cùm induxero ſuper eam*;

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Hieron. ubi sup. dices ad eos : Terra cùm induxero super eam gladium, & tulerit populus terræ hominem unum de suis, & constituerit eum super se speculatorem :	& dices ad eos : Terra cùm induxero super eam gladium, & tulerit populus terræ virum unum de novissimis suis, & constituerit eum super se speculatorem :
3. & ille viderit gladium venientem super terram, & cecinerit buccinâ, & annuntiaverit populo :	3. & ille viderit gladium venientem super terram, & cecinerit buccina, & annuntiaverit populo :
4. Audiens autem..... sonitum buccinæ, & non se observaverit, veneritque gladius, & comprehenderit eum : sanguis ipsius super caput ejus erit.	4. Audiens autem, quisquis ille est, sonitum buccinæ, & non se observaverit, veneritque gladius, & tulerit eum : sanguis ipsius super caput ejus erit.
5. Vocem buccinæ audivit, & non se observavit, sanguis ejus in ipso erit.....	5. Sonum buccinæ audivit, & non se observavit, sanguis ejus in ipso erit : si autem se custodierit, animam suam salvabit.
6. Quòd si speculator viderit gladium venientem, & non insonuerit buccinâ : & populus non se custodierit, veneritque gladius, & tulerit de his animam : ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinem autem ejus de manu speculatoris requiram.	6. Quòd si speculator viderit gladium venientem, & non insonuerit buccina : & populus se non custodierit, veneritque gladius, & tulerit de eis animam : ille quidem in iniquitate sua captus est, sanguinem autem ejus de manu speculatoris requiram.
Augustin. serm. 46. to. 5. 235. e. 7. Et tu fili hominis, speculatorem dedi te domui Israël : audies ex ore meo sermonem, & prænonstrabis eis ex me.	7. Et tu fili hominis, speculatorem dedi te domui Israël : audiens ergo ex ore meo sermonem, annuntiabis eis ex me. *Sup. 3. 17.*
8. In eo cùm dixero peccatori : Morte morieris : & non fueris locutus ut caveat impius à via sua : ille facinorosus in suo facinore morietur, sanguinem autem ejus de manu tua exquiram.	8. Si me dicente ad impium : Impie, morte morieris : non fueris locutus ut se custodiat impius à via sua : ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem autem ejus de manu tua requiram.
9. Tu autem si prænuntiaveris facinoroso viam ejus ut avertatur ab ea, & non fuerit aversus à via sua : iste in facinore suo morietur, & tu animam tuam liberabis.	9. Si autem annuntiante te ad impium ut à viis suis convertatur, non fuerit conversus à via sua : ipse in iniquitate sua morietur : porro tu animam tuam liberasti.
Aug. l. ad Novat. haret. ap. Cypr. p. 438. b. 10..... Fili hominis dic populo Israël : Quare locuti estis, dicentes : Erroribus nostris contabescimus : & quomodo salvi esse poterimus?	10. Tu ergo fili hominis dic ad domum Israël : Sic locuti estis, dicentes : Iniquitates nostræ, & peccata nostra super nos sunt, & in ipsis nos tabescimus : quomodo ergo vivere poterimus?
11. Dic eis : Vivo ego, dicit Dominus : quia non desidero mortem peccatoris, sed desidero ut avertatur peccator à via sua pessima, & vivat. Redite ergo à via vestra pessima : quid morti vos traditis domus Israël?	11. Dic ad eos : Vivo ego, dicit Dominus Deus : nolo mortem impii, sed ut convertatur impius à via sua, & vivat. Convertimini, convertimini à viis vestris pessimis : & quare moriemini domus Israël? *Sup. 18. 23.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ultimòque, καὶ λαῶσιν αὐτὸν ἑαυτοῖς εἰς σκοπόν, & *dederint eum sibi in speculatorem*; quæ omnia vix differunt à Vulg. August. etiam ser. 339. to. 5. 1309. b. hæc memorat : *Terra super quam induxero gladium*; deinde, & *posuerit sibi exploratorem.*

℣. 3. Ad verbum è Gr. nisi excipiatur unum *annuntiaverit*, pro quo Σημάνῃ, *significaverit*, quod idem sonat. August. ubi sup. sic pergit : *qui videat gladium supervenientem*, & *dicat*, & *denunciet* : & infra : *si autem viderit gladium supervenientem*, & *tubâ cecinerit*, & *annuntiaverit.*

℣. 4. Græc. initio habet : Καὶ ἀκούσῃ ὁ ἀκούσας τῆς φωνῆς τῆς Σαλπιγγος, Et *audiverit audiens vocem tubæ*; reliqua ut in Lat. supra. Ap. August. ser. 339. col. 1309. c. & *ille*, *cui annuntiat*, *non observaverit.*

℣. 5. Græc. Ὅτι τὴν φωνὴν τῆς Σάλπιγγος ἀκούσας, οὐκ ἐφύλαξατο, τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐπ' αὐτῷ ἔσαι· deinde, ὃς δ' ἂν, ὅτι ἐφύλαξατο, τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐξείλατο· i. e. *Quia vocem tubæ audiens*, *non se observavit*, *sanguis ipsius super ipsum erit* : & *hic*, *quia custodivit se*, *animam suam liberavit.* August. ubi sup. alludens dicit : *ille quidem in sua iniquitate morietur*, *explorator autem animam suam liberavit.*

℣. 6. Hæc tota pauculis tantùm discrepant à Græco ; scilicet pro *insonuerit*, ibi legitur Σημάνῃ, *significaverit* ; paulòque post, καὶ ἐλθοῦσα ἡ ῥομφαία λάβῃ, & *veniens gladius tulerit*, loco *veneritque gladius*, & *tulerit* ; demum, αὐτὸν διὰ τὴν αὐτοῦ ἀνομίαν ἑλήφθη, καὶ τὸ αἷμα ἐκ χειρὸς, &c. *ipsa propter iniquitatem suam capta est*, & *sanguinem de manu*, &c. ut sup. Apud August. ser. 339. c. ita : *Si veniente autem gladio*, *taceat ille explorator* ; & *superveniens gladius super peccatorem*, *occidat* : *peccator quidem pro sua iniquitate morietur*, *sanguinem autem ejus de manu exploratoris inquiram.*

℣. 7. Similia prorsus in Græco, detracto tamen isto, & *prænonstrabis eis ex me* ; at in Compl. sequitur, καὶ ἀπαγγελεῖς αὐτοῖς ἐπ' ἐμοῦ. Apud Facund. Hermian. l. 12. Sirm. to. 2. p. 821. a. *fili hominis*, *speculatorem dedi te domui Israël* : & *audies ex ore meo sermonem* ; nec plura. Rursus ap. August. ser. 339. col. 1309. d. *posui te exploratorem.*

℣. 8. Eadem leguntur Græcè, nisi excipias istud, αὐτὸς ὁ ἄνομος τῇ ἀνομίᾳ αὐτοῦ ἀποθανεῖται, *ipse iniquus iniquitate sua morietur.* Similiter apud Facund. Herm. l. 12. Sirm. to. 2. p. 821. a. *In eo cùm dixero peccatori : Morieris* : & *non fueris locutus ut caveat impius à via sua* : *ille quidem in iniquitate sua morietur*, *sanguinem autem ejus de manu tua requiram.* Rursus August. ser. 339. col. 1309. d. *Si dixero peccatori : Morte morieris* : & *tu tacueris*, & *ille in peccato suo mortuus fuerit* : *ille quidem in peccato suo morietur*, *sanguinem autem ejus de manu tua requiram* : item l. 1. de civit. Dei, c. 9. to. 7. 10. b. *ille quidem in suo peccato morietur*, *sanguinem autem ejus de manu speculatoris requiram.*

℣. 9. Ita de Græco, excepto ult. *liberabis*, pro quo ἐξέρησαι, *liberasti* ; at in ed. Compl. ἐξαιρήσῃ, ut supra. Idem August. ser. 46. col. 235. g. alludens dicit : *Si autem dixeris impio : Morte morieris : cui ego gladium fuero comminatus*, & *ille neglexerit vitare imminentem gladium*, & *venerit gladius*, & *interfecerit eum : ille in peccato suo morietur*, *tu autem animam tuam liberasti* : item ser. 339. col. 1309. d. *Si autem tu dixeris peccatori : Morte morieris* : & *ille se non observaverit : ille in iniquitate sua morietur*, *tu verò animam tuam liberasti.* Facund. Herm. l. 12. Sirm. to. 2. 821. a. *Tu autem si prædixeris impio viam suam iniquam*, & *non avertatur ab ea : ille quidem in iniquitate sua morietur*, & *tu animam tuam liberabis.*

℣. 10. Græc. Καὶ σὺ υἱὲ ἀνθρώπου εἰπὸν τῷ οἴκῳ Ἰσραήλ· Οὕτως ἐλαλήσατε, λέγοντες· Αἱ πλημμέλειαι ἡμῶν, καὶ αἱ ἀνομίαι ἡμῶν ἐφ' ἡμῖν εἰσι, καὶ ἐν αὐταῖς ἡμεῖς τηκόμεθα· καὶ πῶς ζησόμεθα ; Et *tu fili hominis dic domui Israël* : *Sic locuti estis*, *dicentes* : *Errores nostri*, & *iniquitates nostræ super nos sunt*, & *in ipsis nos tabescimus* : & *quomodo vivemus?*

℣. 11. Græc. Εἰπὸν αὐτοῖς· Ζῶ ἐγὼ, τάδε λέγει Κύριος· Οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἀσεβοῦς, ὡς ἀποστρέψας

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

12. Tu itaque fili hominis dic ad filios populi tui : Juſtitia juſti non liberabit eum in quacunque die peccaverit : & impietas impii non nocebit ei, in quacunque die converſus fuerit ab impietate ſua : & juſtus non poterit vivere in juſtitia ſua, in quacunque die peccaverit.

13. Etiam ſi dixero juſto quòd vita vivat, & confiſus in juſtitia ſua fecerit iniquitatem : omnes juſtitiæ ejus oblivioni tradentur, & in iniquitate ſua, quam operatus eſt, in ipſa morietur.

14. Si autem dixero impio : Morte morieris : & egerit pœnitentiam à peccato ſuo, feceritque judicium & juſtitiam,

15. & pignus reſtituerit ille impius, rapinamque reddiderit, in mandatis vitæ ambulaverit, nec fecerit quidquam injuſtum : vita vivet, & non morietur.

VERSIO ANTIQUA.

12..... Juſtitia juſti non liberabit eum in quacunque die exerraverit : [a] iniquitas iniqui non nocebit eum, in quacunque die averterit ſe à ſua iniquitate..... *Cypr. l. de op. & eleem. p. 251. c.* [a] *Auct. de ſtatu Chr. apud Aug. to. 6. p. 185. e.*

13. Et ſi dixero juſto : Vitâ vives : & receſſerit poſt hæc à juſtitia ſua : vivo ego, dicit Dominus, quia morte morietur : juſtitiæ ejus non liberabunt eum in die qua receſſerit à juſtitia, & fecerit iniquitatem ; in iniquitate ſua morietur. *Prædeſtin. l. 3. ap. Sirm. to. 1. p. 523. c.*

14. Cùm dixero peccatori : Morte morieris : & peccator ſe abſtulerit à via ſua mala, & ab ſtudiis ſuis peſſimis :

15. vivo ego, dicit Dominus, vitâ vivet, & non morietur in delicto ſuo quod fecit.

VULGATA NOVA.

16. Omnia peccata ejus, quæ peccavit, non imputabuntur ei : judicium & juſtitiam fecit, vita vivet.

17. Et dixerunt filii populi tui : Non eſt æqui ponderis via Domini : & ipſorum via injuſta eſt.

18. Cùm enim receſſerit juſtus à juſtitia ſua, feceritque iniquitates, morietur in eis.

19. Et cùm receſſerit impius ab impietate ſua, feceritque judicium & juſtitiam, vivet in eis.

20. Et dicitis : Non eſt recta via Domini. Unumquemque juxta vias ſuas judicabo de vobis, domus Iſraël. *Sup. 18. 25.*

VULGATA NOVA.

21. Et factum eſt in duodecimo anno, in decimo menſe, in quinta menſis tranſmigrationis noſtræ, venit ad me qui fugerat de Jeruſalem, dicens : Vaſtata eſt civitas.

VERSIO ANTIQUA.

21. Et factum eſt in duodecimo anno..... quintâ menſis captivitatis noſtræ, venit ad me qui ſalvatus fuerat de Jeruſalem, dicens : Capta eſt civitas. *Hieron. in Ezech. 33. col. 937. e.*

VULGATA NOVA.

22. Manus autem Domini facta fuerat ad me veſpere, antequam veniret qui fugerat : aperuitque os meum donec veniret ad me manè, & aperto ore meo non ſilui ampliùs.

23. Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens :

24. Fili hominis, qui habitant in ruinoſis his ſuper humum Iſraël, loquentes aiunt : Unus erat Abraham, & hæreditate poſſedit terram : nos autem multi ſumus, nobis data eſt terra in poſſeſſionem.

25. Idcirco dices ad eos : Hæc dicit Dominus Deus : Qui in ſanguine comeditis, & oculos veſtros levatis ad immunditias veſtras, & ſanguinem funditis : nunquid terram hæreditate poſſidebitis ?

26. Stetiſtis in gladiis veſtris, feciſtis abominationes, & unuſquiſque uxorem proximi ſui polluit : & terram hæreditate poſſidebitis ?

27. Hæc dices ad eos : Sic dicit Dominus Deus : Vivo ego, quia qui in ruinoſis habitant, gladio cadent : & qui in agro eſt, beſtiis tradetur ad devorandum : qui autem in præſidiis & ſpeluncis ſunt, peſte morientur.

28. Et dabo terram in ſolitudinem, & in deſertum, & deficiet ſuperba fortitudo ejus : & deſolabuntur montes Iſraël, eò quòd nullus ſit qui per eos tranſeat.

29. Et ſcient quia ego Dominus, cùm dedero ter-

25..... *Vide Not.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

τὸν ἀσεβῆ ἀπὸ τῆς ὁδοῦ αὐτοῦ, καὶ ζῆν αὐτόν. Ἀποστρέψατε ἀποστρέψατε ἀπὸ τῆς ὁδοῦ ὑμῶν· καὶ ἱνατί ἀποθνήσκετε οἶκος Ἰσραήλ ; *Dic eis : Vivo ego, hæc dicit Dominus : non volo mortem impii, ſicut converti impium à via ſua, & ipſum vivere. Converſione convertimini à via veſtra : & ut quid morimini domus Iſraël ?* Tertul. l. de pœnit. c. 4. p. 166. c. *Vivo, inquit Dominus, & pœnitentiam malo, quàm mortem :* & l. de reſurr. carn. p. 570. *malo mihi ſalutem peccatoris, quàm mortem :* vide etiam l. de orat. c. 7. p. 181. c. & l. 4. adv. Marc. p. 703. c. & l. de pudic. p. 1005. b. 1011. b. c. Cypr. l. de lapſ. p. 193. a. *nolo mortem morientis, dicit Dominus, quantùm ut revertatur, & vivat.* Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1018. a. & l. de lapſu virg. to. 2. 313. d. *Vivo ego, dicit Dominus Deus : nolo mortem peccatoris, quantùm ut convertatur, & vivat :* & infra 318. f. *nolo mortem peccatoris, ſed converſionem, & vivat :* & l. 1. de pœnit. p. 405. b. *nolo mortem peccatoris, ſed correctionem.* Hieron. in Iſai. 57. col. 425. a. *Vivo ego, dicit Dominus : malo pœnitentiam peccatoris, quàm mortem.* Auguſt. l. cont. Adim. to. 8. 147. g. *nolo mortem pecc. quantùm ut revertatur, & vivat.* Concinit S. Pacianus paræn. ad pœnit. p. 317. g. Cæleſtinus verò PP. ep. 4. to. 1. 1068. a. *nolo mortem peccatoris, ſed tantùm convertatur, & vivat :* Mſ. etiam Alex. hab. ὐ βέλομαι τὸν θάνατον τῦ ἁμαρτωλῦ, ὡς τὸ ἀποστρέψαι, &c.

℣. 12. Eadem exſtant Græcè, præter vocem ἀσεβῆς, *impii*, loco *iniqui ;* at in Mſ. Alex. ac ed. Ald. ἀνόμ. Rurſum Cypr. ep. ad Fortunat. p. 266. b. hab. *Juſtitia juſti non liberabit eum in quacunque die exerraverit.* Auct. l. ad Novat. hær. ap. Cypr. p. 439. *Juſtitia juſti non liberabit eum in die qua erraverit : & iniquitas impii non nocebit ei, ex qua die converſus fuerit.* Ita quoque legit Phæbad. Agin. cont. Arian. p. 305. d. præter unum *ſalvabit*, pro *liberabit.* Ambroſiaſt. p. 103. b. *Juſtitia juſti non proficiet, ſi erraverit.*

℣℣. 13. 14. 15. Hæc tota recitata videntur memoriter ab Auct. & perturbato ordine : In Græco ſic, ℣. 13. Ἐν τῷ εἰπεῖν με τῷ δικαίῳ· (Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. add. Ζωῇ ζήσῃ· καὶ) ἔτος πέποιθεν ἐπὶ τῇ δικαιοσύνῃ αὐτῦ, καὶ ποιήσει ἀνομίαν· πᾶσαι αἱ δικαιοσύναι αὐτῦ (Mſ. Alex. add. ὡς ἐποίησεν) ὐ μὴ ἀναμνησθῶσιν· ἐν τῇ ἀδικίᾳ αὐτῦ, ᾗ ἐποίησεν, ἐν αὐτῇ ἀποθανεῖται. 14. Καὶ ἐν τῷ εἰπεῖν με τῷ ἀσεβεῖ· Θανάτῳ θανατωθήσῃ· καὶ ἀποστρέψει ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας αὐτῦ, καὶ ποιήσῃ κρίμα καὶ δικαιοσύνην, 15. καὶ ἐνεχύρασμα ἀποδοῖ, καὶ ἁρπάγματα ἀποτίσῃ, ἐν πορεύσαι ζωῆς διαπορεύηται, τῦ μὴ ποιῆσαι ἄδικον ζωῇ ζήσεται, καὶ ὐ μὴ ἀποθάνῃ· i. e. 13. *In dicendo me juſto : (Vitâ vives :* & *) hic confidit in ſua juſtitia, & faciet iniquitatem : omnes juſtitiæ ejus (quas fecit) non memorabuntur ; in injuſtitia ſua, quam fecit, in ea morietur.* 14. *Et in dicendo me impio : Morte morieris : & avertet ſe à peccato ſuo, & faciet judicium & juſtitiam,* 15. *& pignus reſtituerit, & rapinas reddiderit, in mandatis vitæ ambulaverit, non faciendo injuſtum : vitâ vivet, & non morietur.* Ambroſ. quoque l. de bon. mort. c. 12. p. 413. c. alludens dicit : *Si quis pignus accipit, rapinam fecit, vitâ non vivit, ut habes in Ezechiele. Si quis autem juſtus juſtificationes Domini cuſtodit ut faciat eas, vitâ, inquit, vivet, & vivet in eis.*

℣. 21. Eadem ſunt in Græco.

℣. 25. Hieron. ad hunc loc. col. 938. f. 939. a. ait :

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

ram eorum desolatam, & desertam, propter universas abominationes suas, quas operati sunt.

30. Et tu fili hominis: filii populi tui, qui loquuntur de te juxta muros, & in ostiis domorum, & dicunt unus ad alterum, vir ad proximum suum loquentes: Venite, & audiamus quis sit sermo egrediens à Domino.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup. 938. f.

31. Et veniunt ad te, quomodo populus congregari solet..... quoniam mendacium in ore eorum ipsi faciunt, & post abominationes suas cor eorum graditur.

Idem l. 3. in ep. ad Gal. to. 4. 287. f.

32. Et factus es eis quasi vox citharæ suave canentis, & bene compositæ: & audiunt verba tua, & non faciunt ea.

VULGATA NOVA.

31. Et veniunt ad te, quasi si ingrediatur populus, & sedent coram te populus meus: & audiunt sermones tuos, & non faciunt eos: quia in canticum oris sui vertunt illos, & avaritiam suam sequitur cor eorum.

32. Et es eis quasi carmen musicum, quod suavi dulcique sono canitur: & audiunt verba tua, & non faciunt ea.

33. Et cùm venerit quod prædictum est (ecce enim venit) tunc scient quòd prophetes fuerit inter eos.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Sciendum quòd octo plus vel minus versus ab eo loco quem posuimus: Qui in sanguine comeditis, & oculos vestros levatis ad immunditias vestras: *usque ad eum locum ubi scriptum est* (℣. 27.) Hæc dices ad eos: Sic dicit Dominus Deus: *in LXX. non habentur, qui cum multis aliis & hæc prætermiserunt; sive interpretata ab eis, scriptorum paulatim sublata sunt vitio. Et Latini nostri, imo invidi Christiani..... adversùs nos latrant cur juxta Hebraïcum differamus..... Certè si nobis non habent fidem, legant alias editiones Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis: interrogent Hebræos non unius loci, ne eos à me redemptos jactitent, sed diversarum provinciarum: & cùm errori meo vel imperitiæ cunctos viderint consonare, tunc se intelligant nimiùm esse prudentes.* Iidem etiam versiculi desiderantur hodie in Gr. Vatic. sed leguntur in aliis libris, quanquam cum aliqua varietate, ut & apud Theodoretum, si Nobilio fides, quem vide.

℣. 31. Sic etiam in Græco est, nisi quòd pro *congregari solet*, habetur Συμπορεύεται, *convenit;* deleturque inf. τὸ *ipsi faciunt*, cum ult. verbo *graditur:* at in ed. Compl. est, ἐν τῷ στόματι αὐτῶν αὐτοὶ ποιοῦσιν..... ἡ καρδία αὐτῶν πορεύεται.

℣. 32. Græc. Καὶ γίνῃ αὐτοῖς ὡς φωνὴ ψαλτηρίου ἡδυφώνου, εὐαρμόστου· καὶ ἀκούσονται (Mſ. Alex. ἀκουσονται) σου τὰ ῥήματα, καὶ οὐ μὴ ποιήσουσιν αὐτά.

CAPUT XXXIV.

VERSIO ANTIQUA.

August. serm. 46. to. 5. 225. e.

1. ET factum est ad me verbum Domini, dicens:

2. Fili hominis propheta super pastores Israël: Hæc dicit Dominus Deus: O pastores Israël, qui pascunt se solos: nunquid non oves pascunt pastores?

Ibid. 226. 229.

3. Ecce lac consumitis, & lanis vos tegitis, & quod crassum est interficitis: & oves meas non pascitis.

4. Quod infirmatum est non confortastis, & quod ægrotum est non corroborastis, & quod contribulatum est non colligastis, & quod errabat non revocastis, & quod periit non inquisistis, & quod forte fuit confecistis.

Ibid. 233. d.

5. Et dispersæ sunt oves meæ, eò quòd non sit

VULGATA NOVA.

1. ET factum est verbum Domini ad me, dicens:

2. Fili hominis propheta de pastoribus Israël: propheta, & dices pastoribus: Hæc dicit Dominus Deus: Væ pastoribus Israël, qui pascebant semetipsos: nonne greges à pastoribus pascuntur? *Jer. 23. 1.*

3. Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod crassum erat occidebatis: gregem autem meum non pascebatis. *Sup. 13. 3.*

4. Quod infirmum fuit non consolidastis, & quod ægrotum non sanastis, quod confractum est non alligastis, & quod abjectum est non reduxistis, & quod perierat non quæsistis: sed cum austeritate imperabatis eis, & cum potentia.

5. Et dispersæ sunt oves meæ, eò quòd non

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ad verbum è Græco.

℣. 2. Hieron. hìc & in conseqq. utramque Edit. cùm ex Hebr. tum ex LXX. sic jungit de more: *Fili hominis propheta de pastoribus, sive* ad pastores Israël: *propheta, & dices pastoribus: Hæc dicit Dom. Deus: Væ pastoribus Israël, qui pascebant semetipsos: sive* O pastores Israël, nunquid pascunt pastores semetipsos? *nonne greges pascuntur à pastoribus? sive* nonne oves pascunt pastores? Gr. Τιὶ ἀνθρώπε προφήτευσον ἐπὶ τὰς ποιμένας τᾶ Ἰσραὴλ· προφήτευσον, & εἰπὸν ταῖς ποιμέσι· Τάδε λέγει Κύριος Κύριος· Ὦ ποιμένες Ἰσραὴλ, μὴ βόσκουσι ποιμένες ἑαυτές; ἃ τὰ πρόβατα βόσκουσιν οἱ ποιμένες;

℣. 3. Ita legit Cypr. ep. 54. p. 79. a. verbum pro verbo. Sic etiam in Græco est, nisi excipiantur verba, κατέδετε, *comeditis*, pro *consumitis;* & περιβάλλεσθε, *operimini*, loco *vos tegitis;* quæ idem sonant. Cypr. etiam ep. 2. p. 7. b. alludens, dicit: *Et lac eorum edebamus, & lanis eorum operiebamur.* Tertul. l. de pudic. p. 1003. b. *Pastores, ecce lac devoratis, & lanis vestimini; quod forte est occidistis.* Auct. l. ad Novat. hær. ap. Cypr. p. 439. *O pastores, quare lac ebibitis, & coagulatum comedistis?*

℣. 4. Tertullianus lib. de pudic. pag. 1003. b. *Quod infirmum est non curastis, quod comminutum est non ligastis, quod expulsum est non convertistis, quod periit non requisistis:* & lib. de resurrectione carnis, pag. 585. c. alludens, dicit: *Quod periit salvum faciens, quod mortuum est vivificans, quod percussum est sanans, quod languit medicans, quod ereptum est redimens, quod famulatum est liberans, quod seductum est revocans, quod elisum est suscitans.* Item Cypr. ep. 2. p. 7. b. *Perditum non requisivimus, & errantem non correximus, & claudum non colligavimus:* at epist. 54. p. 79. a. ad verbum pene legit è Gr. *Quod infirmatum est non confortastis, & quod malè habuit non corroborastis, & quod contribulatum est non consolati estis, & quod errabat non revocastis, & quod periit non inquisistis, & quod forte fuit confecistis labore:* ita rursum epist. 67. p. 116. excepto verbo *consolidastis*, pro *consolati estis;* Græc. κατεδήσατε. Similiter Hieronymus in comm. p. 941. e. initio hab. *Quod infirmum fuit non confortastis;* paulòque post, *quod fractum non alligastis, & quod errabat non reduxistis;* postremòque, *quod forte erat afflixistis labore;* inf. 944. e. *affligebatis labore.* Augustin. ep. 105. & 173. to. 2. 301. c. 613. f. *quod erraverat non revocastis, & quod perierat non inquisistis.* Auct. l. ad Novat. hær. ap. Cypr. p. 439. f. *Et forte ad nihilum perduxistis, & infirmum non visitastis, claudicantem non curastis, & errantem non revocastis.*

℣. 5. Itidem Græcè, præter unum plur. ποιμένας, *pastores*, loco singul. *pastor: pastores* etiam hab. Hieron. in comm. col. 941. f. Item Cypr. epist. 54. & 67. p. 79. a.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

eſſet paſtor : & factæ ſunt in devorationem omnium beſtiarum agri, & diſperſæ ſunt.

6. Erraverunt greges mei in cunctis montibus, & in univerſo colle excelſo : & ſuper omnem faciem terræ diſperſi ſunt greges mei, & non erat qui requireret, non erat, inquam, qui requireret.

7. Propterea paſtores audite verbum Domini :

8. Vivo ego, dicit Dominus Deus : quia pro eo quòd facti ſunt greges mei in rapinam, & oves meæ in devorationem omnium beſtiarum agri, eò quòd non eſſet paſtor : neque enim quæſierunt paſtores mei gregem meum, ſed paſcebant paſtores ſemetipſos, & greges meos non paſcebant :

9. Propterea paſtores audite verbum Domini :

10. Hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego ipſe ſuper paſtores requiram gregem meum de manu eorum, & ceſſare faciam eos ut ultra non paſcant gregem, nec paſcant ampliùs paſtores ſemetipſos : & liberabo gregem meum de ore eorum, & non erit ultra eis in eſcam.

11. Quia hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego ipſe requiram oves meas, & viſitabo eas.

12. Sicut viſitat paſtor gregem ſuum in die, quando fuerit in medio ovium ſuarum diſſipatarum : ſic viſitabo oves meas, & liberabo eas de omnibus locis, in quibus diſperſæ fuerant in die nubis & caliginis.

13. Et educam eas de populis, & congregabo eas de terris, & inducam eas in terram ſuam : & paſcam eas in montibus Iſraël, in rivis, & in cunctis ſedibus terræ.

14. In paſcuis uberrimis paſcam eas, & in montibus excelſis Iſraël erunt paſcua earum : ibi requieſcent in herbis virentibus, & in paſcuis pinguibus paſcentur ſuper montes Iſraël.

15. Ego paſcam oves meas, & ego eas accubare faciam, dicit Dominus Deus.

16. Quod perierat requiram, & quod abjectum erat reducam, & quod confractum fuerat alli-

VERSIO ANTIQUA.

paſtor : & factæ ſunt in comeſturam omnibus beſtiis agri, & diſperſæ ſunt. *Aug. ubi ſup.*

6. Et erraverunt oves meæ in omnem montem, & in omnem collem altum : & ſuper omnem faciem terræ diſperſæ ſunt, & non fuit qui requireret, non fuit qui revocaret. *Ibid. 234. Ibid. 235.*

7. Propterea paſtores audite verbum Domini :

8. Vivo ego, dicit Dominus Deus : niſi pro eo quòd factæ ſunt oves meæ in comeſturam omnibus beſtiis campi, eò quòd non eſſet paſtor : & non quæſierunt paſtores oves meas, & paverunt paſtores ſe ipſos, oves autem meas non paverunt :

9. Propter iſtud paſtores audite verbum Domini :

10. Hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego ſuper paſtores, & inquiram oves meas de manibus eorum, & avertam ab eis ut non paſcant oves meas, & non paſcent adhuc paſtores ſemetipſos : & extraham oves meas de ore eorum, & de manibus eorum, & non erunt eis adhuc in cibum. *Ibid. 237.*

11. Quoniam hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego ipſe & inquiram oves meas, & viſitabo eas. *Ibid. 238.*

12. Sicut viſitat paſtor gregem ſuum in die, cùm fuerit nimbus & nubes in medio ovium diſperſarum : ſic inquiram oves meas, & educam eas ab omni loco, quo diſperſæ ſunt illic in die nubis & nimbi.

13. Et educam eas de gentibus, & colligam eas de regionibus, & inducam eas in terram earum : & paſcam eas ſuper montes Iſraël, & in rivis, & in omni habitatione terræ.

14. In paſcua bona paſcam eas, & in montibus altis Iſraël erunt ſtabula earum illic : & dormient, & requieſcent in deliciis bonis, & in paſcua pingui paſcentur ſuper montes Iſraël.

15. Ego paſcam oves meas, & ego requieſcere faciam eas, dicit Dominus Deus.

16. Hæc dicit Dominus Deus : Quod periit requiram, & quod erravit revocabo, & quod com- *Ibid. 239.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

116. b. legit : *Et diſperſa ſunt oves meæ, eò quòd non ſunt paſtores : & factæ ſunt in comeſturam omnibus beſtiis agri.* Tertul. quoque l. de fuga in perſ. p. 973. a. paſtores increpat, *quòd non tantùm de pecoribus improbè veſcantur, paſcentes potiùs ſemetipſos, verùm & diſperſum gregem faciunt, & in prædam eſſe omnibus beſtiis agri, dum non eſt paſtor in illis.*

℣. 6. Similiter in Græco, niſi quòd initio deeſt τὸ & *erraverunt ;* ſicut inf. *omnem*, ante *faciem terræ ;* al. tamen πάσης τῆς γῆς. Cypr. epiſt. 54. & 67. p. 79. a. 116. b. poſteriora tantùm refert : *& non fuit qui inquireret, neque qui revocaret*, prætermiſſis aliis. Auct. l. ad Novat. hær. ap. Cypr. p. 439. f. *Et permiſiſtis populum meum errare inter ſpinas & tribulos.* Hieron. in hunc loc. *Erraverunt oves meæ ;* item inf. *diſperſa ſunt oves ;* ultimòque, *non erat, inquam, qui reduceret.*

℣. 7. Sic eſt in Græco. Hic autem verſiculus non legitur apud Cypr. ep. 54. & 67. p. 79. a. 116. b. Apud Hieron. verò in hunc loc. *Propterea ô paſtores*, &c. ut ſupra.

℣. 8. Græc. Ζῶ ἐγὼ, λέγει Κύριος Κύριος· εἰ μὴν ἀντὶ τοῦ γενέσθαι τὰ πρόβατά μου εἰς προνομὴν, καὶ γενέσθαι τὰ πρόβατά μου εἰς καλάβρωμα πᾶσι τοῖς θηρίοις τοῦ πεδίου, παρὰ τὸ μὴ εἶναι ποιμένας· καὶ οὐκ ἐξεζήτησαν, &c. i. e. *Vivo ego, dicit Dominus Dominus : ſi non pro eo quòd facta ſunt oves meæ in rapinam, & facta ſunt oves meæ in devorationem omnibus beſtiis campi, eò quòd non eſſent paſtores : & non exquiſierunt*, &c. ut ſupra. Similiter *paſtores* hab. Hieron. in comment. col. 941. f. Hæc autem tota prætermittuntur à Cypr. ep. 54. p. 79. a. & ep. 67. p. 116.

℣. 9. Græcè id unum legitur : Διὰ τοῦτο ποιμένες, edd. tamen Ald. & Compl. ſubdunt, ἀκούσατε λόγον Κυρίου. Nil autem horum exſtat ap. Cypr. locis ſup. cit.

℣. 10. Similia leguntur Græcè, præter ſeqq. αὐτὰς, *eos*, pro *ab eis ;* & αὐτὰ, *eas*, loco *ſemetipſos ;* paulò poſt etiam deeſt τὸ & *de manibus eorum.* Plerique Mſs. Auguſt. carent hac voce, *ſemetipſos*, cujus loco Hieron. in comm. 942. e. ponit *oves.* Cypr. ep. 54. p. 79. a. legit : *Propterea hæc dicit Dominus* (Gr. Κύριος Κύριος·) *Ecce ego ſuper paſtores, & requiram oves meas de manibus eorum, & avertam eos ut non paſcant oves meas, & jam non paſcent eas : & extraham oves meas de ore eorum :* ſimiliter epiſt. 67. p. 116. & l. 1. Teſtim. p. 279. b. præter unum *inquiram ;* at in Gr. ἐκζητήσω. Auct. l. ad Novat. hær. ap. Cypr. p. 439. *Propterea hæc dicit Dominus : Ecce ego veniam adversùs paſtores, & exquiram oves meas de manibus illorum, & repellam eos, ut non paſcant oves meas : & non erunt eis ampliùs oves meæ in devorationem.*

℣. 11. Concordat Græc. detracto iſto, *ipſe* &, ante *inquiram.* Auct. l. ad Novat. hær. ap. Cypr. p. 439. f. ſimpliciter hab. & *exquiram eas.*

℣. 12. Græc. initio hab. Ὡσεὶ ζητεῖ, *Sicut quærit* (Mſ. verò Alex. ἐπισκέπτεται ;) reliqua quadrant. Auct. l. ad Novat. hær. p. 439. f. *Sicut paſtor gregem ſuum in die, qua fuerit caligo & nebula : ſic exquiram oves meas, & exquiram eas in omni loco quocunque diſperſi ſunt.* Similiter ap. Hieron. in comm. col. 942. e. *quando fuerit caligo & nubes in medio ovium ſuarum ſeparatarum.*

℣. 13. Totidem verba in Græco, præter maſculinum αὐτὺς, *eos*, quater repetitum, loco *eas ;* & φάραγξι, *vallibus*, pro *rivis.* Hieron. etiam in comm. col. 942. f. legit : *Et educam eos de gentibus, & congregabo eos de regionibus, & inducam eos in terram ſuam : & paſcam eos*, &c.

℣. 14. Græc. conſtanter hab. αὐτὺς, *eos*, loco *eas ;* dein, ἐν τῷ ὄρει τῷ ὑψηλῷ Ἰσραὴλ, καὶ ἔσονται, &c. i. e. *in monte excelſo Iſraël, & erunt*, &c. ſubinde præponit ἐκεῖ, verbo *requieſcent*, quod tamen abeſt ab ed. Ald. cæt. ut in textu. Similiter apud Hieron. in comm. p. 942. f. *paſcam eos, & in montibus excelſis Iſraël erunt ovilia eorum.*

℣. 15. Sic eſt in Græco, præter hoc ult. καὶ γνώσονται ὅτι ἐγὼ εἰμι Κύριος· *& ſcient quia ego ſum Dominus*, loco *dicit Dominus Deus.* Similiter Hieron. habet in comm. *requieſcere faciam.*

℣. 16. Græc. loco *exanime*, hab. τὸ ἐκτετριμμένον, *quod defi-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Augustin. ubi sup. minutum est colligabo, & quod exanime est confortabo, & quod pingue est, & quod forte est custodiam : & pascam eas cum judicio.	gabo, & quod infirmum fuerat consolidabo, & quod pingue & forte custodiam : & pascam illas in judicio.
Idem serm. 47. col. 249. 250. 17. Et vos oves meæ, hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego judico inter ovem & ovem, & arietes & hircos.	17. Vos autem greges mei, hæc dicit Dominus Deus : Ecce ego judico inter pecus & pecus, arietum, & hircorum.
Ibid. 252. 253. 18. Nunquid non sufficit vobis quia bonam pascuam pascebatis ? & reliquias pascuæ vestræ conculcabatis pedibus vestris : & potabatis aquam, quæ subsidebat, & reliquam pedibus vestris turbabatis.	18. Nonne satis vobis erat pascua bona depasci ? insuper & reliquias pascuarum vestrarum conculcastis pedibus vestris : & cùm puriſſimam aquam biberetis, reliquam pedibus vestris turbabatis.
19. Et oves meæ conculcationes pedum vestrorum depascebant : & conturbatam pedibus vestris aquam potabant.	19. Et oves meæ his, quæ conculcata pedibus vestris fuerant, pascebantur : & quæ pedes vestri turbaverant, hæc bibebant.
Ibid. 255. 20. Pro istis hæc dicit Dominus Deus ad eos : Ecce ego judico inter ovem fortem, & inter ovem imbecillam :	20. Propterea hæc dicit Dominus Deus ad vos : Ecce ego ipse judico inter pecus pingue, & macilentum :
Ibid. 256. 21. quoniam lateribus & humeris vestris impellebatis, & cornibus vestris percutiebatis, & omne quod deficiebat comprimebatis, quoadusque dispergeretis eas foras :	21. pro eo quòd lateribus & humeris impingebatis, & cornibus vestris ventilabatis omnia infirma pecora, donec dispergerentur foras :
Ibid. 259. 22. & salvabo oves meas, & jam non erunt in vastationem, & judicabo inter ovem & ovem.	22. salvabo gregem meum, & non erit ultra in rapinam, & judicabo inter pecus & pecus.
Ibid. 260. & 261. 23. ET EXCITABO SUPER EAS PASTOREM UNUM, & pascet eas servus meus David : ipse pascet eas, & erit eis in pastorem.	23. ET SUSCITABO SUPER EAS PASTOREM UNUM, qui pascat eas, servum meum David : ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorem. *Isai. 40. 11. Ose. 3. 5. Jean. 1. 45. & 10. 11. 14.*
Ibid. 262. 24. Et ego Dominus ero illis in Deum : & servus meus David princeps in medio eorum : ego Dominus locutus sum.	24. Ego autem Dominus ero eis in Deum : & servus meus David princeps in medio eorum : ego Dominus locutus sum.
Ibid. 263. 25. Et disponam ad eos testamentum pacis, & exterminabo bestias malas à terra : & habitabunt in eremo in spe, & somnum habebunt in rivis.	25. Et faciam cum eis pactum pacis, & cessare faciam bestias pessimas de terra : & qui habitant in deserto, securi dormient in saltibus.
Ibid. 264. 26. Et dabo eis in circumitu collis mei benedictionem : & deferam imbrem in tempore suo : imbres benedictionis erunt.	26. Et ponam eos in circuitu collis mei benedictionem : & deducam imbrem in tempore suo : pluviæ benedictionis erunt.
27. Et ligna, quæ in campo sunt, dabunt fructum suum, & terra dabit generationem suam, & habitabunt in terra sua in spe : & scient quoniam ego sum Dominus, in eo cùm confregero furcas	27. Et dabit lignum agri fructum suum, & terra dabit germen suum, & erunt in terra sua absque timore : & scient quia ego Dominus, cùm contrivero catenas jugi eorum, & eruero eos de

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

erat ; delet verò inf. & *quod pingue est* ; cæt. quadrant. Similiter ap. Cypr. l. 1. Testim. p. 279. b. & *pascam eas cum judicio* ; sic etiam epist. 54. & 67. p. 79. a. 116. b. Auct. l. ad Novat. hær. ap. Cypr. p. 439. f. legit : *Et quod perierat requiram, & quod erraverat revocabo, & quod claudicaverat curabo, & quod infirmum est custodiam : & pascam oves meas cum judicio.* Item Hieron. in comment. 942. f. & *quod erraverat reducam..... & quod infirmum fuerat confortabo..... & pascam illas cum judicio.*

℣. 17. Græc. adimit vocem *meæ*, post *oves*, sicut &, ante *arietes* ; loco verò *judico*, hab. διακρινῶ, *dijudicabo.* Hieron. in comm. p. 942. *Vos autem oves meæ* ; in ed. etiam Compl. τὰ πρόβατά μου ; cæt. ut in Lat. sup. nisi hoc excipias, Κύριος Κύριος, hîc & al. loco *Dominus Deus.*

℣℣. 18. 19. Similia Græc. habet.

℣. 20. Græc. initio habet : Διατοῦτο τάδε λέγει Κύριος Κύριος· Ἰδοὺ ἐγὼ διακρινῶ, &c. i. e. *Propterea hæc dicit Dominus Dominus : Ecce ego dijudicabo*, &c. ut in Lat. supra. Hieron. in comm. col. 943. a. ultimò leg. ex Hebr. *inter pecus pingue*, & *macilentum* ; tum addit, *sive*, *inter pecus forte*, & *infirmum.*

℣. 21. Eadem sunt in Græco, præter hoc 1. ἐπὶ, *in*, pro *quoniam* ; (in Compl. ἐπὶ δὲ :) extremò verò deest istud, *quoadusque dispergeretis eas foras.*

℣. 22. Sic iterum in Græco, præter hoc, κριῷ πρὸς κριόν, loco *ovem & ovem* ; mel. Hieron. in comment. *arietem & arietem* ; ed. Compl. προβάτων καὶ κριῶν.

℣. 23. Hilar. in Ps. 131. col. 445. f. *Et excitabo super eos pastorem unum altum*, & *pascet eos servus meus David*, & *erit his pastor.* Ambros. l. 5. de fide, to. 2. 571. b. *Et suscitabo super eos pastorem unum*, & *reget eos servus meus David : ipse pascet eos*, & *erit eorum pastor* : similiter epist. 46. col. 987. e. hoc deleto, *ipse pascet eos.* Hieron. in Isai. 40. col. 303. f. *Suscitabo super eos pastorem unum*, & *pascet eos*, *servum meum David* ; & *erit pastor eorum.* Ita quoque in Græco est. Hieron. etiam in Ezech. 34. col. 943. a. habet *eos*, non *eas*, initio & infra : August. verò de octo quæst. to. 6. 138. g. *Et suscitabo super pecora mea pastorem unum*, *qui pascat ea*, *servum meum David* : & *ipse pascet ea*, & *ipse erit his in pastorem* : itidem l. 18. de civit. Dei, c. 34. to. 7. 516. f. Cassiod. in Ps. 31. p. 451. a. *Et excitabo super eos pastorem unum altum*, & *pascet eos servus meus David*, & *erit eis pastor.*

℣. 24. Itidem Græcè, si deleatur τὸ *servus meus* ; at in ed. Compl. est, ὁ δοῦλός μου Δαυὶδ, ut supra. Hilar. in Ps. 131. col. 445. f. legit : *Et ego ero illis in Deum* : & *David princeps in medio eorum : ego Dominus locutus sum.* Ambros. verò l. 5. de fide, to. 2. 571. b. *Et ego Dominus ero illis in Deum* : & *servus meus David in medio eorum princeps* : similiter epist. 46. col. 987. e. nisi quòd deest *servus meus.* Hieron. quoque in Isai. 40. col. 303. f. simpliciter habet : *Et ego Dominus ero eis in Deum* : & *David in medio eorum princeps : ego Dominus locutus sum.* August. autem de octo quæst. to. 6. 138. g. 139. a. & l. 18. de civit. Dei, c. 34. to. 7. 516. f. *Ego autem Dominus ero eis in Deum* : & *servus meus David princeps in medio eorum : ego Dominus locutus sum.* Cassiod. in Ps. 31. p. 451. a. *Et ego ero illis in Deum* : & *David princeps in medio eorum.*

℣. 25. Ita rursum Græcè, excepto isto, τῷ Δαυὶδ, loco *ad eos* ; & in fine, λυμοῖς, *saltibus*, pro *rivis* ; deest etiam hoc, *in spe* : sed in Compl. initio legitur : Καὶ διαθήσομαι αὐτοῖς· in Ald. verò αὐτῷ Δαυίδ. Item apud Hilar. in Ps. 131. col. 446. a. *Et disponam ad David testamentum pacis.* Ap. Hieron. in Isai. 40. col. 303. f. *Et ponam cum David testamentum pacis* : similiter hab. *testamentum*, in Ezech. 34. col. 943. b.

℣. 26. Græc. Vat. Καὶ δώσω αὐτὸς περικύκλῳ τῦ ὄρυς μου· καὶ δώσω τὸν ὑετὸν ὑμῖν ὑετὸν εὐλογίας. Ms. Alex. Καὶ ἔσονται κύκλῳ τῦ ὄρυς μου· καὶ ἀποστελῶ ὑετὸν εὐλογίας αὐτοῖς. Ed. Compl..... καὶ δώσω τὸν ὑετὸν κατὰ καιρὸν αὐτῦ, ὑετὸν εὐλογίας. Similiter hab. Hieron. in comm. col. 943. b. & *dabo imbrem.*

℣. 27. Tota ista concinunt cum Græco, nisi quòd Vatic. hab. τὴν ἰσχὺν αὐτῆς, *fortitudinem suam*, loco *generationem suam* ; Alex. verò rursum, καρπὸν αὐτῆς, *fructum suum* ; subinde post hoc ablativ. *spe*, Vatic. addit εἰρήνης,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

manu imperantium ſibi.

28. Et non erunt ultra in rapinam in gentibus, neque beſtiæ terræ devorabunt eos: ſed habitabunt confidenter abſque ullo terrore.

29. Et ſuſcitabo eis germen nominatum: & non erunt ultra imminuti fame in terra, neque portabunt ultra opprobrium gentium.

30. Et ſcient quia ego Dominus Deus eorum cum eis, & ipſi populus meus domus Iſraël: ait Dominus Deus.

Joan. 10. 11. 31. Vos autem greges mei, greges paſcuæ meæ homines eſtis: & ego Dominus Deus veſter, dicit Dominus Deus.

VERSIO ANTIQUA.

jugi eorum, & eximam eos de manu eorum, qui eos in ſervitutem redigebant. *Arg. ibi cap. 265.*

28. Et non erunt adhuc in vaſtationem gentibus, & beſtiæ terræ jam non comedent eos: & inhabitabunt in ſpe, & non erit qui eos terreat.

29. Et excitabo eis plantarium pacis: & jam non erunt qui exterminentur fame in terra, & jam non portabunt maledictum gentium. *Ibid. 266.*

30. Et ſcient quoniam ego ſum Dominus Deus eorum, & ipſi populus meus domus Iſraël: dicit Dominus Deus.

31. Et vos oves meæ, & oves gregis mei homines eſtis: & ego Deus veſter, dicit Dominus Deus. *Ibid. 267.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

pacis; & loco *furcas jugi*, ſimpliciter, τὸν ζυγόν, *jugum*; Alex. τὸν ζυγὸν τῦ κλειῦ; Compl. τὸν ζειρὸν τῦ ζυγῦ. Hieron. in hunc loc. col. 943. c. ſic: *Et dabunt ligna camporum fructum ſuum, & terra dabit fertitudinem* (ſupp. *ſuam*,) *& habitabunt in terra ſua in ſpe pacis: & ſcient quia ego Dominus, cùm contrivero torquem jugi eorum, & eruero eos de manu ſervire eos facientium.*

℣. 28. Similiter in Græco. Hieron. quoque in comment. col. 943. d. hab. *habitabunt in ſpe.*

℣. 29. Ad litt. pene è Græco. Hieron. in comm. hab. *plantationem pacis*; & *pereuntes*, loco *qui exterminentur*; nec malè.

℣. 30. Ita de Græco ad verbum, niſi excipiatur ult. *Dominus Deus*, pro quo conſtanter, Κύριος Κύριος.

℣. 31. A Græco abeſt τὸ primum, & *vos*; ſicut inf. *homines*; poſtremò ſic: καὶ ἐγὼ Κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν, λέγει Κύριος Κύριος· at in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. ipſo initio eſt, Καὶ ὑμεῖς πρόβατά μου· paulòque poſt in Compl. νομὴ μου ἄνθρωποι ἐστε. Ap. Hieron. in hunc loc. col. 947. b. *Vos autem oves meæ, & oves paſcuæ meæ homines eſtis.*

CAPUT XXXV.

VULGATA NOVA.

1. ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:

2. Fili hominis pone faciem tuam adversùm montem Seir, & prophetabis de eo, & dices illi:

3. Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te mons Seir, & extendam manum meam ſuper te, & dabo te deſolatum atque deſertum.

4. Urbes tuas demoliar, & tu deſertus eris: & ſcies quia ego Dominus.

5. Eò quòd fueris inimicus ſempiternus, & concluſeris filios Iſraël in manus gladii in tempore afflictionis eorum, in tempore iniquitatis extremæ.

6. Propterea vivo ego, dicit Dominus Deus: quoniam ſanguini tradam te, & ſanguis te perſequetur: & cùm ſanguinem oderis, ſanguis perſequetur te.

7. Et dabo montem Seir deſolatum atque deſertum: & auferam de eo euntem, & redeuntem.

8. Et implebo montes ejus occiſorum ſuorum: in collibus tuis, & in vallibus tuis, atque in torrentibus interfecti gladio cadent.

9. In ſolitudines ſempiternas tradam te, & civitates tuæ non habitabuntur: & ſcietis quia ego Dominus Deus.

10. Eò quòd dixeris: Duæ gentes, & duæ terræ meæ erunt, & hæreditate poſſidebo eas: cùm Dominus eſſet ibi:

11. Propterea vivo ego, dicit Dominus Deus,

VERSIO ANTIQUA.

1. ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens: *Hieron. in Ezech. 35. col. 947. b. ex LXX.*

2. Fili hominis converte faciem tuam adversùm montem Seir, & prophetabis ad eum.....

3. Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te mons Seir, & extendam manum meam ſuper te.....

4. In urbibus tuis faciam ſolitudinem, & tu deſertus eris: & ſcies quia ego ſim Dominus.

5. Eò quòd fueris inimicus ſempiternus, & aſſederis domui Iſraël fraudulenter in manu gladii.....

6. Propterea vivo ego, dicit Dominus Deus: quoniam in ſanguine peccaſti, & ſanguis te perſequetur.

7. Et dabo montem Seir deſolatum & deſertum: & auferam de eo homines, & jumenta.

8. Et implebo montes ejus vulneratorum..... atque campis interfecti gladio cadent.

9..... & civitates tuæ non habitabuntur: & ſcies quoniam ego ſum Dominus.

10. Eò quòd dixeris: Duæ gentes, & duæ regiones meæ erunt, & hæreditate poſſidebo eas: cùm Dominus eſſet ibi:

11. Propterea vivo ego, dicit Dominus Deus,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 1. 2. Ita in Græco, excepto verbo προφήτευσον, *prophetа*, loco *prophetabis*; pauloque poſt, ἐ εἰπὸν αὐτῷ, & *dic ei.*

℣. 3. Græc. initio hab. Τάδε λέγει Κύριος Κύριος, &c. quæ in Lat. ſup. ultimòque, ἐ δώσω Ϛε εἰς ἔρημον, ἐ ἐρημωθήσῃ· quæ non valde differunt à Vulg.

℣. 4. Græc. Καὶ ταῖς πόλεσί Ϛν..... ἐ Ϛὺ ἔρημος ἔσῃ, &c. ut in Latino. Mſ. Alex. cum edit. Ald. initio hab. Καὶ ἐν ταῖς, &c.

℣. 5. Græc. Ἀντὶ τῦ γενέσθαι Ϛε ἐχθρὰν αἰωνίαν, ἐ ἐκκέχυσας τὸ..... ἐν χειρὶ ἐχθρῶν μαχαίρα, ἐν καιρῷ ἀδικίας ἐπ' ἔσχάτων· i. e. *Eò quod fueris in inimica ſempiterna, & inciderit domui..... in manu inimicorum gladio, in tempore iniquitatis in extremis.* Al. ſcribunt μαχαιρᾶς, non μαχαίρᾳ; deinde, ἐν καιρῷ θλίψεως αὐτῶν, ἐ ἐν καιρῷ ἀδικίας ἐπ' ἔσχάτῳ.

℣. 6. Græc. Διατῦτο ζῶ ἐγὼ, λέγει Κύριος Κύριος· εἰ μὴν εἰς αἷμα, &c. ut ſupra.

℣. 7. Græc. Καὶ δώσω..... εἰς ἔρημον ἐ ἐρημωμένον· ἐ ἀπολῶ ἀπ' αὐτῦ, &c. ut ſupra.

℣. 8. Gr. Καὶ ἐμπλήσω τῶν τραυματιῶν βυνὸς Ϛν, ἐ τὰς φάραγγάς Ϛν· ἐ ἐν πᾶσι τοῖς πεδίοις Ϛν τεθραυματισμένοι μαχαίρᾳ πεσῦνται ἐν Ϛοί. Hieron. ubi ſup. 949. f. 950. a. *Implebo montes ejus, & colles, & valles, & campos, ſive torrentes:* & ſup. 949. b. *torrentes..... vel juxta LXX.* campos, *qui medii inter colles & valles ſunt.*

℣. 9. Itidem Græcè, ſubnexo uno ἔτι, *ultra*, verbo *habitabuntur.*

℣. 10. Eadem ſunt in Græco, excepto hoc ult. ἐ Κύριος ἐκεῖ ἐστι, & *Dominus ibi eſt.*

℣. 11. A Græco Vat. abeſt vox *Deus*; ſequitur verò, ἐ ποιήσω Ϛοι κατὰ τὴν ἐχθραν Ϛν· tum proximè, ἐ γνω-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup. quia faciam juxta inimicitiam tuam, & secundùm zelum tuum, quem fecisti..... & notus efficiar tibi cùm judicavero te.

12. Et scies quia ego sum Dominus : audivi vocem blasphemiarum tuarum, quia locutus es.....

13. Et magnificè locutus es super me ore tuo, & vociferati estis contra me : ego audivi.

14..... *Vide Not.*

15. Desertus eris mons Seir, & omnis Idumæa, & consumentur : & scient quia ego sum Dominus.

VULGATA NOVA.

quia faciam juxta iram tuam, & secundùm zelum tuum, quem fecisti odio habens eos : & notus efficiar per eos cùm te judicavero.

12. Et scies quia ego Dominus audivi universa opprobria tua, quæ locutus es de montibus Israël, dicens : Deserti, nobis ad devorandum dati sunt.

13. Et insurrexistis super me ore vestro, & derogastis adversùm me verba vestra : ego audivi.

14. Hæc dicit Dominus Deus : Lætante universa terra, in solitudinem te redigam.

15. Sicuti gavisus es super hæreditatem domus Israël, eò quòd fuerit dissipata, sic faciam tibi : dissipatus eris mons Seir, & Idumæa omnis : & scient quia ego Dominus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

θήσομαι, &c. quæ sup. omissis intermediis : sed in Mſ. Alex. ac edit. Ald. geminatur Κύριος Κύριος ; mox ita in Alex. ὃν ποιήσω ἐν σοὶ κατὰ τὴν ἐχθραν σου, καὶ κατὰ τὸν ζῆλόν σου, ὃν ἐποίησας ἐκ τῆ μεμισηκέναι σε ἐν αὐτοῖς· καὶ γνωσθήσομαι, &c.

℣. 12. Similiter in Græco : sequuntur verò : Τὰ ὄρη Ἰσραὴλ ἔρημα ἡμῖν δέδοται εἰς κατάβρωμα· i. e. *Montes Israël deserti nobis dati sunt in devorationem ;* quæ Vulgatæ satis respondent.

℣. 13. Ad verbum è Græco, præter hoc, & *vociferati estis contra me*, quod deest : sed in ed. Compl. additur, καὶ ἐφωνήσατε κατ' ἐμοῦ.

℣. 14. Græc. Τάδε λέγει Κύριος· Ἐν τῇ εὐφροσύνῃ πάσης τῆς γῆς ἔρημον ποιήσω σε· i. e. *Hæc dicit Dominus : In lætitia universa terra desertum faciam te ;* quæ ad Vulgatam proximè accedunt.

℣. 15. Eadem sunt in Græco, præter unum γνώσῃ, *scies*, pro *scient ;* at in edit. Ald. γνωσονται, ut supra. *Illud autem*, inquit Hieron. *quod in LXX. additum est*, & consumentur, *in Hebraïco non habetur.* Extremò etiam Græcè legitur, ὅτι ἐγώ εἰμι Κύριος ὁ Θεὸς αὐτῶν· non simpliciter, *quia ego sum Dominus.* Addit Hieronym. infra col. 948. b. *Quodque infertur* (in Vulg.) Sicuti gavisus es super hæreditat. domûs Israël, eò quòd fuerit dissipata, sic faciam tibi : *in LXX. non habetur, sed sub asteriscis de Theodotionis editione additum est.*

CAPUT XXXVI.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Ezech. 36. col. 950. b. ex Lxx. 1. TU autem fili hominis propheta super montes Israël..... Audite verbum Domini :

2. Hæc dicit Dominus Deus : Eò quòd dixerit inimicus de vobis : Euge, solitudines sempiternæ in possessionem datæ sunt nobis :

3. propterea vaticinare, & dic : Hæc dicit Dominus Deus : Pro eo quòd dispersi estis ab his, qui in circuitu vestro sunt, & facti in possessionem reliquis gentibus, & ascendistis super labium linguæ, & opprobrium gentibus :

4. propterea montes Israël audite verbum Domini Dei : Hæc dicit Dominus Deus montibus, & collibus, torrentibus, vallibusque, & desertis, dissipatis, & urbibus derelictis, quæ depopulatæ sunt, & conculcatæ, & reliquis gentibus per circuitum.

Tichon. reg. 4. p. 57. a. 5. Propterea hæc dicit Dominus Deus..... quoniam dederunt terram tuam sibi in possessionem cum jucunditate, inhonorantes animas, ut exterminarent in vastationem :

6. propterea propheta super terram Israël, & dic montibus & collibus, & rivis, & nemoribus :

VULGATA NOVA.

1. TU autem fili hominis propheta super montes Israël, & dices : Montes Israël audite verbum Domini : *Sup. 6. 3.*

2. Hæc dicit Dominus Deus : Eò quòd dixerit inimicus de vobis : Euge, altitudines sempiternæ in hæreditatem datæ sunt nobis :

3. propterea vaticinare, & dic : Hæc dicit Dominus Deus : Pro eo quòd desolati estis, & conculcati per circuitum, & facti in hæreditatem reliquis gentibus, & ascendistis super labium linguæ, & opprobrium populi :

4. propterea montes Israël audite verbum Domini Dei : Hæc dicit Dominus Deus montibus, & collibus, torrentibus, vallibusque, & desertis, parietinis, & urbibus derelictis, quæ depopulatæ sunt, & subsannatæ à reliquis gentibus per circuitum.

5. Propterea hæc dicit Dominus Deus : Quoniam in igne zeli mei locutus sum de reliquis gentibus, & de Idumæa universa, quæ dederunt terram meam sibi in hæreditatem cum gaudio, & toto corde, & ex animo : & ejecerunt eam ut vastarent :

6. idcirco vaticinare super humum Israël, & dices montibus & collibus, jugis & vallibus : Hæc

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc. Καὶ σὺ υἱὲ, &c. ut supra.

℣. 2. Græc. Τάδε λέγει Κύριος Κύριος· Ἀνθ' ὧν εἶπεν ἐφ' ὑμᾶς ὁ ἐχθρὸς..... *Eò quòd dixit super vos inimicus*, &c. ut sup. excepto ult. ὑμῖν ἐγενήθη, *nobis facta sunt*, pro *data sunt nobis.*

℣. 3. Gr. loco *dispersi estis*, habet τῷ ἀτιμασθῆναι ὑμᾶς, *despecti estis ;* dein, καὶ μισηθῆναι ὑμᾶς, & *odio habiti*, quod ult. abest à Compl. subinde, τῷ εἶναι ὑμᾶς, *ut essetis*, loco & *facti ;* postremò, καὶ ἀνέβητε λάλημα γλώσσης, καὶ εἰς ὀνειδισμα ἔθνεσι· i. e. & *ascendistis loquela linguæ*, & *in opprobr.* &c. quidam post ἀνέβητε, add. καὶ ἐγένεσθε, & *facti estis.*

℣. 4. Absunt à Gr. voces *Dei*, & *Deus ;* in Ald. de more, λέγει Κύριος Κύριος· subinde pro *desertis*, Gr. Vatic. hab. ἐξηρημωμένοις καὶ, *desolatis* & *i* paulòque post, καὶ ἐγένοντο εἰς περιομὴν, καὶ εἰς καταπάτημα τοῖς, &c. i. e. & *facta sunt in direptionem*, & *in conculcationem*, loco *quæ depopulatæ sunt*, & *conculcatæ ;* cætera ut supra.

℣. 5. Græc. Διατοῦτο τάδε λέγει Κύριος Κύριος· Εἰ μὴν ἐν πυρὶ θυμῷ μου ἐλάλησα ἐπὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη, καὶ ἐπὶ τὴν Ἰδουμαίαν πᾶσαν, quæ Vulgatæ favent ; deinde sic : ὅτι ἔδωκαν τὴν γῆν μου, &c. *quoniam dederunt terram meam*, &c. ut in textu, nisi quòd ult. loco habetur ἐν περιομῇ, pro *in vastationem.* Edit. Tichon. scribit *atque exterminaverunt ;* Mſ. verò Rem. ejusdem, *ut exterminarent*, è Gr. τῷ ἀφανίσαι, quod substituendum duximus. Apud Hieron. in hunc loc. 950. c. *cum odio despicientes animas, ut subverterent eas in vastatione.*

℣. 6. Similia in Græco, exceptis his, ταῖς φάραγξι, *vallibus*, pro *rivis ;* ultimòque, ἀντὶ τῶν ὀνειδισμῶν ἔθνῶν

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

dicit Dominus Deus : Ecce ego in zelo meo, & in furore meo locutus ſum, eò quòd confuſionem gentium ſuſtinueritis.

7. Idcirco hæc dicit Dominus Deus : Ego levavi manum meam, ut gentes, quæ in circuitu veſtro ſunt, ipſæ confuſionem ſuam portent.

8. Vos autem montes Iſraël ramos veſtros germinetis, & fructum veſtrum afferatis populo meo Iſraël : prope enim eſt ut veniat :

9. Quia ecce ego ad vos, & convertar ad vos, & arabimini, & accipietis ſementem.

10. Et multiplicabo in vobis homines, omnemque domum Iſraël : & habitabuntur civitates, & ruinoſa inſtaurabuntur.

11. Et replebo vos hominibus, & jumentis : & multiplicabuntur, & creſcent : & habitare vos faciam ſicut à principio, boniſque donabo majoribus, quàm habuiſtis ab initio : & ſcietis quia ego Dominus.

12. Et adducam ſuper vos homines, populum meum Iſraël, & hæreditate poſſidebunt te : & eris eis in hæreditatem, & non addes ultra ut abſque eis ſis.

13. Hæc dicit Dominus Deus : Pro eo quòd dicunt de vobis : Devoratrix hominum es, & ſuffocans gentem tuam :

14. Propterea homines non comedes ampliùs, & gentem tuam non necabis ultra, ait Dominus Deus :

15. Nec auditam faciam in te ampliùs confuſionem gentium, & opprobrium populorum nequaquam portabis, & gentem tuam non amittes ampliùs, ait Dominus Deus.

16. Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens :

17. Fili hominis, domus Iſraël habitaverunt in humo ſua, & polluerunt eam in viis ſuis, & in ſtudiis ſuis ; juxta immunditiam menſtruatæ facta eſt via eorum coram me.

18. Et effudi indignationem meam ſuper eos pro ſanguine, quem fuderunt ſuper terram, & in idolis ſuis polluerunt eam.

19. Et diſperſi eos in gentes, & ventilati ſunt in terras : juxta vias eorum, & adinventiones eorum judicavi eos.

VERSIO ANTIQUA.

Hæc dicit Dominus : Ecce ego in zelo meo, & in ira mea locutus ſum, propter quòd opprobrium gentium portaſtis. *Tichon. ubi ſup.*

7. Ecce ego levabo manum meam ſuper nationes, quæ ſunt in circuitu veſtro, hi injuriam ſuam accipient.

8. Veſtri autem montes Iſraël uvam, & fructum veſtrum manducabit populus meus, qui appropinquat venire :

9. Quia ecce ego ſuper vos, & reſpiciam ſuper vos, & colemini, & ſeminabimini.

10. Et multiplicabo ſuper vos totam domum Iſraël uſque in finem : & habitabuntur civitates, & quæ deſolatæ erant ædificabuntur.

11..... & ſcietis quia ego ſum Dominus. *Hieron. in Ezech. 36. col. 950. ex Lxx.*

12. Et generabo ſuper vos homines, populum meum Iſraël, & hæreditate poſſidebunt vos : & eritis eis in poſſeſſionem, & non addetis ultra ut abſque liberis vos faciant.

13. Hæc dicit Dominus Deus : Pro eo quòd dixerunt tibi : Devoratrix hominum es.....

14. Propterea homines non comedes ampliùs..... ait Dominus Deus :

15. Nec auditam faciam in vobis ampliùs ignominiam gentium, & opprobria populorum nequaquam portabitis, & gens tua abſque liberis ultra non erit, dicit Dominus Deus.

16. Et factus eſt ad me ſermo Domini, dicens : *Tichon. reg. 4. cum ex l dit. Lugd. p. 56. d. cum ex Mſ. B. M. Rem. n. 15.*

17. Fili hominis, domus Iſraël habitavit in terra, & polluerunt illam in via ſua, & in idolis ſuis, & peccatis ſuis ; ſecundùm immunditiam menſtruatæ facta eſt via eorum ante faciem meam.

18. Et effudi iram meam ſuper eos,

19. & diſperſi illos inter nationes, & ventilavi eos in regiones : ſecundùm vias eorum, & ſecundùm peccata eorum judicavi eos.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ἐπήγκαι ὑμᾶς, *eò quòd opprobria gentium portaveritis ;* ed. Tichon. *portatis ;* Mſ. verò Rem. ejuſdem, *portaſtis*, quod ſupplevimus. Hieron. in comment. col. 951. b. dicit pro *jugis*, LXX. tranſtuliſſe ταῖς νάπαις, *quæ nos*, inquit, *nemoroſa intelligimus loca ;* & ſup. 950. c. ad hanc ex Hebr. vocem, *confuſionem*, addit, *ſive opprobria.*

℣. 7. Græc. initio habet : Διατοῦτο ἐγὼ ἄρω, *Propterea ego levabo*, &c. ut in textu, niſi excipias vocem ἀτιμίαν, loco *injuriam ;* Hieron. in comm. bene, *ignominiam ;* item ſupra *levabo*, pro *levavi* de Vulg. Mſ. Rem. Tichon. *zelabo*, vitioſè. In Mſ. Alex. Διατοῦτο ἰδοὺ ἐγὼ ἄρω, &c.

℣. 8. Sic etiam in Græco, præter hoc pœnult. ὅτι ἐλπίζουσι, *quia ſperant*, loco *qui appropinquat.* Hieron. in comment. 950. d. ad *ramos veſtros* de Vulg. addit, *ſive uvas veſtras*, è Gr. σαρυλὼν ; ſimiliter inf. col. 951. c.

℣. 9. Ad verbum è Græco. Inſeruimus autem τὸ & *reſpiciam ſuper vos*, è Mſ. Tichon. B. M. Rem. quod aberat in edit. Lugd. Hieronymus quoque poſt hoc de Hebr. & Vulg. noſtra, & *convertar ad vos*, ſubdit è LXX. *ſive reſpiciam vos.*

℣. 10. Græc. addit ἀνθρώπους, *homines*, poſt hoc, *ſuper vos ;* extremòque hab. καὶ ἡ ἠρημωμένη οἰκοδομηθήσεται, & *deſerta ædificabitur ;* cæt. ut ſupra. In ed. tamen Ald. αἱ ἠρημωμέναι οἰκοδομηθήσονται, & apud Hieron. in comm. col. 950. f. *deſerta ædificabuntur.*

℣℣. 11. 12. 13. 14. Totidem verba leguntur Græcè, niſi quòd loco *Dominus Deus*, ponitur de more hîc & inf. Κύριος Κύριος.

℣. 15. Græc. initio habet, Καὶ οὐκ ἀκουσθήσεται ἐκέτι ἐφ' ὑμᾶς ἀτιμία ἐθνῶν, *Et non audietur ultra ſuper vos ignominia gentium ;* reliqua ut in Lat. ſup. verbo tamen ἀνενέγκητε, ſeu *portabitis*, add. ἔτι, *ampliùs*, delentur verò ſeqq. & *gens tua abſque liberis ultra non erit ;* ſed in pleriſque libris, ſi Nobilio fides, & apud Theodoret. ſequuntur, καὶ τὸ ἔθνος σου οὐκ ἀτεκνωθήσεται ἔτι.

℣. 16. Conſonat Græc. ad verbum, translato uno *ad me*, poſt vocem *Domini.*

℣. 17. Itidem apud Auguſt. l. 3. de doctr. Chr. to. 3. 60. c. præter unum *Fili hominis*, quod deeſt. Græcè pro *in terra*, habetur ἐπὶ τῆς γῆς αὐτῶν, paulòque poſt, ἐν ταῖς ἀκαθαρσίαις, *in immunditiis*, pro *peccatis*, præponiturque καὶ, ſequenti *ſecundùm ;* cætera prorſus ſimilia. Editio Lugdun. Tichonii ſcribit pluraliter *habitaverunt*, non *habitavit ;* & verò Mſ. Alex. habet κατῴκησαν, non κατῴκησεν, ut in Vatic. ſubinde eadem edit. Lugdun. tollit *ſuis*, poſt *peccatis ;* ſed Mſ. Rem. hoc pronomen addit cum Gr. Hieronymus in comment. col. 953. d. Hebr. & LXX. ſic jungit de more, *habitaverunt*, *ſive habitavit ;* & poſt paulò, *in ſtudiis*, *ſive idolis ſuis.* Auct. l. ad Novat. hær. ap. Cypr. p. 437. f. legit : *Fili hominis, domus Iſraël habitavit ſuper terram ſuam*, & *coinquinaverunt eam facinoribus ſuis ; ſicut mulieris menſtruata facta eſt immunditia eorum ante faciem meam.*

℣. 18. Similiter habet Auguſt. l. 3. de doctr. Chr. col. 60. c. Hieron. verò in comment. col. 953. *Et effudi furorem meum*, &c. Auctor l. ad Novat. ap. Cypr. p. 438. *Effudi iram meam ſuper eos*, ut ſupra. Gr. Καὶ ἐξέχεα τὸν θυμόν μου ἐπ' αὐτούς.

℣. 19. Multa hîc deſunt in edit. Tichon. quæ ſubſtituimus è Mſ. B. M. Rem. Eidem codici conſentit Auguſt. ad verbum, l. 3. de doctr. Chr. col. 60. c. Græcè ita : Καὶ διέσπειρα αὐτοὺς εἰς τὰ ἔθνη, καὶ ἐλίκμησα αὐτοὺς εἰς τὰς χώ-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Tichon. ubi sup.

20. Et ingressi sunt inter nationes, quas ingressi sunt illic, & polluerunt nomen meum sanctum, dum dicunt ipsi : Populus Domini hi, & de terra sui egressi sunt.

21. Et peperci illis propter nomen meum sanctum, quod polluerunt domus Israël in nationibus, in quas ingressi sunt illic.

22. Propter hoc dic domui Israël : Hæc dicit Dominus : Non vobis ego facio, domus Israël, sed propter nomen meum sanctum, quod polluistis in nationibus, in medio in quas ingressi estis illic.

23. Et sanctificabo nomen meum sanctum, illud magnum, quod pollutum est inter nationes, quod polluistis in medio earum : & scient gentes quoniam ego sum Dominus, dum sanctificor in vobis ante oculos eorum.

24. Et accipiam vos de gentibus, & congregabo vos ex omnibus terris, & inducam vos in terram vestram.

25. Et aspergam vos aquâ mundâ, & mundabimini ab omnibus simulacris vestris, & mundabo vos.

26. Et dabo vobis cor novum, & spiritum novum dabo in vobis : & auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum.

27. Et spiritum meum dabo in vos : & faciam

VULGATA NOVA.

20. Et ingressi sunt ad gentes, ad quas introierunt, & polluerunt nomen sanctum meum, cùm diceretur de eis : Populus Domini iste est, & de terra ejus egressi sunt. *Isai. 52. 5. Rom. 2. 24.*

21. Et peperci nomini sancto meo, quod polluerat domus Israël in gentibus, ad quas ingressi sunt.

22. Idcirco dices domui Israël : Hæc dicit Dominus Deus : Non propter vos ego faciam, domus Israël, sed propter nomen sanctum meum, quod polluistis in gentibus, ad quas intrastis.

23. Et sanctificabo nomen meum magnum, quod pollutum est inter gentes, quod polluistis in medio earum : ut sciant gentes quia ego Dominus, ait Dominus exercituum, cùm sanctificatus fuero in vobis coram eis.

24. Tollam quippe vos de gentibus, & congregabo vos de universis terris, & adducam vos in terram vestram.

25. Et effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris, & ab universis idolis vestris mundabo vos.

26. Et dabo vobis cor novum, & spiritum novum ponam in medio vestri : & auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum. *Sup. 11. 19.*

27. Et spiritum meum ponam in medio vestri :

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ρας· κατὰ τὴν ὁδὸν αὐτῶν, ἢ κατὰ τὴν ἁμαρτίαν, &c. quæ supra ; Mſ. Alex. hab. κατα τας ὁδὸς, ut in Lat. sup. Similiter ap. Hieron. in comm. col. 953. e. *Et dispersi eos in gentes, & ventilavi eos in regiones : juxta vias eorum, & peccata eorum judicavi eos.* Apud Auct. l. ad Novat. hær. p. 438. a. *Et disseminavi eos inter gentes, & secundùm peccata eorum judicavi eos.*

℣. 20. Rursus hîc nonnulla prætermittuntur in edit. Lugd. quæ optimè supplet Mſ. Remensis ; ubi tamen editio Lugd. hab. *Populus Domini hi*, laudatus codex fert, *Populus Dom. hic*, quam lectionem postposuimus : contrà edit. subdit, & *de terra tua*, Mſ. verò Rem. & *de terra sui*, quod ult. servavimus. Et sanè ita Græcè leguntur tota : Καὶ εἰσῆλθον εἰς τὰ ἔθνη, ἃ εἰσῆλθον ἐκεῖ, καὶ ἐβεβήλωσαν τὸ ὄνομά μου τὸ ἅγιον, ἐν τῷ λέγεσθαι αὐτούς· Λαὸς Κυρίου οὗτοι, καὶ ἐκ τῆς γῆς αὐτοῦ ἐξεληλύθασι· quæ Nobilius Latinè sic reddit : *Et ingressi sunt ad gentes, quò ingressi sunt illuc, & polluerunt..... cùm dicerentur ipsi : Populus Dom. isti, & de terra ejus egressi sunt.* Quidam codices & Theodoretus legunt, eodem Nobilio teste, ἐν τῷ λέγεσθαι αὐτοῖς, *cùm diceretur eis*, non verò *cùm dicerentur ipsi*. Auct. l. ad Novat. hær. ap. Cypr. p. 438. b. *quia coinquinaverunt sanctum nomen meum, & quia dictum est de his : Hic est populus Domini.*

℣. 21. Editio Lugd. vitiosè scribit, *propter nomen tuum sanctum* ; substituimus *meum*, loco *tuum*, è Mſ. Remensi. Græcè pariter : Καὶ ἐφεισάμην αὐτῶν διὰ τὸ ὄνομά μου, &c. ut in Lat. supra. Item apud Hieron. in comment. *Et peperci eis propter nomen meum sanctum.* Apud Auct. l. ad Novat. hær. p. 438. b. *Peperci eis propter nomen sanctum meum, quod sprevit domus Israël inter gentes.*

℣. 22. Editio Lugd. Tichon. non addit pronom. *meum* ad *nomen*, nec *illic* in fine ; loco verò præced. *in medio in quas*, ponit *in medio quarum ;* Græcè simpliciter, ἧ, *quò ;* cæt. ut in textu Lat. codicis Remensis. Apud Augusſ. l. 4. cont. epiſt. 2. Pelag. to. 10. 476. c. sic : *Hæc dicit Dominus Deus : Ego facio non propter vos, domus Israël, sed propter nomen meum sanctum, quod profanastis in gentibus, quò intrastis illuc :* ita rursum l. de Gra. & lib. arb. col. 733. b. omisso eo, *non propter vos*, quod tamen addunt edd. Am. & Er. cum aliq. Mſs. Auctor verò l. ad Novat. ubi sup. *Propterea dic populo Israël : Hæc dicit Dominus : Non vobis parco, domus Israël, sed propter nomen sanctum meum parcam, quod coinquinastis inter gentes :* deinde : & *scietis quia ego Dominus, cùm sanctificatus fuero in vobis ;* quæ pertinent ad ℣. seq.

℣. 23. Eadem leguntur Græcè, nisi quòd deest τὸ *sanctum illud ;* & loco *dum sanctificor*, est ἐν τῷ ἁγιασθῆναί με, *cùm sanctificatus fuero*. In Mſ. Alex. habetur, ὄνομά μου τὸ ἅγιον, τὸ μέγα· & in edit. Lugd. Tichon. *qui sanctificabor*, loco *dum sanctificor*, quod legitur in Mſ. Rem. Similiter apud Augusſ. l. 3. de doctr. Chr. to. 3. 60. d. *Et sanctificabo nomen meum sanctum, illud magnum, quod pollutum est inter nationes, quod polluistis in medio earum : & scient gentes quia ego sum Dominus, & dum sanctificabor in vobis ante oculos eorum :* lib. verò 4. cont. epiſt. 2. Pelag. to. 10. 476. c. *Et sanctificabo nomen meum magnum, quod profanatum est in gentibus, & profanastis in medio eorum* (item *eorum* in Mſ. Rem.) & *scient gentes quia ego sum Dominus, dicit Adonai Dominus, cùm sanctificatus fuero in vobis ante oculos eorum :* ita rursum l. de Gra. & l. arb. p. 733. b. In Græco etiam Alex. est, ac ed. Ald. λέγει Ἀδωναὶ Κύριος· in Compl. λέγει Κύριος Κύριος. In Missali Rom. fer. 4. post Dom. 4. Quadr. *cùm sanctificatus fuero in vobis, congregabo vos de universis terris ;* quæ ult. pertinent ad ℣. seq.

℣. 24. Ita legit Augusſ. l. 3. de doctr. Chr. to. 3. 60. d. & l. 4. cont. epiſt. 2. Pelag. to. 10. 476. c. & l. de Gra. & l. arb. col. 733. b. nec dissimilia in Græco. Apud Hieron. in Ezech. 47. col. 1053. e. *Assumam vos de gentibus, & de terris.*

℣. 25. Similiter hab. Augusſ. l. 3. de doctr. Chr. to. 3. 60. d. at l. 4. cont. epiſt. 2. Pelag. to. 10. 476. c. legit : *Et aspergam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus immunditiis vestris, & mundabo vos :* lib. verò de Gra. & l. arb. col. 733. b. *Et aspergam vos aquâ mundâ, & mundabimini ab omnibus immunditiis vestris, & ab omnibus idolis vestris, & mundabo vos.* Cypr. epiſt. 70. & 76. p. 125. 156. b. *Et aspergam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus immunditiis vestris, & ab omnibus simulacris vestris emundabo vos.* Sic etiam in Græco ad verbum, positâ tantùm conjunct. ἢ, ante *emundabo*, quæ abest ab ed. Compl. Apud Hieron. in Ezech. 47. col. 1053. e. *Et aspergam super vos aquam mundam, & mundabimini ex omnibus immunditiis vestris :* item sup. 953. f. *Et aspergam.* In Missali verò Rom. fer. 4. post Dom. 4. Quadr. *Et effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris ;* ut in Vulg.

℣. 26. Totidem verba in Græco. Edit. Tichon. hab. *dabo in vos ;* sed Mſ. Rem. *in vobis*, quod prætulimus. Rectè Cypr. epiſt. 70. & 76. p. 125. 156. b. *Et dabo vobis cor novum, & spiritum novum dabo in vobis.* At Aug. l. 3. de doctr. Chr. col. 60. d. Thichonianæ editioni accinit ad verbum : lib. verò de Gra. & l. arb. to. 10. 733. b. c. legit cum Fulg. l. 1. ad Monim. c. 8. p. 7. *Et dabo vobis cor novum, & spiritum novum dabo in vobis : & auferetur cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum.* Ita rursum Augusſ. l. 4. cont. epiſt. 2. Pelag. col. 476. d. sicut etiam Fulgent. epiſt. 17. c. 20. p. 309. nisi quòd hab. *ponam in medio vestri : & auferam*, &c. Item Augusſ. l. 1. cont. ep. 2. Pelag. col. 428. b. alludens dicit : *Dabo eis cor aliud, & spiritum novum dabo eis : & evellam cor eorum lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum.* In Missali Rom. fer 4. post Dom. 4. Quadr. *Et dabo vobis spiritum novum.*

℣. 27. Eadem leguntur Græcè, præter hoc, ἐν ὑμῖν, *in vobis*, loco *in vos ;* Hieron. in comment. col. 953. f.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

& faciam ut in præceptis meis ambuletis, & judicia mea cuſtodiatis, & operemini.

28. Et habitabitis in terra, quam dedi patribus veſtris: & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum.

29. Et ſalvabo vos ex univerſis inquinamentis veſtris: & vocabo frumentum, & multiplicabo illud, & non imponam vobis famem.

30. Et multiplicabo fructum ligni, & genimina agri, ut non portetis ultra opprobrium famis in gentibus.

31. Et recordabimini viarum veſtrarum peſſimarum, ſtudiorumque non bonorum: & diſplicebunt vobis iniquitates veſtræ, & ſcelera veſtra.

32. Non propter vos ego faciam, ait Dominus Deus, notum ſit vobis: confundimini, & erubeſcite ſuper viis veſtris, domus Iſraël.

33. Hæc dicit Dominus Deus: In die, qua mundavero vos ex omnibus iniquitatibus veſtris, & inhabitari fecero urbes, & inſtauravero ruinoſa,

34. & terra deſerta fuerit exculta, quæ quondam erat deſolata in oculis omnis viatoris,

35. dicent: Terra illa inculta, facta eſt ut hortus voluptatis: & civitates deſertæ, & deſtitutæ atque ſuffoſſæ, munitæ ſederunt.

36. Et ſcient gentes quæcunque derelictæ fuerint in circuitu veſtro, quia ego Dominus ædificavi diſſipata, plantavique inculta, ego Dominus locutus ſim, & fecerim.

37. Hæc dicit Dominus Deus: Adhuc in hoc invenient me domus Iſraël, ut faciam eis: Multiplicabo eos ſicut gregem hominum,

38. ut gregem ſanctum, ut gregem Jeruſalem in ſolemnitatibus ejus: Sic erunt civitates deſertæ, plenæ gregibus hominum: & ſcient quia ego Dominus.

VERSIO ANTIQUA.

ut in juſtitiis meis ambuletis, & judicia mea cuſtodiatis, & faciatis. *Tichon. ad loc.*

28. Et habitabitis in terra, quam dedi patribus veſtris: & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum.

29. Et mundabo vos ex omnibus immunditiis veſtris: & vocabo triticum, & multiplicabo illud, & non dabo in vos famem.

30. Et multiplicabo fructum ligni, & quæ naſcuntur in agro, ut non accipiatis ultra opprobrium famis in nationibus.

31. Et reminiſcemini vias veſtras peſſimas, & cogitationes veſtras non bonas: & odio habebitis eas ante faciem eorum in iniquitatibus veſtris, & in abominationibus eorum.

32. Non propter vos ego facio, dicit Dominus, notum eſt vobis: confundimini, & revertimini de viis veſtris, domus Iſraël.

33. Hæc dicit Adonai Dominus: In die, qua mundabo vos ab omnibus iniquitatibus veſtris, & inhabitari faciam civitates, & reædificabuntur deſerta,

34. & terra, quæ exterminata fuerit, coletur, propter quòd fuit exterminata ſub oculis omnis prætereuntis,

35. & dicent: Terra illa, quæ fuerat exterminata, facta eſt ſicut hortus deliciarum: & civitates deſertæ, & exterminatæ, & demolitæ, munitæ conſederunt.

36. Et ſcient gentes quæcunque derelictæ fuerint in circuitu veſtro, quoniam ego ſum Dominus: ædificavi demolitas, & plantavi exterminatas, quia ego Dominus locutus ſum, & feci.

37. Hæc dicit Dominus: Adhuc hoc inquiram domui Iſraël, ut faciam eis: Multiplicabo eos ſicut oves homines, *Auguſt. l. 4. cont. ep. 2. Pelag. to. 10. 476. g.*

38. ſicut oves ſanctas, ſicut oves Jeruſalem in diebus feſtis ejus: Sic erunt civitates illæ deſolatæ, plenæ ovium hominum: & ſcient quia ego Dominus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

legit ex LXX. *dabo vobis*; ſubinde, *juſtificationibus*, pro *juſtitiis*; ultimòque cum Mſ. Rem. & *faciatis*, pro *operemini*, quod habetur in edit. Tichonii. Auguſt. l. 3. de doctr. Chr. to. 3. 60. e. Tichoniano textui congruit, niſi quòd in fine ponit *faciatis*: item l. 4. cont. ep. 2. Pelag. to. 10. 476. d. & l. de Gra. & l. arb. p. 733. c. legit cum Fulg. l. 1. ad Monim. c. 8. p. 7. 12. & epiſt. 17. c. 20. p. 309. *Et ſpiritum meum dabo in vobis: & faciam ut in juſtificationibus meis ambuletis, & judicia mea obſervetis, & faciatis.* Similia exſtant in epiſt. Synod. epiſc. Afric. Conc. to. 4. 1598. b. Auguſt. l. 1. cont. ep. 2. Pelag. col. 428. b. alludens, dicit: *ut in præceptis meis ambulent, & juſtificationes meas obſervent, & faciant eas:* ed. etiam Compl. habet ἀυτὰ, verbo ult. ποιήσητε.

℣. 28. Sic apud Auguſt. l. 3. de doctr. Chr. col. 60. e. nec aliter Græcè.

℣. 29. Græc. in principio habet: Καὶ ζώσω ὑμᾶς· reliqua ut ſupra. Similiter ap. Hieron. in comm. col. 954. a. *Et ſalvos vos faciam ex univerſis immunditiis veſtris..... & non dabo vobis famem.*

℣. 30. Similiter in Græco, detracto uno *ultra*.

℣. 31. Ita ſert Græc. niſi quòd loco *cogitationes*, hab. ἐπιτηδεύματα, *ſtudia*; & pro *odio habebitis eas*, ſimpliciter, προσοχθίσητε, Nobil. *diſplicebitis*; edit. Tichon. *non odietis*, aperto vitio, quod emendavimus ex Mſ. Rem.

℣. 32. Ita Græcè, præter quàm quòd ibi geminatur de more vox Κύριος; & pro *revertimini*, ponitur ἀτράπητε, Nobil. *erubeſcite*; Mſ. tamen Rem. Tichon. habet cum edit. Lugd. *revertimini*; non malè legeretur *reveremini*; ſed alterutro aut *revertimini*, aut *reveremini*, verbum Gr. ἀτραπέντες reddi poteſt; ἀτρέπεσθαι enim, *revereor*, à τρέπω, *verto*, *converto*, *muto*. Auguſt. l. 4. cont. ep. 2. Pelag. to. 10. 476. e. legit: *Non propter vos ego facio, dicit Dominus Deus, notum erit vobis: confundimini, & erubeſcite de viis veſtris, domus Iſrael.* In Mſ. etiam Alex. λέγει Κύριος ὁ Θεός.

℣. 33. Mendum procul dubio irrepſit in edit. Tichon.

nempe *inebriari faciam*, loco *inhabitari faciam*, quod correximus cùm ex Mſ. Rem. tum ex Græco, ubi conſtanter, κατοικιῶ: ſubinde pro *reædificabuntur*, quod legitur in Mſ. Rem. Græcè ſimpliciter, οἰκοδομηθήσονται; cæt. ut in Lat. ſupra. Apud Auguſt. l. 4. cont. ep. 2. Pelag. to. 10. 476. e. *Hæc dicit Dominus Deus: In die, quo mundabo vos ab omnibus iniquitatibus veſtris, & conſtituam civitates, & ædificabuntur deſerta.*

℣. 34. Sic Tichon. ex Mſ. Rem. deeſt tamen ibid. verbum *fuit*, ante 2. *exterminata*, ſed præponitur in edit. Lugd. Apud Auguſt. l. 4. cont. ep. 2. Pelag. col. 476. e. ita: *& terra exterminata operabitur, pro eo quòd exterminata eſt ante oculos omnis prætereuntis.* Nec aliter in Græco eſt.

℣. 35. Auguſt. l. 4. cont. ep. 2. Pelag. col. 476. f. *Et dicent: Terra illa exterminata facta eſt ſicut hortus voluptatis: & civitates deſertæ, & exterminatæ, & effoſſæ, munitæ ſederunt.* Ita quoque Gr. habet ad verbum. Ap. Hieron. in comm. p. 954. b. *Terra illa deſerta facta eſt ut hortus voluptatis*, &c.

℣. 36. Auguſt. l. 4. cont. epiſt. 2. Pelag. col. 476. f. *Et ſcient gentes quæcunque relictæ fuerint in circuitu veſtro, quia ego Dominus ædificavi deſtructas, plantavi exterminatas, ego Dominus locutus ſum, & feci.* Similiter in Græco, præter ult. ποιήσω, *faciam*, pro *feci*; verbo etiam *plantavi*, præponitur ἐγ. In Mſ. Alex. ὅτι ἐγώ εἰμι Κύριος..... ὅτι ἐγὼ Κύριος Κύριος ἐλάλησα, &c.

℣. 37. Græc. initio hab. Τάδε λέγει Ἀδωναὶ Κύριος· ſubinde pro *inquiram*, ζητηθήσομαι; & pro *eis*, αὐτῷ; cæt. ut in textu. Apud Hieron. in comm. *Hæc dicit Dominus Deus: Adhuc in hoc quærar domui Iſrael, ut faciam eis: Multiplicabo eos ut oves homines.*

℣. 38. Ita in Græco, detractâ voculâ *illæ*, poſt *civitates*. Similiter apud Hieron. in comm. col. 954. *ut oves ſanctas, ut oves Jeruſalem in ſolemnitatibus ejus: Sic erunt civitates deſertæ, plenæ ovibus hominum: & ſcient*, &c. ut ſupra.

Digitized by Google

CAPUT XXXVII.

Versio antiqua.

Hieron. in Exech. 37. col. 957. ex Lxx.

1. ET facta eſt ſuper me manus Domini, & eduxit me in ſpiritu Domini: & poſuit me in medio campi, & hic erat plenus oſſium hominum:

2. Et circumduxit me ſuper ea per gyrum in circuitu: & ecce multa nimis ſuper faciem campi, & arida vehementer.

3. Et dixit ad me: Fili hominis, ſi vivent oſſa hæc? Et dixi: Unde Domine Domine, tu noſti hæc?

4. Et dixit ad me: Fili hominis propheta ſuper oſſa iſta: & dices eis: Oſſa arida audite verbum Domini.

5. Hæc dicit Dominus Deus oſſibus iſtis: Ecce ego adducam ſuper vos ſpiritum vitæ.

Ibid. 958. 6. Et dabo ſuper vos nervos, & inducam ſuper vos carnes, & extendam ſuper vos pellem: & dabo ſpiritum meum ſuper vos, & vivetis, & cognoſcetis quoniam ego ſum Dominus.

7. Et prophetavi ſicut præcepit mihi: & facta eſt vox, cùm ego prophetarem, & ecce commotio: & accedebant oſſa ad oſſa, ad junĉturam ſuam.

8. Et vidi, & ecce ſuper ea nervi & carnes oriebantur: & aſcendebant ſuper ea pelles deſuper, & ſpiritus non erat in eis.

Vulgata nova.

1. FActa eſt ſuper me manus Domini, & eduxit me in ſpiritu Domini: & dimiſit me in medio campi, qui erat plenus oſſibus:

2. Et circumduxit me per ea in gyro: erant autem multa valde ſuper faciem campi, ſiccaque vehementer.

3. Et dixit ad me: Fili hominis putaſne vivent oſſa iſta? Et dixi: Domine Deus, tu noſti.

4. Et dixit ad me: Vaticinare de oſſibus iſtis: & dices eis: Oſſa arida audite verbum Domini.

5. Hæc dicit Dominus Deus oſſibus his: Ecce ego intromittam in vos ſpiritum, & vivetis.

6. Et dabo ſuper vos nervos, & ſuccreſcere faciam ſuper vos carnes, & ſuperextendam in vobis cutem: & dabo vobis ſpiritum, & vivetis, & ſcietis quia ego Dominus.

7. Et prophetavi ſicut præceperat mihi: factus eſt autem ſonitus, prophetante me, & ecce commotio: & acceſſerunt oſſa ad oſſa, unumquodque ad junĉturam ſuam.

8. Et vidi, & ecce ſuper ea nervi & carnes aſcenderunt: & extenta eſt in eis cutis deſuper, & ſpiritum non habebant.

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Itidem Græcè, præter hoc, ἐν πνεύματι Κύριος, *in ſpiritu Dominus*; at in Compl. ἐν πνεύματι Κυρίου, ut ſupra. Irenæus l. 5. c. 15. p. 311. c. legit: *Et facta eſt ſuper me manus Domini, & eduxit me in ſpiritu Dominus: & poſuit me in medio campi, & hic erat plenus oſſibus.* Tertul. l. de reſur. carn. p. 577. b. *Et facta eſt ſuper me manus Domini, & extulit me in ſpiritu Dominus: & poſuit me in medio campi, is erat oſſibus refertus.* Ambr. l. de fide reſur. col. 1153. c. *Et facta eſt ſuper me manus Domini, & eduxit me in ſpiritu Dominus: & poſuit me in medio campo, & hic erat plenus oſſibus humanis.* Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 749. f. *eduxit me ſpiritus Domini: & poſuit me in medio campo, & erat plenus oſſibus mortuorum.* Vide Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 36. ap. Proſp. p. 165. a.

℣. 2. Sic eſt in Gr. ſublatâ conjunct. καὶ, ante *arida*; at in ed. Ald. & Mſ. Alex. καὶ ἰδοὺ ξηρά. Iren. l. 5. c. 15. p. 311. c. legit: *Et circumduxit me ſuper ea in circuitum in gyro: & ecce multa ſuper faciem campi, arida valde.* Tertul. l. de reſ. carn. p. 577. b. *Et circumduxit me ſuper ea per circuitum: & ecce multa ſuper faciem campi, & ecce arida ſatis.* Ambroſ. l. de fide reſ. col. 1153. c. *Et circumduxit me per gyrum eorum: & ecce oſſa multa valde in facie campi, arida nimis.*

℣. 3. Conſonat Græc. detracto adverb. *unde.* Iren. l. 5. c. 15. p. 311. c. legit: *Et dixit ad me: Fili hominis, ſi vivunt oſſa hæc? Et dixi: Domine tu ſcis, qui feciſti hæc.* Tertul. l. de reſ. carn. p. 577. b. *Et ait ad me: Fili hominis, ſi vivent oſſa iſta? Et dixi: Adonai Domine, tu ſcis.* Similiter Ambroſ. l. de fide reſ. col. 1153. c. ſublato uno *Adonai.*

℣. 4. Ita Græcè, excepto iſto, *fili hominis*, quod deeſt: in ed. tamen Ald. legitur υἱὲ ἀνθρώπου, ut ſupra. Iren. l. 5. c. 15. p. 311. c. ſic pergit: *Et dixit ad me: Prophetare ſuper oſſa hæc, & dices eis: Oſſa arida audite ſermonem Domini.* Tertul. l. de reſur. carn. p. 577. b. *Et ait ad me: Propheta in oſſa hæc, & dices: Oſſa arida audite ſermonem Domini.* Ambr. l. de fide reſ. col. 1153. c. *Et ait ad me: Prophetiza ſuper oſſa iſta, & dices illis: Oſſa arida hæc, audite verbum Domini.* Auct. l. de promiſſ. p. 4. apud Proſp. p. 201. a. *Dixit mihi Dominus: Fili hominis prophetiza ſuper oſſa hæc, & dic.*

℣. 5. Abeſt *Deus* à Gr. Vatic. at in Compl. ſic geminatur, Κύριος Κύριος, ſicut in Mſ. Alex. ſubinde pro *adducam*, Vatic. habet φέρω; Compl. εἴσω; cæt. ut ſupra. Iren. l. 5. c. 15. p. 311. c. legit: *Hæc dicit Dominus oſſibus his: Ecce ego ſuperduco ſuper vos ſpiritum vitæ.* Tertul. l. de reſ. carn. p. 577. b. *Hæc dicit Dominus Adonai oſſibus iſtis: Ecce ego affero in vos ſpiritum, & vivetis.* Ambroſ. l. de fide reſ. col. 1153. c. *Hæc dicit Dominus oſſibus iſtis: Ecce ego induco in vos ſpiritum vitæ.* Caſſiod. in Pſ. 95. p. 323. c. *Hæc dicit Dominus Deus oſſibus iſtis: Ecce ego induco in vos ſpiritum, & vivetis.* Auct. l. de promiſſ. p. 4. apud Proſp. p. 201. a. *Hæc dicit Dominus: Ecce ejiciam vos de monumentis veſtris.* Auct. quæſt. ex Vet. T. q. 41. ap. Aug. to. 3. 55. a. *Hæc dicit Dominus Deus oſſibus iſtis: Extendam ſuper vos cutem*, &c. de ℣. ſeq.

℣. 6. Eadem leguntur Græcè, præter unum ſingular. Σάρκα, *carnem*; at in Mſ. Alex. Σάρκας, ut ſupra. Iren. l. 5. c. 15. 311. c. legit: *Et dabo ſuper vos nervos, & reduco ſuper vos carnem, & extendam ſuper vos cutem: & dabo ſpiritum meum in vos, & vivetis, & cognoſcetis quia ego ſum Dominus.* Tertul. l. de reſ. carn. p. 577. b. *Et dabo in vos ſpiritum, & reducam in vos carnes, circumdabo vobis cutem: & dabo in vos ſpiritum, & vivetis, & cognoſcetis quòd ego Dominus.* Ambroſ. l. de fide reſ. col. 1153. c. *Et dabo in vos nervos, & adducam ſuper vos viſcera, & extendam ſuper vos cutem: & dabo ſpiritum meum in vos, & vivetis, & ſcietis quòd ego ſum Dominus.* Concinit Caſſiod. in Pſ. 95. p. 323. c. niſi quòd hab. *inducam ſuper vos viſcera carnis.* Auct. l. de promiſſ. p. 4. apud Proſp. p. 201. b. *Et inducam ſuper vos nervos, & imponam carnes, & extendam cutem: & dabo ſpiritum meum in vos, & vivetis, & ſcietis quia*, &c. Auct. quæſt. ex V. T. col. 55. a. *extendam ſuper vos cutem: & dabo in vobis ſpiritum meum, & vivetis:* & infra, *extendam ſuper vos cutem: & dabo in vos ſpiritum meum, & vivetis:* vide etiam quæſt. 106. ex utroque T. miſtim, col. 102. e.

℣. 7. In Gr. ſimpliciter, ἐγένετο, *factum eſt*, loco *facta eſt vox*; & inf. loco *ad oſſa*, ἑκάτερον, *invicem*; cætera quadrant: in edd. etiam Ald. & Compl. eſt, καὶ ἐγένετο φωνὴ, ſicut in Mſ. Alex. ſubinde in Ald. τὰ ὀστᾶ ὀστέον in Compl. τὰ ὀστᾶ πρὸς ὀστοῦν. Apud Iren. l. 5. c. 15. p. 311. c. *Et prophetavi ſicut præcepit mihi Dominus: & factum eſt, cùm prophetarem, & ecce terra motus: & adducebantur, unumquodque ad compaginem ſuam.* In Mſ. quoque Alex. additur Κύριος poſt hoc, *præcepit mihi*; & infra, Compl. hab. προσήγοντο, loco *adducebantur.* Tertul. l. de reſ. carn. p. 577. b. *Et prophetavi ſecundùm: & ecce vox, dum propheto, & ecce motus: & accedebant oſſa ad oſſa.* Ambr. l. de fide reſ. col. 1153. d. *Et prophetavi ſicut mandavit mihi: & factum eſt, cùm prophetarem hæc omnia, ecce factus eſt terræ motus magnus: & accedebant oſſa, unumquodque ad ſuam compaginem.*

℣. 8. Eadem exſtant Græcè. Iren. l. 5. c. 15. p. 311. d. legit: *Et vidi, & ecce ſuper ea nervi & carnes naſcebantur: & aſcendebant ſuper ea cutes deſuper, & ſpiritus non erat in eis.* Tertul. l. de reſ. carn. p. 577. b. *Et vidi, & ecce ſuper oſſa nervi, & caro aſcendit: & circumpoſita ſunt*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

9. Et dixit ad me: Vaticinare ad ſpiritum, vaticinare fili hominis, & dices ad ſpiritum: Hæc dicit Dominus Deus: A quatuor ventis veni ſpiritus, & inſuffla ſuper interfectos iſtos, & reviviſcant.

10. Et prophetavi ſicut præceperat mihi: & ingreſſus eſt in ea ſpiritus, & vixerunt: ſteteruntque ſuper pedes ſuos exercitus grandis nimis valde.

11. Et dixit ad me: Fili hominis, oſſa hæc univerſa, domus Iſraël eſt: ipſi dicunt: Aruerunt oſſa noſtra, & periit ſpes noſtra, & abſciſſi ſumus.

12. Propterea vaticinare, & dices ad eos: Hæc dicit dominus Deus: Ecce ego aperiam tumulos veſtros, & educam vos de ſepulcris veſtris, populus meus: & inducam vos in terram Iſraël.

13. Et ſcietis quia ego Dominus, cùm aperuero ſepulcra veſtra, & eduxero vos de tumulis veſtris, popule meus:

14. Et dedero ſpiritum meum in vobis, & vixeritis, & requieſcere vos faciam ſuper humum veſtram: & ſcietis quia ego Dominus locutus ſum, & feci, ait Dominus Deus.

VERSIO ANTIQUA.

9. Et dixit ad me: Propheta fili hominis, propheta ſuper ſpiritum, & dic ſpiritui: Hæc dicit Dominus Deus: A quatuor ſpiritibus veni ſpiritus, & inſuffla ſuper mortuos iſtos, & vivant. *Hieron. ubi ſup.*

10. Et prophetavi ſicut præceperat mihi: & ingreſſus eſt in eos ſpiritus, & vixerunt: & ſteterunt in pedibus ſuis congregatio multa vehementer nimis.

11. Et locutus eſt Dominus ad me, dicens: Fili hominis, oſſa hæc, omnis domus Iſraël eſt: ipſi dicunt: Arida facta ſunt oſſa noſtra, periit ſpes noſtra, deſperavimus.

12. Propterea vaticinare, & dic ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego aperiam memorias veſtras, & reducam vos de ſepulcris veſtris, populus meus: & introducam vos in terram Iſraël.

13. Et cognoſcetis quoniam ego ſum Dominus, cùm aperuero ſepulcra veſtra, ut educam vos de ſepulcris veſtris, populus meus:

14. Et dabo ſpiritum meum in vobis, & vivetis, & ponam vos ſuper terram veſtram: & cognoſcetis quia ego ſum Dominus, locutus ſum, & faciam, dicit Dominus Deus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

eis cutes, & ſpiritus in eis non erat. Ambroſ. l. de fide reſ. col. 1153. e. *Et vidi, & ecce ſuper illa nervi & viſcera naſcebantur: & aſcendebat ſuper ea cutis deſuper, & ſpiritus in his non erat.* Mſ. Alex. cum ed. Ald. ſimiliter habet Λέρμα, non λέρμαϊα, quæ in Vatic. & al.

℣. 9. Græc. Vatic. 1. loco hab. Προφήτευσον ἐπὶ τὸ πνεῦμα, *Propheta ſuper ſpiritum*; deinde, προφήτευσον υἱὲ ἀνθρώπου, *propheta fili hominis*; edit. verò Ald. cum Mſ. Alex. eadem refert ordine quo ſupra; ſubinde in Vatic. deeſt vox *Deus*; in Ald. autem & Compl. geminatur Κύριος, ut in Mſ. Alex. item poſt paulò deeſt vox *ſpiritus*; ſed in Compl. eſt, ἐλθὲ πνεῦμα cæt. quadrant. Iren. l. 5. c. 15. p. 311. d. legit: *Et dixit ad me: Ad ſpiritum propheta fili hominis, & dic ſpiritui: Hæc dicit Dominus: A quatuor ſpiritibus veni, & inſuffla in mortuos iſtos, & vivant.* Tertul. l. de reſ. carn. p. 577. b. *Et ait ad me: Propheta ad ſpiritum fili hominis, propheta, & dices ad ſpiritum: Hæc dicit Dominus Adonai: A quatuor ventis veni ſpiritus, & ſpira in iſtis interemptis, vivant.* Ambroſ. l. de fide reſ. col. 1154. d. *Et ait ad me: Prophetiza fili hominis, & dic ſpiritui: Hæc dicit Dominus: A quatuor ventis cæli veni ſpiritus, & inſuffla in mortuos iſtos, & vivant:* & l. 3. de Spir. S. col. 696. b. *Veni ſpiritus, & inſuffla in mortuos iſtos, & vivent:* ſimiliter l. 1. de interp. Job, c. 5. col. 631. d. Hieron. verò in Iſai. 9. col. 86. f. *A quatuor ventis cæli veni ſpiritus, & mortua oſſa vivifica.* Auguſt. l. 10. de Gen. ad lit. to. 3. 259. g. *Et dixit mihi Dominus: Propheta ſuper ſpiritum, propheta fili hominis, & dic ad ſpiritum: Hæc dicit Dominus: A quatuor partibus ventorum cæli veni, & inſpira in mortuos hos, & vivant.* Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 750. f. *Hæc dicit Dominus: A quatuor ventis veni ſpiritus, & inſuffla ſuper mortuos iſtos, & reviviſcent.* In Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. Ἐλθὲ ἐκ τῶν τεσσάρων ἀνέμων τῦ ἕξαντῦ, ἐλθὲ τὸ πνεῦμα, ᾗ, &c.

℣. 10. Itidem Græcè, præter unum σφόδρα, loco *vehementer nimis*; at in Compl. σφόδρα σφόδρα. Iren. l. 5. c. 15. p. 311. d. legit: *Et prophetavi quemadmodum præcepit mihi Dominus: & intravit in eos ſpiritus, & vixerunt: & ſteterunt ſupra pedes ſuos collectio multa valde.* Tertul. l. de reſ. carn. p. 577. b. *Et prophetavi ad ſpiritum ſicut præcepit mihi: & introivit in ea ſpiritus, & vixerunt: & conſtiterunt ſuper pedes ſuos valentia magna ſatis.* Apud Symm. Aq. & Theod. ſimiliter habetur in fine, Δύναμις μεγάλη, non Συναγωγὴ πολλή. Ambroſ. l. de fide reſ. col. 1154. d. & l. 3. de Spir. S. to. 2. 696. c. ſic: *Et prophetavi ſicut mandavit mihi: & intravit in eos ſpiritus vitæ, & vixerunt: & ſteterunt in pedibus ſuis congregatio nimis multa.* Auguſt. l. 10. de Gen. ad litt. to. 3. 259. g. 260. a. *Et prophetavi ſicut præcepit mihi Dominus: & introivit ſpiritus vitæ in eos, & revixerunt: & ſteterunt ſuper pedes ſuos congregatio multa valde.*

℣. 11. Ita de Græco ad verbum, excepto ult. *deſperavimus*, pro quo Διεσφωνήκαμεν, *diſſonuimus.* Tertul. l. de reſ. carn. p. 577. b. *Et ait ad me: Fili hominis, oſſa iſta, omnis domus Iſrael eſt: ipſi dicunt: Exaruerunt oſſa noſtra, & periit ſpes noſtra, avulſi ſumus in eis.* Ambroſ. l. de fide reſ. col. 1154. d. *Et locutus eſt Dominus ad me, dicens: Fili hominis, oſſa hæc, omnis domus Iſraël: ipſi enim dicunt: Arida facta ſunt oſſa noſtra, periit ſpes noſtra, interibimus.* Tichon. reg. 4. p. 57. b. *Locutus eſt ad me* (Mſ. Rem. add. *Dominus*,) *dicens: Fili hominis, oſſa hæc, omnis domus Iſrael eſt: ipſi dicunt: Arida facta ſunt oſſa noſtra, interiit ſpes noſtra, expiravimus.* Item ap. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 320. b. *ipſi dicunt: Arida facta ſunt oſſa noſtra, periit ſpes noſtra, expiravimus.*

℣. 12. In Græco edit. Rom. deeſt τὸ *ad eos*, paulòque poſt vox *Deus*; tollitur pariter inf. *populus meus*; loco verò *aperiam*, habetur ἀνοίγω, *aperio*; cæt. textui ſimilia: imo in Mſ. Alex. eſt, εἶπὸν πρὸς αὐτύς· Τάδε λέγει Ἀδωναὶ Κύριος· in Ald. & Compl. Κύριος Κύριος· exinde ἀνοίξω τὰ μνήματα. Apud Iren. l. 5. c. 15. p. 311. e. *Hæc dicit Dominus: Ecce ego aperiam monumenta veſtra, & educam vos de monumentis veſtris: & inducam vos in terram Iſraël:* vide etiam inf. c. 34. p. 334. a. Tertul. l. de reſ. carn. p. 577. c. *Propterea propheta ad eos: Ecce ego pateſacio ſepulcra veſtra, & evehams vos de ſepulcris veſtris, populus meus: & inducam vos in terram Iſraëlis.* Cypr. l. 3. Teſtim. p. 320. b. *Propterea prophetiza, & dic: Hæc dicit Dominus: Ecce ego aperio monumenta veſtra, & educam vos de monumentis veſtris: & inducam vos in terram Iſraël.* Itidem Zeno Veron. l. 1. tract. 16. p. 126. ab hoc, *Ecce ego aperio.* Ambroſ. l. de fide reſ. col. 1154. d. *Propterea prophetiza, & dic: Hæc dicit Dominus: Ecce ego aperio vobis monumenta veſtra, & educam vos de monumentis veſtris in terram Iſraël.* Tichon. reg. 4. p. 57. b. *Propterea propheta* (Mſ. Rem. *prophetare*,) *& dic: Hæc dicit Dominus: Ecce ego aperiam monumenta veſtra, & educam vos de monumentis veſtris: & inducam vos in terram Iſraël.*

℣. 13. Sic eſt in Gr. Vatic. præter hoc ult. τὸν λαόν μυ, *populum meum*, detractiſque præced. his, *vos*, & *veſtris*: at in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. eſt, ὑμᾶς ἐκ τῶν τάφων ὑμῶν, τὸν λαόν, in Ald. λαές. Apud Iren. l. 5. c. 15. p. 311. b. ſic: *Et cognoſcetis quia ego ſum Dominus, cùm aperiam ego ſepulcra veſtra, ut reducam de ſepulcris populum meum:* vide etiam inf. c. 34. p. 334. a. Tertul. l. de reſur. carn. p. 577. b. c. *Et cognoſcetis quòd ego Dominus aperuerim ſepulcra veſtra, & eduxerim vos de ſepulcris veſtris, populus meus:* al. *aperui..... & eduxi..... populum meum.* Sed hæc tota prætermittit Cypr. l. 3. Teſtim. p. 320. b. ſicut Zeno Veron. l. 1. tract. 16. p. 126. quamvis uterque antecedentia verba, & ſubſequentia referat. Ambroſ. verò l. de fide reſ. to. 2. 1154. d. legit: *Et ſcietis quòd ego ſum Dominus, cùm aperiam ſepulcra veſtra, & educam de ſepulcris populum meum:* ſimiliter l. 3. de Spir. S. col. 696. c. hoc excepto, *ut educam.* Apud Tichon. reg. 4. p. 57. b. *Et ſcietis quia ego Dominus, cùm aperiam ſepulcra veſtra, & educam de monumentis populum meum.*

℣. 14. Ita de Græco, præter unum *in vobis*, pro quo εἰς ὑμᾶς· deeſt quoque *Deus*, in fine; ſed in ed. Ald. eſt

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi ſup. col. 961.

15. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:
16. Et tu fili hominis aſſume tibi virgam unam: & ſcribe ſuper eam: Judam, & filios Iſraël, qui appoſiti ſunt ei: & virgam ſecundam aſſumes tibi, & ſcribes ſuper eam: Joſeph virgam Ephraim, & omnes filios Iſraël, qui appoſiti ſunt ei.
17. Et conjunges eas invicem tibi in virgam unam, ut copules eas: & erunt in manu tua.
18. Et erit quando dixerint tibi filii Iſraël loquentes: Non indicas nobis quid ſint iſta tibi?

19. & dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego aſſumam in tribum Joſeph, per manum Ephraim, tribus Iſraël, quæ adjunctæ ſunt ei: & dabo eos omnes ſuper tribum Juda, & erunt in virgam unam: & erunt una in manu Juda.
20. Et erunt virgæ, quas inſcripſiſti ſic in manu tua, coram eis.
21. Et dices eis: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego aſſumam omnem domum Iſraël de medio gentium, ad quas ingreſſi ſunt: & congregabo eos ex omnibus qui in circuitu ejus ſunt, & inducam eos in terram Iſraël.
22. Et dabo eos in gentem unam in terra mea in montibus Iſraël, & princeps unus erit omnium iſtorum in regem: & non erunt ultra in duas gentes, nec dividentur ultra in duo regna,
23. ut non polluantur ultra in idolis ſuis, & in offendiculis ſuis, & in omnibus impietatibus ſuis: & eruam eos ex omnibus iniquitatibus eorum, in quibus peccaverunt, & mundabo eos: & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum.
24. Et ſervus meus David princeps in medio

VULGATA NOVA.

15. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:
16. Et tu fili hominis ſume tibi lignum unum: & ſcribe ſuper illud: Judæ, & filiorum Iſraël ſociorum ejus: & tolle lignum alterum, & ſcribe ſuper illud: Joſeph ligno Ephraim, & cunctæ domui Iſraël, ſociorumque ejus.
17. Et adjunge illa, unum ad alterum tibi in lignum unum: & erunt in unionem in manu tua.
18. Cùm autem dixerint ad te filii populi tui loquentes: Nonne indicas nobis quid in his tibi velis?
19. loquêris ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego aſſumam lignum Joſeph, quod eſt in manu Ephraim, & tribus Iſraël, quæ ſunt ei adjunctæ: & dabo eas pariter cum ligno Juda, & faciam eas in lignum unum: & erunt unum in manu ejus.
20. Erunt autem ligna, ſuper quæ ſcripſeris in manu tua, in oculis eorum.
21. Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego aſſumam filios Iſraël de medio nationum, ad quas abierunt: & congregabo eos undique, & adducam eos ad humum ſuam.

22. Et faciam eos in gentem unam in terra in montibus Iſraël, & rex unus erit omnibus imperans: & non erunt ultra duæ gentes, nec dividentur ampliùs in duo regna. *Joan. 10. 16.*
23. Neque polluentur ultra in idolis ſuis, & abominationibus ſuis, & cunctis iniquitatibus ſuis: & ſalvos eos faciam de univerſis ſedibus, in quibus peccaverunt, & emundabo eos: & erunt mihi populus, & ego ero eis Deus.
24. Et ſervus meus David rex ſuper eos, & *Iſai. 40. 11. Jer. 23. 5. Sup. 34. 23. Dan. 9. 24. Joan. 1. 45.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ac Mſ. Alex. λέγει Κύριος Κύριος· in Compl. Κύριος ὁ Θεός. Rectè Cypr. l. 3. Teſtim. p. 320. b. *Et dabo ſpiritum meum in vos, & vivetis, & ponam vos in terram veſtram: & cognoſcetis quoniam ego Dominus locutus ſum, & faciam, dicit Dominus.* Itidem Iren. l. 5. c. 15. p. 311. b. at inf. c. 34. p. 334. a. legit: *Et dabo ſpiritum in vobis, & vivetis, & ponam vos ſuper terram veſtram: & cognoſcetis quoniam ego ſum Dominus.* Tertul. l. de reſ. carn. p. 577. c. *Et dabo in vos ſpiritum, & vivetis, & requieſcetis in terra veſtra: & cognoſcetis quòd ego Dominus locutus ſim, & fecerim, dicit Dominus:* al. *ponam vos in terram veſtram..... & faciam.* Ambroſ. l. de fide reſur. col. 1154. d. *Et dabo ſpiritum meum in vobis, & vivetis, & ponam vos ſuper terram veſtram: & ſcietis quia ego ſum Dominus, locutus ſum, & faciam, dicit Dominus:* Mſs. nonnulli ibid. cum editt. omnibus, *quòd ego Dominus locutus ſum, & faciam:* & l. 3. de Spir. S. col. 696. c. *Et dabo ſpiritum meum in vos, & vivetis.* Similiter habet Zeno Veron. l. 1. tract. 16. p. 126. detractâ conjunct. &, ante *dabo.*

℣. 15. Sic eſt in Græco.

℣. 16. Concinit Græc. niſi quòd in principio tollit & *tu*, uti *unam*, poſt *virgam*; loco verò *ſuper eam*, *Joſeph*, hab. αὐτὴν, τῷ Ἰωσήφ, *eam*, *ipſi Joſeph.*

℣. 17. Conſonat Græc. ad verbum.

℣. 18. Ita fert Græc. Vatic. præter hoc, τῦ λαῦ ϛυ, *populi tui*, loco *Iſraël loquentes.* In Mſ. Alex. λαῦ ϛυ λέγοντες.

℣. 19. Diſſimilia quædam exhibet Gr. Vatic. nempe tollit vocem *Deus*, poſt *Dominus*, cum præp. *in*, ante *tribum*; ſubinde loco *per manum Ephraim, tribus*, hab. τὴν διὰ χειρὸς Ἐφραὶμ, ϗ τὰς φυλὰς, i. e. *quæ per manum Ephraim, & tribus*, &c. paulòque poſt adimit *omnes*, cum hoc inf. *& erunt una*: at in Mſ. Alex. eſt, λέγει Ἀδωναὶ Κύριος· in ed. Ald. Κύριος Κύριος· in Compl. Κύριος ὁ Θεός· exinde in Mſ. Alex. διὰ χειρὸς, abſque præced. τὴν; Compl. etiam hab. in fine, ϗ ἔσονται μία ἐν τῇ χειρὶ Ἰούδα· quæ omnia textum Hieron. confirmant.

℣. 20. Græc. loco *quas inſcripſiſti ſic*, hab. ἐφ' αἷς ϛὺ ἔγραψας ἐπ' αὐταῖς, *in quibus tu ſcripſiſti in eis*; cæt. ut in Lat. ſupra.

℣. 21. Eadem ſunt in Græco, niſi quòd geminatur de more vox Κύριος; paulòque poſt habetur λαμβάνω, *ſumo*, pro *aſſumam*; & infra, τῶν περικύκλω αὐτῶν, *qui in circuitu eorum ſunt*; additur etiam ἐκεῖ ſup. verbo *ingreſſi ſunt.* Similiter ap. Tichon. reg. 4. p. 56. g. *Hæc dicit Dominus: Ecce ego accipiam omnem domum Iſraël de medio gentium, in quas ingreſſi ſunt illic: & congregabo eos ab omnibus qui ſunt in circuitu eorum, & inducam eos in terram Iſraël;* Mſ. Rem. *& ducam eos in terra Iſraël.* Item apud Caſſiod. in Pſ. 101. p. 341. b. *Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego accipio omnem domum Iſraël de medio gentium, in quas intraverunt ibi: & congregabo eos ab omnibus qui in circuitu ſunt eorum, & inducam eos in terram ſuam. Et dabo eos in natione una;* quæ poſtrema pertinent ad ℣. ſeq.

℣. 22. Sic habet Græc. niſi quòd initio tollit *unam*, poſt *gentem*; additque ϗ, poſt ſeq. *mea*; loco verò *omnium iſtorum in regem*, ſimpliciter hab. αὐτῶν, *eorum*; at in Mſ. Alex. πάντων αὐτῶν; & in Compl. πάντων τούτων εἰς βασιλέα, ut ſupra. Ap. Tichon. reg. 4. partim ex Mſ. Rem. partim ex edit. Lugd. p. 56. g. *Et dabo eos in gentem in terra mea, & in omnibus* (lege *montibus*) *Iſraël, & princeps unus erit eorum: & non erunt ultra in duas gentes, nec dividentur ultra in duo regna.* Ap. Aug. l. de octo quæſt. to. 6. 139. a. b. & l. 18. de civit. Dei, c. 34. to. 7. 516. g. *& rex unus erit omnibus imperans: & non erunt ultra duæ gentes, nec dividentur ampliùs in duo regna.*

℣. 23. In Gr. Vatic. deſunt iſta: *& in offendiculis ſuis, & in omnibus impietatibus ſuis:* huic autem verbo, *peccaverunt*, additur ἐν αὐταῖς, *in ipſis*; uti poſt paulò, Κύριος, *Dominus*, ad voculam *ego*; cæt. quadrant: imo in edd. Ald. & Compl. eſt, ἐν τοῖς εἰδώλοις αὐτῶν, ϗ ἐν τοῖς προσκόμμασιν (Ald. προσοχθίσμασιν) αὐτῶν, ϗ ἐν ἀκαθαρσίαις αὐτῶν. Apud Tichon. verò reg. 4. p. 56. g. ſimpliciter: *ne* (Mſ. Rem. *nec*) *contaminentur adhuc in ſimulacris ſuis: & liberabo eos ab omnibus iniquitatibus eorum, quibus peccaverunt in eis, & emundabo eos: & erunt mihi in populum, & ego Dominus ero illis in Deum.* Sed ap. Aug. l. de octo quæſt. to. 6. 139. b. & l. 18. de civit. Dei, c. 34. to. 7. 516. g. ita: *Neque polluentur ultra in idolis ſuis, & abominationibus ſuis, & in cunctis iniquitatibus ſuis: & ſalvos eos faciam de univerſis ſedibus ſuis, in quibus peccaverunt, & mundabo eos: & erunt mihi populus, & ego ero eis Deus:* unus è Mſs. Vatic. hab. ſup. *ſordibus*, pro *ſedibus*, quod magis Græco accedit. Vigil. tamen Tapſ. l. cont. Varimad. p. 751. a. legit: *& ſalvos eos facit de univerſis ſedibus ſuis, in quibus peccaverunt: mundabo eos, & erunt mihi populus, & ego ero eis Deus.*

℣. 24. Græcè deeſt tantùm &, ante *paſtor*, ut & ſeq. *iſtorum*; ſed in Mſ. Alex. eſt ϗ ποιμήν. Apud Tichon. reg.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

paſtor unus erit omnium eorum: in judiciis meis ambulabunt, & mandata mea cuſtodient, & facient ea.

25. Et habitabunt ſuper terram, quam dedi ſervo meo Jacob, in qua habitaverunt patres veſtri: & habitabunt ſuper eam ipſi, & filii eorum, & filii filiorum eorum, uſque in ſempiternum: & David ſervus meus princeps eorum in perpetuum.

Pſalm. 109. 4. & 116. 2. 26. Et percutiam illis fœdus pacis, pactum ſempiternum erit eis: & fundabo eos, & multiplicabo, & dabo ſanctificationem meam in medio eorum in perpetuum.

Joan. 12. 34. 27. Et erit tabernaculum meum in eis: & ero eis Deus, & ipſi erunt mihi populus.

28. Et ſcient gentes quia ego Dominus ſanctificator Iſraël, cùm fuerit ſanctificatio mea in medio eorum in perpetuum.

VERSIO ANTIQUA.

eorum, & paſtor unus erit omnium iſtorum: quia in præceptis meis ambulabunt, & judicia mea cuſtodient, & facient ea. *Hieron. ubi ſup.*

25. Et habitabunt in terra ſua, quam dedi ſervo meo Jacob, ubi habitaverunt patres eorum: & habitabunt in ea ipſi, & filii eorum & filii filiorum eorum, uſque in ſempiternum: & David ſervus meus princeps eorum erit in perpetuum.

26. Et diſponam eis teſtamentum pacis, teſtamentum ſempiternum erit cum eis: & dabo eos, & multiplicabo eos, & ponam ſancta mea in medio eorum in perpetuum.

27. Et erit tabernaculum meum in eis: & ero eis Deus, & ipſi erunt mihi populus.

28. Et ſcient gentes quia ego ſum Dominus qui ſanctifico eos, cùm fuerint ſancta mea in medio eorum in perpetuum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

4. p. 56. g. *Et ſervus meus David princeps in medio eorum, erit paſtor unus omnium: qui in præceptis meis ambulabunt, & judicia mea cuſtodient, & facient ea.* Apud Auguſt. verò de octo quæſt. to. 6. 139. b. & l. 18. de civit. Dei, c. 34. to. 7. 516. g. 517. a. *Et ſervus meus David rex ſuper eos, & paſtor unus erit omnium eorum.* Similiter ap. Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 751. a. excepta voce *unus*, quæ deeſt.

℣. 25. Tichon. reg. 4. p. 56. g. hæc tantùm refert: *Et inhabitabunt in terra ſua, quam ego dedi ſervo meo Jacob, ubi habitaverunt patres eorum: & habitabunt in ea ipſi, & David ſervus meus, princeps eorum in ſæcula.* Ita quoque in Græco, ſaltem Vatic. nec plura, niſi quòd additur ἐκεῖ, *illic*, verbo *habitaverunt*; deletur verò *eorum*, poſt *princeps*; at in Compl. eſt ἄρχων αὐτῶν; in Ald. & Mſ. Alex. ἀρχων αὐτῶν ἕως· in eodem etiam Alex. ac edd. Ald. & Compl. hæc interſeruntur ſup. καὶ οἱ υἱοὶ αὐτῶν, καὶ οἱ υἱοὶ τῶν υἱῶν αὐτῶν, ἕως τοῦ αἰῶνος· dein, καὶ Δαυὶδ, &c. Alex. καὶ ἰδοὺ Δαυίδ.

℣. 26. Tichon. reg. 4. p. 56. g. *Et diſponam illis teſtamentum pacis, & teſtamentum æternum erit cum illis: & ponam ſancta mea in medio eorum in ſæcula.* Non etiam plura exhibet Græc. Vatic. Compl. verò interponit iſta, καὶ δώσω αὐτοὺς, καὶ πληθυνῶ αὐτούς· quæ textus Hieron. habet.

℣. 27. Sic etiam Græcè, præter hoc ult. καὶ αὐτοὶ μου ἔσονται λαός, & *ipſi meus erunt populus.* Tichon. verò reg. 4. p. 56. g. legit: *Et erit habitatio mea in illis: & ero illis Deus, & ipſi erunt mihi populus.*

℣. 28. Ita rurſum in Græco. Eadem quoque leguntur apud Tichon. reg. 4. p. 56. g. exceptis his ult. *dum ſunt ſancta in medio eorum, dicit Dominus*; Mſ. Rem. *dum ſunt ſancti in medio eorum in ſæcula, dicit Dominus.*

CAPUT XXXVIII.

VULGATA NOVA.

1. ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens:

Inf. 39. 1. *Apocal.* 20. 7. 2. Fili hominis, pone faciem tuam contra Gog, terram Magog, principem capitis Moſoch & Thubal: & vaticinare de eo,

3. & dices ad eum: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ad te Gog principem capitis Moſoch & Thubal,

4. & circumagam te, & ponam frenum in maxillis tuis: & educam te, & omnem exercitum tuum, equos & equites veſtitos loricis univerſos, multitudinem magnam, haſtam & clypeum arripientium & gladium.

5. Perſæ, Æthiopes, & Libyes cum eis, omnes ſcutati & galeati.

6. Gomer, & univerſa agmina ejus, domus Thogorma, latera Aquilonis, & totum robur ejus, populique multi tecum.

7. Præpara, & inſtrue te, & omnem multitudinem tuam, quæ coacervata eſt ad te: & eſto eis in præceptum.

8. Poſt dies multos viſitaberis: in noviſſimo annorum venies ad terram, quæ reverſa eſt à gladio, & congregata eſt de populis multis ad montes Iſraël, qui fuerunt deſerti jugiter: hæc de populis educta eſt, & habitabunt in ea confidenter univerſi.

VERSIO ANTIQUA.

1. ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens: *Hieron. in Ezech. 38. col. 963. f.*

2. Fili hominis, obfirma faciem tuam ſuper Gog, & Magog, [a] principem Ros Moſoch..... *Idem in Ezech. 13. col. 775. d.* [a] *Idem in Ezech. 38. col. 963. f.*

3..... Ecce ego ad te Gog principem Ros Moſoch.....

4. & congregabo te, & omnem exercitum tuum, equos & equites veſtitos loricis univerſos... peltas, & galeas, & gladios.

5. Perſæ, Æthiopes, & Libyes cum eis, omnes ſcutati & galeati.

6. Gomer, & univerſa agmina ejus, domus Thogorma, ab extremis Aquilonis..... & gentes multæ tecum.

7. Præpara..... & eris mihi in cuſtodiam. *Ibid. 964. a.*

8..... ad terram, quæ perverſa eſt à gladio.....

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita in Græco.

℣. 2. Itidem Græcè, præter γῆν, *terram*, poſitam ante *Magog*; extremò etiam ſcribitur Μεσόχ. Hieron. in comm. 965. e. ait *Gog*, *Græco ſermone*, Λόμα; *Latino*, tectum *dicit.*

℣. 3. A Græco abeſt *Gog*; at in Mſ. Alex. eſt, Γὼγ, καὶ ἄρχοντα, &c.

℣. 4. Eadem leguntur Græcè, exceptis his ult. πέλται, καὶ περικεφαλαίαις, καὶ μαχαίρας· *peltæ*, &c.

℣. 5. Græc. Πέρσαι, καὶ Αἰθίοπες, καὶ Λίβυες, πάντες περικεφαλαίαις καὶ πέλταις· quæ eòdem recidunt.

℣. 6. Similiter in Græco, præter unum Θεργαμά, in ed. Ald. Θογαρμά, in Compl. Θωγαρμά; loco verò *univerſa agmina ejus*, ita, πάντες οἱ περὶ αὐτόν, ad litt. *omnes qui circa eum*, quòd idem ſonat.

℣℣. 7. 8. Totidem verba in Græco.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup. 10. Hæc dicit Dominus Deus : In die illa ascendent sermones super cor tuum, & cogitabis cogitationem pessimam :

11. & dices : Ascendam super terram abjectam : veniam ad quiescentes, habitantesque in pace.....

13. Saba, & Dedan, & negotiatores Carthaginenses, & omnes villæ eorum dicent tibi.....

Ambros. l. 2. de fide, col. 495. c. 14. Propterea prophetiza fili hominis, & dic : O Gog, hæc dicit Dominus : Nonne in die illa, cùm constituetur habitare populus meus Israël in pace, surges ?

15. Et venies de loco tuo ab extremo Aquilone, & gentes tecum multæ, sessores equorum omnes, congregatio multa & magna, & virtus copiosa.

Hieron. in Ezech. 38. col. 964. ex Lxx. 16. Et ascendes super populum meum Israël quasi nubes, ut operias terram. In novissimis diebus erit, & adducam te super terram meam : ut sciant omnes gentes me, cùm sanctificatus fuero in te in oculis eorum.

17. Hæc dicit Dominus Deus : Tu ergo ille es, de quo locutus sum in diebus antiquis, in manu servorum meorum prophetarum Israël, qui prophetaverunt in diebus illis atque annis, ut adducerem te super eos.

18. Et erit in die illa, in die adventus Gog super terram Israël, ait Dominus Deus, ascendet indignatio mea.....

19..... in igne iræ meæ locutus sum. Quia in die illa erit commotio magna super terram Israël :

20. & commovebuntur à facie mea pisces maris, & volucres cœli, & bestiæ campi, & omne reptile quod movetur super humum, cunctique homines qui sunt super faciem terræ : & scindentur montes, & cadent valles, & omnis murus in terram corruet.

21. Et convocabo adversùm eum omnem formidinem gladii, dicit Dominus Deus : gladius hominis in fratrem suum.....

VULGATA NOVA.

9. Ascendens autem quasi tempestas venies, & quasi nubes, ut operias terram tu, & omnia agmina tua, & populi multi tecum.

10. Hæc dicit Dominus Deus : In die illa ascendent sermones super cor tuum, & cogitabis cogitationem pessimam :

11. & dices : Ascendam ad terram absque muro : veniam ad quiescentes, habitantesque securè : hi omnes habitant sine muro, vectes & portæ non sunt eis :

12. Ut diripias spolia, & invadas prædam, ut inferas manum tuam super eos, qui deserti fuerant, & postea restituti, & super populum, qui est congregatus ex gentibus, qui possidere cœpit, & esse habitator umbilici terræ.

13. Saba, & Dedan, & negotiatores Tharsis, & omnes leones ejus dicent tibi : Numquid ad sumenda spolia tu venis ? ecce ad diripiendam prædam congregasti multitudinem tuam, ut tollas argentum, & aurum, & auferas supellectilem, atque substantiam, & diripias manubias infinitas.

14. Propterea vaticinare fili hominis, & dices ad Gog : Hæc dicit Dominus Deus : Nunquid non in die illo, cùm habitaverit populus meus Israël confidenter, scies ?

15. Et venies de loco tuo à lateribus Aquilonis tu, & populi multi tecum, ascensores equorum universi, cœtus magnus, & exercitus vehemens.

16. Et ascendes super populum meum Israël quasi nubes, ut operias terram. In novissimis diebus eris, & adducam te super terram meam : ut sciant gentes me, cùm sanctificatus fuero in te in oculis eorum, ô Gog.

17. Hæc dicit Dominus Deus : Tu ergo ille es, de quo locutus sum in diebus antiquis, in manu servorum meorum prophetarum Israël, qui prophetaverunt in diebus illorum temporum, ut adducerem te super eos.

18. Et erit in die illa, in die adventus Gog super terram Israël, ait Dominus Deus, ascendet indignatio mea in furore meo.

19. Et in zelo meo, in igne iræ meæ locutus sum. Quia in die illa erit commotio magna super terram Israël :

20. & commovebuntur à facie mea pisces maris, & volucres cœli, & bestiæ agri, & omne reptile quod movetur super humum, cunctique homines qui sunt super faciem terræ : & subvertentur montes, & cadent sepes, & omnis murus corruet in terram. *Matth. 24. 29. Luc. 21. 25.*

21. Et convocabo adversùs eum in cunctis montibus meis gladium, ait Dominus Deus : gladius uniuscujusque in fratrem suum dirigetur.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 10. Græc. Τάδε λέγει Κύριος Κύριος· Καὶ ἔσται ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἀναβήσεται ῥήματα ἐπὶ..... ᾧ λογιῇ λογισμὸς πονηρός.

℣. 11. Eadem exstant Græcè, nisi quòd ante *quiescentes*, ponitur ἐπὶ, *super* ; subjicitur que ἐν τῇ ἡσυχίᾳ, *in quiete.*

℣. 13. Sic habetur Græcè, nisi excipiatur 1. nomen Σαββά. Hieron. infra col. 968. b. ait : *Ut autem pro catulis leonum, qui Hebraïcè dicuntur* chaphir, *LXX. & Theod. ponerent* villas, *error perspicuus est : si enim per* chi *litteram scribas, appellatur* catulus leonis ; *sin autem per* ce, *quæ Hebr. dicitur* coph, ager *appellatur*, & villa.

℣. 14. Itidem Græcè, præter hoc, ᾧ εἶπον τῷ Γωγ, & *dic ad Gog*, pro & *dic : O Gog* ; item inf. ἐν τῷ καθοικισθῆναι, *cùm habitaverit*, pro *constituetur habitare.* Similiter habet Hieron. in comm. col. 964. c. *in pace, consurges ?* pro *confidenter, scies ?* de Vulg.

℣. 15. Similiter in Græco, præter hoc, ἀναβάται, *ascensores*, loco *sessores* ; detractoque seq. *multa.* Hieron. in comm. 964. d. hab. *à novissimis Aquilonis*, loco *ab extremo Aquilone.*

℣. 16. Ambr. ubi sup. addit : *Et ascendes ad populum meum Isr. ut nubes, operire terram.* Græc. Καὶ ἀναβήσῃ ἐπὶ τὸν λαόν μου, &c. ut in Lat. supra.

℣. 17. Græc. Τάδε λέγει Κύριος Κύριος τῷ Γώγ· Σὺ εἶ, περὶ ᾧ ἐλάλησα πρὸ ἡμερῶν τῶν ἔμπροσθεν, διὰ χειρὸς τῶν ἀγγέλων μου τῶν προφητῶν τῶ Ἰσραὴλ, οἳ ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ᾧ ἔτεσι, τοῦ ἀναγαγεῖν σε ἐπ' αὐτούς.

℣. 18. Similiter Græcè, nisi excipiatur hoc, ᾗ ἂν ἔλθῃ, *qua venerit*, loco *adventûs* ; & Κύριος Κύριος, loco *Dominus Deus.*

℣. 19. Sic etiam in Græco, præter hoc, εἰ μὴν, *si non*, pro *quia.*

℣. 20. Gr. habet ἀπὸ προσώπου Κυρίου, *à facie Domini*, pro *à facie mea* ; & infra pluraliter, πάντα τὰ ἑρπετὰ τὰ ἕρποντα, loco *omne reptile quod movetur* ; cæt. ut in Lat. sup.

℣. 21. Gr. Καὶ καλέσω ἐπ' αὐτὸ ᾧ πᾶν φόβον, λέγει

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

22. Et judicabo eum peſte, & ſanguine, & imbre vehementi, & lapidibus immenſis: ignem & ſulphur pluam ſuper eum, & ſuper exercitum ejus, & ſuper populos multos, qui ſunt cum eo.

23. Et magnificabor, & ſanctificabor: & notus ero in oculis multarum gentium, & ſcient quia ego Dominus.

VERSIO ANTIQUA.

22. Et judicabo eum morte, & ſanguine, & imbre vehementi, & lapidibus grandinis: ignem & ſulphur pluam ſuper eum, & ſuper omnes qui cum eo ſunt, & ſuper populos multos, qui ſunt cum eo. *Hieron. ubi ſup.*

23. Et magnificabor, & ſanctificabor: & notus ero in conſpectu gentium multarum, & ſcient quia ego ſum Dominus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Κύριος· μάχαιρα, &c. Edit. verò Ald. habet, πάντα φόβον μαχαίρας, λέγει Κύριος Κύριος, ut ſup.

℣. 22. Eadem ſunt in Gr. excepto verbo καταχυζοντι, *inundante*, pro *vehementi*; loco verò *populos*, hab. ἔθνη, *gentes*, abſque ſeq. *qui ſunt*.

℣. 23. Ita fert Gr. niſi quòd adjungit καὶ ἐνδοξασθήσομαι, & *glorificabor*, ad verbum *ſanctificabor*.

CAPUT XXXIX.

VULGATA NOVA.

1. TU autem fili hominis vaticinare adversùm Gog, & dices: Hæc dicit Dominus Deus: Ecce ego ſuper te Gog principem capitis Moſoch & Thubal:

2. & circumagam te, & educam te, & aſcendere te faciam de lateribus Aquilonis: & adducam te ſuper montes Iſraël.

3. Et percutiam arcum tuum in manu ſiniſtra tua, & ſagittas tuas de manu dextera tua dejiciam.

4. Super montes Iſraël cades tu, & omnia agmina tua, & populi tui, qui ſunt tecum: feris, avibus, omnique volatili, & beſtiis terræ dedi te ad devorandum.

5. Super faciem agri cades: quia ego locutus ſum, ait Dominus Deus.

6. Et immittam ignem in Magog, & in his qui habitant in inſulis confidenter: & ſcient quia ego Dominus.

7. Et nomen ſanctum meum notum faciam in medio populi mei Iſraël, & non polluam nomen ſanctum meum ampliùs: & ſcient gentes quia ego Dominus ſanctus Iſraël.

8. Ecce venit, & factum eſt, ait Dominus Deus: hæc eſt dies, de qua locutus ſum.

9. Et egredientur habitatores de civitatibus Iſraël, & ſuccendent, & comburent arma, clypeum, & haſtas, arcum, & ſagittas, & baculos manuum, & contos: & ſuccendent ea igni ſeptem annis.

10. Et non portabunt ligna de regionibus, neque ſuccident de ſaltibus: quoniam arma ſuccendent igni, & deprædabuntur eos, quibus prædæ fuerant, & diripient vaſtatores ſuos, ait Dominus Deus.

11. Et erit in die illa: dabo Gog locum nominatum ſepulcrum in Iſraël: vallem viatorum

VERSIO ANTIQUA.

1. TU autem fili hominis vaticinare adversùm Gog, & dices: Hæc dicit Dominus Deus: [a] Ecce ego ſuper te Gog principem Moſoch & Thobel: *Hieron. in Exech. 39. col. 970. a.* [a] *Tichon. reg. 7. p. 64. f.*

2. & congregabo te, & deducam te, & ponam te à noviſſimo Aquilone: & adducam te ſuper montem Iſraël.

3. Et perdam arcum de manu tua ſiniſtra, & ſagittas tuas de manu tua dextera, & dejiciam te

4. ſuper montes Iſraël: & cades tu..... & gentes, quæ tecum ſunt..... omnique volatili, & beſtiis terræ dedi te devorandum. *Hieron. in Exech. 39. col. 970. ex Lxx.*

5. Super faciem campi cades: quia ego locutus ſum, dicit Dominus Deus.

6. Et emittam ignem..... & habitabuntur inſulæ in pace: & ſcient quia ego Dominus.

7. Et nomen ſanctum meum notum faciam in medio populi mei Iſraël, & non polluetur nomen ſanctum meum ampliùs: & ſcient gentes quoniam ego ſum Dominus ſanctus Iſraël.

8. Ecce venit, & ſcies quoniam erit, dicit Dominus: hæc eſt dies, de qua locutus ſum.

9. Et egredientur habitatores urbium Iſraël, & ſuccendent, & comburent arma, peltas, & contos, arcum, & ſagittas, baculos manuum, & lanceas: & ſuccendent ea igni ſeptem annis.

10. Et non aſſument ligna de campis, neque ſuccident de ſaltibus: quoniam arma ſuccendent igni, [b] & deprædabuntur eos, qui deprædati eos fuerant, & deſpoliabunt eos, qui ſibi ſpolia detraxerant, dicit Dominus. [b] *Ambroſ. l. 2. de fide, col. 495. d.*

11. Eritque in die illa: dabo Gog locum nominatum, monumentum Iſraël multorum viro-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc. initio hab. Καὶ σὺ υἱὲ; paulòque poſt, καὶ εἶπον, & *dic*, non *dices*; deleturque *Deus*, poſt *Dominus*; ſubinde legitur Ῥως, Μεσοχ; cæt. ut in Lat. ſupra. Hieron. etiam in comm. col. 970. a. hab. *principem capitis*, *ſive* Ros, *Moſoch*.

℣. 2. Græc. loco *ponam te à noviſſimo Aquilone*, &c. habet, ἀναβιβῶ σε ἐπ' ἐσχάτου τῶν βορρᾶ· καὶ ἄξω σε ἐπὶ τὰ ὄρη τοῦ Ἰσραήλ· i. e. *aſcendere faciam te deſuper extremo Aquilonis*: & *adducam te ſuper montes Iſrael*; cæt. ut ſupra. In Mſ. Alex. ἀπ' ἐσχάτου; ultimòque, τῶν Ἰσραήλ. Hieron. in comm. col. 970. a. hab. *Et congregabo te*, & *deducam te*, & *aſcendere faciam de noviſſimis Aquilonis*: & *adducam te ſuper montes Iſrael*.

℣. 3. Ita Græcè, addito uno σου, ad *arcum*. Similiter ap. Hieron. in comm. p. 970. a. *Et perdam arcum tuum de manu ſiniſtra tua*, & *ſagittas tuas de manu dextera tua*, & *dejiciam te*.

℣. 4. Sic iterum Græcè, exceptis his, πᾶσι τοῖς θηρίοις τοῦ πεδίου, *omnibus beſtiis campi*, pro *beſtiis terræ*.

℣. 5. Itidem Græcè, detracta voce ult. *Deus*; at in Mſ. Alex. eſt ac edd. Ald. & Compl. λέγει Κύριος Κύριος.

℣. 6. Eadem leguntur in Gr. addito uno εἰμί, poſt *ego*.

℣. 7. Totidem verba in Græco, excepto uno γνωσθήσεται, *notum fiet*, pro *notum faciam*; extremò etiam legitur ἐν Ἰσραήλ; ſed ab Ald. ed. & Mſ. Alex. abeſt ἐν.

℣. 8. Græcè geminatur *Dominus* de more; & pro *de qua*, ponitur ἐν ᾗ, *in qua*; cæt. ad verbum ut ſupra.

℣. 9. Similia leguntur Græcè, præter ſeqq. videlicet pro *ſuccendent*, & *comburent arma*, habetur, καύσουσιν ἐν τοῖς ὅπλοις, *ſuccendent in armis*, (al. ἐκκαύσουσι, ἐν ἀνάψουσιν ἐν τοῖς ὅπλοις·) dein, πέλτας καὶ κοντούς, & ſic de cæteris: ultimò etiam, καὶ καύσουσιν ἐν αὐτοῖς πῦρ ἑπτὰ ἔτη, & *ſuccendent in eis ignem ſeptem annis*.

℣. 10. Gr. ſingulariter hab. ἐκ τοῦ πεδίου, *de campo*, non *de campis*; & infra, ἀλλ' ἤ, *ſed*, pro *quoniam*; cæt. ad verbum quadrant.

℣. 11. Ita rurſum in Græco, niſi quòd præponitur ἐν, voci *Iſrael*; paulòque poſt habetur, περιοικοδομήσουσι..... καὶ καθορύξουσι, *per circuitum adificabunt*..... & *defodient*, loco

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Ambroſ. ubi ſup. rum congeſtum, qui ſupervenerunt ad mare: & per circuitum ſtruet os vallis, & obruet illic Gog, & totam multitudinem ejus, & vocabitur Ge polyandrium Gog.	ad Orientem maris, quæ obſtupeſcere faciet prætereuntes: & ſepelient ibi Gog, & omnem multitudinem ejus, & vocabitur vallis multitudinis Gog.
12. Et obruet eos domus Iſraël, ut purgetur terra [a] ſeptem menſibus.	12. Et ſepelient eos domus Iſraël, ut mundent terram ſeptem menſibus.
[a] *Hieron. in Ezech. 39. col. 970. e. ex Lxx.*	
	13. Sepeliet autem eum omnis populus terræ, & erit eis nominata dies, in qua glorificatus ſum, ait Dominus Deus.
14. Et viros jugiter conſtituent circumeuntes terram, qui ſepeliant, & requirant eos qui remanſerint ſuper faciem terræ, ut emundent eam: poſt menſes autem ſeptem quærere incipient.	14. Et viros jugiter conſtituent luſtrantes terram, qui ſepeliant & requirant eos qui remanſerant ſuper faciem terræ, ut emundent eam: poſt menſes autem ſeptem quærere incipient.
15..... *Vide Not.*	15. Et circuibunt peragrantes terram: cumque viderint os hominis, ſtatuent juxta illud titulum, donec ſepeliant illud polinctores in valle multitudinis Gog.
16. Nomen autem civitatis Polyandrium, & mundabitur terra.	16. Nomen autem civitatis Amona, & mundabunt terram.
Ibid. 973. 17. Tu ergo fili hominis, hæc dicit Dominus Deus: Dic omni volucri..... cunctiſque beſtiis campi.... concurrite per circuitum ad victimam meam, quam ego immolavi vobis, victimam grandem ſuper montes Iſraël: ut comedatis carnem, & bibatis ſanguinem.	17. Tu ergo fili hominis, hæc dicit Dominus Deus: Dic omni volucri, & univerſis avibus, cunctiſque beſtiis agri: Convenite, properate, concurrite undique ad victimam meam, quam ego immolo vobis, victimam grandem ſuper montes Iſraël: ut comedatis carnem, & bibatis ſanguinem.
18. Carnes gigantium comedetis, & ſanguinem principum terræ bibetis.....	18. Carnes fortium comedetis, & ſanguinem principum terræ bibetis: arietum, & agnorum, & hircorum, taurorumque & altilium, & pinguium omnium.
19. Et comedetis adipem in ſaturitate, & bibetis ſanguinem in ebrietate, de victima, quam ego immolavi vobis:	19. Et comedetis adipem in ſaturitatem, & bibetis ſanguinem in ebrietatem, de victima, quam ego immolabo vobis:
20. & ſaturabimini ſuper menſam meam de equo, & de equite gigante, & de univerſis viris bellatoribus, ait Dominus Deus.	20. & ſaturabimini ſuper menſam meam de equo, & equite forti, & de univerſis viris bellatoribus, ait Dominus Deus.
21. Et dabo gloriam meam in vobis: & videbunt omnes gentes judicium meum, quod fecerim; & manum meam, quam induxerim ſuper eos.	21. Et ponam gloriam meam in gentibus: & videbunt omnes gentes judicium meum, quod fecerim; & manum meam, quam poſuerim ſuper eos.
22. Et ſcient domus Iſraël, quia ego ſum Dominus Deus eorum, à die illa, & deinceps.	22. Et ſcient domus Iſraël, quia ego Dominus Deus eorum, à die illa, & deinceps.
23. Et ſcient omnes gentes quoniam propter iniquitates ſuas capta ſit domus Iſraël, eò quòd reliquerint me, & averterim faciem meam ab eis: & tradiderim eos in manus inimicorum eorum, & ceciderint in gladio univerſi.	23. Et ſcient gentes quoniam in iniquitate ſua capta ſit domus Iſraël, eò quòd dereliquerint me, & abſconderim faciem meam ab eis: & tradiderim eos in manu hoſtium, & ceciderint in gladio univerſi.
24. Juxta immunditias eorum & iniquitates eorum feci eis, & averti faciem meam ab illis.	24. Juxta immunditiam eorum & ſcelus feci eis, & abſcondi faciem meam ab illis.
25. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Nunc reducam captivitatem Jacob, & miſerebor omni	25. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Nunc reducam captivitatem Jacob, & miſerebor om-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ſtruet..... & obruet; item ſub finem, τότε, *tunc*, pro *Ge*; at in Mſ. Alex. eſt τὸ Γαί. Hieron. in comm. col. 970. d. hæc habet: *quæ obſtupeſcere facit prætereuntes, ſive* πολυάνδριον eorum qui venerint ad mare: & *ædificabunt per circuitum os vallis*: deinde, & *ſepelient ibi Gog*..... & *vocabitur vallis, ſive* Ge *multitudinis Gog*: item infra, 972. d. *LXX.* inquit, *tranſtulerunt: polyandrion eorum qui venerint ad mare: & ædificabunt in circuitu introitum vallis*: & poſt pauca: & *vocabitur nomen vallis illius, in qua Gog ſepultus eſt*, multitudinis Ge, *ſive* πολυάνδριον, *hoc eſt, ſepulcrum plurimæ multitudinis.*

℣. 12. Græc. initio hab. Καὶ καλορύξουσιν αὐτὸς, *Et defodient eos*; poſtremòque, ὡν ἑπταμήνῳ, *in ſeptem menſibus*; media ut in Lat. ſupra. Hieron. in comm. *ut mundetur terra ſeptem menſibus.*

℣. 14. Similiter in Græco, niſi quòd habetur διαστελοῦσι, *ſecernent*, pro *conſtituent*; item inf. tollitur hoc, & *requirant*; extremòque legitur, καθαρίσαι αὐτὴν· μετὰ τὴν ἑπτάμηνον ἐκζητήσουσι· i. e. *ut emundent eam: poſt ſeptem menſes & quarent.*

℣. 15. Hieron. in comment. conſtanter habet *Ge*, pro *valle*, è Græco Γαί.

℣. 16. Græc. Καὶ γὰρ τὸ ὄνομα, *Etenim nomen*, &c. ut ſupra.

℣. 17. Græc. initio habet: Καὶ ζὺ υἱὲ ἀνθρώπου εἰπόν· Τάδε λέγει Κύριος, *Et tu fili hominis dic: Hæc dicit Dominus*, (Ald. & Compl. Κύριος Κύριος·) ſubinde pro *concurrite*, συναχθητε ἀπὸ πάντων, *congregamini ab omnibus*; poſtremò, καὶ φάγεσθε κρέα, καὶ πίεσθε αἷμα, & *comedetis carnes*, & *bibetis ſanguinem*; cætera reſpondent Latino ſup.

℣. 18. Sic eſt in Græco.

℣. 19. Græcè additur μοῦ, ad vocem *victima*; deeſt verò ſeq. *ego*; cætera quadrant.

℣. 20. Sic etiam in Græco, niſi quòd poſtponitur καὶ, verbo *equite*, pro quo ἀναβάτου, *aſcenſore*; (abeſt καὶ à Mſ. Alex.) extremò ſingulariter, καὶ πάντα ἄνδρα πολεμιστὴν, λέγει Κύριος.

℣. 21. Ad verbum è Græco, niſi excipias iſta, *fecerim*, & *induxerim*, pro quibus ἐποίησα..... ἐπήγαγον, *feci*..... *induxi.*

℣. 22. Ita Græcè, excepta voce una ταύτης, *hac*, pro *illa.*

℣. 23. Similiter in Gr. niſi quòd hab. ἁμαρτίας, *peccata*, loco *iniquitates*; & pro *capta ſit*, ἠχμαλωτεύθησαν, *capti fuerunt*: item infra, ἠθέτησαν εἰς ἐμὲ, καὶ ἀπέστρεψα... καὶ παρέδωκα..... καὶ ἔπεσαν πάντες μαχαίρᾳ.

℣. 24. Itidem Græcè.

℣. 25. Græcè, præponitur ἐν, *in*, nomini *Jacob*; tollitur verò *omni*, ante *domui*; deeſt tamen ἐν in ed. Ald. & Mſ. Alex. cæt. quadrant. Apud Ambroſ. l. de inſtit.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

nis domus Iſraël : & aſſumam zelum pro nomine ſancto meo.

26. Et portabunt confuſionem ſuam, & omnem prævaricationem, qua prævaricati ſunt in me, cùm habitaverint in terra ſua confidenter neminem formidantes :

27. & reduxero eos de populis, & congregavero de terris inimicorum ſuorum, & ſanctificatus fuero in eis, in oculis gentium plurimarum.

Sup. 26. 33. 28. Et ſcient quia ego Dominus Deus eorum, eò quòd tranſtulerim eos in nationes, & congregaverim eos ſuper terram ſuam, & non dereliquerim quemquam ex eis ibi.

29. Et non abſcondam ultra faciem meam ab eis, eò quòd effuderim ſpiritum meum ſuper omnem domum Iſraël, ait Dominus Deus.

VERSIO ANTIQUA.

domui Iſraël : & aſſumam zelum pro nomine ſancto meo. *Hieron. ubi ſup.*

26. Et portabunt ignominiam ſuam..... cùm habitaverint in terra ſua in pace.....

27. congregabo de gentibus eos, & congregabo illos de regionibus nationum, & ſanctificabor in his, in conſpectu gentium. *Ambr. l. de Inſtit. virg. col. 262. c.*

28. Et ſcient quòd ego ſum Dominus Deus ipſorum, dum apparebo illis inter nationes.

29. Et non avertam ampliùs faciem meam ab eis, pro eo quòd effudi iram meam in domum Iſraël, dicit Dominus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

virg. col. 262. c. legit : *Nunc revocabo captivitatem Jacob, & miſerebor adhuc domûs Iſraël.*

℣. 26. Ad verbum è Græco.

℣. 27. Græc. in principio habet, ἐν τῷ ἀποστρέψαι με· ſubinde, καὶ συναγαγεῖν με... καὶ ἁγιασθήσομαι· cæt. ut in textu. Similiter ap. Hieron. in comm. col. 973. e. *& reduxero eos de gentibus, & congregavero de regionibus gentium, & ſanctificatus fuero in eis, in conſpectu gentium.*

℣. 28. Conſonat Græcum. Hieron. in comm. col. 973. e. ultimò leg. *cùm apparuero eis in gentibus :* Gr. ἐν τῷ ἐπιφανῆναί με αὐτοῖς ἐν τοῖς ἔθνεσι· omittit etiam ea quæ ſequuntur in Vulg. unde Hieron. ſubdit : *Quod verò tranſtulimus juxta Hebraos :* & congregabo eos ſuper terram ſuam, & non derelinquam quemquam ex eis ibi : *in LXX. non habetur.*

℣. 29. Sic iterum in Græco, duplicata tamen ult. voce *Dominus.* Apud Hieron. in comment. *Et non avertam ultra faciem meam ab eis, eò quòd effuderim furorem meum ſuper omnem domum Iſraël, ait Dominus Deus :* & infra 973. f. 976. a. ait pro *ſpiritu*, LXX. tranſtuliſſe *furorem, qui ad iram pertinet..... cùm in Hebr.* ruhi *poſitum ſit, quod proprie ſonat* ſpiritum meum, *& nequaquam* furorem meum ; Gr. τὸν θυμόν μου. Apud Caſſiod. ſic : *Non abſcondam ultra faciem meam ab eis, pro eo quòd illuxit ſpiritus meus ſuper univerſam domum Iſraël.* Apud Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 751. e. *Non abſcondetur ultra facies mea ab eis, pro eo quòd illuxit ſpiritus meus ſuper univerſam domum Iſraël, dicit Dominus.*

CAPUT XL.

VULGATA NOVA.

1. IN vigeſimo quinto anno tranſmigrationis noſtræ, in exordio anni, decima menſis, quartodecimo anno poſtquam percuſſa eſt civitas : in ipſa hac die facta eſt ſuper me manus Domini, & adduxit me illuc.

2. In viſionibus Dei adduxit me in terram Iſraël, & dimiſit me ſuper montem excelſum nimis : ſuper quem erat quaſi ædificium civitatis vergentis ad Auſtrum.

3. Et introduxit me illuc : & ecce vir, cujus erat ſpecies quaſi ſpecies æris, & funiculus lineus in manu ejus, & calamus menſuræ in manu ejus : ſtabat autem in porta.

4. Et locutus eſt ad me idem vir : Fili hominis vide oculis tuis, & auribus tuis audi, & pone cor tuum in omnia, quæ ego oſtendam tibi : quia ut oſtendantur tibi adductus es huc : annuntia omnia, quæ tu vides, domui Iſraël.

5. Et ecce murus forinſecus in circuitu domus undique, & in manu viri calamus menſuræ ſex cubitorum, & palmo : & menſus eſt latitudinem ædificii calamo uno, altitudinem quoque calamo uno.

6. Et venit ad portam, quæ reſpiciebat viam

VERSIO ANTIQUA.

1. IN vigeſimo & quinto anno captivitatis noſtræ, in primo menſe, decimâ menſis, quartodecimo anno poſtquam capta eſt civitas : in die illa facta eſt ſuper me manus Domini, & adduxit me illuc. *Hieron. in Ezech. 40. col. 975. c.*

2. In viſione Dei adduxit me in terram Iſraël, & poſuit me ſuper montem excelſum nimis : ſuper quem erat quaſi ædificium civitatis è regione.

3. Et introduxit me illuc : & ecce vir, cujus erat ſpecies quaſi ſpecies æris ſplendentis, & funiculus cæmentariorum in manu ejus, & calamus menſuræ in manu ejus : ſtabat autem in porta.

4. Et locutus eſt ad me idem vir..... vide oculis tuis, & auribus tuis audi, & pone in cor tuum omnia, quæ oſtendero tibi : quia ut oſtendantur tibi ingreſſus es huc : & monſtrabis omnia, quæ tu vides, domui Iſraël.

5. Et ecce murus extra domum per gyrum, & in manu viri calamus menſuræ cubitorum ſex, & palæſtes : & murum menſus eſt, latitudinem æqualem calamo, & altitudinem ejus menſuræ. *Ibid. 979. ex Lxx.*

6. Et ingreſſus eſt portam, quæ reſpiciebat

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Gr. Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ πέμπτῳ καὶ εἰκοστῷ, &c. ut in Lat. ſup. detracto ult. adverb. *illuc ;* ſed Ald. ed. extremò hab. καὶ ἤγαγέ με ἐκεῖ, ut in Vulg.

℣. 2. A Græco abeſt τὸ *adduxit me ;* loco verò, *ſuper quem erat*, eſt ſimpliciter, καὶ ἐπ' αὐτῷ, *& in eo ;* cæt. ut ſupra. Vide etiam Hieron. infra, col. 977. f.

℣. 3. Græcè legitur ſub fin. καὶ κάλαμος μέτρου, *& calamus menſuræ*, non *menſura ;* Mſ. Alex. ſolus addit ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ· deinde in Vat. καὶ αὐτὸς εἱστήκει, *& ipſe ſtabat ;* cætera quadrant. Apud Ambroſ. l. 5. de fide, to. 2. col. 593. f. ſic : *Et allevavi oculos, & vidi : & ecce vir, & in manu ejus funiculus agri menſorius.*

℣. 4. Gr. Καὶ εἶπε πρός με ὁ ἀνήρ· Ὃν ἑώρακας υἱὲ ἀνθρώπου ; ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς σου ἴδε, καὶ ἐν τοῖς ὠσί σου, &c. ut in Lat. ſup.

℣. 5. Græcè, loco 1. *menſura*, habetur τὸ μέτρον, *menſura ;* & ſeq. vocula *ſex*, additur ἐν πήχει, *in cubito ;* ſubinde, περιτείχισμα, *antemurale*, loco *murum ;* extremò, τῷ καλάμῳ, loco *menſura ;* cæt. ſimilia. Idem Hieron. infra, col. 980. f. ait : *Calamum tenebat in manu, cujus ſupra menſura tacita eſt, & nunc ponitur* cubitorum ſex, & palmo, *qui reſtiùs Græcè dicitur* παλαιστὴ, *& eſt ſexta pars cubiti : alioquin* palmus σπιθαμὴν *ſonat, quam nonnulli pro diſtinctione* palmam ; *porro* παλαιστὴν, palmum *appellare conſueverunt.*

℣. 6. Græc. Vatic. ponit ἐν, ante *ſeptem ;* poſt *menſus eſt* verò, detractis his, *thee*, *ſex hinc & ſex inde*, proximè addit, τὸ αἴλαμ τῆς πύλης ἴσον τῷ καλάμῳ, καὶ τὸ θεὶ ἴσον τῷ καλάμῳ τὸ μῆκος, καὶ ἴσον τῷ καλάμῳ τὸ πλάτος· i. e. *alam portæ æqualem calamo, & thee æqualem calamo longitudinem, & æqualem calamo latitudinem ;* cæ-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup. Orientem, septem gradibus: & mensus est thee, sex hinc & sex inde, ælam portæ æqualem calamo longitudine, & æqualem calamo in latitudine:

7. & ælam in medio theelath cubitorum sex, & thee secundum, æqualem calamo in latitudine, & æqualem calamo in longitudine: & ælam cubitorum quinque:

8. & thee tertium, æqualem calamo in latitudine trium, & æqualem calamo in longitudine trium:

9. & ælam portæ, qui juxta ælam portæ, octo cubitorum, & ælam duorum cubitorum: & ælam portæ intrinsecus.

10. Et thee portæ è regione, tres hinc & tres inde: & mensura una trium, mensura una ælam hinc & inde.

11. Mensus est latitudinem introitûs portæ, decem cubitorum: & latitudinem portæ, cubitorum tredecim:

12. Et cubitus unus redigebatur in conspectu theeri cubiti unius: & cubiti unius terminus hinc inde: & thee, cubitorum sex hinc, & cubitorum sex inde.

13. Et mensus est portam à muro thee, usque ad parietem thee, latitudinem viginti quinque cubitorum: hæc porta contra portam.

Ibid. 984. b. 14. Et sub divo ælam portæ sexaginta cubitis: & theim atrii portæ per circuitum.

15. Et sub divo atrii extrinsecus ælam portæ interioris, quinquaginta cubitis.

16. Et fenestræ absconditæ super theim, & super ælam intra portam atrii per circuitum: & similiter elamoth, & fenestræ in circuitu intrinsecus, & super ælam palmæ hinc & inde.

Ibid. 985. e. 17. Et introduxit me in atrium interius, & ecce thalami, & intercolumnia atrii per circuitum: triginta thalami per columnas:

18. & porticus post januas, in longitudinem januarum ante columnas inferius.

VULGATA NOVA.

Orientalem, & ascendit per gradus ejus: & mensus est limen portæ calamo uno latitudinem, id est, limen unum calamo uno in latitudine:

7. & thalamum uno calamo in longum, & uno calamo in latum: & inter thalamos, quinque cubitos:

8. & limen portæ juxta vestibulum portæ intrinsecus, calamo uno.

9. Et mensus est vestibulum portæ octo cubitorum, & frontem ejus duobus cubitis: vestibulum autem portæ erat intrinsecus.

10. Porro thalami portæ ad viam Orientalem, tres hinc & tres inde: mensura una trium, & mensura una frontium ex utraque parte.

11. Et mensus est latitudinem liminis portæ, decem cubitorum: & longitudinem portæ, tredecim cubitorum:

12. Et marginem ante thalamos cubiti unius: & cubitus unus finis utrinque: thalami autem, sex cubitorum erant hinc & inde.

13. Et mensus est portam à tecto thalami, usque ad tectum ejus, latitudinem viginti quinque cubitorum: ostium contra ostium.

14. Et fecit frontes per sexaginta cubitos: & ad frontem atrium portæ undique per circuitum.

15. Et ante faciem portæ, quæ pertingebat usque ad faciem vestibuli portæ interioris, quinquaginta cubitos.

16. Et fenestras obliquas in thalamis, & in frontibus eorum, quæ erant intra portam undique per circuitum: similiter autem erant & in vestibulis fenestræ per gyrum intrinsecus, & ante frontes pictura palmarum.

17. Et eduxit me ad atrium exterius, & ecce gazophylacia, & pavimentum stratum lapide in atrio per circuitum: triginta gazophylacia in circuitu pavimenti.

18. Et pavimentum in fronte portarum, secundùm longitudinem portarum erat inferius.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

tera ut in Lat. supra: imo in Mss. Alex. est: Λιεμέτρησε τὸ θεὶ, ἓξ ἔνθεν καὶ ἓξ ἔνθεν, καὶ τὸ αἴλαμ, &c. Hieron. infra, col. 981. a. *Gradus*, inquit, *soli LXX. septem nominant, cùm & in Hebræo, & in cæteris Translatoribus, gradus tantùm absque numero legerimus.* Ad hoc autem, *limen portæ, quod LXX.* inquit, Θεὶ *nominant, pro quo in Hebræo scriptum est Seph*, addit: *Et diligentem & studiosum lectorem admonendum puto..... ut sciat omnia prope verba Hebraïca, & nomina, quæ in Græca & Latina Translatione sunt posita, nimia vetustate corrupta, scriptorumque vitio depravata; & dum de inemendatis scribuntur inemendatiora, de verbis Hebraïcis falsa esse Sarmatica, imo nullius gentis; dum & Hebræa esse desierint, & aliena esse non cæperint:* mox ita: *Limen igitur portæ, sive* Θεὶ, *imo* seph, *quod Symmachus,* ὕδιον, *Aquila & Theodotio,* πρόθυρον *interpretati sunt, habebat* calamum unum, *hoc est,* sex cubitos & palmum in latitudine, *pro quo nescio quid volentes LXX. addidere de suo,* sex hinc & sex inde. Et post plura, col. 982. f. *Mensus est limen portæ..... quod limen in latitudine unius dicitur calami, & de altitudine sileturac longitudine: via enim est & introitus, & per eam ad interiora pergendum est: licet in hoc loco LXX. superflue* longitudinem, *vel ut in plerisque codicibus continetur,* altitudinem *dixerint.*

℣. 7. Eadem leguntur Græcè, nisi quòd habetur πλάτος, & μῆκος, pro *in latitudine, & longitudine.*

℣. 8. Ita rursum in Græco, præter hoc, μῆκος, *longitudine,* pro *in latitudine trium;* & hoc, πλάτος, *latitudine,* pro *in longitudine trium.*

℣. 9. Ita de Græco ad verbum, excepto tertio *ælam,* pro quo τὰ αἰλεῦ, *aleu.*

℣. 10. Græc. rursus addit τῦ θεὶ, ad vocem *portæ;* & pro *una trium,* hab. ἓν τοῖς τρισὶ· cæt. ut in textu. Compl. delet sup. τῦ θεί.

℣. 11. Itidem Græcè, præposito uno ὁ, verbo 1. *mensus est.*

℣. 12. Græcè deest *unus*, ante *redigebatur;* nec additur *cubiti unius*, ad vocem *theeri*, pro qua τῶν θεείμ; deest pariter istud, *& cubiti unius terminus;* cæt. ut in Lat. supra. Verùm Compl. initio hab. ὁ πῆχυς εἰς ἐκατονταγόμμνος· dein Ald. cum Mss. Alex. κατὰ πρόσωπον τῶν ραεὶν (Alex. τῷ θεὶ) πήχεος ἑνὸς· ὁ πήχεος ἑνὸς ὅριον ἔνθεν καὶ ἔνθεν, &c. ut supra.

℣. 13. Similia prorsus habentur Græcè.

℣. 14. Sic etiam in Græco Vatic. præter hoc, ἓξωθεν πήχεις εἴκοσι, *extrinsecus cubiti viginti*, loco *sexaginta cubitis*, absque seq. &, necnon voce *atrii.* In edit. Ald. est: πύλης ἑξήκοντα πήχεις ἓξωθεν· ὁ εἴκοσι πέντε πήχεις θεὶ τῆς πύλης κύκλῳ. In Compl. πύλης ἑξήκοντα πήχεις· ὁ θεείμ τῆς πύλης τῆς αὐλῆς.

℣. 15. Græc. Καὶ τὸ αἴθριον τῆς πύλης ἓξωθεν, εἰς τὸ αἴθριον αἴλαμ τῆς πύλης ἔσωθεν, πηχῶν πεντήκοντα. *Et sub divo portæ extrinsecus, in sub divo alam portæ intrinsecus, cubitorum quinquaginta.*

℣. 16. Similia Græc. habet, præter seqq. τοῖς αἰλαμ θυρίδας, *ipsis ælam fenestras*, loco *elamoth*, & *fenestræ*; at in Mss. Alex. θυρίδες. Subinde Hieron. collatis inter se variis Translationibus Symmachi, Aquilæ, Theodot. necnon ed. LXX. & Hebraïco textu, subdit: *Hæc fastidioso lectori scio molesta fore: sed volui breviter ostendere, quantùm temporis longitudine, imo scriptorum vitio, & ut apertiùs loquar, imperitiâ, ab Hebraïca veritate discrepet antiqua Translatio, præcipuèque in Hebraïcis nominibus, quæ nos de aliorum editionibus in Latinum sermonem expressimus, non tam explanationem dictionum, quàm suspicionem nostram simpliciter indicantes.*

℣. 17. Consonat Græc. nisi quòd habet in fine, ἐν τοῖς περισύλοις, *in intercolumniis*, loco *per columnas.*

℣. 18. Gr. Καὶ αἱ σοαὶ κατὰ νώτυ τῶν πυλῶν, κατὰ τὸ μῆκος τῶν πυλῶν τὸ περίσυλον τὸ ὑποκάτω. *Et porticus ad dorsum januarum, secundùm longitudinem januarum intercolumnium inferius.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

19. Et menſus eſt latitudinem à facie portæ inferioris uſque ad frontem atrii interioris extrinſecus, centum cubitos ad Orientem, & ad Aquilonem.

20. Portam quoque, quæ reſpiciebat viam Aquilonis atrii exterioris, menſus eſt tam in longitudine, quàm in latitudine.

21. Et thalamos ejus tres hinc, & tres inde: & frontem ejus, & veſtibulum ejus ſecundùm menſuram portæ prioris, quinquaginta cubitorum longitudinem ejus, & latitudinem viginti quinque cubitorum.

22. Feneſtræ autem ejus, & veſtibulum, & ſculpturæ ſecundùm menſuram portæ, quæ reſpiciebat ad Orientem: & ſeptem graduum erat aſcenſus ejus, & veſtibulum ante eam.

23. Et porta atrii interioris contra portam Aquilonis, & Orientalem: & menſus eſt à porta uſque ad portam centum cubitos.

24. Et eduxit me ad viam Auſtralem, & ecce porta, quæ reſpiciebat ad Auſtrum: & menſus eſt frontem ejus, & veſtibulum ejus, juxta menſuras ſuperiores.

VERSIO ANTIQUA.

19. Et menſus eſt latitudinem atrii ab eo loco, qui erat ſub divo portæ exterioris, uſque ad interius, ſub divo portæ interioris, quæ reſpiciebat exteriora, cubitos centum, & vergebat ad Orientem: & introduxit me ad Aquilonem. *Hieron. ubi ſup.* *Ibid. 987. b.*

20. Et ecce porta reſpiciens atrium exterius, & menſus eſt eam in longitudine, & in latitudine.

21. Et thee ejus tres hinc, & tres inde: & elau, & elamoth, & palmas ejus: & factum eſt ſecundùm menſuram portæ, quæ reſpicit Orientem, quinquaginta cubitorum longitudo ejus, & latitudo ejus viginti quinque cubitorum.

22. Et feneſtræ ejus, & elamoth, & palmæ ejus ſicut in porta, quæ reſpiciebat Orientem: & in gradibus ſeptem aſcendebatur ad eam, & elamoth intrinſecus.

23. Et porta atrii interioris reſpiciens ad portam Aquilonis, ſicut porta quæ reſpicit ad Orientem: & menſus eſt atrium à porta uſque ad portam centum cubitorum.

24. Et eduxit me ad Auſtrum, & ecce porta, quæ reſpiciebat ad Auſtrum..... *Ibid. 989. b.*

VULGATA NOVA.

25. Et feneſtras ejus, & veſtibula in circuitu, ſicut feneſtras cæteras: quinquaginta cubitorum longitudine, & latitudine viginti quinque cubitorum.

26. Et in gradibus ſeptem aſcendebatur ad eam: & veſtibulum ante fores ejus: & cælatæ palmæ erant, una hinc, & altera inde in fronte ejus.

27. Et porta atrii interioris in via Auſtrali: & menſus eſt à porta uſque ad portam in via Auſtrali, centum cubitos.

28. Et introduxit me in atrium interius ad portam Auſtralem: & menſus eſt portam juxta menſuras ſuperiores.

29. Thalamum ejus, & frontem ejus, & veſtibulum ejus eiſdem menſuris: & feneſtras ejus, & veſtibulum ejus in circuitu, quinquaginta cubitos longitudinis, & latitudinis viginti quinque cubitos.

30. Et veſtibulum per gyrum longitudine viginti quinque cubitorum, & latitudine quinque cubitorum. 30... *Vide Not.*

31. Et veſtibulum ejus ad atrium exterius, & palmas ejus in fronte: & octo gradus erant, quibus aſcendebatur per eam.

32. Et introduxit me in atrium interius per viam Orientalem: & menſus eſt portam ſecundùm menſuras ſuperiores.

33. Thalamum ejus, & frontem ejus, & veſtibulum ejus, ſicut ſupra: & feneſtras ejus, & veſtibula ejus in circuitu, longitudine quinquaginta cubitorum, & latitudine viginti quinque cubitorum.

34. Et veſtibulum ejus, id eſt atrii exterioris: & palmæ cælatæ in fronte ejus hinc & inde: & in octo gradibus aſcenſus ejus.

35. Et introduxit me ad portam, quæ reſpiciebat ad Aquilonem: & menſus eſt ſecundùm menſuras ſuperiores.

36. Thalamum ejus, & frontem ejus, & veſtibulum ejus, & feneſtras ejus per circuitum, longitudine quinquaginta cubitorum, & latitudine viginti quinque cubitorum.

37. Et veſtibulum ejus reſpiciebat ad atrium exterius: & cælatura palmarum in fronte ejus hinc & inde: & in octo gradibus aſcenſus ejus.

38. Et per ſingula gazophylacia oſtium in frontibus portarum: ibi lavabant holocauſtum. 38... 39. *Vide Not.*

39. Et in veſtibulo portæ, duæ menſæ hinc, & duæ menſæ inde: ut immoletur ſuper eas holocauſtum, & pro peccato, & pro delicto.

40. Et ad latus exterius, quod aſcendit ad oſtem, *ſicut porta quæ reſpicit ad Orientem*, teſtatur Hieron. in Hebraïco non haberi. 40... *Vide Not.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 19. Græc. loco *uſque ad interius*, & ſeqq. habet: ἕως θύρας, ἐπὶ τὸ αἴθριον τῆς πύλης τῆς βλεπούσης ἔξω, πήχεις ἑκατὸν τῆς βλεπούσης κατὰ Ἀπηλιώτην· καὶ ἤγαγέ (Mſ. Alex. εἰσήγαγέ) με ἐπὶ Βορρᾶν· i. e. *ad intus, ſub divo portæ reſpicientis extra, cubitos centum reſpicientis ad Orientem: & adduxit me ad Aquilonem*: priora reſpondent Latino.

℣. 20. Græc. Καὶ τὴν πύλην βλέπουσαν πρὸς Βορρᾶν τῆς αὐλῆς τῆς ἐξωτέρας, ἣν διεμέτρησεν αὐτὴν, τό τε μῆκος αὐτῆς, καὶ τὸ πλάτος. *Et ecce porta reſpiciens ad Aquilonem atrio exterioris, & dimenſus eſt eam, longitudinem ejus, & latitudinem.*

℣. 21. Græc. Καὶ τὸ θῆ τρεῖς ἐνθεν, καὶ τρεῖς ἐνθεν· καὶ τὸ αἰλεῦ, καὶ τὰ αἰλαμμων, καὶ τὰς φοινίκας αὐτῆς· καὶ ἐγένετο κατὰ τὰ μέτρα, &c. *Et thee tres hinc, & tres inde: & ailen, & ailammon, & palmas ejus: & factum eſt ſecundùm menſuras*, &c. ut in Latino. Hieron. ait ibid. *τὸ & palmas ejus*, in Hebraïco non haberi.

℣. 22. Græcè conſtanter αἰλαμμων, loco *elamoth*, abſque præp. *in* inf. ante *porta*; ſubinde pro *aſcendebatur ad eam*, eſt ἀνέβαινον ἐπ' αὐτόν, *aſcendebant ad eum*; cætera quadrant. Hieron. inf. 988. b. legit: *palmæ erant juxta menſuram portæ, quæ reſpiciebat ad Orientem.*

℣. 23. Eadem exhibet Græc. præter hoc ult. πήχεις ἑκατόν, *cubitos centum*, loco *centum cubitorum*. Hoc au-

℣. 24. Græc. Καὶ ἤγαγέ με, &c. ut ſup. tum ſequuntur apud Hieron. ℣℣. 25..... 31. ſecundùm Vulgatam, ſeu translationem ex Hebræo, quibus S. Doctor hæc addit: *LXX. in eadem verba conſentiunt, præter* thee, & elau, & elamoth, & elam, *pro quo in Hebræo poſitum eſt* ulam. Thee *autem interpretatur* limen, *ſive* frons; elau, circa eum, *ſive* ſuſtentacula; elamoth, propyla, *ſive* veſtibula; viam πρόπυλον, *id eſt*, ante fores.

℣. 30. Hieron. in hunc loc. col. 989. a. ait: *Illud autem quod juxta Hebr. poſuimus*: Et veſtibulum, ſive πρόπυλον, in circuitu per gyrum longitudinis viginti quinque cubitorum, & latitudinis per quinque cubitos: *in LXX. non habetur.* Non etiam legitur hodie in Græco.

℣℣. 38. 39. Hieron. in comment. col. 991. d. *Multùm*, inquit, *in hoc teſtimonio Hebraïca veritas à LXX. Interpretum editione diſcordat. Hoc enim quod diximus*: ibi lavabunt holocauſtum: & in veſtibulo portæ, duæ menſæ hinc: & rurſum: ut immoletur ſuper eas holocauſtum, & pro peccato: *in LXX. non habetur, ſed in pleriſque codicibus de Theodotione additum.*

℣. 40. Sic Hieron. ubi ſup. col. 992. b. *Ad latus quoque*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

sium portæ, quæ pergit ad Aquilonem, duæ menſæ: & ad latus alterum ante veſtibulum portæ, duæ menſæ.

41. Quatuor menſæ hinc, & quatuor menſæ inde: per latera portæ octo menſæ erant, ſuper quas immolabant.

42. Quatuor autem menſæ ad holocauſtum, de lapidibus quadris exſtructæ: longitudine cubiti unius & dimidii: & latitudine cubiti unius & dimidii: & altitudine cubiti unius: ſuper quas ponant vaſa, in quibus immolatur holocauſtum, & victima.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi ſup. col. 991. c.

43. Et giſum palmi habentes dolatum intrinſecus per circuitum: & in menſis deſuper tecta, ut operiantur à pluvia & ſiccitate.

VULGATA NOVA.

43. Et labia earum palmi unius, reflexa intrinſecus per circuitum: ſuper menſas autem carnes oblationis.

VULGATA NOVA.

44. Et extra portam interiorem, gazophylacia cantorum in atrio interiori, quod erat in latere portæ reſpicientis ad Aquilonem: & facies eorum contra viam Auſtralem, una ex latere portæ Orientalis, quæ reſpiciebat ad viam Aquilonis.

45. Et dixit ad me: Hoc eſt gazophylacium, quod reſpicit viam Meridianam; ſacerdotum erit, qui excubant in cuſtodiis templi.

46. Porro gazophylacium, quod reſpicit ad viam Aquilonis, ſacerdotum erit, qui excubant ad miniſterium altaris: iſti ſunt filii Sadoc, qui accedunt de filiis Levi ad Dominum ut miniſtrent ei.

47. Et menſus eſt atrium longitudine centum cubitorum, & latitudine centum cubitorum per quadrum: & altare ante faciem templi.

VERSIO ANTIQUA.

44.... *Vide Not.*

Ibid. 993. b.

48..... & latitudo portæ, cubitorum quatuordecim.

Ibid. 994. f.

49..... & decem gradibus aſcendebatur ad eam...

VULGATA NOVA.

48. Et introduxit me in veſtibulum templi: & menſus eſt veſtibulum quinque cubitis hinc, & quinque cubitis inde: & latitudinem portæ trium cubitorum hinc, & trium cubitorum inde.

49. Longitudinem autem veſtibuli viginti cubitorum, & latitudinem undecim cubitorum, & octo gradibus aſcendebatur ad eam. Et columnæ erant in frontibus; una hinc, & altera inde.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

exterius, juxta LXX. erat vivus fabreſactus, qui holocauſtorum cineres, & carnium virulentias efferebat exteriùs: ſive erant duæ menſæ, & ad latus alterum veſtibuli ejuſdem portæ, duæ menſæ, &c.

℣. 43. Græc. initio habet: Καὶ παλαιστὴν ἔξωθεν γείσος, &c. *Et palæſten habebunt giſum;* reliqua quadrant.

℣. 44. Hieron. in comm. col. 993. b. *Pro* gazophylaciis, inquit, *LXX.* exedras *tranſtulerunt: illudque quod nos diximus*, exedræ, *ſive* gazophylacia cantorum, *ab eis prætermiſſum eſt.*

℣. 48. Similiter in Græco. Hieron. ibid. *Rurſumque poſt menſuram veſtibuli quinque cubitorum hinc, & quinque cubitorum inde, addidere de ſuo:* & latitudo portæ cubitorum quatuordecim: *cùm in Hebræo tantùm poſitum ſit:* & latitudo portæ trium cubitorum hinc, & trium cubitorum inde. *Hæc lectorem admonui, ne tranſlationum diverſitate turbetur.*

℣. 49. Gr. καὶ ἐπὶ δέκα ἀναβαθμῶν ἀνέβαινον ἐπ' αὐτό.

CAPUT XLI.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Ezech. 41. col. 995. b. c.

1. ET introduxit me in templum, & menſus eſt ælam, ſex cubitos latitudinis hinc, & ſex cubitos latitudinis inde.....

2. Et latitudo portæ, decem cubitorum erat: & humeri portæ, quinque cubitis hinc, & quinque cubitis inde: & menſus eſt longitudinem ejus quadraginta cubitorum, & latitudinem viginti cubitorum.

Ibid. 996. c.

3. Et ingreſſus in atrium interius menſus eſt ælam portæ duos cubitos: & portam, ſex cubitorum: & humeros portæ, ſeptem cubitis hinc, & ſeptem cubitis inde.

4. Et menſus eſt longitudinem oſtiorum cubitorum quadraginta, & latitudinem viginti cubitorum, ante faciem templi: & dixit ad me: Hoc eſt ſanctum ſanctorum.

Ibid. 997. b.

5. Et menſus eſt parietem domûs ſex cubito-

VULGATA NOVA.

1. ET introduxit me in templum, & menſus eſt frontes, ſex cubitos latitudinis hinc, & ſex cubitos inde, latitudinem tabernaculi.

2. Et latitudo portæ, decem cubitorum erat: & latera portæ, quinque cubitis hinc, & quinque cubitis inde: & menſus eſt longitudinem ejus quadraginta cubitorum, & latitudinem viginti cubitorum.

3. Et introgreſſus intrinſecus menſus eſt in fronte portæ duos cubitos: & portam, ſex cubitorum: & latitudinem portæ, ſeptem cubitorum.

4. Et menſus eſt longitudinem ejus viginti cubitorum, & latitudinem ejus viginti cubitorum, ante faciem templi: & dixit ad me: Hoc eſt ſanctum ſanctorum.

5. Et menſus eſt parietem domus ſex cubi-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Concinit Græc. niſi quòd habet ὃ διεμέτρησε, *cui menſus eſt*, loco & *menſus eſt*: at in ed. Compl. & Mſ. Alex. ᾧ διεμέτρησεν exinde conſtanter, πηχῶν ἓξ τὸ πλάτος ἔνθεν, ᾧ πηχῶν ἓξ τὸ εὖρος τῆ αἰλὰμ ἔνθεν· quæ Vulgatæ ſatis reſpondent: Alex. bis πήχεις, non πηχῶν.

℣. 2. Sic iterum in Græco, niſi quòd pro *cubitis*, bis legitur πηχῶν, *cubitorum.*

℣. 3. Gr. Καὶ εἰσῆλθεν..... ᾧ διεμέτρησε τὸ αἴλ τῦ θυρώματος πηχῶν δύο, &c. *Et ingreſſus eſt... & menſus eſt ael portæ cubitorum duorum*, &c. ſimiliter inſra, bis πηχῶν, *cubitorum*, pro *cubitis*; cæt. ut in textu. Hieron. etiam ait ibid. *Pro quo LXX. tranſtulerunt:* & latitudinem portæ, ſeptem cubitorum hinc, & ſeptem cubitorum inde: *in Hebræo, & cæteris Editionibus ſemel tantùm* ſeptem cubiti *in latitudine portæ poſiti ſunt:* & paulò ſup. *Poſt introitum templi rurſum ingredimur* intrinſecus, *ſive ut LXX. tranſtulerunt*, interius atrium, *in cujus* fronte, *ſive* æl, *pro quo Symm.* circa portam; *Theod.* ælam; *Hebr.* ul; *Aquila* oſtium; *nos* frontem *interpretati ſumus, duo erant cubiti.*

℣. 4. Eadem leguntur Græcè, excepto uno *ad me*, quod deeſt: ſed in ed. Compl. eſt & Mſ. Alex. εἶπε πρός με. Hieron. quoque loco cit. ait *LXX. tranſtuliſſe* oſtiorum viginti cubitorum, *pro quo in pleriſque codicibus juxta LXX.* quadraginta *continentur.*

℣. 5. Sic eſt in Græco, detractis tantùm vocibus *undique*, & *domus*, ſub fin.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

orum: & latitudinem lateris quatuor cubitorum undique per circuitum domus.

6. Latera autem, latus ad latus, bis triginta tria: & erant eminentia, quæ ingrederentur per parietem domus, in lateribus per circuitum, ut continerent, & non attingerent parietem templi.

7. Et platea erat in rotundum, ascendens sursum per cochleam, & in cœnaculum templi deferebat per gyrum: idcirco latius erat templum in superioribus: & sic de inferioribus ascendebatur ad superiora in medium.

VERSIO ANTIQUA.

rum: & latitudinem lateris quatuor cubitorum undique per circuitum domûs. *Hieron. ubi sup.*

6. Latera autem, latus ad latus, bis triginta trium.....

7..... & sic de inferioribus ascendebatur ad superiora in medium, & de mediis ad tristega & thrael.

VULGATA NOVA.

8. Et vidi in domo altitudinem per circuitum, fundata latera ad mensuram calami sex cubitorum spatio:

9. & latitudinem per parietem lateris forinsecus quinque cubitorum: & erat interior domus in lateribus domus.

10. Et inter gazophylacia latitudinem viginti cubitorum in circuitu domus undique,

11. & ostium lateris ad orationem: ostium unum ad viam Aquilonis, & ostium unum ad viam Australem: & latitudinem loci ad orationem, quinque cubitorum in circuitu.

11... *Vide Not.*

12. Et ædificium, quod erat separatum, versumque ad viam respicientem ad Mare, latitudinis septuaginta cubitorum: paries autem ædificii, quinque cubitorum latitudinis per circuitum: & longitudo ejus nonaginta cubitorum.

VULGATA NOVA.

13. Et mensus est domus longitudinem, centum cubitorum: & quod separatum erat ædificium, & parietes ejus, longitudinis centum cubitorum.

14. Latitudo autem ante faciem domus, & ejus quod erat separatum contra Orientem, centum cubitorum.

15. Et mensus est longitudinem ædificii contra faciem ejus, quod erat separatum ad dorsum: ethecas ex utraque parte centum cubitorum: & templum interius, & vestibula atrii.

16. Limina, & fenestras obliquas, & ethecas in circuitu per tres partes, contra uniuscujusque limen, stratumque ligno per gyrum in circuitu: terra autem usque ad fenestras, & fenestræ clausæ super ostia.

17. Et usque ad domum interiorem, & forinsecus per omnem parietem in circuitu intrinsecus, & forinsecus, ad mensuram.

18. Et fabrefacta cherubim & palmæ: & palma inter cherub & cherub, duasque facies habebat cherub.

19. Faciem hominis juxta palmam ex hac parte, & faciem leonis juxta palmam ex alia parte, expressam per omnem domum in circuitu.

VERSIO ANTIQUA.

13. Et mensus est contra domum longitudinem, cubitorum centum: & reliqua, & separantia, & parietes ejus, in longitudinem cubitorum centum. *Hieron. in Ezech. 41. col. 1000. a. ex Lxx.*

14. Et latitudinem contra faciem templi, & reliqua è contra, cubitorum centum.

15. Et mensus est longitudinem separantis contra faciem reliquorum, quæ erant post tergum domûs illius: & reliqua hinc & inde cubitorum centum longitudinem: & templum, & anguli, & ælam exterius strata ligno.

16. Et fenestræ in modum retis factæ tres ad lucendum, ut prospiceretur per eas; & domus, & ea quæ proxima erant, strata ligno per circuitum: & pavimentum, & de pavimento usque ad fenestras, & fenestræ aperiebantur tripliciter, ut prospiceretur per eas.

17. Et usque ad domum interiorem & exteriorem, & per omnem parietem in circuitu intrinsecus, & extrinsecus, mensura.

18. Et cælata cherubim: & palmæ inter cherub & cherub: duæ facies cherub.

19. Facies hominis ad palmam hinc, & facies leonis ad palmam inde: cælatus omnis paries per circuitum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 6. Græc. Καὶ πλευρὰ, *Et latera*, &c. ut supra.

℣. 7. Græc. Var..... ἢ ἐκ τῶν κάτωθεν ἀναβαίνουσιν ἐπὶ τὰ ὑπερῶα, ἢ ἐκ τῶν γειῶν ἐπὶ τὰ τριώροφα ἢ τὸ θριάλ· i. e. *& ex inferioribus ascendant ad superiora, & de gisis ad tristega & thrael.* Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. hab. ἐκ τῶν μέσων ἐπὶ τὰ τριώροφα· Hieron. ibid. subdit: *Quod autem in LXX. ponitur*, & de mediis ad tristega, *id est*, ad tria cœnacula, & thrael, *in Hebraïco non habetur: pro* thrael *quoque* (*quod nescio quid significet; neque enim habetur in Hebræo*) *legitur apud illos* uraithi, *quod & nos, & cæteri transtulerunt*, & vidi, *ut sequatur ordo testimonii:* Et vidi in domo altitudinem, &c. ut in Vulg. ℣. seq. rursus inf. col. 998. f. *Quodque addidit*, & de mediis ad tristega, *id est*, tertia cœnacula & thrael, *videtur mihi obelo prænotandum: quid enim necesse est dubia, & non scripta disserere, cùm in ea, quæ Hebræorum tenentur libris, debeamus incumbere?*

℣. 11. Hieron. ubi sup. hoc Vulg. hod. *& ostium lateris ad orationem*, ait in LXX. non haberi: similiter inf. τὸ *& latitudinem loci ad orationem*, id *ipsum*, inquit, *LXX. non transtulerunt.*

℣. 13. Itidem Græcè, præter plur. αὐτῶν, *eorum*, loco singul. *ejus*; deest etiam præp. *in*, ante seq. *longitudinem*. Addit Hieron. *Verbum* contra, *quod LXX. transtulerunt in principio testimonii, ubi scriptum est:* Et mensus est contra domum: *in Hebraïco non habetur; & idcirco obelo prænotandum est, ut sit rectius & verius*, & mensus est domum longitudine, cubitorum centum, *& reliqua.*

℣. 14. Sic est in Græco.

℣. 15. Singula congruunt cum Græco, præter hoc sing. τῦ ἀπολοίπυ, *reliqui*, loco *reliquorum*; at in Compl. τῶν ἀπολοίπων.

℣. 16. Græc. in principio hab. Καὶ αἱ θυρίδες λεπτυνταὶ, ὑποφαύσεις κύκλω τοῖς τρισὶν, ὥστε λιχνίτευν ἢ ὁ οἶκος, &c. i. e. *Et fenestræ in modum retis factæ, illuminationes in circuitu tribus, ad prospiciendum; & domus*, &c. ut in textu Lat.

℣. 17. Gr. initio hab. Καὶ ἕως πλησίον τῆς ἐσωτέρας, ἢ ἕως, &c. *Et usque prope interiorem, & usque ad*; reliqua ut sup. extremò tamen abest vox *mensura*, præterquàm à Mſ. Alex. in quo additur μέτρα. Ed. etiam Compl. in principio legit: Καὶ ἕως τῦ οἴκυ τῦ ἐσωτέρυ ἢ τῦ ἐξωτέρυ, ut in Lat. supra.

℣. 18. Sic est in Gr. deletâ tantùm 1. conjunct. &, ante *cælata.*

℣. 19. Græcè, adverbio *hinc*, subditur ἢ ἔνθεν, *& hinc*; rursusque inf. τῷ *inde*, istud, ἢ ἔνθεν, *& inde*; loco verò *omnis paries*, habetur ὁ οἶκος, *domus*; cæt. concordant

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi ſup. 20. A pavimento uſque ad laquearia, cherubim, & palmæ cælatæ.

21. Et ſanctuarium, & templum aperiebatur per quatuor angulos : contra faciem ſanctorum viſio quaſi ſpecies

22. altaris lignei : trium cubitorum altitudo ejus, & longitudo cubitorum duorum, & latitudo cubitorum duorum : & cornua habebat; baſes quoque & parietes ejus lignei. Et locutus eſt ad me : Hæc eſt menſa coram Domino.

Ibid. 1002.

23. Et duo oſtia erant in templo, & in ſanctuario.

VULGATA NOVA.

20. De terra uſque ad ſuperiora portæ, cherubim, & palmæ cælatæ erant in pariete templi.

21. Limen quadrangulum, & facies ſanctuarii, aſpectus contra aſpectum.

22. Altaris lignei trium cubitorum altitudo, & longitudo ejus duorum cubitorum : & anguli ejus, & longitudo ejus, & parietes ejus lignei. Et locutus eſt ad me : Hæc eſt menſa coram Domino.

23. Et duo oſtia erant in templo, & in ſanctuario.

VULGATA NOVA.

24. Et in duobus oſtiis ex utraque parte bina erant oſtiola, quæ in ſe invicem plicabantur : bina enim oſtia erant ex utraque parte oſtiorum.

25. Et cælata erant in ipſis oſtiis templi cherubim, & ſculpturæ palmarum, ſicut in parietibus quoque expreſſæ erant : quam ob rem & groſſiora erant ligna in veſtibuli fronte forinſecus.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Ezech. 41. col. 1002. *f.* 1003. *b.* 1004. *b.* 26... feneſtræ abſconditæ : & menſus eſt hinc & inde in laquearibus ælam, & latera domûs æqualis ponderis.

VULGATA NOVA.

25... *Vide Not.*

26. Super quæ feneſtræ obliquæ, & ſimilitudo palmarum hinc atque inde in humerulis veſtibuli, ſecundùm latera domus, latitudinemque parietum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ad verbum. Ed. Ald. caret τῶ 1. ἔνθεν καὶ ἔνθεν.

℣. 20. Conſonat Græc. niſi quòd hab. ſingulariter, τῦ φατνώματος, *laqueare*, loco plural. *laquearia.*

℣. 21. Sic iterum in Græco.

℣. 22. Similia leguntur Græcè, præter hoc, καὶ ἡ βάσις αὐτῦ, & *baſis ejus*, loco *baſes quoque ;* ultimò etiam ſic habetur, Αὕτη ἡ τράπεζα, ἡ πρὸ προσώπυ Κυρίυ· *Hæc eſt menſa, quæ ante faciem Domini.*

℣. 23. Græcè ita : Καὶ δύο θυρώματα τῷ ναῷ, καὶ δύο θυρώματα τῷ ἁγίῳ· i. e. *Et duo oſtia templo,* & *duo oſtia ſanctuario.*

℣℣. 25. 26. Hieron. ubi ſup. col. 1002. e. f. ait : *Multùm in hoc loco LXX. editio ab Hebraïca veritate diſcordat : unde hoc ſolum admonebo, quòd pro* craſſioribus lignis, σαν-δαῖα, *hoc eſt*, neceſſaria, *ſive* curâ digna, *tranſtulerint ;* & *pro* obliquis *feneſtris*, abſconditas ; & *quod in fine teſtimonii poſitum eſt :* & menſus eſt hinc & inde laquearia ſuperliminaris, *ſive* veſtibuli, & latera domus compacta, *ſive* conjuncta, *quæ illi dixerunt* ἐζυγωμένα, *pro quibus poſſumus* æqui ponderis *vertere :* item inf. 1003. b. hæc habet : *ſuper quæ oſtia erant feneſtræ obliquæ, ſive abſconditæ :* & poſt pauca, ad hoc ult. Vulg. *in humerulis veſtibuli*, &c. addit : *pro quo LXX. tranſtulerunt*, in laquearibus ælam, *hoc eſt, propyli*, & latera domus æqualis ponderis, *ſive menſuræ.* Ex his autem omnibus confecimus verſum ult. ſupra. In Gr. hod. ſic : καὶ θυρίδες κουπταὶ· καὶ μετρηθεν ἔνθεν καὶ ἔνθεν εἰς τὰ ὁσφώματα τῦ αἰλὰμ, καὶ τὰ πλευρὰ τῦ οἴκυ ἐζυγωμένα.

CAPUT XLII.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Ezech. 42. col. 1005. *ex Lxx.* 1. ET eduxit me in atrium exterius ad Orientem contra portam Aquilonis, & introduxit me : & ecce exedræ quinque juxta partem ædificii, & prope ædificium ſeparatum ad Aquilonem

2. è contra, cubitis centum longitudinis ad Aquilonem, & latitudinis quinquaginta cubitis,

3. deſcriptæ ſicut portæ atrii interioris, & ſicut columnæ atrii exterioris per ordinem, contra faciem porticus ternæ.

4. Et contra exedras deambulatio cubitorum decem latitudinis, per cubitos centum longitudinis

VULGATA NOVA.

1. ET eduxit me in atrium exterius per viam ducentem ad Aquilonem, & introduxit me in gazophylacium, quod erat contra ſeparatum ædificium, & contra ædem vergentem ad Aquilonem.

2. In facie longitudinis, centum cubitos oſtii Aquilonis : & latitudinis quinquaginta cubitos,

3. contra viginti cubitos atrii interioris, & contra pavimentum ſtratum lapide atrii exterioris, ubi erat porticus juncta porticui triplici.

4. Et ante gazophylacia deambulatio decem cubitorum latitudinis, ad interiora reſpiciens viæ

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hieron. ibid. *Hoc quod LXX. tranſtulerunt*, ad Orientem, *in Hebraïco non habetur*, & *ſuperfluum eſſe manifeſtum eſt : quomodo enim educitur ad portam exteriorem* ad Orientem, *cùm ſequatur* contra portam Aquilonis ? Exinde : *Illud quod* & *ſupra*, & *in hoc loco poſuimus :* & eduxit me in gazophylacium, &c. de Vulg. *pro quo habetur in LXX.* & eduxit me : & ecce exedræ quinque de reliquo ædificio, & juxta ſeparatum ad Aquilonem. Gr. hod. Καὶ εἰσήγαγέ με εἰς τὴν αὐλὴν τὴν ἐσωτέραν (Mſ. Alex. ἐξωτέραν) κατὰ Ἀνατολάς, κατέναντι τῆς πύλης τῆς πρὸς Βορρᾶν, καὶ εἰσήγαγέ με· καὶ ἰδοὺ ἐξέδραι πέντε ἐχόμεναι τῦ ἀποκοίπυ, καὶ ἐχόμεναι τῦ διορίζοντος πρὸς Βορρᾶν· in pleriſque ſequitur κατὰ πρόσωπον, teſte Nobilio ; & ap. Hieron. *è contra*, ut videtur initio ℣. ſeq. Addit Hieron. inf. *Quod autem LXX. addidere pro* gazophylacio, exedras quinque, *in Hebraïco non habetur.*

℣. 2. Mſ. Alex. ipſo initio hab. κατὰ πρόσωπον, dein ἐπὶ πήχεις, &c. Vatic. verò delet κατὰ πρόσωπον, habetque ſimpliciter, ἐπὶ πήχεις ἑκατὸν μῆκος πρὸς Βορρᾶν, καὶ τὸ πλάτος πεντήκοντα· i. e. *ad cubitos centum longitudo ad Aquilonem*, & *latitudo quinquaginta.* Mſ. Alex. cum ed. Ald. addit πηχῶν, vel πήχεων.

℣. 3. Hieron. inf. col. 1006. f. *Illud quod juxta Hebr. jungitur*, contra viginti cubitos atrii interioris, *pro quo LXX. tranſtulerunt*, deſcripta erant ſicut portæ atrii interioris, *hunc habet ſenſum, quòd exterioris atrii centenarius* & *quinquagenarius numerus eandem vim habeat ; quam vicenarius atrii interioris : ſi enim quatuor quinquies ſupputes, in numero vicenario utrumque reperies Teſtamentum..... pro quo numero LXX.* ſimilitudinem atrii interioris *interpretati ſunt..... Sequitur :* & contra pavimentum ſtratum, &c. *pro quo LXX. tranſtulerunt :* & ſicut columnæ atrii exterioris, per ordinem poſitæ, contra faciem porticuum triplicium. Gr..... καὶ ὃν τρόπον τὰ περίσυλα τῆς αὐλῆς τῆς ἐξωτέρας ἐσοιχισμέναι, ἀντιπρόσωποι καὶ τειχαραί· priora ut in textu Lat. ſup.

℣. 4. Sic eſt in Græco, niſi quòd loco *latitudinis*, & *longitudinis*, habetur τὸ πλάτος..... τὸ μῆκος, *latitudo..... longitudo ;* prætermiſſis his *ad interiorem viam cubiti unius ;* edit. tamen Compl. add. εἰς τὴν ἐσωτέραν ὁδὸν

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

cubiti unius. Et oſtia eorum ad Aquilonem:

5. Ubi erant gazophylacia in ſuperioribus humiliora: quia ſupportabant porticus, quæ ex illis eminebant de inferioribus, & de mediis ædificii.

6. Triſtega enim erant, & non habebant columnas, ſicut erant columnæ atriorum: propterea eminebant de inferioribus, & de mediis à terra cubitis quinquaginta.

7. Et peribolus exterior ſecundùm gazophylacia, quæ erant in via atrii exterioris ante gazophylacia: longitudo ejus quinquaginta cubitorum.

8. Quia longitudo erat gazophylaciorum atrii exterioris, quinquaginta cubitorum: & longitudo ante faciem templi, centum cubitorum.

9. Et erat ſubter gazophylacia hæc introitus ab Oriente ingredientium in ea de atrio exteriori.

10. In latitudine periboli atrii, quod erat contra viam Orientalem, in faciem ædificii ſeparati, & erant ante ædificium gazophylacia.

11. Et via ante faciem eorum, juxta ſimilitudinem gazophylaciorum, quæ erant in via Aquilonis: ſecundùm longitudinem eorum, ſic & latitudo eorum: & omnis introitus eorum, & ſimilitudines, & oſtia eorum:

12. ſecundùm oſtia gazophylaciorum, quæ erant in via reſpiciente ad Notum: oſtium in capite viæ: quæ via erat ante veſtibulum ſeparatum per viam Orientalem ingredientibus.

13. Et dixit ad me: Gazophylacia Aquilonis, & gazophylacia Auſtri, quæ ſunt ante ædificium ſeparatum: hæc ſunt gazophylacia ſancta: in quibus veſcuntur ſacerdotes, qui appropinquant ad Dominum in ſancta ſanctorum: ibi ponent ſancta ſanctorum, & oblationem pro peccato, & pro delicto: locus enim ſanctus eſt.

14. Cùm autem ingreſſi fuerint ſacerdotes, non egredientur de ſanctis in atrium exterius: & ibi reponent veſtimenta ſua, in quibus miniſtrant, quia ſancta ſunt: veſtientur que veſtimentis aliis, & ſic procedent ad populum.

15. Cùmque compleſſet menſuras domus interioris, eduxit me per viam portæ, quæ reſpicie-

VERSIO ANTIQUA.

in interiorem viam cubiti unius. Et oſtia earum ad Aquilonem: *Hieron. ubi ſup.*

5. Et deambulationes cœnaculorum ſimiliter: quoniam eminebant columnæ à columnis inferioribus, & ſpatium ſimile erat.

6. Et porticus triplices erant, & columnas non habebant, ſicut columnæ in exterioribus: propterea eminebant ab his quæ erant inferiùs, & in medio de terra quinquaginta cubitorum.

7. Et lumen exterius ſicut exedrarum atrii exterioris, quæ reſpiciebant contra exedras Aquilonis, longitudine cubitorum quinquaginta.

8. Longitudo enim exedrarum reſpicientium in atrium exterius, erat cubitorum quinquaginta: & hæc ſunt contra faciem ſuam, omnes cubitorum centum.

9. Et oſtia exedrarum iſtarum ad introitum Orientalem, ut ingrediatur per eadem in atrio exteriori,

10. ſecundùm lumen, quod erat in principio deambulationis ad Auſtrum contra Meridiem, & faciem reliqui ædificii, & ſeparati. Et exedræ,

11. & deambulatio contra faciem ſuam, juxta menſuras exedrarum, & viam ad Aquilonem, & longitudinem earum, & latitudinem earum: & omnis exitus earum, & introitus, & luminaria:

12. & oſtia exedrarum contra meridiem: & introitus ab initio deambulacri ad luminare ſpatio calami, & ut ad Orientem iretur per ea.

13. Et dixit ad me: Exedræ ad Aquilonem, & exedræ ad Auſtrum..... hæ ſunt exedræ ſanctuarii: in quibus veſcuntur ſacerdotes, filii Sadoc, qui appropinquant ad Dominum in ſancta ſanctorum: ibi ponent ſancta ſanctorum..... locus enim ſanctus eſt. *Ibid. 1009. b. c.*

14..... propterea non egredientur in atrium exterius ſacerdotes, ut ſemper ſancti ſint qui offerunt..... *Ibid. 1010. b.*

15..... eduxit me per viam portæ, quæ reſpiciebat ad viam Orientalem: & menſus eſt ſimi-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

πύχυς ἑκάς. Hieron. etiam loco cit. col. 1007. c. ait: *Quod additum eſt à LXX.* per cubitos longitudinis centum, *ſuperfluum eſt, quia in Hebraïco non habetur: quod ponentes, tulerunt id quod habetur in Hebræo*, ad interiora reſpiciens viæ cubiti unius, *quod nos de Hebraïca veritate tranſtulimus.*

℣. 5. Græc. loco *cœnaculorum*, hab. οἱ ὑπερῷοι, i. e. *in ſuperiore adium parte exiſtentes*; Compl. verò ὑπερῴων, ut ſup. ſubinde pro *eminebant columnæ*, &c. in Gr. eſt: ἐξείχετο τὸ περίσυλον ἐξ αὐτῦ, ἐκ τῦ ὑποκάτωθεν πεσεῖσθαι, ἢ τὸ διάσημα· ὕτως περίσυλον, ἢ διάσημα, ἢ ὕτως ἐσαὶ δύο· i. e. *eminebat columnatum ex eo, ex inferiore columnato*, & *ſpatium*: *ſic columnatum*, & *ſpatium*, & *ſic porticus duæ.* In ed. Compl. ἐξείχετο τὸ περίσυλον ἔξωθεν τοῖς σύλοις τοῖς καλωτέροις, ἢ, &c. deeſt autem περίσυλον, ἢ διάσημα, ἢ ὕτως ἐσαὶ δύο.

℣. 6. Græcè ſic habetur initio, Διότι τριπλαῖ ἦσαν, *Quia triplices erant*, abſque voce *porticus*; ſubinde τῶν ἐξωτέρων, *exteriorum*, pro *in exterioribus*; item inf. τῶν μέσων, *à mediis*, pro *in medio*, abſque ſeq. *quinquaginta cubitorum*; cætera ſimilia.

℣. 7. Itidem Græcè, præter hoc, *al* ἐξέδραι, *exedræ*, loco *exedrarum*.

℣. 8. Ita rurſum in Græco, exceptis his, ἢ αἵτιναι εἰσὶν αἱ ἀντιπρόσωποι ταύτας, & *hæ ſunt contra faciem his*, loco & *hæc ſunt contra faciem ſuam.*

℣. 9. Ita de Græco, excepto penult. *in atrio*, pro quo ἐκ τῆς αὐλῆς, *ex atrio.*

℣. 10. Græc. loco *ad Auſtrum contra*, &c. habet, ἢ τὰ πρὸς Νότυ κατὰ πρόσωπον τῦ Νότυ, κατὰ πρόσωπον τῦ ἀνατολάτυ, ἢ κατὰ πρόσωπον τῦ διορίζοντος· i. e. & *ad Auſtrum ad faciem Auſtri, ad faciem reliqui*, & *ad faciem ſeparantis*; cæt. ut in Lat. ſupra.

℣. 11. Priora conveniunt cum Græco; ſequentia verò, & *viam ad Aquilonem*, &c. ſic leguntur ibid. τῶν πρὸς Βορρᾶν· ἢ κατὰ τὸ μῆκος αὐτῶν, ἢ κατὰ τὸ εὖρος αὐτῶν, ἢ κατὰ πάσας τὰς ἐξόδυς αὐτῶν, ἢ κατὰ πάσας τὰς ἐπισεφὰς αὐτῶν, ἢ κατὰ τὰ φῶτα αὐτῶν, ἢ κατὰ τὰ θυρώματα αὐτῶν· i. e. *quæ ad Aquilonem*: & *ſecundùm longitudinem earum*, & *ſecundùm latitudinem earum*, & *ſecundùm omnes exitus earum*, & *ſecundùm omnes introitus earum*, & *ſecundùm lumina earum*, & *ſecundùm oſtia earum.*

℣. 12. Græc. his ult. de ℣. ſup. ἢ κατὰ τὰ θυρώματα αὐτῶν, ſubdit τῶν ἐξεδρῶν τῶν πρὸς Νότον· deinde, ἢ κατὰ τὰ θυρώματα ἀπ' ἀρχῆς τῦ περιφάτυ ὡς ἐπὶ φῶς διαβήματος καλάμυ, ἢ κατὰ Ἀνατολὰς τῦ εἰσπορεύεσθαι διʼ αὐτῶν· quæ ſatis reſpondent Latino ſup.

℣. 13. Græcè, duplici voci *exedræ*, ſubjicitur vocula *al*, *quæ*, ut & iſta, ἐκεῖ, *ibi*, verbo *veſcuntur*; tollitur verò *in*, ante 1. *ſancta*, additurque &, poſt ſeq. *ſanctorum*; cætera optimè quadrant, niſi quòd pro *Sadoc*, ſcriptum Σαδδύκ· addidimus autem ſup. *ſanctuarii*, è Gr. τῦ ἁγίυ.

℣. 14. Hieron. ibid. *Illud autem quod à LXX. additum eſt*, propterea non egredientur, &c. *obelo prænotemus, quia in Hebraïco non habetur.* Græcè nunc deeſt adverb. 1. *propterea*; huic autem ſeq. *non egredientur*, ſubditur ἐκ τῦ ἁγίυ, *de ſanctuario*; tollitur verò inf. vox *ſacerdotes.*

℣. 15. Græcè ſimpliciter, πρὸς Ἀνατολὰς, *ad Orientem*, loco *ad viam Orientalem*; cæt. ut in Lat. ſupra.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup. litudinem domûs per circuitum in ordine.

* *Edit.* steti. 16. Et * stetit post tergum portæ respicientis ad Orientem.....

VULGATA NOVA.

bat ad viam Orientalem : & mensus est eam undique per circuitum.

16. Mensus est autem contra ventum Orientalem calamo mensuræ, quingentos calamos in calamo mensuræ per circuitum.

VULGATA NOVA.

17. Et mensus est contra ventum Aquilonis quingentos calamos in calamo mensuræ per gyrum.

18. Et ad ventum Australem mensus est quin- 18... 19. *Vide Not.*

gentos calamos in calamo mensuræ per circuitum.

19. Et ad ventum Occidentalem mensus est quingentos calamos in calamo mensuræ.

VERSIO ANTIQUA.

Ibid. 1011. *d.* 20..... murum ejus undique per circuitum, longitudine quingentorum cubitorum, & latitudine quingentorum cubitorum.....

VULGATA NOVA.

20. Per quatuor ventos mensus est murum ejus undique per circuitum, longitudinem quingentorum cubitorum, & latitudinem quingentorum cubitorum, dividentem inter sanctuarium & vulgi locum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 16. Sic iterum in Græco, præter hoc, κατὰ νώτου, *ad tergum*, loco *post tergum*.

℣℣. 18. 19. Hieron. in comment. col. 1010. d. ait : *Sciendum quòd post ventum Orientalem & Aquilonem, in vento Australi & Occidentali apud LXX. ordo præposterus sit. Illi enim primùm posuerunt* Occidentalem, *id est*, Mare ; *& postea* Australem ; *cùm apud Hebræos primùm ponatur ventus Australis, & postea Occidentalis.*

℣. 20. Sic Hieron. ibid. *Illud autem quod per simplicitatem interpretationis, dum parum attendimus celeritate dictandi, & LXX. habent, & nostra Translatio*, murum ejus undique per circuitum, longitudine quingentorum cubitorum, & latitudine quingentorum cubitorum, *Hebraus sermo non continet, sed simpliciter*, longitudinem quingentorum, & latitudinem quingentorum, *ut subaudiatur* calamorum. Græcè : Καὶ διέταξεν ἀυτὸν, ἢ περίβολον ἀυτῶν κύκλῳ, πενταχοσίων πρὸς Ἀνατολὰς, ἢ πενταχοσίων πηχῶν εὖρος, &c.

CAPUT XLIII.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Exech. 43. *col.* 1012. *ex Lxx.* 1. ET adduxit me ad portam, quæ respiciebat contra Orientem, & eduxit me.

2. Et ecce gloria Dei Israël veniebat per viam Orientis : & vox castrorum quasi vox geminantium multorum, & terra resplendebat quasi fulgur à gloria per circuitum.

3. Et visio quam vidi, secundùm visionem, quam videram, quando ingrediebar ut ungerem civitatem : & visio currûs, quam vidi, secundùm visionem, quam videram super fluvium Chobar : cecidique in faciem meam.

4. Et gloria Domini ingressa est domum per viam portæ, quæ respiciebat Orientem.

5. Et assumpsit me spiritus, & introduxit me in atrium interius : & ecce plena gloriâ Domini domus.

6. Et steti : & ecce vox de domo loquentis ad me, & vir stabat juxta me,

7. & dixit ad me : Vidisti fili hominis locum solii mei, & locum vestigii pedum meorum, in quibus habitabit nomen meum in medio domûs Israël in sempiternum : & non contaminabunt ultra domus Israël nomen sanctum meum, ipsi & duces eorum in fornicatione sua, & in homicidiis ducum in medio sui,

8. cùm ponerent limen meum in liminibus suis, & postes meos juxta postes suos : & dederunt parietem meum quasi connexum inter me & se : & contaminaverunt nomen sanctum meum in iniquitatibus suis, quas faciebant : & contrivi eos in furore meo, & in occisione.

VULGATA NOVA.

1. ET duxit me ad portam, quæ respiciebat ad viam Orientalem.

2. Et ecce gloria Dei Israël ingrediebatur per viam Orientalem : & vox erat ei quasi vox aquarum multarum, & terra splendebat à majestate ejus.

3. Et vidi visionem secundùm speciem, quam videram, quando venit ut disperderet civitatem : & species secundùm aspectum, quem videram juxta fluvium Chobar : & cecidi super faciem meam. *Sup. 9. 1.* *Sup. 1. 1.*

4. Et majestas Domini ingressa est templum per viam portæ, quæ respiciebat ad Orientem.

5. Et elevavit me spiritus, & introduxit me in atrium interius : & ecce repleta erat gloria Domini domus.

6. Et audivi loquentem ad me de domo, & vir qui stabat juxta me,

7. dixit ad me : Fili hominis, locus solii mei, & locus vestigiorum pedum meorum, ubi habito in medio filiorum Israël in æternum : & non polluent ultra domus Israël nomen sanctum meum, ipsi & reges eorum in fornicationibus suis, & in ruinis regum suorum, & in excelsis.

8. Qui fabricati sunt limen suum juxta limen meum, & postes suos juxta postes meos : & murus erat inter me & eos : & polluerunt nomen sanctum meum in abominationibus, quas fecerunt : propter quod consumpsi eos in ira mea.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc. Καὶ ἤγαγέ με ἐπὶ τὴν..... βλέπουσαν κατὰ Ἀνατολὰς, ἢ ἐξήγαγέ με. *Hoc* autem *quod ponunt LXX.* & eduxit me, *in Hebraïco non habetur*, teste Hieronymo : *si enim adductus fuerat ad portam, quæ respiciebat Orientem, quid necesse fuit ut educeretur ?*

℣. 2. Ad verbum è Gr. nisi excipiatur φέγγος, *fulgor*, pro *fulgur*.

℣. 3. Eadem leguntur Græcè, excepto relat. ᾧ, *quem*, pro *quam*, post *currûs* ; sub fin. etiam πίπτω, *cado*, non *cecidi* ; at in ed. Compl. ἔπεσον. Addit Hieron. infra : *Venit autem ille.....* ut disperderet civitatem, *non* ut ungeret, *quod LXX. transtulerunt ; qui quartò dixere*, & visio currûs, quam videram, *quod in Hebraïco non habetur :* & post plura, col. 1013. c. *Quod autem infertur :* Et vidi visionem..... quando venit ut disperderet civitatem, *pro quo LXX. transtulerunt*, quando ingressus sum ut ungerem civitatem : *cùm juxta Hebraïcum perspicuum sit, juxta LXX. plurimam obscuritatem habet.* Vide seqq.

℣℣. 4..... 10. Hi versus septem optimè respondent textui Græco.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

9. Nunc ergo repellant procul fornicationem ſuam, & ruinas regum ſuorum à me : & habitabo in medio eorum ſemper.

10. Tu autem fili hominis oſtende domui Iſraël templum, & confundantur ab iniquitatibus ſuis, & metiantur fabricam :

11. & erubeſcant ex omnibus quæ fecerunt : Figuram domus, & fabricæ ejus exitus, & introitus, & omnem deſcriptionem ejus, & univerſa præcepta ejus, cunctumque ordinem ejus, & omnes leges ejus oſtende eis, & ſcribes in oculis eorum : ut cuſtodiant omnes deſcriptiones ejus, & præcepta illius, & faciant ea.

12. Iſta eſt lex domus in ſummitate montis : Omnis finis ejus in circuitu, ſanctum ſanctorum eſt : hæc eſt ergo lex domus.

13. Iſtæ autem menſuræ altaris in cubito veriſſimo, qui habebat cubitum, & palmum : in ſinu ejus erat cubitus, & cubitus in latitudine, & definitio ejus uſque ad labium ejus, & in circuitu, palmus unus : hæc quoque erat foſſa altaris.

14. Et de ſinu terræ uſque ad crepidinem noviſſimam duo cubiti, & latitudo cubiti unius : & à crepidine minore uſque ad crepidinem majorem quatuor cubiti, & latitudo cubiti unius.

15. Ipſe autem Ariel quatuor cubitorum : & ab Ariel uſque ad ſurſum, cornua quatuor.

16. Et Ariel duodecim cubitorum in longitudine per duodecim cubitos latitudinis : quadrangulatum æquis lateribus.

17. Et crepido quatuordecim cubitorum longitudinis per quatuordecim cubitos latitudinis in quatuor angulis ejus : & corona in circuitu ejus dimidii cubiti, & ſinus ejus unius cubiti per circuitum : gradus autem ejus verſi ad Orientem.

18. Et dixit ad me : Fili hominis, hæc dicit Dominus Deus : Hi ſunt ritus altaris in quacunque die fuerit fabricatum : ut offeratur ſuper illud holocauſtum, & effundatur ſanguis.

19. Et dabis Sacerdotibus, & Levitis, qui ſunt de ſemine Sadoc, qui accedunt ad me, ait Dominus Deus, ut offerant mihi vitulum de armento pro peccato.

20. Et aſſumens de ſanguine ejus, pones ſuper quatuor cornua ejus, & ſuper quatuor angulos crepidinis, & ſuper coronam in circuitu : & mundabis illud, & expiabis.

21. Et tolles vitulum, qui oblatus fuerit pro peccato : & combures eum in ſeparato loco domus

VERSIO ANTIQUA.

9. Et nunc abjiciant fornicationem ſuam, & homicidia ducum ſuorum à me : & habitabo in medio eorum in ſempiternum. *Hieron. ubi ſup.*

10. Et tu fili hominis oſtende domui Iſraël domum, & ceſſabunt à peccatis ſuis, & viſionem ejus, & diſpoſitionem illius : *Ibid. 1015. b.*

11. & ipſi ſuſtinebunt tormentum ſuum pro omnibus quæ fecerunt : Et deſcribes domum, & præparationem ejus, & exitus, atque introitus ejus, & ſubſtantiam ejus, & omnia præcepta illius, & omnia legitima ejus, & omnes leges ejus oſtendes illis, & deſcribes coram eis : & cuſtodient omnes juſtificationes, & omnia præcepta mea, & facient ea :

12. & deſcriptionem domûs in vertice montis : Omnes termini ejus in circuitu, ſancta ſanctorum ſunt : iſta eſt lex domus.

13. Et hæc menſura altaris in cubito perfecto cubitûs, & palæſtes : ſinus illius altitudo per circuitum, & cubitus latitudinis, & giſus per labium ejus in circuitu, palmi unius : & hæc eſt altaris altitudo. *Ibid. 1016. c.*

14. A profundo exordii in ſinu ejus uſque ad propitiatorium magnum, quod erat ſubter, cubitorum duorum, & latitudo cubiti : & à propitiatorio minori uſque ad propitiatorium majus cubiti quatuor, & latitudo cubiti.

15. Et Ariel cubitorum quatuor : & ab Ariel uſque ad ſuperiora cornuum cubitus.

16. Ipſum autem Ariel duodecim cubitos habebat in longitudine, & duodecim cubitos in latitudine quatuor angulorum per ſingulas partes ejus.

17. Et propitiatorium quatuordecim cubitorum in latitudine per quatuor partes ejus : & giſus ejus per circuitum gyrans illud dimidio cubito, & circuitus ejus cubito per gyrum, & gradus ejus reſpicientes ad Orientem.

18. Et dixit ad me : Fili hominis, hæc dicit Dominus Deus : Hæc ſunt præcepta altaris in die qua factum fuerit : ut offerantur ſuper eo holocauſtomata, & effundatur ſuper illud ſanguis. *Ibid. 1019. b.*

19. Et dabis Sacerdotibus Levitis, qui ſunt ex ſemine Sadduc, & appropinquant ad me, dicit Dominus Deus, ut miniſtrent mihi vitulum de bobus pro peccato.

20. Et tollent de ſanguine ejus, & ponent ſuper quatuor cornua altaris, & ſuper baſim ejus in circuitu : & mundabunt, & expiabunt illud.

21. Et tollent vitulum pro peccato : & comburetur in loco ſeparato domus extra ſancta.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 11. Similia Gr. exhibet niſi quòd delet *præparationem ejus* ; paulòque poſt, *atque introitus* ; necnon inf. & *omnes leges ejus* ; loco verò *ſuſtinebunt*, hab. λήψονται ; item inf. τὴν ὑπόστασιν, loco *ſubſtantiam* ; additque μῦ, ad *juſtificationes* : Mſ. autem Alex. cum edd. Ald. & Compl. prætermiſſa in Vatic. admittit, & legit : καὶ τὴν ἑτοιμασίαν αὐτῦ, καὶ τὰς ἐξόδους αὐτῦ, καὶ τὰς εἰσόδους αὐτῦ· item Compl. inf. καὶ πάντας τὺς νόμους αὐτῦ.

℣. 12. Sic iterum in Græco, præter hoc ult. *iſta eſt lex domûs*, quod deſideratur ; habetur autem in Mſ. Alex. ac ed. Ald. ὗτος ὁ νόμος τῦ οἴκυ.

℣. 13. Græc. Καὶ ταῦτα τὰ μέτρα τῦ θυσιαστηρίυ ἐν πήχει τῦ πήχεως, καὶ παλαιςῆς· κόλπωμα βάθυς ἐπὶ πῆχυν, καὶ πῆχυς τὸ εὖρος, καὶ γεῖσος, &c. *Et hæ menſuræ altaris in cubito cubiti, & palæſtes : ſinus profundi ſuper cubitum, & cubitus latitudo, & giſus*, &c. ut in Lat. De *giſo* autem vide Hieron. inf. ad ℣. 17.

℣. 14. Similia leguntur Græcè, præter ſeqq. τῦ κοιλώματος, *cavitatis*, pro *in ſinu* ; (in Compl. κυκλώματος·) ſubinde τῦτο, loco *quod erat* ; (in Ald. & Mſ. Alex. τό·) demum Vatic. hab. in fine, πῆχυς, loco *cubiti* ; ſed in Alex. πήχεως.

℣. 15. Sic etiam in Græco, poſito uno καὶ, ante *uſque*.

℣. 16. Græc. Καὶ τὸ Ἀριὴλ πηχῶν δώδεκα μήκυς, καὶ πήχεις δώδεκα (Mſ. Alex. addit πλάτυς, ed. Ald. πλάτος) τετράγωνον ἐπὶ τὰ τέσσαρα μέρη αὐτῦ.

℣. 17. Græcè, pro *in latitudine*, habetur τὸ μῆκος, καὶ πήχεις δεκατέσσαρας τὸ εὖρος, i. e. *longitudo, ad cubitos quatuordecim latitudo* ; item loco *giſus ejus*, τὸ γεῖσος αὐτῦ, *giſus ei* ; & pro *cubito per gyrum*, πῆχυς κυκλόθεν, *cubitus per gyrum* ; cæt. ut in Lat. ſup. In Mſ. Alex. γεῖσος αὐτῶν. Hieron. ibid. ait : *LXX. rurſum* giſum *interpretati ſunt, cujus verbi, ut ante jam dixi, non poſſum ſcire rationem, nec cujus linguæ ſit dicere confidenter.*

℣. 18. Sic eſt in Græco, addito uno Ἰσραὴλ, ad *Deus* ; ſed abeſt ab edit. Compl.

℣. 19. Ita de Græco ad verbum.

℣. 20. Priora verba Græco ſimilia ſunt ; poſteriora ſic, nempe poſt vocem *altaris*, καὶ ἐπὶ τὰς τέσσαρας γωνίας τῦ ἱλαςηρίυ, καὶ ἐπὶ τὴν βάσιν κύκλω· καὶ ἐξιλάσονται αὐτό· i. e. & *ſuper quatuor angulos propitiatorii*, & *ſuper baſim in circuitu* : & *expiabunt illud* : at in ed. Compl. eſt, αὐτῦ κύκλω· καὶ καθαρίσουσι, καὶ ἐξιλάσονται αὐτό, ut ſupra.

℣. 21. Gr. Καὶ λήψονται τὸν μόσχον, τὸν περὶ ἁμαρτίας,

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup. 22. Et die secunda tollent hædos duos de capris immaculatos pro peccato: & expiabunt altare, sicut expiaverunt in vitulo.

Ibid. 1020. *f.* 23. Et cùm compleveris expiationem, offerent vitulum de bobus immaculatum, & arietem de ovibus immaculatum.

24. Et offeretis coram Domino: & aspergent sacerdotes super ea sal, & offerent ea holocausta Domino.

25. Septem diebus facies hædum pro peccato quotidie: & vitulum ex bobus, & arietem de ovibus immaculatum facient septem diebus.

Ibid. 1021. *a.* 26. Et expiabunt altare, & mundabunt illud: & implebunt manus * eorum,

* *Inf.* suas. 27. & consummabunt dies. Et erit à die octavo & ultra, facient sacerdotes super altare holocausta vestra, & pro salute vestra: & susciplam vos, dicit Dominus Deus.

VULGATA NOVA.

extra sanctuarium.

22. Et in die secunda offeres hircum caprarum immaculatum pro peccato: & expiabunt altare, sicut expiaverunt in vitulo.

23. Cùmque compleveris expians illud, offeres vitulum de armento immaculatum, & arietem de grege immaculatum.

24. Et offeres eos in conspectu Domini: & mittent sacerdotes supèr eos sal, & offerent eos holocaustum Domino.

25. Septem diebus facies hircum pro peccato quotidie: & vitulum de armento, & arietem de pecoribus, immaculatos offerent.

26. Septem diebus expiabunt altare, & mundabunt illud: & implebunt manum ejus.

27. Expletis autem diebus, in die octava & ultra, facient sacerdotes super altare holocausta vestra, & quæ pro pace offerunt: & placatus ero vobis, ait Dominus Deus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

&c. ut supra.

℣℣. 22. 23. 24. Totidem leguntur Græcè.

℣. 25. Sic habet Græc. præter unum plur. ἄμωμα, *immaculatos*; at in Compl. ἄμωμον, ut supra.

℣℣. 26. 27. Ita prorsus in Græco: deest tamen in Mſ. Vatic. τὸ ϛ *consummabunt dies*; & loco *pro salute vestra*, habetur, τὰ τῦ ϛωτηρίυ ὑμῶν, *quæ pro salute vestra*, absque ult. voce *Deus*: at in edd. Ald. & Compl. additur, ϗ ϛυντελέσουσι τὰς ἡμέρας· extremòque legitur in Compl. λέγει Κύριος ὁ Θεός· in Ald. Κύριος Κύριος.

CAPUT XLIV.

VERSIO ANTIQUA.

Ambr. l. de instit. virg. col. 262. d. 1. ET converti me secundùm viam portæ sanctorum exterioris, quæ respicit ad Orientem: & hæc erat clausa.

2. Et ait ad me Dominus: Porta hæc clausa erit, & non aperietur, & nemo transibit per eam: quoniam Dominus Deus Israël transibit per eam, eritque clausa.

3. Quoniam dux hic sedebit in ea, ut manducet panem in conspectu Domini: secundùm viam ælam portæ intrabit, & secundùm viam ejus exibit.

VULGATA NOVA.

1. ET convertit me ad viam portæ sanctuarii exterioris, quæ respiciebat ad Orientem: & erat clausa.

2. Et dixit Dominus ad me: Porta hæc clausa erit: non aperietur, & vir non transibit per eam: quoniam Dominus Deus Israël ingressus est per eam, eritque clausa

3. principi. Princeps ipse sedebit in ea, ut comedat panem coram Domino: per viam portæ vestibuli ingredietur, & per viam ejus egredietur.

VULGATA NOVA.

4. Et adduxit me per viam portæ Aquilonis in conspectu domus: & vidi, & ecce implevit gloria Domini domum Domini: & cecidi in faciem meam.

5. Et dixit ad me Dominus: Fili hominis pone cor tuum, & vide oculis tuis, & auribus tuis audi omnia, quæ ego loquor ad te de universis cæremoniis domus Domini, & de cunctis legibus ejus: & pones cor tuum in viis templi per omnes exitus sanctuarii.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Ezech. 44. col. 1025. a. 6. Et dices ad exasperantem me domum Israël: Hæc dicit Dominus Deus: Sufficiant vobis omnia scelera vestra domus Israël:

7. eò quòd inducitis filios alienigenas incircumcisos corde, & incircumcisos carne..... & præteristis pactum meum in omnibus sceleribus vestris.

VULGATA NOVA.

6. Et dices ad exasperantem me domum Israël: Hæc dicit Dominus Deus: Sufficiant vobis omnia scelera vestra domus Israël:

7. eò quòd inducitis filios alienos incircumcisos corde, & incircumcisos carne, ut sint in sanctuario meo, & polluant domum meam: & offertis panes meos, adipem, & sanguinem: & dissolvitis pactum meum in omnibus sceleribus vestris.

8. Et non servastis præcepta sanctuarii mei: & posuistis custodes observationum mearum in sanctuario meo vobismetipsis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic est in Græco, excepto verbo ἐπέϛρεψε, *convertit*, pro *converti*; Mss. tamen Ambr. cum vet. editt. ferunt *converti*.

℣. 2. Similia Græc. habet. Rursusque Ambr. epist. 42. col. 967. c. ϗ *nemo pertransibit per eam, nisi solus Deus Israël*: & infra: *Dominus pertransibit per eam*, ϗ *erit clausa*. Græc. εἰσελεύσεται δι' αὐτῆς, & Hieronymus in comment. col. 1022. b. *ingredietur per eam*. Auct. l. de promiss. p. 2. c. 36. ap. Prosp. p. 165. b. *Hæc porta clausa erit: solus princeps sacerdotum transibit per eam*, ϗ *ipsa clausa erit principi*. Hieron. verò in comm. ait: *Pro eo quod in Hebraico scriptum est*: erit clausa principi: *LXX. transtulerunt*: erit clausa, quia dux ipse sedebit in ea: quæ ult. pertinent ad ℣. seq.

℣. 3. Ita de Græco ad verbum. Hieron. etiam in comm. col. 1022. c. ait: *eritque clausa, juxta Hebr.* principi, *quem* ducem *LXX. transtulerunt; qui princeps* ϗ *dux.....: sedebit in ea*, & sup. *ut comedat panem coram Domino: per viam vestibuli, id est, alam*, &c.

℣. 6. Græc. initio hab. Καὶ ἐρεῖς πρὸς τὸν οἶκον τὸν παραπικραίνοντα, πρὸς τὸν οἶκον τῆ Ἰσραήλ· i. e. *Et dices ad domum exasperantem, ad domum Israël*; paulòque post, Ἰκανόω ὑμῖν ἀπὸ πασῶν τῶν ἀνομιῶν ὑμῶν, *Sufficiat vobis de omnibus iniquitatibus vestris*; quæ eòdem recidunt; cæt. ad verbum ut in Lat. supra.

℣. 7. Eadem leguntur Græcè, nisi excipias duo, διαθήκην, *testamentum*, loco *pactum*; & ἀνομίαις, *iniquitatibus*, pro *sceleribus*, quæ idem sonant.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

9. Hæc dicit Dominus Deus : Omnis alienigena incircumciſus corde, & incircumciſus carne, non ingredietur ſanctuarium meum, omnis filius alienus qui eſt in medio filiorum Iſraël.

10. Sed & Levitæ, qui longè receſſerunt à me in errore filiorum Iſraël, & erraverunt à me poſt idola ſua, & portaverunt iniquitatem ſuam :

11. erunt in ſanctuario meo æditui, & janitores portarum domus, & miniſtri domus : ipſi mactabunt holocauſta, & victimas populi : & ipſi ſtabunt in conſpectu eorum, ut miniſtrent eis.

12. Pro eo quòd miniſtraverunt illis in conſpectu idolorum ſuorum, & facti ſunt domui Iſraël in offendiculum iniquitatis : idcirco levavi manum meam ſuper eos, ait Dominus Deus, & portabunt iniquitatem ſuam :

13. & non appropinquabunt ad me ut ſacerdotio fungantur mihi, neque accedent ad omne ſanctuarium meum juxta ſancta ſanctorum : ſed portabunt confuſionem ſuam, & ſcelera ſua quæ fecerunt.

14. Et dabo eos janitores domus in omni miniſterio ejus, & in univerſis quæ fient in ea.

15. Sacerdotes autem & Levitæ filii Sadoc, qui cuſtodierunt cæremonias ſanctuarii mei, cùm errarent filii Iſraël à me, ipſi accedent ad me ut miniſtrent mihi : & ſtabunt in conſpectu meo ut offerant mihi adipem, & ſanguinem, ait Dominus Deus.

16. Ipſi ingredientur ſanctuarium meum, & ipſi accedent ad menſam meam ut miniſtrent mihi, & cuſtodiant cæremonias meas.

17. Cùmque ingredientur portas atrii interioris, veſtibus lineis induentur : nec aſcendet ſuper eos quidquam laneum, quando miniſtrant in portis atrii interioris & intrinſecus.

18. Vittæ lineæ erunt in capitibus eorum, & feminalia linea erunt in lumbis eorum, & non accingentur in ſudore.

19. Cùmque egredientur atrium exterius ad populum, exuent ſe veſtimentis ſuis, in quibus miniſtraverant, & reponent ea in gazophylacio ſanctuarii, & veſtient ſe veſtimentis aliis : & non ſanctificabunt populum in veſtibus ſuis.

20. Caput autem ſuum non radent, neque comam nutrient : ſed tondentes attondent capita ſua.

21. Et vinum non bibet omnis ſacerdos quando ingreſſurus eſt atrium interius.

22. Et viduam, & repudiatam non accipient uxores, ſed virgines de ſemine domus Iſraël : ſed & viduam, quæ fuerit vidua à ſacerdote, accipient. *Levit.* 21. 14.

VERSIO ANTIQUA.

9. Propterea hæc dicit Dominus : Omnis filius alienigena incircumciſus corde, & incircumciſus carne, non ingredietur in ſancta mea, in omnibus filiis alienigenarum qui ſunt in medio domus Iſraël. *Hieron. in Ezech. 44. col. 1026. f. ex Lxx.*

10. Sed & Levitæ, qui longè receſſerunt à me, cùm erraret Iſraël à me poſt cogitationes ſuas, & accipient iniquitatem ſuam : *Ibid. 1027. a.*

11. & erunt in ſanctis meis miniſtrantes, oſtiarii in portis domus, & miniſtri domus : iſti immolabunt holocauſta, & victimas populo : & iſti ſtabunt ante populum, ut miniſtrent eis.

12. Pro eo quòd miniſtraverunt eis ante faciem idolorum ſuorum, & factum eſt domui Iſraël in tormentum iniquitatis : propterea levavi manum meam ſuper eos, dicit Dominus Deus, & accipient iniquitatem ſuam :

13. & non accedent ad me ut ſacerdotio fungantur mihi, neque ut offerant ad omnia ſancta filiorum Iſraël, nec ad ſancta ſanctorum meorum : & ſuſcipient ignominiam ſuam in errore, quo erraverunt.

14. Et ponent eos ut ſervent cuſtodias domus in omnia opera ejus, & in univerſa quæ fecerunt in ea.

15. Sacerdotes Levitæ filii Sadduc, qui cuſtodierunt cuſtodias ſanctorum meorum, cùm erraret domus Iſraël à me, iſti accedent ad me ut miniſtrent mihi : & ſtabunt ante faciem meam ut offerant mihi hoſtiam, adipem, & ſanguinem, dicit Dominus Deus.

16. Iſti ingredientur in ſancta mea, & iſti accedent ad menſam meam ut miniſtrent mihi, & obſervent cuſtodias meas.

17. Cùmque ingredientur portas atrii interioris, ſtolis lineis induentur : & non induentur lanificiis, quando miniſtrant à portis atrii interioris. *Ibid. 1028. f.*

18. Cidares lineas habebunt ſuper capita ſua, & feminalia linea erunt in lumbis eorum, & non accingentur violenter.

19. Cùmque egredientur atrium exterius ad populum, exuent ſe ſtolis ſuis, in quibus miniſtraverant, & reponent eas in exedris ſanctorum, & veſtient ſe ſtolis aliis : & non ſanctificabunt populum in ſtolis ſuis.

20. Capita ſua non radent, & comas non ad preſſum tondebunt : operientes operient capita ſua.

21. Et vinum non bibet omnis ſacerdos quando ingreſſurus eſt atrium interius.

22. Viduam, & ejectam non accipient uxores, ſed virginem de ſemine domus Iſraël : ſed & viduam, quæ fuerit vidua à ſacerdote, accipient. *Ibid. 1031. f.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 9. Concinit Gr. ad verbum ; initio tamen ita legitur, λέγει Κύριος ὁ Θεός· ſed à Compl. abeſt ὁ Θεός. Sedul. Scot. in ep. ad Rom. p. 501. f. ſimiliter habet : *Omnis filius alienigena incircumciſus corde, & incircumciſus carne, non intrabit in ſancta mea.*

℣. 10. Gr. in principio hab. Ἀλλ' ἢ οἱ Λευῖται, οἵτινες ἀφήλαντο ἀπ' ἐμοῦ, &c. *Sed Levitæ, qui refilierunt à me,* &c. ut ſup. al. οἱ μακρυνθέντες ἀπ' ἐμοῦ.

℣. 11. Similia exſtant Græcè.

℣. 12. Sic habetur in Græco, præter hoc ult. & *accipient iniquitatem ſuam*, quod deeſt : additur tamen in edd. Ald. & Compl. καὶ λήψονται τὴν ἀνομίαν αὐτῶν.

℣. 13. Totidem verba leguntur Græcè, præter unum *omnia*, quod abeſt ante 1. *ſancta.*

℣. 14. Gr. ipſo initio hab. Καθάξουσιν αὐτὰς φυλάσσειν, &c. *Demittent eos*, &c. ultimòque, ἂν ποιήσωσιν, *fecerint*, abſque ſeq. *in ea.*

℣. 15. Hæc tota congruunt cum Græco.

℣. 16. Ita rurſum in Græco, præter unum φυλάξωσι, *obſervabunt*, pro *obſervent.*

℣. 17. Gr. initio habet : Καὶ ἔσται ἐν τῷ εἰσπορεύεσθαι αὐτὰς, & *erit in ingrediendo eos ;* extremòque, ἀπὸ τῆς πύλης, *à porta*, non *à portis ;* cæt. ut in Lat.

℣. 18. Sic eſt in Græco, niſi iſta excipias media, ἔξουσιν ἐπὶ τὰς ὀσφύας αὐτῶν, *habebunt ſuper lumbos ſuos*, pro *erunt in lumbis eorum ;* quæ unum ſunt & idem.

℣. 19. Gr. in principio habet : Καὶ ἐν τῷ ἐκπορεύεσθαι αὐτὰς εἰς τὴν αὐλὴν, paulòque poſt, ἐν αἷς αὐτοὶ λειτουργοῦσιν ἐν αὐταῖς, *in quibus miniſtrant in ipſis ;* cæt. ut in Lat.

℣. 20. Græcè præfigitur οὐ, additurque αὐτῶν, ad *comas ;* cæt. quadrant ad verbum. Hieron. etiam inf. col. 1029. c. ait : *Dixere LXX. Capita ſua non radent, & comas ſuas ad preſſum non tondebunt : ſed operientes operient capita ſua.*

℣. 21. Græcè pluraliter, οὐ μὴ πίωσι, *non bibent ;* ſicut inf. ἐν τῷ εἰσπορεύεσθαι αὐτὰς εἰς, &c. ut in textu.

℣. 22. Gr. initio hab. Καὶ χήραν ; & inf. οὐ χήρα, ἐὰν γένηται ἐξ ἱερέως· tollit verò vocem *domus*, ante *Iſrael ;* cæt. ut in textu : in edd. Ald. & Compl. eſt, οἴκου Ἰσραήλ,

Digitized by Google

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Hieron. ubi sup. 23. Et populum meum docebunt quid sit inter sanctum & pollutum, & inter mundum & immundum ostendent eis.	23. Et populum meum docebunt quid sit inter sanctum & pollutum, & inter mundum & immundum ostendent eis.
Ibid. 1032. *a.* 24. Et cùm fuerit controversia sanguinis, stabunt in judiciis..... & sabbata mea sanctificabunt.	24. Et cùm fuerit controversia, stabunt in judiciis meis, & judicabunt: leges meas, & præcepta mea in omnibus solemnitatibus meis custodient, & sabbata mea sanctificabunt.
25. Et super animam hominis non ingredientur, ne polluantur.....	25. Et ad mortuum hominem non ingredientur, ne polluantur, nisi ad patrem & matrem, & filium & filiam, & fratrem & sororem, quæ alterum virum non habuerit: in quibus contaminabuntur.
26. Et postquam fuerit mundatus, septem dies numerabuntur ei.	26. Et postquam fuerit emundatus, septem dies numerabuntur ei.
27. Et in die introitus sui..... offeret placationem.....	27. Et in die introitus sui in sanctuarium ad atrium interius, ut ministret mihi in sanctuario, offeret pro peccato suo, ait Dominus Deus.
28..... ego hæreditas eorum: & possessiones non dabitis eis in Israël, ego possessio eorum.	28. Non erit autem eis hæreditas, ego hæreditas eorum: & possessionem non dabitis eis in Israël, ego enim possessio eorum. *Num.* 18. 20. *Deuter.* 18. 1.
Ibid. 1034. *a. f.* 29. Victimam & pro peccato, & pro ignorantia ipsi comedent: & omnis separatio in Israël ipsorum erit.	29. Victimam & pro peccato & pro delicto ipsi comedent: & omne votum in Israël ipsorum erit.
30..... & primitiva ciborum vestrorum dabitis sacerdoti, ut ponat benedictiones super domos vestras.	30. Et primitiva omnium primogenitorum, & omnia libamenta ex omnibus quæ offeruntur, sacerdotum erunt: & primitiva ciborum vestrorum dabitis sacerdoti, ut reponat benedictionem domui tuæ. *Exod.* 22. 29.
31. Omne morticinum, & captum à bestia de avibus & de pecoribus non comedent sacerdotes.	31. Omne morticinum, & captum à bestia de avibus & de pecoribus non comedent sacerdotes. *Levit.* 22. 8.

Notæ ad Versionem antiquam.

ut supra.

℣. 23. Sic est in Græco, detracto uno *quid sit.*

℣. 24. Hieron. sic habet: *Et cùm fuerit controversia (ut in LXX. additum est* sanguinis*) stabunt*, &c. Gr. Καὶ ἐπὶ κρίσιν αἵματος ἤτοι ἐπιστήσονται τοῦ διακρίνειν, *Et in judicio sanguinis ipsi stabunt ad dijudicandum*; posteriora ut in textu.

℣. 25. Ita in Græco, nisi hoc excipiatur, τοῦ μιανθῆναι, *ad polluendum se*, loco *ne polluantur.*

℣. 26. Ita Græcè, excepto uno ἐξαριθμήσει αὐτῷ, *enumerabit sibi*, pro *numerabuntur ei.*

℣. 27. Gr. Καὶ ᾗ ἂν ἡμέρᾳ εἰσπορεύωνται εἰς τὴν αὐλὴν..... προσοίσουσιν ἱλασμόν.

℣. 28. Gr. ἐγὼ κληρονομία αὐτοῖς· καὶ κατάσχεσις αὐτοῖς οὐ δοθήσεται ἐν τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ, ὅτι ἐγὼ, &c. ut supra.

℣. 29. Gr. Καὶ τὰς θυσίας, καὶ τὰ ὑπὲρ ἁμαρτίας, καὶ τὰ ὑπὲρ ἀγνοίας, &c. *Et sacrificia*, & *qua pro peccato*, & *quæ pro ignorantia*; reliqua ut in textu, excepto dat. αὐτοῖς, *ipsis*, loco *ipsorum.*

℣. 30. Gr. simpliciter habet ὑμῶν, *vestra*, loco *ciborum vestrorum*; rursumque addit ὑμῶν, ad *benedictiones*; sed in Compl. deest ὑμῶν; cætera quadrant ad verbum.

℣. 31. Itidem Græcè, præposito uno καὶ, 1. voci *omne.*

CAPUT XLV.

Vulgata nova.

1. CUmque cœperitis terram dividere sortitò, separate primitias Domino, sanctificatum de terra, longitudine viginti quinque millia, & latitudine decem millia: sanctificatum erit in omni termino ejus per circuitum.

2. Et erit ex omni parte sanctificatum quingentos per quingentos, quadrifariam per circuitum: & quinquaginta cubitis in suburbana ejus per gyrum. 2... *Vide Not.*

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Hieron. in Ezech. 45. *col.* 1035. *c.* 3..... & in ipso erit sanctificatio.....	3. Et à mensura ista mensurabis longitudinem viginti quinque millium, & latitudinem decem millium, & in ipso erit templum, sanctumque sanctorum.
	4. Sanctificatum de terra erit sacerdotibus ministris sanctuarii, qui accedunt ad ministerium Domini: & erit eis locus in domos, & in sanctuarium sanctitatis.
5..... ipsi tenebunt civitatem ut habitent.	5. Viginti quinque autem millia longitudinis, & decem millia latitudinis erunt Levitis, qui ministrant domui: ipsi possidebunt viginti gazophylacia.

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 2. Hieron. in comment. col. 1035. f. ait: *Et ne forsitan ædificio templi ædes aliæ jungerentur, præcipit ut quinquaginta cubitis per circuitum terra sit vacua in suburbana; vel ut Symmachus*, & *Theodotio*, & *LXX. transtulerunt, in terminum*, & *separationem*, & *spatium.*

℣. 3. Ita Hieron. pro eo quod in Vulgata est, & *in ipso erit templum*, &c. Græcè, καὶ ἐν αὐτῇ ἔσται ἅγια τῶν ἁγίων· in Mſ. Alex. τὸ ἁγίασμα τῶν ἁγίων.

℣. 5. Gr. αὐτοῖς εἰς κατάσχεσιν πόλεις τοῦ κατοικεῖν, *ipsis in possessionem civitates ad habitandum.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

6. Et poſſeſſionem civitatis dabitis quinque millia latitudinis, & longitudinis viginti quinque millia, ſecundùm ſeparationem ſanctuarii, omni domui Iſraël.

VERSIO ANTIQUA.

6. Et poſſeſſionem civitatis dabitis quinque millibus latitudinis, & longitudinis viginti quinque millibus..... *Hieron. ubi ſup.*

VULGATA NOVA.

7. Principi quoque hinc & inde in ſeparationem ſanctuarii, & in poſſeſſionem civitatis, contra faciem ſeparationis ſanctuarii, & contra faciem poſſeſſionis urbis: à latere Maris uſque ad Mare, & à latere Orientis uſque ad Orientem: Longitudinis autem juxta unamquamque partem à termino Occidentali uſque ad terminum Orientalem.

8. De terra erit ei poſſeſſio in Iſraël: & non depopulabuntur ultra principes populum meum: ſed terram dabunt domui Iſraël ſecundùm tribus eorum.

VULGATA NOVA.

9. Hæc dicit Dominus Deus: Sufficiat vobis principes Iſraël: iniquitatem & rapinas intermittite, & judicium & juſtitiam facite, ſeparate confinia veſtra à populo meo, ait Dominus Deus.

10. Statera juſta, & ephi juſtum, & batus juſtus erit vobis.

11. Ephi & batus æqualia, & unius menſuræ erunt: ut capiat decimam partem cori batus, & decimam partem cori ephi: juxta menſuram cori erit æqua libratio eorum.

12. Siclus autem viginti obolos habet. Porro viginti ſicli, & viginti quinque ſicli, & quindecim ſicli, mnam faciunt.

Exod. 30. 13. *Levit.* 27. 25. *Num.* 3. 47.

13. Et hæ ſunt primitiæ, quas tolletis: ſextam partem ephi de coro frumenti, & ſextam partem ephi de coro hordei.

14. Menſura quoque olei, batus olei, decima pars cori eſt: & decem bati corum faciunt: quia decem bati implent corum.

VERSIO ANTIQUA.

9. Hæc dicit Dominus Deus: Sufficiat vobis principes Iſraël: iniquitatem & miſeriam intermittite, & judicium & juſtitiam facite, ſeparate oppreſſionem à populo meo, ait Dominus Deus. *Hieron. ubi ſup. col. 1037. c. 1038. a.*

10. Statera juſta, & menſura juſta, & chœnix juſtus erit vobis ad menſuram. *Ibid. 1039. a. b.*

11. Et chœnix ſimiliter unus erit ad accipiendum: decima pars gomor, chœnix; & decima pars gomor, ephi: gomor erit æquum

12. ad pondus, viginti oboli. Viginti ſicli, quinque & viginti ſicli, & quindecim ſicli, mina erit vobis.

13. Et hæ ſunt primitiæ, quas ſeparabitis: ſextam partem menſuræ de gomor tritici, & ſextam partem ephi de coro hordei. *Ibid. 1040. b.*

14. Et præceptum olei, cotylem olei, decem cotyles: quia decem cotyles ſunt gomor.

VULGATA NOVA.

15. Et arietem unum de grege ducentorum, de his quæ nutriunt Iſraël in ſacrificium, & in holocauſtum, & in pacifica, ad expiandum pro eis, ait Dominus Deus.

15... *Vide Not.*

16. Omnis populus terræ tenebitur primitiis his principi in Iſraël.

VULGATA NOVA.

17. Et ſuper principem erunt holocauſta, & ſacrificium, & libamina in ſolemnitatibus, & in calendis, & in ſabbatis, & in univerſis ſolemni-

VERSIO ANTIQUA.

17. Et ſuper principe erunt holocauſta, & ſacrificium, & libamina in ſolemnitatibus, & in calendis, & in ſabbatis, & in univerſis ſolemnita- *Hieron. ubi ſup. col. 1041. d.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 6. Sic eſt in Græco, præter ſingul. Λώσεις, *dabis*, pro *dabitis*; & bis χιλιάδας, *millia*, pro *millibus*; item εὖρος, ἡ μῆκος, loco *latitudinis*, & *longitudinis*.

℣. 9. Ita in Græco, exceptis his, ἀφιγγύμνοι, *duces*, loco *principes*, & ἀφέλεσθε, *auferte*, pro *intermittite*, abſque ſeq. &; item ἐξάραλε, *tollite*, pro *ſeparate*.

℣℣. 10. 11. Sic iterum in Græco, præter vocabulum *ephi*, quod deeſt; ſequitur autem, πρὸς τὸ γομὸρ ἔσαι τὸ ἴσον, deinde, ἡ τὰ σάθμια, &c. de ℣. ſeq. In ed. Ald. τὸ μέτρον πρὸς τὸ, &c. Vide Not. ad ℣. ſeq.

℣. 12. Gr. ἡ τὰ σάθμια, (Ald. & Compl. σαθμιον,) εἴκοσι ὀβολοί. Πέντε δίκλοι, πέντε ἡ δίκλοι λίτρα, ἡ πενηκονθα δίκλοι, ἢ μνᾶ ἔσαι ὑμῖν· i. e. & *pondera*, *viginti oboli. Quinque ſicli*, *quinque* & *ſicli decem*, & *quinquaginta ſicli*, *mina erit vobis*. Ed. Compl. Πέντε δίκλοι, ἡ εἴκοσι σίκλοι, ἡ πενθεκαίδεκα δίκλοι. Ald. verò, Εἴκοσι δίκλοι, πέντε ἡ εἴκοσι δίκλοι, λίτρα ἡ πέντε δίκλοι, &c. quomodo legit Hieron. ſupra. Addit S. Doctor: *Hic locus juxta* LXX. *non cohæret*, & *penitus intelligi non poteſt, dum non ſolùm numeros menſurarum, ſed etiam nomina commutarunt. Pro* ephi *enim interpretati ſunt* menſuram, *generale nomen pro ſpeciali*; & *pro* bato, chœnica; *pro* homer *quoque Hebraïco*, *qui Græcè dicitur* κόρος, *transtulerunt* gomor; *rurſumque pro* bato, chœnica..... Epha *autem*, *quæ in Græco ſermone corrupte dicitur* ἔφι, *ad menſuram pertinet variarum frugum*, *v. g. tritici*, *hordei*, *leguminum. Porro* batus, *qui Hebraïcè* bath, *eadem menſura eſt quæ* & ephi, & *in ſpeciebus tantùm liquidis*, *vini*, & *olei*, & *iſtius modi. Cotus triginta habet modios*, & *in utraque menſura*, *hoc eſt*, *tam aridarum*, *quàm liquentium*, *tenet principium.* Decima pars cori, *in his quæ modio menſurantur*, *appellatur* epha, *id eſt*, tres modii; & decima pars cori *in ſpeciebus liquidis*, *vocatur* batus, *ſive* vadus; *ut ejuſdem menſuræ ſit* epha, & batus. *Porro* ſiclus, *qui Græcè dicitur* σαῖρ, *viginti habet obolos*; mina *verò*, *quæ appellatur* mna, *habet ſiclos ſexaginta*, *qui faciunt obolos mille ducentos.*

℣. 13. Ita Græcè ad verbum, niſi quòd præponitur αὐτῦ, *ipſius*, vocabulo *ephi*; ſed abeſt αὐτῦ à Mſ. Alex. ac edit. Ald.

℣. 14. Sic iterum Græcè, præter hoc, ἐλαὶν ἀπὸ λίτρα κοτυλῶν, i. e. *olei de decem cotylis*, loco *olei decem cotyles*. Subdit Hieronymus: *Et hîc*, *mutatis nominibus menſurarum in* LXX. *editione*, *confuſa ſunt omnia*, *ut quid dicatur non poſſit intelligi. Qui enim ſupra pro* ephi, menſuram; & *pro* bato, chœnica *dixerant*; & *hîc pro* ephi, *poſuere* menſuram; *pro* coro *nunc* gomor, *nunc ipſum* corum; & *in menſura olei*, *pro* bato, κοτύλην, *id eſt*, cyathum.

℣. 15. Hieron. ubi ſup. 1041. f. ad hæc ex Hebr. verba, *Et arietem unum de grege ducentorum*, *de his quæ nutrit* (Vulg. *nutriunt*) *Iſraël in ſacrificium*, addit: *Quod nos interpretati ſumus*, de his quæ nutrit Iſraël, *in Hebraïco ſcriptum eſt* memmaſce, *quod Aquila* & *Symm. interpretantur* τῶν ὑδάτων; LXX. & *Theodotio*, ἀπὸ τῶν πολιτρίων; *quorum alterum de irriguis*, *alterum de canalibus*, *ſive piſcinis ſonat*; *ut videlicet primitiæ principis non alibi niſi in irriguis nutriantur.* Porro in Græco hod. ita legimus: Καὶ πρόβαλον ἀπὸ τῶν προβάτων ἀπὸ λίτρα, ἀφαίρεμα ἐκ πασῶν τῶν παλεῶν τῦ Ἰσραὴλ εἰς θυσίας· i. e. *Et ovem de ovibus ex decem*, *demptio ex omnibus patriis Iſraël in ſacrificia.* In Hexaplis quoque Orig. hæc habentur: A. S. ἀπὸ τῶν ὑδάτων Ἰσραήλ. O. ἐκ πασῶν τῶν πατεῶν τῦ Ἰσραήλ. Ο. Θ. ἀπὸ τῶν πολισηρίων Ἰσραήλ. Sed ait Montfalconius noſter in Not. « Druſius ſuſpicabatur legendum πολισηρίων, & quidem optimè; nam ſic habet Mſ. noſter Sangerm. antiquiſſimus charactere Saxonico; editi verò, πολιρίων. Lectio LXX. prior, ἐκ πασῶν τῶν παλριῶν, corruptiſſima eſt.

℣. 17. Iſta non refert Hieron. niſi ſecundùm Hebr. aut Vulg. cùm autem nonnihil leviter differant à Græco, ipſa hîc ſubjungere non dubitamus (quod aliquoties nobis conti-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi ſup. tibus domus Iſraël : ipſe faciet pro peccato ſacrificium, & holocauſtum, & pacifica ad expiandum pro domo Iſraël.

18. Hæc dicit Dominus Deus : In primo menſe, unâ menſis, ſumes vitulum de armento immaculatum, & expiabis ſanctuarium.

Ibid. 1042. *f.* 1043. *a.* 19. Et tollet ſacerdos de ſanguine quod erit pro peccato : & ponet in poſtibus domus, & ſuper quatuor angulos templi, & ſuper altare, & in poſtibus portæ atrii interioris.

20. Et ſic facies..... pro ignorante, & pro parvulo.....

21. In primo menſe, quartadecima die menſis, erit vobis Paſchæ ſolemnitas : ſeptem diebus azyma comedent.

Ibid. 1044. *d.* 22. Et faciet princeps in die illa pro ſe, & domo ſua, & pro univerſo populo terræ, vitulum pro peccato.

23. Et in ſeptem dierum ſolemnitate faciet holocauſtum Domino ſeptem vitulos, & ſeptem arietes immaculatos quotidie ſeptem diebus : & pro peccato hircum caprarum quotidie.

Ibid. 1043. *a.* 24. Et ſacrificium, & coctionem vitulo, & coctionem arieti dabis : & olei hin coctionis.

25. Septimo menſe, quintadecima die menſis in ſolemnitate, faciet ſicut ſupra dicta ſunt per ſeptem dies ; tam pro peccato, quàm pro holocauſto, & ſicut in manaa, ſicut in oleo.

VULGATA NOVA.

tatibus domus Iſraël : ipſe faciet pro peccato ſacrificium, & holocauſtum, & pacifica ad expiandum pro domo Iſraël.

18. Hæc dicit Dominus Deus : In primo menſe, unà menſis, ſumes vitulum de armento immaculatum, & expiabis ſanctuarium.

19. Et tollet ſacerdos de ſanguine quod erit pro peccato : & ponet in poſtibus domus, & in quatuor angulis crepidinis altaris, & in poſtibus portæ atrii interioris.

20. Et ſic facies in ſeptima menſis pro unoquoque qui ignoravit, & errore deceptus eſt, & expiabis pro domo.

21. In primo menſe, quartadecima die menſis, erit vobis Paſchæ ſolemnitas : ſeptem diebus azyma comedentur.

22. Et faciet princeps in die illa pro ſe, & pro univerſo populo terræ, vitulum pro peccato.

23. Et in ſeptem dierum ſolemnitate faciet holocauſtum Domino ſeptem vitulos, & ſeptem arietes immaculatos quotidie ſeptem diebus : & pro peccato hircum caprarum quotidie.

24. Et ſacrificium ephi per vitulum, & ephi per arietem faciet : & olei hin per ſingula ephi.

25. Septimo menſe, quintadecima die menſis in ſolemnitate, faciet ſicut ſupra dicta ſunt per ſeptem dies ; tam pro peccato, quàm pro holocauſto, & in ſacrificio, & in oleo.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

git, ut notavimus ſup.) inſerendo tamen in Notis ea quibus textus ambo à ſe invicem diſcrepant : v. g. initio hujus ℣. Gr. habet : Καὶ διὰ τῦ ἀφηγυμένυ, & *per ducem*, loco & *ſuper principe* ; paulòque poſt, num. plur. καὶ αἱ θυσίαι, & *ſacrificia* ; ſubinde, ταῖς νεμνίαις, *neomeniis*, pro *calendis* ; extremò, ποιήσεις τὰ ὑπὲρ ἁμαρτίας, καὶ τὴν θυσίαν, καὶ τὰ ὁλοκαυτώματα, καὶ τὰ τῦ ζωληρίυ, τῦ ἐξιλάσασθαι ὑπὲρ τῦ οἴκυ Ἰσραήλ· i. e. *faciet quæ ſuper peccato*, & *ſacrificium*, & *holocauſta*, & *quæ ipſius ſalutaris*, *ad expiandum pro domo Iſraël.*

℣. 18. Græcè poſteriora ſola ſic variant : λήψεσθε μόσχον ἐκ βοῶν ἄμωμον, τῦ ἐξιλάσασθαι· i. e. *ſumetis vitulum de bobus immaculatum*, *ad expiandum ſanctuarium* ; quæ eòdem recidunt.

℣. 19. Similia Gr. habet, exceptis his levibus, τῦ ἐξιλασμῦ, *expiationis*, loco *quod erit pro peccato* ; dein, καὶ δώσει ἐπὶ τὰς φλιὰς, & *dabit ſuper limina*, loco & *ponet in poſtibus* ; rurſum inf. ἐπὶ τὰς φλιὰς τῆς πύλης, pro *in poſtibus portæ* ; quæ idem valent.

℣. 20. Hieron. ibid. *Ubi nos diximus*, pro unoquoque qui ignoravit, & errore deceptus eſt, *LXX. poſuerunt*, pro ignorante, & pro parvulo. Hoc tamen non legitur in Gr. Vatic. ſed in Mſ. Alex. ubi ſic : λήψῃ παρ' ἑκάσυ ἀγνοῦντος, καὶ ἀπὸ πασῶν· ſic etiam in ed. Ald. In Compl. ἀσυνέτυ, καὶ πασῶν.

℣. 21. Græc. Καὶ ἐν τῷ πρώτῳ, abſque ſeq. *menſe* ; ſed in Mſ. Alex. additur μηνί : ſubinde loco *paſcha*, habetur τὸ πάσχα, cum ſeq. ἑορτή ; ultimòque, ἔδεσθε, *comedetis*, non *comedent* ; cæt. ut ſupra.

℣. 22. Græcè conſtanter, ἀφηγύμενος, *dux*, loco *princeps*, abſque *ſua*, poſt *domo* ; cæt. ut in textu.

℣. 23. Græc. initio habet : Καὶ τὰς ἑπτὰ ἡμέρας τῆς ἑορτῆς ποιήσει ὁλοκαυτώματα· reliqua ut in Lat. ſup. niſi excipias ἕνα, *hædum*, loco *hircum*.

℣. 24. Gr. Vat. ſecundò habet πέμματα, *coctiones* ; Alex. verò & Compl. utrobique πέμμα, ut ſup. ſubinde in Vat. ποιήσεις, *facies*, pro *dabis* ; ultimòque, πέμματι, *coctioni*, non *coctionis* ; cæt. ut ſupra.

℣. 25. Græc. Καὶ ἐν τῷ ἑβδόμῳ μηνὶ, πεντεκαιδεκάτῃ τῦ μηνὸς ἐν τῇ ἑορτῇ, ποιήσεις κατὰ τὰ αὐτὰ ἑπτὰ ἡμέρας, καθὼς τὰ ὑπὲρ τῆς ἁμαρτίας, καὶ καθὼς τὰ ὁλοκαυτώματα, καὶ καθὼς τὸ μαναὰ, καὶ καθὼς τὸ ἔλαιον· i. e. *Et in ſeptimo menſe*, *quintadecima menſis in ſolemnitate*, *facies juxta ea ſeptem diebus*, *ſicut quæ pro peccato*, & *ſicut holocauſtomata*, & *ſicut manaa*, & *ſicut oleum.*

CAPUT XLVI.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Exech. 46. col. 1045. b. 1. HÆc dicit Dominus Deus : Porta atrii interioris, quæ reſpicit ad Orientem, erit clauſa ſex diebus, in quibus opus fit : die autem ſabbati aperietur, ſed & in die calendarum aperietur.

VULGATA NOVA.

1. HÆc dicit Dominus Deus : Porta atrii interioris, quæ reſpicit ad Orientem, erit clauſa ſex diebus, in quibus opus fit : die autem ſabbati aperietur, ſed & in die calendarum aperietur.

VULGATA NOVA.

2. Et intrabit princeps per viam veſtibuli portæ deforis, & ſtabit in limine portæ : & facient ſacerdotes holocauſtum ejus, & pacifica ejus : & adorabit ſuper limen portæ, & egredietur : porta autem non claudetur uſque ad veſperam.

3. Et adorabit populus terræ ad oſtium portæ illius in ſabbatis, & in calendis, coram Domino.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi ſup. 46. col. 1045. c. 1048. f. 4. Holocauſtum autem hoc offeret dux Domino : in die ſabbati ſex agnos immaculatos, & arie-

VULGATA NOVA.

4. Holocauſtum autem hoc offeret princeps Domino : in die ſabbati ſex agnos immaculatos,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Similiter in Græco, niſi quòd loco *ſabbati*, habetur pluraliter Σαββάτων, abſque ſeq. *ſed* ; & loco *calendarum*, conſtanter τῆς νεμνίας, *neomeniæ*.

℣. 4. Gr. Καὶ τὰ ὁλοκαυτώματα προσοίσει ὁ ἀφηγύμενος,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

& arietem immaculatum.

5. Et ſacrificium ephi per arietem : in agnis autem ſacrificium quod dederit manus ejus : & olei hin per ſingula ephi.

VERSIO ANTIQUA.

tem immaculatum. *Hieron. ubi ſup.*

5. Et manaa, coctionem per arietem : agnis autem ſacrificium quod dederit manus ejus : & olei hin coctioni.

VULGATA NOVA.

6. In die autem calendarum vitulum de armento immaculatum : & ſex agni, & arietes immaculati erunt.

7. Et ephi per vitulum, ephi quoque per arietem faciet ſacrificium : de agnis autem, ſicut invenerit manus ejus : & olei hin per ſingula ephi.

8. Cùmque ingreſſurus eſt princeps, per viam veſtibuli portæ ingrediatur, & per eandem viam exeat.

9. Et cùm intrabit populus terræ in conſpectu Domini in ſolemnitatibus : qui ingreditur per portam Aquilonis, ut adoret, egrediatur per viam portæ Meridianæ : porro qui ingreditur per viam portæ Meridianæ, egrediatur per viam portæ Aquilonis : non revertetur per viam portæ, per quam ingreſſus eſt, ſed è regione illius egredietur.

10. Princeps autem in medio eorum cum ingredientibus ingredietur, & cum egredientibus egredietur.

11. Et in nundinis, & in ſolemnitatibus erit ſacrificium ephi per vitulum, & ephi per arietem : agnis autem erit ſacrificium ſicut invenerit manus ejus : & olei hin per ſingula ephi.

VULGATA NOVA.

12. Cùm autem fecerit princeps ſpontaneum holocauſtum, aut pacifica voluntaria Domino : aperietur ei porta quæ reſpicit ad Orientem, & faciet holocauſtum ſuum, & pacifica ſua, ſicut fieri ſolet in die ſabbati : & egredietur, claudeturque porta poſtquam exierit.

13. Et agnum ejuſdem anni immaculatum faciet holocauſtum quotidie Domino : ſemper manè faciet illud.

14. Et faciet ſacrificium ſuper eo cata mane mane ſextam partem ephi, & de oleo tertiam partem hin, ut miſceatur ſimilæ : ſacrificium Domino legitimum, juge atque perpetuum.

15. Faciet agnum, & ſacrificium, & oleum cata mane mane : holocauſtum ſempiternum.

16. Hæc dicit Dominus Deus : Si dederit princeps donum alicui de filiis ſuis : hæreditas ejus, filiorum ſuorum erit, poſſidebunt eam hæreditariè.

17. Si autem dederit legatum de hæreditate ſua uni ſervorum ſuorum, erit illius uſque ad annum remiſſionis, & revertetur ad principem : hæreditas autem ejus, filiis ejus erit.

18. Et non accipiet princeps de hæreditate populi per violentiam, & de poſſeſſione eorum : ſed de poſſeſſione ſua hæreditatem dabit filiis ſuis : ut non diſpergatur populus meus unuſquiſque à poſſeſſione ſua.

19. Et introduxit me per ingreſſum, qui erat ex latere portæ, in gazophylacia ſanctuarii ad ſacerdotes, quæ reſpiciebant ad Aquilonem : & erat ibi locus vergens ad Occidentem.

20. Et dixit ad me : Iſte eſt locus ubi coquent ſacerdotes pro peccato, & pro delicto : ubi coquent ſacrificium, ut non efferant in atrium exterius, & ſanctificetur populus.

21. Et eduxit me in atrium exterius, & circumduxit me per quatuor angulos atrii : & ecce atriolum erat in angulo atrii, atriola ſingula per angulos atrii.

VERSIO ANTIQUA.

12. Cùm autem fecerit dux confeſſionem, holocauſtum ſalutaris Domino ; aperiet ſibi portam quæ reſpicit ad Orientem, & faciet holocauſtum ſuum, & ſalutaria ſua..... *Hieron. ubi ſup. col. 1048. f. 1049. b.*

13. Et agnum anniculum immaculatum faciet holocauſtum quotidie Domino.....

14. Et manaa faciet ſuper eo manè manè ſextam partem menſuræ, & de oleo tertiam partem hin, ut miſceatur ſimilæ manaa Domino.....

15. Facietis agnum, & manaa, & oleum manè manè : holocauſtum ſempiternum.

16. Hæc dicit Dominus Deus : Si dederit dux donum alicui de filiis ſuis..... *Ibid. 1050. b. c.*

18. Et non accipiet dux de hæreditate populi, ut opprimat eos : ſed de poſſeſſione ſua hæreditatem dabit filiis ſuis : ut non diſpergatur populus meus unuſquiſque à poſſeſſione ſua.

19. Et introduxit me per ingreſſum, qui erat poſt tergum portæ, in exedras & thalamos..... qui reſpiciebant ad Aquilonem : & ecce ibi erat locus ſeparatus. *Ibid. 1051. a. b.*

20. Et dixit ad me : Iſte eſt locus ubi coquent ſacerdotes pro delicto, & pro ignorantia : & propterea ubi coquent manaa & donum, ut non eſferant in atrium exterius, & ſanctificetur populus.

21. Et eduxit me in atrium exterius, & circumduxit me per quatuor angulos atrii.....

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

&c. ut ſupra.

℣. 5. Græc. Καὶ μαναὰ, πίμμα τῷ κριῷ, ἢ τοῖς ἀμνοῖς θυσίαν δόμα χειρὸς αὐτῦ, &c. ut ſupra.

℣. 12. Sic eſt in Græco, præter ſeqq. ἐὰν δὲ, *ſi autem*, pro *cùm autem* ; exinde, ἢ ἀνοίξη..... ἢ ποιήσῃ, pro *aperiet*..... ℣ *faciet* ; & in fine, τὰ τῆ ϛολήνι αὐτῦ, *quæ ſalutaris ſui*, loco *ſalutaria ſua* : in Mſ. Alex. ἀνοίξῃ..... ἢ ποιήσῃ, ut ſup.

℣. 13. Ita rurſum in Græco, niſi quòd ponitur εἰς, *in*, ante *holocauſtum* ; ſed abeſt à Mſ. Alex. & Compl.

℣. 14. Eadem leguntur Græcè ; non duplicatur tamen ibi adverb. *manè* ; ultimòque ita legitur, τῦ ἀναμίξαι τὴν ϛεμίδ αλν μαναὰ τῷ Κυρίῳ, dein, πρόσαγμα διαφαντός· i. e. *ad miſcendam ſimilam manaa Domino, præceptum perpetuum.*

℣. 15. Similiter in Gr. præter hoc, ποιήσετε, *facietis*, pro 1. *manè.*

℣. 16. Itidem Græcè, præter voculam ἐὰν, *ſi*, loco *alicui.*

℣. 18. Tota iſta reſpondent Græco, detracta unâ conjunct. *ſed.*

℣. 19. Græc. Καὶ εἰσήγαγέ με εἰς τὴν εἴσοδον, τῆς κατὰ νότυ τῆς πύλης, εἰς τὴν ἐξέδραν τῶν ἁγίων τῶν ἱερέων, τὴν βλέπυσαν πρὸς Βορρᾶν, &c. ut ſup. detracto verbo *erat.*

℣. 20. Græcè, poſt 1. *coquent*, additur ἐκεῖ οἱ ἱερεῖς, *ibi ſacerdotes* ; deinde ſic, τὰ ὑπὲρ ἀγνοίας, ἢ τὰ ὑπὲρ ἁμαρτίας· ἢ ἐκεῖ πέψυσι τὸ μαναὰ τὸ παράσαν, τῦ μὴ ἐκφέρειν εἰς..... τῦ ἁγιάζειν τὸν λαόν· i. e. *quæ pro ignorantia, & quæ pro peccato : & ibi coquent manaa omnino, ut non efferant in..... ad ſanctificandum populum.*

℣. 21. Sic eſt in Græco, præter unum μέρη, *partes*, loco *angulos*. Hieron. inf. col. 1052. c. ait : *Hoc atrium, de quo nunc ſermo eſt, per ſingulos angulos quatuor habebat*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi ſup. 23..... & culinæ fabricatæ erant ſubter porticus propter accubita.

24. Et dixit ad me : Hæc eſt domus culinarum, in qua coquent miniſtri domus Domini victimam populi.

VULGATA NOVA.

22. In quatuor angulis atrii atriola diſpoſita, quadraginta cubitorum per longum, & triginta per latum : menſuræ unius quatuor erant.

23. Et paries per circuitum ambiens quatuor atriola : & culinæ fabricatæ erant ſubter porticus per gyrum.

24. Et dixit ad me : Hæc eſt domus culinarum, in qua coquent miniſtri domus Domini victimas populi.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

atriola, quæ LXX. minora *vocant ; & nos pro facilitate ſenſûs* ἀναχορισλικῶς, atriola *diximus.*

℣. 23. Græc..... ἡ μαγειρεῖα γεγονότα ἀναπάτω τῶν ἐξεδρῶν κύκλῳ· i. e. *& culinæ factæ ſub exedris per gyrum.*

℣. 24. Græcè... Οὗτοι οἱ οἶκοι τῶν μαγείρων, ὃ ἐψήσουσιν ἐκεῖ οἱ λειτουργοῦντες τῷ οἴκῳ τὰ θύματα τοῦ λαοῦ· *Hæ ſunt domus coquorum, ubi coquent ibi miniſtrantes domui victimas populi.* Hieron. hab. *victimas populi, ſive* victimam ; *hoc enim Hebraïcè ſignificat* zeba.

CAPUT XLVII.

VULGATA NOVA.

1. ET convertit me ad portam domus, & ecce aquæ egrediebantur ſubter limen domus ad Orientem : facies enim domus reſpiciebat ad Orientem : aquæ autem deſcendebant in latus templi dextrum ad Meridiem altaris.

2. Et eduxit me per viam portæ Aquilonis, & convertit me ad viam foras portam exteriorem, viam quæ reſpiciebat ad Orientem : & ecce aquæ redundantes à latere dextro.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Ezech. 47. col. 1053. a. b. 3..... & menſus eſt mille..... & tranſivit in aqua aquam remiſſionis.

4. Rurſumque menſus eſt mille, & tranſivit in aqua aquam uſque ad femina :

5. & menſus eſt mille, & tranſivit aquam uſque ad lumbos. Et menſus eſt mille, & non poterat pertranſire : quoniam ferebatur aqua inſtar præcipitis torrentis, qui tranſiri non poteſt.

Ibid. 1056. a. 6. Et dixit ad me : Certè vidiſti fili hominis. Et eduxit me, & convertit ad ripam fluminis.

7. Cùmque me convertiſſet, ecce in ripa fluminis arbores multæ nimis ex utraque parte.

8. Et ait ad me : Aqua iſta, quæ egreditur in Galilæam, quæ vergit ad Orientem, & deſcendit ad Arabiam.....

9. Et omnis anima animalium ſerpentium, quòcunque venerit fluvius, vivet.....

VULGATA NOVA.

3. Cùm egrederetur vir ad Orientem, qui habebat funiculum in manu ſua, & menſus eſt mille cubitos : & traduxit me per aquam uſque ad talos.

4. Rurſumque menſus eſt mille, & traduxit me per aquam uſque ad genua :

5. & menſus eſt mille, & traduxit me per aquam uſque ad renes. Et menſus eſt mille, torrentem, quem non potui pertranſire : quoniam intumuerant aquæ profundi torrentis, qui non poteſt tranſvadari.

6. Et dixit ad me : Certè vidiſti fili hominis. Et eduxit me, & convertit ad ripam torrentis.

7. Cùmque me convertiſſem, ecce in ripa torrentis ligna multa nimis ex utraque parte.

8. Et ait ad me : Aquæ iſtæ, quæ egrediuntur ad tumulos ſabuli Orientalis, & deſcendunt ad plana deſerti, intrabunt mare, & exibunt, & ſanabuntur aquæ.

9. Et omnis anima vivens, quæ ſerpit, quòcunque venerit torrens, vivet : & erunt piſces multi ſatis poſtquam venerint illuc aquæ iſtæ, & ſanabuntur & vivent omnia, ad quæ venerit torrens.

VULGATA NOVA.

10. Et ſtabunt ſuper illas piſcatores, ab Engaddi uſque ad Engallim ſiccatio ſagenarum erit : plurimæ ſpecies erunt piſcium ejus, ſicut piſces maris magni, multitudinis nimiæ :

11. in littoribus autem ejus, & in paluſtribus non ſanabuntur, quia in ſalinas dabuntur.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi ſup. col. 1056. b.

[a] *Ibid. 1059. b.*

[b] *Ibid. 1056. c.*

12. Et ſuper fluvium orietur..... omne lignum frugiferum : non inveteraſcet ex eo, & non deficiet fructus ejus : [a] in renovatione ſui primitiva dabit..... [b] & erit fructus ejus in cibum, & aſcenſio ejus ad ſanitatem.

VULGATA NOVA.

12. Et ſuper torrentem orietur in ripis ejus ex utraque parte omne lignum pomiferum : non defluet folium ex eo, & non deficiet fructus ejus : per ſingulos menſes afferet primitiva, quia aquæ ejus de ſanctuario egredientur : & erunt fructus ejus in cibum, & folia ejus ad medicinam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 3. Itidem Græcè.

℣. 4. A Græco abeſt *rurſum ;* reliqua quadrant.

℣. 5. Eadem leguntur Græcè, præter hæc ult. ὅτι ἐξύρριζεν ὡς χειμάρρους, οὐ δ' διαβήσονται, *quoniam intumuit ficut torrentis, quem non pertranſibunt.*

℣. 6. A Græco abeſt adverb. *certè ;* additur verò μὲ, ad *convertit ;* cætera quadrant. In Mſ. Alex. Εἶ ἑώρακας, abſque μὲ, poſt ἐπέστρεψε.

℣. 7. Gr. Ἐν τῇ ἐπιστρέφῃ με, καὶ ἰδοὺ ἐπὶ τοῦ χείλους τοῦ ποταμοῦ δένδρα πολλὰ σφόδρα ἔνθεν καὶ ἔνθεν. Hieron. hab. *Cùmque me convertiſſem, ſive* convertiſſet.

℣. 8. Itidem Græcè. Hieron. infra, 1057. a. legit *in Galilæam gentium, juxta LXX.*

℣. 9. Gr. Καὶ ἔσται πᾶσα ψυχὴ τῶν ζώων τῶν ἑρπετόντων, ἐφ' πάντα ἐφ' ἃ ἂν ἐπέλθῃ ἐκεῖ ὁ ποταμὸς, ζήσεται, &c.

℣. 12. Græc. Καὶ ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ ἀναβήσεται..... πᾶν ξύλον βρώσιμον· οὗ μὴ παλαιωθῇ ἐπ' αὐτοῦ, οὐδὲ μὴ ἐκλείπῃ ὁ καρπὸς αὐτοῦ· τῆς καινότητός αὐτοῦ πρωτοβολήσει ..... καὶ ἔσται ὁ καρπὸς αὐτῶν εἰς βρῶσιν, καὶ ἀνάβασις αὐτῶν εἰς ὑγίειαν. Hieron. ibid. col. 1056. c. habet : *afferet primitiva, ſive*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

13. Hæc dicit Dominus Deus: Hic eſt terminus, in quo poſſidebitis terram in duodecim tribubus Iſraël: quia Joſeph duplicem funiculum habet.

VERSIO ANTIQUA.

13. Hæc dicit Dominus Deus..... augmentum funiculi. *Hieron. ubi ſup.*

VULGATA NOVA.

14. Poſſidebitis autem eam ſinguli æquè ut frater ſuus; ſuper quam levavi manum meam ut darem patribus veſtris: & cadet terra hæc vobis in poſſeſſionem.

15. Hic eſt autem terminus terræ: ad plagam Septentrionalem, à mari magno via Hethalon, venientibus Sedada,

16. Emath, Berotha, 16... *Vide Not.*

Sabarim, quæ eſt inter terminum Damaſci & confinium Emath, domus Tichon, quæ eſt juxta terminum Auran.

17. Et erit terminus à 17... *Vide Not.*
Mari uſque ad atrium
Enon terminus Damaſci, & ab Aquilone ad Aquilonem: terminus Emath plaga Septentrionalis.

VULGATA NOVA.

18. Porro plaga Orientalis de medio Auran, & de medio Damaſci, & de medio Galaad, & de medio terræ Iſraël, Jordanis diſterminans ad mare Orientale, metiemini etiam plagam Orientalem.

VERSIO ANTIQUA.

18..... Jordanis diſterminans ad mare Orientale palmeti..... *Ibid. 1061. c. 1062. c.*

VULGATA NOVA.

19. Plaga autem auſtralis meridiana, à Thamar uſque ad aquas contradictionis Cades: & torrens uſque ad mare magnum: & hæc eſt plaga ad Meridiem auſtralis. 19... *Vide Not.*

20. Et plaga Maris, mare magnum à confinio per directum, donec venias Emath: hæc eſt plaga Maris.

21. Et dividetis terram iſtam vobis per tribus Iſraël:

22. & mittetis eam in hæreditatem vobis, & advenis, qui acceſſerint ad vos, qui genuerint filios in medio veſtrûm: & erunt vobis ſicut indigenæ inter filios Iſraël: vobiſcum divident poſſeſſionem in medio tribuum Iſraël.

23. In tribu autem quacunque fuerit advena, ibi dabitis poſſeſſionem illi, ait Dominus Deus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

innovabuntur omnia: at infra, ſicut poſuimus in textu.

℣. 13. Hieron. inf. col. 1059. f. *Pro eo quod nos diximus:* quia Joſeph duplicem funiculum habet: *LXX. tranſtulerunt* augmentum funiculi: *etenim* Joſeph *interpretatur* augmentum.

℣. 16. Hieron. in comment. col. 1060. b. *Terminos Auran, ſive Auranitidis:* & inf. 1061. a. *Auran, quam LXX. in Græcum vertêre ſermonem*, Auranitidis, iracundiam.

℣. 17. Apud Hieron. in comment. col. 1060. b. *Enon, ſive Seranan.*

℣. 18. Hieron. in comm. col. 1062. c. *Quod autem in LXX. ponitur φοινικῶνος, id eſt*, palmeti, *in Hebraïce non habetur; pro quo nos* metiemini *interpretati ſumus; erroremque manifeſtus, quòd pro* thamoddu, *littera decepti ſimilitudine*, daleth, & res, *legerunt* thamorru.

℣. 19. Hieron. in comment. col. 1062. d. ad hoc Vulgatæ, *ad aquas contradictionis*, addit, *ſive*, ad aquas Mariboth; *hoc enim* contradictio, *ſive* ἀντιλογίας, *hoc eſt*, jurgia, *ſonat.*

CAPUT XLVIII.

VULGATA NOVA.

1. ET hæc nomina tribuum à finibus Aquilonis juxta viam Hethalon pergentibus Emath, atrium Enan terminus Damaſci ad Aquilonem juxta viam Emath. Et erit ei plaga Orientalis Mare, Dan una.

2. Et ſuper terminum Dan, à plaga Orientali uſque ad plagam Maris, Aſer una:

3. & ſuper terminum Aſer, à plaga Orientali uſque ad plagam Maris, Nephthali una.

4. Et ſuper terminum Nephthali, à plaga Orientali uſque ad plagam Maris, Manaſſe una.

5. Et ſuper terminum Manaſſe, à plaga Orientali uſque ad plagam Maris, Ephraim una.

6. Et ſuper terminum Ephraim, à plaga Orientali uſque ad plagam Maris, Ruben una.

7. Et ſuper terminum Ruben, à plaga Orientali uſque ad plagam Maris, Juda una.

8. Et ſuper terminum Juda, à plaga Orientali uſque ad plagam Maris, erunt primitiæ, quas ſeparabitis, viginti quinque millibus latitudinis & longitudinis, ſicuti ſingulæ partes à plaga Orientali uſque ad plagam Maris: & erit ſanctuarium in medio ejus.

9. Primitiæ, quas ſeparabitis Domino: longitudo viginti quinque millibus, & latitudo decem millibus.

10. Hæ autem erunt primitiæ ſanctuarii ſacerdotum: ad Aquilonem longitudinis viginti quinque millia, & ad Mare latitudinis decem millia, ſed & ad Orientem latitudinis decem millia, & ad Meridiem longitudinis viginti quinque millia: & erit ſanctuarium Domini in medio ejus.

11. Sacerdotibus ſanctuarium erit de filiis Sadoc, qui cuſtodierunt cæremonias meas, & non erraverunt cùm errarent filii Iſraël, ſicut erraverunt & Levitæ. 11... *Vide Not.*

12. Et erunt eis primitiæ de primitiis terræ ſanctum ſanctorum, juxta terminum Levitarum.

13. Sed & Levitis ſimiliter juxta fines ſacerdotum viginti quinque millia longitudinis, & latitudinis decem millia. Omnis longitudo viginti & quinque millium, & latitudo decem millium.

VULGATA NOVA.

14. Et non venundabunt ex eo, neque mutabunt, neque transferentur primitiæ terræ, quia ſanctificatæ ſunt Domino.

VERSIO ANTIQUA.

14. Et non venundabunt ex eo, neque metientur, nec auferentur primitiæ terræ, quia ſanctificatæ ſunt Domino. *Hieron. in Ezech. 48. col. 1066. b. f.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 11. Hieron. in comm. col. 1065. f. ait ap. LXX. ſcriptum *Saddue*, non *Sadoc*; Græcè nunc, Σαδδύκ.

℣. 14. Græc. Οὐ πραθήσεται ἐξ αὐτῆ, οὐδὲ καλαμεθήσεται, οὐδὲ ἀφαιρεθήσεται τὰ πρωτογενήματα τῆς γῆς, ὅτι

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi ſup. 15. Quinque millia autem quæ ſuperſunt in latitudine per viginti quinque millia, antemurale erit urbi in habitaculum, & in ſpatium : & erit civitas in medio ejus.

VULGATA NOVA.

15. Quinque millia autem quæ ſuperſunt in latitudine per viginti quinque millia, profana erunt urbis in habitaculum, & in ſuburbana : & erit civitas in medio ejus.

VULGATA NOVA.

16. Et hæ menſuræ ejus : ad plagam Septentrionalem quingenta & quatuor millia : & ad plagam Meridianam, quingenta & quatuor millia : & ad plagam Orientalem, quingenta & quatuor millia : & ad plagam Occidentalem, quingenta & quatuor millia.

17. Erunt autem ſuburbana civitatis ad Aquilonem ducenta quinquaginta, & ad Meridiem ducenta quinquaginta, & ad Orientem ducenta quinquaginta, & ad Mare ducenta quinquaginta.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi ſup. col. 1067. f. 18. Quod autem reliquum fuerit in longitudine ſecundùm primitias ſanctuarii, decem millia in Orientem, & decem millia in Occidentem, erunt ſicut primitiæ ſanctuarii : & erunt fruges ejus in panes his qui operantur civitati.

19. Operantes autem civitati, operabuntur ex omnibus tribubus Iſraël.

VULGATA NOVA.

18. Quod autem reliquum fuerit in longitudine ſecundùm primitias ſanctuarii, decem millia in Orientem, & decem millia in Occidentem, erunt ſicut primitiæ ſanctuarii : & erunt fruges ejus in panes his qui ſerviunt civitati.

19. Servientes autem civitati, operabuntur ex omnibus tribubus Iſraël.

VULGATA NOVA.

20. Omnes primitiæ viginti quinque millium, per viginti quinque millia in quadrum, ſeparabuntur in primitias ſanctuarii, & in poſſeſſionem civitatis.

21. Quod autem reliquum fuerit, principis erit ex omni parte primitiarum ſanctuarii, & poſſeſſionis civitatis è regione viginti quinque millium primitiarum uſque ad terminum Orientalem : ſed & ad Mare, è regione viginti quinque millium uſque ad terminum Maris, ſimiliter in partibus principis erit : & erunt primitiæ ſanctuarii, & ſanctuarium templi in medio ejus.

22. De poſſeſſione autem Levitarum, & de poſſeſſione civitatis in medio partium principis : erit inter terminum Juda, & inter terminum Benjamin, & ad principem pertinebit.

23. Et reliquis tribubus : A plaga Orientali uſque ad plagam Occidentalem, Benjamin una.

24. Et contra terminum Benjamin, à plaga Orientali uſque ad plagam Occidentalem, Simeon una.

25. Et ſuper terminum Simeonis, à plaga Orientali uſque ad plagam Occidentalem, Iſſachar una.

26. Et ſuper terminum Iſſachar, à plaga Orientali uſque ad plagam Occidentalem, Zabulon una.

27. Et ſuper terminum Zabulon, à plaga Orientali uſque ad plagam Maris, Gad una.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi ſup. col. 1070. a. b. 28..... & erit finis de Theman, & aqua Marimoth Cades, hæreditas uſque ad mare magnum.

VULGATA NOVA.

28. Et ſuper terminum Gad, ad plagam Auſtri in Meridie : & erit finis de Thamar uſque ad aquas contradictionis Cades, hæreditas contra mare magnum.

VULGATA NOVA.

29. Hæc eſt terra, quam mittetis in ſortem tribubus Iſraël : & hæ partitiones earum, ait Dominus Deus.

30. Et hi egreſſus civitatis : A plaga Septentrionali quingentos & quatuor millia menſurabis.

31. Et portæ civitatis ex nominibus tribuum Iſraël, portæ tres à Septentrione, porta Ruben una, porta Juda una, porta Levi una.

32. Et ad plagam Orientalem, quingentos & quatuor millia : & portæ tres, porta Joſeph una, porta Benjamin una, porta Dan una.

33. Et ad plagam Meridianam, quingentos & quatuor millia metieris : & portæ tres, porta Simeonis una, porta Iſſachar una, porta Zabulon una.

34. Et ad plagam Occidentalem, quingentos & quatuor millia, & portæ eorum tres, porta Gad una, porta Aſer una, porta Nephthali una.

35. Per circuitum, decem & octo millia : & nomen civitatis ex illa die, Dominus ibidem.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ἅγιον ἐſὶ τῷ Κυρίῳ. Hieronymus infra ait legiſſe LXX. *non menſurabitur, nec auferetur.*

℣. 15. Eadem ſunt in Græco, exceptis his, ἐπὶ ταῖς πέντε ἐν εἴκοσι χιλιάσι, *in quinque & viginti millibus*, loco *per viginti*, &c. ad *ſpatium* etiam inf. additur αὐτῆ, *ejus.* Hieron. ubi ſup. dicit : *Quod nos vertimus in* profanum..... *LXX. dixere* περίσχισμα, *quod* antemurale *poſſumus dicere :* & infra : Περίσχισμα, inquit, *hoc eſt*, antemurale, & διάσημα, *id eſt*, ſpatium, *quod LXX. pro* ſuburbanis *interpretati ſunt, quem ſenſum in hoc loco habeant ignoramus.*

℣. 18. Græc. loco 1. *ſanctuarii*, hab. τῶν ἁγίων, *ſanctorum ;* & infra, Θάλασσαν, *Mare*, loco *Occidentem ;* deinde, ἐν ἔσονται αἱ ἀπαρχαὶ τῆ ἁγίῳ ἐν ἔσαι τὰ γενήματα· cætera reſpondent Latino.

℣. 19. Gr. addit αὐτὴν, verbo *operabuntur ;* cæt. ut in textu.

℣. 28. Gr. ἐν ἔσαι τὰ ὅρια αὐτῆ ἀπὸ Θαιμὰν, ἐν ὕδασι Βαριμὼθ (Ald. Μαριμὼθ) Κάδης, κληρονομίας, Mſ. Alex. κληρονομία, &c. ut in Lat.

Digitized by Google

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore Franciſco Luca Brugenſi.

EZECHIEL.

Cap. I. ℣. 5. Et in medio ejus ſimilitudo. *Patres prætulerunt* in *ei quod in aliis libris legitur* ex.

℣. 13. Et ſimilitudo animalium, aſpectus eorum. *Non interponas conjunctionem* &, *ante* aſpectus.

Cap. II. ℣. 3. Ipſi & patres eorum prævaricati ſunt. *Non omittas pronomen* ipſi.

Cap. V. ℣. 7. Et juxta judicia gentium, quæ in circuitu veſtro ſunt, non eſtis operati. *Non eſt omittenda negatio* non *præpoſita verbo* eſtis.

Cap. VI. ℣. 9. Super malis quæ fecerunt. *Patres prætulerunt perfectum pluſquam perfecto* fecerant.

℣. 11. Quia gladio, fame, & peſte ruituri ſunt. *Hoc loco conjunctionem* quia *prætulerunt relativo* qui.

Cap. VII. ℣. 7. Venit contritio ſuper te. *Hîc ſimiliter prætulerunt* contritio, *eis quæ leguntur in quibuſdam libris* confractio & contractio; *ut & infra* ℣. 10. Egreſſa eſt contritio.

℣. 18. Et accingent ſe ciliciis. *Error hic eſt typographicus in exemplari Romano, ubi ſingulare* accinget *excuſum eſt pro plurali* accingent.

Cap. IX. ℣. 6. Parvulum & mulieres. *Alii legunt numero plurali* parvulos, *ſed ſingularis eſt meritò præferendus.*

Cap. XI. ℣. 15. Fili hominis, fratres tui, fratres tui. *Non eſt omittendum alterum, ſed repetendum eſt* fratres tui.

℣. 21. Quorum cor poſt offendicula. *Non addas conjunctionem* autem.

Cap. XII. ℣. 4. & 7. Quaſi vaſa tranſmigrantis. *Participium potiùs dediſſe videtur Interpres, quàm nomen* tranſmigrationis: *vide Notationes.*

℣. 13. Et extendam rete meum ſuper eum. *Non omittas conjunctionem &.*

℣. 25. Et quodcunque locutus fuero verbum, fiet, & non prolongabitur ampliùs. *Conjunctio copulativa &, quæ poſtponitur verbo* fiet, *nequaquam præponenda eſt.*

Cap. XIII. ℣. 18. Væ quæ conſuunt pulvillos ſub omni cubito manus. *Retinendum eſt femininum* quæ, *non ſubſtituendum maſculinum* qui.

Cap. XVI. ℣. 10. Et calceavi te ianthino. *Pro* ianthino, *alii legunt* hyacintho, *alii* hyacinthino: *vide Exod.* 25. ℣. 5.

℣. 13. Et polymito & multicoloribus. *Vox una* multicoloribus, *non eſt dividenda in duas* multis coloribus.

℣. 18. Et operuiſti illas. *Correctores hanc lectionem prætulerunt alteri, quæ habet* & veſtita es eis.

℣. 27. Et auferam juſtificationem tuam. *Quidam libri, explicationis ergo, ut arbitror, pro* juſtificationem tuam, *ſcribunt* jus tuum.

℣. 55. Et Samaria & filiæ ejus revertentur ad antiquitatem ſuam. *Non eſt omittenda iſta pericope.*

Cap. XVII. ℣. 8. In terra bona ſuper aquas multas plantata eſt. *Non præponas his verbis relativum* quæ.

Cap. XVIII. ℣. 2. Et dentes filiorum obſtupeſcunt. *Quidam libri, pro præſenti, ſcribunt præteritum* obſtupuerunt.

℣. 19. Et dicitis: Quare non portavit filius iniquitatem patris? *Non mutes præteritum* portavit *in futurum* portabit.

Cap. XIX. ℣. 1. Et tu aſſume planctum. *Non addas* fili hominis.

Cap. XX. ℣. 20. Et ſciatis quia ego ſum Dominus Deus veſter. *Pro* ut ſciatur, *Correctores ſcripſerunt* & ſciatis.

℣. 36. Sic judicabo vos, dicit Dominus Deus. *Non omittas nomen* Deus.

Cap. XXI. ℣. 19. De terra una egredientur ambæ. *Legendum eſt* ambæ *genere feminino, non* ambo *maſculino.*

℣. 22. Ut elevet vocem in ululatu. *Non mutes* ut *cauſativum, in & copulativum.*

℣. 30. In loco in quo creatus es. *Nec hîc mutes ſextum caſum* loco *in quartum* locum.

Cap. XXII. ℣. 28. Et divinantes eis mendacium. *Pronomen plurale* eis, *nec omittendum eſt, nec vertendum in ſingulare* ei.

℣. 29. Populi terræ calumniabantur calumniam. *Nominativus pluralis* populi *non eſt mutandus in ſingularem; ſive accuſativum* populum, *ſive dativum* populo. *Denique accuſativus* calumniam *non eſt vertendus in ablativum* calumniâ.

Cap. XXIII. ℣. 9. Super quorum inſanivit libidine. *Retinendus eſt ablativus* libidine, *non ſubſtituendus accuſativus.*

℣. 15. Et tiaras tinctas in capitibus eorum. *Cave pro* tinctas, *legas* vinctas, *quod eſt ligatas, aut* cinctas, *quod circumdatas.*

℣. 24. Multitudo populorum. *Non præponas conjunctionem &.*

℣. 33. Calice mœroris & triſtitiæ, calice ſororis tuæ Samariæ. *Correctores retinuerunt ablativum, pro eo quem alii legunt accuſative* calicem.

℣. 34. Et ubera tua lacerabis. *Non omittas copulativum &.*

℣. 45. Et ſanguis in manibus earum. *Quod ſubjiciunt quadam exemplaria* & cum idolis ſuis fornicatæ ſunt, *non eſt hujus verſus, ſed ſolummodo verſus* 37. *ſuperioris.*

Cap. XXV. ℣. 7. Et ſcies quia ego Dominus. *Non mutes ſingulare* ſcies *in plurale* ſcietis.

℣. 10. Filiis Orientis cum filiis Ammon. *Retinendus eſt dativus* filiis, *non mutandus vel in accuſativum* filios, *vel in genitivum* filiorum, *vel denique in nominativum* filii: *hæc enim ſunt variorum codicum vitia.*

Cap. XXVI. ℣. 10. Cùm ingreſſus fuerit portas tuas. *Pro* ingreſſus, *quod eſt, intraverit, cave ſcribas contrarium,* egreſſus, *exierit.*

Cap. XXVII. ℣. 13. Mancipia & vaſa ærea advexerunt populo tuo. *Melius eſt* advexerunt, *quàm quod alii legunt* adduxerunt.

℣. 14. De domo Thogorma. *Alii declinantes vocem ſcribunt* Thogormæ.

Cap. XXIX. ℣. 1. In anno decimo, decimo menſe, undecima die menſis. *Pro* decimo menſe, *non ſcribas, numero ampliato*, duodecimo menſe; *ut nec pro* undecima die, *numero diminuto*, una, *ſeu* prima die. *Lege Notationes noſtras, ſi placet.*

℣. 20. Pro eo quòd laboraverit mihi. *Pro numero ſingulari* laboraverit, *alii codices ſcribunt pluralem* laboraverunt.

Cap. XXX. ℣. 7. In medio civitatum deſertarum. *Non mutes* deſertarum *cum* deſolatarum.

℣. 12. Manu alienorum. *Retinendus eſt ſextus caſus numeri ſingularis* manu, *non ſubſtituendus quartus pluralis, addita præpoſitione*, in manus.

℣. 17. Juvenes Heliopoleos & Bubaſti. *Codices impreſſi fere ſcribunt* Pubaſti, *prima littera exiſtente* p *muta tenui, prout ſcribitur Hebraïcè; ſed manuſcripti legunt* Bubaſti. *Græci enim Latinique, mutata tenui* p *in mediam* b, *vocarunt illam Ægypti civitatem* Bubaſtus, *nominatim Herodotus poſt LXX.*

℣. 21. Et faſciaretur linteolis. *Legendum eſt* faſciaretur *prima conjugatione, non* faſciretur *quarta, quod in uſu non eſt.*

Sequitur: Ut recepto robore poſſit tenere gladium. *Non mutes* ut *cauſativum in & copulativum.*

Cap. XXXII. ℣. 8. Cùm ceciderint vulnerati tui in medio terræ, ait Dominus Deus. *Hæc verba Correctores huic verſui ex manuſcriptis exemplaribus addenda judicarunt, tametſi Hebraïcè non legantur. De his legere licet Notationes noſtras.*

℣. 10. Horrore nimio formidabunt ſuper te. *Quod ſubjiciunt multi codices* propter univerſas iniquitates quas operatus es, *Correctores prætereundum cenſuerunt.*

Ibidem. In die ruinæ tuæ. *Servandum eſt pronomen ſecundæ perſonæ* tuæ, *non ſubſtituendum tertiæ* ſuæ.

℣. 23. In noviſſimis laci. *Non mutes genitivum ſingularem* laci, *in dativum plurale* lacis.

℣. 29. Et cum his qui deſcendunt in lacum. *Neque hîc mutes præſens* deſcendunt, *cum præterito* deſcenderunt.

℣. 32. Quia dedi terrorem meum in terra viventium. *Sic emendarunt hunc locum Correctores, verbum* dedi, & *pronomen* meum, *utrumque ſcripſerunt perſonâ primâ; quamvis complures libri ſcribant, vel utrumque perſonâ tertiâ*, dedit ſuum, *vel ſolummodo pronomen* ejus: *qua de re nos latiùs in Notationibus noſtris.*

Cap. XXXIII. ℣. 11. Convertimini, convertimini à viis veſtris peſſimis. *Iterandum eſt verbum* convertimini.

Cap. XXXIV. ℣. 10. Ut ultra non paſcant gregem. *Non addas pronomen* meum.

℣. 26. Pluviæ benedictionis erunt. *Non præponas conjunctionem &.*

Cap. XXXVI. ℣. 4. Et deſertis, parietinis. *Conjunctio*

Digitized by Google

& præponenda eſt potiùs his verbis, quàm interponenda, prout docent vetera manuſcripta.

Cap. XXXVII. ℣. 16. Joſeph ligno Ephraim, & cunctæ domui Iſraël. *Correctores ſcripſerunt* ligno *pro* lignum, & *dativum* domui *pro* domus.

Cap. XXXVIII. ℣. 2. Contra Gog, terram Magog. *Non interjicias conjunctionem copulativam* & *ante* terram.

Cap. XXXIX. ℣. 2. Et educam te. *Correctores emendarunt* educam, *quod eſt, exire faciam, pro eo quod eſt in libris, quibuſdam* ſeducam, *quibuſdam* reducam.

℣. 9. Et baculos manuum & contos. *Clarior eſt genitivus pluralis* manuum, *quàm ſingularis* manus.

Cap. XL. ℣. 16. Et ante frontes pictura palmarum. *Non ſubjicias* cælata.

℣. 42. Super quas ponant vaſa. *Pro futuro indicativi* ponent, *correctum eſt* ponant *præſenti ſubjunctivi.*

℣. 49. Et octo gradibus aſcendebatur ad eam. *Non mutes pronomen femininum* eam *in maſculinum* eum.

Cap. XLI. ℣. 25. Et ſculpturæ palmarum. *Non mutes plurale* ſculpturæ *in ſingulare* ſculptura.

Sequitur: Sicut in parietibus quoque expreſſæ erant. *Servandum eſt femininum plurale* expreſſæ, *non ſubſtituendum neutrum* expreſſa.

Cap. XLIII. ℣℣. 6. 7. Et vir qui ſtabat juxta me, dixit ad me. *Non omittas relativum* qui, *nec addas & conjunctionem ante* dixit.

Cap. XLIV. ℣. 12. Et portabunt iniquitatem ſuam. *Non mutes futurum* portabunt *in præteritum* portaverunt.

℣. 30. Ut reponat benedictionem domui tuæ. *Nec hic mutes pronomen* tuæ *ſecundæ perſonæ, in* ſuæ *tertiæ.*

Cap. XLV. ℣. 7. Longitudinis autem juxta unamquamque partem. *Pro genitivo* longitudinis, *quidam ſcribunt accuſativum, quidam ablativum.*

℣. 20. Et expiabis pro domo. *Non facilè mutes ſingulare* expiabis *in plurale* expiabitis.

℣. 23. Et pro peccato hircum caprarum quotidie. *Non omittas τὸ* quotidie.

Cap. XLVI. ℣. 11. Agnis autem. *Nomini* agnis *ne præponas præpoſitionem* de.

℣. 16. Si dederit princeps donum alicui de filiis ſuis. *Cave ſcribas* domum, *quod eſt, ades, pro* donum, *munus.*

℣. 20. Ut non efferant in atrium exterius. *Legendum eſt* efferant *vocali ſecunda, non* offerant *quarta;* & *caſu accuſandi* atrium exterius, *potiùs quàm auferendi*, atrio exteriori.

Cap. XLVII. ℣. 10. Et ſtabunt ſuper illas piſcatores. *Retinendum eſt femininum* illas *ſ. aquas, non ſubſtituendum neutrum* illa.

℣. 12. Omne lignum pomiferum. *Alii libri habent* fructiferum.

Cap. XLVIII. ℣. 2. Et ſuper terminum Dan. *Non mutes* ſuper *in* ad.

℣. 12. Et erunt eis primitiæ de primitiis terræ. *Pro* primitiis, *non eſt ſcribendum* primitivis, *ſed eadem vox repetenda eſt.*

℣. 17. Et ad Orientem ducenta quinquaginta. *Adulterinum eſt quod quidam addunt* millia.

℣. 22. Erit inter terminum Juda & inter terminum Benjamin. *Præpoſitionem* inter *diſſyllabam, nequaquam commutare oportet cum moneſyllaba* in, *neutro loco.*

℣. 28. Ad plagam Auſtri in meridie. *Retinendus eſt ſextus caſus* meridie, *non mutandus in quartum* meridiem.

℣. 31. Et portæ civitatis ex nominibus tribuum Iſraël. *Malè ſcribunt quidam* omnibus tribubus, *pro* ex nominibus tribuum, *quod eſt, ſortita nomina à nominibus tribuum.*

℣. 33. Et portæ tres, porta Simeonis una. *Nequaquam omittendum illud*, portæ tres.

Digitized by Google

Variæ Lectiones Vulgatæ, rursum ab eodem Francisco Luca observatæ.

EZECHIEL.

Cap. I. ℣. 10. Et facies aquilæ desuper ipsorum quatuor. *Multi libri Latini omittunt* τὸ desuper, *conformiter Hebraïs, & Græcis: de quo vetus noster Corrector annotat:* Item B. Et facies aquilæ ipsorum quatuor, nec Hebræa, nec antiqui habent desuper, faciei enim hominis hîc respondet aquilæ, sicut dextræ leonis respondet sinistra bovis: unde cùm nihil de situ humanæ determinatur, nec de aquilinæ faciei situ. Quòd si propter ordinis numerum anterior intelligitur humana, posterior non superior intelligitur aquila. Tamen propter significationem Theologiæ Johannis, congruit ministerio (*Ecclesiastico*) quia superior accipitur, non tamen virtute litteræ. *Hæc ille satis amplè, præter morem. Loci sensus omnium consensu est: Unicuique quatuor animalium fuisse in capite quatuor facies, à dextris faciem hominis, & faciem leonis; à sinistris faciem bovis, & faciem aquilæ. Quòd si ergo in nostra versione, omisso* desuper, *legatur* & facies aquilæ ipsorum quatuor, *intelligendum est, repetito à communi sensu ex pericope præcedente*, à sinistris.

Cap. XXI. ℣. 28. Mucro, mucro evagina te ad occidendum, lima te ut interficias & fulgeas. *Quædam Mſs. sic scribunt, ut unica sit dictio* evaginate, & *altera una* limate. *Unde Epanorthotes*, Duo, *inquit*, sunt participia passiva.

Cap. XLIV. ℣. 20. Sed tondendo attondent capita sua. *Latinè dicatur* attondebunt, *prout etiam inveni in duobus Mſs. Lobiensi & Clarimarisci.*

℣. 28. Non erit eis hæreditas. *Alii libri omittunt præpositam negationem, Hebræo consentaneè, de quo Epanorthotes:* Item G. Hebræus & antiqui, erit autem eis hæreditas, & determinat quæ, subjungens, Ego hæreditas eorum.

Cap. XLVI. ℣. 7. De agnis autem. *Mſs. nostra unanimiter tollunt præpositionem* de, *adstipulante vetere Epanorthote nostro, sicut infra* ℣. 11. *loco simili, à Patribus omissa est.*

Digitized by Google

CAPITULA PROPHETIÆ DANIELIS,

Ex codd. Mſs. Orat. B. VIII. Vatic. 4220. & S. Petri, 3. edita à Joſ. Maria Caro presb. Romæ, 1688.

I. *DE filiis captivitatis Judæ, quos elegit Nabuchodonoſor rex, ut diſcerent litteras.* c. 1. ℣. 4.

II. *Ubi introducuntur iidem pueri ad Regem, & miratur ſapientiam eorum.* c. 1. ℣. 18.

III. *De ſomnio Nabuchodonoſor, quem latuit: propter quem* (l. *quod*) *juſſit Divinos interfici.* c. 2.

IV. *Ubi Daniel cum tribus pueris rogavit Dominum ut ſibi viſum Regis manifeſtaret: & oſtenſum ſibi, Regi interpretationem narravit, quòd regnum ejus verteretur.* c. 2. ℣. 16. ſeqq.

V. *De ſtatua Regis aurea; & de lapide exciſo de monte (qui eſt Chriſtus Dominus) qui percuſſit ſtatuam, & comminuit in pulverem.* c. 2. ℣. 31. ſeqq.

VI. *De ſtatua aurea, quam ſtatuit Nabuchodonoſor in campo, & juſſit eam ab omni populo adorari.* al. *De ſtatua Nabuchodonoſor, quam juſſit ab omni populo adorari.* c. 3. ℣. 1. ſeqq.

VII. *Ubi tres pueri, quòd ſtatuam Regis non adoraſſent, miſſi ſunt in fornacem ignis ardentis.* c. 3. ℣℣. 12. 20.

VIII. *Oratio Azariæ in fornace, & laus trium puerorum.* c. 3. ℣. 24. ſeqq.

IX. *Ubi diabolus per Nabuchodonoſor confeſſus Chriſtum filium Dei.* c. 3. ℣. 92.

X. *Aliud ſomnium interpretatus eſt Daniel regi Nabuchodonoſor.* c. 4. ℣℣. 1. 16.

XI. *De duodecim menſibus.* c. 4. ℣. 26.

XII. *Vox Domini de cœlo ad Regem, quia regnum ab eo auferret; & cùm fugeret* (al. *fieret*) *pœnitentiam egit, & reſtitutus eſt in regno ſuo.* c. 4. ℣. 28. ſeqq.

XIII. *Ubi Balthaſſar, cùm vinum biberet in vaſis Dei, & laudaret deos ſuos, ablatum eſt ab eo regnum.* al. *De Balthaſſar, qui dum biberet in vaſis ſanctis Dei, ablatum eſt ab eo regnum.* al. *Ubi Balthaſſar laudabat deos ſuos, ablatum ab eo regnum.* c. 5. ℣. 1. ſeqq.

XIV. *Ubi Daniel legit ſcripturam regis, & interpretationem ejus, & prædixit tolli ab eo regnum, & dari Medis, & Perſis.* c. 5. ℣. 25.

XV. *Ubi ſatrapæ accuſant Danielem Regi, & miſſus eſt in lacum leonum.* al. *Ubi accuſatur Daniel, & mittitur in lacum leonum.* c. 6. ℣. 13. ſeqq.

XVI. *Ubi vidit Daniel quatuor beſtias in figura centum quinquaginta quatuor regum.* c. 7. ℣. 1. ſeqq.

XVII. *Viſio ſimilitudinis Domini, & gloria ſedis ejus. Vox Domini Chriſti.* c. 7. ℣℣. 8. 16.

XVIII. *De Antichriſto.* al. *Viſio Antichriſti.* c. 7. ℣. 23. ſeqq.

XIX. *De ariete, & hirco.* c. 8. ℣. 3. ſeqq.

XX. *De diebus duo millia trecentis.* c. 8. ℣. 14.

XXI. *De interpretatione arietis, & hirci.* c. 8. ℣. 19.

XXII. *Ubi angelus locutus eſt ad Danielem de ſeptuaginta hebdomadis ſtatutis ſuper Jeruſalem, & ſuper populum.* c. 9. ℣. 1. ſeqq.

XXIII. *De Chriſto Domino.* c. 9. ℣. 24.

XXIV. *Ubi Daniel jejunavit tres hebdomadas dierum, & vidit angelum.* c. 10. ℣. 2. ſeqq.

XXV. *De regibus Perſarum prædixit angelus Domini Danieli.* c. 11. ℣. 1. ſeqq.

XXVI. *De rege, qui ſe attollet contra Deum cum Antichriſto.* c. 11. ℣. 36.

XXVII. *De reſurrectione mortuorum juſtorum, & injuſtorum, & (al. ad) dies M. CCC. XXXV.* c. 12. ℣. 1. ſeqq.

XXVIII. *De duobus presbyteris, qui concupierunt Suſannam violare.* c. 13. ℣. 1. ſeqq.

XXIX. *Ubi excitavit ſpiritum ſanctum ad Danielem, qui liberavit Suſannam à morte.* c. 13. ℣. 45. ſeqq.

XXX. *Ubi Daniel evertit Bel, & templum ejus deſtruxit.* c. 14. ℣. 1. ſeqq.

XXXI. *Ubi Daniel occidit draconem, & miſſus eſt in lacum leonum; & attulit ei prandium Abbacuch propheta.* c. 14. ℣. 25. ſeqq.

Digitized by Google

PROPHETIA
*DANIELIS.

CAPUT PRIMUM.

VULGATA NOVA.

1. ANno tertio regni Joakim regis Juda, venit Nabuchodonosor rex Babylonis in Jerusalem, & obsedit eam: 1... *Vide Not.*

2. & tradidit Dominus in manu ejus Joakim regem Juda, & partem vasorum domus Dei: & asportavit ea in terram Sennaar in domum dei sui, & vasa intulit in domum thesauri dei sui.

VULGATA NOVA.

3. Et ait rex Asphenez præposito eunuchorum, ut introduceret de filiis Israël, & de semine regio & tyrannorum,

VERSIO ANTIQUA.

3. Et dixit rex Asphanez principi eunuchorum, ut introduceret de filiis captivitatis Israël, & de semine regio, & de phorthommim, *Hieron. l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 166. d.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* De hoc libro Danielis ita Hieron. loquitur præfat. in eund. to. 3. 1074. *Illud quoque lectorem admoneo, Danielem non juxta LXX. Interpretes, sed juxta Theodotionem Ecclesias legere.....sed & Origenes de Theodotionis opere in Editione Vulgata asteriscos posuit, docens defuisse quæ addita sunt; & rursus quosdam versus obelis prænotavit, superflua quæque designans. Cùmque omnes Christi Ecclesiæ tam Græcorum, quàm Latinorum, Syrorumque & Ægyptiorum hanc sub asteriscis & obelis Editionem legant, ignoscant invidi labori meo, qui volui habere nostros quod Græci in Aquilæ, & Theodotionis, ac Symmachi editionibus lectitant.* Item præf. in hanc Vers. Lat. Danielis, to. 1. 990. *Danielem propheteam*, inquit, *juxta LXX. Interpretes, Domini Salvatoris Ecclesiæ non legunt, utentes Theodotionis editione: & hoc cur acciderit, nescio. Sive enim quia sermo Chaldaicus est, & quibusdam proprietatibus à nostro eloquio discrepat, noluerunt LXX. Interpretes easdem linguæ lineas in translatione servare: sive sub nomine eorum ab alio nescio quo non satis Chaldæam lingnam sciente, editus est liber: sive aliud quid causæ exstiterit ignorans: hoc unum affirmare possum, quòd multùm à veritate discordet, & recto judicio repudiatus sit.* Addit Montfalconius noster, admonitione præv. in Dan. Hexap. to. 2. p. 327. « Cùm autem, ut ait Hieronymus, Ecclesiæ Danielem, non secundùm LXX. sed secundùm Theodotionem legerent, hîc contigit ut Editio τῶν Ο. prorsus exciderit, & Theodotionis sola remanserit. » Nonnullæ tamen lectiones Editionis LXX. adhuc supersunt, quas doctus editor ex variis libris excerpsit: quædam etiam referuntur ab Hieronymo ipso in comment. quas nos de more in Notis nostris inserere curabimus. Quare autem multa desint de Versione antiqua hujus libri, quæ nobis colligere non licuit, hæc maximè causa fuit, quòd Hieronymus in commentario, præter morem, nonnisi unum (Vulgatæ) contextum protulerit; nec alterius è Gr. nisi lectiones, aut varietates pauciſſimas addiderit. Hujus tamen antiquæ Versionis jactura tantulùm levabitur, si advertatur Interpretationem Latinam Hieronymi quæ nunc habetur in Vulg. nostra, non longè plerumque discrepare à textu Græco, unde manavit Versio antiqua, imo sæpius & plurimùm cum ipso concordare: id sanè patebit cuivis, contentione & comparatione facta. Neque ego hîc loquor de tribus fragmentis additis ab Hieronymo, nempe hymno trium puerorum, necnon Susannæ, Belis ac draconis historiis, quæ omnia, quoniam *in Hebræo volumine* non legebantur, teste Hieron. *de Theodotionis editione translata sunt.* Porro usitatum Hieronymo est in commentariis, textum integrum & secundùm Hebr. & secundùm LXX. referre cùm ambo plurimùm inter se discrepant; si verò non multùm, diversitates tantummodo LXX. Interpretum textui Hebraïco admiscere. Id potissimùm liquet comm. in Ezechielem, ubi à referenda integra Versione Lat. ex Edit. LXX. abstinere se non semel dicit: v. g. in cap. 27. col. 879. c. *Itaque, nostra erimus interpretatione contenti; & ficubi dissonant, ex latere copulabimus:* & infra in cap. 29. col. 903. c. *Studio brevitatis utramque editionem miscemus, ubi non multùm inter se discrepant; alioquin ubi magna diversitas est, utramque proponimus.* Cùm autem comment. in Dan. Versionem suam Lat. unam & solam plerumque adhibeat S. Doctor, inde colligimus Græcum contextum fontis Hebraïci vel potiùs Chaldaici parum dissimilem, ipsum judicasse, proindeque ab utraque versione Latina simul jungenda vel admiscenda sibi temperasse.

℣. 1. Ita Hieron. in hunc loc. to. 3. 1075. a. *Nemo putet eundem in Danielis principio esse* Joacim, *qui in Ezechielis exordio* Joachin *scribitur: iste enim extremam syllabam* chin *habet, ille* cim: *& ob hanc causam in Evangelio secundùm Matthæum una videtur deesse generatio, quia secunda τεσσαρεσδεκας in* Joacim *desinit filio Josiæ, & tertia incipit à* Joachin *filio* Joacim.

℣. 3. Iidem Græcè, adnexo uno αὐτῦ, *ejus*, ad vo-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup.

4. pueros, in quibus non esset macula, pulchros facie, & intelligentes sapientiam.....

VULGATA NOVA.

4. pueros, in quibus nulla esset macula, decoros formâ, & eruditos omni sapientia, cautos scientia, & doctos disciplina, & qui possent stare in palatio regis, ut doceret eos litteras, & linguam Chaldæorum.

VULGATA NOVA.

5. Et constituit eis rex annonam per singulos dies de cibis suis, & de vino unde bibebat ipse, ut enutriti tribus annis, postea starent in conspectu regis.

6. Fuerunt ergo inter eos de filiis Juda, Daniel, Ananias, Misael, & Azarias.

7. Et imposuit eis præpositus eunuchorum, nomina; Danieli, Baltassar; Ananiæ, Sidrach; Misaeli, Misach; & Azariæ, Abdenago.

8. Proposuit autem Daniel in corde suo, ne polluereturde mensa regis, neque de vino potus ejus: & rogavit eunuchorum præpositum ne contaminaretur.

9. Dedit autem Deus Danieli gratiam & misericordiam in conspectu principis eunuchorum.

10. Et ait princeps eunuchorum ad Danielem: Timeo ego dominum meum regem, qui constituit vobis cibum & potum: qui si viderit vultus vestros macilentiores præ cæteris adolescentibus coævis vestris, condemnabitis caput meum regi.

11. Et dixit Daniel ad Malasar, quem constituerat princeps eunuchorum super Danielem, Ananiam, Misaelem, & Azariam:

12. Tenta nos obsecro servos tuos diebus decem, & dentur nobis legumina ad vescendum, & aqua ad bibendum:

13. & contemplare vultus nostros, & vultus puerorum qui vescuntur cibo regio: & sicut videris, facies cum servis tuis.

14. Qui, audito sermone hujuscemodi, tentavit eos diebus decem.

15. Post dies autem decem, apparuerunt vultus eorum meliores & corpulentiores præ omnibus pueris, qui vescebantur cibo regio.

16. Porro Malasar tollebat cibaria & vinum potus eorum: dabatque eis legumina.

17. Pueris autem his dedit Deus scientiam & disciplinam in omni libro, & sapientia: Danieli autem intelligentiam omnium visionum & somniorum.

18. Completis itaque diebus, post quos dixerat rex ut introducerentur: introduxit eos præpositus eunuchorum in conspectu Nabuchodonosor.

19. Cùmque eis locutus fuisset rex, non sunt inventi tales de universis, ut Daniel, Ananias, Misael, & Azarias: & steterunt in conspectu regis.

20. Et omne verbum sapientiæ & intellectus, quod scisciatus est ab eis rex, invenit in eis decuplum, super cunctos ariolos & magos, qui erant in universo regno ejus. 20... *Vide Not.*

21. Fuit autem Daniel usque ad annum primum Cyri regis. *Inf. 6. 28.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

cem *eunuchorum*. Hieron. in hunc loc. col. 1075. e. hæc observat: *Pro* Alphanez *in edit. Vulgata* Ἀβριεσδρὶ *scriptum reperi; & pro* φορβομμὶν, *quod Theodotio posuit, LXX. & Aquila* electos *transtulerunt..... quod nos juxta editionem Hebraorum, quæ* κατ' ἀκρίβειαν *legitur, in* tyrannos *vertimus; maximè quia præcedit*, de regio semine.

℣. 4. Gr. νεανίσκους, οἷς οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς μῶμος, καὶ καλοὺς τῇ ὄψει, καὶ ξυνιέντας ἐν πάσῃ σοφίᾳ.

℣. 20. Hieron. in hunc loc. col. 1077. a. *Pro* ariolis, & magis, *Vulgata editio* sophistas, & philosophos *transtulit*: & infra: *Quos nos* ariolos, *cæteri* ἐπῳδοὺς; *interpretati sunt, id est*, incantatores.

CAPUT II.

VULGATA NOVA.

1. IN anno secundo regni Nabuchodonosor, vidit Nabuchodonosor somnium, & conterritus est spiritus ejus, & somnium ejus fugit ab eo.

2. Præcepit autem rex, ut convocarentur arioli, & magi, & malefici, & Chaldæi, ut indicarent regi somnia sua: qui cùm veniissent, steterunt coram rege.

3. Et dixit ad eos rex: Vidi somnium; & mente confusus ignoro quid viderim.

4. Responderuntque Chaldæi regi Syriacè: Rex in sempiternum vive: dic somnium servis tuis, & interpretationem ejus indicabimus.

5. Et respondens rex ait Chaldæis: Sermo recessit à me: nisi indicaveritis mihi somnium, & conjecturam ejus, peribitis vos, & domus vestræ publicabuntur.

6. Si autem somnium, & conjecturam ejus narraveritis, præmia, & dona, & honorem multum accipietis à me: somnium igitur, & interpretationem ejus indicate mihi.

7. Responderunt secundò, atque dixerunt: Rex somnium dicat servis suis, & interpretationem illius indicabimus.

8. Respondit rex, & ait: Certè novi quòd tempus redimitis, scientes quòd recesserit à me sermo.

9. Si ergo somnium non indicaveritis mihi, una est de vobis sententia, quòd interpretationem quoque fallacem & deceptione plenam composueritis, ut loquamini mihi donec tempus pertranseat. Somnium itaque dicite mihi, ut sciam quòd interpretationem quoque ejus veram loquamini.

10. Respondentes ergo Chaldæi coram rege, dixerunt: Non est homo super terram, qui sermonem tuum, rex, possit implere: sed neque regum quisquam magnus & potens verbum hujuscemodi sciscitatur ab omni ariolo, & mago, & Chaldæo.

11. Sermo enim, quem tu quæris, rex, gravis est: nec reperietur quisquam, qui indicet illum in conspectu regis: exceptis diis, quorum non est cum hominibus conversatio.

12. Quo audito, rex in furore, & in ira magna præcepit, ut perirent omnes sapientes Babylonis.

13. Et egressa sententia, sapientes interficiebantur: quærebanturque Daniel & socii ejus, ut perirent.

14. Tunc Daniel requisivit de lege atque sententia ab Arioch principe militiæ regis, qui egressus fuerat ad interficiendos sapientes Babylonis.

15. Et interrogavit eum, qui à rege potestatem acceperat, quam ob causam tam crudelis sententia à facie regis esset egressa. Cùm ergo rem indicasset Arioch Danieli,

16. Daniel ingressus rogavit regem, ut tempus daret sibi ad solutionem indicandam regi.

17. Et ingressus est domum suam, Ananiæque & Misaeli & Azariæ sociis suis indicavit negotium:

18. ut quærerent misericordiam à facie Dei cœli super sacramento isto, & non perirent Daniel & socii

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

ejus cum cæteris ſapientibus Babylonis.

19. Tunc Danieli myſterium per viſionem nocte revelatum eſt : & benedixit Daniel Deum cœli,

VULGATA NOVA.

20. & locutus ait : Sit nomen Domini benedictum à ſæculo & uſque in ſæculum : quia ſapientia & fortitudo ejus ſunt.

21. Et ipſe mutat tempora, & ætates : tranſfert regna, atque conſtituit : dat ſapientiam ſapientibus, & ſcientiam intelligentibus diſciplinam :

VERSIO ANTIQUA.

20..... quoniam ſapientia, & virtus, & intellectus ipſius ſunt. *Caſſiod. in Pſal. 101. p. 342. b.*

21. Et ipſe mutat tempora, & ſæcula.....

VULGATA NOVA.

1. *Cor.* 4. 5. *Joan.* 1. 9. & 8. 12. 1. *Joan.* 1, 6.

22. Ipſe revelat profunda, & abſcondita, & novit in tenebris conſtituta : & lux cum eo eſt.

23. Tibi Deus patrum noſtrorum confiteor, teque laudo : quia ſapientiam & fortitudinem dediſti mihi : & nunc oſtendiſti mihi quæ rogavimus te, quia ſermonem regis aperuiſti nobis.

24. Poſt hæc Daniel ingreſſus ad Arioch, quem conſtituerat rex ut perderet ſapientes Babylonis, ſic ei locutus eſt : Sapientes Babylonis ne perdas : introduc me in conſpectu regis, & ſolutionem regi narrabo.

25. Tunc Arioch feſtinus introduxit Danielem ad regem, & dixit ei : Inveni hominem de filiis tranſmigrationis Juda, qui ſolutionem regi annuntiet.

26. Reſpondit rex, & dixit Danieli, cujus nomen erat Baltaſſar : Putaſne verè potes mihi indicare ſomnium, quod vidi, & interpretationem ejus ?

27. Et reſpondens Daniel coram rege, ait : Myſterium, quod rex interrogat, ſapientes, magi, arioli, & aruſpices nequeunt indicare regi.

28. Sed eſt Deus in cœlo revelans myſteria, qui indicavit tibi rex Nabuchodonoſor, quæ ventura ſunt in noviſſimis temporibus. Somnium tuum, & viſiones capitis tui in cubili tuo hujuſcemodi ſunt :

29. Tu rex cogitare cœpiſti in ſtrato tuo, quid eſſet futurum poſt hæc : & qui revelat myſteria, oſtendit tibi quæ ventura ſunt.

29... *Vide Not.*

30. Mihi quoque non in ſapientia, quæ eſt in me plus quàm in cunctis viventibus, ſacramentum hoc revelatum eſt : ſed ut interpretatio regi manifeſta fieret, & cogitationes mentis tuæ ſcires.

VULGATA NOVA.

31. Tu rex videbas, & ecce quaſi ſtatua una grandis : ſtatua illa magna, & ſtatura ſublimis ſtabat contra te, & intuitus ejus erat terribilis.

32. Hujus ſtatuæ caput ex auro optimo erat, pectus autem & brachia de argento, porro venter & femora ex ære :

33. tibiæ autem ferreæ, pedum quædam pars erat ferrea, quædam autem fictilis.

34. Videbas ita, donec abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus : & percuſſit ſtatuam in pedibus ejus ferreis & fictilibus, & comminuit eos.

35. Tunc contrita ſunt pariter ferrum, teſta, æs, argentum, & aurum, & redacta quaſi in favillam æſtivæ areæ, quæ rapta ſunt vento : nulluſque locus inventus eſt eis : lapis autem, qui percuſſerat ſtatuam, factus eſt mons magnus, & implevit univerſam terram :

VERSIO ANTIQUA.

31..... & ecce imago nimis magna, & contemplatio ejus imaginis metuenda, & elata ſtabat contra te. *Cypr. l. 2. Teſtim. p. 292. b.*

32. Cujus caput fuit ex auro bono, pectus & brachia ejus argentea, venter & femora ærea :

33. pedes autem ex parte quidem ferrei, ex parte autem fictiles :

34. quoaduſque abſciſſus eſt lapis de monte ſine manibus concidentium : & percuſſit imaginem ſuper pedes ferreos & fictiles, & comminuit eos minutatim.

35. Et factum eſt, ſimul ferrum, & teſta, & æramentum, & argentum, & aurum, & facta ſunt minuta quaſi palea aut pulvis in area, æſtate ; & ventilavit illa ventus, ita ut nihil remanſerit ex illis : & lapis, qui percuſſit imaginem, factus eſt mons magnus, & implevit totam terram :

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 20. Græc. Vatic. ὅτι ἡ Σοφία, καὶ ἡ Σύνεσις αὐτῶ ἐστι· at in ed. Compl. & Mſ. Alex. voci Σύνεσις, ſubjicitur καὶ ἡ Ἰσχὺς αὐτῶ.

℣. 21. Gr. Καὶ αὐτὸς ἀλλοιοῖ καιρὺς, καὶ χρόνους.

℣. 29. Hieron. in hunc loc. col. 1080. d. *Pro eo quod eſt*, (in Vulg.) poſt hæc, *ſoli LXX.* dies noviſſimos *tranſtulerunt* : nunc tamen Græcè legitur μετὰ ταῦτα.

℣. 31. Julius Firmic. l. de errore prof. relig. c. 21. p. 172. g. & *ecce imago*, *imago nimis magna*, & *contemplatio ipſius imaginis metuenda*, *elata ſtabat contra te.* Græc. καὶ ἰδοὺ εἰκὼν μία μεγάλη ἡ εἰκὼν ἐκείνη, καὶ ἡ πρόσοψις αὐτῆς ὑπερφερὴς, ἑστῶσα πρὸ προσώπου σου, καὶ ἡ ὄψεως αὐτῆς φοβερά· & *ecce imago una magna imago illa*, & *aſpectus ipſius ſublimis*, *ſtans ante faciem tuam*, & *intuitus ejus erat terribilis.*

℣. 32. Eadem refert Julius Firm. l. de errore prof. rel. 172. g. Ita quoque in Græco eſt, niſi quòd ante vocem *cujus*, reponitur εἰκὼν, *imago* ; & ante *pectus*, αἱ χεῖρες, *manus.* Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 33. p. 161. c. ait : Statuæ *caput aureum..... pectus & brachia ejus argentea..... venter & femora ærea.* Hieron. in comm. col. 1081. a. *Pro* ſtatua, inquit, *id eſt*, ἀνδριάντα, *quod ſolus interpretatus eſt Symmachus*, *cæteri* imaginem *tranſtulerunt.*

℣. 33. Ita legit Jul. Firm. l. de err. prof. rel. p. 172. g. At Iren. l. 5. c. 26. *pedes* (al. *pedis*) *pars quidem aliqua ferrea*, & *pars aliqua fictilis.* Auctor l. de promiſſ. apud Proſperum, c. 33. p. 161. c. *crura ferrea*, & *digiti pedum partim ferrei*, *partim fictiles.* Græc. αἱ κνῆμαι Σιδηραῖ· οἱ πόδες, μέρος μέν τι Σιδηροῦν, καὶ μέρος δέ τι ὀστράκινον· i. e. *tibiæ ferrea* ; *pedes*, *pars quidem ferrea*, & *pars quædam teſtea.*

℣. 34. Itidem apud Jul. Firmic. l. de errore prof. rel. p. 172. g. nec aliter in Græco, præter verbum ἐθεώρεις, *videbas*, quod ipſo initio ponitur ante τὸ *quoadusque* ; tollitur verò inf. *concidentium* ; extremòque legitur εἰς τέλος, *in finem*, loco *minutatim* ; in ed. Compl. εἰσάπαξ, *ſimul*, *pariter*, *ſemel.* Irenæus l. 5. c. 26. ſimiliter habet : *quoadusque abſciſſus eſt lapis ſine manibus* : & *percuſſit imaginem in pedes ferreos & fictiles*, & *comminuit eos uſque ad finem* : & l. 4. c. 20. p. 256. d. *lapis à monte abſciſſus ſine manibus.* Auguſt. quoque epiſt. 105. to. 2. 302. d. ait *lapidem de monte ſine manibus præciſum*, *fregiſſe omnia regna terrarum* : vide etiam tract. 4. in Joh. to. 3. 313. g. Item Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 33. ap. Proſp. p. 161. c. dicit : *Regnum ſubjungit Daniel in lapide abſciſſo de monte ſine manibus concidentium.* Auctor op. imp. in Matth. hom. 10. p. 60. a. *Ecce lapis exciſus eſt ſine manibus.*

℣. 35. Ita Cyprianus ex editt. Pariſ. 1541. 1616. 1643. & 1666. ubi conſtanter, *Et factum eſt ſimul ferrum* : ita quoque in edit. nov. Baluz. anni 1726. præter unum *ferreum*, loco *ferrum* ; ſed vitiosè, ni fallor, cùm in Græco ſit Σιδηρος. In edit. etiam Oxon. an. 1700. legitur *ferrum* ; ſed loco *Et factum eſt ſimul*, ſic emendatur, *Et fras-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

36. hoc eſt ſomnium: Interpretationem quoque ejus dicemus coram te, rex.

37. Tu rex regum es: & Deus cœli, regnum, & fortitudinem, & imperium, & gloriam dedit tibi:

38. & omnia in quibus habitant filii hominum, & beſtiæ agri: volucres quoque cœli dedit in manu tua, & ſub ditione tua univerſa conſtituit: tu es ergo caput aureum.

39. Et poſt te conſurget regnum aliud minus te argenteum: & regnum tertium aliud æreum, quod imperabit univerſæ terræ.

40. Et regnum quartum erit velut ferrum: quomodo ferrum comminuit & domat omnia, ſic comminuet & conteret omnia hæc.

VERSIO ANTIQUA.

Iren. l. 5. c. 26. p. 324. b.

41. Et quoniam vidiſti pedes, & digitos, partem quidem fictilem, partem autem ferream: regnum diviſum erit, & à radice ferrea erit in eo, quemadmodum vidiſti ferrum commiſtum teſtæ.

42. Et digiti pedum, pars quidem aliqua ferrea, pars autem aliqua fictilis: pars aliqua regni erit fortis, & ab ipſa pars erit minuta.

43. Quoniam vidiſti ferrum commiſtum teſtæ, commiſtiones erunt in ſemine hominum, & non erunt adjuncti invicem, quemadmodum ferrum non commiſcetur cum teſta.

44. Et in diebus regum illorum, excitabit Deus cœli regnum, quod in æternum non corrumpetur, & regnum ejus alteri populo non relinquetur: comminuet, & ventilabit omnia regna: & ipſum exaltabitur in æternum.

45. Quemadmodum vidiſti, quoniam de monte præciſus eſt lapis ſine manibus, & comminuit teſtam, ferrum, & æramentum, & argentum, & aurum, Deus magnus ſignificavit regi quæ futura ſunt poſt hæc: & verum eſt ſomnium, & fidelis interpretatio ejus.

VULGATA NOVA.

41. Porro quia vidiſti pedum, & digitorum partem teſtæ figuli, & partem ferream: regnum diviſum erit, quod tamen de plantario ferri orietur, ſecundùm quod vidiſti ferrum miſtum teſtæ ex luto.

42. Et digitos pedum ex parte ferreos, & ex parte fictiles: ex parte regnum erit ſolidum, & ex parte contritum.

43. Quòd autem vidiſti ferrum miſtum teſtæ ex luto, commiſcebuntur quidem humano ſemine, ſed non adhærebunt ſibi, ſicuti ferrum miſceri non poteſt teſtæ.

44. In diebus autem regnorum illorum, ſuſcitabit Deus cœli regnum, quod in æternum non diſſipabitur, & regnum ejus alteri populo non tradetur: comminuet autem, & conſumet univerſa regna hæc: & ipſum ſtabit in æternum.

45. Secundùm quod vidiſti, quòd de monte abſciſſus eſt lapis ſine manibus, & comminuit teſtam, & ferrum, & æs, & argentum, & aurum, Deus magnus oſtendit regi quæ ventura ſunt poſtea: & verum eſt ſomnium, & fidelis interpretatio ejus.

46. Tunc rex Nabuchodonoſor cecidit in faciem ſuam, & Danielem adoravit, & hoſtias, & incenſum præcepit ut ſacrificarent ei.

47. Loquens ergo rex, ait Danieli: Verè Deus veſter Deus deorum eſt, & Dominus regum, & revelans myſteria: quoniam tu potuiſti aperire hoc ſacramentum.

Ambroſiaſt. p. 267. c.

47..... Verè Deus veſter ipſe eſt Deus vivus, & aperiens myſteria.....

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

tum eſt ſimul; quæ lectio non parum arrideret, ſi Manuſcriptorum ſubſidio niteretur, nec ei impreſſi quique libri repugnarent: fatendum etiam huic lectioni favere Vulgatam, & Græcum, ut videbitur infra: ſed Julius Firmicus eidem contradicit, & priorem firmat; libro enim de errore prof. relig. c. 21. cùm ex edit. Bibl. PP. Pariſ. an. 1610. tum ex noviſſ. Lugd. to. 4. an. 1677. legit, *Et factum eſt ſimul ferrum*: ſimiliter ex edit. Priorii ad calc. op. S. Cypr. Pariſ. 1666. *Et factum eſt ſimul*, ſed mutatur *ferrum* in *ferreum*; reliqua de eodem Firmico concinunt cum Cypriano ad verbum, niſi quòd Firmicus tollit *&*, ante *facta ſunt*; paulòque poſt, loco *aut pulvis in area, æſtate*, legit, *& ut pulvis in arida æſtate*; & inf. *in illis*, pro *ex illis*. Editio etiam Cyprianica Eraſmi, Pariſ. 1541. delet *&*, ante *facta ſunt* cum Jul. Firmico, nec malè; hac enim detracta conjunctione, meliùs cohærent verba inter ſe, ſi tamen ita interpungas: *Et factum eſt*, deinde ſic: *ſimul ferrum* (non *ferreum*,) *& teſta, & æramentum, & argentum, & aurum, facta ſunt minuta quaſi palea aut pulvis in area, æſtate*, &c. ut ſup. Hæc etiam ita diſtincta non multùm abludunt à Græco, ubi ſic: Τότε ἐλεπτύνθησαν εἰσάπαξ τὸ ὀστρακον, ὁ ϛίδηρος, ὁ χαλκὸς, ὁ ἄργυρος, ὁ χρυσὸς, καὶ ἐγένετο ὡσεὶ χοιορτὸς ἀπὸ ἅλωνος θερινῆς· καὶ ἐξῆρεν αὐτὰ τὸ πλῆθος τῦ πνεύματος, καὶ τόπος οὐχ εὑρέθη αὐτοῖς· καὶ ὁ λίθος, ὁ παίσας τὴν εἰκόνα, ἐγενήθη ὄρος μέγα, καὶ ἐπλήρωσε πᾶσαν τὴν γῆν· i. e. *Tunc comminuta ſunt pariter teſta, ferrum, æs, argentum, aurum, & facta ſunt quaſi pulvis de area æſtiva; & ſuſtulit ea multitudo ſpiritus, & locus non eſt inventus eis: & lapis, qui percuſſerat imaginem, factus eſt mons magnus, & replevit omnem terram.* Apud Ambroſ. l. 2. de interpel. Dav. c. 4. col. 644. b. *& lapis, qui eliſit imaginem, factus eſt mons magnus, & implevit omnem terram.* Hilar. etiam in Pſ. 120. col. 379. b. ait: *Secundùm Danielem, Dominus ipſe mons magnus eſt*: vide ſis in Pſ. 124. col. 403. c. Auguſt. pariter in Pſ. 3. to. 4. 8. d. dicit: *Scriptum eſt lapidem præciſum ſine manibus creviſſe in magnitudinem montis*: & epiſt. 105. to. 2. 302. d. *lapidem ipſum creviſſe, & factum montem magnum, & repleviſſe omnem terram*: & tract. 4. in Joh. to. 3. 313. g. *& crevit lapis ille, & factus eſt mons magnus, & implevit univerſam faciem terræ*: vide etiam tract. 3. in 1. Joh. col. 846. b. Eadem memorat Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 33. p. 161. d. dicens: *Cùm illam ſtatuam percuſſiſſet, omnes ejus partes redegit in pulverem; eaque auferens ſpiritus venti, locus ejus inventus non eſt: ipſum autem lapidem, qui percuſſit ſtatuam, factum eſſe montem magnum, & impleſſe omnem faciem terræ.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 10. p. 60. b. *& factus eſt mons magnus, & occupavit totam terram.*

℣. 41. Totidem verba Græc. exhibet, niſi quòd ante *fictilem*, & ante *ferream*, ponit τί, *quandam.*

℣. 42. Sic iterum Græcè, hoc tamen ult. excepto, ἀπ' αὐτῆς (βασιλείας) ἔσαι ϛυντεθλιμμένον, *de eo erit contritum*, pro *ab ipſa pars erit minuta.*

℣. 43. Similia Græcum habet.

℣. 44. Eadem exſtant Græcè, niſi exceperis verbum ἀναϛήσεται, pro *exaltabitur*, Nobil. *ſtabit*, quod eòdem redit. Apud Hilar. in Pſ. 144. col. 563. b. *Et in diebus regum illorum, excitabit Deus cœli regnum aliud, quod nunquam corrumpetur uſque in ſæcula, regnumque ejus alteri populo non relinquetur: comminuet, & ventilabit omnia regna: & hoc regnum in æternum.* Ambroſiaſt. p. 163. b. *Deus cœli excitabit aliud regnum, quod nunquam corrumpetur: & hoc regnum erit in æternum*: & infra p. 238. d. *exſurget regnum aliud incorruptibile.* Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 33. ap. Proſp. p. 161. d. ait: *Vacuatis omnibus regnis, regnum Chriſti Domini exſurget, quod nulli alteri populo relinquetur, quoniam permanebit in æternum.*

℣. 45. Eadem pene in Græco, detracta conjunctione *&*, ante *æramentum*, ſicut ante *argentum*, & *aurum*.

℣. 47. Græc. Ἐπ' ἀληθείας ὁ Θεὸς ὑμῶν αὐτός ἐϛι Θεὸς θεῶν, καὶ Κύριος τῶν βασιλέων ὁ ἀποκαλύπτων μυϛήρια· i. e. *In veritate Deus veſter ipſe eſt Deus deorum, & Dominus regum revelans myſteria.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

48. Tunc rex Danielem in ſublime extulit, & munera multa & magna dedit ei: & conſtituit eum principem ſuper omnes provincias Babylonis, & præfectum magiſtratuum ſuper cunctos ſapientes Babylonis.

49. Daniel autem poſtulavit à rege; & conſtituit ſuper opera provinciæ Babylonis, Sidrach, Miſach, & Abdenago: ipſe autem Daniel erat in foribus regis.

CAPUT III.

VULGATA NOVA.

1. NAbuchodonoſor rex fecit ſtatuam auream altitudine cubitorum ſexaginta, latitudine cubitorum ſex, & ſtatuit eam in campo Dura provinciæ Babylonis.

1.... *Vide Not.*

2. Itaque Nabuchodonoſor rex miſit ad congregandos ſatrapas, magiſtratus, & judices, duces, & tyrannos, & præfectos, omneſque principes regionum, ut convenirent ad dedicationem ſtatuæ, quam erexerat Nabuchodonoſor rex.

3. Tunc congregati ſunt ſatrapæ, magiſtratus, & judices, duces, & tyranni, & optimates qui erant in poreſtatibus conſtituti, & univerſi principes regionum, ut convenirent ad dedicationem ſtatuæ, quam erexerat Nabuchodonoſor rex: ſtabant autem in conſpectu ſtatuæ, quam poſuerat Nabuchodonoſor rex:

4. & præco clamabat valenter: Vobis dicitur populis, tribubus, & linguis:

5. In hora, qua audieritis ſonitum tubæ, & fiſtulæ, & citharæ, ſambucæ, & pſalterii, & ſymphoniæ, & univerſi generis muſicorum, cadentes adorate ſtatuam auream, quam conſtituit Nabuchodonoſor rex.

6. Si quis autem non proſtratus adoraverit, eadem hora mittetur in fornacem ignis ardentis.

7. Poſt hæc igitur ſtatim ut audierunt omnes populi ſonitum tubæ, fiſtulæ, & citharæ, ſambucæ, & pſalterii, & ſymphoniæ, & omnis generis muſicorum: cadentes omnes populi, tribus, & linguæ, adoraverunt ſtatuam auream, quam conſtituerat Nabuchodonoſor rex.

8. Statimque in ipſo tempore accedentes viri Chaldæi accuſaverunt Judæos:

9. dixeruntque Nabuchodonoſor regi: Rex in æternum vive:

10. tu rex poſuiſti decretum, ut omnis homo, qui audierit ſonitum tubæ, fiſtulæ, & citharæ, ſambucæ, & pſalterii, & ſymphoniæ, & univerſi generis muſicorum, proſternat ſe, & adoret ſtatuam auream:

11. ſi quis autem non procidens adoraverit, mittatur in fornacem ignis ardentis.

12. Sunt ergo viri Judæi, quos conſtituiſti ſuper opera regionis Babylonis, Sidrach, Miſach, & Abdenago: viri iſti contempſerunt, rex, decretum tuum: deos tuos non colunt, & ſtatuam auream, quam erexiſti, non adorant.

13. Tunc Nabuchodonoſor in furore, & in ira præcepit, ut adducerentur Sidrach, Miſach, & Abdenago: qui confeſtim adducti ſunt in conſpectu regis.

14. Pronuncianſque Nabuchodonoſor rex, ait eis: Verène Sidrach, Miſach, & Abdenago, deos meos non colitis, & ſtatuam auream, quam conſtitui, non adoratis?

VULGATA NOVA.

15. Nunc ergo ſi eſtis parati, quacunque hora audieritis ſonitum tubæ, fiſtulæ, citharæ, ſambucæ, & pſalterii, & ſymphoniæ, omniſque generis muſicorum, proſternite vos, & adorate ſtatuam, quam feci: quòd ſi non adoraveritis, eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentis: & quis eſt Deus, qui eripiet vos de manu mea?

VERSIO ANTIQUA.

15..... ſi non feceritis, mittemini in caminum ignis ardentis..... *Auguſt. tract. 43. in Joh. to. 3. p. 2. col. 586. e.*

16. Reſpondentes Sidrach, Miſach, & Abdenago, dixerunt regi Nabuchodonoſor: Non oportet nos de hac re reſpondere tibi.

16. Reſponderunt autem Sidrac, Miſac, & Abdenago, & dixerunt regi Nabuchodonoſor: Rex, non opus eſt nobis de hoc verbo reſpondere tibi. *Cypr. l. 3. Teſtim. p. 307. a.*

17. Ecce enim Deus noſter, quem colimus, poteſt eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, ô rex, liberare.

17. Eſt enim Deus, cui nos ſervimus, potens eripere nos de camino ignis ardentis, & de manibus tuis, rex, liberabit nos.

18. Quòd ſi noluerit, notum ſit tibi, rex, quia deos tuos non colimus, & ſtatuam auream, quam erexiſti, non adoramus.

18. Et ſi non, notum ſit tibi, quia diis tuis non ſervimus, & imaginem auream, quam ſtatuiſti, non adoramus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hieron. in comment. col. 1082. f. ad hoc Vulg. *& ſtatuit eam in campo Dura*, addit: *Pro* Dura, *Theodotio* Deira; *Symm.* Duraum; *LXX.* περίζολον *tranſtulerunt, quod nos* vivarium, *vel* concluſum *locum dicere poſſumus.*

℣. 15. Græc. ἐὰν δὲ μὴ προσκυνήσητε, αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ἐμβληθήσεσθε εἰς τὴν κάμινον τοῦ πυρὸς τὴν καιομένην· *ſi autem non adoraveritis, eâdem horâ mittemini in fornacem ignis ardentem.*

℣. 16. A Græco hod. abeſt *Rex*; cætera ſimilia. Idem Cypr. epiſt. 56. & 81. p. 92. a. 164. c. habet: *Nabuchodonoſor rex, non opus eſt nobis de hoc verbo reſpondere tibi:* ſimiliter epiſt. ad Fortun. p. 269. b. Hieron. tamen in comm. col. 1083. f. monet *in Hebræo non* haberi *Regem, ſicut in LXX. ne adulari viderentur impio, aut regem vocare eum, qui ad iniqua compelleret. Quòd ſi quis*, inquit, *contentioſus* regem *quoque legerit, dicemus eos..... ita reddere regi honorem debitum, ut Dei cultus non lædatur.* Apud Tertul. l. adv. Gnoſt. p. 828. c. *Non habemus neceſſitatem reſpondendi huic tuo imperio.*

℣. 17. Sic iterum habet Cypr, ep. 56. & 81. p. 92. a. 164. c. & epiſt. ad Fortun. p. 269. b. Ita quoque in Græco eſt, hoc addito uno, ἡμῶν ἐν οὐρανοῖς, *noſter in cœlis*, ad vocem *Deus*: item inf. non *ardentis* legitur, ſed τῆς καιομένης, *ardente*, per relat. ad præced. ἐκ τῆς καμίνου. Tertul. l. adv. Gnoſt. p. 828. c. legit: *Eſt enim Deus noſter, quem colimus, potens eruere nos de fornace ignis, & ex manibus tuis.* Auguſt. tract. 43. in Joh. to. 3. 586. e. *Potens eſt Deus etiam de iſta flamma liberare nos.* Caſſiod. in Pſ. 37. p. 130. b. *Potens eſt Deus de camino ignis liberare nos.*

℣. 18. Ita rurſum legit Cypr. ep. 56. & 81. p. 92. a. 165. a. & epiſt. ad Fortun. p. 269. b. Græc. addit βασιλεῦ, *rex*, voci *tibi*; deletque *auream*, poſt *imaginem*; cæt. ut in Lat. ſupra. Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. ſervat vocem *auream*; Hieron. que in comm. col. 1084. a. dicit Symmachum vertiſſe *ſtatuam*; cæteros verò, *imaginem auream.* Apud Tertul. l. cont. Gnoſt. p. 828. c. 829. a. ita: *Et tunc manifeſtum fiet tibi, quòd neque idolo tuo famulabimur, nec imaginem tuam auream, quam ſtatuiſti, adorabimus.* Apud Ambroſ. l. 2. de interpel. Dav. c. 8. col. 648. c. *non adoramus imaginem tuam.* Caſſiod. verò in Pſ. 37.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

19. Tunc Nabuchodonosor repletus est furore: & aspectus faciei illius immutatus est super Sidrach, Misach, & Abdenago, & præcepit ut succenderetur fornax septuplum quàm succendi consueverat.

20. Et viris fortissimis de exercitu suo jussit, ut ligatis pedibus Sidrach, Misach, & Abdenago, mitterent eos in fornacem ignis ardentis.

21. Et confestim viri illi vincti, cum braccis suis, & tiaris, & calceamentis, & vestibus, missi sunt in medium fornacis ignis ardentis,

21... *Vide Not.*

22. nam jussio regis urgebat: fornax autem succensa erat nimis. Porro viros illos, qui miserant Sidrach, Misach, & Abdenago, interfecit flamma ignis.

23. Viri autem hi tres, id est, Sidrach, Misach, & Abdenago, ceciderunt in medio camino ignis ardentis, colligati.

Quæ sequuntur in Hebraïs voluminibus non reperi.

24. Et ambulabant in medio flammæ laudantes Deum, & benedicentes Domino.

24.... *Vide Not.*

VERSIO ANTIQUA.

Cypr. de lapsis, p. 191. c.

25. Stans Azarias precatus est, & aperuit os suum, & exomologesin faciebat Deo simul cum sodalibus suis in medio ignis:

Ex Mſ. cod. S. Michaelis Lothar. vulgò S. Mihel, *& altero S. Germ. n. 15. annor. 900.*

26. Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum, & laudabile, & glorioſum nomen tuum in sæcula:

27. quoniam justus es in omnibus quæ fecisti nobis, & omnia opera tua veritas.

28. Et judicia veritatis fecisti secundùm omnia quæ adduxisti nobis, & super civitatem sanctam patrum nostrorum Jerusalem: quoniam in veritate, & judicio fecisti hæc propter iniquitates nostras.

29. Quoniam peccavimus, & iniquè egimus discedere à te; & perquam peccavimus in omnibus:

30. & mandatis tuis non audivimus, neque conservavimus, neque fecimus sicut præcepisti nobis ut bene nobis esset:

31. & omnia, quæcunque nobis fecisti, & om-

VULGATA NOVA.

25. Stans autem Azarias oravit sic, aperiensque os suum in medio ignis, ait:

26. Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum, & laudabile, & glorioſum nomen tuum in sæcula:

27. quia justus es in omnibus quæ fecisti nobis, & universa opera tua vera, & viæ tuæ rectæ, & omnia judicia tua vera.

28. Judicia enim vera fecisti juxta omnia quæ induxisti super nos, & super civitatem sanctam patrum nostrorum Jerusalem: quia in veritate, & in judicio induxisti omnia hæc propter peccata nostra.

29. Peccavimus enim, & iniquè egimus recedentes à te: & deliquimus in omnibus:

30. & præcepta tua non audivimus, nec observavimus, nec fecimus sicut præceperas nobis ut bene nobis esset:

31. omnia ergo, quæ induxisti super nos, &

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

col. 130. b. legit: *Quòd si noluerit, notum tibi sit, rex, quia diis tuis non serviemus.* August. tract. 43. in Joh. to. 3. 586. e. *Sed & si non;* inf. *Sed & si noluerit.*

℣. 21. Huc redeunt quæ Tertul. dicit l. de orat. c. 12. p. 182. b. *Deus non audiat penulatos, qui tres sanctos in fornace Babylonii regis orantes cum sarabaris, & tiaris suis, exaudivit:* item l. de resur. carn. c. 58. p. 591. b. *Babylonii ignes*, inquit, *trium fratrum nec tiaras, nec sarabaras, quanquam Judæis alienas, laserunt.* Novatian. etiam l. de Trin. p. 1035. b. ait Dominum non siviſſe *adolescentium captiva sarabara comburi.* In Gr. sic: Τότε οἱ ἄνδρες ἐκεῖνοι ἐνεδήσαν, ζὺν τοῖς ζαραβάροις αὐτῶν, ἢ τιάραις, &c. De his autem *sarabaris & tiaris* ita disserit Hieron. in comm. col. 1084. c. *Pro* braccis, *quas Symmachus* ἀναξυρίδας *interpretatus est, Aquila & Theodotio* saraballa *dixerunt; & non, ut corruptè legitur*, sarabara. *Linguâ autem Chaldæorum*, saraballa, *crura hominum vocantur & tibiæ.....* Tiara *autem verbum Græcum est, & usu versum in Latinum..... Est autem genus pileoli, quo Persarum, Chaldæorumque gens utitur.* Vide Hilar. l. 10. de Trin. n. 45. col. 1064. c.

℣. 24. Huic & subsequentibus versibus in edit. nostra Vulg. ista præmittuntur verba ex Hieronymo: *Quæ sequuntur in Hebraïs voluminibus non reperi.* At Hieron. in comment. col. 1084. f. relatis totis ℣℣. 23. 24. 25. nempe: *Viri autem hi tres, Sedrach..... Et ambulabant..... Stans autem Azarias..... in medio ignis ait:* hæc addit: *Grande miraculum, ligati mittuntur in fornacem, & cadunt in medium ignis præcipites: ardent vincula quibus ligati sunt, & vinctorum corpora timens flamma non tangit:* mox ita: *Huc usque Hebræi legunt: media quæ sequuntur usque ad finem Cantici trium puerorum, in Hebraïco non habentur; de quibus, ne omnino præterisse videamur, pauca dicenda sunt:* deinde, *Benedictus es Domine Deus*, &c.

℣. 25. S. Pacianus paræn. ad pœnit. p. 317. b. similiter hab. *Stans Azarias precatus est, & aperiens os suum, exomologesin faciebat Deo simul cum sodalibus suis.* Græc. verò cum Vulg. Καὶ ζυσὰς Ἀζαρίας προσηύξατο ὕτως, καὶ ἀνοίξας τὸ στόμα αὐτοῦ ἐν μέσῳ τοῦ πυρὸς, εἶπεν· *Et stans Azarias oravit sic, & aperiens os suum in medio ignis, dixit.*

℣. 26. Idem Canticum usque ad ℣. 46. editum est, nonnullis mutatis, ab Em. Card. Thomasio, in fine vet. Psalterii, inter Cantica quædam antiquæ Versionis: ita verò ℣. 26. ibidem legitur: *Benedictus Domine Deus patrum nostrorum, & laudabile est, & glorioſum*, &c. ut sup. Similiter ap. Aug. ep. 111. to. 2. 320. d. nisi quòd habetur, *Benedictus es;* paulòque post, *laudabilis*, non *laudabile est.* Augustino suffragatur Fulgent. ad verbum, ep. 7. p. 196. sed fragm. 28. cont. Fab. p. 616. legit: *Benedictus Dominus Deus..... & laudabile*, &c. Græc. Εὐλογητὸς εἶ Κύριε..... καὶ αἰνετὸς καὶ, &c. ut sup. at in Mſ. Alex. ac ed. Compl. καὶ αἰνετόν.

℣. 27. In Psalt. Thom. leguntur plura, scilicet: *quoniam justus es..... & omnia opera tua vera, & rectæ viæ tuæ, & omnia judicia tua veritas.* Totidem verba referunt, eodemque ordine, cùm Aug. ep. 111. col. 320. d. tum Fulg. ep. 7. p. 196. Ita quoque in Græco, exceptâ vocula *nobis*, quæ deest post *fecisti:* sed in Mſ. Alex. ac ed. Compl. est ἐποίησας ἡμῖν. Ap. Ambros. in Ps. 118. col. 1196. c. hæc pauca: *Justus es Domine in omnibus quæ fecisti.*

℣. 28. Similiter in Psalt. Thom. excepto verbo *induxisti*, pro *adduxisti;* ultimòque, *induxisti hæc omnia propter peccata nostra*, loco *fecisti hæc propter*, &c. Sic etiam apud Fulg. ep. 7. p. 196. præter unum & *judicium*, loco & *judicia;* at in Gr. καὶ κρίματα, & reliqua ut in Psalt. Thom. Apud August. ep. 111. 320. d. *Et judicia veritatis fecisti per omnia quæ intulisti nobis, & civitati sanctæ patrum nostrorum Jerusalem: quoniam in veritate, & judicio intulisti nobis omnia hæc propter peccata nostra.*

℣. 29. Itidem in Psalt. Thom. præter unum *multùm*, loco *perquam;* Græcè simpliciter, καὶ ἐξημάρτομεν ἐν πᾶσι· cæt. ut supra. Ap. August. ep. 111. col. 320. d. hæc pauca: *Quoniam peccavimus, & legi tuæ non paruimus.* Ap. Fulgent. verò ep. 7. p. 196. ut sup. *Quoniam peccavimus, & iniquè egimus discedentes à te: & multùm peccavimus in omnibus.* Ap. S. Pacian. paræn. ad pœnit. p. 317. b. paulò dissimiliùs: *Peccavimus, facinus admisimus, impiè gessimus.* Item ap. Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. 532. a. *Peccavimus, iniquè egimus, injustè gessimus.* Vide inf. ad ℣. 31.

℣. 30. Similiter habet Psalt. Thom. cum Fulg. ep. 7. p. 196. excepto verbo *obedivimus*, pro *audivimus:* in Gr. καὶ τῶν ἐντολῶν σου οὐκ ἠκούσαμεν, &c. ut supra. Apud Aug. ep. 111. col. 320. d. sic: *Et mandatis tuis non obaudivimus, ut bene nobis esset;* nec plura. Apud S. Pacian. paræn. ad pœnit. p. 317. b. hæc pauca: *Transgressi sumus præcepta & judicia tua.* Item ap. Hieron. l. 2. cont. Pelag. p. 532. a. *Et recessimus à mandatis & justitiis tuis.* Vide Not. seq.

℣. 31. Sic etiam in Psalt. Thom. excepto uno, *quæ in-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

universa, quæ feciſti nobis, in vero judicio feciſti:

32. & tradidiſti nos in manibus inimicorum noſtrorum iniquorum, & peſſimorum, prævaricatorumque, & regi injuſto, & peſſimo ultra omnem terram.

33. Et nunc non poſſumus aperire os: confuſio & opprobrium facti ſumus ſervis tuis, & his qui colunt te.

34. Ne, quæſumus, tradas nos in perpetuum propter nomen tuum, & ne diſſipes teſtamentum tuum:

35. neque auferas miſericordiam tuam à nobis, propter Abraham dilectum tuum, & Iſaac ſervum tuum, & Iſraël ſanctum tuum:

36. quibus locutus es pollicens quòd multiplicares ſemen eorum ſicut ſtellas cœli, & ſicut arenam quæ eſt in littore maris:

37. quia Domine imminuti ſumus plus quàm omnes gentes, ſumuſque humiles in univerſa terra hodie propter peccata noſtra.

38. Et non eſt in tempore hoc princeps, & dux, & propheta, neque holocauſtum, neque ſacrificium, neque oblatio, neque incenſum, neque locus primitiarum coram te,

39. ut poſſimus invenire miſericordiam tuam: ſed in animo contrito, & ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur.

40. Sicut in holocauſto arietum, & taurorum, & ſicut in millibus agnorum pinguium: ſic fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo hodie, ut placeat tibi: quoniam non eſt confuſio confidentibus in te.

VERSIO ANTIQUA.

nia, quæcunque adduxiſti nobis, in vero judicio feciſti: *Ex Mſſ. nbi ſupr.*

32. & tradidiſti nos in manus inimicorum, inimiciſſimorum, apoſtatarum, & regno iniquo, & nequiſſimo præ omni terra.

33. Et nunc non eſt nobis aperire os: confuſio & exprobratio facta eſt ſervis tuis, & colentibus te.

34. Et ne tradas nos in finem propter nomen tuum, & ne deſtruas teſtamentum tuum:

35. & ne avertas miſericordiam tuam à nobis, propter Abraham dilectum tuum, & Iſaac ſervum tuum, & Iſraël ſanctum tuum:

36. quibus locutus es adimplere ſemen eorum quaſi ſtellas cœli, & quaſi arenam maris quæ ad oram maris eſt:

37. quoniam Domine minorati ſumus præ omnibus gentibus, & ſumus humiles in omni terra hodie propter iniquitates noſtras.

38. Et non eſt in tempore hoc princeps, & propheta, & dux, neque holocauſtomata, neque ſacrificium, neque oblatio, neque incenſus, nec locus ad ſacrificandum in conſpectu tuo,

39. & invenire miſericordiam: ſed in anima contribulata, & ſpiritu humiliationis accipimus nos.

40. Quaſi in holocauſto arietum, & taurorum, & multitudine agnorum pinguium: ſic fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo hodie, & perficere ſubſequentes te: quoniam non eſt confuſio confidenti in te.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

duxiſti, loco *quæcunque adduxiſti*. Similiter ap. Fulg. ep. 7. p. 197. ſed inverſo ordine: *Et omnia, quæ induxiſti nobis, & omnia, quæcunque feciſti nobis, in vero judicio feciſti.* Ita quoque in Græco, niſi excipias vocem ὅσα, *quæcunque*, ante ἐπήγαγες; Mſ. Alex. hîc ut infra, hab. ἐπέγκας, non ἐπήγαγες. Auguſt. ep. 111. col. 320. d. ſimpliciter de more: *Et omnia, quæ intuliſti nobis, in judicio vero intuliſti.* In Miſſali Rom. ad Introit. fer. 5. poſt Dom. Paſſ. & Dom. 20. poſt Pent. *Omnia, quæ feciſti nobis Domine, in vero judicio feciſti, quia peccavimus tibi, & mandatis tuis non obedivimus;* quæ poſtrema pertinent ad ℣℣. 29. & 30.

℣. 32. Pſalt. Thom. *& tradidiſti nos in manus inimicorum, iniquorum, inimiciſſimorum*, &c. ut ſupra. Græc. etiam addit ἀνόμων, *iniquorum*, poſt vocem *inimicorum*; præponitque ϗ, ſequenti ἐχθίσων; item pro *regno*, ponit βασιλεῖ, *regi*; ut & παρὰ πᾶσαν τὴν γῆν, *ultra omnem terram*, loco *præ omni terra*; cæt. ut ſupra. Mſ. S. Germ. n. 15. ſimiliter habet *iniquorum*, ante *inimiciſſimorum*; ſed vocem *apoſtatarum* delet: à Mſ. Alex. & Compl. abeſt ϗ, poſt ἀνόμων. Apud Auguſt. epiſt. 111. to. 2. 320. d. ſic: *& tradidiſti nos in manus iniquorum, inimiciſſimorum, transfugarum, & regi injuſto, & peſſimo ultra univerſam terram.*

℣. 33. Sic eſt in Græco, niſi quòd additur vocula ἡμῶν, ad *os*; & pro *facta eſt*, ponitur ἐγενήθημεν, *facti ſumus*; ſed in Mſ. Alex. eſt ἐγενήθη. Apud Auguſt. ep. 111. col. 320. d. ita: *Et nunc non eſt ut poſſimus aperire os: verè confuſio & opprobrium facti ſumus ſervis tuis, & eis qui te colunt.*

℣. 34. Græc. ipſo initio habet, Μὴ δὴ παραδῴης reliqua ut in textu. Auguſt. ep. 111. col. 320. d. *Ne tradideris nos in perpetuum propter nomen tuum Domine, & ne deſpexeris teſtamentum tuum.* A Mſ. S. Germ. 15. ſicut à Pſalt. Thom. abeſt hoc ult. *& ne deſtruas teſtamentum tuum.*

℣. 35. Mſ. S. Germ. 15. habet: *propter Abraham dilectum à te, & propter Iſaac*, &c. Auguſt. ep. 111. col. 320. d. *& ne abſtuleris miſericordiam tuam à nobis, propter Abraham, qui à te dilectus eſt, & propter Iſaac ſervum tuum, & Iſraël ſanctum tuum.* Sic etiam in Græco.

℣. 36. Pſalt. Thom. cum Gr. *quibus locutus es adimplere* (Gr. πληθῦναι)..... *ſicut ſtellas cœli, & ſicut arenam quæ eſt ad oram maris.* In Mſ. etiam S. Germ. 15. deeſt vox *maris*, poſt *arenam*. Sed ap. Aug. ep. 111. col. 320. d. legitur: *quibus locutus es multiplicaturum te ſemen eorum ut aſtra cœli, & arenam maris.*

℣. 37. Ad verbum è Græco, niſi exceperis ult. *propter iniquitates noſtras*, pro quo διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν· Pſalt. Thom. hab. *in omnem terram hodie propter peccata noſtra.* Auguſt. ep. 111. col. 320. d. *quoniam Domine minimi facti ſumus præ omnibus nationibus, & ſumus humiles hodie in terra propter peccata noſtra.* Apud Cypr. l. 3. Teſtim. p. 312. c. *& ſumus humiles in omni terra hodie propter peccata noſtra.*

℣. 38. Eadem ſunt in Græco, niſi excipiatur ſingul. ὁλοκαυτώσις, loco plur. *holocauſtomata.* In Mſ. S. Germ. 15. *neque holocauſtoma, neque ſacrificium, neque oblationes*, &c. In Pſalt. Thom. *neque ſacrificium, neque incenſum, neque locus*, &c. Apud Cypr. l. 3. Teſtim. p. 312. c. *Et non eſt hoc tempore princeps, neque prophetes, neque dux, neque holocauſta, neque oblatio, neque hoſtia, neque thus, neque locus ſacrificare coram te.* Ap. Auguſt. ep. 111. to. 2. 323. e. *Non eſt in hoc tempore princeps, & propheta, & dux, non holocauſta, neque oblatio, neque ſupplicationes, nec locus ad ſacrificandum in conſpectu tuo.* Ap. Vict. Vit. l. 1. de perſ. Afric. p. 8. a. *Non eſt in hoc tempore princeps, aut propheta, vel dux, neque locus ad ſacrificandum nomini tuo.* Similiter apud Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 737. h. *non eſt locus ad ſacrificandum nomini tuo.*

℣. 39. Ita Græc. habet, excepto ult. verbo προσδεχθείημεν, *ſuſcipiamur*, pro *accipimus nos.* In Mſ. S. Germ. 15. *accipiamus*, abſque ſeq. *nos*; in Pſalt. Thom. *accipiamur*, detracto pariter ult. *nos.* Cypr. l. 3. Teſtim. p. 312. c. legit: *& invenire miſericordiam à te: & in anima, & ſpiritu humilitatis acceptos nos habe.* Auguſt. epiſt. 111. col. 323. e. *& invenire miſericordiam: ſed in anima contrita, & ſpiritu humilitatis accipiamur.* Fulgent. fragm. 34. p. 640. c. *in anima contribulata, & ſpiritus humiliationis accipiamus.* Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 737. h. *& invenire miſericordiam: ſed in anima, & ſpiritu humilitatis ſuſcipiamus.*

℣. 40. Similia Græc. exhibet, exceptis his, ἐν μυριάσιν, *in millibus*, pro *multitudine*; & infra, ὅπως δύνῃς, *poſt te*, loco *ſubſequentes te*; extremò, ἵνα ἔσαι (Mſ. Alex. ἐστὶν) αἰσχύνη τοῖς πεποιθόσιν ἐπὶ σοί, pro *non eſt confuſio confidenti in te*: in Mſ. S. Germ. 15. *qui confidunt in te*; in Pſalt. Thom. *his qui confidunt in te*; præterea initio ipſo hab. *Quaſi in holocauſtis.* Miſſale Rom. ad Offert. Dom. 7. poſt Pent. *Sicut in holocauſtis arietum, & taurorum, & ſicut in millibus agnorum pinguium: ſic fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo hodie, ut placeat tibi: quia non eſt confuſio confidentibus in te Domine.* Cypr. l. 3. Teſtim. p. 312. c. *Ut holocauſti viſtimas arietum, & taurorum, &*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ex Mſſ. ubi ſup.

41. Et nunc exſequimur in toto corde, & timemus te, & inquirimus faciem tuam.

42. Ne confundas nos : ſed fac nobiſcum ſecundùm majeſtatem tuam, & ſecundùm multitudinem miſerationum tuarum.

43. Et libera nos ſecundùm mirabilia tua, & da gloriam nomini tuo Domine :

44. & confundantur omnes, qui oſtendunt ſervis tuis mala, & confundantur ab omni potentia ſua, & virtutes eorum conterantur :

45. & cognoſcant quoniam tu Dominus Deus ſolus, & glorioſus in omni orbe terrarum.

VULGATA NOVA.

41. Et nunc ſequimur te in toto corde, & timemus te, & quærimus faciem tuam.

42. Ne confundas nos: ſed fac nobiſcum juxta manſuetudinem tuam, & ſecundùm multitudinem miſericordiæ tuæ.

43. Et erue nos in mirabilibus tuis, & da gloriam nomini tuo Domine :

44. & confundantur omnes, qui oſtendunt ſervis tuis mala, confundantur in omni potentia tua, & robur eorum conteratur :

45. & ſciant quia tu es Dominus Deus ſolus, & glorioſus ſuper orbem terrarum.

VULGATA NOVA.

46. Et non ceſſabant qui miſerant eos miniſtri regis ſuccendere fornacem, naphthâ, & ſtupâ, & pice, & malleolis,

47. & effundebatur flamma ſuper fornacem cubitis quadraginta novem :

48. & erupit, & incendit quos reperit juxta fornacem de Chaldæis.

49. Angelus autem Domini deſcendit cum Azaria, & ſociis ejus in fornacem : & excuſſit flammam ignis de fornace,

50. & fecit medium fornacis quaſi ventum roris flantem, & non tetigit eos omnino ignis, neque contriſtavit, nec quidquam moleſtiæ intulit.

VERSIO ANTIQUA.

Nicetius Spicil. to. 3. p. 12. a.

51. Tunc hi tres quaſi ex uno ore hymnum dicebant, & glorificabant Deum in fornace, dicentes :

Ex Mſſ. S. Michaelis, vulgò S. Mihel, *& S. Germ. n. 15.*

52. Benedictus es Domine Deus patrum noſtrorum : & laudabilis, & ſuperexaltatus in ſæcula : benedictum nomen gloriæ tuæ, quod eſt ſanctum : & laudabile, & ſuperexaltatum in ſæcula.

53. Benedictus es in templo ſancto gloriæ tuæ : & laudabilis, & glorioſus in ſæcula.

54. [55.] Benedictus es cernens abyſſos, ſedens ſuper cherubim : & laudabilis, & ſuperexaltatus in ſæcula.

VULGATA NOVA.

51. Tunc hi tres quaſi ex uno ore laudabant, & glorificabant, & benedicebant Deum in fornace, dicentes :

52. Benedictus es Domine Deus patrum noſtrorum : & laudabilis, & glorioſus, & ſuperexaltatus in ſæcula : & benedictum nomen gloriæ tuæ ſanctum : & laudabile, & ſuperexaltatum in omnibus ſæculis.

53. Benedictus es in templo ſancto gloriæ tuæ : & ſuperlaudabilis, & ſuperglorioſus in ſæcula.

54. Benedictus es in throno regni tui : & ſuperlaudabilis, & ſuperexaltatus in ſæcula.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

quaſi multa millia agnorum, qui ſunt pinguiſſimi : ſic fiat hoſtia noſtra coram te hodie, & conſumetur poteſtas illorum : quoniam non erubeſcent qui confidunt in te. Aug. verò ep. 111. col. 323. e. *Sicut in holocauſtomatibus arietum, & taurorum, & in multitudine agnorum pinguium : ſic fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo hodie, perficere ſubſequentes te : quoniam non erit confuſio iis, qui in te confidunt.* Fulg. fragm. 34. p. 640. c. *Sicut in holocauſtis arietum, & taurorum, & multitudine agnorum pinguium : ſic fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo.* Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 737. h. *Et ſicut in holocauſtomate arietum, & taurorum, & multitudine agnorum pinguium : ita fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo hodie, ut placeat tibi.*

℣. 41. Conſonat Græc. ad verbum. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 312. c. legit : *Et nunc ſequimur toto corde noſtro, & timemus, & quærimus faciem tuam.* Auguſt. ep. 111. col. 323. e. *Et nunc ſequimur toto corde, & timemus te, & quærimus faciem tuam Domine.* Fulg. epiſt. 7. p. 197. *Et nunc ſequimur in toto corde noſtro, & timemus te, & quærimus faciem tuam.* Deinde, *Ne confundas nos.*

℣. 42. Sic eſt in Græco, præter vocem ἐπιείκειαν, loco *majeſtatem ;* Mſ. S. Germ. 15. hab. *modeſtiam :* extremò Græcè, τῦ ἐλέυς ϛυ ſingulariter, loco *miſerationum tuarum.* Cypr. l. 3. Teſtim. p. 312. c. *Ne nos in opprobrium tradas : ſed fac nobiſcum ſecundùm tranquillitatem tuam, & ſecundùm multitudinem miſericordiæ tuæ libera nos.* Auguſt. ep. 111. col. 323. f. *Ne confundas nos : ſed fac nobiſcum ſecundùm manſuetudinem tuam, & ſecundùm multitudinem miſericordiæ tuæ :* quæ Græco conſonant. In Miſſali Rom. ad Introit. fer. 5. poſt Dom. Paſſ. & Dom. 20. poſt Pent. *Sed da gloriam nomini tuo, & fac nobiſcum ſecundùm multitudinem miſericordiæ tuæ.* Similiter hab. Pſalt. Thom. & *fac nobiſcum ;* cæt. ut in textu.

℣. 43. Succinit Auguſt. ep. 111. col. 323. f. ad verbum. Ita quoque in Græco eſt.

℣. 44. Ita Græc. habet, niſi quòd tollit vocem *ſua*, poſt *potentia*, ſubditque, καὶ ἡ ἰσχὺς αὐτῶν ϛυντριβείη, num. ſing. Rectè Auguſt. ep. 111. col. 323. f. & *revereantur omnes, qui oſtendunt ſervis tuis mala, & confundantur ab omni potentia, & virtus eorum conteratur.* Item in Mſ. S. Germ. 15. & Pſalt. Thom. & *virtus eorum conteratur :* præterea hoc Pſalt. hab. initio, *confundantur*, abſque præced. & ; paulòque poſt, *ab omni potentia tua*, non *ſua.*

℣. 45. Auguſt. epiſt. 111. col. 323. f. & *ſciant quoniam tu es Dominus Deus ſolus, & glorioſus in univerſo orbe terræ.* In Mſ. etiam S. Germ. 15. *tu es Dominus*, &c. Ita quoque in Pſalt. Thom. ſed abſque ſeq. & *glorioſus.* In Gr. ὅτι ϛὺ εἶ Κύριος Θεὸς μόνος, καὶ ἔνδοξος ἐφ' ὅλην τὴν, &c.

℣. 51. Itidem Græcè, hoc adjuncto, καὶ ὑμνόϒων, & *benedicebant*, poſt *glorificabant.* Apud Cypr. l. de orat. Dom. p. 206. a. *Tunc illi tres quaſi ex uno ore hymnum canebant, & benedicebant Dominum.*

℣. 52. Eadem ſunt in Græco, poſitâ conjunct. καὶ, ante *benedictum ;* extremò ita, ὑπερυμνητὸν, καὶ ὑπερυψούμενον εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας, i. e. *ſuperlaudabile, & ſuperexaltatum in omnia ſæcula.* Breviar. Moz. ad Dom. 1. Adv. ſic : *Benedictus es Domine Deus patrum noſtrorum : & laudabilis, & glorioſus in ſæcula : & benedictum nomen gloriæ tuæ, quod eſt ſanctum : & laudabile, & glorioſum in ſæcula.* Ita quoque apud Fulg. fragm. 34. cont. Fab. p. 649. deleto uno &, ante *benedictum.*

℣. 53. Hæc & ſeqq. uſque ad not. ** leguntur pariter in Mſ. Vatic. olim Reginæ Suec. paucis mutatis de more ; videlicet loco *glorioſus*, illic habetur *ſuperexaltatus.* In Gr. καὶ ὑπερυμνητὸς, καὶ ὑπερένδοξος, &c. præterea initio hab. ἐν τῷ ναῷ τῆς ἁγίας, *in templo ſanctæ*, non *ſancto.* In Brev. Moz. ad Dom. 1. Adv. ſimpliciter : *Benedictus es in templo ſancto honoris tui*, abſque ſeqq. Apud Fulg. verò fragm. 34. cont. Fab. p. 649. omnia ut in textu Lat. SS. Mich. & Germ.

℣. 54. [55.] Hîc & infra ſervamus Manuſcriptorum ordinem & textûs Græci, in quibus verſiculi plures loco Vulgari moventur : verſiculorum tamen illorum numeros non mutamus, ſed uncinis includimus, ut continuò appareat quibus Vulgatæ hod. verſibus antiqui illi reſpondeant. ℣. autem præſens (55.) in Mſ. S. Germ. 15. & Vatic. ſic variat : *Benedictus es qui vides abyſſos*, dein S. Germ. *ſedens*, Vat. *ſedes*, &c. ut ſup. Item in Breviar. Moz. ad Dom. 1. Adv. *Qui vides abyſſos ;* ſed omittuntur ea quæ antecedunt, & quæ ſequuntur. Græcè, Εὐλογημένος εἶ ὁ ἐπιβλέπων..... καθήμενος, &c. ut ſupra. Novat. l. de Trin. p. 1035. b. hab. *deſuper cherubim ſedet.* Fulgent. fragm. 34. cont. Fab. p. 649. ut ſup. *Benedictus es qui vides abyſſos, ſedens*, &c. ſed inf. loco *ſuperexaltatus*, leg. *glorioſus*, Gr. verò, ὑπερυψούμενος.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

55. Benedictus es, qui intueris abyſſos, & ſedes ſuper cherubim: & laudabilis, & ſuperexaltatus in ſæcula.

56. Benedictus es in firmamento cœli: & laudabilis & glorioſus in ſæcula.

57. Benedicite omnia opera Domini Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.

58. Benedicite Angeli Domini Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.

Pſalm. 148. 4. 59. Benedicite cœli Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.

60. Benedicite aquæ omnes, quæ ſuper cœlos ſunt, Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.

61. Benedicite omnes virtutes Domini Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.

62. Benedicite ſol & luna Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.

63. Benedicite ſtellæ cœli Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.

64. Benedicite omnis imber & ros Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.

65. Benedicite omnes ſpiritus Dei Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.

66. Benedicite ignis & æſtus Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.

67. Benedicite frigus & æſtus Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.

68. Benedicite rores & pruina Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.

69. Benedicite gelu & frigus Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.

70. Benedicite glacies & nives Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.

71. Benedicite noctes & dies Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.

72. Benedicite lux & tenebræ Domino: lau-

VERSIO ANTIQUA.

55. [54.] Benedictus es ſuper ſedem regni tui: & laudabilis, & ſuperexaltatus in ſæcula. *Ex Mſſ. ubi ſup.*

56. Benedictus es in firmamento cœli: & laudabilis & glorioſus in ſæcula.

57. Benedicite omnia opera Domini Dominum: umnum dicite & ſuperexaltate eum in ſæcula.

58. [59.] Benedicite cœli Dominum: umnum dicite & ſuperexaltate eum in ſæcula.

59. [58.] Benedicite angeli Dominum: umnum dicite & ſuperexaltate eum in ſæcula.

60. Benedicite aquæ omnes, quæ eſtis ſuper cœlos, Dominum: umnum dicite & ſuperexaltate eum in ſæcula.

61. Benedicite omnes virtutes Dominum: umnum dicite & ſuperexaltate eum in ſæcula.

62. Benedicite ſol & luna Dominum: umnum dicite & ſuperexaltate eum in ſæcula.

63. Benedicite ſidera cœli Dominum: umnum dicite & ſuperexaltate eum in ſæcula.

64. Benedicite omnis imber & ros Dominum: umnum dicite & ſuperexaltate eum in ſæcula.

65. Benedicite omnes ſpiritus Dominum: umnum dicite & ſuperexaltate eum in ſæcula.

66. Benedicite ignis & æſtas Dominum: umnum dicite & ſuperexaltate eum in ſæcula.

67. [71.] Benedicite noctes & dies Dominum: umnum dicite & ſuperexaltate eum in ſæcula.

68. [72.] Benedicite lux & tenebræ Dominum: umnum dicite & ſuperexaltate eum in ſæcula.

69. [67.] Benedicite hiems & æſtus Dominum: umnum dicite & ſuperexaltate eum in ſæcula.

70. Benedicite glacies & nives Dominum: umnum dicite & ſuperexaltate eum in ſæcula.

71. [73.] Benedicite fulgura & nubes Dominum: umnum dicite & ſuperexaltate eum in ſæcula.

72. [74.] Benedicat terra Dominum: umnum

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 55. [54.] Brev. Moz. ſimpliciter hab. *Et ſedes ſuper ſedem regni tui.* Fulg. fragm. 34. conf. Fab. p. 650. *Benedictus es ſupra ſedem regni tui: & laudabilis, & glorioſus in ſæcula.* Gr. Εὐλογημένος εἶ ἐπὶ θρόνου... ὑπερυμνητὸς, καὶ ὑπερυμνύμνος, &c. Theodor. ὑπερυψύμνος· al. ὑπερένδοξος.

℣. 56. Itidem ap. Fulg. fragm. 34. & Græcè. Ita quoque in Brev. Moz. detracto hoc 1. *Benedictus es in.* Apud Ambr. verò l. 2. Hex. col. 30. b. ut ſup. *Benedictus es in firmamento cœli.* Similiter in Mſ. Vatic. additis his, *& laudabilis, & ſuperexaltatus in ſæcula.*

℣. 57. Similiter in Græco. Mſ. S. Germ. 15. loco *umnum dicite*, conſtanter hab. hîc & infra, *laudem dicite*; Gr. ὑμνεῖτε; Vatic. *ymnum dicite*; item ſup. *Domino*, non *Dominum*. Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 299. b. *laudate & ſuperexaltate*, &c. In Pſalt. Sorb. *Benedicite omnia opera Domini Dominum*, abſque ſeqq. *umnum dicite*, &c. & ſic deinceps. Item ap. Fulg. fragm. 34. cont. Fab. p. 650. *Benedicite omnia op. Dom. Dominum.* In Brev. Mozar. ad Dom. 1. Adv. eadem & ſeqq. ſummatim leguntur hoc modo: *Benedicite omnia opera Domini, cæli, angeli, atque omnes qui eſtis ſupra cælos; omnes virtutes, ſol & luna, imber & ros, omnis ſpiritus, ignis & æſtus, noctes & dies, lux & tenebræ, hiems & æſtus, gelationes & nives, fulgura & nubes; terra, montes, & colles, & omnia naſcentia de terra; maria & fluminа, fontes, cete & omnia quæ moventur in aquis; volucres cæli, beſtiæ & jumenta, filii hominum, Iſrael: ſacerdotes, ſervi Domini, ſpiritus & animæ juſtorum, ſancti & humiles corde: Anania, Azaria, & Miſael, Domino hymnum dicite, & ſuperexaltate eum in ſæcula. Amen.*

℣. 58. [59.] Concinit Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 299. b. una cum Græco. In Pſalt. Sorb. ſimpliciter: *Benedicite cœli Dominum.* In Mſ. Vatic. *Bened. cœli Domino: ymnum*, &c. Apud Fulg. fragm. 34. cont. Fab. p. 650. ſic: *Benedicite cœli Dominum; benedicite angeli Dominum; benedicite aquæ omnes, quæ ſuper cælos ſunt, Dominum; benedicite omnes virtutes Domini Dominum, & cætera, ſive quæ in cælis, ſive quæ in terra ſunt, viſibilia & inviſibilia.*

℣. 59. [58.] Sic habet Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. In Mſ. S. Germ. 15. & Vatic. necnon in Pſalt. Sorb. *Benedicite angeli Domini Dominum*, Vatic. *Domino.* Ita quoque in Græco eſt.

℣. 60. Pſalt. Sorb. cum Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. *Benedicite aquæ, quæ ſuper cælos ſunt, Dominum: hymnum*, &c. Similiter in Mſ. Vat. excepto uno *Domino.* Græcè: Εὐλογεῖτε ὕδατα, καὶ πάντα, τὰ ὑπεράνω τῦ οὐρανῦ, τὸν Κύριον· ὑμνεῖτε, &c. In Mſ. Alex. & Compl. Εὐλογεῖτε ὕδατα πάντα, &c.

℣. 61. Sic habet Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. addita voce *Domini*, ad *virtutes.* Ita quoque in Mſ. S. Germ. 15. & Pſalt. Sorb. in Mſ. Vatic. *Domini Domino.* Gr. Εὐλογείτω πᾶσα ἡ δύναμις Κυρίου τὸν Κύριον, &c. In Mſ. Alex. & Compl. Εὐλογεῖτε.

℣. 62. Concinit Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. Ita quoque in Pſalt. Sorbon. eſt, & Græco.

℣. 63. In Pſalt. Sorb. *Benedicite ſtellæ cæli Dominum*, &c. In Mſ. Vatic. *ſtellæ cæli Domino.* In Gr. ἀστέρες.

℣. 64. Sic eſt in Græco, præter verbum 1. εὐλογείτω, *benedicat*; in Compl. εὐλογεῖτε. In Mſſ. Sorb. & Vatic. *Benedicite imber & ros Dominum*, Vat. *Domino.* Ap. Ambr. l. 2. Hexa. col. 31. c. *Ros, & gelu, & frigus, & æſtus, ſecundùm hymnum propheticum, benedicunt Dominum; benedicit & terra.*

℣. 65. In Pſalt. Sorb. eſt *omnis ſpiritus*, ſicut in Mſ. S. Germ. 15. at in Græco, πάντα τὰ πνεύματα.

℣. 66. In Mſ. Vat. eſt *ignis & æſtus Domino.* In Gr. πῦρ καῦμα τὸν Κύριον, &c. ſed hic verſiculus abeſt a Pſalt. Sorbon.

℣. 67. [71.] Sic eſt in Græco, & Pſalt. Sorb. In Mſ. Vat. conſtanter, *Domine.*

℣. 68. [72.] Conſonat Græcum. Mſs. Sorb. & Vatic. hab. *Benedicite tenebræ & lumen Dominum*; Vat. *Domino.*

℣. 69. [67.] Græc. Εὐλογεῖτε ψύχος καὶ καῦμα τὸν Κύριον, &c. Pſalt. Sorb. *Benedicite frigus & cauma Dominum.* Mſ. Vatic. *frigus & æſtus Domino*, &c.

℣. 70. Sic eſt in Græco. In Pſalt. Sorb. & Mſ. Vatic. *Benedicite pruina & nives Dominum*, &c. Vat. *Domino*, & ſic deinceps.

℣. 71. [73.] Ita ferunt Pſalt. Sorb. & Vat. cum Græco.

℣. 72. [74.] Ita in Græco, & Mſ. Vaticano. Sorb. hab. *Benedicat terra Dominum*, nec plura. Mſ. S. Germ. 15. addit: *laudem dicat & ſuperexaltet*, &c.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Ex Mſſ. ubi ſup. dicat & ſuperexaltet eum in ſæcula.	date & ſuperexaltate eum in ſæcula.
73. [75.] Benedicite montes & colles Dominum : umnum dicite & ſuperexaltate eum in ſæcula.	73. Benedicite fulgura & nubes Domino : laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.
74. [76.] Benedicite omnia naſcentia in terra : umnum dicite & ſuperexaltate eum in ſæcula.	74. Benedicat terra Dominum : laudet & ſuperexaltet eum in ſæcula.
75. [78.] Benedicite maria & flumina Dominum : umnum dicite & ſuperexaltate eum in ſæcula.	75. Benedicite montes & colles Domino : laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.
76. [77.] Benedicite fontes Dominum : umnum dicite & ſuperexaltate eum in ſæcula.	76. Benedicite univerſa germinantia in terra Domino : laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.
	77. Benedicite fontes Domino : laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.
	78. Benedicite maria & flumina Domino : laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.
79. Benedicite cete, & omnia quæ moventur in aquis, Dominum : umnum dicite & ſuperexaltate eum in ſæcula.	79. Benedicite cete, & omnia quæ moventur in aquis, Domino : laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.
80. Benedicite volucres cœli Dominum : umnum dicite & ſuperexaltate eum in ſæcula.	80. Benedicite omnes volucres cœli Domino : laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.
81. Benedicite beſtiæ & jumenta Dominum : umnum dicite & ſuperexaltate eum in ſæcula.	81. Benedicite omnes beſtiæ & pecora Domino : laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.
82. Benedicite filii hominum Dominum : umnum dicite & ſuperexaltate eum in ſæcula.	82. Benedicite filii hominum Domino : laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.
83. Benedicat Iſraël Dominum : umnum dicite & ſuperexaltate eum in ſæcula.	83. Benedicat Iſraël Dominum : laudet & ſuperexaltet eum in ſæcula.
84. Benedicite ſacerdotes Domini Dominum : umnum dicite & ſuperexaltate eum in ſæcula.	84. Benedicite ſacerdotes Domini Domino : laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.
85. Benedicite ſervi Domini Dominum : umnum dicite & ſuperexaltate eum in ſæcula.	85. Benedicite ſervi Domini Domino : laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.
86. Benedicite ſpiritus & animæ juſtorum Dominum : umnum dicite & ſuperexaltate eum in ſæcula.	86. Benedicite ſpiritus & animæ juſtorum Domino : laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.
87. Benedicite ſancti & humiles corde Dominum : umnum dicite & ſuperexaltate eum in ſæcula.	87. Benedicite ſancti & humiles corde Domino : laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.
88. Benedicite Annanias, Azarias, Miſael Dominum : umnum dicite & ſuperexaltate eum in ſæcula.	88. Benedicite Anania, Azaria, Miſael Domino : laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.
* Benedicamus Patrem, & Filium, & Spiritum	
Ex Mſ. S. Germ. n. 15. Sanctum : laudem dicamus & ſuperexaltemus eum in ſæcula.	
** Quoniam eripuit nos de inferis, & de manu forti liberavit nos, & eripuit nos de medio ardentis flammæ, & de medio ignis eripuit nos.	Quia eruit nos de inferno, & ſalvos fecit de manu mortis, & liberavit nos de medio ardentis flammæ, & de medio ignis eruit nos.
89. Confitemini Domino, quoniam ſuavis : quoniam in ſæculum miſericordia ejus.	89. Confitemini Domino, quoniam bonus : quoniam in ſæculum miſericordia ejus.
90. Benedicite omnes colentes Dominum Deum deorum : hymnum dicite & confitemini, quoniam in ſæculum miſericordia ejus.	90. Benedicite omnes religioſi Domino Deo deorum : laudate & confitemini ei, quia in omnia ſæcula miſericordia ejus.
	Hucuſque in Hebræo non habetur, & quæ poſuimus, de Theodotionis editione translata ſunt.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 73. [75.] Ita Pſalt. Sorb. cum Mſ. Vat. & Græco.

℣. 74. [76.] Mſ. S. Germ. 15. cum Pſalt. Sorb. *Benedicite omnia naſcentia terræ Dominum*, &c. Vatic. *omnia naſcentia in terra Domino : ymnum*, &c. Græc. Εὐλογεῖτε πάντα τὰ φυόμενα ἐν τῇ γῇ τὸν Κύριον· ὑμνεῖτε, &c.

℣. 75. [78.] Sic eſt in Pſalt. Sorb. & Mſ. Vat. At in Gr. Εὐλογεῖτε θάλασσα, num. ſing. in Compl. θάλασσαι.

℣. 76. [77.] Sic habet Græc. cum Pſalt. Sorb. & Mſ. Vatic.

℣. 79. Ita Græcè. Pſalt. Sorb. hab. cum Mſ. S. Germ. *Benedicite ceti*, &c. ut ſup.

℣. 80. Sic eſt in Pſalt. Sorb. & Vat. In Gr. Εὐλογεῖτε πάντα τὰ πετεινὰ, &c.

℣. 81. Græc. Εὐλογεῖτε πάντα τὰ θηρία καὶ τὰ κτήνη τὸν Κύριον. Mſ. Alex. & Compl. τὰ θηρία καὶ πάντα τὰ κτήνη. Pſalt. Sorb. *Benedicite beſtiæ & univerſa pecora Dominum*, &c.

℣. 82. Ita in Pſalt. Sorb. & Vat. & Græco.

℣. 83. Gr. Εὐλογεῖτε..... ὑμνεῖτε, &c. Mſ. Alex. Εὐλογείτω..... ὑμνεῖτε, &c. Sangerm. 15. *Benedicat Iſraël Dominum : laudem dicat & ſuperexaltet eum in ſæcula.* Vatic. *Benedicat Iſr. Domino : ymnum dicat & ſuperexaltet*, &c.

℣. 84. Gr. delet vocem *Domini* ; Mſ. verò Alex. & Compl. addunt, cum Pſalt. Sorb. Vaticanus de more, *Domini Domino.*

℣. 85. Vox *Domini* abeſt à Græco. In Mſ. verò Alex. eſt, & Compl. In Pſalt. Sorb. deeſt *Benedicite*. In Vatic. conſtanter : *Benedicite ſervi Domini Domino*, &c.

℣. 86. Sic eſt in Græco, necnon in Pſalt. Sorb. & Vat.

℣. 87. Ita fert Græc. cum Pſalt. Sorb. Vaticanus hab. *Benedicite humiles corde Domino*, &c. Auguſt. in Joh. 13. col. 661. g. *Benedicite ſancti & humiles corde Domino.*

℣. 88. Pſalt. Sorb. *Anania, Azaria*, cui favet Græcum. In Mſ. Vatic. omnia ut in textu, excepto uno *Domino.*

* Mſ. Vat. *Benedicimus Patrem, & Filium, & S. Spiritum : ymnum dicimus & ſuperexaltamus eum in ſæcula.* Pſalt. Sorb. *Benedicimus Patrem, & Filium, cum S. Spiritu : laudemus & ſuperexaltemus eum in ſæcula.* Tota iſta abſunt à Græco.

** Hæc omittuntur in Mſ. Vatic. in Pſalt. verò Sorb. eorum loco leguntur iſta : *Benedictus es in firmamento cæli : & laudabilis, & glorioſus, & ſuperexaltatus in ſæcula.* Græcè ut ſupra : Ὅτι ἐξείλετο ἡμᾶς ἐξ ᾅδου, καὶ ἐκ χειρὸς θανάτου ἔσωσεν ἡμᾶς, καὶ ἐῤῥύσατο ἡμᾶς ἐκ μέσου καμίνου καιομένης φλογὸς, καὶ ἐκ μέσου πυρὸς ἐῤῥύσατο ἡμᾶς.

℣. 89. Itidem Græcè, niſi excipiatur vox χρηστὸς, *benignus*, loco *ſuavis.*

℣. 90. Eadem quoque in Græco. Hieron. in comment. col. 1086. b. ait : *Hucuſque de Theodotionis editione pauca perſtrinximus confeſſionis & laudum trium puerorum, quæ non habentur in Hebræo : exinde ſequamur Hebraïcam veritatem :* deinde, *Tunc Nabuchodonoſor rex obſtupuit*, &c.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

91. Tunc Nabuchodonoſor rex obſtupuit, & ſurrexit properè, & ait optimatibus ſuis : Nonne tres viros miſimus in medium ignis compeditos ? Qui reſpondentes regi, dixerunt : Verè rex.

92. Reſpondit, & ait : Ecce ego video quatuor viros ſolutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis eſt, & ſpecies quarti ſimilis filio Dei.

93. Tunc acceſſit Nabuchodonoſor ad oſtium fornacis ignis ardentis, & ait : Sidrach, Miſach, & Abdenago, ſervi Dei excelſi, egredimini, & venite. Statimque egreſſi ſunt Sidrach, Miſach, & Abdenago de medio ignis.

94. Et congregati ſatrapæ, & magiſtratus, & judices, & potentes regis, contemplabantur viros illos, quoniam nihil poteſtatis habuiſſet ignis in corporibus eorum, & capillus capitis eorum non eſſet aduſtus, & ſarabala eorum non fuiſſent immutata, & odor ignis non tranſiſſet per eos. *Luc. 12. 7. & 21. 18.*

95. Et erumpens Nabuchodonoſor, ait : Benedictus Deus eorum, Sidrach videlicet, Miſach, & Abdenago, qui miſit angelum ſuum, & eruit ſervos ſuos, qui crediderunt in eum : & verbum regis immutaverunt, & tradiderunt corpora ſua ne ſervirent, & ne adorarent omnem deum, excepto Deo ſuo.

96. A me ergo poſitum eſt hoc decretum, ut omnis populus, tribus, & lingua, quæcunque locuta fuerit blaſphemiam contra Deum Sidrach, Miſach, & Abdenago, diſpereat, & domus ejus vaſtetur : neque enim eſt alius Deus, qui poſſit ita ſalvare.

97. Tunc rex promovit Sidrach, Miſach, & Abdenago in provincia Babylonis.

98. NABUCHODONOSOR rex, omnibus populis, gentibus, & linguis, qui habitant in univerſa terra, pax vobis multiplicetur.

99. Signa, & mirabilia fecit apud me Deus excelſus. Placuit ergo mihi prædicare

100. ſigna ejus, quia magna ſunt ; & mirabilia ejus, quia fortia : & regnum ejus regnum ſempiternum, & poteſtas ejus in generationem & generationem. *Inſ. 4. 31. & 7. 14.*

VERSIO ANTIQUA.

91..... Nonne tres viros miſimus in fornacem vinctos ? Et dixerunt ei : Verè rex. *Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 737. b.*

92. Et dixit : Ecce ego video quatuor viros ſolutos, & deambulantes in medio ignis, & corruptio nulla eſt in eis, & aſpectus quarti ſimilis eſt filio Dei.

94..... & ſaraballæ eorum non ſunt immutatæ... *Aug. de Magiſtro, to. 1. 548. f.*

96. Et ego proponam decretum omnibus tribus, & linguis in omni terra : Quicunque dixerint blaſphemiam in Deum Sidrac, Miſac, & Abdenago, in interitum erunt, & domus eorum in perditionem..... *Aug. tract. 11. in Joh. to. 3. p. 2. col. 382. f. 383. a.*

99. Signa, & oſtenta, quæ fecit mihi Dominus Deus excelſus, placuit mihi in conſpectu meo annuntiare : *Aug. ep. 105. to. 2. 299. c.*

100. quàm magnum, & potens ſit regnum ejus, regnum ſempiternum, & poteſtas ejus in ſæcula ſæculorum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

de ℣. ſeq.

℣. 91. Ita Græc. habet, præter iſta, εἰς τὸ μέσον τοῦ πυρός, *in medium ignis*, loco *in fornacem ; &* βασιλεῖ, *regi*, pro *ei*. Apud Iren. l. 5. c. 5. p. 299. a. *Nonne tres viros miſimus in caminum ?*

℣. 92. Græc. initio habet : Καὶ εἶπεν ὁ βασιλεύς· Ὁ δὲ ἐγὼ ὁρῶ· reliqua quadrant. In Mſ. Alex. Ἰδοὺ ἐγὼ ὁρῶ. Apud Iren. l. 5. c. 5. p. 299. a. *Et ecce ego video quatuor deambulantes in medio ignis, & quartus ſimilis eſt filio Dei.* Hieron. in hunc loc. col. 1086. d. dicit : *Speciem autem quarti, quam ſimilem dicit filio Dei, vel angelum debemus accipere, ut LXX. tranſtulerunt, vel certè ut plerique arbitrantur, Dominum Salvatorem.*

℣. 94. Editores noſtri BB. ad hunc Auguſt. loc. obſervant in ed. Bad. & Mſs. codd. conſtanter ſcribi per r, *ſarabaræ*, ſicut apud Tertul. de pallio, & de reſur. carn. Textus etiam Græcus habet τὰ Ϛαράβαρα ; ſed hunc legendi modum carpit Hieron. ſup. in Dan. 3. 21. col. 1084. c. legendumque dicit *ſaraballa : Aquila & Theodotio*, inquit, ſaraballa *dixerunt, & non, ut corruptè legitur*, ſarabara. Sola ed. Compl. habet Ϛαράβαλα. Vid. ſup. Not. ad ℣. 21. hujus cap.

℣. 96. Auguſtinus ibid. iſta præmittit : *Tres pueri in igne laudaverunt Dominum : miratus eſt Nabuchodonoſor rex laudantes Deum pueros, & circa eos ignem innocentem : & cùm admiratus eſſet..... laudibus trium puerorum commotus, ubi vidit majeſtatem Dei præſentis in igne..... ait : Et ego proponam*, &c. quæ ſup. Græcè : Καὶ ἐγὼ ἐκτίθεμαι τὸ δόγμα· Πᾶς λαός, φυλὴ, γλῶσσα ἥ ἐὰν εἴπῃ, &c. *Et ego propono decretum : Omnis populus, tribus, lingua quæcunque dixerit ;* reliqua ut ſupra, præter quàm quòd, detractâ conjunct. &, ante *Abdenago*, ita ſubjicitur, εἰς ἀπώλειαν ἔσονται..... εἰς διαρπαγήν· i. e. *in perditionem erunt..... in direptionem.*

℣. 99. Græc. hab. μετ' ἐμοῦ, *mecum*, pro 1. *mihi*, abſque ſeq. *Dominus ;* tollit pariter *mihi*, poſt *placuit ;* addit verò ὑμῖν, *vobis* in fine, poſt verbum *annuntiare ;* cæt. ut in Lat. ſupra.

℣. 100. Græc. ſic punctat & legit : ὡς μεγάλα, ὡ ἰσχυρά· ἡ βασιλεία αὐτοῦ, βασιλεία αἰώνιος, ὡ ἡ ἐξουσία αὐτοῦ εἰς γενεὰν ὡ γενεάν· i. e. *quàm magna, & fortia* (per relat. ad *ſigna ;*) deinde : *regnum ejus, regnum ſempiternum, & poteſtas ejus in generationem & generationem.*

CAPUT IV.

VULGATA NOVA.

1. EGo Nabuchodonoſor quietus eram in domo mea, & florens in palatio meo :

2. ſomnium vidi, quod perterruit me : & cogitationes meæ in ſtrato meo, & viſiones capitis mei conturbaverunt me.

3. Et per me poſitum eſt decretum ut introdu-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

cerentur in conſpectu meo cuncti ſapientes Babylonis, & ut ſolutionem ſomnii indicarent mihi.

4. Tunc ingrediebantur arioli, magi, Chaldæi, & aruſpices, & ſomnium narravi in conſpectu eorum: & ſolutionem ejus non indicaverunt mihi:

VERSIO ANTIQUA.

Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 744. b.

5... Daniel, cui nomen Baltaſar ſecundùm nomen Dei mei, ſpiritum ſanctum Dei in ſe habet.....

VULGATA NOVA.

5. donec collega ingreſſus eſt in conſpectu meo Daniel, cui nomen Baltaſſar ſecundùm nomen Dei mei, qui habet ſpiritum deorum ſanctorum in ſemetipſo: & ſomnium coram ipſo locutus ſum.

VULGATA NOVA.

6. Baltaſſar princeps ariolorum, quoniam ego ſcio quòd ſpiritum ſanctorum deorum habeas in te, & omne ſacramentum non eſt impoſſibile tibi: viſiones ſomniorum meorum, quas vidi, & ſolutionem earum narra.

7. Viſio capitis mei in cubili meo: Videbam, & ecce arbor in medio terræ, & altitudo ejus nimia.

8. Magna arbor, & fortis: & proceritas ejus contingens cœlum: aſpectus illius erat uſque ad terminos univerſæ terræ.

9. Folia ejus pulcherrima, & fructus ejus nimius: & eſca univerſorum in ea: ſubter eam habitabant animalia & beſtiæ, & in ramis ejus converſabantur volucres cœli: & ex ea veſcebatur omnis caro.

10. Videbam in viſione capitis mei ſuper ſtratum meum, & ecce vigil, & ſanctus de cœlo deſcendit.

11. Clamavit fortiter, & ſic ait: Succidite arborem, & præcidite ramos ejus: excutite folia ejus, & diſpergite fructus ejus: fugiant beſtiæ quæ ſubter eam ſunt, & volucres de ramis ejus.

12. Veruntamen germen radicum ejus in terra ſinite, & alligetur vinculo ferreo & æreo, in herbis quæ foris ſunt, & rore cœli tingatur, & cum feris pars ejus in herba terræ.

13. Cor ejus ab humano commutetur, & cor feræ detur ei: & ſeptem tempora mutentur ſuper eum.

VERSIO ANTIQUA.

Ambroſiaſt. p. 99. c.

14..... Dei eſt enim regnum, & cui vult, dabit illud.....

VULGATA NOVA.

14. In ſententia vigilum decretum eſt, & ſermo ſanctorum, & petitio: donec cognoſcant viventes, quoniam dominatur Excelſus in regno hominum, & cuicunque voluerit, dabit illud, & humillimum hominem conſtituet ſuper eum.

Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 744. b.

15..... omnes ſapientes regni mei non potuerunt interpretationem ſomnii mei declarare mihi: tu autem Daniel potes, quia ſpiritus Dei ſanctus in te eſt.

15. Hoc ſomnium vidi ego Nabuchodonoſor rex: tu ergo Baltaſſar interpretationem narra feſtinus: quia omnes ſapientes regni mei non queunt ſolutionem edicere mihi: tu autem potes, quia ſpiritus deorum ſanctorum in te eſt. *1. Reg. 2. 8. & 16. 11. ſeq.*

VULGATA NOVA.

16. Tunc Daniel, cujus nomen Baltaſſar, cœpit intra ſemetipſum tacitus cogitare quaſi una hora: & cogitationes ejus conturbabant eum. Reſpondens autem rex ait: Baltaſſar, ſomnium & interpretatio ejus non conturbent te. Reſpondit Baltaſſar, & dixit: Domine mi, ſomnium his qui te oderunt, & interpretatio ejus hoſtibus tuis ſit.

17. Arborem quam vidiſti ſublimem atque robuſtam, cujus altitudo pertingit ad cœlum, & aſpectus illius in omnem terram:

18. & rami ejus pulcherrimi, & fructus ejus nimius, & eſca omnium in ea, ſubter eam habitantes beſtiæ agri, & in ramis ejus commorantes aves cœli:

19. Tu es rex, qui magnificatus es, & invaluiſti: & magnitudo tua crevit, & pervenit uſque ad cœlum, & poteſtas tua in terminos univerſæ terræ.

20. Quòd autem vidit rex vigilem, & ſanctum deſcendere de cœlo, & dicere: Succidite arborem, & diſſipate illam, attamen germen radicum ejus in terra dimittite, & vinciatur ferro & ære in herbis foris, & rore cœli conſpergatur, & cum feris ſit pabulum ejus, donec ſeptem tempora mutentur ſuper eum:

21. Hæc eſt interpretatio ſententiæ Altiſſimi, quæ pervenit ſuper dominum meum regem:

22. Ejicient te ab hominibus, & cum beſtiis feriſque erit habitatio tua, & fenum ut bos comedes, & rore cœli infundêris: ſeptem quoque tempora mutabuntur ſuper te, donec ſcias quòd dominetur Excelſus ſuper regnum hominum, & cuicunque voluerit, det illud. *Inf. 5. 21.*

23. Quòd autem præcepit ut relinqueretur germen radicum ejus, id eſt arboris: regnum tuum tibi manebit, poſtquam cognoveris poteſtatem eſſe cœleſtem.

VERSIO ANTIQUA.

Cypr. l. de ep. & eleem. p. 238. c.

24. Propterea rex conſilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemoſynis redime, & injuſtitias tuas miſerationibus pauperum: & erit Deus parcens peccatis tuis.

VULGATA NOVA.

24. Quam ob rem rex conſilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordiis pauperum: forſitan ignoſcet delictis tuis. *Eccli. 3. 33.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 5. Græc. ἕως ἦλθε Δανιὴλ, ὃ τὸ ὄνομα Βαλτάσαρ κατὰ τὸ ὄνομα τοῦ Θεοῦ μου, ὃς πνεῦμα Θεοῦ ἅγιον ἐν ἑαυτῷ ἔχει i. e. *donec venit Daniel, cujus nomen Baltaſar ſecundùm nomen Dei mei, qui ſpiritum Dei ſanctum in ſemetipſo habet.* Hieron. verò cum Vulg. *donec collega ingreſſus eſt in conſpectu meo Daniel, cui nomen Baltaſar ſecundùm nomen Dei mei:* tum addit: *Exceptis LXX. Translatoribus, qui hæc omnia neſcio qua ratione præterierunt, tres reliqui* collegam *interpretati ſunt. Unde judicio magiſtrorum Eccleſiæ Editio eorum in hoc volumine repudiata eſt; & Theodotionis vulgò legitur, quæ & Hebræo, & cæteris Translatoribus congruit. Unde & Origenes in nono Stromatum volumine aſſerit ſe, quæ ſequuntur ab hoc loco in propheta Daniele, non juxta LXX. Interpretes, qui multùm ab Hebraïca veritate diſcordant, ſed juxta Theodotionis editionem differere.*

℣. 14. Græc..... ὅτι Κύριός ἐστιν ὁ ὕψιστος τῆς βασιλείας τῶν ἀνθρώπων· καὶ ᾧ ἐὰν δόξῃ, δώσει αὐτήν· i. e. *quia Dominus eſt ipſe altiſſimus regni hominum; & cuicunque voluerit, dabit illud.*

℣. 15. Eadem ſunt in Græco, præter hæc media, οὐ δύνανται τὸ σύγκριμα αὐτοῦ ἀνελῶσαί μοι, *non poſſunt conjecturam ejus indicare mihi*, loco *non potuerunt interpretationem ſomnii mei*, &c. Item apud Ambroſ. l. 3. de Spir. S. col. 673. c. *tu autem Daniel potes, quia ſpiritus ſanctus Dei in te eſt.*

℣. 24. Concinit Græc. niſi quòd præponit ἀν, *in*, vocibus 2. *eleemoſynis*, & *miſerationibus*; deletque *tuas*, poſt *injuſtitias*; (Mſ. tamen Alex. hab. ἀδικίας σου, cum edd. Ald.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

25. Omnia hæc venerunt ſuper Nabuchodonoſor regem.

26. Poſt finem menſium duodecim, in aula Babylonis deambulabat.

27. Reſponditque rex, & ait: Nonne hæc eſt Babylon magna, quam ego ædificavi in domum regni, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decoris mei?

28. Cùmque ſermo adhuc eſſet in ore regis, vox de cœlo ruit: Tibi dicitur Nabuchodonoſor rex: Regnum tuum tranſibit à te,

29. & ab hominibus ejicient te, & cum beſtiis & feris erit habitatio tua: fenum quaſi bos comedes, & ſeptem tempora mutabuntur ſuper te, donec ſcias quòd dominetur Excelſus in regno hominum, & cuicunque voluerit, det illud.

30. Eadem hora ſermo completus eſt ſuper Nabuchodonoſor, & ex hominibus abjectus eſt, & fenum ut bos comèdit, & rore cœli corpus ejus infectum eſt: donec capilli ejus in ſimilitudinem aquilarum creſcerent, & ungues ejus quaſi avium. 30... *Vide Not.*

VULGATA NOVA.

31. Igitur poſt finem dierum, ego Nabuchodonoſor oculos meos ad cœlum levavi, & ſenſus meus redditus eſt mihi: & Altiſſimo benedixi, & viventem in ſempiternum laudavi, & glorificavi: quia poteſtas ejus poteſtas ſempiterna, & regnum ejus in generationem & generationem. *Sup.* 3. 100

VERSIO ANTIQUA.

31..... & poteſtas ejus poteſtas æterna, & regnum ejus non interibit. *Iren. l. 4. c. 20. p. 256. a.*

VULGATA NOVA.

32. Et omnes habitatores terræ apud eum in nihilum reputati ſunt: juxta voluntatem enim ſuam facit tam in virtutibus cœli quàm in habitatoribus terræ: & non eſt qui reſiſtat manui ejus, & dicat ei: Quare feciſti?

33. In ipſo tempore ſenſus meus reverſus eſt ad me, & ad honorem regni mei decoremque perveni: & figura mea reverſa eſt ad me: & optimates mei, & magiſtratus mei requiſierunt me, & in regno meo reſtitutus ſum: & magnificentia amplior addita eſt mihi. 33... *Vide Not.*

34. Nunc igitur ego Nabuchodonoſor laudo, & magnifico, & glorifico regem cœli: quia omnia opera ejus vera, & viæ ejus judicia, & gradientes in ſuperbia poteſt humiliare.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

& Compl.) extremò ſic: *ἴσως ἴσται μακρόθυμος τοῖς τοιούτοις ὁ Θεός fortaſſe erit longanimis deliciis tuis Deus.* Apud Ferrandum, parænet. ad Regin. p. 173. omnia ut in textu Cypr. exceptis his prioribus, *Conſilium meum placeat tibi rex.* Optat. verò l. 3. cont. Donat. p. 56. a. legit: *Et tu audi rex conſilium meum, & placeat tibi: peccata tua eleemoſynis redime, & injuſtitias tuas in miſerationibus pauperum;* Mſ. S. Germ. hab. *in miſerationes:* & *erit Deus propitius peccati.* Gaud. Brix. ſer. 13. p. 965. c. *Nunc rex conſilium meum placeat tibi: iniquitates tuas eleemoſynis redime, & peccata tua miſerationibus pauperum.*

℣. 30. Huc redeunt quæ Tertullianus ait l. de pœnit. c. 12. p. 170. a. *Septenni ſqualore exomologeſin operatus eſt* (rex Babylon.) *unguium, aquilinum in morem, efferationem, & capilli incuriâ horrorem leoninum præferente*, &c.

℣. 31. Itidem Græcè, præter hoc ult. *εἰς γενεὰν ἡ γενεάν, in generationem & generationem*, loco *non interibit.* Vide Tichon. reg. 1. p. 50. f.

℣. 33. Eò ſpectant quæ Tertul. dicit l. de pat. c. 13. p. 203. a. *Sic ille rex Babylonius, offenſo Domino, cùm ſqualore & pudore ſeptenni ab humana forma exſulaſſet, immolatâ patientiâ corporis ſui, & regnum recuperavit, & quod optabilius homini eſt, ſatis Deo fecit.*

CAPUT V.

VULGATA NOVA.

1. BAltaſſar rex fecit grande convivium optimatibus ſuis mille: & unuſquiſque ſecundùm ſuam bibebat ætatem. 1. *& ſeqq. Vide Not.*

2. Præcepit ergo jam temulentus, ut afferrentur vaſa aurea & argentea, quæ aſportaverat Nabuchodonoſor pater ejus de templo, quod fuit in Jeruſalem, ut biberent in eis rex, & optimates ejus, uxoreſque ejus, & concubinæ.

3. Tunc allata ſunt vaſa aurea, & argentea, quæ aſportaverat de templo, quod fuerat in Jeruſalem: & biberunt in eis rex & optimates ejus, uxores & concubinæ illius.

4. Bibebant vinum, & laudabant deos ſuos aureos, & argenteos, æreos, ferreos, ligneoſque & lapideos.

5. In eadem hora apparuerunt digiti, quaſi manus hominis ſcribentis contra candelabrum in ſuperficie parietis aulæ regiæ: & rex aſpiciebat articulos manus ſcribentis.

6. Tunc facies regis commutata eſt, & cogitationes ejus conturbabant eum: & compages renum ejus ſolvebantur, & genua ejus ad ſe invicem collidebantur.

7. Exclamavit itaque rex fortiter, ut introducerent magos, Chaldæos, & aruſpices. Et proloquens rex ait ſapientibus Babylonis: Quicunque legerit ſcripturam hanc, & interpretationem ejus manifeſtam mihi fecerit, purpura veſtietur, & torquem auream habebit in collo, & tertius in regno meo erit.

8. Tunc ingreſſi omnes ſapientes regis, non potuerunt nec ſcripturam legere, nec interpretationem indicare regi.

9. Unde rex Baltaſſar ſatis conturbatus eſt, & vultus illius immutatus eſt: ſed & optimates ejus turbabantur.

10. Regina autem, pro re quæ acciderat regi, & optimatibus ejus, domum convivii ingreſſa eſt: & proloquens ait: Rex in æternum vive: non te conturbent cogitationes tuæ, neque facies tua immutetur.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. & ſeqq. Eadem narrat Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 34. apud Proſp. *Baltaſar rex cœnam faciens principibus ſuis, vaſa templi Dei, quæ Nabuchodonoſor pater ejus abſtulerat, prolata, bibit in eis concubinis principibuſque ſuis, laudans deos ſuos aureos & argenteos, ligneos & lapideos: ſtatimque in conſpectu ejus exierunt articuli manûs hominis, & ſcripſerunt in pariete regis domûs: quæ viſione turbatus rex, cùm omnes quos habuit curioſos, ſcripturam legere nequiviſſent, Daniel accitus, cautâ vaſorum domus Dei id factum fuiſſe, regem conſtanter objurgat.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 744. b.

11. Ecce vir in regno tuo, in quo ſpiritus Dei eſt.

VULGATA NOVA.

11. Eſt vir in regno tuo, qui ſpiritum deorum ſanctorum habet in ſe: & in diebus patris tui ſcientia & ſapientia inventæ ſunt in eo: nam & rex Nabuchodonoſor pater tuus, principem magorum, incantatorum, Chaldæorum, & aruſpicum conſtituit eum, pater, inquam, tuus, ô rex:

VULGATA NOVA.

12. quia ſpiritus amplior, & prudentia, intelligentiaque & interpretatio ſomniorum, & oſtenſio ſecretorum, ac ſolutio ligatorum inventæ ſunt in eo, hoc eſt in Daniele: cui rex poſuit nomen Baltaſſar: nunc itaque Daniel vocetur, & interpretationem narrabit.

13. Igitur introductus eſt Daniel coram rege. Ad quem præfatus rex ait: Tu es Daniel de filiis captivitatis Judæ, quem adduxit pater meus rex de Judæa?

14. Audivi de te, quoniam ſpiritum deorum habeas: & ſcientia, intelligentiaque ac ſapientia amplio-

res inventæ ſunt in te.

15. Et nunc introgreſſi ſunt in conſpectu meo ſapientes magi, ut ſcripturam hanc legerent, & interpretationem ejus indicarent mihi: & nequiverunt ſenſum hujus ſermonis edicere.

16. Porro ego audivi de te, quòd poſſis obſcura interpretari, & ligata diſſolvere: ſi ergo vales ſcripturam legere, & interpretationem ejus indicare mihi, purpura veſtieris, & torquem auream circa collum tuum habebis, & tertius in regno meo princeps eris.

VERSIO ANTIQUA.

Optat. Mil. l. 3. cont. Donat. p. 55. c.

17..... Dona tua tecum ſint, rex.....

VULGATA NOVA.

17. Ad quæ reſpondens Daniel, ait coram rege: Munera tua ſint tibi, & dona domus tuæ alteri da: ſcripturam autem legam tibi, rex, & interpretationem ejus oſtendam tibi.

VULGATA NOVA.

18. O rex, Deus Altiſſimus regnum, & magnificentiam, gloriam, & honorem dedit Nabuchodonoſor patri tuo.

19. Et propter magnificentiam quam dederat ei, univerſi populi, tribus, & linguæ tremebant, & metuebant eum: quos volebat, interficiebat: & quos volebat, percutiebat: & quos volebat, exaltabat: & quos volebat, humiliabat.

20. Quando autem elevatum eſt cor ejus, & ſpiritus illius obfirmatus eſt ad ſuperbiam, depoſitus eſt de ſolio regni ſui, & gloria ejus ablata eſt:

Sup. 4. 21.

21. & à filiis hominum ejectus eſt, ſed & cor ejus cum beſtiis poſitum eſt, & cum onagris erat habitatio ejus: fenum quoque ut bos comedebat, & rore cœli corpus ejus infectum eſt, donec cognoſceret quòd poteſtatem haberet Altiſſimus in regno hominum: & quemcunque voluerit, ſuſcitabit ſuper illud.

22. Tu quoque filius ejus Baltaſſar, non humiliaſti cor tuum, cùm ſcires hæc omnia:

23. ſed adversùm Dominatorem cœli elevatus es: & vaſa domus ejus allata ſunt coram te: & tu, & optimates tui, & uxores tuæ, & concubinæ tuæ, vinum bibiſtis in eis: deos quoque argenteos, & aureos, & æreos, ferreos, ligneoſque & lapideos, qui non vident, neque audiunt, neque ſentiunt, laudaſti: porro Deum, qui habet flatum tuum in manu ſua, & omnes vias tuas, non glorificaſti.

24. Idcirco ab eo miſſus eſt articulus manus, quæ ſcripſit hoc, quod exaratum eſt.

VERSIO ANTIQUA.

Auct. l. de promiſſ. c. 34. p. 162. e.

25..... MANE, THECEL, PHARES.

26..... MANE: numeravit Deus regnum tuum, & implevit illud.

27. THECEL: ponderatum eſt in ſtatera, & inventum eſt minus habens.

28. PHARES: diviſum eſt regnum tuum, & datum eſt Medis & Perſis.

VULGATA NOVA.

25. Hæc eſt autem ſcriptura, quæ digeſta eſt: MANE, THECEL, PHARES.

26. Et hæc eſt interpretatio ſermonis. MANE: numeravit Deus regnum tuum, & complevit illud.

27. THECEL: appenſus es in ſtatera, & inventus es minus habens.

28. PHARES: diviſum eſt regnum tuum, & datum eſt Medis & Perſis.

VULGATA NOVA.

29. Tunc jubente rege indutus eſt Daniel purpura, & circumdata eſt torques aurea collo ejus: & prædicatum eſt de eo quòd haberet poteſtatem tertius in regno ſuo.

30. Eadem nocte interfectus eſt Baltaſſar rex Chaldæus.

31. Et Darius Medus ſucceſſit in regnum annos natus ſexaginta duos.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 11. Hieron. in comm. col. 1093. a. *Præter Symmachum*, inquit, *qui Chaldaicam veritatem ſecutus eſt, cæteri* ſpiritum Dei *interpretati ſunt.* In Gr. etiam πνεῦμα Θεοῦ.

℣. 17. Gr. Τὰ δόματά σου σοὶ ἔσω, ἢ, &c. Mſ. Alex. Σὺν σοὶ ἔσω.

℣. 25. Sic eſt in Græco.

℣. 26. Eadem ſunt in Græco, præter unum ἐμέτρησε, *menſus eſt*, pro *numeravit.*

℣℣. 27. 28. Conſonat Græc. ad verbum.

CAPUT VI.

VULGATA NOVA.

1. PLacuit Dario, & conſtituit ſuper regnum ſatrapas centum viginti, ut eſſent in toto regno ſuo.

1... 2. *Vide Not.*

2. Et ſuper eos principes tres, ex quibus Daniel unus erat: ut ſatrapæ illis redderent rationem, & rex non ſuſtineret moleſtiam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 1. 2. Hieron. in hunc loc. col. 1095. a. ait: *Nemo perturbetur quòd nunc in regno Darii, nunc in regno Cyri, Daniel fuiſſe dicatur. Pro* Dario *LXX.* Artaxerxem *interpretati ſunt:* hodie legitur Græcè, Ἄρτοξερξου τοῦ πρώτου Δαρείκ.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

3. Igitur Daniel ſuperabat omnes principes & ſatrapas: quia ſpiritus Dei amplior erat in illo.

VERSIO ANTIQUA.

3. Et fuit Daniel præpoſitus illis: quoniam ſpiritus erat ſuperans in eo. *Ambroſ. l. 3. de Spir. S. col. 673. c.*

VULGATA NOVA.

4. Porro rex cogitabat conſtituere eum ſuper omne regnum: unde principes & ſatrapæ quærebant occaſionem ut invenirent Danieli ex latere regis: nullamque cauſam & ſuſpicionem reperire potuerunt, eò quòd fidelis eſſet, & omnis culpa, & ſuſpicio non inveniretur in eo.

5. Dixerunt ergo viri illi: Non inveniemus Danieli huic aliquam occaſionem, niſi fortè in lege Dei ſui.

6. Tunc principes & ſatrapæ ſurripuerunt regi, & ſic locuti ſunt ei: Dari rex in æternum vive:

7. conſilium inierunt omnes principes regni tui, magiſtratus, & ſatrapæ, ſenatores, & judices, ut decretum imperatorium exeat, & edictum: Ut omnis qui petierit aliquam petitionem à quocunque deo, & homine uſque ad triginta dies, niſi à te rex, mittatur in lacum leonum.

8. Nunc itaque rex confirma ſententiam, & ſcribe decretum: ut non immutetur quod ſtatutum eſt à Medis & Perſis, nec prævaricari cuiquam liceat. *Eſther 1. 19.*

9. Porro rex Darius propoſuit edictum, & ſtatuit.

10. Quod cùm Daniel comperiſſet, id eſt, conſtitutam legem, ingreſſus eſt domum ſuam: & feneſtris apertis in cœnaculo ſuo contra Jeruſalem tribus temporibus in die flectebat genua ſua, & adorabat, confitebaturque coram Deo ſuo, ſicut & ante facere conſueverat.

11. Viri ergo illi curioſiùs inquirentes, invenerunt Danielem orantem & obſecrantem Deum ſuum.

12. Et accedentes locuti ſunt regi ſuper edicto: Rex, nunquid non conſtituiſti, ut omnis homo, qui rogaret quemquam de diis, & hominibus uſque ad dies triginta, niſi te, rex, mitteretur in lacum leonum? Ad quos reſpondens rex, ait: Verus eſt ſermo juxta decretum Medorum atque Perſarum, quod prævaricari non licet.

13. Tunc reſpondentes dixerunt coram rege: Daniel de filiis captivitatis Juda, non curavit de lege tua, & de edicto quod conſtituiſti: ſed tribus temporibus per diem orat obſecratione ſua.

14. Quod verbum cùm audiſſet rex, ſatis contriſtatus eſt: & pro Daniele poſuit cor ut liberaret eum, & uſque ad occaſum ſolis laborabat ut erueret illum.

15. Viri autem illi intelligentes regem, dixerunt ei: Scito rex, quia lex Medorum atque Perſarum eſt, ut omne decretum, quod conſtituerit rex, non liceat immutari.

16. Tunc rex præcepit: & adduxerunt Danielem, & miſerunt eum in lacum leonum. Dixitque rex Danieli: Deus tuus, quem colis ſemper, ipſe liberabit te.

17. Allatuſque eſt lapis unus, & poſitus eſt ſuper os laci: quem obſignavit rex annulo ſuo, & annulo optimatum ſuorum, ne quid fieret contra Danielem.

18. Et abiit rex in domum ſuam, & dormivit incœnatus, cibique non ſunt allati coram eo, inſuper & ſomnus receſſit ab eo.

19. Tunc rex primo diluculo conſurgens, feſtinus ad lacum leonum perrexit:

20. appropinquanſque lacui, Danielem voce lacrymabili inclamavit, & affatus eſt eum: Daniel ſerve Dei viventis, Deus tuus, cui tu ſervis ſemper, putaſne valuit te liberare à leonibus?

21. Et Daniel regi reſpondens ait: Rex in æternum vive:

22. Deus meus miſit angelum ſuum, & concluſit ora leonum, & non nocuerunt mihi: quia coram eo juſtitia inventa eſt in me: ſed & coram te, rex, delictum non feci. *1. Macb. 2. 60.*

VULGATA NOVA.

23. Tunc vehementer rex gaviſus eſt ſuper eo, & Danielem præcepit educi de lacu: eductuſque eſt Daniel de lacu, & nulla læſio inventa eſt in eo, quia credidit Deo ſuo.

24. Jubente autem rege, adducti ſunt viri illi, qui accuſaverant Danielem: & in lacum leonum miſſi ſunt, ipſi, & filii, & uxores eorum: & non pervenerunt uſque ad pavimentum laci, donec arriperent eos leones, & omnia oſſa eorum comminuerunt.

25. Tunc Darius rex ſcripſit univerſis populis, tribubus, & linguis habitantibus in univerſa terra: PAX vobis multiplicetur. *Sup. 3. 96.*

26. A me conſtitutum eſt decretum, ut in univerſo imperio & regno meo, tremiſcant & paveant Deum Danielis. Ipſe eſt enim Deus vivens,

VERSIO ANTIQUA.

23. Et rex vehementer gaviſus eſt, & juſſit Danielem de lacu leonum ejici: & nihil ei nocuerunt leones, quia confidebat & crediderat in Deo ſuo. *Cypr. l. 3. Teſtim. p. 313. a.*

24. Et juſſit rex: & perduxerunt illos homines, qui accuſaverant Danielem: & miſerunt illos in lacu leonum, & uxores eorum, & natos eorum: & antequam pervenirent in pavimentum lacûs, apprehenſi ſunt à leonibus, & omnia oſſa eorum comminuerunt.

25. Tunc Darius rex ſcripſit: Omnibus gentibus, tribubus, & linguis, quæ ſunt in regno meo: PAX ſit vobiſcum.

26. A facie mea cenſeo, & ago, ut hi omnes qui ſunt in regno meo, ſint timentes & trementes ſummum Deum, cui ſervit Daniel. Quia ipſe

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Rurſum Hieron. inf. hæc notat: *Pro* principibus, *quod Symmachus tranſtulit*, *Theodotio* ταχλικὴς, *Aquila* ζυγοστικὴς *interpretatus eſt. Cùmque quærerem qui eſſent iſti principes* ταχλικοὶ, *vel* ζυγοστικοὶ, *in LXX. editione legi manifeſtiùs, qui dixerunt:* & duos viros quos conſtituit cum eo, & ſatrapæ centum viginti. Vide Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 34. ap. Proſp. p. 162. a. & cap. 35. p. 163. a. ubi plura de Daniele narrantur.

℣. 3. Gr. Καὶ ἦν Δανιὴλ ὑπὲρ αὐτούς· ὅτι πνεῦμα περισσὸν ἐν αὐτῷ· in Mſ. Alex. ἦν ἐπ' αὐτῶν· in Compl. ἦν ἐν αὐτῷ.

℣. 23. Græc. Τότε ὁ βασιλεὺς πολὺ ἠγαθύνθη ἐπ' αὐτῷ, καὶ τὸν Δανιὴλ εἶπεν ἀνενέγκαι ἐκ τῆ λάκκυ· καὶ ἀνηνέχθη Δανιὴλ ἐκ τῆ λάκκυ, καὶ πᾶσα διαφορὰ οὐχ εὑρέθη ἐν αὐτῷ, ὅτι ἐπίστευσεν ἐν τῷ Θεῷ αὐτῆ. *Tunc rex multùm gaviſus eſt ſuper eo, & Danielem dixit educi de lacu: & eductus eſt Daniel de lacu, & nulla læſio inventa eſt in eo, quia credidit in Deo ſuo.*

℣. 24. Græc. Καὶ εἶπεν ὁ βασιλεὺς· καὶ ἠγάγοσαν τοὺς ἄνδρας, τοὺς διαβαλόντας τὸν Δανιὴλ· καὶ εἰς τὸν λάκκον τῶν λεόντων ἐνεβλήθησαν, αὐτοὶ, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτῶν, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν· καὶ οὐκ ἔφθασαν εἰς τὸ ἔδαφος τῆ λάκκυ, ἕως ὁ ἐκυρίευσαν αὐτῶν οἱ λέοντες, καὶ πάντα τὰ ὀστᾶ αὐτῶν ἐλέωσυν. *Et dixit rex:* & *duxerunt viros, qui accuſaverant Danielem:* & *in lacum leonum miſſi ſunt, ipſi,* & *filii eorum,* & *uxores eorum:* & *non pervenerunt ad pavimentum laci, donec dominati ſunt eorum leones,* & *omnia oſſa eorum comminuerunt.*

℣. 25. Græc. Τότε Δαρεῖος ὁ βασιλεὺς ἔγραψε πᾶσι τοῖς λαοῖς, φυλαῖς, γλώσσαις τοῖς οἰκοῦσιν ἐν πάσῃ τῇ γῇ· ΕΙΡΗΝΗ ὑμῖν πληθυνθείη. *Tunc Darius rex ſcripſit omnibus populis, tribubus, linguis habitantibus in univerſa terra: PAX vobis multiplicetur.*

℣. 26. Græc. Ἐκ (Compl. Ἀπὸ) προσώπυ μυ ἐτέθη λόγμα τοῦτο ἐν πάσῃ ἀρχῇ τῆς βασιλείας μυ, εἶναι τρέμοντας καὶ φοβυμένυς ἀπὸ προσώπυ τῦ Θεῦ Δανιήλ. Ὅτι αὐτός ἐστι Θεὸς ζῶν, καὶ μένων εἰς τοὺς αἰῶνας· καὶ ἡ βασιλεία αὐτῦ ἡ διαφθαρήσεται, καὶ ἡ κυρεία αὐτῦ ἕως τέλυς. *A facie mea poſitum eſt decretum hoc in omni principatu regni mei,*

Digitized by Google

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Cypr. ubi ſup. eſt Dominus vivus, & permanens in ſæcula: & regnum ejus non tranſibit, & dominatio ejus in perpetuum ambulat.	& æternus in ſæcula: & regnum ejus non diſſipabitur, & poteſtas ejus uſque in æternum.
27. Et ſolus facit ſigna, & prodigia, & mirabilia in cœlo & in terra: qui eripuit Danielem de lacu leonum.	27. Ipſe liberator, atque ſalvator, faciens ſigna, & mirabilia in cœlo & in terra: qui liberavit Danielem de lacu leonum.
	28. Porro Daniel perſeveravit uſque ad regnum Darii, regnumque Cyri Perſæ. *Sup.* 1. 21. & *infr.* 13. 65.

Notæ ad Versionem antiquam.

ſint trementes & metuant à facie Dei Danielis. Ipſe enim eſt Deus vivens, & manens in ſæcula: & regnum ejus non diſſipabitur, & dominatio ejus uſque in finem.

℣. 27. Græc. Ἀνλιαμβάνεται, ἢ ῥύεται, ἢ ποιεῖ ζωμεῖα, ἢ τέρατα ἐν τῷ οὐρανῷ ἢ ἐπὶ τῆς γῆς· ὅσις ἐξείλαλο τὸν Δανιὴλ ἐκ χειρὸς τῶν λεόντων. *Suſcipit, & liberat, & facit ſigna, & prodigia in cœlo & ſuper terram: qui liberavit Danielem de manu leonum.*

CAPUT VII.

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. p. 239. g. 1. IN primo anno Baltaſſar regis Chaldæorum, Daniel ſomnium vidit: & viſio capitis ejus in cubili ejus: & ſomnium ſuum ſcripſit:	1. ANno primo Baltaſſar regis Babylonis, Daniel ſomnium vidit: viſio autem capitis ejus in cubili ſuo: & ſomnium ſcribens, brevi ſermone comprehendit: ſummatimque perſtringens, ait:
2. Ego Daniel videbam, & ecce quatuor venti cœli pugnabant in mari magno.	2. Videbam in viſione mea nocte, & ecce quatuor venti cœli pugnabant in mari magno.
3. Et quatuor beſtiæ grandes aſcendebant de mari, altera alteram magnitudine antecedens.	3. Et quatuor beſtiæ grandes aſcendebant de mari diverſæ inter ſe.
4. Prima ut leæna, & alas habebat aquilæ: aſpiciebam donec evulſæ ſunt alæ ejus, & ſublata eſt de terra, & ſuper pedes quaſi homo ſtetit, & cor hominis datum eſt ei.	4. Prima quaſi leæna, & alas habebat aquilæ: aſpiciebam donec evulſæ ſunt alæ ejus, & ſublata eſt de terra, & ſuper pedes quaſi homo ſtetit, & cor hominis datum eſt ei.
5. Et ecce alia beſtia ſimilis urſo, & in una parte ſtetit: & tria latera in ore ejus, & in medio dentium ejus, & ſic dixit ei: Surge, & manduca carnes multas.	5. Et ecce beſtia alia ſimilis urſo in parte ſtetit: & tres ordines erant in ore ejus, & in dentibus ejus, & ſic dicebant ei: Surge, comede carnes plurimas.
6. Poſt hæc aſpiciebam, & ecce beſtia ut leopardus, & ei alæ quatuor volucris ſuper eam, & quatuor capita beſtiæ, & poteſtas data eſt ei.	6. Poſt hæc aſpiciebam, & ecce alia quaſi pardus, & alas habebat quaſi avis, quatuor ſuper ſe, & quatuor capita erant in beſtia, & poteſtas data eſt ei.
7. Poſt hæc aſpiciebam, & ecce beſtia quarta horribilis, admirabilis, & fortis vehementer: dentes ejus ferrei manducabant & comminuebant, & reliqua pedibus ſuis * conculcabat: & hæc beſtia major cæteris beſtiis, quæ antea viſæ ſunt, & cornua decem ei.	7. Poſt hæc aſpiciebam in viſione noctis, & ecce beſtia quarta terribilis, atque mirabilis, & fortis nimis, dentes ferreos habebat magnos, comedens atque comminuens, & reliqua pedibus ſuis conculcans: diſſimilis autem erat cæteris beſtiis, quas videram ante eam, & habebat cornua decem.
8. Et intendebam in cornua ejus, & ecce cornu aliud minus aſcendit in medio eorum: & tria cornua eorum, quæ erant ante, eradicata ſunt à facie ejus: & ecce oculi hominis in cornu hoc, & os loquens magna.	8. Conſiderabam cornua, & ecce cornu aliud parvulum ortum eſt de medio eorum: & tria de cornibus primis evulſa ſunt à facie ejus: & ecce oculi, quaſi oculi hominis erant in cornu iſto, & os loquens ingentia.
9. Videbam quoaduſque ſedes poſitæ ſunt, & vetuſtus dierum ſedebat: veſtitus ejus albus ut nix, & capillus capitis ejus ut lana munda: &	9. Aſpiciebam donec throni poſiti ſunt, & antiquus dierum ſedit: veſtimentum ejus candidum quaſi nix, & capilli capitis ejus quaſi la-

* *Edit. vitiosè* conculcabant.

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Itidem Græcè, excepto uno plurali αἱ ὁράσεις, *viſiones*, pro ſingulari *viſio*.

℣. 2. Ita Græc. habet, præter ult. προσέβαλον εἰς τὴν θάλασσαν τὴν μεγάλην, *irruebant in mare magnum*, loco *pugnabant in mari magno*. Hieron. in Ezech. 47. col. 1057. f. legit: *Videbam, & ecce quatuor venti cœli innitebantur in mari magno.*

℣. 3. Græc. ultimi verſiculi loco, *altera alteram magnitudine antecedens*, hab. ſimpliciter cum Vulg. διαφέροντα ἀλλήλων, *diverſæ inter ſe*; cæt. ut ſupra.

℣. 4. Græc. Τὸ πρῶτον ὡσεὶ λέαινα, ἢ πτερὰ αὐτῆς ὡς ἀετοῦ· i. e. *Prima quaſi leæna, & alæ ejus ſicut aquilæ*; reliqua ut in textu, præter unum ἀνθρώπου, *hominis*, pro *quaſi homo*. In Mſ. Alex. Τὸ πρῶτον ὡσεὶ λέαινα ἔχουσα πτέρυγας, ἢ πτερὰ αὐτῆς ὡς ἀετοῦ· à Compl. abeſt ὡς.

℣. 5. Concinit Græc. niſi quòd habet δεύτερον, *ſecunda*, pro *alia*; & inf. πλευραὶ, *coſtæ*, pro *latera*; tollit etiam conjunct. &, ante *in medio*, ſicut inf. ante *manduca*; demum pro *dixit*, hab. ἔλεγον, *dicebant*. Vide ſis Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 34. apud Proſp. p. 162. b.

℣. 6. Similia in Græco, niſi excipiatur vox πάρδαλις, poſita pro *leopardus*; ad litt. *panthera*, ſeu beſtia maculoſa, cujus mas *pardus* appellatur.

℣. 7. Græc. ipſo initio habet: Ὀπίσω τούτου, *Poſt hanc*; paulòque poſt, loco *horribilis*, *admirabilis*, ſic, φοβερὸν, ἢ ἔκθαμβον, repetitâ conjunct. ἢ, ante *dentes ejus*; ſubinde pro *manducabant & comminuebant*, &c. ſic: ἐσθίον ἢ λεπαίνον, ἢ τὰ ἐπίλοιπα τοῖς ποσὶν αὐτῆς συνεπάτει· ἢ αὐτὸ διαφέρον πεπισσοῦς παρὰ πάντα τὰ θηρία, τὰ ἔμπροσθεν αὐτοῦ, ἢ κέρατα δέκα αὐτῷ· Nobil. *comedens atque comminuens, & reliqua pedibus ſuis conculcabat: & ipſa diverſa nimis præ omnibus beſtiis, quæ ante eam, & cornua decem ei.*

℣. 8. Ita Græcè, niſi quòd initio habetur προσετέθη, abſque præced. &; item inf. ἢ τρία κέρατα τῶν ἔμπροσθεν αὐτοῦ, *& tria ejus cornua de iis quæ antea*; paulòque poſt, ἢ ἰδοὺ ὀφθαλμοὶ, ὡσεὶ ὀφθαλμοὶ ἀνθρώπου, &c. Rectè Irenæus l. 5. c. 25. p. 322. d. *& ecce oculi, quaſi oculi hominis in cornu hoc, & os loquens magna.*

℣. 9. Ambroſ. epiſt. 63. col. 1024. a. *Throni poſiti ſunt, & libri aperti ſunt, & antiquus dierum ſedit.* Similiter ap.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

na munda : thronus ejus flammæ ignis : rotæ ejus ignis accenſus.

Apocal. 5. 11. 10. Fluvius igneus, rapiduſque egrediebatur à facie ejus : millia millium miniſtrabant ei, & decies millies centena millia aſſiſtebant ei : judicium ſedit, & libri aperti ſunt.

11. Aſpiciebam propter vocem ſermonum grandium, quos cornu illud loquebatur : & vidi quoniam interfecta eſſet beſtia, & periſſet corpus ejus, & traditum eſſet ad comburendum igni :

12. aliarum quoque beſtiarum ablata eſſet poteſtas, & tempora vitæ conſtituta eſſent eis uſque ad tempus & tempus.

13. Aſpiciebam ergo in viſione noctis, & ecce cum nubibus cœli quaſi filius hominis veniebat, & uſque ad antiquum dierum pervenit : & in conſpectu ejus obtulerunt eum.

14. Et dedit ei poteſtatem, & honorem, & regnum : & omnes populi, tribus, & linguæ ipſi

Sup. 3. 100. & 4. 31. *Mich.* 4. 7. ſervient : poteſtas ejus, poteſtas æterna, quæ non auferetur : & regnum ejus, quod non corrumpetur.

VERSIO ANTIQUA.

ſedes ejus flamma ignis : rotæ ejus ignis ardens. *Lucif. Cal. ubi ſup.*

10. Fluvius ignis lucebat ante eum : millia millium ſerviebant ei, & dena millia denum millium aſtabant ante eum : in judicium ſedit, & libri aperti ſunt.

11. Videbam tunc à voce ſermonum magnorum, quos cornu illud loquebatur : quoaduſque interiit beſtia, & periit, & corpus ejus datum eſt ut comburatur :

12. & reliquarum beſtiarum regnum translatum eſt, & longitudo vitæ data eſt eis uſque ad tempus.

13. Videbam in viſione noctis, & ecce cum nubibus cœli ut filius hominis veniens venit : uſque ad vetuſtum dierum anticipavit, & oblatus eſt ei.

14. Et datum eſt ei regnum, & honor, & imperium : & omnes populi, tribus, linguæ ſervient ei : & poteſtas ejus, poteſtas perpetua, quæ nunquam tranſibit : & imperium ejus nunquam corrumpetur.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Luc. 1. 32. Hieron. in Iſai. 3. & 65. col. 39. c. 483. f. *Throni poſiti ſunt, & libri aperti ſunt.* Auct. verò l. ad Novat. hær. ap. Cypr. p. 440. b. legit : *Vidi thronum poſitum, & vetuſtus dierum ſedebat ſuper eum : & veſtitus ejus erat tanquam nix, & capilli capitis ejus tanquam lana alba : thronus illius flamma ignis : rotæ illius ignis ardens.* Auguſt. l. 2. de Trin. to. 8. 791. e. *Aſpiciebam donec throni poſiti ſunt, & vetuſtus dierum ſedebat : & indumentum ejus quaſi nix album, & capillus capitis ejus quaſi lana munda : thronus ejus flamma ignis : rotæ ejus ignis flagrans :* & ita Græcum habet ad verbum. Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 736. h. *Videbam, & ecce quaſi ſedes poſitæ ſunt, & vetuſtus dierum ſedebat : & veſtimenta ejus candida ſicut nix, & capilli capitis ejus ut lana munda :* & l. cont. Arian. BB. PP. to. 8. 807. d. *Aſpiciebam donec ſedes poſita fuiſſent, & vetuſtus dierum ſedebat : veſtimentum ejus candidum ut nix, capilli capitis ejus ut lana munda : thronus ejus flamma ignis : rotæ ejus ignis accenſus.* Hilar. in Pſ. 67. col. 201. b. *ſedes ejus flamma ignis ardens : rotas ejus flumen ingens ducebat,* &c. ut infra.

℣. 10. Auct. l. ad Novat. hær. ap. Cypr. p. 440. b. *Flumen ignis prodibat ante eum : millia millium ſerviebant ei, & millia millium aſſiſtebant ei : ad judicium ſedit, & libri aperti ſunt.* Auguſt. l. 2. de Trin. to. 8. 791. e. *Et flumen ignis trahebat in conſpectu ejus : & mille millia deſerviebant ei, & dena millia denum millium aſſiſtebant ei : & judicium collocavit, & libri aperti ſunt.* Auguſtino Gr. ſavet ad verbum, deletâ conjunct. &, ante *flumen*, ſicut ante *mille*, & ante *judicium* ; loco tamen *collocavit*, ponit ἐκάθισε. Ambroſ. in Pſ. 1. col. 762. d. *judicium ſedit, & libri aperti ſunt.* Hilar. in Pſ. 67. col. 201. b. *Rotas ejus flumen ingens ducebat ante eum : millia millium ſerviebant ei, & dena millia denum millium adſtabant ei.* Vigil. Tapſ. l. cont. Arian. p. 807. d. *Fluvius igneus egrediebatur à facie ejus : millia millium miniſtrabant ei, & decies centena millia aſſiſtebant ei.* Iren. l. 2. c. 7. p. 124. e. ait *dena millia denum millium aſſiſtere ei, & multa millia millium miniſtrare ei.* Tertul. l. cont. prax. p. 845. b. *millies centies centena millia aſſiſtebant ei, & millies centena millia apparebant ei.* Tichon. reg. 5. col. 61. f. *mille millia apparebant illi, & decies millies denaria circumſiſtebant :* Mſ. Rem. ibid. *millies millia.....& decies millias decies millia*, &c.

℣. 11. Concordat Græc. niſi quòd loco *ut comburatur*, hab. εἰς καῦσιν πυρός, *in combuſtionem ignis.* Heſychius ap. Aug. ep. 198. to. 2. 740. c. legit : *quoaduſque interfecta eſt beſtia, & periit, & corpus ejus datum eſt ut comburatur.*

℣. 12. In Græco eſt ἀρχὴ, *principatus*, pro *regnum* ; extremòque, ἕως καιροῦ καὶ καιροῦ, ut in Vulg. cæt. ut ſupra. Heſych. ap. Aug. ep. 198. col. 740. c. legit : *& reliquarum beſtiarum regnum translatum eſt, & magnitudo vitæ data eſt eis uſque ad tempus & tempus, quod Græcè dicitur,* ἕως χρόνου καὶ καιροῦ· ſimiliter in edd. Ald. & Compl. ἕως χρόνου.

℣. 13. Cypr. l. 2. Teſtim. p. 295. b. *Videbam in viſu nocte, & ecce in nubibus cœli quaſi filius hominis veniens, venit uſque ad veterem dierum, & ſtetit in conſpectu ejus : & qui aſſiſtebant ei obtulerunt eum.* Ita quoque habet Jul. Firmic. l. de erro. prof. relig. c. 25. p. 174. a. detractâ tantùm voculâ *ei*, poſt *aſſiſtebant*. Lact. l. 4. Inſtit. c. 12. & 21. p. 576. 583. *Videbam in viſu noctis, & ecce in nubibus cœli ut filius hominis veniens, & uſque ad vetuſtum dierum pervenit : & qui aſſiſtebant obtulerunt eum :* rurſum c. 12. p. 576. *& uſque ad antiquum dierum pervenit : & oblatus eſt ei.* Tertul. l. cont. Jud. c. 14. p. 148. a. *& ecce cum nubibus cœli tanquam filius hominis veniens, & venit uſque ad veterem dierum, & aderat in conſpectu ejus : & qui aſſiſtebant adduxerunt illum :* ſimiliter l. 3. adv. Marc. p. 671. c. & l. 4. p. 732. c. vide etiam l. de carne Chr. p. 550. b. Hilar. in Pſ. 144. col. 563. c. *& ecce cum nubibus cœli ſicut filius hominis veniens, & uſque ad vetuſtum dierum pervenit : & oblatus eſt ei.* Rufin. in Symb. p. 187. a. *Videbam in viſu noctis, & ecce cum nubibus cœli quaſi filius hominis veniens, uſque ad vetuſtum dierum pervenit : & in conſpectu ejus oblatus eſt liber.* Auguſt. l. 18. de civit. Dei, c. 34. to. 7. 516. e. *Videbam in viſu noctis, & ecce cum nubibus cœli ut filius hominis veniens erat, & uſque ad vetuſtum dierum pervenit : & in conſpectu ejus prælatus eſt :* itidem l. 2. cont. Adverſ. leg. to. 8. 588. a. at l. 2. de Trin. col. 791. e. *Aſpiciebam in viſione noctis, & ecce cum cœli nubibus quaſi filius hominis veniens erat, & uſque ad veterem dierum pervenit : & oblatus eſt ei.* Sic etiam in Græco eſt, deleto uno verbo *erat* ; Mſ. tamen Alex. hab. ἐρχόμενος ἦν, cum edd. Ald. & Compl. ſubinde idem Alex. loco ᾧ προσήνεγκαν αὐτῷ, *& oblatus eſt ei*, quod in edit. Rom. eſt, ponit, ἐνώπιον αὐτοῦ προσήγαγον αὐτόν· Ald. & Compl. ᾧ ἐνώπιον αὐτοῦ προσήνεγκαν· Juſtin. in dial. cum Tryph. ᾧ παρῆν ἐνώπιον αὐτοῦ· ᾧ οἱ παρεστηκότες προσήγαγον αὐτόν. Vigil. Tapſ. l. 3. de Trin. p. 233. a. legit : *Videbam in viſu noctis, ecce cum nubibus cœli venientem filium hominis : & appropiavit uſque ad veterem dierum, & oblatus eſt ei :* & l. 11. p. 289. b. *Aſpiciebam in viſionem noctis, & ecce cum nubibus cœli quaſi filius hominis veniebat, & uſque ad antiquum dierum pervenit : & in conſpectu ejus obtulerunt eum :* & l. cont. Varimad. p. 736. h. *Videbam in viſu noctis, & ecce in nubibus cœli quaſi filius hominis veniebat, & uſque ad vetuſtum dierum pervenit.* Arnob. Jun. de Deo trino, p. 215. a. *Vidi in nubibus cœli venientem filium hominis ad veterem dierum.* Apud Marten. Anecdot. to. 5. p. 14. d. *Videbam nocte in viſu, & ecce in nubibus cœli quaſi filius hominis veniens venit uſque ad veterem dierum.*

℣. 14. Tertul. cont. Jud. c. 14. p. 148. a. *Et data eſt ei poteſtas regia : & omnes nationes terræ ſecundùm genus, & omnis gloria, ſervient illi : & poteſtas illius æterna, quæ non auferetur : & regnum ejus, quod non corrumpetur :* & l. 3. adv. Marc. p. 671. c. *Et data eſt ei poteſtas regia : & omnes nationes terræ ſecundùm genera, & omnis gloria famulabunda : & poteſtas ejus uſque in ævum, quæ non auferetur : & regnum ejus, quod non vitiabitur :* & l. 4. p. 732. c. *& gloria omnis ſerviens illi : & poteſtas ejus æterna, quæ non auferetur : & regnum ejus, quod non corrumpetur.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 295. b. *Et data eſt ei poteſtas regia : & omnes reges terræ per genus, & omnis claritas ſerviens ei : & poteſtas ejus æterna, quæ non auferetur : & regnum ejus non corrumpetur.* Eadem quoque refert Jul. Firm. l. de err. prof. relig. c. 25. p. 174. e. niſi quòd loco *per genus, & omnis claritas ſerviens ei*, ponit, *& regnum, & omnis claritas ſervivit ei.* Lactant. l. 4. Inſtit. c. 12. p. 576. *Et*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Lucif. Cal. ubi ſup. 15. Horruit ſpiritus meus in habitu meo, & ego Daniel territus ſum in eis, & viſus capitis mei conturbabat me.	15. Horruit ſpiritus meus, ego Daniel territus ſum in his, & viſiones capitis mei conturbaverunt me.
16. Et acceſſi ad unum circumſtantium, & veritatem quærebam ab eo de omnibus his. Et dixit mihi veritatem, & interpretationem ſermonum declaravit mihi :	16. Acceſſi ad unum de aſſiſtentibus, & veritatem quærebam ab eo de omnibus his. Qui dixit mihi interpretationem ſermonum, & docuit me :
17. Hæ beſtiæ quatuor magnæ, quatuor ſunt regna, quæ ſurgent in terra.	17. Hæ quatuor beſtiæ magnæ, quatuor ſunt regna, quæ conſurgent de terra.
18. Et accipient regnum ſancti altiſſimi Dei : & obtinebunt illud uſque in ſæculum.	18. Suſcipient autem regnum ſancti Dei altiſſimi : & obtinebunt regnum uſque in ſæculum, & ſæculum ſæculorum.
19. Et quærebam diligenter de beſtia quarta, quòd erat præter cæteras beſtias horribilis valde : dentes & ungues ejus ferrei : manducabat, & comminuebat, & reliqua pedibus ſuis conculcabat :	19. Poſt hoc volui diligenter diſcere de beſtia quarta, quæ erat diſſimilis valde ab omnibus, & terribilis nimis : dentes & ungues ejus ferrei : comedebat, & comminuebat, & reliqua pedibus ſuis conculcabat :
p. 240. 20. & de cornu ejus decimo, quod erat in capite ejus : & de altero cornu, quod aſcendit, & priora tria cornua excuſſit : cujus oculi, & os loquens magna, & viſus ejus major cæteris.	20. & de cornibus decem, quæ habebat in capite : & de alio, quod ortum fuerat, ante quod ceciderant tria cornua : & de cornu illo, quod habebat oculos, & os loquens grandia, & majus erat cæteris.
21. Videbatur, & cornu illud faciebat bellum cum ſanctis, & prævalebat adversùs eos,	21. Aſpiciebam, & ecce cornu illud faciebat bellum adversùs ſanctos, & prævalebat eis,
22. quoaduſque advenit vetuſtus dierum, & judicium dedit ſanctis altiſſimi Dei, & anticipavit tempus, & regnum obtinuerunt ſancti.	22. donec venit antiquus dierum, & judicium dedit ſanctis Excelſi, & tempus advenit, & regnum obtinuerunt ſancti.
23. Et dixit : Beſtia quarta, quartum regnum erit in terra, quod eminebit ſuper omnia regna, & manducabit omnem terram, & conculcabit eam, & * concidet.	23. Et ſic ait : Beſtia quarta, regnum quartum erit in terra, quod majus erit omnibus regnis, & devorabit univerſam terram, & conculcabit, & comminuet eam.
* *Edit.* concident.	
24. Decem cornua ejus, decem reges exſurgent :	24. Porro cornua decem ipſius regni, decem

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

datum eſt ei regnum, & honor, & imperium : & omnes populi, tribus, linguæ ſervient ei : & poteſtas ejus æterna, quæ nunquam tranſibit : & regnum ejus, quod non corrumpetur. Hilarius in Pſ. 144. col. 563. c. *Et datus eſt ei principatus, & honor, & regnum : & omnes populi, tribus, & linguæ ſervient ei : & poteſtas ejus, poteſtas perpetua, quæ nunquam tranſibit : & regnum ejus non corrumpetur.* Rufin. in Symb. p. 187. a. *Et ipſi datus eſt principatus, & honor, & regnum : & omnes populi, tribus, & linguæ ipſi ſervient : & poteſtas ejus, poteſtas æterna, quæ non præcribit : & regnum ejus non corrumpetur.* Rufino conſonat Græcum edit. Rom. deletâ tantùm conjunct. &, ante *poteſtas.* Itidem apud Auguſt. l. 2. de Trin. to. 8. 791. f. ita quoque l. 18. de civit. Dei, c. 34. to. 7. 516. e. & l. 2. cont. Adverſ. leg. to. 8. 588. a. præter iſta : *poteſtas perpetua, quæ non tranſibit.* Juſtinus mart. dial. cum Tryph. loco πάντες οἱ λαοὶ, φυλαὶ, καὶ γλῶσσαι αὐτῷ λατρεύσουσι, quæ habentur in edit. Rom. ponit : πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς κατὰ γένη, καὶ πᾶσα δόξα λατρεύσα· quæ Cypriano favent. Apud Vigil. Tapſ. l. 3. de Trin. p. 233. a. *Et oblatus eſt ei principatus, & honor, & imperium : & omnis plebs, & tribus, & linguæ ſervient ei : poteſtas illius, poteſtas perpetua, quæ non deſinit : & imperium ejus non interibit :* at l. 11. p. 289. b. *Et dedit ei poteſtatem, & honorem, & regnum : & omnes populi, tribus, & linguæ ipſi ſervient : poteſtas ejus æterna, quæ non auferetur : & regnum ejus, quod non corrumpitur.* Apud Marten. Anecdot. to. 5. p. 14. d. *Et data eſt ei poteſtas regia : & omnis claritas ſervivet ei : & fides ejus æterna, quæ non movebitur : & regnum ejus non corrumpetur.*

℣. 15. A Græco abeſt conjunct. &, ante *ego Daniel*, uti ſeq. *territus ſum in eis ;* exinde num. plur. καὶ αἱ ὁράσεις..... ἐτάραξάν με, & *viſiones..... turbabant me ;* in edd. Ald. & Compl. συνετάραξαν. Apud Aug. l. 20. de civit. Dei, c. 23. to. 7. 605. a. *Horruit ſpiritus meus, ego Daniel in habitudine mea, & viſus capitis mei conturbabant me.*

℣. 16. Similia Græc. habet, niſi quòd addit μαθεῖν, *diſcere*, poſt hoc, *ab eo ;* deeſt autem μαθεῖν in ed. Ald. Apud Aug. l. 20. de civit. Dei, c. 23. col. 605. a. *Et acceſſi ad unum de ſtantibus, & veritatem quærebam ab eo de his omnibus. Et dixit mihi veritatem :* ſequentia deſunt.

℣. 17. Auguſt. l. 20. de civit. Dei, c. 23. col. 605. a. *Hæ quatuor beſtiæ magnæ, quatuor regna ſurgent in terra, quæ auferentur.* Ita quoque in Græco eſt edit. Rom. præter vocem *magnæ*, quæ abeſt ; ſed in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. τὰ μεγάλα τὰ τέσσαρα.

℣. 18. Sic eſt in Græco, huc addito in fine, τῶν αἰώνων, *ſæculorum ;* in edd. Ald. & Compl. ἕως αἰῶνος καὶ ἕως αἰῶνος τῶν αἰώνων. Similiter ap. Aug. l. 20. de civit. Dei : *Et accipient regnum ſancti Altiſſimi : & obtinebunt illud uſque in ſæculum, & uſque in ſæculum ſæculorum.*

℣. 19. Auguſt. l. 20. de civit. Dei, c. 23. *Et quærebam diligenter de beſtia quarta, quæ erat differens præ omni beſtia terribilis ampliùs : dentes ejus ferrei, & ungues ejus æreï : manducans, & comminuens, & reliqua pedibus ſuis conculcans.* Ita quoque Græc. habet, præter voculam ὅτι, *quia*, pro *quæ ;* ultimòque, ζυνεπάτει, *conculcabat*, ut ſup.

℣. 20. Auguſt. l. 20. de civit. Dei, c. 23. *& de cornibus ejus decem, quæ erant in capite ejus : & de altero, quod aſcendit, & excuſſit de prioribus tria : cornu illud, in quo erant oculi, & os loquens magna, & viſus ejus major cæteris.* Similia quoque in Græco, præter iſta, τῶν πρώτων ᾧ οἱ ὀφθαλμοὶ, *de primis : cui oculi*, loco *de prioribus tria : cornu illud, in quo erant :* at in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. τῶν πρότερων τρία κέρας ἐκεῖνο, ᾧ οἱ, &c. in Compl. ᾧ οἱ, &c. Apud Iren. l. 5. c. 25. p. 322. d. *& os loquens magna, & aſpectus ejus major reliquis ;* deinde, *Videbam ;* ſed ap. quoſdam *Videbatur.*

℣. 21. Iren. ubi ſup. ſic pergit : *Videbam, & cornu illud faciebat bellum adversùs ſanctos, & valebat adversùs eos.* Ambroſ. in Pſ. 43. col. 895. a. *Videbam & cornu illud, quod faciebat pugnam cum ſanctis, & invaleſcebat eis.* Auguſt. l. 20. de civit. Dei, c. 23. col. 605. c. *Videbam, & cornu illud faciebat bellum cum ſanctis, & prævalebat ad ipſos.* Ita quoque in Græco eſt.

℣. 22. Iren. l. 5. c. 25. p. 322. d. *quoaduſque venit vetuſtus dierum, & judicium dedit ſanctis altiſſimi Dei, & tempus pervenit* (al. *prævenit*,) *& regnum obtinuerunt ſancti.* Ambroſ. in Pſ. 43. col. 895. a. *donec venit antiquus dierum.* Auguſt. l. 20. de civ. Dei, c. 23. col. 605. c. *donec venit vetuſtus dierum, & regnum dedit ſanctis Altiſſimi, & tempus pervenit, & regnum obtinuerunt ſancti :* ita etiam Græcè, præter unum κρῖμα, *judicium*, loco *regnum*, ante *dedit.*

℣. 23. Eadem ſunt in Græco, præter ult. ſingul. κατακόψει, *comminuet*, loco *concidens*, quod reor mendum eſſe in ed. Lucif. ſi quidem Iren. l. 5. c. 25. legit : *Beſtia quarta, regnum quartum erit in terra, quod eminebit ſuper reliqua regna, & manducabit omnem terram, & conculcabit eam, & concidet.* Similiter Auguſt. l. 20. de civit. Dei, c. 23. col. 605. d. *Et dixit : Beſtia quarta, quartum regnum erit in terra, quod prævalebit omnibus regnis, & manducabit omnem terram, & conculcabit eam, & concidet.*

℣. 24. Iren. l. 5. c. 25. p. 322. c. 323. a. *Et decem*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

reges erunt : & alius consurget post eos, & ipse potentior erit prioribus, & tres reges humiliabit.

25. Et sermones contra Excelsum loquetur, & sanctos Altissimi conteret : & putabit quòd possit mutare tempora, & leges, & tradentur in manu ejus usque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis.

26. Et judicium sedebit, ut auferatur potentia, & conteratur, & dispereat usque in finem.

27. Regnum autem, & potestas, & magnitudo regni, quæ est subter omne cœlum, detur populo sanctorum Altissimi : cujus regnum, regnum sempiternum est, & omnes reges servient ei, & obedient.

28. Hucusque finis verbi. Ego Daniel multùm cogitationibus meis conturbabar, & facies mea mutata est in me : verbum autem in corde meo conservavi.

VERSIO ANTIQUA.

& post eos exsurget alius, qui superabit malis omnes qui ante eum fuerunt, & tres humiles faciet. *Lucif. Cal. ubi sup.*

25. Et verba adversùs altissimum Deum loquetur, & sanctos altissimi Dei conteret : & excogitabit mutare tempora, & legem, & dabitur in manu ejus usque ad tempus temporum, & dimidium temporis.

26. Et judicium sedebit, & regnum transferet, ut exterminet, & perdat usque ad finem.

27. Et regnum, & potestas, & magnitudo regum, qui sub omni cœlo sunt, data est sanctis Altissimi : & regnum ejus, regnum sempiternum, & omnes principatus ipsi servient, & obaudient. *Aug. l. 20. de civ. Dei, c. 23. col. 605. e.*

28. Hucusque finis sermonis. Ego Daniel multùm cogitationes meæ conturbabant me, & forma mea immutata est super me : & verbum in corde meo conservavi.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

cornua ejus, decem reges exsurgent : & post eos surget alius, qui superabit malis omnes qui ante eum fuerunt, & reges tres deminorabit ; al. *debonorabit.* August. l. 20. de civit. Dei, c. 23. col. 605. d. *Et decem cornua ejus, decem reges surgent : & post eos surget alius, qui superabit malis omnes qui ante eum fuerunt, & tres reges humiliabit.* Totidem verba leguntur Græcè.

℣. 25. Idem Lucifer inf. 240. vel 242. c. legit : *Verba adversùs altissimum Dominum loquetur, & sanctos altissimi Dei invecterabit : & excogitabit,* &c. & verò in edit. Rom. est παλαιώσει· ἢ ὑπενοήσει, &c. Iren. l. 5. c. 25. p. 322. c. 323. a. *Et verba adversùs altissimum Deum loquetur, & sanctos altissimi Dei conteret : & cogitabit demutare tempora, & legem, & dabitur in manu ejus usque ad tempus temporum, & dimidium tempus.* August. l. 20. de civit. Dei, c. 23. p. 605. d. *Et verba adversùs Altissimum loquetur, & sanctos Altissimi conteret : & suspicabitur mutare tempora, & legem, & dabitur in manu ejus usque ad tempus, & tempora, & dimidium temporis :* nec absimilia Græcum habet, præter verbum παλαιώσει, quod notavimus supra, pro *conteret :* sic etiam in Chaldaico est ; in quibusdam verò libb. ταπεινώσει, *humiliabit ;* in Ald. & Compl. πλανήσει, *seducet ;* apud Justin. καταστρέψει, *everset.*

℣. 26. August. l. 20. de civit. Dei, c. 23. *Et judicium sedebit, & principatum removebunt, ad exterminandum, & perdendum usque in finem.* Ita quoque in Græco, excepto verbo ἐκάθισε, *sedit*, pro *sedebit ;* at in edd. Ald. & Compl. καθίσει ; in Mſ. Alex. καθεῖται.

℣. 27. Eadem leguntur Græcè ad verbum. Item apud Irenæum, lib. 5. cap. 34. pag. 334. a. *Et regnum, & potestas, & magnitudo eorum, quæ sub cælo sunt, datum est sanctis altissimi Dei : & regnum ejus sempiternum, & omnes principatus servient ei, & obedient.* Apud Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 239. g. *Et regnum, potestas, & magnitudo regum data est sanctis altissimi Dei : & regnum ejus sempiternum, & omnes ei servient, & obedient.*

℣. 28. Itidem Græcè. Hieron. in hunc loc. col. 1103. f. ait : *Hactenus liber Danielis Chaldaico Syriacoque sermone conscriptus est : cætera quæ sequuntur usque ad finem voluminis, Hebraïcè legimus.*

CAPUT VIII.

VULGATA NOVA.

1. ANno tertio regni Baltassar regis, visio apparuit mihi. Ego Daniel, post id quod videram in principio,

2. vidi in visione mea, 2... *Vide Not.*
cùm essem in Susis castro,
quod est in Ælam regione : vidi autem in visione esse me super portam Ulai.

3. Et levavi oculos meos, & vidi : & ecce aries unus stabat ante paludem, habens cornua excelsa, & unum excelsius altero atque succrescens. Postea

4. vidi arietem cornibus ventilantem contra Occidentem, & contra Aquilonem, & contra Meridiem, & omnes bestiæ non poterant resistere ei, neque liberari de manu ejus : fecitque secundùm voluntatem suam, & magnificatus est.

5. Et ego intelligebam : ecce autem hircus caprarum veniebat ab Occidente super faciem totius terræ, & non tangebat terram : porro hircus habebat cornu insigne inter oculos suos.

6. Et venit usque ad arietem illum cornutum, quem videram stantem ante portam, & cucurrit ad eum in impetu fortitudinis suæ.

7. Cùmque appropinquasset prope arietem, efferatus est in eum, & percussit arietem : & comminuit duo cornua ejus, & non poterat aries resistere ei : cùmque eum misisset in terram, conculcavit, & nemo quibat liberare arietem de manu ejus.

8. Hircus autem caprarum magnus factus est nimis : cùmque crevisset, fractum est cornu magnum, & orta sunt quatuor cornua subter illud per quatuor ventos cœli.

9. De uno autem ex eis egressum est cornu unum modicum : & factum est grande contra Meridiem, & contra Orientem, & contra fortitudinem.

10. Et magnificatum est usque ad fortitudinem cœli : & dejecit de fortitudine, & de stellis, & conculcavit eas.

VERSIO ANTIQUA.

11..... & sanctum desolabitur. *Iren. l. 5 .. 25. p. 323. c.*

12. Et datum est in sacrificium peccatum : &

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Hieronymus, col. 1104. a. ad hoc, *quod est in Elam regione*, addit, *sive ut Symmachus interpretatus est*, civitate, *à qua etiam regio nomen accepit, ut à Babylone Babylonii, & ab Elam Elamitæ, pro qua* LXX. Elimaidem regionem *interpretati sunt :* & infra, ad hoc, *super portam Ulai, pro quo*, inquit, *Aquila transtulit*, super Ubal Ulai ; *Theodotio*, super Ubal ; *Symmachus*, super paludem Ulai ; *LXX.* super portam Ulai : in Gr. Vatic. ἐν χώρᾳ Αἰλάμ· ἐν ᾗ μέλω εἶναι τὴν Οὐβάλ· in Compl. ἐπὶ τῆς πύλης Οὐλαΐ.

℣℣. 11. 12. Similiter in Græco.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Iren. ubi sup. projecta est in terra justitia, & fecit, & prosperè cessit.

VULGATA NOVA.

sacrificium propter peccata: & prosternetur veritas in terra, & faciet, & prosperabitur.

VULGATA NOVA.

13. Et audivi unum de sanctis loquentem: & dixit unus sanctus alteri nescio cui loquenti: Usquequo visio, & juge sacrificium, & peccatum desolationis, quæ facta est: & sanctuarium, & fortitudo conculcabitur?

14. Et dixit ei: Usque ad vesperam & manè, dies duo millia trecenti: & mundabitur sanctuarium.

VERSIO ANTIQUA.

August. in Psalm. 118. to. 4. 1325. b. 15. Et factum est cùm viderem ego Daniel visum, & quærebam intellectum: & ecce stetit in conspectu meo ut visus viri.

16. Et audivi vocem viri inter Ubal: & vocavit, & dixit: Fac intelligere illum visionem.

VULGATA NOVA.

15. Factum est autem cùm viderem ego Daniel visionem, & quærerem intelligentiam: ecce stetit in conspectu meo quasi species viri.

16. Et audivi vocem viri inter Ulai: & clamavit, & ait: Gabriel fac intelligere istum visionem.

VULGATA NOVA.

17. Et venit, & stetit juxta ubi ego stabam: cùmque veniisset, pavens corrui in faciem meam, & ait ad me: Intellige fili hominis, quoniam in tempore finis complebitur visio.

18. Cùmque loqueretur ad me, collapsus sum pronus in terram: & tetigit me, & statuit me in gradu meo,

19. dixitque mihi: Ego ostendam tibi quæ futura sunt in novissimo maledictionis: quoniam habet tempus finem suum.

20. Aries, quem vidisti habere cornua, rex Medorum est atque Persarum.

21. Porro hircus caprarum, rex Græcorum est, & cornu grande, quod erat inter oculos ejus, ipse est rex primus.

22. Quòd autem fracto illo surrexerunt quatuor pro eo: quatuor reges de gente ejus consurgent, sed non in fortitudine ejus.

VERSIO ANTIQUA.

Iren. l. 5. c. 25. p. 323. a. 23. Et in novissimo regni ipsorum exsurget rex improbus facie valde, & intelligens quæstiones:

24. & valida virtus ejus, & admirabilis: & corrumpet, & diriget, & faciet. Et exterminabit fortes, & populum sanctum:

25. & jugum torquis ejus dirigetur, dolus in manu ejus: & in corde suo exaltabitur, & dolo disperdet multos: & ad perditionem multorum stabit, & quomodo ova manu conteret.

Aust. l. de xlii. mans. p. 13. f. ap. Ambros. 27..... stupebam visionem, & non erat intelligens.

VULGATA NOVA.

23. Et post regnum eorum, cùm creverint iniquitates, consurget rex impudens facie, & intelligens propositiones:

24. & roborabitur fortitudo ejus, sed non in viribus suis: & supra quàm credi potest, universa vastabit, & prosperabitur, & faciet. Et interficiet robustos, & populum sanctorum *1. Mac.*

25. secundùm voluntatem suam, & dirigetur dolus in manu ejus: & cor suum magnificabit, & in copia rerum omnium occidet plurimos: & contra principem principum consurget, & sine manu conteretur. *1. Mac. 1. 53. seq. 2. Mac. cap. 6. & 7. & al. 1. Mac. 6. 8. seq. 2. Mac. 9. 5. seq.*

26. Et visio vespere & manè, quæ dicta est, vera est: tu ergo visionem signa, quia post multos dies erit.

27. Et ego Daniel langui, & ægrotavi per dies: cùmque surrexissem, faciebam opera regis, & stupebam ad visionem, & non erat qui interpretaretur.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 15. Vix melius è Græco. Arnob. Jun. de Deo Trino, p. 215. e. legit: *stetit contra me quasi visio hominis.*

℣. 16. Eadem sunt in Græco, posito tamen nomine Γαβριὴλ, ante verbum *fac:* in edd. August. juxta Er. & Lov. est, & *dixit: Ulai.* Apud Arnob. jun. de Deo Trino, p. 215. e. hæc leguntur: *Et vocavit Gabrielem archangelum, & dixit ei, ut doceret visionem quam videbam.*

℣. 23. Græc. Καὶ ἐπ' ἐσχάτων τῆς βασιλείας αὐτῶν, πληρωμένων τῶν ἁμαρτιῶν αὐτῶν, ἀναστήσεται βασιλεὺς ἀναιδὴς προσώπῳ, καὶ συνιῶν προβλήματα. *Et in novissimis regni eorum, completis peccatis eorum, consurget rex impudens facie, & intelligens propositiones.*

℣. 24. Eadem pene in Græco, excepto adverbio θαυμαστὰ, *mirabiliter*, loco *admirabilis*, absque seq. &.

℣. 25. Similia Græc. habet, præter verbum μεγαλυνθήσεται, *magnificabitur*, pro *exaltabitur;* item sup. τῷ χλοῷ, loco *torquis;* χλοὸς proprie *vinculum*, à χλείω; χλονὸς, *collare vinculum*, quo collum χλείεται.

℣. 27. Consonat Græc. ubi ἐθαύμαζον, pro *stupebam.*

CAPUT IX.

VERSIO ANTIQUA.

Tertul. l. adv. Jud. c. 8. p. 140. a. 1. IN primo anno sub Dario filio Assueri ex semine Medorum, qui regnavit super regnum Chaldæorum:

2. Ego Daniel intellexi in libris numerum annorum.....

VULGATA NOVA.

1. IN anno primo Darii filii Assueri de semine Medorum, qui imperavit super regnum Chaldæorum:

2. Anno uno regni ejus, ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, de quo factus est sermo Domini ad Jeremiam prophetam, ut complerentur desolationis Jerusalem septuaginta anni. *Jer. 25. 11. & 29. 10.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Itidem Græcè, præter hoc, Δαρείῳ τῷ υἱῷ, *Darii filii*, pro *sub Dario filio;* in Mss. Alex. ἐπὶ Δαρείῳ, in Compl. ἐπὶ Δαρείου.

℣. 2. Similiter in Græco, omissis his quæ antecedunt in Vulg.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

3. Et posui faciem meam ad Dominum Deum meum rogare & deprecari in jejuniis, sacco, & cinere.

4. Et oravi Dominum Deum meum, & confessus sum, & dixi: Obsecro Domine Deus magne 2. Esd. 1. 5. & terribilis, custodiens pactum & misericordiam diligentibus te, & custodientibus mandata tua.

Baruc. 1. 17. 5. Peccavimus, iniquitatem fecimus, impiè egimus, & recessimus: & declinavimus à mandatis tuis, ac judiciis.

6. Non obedivimus servis tuis prophetis, qui locuti sunt in nomine tuo regibus nostris, principibus nostris, patribus nostris, omnique populo terræ.

7. Tibi Domine justitia: nobis autem confusio faciei, sicut est hodie viro Juda, & habitatoribus Jerusalem, & omni Israël, his qui prope sunt, & his qui procul in universis terris, ad quas ejecisti eos propter iniquitates eorum, in quibus peccaverunt in te.

8. Domine nobis confusio faciei, regibus nostris, principibus nostris, & patribus nostris, qui peccaverunt.

9. Tibi autem Domino Deo nostro misericordia, & propitiatio, quia recessimus à te:

10. & non audivimus vocem Domini Dei nostri, ut ambularemus in lege ejus, quam posuit nobis per servos suos prophetas.

11. Et omnis Israël prævaricati sunt legem tuam, & declinaverunt ne audirent vocem tuam, Levit. 26. & stillavit super nos maledictio, & detestatio, quæ scripta est in libro Moysi servi Dei, quia Deuter. 28. peccavimus ei.

12. Et statuit sermones suos, quos locutus est super nos, & super principes nostros, qui judicaverunt nos, ut superinduceret in nos magnum malum, quale nunquam fuit sub omni cœlo, secundùm quod factum est in Jerusalem.

Deuter. 27. 14. 13. Sicut scriptum est in lege Moysi, omne malum hoc venit super nos: & non rogavimus faciem tuam Domine Deus noster, ut reverteremur ab iniquitatibus nostris, & cogitaremus veritatem tuam.

14. Et vigilavit Dominus super malitiam, &

VERSIO ANTIQUA.

3. Et dedi faciem meam ad Dominum Deum, ut quærerem preces & obsecrationes in jejuniis, & sacco. Aug. epist. 3. ad Severian. to. 2. 321. b.

4. Et precatus sum Dominum Deum meum, & confessus sum, & dixi: Domine Deus magne & mirabilis, & qui servas testamentum tuum & misericordiam diligentibus te, & servantibus præcepta tua.

5. Peccavimus, adversùs legem fecimus, impiè egimus, & recessimus: & declinavimus à præceptis tuis, & à judiciis tuis.

6. Et non exaudivimus servos tuos prophetas, qui loquebantur in nomine tuo ad reges nostros, & ad omnem populum terræ.

7. Tibi Domine justitia: nobis autem confusio faciei, sicut dies hic viro Juda, & habitantibus Jerusalem, & omni Israël, qui proximi sunt, & qui longè sunt in omni terra, in qua eos dissemināsti ibi propter contumaciam eorum, quia improbaverunt te Domine.

8. Nobis autem confusio faciei, regibus nostris, & principibus nostris, & patribus nostris, qui peccavimus.

9. Tibi Domino Deo nostro miserationes, & propitiationes, quoniam recessimus:

10. & non audivimus vocem Domini Dei nostri, ut essemus in præceptis legis hujus, quam dedit in conspectu nostro in manu servorum ejus prophetarum.

11. Et omnis Israël peccaverunt adversùs legem tuam, & declinaverunt ne audirent vocem tuam, & supervenit nobis maledictio, & jusjurandum, quod scriptum est in lege Moysi servi Dei, quoniam peccavimus.

12. Et statuit sermones suos, quos locutus est ad nos, & ad judices nostros, qui judicabant nos, superducere in nos mala magna, quæ nunquam facta sunt sub omni cœlo, secundùm ea quæ facta sunt in Jerusalem.

13. Sicut scriptum est in lege Moysi, omnia mala hæc venerunt ad nos: & non rogavimus Dominum Deum nostrum, ut averteret à nobis delicta nostra, & ut intelligeremus omnem veritatem tuam.

14. Et vigilavit Dominus Deus ad omnem

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 3. Sic est in Græco, præter vocem προσευχὴν, *deprecationem*, loco *preces*.

℣. 4. Eadem sunt in Græco, additâ voculâ πρὸς, *ad*, post *precatus sum*; detractâ verò conjunct. & post *mirabilis*. Apud Cypr. l. de lapsi. p. 191. c. sic: *Dominus Deus magnus, & fortis, & metuendus, qui servas testamentum tuum & miserationes eis, qui te diligunt, & conservant imperia tua*; Gr. τὰς ἐντολάς Cv.

℣. 5. Græc. Vat. initio habet: Ἡμάρτομεν, ἠδικήσαμεν, ἀνομήσαμεν, καὶ ἀσεβήσαμεν, &c. i. e. *Peccavimus, injustè egimus, iniquè fecimus, & recessimus*, &c. ut supra. Ald. & Compl. ferunt ἠσεβήσαμεν, loco ἀνομήσαμεν; Mſ. Alex. ἡμάρτομεν, ἀνομήσαμεν, ἠσεβήσαμεν, ἠδικήσαμεν, καὶ ἀσεβήσαμεν, &c. Cypr. l. de lapsi. p. 191. c. *Peccavimus, facinus admisimus, impiè fecimus, transgressi sumus: & deserimus præcepta tua, & judicia tua.* Hieron. Algas. quæst. 8. to. 4. 202. e. *Peccavimus, iniquè fecimus, injustè gessimus, impiè egimus, & recessimus: ac declinavimus à mandatis, & judiciis tuis.*

℣. 6. Cypr. l. de lapsi. p. 191. c. *Non audivimus verba puerorum tuorum prophetarum, quæ locuti sunt in nomine tuo super reges nostros, & omnes gentes, & super omnem terram.* Hieron. Algas. quæst. 8. to. 4. 202. e. *Et non audivimus servos tuos prophetas, qui locuti sunt in nomine tuo ad reges nostros, & principes, & patres, & ad omnem populum terræ.* Hieronymo faver Græcum, nisi quòd addit ἡμῶν, ad *principes*, & ad *patres*.

℣. 7. Similia leguntur Græcè, nisi quòd loco *qui proximi sunt, & qui longè sunt*, simpliciter est, τοῖς ἐγγὺς, & τοῖς μακράν, *his qui prope, & his qui longè*; extremò etiam, horum loco, *propter contumaciam eorum, quia improbaverunt te Domine*, sic, ἐν ἀδικίᾳ αὐτῶν ᾗ ἠθέτησαν, i. e. *in prævaricatione eorum, quæ prævaricati sunt*; Mſ. Alex. addit Σοὶ Κύριε; addit pariter ed. Ald. Compl. verò, ἐν Σοὶ Κύριε. Cypr. l. de lapsi. p. 191. c. & Hieron. Algas. quæst. 8. to. 4. 202. e. initio legunt cum Aug. & Vulg. *Tibi Domine justitia: nobis autem confusio.*

℣. 8. Græc. Vatic. præmittit ista: Ἐν Σοὶ Κύριε ἐστιν ἡμῶν ἡ δικαιοσύνη, *In te Domine est nostra justitia*: deinde, καὶ ἡμῖν ἡ αἰσχύνη, &c. ut supra, præpositâ conjunct. καὶ, voci *regibus*: sed ab edd. Ald. & Compl. absunt priora ista, Ἐν Σοὶ Κύριε ἐστιν ἡμῶν ἡ δικαιοσύνη· in Mſ. Alex. simpliciter, Σοὶ Κύριε ἡ δικαιοσύνη.

℣. 9. Sic est in Græco ad verbum.

℣. 10. Græc. loco *ut essemus in præceptis*, &c. habet: πορεύεσθαι ἐν τοῖς νόμοις αὐτοῦ, οἷς ἔδωκε κατὰ πρόσωπον ἡμῶν ἐν χερὶ τῶν, &c. i. e. *ut ambularemus in legibus ejus, quas dedit in conspectu nostro in manibus*, &c. Compl. pro νόμοις, ponit νομίμοις.

℣. 11. Similia Græc. refert, nisi exceperis verbum παρέβησαν, *prævaricati sunt*, pro *peccaverunt adversùs*; extremò etiam addit αὐτῷ, *ei*, verbo *peccavimus*.

℣. 12. Ita Græc. habet, exceptis his, ἐφ' ἡμᾶς, & ἐπὶ τοὺς κριτάς, *super nos, & super judices*; & inf. οἷα οὐ γέγονε, *qualia non fuerunt*, pro *quæ nunquam facta sunt*; at in Mſ. Alex. ἃ οὐ γέγονε.

℣. 13. Græc. constanter hab. ἐφ' ἡμᾶς, *super nos*, pro *ad nos*; deinde sic: καὶ οὐκ ἐδεήθημεν τοῦ προσώπου Κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἀποστρέψαι ἀπὸ τῶν ἀδικιῶν ἡμῶν, & τοῦ συνίειν ἐν τῇ ἀληθείᾳ Cv. Nobil. & *non rogavimus faciem Domini Dei nostri, ut reverteremur ab iniquitatibus nostris, & intelligeremus in omni veritate tua.*

℣. 14. Græc. Καὶ ἐγρηγόρησε Κύριος, & ἐπήγαγεν αὐτὰ ἐφ' ἡμᾶς· ὅτι δίκαιος Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐπὶ πᾶσαν τὴν

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Aug. ubi sup. sanctum suum, & perduxit ea quæ fecit ad nos: quoniam justus Dominus Deus noster in omni mundo suo, quem fecit: & non audivimus vocem ejus.

15. Et nunc Domine Deus noster, qui eduxisti populum tuum de terra Ægypti in manu forti, & fecisti tibi nomen sicut dies hic: delicta adversùs legem tuam fecimus:

16. Domine in omni misericordia tua, avertatur impetus tuus, & ira tua à civitate tua Jerusalem, & monte sancto tuo. Propter peccata enim nostra, & iniquitates patrum nostrorum, Jerusalem & populus tuus in confusionem venit omnibus, qui circum nos sunt.

17. Et nunc exaudi Deus noster preces servi tui, & orationem ejus: & ostende nobis faciem tuam ad sanctificationem tuam, quæ deserta est propter te.

18. Inclina Domine Deus meus aurem tuam, & exaudi: aperi oculos tuos, & vide interitum nostrum, & civitatis tuæ Jerusalem, super quam invocatum est nomen tuum super eam: quoniam non in nostra justitia jactavimus precem nostram in conspectu tuo, sed ad misericordiam tuam, quæ multa est.

19. Exaudi Domine, propitiare Domine: intende Domine, & ne tardaveris propter te Deus meus: quoniam nomen tuum invocatum est in civitate tua super civitatem tuam, & populum tuum.

20. Et adhuc me loquente, & orante, & enumerante peccata mea, & peccata populi mei.....

Tertul. l. adv. Jud. c. 8. p. 140. a. b. 146. b. 21. Et adhuc me loquente in oratione, ecce vir Gabriel, quem vidi in visione in principio, volans & tetigit me quasi horâ sacrificii vespertini.

22. Et intelligere fecit me, & locutus est mecum, & dixit: Daniel, nunc exivi imbuere te intelligentiâ.

23. In principio obsecrationis tuæ exivit sermo: & ego veni ut annuntiem tibi, quia vir desideriorum tu es: & cogita in verbo, & intellige in visione.

24. Septuaginta hebdomadæ breviatæ sunt su-

VULGATA NOVA.

adduxit eam super nos: justus Dominus Deus noster in omnibus operibus suis, quæ fecit: non enim audivimus vocem ejus.

15. Et nunc Domine Deus noster, qui eduxisti populum tuum de terra Ægypti in manu forti, & fecisti tibi nomen secundùm diem hanc: peccavimus, iniquitatem fecimus, *Baruc. 2. 11. Exod. 14. 22.*

16. Domine in omnem justitiam tuam: avertatur obsecro ira tua, & furor tuus à civitate tua Jerusalem, & monte sancto tuo. Propter peccata enim nostra, & iniquitates patrum nostrorum, Jerusalem & populus tuus in opprobrium sunt omnibus per circuitum nostrum.

17. Nunc ergo exaudi Deus noster orationem servi tui, & preces ejus: & ostende faciem tuam super sanctuarium tuum, quod desertum est propter temetipsum.

18. Inclina Deus meus aurem tuam, & audi: aperi oculos tuos, & vide desolationem nostram, & civitatem, super quam invocatum est nomen tuum: neque enim in justificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed in miserationibus tuis multis.

19. Exaudi Domine, placare Domine: attende & fac: ne moreris propter temetipsum Deus meus: quia nomen tuum invocatum est super civitatem, & super populum tuum.

20. Cùmque adhuc loquerer, & orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei Israël, & prosternerem preces meas in conspectu Dei mei, pro monte sancto Dei mei:

21. Adhuc me loquente in oratione, ecce vir Gabriel, quem videram in visione à principio, citò volans tetigit me in tempore sacrificii vespertini. *Sap. 8. 16.*

22. Et docuit me, & locutus est mihi, dixitque: Daniel nunc egressus sum ut docerem te, & intelligeres.

23. Ab exordio precum tuarum egressus est sermo: ego autem veni ut indicarem tibi, quia vir desideriorum es: tu ergo animadverte sermonem, & intellige visionem.

24. Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt *Matth. 24. 15.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ποίησεν αὐτῷ, καὶ ἐφύλαξε· καὶ ἐπηγρύπνησε κύριος ἐπὶ τὰ πονηρὰ καὶ ἐπήγαγεν αὐτὰ ἐφ' ἡμᾶς· ὅτι δίκαιος κύριος ὁ θεὸς ἡμῶν ἐπὶ πάντα τὰ ἔργα αὐτοῦ ἃ ἐποίησεν, καὶ οὐκ εἰσηκούσαμεν τῆς φωνῆς αὐτοῦ· *Et vigilavit Dominus, & adduxit ea super nos: quia justus Dominus Deus noster super omne opus suum, quod fecit: & non exaudivimus vocem ejus.* In Mſ. verò Alex. ac edd. Ald. & Compl. Καὶ ἐγρηγόρησε Κύριος ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐπὶ τὴν κακίαν (al. add. ἡμῶν) καὶ ἐπήγαγεν αὐτὴν, &c. i. e. *Et vigilavit Dominus Deus noster super malitiam (nostram) & adduxit eam*, &c.

℣. 15. Posteriora tantùm, *delicta adversùs legem tuam fecimus*, differunt à Græco, pro quibus sic, ἡμάρτομεν, ἠνομήσαμεν, *peccavimus, iniquitatem fecimus.*

℣. 16. Gr. Rom. in principio habet: Κύριε ἐν πάσῃ ἐλεημοσύνῃ σου ἀποστραφήτω δὴ ὁ θυμός σου, *Domine in omnibus misericordia tua: avertatur quæso furor tuus*; item infra delet καὶ, post 1. *Jerusalem*; paulòque post, loco *Propter peccata*, &c. ponit: Ὅτι ἡμάρτομεν, καὶ ἐν ταῖς ἀδικίαις ἡμῶν, καὶ τῶν πατέρων ἡμῶν, Ἰερουσαλὴμ καὶ ὁ λαός σου εἰς ὀνειδισμὸν ἐγένετο ἐν πᾶσι τοῖς περικύκλῳ ἡμῶν· i. e. *Quia peccavimus, & in iniquitatibus nostris, & patrum nostrorum, Jerusalem & populus tuus in opprobrium factus est in omnibus, qui per circuitum nostrum.* Ed. Compl. initio hab. Κύριε ἐν πάσῃ ἐλεημοσύνῃ σου, &c. quæ textui favent. Nobil. etiam vertit, *in omni miseric. tua*: corrigendum enim est, inquit, in nostra, ἐν πάσῃ ἐλεημοσύνῃ σου.

℣. 17. Græc. ponit Κύριε, *Domine*, ante *Deus*; paulòque post 1. loco *orationem*, subinde, *preces ejus*; tum sequitur: καὶ ἐπίφανον τὸ πρόσωπόν σου ἐπὶ τὸ ἁγίασμά σου, τὸ ἔρημον ἕνεκέν σου Κύριε. In Missali Rom. ad Offert. Dom. 17. post Pent. *Exaudi Domine preces servi tui: illumina faciem tuam super sanctuarium tuum*: in ed. Ald. deest ult. Κύριε.

℣. 18. A Græco abest vox *Domine*; sicut inf. vox *Jerusalem*; exinde pro *in nostra justitia jactavimus*, &c. sic est: ἐπὶ ταῖς δικαιοσύναις ἡμῶν ῥιπτοῦμεν τὸν οἰκτιρμὸν ἡμῶν ἐνώπιόν σου, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς οἰκτιρμοῖς σου τοῖς πολλοῖς Κύριε· i. e. *in justitiis nostris prosternimus miserationem nostram coram te, sed in miserationibus tuis multis Domine*; cætera quadrant.

℣. 19. Similia Græc. habet, deleto isto, *in civitate tua.* Ad hunc etiam ℣. referri possunt quæ leguntur in Missali Rom. ad Offert. Dom. 17. post Pent. *Propitius intende populum istum, super quem invocatum est nomen tuum.*

℣. 20. Itidem Græcè, nisi excipiatur verbum ἐξαγορεύοντος, pro *enumerante*, Nobil. *confitente*, quod idem sonat. August. etiam l. 2. cont. epist. Parmen. to. 9. col. 43. b. legit: *Cùm orarem, & confiterer peccata mea, & populi mei*: item l. 2. de pecc. mer. to. 10. 47. a. *Cùm orarem, & confiterer peccata mea, & peccata populi mei Domino Deo meo.*

℣. 21. Ita rursum Græcè, præposito uno καὶ, adverbio *ecce*. Iterum Tertul. adv. Psych. p. 986. c. legit: *Adhuc loquente me in oratione, ecce vir, quem videram in somnis initio, velociter volans appropinquavit mihi quasi horâ vespertini sacrificii.*

℣. 22. Ita Græcè ad verbum. Julius autem Hilario, Bibl. PP. to. 6. p. 375. e. extremò legit: *Daniel, modò provisò ad ostendendum tibi sensum.*

℣. 23. Mirè consonat Græcum. Julius autem Hilario ubi sup. ita legit: *Exivit enim Domini præceptum: & veni ut demonstrem tibi, vir enim concupiscens es tu: recogita igitur in præceptum, & intellige visionem.* Apud Hieron. l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 209. c. sic: *Daniel, homo miserabilis es.*

℣. 24. Concordant ista cum Græco, nisi quòd pro *quoad-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

ſuper populum tuum, & ſuper urbem ſanctam tuam, ut conſummetur prævaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur juſtitia ſempiterna, & impleatur viſio, & prophetia, & ungatur Sanctus ſanctorum.

25. Scito ergo, & animadverte: Ab exitu ſermonis, ut iterum ædificetur Jeruſalem, uſque ad Chriſtum ducem, hebdomades ſeptem, & hebdomades ſexaginta duæ erunt: & rurſum ædificabitur platea, & muri in anguſtia temporum.

26. Et poſt hebdomades ſexaginta duas occidetur Chriſtus: & non erit ejus populus, qui eum negaturus eſt. Et civitatem, & ſanctuarium diſſipabit populus cum duce venturo: & finis ejus vaſtitas, & poſt finem belli ſtatuta deſolatio.

27. Confirmabit autem pactum multis hebdomada una: & in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificium: & erit in templo abominatio deſolationis: & uſque ad conſummationem & finem perſeverabit deſolatio.

VERSIO ANTIQUA.

per plebem tuam, & ſuper civitatem ſanctam, quoaduſque inveteretur delictum, & ſignentur peccata, & exorentur injuſtitiæ, & inducatur juſtitia æterna, & ut ſignetur viſio, & prophetes, & ut ungatur Sanctus ſanctorum. *Tertul. ubi ſup.*

25. Et ſcies, & perſpicies, & intelliges à profectione ſermonis, integrando & reædificando Jeruſalem, uſque ad Chriſtum ducem, hebdomadas ſeptem & dimidiam, & ſexaginta duas & dimidiam: & convertet, & ædificabitur in lætitiam & convallationem, & innovabuntur tempora.

26. Et poſt hebdomadas has ſexaginta duas & exterminabitur Unctio, & non erit. Et civitatem, & ſanctum exterminabit cum duce adveniente: & concidentur quomodo in cataclyſmo uſque ad finem belli, quod concidetur uſque ad interitum.

27. Et confirmabit teſtamentum multis hebdomada una: & dimidiâ hebdomadis auferetur meum ſacrificium, & libatio: & in ſancto exſecratio vaſtationis: & uſque ad finem temporis conſummatio dabitur ſuper hac vaſtatione.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

uſque inveteretur delictum, hab. τῦ ζυτελεσθῆναι ἁμαρτίαν, *ut conſummetur peccatum*; item poſt *peccata*, hoc interponitur, καὶ ἀπαλειφθῆναι τὰς ἀδικίας, & *deleantur iniquitates*, deinde, καὶ τῦ ἐξιλάσασθαι, &c. ut ſup. Julius Hilario, p. 375. e. ita legit: *Septuaginta hebdomada inciſa ſunt in populum tuum, & in civitatem Jeruſalem, ad obliterandas quæ acceperunt, & conſummanda peccata, & exorandas injuſtitias, & abolenda delicta, & aquitatem ſempiternam excogitandam, & ut concludatur viſio, & prophetia, & ut ungatur Sanctus ſanctorum*: in ed. etiam Compl. eſt τῦ ἀφεθῆναι ὅρασιν, καὶ προφήτην, non προφήτην; & apud Marten. Anecdot. to. 5. pag. 7. b. *ſignabitur viſus, & prophetia, orietur juſtitia ſempiterna, & ungetur Sanctus ſanctorum*. Tertul. quoque ipſe inf. eadem explicando, ait: *Quid eſt autem quod dicit, ſignari viſum, & prophetiam?* Heſych. apud Auguſt. ep. 199. to. 2. 749. d. addit: & *ungetur Sanctus ſanctorum*, cum Anecdot. ſup.

℣. 25. Tertul. infra, priora verba ſic reddit: *Dicit enim* (Daniel:) *Et intellige, & conjice à profectione ſermonis, reſpondere me tibi hæc*: pro hoc autem extremo, *reſpondere me tibi*, legerat ſupra, *integrando*: unde Pamelius Not. 57. in hunc locum, conjicit non *integrando* legi debere, ſed *in reſpondendo*: « Cùm, inquit, paulò poſt (Tertullianus) hæc verba repetens, vertat iſtud hoc modo, *reſpondere me tibi*, ad verbum ex Græco τῦ ἀποκριθῆναι, puto legi debere, *in reſpondendo*, maximè cùm Africanus, Clemens, Euſebius, Proſper, conſtanter legant, *ut reſpondeatur*, ſeu *ut reſpondeas*, ſive *in reſpondendo*. Nolui tamen, inquit, in textu immutare, ob nimiam litterarum diſtantiam, eò quòd Mſ. etiam illud legat. » Julius Hilario ubi ſup. 375. e. ſic hab. *Et tu quieſce, & intellige de proventu ſanctorum, ſive præceptum reſpondendum, & ædificandam urbem Jeruſalem, uſque ad Chriſtum ducem, hebdomadas ſeptem.* S. Proſp. in chron. p. 699. e. *Et ſcies, & intelliges: Ab initio ſermonis reſpondendi, & ædificandi Jeruſalem, uſque ad Chriſti principatum, hebdomades ſeptem, & hebdomades lxij.* Apud Marten. Anecdot. to. 5. p. 7. b. *Et ſcies, & intelliges: Ab exitu ſermonis in reſpondendo, & ædificando Jeruſalem, uſque ad Chriſtum chriſtorum, & regem regum veſtrorum, unctio Samaria deficiet cornu illud.* Græc. Καὶ γνώσῃ, καὶ ζυνήσεις· Ἀπὸ ἐξόδου λόγου τῦ ἀποκριθῆναι, καὶ τῦ οἰκοδομῆσαι Ἰερυσαλὴμ, ἕως Χριστῦ ἡγουμένου, ἑβδομάδες ἑπτὰ, καὶ ἑβδομάδες ἑξήκοντα δύο· καὶ ἐπιστρέψει, καὶ οἰκοδομηθήσεται πλατεῖα, καὶ τεῖχος (Mſ. Alex. περὶ τεῖχος, ed. Ald. περίτειχος,) καὶ ἐκκενωθήσονται εἰ καιροί. i. e. *Et ſcies, & intelliges: Ab exitu ſermonis ad reſpondendum, & ædificandum Jeruſalem, uſque ad Chriſtum ducem, hebdomades ſeptem, & hebdomades ſexaginta duæ: & revertetur, & ædificabitur platea, & muri, & evacuabuntur tempora.* Tertul. legiſſe videtur ἐγκαινωθήσονται, non ἐκκενωθήσονται. Non prætermittendum etiam quod Jac. Pamelius ait, Not. 58. in hunc loc. « Illud, *ſeptem & dimidiam*, adjecimus, tum quòd hoc diſertis verbis interpretetur Tertul. & hoc capite, & iterum ſub finem c. 11. tum quòd illud, *hebdomadas ſeptem*, legant Hebræi, Græci, & Latini codices, & Patres omnes, &c. » Item inf. ad hanc vocem, *lætitiam*, Not. 60. dicit: « Eſt prorſus peculiaris hæc lectio, & quæ cum Græca voce πλατεῖα, quam legunt Patres (exceptis Tertul. Victorino, & Cypriano) & interpretantur ex Hebræo Latini, minimè conveniat, uſque adeo ut legiſſe debeat ἐκ τῶν πλατείας, hoc eſt, uti paulò poſt tranſtulit, *in latitudinem*; quo fit ut ſuſpicarer novam vocem hîc legendum *latitiam*, non *lætitiam*, niſi ex Varrone ſcirem, l. 5. de Lat. ling. etiam à latitudine *latitiam* dici; *lætari* enim, inquit, ab eo quòd latiùs gaudium propter magni boni opinionem diffuſum. »

℣. 26. Tertul. poſt pauca, eadem repetit, & ait: *Dicit enim ſic, Et civitatem & ſanctum exterminari cum duce venturo: & concidentur ſicut in cataclyſmo, & deſtruet pinnaculum uſque ad interitum.* S. Proſp. in chron. p. 700. b. ita legit: *Et poſt hebdomadas ſeptem & ſexaginta duas interibis Chriſma, & judicium non erit in eo. Et templum & ſanctum corrumpet populus, duce veniente: & cadentur in cataclyſmo belli.* Græc. Καὶ μετὰ τὰς ἑβδομάδας τὰς ἑξηκονταδύο (Compl. καὶ) ἐξολοθρευθήσεται Χρίσμα, καὶ κρίμα οὐκ ἔσται (Ald. ἔσαι) ἐν αὐτῷ. Καὶ τὴν πόλιν, καὶ τὸ ἅγιον διαφθερεῖ ζὺν τῷ ἡγουμένῳ τῷ ἐρχομένῳ· (Alex. Ald. & Compl. καὶ) ἐκκενωθήσονται ἐν (Compl. ὡς ἐν) κατακλυσμῷ, καὶ ἕως τέλους πολέμου ζυντετμημένου τάξει, ἀφανισμοῖς· (à Mſ. Alex. abeſt τάξει, nec legitur ap. Euſeb. l. 8. demonſt. Evang.) i. e. *Et poſt hebdomadas lxij.* (& *exterminabitur Unctio, & judicium non eſt* (vel *erit*) *in eo. Et civitatem, & ſanctum diſſipabit cum duce adveniente*: (& *excidentur* (*quaſi*) *in diluvio, & uſque ad finem belli concifi ordine, deſolationibus.*

℣. 27. Græc. hab. ἐν τῷ ἡμίσει, *in dimidio*, pro *dimidiâ*, (Mſ. Alex. cum ed. Ald. ἥμισυ;) item inf. pro his, & *in ſancto exſecratio vaſtationis*, &c. ſic: καὶ ἐπὶ τὸ ἱερὸν βδέλυγμα τῶν ἐρημώσεων· καὶ ἕως τῆς ζυντελείας καιρῦ ζυντέλεια λυθήσεται ἐπὶ τὴν ἐρήμωσιν· cæt. ut in Lat. ſup. Item apud Iren. l. 5. c. 25. p. 323. b. & *in dimidio hebdomadis tolletur ſacrificium, & libatio*: & *in templum* (al. *templo*) *abominatio deſolationis*: & *uſque ad conſummationem temporis conſummatio dabitur ſuper deſolationem.* Ap. Hieron. in Matth. 24. to. 4. 115. a. & *in dimidio hebdomadis auferetur ſacrificium, & libamina*: & *in templo abominatio deſolationum erit uſque ad conſummationem temporis*: & *conſummatio dabitur ſuper ſolitudinem.* Heſych. apud Auguſt. ep. 198. to. 2. 741. f. *in dimidio hebdomada tolletur ſacrificium meum*: & *ſupplicatio deſolationum interitus*: & *ad ſacrificium abominatio.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 48. p. 203. b. *in dimidio ſeptimi anni auferetur jugo ſacrificium*: & *abominatio deſolationis ſtabit in loco ſancto, uſque ad conſummationem temporis*: & *conſummatio dabitur ſuper ſolitudinem.* S. Proſp. in chron. p. 700. b. ad verbum è Græco: *ſuper templum abominatio deſolationum*: & *uſque ad conſummationem temporis conſummatio dabitur ſuper deſolationem.*

Digitized by Google

CAPUT X.

VERSIO ANTIQUA.

VULGATA NOVA.

1. ANno tertio Cyri regis Perſarum, verbum revelatum eſt Danieli cognomento Baltaſſar, & verbum verum, & fortitudo magna: intellexitque ſermonem: intelligentia enim eſt opus in viſione.

Tertullian. adv. Psych. p. 985. b.

2. In illis diebus ego Daniel eram lugens per tres hebdomadas:

2. In diebus illis ego Daniel lugebam trium hebdomadarum diebus,

3. panem ſuavem non edi, caro & vinum non introierunt in os meum, oleo unctus non ſum, donec conſummarentur tres hebdomades.

3. panem deſiderabilem non comedi, & caro & vinum non introierunt in os meum, ſed neque unguento unctus ſum: donec complerentur trium hebdomadarum dies.

4. Die autem vigeſima & quarta menſis primi, eram juxta fluvium magnum, qui eſt Tigris.

Hieron. epiſt. ad Nepotian. tom. 2. col. 615. et 622. c.

5. Et extuli oculos meos, & vidi: & ecce vir unus veſtitus baddim, & renes ejus cincti auro ophaz:

5. Et levavi oculos meos, & vidi: & ecce vir unus veſtitus lineis, & renes ejus accincti auro obrizo: *Apoc. 1. 13.*

VULGATA NOVA.

6. & corpus ejus quaſi chryſolithus, & facies ejus velut ſpecies fulguris, & oculi ejus ut lampas ardens: & brachia ejus, & quæ deorſum ſunt uſque ad pedes, quaſi ſpecies æris candentis: & vox ſermonum ejus ut vox multitudinis.

6... *Vide Not.*

7. Vidi autem ego Daniel ſolus viſionem: porro viri, qui erant mecum, non viderunt: ſed terror nimius irruit ſuper eos, & fugerunt in abſconditum.

8. Ego autem relictus ſolus vidi viſionem grandem hanc: & non remanſit in me fortitudo, ſed & ſpecies mea immutata eſt in me, & emarcui, nec habui quidquam virium.

Sap. 3. 17.

9. Et audivi vocem ſermonum ejus: & audiens jacebam conſternatus ſuper faciem meam, & vultus meus hærebat terræ.

10. Et ecce manus tetigit me, & erexit me ſuper genua mea, & ſuper articulos manuum mearum.

11. Et dixit ad me: Daniel vir deſideriorum, intellige verba, quæ ego loquor ad te, & ſta in gradu tuo: nunc enim ſum miſſus ad te. Cùmque dixiſſet mihi ſermonem iſtum, ſteti tremens.

VERSIO ANTIQUA.

VULGATA NOVA.

Tertullian. adv. Psych. p. 985. b.

12..... Daniel homo es miſerabilis, ne timueris: quoniam ex die prima, qua dediſti animam tuam recogitatui & humiliationi coram Deo, exauditum eſt verbum tuum: & ego introivi verbo tuo.

12. Et ait ad me: Noli metuere Daniel: quia ex die primo, quo poſuiſti cor tuum ad intelligendum ut te affligeres in conſpectu Dei tui, exaudita ſunt verba tua: & ego veni propter ſermones tuos.

VULGATA NOVA.

13. Princeps autem regni Perſarum reſtitit mihi viginti & uno diebus: & ecce Michael unus de principibus primis venit in adjutorium meum, & ego remanſi ibi juxta regem Perſarum.

14. Veni autem ut docerem te quæ ventura ſunt populo tuo in noviſſimis diebus, quoniam adhuc viſio in dies.

15. Cùmque loqueretur mihi hujuſcemodi verbis, dejeci vultum meum ad terram, & tacui.

VERSIO ANTIQUA.

VULGATA NOVA.

Hieron. in Dan. to. 3. col. 1020. ex Theodot.

16..... Domine mi, in viſione tua diſſolutæ ſunt compages meæ.....

16. Et ecce quaſi ſimilitudo filii hominis tetigit labia mea: & aperiens os meum locutus ſum, & dixi ad eum qui ſtabat contra me: Domine mi, in viſione tua diſſolutæ ſunt compages meæ, & nihil in me remanſit virium. *Iſai. 6. 7.*

VULGATA NOVA.

17. Et quomodo poterit ſervus Domini mei loqui cum Domino meo? nihil enim in me remanſit virium, ſed & halitus meus intercluditur.

18. Rurſum ergo tetigit me quaſi viſio hominis, & confortavit me,

19. & dixit: Noli timere vir deſideriorum: pax tibi: confortare, & eſto robuſtus. Cùmque loqueretur mecum, convalui, & dixi: Loquere Domine mi, quia confortaſti me.

20. Et ait: Nunquid ſcis quare venerim ad te?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 2. Sic eſt in Græco, addita voce ἡμερῶν, in fine. Chrom. Aquil. in Matth. p. 978. d. & *eram lugens tribus hebdomadis dierum.*

℣. 3. Græc. hab. ἐπιθυμιῶν, *deſideriorum*, loco *ſuavem*, præponitque καὶ, 2. vocibus *caro*, & *oleo*, pro qua ult. hab. ἄλειμμα, *unguentum*; extremò etiam addit ἡμερῶν, *dierum*; cæt. quadrant. Chromat. Aquil. in Matth. p. 978. d. legit, *panem non mandducans*, & *vinum non bibens.*

℣. 5. Concordat Græc. ad verbum. Hieron. in hunc loc. col. 1118. f. ait: *Pro* lineis, *quod interpretatus eſt Aquila*, *Theodotio* baddim *poſuit*, *LXX. byſſina*: Polychronius etiam dicit LXX. poſuiſſe *byſſina*; nunc tamen legitur Græcè βαδδὶν: Ammonius, *illud* baddin *ſignificat tunicam variam*; Theodoret. *byſſina*. Ita Nobil.

℣. 6. Hieron. in comm. col. 1118. f. 1119. a. *Pro* chryſolitho..... *in Hebræo habetur Tharſis, quod Theodotio & Symmachus eodem verbo interpretati ſunt; LXX. verò* mare *appellaverunt*: Græcè nunc, Θαρσεῖς.

℣. 12. Græc. Καὶ εἶπε πρός με· Μὴ φοβοῦ Δανιὴλ· ὅτι ἀπὸ τῆς πρώτης ἡμέρας, ἧς ἔδωκας τὴν καρδίαν σου τοῦ συνεῖναι καὶ κακωθῆναι ἐναντίον Κυρίου τοῦ Θεοῦ σου, ἠκούσθησαν οἱ λόγοι σου· καὶ ἐγὼ ἦλθον ἐν τοῖς λόγοις σου. *Et dixit ad me: Ne timeas Daniel: quia ex die prima, quæ dediſti cor tuum ad intelligendum & affligendum te coram Domino Deo tuo, audita ſunt verba tua: & ego veni in verbis tuis.*

℣. 16. Hieron. ibid. relatis his quæ in Vulg. continuò addit: *Sic Theodotio interpretatus eſt.* In Gr. tamen hod. ita: Κύριε, ἐν τῇ ὁράσει σου ἐστράφη τὰ ὀστᾶ μου ἐπ' ἐμοί· i. e.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

& nunc revertar ut prælier adversùm principem Persarum: cùm ego egrederer, apparuit princeps Græcorum veniens.

VULGATA NOVA.

21. Verumtamen annuntiabo tibi quod expressum est in scriptura veritatis: & nemo est adjutor meus in omnibus his, nisi Michael princeps vester.

Apocal. 12. 7.

VERSIO ANTIQUA.

21..... & non est qui me adjuvet, nisi Michael princeps vester.

Aust. l. de promiss. apud Prosp. c. 4. p. 191. c.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Domine, in visione tua conversa sunt interiora mea in me. ℣. 21. Græc. ἐὰν μὴ ἔστιν εἷς ἀντεχόμενος μετ' ἐμοῦ περὶ τούτων, ἀλλ' ἢ, &c. *& non est unus adhærens mihi de his, nisi*, &c. ut sup. Hieron. in comm. col. 1121. a. ait: *Juxta editionem Vulgatam usque ad finem libri una putatur visio, quæ anno tertio Cyri regis Persarum apparuit Danieli. Porro juxta Hebraïcam veritatem separata sunt quæ sequuntur, & scripta ordine præposterο.*

CAPUT XI.

VULGATA NOVA.

1. EGo autem ab anno primo Darii Medi stabam ut confortaretur, & roboraretur.

2. Et nunc veritatem annuntiabo tibi. Ecce adhuc tres reges stabunt in Perside, & quartus ditabitur opibus nimiis super omnes: & cùm invaluerit divitiis suis, concitabit omnes adversùm regnum Græciæ.

3. Surget verò rex fortis, & dominabitur potestate multa, & faciet quod placuerit ei.

4. Et cùm steterit, conteretur regnum ejus, & dividetur in quatuor ventos cœli; sed non in posteros ejus, neque secundùm potentiam illius, qua dominatus est: lacerabitur enim regnum ejus etiam in externos, exceptis his.

5. Et confortabitur rex Austri: & de principibus ejus prævalebit super eum, & dominabitur ditione: multa enim dominatio ejus.

VULGATA NOVA.

6. Et post finem annorum fœderabuntur: filiaque regis Austri veniet ad regem Aquilonis facere amicitiam, & non obtinebit fortitudinem brachii, nec stabit semen ejus: & tradetur ipsa, & qui adduxerunt eam, adolescentes ejus, & qui confortabant eam in temporibus.

VERSIO ANTIQUA.

6. Et post annos illius commiscentur..... *Hieron. in Dan. 11. col. 1123. a.*

VULGATA NOVA.

7. Et stabit de germine radicum ejus plantatio: & veniet cum exercitu, & ingredietur provinciam regis Aquilonis: & abutetur eis, & obtinebit.

8. Insuper & deos eorum, & sculptilia, vasa quoque pretiosa argenti & auri, captiva ducet in Ægyptum: ipse prævalebit adversùs regem Aquilonis.

9. Et intrabit in regnum rex Austri, & revertetur ad terram suam.

10. Filii autem ejus provocabuntur, & congregabunt multitudinem exercituum plurimorum: & veniet properans, & inundans: & revertetur, & concitabitur, & congredietur cum robore ejus.

11. Et provocatus rex Austri egredietur, & pugnabit adversùs regem Aquilonis, & præparabit multitudinem nimiam, & dabitur multitudo in manu ejus.

12. Et capiet multitudinem, & exaltabitur cor ejus, & dejiciet multa millia, sed non prævalebit.

13. Convertetur enim rex Aquilonis, & præparabit multitudinem multò majorem quàm priùs: & in fine temporum annorumque, veniet properans cum exercitu magno, & opibus nimiis.

Isai. 19. 16.

14. Et in temporibus illis multi consurgent adversùs regem Austri: filii quoque prævaricatorum populi tui extollentur ut impleant visionem, & corruent.

15. Et veniet rex Aquilonis, & comportabit aggerem, & capiet urbes munitissimas: & brachia Austri non sustinebunt, & consurgent electi ejus ad resistendum, & non erit fortitudo.

16. Et faciet veniens super eum juxta placitum suum, & non erit qui stet contra faciem ejus: & stabit in terra inclyta, & consumetur in manu ejus. *16. Vide Not.*

17. Et ponet faciem suam ut veniat ad tenendum universum regnum ejus, & recta faciet cum eo: & filiam feminarum dabit ei, ut evertat illud: & non stabit, nec illius erit.

18. Et convertet faciem suam ad insulas, & capiet multas: & cessare faciet principem opprobrii sui, & opprobrium ejus convertetur in eum.

19. Et convertet faciem suam ad imperium terræ suæ, & impinget, & corruet, & non invenietur.

20. Et stabit in loco ejus vilissimus, & indignus decore regio: & in paucis diebus conteretur, non in furore, nec in prælio. *20... Vide Not.*

21. Et stabit in loco ejus despectus, & non tribuetur ei honor regius: & veniet clam, & obtinebit regnum in fraudulentia.

22. Et brachia pugnantis expugnabuntur à facie ejus, & conterentur: insuper & dux fœderis.

23. Et post amicitias, cum eo faciet dolum: & ascendet, & superabit in modico populo.

24. Et abundantes & uberes urbes ingredietur: & faciet quæ non fecerunt patres ejus, & patres patrum ejus: rapinas, & prædam, & divitias eorum dissipabit, & contra firmissimas cogitationes inibit: & hoc

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 6. Hieron. ibid. sic habet: *Et post finem annorum fœderabuntur, (sive ut Theodotio interpretatus est) Et post annos illius commiscentur*: Gr. hod. similiter: Καὶ μετὰ τὸ ἔτη αὐτῶν ζυγήσονται.

℣. 16. Hieron. ubi sup. col. 1125. f. ad hoc Vulg. *in terra inclyta*, ait, *sive ut LXX. interpretati sunt*, voluntatis, *hoc est, quæ complaceat Deo*: & inf. ad hoc, *& consumetur*, addit, *sive perficietur*. Græc. hod. Καὶ ποιήσει ὁ εἰσπορευόμενος πρὸς αὐτὸν κατὰ τὸ θέλημα αὐτῶ..... ἡ στήσεται ἐν τῇ γῇ τῶ Σαβεὶ, ἢ τελεσθήσεται ἐν τῇ χειρὶ αὐτῶ. Rursum Hieronymus: *Pro* terra inclyta, *quod interpretatus est Aquila, quem nos in hoc loco secuti sumus, Theodotio ipsum Hebraïcum verbum posuit* Σαβὶν (inf. 1132. c. *Sabai*) *pro quo Symmachus vertit* terram fortitudinis.

℣. 20. Hieron. in commentar. col. 1126. e. relato ℣. 20. ut legitur in Vulg. post pauca subdit: *LXX. interpretati sunt*: Et stabit de radice ejus plantatio, *id est, de germine ejus & semine*, percutiens dignitatem imperii:

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

usque ad tempus.

25. Et concitabitur fortitudo ejus, & cor ejus adversùm regem Austri in exercitu magno: & rex Austri provocabitur ad bellum multis auxiliis, & fortibus nimis: & non stabunt, quia inibunt adversùs eum consilia.

26. Et comedentes panem cum eo, conterent illum, exercitusque ejus opprimetur: & cadent interfecti plurimi.

27. Duorum quoque regum cor erit ut malefaciant, & ad mensam unam mendacium loquentur, & non proficient: quia adhuc finis in aliud tempus.

28. Et revertetur in terram suam cum opibus multis: & cor ejus adversùm testamentum sanctum, & faciet, & revertetur in terram suam.

29. Statuto tempore revertetur, & veniet ad Austrum: & non erit priori simile novissimum.

30. Et venient super eum Trieres & Romani: & percutietur, & revertetur, & indignabitur contra testamentum sanctuarii, & faciet: reverteturque, & cogitabit adversùm eos, qui dereliquerunt testamentum sanctuarii.

31. Et brachia ex eo stabunt, & polluent sanctuarium fortitudinis, & auferent juge sacrificium: & dabunt abominationem in desolationem.

32. Et impii in testamentum simulabunt fraudulenter: populus autem sciens Deum suum, obtinebit, & faciet.

33. Et docti in populo docebunt plurimos: & ruent in gladio, & in flamma, & in captivitate, & in rapina dierum.

34. Cùmque corruerint, sublevabuntur auxilio parvulo: & applicabuntur eis plurimi fraudulenter.

VERSIO ANTIQUA.

Auct. op. imp. in Matt. hom. 49. p. 210. a.

35. Et de eruditis cadent multi.....

VULGATA NOVA.

35. Et de eruditis ruent, ut conflentur, & eligantur, & dealbentur usque ad tempus præfinitum: quia adhuc aliud tempus erit.

Cassiod. in Psal. 9. p. 40. b.

36.... & extolletur rex adversùs omnem deum, & magnificabitur super omnem deum: & ad Deum deorum loquetur superbiam.....

36. Et faciet juxta voluntatem suam rex, & elevabitur, & magnificabitur adversùs omnem deum: & adversùs Deum deorum loquetur magnifica, & dirigetur, donec compleatur iracundia: perpetrata quippe est definitio.

VULGATA NOVA.

37. Et Deum patrum suorum non reputabit: & erit in concupiscentiis feminarum, nec quemquam deorum curabit: quia adversùm universa consurget.

37... *Vide Not.*

38. Deum autem Maozim in loco suo venerabitur: & Deum, quem ignoraverunt patres ejus, colet auro, & argento, & lapide pretioso, rebusque pretiosis.

38... *Vide Not.*

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Dan. 11. col. 1132. a.

39. Et aget hæc ut muniat præsidia cum deo alieno: & cùm eis ostenderit, multiplicabit honorem, & dominari eos multis faciet, & terram dividet gratis.

VULGATA NOVA.

39. Et faciet ut muniat Maozim cum Deo alieno, quem cognovit, & multiplicabit gloriam, & dabit eis potestatem in multis, & terram dividet gratuitò.

VULGATA NOVA.

40. Et in tempore præfinito præliabitur adversùs eum rex Austri, & quasi tempestas veniet contra illum rex Aquilonis in curribus, & in equitibus, & in classe magna, & ingredietur terras, & conteret & pertransiet.

41. Et introibit in ter-

41... *Vide Not.*

ram gloriosam, & multæ corruent: hæ autem solæ salvabuntur de manu ejus, Edom, & Moab, & principium filiorum Ammon.

42. Et mittet manum suam in terras: & terra Ægypti non effugiet.

VERSIO ANTIQUA.

Cassiod. in Psal. 51. p. 178. a.

43. Et dominabitur in occultis auri & argenti, & in omnibus cupiditatibus Ægypti.....

VULGATA NOVA.

43. Et dominabitur thesaurorum auri & argenti, & in omnibus pretiosis Ægypti: per Lybiam quoque, & Æthiopiam transibit.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

& in paucis diebus conteretur absque ira, & prælio. Gr. hod. Καὶ ἀναστήσεται ἐκ τῆς ῥίζης αὐτῆ φυτὸν τῆς βασιλείας, ἐπὶ τὴν ἑτοιμασίαν αὐτῆ παρακαθέζων, πράσσων δόξαν βασιλείας· ἐν ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἔτι συντελεσθήσεται, ἐν ὀκ ἐν πεποιθόσι, οὐδὲ ἐν πολέμῳ. *Et surget de radice ejus planta regni, ad præparationem ipsius transferens, faciens gloriam regni: & in diebus illis adhuc conteretur, & non in faciebus, neque in bello.*

℣. 35. Græc. Καὶ ἀπὸ τῶν συνιέντων ἀσθενήσει, τῆ πυρῶσαι, &c. *Et de intelligentibus infirmabuntur, ad conflandum*, &c.

℣. 36. Græc. καὶ ὁ βασιλεὺς ὑψωθήσεται, καὶ μεγαλυνθήσεται ἐπὶ πάντα θεόν· καὶ λαλήσει ὑπερήφανα, &c. *& rex exaltabitur, & magnificabitur adversùs omnem deum: & loquetur ingentia*, &c. In Mſ. Alex. ac ed. Compl. ἐπὶ πάντα θεὸν, καὶ ἐπὶ τὸν Θεὸν τῶν θεῶν, καὶ λαλήσει, &c.

℣. 37. Hieron. in hunc loc. col. 1131. d. ait: *Pro eo quod nos interpretati sumus*, & erit in concupiscentiis feminarum, *LXX. transtulerunt*, & concupiscentiis mulierum non subjacebit. Gr. hod. Καὶ ἐπὶ πάντας θεὺς τῶν πατέρων αὐτῆ ὀ συνήσει· καὶ ἐπιθυμία γυναικῶν· καὶ ἐπὶ πᾶν θεὸν ὀ συνήσει, &c. i. e. *Et super omnes deos patrum suorum non intelliget: & concupiscentia feminarum: & super omnem deum non intelliget.* Mſ. Alex. cum ed. Ald. hab. καὶ ἐπιθυμίαν; Compl. καὶ ἐπὶ ἐπιθυμίαν. Addit Hieron. infra: *Quia verò in Hebraïco pro eo quod nos diximus*, & erit in concupiscentiis feminarum, *ambiguè positum est*, *dicente Aquila*, *qui verbum expressit è verbo*: Καὶ ἐπὶ θεὸν πατέρων αὐτῆ ὀ συνήσει, καὶ ἐπιθυμίαν γυναικῶν, καὶ ἐπὶ πάντα θεὸν ὀ συνήσει· *id est*, Et super Deum patrum suorum non intelliget, & super concupiscentiam feminarum, & super omnem deum non intelliget: *quibus verbis intelligitur habere eum concupiscentiam feminarum, & non habere:* videsis quæ sequuntur.

℣. 38. Hieron. ubi sup. col. 1131. d. ait: *Pro* Deo Maozim, *quod habetur in Hebraïco*, *Aquila transtulit* Deum fortitudinum, *LXX.* Deum fortissimum.

℣. 39. Hieron. ibid. testatur ita interpretatum esse Theodotionem: & infra: *Pro præsidiis*, inquit, *Confugia interpretatus est Symmachus.* Hodie ita legimus Græcè: Καὶ ποιήσει τοῖς ὀχυρώμασι τῶν καταφυγῶν μετὰ θεῦ ἀλλοτρίᾳ, καὶ πληθυνεῖ δόξαν, καὶ ὑποτάξει αὐτοῖς πολλοὺς, καὶ γῆν διελεῖ ἐν δωρεαῖς· i. e. *Et faciet munitionibus confugiorum cum deo alieno*, & *multiplicabit gloriam*, & *subjiciet ipsis multos*, & *terram dividet in donis.*

℣. 41. Hieron. ad hoc Dan. & *multi* (Vulg. *multæ*) *corruent*, addit: *pro quo interpretatus est Symmachus*, & multa millia corruent; *Theodotio*, & multi infirmabuntur; nunc etiam Græcè, καὶ πολλοὶ ἀσθενήσουσι.

℣. 43. Similiter in Gr. nisi excipiatur vox ἐπιθυμητὰς,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

44. Et fama turbabit eum ab Oriente & ab Aquilone : & veniet in multitudine magna ut conterat & interficiat plurimos.

45. Et figet tabernaculum ſuum Apadno inter maria, ſuper montem inclytum & ſanctum : & veniet uſque ad ſummitatem ejus, & nemo auxiliabitur ei.

VERSIO ANTIQUA.

45. Et figet tabernaculum ſuum in Aphedano inter maria, in monte Saba ſancto : veniet uſque ad partem ejus..... *Hieron. in Dan. 11. col. 1134. c.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

deſiderabilibus, pro *cupiditatibus*.

℣. 45. Hieron. ibid. ait ita vertiſſe Theodotionem : & ſup. col. 1133. b. Porphyrium arguens, *montem*, inquit, *inclytum idcirco præteriit, quia ſecutus eſt Theodotionis interpretationem, qui ait*, inter media maria ſuper montem Saba ſanctum : &c. Item infra ait : *Apedno, verbum compoſitum eſt : quod ſi dividas, intelligi poteſt* Φόρν αὐτῦ, *id eſt, ſolii ſui : & eſt ſenſus : Et figet tabernaculum ſuum, & thronum ſuum inter maria, ſuper montem inclytum & ſanctum :* ſubinde, relatis variis interpretationibus Symmachi, Theodotionis, & Aquilæ, addit : *ſoli LXX. omni ſe nominis quæſtione liberantes, interpretati ſunt :* Et ſtatuet tabernaculum ſuum tunc inter maria, & montem voluntatis ſanctum : & veniet hora conſummationis ejus : *quos Apollinarius ſecutus de nomine* Apedno *omnino contexuit*. Interpretationem autem Theodotionis nos hîc & ſup. prætulimus in textu, quia teſte Hieronymo, *Danielem non juxta LXX. Interpretes, ſed juxta Theodotionem* Eccleſiæ omnes tam Græcorum quàm Latinorum legebant. Hodie etiam habetur Græcè : Καὶ πήξει τὴν σκηνὴν αὐτῦ Ἐφαδανῶ ἀναμέσον τῶν θαλασσῶν, εἰς ὄρος Σαβασὶν ἅγιον· ἥξει ἕως μέρους αὐτῦ, καὶ οὐκ ἔστιν ὁ ῥυόμενος αὐτόν. *Et figet tabernaculum ſuum Ephadano in medio marium, in monte Sabain ſancto : veniet uſque ad partem ejus, & non eſt qui eruat eum.* Multi ſcribunt Ἀφαδανῶ· *Notandum* etiam cum Hieronymo, *quòd* p *litteram Hebræus ſermo non habeat, ſed pro ipſa utatur* phe, *cujus vim Gr.* φ *ſonat. In iſto tantùm loco apud Hebræos ſcribatur quidem* phe, *ſed legatur* p.

CAPUT XII.

VULGATA NOVA.

1. IN tempore autem illo conſurget Michael princeps magnus, qui ſtat pro filiis populi tui : & veniet tempus quale non fuit ab eo ex quo gentes eſſe cœperunt uſque ad tempus illud. Et in tempore illo ſalvabitur populus tuus, omnis qui inventus fuerit ſcriptus in libro.

2. Et multi de his qui dormiunt in terræ pulvere, evigilabunt : alii in vitam æternam, & alii in opprobrium ut videant ſemper. *Matth. 25. 46. Joan. 5. 29.*

3. Qui autem docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti : & qui ad juſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. *Sap. 3. 7.*

4. Tu autem Daniel claude ſermones, & ſigna librum uſque ad tempus ſtatutum : plurimi pertranſibunt, & multiplex erit ſcientia.

VERSIO ANTIQUA.

1. IN tempore illo conſurget Michael princeps magnus, qui ſtat pro filiis populi tui :[a] & erit tempus tribulationis qualis non fuit ex quo nata eſt gens ſuper terram uſque ad tempus illud. Et in tempore illo ſalvabitur populus tuus, omnis qui inventus fuerit ſcriptus in libro. *Auct. l. de promiſſ. p. 4. ap. Proſp. p. 106. c.*

2. Et multi dormientium in terræ aggere, exſurgent : hi in vitam æternam, & hi in opprobrium, & in confuſionem æternam.

3. Et intelligentes fulgebunt ſicut claritas firmamenti : & ex juſtis multis, ſicut ſtellæ in ſæcula.

4..... muni ſermones, & ſigna librum uſque ad tempus conſummationis, quoad diſcant multi, & impleatur agnitio. *Cypr. l. 1. Teſtim. p. 277. d.*

[a] *Auguſt. l. 20. de civit. Dei, c. 24. to. 7. 606. b. 657. d.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Eadem exſtant Græcè, niſi quòd voci *tribulationis*, additur θλῖψις, *tribulatio*, qua tamen voce carent edd. Ald. & Compl. ſubinde in Rom. ed. deletur &, ante *in tempore*, ſicut inf. τὸ *inventus fuerit* ; at in Mſ. Alex. eſt : Καὶ ἐν τῷ καιρῷ..... ὁ εὑρεθεὶς ὁ γεγεγραμμένος, &c. in Ald. etiam & Compl. ὁ εὑρεθείς. Apud Ambroſ. l. de fide reſurr. col. 1151. e. *Et in tempore illo ſalvabitur omnis plebs tua, quæ ſcripta eſt in libro.* Ap. Fulg. verò l. 3. de verit. prædeſt. c. 4. p. 484. *Et in tempore illo ſalvus erit populus tuus, omnis qui invenietur ſcriptus in libro.*

℣. 2. Itidem Græcè. Auguſt. huic voci, *aggere*, ſubdit, *vel ſicut alii interpretati ſunt*, in terræ pulvere ; Græcè nunc, ἐν γῆς χώματι, vel ut in edit. Compl. ἐκ γῆς χώματος· Χῶμα γῆς propriè, *terræ aggeſta moles*. Ambroſ. l. 2. de fide reſ. to. 2. p. 1151. e. legit : *Et multi dormientium in terræ foſſis* (Mſs. plur. *in terris defoſſi*,) *una apertione exſurgent : hi in vitam æternam, & hi in opprobrium, & in confuſionem perpetuam :* at in Pſ. 1. to. 1. 762. d. *Multi, qui ſedent in tumulo terræ, exſurgent : iſti in vitam æternam, & iſti in opprobrium & confuſionem æternam.* Hilar. in Pſ. 52. col. 91. d. & *reſurgent ; alii quidem in vitam, alii autem in confuſionem æternam.* Hieron. in Iſai. 26. col. 224. d. *Multi dormientium in terræ pulvere, reſurgent : hi in vitam æternam, & hi in opprobrium & confuſionem ſempiternam :* vide etiam in Jer. 13. col. 594. a. Item in Ezech. 37. col. 959. f. *Multi, qui dormiunt in terræ pulvere, reſurgent : iſti in vitam æt. & iſti in opprobr. & confuſ. æternam :* & in Matth. 22. to. 4. 106. d. *Multi dormientium de terræ pulvere conſurgent : alii in vitam, & alii in opprobr. & confuſ. æternam :* & l. 3. in ep. ad Gal. to. 4. 316. f. *Plurimi dormientium de terræ pulvere ſurgent : hi in vitam æternam, & hi in opprobrium, & in confuſ. æternam :* & l. 3. in ep. ad Epheſ. col. 375. f. *Et multi dormientium de limo terræ exſurgent : hi in vitam æternam, & hi in oppr.* &c. Fulg. reſp. cont. Arian. p. 64. *Et multi dormientium in terræ foſſuris, in opertione, exſurgent : hi in vitam æternam, & hi in opprobr. & confuſionem perpetuam.* Caſſiod. in Pſ. 95. p. 323. c. *Et multi dormientium in terra, per fiſſuras exſurgent : hi in vitam æternam, & hi in opprobrium & confuſionem.*

℣. 3. Hieron. in comm. col. 1135. f. ait : Hunc *locum Theodotio, & Vulgata editio ita expreſſit : Et intelligentes fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti : & de juſtis plurimi, quaſi ſtellæ in æternum, & ultra.* Nunc etiam ita legimus Græcè, hoc excepto, ἐκ τῶν δικαίων τῶν πολλῶν, & *de juſtis plurimis*, non *plurimi*. Hieron. addit : *Nunc juxta Theodotionem dicitur, quòd doctis ſimilitudinem cæli habeant ; & abſque doctrina juſti, ſtellarum fulgori comparentur : tantùmque ſit inter eruditam ſanctitatem, & ſanctam ruſticitatem, quantùm cælum diſtat & ſtellæ.* Iren. l. 4. c. 26. p. 262. e. rectè è Gr. *Intelligentes fulgebunt quemadmodum claritas firmamenti : & à multis juſtis, ſicut ſtellæ in ſæcula, & adhuc.* Ambroſ. in Pſ. 1. col. 762. d. legit : *Et intelligentes ſplendebunt ſicut ſplendor cœli : & de juſtis multi, ſicut ſtellæ lucebunt :* & l. de fide reſ. to. 2. 1151. e. *Et intelligentes ſplendebunt ut ſplendor firmamenti : & ex juſtis multi, ſicut ſtellæ in ſæcula :* vide etiam ep. 43. col. 971. d. Hieron. in Eccleſ. to. 2. 751. c. *Intelligentes ſermones meos fulgebunt ut luminaria cœli :* & l. 3. in ep. ad Gal. to. 4. 316. f. *Intelligentes fulgebunt ſicut ſplendor firmamenti ;* paulòque poſt : *multi ſicut ſtellæ in ſempiternum :* ſimiliter l. 3. in ep. ad Epheſ. col. 375. f. exceptis his, *& ex juſtis multi, ſicut ſtellæ in æternum.* Fulg. reſp. cont. Arian. p. 64. 65. *Et intelligentes ſplendebunt ut ſplendor firmamenti : & ex juſtis multi, ſicut ſtellæ in ſæcula :* & l. 3. de verit. præd. c. 4. p. 484. *Qui ad juſtitiam erudiunt multos, fulgebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates ;* ut in Vulg.

℣. 4. Græc. ipſo initio hab. Καὶ σὺ Δανιὴλ, deinde, ἔμφραττον τοὺς λόγους, &c. ut in Lat. ſup. niſi quòd pro *diſcant*, hab. διδαχθῶσι, *doceantur ;* paulòque poſt, πληθυνθῇ, *multiplicetur*, loco *impleatur*. Cypr. ibid. poſt vocem *agnitio*, proximè addit : *quoniam cùm fiet diſperſio*,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

5. Et vidi ego Daniel, & ecce quasi duo alii stabant: unus hinc super ripam fluminis, & alius inde ex altera ripa fluminis.

6. Et dixi viro, qui erat indutus lineis, qui stabat super aquas fluminis: Usquequo finis horum mirabilium?

VERSIO ANTIQUA.

Cassiod. in Ps. 51. p. 177. b. 7..... quoniam in tempus temporum, & dimidium temporis: in consummanda dispersione *scient omnia hæc.

* *Edit.* fient.

VULGATA NOVA.

7. Et audivi virum, qui indutus erat lineis, qui stabat super aquas fluminis, cùm elevasset dexteram & sinistram suam in cœlum, & juravisset per viventem in æternum, quia in tempus, & tempora, & dimidium temporis. Et cùm completa fuerit dispersio manus populi sancti, complebuntur universa hæc. *Apocal.* 10. 5.

8. Et ego audivi, & non intellexi. Et dixi: Domine mi, quid erit post hæc?

Hilar. in Psal. 118. *col.* 343. *f.* 9..... Vade Daniel, quia clausi sunt, signatique sermones.....

9. Et ait: Vade Daniel, quia clausi sunt, signatique sermones usque ad præfinitum tempus.

VULGATA NOVA.

10. Eligentur, & dealbabuntur, & quasi ignis probabuntur multi: & impiè agent impii, neque intelligent omnes impii, porro docti intelligent.

10... *Vide Not. ad* ℣. 9. *sup.*

11. Et à tempore cùm ablatum fuerit juge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille ducenti nonaginta.

12. Beatus, qui exspectat, & pervenit usque ad dies mille trecentos triginta quinque.

VERSIO ANTIQUA.

August. l. 20. de civit. Dei, c. 23. to. 7. 606. e. 13. Et tu veni, & requiesce, adhuc enim dies in completionem consummationis: & requiesces, & resurges in sorte tua in fine dierum.

VULGATA NOVA.

13. Tu autem vade ad præfinitum: & requiesces, & stabis in sorte tua in finem dierum.

Hucusque Danielem in Hebræo volumine legimus. Qua sequuntur usque ad finem libri, de Theodotionis editione translata sunt.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

cognoscent omnia hæc; quæ verba tam in Gr. quàm in Vulg. non leguntur, nisi inf. ℣. 7. Attamen Iren. l. 4. c. 26. p. 262. a. legit cum Cypr. *muni sermones, & signa librum usque ad tempus consummationis, quoadusque discant multi, & adimpleatur agnitio;* statimque, *in eo enim cùm perficietur dispersio, cognoscent omnia hæc.*

℣. 7. Itidem Græcè, nisi quòd pro *in consummanda*, est ἐν τῷ συντελεσθῆναι; ap. Iren. ℣. 4. sup. *in eo enim cùm perficietur dispersio*, &c. ap. Cypr. *quoniam cùm fiet dispersio*, &c. loco verò *scient*, edit. Cassiod. hab. *fient*, sed aperto mendo, ni fallor, quod emendare non dubitavimus è Gr. γνώσονται; ap. Iren. etiam & Cypr. sup. *cognoscent omnia hæc.*

℣. 9. Similiter in Græco; additur etiam ἕως καιροῦ πέρας, *usque ad temporis finem*, ut in Vulg. Apud Iren. l. 1. c. 19. p. 91. c. sic: *Recurre Daniel, bi enim sermones obstructi sunt, quoadusque intellectores intelligant, & albò inalbentur:* sed hæc postrema pertinere videntur ad sequentem ℣. 10.

℣. 13. Similia leguntur Græcè, hoc adjuncto, ἐν ὄψει, & *horæ*, post vocem *dies;* deest verò inf. τὸ & *requiesces;* in Mss. tamen Alex. est, ἐν ἀναπαύσῃ, ἐν ἀναπαύσῃ, sed absque præced. ἐν ὄψει, cujus loco habetur εἰς τὸν, *sunt.* Apud Iren. l. 5. c. 34. p. 334. a. sic: *Et tu veni, & sta in sorte tua in consummatione dierum.* Hieron. in comm. relatis his verbis: *Tu autem Daniel vade ad præfinitum: & requiesce, & stabis... in fine dierum:* continuò addit: *Pro quo Theodotio ita interpretatus est:* Tu autem vade, & requiesce: & resurges in ordine tuo in consummatione dierum.

Digitized by Google

* CAPUT XIII.

VULGATA NOVA.

1. ET erat vir habitans in Babylone, & nomen ejus Joakim :

2. Et accepit uxorem nomine Suſannam, filiam Helciæ, pulchram nimis, & timentem Deum :

3. parentes enim illius, cùm eſſent juſti, erudierunt filiam ſuam ſecundùm legem Moyſi.

VERSIO ANTIQUA.

1. FUit vir habitans in Babylonia, cui nomen erat Joachim : *Cypr. l. 3. Teſtim. p. 312. c.*

2. Et accepit uxorem nomine Suſannam, filiam Helchiæ, formoſam valde, & timentem Deum :

3. & erant parentes ejus juſti, & docuerunt filiam ſuam ſecundùm legem Moyſi.

VULGATA NOVA.

4. Erat autem Joakim dives valde, & erat ei pomarium vicinum domui ſuæ : & ad ipſum confluebant Judæi, eò quòd eſſet honorabilior omnium.

5. Et conſtituti ſunt de populo duo ſenes judices in illo anno : de quibus locutus eſt Dominus : Quia egreſſa eſt iniquitas de Babylone à ſenioribus judicibus, qui videbantur regere populum.

6. Iſti frequentabant domum Joakim, & veniebant ad eos omnes qui habebant judicia.

7. Cùm autem populus revertiſſet per meridiem, ingrediebatur Suſanna, & deambulabat in pomario viri ſui.

8. Et videbant eam ſenes quotidie ingredientem, & deambulantem : & exarſerunt in concupiſcentiam ejus :

9. & everterunt ſenſum ſuum, & declinaverunt oculos ſuos ut non viderent cœlum, neque recordarentur judiciorum juſtorum.

10. Erant ergo ambo vulnerati amore ejus, nec indicaverunt ſibi viciſſim dolorem ſuum :

11. erubeſcebant enim indicare ſibi concupiſcentiam ſuam, volentes concumbere cum ea :

12. & obſervabant quotidie ſollicitiùs videre eam. Dixitque alter ad alterum :

13. Eamus domum, quia hora prandii eſt. Et egreſſi receſſerunt à ſe.

14. Cùmque revertiſſent, venerunt in unum : & ſciſcitantes ab invicem cauſam, confeſſi ſunt concupiſcentiam ſuam : & tunc in communi ſtatuerunt tempus, quando eam poſſent invenire ſolam.

15. Factum eſt autem, cùm obſervarent diem aptum, ingreſſa eſt aliquando ſicut heri & nudiuſtertius, cum duabus ſolis puellis, voluitque lavari in pomario : æſtus quippe erat :

16. & non erat ibi quiſquam, præter duos ſenes abſconditos, & contemplantes eam.

17. Dixit ergo puellis : Afferte mihi oleum, & ſmigmata, & oſtia pomarii claudite, ut laver.

18. Et fecerunt ſicut præceperat : clauſeruntque oſtia pomarii, & egreſſæ ſunt per poſticum, ut afferrent quæ juſſerat : neſciebantque ſenes intus eſſe abſconditos.

19. Cùm autem egreſſæ eſſent puellæ, ſurrexerunt duo ſenes, & accurrerunt ad eam, & dixerunt :

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* « Hæc Suſannæ hiſtoria, ſi Flaminio Nobilio fides, in omnibus vetuſtis libris eſt principium Danielis, quemadmodum etiam apud S. Athanaſium in Synopſi. Et in multis inſcribitur *Daniel*, ut in noſtra ; in quibuſdam Συσάννα, *Suſanna* ; in aliquo Διάκρισις Δανιὴλ, *Judicium Danielis*. In ed. verò Compl. ſicut in Vulg. Danielis eſt caput XIII. » De hoc & ſequenti capite ita differit Hieron. præf. in comment. p. 1074. b. *Hoc noſſe debemus inter cætera, Porphyrium de Danielis libro nobis objicere, idcirco illum apparere confictum, nec haberi apud Hebræos, ſed Græci ſermonis eſſe commentum, quia in Suſanna fabula continetur, dicente Daniele ad Presbyteros,* ἀπὸ τῦ πρίνου πρίσαι, *quam etymologiam magis Græco ſermoni convenire, quàm Hebræo ; cui & Euſebius, & Apollinarius pari ſententia reſpondent, Suſannæ, Beliſque, ac Draconis fabulas non contineri in Hebraïco, ſed partem eſſe prophetiæ Abacuc, filii Jeſu de tribu Levi ; ſicut juxta LXX. Interpretes in titulo ejuſdem Belis fabula ponitur :* Homo quidam erat ſacerdos, nomine Daniel, filius Abda, conviva regis Babyloniſ : *cùm Danielem, & tres pueros de tribu Juda fuiſſe, Sancta Scriptura teſtetur. Unde & nos ante annos plurimos cùm verteremus Danielem, has viſiones obelo prænotavimus, ſignificantes eas in Hebræo non haberi.* Præfati etiam in hanc Dan. Verſionem, to. 1. col. 990. ait : *(Daniel) apud Hebræos nec Suſannæ habet hiſtoriam..... nec Belis draconiſque fabulas, quas nos, quia in toto orbe diſperſæ ſunt, verù antepoſito, easque jugulante, ſubjecimus ; ne videremur apud imperitos magnam partem voluminis detruncaſſe.* Jam verò quamvis fragmenta illa duo hiſtorica, ut & *hymnus trium puerorum*, non reperiantur in fonte Hebraïco, eamque ob cauſam ſignata fuerint obelis ab Hieronymo ; quia tamen in editione LXX. exſtabant, necnon in Theodotionis translatione Græca ; *totoque orbe diſperſa erant*, ut ait Hieronymus ipſe ; eaque ſinceritatem ac pietatem ſpirant ; jure ac meritò de Theodotionis editione, poſtpoſita nimirum editione LXX. ut diximus ſup. ſubjuncta fuere ab Hieronymo, & ab Eccleſia ſunt recepta. Nec obſiſtere debet hoc Hieronymi dictum, *Suſannæ, Beliſque ac draconis fabulæ :* Fabula enim non tantùm ſumitur pro re commentitia, ſeu falſa, aut ficta hiſtoria, ſed etiam pro narratione qualibet, ſive vera, ſive falſa : à *fando* dicitur, ut ait Varro ; unde *fabulari*, & *confabulari* ; & apud Plautum *fabulari falſa*. Eodem etiam ſenſu *fabula* uſurpatur ab Hieronymo aliis in locis, v. g. epiſt. ad Caſtrucium, to. 4. col. 801. f. 802. a. in qua, ut eum conſoletur de cæcitate oculorum, allatis nonnullis ex Evangelica hiſtoria, &c. extremò ait : *Et ne veteres replicando hiſtorias longum faciam, & excedam menſuram epiſtolæ, brevem tibi* fabulam *referam, quæ infantiæ meæ temporibus accidit.* Hæc autem fabula, narratio erat mutui congreſſûs, & colloquii Antonii cum Didymo, ſimili privatione oculorum afflicto, quæ quidem narratio vel fabula, cùm *accidiſſet temporibus infantiæ* Hieronymi, procul dubio commentitia minimè erat aut ficta. Eodem ſenſu pariter adhibetur vox illa *fabula* à Clemente Alexandrino apud Euſebium, l. 3. hiſt. Eccleſ. cap. 23. de Johanne apoſt. "Ακουσον, inquit, μῦθον, οὐ μῦθον, ἀλλὰ ὄντα λόγον περὶ Ἰωάννου τοῦ ἀποστόλου παραδεδομένον, καὶ μνήμῃ παραλαμβάνον i. e. *Auſculta fabulam, imo non fabulam, ſed veriſſimam hiſtoriam de Joanne apoſtolo, quæ nobis fideliter tradita, & memoriæ ſtudioſè commendata eſt :* quaſi dicat : Auſculta fabulam, non quidem fictam aut falſam, ſed veriſſimam. Præterea Hieronymus 1. loco ſup. cit. fragmenta illa hiſtorica, non tantùm *fabulas* appellat, verùm etiam *Viſiones : Unde*, inquit, *& nos..... cùm verteremus, has* Viſiones *obelo prænotavimus :* & verò in quibuſdam libb. teſte Nobilio, hiſtoria Belis & draconis ita inſcribitur : "Ορασις ιϛ. id eſt, *Viſio duodecima.* Ad Suſannæ autem hiſtoriam quod attinet, eam, ſi non totam, ſaltem bona ex parte mutuamur à Lucifero Calaritano, quæ ſanè apud ipſum valde paucis differt à Græco. Eidem etiam textui Græco optimè reſpondet Vulgata noſtra, quod non mirum videri debet, cùm ab ipſo velut ex fonte, tum Suſannæ, tum Belis & draconis ſequens hiſtoria proximè fluxerit. Præter Luciferum Cal. alii etiam Scriptores bene multi Suſannæ hiſtoriam memorant, videlicet Iren. Cypr. Hilar. Ambr. Auguſt. &c. ex quibus hîc proferuntur teſtimonia : de eadem etiam meminit Auct. epiſt. de bono pudic. apud Cypr. p. v. b. quem vide.

℣. 1. Græc. Vat. ſimiliter : Καὶ ἦν ἀνὴρ εἷς ὢν ἐν Βαβυλῶνι, ᾧ ὄνομα αὐτῷ Ἰωακείμ.

℣. 2. Græc. Καὶ ἔλαβε γυναῖκα, ᾗ ὄνομα Σωσάννα (Mſ. Alex. Συσάννα,) θυγατηρ Χελκίου, καλὴ σφόδρα, καὶ φοβουμένη τὸν Κύριον· i. e. *Et accepit mulierem, cui nomen Soſanna, filia Chelciæ, pulchra valde, & timens Dominum.* Ed. Compl. hab. καλὴν..... καὶ φοβουμένην, ut in Lat. ſup.

℣. 3. Itidem Græcè, detracto verbo *erant*.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Ixcif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 203. e. g.

20. Oſtia viridarii clauſa ſunt, nemo nos videt, in concupiſcentia tui ſumus : propter hoc conſenti nobis, & eſto nobiſcum :

21. alioquin falſum teſtimonium dicemus adversùm te, quoniam erat tecum juvenis, & propter hoc dimiſiſti puellas à te.

22..... Anguſtiæ mihi undique : ſi enim hoc egero, mors mihi erit : ſi autem non fecero, non effugiam manus veſtras.

23. Melius eſt mihi non facienti incidere in manus veſtras, quàm peccare in conſpectu Domini.

VULGATA NOVA.

20. Ecce oſtia pomarii clauſa ſunt, & nemo nos videt, & nos in concupiſcentia tui ſumus : quam ob rem aſſentire nobis, & commiſcere nobiſcum :

21. quòd ſi nolueris, dicemus contra te teſtimonium, quòd fuerit tecum juvenis, & ob hanc cauſam emiſeris puellas à te.

22. Ingemuit Suſanna, & ait : Anguſtiæ ſunt mihi undique : ſi enim hoc egero, mors mihi eſt : ſi autem non egero, non effugiam manus veſtras.

23. Sed melius eſt mihi abſque opere incidere in manus veſtras, quàm peccare in conſpectu Domini.

VULGATA NOVA.

24. Et exclamavit voce magna Suſanna : exclamaverunt autem & ſenes adversùs eam.

25. Et cucurrit unus ad oſtia pomarii, & aperuit.

26. Cùm ergo audiſſent clamorem famuli domus in pomario, irruerunt per poſticum ut viderent quidnam eſſet.

VERSIO ANTIQUA.

Ixcif. Cal. ubi ſup.

27..... Et factum eſt in die altero,

28. ut convenit plebs ad virum ejus Joachim, venerunt duo presbyteri pleni iniquæ mentis adversùs Suſannam, ut mortificarent eam.

29. Et dixerunt coram plebe : Mittite ad Suſannam filiam Chelchiam, quæ eſt uxor Joachim. Et miſerunt.

30. Et venit ipſa, & parentes ejus, & omnes cognati ejus.

31. Suſanna autem erat tenera nimiùm, & bonæ formæ.

32. Injuſti autem juſſerunt revelari eam (erat enim velata) ut ſaturarentur formâ ejus.

33. Flebant autem omnes ſui, & cæteri qui videbant eam.

34. Aſſurgentes igitur duo presbyteri in media plebe, poſuerunt manus ſuper caput ejus.

35. Ipſa autem lacrymans aſpexit in cœlum : quoniam erat cor ejus confidens in Domino.

36. Dixerunt autem presbyteri : Ambulantibus nobis in viridario ſolis, intravit hæc cum puellis : & dimiſit puellas, & clauſit oſtia viridarii.

VULGATA NOVA.

27. Poſtquam autem ſenes locuti ſunt, erubuerunt ſervi vehementer : quia nunquam dictus fuerat ſermo hujuſcemodi de Suſanna. Et facta eſt dies craſtina.

28. Cùmque veniſſet populus ad Joakim virum ejus, venerunt & duo presbyteri pleni iniqua cogitatione adversùs Suſannam, ut interficerent eam.

29. Et dixerunt coram populo : Mittite ad Suſannam filiam Helciæ uxorem Joakim. Et ſtatim miſerunt.

30. Et venit cum parentibus, & filiis, & univerſis cognatis ſuis.

31. Porro Suſanna erat delicata nimis, & pulchra ſpecie.

32. At iniqui illi juſſerunt ut diſcooperiretur (erat enim cooperta) ut vel ſic ſatiarentur decore ejus.

33. Flebant igitur ſui, & omnes qui noverant eam.

34. Conſurgentes autem duo presbyteri in medio populi, poſuerunt manus ſuas ſuper caput ejus.

35. Quæ flens ſuſpexit ad cœlum : erat enim cor ejus fiduciam habens in Domino.

36. Et dixerunt presbyteri : Cùm deambularemus in pomario ſoli, ingreſſa eſt hæc cum duabus puellis : & clauſit oſtia pomarii, & dimiſit à ſe puellas.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 20. Concordat Græc. niſi quòd ponit conjunct. ὲγὼ, ante *nemo*, ſicut inf. poſt *videt*.

℣. 21. Ita rurſum Græcè, præter vocem *falſum*, quæ non exprimitur.

℣. 22. Similiter in Græco, excepto verbo ἐστὶν, *eſt*, pro *erit*. Apud Ambroſ. l. de fug. ſæc. c. 9. col. 438. f. *Anguſtiæ mihi adſunt undique : ſi enim hoc fecero, morte æterna peribo : ſin autem, non effugiam manus veſtras* : vide etiam l. 1. off. to. 2. 4. d. Apud Auguſt. ſer. 343. to. 5. 1323. c. *Anguſtiæ mihi undique : ſi enim hoc fecero, mors mihi eſt : ſi autem non fecero, non effugiam manus veſtras* : & ſer. 359. col. 1401. b. alludens dicit : *Si conſentio vobis, pereo Deo : ſi non conſentio, non effugio manus veſtras.*

℣. 23. Hieron. in comm. prolato Vulgatæ ℣. *Sed melius mihi eſt abſque opere*, &c. ſtatim addit : *In Græco non hab.* αἱρετώτερον, *id eſt*, melius, *ſed* αἱρετὸν, *quod* bonum *interpretari poſſumus. Unde eleganter non dixit* : Melius mihi eſt incidere in manus iniquorum presbyterorum, quàm peccare in conſp. Domini : *ne videretur comparatione peccati, quod non erat bonum, hoc appellare melius.* Sed bonum eſt, *inquit*, mihi non facere malum, & incidere in manus veſtras, ne peccem in conſpectu Domini. *Non ergo per comparationem legendum eſt* : Melius mihi eſt incidere in manus veſtras, quàm peccare in conſpectu Domini : *ſed abſolutè* : Bonum mihi eſt non facere malum, & incidere in manus veſtras, ne peccem in conſpectu Domini. Attamen hodie in Græco legimus : Αἱρετώτερόν μοι ἐστὶ μὴ πράξασαι ἐμπεσεῖν εἰς τὰς χεῖρας ὑμῶν, ἢ ἁμαρτεῖν, &c. Item ap. Auguſt. ſer. 343. to. 5. 1323. d. *Melius eſt autem mihi manus veſtras non evadere, quàm in conſpectu Dei peccare* : & ſer. 359. col. 1401. b. *Melius autem eſt in manus veſtras incidere, quàm Deo periro* : & l. de ſ. virginit. to. 5. 349. d. *Melius eſt mihi incidere in manus veſtras, quàm peccare in conſpectu Dei.*

℣. 27. Græc..... Καὶ ἐγένετο τῇ ἐπαύριον.

℣. 28. Similia Græc. exhibet, niſi excipias vocem ἀνοίας, loco *mentis* ; mel. *cogitationis.*

℣. 29. Sic iterum Græcè, præter hoc ult. οἱ δὲ ἀπέστειλαν, *illi autem miſerunt*, loco ℣ *miſerunt*, quod idem ſonat.

℣. 30. Græcè, poſt *parentes ejus*, ſequitur, ὲγὼ τὰ τέκνα αὐτῆς, ℣ *filii ejus* ; cæt. ut ſupra.

℣. 31. Sic eſt in Græco, præter hoc ult. καλὴ τῷ εἴδει, *pulchra ſpecie*, loco *bonæ formæ* ; item ℣. ſeq. τῇ καλλονῇ, pro *formâ*.

℣. 32. Similiter in Græco. Huc etiam redit quod ait Tertul. de corona mil. c. 4. p. 289. c. *Suſanna in judicio revelata, argumentum velatæ præſtat.*

℣. 33. Sic iterum Græcè, præter vocem πάντες, *omnes*, loco *cæteri.*

℣. 34. Conſonat Græc. ad verbum.

℣. 35. Sic etiam in Græco. Vide ſis Ambr. l. de fug. ſæc. c. 9.

℣. 36. Similia prorſus in Græco, præmiſſa voce *duabus*, iſti, *puellis* ; hoc autem, ℣ *dimiſit puellas*, extremò legitur ut in Vulg. in Mſ. verò Alex. præponitur ut

Digitized by Google

Vulgata nova.

37. Venitque ad eam adoleſcens, qui erat abſconditus, & concubuit cum ea.

38. Porro nos cùm eſſemus in angulo pomarii, videntes iniquitatem, cucurrimus ad eos, & vidimus eos pariter commiſceri.

39. Et illum quidem non quivimus comprehendere, quia fortior nobis erat, & apertis oſtiis exſilivit:

40. hanc autem cùm apprehendiſſemus, interrogavimus, quiſnam eſſet adoleſcens, & noluit indicare nobis: hujus rei teſtes ſumus.

41. Credidit eis multitudo, quaſi ſenibus & judicibus populi, & condemnaverunt eam ad mortem.

42. Exclamavit autem voce magna Suſanna, & dixit: Deus æterne, qui abſconditorum es cognitor, qui noſti omnia antequam fiant,

43. tu ſcis quoniam falſum teſtimonium tulerunt contra me: & ecce morior, cùm nihil horum fecerim, quæ iſti malitiosè compoſuerunt adversùm me.

44. Exaudivit autem Dominus vocem ejus.

45. Cùmque duceretur ad mortem, ſuſcitavit Dominus ſpiritum ſanctum pueri junioris, cujus nomen Daniel:

46. Et exclamavit voce magna: Mundus ego ſum à ſanguine hujus.

47. Et converſus omnis populus ad eum, dixit: Quis eſt iſte ſermo, quem tu locutus es?

48. Qui cùm ſtaret in medio eorum, ait: Sic fatui filii Iſraël, non judicantes, neque quod verum eſt cognoſcentes, condemnaſtis filiam Iſraël?

49. Revertimini ad judicium, quia falſum teſtimonium locuti ſunt adversùs eam.

50. Reverſus eſt ergo populus cum feſtinatione, & dixerunt ei ſenes: Veni, & ſede in medio noſtrûm, & indica nobis: quia tibi Deus dedit honorem ſenectutis.

51. Et dixit ad eos Daniel: Separate illos ab invicem procul, & dijudicabo eos.

52. Cùm ergo diviſi eſſent alter ab altero, vocavit unum de eis, & dixit ad eum: Inveterate dierum malorum, nunc venerunt peccata tua, quæ operabaris priùs;

53. judicans judicia injuſta, innocentes opprimens, & dimittens noxios, dicente Domino: Innocentem & juſtum non interficies. *Exod. 23. 7.*

Versio antiqua.

37. Et venit ad eam juvenis, qui erat abſconditus, & concubuit cum ea. *Lucif. Cal. ubi ſup.*

38. Nos autem cùm eſſemus in angulo viridarii, videntes iniquitatem, accurrimus ad eos, & vidimus concurrentes eos.

39. Illum quidem non potuimus apprehendere, quòd fortior nobis eſſet, & quòd aperiens oſtia proſilierit:

40. hanc autem apprehenſam interrogavimus, quis eſſet juvenis, & noluit nobis dicere: hæc conteſtamur.

41. Et credidit eis omnis ſynagoga, ut preſbyteris plebis & judicibus, & damnaverunt ut moreretur.

42. Exclamavit autem Suſanna voce magna, & dixit: Deus æternus, qui occultorum cognitor es, qui ſcis omnia ante generationem eorum,

43. tu ſcis quoniam falſum teſtimonium adversùm me dixerunt: & ecce morior, quæ nihil feci horum, quæ hi maligni finxerunt adversùm me.

44. Et exaudivit Deus vocem ejus.

45. Et cùm duceretur ut periret, excitavit Deus ſpiritum ſanctum pueri adoleſcentis, cui nomen erat Daniel:

46. Et exclamavit voce magna: Mundus ego à ſanguine hujus.

47. Et converſa eſt omnis plebs ad eum, & dixerunt: Quis eſt iſte ſermo, quem tu locutus es?

48. At ille ſtans in medio eorum, dixit: Sic ſtulti Iſraël, non interrogantes, neque verum cognoſcentes, damnaſtis filiam Iſraël?

49. Redite in judicium: falſum enim teſtimonium adversùm eam dixerunt.

51..... Separate eos ab alterutro..... *Lucif. Cal. ubi ſup. p. 204. e.*

52..... & vocavit unum ex illis, & dixit ad illum: Inveterate dierum malorum, nunc advenere peccata tua, quæ ante faciebas:

53. judicans judicia injuſta, & innocentes quidem damnabas, nocentes autem dimittebas, dicente Domino: Innocentem & juſtum non occides.

Notæ ad Versionem antiquam.

ſupra.

℣. 37. Itidem Græcè. Aug. etiam quæſt. 78. in Exod. to. 3. 447. d. legit: *Venit ad eam adoleſcens, qui erat in latenti abſconditus, & concubuit cum ea.*

℣. 38. Ita de Græco, niſi hoc ult. exceperis, *vidimus concurrentes eos*, pro quo ἰδόντες ζυγκυρούντας αὐτούς, ut in Vulg.

℣. 39. Vix meliùs è Græco.

℣. 40. Ita fert Græc. excepto verbo ἀγγεῖλαι, *indicare*, pro *dicere*; item ſupra, ἐπιλαζόμενοι, *cùm apprehendiſſemus*, loco *apprehenſam*.

℣. 41. Similiter in Græco, detracta voce *omnis*.

℣. 42. Sic iterum Græcè. Item ap. Hilar. l. 4. de Trin. col. 831. a. *Deus æternus, abſconditorum cogniter, ſciens omnia ante generationem eorum.* Apud Victor. Vit. l. 3. de perſ. Afr. p. 43. a. *Deus qui occultorum cognitor es, qui præſcius es omnium antequam naſcantur.* Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 735. f. *Deus æternus, qui occulterum es cognitor, qui noſti omnia antequam naſcantur.* Fulg. l. 1. de verit. prædeſt. c. 7. p. 441. *Deus qui occultorum es cogniter, qui ſcis omnia antequam fiant:* itidem ep. 14. p. 131.

℣. 43. Ita de Græco, verbum è verbo. Ambroſ. lib. de Tob. c. 20. col. 617. e. *tu ſcis quia falſa dixerunt de me:* & epiſt. 37. col. 938. c. *tu ſcis quia falſum teſtimonium adversùs me dicunt.* Vigilius Tapſ. l. cont. Varimad. p. 735. f. *tu ſcis quia falſum teſtimonium hi dicunt adversùm me.*

℣. 44. Ita in Græco, excepta voce Κύριος, loco *Deus:* at in Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. ὁ Θεός. Ap. Ambroſ. l. 3. de Spir. S. col. 672. e. *Exaudivit Dominus vocem ejus.*

℣. 45. Sic etiam in Græco, detracto verbo *erat*. Item ap. Ambr. l. 3. de Spir. S. col. 672. e. *Cùm duceretur ut periret, & excitavit Dominus ſpiritum ſanctum pueri adoleſcentis, cui nomen Daniel.*

℣. 46. Itidem Græcè, niſi excipiatur vox ἀθῶος, *innocens*; at in Mſ. Alex. & Compl. καθαρὸς, *mundus*, ut ſupra.

℣. 47. Conſonat Græc. ad verbum.

℣. 48. Græcè additur vox υἱοὶ, *filii*, ad hanc, *ſtulti*, ſed in ed. Ald. ſimpliciter, οἱ; ſubinde τὸ Ϛαρές, pro *verum*; ad litt. *quod perſpicuum eſt*, vel *manifeſtum*; cæt. ut in textu.

℣. 49. Concordat Græcum, addita voce τοῦτο, *iſti*, poſt hoc, *falſum enim*. Zeno quoque Veron. l. 2. tract. 16. p. 193. legit: *Revertimini ad judicium: falſum enim iſti conteſtati ſunt de ea.*

℣. 51. Sic eſt in Græco.

℣. 52. Græcè præmittuntur iſta: Ὡς δὲ διεχωρίθησαν εἷς ἀπὸ τοῦ ἑνὸς, ἐκάλεσε, &c. i. e. *Cùmque diviſi eſſent alter ab altero, vocavit*; reliqua ut in textu. Item ap. Iren. l. 4. c. 26. p. 262. d. *Inveterate dierum malorum, nunc advenerunt peccata tua, quæ faciebas antea.*

℣. 53. Eadem Græc. exhibet, præter verba, καλακρί-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Lucif. Cal. ubi sup. 54. Nunc tamen hanc si vidisti, dic sub qua arbore vidisti eos tractantes. Et dixit: Sub lentisco.

55. Dixit autem Daniel: Rectè mentitus es in caput tuum: Jam enim Angelus Domini accipiens præceptum à Deo, secabit te medium.

56. Et cùm removisset illum, jussit admoveri alterum, & dixit ad eum: Semen Chanaan, & non Juda, species seduxit te, & concupiscentia evertit cor tuum:

57. sic faciebatis filiabus Israël, & illæ quidem timentes concumbebant vobiscum: sed non sustinuit filia Juda injustitiam vestram.

58. Nunc autem dic mihi, sub qua arbore comprehendisti eos invicem tractantes. Respondit: Sub ilice.

59. Dixit autem illi Daniel: Rectè mentitus es & tu in caput tuum: manet etenim Angelus Dei, gladium habens, ad secandum te medium, ut vos perdat.

60. Et exclamavit omnis synagoga voce magna, & benedixit Deum, qui salvos facit sperantes in eum.

61. Et surrexerunt adversùs duos presbyteros (quoniam comprobaverat eos Daniel ex ore ipsorum falsos testes) & fecerunt illis quemadmodum ipsi malè proximo facere voluerunt,

62. secundùm legem Moysi: & occiderunt, & salvus factus est sanguis innocentis in illo die.

VULGATA NOVA.

54. Nunc ergo si vidisti eam, dic sub qua arbore videris eos colloquentes sibi. Qui ait: Sub schino.

55. Dixit autem Daniel: Rectè mentitus es in caput tuum: Ecce enim Angelus Dei accepta sententia ab eo, scindet te medium.

56. Et, amoto eo, jussit venire alium, & dixit ei: Semen Chanaan, & non Juda, species decepit te, & concupiscentia subvertit cor tuum:

57. sic faciebatis filiabus Israël, & illæ timentes loquebantur vobis: sed filia Juda non sustinuit iniquitatem vestram.

58. Nunc ergo dic mihi, sub qua arbore comprehenderis eos loquentes sibi. Qui ait: Sub prino.

59. Dixit autem ei Daniel: Rectè mentitus es & tu in caput tuum: manet enim Angelus Domini, gladium habens, ut secet te medium, & interficiat vos.

60. Exclamavit itaque omnis cœtus voce magna, & benedixerunt Deum, qui salvat sperantes in se.

61. Et consurrexerunt adversùs duos presbyteros (convicerat enim eos Daniel ex ore suo falsum dixisse testimonium) feceruntque eis sicut malè egerant adversùs proximum,

62. ut facerent secundùm legem Moysi: & interfecerunt eos, & salvatus est sanguis innoxius in die illa. *Deuter. 9. 19.*

VULGATA NOVA.

63. Helcias autem & uxor ejus laudaverunt Deum pro filia sua Susanna, cum Joakim marito ejus, & cognatis omnibus, quia non esset inventa in ea res turpis.

64. Daniel autem factus est magnus in conspectu populi, à die illa, & deinceps.

65. Et rex Astyages appositus est ad patres suos, & suscepit Cyrus Persæ regnum ejus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

νων..... ἀπολύων, damnans..... dimittens, loco *damnabas..... dimittebas*. Similiter ap. Iren. l. 4. c. 26. p. 262. d. *judicans judicia injusta, & innocentes quidem damnabas, dimittebas verò nocentes, dicente Domino: Innocentem & justum non occides.*

℣. 54. Græc. habet *οὖν, igitur*, pro *tamen*; paulòque post, *ὁμιλοῦντας ἀλλήλοις*, loco *tractantes*; & pro *lentisco*, *χίνον*; cæt. ut supra. August. quæst. 78. in Exod. to. 3. 447. e. legit: *Sub qua arbore vidisti eos colloquentes?* De his autem Hieron. in comment. col. 1136. ita disserit: *Quia Hebræi reprobant historiam Susannæ, dicentes eam in Danielis volumine non haberi, diligenter debemus inquirere nomina σχίνου, & πρίνου, quæ Latini* ilicem, & lentiscum *interpretantur; si sint apud Hebræos, & quam habeant etymologiam, ut à χίνω*, scissio, & *à πρίνω*, sectio, *sive* serratio *dicatur linguâ eorum: quòd si non fuerit inventum, necessitate cogemur & nos eorum acquiescere sententiæ, qui Græci tantùm sermonis hanc volunt esse πεφυκυῖαν, quæ Græcam habeat tantùm etymologiam, & Hebraïcam non habeat.* Vide etiam quæ ex Hieron. descripsimus initio hujus cap.

℣. 55. Consonat Græc. Vat. nisi quòd hab. *φάσιν Θεοῦ λαβὼν παρὰ τοῦ Θεοῦ*, loco *Domini accipiens præceptum à Deo*; Ms. verò Alex. cum edd. Ald. & Compl. *τοῦ Θεοῦ λαβὼν φάσιν παρὰ τοῦ Θεοῦ*.

℣. 56. Similia Græc. habet. Iren. etiam l. 4. c. 26. p. 262. d. legit: *Semen Chanaan, & non Juda, species seduxit te, & concupiscentia evertit cor tuum.* Apud Hilar. verò in Ps. 52. col. 92. b. ita: *Non semen Abrahæ, sed semen Chanaan, & non Juda.* Ap. Aug. quæst. 78. in Exod. to. 3. 447. e. *Semen Chanaan, & non Juda, species delectavit te, & illa concupiscentia evertit cor tuum.*

℣℣. 57. 58. Hæc pauca variant Græcè: nempe deest adv. *quidem*, ante *timentes*; dein loco *concumbebant vobiscum*, habetur *ὡμίλουν ὑμῖν*; paulòque post, pro *autem*, legitur *οὖν, igitur*; extremò, *Ὁ δὲ εἶπεν· Ὑπὸ πρίνου, Ille autem dixit: Sub prino.* Vide Hieron. sup. Not. * initio hujus cap. August. quæst. 78. in Exod. to. 3. 447. e. hæc habet: *sic enim faciebatis filiabus Israël, sed illa timentes acquiescebant vobis:* tum addit: *Græcus autem habet, ὡμίλουν ὑμῖν, quod posset Latinè, verbum è verbo, dici*, loquebantur vobis, *quo significaretur* concubitus; *nam ubi dicitur:* Sub qua arbore comprehendistis eos? *Græcus habet*, comprehendistis eos colloquentes invicem, & *illic significatur concubitus.* Græcè nunc, *καθίλαβες, comprehendisti*, non *comprehendistis.*

℣. 59. Similia prorsus in Græco.

℣. 60. Consonat Græc. nisi quòd hab. *εὐλόγησαν, benedixerunt*, non *benedixit.*

℣. 61. Eadem leguntur Græcè, nisi excipias ista, *Συνίστων αὐτὸς..... ψευδομαρτυρήσαντας, convicit eos..... falsum dixisse testimonium*, pro *comprobaverat eos... falsos testes*; ultimòque, *ἐποιμεύσαντο τῷ πλησίον, malè egerunt adversùs proximum*, absque præced. *ipsi.*

℣. 62. Græc. initio hab. *ποιῆσαι κατὰ τὸν νόμον Μωυσῆ, ut facerent secundùm legem Moysi*; additque *αὐτὸς*, ad verbum *occiderunt*; exinde loco *innocentis*, sic, *ἀναίτιον, innoxius*; cæt. ut supra.

Digitized by Google

*CAPUT XIV.

Vulgata nova.

1. ERat autem Daniel conviva regis, & honoratus ſuper omnes amicos ejus.

1... *Vide Not.*

2. Erat quoque idolum apud Babylonios nomine Bel : & impendebantur in eo per dies ſingulos ſimilæ artabæ duodecim, & oves quadraginta, vinique amphoræ ſex.

Vulgata nova.

3. Rex quoque colebat eum, & ibat per ſingulos dies adorare eum : porro Daniel adorabat Deum ſuum. Dixitque ei rex : Quare non adoras Bel ?

Versio antiqua.

3..... Quare non adoras Bel ? *Irem. l. 4. c. 5. p. 232. b.*

4. Qui reſpondens ait ei : Quia non colo idola manufacta, ſed viventem Deum, qui creavit cœlum & terram, & habet poteſtatem omnis carnis.

4..... Quoniam non colo idola manufacta, ſed vivum Deum, qui conſtituit cœlum & terram, & habet omnis carnis dominationem.

Vulgata nova.

5. Et dixit rex ad eum : Non videtur tibi eſſe Bel vivens Deus ? An non vides quanta comedat & bibat quotidie ?

5... *& ſeqq. Vide Not.*

6. Et ait Daniel arridens : Ne erres rex : iſte enim intrinſecus luteus eſt, & forinſecus æreus, neque comedit aliquando.

7. Et iratus rex vocavit ſacerdotes ejus, & ait eis : Niſi dixeritis mihi, quis eſt qui comedat impenſas has, moriemini.

8. Si autem oſtenderitis, quoniam Bel comedat hæc, morietur Daniel, quia blaſphemavit in Bel. Et dixit Daniel regi : Fiat juxta verbum tuum.

9. Erant autem ſacerdotes Bel ſeptuaginta, exceptis uxoribus, & parvulis, & filiis. Et venit rex cum Daniele in templum Bel.

10. Et dixerunt ſacerdotes Bel : Ecce nos egredimur foras : & tu rex pone eſcas, & vinum miſce, & claude oſtium, & ſigna annulo tuo :

11. & cùm ingreſſus fueris manè, niſi inveneris omnia comeſta à Bel, morte moriemur, vel Daniel qui mentitus eſt adversùm nos.

12. Contemnebant autem, quia fecerant ſub menſa abſconditum introitum, & per illum ingrediebantur ſemper, & devorabant ea.

13. Factum eſt igitur poſtquam egreſſi ſunt illi, rex poſuit cibos ante Bel : præcepit Daniel pueris ſuis, & attulerunt cinerem, & cribravit per totum templum coram rege : & egreſſi clauſerunt oſtium : & ſignantes annulo regis abierunt.

14. Sacerdotes autem ingreſſi ſunt nocte juxta conſuetudinem ſuam, & uxores, & filii eorum : & comederunt omnia, & biberunt.

15. Surrexit autem rex primo diluculo, & Daniel cum eo.

16. Et ait rex : Salvane ſunt ſignacula, Daniel ? Qui reſpondit : Salva, rex.

17. Statimque cùm aperuiſſet oſtium, intuitus rex menſam, exclamavit voce magna : Magnus es Bel, & non eſt apud te dolus quiſquam.

18. Et riſit Daniel : & tenuit regem ne ingrederetur intro : & dixit : Ecce pavimentum, animadverte cujus veſtigia ſint hæc.

19. Et dixit rex : Video veſtigia virorum, & mulierum, & infantium. Et iratus eſt rex.

20. Tunc apprehendit ſacerdotes, & uxores, & filios eorum : & oſtenderunt ei abſcondita oſtiola, per quæ ingrediebantur, & conſumebant quæ erant ſuper menſam.

21. Occidit ergo illos rex, & tradidit Bel in poteſtatem Danielis : qui ſubvertit eum, & templum ejus.

22. Et erat draco magnus in loco illo, & colebant eum Babylonii.

23. Et dixit rex Danieli : Ecce nunc non potes dicere quia iſte non ſit Deus vivens : adora ergo eum.

24. Dixitque Daniel : Dominum Deum meum adoro : quia ipſe eſt Deus vivens : iſte autem non eſt Deus vivens.

25. Tu autem rex da mihi poteſtatem, & interficiam draconem abſque gladio & fuſte. Et ait rex : Do tibi.

26. Tulit ergo Daniel picem, & adipem, & pilos, & coxit pariter : fecitque maſſas, & dedit in os draconis, & diruptus eſt draco. Et dixit : Ecce quem colebatis.

27. Quòd cùm audiſſent Babylonii, indignati ſunt vehementer : & congregati adversùm regem, dixerunt : Judæus factus eſt rex : Bel deſtruxit, draconem in-

Notæ ad Versionem antiquam.

* De hac Belis & draconis narratione idem judicandum ac de Suſannæ hiſtoria : vide quæ de his fragmentis hiſtoricis diximus ſup. initio capitis 13. Belis hiſtoria commemoratur à Tertulliano, l. de idolis, c. 18. p. 245. a. & ab Ambroſio, l. 1. de Jacob, c. 8. col. 457. b. quibus adjungendi Irenæus, & Cyprianus, ut & Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 35. quorum hîc proferuntur teſtimonia.

¥. 1. Hieron. præf. in Dan. to. 3. col. 1074. b. *Juxta LXX. Interpretes*, inquit, *in titulo ejuſdem Belis fabula ponitur : Homo quidam erat ſacerdos, nomine Daniel, filius Abda, conviva regis Babylonis.* Sed in Gr. hodierno, ſeu Translatione Gr. Theodotionis ita legitur : Καὶ ἦν Δανιὴλ συμβιωτὴς τῦ βασιλέως, ἐν ἐνδόξος ὑπὲρ πάντας τὲς φίλυς αὐτῦ· quæ Vulgatæ conſonant, ut & alia ſubſeqq. pauciſſimis exceptis.

¥. 3. Sic eſt in Græco.

¥. 4. Similiter Græcè. Item apud Cypr. ep. ad Fortunat. p. 269. b. *Nihil colo ego, ni Dominum Deum meum, qui condidit cœlum & terram.*

¥. 5. & ſeqq. Auctor l. de promiſſ. p. 2. c. 35. apud Proſp. p. 164. c. totum pene caput his paucis complectitur : « Bel quippe idolum, quod omnes Babylonii ſimul cum rege cultui habebant, magnos & regios apparatus « velut quotidie comedens, quos ſacerdotes cum ſuis, per « occultum intrantes oſtium, conſumebant. Daniel eorum « fraudem ſubtili arte demonſtrans, ſeri in pavimento tem- « pli cinerem ſuis præcepit. Signatis igitur foribus annulo « regis, in poſterum diem venientibus, non illa ab illo fig- « mento conſumi, virorum ac mulierum impreſſa veſtigia « demonſtrarunt. Confeſſione etiam ſacerdotum occultum eſt « illud oſtium proditum, per quod introeuntes omnia devo- « rabant. Confracto itaque regia juſſione figmento, Dra- « conem, quem ſimul ut divinum ſuſpiciebant, ſine gladio « & fuſte ita peremit Daniel, quemadmodum ſciebat cor- « ruptibilem poſſe corrumpi, docens & oſtendens unum & « ſolum verum Deum eſſe colendum..... In lacum leonum « Babylonii devorandum Prophetam miſerunt ; nec defuit « divina potentia, quæ & cuſtodiam ſolitam ſuo, & prandium per ejus ſocium miniſtraret incluſo : cujus ob meritum gratiæ ferales leonum impetus in ovium manſuetudinem commutavit. Educto itaque Daniele, cùm rex miraretur illæſum, inimici ejus in eſcam leonum dati ſunt « ut perirent. »

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

terfecit, & ſacerdotes occidit.

28. Et dixerunt cùm veniſſent ad regem : Trade nobis Danielem, alioquin interficiemus te, & domum tuam.

29. Vidit ergo rex quòd irruerent in eum vehementer : & neceſſitate compulſus tradidit eis Danielem.

30. Qui miſerunt eum in lacum leonum, & erat ibi diebus ſex.

31. Porro in lacu erant leones ſeptem, & dabantur eis duo corpora quotidie, & duæ oves : & tunc non data ſunt eis, ut devorarent Danielem.

32. Erat autem Habacuc propheta in Judæa, & ipſe coxerat pulmentum, & intriverat panes in alveolo : & ibat in campum ut ferret meſſoribus.

33. Dixitque Angelus Domini ad Habacuc : Fer prandium, quod habes, in Babylonem Danieli, qui eſt in lacu leonum.

34. Et dixit Habacuc : Domine, Babylonem non vidi, & lacum neſcio.

Ezech. 8. 3. 35. Et apprendit eum Angelus Domini in vertice ejus, & portavit eum capillo capitis ſui, poſuitque eum in Babylone ſupra lacum in impetu ſpiritus ſui.

36. Et clamavit Habacuc, dicens : Daniel ſerve Dei, tolle prandium, quod miſit tibi Deus.

37. Et ait Daniel : Recordatus es mei Deus, & non dereliquiſti diligentes te.

38. Surgenſque Daniel comedit. Porro Angelus Domini reſtituit Habacuc confeſtim in loco ſuo.

39. Venit ergo rex die ſeptimo ut lugeret Danielem : & venit ad lacum, & introſpexit, & ecce Daniel ſedens in medio leonum.

40. Et exclamavit voce magna rex, dicens : Magnus es Domine Deus Danielis. Et extraxit eum de lacu leonum.

41. Porro illos, qui perditionis ejus cauſa fuerant, intromiſit in lacum, & devorati ſunt in momento coram eo.

42. Tunc rex ait : Paveant omnes habitantes in univerſa terra Deum Danielis : quia ipſe eſt ſalvator, faciens ſigna & mirabilia in terra : qui liberavit Danielem de lacu leonum.

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore FRANCISCO LUCA Brugenſi.

DANIEL.

CAP. III. ℣. 23. Tibi Deus patrum noſtrorum confiteor. *Alii pro* noſtrorum, *ſcribunt* meorum.

℣. 27. Sapientes, magi, arioli, & aruſpices. *Non praponas & voci* arioli.

℣. 29. In ſtrato tuo. *Non ſcribas* ſtratu *quarta declinatione.*

℣. 39. Et poſt te conſurget regnum aliud minus te, argenteum. *Non facilè omittas τὸ* argenteum.

℣. 41. Partem teſtæ figuli. *Pro ſubſtantivo* teſtæ *non ſubſtituas adjectivum* teſteam.

CAP. III. ℣. 7. Et ſymphoniæ, & omnis generis muſicorum. *Non omittas prius &c.*

℣. 12. Super opera regionis Babylonis. *Alii libri habent* Babyloniæ.

℣. 14. Et ſtatuam auream quam conſtitui. *Quidam libri legunt* erexi *pro* conſtitui.

℣. 31. In vero judicio feciſti. *Non omittas præpoſitionem* in.

℣. 44. Confundantur in omni potentia tua. *Etiam prototypon Græcum duas habet dictiones*, omni potentia ; *& quanquam non addat pronomen* tua, *viſum eſt tamen Correctoribus addendum eſſe.*

℣. 52. Et laudabilis, & glorioſus, & ſuperexaltatus in ſæcula. *Non putarunt Correctores omittendum eſſe* & glorioſus, *quamvis Græcè non addatur.*

℣. 67. Benedicite frigus & æſtus Domino. *Legendum eſt* æſtus, *oppoſitum frigoris ; non* æſtas, *oppoſitum hiemis.*

℣. 92. Reſpondit & ait. *Non addas* rex, *ſed ſubaudias.*

℣. 100. Et regnum ejus regnum ſempiternum. *Non omittas* regnum *ſecundo loco repetitum.*

Sequitur : Et poteſtas ejus in generationem & generationem. *Non mutes priorem accuſativum in ablativum* generatione.

CAP. IV. ℣. 2. Et cogitationes meæ in ſtrato meo. *Non ſcribas* ſtratu *quarta declinatione, ſed* ſtrato *ſecunda.*

℣. 6. Quoniam ego ſcio. *Quidam libri mutant conjunctionem* quoniam *in relativum* quem.

℣. 25. Omnia hæc venerunt. *Non omittas pronomen* hæc.

℣. 27. Nonne hæc eſt Babylon magna. *Non addas* civitas.

℣. 31. Et regnum ejus in generationem & generationem. *Non mutes accuſativos in ablativos* generatione & generatione.

CAP. V. ℣. 1. Baltaſſar rex. *Codices manuſcripti ſcribunt hoc modo, ſecuti Interpretes LXX. codices impreſſi, mutato* t *aut* th *in* ſ, *ferè habent* Balſaſar, *ſecuti textum Chaldæum.*

℣. 3. Tunc allata ſunt vaſa aurea & argentea. *Non facilè omittas* & argentea.

℣. 23. Qui habet flatum tuum in manu ſua. *Cave pro* flatum, *quod eſt ſpiritum, ſcribas* ſtatum.

℣. 24. Articulus manus quæ ſcripſit hoc. *Alii ſcribunt maſculinum* qui *pro feminino* quæ.

CAP. VI. ℣. 4. Quærebant occaſionem ut invenirent Danieli ex latere regis. *Triplex eſt hoc loco variorum codicum error. Quidam collocant vocem* occaſionem *poſt verbum* invenirent ; *quidam pro dativo* Danieli *ſcribunt accuſativum* Danielem, *proque* invenirent, *ferè* auferrent *vel* evellerent ; *denique quidam pro* regis, *legunt* regni. *Et quanquam Chaldaicè ſit* regni, *exemplaria tamen manuſcripta loquuntur ab Interprete verſum eſſe* regis.

℣. 24. Qui accuſaverant Danielem. *Præteritum pluſquam perfectum præferendum eſt perfecto.*

CAP. VII. ℣. 22. Et judicium dedit ſanctis Excelſi. *Manuſcripti libri ſcribunt genitivum ſingularem* Excelſi, *qui non eſt mutandus in dativum pluralem* excelſis, *quod faciunt impreſſi quidam codices.*

CAP. VIII. ℣. 2. Cùm eſſem in Suſis. *Alii libri, præſertim typis excuſi, ſervata terminatione Chaldaica, ſcribunt* Suſan.

Ibidem. Quod eſt in Ælam regione. *Pro* regione *non ſubſtituas* civitate.

℣. 4. Cornibus ventilantem contra Occidentem. *Non interjicias* contra Orientem &, *poſt* ventilantem.

℣. 12. Robur autem datum eſt ei. *Non temerè omittas pronomen* ei.

℣. 14. Uſque ad veſperam & manè, dies duo millia trecenti. *Correctores judicarunt addendam vocem* dies, *vel claritatis causâ. Lege Notationes.*

CAP. IX. ℣. 23. Tu ergo animadverte ſermonem. *Melius eſt* ergo *quàm* autem.

CAP. X. ℣. 1. Anno tertio Cyri. *Non facilè interponas vocem* regni *poſt* tertio.

℣. 17. Nihil enim in me remanſit virium. *Non omittas conjunctionem* enim.

℣. 20. Cùm ego egrederer. *Legendum eſt pronomen* ego, *pro conjunctione* ergo, *quæ in pleriſque eſt libris.*

CAP. XI. ℣. 39. Cum Deo alieno quem cognovit. *Non eſt præponenda negatio verbo* cognovit.

℣. 41. Et multæ corruent. *Femininum* multæ *non eſt commutandum cum maſculino* multi.

CAP. XII. ℣. 6. Et dixi viro, qui erat indutus lineis. *Pro prima perſona* dixi, *non temere ſubſtituenda eſt tertia* dixit.

CAP. XIII. ℣. 5. Et conſtituti ſunt de populo duo ſenes judices. *Non omittas τὸ* de populo.

CAP. XIV. ℣℣. 9. 10. In templum Bel. Et dixerunt ſacerdotes Bel. *Alii declinantes ſcribunt* Belis.

℣. 12. Contemnebant autem, quia fecerant. *Legendum eſt* contemnebant *potiùs quàm* confidebant.

℣. 13. Rex poſuit cibos ante Bel. *Correctores, claritatis causâ, omiſerunt &, quod multi libri præponunt voci* Rex.

℣. 24. Iſte autem non eſt Deus vivens. *Non cenſuerunt*

Digitized by Google

Patres omittenda l[illegible]a, quamvis ab aliis exemplaribus Græce conformiter [illegible]ur.

℣. 36. Dani[illegible] : Dei, tolle prandium. *Idem judicium eſt de hoc*, [illegible] : et.

℣. 37. Et n[illegible]iquiſti diligentes te. *Præferendum eſt* diligentes, [illegible] *quidam legunt* quærentes, *aliunde, veriſimile eſt*, [illegible]*pro.*

℣. 39. Et e[illegible]ce Daniel ſedens in medio leonum. *Eadem ratio habenda eſt hujus*, in medio leonum, *quæ illius de quo ſupra* ℣. 24.

℣. 40. Et extraxit eum de lacu leonum. *Similiter & hujus*, de lacu leonum.

℣. 42. Tunc rex ait : Paveant omnes habitantes in univerſa terra Deum Danielis : quia ipſe eſt ſalvator, faciens ſigna & mirabilia in terra, qui liberavit Danielem de lacu leonum. *Denique & hujus* 42. *verſus eadem eſt ratio, qui reſpondet eis quæ leguntur ſupra* 6. ℣℣. 26. 27.

Variæ Lectiones VULGATÆ, rurſum ab eodem FRANCISCO LUCA obſervatæ.

DANIEL.

CAP. IV. ℣. 28. Regnum tuum tranſibit à te. *Pro futuro* tranſibit, *complura inſignia Mſs. legunt præteritum* tranſiit, *quod reſpondet Chaldæo prototypo & Græco.*

CAP. IX. ℣. 24. Et impleatur viſio & prophetia. *Alii libri*, pro prophetia, *habent* prophetes, *ſeu* propheta, *ſicuti eſt Hebraïcè & Græcè ; ſed idem unus eſt ſenſus.*

Digitized by Google

CAPITULA OSEE PROPHETÆ,

JUXTA VETER. EDIT. LATINAM EX LXX. INTERP.

Ex Mſs. codd. S. Petri 3. & Vatic. 4220. edita à Joſepho Maria Caro presb. Romæ, 1688.

I. *VAde, & accipe tibi uxorem fornicariam.* c. 1. ℣. 2.

II. *Et erat* (al *erit*) *numerus filiorum Iſraël, ſicut arena maris.* c. 1. ℣. 10.

III. *Ipſa fecit argentea & aurea vaſa.* c. 2. ℣. 8.

IV. *Ego ſeduco* (al *ſeducam*) *eam, & ponam eam tanquam deſertum.* c. 2. ℣. 14.

V. *Et dicam non populo meo : Populus meus es tu.* c. 2. ℣. 24.

VI. *Audite judicium, ad habitantes* (al. *invitantes* f. *inhabitantes*) *terram.* c. 4. ℣. 1.

VII. *Et ego abigam te, ne ſacerdotium agas mihi.* c. 4. ℣. 6.

VIII. *Et erit ſicut populus, ſic & ſacerdos.* c. 4. ℣. 9.

IX. *Propterea proſtrabunt* (al. *proſtrabuntur*) *filii veſtri, & filia veſtra.* c. 4. ℣. 13.

X. *Audite ſacerdotes, & attendite domus Iſraël.* c. 5. ℣. 1.

XI. *Cum ovibus & vitulis ibunt exquirere Dominum.* c. 5. ℣. 6.

XII. *Ipſe leſit, & ſanabit nos : poſt biduo in die tertia reſurgemus.* c. 6. ℣℣. 2. 3.

XIII. *Quoniam miſericordiam volo, & non ſacrificium.* c. 6. ℣. 6.

XIV. *Va illis qui exquiſierunt à me.* c. 7. ℣. 13.

XV. *Propter quod prævaricaverunt* (al. *prævaricarint*) *teſtamentum meum.* c. 8. ℣. 1.

XVI. *Projice vitulum Samariæ.* c. 8. ℣. 5.

XVII. *Argentum eorum interitus poſſidebit.* c. 9. ℣. 6.

XVIII. *Sicut uva in deſerto, invenit Iſraël.* c. 9. ℣. 10.

XIX. *Da illis vulvam qua natos non procreet.* c. 9. ℣. 14.

XX. *Rejecit Samaria regem ſuum ſicut aridamentum.* c. 10. ℣. 7.

XXI. *Serite vobis juſtitiam, & metite fructum vitæ.* c. 10. ℣. 12.

XXII. *Sicut princeps Salmana de domo Hieroboam, matre ſuper filios ſeipſos.* c. 10. ℣. 14.

XXIII. *Non faciam ſecundùm iracundiam indignationis meæ.* c. 11. ℣. 9.

XXIV. *Et in Propheta produxit Dominus Iſraël ex Ægypto.* c. 12. ℣. 13.

XXV. *Et fecerunt ſibi conflatilia ſecundùm figuram idolorum* (al. *idoli.*) c. 13. ℣. 2.

XXVI. *Et dedi* (al. *dedit*) *tibi in indignatione mea.* c. 13. ℣. 11.

XXVII. *Ubi eſt indicium* (f. *judicium*) *tuum, mors? ubi eſt indicium* (al. *judicium*) *tuum, inferne?* c. 13. ℣. 14.

XXVIII. *Non aſcendamus; non jam dicimus : Dii noſtri* (al. add. *eſtis.*) c. 14. ℣. 4.

XXIX. *Quis ſapiens intelligit hæc? impii infirmabuntur.* c. 14. ℣. 10.

Digitized by Google

PROPHETIA

*OSEE.

CAPUT PRIMUM.

VULGATA NOVA.

1. VERBUM Domini, quod factum est ad Oseе filium Beeri, in diebus Oziæ, Joathan, Achaz, Ezechiæ, regum Juda, & in diebus Jeroboam filii Joas regis Israël.

2. Principium loquendi Domino in Oseе: & dixit Dominus ad Oseе: Vade, sume tibi uxorem fornicationum, & fac tibi filios fornicationum: quia fornicans fornicabitur terra à Domino.

3. Et abiit, & accepit Gomer filiam Debelaim: & concepit, & peperit ei filium.

4. Et dixit Dominus ad eum: Voca nomen ejus Jezrahel: quoniam adhuc modicum, & visitabo sanguinem Jezrahel super domum Jehu, & quiescere faciam regnum domus Israël.

5. Et in illa die conteram arcum Israël in valle Jezrahel.

6. Et concepit adhuc, & peperit filiam. Et

VERSIO ANTIQUA.

1. VERBUM Domini, quod factum est ad Oseе filium Beeri, in diebus Oziæ, Joatham, Achaz, Ezechiæ, regum Juda, & in diebus Jeroboam filii Joas regis Israël. *Hieron. comm. in Oseе. 1. to. 3. edit. nov. col. 1237. b. sec. LXX.*

2. Principium verbi Domini ad Oseе: & dixit Dominus ad Oseе: Vade, tolle tibi uxorem fornicationis, & filios fornicationis: quia fornicans fornicabitur terra post Dominum. *col. 1238. 1239.*

3. Et abiit, & accepit Gomer filiam Debelaim: & concepit, & peperit filium. *col. 1240.*

4. Et dixit Dominus ad eum: Voca nomen ejus Jezrael: quia adhuc modicum, & ulciscar sanguinem Jezrael super domum Juda, & quiescere faciam regnum domus Israël.

5. Et in illa die conteram arcum Israël in valle Jezrael. *col. 1241.*

6. Et concepit adhuc, & peperit filiam. Et *col. 1242.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Hieron. in comm. *Oseе*, inquit, *in lingua nostra* salvatorem *sonat*..... *Non enim, ut malè in Græcis codicibus legitur & Latinis*, Ause *dictus est, quod nihil omnino intelligitur, sed* Oseе, *id est*, salvator; *& additum est ejus nomini* Dominus, *ut* salvator Domini *diceretur.*

℣. 1. Ita in Gr. Vat. præter conjunct. καὶ, quæ præponitur nominibus *Joatham, Achaz, & Ezechiæ*; abest autem conjunctio ista triplex ab ed. Compl. Apud August. l. 18. de civit. Dei, c. 27. to. 7. 508. d. sic: *Verbum Domini, quod factum est ad Oseе in diebus Oziæ, & Joathan, & Achaz, & Ezechiæ, regum Juda.*

℣. 2. Similiter in Gr. præter hoc, ἐν Ὡσέ, *in Oseе*, pro 1. *ad Oseе*; Mſ. tamen Alex. cum ed. Compl. hab. πρὸς Ὡσέ. August. l. 22. cont. Faust. to. 8. 416. d. *dixit Dominus ad Oseе: Vade, & accipe tibi uxorem fornicationis, & fac filios de fornicatione: quoniam fornicans fornicabitur terra à Domino:* & sup. col. 410. d. *accipe tibi uxorem fornicariam, & fac filios de fornicaria.* Similiter Ambr. l. de apol. Dav. col. 726. a. *Vade, accipe tibi uxorem fornicariam.* Iren. l. 4. c. 20. p. 257. a. *uxorem fornicationis: quoniam fornicando fornicabitur terra à Domino.* Hieron. ubi sup. ait: *Verbum Hebr.* zanunim, *non* fornicariam & fornicationem, *ut plerique æstimant, sed* multas fornicationes *sonat.*

℣. 3. Sic est in Gr. additâ voculâ αὐτῷ, verbo *peperit*; Compl. delet αὐτῷ. August. l. 22. cont. Faust. to. 8. 416. d. ad verbum è Gr. *Et abiit, & accepit Gomer filiam Debelaim: & concepit, & peperit ei filium.*

℣. 4. Itidem Græcè. Hieron. ibid. ad nomen *Jehu*, quod est in Vulg. nostra, addit, *sive, ut malè error obtinuit*, Juda: & infra 1241. b. *Pro* Jehu, *in editione Vulgata legitur* Juda; *sed hoc mihi videtur non vitio LXX. Interpretum, sed* scripturum *ineleviſſe imperitiâ, qui ignorantes* Jehu, *quod* magis tritum *erat* scripserunt Juda: & verò Mſ. Barberin. qui intra textum præfert Ἰούδα, in margine hab. Ἰού. August. l. 22. cont. Faust. to. 8. 416. d. *Et dixit Dominus ad eum: Voca nomen ejus Jezrahel: quoniam adhuc modicum, & visitabo sanguinem Jezrahel super domum Juda, & quiescere faciam, & avertam regnum domûs Israël.*

℣. 5. Hieron. relato Vulgatæ nostræ versiculo, subdit: *LXX. similiter.* Græc. tamen initio habet: Καὶ ἔσται, dein, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, &c. ut in Lat. August. quoque l. 22. cont. Faust. col. 416. d. *Et erit, in illa die conteram arcum Israël in valle Jezrahel.*

℣. 6. Eadem leguntur Græcè, nisi id excipiatur, Οὐκ

Digitized by Google

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Hieron. ubi ſup. dixit ei : Voca nomen ejus Abſque miſericordia : quia nequaquam addam ultra miſereri domui Iſraël, ſed adverſans adverſabor eis.	dixit ei : Voca nomen ejus Abſque miſericordia : quia non addam ultra miſereri domui Iſraël, ſed oblivione obliviſcar eorum.
7. Filiorum autem Juda miſerebor, & ſalvabo eos in Domino Deo ſuo : & non ſalvabo eos in arcu, neque in gladio, neque in bello, neque in equis, neque in equitibus.	7. Et domui Juda miſerebor, & ſalvabo eos in Domino Deo ſuo : & non ſalvabo eos in arcu, & gladio, & in bello, & in equis, & in equitibus.
8. Et ablactavit eam, quæ erat Abſque miſericordia. Et concepit, & peperit filium.	8. Et ablactavit eam, quæ erat Abſque miſericordia. Et concepit, & peperit filium.
9. Et dixit : Voca nomen ejus Non populus meus : quia vos non populus meus, & ego non ero veſter.	9. Et dixit : Voca nomen ejus Non populus meus : quia vos non populus meus, & ego non ero veſter.
col. 1243. 10. Et erit numerus filiorum Iſraël ſicut arena maris, quæ non menſurabitur, nec numerari poteſt. Et erit in loco ubi dictum eſt eis : Non populus meus vos : vocabuntur Filii Dei viventis.	10. Et erit numerus filiorum Iſraël quaſi arena maris, quæ ſine menſura eſt, & non numerabitur. Et erit in loco ubi dicetur eis : Non populus meus vos : dicetur eis : Filii Dei viventis. *Rom. 9. 26.*
11. Et congregabuntur filii Juda, & filii Iſraël ſimul : & ponent ſibi principatum unum, & aſcendent de terra : quoniam magnus eſt dies Jezrael.	11. Et congregabuntur filii Juda, & filii Iſraël pariter : & ponent ſibimet caput unum, & aſcendent de terra : quia magnus dies Jezrahel.

Notæ ad Versionem antiquam.

οὐκ ἠλεημένην, pro *Abſque miſericordia ;* in Compl. Ἀνελεημοσύνην. Hieron. infra, col. 1244. c. *Pro* Οὐκ ἠλεημένην, inquit, *id eſt*, Abſque miſericordia, *in quibuſdam fertur exemplaribus*, Οὐκ ἠγαπημένην, *id eſt*, Non dilecta ; *ſed veriora ſunt exemplaria, quæ habent*, Abſque miſericordia. Auguſt. l. 22. cont. Fauſt. p. 416. *Et concepit adhuc*, & *peperit filiam. Et dixit ei Dominus : Voca nomen ejus Abſque miſericordia : quia non addam ultra miſereri domui Iſraël, ſed oblivione obliviſcar eorum :* quæ Vulgatæ reſpondent pene ad verbum. Apud Hilar. l. 4. de Trin. p. 849. a. ſic : *non apponam adhuc ut miſerear domui Iſraël, ſed enim adverſans adverſabor illis.*

℣. 7. Nil tam ſimile Græco eſt. Aug. verò l. 22. cont. Fauſt. col. 416. cum Vulgata concinit ad verbum. Novat. l. de Trin. p. 1037. c. legit : *jam non ſalvabo eos in arcu, neque in equis, neque in equitibus : ſed ſalvabo eos in Domino Deo ipſorum.* Hilar. l. 4. de Trin. col. 849. a. *Filiorum autem Juda miſerebor*, & *ſalvos eos faciam in Domino Deo ipſorum.*

℣. 8. Concinit Auguſt. l. 22. cont. Fauſt. col. 416. Ita quoque in Græco eſt, additâ voculâ ἔτι, *adhuc*, verbo *concepit ;* Compl. delet ἔτι, haberque conſtanter Ἀνελεημοσύνην, loco Οὐκ ἠλεημένην ; vide Hieron. ſupra ad ℣. 6.

℣. 9. Itidem Græcè, excepto verbo εἰμὶ, *ſum*, pro *ero*. Ap. Auguſt. l. 22. cont. Fauſt. col. 416. *Et dixit ei Dominus : Voca nomen ejus Non populus meus : quia vos non pop. meus*, & *ego non ero veſter Deus :* ſimiliter in ed. Ald. Θεὸς ὑμῶν, in fine.

℣. 10. Græc. Vat. in principio hab. Καὶ ἦν, *Et erat ;* Compl. verò, Καὶ ἔσαι, *Et eris ;* exinde Vat. pro *numerari poteſt*, ponit ἐξαριθμηθήσεται, *numerabitur ;* paulòque poſt addit ἐκεῖ αὐτοὶ, verbo *vocabuntur ;* ſed abeſt ἐκεῖ αὐτοὶ a Compl. Mſ. Alex. hab. ἐκεῖ ; cætera quadrant. Cypr. l. 1. Teſtim. p. 280. c. *Erit enim quo loco dicetur : Non populus meus : illo loco vocabuntur Filii Dei vivi.* Auguſt. l. 22. cont. Fauſt. to. 8. 416. e. *Et erit numerus filiorum Iſraël quaſi arena maris, quæ ſine menſura eſt*, & *non numerabitur. Et erit in loco ubi dictum eſt eis : Non populus meus vos : dicetur eis : Filii Dei vivi :* at l. 18. de civit. Dei, c. 28. to. 7. 509. c. *Et erit in loco quo dictum eſt eis : Non populus meus vos : vocabuntur* & *ipſi Filii Dei vivi.* Auct. l. de voc. gent. l. 2. c. 18. p. 28. b. *Et erit in loco in quo dictum eſt eis : Non populus meus vos : ibi vocabuntur Filii Dei vivi.*

℣. 11. Ita fert Græc. Auguſt. l. 18. de civit. Dei, c. 28. col. 509. c. *Et congregabuntur filii Juda*, & *filii Iſraël in idipſum :* & *ponent ſibimet principatum unum*, & *aſcendent à terra.* Itidem Auct. l. de voc. gent. l. 2. c. 18. p. 28. b. *Et congregabuntur filii Juda*, & *filii Iſraël in idipſum :* apud Auguſt. verò l. 22. cont. Fauſt. to. 8. 416. e. omnia ut in Vulgata, præter adverb. *pariter*, quod abeſt.

CAPUT II.

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Hieron. in Oſe. 2. col. 1244. c. 1. Dicite fratri veſtro : Populus meus : & ſorori veſtræ, Miſericordiam conſecuta.	1. Dicite fratribus veſtris : Populus meus : & ſorori veſtræ, Miſericordiam conſecuta.
col. 1245. 2. Judicamini cum matre veſtra, judicamini : quia hæc non uxor mea, & ego non vir ejus : & auferam fornicationem ejus à facie mea, & adulteria ejus de medio uberum illius ;	2. Judicate matrem veſtram, judicate : quoniam ipſa non uxor mea, & ego non vir ejus : auferat fornicationes ſuas à facie ſua, & adulteria ſua de medio uberum ſuorum.
3. ut exſpoliem eam nudam, & reſtituam eam juxta diem nativitatis ſuæ : & ponam eam ut deſertum, & ſtatuam eam ſicut terram ſine aqua, & occidam illam in ſiti.	3. Ne fortè exſpoliem eam nudam, & ſtatuam eam ſecundùm diem nativitatis ſuæ : & ponam eam quaſi ſolitudinem, & ſtatuam eam velut terram inviam, & interficiam eam ſiti.
4. Et filiorum ejus non miſerebor : quoniam filii fornicationis ſunt :	4. Et filiorum illius non miſerebor : quoniam filii fornicationum ſunt :
col. 1246. 5. quia fornicata eſt mater eorum, confuſa eſt quæ peperit eos : dixit enim : Vadam poſt amatores meos, qui dant mihi panes meos, & aquam meam, & veſtimenta mea, & linteamina mea, & oleum meum, & omnia quæ mihi neceſſaria ſunt.	5. quia fornicata eſt mater eorum, confuſa eſt quæ concepit eos : quia dixit : Vadam poſt amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, lanam meam, & linum meum, oleum meum, & potum meum.

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Accinit Auguſt. l. 22. cont. Fauſt. to. 8. 416. f. niſi quòd legit cum Vulg. *fratribus veſtris*, num. plurali : Græc. textui Hieron. conſonat, Compl. Auguſtiniano.

℣. 2. Itidem Græcè, præter ſingul. τὴν μοιχείαν, loco plur. *adulteria.*

℣. 3. Eadem exhibet Græc. detracto uno *ut*, ante *deſertum ;* ſed in ed. Ald. & Mſ. Alex. eſt, ὡς ἔρημον.

℣. 4. Conſonat Græc. ad verbum.

℣. 5. Totidem verba in Græco, detractâ unâ conjunct. &, ante *oleum*, quam tamen retinet ed. Compl. cum Mſ. Alex. Hieronymus in Mich. 4. col. 1530. e. legit : *Vadam poſt amatores meos, qui dabant mihi panes meos*, & *aquam meam*, & *veſtimenta mea*, & *linteamina mea, oleum meum*, & *omnia quæ mihi præſunt.* Auguſt. l. 3. cont. Donat. to.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

6. Propter hoc ecce ego ſepiam viam tuam ſpinis, & ſepiam eam maceriâ, & ſemitas ſuas non inveniet.

7. Et ſequetur amatores ſuos, & non apprehendet eos: & quæret eos, & non inveniet, & dicet: Vadam, & revertar ad virum meum priorem: quia bene mihi erat tunc magis quàm nunc.

8. Et hæc neſcivit, quia ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum, & argentum multiplicavi ei, & aurum, quæ fecerunt Baal.

9. Idcirco convertar, & ſumam frumentum meum in tempore ſuo, & vinum meum in tempore ſuo, & liberabo lanam meam & linum meum, quæ operiebant ignominiam ejus.

10. Et nunc revelabo ſtultitiam ejus in oculis amatorum ejus: & vir non eruet eam de manu mea:

11. & ceſſare faciam omne gaudium ejus, ſolemnitatem ejus, neomeniam ejus, ſabbatum ejus, & omnia feſta tempora ejus.

12. Et corrumpam vineam ejus, & ficum ejus: de quibus dixit: Mercedes hæ, meæ ſunt, quas dederunt mihi amatores mei: & ponam eam in ſaltum, & comedet eam beſtia agri.

13. Et viſitabo ſuper eam dies Baalim, quibus accendebat incenſum, & ornabatur inaure ſua, & monili ſuo, & ibat poſt amatores ſuos, & mei obliviſcebatur, dicit Dominus.

14. Propter hoc, ecce ego lactabo eam, & ducam eam in ſolitudinem: & loquar ad cor ejus.

15. Et dabo ei vinitores ejus ex eodem loco, & vallem Achor ad aperiendam ſpem: & canet ibi juxta dies juventutis ſuæ, & juxta dies aſcenſionis ſuæ de terra Ægypti.

16. Et erit in die illa, ait Dominus: vocabit me: Vir meus: & non vocabit me ultra, Baali.

VERSIO ANTIQUA.

6. Propterea ecce ego ſepiam viam ejus in ſudibus, & obſtruam vias illius, & ſemitam ſuam non inveniet. *Hieron. ubi ſup.*

7. Et perſequetur amatores ſuos, & non apprehendet illos: & quæret eos, & non inveniet, & dicet: Vadam, & revertar ad virum meum priorem: quia melius mihi erat tunc quàm nunc eſt.

8. Et ipſa neſcivit, quia ego dedi ei frumentum, & vinum, & oleum, & argentum multiplicavi ei: hæc autem argentea & aurea fecit ipſi Baal. *col. 1247.*

9. Propterea revertar, & tollam triticum meum in tempore ſuo, & vinum meum in tempore ſuo, & auferam veſtimenta mea & linteamina mea, ne operiant ignominiam ejus.

10. Et nunc revelabo immunditiam ejus in conſpectu amatorum illius: & nullus eruet eam de manu mea: *col. 1248.*

11. & avertam omnes lætitias ejus, ſolemnitates illius, & neomenias, & ſabbata, & cunctas feſtivitates illius.

12. Et diſperdam vineam ejus, & ficus illius: quæ dixit: Mercedes meæ, iſtæ ſunt, quas dederunt mihi amatores mei: & ponam eam in teſtimonium, & comedent eam beſtiæ agri, volatilia cœli, & reptilia terræ.

13. Et uſciſcar ſuper eam dies Baalim, in quibus immolabat eis, & circumdabat ſibi inaures ſuas, & monilia, & ibat poſt amatores ſuos, mei autem oblita eſt, dicit Dominus.

14. Ideo, ecce ego ſeducam eam, & ponam illam quaſi deſertum: & loquar ad cor ejus. *col. 1249.*

15. Et dabo ei poſſeſſiones ſuas inde, & vallem Achor ad aperiendam intelligentiam ejus: & humiliabitur juxta dies infantiæ ſuæ, & juxta dies aſcenſionis de terra Ægypti. *col. 1250.*

16. Et erit in die illa, ait Dominus: vocabit me: Vir meus: & non vocabit me ultra, Baalim. *col. 1251.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

9. 119. b. 120. c. 135. f. *Ibo poſt amatores meos, qui mihi dant panes meos, & agnam meam, veſtes meas, & linteamina mea, & oleum meum, & univerſa quæ mihi condecent.* Gr. ἐν πάντα ὅσα μοι καθήκει.

℣. 6. Sic eſt in Græco, exceptis his, φράσω, ſepio, pro *ſepiam*, & ἀνοικοδομήσω τὰς ὁδούς, *readificabo vias*, loco *obſtruam vias illius*; at in ed. Compl. φραγήσομαι τὰς ὁδὸς αὐτῆς· Ald. etiam & Mſ. Alex. addunt αὐτῆς. Idem Hieron. in Mich. 4. col. 1530. f. legit: *Propterea ecce ego obſtruam vias ejus in ſudibus, & obſepiam vias ejus, & ſemitam ſuam non inveniet:* & in Sophon. 3. col. 1672. b. *Ecce ego clandam vias ejus ſpinis, & obſtruam itinera ejus, & ſemit. ſuam non inveniet.* Auguſt. l. 3. cont. Donat. to. 9. 120. e. *Propterea ecce ego ſepio ſudibus viam illius, & adificabo in via ipſius ſpinas, & tramitem ſuum non inveniet.*

℣. 7. Ita fert Græc. niſi quòd addit αὐτούς, *eos*, verbo *inveniet*, deletque *eſt* in fine; at in ed. Compl. eſt, ἢ νῦν ἐστιν. Hieron. in Mich. 4. col. 1530. f. & in Sophon. 3. col. 1672. b. iterum legit: *Et perſequetur amatores ſuos*, &c. ut in Vulg. Auguſt. l. 3. cont. Donat. to. 9. 120. e. *Et perſequetur amatores ſuos, nec illos apprehendet: & requiret eos, nec inveniet eos, & dicet: Ibo, & revertar ad virum meum priſtinum: quia bene tunc mihi fuit, quàm nunc.* Auct. lib. ad virg. devot. ap. Ambr. col. 367. c. *Vadam, & revertar ad virum meum primarium: quia melius mihi erat tunc magis quàm modò.*

℣. 8. Ad verbum è Græco. Obſervandum tamen ibidem ſcribi τῇ Βάαλ; unde Hieron. inf. 1249. c. dicit quoſdam malè τῇ Βάαλ, & ταῖς Βααλείμ legere feminino genere, cùm ſint legenda maſculino: in Græcis exemplaribus, teſte Nobilio, utroque modo legitur, ut patet ex ℣. 13. hujus cap. ubi ſic: τὰς ἡμέρας τῶν Βααλείμ, ὡ αἷς ἐπέθυον αὐτοῖς, non αὐταῖς· porro Βααλείμ, ſeu *Baalim*, inquit Hieron. *maſculino genere, numero ſunt plurali.* Rurſus Hieron. in Ezech. 16. col. 801. c. legit: *Et hæc non cognovit, quia ego dedi ei triticum, & vinum, & oleum, & argentum multiplicavi ei: ipſa verò argentea & aurea fecit Baalim:* at ſupra, col. 791. c. *dedi eis argentum & aurum: ipſi verò ex argento & auro fecerunt Baal:* & in Iſai. 2. col. 29. e. *dedi eis argentum & aurum: ipſi verò de argento & auro meo operati ſunt Baal.* Ambr. de parad. col. 150. f. *dedi illi aurum & argentum.* Aug. l. 3. cont. Donat. to. 9. 120. f. *Et hæc non cognovit, quòd ego ei dederim frumentum, & vinum, & oleum, & pecuniam multiplicavi illi: ipſa verò fecit vaſa aurea & argentea Baal.*

℣. 9. Conſonat Græcum. Idem Hieron. in Ezech. 16. col. 801. c. legit: *Propterea convertam, & auferam triticum meum in tempore ſuo, & vinum meum in tempore ſuo, & tollam veſtimenta mea & linteamina mea, ut non operiam ultra ignominiam ejus.* Auct. op. imp. in Matth. hom. 38. p. 158. c. *& auferam veſtimenta mea & linteamina; oſtendam gentibus turpitudinem tuam.*

℣. 10. Sic iterum Hieron. in Ezech. 16. col. 801. c. excepta voce *nemo*, pro *nullus:* in Gr. Vat. οὐδεὶς, in Mſ. Alex. οὐδεὶς, in Compl. μηδεὶς; cæt. ſimilia.

℣. 11. Concinit Græc. adjunctâ voculâ αὐτῆς, ad *neomenias*, & ad *ſabbata*; loco verò penult. *feſtivitates*, hab. πανηγύρεις, ad litt. *conventus univerſales.* Tertul. l. 1. adv. Marc. p. 626. c. legit: *& avertam omnes jucunditates ejus, & dies feſtos ejus, & neomenias, & ſabbata, & omnes caremonias ejus:* & l. 5. adv. Marc. p. 785. b. *avertam univerſas jocunditates ejus, & cæremonias ejus, & ſabbata, & neomenias ejus, & omnes frequentias ejus.*

℣. 12. Similia Græc. habet, præter voculam duplicem αὐτὰ, *ea*, loco *eam*, additam verbis duobus, *ponam*, & *comedent*; huic etiam, *volatilia*, anteponit καὶ. Addit Hieron. ibid. *Quod ſequitur*, volatilia cœli, & reptilia terræ, *obelo prænotandum eſt:* id abeſt quoque à Vulgata noſtra.

℣. 13. Similiter in Gr. niſi quòd ſubnectitur αὐτῆς, *ejus*, voci *monilia.*

℣. 14. Itidem Græcè: rurſumque ap. Hieron. in Iſai. 63. col. 472. b. niſi quòd poſt *deſertum*, interſerit iſta: *& ſtatuam eam ſicut terram abſque aquis;* quæ abſunt à Gr.

℣. 15. Eadem exhibet Græc. addito uno ἐκεῖ, *illic*, verbo *humiliabitur;* ut & inf. αὐτῆς, *ejus*, voci *aſcenſionis.* Idem Hieron. in Iſai. 63. col. 472. b. legit: *Et dabo poſſeſſiones ejus inde, & vallem Achor ad aperiendam intelligentiam:* at infra 486. b. *Et dabo poſſeſſores illius inde, & vallem Achor ut aperiat intelligentiam illius.*

℣. 16. Ita rurſum Græcè. Hieron. inf. ait: *Linguâ Hebraâ & Syrâ* Baal *interpretatur* ἔχον, *id eſt*, habens: *ſi voluerimus dicere* habens me, *dicimus* Baali: *& apud utram-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi ſup. 17. Et auferam nomina Baalim de ore ejus, & non recordabitur ultra nominis eorum.

col. 1252. 18. Et diſponam eis teſtamentum in die illa, cum beſtiis agri, & cum volatilibus cœli, & cum reptilibus terræ: & arcum, & gladium, & bellum conteram de terra: & habitare eos faciam in ſpe.

19. Et ſponſabo te mihi in ſempiternum: & ſponſabo te mihi in juſtitia, & judicio, & in miſericordia, & in miſerationibus.

20. Et ſponſabo te mihi in fide: & ſcies quia ego Dominus.

col. 1253. 21. Et erit in die illa, dicit Dominus: Exaudiam cœlum, & cœlum exaudiet terram.

22. Et terra exaudiet frumentum, vinum, & oleum: & hæc exaudient Jezrael.

23. Et ſeminabo eam mihi ſuper terram, & miſerebor ejus, quæ fuit Abſque miſericordia.

24. Et dicam non populo meo: Populus meus es tu: & ipſe dicet: Dominus Deus meus es tu.

VULGATA NOVA.

17. Et auferam nomina Baalim de ore ejus, & non recordabitur ultra nominis eorum.

18. Et percutiam cum eis fœdus in die illa, cum beſtia agri, & cum volucre cœli, & cum reptili terræ: & arcum, & gladium, & bellum conteram de terra: & dormire eos faciam fiducialiter.

19. Et ſponſabo te mihi in ſempiternum: & ſponſabo te mihi in juſtitia, & judicio, & in miſericordia, & in miſerationibus.

20. Et ſponſabo te mihi in fide: & ſcies quia ego Dominus.

21. Et erit in die illa: Exaudiam, dicit Dominus, exaudiam cœlos, & illi exaudient terram.

22. Et terra exaudiet triticum, & vinum, & oleum: & hæc exaudient Jezrahel.

23. Et ſeminabo eam mihi in terra, & miſerebor ejus, quæ fuit Abſque miſericordia.

24. Et dicam non populo meo: Populus meus es tu: & ipſe dicet: Deus meus es tu. *Rom. 9. 25. 1. Pet. 2. 10.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

quæ gentem, uxores viros ſuos vocant Baali, *id eſt*, vir meus, *quod intelligitur* habens me: & infra, & *nequaquam Baali, id eſt*, idolum meum.

℣. 17. Græc. ſcribit pluraliter, καὶ οὐ μὴ μνησθῶσιν ἔτι τὰ ὀνόματα αὐτῶν, & *non recordabuntur ultra nominum eorum*; cæt. ut ſupra.

℣. 18. Itidem Græcè, excepto uno ſingul. Σοὶ, *te*, poſt *habitare*; at in Compl. καταοικιῶ αὐτούς, ut ſupra.

℣. 19. Sic habet Græc. repetitâ præp. ἐν, ante *judicio*. Apud Ambroſ. ep. 31. col. 914. f. *Sponſabo te mihi in fide*, & *juſtitia*, & *miſericordia*. Apud Fulg. l. 1. ad Traſim. c. 10. p. 77. c. *Et deſponſabo te mihi in æternum*: & *ſponſabo te mihi ad juſtitiam*, & *in judicio*, & *in miſericordia*, & *pietate*.

℣. 20. Sic etiam in Græco, præter hoc ult. καὶ ἐπιγνώσῃ τὸν Κύριον, & *cognoſces Dominum*; at in Compl. ὅτι ἐγὼ Κύριος, ut ſupra. Apud Auct. op. imp. in Matth. hom. 30. p. 126. b. *Sponſabo te in fide*, & *cognoſces Deum*. Vide Ambr. ſup. ad ℣. 19.

℣. 21. Conſonat Græc. Vat. niſi quòd habet, αὐτὸς ἐπακούσεται, loco *cœlum exaudiet*; at in edd. Ald. & Compl. necnon in Mſs. Alex. & Barb. eſt, ὁ θεὸς ἐπακούσεται.

℣. 22. Sic iterum in Græco, additâ conjunct. &, poſt *frumentum*.

℣. 23. Primus verſiculus Græco Vat. conſonat, poſterior verò ſic habetur ibid. καὶ ἀγαπήσω τὴν οὐκ ἠγαπημένην, & *diligam non dilectam*: ſed in ed. Ald. ut & in Mſs. Alex. & Barb. καὶ ἐλεήσω τὴν οὐκ ἐλεημένην, ut ſupra. Auct. l. de voc. gent. l. 2. c. 18. p. 28. b. *miſerebor non dilectæ*.

℣. 24. Itidem Græcè. Hieron. verò in Iſai. 51. col. 371. e. ita legit: *Vocabo non populum meum, populum meum*: & *ipſe dicet mihi*: *Deus meus es tu*. Auct. l. de voc. gent. l. 2. c. 18. p. 28. b. Vulgatæ ſuffragatur.

CAPUT III.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Oſe. 3. col. 1254. 1. ET dixit Dominus ad me: Adhuc vade, & dilige mulierem diligentem mala, & adulteram: ſicut diligit Dominus filios Iſraël, & ipſi reſpiciunt ad deos alienos, & amant coctiones cum vinaciis.

2. Et conduxi eam mihi quindecim argenteis, & gomor hordei, & nebel vini.

col. 1255. 3. Et dixi ad eam: Dies multos ſedebis mihi: & non fornicaberis, nec eris alteri viro: & ego tibi:

col. 1256. 4. quia diebus multis ſedebunt filii Iſraël ſine rege, ſine principe, ſine ſacrificio, ſine altari, ſine ſacerdotio, ſine manifeſtationibus:

VULGATA NOVA.

1. ET dixit Dominus ad me: Adhuc vade, & dilige mulierem dilectam amico & adulteram: ſicut diligit Dominus filios Iſraël, & ipſi reſpiciunt ad deos alienos, & diligunt vinacia uvarum.

2. Et fodi eam mihi quindecim argenteis, & coro hordei, & dimidio coro hordei.

3. Et dixi ad eam: Dies multos exſpectabis me: non fornicaberis, & non eris viro: ſed & ego exſpectabo te:

4. quia dies multos ſedebunt filii Iſraël ſine rege, & ſine principe, & ſine ſacrificio, & ſine altari, & ſine ephod, & ſine theraphim:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Eadem leguntur Græcè, præter vocem ὁ Θεός, *Deus*, loco 2. *Dominus*; ultimòque, σαφλδος, pro *vinaciis*; mel. in Compl. ac in Mſs. Alex. & Barb. μετὰ σαφλδων. Hieron. ait infra: *Pro* pemmatibus, *quæ LXX. tranſtulerunt*, & *comeduntur cum uvis paſſis*, *ſive vinaciis*, placentas *Latinè poſſumus dicere*, *vel* cruſtula, *quæ idolis offeruntur*: πέμμα propriè *coctura* eſt, ſeu *coctum aliquid*, à πέσσω, *coquo*. Ap. Ambroſ. epiſt. 26. col. 895. e. hoc habetur: *Conduc tibi fornicariam quindecim denariis*.

℣. 2. Concinit Græc. delendo *eam*, poſt *conduxi*; ſed Compl. addit αὐτήν. Ambr. ep. 26. col. 895. e. ſic pergit: *Et conduxi eam gomor hordei*, & *ſemigomor*, & *nevel vini*: item ep. 44. col. 977. f. *Et abii*, & *conduxi mihi quindecim argenteis*, & *coro hordei*, & *ſemicoro hordei*, & *nevel vini*. Hieron. loco cit. col. 1255. a. ait: *Pro* gomor, *in Hebraïco ſcriptum eſt* omer, *quod omnes Interpretes*, *abſque LXX.* eorum *interpretati ſunt*, *ſermone Græco*, & *maximè Palæſtino*, *qui habet* triginta modios; & *pro* nebel vini, *in Hebraïco legitur* lethech ſeorim, *quod cæteri Interpretes* ἡμίκορον hordei *tranſtulerunt*, *id eſt*, mediam partem cori, *quæ facit quindecim medios*.

℣. 3. Sic habet Græc. exceptis his, ἐπ' ἐμοὶ, & ἐπὶ σοὶ, *ſuper me*, & *ſuper te*, pro *mihi*, & ultimo *tibi*: in Græco etiam Vat. deeſt medium *alteri*, ſed in cæteris libris ſequitur ἑτέρῳ, ſi Nobilio fides: in Mſ. etiam Alex. legitur ἀνδρὶ ἑτέρῳ; Hieron. que ipſe in comm. col. 1255. a. dicit: *Quodque jungitur in editione Vulgata*: neque eris alteri viro: alteri *in Hebraïco non habetur*, *ſed ſimpliciter*, non eris viro.

℣. 4. Sic ad verbum legit Auguſt. cùm l. de octo quæſt. ad Dulcit. to. 6. 139. c. tum l. 18. de civit. Dei, c. 28. to. 7. 509. e. Ita quoque eſt in Græco, niſi quòd pro multiplici *fine*, hab. οὐκ ὄντος..... οὐδὲ ὄντος..... οὐδὲ ὄσους..... οὐδὲ ὄντος, & in fine, οὐδὲ ἱερατείας, οὐδὲ ἐφώδ. Unde Hieron. ibid. *Pro* ephod & theraphim, inquit, *LXX.* ſacerdotium, & ἐφώδ, *id eſt*, manifeſtationes *interpretati ſunt*: & infra: *Quia LXX.* ἐφώδ *interpretati ſunt*, *pro quibus Aquila* φωλιούμους *tranſtulit*, & *hæc ipſa ſunt in* λογείῳ, *id eſt*, *in* rationali, *hoc intelligimus*, *quia in pectore* & *corde Pontificis* ἀλήθεια, & φωτισμοὶ, *id eſt*, veri-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

Ezech. 34. 23. 5. & poſt hæc revertentur filii Iſraël, & quærent Dominum Deum ſuum, & David regem ſuum: & pavebunt ad Dominum, & ad bonum ejus in noviſſimo dierum.

VERSIO ANTIQUA.

5. & poſt hæc revertentur filii Iſraël, & quærent Dominum Deum ſuum, & David regem ſuum: & ſtupebunt ad Dominum, & ſuper bonis ejus in noviſſimo die. *Hieron. ubi ſup.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

tas *eſſe debeat atque* doctrina. Vide ſis ep. ad Marcell. to. 2. 615. c.

℣. 5. Vix diſſimiliter legit Auguſt. l. de octo quæſt. ad Dulcit. to. 6. 139. c. *& poſtea revertentur filii Iſraël, & inquirent Dominum Deum ſuum, & David regem ſuum · & ſtupeſcent in Domino, & in bonis ipſius in noviſſimis diebus:* eadem iterum refert l. 18. de civit. Dei, c. 28. col. 509. e. nec abſimilia ea quæ in Græco.

CAPUT IV.

VULGATA NOVA.

1. AUdite verbum Domini filii Iſraël, quia judicium Domino cum habitatoribus terræ: non eſt enim veritas, & non eſt miſericordia, & non eſt ſcientia Dei in terra.

2. Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundaverunt, & ſanguis ſanguinem tetigit.

3. Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea, in beſtia agri, & in volucre cœli: ſed & piſces maris congregabuntur.

4. Veruntamen unuſquiſque non judicet: & non arguatur vir: populus enim tuus, ſicut hi qui contradicunt ſacerdoti.

5. Et corrues hodie, & corruet etiam propheta tecum: nocte tacere feci matrem tuam.

6. Conticuit populus meus, eò quòd non habuerit ſcientiam: quia tu ſcientiam repulisti, repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi: & oblita es legis Dei tui, obliviſcar filiorum tuorum & ego.

7. Secundùm multitudinem eorum ſic peccaverunt mihi: gloriam eorum in ignominiam commutabo.

8. Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatem eorum ſublevabunt animas eorum.

9. Et erit ſicut populus, ſic ſacerdos: & viſitabo ſuper eum vias ejus, & cogitationes ejus reddam ei.

10. Et comedent, & non ſaturabuntur: fornicati ſunt, & non ceſſaverunt: quoniam Dominum dereliquerunt in non cuſtodiendo.

11. Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor.

12. Populus meus in ligno ſuo interrogavit, & baculus ejus annuntiavit ei: ſpiritus enim fornicationum decepit eos, & fornicati ſunt à Deo ſuo.

VERSIO ANTIQUA.

1. AUdite verbum Domini filii Iſraël, quia judicium Domino ad habitatores terræ: quia non eſt veritas, neque miſericordia, neque ſcientia Dei ſuper terram. *Hieron. in Oſe. 4. col. 1257.*

2. Maledictio, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium effuſum eſt ſuper terram, & ſanguinem ſanguini miſcuerunt.

3. Ideo lugebit terra, & minuetur cum omnibus qui habitant eam, cum beſtiis agri, cum ſerpentibus terræ, & cum volatilibus cœli: & piſces maris deficient: *col. 1258.*

4. ut nullus neque judicetur, neque arguatur quiſquam: populus autem meus, quaſi ſacerdos cui contradicitur.

5. Et infirmabitur per diem, & infirmabitur etiam propheta tecum: nocti aſſimilavi matrem tuam. *col. 1259.*

6. Et aſſimilatus eſt populus meus, quaſi non habens ſcientiam: quia tu ſcientiam repulisti, & ego repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi: oblita es legis Dei tui, & ego obliviſcar filiorum tuorum.

7. Secundùm multitudinem eorum ſic peccaverunt mihi: gloriam eorum in ignominiam ponam.

8. Peccata populi mei comedent, & in iniquitatibus eorum accipient alii animas eorum.

9. Et erit ſicut populus, ſic & ſacerdos: & ulciſcar ſuper eum vias ejus, & cogitationes illius reddam ei.

10. Et comedent, & non implebuntur: fornicati ſunt, & non dirigentur: quia Dominum reliquerunt ut non cuſtodirent. *col. 1260.*

11. Fornicationem, & vinum, & ebrietatem ſuſcepit cor populi mei.

12. In auguriis interrogabant, & in virgis ſuis annuntiabant ei: quoniam ſpiritu fornicationis ſeducti ſunt à Deo ſuo.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita fert Græc. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 318. b. *Audite ſermonem Domini filii Iſraël, quia judicium eſt Domino adversùs incolas terræ: quòd neque miſericordia, neque veritas, neque agnitio Dei ſit ſuper terram:* ſimiliter hab. epiſt. ad Demetr. p. 218. c. exceptis his, *judicium eſt Domini..... eò quòd neque miſeric.* Item ap. Iren. l. 1. c. 19. p. 90. c. *non eſt in eis veritas, neque agnitio Dei.*

℣. 2. Similiter Græcè, niſi excipias ult. *αἵματα ἐφ' αἵμασι μίσγουσι, ſanguines in ſanguinibus miſcent;* in edit. Compl. *αἷμα ἐφ' αἵμασι.* Cypr. l. 3. Teſtim. p. 318. b. & epiſt. ad Demetr. p. 218. c. *Sed exſecratio, & mendacium, & cades, & furtum, & adulterium diffuſum eſt ſuper terram; ſanguinem ſanguini ſupermiſcent.* Rurſum Hieron. in Iſai. 26. col. 225. c. *Maledictio, & mendacium, & adulterium, & furtum effuſa ſunt ſuper habitatores terræ.*

℣. 3. Conſonat Græc. ad verbum, additâ tantùm conjunct. ἐν, poſt vocem *agri.* Cypr. ep. ad Demetr. p. 219. a. & l. 3. Teſtim. p. 318. b. legit: *Idcirco terra lugebit cum univerſis incolis ſuis, cum beſtiis agri, cum ſerpentibus terræ, cum volucribus cœli: & deficient piſces maris.*

℣. 4. Sic eſt in Græco. Hieron. ſubdit: *Secundùm LXX. Interpretes, hoc quod poſuimus,* ut nullus neque judicetur, neque arguatur quiſquam, *ſuperiori capitulo coaptandum eſt.* Cypr. ep. ad Demetr. p. 219. a. & l. 3. Teſtim. p. 318. b. hab. *ut nemo judicet, nemo revincat.*

℣. 5. Concordat Græc. Vat. detractâ conjunct. *etiam;* ſed in Ald. ed. & Compl. eſt, ὴ προφήτης, ſicut in Mſs. Alex. & Barb.

℣. 6. Eadem exhibet Græc. niſi quòd tollit conjunct. &, ante *aſſimilatus eſt*, ponit verò ante *oblita es;* Compl. utrobique delet.

℣. 7. Itidem Græcè.

℣. 8. In Græco deeſt tantùm vocula *alii;* ſed habet Ald. edit. λήψονται ἄλλοι; Mſ. Barb. *λαοί.*

℣. 9. Conſonat Græc. ad verbum, niſi excipias vocem διαβούλια, loco *cogitationes.*

℣. 10. Itidem Græcè, præter ult. τῦ φυλάξαι, *ad cuſtodiendum*, loco *ut non cuſtodirent;* at in Compl. τῦ μὴ φυλάξαι.

℣. 11. Ita de Græco ad verbum.

℣. 12. Gr. Vatic. pro *virgis ſuis*, hab. ῥάβδοις αὐτῦ, *virgis ejus;* ed. verò Compl. αὐτῶν; exinde Vat. delet *quoniam;* verboque *ſeducti ſunt*, addit ὴ ἐξεπόρευσαν, & *fornicati ſunt;* cæt. quadrant. Zeno Veron. l. 1. tract.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi ſup. col. 1261.

13. Super verticem montium ſacrificabant, & ſuper colles immolabant; ſubter quercum, & populum, & nemoroſas arbores, quia bonum erat umbraculum: propterea fornicabuntur filiæ veſtræ, & ſponſæ veſtræ mœchabuntur.

14. Et non viſitabo ſuper filias veſtras cùm fuerint fornicatæ, & ſuper ſponſas veſtras cùm adulteraverint: quoniam ipſi cum meretricibus miſcebantur, & cum initiatis immolabant, & populus non intelligens adhærebat meretrici.

col. 1263.

15. Tu autem Iſraël ne ignores, & Juda: nolite ingredi in Galgala, ne aſcendatis in domum On, & ne juretis: Vivit Dominus.

16. Quoniam ſicut vacca aſilo percuſſa inſanivit Iſraël: nunc paſcet eos Dominus, ſicut agnum in ſpatioſo.

col. 1264.

17. Particeps idolorum Ephraim poſuit ſibi ſcandala.

18. Provocavit Chananæos, fornicantes fornicati ſunt: dilexerunt ignominiam ex fremitu ejus.

19. Turbo ſpiritûs ſibilabit in alis ejus, & confundentur ex altaribus ſuis.

VULGATA NOVA.

13. Super capita montium ſacrificabant, & ſuper colles accendebant thymiama; ſubtus quercum, & populum, & terebinthum, quia bona erat umbra ejus: ideo fornicabuntur filiæ veſtræ, & ſponſæ veſtræ adulteræ erunt.

14. Non viſitabo ſuper filias veſtras cùm fuerint fornicatæ, & ſuper ſponſas veſtras cùm adulteraverint: quoniam ipſi cum meretricibus converſabantur, & cum effeminatis ſacrificabant, & populus non intelligens vapulabit.

15. Si fornicaris tu Iſraël, non delinquat ſaltem Juda: & nolite ingredi in Galgala, & ne aſcenderitis in Bethaven, neque juraveritis: Vivit Dominus.

16. Quoniam ſicut vacca laſciviens declinavit Iſraël: nunc paſcet eos Dominus, quaſi agnum in latitudine.

17. Particeps idolorum Ephraim, dimitte eum.

18. Separatum eſt convivium eorum, fornicatione fornicati ſunt: dilexerunt afferre ignominiam protectores ejus.

19. Ligavit eum ſpiritus in alis ſuis, & confundentur à ſacrificiis ſuis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

13. p. 97. ita legit: *In ſymbolis interrogabant, & in virgis ſuis annuntiabant: ſpiritu meretricio ſeducti ſunt, & fornicati ſunt à Deo ſuo.* Græc. etiam initio hab. Ἐν συμβόλοις ἐπηρώτων, &c.

℣. 13. Similia Græc. refert, præter hoc plur. ἐπὶ τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων, *ſuper vertices montium*; paulò verò poſt ſinguliter, δένδρυ ζυσιάζουσιν, *arborem nemoroſam*; abſque *erat*, ante *umbraculum*.

℣. 14. Totidem verba leguntur Græcè, niſi exceperis iſta, τετελεσμένων, pro *initiatis*; & in fine, ζυνεπλέκετο μετὰ πόρνης, pro *adhærebat meretrici*. Idem Hieron. quæſt. Hebr. to. 2. col. 513. b. legit: *Non viſitabo filias eorum cùm fuerint fornicata, & ſponſas eorum cùm adulteraverint*: at in Iſai. 1. col. 11. b. *Non viſitabo ſuper filias veſtras cùm fuerint fornicatæ, & ſuper nurus veſtras cùm adulteraverint*: ſimiliter hab. in Iſai. 13. & 19. col. 151. f. 188. a. In Ezech. verò 20. col. 831. e. ita: *Non viſitabo ultra filias veſtras, & nurus veſtras, cùm mœchatæ fuerint.*

℣. 15. Sic eſt in Græco, præter conjunct. ὲ, additam poſt Γάλγαλα; ultimò etiam, ζῶντα Κύριον, *viventem Dominum*, pro *vivit Dominus*. Hieron. ibid. ait: *Pro* domo Ὦν, *in quibuſdam exemplaribus, & maximè in Theodotione legitur* domus iniquitatis.

℣℣. 16. 17. Concordat Græc. ad verbum. Hieron. addit: *Pro* laſciviente vacca, *LXX. tranſtulerunt* παροιστρῶσα, *quæ æſtro, aſiloque percuſſa ſit, quem vulgò* tabanum *vocant.*

℣. 18. Itidem Græcè. Hieron. infra: *Id quod LXX. tranſtulerunt*, Provocavit Chananæos, *in Hebraïco non habetur*: vide etiam in Zach. 14. col. 1806. a.

℣. 19. Sic iterum Græcè, præter hoc, Σὺ εἶ, *tu es*, loco *ſibilabit*; in Ald. Συνεῖ; in Mſ. Barb. Συεῖσι, quod Hieron. ſecutus eſt.

CAPUT V.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Oſe. 5. col. 1265.

1. AUdite hæc ſacerdotes, & attendite domus Iſraël, & domus regis auribus percipite: ad vos enim eſt judicium, quia laqueus facti eſtis ſpeculationi, & ſicut rete expanſum ſuper Itabyrium,

2. quod, qui capiunt venationem, confixerunt: ego enim magiſter veſter.

col. 1266.

3. Ego cognovi Ephraim, & Iſraël non receſſit à me: quia nunc fornicatus eſt Ephraim, commaculatus eſt Iſraël.

4. Non dederunt cogitationes ſuas ut reverterentur ad Dominum Deum ſuum: quia ſpiritus fornicationis eſt in eis, Dominum autem non cognoverunt.

5. Et humiliabitur injuria Iſraël in faciem ejus: & Iſraël, & Ephraim infirmabuntur in iniquitatibus ſuis, infirmabitur etiam Judas cum eis.

VULGATA NOVA.

1. AUdite hoc ſacerdotes, & attendite domus Iſraël, & domus regis auſcultate: quia vobis judicium eſt, quoniam laqueus facti eſtis ſpeculationi, & rete expanſum ſuper Thabor.

2. Et victimas declinaſtis in profundum: & ego eruditor omnium eorum.

3. Ego ſcio Ephraim, & Iſraël non eſt abſconditus à me: quia nunc fornicatus eſt Ephraim, contaminatus eſt Iſraël.

4. Non dabunt cogitationes ſuas ut revertantur ad Deum ſuum: quia ſpiritus fornicationum in medio eorum, & Dominum non cognoverunt.

5. Et reſpondebit arrogantia Iſraël in facie ejus: & Iſraël, & Ephraim ruent in iniquitate ſua, ruet etiam Judas cum eis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Eadem prorſus in Græco. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 196. c. legit: *Audite hæc ſacerdotes, & attendite domus Iſraël, & domus regis intuemini: ad vos eſt judicium, quia ut laqueum facti eſtis ad inſidiam, & ſicut retia extenſa ad aviarium venantis.* Gildas Sap. caſtig. in Eccl. ord. p. 717. e. *Audite hæc ſacerdotes, & intendat domus Iſraël, & domus regis infigite auribus veſtris: quoniam ad vos eſt judicium, quia laqueus facti eſtis ſpeculationi, & velut rete extenſum.* Hieronymus loco citato, ad *montem Thabor*, addit, *quem LXX.* Ἰταβύριον *tranſtulerunt, hanc habentes conſuetudinem, ut Hebraa nomina Græco ſermone declinent*: & infra: *Hunc montem*, inquit, *& in Jeremia LXX.* Itabyrium *tranſtulerunt, in quo aves laqueis capi ſolent.*

℣℣. 2. 3. Eadem leguntur Græcè.

℣. 4. Similiter in Græco, præter vocem *Dominum*, quæ deeſt.

℣. 5. Sic etiam in Græco, præpoſito uno ὲ, verbo *infirmabitur.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

6. In gregibus ſuis, & in armentis ſuis vadent ad quærendum Dominum, & non invenient: ablatus eſt ab eis.

7. In Dominum prævaricati ſunt, quia filios alienos genuerunt: nunc devorabit eos menſis cum partibus ſuis.

8. Clangite buccinâ in Gabaa, tubâ in Rama: ululate in Bethaven, poſt tergum tuum Benjamin.

9. Ephraim in deſolatione erit in die correptionis: in tribubus Iſraël oſtendi fidem.

10. Facti ſunt principes Juda quaſi aſſumentes terminum: ſuper eos effundam quaſi aquam iram meam.

11. Calumniam patiens eſt Ephraim, fractus judicio: quoniam cœpit abire poſt ſordes.

12. Et ego quaſi tinea Ephraim: & quaſi putredo domui Juda.

13. Et vidit Ephraim languorem ſuum, & Juda vinculum ſuum: & abiit Ephraim ad Aſſur, & miſit ad regem Ultorem: & ipſe non poterit ſanare vos, nec ſolvere poterit à vobis vinculum.

14. Quoniam ego quaſi læna Ephraim, & quaſi catulus leonis domui Juda: ego ego capiam, & vadam: tollam, & non eſt qui eruat.

15. Vadens revertar ad locum meum: donec deficiatis, & quæratis faciem meam.

VERSIO ANTIQUA.

6. Cum ovibus, & vitulis ibunt, & quærent Dominum, & non invenient eum: declinavit ab illis. *Hieron. uli ſup. col. 1267.*

7. Quia Dominum reliquerunt, quia filios alienos genuerunt ſibi: nunc devorabit eos rubigo, & cleros eorum.

8. Clangite tubâ ſuper colles, ſonate ſuper excelſa: prædicate in domo On, mente excîdit Benjamin. *col. 1269.*

9. Ephraim in deſolatione factus eſt in diebus correptionis: in tribubus Iſraël oſtendi fidelia.

10. Facti ſunt principes Juda quaſi transferentes terminos: ſuper eos effundam ſicut aquam impetum meum. *col. 1270.*

11. Oppreſſit Ephraim adverſarium ſuum, conculcavit judicium: quia cœpit abire poſt vana. *col. 1271.*

12. Et ego quaſi conturbatio Ephraim: & quaſi ſtimulus domui Juda.

13. Et vidit Ephraim infirmitatem ſuam, & Judas dolorem ſuum: & abiit Ephraim ad Aſſyrios, & miſit legatos ad regem Jarib: & ipſe non poterit liberare vos, nec ceſſare faciet à vobis dolorem. *col. 1272.*

14. Quia ego ſum quaſi panther Ephraim, & quaſi leo in domo Juda: & ego rapiam, & vadam: & tollam, & non erit qui eruat. *col. 1273.*

15. Ibo, & revertar in locum meum: donec diſpereant, & quærant faciem meam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 6. Ita ferè Græc. præter hoc, τῷ ἐκζητῆσαι, *ad quærendum*, loco & *quærent*; præponitur etiam ὅτι, *quia*, verbo *declinavit*; in Mſ. Barb. ἐκκλίνει γάρ.

℣. 7. Concinit Græc. cum Latino.

℣. 8. Ita ruſſum in Græco. Hieron. ibid. ad hæc Vulg. *Clangite buccinâ in Gabaa*, addit, *cujus etymologiam in* colles *LXX. tranſtulerant*; & tubâ in Rama, *quæ interpretatur* excelſa. Item infra: *Quidam*, inquit, Bethaven *juxta LXX. qui dixerunt* domus Ὦν, civitatem ſolis *interpretati ſunt.*

℣. 9. Itidem Græcè, niſi excipias iſtud, εἰς ἀφανισμὸν, pro *in deſolatione.*

℣℣. 10. 11. 12. Totidem exſtant Græcè.

℣. 13. Cuncta concordant cum Græco, uſque ad nomen *Jarib*, pro quo Ἰαρείμ; deinde ſic: ἐκ βότος οὐκ ἰσθνήσει ἰάσασθαι ὑμᾶς, καὶ οὐ μὴ λωιφανῇ ἐξ ὑμῶν ὀδύνη· i. e. & *ipſe non potuit ſanare vos, & non ceſſabit à vobis dolor.*

℣. 14. Sic eſt in Græco, excepto uno τῷ οἴκῳ, *domui*, pro *in domo.*

℣. 15. Sic habet Græc. præter verbum ζητήσουσι, *quærent*, pro *quærant*: apud Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 735. b. *ut quærant faciem meam.*

CAPUT VI.

VULGATA NOVA.

1. IN tribulatione ſua manè conſurgent ad me: Venite, & revertamur ad Dominum:

2. quia ipſe cepit, & ſanabit nos: percutiet, & curabit nos.

1. Cor. 15. 3. 3. Vivificabit nos poſt duos dies: in die tertia ſuſcitabit nos, & vivemus in conſpectu ejus. Sciemus, ſequemurque ut cognoſcamus Dominum: quaſi diluculum præparatus eſt egreſſus ejus, & veniet quaſi imber nobis temporaneus, & ſerotinus terræ.

4. Quid faciam tibi Ephraim? quid faciam tibi

VERSIO ANTIQUA.

1. IN tribulatione ſua manè vigilabunt ad me, dicentes: Eamus, & revertamur ad Dominum Deum noſtrum: *Hieron. in Oſe. 6. col. 1273.*

2. quia ipſe verberabit, & ſanabit nos: percutiet, & curabit nos.

3. Sanos nos faciet poſt dies duos: in tertio reſurgemus, & vivemus coram eo. Et ſciemus, & perſequemur ut cognoſcamus Dominum: quaſi manè paratum inveniemus eum, & veniet nobis quaſi pluvia temporanea, & ſerotina terræ. *col. 1274.*

4. Quid faciam tibi Ephraim? quid faciam ti- *col. 1275.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ad verbum è Græco. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 735. b. legit: *Ante lucem vigilabunt ad me, dicentes: Eamus, & convertamur ad Dominum:* & l. cont. Jud. c. 13. p. 147. b. *Ante lucem ſurgent ad me, dicentes: Eamus, & revertamur ad Dominum Deum.* Cypr. l. de orat. Dom. p. 215. b. *Diluculo vigilabunt ad me, dicentes: Eamus, & revertamur ad Dominum Deum noſtrum.*

℣. 2. Itidem Græcè, excepto verbo ἥρπαξε, *rapuit*, pro *verberabit*; in ed. Ald. & Mſ. Barb. πέπαικε. Apud Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 735. b. ſic: *quia ipſe eripuit, & curabit nos: percuſſit, & miſerebitur noſtri:* & l. cont. Jud. c. 13. p. 147. b. *quoniam ipſe eripiet, & liberabit nos.*

℣. 3. Græc. habet, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ, *in die tertia*, pro *in tertio*; paulòque poſt, διώξωμεν, *perſequamur*, abſque præced. & ; cæt. ut in textu. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 735. b. ſic: *Sanabit nos poſt biduum: in die tertia reſurgemus.* Novatian. l. de Trin. p. 1036. a. *quaſi diluculo paratum inveniemus eum.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 295. b. *Vivificabit nos poſt biduum: die tertio reſurgemus.* Lactant. l. 4. Inſtit. c. 19. p. 582. *Vivificabit nos poſt biduum, die tertio.* Ruſſus Hieron. in Exech. 47. col. 1058. a. *Percutiet, & curabit poſt duos dies: & in die tertio ſurgemus, & vivemus in conſpectu ejus.* Rufin. in Symb. p. 185. b. *Sanabit nos poſt biduum: in die autem tertia reſurgemus, & vivemus in conſpectu ejus.* Auguſt. l. 18. de civit. Dei, c. 28. to. 7. 509. f. *Sanabit nos poſt biduum: in die tertio reſurgemus:* & in Pſ. 6. to. 4. 24. g. *tanquam diluculum paratum inveniemus eum.* Ambroſiaſt. p. 161. a. *Poſt biduum ſanos faciet nos: & in tertio die reſurgemus, & vivemus in conſpectu ejus.* Auct. l. de promiſſ. p. 3. ap. Proſp. p. 180. d. *Poſt biduum ſanabit nos: die tertia ſurgemus, & ante lucem paratum eum inveniemus.* Sedul. Scot. in 1. Cor. 15. p. 547. h. *Vivificabit nos in biduo, die tertia reſurgens.*

℣. 4. Ad verbum è Græco, præter unum *manè*, poſt *vos*, pro quo ἀρθρίζουσιν, *vos matutinus.* Ambroſ. l. 1. de pœnit. col. 396. b. legit: *Quid tibi faciam Ephraim? aut quid faciam tibi Juda? miſericordia veſtra,* &c. & in

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup. bi Juda? misericordia autem vestra quasi nubes matutina, & quasi ros manè pertransiens.

5. Propterea succidi prophetas vestros, occidi eos in verbo oris mei: & judicium tuum quasi lux egredietur.

col. 1276. 6. Quia misericordiam volo, & non sacrificium; scientiam Dei, magis quàm holocausta.

7. Ipsi verò sunt sicut homo præteriens testamentum: ibi enim contempsit me

8. Galaad civitas, quæ operatur vana, & conturbat aquam.

col. 1277. 9. Et fortitudo tua viri piratæ: absconderunt sacerdotes viam Domini, interfecerunt Sicima: quia iniquitatem operati sunt.

10. In domo Israël vidi horribilia: ibi fornicationem Ephraim: contaminatus est Israël.

11. Et Juda incipe vindemiam tuam, cùm convertero captivitatem populi mei.

VULGATA NOVA.

Juda? misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros manè pertransiens.

5. Propter hoc dolavi in prophetis, occidi eos in verbis oris mei: & judicia tua quasi lux egredientur.

6. Quia misericordiam volui, & non sacrificium; & scientiam Dei, plusquam holocausta. *1. Reg. 15. 22.*

7. Ipsi autem sicut Adam transgressi sunt pactum, ibi prævaricati sunt in me. *Eccl. 4. 17.*

8. Galaad civitas operantium idolum, supplantata sanguine. *Matth. 9. 13. & 12. 7.*

9. Et quasi fauces virorum latronum, particeps sacerdotum, in via interficientium pergentes de Sichem: quia scelus operati sunt.

10. In domo Israël vidi horrendum: ibi fornicationes Ephraim: contaminatus est Israël.

11. Sed & Juda pone messem tibi, cùm convertero captivitatem populi mei.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Ps. 61. col. 964. b. *Quid tibi faciam Ephraim? quid tibi faciam Juda?* Hieron. in Jer. 31. col. 681. b. *Quid tibi faciam Ephraim? quid tibi faciam Israël?*

℣. 5. Concinit Græc. nisi quòd pro *succidi*, hab. ἀπεθέμεσα, ad verbum *demessui*. Hieron. tamen infra constanter legit *succidi: Pro eo quod est*, inquit, dolavi in prophetis, LXX. *transtulerunt*, succidi prophetas vestros: *demessui* autem & *succidi*, idem sonant. Gr. infra hab. τὸ κρίμα μου, *judicium meum*, non *tuum*; sola ed. Compl. κρίμα σου; item sup. pro *verbo*, Cod. Alex. scribit pluraliter ῥήμασι; Vatic. verò & al. ῥήματι, ut sup.

℣. 6. In Gr. Var. est ἤ, *quàm*, pro & *non*, sicut infra pro *magis quàm*; cætera ut in textu: at in ed. Compl. 1. loco, καὶ ἤ, secundo, μᾶλλον ἤ. Irenæus lib. 4. cap. 17. p. 249. d. legit: *Misericordiam volo plus quàm sacrificium*, & *agnitionem Dei super holocaustomata*: in Mss. tamen Claromn. est & *non sacrificium*; in Arund. & Merc. deest *plus*. Tertul. l. 2. cont. Marc. p. 649. b. 650. c. dicit de Deo, *quia malit misericordiam, quàm sacrificium*: vide etiam l. de pœnit. c. 8. p. 168. c. Cypr. l. 3. Testim. p. 303. a. sic: *Misericordiam volo, magis quàm sacrificium*; & *agnitionem Dei, plus quàm holocaustomata*. Vide Hilar. in Matth. col. 648. b. Ambr. l. 1. de pœnit. col. 393. e. & 405. c. hab. *Misericordiam malo, quàm sacrificium*. Vict. Tun. ap. Ambr. col. 602. c. cum Auct. quæst. utriusq. T. q. 103. apud Aug. t. 3. 99. g. *Misericordiam plus volo, quàm sacrificium*. Hieron. in Isai. 56. col. 411. b. ut sup. *Misericordiam volo, & non sacrificium; scientiam Dei, magis quàm holocausta*; sed addit, *quæ offeruntur super altare Domini*. August. l. 1. de serm. Dom. in mon. to. 3. 200. e. *Misericordiam volo, magis quàm sacrificium*: similiter l. de catechis. rud. to. 6. 278. e. & l. 20. de civit. Dei, c. 24. col. 608. f. detracto adv. *magis*.

℣. 7. Ita Græcè, sublatâ conjunct. *enim*, post *ibi*. Addit Hieron. ubi sup. *Quod sequitur in LXX.* ibi contempsit me Galaad civitas, &c. *sequenti capitulo coaptanda sunt*: ipse etiam in Ezech. 47. col. 1054. c. ita legit: *Contempsit me Galaad civitas*, &c.

℣. 8. Concinit Græc. deletâ conjunct. &, post *vana*. Hieron. quoque in Ezech. 47. col. 1054. c. legit: *Galaad civitas, quæ operatur vanitates, conturbans aquam*. Auct. l. cont. Fulg. Donat. append. to. 9. Aug. col. 7. b. *Me contempsit Galaad civitas, quæ operatur stulta, turbat aquas*.

℣. 9. Eadem exhibet Græc. Vatic. præter vocem *Domini*, quam delet: addit verò Κυρίου ed. Ald. cum Mss. Alex. Apud Hieron. in Ezech. 47. col. 1054. c. *Et fortitudo ejus viri piratæ*: & in Matth. 23. to. 4. 109. f. *absconderunt sacerdotes viam, interfecerunt Sicimam*. Auct. l. cont. Fulg. Donat. append. to. 9. Aug. col. 7. b. *Et fortitudo tua sicut hominis piratæ*; reliqua silet.

℣. 10. Itidem Græcè.

℣. 11. Eadem sunt in Græco, nisi hoc exceperis, τρυγᾶν σεαυτῷ, *vindemiare tibi*, loco *vindemiam tuam*. Interpunctio etiam Græca nonnihil differt sup. à Vulg. ubi *Juda* disjunctus est ab *Israël*; in editt. autem Græcis utrique sic conjungitur: ἐμιάνθη Ἰσραὴλ καὶ Ἰούδα· deinde, Ἀρχὴ τρυγᾶν σεαυτῷ, &c. Unde Martianæus noster verba relata ab Hieronymo ex edit. LXX. ita interpunxit: *contaminatus est Israël & Juda: incipe vindemiam tuam*, &c. nos autem Vulgatæ interpunctionem præferimus, nixi auctoritate Hieronymi, qui ait in consequentibus: *Ad Judam sermo convertitur*: Tu quoque Juda pone messem tibi; & *est sensus: Non te putes esse securum, quòd Israël captivus abducitur: tu quoque prapara tibi segetes, ut metantur; non multo enim post tempore ducêris captivus in Babylonem*: & infra: *Juda quoque..... præcipitur, ut & ipse propter peccata paret sibi messem, sive vindemiam, cùm judicii tempus advenerit: sed huic ignoscitur, & veniam Dominus pollicetur*. Tandem his concludit: *Quidam hoc quod dicitur*, Juda incipe vindemiam tuam, *sive* pone messem tibi, *ad bonam partem referunt, ut punito Israël, iste operum suorum fructus recipiat..... Nobis superior sensus magis placet.*

CAPUT VII.

VERSIO ANTIQUA.

1..... *Vide Not.*

Hieron. in Os. 7. col. 1279. 2. Ut concinant quasi canentes in cordibus suis, omnes malitias eorum recordatus sum: nunc circumdederunt eos cogitationes suæ, contra faciem meam factæ sunt.

3. In malitiis suis lætificaverunt reges: & in

VULGATA NOVA.

1. CUm sanare vellem Israël, revelata est iniquitas Ephraim, & malitia Samariæ, quia operati sunt mendacium: & fur ingressus est spolians, latrunculus foris.

2. Et ne fortè dicant in cordibus suis, omnem malitiam eorum me recordatum: nunc circumdederunt eos adinventiones suæ, coram facie mea factæ sunt.

3. In malitia sua lætificaverunt regem: & in

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hîc Hebraïci contextûs Latina versio sola refertur ab Hieron. qualis nimirum habetur in Vulg. nostra; nec tamen id ab ipso subjicitur, *LXX. similiter*, quod sæpe illi contingit, cùm textus ambo conveniunt inter se: vide sup. c. 1. ℣℣. 1. 5. 8. &c. Græcè hodie sic legitur: Ἐν τῷ ἰάσασθαί με τὸν Ἰσραὴλ, καὶ ἀποκαλυφθήσεται ἡ ἀδικία Ἐφραὶμ, καὶ ἡ κακία Σαμαρείας, ὅτι εἰργάσαντο ψευδῆ· καὶ κλέπτης πρὸς αὐτὸν εἰσελεύσεται ἐκδιδύσκων, λῃστὴς ἐν τῇ ὁδῷ αὐτῶν· quæ Nobilius ita reddit: *Cùm sanarem ego Israël, & revelabitur iniquitas Ephræm, & malitia Samariæ, quia operati sunt mendacia: & fur ad eum ingredietur spolians, latro in via ejus*: quæ omnia paucis differunt à Vulg.

℣. 2. Eadem exhibet Græc. Vat. excepto uno fing. τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ, *corde suo*, pro *in cordibus suis*; Ald. tamen ed. & Mss. Barb. ferunt, ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν.

℣. 3. Itidem Græcè.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

mendaciis ſuis principes.

4. Omnes adulterantes, quaſi clibanus ſuccenſus à coquente : quievit paululùm civitas à commiſtione fermenti, donec fermentaretur totum.

5. Dies regis noſtri : cœperunt principes furere à vino : extendit manum ſuam cum illuſoribus.

6. Quia applicuerunt quaſi clibanum cor ſuum, cùm inſidiaretur eis : tota nocte dormivit coquens eos, manè ipſe ſuccenſus quaſi ignis flammæ.

7. Omnes calefacti ſunt quaſi clibanus, & devoraverunt judices ſuos : omnes reges eorum ceciderunt : non eſt qui clamet in eis ad me.

8. Ephraim in populis ipſe commiſcebatur : Ephraim factus eſt ſubcinericius panis, qui non reverſatur.

9. Comederunt alieni robur ejus, & ipſe neſcivit : ſed & cani effuſi ſunt in eo, & ipſe ignoravit.

10. Et humiliabitur ſuperbia Iſraël in facie ejus : nec reverſi ſunt ad Dominum Deum ſuum, & non quæſierunt eum in omnibus his.

11. Et factus eſt Ephraim quaſi columba ſeducta non habens cor : Ægyptum invocabant, ad Aſſyrios abierunt.

12. Et cùm profecti fuerint, expandam ſuper eos rete meum : quaſi volucrem cœli detraham eos, cædam eos ſecundùm auditionem cœtus eorum.

13. Væ eis, quoniam receſſerunt à me : vaſtabuntur, quia prævaricati ſunt in me : & ego redemi eos : & ipſi locuti ſunt contra me mendacia.

14. Et non clamaverunt ad me in corde ſuo, ſed ululabant in cubilibus ſuis : ſuper triticum & vinum ruminabant, receſſerunt à me.

15. Et ego erudivi eos, & confortavi brachia eorum : & in me cogitaverunt malitiam.

16. Reverſi ſunt ut eſſent abſque jugo : facti ſunt quaſi arcus doloſus : cadent in gladio principes eorum, à furore linguæ ſuæ. Iſta ſubſannatio eorum in terra Ægypti.

VERSIO ANTIQUA.

mendaciis ſuis principes. *Hieron. ubi ſup.*

4. Omnes adulterantes, quaſi clibanus ardens ad coquendum, in deuſtionem flammæ à commiſtione fermenti, donec fermentaretur totum.

5. Dies regum veſtrorum : cœperunt principes furere à vino : extendit manum ſuam cum peſtilentibus. *col. 1280.*

6. Quia ſuccenſa ſunt quaſi clibanus corda eorum, cùm præcipitarentur : tota nocte Ephraim ſomno repletus eſt ; manè factum eſt, incenſus eſt quaſi ignis flammæ.

7. Omnes calefacti ſunt quaſi clibanus ignis ardens, & ignis devoravit judices ſuos : omnes reges eorum ceciderunt : non eſt in eis qui invocet me.

8. Ephraim populis ſuis commiſcebatur : Ephraim factus eſt ſubcinericius, qui non reverſatur. *col. 1281.*

9. Comederunt alieni fortitudinem ejus, ipſe verò neſcivit : & cani effloruerunt ei, & ipſe ignoravit.

10. Et humiliabitur contumelia Iſraël in facie ejus : & non ſunt reverſi ad Dominum Deum ſuum, & non quæſierunt eum in omnibus his.

11. Et erat Ephraim quaſi columba inſipiens non habens cor : Ægyptum invocabit, & in Aſſyrios abierunt. *col. 1282.*

12. Sicut ibunt, mittam ſuper eos rete meum : ut volatilia cœli detraham illos, corripiam eos in auditu tribulationis eorum. *col. 1283.*

13. Væ eis, quoniam receſſerunt à me : manifeſti ſunt, quoniam impiè egerunt in me : ego verò redemi eos : ipſi verò locuti ſunt contra me mendacium.

14. Et non clamaverunt ad me corda eorum, ſed ululabant in cubilibus ſuis : ſuper tritico & vino diſſecabantur. *col. 1284.*

15. Eruditi ſunt in me, & ego confortavi brachia eorum : & contra me cogitaverunt mala.

16. Converſi ſunt in nihilum : facti ſunt quaſi arcus intentus : cadent in gladio principes eorum, propter imperitiam linguæ eorum. Sic eſt ſubſannatio eorum in terra Ægypti.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Suffragatur Gr. Vat. niſi quòd hab. καλαχαύματος ἀπὸ τῆς φλογός, *deuſtionis à flamma* ; ultimòque, αὐτό, *ipſum*, pro *totum* ; ſed in ed. Compl. ἐπὶ τῆς καυσυρᾶς φλογος..... ἕως τῦ ζυμωθῆναι ὅλον, in Ald. & Mſ. Barb. αὐτὸ ὅλον. Apud Hieron. l. 3. in ep. ad Epheſ. to. 4. 404. f. *Omnes adulterantes, quaſi clibanus corda eorum.* Apud Gaud. Brix. ſer. 2. p. 965. b. *Omnes fornicantes, velut ardens clibanus corda eorum.*

℣. 5. Sic eſt in Græco.

℣. 6. Similia Græc. habet Vat. præter ult. ὡς πυρὸς φέγγος, *quaſi ignis ſplendor*, loco *quaſi ignis flamma* ; at in Mſ. Alex. ὡς πῦρ, & in ed. Compl. φλογός. Item Compl. paulò ſupra habet, ἐν τῷ καλαποντίζεσθαι αὐτὺς, pro *cùm præcipitarentur* ; Vatic. ἐν τῷ καλαράσσειν ; quod ultimum Hieronymus agnoviſſe videtur, cùm dicat infra, col. 1281. c. *Hoc enim juxta LXX. ſignificant cataracta, quæ non ſurſum levant, ſed allidunt deorſum* : καλαράσσω enim propriè, *impetuosè deturbo*, à ῥάσσω, *allido*, *dejicio* : habet etiam Theodoretus καλαράσσειν, pro quo teſtatur cæteros Interpretes dixiſſe ἀνεσρεύειν : ita Nobil.

℣. 7. Abeſt à Gr. Vat. τὸ *ignis ardens*, & *ignis* ; loco verò ſeq. *devoravit*, eſt ἐν κατέφαγον, & *devoraverunt* ; extremò etiam ita, ὑκ ἦν ἐν αὐτοῖς ὁ ἐπικαλύμμος πρός με, *non erat in eis qui invocaret me* ; cæt. ut in Lat. ſupra. In Mſ. Alex. ὡς κλίβανος πυρὸς καιομένη, αἱ καρδίαι αὐτῶν, ἐν κατέφαγεν πῦρ τὺς κριτάς, &c. in Ald. & Mſ. Barb. καιόμμος, ἐν πῦρ κατέφαγε τὺς κριτάς, ut ſup. ap. Hieron. in Compl. etiam : ὑκ ἔστι ὁ ἐπικαλύμμος ἐν αὐτοῖς πρὸς ἐμέ.

℣. 8. Itidem Græcè, præpoſitâ voculâ ἐν, *populis*, ſed hæc præpoſ. abeſt ab ed. Ald.

℣. 9. Conſonat Græc. ad verbum.

℣. 10. Similiter in Græco, niſi quòd hab. εἰς πρόσωπον, *in faciem* ; paulòque poſt, ἐξεζήτησαν, *exquiſierunt*.

℣. 11. Ita rurſum in Græco, excepto verbo ἐπικαλεῖτο, *invocabat*. Hieron. autem ad vocem *inſipiens*, quam tribuit LXX. addit, *ſive* inſenſata ; ἄτυς enim, inquit, *utrumque exprimere poteſt* : item in Iſai. 59. col. 440. f. legit : *Ephraim quaſi columba non habens ſenſum.*

℣. 12. Concinit Græcum. Ambroſ. etiam in Pſ. 118. col. 1082. b. legit : *corripiam eos in auditu tribulationis eorum.*

℣. 13. Græc. Οὐαὶ αὐτοῖς, ὅτι ἀπεπήδησαν ἀπ' ἐμῦ· λοιμοὶ εἰσιν, &c. i. e. *Va eis, quoniam reſiluerunt à me : meticuloſi ſunt*, &c. ut in Lat. ult. excepto plur. ψευδῆ, *mendacia*. Hieron. in comment. col. 1284. a. addit : *Porro in editione Vulgata duplicìter legimus : quidam enim codices habent*, λιμοὶ εἰσὶν, *hoc eſt*, manifeſti ſunt ; *alii*, λοιμοὶ εἰσιν, *hoc eſt*, meticuloſi, *ſive* miſeri ſunt.

℣℣. 14. 15. Totidem verba in Græco.

℣. 16. Similia Græc. habet, niſi id exceperis, Οὗτος ὁ φαυλισμός, *Hæc ſubſannatio*, loco *Sic eſt ſubſannatio*. Hieron. in Iſai. 65. col. 483. f. legit ſup. *propter indiſciplinationem linguæ eorum*, è Gr. διὰ ἀπαιδευσίαν γλώσσης αὐτῶν.

Digitized by Google

CAPUT VIII.

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Hieron. in Oſe. 8. col. 1286. 1. IN ſinu eorum quaſi terra ſicut aquila ſuper domum Domini : pro eo quòd tranſgreſſi ſunt teſtamentum meum, & contra legem meam impiè egerunt.	1. IN gutture tuo ſit tuba quaſi aquila ſuper domum Domini : pro eo quòd tranſgreſſi ſunt fœdus meum, & legem meam prævaricati ſunt.
2. Me invocaverunt : Deus cognovimus te.	2. Me invocabunt : Deus meus cognovimus te Iſraël.
3. Quia Iſraël adverſata eſt bona, inimicum perſecuti ſunt.	3. Projecit Iſraël bonum, inimicus perſequetur eum.
4. Ex ſemetipſis regnaverunt, & non per me: principes exſtiterunt, & non indicaverunt mihi : argentum ſuum & aurum ſuum fecerunt ſibi idola, ut diſpereant:	4. Ipſi regnaverunt, & non ex me : principes exſtiterunt, & non cognovi : argentum ſuum & aurum ſuum fecerunt ſibi idola, ut interirent :
col. 1287. 5. projice vitulum tuum Samaria, concitatus eſt furor meus ſuper eos : uſquequo non poterunt emundari	5. projectus eſt vitulus tuus Samaria, iratus eſt furor meus in eos : uſquequo non poterunt emundari ?
6. in Iſraël? & hoc artifex fecit, & non eſt Deus : quia ſeducens erat vitulus tuus Samaria.	6. Quia ex Iſraël & ipſe eſt : artifex fecit illum, & non eſt Deus : quoniam in aranearum telas erit vitulus Samariæ.
col. 1288. 7. Quia corrupta vento ſeminaverunt, & ſubverſio eorum ſuſcipiet ea : manipulus non habens vires, ut faciat farinam : quod & ſi fecerit, alieni comedent eam.	7. Quia ventum ſeminabunt, & turbinem metent : culmus ſtans non eſt in eo, germen non faciet farinam : quod & ſi fecerit, alieni comedent eam.
8. Abſorptus eſt Iſraël : nunc factus eſt in nationibus quaſi vas inutile.	8. Devoratus eſt Iſraël : nunc factus eſt in nationibus quaſi vas immundum.
col. 1289. 9. Quia ipſi aſcenderunt ad Aſſyrios, germinavit apud ſemetipſum Ephraim : munera dilexerunt.	9. Quia ipſi aſcenderunt ad Aſſur, onager ſolitarius ſibi : Ephraim munera dederunt amatoribus.
10. Idcirco tradentur in gentibus, nunc ſuſcipiam eos : & quieſcent parvùm, ut ungant reges, & principes.	10. Sed & cùm mercede conduxerint nationes, nunc congregabo eos : & quieſcent pauliſper ab onere regis, & principum.
col. 1290. 11. Quia multiplicavit Ephraim altaria : in peccatum ſunt ei altaria dilecta.	11. Quia multiplicavit Ephraim altaria ad peccandum : factæ ſunt ei aræ in delictum.
12. Scribam eis multitudinem : legitima ejus in aliena reputata ſunt altaria.	12. Scribam ei multiplices leges meas, quæ velut alienæ computatæ ſunt.
13. Quia ſi immolaverint hoſtias, & comederint carnes, Dominus non ſuſcipiet eas : nunc recordabitur iniquitates eorum, & ulciſcetur in- *col. 1291.* juſtitias eorum : ipſi in Ægyptum converſi ſunt, & in Aſſyriis immunda comederunt.	13. Hoſtias offerent, immolabunt carnes, & comedent, & Dominus non ſuſcipiet eas : nunc recordabitur iniquitatis eorum, & viſitabit peccata eorum : ipſi in Ægyptum convertentur.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Similiter in Græco, Εἰς κόλπον αὐτῶν ὡς γῆ, &c. unde Hieron. addit : *Hoc quod interpretati ſumus*, In gutture tuo ſit tuba..... *ſoli LXX. dixerunt*, In ſinu eorum quaſi terra, *quod quid ſignificet incertum eſt.* Gildas Sap. l. de excid. Britan. p. 714. b. addit : *pro eo quòd tranſgreſſi ſunt pactum meum, & adversùs legem meam tulerunt ;* in Gr. ἠθέτησαν, abſque præced. *meam.*

℣. 2. Græc. Ἐμὲ κεκράξονται, *Me clamabunt*, &c. ut ſupra. Gildas Sap. l. de excid. Britann. p. 714. b. *Et exclamabant : Cognovimus te.*

℣. 3. Sic habet Græc. niſi excipias verbum ἀπεστράφη, *averſatus eſt*, pro *adverſata eſt ;* in Compl. ἀπερρίφη, *projecit.* Ap. Gild. Sap. l. de excid. Britann. p. 714. c. *qui adverſus ſis Iſraël : bonum ut iniquum perſecuti ſunt.*

℣. 4. Græc. initio hab. Ἑαυτοῖς ἐβασίλευσαν ; reliqua ſimilia. Cypr. ep. 55. & 68. p. 82. b. 119. b. *Sibimetipſis regem conſtituerunt*, & *non per me.* Gildas Sap. l. de excid. Britann. p. 714. c. *Sibi regnaverunt*, & *non per me : tenuerunt principatum, nec me cognoverunt.* Philaſtr. Brix. de hæreſ. p. 713. f. *Regnaverunt non per me.*

℣℣. 5. 6. 7. Totidem exſtant Græcè, & iiſdem verbis.

℣. 8. Ita legitur in Græco. Hujuſce autem verſûs duplicem non appoſuit verſionem Hieronymus, ſed ſatis habuit monere pro voce *immundum*, legi *inutile* in LXX. *Septuaginta*, inquit, *pro* immundo, inutile *tranſtulerunt :* deinde paucis interjectis, verbo *devoratus eſt*, addit, *vel abſorptus*, quod ult. fortè in Antiqua Verſione obtinebat ; in Gr. κατεπόθη, à καταπίνω, *deglutio.*

℣. 9. Itidem Græcè.

℣. 10. Ita rurſum in Græco, præter unum ſingul. βασιλέα, *regem*, pro plur. *reges.* Hieron. etiam in decurſu explicationis hæc habet : *Sin autem ſuſceperim eos..... ceſſabunt parvum ſuper ſe regem conſtituere*, & *principes ejus : ut intelligamus parvum regem diabolum, ad diſtinctionem magni regis, qui ſocietatem cum Belial habere non poteſt.*

℣. 11. Similiter habet & punctat Græc. Vat. loco tamen *in peccatum ſunt*, ſcribit εἰς ἁμαρτίας ἐγένοντο, *in peccata facta ſunt ;* Mſ. Alex. εἰς ἁμαρτίαν ἐγένοντο· ed. verò Compl. ita disjungit : εἰς ἁμαρτίας, deinde, καὶ ἐγενήθη αὐτῷ θυσιαστήρια εἰς ἀνομημένα, ut in Vulg.

℣. 12. Græc. initio hab. Καταγράψω αὐτῷ, *Scribam ei*, non *eis*, quod tamen ferunt editt. omnes Hieron. exinde ſic, καὶ τὰ νόμιμα, & *legitima ;* extremòque addit τὰ ὑγιασμένα, ad *altaria ;* cæt. ad verbum ut ſup. abeſt tamen vox *dilecta* à cæt. libris, ſi Nobilio fides ; ſed habet Theodoretus.

℣. 13. Eadem leguntur Græcè, præter tria, nempe θυσίαν, *hoſtiam*, num. ſingulari ; poſt pauca, ἁμαρτίας, *peccata*, loco *injuſtitias ;* ultimòque, φάγονται, *comedent*, pro *comederunt.* Edit. Ald. non ἁμαρτίας habet, ſed ἀνομίας ; Hieron. que ubi ſup. ait : *Inter ἀνομίαν, id eſt*, iniquitatem, & peccatum, *hoc intereſt, quòd* iniquitas *ante Legem*, peccatum *poſt Legem eſt : & qui permanent in deliciis, iniquitates eorum Dominus recordabitur, quas ante Legem commiſerant : peccatorum autem non recordabitur, ſed faciet ultionem.* Subnexa à nobis ultimò, & *in Aſſyriis immunda comederunt*, non adjuncta ſunt ab Hieronymo textui Latino ſup. de his tamen meminit infra in comm. dicens : *Quod juxta LXX. Interpretes legimus*, & in Aſſyriis immunda comederunt, *in Hebraïco non habetur*, & *idcirco obelo prænotandum eſt.* Quorſum ergo, ſi Verſionem Antiquam, ut putamus, ſuæ ſubjecit Hieronymus, hoc additamentum prætermiſit ? Videtur porro omiſiſſe, quia in omnibus Græcis tunc non legebatur. Et verò Martianæus noſter ad hunc Hieron. loc. in margine notat, illud in vetuſtiſſimis exemplaribus LXX. non haberi : nunc etiam deeſt in edit. Ald. & Hieronymus ipſe inf. 1292. f. agens de ℣. 3. capitis ſeq. ubi hæc verba repetuntur, ait : *De*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

14. Et oblitus eſt Iſraël factoris ſui, & ædificavit delubra: & Judas multiplicavit urbes munitas: & mittam ignem in civitates ejus, & devorabit ædes illius.

VERSIO ANTIQUA.

14. Et oblitus eſt Iſraël eum qui fecit illum, & ædificaverunt delubra: & Judas multiplicavit urbes munitas: & emittam ignem in civitates ejus, & devorabit fundamenta ejus. *Hieron. ubi ſup.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

hoc loco quidam ſupra addiderunt, & in Aſſyriis pollutum comedit, *quod in Hebraïco non habetur, de que jam diximus.* Si autem hæc verba tantùm à *quibuſdam* addita ſunt ſupra, teſte Hieronymo, quid impedire poterat ne ea S. Doctor illic reticeret, maximè cùm in Hebraïco fonte prorſus abeſſent, nec, niſi in quibuſdam exemplaribus LXX. legerentur. In Græco tamen Vatic. & Complut. totidem verba ſubjecta leguntur, nempe, ἐν τῇ Ἀσσυρίοις ἀκάθαρτα φάγονται, quod etiam affirmandum credimus de Mſ. Alexandrino.

℣. 14. Similia refert Græc. Vat. præter ſeqq. τειχισμένας, *munatas*, loco *munitas*; extremòque, θεμέλια αὐτῶν, *fundamenta earum*; at in Mſ. Alex. αὐτῦ, ut ſupra; unde poſt paulò Hieron. ait: Illius, *haud dubium quin Judam ſignificet, licet quidam*, fundamenta earum, *id eſt, urbium, pro* illius, *legant.* Apud Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 724. b. *ignem emittam in civitates Judæ.*

CAPUT IX.

VULGATA NOVA.

1. NOli lætari Iſraël, noli exſultare ſicut populi: quia fornicatus es à Deo tuo, dilexiſti mercedem ſuper omnes areas tritici.

2. Area & torcular non paſcet eos, & vinum mentietur eis.

3. Non habitabunt in terra Domini: reverſus eſt Ephraim in Ægyptum, & in Aſſyriis pollutum comedit.

4. Non libabunt Domino vinum, & non placebunt ei: ſacrificia eorum, quaſi panis lugentium: omnes, qui comedent eum, contaminabuntur: quia panis eorum animæ ipſorum, non intrabit in domum Domini.

5. Quid facietis in die ſolemni, in die feſtivitatis Domini?

6. Ecce enim profecti ſunt à vaſtitate: Ægyptus congregabit eos, Memphis ſepeliet eos: deſiderabile argentum eorum urtica hæreditabit, lappa in tabernaculis eorum.

7. Venerunt dies viſitationis, venerunt dies retributionis: ſcitote Iſraël ſtultum prophetam, inſanum virum ſpiritualem, propter multitudinem iniquitatis tuæ, & multitudinem amentiæ.

8. Speculator Ephraim cum Deo meo: propheta laqueus ruinæ factus eſt ſuper omnes vias ejus, inſania in domo Dei ejus.

VERSIO ANTIQUA.

1. NOli gaudere Iſraël, & noli lætari ſicut populi: quia fornicatus es à Deo tuo, dilexiſti munera ſuper omnem aream tritici. *Hieron. in Oſc. 9. col. 1291.*

2. Area & torcular non cognovit eos, & vinum mentitum eſt illis.

3. Non habitaverunt in terra Domini: habitavit Ephraim in Ægypto, & in Aſſyriis immundum comedit. *col. 1292.*

4. Non libaverunt Domino vinum, nec placuerunt ei: ſacrificia eorum, quaſi panis luctûs ejus: omnes, qui manducaverint ea, contaminabuntur: quia panes animarum eorum, non intrabunt in domum Domini.

5. Quid facietis in die conventus, & in die ſolemnitatis Domini? *col. 1293.*

6. Ideo ecce ibunt de miſeria Ægypti: & ſuſcipiet eos Memphis, & ſepeliet eos Mamachas: argentum eorum interitus poſſidebit, ſpinæ in tabernaculis eorum.

7. Venerunt dies ultionis, venerunt dies retributionis tuæ: & affligetur Iſraël, ſicut propheta inſaniens, homo qui habebat ſpiritum: propter multitudinem iniquitatum tuarum, multiplicata eſt amentia tua. *col. 1294.*

8. Speculator Ephraim cum Deo: propheta laqueus tortuoſus ſuper omnes vias ejus, inſaniam in domo Dei confixerunt. *col. 1295.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 1. 2. Similiter in Græco.

℣. 3. Gr. habet Αἴγυπτον, pro *in Ægypto*, deinde ſic: ἐν τῇ Ἀσσυρίοις ἀκάθαρτα φάγονται, & *in Aſſyriis immunda comedent*, ut ſup. ℣. 13. capitis anteced. Compl. hab. ſup. εἰς Αἴγυπτον, cum Mſ. Alex.

℣. 4. Eodem modo legitur Græcè, niſi quòd habetur πάντες αὐτοῖς, *luctûs eis*, loco *luctûs ejus*; & infra, οἱ ἄρτοι αὐτῶν ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν, *panes eorum animabus eorum*; in edit. Compl. ἄρτοι ταῖς ψυχαῖς αὐτῶν. Apud Cyprianum, epiſt. 55. 68. & 76. p. 82. b. 118. b. 155. b. *ſacrificia eorum, tanquam panis luctûs: omnes, qui manducant ea, contaminabuntur.* In collat. Carthag. p. 489. a. *ſacrificia eorum, tanquam panis luctûs: omnis, qui tetigerit ex eis, inquinabitur.* In Actis verò SS. Saturn. &c. ap. Baluz. Miſcell. to. 2. p. 75. *ſacrificia eorum, tanquam pannus illotus: omnis, qui tetigerit illum, inquinabitur:* hoc autem, *pannus illotus*, mendum redolet, cùm huic lectioni repugnent Patres Lat. & libri Græci omnes, ubi conſtanter, ἄρτος πίνθος· prima etiam lectio paucis litterulis differt ab altera, ut una facilè potuerit converti in aliam: id genus errata non inſolita ſunt librariis oſcitantibus vel imperitis, quorum exempla multa videri poſſunt apud Cuſtantium noſtrum lib. cont. Germon. Hieronymus in comm. optimè ſibi conſtat, dicens: *Lugentium cænas Græci* τεφρόδειπνα *vocant, nos* parentalia *poſſumus dicere, ab eo quòd parentibus mortuis immolentur: & non ſolùm qui obtulerit, ſed etiam qui comederit de hujuſcemodi cibis, immundus erit:* & infra: *Sacrificia hæreticorum, panis luctûs eſt & lacrymarum:* item: *Panem luctûs poſſumus dicere verba mortifera, quibus loquuntur contra Dominum; qui panis non ingreditur in domum Dei.*

℣. 5. Rurſus Hieron. in Iſai. 16. col. 174. b. *Quid facietis in diebus conventus, & in diebus feſtivitatis Domini?* & in Ezech. 45. col. 1043. f. *Quid facietis in diebus congregationis, & in diebus ſolemnitatis Domini?* Nec aliter in Gr. eſt Vat. niſi quòd 2. loco hab. ἐν ἡμέρᾳ, *in die*: at in Mſ. Alex. 1. loco, ἡμέρᾳ, ſecundo, ἡμέρας; in Ald. & Compl. utrobique ἡμέρᾳ.

℣. 6. Græc. Vat. in principio habet, Διὰ τῦτο ἰδὲ πορεύονται, *Propterea ecce vadunt*; Ald. verò & Compl. cum Mſs. Barb. & Alex. πορεύσονται, ut ſup. item in Vat. eſt Μαχμᾶς, *pro* Mamachas; paulòque poſt, κληρονομήσει αὐτὸ, *poſſidebit illud*; cæt. ut in textu: abeſt αὐτὸ à Compl. ſicut à Mſ. Alex. Ad hoc autem, *Mamachas*, Hieron. ait: *Quod in LXX. dicitur*, ſepeliet eos Mamachas, *in Hebræo non habetur, ſed* mamad, *quod appellatur* deſiderabile: *ex quo perſpicuum eſt falſos eos eſſe ſimilitudine litterarum* daleth, & chaph; & *pro* mamad, *quod* deſiderabile *tranſtulerunt, putaſſe* Mamachas *Ægypti civitatem eſſe*: vide obſervat. Martianæi noſtri in hunc loc.

℣. 7. Similia Gr. exhibet: ibi ſimpliciter, πνευματοφόρος, loco *qui habebat ſpiritum*; Nobil. vertit, *qui à ſpiritu agitatur*, monetque hanc dictionem ita explanari à Theodoreto. Ap. Hieron. in Ezech. 13. col. 769. f. ſic: *ſicut propheta inſaniens, homo portans ſpiritum*: idem Hieron. in comm. addit: *Et in hoc loco error eſt ſolitus: ubi enim nos interpretati ſumus*, ſcitote Iſraël..... & *in Hebræo legitur* Jadau, *LXX. tranſtulerunt*, & affligetur, iod *litteram* vav *putantes*, & *pro* daleth *legentes* res; *quorum alterum* ſcientiam, *alterum*, afflictionem, *vel* malitiam *ſonat.*

℣. 8. Itidem Græcè.

Digitized by Google

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Hieron. ubi sup. 9. Corrupti sunt secundùm dies collis : recordabitur iniquitates eorum, ulciscetur super peccata eorum.	9. Profundè peccaverunt, sicut in diebus Gabaa : recordabitur iniquitatis eorum, & visitabit peccata eorum. *Jud.* 19.
col. 1296. 10. Sicut uvam in deserto, inveni Israël : & sicut ficum in arbore ficus temporaneam, vidi patres eorum : ipsi autem ingressi sunt Beelphegor, & abalienati sunt in confusionem, & facti sunt abominabiles, sicut dilecti.	10. Quasi uvas in deserto, inveni Israël : quasi prima poma ficulneæ in cacumine ejus, vidi patres eorum : ipsi autem intraverunt ad Beelphegor, & abalienati sunt in confusionem, & facti sunt abominabiles, sicut ea quæ dilexerunt.
col. 1297. 11. Ephraim quasi avis avolavit, gloria eorum in partu, & in parturitionibus, & conceptu.	11. Ephraim quasi avis avolavit, gloria eorum à partu, & ab utero, & à conceptu.
12. Quia etiamsi enutrierint filios suos, sine filiis erunt in hominibus : quia & væ eis est, caro mea ex eis.	12. Quòd & si enutrierint filios suos, absque liberis eos faciam in hominibus : sed & væ eis cùm recessero ab eis.
13. Ephraim, sicut vidi, in captionem præbuit filios suos : & Ephraim, ut educeret ad interfectionem filios suos.	13. Ephraim, ut vidi, Tyrus erat fundata in pulchritudine : & Ephraim educet ad interfectorem filios suos.
col. 1298. 14. Da eis Domine. Quid dabis eis ? Da eis vulvam sine filiis, & ubera arentia.	14. Da eis Domine. Quid dabis eis ? Da eis vulvam sine liberis, & ubera arentia.
15. Omnes nequitiæ eorum in Galgal, quia ibi *col.* 1299. exosos habui eos : propter malitiam adinventionum eorum de domo mea ejiciam eos : non addam ut diligam eos, omnes principes eorum inobedientes.	15. Omnes nequitiæ eorum in Galgal, quia ibi exosos habui eos : propter malitiam adinventionum eorum de domo mea ejiciam eos : non addam ut diligam eos, omnes principes eorum recedentes. 1. Reg. 8.
16. Doluit Ephraim radices suas, arefactus est : fructum nequaquam affert. Quia etsi genuerint, interficiam desiderabilia uteri eorum.	16. Percussus est Ephraim, radix eorum exsiccata est : fructum nequaquam facient Quòd & si genuerint, interficiam amantissima uteri eorum.
17. Repellet eos Deus, quia non audierunt eum : & erunt vagi in nationibus.	17. Abjiciet eos Deus meus, quia non audierunt eum : & erunt vagi in nationibus.

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 9. Ita rursum in Græco, detractâ voculâ *super*.

℣. 10. Eadem leguntur Græcè, nonnullis exceptis circa med. ὡς ὄκνον. ὃν Ζυκῇ πρόϊμον, πατέρας αὐτῶν εἶδον· αὐτοὶ εἰσῆλθον πρὸς τὸν Βεελφεγώρ, & *sicut scopum sic ficu temporaneum, patres eorum vidi : ipsi ingressi sunt ad Beelphegor* : Nobil. ait : Σκοπὸν etiam Nahum habet c. 3. ℣. 12. ubi in aliis est, ὡς Ζυκαῖ καρπὸς ἔχουσι· in Vaticano est, σκοπὸς ἔχουσι ; in cæt. codd. & apud Theodoret. ὡς Ζύκον, ut sup. Subinde Hieron. dicit : *In aliis exemplaribus legimus* : & facti sunt dilecti, quasi abominabiles ; *quod magis congruit veritati* : in Mss. etiam Barb. & Alex. οἱ ἠγαπημένοι, ὡς οἱ ἐβδελυγμένοι.

℣. 11. Græc. pro *gloria eorum*, &c. habet, *al* Λόξαι αὐτῶν ἐκ τόκων, καὶ ὠδίνων, καὶ Συλλήψεων, i. e. *gloria eorum ex partu, & parturitionibus, & conceptibus* : sola ed. Compl. Λόξα.

℣. 12. Sic habetur Græcè, excepto uno ἐξ ἀνθρώπων, *ex hominibus* ; at in Compl. ἐν ἀνθρώποις, ut supra. Hieron. addit : *Multùm in hoc loco inter se discordant Interpretes : in eo enim loco, in quo nos diximus*, væ eis cùm recessero ab eis, *LXX. & Theodot. transtulerunt*, væ eis, caro mea ex eis : *quærensque causam cur sit tanta varietas, hanc mihi videor reperisse* : caro mea, *linguâ Hebr. dicitur* basari ; *rursum si dicamus* recessio mea, *sive* declinatio mea, *dicitur* basori : *LXX. igitur, & Theodot. pro eo quod est* recessio mea, & declinatio mea, *verterunt* caro mea.

℣. 13. Similiter in Græco, excepto plurali παρέσηκαν, loco *præbuit* ; at in Compl. παρέσηκε. Hieron. inf. 1298. b. nonnihil variat : *In LXX. legimus*, inquit, *Ephraim, quomodo vidi, in venationem præbuit filios suos* : & supra 1297. b. ait : *Rursum ubi nos posuimus*, Ephraim, ut vidi, Tyrus erat, *LXX. interpretati sunt* Θήρευσιν, *id est*, venationem, *sive* capturam ; *Aq. & Symm. & Theod.* petram durissimam, *id est*, silicem, *quæ linguâ Hebr. appellatur* sur ; *quòd si legimus* sor, Tyrus *dicitur* : *putantes autem LXX. ob litterarum similitudinem* res, & daleth, *non esse* res, *sed* daleth, *legerunt* sud, *id est*, venationem, *sive* capturam.

℣. 14. Sic est in Græco ad verbum, sublato tantùm altero *da eis*. Utrum verò ex Hebræo, an è Græco expressa sit hujusce versiculi versio, non declarat Hieron. procul dubio quia Græcum eò loci Hebraïco consentaneum erat ; inf. tamen eundem ℣. repetens, vocem unam mutat, nempe *sterilem*, pro *sine filiis* ; Gr. ἀτεκνώσαν : similiter in Isai. 13. col. 153. d. legit : *Da eis Domine. Quid dabis eis ? Vulvam sterilem, & ubera arentia.* Aug. verò l. cont. Adim. to. 8. 146. a. hæc habet : *Da illis ventrem vacuum, & ubera arida : mortifica semen ventris ipsorum, ne pariant.*

℣. 15. Eadem rursum in Græco, præter unum plur. τὰς κακίας, loco *malitiam*. Hîc etiam Hieron. non declarat utrum versio Lat. quam adhibet, ea sit, quam ex Hebræo procudit, an illa quam ex LXX. ipsi adjungere solet, nisi quòd ultimæ voci *recedentes*, quæ ex Hebræo est, addit, sive *inobedientes*, quæ ex LXX. apud quos nunc legimus ἀπειθοῦντες : ut ut est, manifestè conveniunt inter se & Hebraïcum & Græcum ; propterea que id satis habuit sibi Hieronymus alterutrius versionem Latinam referre.

℣. 16. Itidem Græcè, præter hoc, ἐκ ἔτι μὴ ἰσχύσῃ, non *ultra feret*, loco *nequaquam affert*.

℣. 17. Sic habet Gr. nisi excipias verbum compos. ἐξουδένωσαν, *exaudierunt*.

CAPUT X.

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Hieron. in Ose. 10. col. 1300. 1. Vitis frondosa Israël, fructus abundans in ea : secundùm multitudinem fructuum suorum multiplicavit altaria, juxta bona terræ eorum ædificabunt titulos.	1. Vitis frondosa Israël, fructus adæquatus est ei : secundùm multitudinem fructus sui multiplicavit altaria, juxta ubertatem terræ suæ exuberavit simulachris.
col. 1301. 2. Divisérunt corda sua, nunc peribunt : ipse suffodiet altaria eorum, affligentur tituli eorum.	2. Divisum est cor eorum, nunc interibunt : ipse confringet simulachra eorum, depopulabitur aras eorum.
col. 1302. 3. Propterea nunc dicent : Non est rex nobis :	3. Quia nunc dicent : Non est rex nobis : non

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Hieron. addit : *Vitis frondosa, sive juxta LXX.* εὐκληματοῦσα, *id est, duas habens propagines* ; nunc etiam in Gr. εὐκληματοῦσα ; reliqua similiter quadrant, nonnullis exceptis, scilicet αὐτῆς, *ejus*, pro *in ea*, ut & inf. loco *suorum* ; Compl. tamen hîc hab. αὐτῶν, cum Theodor. Ald. verò ed. & Mss. Alex. αὐτῇ : denique Græcè legitur τῇ γῇ αὐτῇ, loco *terræ eorum* ; statimque, ᾠκοδόμησε στήλας, *ædificavit titulos*, non *ædificabunt*.

℣℣. 2. 3. 4. 5. Totidem exstant Græcè, nisi excipiatur vox πεφάσεις de ℣. 4. pro qua legitur sup. *occasiones*, ad

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

enim timemus Dominum : & rex quid faciet nobis ?

4. Loquimini verba visionis inutilis, & ferietis fœdus : & germinabit quasi amaritudo judicium super sulcos agri.

5. Vaccas Bethaven coluerunt habitatores Samariæ : quia luxit super eum populus ejus, & æditui ejus super eum exsultaverunt in gloria ejus, quia migravit ab eo.

6. Siquidem & ipse in Assur delatus est, munus regi ultori : confusio Ephraim capiet, & confundetur Israël in voluntate sua.

7. Transire fecit Samaria regem suum quasi spumam super faciem aquæ.

8. Et disperdentur excelsa idoli, peccatum Israël : lappa, & tribulus ascendet super aras eo-
Isai. 2. 19. rum : & dicent montibus : Operite nos ; & collibus : Cadite super nos.

Luc. 23. 30. Apocal. 6. 16. 9. Ex diebus Gabaa, peccavit Israël, ibi steterunt : non comprehendet eos in Gabaa prælium super filios iniquitatis.

Jud. 20. 10. Juxta desiderium meum corripiam eos : congregabuntur super eos populi, cùm corripientur propter duas iniquitates suas.

11. Ephraim vitula docta diligere triturам, & ego transivi super pulchritudinem colli ejus : ascendam super Ephraim, arabit Judas, confringet sibi sulcos Jacob.

Jer. 4. 3. 12. Seminate vobis in justitia, & metite in ore misericordiæ, innovate vobis novale : tempus autem requirendi Dominum, cùm venerit qui docebit vos justitiam.

13. Arastis impietatem, iniquitatem messuistis, comedistis frugem mendacii : quia confisus es in viis tuis, in multitudine fortium tuorum.

14. Consurget tumultus in populo tuo : & omnes munitiones tuæ vastabuntur, sicut vasta-
Jud. 8. 11. tus est Salmana à domo ejus qui judicavit Baal in die prælii, matre super filios allisa.

15. Sic fecit vobis Bethel, à facie malitiæ nequitiarum vestrarum.

VERSIO ANTIQUA.

quia non timuimus Dominum : rex autem quid faciet nobis ? *Hieron. ubi sup.*

4. Loquens verba, occasiones mendaces, disponet testamentum : orietur sicut gramen judicium super desertum agri.

5. Apud vitulum domus On morabuntur qui habitant in Samaria : quia luxit populus ejus super eum : & sicut irritaverunt illum, gaudebunt super gloria ejus, quia translata est ab eo. *col. 1303.*

6. Et ipsum in Assyrios ligantes, tulerunt munera regi Jarib : in domo Ephraim suscipiet confusionem, confundetur Israël in consilio suo.

7. Projecit Samaria regem suum sicut cremium super faciem aquæ. *col. 1305.*

8. Et auferentur aræ On, peccata Israël : spinæ & tribuli ascendent super altaria eorum : & dicent montibus : Operite nos ; & collibus : Cadite super nos.

9. Ex quo colles sunt, peccavit Israël, ibi steterunt : non comprehendit eos in colle bellum super filios iniquitatis. *col. 1306.*

10. Venit ut corriperet eos : & congregabuntur super illos populi, quando correpti fuerint in duabus inIquitatibus suis.

11. Ephraim vitula edocta diligere contentionem, ego autem veniam super pulchritudinem colli ejus : supponam Ephraim, & reticebo Judam, roborabitur sibi Jacob. *col. 1307.*

12. Seminate vobis in justitia, vindemiate fructum vitæ, illuminate vobis lumen scientiæ : quoniam est tempus, quærite Dominum, donec veniant fruges justitiæ vobis. *col. 1308.*

13. Quid reticetis impietates, & iniquitates ejus vindemiastis ? comedistis fructum mendacem : quia speraSti in curribus tuis, in multitudine fortitudinis tuæ. *col. 1309.*

14. Consurget perditio in populo tuo : & omnia murata tua abibunt : sicut principes Salmana de domo Jerobaal in diebus belli ; matrem super filios alliserunt.

15. Sic faciam vobis domus Israël, à facie malitiarum vestrarum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

verbum, *præstutus* ; Hieron. in comm. 1302. f. ait : *LXX. verba eorum*, excusationes falsas *transtulerunt* : vox autem Gr. πρόφασις, variis his Lat. accommodari potest.

℣. 6. Gr. scribit Ἰαριμ ; paulòque post delet *confusionem*, cujus loco ponit ὴ ; sed à Compl. abest conjunct. ὴ ; in aliis lib. est λέξεται αἰχύνη, si Nobilio fides ; cæt. ut supra. Apud Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 734. c. sic : *Et vinctum eum ducent xenium regi.* Ap. Rufin. in Symb. p. 181. c. *Et alligantes, adduxerunt eum xenium* : pro *munera* enim, Gr. hab. ξένια, i. e. *dona hospitibus dari solita.*

℣℣. 7. 8. Eadem sunt in Græco verbum pro verbo.

℣. 9. Sic iterum Græcè, excepto uno καταλάβῃ, *comprehendet.*

℣. 10. Græc. Vat. ipso initio hab. παιδεῦσαι αὐτούς, Nobil. *ut corriperem eos*, absque superiori *venit* ; reliqua ut in textu ; sed in Mſ. Alex. est ἦλθε παιδεῦσαι, ut sup. in Compl. ἦλθε τοῦ παιδεύειν.

℣. 11. Similia Græc. exhibet, nisi quòd tollit &, ante *reticebo* ; & pro seq. *sibi*, ponit αὐτῷ ; in Mſ. Alex. ὴ παρασιωπήσομαι. Ap. Ambros. l. de Joseph, c. 7. col. 498. b. sic : *Ephraem vacca docta diligere victoriam, ego autem transivi super decorem cervicis ejus.* Item ap. Hieron. loco cit. *vitula, sive vacca* ; *etenim*, inquit, *quod Hebraïcè dicitur* egla, *id est*, μόσχος, & δάμαλις, *utrumque significat.*

℣. 12. Eadem leguntur Græcè, exceptis his, εἰς δικαιοσύνην..... εἰς καρπὸν ζωῆς, *in justitiam..... in fructum vitæ* ; à Compl. abest præp. εἰς, ante καρπὸν, sicut à Mſ. Vatic. τὸ *quoniam est tempus* ; in Ald. tamen edit. est ὡς ἔτι καιρός· sed Nobilio duæ videntur interpretationes esse, *scientia*, & *adhuc tempus.* Hilar. in Pſ. 118. col. 244. d. legit : *Serite in justitia vosmetipsos*, & *metite vos in fructu vitæ*, & *illuminate vos in lumine scientiæ.* Ambros. l. de Isaac, col. 364. a. *Seminate vobis ad justitiam, vindemiate ad fructum vitæ, illuminate vobis lumen cognitionis* : similiter in Pſ. 118. col. 973. f. sicut infra 1116. d. *Serite vobis ad justitiam, vindemiate ad fructum* : & l. de Nab. c. 7. col. 575. d. *Seminate vobis ad justitiam.* Rursum Hieron. ep. ad Fabiol. col. 584. f. *Seminate vobis in justitia*, & *metite fructum vitæ, illuminate vobis lumen scientiæ* : & in Eccles. to. 2. col. 730. b. *Seminate vobis in justitia, vindemiate in fructu vitæ, illuminate vobis lumen scientiæ* : item sup. in Ose. col. 1308. c. ait : *LXX. transtulerunt*, vindemiate fructum vitæ ; *magisque semini convenit messio, quàm vindemia* : fructus *autem* vitæ *ipse est qui* & *lignum vitæ.* Cassiod. in Pſ. 25. p. 441. a. *Serite vobis ad justitiam*, & *metite misericordiam.*

℣. 13. Gr. Vat. initio hab. Ἵνα τί παρεσιωπήσατε ἀσέβειαν ; *Ut quid reticuistis impietatem ?* & infra, ἐν τοῖς ἁμαρτήμασι, *in peccatis*, pro *in curribus* ; cæt. ut in textu. Compl. bene : Τί παρεσιωπήσατε ἀσεβείας..... ὅτι ἠλπίσας ἐν τοῖς ἅρμασί ζου ; similiter in Ald. sicut in Mſs. Alex. & Barb. ἅρμασι. Hieron. in Isai. 58. col. 427. c. legit : *Quare tacuistis impietatem eorum*, & *iniquitates vindemiastis*, & *comedistis frumentum mendacii ?* Ambros. l. de Joseph, c. 7. col. 498. c. *Seminastis impietatem*, & *iniquitates ejus vindemiastis : manducasti fructum falsum, quia speraSti in curribus tuis.*

℣. 14. Gr. Vat. in principio hab. Καὶ ἐξαναστήσεται ; paulòque post, ὡς ἄρχων Σαλαμὰν ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ Ἰεροβοάμ, i. e. *sicut princeps Salaman de domo Jereboam* ; cæt. similia. In Compl. verò ὡς ἄρχων Σάλμανα ; & in Mſ. Alex. ἐκ τοῦ οἴκου Ἰεροβοάλ.

℣. 15. Itidem Græcè, præposita voce ἀδικίας, *injustitiæ*, isti, *malitiarum* ; at Euseb. l. 9. Dem. Evang. habet simpliciter, ἀπὸ προσώπου τῶν ἀδικιῶν ὑμῶν, si Nobilio fides. Hieron. ubi sup. col. 1310. b. ait : *Pro* Bethel, *quod interpretatur* domus Dei, *LXX. transtulerunt* domus Israël, *quod in Hebræo penitus non habetur.*

Digitized by Google

CAPUT XI.

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Hieron. in Oſe. 11. col. 1310. 1. MAnè projecti ſunt, projectus eſt rex Iſraël. Quia parvulus Iſraël, & ego dilexi eum: & ex Ægypto vocavi filios ſuos.	1. SIcut manè tranſiit, pertranſiit rex Iſraël. Quia puer Iſraël, & dilexi eum: & ex Ægypto vocavi filium meum. *Matth.*
2. Sicut vocavi eos, ita abierunt à facie mea ipſi: Baalim immolabant, & ſculptilibus adolebant.	2. Vocaverunt eos, ſic abierunt à facie eorum: 2. 15. Baalim immolabant, & ſimulachris ſacrificabant.
col. 1312. 3. Et ego colligavi Ephraim, ſuſcepi eum ſuper brachium meum: & non cognoverunt ut ſanarem illos.	3. Et ego quaſi nutricius Ephraim, portabam eos in brachiis meis: & neſcierunt quòd curarem eos.
4. In corruptione hominum extendi eos, in vinculis charitatis meæ: & ero illis quaſi dans alapas homo ſuper maxillas ejus: & reſpiciam ad eum prævalens ei.	4. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis: & ero eis quaſi exaltans jugum ſuper maxillas eorum: & declinavi ad eum ut veſceretur.
col. 1313. 5. Habitabit Ephraim in Ægypto, & Aſſur ipſe rex ejus: quia noluit converti.	5. Non revertetur in terram Ægypti, & Aſſur ipſe rex ejus: quoniam noluerunt converti.
6. Et infirmatus eſt gladius in civitatibus ejus, & requievit in manibus illius, & comedent de cogitationibus ſuis.	6. Cœpit gladius in civitatibus ejus, & conſumet electos ejus, & comedet capita eorum.
7. Et populus ejus ſuſpenſus eſt ex incolatu ſuo: & Deus ſuper pretioſa ejus iraſcetur, & non exaltabit eum.	7. Et populus meus pendebit ad reditum meum: jugum autem imponetur eis ſimul, quod non auferetur.
col. 1314. 8. Quid faciam tibi Ephraim? protegam te Iſraël? quid faciam tibi? ſicut Adama ponam te, & ſicut Seboim. Converſum eſt cor meum in ipſo, ſimul conturbata eſt pœnitudo mea.	8. Quomodo dabo te Ephraim, protegam te Iſraël? quomodo dabo te ſicut Adama, ponam te ut Seboim? Converſum eſt in me cor meum, pariter conturbata eſt pœnitudo mea.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Itidem Græcè, niſi excipiatur vox ult. αὐτῶ, loco *ſuos*. Hieron. in comm. 1311. c. ait: *Pro eo quod nos diximus*, ex Ægypto vocavi filium meum, *LXX. tranſtulerunt*, ex Ægypto vocavi filios ejus, *quod in Hebraïco non habetur: nulliqne dubium eſt Matthæum (2. 15.) de hoc loco ſumpſiſſe teſtimonium juxta Hebraïcam veritatem:* item l. de opt. gen. interpr. to. 4. 252. c. ait: *Scribit Evangeliſta:* ut impleretur quod dictum eſt à Domino per Prophetam: Ex Ægypto vocavi filium meum: *hoc noſtri codices non habent; ſed in Oſee juxta Hebraïcam ſcribitur veritatem:* quia puer Iſraël eſt, & dilexi eum: & ex Ægypto vocavi filium meum: *pro quo & in eodem loco LXX. tranſtulerunt:* quia parvulus eſt Iſraël, & dilexi eum: & ex Ægypto vocavi filios ejus. Vide etiam q. 2. ad Algaſ. to. 4. 190. a. & in Iſai. 6. col. 63. f. 64. a. ut & ſeqq. in Oſe. 1311. e. 1312. a.

℣. 2. Sic eſt in Græco.

℣. 3. Hieronymus infra 1313. c. verbum *colligavi* ita explicat: *Ligabam pedes Ephraim, ne à me longiùs fugerent; hoc enim ſignificat* Συνεπόδισα: ſic etiam in Gr. hod. eſt, Συνεπόδισα; ſicut in fine, ὅτι ἴαμαι αὐτές, *quia ſanavi eos*, loco *ut ſanarem illos*; cæt. ut in Lat. ſup. In ed. Ald. ἰάσομαι, *ſanabo*. Idem Hieron. in Ezech. 47. col. 1058. a. ſic legit: *Ego colligavi Ephraim, ſuſcepi eum in brachio meo: & non cognoverunt quia ſanavi eos in correptione* (al. *corruptione*) *hominis:* hoc autem ult. *in corruptione*, vel *correptione hominis*, quod jungit hîc Hieron. antecedentibus, transferri debet juxta Græcum hod. in ℣. ſequentem, adnectique verbo *extendi*. Interpunctioni etiam iſti favere videtur Hieron. infra in Oſe. col. 1312. f. & 1313. c. Vide Not. ad ℣. ſequentem.

℣. 4. Ita Græcè, uno tenore, Ἐν διαθορᾷ ἀνθρώπων ἔξέτεινα αὐτές, &c. ut in Lat. ſup. niſi quòd pro ult. *prævalens ei*, habetur, λυπήσομαι αὐτῷ, *prævalebo eis*; at in Compl. λυπήσω. Hieron. quoque in comment. 1312. f. prima verba, in editt. disjuncta, ſic jungere videtur ut in Vulg. & Gr. *Pro Adam*, inquit, *Aquila, & Symm. & LXX. & Theodotio*, homines *tranſtulerunt, ut dicerent:* In funiculis hominum traham eos, in vinculis charitatis: & infra 1313. b. priora reſumendo, dicit: *Tranſeamus ad intelligentiam ſpiritualem juxta LXX. duntaxat Interpretes... Illis immolantibus Baalim..... & me vocante, fugientibus à facie mea (ita enim in LXX. continetur) ego..... ligabam pedes Ephraim, ne à me longiùs fugerent..... Unde in corruptione hominum, videlicet magiſtrorum qui eos deceperant, contractos perfidiæ frigore, extendi calorem fidei, & quaſi repugnantes, vinculis meæ dilectionis aſtrinxi.* Porro ex his poſterioribus verbis manifeſtè colligitur τὸ *in corruptione hominum*, etiam apud LXX. adnecti debere ſubſequentibus, non verò antecedentibus de ℣. 3. Hieronymus tamen in Ezech. 47. ut vidimus ſup. ad eundem ℣. 3. ſic habet: *& non cognoverunt quia ſanavi eos in correptione hominis;* nec ibi addit plura de Oſe. Hoc autem, *in correptione hominis*, illic apertè conjungitur cum præced. *ſanavi eos;* quæ copulatio ſeu conjunctio non tantùm Vulgatæ repugnat, ſed & textûs Gr. variis editionibus, necnon ipſius Hieronymi commentario. Quod autem cit. loco in Ezech. legitur (in editt. Eraſmi & Martian.) *correptione*, non *corruptione*, fortaſſe mendum eſt, quod irrepere facilè potuit in præd. editt. ſcriptum verò fuiſſe primitus, *corruptione*, non *correptione*, magis credidetim: imo quæ ſequuntur ap. Hieron. eodem loco, erratum id genus ſatis apertè indicant: his enim, *quia ſanavi eos in correptione hominis* (non *hominum*,) proximè addit ex Iſai. 53. *qui vulneratus eſt propter peccata noſtra, & infirmatus pro iniquitatibus noſtris: diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & livore ejus ſanati ſumus:* deinde, *ipſe iſtud mare, quod eſt ſalſiſſimum, & nimia amaritudine mortuum, ſua morte ſanavit.* Porro hæc verba, *qui vulneratus..... & infirmatus..... & livore ejus..... & ſua morte ſanavit*, quæ ſubnectuntur iſtis, *in correptione hominis*, i. e. Chriſti Domini; non *correptionem*, ſed *corruptionem*, ſatis arguunt. Præterea in Græco conſtanter habetur ἐν διαφθορᾷ, ut monui ſupra: quinimo in edit. Hieron. Pariſ. 1623. Mariani Victorii, eodem commentarii loco in Ezech. exſtat *in corruptione;* licet in edit. Eraſmi, Pariſ. 1533. ut jam dixi, ſicut in noviſſima Martianæi noſtri, legatur *in correptione*. Conſulant Mſs. codices, quorum intereſt.

℣. 5. Græc. initio hab. κατῴκησεν, *habitavit*, non *habitabit;* cæt. ut in Lat. at Hieron. in comm. conſtanter legit *habitabit: Juxta LXX.* inquit, *habitabit Ephraim in Ægypto..... ſed vitiis, atque peccatis, & perverſitate fidei, ſemper in Ægypto commoratus eſt:* proximè tamen addit: *Quia igitur habitavit in Ægypto, ſenſus magnus Aſſyrius erit rex ejus: noluit enim reverti ad Eccleſiam*, &c.

℣. 6. Sic eſt in Gr. Vat. præter unum ἐν ῥομφαίᾳ, *in gladio*, ſed in Mſ. Alex. & Compl. ῥομφαίαι, *gladius*, ut ſupra.

℣. 7. Itidem Græcè, deleto uno *eſt*, poſt *ſuſpenſus*.

℣. 8. Gr. in principio habet: Τί σε διαθῶμαι Ἐφραὶμ; ὑπερασπιῶ σε Ἰσραήλ; τί σε διαθῶ; ὡς Ἀδάμα, &c. i. e. *Quomodo te diſponam Ephraim? protegam te Iſraël? quid te diſponam? ſicut Adama*, &c. ut in textu. In Compl. Τί σοι ποιήσω Ἐφραὶμ; .....ὡς Ἀδαμὰ, &c. Rurſum Hieron. in Iſai. 43. col. 326. d. *Quid tibi faciam Ephraim? protegam te Iſrael?* & in Jer. 31. col. 681. b. *Quid tibi faciam Ephraim? quid tibi faciam Iſraël? quaſi Adaman ponam te, & quaſi Seboim.* Ambroſ. l. 1. de pœnit. col. 396. b. *Quomodo te conſtituam? velut Adama efficiam te, & ſicut Seboim. Converſum eſt cor meum in eo ipſo, conturbata eſt pœnitentia mea.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

9. Non faciam furorem iræ meæ : non convertar ut diſperdam Ephraim : quoniam Deus ego, & non homo : in medio tui ſanctus, & non ingrediar civitatem.

10. Poſt Dominum ambulabunt, quaſi leo rugiet : quia ipſe rugiet, & formidabunt filii maris.

11. Et avolabunt quaſi avis ex Ægypto, & quaſi columba de terra Aſſyriorum : & collocabo eos in domibus ſuis, dicit Dominus.

12. Circumdedit me in negatione Ephraim, & in dolo domus Iſraël : Judas autem teſtis deſcendit cum Deo, & cum ſanctis fidelis.

VERSIO ANTIQUA.

9. Non faciam juxta iram furoris mei : non derelinquam ut deleatur Ephraim : quoniam Deus ego ſum, & non homo : in te ſanctus, & non ingrediar civitatem. *Hieron. ubi ſup.*

10. Poſt Dominum ambulabo, ſicut leo rugiet : quia ipſe rugiet, & formidabunt filii aquarum. *col.* 1316.

11. Et volabunt quaſi avis ex Ægypto, & quaſi columba de terra Aſſyriorum : & collocabo eos in domibus ſuis, dicit Dominus.

12. Circumdedit me in mendacio Ephraim, & in impietate domus Iſraël & Juda : nunc cognovit eos Deus, & populus ſanctus vocabitur Dei. *col.* 1317.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 9. Eadem prorſus in Græco. Apud Ambroſ. l. 1. de pœnit. col. 396. c. *Non faciam ſecundùm iracundiam furoris mei.* Ap. Cypr. verò l. 2. Teſtim. p. 287. a. *Non faciam juxta iram indignationis meæ : non ſinam deleri Ephraim : quoniam Deus ego ſum, & non homo : in te ſanctus, & non introibo in civitatem.*

℣. 10. Similiter in Græco. Cypr. l. 2. Teſtim. p. 287. a. legit : *Poſt Deum ibo ;* Gr. etiam hab. πορεύσομαι. Auct. l. de promiſſ. p. 3. ap. Proſp. p. 181. c. addit : *ſicut leo rugiavit Dominus : quia ipſe rugiet, & obſtupeſcent filii aquilarum ;* hîc malè *aquilarum*, nam in Gr. conſtanter, τέκνα ὐδάτων ; in Compl. υἱοὶ θαλάσσης, ut in Vulg. Hieron. quoque in comm. ait, filii maris, *ſive* aquarum, *ut LXX. tranſtulerunt : etenim verbum* maim, *quod per tres litteras ſcribitur*, mem, iod, mem, *ſi legatur* maim, aquas *ſignificat ; ſi* meiam, *de* mari *intelligitur.*

℣. 11. Gr. Vat. initio habet ἐκστήσονται, *pavebunt*, loco & *volabunt ;* Mſ. Alex. ἐξ ἐκστήσονται ; Barb. cum Compl. ἐξ ἥξουσι, & *venient ;* Cyr. ἐπτέρωνται, à πτέρον, *metu contrahor*, quod verbum ſimilitudine accedit ad iſtud, πτῶνται, *volabunt*, ab ἵπταμαι, *volo ;* unde procul dubio orta varietas eſt : extremò Gr. Vat. hab. ἐξαποκαλύψω αὐτὲς εἰς τὲς οἴκες αὐτῶν, & *reſtituam eos in domos ſuas*, loco & *collocabo eos in domibus ſuis ;* cæt. ut in textu.

℣. 12. Itidem Græcè, excepto uno plur. ἀσεβείαις, *impietatibus ;* at in Compl. & Mſ. Barb. ἀσεβείᾳ, *impietate*, ut ſupra.

CAPUT XII.

VULGATA NOVA.

1. EPhraim paſcit ventum, & ſequitur æſtum : tota die mendacium & vaſtitatem multiplicat : & fœdus cum Aſſyriis iniit, & oleum in Ægyptum ferebat.

2. Judicium ergo Domini cum Juda, & viſitatio ſuper Jacob : juxta vias ejus, & juxta adinventiones ejus reddet ei.

Geneſ. 25. 25. 3. In utero ſupplantavit fratrem ſuum : & in fortitudine ſua directus eſt cum angelo.

Geneſ. 32. 24. 4. Et invaluit ad angelum, & confortatus eſt : flevit, & rogavit eum : in Bethel invenit eum, & ibi locutus eſt nobiſcum.

5. Et Dominus Deus exercituum, Dominus memoriale ejus.

6. Et tu ad Deum tuum converteris : miſericordiam & judicium cuſtodi, & ſpera in Deo tuo ſemper.

7. Chanaan, in manu ejus ſtatera doloſa, calumniam dilexit.

8. Et dixit Ephraim : Veruntamen dives effectus ſum, inveni idolum mihi : omnes labores mei non invenient mihi iniquitatem, quam peccavi.

9. Et ego Dominus Deus tuus ex terra Ægypti, adhuc ſedere te faciam in tabernaculis, ſicut in diebus feſtivitatis.

VERSIO ANTIQUA.

1. EPhraim autem peſſimus ſpiritus, proſecutus eſt æſtum : tota die inania & vana multiplicavit : & teſtamentum cum Aſſyriis pepigit, & oleum in Ægypto mercabatur. *Hieron. in Oſe.* 12. *col.* 1318.

2. Et judicium Domino cum Juda, ut ulciſcatur Jacob : juxta vias ejus, & juxta adinventiones ejus reddet ei. *col.* 1319.

3. In utero ſupplantavit fratrem ſuum : & in labore ſuo prævaluit Deo.

4. Et confortatus eſt cum angelo, & potuit : fleverunt, & deprecati ſunt me : in domo On invenerunt me, & ibi dictum eſt ad eos.

5. Dominus autem Deus omnipotens erit memoriale ejus.

6. Et tu in Deo tuo convertêris : miſericordiam & judicium cuſtodi, & appropinqua Deo tuo ſemper.

7. Chanaan, in manu ejus ſtatera iniquitatis, opprimere per potentiam dilexit. *col.* 1320.

8. Et dixit Ephraim : Veruntamen dives effectus ſum, inveni requiem mihi : omnes labores ejus non invenientur ei, propter iniquitates in quibus peccavit.

9. Ego autem Dominus Deus tuus eduxi te de terra Ægypti : adhuc habitare te faciam in tabernaculis, ſicut in diebus ſolemnitatis. *col.* 1321.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Similia Græc. haber, præter unum, εἰς Αἴγυπτον, *in Ægyptum*, pro *in Ægypto*.

℣. 2. Sic eſt in Græco. Tichon. reg. 3. p. 55. e. legit : *Judicium Domini ad Judam, ut vindicet in Jacob : ſecundùm vias ejus, & ſecundùm ſtudia ejus retribuet ei.* Hieron. in Ezech. 7. col. 735. e. *Ulciſcar Jacob : ſecundùm vias ſuas, & juxta adinventiones ejus reddam illi.*

℣. 3. Ita legit Aug. l. 2. cont. Maximin. to. 8. 740. e. detracto pronom. *ſuo*, poſt *labore*. Græc. ultimò ſic hab. ἐν κόπῳ αὐτῦ ἰσχυσε πρὸς Θεόν, & *in laboribus ſuis prævaluit erga Deum ;* cæt. ut in Lat. ſup. Ed. Compl. hab. ἐν κόπῳ, non ἐν κόποις.

℣. 4. Sic iterum ap. Auguſt. l. 2. cont. Maximin. 740. e. ad verbum uſque *fleverunt*. Hieron. ubi ſup. in comm. ait : *Pro eo quod in Hebraïco hab.* flevit, & rogavit eum, &c. *legimus in editione Vulgata*, fleverunt, & rogaverunt me, &c. loco verò *On*, quod ita pinximus, Hieron. ibid. ut & aliis in locis, ſcribit Græcè, Ὤν, *quod*, inquit, *interpretatur* dolor. Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 733. b. ita reddit : *In templo meo me invenerunt, & illic diſputatum eſt ad eos.*

℣℣. 5. 6. Ita leguntur Græcè.

℣. 7. Similiter in Græco. Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 24. ap. Proſp. p. 150. e. legit : *Chanaan, in manu ejus ſtatera injuſtitiæ, dominationem enim elegit.*

℣. 8. Totidem verba leguntur Græcè.

℣. 9. Ita ſert Græc. Vat. præter vocem ἡμέραις, *diebus*, pro *in diebus ;* in Mſ. Alex. ἡμέρᾳ ; in Compl. & Mſ. Barb. ἐν ἡμέρᾳ ; in ed. verò Ald. ἐν ἡμέραις, ut ſup. Nota in textu Lat. Hieron. ſec. Hebr. initio ita legi, tam in textu

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi ſup. 10. Et loquar ad prophetas, & ego viſiones multiplicavi, & in manibus prophetarum aſſimilatus ſum.

col. 1322. 11. Si non Galaad eſt, ergo falſi erant in Galgala principes immolantes: & altaria eorum quaſi teſtudines ſuper deſertum agri.

col. 1323. 12. Et receſſit Jacob in campum Syriæ, & ſervivit Iſraël in uxore, & in uxore cuſtodivit.

13. Et in propheta eduxit Dominus Iſraël de Ægypto: & in propheta ſervatus eſt.

14..... *Vide Not.*

VULGATA NOVA.

10. Et locutus ſum ſuper prophetas, & ego viſionem multiplicavi, & in manu prophetarum aſſimilatus ſum.

11. Si Galaad idolum, ergo fruſtra erant in Galgal bobus immolantes: nam & altaria eorum quaſi acervi ſuper ſulcos agri.

12. Fugit Jacob in regionem Syriæ, & ſervivit Iſraël in uxorem, & in uxorem ſervavit. *Genes.* 28. 5.

13. In propheta autem eduxit Dominus Iſraël de Ægypto: & in propheta ſervatus eſt. *Exod.* 14. 21.

14. Ad iracundiam me provocavit Ephraim in amaritudinibus ſuis, & ſanguis ejus ſuper eum veniet, & opprobrium ejus reſtituet ei Dominus ſuus. 22.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

quàm in comm. *Et ego Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti*, &c. in Vulgata autem hodierna deeſt hoc, *qui eduxi te.*

℣. 10. Nil tam ſimile Græco eſt. Iren. l. 3. c. 12. p. 198. e. legit: *ego viſiones implevi, & in manibus prophetarum ſimilatus ſum:* at l. 4. c. 20. p. 255. a. ut ſup. *ego viſiones multiplicavi, & in manibus prophetarum aſſimilatus ſum.*

℣. 11. Vox una tantùm variat Græcè, ſcilicet rurſum Γελααδ, pro *Galgala*; at in Compl. Γαλγάλα.

℣. 12. Sic habet Græc. Vat. præter hoc ult. ἐν γυναικὶ ἐφυλάξατο, *& uxori cuſtodivit*; at in Mſs. Alex. & Barb. ſicut in ed. Ald. ἐν γυναικὶ, ut ſupra.

℣. 13. Itidem Græcè, uno excepto, ἐκ γῆς Αἰγύπτου, *de terra Ægypti*; ſed à Mſ. Alex. abeſt γῆς.

℣. 14. Verſûs hujus unam tantùm exhibet Hieronymus interpretationem Lat. quæ utrùm Hebraïci textûs, an Græci verba referat, prorſus ſilet: Hebraïca tamen magis reddere, quàm Græca, ex eo ducimus, quòd à Vulgata hod. verſus totus minimè differat; à Græco autem Vatic. paulùm diſcrepet; en verba: Ἐθύμωσεν Ἐφραὶμ, ἐν παροργισμῷ, ἐν τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐπ' αὐτὸν ἐκχυθήσεται, ἐν τὸν ὀνειδισμὸν αὐτοῦ ἀνταποδώσει Κύριος αὐτῷ· i. e. *Indignari fecit Ephraem, & ad iracundiam provocavit, & ſanguis ejus ſuper ipſum effundetur, & opprobrium illius*, &c. ut in Vulg. In edit. verò Compl. Καὶ παρώργισέ με Ἐφραὶμ ἐν τοῖς παροργισμοῖς αὐτοῦ, ἐν τὸ αἷμα, &c.

CAPUT XIII.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Oſe. 13. *col.* 1324. 1. JUxta verbum Ephraim, juſtificationes accepit ipſe in Iſraël, & poſuit Baal, & mortuus eſt.

2. Et nunc appoſuit ut peccaret: & fecerunt ſibi conflatile ex auro & argento ſuo ſecundùm imaginem idolorum, opera artificum completa: his ipſi dicunt: Immolate homines, vituli enim defecerunt.

col. 1325. 3. Idcirco erunt quaſi nubes matutina, & ſicut ros matutinus pertranſiens, ſicut pulvis turbine raptus ex area, & ſicut vapor de locuſtis.

col. 1326. 4. Ego autem Dominus Deus tuus, firmans cœlum, & creans terram; cujus manus creavit omnem militiam cœli: & non oſtendi ea tibi, ut ambulares poſt ea: & ego eduxi te de terra Ægypti: & Deum præter me non cognoſces, & ſalvator non eſt abſque me.

VULGATA NOVA.

1. LOquente Ephraim, horror invaſit Iſraël, & deliquit in Baal, & mortuus eſt.

2. Et nunc addiderunt ad peccandum: feceruntque ſibi conflatile de argento ſuo quaſi ſimilitudinem idolorum, factura artificum totum eſt: his ipſi dicunt: Immolate homines vitulos adorantes.

3. Idcirco erunt quaſi nubes matutina, & ſicut ros matutinus præteriens, ſicut pulvis turbine raptus ex area, & ſicut fumus de fumario.

4. Ego autem Dominus Deus tuus ex terra Ægypti: & Deum abſque me neſcies, & ſalvator non eſt præter me. *Iſai.* 43. 10.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic eſt in Græco, præter voculam αὐτὰ, *eas*, additam ad verbum *poſuit*; ſed abeſt αὐτὰ ab ed. Ald.

℣. 2. Græc. Vat. initio pluraliter legit: Καὶ νῦν προσέθεντο τοῦ ἁμαρτάνειν, &c. *Et nunc appoſuerunt ut peccarent*; Ald. verò & Compl. cum Mſ. Alex. προσέθετο τοῦ ἁμαρτάνειν, ut ſupra: exinde abeſt à Vatic. τὸ *auro &*; in Ald. autem eſt ἐκ χρυσίου ἐν τῷ ἀργυρίῳ· cæt. ſimilia: obſervandum tamen in Græco hodierno voculam αὐτοῖς, *his*, adnecti verbo anteced. Συντετελεσμένα, ſeu *completa*, deinde ita ſequi, αὐτοὶ λέγουσι, *ipſi dicunt*, non verò ut in Lat. ſup. & Vulg. *his ipſi dicunt*: ſed disjunctioni Græcæ repugnare videtur Hieron. ipſe in comm. cùm dicat in conſequentibus: *Addidit* (Iſraël) *peccata peccatis, ut ex argento quod Dominus dederat, idola fabricarentur, opera manuum hominum*: quibus *ipſi dicunt, id eſt, ſacerdotes & principes*..... Immolate homines, &c. & infra: *Præcipiuntque diſcipulis ſuis, ut & ipſi immolent homines*, &c. Hieron. etiam in Iſai. 57. col. 417. a. rurſus habet: *Immolate homines, vituli enim defecerunt; ſive*, inquit, *ut in Hebræo ſcriptum eſt: Immolantes homines, vitulos adorantis*: at in Oſe. ſup. 1324. c. ait: *Pro eo quod LXX. interpretati ſunt*, Immolate homines, vituli enim defecerunt, *nos vertimus*, Immolate homines vitulos adorantes, ut in Vulg. Porro voces iſtæ, *LXX. interpretati ſunt, & nos vertimus*, Hieronymo uſitatæ, geminum interpretem Latinum ſari arguunt. Vid. admonit. præv. in Prophetas.

℣. 3. Hieronymus hîc unicam verſionem apponit, ſcilicet Lat. ex Hebræo, qualem nunc in Vulgata legimus; ſed huic interpretationi ſubjungit verba iſta: *LXX. ſimiliter: hoc ſolum quod in ultimo eſt immutantes*, & ſicut vapor de locuſtis, *ſive* de lacrymis, *quia in pleriſque codicibus*, ἀκρίδων, *in aliis* λαχρύων, *poſitum reperimus*. Nos plerorumque Mſs. lectionem ab Hieronymo laudatam prætulimus. In Gr. tamen Vat. eſt ac ed. Ald. ἀπὸ λαχρύων; in Compl. verò & apud Theodor. ἀπὸ ἀκρίδων; cætera quadrant, niſi quòd loco *pertranſiens*, vel ut in Vulg. *præteriens*, Gr. Vat. habet πορευομένη, ſtatimque, ὡς χνοῦς ἀποφυσώμενος ἀφ' ἅλωνος, i. e. *ſicut pulvis exſufflatus ab area*; in Compl. διερχομένη, ὡσεὶ ἄχνη ἀποφυσωμένη, &c. Non diſſimulabo etiam ex ſuperiori Hieronymi obſervatione tantùm non ſequi, ut ipſe Græcum verterit, non antiquam Verſionem citaverit; quippe qui lectionum diſcrimen repetat è codicibus Græcis, non ex Latinis, *quia*, inquit, *in pleriſque codicibus* ἀκρίδων, *in aliis* λαχρύων, *poſitum reperimus*: verùm Latinam ſimul & Græcam verſionem citavit, Latinæ Græcam conjunxit, ut appareret qua de cauſa in Latina legeretur *de locuſtis*, aut *de lacrymis*, non verò *de fumario*: ita è ſchedis unius è noſtris, D. Sim. Mopinor, à quo etiam nonnulla id genus aliàs deſcripſimus.

℣. 4. Totidem verba exſtant in Græco Vat. niſi exci-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

5. Ego cognovi te in deſerto, in terra ſolitudinis.

6. Juxta paſcua ſua adimpleti ſunt, & ſaturati ſunt: & levaverunt cor ſuum, & obliti ſunt mei.

7. Et ego ero eis quaſi leæna, ſicut pardus in via Aſſyriorum.

8. Occurram eis quaſi urſa raptis catulis, & dirumpam interiora jecoris eorum: & conſumam eos ibi quaſi leo, beſtia agri ſcindet eos.

9. Perditio tua Iſraël: tantummodo in me auxilium tuum.

10. Ubi eſt rex tuus? maximè nunc ſalvet te in omnibus urbibus tuis: & judices tui, de
1. Reg. quibus dixiſti: Da mihi regem, & principes.
8. 5. 11. Dabo tibi regem in furore meo, & auferam in indignatione mea.

12. Colligata eſt iniquitas Ephraim, abſconditum peccatum ejus.

13. Dolores parturientis venient ei: ipſe filius non ſapiens: nunc enim non ſtabit in contritione filiorum.

14. De manu mortis liberabo eos, de mor-
1. Cor. te redimam eos: ero mors tua ô mors, morſus
15. 54. tuus ero inferne: conſolatio abſcondita eſt ab ocu-
Hebr. 2. lis meis.
14.
Ezech. 15. Quia ipſe inter fratres dividet: adducet
19. 12. urentem ventum Dominus de deſerto aſcendentem: & ſiccabit venas ejus, & deſolabit fontem ejus, & ipſe diripiet theſaurum omnis vaſis deſiderabilis.

VERSIO ANTIQUA.

5. Ego paſcebam te in ſolitudine, in terra inhabitabili, *Hieron. ubi ſup.*

6. ſecundùm paſcua ſua: & repleti ſunt in ſaturitate, & elevata ſunt corda eorum: idcirco obliti ſunt mei.

7. Et ero eis quaſi panther, & ſicut pardus *col. 1327.* in via Aſſyriorum.

8. Occurram eis ſicut urſa indigens cibo, & diſrumpam interiora cordis eorum: & devorabunt eos ibi catuli ſilvarum, beſtiæ agri diſrumpent eos.

9. Corruptioni tuæ Iſraël quis auxiliabitur?

10. Ubi eſt rex tuus iſte? & ſalvum te faciat in cunctis urbibus tuis: judicet te, de quo dixiſti: Da mihi regem, & principem.

11. Et dedi tibi regem in ira mea, & habui in furore meo.

12. Congregatio iniquitatis Ephraim, abſcon- *col. 1328.* ditum eſt peccatum ejus.

13. Dolores quaſi parturientis venient ei: iſte eſt filius tuus ſapiens: quia nunc non ſuſtinebit in contritione filiorum.

14. De manu inferni liberabo eos, de morte *col. 1329.* redimam illos: ubi eſt cauſa tua mors? ubi eſt aculeus tuus inferne? conſolatio abſcondita eſt ab oculis meis.

15. Quia ipſe inter fratres dividet: adducet uren- *col. 1330.* tem ventum Dominus de deſerto ſuper eos: & ſiccabit venas ejus, deſolabit fontes illius; iſte arefaciet terram ejus, & omnia vaſa deſiderabilia.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

pias plural. *αἱ χεῖρες ἔκτισαν*, *manus creaverunt*, pro ſing. *manus creavit*: ſed horum pleraque abſunt ab ed. Compl. nempe ab hoc, *firmans cælum*, uſque ad iſtud, *& ego eduxi*; nec malè, Hieronymus enim loco cit. monet « illa ipſa in Hebraïco non haberi, & à nullo verti Interpretum; in antiqua quoque Editione LXX. non legi, ideoque obelo eſſe prænotanda: » admittuntur tamen ab Hilario l. 12. de Trin. p. 1114. e. 1117. b. ubi ſic: *Firmans cælum, & creans terram, ego Dominus Deus tuus: cujus manus creaverunt omnem militiam cæli.* Ita quoque in Breviar. fid. cont. Arian. Sirm. to. 1. p. 379. ad verbum. Fulgent. l. pro fide cath. p. 537. a. addit: *Dominum præter me non noveris, & ſalvans non erit præter me.* Nota in translatione Lat. ex Hebr. quæ alteri de LXX. præmittitur ab Hieron. prioribus his, *Ego autem Dominus Deus tuus*, proximè addi, idque ſemel & iterum, *qui eduxi te de terra Ægypti*; quæ verba, *qui eduxi te*, ſubaudiuntur quidem, ſed hodie non leguntur in Vulgata.

℣℣. 5. 6. Similiter leguntur Græcè.

℣. 7. Ita rurſum Græcè. Apud Ambroſ. de apol. Dav. col. 717. e. *Ecce ſicut panthera.*

℣. 8. Sic etiam in Græco, præter pauca, videlicet, *ἀπορυμένη*, quaſi *concitata*, pro *indigens cibo*; paulòque poſt, *Συγκλεισμὸν*, *concluſionem*, pro *interiora*; & *δρυμῶ*, *ſilvæ*, loco *ſilvarum*; at in Compl. *δρυμῶν*. Apud Ambroſ. l. de apol. Dav. col. 717. e. *Et ſicut urſus aperiatus, occurram eis.*

℣. 9. Conſonat Græc. ad verbum.

℣. 10. Itidem Græcè. In edit. noviſſima Hieron. mendum eſt, opinor, typographicum: ſic enim ultima hujus verſiculi verba copulantur cum primis verſûs ſeq. *de quo dixiſti: Da mihi regem in ira mea*, &c. omiſſis his intermediis, & *principem. Et dedi tibi regem*: ſed damnum reſarcivimus ex vet. editt. ubi conſtanter legitur: *de quo dixiſti: Da mihi regem, & principem*: deinde ℣. 11. *Et dedi tibi regem in ira mea*, &c.

℣. 11. Sic iterum Græcè. Apud Auguſt. l. de nat. bo. to. 8. 509. e. *Dedi eis regem in ira mea.* Ad hoc autem ſeq. *& habui*, addit Hieron. in comm. *Pro eo quod LXX. interpretati ſunt*, habui, *omnes* abſtuli *tranſtulerunt.*

℣. 12. Ita fert Græc. Vatic. præter vocem primam *Συστροφὴν*, *conglobationem*, loco *congregatio*; at in ed. Compl. *Συναγωγή*; in Ald. *Συσσορή*.

℣. 13. Eadem exhibet Gr. Vatic. niſi hoc excipias, *οὐ μὴ ὑποστῇ*, *non ſubſiſtet*, loco *nunc non ſuſtinebit*; at in Mſ. Barb. ſic, *νῦν οὐ μὴ ὑποστῇ*. Apud Lact. l. 4. Inſtit. c. 19. p. 582. *hic filius meus ſapiens: propter quod nunc reſiſtet in contribulatione filiorum ſuorum.*

℣. 14. Eadem ſunt in Gr. Vatic. exceptâ conjunct. *ἐκ*, additâ poſt *liberabo*, loco *eos*, quod deeſt; at in edd. Ald. & Compl. ſicut in Mſ. Alex. eſt, *ῥύσομαι αὐτούς*; ſola Ald. ſubdit *ἐκ*. Lactant. l. 4. Inſtit. c. 19. & 29. p. 582. 587. legit: *Et de manu inferorum eruam eum: ubi eſt judicium tuum mors? aut ubi eſt aculeus tuus?* Fulg. ep. 14. p. 263. ut in Vulg. *ero mors tua ô mors, ero morſus tuus inferne.* Hieron. præter ea quæ retulit ſup. ſec. LXX. addit inf. in comm. *Pro eo quod nos interpretati ſumus*: ero mors tua ô mors, &c. *LXX. tranſtulerunt*: ubi eſt cauſa tua ô mors? ubi eſt ſtimulus tuus inferne? Gr. *πῦ ἡ δίκη σου θάνατε; πῦ τὸ κέντρον σου ᾅδη;*

℣. 15. Similia refert Græc. Var. exceptis his levibus, nempe initio, *Διότι οὗτος*, *Quia hic*, pro *Quia ipſe*; paulòque poſt ſingulariter, *ἐπ' αὐτὸν*, loco plur. *ſuper eos*; ultimòque, *ἐπιθυμίαι αὐτῦ*, *deſiderabilia ejus.* Compl. ſola hab. *Διότι αὐτὸς..... ἐπ' αὐτούς*, nec addit *αὐτῦ*, ad *deſiderabilia.*

CAPUT XIV.

VULGATA NOVA.

1. PEreat Samaria, quoniam ad amaritudinem concitavit Deum ſuum: in gladio pereant, parvuli eorum elidantur, & fetæ ejus diſ-

VERSIO ANTIQUA.

1. DIſperdetur Samaria, quoniam reſtitit Deo ſuo: in gladio corruent, & lactentes eo- *Hieron. in Oſe.* 14. *col. 1331.*
rum elidentur ad petram, & habentes in utero

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc. Vat. addit *αὐτοὶ*, *ipſi*, verbo *corruent*; tollunt verò Ald. & Compl. cum Mſ. Barb. exinde Vat. delet *ad petram*; ſubditque, *καὶ αἱ ἐν γαστρὶ ἔχουσαι αὐτῶν διαῤῥαγήσονται*, *& eorum habentes in utero diſrumpentur*; cæt. quadrant. Hieron. inf. in comm. additamentum hoc, *ad petram*, confirmat, dicens: *Qui autem parvuli atque*

Digitized by Google

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Hieron. ubi sup. col. 1332. diſrumpentur.	cindantur.
2. Convertere Iſraël ad Dominum Deum tuum: quia infirmatus es in iniquitatibus tuis.	2. Convertere Iſraël ad Dominum Deum tuum : quoniam corruiſti in iniquitate tua.
3. Sumite vobiſcum ſermones, & revertimini ad Dominum : dicite ei, ut non tollatis iniquitatem, ſed aſſumatis bona : & reddemus fructum labiorum noſtrorum.	3. Tollite vobiſcum verba, & convertimini ad Dominum : & dicite ei : Omnem aufer iniquitatem, accipe bonum : & reddemus vitulos labiorum noſtrorum.
4. Aſſur non ſalvabit nos, ſuper equum non aſcendemus, nequaquam ultra dicemus, Dii noſtri, operibus manuum noſtrarum : qui in te eſt, miſerebitur pupilli.	4. Aſſur non ſalvabit nos, ſuper equum non aſcendemus, nec dicemus ultra : Dii noſtri opera manuum noſtrarum : quia ejus, qui in te eſt, miſereberis pupilli.
col. 1333. 5. Sanabo habitatores eorum, diligam eos manifeſtè : quia averſa eſt ira mea ab eis.	5. Sanabo contritiones eorum, diligam eos ſpontaneè : quia averſus eſt furor meus ab eis.
6. Ero quaſi ros Iſraël, florebit ut lilium, & mittet radices ſuas quaſi Libanus.	6. Ero quaſi ros, Iſraël germinabit ſicut lilium, & erumpet radix ejus ut Libani.
7. Ibunt rami ejus, & erit quaſi oliva fructifera, & odor illius quaſi Libani.	7. Ibunt rami ejus, & erit quaſi oliva gloria ejus, & odor ejus ut Libani.
8. Convertentur, & ſedebunt ſub umbra ejus : * *Edit. nov.* inebriabuntur ; *malè.* bibent, & *inebriabuntur frumento, & efflorebit ut vinea : memoriale ejus quaſi vinum Libani	8. Convertentur ſedentes in umbra ejus : vivent tritico, & germinabunt quaſi vinea : memoriale ejus ſicut vinum Libani.
9. Ephraim. Quid ei ultra & idolis ? ego humiliavi eum, & ego confortabo illum : ego ſicut juniperus condenſa : ex me fructus tuus inventus eſt.	9. Ephraim quid mihi ultra idola ? ego exaudiam, & dirigam eum ego ut abietem virentem : ex me fructus tuus inventus eſt.
col. 1335. 10. Quis ſapiens, & intelliget hæc ? aut intelligens, & cognoſcet ea ? quia rectæ viæ Domini, & juſti ambulabunt in eis : qui autem impii ſunt, infirmabuntur in illis.	10. Quis ſapiens, & intelliget iſta ? intelligens, & ſciet hæc ? quia rectæ viæ Domini, & juſti ambulabunt in eis : prævaricatores verò corruent in eis.

Notæ ad Versionem antiquam.

Lactentes elidantur ad petram ; *de quibus & in Pſ.* (136. 9.) Beatus qui tenebit, & allidet parvulos ſuos ad petram.

℣. 2. Sic eſt in Gr. Vat. excepto uno plur. ἠσθένησαν, *infirmati ſunt* ; ſed in Compl. ac Mſs. Alex. & Barb. ἠσθένησας, *infirmatus es*, ut ſupra. Similiter hab. Vict. Tun. l. de pœnit. ap. Ambroſ. col. 602. f. *Revertere Iſraël ad Dominum tuum : propter quòd infirmatus es in iniquitatibus tuis.*

℣. 3. Eadem exhibet Græc. Var. præter hoc, τὸν Θεὸν ὑμῶν, *Deum veſtrum*, additum ad *Dominum* ; ſed in edit. Ald. & Compl. ſimpliciter eſt, πρὸς Κύριον. Vict. Tun. l. de pœnit. ap. Ambr. col. 602. f. ultimis his ℣. præced. *in iniquitatibus tuis*, proximè addit : *dicite ei : Potens es remittere peccata noſtra : non ut accipiatis iniquitatem, ſed ut accipiatis bona : & reddite ei fructus labiorum veſtrorum, & epulabitur in bonis cor veſtrum.* In Mſ. Barb. εἴπατε αὐτῷ· Δύνασαι πᾶσαν ἀφαιρεῖν ἀδικίαν· ὅπως μὴ λάβωμεν ἀδικίαν, ἀλλὰ λάβητε ἀγαθά· extremò etiam ad ὑμῶν additur, καὶ ἀτριφήσῃ ἐν ἀγαθοῖς ἡ ψυχὴ ὑμῶν· quæ omnia lectionem Victoris Tun. tuentur.

℣. 4. Similia prorſus leguntur Græcè.

℣. 5. Græc. Var. initio habet, Ἰάσομαι τὰς κατοικίας αὐτῶν, *Sanabo habitationes eorum* ; & in fine, ὅτι ἀπέστρεψε τὴν ὀργήν μου ἀπ' αὐτῆ, *quia avertit iram meam ab eo* ; Mſ. Alex. διότι ἀποστρέψω, &c. Compl. ἀπέστρεψα τὴν ὀργήν μου ἀπ' αὐτῶν. Ald. verò cum Mſ. Barb. ἀπέστρεψε ἡ ὀργή μου ἀπ' αὐτῶν. Obſervat etiam Hieron. in comm. pro adverbio *ſpontaneè*, quod eſt in Vulg. LXX. tranſtuliſſe ὁμολογουμένως, i. e. inquit, *perſpicuè*, atque *apertè*, vel *abſque ulla dubitatione* : in Gr. Vat. nunc ὁμολόγως, at in Compl. ὁμολογημένως.

℣. 6. Itidem Græcè, ubi *Iſraël* adnectitur antecedenti *ros* ; non enim legitur Ἰσραὴλ, ſed τῷ Ἰσραήλ, in dandi caſu : hunc etiam legendi modum confirmat Hieron. in comm. ita exponendo : *Nunc miſerebor propter clementiam meam, & ero eis quaſi ros.*

℣. 7. Concinit Græc. ad verbum.

℣. 8. Eadem leguntur Græcè, excepto uno ζήσονται, *vivent*, pro *bibent* : ſed hîc Hieronymum legiſſe *bibent*, minimè dubium, cùm inſ. in comm. utrumque textum cùm ex Hebr. tum ex LXX. ita exponat : *Cùm ſederint in umbra illius, vivent qui priùs mortui fuerant ; ſive*, inquit, *juxta LXX. bibent, & inebriabuntur tritico, hoc eſt, verum omnium abundantia.* Et poſt pauca : *ſive quia Dominus noſter ipſe eſt frumentum & vinea, quicunque crediderit in eo, inebriari dicitur.* Ultimæ autem voci *Libani*, adjungendus eſt *Ephraim*, quia Græcè ita ſcribitur, τῷ Ἐφραίμ, in dandi caſu.

℣. 9. Sic habet Græcum.

℣. 10. Ita de Græco ad verbum. Similiter apud Ambroſ. l. 1. de pœnit. p. 401. d. *Quis ſapiens, & intelliget hæc ?* Eadem repetit Hieron. in Iſai. 53. col. 386. a. ſubditque, *intelligens, & cognoſcet ea ?* præfat. verò l. 3. in ep. ad Epheſ. to. 4. 375. f. *prudens, & agnoſcet iſta ?* Gr. ἵνα ζυνετὸς, καὶ ἐπιγνώσεται αὐτά ;

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore Francisco Luca Brugenſi.

OSEE.

Cap. I. ℣. 9. Et ego non ero veſter. *Quidam libri addunt* Deus *aut* Dominus, *ſed ſuperfluè.*

Cap. II. ℣. 16. Et non vocabit me ultra Baali. *Alii ſcribunt* Baalim, *quod eſt plurale abſolutum citra pronomen, & ſignificat* domini. *Patres rectè, ablatâ poſtremâ litterâ* m, *correxerunt* Baali, *quod eſt ſingulare cum pronomine primæ perſonæ, & vertas* Dominus meus, *ſed exoſum Deo nomen, quod idolis vulgò attribueretur.*

℣. 23. Et ſeminabo eam mihi in terra. *Non eſt mutandus ablativus* terra *cum accuſativo* terram.

Cap. V. ℣. 1. Et rete expanſum ſuper Thabor. *Non addas* ſicut *ante* rete, *ſed ſubaudias.*

℣. 7. Nunc devorabit eos menſis cum partibus ſuis. *Cave legas, tranſpoſitis litteris, maſculinum* patribus, *quod eſt genitoribus, pro feminino* partibus.

Cap. VI. ℣. 5. Occidi eos in verbo oris mei. *Non præponas & conjunctionem.*

Cap. VII. ℣. 5. Dies regis noſtri. *Non eſt mutandus nominativus* dies *in ablativum* die.

Cap. VIII. ℣. 2. Me invocabunt, Deus meus. *Retinendum eſt futurum, non ſubſtituendum præteritum imperfectum* invocabant.

Cap. IX. ℣. 7. Propter multitudinem iniquitatis tuæ & multitudinem amentiæ. *Tam poſteriore loco quàm priore, ſcribendus eſt accuſandi caſus* multitudinem (*quidam enim libri poſteriori loco habent caſum nominandi* multitudo) *ſed pronomen* tuæ, *non perinde addendum eſt nomini* amentiæ, *ut nomini* iniquitatis.

Digitized by Google

Cap. X. ℣. 12. Seminate vobis in juſtitia. *Nonnulli codices, obſcuræ phraſis ſenſum explicare volentes, pro ablativo cum præpoſitione* in, *ſcribunt nudum accuſativum* juſtitiam; *alii complures, retentis accuſativo & in præpoſitione, addunt* veritate: In veritate juſtitiam: *ſed prima lectio germana eſt.*

℣. 14. Qui judicavit Baal in die prælii. *Pro* judicavit, *quod eſt damnavit, non eſſe ſubſtituendum* vindicavit, *quod eſt ultus eſt, docuimus in Notationibus.*

Cap. XI. ℣. 12. Circumdedit me in negatione Ephraim. *Cave ſcribas* negotiatione, *id eſt, mercatu, pro* negatione, *quod eſt, abnegatione.*

Ibidem. Judas autem teſtis deſcendit cum Deo, & cum ſanctis fidelis. *Nominativus ſingularis* fidelis, *hand quaquam mutandus eſt in ablativum pluralem* fidelibus.

Cap. XII. ℣. 11. Si Galaad idolum, ergo fruſtra erant in Galgal bobus immolantes. *Quadruplex hoc loco variorum codicum vitium vitandum eſt. Primum eſt eorum qui inter* ſi & Galaad *interponunt præpoſitionem* in, *quæ ſubaudiri poteſt, addi non debet. Alterum eſt eorum qui pro* Galaad *repetunt* Galgal, *quod eſt in poſteriori parte ſententiæ: Galaad ultra, Galgal citra Jordanem ſita erat. Tertium, quo pro* ergo *conjunctione illativa, ſcribitur* tamen *adverſativa. Quartum eſt, quo verbum ſubſtantivum* erant, *mutatur cum* errant, *errore non modico.*

℣. 12. Et ſervivit Iſraël in uxorem, & in uxorem ſervavit. *Multi codices legunt* ſervivit, *quod eſt, miniſtravit, in fine ut in principio hujus pericopes: verùm, in principio quidem* ſervivit, *in fine autem* ſervavit, *quod eſt, cuſtodivit, ſcribendum eſſe, extra controverſiam eſſe debet.*

Cap. XIII. ℣. 6. Et levaverunt cor ſuum. *Duas voces* & levaverunt, *non contrahas in unam* elevaverunt.

℣. 10. Da mihi regem & principes. *Servandus eſt ſingularis numerus* regem, *non ſubſtituendus pluralis* reges.

℣. 15. Adducet urentem ventum Dominus. *Non præponas conjunctionem &.*

Cap. XIV. ℣. 6. Ero quaſi ros, Iſraël germinabit ſicut lilium. *Non eſt interjiciendo & conjunctio inter* ros & Iſraël, *eò minùs quòd* Iſraël *conjungi poſſit cum* ros.

Variæ Lectiones Vulgatæ, rurſum ab eodem Francisco Luca obſervatæ.

OSEE.

Cap. I. ℣. 2. Et fac tibi filios fornicationum. *Illud* fac tibi *omittitur à multis libris, etiam antiquis Epanorthota, conformiter Hebræo & Græco, quin etiam Hieronymi commentario, ſcribentis ἀπὸ κοινοῦ, ſubaudiendum eſſe ſume, ex pericopæ præcedente: ſumi autem filios poſſe duplicitèr, vel generando, vel adoptando.*

Cap. VII. ℣. 1. Et fur ingreſſus eſt ſpolians, latrunculus foris. *Recta interpunctio eſſe videtur:* Et fur ingreſſus eſt, ſpolians latrunculus foris.

Digitized by Google

CAPITULA JOEL PROPHETÆ,

JUXTA VETER. EDIT. LATINAM EX LXX. INTERP.

Ex Mſs. codd. S. Petri 3. & Vatic. 4220. edita à Joſepho Maria Caro presb. Romæ, 1688.

I. *SI facta ſunt talia in diebus veſtris.* c. 1. ℣. 2.
II. *Lugete* (al. *lugetis*) *ſacerdotes, & qui deſerviſtis altario* al. *altare.* c. 1. ℣. 9.
III. *Pracingite vos, & plangite ſacerdotes.* c. 1. ℣. 13.
IV. *Tubâ canite in Sion, pradicate in monte ſancto.* c. 2. ℣. 1.
V. *Movebitur cœlum: ſol & luna contenebreſcent.* c. 2. ℣. 10.
VI. *Convertimini ad me in jejunio, & fletu, & planctu: ſcindite corda veſtra, & non veſtimenta veſtra.* c. 2. ℣℣. 12. 13.
VII. *Indicite curationem, congregate plebem.* c. 2. ℣. 15.
VIII. *Flebunt ſacerdotes, & dicent: Parce Domine*, al. addit, *parce populo tuo.* c. 2. ℣. 17.
IX. *Conſide terra, quia magna fecit Dominus.* c. 2. ℣. 21.
X. *Effundam de ſpiritu meo* (al. add. *ſuper vos*) *& prophetabunt*, al. add. *filii veſtri & filia, & videbunt viſiones.* c. 2. ℣. 28.
XI. *Dabo portenta in cœlo* (al. add. *ſurſum*) *& in terra* (al. add. *deorſum*) *ſanguinem, & ignem, & vaporem fumi.* c. 2. ℣. 30.
XII. *Et colligam omnes gentes in valle Joſaphat.* c. 3. ℣. 2.
XIII. *Concidite aratra veſtra in frameas.* c. 3. ℣. 10.
XIV. *Sol & luna contenebreſcent*, al. add. *& ſtella occident.* c. 3. ℣. 15.

Digitized by Google

PROPHETIA

*JOEL.

CAPUT PRIMUM.

Vulgata nova.

1. VERBUM Domini, quod factum eſt ad Joel filium Phatuel.

2. Audite hoc ſenes, & auribus percipite omnes habitatores terræ: ſi factum eſt iſtud in diebus veſtris, aut in diebus patrum veſtrorum?

3. Super hoc filiis veſtris narrate, & filii veſtri filiis ſuis, & filii eorum generationi alteræ.

4. Reſiduum erucæ comedit locuſta, & reſiduum locuſtæ comedit bruchus, & reſiduum bruchi comedit rubigo.

5. Expergiſcimini ebrii, & flete, & ululate omnes, qui bibitis vinum in dulcedine: quoniam periit ab ore veſtro.

6. Gens enim aſcendit ſuper terram meam, fortis & innumerabilis: dentes ejus ut dentes leonis: & molares ejus ut catuli leonis.

7. Poſuit vineam meam in deſertum, & ficum meam decorticavit: nudans ſpoliavit eam, & projecit: albi facti ſunt rami ejus.

Versio antiqua.

1. VERBUM Domini, quod factum eſt ad Joel filium Bathuel. *Hieron. in Joel 1. to. 3. edit. nov. col. 1338. ſec. LXX.*

2. Audite hæc ſenes, & auribus percipite omnes habitatores terræ: ſi facta ſunt talia in diebus veſtris, aut in diebus patrum veſtrorum? *col. 1339.*

3. Pro his filiis veſtris narrate, & filii veſtri filiis ſuis, & filii eorum in generationem alteram.

4. Reſiduum erucæ comedit locuſta, & reſiduum locuſtæ comedit bruchus, & reſiduum bruchi comedit rubigo.

5. Evigilate qui ebrii eſtis in vino veſtro, & plorate, & plangite omnes, qui bibitis vinum in ebrietate: quoniam ablatum eſt de ore veſtro. *col. 1341.*

6. Quia gens aſcendit ſuper terram, fortis & innumerabilis: dentes ejus, leonis: & molares ejus ut catuli leonis. *col. 1342.*

7. Poſuit vineam in diſſipationem, & ficos meas in confractionem: ſcrutans ſcrutatus eſt eam, & projecit: dealbavit ramos ejus.

Notæ ad Versionem antiquam.

* Hieron. præf. in Joel, p. 1336. obſervat alium eſſe duodecim Prophetarum ordinem apud LXX. alium apud Hebræos: *Non idem ordo eſt*, inquit, *duodecim Prophetarum apud LXX. Interpretes, qui in Hebraïca veritate retinetur: illi enim ponunt ſecundum Amos, tertium Michæam, quartum Joel, quintum Abdiam, ſextum Jonam, ſeptimum Naum, octavum Abacuc, nonum Sophoniam, decimum Aggæum, undecimum Zachariam, duodecimum Malachiam; Hebræi autem poſt Oſee, qui apud utroſque primus eſt, ſecundum legunt Joel, tertium Amos*, &c. ut in Vulg. Cùm autem hìc Verſio antiqua comparetur cum nova, unaquæ è regione alterius edatur à nobis, ordinem à LXX. ſervatum tenere nobis integrum non fuit, ſed illum magis qui in Vulg. adhibetur.

℣℣. 1. 2. 3. Totidem leguntur Græcè.

℣. 4. Sic habet S. Paulin. ep. 39. p. 241. b. Ita quoque in Græco eſt, niſi quòd tripliciter hab. τὰ κατάλοιπα, *reſidua*, pro ſingulari *reſiduum*: Hieron. tamen ibidem monet LXX. cum Hebræo convenire: *LXX.* inquit, *ſimiliter.*

℣. 5. Ita rurſum in Græco Vat. hoc excepto, ἐξ οἴνου, *ex vino*, pro *in vino*, abſque καὶ, ante *plangite*; ſed in ed. Compl. eſt κλαύσατε, καὶ θρηνήσατε· in Vatic. etiam ultimò additur, εὐφροσύνη καὶ χαρά, *gaudium & lætitia*, quod abeſt à Compl. nec legitur à Theodoreto, teſte Nobilio. Hieron. in Iſai. 5. col. 51. a. hab. *Expergiſcimini qui ebrii eſtis à vino*: & infra in Joel, col. 1341. d. rurſus: *Evigilate, & expergiſcimini qui ebrii eſtis*; tum addit: *nequaquam vino, ut in ſolis LXX. continetur, ſed omni perturbatione vitiorum.* Gild. Sap. caſtig. in Eccleſ. ord. p. 717. d. ſic: *Expergiſcimini qui eſtis ebrii à vino veſtro, & plorate, & lamentamini omnes, qui bibiſtis vinum in ebrietatem: quia ablata eſt ab ore veſtro jucunditas & gaudium*: quæ Gr. noſtro favent.

℣. 6. Græc. addit μοῦ, ad *terram*; paulòque poſt geminat *dentes* hoc modo, οἱ ὀδόντες αὐτοῦ ὀδόντες, *dentes ejus dentes*; demum tollit *ut*, ante *catuli*; ſed Ald. & Compl. habent ὡς σκύμνου.

℣. 7. Sic eſt in Græco, addito uno μοῦ ad *vineam*.

Digitized by Google

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Hieron. ubi sup. col. 1343. 8. Plange ad me super sponsam accinctam cilicio super virum suum virgineum.	8. Plange quasi virgo accincta sacco super virum pubertatis suæ.
col. 1344. 9. Ablatum est sacrificium & libatio de domo Domini : lugete sacerdotes ministri Domini,	9. Periit sacrificium & libatio de domo Domini : luxerunt sacerdotes ministri Domini.
10. quoniam desolati sunt campi : lugeat terra, quoniam afflictum est triticum, aruit vinum, imminutum est oleum.	10. Depopulata est regio, luxit humus : quoniam devastatum est triticum, confusum est vinum, elanguit oleum.
11. Aruerunt agricolæ : lugete possessiones pro frumento & hordeo, quia periit vindemia de agro.	11. Confusi sunt agricolæ, ululaverunt vinitores super frumento & hordeo, quia periit messis agri.
12. Vinea aruit, & ficus imminutæ sunt : malogranatum, & palma, & malum, & omnia ligna agri arefacti sunt : quoniam confuderunt gaudium filii hominum.	12. Vinea confusa est, & ficus elanguit : malogranatum, & palma, & malum, & omnia ligna agri aruerunt : quia confusum est gaudium à filiis hominum.
col. 1345. 13. Accingite vos, & plangite sacerdotes, lamentamini qui ministratis altari : ingredimini, dormite in saccis ministri Dei : quoniam defecit de domo Dei vestri sacrificium & libatio.	13. Accingite vos, & plangite sacerdotes, ululate ministri altaris : ingredimini, cubate in sacco ministri Dei mei : quoniam interiit de domo Dei vestri sacrificium & libatio.
14. Sanctificate jejunium, prædicate curationem, congregate senes, omnes habitatores terræ in domum Dei nostri : & clamate ad Dominum vehementer.	14. Sanctificate jejunium, vocate cœtum, congregate senes, omnes habitatores terræ in domum Dei vestri : & clamate ad Dominum. *Inf.* 2. 15.
15. Heu mihi, heu mihi, heu mihi, in dic : quoniam juxta est dies Domini, & quasi miseria de miseria veniet.	15. A a a, diei : quia prope est dies Domini, & quasi vastitas à potente veniet.
col. 1346. 16. Ante oculos vestros alimenta perierunt de domo Dei nostri, lætitia & gaudium.	16. Nunquid non coram oculis vestris alimenta perierunt de domo Dei nostri, lætitia & exsultatio?
17. Subsaltaverunt vituli in præsepibus suis, dissipati sunt thesauri, suffossa sunt torcularia : quia arefactum est triticum.	17. Computruerunt jumenta in stercore suo, demolita sunt horrea, dissipatæ sunt apothecæ : quoniam confusum est triticum.
18. Quid reponemus nobis? fleverunt armenta boum, quia non erant pascua eis : & greges ovium disperierunt.	18. Quid ingemuit animal, mugierunt greges armenti? Quia non est pascua eis : sed & greges pecorum disperierunt.
col. 1347. 19. Ad te Domine clamabo : quoniam ignis consumpsit speciosa deserti, & flamma succendit omnia ligna agri.	19. Ad te Domine clamabo : quia ignis comedit speciosa deserti, & flamma succendit omnia ligna regionis.
20. Et jumenta campi suspexerunt ad te : quoniam arefactæ sunt emissiones aquarum, & ignis devoravit speciosa deserti.	20. Sed & bestiæ agri, quasi area sitiens imbrem, suspexerunt ad te : quoniam exsiccati sunt fontes aquarum, & ignis devoravit speciosa deserti.

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 8. Itidem Græcè. Apud Hieron. verò in Ezech. 27. col. 891. e. ita : *Plange ad me quasi sponsa accincta cilicio super virum suum virginalem.* Apud Ambros. ep. 31. col. 914. e. *Lamentare ad me super sponsam præcinctam sacco in virum ejus virginalem :* & infra 916. b. *cilicio,* & *super virum ejus virginalem.*

℣. 9. Ita in Græco Vat. præter ultima, *οἱ λειτουργοῦντες θυσιαστηρίῳ Κυρίου* · ita quoque in Mſ. Alex. deleta voce *Κυρίου* ; at in ed. Compl. *οἱ λειτουργοὶ Κυρίου*, ut in Lat. supra. Apud Gild. Sap. castig. in Eccl. ord. p. 717. e. *Lugete sacerdotes qui deservitis altari.*

℣. 10. Suffragatur Græcum. Apud Gild. Sap. p. 717. e. sup. *quia miseri facti sunt campi : lugeat terra, quia miserum factum est frumentum,* & *siccatum est vinum,* & *diminutum est oleum ;* deinde *: Aruerunt agricolæ.*

℣℣. 11. 12. Totidem verba in Græco.

℣. 13. Sic iterum in Græco. Apud Zenonem Veron. l. 1. tract. 15. p. 112. ita : *Præcingite vos,* & *plangite sacerdotes, lugete omnes qui deservitis altari : quoniam ablata est de domo Domini* (al. *Dei*) *vestri hostia* & *immolatio ;* Græc. *θυσία* & *σπονδή.*

℣. 14. Consonat Græc. Vatic. nisi quòd hab. *εἰς οἶκον Θεοῦ ὑμῶν, in domum Dei vestri,* non *nostri ;* Ald. & Compl. cum Mſ. Alex. *εἰς οἶκον Κυρίου Θεοῦ*. Tertul. cont. Psych. p. 988. c. *Sancite jejunium,* & *prædicate curationem.* Rursum Hieron. in Isai. 58. col. 428. a. *Sanctificate jejunium, prædicate curationem.*

℣℣. 15..... 20. Totidem versus leguntur Græcè, nec absimilibus verbis.

CAPUT II.

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Hieron. in Joel 2. *col.* 1348. 1. CAnite tubâ in Sion, prædicate in monte sancto meo, conturbentur omnes habitatores terræ : Quoniam adest dies Domini, quoniam juxta est	1. CAnite tuba in Sion, ululate in monte sancto meo, conturbentur omnes habitatores terræ : Quia venit dies Domini, quia prope est
2. dies tenebrarum & caliginis, dies nubis & pruinæ : sicut manè fundetur super montes po-	2. dies tenebrarum & caliginis, dies nubis & turbinis : quasi manè expansum super mon-

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Rursus Hieron. l. 3. in ep. ad Ephes. to. 4. 403. a. *Canite tubâ in Sion, prædicate in monte sancto meo,* & *confundantur omnes qui habitant terram : Quoniam adest dies Domini, quia prope est.* Ita quoque in Græco est cum verbo *συγχυθήτωσαν*, pro *confundantur ;* at in Compl. *συντριβήτωσαν*, ut supra in textu.

℣. 2. Eadem exstant Græcè, præter seqq. *ὁμίχλης, nebulæ*, loco *pruinæ ;* & inf. *αἰῶνος sæculo*, pro *principio ;* ultimòque, *καὶ προστεθήσεται ἔτι ἐτῶν εἰς γενεὰς γενεῶν, non adjicietur usque ad annos in generationes generationum ;* at

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

tes populus multus & fortis: similis ei non fuit à principio, & post eum non erit usque in annos generationis & generationis.

3. Ante faciem ejus ignis vorans, & post eum exurens flamma: quasi hortus voluptatis terra coram eo, & post eum solitudo deserti, neque est qui effugiat eum.

4. Quasi aspectus equorum, aspectus eorum: & quasi equites sic current.

5. Sicut sonitus quadrigarum super capita montium exsilient, sicut sonitus flammæ ignis devorantis stipulam, velut populus fortis præparatus ad prælium.

6. A facie ejus cruciabuntur populi: omnes vultus redigentur in ollam.

7. Sicut fortes current: quasi viri bellatores ascendent murum: viri in viis suis gradientur, & non declinabunt à semitis suis.

8. Unusquisque fratrem suum non coarctabit, singuli in calle suo ambulabunt: sed & per fenestras cadent, & non demolientur.

9. Urbem ingredientur, in muro current: domos conscendent, per fenestras intrabunt quasi fur.

10. A facie ejus contremuit terra, moti sunt
Isai. 13. 10. cœli: sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt splendorem suum.
Ezech. 32. 7. *Inf.* 3. 15. *Matth.* 24. 29. *Marc.* 13. 24. *Luc.* 21. 25. *Jer.* 30. 7. *Amos* 5. 18. *Soph.* 1. 15. *Psalm.* 85. 5. *Jon.* 4. 2.
11. Et Dominus dedit vocem suam ante faciem exercitus sui: quia multa sunt nimis castra ejus, quia fortia & facientia verbum ejus: magnus enim dies Domini, & terribilis valde: & quis sustinebit eum?

12. Nunc ergo dicit Dominus: Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejunio, & in fletu, & in planctu.

13. Et scindite corda vestra, & non vestimenta vestra, & convertimini ad Dominum Deum vestrum: quia benignus & misericors est, patiens & multæ misericordiæ, & præstabilis super malitia.

VERSIO ANTIQUA.

pulus multus & fortis: similis ei non fuit à principio, & post eum non erit usque ad annos generationis & generationum. *Hieron. ubi sup.*

3. Ante eum consumens ignis, & post eum flamma succensa: sicut paradisus voluptatis terra ante faciem ejus, & posteriora illius sicut campus solitudinis, & qui salvetur non erit ei.

4. Sicut aspectus equorum, aspectus eorum: & sicut equites sic persequentur.

5. Sicut vox quadrigarum super vertices montium exsilient, & sicut vox flammæ ignis devorantis stipulam, & sicut populus multus & fortis præparatus ad prælium.

6. A facie ejus conterentur populi: omnis vultus sicut adustio ollæ.

7. Sicut pugnatores current: & sicut viri bellatores ascendent super muros: & unusquisque in via sua ambulabit, & non declinabunt à semitis suis.

8. Singuli à proximo suo non recedent, aggravati armis suis ibunt: & in jaculis suis cadent, & non consumentur.

9. Urbem apprehendent, & super muros discurrent: super domos ascendent, & per fenestras intrabunt sicut fures.

10. A facie ejus confundetur terra, & commovebitur cœlum: sol & luna contenebrabuntur, & stellæ auferent lumen suum.

11. Et Dominus dabit vocem suam à facie fortitudinis suæ: quoniam multa sunt nimis castra ejus, quoniam fortia opera sermonum illius: quia magna dies Domini, magna & illustris nimis: & quis erit sufficiens ad eam?

12. Et nunc dicit Dominus Deus noster: Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejunio, in cilicio, in fletu, & in planctu. *col.* 1351.

13. Et scindite corda vestra, & non vestimenta vestra, & convertimini ad Dominum Deum vestrum: quia misericors & miserator est, patiens & multæ misericordiæ, & pœnitens super malitiis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

in Compl. ἵνα ἔσαι ἕως ἐτῶν γενεᾶς, &c. ut supra. Hieron. l. 3. in ep. ad Ephes. to. 4. 403. a. legit: *dies tenebrarum & turbinis, dies nebulæ & caliginis*: & in Ezech. 34. col. 945. a. *dies tenebrarum & caliginis, & dies nubis & nebulæ.*

℣. 3. Similia leguntur in Græco Vat. exceptis his: Τὰ ἔμπροσθεν αὐτῦ πῦρ ἀναλίσκον, ἢ τὰ ὀπίσω αὐτῦ, i. e. *Quæ ante eum ignis consumens, & quæ post eum*, &c. sed à Mss. Alex. abest τὰ, ante ὀπίσω: abest quoque *sicut* à Vatic. ante vocem *campus*; at in ed. Compl. est ὡσεὶ πεδία.

℣℣. 4..... 7. Hi quatuor versus sic habentur Græcè.

℣. 8. Græc. Vat. initio habet: Καὶ ἕκαστος ἀπὸ τῦ ἀδελφῦ αὐτῦ οὐκ ἀφίξεται, καταβαρυόμενοι ἐν τοῖς ὅπλοις, &c. *Et unusquisque à fratre suo non recedet, aggravati in armis*, &c. ut supra; legit etiam Hieronym. inf. *in armis*; edit. que Ald. hab. πλησίον, loco ἀδελφῦ.

℣. 9. Ad verbum è Græco, nisi exceperis istud, *discurrent*, pro quo δρομοῦνται, *current*, cui subjicitur καί; at in Compl. διαδρομοῦνται, absque sequenti καί, quod abest etiam ab ed. Ald.

℣. 10. Auct. l. de promiss. p. 3. ap. Prosp. p. 179. e. *Ante faciem ejus confundetur terra, & movebitur cælum: sol & luna contenebrescent, & sidera abscondent lumen suum.* Ita quoque in Græco est.

℣. 11. Græc. Vat. habet πρὸ προσώπυ, *ante faciem*, pro *à facie*, nec infra addit τὸ *magna* &, post vocem *Domini*; cæt. similia: in edit. tamen Compl. est μεγάλη ἢ ἐπιφανής, sicut etiam in Mss. Alex. & Barb. item ap. Ambr. l. 1. Hexa. col. 22. b. *quia dies Domini magnus & præclarus.*

℣. 12. Cypr. ep. 52. p. 73. a. & l. de lapsi. p. 191. a. legit: *Et nunc hæc dicit Dominus Deus vester: Revertimini ad me ex toto corde vestro, simulque & jejunio, & fletu, & planctu.* Sic etiam Lucif. Cal. l. de reg. apost. p. 220. c. ab hoc, *Revertimini ad me.* Ambros. de lapsu virg. col. 315. a. *Convertimini ex toto corde vestro, in jejunio, & in fletu, & in planctu.* S. Pacian. epist. 1. p. 306. f. *Convertimini ad me, dicit Dominus, simulque in jejunio, & fletu, & planctu.* Auct. l. ad Novat. hær. ap. Cypr. p. 437. d. *Convertimini ad me in toto corde vestro, in jejunio, & ploratione, & planctu.* S. Fulgent. ep. 7. p. 194. b. *Hæc dicit Dominus Deus vester: Convertimini ad me ex toto corde vestro, in jejunio, & in fletu, & in planctu.* Ita quoque in Græco, excepto primo isto, Καὶ νῦν, *Et nunc*, pro *Hæc.* Leo. M. ser. 86. p. 170. h. Fulgentio suffragatur, nisi quòd hab. *in toto corde vestro..... & fletu, & planctu.*

℣. 13. Concordat Græc. ad verbum. Lucif. Cal. l. de regib. apost. p. 220. c. legit: *Et scindite corda vestra, & non vestimenta vestra:* & infra: *revertimini ad Dominum Deum vestrum: quoniam misericors, & pius, & patiens, & multæ miserationis, & qui sententiam flectat adversùs malitiam irrogatam.* Tertul. de pudic. p. 1000. a. *Deus misericors, & miserator, & misericordiæ plurimus.* Cypr. ep. 52. p. 73. a. *Et discindite corda vestra, & non vestimenta vestra, & revertimini ad Dominum Deum vestrum: quia misericors & pius est, & patiens, & multæ miserationis, & qui sententiam flectat adversùs malitiam irrogatam:* similiter l. de lapsi. p. 191. a. & 193. b. nisi quòd initio habet *scindite*; & in fine, *adversùs injurias irrogatas:* & l. de bono pat. p. 248. b. *adversùs malitias irrogatas.* Ambros. l. de lapsu virg. col. 315. a. *Dirumpite corda vestra, & non vestimentum: quoniam pius & misericors est.* S. Pacianus paræn. ad pœnit. p. 316. h. *Convertimini ad Dominum Deum vestrum, simulque in jejunio, & fletu, & planctu; & scindite corda vestra:* similiter epist. 3. col. 312. h. nisi quòd loco & *scindite*, &c. ponit: *quia misericors est, patiens, & magnanimus, & multæ miserationis, & pœnitens in malitiis:* & epist. 1. col. 306. e. *quoniam Deus pius, & mitis, & patiens est, & qui reflectat sententiam adversùs malitias irrogatam.* Auct. l. ad Novat. hær. ap. Cypr. p. 437. d. *Et scindite corda vestra, & non vestimenta, &*

Digitized by Google

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Hieron. ubi sup. 14. Quis novit si revertatur, & pœniteat eum, & dimittat post se benedictionem, sacrificium & libamen Domino Deo nostro?	14. Quis scit si convertatur, & ignoscat, & relinquat post se benedictionem, sacrificium & libamen Domino Deo vestro?
vol. 1352. 15. Clangite tubâ in Sion, sanctificate jejunium, prædicate curationem,	15. Canite tuba in Sion, sanctificate jejunium, vocate cœtum, *Sup.* 1. 14.
vol. 1353. 16. congregate populum, sanctificate ecclesiam, eligite senes, congregate parvulos, & sugentes ubera: egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo.	16. congregate populum, sanctificate ecclesiam, coadunate senes, congregate parvulos, & sugentes ubera: egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo.
17. Inter crepidinem & altare plorabunt sacerdotes ministri Domini, & dicent: Parce Domine populo tuo: & ne dederis hæreditatem tuam in opprobrium, ut dominentur eorum gentes: ne dicant in nationibus: Ubi est Deus eorum?	17. Inter vestibulum & altare plorabunt sacerdotes ministri Domini, & dicent: Parce Domine, parce populo tuo: & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, ut dominentur eis nationes: quare dicunt in populis: Ubi est Deus eorum?
vol. 1354. 18. Et zelatus est Dominus terram suam, & pepercit populo suo.	18. Zelatus est Dominus terram suam, & pepercit populo suo.
19. Et respondit Dominus, & dixit populo suo: Ecce ego mittam vobis frumentum, & vinum, & oleum, & implebimini ex eis: & non dabo vos ultra opprobrium in gentibus.	19. Et respondit Dominus, & dixit populo suo: Ecce ego mittam vobis frumentum, & vinum, & oleum, & replebimini eis: & non dabo vos ultra opprobrium in gentibus.
20. Et eum, qui ab Aquilone est, repellam à vobis: & educam eum in terram quæ est sine aqua: & dispersam faciem ejus in mare primum, & posteriora ejus in mare novissimum: & ascendet fetor ejus, & ascendet putredo illius, quoniam magnificata sunt opera ejus.	20. Et eum, qui ab Aquilone est, procul faciam à vobis: & expellam eum in terram inviam & desertam: faciem ejus contra mare Orientale, & extremum ejus ad mare novissimum: & ascendet fetor ejus, & ascendet putredo ejus, quia superbè egit.
vol. 1356. 21. Confide terra, gaude atque lætare: quia magnificavit Dominus ut faceret.	21. Noli timere terra, exsulta & lætare: quoniam magnificavit Dominus ut faceret.
22. Confidite jumenta campi: quoniam germinaverunt campi solitudinis, quia lignum attulit fructum suum, ficus & vinea dederunt fortitudinem suam.	22. Nolite timere animalia regionis: quia germinaverunt speciosa deserti, quia lignum attulit fructum suum, ficus & vinea dederunt virtutem suam.
23. Et filii Sion gaudete, atque lætamini in Domino Deo vestro: quoniam dedit vobis escas justitiæ, & pluit vobis imbrem temporaneum & serotinum, sicut à principio.	23. Et filii Sion exsultate, & lætamini in Domino Deo vestro: quia dedit vobis doctorem justitiæ, & descendere faciet ad vos imbrem matutinum & serotinum, sicut in principio.
24. Et replebuntur areæ tritico, & redundabunt torcularia vino & oleo.	24. Et implebuntur areæ frumento, & redundabunt torcularia vino & oleo.
25. Et reddam vobis pro annis, in quibus comedit locusta, & bruchus, & rubigo, & eruca: fortitudo mea magna, quam misi in vos.	25. Et reddam vobis annos, quos comedit locusta, bruchus, & rubigo, & eruca: fortitudo mea magna, quam misi in vos.
26. Et vescemini comedentes, & saturabimini	26. Et comedetis vescentes, & saturabimini,

Notæ ad Versionem antiquam.

convertimini ad Dominum Deum vestrum: quoniam misericors est, & miserator, multæ miserationis. Fulgent. ep. 7. p. 194. b. *Et dirumpite corda vestra, & non vestimenta vestra, & convertimini ad Dominum Deum vestrum: quia misericors est, & patiens, & magnanimus, & multùm misericors, & patientiam habens in malis.* Concinit Leo M. serm. 86. p. 170. d. ad hoc usque, & *patientiam*, &c. Victor autem Tun. apud Ambros. p. 593. f. legit: *convertimini ad Dominum Deum vestrum: quia misericors & pius est, patiens & multæ misericordiæ, & qui sententias flectas adversùm malitias irrogatas.*

℣. 14. Græc. Vat. delet *eum*, post *pœniteat*; addit verò ἐὰν, post *benedictionem*; ultimòque, ὑμῶν, *vestro*, non *nostro*; cæt. similia. Edit. autem Compl. hab. μετανοήσει αὐτόν; Mss.que Alex. inf. εὐλογίαν, θυσίαν..... τῷ Θεῷ ἡμῶν. S. Pacianus ep. 3. p. 312. h. *Et quis scit si reversus pœnitebitur, & relinquet post se benedictionem?*

℣. 15. Concinit Græc. ad verbum. Cyprianus l. 2. Testim. p. 293. a. legit: *Canite tubâ in Sion, sanctificate jejunium, & indicite curationem.* Ita quoque Julius Firm. l. de errore prof. relig. c. 20. p. 172. c. Leo M. verò ser. 86. p. 170. d. *sanctificate jejunium, prædicate curationem*, ut sup. Itidem Hieron. l. 2. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 211. d.

℣. 16. Similia Græc. habet, detracta conjunct. &, ante *sugentes*. Cypr. l. 2. Testim. p. 293. a. sic: *aggregate populum, sanctificate ecclesiam, excipite majores natu, colligite parvulos lactentes: procedat sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo.* Eadem refert Julius Firmicus. l. de errore profanarum relig. c. 20. p. 172. c. Leo M. ser. 86. p. 170. d. *congregate plebem, sanctificate ecclesiam.*

℣. 17. Eadem exstant in Gr. Vatic. præter priora ista, Ἀναμέσον τῆς κρηπίδος τῷ θυσιαστηρίῳ, *Inter crepidinem altaris*; in Compl. & Mss. Barb. ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ. Apud Gild. Sap. castig. in Eccl. ord. p. 717. e. *Flete sacerdotes qui deservitis Domino, dicentes: Parce Domine populo tuo: & ne des hæreditatem tuam in opprobrium, & dominentur eorum gentes: uti ne dicant gentes: Ubi est Deus eorum?*

℣. 18. Concinit Græc. ad verbum.

℣. 19. Ita fert Græc. Vat. nisi quòd hab. ἐξαποστέλω, pro *mittam*; Ald. verò ed. ἐξαποστελῶ; item inf. voci *opprobrium*, præponitur εἰς, *in*, saltem in Vatic.

℣. 20. Græc. habet ἐξώσω, *expellam*, pro *educam*; & in fine: ἐὰν ἀναβήσεται ἡ σαπρία αὐτῦ, ἐὰν ἀναβήσεται ὁ βρόμος αὐτῦ, ὅτι ἐμεγάλυνε τὰ ἔργα αὐτῦ· i. e. & *ascendet putredo ejus, & ascendet fetor ejus, quia magnificavit opera sua*; cætera quadrant: at in Mss. Alex. ac ed. Ald. ὅτι ἐμεγαλύνθη τὰ, &c. ut supra. Apud Tichon. reg. 7. p. 64. e. *Illum persequar ab Aquilone, à vobis: & expellam illum in terra sine aqua: & exterminabo faciem ejus in mare primum, & posteriora ejus in mare novissimum.* Apud Cassiod. in Ps. 36. p. 126. c. *Et eum, qui ab Aquilone est, effugabo à vobis, & ejiciam in terra sitienti & deserta: & exterminabo faciem ejus in mare illud primum, & posteriora ejus in mare novissimum.*

℣. 21. Itidem Græcè.

℣. 22. Ita rursum in Græco. Tertul. quoque l. cont. Jud. c. 13. p. 146. c. hab. *lignum attulit fructum suum.*

℣. 23. Similiter in Græco, præter seqq. εἰς δικαιοσύνην, ὑ βρέξει, *in justitiam, & pluet*, loco *justitia, & pluit.*

℣. 24. Ad verbum è Græco.

℣. 25. Eadem exhibet Græc. nisi excipias relativum ἅν, *quos*, pro *in quibus*, quod idem sonat.

℣. 26. Ita legitur Græcè, præposito uno εἰς, *in*, voci *mirabilia*; abest εἰς à Compl. Mss. verò Barb. habet in

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

& laudabitis nomen Domini Dei veſtri, qui fecit mirabilia vobiſcum : & non confundetur populus meus in ſempiternum.

27. Et ſcietis quia in medio Iſraël ego ſum : & ego Dominus Deus veſter, & non eſt ampliùs : & non confundetur populus meus in æternum.

Iſai. 44. 3. 28. Et erit poſt hæc : Effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem : & prophetabunt filii veſtri, *Act. 2. 17.* & filiæ veſtræ : ſenes veſtri ſomnia ſomniabunt, & juvenes veſtri viſiones videbunt.

29. Sed & ſuper ſervos meos & ancillas in diebus illis effundam ſpiritum meum.

30. Et dabo prodigia in cœlo, & in terra, ſanguinem, & ignem, & vaporem fumi.

Sap. 2. 10. Matth. 24. 29. Marc. 13. 24. Luc. 21. 25. 31. Sol convertetur in tenebras, & luna in ſanguinem : antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis.

Rom. 10. 13. 32. Et erit : omnis qui invocaverit nomen Domini, ſalvus erit : quia in monte Sion, & in Jeruſalem erit ſalvatio, ſicut dixit Dominus, & in reſiduis, quos Dominus vocaverit.

VERSIO ANTIQUA.

ni : & laudabitis nomen Domini Dei veſtri, qui fecit vobiſcum mirabilia : & non confundetur populus meus in æternum. *Hieron. ubi ſup.*

27. Et ſcietis quia in medio Iſraël ego ſum : & ego Dominus Deus veſter, & non eſt ampliùs præter me : & non confundetur populus meus in æternum.

28. Et erit poſt hæc : Effundam de ſpiritu meo *col. 1358.* ſuper omnem carnem : & prophetabunt filii veſtri, & filiæ veſtræ : & ſenes veſtri ſomnia ſomniabunt, & juvenes veſtri viſiones videbunt.

29. Et ſuper ſervos meos, & ſuper ancillas meas in diebus illis effundam de ſpiritu meo.

30. Et dabo prodigia in cœlo, & ſuper terram, ſanguinem, ignem, & vaporem fumi.

31. Sol convertetur in tenebras, & luna in ſanguinem : antequam veniat dies Domini magnus, & illuſtris.

32. Et erit : omnis qui invocaverit nomen Domini, ſalvus erit : quia in monte Sion, & in Jeruſalem erit qui ſalvatus fuerit, ſicut dixit Dominus, & annuntians, quos Dominus vocavit. *col. 1361.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

margine.

℣. 27. Sic eſt in Græco, ſubnexo adverbio ἔτι, *ultra*, verbo *confundetur*. Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 301. a. legit : *Et cognoſcetis quia ego in medio Iſraël ſum : ego Dominus Deus veſter, & non eſt alius præter me.*

℣. 28. Eadem prorſus in Græco, præpoſitâ conjunct. ὑ, verbo *effundam* ; ſed abeſt ὑ à Mſ. Alex. Iren. l. 3. c. 12. p. 193. c. ita legit : *Erit in noviſſimis diebus, dicit Dominus : effundam de ſpiritu meo in omnem carnem : & prophetabunt.* Tertul. l. 5. adv. Marc. p. 790. a. *In noviſſimis diebus effundam de meo ſpiritu in omnem carnem : & prophetabunt filii, filiæque eorum :* ſimiliter ibid. p. 785. b. 793. b. 799. a. ad hæc uſque, & *prophetabunt :* item l. de reſur. carn. p. 570. a. 593. a. Hilarius in Pſ. 64. col. 163. f. & *effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem.* Succinit Ambroſ. in Pſ. 61. col. 966. b. & l. de Incarn. col. 717. a. & l. de Spir. S. 618. b. ſupra verò 604. a. addit : & *prophetabunt filii, & filia eorum.* Acta SS. Mart. Perp. & Felicit. ap. Ruinart. p. 93. ferunt : *In noviſſimis diebus, dicit Dominus, effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem : & prophetabunt filii, filiæque eorum :* vide inf. ad ℣. 29. Auguſt. l. 18. de civit. Dei, c. 31. to. 7. 511. f. *Et erit poſt hæc : & effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem : & prophetabunt filii veſtri, & filia veſtra : & ſeniores veſtri ſomnia ſomniabunt, & juvenes veſtri viſa videbunt :* vide etiam l. 12. de Gen. ad lit. to. 3. 313. a. Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 9. p. 7. b. *Et erit in diebus illis : effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem.* Vide etiam Gaud. Brix. ſer. 14. p. 966. b. cum Auct. quæſt. utriuſq. T. quæſt. 123. ap. Aug. to. 3. 133. g.

℣. 29. Sic eſt in Græco Vat. deleta voce *meas*, poſt *ancillas* ; retinet ed. Ald. μῦ, cum Mſ. Alex. Complut. verò delet poſt *ſervos*. Tertul. l. 5. cont. Marc. p. 790. a. legit : *Et ſuper ſervos & ancillas meas de meo ſpiritu effundam.* Novatianus l. de Trin. p. 1051. a. *In noviſſimis diebus effundam de ſpiritu meo ſuper ſervos & ancillas meas.* Auguſt. l. 18. de civit. Dei, c. 31. col. 511. f. *Et quidem in ſervos meos & ancillas meas in illis diebus effundam de ſpiritu meo.* Auct. l. de fide orthod. apud Ambr. p. 356. f. *Effundam de ſpiritu meo ſuper ſervos meos & ancillas meas.* Acta SS. Perp. & Felicit. ap. Ruinart. p. 93. ferunt : *Et ſuper ſervos & ancillas meas de meo ſpiritu effundam ;* deinde, & *juvenes viſiones videbunt, & ſenes ſomnia ſomniabunt ;* quæ poſtrema pertinent ad ℣. 28. ſup.

℣. 30. Sic eſt in Græco. Item apud Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 732. c. *Et dabo prodigia in cœlo, & in terra, ſanguinem, & ignem, & fumi vaporem.*

℣. 31. Ita rurſum Græcè : nec multùm diſſimiliter apud Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 732. c. *Sol convertetur in tenebras, & in ſanguinem luna : priuſquam adveniat dies magnus, & illuſtris Domini.* Item ap. Ambr. in Pſ. 43. col. 887. e. *Sol in tenebras convertetur, & luna in ſanguinem : priuſquam veniat dies Domini magnus, & illuſtris :* & l. 4. Hexa. col. 72. f. *donec veniat dies Domini magnus.* Auctor quæſt. ex utroq. Teſt. quæſt. 105. ap. Aug. to. 3. col. 100. e. *Sol convertetur in tenebras, & luna in ſanguinem : priuſquam veniat dies Dom. magnus, & manifeſtus.* Vide ſis Auct. op. imp. in Matth. homil. 49. p. 210. a.

℣. 32. Sic habetur in Gr. Vat. hoc excepto gemino, σῳζόμενος, *ſalvatus*, pro *qui ſalvatus fuerit ;* & εὐαγγελιζόμενοι, *evangeliſati*, loco *annuntians ;* ſed in Ald. ed. & Compl. eſt εὐαγγελιζόμενος ; Hieron. que in comment. ait : *Ubi nos diximus* in reſiduis, *LXX. tranſtulerunt* annuntians : & infra : *Evangeliſavit eos quos vocavit ; ſic enim* inquit, *LXX. interpretati ſunt.* Apud Ambr. in Pſ. 43. col. 887. e. *Et erit : quicunque invocaverit nomen Domini, ſalvus erit :* & l. 2. de pœnit. col. 422. c. *omnis quicunque*, &c.

CAPUT III.

VULGATA NOVA.

1. QUia ecce in diebus illis, & in tempore illo, cùm convertero captivitatem Juda & Jeruſalem :

2. Congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Joſaphat : & diſceptabo cum eis ibi ſuper populo meo, & hæreditate mea Iſraël, quos diſperſerunt in nationibus, & terram meam diviſerunt.

3. Et ſuper populum meum miſerunt ſortem :

VERSIO ANTIQUA.

1. QUia ecce ego in diebus illis, & in tempore illo, quando convertero captivitatem Juda & Jeruſalem : *Hieron. in Joel 3. col. 1362.*

2. Congregabo omnes gentes, & deducam eas in vallem Joſaphat : & diſceptabo cum eis ibi pro populo meo, & hæreditate mea Iſraël, qui diſperſi ſunt in gentibus, & terram meam diviſerunt.

3. Et ſuper populum meum miſerunt ſortes :

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Conſonat Græcum ad verbum.

℣. 2. Similia exſtant Græcè, poſito uno ὑ, ante *congregabo*. Eadem quoque refert Caſſiod. in Pſ. 97. p. 328. b. uſque ad vocem *Iſraël* incl. excepto verbo *educam*, pro *deducam*, *quod ſignificantiùs*, inquit Hieron. *juxta Hebr. veritatem Græcè dicitur* καλάξω, *id eſt*, *deorſum ducam*, & *de ſublimibus ad inferiora detrahem.*

℣. 3. Media tantùm iſta, *poſuerunt puerum in proſtibulo*, nonnihil diſcrepant à Græco textu qui habet, ἔδωκαν τὰ παιδάρια πόρνης, *dederunt pueros meretricibus ;* quæ

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Hieron. ubi sup. & posuerunt puerum in prostibulo, & puellas vendebant pro vino, & bibebant.	& posuerunt puerum in prostibulo, & puellam vendiderunt pro vino ut biberent.
col. 1363. 4. Quid mihi & vobis Tyrus & Sidon, & omnis Galilæa alienigenarum? nunquid retributionem vos redditis mihi? aut iram in corde retinetis adversùm me? velociter & citò reddam retributionem vestram in capitibus vestris.	4. Verùm quid mihi & vobis Tyrus & Sidon, & omnis terminus Palæsthinorum? nunquid ultionem vos reddetis mihi? & si ulciscimini vos contra me, citò velociter reddam vicissitudinem vobis super caput vestrum.
5. Pro eo quòd argentum meum, & aurum meum tulistis: & electa mea & optima intulistis in templa vestra:	5. Argentum enim meum, & aurum tulistis: & desiderabilia mea & pulcherrima intulistis in delubra vestra.
6. & filios Juda, & filios Jerusalem vendidistis filiis Græcorum, ut ejiceretis eos de finibus suis:	6. Et filios Juda, & filios Jerusalem vendidistis filiis Græcorum, ut longè faceretis eos de finibus suis.
col. 1364. 7. Ecce ego suscitabo eos de loco, in quo vendidistis eos: & reddam retributionem in capita vestra.	7. Ecce ego suscitabo eos de loco, in quo vendidistis eos: & convertam retributionem vestram in caput vestrum.
8. Et vendam filios vestros, & filias vestras in manibus filiorum Juda, & venundabunt eos in captivitatem genti quæ procul abest, quoniam Dominus locutus est.	8. Et vendam filios vestros, & filias vestras in manibus filiorum Juda, & venundabunt eos Sabæis genti longinquæ, quia Dominus locutus est.
col. 1365. 9. Prædicate hæc in gentibus, sanctificate bellum, suscitate pugnatores: adducite, & ascendite omnes viri bellatores.	9. Clamate hoc in gentibus, sanctificate bellum, suscitate robustos: accedant, ascendant omnes viri bellatores.
10. Concidite aratra vestra in gladios, & falces vestras in lanceas. Fortis dicat: Quia prævaleo ego.	10. Concidite aratra vestra in gladios, & ligones vestros in lanceas. Infirmus dicat: Quia fortis ego sum.
11. Congregamini, & introite omnes gentes per circuitum, & congregamini illuc: mansuetus sit pugnator.	11. Erumpite, & venite omnes gentes de circuitu, & congregamini: ibi occumbere faciet Dominus robustos tuos.
12. Consurgant, & ascendant omnes gentes in vallem Josaphat: quia ibi sedebo ut judicem omnes gentes in circuitu.	12. Consurgant, & ascendant gentes in vallem Josaphat: quia ibi sedebo ut judicem omnes gentes in circuitu.
13. Emittite falces, quoniam adest vindemia: introite, & calcate, quia plenum est torcular, & redundant torcularia: quia repleta sunt mala eorum.	13. Mittite falces, quoniam maturavit messis: venite, & descendite, quia plenum est torcular, exuberant torcularia: quia multiplicata est malitia eorum. *Apocal.* 14. 15.
col. 1366. 14. Sonitus exauditi sunt in valle judicii: quia juxta est dies Domini in valle judicii.	14. Populi populi in valle concisionis: quia juxta est dies Domini in valle concisionis.
15. Sol & luna obtenebrabuntur, & stellæ occidere facient splendorem suum.	15. Sol & luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt splendorem suum. *Sup.* 2. 10. 31.
16. Dominus autem de Sion clamabit, & de Jerusalem dabit vocem suam: & movebitur cœlum, & terra: & Dominus parcet populo suo, & confortabit filios Israël.	16. Et Dominus de Sion rugiet, & de Jerusalem dabit vocem suam: & movebuntur cœli, & terra: & Dominus spes populi sui, & fortitudo filiorum Israël. *Jer.* 25. 30. *Amos* 1. 2.
17. Et scietis quia ego Dominus Deus vester, habitans in Sion monte sancto meo: & erit Jerusalem sancta, & alienigena non transibit per	17. Et scietis quia ego Dominus Deus vester, habitans in Sion monte sancto meo: & erit Jerusalem sancta, & alieni non transibunt per eam

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

idem sonant.

℣. 4. Græc. initio habet: Καὶ τί ὑμεῖς ἐμοὶ Τύρος, &c. *Et quid vos mihi Tyrus*, &c. Compl. verò, Τί ἐμοὶ καὶ ὑμῖν Τύρος; reliqua similia, nisi hoc ult. exceperis, εἰς κεφαλὰς ὑμῶν, *in capita vestra*, pro *in capitibus vestris:* ad hæc autem media, *iram in corde retinetis adversùm me*, addit Hieron. per parenthesim, *hoc enim Græcè significat* μνησικακεῖτε; nunc etiam legitur, μνησικακεῖτε ὑμεῖς ἐπ' ἐμοί.

℣. 5. Sic est in Græco, sublatâ conjunct. & ante *optima;* at in Mss. Alex. ἐστι, καὶ τὰ καλά.

℣. 6. Itidem Græcè.

℣. 7. Græc. Vatic. in principio habet Καὶ ἰδού; sed à Compl. abest καὶ, sicut à Mss. Alex. exinde Vatic. addit ἐκεῖ, *ibi*, ad hoc, *vendidistis eos*, ut & ὑμῶν, *vestram*, ad *retributionem;* cætera quadrant.

℣. 8. Similia Græc. præfert: addit Hieron. in comment. *Verbum Hebr.* sabaim..... *LXX.* captivitatem *interpretati sunt, quod melius* captivos *significat.*

℣. 9. Ita Græcè ad verbum. Item Auct. l. de XLII. mans. ap. Ambr. col. 12. f. *Prædicate hoc in gentibus, sanctificate bellum, suscitate pugnatores: accedite viri bellatores.*

℣. 10. Similiter in Græco, præter istud, ὁ ἀδύνατος, *infirmus*, pro *fortis:* Hieron. tamen paulò infra hunc locum explicans, ait: *Infirmus robustum se esse dicit;* sed non indicat utramnam versionem exponat; an de Græco, an de Hebraïco; in ista enim, i. e. Vulgata nostra, legitur *infirmus;* ut & Græcè constanter, ἀδύνατος.

℣. 11. Sic habetur Græcè. Hieron. infra dicit: *Juxta LXX. sequitur: Mansuetus & mitis sit pugnator.* Ambr. ep. 29. col. 910. b. *qui mansuetus est, bellator exsurgat.*

℣. 12. Eadem sunt in Græco, detractâ conjunct. & post *consurgant;* habet verò Mss. Alex. cum Barb. Hieron. de seraph. to. 3. 516. e. legit: *Veniam*, & *sedebo*, & *judicabo populum in valle Josaphat.*

℣. 13. Græc. tollit &, post *introite;* paulò verò post habet ὑπερεκχεῖτε, *supereffundite*, loco & *redundant;* ed. Compl. ὑπερεκχεῖται, Ald. ὑπερχεῖται; cæt. ut in Lat. supra.

℣. 14. Ita fert Græc. nisi excipias verbum ἐξήχησαν, *personaverunt*, pro *exauditi sunt;* at in Compl. ἠχύθησαν. Hieron. ibid. ait: *Ubi nos diximus* in valle concisionis, *sequentes translationem Aquilæ*, & *Symmachi*, & *quintæ editionis*, *LXX.* & *Theodotio* τῆς κρίσεως, καὶ τῆς κρίσεως, *id est*, causæ, & judicii, *transtulerunt:* Græc. Vat. & al. utrobique, τῆς κρίσεως, non τῆς κρίσεως.

℣. 15. Consonat Græcum, ubi δύσουσι, pro *occidere facient.*

℣. 16. Singula conveniunt cum Græco Vat. ubi ἀναχεκράξεται, pro *clamabit*, Nobil. *clamavit;* at in Mss. Alex. ἀναχράξεται, ut in Lat. supra. Iren. l. 3. c. 20. & l. 4. c. 33. p. 214. c. 273. a. *Dominus ex Sion* (al. *in Sion*) *locutus est*, & *ex Jerusalem dedit vocem suam.*

℣. 17. Sic est in Græco, præter hoc plurale, καὶ ἀλλογενεῖς οὐ διελεύσονται, & *alienigenæ non transibunt*, pro singul. & *alienigena*, &c.

Digitized by Google

Vulgata nova.	Versio antiqua.
ampliùs.	eam ampliùs.
Amos 18. Et erit in die illa: ſtillabunt montes dul- 9. 13. cedinem, & colles fluent lacte : & per omnes rivos Juda ibunt aquæ : & fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem ſpinarum.	18. Et erit in die illa : ſtillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte : & omnes emiſſiones Judæ fluent aquis : & fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem funiculorum.
19. Ægyptus in deſolationem erit, & Idumæa in deſertum perditionis : pro eo quòd iniquè egerint in filios Juda, & effuderint ſanguinem innocentem in terra ſua.	19. Ægyptus in perditione erit, & Idumæa in campum deſolationis propter iniquitates filiorum Juda : pro eo quòd effuderunt ſanguinem juſtum in terra ſua.
20. Et Judæa in æternum habitabitur, & Jeruſalem in generationem & generationem.	20. Judæa autem in æternum habitabitur, & Jeruſalem in generatione & generationem.
21. Et mundabo ſanguinem eorum, quem non mundaveram : & Dominus commorabitur in Sion.	21. Et requiram ſanguinem eorum, inultumque eſſe non patiar : & Dominus habitabit in Sion.

Hieron. ubi ſup. col. 1367.

col. 1368.

col. 1369.

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 18. Eadem leguntur Græcè : vide Hieron. infra. Tertul. l. 3. cont. Marc. p. 670. a. *Montes*, inquit, *legimus, deſtillaturos dulcorem.*

℣. 19. Sic iterum in Græco, paucis mutatis, nempe εἰς ἀφανισμὸν, *in perditionem*, pro *in perditione* ; ſubinde repetitur ἔσαι, *erit*, poſt *deſolationis* ; ſequiturque, ἐξ ἀδικιῶν, *ex iniquitatibus*, loco *propter iniquitates.*

℣. 20. Sic habetur Græcè, præter hoc ult. εἰς γενεὰς γενεῶν, *in generationes generationum* : in Compl. εἰς γενεὰς καὶ γενεάς.

℣. 21. Similiter in Græco.

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore Francisco Luca Brugenſi.

JOEL.

Cap. II. ℣. 14. Quis ſcit ſi convertatur & ignoſcat. *Non addas* Deus.

Ibidem. Sacrificium & libamen Domino Deo veſtro. *Retinendum eſt pronomen ſecunda perſona* veſtro ; *non ſuppenendum prima*, noſtro.

Cap. III. ℣. 3. Et poſuerunt puerum in proſtibulo, *Præferendus eſt caſus ſextus quarto* proſtibulum.

℣. 17. Habitans in Sion monte ſancto meo. *Non eſt repetenda præpoſitio* in *ante* monte.

Digitized by Google

CAPITULA AMOS PROPHETÆ,

JUXTA VETER. EDIT. LATINAM EX LXX. INTERP.

Ex Mſs. codd. S. Petri 3. & Vatic. 4220. edita à Joſepho Maria Caro presb. Romæ, 1688.

I. *IN tribus impietatibus Damaſci.* c. 1. ℣. 3.
II. *In tribus impietatibus Gazæ.* c. 1. ℣. 6.
III. *In tribus impietatibus Damaſci & Tyri.* c. 1. ℣. 9.
IV. *In tribus impietatibus Moab.* c. 2. ℣. 1.
V. *In tribus impietatibus Judæ.* c. 2. ℣. 4.
VI. *In tribus impietatibus Iſraël.* c. 2. ℣. 6.
VII. *Circumduxi vos quadraginta annis in deſerto:* al. addit, *& prophetis dixiſtis, ne prædicarent.* c. 2. ℣. 10.
VIII. *Si erit maledicta* (l. *malitia*) *in civitate*, al. add. *quam Dominus non fecit.* c. 3. ℣. 6.
IX. *Tyrus in circuitu* (al. addit *tuo, terra tua*) *deſolabitur.* c. 3. ℣. 11.
X. *Sacerdotes audite, & ſuperteſtificate* (al. *ſuperteſtificamini*) *domui Jacob.* c. 3. ℣. 13.
XI. *Potentiam exercentes ſuper egenos.* c. 4. ℣. 1.
XII. *Et pluam ſuper unam civitatem; & ſuper unam non pluam.* c. 4. ℣. 7.
XIII. *Percuſſi vos in ardore, & in origenis* (l. *auruginis*) *morbo.* c. 4. ℣. 9.
XIV. *Præparare, ut invoces Deum tuum Iſraël.* c. 4. ℣. 12.
XV. *Qui advocat aquam maris, & effundit eam ſuper faciem terræ.* c. 5. ℣. 9.
XVI. *Eò quòd egenos colaphis cædebatis.* c. 5. ℣. 11.
XVII. *In omnibus plateis planctus: & in vicis dicetis* (al. *dicentur*) *Va væ.* c. 5. ℣. 16.
XVIII. *Væ qui concupiſcunt diem Domini.* c. 5. ℣. 18.
XIX. *Repuli dies feſtos veſtros, ne odore capiar.* c. 5. ℣. 21.
XX. *Nunquid victimas & hoſtias obtuliſtis mihi per annos XL.* c. 5. ℣. 25.
XXI. *Qui dormitis in lectis eburneis.* c. 6. ℣. 4.
XXII. *Et ſi ſuperfuerint in domo una decem, morientur.* c. 6. ℣. 9.
XXIII. *Et ecce generatio locuſtarum veniebat prima luce.* c. 7. ℣. 1.
XXIV. *Ecce initio adamantem in medio populi mei.* c. 7. ℣. 8.
XXV. *Et reſpondit Amos Amaſiæ: Non eram propheta.* c. 7. ℣. 14.
XXVI. *Qui contribulatis in manu* (l. *in manè*) *pauperem.* c. 8. ℣. 4.
XXVII. *Occidit ſol meridie: convertam dies feſtos veſtros in planctum.* c. 8. ℣. 9.
XXVIII. *Immittam famem, non famem panis, ſed audiendi verbum Dei.* c. 8. ℣. 11.
XXIX. *Si apud inferos latuerit, inde extrahameum.* c. 9. ℣. 2.
XXX. *Et alienigenas ex Cappadocia, & Syros.* c. 9. ℣. 7.
XXXI. *In die illo ſuſcitabo tabernaculum David.* c. 9. ℣. 11.
XXXII. *Deſtillabunt montes dulcedinem.* c. 9. ℣. 13.

Digitized by Google

PROPHETIA
AMOS.

CAPUT PRIMUM.

Vulgata nova.

1. Verba Amos, qui fuit in paſtoribus de Thecue: quæ vidit ſuper Iſraël in diebus Oziæ regis Juda, & in diebus Jeroboam filii Joas regis Iſraël, ante duos annos terræmotus.

Zach. 14. 5.

2. Et dixit: Dominus de Sion rugiet, & de Jeruſalem dabit vocem ſuam: & luxerunt ſpeciosa paſtorum, & exſiccatus eſt vertex Carmeli.

Jerem. 25. 30. *Joel.* 3. 16.

3. Hæc dicit Dominus: Super tribus ſceleribus Damaſci, & ſuper quatuor non convertam eum: eò quòd trituraverint in plauſtris ferreis Galaad.

4. Et mittam ignem in domum Azael, & devorabit domos Benadad.

5. Et conteram vectem Damaſci: & diſperdam habitatorem de campo idoli, & tenentem ſceptrum de domo voluptatis: & transferetur populus Syriæ Cyrenen, dicit Dominus.

6. Hæc dicit Dominus: Super tribus ſceleri-

Versio antiqua.

1. Sermones Amos, qui facti ſunt in Accarim de Thecue: quos vidit pro Jeruſalem [a] in diebus Oziæ regis Juda, & in diebus Jeroboam filii Joas regis Iſraël, ante duos annos terræmotus. *Hieron. in Amos* 1. *col.* 1369. *ſec. Lxx.* [a] *col.* 1371.

2. Et ait: Dominus de Sion effatus eſt, & de Jeruſalem dedit vocem ſuam: & luxerunt paſcua paſtorum, & arefactus eſt vertex Carmeli. *col.* 1372.

3. Et dixit Dominus: Super tribus impietatibus Damaſci, & ſuper quatuor non averſabor eos: pro eo quòd ſecuerunt ſerris ferreis prægnantes in Galaad. *col.* 1373.

4. Et emittam ignem in domum Azael, & devorabit fundamenta filii Ader.

5. Et conteram vectes Damaſci: & diſperdam habitatores de campo On, & concidam tribum ex viris Charran: & captivus ducetur populus Syriæ nominatus, dicit Dominus. *col.* 1374.

6. Hæc dicit Dominus: Super tribus impieta- *col.* 1375.

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Totidem verba leguntur in Græco: Hieron. autem poſteriorum iſtorum, *in diebus Oζια*, &c. duplicem interpretationem Lat. non affert, quòd procul dubio inter ſe convenirent & Hebr. & Græcum. Tichon. reg. 4. p. 60. c. ſimiliter habet: *Sermones, quos vidit ſuper Jeruſalem.* Sed Hieron. hîc Græcos & Latinos erroris arguit quòd verterunt, Super Jeruſalem: *Sciendum*, inquit, *hunc Prophetam non* pro Jeruſalem, *quod in Hebræo penitus non habetur, ſed* ſuper Iſraël, *id eſt, decem tribus, quæ appellantur Iſraël, & erant in Samaria, prophetaſſe; quod quidem & Aquila, & Symm. & Theod. ſimiliter tranſtulerunt. Primus ergo Oſee propheta ad decem tribus, quæ appellantur Ephraim, Samaria, domus Joſeph, & Iſraël, loquitur. Secundus Joel ad Jeruſalem, & duas tribus, quæ vocantur Juda, & Jeruſalem, & Jacob, profert vaticinium, nullam omnino Iſraëlis faciens mentionem. Tertius Amos nequaquam ad Jeruſalem, quæ regebatur à tribu Juda, ſed ad Iſraël, & in Samaria prædicat: quod & de toto volumine ejus probari poteſt, & maximè ex eo quod ſcriptum eſt.....* (c. 7. ℣. 15.) Vade, propheta ad populum meum Iſraël: *non utique ad Judam & Jeruſalem, ut malè apud Græcos & Latinos habetur; ſed ad Iſraël, id eſt, decem tribus, quæ ob populi multitudinem priſtinum nomen obtinuerant.* Vide admonit. præv. in Proph.

℣. 2. Concordat Græc. ad verbum: & idcirco Hieron. non duplicem hîc refert interpretationem Latinam.

℣. 3. Sic eſt in Græco Vatic. præter ſingul. αὐτὸν, *eum*, loco plur. *eos*; & in fine, τὰς ὐ γαστὶ ἐχούσας τῶν ὐ Γαλαάδ, *prægnantes eorum qui in Galaad*; in Mſ. Alex. τῶν Γαλαάδ; in ed. Ald. τῶν ὐ τῷ Γαλαάδ. Apud Tichon. reg. 4. p. 60. c. ſic: *In tribus impietatibus Damaſci, & in quatuor non averſabor eam: eò quòd ſecabant ſerris ferreis in utero habentes.* Apud Auguſt. quæſt. 33. in Num. to. 3. 544. f. *In tribus & quatuor impietatibus non averſabor*: ſimiliter quæſt. 42. in Deut. col. 571. b.

℣. 4. In Gr. Vatic. Καὶ ἀποςελῶ, & *mittam*; reliqua ut in Lat. ſup. at in Mſ. Alex. Καὶ ἐξαποςελῶ; in Compl. ἐξαπατελῶ.

℣. 5. Ita de Græco ad verbum: Hieron. ſcribit Græcè Ὢν de more.

℣. 6. Itidem Græcè, præter voculam *eam*, quæ deeſt poſt *concluderent*.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup. tibus Gazæ, & super quatuor non aversabor eos: eò quòd captivam duxerunt captivitatem Salomonis, ut concluderent eam in Idumæam.

7. Et emittam ignem super muros Gazæ, & devorabit fundamenta ejus.

8. Et disperdam habitatores Azoti, & auferetur tribus de Ascalone: & inferam manum meam in Accaronem, & peribunt reliqui alienigenarum, dicit Dominus.

col. 1377. 9. Hæc dicit Dominus: Super tribus impietatibus Tyri, & super quatuor non aversabor eos: eò quòd concluserunt captivitatem Salomonis in Idumæa, & non sunt recordati testamenti fratrum.

10. Et emittam ignem super muros Tyri, & devorabit fundamenta ejus.

col. 1378. 11. Hæc dicit Dominus: Super tribus impietatibus Idumææ, & super quatuor non aversabor eos: eò quòd persecutus sit in gladio fratrem suum, & violaverit vulvam super terram, & rapuit in testimonium horrorem suum, & impetum suum custodivit in æternum.

12. Et emittam ignem in Theman: & devorabit fundamenta murorum ejus.

col. 1379. 13. Hæc dicit Dominus: Super tribus impietatibus filiorum Ammon, & super quatuor non aversabor eos: eò quòd desecuerit prægnantes Galaaditarum ut dilataret terminos suos.

14. Et succendam ignem super muros Rabba: & devorabit fundamenta cum clamore in die belli, & commovebitur in die consummationis suæ.

15. Et ibunt reges in captivitatem, sacerdotes eorum, & principes eorum simul, dicit Dominus.

VULGATA NOVA.

bus Gazæ, & super quatuor non convertam eum: eò quòd transtulerint captivitatem perfectam, ut concluderent eam in Idumæa.

7. Et mittam ignem in murum Gazæ, & devorabit ædes ejus.

8. Et disperdam habitatorem de Azoto, & tenentem sceptrum de Ascalone: & convertam manum meam super Accaron, & peribunt reliqui Philisthinorum, dicit Dominus Deus.

9. Hæc dicit Dominus: Super tribus sceleribus Tyri, & super quatuor non convertam eum: eò quòd concluserint captivitatem perfectam in Idumæa, & non sint recordati fœderis fratrum.

10. Et mittam ignem in murum Tyri, & devorabit ædes ejus.

11. Hæc dicit Dominus: Super tribus sceleribus Edom, & super quatuor non convertam eum: eò quòd persecutus sit in gladio fratrem suum, & violaverit misericordiam ejus, & tenuerit ultra furorem suum, & indignationem suam servaverit usque in finem.

12. Mittam ignem in Theman: & devorabit ædes Bosræ.

13. Hæc dicit Dominus: Super tribus sceleribus filiorum Ammon, & super quatuor non convertam eum: eò quòd dissecuerit prægnantes Galaad ad dilatandum terminum suum.

14. Et succendam ignem in muro Rabba: & devorabit ædes ejus in ululatu in die belli, & in turbine in die commotionis.

15. Et ibit Melchom in captivitatem, ipse, & principes ejus simul, dicit Dominus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 7. Sic iterum in Græco.

℣. 8. Similiter in Gr. si unum excipias, εἰς Ἀζώτου, *de Azoto*, loco *Azoti*.

℣. 9. Consonat Græc. nisi quòd habet αὐτὸν, *eum*, non *eos*, post *aversabor*.

℣. 10. Ita rursum Græcè.

℣. 11. Græc. Vat. habet circa medium, ἕνεκα τοῦ διῶξαι αὐτὸς ἐν ῥομφαίᾳ, i. e. *eò quòd ipsi persecuti sint in gladio*; paulòque post, καὶ ἐλυμήνατο μήτερα, & *violavit matrem*; ultimòque, εἰς νῖκος, *in victoriam*, quod verti etiam potest, *in perpetuum*; cæt. similia: in ed. Compl. ἕνεκα τοῦ καταδιῶξαι ἐν ῥομφαίᾳ· exinde in Mss. Alex. & Barb. καὶ ἐλυμήναλο μάτερα, ut supra. Apud Tichon. reg. 4. p. 60. c. sic: *In tribus impietatibus Idumææ, & in quatuor non aversabor eum: propterea quòd persecutus est in gladio fratrem suum*: & inf. ait: *Ubicunque Idumæam, Theman, Bosor, Seir, nominat, fratres malos significat.*

℣. 12. Sic est in Gr. præter unum Θαμαν; in Mss. Alex. Θαιμάν.

℣. 13. Ita rursum in Græco, exceptis his duobus, αὐτὸν, *eum*, pro *eos*; & ἐμπλατύνωσι, *dilatarent* num. plurali; in Mss. Alex. αὐτὸς, & ἐμπλατύνῃ.

℣. 14. Græc. scribit Ῥαββάθ, additque αὐλῆς, *ejus*, ad *fundamenta*; & pro 2. *die*, habet ἡμέραις, *diebus*; cæt. ut supra. Mss. verò Alex. hab. Ῥαββά; extremòque, ἐν ἡμέρᾳ συντελείας αὐτῆς, ut in Lat. supra.

℣. 15. Sic est in Græco, addita vocula αὐτῆς, *ejus*, ad *reges*. Hieron. addit infra: *Sacerdotes, in Hebræo non habetur, sed* principes: *addiderunt itaque LXX.* sacerdotes, *ut si velis scire qui sint illi* principes, *audias* sacerdotes.

CAPUT II.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Amos 2. col. 1380. 1. HÆc dicit Dominus: Super tribus impietatibus Moab, & super quatuor non aversabor eos: pro eo quòd incenderit ossa regis Idumææ in cinerem.

2. Et emittam ignem in Moab, & devorabit fundamenta civitatum ejus: & morietur in infirmitate Moab, cum clamore, & cum voce tubæ:

3. & disperdam judicium ex ea, & omnes principes ejus interficiam, dicit Dominus.

col. 1381. 4. Hæc dicit Dominus: Super tribus impieta-

VULGATA NOVA.

1. HÆc dicit Dominus: Super tribus sceleribus Moab, & super quatuor non convertam eum: eò quòd incenderit ossa regis Idumææ usque ad cinerem.

2. Et mittam ignem in Moab, & devorabit ædes Carioth: & morietur in sonitu Moab, in clangore tubæ:

3. & disperdam judicem de medio ejus, & omnes principes ejus interficiam cum eo, dicit Dominus.

4. Hæc dicit Dominus: Super tribus scele-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita in Græco, præter singul. αὐτὸν, *eum* de more, loco *eos*; & verbum plur. κατέκαυσαν, *incenderunt*; in ed. tamen Ald. αὐτὸς. Idem Hieron. in Ezech. 26. col. 871. d. legit: *Hæc dicit Dominus: Super tribus impietatibus Moab, & super quatuor non aversabor eum: pro eo quòd combusserit ossa regis Idumæa in cineres.*

℣. 2. Ita de Græco ad verbum.

℣. 3. Græc. habet κριτὴν, *judicem*, non *judicium*, additque μετ' αὐτῆ, *cum eo*, post *interficiam*; cætera ut supra: abest tamen μετ' αὐτῦ, ab ed. Ald.

℣. 4. Gr. Var. constanter hab. αὐτὸν, *eum*, non *eos*, post *aversabor*; Ald. verò cum Mss. Alex. & Barb. αὐ-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

ribus Juda, & ſuper quatuor non convertam eum: eò quòd abjecerit legem Domini, & mandata ejus non cuſtodierit: deceperunt enim eos idola ſua, poſt quæ abierant patres eorum.

5. Et mittam ignem in Juda, & devorabit ædes Jeruſalem.

6. Hæc dicit Dominus: Super tribus ſceleribus Iſraël, & ſuper quatuor non convertam eum: pro eo quòd vendiderit pro argento juſtum, & pauperem pro calceamentis.

7. Qui conterunt ſuper pulverem terræ capita pauperum, & viam humilium declinant: & filius ac pater ejus ierunt ad puellam, ut violarent nomen ſanctum meum.

8. Et ſuper veſtimentis pignoratis accubuerunt juxta omne altare: & vinum damnatorum bibebant in domo Dei ſui.

Num. 21. 24. *Deuter.* 2. 24. 9. Ego autem exterminavi Amorrhæum à facie eorum: cujus altitudo, cedrorum altitudo ejus, & fortis ipſe quaſi quercus: & contrivi fructum ejus deſuper, & radices ejus ſubter.

Exod. 14. 21. *Deuter.* 8. 2. 10. Ego ſum, qui aſcendere vos feci de terra Ægypti, & duxi vos in deſerto quadraginta annis, ut poſſideretis terram Amorrhæi.

11. Et ſuſcitavi de filiis veſtris in prophetas, & de juvenibus veſtris nazaræos: nunquid non ita eſt filii Iſraël, dicit Dominus?

12. Et propinabitis nazaræis vinum: & prophetis mandabitis, dicentes: Ne prophetetis.

13. Ecce ego ſtridebo ſubter vos, ſicut ſtridet plauſtrum onuſtum feno.

14. Et peribit fuga à veloce, & fortis non obtinebit virtutem ſuam, & robuſtus non ſalvabit animam ſuam:

15. & tenens arcum non ſtabit, & velox pedibus ſuis non ſalvabitur, & aſcenſor equi non ſalvabit animam ſuam:

16. & robuſtus corde inter fortes nudus fugiet in illa die, dicit Dominus.

VERSIO ANTIQUA.

tibus filiorum Juda, & ſuper quatuor non averſabor eos: quia repulerunt legem Domini, & præcepta illius non cuſtodierunt: & decepti ſunt in vanitatibus ſuis, quas ſecuti ſunt patres eorum. *Hieron. ubi ſup.*

5. Et emittam ignem in Juda, & devorabit fundamenta Jeruſalem.

6. Hæc dicit Dominus: Super tribus impietatibus Iſraël, & ſuper quatuor non averſabor eos: pro eo quòd vendiderit argento juſtum, & pauperem propter calciamenta, *col.* 1382.

7. quæ calcant ſuper pulverem terræ: & pugno percutiebant capita pauperum, & viam humilium declinabant: & filius & pater ejus ingrediebantur ad eandem puellam, ut contaminarent nomen Dei ſui.

8. Et veſtimenta ſua alligantes funibus, faciebant umbracula juxta altare: & vinum de calumniis bibebant in domo Dei ſui.

9. Ego autem abſtuli Amorrhæum à facie eorum: cujus erat, ſicut altitudo cedri, ſublimitas ejus, & fortis quaſi quercus: & arefeci fructum ejus deſuper, & radices ejus deorſum. *col.* 1384.

10. Ego eduxi vos de terra Ægypti, & circumduxi vos in deſerto quadraginta annis, ut poſſideretis terram Amorrhæorum.

11. Et aſſumpſi de filiis veſtris in prophetas, & de juvenibus veſtris in ſanctificationem: nunquid non eſt ita filii Iſraël, dicit Dominus? *col.* 1385.

12. Et propinabatis ſanctificatis vinum: & prophetis mandabatis, dicentes: Ne prophetetis.

13. Quapropter ecce ego volvam ſubter vos, ſicut volvitur plauſtrum plenum ſtipulâ. *col.* 1386.

14. Et peribit fuga à curſore, & fortis non obtinebit fortitudinem ſuam, & pugnator non ſalvabit animam:

15. & ſagittarius non ſuſtinebit, & velox pedibus ſalvari non poterit, & eques non ſalvabit animam ſuam,

16. & inventum cor ejus inter potentes: & nudus fugiet in die illa, dicit Dominus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

τὺς: ultimò Vatic. ἐπλάνησεν αὐτὺς τὰ μάταια αὐτῶν ἃ ἐποίησαν, οἷς ἐξηκολούθησαν οἱ πατέρες αὐτῶν ὀπίσω αὐτῶν· i. e. *& deceperunt eos vanitates ſua quas fecerunt, quas ſecuti ſunt patres eorum poſt eas;* (abeſt à Compl. ἃ ἐποίησαν;) cætera ſimilia. Gildas Sap. l. de excid. Britann. p. 714. c. legit: *In tribus impietatibus filiorum Juda, & in quatuor non convertam eos: propter quòd repulerunt legem Domini, & præcepta non cuſtodierunt: ſed ſeduxerunt eos vana eorum;* deinde, *Et emittam*, &c. omiſſis intermediis.

℣. 5. Concinit Græc. niſi quòd habet ἐπὶ Ἰούδαν. Gildas Sap. l. de excid. Britann. p. 714. c. *Et emittam ignem ſuper Judam, & comedet fundamenta Jeruſalem.*

℣. 6. Sic iterum Græcè, niſi quòd hab. de more, αὐτὸν, *eum*, loco *eos*; paulò verò poſt pluraliter, ἀπέδοντο, *vendiderint*; in ed. Ald. αὐτὺς, non αὐτόν. Apud Gild. Sap. l. de excid. Britann. p. 714. c. *Hæc dicit Dominus: In tribus impietatibus Iſraël, & in quatuor non convertam eos: propter quòd tradidere pecuniâ juſtum, & pauperem pro calciamentis.*

℣. 7. Totidem ſunt verba in Græco, poſita una præp. ἐκ, *in*, ante *capita*. Gild. Sap. l. de excid. Britann. p. 714. c. legit: *quæ calciabant ſuper pulverem terræ: & colaphis cædebant capita pauperum, & viam humilium declinaverunt.*

℣. 8. Ita fert Græcum: ibi ταεαπετάσματα, *velamina*, loco *umbracula*.

℣. 9. Similia prorſus in Græco, repetito verbo ἦν, *erat*, poſt vocem *fortis*.

℣. 10. Græc. initio habet, Καὶ ἐγὼ ἀνήγαγον, &c. ut in Lat. ſupra.

℣. 11. Tota concordant cum Græco, uno excepto, *non eſt ita*, pro quo ὐκ ἰδὺ ταῦτα, *non ſunt hæc*, quod idem valet. Poſteriora autem iſta, *nunquid non eſt ita*, & ſeqq. uſque ad ℣. 13. utrùm è Græco, an ex Hebræo textu translata ſint, non declarat Hieronymus; quippe unam hîc verſionem apponit, fonte non indicato; quod ipſi uſitatum eſt, quotieſcunque nil vel parum diſcrepant inter ſe Hebraïcum & Græcum.

℣. 12. Verſiculus iſte optimè concordat cum Græco: non tamen Hieronymus admittit eò loci vocem *ſanctificatis*, ſed hanc, *nazaræis*; verùm cùm dixerit ſup. col. 1384. c. *nazaræos* LXX. interpretatos eſſe *ſanctificatos*, hanc ult. vocem textui noſtro inſerere non dubitavimus. Ita quoque legitur apud Tertul. l. cont. Pſych. p. 985. c. *Et potum dabatis ſanctificatis meis vinum*: & l. 5. adv. Marc. p. 800. b. *Et potum dabatis ſanctis meis vinum.*

℣. 13. Similiter in Græco, excepto præſ. κυλὼ, *volvo*, pro *volvam*.

℣. 14. Itidem Græcè, addita voce αὐτῦ ad *animam*.

℣. 15. Sic iterum in Græco, niſi quòd additur αὐτῦ, voci *pedibus*; & pro *ſalvari non poterit*, ſimpliciter habetur ὐ μὴ διασωθῇ, *non ſalvabitur*.

℣. 16. Græc. Vat. καὶ ὁ κραταιὸς ὐ μὴ εὑρήσει τὴν καρδίαν αὐτῦ ἐν δυνάσταις, ὁ γυμνὸς διαζῶται ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, λέγει Κύριος· i. e. *& fortis non inveniet cor ſuum in potentatibus, nudus perſequetur in illa die, dicit Dominus:* al. verò, teſte Nobilio, καὶ εὑρεθῇ ἡ καρδία αὐτῦ, deinde in Mſ. Barb. ἐν δυνάσαις, ὁ γυμνὸς φεύξεῖαι ἐν ἐκείνῃ, &c. quæ textum ſup. minè confirmant. Aquila vertit ἐν δυνατοῖς, γυμνὸς φευξεῖαι, &c. Symm. ἐν τοῖς ἀνδρείοις, γυμνὸς φεύξεται, &c.

Digitized by Google

CAPUT III.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Amos 3. col. 1388. 1. AUdite verbum hoc, quod locutus eſt Dominus ſuper vos, domus Iſraël; & contra omnem tribum, quam eduxi de terra Ægypti, dicens:

2. Veruntamen vos cognovi de univerſis tribubus terræ: ideo ulciſcar ſuper vos omnes malitias veſtras.

col. 1389. 3. Si ambulabunt duo ſimul omnino, niſi cognoverint ſe?

4. Si ructabit leo de ſaltu ſuo, prædam non habens? ſi dabit catulus leonis vocem ſuam de cubili ſuo omnino, niſi aliquid rapuerit?

5. ſi cadet avis ſuper terram ſine aucupe? ſi deponatur laqueus ſuper terram niſi aliquid apprehenderit?

6. Si clanget tuba in civitate, & populus non timebit? ſi erit malitia in urbe, quam Dominus non fecit?

7. Quia non faciet Dominus Deus aliquid, niſi revelaverit eruditionem ſuam ad ſervos ſuos prophetas.

8. Leo ructabit, & quis non timebit? Dominus Deus locutus eſt, & quis non prophetabit?

col. 1391. 9. Annuntiate regionibus in Aſſyriis, & in regionibus terræ Ægypti: & dicite: Congregamini ſuper montem Samariæ, & videte mirabilia multa in medio ejus, & oppreſſionem in ea.

10. Et ignoravit quæ futura ſint coram ea, dicit Dominus, qui theſaurizant iniquitatem & miſeriam in regionibus eorum.

col. 1392. 11. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Tyrus, & in circuitu terra tua deſerta erit: & detrahet de te fortitudinem tuam, & diripientur regiones tuæ.

col. 1393. 12. Hæc dicit Dominus: Quomodo ſi avellat paſtor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ: ſic avellentur filii Iſraël, qui habitant in Samaria contra tribum, & in Damaſco.

col. 1394. 13. Sacerdotes audite, conteſtamini domum Jacob, dicit Dominus Deus omnipotens:

14. quia in die qua ulciſcar iniquitates Iſraël,

VULGATA NOVA.

1. AUdite verbum, quod locutus eſt Dominus ſuper vos, filii Iſraël: ſuper omnem cognationem, quam eduxi de terra Ægypti, dicens:

2. Tantummodo vos cognovi ex omnibus cognationibus terræ: idcirco viſitabo ſuper vos omnes iniquitates veſtras.

3. Nunquid ambulabunt duo pariter, niſi convenerit eis?

4. Nunquid rugiet leo in ſaltu, niſi habuerit prædam? nunquid dabit catulus leonis vocem de cubili ſuo, niſi aliquid apprehenderit?

5. nunquid cadet avis in laqueum terræ abſque aucupe? nunquid auferetur laqueus de terra antequam quid ceperit?

6. Si clanget tuba in civitate, & populus non expaveſcet? ſi erit malum in civitate, quod Dominus non fecerit?

7. Quia non facit Dominus Deus verbum, niſi revelaverit ſecretum ſuum ad ſervos ſuos prophetas.

8. Leo rugiet, quis non timebit? Dominus Deus locutus eſt, quis non prophetabit?

9. Auditum facite in ædibus Azoti, & in ædibus terræ Ægypti: & dicite: Congregamini ſuper montes Samariæ, & videte inſanias multas in medio ejus, & calumniam patientes in penetralibus ejus.

10. Et neſcierunt facere rectum, dicit Dominus, theſaurizantes iniquitatem & rapinas in ædibus ſuis.

11. Propterea hæc dicit Dominus Deus: Tribulabitur, & circuietur terra: & detrahetur ex te fortitudo tua, & diripientur ædes tuæ.

12. Hæc dicit Dominus: Quomodo ſi eruat paſtor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ: ſic eruentur filii Iſraël, qui habitant in Samaria in plaga lectuli, & in Damaſci grabato.

13. Audite, & conteſtamini in domo Jacob, dicit Dominus Deus exercituum:

14. quia in die cùm viſitare cœpero præ-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ad verbum è Græco.

℣. 2. Itidem Græcè, præter ult. τὰς ἁμαρτίας ὑμῶν ut in ed. Ald. & Mſ. Barb. κακίας. Idem Hieronym. in Ezech. 7. col. 735. e. legit: *Quoniam vos cognovi de univerſis tribubus terræ: idcirco ulciſcar ſuper omnia peccata veſtra.*

℣. 3. Conſonat Græcum. Adimantus apud Auguſt. l. cont. ipſum, to. 8. 146. d. *Si fieri poteſt ut ambulantes duo in via, minimè ſe agnoſcant?*

℣. 4. Sic habet Græc. Adimantus ubi ſupra: *Et leo ſine præda ad catulum ſuum revertatur?*

℣. 5. Similiter in Græco, excepto fut. πεσεῖται, loco *deponatur*. Ap. Auguſt. to. 8. 146. d. Adimantus legit: *ſi decidet avis ſine aucupe in terram? ſi tendunt muſcipulam ſine cauſa ut nihil capiant?*

℣. 6. Itidem Græcè, niſi excipias verbum πτοηθήσεται, *terrebitur*, pro *timebit*. Adimantus ap. Auguſt. to. 8. 146. d. ſic pergit: *Si dabit ſonum tuba in civitate, ut plebs non terreatur? ita etiam malum aliquod in civitate non perpetratur, quod Dominus non faciet.* Hieron. in Joel. 1. col. 1352. c. *ſi eſt in civitate malitia, quam Dominus non fecerit?* Similiter apud Philaſtr. Brix. de hæreſ. p. 709. h. præter hoc, *Deus non fecit.*

℣. 7. Sic habet Græc. Vat. præter pronom. *ſuam*, quod delet; ſed Mſs. Alex. & Barb. ferunt παιδείαν αὐτοῦ. Hieron. infra 1391. b. legit: *niſi revelaverit correptionem ſuam ſervis ſuis prophetis.*

℣. 8. Sic eſt in Græco, verbum pro verbo.

℣. 9. Ita fert Græc. Vat. niſi quòd pro *in regionibus terræ Ægypti*, hab. ἐπὶ τὰς χώρας τῆς Αἰγύπτου, *ad regiones Ægypti*; Compl. verò cum Mſ. Barb. ἐπὶ ταῖς χώραις, dein Alex. Αἰγύπτου; ed. Ald. ἐν γῇ Αἰγύπτου; Compl. ὧν γῆ Αἰγύπτου. Vatic. etiam extremò habet τὴν ἐν αὐτῇ, *quæ in ea*. Hieron. infra 1392. ait: *Pro* Azoto, *neſcio quid volentes LXX.* Aſſyrios *poſuerunt, cùm* Azotus *linguâ Hebr. appelletur* Eſdod, & Aſſyrii, Aſſur. *Pro* ædibus *quoque, quæ dicuntur* armanoth, *verterunt* regiones, *quæ vocantur* ſadoth; & *nihil in verbo ſimilitudinis habent.* Vide ſis plura inf.

℣. 10. Concinit Græcum.

℣. 11. Ita rurſum in Græco, detracta una conjunct. & poſt *Tyrus*; at in Compl. Τύρος, ἡ κυκλόθεν. Hieron. infra: *LXX. dixerunt*, Tyrus, & per circuitum terra tua: *videbaturque pendere ſententia; addidere ergo de ſuo*, deſerta erit: *nec error Interpretum eſt, ubi propter verbi ambiguitatem*, & tribulatio, & Tyrus *dici poteſt.*

℣. 12. Eadem exhibet Græc. niſi excipias iſtud, ὅταν ἐκσπάσῃ, loco *ſi avellat*; at in Mſ. Barb. ἐὰν ἐκσπάσῃ.

℣. 13. Sic eſt in Græco, præpoſita conjunct. ὅ, verbo *conteſtamini*. Hieron. ibid. addit: *Quod in principio capituli juxta LXX. poſitum eſt*, ſacerdotes, *in Hebraïco non habetur, ſed pro hoc verbo legitur* ares, *quod Aquila interpretatus eſt* grabatum: & *puto LXX. ipſum verbum poſuiſſe Hebraïcum, quod quidam non intelligentes, pro* ares, *legerunt* ἱερεῖς, *id eſt*, ſacerdotes.

℣. 14. Similia prorſus in Græco præter vocem ἀσεβείας, *impietates*, loco *iniquitates*.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

varicationes Iſraël, ſuper eum viſitabo, & ſuper altaria Bethel: & amputabuntur cornua altaris, & cadent in terram.

15. Et percutiam domum hiemalem cum domo æſtiva: & peribunt domus eburneæ, & diſſipabuntur ædes multæ, dicit Dominus.

VERSIO ANTIQUA.

ſuper eum ulciſcar, & ſuper altaria Bethel: & ſuffodientur cornua altaris, & cadent ſuper terram. *Hieron. ubi ſup.*

15. Confundam, & percutiam domum pinnatam ſuper domum æſtivam: & peribunt domus eburneæ, & adjicientur domus aliæ multæ, dicit Dominus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 15. Ita de Græco, verbum è verbo. Hieron. in comment. col. 1396. a. ait: *Pro* domo hiemali, οἶκον τὸν περίπτερον *LXX. tranſtulerunt, quod nos interpretati ſumus* pinnatam, *eò quòd oſtiola habeat per feneſtras, & quaſi pinnas ad magnitudinem frigoris repellendam.* Ex hoc Hieronymi, *interpretati ſumus*, colligi poſſet verſionem noſtram è Gr. textu expreſſam, Hieronymi ſetum eſſe; ſed quod de nonnullis hujuſcemodi voculis negari non debet, vix ac ne vix quidem de contextu toto ac perpetuo affirmari poteſt; vide Admonit. in Proph.

CAPUT IV.

VULGATA NOVA.

1. AUdite verbum hoc vaccæ pingues, quæ eſtis in monte Samariæ: quæ calumniam facitis egenis, & confringitis pauperes: quæ dicitis dominis veſtris: Afferte, & bibemus.

2. Juravit Dominus Deus in ſancto ſuo: quia ecce dies venient ſuper vos, & levabunt vos in contis, & reliquias veſtras in ollis ferventibus.

3. Et per aperturas exibitis altera contra alteram, & projiciemini in Armon, dicit Dominus.

4. Venite ad Bethel, & impiè agite: ad Galgalam, & multiplicate prævaricationem: & afferte manè victimas veſtras, tribus diebus decimas veſtras.

5. Et ſacrificate de fermentato laudem: & vocate voluntarias oblationes, & annuntiate: ſic enim voluiſtis filii Iſraël, dicit Dominus Deus.

6. Unde & ego dedi vobis ſtuporem dentium in cunctis urbibus veſtris, & indigentiam panum in omnibus locis veſtris: & non eſtis reverſi ad me, dicit Dominus.

7. Ego quoque prohibui à vobis imbrem, cùm adhuc tres menſes ſupereſſent uſque ad meſſem: & plui ſuper unam civitatem, & ſuper alteram civitatem non plui: pars una compluta eſt; & pars, ſuper quam non plui, aruit.

8. Et venerunt duæ & tres civitates ad unam civitatem ut biberent aquam, & non ſunt ſatiatæ: & non rediſtis ad me, dicit Dominus.

Agg. 2. 18. 9. Percuſſi vos in vento urente, & in aurugine, multitudinem hortorum veſtrorum, & vinearum veſtrarum: oliveta veſtra, & ficeta veſtra comêdit eruca: & non rediſtis ad me, dicit Dominus.

10. Miſi in vos mortem in via Ægypti, percuſſi in gladio juvenes veſtros, uſque ad captivitatem equorum veſtrorum: & aſcendere feci fœtorem caſtrorum veſtrorum in naſibus veſtris: & non rediſtis ad me, dicit Dominus.

VERSIO ANTIQUA.

1. AUdite verbum iſtud vaccæ Baſanitides, quæ eſtis in monte Samariæ: quæ opprimitis pauperes, & conculcatis egenos: quæ dicitis dominis veſtris: Date nobis, ut bibamus. *Hieron. in Amos 4. col. 1397.*

2. Jurat Dominus per ſanctos ſuos: quoniam ecce dies venient ſuper vos, & tollent vos in armis, & eos qui vobiſcum ſunt in ollis, negotiatores peſtilentes.

3. Et ejiciemini nudæ contra invicem, & projiciemini ſuper montem Remman, dicit Dominus.

4. Introiſtis in Bethel, & iniquè egiſtis: in Galgala multiplicaſtis impiè agere: & intuliſtis manè hoſtias veſtras, in die tertio decimas veſtras. *col. 1399.*

5. Et legerunt foris legem, & invocaverunt confeſſiones: annuntiate quia hæc dilexerunt filii Iſraël, dicit Dominus Deus.

6. Et ego dabo vobis ſtuporem dentium in cunctis urbibus veſtris, & indigentiam panum in omnibus locis veſtris: & non eſtis reverſi ad me, dicit Dominus.

7. Et ego repreſſi à vobis pluviam ante tres menſes vindemiæ: & pluam ſuper civitatem unam, & ſuper civitatem unam non pluam: pars una irrigabitur; & pars, ſuper quam non pluero, arefiet. *col. 1400.*

8. Et congregabuntur duæ & tres civitates in civitatem unam ut bibant aquam, & non ſatiabuntur: & non eſtis reverſi ad me, dicit Dominus.

9. Percuſſi vos in ardore, & in aurugine: multiplicaſtis hortos veſtros, vineas veſtras, & ficus veſtras, & oliveta veſtra comêdit eruca: & ne ſic quidem converſi eſtis ad me, dicit Dominus. *col. 1402.*

10. Emiſi in vos mortem in via Ægypti, & occîdi in gladio juvenes veſtros, cum captivitate *col. 1403.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Eadem leguntur Græcè, præter hoc, Λαμάλεις τῆς Βασανίτιδος, *vacca Baſanitidis*; Hieron. tamen addit: *Pro* vaccis pinguibus, *LXX. poſuerunt* Baſanitides: item inf. *date nobis*, & *bibemus*.

℣. 2. Similiter in Græco Vat. præter ſeqq. ἔρχονται, *veniunt*, pro *venient*; & infra, εἰς λέβητας ὑποκαιομένους ἐμβαλῶσιν, ἔμπυροι, λοιμοί, *in ollas ſuccenſas injicient, ferventes, peſtilentes*, pro *in ollis negotiatores peſtilentes*; ſed à Mſ. Alex. abeſt ὑποκαιομένους ἐμβαλῶσιν & in ed. Compl. eſt ἔμπορoι, non ἔμπυροι.

℣. 3. Itidem Græcè, præter vocabulum Ῥεμμάν; at in Mſ. Alex. Ῥεμμὰν, ut ſupra. Hieron. in comm. hab. *ſuper montem Remman, dicit Dominus Deus*; in Compl. etiam ac Mſs. Alex. & Barb. ſequitur λέγει Κύριος ὁ Θεός.

℣. 4. Græc. Vat. habet ἠσεβήσατε, *impiè egiſtis*, pro *iniquè egiſtis*; Mſ. verò Alex. ἠνομήσατε; mox in Vat. καὶ εἰς Γέλγαλα ἐπληθύνατε; in Compl. verò, καὶ ἐπληθύνατε; demum Vat. hab. εἰς τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην, *in tridduum*, pro *in die tertio*; Mſ. Barb. in marg. εἰς τὴν τρίτην ἡμέραν· cætera quadrant.

℣. 5. Itidem Græcè, detracta ult. voce *Deus*; at in Mſs. Alex. & Barb. eſt Κύριος ὁ Θεός.

℣. 6. Sic iterum in Græco.

℣. 7. Eadem prorſus in Græco. Nec valde diſſimiliter apud Cypr. ep. ad Demetr. p. 218. a. & *pluam ſuper unam civitatem*, & *ſuper aliam non pluam: pars una compluetur*; & *pars, ſuper quam non pluero, arefiet*.

℣. 8. Sic etiam in Græco eſt. Item apud Cypr. ep. ad Demetr. p. 218. a. *Et congregabuntur duæ & tres civitates in unam civitatem, potandæ aquæ causâ, nec ſatiabuntur*: & *non convertimini ad me, dicit Dominus*.

℣. 9. Ita legitur Græcè, præter vocem συκεῶνας, *ficeta*, pro *ficus*. Hieron. ibid. *Pro* vento urente, inquit, *LXX. interpretati ſunt* πύρωσιν, *quam nos* combuſtionem *poſſimus dicere*.

℣. 10. Eadem exhibet Græc. Vat. præter ſeqq. τὰς παρεμβολὰς ἐν τῇ ὀργῇ ὑμῶν, *caſtra in ira veſtra*; at in

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi ſup. equorum veſtrorum : & eduxi in igne caſtra veſtra in ira mea : & ne ſic quidem reverſi eſtis ad me, dicit Dominus.

11. Subverti vos, ſicut ſubvertit Deus Sodomam, & Gomorrham, & facti eſtis ſicut torris erutus de igne : & ne ſic quidem converſi eſtis ad me, dicit Dominus.

col. 1404. 12. Propterea ſic faciam tibi Iſraël : veruntamen quia ſic faciam tibi, præparare ut invoces Deum tuum Iſraël.

13. Quia ecce firmans tonitruum, & creans ſpiritum, & annuntians in homines Chriſtum ſuum, faciens manè, & nebulam, & aſcendens ſuper excelſa terræ : Dominus Deus omnipotens nomen ejus.

VULGATA NOVA.

vitatem equorum veſtrorum : & aſcendere feci putredinem caſtrorum veſtrorum in nares veſtras : & non rediſtis ad me, dicit Dominus.

11. Subverti vos, ſicut ſubvertit Deus Sodomam, & Gomorrham, & facti eſtis quaſi torris raptus ab incendio : & non rediſtis ad me, dicit Dominus. *Geneſ. 19. 24.*

12. Quapropter hæc faciam tibi Iſraël : poſtquam autem hæc fecero tibi, præparare in occurſum Dei tui Iſraël.

13. Quia ecce formans montes, & creans ventum, & annuntians homini eloquium ſuum, faciens matutinam nebulam, & gradiens ſuper excelſa terræ : Dominus Deus exercituum nomen ejus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Compl. ὑμῶν ἐν τῇ ὀργῇ, & in Mſ. Alex. ὑμῶν ἐν τῇ ὀργῇ μου, Barb. etiam addit μοῦ.

℣. 11. Conſonat Græc. ad verbum. Similiter apud Novatian. l. de Trin. p. 1048. b. *Subverti vos, ſicut ſubvertit Dominus Sodomam, & Gomorrham.*

℣. 12. Sic etiam legitur Græcè. Item apud Auguſt. l. 18. de civit. Dei, c. 28. col. 509. f. *præpara te ut invoces Deum tuum Iſraël.* Apud Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 327. b. *præpara te invocare Deum tuum Iſraël.*

℣. 13. Græc. initio habet, Διότι ἰδοὺ ἐγὼ, *Quia ecce ego;* & in fine, ὄνομα αὐτῷ, *nomen ei;* cætera ut in textu. Tertul. l. cont. Hermog. p. 420. a. legit : *Qui ſolidat tonitruum, & condidit ſpiritum, & annuntiat in homines Chriſtum ſuum :* ſimiliter l. 3. adv. Marc. p. 670. c. niſi quòd pro *condidit*, legiſſe videtur *concludit.* Ambroſ. l. 2. de Spir. S. col. 643. c. *Ecce ego firmans tonitruum, & creans ſpiritum, & nuncians in homines Chriſtum ſuum, faciens lucem, & nebulam, & aſcendens ſuper excelſa : Dominus Deus omnipotens nomen eſt ei :* & infra, *Ego Dominus firmans tonitruum*, &c. & l. 2. Hexa. p. 31. a. *firmans tonitrua.* Auguſt. l. 18. de civit. Dei, c. 28. p. 509. f. *Quia ecce ego firmans tonitruum, & creans ſpiritum, & annuntians in hominibus Chriſtum ſuum.* Itidem Fulg. fragm. 3. cont. Fab. p. 581. cum Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 327. b. Item Vigil. l. 2. cont. Arian. p. 113. c. legit, *Ego Dominus firmans tonitruum*, &c. Vide ſis Hieron. infra in comment.

CAPUT V.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Amos 5. col. 1406. 1. AUdite verbum iſtud, quod ego aſſumam ſuper vos planctum : Domus Iſraël cecidit, non adjiciet ampliùs ut reſurgat.

2. Virgo Iſraël projecta eſt ſuper terram ſuam, non eſt qui ſuſcitet eam.

col. 1407. 3. Quia hæc dicit Dominus Deus : Urbs de qua egrediebantur mille, relinquentur in ea centum : & de qua egrediebantur centum, relinquentur in ea decem in domo Iſraël.

col. 1408. 4. Quia hæc dicit Dominus ad domum Iſraël : Quærite me, & vivetis.

5. Et nolite quærere Bethel, & in Galgala ne ingrediamini, & ſuper puteum juramenti non tranſeatis : quia Galgala captiva ducetur, & Bethel erit quaſi non ſit.

col. 1410. 6. Quærite Dominum, & vivite : ne fortè ſuccendatur ut ignis domus Joſeph, & devoret eam, & non ſit qui exſtinguat domum Iſraël.

7. Qui facit in excelſo judicium, & juſtitiam in terra poſuit.

8. Qui facit omnia, & transformat, & convertit in manè umbram mortis, & diem nocte contenebrat : qui vocat aquam maris, & effundit eam ſuper faciem terræ : Dominus Deus omnipotens nomen ejus.

VULGATA NOVA.

1. AUdite verbum iſtud, quod ego levo ſuper vos planctum : Domus Iſraël cecidit, & non adjiciet ut reſurgat.

2. Virgo Iſraël projecta eſt in terram ſuam, non eſt qui ſuſcitet eam.

3. Quia hæc dicit Dominus Deus : Urbs de qua egrediebantur mille, relinquentur in ea centum : & de qua egrediebantur centum, relinquentur in ea decem in domo Iſraël.

4. Quia hæc dicit Dominus domui Iſraël : Quærite me, & vivetis.

5. Et nolite quærere Bethel, & in Galgalam nolite intrare, & in Berſabee non tranſibitis : quia Galgala captiva ducetur, & Bethel erit inutilis.

6. Quærite Dominum, & vivite : ne fortè comburatur ut ignis domus Joſeph, & devorabit, & non erit qui exſtinguat Bethel.

7. Qui convertitis in abſinthium judicium, & juſtitiam in terra relinquitis.

8. Facientem Arcturum & Orionem, & convertentem in manè tenebras, & diem in noctem mutantem : qui vocat aquas maris, & effundit eas ſuper faciem terræ : Dominus nomen eſt ejus. *Iaſ. 9. 6.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc. initio habet : Ἀκούσατε τὸν λόγον Κυρίου τοῦτον, *Audite verbum Domini iſtud;* reliqua ut ſupra.

℣. 2. Sic eſt in Græco, præter unum αὐτοῦ, *ejus*, loco *ſuam.* Apud Hieron. ep. 18. ad Euſtoch. to. 4. p. 2. col. 29. c. *Virgo Iſraël cecidit, & non eſt qui ſuſcitet eam.*

℣. 3. Hieron. hîc unum textum refert, nec declarat quo ex fonte translatus ſit, an Hebræo, an Græco : ut ut eſt, verſiculus iſte Vulgatæ noſtræ conſonat ad verbum, nec diſcrepat à Græco Vat. niſi pauciſſimis, iiſque levibus ; v. g. initio ipſo ibi legitur : Διατοῦτο τάδε λέγει Κύριος Κύριος, *Propterea hæc dicit Dominus Dominus ;* ſed in editt. Ald. & Compl. necnon in Mſ. Alex. eſt, Διότι τάδε λέγει Κύριος, quæ ult. vox Κύριος, non geminatur niſi ab Alex. in Ald. tamen ſic, Κύριος ὁ Θεός· paulòque poſt, cùm à Vatic. tum ab al. abeſt utrumque *in ea ;* extremòque legitur τῷ οἴκῳ Ἰσραήλ, *domui Iſraël*, non *in domo.*

℣. 4. Sic habetur Græcè.

℣. 5. Itidem Græcè, niſi excipiatur iſtud, αἰχμαλωτευομένη αἰχμαλωτευθήσεται, *captivata captivabitur*, pro *captiva ducetur*, quod idem valet.

℣. 6. Similiter in Græco, præter ultima, καὶ οὐκ ἔσται ὁ σβέσων τῷ οἴκῳ Ἰσραήλ· & *non erit qui exſtinguat domui Iſraël ;* ed. Ald. hab. τὸν οἶκον, ut ſupra. Hieron. inf. 1410. b. ait : *Pro* Bethel, *in LXX. legitur* domus Iſraël, *ſenſum magis quàm verbum interpretantibus.*

℣. 7. Ita de Græco ad verbum.

℣. 8. Græc. Vat. delet vocem *mortis*, poſt *umbram ;* pro *nocte* verò, habet εἰς νύκτα, *in noctem ;* & in fine ſimpliciter, Κύριος ὄνομα αὐτῷ, *Dominus nomen ei ;* cæ-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

9. Qui ſubridet vaſtitatem ſuper robuſtum, & depopulationem ſuper potentem affert.

10. Odio habuerunt corripientem in porta: & loquentem perfectè abominati ſunt.

11. Idcirco, pro eo quòd diripiebatis pauperem, & prædam electam tollebatis ab eo:
Soph. 1. 13. domos quadro lapide ædificabitis, & non habitabitis in eis: vineas plantabitis amantiſſimas, & non bibetis vinum earum.

12. Quia cognovi multa ſcelera veſtra, & fortia peccata veſtra: hoſtes juſti accipientes munus, & pauperes deprimentes in porta:

13. Ideo prudens in tempore illo tacebit, quia tempus malum eſt.

14. Quærite bonum, & non malum, ut vivatis: & erit Dominus Deus exercituum vobiſcum, ſicut dixiſtis.

15. Odite malum, & diligite bonum, & conſtituite in porta judicium: ſi fortè miſereatur Do-
Psalm. 96. 10. minus Deus exercituum reliquiis Joſeph.

16. Propterea hæc dicit Dominus Deus exercituum dominator: In omnibus plateis planctus:
Rom. 12. 9. & in cunctis, quæ foris ſunt, dicetur væ væ: & vocabunt agricolam ad luctum, & ad planctum eos qui ſciunt plangere.

17. Et in omnibus vineis erit planctus: quia pertranſibo in medio tui, dicit Dominus.

18. Væ deſiderantibus diem Domini: ad quid
Jer. 30. 7. eam vobis? dies Domini iſta, tenebræ, & non
Joel 2. 11. lux.

19. Quomodo ſi fugiat vir à facie leonis, &
Soph. 1. 15. occurrat ei urſus: & ingrediatur domum, & innitatur manu ſua ſuper parietem, & mordeat eum coluber.

20. Nunquid non tenebræ dies Domini, & non lux: & caligo, & non ſplendor in ea?

21. Odi, & projeci feſtivitates veſtras: &
Iſai. 1. 11. non capiam odorem cœtuum veſtrorum.
Jer. 6. 20.
Malac. 1. 10.

VERSIO ANTIQUA.

9. Qui dividit contritionem ſuper fortitudinem, & miſeriam ſuper munitionem adducit. *Hieron. ubi ſup.*

10. Odio habuerunt in portis arguentem: & verbum ſanctum abominati ſunt. *col. 1413.*

11. Propterea, quia pugno percutiebatis pauperes, & munera electa accipiebatis ab eis: domos dolatis lapidibus ædificaſtis, & non habitabitis in eis: vineas deſiderabiles plantaſtis, & non bibetis vinum earum. *col. 1414.*

12. Quia ego cognovi multas impietates veſtras, & fortia peccata veſtra: conculcantes juſtum, accipientes commutationes, & pauperes in portis declinantes:

13. Ideo qui intelligit, in tempore illo ſilebit, quia tempus malum eſt.

14. Quærite bonum, & non malum, ut vivatis: & erit ſic Dominus Deus omnipotens vobiſcum, ſicut dixiſtis: *col. 1415.*

15. Odio habuimus mala, & dileximus bona: & reddite in portis judicium, ut miſereatur Dominus Deus his, qui reliqui ſunt de Joſeph.

16. Ideo hæc dicit Dominus Deus omnipotens: In cunctis plateis planctus: & in omnibus viis dicetur væ væ: vocabitur agricola ad luctum, & ad planctum hi qui ſciunt lamentationem. *col. 1416.*

17. Et in omnibus viis planctus: quia pertranſibo per medium tui, dicit Dominus.

18. Væ deſiderantibus diem Domini: ut quid hanc vobis diem Domini? & ea eſt tenebræ, & non lux. *col. 1417.*

19. Quomodo ſi fugiat homo à facie leonis, & incidat in eum urſus: & introeat in domum, & innitatur manibus ſuis ſuper parietem, & mordeat eum coluber.

20. Nonne tenebræ dies Domini, & non lux: & caligo, & non habet ſplendorem?

21. Odio habui, & repuli feſtivitates veſtras: nec odorabor in conventionibus veſtris. *col. 1419.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

tera ſimilia. Edit. Ald. & Mſ. Barb. ferunt σκιὰν θανάτου, & infra, Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ ὄνομα in edit. Compl. & Mſ. Alex. Κύριος ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ ὄνομα αὐτῷ. Hieron. in comment. col. 1412. a. ait: *Quod dicunt (LXX.)* Faciens omnia atque transformans, *uno verbo* Arcturum & Oriona *comprehendunt, negligentes proprietatem nominum in Græcum transferre ſermonem.* Oroſ. cont. Pelag. p. 453. g. legit: *qui advocat aquas maris, & effundit eas ſuper faciem terræ: Dominus nomen eſt illi.*

℣. 9. Sic eſt in Græco ad verbum: editt. tamen Hieron. carent iſto, *ſuper fortitudinem*, quod nos adjungendum duximus ex his quæ addit Hieron. in comment. col. 1411. d. *Dicamus*, inquit, & *juxta LXX.* & infra 1412. d. *Iſte Deus & contritionem dividit ſuper fortitudinem, ut eos qui malè fortes ſunt, imbecilles faciat:* paulòque poſt: *Dominus qui omnia ratione diſpenſat, & vero facit cuncta judicio, dividit contritionem ſuper robuſtum inimicum, ut inducat miſeriam ſuper munitionem, quæ ſe erigit contra ſcientiam Dei. De qua & in Proverbiis (XXI. 22.) legimus:* Civitates robuſtas ingreſſus eſt ſapiens, & deſtruxit munitionem in qua confidebant impii.

℣. 10. Conſonat Græc. Rurſum Hieronym. in Zach. 8. col. 1751. e. legit: *Oderunt in portis corripientem: & verbum ſanctum abominati ſunt.*

℣. 11. Græc. loco *pugno percutiebatis*, habet καθεκονδύλιζον, *pugno percutiebant;* ſed Ald. ed. κατεκονδυλίζετε; ita quoque in Mſ. Barb. ad. marg. cætera ut in Lat. ſupra.

℣. 12. Eadem leguntur Græcè, præter unum *ego*, ante *cognovi*, quod deeſt.

℣. 13. Itidem Græcè, excepta voce πονηρῶν, *malorum*, loco *malum;* ſed in editt. Ald. & Compl. eſt πονηρός, ſicut in Mſs. Alex. & Barb.

℣. 14. Sic iterum in Græco eſt, translato uno *vobiſcum*, ante vocem *Dominus*. Rectè Ambroſ. l. de fuga ſæc. c. 6. col. 432. a. *Exquirite bonum*, & *non malignum, ut vivatis:* & *ſic erit vobiſcum Dominus Deus omnipot.* item epiſt. 29. col. 906. e. *Exquirite bonum*, è Græco Ἐκζητήσατε τὸ καλόν.

℣. 15. Similiter in Græco, addita voce παντοκράτωρ, *omnipotens*, ad hanc, *Deus*.

℣. 16. Sic iterum Græcè, præter hoc, ἐν εἰς εἰδότας, & *in eis qui ſciunt*, pro *hi qui ſciunt*.

℣. 17. Ad verbum è Gr. niſi exceperis iſtud, *pertranſibo*, pro quo ἐλεύσομαι, *veniam*.

℣. 18. Sic eſt in Græco, exceptis his, αὕτη ὑμῖν ἡ ἡμέρα, *hæc vobis dies*, loco *hanc vobis diem*. Ambr. l. 1. Hexa. col. 22. b. *ut quid vobis quærere diem Domini?* Hieron. in Joel. 1. col. 1351. e. *ut quid deſideratis diem Domini?* & in Iſai. 13. col. 150. c. *Væ qui deſiderant diem Domini: ut quid vobis dies Domini, quæ tenebræ ſunt, & non lux?* & l. 3. in ep. ad Epheſ. to. 4. 402. f. *Væ deſiderantibus diem Domini: ut quid vobis dies Domini?* & *hæc eſt tenebra, & non lux.* Caſſiod. in Pſ. 6. p. 27. a. *Væ concupiſcentibus diem Domini: ut quid vobis diem Domini?* & *ipſe eſt dies tenebræ, & non lux.* Auct. l. de promiſſ. c. 17. ap. Proſp. p. 200. c. *Væ deſiderantibus diem Domini:* & *ut quid vobis illam?*

℣. 19. Eadem ſunt in Græco, adjuncto uno αὐτῦ, ad *domum;* ſed abeſt αὐτῦ, ab editt. Ald. & Compl. Idem Hieron. l. 3. in ep. ad Epheſ. to. 4. 402. f. legit: *Quemadmodum ſi fugiat homo à facie leonis, & incurrat in urſum:* & *introeat in domum ſuam, & reclinet manus ſuas ſuper parietem, & mordeat eum coluber.*

℣. 20. Similiter in Græco Vat. niſi hoc ult. excipiatur, οὐκ ἔχων φέγγος αὕτη, *non habens ſplendorem hæc*, loco & *non habet ſplendorem;* ſed ab edit. Compl. & Mſ. Barb. abeſt αὕτη. Hieron. etiam l. 3. in ep. ad Epheſ. to. 4. 402. f. legit: *Nonne tenebræ dies Domini, & non lux:* & *caligo non habens ſplenderem?*

℣. 21. Græc. Vat. tollit &, ante *repuli;* & poſt *odorabor*, addit θυσίας, *hoſtias*, quod ult. deeſt in editt. Ald. & Compl. ſicut in Mſ. Barb. cætera quadrant. Tertul. l. 5. adv. Marc. p. 785. b. legit: *Odi, rejeci cæremonias veſtras:* & *non odorabor in frequentiis veſtris.* Gildas Sap. caſtig. in Eccl. ord. p. 717. e. *Odio habui*, &

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi ſup. 22. Et ſi obtuleritis mihi holocauſta, & ſacrificia, non ſuſcipiam: & ſalutare præſentiæ veſtræ non reſpiciam.

col. 1420. 23. Transfer à me ſonitum carminum tuorum: & pſalmum organorum tuorum non audiam.

24. Et volvetur ſicut aqua judicium, & juſtitia ſicut torrens invius.

col. 1421. 25. Nunquid hoſtias & victimas obtuliſtis mihi in eremo quadraginta annis, domus Iſraël?

26. Et aſſumpſiſtis tabernaculum Melchom, & ſidus dei veſtri Rephan, figuras eorum, quas feciſtis vobis.

27. Et transferam vos trans Damaſcum, dicit Dominus, Deus omnipotens nomen ejus.

VULGATA NOVA.

22. Quòd ſi obtuleritis mihi holocautomata, & munera veſtra, non ſuſcipiam: & vota pinguium veſtrorum non reſpiciam.

23. Auſer à me tumultum carminum tuorum: & cantica lyræ tuæ non audiam.

24. Et revelabitur quaſi aqua judicium, & juſtitia quaſi torrens fortis.

25. Nunquid hoſtias & ſacrificium obtuliſtis *Act. 7.* mihi in deſerto quadraginta annis, domus Iſraël? *42.*

26. Et portaſtis tabernaculum Moloch veſtro, & imaginem idolorum veſtrorum, ſidus Dei veſtri, quæ feciſtis vobis.

27. Et migrare vos faciam trans Damaſcum, dicit Dominus, Deus exercituum nomen ejus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

repuli dies feſtos veſtros: & non accipiam odorem in ſolemnibus conventibus veſtris.

℣. 22. Græc. ipſo initio habet Διότι ἐὰν, *Quia ſi*; paulòque poſt addit ὑμῶν ad *ſacrificia*; item inf. ponit σωτηρίας, *ſalutares*, pro *ſalutare*; cæt. ſimilia. Gildas Sap. caſtig. in Eccl. ord. p. 717. e. legit: *Quia & ſi obtuleritis holocauſtomata, & hoſtias veſtras, non accipiam ea.*

℣℣. 23. 24. Itidem Græcè.

℣. 25. Sic iterum legit Hieron. quæſt. 10. Algaſ. to. 4. 206. a. excepto uno *deſerto*, pro *eremo*: ita quoque in Græco eſt, mutato quarumdam vocum ordine: à Compl. abeſt hoc, ἐν τῇ ἐρήμῳ. Philaſtr. Brix. de hæreſ. 703. e. ita legit: *Nunquid immolationes & ſacrificia mihi quadraginta annis obtuliſtis, domus Iſraël, dicit Dominus omnipotens?* Vide Act. 7. 42.

℣. 26. Ita in Græco eſt, præter unum Μολὸχ, pro *Melchom*; Hieron. tamen in comment. ait: *In eo..... loco ubi Lucas* (Act. VII. 43.) *poſuit* Μολόχ..... *Aquila & LXX. verterunt* Μελχόμ: ar quæſt. 10. Algaſ. to. 4. 206. a. legit: *Et aſſumpſiſtis tabernaculum Moloch, & ſidus dei veſtri Rempham, figuras, quas feciſtis ut adoretis eas.* Item Philaſtr. Brix. de hæreſ. 703. e. *Et nunc ſuſcepiſtis tabernaculum Moloch, & ſidus dei Rempham, formas ſimorum idolorum ſculptilium.*

℣. 27. Sic iterum Græcè, præter ult. αὐτῶν, *ei*, loco *ejus*. Philaſtr. Brix. de hæreſ. 703. e. ſic legit: *Propter quod dicit Dominus: Tranſmigratione vos faciam captivari in Babylonis, atque Perſarum, & interiora loca alia & arida, & in poſtrema terrarum omnium.*

CAPUT VI.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Amos 6. col. 1422. 1. VÆ qui deſpiciunt Sion, & confidunt in monte Samariæ: vindemiarunt primitias gentium, & ingreſſi ſunt ſibi. Domus Iſraël

col. 1423. 2. tranſite omnes, & videte in Chalanem, & pertranſite inde in Emath rabba: & deſcendite in Geth alienigenarum, optimas ex omnibus regnis his: ſi ampliores ſunt termini eorum terminis veſtris.

3. Qui venitis in diem malum: appropinquatis & tangitis ſabbata mendacia.

4. Qui dormitis in lectis eburneis, & affluitis deliciis in ſtratis veſtris: & comeditis hædos de gregibus, & lactentes vitulos de medio armentorum.

5. Qui concrepatis ad vocem organorum: quaſi ſtantia putaverunt, & non quaſi fugientia.

VULGATA NOVA.

1. VÆ qui opulenti eſtis in Sion, & confiditis in monte Samariæ: optimates capita populorum, ingredientes pompaticè domum Iſraël. *Luc. 6. 24.*

2. Tranſite in Chalane, & videte, & ite inde in Emath magnam: & deſcendite in Geth Palæſthinorum, & ad optima quæque regna horum: ſi latior terminus eorum termino veſtro eſt.

3. Qui ſeparati eſtis in diem malum: & appropinquatis ſolio iniquitatis.

4. Qui dormitis in lectis eburneis, & laſcivitis in ſtratis veſtris: qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti.

5. Qui canitis ad vocem pſalterii: ſicut David putaverunt ſe habere vaſa cantici.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Eadem exſtant Græcè, excepta voce αὐτοὶ, *ipſi*, pro *ſibi*, ante *domus Iſraël*: pro hoc autem ult. Mſ. Barb. hab. ἐν τοῖς οἴκοις; ed. Ald. ἑαυτοῖς οἴκοις; Compl. εἰς αὐτὲς οἶκος. Apud Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 728. c. ſic: *Væ qui confident in monte Samariæ.* Ap. Auguſt. l. 4. de doctr. Chr. to. 3. 71. a. d. *Væ qui opulenti eſtis in Sion, & confiditis in monte Samariæ, optimates*, &c. quæ omnia & cæt. uſque ad ℣. 7. concordant cum Vulg. unde facilè colligitur Auguſtinum hoc in loco Interpretationem S. Hieronymi ex Hebræo uſurpaſſe, quod tamen ipſi uſitatum non eſt. Idipſum teſtatur eò loci: *Non autem*, inquit, *ſecundùm LXX. Interpretes, qui etiam ipſi divino Spiritu interpretati, ob hoc aliter videntur nonnulla dixiſſe, ut ad ſpiritalem ſenſum ſcrutandum magis admoneretur lectoris intentio; unde etiam obſcuriora nonnulla, quia magis tropica, ſunt eorum; ſed ſicut ex Hebræo in Latinum eloquium, preſbytero Hieronymo utriuſque linguæ perito interpretante, translata ſunt.* Apud Juſtin. tamen in dial. cum Tryph. legitur, ſi Nobilio fides, Οὐαὶ οἱ καλασπαταλῶντες, *Væ qui deliciis affluitis*, quod, inquit, ſatis reſpondet Hebræo.

℣. 2. Similia Græc. habet, detracto tamen iſto, *in Chalanem*; ſubjuncto verò ἐκεῖθεν, *inde*, verbo *deſcendite*.

℣. 3. Sic eſt in Græco, niſi quòd pro ſecunda perſona plur. *Qui venitis..... appropinquatis & tangitis*, habentur particip. Οἱ ἐρχόμενοι..... *ol* ἐγγίζοντες ἐ ἁπτόμενοι, *Venientes..... appropinquantes & tangentes*, & ſic de cæteris uſque ad ℣. 7. quæ tertiam perſonam referunt.

℣. 4. Ita rurſus in Græco, præter ſeqq. Οἱ καθεύδοντες..... ἐ καταπαταλῶντες ἐπὶ ταῖς ςρωμναῖς αὐτῶν, ἐ ἔσθοντες, i. e. *Dormientes..... affluentes deliciis in ſtratis ſuis, & comedentes.* Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 709. b. legit: *Væ qui dorminnt in lectis eburneis, & deliciis fluunt in thoris ſuis: qui edunt hædos de gregibus caprarum, & vitulos de gregibus boum lactantes.* Cyr. initio verſûs anteced. habet, Οὐαὶ οἱ ἐρχόμενοι, &c. quod confirmat 1. *Væ* Tertulliani. Hieron. quoque in Naum 3. col. 1586. c. hab. *Qui dormiunt ſuper lectos eburneos, & fluunt voluptate in ſtratis ſuis: qui comedunt hædos de gregibus, & vitulos lactentes de armentis*: at infra 1597. b. *deliciis affluunt in ſtratis*, &c.

℣. 5. Sic habet Græc. Vatic. præter particip. οἱ ἐπικρατοῦντες, *prævalentes*, loco *qui concrepatis*; at in editt. Ald. & Compl. necnon Mſ. Alex. ἐπικροτοῦντες, quod textui faver. Apud Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 709. b. ſic: *Complaudentes ad ſonum organorum: tanquam perſeverantia deputaverunt, & non tanquam fugientia.* Ad hæc ultima, Hieron. in comment. col. 1426. d. ait: *Senſus iſte pulcherrimus, in quo dicitur*, quaſi ſtantia putaverunt, & non quaſi fugientia: *in Hebraico non habetur; ſed pro eo ſcriptum eſt*, ſicut David putaverunt ſe habere vaſa can-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

6. Bibentes vinum in phialis, & optimo unguento delibuti : & nihil patiebantur ſuper contritione Joſeph.

7. Quapropter nunc migrabunt in capite tranſmigrantium : & auferetur factio laſcivientium.

Jer. 51. 14. 8. Juravit Dominus Deus in anima ſua, dicit Dominus Deus exercituum : Deteſtor ego ſuperbiam Jacob, & domos ejus odi, & tradam civitatem cum habitatoribus ſuis.

9. Quòd ſi reliqui fuerint decem viri in domo una, & ipſi morientur.

10. Et tollet eum propinquus ſuus, & comburet eum, ut efferat oſſa de domo : & dicet ei, qui in penetralibus domus eſt : Nunquid adhuc eſt penes te ?

11. Et reſpondebit : Finis eſt. Et dicet ei : Tace, & non recorderis nominis Domini.

12. Quia ecce Dominus mandabit, & percutiet domum majorem ruinis, & domum minorem ſciſſionibus.

13. Nunquid currere queunt in petris equi, aut arari poteſt in bubalis, quoniam convertiſtis in amaritudinem judicium, & fructum juſtitiæ in abſinthium ?

14. Qui lætamini in nihilo : qui dicitis : Nunquid non in fortitudine noſtra aſſumpſimus nobis cornua ?

15. Ecce enim ſuſcitabo ſuper vos domus Iſraël, dicit Dominus Deus exercituum, gentem : & conteret vos ab introitu Emath, uſque ad torrentem deſerti.

VERSIO ANTIQUA.

6. Qui bibitis vinum defecatum, & primis unguentis ungimini : & nihil patiebamini ſuper contritione Joſeph. *Hieron. ubi ſup.*

7. Propterea nunc captivi erunt ab initio fortium : & auferetur hinnitus equorum ex Ephraim. *col. 1426.*

8. Quia juravit Dominus per ſemetipſum, dicit Dominus Deus virtutum : Quia abominabor ego omnem contumeliam Jacob, & regiones ejus odi, & auferam civitatem cum omnibus habitatoribus ſuis.

9. Et erit, ſi remanſerint decem viri in domo una, & mortui fuerint :

10. & tollent domeſtici ejus, & conabuntur ut auferant oſſa eorum de domo : & dicent his, qui præſunt domui : Si adhuc eſt apud te ?

11. Et dicet : Nequaquam. Et dicet : Tace, ne nomines nomen Domini.

12. Propterea ecce Dominus mandabit, & percutiet domum magnam ruinis, & domum parvam ſciſſionibus. *col. 1429.*

13. Si perſequentur in petris equi, ſi reticebunt ad feminas, quoniam convertiſtis in furorem judicium, & fructum juſtitiæ in amaritudinem ?

14. Qui lætamini ſuper nullo verbo bono : qui dicitis : Nonne in fortitudine noſtra habuimus cornua ?

15. Quia ecce ego ſuſcitabo ſuper vos domus Iſraël, ait Dominus Deus exercituum, gentem : & conterent vos, non ut introeatis in Emath, & uſque ad torrentem Occidentis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

tici : *unde videtur mihi ab Interpretibus additum ; qui in deſcriptione luxuriæ contra vitia & voluptates hujus modi ſententiam protulerunt ; ut non verterent quod ſcriptum erat, ſed de ſuo quod ſibi videretur adderent, imo mutarent.*

℣. 6. Similia leguntur Græcè, præter ſeqq. οἱ πίνοντες... χειόμενοι· ἢ γὰρ ἔπαθον· unde Hieronym. in Naum 3. col. 1586. b. legit : *Qui bibunt defecatum vinum, & primis unguentis delibuti ſunt : & non patiebantur quidquam ſuper contritione Joſeph* : infra 1597. b. *primis unguntur unguentis.* Similiter habet Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 709. b. *Qui bibunt vinum liquatum, & unguentis primariis unguntur.*

℣. 7. Itidem Græcè. Hieron. in comment. ait LXX. interpretatos eſſe : *Auferetur hinnitus equi de Ephraim ; quod*, inquit, *in Hebraïco non habetur, & ex ſuperfluo diſſeretur à nobis.*

℣. 8. Græc. habet βδελύσσομαι, *abominor*, abſque hoc anteced. *dicit Dominus Deus virtutum ;* cætera ut in textu. Hieron. in comment. col. 1427. c. vertit, *Juravit Dominus in ſemetipſo* (Gr. καθ' ἑαυτῦ) *ſive*, inquit, *ut in Hebræo legimus*, in anima ſua : & inf. *Juravit* ergo *Dominus Deus exercituum, id eſt*, ſabaoth, *pro quo* virtutum *LXX. tranſtulerunt* : in edit. quoque Ald. additur, λέγει Κύριος ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων.

℣. 9. Conſonat Græc. niſi quòd extremò habet, ἢ ἀποθανοῦνται, & *morientur ;* ſtatimque, ἢ ὑπολειφθήσονται οἱ κατάλοιποι, & *remanebunt reliqui ;* ſed ab ed. Ald. abeſt, ἢ ὑπολειφθήσονται οἱ, &c.

℣. 10. Sic eſt in Græco, præter voculam αὐτῶν, *eorum*, loco *ejus ;* & inf. ἐρεῖ, *dicet*, pro *dicent.*

℣. 11. Itidem Græcè, excepto uno ἕνεκα τοῦ μὴ, *ut non*, pro *ne.*

℣. 12. Ita fert Græc. excepto præſ. ἀπέλεται, *mandat*, pro *mandabit ;* in Mſ. Barb. ἀπέσταλται.

℣. 13. Ita rurſum in Græco eſt.

℣. 14. Concinit Græc. Vat. delero, *bono*, poſt *verbo ;* ſed in Mſ. Barb. ac ed. Ald. eſt, ἐπ' οὐδενὶ λόγῳ ἀγαθῷ.

℣. 15. Græc. poſtponit ἔθνος, *gentem*, voci *Iſrael ;* deletque *Deus*, ante *exercituum*, pro quo ult. hab. δυνάμεων, *virtutum ;* dein, ἢ ἐθλίψεων..... ἢ ὡς τοῦ χειμάρρου, &c.

CAPUT VII.

VULGATA NOVA.

1. Hæc oſtendit mihi Dominus Deus : & ecce fictor locuſtæ in principio germinantium ſerotini imbris, & ecce ſerotinus poſt tonitonem regis.

2. Et factum eſt : cùm conſummaſſet comedere herbam terræ, dixi : Domine Deus propitius eſto, obſecro : quis ſuſcitabit Jacob, quia parvulus eſt ?

3. Miſertus eſt Dominus ſuper hoc : Non erit, dixit Dominus.

4. Hæc oſtendit mihi Dominus Deus : & ecce

VERSIO ANTIQUA.

1. Sic oſtendit mihi Dominus : & ecce fetus locuſtarum veniebat matutinus, & ecce bruchus unus Gog rex. *Hieron. in Amos 7. col. 1431.*

2. Et erit, ſi compleverit ut devoret fenum terræ : & dixi : Domine Deus propitius eſto : quis ſuſcitabit Jacob, quoniam modicus eſt ?

3. pœniteat te Domine ſuper hoc : Et hoc non erit, dicit Dominus.

4. Sic oſtendit mihi Dominus Deus : & ecce *col. 1433.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic habet Græc. Vat. addita voce Θεὸς, ad hanc *Dominus ;* ſed abeſt Θεὸς ab ed. Compl. & Mſs. Alex. & Barb. In Ald. geminatur Κύριος. Vide ſis Hieron. in hunc locum.

℣. 2. Sic eſt in Græco, præter vocem Κύριε geminatam, loco *Domine Deus.*

℣. 3. Conſonat Græc. ad verbum.

℣. 4. Græc. Var. delet vocem duplicem *Deus ;* extremò verò addit Κυρίῳ, *Domini*, ad *partem ;* cætera ſimilia : in Mſ. tamen Alex. primo loco hab. Κύριος ὁ Θεός ; in

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Hieron. ubi sup. vocavit judicium in igne Dominus Deus: & devoravit abyssum multam, & comêdit partem.	vocabat judicium ad ignem Dominus Deus: & devoravit abyssum multam, & comêdit simul partem.
5. Et dixi: Domine Deus desine: quis suscitabit Jacob, quoniam parvulus est?	5. Et dixi: Domine Deus quiesce, obsecro: quis suscitabit Jacob, quia parvulus est?
6. Pœniteat te Domine super hoc: Et hoc non fiet, dicit Dominus Deus.	6. Misertus est Dominus super hoc: Sed & istud non erit, dixit Dominus Deus.
col. 1434. 7. Sic ostendit mihi Dominus: & ecce vir stabat super murum adamantinum, & in manu ejus adamas.	7. Hæc ostendit mihi Dominus: & ecce Dominus stans super murum litum, & in manu ejus trulla cæmentarii.
8. Et dixit Dominus ad me: Quid tu vides Amos? Et dixi: Adamantem. Et dixit Dominus ad me: Ecce ego injiciam adamantem in medio populi mei Israël: nequaquam ultra addam ut pertranseam eum.	8. Et dixit Dominus ad me: Quid tu vides Amos? Et dixi: Trullam cæmentarii. Et dixit Dominus: Ecce ego ponam trullam in medio populi mei Israël: non adjiciam ultra superinducere eum.
9. Et dissipabuntur aræ risûs, & sacrificia Israël desolabuntur: & consurgam super domum Jeroboam in gladio.	9. Et demolientur excelsa idoli, & sanctificationes Israël desolabuntur: & consurgam super domum Jeroboam in gladio.
col. 1436. 10. Et misit Amasias sacerdos Bethel ad Jeroboam regem Israël, dicens: Congregationes facit contra te Amos in medio domus Israël: non poterit terra sustinere omnes sermones ejus.	10. Et misit Amasias sacerdos Bethel ad Jeroboam regem Israël, dicens: Rebellavit contra te Amos in medio domus Israël: non poterit terra sustinere universos sermones ejus.
11. Hæc enim dicit Amos: In gladio morietur Jeroboam, Israël autem captivus ducetur de terra sua.	11. Hæc enim dicit Amos: In gladio morietur Jeroboam, & Israël captivus migrabit de terra sua.
12. Et dixit Amasias ad Amos: Qui vides, egredere, recede in terram Juda: & ibi vive, & ibi prophetabis.	12. Et dixit Amasias ad Amos: Qui vides, gradere, fuge in terram Juda: & comede ibi panem, & prophetabis ibi.
13. In Bethel autem non adjicies ultra prophetare: quia sanctificatio regis est, & domus regni.	13. Et in Bethel non adjicies ultra ut prophetes: quia sanctificatio regis est, & domus regni est.
col. 1438. 14. Et respondit Amos, & dixit ad Amasiam: Non eram propheta ego, neque filius prophetæ: sed pastor vellicans sycamina.	14. Respondítque Amos, & dixit ad Amasiam: Non sum propheta, & non sum filius prophetæ: sed armentarius ego sum vellicans sycomoros.
15. Et tulit me Dominus ex ovibus: & dixit Dominus ad me: Vade, & prophetiza super populum meum Israël.	15. Et tulit me Dominus cùm sequerer gregem: & dixit Dominus ad me: Vade propheta ad populum meum Israël.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ed. Ald. utrobique Κύριος Κύριος; at in fine abest Κυρίν, tam ab ipsa Ald. quàm à Compl. & Mſ. Alex.

℣. 5. A Græco Vat. abest *Deus*; verbo autem *desine*, additur Λύ, *nunc*; cætera quadrant: in ed. Ald. & Mſ. Alex. est Κύριε Κύριε; in Compl. Κύριος ὁ Θεός; paulò verò post tollitur Λύ.

℣. 6. Itidem Græcè, deleta voce *Deus*.

℣. 7. Sic iterum Græcè; sed ibi tollitur *vir*, post *ecce*; in ed. tamen Ald. ut & in Mſs. Alex. & Barb. est ἰδοὺ ἀνήρ.

℣. 8. Similiter in Gr. excepto verbo ἀνταίσω, *impono*, pro *injiciam*.

℣. 9. Ad verbum è Græco, nisi excipias vocem *sacrificia*, pro qua τελεταὶ, *fines*, *exitus*. Hieron. in comm. 1436. b. appellat *mysteria*.

℣. 10. Eadem leguntur Græcè. Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 229. vel 231. b. legit: *Et misit Amasias sacerdos in Bethel ad Jeroboam regem Israël, dicens: Conventum facit adversùm te Amos in media domo Israël: non poterit terra sufferre verba ejus.* Collat. Carthag. p. 489. a. *Conglobationes facit adversùm te Amos in medio domus Israël: non potest terra supportare sermones ejus.*

℣. 11. Similiter habet Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 229. vel 231. b. *Propter quod hæc dicit Amos: In gladio morietur Jeroboam, Israel autem captivus ducetur à terra sua.* Græc. Διότι τάδε λέγει Ἀμώς· &c. ut sup.

℣. 12. Suffragatur Græc. additâ voculâ Σὺ, verbo *recede*; sed abest à Mſ. Alex. Apud Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 229. vel 231. b. sic: *Et dixit Amasias ad Amos: Vade, discede in terram Juda: & ibi commorare, & ibi prophetabis.* Hieron. in Ezech. 13. col. 770. f. *Qui vides, vade, recede in terram Juda: & in Bethel non prophetabis*; quæ postrema pertinent ad ℣. seq.

℣. 13. Itidem Græcè, repetito verbo *est*, in fine. Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 229. vel 231. b. *In Bethel autem jam non adjicies prophetare: quia sanctificatio regis est, & domus regni erit*; Gr. utrobique ἐστί.

℣. 14. Eadem sunt in Græco Vat. addito isto, ἤμην ἐγὼ, *eram* &, post vocem *pastor*; sed ab editt. Ald. & Compl. abest ἐγὼ, sicut à Mſ. Alex. Hieronymus in comm. eadem resumit, & explanat, dicens: *Non solùm non fuit propheta, sive, non eram..... sed cùm essem armentarius, & ruborum mora distringerem, tulit me Dominus sequentem greges*: tum addit: *Pro armentario, qui Hebraïce dicitur* bocer, *Aquila & Symm. & Theod. & V. Edit.* βουκόλιον *transtulerunt, qui armenta pascit, non oves: sèd LXX.* αἰπόλον *dixerunt, qui proprie* pastor capratum *appellatur,* ἀπὸ τῆ αἰπολίᾳ, *quod interpretatur quidem grex qui in altioribus conversatur; ut ostendat greges caprarum semper rupes, & asperas cautes, & altiora conscendere: sed quoniam infert* (℣. seq.) Et tulit me Dominus ἐκ τῶν προβάτων, *id est*, de pecoribus, *videtur* oves *magis significare, quàm* capras; *licet in principio Levitici legerimus, & oves, & capras, pecorum nomine demonstrari: ita enim Dominus loquitur* (Levit. 1. 10.) Si obtulieris ἀπὸ τῶν προβάτων, *id est*, de pecoribus Domino, agnum vel hædum, & ovem sive capram. *Porro hoc quod ait*, vellicans sycamina, *quod Aquila interpretatus est*, scrutans sycomoros, & *Symm.* habens sycomoros; *quidam ita edisserunt, ut* sycamina *velint appellari genus arborum, quæ Palæstinæ nascuntur in campestribus, & agrestes afferunt ficus, quæ si non vellicentur, amarissimas cariculas faciunt, & à culicibus corrumpuntur. Nobis autem..... magis videtur rubos dicere, qui afferunt moram.* Gr..... ἀμ' ἢ αἰπόλος ἤμην, ἐγὼ κνίζων συκάμινα· Mſ. Barb. ἤμην αἰγῶν ἐγὼ, &c. Hesych. id est, *pungens ut matura fiant.* Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 229. vel 231. b. legit: *Et respondit Amos, & dixit ad Amasiam: Non eram propheta, neque filius prophetæ sum ego: sed pastor eram caprarum vellicans.* Ambros. in Luc. 17. col. 1477. d. *pastor eram caprarum, vellicans mora.* Rursum Hieron. in Joel 3. col. 1370. c. *Non eram propheta, nec prophetæ filius: sed opilio ruborum mora distringens*: & in Sophon. 1. col. 1643. b. *Non sum propheta, nec filius propheta: sed pastor caprarum, vellicans sycamina.*

℣. 15. Ita fert Græcum: Mſ. Barb. hab. *populum*, absque seq. *meum*. Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 229. vel 231. c. legit: *Et assumpsit me Dominus de ovibus: & dixit ad me: Vade prophetare in plebem meam*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

16. Et nunc audi verbum Domini : Tu dicis : Non prophetabis ſuper Iſraël, & non ſtillabis ſuper domum idoli.

17. Propter hoc hæc dicit Dominus : Uxor tua in civitate fornicabitur : & filii tui, & filiæ tuæ in gladio cadent, & humus tua funiculo metietur : & tu in terra polluta morieris, & Iſraël captivus migrabit de terra ſua.

VERSIO ANTIQUA.

16. Et nunc audi ſermonem Domini : Tu dicis : Noli prophetare ſuper Iſraël, & ne congreges audientes contra domum Jacob. *Hieron. ubi ſup.*

17. Propterea hæc dicit Dominus : Uxor tua in civitate fornicabitur : & filii tui, & filiæ tuæ in gladio cadent, & terra tua funiculo dividetur : & tu in terra immunda morieris, Iſraël autem captivus ducetur de terra ſua.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Iſraël.

℣. 16. Itidem Græcè, hoc excepto, ἐν ᾧ μὴ ὀχλαγωγήσῃς, *& ne congreges turbas*, loco *& ne congreges audientes.* Apud Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 229. vel 231. c. ſic : *Et nunc audi verbum Domini : Tu dicis : Non prophetabis in Iſraël, & non congregabitur in domo Jacob.*

℣. 17. Similia prorſus in Græco, niſi excipiatur verbum καταμετρηθήσεται, *dimenſurabitur*, pro *dividetur* ; præponitur etiam ἐν, voci *funiculo.* Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 229. vel 231. c. legit : *Propter hoc hæc dicit Dominus Deus : Uxor tua in civitate proſtabit : & filii tui, & filiæ tuæ gladio decident, terra tua funiculo metebitur : & tu in terra immunda morieris, Iſraël autem captivus ducetur in terram ſuam.*

CAPUT VIII.

VULGATA NOVA.

1. HÆc oſtendit mihi Dominus Deus : & ecce uncinus pomorum.

2. Et dixit : Quid tu vides Amos ? Et dixi : Uncinum pomorum. Et dixit Dominus ad me : Venit finis ſuper populum meum Iſraël : non adjiciam ultra ut pertranſeam eum.

3. Et ſtridebunt cardines templi in die illa, dicit Dominus Deus : multi morientur : in omni loco projicietur ſilentium.

4. Audite hoc qui conteritis pauperem, & deficere facitis egenos terræ,

5. dicentes : Quando tranſibit menſis, & venundabimus merces ; & ſabbatum, & aperiemus frumentum : ut imminuamus menſuram, & augeamus ſiclum, & ſupponamus ſtateras doloſas,

6. ut poſſideamus in argento egenos, & pauperes pro calceamentis, & quiſquilias frumenti vendamus ?

7. Juravit Dominus in ſuperbiam Jacob : Si oblitus fuero uſque ad finem omnia opera eorum.

8. Nunquid ſuper iſto non commovebitur terra, & lugebit omnis habitator ejus : & aſcendet quaſi fluvius univerſus, & ejicietur, & defluet quaſi rivus Ægypti ?

9. Et erit in die illa, dicit Dominus Deus : occidet ſol in meridie, & tenebreſcere faciam terram in die luminis :

Tob. 2. 6. 1. Mac. 1. 41. 10. & convertam feſtivitates veſtras in luctum, & omnia cantica veſtra in planctum : & inducam ſuper omne dorſum veſtrum ſaccum, &

VERSIO ANTIQUA.

1. SIc oſtendit mihi Dominus Deus : & ecce vas aucupis. *Hieron. in Amos 8. col. 1439.*

2. Et dixit : Quid tu vides Amos ? Et dixi : Vas aucupis. Et dixit Dominus ad me : Venit finis ſuper populum meum Iſraël : non addam ultra ut pertranſeam eum.

3. Et ululabunt laquearia templi in die illa, dicit Dominus Deus : multi cadentes erunt : in omni loco injiciam ſilentium.

4. Audite hæc qui conteritis manè pauperem, & opprimitis egenos de terra ; *col. 1441.*

5. qui dicitis : Quando pertranſibit menſis, & negotiabimur ; & ſabbata, & aperiemus horreum : ut faciamus minorem menſuram, & majus pondus, & faciamus ſtateram iniquam,

6. ut poſſideamus in pecunia pauperes, & egenum pro calciamentis, & de omni venditione negotiemur ?

7. Juravit Dominus contra ſuperbiam Jacob : Si obliviſcetur in finem omnia opera veſtra.

8. Et ſuper his non conturbabitur terra, & lugebit omnis habitator ejus : & aſcendet quaſi flumen conſummatio ipſius : & deſcendet quaſi fluvius Ægypti ?

9. Et erit in die illa, dicit Dominus Deus : occidet ſol meridie, & contenebreſcet ſuper terram in die lux : *col. 1442.*

10. & convertam ſolemnitates veſtras in luctum, & omnia cantica veſtra in planctum : & inducam ſuper omnem lumbum ſaccum, & ſuper omne

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græcè geminatur Κύριος, loco *Dominus Deus* ; cætera ut ſupra.

℣℣. 2. 3. Eadem leguntur Græcè.

℣. 4. Edit. Rom. initio habet : Ἀκούσατε δὴ ταῦτα, *Audite nunc hæc* ; reliqua ut in textu.

℣. 5. Græc. initio hab. λέγοντες, *dicentes*, pro *qui dicitis* ; paulòque poſt, θησαυρὸν, loco *horreum* ; deinde, τοῦ ποιῆσαι μέτρον μικρὸν, καὶ τοῦ μεγαλῦναι σάθμιον, &c. ut ſup.

℣. 6. Edit. Rom. præponit ἐν, voci *panperes* ; extremòque habet, ἐν ἀπὸ παντὸς γενήματος ἐμπορευσόμεθα, *& de omni genimine negotiabimur.* Mſ. Alex. delet ἐν, ante *panperes.*

℣. 7. Sic eſt in Græco, præter verbum præſ. Ὀμνύει, *Jurat*, pro *Juravit* ; item εἰς τέλος, pro *in finem.*

℣. 8. Eadem exhibet Græc. detracto uno *ipſius*, poſt *conſummatio* ; in multis tamen ſubnectitur αὐτῆς, teſte Nobilio.

℣. 9. Itidem Græcè, geminata voce Κύριος, loco *Dominus Deus.* Iren. l. 4. c. 33. p. 273. d. legit : *In illa die, dicit Dominus, occidet ſol meridie, & erunt tenebræ ſuper terram in die lucis :* in edit. etiam Compl. ultimò legitur φωτὸς, non φῶς. Similiter apud Tertul. l. cont. Jud. c. 10. p. 145. a. *Et erit in die illa, dicit Dominus : occidet ſol media die, tenebreſcet ſuper terram dies luminis :* & inf. c. 13. p. 146. c. alludens dicit : *ſol media die tenebricavit :* rurſum l. 4. adv. Marc. p. 735. a. *Et erit illa die, dicit Dominus : occidet ſol meridie.* Item Cypr. l. 2. Teſtim. p. 295. a. cum Lactant. l. 4. Inſtit. c. 19. p. 582. *Et erit in illo die, dicit Dominus : occidet ſol meridie, & obtenebrabitur dies lucis.* Tichon. reg. 7. p. 64. f. *occidit ſol meridie, & tenebricavit ſuper terram dies luminis.* Rufin. in Symb. p. 182. c. *occidet tibi ſol meridie.* Auct. quæſt. ex utroque Teſt. q. 105. apud Auguſt. to. 3. 100. c. *Et erit in illa die, dicit Dominus : occidet ſol in meridie, & contenebreſcet ſuper terram dies lucis.* Hieron. verò in Matth. 27. to. 4. 139. a. *occumbet ſol meridie, & contenebrabitur ſuper terram in die lux.*

℣. 10. Similia fert Gr. edit. Rom. præter unum maſculin. αὐτὸν *eum*, poſt verbum *ponam*, loco *eam*, quod fortè mendum eſt typograph. Irenæus l. 4. c. 33. p. 273. d. legit : *& convertam dies feſtos veſtros in luctum, & univerſa cantica veſtra in lamentationem ;* Græc. εἰς θρῆνον. Similiter habet Tertul. l. cont. Jud. c. 10. p. 145. b. præter vocem *omnia*, loco *univerſa* ; tum addit : *& imponam ſuper lumbos veſtros ſaccum, & ſuper omne caput calvitium : & ponam eum quaſi luctum delicti, & eos qui*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi ſup. caput calvitium : & ponam eam quaſi luctum dilecti, & qui cum eo ſunt quaſi diem doloris.

col. 1443. 11. Ecce dies veniunt, dicit Dominus Deus : & emittam famem ſuper terram : non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed famem audiendi verbum Domini.

12. Et commovebuntur aquæ de mari uſque ad mare, & ab Aquilone uſque ad Orientem : circuibunt quærentes verbum Domini, & non invenient.

13. In die illa deficient virgines pulchræ, & juvenes in ſitì.

14. Qui jurant per propitiationem Samariæ, qui dicunt : Vivit Deus tuus Dan, & vivit Deus tuus Berſabee : & cadent, & non reſurgent ampliùs.

VULGATA NOVA.

ſuper omne caput calvitium : & ponam eam quaſi luctum unigeniti, & noviſſima ejus quaſi diem amarum.

11. Ecce dies veniunt, dicit Dominus : & mittam famem in terram : non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed audiendi verbum Domini.

12. Et commovebuntur à mari uſque ad mare, & ab Aquilone uſque ad Orientem : circuibunt quærentes verbum Domini, & non invenient.

13. In die illa deficient virgines pulchræ, & adoleſcentes in ſiti.

14. Qui jurant in delicto Samariæ, & dicunt : Vivit Deus tuus Dan, & vivit via Berſabee : & cadent, & non reſurgent ultra.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

cum illo, quaſi diem mœroris : erratum ſanè eſt ibi vox *delicti*, loco *dilecti ;* nam Græcè conſtanter ἀγαπητοῦ. Ap. Cyprian. l. 2. Teſtim. p. 295. a. necnon Lactant. l. 4. Inſtit. c. 19. p. 582. & *convertam dies feſtos veſtros in luctum, & omnia cantica veſtra in lamentationem ;* Lact. delet *omnia.* Auct. l. adv. Judæos ap. Cypr. p. 499. c. & *convertam dies feſtos eorum in luctum, & cantica eorum in lamentationem.*

℣. 11. Gr. edit. Rom. delet vocem *Deus ;* paulòque poſt hab. ἄρτον, *panum*, non *panis ;* cæt. ſimilia. In Ald. ed. geminatur Κύριος ; & ponitur ἄρτου, num. ſingul. ita quoque ἄρτου eſt in Mſ. Alex. Apud Hilar. in Pſ. 58. col. 131. a. *ecce induco famem ſuper terram : non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed famem verbi ut audiatur verbum Dei :* ſimiliter in Pſ. 145. col. 574. a. detracta voce *verbi.* Rurſum Hieron. in Iſai. 3. col. 32. f. *Ecce dies veniunt, dicit Dom. & emittam famem ſuper terram : non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed famem audiendi ſermones Domini :* & in Ezech. 19. col. 830. e. *inducam famem & ſitim ſuper terram : non famem panis, & ſitim aquæ, ſed famem audiendi ſermones Dei.* Caſſiod. in Pſ. 18. & 45. p. 196. a. 491. b. *ecce induco* (vel *introduco*) *famem ſuper terram : non famem panis, neque ſitim aquæ, ſed famem audiendi verbum Dei.* Auct. l. de promiſſ. p. 1. c. 29. ap. Proſp. p. 112. a. *dabo eis, ait Dominus, famem : non panis & aquæ, ſed famem audiendi verbum Dei.*

℣. 12. Itidem Græcè.

℣. 13. Conſonat Græc. ad verbum. Apud Hieron. ep. 18. ad Euſtoch. to. 4. p. 2. col. 29. c. *virgines bonæ*, non *pulchræ ;* in Græco καλαί.

℣. 14. Similia Græc. exhibet, adjuncto uno ὦ, poſt vocem *Samaria.*

CAPUT IX.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Amos 9. col. 1445. 1. VIdi Dominum ſtantem ſuper altare : & dixit : Percute ſuper propitiatorium, & commovebuntur veſtibula : & disjice in capita omnium, & reliquos eorum gladio interficiam : non fugiet ex eis qui fugerit, & non ſalvabitur ex illis qui fuerit reſalvatus.

col. 1446. 2. Si defoſſi fuerint in inferno, inde manus mea evellet eos : & ſi aſcenderint in cœlum, inde detraham illos.

3. Si abſconditi fuerint in vertice Carmeli, inde ſcrutans auferam eos : & ſi demerſerint ſe ab oculis meis in profundum maris, ibi mandabo draconi, & mordebit eos.

4. Et ſi abierint in captivitatem ante faciem inimicorum ſuorum, ibi præcipiam gladio, & interficiet eos : & obfirmabo oculos meos ſuper illos in mala, & non in bona.

5. Et Dominus Deus omnipotens, qui tangit terram, & commovet eam : & lugebunt omnes habitatores ejus : & aſcendet ſicut fluvius conſummatio eorum : & deſcendet ſicut flumen Ægypti.

col. 1448. 6. Qui ædificat in cœlo aſcenſionem ſuam, &

VULGATA NOVA.

1. VIdi Dominum ſtantem ſuper altare : & dixit : Percute cardinem, & commoveantur ſuperliminaria : avaritia enim in capite omnium, & noviſſimum eorum in gladio interficiam : non erit fuga eis. Fugient, & non ſalvabitur ex eis qui fugerit.

2. Si deſcenderint uſque ad infernum, inde manus mea educet eos : & ſi aſcenderint uſque in cœlum, inde detraham eos. *Pſalm.* 138. 8.

3. Et ſi abſconditi fuerint in vertice Carmeli, inde ſcrutans auferam eos : & ſi celaverint ſe ab oculis meis in profundo maris, ibi mandabo ſerpenti, & mordebit eos.

4. Et ſi abierint in captivitatem coram inimicis ſuis, ibi mandabo gladio, & occidet eos : & ponam oculos meos ſuper eos in malum, & non in bonum. *Jer.* 44. 11.

5. Et Dominus Deus exercituum, qui tangit terram, & tabeſcet : & lugebunt omnes habitantes in ea : & aſcendet ſicut rivus omnis, & defluet ſicut fluvius Ægypti.

6. Qui ædificat in cœlo aſcenſionem ſuam,

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hæc tota concordant cum Græco, niſi exceperis verbum *disjice*, pro quo διάκοψον, *diſcide :* ſed Hieron. infra addit : *Quodque juxta LXX. legimus*, ut disjiceret in capita omnium, *pulchrè eorum capita dividuntur qui ab eo, qui eſt caput omnium, ſua ſponte diviſi ſunt.*

℣. 2. Sic in edit. Rom. eſt, præter verbum καταχρυσῶσιν, *abſconditi fuerint*, pro *defoſſi fuerint ;* at in editt. Compl. & Ald. καταρυγῶσιν, ſicut in Mſs. Alex. & Barb.

℣. 3. Ita quoque legitur Græcè, niſi quòd habetur ἐκεῖθεν ἐξερευνήσω, καὶ λήψομαι αὐτούς, *inde ſcrutabor*, & *auferam eos*, loco *inde ſcrutans*, &c. Hieron. in Iſai. 29. col. 248. e. legit : *ſi abſonderint ſe ab oculis meis in profundo maris*, &c. ut ſup. at in Dan. 7. col. 1098. f. *ſi deſcenderit in profundum maris, ibi mandabo draconi, & mordebit eum :* & in Eccleſ. to. 2. 773. a. *ſi deſcenderit in infernum, mandabo ſerpenti, & mordebit eos.*

℣. 4. Eadem exſtant Græcè.

℣. 5. Græc. in principio habet, Καὶ Κύριος Κύριος ὁ Θεός· & infra, Συντέλεια αὐτῆς, *conſummatio ejus*, non *eorum ;* cæt. ut in textu. Ambroſ. l. de Incarn. col. 728. f. legit : *Dominus, qui adtigit terram, & movet eam : & lugebunt omnes commorantes in ea : & aſcendet ſicut flumen Ægypti.* Similiter habet Fulgent. l. pro fide cath. p. 540. a. præter hoc 1. *Dominus, qui tangit.* In editione etiam Compl. eſt ποταμὸς Αἰγύπτου, omiſſis anteced. his, *conſummatio eorum, & deſcendet ſicut flumen.*

℣. 6. Similia leguntur Græcè, præter ult. αὐτῷ, *ei*, loco *ejus.* Tertul. l. 3. cont. Marc. p. 681. a. habet : *Qui ædi-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

& fasciculum suum super terram fundavit : qui
Sup. 5. vocat aquas maris, & effundit eas super faciem
8. terræ, Dominus nomen ejus.

7. Nunquid non ut filii Æthiopum vos estis mihi, filii Israël, ait Dominus ? nunquid non Israël ascendere feci de terra Ægypti : & Palæsthinos de Cappadocia, & Syros de Cyrene ?

8. Ecce oculi Domini Dei super regnum peccans, & conteram illud à facie terræ : Veruntamen conterens non conteram domum Jacob, dicit Dominus.

9. Ecce enim mandabo ego, & concutiam in omnibus gentibus domum Israël, sicut concutitur triticum in cribro : & non cadet lapillus super terram.

10. In gladio morientur omnes peccatores populi mei : qui dicunt : Non appropinquabit, & non veniet super nos malum.

Act. 15. 11. In die illa suscitabo tabernaculum David,
16. quod cecidit : & reædificabo aperturas murorum ejus, & ea quæ corruerant instaurabo : & reædificabo illud sicut in diebus antiquis.

12. Ut possideant reliquias Idumææ, & omnes nationes, eò quòd invocatum sit nomen meum super eos : dicit Dominus faciens hæc.

13. Ecce dies veniunt, dicit Dominus : & comprehendet arator messorem, & calcator uvæ
Joel 3. mittentem semen : & stillabunt montes dulcedi-
18. nem, & omnes colles culti erunt.

14. Et convertam captivitatem populi mei Israël : & ædificabunt civitates desertas, & inhabitabunt : & plantabunt vineas, & bibent vinum earum : & facient hortos, & comedent fructus eorum.

15. Et plantabo eos super humum suam : & non evellam eos ultra de terra sua, quam dedi eis, dicit Dominus Deus tuus.

VERSIO ANTIQUA.

promissionem suam super terram fundat : qui vo- *Hieron. ubi sup.*
cat aquam maris, & effundit eam super faciem terræ, Dominus omnipotens nomen ejus.

7. Nonne ut filii Æthiopum vos estis mihi, fi- *col. 1449.*
lii Israël, dicit Dominus ? nonne Israël eduxi de terra Ægypti : & alienigenas de Cappadocia, & Syros de fovea ?

8. Ecce oculi Domini Dei super regnum peccatorum, & auferam illud à facie terræ : Veruntamen non in finem auferam domum Jacob, dicit Dominus.

9. Quia ecce ego præcipio, & ventilabo in *col. 1450.*
cunctis gentibus domum Israël, sicut ventilatur in ventilabro : & non cadet contritio super terram.

10. In gladio morientur omnes peccatores populi mei : qui dicunt : Non appropinquabit, neque venient super nos mala.

11. In die illa suscitabo tabernaculum David, *col. 1451.*
quod ceciderat : & ædificabo ea quæ corruerant, & quæ suffusa sunt suscitabo : & instaurabo ea sicut dies antiquos.

12. Ut quærant me reliqui hominum, & omnes gentes, super quas invocatum est nomen meum : dicit Dominus faciens hæc omnia.

13. Ecce dies veniunt, dicit Dominus : & ap- *col. 1452.*
prehendet tritura vindemiam, & variabitur uva in semente : & stillabunt montes dulcedinem, & omnes colles consiti erunt.

14. Et convertam captivitatem populi mei Israël : & ædificabunt civitates dissipatas, & habitabunt : & plantabunt vineas, & bibent vinum earum : & facient hortos, & comedent fructum eorum.

15. Et plantabuntur super terram suam : & non avellentur amplius de terra sua, quam dedi eis, dicit Dominus Deus omnipotens.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ficat in cœlum ascensum suum : & l. cont. Gnost. p. 830. b. *Qui ascensum suum ædificat in cœlos, & profusionem suam fundat in terras ;* lege *promissionem*, è Gr. ἐπαγγελίαν. Hieron. enim in comm. ait *juxta* LXX. legi, *repromissionem suam fundat super terram.* Item apud Ambros. l. de Incarn. col. 728. f. 729. a. *Qui ædificat super cœlum ascensionem suam, & repromissionem suam super terram confirmat : qui advocat aquam maris, & effundit eam super faciem terræ, Dominus omnipotens nomen est ei.* Apud Fulgent. pro fide cathol. p. 540. a. *Qui ædificat super cœlum ascensionem suam, & remissionem (f. repromissionem) suam super terram confirmat : qui vocat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ, Dominus omnipotens est nomen ejus.* Apud Vigil. Taps. l. cont. Varimad. p. 733. h. *Qui constituit super cœlos ascensionem suam, & pollicitationem in terra firmavit.*

℣℣. 7. 8. Eadem sunt in Græco.

℣. 9. Similiter in Gr. edit. Rom. nisi quòd abest initio vocula *ecce ;* sed in editt. Ald. & Compl. est Διότι ἰδοὺ ἐγώ, sicut in Mss. Alex. & Barb.

℣. 10. Ita fert Græc. ad verbum : fortè mèliùs legeretur supra, *non appropinquabunt ;* nam Græcè ultimò sic habetur, ὃ μὴ ἐγγίσῃ, οὐδὲ μὴ γένηται..... τὰ κακά.

℣. 11. Hilar. in Ps. 51. col. 76. b. *Elevabo tabernaculum David, quod cecidit.* August. l. 18. de civit. Dei, c. 28. to. 7. 509. g. *In illa die resuscitabo tabernaculum David, quod cecidit : & readificabo quæ ceciderunt ejus, & destructa ejus resuscitabo : & readificabo ea sicut dies sæculi.* Ita quòque in Gr. præter unum ἀυτὸν (ἐκεῖνον) *illud*, pro *ea.*

℣. 12. Similiter habet Græc. Vatic. nisi quòd delet *me*, post *quærant ;* addit autem ἐπ' αὐτὸς, *super eos*, ad *nomen meum :* contrà in edit. Ald. initio legitur, Ὅπως ἐκζητήσωσί με, tollitur verò infra, ἐπ' αὐτὸς : à Compl. etiam abest in fine vox πάντα, sicut à Mss. Alex. Apud August. l. 18. de civit. Dei, c. 28. col. 509. g. sic : *Ita ut exquirant me residui hominum, & omnes gentes, in quibus invocatum est nomen meum super eos : dicit Dominus faciens hæc.*

℣. 13. Eadem leguntur Græcè, exceptis his duobus, ἀμητὸς, *messis*, pro *tritura ;* & πτερκάσει, *matureſcet*, pro *variabitur ;* in Ald. edit. & Compl. ἀλοητὸς, non ἀμητὸς, sicut in Mss. Alex. & Barb.

℣. 14. Ita rursum in Græco.

℣. 15. Græc. Vatic. in principio habet, Καὶ καταφυτεύσω αὐτὸς, & *plantabo eos ;* paulòque post deler pronom. *sua*, post *terra ;* sed Ald. edit. & Compl. addunt αὐτῶν, cum Mss. Alex. & Barb.

Digitized by Google

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore Francisco Luca Brugenſi.

AMOS.

Cap. I. ℣. 1. Verba Amos qui fuit in paſtoribus de Thecue. *Correctores dederunt nomen ſubſtantivum* paſtoribus, *pro eo quod alii legunt adjectivo* paſtoralibus : *denique addiderunt* de *præpoſitionem ante* Thecue.

℣. 6. & 9. Et ſuper quatuor non convertam eum. *Maſculinum pronomen* eum *non eſſe commutandum cum femininо* eam, *docuimus in Notationibus.*

Cap. II. ℣. 13. Ecce ego ſtridebo ſubter vos. *Non mutes* ſubter, *quod eſt* ſub, *in præpoſitionem contrariam* ſuper.

Cap. III. ℣. 12. Et in Damaſci grabato. *Hanc lectionem quæ habet genitivum* Damaſci & *ablativum* grabato, *Patres non ſine cauſa prætulerunt ei quæ contrà habet ablativum* Damaſco & *genitivum* grabati, *hoc modo :* Et in Damaſco grabati : *quam licet ex Notationibus noſtris intelligere.*

Cap. IV. ℣. 4. Et afferte manè victimas veſtras. *Non mutes* afferte *in* offerte, *id eſt, vocalem primam* a *in quartam* o.

Cap. V. ℣. 17. Et in omnibus vineis erit planctus. *Cave ſcribas* viis, *quod eſt, itineribus, pro* vineis, *quod eſt, vinetis.*

℣. 26. Et portaſtis tabernaculum Moloch veſtro. *Non interponas* deo *aut* idolo *inter* Moloch & veſtro.

Cap. VI. ℣. 14. Qui lætamini in nihilo. *Alii, pro ablativo* nihilo, *ſcribunt* nihili *indeclinatum.*

Cap. VII. ℣. 1. Et ecce ſerotinus poſt tonſionem regis. *Nomen verbale femininum* tonſionem, *Patres conſultò prætulerunt maſculino* tonſorem : *ut* & *nomen* gregis, *neceſſariò commutarunt, demptâ prima littera, cum* regis. *Legat qui volet Notationes noſtras.*

℣. 3. Non erit, dixit Dominus. *Non eſt mutandum præteritum* dixit, *in præſens* dicit. *Idem obſervandum infra* ℣. 6.

℣. 7. Hæc oſtendit mihi Dominus. *Non addas* Deus.

Cap. VIII. ℣. 5. Quando tranſibit menſis. *Legendum eſt* menſis, *cujus initium Kalendæ, non* meſſis, *oppoſita ſementi.*

℣. 7. Juravit Dominus in ſuperbiam Jacob. *Correctores prætulerunt quartum caſum ſexto* ſuperbiâ.

℣. 9. Et erit in die illa, dicit Dominus Deus. *Non omittas vocem* Deus.

Cap. IX. ℣. 1. Non erit fuga eis : fugient, & non ſalvabitur ex eis qui fugerit. *Futurum plurale* fugient, *multi libri vertunt in ſingulare* fugiet : *caterùm, nullo modo eſt omittendum, nec eſt præcedentibus jungendum, interpoſito relativo* qui : Non erit fuga eis qui fugient.

℣. 11. Et reædificabo illud. *Retinendum eſt neutrum* illud *ſ. tabernaculum, non ſupponendum maſculinum* eum.

Variæ Lectiones Vulgatæ, rurſum ab eodem Francisco Luca obſervatæ.

AMOS.

Cap. III. ℣. 14. Cùm viſitare cœpero prævaricationes Iſraël, ſuper eum viſitabo, & ſuper altaria Bethel. *Genuina diſtinctio eſſe videtur, quatò* ſuper eum, *jungitur præcedentibus.*

CAPITULA ABDIÆ PROPHETÆ,

JUXTA VETER. EDIT. LATINAM EX LXX. INTERP.

Ex Mſs. codd. S. Petri 3. & Vatic. 4220. edita à Joſepho Maria Caro presb. Romæ, 1688.

I. *Et ſi exaltatus fueris ſicut aquila, & in media ſidera ponas nidum.* ℣. 4.

II. *Ne reſpexeris* (al. *deſpexeris*) *in diem fratrum tuorum.* ℣. 12.

Digitized by Google

PROPHETIA ABDIÆ.

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.
1. Isio Abdiæ. Hæc dicit Dominus Deus ad Edom : Auditum audivimus à Domino, & legatum ad gentes misit : Surgite, & consurgamus adversùs eum in prælium.	1. Isio Abdiæ. Hæc dicit Dominus Deus ad Idumæam : Auditum audivi à Domino, & munitionem in gentibus misit : Surgite, & consurgamus adversùs eam in prælium. *Hieron. in Abd. col. 1455. ex Lxx.* *col. 1457.*
2. Ecce parvulum dedi te in gentibus : contemptibilis tu es valde.	2. Ecce minimum dedi te in gentibus : inhonoratus es tu valde. *col. 1458.*
3. Superbia cordis tui extulit te, habitantem in scissuris petrarum, exaltantem solium tuum : qui dicis in corde tuo : Quis detrahet me in terram ?	3. Superbia cordis tui elevavit te, habitantem in foraminibus petrarum, exaltantem habitaculum tuum, atque dicentem in corde tuo : Quis me deducet in terram ?
4. Si exaltatus fueris ut aquila, & si inter sidera posueris nidum tuum : inde detraham te, dicit Dominus.	4. Si exaltatus fueris ut aquila, & si inter media sidera ponas nidum tuum : inde te detraham, dicit Dominus.
5. Si fures introissent ad te, si latrones per noctem, quomodo conticuisses ? nonne furati essent sufficientia sibi ? si vindemiatores introissent ad te, nunquid saltem racemum reliquissent tibi ?	5. Si fures introissent ad te, vel latrones per noctem, ubi projectus esses, nonne furati essent sufficientia sibi ? & si vindemiatores introissent ad te, nonne reliquissent racemum ? *col. 1459.*
6. Quomodo scrutati sunt Esau, investigaverunt abscondita ejus ?	6. Quomodo perscrutatus est Esau, & deprehensa sunt abscondita ejus ?
7. Usque ad terminum emiserunt te : omnes viri fœderis tui illuserunt tibi : invaluerunt adversùm te viri pacis tuæ : qui comedunt tecum, ponent insidias subter te : non est prudentia in eo.	7. Usque ad terminos dimiserunt te : omnes viri testamenti tui restiterunt tibi : prævaluerunt adversùm te viri pacifici tui, posuerunt insidias subter te : non est sapientia in eo. *col. 1460.*
Isai. 29. 14. 1. Cor. 1. 19. 8. Nunquid non in die illa, dicit Dominus, perdam sapientes de Idumæa, & prudentiam de monte Esau ?	8. In die illa, dicit Dominus, perdam sapientes ex Idumæa, & intelligentiam de monte Esau. *col. 1461.*
9. Et timebunt fortes tui à Meridie, ut in-	9. Et pavebunt pugnatores tui de Theman, ut

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic etiam in Græco est, nisi quòd ibi scriptum Ὀβδιού, *Obdiu*, non *Abdiæ* ; at in Ms. Alex. Ἀβδιού : item infra, εἰς τὰ ἔθνη, *in gentes*, non *in gentibus*. In edit. Hieron. legitur inf. *adversùs eum*, per relat. ad *Edom* ; at sup. 1455. c. *adversùs eam ; destructio enim Idumææ*, inquit Hieron. *Visio nationum est* : & inf. 1456. c. *Quod Hebraïcè* Edom, *Græcè dicitur* Ἰδυμαία : unde ipse col. 1458. a. leg. *Surgite, & consurgamus adversùs eum*, *vel* eam, *in prælium*.

℣. 2. Consonat Græc. ad verbum.

℣. 3. Eadem leguntur Græcè in edit. Rom. præter hæc intermedia, ὑψῶν καλοικίαν αὐτῦ, λέγων ἐν καρδία αὐτῦ, i. e. *exaltans habitaculum suum*, *dicens in corde suo* ; at in Compl. ὑψῶντα καλοικίαν σε, λέγων, &c. Apud Tichon. reg. 7. p. 64. c. *exaltans habitationem suam*, *dicens in corde suo : Quis me deducet ad terras*, Ms. Rem. *ad terram ?*

℣. 4. Similiter in Græco. Item apud Tichon. reg. 7. p. 64. c. *Si exaltatus fueris sicut aquila*, & *inter stellas ponas nidum tuum : inde te detraham*, *dicit Dominus*. Vide etiam Hieron. ep. 18. ad Eustoch. to. 4. p. 2. col. 29. a.

℣. 5. Similia exstant Græcè, nisi quòd pro *ubi*, hab. πῦ ἂν, *ubicunque*.

℣. 6. Græc. Πῶς ἐξιχνιάσθη Ἡσαῦ, &c. ut sup.

℣. 7. Eadem sunt in Græco Vatic. excepto hoc ult. οὐκ ἔστι ξύνεσις αὐτοῖς, *non est intellectus eis* ; at in ed. Ald. ἐν αὐτῷ, ut supra.

℣. 8. Concinit Græc. ad verbum.

℣. 9. Consonat Græc. nisi quòd hab. οἱ ἐκ Θαιμὰν, *qui de Theman*, post *tui*.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Hieron. ubi sup. auferatur homo de monte Esau.	tereat vir de monte Esau.
10. Propter interfectionem, & impietatem adversùm fratrem tuum Jacob, operiet te confusio, & aufereris in æternum.	10. Propter interfectionem, & propter iniquitatem in fratrem tuum Jacob, operiet te confusio, & peribis in æternum. *Genes. 27. 41.*
col. 1462. 11. Ex die qua restitisti contrà, in die ut caperent alienigenæ fortitudinem ejus, & alieni ingressi sunt portas ejus, & super Jerusalem miserunt sortem: & vos eratis quasi unus ex eis.	11. In die cùm stares adversùs eum, quando capiebant alieni exercitum ejus, & extranei ingrediebantur portas ejus, & super Jerusalem mittebant sortem: tu quoque eras quasi unus ex eis.
12. Et non despicies diem fratris tui in die alienorum: & non lætaberis super filios Juda in die perditionis eorum: & non magna loquêris in die angustiæ.	12. Et non despicies in die fratris tui, in die peregrinationis ejus: & non lætaberis super filios Juda in die perditionis eorum: & non magnificabis os tuum in die angustiæ.
13. Neque ingredieris portas populorum in die *col. 1463.* laborum eorum: & non despicies etiam tu congregationem eorum in die perditionis eorum: neque apponêris fortitudini eorum in die perditionis eorum.	13. Neque ingredieris portam populi mei in die ruinæ eorum: neque despicies & tu in malis ejus in die vastitatis illius: & non emittêris adversùs exercitum ejus in die vastitatis illius.
14. Neque stabis in egressibus eorum, ut interficias eos qui salvi fuerint ex eis: neque concludes fugitivos eorum in die tribulationis.	14. Neque stabis in exitibus ut interficias eos qui fugerint: & non concludes reliquos ejus in die tribulationis.
col. 1464. 15. Quia juxta est dies Domini super omnes gentes: sicut fecisti, fiet tibi: retributio tua reddetur in caput tuum.	15. Quoniam juxta est dies Domini super omnes gentes: sicut fecisti, fiet tibi: retributionem tuam convertet in caput tuum.
16. Quia quomodo bibisti super montem sanctum meum, bibent omnes gentes vinum: bibent, & absorbebunt, & erunt quasi non sint.	16. Quomodo enim bibistis super montem sanctum meum, bibent omnes gentes jugiter: & bibent, & absorbebunt, & erunt quasi non sint.
col. 1465. 17. In monte autem Sion erit salvatio, & erit sanctum: & possidebit domus Jacob eos qui se possederant.	17. Et in monte Sion erit salvatio, & erit sanctus: & possidebit domus Jacob eos qui se possederant.
18. Et erit domus Jacob ignis, & domus Joseph flamma, domus autem Esau stipula: & succendentur in eos, & devorabunt illos: & non erit frumentarius domui Esau, quia Dominus locutus est.	18. Et erit domus Jacob ignis, & domus Joseph flamma, & domus Esau stipula: & succendentur in eis, & devorabunt eos: & non erunt reliquiæ domus Esau, quia Dominus locutus est.
col. 1466. 19. Et possidebunt qui in Nageb, montem Esau; & qui in Sephela, alienigenas: & possidebunt montem Ephraim, & campum Samariæ, & Benjamin, & Galaad.	19. Et hæreditabunt hi, qui ad Austrum sunt, montem Esau, & qui in campestribus Philisthiim: & possidebunt regionem Ephraim, & regionem Samariæ: & Benjamin possidebit Galaad.
col. 1467. 20. Et transmigrationis principium istud filiis Israël, terra Chananæorum usque ad Sareptham, & transmigratio Jerusalem usque Ephrathen: possidebunt civitates Nageb.	20. Et transmigratio exercitus hujus filiorum Israël, omnia loca Chananæorum usque ad Sareptam: & transmigratio Jerusalem, quæ in Bosphoro est, possidebit civitates Austri.
21. Et ascendent qui salvi fuerant de monte Sion, ut puniant montem Esau: & erit Domino regnum.	21. Et ascendent salvatores in montem Sion judicare montem Esau: & erit Domino regnum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 10. Sic habet Græc. edit. Rom. præter hoc, ἀδελφῦ Ϛυ, *fratris tui*, loco *adversùm fratrem tuum*; at in Compl. κατ' ἀδελφῦ Ϛυ.

℣. 11. Græc. Vatic. habet, ἐν ἡμέρᾳς (Mſ. Alex. & Compl. ἐν ἡμέρᾳ) αἰχμαλωτευόντων ἀλλογενῶν, i. e. *in diebus captivantium alienigenarum*, pro *in die ut caperent alienigenæ*; extremò Vatic. ἔβαλον κλήρους· καὶ Ϛὺ ὡς εἷς ἐξ αὐτῶν, *miserunt sortes: & tu eras quasi unus ex eis*; at in Compl. καὶ ὑμεῖς ἦτε; in Ald. ὑμεῖς ἐσέ· cæt. ut in Lat. supra.

℣. 12. Similia Græc. exhibet, ubi sic: μὴ ἐπιδῇς..... μὴ ἐπιχαρῇς..... μὴ μεγαλορρήμων, & sic deinceps. Ambrosius l. 1. de pœnit. col. 432. d. legit: *& non gaudebis super filios Juda in die perditionis eorum: & ne magna loquaris in die tribulationis eorum.*

℣. 13. Eadem leguntur Græcè, præter hoc, ἐπὶ τὴν δύναμιν, loco *fortitudini*.

℣. 14. Suffragatur editio Rom. nisi quòd habet φεύγοντας αὐτῦ, *fugitivos ejus*, non *eorum*; sed Ald. & Compl. cum Mſs. Alex. & Barb. φεύγοντας ἐξ αὐτῶν.

℣. 15. Ita in Græco est, præter hoc, οὕτως ἔσαι Ϛοι, *sic erit tibi*, pro *fiet tibi*.

℣. 16. Sic est in Græco Vatic. excepto verbo καταβήσονται, *descendent*, pro *absorbebunt*; in Ald. verò est καταπίονται; in Compl. καταποθήσονται.

℣. 17. Consonat Græc. Vatic. si excipias verbum plur. καταλαμψονται, *possidebunt*, loco singul. *possidebit*; at in Compl. καταλαμψεται. Apud August. l. 18. de civit. Dei, c. 31. col. 512. c. *In monte autem Sion erit salus, & erit sanctum.*

℣. 18. Totidem verba in Græco, hoc excepto, εἰς καλάμην, *in stipulam*, pro *stipula*; at in Compl. καλάμη. Tichon. reg. 7. p. 66. g. 67. b. legit: *Erit domus Jacob ignis, domus autem Joseph flamma, domus verò Esau stipula: exardescent in illos, & comedent eos: & non erit ignifer in domo Esau, quoniam Dominus locutus est.* Pro *ignifer*, in Græcis aliquot libris procul dubio erat πυρφόρος; in Vat. verò Mſ. legitur πυροφόρος; unde Hieron. loco cit. dicit: *Sunt qui non πυρφόρον, id est*, frumentarium, *sed πυροφόρον, hoc est*, qui gestare possit igniculum, *à LXX. translatum putent*: & supra: *Quod LXX. transtulerunt πυροφόρον, nos in* frumentarium *vertimus, juxta antiqui sermonis eloquium; eos enim quos nunc agentes in rebus vel* veredarios *appellant, veteres* frumentarios *nominabant.*

℣. 19. Ita fert Græc. edit. Rom. præter ult. Γαλααδίτου; sed in Compl. Γαλαάδ, ut supra.

℣. 20. Consonat Græc. ad verbum, nisi quòd scribit Σαρεπτῶν, & Ἐφραθά. Hieron. etiam in comm. ait *juxta LXX.* legi *Ephratha.*

℣. 21. Hieron. inf. in comm. dicit: *Pro eo autem quod nos interpretati sumus, & ascendent salvatores, LXX. transtulerunt*, hi qui salvi fuerint: *in Hebræo scriptum est* mosim; *qui non ut Aquila, & LXX. & Theodot. passivè* Σωσωμένοι, vel ἀναβεβιβασμένοι, *sed juxta Symm.* Σώζοντες, *id est*, activè salvatores *intelligendi sunt: siquidem* Σεσωσμένοι, *id est*, salvati, phaletim *Hebræo sermone dicuntur.* August. l. 18. de civit. Dei, c. 31. col. 512. c. legit: *Et ascendent resalvati ex monte Sion, ut defendant montem Esau: & erit Domino regnum.* Ita quoque in Gr. est, nisi hoc excipiatur, τῦ ἐκδικῆσαι, loco *ut defendant*; apud Hieron. sup. *ut puniant.*

Digitized by Google

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore Francisco Luca Brugenſi.

ABDIAS.

Verſ. 11. In die cùm ſtares adversùs eum. *Non eſt omittendum pronomen* eum.

℣. 16. Quomodo enim bibiſtis ſuper montem ſanctum meum. *Non eſt mutandum verbum plurale* bibiſtis, *in ſingulare* bibiſti.

℣. 20. Omnia loca Chananæorum. *Patres addiderunt vocem* loca.

CAPITULA JONÆ PROPHETÆ,

JUXTA VETER. EDIT. LATINAM EX LXX. INTERP.

Ex Mſs. codd. S. Petri 3. & Vatic. 4220. edita à Joſepho Maria Caro presb. Romæ, 1688.

I. *Et ſurrexit Rex de ſolio ſuo* (al. *de ſede ſua*) *& circumdedit ſe cilicium.* c. 3. ℣. 6.

II. *Vidit Deus opera illorum, quoniam converſi ſunt* (al. *averſi ſunt*) *à malitia ſua.* c. 3. ℣. 10.

Digitized by Google



PROPHETIA JONÆ.

CAPUT PRIMUM.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Jon. 1. col. 1471. ex Lxx.

1. ET factus est sermo Domini ad Jonam filium Amathi, dicens:

2. Surge, & vade in Niniven civitatem magnam, & prædica in ea: quia ascendit clamor malitiæ ejus ad me.

col. 1472. *col. 1473.* 3. Et surrexit Jonas, ut fugeret in Tharsis à facie Domini, & ascendit in Joppen, & invenit navem euntem in Tharsis: deditque naulum suum; ascendit in eam ut navigaret cum eis in Tharsis à facie Domini.

col. 1474. *col. 1475.* 4. Et Dominus suscitavit spiritum magnum in mare: & facta est tempestas magna in mari, & navis periclitabatur conteri.

5. Et timuerunt qui navigabant, & clamaverunt unusquisque ad deum suum: & jactum fecerunt vasorum navis in mare, ut alleviaretur navis: Jonas autem descendit in ventrem navis, & dormiebat, & stertebat.

6. Et accessit ad eum proreta, & dixit ei: Quid tu stertis? surge, invoca Deum tuum, si quo-

VULGATA NOVA.

1. ET factum est verbum Domini ad Jonam filium Amathi, dicens:

2. Surge, & vade in Niniven civitatem grandem, & prædica in ea: quia ascendit malitia ejus coram me.

3. Et surrexit Jonas, ut fugeret in Tharsis à facie Domini, & descendit in Joppen, & invenit navem euntem in Tharsis: & dedit naulum ejus, & descendit in eam ut iret cum eis in Tharsis à facie Domini.

4. Dominus autem misit ventum magnum in mare: & facta est tempestas magna in mari, & navis periclitabatur conteri.

5. Et timuerunt nautæ, & clamaverunt viri ad deum suum: & miserunt vasa, quæ erant in navi, in mare, ut alleviaretur ab eis: & Jonas descendit ad interiora navis, & dormiebat sopore gravi.

6. Et accessit ad eum gubernator, & dixit ei: Quid tu sopore deprimeris? surge, invoca Deum

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 1. 2. Hieron. hîc unum textum refert, videlicet secund. Hebr. & Vulg. sed addit: *LXX. excepto eo quod dixerunt* (℣. 2.) ascendit clamor malitiæ ejus ad me, *cætera similiter transtulerunt*. Sic etiam hodie in Gr. Eadem rursus habet Hieron. ex LXX. nempe præf. in Naum, col. 1558. f. ad hoc usque, *quia ascendit*; loco tamen *Et factum est verbum*, leg. ibi *factus est sermo*, quod ita scripsimus.

℣. 3. Hieron. ut sup. prioris versiculi textum unicum profert ex Hebr. scilicet, *Et surrexit Jonas, ut fugeret in Tharsis à facie Domini*: sed hoc subnectit, *LXX. similiter*: post plura sic addit ex edit. LXX. *& ascendit in Joppen*, &c. quæ sup. Eadem quoque exstant hodie in Græco, excepto uno κατέβη εἰς Ἰόππην, *descendit in Joppen*, pro *ascendit*, &c. Hieron. etiam post paulò ait: *Juxta regionis naturam de montanis & arduis ad* Joppen *& campestria veniens Propheta, rectè dicitur* descendisse, & invenisse navem, *funem solventem è littore, & ingredientem mare*: deditque naulum ejus, *sive mercedem navis, id est, subvectionis ejus juxta Hebr. sive* naulum pro se, *ut LXX. transtulerunt*: & descendit in eam, *ut propriè continetur in Hebr.* jered *enim* descendit *dicitur... vel* ascendit, *ut scriptum est in edit. Vulgata; ut quòcunque navis pergeret, perveniret.*

℣. 4. Itidem Græcè, præter unum *magnum*, quod abest; addit tamen ed. Ald. τὸ μέγα. Vigil. Taps. l. cont. Varim. p. 742. e. legit: *Et Dominus suscitavit spiritum in mari: & facta est tempestas magna in mari, ita ut navis operiretur fluctibus.*

℣. 5. Græcè, οἱ ναυτικοὶ, *nautæ*, pro *qui navigabant*; paulòque post, τῶν σκευῶν, τῶν ἐν τῷ πλοίῳ, *vasorum, quæ in navi*, loco *vasorum navis*; & inf. τοῦ κουφισθῆναι ἀπ' αὐτῶν, *ut alleviaretur ab eis*, loco *ut alleviaretur navis*; cæt. similia.

℣. 6. Ita fert Græc. edit. Rom. nisi quòd præponit καὶ, verbo *invoca*; paulòque post hab. ὅπως, *ut*, pro *si quomodo*; Ald. verò cum Mss. Alex. & Barb. εἴπως.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

tuum, ſi fortè recogitet Deus de nobis, & non pereamus.

7. Et dixit vir ad collegam ſuum : Venite, & mittamus ſortes, & ſciamus quare hoc malum ſit nobis. Et miſerunt ſortes : & cecidit ſors ſuper Jonam.

8. Et dixerunt ad eum : Indica nobis cujus causâ malum iſtud ſit nobis : quod eſt opus tuum ? quæ terra tua, & quò vadis ? vel ex quo populo es tu ?

9. Et dixit ad eos : Hebræus ego ſum, & Dominum Deum cœli ego timeo, qui fecit mare & aridam.

10. Et timuerunt viri timore magno, & dixerunt ad eum : Quid hoc feciſti ? (cognoverunt enim viri quòd à facie Domini fugeret, quia indicaverat eis.)

11. Et dixerunt ad eum : Quid faciemus tibi, & ceſſabit mare à nobis ? quia mare ibat, & intumeſcebat.

12. Et dixit ad eos : Tollite me, & mittite in mare, & ceſſabit mare à vobis : ſcio enim ego quoniam propter me tempeſtas hæc grandis venit ſuper vos.

13. Et remigabant viri ut reverterentur ad aridam, & non valebant : quia mare ibat, & intumeſcebat ſuper eos.

14. Et clamaverunt ad Dominum, & dixerunt : Quæſumus Domine, ne pereamus in anima viri iſtius, & ne des ſuper nos ſanguinem innocentem : quia tu Domine, ſicut voluiſti, feciſti.

15. Et tulerunt Jonam, & miſerunt in mare : & ſtetit mare à fervore ſuo.

16. Et timuerunt viri timore magno Dominum, & immolaverunt hoſtias Domino, & voverunt vota.

VERSIO ANTIQUA.

modo ſalvos faciat nos Deus, & non pereamus. *Hieron. ubi ſup.*

7. Et dixit unuſquiſque ad proximum ſuum : Venite, mittamus ſortes, & cognoſcamus cujus gratiâ malitia hæc eſt ſuper nos. Et miſerunt ſortes : & cecidit ſors ſuper Jonam. *col. 1476.*

8. Et dixerunt ad eum : Annuntia nobis cujus gratiâ hæc malitia eſt in nobis : quod opus tuum ? & unde venis, & quò vadis ? & ex qua regione es, & ex quo populo es tu ?

9. Et dixit ad eos : Servus Domini ego ſum, & Deum cœli ego colo, qui fecit mare & aridam. *col. 1477.*

10. Et timuerunt viri timore magno, & dixerunt ad eum : Quid hoc feciſti ? (Cognoverunt enim viri quòd à facie Domini fugeret, eò quòd indicaſſet eis.)

11. Et dixerunt ad eum : Quid tibi faciemus, & quieſcet mare à nobis ? quia mare ibat, & ſuſcitabat magis fluctus.

12. Et dixit Jonas ad eos : Tollite me, & mittite me in mare, & quieſcet mare à vobis : ego enim novi quòd propter me fluctus magni contra vos ſunt. *col. 1478.*

13. Et conabantur viri ut reverterentur ad terram, & non poterant : quia mare ibat, & inſurgebat magis contra eos.

14. Et clamaverunt ad Dominum, & dixerunt : Nequaquam Domine, ne pereamus propter animam viri hujus, & non des ſuper nos ſanguinem juſtum : tu enim Domine, ſicut voluiſti, feciſti. *col. 1479.*

15. Et tulerunt Jonam, & miſerunt in mare : & ſtetit mare à commotione ſua.

16. Et timuerunt viri timore magno Dominum, & immolaverunt hoſtias Domino, & voverunt vota.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 7. Similia Græc. exhibet. Hieron. inf. ait : *Quod autem dicitur*, & cognoſcamus propter quem (Gr. τίνος ἕνεκεν) malitia hæc eſt ſuper nos, *hic* malitiam *pro* afflictione & calamitate *accipere debemus.*

℣. 8. Nonnulla abſunt in Gr. edit. Rom. videlicet, *cujus gratiâ hæc malitia eſt in nobis ?* uti poſt paulò, & *quò vadis ?* cæt. concordant, niſi quòd additur ἐστὶ, *eſt*, ad *opus tuum :* in multis tamen libb. habetur, τίνος ἕνεκεν ἡ κακία αὕτη ἐν ἡμῖν ; & inf. ἐκ ποίας ; teſte Nobilio.

℣. 9. Concinit Græc. ad verbum, niſi quòd ponit Κύριον, ante *Deum.* Ita quoque legit Iren. l. 3. c. 20. p. 213. e. Philaſtr. verò Brix. de hæreſ. p. 712. f. ſimpliciter : *Ego ſervus ſum Dei, qui fecit mare & aridam.*

℣. 10. Similiter in Græco, niſi hoc excipiatur, ἦν φεύγων, *erat* vel *eſſet fugiens*, loco *fugeret.*

℣. 11. Sic iterum Græcè, præter ult. ſingul. κυδώνια, *fluctum*, loco plur. *fluctus.*

℣. 12. Ita in Græco eſt, niſi hoc ult. exceperis num. ſingulari : ὁ κυδὼν ὁ μέγας ἔστος ἐφ' ὑμᾶς ἐστι.

℣. 13. Eodem modo legimus Græcè, ubi τὸ, παρεβιάζοντο, pro *conabantur ;* unde Hieron. infra : *LXX.* παρεβιάζοντο *inquiunt, id eſt*, vim cupiebant facere.

℣. 14. Totidem verba exſtant in Græco. Hieron. verò l. 2. cont. Pelag. to. 4. 527. b. ita legit : *Rogamus, Domine, ne perdas nos propter hominem juſtum, neque inducas ſuper nos ſanguinem innocentem : ſicut enim placuit tibi, ſic factum eſt, Domine.*

℣. 15. Sic iterum in Græco, ſi addas αὐτὸν, verbo *miſerunt.*

℣. 16. Itidem Græcè, præter ſingul. θυσίαν, *hoſtiam ;* at in edit. Compl. θυσίας, ut in Lat. ſupra. Hieron. hîc unum textum refert, fonte non indicato ; procul dubio quia Hebr. & LXX. concordant inter ſe.

CAPUT II.

VULGATA NOVA.

1. ET præparavit Dominus piſcem grandem ut deglutiret Jonam : & erat Jonas in ventre piſcis tribus diebus, & tribus noctibus. *Matth. 12. 40. & 16. 4. Luc. 11. 30.*

2. Et oravit Jonas ad Dominum Deum ſuum de ventre piſcis.

3. Et dixit :

Clamavi de tribulatione mea ad Dominum, & exaudivit me : de ventre inferi clamavi, & exaudiſti vocem meam. *Pſalm. 119. 1. 1. Cor. 15. 4.*

VERSIO ANTIQUA.

1. ET præcepit Dominus ceto magno, & devoravit Jonam : & erat Jonas in ventre ceti tribus diebus, & tribus noctibus. *Hieron. in Jon. 2. col. 1480.*

2. Et oravit Jonas ad Dominum Deum ſuum de utero piſcis.

3. Et dixit :

Clamavi de tribulatione mea ad Dominum, & exaudivit me : de ventre inferi clamoris mei, audiſti vocem meam. *col. 1481.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic habetur in Græco, uno excepto, καταπιεῖν, *devorare*, loco & *devoravit.*

℣. 2. Hieron. hîc Vulgatæ noſtræ verba refert ſola, ſed Græci contextûs planè ſimilia, niſi quòd habetur ibid. τῆ κήτους, loco *piſcis ;* rectè Tertul. l. de orat. c. 13. p. 182. c. *de ventre ceti.* Hieron. quoque ait ſup. *In Hebraïco* piſcem grandem *legimus, pro quo LXX. Interpretes.....* cetum *vocant, rem ipſam brevius explicantes.*

℣ 3. Canticum iſtud ſimiliter habetur, nonnullis mutatis, in Mſs. duobus, uno S. Mich. in Lotharingia, vulgò *S. Mibel*, altero Luxovienſi, annor. circ. 1100. Editum quoque eſt ab Emin. Card. Thomaſio ex Pſalt. Ambroſ.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi ſup. col. 1482. 4. Projeciſti me in profundum cordis maris, & flumina me circumdederunt: omnes elevationes tuæ, & fluctus tui ſuper me tranſierunt.

5. Ego dixi: Abjectus ſum ab oculis tuis: putaſne addam ut videam templum ſanctum tuum?

col. 1483. 6. Circumfuſa eſt mihi aqua uſque ad animam meam: abyſſus vallavit me noviſſima, intravit caput meum

7. ad ſciſſuras montium: deſcendi in terram, *col. 1484.* cujus vectes ſunt retinacula ſempiterna: & aſcendet de corruptione vita ad te, Domine Deus meus.

8. Cùm deficeret ex me anima mea, Domi- *col. 1485.* ni recordatus ſum: ut veniat ad te oratio mea ad templum ſanctum tuum.

9. Qui cuſtodiunt vana & mendacia, miſericordiam ſuam reliquerunt.

10. Ego autem cum voce laudis & confeſſionis immolabo tibi: quæcunque vovi, reddam tibi ſalutare Domino.

11. Et præcepit ceto: & ejecit Jonam ſuper ſiccum.

VULGATA NOVA.

4. Et projeciſti me in profundum in corde maris, & flumen circumdedit me: omnes gurgites tui, & fluctus tui ſuper me tranſierunt.

5. Et ego dixi: Abjectus ſum à conſpectu oculorum tuorum: veruntamen rurſus videbo templum ſanctum tuum.

6. Circumdederunt me aquæ uſque ad ani- *Pſalm.* mam: abyſſus vallavit me, pelagus operuit ca- *68. 1.* put meum.

7. Ad extrema montium deſcendi: terræ vectes concluſerunt me in æternum: & ſublevabis de corruptione vitam meam, Domine Deus meus.

8. Cùm anguſtiaretur in me anima mea, Domini recordatus ſum: ut veniat ad te oratio mea ad templum ſanctum tuum.

9. Qui cuſtodiunt vanitates fruſtra, miſericordiam ſuam derelinquunt.

10. Ego autem in voce laudis immolabo tibi: quæcunque vovi, reddam pro ſalute Domino.

11. Et dixit Dominus piſci: & evomuit Jonam in aridam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

inter Cantica varia ad calcem Pſalt. vet. p. 730. Horum trium variantes lectiones hîc & infra proferemus. Ad ℣. igitur præſ. 3. quod attinet, Hieron. illum ipſum refert in comm. ex Hebr. fonte, quomodo nunc legitur in Vulg. nec ipſi ſubjicit de more verſionem Lat. ex ed. LXX. verùm hæc addit proximè: *Septuaginta ſimiliter, hoc tantummodo commutato* (ſub fin.) *de ventre inferi clamoris mei, audiſti vocem meam.* Ita quoque legimus hodie in Gr. niſi quòd initio Cantici ſic habetur, Ἐβόησα ἐν θλίψει μου πρὸς Κύριον τὸν Θεόν μου. Mſ. Luxov. cum Pſalt. Ambroſ. *Clamavi ad Dominum Deum meum in tribulatione mea, & exaudivit de ventre inferni clamorem meum: & exaudiſti vocem meam.* Mſ. S. Mich. *Exclamavi in preſſura mea ad Dominum Deum meum, & exaudivit me.* Irenæus l. 3. c. 20. p. 213. c. *Clamavi ad Dom. Deum meum in tribulatione mea, & exaudivit me de ventre inferni.* Similiter hab. Ambroſ. in Pſ. 43. col. 922. e. niſi quòd tollit vocem *Deum*, legitque *audivit*, non *exaudivit*. Hilar. autem in Pſ. 68. col. 217. a. ſic habet: *Clamavi in preſſura mea ad Deum meum, & exaudivit de ventre inferorum clamores meos.*

℣. 4. Itidem Græcè, niſi hoc excipiatur plur. εἰς βάθη, *in profunda;* at in Compl. εἰς βάθος. Pſalterium Ambroſ. habet: *Projeciſti me in altitudinem cordis maris, & flumina me circumdederunt: omnes altitudines tuæ, & fluctus*, &c. ut ſupra. Mſ. Luxov. *Et projeciſti me in altitudinem cordis maris, flumina circumdederunt me: & omnia turbulenta tua, & fluctus tui ſuper me tranſ.* Mſ. S. Mich. *Abjeciſti me in altitudinem cordis maris, & flumina circumd. me: omnes ſuſpenſuræ tuæ, & fluctus tui*, &c. ut ſup. Hilar. in Pſ. 68. col. 217. d. *omnes ſuſpenſiones tuæ, & fluctus tui ſuper me tranſibant.* Gr. πάντες οἱ μετεωρισμοί σου, καὶ τὰ... διῆλθον.

℣. 5. Græc. initio hab. Καὶ ἐγὼ εἶπα· Ἀπῶσμαι ἐξ, paulòque poſt, ἄρα προσθήσω τοῦ ἐπιβλέψαι με πρὸς ναὸν, &c. ut ſupra. Hieron. quoque addit: *Hoc quod in Græco dicitur ἄρα, & habet Vulgata editio* putas, *interpretari poteſt* igitur; *ut ſit quaſi propoſitionis & aſſumptionis, confirmationiſque ac ſyllogiſmi extrema concluſio; non ex ambigentis incerto, ſed ex fiducia comprobantis: pro quo nos interpretati ſumus: Veruntamen rurſum videbo templum*, &c. de Vulg. Porro ex his apertè rectèque colligitur, *Vulgatæ* nomine, quod frequenter redit in comment. non ſemper intelligi ab Hieronymo Editionem Gr. LXX. ſed ſæpe ſæpiùs Verſionem Lat. veterem ex ipſa derivatam; proindeque Interpretationem illam, quam adhibuit S. Doctor in comment. novum non fuiſſe ipſius ſetum, ſed illam ipſam *Vulgatam* veterem Lat. quâ olim uſu publico utebatur Eccleſia: at de his uberiùs in Admonit. præv. quam vide. Mſ. S. Mich. hîc habet: *Et ego dixi: Expulſus ſum ab oculis tuis: an potero aſpicere ad templum ſanctum?* Pſalt. Ambr. cum Mſ. Luxov. *Et ego dixi: Expulſus ſum ab oculis tuis: forſitan* (Luxov. & *forſitan*) *adjiciam ut reſpiciam ad templum ſanctum tuum.*

℣. 6. Ita fert Græc. præter unum pronomen *meam*, quod delet poſt *animam*; ſed addunt editt. Ald. & Compl. ἕως ψυχῆς μου. Pſalt. Ambroſ. ſimiliter habet: *Circumfuſa eſt mihi aqua uſque ad anim. meam:* ſed addit: *abyſſus circuivit me poſtremò, ingreſſum eſt caput meum in ſciſſuris*, &c. de ℣. ſeq. Mſ. S. Mich. *Circumfuſa eſt mihi aqua uſque ad animam meam: abyſſus circumdedit me pelago, operuit caput meum noviſſimò, introivit caput meum*, &c. Mſ. Luxov. *Perfuſa eſt aqua mihi uſque ad animam meam: abyſſus circumdedit me poſtremò, demerſit caput meum*, &c. Hilarius in Pſ. n. 32. col. 44. *abyſſus multis circumfudit me:* & in Pſ. 68. col. 217. b. *introivit caput meum.* Ambr. in Pſal. col. 922. e. *abyſſus circumdedit me noviſſima, merſit caput meum:* & l. de lapſ. virg. col. 317. c. *abyſſus circumdedit me poſtremò, demerſit caput meum.* Gr. ἄβυσσος ἐκύκλωσέ με ἐπ' ἄκρου, ἔδυ ἡ κεφαλή μου, &c. ut ℣. ſeq.

℣. 7. Edit. Rom. initio hab. εἰς χοιμὰς ὀρέων, *in ſciſſuras montium*, quod adnectit verſui præced. ſubinde ſic, ἧς οἱ μοχλοὶ αὐτῆς, *cujus vectes ejus ſunt;* paulòque poſt, ἡ ἀναβήτω φθορὰ ζωῆς μου, Κύριε, &c. & *aſcendat corruptio vitæ meæ, Domine;* cæt. ut ſupra. Edd. Ald. & Compl. ferunt cum Mſ. Alex. ἐκ φθορᾶς ἡ ζωή μου· ſola Ald. addit πρὸς Θέ. Mſ. Luxov. habet: *in ſciſſuras montium:* & *deſcendi in terra, cujus vectis ſunt æterna:* & *aſcendat corruptio vitæ meæ ad te, Domine Deus meus.* Pſalt. Ambroſ. *in ſciſſuris montium: deſcendi in terram, cujus vectes ſunt continentes æterni:* & *aſcendat de corruptione vita mea ad te*, &c. ut ſupra. Mſ. S. Mich. *in ſciſſuras montium: deſcendi in terram, cujus ſera* (al. *ſerra*) & *tenaces æternæ:* & *aſcendit corruptela vitæ meæ ad te, Domine Deus meus.* Hilar. in Pſ. 68. col. 217. b. *in ſciſſuras petrarum: deſcendi in terram, cujus ſera* (al. *ſerra*) *tenaces & æternæ.* Ambroſ. in Pſal. col. 922. e. *in fiſſuras montium: deſcendi in terram, cujus ſeræ ſunt continentes æternales:* at l. de lapſ. virg. col. 317. c. hab. *in ſciſſuras montium;* Mſs. tamen nonnulli ibid. *in fiſſuras.*

℣. 8. Concinit Gr. niſi quòd hab. ἦλθοι..... εἰς ναόν, & *veniat..... in templum.* Mſ. S. Mich. *Dum deficeret anima mea, tui Domine commemoratus ſum: ut veniat ad te oratio mea ad templum ſanctum tuum.* Pſalt. Ambroſ. *In hoc quòd defecit anima mea à me, Domini memoratus ſum:* & *veniat oratio mea ad templum*, &c. Mſ. Luxov. *Quòd defecerit anima mea à me, Domini mei memoratus ſum*, & *veniat oratio mea ad templum ſ. tuum.*

℣. 9. Itidem Græcè. Mſ. verò S. Mich. habet: *Obſervantes vana & mendacia fruſtra, miſericordiam tuam derelinquerunt.* Mſ. Luxov. *Cuſtodientes vana & falſa, miſericordiam tuam dereliquerunt.* Pſalt. Ambroſ. *Obſervantes vana & falſa, miſeric. ſuam dereliq.* Gr. ἔλεος αὐτῶν, &c.

℣. 10. Ita de Græco ad verbum, præter unum *ſalutare*, loco ζωτηρίῳ, *ſalutaris.* Pſalt. Ambroſ. legit: *Ego autem cum voce confeſſionis & ſupplicationis immolabo tibi: quæcunque vovi, reddam tibi ſalvatori meo Domino.* Mſ. Luxov. *Ego autem cum voce laudationis & confeſſionis ſacrificabo tibi: quæ vovi, reddam tibi Deo ſalutari meo Domino.* Mſ. S. Mich. *Ego autem in vocem laudis & confeſſionis ſacrificabo tibi:* & *reddam quæ vovi tibi, ſacrificium pro ſalute Domino.* Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1196. d. *Cum voce laudis & confeſſionis ſupplico tibi.*

℣. 11. Græc. Καὶ προσετάγη ἀπὸ Κυρίου τῷ κήτει καὶ ἐξέβαλε τὸν Ἰωνᾶν ἐπὶ τὴν ξηράν· i. e. *Et à Domino præceptum eſt ceto:* & *ejecit Jonam ſuper ſiccam.* Lucif. cal. l. 2. pro S. Athan. p. 213. c. *Præceptum eſt ceto:* & *rejecit Jonam ſuper terram.* Maxim. Taurin. in homil. p. 25. c. *Et præcepit Dominus piſci:* & *evomuit Jonam in aridam.* Mſ. quoque Barb. hab. Καὶ προσέταξε Κύριος τῷ κήτει. Alex. Καὶ προσετάγη τῷ κήτει.

Digitized by Google

CAPUT III.

Vulgata nova.

1. ET factum eſt verbum Domini ad Jonam ſecundò, dicens :

2. Surge, & vade in Niniven civitatem magnam : & prædica in ea prædicationem, quam ego loquor ad te.

3. Et ſurrexit Jonas, & abiit in Niniven juxta verbum Domini : & Ninive erat civitas magna itinere trium dierum.

4. Et cœpit Jonas introire in civitatem itinere diei unius : & clamavit, & dixit : Adhuc quadraginta dies, & Ninive ſubvertetur.

Matth. 12. 41. *Luc.* 11. 32. 5. Et crediderunt viri Ninivitæ in Deum : & prædicaverunt jejunium, & veſtiti ſunt ſaccis à majore uſque ad minorem.

6. Et pervenit verbum ad regem Ninive : & ſurrexit de ſolio ſuo, & abjecit veſtimentum ſuum à ſe, & indutus eſt ſacco, & ſedit in cinere.

7. Et clamavit, & dixit in Ninive ex ore regis & principum ejus, dicens : Homines, & jumenta, & boves, & pecora non guſtent quidquam : nec paſcantur, & aquam non bibant.

Versio antiqua.

1. ET factus eſt ſermo Domini ad Jonam ſecundò, dicens : *Hieron. in Jon. 3. col. 1405.*

2. Surge, & vade in Niniven civitatem magnam : & prædica in ea juxta prædicationem priorem, quam ego locutus ſum ad te.

3. Et ſurrexit Jonas, & abiit in Niniven, ſicut ei locutus fuerat Dominus : erat autem Ninive civitas magna Deo, quaſi itinere viæ dierum trium.

4. Et cœpit Jonas ingredi civitatem quaſi itinere unius diei : & prædicavit, & dixit : Adhuc tres dies, & Ninive ſubvertetur. *col. 1427.*

5. Et crediderunt viri Ninivitæ in Deum : & prædicaverunt jejunium, & veſtiti ſunt ſaccis à majore uſque ad minorem.

6. Et appropinquavit ſermo ad regem Ninive : & ſurrexit de throno ſuo, & abſtulit ſtolam ſuam à ſe, & coopertus eſt ſacco, & ſedit in cinere. *col. 1428.*

7. Et prædicatum eſt Ninive à rege, & à majoribus omnibus ejus, dicentibus : Homines, & jumenta, & boves, & oves non guſtent quidquam : nec paſcantur, & aquam non bibant.

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Concinit Græc. ad verbum. Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 213. c. legit : *Et factum eſt verbum Domini ad Jonam iterum, dicens.*

℣. 2. Eadem exhibet Græc. edit. Rom. deletâ unâ conjunct. καὶ, poſt 1. *ſurge ;* ſed addunt Ald. & Compl. cum Mſ. Alex. Similiter apud Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 213. c. *Surge, & vade*, &c. quæ ſupra, præter unum *ſecundùm*, pro *juxta*.

℣. 3. Conſonat Græc. niſi quòd tollit *ei*, ante *locutus fuerat*. Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 213. c. legit : *Et ſurrexit Jonas, & abiit in Niniven, ſecundùm quæ locutus eſt Dominus ei : erat autem Ninive civitas magna à Deo, ſicut iter tridui.* Similiter apud Tichon. reg. 4. p. 58. b. *erat Ninive civitas magna à Deo ;* Mſ. Rem. *Nineve civitas magna Dei.* Apud Auguſt. l. 2. cont. Gaud. to. 9. 674. e. *Surrexit Jonas, & abiit in Ninivem : Ninive autem civitas magna erat, quaſi viæ tridui.*

℣. 4. Sic iterum in Græco. Ad hoc autem, *Adhuc tres dies*, Theodoretus ait, Nobilio teſte, Aquilam, Symm. Theod. *quadraginta* dixiſſe dies : *conſentiunt etiam his*, inquit, *Syrus & Hebræus :* & poſt pauca : *Credibile autem eſt etiam LXX. concordem aliis poſuiſſe numerum ; ſed, qui ab initio ſcripſerunt, erraſſe in hoc, ac deinceps in omnia exemplaria permanaſſe editionem :* Εἰκὸς δὲ καὶ τοὺς Ο. σύμφωνον τοῖς ἄλλοις τεθεικέναι τὸν ἀριθμόν· τοὺς δὲ, τὴν ἀρχὴν ἐγκαταμάνας, ἁμαρτεῖν περὶ τοῦτο, εἶτα οὕτω γενέσθαι πᾶσιν τῶν ἀντιγράφων τὴν ἔκδοσιν. Hieron. etiam in comment. ait : *Trinus numerus, qui ponitur à LXX. non convenit pœnitentiæ ; & ſatis miror cur ita translatum ſit, cùm in Hebræo nec litterarum, nec ſyllabarum, nec accentuum, nec verbi ſit ulla communitas ;* tres *enim dicuntur* ſalos, & quadraginta, arbaim : attamen ipſe l. 3. cont. Pelag. to. 4. 536. f. legit : *Adhuc tres dies, & Ninive ſubvertetur.* Auguſt. verò quæſt. 169. in Gen. to. 3. 420. c. utramque ſcripturam cùm ex Hebr. tum ex LXX. admittit, dicens : *In Hebræo de Ninivitis apud Jonam prophetam ſcriptum :* Quadraginta dies, & Ninive evertetur..... *nec tamen putandum eſt iſtum numerum luctui pœnitentiam tantummodo convenire : nec LXX. Interpretes, quos legere conſuevit Eccleſia, erraſſe credendi ſunt, ut non dicerent*, Quadraginta dies, *ſed* Triduum, & Ninive evertetur. *Majore quippe auctoritate præditi quàm interpretum officium eſt, prophetico ſpiritu, quo etiam ore uno in ſuis interpretationibus, quod magnum miraculum fuit, conſonuiſſe firmantur*, triduum *poſuerunt, quamvis non ignorarent quòd* dies quadraginta *in Hebræis codicibus legerentur..... Non ergo dicamus unum borum falſum eſſe, & pro aliis Interpretibus adversùs alios litigemus ; cùm & illi, qui ex Hebræo interpretantur, probent nobis hoc ſcriptum eſſe quod interpretantur ; & LXX. Interpretum auctoritas, quæ tanto etiam divinitus facto miraculo commendatur, tanta in eccleſiis vetuſtate firmetur.* Non prætermittenda quoque illa quæ Auguſt. l. 18. de civit. Dei, c. 44. to. 7. 526. d. ita perſequitur, conciliandæ utriuſque hujus ſcripturæ gratiâ : *Quomodo ſciam*, inquit, *quid Jonas propheta dixerit Niniviis, utrùm* Triduum, & Ninive evertetur, *an* Quadraginta dies ? *quis enim non videat non potuiſſe utrumque tunc dici à Propheta..... Si ergo à me quæritur quid borum Jonas dixerit, hoc puto potius quod legitur in Hebræo :* Quadraginta dies, & Ninive evertetur. *LXX. quippe longè poſteriùs interpretati, aliud dicere potuerunt, quod tamen ad rem pertineret, & in unum eundemque ſenſum, quamvis ſub altera ſignificatione, concurreret..... propter quod utroque numero ſignificari convenientiſſimè potuit ; quorum unum per Jonam prophetam, alterum per LXX. Interpretum prophetiam, tamen unus atque idem ſpiritus dixit. Longitudinem fugio, ut non hæc per multa demonſtrem in quibus ab Hebraïca veritate putantur LXX. Interpretes diſcrepare, & bene intelledi inveniuntur eſſe concordes. Unde etiam ego pro meo modulo veſtigia ſequens Apoſtolorum, quia & ipſi ex utriſque, id eſt, ex Hebræis, & ex LXX. teſtimonia prophetica poſuerunt, utraque auctoritate utendum putavi, quoniam utraque una atque divina eſt.* Ipſe etiam l. contra Gaud. to. 9. 674. e. legit : *Et cœpit Jonas ingredi civitatem quaſi unius diei iter : & prædicavit, & ait : Adhuc triduum, & Ninive ſubvertetur.* Similiter Victor Tun. apud Ambr. p. 593. c. *Poſt triduum, Ninive & civitas ſubvertetur.* Item Gaud. Brix. ſerm. 3. p. 948. g. *Adhuc triduum, & Ninive evertetur.* Lucif. Cal. verò l. 2. pro S. Athan. p. 213. c. *Et cœpit Jonas introire in civitatem ſicut iter diei unius : & prædicavit, & dixit : Adhuc quinquaginta dies, & Ninive ſubvertetur.*

℣. 5. Hieron. hîc unam Verſionem Lat. refert, nec fontem indicat, Hebr. an Græcum : unus etiam vix differt ab altero. Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 213. c. ita legit : *Et crediderunt viri Ninivitæ Deo : & prædicaverunt jejunium, & veſtierunt ſe cilicio à maximo uſque ad minimum eorum.* Auguſt. l. 2. cont. Gaud. to. 9. 674. f. *Et crediderunt viri Ninivitæ Domino : & indixerunt jejunium, & ſaccos induerunt à majore uſque ad minorem.* Gr. Καὶ ἐπίστευσαν οἱ ἄνδρες Νινευὶ τῷ Θεῷ· καὶ ἐκήρυξαν νησείαν, καὶ ἐνεδύσαντο σάκκους ἀπὸ μεγάλου αὐτῶν ἕως μικροῦ αὐτῶν· Mſ. Alex. delet 1. αὐτῶν.

℣. 6. Sic habetur in Græco. Lucifer Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 213. c. ita legit : *Et pervenit verbum uſque ad regem Ninive : & ſurrexit de ſede ſua, & abſtulit à ſe ſtolam ſuam, & circumdedit ſe cilicio, & ſedit ſuper cinerem.* Auguſt. l. 2. cont. Gaud. to. 9. p. 674. f. *Cùmque perveniſſet ſermo ad regem civitatis Ninive, ſurrexit de ſede ſua, & detraxit ſibi veſtimenta, & ſe circumdedit ſacco, & conſedit in cinere.*

℣. 7. Lucif. Cal. ubi ſupra : *Et prædicatum eſt à rege Ninive, & à magiſtratibus illius, dicens : Homines, & pecudes, & boves, & oves nihil guſtent : ſed nec veſcantur, & aquam non bibant.* Auguſt. l. 2. cont. Gaud. to. 9. 674. f. *Prædicaturque à rege, & à potentibus, dicens : Homines, & jumenta, & oves, & boves non guſtent quidquam :*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Hieron. ubi sup. 8. Et cooperti sunt saccis homines, & jumenta, & clamaverunt ad Dominum vehementer, & reversus est unusquisque de via sua mala, & ab iniquitate, quæ erat in manibus eorum, dicentium :	8. Et operiantur saccis homines, & jumenta, & clament ad Dominum in fortitudine, & convertatur vir à via sua mala, & ab iniquitate, quæ est in manibus eorum.
9. Quis scit si convertatur Deus, & exhortetur : & avertatur ab ira furoris sui, & non pereamus?	9. Quis scit si convertatur & ignoscat Deus : & revertatur à furore iræ suæ, & non peribimus? *Jer. 18. 11.*
col. 1489. 10. Et vidit Deus opera eorum, quoniam reversi sunt de viis suis malis : & egit pœnitentiam Deus super malitia, quam locutus fuerat ut faceret eis, & non fecit.	10. Et vidit Deus opera eorum, quia conversi sunt de via sua mala : & misertus est Deus super malitiam, quam locutus fuerat ut faceret eis, & non fecit. *Joel. 2. 14.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

nec pascantur, & *aquam non bibant*. Edit. Rom. Καὶ ἐκπεμφθῇ, καὶ ἐρρέθη ὡς τῇ Νινευὴ παρὰ τοῦ βασιλέως, καὶ παρὰ τῶν μεγιστάνων αὐτοῦ, λέγων· Οἱ ἄνθρωποι, &c. ut in textu. Ed. Compl. delet hoc, καὶ ἐρρέθη, additque post paulò, πάντων, ad 2. παρά; Ald. verò, loco λέγων, hab. ἀσιτούντων; quæ omnia textui nostro favent.

℣. 8. Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 213. c. *Et circumdederunt se cilicio homines*, & *proclamaverunt homines*, & *pecudes apud Deum instanter*, & *reversi sunt unusquisque à via sua mala*, & *ab iniquitate manuum suarum*, *dicentes*. Græcè : Καὶ περιεβάλοντο σάκκους οἱ ἄνθρωποι, καὶ τὰ κτήνη, καὶ ἀνεβόησαν πρὸς τὸν Θεὸν ἐκτενῶς, καὶ ἀπέστρεψαν ἕκαστος ἀπὸ τῆς, &c. ut supra. August. l. 2. cont. Gaud. to. 9. 674. f. *Et induti sunt saccos homines*, & *jumenta*, *proclamaverunt ad Dominum impensè*, & *aversus est unusquisque à via nequitiæ suæ*, & *iniquitatis*, *quam in manibus habebat*. Iren. l. 3. c. 20. p. 213. d. & *reversi sunt unusquisque à via sua mala*, & *injustitia*, *quæ erat in manibus eorum*, *dicentes*.

℣. 9. Græc. Vat. sic hab. Τίς οἶδεν εἰ μετανοήσει ὁ Θεός· καὶ ἀποστρέψει ἐξ ὀργῆς, &c. ut in Lat. Ald. verò edit. pro μετανοήσει ὁ Θεὸς, leg. ἐπιστρέψει ὁ Θεὸς, καὶ παύσεται· dein, καὶ ἀποστρέψει, &c. quæ supra. Iren. l. 3. c. 20. p. 213. d. *Quis scit si pœnitebit Deus*, & *avertat iram suam à nobis*, & *non peribimus?* Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 213. c. *Quis scit si convertatur & ignoscat Deus : & revertatur ab ira furoris sui*, & *non peribimus?*

℣. 10. Eadem leguntur Græcè. Apud Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 213. c. ita : *Et vidit Deus opera illorum*, *quia reversi sunt unusquisque à via sua mala* : & *pœnituit Deum de malignitate*, *quam locutus est facere eis*, & *non fecit*. Apud Hieron. in Amos 3. col. 1391. a. *Et vidit Deus opera eorum*, *quia conversi essent à viis suis pessimis* : & *pœnituit eum super malitia*, *quam locutus est ut faceret eis*. Tertul. l. 2. cont. Marc. p. 653. a. & *pœnituit Dominum de malitia*, *quam dixerat facturum se illis*, *nec fecit*.

CAPUT IV.

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Hieron. in Jon. 4. col. 1490. 1. ET contristatus est Jonas tristitia grandi, & confusus est :	1. ET afflictus est Jonas afflictione magna, & iratus est :
2. oravitque ad Dominum, & ait : O Domine, nonne isti sunt sermones mei, cùm adhuc essem in terra mea? propterea præoccupavi fugere in Tharsis : scio enim quòd tu misericors & miserator, patiens & multæ misericordiæ, & agens pœnitentiam super malitiis.	2. & oravit ad Dominum, & dixit : Obsecro Domine, nunquid non hoc est verbum meum, cùm adhuc essem in terra mea? propter hoc præoccupavi ut fugerem in Tharsis : scio enim quia tu Deus clemens & misericors es, patiens & multæ miserationis, & ignoscens super malitia. *Psalm. 85. 5. Joel. 2. 13.*
3. Et nunc Dominator Domine tolle animam meam à me : quia melius est mihi mori, quàm vivere.	3. Et nunc Domine tolle quæso animam meam à me : quia melior est mihi mors quàm vita.
col. 1491. 4. Et dixit Dominus ad Jonam : Vehementer contristatus es tu.	4. Et dixit Dominus : Putasne bene irasceris tu?
5. Et egressus est Jonas de civitate, & sedit contra orientem civitatis : & fecit sibimet umbraculum ibi, & sedebat subter illud in umbra, donec videret quid accideret civitati.	5. Et egressus est Jonas de civitate, & sedit contra orientem civitatis : & fecit sibimet umbraculum ibi, & sedebat subter illud in umbra, donec videret quid accideret civitati.
col. 1492. 6. Et præcepit Dominus Deus cucurbitæ, & ascendit super caput Jonæ, ut esset umbraculum super caput ejus, & protegeret eum à suis malis :	6. Et præparavit Dominus Deus hederam, & ascendit super caput Jonæ, ut esset umbra super caput ejus, & protegeret eum (laboraverat enim :)

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Consonat Græc. ad verbum. Lucif. Calar. l. 2. pro S. Athan. p. 213. c. legit : *Et contristatus est Jonas tristitiâ magnâ*, & *confundebatur*.

℣. 2. Eadem rursum in Græco, nisi hoc excipiatur, διότι ἔγνων, *quia sciebam*, pro *scio enim*. Hieron. ibid. ait : *Hoc quod nos interpretati sumus*, Obsecro, & *LXX. transtulerunt* Ὦ δή, *in Hebr. legitur* Anna; *quæ mihi videtur interjectio deprecantis significare blandientis affectum* : in Mss. Vatic. non Ὦ δὴ, sed Ὦ Κύριε. Similiter apud Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 213. c. *Et oravit apud Deum*, *dicens* : *O Domine*, *nonne hæc sunt verba mea*, *cùm adhuc essem in terra? ideo præoccupaveram fugere in Tharsis* : *quoniam scivi quia tu miserator* & *benevolus*, *patiens* & *misericors*, & *pœnitens in malignitatibus*. Tertul. l. 2. cont. Marc. p. 653. b. *propterea præveni profugere in Tharsos* : *quia cognoveram te esse misericordem* & *miserescentem*, *patientem* & *plurimum misericordiæ*, *pœnitentem malitiarum*.

℣. 3. Suffragatur edit. Rom. nisi quòd habet in fine, ὅτι καλὸν τὸ ἀποθανεῖν με ἢ ζῆν με· *quia melius est mori me*, *quàm vivere me*. Maxim. Taurin. in homil. p. 25. a. *Tolle igitur Domine animam meam* : *quia melior est mihi mors quàm vita*.

℣. 4. Sic in Gr. Vatic. est, hoc excepto minimo, Εἰ σφόδρα, *Si vehementer* : abest tamen εἰ, à multis, si Nobilio fides.

℣. 5. Versio una Lat. hìc apponitur ab Hieronymo; de fonte, quo prodierit, Hebraïco, an Græco, omnino silet. Ut ut est, in Gr. ed. Rom. hæc variant sola; nempe pro *contra orientem civitatis*, legitur ἀπέναντι τῆς πόλεως· sed in Compl. κατ' ἀναλολὰς, absque voce *civitatis* : Rom. addit : καὶ ἐπολιόρκει αὐτῷ ἐκεῖ σκηνήν· Mss. Alex. ἐκεῖ σκηνὴν ἑαυτῷ· Compl. ἑαυτῷ σκηνήν· denique à Rom. abest τὸ *in umbra* : & pro *accideret*, ponitur ἔσαι, *esset*, quod idem sonat; in Mss. Alex. & Compl. ἐν σκιᾷ, ἕως ἂν ἀπίδῃ τί ἔσαι, &c.

℣. 6. Eodem modo legitur Græcè, hoc excepto levi, τοῦ σκιάζειν, *ut protegeret*, loco & *protegeret*. Hieron. ubi sup. ad vocabulum *cucurbitæ*, quo in ed. Rom. est κολοκύνθη, ait : *Pro* cucurbita, *sive* hedera, *in Hebræo legimus* ciceion..... *Est autem genus virgulti*, *vel arbusculæ*, *lata habens folia in modum pampini*, & *umbram densissimam*,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.	
& lætatus eſt Jonas ſuper hedera, lætitia magna.	lætatuſque eſt Jonas ſuper cucurbita, gaudio magno.	*Hieron. ubi ſup.*
7. Et paravit Deus vermem aſcenſu diluculi in craſtinum : & percuſſit hederam, & exaruit.	7. Et præcepit Deus vermi manè in craſtinum : & percuſſit cucurbitam, & arefacta eſt.	*col.* 1493.
8. Et cùm ortus fuiſſet ſol, præcepit Dominus vento calido & urenti : & percuſſit ſol ſuper caput Jonæ, & æſtuabat : & petivit animæ ſuæ ut moreretur, & dixit : Melius eſt mihi mori, quàm vivere.	8. Statimque ut ortus eſt ſol, præcepit Dominus ſpiritui ardoris urenti : & percuſſit ſol ſuper caput Jonæ, & anguſtiatus eſt : & tæduit eum animæ ſuæ, & dixit : Melius eſt mihi mori, quàm vivere.	
9. Et dixit Dominus ad Jonam : Putaſne bene iraſceris tu ſuper hedera ? Et dixit : Bene iraſcor ego uſque ad mortem.	9. Et dixit Dominus Deus ad Jonam : Valde contriſtaris tu ſuper cucurbita ? Et ait : Valde contriſtor ego uſque ad mortem.	*col.* 1494.
10. Et dixit Dominus : Tu doles ſuper hederam, in qua non laboraſti, neque feciſti ut creſceret : quæ ſub una nocte nata eſt, & ſub una nocte periit.	10. Et dixit Dominus : Tu pepercisti ſuper cucurbita, pro qua non laboraſti, neque nutriſti eam : quæ nata eſt in nocte, & in nocte periit.	
11. Et ego non parcam Ninive civitati magnæ, in qua ſunt pluſquam centum viginti millia hominum, qui neſciunt quid ſit inter dexteram & ſiniſtram ſuam, & jumenta multa ?	11. Ego autem non parcam Ninive civitati magnæ, in qua habitant pluſquam duodecim myriades virorum, qui ignorant dexteram & ſiniſtram ſuam, & pecora multa ?	

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ſuo trunco ſe ſuſtinens..... Nos eodem tempore, quo interpretabamur Prophetas, voluimus idipſum Hebræa linguæ nomen exprimere, quia ſermo Latinus hanc ſpeciem arboris non habebat ; ſed timuimus Grammaticos, ne invenirent licentiam commentandi..... ſecutique ſumus veteres Tranſlatores, qui & ipſi hederam *interpretati ſunt, quæ Græcè appellatur κικάῤῥ ; aliud enim quod dicerent, non habebant.* Aquila, & Theodot. vertunt κυκεῶνα ; Symmac. κισσὸν.

℣. 7. Itidem Græcè. Hieron. in Iſai. 45. col. 337. a. leg. *Præcepit vermi matutino.* Auguſt. l. 9. de Gen. ad lit. to. 3. 252. d. *Huic legimus*, inquit, *divinitus juſſum, ut radicem cucurbitæ roderet, ſub cujus umbraculo Prophetæ requieverat.*

℣. 8. Græc. Καὶ ἐγένετο ἅμα τῷ ἀνατεῖλαι τὸν ἥλιον, καὶ προσέταξεν ὁ Θεὸς πνεύματι καύσωνι (Mſs. Alex. & Compl. καύσωνος) ζυγκαίοντι· reliqua ſimilia. Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. p. 742. c. *Et factum in craſtino, oriente ſole, præcepit Deus ſpiritui uſtionis : & percuſſit ſol ſuper caput Jonæ, & æſtuabat.* Rurſum Hieron. in Iſai. 45. col. 337. a. *Præcepit Dominus ſpiritui comburenti :* & in Iſai. 9. col. 84. c. *Jonas*, inquit, *contriſtatur quod ita ſalvati ſint Niniviteæ, ut cucurbita, ſive ciceion aruerit.*

℣. 9. Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 213. d. *Et dixit Deus ad Jonam : Si valde contriſtatus es tu ſuper cucurbitam ?* (ſupp. Et ait :) *Valde contriſtatus ſum uſque ad mortem.* Ita quoque in Gr. eſt, addito uno ὴ εἶπε, poſt *cucurbitam :* abeſt autem ab ed. Ald. partic. *ſi*, *ſi*, poſt *Jonam.* Apud Ambr. ep. 20. col. 859. a. legitur : *Si triſtis es pro cucurbita ? Reſpondit Jonas : Triſtis.*

℣. 10. Sic iterum in Græco, niſi quòd ſubjicitur ἐπ' αὐτῷ, *ſuper eam*, verbo *laboraſti ;* & pro duplici *in nocte*, habetur ὑπὸ νύκτα, *ſub noctem.* Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 213. d. legit : *Et dixit Dominus : Tu pepercisti cucurbitæ, in qua non laboraſti, neque nutriſti eam : quæ ſub nocte nata eſt,* & *per noctem perit.* Hieron. l. 3. cont. Pelag. to. 4. 537. a. ut in Vulg. ſicut verſu ſequenti.

℣. 11. Lucif. Cal. l. 2. pro S. Athan. p. 213. e. *Ego autem non parcam in Ninive civitatem magnam, in qua habitant pluſquam centum viginti millia hominum, qui neſciunt quid ſit inter dexteram aut ſiniſtram ?* Similiter in Gr. præter ult. οἵτινες οὐκ ἔγνωσαν διεξιὼν αὐτῶν ἢ ἀριστερὰν αὐτῶν, καὶ κτήνη πολλά ; Ambroſiaſt. p. 141. a. *Non parcam civitati, in qua habitant pluſquam centum viginti millia hominum,* & *pecora multa ?*

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore FRANCISCO LUCA Brugenſi.

JONAS.

CAP. I. ℣. 11. Quia mare ibat & intumeſcebat. *Quod ſubjiciunt quidam libri* ſuper eos, *non eſt hujus verſiculi, ſed decimi tertii.*

℣. 12. Tempeſtas hæc grandis venit ſuper vos. *Patres addendum cenſuerunt verbum* venit ; *pro quo quidam libri verbum ſubſtantivum* eſt *legunt : nam alii neutrum habent.*

Digitized by Google

CAPITULA MICHÆÆ PROPHETÆ,

JUXTA VETER. EDIT. LATINAM EX LXX. INTERP.

Ex Mſs. codd. S. Petri 3. & Vatic. 4220. edita à Joſepho Maria Caro presb. Romæ, 1688.

I. *ET movebuntur* (al. *commovebuntur*) *montes ſub eo, & valles ut cera liqueſcent.* c. 1. ℣. 4.

II. *Et facient planctum velut draconum.* c. 1. ℣. 8.

III. *Et concupiſcebant agros, & diripiebant pupillos.* c. 2. ℣. 2.

IV. *Ecce ego cogito ſuper tribum iſtam malum.* c. 2. ℣. 3.

V. *Propter hoc duces populi mei projicientur de domibus ſuis.* c. 2. ℣. 9.

VI. *Dominus ad Prophetas qui dicunt, Pax, nec erit* (al. *& non erat*) *pax.* c. 3. ℣. 5.

VII. *Qui ædificatis Sion in ſanguine.* c. 3. ℣. 10.

VIII. *Et erit in noviſſimis diebus palam mons Domini:* al. addit: *& lex de Sion prodiet.* c. 4. ℣. 1.

IX. *Congregabo contribulatam, & recipiam expulſam.* c. 4. ℣. 6.

X. *Surge, & tritura eos filia Sion.* c. 4. ℣. 13.

XI. *Et tu domus Bethlehem Eufrate.* c. 5. ℣. 2.

XII. *Et erit ei pax, cùm venerit Aſſyrius;* al. addit, *& ſeptem paſtores.* c. 5. ℣. 5.

XIII. *Et erit tanquam leo inter pecora;* al. addit, *& ſicut catulus leonis.* c. 5. ℣. 8.

XIV. *Quia judicium Domini ad populum ſuum;* al. addit, *& cum Iſraël diſputabat.* c. 6. ℣. 2.

XV. *Memor eſto quid adversùs te cogitaverit Balaac.* c. 6. ℣. 5.

XVI. *Quid à te Deus exquirit, niſi facere judicium?* c. 6. ℣. 8.

XVII. *Heu me, quoniam periit* (al. *peribit*) *de terra timor;* al. addit, *& omnes in ſanguine.* c. 7. ℣. 1.

XVIII. *Heu mihi anima, quia periit metuens à terra.* c. 7. ℣℣. 1. 2.

XIX. *Nolite confidere in amicis, neque ſperare in ducibus.* c. 7. ℣. 5.

XX. *Nolite gaudere ſuper me, inimica mea.* c. 7. ℣. 8.

XXI. *Ex Ægypto oſtendam, & mirabilia videbunt nationes.* c. 7. ℣. 15.

XXII. *Quia volens miſericordiam, & ipſe revertetur.* c. 7. ℣℣. 18. 19.

Digitized by Google

PROPHETIA

* MICHÆÆ.

CAPUT PRIMUM.

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.
1. VERBUM Domini, quod factum eſt ad Michæam Moraſthiten, in diebus Joathan, Achaz, & Ezechiæ, regum Juda: quod vidit ſuper Samariam, & Jeruſalem.	1. VERBUM Domini, quod factum eſt ad Michæam Moraſthiten, in diebus Joatham, Achaz, & Ezechiæ, regum Juda: de quibus vidit ſuper Samariam, & Jeruſalem. *Hieron. in Mich. 1. col. 1495. ſec. Lxx.*
2. Audite populi omnes, & attendat terra, & plenitudo ejus: & ſit Dominus Deus vobis in teſtem, Dominus de templo ſancto ſuo. *Deuter. 32. 1. Iſai. 1. 2.*	2. Audite populi omnes, & auſcultet terra, & omnes qui ſunt in ea: & ſit Dominus Deus vobis in teſtimonium, Dominus ex domo ſancta ſua. *col. 1497.*
3. Quia ecce Dominus egredietur de loco ſuo: & deſcendet, & calcabit ſuper excelſa terræ. *Iſai. 26. 21.*	3. Ecce enim Dominus egredietur de loco ſuo: & deſcendet, & aſcendet ſuper excelſa terræ. *col. 1498.*
4. Et conſumentur montes ſubtus eum: & valles ſcindentur ſicut cera à facie ignis, & ſicut aquæ, quæ decurrunt in præceps.	4. Et commovebuntur montes ſubter cum: & valles tabeſcent ſicut cera à facie ignis, & ſicut aqua profluens in deſcenſum.
5. In ſcelere Jacob omne iſtud, & in pecca-	5. Propter impietatem Jacob omnia hæc, &

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Hieron. præf. in hunc Proph. ait: *Michæas, in quem nunc commentarios dictare cupio, in ordine 12. Prophetarum, ſecundùm LXX. Interpretes tertius eſt, ſecundùm Hebraïcum ſextus, & ſequitur Jonam prophetam, qui ſuccedit Abdiæ; atque ita ſit ut tertius ſit Amos, & Joel ſecundus poſt Oſee, qui apud omnes primus eſt.*

℣. 1. Hîc verſionem unam profert Hieron. ex Hebræo: extremò tamen ad hæc: *quod vidit ſuper Samariam*, &c. addit: *ſive juxta LXX. De quibus vidit ſuper Samariam, & Jeruſalem.* Græcè pariter: Καὶ ἐγένετο λόγος Κυρίου πρὸς Μιχαίαν τὸν τοῦ Μωρασθεί, ἐν ἡμέραις Ἰωάθαμ, καὶ Ἄχαζ, καὶ Ἐζεκίου βασιλέων Ἰούδα· ὑπὲρ ὧν (Mſ. Barb. cum ed. Ald. περὶ ὧν) εἶδε περὶ Σαμαρείας, καὶ περὶ Ἰερουσαλήμ. Item apud Ambroſ. epiſt. 70. col. 1063. b. *in diebus Joathan, & Achaz, & Ezechiæ, regum Juda.*

℣. 2. Edit. Rom. initio hab. Ἀκούσατε λαοὶ λόγους, *Audite populi verba*, non *populi omnes*; paulòque poſt, καὶ ἔσται Κύριος Κύριος ἐν ὑμῖν, & *erit Dominus Dominus in vobis*; reliqua ut ſupra. Ald. verò & Compl. cum Mſ. Barb. Ἀκούσατε λαοὶ πάντες λόγους· ſubinde Ald. καὶ ἔσω Κύριος ὑμῖν· Compl. καὶ ἔσται Κύριος ὁ Θεὸς ἐν ὑμῖν. Hilar. in Pſ. 64. p. 166. d. *Audite populi omnes, & attendat terra, & omnes habitantes in ea: & erit vobis Dominus Deus in teſtimonium, Dominus de domo ſancta ſua.*

℣. 3. Sic habet edit. Rom. præter hoc 1. Διότι ἰδοὺ Κύριος· ſubinde à Mſ. Barb. abeſt καὶ ἀναβήσεται; ſed in marg. ſic hab. Ἐξ· καὶ ἀναβήσεται; edit. Rom. καὶ ἐπιβήσεται. Breviar. Moz. ad Dom. Adv. *Quia Dominus egrediens de loco ſuo, deſcendet conculcans extrema terræ.* Hilar. in Pſ. 64. col. 166. d. *Propter quod ecce Dominus deſcendet de loco ſuo: deſcendet ſuper excelſa terræ.* Ambroſ. in Pſ. 43. col. 899. e. *Ecce Dominus procedet de loco ſuo: & deſcendet, & aſcendet ſuper excelſa terræ.* Eucher. quæſt. in Mich. *Ecce Dominus exit de loco ſancto ſuo: & deſcendit, & incedit ſuper excelſa terræ.* Hieron. in Ezech. 3. col. 715. a. *Ecce Dominus egredietur de loco ſuo: & deſcendet ſuper excelſa terræ.*

℣. 4. Itidem Græcè, niſi id excipiatur ult. ἐν καταβάσει, *in deſcenſu.* Hilarius in Pſ. 64. col. 166. d. legit: *Et conteret montes ſubtus ſe: & valles liqueſcent tanquam cera à facie ignis:* deinde, *Propter*, &c. de ℣. ſeq. omiſſis intermediis. Ambroſ. in Pſ. 43. col. 899. e. *Et movebuntur montes ſub eo: & valles liqueſcent.* Hieron. in Ezech. 3. col. 715. a. *Et commovebuntur montes ſubter eum: & valles tabeſcent ſicut cera à facie ignis, & ſicut aqua, quæ defertur in præceps:* & in Mich. 1. col. 1498. b. *Et conſumentur, ſive tabeſcent montes, & valles ſub eo.*

℣. 5. Eadem fert Græc. ed. Rom. excepta voce *de-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Hieron. ubi ſup. propter peccatum domus Iſraël : quæ eſt impietas domus Jacob ? nonne Samaria ? & quod eſt peccatum domus Juda ? nonne Jeruſalem ?	tis domus Iſraël : quod ſcelus Jacob ? nonne Samaria ? & quæ excelſa Judæ ? nonne Jeruſalem ?
col. 1499. 6. & ponam Samariam in pomorum cuſtodiam in agro, & in plantationem vineæ : & detraham in voraginem lapides ejus, & fundamenta ejus revelabo.	6. & ponam Samariam quaſi acervum lapidum in agro cùm plantatur vinea : & detraham in vallem lapides ejus, & fundamenta ejus revelabo.
7. Et cuncta ſculptilia ejus concident, & univerſæ mercedes ejus comburentur igni, & cuncta idola ejus ponam in perditionem : quia ex mercedibus fornicationis congregavit, & ex mercedibus fornicationis deſtruxit.	7. Et omnia ſculptilia ejus concidentur, & omnes mercedes ejus comburentur igne, & omnia idola ejus ponam in perditionem : quia de mercedibus meretricis congregata ſunt, & uſque ad mercedem meretricis revertentur.
8. Propter hoc planget, atque lugebit : ibit diſcalciata, & nuda : faciet planctum quaſi draconum, & luctum quaſi filiæ ſirenarum.	8. Super hoc plangam, & ululabo : vadam ſpoliatus, & nudus : faciam planctum velut draconum, & luctum quaſi ſtruthionum.
9. Quia obtinuit plaga ejus, quia venit uſque ad Judam, & tetigit uſque ad portam populi mei uſque Jeruſalem.	9. Quia deſperata eſt plaga ejus, quia venit uſque ad Judam, tetigit portam populi mei uſque ad Jeruſalem.
col. 1501. 10. Qui in Geth, nolite magnificari ; qui in Bachim, nolite reædificare ex domo deriſum : terrâ aſpergite deriſum veſtrum :	10. In Geth nolite annuntiare, lacrymis ne ploretis, in domo Pulveris pulvere vos conſpergite.
11. quæ habitas bene civitates ejus : non eſt egreſſa habitatrix Sennan : plangite Domum juxta eam, accipiet ex vobis plagam doloris.	11. Et tranſite vobis habitatio Pulchra, confuſa ignominiâ : non eſt egreſſa quæ habitat in exitu : planctum Domus vicina accipiet ex vobis, quæ ſtetit ſibimet.
12. Quis cœpit in bonum, quæ habitat in doloribus ? quia deſcenderunt mala à Domino ſuper portas Jeruſalem.	12. Quia infirmata eſt in bonum, quæ habitat in amaritudinibus : quia deſcendit malum à Domino in portam Jeruſalem.
13. Sonitus curruum & equitum, habitatio Lachis : princeps peccati eſt filiæ Sion, quia in te inventæ ſunt iniquitates Iſraël.	13. Tumultus quadrigæ ſtuporis habitanti Lachis : principium peccati eſt filiæ Sion, quia in te inventa ſunt ſcelera Iſraël.
14. Ideo dabit emiſſarios uſque ad hæreditatem Geth, domos vanas : fruſtra fuerunt regibus Iſraël :	14. Propterea dabit emiſſarios ſuper hæreditatem Geth : domus mendacii in deceptionem regibus Iſraël.
15. donec hæredes adducam tibi : quæ habitas *col. 1505.* Lachis, hæreditas uſque Odollam veniet. Gloria filiæ Iſraël,	15. Adhuc hæredem adducam tibi quæ habitas in Mareſa : uſque ad Odollam veniet gloria Iſraël.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

mûs, quæ abeſt ante *Jacob* ; at in Mſ. Alex. eſt οἶκυ Ἰακώϐ. Apud Hilar. in Pſ. 64. col. 166. d. ita : *Propter impietatem Jacob hæc omnia, propter peccata domûs Iſraël.*

℣. 6. Ita rurſum in Græco.

℣. 7. Editio Rom. pro *igni*, habet ἐν πυρὶ, *in igne* ; & pro *deſtruxit*, Συνίσρεψε, *convertit* ; cætera quadrant. Ed. verò Compl. delet ἐν, ante πυρὶ ; extremòque habet κατέσρεψε.

℣. 8. Conſonat Gr. niſi quòd pro *lugebit*, ponit Θρηνήσ, ad litt. *lamentabitur* ; & loco *filiæ*, pluraliter Θυγατέρων, *filiarum*.

℣. 9. Itidem Græcè.

℣. 10. Hieron. in comment. *Multùm*, inquit, *Hebraïcum à LXX. interpretatione diſcordat*, & magnis *tam mea, quàm illorum translatio difficultatibus involuta eſt* (ſcilicet hîc & in conſeqq. uſque ad ℣. 16.) Infra, col. 1503. e. LXX. verba reſumens ita refert : *qui in Bachim, nolite adificare de domo deriſum :* tum addit : *Bachim in noſtra lingua* planctum & fletum *ſonat..... exceptis LXX. omnes* κλαυθμὸν, *id eſt*, fletum *tranſtulerunt*. Græcè nunc : Οἱ ἐν Γὲθ, μὴ μεγαλύνεσθε· ἐν οἱ Ἐναχεὶμ, μὴ ἀνοικοδομεῖτε ἐξ οἴκυ κατὰ γέλωτα, γῆν καλαπάσασθε κατὰ γέλωτα ὑμῶν. Hieron. ſup. non legiſſe videtur, tanquam duas dictiones, κατὰ γέλωτα, ſed velut unam, καλαγέλωτα ; quam inf. ita explicat : *Quin potiùs intelligentes adificationem veſtram dignam eſſe deriſu, ruinis ejus & pulvere conſpergite capita veſtra :* & poſt pauca : *Quod mihi videtur hanc habere ſententiam : Vos qui ſuperbitis in Geth, & in Bachim, fruſtra domum riſu dignam adificare conamini, aſpergite vos pulvere*, &c. rurſum in Iſai. 5. col. 49. c. ita legit ex Michæa : *nolite adificare in domo deriſum :* at in Mich. 1. col. 1505. a. arguit *Geth peſſimam*, & *torcular venenorum, quod adificatur contra domum Dei, ubi ſunt vana domus*, inquit, *quæ adificata ſunt in deriſum*. Loco autem hujus in edit. Rom. ἐν οἱ Ἐναχεὶμ, id eſt, & *Enacim*, Mſ. Alex. ſimpliciter hab. οἱ Ἐναχεὶμ, abſque præced. ἐν ; Barberin. ἐν Ἀχείμ ; ed. Ald. ἐν Βαχείμ ; Compl. ἐν Βαχεῖν ; paulòque poſt, καλαγέλωτα ; Mſ. Alex. κατὰ γέλωλα ὑμῶν, ἀσέϐειαι.

℣. 11. Hieron. infra in comm. col. 1503. f. *Sequitur*, inquit : *Quæ habitat bene in civitatibus ſuis : non eſt egreſſa habitans in Sennam*, inf. *Sennan*. Græc. verò : Κατοικοῦσα καλῶς τὰς πόλεις αὐτῆς· οὐκ ἐξῆλθε καλοικοῦσα Σενναάρ· κόψασθαι οἶκον, &c. ut in Lat. ſup. Edit. Ald. ſcribit Σαννὰν, non Σενναάρ ; Compl. Σανὰν.

℣. 12. Græc. Τίς ἤρξατο εἰς ἀγαθὰ καλοικοῦσα ὀδύνας ; ὅτι, &c. id eſt, *Quis cœpit in bona ei, quæ habitat dolores ? quia*, &c. ut ſupra. Cyr. autem hab. καλοικοῦσα, non καλοικοῦσ ; & Compl. ἐν ὀδύναις.

℣. 13. Hieron. inf. in comm. col. 1504. f. ait : *Poſt hæc ſcriptum eſt : Quæ habitas Lachis*, non *habitatio Lachis* ; & verò in Græco eſt καλοικοῦσα Λαχεὶς· dein, ἀρχὴ υἱὸς ἁμαρτίας αὕτη ἐσι τῇ· ultimòque, ἀσέϐειαι τῷ Ἰσραὴλ· cæt. ut ſupra. Hieron. quoque in comm. dicit : & *in ipſa, hoc eſt, in Lachis, inventa ſunt impietates Iſraël... Princeps ergo peccati eſt filia Sion, quæ habitat in Lachis...* & *impietas Iſraël in his eſt, qui ſemper movent pedes ſuos*, &c.

℣. 14. Itidem Græcè, niſi hoc leviſſimum exceperis, εἰς κενὸν ἐγένοντο, loco *fruſtra fuerunt* ; Hieron. etiam inf. 1505. a. ait : & *iſtæ vana domus, in vanum facta ſunt regibus Iſraël :* ita ſanè vertit Nobilius : Hieron. poſt paulò addit, *his domus vana ſunt*, & *fruſtra exſtructa*.

℣. 15. Eadem prorſus in Græco Vatic. præter unum ἀγάγωσι, *adducant*, pro *adducam tibi* ; in Compl. ἀγάγωσί σοι ; in aliis verò, teſte Nobilio, ἀγάγω σοι· Hieronymus quoque in comm. col. 1505. a. ait : *His domus vana ſunt*, & *fruſtra exſtructa* ; & *tandiu perſeverantes, donec teneant eas hæredes, qui à Domino adducendi ſunt :* tum addit : *Poſt hæc ſequitur : Quæ habitas Lachis, hæreditas uſque Odollam veniet :* & infra : *Vel certè ita diſtinguendum, ut hoc quod dicitur*, quæ habitas Lachis, *ad ſuperiora referatur*, & *ſit ordo ac ſenſus : Adducam hæredes tibi de Eccleſia, quæ habitas Lachis.* Hoc autem ult. *gloria filia Iſrael*, adnectunt LXX. ſubſequentibus, *decalvare*, & *detondere*, &c. teſte Hieronymo, non verò antecedentibus his, *uſque Odollam veniet*, ut in Hebr. & Vulg. *Hoc*, inquit, *quod dictum eſt à LXX.* gloria filiæ Iſraël, *addentibus* filiæ, *Hebræi in fine ſuperioris capituli legunt : nobis autem, quia ſic voluiſtis*, & *ſemel ſuſcepimus, incumbit neceſſitas ita interpretari Scripturas, quomodo leguntur in Eccleſia*, & *nihilominus Hebraïcam non omittere veritatem :* idem inf. 1506. a. ſic explanat : O *anima humana ! ô urbs quondam ſanctorum mater, quæ priùs eras in paradiſo.....* &

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

16. Decalvare, & tondere ſuper filios deliciarum tuarum : dilata calvitium tuum ſicut aquila : quoniam captivi ducti ſunt ex te.

VERSIO ANTIQUA.

16. Decalvare, & detondere ſuper filios delicatos tuos : dilata calvitium tuum ſicut aquila : quoniam captivi ducti ſunt ex te. *Hieron. ubi ſup.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

habebas ſpecioſiſſimam comam, nunc quia projecta es..... radere, & aſſume habitum pœnitentiæ, &c. Ita verò *Symmachus tranſtulit*, eodem Hyeron. teſte: Ἔτι κληρόμον ἄξω καί σοι καλοικία Μάρεσα· ἕως Ὀδολὰμ ἥξει τῆς δόξης Ἰσραήλ· *hoc eſt*, Adhuc hæredem adducam & tibi habitatio Mareſa : uſque Odollam veniet gloriæ Iſraël, *hoc eſt*, quæ glorioſa es in urbibus Iſraël : & *ubi dicitur* gloriæ, *genitivus caſus ſit numeri ſingularis*, hujus gloriæ, & *non nominativus pluralis*, hæ gloriæ ; *vel certè ita intelligamus :* Captivitas Iſraël, quæ venit in Lachis, & Geth, & Mareſa, uſque Odollam quoque veniet : & *preſſius legendum* gloriæ Iſraël, *ut* κατὰ ἀντίφρασιν, *ignominiæ vel vaſtitas ſentiatur.*

℣. 16. Similiter in Græco Vatic. præter vocem χηρείαν, loco *calvitium* ; χηρεία autem, ad litt. *viduitas* ; & κερεία, *faſcia*. Mſ. Barberin. cum editt. Ald. & Compl. leg. ξύρησιν, *tonſuram* ; Aquila, & Symm. φαλάκρωσιν, ἀ φαλακρὸς, *calvus* ; hinc φαλακρόω, *calvum facio*.

CAPUT II.

VULGATA NOVA.

1. VÆ qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus veſtris : in luce matutina faciunt illud, quoniam contra Deum eſt manus eorum.

2. Et concupierunt agros, & violenter tulerunt, & rapuerunt domos : & calumniabantur virum, & domum ejus ; virum, & hæreditatem ejus.

3. Idcirco hæc dicit Dominus : Ecce ego cogito ſuper familiam iſtam malum : unde non auferetis colla veſtra, & non ambulabitis ſuperbi, quoniam tempus peſſimum eſt.

4. In die illa ſumetur ſuper vos parabola, & cantabitur canticum cum ſuavitate, dicentium : Depopulatione vaſtati ſumus : pars populi mei commutata eſt : quomodo recedet à me, cùm revertatur, qui regiones noſtras dividat ?

5. Propter hoc non erit tibi mittens funiculum ſortis in cœtu Domini.

6. Ne loquamini loquentes : Non ſtillabit ſuper iſtos, non comprehendet confuſio.

7. Dicit domus Jacob : Nunquid abbreviatus eſt ſpiritus Domini, aut tales ſunt cogitationes ejus ? Nonne verba mea bona ſunt cum eo, qui rectè graditur ?

8. Et econtrario populus meus in adverſarium conſurrexit : deſuper tunica pallium ſuſtuliſtis : & eos, qui tranſibant ſimpliciter, convertiſtis in bellum.

VERSIO ANTIQUA.

1. FACti ſunt cogitantes labores, & operantes mala in cubilibus ſuis : & ſimul in die conſummabunt ea, quia non levaverunt ad Deum manus ſuas. *Hieron. in Mich. 2. col. 1506.*

2. Et deſiderabant agros, & diripiebant pupillos, & domos opprimebant : & rapiebant virum, & domum ejus ; virum, & hæreditatem ejus.

3. Propterea hæc dicit Dominus : Ecce ego cogito ſuper tribum iſtam mala : de quibus non auferetis colla veſtra, ut non ambuletis recti ſubitò, quia tempus peſſimum eſt.

4. In die illa ſumetur ſuper vos parabola, & plangetur planctus in cantico, dicentium : Miſeriâ miſeri facti ſumus : pars populi mei dimenſa eſt in funiculo, & non erat qui prohiberet eum, ut averteretur. Agri noſtri diviſi ſunt :

5. propter hoc non erit tibi mittens funiculum in hæreditate. In Eccleſia Domini *col. 1508.*

6. nolite flere lacrymis, neque plorent ſuper his : non enim abjiciet opprobria,

7. quæ dicit : Domus Jacob provocavit ſpiritum Domini : ſi hæ ſunt adinventiones ejus ? Nonne ſermones ejus boni ſunt cum eo, & recti ambulaverunt ?

8. Et priùs populus meus inimicitiis reſtitit, contra pacem ſuam : pellem ejus excoriaverunt, ut auferrent ſpem, contritionem belli.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Concordat Græcum, niſi quòd hab. τῇ ἡμέρᾳ ζυγέλων αὐτὰ, *cum die conſummabant ea*. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 196. c. ſimiliter addit : *non levaverunt ad Deum manus ſuas.*

℣. 2. Itidem Græcè, additâ unâ conjunct. ᾗ, poſt *domum ejus* ; quæ tamen abeſt ab ed. Compl. & Mſ. Alex. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 196. c. legit : *Et concupiebant agros, & diripiebant orphanos, & domum per potentiam invadebant : & diripiebant virum, & domum ejus ; virum, & hæreditatem ejus.*

℣. 3. Ita de Græco, niſi exceperis media, *non auferetis colla veſtra, ut non ambuletis recti ſubitò*, pro quibus, ὑ μὴ ἄρητε τὰς τραχήλους ὑμῶν, ᾗ ὑ μὴ πορευθῆτε ὀρθοὶ ἐξαίφνης· ultimò etiam, πονηρὸς, *malum*, non *peſſimum*. Hieron. ubi ſup. 1507. e. addit : *Quod autem ſequitur*, ἐξαίφνης, *id eſt*, ſubitò, *in Hebraïcis voluminibus non habetur.* Apud Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 196. c. ita : *Propter hoc hæc dicit Dominus : Ecce ego cogno ſco ſuper plebem malа, ex quibus non levabitis cervices veſtras.*

℣. 4. Totidem verba leguntur Græcè, præter duo, nempe λέγων, *dicendo*, loco *dicentium* ; at in Compl. λεγόντων ; & infra, οἱ ἀγροὶ ὑμῶν, *agri veſtri*, non *noſtri* ; ſed in aliquo eſt ἡμῶν, ſi Nobilio fides.

℣. 5. Hieron. ubi ſup. addit : *Quod in fine capituli juxta Hebraïcum poſuimus*, in cœtu Domini, *pro quo LXX. tranſtulerunt*, in eccleſia Domini, *juxta editionem Vulgatam ſequentis capituli principium eſt.* Et verò ipſe poſt multa, ita ſequentem ℣. refert 1°. ſecundùm Hebr. *Ne loquamini loquentes*, &c. deinde ſecundùm LXX. *In eccleſia Domini nolite flere lacrymis*, &c. Ita quoque in Græco eſt, ut & alia de ℣. 5. quæ proximè antecedunt.

℣℣. 6. 7. Hieron. ibid. *LXX. Interpretes in hoc loco penitus ſibi non cohærent : ad id enim quod præmiſſum eſt :* In eccleſia Domini nolite flere ; *quæ conſequentia eſt ut inferatur :* non enim abjiciet opprobria, quæ dicit : Domus Jacob provocavit ſpiritum Domini ? *Sed & illud quod ſequitur :* ſi hæ adinventiones ejus ſunt ? nonne ſermones ejus ſunt boni cum eo, & recti ambulaverunt ? *ad poſteriora quid pertinent, quæ dicuntur :* & priùs populus meus ; &c. de ℣. 8. Hæc autem omnia explicare tentat in conſequentibus, quæ vide. In Græco hod. eadem quæ ſup. in Lat. paucis exceptis, nempe initio ℣. 7. pro *quæ dicit*, legitur ὁ λέγων, *qui dicit* ; ſubinde, παρώργισε, *ad iram provocavit* ; paulòque poſt, ὑ ταῦτα τὰ, *nonne hæc* ; Ald. verò & Compl. εἰ ταῦτα, *ſi hæ*, ut ſupra ; ita quoque in Mſs. Alex. & Barb.

℣. 8. Similiter in Græco, niſi quòd initio habetur : Καὶ ἔμπροσθεν ὁ λαός μου εἰς ἐχθρὸν ἀντέστη, i. e. *Et antea populus meus in inimicitia reſtitit :* Hieron. verò infra in comm. 1509. e. ita leg. ex LXX. *Et priùs populus meus in adverſarium reſtitit* ; extremòque, *ut auferrent contritionem belli* ; nec ibi addit *ſpem*, ad verbum *auferrent :* Græc. tamen ultimò ſic hab. τῦ ἀφελέσθαι ἐλπίδας, ζυντεμμὸν πολέμου in quibuſdam, ſi Nobilio fides, ἐλπίδας συντρίμμων, *ſpes contritionum.* Hieron. ſup. ait : *Symmachus apertiùs tranſtulit ut diceret :* Ante unam diem populus meus quaſi inimicus reſtitit.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup. col. 1511. 9. Duces populi mei projicientur de domibus deliciarum suarum : propter malas adinventiones
col. 1512. suas ejecti sunt. Propinquate montibus æternis :
10. surge, & ambula, quia non est tibi hîc requies : propter immunditiam consumpti estis corruptione.
11. Fugistis nemine persequente, spiritus sta-
col. 1514. tuit mendacium : stillavit tibi in vinum, & ebrietatem : & erit, de stilla populi hujus

12. congregandus congregabitur Jacob : cum omnibus susceipiens susceipiam reliquias de Israël, ponam aversionem eorum sicut oves in tribulatione, quasi gregem in medio cubilis eorum : ex-
col. 1515. silient ex hominibus.
13. Ascende per divisionem ante faciem eorum : divisérunt, & transierunt portam, & egressi sunt per eam : & exivit rex eorum ante faciem eorum, Dominus autem princeps eorum.

VULGATA NOVA.

9. Mulieres populi mei ejeciſtis de domo deliciarum suarum : à parvulis earum tuliſtis laudem meam in perpetuum.

10. Surgite, & ite, quia non habetis hîc requiem : propter immunditiam ejus corrumpetur putredine pessima.

11. Utinam non essem vir habens spiritum, & mendacium potiùs loquerer : stillabo tibi in vinum, & in ebrietatem : & erit super quem stillatur populus iste.

12. Congregatione congregabo Jacob totum te : in unum conducam reliquias Israël, pariter ponam illum quasi gregem in ovili, quasi pecus in medio caularum, tumultuabuntur à multitudine hominum.

13. Ascendet enim pandens iter ante eos : dividunt, & transibunt portam, & ingredientur per eam : & transibit rex eorum coram eis, & Dominus in capite eorum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 9. Similiter in Græco. Item apud Ambros. l. de fuga sæc. c. 5. col. 430. d. *appropinquate montibus æternis.* Sic etiam legit Hieron. in Isai. 52. col. 378. e.

℣. 10. Sic iterum Græcè, præter hoc, αὕτη ἀνάπαυσις, *hæc requies*, loco *hîc requies ;* in Compl. αὐτῆ. Apud Ambros. l. de fuga sæc. c. 5. col. 430. d. *Surgite hinc, quia non est vobis hîc refrigeratio : propter spurcitiam corrupti estis corruptione.* Hieron. etiam loco cit. addit : *Pro eo quod nos diximus*, consumpti estis, *poteſt juxta Græcam intelligentiam in Latino sonare sermone*, corrupti estis ; *ut sit ordo : Propter immunditiam corrupti estis corruptione ;* Gr. διὰ τὴν διαφθορὰν φθορᾶ ; Mss. Barb. διαφθορᾶ.

℣. 11. Similia Gr. refert, præter hoc 1. Καταδιώχθητε. Ambros. etiam l. de fuga sæc. c. 5. col. 430. d. legit, *Persecutionem passi estis*, non *fugistis.* Addit Hieron. ubi sup. *Non ut plerique æstimant*, spiritus stetit mendax, *sed* spiritus statuit mendacium *legendum est, quod Græcè dicitur*, πνεῦμα ἔστησε ψευδὲς, *hoc est*, ψεῦδος.

℣. 12. Græc. Vatic. habet τὰς καλαμώσεις, *reliquos*, loco *reliquias*, quod idem sonat ; subinde præponit ἐπὶ σαυτῷ, *in idipsum*, verbo *ponam ;* & pro seq. *eorum*, hab. αὐτῶν, *ejus ;* Ald. verò & Compl. cum Mss. Alex. & Barb. αὐτῶν, ut sup. cætera quadrant.

℣. 13. Totidem verba extant in Gr. Vatic. excepto primo *Ascende*, quod abest : sed in edit. Ald. & Compl. proximè antecedit Ἀνάβηθι, sicut in Ms. Barb. deinde, διὰ τῆς διεκοπῆς, &c. ultimò sic, ἡγήσεται αὐτῶν, i. e. *princeps erit eorum.* Hieron. in cap. seq. 1516. f. *Dominus autem princeps erit*, absque seq. *eorum.*

CAPUT III.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Mich. 3. col. 1516. 1. ET dicet : Audite hæc principes domûs Jacob, & reliqui domûs Israël : Non vestrûm est scire judicium,
2. qui odio habetis bonum, & quæritis mala :
col. 1517. diripientes pelles eorum ab eis, & carnes eorum ab ossibus eorum?
3. Sicut devoraverunt carnes populi mei, & pelles ab eis excoriaverunt, & ossa eorum confregerunt, & conciderunt sicut carnes in lebete, & sicut carnes in olla :
4. Sic clamabunt ad Dominum, & non exaudiet eos : & avertet faciem suam ab eis in tempore illo, eò quòd pessimè egerunt in adinventionibus suis.
5. Hæc dicit Dominus super prophetas, qui seducunt populum meum, & mordent dentibus suis, & prædicant super eum pacem, & non est data in ore eorum : sanctificaverunt super eum prælium.

VULGATA NOVA.

1. ET dixi : Audite principes Jacob, & duces domus Israël : Nunquid non vestrûm est scire judicium,
2. qui odio habetis bonum, & diligitis malum ; qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis, & carnem eorum desuper ossibus eorum?
3. Qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum desuper excoriaverunt : & ossa eorum confregerunt, & concidérunt sicut in lebete, & quasi carnem in medio ollæ.
4. Tunc clamabunt ad Dominum, & non exaudiet eos : & absconder faciem suam ab eis in tempore illo, sicut nequiter egerunt in adinventionibus suis.
5. Hæc dicit Dominus super prophetas, qui seducunt populum meum : qui mordent dentibus suis, & prædicant pacem : & si quis non dederit in ore eorum quippiam, sanctificant super eum prælium.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hieron. ad hoc 1. *Et dicet*, &c. addit : *Cum superioribus hæret sententia : supra enim dixerat :* Dominus autem princeps erit, & dicet : Audite principes domûs Jacob, & reliqui domûs Israël : *pro* reliquis domûs Israël, *exceptis LXX. omnes* duces domûs Israël *transtulerunt.* In Græco Vatic. Καὶ ἐρεῖ Ἀκούσατε δὴ ταῦτα αἱ ἀρχαὶ οἴκου Ἰακὼβ, καὶ οἱ καῖλωπες..... Οὐχ ὑμῖν ἐστι τὸ γινῶναι τὸ κρῖμα ; In edit. Ald. & Compl. deest vox ταῦτα, ante αἱ ἀρχαί, quam ult. Nobil. vertit *principia*, quasi capita, non *principes.* Apud Gild. Sap. castig. in Eccl. ord. p. 717. f. hæc pauca : *Audite nunc principes domûs Jacob : Nonne vobis est ut cognoscatis judicium?*

℣. 2. Itidem Græcè, præter unum plur. τὰ καλὰ, *bona*, loco sing. *bonum.* Ap. Gild. Sap. castig. in Eccl. ord. p. 717. f. *odientibus bona, & quærentibus maligna : rapientibus pelles eorum ab eis, & carnes eorum ab ossibus eorum?* Gr. μισοῦντες..... ζητοῦντες..... ἁρπάζοντες, &c.

℣. 3. Eadem leguntur Græcè, additâ voculâ αὐτῶν, ad *pelles.* Apud Gild. Sap. castig. in Eccl. ord. p. 717. f. *Quemadmodum comederunt carnes plebis meæ, & pelles eorum ab eis excoriaverunt, ossa eorum confregerunt, & laniaverunt quasi carnes in olla.* Gr. ᾗ ἐμάλαξαν ὡς σάρκας ἐν λέβητα, ᾗ ὡς κρέα ἐν χύτραν.

℣. 4. Similiter habet Græc. Vatic. hoc addito in fine, ἐπ' αὐτὸς, *super eos ;* quod tamen abest ab edd. Ald. & Compl. Apud Gild. Sap. verò, castig. in Eccl. ord. p. 717. f. est : *Succlamabunt ad Deum, & non exaudiet eos : & avertet faciem suam ab eis in illo tempore, propter quod malitiosè gesserunt in adinventionibus suis super ipsos.*

℣. 5. Similia extant in Græco Vat. præter unum ἤγειραν, *excitaverunt*, pro *sanctificaverunt ;* in Ald. verò edit. & Compl. ἡγίασαν. Vigil. Tapsi. l. 12. de Trin. p. 303.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

6. Propterea nox vobis pro viſione erit, & tenebræ vobis pro divinatione: & occumbet ſol ſuper prophetas, & obtenebrabitur ſuper eos dies.

7. Et confundentur qui vident viſiones, & confundentur divini: & operient omnes vultus ſuos, quia non eſt reſponſum Dei.

8. Veruntamen ego repletus ſum fortitudine ſpiritus Domini, judicio, & virtute: ut annuntiem Jacob ſcelus ſuum, & Iſraël peccatum ſuum.

9. Audite hoc principes domus Jacob, & judices domus Iſraël: quia abominamini judicium, & omnia recta pervertitis.

10. Qui ædificatis Sion in ſanguinibus, & Jeruſalem in iniquitate.

Ezech. 22. 27. Soph. 3. 3. 11. Principes ejus in muneribus judicabant, & ſacerdotes ejus in mercede docebant, & prophetæ ejus in pecunia divinabant: & ſuper Dominum requieſcebant, dicentes: Nunquid non Dominus in medio noſtrûm? non venient ſuper nos mala.

Jer. 26. 18. 12. Propter hoc, causâ veſtri, Sion quaſi ager arabitur, & Jeruſalem quaſi acervus lapidum erit, & mons templi in excelſa ſilvarum.

VERSIO ANTIQUA.

6. Propterea nox vobis erit pro viſione, & tenebræ erunt vobis ex divinatione: & occumbet ſol ſuper prophetas, & contenebreſcet ſuper eos dies. *Hieron. ubi ſup.*

7. Et confundentur qui vident ſomnia, & irridebuntur arioli: & loquentur adversùm eos omnes iſti, quia non eſt qui exaudiat eos.

8. Niſi ego implevero fortitudinem in ſpiritum Domini, & judicium, & potentiam: ut annuntiem Jacob impietates ejus, & Iſraël peccata ſua.

9. Audite hæc duces domus Jacob, & reliqui domus Iſraël: qui abominamini judicium, & omnia recta pervertitis. *col. 1518.*

10. Qui ædificatis Sion in ſanguinibus, & Jeruſalem in iniquitatibus.

11. Duces ejus in muneribus judicabant, & ſacerdotes ejus in mercede reſpondebant, & prophetæ ejus in pecunia divinabant: & ſuper Dominum requieſcebant, dicentes: Nonne Dominus in nobis eſt? non venient ſuper nos mala. *col. 1519.*

12. Idcirco, propter vos, Sion quaſi ager arabitur, & Jeruſalem ut cuſtodia pomarii erit, & mons Domini in lucum ſaltûs.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

c. legit: *Hæc dicit Dominus ad prophetas, qui ſeducunt populum meum, & mordent dentibus ſuis: qui prædicant ſuper eum pacem, & non eſt pax data in ore eorum, & ſanctificaverunt ſuper eum bellum.*

℣. 6. Ita fert Græc. excepto uno ἐξ ὁράσεως, *ex viſione.* Tichon. reg. 7. p. 64. f. legit: *Propterea nox erit vobis de viſione, & tenebræ vobis erunt ex divinatione: & occidet ſol ſuper prophetas, & obſcurabit ſuper eos dies luminis.* Ambroſ. in Pſ. 43. col. 888. b. *occidit ſol ſuper prophetas.* Item Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 303. c. *Propterea nox vobis erit ex viſu, & tenebræ vobis erunt ex divinatione: & occidet ſol ſuper prophetas, & tenebricabit ſuper eos dies.*

℣. 7. Ita rurſum Græcè, excepto uno ἔσται, *erit*, ſub fin. pro *eſt*; ſed in edd. Ald. & Compl. ἐστίν. Apud Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 303. c. *Et confundentur qui vident ſomnia, & irridebuntur divini: & detrahent de his omnes iſti, eò quod non ſit qui exaudierit eos;* Mſ. Vatic. ὁ ἐπακούων αὐτῶν, Alex. ἐπηκόων.

℣. 8. Conſonat Græc. niſi quòd hab. ἰσχὺν ἐν πνεύματι Κυρίου, καὶ κρίματος, καὶ δυνάμεως, *fortitud. in ſpiritu Domini, & judicii, & potentiæ;* ed. Ald. κρίματα, *judicia;* Compl. κρίμα. Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 304. a. *Niſi ego in plena virtute, & in ſpiritu Domini, cum judicio, & potentia, annuntiare Jacob iniquitates ſuas, & Iſraël peccata ſua.*

℣. 9. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 196. d. *Audite itaque hæc præpoſiti domus Jacob, & reſidui domus Iſraël: qui abominamini judicium, & omnia recta pervertitis.* Hieron. in Iſai. 5. col. 49. c. *Audite hæc duces domus Jacob, & reſidui domus Iſrael,* &c. Græc. Ἀκούσατε δὴ ταῦτα οἱ ἡγούμενοι, &c. ut ſupra.

℣. 10. Concinit Græc. ad verbum. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 196. d. legit: *Qui ædificatis Sion & Jeruſalem in ſanguine, & iniquitatibus.*

℣. 11. Eadem refert Græc. præter hæc tria, μετὰ δώρων..... μετὰ μισθοῦ..... μετὰ ἀργυρίου. Item apud Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 196. d. *Judices ejus cum muneribus judicabant, & ſacerdotes ejus cum mercede reſpondebant, & prophetæ cum pecuniis divinabant: & in Domino requieſcebant, dicentes: Dominus in nobis eſt, & non venient in nos mala.*

℣. 12. Eadem prorſus in Gr. uno excepto ſub fine, τὸ ὄρος τοῦ οἴκου, *mons domûs*, loco *mons Domini*; in Ald. ed. utrumque habetur, ὄρος οἴκου Κυρίου, *mons domûs Domini.*

CAPUT IV.

VULGATA NOVA.

Iſai. 2. 2. 1. ET erit: In noviſſimo dierum erit mons domus Domini præparatus in vertice montium, & ſublimis ſuper colles: & fluent ad eum populi.

2. Et properabunt gentes multæ, & dicent: Venite, aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Jacob: & docebit nos de viis ſuis, & ibimus in ſemitis ejus: quia de Sion egredietur lex, & verbum Domini de Jeruſalem.

3. Et judicabit inter populos multos, & corripiet gentes fortes uſque in longinquum: & concident gladios ſuos in vomeres, & haſtas ſuas in

VERSIO ANTIQUA.

1. ET erit in noviſſimis dierum manifeſtus mons Domini præparatus ſuper verticem montium, & elevabitur ſuper colles: & feſtinabunt ad eum populi. *Hieron. in Mich. 4. col. 1522.*

2. Et ibunt gentes multæ, & dicent: Venite, aſcendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Jacob: & oſtendet nobis viam ſuam, & ambulabimus in ſemitis ejus: quia de Sion exiet lex, & verbum Domini de Jeruſalem.

3. Et judicabit inter populos multos, & arguet gentes fortes uſque in longinquum: & concident gladios ſuos in aratra, & haſtas ſuas in falces:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Concinit Græc. niſi quòd ſcribit pluraliter, ἐπὶ τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων· Hieron. quoque inf. in comm. hab. *ſuper vertices montium;* & poſt paulò, 1523. a. *& exaltabitur ſuper colles,* non *elevabitur;* Gr. μετεωρισθήσεται· edit. Compl. ponit ſup. τὴν κορυφήν. Auguſt. l. 18. de civit. Dei, c. 30. to. 7. 511. c. *Erit in noviſſimis diebus manifeſtus mons Domini paratus ſuper vertices montium, & exaltabitur ſuper colles: & feſtinabunt ad eum plebes.*

℣. 2. Hieron. inf. in comm. *in montem Dom. & in domum,* &c. Sic etiam in Græco eſt, ut & alia quæ ſup. excepto uno plur. δείξωσιν, *oſtendent,* pro ſingul. *oſtendet;* Hieron. in comm. *ut oſtendat.* Apud Auguſt. l. 18. de civit. Dei, c. 30. col. 511. c. *Et gentes multæ ibunt, & dicent: Venite, aſcendamus in montem Domini, & in domum Dei Jacob: & oſtendet nobis viam ſuam, & ibimus in ſemitis ejus: quia ex Sion procedet lex, & verbum Domini ex Jeruſalem.* Cypr. l. 1. Teſtim. p. 278. c. *quoniam lex de Sion proficiſcetur, & ſermo Domini de Jeruſalem.* Similiter hab. Lactant. l. 4. Inſtit. c. 17. p. 580.

℣. 3. Ita de Græco ad verbum, adjecto uno *ultra*, ad *nequaquam*, ſub fine; Gr. καὶ οὐκέτι μή. Iren. l. 4. c. 34. p. 275. e. legit: *Et arguet populum multum: & concident*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup. & ultra non tollet gens contra gentem gladium: & nequaquam discent belligerare.

4. Et requiescet unusquisque sub vite sua, & unusquisque sub ficu sua, & non erit qui exterreat: quia os Domini omnipotentis locutum est hæc.

5. Quia omnes populi ibunt unusquisque viam suam: nos autem ibimus in nomine Domini Dei nostri in æternum & ultra.

6. In illa die, dicit Dominus, congregabo eam, quæ contrita est: & quæ ejecta fuerat, suscipiam; & quos repuleram:

7. Et ponam contritam in reliquias; & repulsam, in gentem fortem: & regnabit Dominus super eos in monte Sion, ex hoc nunc & usque in sæculum.

col. 1525. 8. Et tu turris gregis caligosa filia Sion, ad te veniet: & ingredietur principatus primus, regnum de Babylone filiæ Jerusalem.

9. Et nunc quare cognovisti mala? nunquid rex non erat tibi, aut consilium tuum periit, quia obtinuerunt te dolores sicut parturientem?

col. 1528. 10. Dole, & viriliter age filia Sion quasi pariens: quia nunc egredieris de civitate, & habitabis in campo, & venies usque ad Babylonem: inde liberabit te, & inde redimet te Dominus Deus tuus de manu inimicorum tuorum.

col. 1529. 11. Et nunc congregatæ sunt super te gentes multæ, dicentium: Insultemus, & videant in Sion oculi nostri.

12. Ipsi autem nescierunt cogitationes Domini, & non intellexerunt consilium ejus: quia congregavit eos ut manipulos areæ.

13. Surge, & tritura eos filia Sion: quia cornua tua ponam ferrea, & ungulas tuas ponam æreas: & comminues populos multos, & vovebis Domino multitudinem eorum, & robur eorum Domino universæ terræ.

VULGATA NOVA.

ligones: non sumet gens adversùs gentem gladium: & non discent ultra belligerare.

4. Et sedebit vir subtus vitem suam, & subtus ficum suam, & non erit qui deterreat: quia os Domini exercituum locutum est.

5. Quia omnes populi ambulabunt unusquisque in nomine Dei sui: nos autem ambulabimus in nomine Domini Dei nostri in æternum & ultra.

6. In die illa, dicit Dominus, congregabo claudicantem: & eam, quam ejeceram, colligam; & quam afflixeram:

7. Et ponam claudicantem in reliquias: & eam, quæ laboraverat, in gentem robustam: & regnabit Dominus super eos in monte Sion, ex hoc nunc & usque in æternum. *Soph. 3. 19. Dan. 7. 14. Luc. 1. 32.*

8. Et tu turris gregis nebulosa filiæ Sion usque ad te veniet: & veniet potestas prima, regnum filiæ Jerusalem.

9. Nunc quare mœrore contraheris? nunquid rex non est tibi, aut consiliarius tuus perlit, quia comprehendit te dolor sicut parturientem?

10. Dole, & satage filia Sion quasi parturiens: quia nunc egredieris de civitate, & habitabis in regione, & venies usque ad Babylonem: ibi liberaberis, ibi redimet te Dominus de manu inimicorum tuorum.

11. Et nunc congregatæ sunt super te gentes multæ, quæ dicunt: Lapidetur: & aspiciat in Sion oculus noster.

12. Ipsi autem non cognoverunt cogitationes Domini, & non intellexerunt consilium ejus: quia congregavit eos quasi fenum areæ.

13. Surge, & tritura filia Sion: quia cornu tuum ponam ferreum, & ungulas tuas ponam æreas: & comminues populos multos, & interficies Domino rapinas eorum, & fortitudinem eorum Domino universæ terræ.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

gladios suos in aratra, & lanceas suas in falces: & jam non discent pugnare. Cypr. l. 1. Testim. p. 278. c. *Et judicabit inter plurimos populos, & revincet, & deteget validas nationes.* Ita quoque habet Lactant. l. 4. Instit. c. 17. p. 580. præter unum *deliget*, pro *deteget*. August. l. 18. de civit. Dei, c. 30. col. 511. c. *Et judicabit inter plebes multas, & redarguet gentes potentes usque in longinquum.*

℣℣. 4. 5. 6. 7. Totidem versiculi similiter habentur Græcè.

℣. 8. Ita rursum in Græco, si excipiatur vox ἀχλώδης, *squalens*, loco *caligosa*: Hieron. etiam inf. in comm. habet *turrem gregis nebulosam, sive* squalentem, *quod Hebraïcè dicitur Ophel*; & post pauca: *Turris igitur quondam gregis & populi Dei..... nunc squalida est & destituta*: apud Aquil. verò legitur σκοτώδης; apud Symmach. ἀπόκρυφος. Quæ autem sub fine addit Hieron. ex LXX. *principatus primus, regnum de Babylone filiæ*, &c. sic habentur Græcè, ἡ ἀρχὴ ἡ πρώτη βασιλεία ἐκ Βαβυλ. τῇ θυγατρὶ, &c. quæ Nobil. ita distinguit, *principatus, primum regnum de Babyl. filiæ*, &c. Hieron. tamen inf. in comm. 1527. a. constanter ait: *Et hæc turris filiæ est Sion, (sive ut Symmachus vertit in Græcum*, ipsa est filia Sion;) *& usque ad hanc veniet Deus, vel potestas prima; quæ potestas regnum est filiæ Jerusalem*: deinde, *Venit autem ad hanc turrim prima potestas, sive principatus primus*: & post paulò: *Venit potestas prima, & regnum filiæ Jerus. ut post primam fieret & secunda*: extremò: *Quod autem*, inquit, *in quibusdam libris legitur*, & ingredietur principatus primus, regnum filiæ Sion de Babylone, *sciamus additum esse; quia nec in Hebræo, nec apud alios habetur Interpretes*; videlicet hoc ult. *de Babylone*, quod etiam unum obelo notatur supra in textu.

℣. 9. Similia exstant Græcè, excepto ult. generandi casu, τικτούσης, *parturientis*, loco accus. *parturientem*. Ap. Ambros. ep. 70. col. 1063. d. *Ut quid cognovistis mala? nunquid rex non erat ibi* (l. *tibi?*) & post paulò: *cur comprehenderunt te dolores ut parturientis?*

℣. 10. Eadem prorsus in Græco, subjuncto uno ἐγείρου, post verbum *age*; abest tamen à Mss. Alex. ἐγείρεσθε. Apud Ambros. verò ep. 70. col. 1063. f. 1064. a. sic est: *viriliter age, & appropinqua filia Sion, ut parturias.*

℣. 11. Græc. loco *dicentium*, & seqq. habet, λέγοντες· Ἐπιχαρούμεθα, καὶ ἐπόψονται ἐπὶ Σιὼν, &c. i. e. *dicentes: Insultabimus, & videbunt in Sion*; cæt. ut supra. Hieron. inf. in comm. sic interpretatur LXX. *Sive ut in LXX. scriptum est*, inquit, *Insultemus, & gaudeamus, & despiciant super Sion oculi nostri.*

℣. 12. Itidem Græcè, præter unum singul. τὸν λογισμὸν, *cogitationem*; at in Compl. τὺς λογισμὺς, ut supra. Hieron. in comm. sic interpretari pergit LXX. *Et non cognoverunt Domini voluntatem, atque consilium.* De hac diversitate, & al. quæ sup. ℣. 11. vide quæ diximus in Admonit. præv. ad Proph.

℣. 13. Similia fert Græc. edit. Rom. nisi excipias duo verba, καταπήξεις..... καὶ ἀναθήσεις, pro *comminues.....* & *vovebis*; Nobil. vertit *consumes.....* & *consecrabis*: Hieron. etiam inf. in comm. legit *consecrabis*; & post pauca: *LXX. Interpretes*, inquit, *dixerunt: Consecrabis Domino*, &c. quæ supra. In Ms. Alex. non καταπήξεις, sed κατάνυξις; in Compl. πατάξεις: ad ἀναθήσεις autem, Ms. Barb. hab. in margine, ἀναθεματίσεις.

Digitized by Google

CAPUT V.

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.
1. NUnc vaſtaberis filia latronis: obſidionem poſuerunt ſuper nos, in virga percutient maxillam judicis Iſraël.	1. NUnc obſtruetur filia obſtructione: anguſtiam poſuit ſuper nos, in virga percutient ſuper maxillam tribus Iſraël. *Hieron. in Mich. 5. col. 1530.*
Matth. 2. 6. Joan. 7. 42. 2. ET TU BETHLEHEM Ephrata parvulus es in millibus Juda: ex te mihi egredietur qui ſit dominator in Iſraël, & egreſſus ejus ab initio, à diebus æternitatis.	2. ET TU BETHLEEM domus Ephrata nequaquam minima es ut ſis in millibus Juda: ex te mihi egredietur ut ſit in principem Iſraël, & egreſſus ejus ab initio, ex diebus ſæculi. *col. 1531.*
3. Propter hoc dabit eos uſque ad tempus, in quo parturiens pariet: & reliquiæ fratrum ejus convertentur ad filios Iſraël.	3. Propterea dabit eos uſque ad tempus parientis: pariet, & reliquiæ fratrum revertentur ad filios Iſraël. *col. 1532.*
4. Et ſtabit, & paſcet in fortitudine Domini, in ſublimitate nominis Domini Dei ſui: & convertentur, quia nunc magnificabitur uſque ad terminos terræ.	4. Et ſtabit, & videbit, & paſcet gregem ſuum in fortitudine Dominus, & in gloria nominis Domini Dei ſui erunt: quia nunc magnificabuntur uſque ad terminos terræ. *col. 1533.*
5. Et erit iſte pax: cùm venerit Aſſyrius in terram noſtram, & quando calcaverit in domibus noſtris: & ſuſcitabimus ſuper eum ſeptem paſtores, & octo primates homines.	5. Et erit hæc pax: Aſſyrius quando ſupervenerit in terram veſtram, & cùm aſcenderit ſuper regionem veſtram: & conſurgent ſuper eum ſeptem paſtores, & octo morſus hominum. *col. 1534.*
6. Et paſcent terram Aſſur in gladio, & terram Nemrod in lanceis ejus: & liberabit ab Aſſur cùm venerit in terram noſtram, & cùm calcaverit in finibus noſtris.	6. Et paſcent Aſſur in gladio, & terram Nemrod in fovea ejus: & liberabit de Aſſur cùm venerit ſuper terram veſtram, & cùm aſcenderit ſuper terminos veſtros.
7. Et erunt reliquiæ Jacob in medio populorum multorum quaſi ros à Domino, & quaſi ſtillæ ſuper herbam, quæ non exſpectat virum, & non præſtolatur filios hominum.	7. Et erunt reliquiæ Jacob in gentibus in medio populorum multorum, quaſi ros à Domino cadens, & quaſi agni ſuper gramen, ut non congregetur quiſquam, neque ſit in filiis hominum. *col. 1535.*
8. Et erunt reliquiæ Jacob in gentibus in medio populorum multorum, quaſi leo in jumentis ſilvarum, & quaſi catulus leonis in gregibus pecorum: qui cùm tranſierit, & conculcaverit, & ceperit, non eſt qui eruat.	8. Et erunt reliquiæ Jacob in gentibus in medio populorum multorum, quaſi leo in jumentis in ſaltu, & quaſi catulus leonis in gregibus pecorum: quomodo ſi pertranſeat, & dividens rapiat, & non ſit qui eruat.
9. Exaltabitur manus tua ſuper hoſtes tuos, & omnes inimici tui interibunt.	9. Elevabitur manus tua ſuper eos qui tribulant te, & omnes inimici tui perdentur.
10. Et erit in die illa, dicit Dominus: Auferam equos tuos de medio tui, & diſperdam quadrigas tuas.	10. Et erit in die illa, dicit Dominus: Interficiam equos tuos de medio tui, & diſperdam currus tuos.
11. Et perdam civitates terræ tuæ, & deſtruam omnes munitiones tuas, & auferam maleficia de	11. Et ſubvertam civitates terræ tuæ, & auferam omnes munitiones tuas, & auferam male-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Conſonat Græc. ad verbum.

℣. 2. Eadem leguntur Græcè, detracto uno *nequaquam*, ante ὀλιγοστὸς εἶ, *minima es*; in aliis verò libb. inquit Nobil. μὴ ὀλιγοστός; ita ſanè in Mſ. Barb. ſed in marg. ὀλιγοστὸς legitur, abſque præced. μή: μὴ autem, adverb. prohibendi, *ne, non, nunquid*; ὐ μὴ, *nequaquam*. Hieron. l. de opt. gen. interpr. to. 4. 253. a. id, ὀλιγοστὸς εἶ, ut LXX. Interpretum lectionem agnoſcit, cùm dicat: *In Vulgata editione ſic fertur: Et tu Bethleem domus Ephrata modicus es ut ſis in millibus Juda: de te mihi egredietur ut ſit princeps in Iſraël.* Apud Matth. verò 11. 6. ὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ· unde Tertul. l. cont. Jud. c. 13. p. 146. a. legit: *Et tu Bethleem non minima es in ducibus Juda*, &c. Item Cypr. l. 2. Teſtim. p. 289. b. ex Michæa: *Et tu Bethleem domus Effrata non exigua es ut conſtituaris in millibus Juda: ex te mihi procedet ut ſit princeps apud Iſraël, & proceſſiones ejus à principio, à diebus ſæculi.* Hilar. in Pſ. 131. col. 452. c. *Et tu Bethleem domus Ephrata non es minima ut ſis in millibus Juda: ex te enim exiet qui erit rex Iſraël.* Ambroſ. l. 2. de Jacob, c. 7. col. 469. d. *Et tu Bethleem domus Ephrata non es minima ut ſis inter principes Juda: ex te enim exiet princeps Iſraël, & egreſſus ejus ab initio, à diebus ſæculi:* & epiſt. 70. to. 2. 1063. a. 1064. d. *Et tu Bethleem domus Ephrata non es minima inter principes Juda: ex te enim exibit princeps in Iſraël:* at infra 1065. b. ait: *In libro Prophetico invenimus*, ὀλιγοστὸς εἶ, *id eſt*, in paucioribus es. *In Matthæo autem:* Et tu Bethleem domus Juda non es in paucioribus: *ibi domus Juda, hic domus Ephrata.* Apud Auguſt. l. 18. de civit. Dei, c. 30. to. 7. 511. d. *Et tu Bethleem domus Ephrata minima es ut ſis in millibus Juda: ex te mihi prodiet ut ſit in principem Iſraël, & egreſſus ejus ab initio, & ex diebus æternitatis.* Apud Marten. verò Anecdot. to. 5. p. 9. b. *Et tu Bethleem domus illius Euffrata exigua non eris ut conſtituaris in millibus Juda: ex te enim mihi prodiet ut ſit princeps in Iſraël, & poſſeſſio ejus à principio, à diebus ſæculi.* Vide etiam Auct. op. imp. in Matth. p. 30. c.

℣. 3. Concinit Græc. niſi quòd hab. ſub fine, ἐὰν εἰ ἐπίλοιποι τῶν ἀδελφῶν αὐτῶν ἐπιστρέψουσιν, &c. Auguſt. l. 18. de civit. Dei, c. 30. to. 7. 511. d. *Propterea dabit eos uſque ad tempus parturientis: pariet, & reſidui fratres ejus convertentur ad filios Iſraël.*

℣. 4. Ita de Græco, verbum è verbo. Auguſt. l. 18. de civit. Dei, c. 30. to. 7. 511. d. *Et ſtabit, & videbit, & paſcet gregem ſuum in virtute Domini, & in honore nominis Domini Dei ſui erunt: quoniam nunc magnificabitur uſque ad ſummum terræ.* Hieron. inf. in comm. addit, *ſive juxta LXX. Quia magnificabuntur ipſi uſque ad extremum terræ*; Gr. ἕως ἄκρων τῆς γῆς.

℣. 5. Græc. initio habet: Καὶ ἔσαι αὐτῇ εἰρήνη· dein Ἀσσὺρ ὅταν, &c. ut in Lat. Mſ. Alex. cum ed. Compl. ὅταν Ἀσσύριος, &c. Ambroſ. epiſt. 70. col. 1066. b. juxta Gr. legit: *Et erit ei pax:* & epiſt. 44. col. 978. c. *Tunc pax erit in terra Iſraël;* deinde: *cùm venerit Aſſyrius in terram ejus: & inſurrexerunt in eum ſeptem paſtores, & octo morſus hominum.* Hieron. in comment. ait: *Octo autem morſus hominum, ſive octo primates homines..... qui... momorderint Aſſyrium, & ſuis dentibus laceraverint.*

℣. 6. Eadem exſtant Græcè, excepto uno Νεβρωὰδ, pro *Nemrod.*

℣. 7. Ita rurſum Græcè. Item apud Ambroſ. ep. 70. col. 1066. c. *erit ros à Domino.*

℣. 8. Similia in Græco. Apud Ambroſ. epiſt. 70. col. 1066. c. *catulus leonis in ovilibus pecorum.* Gr. ἐν ποιμνίοις προβάτων. Hieron. in comm. *in gregibus ovium.*

℣℣. 9. 10. Ita fert Græcum, niſi quòd tollit *tuos*, poſt *equos.*

℣. 11. Græc. Vatic. habet, ἐξολοθρεύσω τὰ φάρμακα, loco *auferam maleficia*; ad litt. *diſperdam veneficia*; Ald. verò cum Mſs. Alex. & Barb. ἐξαρῶ τὰ φάρμακα· cæt. ut

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Hieron. ubi sup. ficia tua de manibus tuis, & qui loquuntur, non erunt in te.	manu tua, & divinationes non erunt in te.
12. Et disperdam sculptilia tua, & statuas tuas de medio tui : & ultra non adorabis opera manuum tuarum.	12. Et perire faciam sculptilia tua, & statuas tuas de medio tui : & non adorabis ultra opera manuum tuarum.
13. Et succidam lucos de medio tui : & demoliar civitates tuas.	13. Et evellam lucos tuos de medio tui : & conteram civitates tuas.
14. Et faciam in ira & in furore ultionem in gentibus, pro eo quòd non audierunt.	14. Et faciam in furore & in indignatione ultionem in omnibus gentibus, quæ non audierunt.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

in Lat. supra; loco tamen *qui loquuntur*, est, ἀποφθεγγόμενοι; porro τὰς ἀποφθεγσομένας Theodoret. vocat *divinatores*. Hieron. inf. in comm. hab. & *loquentes, sive pronunciantes non erunt tibi*; deinde: *nunc loquentibus*, & *pronunciantibus plenus est orbis*; *loquuntur quæ nesciunt*.

℣℣. 12. 13. 14. Totidem versiculi leguntur Græcè, eisdemque verbis, excepto omnium ult. εἰσήκουσαν, *exaudierunt*, pro *audierunt*.

CAPUT VI.

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Hieron. in Mich. 6. col. 1538. 1. AUdite quæ Dominus locutus est : Surge, judicare apud montes, & audiant colles vocem tuam.	1. AUdite quæ Dominus loquitur : Surge, contende judicio adversùm montes, & audiant colles vocem tuam.
2. Audite montes judicium Domini, & valles fundamenta terræ : quia judicium Domini adversùs populum suum, & cum Israël judicabitur.	2. Audiant montes judicium Domini, & fortia fundamenta terræ : quia judicium Domini cum populo suo, & cum Israël dijudicabitur.
col. 1539. 3. Populus meus quid feci tibi, aut quid contristavi te, aut in quo molestus fui tibi? responde mihi.	3. Populе meus quid feci tibi, aut quid molestus fui tibi? responde mihi. *Jer. 2. 4.*
4. Quia eduxi te de terra Ægypti, & de domo servitutis redemi te : & misi ante faciem tuam Moysen, & Aaron, & Mariam?	4. Quia eduxi te de terra Ægypti, & de domo servientium liberavi te : & misi ante faciem tuam Moysen, & Aaron, & Mariam?
5. Populus meus recordare quid cogitaverit adversùm te Balac rex Moab, & quid responderit ei Balaam filius Beor, de Schœnis usque ad Galgal, ut cognosceretur justitia Domini.	5. Populе meus memento quæso quid cogitaverit Balach rex Moab, & quid responderit ei Balaam filius Beor, de Setim usque ad Galgalam, ut cognoscerеs justitias Domini. *Num. 22. & 23.*
col. 1541. 6. In quo apprehendam Dominum? si suscipiam Deum meum excelsum? si apprehendam eum in holocaustis, in vitulis anniculis?	6. Quid dignum offeram Domino? curvabo genu Deo excelso? nunquid offeram ei holocautomata, & vitulos anniculos?
7. Suscipiat Dominus in millibus arietum, vel in decem millibus hircorum pinguium? si dabo primogenita mea pro impietate, fructum ventris mei pro peccato animæ meæ?	7. Nunquid placari potest Dominus in millibus arietum, aut in multis millibus hircorum pinguium? nunquid dabo primogenitum meum pro scelere meo, fructum ventris mei pro peccato animæ meæ?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc. Vatic. initio sic habet : Ἀκούσατε δὴ λόγον Κύριος Κύριος εἶπεν, &c. i. e. *Audite nunc verbum : Dominus Dominus dixit*; reliqua ut in textu. Mſ. Alex. Ἀκούσατε δὴ λόγον Κυρίου, ἃ ὁ Κύριος εἶπεν. Barb. verò cum edd. Ald. & Compl. Ἀκούσατε δὴ ἃ ὁ Κύριος εἶπεν, &c.

℣. 2. Sic habetur Græcè, præter hoc, κρίσις τῷ Κυρίῳ, *judicium Domino*, non *Domini*; (in ed. Ald. τῷ Κυρίῳ;) ultimò etiam διακριθήσεται, pro *judicabitur*.

℣. 3. Consonat Græc. ad verbum. Similiter apud Ambros. l. 2. de interpel. Dav. c. 8. col. 649. f. *Populus meus quid feci tibi, aut in quo contristavi te?* item l. 4. col. 669. b. præter hoc, *Populе meus* : addit etiam infra : *aut quid molestus fui tibi? responde mihi* : rursum de apol. Dav. col. 693. e. f. *Populе meus quid feci tibi, aut quid contristavi te, aut quid molestus fui tibi? quia*, &c. vide etiam in Ps. 36. col. 811. a. & in Luc. 9. col. 1402. b. & l. 2. de fide, to. 2. 492. e. & epist. 41. col. 961. f. Vigilius Taps. l. cont. Varimad. p. 733. d. *Populе meus quid feci tibi, aut in quo molestus tibi fui? responde mihi.* Cassiod. in Ps. 50. p. 170. b. *Populе meus quid feci tibi, aut quid contristavi te? responde mihi.* Hieron. in hunc loc. 1539. e. *vel quid contristavi te, licet*, inquit, *non habeatur in Hebraico* : id etiam obelo notatur sup. in textu Lat.

℣. 4. Ita rursum in Græco : sicut apud Ambros. de apol. Dav. col. 693. e. & epist. 41. col. 961. f. excepto verbo *liberavi*, pro *redemi* : item l. 4. de interpel. Dav. col. 669. b. ita legit : *Nonne eduxi te de terra Ægypti, & de domo servitutis liberavi te?* sed in Ps. 36. col. 811. a. *Quia ex Ægypto eduxi te, & de domo servit. liberavi te?* Vigilius Taps. l. cont. Varimad. p. 733. d. primo loco Ambrosii favet ad verbum, subnexo tamen isto, *in perfectione*, post *Mariam*.

℣. 5. Similia Græc. exhibet, addita partic. δὴ, *nunc*, verbo *recordare*; edit. Compl. hab. μνήσθητι δέομαι. Ad hoc autem, *Schœnis*, Hieron. inf. ita differit : *Ubi LXX.* Schœnis, *omnes ipsum Hebraïcum* Settim *transtulerunt. Est autem locus, in quo Balac rex Moabitarum adversùm Israël congregavit exercitum*, ὁμώνυμος *arboribus, quæ per eremum montis Sina hodie quoque gignuntur. Nam ubi in LXX. vel* arca testamenti, *vel* altare & tabernaculum, *cæteraque quæ de lignis imputribilibus facta referuntur, in Hebraïco ponuntur ligna* Settim, *quæ habent similitudinem arboris, quam nos vulgò* spinam albam *dicimus. Unde arbitror & LXX. Χίνον interpretatos esse, hoc est*, lentiscum; *sed paullùm librariorum errore factum esse ut* Χοῖνοι, *id est*, funes, *pro* Χίνοις, *hoc est*, lentiscis, *legerentur*. Ambros. de apol. Dav. col. 693. e. ita legit : *Plebs mea in monte habeto quid cogitaverit de te Balach.* Vigil. Taps. l. cont. Varimad. p. 733. d. *Populus meus memento rogo quid cogitaverit adversùm te Balach rex Moabitarum, & quid responderit ei Balaam propheta, filius Beor, de Sethim.*

℣. 6. Itidem Græcè, detractâ partic. interrog. *si*, ante *suscipiam*. Hieron. quoque inf. in comm. legit : *In quo apprehendam Dominum, suscipiam Dominum meum excelsum?* Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 196. d. legit : *In quo comprehendam Dominum, assumam Deum meum excelsum? si comprehendam eum in holocaustis, aut in vitulis anniculis?* Cyprian. l. 3. Testim. p. 313. b. *In quo adsequar Dominum & adprehendam illum? in sacrificiis, in holocaustomatis, in vitulis anniculis?* August. l. 10. de civit. Dei, c. 5. to. 7. 242. c. *In quo apprehendam Dominum, assumam Deum meum excelsum? si apprehendam illum in holocaustis, in vitulis anniculis?* vide etiam serm. 48. to. 5. 263. a.

℣. 7. Sic iterum in Græco, præter hoc primum, Εἰ προσδέξεται, *Si suscipiet*, pro *Suscipiat* : fortè lapsu cala-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

8. Indicabo tibi ô homo quid ſit bonum, & quid Dominus requirat à te: Utique facere judicium, & diligere miſericordiam, & ſollicitum ambulare cum Deo tuo.

9. Vox Domini ad civitatem clamat, & ſalus erit timentibus nomen tuum: Audite tribus, & quis approbabit illud?

10. Adhuc ignis in domo impii theſauri iniquitatis, & menſura minor iræ plena.

11. Nunquid juſtificabo ſtateram impiam, & ſaccelli pondera doloſa?

12. In quibus divites ejus repleti ſunt iniquitate, & habitantes in ea loquebantur mendacium, & lingua eorum fraudulenta in ore eorum.

13. Et ego ergo cœpi percutere te perditione ſuper peccatis tuis.

14. Tu comedes, & non ſaturaberis: & humiliatio tua in medio tui: & apprehendes, & non ſalvabis: & quos ſalvaveris, in gladium dabo.

Deuter. 28. 38. Agg. 1. 6. 15. Tu ſeminabis, & non metes: tu calcabis olivam, & non ungêris oleo; & muſtum, & non bibes vinum.

VERSIO ANTIQUA.

8. Annuntiatum eſt tibi homo quid bonum, aut quid Dominus quærat à te: Niſi ut facias judicium, & diligas miſericordiam, & paratus ſis ambulare cum Deo tuo. *Hieron. ubi ſup. col. 1542.*

9. Vox Domini civitati clamabit, & ſalvabit timentes nomen ejus: Audi tribus, & quis ornabit civitatem? *col. 1543.*

10. Nunquid ignis, & domus iniqui theſaurizans theſauros iniquos, & cum injuria iniquitates?

11. Si juſtificabitur in ſtatera iniquus, & in ſaccello pondera fraudulenta?

12. De quibus divitias impietatis ſuæ repleverunt, & qui habitant in ea locuti ſunt iniqua, & lingua eorum exaltata eſt in ore eorum.

13. Et ego cruciavi te perditione propter peccata tua.

14. Tu comedes, & non ſaturaberis: & ejiciam te in temetipſam: & apprehendes, & non ſalvabis: & quicunque ſalvati fuerint, gladio tradentur.

15. Tu ſeminabis, & non metes: tu premes olivam, & non ungêris oleo; & uvam, & non bibes vinum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

mi omiſſa eſt ſup. partic. interrog. *ſi*. Loco verò *bircorum*, Græcè legitur χιμάρων; χίμαιρος nempe *bircus*, aut *hadus bienne natus*; Mſ. Alex. hab. ἀρνῶν, *agnorum*. Cyprianus l. 3. Teſtim. p. 313. b. ita legit: *Si accepto favet Dominus in millibus caprarum pinguium? aut dabo primitiva mea impietatis, fructum ventris mei, peccatum animæ meæ?* Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 196. d. *Aut ſi ſuſcipiam Dominum in millia arietum, aut in decem millia hædorum pinguium? aut dabo primogenita pro mea impietate, fructum ventris mei pro peccatis animæ meæ?* Auguſt. l. 10. de civit. Dei, c. 5. to. 7. 242. c. *Si acceptaverit Dominus in millibus arietum, aut in denis millibus bircorum pinguium? ſi dedero primogenita mea pro impietate mea, fructum ventris mei pro peccato animæ meæ:* Mſs. non pauci ſimpliciter hab. ibid. *impietatis*, abſque anteced. *pro*, & ſeq. *mea*. Rurſus Auguſt. ſerm. 48. to. 5. 268. b. his alludit, dicens: *Placabo eum in millibus taurorum, aut in denis millibus caprarum pinguium? aut offeram Deo fructum ventris mei pro peccato animæ meæ?*

℣. 8. Græc. initio hab. interrogativè Εἰ ἀπηγγέλη; ſed ab ed. Compl. abeſt iſtud εἰ; in Mſ. Barb. ἀναγγέλλ; ſubſequentia Gr. textui Lat. quadrant, niſi hoc excipias ult. μετὰ Κυρίου Θεοῦ ϛου, *cum Domino Deo tuo*. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 730. a. legit interrogativè: *Si annuntiavit tibi homo quid bonum, aut quid à te Dominus exquirit, Quàm facere judicium, diligere miſericordiam, & paratum eſſe ſequi Dominum Deum tuum?* Cypr. verò l. 3. Teſtim. p. 313. b. *Renuntiatum tibi eſt homo quod bonum: aut quod Dominus exquirit aliud, Niſi ut facias judicium & juſtitiam, & diligas miſericordiam, & paratus ſis ut eas cum Domino Deo tuo?* Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 196. d. *Renuntiandum tibi eſt homo quid ſit bonum: aut quid Dominus exquiſivit à te aliud, Niſi ut facias judicium & juſtitiam, & diligas miſericordiam, & paratus ſis ire cum Domino Deo tuo?* Ambr. epiſt. 70. col. 1066. e. *Renuntiatum eſt tibi homo quid ſit bonum, aut quid Dominus exquirat à te: Niſi ut facias judicium & juſtitiam, & diligas miſericordiam, & paratus ſis ire cum Domino Deo tuo.* Hieron. ubi ſup. in comm. ſubdit: *Quia dubitas ô populе Iſraël, imo univerſum hominum genus..... quomodo pro peccatis tuis Deum poſſis placare..... ego reſpondebo tibi quid quærat Deus.* Auguſt. l. 10. de civit. Dei, c. 5. col. 242. c. *Si annuntiatum eſt tibi homo bonum, aut quid Dominus exquirat à te, Niſi facere judicium, & diligere miſericordiam, & paratum eſſe ire cum Domino Deo tuo?* & ſerm. 48. to. 5. 268. b. alludens dicit: *Reſpondetur tibi ô homo;* ſubinde: *Reſpondetur tibi quid ſit bonum, aut quid aliud Dominus exquirat à te, Niſi ut facias judicium & juſtitiam, & diligas miſericordiam, paratuſque ſis ire cum Domino Deo tuo.* Fulg. ſer. 10. p. 573. b. *Indicabo tibi homo quid ſit bonum, & quid Dominus quærat à te: Utique facere judicium & juſtitiam, & diligere miſericordiam, & ſollicitum ambulare cum Deo tuo:* ſed hîc citare videtur Fulg. juxta Hebr. nam Hieron. in hunc loc. ait: *Verbum* eſne, *quod LXX. transtulerunt*, paratum eſſe, *& nos diximus*, ſollicitum ambulare; *Theodotio ſignificantiùs expreſſit*, καὶ ἀσφαλίζου τοῦ πορεύεσθαι μετὰ Ἐλωαΐχ, *id eſt, Et cave diligenter ut ambules cum Deo tuo:* antea legebatur μετὰ Θεοῦ ϛου, non Ἐλωαΐχ, quod correxit Martianæus noſter ex Mſs. Auctor op. imp. in Matth. hom. 36. p. 155. d. habet: *O homo, quid quærit Deus à te, Niſi ut facias judicium, & miſericordiam, & paratus ſis ire cum Domino Deo tuo?*

℣. 9. Itidem Græcè, niſi excipiatur verbum ἐπικαλεῖσθαι, *invocabitur*, pro *clamabit*; Mſ. Barb. habet in marg. Σ. βοήσει. Hieron. ubi ſup. ſubdit: *In Hebraico alterius hoc capituli exordium eſt; apud LXX. verò Interpretes, finis ſuperioris.* Cypr. l. 3. Teſtim. p. 313. b. ita legit: *Vox Domini in civitate invocabitur, & timentes nomen ejus ſalvabit.* Gildas Sap. l. de excid. Britann. p. 714. c. addit: *Audi tribus, & quid exornavit civitatem*, Gr. Vat. τίς κοσμήσει; Mſ. Alex. τί.

℣. 10. Concinit Græc. Vat. ad verbum. Gildas Sap. l. de excid. Brit. p. 714. c. legit: *Nunquid ignis, & domus iniquorum theſaurizans theſauros iniquos, & cum injuria injuſtitiam?* Mſ. etiam Alex. hab. ἀνόμων, num. plur. paulò verò poſt, θησαυρὸς ἀνομίας, non ἀνόμους; dein μετὰ ὕβρεως ἀδικία, non ἀδικίας, ut in Vatic. Hoc ult. ita vertit Nobil. *& cum contumelia injurias.*

℣. 11. Gild. Sap. l. de excid. Britann. p. 714. c. *Si juſtificabitur in ſtatera iniquus, & in macello pondera doloſa?* Ita quoque in Gr. eſt, excepto uno μαρσίππῳ, *marſupio*, pro *macello*; quod ult. fortè mendum librarii eſt, vel typographi, non intelligentis quid ſignificaret *ſaccellum*; vel potiùs decepti ſimilitudine vocum, *ſaccelli*, & *macelli*.

℣. 12. Gild. Sap. l. de excid. Britann. p. 714. c. legit: *Ex quibus divitias ſuas in impietate replevernnt.* Græcè, Ἐξ ὧν τὸν πλοῦτον αὐτῶν ἀσεβείας ἐπλησαν· deinde, καὶ οἱ κατοικοῦντες αὐτὴν ἐλάλουν ψεύδη, *loquebantur mendacia*; in Ald. ed. ἐλάλησαν ἀδικίαν; al. ἐλάλουν ἄδικα; reliqua ſimilia.

℣. 13. Hieron. inf. in comm. 1544. f. legit ex LXX. *Et ego incipiam te percutere perditione propter peccata tua.* Edit. Rom. Καὶ ἐγὼ ἄρξομαι τοῦ παίξαι ϛε, ἀφανιῶ ϛε ἐν ταῖς ἁμαρτίαις ϛου· i. e. *Et ego incipiam percutere te, delebo te in peccatis tuis.* Ald. verò & Compl. Καὶ γε ἐγὼ ἐξασθένησα ἐπὶ ϛὲ (Compl. delet ἐπὶ) ἀφανισμῷ διὰ τὰς ἁμαρτίας ϛου· quæ textui noſtro reſpondent.

℣. 14. Græc. Vatic. poſt *ſaturaberis*, ſeu ἐμπλησθῇς, addit: καὶ ϛυσκοτάσει ἐν ϛοὶ· καὶ ἐκτενεῖ, καὶ ὃ μὴ διασωθῇς καὶ ὅσοι ἂν διασωθῶσιν, εἰς ῥομφαίαν παραδοθήσονται· i. e. *& contenebreſcet in te: & declinabit, & non ſalvaberis: & quicunque ſalvati fuerint, gladio tradentur.* Mſ. Alex. καὶ σκοτάσει; alii, ſi Nobilio fides, καὶ ἐξάσει (al. ἀποβαλῶ) ϛε ἐν ϛοὶ (al. εἰς ϛαυτήν) καὶ καταλήψη, &c. Mſ. Barb. in marg. καὶ ἐξάσει ϛε ἐν ϛοὶ· καὶ καλαλήψη, &c. Aquila, καὶ καταφυτεύσει ἐν ἐγκάτῳ ϛου· καὶ καταλήψη, καὶ ὃ μὴ διαϛωθεὶς. In Compl. καὶ ὃ μὴ διασώσεις· καὶ ὅσους ἂν διασώσῃς, mox in Mſ. Barb. ἐν ῥομφαίᾳ παραδοθήσονται.

℣. 15. Sic in Græco Vatic. eſt, præter ult. καὶ οἶνον, καὶ ὃ μὴ πίητε, i. e. *& vinum, & non bibetis*, loco *& uvam, & non*, &c. alii libb. ferunt, teſte Nobilio, καὶ πατήσεις οἶνον, καὶ ὃ μὴ πῖς οἶνον, Mſ. Barb. πιεῖς οἶνον· *& facies vinum, & non bibes vinum.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi ſup.

16. Et diſſipabuntur legitima populi mei, & omnia opera domus Achab : & ambulaſtis in conſiliis eorum, ut tráderem te in perditionem, & habitatores ejus in ſibilum : & opprobria populorum accipietis.

VULGATA NOVA.

16. Et cuſtodiſti præcepta Amri, & omne opus domus Achab, & ambulaſti in voluntatibus eorum, ut darem te in perditionem, & habitantes in ea in ſibilum : & opprobrium populi mei portabitis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 16. Eadem ſunt in Gr. Vatic. niſi quòd poſt τὸ *populi mei*, ſubnectuntur iſta, καὶ ἐφύλαξας τὰ Δικαιώματα Ζαμβρί, i. e. & *cuſtodiſti juſtificationes Zambri :* item infra, pro *conſiliis*, legitur ὁδοῖς, *viis ;* ſed in edd. Ald. & Compl. βυλαῖς, ſicut in Mſs. Alex. & Barb. Ad hoc autem, Et *diſſipabuntur legitima populi mei*, addit Hieron. in comm. *Pro quo nos poſuimus propter ſermonis conſequentiam*, Et cuſtodiſti præcepta Amri ; *licet & in Hebræo ſcriptum ſit*, Et cuſtodita ſunt præcepta Amri, & omnia opera domus Achab. *Si enim*, inquit, *ſcriptum eſſet in Hebræo* ammi, *rectè LXX. tranſtuliſſent* populi mei : *nunc verò cum ſcriptum ſit* Amri, & res *littera addita*, *non* populi *nomen*, *ſed patrem Achab ſonat*, *de quo Regum narrat hiſtoria*, *errorem eſſe nulli ambiguum eſt : denique poſt patris nomen*, *ponitur filius*, *diciturque*, *Et omnia opera domus Achab.* Rurſum infra : *Notandum in præſenti loco quòd ubi legitur* (in Hebr.) & opprobrium mei populi portabitis, *ſive ut LXX. tranſtulerunt*, opprobria populorum accipietis ; *pro* populi mei, ammi *in Hebræo ſcriptum ſit. Si ergo* ammi, populi mei *ſonat*, *nulli dubium eſt malè ſupra pro* Amri, populum meum *eſſe translatum.* Demum poſt plura totum ℣. reſumens ita explanat : & *diſperdentur legitima populi mei*, *ſive Amri*, & *omnia opera domus Achab*..... & *ambulaſtis in voluntatibus eorum*, *Amri videlicet & Achab ; pulchrèque ait* in voluntatibus eorum : *doctrina enim magiſtrorum nequam*, *non eſt doctrina Dei*, *ſed adinventiones cordis illorum :* & *tradam te in perditionem*..... & *habitatores tuos in ſibilum*..... & *hoc totum patientur*..... *quòd omnium gentium*, *multorumque populorum opprobria*, & *peccata portaverint.* In toto autem hoc loco mentio nulla facta eſt ab Hieronymo de his quæ interſeruntur ſup. in Gr. Vatic. & *cuſtodiſti juſtificationes Zambri ;* Nobilius etiam notat quoſdam libros hæc non habere, viderique ex alia eſſe Interpretatione. Abſunt ab edit. Complut.

CAPUT VII.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Mich. 7. col. 1545.

1. VÆ mihi, quia factus ſum ſicut qui congregat ſtipulam in meſſe, & ſicut racemos in vindemia ; cùm non ſit botrus ad comedendum primitiva, quæ paſſa eſt anima mea.

2. Væ mihi anima, quia periit reverens de terra, & qui corrigat in hominibus non eſt : omnes in ſanguine judicantur, unuſquiſque proximum ſuum tribulat tribulatione.

3. In malum manus ſuas præparant : princeps poſtulat, & judex verba pacifica locutus eſt : deſiderium animæ ſuæ eſt, & auferam bona eorum

VULGATA NOVA.

1. VÆ mihi, quia factus ſum ſicut qui colligit in autumno racemos vindemiæ : non eſt botrus ad comedendum, præcoquas ficus deſideravit anima mea.

2. Periit ſanctus de terra, & rectus in hominibus non eſt : omnes in ſanguine inſidiantur, vir fratrem ſuum ad mortem venatur.

3. Malum manuum ſuarum dicunt bonum : princeps poſtulat, & judex in reddendo eſt : & magnus locutus eſt deſiderium animæ ſuæ, & conturbaverunt eam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Conſonat Græc. Vat. niſi quòd ſcribit ſingulariter, ἐπιρυμίδα, *racemum*, non *racemos ;* extremò verò caret his, *quæ paſſa eſt anima mea :* ſed in ed. Ald. poſt πρωτόγονα, ſequuntur iſta, ἃ ἐπεσόθησεν ἡ ψυχή μου deinde Οἴμοι ψυχή, &c. de ℣. ſeq. Interpres Lat. legiſſe videtur ſup. ἐπεπάθησεν, à πάσχω, ſeu inuſit. πάθω, *patior ;* non ἐπεσπόθησεν, à ποθέω, vel ἐπεσποθέω, quod eſt, *expeto*, *deſidero :* ſimilitudo utriuſque verbi, ἐπεπόθησεν, & ἐπεπάθησεν, creare potuit errorem. Ad præd. additamentum quod ſpectat, illud quidem proditur ab Hieronymo in textu ; ſed in comment. nil omnino ſubjicitur quod ipſum redoleat. *Hoc juxta Hebraïcum*, inquit : *porrò ſecundùm LXX. qui diſſentiunt in quibuſdam..... hujuſcemodi mihi ſenſus videtur :* pluribus interjectis, priora verba ſic reſumit : *Væ mihi*, *quia factus ſum ſicut qui colligit ſtipulam in meſſe :* ſed de extremis omnino ſilet ; imo cùm dixiſſet illud, *factus ſum ſicut qui colligit ſtipulam in meſſe*, à quibuſdam *ad conſummationem* referri *ſæculi ; quam*, inquit, & *ſignificanter meſſem interpretantur*, poſt pauca ex iiſdem ſubdit *tunc quaſi poſt meſſem ſtipulam*, & *quaſi poſt vindemiam racemos vix in his reperiri*, *qui fidem in omnium vaſtitate ſervaverint : vocemque hanc*, inquit, *ex perſona aſſumpti hominis putant de ſequentibus approbari*, Væ mihi anima, *de qua loquebatur*, *Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem :* tum ad ſeqq. ſic pergit : *Periit reverens de terra*, &c. de ℣. 2. Supra etiam in Amos 2. col. 1387. b. hæc de Michæa refert ſola : *Heu mihi*, *quia factus ſum ſicut qui colligit ſtipulam in meſſe*, & *ſicut racemos in vindemia*, *cùm non ſit botrus ad manducandum primitiva :* dein : *Heu mihi anima mea*, &c. de ℣. ſeq. omiſſo additamento de quo ſupra. Ambr. quoque, ep. 70. to. 2. 1066. f. legit : *Heu me*, *quia factus ſum ſicut qui colligit ſtipulam in meſſe*, & *ſicut racemum in vindemia :* ſimiliter l. 2. de pœnit. col. 433. e. & l. 3. de interpel. Job, c. 5. col. 659. f. & l. de lapſ. virg. col. 312. d.

℣. 2. Mendum huc irrepſiſſe videtur in edit. noviſſ. Hieron. ubi pro *reverens de terra*, legitur *revertens de terra ;* idem repetitur inf. in comm. col. 1547. a. necnon 1550. c. ſed error, ſeu vitium facilè detegitur, cognoſciturque vel ex his quæ proximè addit Hieron. col. 1547. a. *Periit*, inquit, *reverens de terra*, *vel Antichriſto interficiente ſanctos*, *vel ad magnitudinem ſcandalorum cunctis corruentibus.* Porro hæc tria ibidem juncta optimè quadrant, ſcilicet eò quòd vel ab Antichriſto interfecti fuerint ſancti, vel cuncti magnitudine ſcandalorum corruerint, periiſſe reverentem, ſeu pium, & verecundum de terra. Si autem loco *reverens*, ſcribatur ibid. *revertens*, ut legitur in ed. Martian. necnon in ed. Mariani Vict. an. 1624. ecquæ erit connexio continuatioque ſententiarum ? Nobilius quoque vertit *pius*, ſed in Notis ait ap. Hieron. legi *reverens ;* & verò ed. Eraſmi conſtanter hab. ibid. cùm in textu, tum in comm. *reverens*, ed. autem Mariani in textu *reverens*, in comm. verò *revertens.* Imo Martianæus ipſe alio in loco commentar. Hieron. videlicet in Amos 2. col. 1387. b. ita edidit : *Heu mihi anima mea*, *quia periit reverens* (non *revertens*) *de terra*, & *qui rectum faciat in hominibus non eſt : omnes in ſanguine judicantur :* at in Iſai. 54. col. 395. a. Hieron. ex editt. Mariani & Martian. ſic habet : *Heu mihi*, *quia periit revertens* (Eraſm. *reverens*) *à terra ; non eſt qui faciat rectum in hominibus : omnes in ſanguine meo judicantur*, *unuſquiſque proximum ſuum tribulat tribulatione :* rurſum l. 2. in ep. ad Epheſ. to. 4. col. 376. a. ex ead. edit. noviſſ. *Heu mihi anima*, *quia periit* revertens *à terra*, & *qui corrigat inter homines non eſt : omnes in ſanguine judicantur.* Sed Ambroſ. l. 2. de pœnit. col. 428. c. optimè legit : *Heu me anima mea*, *quia periit reverens à terra*, & *qui corrigat in hominibus non eſt :* in Mſs. autem ibid. partim *reverens*, partim *timoratus ;* in vet. edit. *timor tuus :* item epiſt. 70. col. 1066. f. ſic legitur : *Heu me anima*, *quòd non eſt plus timoris à terra :* quæ omnia eòdem recidunt, & mendum noviſſ. editionis Hieron. apertè diluunt. At verò de hoc non meliùs judicari poteſt quàm textu Græco, ubi ſic : Οἴμοι ψυχή, ὅτι ἀπόλωλεν εὐσεβὴς ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ κατορθῶν ἐν ἀνθρώποις οὐκ ὑπάρχει· πάντες εἰς αἵματα ὁλικάζονται, ἕκαστος τὸν πλησίον αὐτοῦ ἐκθλίβειν ἐκθλιβήσῃ. Ubi autem edit. Rom. habet εὐσεβὴς, Ald. & Compl. edunt εὐλαβὴς, *verecundus ;* ſic etiam in Mſs. Alex. & Barber.

℣. 3. Ad verbum è Græco. Rurſum Hieron. in Iſai. 54. col. 395. a. legit : *Et ad malum manus ſuas præparant :* & in Iſai. 50. col. 363. a. *auferam bona eorum :* vide etiam in Mich. 7. col. 1550. c.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.
4. Qui optimus in eis eſt, quaſi paliurus: & qui rectus, quaſi ſpina de ſepe. Dies ſpeculationis tuæ, viſitatio tua venit: nunc erit vaſtitas eorum.	4. quaſi tinea comedens, & ambulans ſuper regulam in die ſpeculationis tuæ. Væ, væ, ultiones tuæ venerunt: nunc erunt fletus eorum. *Hieron. ubi ſup. & col. 1547.*
5. Nolite credere amico: & nolite confidere in duce: ab ea, quæ dormit in ſinu tuo, cuſtodi clauſtra oris tui.	5. Nolite credere in amicis: neque ſperetis in ducibus: ab ea, quæ tecum cubat, cave ne credas ei.
Matth. 10. 21. *Matth.* 10. 36. 6. Quia filius contumeliam facit patri, & filia conſurgit adversùs matrem ſuam, nurus adversùs ſocrum ſuam: & inimici hominis domeſtici ejus.	6. Quia filius contumeliam facit patri, & filia ſurgit adversùm matrem ſuam, nurus contra ſocrum ſuam: inimici hominis viri domeſtici ejus.
7. Ego autem ad Dominum aſpiciam, exſpectabo Deum ſalvatorem meum: audiet me Deus meus.	7. Ego autem in Domino contemplabor, exſpectabo Deum ſalvatorem meum: exaudiet me Deus meus.
8. Ne læteris inimica mea ſuper me, quia cecidi: conſurgam, cùm ſedero in tenebris, Dominus lux mea eſt.	8. Ne inſultes mihi inimica mea, quia cecidi: & reſurgam, quia ſi ambulavero in tenebris, Dominus illuminabit me. *col. 1551.*
9. Iram Domini portabo, quoniam peccavi ei, donec cauſam meam judicet, & faciat judicium meum: educet me in lucem, videbo juſtitiam ejus.	9. Iram Domini ſuſtinebo, quia peccavi ei, donec juſtificet cauſam meam, & faciat judicium meum, & educat me in lucem: & videbo juſtitiam ejus.
10. Et aſpiciet inimica mea, & operietur confuſione, quæ dicit ad me: Ubi eſt Dominus Deus tuus? Oculi mei videbunt in eam: nunc erit in conculcationem ut lutum platearum.	10. Et videbit me inimica mea, & operiet eam confuſio, quæ dicit ad me: Ubi eſt Dominus Deus tuus? Oculi mei videbunt eam: nunc erit in conculcationem ſicut lutum in viis.
11. Dies, ut ædificentur macerieæ tuæ: in die illa longè ſit lex.	11. Dies lituræ lateris, deletio tua: & repellet legitima tua dies illa.
12. In die illa & uſque ad te veniet de Aſſur, & uſque ad civitates munitas; & à civitatibus munitis uſque ad flumen, & ad mare de mari, & ad montem de monte.	12. Et urbes tuæ venient in concluſionem, & in diviſionem Aſſyriorum; & civitates tuæ munitæ in diviſionem, à Tyro uſque ad flumen, & à mari uſque ad mare, & de monte uſque ad montem.
13. Et terra erit in deſolationem propter habitatores ſuos, & propter fructum cogitationum eorum.	13. Et erit terra in diſſipationem cum habitatoribus ſuis, propter fructus adinventionum eorum.
14. Paſce populum tuum in virga tua, gregem hæreditatis tuæ, habitantes ſolos in ſaltu, in medio Carmeli: paſcentur Baſan & Galaad juxta dies antiquos.	14. Paſce populum tuum in virga tua, oves hæreditatis tuæ, habitantes ſolas in ſaltu, in medio Carmeli: paſcentur Baſanitin & Galaaditin juxta dies priſtinos. *col. 1554.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Eadem ſunt in Gr. Vatic. detracto poſſeſſ. *tuæ*, poſt *ſpeculationis*; at in edit. Ald. & Mſ. Barb. eſt σκοπιᾶς Cv. Hieron. etiam in Iſai. 50. col. 363. e. legit: *quaſi tinea excomedens* (Gr. ἐκτρώγων,) *& ambulans ſuper regulam in die ſpeculationis*: & in Mich. 7. col. 1550. c. *Va, va, ultiones tuæ vener. nunc erunt ploratus earum.*

℣. 5. Concinit Græc. niſi quòd extremò hab. φύλαξαι τῷ ἀναθέσθαι τι αὐτῇ, *cave concredere quidquam ei.* Hieron. inſ. in comm. 1549. e. *ab ea, quæ tecum cubat, cuſtodi te ne credas ei*: & col. 1550. e. *& ei, quæ tecum dormit, cave ne quidquam credideris.*

℣. 6. Græc. tollit &, ante *filia*, ſubditque ἐπανάστησεται, *inſurget*, pro *ſurgit*; ultimòque, ἐχθροὶ πάντες ἀνδρὸς οἱ ἐν τῷ οἴκῳ αὐτῦ, ad litt. *inimici omnes viri*, ſeu *hominis, domeſtici ejus*; in Compl. & Mſ. Alex. πάντες ἄνδρες, non ἀνδρὸς generandi caſu; cæt. ſimilia.

℣. 7. Conſonat Græc. Vatic. niſi quòd initio leg. ἐπὶ τὸν Κύριον ἐπισκέψομαι, *in Dominum intuebor*; ſed alii plerique, teſte Nobilio, ἐν τῷ Κυρίῳ ἐπισκοπεύσω.

℣. 8. Itidem Græcè, excepto uno καθίσω, *ſedero*, pro *ambulavero*. Hieron. in Mich. 4. col. 1528. c. *Noli inſultare mihi inimica mea, quia cecidi: reſurgam, etſi enim ambulavero in tenebris, Dominus lux mea eſt.* Ambroſ. in Pſ. 35. col. 778. a. *Noli ſuperbè gaudere mihi inimica mea, quia cecidi; ſed reſurgam*; vet. ed. *Noli ſuper me gaudere*, è Gr. Μὴ ἐπιχαίρέ μοι· ita quoque legit Ambr. in Pſ. 37. & 40. col. 837. b. 881. b. *Noli gaudere ſuper me inimica mea, quia cecidi; ſed reſurgam*: & l. 2. de pœnit. to. 2. 433. c. *Noli ſupergaudere mihi inimica mea, quia cecidi: ſed reſurgam, quoniam ſi ſedero in tenebris, Dominus illuminabit me*: ſimiliter epiſt. 70. col. 1067. b. Auct. l. ad Novat. hæret. ap. Cypr. p. 438. d. *Noli gratulari inimica mea mihi, quoniam ſi cecidi, & exſurgam*: *& ſi in tenebris ambulavero, Dominus lumen eſt mihi.*

℣. 9. Ita rurſum legit Hieron. in Mich. 4. col. 1528. d. & in Ezech. 17. col. 814. e. ſic etiam in Iſai. 66. col. 514. f. præter unum *auferat*, pro *faciat*. Accinit pariter Gr. edit. Rom. niſi quòd hab. ποιήσει..... καὶ ἐξάξει, *faciet*..... *& educet*, omiſſo ſeq. &, ante *videbo*: in Mſ. Alex. ἀπολοῦσι τὸ κρίμα μν. Apud Ambroſ. in Pſ. 1. col. 760. c. *Et iram Dei ſuſtinebo, quia peccavi, donec juſtificet judicium meum: & educet me in lucem*: lib. verò 2. de pœnit. col. 433. c. ut ap. Hieron. ſupra: *Iram Domini ſuſtinebo, quia peccavi ei, donec juſtificet cauſam meam, & faciat judicium meum, & educat me ad lumen: & videbo juſtitiam ejus*: & ep. 70. col. 1067. c. *Iram Domini ſuſtinebo, quia peccavi*: ſubinde, *donec juſtificet ipſe cauſam meam*: & poſt pauca, *educet judicium meum*; deinde, *educet me ad lumen, ut videam juſtitiam ejus.* Auct. l. ad Novat. hæret. ap. Cypr. p. 438. f. *Iram Domini tolerabo, quoniam peccavi illi, uſque dum juſtificet cauſam meam, & faciat judicium & juſtitiam, & producat me ad lucem: videbo juſtitiam illius.*

℣. 10. Græc. Vatic. in principio habet: Καὶ ὄψεται ἡ ἐχθρά μν, ἣ περιβαλεῖται αἰσχύνη, ἡ λέγουσα· Πῦ; reliqua ut in Lat. ſupra: in ed. Ald. ἡ πρὸς μὲ λέγουσα· in Compl. & Mſ. Alex. λέγουσα πρός μέ. Apud Hieron. in Mich. 4. col. 1528. d. *Et aſpiciet inimica mea, & operietur ignominiâ.* Apud Ambroſ. l. 2. de pœnit. col. 433. c. *Et Videbit inimica mea, & cooperietur confuſione, quæ dicit ad me: Ubi eſt Dominus Deus tuus? Oculi mei videbunt eam: & erit in conculcationem ſicut lutum in via*: & epiſt. 70. col. 1067. f. 1068. a. *Videbit inimica mea, & operietur confuſione, quæ nunc dicit: Ubi eſt Dominus Deus tuus?* Auct. verò l. ad Novat. hær. ap. Cypr. p. 439. a. *Et videbit me inimica mea, & cooperiet ſe confuſione.*

℣. 11. Græcè ſubjicitur ἡ ἡμέρα ἐκείνη, *dies illa*, poſt hoc, *deletio tua*; tum ſequitur: ἐν ἀποτρίψεται τὸ μιμά σν ἡ ἡμέρα ἐκείνη· in ed. Ald. & Mſ. Alex. ἐν ἀπώσεται; in Compl. ἀποτρέψεται· cæt. ut in textu Lat.

℣℣. 12. 13. Similia prorſus in Græco, præter unum ὁμαλισμὸν, *complanationem*, loco *concluſionem*; quidam verò libb. ferunt ζυγκλεισμὸν, teſte Nobilio.

℣. 14. Eadem rurſum in Græco Vatic. niſi excipias hæc pauca, καθ' ἑαυτὴς δρυμὸν, loco *ſolas in ſaltu*; ultimòque, καθὼς αἱ ἡμέραι τῦ αἰῶνος· in Ald. ed. καλαμένης δρυμῶ..... κατὰ τὰς ἡμέρας τῦ αἰῶνος· Hieron. inſ. in comm. col. 1555. c. hab. *in medio Carmeli paſcentur Baſanitidem & Galaaditin juxta dies æternitatis.* Cypr. l. 3. Teſtim. p. 313. b. *Paſce populum tuum in virga tua, oves hæreditatis tuæ, & habitantes ſeparatim convelle in medio Carmelo: parabunt Baſanim & Galaadim ſecundùm dies ſæculi.*

Digitized by Google

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Hieron. ubi sup. 15. Et juxta dies egressionis tuæ de terra Ægypti ostendam eis mirabilia.	15. Secundùm dies egressionis tuæ de terra Ægypti ostendam ei mirabilia.
16. Videbunt gentes, & confundentur in omni fortitudine sua : ponent manus super os suum, aures eorum surdæ erunt.	16. Videbunt gentes, & confundentur super omni fortitudine sua : ponent manum super os, aures eorum surdæ erunt.
17. Lingent humum sicut serpentes, quæ trahunt terram : turbabuntur in conclusionibus suis : super Domino Deo nostro formidabunt, & timebunt à te.	17. Lingent pulverem sicut serpentes, velut reptilia terræ perturbabuntur in ædibus suis : Dominum Deum nostrum formidabunt, & timebunt te.
col. 1556. 18. Quis Deus sicut tu, auferens iniquitates, & transcendens injustitias his qui reliqui sunt de hæreditate tua? non tenuit in testimonium iram suam, quia volens misericordias est.	18. Quis Deus similis tui, qui aufers iniquitatem, & transis peccatum reliquiarum hæreditatis tuæ? non immittet ultra furorem suum, quoniam volens misericordiam est. *Jer. 10. 6. Act. 10. 43.*
19. Revertetur, & miserebitur nostri : demerget peccata nostra, & projicientur in profundum maris omnia peccata nostra.	19. Revertetur, & miserebitur nostri : deponet iniquitates nostras, & projiciet in profundum maris omnia peccata nostra.
20. Dabit veritatem Jacob, misericordiam Abraham : sicut juraſti patribus nostris juxta dies priores.	20. Dabis veritatem Jacob, misericordiam Abraham : quæ juraſti patribus nostris à diebus antiquis.

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 15. Græc. Vatic. habet ἐξ Αἰγύπτου, *ex Ægypto*; deinde, ὄψεσθε θαυμαστὰ, *videte mirabilia*; Ald. verò & Compl. δείξω αὐτοῖς θαυμαστά, ut in Lat. supra. Cypr. l. 3. Testim. p. 313. b. *Et secundùm dies profectionis eorum à terra Ægypti ostendam illis mirabilia.* Auguſt. in Pſ. 113. to. 4. 1256. d. *Prout* (inſ. *Secundùm*) *dies profectionis eorum ex Ægypto ostendam mirabilia illis.*

℣. 16. Similia refert Græc. Vatic. exceptis his, ἐν ἐκ πάσης τῆς ἰσχύος αὐτῶν· ἐπιθήσουσι, & *ex omni fortitudine sua; imponent*, loco *in omni fortitudine sua; ponent*; Mſ. Alex. tollit conjunct. ἐν, ante ἐκ πάσης; ed. Compl. hab. ἐν ἐκ πάσῃ ἰσχύϊ, &c. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 313. b. *Videbunt gentes, & confundentur ex omni fortitudine sua : & ſinperponent manus in os ſuum, aures illorum exſurdabuntur.* Auguſt. in Pſ. 113. to. 4. 1256. d. *Videbunt nationes, & confundentur ab omni vigore eorum : manibus ora ſua obſtruent, aures illis obſurdabuntur*; Gr. ἀποκωφωθήσεται.

℣. 17. Eadem leguntur Græcè, præter hoc ſingul. ἐν συγκλεισμῷ αὐτῶν, *in concluſione ſua*, pro *in concluſionibus ſuis*. Apud Cypr. l. 3. Teſtim. p. 313. b. *Et lingent pulverem quomodo ſerpentes trahentes terram : conturbabuntur, & lingent pulverem in concluſione ſua : ad Dominum Deum ſuum expaveſcent, & timebunt abs te.* Apud Auguſt. in Pſ. 113. to. 4. 1256. d. *Delinguentes terram velut ſerpentes trahentes terram : conturbabuntur de concluſionibus eorum : in Domino Deo noſtro excident mente* (Gr. ἐκστήσονται,) *& terrebuntur à te.*

℣. 18. Græc. Vatic. loco *injuſtitias*, hab. ἀσεβείας, *impietates*; edit. verò Ald. ἀνομίας; ſubinde in Rom. loco *de hæreditate tua*, ſic, τῆς κληρονομίας αὐτοῦ, ſubjunctâ conjunct. καί. Hieron. etiam inf. in comm. legit, *de hæreditate ejus*, non *tua*; verùm non præponit &, ſequenti *non tenuit* : extremò Græcè ita, ὅτι θελητὴς ἐλέους ἐστίν. Apud Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 703. b. *Quis Deus quomodo tu, eximens iniquitates, & præteriens injuſtitias reſiduis hæreditatis tuæ? non tenuit in teſtimonium iram ſuam, quia voluit miſericordiam.* Cypr. l. 3. Teſtim. p. 313. b. *Quis Deus quomodo tu, elevans injuſtitiam, & tranſgrediens impietates?* Ambroſ. epiſt. 70. col. 1068. a. *Quis Deus ſicut tu, auferens peccata, & tranſferens impietates*, al. *iniquitates?* Auguſt. in Pſ. 113. to. 4. 1256. e. *Quis Deo tuo ſimilis, auferens iniquitatem, & tranſgrediens impietatem reſiduis hæreditatis tuæ? & non continuit in teſtimonium iram ſuam, quoniam voluntarius & miſericors eſt.*

℣. 19. Concinit Græc. Vatic. niſi quòd habet, καταδύσει τὰς ἀδικίας ἡμῶν· deinde, ἐν ἀπορριφήσονται εἰς τὰ βάθη τῆς θαλάσσης πάσας τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν· in Mſ. Alex. ἐν ἀπορρίψει..... πάσας τὰς, &c. In Compl. καταλύσει τὰς ἀδικίας ἡμῶν, ἐν ἀπορριφήσονται..... πᾶσαι αἱ ἁμαρτίαι ἡμῶν. Apud Iren. l. 3. c. 20. p. 214. b. *Ipſe convertetur, & miſerebitur noſtri : diſſolvet injuſtitias noſtras, & projiciet in altitudinem maris peccata noſtra.* Apud Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 703. b. *Avertet, & miſerebitur noſtri : demerget delicta noſtra, & demerget in profunda maris peccata noſtra.* Apud Auguſt. in Pſ. 113. to. 4. 1256. e. *Ipſe convertet, & miſerebitur noſtri : demerget delicta noſtra, demerget in maris profundum omnes culpas noſtras.* Auct. l. de promiſſ. p. 1. c. 38. ap. Proſp. col. 120. b. *Ipſe convertetur, & miſerebitur noſtri : & demerget in profundum maris omnia peccata noſtra.*

℣. 20. Itidem Græcè, hoc excepto 1. Δώσει εἰς ἀλήθειαν τῷ Ἰακὼβ, *Dabit in veritatem Jacob.* Abeſt præp. εἰς ab ed. Compl.

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore Francisco Luca Brugenſi.

MICHÆAS.

Cap. I. ℣. 11. Planctum domus vicina accipiet ex vobis. *Non mutes nominativum* vicina, *in genitivum* vicinæ.

℣. 14. Domus mendacii in deceptionem regibus Iſraël. *Nominativus pluralis* domus, *non eſt vertendus in accuſativum pluralem* domos.

Cap. II. ℣. 5. In cœtu Domini. *Non ſubjicias* ô Iſraël.

Cap. IV. ℣. 6. Et quam afflixeram. *Non addas* conſolabor.

℣. 8. Et tu turris gregis nebuloſa filiæ Sion. *Non mutes genitivum* filiæ, *in nominativum* filia.

Cap. V. ℣. 3. Et reliquiæ fratrum ejus. *Non omittas conjunctionem &.*

℣. 5. Et erit iſte pax : cùm venerit Aſſyrius. *Quidam libri, inverſo verborum ordine, legunt pro nominativo* Aſſyrius, *dativum* Aſſyriis, *quem præcedentibus jungunt hoc modo:* Et erit pax Aſſyriis, cùm venerit; *ſed malè.*

℣. 9. Exaltabitur manus tua ſuper hoſtes tuos. *Non præponas conjunctionem &.*

Cap. VI. ℣. 9. Et ſalus erit timentibus nomen tuum. *Non eſt mutandum pronomen ſecundæ perſonæ* tuum, *in tertiæ* ſuum *vel* ejus.

℣. 16. Et ambulaſti in voluntatibus eorum. *Legendum eſt* voluntatibus, *quod eſt, deſideriis, non* voluptatibus, *quod eſt, delectamentis.*

Cap. VII. ℣. 17. Velut reptilia terræ perturbabuntur in ædibus ſuis. *Ita emendarunt Correctores, ſecuti LXX. tametſi altera lectio*, proturbabuntur de, *quod eſt, ejicientur ex* ædibus ſuis, *Hebræo ſimilior ſit.*

Sequitur : Dominum Deum noſtrum formidabunt. *Pro* formidabunt, *quod eſt, pavebunt, non ſcribas* deſiderabunt, *quod eſt, cupient.*

Digitized by Google

CAPITULA NAUM PROPHETÆ,

JUXTA VETER. EDIT. LATINAM EX LXX. INTERP.

Ex Mſs. codd. S. Petri 3. & Vatic. 4220. edita à Joſepho Maria Caro presb. Romæ, 1688.

I. *Defecerunt montes, & denudata eſt terra.* c. 1. ℣. 5.

II. *Suavis* (al. add. *eſt*) *Dominus bis qui ſuſtinent eum in die tribulationis.* c. 1. ℣. 7.

III. *Veloces pedes eorum evangelizantes* (al. *evangelizantium*) *pacem.* c. 1. ℣. 15.

IV. *Porta civitatum apertæ ſunt*; al. addit, *& ſubſtantia revelata eſt.* c. 2. ℣. 6.

V. *Leo rapuit ſufficientia catulis ſuis.* c. 2. ℣. 12.

VI. *O civitas ſanguinum tota mendax!* c. 3. ℣. 1.

Digitized by Google

PROPHETIA

* NAHUM.

CAPUT PRIMUM.

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
1. ASSUMPTIO Ninive : Liber visionis Naum Elcesæi :	1. ONUS Ninive : Liber visionis Nahum Elcesæi.
2. Deus æmulator, & ulciscens Dominus : ulciscens Dominus cum furore : ulciscens Dominus in adversarios suos, & tollens ipse inimicos suos.	2. Deus æmulator, & ulciscens Dominus : ulciscens Dominus, & habens furorem : ulciscens Dominus in hostes suos, & irascens ipse inimicis suis.
3. Dominus patiens, & longa fortitudo ejus, & mundans non faciet innocentem. Dominus in consummatione viæ ejus, & nebulæ pulvis pedum ejus.	3. Dominus patiens, & magnus fortitudine, & mundans non faciet innocentem. Dominus in tempestate & turbine viæ ejus, & nebulæ pulvis pedum ejus.
4. Increpans mare, & exsiccans illud : & omnia flumina ad desertum perducens. Imminuta est Basanitis, & Carmelus : & quæ florebant Libani, defecerunt.	4. Increpans mare, & exsiccans illud : & omnia flumina ad desertum deducens. Infirmatus est Basan, & Carmelus : & flos Libani elanguit.
5. Montes commoti sunt ab eo, & colles concussi sunt : & contracta est terra à facie ejus, universitas, & omnes qui habitant in ea.	5. Montes commoti sunt ab eo, & colles desolati sunt : & contremuit terra à facie ejus, & orbis, & omnes habitantes in eo.
6. A facie iræ ejus quis sustinebit ? & quis resistet in ira furoris ejus ? furor ejus consumit principatus : & petræ contritæ sunt ab eo.	6. Ante faciem indignationis ejus quis stabit ? & quis resistet in ira furoris ejus ? indignatio ejus effusa est ut ignis : & petræ dissolutæ sunt ab eo.

Hieron. in Nah. 1. col. 1558. 1559. 1561. ex Lxx.

col. 1559.

col. 1560.

col. 1561.

col. 1562.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Hieron. præf. in hunc Proph. ait : *Juxta LXX. Interpretes in ordine Prophetarum duodecim, post Jonam* Naum *ponitur, quia videntur de eadem urbe prophetare..... In Hebraïco* verò, *post Jonam Michæas ponitur, & Michaam sequitur Naum.* LXX. autem ordinem non sequimur, ne ordo servatus in Vulgata, cum qua Versionem antiquam comparamus, perturbetur.

℣. 1. Sic est in Græco, nisi quòd ita scriptum legitur, Νινευή, *Nineve.*

℣. 2. Itidem Græcè, detracta præp. *in*, ante *adversarios.*

℣. 3. Græc. Vatic. Κύριος μακρόθυμος, καὶ μεγάλη, καὶ ἰσχὺς αὐτῷ, καὶ ἀθῷον οὐκ ἀθωώσει. Κύριος ἐν συντελείᾳ καὶ ἐν συσσεισμῷ ἡ ὁδὸς αὐτῷ, καὶ νεφέλαι κονιορτὸς ποδῶν αὐτῷ· i. e. *Dominus longanimis, & magna fortitudo ejus, & innocentem non faciet innocentem. Dominus in consummatione & in commotione via ejus, & nubes pulvis pedum ejus.* In Mſ. Alex. non ἀθῶον, sed ἀθῶν οὐκ ἀθωώσει· hoc etiam, inquit Hieronym. *mundans non faciet innocentem, significantius in Græco dicitur,* καὶ ἀθῶν οὐκ ἀθωώσει· item infra, ad hæc Hebr. verba, *in tempestate & in turbine*, ait : *Pro* tempestate & turbine, consummationem *LXX. transtulerunt, licet in eo ubi nos posuimus,* in tempestate, & *in Hebræo scribitur* basupha, in commotione *quoque possit intelligi.* In Mſ. Alex. ἐν συσσεισμῷ, in ed. Ald. σεισμῷ.

℣. 4. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 714. a. legit : *Comminans mari, & arefaciens illud.* Græc. Ἀπειλῶν θαλάσσῃ, καὶ ξηραίνων αὐτήν· reliqua ut supra.

℣. 5. Similia Græc. exhibet : ἡ σύμπασα autem, loco *universitas*, à Nobil. vertitur *universa* ; in Compl. οἰκουμένη. Apud Cypr. l. 3. Testim. p. 313. b. *Montes commoti sunt ab eo, & colles contremuerunt : & denudata est terra ante faciem ejus, & omnes qui inhabitant illam.* Pro *denudata*, Græcè ἀνεσάλη.

℣. 6. Suffragatur Græcum. Cypr. l. 3. Testim. p. 313. b. legit : *A facie iræ ejus quis sustinebit ? & quis resistit in ira animi ipsius ? animatio ipsius fluere facit principatus :* & *petræ dissolutæ sunt ab illo.* Græc..... ὁ θυμὸς αὐτῦ τήκει ἀρχάς· καὶ αἱ πέτραι διεθρύβησαν ἀπ' αὐτῦ· in ed. Ald. διεῤῥ

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

7. Bonus Dominus, & confortans in die tribulationis : & ſciens ſperantes in ſe :

8. & in diluvio prætereunte, conſummationem faciet loci ejus : & inimicos ejus perſequentur tenebræ.

9. Quid cogitatis contra Dominum? conſummationem ipſe faciet : non conſurget duplex tribulatio.

10. Quia ſicut ſpinæ ſe invicem complectuntur, ſic convivium eorum pariter potantium : conſumentur quaſi ſtipula ariditate plena.

11. Ex te exibit cogitans contra Dominum malitiam : mente pertractans prævaricationem.

12. Hæc dicit Dominus : Si perfecti fuerint, & ita plures ; ſic quoque attondentur, & pertranſibit : afflixi te, & non affligam te ultra.

13. Et nunc conteram virgam ejus de dorſo tuo, & vincula tua diſrumpam.

14. Et præcipiet ſuper te Dominus, non ſeminabitur ex nomine tuo ampliùs : de domo Dei tui interficiam ſculptile, & conflatile, ponam ſepulcrum tuum, quia inhonoratus es.

Iſai. 52. 7. Rom. 10. 15. 15. Ecce ſuper montes pedes evangelizantis, & annuntiantis pacem : celebra Juda feſtivitates tuas, & redde vota tua : quia non adjiciet ultra ut pertranſeat in te Belial : univerſus interiit.

VERSIO ANTIQUA.

7. Suavis Dominus exſpectantibus eum in die tribulationis, & cognoſcens timentes ſe : *Hieron. ubi ſup. col. 1563.*

8. & in diluvio tranſeunte conſummationem faciet : conſurgentes, & inimicos ejus perſequentur tenebræ.

9. Quid cogitatis contra Dominum ? conſummationem ipſe faciet : non vindicabit bis in idipſum in tribulatione.

10. Quia uſque ad fundamenta ſua redigentur in vepres, & quaſi volvola circumdata comedetur, & quaſi ſtipula ariditate plena. *col. 1564.*

11. Ex te exibit cogitatio contra Dominum peſſima, cogitans contraria. *col. 1565.*

12. Hæc dicit Dominus regnans aquis multis : Et ſic dividentur, & auditus tuus non audietur ampliùs.

13. Et nunc conteram virgam ejus à te, & vincula ejus diſrumpam.

14. Et præcipiet de te Dominus, non ſeminabitur ex nomine tuo ampliùs : de domo Dei tui diſperdam ſculptilia, & conflatilia, ponam ſepulcrum tuum : quia veloces *col. 1566.*

15. ecce ſuper montes pedes evangelizantis, & annuntiantis pacem : celebra Juda feſtivitates tuas, redde vota tua : quia nequaquam apponent ultra ut pertranſeant in vetuſtatem : completum eſt, conſummatum eſt. *col. 1568.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

τρίσηται ἀπ' αὐτῦ.

℣. 7. Rurſum Hieron. in Iſai. 54. col. 394. f. legit : *Suavis Dom. exſpectantibus ſe in die tribul. & ſciens timentes ſe.* Cypr. l. 3. Teſtim. p. 313. b. *Bonus Dominus illis qui eum ſuſtinent in die preſſura, & cognoſcens illos qui eum timent.* Sic etiam in Græco.

℣. 8. Similia refert Græc. Vatic. niſi excipias vocem πορείας, pro *tranſeunte ;* in Compl. παρεύοντι. Apud Hieron. in Iſai. 54. col. 394. f. *in diluvio itineris conſummationem facit.* De ſeq. verbo *conſurgentes*, videſis Hieron. ſup. in comment.

℣. 9. Concinit Græc. ad verbum. Hieron. in comm. legit, *non judicabit ;* ſed inf. iterum, & tertiò, *non vindicabit*, ut ſup. Gr. οὐκ ἐκδικήσει.

℣. 10. Græcè ſingulariter : Ὅτι ἕως θαμνὸν αὐτῦ χερσωθήσεται, deinde, ἐν ὡς σμίλαξ, &c. ut in Lat. Hieronymus tamen in comm. conſtanter legit num. plur. *Quia uſque ad fundamenta ſua redigentur ad vepres :* ſubinde, *& ſicut volvola quæ circumdatur, comedetur :* & inf. *ſicut volvola*, inquit, *quæ Græcè dicitur* σμίλαξ, *devorabitur, & conſumetur in nihilum.* Volvola *autem herba eſt ſimilis hederæ, quæ vitibus & virgultis circumdari ſolet, & in longum ſerpere.*

℣. 11. Græcè, πονηρὰ, loco *peſſima ;* & βυλευόμενος, pro *cogitans ;* in Mſ. Alex. λογιζόμενος.

℣. 12. Concinit Græc. niſi quòd hab. κατάρχων, *imperans*, pro *regnans.*

℣. 13. Conſonat Græc. Vatic. detractâ voculâ *ejus*, poſt *vincula ;* ſed Compl. cum Mſ. Alex. hab. δεσμές σε, & Hieron. inf. in comment. 1566. c. *vincula tua.*

℣. 14. Ita de Græco, verbum è verbo. Apud Auguſt. l. 18. de civit. Dei, c. 31. to. 7. 512. e. *exterminabo ſculptilia, & conflatilia, ponam ſepulturam tuam : quia veloces ecce ſuper montes pedes*, &c. de ℣. ſeq. Hieronymus quoque hoc ult. *quia veloces*, adnectit ſubſequentibus : *Ideo plus poſui*, inquit, *de LXX. Interpretibus, quoniam ſecunda* περικοπὴ *à priori non poterat ſeparari : in eo enim quod dicitur*, quia inhonoratus es, *pro quo Quinta Editio poſuit*, ὅτι ὑβρίσης, *LXX. tranſtulerunt*, quia veloces..... veloces *autem niſi ad inferioris capituli* pedes *retuleris, pendet ſententia.* Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 706. c. jungit pariter, legendo : *quoniam ecce veloces pedes*, &c. ut infra.

℣. 15. Eadem exhibet Græc. ed. Rom. præter hæc ult. τῦ διελθεῖν διά σου εἰς παλαίωσιν συντετέλεσται, ἐξῆρται· i. e. *tranſire per te in vetuſtatem : conſummatum eſt, ſublatum eſt.* Mſ. Alex. delet hoc, διά σου, cum edit. Compl. extremò Compl. habet, συνεπλήθη, συντετέλεσται, ut ſupra. Hæc autem duo verba cum ſubſeqq. de ℣. 1. capitis 2. uſque ad iſtud, *contemplare*, eadem edit. Compl. adjungit antecedentibus, ſicut etiam Hieronymus in comment. *Semel dixi*, inquit, *juxta interpretationis varietatem, capitula quoque ipſa aliter diffiniri.* Contrà in edit. Gr. Lat. LXX. ſaltem anni 1628. caput 2. initium capit ab his, Συντετέλεσται, ἐξῆρται, &c. Apud Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 706. c. ita legitur : *quoniam ecce veloces pedes in monte evangelizantis pacem.* Apud Aug. l. 18. de civit. Dei, c. 31. p. 512. e. *quia veloces ecce ſuper montes pedes evangelizantis, & annuntiantis pacem : celebra Juda dies feſtos tuos, redde vota tua : quia jam non adjicient ultra ut tranſeant in vetuſtatem : conſummatum eſt, conſumptum eſt, ablatum eſt :* edit. etiam Ald. tertiò addit ὠήλωται.

CAPUT II.

VULGATA NOVA.

1. ASCendit qui diſpergat coram te, qui cuſtodiat obſidionem : contemplare viam, conforta lumbos, robora virtutem valde.

2. Quia reddidit Dominus ſuperbiam Jacob, ſicut ſuperbiam Iſraël : quia vaſtatores diſſipaverunt eos, & propagines eorum corruperunt.

3. Clypeus fortium ejus ignitus, viri exercitus in coccineis : igneæ habenæ currus in die præ-

VERSIO ANTIQUA.

1. ASCendit inſufflans in faciem tuam, eruens de tribulatione : contemplare viam, tene lumbum, confortare robore vehementer. *Hieron. in Nah. 2. col. 1568.*

2. Quoniam avertit Dominus contumeliam Jacob, ſicut contumeliam Iſraël : quia excutientes excuſſerunt eos, & propagines eorum demoliti ſunt.

3. Arma potentiæ ejus ex hominibus : viros fortes illudentes in igne : habenæ curruum in die *col. 1570.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Concinit Græc. ad verbum. Auguſt. l. 18. de civit. Dei, c. 31. col. 512. e. legit : *Aſcendit qui inſufflat in faciem tuam, eripiens te ex tribulatione.*

℣. 2. Eadem rurſum in Græco, excepto ult. verbo διέφθειραν, pro *demoliti ſunt ;* addit Hieron. infra, *ſive corruperunt :* & poſt plura : *in modum flagellorum*, inquit, *ac propaginum, quæ abſque fructu foliis plena ſunt, diſſipaverunt ;* in Gr. κλήματα.

℣. 3. Græc. Vat. voci *potentiæ*, ſubdit ἀυτῶν, *eorum ;* editt. verò Ald. & Compl. ἀυτῦ, *ejus*, ut ſupra. Rurſum

Digitized by Google

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Hieron. ubi sup. præparationis ejus, & equites timebunt	parationis ejus, & agitatores consopiti sunt.
4. in exitibus : & confundentur currus, & collidentur in plateis : aspectus eorum quasi lampades ignis, & quasi fulgura discurrentia.	4. In itineribus conturbati sunt : quadrigæ colliſæ sunt in plateis : aspectus eorum quasi lampades, quasi fulgura discurrentia.
5. Et commemorabuntur optimates eorum, & fugient in diebus, & infirmabuntur in itinere suo : & festinabunt ad muros, & præparabunt propugnacula sua.	5. Recordabitur fortium suorum, ruent in itineribus suis : velociter ascendent muros ejus, & præparabitur umbraculum.
6. Portæ civitatum apertæ sunt, & regalia conciderunt, & substantia revelata est.	6. Portæ fluviorum apertæ sunt, & templum ad solum dirutum.
7. Et ipsa ascendebat : & ancillæ ejus ducebantur sicut columbæ, loquentes in cordibus suis.	7. Et miles captivus abductus est : & ancillæ ejus minabantur gementes ut columbæ, murmurantes in cordibus suis.
col. 1571. 8. Et Ninive sicut piscina aquarum aquæ ejus : & ipsi fugientes non steterunt : & non erat qui respiceret.	8. Et Ninive quasi piscina aquarum aquæ ejus : ipsi verò fugerunt : state, state, & non est qui revertatur.
9. Diripiebant argentum, diripiebant aurum : & non erat finis ornamenti ejus : aggravata est super omnia vasa concupiscentiæ suæ.	9. Diripite argentum, diripite aurum : & non est finis divitiarum ex omnibus vasis desiderabilibus.
col. 1573. 10. Excussio, rediscussio, & ebullitio, & cordis confractio, & dissolutio genuum, & dolores super omnem lumbum : & facies omnium sicut adustio ollæ.	10. Dissipata est, & scissa, & dilacerata : & cor tabescens, & dissolutio geniculorum, & defectio in cunctis renibus : & facies omnium eorum sicut nigredo ollæ.
col. 1574. 11. Ubi est habitaculum leonum, & pascua catulorum leonum, ad quam ivit leo, ut ingrederetur illuc catulus leonis, & non est qui exterreatur ?	11. Ubi est habitaculum leonum, & pascua catulorum leonum, ad quam ivit leo ut ingrederetur illuc, catulus leonis, & non est qui exterreat ?
12. Leo cepit sufficienter catulis suis, & necavit catulis suis : & implevit prædâ nidos suos, & cubile suum rapinâ.	12. Leo cepit sufficienter catulis suis, & necavit leænis suis : & implevit præda spelunças suas, & cubile suum rapina.
col. 1575. 13. Ecce ego ad te, dicit Dominus omnipotens, & succendam in fumo multitudinem tuam, & leones tuos comedet gladius : & auferam de terra prædam tuam, & non audientur ultra opera tua.	13. Ecce ego ad te, dicit Dominus exercituum, & succendam usque ad fumum quadrigas tuas, & leunculos tuos comedet gladius : & exterminabo de terra prædam tuam, & non audietur ultra vox nunciorum tuorum.

Notæ ad Versionem antiquam.

in Vatic. αὐτῶν, post *curruum ; & pro timebunt*, Θορυβηθήσονται, *turbabuntur ;* cæt. ut in textu.

℣. 4. Edit. Rom. in principio hab. ἐν ὁδοῖς, *in viis ;* Compl. verò, ἐν ἐξόδοις, *in exitibus*, absque seq. καὶ, quæ conjunct. abest etiam ab Ald. reliqua concordant ad verbum.

℣. 5. Similia fert Gr. edit. Rom. præter vocem ἡμέρας, *die*, pro *in diebus ;* rectè Compl. ἐν ἡμέραις. Rom. etiam addit αὐτῆς, ad *muros ;* at Compl. tollit αὐτῆς, cum Mſ. Alex.

℣. 6. Itidem Græcè. Apud Ambros. verò l. 2. de fide, col. 517. c. *Porta civitatum effractæ sunt, montes ceciderunt, & revelata est substantia :* subinde addit : *In Græco : Regna ceciderunt :* hodie τὰ βασίλεια.

℣. 7. Consonat Græcum. Hieron. inf. in comm. ait : *murmurabunt, seu loquentur in cordibus suis ;* Gr. φθεγγόμεναι.

℣. 8. Succinit Græc. nisi quòd hab. ὕδατος, loco *aquarum ;* al. ὑδάτων.

℣. 9. Eadem sunt in Gr. præter hæc ult. βεβάρυνται ἐπὶ πάντα τὰ σκεύη τὰ ἐπιθυμητὰ αὐτῆς, *aggravati sunt super omnia vasa desiderabilia ejus ;* in Compl. ἐπιθυμήματα αὐτῆς. Hieron. tamen inf. in comment. 1573. b. constanter hab. *aggravata est Ninive super omnia vasa concupiscentiæ suæ : quantò enim*, inquit, *plus habebat multum auri & argenti possessionem, & variam supellectilem, quæ erat gravis & tantò magis ipsa aggravabatur, quæ gravia diligebat.*

℣. 10. Totidem verba exstant Græcè, præpositâ conjunct. καὶ, voci *rediscussio ;* ad seq. autem *ebullitio*, addit Hieron. in comment. *quæ significantiùs in Græco dicitur* ἐκβρασμός ; *propriè siquidem* ἐκβρασμὸς *in istius modi rebus ponitur, cùm, quod latebat intrinsecus, erumpit in faciem.*

℣℣. 11. 12. Hîc refert Hieron. versionem unam Lat. ex Hebræo, nequaquam subjunctâ alterâ ex edit. LXX. Hunc retinet morem, cùm textus ambo conveniunt inter se. Addit etiam proximè : *Pro* speluncis, & leænis, nidos, & catulos *LXX. transtulerunt ; in cæteris idem sensus est.* Hæc etiam verba duo intertexuimus supra. In Græco hod. sic : Ποῦ ἐστὶ τὸ κατοικητήριον τῶν λεόντων, καὶ ἡ νομὴ ἡ ἕως τοῖς σκύμνοις, ποῦ ἐπορεύθη λέων, τῷ εἰσελθεῖν ἐκεῖ σκύμνος λέοντος, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἐκφοβῶν ; 12. Λέων ἥρπασε τὰ ἱκανὰ τοῖς σκύμνοις αὐτῷ, καὶ ἀπέπνιξε τοῖς λέουσιν αὐτῆς· καὶ ἔπλησε θήρας νομὴν αὐτῷ, καὶ τὸ κατοικητήριον αὐτῷ ἁρπαγῆς· quæ omnia nonnisi levibus & pauciſſimis discrepant à Lat. supra.

℣. 13. Eadem prorsus leguntur Græcè.

CAPUT III.

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Hieron. in Nah. 3. col. 1576. 1. O Civitas sanguinum, tota mendax, iniquitate plena ! non contrectabitur venatio.	1. Væ civitas sanguinum, universa mendacii dilaceratione plena : non recedet à te rapina. *Exech. 24. 9. Hab. 2. 11.*
2. Vox flagellorum, & vox commotionis rotarum, & equi persequentis, & currûs ferventis, equitis ascendentis,	2. Vox flagelli, & vox impetus rotæ, & equi frementis, & quadrigæ fervêntis, & equitis ascendentis :
3. & splendentis gladii, & fulgentium armo-	3. & micantis gladii, & fulgurantis hastæ,

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Concinit Græc. ad verbum.

℣. 2. Sic iterum Græcè, præpositâ conjunct. καὶ, voci penult. *equitis ;* sed abest ᾗ, ab edd. Ald. & Compl.

℣. 3. Similia exstant Græcè, excepto uno ἦν, *erat*, vel *fuit*, pro *erit*, ante *finis*. Pro ult. verò *in corporibus eorum*, Hieron. inf. in comm. 1578. b. legit *in corporibus suis :*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.	
& multitudinis interfectæ, & gravis ruinæ: nec eſt finis cadaverum, & corruent in corporibus ſuis.	rum, & multitudinis vulneratorum, & gravis ruinæ: & non erit finis gentibus ejus, & infirmabuntur in corporibus eorum	*Hieron. ubi ſup.*
4. Propter multitudinem fornicationum meretricis ſpecioſæ, & gratæ, & habentis maleficia, quæ vendidit gentes in fornicationibus ſuis, & familias in maleficiis ſuis:	4. à multitudine fornicationis. Meretrix ſpecioſa, & grata, dux maleficiorum, quæ vendit gentes in fornicatione ſua, & tribus in maleficiis ſuis.	
Iſai. 47. 3. 5. Ecce ego ad te, dicit Dominus exercituum, & revelabo pudenda tua in facie tua, & oſtendam gentibus nuditatem tuam, & regnis ignominiam tuam.	5. Ecce ego ad te, dicit Dominus omnipotens, & diſcooperiam poſteriora tua ſuper faciem tuam, & oſtendam gentibus confuſionem tuam, & regnis ignominiam tuam.	*col. 1578.*
6. Et projiciam ſuper te abominationes, & contumeliis te afficiam, & ponam te in exemplum.	6. Et projiciam ſuper te abominationem ſecundùm immunditias tuas, & ponam te in exemplum.	
7. Et erit: omnis, qui viderit te, reſiliet à te, & dicet: Vaſtata eſt Ninive: quis commovebit ſuper te caput? unde quæram conſolatorem tibi?	7. Et erit: omnis, qui viderit te, deſcendet à te, & dicet: Miſera Ninive: quis gemet eam? unde quæram conſolationem illi, aptantem chordam?	*col. 1579.*
8. Nunquid melior es Alexandria populorum, quæ habitat in fluminibus? aquæ in circuitu ejus: cujus divitiæ, mare: aquæ, muri ejus.	8. Apta chordam pars Ammon, quæ habitas in fluminibus: aquæ in circuitu ejus: cujus principium, mare eſt: & aqua, muri ejus.	*col. 1580.*
9. Æthiopia fortitudo ejus, & Ægyptus, & non eſt finis: Aphrica & Libyes fuerunt in auxilio tuo.	9. Æthiopia fortitudo ejus, & Ægyptus, & non eſt finis fugæ tuæ: Phut & Libyes facti ſunt auxiliatores illius.	
10. Sed & ipſa in tranſmigrationem ducta eſt in captivitatem: parvuli ejus eliſi ſunt in capite omnium viarum, & ſuper inclytos ejus miſerunt ſortem, & omnes optimates ejus confixi ſunt in compedibus.	10. Et ipſa in tranſmigrationem ibit captiva: & parvulos illius allident in principio viarum ejus, & ſuper omnia inclyta ejus mittent ſortem, & univerſi optimates ejus alligabuntur compedibus.	
11. Et tu ergo inebriaberis, & eris deſpecta: & tu quæres auxilium ab inimico.	11. Et tu inebriaberis, & eris deſpecta: & tu quæres tibi ut ſtes ab inimicis tuis.	
12. Omnes munitiones tuæ ſicut ficus cum groſſis ſuis: ſi concuſſæ fuerint, cadent in os comedentis.	12. Omnes munitiones tuæ ut ficus, quæ groſſos habent: ſi commotæ fuerint, cadent in os comedentis.	
13. Ecce populus tuus mulieres in medio tui: inimicis tuis adapertione pandentur portæ terræ tuæ, devorabit ignis vectes tuos.	13. Ecce populus tuus quaſi mulieres in te: inimicis tuis aperiendo aperientur portæ terræ tuæ, comedit ignis vectes tuos.	*col. 1583.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Infirmabuntur, inquit, in corporibus ſuis à multitudine fornicationis: *quod licet poſſit & de eis accipi, qui propter res venereas etiam corpore debilitati ſunt..... tamen..... non caduut juxta Hebr. niſi in corporibus ſuis:* id eſt, ut ipſe explicat ſup. 1576. f. *vel cadent à ſua multitudine, dum à ſe invicem conſtipantur; vel in cadaveribus corruent interfectorum:* αὐτῶν enim, & ſuis, & eorum, *utrumque ſignificat.* Vide not. ad ℣. ſeq.

℣. 4. Ita ſert Græcum, copulando ſcilicet τὸ *à multitudine fornicationis*, cum antecedentibus. Hieron. quoque in comment. 1578. c. ait: *In hoc loco LXX. Interpretes, cùm ſecundùm Hebraïcum poſuerimus*, Propter multitudinem fornicationum meretricis, *quaſi aliud voluerunt eſſe principium, ut dicerent*, præ multitudine fornicationis; & *hucuſque finita ſententia, poſtea inciperent:* Meretrix ſpecioſa, & grata, &c. Extremò Græc. Vat. habet λαὺς, *populos*, loco *tribus*; editt. verò Ald. & Compl. cum Mſ. Alex. φυλάς.

℣℣. 5. 6. Totidem verba in Græco, præter hoc, Κύριος ὁ Θεὸς, *Dominus Deus*, non ſimpliciter *Dominus*.

℣. 7. Itidem Græcè, præter hoc ult. *aptantem chordam*, quod deeſt, ſaltem eò loci; nam verſus ſeq. ita incipit ſaltem in edit. Rom. Ἑτοιμάσαι μερίδα, ἁρμόσαι χορδὴν, ἑτοιμάσαι μερίδα Ἀμμών· Hieron. tamen in comment. 1580. b. ait: *Quod autem ſequitur:* unde quæram conſolationem, *vel* conſolatorem tibi, qui aptet chordam? *adhuc ex perſona ejus dicitur, qui reſiliet vel diſcedet à Ninive, & dicet:* Miſera Ninive: quis gemet eam?..... *quis itaque poterit talis inveniri conſolator, &, ut ita dicam, ſcriptor lyricus & citharœdus, qui poſſit diſſonantes chordas in unam harmoniam contrahere?* Paulò verò poſt addit: *Hoc quod expoſuimus*, qui aptet chordam, *vel* aptantem chordam, & *Græcè dicitur* ἁρμόσαι χορδὴν, *nec in Hebraïco, nec in cæteris invenimus Translatoribus, ſed pro eo alteriùs ſermonis exordium:* Nunquid melior es ab Amon, quæ habitat in fluminibus? *unde videtur mihi magis cum poſterioribus copulandum.* Subnexuimus tamen ſupra *aptantem chordam*, eò maximè quòd Hieron. hæc verba primùm retulit in contextu: neque autem ipſa reticemus inf. initio ℣. 8. quia Hieron. ibid. ſubdit in LXX. legi: *Apta chordam*, &c.

℣. 8. Ita Hieron. refert præter ea quæ poſuit ſupra, in fine ℣. 7. Addit etiam: *Pro eo quod in LXX. legitur:* Apta chordam pars Ammon; & *cæteri Interpretes tranſtulerunt:* Nunquid melior es ab Amon? *Hebræus qui me in Scripturis eruditivit, ita legi poſſe aſſeruit:* Nunquid melior es quàm No Amon? & *ait Hebraïcè dici* Alexandriam; Amon *autem*, multitudinem, *ſive* populos; & *eſſe ordinem lectionis:* Nunquid melior es ab Alexandria populoſa, *ſive* populorum, &c. Rurſum inf. 1581. f. ait: *Quod apud LXX. legitur:* Apta, *ſive* Compone chordam, *adhuc ad Niniven dicitur.* In Gr. Vatic. Sic. Ἑτοιμάσαι μερίδα, ἁρμόσαι χορδὴν, ἑτοιμάσαι μερίδα Ἀμμὼν, ἡ κατοικοῦσα ἐν ποταμοῖς· ὕδωρ κύκλῳ αὐτῆς, &c. ut ſup. i. e. *Parare partem, aptare chordam, parare partem Ammon, quæ habitas in fluminibus: aqua in circuitu ejus*, &c. Ab. editt. Ald. & Compl. abeſt 1. Ἑτοιμάσαι μερίδα· & in pleriſque libb. eſt, ſi Nobilio fides, Ἁρμόσαι χορδὴν, ἑτοιμάσαι μερὶς Ἀμμών· in Compl. Ἁρμοσον χορδὴν, ἑτοιμάσαι μερίς.

℣. 9. Edit. Rom. ipſo initio hab. Καὶ Αἰθιοπία; Compl. verò delet καὶ; ſubinde in Rom. eſt, ἡ οὐκ ἔστι πέρας τῆς φυγῆς, & *non ſtetit finis fugæ ejus*; nec additur pronom. *ejus*; deeſt pariter ſeq. *Phut.* In Mſ. Alex. eſt, ἡ οὐκ ἔσται πέρας τῆς φυγῆς σου· Compl. etiam addit σοῦ; Ald. non tantùm σοῦ, ſed & ſeq. Φούδ; cæt. ut in Lat. ſupra.

℣. 10. Eadem exſtant in Gr. edit. Rom. præter ſeqq. ἐπ' ἀρχὰς πασῶν τῶν ὁδῶν, *in principiis omnium viarum*; ſed in multis ἀπ' ἀρχῆς, *à principio*, teſte Nobilio; al. ἐπ' ἀρχῆς, *in principio.* Hieron. verò in commentar. ait: *Parvuli quoque ejus qui adhuc in principiis viarum ſunt..... elidentur in ipſis principiis ſuis.*

℣. 11. Similia præfert Græc. edit. Rom. ſi hoc ult. exceperis, στάσιν ἐξ ἐχθρῶν, *ſtationem ab inimicis*; ſed in edit. Compl. eſt, ἵνα στάσῃ ἐξ ἐχθρῶν· in Ald. ἐξ ἐχθρῶν σου, ut ſupra. Hieron. etiam in commentar. ait: *Stationem, & finem malorum reperire non poteris.*

℣. 12. Gr. edit. Rom. delet *ut*, ante *ficus*; & loco *groſſos*, habet σκοπὺς· cæt. ſimilia. In edd. Ald. & Compl. ὡς συκαῖ, ſtatimque in Compl. ἔχουσαι ὀλίγους; al. καρπὸς ἔχουσαι· Hilar. in Matth. col. 715. e. ait: *Groſſa..... & communis uſus, & prophetica auctoritas nuncupavit.* Vide ſup. Oſe. c. 9. ℣. 10.

℣. 13. Conſonat Græc. ad verbum. Hieron. inf. in

Digitized by Google

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Hieron. ubi sup. col. 1584. 14. Aquam obsidionis hauri tibi, obtine munitiones tuas : ingredere lutum, & conculcare in paleis, obtine super laterem.	14. Aquam propter obsidionem hauri tibi, exstrue munitiones tuas : intra in lutum, & calca, subigens tene laterem.
15. Ibi comedet te ignis : dispердet te gladius, & comedet te quasi locusta : aggravaberis quasi bruchus : multiplicare ut bruchus.	15. Ibi comedet te ignis : peribis gladio, devorabit te ut bruchus : congregare ut bruchus ; multiplicare ut locusta.
16. Multiplicasti negotiationes tuas sicut stellas cœli : bruchus irruit, & evolavit. *col.* 1587.	16. Plures feciſti negotiationes tuas quàm stellæ sint cœli : bruchus expansus est, & avolavit.
17. Exsilivit quasi attelabus commistitius tuus, sicut locusta, quæ ascendit super sepem in die gelu : sol ortus est, & exsilivit, & non cognovit locum suum : væ illis.	17. Custodes tui quasi locustæ : & parvuli tui quasi locustæ locustarum, quæ considunt in sepibus in die frigoris : sol ortus est, & avolaverunt, & non est cognitus locus earum ubi fuerint.
18. Dormitaverunt pastores tui : rex Assur consopivit fortes tuos : abiit populus tuus super montes, & non erat qui susciperet. *col.* 1588.	18. Dormitaverunt pastores tui, rex Assur : sepelientur principes tui : latitavit populus tuus in montibus, & non est qui congreget.
19. Et non est sanitas contritioni tuæ, tumet plaga tua : omnes qui audierunt nuncium tuum, plaudent manibus super te : quia super quem non irruit malitia tua semper ?	19. Non est obscura contritio tua, pessima est plaga tua : omnes qui audierunt auditionem tuam, compressérunt manum super te : quia super quem non transiit malitia tua semper ?

Notæ ad Versionem antiquam.

comment. legit, *apertione aperientur portæ tuæ ;* Gr. ἀνοιχθήσονται πύλαι τῆς γῆς σου.

℣. 14. Similia Gr. exhibet, præposita conjunct. ἐάν, verbo *obtines;* sed abest ἐάν, ab edd. Ald. & Compl. & à Mſ. Alex. Græc. etiam ponit εἰς, ante *lutum.* Hieron.que in commentar. habet : *incide in lutum, & conculcare in paleis :* & paulò sup. *Aquam munitionis attrahe tibi, obtine munitiones tuas.*

℣. 15. In Græco Vatic. deest conjunct. & , post *gladius ;* reponitur verò ante *aggravaberis :* extremò etiam desunt ista : *multiplicare ut bruchus ;* cæt. similia. Sed in Mſ. Alex. est : Καὶ καταφάγεταί σε.... ὡς βαρυθῆναι· ultimòque in Complut. πληθύνθητι ὡς βροῦχος.

℣. 16. Itidem Græcè, exceptâ præp. ὑπέρ, *super*, pro *sicut ;* at in Compl. ὡς τὰ ἄστρα. Hieron. in comment. legit : *bruchus impetu abiit, & avolavit.*

℣. 17. Similia prorsus in Græco, nisi quòd ita scribitur, ἀτελέσεως ; in Mſ. verò Alex. ἀτέλαβος. Hieron. in comment. legit : *Exsilivit attelabus, & mistitius tuus quasi locusta :* item sup. dicit : *Attelabus, qui Græcè dicitur* σύμμικτος, *Latinè translatus est in* commistitium, *quem nos possumus vulgus ignobile, & de diversis gentibus hinc inde populum congregatum intelligere, id est, non cives, sed peregrinos.*

℣. 18. Sic iterum in Græco.

℣. 19. Eadem leguntur Græcè, detracta prima conjunct. &. Hieron. etiam inf. in comment. dicit : *Sequitur : Non est sanitas contritioni tuæ ;* dein, *tumet plaga tua*, ut sup. at in Gr. ἐφλέγμανεν, *intumuit ;* paulòque post, πάντες οἱ ἀκούοντες ; extremò, διότι ἐπὶ τίνα οὐκ ἐπῆλθεν, &c. Hieron. quoque in comment. ait : *Diligenter observa, quia non dixerit*, in quem non intravit malitia tua, σύμμικτὸ, *sed*, in quem non supervenerit..... *supervenit quidem* σύμμικτος, & *quantùm in se est, irruit.*

Roman. Correctionum ad edit. Vulgatam delectus,

Auctore Francisco Luca Brugensi.

Nahum.

Cap. I. ℣. 12. Sic quoque attondentur & pertransibit. *Non est mutandum singulare* pertransibit, *in plurale* pertransibunt.

Cap. II. ℣. 4. In itineribus conturbati sunt : quadrigæ collisæ sunt in plateis. *Masculinum* conturbati, *non est vertendum in femininum* conturbatæ, *jungendumque cum* quadrigæ.

℣. 13. Et succendam usque ad fumum quadrigas tuas. *Non facilè substituendum est pronomen tertiæ personæ* ejus, *pro secundæ* tuas.

Cap. III. ℣℣. 2. 3. Vox flagelli, & vox impetus rotæ, & equi frementis, & quadrigæ ferventis, & equitis ascendentis, & micantis gladii, & fulgurantis hastæ, & multitudinis interfectæ, & gravis ruinæ. *Quidam libri, magnum horum nominum partem scribunt primo casu numeri pluralis,* & quadrigæ ferventes, & equites ascendentes, & micantes gladii, & fulgurantes hastæ, & multitudines interfectæ, & graves ruinæ : *sed retinendus est ubique secundus casus numeri singularis.*

℣. 8. Nunquid melior es Alexandria populorum. *Non præponas præpositionem* ab *nomini* Alexandria.

℣. 13. Inimicis tuis adapertione pandentur portæ terræ tuæ. *Una vox ablativi casus* adapertione, *non est distrahenda in duas* ad apertionem : *nam* adapertione pandentur, *hoc est, aperiendo aperientur.*

Digitized by Google

CAPITULA HABACUC PROPHETÆ,

JUXTA VETER. EDIT. LATINAM EX LXX. INTERP.

Ex Mſs. codd. S. Petri 3. & Vatic. 4220. edita à Joſepho Maria Caro presb. Romæ, 1688.

I. *QUouſque Domine clamabo, & non exaudies?* c. 1. ℣. 2.

II. *Propter hoc diſperſa eſt lex*; al. addit, *quia impius per potentiam deprimit juſtum.* c. 1. ℣. 4.

III. *Videte contemptores, quia opus operor in diebus veſtris.* c. 1. ℣. 5.

IV. *Eò quòd glutiat impius juſtum.* c. 1. ℣. 13.

V. *Et dixerunt: Viſus adhuc ad tempus erit:* al. addit: *& juſtus ex fide mea vivit.* c. 2. ℣. 3.

VI. *Va qui repellent ſibi qua non ſua.* c. 2. ℣. 6.

VII. *Idcoque lapis de pariete exclamabit*; al. addit, *& ſcarabeus de ligno.* c. 2. ℣. 11.

VIII. *Va illi qui dicit ligno: Vigila, & exurge.* c. 2. ℣. 19.

IX. *In medio duorum animalium innoteſces.* c. 3. ℣. 2.

X. *Ante faciem ejus ibit verbum, & exibit*; al. add. *in campos.* c. 3. ℣. 5.

XI. *In comminatione tua* (al. omittit *tua*) *minorabis terram.* c. 3. ℣. 12.

XII. *Requieſcam in die tribulationis*; al. addit, *quia ficus non affert fructum.* c. 3. ℣℣. 16. 17.

Digitized by Google

PROPHETIA
HABACUC.

CAPUT PRIMUM.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Habac. 1. col. 1591. sec. Lxx. col. 1593.

1. ASSUMPTIO, quam vidit Ambacum propheta.

2. Usquequo Domine clamabo, & non exaudies? vociferabor ad te vim patiens, & non salvabis?

3. Quare mihi ostendisti labores & dolores, videre miseriam & impietatem? contra me factum est judicium, & judex accipit. *col. 1594.*

4. Propterea lacerata est lex, & non pervenit ad finem judicium: quia impius prævalet adversùs justum, propterea egreditur judicium perversum.

5. Videte contemptores, & respicite: & admiramini mirabilia, & disperdimini: quia opus ego operor in diebus vestris, quod non credidistis si quis narraverit. *col. 1595.*

6. Quia ecce ego suscitabo Chaldæos, gentem

VULGATA NOVA.

1. ONUS, quod vidit Habacuc propheta.

2. Usquequo Domine clamabo, & non exaudies? vociferabor ad te vim patiens, & non salvabis?

3. Quare ostendisti mihi iniquitatem & laborem, videre prædam & injustitiam contra me? & factum est judicium, & contradictio potentior.

4. Propter hoc lacerata est lex, & non pervenit usque ad finem judicium: quia impius prævalet adversùs justum, propterea egreditur judicium perversum.

5. Aspicite in gentibus, & videte: admiramini, & obstupescite: quia opus factum est in diebus vestris, quod nemo credet cùm narrabitur. *Act. 13. 41.*

6. Quia ecce ego suscitabo Chaldæos, gen-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Hic versiculus primus non refertur ab Hieronymo: præfat. tamen in hunc Proph. ita titulum indicat: *Ubi LXX. Translatores*, & *Symmachus*, & *Theodotio* Λῆμμα, *id est*, Assumptionem, *interpretati sunt*, *in Hebræo* ponitur Massa, *quod Aquila vertit in* Pondus..... *Quatuor autem Prophetæ in duodecim Prophetarum volumine sunt, è quibus tres in principio* Λῆμμα, *id est*, Pondus, *titulum habent*, *Naum*, *Abacuc*, & *Malachias*. De nomine autem *Abacuc*, ita differit initio ejusdem præfat. *Scire nos convenit*, inquit, *corruptè apud Græcos & Latinos nomen* Ambacum *propheta legi*, *qui apud Hebræos dicitur* Abacuc, & *interpretatur* amplexus, *sive*, *ut significantiùs vertamus in Græcum*, περίληψις, *id est*, *amplexatio*. Cypr. l. 1. Testim. c. 5. cum Auct. quæst. è V. T. q. 44. col. 57. a. scribit *Abacuc*. Augustin. verò l. 18. de civit. Dei, c. 31. col. 513. *Ambacum*. In Gr. Vatic. pariter Τὸ λῆμμα, ὃ εἶδεν Ἀμβακοὺμ ὁ προφήτης· in Compl. Ἀμβακούκ.

℣. 2. Consonat Gr. ad verbum, nisi excipiatur unum, ἀδικούμενος, loco *vim patiens*. Cassiodorus in Ps. 101. p. 337. b. legit: *Usquequo Domine clamabo*, & *non exaudies? vociferabor ad te injuriam accipiens*, & *non intendes?* At Hieron. inf. in Abac. 3. col. 1642. b. constanter legit ut sup. in textu, detracta tantùm voce *Domine*.

℣. 3. Itidem Græcè: disjunctum etiam ibi τὸ *contra me*, ab antecedentibus, secus ac in Hebr. & Vulg. disjungit pariter Hieron. cùm in textu Lat. secundùm LXX. tum inf. in comment. *Juxta LXX.* inquit, *communis ad Deum querela sanctorum est*, *quare contra eos injustum judicium fiat*. In Zachar. quoque cap. 7. col. 1742. b. ita jungit: *Contra me factum est judicium*, & *judex accipit*.

℣. 4. Eadem exhibet Græc. præter unum fut. ἐξελεύσεται, *egredietur*, pro *egreditur*. Rursum Hieron. in Zach. 7. col. 1742. b. ita legit: *Ideo dissipata est lex*, & *non pervenit usque ad finem judicium: quia impius opprimit justum*. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 196. d. *impius per potentiam oppressit justum*. Gr. ἀσεβὴς κατασυνεσύει τὸν δίκαιον.

℣. 5. Sic iterum in Græco Vat. excepto uno πιστεύσητε, *credetis*, pro *credidistis*. Idem Hieron. l. 2. in epist. ad Tit. col. 433. a. *Videte contemptores*, & *inspicite mirabilia*, & *disperdimini*. Apud Marten. Anecdot. to. 5. p. 16. d. *Videte contemptores*, & *inspicite*, & *desperate: quoniam ego opus operor in diebus vestris*, *quod non creditis si quis narraverit vobis*. Similiter addunt Mss. Alex. & Barb. ὑμῖν, ult. verbo *narraverit*.

℣. 6. Sic habet Græc. Vatic. præter duo, ἐξεγείρω, *suscito*, pro fut. *suscitabo*; & τὰ πλάτη, *latitudines*, non sine

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

tem amaram & velocem, ambulantem ſuper latitudinem terræ, ut poſſideat tabernacula non ſua.

7. Horribilis, & terribilis eſt: ex ſemetipſa judicium, & onus ejus egredietur.

8. Leviores pardis equi ejus, & velociores lupis veſpertinis; & diffundentur equites ejus: equites namque ejus de longè venient, volabunt quaſi aquila feſtinans ad comedendum.

9. Omnes ad prædam venient, facies eorum ventus urens: & congregabit quaſi arenam, captivitatem.

10. Et ipſe de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi ejus erunt: ipſe ſuper omnem munitionem ridebit, & comportabit aggerem, & capiet eam.

11. Tunc mutabitur ſpiritus, & pertranſibit, & corruet: hæc eſt fortitudo ejus dei ſui.

12. Nunquid non tu à principio Domine Deus meus, ſancte meus, & non moriemur? Domine in judicium poſuiſti eum: & fortem, ut corriperes, fundaſti eum.

13. Mundi ſunt oculi tui, ne videas malum; & reſpicere ad iniquitatem non poteris: quare reſpicis ſuper iniqua agentes, & taces devorante impio juſtiorem ſe?

14. Et facies homines quaſi piſces maris, & quaſi reptile non habens principem.

15. Totum in hamo ſublevavit, traxit illud in ſagena ſua, & congregavit in rete ſuum. Super hoc lætabitur & exſultabit:

16. propterea immolabit ſagenæ ſuæ, & ſacrificabit reti ſuo: quia in ipſis incraſſata eſt pars ejus, & cibus ejus electus.

17. Propter hoc ergo expandit ſagenam ſuam, & ſemper interficere gentes non parcet.

VERSIO ANTIQUA.

amaram & velocem, quæ ambulat ſuper latitudinem terræ, ut poſſideat tabernacula non ſua. *Hieron. ubi ſup.*

7. Terribilis, & illuſtris eſt: ex ſemetipſa judicium ejus erit, & aſſumptio ejus ex ſe egredietur.

8. Et exſilient ſuper pardos equi ejus, & velociores erunt lupis Arabiæ; & equitabunt equites ejus: & impetu venient de longinquo, & volabunt quaſi aquila prompta ad comedendum.

9. Conſummatio in impios veniet, reſiſtentes faciebus eorum ex adverſo: & congregabit quaſi arenam, captivitatem.

10. Et ipſe in regibus delectabitur, & tyranni ludibria ejus: & ipſe in omnem munitionem illudet, & mittet aggerem, & obtinebit eam. *col. 1596.*

11. Tunc mutabit ſpiritum, & pertranſiet, & propitiabitur: hæc eſt fortitudo Dei mei.

12. Nonne tu à principio Domine Deus meus, ſancte meus, & non moriemur? Domine in judicium poſuiſti eum: & plaſmavit me, ut arguam in diſciplina ejus. *col. 1598.*

13. Mundus oculus, ne videat mala; & aſpicere ſuper dolorem non poteris: quare non aſpicis ſuper contemptores, tacebis cùm devoraverit impius juſtiorem ſe? *col. 1600.*

14. Et facies homines quaſi piſces maris, & quaſi reptilia non habentia ducem.

15. Conſummationem in hamo ſublevavit, & attraxit eum in reti ſuo, & congregavit eum in ſagenis ſuis. Propter hoc lætabitur & gaudebit: *col. 1601.*

16. propterea immolavit ſagenæ ſuæ, & incendet reti ſuo: quia in ipſis incraſſavit partem ſuam, & eſcæ ejus electæ.

17. Propterea expandit rete ſuum, & ſemper interficere gentes non ceſſat.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

gul. *latitudinem*; at in Mſ. Alex. τὸ πλάτος.

℣. 7. Conſonat Græcum, niſi quòd hab. ἐξ αὐτῆ, pro *ex ſemetipſa*, ut & inf. pro *ex ſe*. Hieron. etiam inf. in comment. col. 1597. e. ita legit: *ex ipſo judicium ejus erit, & aſſumptio ejus ab eo egredietur.*

℣. 8. Similia Græc. præfert, detracto uno *erunt*, poſt *velociores*. Hieron. in comment. obſervat: *In eo quod dicitur*, ἐξιππάζονται οἱ ἱππεῖς αὐτῆ, *& LXX. tranſtulerunt*, & equitabuntur equites ejus..... *interpretatus eſt Symmachus*, *Effundentur equites ejus.* Porro in ed. Rom. & aliis conſtanter legitur, ἐξιππάσονται, *equitabunt*, non ἐξιππάσωνται, quod fortè mendum eſt in edit.

℣℣. 9. 10. Sic iterum Græcè. Auct. etiam l. de promiſſ. p. 3. ap. Proſp. p. 188. c. legit: *Conſummatio in impios veniet.*

℣. 11. Similiter in Gr. hoc ult. excepto τῷ Θεῷ μου, *Deo meo*, loco *Dei mei*.

℣. 12. Abeſt à Gr. Vatic. pronom. *meus*, poſt *Deus*; ſed in ed. Compl. eſt Θεός μου ὁ ἅγιος· ſubinde in Rom. τέταχας αὐτὸ, *poſuiſti eam*, per relat. ad ἔθνος, *gentem*; in Ald. verò & Compl. ac Mſ. Alex. αὐτόν; extremò tam Rom. quàm al. ferunt παιδείαν αὐτῆ, *diſciplinam ejus*, non *in diſciplina ejus*; cæt. quadrant. Hieron. in comment. ait: *Porro ſecundùm LXX. hoc quod in fine dicitur*: & plaſmavit me, ut arguerem in diſciplina ejus: *ad perſonam Prophetæ referri poteſt.* Auctor l. de XLII. Manſ. ap. Ambroſ. p. 13. c. initio legit: *Nonne tu à principio Domine Deus meus ſancte?*

℣. 13. In Gr. edit. Rom. horum loco, & *aſpicere ſuper dolorem non poteris*, eſt, καὶ ἐπιβλέπειν ἐπὶ πόνες ὀδύνης, & *aſpiciat ſuper labores doloris*; in Compl. ἐπιβλέπειν ἐπὶ πόνον· addit Ald. ἡ δυνήση; addunt pariter Mſs. Alex. & Barb. ſed hoc abeſt à Compl. ſtatim in Rom. Compl. & aliis, ἵνατί ἐπιβλέψεις, *quare aſpicis*, abſque negatione media; ultimò ſic: ἐν τῷ καταπίνειν ἀσεβῆ τὸν δίκαιον, *dum impius devorat juſtum*; apud Aq. Symm. & Theod. καταπίνοντος ἀσεβοῦς τὸν δικαιότερον αὐτοῦ. Fulgent. l. 2. ad Traſim. c. 8. p. 97. initio legit: *Mundus eſt oculus tuus, ne videat malum.* Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 196. e. addit: *cur inſpicis ſuper contemptores, tacebis ob hoc quòd devoret impius juſtum?* In Mſ. S. Remig. Rem. not. A. 9. *quare reſpicis contemptores*, & *taces conculcante impio juſtiorem ſe?* nullibi autem ponitur negatio ante *aſpicis*, vel *reſpicis*, quæ tamen legitur ſup. apud Hieron. in textu Lat. cùm ſecund. LXX. tum etiam juxta Hebraïcum; deeſt tamen in Vulgata.

℣. 14. Itidem Græcè. In Mſ. S. Remig. laudato ſup. ſic: *Et facit homines quaſi piſces maris*, & *quaſi*, &c. ut in textu.

℣. 15. In Gr. edit. Rom. deeſt pronom. *ſuo*, poſt *reti*; extremò verò additur ἡ καρδία αὐτῆ, *cor ejus*, verbo *gaudebit*; cæt. ſimilia: ſed in edit. Compl. & Mſ. Barb. eſt ἐν ἀμφιβλήστρῳ αὐτῆ· & à Compl. abeſt ἡ καρδία αὐτῆ, ut ſupra.

℣. 16. Itidem Græcè, excepto uno fut. θύσει, *immolabit*, pro *immolavit*, quod ult. mendum ſapit in edit. nam Hieron. inf. in comment. col. 1602. c. ait: *Porro ſecundùm LXX. impius diabolus..... idcirco lætabitur..... & immolabit, non hamo..... ſed reti ſuo.*

℣. 17. Ita rurſum in Græco, præter duo, ἀμφιβαλεῖ, *expandet*, pro *expandit*, & φείσεται, *parcet*, pro *ceſſat*. In Mſ. Barb. ἀμφιβάλει; in Compl. βαλεῖ.

Digitized by Google

CAPUT II.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Habac. 2. col. 1602. col. 1603. 1. SUper cuſtodiam meam ſtabo, & aſcendam ſuper petram : & contemplabor, ut videam quid loquatur in me, & quid reſpondeam ad correptionem meam.

2. Et reſpondit ad me Dominus, & dixit : Scribe viſionem, & manifeſtè in buxum, ut perſequatur qui legit ea.

3. Quia adhuc viſio in tempus, & orietur in finem, & non in vacuum : ſi defecerit, ſuſtine eum : quia veniens veniet, & non tardabit.

4. Si retraxerit ſe, non placebit animæ meæ in eo : juſtus autem ex fide mea vivet.

col. 1606. 5. Qui autem arrogans eſt & contemptor, vir ſuperbus, nihil perducit ad finem : qui dilatavit ſicut infernus animam ſuam : & iſte quaſi mors, non adimpletur : & congregabit ad ſe omnes gentes, & accipiet ad ſe omnes populos.

6. Nonne univerſa hæc adversùm eum parabolam ſument, & propoſitionem ad narrationem ejus : & dicent : Væ qui multiplicat ſibi quæ non ſunt ſua ? uſquequo aggravat torquem ſuam graviter ?

7. Quia ſubitò conſurgent mordentes eum : & vigilabunt inſidiatores tui, & eris in rapinam illis.

8. Quia tu exſpoliaſti gentes multas, exſpoliabunt te omnes reliqui populi, propter ſanguinem hominum, & impietates terræ, & civitatis, & omnium habitatorum ejus.

VULGATA NOVA.

1. SUper cuſtodiam meam ſtabo, & figam gradum ſuper munitionem : & contemplabor, ut videam quid dicatur mihi, & quid reſpondeam ad arguentem me.

2. Et reſpondit mihi Dominus, & dixit : Scribe viſum, & explana eum ſuper tabulas, ut percurrat qui legerit eum.

3. Quia adhuc viſus procul, & apparebit in finem, & non mentietur : ſi moram fecerit, exſpecta illum : quia veniens veniet, & non tardabit.

4. Ecce qui incredulus eſt, non erit recta anima ejus in ſemetipſo : juſtus autem in fide ſua vivet. *Jean. 3. 36.*

5. Et quomodo vinum potantem decipit : ſic erit vir ſuperbus, & non decorabitur : qui dilatavit quaſi infernus animam ſuam : & ipſe quaſi mors, & non adimpletur : & congregabit ad ſe omnes gentes, & coacervabit ad ſe omnes populos. *Rom. 1. 17. Gal. 3. 11. Heb. 10. 38.*

6. Nunquid non omnes iſti ſuper eum parabolam ſument, & loquelam ænigmatum ejus : & dicetur : Væ ei, qui multiplicat non ſua ? uſquequo & aggravat contra ſe denſum lutum ?

7. Nunquid non repentè conſurgent qui mordeant te : & ſuſcitabuntur lacerantes te, & eris in rapinam eis ?

8. Quia tu ſpoliaſti gentes multas, ſpoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de populis, propter ſanguinem hominis, & iniquitatem terræ civitatis, & omnium habitantium in ea.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Conſonat Græcum ad verbum. Auct. l. de dupl. mart. ap. Cypr. p. 594. b. legit : *Super cuſtodiam meam ſtabo, & gradum ſigam ſuper petram.*

℣. 2. Similiter in Græco. Auguſt. quoque l. 18. de civit. Dei, c. 31. col. 513. a. legit : *Et reſpondit Dominus ad me, & dixit : Scribe viſum apertè in buxo, ut aſſequatur qui legit ea.* Hieron. inf. in comm. 1604. f. ait : *Quod LXX. tranſtulerunt ὅπως διώκῃ ὁ ἀναγινώσκων, id eſt*, ut perſequatur qui legit ; *juxta illum ſenſum qui ad Timotheum (1. VI. 11.) ſcribitur, Perſequere juſtitiam, & pietatem*, &c.

℣. 3. Similia leguntur Græcè. Item apud Auguſt. l. 18. de civit. Dei, c. 31. col. 513. a. *Quia adhuc viſio ad tempus, & orietur in fine, & non in vacuum : ſi tardaverit* (Gr. ὑστερήσῃ) *ſuſtine eum : quia veniens veniet, & non morabitur.* Hieron. in comm. 1605. c. hæc addit : *Porro quod pro* viſione *interpretati ſumus :* quia adhuc viſus procul : & ſi moram fecerit, exſpecta illum, *id eſt*, viſum : *non putet aliquis errore deceptus pro* viſione, *quæ eſt generis feminini*, viſum *poſuiſſe, qui eſt generis maſculini, & minùs uſitatum eſt in Latino : ſiquidem* hazon, *quod Aquila interpretatur ὁραματισμὸν, apud Hebræos genere maſculino* viſus *dicitur, & uſque ad finem ſub eodem genere* viſionis, *id eſt, viſûs maſculina declinatio conſervatur. LXX. autem dicentes :* Scribe viſionem : & *poſtea :* ſi defecerit, ſuſtine eum..... non placebit..... in eo : *primùm interpretati ſunt* viſionem *genere feminino, quæ apud Hebræos, ut diximus, maſculini eſt : deinde ſecundùm Hebraïcum genus, ubi declinatur maſculinè*, ſuſtine eum, & non placebit..... in eo, *ipſi quoque maſculino genere declinaverunt : cùm utique debuerint, juxta id quod primùm interpretati ſunt* viſionem, *etiam in reliquis femininum genus ponere* viſionis, *ut dicerent :* exſpecta eam : quia..... non placebit..... in ea, *id eſt*, in viſione. *Hoc propterea, ne quod ſciebamus videremur tacere. Cæterùm non ignoro ſecundùm interpretationem eorum poſſe & ita accipi :* Scribe viſionem, *in qua Chriſtus repromittitur..... Quòd ſi ſe ſubtraxerit Chriſtus, & viſus fuerit retardare, exſpecta illum*, &c.

℣. 4. Græc. Ἐὰν ὑποστείληται, οὐκ εὐδοκεῖ ἡ ψυχή μου ἐν αὐτῷ· reliqua ut in Lat. ſup. Hieronymus inf. in comm. 1605. f. legit ex LXX. *Si ſubtraxerit ſe, non placebit animæ meæ in eo :* & poſt paulo : *Quòd ſi ſe ſubtraxerit*, &c. Extremò 1606. a. ait : *Apoſtolus LXX. magis teſtimonio abuſus eſt, ad Romanos ſcribens (1. 17.)* Juſtus autem ex fide mea vivet ; & *non eo quod habetur in Hebraïco.* Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 713. a. legit : *juſtus ex fide ſua vivet*, non *mea.* Cypr. verò l. 1. Teſtim. c. 5. p. 277. c. *juſtus autem ex fide mea vivet*, ut ſup. item l. 3. p. 318. a. præter ult. *vivit :* ſic etiam apud Hieron. l. 1. in ep. ad Tit. to. 4. 425. a. *meâ vivit.* Ambroſiaſt. p. 47. a. *juſtus autem ex fide vivit.* Auct. quæſt. ex V. T. q. 44. ap. Aug. to. 3. 57. a. *quia juſtus ex fide vivet.* In Mſs. Alex. & Barb. ac ed. Ald. δίκαιός μου ἐκ πίστεως ζήσεται· Nobil. ait à multis libb. abeſſe *mea*, μοῦ. In Vulgata etiam, Rom. 1. 17. legimus : *Sicut ſcriptum eſt : Juſtus autem ex fide vivit :* & in Gr. hod. Καθὼς γέγραπται· Ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται. Hieron. tamen ait ſup. Apoſtolum ſcripliſſe cum LXX. *Juſtus autem ex fide mea vivet.*

℣. 5. Similia exhibentur Græcè, excepto uno οὐδὲν μὴ περάνῃ, *nihil perducet ad finem*, pro *perducit.* Apud Cypr. epiſt. 55. p. 80. c. ita : *Ille verò qui præſumit, & contumax eſt, vir ſui jactans, nihil omnino proficiet : qui dilatavit tanquam infernus animam ſuam :* ſic iterum epiſt. 67. p. 116. niſi quòd delet τὸ *qui præſumit*, legitque *perficiet*, non *proficiet.* Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 196. e. *Placens* (ſupp. *ſibi*) & *contemptor, vir ſuperbus, nihil proficiet : qui dilatavit ſicut inferus animam ſuam :* & *ipſe ut mors inſatiabilis ;* Gr. ὡς ἐμπιπλάμενος, Nobil. *non adimplebitur.*

℣. 6. Totidem verba in Græco, niſi quòd τὸ, ἕως τίνος, *uſquequo*, jungitur cum antecedentibus ; ſequitur etiam ibid. ὃ βαρύνων τὸν χλοιὸν αὐτοῦ σιδηροῦς. Hieron. in comm. 1607. b. hæc habet : *Væ diabolo, qui multiplicavit ſibi non ſua :* ſubinde ad hoc, *uſquequo : Vel increpantium eſt*, inquit, *vox iſta, vel judicii diem demonſtrantium :* demum his, & *aggravans torquem ſuam infinito pondere*, addit : & *pulchrè, quia arrogans, & ſuperbus eſt :* poſt multa autem legit pluraliter : *Væ qui multiplicant ſibi quæ non ſunt ſua ;* quod *quidam putant*, inquit, *de divitibus poſſe accipi.*

℣. 7. Ita rurſum in Græco.

℣. 8. Græc. Vatic. tollit voculas *tu*, & *te ;* paulòque poſt hab. pluraliter, διὰ αἵματα, *propter ſanguines ;* cæt. ut in Lat. ſupra : ſed in Mſs. Alex. & Barb. eſt, necnon in editt. Ald. & Compl. Διότι σὺ ἐσκύλευσας..... σκυλεύσουσί σε· ſubinde in Ald. ſola, ὑπολελειμμένοι λαῶν ; in al. λαοί, ut ſupra.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

9. Væ qui congregat avaritiam malam domui ſuæ, ut ſit in excelſo nidus ejus, & liberari ſe putat de manu mali.

10. Cogitaſti confuſionem domui tuæ, concidiſti populos multos, & peccavit anima tua.

11. Quia lapis de pariete clamabit: & lignum, quod inter junctûras ædificiorum eſt, reſpondebit.

Ezech. 22. 9. 12. Væ qui ædificat civitatem in ſanguinibus, & præparat urbem in iniquitate.

Nah. 3. 1. 13. Nunquid non hæc ſunt à Domino exercituum? Laborabunt enim populi in multo igne, & gentes in vacuum, & deficient.

14. Quia replebitur terra, ut cognoſcant gloriam Domini, quaſi aquæ operientes mare.

15. Væ qui potum dat amico ſuo mittens fel ſuum, & inebrians ut aſpiciat nuditatem ejus.

16. Repletus es ignominia pro gloria: bibe tu quoque, & conſopire: circumdabit te calix dexteræ Domini, & vomitus ignominiæ ſuper gloriam tuam.

17. Quia iniquitas Libani operiet te, & vaſtitas animalium deterrebit eos de ſanguinibus hominum, & iniquitate terræ, & civitatis, & omnium habitantium in ea.

18. Quid prodeſt ſculptile, quia ſculpſit illud fictor ſuus, conflatile, & imaginem falſam? quia ſperavit in figmento fictor ejus, ut faceret ſimulachra muta.

19. Væ qui dicit ligno: Expergiſcere: Surge, lapidi tacenti: nunquid ipſe docere poterit? Ecce iſte coopertus eſt auro & argento: & omnis ſpiritus non eſt in viſceribus ejus.

Pſ. 10. 5. 20. Dominus autem in templo ſancto ſuo: fileat à facie ejus omnis terra.

VERSIO ANTIQUA.

9. O qui multiplicat avaritiam malam domui ſuæ, ut ponat in excelſo nidum ſuum, & eruatur de manu malorum. *Hieron. ubi ſup. col. 1608.*

10. Cogitaſti confuſionem domui tuæ, conſumpſiſti populos multos, & peccavit anima tua.

11. Propter quod lapis de pariete clamabit: & ſcarabeus de ligno loquetur ea.

12. Væ qui ædificat civitatem in ſanguinibus, & præparat urbem in iniquitatibus. *col. 1610.*

13. Nonne hæc ſunt à Domino omnipotente? Et defecerunt populi multi in igne, & gentes multæ coanguſtatæ ſunt.

14. Quia replebitur terra, ut cognoſcat gloriam Domini, quaſi aquam ad operiendum maria.

15. Væ qui propinat proximo ſuo ſubverſione turbida, & inebrians ut aſpiciat in ſpeluncis eorum. *col. 1612.*

16. Saturitatem ignominiæ de gloria bibe & tu, & commovere: circumdedit te calix dexteræ Domini, & congregata eſt ignominia ſuper gloriam tuam.

17. Quia impietas Libani operiet te, & miſeria beſtiarum terrebit te propter ſanguinem hominum, & impietates terræ, & civitatis, & omnium habitantium in ea.

18. Quid prodeſt ſculptile, quia ſculpſerunt illud, formaverunt illud conflatile, imaginem falſam? quia confidit fictor in figmento ſuo, ut faciat idola muta. *col. 1615.*

19. Væ qui dicit ligno: Evigila, & exſurge: & lapidi: Elevare. Et ipſum eſt imago, & eſt productio auri & argenti: & omnis ſpiritus non eſt in eo. *col. 1616.*

20. Dominus autem in templo ſancto ſuo: revereatur à facie ejus omnis terra.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 9. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 196. f. ita legit: *O qui mihi fundas fundationem malam domui ſuæ, ut colloces in altum nidum ſuum.* Gr. verò ut ſup. Ὦ ὁ πλεονεκτῶν πλεονεξίαν κακὴν τῷ..... τοῦ τάξαι εἰς ὕψος..... τοῦ ἐκπαδῆναι, &c. *ut eruatur*, non & *eruatur*.

℣. 10. Itidem Græcè.

℣. 11. Hieron. in comm. 1609. c. *Reperi*, inquit, *exceptis quinque editionibus, id eſt, Aquilæ, Symmachi, LXX. Theodotionis, & Quintæ, in duodecim Prophetis & duas alias editiones, in quarum una ſcriptum eſt:* Quia lapis de pariete clamabit, quaſi vermis in ligno loquens: & *in altera:* Lapis enim de pariete vociferabitur, & σκώληξ de ligno loquetur ea. Gregor. M. l. 30. in Job 39. p. 986. a legit: *ſcarabeus de ligno clamavit.* Apud Hieron. etiam ubi ſup. κάνθαρος, *id eſt, ſcarabeus.* Similiter in Gr. hod. ut & cæt. quæ in Lat. ſupra: extremò tamen φθέγξεται, pro *loquetur*; φθέγγομαι ad litt. *ſonum edo.*

℣. 12. Sic iterum in Græco. Apud Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 196. g. *Va qui adificant civit. in ſanguinibus, & præparant civitatem in iniquitatibus.* Apud Gild. Sap. caſtig. in Eccl. ord. p. 714. b. *Va qui adificant civitatem in ſanguine, & præparant civitatem iniquitatibus, dicentes,* &c. ut infra.

℣. 13. Ita fert Græc. niſi quòd pro 1. *Nonne* ponit ſimpliciter οὐ, minimè tamen excluſa interrogatione: hanc verò excludere videtur Hieron. in comment. cùm dicat: *Non ſunt hæc à Domino omnipotente, id eſt, Talis adificatio non eſt à Domino ſabaoth, quem nunc LXX. interpretati ſunt, omnipotentem:* ſubinde obſervat verbum ultim. ὠλιγοψύχησαν, magis propriè ſignificare *laſſata ſunt*, quàm *coanguſtatæ ſunt:* Gild. Sap. l. de excid. Britann. p. 714. b. legit, *minorata ſunt;* cæt. ut in textu.

℣. 14. Extrema tantùm variant Græcè, videlicet, ὡς ὕδωρ καταπαλύψει αὐτούς, i. e. *quaſi aqua operiet eos.* At in Compl. ὡς ὕδωρ καταπαλύψαι θαλάσσας· al. ὡς ὕδωρ πολὺ καλαπαλύψαι ἐπὶ θαλάσσης· in Mſ. Barb. πολὺ καταπαλύψαι θαλάσσας.

℣. 15. Græc. Ὦ ὁ ποτίζων τὸν πλησίον αὐτοῦ ἀνατροπῇ θολερᾷ, καὶ μεθύσκων ὅπως ἐπιβλέπῃ ἐπὶ τὰ σπήλαια αὐτῶν. Hieron. inf. in comm. 1615. a. *Va qui potum dat proximo ſuo ſubverſione turbida:* at in Iſai. 65. col. 482. e. *Va qui potum dat proximo amico ſuo potionis turbidæ, & inebrias eum ut reſpiciat ad ſpelunças ſuas:* comment. verò in Abac. ſup. ait: *Pro* ſubverſione turbida *Symmachus interpretatus eſt,* καὶ ἀφίων ἀκρίτως τὸν θυμὸν ἑαυτοῦ, id eſt, & *emittens abſque judicio furorem ſuum:* ſubnexis pariter Theodotionis, Quintæ editionis, Aquilæ, &c. variis lectionibus, ultimò addit: *Hoc propterea, ut verbum Hebraïc.* maſpha, *quod tranſtulerunt LXX.* ſubverſionem, *ſciri poſſit quantâ apud omnes Editiones varietate diſcordet.*

℣. 16. Eadem leguntur in Gr. Vatic. exceptis his, καρδίαν σαλεύθητι, καὶ σείσθητι, *cor commovere,* & *concutere,* pro & *commovere;* at in Compl. ſimpliciter, καὶ διασαλεύθητι· ſicut in Mſ. Barb. deinde in Compl. ἐκύκλωσέ σε ποτήριον· in Vatic. ἐκύκλωσεν ἐπὶ σὲ ποτήριον. Hieron. in comment. 1614. a. ſic legit: *Saturitatem ignominiæ pro gloria bibe tu,* & *commovere.*

℣. 17. Sic iterum Græcè, præter unum plur. δι' αἵματα, *propter ſanguines.*

℣. 18. Sic habet Græc. Vatic. præter verbum ſingul. ἔπλασε, *formavit,* pro plur. *formaverunt;* Ald. verò & Compl. cum Mſ. Barb. ἔπλασαν; extremò pro *muta*, in Vatic. & aliis κωφὰ, quod Hieron. in comment. interpretatur *muta, vel ſurda:* κωφά *quippe,* ait, *apud Græcos utrumque ſignificat; quanquam Symmachus,* ἄλαλα *interpretans,* muta *magis videatur intellexiſſe quàm* ſurda.

℣. 19. Græc. tollit &, poſt *evigila;* paulòque poſt pro & *eſt,* ponit, τοῦτο δέ ἐστιν, *iſtud verò eſt;* Compl. autem καί ἐστιν; cæt. ut in textu.

℣. 20. Ita de Græco ad verbum.

Digitized by Google

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Hieron. in Habac. 3. col. 1617. 1. ORATIO AMBACUM PROPHETÆ CUM CANTICO.	1. ORATIO HABACUC PROPHETÆ PRO IGNORANTIIS.
CAPUT III.	
col. 1619. 2. DOMINE audivi auditum tuum, & timui. Domine consideravi opera tua, & obstupui. In medio duorum animalium cognoscêris: cùm *col. 1620.* appropinquaverint anni, cognoscêris: cùm advenerit tempus, demonstraberis: cùm turbata fuerit anima mea in ira, misericordiæ recordaberis.	2. DOMINE audivi auditionem tuam, & timui. Domine opus tuum, in medio annorum vivifica illud. In medio annorum notum facies: cùm iratus fueris, misericordiæ recordaberis.
col. 1621. 3. Deus à Theman veniet, & sanctus de monte	3. Deus ab Austro veniet, & sanctus de mon-

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Oratio Habacuc integra non solùm habetur in comment. Hieronymi ex edit. LXX. sed etiam legitur apud Augustinum, l. 18. de civit. Dei, c. 31. Præterea reperitur in Mss. antiquis pluribus, videlicet in uno Sangermanensis nostri Monasterii, n. 15. ann. 900. alio S. Michaelis Lotharing. vulgò *S. Mibel*; tertio inclytæ Ecclesiæ Remensis, ann. circ. 700. n. 2. quarto S. Joan. Laudunensis, vulgò dicto Psalt. S. Salabergæ, eoque insigni; quinto Sorbonico Paris. quod ultim. Psalterium non unam ejusdem Cantici interpretationem Latinam continet, sed duplicem nonnihil dissimilem. Edita quoque est hæc Oratio ab Emin. Cardinali Thomasio inter Cantica alia vetera, ad calc. Psalterii Rom. p. 694. Invenitur etiam in Breviario Mozarabico ad Dom. 3. Advent. Horum omnium variantes lectiones referemus in Not. & quo quique libri tum inter se, tum à textu Hieronymiano vel leviter differant, id nostro more diligenter indicabimus: neque verò contextum alium, quàm ab Hieronymo usurpatum adhibendum duximus supra, quamvis nonnullorum ex laudatis codd. Mss. contextus, vel etiam Augustinianus, ipsi anteponi potuisset. Id autem ibi ita exsecuti sumus, ut & aliàs nonnunquam, ne quid dê Hieronymi contextu, qui in hisce posterioribus commentariis continuus prope est ac perpetuus, hac intermissione diminueretur. Ad Canticum igitur quod attinet, ita inscribitur in Ms. cod. Sangerm. n. 15. *Oratio Ambacum Cantic.* qui titulus abest à cæteris: Græcè, ut ap. Hieronymum sup. præter nomen Ἀμβακούμ, pro quo S. Doctor correxit *Abacuc*: sed vide quæ de hoc nomine notavimus supra ex ipso ad ℣. 1. capitis 1. Hieronymus subdit: *Aquila*, & *Symmachus*, & *Quinta editio*, *sicut nos*, pro ignorationibus *transtulerunt*: *solus Theodotio*, ὑπὲρ τῶν ἐκουσιασμῶν, *id est*, pro voluntariis, & pro his qui sponte delinquunt. *Hoc propterea*, inquit, *ut intelligamus*, *exceptis LXX. nullum* Orationem cum Cantico *transtulisse*: & infra: *Sicubi alibi nomen* Orationis *infertur*, *attamen nullo loco* cum Cantico *legitur*. *Et nescio an decens sit* orare cum Cantico; *nisi fortè juxta LXX.* orare *dicimus Prophetam pro adventu Christi*; & *hoc ipsum* cum delectatione, & Psalmis, & Cantico *prophetare*: item inf. 1621. f. de *Diapsalmate* loquens, quod subjicitur versui 3. *Cerne*, inquit, *juxta LXX. quòd* Diapsalma *non ponatur nisi in Psalterio*, & *in præsenti loco*: *ex quo intelligimus rectè à LXX.* Orationis canticum *prænotatum*.

℣. 2. Totidem verba leguntur Græcè, excepto uno *Domine*, quod deest ante *consideravi*; imo in editt. Ald. & Compl. est Κύριε κατενόησα. Subdit Hieron. in comment. *Quod autem LXX. dixerunt*, consideravi & obstupui, *nec in Hebræo habetur*, *nec apud quemquam aliorum Interpretum*; *ut sublatis his quæ in Hebraïco non habentur*, *possit legi juxta LXX.* Domine opera tua: in medio duorum animalium cognoscêris; *quod quia ἀδιανόητον videbatur*, *superiora conjuncta sunt*. *Legimus autem in Hebræo* Adonai, *id est*, *Domine*, phalach, *opus tuum*, bacereb, *in medio*, sanim, *annorum*, heinu, *vivifica illud*. *Hoc propterea*, *ut quæ superflua sunt in LXX. manifestè addita cognoscamus*: inf. sic pergit ex LXX. *cùm appropinquaverint anni*, *cognoscêris*; sup. 1618. e. *notus eris*; Gr. ἐπιγνωσθήσῃ: exinde, *cùm advenerit tempus*, *demonstraberis*; *cùm turbata fuerit anima mea*: statimque: *Quod*, inquit, *exceptis LXX. nec in Hebraïco*, *nec apud quemquam aliorum habetur Interpretum*..... *Quod autem infertur*, cùm turbata fuerit anima mea *apud LXX. Interpretum editionem*, *cum posterioribus copulatur*, *ut possit legi*, cùm turbata fuerit anima mea in ira; & *hucusque distinctio*; *deinceps inseratur*, misericordiæ recordaberis; *quod scilicet Prophetæ sufficiat pro pœna sola conturbatio*, & *ad iram Dei*, *animâ illius conturbatâ*, *nequaquam inferatur supplicium*, *sed iram excludat misericordia*. Ms. S. Germ. 15. sic hab. *Domine exaudivi* (Gr. εἰσακήκοα) *auditum tuum*, & *timui*. *Domine consideravi opera tua*, & *expavi*. *In medio duorum animalium cognoscêris*: *cùm appropinquans anni*, *in adventu temporum*, *ostendêris*: *in eo cùm turbata fuerit anima mea in ira*, *misericordia memor eris*. Ms. S. Mich. *Domine audivi auditum tuum*, & *timui*. *Domine consideravi opera tua*, & *expavi*. *In medio duorum animalium cognoscêris*: *cùm appropiant anni*, *ostendêris*: *in adventum temporis demonstrabis*: *ita cùm conturbata fuerit anima mea in ira*, *misericordiæ memor eris*. Similiter in Breviar. Mozar. præter posteriora: *dum appropinquaverint anni*, *innotescêris*: *dum advenerit tempus*, *ostendêris*: *cùm conturbata fuerit anima mea in ira*, *misericordiâ tuâ memoraberis mei*. Ms. B. M. Remensis cum altero Sorbon. 1. necnon Psalt. Thomas. & Missali Rom. ad ser. VI. Parasc. *Domine audivi auditum tuum*, & *timui*. *Consideravi opera tua*, & *expavi*. *In medio duorum animalium innotescêris*: *dum appropinquaverint* (Rem. *adpropinquaverunt*) *anni*, *cognoscêris*: *dum advenerit tempus*, *ostendêris*: *in eo dum conturbata fuerit anima mea in ira*, *misericordiæ memor eris*. Sorb. 2. *Domine audivi auditionem tuam*, & *timui*. *Domine consideravi*..... *in medio duorum animalium innotescês*: *in eo dum appropinquaverint anni*, *cognoscêris*: *dum advenerit tempus*, *ostendêris*: *in turbatione animæ meæ*, *in ira*, *misericordiæ memoraberis*. Huic ultimo Sorbon. congruit Psalt. S. Salab. nisi quòd hab. *innotescêris*; dein, *dum adpropiaverint anni*; ultimòque, *in eo dum conturbata fuerit anima mea in ira*, *misericordiæ memor eris*; ut in aliis supra. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 716. c. *Domine audivi auditum tuum*, & *extimui*. *Consideravi opera tua*, *excidi mente*. *In medio duorum animalium cognoscêris*: Iren. l. 3. c. 16. p. 206. d. addit: *in eo cùm appropinquarent anni*, *cognoscêris*: *in adventu temporis*, *ostendêris*: *in eo quòd turbetur anima mea in ira*, *misericordiæ tuæ memoraberis*. August. l. 18. de civit. Dei, c. 31. to. 7. 513. b. *Domine audivi auditionem tuam*, & *timui*. *Domine consideravi opera tua*, & *expavi*. *In medio duorum animalium cognoscêris*: *dum appropinquant anni*, *cognoscêris*: *in adventu temporis*, *ostendêris*: *in eo dum conturbata fuerit anima mea in ira*, *misericordiæ memor eris*. Leo M. ser. 2. p. 51. d. *Domine audivi auditum tuum*, & *timui*. *Consideravi opera tua*, & *expavi*. Similiter habet S. Petrus Chrysol. ser. 68. & 86. p. 898. d. 913. f. cum Greg. M. in 1. reg. 2. to. 3. 71. d. qui ult. addit, *In medio duorum animalium innotescêris*. Auct. l. de promiss. p. 133. c. 173. a. ap. Prosp. *In medio duorum*, vel *duûm animal. cognoscêris*. Maximus Taurin. in homil. p. 5. a. *Domine audivi auditionem tuam*, &c. ut sup. apud S. Leon. Vide etiam Cassiod. in Ps. 65. & 76. p. 214. 259. c. necnon Brev. Rom. in oct. Nativ. Dom. Resp. lect. 6.

℣. 3. Eadem exhibet Græc. edit. Rom. exceptis his, ἐξ ὄρους Φαρὰν κατασκίου δασέος, i. e. *de monte Pharan um-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.	
te Pharan :	umbroſo & condenſo : DIAPSALMA.	*Hieron. ubi ſup.*
Operuit cœlos gloria ejus : & laudis ejus plena eſt terra.	Operuit cœlos virtus ejus : & laudis ejus plena eſt terra.	*col.* 1622.
4. Splendor ejus ut lux erit : cornua in manibus ejus :	4. Et ſplendor ejus quaſi lux erit : cornua in manibus ejus :	
Ibi abſcondita eſt fortitudo ejus : 5. ante faciem ejus ibit mors.	Et poſuit dilectionem robuſtam fortitudinis ſuæ : 5. ante faciem ejus ibit verbum.	*col.* 1623.
Et egredietur diabolus ante pedes ejus.	Et egredietur in campum poſt pedes ejus.	
6. Stetit, & menſus eſt terram.	6. Sterit, & commota eſt terra.	*col.* 1624.
Aſpexit, & diſſolvit gentes : & contriti ſunt montes ſæculi.	Aſpexit, & diſtabuerunt gentes : contriti ſunt montes violentiâ.	
Incurvati ſunt colles mundi, ab itineribus æternitatis ejus.	Tabuerunt colles ſæculi, itineris ſempiterni ejus.	

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

broſo condenſo. In Compl. κατασκίᾳ Φαράν. Διάψαλμα· cæt. libri non habent *Pharan ;* nec ed. Ald. *Diapſalma.* Hieron. ubi ſup. dicit : *Aquila & Symm. & V. Editio, ipſum Hebraïcum poſuerunt* Theman ; *ſolus Theodotio quid ſignificaret* Theman, *interpretatus eſt, dicens :* Eloim ab Auſtro veniet, & ſanctus de monte Pharan : In finem : *ex quo intelligimus à ſolis LXX. poſitum,* de monte umbroſo & condenſo : *ſed & hoc, quod LXX. tranſtulerunt,* Διάψαλμα, *& nos poſuimus* Semper, *Symmachus interpretatus eſt* In æternum ; *Theodotio* In finem ; *V. Editio, ipſum Hebr.* Sela. Mſ. S. Germ. 15. ſic habet : *Deus de Theman veniet, & ſanctus de monte umbroſo & condenſo :* Diapſalma. *Operuit cœlos juſtus ejus : & laus* (l. *laudis*) *ejus plena eſt terra.* Ita quoque in Mſ. S. Mich. niſi quòd deeſt *Diapſalma*, habeturque *virtus*, non *juſtus ; & laudis.* Mſ. B. M. Rem. cum Miſſali Rom. ad Tract. ſer. VI. Paraſc. *Deus à Libano veniet, & ſanctus de monte umbroſo & condenſo : Operuit cœlos majeſtas ejus* (Gr. ἀρετή, al. δύναμις,) *& laudis ejus plena eſt terra.* Itidem Pſalt. Thomaſ. niſi quòd interponit *Diapſalma*, legitque inſ. *laude*, non *laudis.* Pſalt. S. Salab. huic ult. congruit, detracto *Diapſalmate*, poſitoque *venit*, pro *veniet.* Sorb. 1. *Deus ab Auſtro veniet, & ſanctus de monte umbroſo & condenſo : Operuit cœlos majeſtas ejus, & laude ejus plena eſt terra.* Sorb. 2. *Deus ab alieno veniet, ſanctus de monte umbroſo & opaco : Operuit cœlos majeſtas, & laude ejus plena eſt terra.* Brev. Moz. *Deus à Libano veniet, & ſanctus à monte opaco & condenſo : Operuit cœlos virtus ejus, & laude ejus*, &c. Irenæus l. 3. c. 20. p. 214. d. legit : *Deus ab Africo veniet, & ſanctus de monte Effrem : Cooperuit cœlum virtus ejus, & laudatione ejus plena eſt terra :* & l. 4. c. 33. p. 273. b. ait *ab Africo venire Deum, & de monte umbroſo & condenſo.* Novatianus l. de Trin. p. 1038. a. *Deus ab Africo veniet, & ſanctus de monte opaco & condenſo.* Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 716. c. 717. a. *Operuit cœlos virtus.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 294. b. cum Julio Firmic. l. de errore prof. relig. c. 22. p. 173. a. *Texit cœlos virtus ejus, & laudis* (Jul. *laude*) *ejus plena eſt terra.* Similiter habet Zeno Veron. l. 2. tract. 22. p. 213. *Texit cœlos virtus ejus.* Ambroſ. l. de Noe, c. 15. col. 249. b. *Dominus à Libano veniet, à monte umbroſo & opaco :* & in Pſ. 47. col. 943. 2. *laudis ejus plena eſt terra.* Auctor l. de XLII. Manſ. apud Ambr. col. 11. c. *Deus ab Auſtro veniet, & ſanctus de monte umbroſo Pharan.* Hieron. in Iſai. 49. to. 3. 354. e. *Deus ab Auſtro veniet, & ſanctus de monte Pharan umbroſo & condenſo :* & in Eccleſ. to. 2. 778. c. *Deus de Theman veniet ;* tum addit : *quod alii Interpretes ediderunt, Deus ab Auſtro veniet.* Similiter Auguſt. l. 18. de civit. Dei, c. 31. col. 513. b. *Deus de Theman veniet, & ſanctus de monte umbroſo & condenſo :* deinde : *Quod hîc dictum eſt,* de Theman veniet, *alii interpretati ſunt,* ab Auſtro, *vel* ab Africo : mox ibid. *Operuit cœlos virtus ejus*, &c. ut in textu : & epiſt. 105. to. 2. 302. e. *Deus ab Africo veniet, & ſanctus de monte umbroſo : Operuit cœlos virtus ejus :* & l. 16. cont. Fauſt. to. 8. 294. c. *Deus ab Africo veniet, & ſanctus de Pharan.* Gregor. M. in Cantic. 1. to. 3. 399. d. *Deus à Libano venict, & ſanctus de monte umbroſo & condenſo.*

℣. 4. Itidem Græcè. Hieron. ſubdit : *Pro eo quod LXX. interpretati ſunt :* & poſuit dilectionem robuſtam fortitud. ſuæ : *nos diximus :* ibi abſcondita eſt fortitudo ejus : at inſ. 1623. e. *Juxta LXX.* inquit, *legimus :* & poſuit dilectionem fortem virtutis ſuæ ; Gr. κραταιὰν ἰσχύος αὐτῦ. Mſ. S. Germ. *Et ſplendor ejus ut lumen erit : cornua in manibus ejus : Et poſuit charitatem firmam fortitudinis ſuæ.* Mſ. S. Mich. *Et ſplendor ejus ut lumen erit : cornua in manibus ejus : Illic confirmata eſt fortitudo gloriæ ejus, & poſuit charitatem firmam fortitudinis ſuæ.* Breviar. Moz. *Et fulgor illius quaſi lumen erit : cornua in manibus ejus ſunt : Illi confirmata eſt virtus gloriæ ejus, & poſuit claritatem firmam.* Mſ. Remenſ. cum Pſalt. S. Salab. & Thomaſ. *Splendor ejus ſicut lumen erit : cornua ſunt in manibus ejus : Ibi confirmata eſt virtus gloriæ ejus, & poſuit claritatem* (Thomaſ. *charitatem*) *firmam fortitudinis ſuæ.* Itidem in Pſalt. Sorbon. 1. detracto verbo *erit*, poſt *lumen ;* ut & ult. iſto, *fortitudinis ſuæ.* In Sorb. 2. *Et ſplendor ejus ſicut lumen erit : cornua in manibus ejus : Et impoſuit charitatem continentiæ virtutis ſuæ.* Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 716. c. 717. a. legit : *Et ſplendor ejus ut lux erit.* Item Cyprianus l. 2. Teſtim. p. 294. b. *Et ſplendor ejus ut lux erit : cornua in manibus ejus erunt : Et illic conſtabilita eſt virtus gloriæ ejus, & conſtituit dilectionem validam.* Similiter habet Jul. Firm. l. de errore prof. relig. c. 22. p. 173. d. præter pronom. *ſuam*, loco *validam.* Auguſt. verò l. 18. de civit. Dei, c. 31. ita : *Splendor ejus ut lumen erit : cornua in manibus ejus ſunt : Et poſuit charitatem firmam fortitudinis ſuæ.* Auct. l. de promiſſ. p. 2. c. 5. p. 129. a. *cornua in manibus ipſius ſunt.*

℣. 5. Hieron. addit : *Pro eo quod nos tranſtulimus* mortem, *in Hebræo tres litteræ poſitæ ſunt*, daleth, beth, res, *abſque ullâ vocali ; quæ ſi legantur* dabar, verbum *ſignificant ; ſi* deber, peſtem..... *ſoli LXX. & Theodotio*, ſermonem *pro* morte *interpretati ſunt.* Græcè etiam hodie legimus, πρὸ προσώπου αὐτῦ πορεύσεται λόγος· tum ſequitur : καὶ ἐξελεύσεται εἰς πεδία· deìa ita jungitur, κατὰ πόδας αὐτῦ ἔσω, καὶ ἐσκοτώθη, &c. de ℣. 6. Hieron. verò adjungere videtur τὰ *poſt pedes ejus*, ad *campum*, non verò ad ſeq. *ſtetit ;* præter quàm quòd enim primò ita retulit textum ex edit. LXX. eundem etiam inſ. ſic reſumit in comm. 1624. b. *Si autem*, inquit, *juxta LXX. legerimus :* ante faciem ejus ibit verbum. Et egredietur in campos (non *campum*) poſt pedes ejus : *hoc ſignificat, quòd* ſermo *Dei ante viſitationem ejus, quæ nunc allegoricè* facies *dicitur, præcedat, & præparet corda credentium :* & infra : *Porro ſecundùm LXX. poſtquam faciem Dei ſermo præceſſerit, & egreſſus fuerit in plana, Deus Pater venit illuc..... & venit poſt pedes ſermonis ſui, & ſtat :* paulò poſt tamen addit : *Ubi autem ſteterit juxta pedes ſermonis ſui, ibi ſtatim terra, opera videlicet carnis.....commoventur.* Mſs. duo Sangerm. & S. Mich. ita ferunt : *ante faciem ejus ibit verbum. Et prodiet in campos ſecundùm pedes ejus.* Mſ. B. M. Rem. cum Pſalt. Thomaſ. Sorbon. 1. & S. Salab. *ante faciem ejus ibit verbum. Et exibit in campis* (S. Salab. *campos.*) *Pedes ejus ſteterunt*, &c. His accedit Sorbon. 2. niſi quòd hab. *exivit in campum.* Brev. Moz. *ante faciem ſuam ibit verbum. Et exivit in campos. Pedes ejus ſteterunt*, &c. Irenæus l. 3. c. 20. p. 214. d. *ante faciem ejus præibit verbum. Et progredientur in campis pedes ejus.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 294. b. *ante faciem ſuam ibit verbum. Et procedet in campos ſecundùm greſſus ſuos.* Jul. Firmic. l. de errore prof. relig. c. 22. p. 173. d. *Ibit verbum, & præcedet ſecundùm greſſus ſuos.* Auguſt. l. 18. de civit. Dei, c. 31. col. 513. e. *ante faciem ejus ibit verbum. Et prodiet in campum poſt pedes ejus.* Auct. l. de promiſſ. p. 3. apud Proſp. 172. b. *Ambulavit verbum, & exiit in campos.* Gregor. M. in Job, to. 1. 371. e. & to. 3. 406. d. addit, *Pedes ejus ſteterunt, & mota eſt terra.*

℣. 6. Eadem exhibet Græc. ed. Rom. excepta voce ἀϊδίου, *ſempiterni*, loco *ſæculi ;* at in Compl. τῦ αἰῶνος. Mſ. S. Germ. legit : *Stetit, & commota eſt terra. Et reſpexit, & tabuerunt gentes : & confracti ſunt montes à violentia. Defluxerunt colles æternales : ingreſſus æternos ipſius pro laboribus vidi*, &c. de ℣. 7. Concinit Mſ. S. Mich. niſi quòd hab. *in violentia ;* extremòque, *æternos ejus.* Mſ. Remenſ. cum Pſalt. Thomaſ. S. Salab. & Sorbon. 1. *Pedes ejus ſteterunt, & mota eſt terra. Aſpexit, & defluxerunt gentes : confracti ſunt montes vehementer. Defluxerunt* (Thomaſ. & S. Salab. *Et defluxerunt*) *colles æternales : itinera æternitatis ejus præ*, (Sorb. 1. *pro*) &c. Mozarab. *Pedes ejus ſteterunt, & commota eſt terra. Aſpexit, & fluxerunt gentes : diſſoluti ſunt montes vehementer. Defluxerunt colles æternales : itinera ſæcularia ejus pro*, &c. Sorbon. verò 2. *Stetit, & mota eſt terra. Reſpexit, & defluxerunt gentes : diſſoluti ſunt montes vehementer. Fluxerunt colles*, &c. ut in Moz. Auguſt. l. 18.

Digitized by Google

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Hieron. ubi ſup. col. 1625. 7. Pro laboribus vidi tabernacula Æthiopum, pavebunt & tabernacula terræ Madian.	7. Pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ, turbabuntur pelles terræ Madian.
col. 1626. 8. Nunquid in fluminibus iratus es Domine? aut in fluminibus furor tuus? vel in mari impetus tuus?	8. Nunquid in fluminibus iratus es Domine? aut in fluminibus furor tuus? vel in mari indignatio tua?
Qui aſcendes ſuper equos tuos: & equitatio tua ſalus.	Qui aſcendes ſuper equos tuos: & quadrigæ tuæ ſalvatio.
9. Intendens extendes arcum tuum ſuper ſceptra, dicit Dominus. Diapsalma.	9. Suſcitans ſuſcitabis arcum tuum, juramenta tribubus quæ locutus es.
col. 1628. Fluviis ſcindetur terra: 10. videbunt te, & dolebunt populi: diſperges aquas itineris.	Fluvios ſcindes terræ: 10. viderunt te, & doluerunt montes: gurges aquarum tranſiit.
col. 1629. *col. 1630.* Dedit abyſſus vocem ſuam, altitudinem phantaſiæ ſuæ.	Dedit abyſſus vocem ſuam: altitudo manus ſuas levavit.
11. Elevatus eſt ſol, & luna ſtetit in ordine ſuo: in luce jacula tua ibunt,	11. Sol & luna ſteterunt in habitaculo ſuo, in luce ſagittarum tuarum, ibunt in ſplendore
col. 1631. in ſplendore coruſcationis armorum tuorum.	fulgurantis haſtæ tuæ.
12. In comminatione imminues terram: & in furore detrahes gentes.	12. In fremitu conculcabis terram: in furore obſtupefacies gentes.

Notæ ad Versionem antiquam.

de civit. Dei, c. 31. col. 513. f. *Stetit, & terra commota eſt. Reſpexit, & tabuerunt gentes: contriti ſunt montes violentia. Defluxerunt colles æternales: ingreſſus æternos ejus pro laboribus vidi*, &c. Mſ. etiam Alex. ſub fine hab. περιλας αἰωνιους αὐτῦ, dein, ἀντι κόπων εἶδον, &c. de ℣. ſeq. Similiter in Ald. ed. detracto tamen αὐτῦ, poſt αἰωνιους. In Compl. αἱ ὑδοὶ αἰῶνιαι αὐτῦ.

℣. 7. Itidem Græcè. Mſ. S. Germ. ita diſtinguere videtur: *ingreſſus æternos ipſius pro laboribus vidi. Tabernacula Æthiopum & paveſcent* (l. *expaveſcent*,) *& tabernacula terræ Mamoziam.* Item Mſ. S. Mich. *ingreſſus æternos ejus pro laboribus vidi. Tabernacula Æthiop. expaveſcent, & tab. terræ Madian.* Breviar. Moz. *itinera ſæcularia ejus pro laboribus. Viderunt te tabernacula Æthiopum, & expaveſcent tabernacula terræ Madian.* Pſalt. Sorb. 1. *itinera æternitatis ejus præ laboribus vidi. Tabernacula Æthiop. expaveſcent, & tab. terræ Madian.* Similiter in Sorb. 2. necnon in Thomaſino, S. Salab. & B. M. Rem. delera conjunct. &, poſt *expaveſcent.* Apud Ambr. epiſt. 59. col. 1017. b. *Pro laboribus vidi tabernacula Æthiopum.* Apud Aug. l. 18. de civ. Dei: *ingreſſus æternos ejus pro laboribus vidi. Tabernacula Æthiopum expaveſcent, & tabernacula terræ Madian.*

℣. 8. Eadem refert Auguſt. l. 18. de civit. Dei. Sic etiam in Gr. Vatic. præter unum ὅτι, *quia*, pro *qui*; at in Compl. ὁ ἀναζευγνύων ἐπιβῆσῃ. Mſ. S. Germ. habet: *Nunquid in fluminibus iratus es Domine? aut in fluminibus furor tuus? aut in mari impetus tui? Quia aſcendes ſuper equos tuos: & equitatio tua ſalus.* Similiter in Mſ. S. Mich. exceptis his: *vel in mari indignatio tua?* Gr. ὁρμημάσιν, al. ὁρμή. Breviar. Mozarab. *Nunquid in fluminibus ira tua Domine? aut in mari impetus tuus? Qui aſcendit ſuper equos tuos: & equitatus tuus ſanitas.* Pſalt. Sorb. 1. & 2. cum aliis totidem, Thomaſ. & S. Salab. necnon Mſ. B. M. Rem. *Nunquid in fluminibus ira tua* (Sorb. 2. *iraſceris*) *Domine? aut in fluminibus furor tuus? aut in mari impetus tuus? Quoniam aſcendens aſcendes ſuper equos tuos: & equitatus tuus ſanitas.* Apud Ambroſ. l. de Nab. c. 15. col. 584. d. *Aſcendes ſuper equos tuos: & equitatus tuus ſalus:* & l. de Iſaac, c. 8. col. 378. e. *& equitatus tuus ſanitas:* vide etiam in Pſ. 40. & 118. col. 877. f. 1017. c. Apud Hieron. in Eccleſ. to. 2. 772. c. & in Ezech. 38. to. 3. 966. f. conſtanter, *& equitatio tua ſalus.* Apud Auct. op. imp. in Matth. hom. 33. p. 157. c. *Qui aſcendis ſuper equos tuos: & equitatus tuus ſanitas eſt.* Itidem apud Petr. Chryſol. ſer. 170. p. 974. f. detracto ult. *eſt.*

℣. 9. Hieron. ſup. 1618. e. legit: *Extendens extendes arcum tuum ſuper regna.* Græc. Vatic. Ἐντείνων ἐντείνας... ἐπὶ σκῆπτρα· reliqua ut in Lat. ſup. præter unum ποταμῶν, *fluviorum*, pro *fluviis*; ſed apud Theodoret. ποταμοῖς, ſi Nobilio fides. In edit. Compl. Ἐκτείνας ἐκτενεῖς; in Ald. Ἐντείνων ἐκτενεῖς; in Mſ. Alex. Ἐντείνων ἐντενεῖς. Unde Mſ. Sangerm. habet: *Intendens intendes arcum tuum ſuper ſceptra, dicit Dom.* Diapſalma. *Fluminibus ſcindetur terra.* Similiter in Pſalt. Thomaſ. præter hoc 1. *Tendens extendes.* Ita quoque in Mſ. Rem. ſed ibi deeſt *Diapſalma.* Pſalt. S. Salab. legit: *Tendens, extendens arcum tuum ſuper ſceptra, dicit Dom. Fluminibus ſcinditur terra.* Mozarab. *Intendens, extendens arcum ſuper ſceptra, dicit Dom. Fluminibus ſcindetur terra.* Sorbon. 1. *Tendens, & extendens arcum tuum ſup. ſceptra*, &c. ut in Moz. Sorbon. verò 2. *Intendens, & extendens arcum tuum ſuper ſceptrum, dicit Dom. Fluminum rumpitur terra.* Mſ. S. Mich. *Intendens intendiſti arcum tuum*, &c. ut in Moz. Similiter apud Auguſt. l. 18. de civit. Dei, col. 513. præter hoc, *Intendens intendes.* Apud Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 732. c. *Fluminibus diſrumpetur terra.*

℣. 10. Hieron. verbo *dolebunt*, ſubdit, *ſive parturient*; ὠδίνειν quippe utrumque ſignificat. In Mſ. S. Germ. eſt: *videbunt te, & dolebunt populi: diſpergens aquas itineris: dedit abyſſus vocem ſuam, altitudinem phantaſiæ ſuæ.* Deinde *Elevatus eſt*, &c. ut inf. ℣. 11. Similiter in Mſ. S. Mich. præter hoc, *diſpergens aqua*; in Gr. ἐκρεῖων ὕδατα περίας. Breviar. Moz. habet: *videbunt gentes, & dolebunt populi: aſpergens aquas contradictionis: dedit abyſſus vocem ſuam, ab altitudine phantaſiæ ſuæ.* Pſalt. Sorb. 1. Thomaſ. & S. Salab. *videbunt te, & dolebunt populi: aſpergens* (S. Salab. *aſparges*) *aquas in itineribus ſuis: dedit abyſſus vocem ſuam, ab altitudine phantaſiæ ſuæ;* tum, *Elevatus eſt*, &c. In Sorb. 2. *aſpergens aquas itineris;* cæt. ut in Sorb. 1. In Rem. *ſpargens aquas in itineribus*, &c. ut in eod. Sorbon. Tertul. l. 4. contra Marc. p. 732. c. legit: *videbunt te, & parturient populi: diſperges aquas greſſu: dedit abyſſus ſonum ſuum: ſublimitas timoris ejus elata eſt:* & ſupra p. 714. a. *diſperges aquas itinere.* Auguſt. l. 18. de civit. Dei, c. 31. col. 514. b. *videbunt te, & dolebunt populi: diſpergens aquas inceſſu: abyſſus dedit vocem ſuam, altitudo fantaſiæ ſuæ:* dein: *Elevatus eſt ſol*, &c. Ita quoque in Gr. eſt, excepta voce περίας, pro *inceſſu.* Auct. l. de promiſſ. p. 3. apud Proſp. p. 176. a. *diſpergens aquas itineris: dedit abyſſus vocem ſuam.* Gregor. M. in Job 9. p. 305. d. *dedit abyſſus vocem ſuam, ab altitudine phantaſiæ ſuæ:* ſimiliter in Job 26. p. 550. a. & in Job 38. p. 929. c.

℣. 11. Mſs. S. Germ. & S. Mich. ſimiliter: *Elevatus eſt ſol, & luna ſtetit in ordine ſuo: in lucem jacula tua ibunt, in ſplendorem coruſcationes* (l. *coruſcationis*) *armorum tuorum.* Ita quoque in Gr. eſt, ſicut apud Auguſt. l. 18. de civit. Dei, c. 31. col. 514. In Breviar. Moz. *Sol & luna ſteterunt in ordine ſuo: in lumine ſplendoris jacula tua ibunt, in luce coruſcationis armatura tua.* In Mſ. B. M. Rem. necnon in Pſalt. Thomaſ. & Sorb. 1. *Elevatus eſt ſol, & luna ſtetit in ordine ſuo: in lumine jacula tua ibunt, in ſplendore fulgeris* (Sorb. *fulguris*) *armorum tuorum.* In Pſalt. S. Salab. *Elevatus eſt ſol, & luna ſtetit in ordine ſuo: in lumina jacula tua: ibunt in ſplendore fulgoris armorum tuorum.* In Sorb. 2. *Sol ſtetit in ordine ſuo: illumina jacula tua: ibunt in ſplendore fulguris arma tua.* Apud Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 732. c. *Sol, & luna conſtitit in ſuo ordine: in lucem coruſcationes tuæ ibunt in fulgorem: fulgur ſcutum tuum.* Auct. l. de promiſſ. p. 1. c. 25. apud Proſp. p. 109. a. *Elevatus eſt ſol, & luna ſtetit in ordine ſuo.* Sic etiam legit Fulgent. l. 1. de rem. pecc. c. 21. p. 376. cum Gregor. M. in Job 26. p. 543. e. & hom. 29. in Evang. to. 1. 1573. e.

℣. 12. Mſ. S. Germ. habet: *In comminatione tua minorabis terram: & in furore detrahens gentes.* Similiter Mſ. S. Mich. niſi quòd tollit *terram*, ſcribitque *detrahes.* Mſ. B. M. Rem. cum Pſalt. Tomaſ. S. Salab. & Sorbon. 1. *In comminatione tua minorabis* (Sorb. *inminoralis*) *terram: & in furore tuo detrahes gentes.* Sorb. 2. *In commotionem minorabis terram: & in furore tuo deduces gentes.* Mozarab. *Indignatione tua exterminabis terram: & in furore tuo duces gentes.* Gr. Ἐν ἀπειλῇ (Mſ. Alex. ἀπειλῇ σε) ὀργὰς γῆν· ἐν θυμῷ κατάξεις ἔθνη. Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 732. c. *In comminatione tua diminues terram: & in indignatione tua depones nationes.* Auguſt. l. 18. de civit. Dei, c. 31. col. 14. *In comminatione minorabis terram: & in furore dejicies gentes.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

13. Egreſſus es in ſalutem populi tui, in ſalutem cum Chriſto tuo.

Percuſſiſti caput de domo impii : denudaſti fundamentum ejus uſque ad collum.

14. Maledixiſti ſceptris ejus, capiti bellatorum ejus, venientibus ut turbo ad diſpergendum me.

Exſultatio eorum, ſicut ejus qui devorat pauperem in abſcondito.

15. Viam feciſti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum.

16. Audivi, & conturbatus eſt venter meus : à voce contremuerunt labia mea.

Ingrediatur putredo in oſſibus meis, & ſubter me ſcateat.

Ut requieſcam in die tribulationis : ut aſcendam ad populum accinctum noſtrum.

17. Ficus enim non florebit : & non erit germen in vineis.

Mentietur opus olivæ : & arva non afferent cibum.

VERSIO ANTIQUA.

13. Egreſſus es in ſalutem populi tui, ut ſalvares chriſtos tuos. *Hieron. ubi ſup. col. 1632.*

Miſiſti in caput impiorum mortem : ſuſcitaſti vincula uſque ad collum. IN FINEM. *col. 1633.* *col. 1634.*

14. Diviſiſti in ſtupore capita potentium : commovebuntur in ea. *col. 1635.* *col. 1636.*

Aperient frenos ſuos, ſicut comedens pauper in abſconſo.

15. Et ſuperduxiſti in mari equos tuos, conturbantes aquas multas.

16. Cuſtodivi, & extimuit venter meus à voce orationis labiorum meorum. *col. 1637.*

Et ingreſſus eſt tremor in oſſa mea, & ſubter me conturbata eſt fortitudo mea.

Requieſcam in die tribulationis meæ : ut aſcendam ad populum peregrinationis meæ. *col. 1638.*

17. Quia ficus non afferet fructum : & non erunt germina in vineis.

Mentiètur opus olivæ : & campi non facient eſcas.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

[illegible] S. Germ. *Exiſti in ſalute populi tui, ut ſal[illegible] tuos. Miſiſti in capita iniquorum mortem: [illegible] uſque ad collum. Diapſalma.* Concinunt [illegible] B. M. Remenſ. & Sorbon. 1. niſi quòd ini[illegible] *in ſalutem ;* extremòque, *uſque ad cervices ;* S. [illegible] *uſque ad colla ;* alii duo carent *Diapſalmate.* Pſalt. [illegible] legit : *Exiſti in ſalutem populi tui, ut ſalvos faciat chriſtos tuos. Miſiſti in capita inimicorum mortem : excitaſti vincula uſque ad cervices. In finem.* Itidem in Sorbon. 2. exceptis his duobus, *inimicorum tuorum ;* & in fine, *cervicem.* Pſalt. S. Salab. habet : *Exiſti in ſalutem populo tuo ;* reliqua ut in Pſalt. Thomaſ. ſed abſque hoc ult. *In finem.* Brev. Mozar. *Exiſti in ſalutem plebis tuæ, ut ſalvos faciat electos tuos. Miſiſti in capita iniquorum mortem : reſuſcitaſti vincula uſque ad bellum.* Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 732. c. *Exiſti in ſalutem populi tui, ad ſalvos faciendos chriſtos tuos.* Auguſt. l. 18. de civit. Dei, c. 31. col. 514. d. *Exiſti in ſalutem populi tui, ut ſalvos faceres chriſtos tuos. Miſiſti in capita iniquorum mortem : excitaſti vincula uſque ad collum.* Gr. Ἐξῆλθες εἰς σωτηρίαν λαῦ συ, τῦ σῶσαι τὸν Χριςόν συ. Βαλεῖς εἰς κεφαλὰς ἀνόμων θάνατον· ἐξήγειρας δεσμὰς ἕως τραχήλυ. Διάψαλμα. Mſ. verò Alex. loco Χριςόν συ. Βαλεῖς, leg. χριςύς συ. Ἔσαλας, ut ſup. Unde Hieron. ita diſſerit in comm. 1633. b. *Sciendum autem,* inquit..... *quòd ubi poſuerunt LXX. plurali numero,* ut ſalvares chriſtos tuos, *ibi eſſe in Hebr.* lajeſua eth Meſſiach, *quod Aquila tranſtulit,* in ſalutem cum Chriſto tuo..... *V. Editio ſimiliter tranſtulit..... Theodotio autem verè quaſi pauper, & Ebionita ; ſed & Symmachus ejuſdem dogmatis, pauperem ſenſum ſecuti, Judaicè tranſtulerunt :* Egreſſus es in ſalut..... ut ſalvares Chriſtum tuum : & Egreſſus es ſalvare populum tuum, ſalvare Chriſtum tuum..... *Iſti ſemichriſtiani Judaicè tranſtulerunt : & Judæus Aquila interpretatus eſt ut Chriſtianus. VI. Editio, prodens manifeſtiſſimè ſacramentum, ita vertit ex Hebr.* Egreſſus es, ut ſalvares populum tuum per Jeſum Chriſtum tuum : *quod Græcè dicitur :* Ἐξῆλθες τῦ σῶσαι τὸν λαόν συ διὰ Ἰησῦ Χριςόν συ. Demum col. 1634. b. hæc addit S. Doctor : *Simulque conſidera quòd ipſi LXX. rerum neceſſitate compulſi, qui ſemper* Sela *interpretabantur* Diapſalma, *nunc tranſtulerunt* In finem.

℣. 14. Conſonat Græc. ad verbum. Hieron. ſubdit in comm. *Capita cùm diviſa fuerint à corporibus ſuis, & diviſa non aliter, niſi in ſtupore, quod Græcè dicitur ἐν ἐκςάσει : unde ſecundùm eam declinatur, & dicitur ἐν αὐτῇ, hoc eſt, in ea :* Aperient *etiam* frenos ſuos, *ſive* eorum ; *utrumque enim intelligi poteſt.* Porro *ſtupor* Latinè maſculini generis eſt : attamen Hieron. legit. ſup. in textu, *in ea ;* Nobil. vertit *in eo.* Mſs. Sangerm. & S. Mich. ferunt : *Præciſiſti in ſtupore mentis capita potentium : movebuntur gentes in ea. Adaperient ora ſua, ſicut edens pauper abſconsè.* Mſ. B. M. Rem. & Sorbon. 1. *Præciſiſti in alienatione capita potentium : movebuntur in ea gentes. Adaperient ora ſua, ſicut pauper edens in occulto.* Itidem in Pſalt. Thomaſ. præter vocem *lora*, pro *ora.* In Pſalt. verò S. Salab. ſic : *Præciſiſti in alia natione capita potentium : movebuntur in eo gentes. Et aperient ore ſuo, ſicut pauper edens in occulto.* In Mozar. *Præciſiſti in pavore capita potentium : movebuntur in ea gentes, & aperient ora ſua : edens pauper in abſconſo.* In Sorb. 2. *Præciſiſti in pavore capita potentium : movebuntur in ea. Adaperient ora ſua, ſicut edens pauper in abſcondito.* Auguſt. l. 18. de civit. Dei, c. 31. col. 514. e. *Præciſiſti in ſtupore mentis capita potentium : movebuntur in ea. Adaperient morſus ſuos, ſicut edens pauper abſconsè.*

℣. 15. Græc. Vatic. in principio habet, Καὶ ἐπεβίβασας εἰς θάλασσαν, *Et ſuperducis in mare ;* ultimòque, ὕδωρ πολύ, *aquam multam ;* at in Mſ. Alex. ἐπεβίβασας ; & in aliis ὕδατα πολλά. In Mſ. S. Germ. *Et immiſiſti in mare equos tuos, turbantes aquam multam.* In altero S. Mich. *Et immiſiſti in mari equos tuos, conturbantes aquam multam.* Pſalt. Moz. habet cum Gregor. M. in Cant. 1. p. 413. c. *Miſiſti in mari equos tuos, turbantes aquas multas.* Similiter in Pſalt. Thomaſ. S. Salab. Rem. & Sorb. 1. excepto uno *in mare.* In Sorb. 2. *Et miſiſti in mari*, &c. Apud Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1017. c. *Immiſiſti in mari equos tuos, turbantes aquas multas.* Apud Auguſt. l. 18. de civit. Dei, c. 31. *Et immiſiſti in mare equos tuos, turbantes aquas multas.* Auct. l. cont. Fulg. Donat. append. to. 9. Auguſt. col. 7. b. *Impoſuiſti in mari*, &c. ut ſup. ap. Auguſt.

℣. 16. Eadem leguntur Græcè, detracto pronom. *meæ*, poſt vocem *tribulationis ;* quod etiam tollit Hieron. in comment. col. 1639. b. loco verò *fortitudo mea*, nunc legitur Græcè, ἡ ἕξις μυ ; ſed aliàs habetur ἡ ἰσχύς, teſte Nobilio : ſaltem ita legit Hieron. in ſuo codice ; nam poſt τὸ *fortitudo mea*, proximè addit : *ſive ut alibi ſcriptum reperimus*, ἡ ἕξις μυ, *quod nos poſſumus dicere*, habitudo mea ; *diverſa quippe Exemplaria reperiuntur.* Mſ. S. Germ. habet : *Cuſtodivi me, & expavit venter meus à voce orationum labiorum meorum. Et introit tremor in oſſa mea, & ſubtus me turbata eſt habitudo mea. Requieſcam in die tribulationis : ut aſcendam in populum peregrinationis meæ.* Eadem quoque in Mſ. S. Mich. ſicut apud Auguſt. l. 18. de civ. Dei, col. 515. a. excepta voce ſingul. *orationis*, & verbo *introivit :* præterea Auguſt. initio legit, *Obſervavi*, non *Cuſtodivi me ;* Gr. Ἐφυλαξάμην, ᾗ, &c. Breviar. Moz. *Cuſtodivit me, & expavit venter meus à voce deprecationis labiorum meorum. Et introivit timor in oſſa mea, & deſuper turbata eſt virtus mea. Requieſcam in die tribulationis : & aſcendam ad tabernacula tranſmigrationis meæ.* Mſ. B. M. Rem. cum Pſalt. S. Salab. & Sorb. 1. *Cuſtodivit, & expavit venter meus à voce orationis* (Sorbon. *orationum*) *labiorum meorum. Et introivit tremor in oſſa mea, & ſubtus me turbata eſt virtus mea. Requieſcam in die tribulationis meæ : ut aſcendam ad populum tranſmigrationis meæ.* Sorb. 2. & Thomaſin. *Cuſtodivi, & expavit venter meus à voce deprecantis* (Thomaſ. *orationis*) *labiorum meorum ;* reliqua ut in Sorb. 1. & al. Apud Oroſ. l. cont. Pelag. p. 456. h. *Cuſtodivi, & expavit venter meus à voce orationum : intra me turbata eſt habitudo mea.* Apud Petrum Chryſol. ſer. 72. p. 903. f. *Cuſtodivi, & expavit venter meus à voce orationis labiorum meorum. Et intravit tremor in oſſa mea, & ſubtus me commota eſt virtus mea.* Vide ſis Hieron. l. 2. cont. Pelag. to. 4. 527. f.

℣. 17. Similia exſtant Græcè, præter unum aut alterum, videlicet ſingul. βρῶσιν, *eſcam*, non *eſcas ;* paulòque poſt, ἀπὸ βρώσεως, *ab eſca*, loco *eo quod comederent ;* in Compl. διότι ἔφαγον. Hieron. in comm. 1640. b. initio legit : *Ficus non faciet fructum : & non erunt genimina in vineis.* Gr. utrique lectioni congruit. In Mſ. Sangerm. ſic : *Quoniam ecce ficus non adferet fructum : & non erunt naſcentia in vineis. Mentietur opus olivæ : & campi non facient eſcam. Defecerunt ab eſca omnes : & non erunt in præſepibus boves.* Con-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup. Defecerunt eo quod comederent oves: & non sunt boves in præsepibus.

col. 1640. 18. Ego autem in Domino exsultabo: gaudebo super Deo salutari meo.

19. Dominus Deus fortitudo mea: & ponet pedes meos in consummationem.

Super excelsa imponet me, ut vincam in Cantico ejus.

VULGATA NOVA.

Abscindetur de ovili pecus: & non erit armentum in præsepibus.

18. Ego autem in Domino gaudebo: & exsultabo in Deo Jesu meo.

19. Deus Dominus fortitudo mea: & ponet pedes meos quasi cervorum.

Et super excelsa mea deducet me victor in Psalmis canentem.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

sonat Mss. S. Mich. nisi quòd hab. *nativitates in vineis*; paulòque post, *ab esca oves: & non sunt*, &c. Breviar. Moz. *Quoniam ficus non afferet fructus: & non erunt nascentia in vineis. Mentietur opus olivæ: & campi non præstabunt cibos. Deficient ab esca oves: & non erunt ad præsepia boves.* Psalt. Sorb. 1. cum Thomasino, S. Salab. & Mss. B. M. Rem. *Quoniam ficus non afferet fructum: & non erit generatio in vineis. Mentietur opus olivæ: & campi non facient escas. Defecerunt ab esca oves: & non erunt in præsepio boves.* In Psalt. S. Salab. ultimò scribitur *vobis*, non *boves*; sed more librariis veteribus usitato, qui sæpe convertunt *b* in *v*, & *v* in *b*; sicut vocalem secundam *e* in tertiam *i*, & vice versa. In Sorbon. 2. Psalt. omnia ut in altero sup. & al. præter ult. ista, *& non sunt boves in præsepio.* Apud Cypr. ep. ad Demetr. p. 222. c. *Ficus non afferet fructum: & non erunt nascentia in vineis. Mentietur opus olivæ: & campi non præstabunt cibum. Deficient à pabulo oves: & non erunt in præsepibus boves.* Apud August. l. 18. de civit. Dei, col. 515. a. *Quoniam ficus non afferet fructus: & non erunt nativitates in vineis. Mentietur opus olivæ: & campi non facient escam. Defecerunt ab esca oves: & non supersunt in præsepibus boves.* Auct. l. de promiss. p. 3. apud Prosp. p. 188. c. *Ficus non dabunt fructum suum: & non erunt nascentia in vineis. Mentietur opus olivæ: & campi non adferent escas. Deficient ab esca oves: non erunt in præsepibus boves.*

℣. 18. Itidem Græcè, excepto uno σωτῆρι, *salvatore*, pro *salutari*; quod ult. repetit Hieron. inf. 1642. b. nisi quòd leg. *in Deo salutari meo*, non *super*: at sup. 1640. f. huic ult. de Hebræo, *& exsultabo in Deo Jesu meo*, subdit: *pro quo LXX. transtulerunt τῷ σωτῆρί μου, id est*, inquit, *salvatore meo.* In Mss. S. Germ. & S. Mich. ac Brev. Moz. *Ego autem in Domino gloriabor: gaudebo in Deo salutari meo.* In Psalt. Thomas. S. Salab. B. M. Rem. & Sorb. 1. *Ego autem in Domino gloriabor:* (Sorb. &) *gaudebo in Deo Jesu meo.* In Sorb. 2. *Ego autem in Domino exsultabo: gaudebo in Deo salutari meo.* Concinit Cypr. ep. ad Demetr. p. 222. c. addito uno &, post *exsultabo.* Ita quoque legit August. l. 18. de civit. Dei, c. 32. p. 515. b. sed absque medio &: subinde August. ait: *Melius autem mihi videntur quidam codices habere:* gaudebo in Deo Jesu meo: *quàm qui volentes id Latinè ponere, nomen ipsum non posuerunt, quod est nobis amicius & dulcius nominare.*

℣. 19. Similia Græc. habet, excepto verbo ἐπιβιβᾷ, *ascendere facit*, pro *imponet.* In Ms. S. Germ. *Domine virtus mea: & statuit pedes meos in consummatione. Et super excelsa imponet me, ut vincam in Cantico ejus.* Sic etiam in Mss. S. Mich. si excipiatur vox 1. *Dominus.* In Breviar. Moz. *Dominus virtus mea: statuet pedes meos in consummatione. Super excelsa imponet me, vincam in claritate ejus.* In Psalt. Sorb. 1. *Dominus meus virtus mea: constituit pedes meos in consummatione. Et super excelsa statuit me, ut vincam in claritatem ipsius.* In Sorb. 2. *Domine Deus virtus mea, statue pedes meos in consummationem. Super excelsa impone me, ut vincam in claritatem ejus.* In Psalt. S. Salab. & Ms. B. M. Remens. *Domine Deus virtus mea, constitue pedes meos in consummatione. Et super excelsa statuit me, ut vincam in claritate ipsius.* Similiter in Psalt. Thomas. præter hoc, *statue me*, & *vincam.* Apud August. l. 18. de civit. Dei, c. 32. col. 515. b. *Dominus Deus meus virtus mea: statuet pedes meos in consummationem. Super excelsa imponet me, ut vincam in Cantico ejus.*

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore FRANCISCO LUCA Brugensi.

HABACUC.

CAP. I. ℣. 3. Videre prædam, & injustitiam contra me? & factum est judicium, & contradictio potentior. *Ea quæ hic inseruntur à multis exemplaribus:* Quare respicis contemptores, & taces conculcante impio justiorem se: & facies homines quasi pisces maris, & quasi reptilia non habentia ducem? *Patres superfluere judicarunt: ut certè non sunt hujus loci, sed infra*, ℣℣. 13. & 14. *quod aliàs docuimus.*

℣. 17. Et semper interficere gentes non parcet. *Alii libri*, *pro* parcet, *legunt* cessat.

CAP. III. ℣. 3. Operuit cœlos gloria ejus. *Quidam libri his verbis præponunt* Semper, *positum pro Hebraïco* ela & *Græco* Diapsalma: *quod non magis hic sententiam ingreditur, quam faciat in Psalmis, ubi est frequentissimum. Idem accidit infra* ℣. 9. *ante ea verba*, fluvios scindes terræ; & ℣. 14. *ante illa*, maledixisti sceptris ejus.

℣. 8. Qui ascendes super equos tuos. *Non montes futurum* ascendes *in præsens* ascendis.

℣. 12. In furore obstupescies gentes. *Non præponas his verbis conjunctionem* &c.

Variæ Lectiones VULGATÆ, rursum ab eodem FRANCISCO LUCA observatæ.

HABACUC.

CAP. III. ℣. 19. Deducet me victor in psalmis canentem. *Pro nominativo* victor, *Hebraïcè legitur vox illa prorsus eadem, quæ à D. Hieronymo (qui est proprius interpres Prophetarum, ut in Vulgata à nobis Latinè leguntur) vertente Psalmos ex Hebræo, in titulis frequenter occurrens, semper vertitur*, Victori, *à LXX.* In finem. *Quare conjectura est valde probabilis doctorum quorumdam tractatorum, hic quoque scribendum esse dativo casu*, Victori.

Digitized by Google

CAPITULA SOPHONIÆ PROPHETÆ,

JUXTA VETER. EDIT. LATINAM EX LXX. INTERP.

Ex Mſs. codd. S. Petri 3. & Vatic. 4220. edita à Joſepho Maria Caro presb. Romæ, 1688.

I. *De fectione deficiet à facie terræ, dicit Dominus.* c. 1. ℣. 2.

II. *Et defendam ſuper omnes, qui palam apparent in illa die.* c. 1. ℣. 9.

III. *Qui dicunt in cordibus ſuis: Non bene faciet Deus.* c. 1. ℣. 12.

IV. *Vox diei Domini amara & dura.* c. 1. ℣. 14.

V. *Deprecamini gens indiſciplinata.* c. 2. ℣. 1.

VI. *Et adorabunt Dominum de loco ſuo omnes inſulæ gentium.* c. 2. ℣. 11.

VII. *Prophetæ ejus ſpiritum portantes: ſacerdotes ejus contemnentes ſancta.* c. 3. ℣. 4.

VIII. *Suſtinete me, dicit Dominus, in die reſurrectionis;* al. addit, *in congregationibus gentium.* c. 3. ℣. 8.

IX. *Et ſubrelinquam in te populum manſuetum & humilem.* c. 3. ℣. 12.

X. *Et ſalvam faciam expulſam, & expreſſam recipiam.* c. 3. ℣. 19.

Digitized by Google

PROPHETIA
SOPHONIÆ.

CAPUT PRIMUM.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Soph. 1. col. 1643. sec. Lxx.

1. VERBUM Domini, quod factum eſt ad Sophoniam filium Chuſi, filii Amariæ, filii Ezechiæ, in diebus Joſiæ filii Ammon regis Juda.

col. 1644.

2. Defectione deficiat à facie terræ, dicit Dominus:

3. deficiat homo, & jumenta; deficiant volatilia cœli, & piſces maris: & infirmabuntur impii: & auferam iniquos à facie terræ, dicit Dominus.

col. 1646.

4. Et extendam manum meam ſuper Judam, & ſuper omnes qui habitant Jeruſalem: & auferam de loco hoc nomina Baalim, & nomina ſacerdotum cum ſacerdotibus;

5. & eos qui adorant ſuper tecta militiam cœli, & eos qui jurant in Domino, & jurant in rege ſuo;

6. & eos qui declinant à Domino, & qui non requirunt Dominum, & qui non retinent Dominum.

VULGATA NOVA.

1. VERBUM Domini, quod factum eſt ad Sophoniam filium Chuſi, filii Godoliæ, filii Amariæ, filii Ezeciæ, in diebus Joſiæ filii Amon regis Judæ.

2. Congregans congregabo omnia à facie terræ, dicit Dominus:

3. congregans hominem & pecus, congregans volatilia cœli, & piſces maris: & ruinæ impiorum erunt: & diſperdam homines à facie terræ, dicit Dominus.

4. Et extendam manum meam ſuper Judam, & ſuper omnes habitantes Jeruſalem: & diſperdam de loco hoc reliquias Baal, & nomina ædituorum cum ſacerdotibus;

5. & eos qui adorant ſuper tecta militiam cœli, & adorant & jurant in Domino, & jurant in Melchom.

6. Et qui avertuntur de poſt tergum Domini, & qui non quæſierunt Dominum, nec inveſtigaverunt eum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita Hieron. refert ex Hebr. ſolo; ſed addit: *LXX. ſimiliter.* Sic etiam hodie legimus Græcè, niſi quòd poſt nomen *Chuſi*, id ſubjicitur, *υἱὸν Γοδολίου τοῦ Ἀμορίου*, i. e. *filium Godoliæ, filii Amoriæ.* Hieron. quoque inf. in comm. ait: *Iſte ergo Propheta..... filius erat Chuſi..... habebat quoque avum Godoliam..... & proavum Amariam..... & atavum Ezechiam.* Nota Græcè nunc ſcribi Ἀμών; in edit. tamen noviſſ. conſtanter legitur *Ammon*, cum duplici *m*: *filium vocavit ἐπώνυμον, id eſt*, Ammon; *ſiquidem* Ammon, fides *interpretatur*: ſed Martianæus in Not. ſcribit *Amon*: « Et Hebraïcè, inquit, *Amon*, ſive *Amuna*, *fides* dicitur, ut idem Hieronymus interpretatur. »

℣. 2. Sic habet Cypr. l. 3. Teſtim. p. 318. c. unà cum Græco.

℣. 3. Totidem verba exſtant Græcè. Apud Cypr. verò l. 3. Teſtim. p. 318. c. leguntur hæc ſola: *deficiat homo, & pecudes; deficiant volucres cœli, & piſces maris: & auferam iniquos à facie terræ.* Hieron. quoque in comm. ait: *Hoc quod poſuimus in LXX.* & infirmabuntur impii, *de Theodotionis translatione additum eſt*: idem etiam notatur aſteriſco in edit. noviſſ.

℣. 4. Græc. Vatic. ſcribit *τῆς Βαάλ*; Mſ. verò Barb. *τῶν Βααλείμ*; extremò Vatic. tollit *cum ſacerdotibus*; quod etiam abeſt ab altero cod. ſi Nobilio fides; in aliis verò libb. partim legitur, *τὰ ὀνόματα τῶν ἱερῶν μετὰ τῶν ἱερέων* partim ut in Barb. & Compl. *τὰ ὀνόματα τῶν ἱερέων μετὰ τῶν ἱερῶν* Nobil. addit, aut *τῶν ἱερέων μετὰ τῶν ἱερέων* cætera ut in Lat. ſupra. Hieron. in comm. 1647. c. ait *extendere Dominum..... manum ſuam ſuper Judam.....* & *ſuper Jeruſalem.....* & *auferre de Eccleſia nomina Baalim, quod interpretatur* in ſublimioribus..... *ſed* & *nomina ſacerdotum cum ſacerdotibus..... Unde ſignanter non ait*, & opera ſacerdotum cum ſacerdotibus; *ſed* nomina, *qui tantummodò falſa nomina præferunt dignitatum.*

℣. 5. Græc. Vatic. poſt *militiam cœli*, id repetit, *καὶ τοὺς προσκυνοῦντας*, & *eos qui adorant*: tum addit: *καὶ τοὺς ὀμνύοντας κατὰ τοῦ Κυρίου, καὶ τοὺς ὀμνύοντας κατὰ τοῦ βασιλέως αὐτῶν*. Compl. verò cum Mſ. Alex. tollit ſup. *καὶ τοὺς προσκυνοῦντας*.

℣. 6. Similiter in Græco.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

7. Silete à facie Domini Dei : quia juxta eſt dies Domini, quia præparavit Dominus hoſtiam, ſanctificavit vocatos ſuos.

8. Et erit : in die hoſtiæ Domini viſitabo ſuper principes, & ſuper filios regis, & ſuper omnes qui induti ſunt veſte peregrina :

9. & viſitabo ſuper omnem, qui arroganter ingreditur ſuper limen in die illa : qui complent domum Domini Dei ſui iniquitate & dolo.

10. Et erit in die illa, dicit Dominus, vox clamoris à porta piſcium, & ululatus à Secunda, & contritio magna à collibus.

11. Ululate habitatores Pilæ : conticuit omnis populus Chanaan, diſperierunt omnes involuti argento.

12. Et erit in tempore illo : ſcrutabor Jeruſalem in lucernis : & viſitabo ſuper viros defixos in fecibus ſuis : qui dicunt in cordibus ſuis : Non faciet bene Dominus, & non faciet malè.

13. Et erit fortitudo eorum in direptionem, *Amos* & domus eorum in deſertum : & ædificabunt do- *5. 11.* mos, & non habitabunt : & plantabunt vineas, & non bibent vinum earum.

14. Juxta eſt dies Domini magnus, juxta eſt & velox nimis : vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis.

Jer. 30. 7. 15. Dies iræ dies illa, dies tribulationis & *Joel 2. 11.* anguſtiæ, dies calamitatis & miſeriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis,

16. dies tubæ & clangoris ſuper civitates mu- *Amos 5. 18.* nitas, & ſuper angulos excelſos.

17. Et tribulabo homines, & ambulabunt ut cæci, quia Domino peccaverunt : & effundetur ſanguis eorum ſicut humus, & corpora eorum ſicut ſtercora.

Exech. 7. 19. Inſ. 3. 8. 18. Sed & argentum eorum, & aurum eorum non poterit liberare eos in die iræ Domini : in igne zeli ejus devorabitur omnis terra, quia conſummationem cum feſtinatione faciet cunctis habitantibus terram.

VERSIO ANTIQUA.

7. Timete à facie Domini Dei : quia juxta eſt *Hieron. ubi ſup.* dies Domini, quia præparavit Dominus victimam *col. 1648.* ſuam, ſanctificavit vocatos ſuos.

8. Et erit : in die hoſtiæ Domini, & ulciſcar *col. 1649.* ſuper principes, & ſuper domum regis, & ſuper omnes qui induti ſunt veſtimentis alienis :

9. & ulciſcar ſuper omnes manifeſtè, qui ſunt in veſtibulis in die illa : qui complent domum Domini Dei ſui impietate & dolo.

10. Et erit in illa die, dicit Dominus, vox cla- *col. 1650.* moris de porta compungentium, & ululatus à Secunda, & contritio magna à collibus.

11. Plangite qui habitatis conciſſam : quia aſſi- *col. 1651.* milatus eſt omnis populus Chanaan, diſperierunt *col. 1652.* omnes qui erecti ſunt argento.

12. Et erit in die illa : ſcrutabor Jeruſalem cum lucerna : & ulciſcar ſuper viros, qui contemnunt cuſtodias ſuas, & dicunt in cordibus ſuis : Non faciet bene Dominus, & non faciet malè.

13. Et erit fortitudo eorum in rapinam, & do- *col. 1653.* mus eorum diſſipabuntur : & ædificabunt domos, & non habitabunt in eis : & plantabunt vineas, & non bibent vinum earum.

14. Quia juxta eſt dies Domini magnus, juxta, & velox nimis : vox diei Domini amara, & du- *col. 1654.* ra poſita eſt, fortis.

15. Dies iræ dies illa, dies tribulationis & neceſſitatis, dies miſeriæ & perditionis, dies tenebrarum & turbinis, dies nebulæ & caliginis,

16. dies tubæ & clamoris ſuper civitates munitas, & ſuper angulos excelſos.

17. Et tribulabo homines, & ambulabunt ut *col. 1656.* cæci, quia Domino peccaverunt : & effundet ſanguinem eorum ſicut pulverem, & carnes eorum ſicut ſtercus boum.

18. Et argentum eorum, & aurum eorum non poterit eruere eos in die iræ Domini : & in igne zeli ejus conſumetur omnis terra, conſummationem enim & feſtinationem faciet ſuper omnes habitantes terram.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 7. Conſonat Græc. ad verbum, niſi quòd hab. θυσίαν, loco *victimam* ; præponitque ὁ, verbo *ſanctificavit*. Cypr. l. 2. Teſtim. p. 294. a. legit : *Metuite à facie Domini Dei : quoniam prope eſt dies ejus, quia apparavit Dominus ſacrificium ſuum, ſanctificavit electos ſuos.* Hieron. in Iſai. 13. col. 150. c. *Metuite à facie Domini : quia prope eſt dies Domini.* Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 747. g. *paravit Deus ſacrificium, & ſanctificavit electos ſuos.*

℣. 8. Eadem leguntur Græcè. Auct. l. cont. Fulg. Donat. append. to. 9. Auguſt. col. 9. b. ita refert : *Erit in die ſacrificii Domini : & vindicabo in principibus, & in omnes veſtitos veſte aliena.*

℣. 9. Gr. Vatic. in principio habet, ὁ ἐκδικήσω ἐμφανῶς ἐπὶ τὰ πρόπυλα ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, &c. *& ulciſcar manifeſtè ſuper veſtibula in die illa*, &c. ut in Lat. ſupra. In Ald. verò & Compl. ὁ ἐκδικήσω ἐπὶ πάντας ἐμφανῶς, &c. Hieron. in comm. 1650. a. addit : *Verſantur* in veſtibulis, *imo nec* in veſtibulis, *ſed* ante veſtibula ; *quod ſignificantiùs Græcè* dicitur ἐπὶ τὰ πρόπυλα.

℣. 10. Concinit Græc. ad verbum.

℣. 11. Ita rurſum Græcè, præpoſitâ unâ conjunct. ὁ verbo *diſperierunt*, pro quo ἐξωλοθρεύθησαν. Apud S. Paulin. epiſt. 25. p. 167. a. *exterminati ſunt omnes qui exaltati fuerant auro & argento.* Hieron. quoque in comm. ait : *Secundùm LXX. qui erecti erant in ſuperbiam..... ira veniente, vaſtati ſunt : ſimulque conſidera quòd non dixerit*, peribunt qui erecti ſunt argento ; *ſed jam nunc, antequam eis veniat ſupplicii dies.....* perierint, *atque* corruerint.

℣. 12. Eadem exſtant in Græco Vatic. præter iſta, τὺς καταφρονῦντας ἐπὶ τὰ φυλάγματα αὐτῶν· deinde, οἱ δὲ λέγοντες, &c. *qui autem dicunt*, &c. ſed in Compl. & Mſ. Barb. τὺς λέγοντας ; in Ald. ὁ οἱ λέγοντες. Apud Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 196. h. ita : *ſcrutinabo Jeruſalem cum lucerna : defendam ſuper viros, qui contemptores ſunt, ne cuſtodiant mandata.* Apud Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1201. b. *ſcrutatus ſum Jeruſalem ad lucernam.* Ap. Chromat. Aquil. in Matth. p. 981. a. *& ſcrutabor Jeruſalem cum lucerna.*

℣. 13. Similia Græc. exhibet, præter hoc, εἰς ἀφανισμὸν, *in diſſipationem*, pro *diſſipabuntur*. Cypr. l. 3. Teſtim. p. 323. a. legit : *ædificabunt domos, & non inhabitabunt : & inſtituent vineas, & non bibent vinum earum. Quia prope eſt dies Domini ;* quæ ult. ſunt de ℣. ſeq.

℣. 14. Itidem Græcè, niſi quòd ibi vox ult. δυνατὴ, *fortis*, copulatur cum ſeq. *dies iræ.* Hieron. l. 3. in ep. ad Epheſ. to. 4. 403. a. ita legit : *Prope eſt dies Domini magna, prope, & velox nimis : vox diei Domini amara, & dura, & fortis :* vide etiam in Iſai. 13. col. 150. c. Gildas Sap. l. de excid. Britann. p. 714. d. *Prope eſt dies Domini magnus, prope, & velox valde : vox dei* (l. *diei*) *Domini amara conſtituta eſt, potens.* Caſſiod. in Pſ. 6. p. 27. a. *vox diei Domini dura, & amara.*

℣. 15. Græc. Vatic. loco *miſeriæ*, habet ἀωρίας, *immaturitatis ;* Ald. verò & Compl. ταλαιπωρίας ; ſubinde in Vatic. ἡμέρα γνόφου ὁ σκότους, ἡμέρα νεφέλης ὁ ὁμίχλης, *dies caliginis & tenebrarum, dies nubis & nebula ;* cæt. ut ſupra. In Mſ. Alex. ἡμέρα σκότους ὁ γνόφου. Apud Hieron. l. 3. in ep. ad Epheſ. to. 4. col. 403. *Dies iræ dies illa, dies anguſtiæ & neceſſitatis :* & in Jer. 13. col. 592. f. *dies tribulationis & anguſtiæ, dies miſeriæ & perditionis, dies tenebrarum & turbinis, dies nubis & caliginis.* Apud Gild. Sap. l. de excid. Britann. p. 714. c. *Dies iræ dies illa, dies tribulationis & neceſſitatis, dies nubis & nebula.* Caſſiod. in Pſ. 6. p. 28. b. *Dies illa dies iræ, dies tribulationis & anguſtiæ.* Tertul. etiam l. de reſur. carn. p. 574. d. alludit *ad diem Domini magnum, diem iræ & retributionis, diem ultionum & occultum.*

℣. 16. Sic iterum in Græco. Apud Gild. Sap. l. de excid. Britann. p. 714. c. ita : *dies tubæ & clangoris, dies miſeriæ & exterminationis, dies tenebrarum & caliginis ſuper civitates firmas.*

℣. 17. Concinit Græc. ad verbum, niſi quòd extremò habet pluraliter, βόλϛιτα, *ſtercora boum ;* ſic etiam Hieron. infra in comment.

℣. 18. Totidem verba in Græco, niſi excipiatur conjunct. una διότι, *quia*, pro *enim*.

Digitized by Google

CAPUT II.

Versio antiqua.

Hieron. in Sophon. 2. col. 1657.

1. COngregamini, & colligamini gens ineruditа :

2. Antequam ſitis ſicut flos pertranſiens diem, antequam veniat ira Domini ſuper vos, antequam ſuper vos irruat dies iræ furoris Domini.

col. 1658.

3. Quærite Dominum omnes humiles terræ : judicium operamini, & juſtitiam quærite, & reſpondete ea, ut protegamini in die iræ Domini.

4. Quia Gaza direpta erit, & Aſcalon in deſertum, & Azotus in meridie projicietur, & Accaron eradicabitur.

col. 1660.

5. Væ qui habitatis funiculum maris, advenæ Cretenſium : verbum Domini ſuper vos Chanaan terra Allophylorum, & perdam vos de habitatione.

6. Et erit Creta paſcua gregum, & ovile pecorum :

7. & erit funiculus maris his, qui reliqui ſunt de domo Juda : ſuper ipſos paſcentur in domibus Aſcalonis, poſt meridiem divertent à facie filiorum Juda : quia viſitabit eos Dominus Deus eorum, & avertet captivitatem eorum.

col. 1661.

8. Audivi opprobrium Moab, & contumelias filiorum Ammon : in quibus exprobraverunt populo meo, & magnificati ſunt ſuper terminos meos.

9. Propterea vivo ego, dicit Dominus virtutum Deus Iſraël, quia Moab ſicut Sodoma erit, & filii Ammon quaſi Gomorrha, & Damaſcus derelicta quaſi acervus areæ, & diſſipata uſque in ſempiternum : & qui reliqui fuerint de populo meo diripient eos, & reſidui gentis meæ poſſidebunt eos.

col. 1662.

10. Hoc erit eis pro contumelia ſua : quia exprobraverunt, & magnificati ſunt ſuper Dominum omnipotentem.

11. Manifeſtus erit Dominus ſuper eos, & diſperdet omnes deos gentium terræ : & adorabunt eum ſinguli de loco ſuo, omnes inſulæ gentium.

col. 1666.

12. Et vos Æthiopes vulnerati gladio meo eritis.

Vulgata nova.

1. COnvenite, congregamini gens non amabilis :

2. Priuſquam pariat juſſio quaſi pulverem tranſeuntem diem, antequam veniat ſuper vos ira furoris Domini, antequam veniat ſuper vos dies indignationis Domini.

3. Quærite Dominum omnes manſueti terræ, qui judicium ejus eſtis operati : quærite juſtum, quærite manſuetum : ſi quomodo abſcondamini in die furoris Domini.

4. Quia Gaza deſtructa erit, & Aſcalon in deſertum, Azotum in meridie ejicient, & Accaron eradicabitur.

5. Væ qui habitatis funiculum maris, gens perditorum : verbum Domini ſuper vos Chanaan terra Philiſthinorum, & diſperdam te, ita ut non ſit inhabitator.

6. Et erit funiculus maris requies paſtorum, & caulæ pecorum :

7. & erit funiculus ejus, qui remanſerit de domo Juda : ibi paſcentur, in domibus Aſcalonis ad veſperam requieſcent : quia viſitabit eos Dominus Deus eorum, & avertet captivitatem eorum.

8. Audivi opprobrium Moab, & blaſphemias filiorum Ammon : quæ exprobraverunt populo meo, & magnificati ſunt ſuper terminos eorum.

9. Propterea vivo ego, dicit Dominus exercituum Deus Iſraël, quia Moab ut Sodoma erit, & filii Ammon quaſi Gomorrha, ficcitas ſpinarum, & acervi ſalis, & deſertum uſque in æternum : reliquiæ populi mei diripient eos, & reſidui gentis meæ poſſidebunt illos.

10. Hoc eis eveniet pro ſuperbia ſua : quia blaſphemaverunt, & magnificati ſunt ſuper populum Domini exercituum.

11. Horribilis Dominus ſuper eos, & attenuabit omnes deos terræ : & adorabunt eum viri de loco ſuo, omnes inſulæ gentium.

12. Sed & vos Æthiopes interfecti gladio meo eritis.

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Itidem Græcè.

℣. 2. Græc. Vatic. tollit *diem* poſt verbum *pertranſiens*, ſicut *iræ*, ante vocem *furoris* ; cæt. ut ſupra : edd. verò Ald. & Compl. habent παραπορευόμενον ἡμέρᾳ ; ultimòque, ἡμέραν ὀργῆς θυμοῦ Κυρίου.

℣. 3. Eadem exſtant Græcè. Eadem quoque legit Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 196. g. uno excepto, *ſicut tegamini*, loco *ut protegamini*.

℣. 4. Ita rurſum Græcè, præter unum ἀφανισμὸν, loco *deſertum*. Hieron. in Ezech. 26. col. 873. e. legit : *Gaza direpta erit, & Aſcalon in perditionem, & Azotus & Accaron eradicabuntur.*

℣. 5. Concinit Græc. ad verbum. Rurſum Hieron. in Ezech. 26. col. 873. e. legit : *Væ habitatoribus funiculi maris, accolæ Cretarum : verbum Domini ſuper vos Chanaan terra alienigenarum, & diſperdam vos ex habitatione.*

℣. 6. Sic iterum Græcè. Hieron. in Ezech. 26. col. 873. e. *Et erit Creta in pabulum paſtorum, & cubile ovium :* Gr. μάνδρα προβάτων.

℣. 7. Eadem leguntur in Græco, præter unum ἐπέσκεπται, Nobil. *viſitat*, pro fut. *viſitabit*. Subdit Hieron. in comment. 1661. c. *Quod autem legitur in LXX.* à facie filiorum Juda, *obelo prænotavimus ; nec in Hebræo enim, nec apud ullum fertur Interpretum ; & contextum capituli, ſenſumque conturbat.*

℣. 8. Græc. Vatic. fert ὀνειδισμὸς, *opprobria* ; Compl. verò ὀνειδισμὸν, ut ſup. ſubinde Vatic. ὠνείδιζον..... καὶ ἐμεγαλύνοντο, &c. *exprobrabant..... & magnificabantur* ; cæt. ut in textu.

℣. 9. Similia leguntur Græcè. Hieron. inf. in comm. col. 1664. b. ait : *Sed & hoc ipſum quod dicitur*, quaſi acervus areæ, *quod Græcè dicitur*, ὡς θημωνία ἄλωνος, *putamus LXX.* ἁλὸς *interpretatos, id eſt*, ſalis ; *ſed ab imperitis, qui* θημωνίαν, *hoc eſt*, acervum *frumenti vel frugum, putaverunt pro* ἁλὸς, *additis duabus litteris* ω & ν, *quaſi ad conſequentiam frugum*, ἅλωνος, *hoc eſt*, areæ, *poſitum.* In ed. etiam Compl. eſt ἁλός.

℣. 10. Conſonat Græc. niſi quòd ipſo initio hab. αὕτη, *hæc*, pro *hoc*, abſque ſeq. *erit* ; & in Compl. τοῦτο.

℣. 11. Græc. Vatic. in principio habet, Ἐπιφανήσεται Κύριος ; Compl. verò cum Mſ. Barb. Ἐπιφανὴς ἔσται ; reliqua ut in Lat. ſupra. Auguſt. epiſt. 105. to. 2. col. 302. e. legit : *Prævalebit Dominus adversùs eos, & exterminabit omnes deos gentium terræ : & adorabunt in conſpectu ejus unuſquiſque de loco ſuo, omnes inſulæ gentium :* ita quoque in Pſ. 144. to. 4. 1621. c. & l. de fide, to. 6. col. 146. g. & l. de divin. dæm. col. 512. b. & l. cont. Jud. to. 8. 40. b. præter unum *eum*, pro *in conſpectu ejus* : ſimiliter habetur in Collat. Carthag. p. 393. a. at Auguſt. l. 18. de civit. Dei, c. 33. to. 7. col. 516. b. ita legit : *Horribilis Dominus ſuper eos, & exterminabit omnes deos terræ : & adorabit eum vir de loco ſuo, omnes inſulæ gentium :* in Pſ. verò 134. col. 1507. d. *Prævaluit Dominus..... & exterminavit omnes deos gentium terræ : & adorabunt eum unuſquiſque de*, &c. Ed. Ald. προσκυνήσει αὐτῷ ἕκαστος, &c. Auct. l. de promiſſ. p. 3. apud Proſp. p. 188. b. *adorabunt eum de locis ſuis omnes inſulæ gentium.*

℣. 12. Sic eſt in Græco, hoc excepto ult. ῥομφαίας μου ἐστέ,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

13. Et extendet manum ſuam ſuper Aquilonem, & perdet Aſſur: & ponet ſpecioſam in ſolitudinem, & in invium, & quaſi deſertum.

Iſai. 34. 11. 14. Et accubabunt in medio ejus greges, omnes beſtiæ gentium: & onocrotalus & ericius in liminibus ejus morabuntur: vox cantantis in feneſtra, corvus in ſuperliminari, quoniam attenuabo robur ejus.

15. Hæc eſt civitas glorioſa habitans in confidentia: quæ dicebat in corde ſuo: Ego ſum, & extra me non eſt alia ampliùs: quomodo facta eſt in deſertum cubile beſtiæ? omnis qui tranſit per eam, ſibilabit, & movebit manum ſuam.

VERSIO ANTIQUA.

13. Et extendam manum meam ſuper Aquilonem, & perdam Aſſyrium: & ponam Niniven in ſolitudinem, & inaquoſam, quaſi deſertum. *Hieron. ubi ſup.*

14. Et paſcentur in medio ejus greges, & omnes beſtiæ terræ: & chamæleontes, & ericii in præſepibus ejus cubabunt: & beſtiæ clamabunt in foveis ſuis, & corvi in portis ejus, quia cedrus altitudo ejus.

15. Hæc eſt civitas malis dedita: quæ habitat in ſpe, quæ dicit in corde ſuo: Ego ſum, & non eſt poſt me ampliùs: quomodo facta eſt in ſolitudinem paſcua beſtiarum? omnis qui tranſit per eam, ſibilabit, & movebit manus ſuas.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

gladii mei eſtis; at in Compl. ῥομφαία μου ἔσεσθε, ut ſupra.

℣. 13. Græcè ita: Καὶ ἐκτενεῖ τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἐπὶ Βορρᾶν, καὶ ἀπολεῖ τὸν Ἀσσύριον· καὶ θήσει τὴν Νινευὴ εἰς ἀφανισμὸν, ἄνυδρον, ὡς ἔρημον· i. e. *Et extendet manum ſuam ſuper Aquilonem, & perdet Aſſyrium: & ponet Ninevem in deſolationem, inaquoſam, quaſi deſertum.* Edit. verò Ald. initio habet cum Mſ. Alex. ἐκτενῶ τὴν χεῖρά μου· paulòque poſt, Ald. cum Cyr. ἀπολῶ τὸν Ἀσσύριον· καὶ θήσω, &c. Tichon. autem reg. 4. p. 58. c. *Et extendet manum ſuam in Aquilonem, & perdet Aſſyrium:* item, *Ninive, exterminium, ſine aqua, in deſertum.*

℣. 14. Similia Græc. habet, præter voculam αὐτῆς, *ejus*, pro *ſuis*, poſt *foveis*. Hieron. inf. in comm. 1668. b. ita refert: *Et paſcentur in ea greges, & omnes beſtiæ terræ: & chamæleontes, & ericii in præſepibus ejus accubabunt: & beſtiæ requieſcent in cardinibus ſuis, & corvi in feneſtris ejus.* Gr. καὶ θηρία φωνήσει ἐν ταῖς διορύγμασιν αὐτῆς, καὶ κόρακες ἐν ταῖς λῶσιν αὐτῆς. Tichon. reg. 4. p. 58. c. *Et paſcentur in medio ejus greges, omnes beſtiæ terræ: & chamælcontii, & birci* (Mſ. Rem. *chamæleontes, & ericii*) *in laquearibus ejus cubabunt: & beſtiæ vocem dabunt in juſtis ejus, & corvi in portis ejus, quoniam cedrus altitudo ejus;* Gr. τὸ ἀνάστημα αὐτῆς· Compl. ἀνάστεμμα, *coronatio.*

℣. 15. Eadem leguntur Græcè, ſi excipiatur vox una aut altera, nempe ἡ φαυλίστρια, *vilipendens*, pro *malis dedita*; & inf. εἰς ἀφανισμὸν, loco *in ſolitudinem*; ἀφανισμὸς, quaſi *evaneſcentia*, ἀφάνισις, *abolitio.* Tichon. reg. 4. p. 58. c. legit: *Civitas contemnens, quæ habitat in ſpe, quæ dicit in corde ſuo: Ego ſum, & non eſt poſt me: quomodo facta eſt in exterminio paſcua beſtiarum* (Mſ. Rem. *facta es in exterminium civitas beſtiarum?*) *omnis qui tranſit per illam, ſibilabit, & movebit manus ſuas.* Hieron. infra 1668. d. 1669. b. habet *præter me*, loco *poſt me*; Gr. μετ' ἐμέ.

CAPUT III.

VULGATA NOVA.

1. VÆ provocatrix, & redempta civitas, columba.

2. Non audivit vocem, & non ſuſcepit diſciplinam: in Domino non eſt confiſa, ad Deum ſuum non appropinquavit.

Ezech. 22. 27. Mich. 3. 11. 3. Principes ejus in medio ejus quaſi leones rugientes: judices ejus lupi veſpere, non relinquebant in manè.

4. Prophetæ ejus veſani, viri infideles: ſacerdotes ejus polluerunt ſanctum, injuſtè egerunt contra legem.

5. Dominus juſtus in medio ejus non faciet iniquitatem: manè manè judicium ſuum dabit in lucem, & non abſcondetur: neſcivit autem iniquus confuſionem.

VERSIO ANTIQUA.

1. O Illuſtris, & redempta civitas, columba. *Hieron. in Sophon. 3. col. 1670.*

2. Non audivit vocem, non ſuſcepit diſciplinam: in Domino non eſt confiſa, & ad Dominum ſuum non appropinquavit.

3. Principes ejus in ea veluti rugientes leones: judices ejus ſicut lupi Arabiæ, non dimittebant in manè.

4. Prophetæ ejus portantes ſpiritum, viri contemptores: ſacerdotes ejus polluunt ſancta, & impiè agunt in legem.

5. Dominus autem juſtus in medio ejus, & non faciet iniquitatem: manè manè judicium ſuum dabit in luce, & non eſt abſconditus: & neſcit iniquitatem in exactione, nec in ſempiternum injuſtitiam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita legit Tichon. reg. 4. p. 58. c. unà cum Græco. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 196. h. *O quæ erat ſplendida, & redempta civitas, columba.* Gildas Sap. caſtig. in Eccl. ord. p. 717. f. *O quæ erat ſplendida, & libera civitas, confidens, columba.*

℣. 2. Concinit Tichon. reg. 4. p. 58. c. niſi quòd initio habet, *Quæ non audivit vocem, non recepit diſcipl.* Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 196. h. *Non exaudivit vocem, non percepit diſciplinam: in Domino non confidit, & ad Deum ſuum non acceſſit.* Sic etiam in Græco eſt. Apud Gild. Sap. caſtig. in Eccl. ord. p. 717. f. *Non obaudivit vocem, nec percepit diſciplinam: in Domino non confiſa eſt, & ad Deum ſuum non acceſſit.* Auct. l. ad Novat. hæret. ap. Cypr. p. 437. alludens, dicit: *Columba non exaudit vocem, id eſt, præclara & redempta civitas, non recipit doctrinam, & in Dominum fidens non ſuit.*

℣. 3. Similiter in Græco. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 196. h. legit: *Principes ejus ſicut leones fremunt: judices ejus ſicut lupi Arabiæ, non ſubreliquerunt in manè.* Tichon. reg. 4. p. 58. d. *Principes ejus in ea ut leones frementes: judices ejus ut lupi Arabiæ, non relinquentes* (Mſ. Rem. *relinquebant*) *in manè.* Gildas Sap. caſtig. in Eccl. ord. p. 717. f. *Principes ejus in ea ſicut leones rugientes: judices ſicut lupi Arabiæ, non relinquebant in manè.*

℣. 4. Eadem ſunt in Gr. Vatic. niſi hoc ult. excipiatur, ἀσεβοῦσι νόμον, *impiè faciunt legem*; ſed in Ald. & Compl. eſt ἀσεβοῦσιν εἰς τὸν νόμον, ſicut in Mſ. Barb. Apud Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 196. h. *Prophetæ ejus ſpiritales, viri contemptores: ſacerdotes ejus contaminant ſe, & impiè agunt.* Hieron. quoque in comm. 1671. f. ait: πνευματοφόροι, *id eſt*, portantes ſpiritum, *ſive* ſpirituales (& *hoc* εἰρωνικῶς *legendum*) *ſunt viri contemptores.* Tichon. reg. 4. p. 58. d. *Prophetæ ejus ſpiritu elati* (Mſ. Rem. *in ſpiritu velati*,) *viri contemptores: ſacerdotes ejus prophetant* (Mſ. Rem. *profanant*) *ſacra, & conſcelerant legem.* Gild. Sap. caſtig. in Eccl. ord. p. 717. g. *Prophetæ ejus ſpiritum portantes, viri contemptores: ſacerdotes ejus profanabant ſancta, & impiè agebant in lege.*

℣. 5. Similia Græc. habet, præter unum οὐκ εἰς νῖκος, *in contentione*, pro *in ſempiternum*: ſimilitudo vocis utriuſque νεῖκος, & νῖκος, fecit varietatem. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 196. h. legit: *Dominus autem juſtus eſt in medio ejus, & non faciet injuſtè.* Tichon. reg. 4. p. 58. d. *Dominus autem juſtus in templo* (Mſ. Rem. *in medio*) *ejus, non faciet injuſtum.* Gild. Sap. caſtig. in Eccl. ord. p. 717. g. *Dominus autem juſtus in medio ejus, non faciet iniquitatem: & manè manè dabit judicium ſuum.* Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 746. f. *Dominus juſtus in medio tui, non facies injuſtè.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Hieron. ubi ſup. 6. Detraxi ſuperbos, diſſipati ſunt anguli eorum : deſtruxi vias eorum, ut penitus non tranſeant : defecerunt civitates eorum, eò quòd nullus ſubſiſteret, neque habitaret.	6. Diſperdidi gentes, & diſſipati ſunt anguli earum : deſertas feci vias eorum, dum non eſt qui tranſeat : deſolatæ ſunt civitates eorum, non remanente viro, neque ullo habitatore.
7. Dixi : Veruntamen timebitis me, & ſuſcipietis diſciplinam : & non peribitis de oculis ejus, in omnibus in quibus ultus ſum ſuper eam : præparare, conſurge diluculo, diſperierunt omnes racemi eorum.	7. Dixi : Attamen timebis me, ſuſcipies diſciplinam : & non peribit habitaculum ejus, propter omnia in quibus viſitavi eam : veruntamen diluculo ſurgentes corruperunt omnes cogitationes ſuas.
col. 1674. 8. Propterea exſpecta me, dicit Dominus, in die reſurrectionis meæ in teſtimonium, quia judicium meum in congregationes gentium, ut ſuſcipiam reges; ut effundam ſuper eos iram meam, omnem iram furoris mei : quia in igne zeli mei conſumetur omnis terra.	8. Quapropter exſpecta me, dicit Dominus, in die reſurrectionis meæ in futurum, quia judicium meum ut congregem gentes, & colligam regna : & effundam ſuper eos indignationem meam, omnem iram furoris mei : in igne enim zeli mei devorabitur omnis terra. *Sup. 1. 18.*
9. Quia tunc convertam ſuper populos linguam in generationem ejus, ut invocent omnes nomine Domini, ut ſerviant ei ſub jugo uno.	9. Quia tunc reddam populis labium electum, ut invocent omnes in nomine Domini, & ſerviant ei humero uno.
col. 1675. 10. De finibus fluminum Æthiopiæ ſuſcipiam diſperſos meos, afferent victimas mihi.	10. Ultra flumina Æthiopiæ, inde ſupplices mei, filii diſperſorum meorum deferent munus mihi.
11. In die illa non confundêris ex omnibus adinventionibus tuis, quibus impiè egiſti in me : quia tunc auferam à te detractionem contumeliæ tuæ, & ultra non adjicies ut magnificeris ſuper montem ſanctum meum.	11. In die illa non confundêris ſuper cunctis adinventionibus tuis, quibus prævaricata es in me : quia tunc auferam de medio tui magniloquos ſuperbiæ tuæ, & non adjicies exaltari ampliùs in monte ſancto meo.
12. Et relinquam in te populum manſuetum & humilem : & reverebuntur nomen Domini,	12. Et derelinquam in medio tui populum pauperem & egenum : & ſperabunt in nomine Domini.
13. qui fuerint reliqui de Iſraël, & non facient iniquitatem, & non loquentur vana, & non invenietur in ore eorum lingua doloſa : quoniam ipſi paſcentur & accubabunt, & non erit qui exterreat eos.	13. Reliquiæ Iſraël non facient iniquitatem, nec loquentur mendacium, & non invenietur in ore eorum lingua doloſa : quoniam ipſi paſcentur, & accubabunt, & non erit qui exterreat.
col. 1677. 14. Gaude filia Sion : prædica filia Jeruſalem : exſulta, & delectare de toto corde tuo filia Jeruſalem.	14. Lauda filia Sion : jubila Iſraël : lætare, & exſulta in omni corde filia Jeruſalem.
15. Abſtulit Dominus iniquitates tuas, redemit te de manu inimicorum tuorum : rex Iſraël Dominus in medio tui, non videbis mala ultra.	15. Abſtulit Dominus judicium tuum, avertit inimicos tuos : rex Iſraël Dominus in medio tui, non timebis malum ultra.
16. In tempore illo dicit Dominus Jeruſalem : Confide Sion, non diſſolvantur manus tuæ.	16. In die illa dicetur Jeruſalem : Noli timere : Sion, non diſſolvantur manus tuæ.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 6. Græc. Vatic. initio habet, Ἐν διαφθορᾷ κατέστρεψα, *In corruptione detraxi;* paulòque poſt, ἐξερημώσω τὰς ὁδοὺς αὐτῶν τοπαράπαν, τοῦ μή, &c. i. e. *deſertas faciam vias eorum penitus, ut non,* &c. ut ſupra. In Ald. verò edit. non eſt hoc, ἐν διαφθορᾷ; in Compl. copulatur cum antecedentibus; paulòque poſt habetur ἐξερήμωσα, *deſertas feci.*

℣. 7. Sic etiam in Gr. eſt, niſi quòd initio habetur, φοβεῖσθέ με, καὶ δέξασθε, *timete me,* & *recipite,* pro *timebitis me,* & *ſuſcipietis;* extremòque, ἔφθαρται πᾶσα ἡ ἐπιφυλλὶς αὐτῶν, loco *diſperierunt omnes racemi eorum :* rectè Hieron. in comm. 1673. e. *diſſipata eſt omnis frondoſitas eorum :* at poſt pauca, *diſſipati ſunt omnes racemi eorum.* Compl. etiam initio habet φοβηθήσεσθέ με, καὶ δέξεσθε.

℣. 8. Græc. Vatic. habet εἰς ἡμέραν, *in diem,* pro *in die;* Compl. verò, ἐν ἡμέρᾳ; ſubinde Vatic. delet *iram meam;* cæt. ut in Lat. ſupra. In Mſ. Barb. ἐπ' αὐτὸς τὴν ὀργήν μου, καὶ πᾶσαν, &c. In Ald. & Compl. τὴν ὀργήν μου, πᾶσαν ὀργὴν θυμοῦ. Apud Cypr. l. de op. & eleem. p. 254. b. & l. 3. Teſtim. p. 328. a. *Exſpecta me, dicit Dominus, in die reſur. meæ in teſtimonium, quoniam judicium meum ad congregationes gentium, ut excipiam reges,* & *effundam ſuper eos iram meam.* Auguſt. l. 18. de civit. Dei, c. 33. to. 7. 516. b. Vulgatæ conſentit. Fulg. l. 2. ad Monim. c. 4. p. 31. a. legit : *Suſtine me, dicit Dominus, in diem reſurrectionis meæ in teſtimonium, quoniam judicium meum in congregationem gentium erit, ut recipiam reges,* & *effundam ſuper eos iram furoris mei : quoniam in igne æmulationis meæ conſummabitur omnis terra :* eadem repetit frag. 34. p. 639. c. excepto uno *in die,* pro *in diem.*

℣. 9. Itidem Græcè, præter unum τὸ ὄνομα, pro *nomine;* rectè Hieron. inf. 1678. a. *nomen.* Auguſt. l. 18. de civit. Dei, c. 33. col. 516. b. *Tunc tranſvertam in populos linguam,* & *in progenies ejus, ut omnes invocent nomen Domini,* & *ſerviant ei ſub jugo uno :* in pleriſque Mſs. deeſt præp. *in,* ante *progenies.* Hieron. tamen in comm. 1675. b. ait : *Ubi nos interpretati ſumus :* reddam populis labium electum : *pro* electo, *LXX. dixerunt* in generationem ejus, *ut ſubaudiatur* terræ. Fulgent. quoque l. 2. ad Monim. c. 4. p. 31. a. legit : *Quia tunc transferam ſuper populos linguam in progenies ejus, ut invocent omnes nomen Domini,* & *ſerviant ei ſub jugo uno :* ſic etiam habet fragm. 34. p. 639. c.

℣. 10. Sic iterum in Græco, hoc excepto, ἐν διεσπαρμένοις μου, *in diſperſis meis,* loco *diſperſos meos.* Hieron. tamen ſup. 1667. e. ait : *In LXX. habetur : De finibus fluviorum Æthiop. ſuſcipiam diſperſos meos,* & *afferent hoſtias mihi :* at infra 1678. a. *Ultra flumina Æthiopiæ ſuſcipiam in diſperſis meis, qui afferent mihi victimas :* & in Iſai. 2. col. 22. c. *Ex finibus fluviorum Æthiopiæ afferent tibi hoſtias.* Auguſt. l. 18. de civit. Dei, c. 33. col. 516. b. legit : *A finibus fluminum Æthiopiæ offerent mihi hoſtias.* Fulgent. l. 2. ad Monim. c. 4. p. 31. a. & fragm. 34. p. 640. a. *A trans flumine Æthiopiæ ſuſcipiam obſervantes me, qui diſperſi ſunt : adferent* (al. *offerent*) *hoſtias mihi in illo die.*

℣. 11. Similia Gr. exhibet, præter ſeqq. τὰ φαυλίσματα, *vilipendia,* loco *detractionem;* & τῇ μεγαλαυχήσαι, *ut magnificè glorieris,* loco *ut magnificeris.* Auguſt. l. 18. de civit. Dei, c. 33. col. 516. b. *In illo die non confundêris ex omnibus adinventionibus tuis, quas impiè egiſti in me : quia tunc auferam abs te pravitates injuriæ tuæ,* & *jam non adjicies ut magnificeris ſuper montem ſanctum meum.*

℣. 12. Auguſt. l. 18. de civit. Dei, c. 33. *Et ſubrelinquam in te populum manſuetum & humilem :* & *verebuntur à nomine Domini;* proximèque, *qui reliqui fuerint Iſraël.* Ita quoque in Græco eſt. Hieron. in comm. 1678. b. & *timebunt nomen Domini, qui ſunt reliqui de Iſraël.*

℣℣. 13. 14. 15. Totidem leguntur Græcè, ſimilibuſque verbis.

℣. 16. Sic iterum Græcè, excepto fut. ἐροῖ, *dices,* pro *dicit.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

17. Dominus Deus tuus in medio tui fortis, ipse salvabit : gaudebit super te in lætitia, silebit in dilectione sua, exsultabit super te in laude.

18. Nugas, qui à lege recesserant, congregabo, quia ex te erant : ut non ultra habeas super eis opprobrium.

19. Ecce ego interficiam omnes, qui afflixerunt te in tempore illo : & salvabo claudicantem : & eam, quæ ejecta fuerat, congregabo : & ponam eos in laudem, & in nomen, in omni terra confusionis eorum :

20. in tempore illo, quo adducam vos ; & in tempore, quo congregabo vos : dabo enim vos in nomen, & in laudem omnibus populis terræ, cùm convertero captivitatem vestram coram oculis vestris, dicit Dominus.

VERSIO ANTIQUA.

17. Dominus Deus tuus in te fortis, salvabit te : adducet super te lætitiam, & innovabit te in charitate sua, & lætabitur in te in delectatione, quasi in die solemni. *Illicron. ubi sup.*

18. Congregabo confractos tuos : væ qui accepit super eam opprobrium.

19. Ecce ego faciam in te, propter te, in tempore illo : & salvabo expressam, & repulsam suscipiam : & ponam eos in gloriam, & nominatos in omni terra : & confundentur *col. 1679.*

20. in tempore illo, quando bene vobis fecero ; & in tempore, cùm suscepero vos : quia dabo vos nominatos, & in gloriam in cunctis populis terræ, quando convertero captivitatem vestram coram vobis, dicit Dominus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 17. 18. Similiter in Græco, excepto uno aut altero de ℣. 18. nempe, ἐγὼ συνάξω, & *congregabo* ; paulòque post, τὶς ἔλαβε, pro *qui accepit*.

℣. 19. Eadem prorsus in Græco, nisi quòd additur, λέγει Κύριος, *dicit Dominus*, post hoc, *in tempore illo*. Abest λέγει Κύριος ab ed. Compl.

℣. 20. Ita rursum in Græco.

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore FRANCISCO LUCA Brugensi.

SOPHONIAS.

CAP. II. ℣. 2. Antequam veniat super vos dies indignationis Domini. *Non est omittenda hæc pericope, ut sit à multis.*

CAP. III. ℣. 17. Silebit in dilectione sua. *Retinendum est pronomen tertiæ personæ* sua, *non substituendum secundæ* tua.

Sequitur : Exsultabit super te in laude. *Non præponas his verbis & conjunctionem.*

Digitized by Google

CAPITULA AGGÆI PROPHETÆ,

JUXTA VETER. EDIT. LATINAM EX LXX. INTERP.

Ex Mſs. codd. S. Petri 3. & Vatic. 4220. edita à Joſepho Maria Caro presb. Romæ, 1688.

I. *DE ædificatione templi.* c. 1. ℣. 2. ſeqq.
II. *Abſtinebit cœlum à rore, & terra non dabit fructum.* c. 1. ℣. 10.
III. *Interroga ſacerdotes legem: Si accipiat homo carnem.* c. 2. ℣. 13.
IV. *Et reſpondit Aggæus: Quiſquis acceſſerit illic* (al. *illi*) *coinquinabitur.* c. 2. ℣. 15.
V. *Adhuc ſemel* (al. add. *&*) *movebo cœlum & terram.* c. 2. ℣. 22.

Digitized by Google

PROPHETIA AGGÆI.

CAPUT PRIMUM.

VULGATA NOVA.

1. Eſdr. 6. 1. 1. IN anno ſecundo Darii regis, in menſe ſexto, in die una menſis, factum eſt verbum Domini in manu Aggæi prophetæ ad Zorobabel filium Salathiel, ducem Juda, & ad Jeſum, filium Joſedec, ſacerdotem magnum, dicens:

2. Hæc ait Dominus exercituum, dicens: Populus iſte dicit: Nondum venit tempus domus Domini ædificandæ.

3. Et factum eſt verbum Domini in manu Aggæi prophetæ, dicens:

4. Nunquid tempus vobis eſt ut habitetis in domibus laqueatis, & domus iſta deſerta?

VERSIO ANTIQUA.

1. IN anno ſecundo Darii regis, in menſe ſexto, in die una menſis, factum eſt verbum Domini in manu Aggæi prophetæ ad Zorobabel filium Salathiel de tribu Juda, & ad Jeſum filium Joſedec, ſacerdotem magnum, dicens: *Hieron. in Agg. 1. col. 1681. 1684. 1685.*

2. Hæc ait Dominus omnipotens, dicens: Populus iſte dicit: [a] Non venit tempus ut ædificetur domus Domini. [a] *Ambroſ. ep. 30. col. 910. e.*

3. Et factum eſt verbum Domini in manu Aggæi prophetæ, dicens: *Hieron. in Agg. 1. col. 1685.*

4. Si tempus vobis eſt ut habitetis in domibus cælatis, [b] domus autem mea deſerta eſt? *Ambroſ. ep. 30. col. 910. e.* [b] *Hieron. in Agg. 1. col. 1686.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Totum pene iſtud caput 1. ut & multa capitis ſequentis, non retulit Hieronymus ſecundùm edit. LXX. ſed ſecundùm Hebraïcum ſolum; propterea ſanè quòd contextus unus plerùmque conveniret cum altero, vel ambo nimiùm paucis inter ſe diſcreparent. Id jam obſervavimus ſupra; idemque ſignificat Hieronymus hoc in Agg. commentario: v. g. verſum 8. hujus capitis 1. integrum refert ſecundùm Hebraïcum, ſecundùm LXX. autem, nonniſi dimidium; ſed addit continuò, *Cætera ſimiliter*: è contrario, prolatis infra totis verſibus quinque, 11. 12. 13. 14. 15. capitis 2. & ſecundùm Hebr. & ſecundùm LXX. ſtatim id monet: *Propterea & LXX. Interpretum editionem poſuimus, quia in quibuſdam verbis diſſonare videbantur.* Unde, ſi ab Hieronymo unus tantùm ex Hebraïco contextus Lat. adhibeatur, minimè ſubjecto altero ex edit. LXX. ſequitur ut ambo illic concordent, ſaltem plurimùm. Nonnullos etiam de hoc fonte verſiculos, licet Vulgatæ planè ſimiles, Verſioni noſtræ antiquæ inſerere non dubitavimus, his tamen in locis, ubi vel Græcum concors erat, vel alia è Scriptoribus Latinis teſtimonia nos deficiebant. Ad ℣. itaque 1. hujus capitis quod attinet, ſic hodie legitur Græcè: Ἐν τῷ δευτέρῳ ἔτει ἐπὶ Δαρεῖν τοῦ βασιλέως, ἐν τῷ μηνὶ τῷ ἕκτῳ, μιᾷ τοῦ μηνὸς, ἐγένετο λόγος Κυρίου ἐν χειρὶ Ἀγγαίου τοῦ προφήτου, λέγων· Εἰπὸν πρὸς Ζοροβάβελ, &c. ut in Lat. Nota in textu adhibito ſup. ab Hieron. non ſcriptum legi, *de tribu Juda*, ſed *ducem Juda*, quod mutavimus auctore Hieronymo; ipſe enim ad ℣. ult. hujus cap. col. 1691. ait: *Pro* duce Juda, *LXX. tranſtulerunt*, *De tribu Juda*. Hîc etiam, & aliis hujus Prophetiæ locis, ubi ubi nominatur *dux Juda* in Hebr. aut Vulg. Græcè legimus ἐκ φυλῆς Ἰούδα· Schol. tamen addit, *Cateri*, ἡγούμενον Ἰούδα.

℣. 2. Græcè, pro *dicit*, pluraliter habetur λέγουσι, *dicunt*; extremòque, τοῦ οἰκοδομῆσαι τὸν οἶκον Κυρίου, *ædificandi domum Domini*; cæt. ut ſupra. Notandum autem vocem *exercituum*, adhibitam ab Hieron. ſup. in textu, commutatam à nobis fuiſſe iſtâ, *omnipotens*, ſicut inf. ℣. 5. Hieronymus enim in eodem comm. 1691. f. dicit: *Ubicunque autem non poſuimus* Dominum exercituum, *illi* (LXX.) *diversè*, *aut* Dominum omnipotentem, *aut* Dominum ſabaoth, *aut* Dominum virtutum *interpretantur*: porro in Aggæo tum hîc tum inf. Græcè legitur παντοκράτωρ.

℣. 3. Itidem Græcè.

℣. 4. Sic Ambroſ. uſque ad vocem *domus*. Hieron. verò ex Hebr. ſolo, *Nunquid tempus..... ut habitetis in domibus laqueatis?* ſed addit, *ſive ut LXX. interpretati ſunt*, κοιλοσάθμους, *id eſt*, *concavis*. Quod autem ſubnexuimus, *domus autem mea deſerta eſt*, non ita primùm refertur ab Hieron. in textu, ſcil. ex Hebr. ſed hoc modo, & *domus iſta deſerta*: verùm cùm Hieron. infra 1686. c. ita diſſerat: *Vel certè ita: Quia dicitis: Non eſt tempus ædificandæ domûs Domini, & ipſi habitatis in habitaculis quæ ſunt in ima demerſa* (ſup. *in domibus deorſum ſitis, & in convalle poſitis,*) *domus autem mea deſerta eſt*: hoc ult. membrum ſervavimus; Græcè enim ita legitur: Εἰ καιρὸς μὰν ὑμῖν ἐϛὶ τοῦ οἰκεῖν ἐν οἴκοις ὑμῶν κοιλοσάθμοις, ὁ δὲ οἶκος ὑμῶν ἔζηρημέναι;

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi ſup. 5. Et nunc hæc dicit Dominus omnipotens: Ponite corda veſtra ſuper vias veſtras.

6. Semïnaſtis multum, & intuliſtis parum: comediſtis, & non eſtis ſatiari: bibiſtis, & non eſtis inebriati: operuiſtis vos, & non eſtis calefacti: & qui mercedes congregavit, miſit eas in ſacculum pertuſum.

col. 1688. 7. Hæc dicit Dominus omnipotens: Ponite corda veſtra in vias veſtras:

8. aſcendite ſuper montem, & præcidite ligna, & ædificate domum: & acceptabilis mihi erit, & glorificabor, dicit Dominus.

9. Reſpexiſtis in multa, & facta ſunt pauca: & intuliſtis in domum, & exſufflavi illa: quamobrem, [a] hæc dicit Dominus omnipotens: Eò quòd domus mea deſerta èſt, vos autem ſectamini unuſquiſque in domum ſuam:

[a] *Cypr. ep. ad Demetr. p. 218. a.*

10. Propterea abſtinebit cœlum à rore, & terra ſubtrahet procreationes ſuas:

11. & inducam gladium ſuper terram, & ſuper frumentum, & ſuper vinum, & ſuper oleum, & ſuper homines, & ſuper pecora, & ſuper omnes labores manuum eorum.

Idem l. 3. Teſtim. p. 313. b. 12. Et audivit Zorobabel filius Salathiel de tribu Juda, & Jeſus filius Joſedech ſacerdos magnus, & omnes qui ſuperfuerunt de populo, voces Domini Dei ſui, [b] & verba Aggæi prophetæ, ſicut miſit eum Dominus Deus eorum ad eos: & timuit populus à facie Domini.

[b] *Hieron. in Agg. 1. col. 1690. 1691.*

13. Et dixit Aggæus nuncius Domini de nunciis Domini, populo dicens: Ego vobiſcum ſum, dicit Dominus.

Aug. ad Donatiſt. poſt Collat. to. 9. 598. g. 599. a. 14. Et ſuſcitavit Dominus ſpiritum Zorobabel filii Salathiel ex tribu Juda, & ſpiritum Jeſu filii Joſedech ſacerdotis magni, & ſpiritum reſiduorum omnis populi: & introierunt, & faciebant opera in domo Domini omnipotentis Dei ſui.

VULGATA NOVA.

5. Et nunc hæc dicit Dominus exercituum: Ponite corda veſtra ſuper vias veſtras.

6. Seminaſtis multum, & intuliſtis parum: comediſtis, & non eſtis ſatiati: bibiſtis, & non eſtis inebriati: operuiſtis vos, & non eſtis calefacti: & qui mercedes congregavit, miſit eas in ſaculum pertuſum. *Deuter. 28. 38. Mich. 6. 15.*

7. Hæc dicit Dominus exercituum: Ponite corda veſtra ſuper vias veſtras:

8. aſcendite in montem, portate ligna, & ædificate domum: & acceptabilis mihi erit, & glorificabor, dicit Dominus.

9. Reſpexiſtis ad amplius, & ecce factum eſt minus: & intuliſtis in domum, & exſufflavi illud: quam ob cauſam, dicit Dominus exercituum? quia domus mea deſerta eſt, & vos feſtinatis unuſquiſque in domum ſuam.

10. Propter hoc ſuper vos prohibiti ſunt cœli ne darent rorem, & terra prohibita eſt ne daret germen ſuum:

11. & vocavi ſiccitatem ſuper terram, & ſuper montes, & ſuper triticum, & ſuper vinum, & ſuper oleum, & quæcunque profert humus, & ſuper homines, & ſuper jumenta, & ſuper omnem laborem manuum.

12. Et audivit Zorobabel filius Salathiel, & Jeſus filius Joſedec ſacerdos magnus, & omnes reliquiæ populi, vocem Domini Dei ſui, & verba Aggæi prophetæ, ſicut miſit eum Dominus Deus eorum ad eos: & timuit populus à facie Domini.

13. Et dixit Aggæus nuncius Domini de nunciis Domini, populo dicens: Ego vobiſcum ſum, dicit Dominus.

14. Et ſuſcitavit Dominus ſpiritum Zorobabel filii Salathiel, ducis Juda, & ſpiritum Jeſu filii Joſedec ſacerdotis magni, & ſpiritum reliquorum de omni populo: & ingreſſi ſunt, & faciebant opus in domo Domini exercituum Dei ſui.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 5. Sic iterum Græcè, niſi quòd verbo *ponite*, ſeu τάξατε, ſubditur νῦν, *nunc*; ultimòque legitur, εἰς τὰς ὁδοὺς ὑμῶν, quod Nobil. vertit, *ad vias veſtras*, non *ſuper*, &c. Hieron. quoque inf. ad ℣. 7. legit ex LXX. *in vias veſtras*.

℣. 6. Sic Hieron. ex Hebr. ſolo. In Græco pariter: Ἐσπείρατε πολὺ, καὶ εἰσηνέγκατε ὀλίγα· ἐφάγετε, καὶ οὐκ εἰς πλησμονήν· ἐπίετε, καὶ οὐκ ἐν μέθῃ· περιεβάλεσθε, καὶ οὐκ ἐθερμάνθητε ἐν αὐτοῖς· καὶ ὁ τοὺς μισθοὺς συνάγων, συνήγαγεν εἰς βαλάντιον τετρυπημένον· quæ omnia vix pauculis differunt à textu Lat. ſup. ſeu Vulgata. Vide Mſ. Floriac. inf. ad ℣. 9.

℣. 7. Ad verbum è Græco.

℣. 8. Hieron. textum duplicem affert ad hoc uſque, & *acceptabilis*; ſed addit, *Cætera ſimiliter*. Eadem quoque leguntur in Græco, niſi quòd pro *acceptabilis mihi erit*, habetur εὐδοκήσω ἐν αὐτῷ, *placebit mihi in ea*, quod unum eſt & idem. Ambroſius epiſt. 30. col. 912. d. huic loco ſuffragatur, quem vide.

℣. 9. Totidem verba leguntur Græcè, excepto uno εἰς ζημίαν ἐχθη, *illata ſunt*, pro *intuliſtis*; at in Compl. εἰσηνέγκατε. In Mſ. Floriac. ita ſequitur: *Seminaſti multa, & intuliſti minima: & exſufflavit* (l. *exſufflavi*) *illa*: at Hieron. loco cit. ait: *Non ut ſupra* (℣. 6.) Seminaſtis multum, & *quia ſementem terra non reddidit*, intuliſtis parum: *ſed cùm jam candeſcerent ſegetes, & meſſium tempus inſtaret, & frumenta vos tenere in manibus putaretis, meſſuiſtis vacuos culmos..... Sed hoc quoque ipſum, quod vix de multa ſegete.....fuerat electum*, intuliſtis in domum, & *mea virtute diſperſum eſt, exſufflavi enim illud*, &c. Addit Mſ. Floriac. *hæc dicit Dominus: Propter quod domus mea deſerta eſt, vos autem ſpectamini unuſquiſque in domum ſuam.* In Gr. διώκετε, *ſectamini*, non *ſpectamini*, quod mendum ſapit. Maximus Taurin. etiam in homil. p. 48. g. legit: *ſectamini unuſquiſque domum ſuam*; Gr. εἰς τὸν οἶκον, *in domum*, ut ſupra.

℣. 10. Similiter in Græco. In Mſ. etiam Floriac. *Ideo ceſſavit cœlum à rore*, & *terra ſubtrahet fructus ſuos.* Ambroſ. epiſt. 30. col. 912. e. his alludens, dicit: *Nec cœlum dabit rorem ſuum, nec terra ejus fructus dabit*; Gr. τὰ ἐκφόρια αὐτῆς.

℣. 11. Eadem omnino leguntur in Mſ. Floriac. nec plura. Græc. verò Vat. poſt *terram*, hoc interponit, καὶ ἐπὶ τὰ ὄρη, & *ſuper montes*; rurſuſque poſt *oleum*, iſta, καὶ ὅσα ἐκφέρει ἡ γῆ, & *quæcunque profert humus*; cæt. quadrant: edit. Compl. caret his, καὶ ὅσα ἐκφέρει ἡ γῆ. Hieron. etiam ad hoc 1. Vulg. & *vocavi ſiccitatem*, notat *pro* ſiccitare, *LXX. μάχαιραν, id eſt, gladium*, tranſtuliſſe; reliqua de Vulg. Græco Vat. congruunt pene ad verbum. Unde Hieronymus in comment. textum ejus ſolum refert.

℣. 12. Concinit Græc. ad verbum, niſi quòd ſcribit ſingulariter τῆς φωνῆς, *vocem*, ut in Vulg. non *voces*, ante *Domini Dei ſui*. Subdit quidem Cyprianus loco cit. *quoniam miſit illum Dominus ad illos*: & *timuit plebs à facie Dei*: ſed cùm prætermiſerit media iſta, & *verba Aggæi prophetæ*, quæ ſunt in Gr. & ſenſum explent; ea ipſa cum ſequentibus adjunximus ex Hieronymi comment. Hieronymus tamen nonniſi unum illic adhibet contextum, puta ex Hebr. nec mirum: cùm enim LXX. ad verbum pene concordent, Latinus alter ex ipſis contextus planè ſuperfuiſſet.

℣. 13. Sic iterum Græcè, præter hoc, ἐν ἀγγέλοις, *in nunciis*, pro *de nunciis*; tollitur etiam inf. verbum *dicens*.

℣. 14. Totidem verba in Græco, cui etiam Vulgata ferme conſonat. Hieronymus quoque textum ejus unicum referre pergit in comment. his tamen ſubnexis, *Pro* duce Juda, *LXX. tranſtulerunt*, de tribu Juda; & *pro* opere, opera; *cætera ſimiliter: ubicunque autem nos ponimus* Dominum exercituum, *illi diversè aut* Dominum omnipotentem, *aut* Dominum ſabaoth, *aut* Dominum virtutum *interpretantur*. Ambroſ. epiſt. 30. col. 912. f. hæc habet: *Excitabo illis ſpiritum Zorobabel de tribu Juda*, & *Jeſum Joſedech ſacerdotem magnum.*

Digitized by Google

CAPUT II.

Vulgata nova.

1. IN die vigesima & quarta mensis, in sexto mense, in anno secundo Darii regis.

2. In septimo mense, vigesima & prima mensis, factum est verbum Domini in manu Aggæi prophetæ, dicens:

3. Loquere ad Zorobabel filium Salathiel ducem Juda, & ad Jesum filium Josedec sacerdotem magnum, & ad reliquos populi, dicens:

4. Quis in vobis est derelictus, qui vidit domum istam in gloria sua prima? & quid vos videtis hanc nunc? nunquid non ita est, quasi non sit in oculis vestris?

5. Et nunc confortare Zorobabel, dicit Dominus: & confortare Jesu fili Josedec sacerdos magne, & confortare omnis populus terræ, dicit Dominus exercituum: & facite (quoniam ego vobiscum sum, dicit Dominus exercituum)

6. verbum quod pepigi vobiscum cùm egrederemini de terra Ægypti: & spiritus meus erit in medio vestrûm, nolite timere.

Hebr. 12. 26. 7. Quia hæc dicit Dominus exercituum: Adhuc unum modicum est, & ego commovebo cœlum, & terram, & mare, & aridam.

8. Et movebo omnes gentes: ET VENIET DESIDERATUS cunctis gentibus: & implebo domum istam gloriâ, dicit Dominus exercituum.

9. Meum est argentum, & meum est aurum, dicit Dominus exercituum.

10. Magna erit gloria domus istius novissimæ plùs quàm primæ, dicit Dominus exercituum: & in loco isto dabo pacem, dicit Dominus exercituum.

11. In vigesima & quarta noni mensis, in anno secundo Darii regis, factum est verbum Domini ad Aggæum prophetam, dicens:

Versio antiqua.

1. QUartâ & vigesimâ mensis sexti, secundo anno sub Dario rege. *Aug. ad Donatiſt. poſt Collat. to. 9. 598. g. 599. a.*

2. Septimo mense, unâ & vigesimâ mensis, locutus est Dominus in manu Aggæi prophetæ, dicens

3. ad Zorobabel filium Salathiel ex tribu Juda, & ad Jesum filium Josedech sacerdotem magnum, & ad omnem populum residuum, dicens:

4. Quis ex vobis, qui vidit domum hanc in claritate illa sua pristina? & quomodo videtis eam modò, tanquam non sit in conspectu vestro?

5. Et nunc prævale Zorobabel, dicit Dominus: & prævale Jesu fili Josedech sacerdos magne, & prævalesce omnis populo terræ, dicit Dominus omnipotens:

6. & spiritus meus præest in medio vestrûm, bono animo estote.

7. Quoniam hæc dicit Dominus omnipotens: Adhuc semel, & commovebo cœlum & terram, mare & aridam.

8. Et concutiam omnes gentes, & venient omnia electa gentium: & implebo domum hanc, dicit Dominus omnipotens.

9. Meum est argentum, & meum est aurum, dicit Dominus omnipotens. *Hieron. in Agg. 2. col. 1693.*

10. Magna erit gloria domus istius novissimæ plùs quàm primæ, dicit Dominus omnipotens: & in loco isto dabo pacem, dicit Dominus omnipotens; & pacem animæ, in acquisitionem omni qui creatur, ut susciteț templum istud. *col. 1695.*

11. Vigesimâ & quartâ noni mensis, anno secundo sub Dario, factus est sermo Domini ad Aggæum prophetam, dicens:

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Similiter in Græco. Hæc autem videntur conjungenda cum præcedentibus, quemadmodum apud S. Hieron. & Theodoretum conjunguntur. Ita Nobilius. Vide etiam infra Notam Lucæ Brugensis ad hunc ℣.

℣. 2. Consonat Græc. ad verbum.

℣. 3. Græc. ipso initio habet, Εἰπὸν δὴ, *Dicito nunc;* dein πρὸς Ζοροβάβελ; reliqua ut in Lat. sup. præter ult. πρὸς πάντας τοὺς καταλοίπους τοῦ λαοῦ, λέγων, *ad omnes residuos populi, dicens*, quæ idem sonant.

℣. 4. Concinit Græc. nisi quòd delet voculam *illa*, post hanc, δόξῃ, seu *claritate;* paulòque post præponit ὑμεῖς, verbo *videtis*.

℣. 5. Similia Græc. exhibet, præter extrema: ἰσχυέτω πᾶς ὁ λαὸς τῆς γῆς, λέγει Κύριος· καὶ ποιεῖτε, διότι μετ' ὑμῶν ἐγώ εἰμι, λέγει Κύριος ὁ παντοκράτωρ· i. e. *& confortetur omnis populus terræ, dicit Dominus: & facite, quoniam ego vobiscum sum, dicit Dominus omnipotens.* Vigil. Tapsi. l. 12. de Trin. p. 301. c. *quapropter ego sum vobiscum, dicit Dominus omnipotens.*

℣. 6. Sic iterum Græcè, excepto verbo ἐφόβηκε, *fletit*, loco *præst.* Apud Vigil. Tapsi. l. 12. de Trin. p. 301. c. *& spiritus meus constat in medio vestrûm.* Gr. ultimò hab. θαρσεῖτε, ad litt. *confidite.*

℣. 7. Itidem Græcè, nisi quòd ponitur ἐγὼ, ante *commovebo*, loco conjunct. &, quæ transfertur post *terram.* Ambros. quoque epist. 30. col. 913. c. legit: *Adhuc semel ego movebo cælum, & terram, & maria, & desertum:* & l. 1. Hexa. col. 11. f. *Adhuc ego semel concutio terram:* & l. 4. col. 63. c. *Adhuc semel ego movebo terram:* & in Ps. 61. col. 958. f. *Adhuc ego semel terram movebo.* August. l. 18. de civit. Dei, c. 35. col. 517. b. Vulgatæ suffragatur ad verbum: ita quoque serm. 50. to. 5. 280. c. Gildas Sap. l. de excid. Britann. p. 714. d. *Hæc dicit Dominus: Semel ego movebo cælum, & terram, & mare, & aridam.* Auct. l. de promiss. p. 3. apud Prosp. p. 188. c. *Ecce ego, dicit Dominus, semel adhuc commovebo cælum ac terram.*

℣. 8. Græc. habet τὰ ἐκλεκτὰ πάντων, *electa omnium*, loco *omnia electa;* paulòque post addit δόξης, *gloria*, ad *domum hanc;* cæt. ut in Lat. supra. Apud Ambros. epist. 30. col. 913. e. & *replebo domum hanc argento meo & auro.* Apud August. serm. 50. to. 5. 280. c. tota leguntur ut in Vulgata; sicut etiam l. 18. de civit. Dei, c. 35. col. 517. h. rursusque inf. c. 45. col. 527. e. 531. e. ad hoc tamen, & *veniet desideratus cunctis gentibus*, ibid. monet *LXX. Interpretes alium sensum magis corpori, quàm capiti convenientem* dixisse: *venient quæ electa sunt Domini de cunctis gentibus.* Item ap. Hieron. in hunc loc. col. 1693. c. & *veniant*, inquit, *juxta LXX. quæ electa sunt Domini de cunctis gentibus: juxta Hebraïcum verò*, Veniet desideratus cunctis gentibus, *Dominus noster atque salvator:* & post multa, 1695. a. addit: *Cæterùm in Hebraïco meliùs & significantiùs habetur, ut supra posuimus:* & movebo..... & veniet desideratus cunctis gentibus.

℣. 9. Itidem Græcè; sicut apud August. ser. 50. to. 5. 276. f. Ambrosiaster, p. 272. c. sic invertit: *Meum est aurum, & meum est argentum.*

℣. 10. Ita Hieronymus ex Hebræo solo, præter vocem duplicem *omnipotens*, nempe ad hæc, & *pacem animæ*, &c. quæ non adnectit textui superiori: in decursu etiam commentarii, col. 1695. c. ait: *Porro quod sequitur in LXX.* & pacem animæ in acquisitionem, &c. *quasi superfluum, & vix cohærens, quippe quod nec apud Hebræos, nec apud alium quemquam Interpretem fertur, omisimus.* Hoc additamentum sic hodie legitur Græcè cum aliis antecedentibus ex Hebr. aut Vulg. excipienda tamen tria; videlicet initio ipso habetur διότι, *quare;* paulòque post, ἡ ὑπὲρ τὴν πρώτην, i. e. *novissima super primam;* quod idem valet ac *novissima plùs quàm prima:* demum pro *omni qui creatur*, legitur παντὶ τῷ κτίζοντι, *omni condenti.* Hieron. in Isai. 32. col. 267. f. habet: *Erit gloria domus hujus novissima super priorem.*

℣. 11. August. ad Donatist. post Coll. to. 9. 599. f. *Quarta & vigesima noni mensis, anno secundo sub Dario rege, factum est verbum Domini ad Aggæum proph. dicens.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup. 12. Hæc dicit Dominus omnipotens : Interroga sacerdotes legem, dicens :

13. Si sumpserit homo carnem sanctam in summitate vestimenti sui, & tetigerit summitas vestimenti ejus panem, aut coctionem, aut vinum, aut oleum, aut omnem cibum : si sanctificabitur? Et responderunt sacerdotes, & dixerunt : Non.

14. Et dixit Aggæus : Si tetigerit immundus in anima de omnibus his, contaminabitur? Et responderunt sacerdotes, & dixerunt : Contaminabitur.

15. Et respondit Aggæus, & dixit : Sic populus iste, & sic gens hæc coram me, dicit Dominus, & sic omnia opera manuum eorum : & quicunque appropinquaverit ibi, contaminabitur : propter munera eorum matutina dolebunt à facie malitiarum suarum : & oderatis in portis arguentes.

col. 1699. 16. Et nunc ponite super corda vestra à die hac & supra, antequam poneretur lapis super lapidem in templo Domini qui eratis,

17. quando mittebatis in cypselem hordei viginti sata, & fiebant decem sata hordei : & ingrediebamini torcular, ut hauriretis quinquaginta amphoras, & fiebant viginti.

18. Percussi vos sterilitate, & corruptione aeris, & grandine omnia opera manuum vestrarum : & non reversi estis ad me, dicit Dominus.

col. 1701. 19. Ponite corda vestra à die ista, & in futurum, à quarta & vigesima noni mensis : & à die, in qua fundamenta jacta sunt templi Domini, ponite in cordibus vestris.

20. Si ultra cognoscetur super terram area : & si adhuc vinea, & ficus, & malogranatum, & ligna olivæ, quæ non ferant fructum? à die hac benedicam.

VULGATA NOVA.

12. Hæc dicit Dominus exercituum : Interroga sacerdotes legem, dicens :

13. Si tulerit homo carnem sanctificatam in ora vestimenti sui, & tetigerit de summitate ejus panem, aut pulmentum, aut vinum, aut oleum, aut omnem cibum : nunquid sanctificabitur? Respondentes autem sacerdotes, dixerunt : Non.

14. Et dixit Aggæus : Si tetigerit pollutus in anima ex omnibus his, nunquid contaminabitur? Et responderunt sacerdotes, & dixerunt : Contaminabitur.

15. Et respondit Aggæus, & dixit : Sic populus iste, & sic gens ista ante faciem meam, dicit Dominus, & sic omne opus manuum eorum : & omnia quæ obtulerunt ibi, contaminata erunt.

16. Et nunc ponite corda vestra à die hac & supra, antequam poneretur lapis super lapidem in templo Domini.

17. Cùm accederetis ad acervum viginti modiorum, & fierent decem : & intraretis ad torcular, ut exprimeretis quinquaginta lagenas, & fiebant viginti.

18. Percussi vos vento urente, & aurugine, Amos 4. 9.
& grandine omnia opera manuum vestrarum : & non fuit in vobis, qui reverteretur ad me, dicit Dominus.

19. Ponite corda vestra ex die ista, & in futurum, à die vigesima & quarta noni mensis : à die, qua fundamenta jacta sunt templi Domini, ponite super cor vestrum.

20. Nunquid jam semen in germine est : & adhuc vinea, & ficus, & malogranatum, & lignum olivæ non floruit? ex die ista benedicam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Ita quoque in Græco est, sublato uno *rege*.

℣. 12. Concinit August. ubi sup. unà cum Græco. Similiter in Act. SS. Saturn. &c. Miscell. to. 2. 75. *Interroga sacerdotes legem*. Auct. l. cont. Fulg. Donat. append. to. 9. Aug. col. 8. f. *Interroga, inquit Dominus, sacerdotes, dicens.*

℣. 13. Eadem prorsus in Græco. Item apud August. ad Donatist. post Coll. to. 9. 599. g. *Si sumpserit homo carnem sanctificatam in summo vestimenti sui, & adtigerit summum vestimenti ejus panem, aut pulmentum, aut vinum, aut omnem escam : si sanctificabitur? Et responderunt sacerdotes, & dixerunt : Non.* Auct. l. cont. Fulg. Donat. ubi sup. *Si alligaverit homo carnem sanctam in summo vestimento, & tetigerit summitas vestimenti aliquam creaturam panis, aut vini, aut olei : si sanctificatur? Et responderunt sacerdotes, & dixerunt : Non.* In Actis SS. Saturn. &c. Miscell. Baluz. to. 2. 75. 76. *Si acceperit homo carnem sanctam in summo vestimenti sui, & tetigerit summitas vestimenti ejus aliquam partem panis, vini, aut olei : si sanctificabitur? Et dixerunt sacerdotes : Non.*

℣. 14. In Græco Vatic. non simpliciter *immundus*, sed μεμιασμένος ἀκάθαρτος, *pollutus immundus*; ab edit. Compl. autem abest ἀκάθαρτος, sicut ab Ald. & à Ms. Barb. subinde in Vatic. præponitur εἰ, *si*, verbo 1. *contaminabitur*; cætera quadrant. August. ad Donatist. post Coll. 599. g. legit : *Et dixit Aggæus : Si tetigerit inquinatus in anima aliquid horum, si inquinabitur? & responderunt sacerdotes, & dixerunt : Inquinabitur.* Ita quoque apud Auct. l. cont. Fulg. Donat. ubi sup. sicut in Actis SS. Saturn. &c. Miscell. Baluz. to. 2. p. 75. detracto isto, *& responderunt* : præterea ap. Anonym. sup. legitur *Dominus*, non *Aggæus*.

℣. 15. Similia Græcum habet Vatic. præter vocem πόνων, *laborum*, loco *malitiarum*; & ult. singulare ἐλέγχοντα, *arguentem*, loco plur. *arguentes*; at in edd. Compl. & Ald. est πονηρειῶν; rursusque Compl. cum Mss. Alex. & Barb. ultimò hab. ἐλέγχοντας. August. ad Donatist. post Collat. col. 600. a. *Et respondit Aggæus, & dixit : Sic populus hic, & gens hæc in conspectu meo, dicit Dominus, & sic opera manuum ipsorum : & quicunque accesserit illò, inquinabitur propter præsumptiones* (Gr. λημμάτων) *eorum matutinas, à facie laborum suorum : & odio habebatis in portis arguentes.* In Collat. Carthag. p. 489. c. hæc pauca : *Sic & populus iste, & sic gens ista : & si quis illuc accesserit, inquinabitur.* Auct. l. cont. Fulg. Donat. append. August. to. 9. 8. f. ita refert : *Et dixit Dominus : Sic & populus hic, & sic gens ista : omnis qui illuc accesserit, inquinabitur.* Acta verò SS. Saturn. &c. ferunt : *Et dixit Aggæus : Sic & populus hic, & gens hæc coram me, dicit Dominus : & omnis quicunque accesserit illic, inquinabitur.* Hieron. loco cit. addit : *Et hoc quod dicitur* : propter munera eorum matutina, &c. quæ sup. *nec in Hebræo, nec apud alios Interpretes invenitur.* Nota in noviss. edit. Hieron. scriptum sup. *tibi*, post *appropinquaverit*, non *ibi*; sed aperto mendo, quod correximus ex Aug. & al. necnon ex antiquis editt. Græcè etiam legitur ἐκεῖ.

℣. 16. August. ad Donatist. post Collat. to. 9. 601. b. legit : *Et nunc ponite in cordibus vestris à die hoc & supra, priusquam poneretur lapis*, &c. ut in textu. Consonant etiam Græca.

℣. 17. Eadem sunt in Græco. Item apud August. ad Donat. *Cùm mittebatis in capsella viginti sata hordei, & fiebant decem sata : & intrabatis in torcular, exhaurire quinquaginta amphoras, & fiebant viginti.* Hieronymus infra in comment. 1701. a. sic vertit : *Juxta LXX. Cùm mitteretis in cypselen viginti modios hordei, & fierent decem modii hordei.*

℣. 18. Aug. ad Donatist. post Coll. p. 601. c. *Percussi vos infecunditate, & venti corruptione, & grandine omnia opera vestra : & non estis conversi ad me, dicit Dominus.* Græc. Ἐπάταξα ὑμᾶς ἐν ἀφορίᾳ, καὶ ἐν ἀνεμοφθορίᾳ, καὶ ἐν, &c. ut in textu Hieron.

℣. 19. August. ad Donatist. ubi sup. *Constituite igitur corda vestra à die hoc, & deinceps, à quarta & vigesima noni mensis : & à die, qua fundatum est templum Domini, ponite in cordibus vestris.* Ita quoque in Græco est verbum pro verbo.

℣. 20. Græc. Vatic. initio habet : Εἰ ἐπιγνωσθήσεται ἐπὶ τῆς ἅλω· καὶ εἰ ἔτι, &c. ut in Latino : at in editt. Ald. & Compl. est, Εἰ ἔτι ἐπιγνωσθήσεται· ita quoque in Mss. Alex. & Barb. rursum apud Hieron. in comm. 1702. f. *Si adhuc cognoscetur super terram area.* Apud August. ad Donatist. post Collat. to. 9. 601. c. *Si adhuc cognoscetur in area : aut si vitis, aut malum, aut ficus, aut malum granatum,*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

21. Et factum eſt verbum Domini ſecundò ad Aggæum in vigeſima & quarta menſis, dicens:

22. Loquere ad Zorobabel ducem Juda, dicens: Ego movebo cœlum pariter & terram.

23. Et ſubvertam ſolium regnorum, & conteram fortitudinem regni gentium: & ſubvertam quadrigam, & aſcenſorem ejus: & deſcendent equi, & aſcenſores eorum: vir in gladio fratris ſui.

24. In die illa, dicit Dominus exercituum, *Ezech.* aſſumam te Zorobabel fili Salathiel ſerve meus, 29. 13. dicit Dominus: & ponam te quaſi ſignaculum, quia te elegi, dicit Dominus exercituum.

VERSIO ANTIQUA.

21. Et factum eſt verbum Domini ſecundò ad Aggæum in vigeſima quarta die menſis, dicens: *Hieron. ubi ſup. col. 1703.*

22. Loquere ad Zorobabel de tribu Juda, dicens: [a] Semel ego movebo cœlum & terram, & mare, & aridam. [a] *Gild. Sap. l. de excid. Brit. p. 714. d.*

23. Et avertam ſedes regum, & exterminabo virtutem regum gentium: & avertam quadrigas, & aſcenſores: [b] & deſcendent equi, & ſeſſores eorum: unuſquiſque in gladio ad fratrem ſuum. [b] *Tichon. reg. 7. p. 66. c.*

24. In die illo, dicit Dominus omnipotens, accipiam te Zorobabel filium Salathiel ſervum meum: & ponam te ſignaculum, quoniam te elegi, dicit Dominus omnipotens, Zorobabel.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

& ligna olea, quæ non ſecerunt fructum? à die hoc benedicam.

℣. 21. Sic Hieron. ex Hebr. ſolo ad finem uſque capitis; nonnulla tamen ſubjicit inf. in comment. quibus differunt LXX. Hic autem id unum variat Græcè, πρὸς Ἀγγαῖον τὸν προφήτην τελείως ἐν ἡμέρᾳ τῇ, &c.

℣. 22. Hieron. ponit in textu *ducem Juda*, ex Hebr. ſed cùm ſupra ad ℣. ult. capitis 1. monuerit *pro duce Juda*, LXX. tranſtuliſſe, *de tribu Juda*, id commutare non dubitavimus. In Gr. etiam hod. ita: Εἶπον πρὸς Ζοροβάβελ τὸν τοῦ Σαλαθιὴλ ἐκ φυλῆς Ἰούδα, λέγων· dein, Ἐγὼ σείω τὸν οὐρανὸν, &c. ut apud Gildam ſupra. Hieron. quoque in comm. 1703. c. ait: *In LXX. addita ſunt mare & aridam.* Tichonius reg. 7. p. 66. e. pariter legit: *Ego commovebo cœlum & terram, mare & aridam.* Hilar. verò in Pſ. 126. col. 415. f. *Adhuc ſemel ego movebo cœlum & terram, & mare, & aridam.* In Mſ. Barber. Ἔτι ἅπαξ ἐγὼ σείω, &c. In Compl. Ἰδοὺ ἐγὼ σείω, &c.

℣. 23. Similia in Græco, niſi quòd pro duplici *avertam*, habetur καταστρέψω, *ſubvertam*: ſubinde ἅρματα, *currus*, loco *quadrigas*; paulòque poſt, ἀναβάται, *aſcenſores*, pro *ſeſſores*; quæ omnia eòdem recidunt. Hilar. quoque in Pſ. 126. col. 415. f. legit: *Et ſubvertam ſedes regum.* Tichon. reg. 7. p. 66. c. addit: *& convertam currus, & ſeſſores: & deſcendent equi, & ſeſſores eorum: unuſquiſque in gladio ad fratrem ſuum.* Hieron. in comm. non refert niſi textum Vulgatæ Lat. ex Hebr. ſed addit: *LXX. minùs habent*, conteram fortitudinem regni gentium; *quod plenius ex ipſorum lectione noſcitur.* Hæc tamen pericope hodie legitur in Græco Vatic. ut apud Gildam Sap. nec à Græcis collatis videtur abeſſe, teſte Nobilio.

℣. 24. Græcè poſt τὸ *ſervum meum*, additur λέγει Κύριος, *dicit Dominus*; paulòque poſt, ὡς σφραγῖδα, *quaſi ſignaculum*; extremò verò tollitur nomen *Zorobabel*; cæt. ut in Lat. ſupra. Mſ. Alex. habet εἰς σφραγῖδα, *in ſignaculum.* Ambroſ. autem epiſt. 30. col. 914. b. *Sumam te Zorobabel, & ponam te ſicut ſignaculum, quia te elegi.*

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore FRANCISCO LUCA Brugenſi.

AGGÆUS.

CAP. I. ℣. 12. Vocem Domini Dei ſui. *Non omittas* Domini.

Variæ Lectiones VULGATÆ, rurſum ab eodem FRANCISCO LUCA obſervatæ.

AGGÆUS.

CAP. II. ℣. 1. In die vigeſima & quarta menſis, in ſexto menſe, in anno ſecundo Darii Regis. *Hæc verba plerique libri faciunt initium capitis ſecundi; ſed antiqua Mſſ. quæ vidimus nos, aliique, quæ non habent eam capitum diſtinctionem quam nos, ſic ſcribunt, ut liceat ea facere, vel finem primi, vel principium ſecundi capitis: imo indicant eſſe potiùs finem periodi, quàm principium, quando verba ſequentia,* In ſeptimo menſe, *incipiunt à littera capitali: revera enim pertinent ad finem capitis præcedentis.* Simile occurrit Jer. 27. *ait vir doctiſſimus Franciſcus Ribera, quod verum eſt.*

Digitized by Google

CAPITULA ZACHARIÆ PROPHETÆ,

JUXTA VETER. EDIT. LATINAM EX LXX. INTERP.

Ex Mſs. codd. S. Petri 3. & Vatic. 4220. edita à Joſepho Maria Caro presb. Romæ, 1688.

I. *CONvertimini ad me, dicit Dominus, & ego convertar ad vos.* c. 1. ℣. 3.
II. *Hi ſunt, quos miſit Dominus circuire terram.* c. 1. ℣. 10.
III. *Uſquequo non miſereberis Jeruſalem* (al. addit *civitatis? Ecce* LXX. *annis.* c. 1. ℣. 12.
IV. *O ô fugite à terra Babylonia* (al. *Babylonis*, l. *Aquilonis*,) *dicit Dominus.* c. 2. ℣. 6.
V. *Epulare filia Sion, quia ecce ego venio.* c. 2. ℣. 10.
VI. *Et oſtendit mihi Dominus ſacerdotem.* c. 3. ℣. 1.
VII. *Audi nunc Jeſus ſacerdos magne.* c. 3. ℣. 8.
VIII. *Hi duo filii pinguedinis.* c. 4. ℣. 14.
IX. *Hæc maledictio, quæ procedit ſuper faciem terræ.* c. 5. ℣. 3.
X. *Et ecce duæ mulieres exeuntes.* c. 5. ℣. 9.
XI. *Ecce vir, Oriens nomen ei*, al. *ejus.* c. 6. ℣. 12.
XII. *Si jejunaveritis, aut planxeritis in quintis.* c. 7. ℣. 5.
XIII. *Judicium juſtum judicate, & miſericordiam, &c.* c. 7. ℣. 9.
XIV. *Et ecce ego ſalvabo populum meum ab Oriente & Occidente.* c. 8. ℣. 7.
XV. *Jejunium quarti* (al. *quartum*) *diei, & ſeptimi diei.* c. 8. ℣. 19.
XVI. *Et venient populi multi, & gentes multæ exorare Dominum.* c. 8. ℣. 22.
XVII. *Et comprehendent decem fimbriam Judæ*, l. *Judæi.* c. 8. ℣. 23.
XVIII. *Ecce rex juſtus venit* (al. *veniet*) *ſedens ſuper pullum novellum.* c. 9. ℣. 9.
XIX. *Et Dominus* (al. add. *Deus noſter*) *tuba canebit, & obruet eos*, al. addit *fundibulis atque lapidibus eorum.* c. 9. ℣. 14.
XX. *Super paſtores exacerbata eſt iracundia mea.* c. 10. ℣. 3.
XXI. *Vox flentium paſtorum*; al. addit, *quia miſera, & ad nihilum redacta eſt magnitudo eorum.* c. 11. ℣. 3.
XXII. *Benedictus Dominus, divites facti ſumus.* c. 11. ℣. 5.
XXIII. *De triginta argenteis. Depone eos in fornace.* c. 11. ℣℣. 12. 13.
XXIV. *Quia ego ſuſcitabo paſtorem in terra.* c. 11. ℣. 16.
XXV. *Ponam Jeruſalem ſicut lapidem conculcatum*, al. *conculcandum.* c. 12. ℣. 3.
XXVI. *Ubi ſe plangent tres diebus*, lege *per tribus tribus.* c. 12. ℣. 12.
XXVII. *Exterminabit Dominus nomina idolorum, & pſeudoprophetas.* c. 13. ℣. 2.
XXVIII. *Gladius exſurget ſuper paſtores, & diſperdentur* (al. *diſpergentur*) *oves.* c. 13. ℣. 7.
XXIX. *Stabunt pedes ejus in montem Oliveti.* c. 14. ℣. 4.

Digitized by Google

PROPHETIA
ZACHARIÆ.

CAPUT PRIMUM.

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.
1. IN menſe octavo, in anno ſecundo Darii regis, factum eſt verbum Domini ad Zachariam, filium Barachiæ filii Addo, prophetam, dicens:	1. IN octavo menſe anni ſecundi ſub Dario, factum eſt verbum Domini ad Zachariam Barachiæ, filium Addo prophetam, dicens: *Hieron. in Zach. 1. col. 1707. ſec. Lxx.*
2. Iratus eſt Dominus ſuper patres veſtros iracundiâ.	2. Iratus eſt Dominus ſuper patres veſtros irâ magnâ. *col. 1708.*
3. Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus exercituum: Convertimini ad me, ait Dominus exercituum: & convertar ad vos, dicit Dominus exercituum. *Iſai. 21. 12. & 31. 6. & 45. 22. Jer. 3. 12.*	3. Et dices ad eos: Hæc dicit Dominus omnipotens: Convertimini ad me, dicit Dominus virtutum: & convertar ad vos, dicit Dominus virtutum.
4. Ne ſitis ſicut patres veſtri, ad quos clamabant prophetæ priores, dicentes: Hæc dicit Dominus exercituum: Convertimini de viis veſtris malis, & de cogitationibus veſtris peſſimis: & non audierunt, neque attenderunt ad me, dicit Dominus. *Exech. 18. 30. & 20. 7. & 33. 11.*	4. Et nolite fieri ſicut patres veſtri, quos arguerunt prophetæ qui priùs fuerant, dicentes: Hæc dicit Dominus omnipotens: Convertimini à viis veſtris peſſimis, & ab adinventionibus veſtris malis: & non attenderunt, ut audirent me, dicit Dominus.
5. Patres veſtri ubi ſunt? & prophetæ nunquid in ſempiternum vivent? *Oſe. 14. 2.*	5. Patres veſtri ubi ſunt, & prophetæ? nunquid in ſempiternum vivent? *col. 1709.*
6. Veruntamen verba mea, & legitima mea, quæ mandavi ſervis meis prophetis, nunquid non comprehenderunt patres veſtros, & converſi ſunt, & dixerunt: Sicut cogitavit Dominus exercituum *Joel 2. 12.*	6. Veruntamen ſermones meos, & legitima mea ſuſcipite, quæ ego præcipio in ſpiritu meo ſervis meis prophetis, qui comprehenderunt patres veſtros, & reſponderunt, atque dixerunt: Si-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Similiter in Græco. Lactant. l. 4. Inſtit. c. 5. p. 572. dicit *ſingulorum Prophetarum* ultimum fuiſſe Zachariam; *quem conſtat ſub Dario rege, ſecundo anno regni ejus, octavo menſe cecinisſe.*

℣. 2. Conſonat Græc. ad verbum. Victor Tun. l. de pœnit. p. 602. e. apud Ambroſ. legit: *Iratus eſt Dominus ad patres noſtros irâ magnâ.*

℣. 3. Ita rurſum Græcè. Item apud Auguſt. in Pſ. 6. to. 4. 24. f. *Convertimini ad me, & convertar ad vos, dicit Dominus.* Sic etiam apud Vict. Tun. l. de pœnit. p. 602. e. Apud Gild. Sap. l. de excid. Britann. p. 714. d. *Revertimini ad me, & revertar ad vos, dicit Dominus.*

℣. 4. Similia Græc. præfert, hoc uno ἐκ ὑκ εἰσήκουσαν, *& non exaudierunt*, ſubnexo poſt vocem *malis*: ſed ab ed. Compl. abeſt ἐκ ὑκ εἰσήκουσαν. Apud Gild. Sap. l. de excid. Britann. p. 714. d. ſic: *Et nolite tales eſſe ſicut patres veſtri, quibus imputaverunt prophetæ priores*, (Gr. οἷς ἐνεκάλεσαν αὐτοῖς οἱ προφῆται ἔμπροσθεν,) *dicentes: Hæc dicit Dominus omnipotens: Avertite vos à* (Gr. Ἀποστράφατε ἀπὸ) *viis veſtris: & non intenderunt, ut obaudirent me;* Gr. τῦ εἰσακῦσαί μυ.

℣. 5. Ita fert Græc. & punctat. Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 301. c. *Patres veſtri ubi ſunt, & prophetæ, dicit Dominus? nunquid in æternum vivent?* Hieronymus in comm. ſup. addit: *Ubi ſunt patres veſtri, qui non audierunt, neque attenderunt me? ubi prophetæ veſtri?* ἀπὸ Κοινῦ *enim audiendum eſt:* Patres veſtri ubi ſunt, & prophetæ veſtri ubi ſunt? *id eſt, pſeudoprophetæ: nunquam enim de ſanctis prophetis diceres:* nunquid in ſempiternum vivent?

℣. 6. Eadem omnino exſtant Græcè. Item apud Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 301. c. 302. a. *Veruntamen ſermones meos, & legitima mea percipite, quæ ego mando in ſpiritu meo ſervis meis prophetis, quia apprehenderunt patres veſtros:* & l. cont. Varimad. p. 744. b. *Veruntamen legitima mea*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Hieron. ubi ſup. cut præparatus eſt Dominus omnipotens ut faceret nobis ſecundùm vias noſtras, & ſecundùm adinventiones noſtras, ſic fecit nobis.	facere nobis ſecundùm vias noſtras, & ſecundùm adinventiones noſtras, fecit nobis?
7. Quartâ & vigeſimâ, undecimo menſe, qui eſt menſis Sabat, in ſecundo anno ſub Dario, factus eſt ſermo Domini ad Zachariam Barachiæ, filium Addo prophetam, dicens :	7. In die vigeſima & quarta undecimi menſis Sabath, in anno ſecundo Darii, factum eſt verbum Domini ad Zachariam filium Barachiæ, filii Addo, prophetam, dicens :
col. 1710. 8. Vidi in nocte, & ecce vir aſcendens ſuper equum rufum, & ipſe ſtabat inter duos montes umbroſos : & poſt eum equi rufi, & varii, & albi.	8. Vidi per noctem, & ecce vir aſcendens ſuper equum rufum, & ipſe ſtabat inter myrteta, quæ erant in profundo : & poſt eum equi rufi, varii, & albi.
9. Et dixi : Quid ſunt iſti, domine? & dixit ad me angelus, qui loquebatur in me : Ego oſtendam tibi quid ſint hæc.	9. Et dixi : Quid ſunt iſti, domine mi? & dixit ad me angelus, qui loquebatur in me : Ego oſtendam tibi quid ſint hæc.
10. Et reſpondit vir, qui ſtabat inter montes, & dixit ad me : Iſti ſunt quos miſit Dominus ut circuirent terram.	10. Et reſpondit vir, qui ſtabat inter myrteta, & dixit : Iſti ſunt, quos miſit Dominus ut perambulent terram.
11. Et reſponderunt angelo Domini, qui ſtabat inter montes, atque dixerunt : Circuivimus omnem terram, & ecce omnis terra habitatur, & quieſcit.	11. Et reſponderunt angelo Domini, qui ſtabat inter myrteta, & dixerunt : Perambulavimus terram, & ecce omnis terra habitatur, & quieſcit.
12. Et reſpondit angelus Domini, & dixit : Domine omnipotens uſquequo non miſereberis Jeruſalem, & urbium Juda, quibus iratus es? Iſte eſt ſeptuageſimus annus.	12. Et reſpondit angelus Domini, & dixit : Domine exercituum uſquequo tu non miſereberis Jeruſalem, & urbium Juda, quibus iratus es? Iſte jam ſeptuageſimus annus eſt.
13. Et reſpondit Dominus angelo, qui loquebatur in me, verba bona & ſermones conſolatorios.	13. Et reſpondit Dominus angelo, qui loquebatur in me verba bona, verba conſolatoria.
col. 1712. 14. Et dixit ad me angelus, qui loquebatur in me : Clama, dicens : Hæc dicit Dominus omnipotens : Zelatus ſum Jeruſalem & Sion zelo magno.	14. Et dixit ad me angelus, qui loquebatur in me : Clama, dicens : Hæc dicit Dominus exercituum : Zelatus ſum Jeruſalem & Sion zelo magno. *Inf. 8. 2.*
15. Et irâ magnâ ego iraſcor ſuper gentes, quæ ſuperimpoſitæ ſunt : pro eo quòd ego quidem iratus ſum modicùm, ipſi verò ſuperpoſiti ſunt in mala.	15. Et irâ magnâ ego iraſcor ſuper gentes opulentas : quia ego iratus ſum parum, ipſi verò adjuverunt in malum.
16. Propterea hæc dicit Dominus : Convertar ad Jeruſalem in miſericordia : & domus mea inſtaurabitur in ea, dicit Dominus omnipotens : & menſura extendetur ſuper Jeruſalem.	16. Propterea hæc dicit Dominus : Revertar ad Jeruſalem in miſericordiis : & domus mea ædificabitur in ea, ait Dominus exercituum : & perpendiculum extendetur ſuper Jeruſalem.
col. 1713. 17. Et dixit ad me angelus, qui loquebatur in me : Adhuc clama, dicens : Hæc dicit Dominus omnipotens : Adhuc diffundentur civitates in bonis : & miſerebitur Dominus adhuc Sion, & eliget adhuc Jeruſalem.	17. Adhuc clama, dicens : Hæc dicit Dominus exercituum : Adhuc affluent civitates meæ bonis : & conſolabitur adhuc Dominus Sion, & eliget adhuc Jeruſalem.
col. 1714. 18. Et levavi oculos meos, & vidi : & ecce quatuor cornua.	18. Et levavi oculos meos, & vidi : & ecce quatuor cornua.
19. Et dixi ad angelum, qui loquebatur in me :	19. Et dixi ad angelum, qui loquebatur in

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

accipite, & verba mea, quæ ego mando in ſpiritu meo ſervis meis prophetis : & infra 751. c. *Veruntamen legitima mea cuſtodite, quæ ego mando vobis in ſpiritu meo, dicit Dominus.* Auct. l. de Spir. S. apud Ambr. col. 607. b. *Veruntamen verba mea, & legitima mea accipite, quæ ego mando in ſpiritu meo ſervis meis prophetis.* Vide iterſus Hieron. in Iſai. 57. col. 424. b.

℣. 7. Sic iterum Græcè, ſi unum excipiatur, Οὗτός ἐστιν ὁ μὴν, *hic eſt menſis*, pro *qui eſt menſis.*

℣. 8. Græc. Vatic. initio hab. Ἑώρακα τὴν νύκτα· delet verò inf. *duos*, ante *montes* ſubinde hoc interponit, ἐν ψαροῖ, & *celeres*, poſt *rufi*; cæt. ut in textu. Mſ. Alex. cum ed. Ald. habet ἀναμέσον δύο ὀρέων· unde Hieron. in comm. 1711. c. ita differit : *Quod autem ſtare dicitur* inter duos montes umbroſos, *licet in Hebræo non habeatur* duos, *Novum & Vetus ſentiunt Inſtrumentum :* verùm, paucis interjectis, ait : *Vel certè* montes, *ut tollamus quod ſcriptum non eſt*, duos; *abſolutè, & abſque numero plurimos ſanctos ſentire poſſumus :* & poſt plura, col. 1715. f. 1716. a. & *ſtabat*, inquit, *inter myrteta, quæ erant in profundo, ſive inter montes umbroſos :* at in Iſai. 66. col. 509. f. ita legit : *ecce vir aſcendens ſuper equum rufum, & ipſe ſtabat in mediis duorum montium umbroſorum :* deinde, *& poſt eum equi rufi, & ſturnini, & varii, & albi.*

℣. 9. Similiter in Græco. Eadem rurſum habet Hieron. in Iſai. 66. col. 509. f. excepto hoc ult. *quid ſint iſti ;* at in Gr. τί ἐστι ταῦτα, *quid ſunt hæc*, ut ſupra.

℣. 10. Sic pergit Hieron. in Iſai. 66. col. 509. f. *Et reſpondit vir, qui ſtabat in medio montium, & ait ad me : Iſti ſunt quos miſit Dominus ut perambulent terram.* Gr. utrique loco reſponder.

℣. 11. Ita rurſum Græcè. Item apud Hieron. in Eccleſ. to. 2. col. 777. c. *Circuivimus terram, & ecce omnis terra habitatur, & ſilet ;* Gr. ἡσυχάζει.

℣. 12. Ita fert Gr. Vatic. præter hoc, ἃς ὑπερεῖδες, *quas deſpexiſti*, pro *quibus iratus es ;* at in Compl. αἷς ἐθυμώθης.

℣. 13. In Græco Vatic. eſt Κύριος παντοκράτωρ, *Dominus omnipotens*, &c. ut in Lat. ſup. ſed à Compl. abeſt παντοκράτωρ. Hieron. inf. 1712. b. ait : *Dominus repromiſit verba bona & verba conſolatoria.*

℣. 14. Sic iterum Græcè. Item apud Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athanaſ. p. 197. a. *Zelatus ſum Jeruſalem & Sion zelo magno.*

℣. 15. Sic ad verbum è Græco. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 197. a. legit : *Et irâ magnâ ego iraſcor ſuper gentes, quæ ſe ſuperponunt vobis : propter quod ego iratus ſum minima, ipſi autem compoſuerunt ſe in mala.* Tichon. reg. 7. p. 65. a. *Ego quidem iratus ſum modicè, ipſi autem adjecerunt in mala.*

℣. 16. Similiter in Græco, ſubnexo uno ἔτι, *adhuc*, poſt ult. *Jeruſalem.*

℣. 17. Ita rurſum in Græco Vatic. ſed tollitur *adhuc*, ante ult. *Jeruſalem.* Mſ. tamen Alex. habet τὴν Ἰερουσαλὴμ ἔτι.

℣℣. 18. 19. Eadem omnino leguntur Græcè.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

me: Quid ſunt hæc? & dixit ad me: Hæc ſunt cornua, quæ ventilaverunt Judam, & Iſraël, & Jeruſalem.

20. Et oſtendit mihi Dominus quatuor fabros.

21. Et dixi: Quid iſti veniunt facere? Qui ait, dicens: Hæc ſunt cornua, quæ ventilaverunt Judam per ſingulos viros, & nemo eorum levavit caput ſuum: & venerunt iſti deterrere ea, ut dejiciant cornua gentium, quæ levaverunt cornu ſuper terram Juda ut diſpergerent eam.

VERSIO ANTIQUA.

Quid ſunt hæc, domine? & dixit ad me: Hæc ſunt cornua, quæ diſperſerunt Judam, & Iſraël, & Jeruſalem. *Hieron. alii ſæp.*

20. Et oſtendit mihi Dominus quatuor fabros.

21. Et dixi: Quid iſti veniunt facere? Et dixit: Hæc ſunt cornua, quæ diſperſerunt Judam, & Iſraël confregerunt, & nullus eorum levavit caput: & egreſſi ſunt iſti ut exacuant ea in manibus ſuis: quatuor cornua gentes ſunt, quæ elevaverunt cornu ſuper terram Domini ut diſpergerent eam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 20. 21. Ita conſtanter in Gr. Addit Hieron. infra in comment. *LXX. interpretati ſunt:* venerunt iſti exacuere ea in manibus ſuis. Græc. ἐξακόσαι αὐτὰ εἰς χεῖρας αὐτῶν.

CAPUT II.

VULGATA NOVA.

1. ET levavi oculos meos, & vidi: & ecce vir, & in manu ejus funiculus menſorum.

2. Et dixi: Quò tu vadis? Et dixit ad me: Ut metiar Jeruſalem, & videam quanta ſit latitudo ejus, & quanta longitudo ejus.

3. Et ecce angelus, qui loquebatur in me, egrediebatur, & angelus alius egrediebatur in occurſum ejus.

4. Et dixit ad eum: Curre, loquere ad puerum iſtum, dicens: Abſque muro habitabitur Jeruſalem præ multitudine hominum, & jumentorum in medio ejus.

5. Et ego ero ei, ait Dominus, murus ignis in circuitu: & in gloria ero in medio ejus.

6. O, ô fugite de terra Aquilonis, dicit Dominus: quoniam in quatuor ventos cœli diſperſi vos, dicit Dominus.

7. O Sion, fuge quæ habitas apud filiam Babylonis:

8. quia hæc dicit Dominus exercituum: Poſt gloriam miſit me ad gentes, quæ ſpoliaverunt vos: qui enim tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei:

9. quia ecce ego levo manum meam ſuper eos, & erunt prædæ his, qui ſerviebant ſibi: & cognoſcetis quia Dominus exercituum miſit me.

VERSIO ANTIQUA.

1. ET levavi oculos meos, & vidi: & ecce vir, & in manu ejus funiculus geometræ. *Hieron. in Zach. 2. col. 1715.*

2. Et dixi ad eum: Quò tu vadis? Et dixit ad me: Ut dimetiar Jeruſalem, & videam quanta ſit latitudo ejus, & quanta longitudo.

3. Et ecce angelus, qui loquebatur in me, ſtabat, & angelus alius egrediebatur in occurſum ejus. *col. 1716.*

4. Et dixit ad eum, dicens: Curre, & loquere adoleſcentulo illi, dicens: Frugifera habitabitur Jeruſalem à multitudine hominum, & jumentorum in medio ejus.

5. Et ego ero illi, dicit Dominus, murus ignis in circuitu: & in gloriam ero in medio ejus.

6. O, ô, ô fugite de terra Aquilonis, dicit Dominus: quia de quatuor ventis cœli congregabo vos, dicit Dominus. *col. 1717.*

7. In Sion Salvamini, qui habitatis filiam Babylonis:

8. hæc enim dicit Dominus omnipotens: Poſt gloriam miſit me ad gentes, quæ ſpoliaverunt vos: quia qui tetigerit vos, quaſi tangat pupillam oculi ejus:

9. ecce ego inferam manum meam ſuper eos, & erunt prædæ his, qui ſervierant eis: & cognoſcetis quia Dominus omnipotens miſit me.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic habetur Græcè, niſi excipiatur ultim. γεωμετρικὸν, *geometricus*, loco *geometræ*.

℣. 2. Sic iterum Græcè, excepto uno, τῦ. ἰδεῖν, *ut videam*, loco & *videam*.

℣. 3. Conſonat Græc. ad verbum.

℣. 4. Ita rurſum in Græco, præter adverb. unum καταφάρτως, *frugiferè*, loco *frugifera*; al. καταφάρτος, teſte Nobilio.

℣. 5. Ad verbum è Græco.

℣. 6. Græcè geminatur tantùm interjectio ὦ; ſequentia ut in Lat. ſupra. Similiter apud Fauſtin. presb. l. cont. Arian. p. 645. f. *O, ô fugite à terra Aquilonis, dicit Dominus: quoniam à quatuor ventis cœli colligam vos:* deinde, *In Sion*, &c. Apud Fulg. verò l. pro fide cath. p. 539. c. *O fugite de terra Aquilonis, dicit Dominus: eò quòd ex quatuor ventis cœli colligam vos, dicit Dominus.*

℣. 7. Fauſtin. presb. l. cont. Arian. p. 645. f. unà cum Græco: *In Sion reſalvamini, qui inhabitatis filiam Babylonis.* Fulg. verò l. 1. pro fide cath. p. 539. c. *In Sion ſalvamini, qui habitatis in filia Babylonis.*

℣. 8. Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 728. b. extremò legit: *qui tetigerit vos, ac ſi pupillam oculi mei tangat.* Gr. διότι ὁ ἁπτόμενος ὑμῶν, ὡς ὁ ἁπτόμενος τῆς κόρης τῦ..... αὐτῦ· cæt. ut ſupra. Ambroſ. l. 2. de fide, to. 2. 476. f. *hæc dicit Dominus omnipotens: Poſt honorem miſit me ſuper gentes, quæ deprædaverunt vos: quoniam qui tangit vos, quaſi qui tangit pupillam oculi ejus.* Fauſtin. presb. l. cont. Arian. p. 645. f. *quoniam hæc dicit Dominus omnipotens: Poſt honorem miſit me ſuper gentes, quæ exſpoliaverunt vos: quoniam qui tangit vos, ſicut qui tangit pupillam oculi ipſius.* Auguſt. l. 20. de civit. Dei, c. 30. to. 7. 614. f. *hæc dicit Dominus omnipotens: Poſt gloriam miſit me ſuper gentes, quæ ſpoliaverunt vos: quia qui tetigerit vos, quaſi qui tangit pupillam oculi ejus.* Fulgent. l. pro fide cath. p. 540. a. *propter quod hæc dicit Dominus omnipotens: Poſt gloriam miſit me ad gentes, quæ vos exſpoliaverunt: propter quod qui tangit vos, tanquam qui tangit pupillam oculi ejus.* Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 324. a. *propterea ſic dicit Dominus omnip. Poſt gloriam miſit me ſuper gentes, quæ vos deprædatæ ſunt:* & l. cont. Varimad. p. 739. g. *hæc dicit Dominus omnipotens: Poſt honorem miſit me ad gentes, quæ vos prædaverunt: quoniam qui tangit vos, ſicut qui tangit pupillam oculi mei.*

℣. 9. Ita legit Auguſt. l. 20. de civit. Dei, c. 30. col. 614. f. præter vocem *ſpolia*, loco *prædæ*. Græc. Vatic. διότι ἰδὺ ἐγὼ ἐπιφέρω τὴν χεῖρά μυ ἐπ' αὐτὺς, καὶ ἔσονται σκῦλα τοῖς δυλεύσαι αὐτοῖς, &c. ut ſup. in Mſ. Barb. τοῖς σκυλεύσαι αὐτύς. Apud Ambroſ. l. 2. de fide, col. 477. a. *quia ecce ego injicio manum meam ſuper eos, qui deprædaverunt vos, ut eruam vos:* & *erunt in prædam, qui deprædaverunt vos:* & *ſcient quia Dominus omnipotens miſit me.* Fauſtin. presb. verò l. cont. Arian. p. 645. f. legit: *quoniam ecce ego infero manum meam ſuper eos,* & *erunt ſpolia, qui ſpoliaverunt illos:* & *ſcietis quia Dominus omnipotens miſit me.* Fulgent. l. pro fide cath. p. 540. a. *propter quod inducam manum meam ſuper eos,* & *erunt præda prædantibus eos:* & *ſcietis quia Dominus omnipotens miſit me.* Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 739. g. ad Ambroſium proximè accedit, dicens: *quoniam ecce ego injicio manum ſuper eos, qui prædaverunt vos:* & *erunt in prædam, qui prædaverunt vos:* & *ſcietis quia Dominus Deus omnipotens*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi ſup. col. 1719.

10. Lætare, & gaude filia Sion: quia ecce veniam, & habitabo in medio tui, dicit Dominus.

11. Et confugient gentes multæ ad Dominum in die illa, & erunt ei in populum, & habitabunt in medio tui: & ſcies quoniam Dominus omnipotens miſit me ad te.

12. Et poſſidebit Dominus Judam partem ſuam in terra ſancta: & eliget adhuc Jeruſalem.

13. Timeat omnis caro à facie Domini: quoniam ſurrexit de nubibus ſanctis ſuis.

VULGATA NOVA.

10. Lauda, & lætare filia Sion: quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui, ait Dominus.

11. Et applicabuntur gentes multæ ad Dominum in die illa, & erunt mihi in populum, & habitabo in medio tui: & ſcies quia Dominus exercituum miſit me ad te.

12. Et poſſidebit Dominus Judam partem ſuam in terra ſanctificata: & eliget adhuc Jeruſalem.

13. Sileat omnis caro à facie Domini: quia conſurrexit de habitaculo ſancto ſuo.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

miſit me.

℣. 10. Ita rurſum apud Hieron. in Iſai. 40. col. 301. a. præter hoc, *quia ego veniam:* at in Iſai. 60. col. 448. e. hab. *ecce ego venio.* Sic etiam in Græco eſt, ut & alia quæ ſup.

℣. 11. Sic habetur Græcè ad verbum: iterumque apud Hieron. in Iſai. 40. to. 3. col. 301. a. præter unum *cognoſcent*, pro *ſcies*; Gr. ἐπιγνώσῃ· ſed apud Juſtin. γνώσεται· vide etiam Hieron. in Iſai. 51. & 60. col. 366. b. 448. e.

℣. 12. Græc. edit. Rom. ſic habet: Καὶ κατακληρονομήσει Κύριος τὸν Ἰούδαν τὴν μερίδα αὐτοῦ ἐπὶ τῆς ἁγίας, &c. Sed Nobilius notat ita corrigendum eſſe in edit. τῇ μερίδι αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν τὴν ἁγίαν· Dictum autem, inquit, videtur *parte ſua*, quaſi ſupplenda ſit præpoſitio ἀπὸ, *in parte ſua*; cæteri libb. habent τὴν μερίδα αὐτοῦ, *partem ſuam*, ut apud S. Hieronymum; aut ἐν τὴν μερίδα αὐτοῦ, *& partem ſuam.*

℣. 13. Ad verbum è Græco.

CAPUT III.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Zach. 3. col. 1720.

1. ET oſtendit mihi Dominus Jeſum ſacerdotem magnum ſtantem ante faciem angeli Domini: & diabolus ſtabat à dextris ejus ut adverſaretur ei.

2. Et dixit Dominus ad diabolum: Increpet Dominus in te diabole: & increpet in te Dominus, qui elegit Jeruſalem: nonne iſte ut torris eſt erutus de igne?

3. Et Jeſus indutus erat veſtibus ſordidis: & ſtabat ante faciem angeli.

4. Et reſpondit, & ait ad aſtantes coram facie ſua, dicens: Auferte veſtimenta ſordida ab eo. Et dixit ad eum: Ecce abſtuli à te iniquitates tuas. Et induite eum poderem,

5. & imponite cidarim mundam ſuper caput ejus. Et impoſuerunt cidarim mundam ſuper caput ejus, & circumdederunt eum veſtimentis: &

col. 1722. angelus Domini ſtabat.

6. Et conteſtabatur angelus Domini ad Jeſum, dicens:

7. Hæc dicit Dominus omnipotens: Si in viis meis ambulaveris, & præcepta mea cuſtodieris;

VULGATA NOVA.

1. ET oſtendit mihi Dominus Jeſum ſacerdotem magnum ſtantem coram angelo Domini: & ſatan ſtabat à dextris ejus ut adverſaretur ei.

2. Et dixit Dominus ad ſatan: Increpet Dominus in te ſatan: & increpet Dominus in te, qui elegit Jeruſalem: nunquid non iſte torris eſt erutus de igne?

3. Et Jeſus erat indutus veſtibus ſordidis: & ſtabat ante faciem angeli.

4. Qui reſpondit, & ait ad eos qui ſtabant coram ſe, dicens: Auferte veſtimenta ſordida ab eo. Et dixit ad eum: Ecce abſtuli à te iniquitatem tuam, & indui te mutatoriis.

5. Et dixit: Ponite cidarim mundam ſuper caput ejus. Et poſuerunt cidarim mundam ſuper caput ejus, & induerunt eum veſtibus: & angelus Domini ſtabat.

6. Et conteſtabatur angelus Domini Jeſum, dicens:

7. Hæc dicit Dominus exercituum: Si in viis meis ambulaveris, & cuſtodiam meam cuſtodieris:

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Ita in Græco eſt, verbum pro verbo. Similiter apud Cypr. l. 2. Teſtim. p. 290. a. *Et oſtendit mihi Dominus Jeſum ſacerdotem illum magnum, ſtantem ante faciem angeli Domini: & diabolus ſtabat ad dexteram ejus, adverſari ei:* deinde: *Et Jeſus erat indutus*, &c. omiſſo medio ℣. 2. Lactantius pariter l. 4. Inſtit. c. 14. p. 577. *Et oſtendit mihi Dominus Deus Jeſum ſacerdotem magnum ſtantem ante faciem angeli Domini: & diabolus ſtabat ad dexteram ipſius ut adverſaretur ei.* His quoque alludit Tertul. l. cont. Jud. c. 14. p. 148. b. Ambroſ.que to. 1. 671. c. d. dicit *Dominum Jeſum ad dexteram ſibi diabolum ſtatuiſſe.*

℣. 2. Conſonat Græcum, niſi quòd pro *nonne iſte*, hab. οὐχ ἰδοὺ τοῦτο, *nonne ecce hoc.* Lact. l. 4. Inſtit. c. 14. p. 577. *Et dixit Dominus ad diabolum: Imperet Dominus in te, qui elegit Jeruſalem: & ecce titio ejectus ab igne.* Ambroſ. l. de Spir. S. to. 2. 624. b. *nonne hic titio ejectus ab igni?* Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 300. b. ut ſupra: *Et dixit Dominus ad diabolum: Increpet in te Dominus, diabole.* Acta S. Philip. m. ap. Ruinart. p. 417. *Increpet in te Dominus, ſatan: increpet in te, qui elegit Jeruſalem.*

℣. 3. Itidem Græcè. Huc etiam alludit Tertul. l. cont. Jud. c. 14. p. 148. b. dicens: *Sordidis indutus eſt..... cùm & diabolus adverſabatur ei.* Similiter apud Lact. l. 4. Inſtit. c. 14. p. 577. *Et Jeſus erat indutus veſtimentis ſordidis: & ſtabat ante faciem angeli.* Apud Cypr. l. 2. Teſtim. p. 290. a. *Et Jeſus erat indutus veſtimenta ſordida: & ſtabat ante faciem ipſius angeli.* Apud Ambroſ. l. de Spir. S. to. 2. 624. b. *Et ille erat Jeſus indutus veſtimenta ſordida:* vide etiam epiſt. 7. to. 2. 334. c.

℣. 4. Ita rurſum in Græco, detracto uno *à te*, poſt *abſtuli.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 290. a. legit: *Et reſpondit, & ait ad eos, qui ſtabant ante faciem ejus, dicens: Auferte veſtimenta ſordida ab eo. Et dixit ad eum: Ecce abſtuli iniquitates tuas. Et induite eum poderem.* Lactant. l. 4. Inſtit. c. 14. p. 577. *Et reſpondit, & dixit ad circumſtantes ante faciem ipſius, dicens: Auferte veſtimenta ſordida ab eo, & induite eum tunica talari.* Hieron. etiam ubi ſup. in comm. 1721. a. dicit: *LXX. tranſtulerunt ποδήρη, quam nos* tunicam talarem *poſſumus dicere, eò quòd uſque ad talos & pedes deſinat:* rurſum in Ezech. 44. col. 1130. e. legit: *Auferte ab eo veſtimenta ſordida, & induite eum podere.* Apud Tertul. l. cont. Jud. c. 14. p. 148. b. hoc habetur: *ſpoliatus priſtinas ſordes, exornatus podere, & mitrâ, & cidari munda:* ſimiliter l. 3. adv. Marc. p. 671. c. Apud Ambroſ. l. de Spir. S. col. 624. b. *ecce abſtulit peccata tua.*

℣. 5. Eadem exſtant Græcè. Item apud Cypr. l. 2. Teſtim. p. 290. a. *& imponite cidarim mundam ſuper caput ejus.* Apud Lactant. l. 4. Inſtit. c. 14. p. 577. *& ponite cidarim mundam ſuper caput ipſius. Et cooperuerunt eum veſtimento, & impoſuerunt cidarim mundam ſuper caput ejus: & angelus Domini ſtabat.* Sic etiam eſt in Mſs. Alex. & Barb. Gr.

℣. 6. Lactant. l. 4. Inſtit. c. 14. legit: *Et teſtificabatur ad Jeſum, dicens.* Græc. Καὶ διεμαρτύρατο ὁ, &c. ut in textu.

℣. 7. Græc. Τάδε λέγει..... Ἐὰν ταῖς ὁδοῖς μου πορεύῃ, καὶ ἐν τοῖς προσάγμασί μου φυλάξῃ· καὶ σὺ διακρινεῖς τὸν..... καὶ

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

tu quoque judicabis domum meam, & custodies atria mea, & dabo tibi ambulantes de his, qui nunc hic assistunt.

8. Audi Jesu sacerdos magne, tu & amici tui, qui habitant coram te, quia viri portendentes
Luc. 1. 73. sunt: ecce enim ego ADDUCAM SERVUM MEUM ORIENTEM.

9. Quia ecce lapis, quem dedi coram Jesu: super lapidem unum septem oculi sunt: ecce ego cælabo sculpturam ejus, ait Dominus exercituum: & auferam iniquitatem terræ illius in die una.

10. In die illa, dicit Dominus exercituum, vocabit vir amicum suum subter vitem, & subter ficum.

VERSIO ANTIQUA.

& tu judicabis domum meam: & si custodieris atrium meum, dabo tibi qui conversentur in medio stantium istorum. *Hieron. ubi sup.*

8. Audi ergo Jesu sacerdos magne, & proximi tui, qui sedent ante faciem tuam, quia viri portentorum spectatores sunt: quia ecce ego ADDUCAM SERVUM MEUM ORIENTEM. *col. 1723.*

9. Quia lapis, quem dedi ante faciem Jesu: super lapidem unum septem oculi sunt: ecce ego fodiam foveam, dicit Dominus omnipotens: & contrectabo omnem iniquitatem terræ illius in die uno. *col. 1724.*

10. In die illo, dicit Dominus omnipotens, vocabit unusquisque proximum suum subter vitem, & subter ficum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ἐὰν διαφυλάξῃς τὴν..... ἐγὼ δώσω σοι ἀναστρεφομένους ἐν μέσῳ, &c. Lactant. l. 4. Instit. c. 14. p. 577. *Hæc dicit Dominus omnipotens: Si in viis meis ambulaveris, & præcepta mea servaveris: tu judicabis domum meam, & dabo tibi qui conversentur in medio horum circumstantium.* Ambros. l. 3. de fide col. 506. d. *Hæc dicit Dominus omnipotens: Si in viis meis ambulaveris, & præcepta mea custodieris.*

℣. 8. Concinit Græc. nisi quòd ponit σὺ, *tu*, ante & *proximi tui*, delet verò *tuam*, post *faciem*; subinde pro *adducam*, hab. ἄγω. Cypr. l. 2. Test. p. 291. c. *ecce ego adduco puerum meum; Oriens nomen est ei:* sed hoc posterius pertinere videtur ad ℣. 12. capitis 6. inf. Ambros. tamen l. 5. de fide, col. 570. c. & epist. 46. col. 987. f. ita legit: *ecce ego mittam servum meum; Orieus nomen est ei:* vide etiam in Ps. 118. col. 1121. a. Julius Firmic. l. de errore prof. relig. p. 172. f. *ecce ego adduco puerum meum; Orius ei nomen est.*

℣. 9. Ita de Græco ad verbum, excepto fut. uno *fodiam*, pro quo ὀρύσσω, *fodio*. Similiter apud Cypr. l. 2. Testim. p. 291. c. *Quoniam lapis, quem dedi ante faciem Jesu: super lapidem ipsum unum septem oculi sunt.* Apud Jul. Firmic. l. de errore prof. relig. p. 172. f. *Quoniam lapis, quem dedi coram Jesu: super lapidem ipsum unum septem oculi sunt.*

℣. 10. Sic habet Græc. præter verbum συγκαλέσατε, vel potiùs συγκαλέσετε, ut corrigendum judicat Nobil. in Notis, nempe *convocabitis*, pro *vocabit*.

CAPUT IV.

VULGATA NOVA.

1. ET reversus est angelus, qui loquebatur in me, & suscitavit me, quasi virum qui suscitatur de somno suo.

2. Et dixit ad me: Quid tu vides? Et dixi: Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas ejus super caput ipsius, & septem lucernæ ejus super illud: & septem infusoria lucernis, quæ erant super caput ejus.

3. Et duæ olivæ super illud; una à dextris lampadis, & una à sinistris ejus.

4. Et respondi, & aio ad angelum, qui loquebatur in me, dicens: Quid sunt hæc, domine mi?

5. Et respondit angelus, qui loquebatur in me, & dixit ad me: Nunquid nescis quid sunt hæc? Et dixi: Non, domine mi.

6. Et respondit, & ait ad me, dicens: Hoc est verbum Domini ad Zorobabel, dicens: Non in exercitu, nec in robore, sed in spiritu meo, dicit Dominus exercituum.

7. Quis tu mons magne coram Zorobabel? in planum: & educet lapidem primarium, & exæquabit gratiam gratiæ ejus.

8. Et factum est verbum Domini ad me, dicens:

9. Manus Zorobabel fundaverunt domum istam, & manus ejus perficient eam: & scietis quia Dominus exercituum misit me ad vos.

VERSIO ANTIQUA.

1. ET reversus est angelus, qui loquebatur in me, & suscitavit me, sicut suscitari solet homo de somno suo. *Hieron. in Zach. 4. col. 1724.*

2. Et dixit ad me: Quid tu vides? Et dixi: Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas super *eum, & septem lucernas super illud: & septem infusoria lucernarum, quæ erant super illud. *col. 1725.* * *l.* ipsum.

3. Et ecce duæ olivæ super illud; una à dextris lampadis, & una à sinistris.

4. Et interrogavi, & dixi ad angelum, qui loquebatur in me, dicens: Quid sunt hæc, domine?

5. Respondensque angelus, qui loquebatur in me, dixit ad me: Non cognoscis quid sunt hæc? Et dixi: Non, domine.

6. Et respondit, & ait ad me, dicens: Iste est sermo Domini ad Zorobabel, dicens: Non in fortitudine magna, neque in robore, sed in spiritu meo, dicit Dominus omnipotens.

7. Quis es tu mons magne ante faciem Zorobabel, ut corrigas? & educam lapidem hæreditatis, æqualitatem gratiæ gratiam ejus.

8. Et factus est sermo Domini ad me, dicens: *col. 1727.*

9. Manus Zorobabel fundaverunt domum istam, & manus ejus complebunt eam: & scies quoniam Dominus omnipotens misit me ad te.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Similiter in Græco.

℣. 2. Sic iterum Græcè, exceptis his, ἐπάνω αὐτῆς, *super illud*, per relat. ad *candelabrum*, non *eum*; paulòque post, λύχνοι, *lucernæ*, loco *lucernas*; & inf. τοῖς λύχνοις, *lucernis*, loco *lucernarum*.

℣. 3. Græc. initio tollit *ecce*; addit verò αὐτῆς, *ejus*, ad vocem *lampadis*; cætera quadrant.

℣. 4. Concinit Græc. ad verbum.

℣. 5. Græc. initio habet: Καὶ ἀπεκρίθη ὁ ἄγγελος..... ἃ εἶπε πρός με, λέγων, &c. *Et respondit angelus.....* & *dixit ad me, dicens*; reliqua ut supra.

℣. 6. Totidem verba exstant Græcè. Apud Vigil. Tapsi. l. 12. de Trin. p. 303. c. *Hoc verbum Domini in manu Zorobabel, dicens: Non in virtute magna, neque in fortitudine, sed in spiritu meo, dicit Dominus omnipotens:* & l. cont. Varimad. p. 744. b. *Non in fortitudine magna, neque in virtute, sed in spiritu meo, dicit Dominus.*

℣. 7. Græc. subdit τὸ *qui*, post vocativ. *magne*; cætera consonant cum Lat. supra.

℣. 8. Itidem Græcè.

℣. 9. Ita rursum Græcè. Similiter legit idem Hieron. in Isai. 45. to. 3. col. 336. e. Tichonius reg. 7. p. 66. c. ita: *Manus Zorobabel fundaverunt domum hanc,* & *manus ejus perficient eam*; Gr. ἐπιτελέσουσιν αὐτόν. Julius Hilario Bibl. PP. to. 6. p. 375. g. *Manus Zorobabel fundaverunt domum istam,* & *manus ejus consummabunt eam:* & *cognosces quòd*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi ſup. 10. Quis enim deſpexit in dies parvos? & lætabuntur, & videbunt lapidem ſtanneum in manu Zorobabel. Septem iſti oculi Domini ſunt, qui reſpiciunt ſuper omnem terram.

col. 1728. 11. Et reſpondi, & dixi ad eum: Quid ſunt duæ olivæ iſtæ à dextris candelabri, & à ſiniſtris?

12. Et interrogavi ſecundò, & dixi ad eum: Quid ſunt duo rami olivarum, qui in manibus duarum narium aurearum ſunt, & quæ infundunt & retrahunt ſuffuſoria aurea?

13. Et dixit ad me: Neſcis quid ſunt hæc? Et dixi: Nequaquam, domine.

14. Et ait: Iſti ſunt duo filii pinguedinis, qui aſſiſtunt Domino univerſæ terræ.

VULGATA NOVA.

10. Quis enim deſpexit dies parvos? & lætabuntur, & videbunt lapidem ſtanneum in manu Zorobabel. Septem iſti oculi ſunt Domini, qui diſcurrunt in univerſam terram.

11. Et reſpondi, & dixi ad eum: Quid ſunt duæ olivæ iſtæ ad dexteram candelabri, & ad ſiniſtram ejus?

12. Et reſpondi ſecundò, & dixi ad eum: Quid ſunt duæ ſpicæ olivarum, quæ ſunt juxta duo roſtra aurea, in quibus ſunt ſuffuſoria ex auro?

13. Et ait ad me, dicens: Nunquid neſcis quid ſunt hæc? Et dixi: Non, domine mi.

14. Et dixit: Iſti ſunt duo filii olei, qui aſſiſtunt Dominatori univerſæ terræ.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Dominus omnipotens miſit me ad te.

℣. 10. Sic habet Græc. edit. Rom. præter vocem *Domini*, quam delet poſt *oculi*; in Ald. verò, & Compl. eſt Κυρίου υἱοῦ, ſicut in Mſ. Barb. Apud Jul. Hilarion. ubi ſup. *Quia quis ſprevit te in diebus puſillis? & gaudebunt in te, & videbunt in manu Zorobabel lapidem ſtanneum.*

℣. 11. Sic eſt in Græco, ſubjunctâ voculâ *al*, *quæ*, poſt *iſtæ*.

℣. 12. Eadem rurſum in Græco, detractâ unâ conjunct. &, ante τὸ *quæ infundunt.*

℣. 13. Sic iterum Græcè.

℣. 14. Ita Græcè conſtanter, detractis tamen duabus voculis, *ſunt*, & *qui*. Apud Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 716. c. *Hi ſunt de quibus dictum eſt: Illi duo filii opinitatis* (Gr. πιότητος) *aſſiſtunt Domino univerſæ terræ.*

CAPUT V.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Zach. 5. col. 1729. 1. ET converſus ſum, & levavi oculos meos: & vidi falcem volantem.

2. Et dixit ad me: Quid tu vides? Et dixi: Ego video falcem volantem, longitudinis cubitorum viginti, & latitudinis cubitorum decem.

col. 1730. 3. Et dixit ad me: Hæc eſt maledictio, quæ egreditur ſuper faciem omnis terræ: quia omnis fur ex hoc uſque ad mortem punietur: & omnis perjurus ex hoc uſque ad mortem cruciabitur.

4. Et educam illud, dicit Dominus omnipotens: & ingredietur in domum furis, & domum jurantis in nomine meo mendaciter: & requieſcet in medio domus ejus, & conſumet eum, & ligna ejus, & lapides ejus.

col. 1731. 5. Et egreſſus eſt angelus, qui loquebatur in me: & dixit ad me: Suſpice oculis tuis, & vide quid ſit quod egreditur.

6. Et dixi: Quid eſt? Et ait: Hæc eſt menſura, quæ egreditur. Et ait: Hæc eſt iniquitas eorum in omni terra.

7. Et ecce talentum plumbi elevatum eſt, & ecce mulier una ſedebat in medio menſuræ.

8. Et dixit: Hæc eſt iniquitas. Et projecit eam in medio menſuræ, & projecit lapidem plumbeum in os ejus.

col. 1732. 9. Et levavi oculos meos, & vidi: & ecce duæ mulieres egredientes, & ſpiritus in alis earum, & ipſæ habebant alas ſicut alæ ſunt upupæ: & elevaverunt menſuram inter terram & cœlum.

VULGATA NOVA.

1. ET converſus ſum, & levavi oculos meos: & vidi, & ecce volumen volans.

2. Et dixit ad me: Quid tu vides? Et dixi: Ego video volumen volans: longitudo ejus viginti cubitorum, & latitudo ejus decem cubitorum.

3. Et dixit ad me: Hæc eſt maledictio, quæ egreditur ſuper faciem omnis terræ: quia omnis fur, ſicut ibi ſcriptum eſt, judicabitur: & omnis jurans, ex hoc ſimiliter judicabitur.

4. Educam illud, dicit Dominus exercituum: & veniet ad domum furis, & ad domum jurantis in nomine meo mendaciter: & commorabitur in medio domus ejus, & conſumet eam, & ligna ejus, & lapides ejus.

5. Et egreſſus eſt angelus, qui loquebatur in me: & dixit ad me: Leva oculos tuos, & vide quid eſt hoc, quod egreditur.

6. Et dixi: Quidnam eſt? Et ait: Hæc eſt amphora egrediens. Et dixit: Hæc eſt oculus eorum in univerſa terra.

7. Et ecce talentum plumbi portabatur, & ecce mulier una ſedens in medio amphoræ.

8. Et dixit: Hæc eſt impietas. Et projecit eam in medio amphoræ, & miſit maſſam plumbeam in os ejus.

9. Et levavi oculos meos, & vidi: & ecce duæ mulieres egredientes, & ſpiritus in alis earum, & habebant alas quaſi alas milvi: & levaverunt amphoram inter terram & cœlum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic habet Græc. præter ult. ἐγὼ εἶδον, ἐγὼ ἰδοὺ δρέπανον πετόμενον· & *vidi*, & *ecce falx volans.*

℣. 2. Eadem ſunt in Græco.

℣. 3. Græc. tollit τὸ *uſque ad mortem*, ante ult. *cruciabitur*; in Mſs. verò Alex. & Barb. ac ed. Compl. utrobique eſt, ἕως θανάτου ἐκδικηθήσεται· cætera ut in Lat. ſupra.

℣. 4. Similia exſtant Græcè, præter hæc, ἐπὶ ψεύδει, *ſuper mendacio*, pro *mendaciter*; & συντελέσει, *conſummabit*, pro *conſumet*; præp. etiam *in* ante *nomine*, transfertur ibid. ante 2. *domum.*

℣. 5. Ita rurſum Græcè, niſi hoc excipiatur ult. ἐγὼ εἶδε τὸ ἐκπορευόμενον τοῦτο, i. e. & *vide hoc*, *quod egreditur*; at in Mſ. Barb. & Compl. τί τὸ ἐκπορ.

℣. 6. Ita conſtanter legitur Græcè. Vide ſis Hieron. comment. infra, ad hanc vocem, *iniquitatem*, pro *oculo*, quæ ult. vox legitur in Hebr. & Vulg.

℣℣. 7. 8. Similiter in Græco. Ambroſ. etiam in Pſ. 35. col. 769. f. alludens, dicit: *Iniquitas velut quodam plumbeo talento conſcientiam gravat.* Græcum ſub fin. ℣. 8. hab. τὸν λίθον τοῦ μολίβδου, *lapidem plumbi*, loco *plumbeum*, quod idem valet.

℣. 9. Eadem præfert Græc. ed. Rom. præter hoc med. *ſicut alæ ſunt*, quod delet ante vocem *upupæ*. Ald. verò & Compl. habent πτέρυγας ὡς πτέρυγας ἵπποις· ſic etiam in Mſs. Alex. & Barb. Extremò conſtanter, ἀναμέσον τῆς γῆς, ἐν ἀναμέσῳ τοῦ οὐρανοῦ, *inter terram*, & *inter cœlum.* De *upupa* autem ita diſſerit Hieron. in com. *Quod Aquila*, *Symm. Theodot.* erodionem, *ſoli LXX.* upupam *tranſlule-*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

10. Et dixi ad angelum, qui loquebatur in me: Quò iſtæ deferunt amphoram?

11. Et dixit ad me: Ut ædificetur ei domus in terra Sennaar, & ſtabiliatur, & ponatur ibi ſuper baſem ſuam.

VERSIO ANTIQUA.

10. Et dixi ad angelum, qui loquebatur in me: Quò iſtæ deferunt menſuram? *Hieron. ubi ſup.*

11. Et dixit ad me: Ut ædificent ei domum in terra Babylonis, & præparent, & ponant eam ibi ſuper ſedem ſuam.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

runt: & infra: *Upupam autem, quam nos de Græci nominis ſimilitudine traximus, (nam & ipſi* epopam *appellant ab eo quòd ſtercora humana conſideret) avem dicunt eſſe ſpurciſſimam.*

℣. 10. Conſonat Græc. ad verbum.

℣. 11. Sic iterum Græcè, præter ult. ἑτοιμασίαν αὐτῆ, *præparationem ſuam*, loco *ſedem ſuam.*

CAPUT VI.

VULGATA NOVA.

1. ET converſus ſum, & levavi oculos meos, & vidi: & ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montium: & montes, montes ærei.

2. In quadriga prima equi rufi, & in quadriga ſecunda equi nigri,

3. & in quadriga tertia equi albi, & in quadriga quarta equi varii, & fortes.

4. Et reſpondi, & dixi ad angelum, qui loquebatur in me: Quid ſunt hæc, domine mi?

5. Et reſpondit angelus, & ait ad me: Iſti ſunt quatuor venti cœli, qui egrediuntur, ut ſtent coram Dominatore omnis terræ.

6. In qua erant equi nigri, egrediebantur in terram Aquilonis: & albi egreſſi ſunt poſt eos: & varii egreſſi ſunt ad terram Auſtri.

7. Qui autem erant robuſtiſſimi, exierunt, & quærebant ire & diſcurrere per omnem terram. Et dixit: Ite, perambulate terram: & perambulaverunt terram.

8. Et vocavit me, & locutus eſt ad me, dicens: Ecce qui egrediuntur in terram Aquilonis, requieſcere fecerunt ſpiritum meum in terra Aquilonis.

9. Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens:

10. Sume à tranſmigratione, ab Holdai, & à Tobia, & ab Idaia; & venies tu in die illa, & intrabis domum Joſiæ, filii Sophoniæ, qui venerunt de Babylone.

11. Et ſumes aurum & argentum: & facies coronas, & pones in capite Jeſu filii Joſedec ſacerdotis magni,

12. & loquêris ad eum, dicens: Hæc ait Dominus exercituum, dicens: ECCE VIR ORIENS NOMEN EJUS: & ſubter eum orietur, & ædificabit templum Domino. *Luc. 1. 78.*

13. Et ipſe exſtruet templum Domino: & ipſe portabit gloriam, & ſedebit, & dominabitur ſuper ſolio ſuo: & erit ſacerdos ſuper ſolio ſuo, & conſilium pacis erit inter illos duos.

14. Et coronæ erunt Helem, & Tobiæ, & Idaiæ, & Hem, filio Sophoniæ, memoriale in templo Domini.

VERSIO ANTIQUA.

1. ET converſus ſum, & levavi oculos meos, & vidi: & ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montium: & montes, erant montes ænei. *Hieron. in Zach. 6. col. 1733.*

2. In quadriga prima equi rufi, & in quadriga ſecunda equi nigri,

3. & in quadriga tertia equi albi, & in quadriga quarta equi varii, ſturnini.

4. Et reſpondi, & dixi ad angelum, qui loquebatur in me: Quid ſunt hæc, domine? *col. 1734.*

5. Et reſpondit angelus, qui loquebatur in me, & dixit: Hi ſunt quatuor venti cœli, qui egrediuntur, ut aſſiſtant Domino omnis terræ.

6. In quo erant equi nigri, egrediebantur ſuper terram Aquilonis: & albi egrediebantur poſt eos: & varii exibant in terram Auſtri.

7. Et ſturnini egrediebantur, & conſiderabant ut circuirent terram. Et dixit: Ite, & circuite terram: & circuierunt terram.

8. Et clamavit, & locutus eſt ad me, dicens: Ecce qui egrediuntur ſuper terram Aquilonis, requieſcere fecerunt furorem meum in terra Aquilonis.

9. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens: *col. 1737.*

10. Accipe quæ de captivitate ſunt, à principibus, & ab utilibus ejus, & qui cognoverunt eam; & ingredieris tu in die illa in domum Joſiæ, filii Sophoniæ, qui venit de Babylone.

11. Et accipies argentum & aurum: & facies coronas, & impones ſuper caput Jeſu Joſedec ſacerdotis magni,

12. & dices ad eum: Hæc dicit Dominus omnipotens: ECCE VIR, ORIENS NOMEN EJUS: & ſubter eum orietur, & ædificabit domum Domini.

13. Et ipſe accipiet virtutem, & ſedebit, & imperabit ſuper throno ſuo: & erit ſacerdos à dextris ejus, & conſilium pacis erit inter duos.

14. Corona autem exſpectantibus, & utilibus ejus, & qui cognoverunt eam, & in gratiam filii Sophoniæ, & in pſalmum in domo Domini.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 1. 2. 3. 4. Totidem in Græco, verbum è verbo.

℣. 5. Sic in Græco Vatic. eſt, detracto uno *qui*, ante *egrediuntur:* at in ed. Compl. & Mſ. Barb. οἱ ἐκπορεύονται.

℣. 6. Sic iterum Græcè. Melius legeretur *in qua*, quam *in quo*, propter anteced. *quadriga*; in Gr. τῷ ἅρματι, unde ſequitur ὃν δὲ.

℣. 7. Conſonat Græc. edit. Rom. niſi quòd hab. ἐπέβλεπον τοῦ πορεύεσθαι τοῦ περιοδεῦσαι, i. e. & *conſiderabant ut irent circuire*, &c. ſed à Compl. abeſt τοῦ πορεύεσθαι, ſicut ab ed. Ald.

℣. 8. Ita rurſum Græcè, præpoſitâ unà conjunct. καὶ, verbo *requieſcere*; abeſt autem καὶ ab edd. Compl. & Ald. necnon à Mſ. Alex.

℣. 9. Concinit Græc. ad verbum.

℣. 10. Græc. habet, ἃ παρὰ τῶν ἐπιγνωκότων αὐτὴν, & *ab his qui cognoverunt eam*, non ſimpliciter, & *qui cognoverunt eam*; cæt. ut in Lat. ſupra.

℣℣. 11. 12. Totidem verba in Græco. Apud Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1121. a. *Oriens nomen eſt mihi.* Hieron. in comment. ſup. *Ecce vir, cujus nomen eſt Oriens.*

℣. 13. Sic iterum in Græco, niſi exceperis ult. ἃ βουλὴ εἰρηνικὴ ἔσται ἀναμέσον ἀμφοτέρων, & *conſilium pacificum erit inter utroſque*: Hieron. inſ. in comm. 1739. c. & *conſil. pacificum erit inter duos.*

℣. 14. Græc. in principio habet: Ὁ δὲ στέφανος ἔσται τοῖς, &c. *Corona autem erit*, &c. ut ſupra.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi ſup. 15. Et qui longè ſunt ab eis, venient, & ædificabunt in domo Domini: & ſcietis quia Dominus omnipotens miſit me ad vos. Et erit, ſi auditu audieritis vocem Domini Dei veſtri.

VULGATA NOVA.

15. Et qui procul ſunt, venient, & ædificabunt in templo Domini: & ſcietis quia Dominus exercituum miſit me ad vos. Erit autem hoc, ſi auditu audieritis vocem Domini Dei veſtri.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 15. Eadem ſunt in Græco, præter unum εἰσακούοντες, *exaudientes*, pro *auditu*.

CAPUT VII.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Zach. 7. col. 1740. 1. ET factum eſt in quarto anno ſub Dario rege, factus eſt ſermo Domini ad Zachariam, quarta die menſis noni, qui eſt Chasleu.

2. Et miſit in Bethel Saraſar, & Arabeſſer rex, & viri ejus, ut deprecarentur Dominum,

3. dicens ad ſacerdotes domus Domini omnipotentis, & ad prophetas, dicens: Ingreſſa eſt huc in menſe quinto ſanctificatio, juxta quod fecerunt jam annis pluribus.

4. Et factus eſt ſermo Domini virtutum ad me, dicens:

5. Dic ad omnem populum terræ, & ad ſacerdotes, dicens: Si jejunatis, & plangitis in quintis & ſeptimis, & ecce ſeptuaginta anni: nunquid jejunium jejunaſtis mihi?

6. & ſi comediris, aut bibitis, nonne vos comeditis, & vos bibitis?

7. Nunquid non iſta ſunt verba mea, quæ locutus eſt Dominus in manibus prophetarum qui fuerunt priùs, quando Jeruſalem habitabatur, & erat abundans, & civitates ejus per circuitum, & montana, & campeſtria habitabantur?

col. 1742. 8. Et factus eſt ſermo Domini ad Zachariam, dicens:

9. Hæc dicit Dominus omnipotens, dicens: Judicium juſtum judicate, & miſericordiam & miſerationem faciat unuſquiſque ad fratrem ſuum.

10. Et viduam, & pupillum, & pauperem non opprimatis: & malitiæ unuſquiſque fratris ſui nolite meminiſſe in cordibus veſtris.

VULGATA NOVA.

1. ET factum eſt in anno quarto Darii regis, factum eſt verbum Domini ad Zachariam, in quarta menſis noni, qui eſt Casleu.

2. Et miſerunt ad domum Dei Saraſar, & Rogommelech, & viri qui erant cum eo, ad deprecandam faciem Domini:

3. ut dicerent ſacerdotibus domus Domini exercituum, & prophetis, loquentes: Nunquid flendum eſt mihi in quinto menſe, vel ſanctificare me debeo, ſicut jam feci multis annis?

4. Et factum eſt verbum Domini exercituum ad me, dicens:

5. Loquere ad omnem populum terræ, & ad ſacerdotes, dicens: Cùm jejunaretis, & plangeretis in quinto & ſeptimo per hos ſeptuaginta annos: nunquid jejunium jejunaſtis mihi? *Iſai. 58. 5.*

6. & cùm comediſtis, & bibiſtis, nunquid non vobis comediſtis, & vobiſmetipſis bibiſtis?

7. Nunquid non ſunt verba, quæ locutus eſt Dominus in manu prophetarum priorum, cùm adhuc Jeruſalem habitaretur, & eſſet opulenta, ipſa & urbes in circuitu ejus, & ad Auſtrum, & in campeſtribus habitaretur?

8. Et factum eſt verbum Domini ad Zachariam, dicens:

9. Hæc ait Dominus exercituum, dicens: Judicium verum judicate, & miſericordiam & miſerationes facite, unuſquiſque cum fratre ſuo.

10. Et viduam, & pupillum, & advenam, & pauperem nolite calumniari: & malum vir fratri ſuo non cogitet in corde ſuo. *Exod. 22. 22. Iſai. 1. 23. Jer. 5. 28.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 1. 2. Similia exſtant Græcè, præter nomen Ἀρσασέρ, pro *Arabeſſer*. Hieron. inf. in comm. 1741. b. ait: *Hoc quod ſcriptum eſt in LXX.* Miſit de Bethel Saraſar, & Arabeſſer rex, *nullus noſtrorum potuit exponere; neque enim quod malè verſum eſt ex Hebræo, ulla ratione explanari poteſt. Quis eſt enim iſte* Saraſar, *vel* Arabeſſer rex? *aut cujus rex provinciæ?* &c.

℣. 3. Eadem exhibet Græc. ed. Rom. præter ſeqq. τὺς ἐν τῷ οἴκῳ, *qui in domo*, loco *domûs*; & ſub fin. ἐποίησε, *fecit*, pro *fecerunt*; in Mſ. Barb. ἐποίησα; in Alex. verò ac edd. Ald. & Compl. ἐποίησαν. Hieron. inf. in comm. 1741. e. legit: *ſicut fecerant jam per multos annos.*

℣. 4. Itidem Græcè.

℣. 5. Conſonat Græc. niſi quòd habet, ἢ κόψησθε ἐν ταῖς πέμπταις ἢ ἐν ταῖς ἑβδόμαις, *aut plangitis in quintis aut in ſeptimis.*

℣. 6. Sic iterum Græcè, præter *vos*, quod deeſt ante *bibitis*; ſed in Mſ. Alex. eſt, ἢ ὑμεῖς πίνετε, ſicut in edd. Ald. & Compl. Novatianus de cib. Jud. p. 1066. a. legit: *ſi manducetis, aut bibatis, nonne vos manducatis, aut bibitis?* Gr. pariter, ἢ ἐὰν φάγητε, ἢ πίνητε, &c.

℣. 7. Gr. Vat. initio habet: Οὐχ' ἕτοι οἱ λόγοι, ὃς, &c. *Nunquid non iſta verba, quæ;* reliqua ut in Lat. ſup. In Compl. Οὐχ' ἕτοι οἱ λόγοι μὺ εἰσίν, &c.

℣. 8. Ad verbum è Græco.

℣. 9. Græcè deeſt verbum *dicens*, ante *judicium*; paulòque poſt, pro *faciat*, habetur ποιεῖτε, *facite*; cæt. ut ſupra. In Compl. eſt λέγων· Κρίμα. Iren. l. 4. c. 17. p. 249. b. legit: *Hæc dicit Dominus omnipotens: Judicium juſtum judicate; pietatem & miſericordiam facite unuſquiſque ad fratrem ſuum:* at infra c. 36. p. 278. c. & *miſericordiam & miſerationem facite*, &c. ut ſup. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Ath. p. 197. a. *Judicium juſtum judicate, & pietatem & miſericordiam facite unuſquiſque ad fratrem ſuum.* Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 303. c. *Hæc dicit Dominus omnipotens: Judicium juſtum judicate; miſericordiam & miſerationes facite unuſquiſque ad fratrem ſuum.* Gild. Sap. caſtig. in Eccleſ. ord. p. 717. g. *Hæc enim dicit Dominus omnipotens: Judicium juſtum judicate, & miſericordiam & miſerationem facite*, &c. quæ ſupra.

℣. 10. Græc. ed. Rom. poſt *pupillum*, addit καὶ προσήλυτον, & *advenam*; paulòque poſt, pro *nolite meminiſſe*, ſcribit ſinguliter, μὴ μνησικακείτω, *nolit meminiſſe*; Ald. verò & Compl. μὴ μνησικακεῖτε; cæt. ut ſupra. Hieron. in comm. ait: *ſive ut à LXX. dicitur: Et malitiæ unuſquiſque fratris ſui non meminerit in cordibus ſuis:* at infra, & *malitiæ proximi ſui unuſquiſque in cordibus veſtris ne meminerit.* Iren. l. 4. c. 17. p. 249. b. *Viduam, & orphanum, & proſelytum, & pauperem nolite opprimere:* & *unuſquiſque malitiæ fratris ſui non reminiſcatur in corde ſuo:* & infra c. 36. p. 278. c. *In viduam, & orphanum, & proſelytum, & pauperem ne exercueritis potentatum* (Gr. μὴ καταδυναστεύετε) & *unuſquiſque malitiæ fratris ſui ne recordemini in cordibus veſtris.* Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 710. a. *ne unuſquiſque malitiæ fratris ſui meminerit, ſed nec proximi.* Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 197. a. *Et viduam, & orphanum, & proſelytum, & pauperem, & per potentiam nolite nocere: & malitiam unuſquiſque non reminiſcatur fratris ſui in corde ſuo.* Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 303. c. *Et viduæ, & pupillo, & advenæ, & pauperi nolite per potentiam nocere: & malitiæ unuſquiſque fratris ſui nolite memores eſſe in cordibus veſtris.* Gild. Sap. caſtig. in Eccl. ord. p. 717. g. *Et viduam, & orphanum, & advenam, & puerperam nolite calumniari: & malitiam unuſquiſque fratris ſui non reminiſcatur in corde ſuo.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 982. c. *Nolite retinere malitiam fratris veſtri in cordibus veſtris.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

11. Et noluerunt attendere, & averterunt ſcapulam recedentem, & aures ſuas aggravaverunt ne audirent.

12. Et cor ſuum poſuerunt ut adamantem, ne audirent legem, & verba quæ miſit Dominus exercituum in ſpiritu ſuo per manum prophetarum priorum: & facta eſt indignatio magna à Domino exercituum.

13. Et factum eſt ſicut locutus eſt, & non audierunt: ſic clamabunt, & non exaudiam, dicit Dominus exercituum.

14. Et diſperſi eos per omnia regna, quæ neſciunt: & terra deſolata eſt ab eis, eò quòd non eſſet tranſiens & revertens: & poſuerunt terram deſiderabilem in deſertum.

VERSIO ANTIQUA.

11. Et noluerunt attendere, & dederunt dorſum contemnens, & aures ſuas aggravaverunt ut non audirent. *Hieron. ubi ſup.*

12. Et cor ſuum poſuerunt inobediens, ut non audirent legem meam, & verba mea quæ miſit Dominus omnipotens in ſpiritu ſuo in manibus prophetarum priorum: & facta eſt ira magna à Domino omnipotente.

13. Et erit ſicut dixit, & non audierunt eum: ſic clamabunt, & non exaudiam eos, dicit Dominus omnipotens.

14. Et ejiciam eos in omnes gentes, quas ignoraverunt: & terra deſolata eſt poſt eos à perambulante, & revertente: & poſuerunt terram electam in ſolitudinem.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 11. Græcè, Καὶ ἠπείθησαν τῷ προσέχειν, &c. ut in Lat. ſupra. Apud Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 197. b. *Et diſſuaſerunt ne obſervarent, & dederunt dorſum ſtultitiæ; & aures ſuas, & cor ſuum ſtatuerunt inſuaſibile ne obedirent.* Apud Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 303. c. *Et non obedierunt advertere, ſed dederunt dorſum inſipienter, & aures ſuas gravaverunt ut non audiant legem meam*, &c. de ℣. ſeq. Apud Gild. Sap. caſtig. in Eccl. ord. p. 717. g. *Et contumaces fuerunt ne obſervarent, & dederunt dorſum ſtultitiæ, & aures ſuas degravarunt ut non audirent.*

℣. 12. Eadem exhibet Gr. præter pron. *meam*, quod delet poſt *verba*; Ald. verò hab. τὰς λόγους μου. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 197. b. legit: *Et cor ſuum ſtatuerunt inſuaſibile, ne obedirent; degravarunt, ut non obediret legem meam.* Vigil. Tapſ. l. 12. de Trin. p. 303. c. *Et aures ſuas gravaverunt ut non audiant legem meam, & ſermones meos quos miſit Dominus omnipotens in ſpiritu ſuo in manibus anteriorum prophetarum:* & l. 2. contra Arium, *noluerunt audire ſermones meos, quos mandavi in ſpiritu meo per os prophetarum priorum, dicit Dominus.* Gildas Sap. caſtig. in Eccl. ord. p. 717. g. *Et cor ſuum ſtatuerunt inſuadibile, ne audirent legem meam, & verba quæ miſit Dominus omnipotens: ſuper paſtores exacerbata eſt iracundia mea, & ſuper agnos viſitabo.*

℣. 13. Ita fert Gr. ed. Rom. præter duas voculas, *eum, & eos*, quæ abſunt. Secus in Mſ. Alex. ac ed. Compl.

℣. 14. Similia exſtant Græcè, præter ſeqq. ἀφανισθήσεται, *delebitur*, pro *deſolata eſt*; ſubinde, ἐκ διοδεύοντος, ἢ ἐξ ἀναστρέφοντος· ultimòque, ἀφανισμὸν, *exterminium*, loco *ſolitudinem.*

CAPUT VIII.

VULGATA NOVA.

1. ET factum eſt verbum Domini exercituum, dicens:

2. Hæc dicit Dominus exercituum: Zelatus ſum Sion zelo magno, & indignatione magna zelatus ſum eam.

3. Hæc dicit Dominus exercituum: Reverſus ſum ad Sion, & habitabo in medio Jeruſalem: & vocabitur Jeruſalem Civitas veritatis, & Mons Domini exercituum mons ſanctificatus.

4. Hæc dicit Dominus exercituum: Adhuc habitabunt ſenes & anus in plateis Jeruſalem: & viri baculus in manu ejus præ multitudine dierum.

5. Et plateæ civitatis complebuntur infantibus & puellis, ludentibus in plateis ejus.

6. Hæc dicit Dominus exercituum: Si videbitur difficile in oculis reliquiarum populi hujus in diebus illis, nunquid in oculis meis difficile erit, dicit Dominus exercituum?

7. Hæc dicit Dominus exercituum: Ecce ego ſalvabo populum meum de terra Orientis, & de terra Occasûs ſolis.

8. Et adducam eos, & habitabunt in medio Jeruſalem: & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum in veritate, & in juſtitia.

9. Hæc dicit Dominus exercituum: Confor-

VERSIO ANTIQUA.

1. ET factus eſt ſermo Domini omnipotentis, dicens: *Hieron. in Zach. 8. col. 1743.*

2. Hæc dicit Dominus omnipotens: Zelatus ſum Jeruſalem & Sion zelo magno, & furore maximo zelatus ſum eam.

3. Hæc dicit Dominus omnipotens: Revertar ad Sion, & habitabo in medio Jeruſalem: & vocabitur Jeruſalem Civitas vera, & Mons Domini omnipotentis mons ſanctus.

4. Hæc dicit Dominus omnipotens: Adhuc ſedebunt ſenes & anus in plateis Jeruſalem: unuſquiſque in manu virgam ſuam retinens præ multitudine dierum. *col. 1744.*

5. Et plateæ civitatis replebuntur pueris & puellis, ludentibus in plateis ejus.

6. Hæc dicit Dominus omnipotens: Si impoſſibile erit coram reliquiis populi hujus in diebus illis, nunquid & coram me impoſſibile erit, dicit Dominus omnipotens? *col. 1746.*

7. Hæc dicit Dominus omnipotens: Ecce egò ſalvabo populum meum de terra Orientis, & de terra Occaſûs ſolis.

8. Et adducam eos, & habitabunt in medio Jeruſalem: & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deum in veritate, & in juſtitia.

9. Hæc dicit Dominus omnipotens: Confor- *col. 1747.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣℣. 1. 2. Eadem leguntur Græcè. Hieron. inf. in comm. ſic vertit: *Zelatus ſum Sion zelo magno, & indignatione magna zelatus ſum eam.* Ambroſ. in Pſ. 118. col. 1199. c. ita: *Zelans zelabo Jeruſalem zelo magno.*

℣. 3. Sic iterum in Græco, excepta voce *omnipotens*, quæ deeſt; at in Compl. habetur Κύριος παντοκράτωρ.

℣. 4. Concordat Græc. niſi quòd habet circa med. ἕκαστος τὴν ῥάβδον αὐτοῦ ἔχων ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, *unuſquiſque virgam ſuam habens in manu ſua*; quæ idem valent.

℣℣. 5. 6. Similia prorſus in Græco.

℣. 7. Ita rurſum in Græco, excepto verbo præſ. σώζω, *ſalvo*; ſed in Compl. ἀνασώσω, ut ſup. extremò etiam ſimpliciter σωμεν. Nota hunc verſum cum aliis duobus ſubſeq. 8. & 9. non referri ab Hieron. niſi ſecundùm Hebr. aut Vulg. nec ipſi de more ſubnecti verſionem Lat. ex ed. LXX. procul dubio quia hi verſiculi pauci minimè vel leviter utrobique diſcrepabant. Hieron. etiam poſt ult. ℣. 9. addit: *LXX. pro* Domino exercituum, Dominum omnipotentem, *cætera ſimiliter tranſtulerunt*; hanc etiam vocem ſolam, *exercituum*, quæ legitur in Vulg. commutavimus iſtâ, *omnipotens*, quæ habetur in Græco.

℣. 8. Græc. Vatic. initio habet: Καὶ εἰσάξω αὐτοὺς, ᾗ κατασκηνώσω, i. e. *Et introducam eos, & habitabo*; reliqua ad verbum ut ſupra: imo in Compl. ᾗ κατασκηνώσει.

℣. 9. Pauca variant Græcè, eaque leviſſima; videlicet ἐκ στόματος, *de ore*, loco *per os*; ſubinde, ἀφ' ἧς ἡμέρας,

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi ſup. tentur manus veſtræ, qui auditis in diebus his ſermones iſtos per os prophetarum, in die quo fundata eſt domus Domini omnipotentis, ut templum ædificaretur.

10. Quia ante dies illos merces hominum non
col. 1748. erit in lucrum, & merces jumentorum non ſubſiſtet; & egredienti, & ingredienti non erit pax præ tribulatione: & emittam omnes homines, unumquemque ad proximum ſuum.

11. Et nunc non juxta dies priores ego faciam reliquiis populi hujus, dicit Dominus omnipotens,

12. ſed pacem monſtrabo: vinea dabit fructum ſuum, & terra dabit germina ſua, & cœlum dabit rorem ſuum: & poſſidere faciam reliquias populi mei hæc omnia.

col. 1750. 13. Et erit: ſicut eratis in maledictione inter gentes, domus Juda, & domus Iſraël: ſic ſalvabo vos, & eritis in benedictione: confidite, & confortamini in cordibus veſtris.

14. Quia hæc dicit Dominus omnipotens: Sicut cogitavi ut affligerem vos, in eo quòd me ad iracundiam provocaſſent patres veſtri, dicit Dominus omnipotens,

15. & non me pœnituit: ſic paratus ſum, & cogitavi in diebus iſtis ut benefaciam Jeruſalem, & domui Juda: confidite.

col. 1751. 16. Iſti ſermones ſunt, quos facietis: Loquimini veritatem unuſquiſque cum proximo ſuo: veritatem, & judicium pacificum & juſtum judicate in portis veſtris.

17. Et unuſquiſque malum proximo ſuo non cogitet in cordibus veſtris: & juramentum mendax ne diligatis: quia hæc omnia odi, dicit Dominus omnipotens.

col. 1752. 18. Et factus eſt ſermo Domini omnipotentis ad me, dicens:

19. Hæc dicit Dominus omnipotens: Jejunium quartum, & jejunium quintum, & jejunium ſeptimum, & jejunium decimum erunt domui Juda in gaudium, & in lætitiam, & in feſtivitates bonas: & lætamini, & veritatem & pacem diligite.

col. 1753. 20. Hæc dicit Dominus omnipotens: Adhuc venient populi multi, & habitatores urbium multarum,

21. & congregabuntur qui habitant civitates, in una civitate, dicentes: Eamus, ut deprecemur faciem Domini, & quæramus vultum Domini omnipotentis: vadam etiam ego.

22. Et venient populi multi, & gentes plurimæ, ut quærant faciem Domini omnipotentis in

VULGATA NOVA.

tentur manus veſtræ, qui auditis in his diebus ſermones iſtos per os prophetarum, in die qua fundata eſt domus Domini exercituum, ut templum ædificaretur.

10. Siquidem ante dies illos merces hominum non erat, nec merces jumentorum erat; neque introeunti, neque exeunti erat pax præ tribulatione: & dimiſi omnes homines, unumquemque contra proximum ſuum.

11. Nunc autem non juxta dies priores ego faciam reliquiis populi hujus, dicit Dominus exercituum,

12. ſed ſemen pacis erit: vinea dabit fructum ſuum, & terra dabit germen ſuum, & cœli dabunt rorem ſuum: & poſſidere faciam reliquias populi hujus univerſa hæc.

13. Et erit: ſicut eratis maledictio in gentibus, domus Juda, & domus Iſraël: ſic ſalvabo vos, & eritis benedictio: nolite timere, confortentur manus veſtræ.

14. Quia hæc dicit Dominus exercituum: Sicut cogitavi ut affligerem vos, cùm ad iracundiam provocaſſent patres veſtri me, dicit Dominus,

15. & non ſum miſertus: ſic converſus cogitavi in diebus iſtis ut benefaciam domui Juda, & Jeruſalem: nolite timere.

16. Hæc ſunt ergo verba, quæ facietis: Lo- *Epheſ.*
quimini veritatem unuſquiſque cum proximo ſuo: 4. 25.
veritatem, & judicium pacis judicate in portis veſtris.

17. Et unuſquiſque malum contra amicum ſuum ne cogitetis in cordibus veſtris: & juramentum mendax ne diligatis: omnia enim hæc ſunt, quæ odi, dicit Dominus.

18. Et factum eſt verbum Domini exercituum ad me, dicens:

19. Hæc dicit Dominus exercituum: Jejunium quarti, & jejunium quinti, & jejunium ſeptimi, & jejunium decimi erit domui Juda in gaudium, & lætitiam, & in ſolemnitates præclaras: veritatem tantùm, & pacem diligite.

20. Hæc dicit Dominus exercituum: Uſquequo veniant populi, & habitent in civitatibus multis,

21. & vadant habitatores, unus ad alterum, dicentes: Eamus, & deprecemur faciem Domini, & quæramus Dominum exercituum: vadam etiam ego.

22. Et venient populi multi, & gentes robuſtæ ad quærendum Dominum exercituum in Jeru-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ex quo die, pro *in die quo*; ultimòque, ἐν ᾗ ὁ ναὸς ἀφ' ἧ ᾠκοδόμηται, & *ex quo templum ædificatum eſt*, loco *ut templum ædificaretur*.

℣. 10. Sic habet Gr. ad verbum, niſi hoc ult. excideris, ἐπὶ τὸν πλησίον αὐτῦ, *ſuper proximum ſuum*.

℣. 11. Itidem Græcè.

℣. 12. Græc. Vatic. extremò habet: ἐν καταχληρονομήσω τοῖς καταλοίποις τῦ λαῦ μυ τύτυ ταῦτα πάντα· priora quadrant ad verbum. Ab edit. Compl. abeſt τύτυ, poſt λαῦ, ſicut à Mſ. Alex.

℣. 13. Eadem prorſus in Græco, excepta voce penult. χερσὶ, *manibus*, pro *cordibus*.

℣℣. 14. 15. Ad verbum è Græco.

℣. 16. Græc. Vatic. habet πρὸς τὸν πλησίον αὐτῦ, *ad proximum ſuum*, non *cum proximo ſuo*; paulòque poſt delet τὸ & *juſtum*, poſt *pacificum*; cæt. ut in textu: Ald. ed. & Compl. ferunt εἰρηνικὸν ἐν δίκαιον; Mſ. verò Alex. tollit proximè anteced. *veritatem*. Iren. quoque l. 4. c. 17. p. 249. c. legit: *Hi ſunt ſermones quos facietis: Loquimini veritatem unuſquiſque ad proximum ſuum, & judicium pacificum judicate in portis veſtris.* Tertul. verò l. 4. adv. Marc. p. 724. b. *juſtum judicium & pacatorium judicate.* Chromat. Aquil. in Matth. p. 982. c. *judicium juſtum & pacificum judicate.*

℣℣. 17. 18. Græc. in principio habet: Καὶ ἕκαστος τὸν κακίαν τῦ πλησίον αὐτῦ μὴ λογίζεσθε, &c. *Et unuſquiſque malum proximi ſui ne cogitate*; reliqua ut in Lat. ſupra. Iren. l. 4. c. 17. p. 249. c. *Et unuſquiſque malitiam fratris ſui non recogitet in corde ſuo: & jurationem falſam ne dilexeritis: quoniam hæc omnia odi, dicit Dom. omnipotens:* & infra c. 36. p. 278. c. & *juſjurandum falſum nolite diligere.* Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 710. a. *Malitiam proximi ſui unuſquiſque ne recogitet.* Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 197. b. *Et unuſquiſque malitiam proximi ſui nolite cogitare in cordibus veſtris: & juſjurandum falſum nolite diligere: quoniam hæc omnia odi, dicit Dom. omnipotens.*

℣. 19. Similia leguntur Græcè. Apud Philaſtr. Brix. de hæreſ. p. 723. f. *Jejunium quarti*, & *jejunium quinti*, & *jejunium ſeptimi*, & *jejunium decimi erit domui Iſraël in exſultationem*, & *gaudium.* Hieron. ubi ſup. addit: *Jejunium quarti*, & *jejunium quinti*, & *jejunium decimi* (ἀπὸ Κἰυ enim ſubauditur menſis) *domui Juda & Jeruſalem in dies feſtos vertetur*, & *gaudium.*

℣. 20. Conſonat Græc. ad verbum.

℣. 21. Græc. ἐν συνελεύσονται κατοικῦντες πέντε πόλεις, εἰς μίαν πόλιν, &c. ut in Lat. ſed à Compl. abeſt πέντε.

℣. 22. Sic eſt in Græco, niſi excipiatur verbum ἐξιλάσασθαι, loco *deprecentur*; Nobil. vertit *exorent*; Th. ἱκάω,

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

ſalem, & deprecandam faciem Domini.

23. Hæc dicit Dominus exercituum: In diebus illis, in quibus apprehendent decem homines ex omnibus linguis gentium, & apprehendent fimbriam viri Judæi, dicentes: Ibimus vobiſcum: audivimus enim quoniam Deus vobiſcum eſt.

VERSIO ANTIQUA.

Jeruſalem, & ut deprecentur faciem Domini. *Hieron. ubi ſup.*

23. Hæc dicit Dominus omnipotens: In die- *& col. 1754.*
bus illis, ſi apprehenderint decem viri de omnibus linguis gentium, & tenuerint fimbriam viri Judæi, dicentes: Ibimus tecum: quia audivimus quòd Deus vobiſcum eſt.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

propitius ſum.

℣. 23. Ita de Græco, verbum è verbo.

CAPUT IX.

VULGATA NOVA.

1. ONus verbi Domini in terra Hadrach, & Damaſci requiei ejus: quia Domini eſt oculus hominis, & omnium tribuum Iſraël.

2. Emath quoque in terminis ejus, & Tyrus, & Sidon: aſſumpſerunt quippe ſibi ſapientiam valde.

3. Et ædificavit Tyrus munitionem ſuam, & coacervavit argentum quaſi humum, & aurum ut lutum platearum.

4. Ecce Dominus poſſidebit eam, & percutiet in mari fortitudinem ejus, & hæc igni devorabitur.

5. Videbit Aſcalon, & timebit; & Gaza, & dolebit nimis; & Accaron, quoniam confuſa eſt ſpes ejus: & peribit rex de Gaza, & Aſcalon non habitabitur.

6. Et ſedebit ſeparator in Azoto, & diſperdam ſuperbiam Philiſthinorum.

7. Et auferam ſanguinem ejus de ore ejus, & abominationes ejus de medio dentium ejus, & relinquetur etiam ipſe Deo noſtro, & erit quaſi dux in Juda, & Accaron quaſi Jebuſæus.

8. Et circumdabo domum meam ex his, qui militant mihi euntes & revertentes, & non transibit ſuper eos ultra exactor: quia nunc vidi in oculis meis.

Iſai. 62. 11. Matth. 21. 5.

9. Exſulta ſatis filia Sion, jubila filia Jeruſalem: ECCE REX TUUS veniet tibi juſtus, & ſalvator: ipſe pauper, & aſcendens ſuper aſinam, & ſuper pullum filium aſinæ.

10. Et diſperdam quadrigam ex Ephraim, &

VERSIO ANTIQUA.

1. ASſumptio verbi Domini in terra Adrach, *Hieron. in Zach.*
& Damaſci ſacrificii ejus: quia Dominus *9. col. 1755.*
reſpicit homines, & omnes tribus Iſraël.

2. Emath in finibus ejus, Tyrus, & Sidon: quo- *col. 1756.*
niam ſapientes fuerunt nimis.

3. Et ædificavit Tyrus munitionem ſuam, & congregavit argentum ut humum, & aurum ut lutum viarum.

4. Propterea Dominus poſſidebit eam, & percutiet in mari fortitudinem ejus, & ipſa in igne concremabitur.

5. Videbit Aſcalon, & timebit; & Gaza, & *col. 1757.*
dolebit nimis; & Accaron, quoniam confuſa eſt de ſpe ſua: & peribit rex de Gaza, & Aſcalon non habitabitur.

6. Et habitabunt alienigenæ in Azoto, & deſtruam injuriam alienigenarum.

7. Et auferam ſanguinem eorum de ore illorum, & abominationes eorum de medio dentium illorum, & remanebunt & iſti Deo noſtro, & erunt ut chiliarchus in Juda, & Accaron ſicut Jebuſæus.

8. Et ponam in domo mea elevationem, ut nemo pertranſeat, ſive revertatur, & nequaquam ſuperveniat eis ultra abactor, & eminans: quia nunc vidi in oculis meis.

9. Gaude vehementer filia Sion, prædica filia *col. 1758.*
Jeruſalem: ECCE REX TUUS veniet tibi juſtus, & ſalvans: ipſe manſuetus, & aſcendens ſuper ſubjugalem, & pullum novum.

10. Et diſperdet quadrigas ex Ephraim, &

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græcè Σεδράχ, non *Adrach*; & Θυσίαν, *ſacrificium*, loco *ſacrificii*; cætera ut in textu. In ed. verò Ald. ac Mſ. Barb. Ἀδράχ.

℣. 2. Græc. ipſo initio habet, Καὶ ὡ Ἡμὰθ ὡ τοῖς, &c. ut ſupra.

℣. 3. Græc. Καὶ ὠκοδόμησε Τύρος ὀχυρώματα αὐτῇ, ὡ ἐθησαύρισεν ἀργύριον ὡς χοῦν, ὡ συνήγαγε χρυσίον ὡς πηλὸν ὁδῶν· *Et ædificavit Tyrus munitiones ſuas, & theſaurizavit argentum ut humum, & congregavit aurum ut lutum viarum.* Ed. Ald. habet ὀχυρώμα αὐτῆς; Compl. ὀχύρωμα ἑαυτῇ.

℣. 4. Græc. ed. Rom. in principio habet: Καὶ διατῦτο Κύριος κληρονομήσει αὐτήν· Compl. verò cum Mſ. Alex. αὐτήν; à Mſ. etiam Alex. abeſt 1. conjunctio ὡ; reliqua concordant.

℣. 5. Eadem exhibet Græc. ed. Rom. uno excepto, ἐπὶ τῷ παραπτώματι αὐτῆς, *ſuper ruina ſua*, loco *de ſpe ſua*; ſed in Compl. & Mſ. Alex. ἀπὸ τῆς ἐλπίδος αὐτῆς, ut ſupra.

℣. 6. Itidem Græcè.

℣. 7. Sic iterum in Græco, excepto uno ὑπολειφθήσονται, *relinquentur*, pro *remanebunt*, quod idem ſonat. Nota apud Hieron. ſup. ſcribi Græcè χιλίαρχος, *id eſt*, inquit, *tribunus*.

℣. 8. Græc. Καὶ ὑποσήσομαι τῷ οἴκῳ μου ἀνάσυμα, τῦ μὴ διαπορεύεδαι, μηδὲ ἀναπάπτειν, &c. *Et ſupponam domui meæ elevationem, ut non pertranſeat, neque revertatur*; reliqua ut ſupra in textu, præter hoc, & *eminans*, quod deeſt. Hieron. inf. in comm. 1758. f. ait: *nec tranſibit ſuper eam ultra exactor, de quo dicit Iſaias*, ceſſavit exactor, *vel certè* ἐξελεύσων, *id eſt*, *feras educens*, & *vinctos in captivitatem trahens*. Nunc etiam Græcè ἐξελεύσων, deinde, διότι νῦν ἑώρακα, &c.

℣. 9. Totidem verba in Græco, excepto uno præſ. ἔρχεται, *venit*, pro fut. *veniet*. Hieron. etiam in Soph. 3. col. 1678. c. legit: *Gaude vehementer filia Sion, prædica filia Jeruſ. Ecce rex tuus venit tibi juſtus, & ſalvator: ipſe humilis, & aſcendens ſuper jugalem, & pullum novum*: ita rurſum in Amos 6. col. 1428. c. exceptis his, *Gaude nimis*, paulòque poſt, *ipſe manſuetus*; dein, & *aſcendens ſuper aſinam, & pullum aſinæ*: Gr. αὐτὸς πραῦς, ὡ..... ἐπὶ ὑποζύγιον, ὡ πῶλον νέον· Hieron. quoque in hunc Zach. locum 1759. b. ad hanc Vulg. ſeu Hebr. vocem, *pauper*, addit, *ſive ut LXX. tranſtulerunt, Manſuetus*. Cypr. l. 2. Teſtim. p. 296. c. *Apud Zachariam*, inquit, *Dicite filiæ Sion: Ecce rex tuus venit tibi juſtus, & ſalvans; mitis, ſedens ſuper aſinum indomitum*. Cypriano congruit Zeno Veron. l. 1. tract. VI. p. 151. niſi quòd hab. circa medium, *juſtus, ſanctus, & ſalvans*; ultimòque, *novellum*, loco *indomitum*. Hilar. in Pſ. 64. col. 163. b. *Gaude valde filia Sion, prædica filia Jeruſalem: Ecce rex tuus venit tibi*. Auguſt. l. 18. de civit. Dei, c. 35. to. 7. 517. c. cum Vulgata concinit. Auct. verò l. de promiſſ. p. 3. apud Proſp. p. 176. d. legit: *Dicite filiæ Sion: Ecce rex tuus venit tibi juſtus, & ſalvans: ipſe manſuetus, ſedens ſuper ſubjugalem aſinam, & pullum novellum*. In Miſſali Rom. ad Offert. ſabb. IV. temp. Adv. *Exſulta ſatis filia Sion, prædica filia Jeruſalem: Ecce rex tuus venit tibi ſanctus, & ſalvator*: ſimiliter ad Commun. Miſſæ Nativit. Dom. niſi quòd deeſt *ſatis*; & pro *prædica*, ponitur *laude*. Vid. Cotel. Not. to. 2. p. 122. a.

℣. 10. Hieron. in Amos 6. col. 1428. c. *Et diſperdet qua-*

Digitized by Google

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Hieron. ubi ſup. equum de Jeruſalem, & diſperdet arcus pugnantium, & multitudinem, & pacem ex gentibus: *col. 1759.* & dominabitur ab aquis uſque ad mare, & à fluminibus uſque ad exitus terræ.	equum de Jeruſalem, & diſſipabitur arcus belli: & loquetur pacem gentibus, & poteſtas ejus à mari uſque ad mare, & à fluminibus uſque ad fines terræ.
col. 1760. 11. Et tu in ſanguine teſtamenti emiſiſti vinctos tuos de lacu, qui non habet aquam.	11. Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu, in quo non eſt aqua.
12. Sedebitis in munitione vincti congregationis, & pro una die peregrinationis tuæ duplicia reddam tibi.	12. Convertimini ad munitionem vincti ſpei, hodie quoque annuntians duplicia reddam tibi.
col. 1761. 13. Quoniam tetendi te Juda mihi quaſi arcum, implevi Ephraim: & ſuſcitabo filios tuos Sion ſuper filios Græcorum: & attrectabo te quaſi gladium pugnatoris.	13. Quoniam extendi mihi Judam quaſi arcum, implevi Ephraim: & ſuſcitabo filios tuos Sion ſuper filios tuos Græcia: & ponam te quaſi gladium fortium.
col. 1762. 14. Et Dominus Deus ſuper ipſos apparebit; & egredietur ſicut fulgur, ſagitta ejus: & Dominus Deus omnipotens ſonabit in tuba, & ibit in commotione terroris ſui.	14. Et Dominus Deus ſuper eos videbitur; & exibit ut fulgur, jaculum ejus: & Dominus Deus in tuba canet, & vadet in turbine Auſtri.
15. Dominus omnipotens proteget eos: & conſument eos, & obruent in lapidibus fundæ: & bibent ſanguinem eorum ſicut vinum, & implebunt ſicut phialas altare.	15. Dominus exercituum proteget eos: & devorabunt, & ſubjicient lapidibus fundæ: & bibentes inebriabuntur quaſi à vino, & replebuntur ut phialæ, & quaſi cornua altaris.
16. Et ſalvabit eos Dominus in die illa, ſicut oves populum ſuum: quia lapides ſancti volventur ſuper terram ejus.	16. Et ſalvabit eos Dominus Deus eorum in die illa, ut gregem populi ſui: quia lapides ſancti elevabuntur ſuper terram ejus.
col. 1763. 17. Quia ſi quid optimum illius, & ſi quid bonum ab eo, frumentum juvenibus, & vinum boni odoris ad virgines.	17. Quid enim bonum ejus eſt, & quid pulchrum ejus, niſi frumentum electorum, & vinum germinans virgines?

Notæ ad Versionem antiquam.

drigas ex Ephraim, & equos de Jeruſalem. Apud Ambroſ. ep. 30. col. 914. a. *currus ex Ephram, & equus ex Jeruſalem.* In edit. Rom. Καὶ ἐξολοθρεύσει ἅρματα ἐξ Ἐφραὶμ, καὶ ἵππον ἐξ Ἰερυσαλὴμ, καὶ ἐξολοθρευσθήσεται (Ald. cum Mſs. Alex. & Barb. ἐξολεθρευθήσεται, Compl. ἐξολοθρεύσει) τόξον πολεμικὸν, καὶ πλῆθος, καὶ εἰρήνη ἐξ ἐθνῶν· καὶ κατάρξει ὑδάτων ἕως θαλάσσης, καὶ ποταμῶν διεκβολὰς γῆς· in Compl. ἀπὸ τῶν ὑδάτων; ſubinde in Ald. ἀπὸ τῶν ποταμῶν; & in Mſ. Barb. ἕως διεκβολῶν. Nobil. *Et diſperdet quadrigas ex Ephraim, & equum de Jeruſalem, & diſperdetur arcus bellicus, & multitudo, & pax ex gentibus: & dominabitur aquis uſque ad mare, & fluminibus exitus terræ.*

℣. 11. Sic eſt in Græco, adjuncto uno, σῷ, *tui*, ad vocem *teſtamenti*; ſed abeſt σῷ ab edd. Ald. & Compl. ſicut à Mſ. Alex.

℣. 12. Ita in Græco, excepto uno plur. ὀχυρώμασι, *munitionibus*, pro ſingul. *munitione*; at in edd. Ald. & Compl. ὀχυρώματι.

℣. 13. Ita rurſum Græcè, detracto adverb. *quaſi*, ante *arcum*; in Mſ. Alex. εἰς τόξον. Idem Hieron. ep. ad Marcell. to. 2. 712. c. legit: *Quoniam extendi te mihi Juda ut arcum.*

℣. 14. Græc. edit. Rom. initio habet: Καὶ Κύριος ἔσται ἐπ' αὐτούς· *Et Dominus erit ſuper eos*; Compl. verò cum Mſ. Barb. Κύριος (Compl. addit ὁ Θεὸς) ἐπ' αὐτὺς ὀφθήσεται· ſubinde in Rom. βολὶς, καὶ Κύριος παντοκράτωρ· at in Ald. & Mſ. Barb. βολὶς αὐτῦ, καὶ Κύριος ὁ Θεὸς παντοκράτωρ· cæt. ſimilia. Hieron. inf. in comm. ad hoc ult. Vulgatæ, & *vadet in turbine Auſtri*, addit, *ſive Vadet in motu comminationis ſuæ.* Ambroſ. in Pſ. 45. col. 931. d. *ambulavit in commotione indignationis iræ ſuæ Dominus*; Mſ. Remig. *ambulavit in minitatione irritationis ſuæ*; Long. & Valc. *ambulavit in commotione minitationis ſuæ*; Gr. καὶ πορεύσεται ἐν σάλῳ ἀπειλῆς αὐτῦ.

℣. 15. Græc. ed. Rom. addit αὐτὺς, *eos*, ad verbum *obruent*; iterumque infra ad *bibent*, loco *ſanguinem eorum*, quod delet; extremò verò ſic habet, καὶ πλήσουσι τὰς φιάλας ὡς θυσιαστήριον, & *implebunt phialas ſicut altare*; ſed in edit. Ald. & Compl. necnon in Mſs. Alex. & Barb. eſt, ἐκπίονται τὸ αἷμα αὐτῶν ὡς οἶνον· tum in Alex. & Cyr. καὶ πλήσουσι ὡς φιάλας θυσιαστήριον.

℣. 16. Græcè adnectitur ὁ Θεὸς αὐτῶν, *Deus eorum*, huic voci, *Dominus*; paulòque poſt legitur κυλίονται, pro fut. *volventur*. Rectè Hieron. in Iſai. 54. col. 397. a. & l. 2. cont. Pelag. to. 4. 528. b. *Lapides ſancti volvuntur ſuper terram:* ſimiliter in Ezech. 28. col. 897. f. ſubnexo eo in fine, *inſtar rotarum*. Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 16. a. legit: *Salvavit Dominus in die illa, ſicut oves populum ſuum: quoniam lapides ſancti volvuntur ſuper terram ipſius.* In Mſ. etiam Alex. ſimpliciter eſt, Κύριος ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ· at in Compl. Κύριος ὁ Θεὸς ἐν τῇ ἡμέρᾳ.

℣. 17. Græc. Vatic. Ὅτι εἴ τι ἀγαθὸν αὐτῦ, καὶ εἴ τι καλὸν αὐτῦ, &c. ut in Lat. ſed in Ald. ed. & Mſ. Alex. eſt καλὸν παρ' αὐτῦ. Apud Auct. l. de voc. gent. l. 1. c. 24. p. 16. a. *Quia ſi quid bonum, ipſius eſt; & ſi quid optimum, ab ipſo eſt.*

Caput X.

Versio antiqua.	Vulgata nova.
Hieron. in Zach. 10. col. 1764. 1. PEtite pluviam à Domino opportunam, temporaneam, & ſerotinam: Dominus fecit phantaſias, & pluviam hiemalem dabit eis, unicuique herbam in agro.	1. PEtite à Domino pluviam in tempore ſerotino, & Dominus faciet nives, & pluviam imbris dabit eis, ſingulis herbam in agro.
2. Quoniam hi qui loquebantur, locuti ſunt labores, & divini viſiones falſas, & ſomnia falſa locuti ſunt: vanè conſolabantur: ideo arefacti ſunt ſicut oves: & afflicti ſunt, quia non erat qui ſanaret.	2. Quia ſimulachra locuta ſunt inutile, & divini viderunt mendacium, & ſomniatores locuti ſunt fruſtra: vanè conſolabantur: idcirco abducti ſunt quaſi grex: affligentur, quia non eſt eis paſtor.
col. 1765. 3. Super paſtores concitatus eſt furor meus,	3. Super paſtores iratus eſt furor meus, & ſu-

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Sic habetur Græcè. Hieron. in comm. addit: *Neſcio quid volentes LXX.* phantaſias *interpretati ſunt, niſi fortè magnitudinem gratiæ, admirationemque donorum, nomine* phantaſiæ *voluere deſcribere.*

℣. 2. Græc. in principio hab. οἱ ἀποφθεγγόμενοι, loco *bi qui loquebantur*; ſubinde ἐλάλησαν, pro *locuti ſunt*; ultimòque ἴασις, *ſanatio*, pro *qui ſanaret*; cæt. ad verbum ut ſupra.

℣. 3. Eadem omnino in Græco.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

per hircos visitabo: quia visitavit Dominus exercituum gregem suum, domum Juda, & posuit eos quasi equum gloriæ suæ in bello.

4. Ex ipso angulus, ex ipso paxillus, ex ipso arcus prælii, ex ipso egredietur omnis exactor simul.

5. Et erunt quasi fortes conculcantes lutum viarum in prælio: & bellabunt, quia Dominus cum eis: & confundentur ascensores equorum.

6. Et confortabo domum Juda, & domum Joseph salvabo: & convertam eos, quia miserebor eorum: & erunt sicut fuerunt quando non projeceram eos: ego enim Dominus Deus eorum, & exaudiam eos.

7. Et erunt quasi fortes Ephraim, & lætabitur cor eorum quasi à vino: & filii eorum videbunt, & lætabuntur, & exsultabit cor eorum in Domino.

8. Sibilabo eis, & congregabo illos, quia redemi eos: & multiplicabo eos sicut ante fuerant multiplicati.

9. Et seminabo eos in populis, & de longè recordabuntur mei: & vivent cum filiis suis, & revertentur.

10. Et reducam eos de terra Ægypti, & de Assyriis congregabo eos, & ad terram Galaad & Libani adducam eos, & non invenietur eis locus:

11. & transibit in maris freto, & percutiet in mari fluctus, & confundentur omnia profunda fluminis, & humiliabitur superbia Assur, & sceptrum Ægypti recedet.

12. Confortabo eos in Domino, & in nomine ejus ambulabunt, dicit Dominus.

VERSIO ANTIQUA.

& super agnos visitabo: & visitabit Dominus Deus omnipotens gregem suum, domum Juda, & ponet eos sicut equum decorem suum in prælio. *Hieron. ubi jup.*

4. Et ex ipso respexit, & ex ipso posuit, & ex ipso arcus in furore, ex ipso egredietur omnis qui educit simul.

5. Et erunt quasi bellatores conculcantes lutum viarum in prælio: & præparabuntur, quia Dominus cum eis est: & confundentur ascensores equorum. *col. 1766.*

6. Et confortabo domum Juda, & domum Joseph salvabo: & habitare eos faciam, quia dilexi eos: & erunt sicut quando non eos abjeceram: quia ego Dominus Deus eorum, & exaudiam eos.

7. Et erunt quasi bellatores Ephraim, & lætabitur cor eorum quasi in vino: & filii eorum videbunt, & lætabuntur, & gaudebit cor eorum in Domino.

8. Significabo eis, & suscipiam illos, quia redimam eos: & multiplicabuntur sicut erant plurimi. *col. 1767.*

9. Et seminabo eos in populis; & qui erant de longè, recordabuntur mei: nutrient filios suos, & convertentur.

10. Et convertam eos de terra Ægypti, & de Assyriis suscipiam illos, & in Galaaditin, & in Libanum introducam eos, & nullus ex eis deerit:

11. & pertransibunt in mari angusto, & percutient in mari fluctus, & siccabuntur omnia profunda fluviorum, & auferetur universa injuria Assyriorum, & sceptrum Ægypti tolletur. *col. 1769.*

12. Et confortabo eos in Domino Deo suo, & in nomine ejus gloriabuntur, dicit Dominus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 4. Similia exstant Græcè, si hoc excipiatur ultimum, ὁ ἐξελαύνων ἐν τῷ αὐτῷ, *qui abigit in eo*, pro *qui educit simul*; in ed. Ald. ἐξερευτῶν, &c.

℣. 5. Ita rursum Græcè, nisi quòd habetur ἐν ταῖς ὁδοῖς, *in viis*, loco *viarum*; & παρεστάξονται, *in acie stabunt*, pro *præparabuntur*.

℣. 6. Ita fert Græc. præter hoc medium, ὃν τρόπον οὐκ ἀπεστρεψάμην αὐτούς, *sicut non evertissem eos*, pro *sicut quando non eos abjeceram*; at in Compl. ὃν τρόπον ὅτε οὐκ αὐτοὺς ἀπέῤῥιψα· in Mſ. Barb. ἀπέῤῥιψα αὐτούς.

℣℣. 7. 8. 9. 10. Hi versus omnes similiter habentur Græcè.

℣℣. 11. 12. Sic iterum leguntur Græcè. Apud Cypr. l. 2. Testim. p. 287. a. ita: *Et transibunt per mare angustum, & percutient in mari fluctus, & arefacient omnes altitudines fluminum, & confundetur omnis injuria Assyriorum, & sceptrum Ægypti auferetur. Et confortabo eos in Domino Deo ipsorum*, &c. ut supra.

CAPUT XI.

VULGATA NOVA.

1. APeri Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas.

2. Ulula abies, quia cecidit cedrus, quoniam magnifici vastati sunt: ululate quercus Basan, quoniam succisus est saltus munitus.

3. Vox ululatus pastorum, quia vastata est magnificentia eorum: vox rugitus leonum, quoniam vastata est superbia Jordanis.

4. Hæc dicit Dominus Deus meus: Pasce pecora occisionis,

5. quæ qui possederant, occidebant, & non dolebant, & vendebant ea, dicentes: Benedictus Dominus, divites facti sumus: & pastores eorum non parcebant eis.

VERSIO ANTIQUA.

1. APeri Libane portas tuas, & comedat ignis cedros tuas. *Hieron. in Zach. 11. col. 1771.*

2. Ululet pinus, quia cecidit cedrus, quia optimates contriti sunt: ululate quercus Basanitidis, quoniam depositus est saltus nemorosus.

3. Vox lugentium pastorum, quoniam misera facta est magnificentia eorum: vox rugientium leonum, quia afflictus est fremitus Jordanis. *col. 1772.*

4. Hæc dicit Dominus omnipotens: Pasce oves occisionis, *col. 1773.*

5. quas qui possederunt, interficiebant, & non agebant pœnitentiam, & qui vendebant eas, dicebant: Benedictus Dominus, & divites facti sumus: & pastores earum nihil patiebantur super eis.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Sic iterum legit Hieron. in Isai. 10. col. 98. e. item in Isai. 33. col. 273. e. præter unum *devoret*, pro *comedat*: Gr. καταφαγέτω, &c. ut sup.

℣. 2. Similiter in Græco, exceptis his mediis, ὅτι μεγάλως μεγισᾶνες ἐταλαιπώρησαν, *quia valde optimates miseri facti sunt*; extremò etiam, ὅτι κατεσπάσθη ὁ δρυμὸς ὁ σύμφυτος, *quia succisus est saltus consitus*. Apud Hieron. tamen in comm. *quia saltus munitissimus, qui Hebraïcè dicitur* besor, *& à LXX. translatus est* nemorosus, *excisus est*.

℣. 3. Similiter in Græco.

℣. 4. Sic iterum Græcè, excepto uno plur. ποιμάνετε, *pascite*; at in edd. Ald. & Compl. ποίμανε, *pasce*; sicut in Mſ. Barb.

℣. 5. Eadem prorsus in Græco.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup. col. 1774. 6. Ideo non parcam ultra super habitatores terræ, dicit Dominus: & ecce ego tradam homines, unumquemque in manus proximi sui, & in manu regum ejus: & concident terram, & non eruam de manu eorum.

7. Et pascam oves occisionis in Chanaanitide. *col. 1775.* Et assumam mihi duas virgas, unam vocavi Decorem, & alteram vocavi Funiculum: & pascam oves.

8. Et auferam tres pastores in mense uno, & ingravescet anima mea super eos: siquidem & animæ eorum rugiebant super me.

9. Et dixi: Non pascam eos: quod moritur, moriatur: & quod deficit, deficiat: & reliqui devorent unusquisque carnes proximi sui.

col. 1776. 10. Et assumam virgam Pulchram, & projiciam eam, ut dissipem testamentum meum, quod disposui ad omnes populos.

11. Et dissipabitur in die illa: & cognoscent Chananæi oves, quæ custodiuntur mihi, quia verbum Domini est.

col. 1777. 12. Et dicam ad eos: Si bonum est in conspectu vestro, date statuentes mercedem meam, aut renuite. Et statuerunt mercedem meam triginta argenteos.

13. Et dixit Dominus ad me: Depone eos in conflatorium, & recogita si probatum est, sicut probatus sum pro eis. Et tuli triginta argenteos, & misi eos in domum Domini in conflatorium.

col. 1778. 14. Et abjeci virgam meam secundam, quæ appellabatur Funiculus, ut dissiparem testamentum, quod erat inter Judam & Israël.

15. Et dixit Dominus ad me: Adhuc sume tibi vasa pastoralia pastoris imperiti.

16. Quia ecce ego suscitabo pastorem super terram, qui derelictum non visitet, & dispersum non requirat, & fractum non sanet, & integrum non dimigat, & carnes electorum devoret, & talos eorum pervertat.

17. O qui pascitis vana, & qui dereliquistis oves: gladius super brachium ejus, & super oculum ejus dextrum: brachium ejus ariditate siccabitur, & oculus dexter ejus cæcitate obscurabitur.

VULGATA NOVA.

6. Et ego non parcam ultra super habitantes terram, dicit Dominus: ecce ego tradam homines, unumquemque in manu proximi sui, & in manu regis sui: & concident terram, & non eruam de manu eorum.

7. Et pascam pecus occisionis propter hoc, ô pauperes gregis. Et assumpsi mihi duas virgas, unam vocavi Decorem, & alteram vocavi Funiculum: & pavi gregem.

8. Et succidi tres pastores in mense uno, & contracta est anima mea in eis: siquidem & anima eorum variavit in me.

9. Et dixi: Non pascam vos: quod moritur, moriatur: & quod succiditur, succidatur: & reliqui devorent unusquisque carnem proximi sui.

10. Et tuli virgam meam, quæ vocabatur Decus, & abscidi eam, ut irritum facerem fœdus meum, quod percussi cum omnibus populis.

11. Et in irritum deductum est in die illa: & cognoverunt sic pauperes gregis, qui custodiunt mihi, quia verbum Domini est.

12. Et dixi ad eos: Si bonum est in oculis vestris, afferte mercedem meam; & si non, quiescite. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. *Matth. 27. 9.*

13. Et dixit Dominus ad me: Projice illud ad statuarium, decôrum pretium, quo appretiatus sum ab eis. Et tuli triginta argenteos, & projeci illos in domum Domini ad statuarium.

14. Et præcidi virgam meam secundam, quæ appellabatur Funiculus, ut dissolverem germanitatem inter Judam & Israël.

15. Et dixit Dominus ad me: Adhuc sume tibi vasa pastoris stulti.

16. Quia ecce ego suscitabo pastorem in terra, qui derelicta non visitabit, dispersum non quæret, & contritum non sanabit, & id quod stat non enutriet, & carnes pinguium comedet, & ungulas eorum dissolvet.

17. O pastor, & idolum, derelinquens gregem: gladius super brachium ejus, & super oculum dextrum ejus: brachium ejus ariditate siccabitur, & oculus dexter ejus tenebrescens obscurabitur.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 6. Ita fert Græc. edit. Rom. præter ista: παραδίδωμι, *trado*, pro *tradam*; paulòque post, εἰς χεῖρα τοῦ πλησίον αὐτοῦ, καὶ εἰς χεῖρα βασιλέως αὐτοῦ, *in manum proximi sui*, & *in manum regis ejus*: Mſ. tamen Barb. habet: εἰς χεῖρας..... καὶ εἰς χεῖρας βασιλέως αὐτοῦ. Compl. etiam 1. loco εἰς χεῖρας.

℣℣. 7. 8. Ad verbum è Græco.

℣. 9. Similia leguntur Græcè, præter vocalem ὑμᾶς, *vos*, loco *eos*, post *pascam*; item inf. τὰ καταλοιπα, *reliquiæ*, non *reliqui*.

℣. 10. Itidem Græcè, addito uno μοῦ, ad *virgam*.

℣. 11. Sic iterum Græcè.

℣. 12. Consonat Græc. Vatic. nisi quòd tollit verbum *statuentes*, post *date*: sed Mſ. Alex. addit, δότε σήσαντες. Hieron. l. de opt. gen. interpr. to. 4. col. 251. f. ait: *Vulgata editio ita se habet: Et dicam ad eos: Si bonum est coram vobis, date mercedem mihi, aut renuite. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos.* Rufinus in Symb. p. 181. a. *Et dixi ad eos: Si bonum est in conspectu vestro, date mercedem meam, aut abnuite. Et accepi triginta argenteos.* Auct. l. de promiſſ. p. 3. apud Prosp. p. 177. c. *Dederunt mercedem meam triginta argenteos.*

℣. 13. Eadem sunt in Græco Vatic. excepto verbo σκέψομαι, *considerabo*, pro *recogita*; in Ald. verò ed. & Compl. σκέψαι, sicut in Mſs. Alex. & Barb. Hieron. l. de opt. gen. interpr. to. 4. 251. f. sic pergit ex edit. Vulg. *Dixitque Dominus ad me: Pone illos in conflatorium, & considera si probatum sit, sicut probatus sum ab eis. Et tuli triginta argenteos, & misi eos in domo Domini in conflatorium.* Rufin. in Symb. p. 181. a. & *misi eos in domum Domini in conflatorium.*

℣. 14. Græc. Vatic. Καὶ ἀπέῤῥιψα τὴν ῥάβδον τὴν δευτέραν, τὸ Σχοίνισμα, τοῦ διασκεδάσαι τὴν κατάχεσιν ἀναμέσον Ἰούδα καὶ ἀναμέσον Ἰσραήλ· i. e. *Et abjeci virgam secundam, Funiculum, ut dissiparem possessionem inter Judam & inter Israël.* Compl. verò habet: τὴν ῥάβδον μου τὴν δευτέραν, τὴν καλεμένην τὸ Σχοίνισμα· ſtatimque Mſ. Alex. τοῦ διασκεδάσαι τὴν διαθήκην μου ἀναμέσον, &c. Barb. cum ed. Ald. τὴν διαθήκην ἀναμέσον, &c.

℣. 15. Sic habetur Græcè.

℣. 16. Græc. Vatic. Διότι ἰδοὺ ἐγὼ ἐξεγείρω τομέα ἐπὶ τὴν γῆν, τὸ ἐκλιμπάνον οὐ μὴ ἐπισκέψηται, καὶ τὸ ἐκπορτισμένον οὐ μὴ ζητήσῃ, καὶ τὸ συντετριμμένον οὐ μὴ ἰάσηται, καὶ τὸ ὁλόκληρον οὐ μὴ κατευθύνῃ, καὶ τὰ κρέα τῶν ἐκλεκτῶν καταφάγεται, καὶ τὰς ἀσφαλάς αὐτῶν ἐκρήξει. In Mſ. Alex. Διότι ἰδοὺ ἐξεγερῶ· paulò post in Barb. ac edit. Ald. τὸ ἐκλεῖπον; in Compl. ὅσις τὸ ἐκλεῖπον οὐ μὴ ἐπισκέψηται. Auct. l. ad Novat. hær. ap. Cypr. p. 439. f. legit: *Ecce ego suscito pastorem in terra, qui quod aversum est non visitabit, & carnes electorum manducabit, & talos illorum torquebit.* Apud Marten. verò, Anecdot. to. 5. p. 4. a. sic: *Ecce suscitabo pastorem in terra, & quod deficiet non visitabit, & dispersos non requiret, & contribulatum non salvabit, & integrum non consummabit, & carnes electorum comedet, & talos eorum evertet.*

℣. 17. In edit. Rom. est καταλειποπότες, loco & *qui dereliquistis*; in Mſ. verò Alex. καὶ οἱ καταλειποπότες; subinde in Rom. ἐπὶ τὸς βραχίονας, *super brachia*, loco *super brachium*; paulòque post, ξηραινόμενος, *arescens*, pro *ariditate*; ultimòque, ἐκτυφλήμενος ἐκτυφλωθήσεται, *excæcatus excæcabitur*, pro *cæcitate obscurabitur*; cætera ut in Lat. supra. Apud Marten. Anecdot. to. 5. p. 4. a. *gladius super brachium ipsius est, & super oculum dextrum ipsius: arefiens arefiet, & oculus ipsius obcæcabitur dexter.*

Digitized by Google

CAPUT XII.

Vulgata nova.

1. ONus verbi Domini ſuper Iſraël. Dicit Dominus extendens cœlum, & fundans terram, & fingens ſpiritum hominis in eo:

2. Ecce ego ponam Jeruſalem ſuperliminare crapulæ omnibus populis in circuitu: ſed & Juda erit in obſidione contra Jeruſalem.

3. Et erit: In die illa ponam Jeruſalem lapidem oneris cunctis populis: omnes, qui levabunt eam, conciſione lacerabuntur: & colligentur adversùs eam omnia regna terræ.

4. In die illa, dicit Dominus, percutiam omnem equum in ſtuporem, & aſcenſorem ejus in amentiam: & ſuper domum Juda aperiam oculos meos, & omnem equum populorum percutiam cæcitate.

5. Et dicent duces Juda in corde ſuo: Confortentur mihi habitatores Jeruſalem in Domino exercituum Deo eorum.

6. In die illa ponam duces Juda ſicut caminum ignis in lignis, & ſicut facem ignis in feno: & devorabunt ad dexteram, & ad ſiniſtram omnes populos in circuitu: & habitabitur Jeruſalem rurſus in loco ſuo in Jeruſalem.

7. Et ſalvabit Dominus tabernacula Juda, ſicut in principio: ut non magnificè glorietur domus David, & gloria habitantium Jeruſalem contra Judam.

8. In die illa proteget Dominus habitatores Jeruſalem, & erit qui offenderit ex eis in die illa, quaſi David; & domus David quaſi Dei, ſicut angelus Domini in conſpectu eorum.

9. Et erit in die illa: quæram conterere omnes gentes, quæ veniunt contra Jeruſalem.

10. Et effundam ſuper domum David, & ſuper habitatores Jeruſalem, ſpiritum gratiæ & precum: & aſpicient ad me, quem confixerunt: & plangent eum planctu quaſi ſuper unigenitum, & dolebunt ſuper eum, ut doleri ſolet in morte primogeniti.

Joan. 19. 37.

Versio antiqua.

1. ASſumptio verbi Domini ſuper Iſraël. Dicit Dominus extendens cœlum, & fundans terram, & fingens ſpiritum hominis in eo: Hieron. in Zach. 12. col. 1779.

2. Ecce ego ponam Jeruſalem ut ſuperliminaria, quæ moventur omnibus populis in circuitu, & in Judæa: & erit obſidio circa Jeruſalem. col. 1780.

3. Et erit: In die illo ponam Jeruſalem lapidem qui conculcatur à cunctis gentibus: omnis, qui conculcaverit eam, illudens illudet: & congregabo ſuper eam omnes gentes terræ.

4. In die illa, dicit Dominus omnipotens, percutiam omnem equum in ſtupore, & aſcenſorem ejus in amentia: ſuper domum autem Juda aperiam oculos meos, & omnes equos populorum percutiam in cæcitate. col. 1781.

5. Et dicent tribuni Juda in cordibus ſuis: Inveniemus nobis qui habitant Jeruſalem, in Domino omnipotente Deo eorum.

6. In die illa ponam tribunos Juda ſicut torrem ignis in lignis, & ſicut fenum ignis in ſtipula: & devorabunt à dextris & ſiniſtris omnes populos Domini per circuitum: & habitabitur Jeruſalem adhuc in ſemetipſa. col. 1782.

7. Et ſalva faciet Dominus tabernacula Juda, ſicut à principio: ut non magnificetur gloria domus David, & elatio habitatorum Jeruſalem ſuper Judam.

8. Et erit in die illa: proteget Dominus habitatores Jeruſalem, & qui infirmus in eis fuerit in die illa, erit quaſi domus David; & domus David quaſi domus Dei, & angelus Domini in conſpectu eorum. col. 1783.

9. Et erit in die illa: quæram auferre omnes gentes, quæ veniunt contra Jeruſalem.

10. Et effundam ſuper domum David, & ſuper habitatores Jeruſalem, ſpiritum gratiæ & miſericordiæ: & aſpicient ad me, pro eo quòd inſultaverunt: & plangent ſuper eum planctum quaſi ſuper chariſſimum, & dolebunt dolore quaſi ſuper primogenito. col. 1784.

Notæ ad Versionem antiquam.

℣. 1. Concinit Græc. ad verbum. Ambroſ. l. de Spir. S. to. 2. 645. a. legit: *qui creat ſpiritum hominis in ipſo.* Aug. epiſt. 190. to. 2. 704. d. *qui fingit ſpiritum hominis in ipſo.* Auct. quæſt. V. Teſtam. q. 23. apud Aug. to. 3. 50. b. *qui plaſmavit animam hominis in eum.*

℣. 2. Græcè legitur τίθημι, *pono*, non *ponam*: extremòque ita diſtinguitur: ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ ἔσαι πεϱιοχὴ ἐπὶ Ἱερυσαλήμ· *& in Judæa erit obſidio ſuper Jeruſalem*; at in Mſ. Alex. eſt ἐν ἔσαι πεϱιοχή· cætera quadrant. Ambroſiaſt. p. 47. f. 84. b. legit: *Ponam Jeruſalem in omnibus gentibus.*

℣. 3. Græc. pro *qui conculcatur à cunctis*, ſimpliciter hab. καταπατούμενον πᾶσι· & infra, ἐπισυναχθήσονται, *congregabuntur*, non *congregabo*; cæt. ut in Latino. Hieron. in comm. ait: *LXX. verterunt*, lapidem conculcatum à cunctis gentibus: omnis, qui conculcaverit eum, *ſive* eam, *id eſt*, *Jeruſalem*, illudens illudet.

℣. 4. Eadem exhibet Græcum. Ambroſ. l. de Nabuth. c. 15. col. 584. f. legit: *percutiam omnem equum in amentia*, & *aſcenſorem ejus in inſipientia.* Gr. ἐν ἐκστάσει..... ἐν παϱαφϱονήσει.

℣. 5. Ad verbum è Græco, ſupplendo tamen *eos*, ante *qui habitant.*

℣. 6. Græc. Vatic. ponit λαμπάδα, *facem*, loco *fenum*; deletque *Domini*, poſt *populos*; ultimò ſic habet: ἡ κατοικοῦσα Ἱερυσαλὴμ ἔτι καθ' ἑαυτὴν ἐν Ἱερυσαλήμ· Nobil. & *habitabit Jeruſalem adhuc per ſe ipſa in Jeruſalem*; cætera ut in textu. Mſ. Alex. cum edit. Compl. tollit ult. ἐν Ἱερυσαλήμ.

℣. 7. Vix meliùs è Græco.

℣. 8. Eadem leguntur Græcè, niſi quòd abeſt ibi 1. *domus*, præterquam à Mſ. Alex. & Compl. paulòque poſt habetur ὡς ἄγγελος, *ſicut angelus*, loco & *angelus.*

℣. 9. Ita legit Auguſt. l. 20. de civit. Dei, c. 30. to. 7. 615. b. Ita quoque in Græco eſt. Addit Auguſt. ibid. alios eſſe interpretatos, *veniunt ſuper eam*; Gr. ἐπὶ Ἱερυσαλήμ.

℣. 10. Eadem omnino in Græco edit. Rom. excepta voce ἀγαπητῷ, *dilecto*, loco *chariſſimum*; in Mſs. Alex. & Barb. eſt ἀγαπητόν. Schol. Rom. « Sic quoque eſt in quibuſdam aliis libris, nempe, ἀνθ' ὧν καταωρχήσαντο, *pro eo quòd inſultaverunt*; in quibuſdam antecedit εἰς ὃν ἐξεκέντησαν, *in quem confixerunt*, aut *tranſfixerunt*; eſt qui habeat εἰς ὃν ἐξεκέντησαν, nec habeat ἀνθ' ὧν καταωρχήσαντο, quæ duplex videtur interpretatio: alii quidem Interpretes verterunt ἐξεκέντησαν, » nimirum Aquila, Symm. & Theodotio. Ita quoque legit Juſtin. in defenſ. Chriſt. ad Imperat. Antonin. Hieronymus l. de opt. gen. interpr. to. 4. col. 252. b. affirmat lectionem ἀνθ' ὧν καταωρχήσαντο, LXX. Interpretum eſſe: *In LXX.* inquit, *legimus*: ἐπιβλέψονται πρός με ἀνθ' ὧν ἐνωρχήσαντο· *quod interpretati ſunt Latini: Et aſpicient ad me pro his quæ illuſerunt, ſive inſultaverunt*: de hoc etiam ita diſſerit S. Doctor comm. in Zach. col. 1784. c. *Hebraïca litteræ*, daleth, & res, *hoc eſt*, d, & r, *ſimiles ſunt*, & *parvo tantùm apice diſtinguuntur; ex quo evenit, ut idem verbum diverſè legentes, aliter atque tranſferant*: tum allato exemplo, petito ex 1. Reg. 2. 18. addit: *Quod ibi errore interpretationis accidit, etiam hic factum deprehendimus: ſi enim legatur* dacaru, ἐξεκέντησαν, *id eſt*, compunxerunt, *ſive* confixerunt, *accipitur: ſin autem contrario ordine, litteris commutatis*, racadu, ἀρχήσαντο, *id eſt*, ſaltaverunt, *intelligitur*; & *ob ſimilitudinem litterarum error eſt natus. Johannes autem Evangeliſta* (19. 37.) ..... *Hebræus ex Hebræis..... non magnopere curavit quid Græca litteræ continerent; ſed verbum interpretatus è verbo eſt, ut in Hebræo legerat*; & *tempore Dominicæ paſſionis dixit eſſe completum. Quòd ſi quis non recipit, det teſtimonium, de quo S. Scripturarum loco Johannes iſta protu-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup. col. 1785.

11. In die illa magnus erit planctus in Jerusalem, sicut planctus malogranati quod in campo succiditur.

12. Et planget terra per tribus ac tribus: tribus David seorsum, & mulieres eorum seorsum: tribus domus Judæ seorsum, & mulieres eorum seorsum:

13. tribus domus Nathan seorsum, & mulieres eorum seorsum: tribus domus Levi seorsum, & mulieres eorum seorsum: tribus Symeon seorsum, & mulieres eorum seorsum.

14. Omnes reliquæ tribus seorsum, & mulieres eorum seorsum.

VULGATA NOVA.

11. In die illa magnus erit planctus in Jerusalem, sicut planctus Adadremmon in campo Mageddon. *2. Par. 35. 22.*

12. Et planget terra: familiæ & familiæ seorsum: familiæ domus David seorsum, & mulieres eorum seorsum:

13. familiæ domus Nathan seorsum, & mulieres eorum seorsum: familiæ domus Levi seorsum, & mulieres eorum seorsum: familiæ Semei seorsum, & mulieres eorum seorsum.

14. Omnes familiæ reliquæ, familiæ & familiæ seorsum, & mulieres eorum seorsum.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

lerit; & cùm non repererit, cogetur ingratis susscipere veritatem. Plangent autem Judæi quasi super unigenito & primogenito..... Pro unigenito, charissimum LXX. transtulerunt..... Tunc dolebunt à se crucifixum, quem viderint in claritate regnantem. Verbum καλωρχήσαντο apud Græcos non ab illusione, *sed à* saltatu *compositum est, quòd scilicet contra Dominum quasi ludendo saltaverint; quando dicebant, illudentes atque ridentes: Vah qui destruis templum*, &c. Tertul. tamen l. cont. Jud. c. 14. p. 148. a. legit: *& tunc cognoscent eum, quem pupugerunt;* statimque ex ℣. 12. *& cædent pectora sua tribus ad tribum:* item l. 3. adv. Marc. p. 671. c. *tunc & cognoscent eum, qui compugerunt: & cædent pectora sua tribus ad tribum.* Cypr. l. 2. Testim. p. 294. a. *& intuebuntur in me, in quem transfixerunt.* Lactant. l. 4. Instit. c. 18. p. 581. *& intuebuntur in me, quem transfixerunt.* Hæc autem quatuor testimonia sumi potuerunt ex Johanne 19. ℣. 37. Augustin. enim l. 20. de civit. Dei, c. 30. col. 615. b. c. ita refert cum Hieron. *Et effundam super domum David, & super habitatores Jerusalem, spiritum gratiæ & misericordiæ: & aspicient ad me, pro eo quòd insultaverunt, & plangent super eum planctum quasi super charissimum* (inf. *sive* dilectum,) *& dolebunt dolore quasi super unigenitum:* & post pauca: *Sanè*, inquit, *ubi dixerunt LXX. Interpretes:* & aspicient ad me, pro eo quòd insultaverunt: *sic interpretatum est ex Hebræo:* & aspicient ad me, quem confixerunt. Rursum Hieron. in Isai. 57. col. 424. b. *Effundam super Jerusalem spiritum gratiæ & misericordiæ.* Vigil. Tapsi. l. cont. Varim. p. 749. g. *Ecce ego effundam super domum David, & super eos qui habitant in Jerus. spiritum gratiæ & misericordiæ.*

℣. 11. Similiter in Græco, ubi loco *malogranati*, ponitur ῥοῶνος, quod Hieron. testatur LXX. transtulisse pro Hebraïco *Adadremmon:* ῥοῶν autem, inquit, *appellatur, non una arbor malorum granaterum, id est, mali punici, sed locus his arboribus consitus.*

℣. 12. In Græco Vatic. tollitur conjunct. *ac*, post 1. *tribus;* tum sequitur, φυλὴ οἴκου Δαυὶδ, *tribus domus David*, non simpliciter, *tribus David;* extremò omittitur totum hoc membrum: *tribus domus Judæ seorsum, & mulieres eorum seorsum.* In Mss. Alex. & Barb. post hoc, *tribus ac tribus*, sequuntur ista: φυλὴ καθ' ἑαυτὴν, καὶ αἱ γυναῖκες αὐτῶν καθ' ἑαυτάς· deinde, φυλὴ οἴκου Δαυὶδ, &c.

℣. 13. Eadem omnino in Græco.

℣. 14. Græc. Πᾶσαι αἱ ὑπολελειμμέναι φυλαὶ, φυλὴ καθ' ἑαυτὴν, &c. ut supra.

CAPUT XIII.

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. in Zach. 13. col. 1786.

1. IN die illa erit omnis locus apertus in domo David, & habitantibus Jerusalem, & in transmutationem, & in aspersionem.

col. 1787.

2. Et erit in die illa, dicit Dominus sabaoth: Disperdam nomina idolorum de terra, & non erit ultra eorum memoria: & pseudoprophetas, & spiritum immundum auferam de terra.

3. Et erit, si prophetaverit homo ultra, dicet ad eum pater suus, & mater sua, qui genuerunt eum: Non vives: quoniam mendacium locutus es in nomine Domini: & compedient eum pater ejus & mater ejus, qui genuerunt eum, cùm prophetaverit.

col. 1788.

4. Et erit: In die illa confundentur prophetæ, unusquisque ex visione sua cùm prophetaverit: & induentur pelle cilicina, qua mentiti sunt:

5. & dicet: Non sum prophetes ego: quia homo genuit me à juventute mea.

6. Et dicam ad eum: Quid sunt plagæ istæ

VULGATA NOVA.

1. IN die illa erit fons patens domui David, & habitantibus Jerusalem in ablutionem peccatoris, & menstruatæ.

2. Et erit in die illa, dicit Dominus exercituum: Disperdam nomina idolorum de terra, & non memorabuntur ultra: & pseudoprophetas, & spiritum immundum auferam de terra. *Ezech. 30. 13.*

3. Et erit, cùm prophetaverit quispiam ultra, dicent ei pater ejus & mater ejus, qui genuerunt eum: Non vives: quia mendacium locutus es in nomine Domini: & configent eum pater ejus & mater ejus, genitores ejus, cùm prophetaverit.

4. Et erit: In die illa confundentur prophetæ, unusquisque ex visione sua cùm prophetaverit: nec operientur pallio saccino, ut mentiantur:

5. sed dicet: Non sum propheta, homo agricola ego sum: quoniam Adam exemplum meum ab adolescentia mea.

6. Et dicetur ei: Quid sunt plagæ istæ in me-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Græc. Vatic. non *in domo* habet, sed τῷ οἴκῳ, *domui*, absque præp. ἐν; tollit etiam conjunct. & ante το *in transmutationem:* Mss. Alex. cum edit. Compl. legit sup. ἐν τῷ οἴκῳ; subinde Compl. ἐν τῇ μελαμογῇ; Mss. Barb. εἰς τὴν μετοίκησιν; Vatic. εἰς τὴν μέλαχίνησιν, ultimòque, ἐν εἰς τὸν χωρισμὸν, i. e. *in transmutationem*, & *in separationem;* Mss. verò Alex. & Barb. cum edit. Ald. εἰς τὸν ῥαντισμόν, *in aspersionem*, ut supra; Compl. ἐν τῇ ῥαντίσῃ.

℣. 2. Totidem verba in Græco. Apud Ambros. in Luc. 8. col. 1394. e. ita: *Et erit in illa die: Disperdet Dominus nomina idolorum de terra, & non erit ulteriùs memoria eorum: & spiritum immundum exuram de terra;* Gr. ἐξαρῶ. Apud Augustin. l. 8. de civit. Dei, c. 23. to. 7. col. 211. f. *Erit in illo die, dicit Dominus: Exterminabo nomina simulacrorum à terra, & non jam erit eorum memoria.* Auct. l. de promiss. p. 3. apud Prosp. p. 185. b. *Perdam nomina idolorum de terra.*

℣. 3. Similia Græc. habet, præter pauca, & levissima; nimirum præponit καὶ, verbo *dicet;* subinde scribit pluraliter ψευδῆ, *mendacia*, non *mendacium;* ultimòque, ἐν τῷ προφητεύειν αὐτόν, *dum ipse prophetat*, pro *cùm prophetaverit.* Ad verbum autem *compedient*, pro quo in Vulg. *configent*, observat Hieron. *idem verbum esse in Hebraïco quod supra*, dacatu . . . . ergo ratione, inquit, LXX. *Interpretes ibi* κατωρχήσαντο, *id est*, insultaverunt, *sive* illuserunt, & *ut verbum de verbo exprimam*, contra eum saltaverunt, & *hîc* συμποδίσουσι *transferre voluerunt, id est*, compedient?

℣. 4. Ita fert Græc. præter unum ἀνθ' ὧν, *quia*, pro *quæ.*

℣. 5. Græc. Vatic. post *ego*, subnectit ista: ἀνθρωπος ἐργαζόμενος τὴν γῆν ἐγώ εἰμι· i. e. *quia homo operans terram ego sum:* sed hoc additamentum abest ab ed. Compl. & à Mss. Alex. cæt. ut in textu.

℣. 6. Itidem est in Græco Vatic. excepto ult. τῶν ἀγαπητῶν μου, *dilectâ meâ*, loco *diligentis me;* sed in Mss. Alex.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

dio manuum tuarum? Et dicet: His plagatus sum in domo eorum, qui diligebant me.

7. Framea susciture super pastorem meum, & super virum cohærentem mihi, dicit Dominus exercituum: percute pastorem, & dispergentur oves: & convertam manum meam ad parvulos.

Matth. 26. 31. *Marc.* 14. 27.

8. Et erunt in omni terra, dicit Dominus: partes duæ in ea dispergentur, & deficient; & tertia pars relinquetur in ea.

9. Et ducam tertiam partem per ignem, & uram eos sicut uritur argentum, & probabo eos sicut probatur aurum. Ipse vocabit nomen meum, & ego exaudiam eum. Dicam: Populus meus es; & ipse dicet: Dominus Deus meus.

VERSIO ANTIQUA.

in medio manuum tuarum? Et dicet: Quibus percussus sum in domo diligentis me. *Hieron. ubi sup.*

7. Framea consurge super pastorem meum, & super virum civem ejus, dicit Dominus omnipotens: percute pastorem, & dispergentur oves: & inducam manum meam super pastores. *col. 1789.*

8. Et erit in die illa, dicit Dominus: duæ partes peribunt, & deficient; & tertia pars relinquetur in ea.

9. Et transducam tertiam partem per ignem, & uram eos sicut uritur argentum, & probabo eos sicut probatur aurum. Ipse invocabit nomen meum, & ego exaudiam eum. Et dicam: Populus meus iste est; & ipse dicet: Dominus Deus meus es tu.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

est τῦ ἀγαπητῦ μυ, ut suprà.

℣. 7. Græc. Vatic. habet: Ῥομφαία ἐξεγέρθητι ἐπὶ τὺς ποιμένας μυ, καὶ ἐπὶ ἄνδρα πολίτην μυ..... πατάξατε τὺς ποιμένας, καὶ ἐκσπάσατε τὰ πρόβατα· καὶ ἐπάξω τὴν χεῖρά μυ ἐπὶ τὺς μικρύς· i. e. *Framea consurge super pastores meos, & super virum civem meum..... percutite pastores, & avellite oves: & inducam manum meam super parvulos.* Mss. verò Alex. & Barb. cum edit. Compl. ferunt: ἐξεγέρθητι ἐπὶ τὸν ποιμένα (Alex. ποιμαίνα) μυ· tum Alex. & Barb. cum Ald. & Compl. καὶ ἐπὶ ἄνδρα πολίτην αὐτῦ..... πάταξον τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθήσονται (Ald. & Compl. διασκορπισθήτωσαν, Ms. Barb. διασκορπισθήτω) τὰ πρόβατα (Alex. πρόβατα τῆς ποίμνης·) deinde in Alex. sicut in Ald. & Compl. καὶ ἐπάξω τὴν χεῖρά μυ ἐπὶ τὺς ποιμένας· in Ms. Barb. μικρὺς ποιμένας. Apud Tertul. l. de fuga in persec. p. 973. a. *Exsurge romphæa in pastores, & evellite oves: & superducam manum meam in pastores.* Hieron. quoque in comm. ait: *Convertit Dominus manum suam, ut in LXX. legimus, ad pastores..... in Hebræo scriptum est, ad parvulos:* item l. de opt. gen. interpret. to. 4. 252. b. ita differit: *In Matthæo legimus Dominum prædicentem Apostolis fugam, & hoc ipsum Zachariæ testimonio confirmantem:* Scriptum est, *ait*, Percutiam pastorem, & dispergentur oves: *at in LXX. & in Hebræo multò aliter est: non enim ex persona Dei dicitur, ut Evangelista vult, sed ex Prophetæ Deum Patrem rogantis:* Percute pastorem, & dispergentur oves.

℣. 8. Græc. Vatic. initio habet, Καὶ ἔσται ἐν πάσῃ τῇ γῇ, *Et erit in omni terra;* Ald. verò cum Ms. Alex. ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ· Compl. cum Barb. ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐν πάσῃ τῇ γῇ· subinde Vatic. hab. τὰ δύο μέρη αὐτῆς; sed à Compl. abest αὐτῆς; cætera ut in Lat. supra, detracta voce *pars*, post *tertia*.

℣. 9. Eadem sunt in Græco, præter τὸ ult. *es tu*, quod abest: at in Compl. additur μυ σύ. Tertul. l. cont. Gnost. p. 828. b. & l. de fuga in pers. p. 970. a. similiter habet: *uram illos sicut uritur argentum, & probabo illos sicut probatur aurum.* Ambros. in Ps. 118. col. 1226. b. *sicut aurum in conflatorio probabo illos.*

CAPUT XIV.

VULGATA NOVA.

1. ECce venient dies Domini, & dividentur spolia tua in medio tui.

2. Et congregabo omnes gentes ad Jerusalem in prælium, & capietur civitas, & vastabuntur domus, & mulieres violabuntur: & egredietur media pars civitatis in captivitatem, & reliquum populi non auferetur ex urbe.

3. Et egredietur Dominus, & præliabitur contra gentes illas, sicut præliatus est in die certaminis.

4. Et stabunt pedes ejus in die illa super montem olivarum, qui est contra Jerusalem ad Orientem: & scindetur mons olivarum ex media parte sui ad Orientem, & ad Occidentem, prærupto grandi valde; & separabitur medium montis ad Aquilonem, & medium ejus ad Meridiem.

5. Et fugietis ad vallem montium eorum, quoniam conjungetur vallis montium usque ad proximum: & fugietis sicut fugistis à facie terræmotus in diebus Oziæ regis Juda: & veniet Dominus Deus meus, omnesque sancti cum eo.

Amos 1. 1.

VERSIO ANTIQUA.

1. ECce dies Domini veniunt, & dividentur spolia tua in te. *Hieron. in Zach. 14. col. 1790.*

2. Et congregabo omnes gentes super Jerusalem ad bellandum, & capietur civitas, & diripientur domus, & mulieres polluentur: & egredietur media pars civitatis in captivitatem, reliqui autem populi non peribunt de civitate.

3. Et egredietur Dominus, & præliabitur contra gentes illas, sicut in die commissionis, & in die prælii. *col. 1791.*

4. Et stabunt pedes ejus in die illa super montem olivarum, qui est contra Jerusalem ad Orientalem plagam: & scindetur mons olivarum, media pars ejus ad Orientem, & media pars illius ad mare, voragine magna nimis; & inclinabit media pars montis ad Aquilonem, & media pars ejus ad Austrum. *col. 1792.*

5. Et obturabitur vallis montium meorum, & adjungetur vallis montium usque ad Asael: & replebitur sicut repleta est à facie terræmotus in diebus Osiæ regis Juda: & aderit Dominus Deus meus, & omnes sancti cum eo.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Similiter in Græco.

℣. 2. Sic iterum Græcè, nisi quòd habetur εἰς πόλεμον, *ad bellum*, loco *ad bellandum*; & post pauca, τὸ ἥμισυ τῆς πόλεως ἐν αἰχμαλωσίᾳ, οἱ δὲ κατάλοιποι τῦ λαῦ μυ, *dimidia pars civitatis in captivitate, reliqui autem populi mei*; quæ omnia eòdem redeunt.

℣. 3. Græc..... καὶ παραταξεῖται ἐν τοῖς ἔθνεσιν ἐκείνοις, καθὼς ἡμέρᾳ παρατάξεως αὐτῦ, ἐν ἡμέρᾳ πολέμυ.

℣. 4. In Græco Vatic. est ἐξ Ἀνατολῶν, *ab Oriente*, loco *ad Orientalem plagam*; post paulò verò deest *media pars illius ad*, ante *mare*; cætera similia. In Compl. & Ms. Alex. est, καὶ τὸ ἥμισυ αὐτῦ πρὸς θάλασσαν. Apud Tertul. l. 4. cont. Marc. p. 733. b. *Et stabunt pedes ejus in monte Æleone.*

℣. 5. Consonat Græc. edit. Rom. nisi quòd scribit Ἰακὼδ, pro *Asael*; paulòque post hab. ἐν ταῖς ἡμέραις, *in diebus*, pro *à facie*; & pro *aderit*, ἥξει, *veniet*. Sed in Ms. Alex. est ἕως Ἀσαήλ, sicut in editt. Ald. & Compl. subinde tam in iisdem Ald. & Compl. quàm in Ms. Barb. ἀπὸ προσώπυ τῦ σεισμῦ, ut supra. Nota pro *obturabitur*, in edit. Rom. legi φραχθήσεσθαι; & pro *replebitur*, ἐμφραχθήσεσθαι; sed in Ms. Alex. utrobique est ἐμφραχθήσεσθαι. Hieron. etiam in comm. ait: *Pro eo quod nos diximus*, fugietis, *LXX.* & *reliqui Interpretes* ἐμφραχθήσεσθαι, *id est*, obturabitur, *sive* replebitur, *transtulerunt. Et pro eo quod nos posuimus:* quoniam conjungetur vallis montium usque ad proximum: *pro* proximo, *LXX.* Asael *transtulerunt: Aquila ipsum vero*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi ſup. col. 1794. 6. In die illa non erit lux, ſed frigus & gelu erit una die.

7. Et dies illa nota erit Domino, & non dies neque nox: & ad veſperam erit lux.

8. In die illa egredietur aqua viva de Jeruſalem: media ejus pars ad mare primum, & media pars ad mare noviſſimum: in æſtate & in vere erit ſic.

col. 1796. 9. Et erit Dominus in Regem ſuper omnem terram: in die illa erit Dominus unus, & nomen ejus unum,

10. circuiens omnem terram & deſertum, à Gabaa uſque Remmon ad Auſtrum Jeruſalem: Rhama verò in loco permanebit, à porta Benjamin uſque ad portam primam, uſque ad portam angulorum: & uſque ad turrem Anamael, uſque ad torcularia regis.

11. Habitabunt in ea, & anathema ultra non erit: & habitabit Jeruſalem confidens.

col. 1798. 12. Et hæc erit ruina, qua percutiet Dominus omnes populos, qui militaverunt contra Jeruſalem: tabeſcent carnes eorum ſtantium ſuper pedes ſuos, & oculi illorum defluent de foraminibus eorum, & lingua eorum tabeſcet in ore eorum.

col. 1799. 13. Et erit in die illa ſtupor Domini magnus ſuper eos: & apprehendet unuſquiſque manum proximi ſui, & adhærebit manus ejus in manu proximi ſui.

14. Et Judas præparabitur in Jeruſalem: & congregabit robur omnium populorum per circuitum, aurum, & argentum, & veſtes multas nimis.

col. 1800. 15. Et hæc erit ruina equorum & mulorum, camelorum & aſinorum, & omnium jumentorum, quæ fuerint in caſtris illis, juxta ruinam hanc.

VULGATA NOVA.

6. Et erit in die illa: Non erit lux, ſed frigus & gelu.

7. Et erit dies una, quæ nota eſt Domino, non dies neque nox: & in tempore veſperi erit lux.

8. Et erit in die illa: Exibunt aquæ vivæ de Jeruſalem: medium earum ad mare Orientale, & medium earum ad mare noviſſimum: in æſtate & in hieme erunt.

9. Et erit Dominus Rex ſuper omnem terram: in die illa erit Dominus unus, & erit nomen ejus unum.

10. Et revertetur omnis terra uſque ad deſertum, de colle Remmon ad Auſtrum Jeruſalem: & exaltabitur, & habitabit in loco ſuo à porta Benjamin uſque ad locum portæ prioris, & uſque ad portam angulorum: & à turre Hananeel uſque ad torcularia regis.

11. Et habitabunt in ea, & anathema non erit ampliùs: ſed ſedebit Jeruſalem ſecura.

12. Et hæc erit plaga, qua percutiet Dominus omnes gentes, quæ pugnaverunt adversùs Jeruſalem: tabeſcet caro uniuſcujuſque ſtantis ſuper pedes ſuos, & oculi ejus contabeſcent in foraminibus ſuis, & lingua eorum contabeſcet in ore ſuo.

13. In die illa erit tumultus Domini magnus in eis: & apprehendet vir manum proximi ſui, & conſeretur manus ejus ſuper manum proximi ſui.

14. Sed & Judas pugnabit adversùs Jeruſalem: & congregabuntur divitiæ omnium gentium in circuitu, aurum, & argentum, & veſtes multæ ſatis.

15. Et ſic erit ruina equi, & muli, & cameli, & aſini, & omnium jumentorum, quæ fuerint in caſtris illis, ſicut ruina hæc.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

tum Hebr. poſuit Aſel *per e brevem litteram*, Ἀζέλ; *Theodotio per extenſam*, Ἀζήλ; in Gr. Vatic. ἐγκολληθήσεται φάραγξ ὀρέων ἕως Ἰασούδ. Ambroſ. l. 2. de Spir. S. col. 656. f. ultimò legit: *& veniet Dominus Deus meus, & omnes ſancti cum eo.* Vigil. Tapſ. l. cont. Varim. 735. h. *ecce veniet Dominus meus, omneſque ſancti cum eo.* In Miſſali Rom. ad Commun. fer. VI. 4. temp. Adv. *ecce Dominus veniet, & omnes ſancti ejus cum eo.*

℣. 6. Græc. Vatic. Καὶ ἔσται ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ· Οὐκ ἔσται φῶς, ἡ ψύχη ἡ πάγος ἔσται μίαν ἡμέραν· *Et erit in illa die: Non erit lux, & frigus & gelu erit una die:* ſed à Mſ. Alex. abeſt initio ἡ ἔσται; paulòque poſt eſt, ἡ ψύχος ἡ πάγος· ita quoque in ed. Ald. at in Compl. ἀλλ' ἢ ψύχος ἡ παγετός· in Mſ. Barb. ἀλλὰ ψύχος ἡ πάγος ἔσται μιᾷ ἡμέρᾳ· in Compl. ἔσται δὲ μιᾷ ἡμέρᾳ. Apud Ambroſ. l. 2. de Spir. S. col. 656. f. *In illa die non erit lumen, ſed frigus & gelu, & erit dies una.* Apud Ruſin. in Symb. p. 182. c. *In illa die non erit lux, frigus & pruina erit uno die.* Apud Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 735. h. *Et in die illa non erit lux, ſed frigus & gelu.* In Miſſali Rom. ubi ſup. *Et erit in die illa lux magna.*

℣. 7. Itidem Græcè, deleto verbo *erit*, ante *Domino*. Apud Ambroſ. quoque l. 2. de Spir. S. to. 2. 656. f. *Et dies illa nota Domino.* Item ap. Ruſin. in Symb. p. 182. c. *Et dies illa nota Domino, & neque dies, neque nox: & ad veſperam erit lux.* Apud Vigil. autem Tapſ. l. cont. Varimad. p. 735. h. *Et dies hæc, quæ nota eſt Domino.*

℣. 8. Græc. Vatic. ipſo initio ponit Καὶ; paulòque poſt addit αὐτῦ, *ejus*, ad τὸ 2. *media pars*; rurſumque καὶ, poſt *noviſſimum*; cætera ſimilia: abeſt ult. conjunctio καὶ, ab ed. Compl. & à Mſ. Barb. Hieron. in Ezech. 47. col. 1053. c. 1057. f. legit: *In die illo egredietur aqua vivens* (Gr. ζῶν) *de Jeruſalem: & medium ejus in mare primum, medium autem illius in mare noviſſimum:* Græcè quoque, τὸ ἥμισυ αὐτῦ εἰς, &c.

℣. 9. Ad verbum è Græco. Sic etiam habet Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. p. 731. b. præter hoc, *univerſam terram*, &.

℣. 10. Eadem exſtant Græcè in edit. Rom. præter vocabulum Γαβέ, pro *Gabaa*; in Mſ. Alex. Γαβεέ; in Barb. Γαβαά: ſubinde poſt *Benjamin*, edit. Rom. hab. ἕως τῦ τόπυ τῆς πύλης τῆς πρώτης, *uſque ad locum portæ primæ*; Mſ. verò Alex. ἕως τῆς πύλης τῆς πρώτης, ut ſupra. Hieron. in comm. addit: *Ananeel, non ut Græci & Latini malè legunt, Anamael*; Gr. hod. Ἀναμεήλ.

℣. 11. Sic in Græco Vatic. eſt, niſi excipiatur verbum ult. πεποιθότες, pro *confidens*; at in Compl. πεποιθώς; & apud Tichon. reg. 4. p. 59. e. *habitabit in Iſraël* (Mſ. Rem. *in Jeruſalem*) *confidens.*

℣. 12. Ad verbum è Græco, niſi exceperis unum ὅτι, *quicunque*, pro *qui*, ante *militaverunt.* Apud Tichon. reg. 4. p. 59. e. ita: *Et hæc erit ſtrages, qua cædet Deus* (Mſ. Rem. *Dominus*) *populos, quotquot militaverunt adversùs Iſraël* (Mſ. Rem. *Jeruſalem:*) *tabeſcent carnes eorum, ſtantibus eis ſub* (Mſ. Rem. *ſuper*) *pedes ſuos, & oculi eorum fluent à foraminibus ſuis* (Mſ. Rem. *eorum*,) *& lingua eorum tabeſcet* (Mſ. Rem. *& linguæ eorum tabeſcent*) *in ore eorum.*

℣. 13. Edit. Rom. hab. ἐπιλήψονται, *apprehendent*, num. plur. Ald. verò ἐπιλήψεσθαι, ut ſupra; Mſ. Alex. ἐπιλήμψεσθαι· ultimo loco ita fert Rom. ἡ συμπλακήσεται ἡ χεὶρ αὐτῦ πρὸς τὴν χεῖρα τῦ πλησίον αὐτῦ· cæt. ſimilia. Apud Tichon. reg. 4. p. 59. e. *Et erit in illa die alienatio* (Gr. ἔκςασις) *magna ſuper illos: & apprehendet unuſquiſque manum proximi ſui, & implebitur* (Mſ. Rem. *implicabitur*) *manus ejus manu* (Mſ. Rem. *manui*) *proximi ejus.*

℣. 14. Similia Græc. exhibet, præter hoc ult. ἱματισμὸν εἰς πλῆθος σφόδρα, loco *veſtes multas nimis*; ſupra etiam loco *præparabitur*, ſcriptum συνταχθήσεται, quod propriè ſignificat, *aciem inſtruet, in acie ſtabit.* Hieron. in comm. *Judas*, inquit, *præparet ſe in Jeruſalem, ut contra adverſarios dimicet.* Tertul. l. 3. cont. Marc. p. 674. c. legit: *Et Judas pertendet apud Jeruſalem: & congregabit omnem valentiam populorum per circuitum, aurum, & argentum:* ſimiliter l. cont. Jud. c. 9. p. 142. a. deleto uno *apud.* Tichon. reg. 4. p. 59. e. ſic: *Et Judæa* (Mſ. Rem. *Judas*) *præliabitur in Jeruſalem: & colliget vires omnium populorum*, & (deeſt & in Mſ. Rem.) *aurum, & argentum, & veſtem in multitudinem nimis.*

℣. 15. Itidem Græcè, additâ unâ conjunct. &, poſt *mulorum.* Apud Tichon. reg. 4. p. 59. e. ſic: *Et hæc erit ſtrages equorum, & mulorum, & camelorum, & aſinorum, & omnium pecorum, quæ ſunt in caſtris illis* (Mſ. Rem. *illius*,) *ſecundùm ſtragem iſtam.*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

16. Et omnes qui reliqui fuerint de universis gentibus, quæ venerunt contra Jerusalem, ascendent ab anno in annum, ut adorent Regem, Dominum exercituum, & celebrent festivitatem tabernaculorum.

17. Et erit: qui non ascenderit de familiis terræ ad Jerusalem, ut adoret Regem, Dominum exercituum, non erit super eos imber.

18. Quòd & si familia Ægypti non ascenderit, & non venerit: nec super eos erit, sed erit ruina, qua percutiet Dominus omnes gentes, quæ non ascenderint ad celebrandam festivitatem tabernaculorum.

19. Hoc erit peccatum Ægypti, & hoc peccatum omnium gentium, quæ non ascenderint ad celebrandam festivitatem tabernaculorum.

20. In die illa erit quod super frenum equi est, sanctum Domino: & erunt lebetes in domo Domini quasi phialæ coram altari.

21. Et erit omnis lebes in Jerusalem & in Juda sanctificatus Domino exercituum: & venient omnes immolantes, & sument ex eis, & coquent in eis: & non erit mercator ultra in domo Domini exercituum in die illo.

VERSIO ANTIQUA.

16. Et erit: Quicunque derelicti fuerint de cunctis gentibus, quæ venerint contra Jerusalem, ascendent per annos singulos, ut adorent Regem, Dominum omnipotentem, & celebrent festivitatem tabernaculorum. *Hieron. ubi sup. col. 1801.*

17. Et erit: Qui non ascenderint de familiis terræ ad Jerusalem, ut adorent Regem, Dominum omnipotentem, & isti illis apponentur. *col. 1802.*

18. Sin autem Ægypti tribus non ascenderit, nec venerit illuc: & super eos erit ruina, qua percutiet Dominus omnes gentes, quæ non ascenderunt ut agerent solemnitatem scenopegiæ. *col. 1803.*

19. Hoc erit peccatum Ægypti, & peccatum omnium gentium, quæ non ascenderint ut celebrent festivitatem scenopegiæ.

20. In die illa erit quod super frenum equi est, sanctum Domino omnipotenti: & erunt lebetes, qui in domo Domini sunt, sicut phialæ ante domum altaris.

21. Et erit omnis lebes in Jerusalem & in Juda sanctus Domino omnipotenti: & venient omnes qui immolent, & sument ex eis, & coquent in illis: & non erit Chananæus ultra in domo Domini virtutum in die illo. *col. 1804.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 16. Tichonius reg. 4. p. 59. c. legit: *Et erit: Quicunque relicti fuerint ex omnibus gentibus convenientibus* (Mſ. Rem. *venientibus*) *super Jerusalem, & ascendent quotannis adorare Regem, Dominum* (Mſ. Rem. *Jesum*) *Deum omnipotentem* (Mſ. *potentem*,) *celebrare diem festum scenopegiæ.* Ita quoque in Græco est, præter vocem *Deum*, quæ deest post *Dominum*; additur etiam ὦ post *omnipotentem.*

℣. 17. Sic iterum Græcè, exceptis his, πασῶν τῶν φυλῶν, *omnibus tribubus*, pro *familiis.*

℣. 18. Eadem rursum in Græco, detracto uno *illuc*, post *venerit*; in Mſ. tamen Alex. est ἐλθῇ ἐκεῖ.

℣. 19. Consonat Græc. edit. Rom. nisi quòd habet, ὃς ἂν μὴ ἀναβῇ ἑορτάσαι, *quicunque ascenderit ad celebrandum*: in Mſ. Alex. ὅσα ἐὰν μὴ ἀναβῇ τῦ ἑορτάσαι· in Compl. ὅσοι ἐὰν μὴ ἀναβῶσιν, &c.

℣. 20. Ita fert Græc. Vatic. desunt tamen ibid. tres voculæ, nimirum *est*, post *equi*; rursumque *qui*, & *sunt*, post *lebetes*; extremò etiam legitur, πρὸ προσώπυ τῦ θυσιαστηρίυ, *ante faciem altaris*, non *ante domum*, &c. In Mſ. Alex. sup. λέβητες, οἱ ἐν τῷ οἴκῳ Κυρίυ. Apud Ambros. de ob. Theodos. col. 1209. c. *In illo die erit quod super frenum equi, sanctum Domino omnipotenti.* Ad hoc autem Vulg. *super frenum*, Hieron. in comm. addit: *Verbum Hebr.* mesuloth, *Aquila & Theodotio βυβὸν interpretati sunt, id est*, profundum; *Symm.* περίπατον οὐσιῶν, *id est*, incessum umbrosum; *soli LXX.* χάλινον, *id est*, frenum, *transtulerunt*; *quos & nos*, inquit, *in hoc loco secuti sumus, ne novum aliquid in quæstione vulgata videremur afferre. Quod cùm ab Hebræo quærerem quid significaret, ait mihi, non debere nos legere* mesuloth, *sed* mesaloth, *quod significat* phaleras *equorum, & ornatum bellicum; & excepto hoc loco, in nullo penitus Sanctarum Scripturarum volumine hoc verbum reperiri;* frenum *autem linguâ Hebraïcâ* reſen *appellari, & non* mesuloth, *quod LXX. transtulerunt.*

℣. 21. Eadem leguntur Græcè, præter seqq. οἱ θυσιάζοντες, *qui immolant*, non *immolent*; & παντοκράτορος, *omnipotentis*, loco *virtutum.* Hieron. in Ose. 12. col. 1320. c. habet: *Et non erit Chananæus ultra in domo Domini.*

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore FRANCISCO LUCA Brugensi.

ZACHARIAS.

CAP. I. ℣. 9. Et dixit ad me angelus. *Non addas* Domini.

℣. 12. Iste jam septuagesimus annus est. *Non omittas adverbium* jam.

CAP. II. ℣. 8. Qui enim tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei. *Non facilè mutandum est pronomen prima personæ* mei, *in tertiæ* sui *aut* ejus: *qua de re lege Notationes.*

CAP. IV. ℣. 14. Isti sunt duo filii olei. *Legitur in multis libris* splendoris, *sed superflue: id unde irrepserit, docent nostræ Notationes.*

CAP. V. ℣. 2. Ego video volumen volans. *Non præpones adverbium* ecce *pronomini* ego.

℣. 4. Et consumet eam. *Non mutes pronomen femininum* eam *in masculinum* eum.

℣. 6. Hæc est oculus eorum. *Nec hic, femininum* hæc, *in masculinum* hic.

CAP. VII. ℣. 11. Et averterunt scapulam recedentem. *Retinendus est accusativus singularis* recedentem, *non substituendus nominativus pluralis* recedentes.

℣. 12. Verba quæ misit Dominus exercituum. *Pro* Dominus *non scribas* Deus.

℣. 13. Sicut locutus est & non audierunt. *Non repetas adverbium* sicut *ante* non.

CAP. VIII. ℣. 4. Et viri baculus in manu ejus. *Non omittas nomen* viri.

CAP. IX. ℣. 9. Et ascendens super asinam. *Correctores prætulerunt femininum* asinam *masculino* asinum. *Lege Notationes.*

℣. 10. Et disperdam quadrigam ex Ephraim. *Cave legas* dispergam *à spargo, pro* disperdam, *quod est, destruam, à perdo.*

CAP. X. ℣. 4. Ex ipso angulus. *Cave pro* angulus *scribas* angelus, *id est, vocalem secundam pro quinta.*

CAP. XII. ℣. 3. Omnes qui levabunt eam. *Pro femininum* eam, *quod ad Jerusalem refertur, alii libri scribunt masculinum* eum, *quod ad lapidem.*

℣. 6. Et sicut facem ignis in feno. *Mendum hic est typographicum in exemplari Romano, ubi* faciem *trissyllabum nomen, legitur pro dissyllabo* facem, *quod est, faculam, lampadam. Porro ut mendosè quidam habent* faciem, *sta alii* fascem, *quod est, fasciculum.*

℣. 8. Sicut angelus Domini in conspectu eorum. *Non mutes plurale* eorum *in singulare* ejus.

CAP. XIV. ℣. 4. Prærupto grandi valde. *Non scribas quarta declinatione* præruptu, *id est, vocalem* u *quintam pro* o *quarta.*

℣. 10. Et habitabit in loco suo. *Alii legunt passivè* habitabitur, *sed minùs rectè.*

Digitized by Google

Variæ Lectiones VULGATÆ, rursum ab eodem FRANCISCO LUCA observatæ.

ZACHARIAS.

CAP. IV. ℣. 2. Et septem insusoria lucernis. *Multa Mſſ. repetunt numerum* septem; Et septem & septem insusoria, *consentaneè Hebræo.*

CAP. XIII. ℣. 8. Partes duæ in ea dispergentur & deficient. *Videtur legendum esse* disperdentur, *quod est, succidentur, peribunt, non* dispergentur, *quod est, dissipabuntur. Non enim est hic ea vox quæ supra* ℣. 7. Et dispergentur oves.

CAP. XIV. ℣. 5. Et fugietis ad vallem montium eorum. *Conjiciunt probabiliter quidam, pro pronomine tertiæ personæ* eorum, *scribendum esse primæ* meorum, *ut est Hebraïcè & Græcè.*

CAPITULA MALACHIÆ PROPHETÆ,

JUXTA VETER. EDIT. LATINAM EX LXX. INTERP.

Ex Mſs. codd. S. Petri 3. & Vatic. 4220. edita à Joſepho Maria Caro presb. Romæ, 1688.

I. *NOnne frater erat Eſau Jacob, dicit Dominus?* c. 1. ℣. 2.

II. *Ipſi ædificabunt, ego evertam.* c. 1. ℣. 4.

III. *Et vos ſacerdotes, qui ſpernitis nomen meum.* c. 1. ℣. 6.

IV. *Ab Oriente uſque ad Occidentem,* (al. add. *magnum*) *nomen meum inter gentes.* c. 1. ℣. 11.

V. *In eo quòd dicitis: Menſa Domini benedicta.* c. 1. ℣. 12.

VI. *Vos autem divertiſtis de via, & multos infirmos feciſtis.* c. 2. ℣. 8.

VII. *Nonne unus Deus qui creavit vos?* al. add. *nonne unus Pater?* c. 2. ℣. 10.

VIII. *Ecce ego mitto Angelum meum, & ipſe perſpiciet viam meam ante te.* c. 3. ℣. 1.

IX. *Et purgabit filios Levi, & effudet* (al. *effundit*) *eos ſicut aurum.* c. 3. ℣. 3.

X. *Et ero teſtis verus* (l. *velox*) *in malefiiis veſtris.* c. 3. ℣. 5.

XI. *Revertimini ad me, & revertar ad vos, dicit Dominus.* c. 3. ℣. 7.

XII. *Et videbitis inter juſtum & injuſtum.* c. 3. ℣. 18.

XIII. *Ecce ego mitto vobis Eliam Thesbiten priuſquam veniat dies Domini.* c. 4. ℣. 5.

Digitized by Google



PROPHETIA
*MALACHIÆ.

CAPUT PRIMUM.

VULGATA NOVA.	VERSIO ANTIQUA.
1. ONus verbi Domini ad Iſraël in manu Malachiæ.	1. ASſumptio verbi Domini ſuper Iſraël in manu Angeli ejus: ponite ſuper corda veſtra. *Hieron. in Malac. 1. col. 1807. ſec. Lxx.*
2. Dilexi vos, dicit Dominus, & dixiſtis: In quo dilexiſti nos? Nonne *Rom. 9. 13.* frater erat Eſau Jacob, dicit Dominus, & dilexi Jacob,	2. Dilexi vos, dicit Dominus, & dixiſtis: In quo dilexiſti nos? Nonne frater erat Eſau Jacob, dicit Dominus, & dilexi Jacob, *col. 1808.*
3. Eſau autem odio habui? & poſui montes ejus in ſolitudinem, & hæreditatem ejus in dracones deſerti.	3. Eſau autem odio habui? & poſui terminos ejus in deſolationem, & hæreditatem ejus in domata deſerti.
4. Quòd ſi dixerit Idumæa: Deſtructi ſumus, ſed revertentes ædificabimus quæ deſtructa ſunt: Hæc dicit Dominus exercituum: Iſti ædificabunt, & ego deſtruam: & vocabuntur termini impietatis, & populus cui iratus eſt Dominus uſque in æternum.	4. Quia dicet: Idumæa deſtructa eſt, revertamur, & reædificemus deſerta: Hæc dicit Dominus omnipotens: Ipſi ædificabunt, & ego deſtruam: & vocabuntur eis termini iniquitatis, & populus ſuper quem præparatus eſt Dominus uſque in æternum.
5. Et oculi veſtri videbunt: & vos dicetis: Magnificetur Dominus ſuper terminum Iſraël.	5. Et oculi veſtri videbunt: & vos dicetis: Magnificatus eſt Dominus ſuper terminos Iſraël.
6. Filius honorat patrem, & ſervus dominum	6. Filius glorificat patrem, & ſervus dominum *col. 1809.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

* Hieron. præf. in hunc lib. col. 1806. ait: *Ultimum duodecim Prophetarum* Malachi *interpretari voluimus, cujus nomen* LXX. *transtulerunt*, Angelus ejus..... *pro quo in Hebræo legitur* Malachi, *quod rectiùs & expreſſiùs dicitur* angelus, *id eſt, nuncius meus.* Apud Auguſt. etiam l. 20. de civit. Dei, c. 25. col. 609. *Malachias, ſive Malachi.* Ambroſius verò hunc librum non *Malachiæ*, ſed *Ezechieli* tribuere videtur: Tract. enim in Pſ. 36. col. 789. e. hujus Prophetiæ locum petitum ex cap. 3. ℣℣. 1. 2. 3. tanquam ex Ezechiele citat, non verò ex Malachia: *Et Ezechiel dicit*, inquit: *Ecce venit Dominus*, &c. quæ inf. niſi fortè dixeris oſcitatione librarii id contigiſſe, ut *Ezechielis* nomen eò loci ſcriptum fuerit, loco *Malachiæ:* attamen editores noſtri BB. teſtantur, cùm editt. veteres, tum Mſs. omnes ibid. habere *Et Ezechiel.* » Quare dicendum, inquiunt, eum librum, » quem, ut Hieron. Sixtus Sen. Huetius auctores ſunt, Ori» genes ab Angelo, alii autem ab Eſdra ſcriptum voluere, » Ezechieli adſcriptum fuiſſe ab Ambroſio. » Vide plura ibid.

℣. 1. Concinit Gr. ad verbum, addito uno δή, *nunc*, verbo *ponite;* hoc autem ult. *ponite ſuper corda veſtra*, obſervat Hieronymus in Hebraïco non haberi, *ſed puto*, inquit, *de Aggæo additum, in quo legimus* (2. 16.) Et nunc ponite ſuper corda veſtra, à die hac & ſupra. *Poſt titulum igitur Prophetæ, ſive proœmium, dupliciter accipiendum eſt*, ponite ſuper corda veſtra: *id eſt, animadvertite, & conſiderate id quod ſupra dictum eſt:* Aſſumptio verbi Domini, &c. *ſive diligenter animadvertite quæ dicenda ſunt poſtea.*

℣. 2. Ad verbum è Græco. Fulg. quoque l. 1. de verit. præd. c. 4. p. 438. legit: *Nonne frater erat Jacob Eſau, & Jacob dilexi, Eſau autem odio habui, dicit Dominus?*

℣. 3. Sic iterum Græcè. Item apud Ambroſiaſt. p. 82. a. *Jacob dilexi, Eſau verò odio habui:* & infra 226. d. *Jacob dilexi, Eſau verò odivi.*

℣. 4. Similia leguntur Græcè, præpoſitâ unâ conjunct. καὶ, verbo *revertamur;* extremò pro *præparatus eſt*, legitur παρεκτέτακται, quod idem valet ac *in acie ſtat, bellum ſuſcepit*, teſte Nobilio.

℣. 5. Itidem Græcè.

℣. 6. Eadem prorſus in Græco Vatic. deleto tamen verbo *timebit*, poſt *dominum ſuum;* ſed addit Mſ. Barb. φοβη-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Hieron. ubi ſup. ſuum timebit: & ſi Pater ego ſum, ubi eſt gloria mea? & ſi Dominus ego ſum, ubi eſt timor meus?	ſuum: ſi ergo Pater ego ſum, ubi eſt honor meus? & ſi Dominus ego ſum, ubi eſt timor meus?
col. 1810. dicit Dominus omnipotens: vos ſacerdotes, qui deſpicitis nomen meum, & dixiſtis: In quo deſpeximus nomen tuum?	dicit Dominus exercituum: ad vos, ô ſacerdotes, qui deſpicitis nomen meum, & dixiſtis: In quo deſpeximus nomen tuum?
7. Offerentes ad altare meum panes pollutos, & dixiſtis: In quo polluimus ipſos? In eo quòd dicitis: Menſa Domini deſpecta eſt: & quæ ſuperpoſita ſunt, deſpexiſtis.	7. Offertis ſuper altare meum panem pollutum, & dicitis: In quo polluimus te? In eo quòd dicitis: Menſa Domini deſpecta eſt.
col. 1811. 8. Quia ſi offeratis cæcum in ſacrificium, nonne malum eſt? & ſi offeratis claudum, & languidum, nonne malum eſt? offer illud duci tuo, ſi ſuſceperit te, ſi acceperit faciem tuam, dicit Dominus omnipotens.	8. Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum eſt? & ſi offeratis claudum, & languidum, nonne malum eſt? offer illud duci tuo, ſi placuerit ei, aut ſi ſuſceperit faciem tuam, dicit Dominus exercituum.
col. 1812. 9. Et nunc deprecamini faciem Dei veſtri, & rogate eum: in manibus veſtris facta ſunt hæc, ſi ſuſcipiam ex vobis facies veſtras, dicit Dominus omnipotens.	9. Et nunc deprecamini vultum Dei ut miſereatur veſtri (de manu enim veſtra factum eſt hoc) ſi quomodo ſuſcipiat facies veſtras, dicit Dominus exercituum.
10. Quia & in vobis claudentur oſtia, & non ſuccendetur altare meum gratis: non eſt voluntas mea in vobis, dicit Dominus omnipotens: & ſacrificium non ſuſcipiam de manibus veſtris.	10. Quis eſt in vobis, qui claudat oſtia, & incendat altare meum gratuitò? non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum: & munus non ſuſcipiam de manu veſtra.
11. Quia ab ortu ſolis uſque ad occaſum, nomen meum glorioſum eſt in gentibus: & in omni loco incenſum offertur nomini meo, & ſacrificium mundum: quia magnum eſt nomen meum in gentibus, dicit Dominus omnipotens.	11. Ab ortu enim ſolis uſque ad occaſum, magnum eſt nomen meum in gentibus: & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum eſt nomen meum in gentibus, dicit Dominus exercituum. *Pſalm.* 112. 3.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

θύεσθαι; edit. Ald. ὑ προσπύεσθαι; Hieron. in comm. 1810. c. hæc habet: *Servus honorat dominum ſuum, non eadem charitate qua filius: ſed ἀπὸ κοινῦ ſubauditur*, Honorat filius patrem, ſervus dominum ſuum: & *tamen Deus ſciens differentiam filii & ſervi, & à filio gloriam, à ſervo timorem expetit:* rurſus etiam in Iſai. 11. col. 100. b. & l. 3. in ep. ad Eph. to. 4. 394. b. legit: *& ſi Pater ſum ego, ubi eſt gloria mea? & ſi Dominus ſum ego, ubi eſt timor meus?* & in Ezech. 21. col. 848. a. addit: *vos ſacerdotes qui contaminaſtis nomen meum.* Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 197. c. legit: *Filius honorificat patrem, & ſervus dominum ſuum: & ſi Pater ſum ego, ubi eſt honor meus? dicit Dominus omnipotens.* Auguſt. l. 2. de ſerm. Dom. in monte, to. 3. p. 2. col. 206. c. *ſi Dominus ſum, ubi eſt timor meus? & ſi Pater ſum, ubi eſt honor meus?* ſimiliter in Joh. 5. 457. b. inverſo ſententiarum ordine. Ambroſiaſt. p. 233. f. 262. e. *ſi Deus ego ſum, ubi eſt timor meus? & ſi Pater ego ſum, ubi eſt honor meus?* Maxim. Taurin. in homil. p. 44. f. *ſi Dominus ſum, ubi timor meus? ſi Pater, ubi amor meus?* Prædeſtin. apud Sirm. to. 1. p. 558. e. *Filius honorat patrem, & ſervus timet dominum: ſi Dominus ego ſum, ubi eſt timor meus? ſi Pater, ubi eſt honor meus?* Donatiſt. in Collat. Carthag. p. 489. c. *vos, ô ſacerdotes, qui profanaſtis nomen meum, & dixiſtis: In quo profanavimus nomen tuum?* Gild. Sap. caſtig. in Eccl. ord. p. 717. g. *audite vos, ſacerdotes, qui ſpernitis nomen meum, & dixiſtis: In quo ſpernimus nomen tuum?*

℣. 7. Sic habet Græc. edit. Rom. excepto verbo ἠλισγημένη, *polluta*, pro *deſpecta*; at in Ald. ἐξουθενωμένη; in Mſ. Barb. ἠυλογημένη. In Collat. Carthag. p. 489. c. *Et ponentes in altari meo panes pollutos, & dixiſtis: In quo polluimus illos? In eo ut diceretis: Menſa Domini benedicta eſt: & quæ ſuperponebantur, annulaſtis.* Apud Gildam Sap. caſtig. in Eccl. ord. p. 717. g. *Offerendo ad altare meum panes pollutos, & dixiſtis: In quo polluimus eos? In eo quòd dixiſtis: Menſa Domini pro nihilo eſt: & quæ ſuperpoſita ſunt, ſpreviſtis.* Hieron. in comm. ſubdit: *Quod autem ſequitur:* & quæ ſuperpoſita ſunt, &c. *obelo prænotavimus, quia in Hebraïco non habetur, & de ſequentibus additum eſt.*

℣. 8. Eadem refert Græc. edit. Rom. præter pauca & levia; nempe ſcribit pluraliter εἰς θυσίας, *in ſacrificia*, non *ſacrificium*; Compl. verò cum Mſs. Alex. & Barb. εἰς θυσίαν: poſt paulò in Rom. ἢ ἀρῤῥωστον, *aut languidum*; ſubjicitur-que δὴ, *nunc*, verbo *offer*; demum pro *ſuſceperit*..... *acceperit*, habetur, προσδέξεται..... λήψεται, *ſuſcipiet*..... *accipiet.* Auct. quæſt. ex Vet. T. q. 5. apud Auguſt. to. 3. 45. a. ita legit: *Cæcas & luſcas offertis mihi, non hæc ſuſcipiam de manibus veſtris: offer ea præpoſito aut duci tuo, ſi acceperit ea:* & q. 103. ex utroq. T. p. 199. e. *Si adducatis ad victimam cæcum, aut claudum, aut ægrum, non eſt bonum: offer autem ea duci aut præpoſito tuo, ſi ſuſcipiet te, dicit Dominus omnipotens.* Gildas Sap. caſtig. in Eccl. ord. p. 717. h. *Quoniam ſi adducatis cæcum ad victimam, nonne malum? ſi admoveatis claudum, aut languidum, nonne malum? offer itaque illud præpoſito tuo, & ſuſceperit illud; ſi acceperit perſonam tuam, dicit Dominus omnipotens.* Avitus Vienn. ep. 6. Sirm. to. 2. 38. c. *Si offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum eſt? & ſi offeratis claudum, nonne malum eſt?*

℣. 9. Græc. Καὶ νῦν ἐξιλάσκεσθε τὸ..... τοῦ Θεοῦ ὑμῶν, ἵνα δεηθῶσι, &c. ut in Lat. ſupra. Gildas Sap. caſtig. in Eccl. ord. p. 717. h. legit: *Et nunc exorate faciem Domini veſtri, & deprecamini eum: in manibus veſtris facta ſunt hæc, ſi accipiam ex vobis perſonas veſtras.*

℣. 10. Totidem verba in Græco. Irenæus l. 4. c. 17. p. 249. b. hæc habet: *non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus omnipotens: & ſacrificium non accipiam de manibus veſtris.* Tertul. ſimiliter l. cont. Jud. c. 5. p. 138. d. *non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus: ſacrificia non accipiam de manibus veſtris:* & l. 3. adv. Marc. p. 679. c. *non eſt voluntas mea, dicit Dominus: & ſacrificia veſtra non accipiam:* & l. 4. p. 697. c. *non eſt voluntas mea in vobis, inquit Dominus: & ſacrificia veſtra non excipiam de manibus veſtris.* Cyprian. l. 1. Teſtim. p. 280. b. *non eſt mihi voluntas circa vos, dicit Dominus: & ſacrificium acceptum non habebo ex manibus veſtris.* Cypriano ſuccinunt Lactantius, l. 4. Inſtit. c. 11. p. 575. & Zeno Veron. l. 1. tract. 15. p. 113. niſi quòd uterque ſcribit *habeo*, pro *habebo*. Auguſt. tract. 35. in Joh. to. 3. col. 542. c. & in Pſ. 106. to. 4. 1211. d. legit: *non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus: nec accipiam ſacrificium de manibus veſtris:* ſic etiam habet l. cont. Jud. to. 8. 38. a. & l. 1. cont. adverſar. leg. col. 570. g. præter hoc, *dicit Dominus omnipotens.* Ita quoque legitur in Collat. Carthag. p. 392. c. Auguſt. poſtremo loco habet *beſtiam*; in aliis verò, *ſacrificium*: ſed lib. 18. de civit. Dei, c. 35. col. 517. cum Vulgata concinit ad verbum, quod etiam ſupra obſervavimus; unde liquet Auguſtinum hoc libro 18. de civit. Dei, nonnunquam Scripturam citaſſe ſecundùm Vulgatam hod. non ſecundùm Veterem Latinam. Hieron. in Iſai. 59. col. 443. a. legit: *non eſt voluntas mea in vobis, dicit Dominus omnipotens* [illegible] *& beſtiam non ſuſcipiam de manibus veſtris:* & in Ezech. 21. col. 848. a. *& victimas non ſuſcipiam de manibus veſtris.*

℣. 11. Eadem ſunt in Græco, præter unum δεδόξασται, *glorificatum eſt*, pro *glorioſum eſt*. Iren. quoque l. 4. c. 17. p. 249. b. d. legit: *Quoniam ab ortu ſolis uſque ad occaſum, nomen meum clarificatur inter gentes: & in omni loco incenſum offertur nomini meo, & ſacrificium purum: quoniam magnum eſt nomen meum in gentibus, dicit Dominus omnipotens.* Tertul. l. cont. Jud. c. 5. p. 138. c. d. *Quoniam ab oriente ſole uſque ad occidentem, nomen meum clarificatum eſt in omnibus gentibus, dicit Dominus omnipotens: & in omni loco offeruntur* (al. *offerentur*) *ſacrificia munda nomini meo, dicit Dominus:* & l. 3. cont. Marc. p. 679. c. *Quoniam ab ortu ſolis uſque in occaſum, nomen meum glorificatum eſt in nationibus: & in omni loco ſacrificium mundum nomini meo offertur, & ſacrificium mundum:* ſimiliter l. 4. p. 697. c. mutato vocum ordine. Cyprianus l. 1. Teſtim. p. 280. b. cum Zeno-

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

12. Et vos polluiſtis illud in eo quod dicitis: Menſa Domini contaminata eſt: & quod ſuperponitur, contemptibile eſt, cum igne qui illud devorat.

13. Et dixiſtis: Ecce de labore, & exſufflaſtis illud, dicit Dominus exercituum, & intuliſtis de rapinis claudum, & languidum, & intuliſtis munus: nunquid ſuſcipiam illud de manu veſtra, dicit Dominus?

14. Maledictus doloſus, qui habet in grege ſuo maſculum, & votum faciens immolat debile Domino: quia Rex magnus ego, dicit Dominus exercituum, & nomen meum horribile in gentibus.

VERSIO ANTIQUA.

12. Vos autem contaminaſtis illud in eo quod dicitis: Menſa Domini polluta eſt; & qui ſuperponuntur, deſpecti ſunt cibi ejus. *Hieron. ubi ſup.*

13. Et dixiſtis: Hæc de afflictione ſunt: & exſufflaſtis ea, dicit Dominus omnipotens, & inferebatis rapinas, & clauda, & debilia, & offerebatis ſacrificium: ſi ſuſcipiam ea de manibus veſtris, dicit Dominus omnipotens. *col.* 1813.

14. Et maledictus qui erat potens, & habebat in grege ſuo maſculum, & votum ejus ſuper eo, & immolat debile Domino: quia Rex magnus ego ſum, dicit Dominus omnipotens, & nomen meum illuſtre in gentibus. *col.* 1814.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ne Veron. l. 1. tract. 15. p. 113. *Quoniam à ſolis ortu & uſque* (Zeno, *ortu uſque*) *in occaſum, clarificatum eſt nomen meum apud gentes: & in omni loco odores incenſi offeruntur nomini meo, & ſacrificium mundum: quoniam magnum eſt nomen meum apud gentes, dicit Dominus.* Lactant. l. 4. Inſtit. c. 11. p. 575. *Quoniam à ſolis ortu uſque ad occaſum, clarificabitur nomen meum apud gentes.* Hieron. in Iſai. 59. col. 443. a. *Ab ortu enim ſolis uſque ad occaſum, glorificatum eſt nomen meum in gentibus.* Auguſt. epiſt. 93. & 185. to. 2. 239. d. 644. g. *Quoniam ab ortu ſolis uſque ad occaſum, ſacrificium mundum offertur nomini meo: quoniam glorificatum eſt nomen meum in gentibus, dicit Dominus:* ſimiliter tract. 35. in Joh. to. 3. col. 542. c. & in Pſ. 106. to. 4. 1211. d. at l. cont. Jud. to. 8. 38. c. *Quia ab oriente ſole uſque in occidentem, nomen meum clarum factum eſt in gentibus: & in omni loco ſacrificium offertur nomini meo, ſacrificium mundum: quoniam magnum nomen meum in gentibus, dicit Dominus omnipotens:* & l. cont. adverſar. leg. col. 570. g. 571. a. *Quia ab ortu ſolis uſque ad occaſum, glorificatum eſt nomen meum in gentibus: & in omni loco incenſum offertur nomini meo, & hoſtia pura: quia magnum eſt nomen meum in gentibus, dicit Dom. omnipotens:* & l. 2. cont. Peril. to. 9. 271. g. 272. a. *Ab ortu ſolis uſque ad occaſum, glorificatum eſt nomen meum in nationibus: & in omni loco incenſum admovebitur nomini meo, & hoſtia pura: magnum nomen meum in nationibus, dicit Dominus omnipotens.* Collat. Carthag. p. 392. c. *Quoniam ab ortu ſolis uſque ad occaſum, clarificatum eſt nomen meum in gentibus: & in omni loco incenſum offertur nomini meo, & ſacrificium mundum: quoniam magnum eſt nomen meum in gentibus, dicit Dominus omnipotens.* Vigil. Tapſ. l. cont. Varimad. *Ab ortu ſolis uſque ad occaſum, ſacrificium offertur nomini meo, & oblatio munda: quia magnum eſt nomen meum in gentibus, dicit Dominus.* Auct. l. de promiſſ. p. 3. apud Proſp. p. 188. b. *A ſolis ortu uſque ad occaſum, clarum erit nomen meum in gentibus, dicit Dom. & ſacrificium mundum inferetur nomini meo in omni loco.* Laurent. Mediol. Analect. to. 2. p. 30. *Ab ortu ſolis uſque ad occaſum, glorificabitur nomen Domini: in omni loco effundent libamina ante ipſum.*

℣. 12. Concinit Græc. ad verbum, niſi exceperis unum præſ. βεβηλοῦτε, *contaminatis*, pro præt. *contaminaſtis.*

℣. 13. Græc. edit. Rom. non *exſufflaſtis* habet, ſed ἐξεφύσησα, *exſufflavi*; Compl. autem, ἐξεφυσήσατε: item infra in Rom. καὶ ἐὰν φέρητε, & *ſi afferatis*, pro *offerebatis*; ſed in Ald. & Mſ. Barb. καὶ προσφέρετε; in Compl. καὶ εἰσφέρετε; cæt. ſimilia. Gildas Sap. caſtig. in Eccl. ord. p. 717. h. legit: *& intuliſtis de rapina claudum, & languidum, & intuliſtis manus*, &c. ut in Vulg.

℣. 14. Eadem ſunt in Græco, præter unum λελωβαμένον, *corruptum*, pro *debile*. In Mſ. Floriac. n. 10. *Maledictus homo qui potens erat, & erat in grege ejus maſculus, & votum ejus ſuper illum, & immolat inquinatum Domino.* Cypr. l. 2. Teſtim. p. 297. a. addit: *Rex magnus ſum ego, dicit Dominus, & nomen meum illuſtre eſt apud gentes.*

CAPUT II.

VULGATA NOVA.

1. ET nunc ad vos mandatum hoc, ô ſacerdotes.

2. Si nolueritis audire, & ſi nolueritis ponere ſuper cor, ut detis gloriam nomini meo, ait Dominus exercituum: mittam in vos egeſtatem, & maledicam benedictionibus veſtris, & maledicam illis: quoniam non poſuiſtis ſuper cor. *Levit.* 26. 14. *Deuter.* 28. 15.

3. Ecce ego projiciam vobis brachium, & diſpergam ſuper vultum veſtrum ſtercus ſolemnitatum veſtrarum, & aſſumet vos ſecum.

4. Et ſcietis quia miſi ad vos mandatum iſtud, ut eſſet pactum meum cum Levi, dicit Dominus exercituum.

5. Pactum meum fuit cum eo vitæ & pacis: & dedi ei timorem, & timuit me, & à facie nominis mei pavebat.

VERSIO ANTIQUA.

1. ET nunc mandatum hoc ad vos, ô ſacerdotes. *Hieron. in Malac.* 2. *col.* 1814.

2. Si non audieritis, & ſi non poſueritis cor veſtrum, ut detis gloriam nomini meo, dicit Dominus omnipotens: mittam ſuper vos maledictionem, & maledicam benedictioni veſtræ, & maledicam ei, & diſſipabo benedictionem veſtram, & non erit vobis: quia vos non ponitis in cor veſtrum.

3. Ecce ego ſeparabo vobis humerum, & diſpergam ventriculum ſuper faciem veſtram, ventriculum ſolemnitatum veſtrarum, & ſuſcipiam vos ſimul. *col.* 1815.

4. Et cognoſcetis quia ego miſi ad vos mandatum hoc, ut eſſet teſtamentum meum ad Levitas, dicit Dominus omnipotens.

5. Teſtamentum meum fuit cum eo vitæ & pacis: & dedi ei timorem, ut timeret me, & à facie nominis mei formidaret. *col.* 1816.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Conſonat Græc. ad verbum. Apud Cypr. epiſt. 55. & 74. p. 86. b. & 140. c. *Et nunc præceptum hoc ad vos eſt, ô ſacerdotes.*

℣. 2. Eadem exhibet Græc. edit. Rom. exceptis his pauculis, ἐὰν μὴ θῆτε εἰς τὴν καρδίαν ὑμῶν, & *ſi non poſueritis in cor veſtrum*; ſubinde, ἐξαποστελῶ, & *mittam*; extremòque, ἐὰν οὐκ ἔσται ἐν ὑμῖν, & *non erit in vobis*: edit. tamen Compl. tollit ἐὰν, ante ἐξαποστελῶ, ſicut Ald. ἐν, ante ὑμῖν. Cyprianus epiſt. 74. p. 140. c. legit: *Si non audieritis, & ſi non poſueritis in corde veſtro, ut detis honorem nomini meo, dicit Dominus omnipotens: immittam in vos maledictionem, & maledicam benedictionem veſtram.* Obſervat Hieron. in comment. *hoc quod ſequitur*, & diſſipabo benedict. veſtram, *à LXX. additum eſſe, & in Hebraïco non haberi.*

℣. 3. Itidem Græcè, exceptis his duobus, ἀφορίζω, *ſeparo*, non *ſeparabo*; & plur. τὰ πρόσωπα ὑμῶν, *facies veſtras*, loco ſingul. *faciem veſtram.*

℣. 4. Sic iterum Græcè.

℣. 5. Conſonat Græc. Vatic. niſi quòd habeat, ἐν φόβῳ

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.	VULGATA NOVA.
Hieron. ubi ſup. col. 1817. 6. Lex veritatis fuit in ore ejus, & iniquitas non eſt inventa in labiis ejus: in pace dirigens ambulavit mecum, & multos convertit ab iniquitate.	6. Lex veritatis fuit in ore ejus, & iniquitas non eſt inventa in labiis ejus: in pace & in æquitate ambulavit mecum, & multos avertit ab iniquitate.
7. Quoniam labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & lex requiretur ex ore ejus: quia angelus Domini omnipotentis eſt.	7. Labia enim ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem requirent ex ore ejus: quia angelus Domini exercituum eſt.
col. 1818. 8. Vos autem declinaſtis de via mea, & infirmos feciſtis multos in lege: corrupiſtis teſtamentum Levi, dicit Dominus omnipotens.	8. Vos autem receſſiſtis de via, & ſcandalizaſtis plurimos in lege: irritum feciſtis pactum Levi, dicit Dominus exercituum.
9. Et ego dedi vos contemptibiles, & diſſolutos in omnes gentes, pro eo quòd non cuſtodiſtis vias meas, ſed accipiebatis perſonas in lege.	9. Propter quod & ego dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis, ſicut non ſervaſtis vias meas, & accepiſtis faciem in lege.
col. 1819. 10. Nonne pater unus omnium veſtrûm? nonne Deus unus creavit vos? quare reliquiſtis unuſquiſque fratrem ſuum, ut abominabile faceret teſtamentum patrum veſtrorum?	10. Nunquid non pater unus omnium noſtrûm? nunquid non Deus unus creavit nos? quare ergo deſpicit unuſquiſque noſtrûm fratrem ſuum, violans pactum patrum noſtrorum? *Matth. 23. 9. Epheſ. 4. 6.*
11. Derelictus eſt Judas, & abominatio facta eſt in Iſraël, & in Jeruſalem: quia contaminavit Judas ſancta Domini, in quibus dilexit; & adinvenit deos alienos.	11. Tranſgreſſus eſt Juda, & abominatio facta eſt in Iſraël, & in Jeruſalem: quia contaminavit Judas ſanctificationem Domini, quam dilexit; & habuit filiam dei alieni.
12. Diſperdat Dominus hominem qui facit hæc, donec exturbetur de tabernaculis Jacob, & de his qui offerunt ſacrificium Domino omnipotenti.	12. Diſperdet Dominus virum qui fecerit hoc, magiſtrum & diſcipulum de tabernaculis Jacob, & offerentem munus Domino exercituum.
col. 1821. 13. Et hæc, quæ oderam, feciſtis; operiebatis lacrymis altare Domini, planctu, & gemitu de laboribus: adhuc dignum reſpicere ſacrificium, aut ſuſcipere acceptabile de manibus veſtris?	13. Et hoc rurſum feciſtis, operiebatis lacrymis altare Domini, fletu, & mugitu, ita ut non reſpiciam ultra ad ſacrificium, nec accipiam placabile quid de manu veſtra.
14. Et dixiſtis: Propter quid? quia Dominus teſtificatus eſt inter te, & uxorem adoleſcentiæ tuæ, quam tu reliquiſti: & hæc particeps tua, & uxor teſtamenti tui.	14. Et dixiſtis: Quam ob cauſam? quia Dominus teſtificatus eſt inter te, & uxorem pubertatis tuæ, quam tu deſpexiſti: & hæc particeps tua, & uxor fœderis tui.
15. Et non alius fecit, & reliquiæ ſpiritus tui. Et dixiſtis: Quid aliud præter ſemen quærit Deus?	15. Nonne unus fecit, & reſiduum ſpiritus ejus eſt? Et quid unus quærit, niſi ſemen Dei? Cuſ-

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

φοβεῖσθαί με, *ut in timore timeret me*, loco *timorem ut timeret me*: in Ald. & Compl. ſimpliciter φόβῳ, abſque præp. ἐν; ita quoque in Mſ. Barb. Apud Cypr. l. 2. Teſtim. p. 286. b. *Teſtamentum meum fuit cum vita & pace: & dedi illi timorem, ut timeret me, à facie nominis mei proficiſci illum:* & l. 3. p. 313. c. *Teſtamentum fuit cum vita & pace: & dedi illis timorem, timere me à facie nominis mei.* Apud Aug. l. 18. de civit. Dei, c. 35. to. 7. 518. a. *Teſtamentum meum erat cum eo vitæ & pacis: & dedi ei ut timore timeret me, & à facie nominis mei revereretur*; Græcè, σύμεδας αὐτόν, quaſi *nutu contraberetur.* Arnob. de Deo trino, p. 215. g. habet: *Teſtamentum meum erit cum vita & pace.*

℣. 6. Eadem omnino in Græco. Apud Cypr. l. 2. Teſtim. p. 286. b. ita: *Lex veritatis fuit in ore ejus, & injuſtitia non eſt inventa in labiis ejus: in pace linguæ corrigens ambulavit nobiſcum, & multos avertit ab injuſtitia.* Apud Auguſt. l. 18. de civit. Dei, to. 7. 518. a. *Lex veritatis erat in ore ipſius: in pace dirigens ambulavit mecum, & multos convertit ab iniquitate.* Apud Arnob. de Deo trino, p. 215. g. *Lex, & veritas erit in ore ejus, & iniquitas non invenitur in labiis ejus: in pace dirigens habitabit vobiſcum, & multos convertet ab iniquitate ſua.* In Concil. Tolet. x. to. 2. p. 581. *Lex veritatis in ore ejus, & iniquitas non eſt inventa in labiis ejus: in pace dirigens ambulavit, & multos convertit ab iniquitate.*

℣. 7. Similia Gr. habet, præter hoc, νόμον ἐκζητήσουσι; *legem requirent*, pro *lex requiretur.* Similiter ap. Cypr. l. 2. Teſtim. p. 286. b. *Quoniam labia ſacerdotis ſervabunt ſcientiam, & legem exquirent ab ore ejus: quoniam angelus Omnipotentis eſt.* Ap. Ambr. l. de Myſt. to. 2. 326. c. *Quia labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem exquirunt ex ore ipſius: quoniam angelus eſt Domini omnipotentis:* ita rurſum l. 1. de Sacram. col. 351. a. præter ult. *angelus eſt enim Dei omnip.* Auguſt. l. 18. de civit. Dei, c. 35. to. 7. 518. a. *Quoniam labia ſacerdotis cuſtodient ſcientiam, & legem inquirent ex ore ejus: quoniam angelus Domini omnipotentis eſt.* Concil. Tolet. x. to. 2. p. 581. e. *Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſcientiam, & legem de ore ejus exquirunt.*

℣. 8. Itidem Græcè, detracto pronom. *mea*, poſt *via.*

℣. 9. Concinit Gr. Var. niſi quòd habeat ἐξυδρισμένους, καὶ ἀπερρυμμένους, *contemptos, & abjectos*, loco *contemptibiles, & diſſolutos*: edit. Compl. cum Mſ. Barb. καὶ παρειμένους. Græcè etiam conſtanter ponitur ὑμεῖς, *vos*, ante *non cuſtodiſtis.*

℣. 10. Ita rurſum in Græco. Iren. l. 4. c. 20. p. 253. d. ita legit: *Nonne unus Deus qui conſtituit nos? nonne pater unus eſt omnium noſtrûm.* Cypr. l. 3. Teſtim. p. 304. b. *Nonne Deus unus condidit nos? nonne pater unus eſt omnium noſtrûm? quid utique dereliquiſtis unuſquiſque fratrem ſuum?* Zeno Veron. l. 1. tract. 2. p. 22. *Deus unus creavit vos: nonne pater unus eſt omnium veſtrûm?* Chromat. Aquil. in Matth. p. 986. g. *Unus eſt enim pater omnium noſtrûm.* Optat. l. 4. cont. Donat. p. 70. a. *Nonne vos unus Deus creavit, unus pater genuit?*

℣. 11. Ita fert Græc. Vatic. præter hoc ult. εἰς θεὸς ἀλλοτρίους, Nobil. *in diis alienis*; edit. Compl. ἐπὶ θεὸς, &c. Apud Cypr. l. 1. Teſtim. p. 276. b. *Derelictus eſt Juda, & abominatio facta eſt in Iſraël, & in Jeruſalem: quoniam profanavit Judas ſancta Domini, in quibus dilexit; & affectavit deos alienos.* Apud Hieron. verò l. 1. cont. Jovin. to. 4. 153. a. ita: *Prævaricatus eſt Judas, & abominationem fecit in Iſraël, & in Jeruſalem: polluit enim ſanctum Domini; & dilexit, & habuit filiam dei alieni.*

℣. 12. Græc. in principio habet ἐξολοθρεύσῃ, *diſperdet*, non *diſperdat*; paulòque poſt, ἕως καὶ ταπεινωθῇ, *donec & humilietur*, loco *donec exturbetur*; cætera ut in textu. Cypr. l. 1. Teſtim. p. 276. b. legit: *Exterminabit Dominus hominem qui facit hac, & humilis efficietur in tabernaculis Jacob.* Hieron. verò l. 1. cont. Jovin. to. 4. p. 2. col. 153. a. ita: *Diſperdat Dominus virum qui fecerit hoc, magiſtrum & diſcipulum de tabernaculis Jacob, & offerentem munera Domino virtutum:* ſed hæc magis fluere videntur è fonte Hebræo, quàm ex edit. LXX.

℣. 13. Concordat Græc. edit. Rom. niſi quòd habeat ἐποιεῖτε, *faciebatis*, pro *feciſtis*; ſed in Ald. ἐποιήσατε. Item infra Rom. & al. ponunt καὶ, ante vocem *planctu*; ſicut εἰς, *in*, ante *ſacrificium.* Hieron. verò in Iſai. 66. col. 497. f. legit: *Omnia, quæ oderam, faciebatis, operientes lacrymis altare meum: nunquid dignum eſt ut reſpiciam ad ſacrificium veſtrum, & ſuſcipiam placabile quid de manibus veſtris?* ſimiliter in Zach. 8. col. 1752. b. *Et omnia, quæ oderam, faciebatis.*

℣. 14. Eadem leguntur Græcè, niſi quòd repetitur ἀναμέσον, *inter*, ante *uxorem*, deleturque τῆ, ante *reliquiſti*; at in edit. Ald. eſt, ἣν σὺ ἐγκατέλιπες.

℣. 15. Græc. Vatic. initio habet: Καὶ οὐ καλὸν ἐποίησε, καὶ ὑπόλειμμα πνεύματος αὐτοῦ, &c. i. e. *Et nonne bonum fecit, & reliquiæ ſpiritus ejus?* reliqua ut in Lat. ſupra. Mſ.

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

todite ergo ſpiritum veſtrum, & uxorem adoleſcentiæ tuæ noli deſpicere.

16. Cùm odio habueris, dimitte, dicit Dominus Deus Iſraël: operiet autem iniquitas veſtimentum ejus, dicit Dominus exercituum: cuſtodite ſpiritum veſtrum, & nolite deſpicere.

17. Laborare feciſtis Dominum in ſermonibus veſtris, & dixiſtis: In quo eum fecimus laborare? In eo quòd dicitis: Omnis qui facit malum, bonus eſt in conſpectu Domini, & tales ei placent: aut certè ubi eſt Deus judicii?

VERSIO ANTIQUA.

Et cuſtodite in ſpiritu veſtro, & uxorem adoleſcentiæ tuæ ne derelinquas. *Hieron. ubi ſup.*

16. Sed ſi odio habens, dimiſeris eam, dicit Dominus Deus Iſraël: operiet impietas cogitationes tuas, dicit Dominus omnipotens: & cuſtodite in ſpiritu veſtro, & nolite derelinquere.

17. Qui provocaſtis Dominum in ſermonibus veſtris, & dixiſtis: In quo provocavimus te? In eo quòd dicitis: Omnis qui facit malum, bonus eſt in conſpectu Domini, & in his ſibi complacet: & ubi eſt Deus juſtitiæ? *col. 1822.*

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

Barb. Καὶ ὁ κάμος; edit. Compl. Καὶ ὑκ ἄμος; Cyr. Οὐκ ἄμως. Theodoret. infra, πνεύματός Cυ. Ultimò Tertul. l. 4. adv. Marc. p. 727. b. *uxorem juventutis tuæ non dimittes.*

℣. 16. Similia Græc. habet, præter hæc media, ἐπὶ καλύψει ἀσέβεια ἐπὶ τὰ ἐνθυμήματά Cυ, & *operiet impietas ſuper cogitationes tuas*: à Compl. abeſt καὶ.

℣. 17. Græcè nonnulla variant, ſed levia: nimirum initio legitur, Οἱ παροξύναντες τὸν Θεὸν, *Qui provocaſtis Deum*; ſubinde, ἐν τίνι παρωξύναμεν αὐτόν; *in quo provocavimus eum?* poſt paulò, καλὸν, *bonum*, loco *bonus eſt*; demum, αὐτὸς εὐδόκησε, *ſibi complacuit*, non *complacet*. At in edit. Ald. eſt: Οἱ παροξύναντες τὸν Κύριον..... ἐν τίνι παρωξύναμέν Cε; poſtea in Compl. καλὸς ἐνώπιον Κυρίυ· in Mſ. Barb. κάμος. Lucif. Calar. l. 1. pro S. Athan. p. 197. d. legit: *Exacerbaſtis Deum in verbis veſtris, & dixiſtis: In qua re exacerbavimus eum? In eo quòd dicatis: Omnis qui facit malum, bonum eſt coram Deo, & in ipſis benedicet: & ubi eſt Deus juſtitia?* Auguſt. l. 20. de civit. Dei, c. 28. to. 7. 612. *Omnis qui facit malum, bonus eſt in conſpectu Domini, & tales ei placent*, ut in Vulg. & infra 613. f. *quia mali ei placent.*

CAPUT III.

VULGATA NOVA.

Matth. 11. 10. *Marc.* 1. 2. *Luc.* 1. 17. & 7. 27.

1. ECce ego mitto angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam. Et ſtatim veniet ad templum ſuum Dominator, quem vos quæritis; & angelus teſtamenti, quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dominus exercituum:

2. & quis poterit cogitare diem adventus ejus, & quis ſtabit ad videndum eum? Ipſe enim quaſi ignis conflans, & quaſi herba fullonum:

3. & ſedebit conflans, & emundans argentum, & purgabit filios Levi, & colabit eos quaſi aurum, & quaſi argentum, & erunt Domino offerentes ſacrificia in juſtitia.

4. Et placebit Domino ſacrificium Juda & Jeruſalem, ſicut dies ſæculi, & ſicut anni antiqui.

VERSIO ANTIQUA.

1. ECce ego mittam angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam. Et ſubitò veniet ad templum ſuum Dominus, quem vos quæritis; & angelus juſtitiæ, quem vos vultis. Ecce veniet, dicit Dominus omnipotens: *Hieron. in Malac. 3. col. 1823.* *col. 1825.*

2. & quis ſuſtinebit diem introitus ejus, aut quis ferre poterit ut aſpiciat eum? Quia ipſe ingredietur quaſi ignis conflatorii, & quaſi herba lavantium:

3. & ſedebit conflans, & emundans ſicut argentum, & ſicut aurum: & emundabit filios Levi, & fundet eos ſicut aurum & argentum, & erunt Domino offerentes hoſtias in juſtitia.

4. Et placebit Domino ſacrificium Juda & Jeruſalem ſicut diebus priſtinis, & ſicut annis prioribus.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Aug. l. 18. de civit. Dei, c. 35. to. 7. 518. b. *Ecce mitto angelum meum, & proſpiciet viam ante faciem meam. Et ſubitò veniet in templum ſuum Dominus, quem vos quæritis; & angelus teſtamenti, quem vos vultis. Ecce venit, dicit Dominus omnipotens.* Ita quoque in Græco edit. Rom. verbum pro verbo: Compl. verò habet cum Mſ. Alex. Ἰδὺ ἐγὼ ἐξαποστέλλω; Ald. cum Mſ. Barb. Ἰδὺ ἐξαποστελῶ; ſubinde in Compl. ὅτις ἑτοιμάσει ὁδόν, &c. In Brev. Moz. ad Dom. 1. Adv. p. 2. ſequitur: *Veniet ad locum ſanctum Dominus, quem vos vultis; & angelus teſtamenti, quem vos deſideratis.* Auct. l. de promiſſ. p. 4. apud Proſp. p. 200. c. legit: *Ipſe ſubitò veniet in templum ſuum Dominus, quem vos ignoratis; & angelus teſtamenti, quem vos vultis. Ecce veniet, dicit Dominus.* Ambroſ. in Pſ. 36. col. 789. e. *Ecce venit Dominus omnipotens.* Rufin. in Symb. p. 187. a. *Ecce veniet Dominus omnipotens.* Auguſt. verò l. 20. de civit. Dei, c. 25. col. 609. b. conſtanter: *Ecce venit, dicit Dominus omnipotens.* Vide ſis Hieron. comm. in hunc loc.

℣. 2. Concinit Auguſt. l. 20. de civit. Dei, c. 25. col. 609. b. ad verbum: at l. 18. c. 35. col. 518. b. legit: *& quis ſuſtinebit diem introitus ejus, aut quis reſiſtet in aſpectu ejus?* Ita quoque in Græco eſt. Apud Ambroſ. in Pſ. 36. col. 789. e. *& quis ſuſtinebit diem introitus ejus, aut quis ſuſtinebit cùm apparuerit nobis? Quoniam ipſe introibit ſicut ignis conflatorii, & ſicut alveus lavantium.* Apud Rufin. in Symb. p. 187. a. *& quis ſuſtinebit diem adventus ejus, aut quis ſuſtinebit aſpectum ejus? Quia ipſe ingreditur ſicut ignis conflatorii, & ſicut herba lavantium.* Auct. l. de promiſſ. p. 4. c. 17. apud Proſp. p. 200. c. *& quis ſuſtinebit introitum ejus, aut quis reſiſtet in aſpectu ejus? Quia ipſe introibit ſicut ignis conflatorii:* & infra c. 20. p. 202. d. *Ipſe introiit ſicut ignis conflatorii.* Caſſiod. in Pſ. 6. p. 28. b. *quis tolerabit diem introitus ejus, aut quis ſuſtinebit in aſpectu ejus? Quia ipſe ingreditur ſicut ignis flaturæ, & ſicut ſgnama lavantium.* Græc. Διότι αὐτὸς εἰσπορεύεται ὡς πῦρ χωνευτηρίυ, καὶ ὡς ποιὰ πλυτόντων· Ald. & Compl. ὡς πόα· Unde Hieron. in comment. col. 1825. d. ait: *LXX. πόαν, id eſt, herbam fullonum vertunt:* & ipſe in Iſai. 1. col. 19. e. legit: *Ipſe egredietur quaſi ignis conflatorii, & quaſi herba fullonum:* at in Ezech. 22. col. 851. d. *ſicut herba lavantium.*

℣. 3. Eadem refert Auguſt. l. 20. de civit. Dei, c. 25. col. 609. c. nec horum diſſimile quidquam in Græco eſt, præter 1. conjunct. &, quæ deeſt ante *ſedebit*, & ſingul. Θυσίαν, loco plur. *hoſtias*; ſed Mſ. Alex. initio hab. Καὶ καθιεῖται; & edit. Ald. Θυσίας. Cypr. quoque l. 3. Teſtim. p. 320. b. legit: *& ſedebit conflans, & expurgans ſicut aurum & argentum, & emundabit filios Levi.* Ambroſ. in Pſ. 36. col. 789. e. *& ſedebit conflans, & purgans ſicut aurum & argentum: & purgabit filios Levi, & effundet eos ſicut aurum, & ſicut argentum, & erunt Domino offerentes ſacrificium in æquitate.* Gr. edit. Rom. habet χεεῖ, *fundet*; Compl. verò ἐκχεεῖ. Rurſum Hieron. in Iſai. 1. col. 19. e. *& ſedebit conflans, & emundans ſicut argentum & aurum: & emundabit filios Levi, & colabit eos quaſi aurum, & quaſi arg. & erunt Domino offerentes victimas in juſtitia:* & in Ezech. 22. col. 851. d. *& ſedebit conflans quaſi aurum & arg. & conflabit filios Levi.* Rufin. in Symb. p. 187. a. *& ſedebit conflans, & purgans ſicut aurum.* Caſſiod. in Pſ. 6. p. 28. b. *& ſedebit ad conflandum, & ad repurgandum argentum.* Auct. l. de promiſſ. p. 4. c. 20. apud Proſp. p. 202. e. *& ſedebit conflans, & purgans ſicut argentum & aurum, & purgavit filios Levi.*

℣. 4. Ita conſtanter legit Auguſt. l. 20. de civit. Dei, c. 25. col. 609. c. Græcè, ultima tantùm ſic variant: καθὼς αἱ ἡμέραι τῦ αἰῶνος, καὶ καθὼς τὰ ἔτη τὰ ἔμπροσθεν

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi sup. 5. Et accedam ad vos in judicio, & ero testis velox super maleficos, & super adulteros, & super eos qui jurant in nomine meo mendaciter, & qui fraudant mercede mercenarios, & opprimunt per potentiam viduas, & percutiunt pupillos, & pervertunt judicium advenæ, & qui non timent me, dicit Dominus omnipotens.

6. Quoniam ego Dominus Deus vester, & non
col. 1826. mutor: & vos filii Jacob non recessistis

7. à peccatis patrum vestrorum, declinastis à
col. 1827. legitimis meis, & non custodistis. Revertimini ad me, & revertar ad vos, dicit Dominus omnipotens. Et dixistis: In quo revertemur?

8. Si supplantat homo Deum, quia vos supplantastis me? Et dixistis: In quo supplantavimus te? Quia decimæ, & primitiæ vobiscum sunt?

9. Et vos videntes respicitis, & me vos supplantatis. Annus impletus est,

10. & intulistis fructus in thesauros, & erit rapina in domibus vestris: revertimini ergo in hoc, dicit Dominus omnipotens: nisi aperuero vobis cataractas cœli, & effudero vobis benedictionem meam usque dum sufficiat:

11. & dividam vobis cibos, & non disperdam fructum terræ vestræ: & non infirmabitur vinea vestra in agro, dicit Dominus omnipotens.

12. Et beatos vos dicent omnes gentes: quia eritis vos ut terra voluntaria, dicit Dominus omnipotens.

col. 1829. 13. Ingravastis super me verba vestra, dicit Dominus.

14. Et dixistis: In quo locuti sumus contra te? Et dixistis: Vanus est, qui servit Deo: & quid amplius quia custodivimus mandata ejus, & quia ambulavimus supplices ante faciem Domini omnipotentis?

VULGATA NOVA.

5. Et accedam ad vos in judicio, & ero testis velox maleficis, & adulteris, & perjuris, & qui calumniantur mercedem mercenarii, viduas, & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timuerunt me, dicit Dominus exercituum.

6. Ego enim Dominus, & non mutor: & vos filii Jacob non estis consumpti.

7. A diebus enim patrum vestrorum recessistis à legitimis meis, & non custodistis. Revertimini ad me, & revertar ad vos, dicit Dominus exercituum. Et dixistis: In quo revertemur? *Zach.* 1. 3.

8. Si affiget homo Deum, quia vos configitis me? Et dixistis: In quo configimus te? In decimis, & in primitiis.

9. Et in penuria vos maledicti estis, & me vos configitis gens tota.

10. Inferte omnem decimam in horreum, & sit cibus in domo mea, & probate me super hoc, dicit Dominus: si non aperuero vobis cataractas cœli, & effudero vobis benedictionem usque ad abundantiam,

11. & increpabo pro vobis devorantem, & non corrumpet fructum terræ vestræ: nec erit sterilis vinea in agro, dicit Dominus exercituum.

12. Et beatos vos dicent omnes gentes: eritis enim vos terra desiderabilis, dicit Dominus exercituum.

13. Invaluerunt super me verba vestra, dicit Dominus. *Joan.* 21. 14.

14. Et dixistis: Quid locuti sumus contra te? Dixistis: Vanus est, qui servit Deo: & quod emolumentum quia custodivimus præcepta ejus, & quia ambulavimus tristes coram Domino exercituum?

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

i. e. *ficut dies sæculi*, & *ficut anni pristini.*

℣. 5. Eadem prorsus leguntur apud August. l. 20. de civit. Dei, c. 25. col. 609. c. præter hoc unum circa med. *mercedem mercenario*, quod in Mss. est; sed in editt. Erasm. & Lovan. *mercede mercenarios*, ut supra. Græc. ed. Rom. habet τὺς φαρμακὺς, & τὰς μοιχαλίδας, loco *maleficos*, & *adulteros*; al. τὺς φαρμακὺς, & τὺς μοιχύς· subinde Rom. tollit præp. *in*, ante *nomine*; loco verò *mendaciter*, scribit ἐπὶ ψεύδει, *in mendacio*; statimque, ἐν ἐκὶ τὺς ἀποστερῦντας μισθὸν μισθωτῦ, & *super eos qui fraudant mercedem mercenarii*; postea χήρων singulariter, non plur. *viduas*; paulòque post, ἐκκλίνοντας, pro *pervertunt*, ad litt. *declinant*, *deficiunt*; cæt. ut in Lat. supra.

℣. 6. Itidem Græcè. Novatian. de Trin. p. 1033. a. legit: *Ego sum Deus*, & *non sum mutatus.* Itidem Vigil. Tapsi. l. 5. de Trin. sed post paulò legit, & *non demutor.* Hilar. in Ps. 2. n. 18. col. 35. d. cum Zenone Veron. l. 2. tract. 19. & 20. p. 205. 207. *Ego sum qui sum*, & *non demutor*: Hilarius l. 4. de Trin. col. 830. f. *Ego Dominus Deus vester*, & *non demutor*: & l. 7. & 11. col. 935. c. 1109. e. *Ego sum*, & *non demutor*: vide etiam l. 10. col. 1073. e. Ambrosius l. 1. de fide, col. 469. e. *Ego sum*, *ego sum*, & *non sum mutatus*: & l. de Incarn. col. 716. b. *Videte*, *videte me*, *quia ego sum*, & *non sum mutatus.* Similiter apud Fulgent. l. 3. ad Trasim. detracto hoc medio, *videte me.* Apud August. verò l. 20. de civit. Dei, c. 25. col. 609. e. ut supra, *Quoniam ego Dominus Deus vester*, & *non mutor.*

℣. 7. Græc. Vatic. initio habet, ἀπὸ τῶν ἀδικιῶν, *ab injustitiis*; Ald. verò & Compl. ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν, ut supra: subinde in Vat. ἐξεκλίνατε νόμιμά μου· at in Compl. ἀπὸ τῶν νομίμων· cætera similia. Apud Cypr. l. de bono par. p. 248. b. *Revertimini ad me*, *dicit Dominus.*

℣. 8. In Græco Vatic. sic habetur initio: Μήτι πλερνιεῖ, *Nunquid supplantabit*; & post paulò, πλερνίζετέ με; Καὶ ἐρεῖτε, *supplantatis me? Et dicetis*; reliqua ut in textu. Mss. Alex. cum edd. Ald. & Compl. Εἰ πλερνιεῖ..... πλερνίζετέ με; Καὶ εἴπατε, &c. Mss. Barb. Εἰ πτερνίζει; Hieron. quoque in comm. ait: *Verbum Hebraïcum*, *quod scribitur* hajecba, *LXX. interpretati sunt*, si supplantat, *pro quo Aquila*, & *Symm.* & *Theodot. posuerunt*, si fraudat. In Mss. Floriac. n. 10. ita: *Si supplantavit homo Dominum*, *quia vos supplantastis me? Et dixistis: In quo supplantavimus te? Quia decimæ meæ*, & *primitiæ vobiscum sunt.*

℣. 9. Gr. Καὶ ἀποβλέποντες ὑμεῖς ἀποβλέψατε, &c. *Et vos respicientes respicitis*, &c. ut supra. Ad hoc autem ult. Vulg. *gens tota*, Hieron. in comm. 1828. f. ait: *Pro* gente, *quæ in Hebraïco scribitur* aggoi, annum *LXX. interpretati sunt*, ἔτος, *pro* ἔθνος: & *est sensus: Ecce annus expletus est*, & *nihil in meos thesauros*, *sed in vestra horrea comportastis.* In Mss. Floriac. ita: *Et dissimulantes vos dissimulastis*, & *vos me supplantastis*; deinde, & *intulistis*, &c. de ℣. seq. hoc omisso, *Annus impletus est.*

℣. 10. Græc. ἐν εἰσενέγκαλε πάντα τὰ ἐκφόρια εἰς τὺς θησαυρύς, ἐν ἔσαι ἡ διαρπαγὴ αὐτῦ ἐν τῷ οἴκῳ αὐτῦ, &c. & *intulistis omnes fructus in thesauros*, & *erit rapina ejus in domo ejus*: deinde *revertimini*, &c. ut in Lat. supra: at in edd. Ald. & Compl. est, ἐν ἔσαι ἡ διαρπαγὴ εἰς τὺς οἴκυς ὑμῶν· in Compl. ἐν τοῖς οἴκοις. In Mss. Floriac. & *intulistis vos pignora in thesauris vestris*, & *erit rapina in omnibus vestris.*

℣. 11. Eadem sunt in Græco Vatic. excepto uno, aut ad summum altero, nempe εἰς βρῶσιν, *in cibum*, loco *cibos*; & infra, ἡ ἐν τῷ ἀγρῷ, *quæ in agro*, non simpliciter *in agro*: Mss. Alex. habet sup. τὴν βρῶσιν; Barb. in margine, τὰ βρώματα; ed. Compl. βρῶσιν.

℣. 12. Itidem Græcè, deletâ unâ conjunct. *ut*, ante *terra voluntaria*, pro qua γῆ θελητή; apud Nobil. *terra accepta*: hoc videtur, inquit, significare θελητή, & respondere Hebræo.

℣. 13. Concinit August. l. 18. de civit. Dei, c. 35. col. 518. e. Ita quoque in Græco est. Apud Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 197. f. *Gravastis adversùm me consilia vestra*, *dicit Dominus omnipotens.*

℣. 14. Græc. tollit conjunct. & post *contra te*; & loco *mandata*, habet τὰ φυλάγματα, *custodias*; cætera ad verbum ut supra. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 197. f. legit: *Et dixistis: In qua re detraximus de te? Quia dixistis: Vanus est omnis*, *qui servit Deo*: & *quid amplius quòd custodivimus præcepta illius*, & *ambulavimus deprecantes* (Gr. ἱκέται) *ante conspectum Domini omnipotentis?* August. l. 18. de civit. Dei, c. 35. col. 518. e. *Et dixistis: In quo detraximus de te? Dixistis: Vanus est omnis*, *quia servit Deo*: & *quid plus quia custodivimus observationes*

Digitized by Google

VULGATA NOVA.

15. ergo nunc beatos dicimus arrogantes : siquidem ædificati sunt facientes impietatem, & tentaverunt Deum, & salvi facti sunt.

16. Tunc locuti sunt timentes Dominum, unusquisque cum proximo suo : Et attendit Dominus, & audivit : & scriptus est liber monumenti coram eo timentibus Dominum, & cogitantibus nomen ejus.

17. Et erunt mihi, ait Dominus exercituum, in die qua ego facio, in peculium : & parcam eis, sicut parcit vir filio suo servienti sibi.

18. Et convertemini, & videbitis quid sit inter justum, & impium ; & inter servientem Deo, & non servientem ei.

VERSIO ANTIQUA.

15. & nunc nos beatos dicimus alienos, & ædificantur omnes qui faciunt iniquitatem : & restiterunt Deo, & salvi facti sunt. *Hieron. ubi sup.*

16. Hæc locuti sunt qui timent Dominum, unusquisque ad proximum suum : Et attendit Dominus, & audivit : & scripsit librum monumenti in conspectu suo his qui timent Dominum, & qui reverentur nomen ejus. *col.* 1830. *col.* 1831.

17. Et erunt mihi, dicit Dominus omnipotens, in die qua ego facio, in acquisitionem : & eligam eos, sicut eligit homo filium suum qui servit ei.

18. Et convertar, & videbitis quid sit inter justum, & iniquum ; & inter servientem Deo, & eum qui non servit ei.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

ejus, & quia ambulavimus supplicantes ante faciem Domini omnipotentis? at l. 20. c. 28. col. 612. d. 613. f. *Vanus est, qui servit Deo : & quid amplius quia custodivimus mandata ejus, & quia ambulavimus supplices ante faciem Domini*, &c.

℣. 15. Eadem sunt in Gr. edit. Rom. præter ista, ἢ ἀνοικοδομοῦνται πάντες ποιοῦντες ἄνομα, ad litt. *& restauranzur omnes facientes iniqua* : Mſ. Barb. hab. ἀνομίαν. Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 197. f. *& nunc nos magnificamus alienos, & renovantur omnes facientes iniqua : & restiterunt, & salvati sunt.* Auguſt. l. 18. de civit. Dei, c. 35. col. 518. f. *& nunc nos beatificamus alienos, & reædificantur omnes qui faciunt iniqua : & adversati sunt Deo, & salvi facti sunt* : at l. 20. c. 28. col. 612. d. ut sup. in textu : *& nunc nos beatos dicimus alienos, & adificantur omnes qui faciunt iniquitatem.*

℣. 16. Similia prorsus in Græco, nisi excipiatur verbum καλελάλησαν, pro *locuti sunt* ; in Mſ. Alex. ἐλάλησαν. Apud Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 197. f. *Hæc detraxerunt qui timent Deum, unusquisque ad proximum suum : Et intendit Dominus, & exaudivit : & scripsit librum memorialem coram se timentibus Dominum, & metuentibus nomen suum.* Apud Auguſt. l. 18. de civit. Dei, c. 35. col. 518. f. *Hæc eblocuti sunt qui timebant Dominum, unusquisque ad proximum suum : Et animadvertit Dominus, & audivit : & scripsit librum memoriæ in conspectu suo eis qui timent Dominum, & reverentur nomen ejus.*

℣. 17. Totidem verba refert Aug. l. 20. de civit. Dei, c. 27. col. 612. a. at l. 18. c. 35. col. 518. f. legit : *in diem qua ego facio, in adquisitionem... sicut homo eligit filium suum servientem sibi.* Ita quoque in Græco est. Apud Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 197. f. *Et erit mihi, dicit Dominus omnipotens, in die qua ego facio, in possessione : & eligam eos, quemadmodum eligit homo filium suum bene servientem sibi.*

℣. 18. Ita rursum legit Auguſt. l. 20. de civit. Dei, c. 27. col. 612. a. excepto verbo *convertemini*, pro *convertar* : item l. 18. c. 35. col. 518. f. *Et convertemini, & videbitis inter justum, & injustum ; & inter servientem Deo, & non servientem.* Ita quoque est in Græco edit. Rom. In Compl. ἢ ὄψεσθε τί ἂν εἴη ἀναμέσον, &c. Apud Lucif. Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 197. f. *Et conversi, videbitis quantum sit inter justum, & injustum ; inter servientem Deo, & non servientem.*

CAPUT IV.

VULGATA NOVA.

1. ECce enim dies veniet succensa quasi caminus : & erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem, stipula : & inflammabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum, quæ non derelinquet eis radicem & germen.

Luc. 1. 78. 2. Et orietur vobis timentibus nomen meum Sol justitiæ, & sanitas in pennis ejus : & egrediemini, & salietis sicut vituli de armento.

3. Et calcabitis impios, cùm fuerint cinis sub planta pedum vestrorum, in die qua ego facio, dicit Dominus exercituum.

VERSIO ANTIQUA.

1. QUia ecce dies venit ardens sicut clibanus, & comburet eos : & erunt omnes alienigenæ, & universi qui faciunt iniquitatem, stipula : succendet eos dies veniens, dicit Dominus omnipotens, & non relinquetur in eis radix, neque ramus. *Hieron. in Malac. 4. col.* 1831.

2. Et orietur vobis, qui timetis nomen meum, Sol justitiæ, & sanitas in pennis ejus : & egredimini, & salietis sicut vituli de vinculis relaxati.

3. Et conculcabitis iniquos, & erunt cinis subter pedes vestros, in die qua ego facio, dicit Dominus omnipotens.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣. 1. Eadem leguntur Græcè, præter unum aut alterum, nempe ἄνομα, *iniqua*, loco *iniquitatem* ; & ἐξ αὐτῶν, *ex eis*, pro *in eis*, ante *radix* ; à Compl. abest ἐξ. Iren. l. 4. c. 4. p. 231. d. *Dies enim Domini quasi clibanus ardens : & erunt stipula, omnes peccatores qui faciunt injusta : & comburet eos dies veniens.* Cypr. ad Demetr. p. 223. b. *Ecce dies Domini venit ardens velut clibanus : eruntque omnes alienigenæ, & omnes iniqui, stipula : & succendet illos adveniens dies, dicit Dominus* : ita rursum l. de op. & eleem. p. 254. b. & l. 2. Testim. p. 296. b. Julius Firm. l. de errore prof. relig. c. 16. p. 170. f. *Venit enim dies Domini ut ardens clibanus.* Lucif. verò Cal. l. 1. pro S. Athan. p. 197. f. *Quia ecce dies venit Domini ardens sicut clibanus, & uret eos : & erunt omnes alienigenæ, & omnes qui faciunt scelera, ut sarmenta : & succendet eos dies Domini qua venit, dicit Dominus omnip. & non derelinquetur ex eis radix, nec vitis.* Auguſt. l. 18. de civit. Dei, c. 35. col. 518. g. *Quoniam ecce dies venit ardens sicut clibanus, & concremabit eos : & erunt omnes alienigenæ, & omnes facientes iniquitatem, stipula : & incendet illos dies qui adveniet, dicit Dominus omnipotens, & non derelinquetur eorum radix, neque sarmentum* : at l. 20. c. 27. col. 612. b. textui Hieronym. succinit ad verbum, præpositâ unâ conjunct. &, verbo *succendet* ; quæ pariter antecedit in Græco. Auct. etiam l. de promiss. p. 2. c. 21. apud Prosp. p. 146. b. legit : *eruntque omnes alienigenæ, stipula : & succendet eos adveniens dies, dicit Dominus.*

℣. 2. Consonat Græc. ad verbum. Cypr. de orat. Dom. p. 215. b. ita legit : *Vobis autem, qui timetis nomen Domini, orietur sol justitiæ, & in alis ejus curatio est.* Zeno Veron. l. 2. tract. 15. p. 191. *Orietur vobis sol justitiæ.* Tertul. l. de resur. carn. p. 578. b. addit : *exibitis de sepulcris veluti vituli de vinculis soluti.* Ambros. de bened. Patr. c. 10. col. 526. a. *exibunt, & tripudiabunt sicut vituli resoluti vinculis.* Auguſt. l. 18. de civit. Dei, c. 35. col. 518. g. *Et orietur vobis timentibus nomen meum, sol justitiæ, & sanitas in pennis ejus : & exibitis, & exsultabitis sicut vituli ex vinculis resoluti* : at l. 20. c. 27. col. 612. b. textui Hieronym. congruit ad verbum : vide etiam serm. 292. to. 5. 1170. g. & l. 1. de serm. Dom. in monte, to. 3. 200. a. Apud Tichon. quoque reg. 7. p. 64. e. id legitur : *& sanitas in pennis ejus.*

℣. 3. Itidem Græcè, excepto uno Λιότι, *quia*, ante *erunt*, loco & ; sed in editt. Ald. & Compl. ac Mſ. Barb.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA.

Hieron. ubi ſup. 4. Mementote legis Moyſi ſervi mei, quam mandavi ei in Horeb ad omnem Iſraël, præcepta & judicia.

col. 1832. 5. Ecce ego mittam vobis Eliam Thesbiten, antequam veniat dies Domini magna, & illuſtris.

6. Qui convertet cor patris ad filium, & cor hominis ad proximum ſuum: ne fortè veniens, percutiam terram penitus.

VULGATA NOVA.

4. Mementote legis Moyſi ſervi mei, quam mandavi ei in Horeb ad omnem Iſraël, præcepta & judicia. *Exod. 20. Deuter. 4. 5. 6.*

5. Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis. *Matth. 17. 10. Marc. 9. 10. Luc. 1. 17.*

6. Et convertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum: ne fortè veniam, & percutiam terram anathemate.

NOTÆ AD VERSIONEM ANTIQUAM.

℣ ἔσχατα. Apud Tertul. l. de reſur. carn. p. 578. b. *Et conculcabitis inimicos.* Apud Auguſt. l. 18. de civit. Dei, c. 35. col. 519. a. *Et conculcabitis iniquos*, & *erunt cinis ſub pedibus veſtris, in die in quo ego facio, dicit Dominus omnipotens*: ſimiliter l. 20. c. 27. col. 612. b. detractis his mediis, *in die in quo ego facio.*

℣. 4. Ita ſequitur in comment. Hieronymi, ſed ex Hebræo ſolo, aut Vulg. noſtra; nihil enim illic ſubnectitur ex edit. LXX. procul dubio quia contextus ambo vix uno aut altero differebant inter ſe: ita ſanè nunc legimus Græcè: Μνήσθητε νόμου Μωσῆ τοῦ δούλου μου, καθότι ἐνετειλάμην αὐτῷ ἐν Χωρὴβ πρὸς πάντα τὸν Ἰσραὴλ, προστάγματα καὶ δικαιώματα. Hæc autem tota non ponuntur loco iſto in edit. Romana, ſed transferuntur poſt ℣. 6. hujus capitis, totumque librum claudunt. In editt. tamen Ald. & Compl. necnon in Mſ. Barb. & apud Theodoretum ponuntur ubi ſupra. Apud Auguſt. etiam l. 20. de civit. Dei, c. 27. col. 612. e. poſt. ℣. 3. ſequuntur iſta: *Mementote legis Moyſi ſervi mei, quam mandavi ei in Choreb ad omnem Iſraël.*

℣. 5. Eadem omnino refert Auguſt. l. 20. de civit. Dei, c. 29. col. 613. b. Totidem etiam verba in Græco, niſi quòd ipſo initio ita legitur, Καὶ ἰδοὺ, *Et ecce*, non ſimpliciter *Ecce.* Similiter ap. Tertul. l. de anima, p. 495. b. *Ec ecce mittam vobis Eliam Thesbiten.* Auct. verò l. de promiſſ. p. 4. ap. Proſp. p. 198. c. *Ecce, dicit Dominus, mittam vobis Eliam Thesbitem, priuſquam veniat dies Domini magnus*, & *manifeſtus.* Junil. Afric. l. 2. de partib. divin. leg. c. 23. p. 349. a. *Ecce tranſmitto vobis Eliam Thesbiten*; deinde, *Et revocabit corda*, &c. de ℣. ſeq.

℣. 6. Ita conſtanter Aug. l. 20. de civit. Dei, c. 29. col. 613. b. ſed inf. legit, *ne fortè veniam*, & *percutiam.* Ita quoque eſt in Græco ed. Rom. cum his, μὴ ἐλθὼ, καὶ παίξω; in Ald. verò & Compl. μὴ ἐλθὼν, παίξω. Auct. l. de promiſſ. p. 4. apud Proſp. p. 198. c. *Qui reſtituet cor patris ad filium*, & *cor hominis ad proximum ſuum: ne veniens, percutiam terram funditus.* Hieron. in comm. addit, *ſive* omnino, *vel* ſubitò, *ut LXX. tranſtulerunt; hoc enim ſignificat* ἀρδὴν. Junil. Afric. l. 2. de partib. divin. leg. c. 23. p. 349. a. *Et revocabit corda patrum in filios.* Gr. Ὃς ἀποκαταστήσει καρδίαν πατρὸς πρὸς υἱόν.

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore FRANCISCO LUCA Brugenſi.

MALACHIAS.

CAP. I. ℣. 1. In manu Malachiæ. *Non ſubjicias* prophetæ.

℣. 3. Et poſui montes ejus in ſolitudinem. *Non addas* Scir *ante* montes.

CAP. II. ℣. 10. Quare ergo deſpicit unuſquiſque noſtrûm fratrem ſuum, violans pactum patrum noſtrorum? *Pronomina prima perſonæ* noſtrûm & noſtrorum, *non ſunt mutanda in ſecundæ* veſtrûm & veſtrorum.

℣. 12. De tabernaculis Jacob. *Pro plurali* tabernáculis, *non ſupponas ſingulare* tabernaculo.

CAP. III. ℣. 5. Et qui calumniantur mercedem mercenarii, viduas & pupillos, & opprimunt peregrinum. *Quidam ante* viduas *præponunt* & humiliant, *ex Græco acceptum; ſed minùs rectè: ſicut* & *illi non rectè, qui omittunt* & *ante* opprimunt.

℣. 18. Et convertemini & videbitis. *Retinendum eſt futurum indicativi* convertemini.

Digitized by Google

IN MACHABÆORUM LIBROS
ADMONITIO.

INTER libros illos, qui ex antiquiſſima Verſione Latina ſervati ſunt in Vulgata noſtra, nulli dubium eſt quin numerandi ſint duo Machabæorum libri. Cùm enim ab Hieronymo Latinè non ſuerint translati, ab illa veterrima Editione peti debuerunt, quæ Vulgò uſurpabatur in Eccleſia Latina ante ipſum. Utriuſque hujus libri ſtylus non unus videtur & idem: prior phraſim Hebraïcam ſapit; poſterior Græcam. Id apertè declarat Hieronymus in Prologo Galeato Vulgatis Bibliis præfixo : Machabæorum primum librum, *inquit*, Hebraïcum reperi : ſecundus Græcus eſt, quod ex ipſa quoque phraſi probari poteſt. *Porro cùm exemplar illud Hebraïcum, ſeu potius Syriacum prioris libri hodie non exſtet, Textus Græcus, à quo proximè prodiit Interpretatio vetus Latina, tanquam fons hujus libri meritò ſpectari poteſt. Et ſanè Verſionem Latinam ejuſdem, quæ nunc habetur in Vulgata noſtra, è Græco prope manaſſe non diffitebitur, quiſquis alterum alteri comparare voluerit: ſæpe enim Latinæ verſioni hujus libri cum textu Græco ea eſt ſimilitudo, ut lac lacti non ſimilius ſit. Plurimæ tamen inter utrumque textum adſunt varietates cùm in primo, tum maximè in ſecundo libro, quas diligenter attendere oportuit, nedum contemni debuerint aut negligi: illas quoque, ſi non omnes, ſaltem præcipuas, imo pene omnes ſolito more ſubjecimus in Notis. Textum etiam Latinum Vulgatæ noſtræ contulimus cum Mſ. uno S. Theoderici ad Remos n. 2. annorum circiter 600. & optimæ notæ. Mſ. quidem ille codex paucis tantummodo differt à Vulgata noſtra : quia tamen in ipſo nonnullæ paſſim occurrunt diverſitates alicujus momenti, illas maximè notandas duximus, & aliis id genus adnexuimus. Non idem judicium ferendum de altero codice Mſ. Monaſterii noſtri S. Germani Pariſienſis n. 15. qui nimirum codex, cùm annorum ſaltem nongentorum ætatem præferat, & non modicas Antiquæ noſtræ Verſionis partes in ſe complectatur, antiquitate, & pretio, codici Mſ. S. Theoderici longè anteponi debet. Porro ille Sangermanenſis codex decem & tria priora capita libri primi Machabæorum integra nobis ſuppeditat, plura procul dubio ſuffecturus nobis, niſi deeſſent folia ſubſeqq. Id ſaltem apertè indicant ultima verba quibus clauditur, ni fallor, pagina :* Et in anno centeſimo ſeptuageſimo ſecundo congregavit Demetrius exer..... *quæ ſunt prima verba capitis XIV. proximè ſequentis. Ad illa igitur capita, quæ ſuperſunt, quod attinet, horum ipſorum Latina Verſio primam antiquitatem redolet : id in primis commonſtrant verba nonnulla veterrimo modo ſcripta, v. g.* iſtut, *pro* iſtud; quodquod, *pro* quotquot; plancto, *pro* planctu; epiſtula, aduleſcentior, *pro* epiſtola, adoleſcentior; exacervabat, *pro* exacerbabat; archæ, *pro* arce; cornum & corno, *pro* cornu; de ſanctificationem, *loco* de ſanctificatione, *&c. Præterea Mſ. noſter codex concordat in multis cum Lucifero Calaritano, ſcriptore antiquiſſimo: vide v. g. Not. ad cap.* 1. ℣℣. 43. 44. 46. 47. 48. *&c. Item cap.* 3. ℣℣. 1. 2. 3. 4. *&c. Si autem contentio fiat hujus antiquæ Verſionis cum textu Græco edit. Rom. deprehendetur contextum illum ipsâ ſæpe verbum è verbo, ſtrictiùſque nonnunquam & preſſiùs reddi, quàm Vulgatâ noſtrâ; exempli gratia, cap.* 1. ℣℣. 1. 4. 9. 10. 15. 25. *&c. rurſum cap.* 2. ℣. 1. 2. 6. 9. 15. 16. *& ſic de aliis multis. Non negaverim tamen Vulgatam noſtram hoc priori libro, textui Græco plurimùm accedere, imo & ſenſum planiorem nonnunquam præbere, utpote à mendis pluribus, & barbariſmis liberam : hujuſmodi enim fœditates ut ſæpe occurrunt in veteribus Mſs. ſic etiam in codice Sangermanenſi noſtro : nonnullas id genus abſtergere non dubitavimus, ne ſcilicet illis nimiùm deturparetur Sacer Contextus. Qua ratione autem ederentur priora illa capita, & jungerentur cum Vulgata, non unum fuit noſtrûm aut amicorum conſilium: primum judicium erat, idque ſatis ratum & fixum, Vulgatam ſolam adhibendi ad textum conficiendum; Mſ. autem noſtri diverſitates præcipuas inſerendi in Notis inferioribus. Cùm enim ſentiremus libros Machabæorum duos ex antiqua Verſione, ſeu, ut aiunt, Italica, ſervatos fuiſſe in Vulgata noſtra; ut quid, aiebamus, alteram Verſionem etiam antiquam, ipſi adnectere? vel enim ipſa Italica Verſio eſt, vel non : ſi Italicam dixeris, quomodo ſtabit ſententia de Vulgatæ noſtræ Interpretatione, quam pariter affirmamus eſſe veterem illam, quæ olim adhibebatur in Eccleſia? ſi verò id denegamus Verſioni antiquæ Mſ. Sangerm. quo nomine vel titulo ſubſiſtet ipſa, imprimeturque è regione Vulgatæ noſtræ? fatendum quod res eſt, plurimùm arridebat hoc judicium, cui etiam, ut dictum eſt, primùm aſſenſi fueramus : ſed re magis conſulta & explorata, priorem ſententiam mutandam cenſuimus, & reipſa mutavimus; nec ratio mutandi nobis*

Digitized by Google

defuit. Quamvis enim non diffiteamur verſionem Latinam utriuſque libri Machabæorum; qualis nunc habetur in Vulgata noſtra, eſſe antiquam Verſionem uſu receptam ante Hieronymum; nihil impedit quominus idem affirmemus de antiqua Verſione Latina Mſ. Sangerm. ſaltem quod attinet ad plurima, quibus ambæ concordant inter ſe: quoniam verò alia ſunt, & valde multa, quibus à ſe invicem diſcrepare videntur, ſi non ſenſu, ſaltem verbis, & verborum contextu ac ſerie, quid vetat aſſerere, idem olim fieri potuiſſe in Eccleſia ad emendationem utriuſque libri Machabæorum, quod & probante eadem Eccleſia ab Hieronymo præſtitum fuit in libro Pſalmorum, quorum ſcilicet Verſio Latina ſecundùm LXX. ſemel & iterum ab ipſo correcta fuit & emendata. Quemadmodum autem etiamnum inveniri poſſunt Mſs. codices qui Pſalmos ante omnem Hieronymi correctionem exhibeant, ita pariter inventus eſt à nobis codex, qui libri primi Machabæorum partem continet majorem, minimè quidem correctam, ſed qualis olim in nonnullis Mſs. antiquis reperiebatur. Ut ut eſt, utramque vulgamus; ſed pluris unam quàm alteram facimus, nempe illam quæ reſervata eſt in Vulgata noſtra, quæque & præſtantior eſt, & majorem auctoritatem habet. Itaque illam ipſam edimus iiſdem typis, quibus edita eſt à nobis Antiquiſſima Verſio Latina: ne autem altera è Mſ. Sangermanenſi deſcripta deperiret, & ut ipſi ſua auctoritas tribueretur & pondus, illam è regione excudendam curavimus, ſed typis diſtinctis, ſcu, ut aiunt, Italicis, quemadmodum ſupra præſtandum duximus in edendo libro Baruch. Sed hæc hactenus.

Digitized by Google

CAPITULA LIBRI I. MACHABÆORUM,

Ex insigni Mſ. Eccleſiæ Beatæ Mariæ Remenſis * annorum ſaltem 900. n. B. 2.

* In inf. marg. hoc ſubſcriptum legitur eadem manu: *Hincmarus Archiepiſcopus dedit S. Mariæ Remenſis Eccleſiæ.*

I. *UBi everſâ Hieruſalem, conſenſerunt Judæi edicto Regis ſacrificare idolis.* cap. 1. ℣℣. 32. 33. 44. 45.

II. *Ubi Lex Dei exuſta eſt juſſu regis Antiochi, populo ſacrificante idolis.* c. 1. ℣℣. 59. 62.

III. *De Matthathia, & filiis ejus, lamentantibus populum Hieruſalem.* c. 2. ℣℣. 1. 2. ſeqq.

IV. *Ubi miniſtri regis cùm cogerent Matthathiam ſacrificare, non fecit; & interfecit ſacrificantem.* c. 2. ℣℣. 15. 16. 22. 23. 24.

V. *Ubi Judæi qui non ſacrificarunt, fugientes in deſerto, occiſi ſunt.* c. 2. ℣℣. 29. 30. 38.

VI. *Ubi Matthathias cum filiis occidit perſecutores, & aras evertit.* c. 2. ℣℣. 44. 45.

VII. *Ubi Matthathias moriens, admonet filios.* c. 2. ℣℣. 49. 50. &c.

VIII. *Ubi ſurrexit Judas poſt mortem Matthathiæ defendere Iſraël.* c. 3. ℣. 1. ſeqq.

IX. *Ubi Judas occidit Apollonium, & Seron principem exercitus Syriæ.* c. 3. ℣℣. 11. 23. 24.

X. *Ubi Antiochus congregat exercitum contra Judam: & de actibus Lyſiæ, & victoriæ Judæ.* c. 3. ℣℣. 27. 32. 38. 42. c. 4. ℣℣. 6. 7. 14. ſeqq.

XI. *Ubi veniens Lyſias amicus Antiochi cum exercitu, à Juda debellatus eſt.* c. 4. ℣℣. 28. 29. 34. ſeqq.

XII. *Ubi Judas purificat templum ab immunditiis gentium.* c. 4. ℣℣. 42. 43. ſeqq.

XIII. *Ubi Judas debellavit gentes volentes perdere Iſraël: & de Timotheo.* c. 5. ℣℣ 1. 2. 3. &c.

XIV. *Ubi Simon expugnavit gentes, miſſus à Juda fratre ſuo.* c. 5. ℣℣. 17. 20. 21. &c.

XV. *Ubi Judas, & fratres ejus, expugnavit caſtra Timothei, & cepit civitates munitas, & civitatem Eſron.* c. 5. ℣℣. 28. 31. 34. 35. &c.

XVI. *Ubi Joſephus & Azarias voluerunt expugnare gentes, & victi ſunt: & ubi Judas expugnavit filios Eſau.* c. 5. ℣℣. 56. 57. 60. 65.

XVII. *De morte Antiochi, & ſucceſſione filii ipſius.* c. 6. ℣℣. 8. 9. 15. 16. 17.

XVIII. *Ubi filius Antiochi mittit exercitum ad debellandum Judam, & vincitur; & pacem dat fictè, quam continuò diſrumpit.* c. 6. ℣℣. 28. 29. 42. 58. 60. 62.

XIX. *Ubi Demetrius occiſo Antiocho, & Lyſias obtinuit regnum: & de Alcimo & Bacchide, & malitia eorum.* c. 7. ℣℣. 1. 2. 3. 4. 5. 8. 9. &c.

XX. *Ubi ſecundò miſit Demetrius Nicanorem ad debellandum Judam.* c. 7. ℣℣. 26. 27. ſeqq.

XXI. *Ubi oravit Judas Dominum, & vicit Nicanorem, & occidit eum.* c. 7. ℣℣. 36. 37. 38. 43. &c.

XXII. *De Romanorum fama, quòd omnia regna ſibi ſubjecerint.* c. 8. ℣℣. 1. 2. &c.

XXIII. *Ubi Judas mittit legatos Romam, conjurationis gratiâ.* c. 8. ℣℣. 17. 18. 19. ſeqq.

XXIV. *Reſcripta Romanorum ad Judæos, & ut Demetrius Judæis non adverſetur.* c. 8. ℣℣. 22. 23. &c.

XXV. *Ubi Demetrius mittit exercitum ad Judæos debellandos.* c. 9. ℣℣. 1. 2. ſeqq.

XXVI. *Ubi Judas mortuus eſt in bello, poſtquam exſtinxit partem Bacchidis.* c. 9. ℣℣. 8. 9. 10. &c. 18. 19.

XXVII. *De viris impiis in malitia Bacchidis poſt obitum Judæ.* c. 9. ℣℣. 23. 24. 25. &c.

XXVIII. *Ubi Jonathas ſuſcepit principatum, expugnavit filios Jambri, & Bacchidem.* c. 9. ℣℣. 31. 33. ſeqq.

XXIX. *Ubi Alchimus, volens templum deſtruere, obmutuit: & de conſilio impiorum proditio* (l. *prodito.*) c. 9. ℣℣. 54. 55. 58. 59. 60.

XXX. *Ubi ſuperatus eſt Bacchides à Simone & Jonatha: & reddidit ei Jonathas captivitatem, & pacem firmavit.* c. 9. ℣℣. 63. 64. 65. &c. 70. 71. 72. 73.

XXXI. *Ubi Alexander Antiochi filius, ſuſcepit regnum: & voluit cum eo pugnare Demetrius, & Jonathan prævenit ad amicitias faciendas.* c. 10. ℣℣. 1. 2. 3. 4. &c.

XXXII. *Ubi Jonathas tenuit Hieruſalem, & munivit eam.* c. 10. ℣℣. 10. 11.

XXXIII. *Ubi rex Alexander petit auxilium Jonathæ adversùs Demetrium.* c. 10. ℣℣. 18. 19. &c.

XXXIV. *Ubi Demetrius petit auxilium Jonathæ contra Alexandrum, & contemnitur.* c. 10. ℣℣. 25. 26. &c.

XXXV. *Ubi Alexander in pugna occidit Demetrium, & accepit filiam Ptolomei regis uxorem: & de gloria Jonathæ.* c. 10. ℣℣. 48. 49. 50. 54. 55. &c. 59. 60. 62. &c.

XXXVI. *Ubi Demetrius filius Demetrii, accepit regnum: & miſſum ab eo Apollonium expugnavit Jonathas.* c. 10. ℣℣. 67. 69. 74. &c.

XXXVII. *Ubi Jonathas venit Aſcalona cum gloriâ & mittit ei Alexander fibulam auream.* c. 10. ℣℣. 86. 87. 88. 89.

XXXVIII. *Ubi Ptolomeus rex ſurrexit contra Alexandrum; & ablatam ab eo filiam ſuam dedit Demetrio, eò quòd duo regna habuerit.* c. 11. ℣℣. 1. 2. &c. 9. 10. 11. 12. 13.

XXXIX. *Ubi occiditur Alexander rex ab Gaddiel Arabe: & de morte Ptolomei regis.* c. 11. ℣℣. 17. 18.

XL. *Ubi Demetrius regnans, confirmat fœdus cum Jonatha; & quietis omnibus, dimiſit exercitum Demetrius.* c. 11. ℣℣. 19. 22. 23. 24. &c. 32. 33. &c. 38.

XLI. *Ubi Triſon erigit regem Antiochum filium Alexandri adversùm Demetrium, & auxilio Judæorum ſalvatur Demetrius; & perfidus exiſtit.* c. 11. ℣℣. 39. 40. 44. 47. 48. 52. 53.

XLII. *Ubi victus eſt Demetrius à Triſone, & Antiocho.* c. 11. ℣℣. 54. 55. 56.

XLIII. *De amicitiis Antiochi cum Jonatha & Simone.* c. 11. ℣℣. 57. 58. 59.

XLIV. *Ubi Jonathas pugnavit cum alienigenis; & recuperata virtute, expugnavit eos.* c. 11. ℣℣. 60. 61. 62. ſeqq.

XLV. *Ubi Jonathas legatos mittit Romanis, & Spartiatis de renovatione amicitiæ & pacis.* c. 12. ℣℣. 1. 2. 3. 4. 5. 6. &c.

XLVI. *Ubi principes Demetrii cum exercitu fugat Jonathas, & percuſſit Arabas, qui vocantur Za-*

Digitized by Google

badæi. c. 12. ✝✝. 24. 25. 30. 31.

XLVII. *Ubi Triſon, adſumere volens regnum Antiochiæ, dolo egit cum Jonatha, & apud Ptolomaidam concluſus eſt.* c. 12. ✝✝. 39. 40. 41. 42. 43.... 48. &c.

XLVIII. *Ubi Simonem loco fratrum ejus exercitus ducem conſtituit: & de morte Jonathæ.* c. 13. ✝✝. 7. 8. 9. &c. 23. 25. 26.

XLIX. *Ubi Triſon occidit Antiochum, & regnavit pro eo.* c. 13. ✝✝. 31. 32.

L. *Ubi Demetrius conſtituit pacem cum Simone, & tributa dimiſit.* c. 13. ✝✝. 34. 35. 36. &c.

LI. *Ubi Simon, expugnans Gazam, exoratus dextras dedit; & filium ſuum conſtituit ducem.* c 13. ✝✝. 43. 44. 45. 46. 47. &c. 54.

LII. *Ubi congregavit rex Demetrius exercitus ſuos, & abiit Mediam ad contrahenda ſibi auxilia, ut expugnaret Triſonem. Et miſit Arſaces rex Perſidis & Mediæ principem ſuum, & vivum comprehendit Demetrius, & poſuit eum in cuſtodia.* c. 14. ✝✝. 1. 2. 3.

LIII. *Ubi captus Demetrius eſt à rege Perſidis, & habitus in cuſtodia: de ſublimitate & potentia Simonis, & quiete terræ.* Ibid. & ✝✝. 4. 5. 6. 7. 8. 9. &c.

LIV. *Reſcriptæ pacis ad Simonem ab Spartiatis.* c. 14. ✝✝. 20. 21. ſeqq.

LV. *Ubi populus Judæorum titulos gloriæ Simoni auci ſuo ſtatuerunt tabulis æneis.* c. 14. ✝✝. 26. 27. 28. ſeqq.

LVI. *Ubi Antiochus Demetrii filius accepit regnum paternum; & conjuratus Simoni, perſecutus eſt Triſonem, & fugavit.* c. 15. ✝✝. 1. 2. 3. &c. 10. 11. 12. &c.

LVII. *Reſcriptæ Romanorum pacis cum Simone conſtitutæ ad Ptolomeum regem, & cæteros.* c. 15. ✝✝. 16. 17. 18. &c.

LVIII. *Ubi Antiochus Demetrii, rupta pace, mittit Cendebeum ad debellandam Judæam.* c. 15. ✝✝. 26. 27. 38. 39. &c.

LIX. *Ubi Simon mittit duos filios ſuos ad Cendebeum ducem Ptolomei expugnandum.* c. 16. ✝✝. 2. 3. 4.

LX. *Ubi filii Simonis vicerunt Cendebeum, & Judas filius Simonis vulneratus eſt.* c. 16. ✝✝. 5. 6. 7. 8. 9.

LXI. *Ubi Ptolomeus filius Abobi occidit Simonem cum filiis ſuis in convivio; & Johannes filius Simonis occidit eos, qui venerant perdere eum.* c. 16. ✝✝. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 21. 22.

Digitized by Google

LIBER PRIMUS

MACHABÆORUM.

CAPUT PRIMUM.

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET VERSIO ANTIQUA.

1. ET factum est, postquam percussit Alexander Philippi Macedo, qui primus regnavit in Græcia, egressus de terra Cethim, Darium regem Persarum & Medorum:

2. constituit prælia multa, & obtinuit omnium munitiones, & interfecit reges terræ,

3. & pertransiit usque ad fines terræ: & accepit spolia multitudinis gentium: & siluit terra in conspectu ejus.

4. Et congregavit virtutem, & exercitum fortem nimis: & exaltatum est, & elevatum cor ejus:

5. & obtinuit regiones gentium, & tyrannos: & facti sunt illi in tributum.

6. Et post hæc decidit in lectum, & cognovit quia moreretur.

7. Et vocavit pueros suos nobiles, qui secum erant nutriti à juventute: & divisit illis regnum suum, cùm adhuc viveret.

8. Et regnavit Alexander annis duodecim, & mortuus est.

9. Et obtinuerunt pueri ejus regnum, unusquisque in loco suo:

10. & imposuerunt omnes sibi diademata post mortem ejus, & filii eorum post eos annis multis, & multiplicata sunt mala in terra.

ALIA VERSIO VETUS.

1. *ET factum est, postquam percussit Alexander Philippi magnus Macedo, qui exivit de terra Cetheim, & percussit Darium regem Persarum & Medorum, & regnavit in loco ejus primus in Græciam:* Ex Mss. cod. S. Germ. Paris. annor. circit. 900. n. 15.

2. *& commisit prælia multa, & obtinuit munitiones, & interfecit reges terræ,*

3. *& pertransiit usque ad fines terræ: & accepit spolia multitudinis gentium: & siluit terra in conspectu ejus.*

4. *Et exaltatum, & elevatum est cor ejus: & congregavit virtutem, & exercitum fortem nimis:*

5. *& regnavit in regionibus gentium, & tyrannis: & facti sunt illi in tributum.*

6. *Et post hæc decidit in lectum, & cognovit quia moriturus esset.*

7. *Et vocavit pueros suos nobiles, qui secum erant nutriti à juventute: & divisit illis regnum suum, cùm adhuc viveret.*

8. *Et regnavit Alexander annis duodecim, & mortuus est.*

9. *Et obtinuerunt pueri ejus, unusquisque in loco suo:*

10. *& imposuerunt omnes diademata post mortem ejus, & filii eorum post eos annis multis, & multiplicata sunt mala in terra.*

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 1. Ita quoque in Græco est, si detrahatur adject. *magnus*, ante *Macedo*: scriptum etiam iuf. Χετσιειμ, non *Cetheim*; in Mss. S. Theod. *Cetbim*.

℣. 2. Græc. καὶ συνεστήσατο πολέμους πολλοὺς, καὶ ἐκράτησεν ὀχυρωμάτων πολλῶν, &c. A Mss. Alex. & Compl. abest πολλῶν.

℣. 3. Consonat Græc. ad verbum.

℣. 4. Sic etiam in Græco est, nisi quòd deest τὸ & *exercitum*. Mss. S. Theod. habet: *Et congregavit virtutem exercitum fortem*, &c. ut in Vulg.

℣. 5. Græc. καὶ ἦρξε χωρῶν, καὶ ἐθνῶν, καὶ τυράννων, &c. ut supra.

℣. 6. Græc. extremò hab. ὅτι ἀποθνήσκει, *quia moritur*, cæt. ut in Vulg.

℣. 7. Concinit Græcum. Mss. S. Theod. in medio hab. *nutriti à juventute sua*.

℣. 8. Sic iterum Græcè.

℣. 9. Græcè pariter: Καὶ ἐπεκράτησαν οἱ παῖδες αὐτοῦ, ἕκαστος, &c.

℣. 10. Similiter in Græco.

Digitized by Google

AL. VERSIO VETUS.

Ex Mſ. S. Germ. a. 15.

11. *Et exiit ex eis radix delicti, Antiochus inluſtris, filius Antiochi regis, qui fuerat Romæ obſes: & regnavit in anno centeſimo vigeſimo ſeptimo regni Græcorum.*

12. *In diebus illis exierunt ex Iſraël filii iniqui, & ſuaſerunt multos, dicentes: Eamus, diſponamus teſtamentum cum gentibus, quæ circa nos ſunt: quia ex qua die receſſimus ab eis, invenerunt nos mala multa.*

13. *Et bonus viſus eſt ſermo in oculis eorum.*

14. *Et deſtinaverunt quidam ex populo, & abierunt ad regem: & dedit illis poteſtatem rex ut facerent juſtitias gentium.*

15. *Et adificaverunt gymnaſium Jeroſolymis ſecundùm legitima nationum:*

16. *& fecerunt ſibi præputia, & receſſerunt à teſtamento ſancto, & juncti ſunt nationibus, & venundati ſunt ut facerent malum.*

17. *Et paratum eſt regnum in conſpectu Antiochi, & ſuſcepit regnare in terra Ægypti, ut regnaret ſuper duo regna Antiochus.*

18. *Et intravit in Ægyptum in turba gravi, & in curribus, & in elephantis, & in multitudine navium:*

19. *& conſtituit bellum adversùs Ptolomæum regem Ægypti, & veritus eſt Ptolomæus à facie ejus, & fugit, & ceciderunt vulnerati multi.*

20. *Et comprehenderunt civitates munitas in terra Ægypti: & accepit ſpolia multa de terra Ægypti.*

21. *Et convertit Antiochus, poſtquam percuſſit Ægyptum in centeſimo & quadrageſimo tertio anno: aſcendit ad Iſraël*

22. *in Jeroſolyma in multitudine gravi.*

23. *Et intravit in ſancto cum ſuperbia, & accepit altare aureum, & candelabrum luminis, & univerſa vaſa ejus, & menſam propoſitionis, & libatoria, & phialas, & mortariola, & velum templi, & coronas, & ornamentum aureum, quod erat in faciem templi: & comminuit omnia.*

24. *Et accepit argentum, & aurum, vaſa concupiſcibilia: & accepit theſauros occultos, quos invenit: & acceptis omnibus, abiit in terram ſuam.*

25. *Et fecit cædem hominum, & locutus eſt ſuperbiam magnam.*

26. *Et factus eſt luctus magnus in Iſraël, in omni loco eorum:*

27. *& gemuerunt principes, & ſeniores eorum: virgines, & juvenes eorum infirmati ſunt: & ſpecioſitas mulierum immutata eſt.*

28. *Omnis maritus ſumpſit lamentum: & quæ ſedebant in thoro maritali, lugebant:*

29. *& commota eſt terra ſuper inhabitantes*

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

11. Et exiit ex eis radix peccatrix, Antiochus illuſtris, filius Antiochi regis, qui fuerat Romæ obſes: & regnavit in anno centeſimo trigeſimo ſeptimo regni Græcorum.

12. In diebus illis exierunt ex Iſraël filii iniqui, & ſuaſerunt multis, dicentes: Eamus, & diſponamus teſtamentum cum gentibus, quæ circa nos ſunt: quia ex quo receſſimus ab eis, invenerunt nos multa mala.

13. Et bonus viſus eſt ſermo in oculis eorum.

14. Et deſtinaverunt aliqui de populo, & abierunt ad regem: & dedit illis poteſtatem ut facerent juſtitiam gentium.

15. Et ædificaverunt gymnaſium in Jeroſolymis ſecundùm leges nationum:

16. & fecerunt ſibi præputia, & receſſerunt à teſtamento ſancto, & juncti ſunt nationibus, & venundati ſunt ut facerent malum.

17. Et paratum eſt regnum in conſpectu Antiochi, & cœpit regnare in terra Ægypti, ut regnaret ſuper duo regna.

18. Et intravit in Ægyptum in multitudine gravi, in curribus, & elephantis, & equitibus, & copioſa navium multitudine:

19. & conſtituit bellum adversùs Ptolemæum regem Ægypti, & veritus eſt Ptolemæus à facie ejus, & fugit, & ceciderunt vulnerati multi.

20. Et comprehendit civitates munitas in terra Ægypti: & accepit ſpolia terræ Ægypti.

21. Et convertit Antiochus, poſtquam percuſſit Ægyptum in centeſimo & quadrageſimo tertio anno: & aſcendit ad Iſraël,

22. & aſcendit Jeroſolymam in multitudine gravi.

23. Et intravit in ſanctificationem cum ſuperbia, & accepit altare aureum, & candelabrum luminis, & univerſa vaſa ejus, & menſam propoſitionis, & libatoria, & phialas, & mortariola aurea, & velum, & coronas, & ornamentum aureum, quod in facie templi erat: & comminuit omnia.

24. Et accepit argentum, & aurum, & vaſa concupiſcibilia: & accepit theſauros occultos, quos invenit: & ſublatis omnibus abiit in terram ſuam.

25. Et fecit cædem hominum, & locutus eſt in ſuperbia magna.

26. Et factus eſt planctus magnus in Iſraël, & in omni loco eorum:

27. & ingemuerunt principes, & ſeniores: virgines, & juvenes infirmati ſunt: & ſpecioſitas mulierum immutata eſt.

28. Omnis maritus ſumpſit lamentum: & quæ ſedebant in thoro maritali, lugebant:

29. & commota eſt terra ſuper habitantes in

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 11. Græc. Vulgatæ reſpondet.

℣. 12. Græc..... ἢ ἀνέπεισαν πολλὺς..... ὅτι ἀφ' ἧς ἐχωρίσθημεν, &c. Compl. ἀφ' ἧ.

℣. 13. Græc. Καὶ ἠγαθύνθη ὁ λόγος, &c.

℣. 14. Græc. Καὶ προεθυμήθησάν τινες ἀπὸ τῦ λαῦ..... ἢ ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν ποιῆσαι τὰ δικαιώματα τῶν ἐθνῶν. Mſ. quoque S. Theod. extremò habet num. plurali, *juſtitias gentium.*

℣. 15. Græcè pariter, κατὰ τὰ νόμιμα τῶν ἐθνῶν.

℣. 16. Totidem verba in Græco.

℣. 17. Gr..... ἢ ὑπέλαβε βασιλεῦσαι τῆς Αἰγύπτυ, &c. ut in Vulg. nec ſubjicitur *Antiochus.*

℣. 18. Sic etiam in Græco eſt, niſi quòd tollitur conjunct. & , poſt *gravi; elephantiſque* ſubditur, ἢ ἐν ἱππεῦσι, & *in equitibus*; dein, ac ultimò, ἢ ἐν στόλῳ μεγάλῳ, & *in claſſe magna.*

℣. 19. Conſonat Græc. ad verbum, ſi tamen unum excipiatur plur. Συνεστήσαντο, *conſtituerunt*, pro ſingul. *conſtituit*; ſed Nobilius monet corrigendum eſſe Συνεστήσατο; quamvis, inquit, hujuſmodi varietates à ſingulari ad numerum multitudinis ſæpe occurrunt.

℣. 20. Gr. Καὶ καθελάβοντο τὰς πόλεις τὰς ὀχυρὰς..... ἢ ἔλαβε τὰ σκῦλα γῆς Αἰγύπτυ.

℣. 21. Sic eſt in Græco, interpoſita duplici conjunct. ἢ, ante *tertio*, & ante *aſcendit.*

℣. 22. Græc. Vatic. ἢ ἀνέβη εἰς Ἱερυσαλὴμ ἐν ὄχλῳ βαρεῖ· ſed in Mſ. Alex. ἢ Ἱεροσόλυμα, abſque medio ἀνέβη; in edd. Ald. & Compl. ἢ εἰς Ἱερυσαλήμ.

℣. 23. Græc. Καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸ ἁγίασμα ἐν ὑπερηφανείᾳ, &c. ut in Vulgata.

℣℣. 24. 25. 26. Totidem verba in Græco.

℣. 27. Græc. ἢ ἐστέναξαν ἄρχοντες, &c. ut in Vulg.

℣. 28. Mſ. S. Theod. *Et omnis maritus.....* & *quæ ſedebat in thoro maritali, lugebat.* Græc. Πᾶς νυμφίος ἀπέλαβε θρῆνον· ἢ καθημένη ἐν παστῷ, ἐγένετο ἐν πένθει.

℣. 29. Concinit Græc. ad verbum, niſi quòd hab. ἐσὶ

Digitized by Google

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

ea, & universa domus Jacob induit confusionem.

30. Et post duos annos dierum, misit rex principem tributorum in civitates Juda, & venit Jerusalem cum turba magna.

31. Et locutus est ad eos verba pacifica in dolo: & crediderunt ei.

32. Et irruit super civitatem repentè, & percussit eam plagâ magnâ, & perdidit populum multum ex Israël.

33. Et accepit spolia civitatis: & succendit eam igni, & destruxit domos ejus, & muros ejus in circuitu:

34. & captivas duxerunt mulieres: & natos, & pecora possederunt.

35. Et ædificaverunt civitatem David muro magno & firmo, & turribus firmis, & facta est illis in arcem:

36. & posuerunt illic gentem peccatricem, viros iniquos, & convaluerunt in ea: & posuerunt arma, & escas, & congregaverunt spolia Jerusalem:

37. & reposuerunt illic: & facti sunt in laqueum magnum.

38. Et factum est hoc ad insidias sanctificationi, & in diabolum malum in Israël:

39. & effuderunt sanguinem innocentem per circuitum sanctificationis, & contaminaverunt sanctificationem.

40. Et fugerunt habitatores Jerusalem propter eos, & facta est habitatio exterorum, & facta est extera semini suo, & nati ejus reliquerunt eam.

41. Sanctificatio ejus desolata est sicut solitudo, dies festi ejus conversi sunt in luctum, sabbata ejus in opprobrium, honores ejus in nihilum. *Tob. 2. 6. Amos 8. 10.*

42. Secundùm gloriam ejus multiplicata est ignominia ejus: & sublimitas ejus conversa est in luctum.

43. Et scripsit rex Antiochus omni regno suo, ut esset omnis populus, unus: & relinqueret unusquisque legem suam.

44. Et consenserunt omnes gentes secundùm verbum regis Antiochi:

45. & multi ex Israël consenserunt servituti ejus, & sacrificaverunt idolis, & coinquinaverunt sabbatum.

46. Et misit rex libros per manus nunciorum in Jerusalem, & in omnes civitates Juda: ut sequerentur leges gentium terræ,

47. & prohiberent holocausta, & sacrificia, & placationes fieri in templo Dei,

AL. VERSIO VETUS.

in eam, & universa domus Jacob induit confusionem. Ex Mſ. S. Cerm. n. 15.

30. Et post duos annos, misit rex principem tributorum ad civitates Juda, & venit in Jerusalem in turba magna.

31. Et locutus est ad eos verba pacifica in dolo: & crediderunt ei.

32. Et incubuit super civitatem derepente, & percussit eam plagâ magnâ, & perdidit populum multum ex Israël.

33. Et accepit spolia civitatis: & incendit eam igni, & destruxit domus ejus, & muros in circuitu:

34. & captivas duxerunt mulieres: & natos, & pecora possederunt.

35. Et adificaverunt civitates & muro magno & firmo, turribus altis, & factum est illis in arcem:

36. & posuerunt illic gentem peccatricem, viros iniquos, & convaluerunt in eam: & posuerunt arma, & escam, & congregaverunt spolia Jerusalem:

37. & reposuerunt illic: & facti sunt in laqueum magnum.

38. Et factum est in insidias sanctificationis, & in commissionem nequam in Israël semper:

39. effuderunt sanguinem innocentem per circuitu Jerusalem, & sanctificationem contaminaverunt.

40. Et fugerunt habitatores Jerusalem propter eos, & facta est habitatio eorum, exterorum, & terra eorum his; qui nati sunt in ea, & nati ejus reliquerunt eam.

41. Sanctificatio ejus desolata est sicut solitudo, dies festi ejus conversi sunt in luctum, & sabbata ejus in opprobrium, honor ejus in nihilum.

42. Secundùm gloriam ejus multiplicata * *est ignominia ejus: & sublimitas ejus conversa est in luctum.* * Mſ. *sunt*, vitiosè.

43. Et scripsit rex in omni regno suo, ut essent universi populi, unum: & relinquerent unusquisque legitima sua.

44. Et receperunt omnes gentes secundùm verbum regis:

45. & multi ex Israël consenserunt servitioni ejus, & sacrificaverunt simulacris, & polluerunt sabbatum.

46. Et misit rex libros in manu nunciorum in Jerusalem, & civitates Juda: ut irent post legitima exteræ terræ,

47. & prohibere holocausta, & sacrificia, & libationes de * *sanctificatione,* * Mſ. *sanctificationem*, mendosè.

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

τὺς κατειλήφοτας αὐτήν.

℣. 30. Græc. extremò leg. ἦλθεν εἰς Ἱερουσαλὴμ ἐν ὄχλῳ βαρεῖ· cæt. ut in Vulgata.

℣. 31. Græcè similiter.

℣. 32. Græc. Καὶ ἐπέπεσεν ἐπὶ τὴν πόλιν ἐξάπινα, ἢ ἐπάταξεν, &c. ut supra. In Mſ. S. Theod. deest *magna*, post *plaga*.

℣. 33. Græc. Vulgatæ consonat.

℣. 34. Græc. ἢ ἠχμαλώτευσαν τὰς..... ἢ τὰ κτήνη ἐκλεηρόμησαν.

℣. 35. Græc. Vulgatæ respondet, detractâ unâ conjunct. & , ante *turribus*.

℣. 36. Mſ. S. Theod. legit *peccatorum*, loco *peccatricem*. Græc. Vulgatæ favet.

℣. 37. Græcè deest 1. conjunct. & ; cætera quadrant.

℣. 38. Græc. Καὶ ἐγένετο εἰς ἐνέδρον τῷ ἁγιάσματι, ἢ εἰς διάβολον πονηρὸν τῷ Ἰσραὴλ διαπαντός.

℣. 39. Græcum Vulgatæ congruit.

℣. 40. Græcè concordant omnia cum Vulg. excepto uno plur. γενήμασι, *geniminibus*, pro *semini*.

℣. 41. Ita rursum in Græco, detractâ unâ conjunct. & , ante *sabbata*.

℣. 42. Ad verbum è Græco.

℣. 43. Mſ. S. Theod. extremò hab. & *reliquerunt unusquisque legem suam*. Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum delinq. p. 231. vel 233. a. *Et scripsit rex omni regno suo, ut esset universus populus, unus: & relinqueret unusquisque legitima sua*. Græc. Καὶ ἔγραψεν ὁ βασιλεὺς Ἀντίοχος πάσῃ τῇ βασιλείᾳ αὐτοῦ, εἶναι πάντας, λαὸν ἕνα· καὶ ἐγκαλεῖσθαι ἕκαστον τὰ νόμιμα αὐτοῦ· à Mſ. Alex. abest Ἀντίοχος.

℣. 44. Lucif. Cal. l. ubi sup. similiter habet: *Et receperunt omnes gentes secundùm verbum regis*. Græcè pariter: Καὶ ἐπῃδέξαντο πάντα τὰ ἔθνη κατὰ τὸν λόγον τοῦ βασιλέως.

℣. 45. Ad verbum è Græco. Lucif. Cal. ubi sup. legit simpliciter: & *multi ex Israel consenserunt simul cum illis*, & *polluerunt sabbatum*. Mſ. S. Theod. *consenserunt ei*, & *sacrificaverunt*, &c. ut in Vulg.

℣. 46. Lucif. Cal. ubi sup. *Et misit rex libros in manu nunciorum Jerusalem*, & *civitates Judæ: ut irent post legitima exteræ terræ*. Textui Sangerm. Græcum favet, nisi quòd hab. ἀλλοτρίων, *exterorum*, loco *exteræ*. Mſ. S. Theod. initio leg. *Et misit rex Antiochus*; & inf. *civitates Judææ*; cæt. ut in Vulgata.

℣. 47. Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 233.

Digitized by Google

AL. VERSIO VETUS.

Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

48. *& contaminare ſabbata, & dies ſolemnes :*

49. *& polluerunt ſanctificationem, & ſancta,*

50. *ita ut exſtruerent aras, & templa, & idola, & immolare porcinam, & pecora communia,*

51. *& relinquere filios ſuos incircumciſos, polluere etiam animas eorum in omni immunditia, & abominatione, ita ut obliviſcerentur legem, & mutarent juſtificationes patrum ſuorum.*

52. *Et quicunque non fecerit ſecundùm verbum regis, morietur.*

53. *Secundùm verba hæc ſcripſit in univerſo regno ſuo : & fecit conſideratores in populo.*

54. *Et mandavit civitatibus Juda immolare.*

55. *Et congregati ſunt ex populo multi ad eos, omnes derelinquentes legem : & fecerunt mala in terram :*

56. *& poſuerunt Iſraël in inſidiam in omni regione eorum.*

57. *Et quintodecimo die Casleu, quinto & quadrageſimo & centeſimo anno, ædificavit abominationem deſolationis ſuper altare, in civitatibus Juda in circuitu ſtruxerunt aras :*

58. *& oſtiis domûm, & plateis incendebant :*

59. *& libros incenderunt igni, conciſos :*

60. *& ubicunque inveniebatur apud aliquem liber teſtamenti, & ſi quis conſentiebat legi, conſtitutio regis interficiebat eum.*

61. *In virtute ſua ſecundùm hæc faciebant ad Iſraël, his qui inveniebantur in omni menſe & menſe in civitatibus.*

62. *Et quinta & vigeſima menſis ſacrificabant ſupra aram, quæ erat ſupra altare.*

63. *Et mulieres, quæ circumciderant natos*

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

48. & prohiberent celebrari ſabbatum, & dies ſolemnes :

49. & juſſit coinquinari ſancta, & ſanctum populum Iſraël.

50. Et juſſit ædificari aras, & templa, & idola, & immolari carnes ſuillas, & pecora communia,

51. & relinquere filios ſuos incircumciſos, & coinquinari animas eorum in omnibus immundis, & abominationibus, ita ut obliviſcerentur legem, & immutarent omnes juſtificationes Dei.

52. Et quicunque non feciſſent ſecundùm verbum regis Antiochi, morerentur.

53. Secundùm omnia verba hæc ſcripſit omni regno ſuo : & præpoſuit principes populo, qui hæc fieri cogerent.

54. Et juſſerunt civitatibus Juda ſacrificare.

55. Et congregati ſunt multi de populo ad eos, qui dereliquerant legem Domini : & fecerunt mala ſuper terram :

56. & effugaverunt populum Iſraël in abditis, & in abſconditis fugitivorum locis.

57. Die quintadecima menſis Casleu, quinto & quadrageſimo & centeſimo anno, ædificavit rex Antiochus abominandum idolum deſolationis ſuper altare Dei, & per univerſas civitates Juda in circuitu ædificaverunt aras :

58. & ante januas domorum, & in plateis incendebant thura, & ſacrificabant :

59. & libros legis Dei combuſſerunt igni, ſcindentes eos :

60. & apud quemcunque inveniebantur libri teſtamenti Domini, & quicunque obſervabat legem Domini, ſecundùm edictum regis trucidabant eum.

61. In virtute ſua faciebant hæc populo Iſraël, qui inveniebatur in omni menſe & menſe in civitatibus.

62. Et quinta & vigeſima die menſis ſacrificabant ſuper aram, quæ erat contra altare.

63. Et mulieres, quæ circumcidebant filios

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

a. *& prohiberent holocauſta, & ſacrificium, & libationem de ſanctificatione.* Ita quoque in Græco eſt. In Mſ. Alex. Θυσίας, *ſacrificia*, non Θυσίαν, num. ſingul.

℣. 48. Lucif. Cal. loco cit. *& contaminarent ſabbata, & dies ſolemnes.* Sic etiam in Græco eſt.

℣. 49. Lucif. Cal. ubi ſup. *& polluerunt ſanctificationem ;* nec addit plura. Græcè, ἡ μιᾶναι ἁγίασμα, ἢ ἁγίυς. Apud Caſſiod. in Pſ. 78. p. 272. c. omnia ut in Vulg. Sic etiam in Mſ. S. Theod. detracto uno *juſſit*, ante *coinquinari.*

℣. 50. Lucif. Calar. l. de non parc. in Deum del. p. 231. vel 233. a. *& ſtatuerent delubra, & idola, & immolarent porcinam, & pecora communia.* Caſſiod. in Pſ. 78. p. 272. c. *Juſſit ædificari aras, & templa, & idola, ut immolarent carnes ſuillas.* Græc. οἰκοδομῆσαι βωμὺς, ἢ τεμένη, ἢ εἰδωλεῖα, ἢ θύειν ὕεια, ἢ κτήνη κοινά. Mſ. Alex. habet εἴδωλα, non εἰδωλεῖα, *idolia.*

℣. 51. Ita quoque legit Lucif. Cal. ubi ſup. niſi quòd habeat, *& relinquerent..... & polluerent animas ;* omittatque in fine, *patrum ſuorum.* Lucifero Græcum favet, deletâ conjunct. & ante *polluerent*, poſitoque πάντα, *omnes*, ante *juſtificationes.*

℣. 52. Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 231. a. *Et quicunque non feciſſet ſecundùm verbum regis, moreretur.* Similiter habet Mſ. S. Theod. addito nomine *Antiochi*, ad vocem *regis.* Græc. textui Sangerm. conſonat.

℣. 53. Lucif. Cal. ubi ſup. *Secundùm omnia verba hæc miſit ſcripta univerſo regno ſuo : & fecit conſideratores ſuper populum.* Sic etiam habetur Græcè, exceptis his, ἐγραψε, *ſcripſit*, pro *miſit ſcripta ;* ultimòque, ἐπὶ πάντα τὸν λαόν, *ſuper omnem populum.*

℣. 54. Lucif. Cal. habet : *Et mandavit civitatibus Juda immolare per civitatem & civitatem.* Ita quoque in Græco eſt. Mſ. S. Theod. legit *Judæ*, non *Juda ;* cæt. ut in Vulg.

℣. 55. Lucif. Cal. loco ſupra cit. *Et congregati ſunt multi de populo ad eos, omnes derelinquentes legem : & fecerunt mala in terra.* Græc. Καὶ ζυνηθροίσθησαν ἀπὸ τῦ λαῦ πρὸς ἀυτὺς πολλοὶ, πᾶς ὁ ἐγκαταλιπὼν τὸν νόμον· ἢ ἐποίησαν κακὰ ἐν τῇ γῇ.

℣. 56. Græc. ἢ ἔθεντο τὸν Ἰσραὴλ ἐν κρύφοις, ἐν παντὶ φυγαδευτηρίῳ ἀυτῶν· i. e. *& poſuerunt Iſraël in abditis, in omni confugio eorum.* Mſ. S. Theod. legit *in abſconſis ;* cæt. ut in Vulgata.

℣. 57. Similiter in Græco, excepto verbo plur. ᾠκοδόμησαν, *ædificaverunt*, pro ſingul. *ædificavit ;* additur etiam ἢ, poſt *altare.* Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 231. vel 233. b. pariter legit : *& ædificaverunt abominationem deſolationis ſuper altare, & in civitatibus Juda in circuitu ſtruxerunt aras.* Mſ. S. Theod. tollit ſup. *& centeſimo ;* ſcribitque conſtanter *Judææ*, non *Juda ;* cæt. ut in Vulgata.

℣. 58. Lucif. Cal. ubi ſupra, *& in oſtiis domorum, & in plateis incendebant.* Græc. ἢ ἐπὶ τῶν θυρῶν τῶν οἰκιῶν, ἢ ἐν ταῖς πλατείαις ἐθυμίων.

℣. 59. Lucif. Cal. ubi ſupra : *& libros legis invenerunt, & conſciſſos ſuccenderunt igne.* Græc. ἢ τὰ βιβλία τῦ νόμυ, ἃ εὗρον, ἀνεπύρισαν πυρὶ, καταχίσαντες· *& libros legis, quos invenerunt, combuſſerunt igni, ſcindentes.*

℣. 60. Sic etiam in Græco eſt. Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 231. legit : *& apud quem inveniebatur liber teſtamenti, & ſi quis conſentiebat legi, ſecundùm edictum regis interficiebant eum.*

℣. 61. Græc. Ἐν ἰσχύϊ ἀυτῶν ἐποίουν ὅτως τῷ Ἰσραὴλ, τοῖς εὑισκομένοις ἐν παντὶ, &c. ut ſupra. Lucif. Calar. *In virtute ſua faciebant hæc populo Iſraël, his qui inveniebantur in omni menſe & menſe in civitatibus.* Mſ. S. Theod. *populo Iſraëli, qui inveniebantur*, &c.

℣. 62. Similiter apud Lucif. Cal. ubi ſup. excepto numero *quarta*, pro *quinta :* ſed Manuſcripto Sangerm. conſonat Græcum.

℣. 63. Sic etiam apud Lucif. Cal. præter unum *interficiebant*, pro *interficiebantur.* Græcè pariter : Καὶ τὰς γυναῖκας, τὰς περιτετμηκυίας τὰ τέκνα ἀυτῶν, ἐθανάτωσαν

Digitized by Google

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

ſtios, trucidabantur ſecundùm juſſum regis Antiochi,

64. & ſuſpendebant pueros à cervicibus per univerſas domos eorum: & eos, qui circumciderant illos, trucidabant.

65. Et multi de populo Iſraël definierunt apud ſe, ut non manducarent immunda: & elegerunt magis mori, quàm cibis coinquinari immundis:

66. & noluerunt infringere legem Dei ſanctam, & trucidati ſunt:

67. & facta eſt ira magna ſuper populum valde.

AL. VERSIO VETUS.

ſuos, interficiebantur ſecundùm præceptum, Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

64. & ſuſpendebant infantes à cervicibus eorum, & domus eorum: & eos, qui circumcidebant eos, exterminabantur.

65. Et multi in Iſraël obtinuerunt, & confortati ſunt in eis, ut non manducarent communia: & ſuſceperunt mori, ut non polluerentur eſcis,

66. & ne profanarent teſtamentum ſanctum, & moriebantur:

67. & facta eſt ira magna in Iſraël.

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

κατὰ τὸ πρόσαγμα.

℣. 64. Conſonat Græcum, niſi quòd addit περιέμευσαν, *dirpiebant*, ad *domus eorum*; & pro *exterminabantur*, habet ἐθανάτωσαν; ſed à Mſ. Alex. & Compl. abeſt περιέμευσαν. Apud Lucif. verò Cal. legitur: *ſuſpendebant infantes à cervicibus per univerſas domos eorum: & eos, qui circumciderant illos, trucidabant.*

℣. 65. Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 231. vel 233. c. *Et multi de populo Iſraël definierunt apud ſe, ut non manducarent immunda: & maluerunt mori, quàm polluti eſcis immundis.* Caſſiod. verò in Pſ. 78. p. 272. a. *Multi de populo Iſraël obtinuerunt, & confortati ſunt in eis, ut non manducarent immunda: & elegerunt mori magis, quàm cibis à Domino vetitis coinquinari.* Græc. Καὶ πολλοὶ ἐν Ἰσραὴλ ἐκραταιώθησαν, καὶ ὠχυρώθησαν ἐν ἑαυτοῖς (Mſ. Alex. αὐτοῖς,) τοῦ μὴ φαγεῖν κοινὰ· καὶ ἐπελέξαντο ἀποθανεῖν, ἵνα μὴ μιανθῶσι τοῖς βρώμασι.

℣. 66. Lucif. Cal. ubi ſup. ſimpliciter habet: *& profanare teſtamentum ſanctum.* Græc. καὶ μὴ βεβηλώσωσι διαθήκην ἁγίαν, καὶ ἀπέθανον.

℣. 67. Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 231. vel 233. c. *& facta eſt ira magna ſuper Iſraël nimis.* Ita quoque in Græco.

CAPUT II.

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

1. IN diebus illis ſurrexit Mathathias filius Joannis, filii Simeonis, ſacerdos ex filiis Joarib ab Jeruſalem, & conſedit in monte Modin:

2. & habebat filios quinque, Joannem, qui cognominabatur Gaddis:

3. & Simonem, qui cognominabatur Thaſi:

4. & Judam, qui vocabatur Machabæus:

5. & Eleazarum, qui cognominabatur Abaron: & Jonathan, qui cognominabatur Apphus:

6. hi viderunt mala, quæ fiebant in populo Juda, & in Jeruſalem.

7. Et dixit Mathathias: Væ mihi, ut quid natus ſum videre contritionem populi mei, & contritionem civitatis ſanctæ, & ſedere illic, cùm datur in manibus inimicorum?

8. Sancta in manu extraneorum facta ſunt: templum ejus ſicut homo ignobilis.

9. Vaſa gloriæ ejus captiva abducta ſunt: trucidati ſunt ſenes ejus in plateis, & juvenes ejus ceciderunt in gladio inimicorum.

10. Quæ gens non hæreditavit regnum ejus, & non obtinuit ſpolia ejus?

AL. VERSIO VETUS.

1. IN diebus autem illis ſurrexit Matthatias filius Johannis, Simeonis, ſacerdos filiorum Joarim ab Jeruſalem, & ſedit in Modim: Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

2. & huic filii erant quinque, Johannis, qui cognominabatur Galdi:

3. Simon, qui cognominabatur Haſſii:

4. Judas, qui vocabatur Macchabæus:

5. Eleazar, qui vocabatur Auram: Jonathes, qui vocabatur Apphus:

6. & viderunt blaſphemias, quæ fiebant in Juda, & in Iſraël.

7. Et dixit: Heu me, ut iſtud factus ſum videre contritionem populi mei, & ſanctæ civitatis? & ſederunt illic, cùm daretur in manus inimicorum

8. ſanctificatio. In manu exterorum factus eſt populus ejus, & vir glorioſus.

9. Vaſa gloriæ ejus captiva ducta ſunt: interfecti ſunt parvuli in plateis ejus, juvenes ejus in gladio inimici.

10. Quæ gens, quæ non poſſedit regna, & non obtinuit ſpolia ejus?

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 1. Lucif. Calarit. l. de non parc. in Deum del. p. 231. vel 233. c. *In diebus illis & ſurrexit Mathathias filius Joannis, Simeonis, ſacerdos filiorum Joarib ab Jeruſalem.* Ita quoque Græcum habet, ſubnexis his, καὶ ἐκάλεσεν ἐν Μωδεΐν· detracto verò &, ante *ſurrexit.*

℣. 2. Mſ. S. Theod. & *huic erant filii quinque, Joannes, qui cognominabatur Gaddi.* Græc. καὶ αὐτῷ υἱοὶ πέντε, Ἰωαννὰν, ὁ ἐπικαλούμενος Καδδίς· Mſ. Alex. Ἰωάννης, ὁ ἐπικλ. Γαδδίς.

℣. 3. Mſ. S. Theod. & *Symeon, qui cognom. Thaſi.* Gr. Σίμων, ὁ καλούμενος Θασσί.

℣. 4. Mſ. S. Theod. & *Judas, qui*, &c. Græc. Ἰούδας, ὁ ἐπικαλούμενος, &c. Mſ. Alex. ὁ καλούμενος.

℣. 5. Mſ. S. Theod. & *Eleazarus, qui cognom. Abaron:* & *Jonathas*, &c. ut in Vulg. Græc. Ἐλεάζαρ, ὁ ἐπικαλούμενος Αὐαράν· Ἰωνάθαν, ὁ ἐπικαλούμενος Ἀπφῦς. Mſ. Alex. Ἐλεάζαρ ὁ καλούμενος..... Ἰωνάθας ὁ καλούμενος Σαφφῦς.

℣. 6. Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 231. vel 233. c. & *viderunt blaſphemias, quas faciebant in Juda,* & *in Iſraël.* Gr. καὶ εἶδε τὰς ἐλασφημίας, τὰς γινομένας ἐν Ἰούδᾳ, καὶ ἐν Ἱερουσαλήμ.

℣℣. 7. 8. Mſ. S. Theod. Vulgatæ conſonat, niſi quòd in fine verſûs 7. ſic habet, *cùm dantur in manus ſancta?* deinde, *In manu extraneorum facta ſunt*, &c. de ℣. 8. Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 231. vel 233. c. ſic legit: *Et dixit: Heu me, ut quid natus ſum videre contritionem populi mei, contritionem ſanctæ civitatis,* & *ſedere illic, cùm datur in manu inimicorum ſanctificatio,* & *in manu exterorum?* Græc. Καὶ εἶπεν· Οἴμοι, ἵνατί τοῦτο ἐγενήθην βλέπειν τὸ σύντεμμα τοῦ λαοῦ μου, καὶ τὸ σύντεμμα τῆς..... καὶ κλαίεται ἐκεῖ, ἐν τῷ δοθῆναι αὐτὴν εἰς χεῖρι ἐχθρῶν, καὶ τὸ ἁγίασμα ἐν χειρὶ ἀλλοτρίων; Ἐγένετο ὁ ναὸς αὐτῆς ὡς ἄνηρ ἄδοξος. In Mſ. Alex. deeſt καὶ, ante τὸ ἁγίασμά; ultimò verò legitur ἀνὴρ ἄδοξος, non ἄδοξος; conſtanterque, ὁ ναὸς, *templum*, non λαὸς, quod legiſſe videtur Mſ. Sang. Apud Ambroſ. epiſt. 40. col. 955. e. hæc pauca de ℣. 7. *ut quid factus ſum videre contritionem populi mei?*

℣. 9. Similiter in Græco, translatâ voculâ *ejus*, ante τὸ *in plateis*; ſed Mſ. Alex. utrobique habet αὐτῆς, & ante, & poſt τὸ *in plateis.*

℣. 10. Græc. Vulgatæ ſuffragatur.

Digitized by Google

AL. VERSIO VETUS.

Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

11. *Omnis ornatus ejus ablatus eſt. Libera facta eſt ancilla.*

12. *Et ecce ſancta noſtra, & pulchritudo, & gloria noſtra deſolata eſt, & polluerunt ea gentes.*

13. *Ut quid nobis adhuc vita?*

14. *Et conſcidit Matthatias, & filii ejus, veſtimenta ſua: & operuerunt ſe ciliciis, & luctum habuerunt valde.*

15. *Et venerunt à rege, compellebant diſceſſionem in Modiim civitatem, ut ſacrificarent.*

16. *Et multi ex Iſraël acceſſerunt ad eos: & Matthatias, & filii ejus congregati ſunt.*

17. *Et reſponderunt qui à rege erant, & dixerunt Matthatiæ: Princeps nobilis & magnus es in civitate iſta, & confirmatus filiis & fratribus:*

18. *nunc accede priùs, & fac imperium regis, ſicut fecerunt omnes gentes, & viri Juda, & qui derelicti ſunt in Jeruſalem: & eris tu, & filii tui, amici regis, & glorificati argento & auro, & muneribus multis.*

19. *Et dixit Matthatias: Si omnes gentes, quæ in domo regis ſunt, audiunt eum, ut diſcedant unuſquiſque ab officio patrum ſuorum, & elegerunt in mandatis ejus:*

20. *& ego, & filii, & fratres mei, ibimus in teſtamento patrum noſtrorum:*

21. *propitius nobis Deus: & derelinquere legem & juſtificationes ejus,*

22. *verbum regis non audiemus, ut prætereamus deſervitionem officii noſtri, dextrâ vel ſiniſtrâ.*

23. *Et ut ceſſavit loqui ſermones iſtos, acceſſit vir Judæus ante oculis omnium ſacrificare ſuper aram in Modiim, ſecundùm præceptum regis:*

24. *& vidit Matthatias, & iratus eſt, & contremuerunt renes ejus, & attulit iram ſecundùm judicium, & adcurrens interfecit eum, qui ſacrificabat ad aram:*

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

11. Omnis compoſitio ejus ablata eſt. Quæ erat libera, facta eſt ancilla.

12. Et ecce ſancta noſtra, & pulchritudo noſtra, & claritas noſtra deſolata eſt, & coinquinaverunt ea gentes.

13. Quò ergo nobis adhuc vivere?

14. Et ſcidit veſtimenta ſua Mathathias, & filii ejus: & operuerunt ſe ciliciis, & planxerunt valde.

15. Et venerunt illuc qui miſſi erant à rege Antiocho, ut cogerent eos, qui confugerant in civitatem Modin, immolare, & accendere thura, & à lege Dei diſcedere.

16. Et multi de populo Iſraël conſentientes acceſſerunt ad eos: ſed Mathathias, & filii ejus conſtanter ſteterunt.

17. Et reſpondentes qui miſſi erant ab Antiocho, dixerunt Mathathiæ: Princeps & clariſſimus & magnus es in hac civitate, & ornatus filiis & fratribus:

18. ergo accede prior, & fac juſſum regis, ſicut fecerunt omnes gentes, & viri Juda, & qui remanſerunt in Jeruſalem: & eris tu, & filii tui, inter amicos regis, & amplificatus auro & argento, & muneribus multis.

19. Et reſpondit Mathathias, & dixit magna voce: Et ſi omnes gentes regi Antiocho obediunt, ut diſcedat unuſquiſque à ſervitute legis patrum ſuorum, & conſentiat mandatis ejus:

20. ego, & filii mei, & fratres mei, obediemus legi patrum noſtrorum:

21. propitius ſit nobis Deus: non eſt nobis utile relinquere legem & juſtitias Dei:

22. non audiemus verba regis Antiochi, nec ſacrificabimus tranſgredientes legis noſtræ mandata, ut eamus altera via.

23. Et ut ceſſavit loqui verba hæc, acceſſit quidam Judæus in omnium oculis ſacrificare idolis ſuper aram in civitate Modin, ſecundùm juſſum regis:

24. & vidit Mathathias, & doluit, & contremuerunt renes ejus, & accenſus eſt furor ejus ſecundùm judicium legis, & inſiliens trucidavit eum ſuper aram:

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 11. Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 231. vel 233. c. *Omnis ornatus ejus ablatus eſt. Ex libera, facta eſt ancilla.* Græc. Πᾶς ὁ κόσμος αὐτῆς ἀφῃρέθη. Ἀντὶ ἐλευθέρας, ἐγένετο εἰς δούλην.

℣. 12. Lucif. Cal. ubi ſup. *Ecce ſancta noſtra, & ſpecioſitas noſtra, & gloria noſtra deſol. eſt, & polluerunt eam gentes.* Mſ. quoque S. Theod. habet *eam*, non *ea*. Græc. Vulgatæ reſpondet.

℣. 13. Lucif. Cal. pariter: *Ut quid nobis adhuc vita?* Gr. Ἱνατὶ ἡμῖν ἔτι ζῆν;

℣. 14. Totidem verba refert Lucif. Cal. ubi ſup. excepto uno *cooperuerunt*, pro *operuerunt*; Gr. περιεβάλοντο.

℣. 15. Lucif. Cal. loco cit. *Et venerunt qui erant à rege, & compellebant diſceſſionem in Modiin civitatem, ut ſacrificarent.* Ita quoque Græcum habet, niſi hoc excipias, οἱ καταναγκάζοντες, pro & *compellebant*.

℣. 16. Similiter apud Lucif. Cal. detractâ præp. *ex*, ante *Iſraël*. Græc. textui Sangerm. favet.

℣. 17. Ita quoque in Græco eſt, adjuncto tamen verbo λέγοντες, *dicentes*, ad nomen *Matthatiæ*; poſitâque conjunct. καὶ, ante *nobilis*; ſicut ὦ, ante *filiis*. Mſ. S. Theod. habet: *dixerunt: Mathathia, princeps*, &c. ut in Vulgata. Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 231. vel 233. c. *Et reſponderunt qui à rege miſſi fuerant, & aiunt Matathiæ, dicentes: Princeps & nobilis & magnus es in civitate iſta, & confirmatus filiis.*

℣. 18. Sic etiam legit Lucif. Cal. ubi ſup. exceptis his, *primus*, loco *priùs*; *Iſraël*, pro *Jeruſalem*; paulòque poſt, & *tu*, & *filii tui gloriamini*, pro & *glorificati*. Græcè ita: νῦν οὖν πρόσελθε πρῶτος, καὶ ποίησον τὸ πρόσταγμα τοῦ βασιλέως, ὡς ἐποίησαν πάντα τὰ ἔθνη, καὶ οἱ ἄνδρες Ἰούδα, καὶ οἱ καταλειφθέντες ἐν Ἰερουσαλήμ· καὶ ἔσῃ σὺ, καὶ ὁ οἶκός σου, τῶν φίλων τοῦ βασιλέως, καὶ σὺ, καὶ οἱ υἱοί σου δοξασθήσεσθε ἀργυρίῳ καὶ χρυσίῳ, καὶ ἀποστολαῖς πολλαῖς.

℣. 19. Græc. Καὶ ἀπεκρίθη Ματταθίας, καὶ εἶπε φωνῇ μεγάλῃ· Εἰ πάντα τὰ ἔθνη, τὰ ἐν οἴκῳ τῆς βασιλείας τοῦ βασιλέως, ἀκούσαι αὐτοῦ, ἀποστῆναι ἕκαστος ἀπὸ λατρείας πατέρων αὐτοῦ, καὶ ἡρετίσαντο ἐν ταῖς ἐντολαῖς αὐτοῦ. Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 231. vel. 233. c. *Reſpondit Matathias voce magna, & dixit: Si omnes gentes, quæ in domo regis ſunt, audiunt eum, ut diſcedat unuſquiſque ab officio patrum ſuorum, & conſentiant mandatis ejus.* Mſ. S. Theod. *ut diſcedant unuſquiſque à ſervitute patrum ſuorum, & conſentiunt mandatis ejus.*

℣. 20. Lucif. Cal. habet: & *ego, & filii mei, ibimus in teſtamentum patrum noſtrorum.* Græc. ἀλλ' ἐγὼ, καὶ οἱ υἱοί μου, καὶ οἱ ἀδελφοί μου, πορευσόμεθα ἐν διαθήκῃ πατέρων ἡμῶν. In Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. ipſo initio eſt κἀγώ.

℣. 21. Græcè ſimpliciter: ἵλεως ἡμῖν, καταλιπεῖν νόμον καὶ δικαιώματα. Lucif. Cal. ubi ſupra: *Dominus propitius nobis ſit: non derelinquemus legem & juſtificationes.*

℣. 22. Lucif. Cal. loco cit. *verbum regis non audiemus, non declinabimus officium deſervitionis noſtræ, dextrâ vel ſiniſtrâ.* Græc. τῶν λόγων τοῦ βασιλέως οὐκ ἀκουσόμεθα, τοῦ παρελθεῖν τὴν λατρείαν ἡμῶν, δεξιὰν ἢ ἀριστεράν. Ed. Compl. initio hab. τὸν λόγον, num. ſingul.

℣. 23. Ita quoque in Græco eſt, excepto uno τῷ ὧδε Μωδεῖν, *quæ in Modin*, pro *in Modiim*; ſed à Mſ. Alex. abeſt τῷ. Lucif. Cal. ubi ſup. *Ut ceſſavit loqui ſermones iſtos, acceſſit vir Judæus in oculis omnium ſacrificare in Modiin, ſecundùm præceptum regis.*

℣. 24. Lucif. Cal. loco ſup. cit. habet: & *vidit Matathias, & zelatus eſt, & contremuerunt renes ejus, & attulit iram ſecundùm judicium, & accurrens ad aram inter-*

Digitized by Google

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

25. sed & virum, quem rex Antiochus miserat, qui cogebat immolare, occidit in ipso tempore, & aram destruxit,

Num. 25. 13. 26. & zelatus est legem, sicut fecit Phinees Zamri filio Salomi.

27. Et exclamavit Mathathias voce magna in civitate, dicens: Omnis, qui zelum habet legis statuens testamentum, exeat post me.

28. Et fugit ipse, & filii ejus in montes, & reliquerunt quæcunque habebant in civitate.

29. Tunc descenderunt multi quærentes judicium, & justitiam, in desertum:

30. & sederunt ibi ipsi, & filii eorum, & mulieres eorum, & pecora eorum: quoniam inundaverunt super eos mala.

31. Et renuntiatum est viris regis, & exercitui, qui erat in Jerusalem civitate David, quoniam discessissent viri quidam, qui dissipaverunt mandatum regis, in loca occulta in deserto, & abiissent post illos multi.

32. Et statim perrexerunt ad eos, & constituerunt adversùs eos prælium in die sabbatorum,

33. & dixerunt ad eos: Resistitis & nunc adhuc? exite, & facite secundùm verbum regis Antiochi, & vivetis.

34. Et dixerunt: Non exibimus, neque faciemus verbum regis, ut polluamus diem sabbatorum.

35. Et concitaverunt adversùs eos prælium.

36. Et non responderunt eis, nec lapidem miserunt in eos, nec oppilaverunt loca occulta,

37. dicentes: Moriamur omnes in simplicitate nostra: & testes erunt super nos cœlum & terra, quòd injustè perditis nos.

38. Et intulerunt illis bellum sabbatis: & mortui sunt ipsi, & uxores eorum, & filii eorum, & pecora eorum, usque ad mille animas hominum.

39. Et cognovit Mathathias, & amici ejus, & luctum habuerunt super eos valde.

40. Et dixit vir proximo suo: Si omnes fecerimus sicut fratres nostri fecerunt, & non pugnaverimus adversùs gentes pro animabus nostris, & justificationibus nostris: nunc citiùs disperdent nos à terra.

AL. VERSIO VETUS.

25. *& virum regis, qui cogebat immolare, occîdit, & aram distruxit,* Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

26. *& æmulati sunt legem, sicut Phinees fecit Ambri filii Salomi.*

27. *Et exclamavit Matthatias voce magna in civitate, dicens: Omnis æmulus, statuens testamentum, exeat post me.*

28. *Et fugit ipse, & filius ejus in montes, & reliquerunt quæcunque habebant in civitatem.*

29. *Tunc descenderunt multi quærentes judicium, & justitiam, in deserto,*

30. *sedere ibi, & filii eorum, & mulieres eorum, & pecora eorum: quoniam induraverunt super eos mala.*

31. *Et renuntiatum est viris regum, & virtutis, quæ erant in Jerusalem civitatem David, quoniam descenderant viri, qui dissipaverant mandatum regis, in occultis, in deserto, & cucurrerunt post illos multi.*

32. *Et comprehenderunt eos, & admoverunt ad eos, & constituerunt adversùs eos prælium in die sabbatorum,*

33. *& dixerunt ad eos: Exite, & facite secundùm verbum regis, & vivetis.*

34. *Et dixerunt: Non eximus, neque facimus verbum regis, ut polluamus diem sabbatorum.*

35. *Et concitaverunt adversùs eos prælium.*

36. *Et non responderunt illis, non lapidem miserunt, neque oppilaverunt loca occulta,*

37. *dicentes: Moriamur omnes in simplicitate nostra: testis est super nos cœlum, & terra, quòd injustè perditis nos.*

38. *Et surrexerunt ad eos in bello sabbatis: & mortui sunt ipsi, & uxores eorum, & filii eorum, & pecora eorum, usque ad mille animas hominum.*

39. *Et cognovit Matthatias, & amici ejus, & luctum habuerunt super eos valde.*

40. *Et dixit vir proximo suo: Si omnes fecerimus sicut fratres nostri fecerunt, & non pugnaverimus adversùs gentes pro anima nostra, & justificationibus nostris: nunc citiùs disperdent nos à terra.*

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

fecit eum. Sic etiam in Græco est, præter hoc, ἐπὶ τὸν βωμόν, positum post *interfecit eum.* Mſ. S. Theod. habet, *& ascendit furor ejus secundùm judicium*, &c. ut in Vulg.

℣. 25. Lucif. Cal. ita legit è Græco: *& virum regis, qui cogebat immolare, occidit in illo tempore, & aram destruxit.*

℣. 26. Græc. Vulgatæ consonat, nisi hoc ult. exceperis, Σαλώμ. Apud Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 231. vel. 233. d. *& æmulatus est in lege, sicut fecit Phinees Jambrim filio Salom.* Mſ. S. Theod. scribit *Zambri.*

℣. 27. Lucif. Cal. ubi sup. similiter habet: *Et exclamavit Matathias in civitate voce magna, dicens: Omnis æmulus, statuens testamentum, exeat post me.* Sic etiam in Græco, præter hæc media, Πᾶς ὁ ζηλῶν τῷ νόμῳ, καὶ ἰσῶν, *Omnis, qui zelum habet legis, & statuit*, loco *æmulus statuens.* In Mſ. Alex. εἰσῶν, absque præced. καί.

℣. 28. Græc. Vulgatæ congruit. Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 231. vel 233. e. legit: *Et fugit, & ipse, & filii ejus in montem*, &c. ut in Vulg.

℣. 29. Græc. Τότε κατέβησαν πολλοὶ ζητοῦντες δικαιοσύνην, καὶ κρῖμα, εἰς τὴν ἔρημον· Mſ. S. Theod. *justitias, & judicium, in desertum.*

℣. 30. Mſ. S. Theod. *ut sederent ibi ipsi, & filii eorum... quoniam induraverunt*, &c. ut supra. Græc. Vatic. καθῖσαι ἐκεῖ, αὐτοὶ, καὶ οἱ υἱοὶ αὐτῶν, καὶ... ὅτι ἐπανεβύνθη ἐπ' αὐτὸς τὰ κακά. Mſ. verò Alex. ὅτι ἐσκληρύνθη ἐπ' αὐτὸς κακά.

℣. 31. In Mſ. Sangerm. vitiosè scriptum *virtutis*, pro *virtutibus*: Græcè enim legitur: Καὶ ἀνηγγέλη τοῖς ἀνδράσι τῆ βασιλέως, καὶ ταῖς δυνάμεσιν, αἳ ἦσαν ἐν Ἱερουσαλὴμ πόλει Δαυὶδ, ὅτι κατέβησαν ἄνδρες, εἴτινες ἐξεσκέδασαν τὴν ἀποταγὴν τῆ βασιλέως, εἰς τὰς κρύφας, ἐν τῇ ἐρήμῳ, καὶ ἐδέξαμεν ὀπίσω αὐτῶν πολλοί.

℣. 32. Græc. Καὶ καταλαβόντες αὐτὰς, παρενέβαλον ἐπ' αὐτὰς, καὶ ζυνεστήσαντο πρὸς αὐτὰς, &c. i. e. *Et assecuti eos, castrametati sunt super eos, & constituerunt*, &c. ut sup.

℣. 33. Græc. καὶ εἶπεν πρὸς αὐτούς· Ἕως τοῦ νῦν ἱκανόν· ἐξέλθετε, &c. i. e. *& dixerunt ad eos: Usque nunc sufficiat: exite*, &c. ut in textu Sang. In Mſ. Alex. & Compl. deest vox ἱκανόν: deest pariter nomen *Antiochi* sub fin. in Mſ. S. Theod.

℣. 34. Græc. Vulgatæ congruit.

℣. 35. Itidem Græcè.

℣. 36. Mſ. S. Theod. *Et non responderunt illis, non lapidem miserunt eis*, &c. ut in Vulg. Græc. Καὶ οὐκ ἀπεκρίθησαν αὐτοῖς, οὐδὲ λίθον ἐστήναξαν αὐτοῖς, οὐδὲ ἐνέφραξαν τὰς κρύφας.

℣. 37. Eadem sunt in Græco.

℣. 38. Græc. Καὶ ἀνέστησαν ἐπ' αὐτὰς ἐν τῷ πολέμῳ τοῖς Σαββασι, καὶ, &c. ut supra. Ambros. l. 1. offic. c. 40. col. 53. a. his alludens, dicit: *Cùm essent parati ad repugnandum pro templo Dei, & pro legitimis suis, dolo hostium die lacessiti sabbati, maluerunt vulneribus offerre nuda corpora, quàm repugnare, ne violarent sabbatum: itaque omnes læti se obtulerunt morti.*

℣. 39. Græc. ultimò hab. ἕως σφόδρα, *usque valde*; cæt. ut in textu.

℣. 40. Eadem refert Lucif. Cal. l. de non parc. in Deo del. p. 232. vel 234. a. Ita quoque in Græco edit. Rom. excepto uno plur. ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν, *pro animabus nostris*, non *animâ nostrâ*; at in Mſ. Alex. ὑπὲρ τῆς ψυχῆς ἡμῶν.

Digitized by Google

AL. VERSIO VETUS.

Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

41. *Et cogitaverunt in die illa, dicentes: Omnis homo quicunque venerit ad nos in bello in die ſabbatorum, pugnemus adversùs eum: & non moriemur omnes, ſicut mortui ſunt fratres noſtri in occultis.*

42. *Tunc congregati ſunt ad eos conventus Judæorum fortis in viribus ad Iſraël, omnis voluntarius in lege:*

43. *& omnes, qui fugiebant à malis, additi ſunt ad eos, & facti ſunt illis in firmamentum.*

44. *Et conſtituerunt virtutem, & percuſſerunt peccatores in ira ſua, & viros iniquos in indignatione: & cæteri fugerunt ad nationes, ut ſe liberarent.*

45. *Et circuivit Matthatias, & amici ejus, & deſtruxerunt aras:*

46. *& circumciderunt pueros incircumciſos quotquot invenerunt in finibus Iſraël, in fortitudine.*

47. *Et perſecuti ſunt filios ſuperbiæ, & proſperavit opus in manu eorum:*

48. *& obtinuerunt legem de manibus gentium, & regum: & non dederunt cornu peccatori.*

49. *Et adpropinquaverunt dies Matthatiæ moriendi, & dixit filiis ſuis: Nunc confirmata eſt ſuperbia, & caſtigatio, & tempus everſionis, & ira indignationis.*

50. *Nunc ergo, filii, æmuli eſtote legi, & date animas veſtras pro teſtamento patrum noſtrorum,*

51. *& mementote operum patrum, quæ fecerunt in ſæculis ſuis: & accipietis gloriam magnam, & nomen æternum.*

52. *Nonne Abraham in tentatione inventus eſt fidelis, & reputatum eſt illi ad juſtitiam?*

53. *Joſeph in tempore anguſtiæ ſuæ cuſtodivit mandatum Dei, & factus eſt dominus Ægypti.*

54. *Phinees pater noſter, in zelando zelum, accepit teſtamentum ſacerdotii æterni.*

55. *Jeſus, dum implet verbum Domini, fac-*

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

41. Et cogitaverunt in die illa, dicentes: Omnis homo quicunque venerit ad nos in bello die ſabbatorum, pugnemus adversùs eum: & non moriemur omnes, ſicut mortui ſunt fratres noſtri in occultis.

42. Tunc congregata eſt ad eos ſynagoga Aſſidæorum fortis viribus ex Iſraël, omnis voluntarius in lege:

43. & omnes, qui fugiebant à malis, additi ſunt ad eos, & facti ſunt illis ad firmamentum.

44. Et collegerunt exercitum, & percuſſerunt peccatores in ira ſua, & viros iniquos in indignatione ſua: & cæteri fugerunt ad nationes, ut evaderent.

45. Et circuivit Mathathias, & amici ejus, & deſtruxerunt aras:

46. & circumciderunt pueros incircumciſos quotquot invenerunt in finibus Iſraël: & in fortitudine.

47. Et perſecuti ſunt filios ſuperbiæ, & proſperatum eſt opus in manibus eorum:

48. & obtinuerunt legem de manibus gentium, & de manibus regum: & non dederunt cornu peccatori.

49. Et appropinquaverunt dies Mathathiæ moriendi, & dixit filiis ſuis: Nunc confortata eſt ſuperbia, & caſtigatio, & tempus everſionis, & ira indignationis.

50. Nunc ergo, ô filii, æmulatores eſtote legis, & date animas veſtras pro teſtamento patrum veſtrorum,

51. & mementote operum patrum, quæ fecerunt in generationibus ſuis: & accipietis gloriam magnam, & nomen æternum.

52. Abraham nonne in tentatione inventus eſt fidelis, & reputatum eſt ei ad juſtitiam? *Geneſ. 22. 2.*

53. Joſeph in tempore anguſtiæ ſuæ cuſtodivit mandatum, & factus eſt dominus Ægypti. *Geneſ. 41. 40.*

54. Phinees pater noſter, zelando zelum Dei, accepit teſtamentum ſacerdotii æterni. *Num. 25. 13. Eccli. 45. 28.*

55. Jeſus, dum implevit verbum, factus eſt dux *Joſ. 1. 2.*

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 41. Eadem prorſus legit Lucif. Cal. loco cit. præter unum *in bellum*, pro *in bello*, abſque ſeq. *in*, ante *die*. Ita quoque in Græco eſt, præter quàm quòd hab. inf. ℟ ἵ μὴ ἀποθάνωμεν, ℣ *non moriamur*, loco ℣ *non moriemur*. Ambroſ. l. 1. offic. c. 40. col. 53. a. ſic pergit: *Machabæi conſiderantes quòd hoc exemplo gens omnis poſſet perire, ſabbato etiam, cùm ipſi in bellum provocarentur, ulti ſunt innocentium necem fratrum ſuorum.* Similiter apud Tertul. adv. Jud. c. 4. p. 138. b.

℣. 42. Lucif. Cal. l. de non conven. cum hæret. p. 223. f. *Tunc congregati ſunt ad eos conventus fortes in viribus ab Iſraël, omnis voluntarius in lege:* & l. de non parc. in Deum del. p. 232. vel 234. a. *Tunc congregati ſunt contra eos exercitus fortes in viribus ab Iſraël*, &c. Gr. Τότε ζυνήχθησαν πρὸς αὐτὸς ζυναγωγὴ Ἰουδαίων ἰσχυροὶ δυνάμει ἀπὸ Ἰσραὴλ, πᾶς, &c. In Mſ. etiam S. Theod. eſt *ſynagoga Judæorum*, non *Aſſidæorum*: at in Mſ. Alex. Ἀσιδ́ων; in edd. Ald. & Compl. Ἀσιδαίων.

℣. 43. Concinit Lucif. Cal. l. de non conven. cum hæret. p. 223. f. niſi quòd delet præp. *in*, ante ult. *firmamentum*: ſed l. de non parc. in Deum del. p. 232. vel 234. a. habet, *in firmamentum*; & paulò ſup. *adversùs eos*, loco *additi ſunt ad eos*; Græc. προσετέθησαν αὐτοῖς; ultimòque, εἰς σύεσγμα.

℣. 44. Eadem quoque refert Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 232. vel 234. a. & l. de non conven. cum hæret. p. 223. f. nec aliter in Græco eſt.

℣. 45. Concinit Lucif. Cal. locis ſupra cit. unà cum Græco. Mſ. S. Theod. initio hab. *Et circumivit.*

℣. 46. Ita legit Lucif. Cal. locis ſup. cit. detractâ pariter conjunct. ℣, poſt *Iſraël*. Sic etiam in Mſ. S. Theod. & Gr.

℣. 47. Ita quoque legit Lucif. Cal. ubi ſupra. Græc... ℣ καλευοδώθη τὸ ἔργον ἐν χειρὶ αὐτῶν. Mſ. etiam S. Theod. habet *in manu*, non *in manibus*.

℣. 48. Sic habet Lucif. Cal. ubi ſupra. Græcè ita: ℣ ἀπετελάσθοντο τὸν νόμον ἐκ χειρὸς τῶν ἐθνῶν, ℣ ἐκ χειρος τῶν βασιλέων, &c.

℣. 49. Accinit Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 232. vel 234. d. niſi quòd hab. *confortata eſt*, pro *confirmata eſt*; Gr. ἐσηρίχθη, &c. ut ſupra. In Mſ. Floriac. n. 10. ita: *Et adproximaverunt dies Matthatiæ moriendi*, & *dixit filiis ſuis: Nunc conſummata eſt ſuperbia*, & *preſſura*, & *tempus everſionis*, & *iracundiæ*, & *indignationis*.

℣. 50. Eadem leguntur Græcè. Mſ. Floriac. habet: *Nunc, fili, æmulamini legi*, & *date animas veſtras propter ſponſionem paternam.* Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 232. vel 234. d. *Nunc, filii, æmuli eſtote legis*, & *date animas veſtras ad teſtamentum patrum noſtrorum.* In Mſ. S. Theod. *pro teſtamento patrum*, abſque ſeq. *noſtrorum*, vel *veſtrorum.*

℣. 51. Concinit Lucif. Cal. ad verbum. Græc. verò in principio delet ℣; paulòque poſt hab. ἐν ταῖς γενεαῖς, pro *in ſæculis*; necnon λέξασθε, *accipite*, pro *accipietis*; cæt. ut ſupra. In Mſ. Floriac. ita: ℣ *memores eſtote patrum veſtrorum, quæ fecerunt temporibus ſuis, relinquentes exemplum poſteritatibus ſuis*: ℣ *ſuſcipite gloriam magnam*, ℣ *nomen ſempiternalem.*

℣. 52. Itidem Græcè. Lucif. Cal. ubi ſup. Vulgatæ congruit. Sic etiam habet Cypr. l. 3. Teſtim. p. 309. b. niſi quòd ſcribit *deputatum eſt.* In Mſ. Floriac. id unum variat, *in tentationibus*, pro *in tentatione.*

℣. 53. Lucif. Cal. & Gr. Vulgatæ accinunt. Mſ. Floriac. extremò legit *in Ægypto*; & ſup. tollit *ſua*, poſt *anguſtiæ.*

℣. 54. Ita Lucif. Cal. loco cit. ad verbum. Ita quoque in Græco eſt. In Floriac. verò Mſ. ſic: *Phinees pater noſter, cùm zelatus fuiſſet zelum, accepit ſponſionem ſacerdotii æterni.*

℣. 55. Lucif. Cal. ubi ſup. *Jeſus, dum impleret*, &c. ut in Vulg. Mſ. S. Theod. *Jeſus, dum implet*, &c. Flo-

Digitized by Google

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

in Iſraël.

Num. 14. 6. 56. Caleb, dum teſtificatur in eccleſia, accepit hæreditatem.

Joſ. 14. 14. 57. David in ſua miſericordia conſecutus eſt ſedem regni in ſæcula.

2. Reg. 2. 4. 58. Elias, dum zelat zelum legis, receptus eſt

4. Reg. 2. 11. in cœlum.

59. Ananias & Azarias & Miſael credentes, liberati ſunt de flamma.

Dan. 3. 50. 60. Daniel in ſua ſimplicitate liberatus eſt de

Dan. 6. 22. ore leonum.

61. Et ita cogitate per generationem & generationem: quia omnes qui ſperant in eum, non infirmantur.

62. Et à verbis viri peccatoris ne timueritis: quia gloria ejus ſtercus, & vermis eſt:

63. hodie extollitur, & cras non invenietur: quia converſus eſt in terram ſuam, & cogitatio ejus periit.

64. Vos ergo filii confortamini, & viriliter agite in lege: quia in ipſa glorioſi eritis.

65. Et ecce Simon frater veſter, ſcio quòd vir conſilii eſt: ipſum audite ſemper, & ipſe erit vobis pater.

66. Et Judas Machabæus fortis viribus à juventute ſua, ſit vobis princeps militiæ, & ipſe aget bellum populi.

67. Et adducetis ad vos omnes factores legis: & vindicate vindictam populi veſtri.

68. Retribuite retributionem gentibus, & intendite in præceptum legis.

69. Et benedixit eos, & appoſitus eſt ad patres ſuos.

70. Et defunctus eſt anno centeſimo & quadrageſimo ſexto: & ſepultus eſt à filiis ſuis in ſepulcris patrum ſuorum in Modin, & planxerunt eum omnis Iſraël planctu magno.

AL. VERSIO VETUS.

tus eſt dux in Iſraël. Ex Mſ. S. Germ.

56. Chaleb, dum teſtificaretur in eccleſia, accepit hæreditatem. n. 15.

57. David in ſua miſericordia conſecutus eſt ſedem regni in ſæcula.

58. Helias, dum zelat zelum legis, receptus eſt in cœlis.

59. Ananias, Azarias, Miſael, credentes in Deo, liberati ſunt de flamma ignis.

60. Daniel in ſua ſimplicitate liberatus eſt de ore leonum.

61. Ita & vos cogitate per generationes: quia omnes qui ſperant in eum, non infirmabuntur.

62. Et à verbis viri peccatoris ne timueritis: quia gloria ejus in ſtercore, & vermes:

63. hodie extolletur, & cras non invenietur: quia converſus eſt in terram ſuam, & cogitatio ejus peribit.

64. Filii confortamini, & prævalete in lege: quia in ipſa glorioſi eritis.

65. Et ecce Simeon frater veſter, vir boni conſilii eſt: illum audite, & ipſe erit vobis pater.

66. Et Judas Macchabæus fortis viribus eſt à juventute ſua: ſit vobis princeps militiæ, & pugnabit bellum.

67. Et vos adducetis ad vos omnes factores legis: & vindicate vindictam populi veſtri.

68. Et retribuite retributionem gentibus, & intendite in præceptum legis.

69. Et benedixit eos, & adpoſitus eſt ad patres ſuos.

70. Et defunctus eſt in centeſimo & quadrageſimo ſexto anno: & ſepultus eſt in ſepulcris patrum ſuorum in Modiim, & planxerunt eum omnis Iſraël planctu magno.

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

riac. *Jeſus, cùm compleſſet verbum, factus eſt judex ſuper Iſrael.* Gr. Ἰησοῦς, ἐν τῷ πληρῶσαι λόγον, ἐγένετο κριτὴς ἐν Ἰσραήλ.

℣. 56. Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. p. 232. d. nil differt à Vulgata. Mſ. S. Theod. ſcribit *Caleph.* Floriac. *Caleb, dum teſtimonium diceret in eccleſia*, &c. Gr. Χάλεβ, ἐν τῷ ἐπιμαρτύρασθαι ἐν τῇ..... ἅλατε γῆς κληρονομίαν.

℣. 57. Ita conſtanter legit Lucif. Cal. ubi ſupra. Mſ. autem Floriac. extremò tollit *in ſæcula.* Græc. habet: ἐκληρονόμησε θρόνον βασιλείας εἰς αἰῶνα αἰῶνος· Mſ. Alex. εἰς αἰωνίας.

℣. 58. Similiter apud Lucif. Cal. ubi ſup. præter hoc ult. *raptus eſt ad cælum.* In Mſ. Floriac. *Elias, cùm zelatus eſſet zelum legis, elevatus eſt in cælum.* Græc. Ἠλίας, ἐν τῷ ζηλῶσαι ζῆλον νόμου, ἀνελήφθη ἕως εἰς τὸν οὐρανόν.

℣. 59. Mſ. S. Theod. cum Græco: *Ananias, Azarias, Miſabel, credentes*, &c. ut in Vulgata. Floriac. cum Lucifero Cal. ubi ſup. *Ananias, Azarias, & Miſael*, &c.

℣. 60. Accinunt magno conſenſu Mſs. S. Theod. Floriac. & Græc. necnon Lucif. Cal. loco cit. & Cypr. l. 3. Teſtim. p. 319. c.

℣. 61. Mſ. Floriac. *Propter quod & vos conſiderantes per generationes generationum, quia omnes ſperantes in Dominum, non infirmabuntur.* Mſ. S. Theod. *omnes qui ſperant in Deum, non infirmantur.* Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 232. d. Vulgatæ ſuffragatur, niſi quòd ultimò hab. *infirmabuntur.* Ita quoque in Græco eſt.

℣. 62. Mſ. Floriac. *Et à verbis peccatoris noliste timere: quia gloria ejus in ſtercore, & in vermibus;* inf. *in vermibus erit.* Lucif. Cal. ubi ſup. *Et à verbis viri peccatoris ne timueritis: quia gloria ejus in ſtercore, & vermis.* Cypr. ep. 55. p. 80. c. & l. 3. Teſtim. p. 305. b. *Et verba viri peccatoris ne timueritis: quia gloria ejus in ſtercora erit, & in vermes.* Græc. Καὶ ἀπὸ λόγων ἀνδρὸς ἁμαρτωλῶν μὴ φοβηθῆτε· ὅτι ἡ δόξα αὐτῶ εἰς κοπρίαν, καὶ εἰς σκώληκας. Compl. εἰς κοπρία.

℣. 63. Accinunt Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. p. 232. vel 234. d. f. & Cypr. epiſt. 55. p. 80. c. niſi quòd ambo initio ſcribunt *hodie extollitur;* ultimòque, *peribit*, non *periit.* At Cypr. l. 3. Teſtim. p. 305. b. legit, *hodie extolletur;* extremò verò, *periit;* Mſ. S. Theod. *periet.* In Floriac. ita: *hodie extolletur, & cras non invenietur: quia revertetur in* (al. *ad*) *pulverem ſuum, & cogitatio illius periet.* In Gr. ζήμερον ἐπαρθήσεται, καὶ αὔριον οὐ μὴ εὑρεθῇ· ὅτι ἐστράφη εἰς τὸν χοῦν αὐτοῦ, καὶ ὁ διαλογισμὸς αὐτοῦ ἀπώλετο.

℣. 64. Similiter apud Lucif. Cal. ubi ſup. *Filii confortamini, & prævalete in lege*, &c. Mſ. Floriac. *Filii mei confortamini, & prævalete in lege: quia ipſa glorificavit* (l. *glorificabit*) *vos.* Mſ. S. Theod. *Vos ergo filii confortamini, & viriliter agite in lege: quia cùm feceritis quæ vobis præcepta ſunt à Domino Deo veſtro, in ipſa glorioſi eritis.* Græc. Καὶ ὑμεῖς τίνα ἰσχύσατε, καὶ ἀνδρίζεσθε ἐν τῷ νόμῳ· ὅτι ἐν αὐτῷ δοξασθήσεσθε.

℣. 65. Lucif. Cal. ubi ſup. *Et ecce Simeon frater veſter, ſcio quòd vir conſilii eſt: illum audite, ipſe vobis pater erit.* Ita quoque in Græco, præter hæc ultima: αὐτοῦ ἀκούετε πάσας τὰς ἡμέρας, αὐτὸς ὑμῖν ἔσται εἰς πατέρα· *ipſum audite omnibus diebus, ipſe vobis erit in patrem.* Mſ. S. Theod. initio habet ſimiliter, *Et ecce Simeon.*

℣. 66. Lucif. Cal. loco cit. *Et Judas Machabæus fortis viribus à juventute ſua, ſit vobis principalis militia, & expugnabit bellum.* Græc. Καὶ Ἰούδας Μακκαβαῖος ἰσχυρὸς δυνάμει ἐκ νεότητος αὐτοῦ, ἔτος ὑμῖν ἔσται ἀρχων στρατιᾶς, καὶ πολεμήσει πόλεμον λαῶν· i. e. *Et Judas Maccb. fortis virtute à juventute ſua, hic vobis erit princeps militiæ, & bellabit bellum populorum.*

℣. 67. In Mſ. S. Theod. pariter, *Et vos adducetis ad vos*, &c. quæ ſupra. Græc. Καὶ ὑμεῖς προσάξατε πρὸς ὑμᾶς, &c. ut ſupra. Mſ. Alex. Καὶ ὑμεῖς προσάξεσθαι, &c. Lucif. Cal. Vulgatæ congruit ad verbum.

℣. 68. Itidem Mſ. S. Theod. *Et retribuite*, &c. quæ ſupra. Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. p. 232. vel 234. e. Vulgatæ ſuffragatur. Nec aliter in Græco eſt, præter unum plurale, εἰς τὰ προσάγματα, *in præcepta legis.*

℣. 69. Sic eſt in Græco.

℣. 70. Gr. Καὶ ἀπέθανεν ἐν τῷ ἔτει τεσσαρακοστῷ καὶ ἑκατοστῷ ἔτει· καὶ ἔθαψαν αὐτὸν οἱ υἱοὶ αὐτοῦ ἐν τάφοις πατέρων αὐτῶν ἐν Μωδείν, καὶ, &c. ut in Vulg.

Digitized by Google

CAPUT III.

AL. VERSIO VETUS.

Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

1. *ET ſurrexit Judas, qui vocabatur Machabæus, filius ejus pro eo:*

2. *& adjuvabant eum omnes fratres ejus, & omnes qui ſe conjunxerant patri ejus, & præliabatur Iſraël cum lætitia.*

3. *Et dilatavit Judas gloriam populi ſui, & induit ſe loricam ſicut gigas, & ſuccinxit ſe vaſa bellica ſua, & prælia conſtituit,* * *protegens caſtra gladio.*

* Mſ. vitiosè protegetis.

4. *Et ſimilis factus eſt leoni in operibus ſuis, & ſicut catulus leonis rugiens in venatione.*

5. *Et perſecutus eſt iniquos, perſcrutans eos, qui conturbabant populum ſuum:*

6. *& ſubducti ſunt inimici pra timore ejus, & omnes operarii iniquitatis conturbati ſunt: & proſpera facta eſt ſalus in manu ejus.*

* Mſ. vet. more exacerbabat.

7. *Et* * *exacerbabat reges multos, & delectabat Jacob in operibus ſuis, & uſque in ſaculum memoria ejus in benedictione.*

8. *Et perambulavit in civitatibus Juda, & diſperdidit omnes impios ex ea, & avertit iram ab Iſraël.*

9. *Et nominatus eſt uſque ad noviſſimum terra, & congregavit pereuntes.*

10. *Et congregavit Apollonius gentes, & à Samaria virtutem magnam, ad bellandum contra Iſraël.*

11. *Et cognovit Judas, & exiit ei obviam: & percuſſit, & occidit eum: & ceciderunt vulnerati multi, & reliqui fugerunt:*

12. *& accepit ſpolia eorum: & gladium Apollonii accepit Judas, & erat pugnans in eo omnibus diebus.*

13. *Et audivit Seron princeps exercitus Syriæ, quòd congregavit Judas congregationem & convocationem fidelium ſecum,*

14. *& ait: Faciam mihi nomen, & glorificabor in regno, & debellabo Judam, & eos qui cum ipſo ſunt, qui ſpernebant verbum regis.*

15. *Et aſcenderunt cum eo in caſtra impiorum fortes, auxiliari ei, ut facerent vindictam in filios Iſraël.*

16. *Et adpropinquavit uſque Bethoron: & exiit Judas in obviam illi cum paucis.*

17. *Ut vidit autem exercitum obviam ſibi, dixerunt Judæ: Quid poterimus pauci pugnare*

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

1. ET ſurrexit Judas, qui vocabatur Machabæus, filius ejus pro eo:

2. & adjuvabant eum omnes fratres ejus, & univerſi qui ſe conjunxerant patri ejus, & præliabantur prælium Iſraël cum lætitia.

3. Et dilatavit gloriam populo ſuo, & induit ſe loricam ſicut gigas, & ſuccinxit ſe arma bellica ſua in præliis, & protegebat caſtra gladio ſuo.

4. Similis factus eſt leoni in operibus ſuis, & ſicut catulus leonis rugiens in venatione.

5. Et perſecutus eſt iniquos perſcrutans eos: & qui conturbabant populum ſuum, eos ſuccendit flammis:

6. & repulſi ſunt inimici ejus præ timore ejus, & omnes operarii iniquitatis conturbati ſunt: & directa eſt ſalus in manu ejus.

7. Et exacerbabat reges multos, & lætificabat Jacob in operibus ſuis, & in ſæculum memoria ejus in benedictione.

8. Et perambulavit civitates Juda, & perdidit impios ex eis, & avertit iram ab Iſraël.

9. Et nominatus eſt uſque ad noviſſimum terræ, & congregavit pereuntes.

10. Et congregavit Apollonius gentes, & à Samaria virtutem multam & magnam, ad bellandum contra Iſraël.

11. Et cognovit Judas, & exiit obviam illi: & percuſſit, & occidit illum: & ceciderunt vulnerati multi, & reliqui fugerunt:

12. & accepit ſpolia eorum: & gladium Apollonii abſtulit Judas, & erat pugnans in eo omnibus diebus.

13. Et audivit Seron princeps exercitus Syriæ, quòd congregavit Judas congregationem fidelium, & eccleſiam ſecum,

14. & ait: Faciam mihi nomen, & glorificabor in regno, & debellabo Judam, & eos qui cum ipſo ſunt, qui ſpernebant verbum regis.

15. Et præparavit ſe: & aſcenderunt cum eo caſtra impiorum, fortes auxiliarii, ut facerent vindictam in filios Iſraël.

16. Et appropinquaverunt uſque ad Bethoron: & exivit Judas obviam illi cum paucis.

17. Ut autem viderunt exercitum venientem ſibi obviam, dixerunt Judæ: Quomodo poterimus

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 1. Conſonat Græcum ad verbum. Ita quoque Lucif. Cal. habet l. de non parc. in Deum del. p. 232. vel 234. g. niſi quòd delet *ejus*, poſt *filius*.

℣. 2. Græc. Vulgatæ reſpondet. Eidem pariter accinit Lucifer Calar. ubi ſup. niſi quòd habet ſingulariter, *præliabatur*. Mſ. verò S. Theod. *& præliabantur prælium in Iſraël*, &c.

℣. 3. Lucif. Cal. loco cit. *Et dilatavit gloriam populo ſuo, & induit ſe loricâ ſicut gigas, & ſuccinxit vaſa bellica ſua, & prælia conſtituit, protegens caſtra gladio.* Similiter in Græco, hoc excepto ult. *ἐν ῥομφαίᾳ, in gladio.*

℣. 4. Lucif. Cal. initio pariter legit, *Et ſimilis factus eſt*; ultimò verò, *in venationem*. Sic etiam in Græco eſt.

℣. 5. Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 232. vel. 234. g. *Et perſecutus eſt iniquos, & perſcrutans & hos, qui perturbabant populum ſuum.* Græc. Καὶ ἐδίωξεν ἀνόμους ἐξερευνῶν· καὶ τοὺς ταράσσοντας τὸν λαὸν αὐτοῦ, ἐρρύγωσε.

℣. 6. Sic etiam habet Lucif. Cal. l. de non parc. in Deo. del. p. 232. vel. 234. g. præter vocem *iniqui*, loco *inimici*. Græcè pariter: καὶ ζυνεσάλησαν οἱ ἄνομοι..... καὶ εὐοδώθη Σωτηρία ἐν, &c.

℣. 7. Lucif. Cal. ubi ſupra: *Et exacerbabat reges multos, & delectabat Jacob in operibus ſuis, & uſque in ſæcula memoria ejus in benedictione erit.* Gr. Vulgatæ conſonat, niſi quòd extremò hab. *εἰς εὐλογίαν.*

℣. 8. Lucif. Cal. loco cit. *Et perambulavit civitates Juda, & diſperdidit impios omnes ex ea*, &c. Græc. Καὶ ἦλθεν ἐν πόλεσιν Ἰούδα, καὶ ἐξολόθρευσεν ἀσεβεῖς ἐξ αὐτῆς, &c. ut ſup.

℣. 9. Succinit Lucif. Cal. loco cit. unà cum Gr.

℣. 10. Itidem Græcè, verbum pro verbo.

℣. 11. Græc. addit *αὐτὸν*, *eum*, verbo *percuſſit*; cæt. ut in Lat.

℣. 12. Ad verbum è Græco.

℣. 13. Ita Græcè, præter extrema iſta, *ἄθροισμα καὶ ἐκκλησίαν πιστῶν μετ' αὐτοῦ ἐκπορευομένων εἰς πόλεμον*, i. e. *congregationem & eccleſiam fidelium ſecum exeuntium in prælium.*

℣. 14. Suffragatur Græcum.

℣. 15. Græcè ita: Καὶ προσέθετο τῷ ἀναβῆναι καὶ ἀπελθεῖν μετ' αὐτοῦ παρεμβολὴ ἀσεβῶν ἰσχυρὰ, βοηθῆσαι αὐτῷ, καὶ ποιῆσαι τὴν ἐκδίκησιν ἐν υἱοῖς Ἰσραήλ.

℣. 16. Mſ. S. Theod. *Et appropiaverunt uſque Bethoron: & exivit Judas obviam illis cum paucis.* Gr. Καὶ ἤγγισαν ἕως ἀναβάσεως Βαιθωρῶν· καὶ ἐξῆλθεν Ἰούδας εἰς ζυνάντησιν αὐτῶν ὀλιγοστός. At in Mſ. Alex. & Compl. Καὶ ἤγγισεν; & ſub finem, εἰς ζυνάντησιν αὐτῶν.

℣. 17. Mſ. S. Theod. ſub finem hab. *pugnare ad multitudinem tantam, tam fortem*; cæt. ut in Vulg. Græc. Ὡς

Digitized by Google

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

pauci pugnare contra multitudinem tantam, & tam fortem, & nos fatigati ſumus jejunio hodie?

18. Et ait Judas: Facile eſt concludi multos in manus paucorum: & non eſt differentia in conſpectu Dei cœli liberare in multis, & in paucis:

19. quoniam non in multitudine exercitus victoria belli, ſed de cœlo fortitudo eſt.

20. Ipſi veniunt ad nos in multitudine contumaci, & ſuperbiâ, ut diſperdant nos, & uxores noſtras, & filios noſtros, & ut ſpolient nos:

21. nos verò pugnabimus pro animabus noſtris, & legibus noſtris:

22. & ipſe Dominus conteret eos ante faciem noſtram: vos autem ne timueritis eos.

23. Ut ceſſavit autem loqui, inſiluit in eos ſubitò: & contritus eſt Seron, & exercitus ejus in conſpectu ipſius:

24. & perſecutus eſt eum in deſcenſu Bethoron uſque in campum, & ceciderunt ex eis octingenti viri, reliqui autem fugerunt in terram Philiſthiim.

25. Et cecidit timor Judæ, ac fratrum ejus, & formido ſuper omnes gentes in circuitu eorum:

26. & pervenit ad regem nomen ejus, & de prælиis Judæ narrabant omnes gentes.

27. Ut audivit autem rex Antiochus ſermones iſtos, iratus eſt animo: & miſit, & congregavit exercitum univerſi regni ſui, caſtra fortia valde:

28. & aperuit ærarium ſuum, & dedit ſtipendia exercitui in annum: & mandavit illis ut eſſent parati ad omnia.

29. Et vidit quòd defecit pecunia de theſauris ſuis, & tributa regionis modica propter diſſenſionem, & plagam, quam fecit in terra, ut tolleret legitima, quæ erant à primis diebus:

30. & timuit ne non haberet ut ſemel & bis, in ſumptus & donaria, quæ dederat ante larga manu: & abundaverat ſuper reges, qui ante eum fuerant.

31. Et conſternatus erat animo valde, & cogitavit ire in Perſidem, & accipere tributa regionum, & congregare argentum multum.

32. Et reliquit Lyſiam hominem nobilem de genere regali, ſuper negotia regia, à flumine Euphrate uſque ad flumen Ægypti:

33. & ut nutriret Antiochum filium ſuum, donec rediret.

AL. VERSIO VETUS.

ad multitudinem tantam fortem, & nos fatigati ſumus hodie jejunio? Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

18. Et ait Judas: Facile eſt concludi multos in manibus paucorum: & non eſt differentia in conſpectum cœli liberare, aut in multis, aut in paucis:

19. quia non in multitudine exercitus fiet victoria belli, ſed de cœlo fortitudo eſt.

20. Ipſi verò veniunt ad nos in multitudinem contumeliæ & injuriæ, ut diſperdant nos, & uxores noſtras, & filios, & exſpolient nos:

21. nos verò pugnemus pro animabus noſtris, & pro legitimis noſtris:

22. & ipſe Dominus conteret eos ante faciem noſtram: vos autem ne timueritis eos.

23. Ut ceſſavit autem loquens, inſiliit in eos ſubitò: & contritus eſt Seron, & exercitus ejus in conſpectu ipſius:

24. & perſequebantur eum in deſerto Bethoron uſque ad campum, & ceciderunt ex eis viri octingenti, reliqui autem fugerunt in terra Philiſthiim.

25. Et cecidit timor Judæ, & fratrum ejus, ſuper omnes gentes, quæ erant in circuitu eorum:

26. & pervenit ad regem nomen ejus, & propter prælia Judæ exſpectabat gentes.

27. Ut audivit autem Antiochus rex ſermones iſtos, iratus eſt animo: & miſit, & congregavit univerſum exercitum regni ſui, caſtra fortia valde:

28. & aperuit theſauros ſuos, & dedit ſtipendia exercitui in annum: & mandavit illis ut eſſent parati in omnia.

29. Et vidit quòd defecit pecunia de theſauris, & tributa regionis modica propter diſſenſionem, & plagam, quam fecit in terram, ut tolleret legitima, quæ erant à primis diebus:

30. & timuit ne non haberet ut ſemel & bis, in ſumptus & donativa, quæ dederat ante larga manu: & abundaverat ſupra reges, qui ante eum fuerunt.

31. Et conſternatus erat animo valde, & cogitavit ire in Perſidam, & accipere tributa regionum, & congregare argentum multum.

32. Et reliquit Lyſiam hominem nobilem de genere regionis, ſuper negotia regis, à flumine Eufraten uſque ad flumen Ægypti:

33. & ut nutriret Antiochum filium ſuum, donec rediret.

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

Νὶ ἴδον τὴν παρεμβολὴν ἐρχομένην εἰς ζυνάντησιν αὐτοῖς..... Πῶς λυτρωσόμεθα ὀλιγοσοὶ ὄντες, πολεμῆσαι πρὸς πλῆθος τοσοῦτον ἰσχυρὸν, ἢ ἡμεῖς ἐκλελύμεθα ἀσιτοῦντες ζήμερον;

℣. 18. Ita quoque in Græco eſt, poſita voce Θεοῦ, ante *cœli*; deletâ verò conjunct. *aut*, poſt *liberare*: in Mſ. etiam S. Theod. *in multis, aut in paucis*; ſed à Mſ. Alex. abeſt Θεοῦ, ſicut ab edd. Ald. & Compl.

℣. 19. Græc. ὅτι οὐκ ἐν πλήθει δυνάμεως νίκη πολέμου ἐστὶν, ἀλλ' ἢ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἡ ἰσχύς.

℣. 20. Græc. Αὐτοὶ ἔρχονται πρὸς ἡμᾶς ἐν πλήθει ὕβρεως καὶ ἀνομίας τοῦ ἐξᾶραι..... καὶ τὰ τέκνα ἡμῶν, τοῦ σκυλεῦσαι ἡμᾶς.

℣. 21. Græc. ἡμεῖς δὲ πολεμοῦμεν περὶ τῶν..... καὶ τῶν νομίμων ἡμῶν.

℣. 22. A Græco abeſt vox *Dominus*; ultimò verò ſic, μὴ φοβηθῆτε ἀπ' αὐτῶν.

℣. 23. Ita quoque in Gr. ubi παρεμβολὴ, loco *exercitus*.

℣. 24. Mſ. S. Theod. initio hab. & *perſequebatur eum*; reliqua ut in Vulgata. Græc. καὶ ἐδίωκον αὐτοὺς ἐν τῇ καταβάσει Βαιθωρὼν ἕως τοῦ πεδίου, καὶ ἔπεσον ἀπ' αὐτῶν εἰς ἀνὴρ ἐξακοσίους, &c. ut in Vulg.

℣. 25. Græc. Καὶ ἤρξατο ὁ φόβος Ἰούδα, καὶ τῶν ἀδελφῶν αὐτοῦ, καὶ ἡ πτόησις ἐπιπίπτειν ἐπὶ τὰ ἔθνη, τὰ κύκλῳ αὐτῶν· i. e. & *cœpit timor Judæ, & fratrum ejus, & formido cadere ſuper gentes, quæ in circuitu eorum.*

℣. 26. Græc. καὶ ἤγγισεν ἕως τοῦ βασιλέως τὸ ὄνομα αὐτοῦ, καὶ ὑπὲρ τῶν παρατάξεων Ἰούδα διήγειτο πᾶν ἔθνος.

℣. 27. Ita de Græco ad verbum, ubi de more τὰς δυνάμεις πάσας, loco *univerſum exercitum*.

℣. 28. Græc. καὶ ἤνοιξε τὸ γαζοφυλάκιον αὐτοῦ, καὶ ἔδωκεν ὀψώνια ταῖς δυνάμεσιν αὐτοῦ εἰς ἐνιαυτόν· καὶ ἐτοίμασε εἶναι αὐτοὺς ἑτοίμους εἰς πᾶσαν χρείαν.

℣. 29. Eadem prorſus in Græco, exceptis his mediis, καὶ οἱ φορολόγοι τῆς χώρας ὀλίγοι, & *collectores tributorum regionis pauci*, loco & *tributa regionis modica*; at in libro aliquo legi, καὶ οἱ φόροι, non φορολόγοι, Nobilius affirmat in Notis. Subinde pro *fecit in terram*, conſtanter habetur, καταεκεύασεν ἐν τῇ γῇ, à καταεκευάζω, *præparo*.

℣. 30. Mſ. S. Theod. & *timuit ne non haberet* & *ſemel* & *bis*, *in ſumptus ut donativa*, *quæ*, &c. ut in Vulgata. Græc. καὶ ἐφοβήθη μὴ οὐκ ἔχῃ ὡς ἄπαξ καὶ δὶς, εἰς τὰς..... καὶ τὰ δόματα..... καὶ ἐπερίσσευσεν ὑπὲρ τοὺς..... τοὺς ἔμπροσθεν.

℣. 31. Sic eſt in Græco, hoc excepto, τῇ ψυχῇ αὐτοῦ, pro *animo*. In Mſ. S. Theod. deeſt 1. conjunct. & , ante *conſternatus*; pauciſque interjectis, ſic habetur, *ut acciperet tributa*..... & *congregaret*; cæt. ut in Vulg.

℣. 32. Similia Græc. habet, præter hæc pauca, καὶ ἀπὸ γένους τῆς βασιλείας, & *de genere regali*, non *regionis*, quod mendum olet; ultimòque, ἕως τῶν ὁρίων Αἰγύπτου, *uſque ad fines Ægypti*, non *flumen*.

℣. 33. Græc. καὶ τρέφειν Ἀντίοχον, &c. ut ſupra.

Digitized by Google

AL. VERSIO VETUS.

Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

34. *Et tradidit ei dimidium exercitum, & elefantos: & mandavit ei de omnibus quæ volebat, & de habitantibus Judæam & Jeruſalem:*

35. *mittere ad eos exercitum, ad conterendam & exſtirpandam virtutem Iſraël, & reliquias Jeruſalem, & auferendam memoriam eorum de loco:*

36. *& conſtituere habitantes filios alienigenas in omnibus finibus eorum, & poſſidere ſortem, & diſtribuere terram eorum.*

37. *Et rex adſumpſit dimidium exercitum reſiduum, & exiit ab Antiochia in anno centeſimo quadrageſimo & ſeptimo; & transfretavit Eufraten flumen, & perambulabant ſuperiores regiones.*

38. *Et elegit Lyſias Ptolomeum, & Dorimene, & Nicanorem, & Gorgiam, viros potentes amicorum regis:*

39. *& miſit cum eis quadraginta millia viros, & ſeptem millia equitum, ut venirent in terram Judam, & diſperderent ſecundùm verbum regis.*

40. *Et proceſſerunt cum omni virtute ſua, & venerunt, & adplicaverunt Ammaum in terra campeſtri.*

41. *Et audierunt mercatores regionum nomen eorum: & acceperunt argentum & aurum multum valde, & pueros: & venerunt in caſtra, ut acciperent filios Iſraël in pueros; & additi ſunt ad eos exercitus Syria, & terra alienigenarum.*

42. *Et vidit Judas, & fratres ejus, quia multiplicata ſunt mala, & exercitus adplicabant ad fines eorum: & cognoverunt verba regis, quæ mandavit facere populo in interitum & conſummationem:*

43. *& dixerunt unuſquiſque ad proximum ſuum: Suſcitemus regnationem populi noſtri, & pugnabimus pro populo noſtro, & pro ſanctis noſtris.*

44. *Et congregatus eſt conventus ut eſſent parati in prælium; & ut orarent, & peterent miſericordiam & miſerationem.*

45. *Et Jeruſalem non inhabitabatur, ſicut deſertum: & non erat qui ingrederetur de generationibus ejus: & ſanctum conculcabatur: & filii alienigenarum in arce, habitatio gentibus: & ablata eſt voluptas de Jacob, & defecit tibia, & * cinera.*

* l. *cinyra.*

46. *Et congregati ſunt, & convenerunt in Maſſepha & contra Jeruſalem: quia locus orationis erat in Maſſepha antea Iſraël.*

47. *Et jejunaverunt illa die, & induerunt*

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

34. Et tradidit ei medium exercitum, & elephantos: & mandavit ei de omnibus quæ volebat, & de inhabitantibus Judæam & Jeruſalem:

35. & ut mitteret ad eos exercitum, ad conterendam & exſtirpandam virtutem Iſraël, & reliquias Jeruſalem, & auferendam memoriam eorum de loco:

36. & ut conſtitueret habitatores filios alienigenas in omnibus finibus eorum, & ſorte diſtribueret terram eorum.

37. Et rex aſſumpſit partem exercitus reſidui, & exivit ab Antiochia civitate regni ſui anno centeſimo & quadrageſimo ſeptimo: & transfretavit Euphraten flumen, & perambulabat ſuperiores regiones.

38. Et elegit Lyſias Ptolemæum filium Dorymini, & Nicanorem, & Gorgiam, viros potentes ex amicis regis:

39. & miſit cum eis quadraginta millia virorum, & ſeptem millia equitum, ut venirent in terram Juda, & diſperderent eam ſecundùm verbum regis.

40. Et proceſſerunt cum univerſa virtute ſua, & venerunt, & applicuerunt Emmaum in terra campeſtri.

41. Et audierunt mercatores regionum nomen eorum: & acceperunt argentum & aurum multum valde, & pueros: & venerunt in caſtra, ut acciperent filios Iſraël in ſervos; & additi ſunt ad eos exercitus Syriæ, & terræ alienigenarum.

42. Et vidit Judas, & fratres ejus, quia multiplicata ſunt mala, & exercitus applicabant ad fines eorum: & cognoverunt verba regis, quæ mandavit populo facere in interitum & conſummationem:

43. & dixerunt unuſquiſque ad proximum ſuum: Erigamus dejectionem populi noſtri, & pugnemus pro populo noſtro, & ſanctis noſtris.

44. Et congregatus eſt conventus ut eſſent parati in prælium; & ut orarent, & peterent miſericordiam & miſerationes.

45. Et Jeruſalem non habitabatur, ſed erat ſicut deſertum: non erat qui ingrederetur & egrederetur de natis ejus: & ſanctum conculcabatur: & filii alienigenarum erant in arce, ibi erat habitatio gentium: & ablata eſt voluptas à Jacob, & defecit ibi tibia, & cithara.

46. Et congregati ſunt, & venerunt in Maſpha contra Jeruſalem: quia locus orationis erat in Maſpha ante in Iſraël.

47. Et jejunaverunt illa die, & induerunt ſe ci-

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 34. Gr. Καὶ παρέδωκεν αὐτῷ τὰς ἡμίσεις τῶν δυνάμεων, &c. ut ſupra.

℣. 35. Mſ. S. Theod. initio hab. *ut mitteret*; Gr. ἀποστεῖλαι ἐπ' αὐτὺς δύναμιν, &c. ut ſupra.

℣. 36. Mſ. Sangerm. ſcriptum præfert *poſſidere ſortem*, non *ſortem*; ſed aperto mendo, quod ſuſtulimus. Græcè enim ita: ἢ κατοικῆσαι υἱὺς ἀλλογενεῖς ἐν πᾶσι τοῖς ὁρίοις αὐτῶν, ἢ κατακληροδοτῆσαι τὴν γῆν αὐτῶν.

℣. 37. Græc. Καὶ ὁ βασιλεὺς παρέλαβε τὰς ἡμίσεις τῶν δυνάμεων τὰς καταλειφθείσας, ἢ ἀπῆρεν ἀπὸ Ἀντιοχείας, ἀπὸ πόλεως βασιλείας αὐτῦ ἔτους ἑβδόμου ἢ τεσσαρακοστῦ ἢ ἑκατοστῦ· ἢ διεπέρασε τὸν..... ἢ διεπορεύετο τὰς, &c.

℣. 38. Sic etiam in Græco eſt, præter unum τὸν Δορυμένης, loco & *Dorimene*; Mſ. S. Theod. *filium Dyromeni.*

℣. 39. Græc. Vulgatæ conſonat ad verbum.

℣. 40. Suffragatur Græc. niſi quòd ſub finem hab. ἢ παρεκάλεσαν πλησίον Ἐμμαύμ, & *applicuerunt prope Emmaum.* Mſ. S. Theod. *Et proceſſerunt ut irent cum univerſa virtute ſua*, & *venerunt*, & *applicuerunt Ammaum*, &c.

℣. 41. Eadem ſunt in Græco, præter unum ſingul. τῆς χώρας, *regionis*, loco *regionum.*

℣. 42. Similia exſtant Græcè, niſi excipiantur iſta, ἢ αἱ δυνάμεις παρεμβάλλουσιν ἐν τοῖς ὁρίοις αὐτῶν, loco & *exercitus adplicabant ad fines eorum*; Nobil. *caſtrametabantur in finibus eorum*, quod idem valet. Mſ. S. Theod. *applicabat ad fines eorum.*

℣. 43. Græc. Vulgatæ ſuffragatur, niſi quòd in principio hab. ſingulariter, ἢ εἶπεν, & *dixit*; deletque *noſtris* in fine.

℣. 44. Græc. ultimò legit, ἢ οἰκτιρμύς, & *miſerationes*, num. plur. priora ut ſupra.

℣. 45. Græc. Καὶ Ἰερυσαλὴμ ἦν ἀοίκητος, ὡς ἔρημος· οὐκ ἦν ὁ εἰσπορευόμενος ἢ ἐκπορευόμενος ἐκ τῶν γεννημάτων αὐτῆς· ἢ τὸ ἁγίασμα καταπατύμενον· ἢ υἱοὶ ἀλλογενῶν ἐν τῇ ἄκρᾳ, κατάλυμμα τοῖς ἔθνεσι· ἢ ἐξήρθη τέρψις ἐξ Ἰακὼβ, ἢ ἐξέλιπεν αὐλὸς ἢ κινύρα. Mſ. S. Theod. Vulgatæ congruit, niſi quòd poſt τὸ *in arce*, ſubdit, *ubi erat habitatio*, non *ibi*; extremòque, & *defecit tibia*, abſque med. *ibi.*

℣. 46. Eadem ſunt in Græco, niſi excipiatur verbum ἦλθοσαν, *venerunt*, pro *convenerunt*; deeſt quoque &, poſt 1. *Maſſepha*; & extremò legitur τῷ Ἰεζραὴλ, *Iſraëli.*

℣. 47. Verbum unum omiſit librarius poſt τὸ *induc-*

Digitized by Google

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

liciis, & cinerem impoſuerunt capiti ſuo, & diſciderunt veſtimenta ſua:

48. & expanderunt libros legis, de quibus ſcrutabantur gentes ſimilitudinem ſimulacrorum ſuorum:

49. & attulerunt ornamenta ſacerdotalia, & primitias, & decimas: & ſuſcitaverunt Nazaræos, qui impleverant dies:

50. & clamaverunt voce magna in cœlum, dicentes: Quid faciemus iſtis, & quò eos ducemus?

51. & ſancta tua conculcata ſunt, & contaminata ſunt, & ſacerdotes tui facti ſunt in luctum, & in humilitatem:

52. & ecce nationes convenerunt adversùm nos ut nos diſperdant: tu ſcis quæ cogitant in nos.

53. Quomodo poterimus ſubſiſtere ante faciem eorum, niſi tu Deus adjuves nos?

54. Et tubis exclamaverunt voce magna.

55. Et poſt hæc conſtituit Judas duces populi, tribunos, & centuriones, & pentacontarchos, & decuriones.

Deuter. 20. 5. 6. *Jud.* 7. 3. 56. Et dixit his, qui ædificabant domos, & ſponſabant uxores, & plantabant vineas, & formidoloſis, ut redirent unuſquiſque in domum ſuam ſecundùm legem.

57. Et moverunt caſtra, & collocaverunt ad auſtrum Emmaum.

58. Et ait Judas: Accingimini, & eſtote filii potentes, & eſtote parati in manè, ut pugnetis adversùs nationes has, quæ convenerunt adversùs nos diſperdere nos, & ſancta noſtra:

59. quoniam melius eſt nos mori in bello, quàm videre mala gentis noſtræ, & ſanctorum.

60. Sicut autem fuerit voluntas in cœlo, ſic fiat.

AL. VERSIO VETUS.

ſe..... & cinerem in caput ſuum, & diſtulerunt veſtimenta ſua: Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

48. & expanderunt librum legis, de quibus ſcrutabantur gentes ſimilitudinem ſimulacrorum ſuorum:

49. & adtulerunt veſtimenta ſacerdotalia, & primitias, & decimas: & ſuſcitaverunt Nazaræos, qui impleverunt dies:

50. & clamaverunt voce ad cœlum, dicentes: Quid faciemus iſtis, & quò eos ducemus?

51. & ſancta tua conculcata ſunt, & contaminata, & ſacerdotes tui facti ſunt in luctu, & humiliatione:

52. & ecce nationes convenerunt adversùs nos ut diſperdant nos: tu ſcis quæ cogitant in nos.

53. Quomodo poterimus ſuſtinere ante faciem illorum, niſi tu adjuves nos?

54. Et tubis cecinerunt fortiter.

55. Et poſt hæc conſtituit Judas duces populi, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decuriones.

56. Dixitque his, qui edificabant domos, & ſponſabant uxores, & plantabant vineas, & formidoloſis, ut redirent unuſquiſque in domum ſuam ſecundùm legem Moſi.

57. Et moverunt caſtra, & applicaverunt contra auſtrum Ammau.

58. Et ait Judas: Accingite vos viri fratres, & eſtote in filios potentes, & eſtote parati in manè, ut pugnetis adversùs nationes has, quæ convenerunt adversùs nos diſperdere nos, & ſancta noſtra:

*59. quoniam melius eſt nos mori in bello, quàm reſpicere in mala *gentis noſtræ, & ſanctorum.* * Mſ. vitiosè *genti.*

60. Sicut autem fuerit voluntas in cœlo, ſic fiat.

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

runt ſe, fortè *cilicium*, cùm ſubdat & *cinerem*, vet. more. Mſ. S. Theod. legit: *Et jejunaverunt in illa die, & induerunt ſe ciliciis, & cinere in capite ſuo, & deſtituerunt veſtim. ſua.* Græc. Καὶ ἐνήστευσαν τῇ..... ἐνεδύσαντο Σάκκους, καὶ σποδὸν ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν, καὶ διέῤῥηξαν τὰ, &c.

℣. 48. Mſ. S. Theod. ſimiliter hab. *librum legis*, non *libros*; ſed addit *de quo*, non verò *de quibus*; Græcè tamen legimus: καὶ ἐξεβίτασαν τὸ βιβλίον τοῦ νόμου, περὶ ὧν ἐξηρεύνων τὰ ἔθνη τὰ ὁμοιώματα, &c.

℣. 49. Græc. καὶ ἤνεγκαν τὰ ἱμάτια τῆς ἱερωσύνης..... καὶ ἤγειραν τοὺς Ναζιραίους, &c. ut ſup.

℣. 50. Græcè pariter: καὶ ἐβόησαν φωνῇ εἰς τὸν οὐρανὸν, &c. quæ ſupra.

℣. 51. Sic etiam in Græco, deleto uno *facti ſunt*. Mſ. S. Theod. habet: & *ſacerdotes facti ſunt in luctu, & humilitate*; Gr. καὶ ταπεινώσει.

℣. 52. Itidem Græcè.

℣. 53. Mſ. S. Theod. *Quomodo poterimus ſubſiſtere ante facies illorum, niſi tu adjuves nos?* Gr. Πῶς λυτρωσόμεθα ὑποστῆναι κατὰ πρόσωπον αὐτῶν, ἐὰν μὴ Σὺ βοηθήσῃς ἡμῖν;

℣. 54. Græc. Καὶ ἐσάλπισαν ταῖς Σάλπιγξι, καὶ ἐβόησαν φωνῇ μεγάλῃ· i. e. *Et cecinerunt tubis, & clamaverunt voce magna.*

℣. 55. Gr. Καὶ μετὰ τοῦτο κατέστησαν..... χιλιάρχους, καὶ ἑκατοντάρχους, καὶ πεντηκοντάρχους, καὶ δεκάρχους.

℣. 56. Conſonat Græcum, niſi quòd ipſo initio habeat, Καὶ εἶπαν, *Et dixerunt*; nec addat in fine, *Moſi*. Mſ. S. Theod. legit, *ut rediret unuſquiſque*, non *redirent*.

℣. 57. Græc. Καὶ ἀπῆρεν ἡ παρεμβολὴ, καὶ παρενέβαλε (Alex. & Compl. παρενεβάλοσαν) κατὰ νότον Ἐμμαούμ. S. Theod. & *collocarunt ad auſtrum Ammaum.*

℣. 58. Gr. Καὶ εἶπεν Ἰούδας· Περιζώσασθε, καὶ γίνεσθε εἰς υἱοὺς δυνατοὺς, καὶ γίνεσθε, &c. ut ſupra. Mſ. S. Theod. tollit τὸ *adversùs nos*, poſt *convenerunt*.

℣. 59. Græcè pariter..... ἢ ἐπιδεῖν ἐπὶ τὰ κακὰ τοῦ ἔθνους ἡμῶν, &c.

℣. 60. Græc. Ὡς δ' ἂν ᾖ θέλημα ἐν οὐρανῷ, οὕτω ποιήσει.

CAPUT IV.

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

1. ET aſſumpſit Gorgias quinque millia virorum, & mille equites electos: & moverunt caſtra nocte,

2. ut applicarent ad caſtra Judæorum, & percuterent eos ſubitò: & filii, qui erant ex arce, erant illis duces.

AL. VERSIO VETUS.

1. *ET adſumpſit Gorgias quinque millia virorum, & mille equites electos: & moverunt caſtra nocte,* Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

2. *ut adplicarent ad caſtra Judæorum, & percuterent eos ſubitò: & filii ſummi Achis erant illis duces.*

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 1. Sic habetur Græcè.

℣. 2. Ita rurſum in Græco, præter. ult. καὶ οἱ υἱοὶ τῆς ἄκρας ἦσαν αὐτῷ ὁδηγοί· i. e. & *filii arcis erant illi duces itineris*. Mſ. quoque S. Theod. habet *erant illi duces*, non *illis*.

Digitized by Google

AL. VERSIO VETUS.	VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.
Ex Mſ. S. Germ. n. 15. 3. *Et audivit Judas, & ſurrexit ipſe, & potentes ejus, percutere exercitum regis, qui in Amnaum,*	3. Et audivit Judas, & ſurrexit ipſe, & potentes, percutere virtutem exercituum regis, qui erant in Emmaum.
4. *dum adhuc diſperſi erant caſtris.*	4. Adhuc enim diſperſus erat exercitus à caſtris.
5. *Et venit Gorgias in caſtra Juda nocte, & neminem invenit, & quærebat eos in montibus, dicens: Fugiunt hi à nobis.*	5. Et venit Gorgias in caſtra Judæ noctu, & neminem invenit, & quærebat eos in montibus: quoniam dixit: Fugiunt hi à nobis.
6. *Et cùm dies factus eſt, apparuit Judas in campum in tribus millibus viris tantùm: quòd tegimenta in gladio non habebant, ut volebant:*	6. Et cùm dies factus eſſet, apparuit Judas in campo cum tribus millibus virorum tantùm: qui tegumenta & gladios non habebant:
7. *& viderunt caſtram gentium validam, & loricatos, & equitatum in circuitu eorum, & hi docti prælio.*	7. & viderunt caſtra gentium valida, & loricatos, & equitatus in circuitu eorum, & hi docti ad prælium.
8. *Et ait Judas viris, qui ſecum erant: Ne timueritis multitudinem illorum, & impetum eorum ne formidetis.*	8. Et ait Judas viris, qui ſecum erant: Ne timueritis multitudinem eorum, & impetum eorum ne formidetis.
9. *Mementote qualiter ſalvi facti ſunt fratres noſtri in mare rubro, cùm ſequeretur eos Pharao cum exercitu multo.*	9. Mementote qualiter ſalvi facti ſunt patres noſtri in mari rubro, cùm ſequeretur eos Pharao cum exercitu multo. *Exod.* 14. 9.
10. *Et nunc clamemus ad cœlum, ſi miſerebitur noſtri Dominus, & memor erit teſtamenti patrum noſtrorum, & conteret exercitum iſtum ante faciem noſtram hodie:*	10. Et nunc clamemus in cœlum: & miſerebitur noſtri Dominus, & memor erit teſtamenti patrum noſtrorum, & conteret exercitum iſtum ante faciem noſtram hodie:
11. *& ſcient omnes gentes, quia eſt qui redimat & liberet Iſraël.*	11. & ſcient omnes gentes, quia eſt qui redimat & liberet Iſraël.
12. *Et levaverunt alienigena oculos ſuos, & viderunt eos venientes ex adverſo.*	12. Et elevaverunt alienigenæ oculos ſuos, & viderunt eos venientes ex adverſo.
13. *Et exierunt de caſtris in prælium, & tubâ cecinerunt ex parte Juda.*	13. Et exierunt de caſtris in prælium, & tubâ cecinerunt hi qui erant cum Juda.
14. *Et conmiſerunt: & contrita ſunt gentes, & fugerunt in campum.*	14. Et congreſſi ſunt: & contritæ ſunt gentes, & fugerunt in campum.
15. *Noviſſimi autem omnes ceciderunt gladio, & perſecuti ſunt eos uſque in Gazzeron, & uſque in campos Idumæa, & Azothii, & Jamnea: & ceciderunt ex illis ad tria millia viri.*	15. Noviſſimi autem omnes ceciderunt in gladio, & perſecuti ſunt eos uſque Gezeron, & uſque in campos Idumææ, & Azoti, & Jamniæ: & ceciderunt ex illis uſque ad tria millia virorum.
16. *Et reverſus eſt Judas, & exercitus ejus.*	16. Et reverſus eſt Judas, & exercitus ejus, ſequens eum.
17. *Dixitque ad populum: Non concupiſcatis ſpolia: quia bellum contra nos eſt,*	17. Dixitque ad populum: Non concupiſcatis ſpolia: quia bellum contra nos eſt,
18. *& Gorgias, & exercitus ejus in monte prope nos: ſed ſtate nunc contra inimicos veſtros, & expugnate eos, & poſt hac ſumetis vobis ſpolia ſecuri.*	18. & Gorgias, & exercitus ejus prope nos in monte: ſed ſtate nunc contra inimicos noſtros, & expugnate eos, & ſumetis poſtea ſpolia ſecuri.
19. *Adhuc loquente Juda hæc ad populum ſuum, apparuit pars quædam proſpiciens de monte.*	19. Et adhuc loquente Juda hæc, ecce apparuit pars quædam proſpiciens de monte.
20. *Et vidit quòd in pugna converſi ſunt, & ſuccenderunt caſtram: fumus enim, qui videbatur, declarabat quod factum eſt.*	20. Et vidit Gorgias quòd in fugam converſi ſunt ſui, & ſuccenderunt caſtra: fumus enim, qui videbatur, declarabat quod factum eſt.

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 3. Græcè pariter: Καὶ ἤκουσεν..... ἢ ἀπῆρεν αὐτὸς, ἢ οἱ δυνατοὶ, πατάξαι τὴν δύναμιν τῦ βασιλέως, τὴν ἐν Ἐμμαὺμ. Mſ. S. Theod. habet, *percutere virtutem & exercitum, qui erat in Ammaum.*

℣. 4. Gr. Ἕως ἔτι αἱ δυνάμεις ἐσκορπισμέναι ἦσαν ἀπὸ τῆς παρεμβολῆς.

℣. 5. Itidem Græcè, præter unum ὅτι εἶπε, *quoniam dixit*, pro *dicens*.

℣. 6. Mſ. S. Theod. Vulgatæ congruit, niſi quòd hab. ſub fin. *quia tegumenta & gladios*, &c. Græc. Καὶ ἅμα τῇ ἡμέρᾳ ὤφθη Ἰούδας ἐν τῷ πεδίῳ ἐν τρισχιλίοις ἀνδράσι· πλὴν καλύμματα καὶ μαχαίρας ὐκ εἶχον, καθὼς ἠβούλοντο· i. e. *Et ſimul cum die apparuit Judas in campo cum tribus millibus virorum: tantùm tegumenta & gladios non habebant, ſicut volebant.*

℣. 7. Græc. καὶ εἶδον παρεμβολὴν ἐθνῶν ἰσχυρὰν, τεθωρακισμένην, καὶ ἵππον κυκλοῦσαν αὐτὴν, καὶ οὗτοι διδακτοὶ πολέμου.

℣. 8. Similiter in Græco.

℣. 9. Græcè, οἱ πατέρες, non *fratres*, abſque *multo*, in fine. Mſ. etiam S. Theod. ultimò legit *cum exercitu*, abſque ſeq. *multo*.

℣. 10. Eadem ſunt in Græco, præter hoc, εἴπως ἐλεήσει ἡμᾶς, *ſi quomodo miſerebitur noſtri*, pro *ſi miſerebitur noſtri Dominus*. In Mſ. etiam S. Theod. deeſt vox *Dominus*.

℣. 11. Ad verbum è Græco. In Mſ. S. Theod. & *ſcient..... quia Dominus eſt, qui*, &c.

℣. 12. Mſ. S. Theod. legit pariter, *Et levaverunt*, &c. Græc. Καὶ ἦραν, &c. ut ſupra.

℣. 13. Sic iterum Græcè, hoc ult. excepto, οἱ μετὰ Ἰούδα, quod Vulgatæ congruit. At in Mſ. Alex. καὶ ἐσάλπισαν οἱ παρὰ Ἰούδᾳ.

℣. 14. Gr. Καὶ ζυνῆψαν, καὶ ζυνετρίβησαν, &c. ut ſupra.

℣. 15. Gr. Οἱ δὲ ἔσχατοι πάντες ἔπεσον ἐν ῥομφαίᾳ, καὶ..... ἕως Γαζηρὰν... καὶ Ἀζώτου, καὶ Ἰαμνίας· καὶ... εἰς ἄνδρας τρισχιλίους.

℣. 16. Græc. loco ultimi *ejus*, quod delet, ſubdit, ἀπὸ τῆ διώξεως ὀπισθεν αὐτῶν, *à ſequendo poſt eos*.

℣. 17. Ad verbum è Græco.

℣. 18. Græcè deeſt *ejus*, poſt *exercitus*; paulò verò poſt habetur ὑμῶν, *noſtros*, non *veſtros*, poſt *inimicos*; extremòque, λήψετε τὰ σκῦλα μετὰ παῤῥησίας, *ſumetis ſpolia ſecurè*, abſque medio *vobis*. Mſ. S. Theod. & *poſt hoc ſumetis ſpolia ſecuri*.

℣. 19. Itidem Græcè, præter unum, *ad populum ſuum*, quod deeſt. In Mſ. etiam S. Theod. ſubjicitur *apparuit*, abſque præced. *ecce*, quod habetur in Vulg.

℣. 20. Gr. Καὶ εἶδεν ὅτι τετρόπωνται, καὶ ἐμπυρίζουσι τὴν παρεμβολήν· ὁ γὰρ καπνὸς, &c. ut ſupra. Mſ. S. Theod. habet, & *ſuccenſa ſunt caſtra*.

Digitized by Google

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

21. Quibus illi conſpectis timuerunt valde, aſpicientes ſimul & Judam, & exercitum in campo paratum ad prælium.

22. Et fugerunt omnes in campum alienigenarum:

23. & Judas reverſus eſt ad ſpolia caſtrorum, & acceperunt aurum multum, & argentum, & hyacinthum, & purpuram marinam, & opes magnas.

24. Et converſi, hymnum canebant, & benedicebant Deum in cœlum, quoniam bonus eſt, quoniam in ſæculum miſericordia ejus.

25. Et facta eſt ſalus magna in Iſraël in die illa.

26. Quicunque autem alienigenarum evaſerunt, venerunt, & nunciaverunt Lyſiæ univerſa quæ acciderant.

27. Quibus ille auditis, conſternatus animo deficiebat: quòd non qualia voluit, talia contigerunt in Iſraël, & qualia mandavit rex.

28. Et ſequenti anno congregavit Lyſias virorum electorum ſexaginta millia, & equitum quinque millia, ut debellaret eos.

29. Et venerunt in Judæam, & caſtra poſuerunt in Bethoron, & occurrit illis Judas cum decem millibus viris.

30. Et viderunt exercitum fortem, & oravit,
1. Reg. & dixit: Benedictus es ſalvator Iſraël, qui con-
17. 50. triviſti impetum potentis in manu ſervi tui Da-
1. Reg. vid, & tradidiſti caſtra alienigenarum in manu
14. 13. Jonathæ filii Saul, & armigeri ejus.

31. Conclude exercitum iſtum in manu populi tui Iſraël, & confundantur in exercitu ſuo, & equitibus.

32. Da illis formidinem, & tabefac audaciam virtutis eorum, & commoveantur contritione ſua.

33. Dejice illos gladio diligentium te: & collaudent te omnes, qui noverunt nomen tuum, in hymnis.

34. Et commiſerunt prælium: & ceciderunt de exercitu Lyſiæ quinque millia virorum.

35. Videns autem Lyſias fugam ſuorum, & Judæorum audaciam, & quòd parati ſunt aut vivere, aut mori fortiter, abiit Antiochiam, & elegit milites, ut multiplicati rurſus venirent in Judæam.

36. Dixit autem Judas, & fratres ejus: Ecce contriti ſunt inimici noſtri: aſcendamus nunc mundare ſancta, & renovare.

37. Et congregatus eſt omnis exercitus, & aſ-

AL. VERSIO VETUS.

21. *Quibus illi conſpectis, timuerunt valde: aſpicientes verò & Judæ exercitum in campo paratum in prælio,* Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

22. *fugerunt omnes in terram alienigenarum:*

23. *& Judas regreſſus eſt ad ſpolia caſtrorum, & acceperunt ſibi inde aurum multum, & argentum, & hyacinthum, & purpuram marinam, & opes magnas.*

24. *Et converſi, hymnum dicebant ad cœlum, quoniam bonum, quoniam in ſæculum miſericordia ejus.*

25. *Et facta eſt ſalus magna in Iſraël in die illa.*

26. *Quicunque autem alienigenarum evaſerunt, venerunt, & nunciaverunt Lyſiæ univerſa quæ acciderant.*

27. *Quibus ille auditis, conſternatus animo deficiebat: quòd non qualia mandaverat rex, evenerant in Iſraël.*

28. *Et in continenti anno congregavit viros electos, ſexaginta millia peditum, & quinque millia equitum, ut debellaret eos.*

29. *Et venerunt in Idumæa, & amoverunt in Bethoſyris, & obviavit illos Judas, habens undecim millia viros.*

30. *Et viderunt exercitum fortem, & adoravit, dicens: Benedictus es ſalutaris Iſraël, qui contriſti impetum potentis in manu ſervi tui David, & tradidiſti caſtra alienigenarum in manu Jonathæ filii Saul, & in manu portantis arma ejus.*

31. *Conclude, Domine, exercitum iſtum in manus populi tui Iſraël, & confundantur in virtute ſua, & equitibus ejus.*

32. *Da formidinem, & tabefac audaciam virtutis eorum, & commoveantur in contritione ſua.*

33. *Dejice eos in gladio diligentium te: & conlaudent te in hymnis omnes, qui noverunt nomen tuum.*

34. *Et commiſerunt ad invicem: & ceciderunt de exercitu Lyſiæ quinque millia viri.*

35. *Ut vidit autem Lyſias in fugam converſam aciem ſuam, in Juda verò audaciam & conſtantiam, abiit in Antiochiam, & elegit milites, ut multiplicatus veniret rurſus in Judæam.*

36. *Dixit autem Judas, & fratres ejus: Ecce contriti ſunt inimici noſtri: aſcendamus mundare ſancta, & renovare.*

37. *Et congregatus eſt omnis exercitus, &*

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 21. Græc. initio habet: Οἱ δὲ ταῦτα ζυνιδόντες, & poſt paulò, ζυνιδόντες δὲ τὴν Ἰούδα παρεμβολὴν ἐν τῷ πεδίῳ ἑτοίμως εἰς παράταξιν.

℣. 22. Itidem Græcè.

℣. 23. Græc. Vulgatæ reſpondet.

℣. 24. Gr. Καὶ ἐπιστραφέντες, ὕμνουν, καὶ εὐλόγουν εἰς οὐρανὸν τὸν Κύριον, ὅτι χαλὸν, ὅτι, &c. ut ſupra. Mſ. S. Theod. & *benedicebant in cœlum, quoniam bonus*, &c.

℣. 25. Sic eſt in Græco, excepto uno τῷ Ἰσραήλ, *Iſraëli*, pro *in Iſraël*.

℣. 26. Eadem ſunt in Gr. hoc excepto, παραγενόμενοι ἀπήγγειλαν, *advenientes nunciaverunt*, loco *venerunt*, & *nunciaverunt*, quod idem valet.

℣. 27. Græc. Ὁ δὲ ἀκούσας, ζυνεχύθη, καὶ ἠθύμησεν ὅτι οὐκ εἰς ἤθελε, τοιαῦτα γεγόνει τῷ Ἰσραὴλ, καὶ ἃ οὐκ ἐνετείλατο αὐτῷ ὁ βασιλεὺς, τοιαῦτα ἐξέβη.

℣. 28. Græc. initio hab. Καὶ ἐν τῷ ἐχομένῳ ἐαυτῷ συνελόχισεν Λυσίας, &c. ut in Vulg.

℣. 29. Græc. Καὶ ἦλθον εἰς τὴν Ἰδυμαίαν, καὶ παρενέβαλον ἐν Βαιθσούροις, καὶ ζυνήντησεν αὐτοῖς Ἰούδας ἐν ὀλίγα χιλιάσι ἀνδρῶν.

℣. 30. Græc. Καὶ εἶδε τὴν παρεμβολὴν ἰσχυρὰν, καὶ προσηύξαλο, καὶ εἶπεν· Εὐλογητὸς εἶ ὁ Σωτὴρ τοῦ Ἰσραὴλ, ὁ συντρίψας..... εἰς χεῖρας Ἰωνάθαν.... καὶ τῶν αἴροντος τὰ σκεύη αὐτοῦ.

℣. 31. Gr. Σύγκλεισον τὴν παρεμβολὴν ταύτην ἐν χειρὶ (Mſ. Alex. εἰς χεῖρας) λαοῦ ζου Ἰσραὴλ, καὶ αἰσχυνθήτωσαν ἐπὶ τῇ δυνάμει, καὶ τῇ ἵππῳ αὐτῶν.

℣℣. 32. 33. Græc. Vulgatæ reſpondet.

℣. 34. Gr. Καὶ ζυνέβαλον ἀλλήλοις· καὶ ἔπεσον ἐκ τῆς παρεμβολῆς Λυσίου εἰς πενλακισχιλίες ἀνδρας, καὶ ἔπεσον ἐξ ἐναντίας αὐτῶν i. e. *Et commiſerunt prælium inter ſe: & ceciderunt de exercitu Lyſiæ ad quinque millia virorum, & ceciderunt ex adverſo ipſorum.* Mſ. S. Theod. *Et commiſerunt, & ceciderunt*, &c. ut in Vulg.

℣. 35. Græc. Ἰδὼν δὲ Λυσίας τὴν γενομένην τροπὴν τῆς αὐτοῦ ζυνλάξεως, τῆς δὲ Ἰούδα τὸ γεγενημένον θάρσος, καὶ ὡς ἕτοιμοί εἰσιν ἢ ζῆν, ἢ τεθνάναι γενναίως, ἀνῆρεν εἰς Ἀντιόχειαν, καὶ ἐξενολόγει καὶ πλεονάσας τὸν γενιδέντα στρατὸν, ἐλογίζετο πάλιν παραγενέσθαι εἰς τὴν Ἰουδαίαν· i. e. *Videns autem Lyſias fugam acies ſuæ, ejus autem quæ Judæ, audaciam, & quòd parati ſunt aut vivere, aut mori generosè, abiit in Antiochiam, & colligebat externos milites: & cùm multiplicaſſet priorem exercitum, cogitabat rurſus venire in Judæam.*

℣℣. 36. 37. Totidem verba in Græco.

Digitized by Google

AL. VERSIO VETUS.

Ex MS. S. Germ. n. 13.

ascenderunt in montem Sion.

38. *Et viderunt sanctuarium desertum, & altare profanatum, & portas combustas, & in atriis virgulta nata sicut in saltum, aut sicut in uno montium, & pastoforia disruta & detracta.*

39. *Et conscinderunt vestimenta sua, & planxerunt planctu magno, & miserunt cinerem super caput suum:*

40. *& ceciderunt in faciem super terram, & clamaverunt ad cœlum in tubis signorum.*

41. *Tunc ordinavit Judas adversùs eos qui erant in arce, donec mundarent sancta.*

42. *Et elegit sacerdotes sine macula, voluntarios legis:*

43. *& mundaverunt sancta, & tulerunt lapides contaminationis, & locum immundum.*

44. *Et cogitavit de altare holocaustorum, quod profanatum erat, quid de eo faceret.*

45. *Et consiliati sunt ut demolirent illum: ne esset illis in opprobrium, quia contaminaverunt illum gentes, & destruxerunt illum.*

46. *Et posuerunt lapides in monte domus in loco opportuno, quoadusque veniret propheta, & responderet de eis.*

47. *Et acceperunt lapides integros secundùm legem, & edificaverunt altarem novum, secundùm priorem:*

48. *& edificaverunt sancta, & qua intra domum: ædem, & atria sanctificaverunt.*

49. *Et fecerunt vasa sancta nova, & intulerunt candelabrum, & altares incensorum, & mensam in templo.*

50. *Et incenderunt super altare, & accenderunt lucernas, qua supra candelabrum, & lucebant in templo.*

51. *Et posuerunt supra mensam panes, & expanderunt vela, & consummaverunt omnia opera qua fecerunt.*

52. *Et ante matutinum surrexerunt quinta & vicensima mensis noni (hic mensis Chasleu) centesimi quadragesimi & octavi anni:*

53. *& obtulerunt sacrificium secundùm legem super altare holocaustorum novum, quod fecerunt.*

54. *Secundùm tempus, & secundùm diem, in qua contaminaverunt illud gentes, in ipsa renovatum est in canticis, & citharis, & cynaris, & cymbalis.*

55. *Et cecidit omnis populus in faciem, &*

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

cenderunt in montem Sion.

38. Et viderunt sanctificationem desertam, & altare profanatum, & portas exustas, & in atriis virgulta nata sicut in saltu, vel in montibus, & pastophoria diruta.

39. Et sciderunt vestimenta sua, & planxerunt planctu magno, & imposuerunt cinerem super caput suum:

40. & ceciderunt in faciem super terram, & exclamaverunt tubis signorum, & clamaverunt in cœlum.

41. Tunc ordinavit Judas viros, ut pugnarent adversùs eos qui erant in arce, donec emundarent sancta.

42. Et elegit sacerdotes sine macula, voluntatem habentes in lege Dei:

43. & mundaverunt sancta, & tulerunt lapides contaminationis in locum immundum.

44. Et cogitavit de altari holocaustorum, quod profanatum erat, quid de eo faceret.

45. Et incidit illis consilium bonum ut destruerent illud: ne fortè illis esset in opprobrium, quia contaminaverunt illud gentes, & demoliti sunt illud.

46. Et reposuerunt lapides in monte domus in loco apto, quoadusque veniret propheta, & responderet de eis.

47. Et acceperunt lapides integros secundùm legem, & ædificaverunt altare novum, secundùm illud quod fuit priùs:

48. & ædificaverunt sancta, & quæ intra domum erant intrinsecus: & ædem, & atria sanctificaverunt.

49. Et fecerunt vasa sancta nova, & intulerunt candelabrum, & altare incensorum, & mensam in templum.

50. Et incensum posuerunt super altare, & accenderunt lucernas, quæ super candelabrum erant, & lucebant in templo.

51. Et posuerunt super mensam panes, & appenderunt vela, & consummaverunt omnia opera quæ fecerant.

52. Et ante matutinum surrexerunt quinta & vigesima die mensis noni (hic est mensis Casleu) centesimi quadragesimi octavi anni:

53. & obtulerunt sacrificium secundùm legem super altare holocaustorum novum, quod fecerunt.

54. Secundùm tempus, & secundùm diem, in qua contaminaverunt illud gentes, in ipsa renovatum est in canticis, & citharis, & cinyris, & in cymbalis.

55. Et cecidit omnis populus in faciem, &

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 38. Græc. Καὶ ἴδον τὸ ἁγίασμα ἠρημωμένον..... ἐν αὐταῖς αὐλαῖς φυλὰ πεφυκόλα ὡς ἐν δρύμῳ, ἢ ὡς ἐν ἑνὶ τῶν ὀρέων, ἢ τὰ παστοφόρια καθῃρημένα.

℣. 39. Ms. S. Theod. *Sciderunt ergo vestimenta sua*, &c. ut in Vulgata. Græc. Καὶ διέῤῥηξαν τὰ..... ἐκόψαντο κοπετὸν μέγαν, καὶ ἐπέθεντο σποδόν, &c.

℣. 40. Græc. καὶ ἔπεσον..... καὶ ἐσάλπισαν ταῖς Σάλπιγξι τῶν Σημασιῶν, καὶ ἐβόησαν εἰς τὸν ὑρανόν.

℣. 41. Græc. Τότε ἐπέλαξεν Ἰούδας ἄνδρας, πολεμεῖν τοὺς ἐν τῇ ἄκρᾳ, ἕως ἂν καθαρίσῃ τὰ ἅγια.

℣. 42. Græcè similiter, Καὶ ἐπέλεξεν..... θελητὰς νόμου.

℣. 43. Itidem Græcè, præter hoc ult. εἰς τόπον ἀκάθαρτον, loco & *locum*, &c.

℣. 44. Ita rursum Græcè, excepto plurali duplici, ἐβουλεύσαντο, *cogitaverunt*; ultimòque, ποιήσωσι, *facerent*.

℣. 45. Ms. S. Theod. legit singulariter: *Et incidit illi consilium bonum ut destrueret illud*, &c. ut in Vulgata. Ms. Sangerm. masculin. ponit *illum*, quòd promiscuè scribat *altarem*, *altares*, vel *altare*; vide inf. ℣℣. 47. 49. 50. Græcè ita: Καὶ ἐπέπεσεν αὐτοῖς βουλὴ ἀγαθὴ καθελεῖν αὐτό· μή ποτε γένηται αὐλοῖς, &c. ut in Vulg. extremò tamen legitur, καθελεῖν τὸ θυσιαστήριον, non *illud*, vel *illum*.

℣. 46. Græc. Καὶ ἀπέθεντο τὲς..... ἐν τόπῳ ἐπισκοπῆς, &c. ut supra.

℣. 47. Græcè pariter: Καὶ ἔλαβον..... καὶ ᾠκοδόμησαν τὸ θυσιαστήριον καινὸν κατὰ τὸ πρόσθεν.

℣. 48. Sic iterum in Græco, præter vocem *ædem*, quæ abest.

℣. 49. Græc. Vulgatæ consonat.

℣. 50. Græc. Καὶ ἐθυμίασαν ἐπὶ τὸ, &c. ut supra.

℣. 51. Græcè similiter: Καὶ ἐπέθηκαν ἐπὶ τὴν..... καὶ ἐξεπέτασαν, &c.

℣. 52. Græc. Καὶ ὠρθρισαν τοπρωὶ τῇ πέμπτῃ καὶ εἰκάδι τοῦ..... (ὗτος ὁ μὴν Χασελεῦ) τοῦ ὀγδόου καὶ τεσσαρακοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ ἔτους.

℣. 53. Ad verbum è Græco.

℣. 54. Eadem prorsus in Græco sunt, præter hoc ult. καὶ κινύραις, καὶ ἐν κυμβάλοις, & *cinyris*, & *in cymbalis*; Ms. S. Theod. hab. *cynaris*.

℣. 55. Græc. Καὶ ἔπεσον πᾶς..... καὶ προσεκύνησαν, καὶ εὐλόγησαν εἰς ὐρανὸν τὸν, &c. Ms. S. Theod. & *benedixerunt*

Digitized by Google

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

adoraverunt, & benedixerunt in cœlum eum, qui proſperavit eis.

56. Et fecerunt dedicationem altaris diebus octo, & obtulerunt holocauſta cum lætitia, & ſacrificium ſalutaris & laudis.

57. Et ornaverunt faciem templi coronis aureis, & ſcutulis: & dedicaverunt portas, & paſtophoria, & impoſuerunt eis januas.

58. Et facta eſt lætitia in populo magna valde, & averſum eſt opprobrium gentium.

Joan. 10. 22. 59. Et ſtatuit Judas, & fratres ejus, & univerſa eccleſia Iſraël ut agatur dies dedicationis altaris in temporibus ſuis, ab anno in annum per dies octo, à quinta & vigeſima die menſis Caſleu, cum lætitia & gaudio.

60. Et ædificaverunt in tempore illo montem Sion, & per circuitum muros altos, & turres firmas, nequando venirent gentes, & conculcarent eum ſicut antea fecerunt.

61. Et collocavit illic exercitum, ut ſervarent eum, & munivit eum ad cuſtodiendam Bethſuram, ut haberet populus munitionem contra faciem Idumææ.

AL. VERSIO VETUS.

benedixerunt, & adoraverunt in cœlum eum, qui proſperavit eis. Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

56. Et fecerunt dedicationem altaris diebus octo, & obtulerunt holocauſta cum lætitia, & ſacrificium ſalutaris.

57. Et ornaverunt faciem templi coronis aureis, & ſcutulis: & dedicaverunt portas, & paſtophoria, & januas impoſuerunt.

58. Et facta eſt lætitia in populo magna valde, & abſtulitum eſt opprobrium gentium.

59. Et ſtatuit Judas, & fratres ejus, & univerſa eccleſia Iſraël ut agatur dies dedicationis altaris in temporibus ſuis, in anno dies octo, à quinta & vicenſima menſis Casleu, cum lætitia, & gaudio magno.

60. Et edificaverunt in tempore illo montem Sion, per circuitum muros altos, & turres firmas, nequando veniant gentes, & conculcent ea ſicut ante fecerunt.

61. Et conlocavit illic exercitum, ut ſervarent eam, & munivit eam ad cuſtodiendum Bethſuram, ut haberet populus munitionem contra faciem Idumææ.

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

in cœlum ei, qui, &c.

℣. 56. Ad verbum è Græco, præter hoc ult. *& ſacrificium ſalutaris*, pro quo, ὴ ἔθυσαν θυσίαν Σωτηρίου ὴ αἰνέσεως, *& ſacrificaverunt ſacrificium ſalutaris & laudis.* Mſ. S. Theod. habet, *& obtulerunt holocauſtum cum lætitia, & ſalutaria laudis.*

℣. 57. Græc. extremò legit, ὴ ἐθύρωσαν αὐτά· cæt. ut ſupra.

℣. 58. Græc. Καὶ ἐγενήθη εὐφροσύνη μεγάλη ἐν τῷ..... ὴ ἀπεστράφη, &c.

℣. 59. Similia leguntur Græcè, tribus exceptis; videlicet loco ſingul. hujus, *ut agatur dies*, ſcriptum pluraliter, ἵνα ἄγωνται αἱ ἡμέραι· paulòque poſt, σταυλῖν κατ' ἐνιαυτόν, ut in Vulg. non ſimpliciter, *in anno*; ultimòque, ὴ χαρᾶς, abſque ſeq. *magno.*

℣. 60. Eadem ſunt in Græco, niſi quòd ultimò ſic legitur: μή ποτε παραγενηθέντα τὰ ἔθνη καταπατήσωσιν αὐτά, ὡς ἐποίησαν τοπρότερον.

℣. 61. Mſ. S. Theod..... *ut ſervarent ea, & munivit eam*, &c. Græc. Καὶ ἐπέταξεν ἐκεῖ λύναμιν, τηρεῖν αὐτὸ, ὴ ὠχύρωσεν αὐτὸ τηρεῖν τὴν, &c. ut ſupra.

CAPUT V.

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

1. ET factum eſt, ut audierunt gentes in circuitu quia ædificatum eſt altare, & ſanctuarium ſicut priùs, iratæ ſunt valde:

2. & cogitabant tollere genus Jacob, qui erant inter eos, & cœperunt occidere de populo, & perſequi.

3. Et debellabat Judas filios Eſau in Idumæa, & eos qui erant in Acrabathane, quia circumſedebant Iſraëlitas, & percuſſit eos plagâ magnâ.

4. Et recordatus eſt malitiam filiorum Bean, qui erant populo in laqueum, & in ſcandalum, inſidiantes ei in via.

5. Et concluſi ſunt ab eo in turribus, & applicuit ad eos, & anathematizavit eos, & incendit turres eorum igni, cum omnibus qui in eis erant.

6. Et tranſivit ad filios Ammon, & invenit manum fortem, & populum copioſum, & Timotheum ducem ipſorum:

7. & commiſit cum eis prælia multa, & contriti ſunt in conſpectu eorum, & percuſſit eos:

8. & cepit Gazer civitatem, & filias ejus, &

AL. VERSIO VETUS.

1. *ET factum eſt, ut audierunt gentes in circuitu quia adificatum eſt altare, & ſanctuarium ſicut priùs, & irati ſunt valde:* Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

2. & cogitabant perdere genus Jacob, qui erant inter eos, & cœperunt perſequi & occidere eos.

3. Et debellabat Judas filios Eſau in Idumæa, Agrabatthine, quia circumſedebant Iſraël: & percuſſerunt eos plagâ magnâ, & accepit ſpolia eorum.

4. Et recordatus eſt malitiam filiorum Beam, qui erant populo in laqueum, & in ſcandalum, inſidiantes ei in via.

5. Et concluſi ſunt ab eo in turribus, & incendit turres eorum igni, cum omnibus qui in eis erant.

6. Et tranſiit Judas ad filios Ammon, & invenit manum fortem, & populum copioſum, & Timotheum ducem ipſorum:

7. & commiſit cum illis prælia multa, & contrivit eos:

8. & cepit Jazare, & filias ejus, & re-

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 1. Itidem Græcè, interpoſito uno ἀνεκαινίσθη, *renovatum eſt*, ante *ſanctuarium*. Mſ. S. Theod. legit, *quia adificatum eſt altare, & ſancta.*

℣. 2. Græc. ὴ ἐβουλεύσαντο τοῦ ἆραι γένος Ἰακὼβ, τοὺς ὄντας ἐν μέσῳ αὐτῶν, ὴ ἤρξαντο τοῦ θανατοῦν ἐν τῷ λαῷ ὴ ἐξαίρειν.

℣. 3. Græc. Καὶ ἐπολέμει Ἰούδας τροὺς τοὺς υἱοὺς Ἡσαῦ ἐν τῇ Ἰδουμαίᾳ τὴν Ἀκραβαττίνην, ὅτι περιεκάθηντο τὸν Ἰσραήλ· ὴ ἐπάταξεν αὐτοὺς πληγὴν μεγάλην, ὴ ἔλαβε τὰ σκῦλα αὐτῶν.

℣. 4. Græc. Καὶ ἐμνήσθη τῆς..... υἱῶν Βαιὰρ, οἳ..... ἐν τῷ ἐνεδρεύειν αὐτοὺς ἐν ταῖς ὁδοῖς.

℣. 5. Græc. Vulgatæ reſpondet, interponitque, ὴ παρενέβαλεν ἐπ' αὐτοὺς, ὴ ἀνεθεμάτισεν αὐτούς· dein, ὴ ἐνεπύρισε τοὺς πύργους αὐτῆς ἐν πυρὶ, &c. quæ ſupra.

℣. 6. Græc. initio habet, Καὶ διεπέρασεν ἐπὶ τοὺς υἱοὺς, abſque medio nomine *Judas*; reliqua ut in Lat. ſupra.

℣. 7. Græc. ὴ Συνῆψε πρὸς αὐτοὺς..... ὴ Συνέβρισεν πρὸ προσώπου αὐτῶν, ὴ ἐπάταξεν αὐτούς.

℣. 8. Græc. ὴ προσελάβετο τὴν Ἰαζὴρ, ὴ τὰς, &c. ut ſupra.

Digitized by Google

AL. VERSIO VETUS.

Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

verſus eſt in Judæam.

9. *Et congregata ſunt gentes quæ erant in Galaad, adversùs Iſraël, quia erant in finibus eorum, ut tollerent eos: & fugerunt in Dathema munitionem,*

10. *& miſerunt litteras ad Judam & fratres ejus, dicentes: Congregatæ ſunt adversùs nos gentes in circuitu, ut nos auferant,*

11. *& occupent munitionem, in quæ nos fugimus: & Timotheus eſt dux eorum.*

12. *Nunc ergo veni, eripe nos de manibus eorum, quia cecidit de nobis multitudo.*

13. *Et omnes fratres noſtri, qui erant in locis, interfecti ſunt: & captivas duxerunt uxores eorum, & filios, & turbam, & perdiderunt illis ferè mille viros.*

14. *Et dum adhuc epiſtola legebatur, & ecce nuncii alii advenerunt de Galilæa conſciſſis tunicis, nunciantes ſecundùm verba hæc:*

15. *dicentes conveniſſe adversùs ſe à Ptolemaide, & Tyro, & Sidone: & repleta eſt omnis Galilæa de alienigenis, ut nos expugnent.*

16. *Ut audivit autem Judas, & populus ejus, ſermones ejus, convenit eccleſia magna, ut cogitarent quid facerent fratribus ſuis, qui erant in tribulatione, & expugnabantur ab eis.*

17. *Et dixit Judas Simoni fratri ſuo: Elige tibi viros, & vade, libera fratres in Galilæa: ego autem & Jonathas frater noſter ibimus in Galaditbin.*

18. *Et reliquit Joſephum Zachariæ, & Azariam ducem populi, cum reſiduis virtutibus ad cuſtodiendum:*

19. *& præcepit illis, dicens: Præeſtote populo huic; & nolite bellum committere adversùs gentes, donec revertamur.*

20. *Et partiti ſunt Simoni viri tria millia, ut irent in Galilæa: Judæ autem octo millia in Galaditin.*

21. *Et abiit Simon in Galilæa, & commiſit prælia multa cum gentibus: & contrita ſunt gentes à facie ejus, & perſecutus eſt eos uſque ad portam*

22. *Ptolomaidis: & ceciderunt de gentibus ferè tria millia viri, & accepit ſpolia eorum.*

23. *Et ſumpſit eos, qui erant de Galilæa, & qui in Grabattis, cum mulieribus, & natis, & omnia quæ erant illis, & duxit in Judæa cum lætitia magna.*

24. *Et Judas Maccabæus & Jonatha frater*

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

reverſus eſt in Judæam.

9. Et congregatæ ſunt gentes quæ ſunt in Galaad, adversùs Iſraëlitas qui erant in finibus eorum, ut tollerent eos: & fugerunt in Datheman munitionem,

10. & miſerunt litteras ad Judam & fratres ejus, dicentes: Congregatæ ſunt adversùm nos gentes per circuitum, ut nos auferant:

11. & parant venire, & occupare munitionem, in quam confugimus: & Timotheus eſt dux exercitus eorum.

12. Nunc ergo veni, & eripe nos de manibus eorum, quia cecidit multitudo de nobis.

13. Et omnes fratres noſtri, qui erant in locis Tubin, interfecti ſunt: & captivas duxerunt uxores eorum, & natos, & ſpolia, & peremerunt illic ferè mille viros.

14. Et adhuc epiſtolæ legebantur, & ecce alii nuncii venerunt de Galilæa conſciſſis tunicis, nunciantes ſecundùm verba hæc:

15. dicentes conveniſſe adversùm ſe à Ptolemaida, & Tyro, & Sidone: & repleta eſt omnis Galilæa alienigenis, ut nos conſumant.

16. Ut audivit autem Judas, & populus, ſermones iſtos, convenit eccleſia magna cogitare quid facerent fratribus ſuis, qui in tribulatione erant, & expugnabantur ab eis.

17. Dixitque Judas Simoni fratri ſuo: Elige tibi viros, & vade, & libera fratres tuos in Galilæa: ego autem & frater meus Jonathas ibimus in Galaaditim.

18. Et reliquit Joſephum filium Zachariæ, & Azariam, duces populi, cum reſiduo exercitu in Judæa ad cuſtodiam:

19. & præcepit illis, dicens: Præeſtote populo huic: & nolite bellum committere adversùm gentes, donec revertamur.

20. Et partiti ſunt Simoni viri tria millia, ut iret in Galilæam: Judæ autem octo millia in Galaaditim.

21. Et abiit Simon in Galilæam, & commiſit prælia multa cum gentibus: & contritæ ſunt gentes à facie ejus, & perſecutus eſt eos uſque ad portam

22. Ptolemaidis: & ceciderunt de gentibus ferè tria millia virorum, & accepit ſpolia eorum.

23. Et aſſumpſit eos, qui erant in Galilæa, & in Arbatis, cum uxoribus, & natis, & omnibus quæ erant illis, & adduxit in Judæam cum lætitia magna.

24. Et Judas Machabæus & Jonathas frater ejus

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 9. Græcè: Καὶ ἐπισυνήχθησαν τὰ ἔθνη τὰ ἐν τῇ Γαλαὰδ, ἐπὶ τὸν Ἰσραὴλ, τὰς ὅρας ἐπὶ τοῖς, &c. quæ ſupra, excepto nomine Διάθεμα.

℣. 10. Totidem verba in Græco, præter hoc, τὰ κύκλῳ ἡμῶν, *quæ in circuitu noſtro*, pro *in circuitu*.

℣. 11. Græc. Vulgatæ congruit ad verbum.

℣. 12. Similiter habet Mſ. S. Theod. Græcè ita: Νῦν οὖν ἐλθὼν, ἐξελοῦ ἡμᾶς, &c. ut ſupra.

℣. 13. Græc. Καὶ πάντες..... οἱ ὄντες ἐν τοῖς Τωβίν, τεθανάτωνται..... καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν, καὶ τὴν ἀποσκευὴν, καὶ ἀπώλεσαν ἐκεῖ ὡς μίαν χιλιαρχίαν ἀνδρῶν. Mſ. S. Theod. pro *in locis Tubin*, quod habetur in Vulg. legit, *in locis ubique*; paulòque poſt, & *captivas abduxerunt*; Gr. καὶ ᾐχμαλωτίκασι.

℣. 14. Græc. Ἔτι αἱ ἐπιστολαὶ ἀνεγινώσκοντο, καὶ ἰδοὺ ἄγγελοι ἕτεροι παρεγένοντο... διεῤῥηχότες τὰ ἱμάτια, &c. ut ſup.

℣. 15. Mſ. S. Germ. vitiosè legit *ad Ptolomaide*, pro *ab*, vel *à*, quod emendavimus: ſubinde poſt *Sidone*, Mſ. alter S. Theod. addit, & *omni Galilæa alienigenas, ut nos conſumant*. Græcè ita: λέγοντες ἐπισυνῆχθαι ἐπ' αὐτὰς ἐκ Πτολεμαΐδος..... καὶ Σιδῶνος, καὶ πάσης Γαλιλαίας ἀλλοφύλων, τοῦ ἐξαναλῶσαι ἡμᾶς.

℣. 16. Græc. Ὡς δὲ ἤκουσεν Ἰούδας, καὶ ὁ λαὸς τοὺς λόγους τούτους, ἐπισυνήχθη, &c. ut ſupra.

℣. 17. Græc. Καὶ εἶπεν Ἰούδας..... ἐγὼ πορεύσομαι, καὶ ῥύσομαι τοὺς ἀδελφούς σου, τοὺς ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ· ἐγὼ δὲ καὶ Ἰωνάθαν ὁ ἀδελφός μου, &c. Mſ. Alex. tollit τοὺς, ante hoc, ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ.

℣. 18. Græc. Καὶ κατέλιπεν Ἰώσηφον τὸν τοῦ Ζαχαρίου, καὶ Ἀζαρίαν, ἡγουμένους (Mſ. Alex. ἡγούμενον) τοῦ λαοῦ, μετὰ τῶν ἐπιλοίπων τῆς δυνάμεως ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ εἰς τήρησιν. Mſ. S. Theod. extremò legit *ad cuſtodiendum*, cum Mſ. Sang. non *ad cuſtodiam*, cum Vulg. & Græco.

℣. 19. Itidem Græcè Mſ. Sangerm. *Præeſtote populi huic*, non *populo*; ſed aperto mendo, quod ſuſtulimus.

℣. 20. Mſ. S. Theod. *Et dati ſunt Simoni viri*, &c. ut in Vulgata. Græc. Καὶ ἐμερίσθησαν Σίμωνι ἄνδρες..... τοῦ πορευθῆναι εἰς τὴν..... Ἰούδᾳ δὲ ἄνδρες ὀκταχιλίοι εἰς, &c.

℣. 21. Græc. Καὶ ἐπορεύθη Σίμων εἰς τὴν Γαλιλαίαν, &c. ut ſupra.

℣. 22. Græc. Πτολεμαΐδος· καὶ ἔπεσον ἐκ τῶν ἐθνῶν εἰς τετραχιλίους ἄνδρας, &c.

℣. 23. Græc. Καὶ παρέλαβε τοὺς ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, καὶ ἐν Ἀρβάτοις, σὺν ταῖς..... καὶ πάντα ὅσα ἦν αὐτοῖς, καὶ ἤγαγεν εἰς τὴν, &c.

℣. 24. Eadem ſunt in Græco. Mſ. S. Theod. legit, & *Jonathas*, & *fratres ejus*, non *frater*; ſed malè.

Digitized by Google

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

tranſierunt Jordanem, & abierunt viam trium dierum per deſertum.

25. Et occurrerunt eis Nabuthæi, & ſuſceperunt eos pacificè, & narraverunt eis omnia, quæ acciderant fratribus eorum in Galaaditide,

26. & quia multi ex eis comprehenſi ſunt in Baraſa, & Boſor, & in Alimis, & in Caſphor, & Mageth, & Carnaim: hæ omnes civitates munitæ, & magnæ.

27. Sed & in cæteris civitatibus Galaaditidis tenentur comprehenſi, & in craſtinum conſtituerunt admovere exercitum civitatibus his, & comprehendere, & tollere eos in una die.

28. Et convertit Judas, & exercitus ejus, viam in deſertum Boſor repentè, & occupavit civitatem: & occidit omnem maſculum in ore gladii, & accepit omnia ſpolia eorum, & ſuccendit eam igni.

29. Et ſurrexerunt inde nocte, & ibant uſque ad munitionem.

30. Et factum eſt diluculo, cùm elevaſſent oculos ſuos, ecce populus multus, cujus non erat numerus, portantes ſcalas & machinas, ut comprehenderent munitionem, & expugnarent eos.

31. Et vidit Judas quia cœpit bellum, & clamor belli aſcendit ad cœlum ſicut tuba, & clamor magnus de civitate:

32. & dixit exercitui ſuo: Pugnate hodie pro fratribus veſtris.

33. Et venit tribus ordinibus poſt eos, & exclamaverunt tubis, & clamaverunt in oratione.

34. Et cognoverunt caſtra Timothei quia Machabæus eſt, & refugerunt à facie ejus: & percuſſerunt eos plagâ magnâ: & ceciderunt ex eis in die illa ferè octo millia virorum.

35. Et divertit Judas in Maſpha, & expugnavit, & cepit eam: & occidit omnem maſculum ejus, & ſumpſit ſpolia ejus, & ſuccendit eam igni.

36. Inde perrexit, & cepit Casbon, & Mageth, & Boſor, & reliquas civitates Galaaditidis.

37. Poſt hæc autem verba congregavit Timotheus exercitum alium, & caſtra poſuit contra Raphon trans torrentem.

38. Et miſit Judas ſpeculari exercitum: & renuntiaverunt ei, dicentes: Quia convenerunt ad eum omnes gentes, quæ in circuitu noſtro ſunt, exercitus multus nimis:

39. & Arabas conduxerunt in auxilium ſibi, & caſtra poſuerunt trans torrentem, parati ad te venire in prælium. Et abiit Judas obviam illis.

40. Et ait Timotheus principibus exercitus ſui:

AL. VERSIO VETUS.

ejus tranſierunt Jordanem, & abierunt viam trium dierum in deſerto. Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

25. *Et occurrerunt Nabatheis, & obviaverunt eis pacatè, & narraverunt eis omnia, quæ acciderunt fratribus eorum in Galadithin,*

26. *& quia multi ex eis comprehenſi ſunt in Baſara, & Buſor, & in Alcimis, Caſphon, Maged, & Tharnen: hæ civitates munitæ, & magnæ.*

27. *Præ cæteris civitatibus Galaditis ſunt comprehenſi, & conſtituerunt in craſtinum admovere ad munitiones, & comprehendere, & tollere omnes iſtos in una die.*

28. *Et converſus eſt Judas, & exercitus ejus, viam in deſerto in Boſorram derepente, & occupavit civitatem: & occidit omnem maſculinum in ore gladii, & accepit omnia ſpolia eorum, & ſuccendit ea igni.*

29. *Et ſurrexit inde nocte, & ibant ad munitionem.*

30. *Et factum eſt diluculo, & elevaverunt oculos ſuos, & viderunt, & ecce populus multus valde, cujus non erat numerus, portantes ſcalas & machinas, & comprehenderunt munitionem, & expugnabant eos.*

31. *Et vidit Judas quia cœpit bellum, & clamor belli aſcendit in cœlum ſicut tuba, & clamor magnus de civitate:*

32. *dixitque viris exercitus ſui: Pugnate hodie pro fratribus veſtris.*

33. *Et exivit tribus ordinibus poſt eos, & exclamaverunt in oratione.*

34. *Et cognoverunt caſtra Timothei quòd Macchabeus eſt, & fugerunt à facie ejus: & & percuſſerunt eos plagâ magnâ: & ceciderunt ex eis illa die ferè octo millia viri.*

35. *Et concluſit in Mella, & expugnavit eam, & cepit eam: & occidit omnem maſculinum ejus, & accepit ſpolia ejus, & ſuccendit eam igni.*

36. *Et inde ſurgens, cepit Casbo, & Mageth, & Boſor, & reliquas civitates Galaditidis.*

37. *Poſt hæc verba congregavit Timotheus exercitum alium, & adplicavit ad faciem Raphon ad torrentem.*

38. *Et miſit Judas ſpeculari exercitum: & renuntiaverunt ei, dicentes: Convenerunt ad eum omnes gentes, quæ in circuitu ſunt, exercitus multus nimis:*

39. *& Arabas conduxerunt in auxilium ſibi, & adplicant trans torrentem, parati venire ad prælium contra nos. Et abiit Judas obviam illis.*

40. *Et ait Timotheus principibus exercitus*

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 25. Ita rurſum in Græco.

℣. 26. Græc. ſcribit Βόσορα, non *Baſara*: paulòque poſt, ὡ Ἀλέμοις, Κασφὼρ, Μαγὲδ, ὴ Καρναΐμ· ultimòque, πᾶσαι αἱ πόλεις αὗται, &c.

℣. 27. Græc. Καὶ ὡ ταῖς λοιπαῖς πόλεσι τῆς..... εἰσὶ ζυνειλημμένοι, ὴ εἰς αὔριον τάσσονται παρεμβάλειν ἐπὶ τὰ, &c. ut ſupra.

℣. 28. Græc. Καὶ ἀπέστρεψεν Ἰούδας, ὴ ἡ παρεμβολὴ αὐτοῦ, εἰς ὸν εἰς τὴν ἔρημον εἰς Βοσὸρ ἀγρω... ὴ ἐπέστρησεν αὐτὴν πυρί. Mſ. S. Theod. extremò legit cum Sangerm. & *ſuccendit ea igni*, non *eam*, cum Vulg. & Græco.

℣. 29. Gr. Καὶ ἀφῆρεν ἐκεῖθεν νυκτός, ὴ ἐπορεύετο ἕως ἐπὶ τὸ ὀχύρωμα.

℣. 30. Gr. Καὶ ἐγένετο ἐωθινὴ, ὴ ἦραν τὺς ὀφθαλμὺς αὐτῶν, ὴ ἰδὺ λαὸς πολὺς, ὃ ὐκ ἦν..... καλαλάβεσθαι τὸ ὀχύρωμα, ὴ ἐπολέμυν αὐτύς.

℣. 31. Græcè, poſt *bellum*, ita ſubjicitur: ὴ ἡ κραυγὴ τῆς πόλεως ἀνέβη εἰς τὸν ὐρανὸν, ζάλπιγξι, ὴ φωνῇ μεγάλῃ· i. e. & *clamor civitatis aſcendit in cœlum, tubis, & voce magna.*

℣. 32. Sic etiam in Græco eſt, deleto uno *ſui*, poſt *exercitûs.*

℣. 33. Græc. Καὶ ἐξῆλθον ὡ τελεὶν ἀρχαῖς ὀπίσω αὐτῶν, ὴ ἐσάλπισαν ταῖς ζάλπιγξι, ὴ ἐβόησαν, &c. ut ſup.

℣. 34. Similia Græc. habet, præter unum ſingul. ἐπάταξε, *percuſſit*, loco *percuſſerunt.*

℣. 35. Gr. initio hab. Καὶ ἀπέκλινον εἰς Μασφὰ, deinde, ὴ ἐπολέμησεν αὐτὴν, ὴ, &c. quæ ſup.

℣. 36. Græc. Ἐκεῖθεν ἄφῆρε, ὴ περικατελάβετο τὴν Κασφὼν, Μαγὲδ, Βοσὸρ, &c. quæ ſup.

℣. 37. Græc. Μετὰ δὲ τὰ ῥήματα ταῦτα ζυνήγαγε Τιμόθεος παρεμβολὴν ἄλλην, ὴ παρενέβαλε κατὰ πρόσωπον Ῥαφὼν ἐκ πέραν τῦ χειμάῤῥυ.

℣. 38. Græc. Καὶ ἀπέστειλεν Ἰούδας καλασκοπεῦσαι τὴν παρεμβολήν· ὴ ἀπήγγειλαν αὐτῷ, λέγοντες· Ἐπισυνηγμένα εἰσὶ πρὸς αὐτὺς..... τὰ κύκλῳ ἡμῶν, &c.

℣. 39. Græc. ὴ Ἄραβας μεμίσθωται εἰς..... ὴ παρενέβαλον..... ἕτοιμοι τῦ ἐλθεῖν ἐπὶ σὲ εἰς πόλεμον, &c. ut ſupra. Mſ. etiam S. Theod. initio habet, & *Arabas conduxit*, non *conduxerunt.*

℣. 40. Ita Græcè ad verbum, ſubnexis his in fine, ὅτι δυνάμθος δυνήσεται πρὸς ἡμᾶς, quæ Vulgatæ reſpon-

Digitized by Google

AL. VERSIO VETUS.

Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

ſui : Cùm adpropinquaverit Judas, & exercitus ejus ad torrentem aquæ : ſi tranſierit prior ad nos, non poterimus ſuſtinere eum :

41. ſi verò timuerit tranſire, & poſuerit caſtra circa flumen, transfretemus ad eos, & poterimus adversùs eos.

42. Ut autem adpropinquavit Judas ad torrentem aquæ, ſtatuit ſcribas populi ſecus torrentem, & mandavit eis, dicens : Neminem hominem reliqueritis : ſed veniant omnes in prælium.

43. Et transfretavit ad illos prior, & omnis populus poſt eos, & contriti ſunt ante faciem eorum omnes gentes, & projecerunt arma ſua, & fugerunt in Carnaim.

44. Et occupaverunt civitatem, & locum ſuccenderunt igni, cum omnibus quæ cum ipſo : & non poterant ampliùs ſtare contra faciem Judæ.

45. Et congregavit Judas univerſum Iſraël, qui erant in Galaditidem, à minimo uſque ad maximum, & uxores, & natos eorum, & vaſa, & exercitum magnum valde, ut venirent in terram Juda.

46. Et venerunt uſque Eſron : & hæc civitas magna in via, munita valde, & non erat ab ea declinare dextrâ vel ſiniſtrâ, ſed per medium iter erat.

47. Et concluſerunt contra eos qui erant in civitate, & oppilaverunt portas lapidibus : & miſit ad eos Judas verbis pacificis,

48. dicens : Tranſeamus per terram tuam, ut eamus in terram noſtram : & nemo vos nocebit : tantùm pedibus tranſibimus. Et nolebant ei aperire.

49. Et præcepit Judas prædicari in caſtris, ut adplicarent ſe unuſquiſque in quo erant loco :

50. & adplicaverunt ſe viri virtutis : & expugnavit civitatem illam tota die, & tota nocte, & tradita eſt civitas in manu ejus :

51. & interfecerunt omnem maſculum in ore gladii, & eradicavit eam, & accepit ſpolia ejus, & tranſiit per portam ſuper interfectos.

52. Et tranſgreſſi ſunt Jordanem in campum magnum, contra faciem Bethſam.

* Mſ. vitiosè *exercitum.*

*53. Et erat Judas congregans poſtremos * exercitus, & hortabatur populum per totam viam, donec venerunt in terram Juda.*

54. Et aſcenderunt in montem Sion cum lætitia & gaudio, & obtulerunt holocauſta, quòd nemo ex eis cecidiſſet, donec converterentur in pace.

55. Et in diebus, quibus erat Judas, & Jonathas in terra Galaad, & Simon frater ejus

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

Cùm appropinquaverit Judas, & exercitus ejus ad torrentem aquæ : ſi tranſierit ad nos prior, non poterimus ſuſtinere eum : quia potens poterit adversùm nos :

41. ſi verò timuerit tranſire, & poſuerit caſtra extra flumen, transfretemus ad eos, & poterimus adversùs illum.

42. Ut autem appropinquavit Judas ad torrentem aquæ, ſtatuit ſcribas populi ſecus torrentem, & mandavit eis, dicens : Neminem hominum reliqueritis : ſed veniant omnes in prælium.

43. Et transfretavit ad illos prior, & omnis populus poſt eum, & contritæ ſunt omnes gentes à facie eorum, & projecerunt arma ſua, & fugerunt ad fanum, quod erat in Carnaim.

44. Et occupavit ipſam civitatem, & fanum ſuccendit igni, cum omnibus qui erant in ipſo : & oppreſſa eſt Carnaim, & non potuit ſuſtinere contra faciem Judæ.

45. Et congregavit Judas univerſos Iſraëlitas, qui erant in Galaaditide, à minimo uſque ad maximum, & uxores eorum, & natos, & exercitum magnum valde, ut venirent in terram Juda.

46. Et venerunt uſque Ephron : & hæc civitas magna in ingreſſu poſita, munita valde, & non erat declinare ab ea dexterâ vel ſiniſtrâ, ſed per mediam iter erat.

47. Et incluſerunt ſe qui erant in civitate, & obſtruxerunt portas lapidibus : & miſit ad eos Judas verbis pacificis,

48. dicens : Tranſeamus per terram veſtram, ut eamus in terram noſtram : & nemo vobis nocebit : tantùm pedibus tranſibimus. Et nolebant eis aperire.

49. Et præcepit Judas prædicare in caſtris, ut applicarent unuſquiſque in quo erat loco :

50. & applicuerunt ſe viri virtutis : & oppugnavit civitatem illam tota die, & tota nocte, & tradita eſt civitas in manu ejus :

51. & peremerunt omnem maſculum in ore gladii, & eradicavit eam, & accepit ſpolia ejus, & tranſivit per totam civitatem ſuper interfectos.

52. Et tranſgreſſi ſunt Jordanem in campo magno, contra faciem Bethſan.

53. Et erat Judas congregans extremos, & exhortabatur populum per totam viam, donec venirent in terram Juda.

54. Et aſcenderunt in montem Sion cum lætitia & gaudio, & obtulerunt holocauſta, quòd nemo ex eis cecidiſſet, donec reverterentur in pace.

55. Et in diebus, quibus erat Judas, & Jonathas in terra Galaad, & Simon frater ejus in Galilæa

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

dent.

℣. 41. Græc. ἐὰν δὲ διελθῇ, ἢ παρεμβάλῃ πέραν τῦ ποταμῦ, διαπερασόμθα πρὸς αὐτόν, ἢ δυνησόμεθα πρὸς αὐτόν.

℣. 42. Totidem verba in Græco, addito uno παρεμβαλεῖν, ad *reliqueritis* ; Nobil. *reliqueritis in caſtris.*

℣. 43. Græcè hæc variant pauca, ὁ λαὸς ὀπισθεν αὐτῦ, *populus poſt eum*, non *eos* ; extremòque, ἢ ἔφυγον εἰς τὸ τέμενος ἐν Καρναΐν· quæ Vulgatæ accedunt. Mſ. etiam S. Theod. habet, & *contritæ ſunt ante faciem eorum omnes gentes.*

℣. 44. Græc. Καὶ προκαλεκάθηντο τὴν πόλιν, ἢ τὸ τέμενος ἐνεπύρισαν ἐν πυρὶ, σὺν πᾶσι τοῖς ἐν αὐτῷ· ἢ ἐτροπώθη ἡ Καρναΐν, ἢ οὐκ ἐδύναντο ἔτι ὑποστῆναι κατὰ πρόσωπον Ἰούδα.

℣. 45. Græc. Καὶ ἐσυνήγαγεν Ἰούδας πᾶντα Ἰσραὴλ, τοὺς ἐν τῇ Γαλααδίτιδι, ἀπὸ μικρῦ ἕως μεγάλυ, ἢ τὰς γυναῖκας αὐτῶν, ἢ τὰ τέκνα αὐτῶν, ἢ τὴν ἀποσκευὴν, παρεμβολὴν μεγάλην σφόδρα, &c.

℣. 46. Græc. Καὶ ἦλθον ἕως Ἐφρών· ἢ αὕτη ἡ πόλις μεγάλη ἐπὶ τῆς εἰσόδυ, ὀχυρὰ σφόδρα, οὐκ ἦν ἐκκλῖναι ἀπ' αὐτῆς..... ἀλλ' ἢ διὰ μέσυ αὐτῆς πορεύεσθαι.

℣. 47. Græc. Καὶ ἀπέκλεισαν αὐτὸς οἱ ἐκ τῆς πόλεως, ἢ ἐνέφραξαν τὰς, &c. ut ſupra.

℣. 48. Græc. λέγων· Διελευσόμεθα διὰ τῆς, &c. ut ſupra.

℣. 49. Græc. Καὶ ἐπέταξεν Ἰούδας κηρύξαι ἐν τῇ παρεμβολῇ, τῷ παρεμβαλεῖν ἕκαστον ἐν ᾧ εἶχε τόπῳ.

℣. 50. Græcè pluraliter : ἢ παρενέβαλον οἱ ἄνδρες τῆς δυνάμεως· ἢ ἐπολέμησαν τὴν πόλιν ὅλην τὴν ἡμέραν ἐκείνην, ἢ ὅλην τὴν νύκτα, ἢ παρεδόθη ἡ πόλις ἐν χερσὶν αὐτῷ.

℣. 51. Græc. initio habet num. ſing. ἢ ἀπώλεσε πᾶν ἀρσενικὸν· extremòque, ἢ διῆλθε διὰ τῆς πόλεως ἐπάνω τῶν, &c.

℣. 52. Itidem Græcè, præterquam ult. Βαιθσάν.

℣. 53. Græc. Καὶ ἦν Ἰούδας ἐφοδεύων τὰς ἐσχατιὰς, ἢ παρακαλῶν τὸν..... ἕως ἔ ἦλθον εἰς γῆν Ἰούδα. Unde liquet redundare vocem *exercitum* in Mſ. Sang. non malè ſubjiceretur *exercitus.*

℣. 54. Καὶ ἀνέβησαν.....ἐν εὐφροσύνῃ ἢ χαρᾷ, ἢ προσήγαγον..... ὅτι οὐκ ἔπεσεν ἐξ αὐτῶν ἕθεὶς, ἕως τῦ ἐπιστρέψαι, &c.

℣. 55. Sic eſt in Græco.

Digitized by Google

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

contra faciem Ptolemaidis,

56. audivit Joſephus Zachariæ filius, & Azarias princeps virtutis, res bene geſtas, & prælia quæ facta ſunt,

57. & dixit: Faciamus & ipſi nobis nomen, & eamus pugnare adversùs gentes, quæ in circuitu noſtro ſunt.

58. Et præcepit his qui erant in exercitu ſuo, & abierunt Jamniam.

59. Et exivit Gorgias de civitate, & viri ejus obviam illis in pugnam.

60. Et fugati ſunt Joſephus & Azarias uſque in fines Judææ: & ceciderunt illo die de populo Iſraël ad duo millia viri, & facta eſt fuga magna in populo:

61. quia non audierunt Judam, & fratres ejus, exiſtimantes fortiter ſe facturos.

62. Ipſi autem non erant de ſemine virorum illorum, per quos ſalus facta eſt in Iſraël.

63. Et viri Juda magnificati ſunt valde in conſpectu omnis Iſraël, & gentium omnium ubi audiebatur nomen eorum.

64. Et convenerunt ad eos fauſta acclamantes.

65. Et exivit Judas, & fratres ejus, & expugnabant filios Eſau in terra, quæ ad Auſtrum eſt, & percuſſit Chebron & filias ejus: & muros ejus & turres ſuccendit igni in circuitu.

66. Et movit caſtra ut iret in terram alienigenarum, & perambulabat Samariam.

67. In die illa ceciderunt ſacerdotes in bello, dum volunt fortiter facere, dum ſine conſilio exeunt in prælium.

68. Et declinavit Judas in Azotum in terram alienigenarum, & diruit aras eorum, & ſculptilia deorum ipſorum ſuccendit igni: & cepit ſpolia civitatum, & reverſus eſt in terram Juda.

AL. VERSIO VETUS.

in Galilæa contra faciem Ptolemaidis, Ex Mſ. S. Germ.

56. audivit Joſeph Zacharia, & Azarias princeps virtutis, res bene geſtas, & prælia quæ fecerunt: n. 15.

57. dixit: Faciamus & ipſi nobis nomen, & eamus pugnare ad gentes, quæ in circuitu noſtro ſunt.

58. Et denunciavit his qui erant in circuitu eorum, & abierunt ad Jamniam.

59. Et exivit Gorgias de civitate, & viri ejus obviam illis in pugnam.

60. Et fugatus eſt Joſeph, & Azarias uſque ad fines Judæa: & ceciderunt in illa die de populo Iſraël ferè mille viri, & facta eſt fuga magna in populo:

61. quia non audierunt Judam, nec fratres ejus, & exiſtimantes ſe fortiter facturos.

62. Ipſi autem non erant de ſemine virorum illorum, per quorum manus data eſt ſalus Iſraël.

63. Et viri Juda, & fratres ejus magnificati ſunt valde in conſpectu omnis Iſraël, & omnium gentium ubi audiebatur nomen eorum.

64. Et convenerunt ad eos bene clamantes.

65. Et exiit Judas, & fratres ejus, & expugnabant filios Eſau in terra, qua eſt ad Auſtrum, & percuſſit Cabron & filias ejus: & deſtruxit munitiones ejus, & muros ejus ſuccendit in circuitu.

66. Et movit ire in terram alienigenarum, & perambulabat Mariſan.

67. In illa die & ceciderunt ſacerdotes in bello, dum vult fortiter facere, ſine conſilio & exiit in prælio.

68. Et declinavit Judas in Azotum in terra alienigenarum, & deſtruxit aras eorum, & ſculptilia deorum illorum ſuccendit igni: & abſtulit ſcubias civitatis, & regreſſus eſt in terram Juda.

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 56. Græc. ἤκουσεν Ἰωσὴφ ὁ τῦ Ζαχαρίυ, καὶ Ἀζαρίας, ἄρχοντες τῆς δυνάμεως, τῶν ἀνδραγαθιῶν, καὶ τῦ πολέμυ εἶπαν ἐποίησαν.

℣. 57. Græcum initio hab. καὶ εἶπεν, &c. ut ſupra.

℣. 58. Græcè pluraliter: Καὶ παρήγγειλαν τοῖς ἀπὸ τῆς δυνάμεως, τῆς μετ' αὐτῶν, καὶ ἐπορεύθησαν εἰσὶ Ἰάμνειαν.

℣. 59. Concinit Græc. ad verbum.

℣. 60. Græcè pariter, Καὶ ἐτροπώθη Ἰώσηφος, καὶ Ἀζαρίας, dein verò, καὶ ἐδιώχθησαν, & *propulſati ſunt*, quod deeſt in Lat. ſupra; ſubinde, εἰς δισχιλίους ἄνδρας, *ad duo millia viri*, non ſimpliciter, *mille viri*; ultimòque additur Ἰσραὴλ, voci *populo*.

℣. 61. Græcum Vulgatæ conſonat.

℣. 62. Gr. extremò hab. οἷς ἐδόθη Σωτηρία Ἰσραὴλ διὰ χειρὸς αὐτῶν· i. e. *quibus data eſt ſalus Iſraël per manus eorum*: priora ut ſupra.

℣. 63. Gr. in principio legit: Καὶ ὁ ἀνὴρ Ἰούδας, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτῦ, ἐδοξάσθησαν σφόδρα &c. i. e. & *vir Judas*, & *fratres ejus glorificati ſunt valde*; reliqua ut ſupra.

℣. 64. Græc. Καὶ ἐσυνεκάλουν πρὸς αὐτὺς εὐφημοῦντες.

℣. 65. Græc. poſt *filias ejus*, ſubdit: καὶ καθεῖλε τὸ ἐχύρωμα αὐτῆς, καὶ τὺς πύργυς αὐτῆς ἐνέπρησε κυκλόθεν· & *deſtruxit munitionem ejus*, & *turres ejus ſuccendit in circuitu*. Mſ. quoque S. Theod. leg. *ſuccendit in circuitu*.

℣. 66. Græc. Καὶ ἀνῆρε τῦ πορευθῆναι..... καὶ διεπορεύετο τὴν Σαμάρειαν.

℣. 67. Græc. Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἔπεσον ἱερεῖς ἐν τῷ πολέμῳ βυλόμενοι ἀνδραγαθῆσαι, ἐν τῷ αὐτὺς ἐξελθεῖν εἰς πόλεμον ἀξυπεύτους. At in quibuſdam libris eſt, teſte Nobilio, ἱερεῖς πόλεων, βυλομένυ αὐτῦ ἀνδραγαθῆσαι, ἐν τῷ ἐξελθεῖν αὐτὸν, &c. Mſ. etiam S. Theod. fert, *dum vult fortiter facere*, *dum ſine conſilio exiit in prælium*.

℣. 68. Græc. Καὶ ἐξέκλινεν..... εἰς Ἄζωτον γῆν..... καὶ καθεῖλε τὺς..... καὶ ἐκύλευσε τὰ σκῦλα τῶν πόλεων, καὶ ἐπέστρεψεν, &c.

CAPUT VI.

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

1. ET rex Antiochus perambulabat ſuperiores regiones, & audivit eſſe civitatem Elymaidem in Perſide nobiliſſimam, & copioſam in argento & auro,

2. templumque in ea locuples valde: & illic velamina aurea, & loricæ, & ſcuta, quæ reliquit Alexander Philippi rex Macedo, qui regnavit primus in Græcia.

AL. VERSIO VETUS.

1. *ET rex Antiochus perambulabat ſuperiores regiones, & audivit eſſe civitatem Elymaidem in Perſide glorioſam, & divitiis plenam, habens aurum & argentum:* Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

2. *& templum in ea locuples valde, & illic velamina aurea, & lorica, & ſcuta, qua reliquit illic Alexander Philippi rex Macedo, qui regnavit priùs in Gracia.*

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 1. Græc. Καὶ ὁ βασιλεὺς..... διεπορεύετο..... καὶ ἤκουεν ὅτι ἔστιν Ἐλυμαὶς ἐν τῇ Περσίδι πόλις ἔνδοξος πλύτῳ, ἀργυρίῳ τε καὶ χρυσίῳ.

℣. 2. Græc. initio hab. καὶ τὸ ἱερὸν τὸ ἐν αὐτῇ, πλῦσιον σφόδρα· extremòque, ὃς ἐβασίλευσε πρῶτος ἐν τοῖς Ἕλλησι, *qui regnavit primus in Græcis*; intermedia ut in Lat. ſupra.

Digitized by Google

AL. VERSIO VETUS.

Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

3. *Et veniens quærebat capere civitatem, & diripere eam: & non potuit, quoniam innotuit ſermo his qui erant in civitate:*

4. *& reſtiterunt ei in prælium, & fugit inde cum triſtitia magna, ut rediret in Babylonem.*

5. *Et venit qui nunciaret ei in Perſidam, quia fugata ſunt caſtra in terra Juda:*

6. *& abiit Lyſias cum virtute forti in primis, & reveritus eſt à facie eorum, & prævaluerunt armis, & viribus, & ſpoliis multis, quæ ceperunt de caſtris:*

7. *exſecranien, prodigium, quod edificaverunt in Jeruſalem, & ſanctificationem, ſicut priùs, circumdederunt muris altis, Bethſuram civitatis ejus.*

8. *Et factum eſt ut audivit rex ſermones iſtos, expavit, & commotus eſt valde: & procidit in lecto, & incidit in languore pra triſtitia, quia non eſt ei factum ſicut cogitabat.*

9. *Et erat illic dies multos: quoniam renovata eſt in eo triſtitia magna, & arbitratus eſt ſe mori.*

10. *Et vocavit omnes amicos ſuos, dixitque illis: Receſſit ſomnus ab oculis meis, & conrui corde pra ſollicitudine:*

11. *& dixi in corde meo: Quouſque in tribulatione deveni, & in tempeſtate magna, in qua nunc ſum; quia dilectus eram, & jucundus in poteſtate mea!*

12. *Nunc verò reminiſcor mala, quæ feci in Jeruſalem, & accepi omnia ſpolia argenti & auri, qua erant in ea, & miſi auferri inhabitantes Juda ſine cauſa.*

13. *Cognovi enim quia propter hac invenerunt me mala iſta: & ecce morior cum triſtitia magna in terra aliena.*

14. *Et vocavit Philippum, amicum ſuum, & præpoſuit eum ſuper omne regnum ſuum:*

15. *& dedit ei diadema, & ſtolam ſuam, & annulum, ut adduceret Antiochum filium ſuum, & nutriret eum, ut regnaret.*

16. *Et mortuus eſt illic Antiochus rex anno centeſimo quadrageſimo nono.*

17. *Et cognovit Lyſias, quia mortuus eſt rex, & conſtituit regnare Antiochum filium ejus, quem nutriit adoleſcentiorem: & vocavit nomen ejus Euphator.*

18. *Et qui erant arce, concluſerunt Iſraël in circuitu ſanctorum: & quarebant mala ſemper, & firmamentum gentibus.*

19. *Et cogitavit Judas diſperdere eos: & convocavit univerſum populum, ut obſiderent eos.*

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

3. Et venit, & quærebat capere civitatem, & deprædari eam: & non potuit, quoniam innotuit ſermo his qui erant in civitate:

4. & inſurrexerunt in prælium, & fugit inde, & abiit cum triſtitia magna, & reverſus eſt in Babyloniam.

5. Et venit qui nunciaret ei in Perſide, quia fugata ſunt caſtra, quæ erant in terra Juda:

6. & quia abiit Lyſias cum virtute forti in primis, & fugatus eſt à facie Judæorum, & invaluerunt armis, & viribus, & ſpoliis multis, quæ ceperunt de caſtris, quæ exciderunt:

7. & quia diruerunt abominationem, quam ædificaverat ſuper altare, quod erat in Jeruſalem, & ſanctificationem, ſicut priùs, circumdederunt muris excelſis, ſed & Bethſuram civitatem ſuam.

8. Et factum eſt ut audivit rex ſermones iſtos, expavit, & commotus eſt valde: & decidit in lectum, & incidit in languorem præ triſtitia, quia non factum eſt ei ſicut cogitabat.

9. Et erat illic per dies multos: quia renovata eſt in eo triſtitia magna, & arbitratus eſt ſe mori.

10. Et vocavit omnes amicos ſuos, & dixit illis: Receſſit ſomnus ab oculis meis, & concidi, & corrui corde præ ſollicitudine:

11. & dixi in corde meo: In quantam tribulationem deveni, & in quos fluctus triſtitiæ, in qua nunc ſum; qui jucundus eram, & dilectus in poteſtate mea!

12. Nunc verò reminiſcor malorum, quæ feci in Jeruſalem, unde & abſtuli omnia ſpolia aurea & argentea, quæ erant in ea, & miſi auferre habitantes Judæam ſine cauſa.

13. Cognovi ergo quia propterea invenerunt me mala iſta: & ecce pereo triſtitiâ magnâ in terra aliena.

14. Et vocavit Philippum, unum de amicis ſuis, & præpoſuit eum ſuper univerſum regnum ſuum:

15. & dedit ei diadema, & ſtolam ſuam, & annulum, ut adduceret Antiochum filium ſuum, & nutriret eum, & regnaret.

16. Et mortuus eſt illic Antiochus rex anno centeſimo quadrageſimo nono.

17. Et cognovit Lyſias, quoniam mortuus eſt rex, & conſtituit regnare Antiochum filium ejus, quem nutrivit adoleſcentem: & vocavit nomen ejus Eupator.

18. Et hi qui erant in arce, concluſerant Iſraël in circuitu ſanctorum: & quærebant eis mala ſemper, & firmamentum gentium.

19. Et cogitavit Judas diſperdere eos: & convocavit univerſum populum, ut obſiderent eos.

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 3. Græc. Καὶ ἦλθε, καὶ ἐζήτει..... ὅτι ἐγνώσθη ὁ λόγος τοῖς ἐκ τῆς πόλεως.

℣. 4. Græc. καὶ ἀνέστησαν αὐτῷ εἰς πόλεμον, καὶ ἔφυγε, καὶ ἀπῆρεν ἐκεῖθεν μετὰ λύπης μεγάλης, ἀποστρέψαι εἰς Βαβυλῶνα.

℣. 5. Similiter in Græco, præter hoc ult. *al* παρεμβολαὶ, *al* πορευθεῖσαι εἰς γῆν Ἰούδα, *caſtra, qua iverant in terram Juda*, pro *caſtra in terra Juda*.

℣. 6. Græc. καὶ ἐπορεύθη Λυσίας δυνάμει ἰσχυρᾷ ἐν πρώτοις, καὶ ἀνετράπη ἀπὸ προσώπου αὐτῶν, καὶ ἐπῆλθον ὅπλοις, καὶ δυνάμει..... οἷς ἔλαβον ἀπὸ τῶν παρεμβολῶν, ὧν ἐξέκοψαν in Mſ. Sangerm. hoc ult. deeſt, *qua exciderunt*.

℣. 7. Græc. καὶ καθεῖλον τὸ βδέλυγμα, ὃ ᾠκοδόμησεν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, τὸ ἐν Ἱερουσαλὴμ..... ὑψηλοῖς, καὶ τὴν Βαιθσοὺραν πόλιν αὐτῆς.

℣℣. 8. 9. Similiter in Græco.

℣. 10. Itidem Græcè, nec plura.

℣. 11. Græc. καὶ εἶπα τῇ καρδίᾳ μου· Ἕως τίνος θλίψεως ἦλθον, καὶ κλύδωνος μεγάλου, ἐν ᾧ, &c. ut ſupra.

℣. 12. Sic etiam in Græco, niſi exceperis media iſta, πάντα τὰ σκεύη τὰ χρυσᾶ καὶ τὰ ἀργυρᾶ, τὰ ἐν αὐτῇ, καὶ ἐξαπέστειλα ἐξᾶραι, *omnia vaſa aurea & argentea, qua in ea, & miſi auferre.*

℣. 13. Græc. Ἔγνων οὖν ὅτι..... καὶ ἴδοὺ ἀπόλλυμαι λύπῃ, &c. ut ſupra.

℣. 14. Græc. Καὶ ἐκάλεσε Φίλιππον ἕνα τῶν φίλων αὐτοῦ, καὶ κατέστησεν, &c. ut ſupra.

℣. 15. Itidem Græcè. In Mſ. S. Theod. eſt, *ut educaret Antiochum*, non *ut adduceret*; at in Gr. τοῦ ἀγαγεῖν.

℣. 16. Græcè ultima verba ſic invertuntur, ἔτους ἑνάτου καὶ τεσσαρακοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ, *anno nono & quadrag. & centeſimo.*

℣. 17. Eadem leguntur Græcè, addito uno αὐτ' αὐτοῦ, *pro eo*, ad *filium ejus*: ultimò etiam ſcriptum Εὐπάτορα; at in ed. Compl. Εὐπάτωρ.

℣. 18. Mſ. S. Theod. ultimò legit, *ſemper ad firmamentum.* Græc. Καὶ οἱ ἐκ τῆς ἄκρας, ἦσαν συγκλείοντες... καὶ ζητοῦντες τὰ κακὰ διὰ ὅλου, καὶ σύστημα τοῖς ἔθνεσι.

℣. 19. Similiter in Græco.

Digitized by Google

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

20. Et convenerunt ſimul, & obſederunt eos anno centeſimo quinquageſimo, & fecerunt baliſtas & machinas.

21. Et exierunt quidam ex eis qui obſidebantur, & adjunxerunt ſe illis aliqui impii ex Iſraël,

22. & abierunt ad regem, & dixerunt: Quouſque non facis judicium, & vindicas fratres noſtros?

23. Nos decrevimus ſervire patri tuo, & ambulare in præceptis ejus, & obſequi edictis ejus:

24. & filii populi noſtri propter hoc alienabant ſe à nobis, & quicunque inveniebantur ex nobis, interficiebantur, & hæreditates noſtræ diripiebantur.

25. Et non ad nos tantùm extenderunt manum, ſed & in omnes fines noſtros:

26. & ecce applicuerunt hodie ad arcem Jeruſalem occupare eam, & munitionem Bethſuram munierunt:

27. & niſi præveneris eos velociùs, majora quàm hæc facient, & non poteris obtinere eos.

28. Et iratus eſt rex, ut hæc audivit: & convocavit omnes amicos ſuos, & principes exercitus ſui, & eos qui ſuper equites erant:

29. ſed & de regnis aliis, & de inſulis maritimis venerunt ad eum exercitus conductitii.

30. Et erat numerus exercitus ejus, centum millia peditum, & viginti millia equitum, & elephanti triginta duo, docti ad prælium.

31. Et venerunt per Idumæam, & applicuerunt ad Bethſuram, & pugnaverunt dies multos, & fecerunt machinas: & exierunt, & ſuccenderunt eas igni, & pugnaverunt viriliter.

32. Et receſſit Judas ab arce, & movit caſtra ad Bethzacharam contra caſtra regis.

33. Et ſurrexit rex ante lucem, & concitavit exercitus in impetum contra viam Bethzacharam: & comparaverunt ſe exercitus in prælium, & tubis cecinerunt:

34. & elephantis oſtenderunt ſanguinem uvæ & mori, ad acuendos eos in prælium:

35. & diviſerunt beſtias per legiones: & aſtiterunt ſingulis elephantis mille viri in loricis concatenatis, & galeæ æreæ in capitibus eorum: & quingenti equites ordinati unicuique beſtiæ electi erant.

36. Hi ante tempus ubicunque erat beſtia, ibi erant: & quòcunque ibat, ibant, & non diſcedebant ab ea.

AL. VERSIO VETUS.

20. *Et convenerunt ſimul, & obſederunt eos anno centeſimo & quinquageſimo, & fecerunt baliſtas & machinas.* Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

21. *Et exierunt de concluſis, & adjunxerunt ſe illis quidam ex impiis Iſraël,*

22. *& abierunt ad regem, & dixerunt regi: Quouſque non facies judicium, & vindicabis fratres noſtros?*

23. *Nos deſtinavimus ſervire patri tuo, & ambulare in præceptis ejus, & ſequi dicta ejus:*

24. *& obſederunt ſuper eam filii populi noſtri: propter hoc & alienabant ſe à nobis, qui autem inveniebantur ex nobis, interficiebantur, & hæreditates noſtræ diripiebantur.*

25. *Et non ad nos tantùm extenderunt manum, ſed etiam in omnes fines tuos:*

26. *& ecce hodie adplicuerunt ad arcem in Jeruſalem occupare eam, & munitionem, & Bethſuram munierunt:*

27. *& niſi præveneritis eos velociùs, majora horum facient, & non poteris obtinere eos.*

28. *Et ut audivit rex, iratus eſt: & convocavit omnes amicos ſuos, & principes exercitus ſui, & eos qui ſuper vehicula erant:*

29. *& de regnis aliis, & de inſulis maritimis & venerunt ad eos exercitus conductitii.*

30. *Et erat numerus exercitus ejus, centum millia peditum, & equitum, & elephanti triginta duo, ſcientes prælium.*

31. *Et venerunt per Idumæam, & adplicuerunt ad Bethſura, & pugnaverunt dies multos, & fecerunt machinas: & exierunt, & ſuccenderunt eas igni, & pugnaverunt fortiter.*

32. *Et ſurrexit Judas de arce, & admovit in Bethſuram Zaccharias contra caſtra regis.*

33. *Et ſurrexit rex ante lucem, & ſuſcitavit exercitum in impetu ſuo ſecundùm viam Beth: & comparaverunt ſe virtutes in prælium, & tubis cecinerunt:*

34. *& elephantis oſtenderunt ſanguinem uvæ & mori, ad ſiſtendos eos in prælium:*

35. *& diviſerunt beſtias in legiones: & adſiſterunt ſingulis elephantis mille viri loricati cum catenatis, & galea erea in capitibus eorum: & quingenti equites ordinati ſingulis beſtiis electi.*

36. *Hi ante tempus ubicunque erant beſtiæ, erant & illi: & quòcunque ibant, non diſcedebant ab ea.*

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 20. Mſ. S. Theod. initio habet: *Et coierunt ſimul*, &c. Græc. Καὶ ϛυνήχθησαν ἅμα· paulò verò poſt, num. ſingul. καὶ ἐποίησεν ἐπ' αὐτὸς, & *fecit ſuper eos*, loco & *fecerunt*; cæt. ut ſupra.

℣. 21. Græc. Καὶ ἐξῆλθον ἐξ αὐτῶν ἐκ τῆ ϛυγκλεισμῆ, καὶ..... τίνες τῶν ἀσεβῶν ἐξ Ἰσραήλ. Mſ. S. Theod. *aliqui ex impiis Iſraël.*

℣. 22. Itidem Græcè, detracto uno *regi*, poſt *dixerunt*. In Mſ. etiam S. Theod. *Quouſque non facies?*

℣. 23. Græc. Ἡμεῖς εὐδοκήμεν διελεύσει τῶ πατρί ϛυ, καὶ πορεύεσθαι τοῖς ὑπ' αὐτῆ λεγομένοις, καὶ καλακολυθεῖν τοῖς πρϛάγμασιν αὐτῆ.

℣. 24. Mſ. S. Theod. & *filii*, & *populi noſtri propter hoc abalienabant ſe*, &c. ut in Vulgata. Græc. καὶ πεσικάθηλαι εἰς τὴν ἄκραν υἱοὶ τῆ λαῆ ἡμῶν, χάριν τύτυ καὶ ἀλλοτεμῶνται ἀφ' ἡμῶν· πλὴν ὅσοι εὑρίσκοιλο ἀφ' ἡμῶν, ἐθανατῶνλο, &c. ut ſupra.

℣. 25. Concinit Græcum, niſi quòd extremò habet, τὰ ὅρια αὐτῶν· Compl. ὅρια ἡμῶν, ut in Vulg.

℣. 26. Gr. καὶ ἰδὺ παρεμβεβλήκασι ϛίμεσιν ἐπὶ τὴν ἄκραν ὧν Ἱερυσαλὴμ τῆ καλαλαβέσθαι αὐτὴν, καὶ τὸ ἁγίασμα, καὶ τὴν Βαιθσύραν ὠχύρωσαν. Mſ. quoque S. Theod. habet, *ad arcem in Jeruſalem.*

℣. 27. Græc. initio habet ſingulariter, καὶ ἐὰν μὴ πρϛαλαλάβῃ, &c. ut ſupra.

℣. 28. Græc. Καὶ ὠργίσθη ὁ βασιλεὺς, ὅτε ἤκυσε· καὶ ϛυήγαγε..... καὶ τὺς ἐπὶ τῶν ἡνίων· porro ἡνίον, ſeu ἡνία, *habenam*, *frenum*, *poteſtatem* ſignificat, ab ἐνόω, *colligo*, quia habenâ ligatur & tenetur equus. Schrevel.

℣. 29. Græcè ſimiliter, detractâ conjunct. &, ante *venerunt*; ſubjectoque iſto, πρὸς αὐτὸν, *ad eum*, non *ad eos.*

℣. 30. Græc. Καὶ ἦν ὁ ἀριθμὸς τῶν δυνάμεων αὐτῆ... τῶν πεζῶν, καὶ εἴκοσι χιλιάδες ἵππων, καὶ ἐλέφανλες..... εἰδότες πόλεμον.

℣. 31. Similia exſtant Græcè: pro ult. tamen *fortiter*, legitur ἀνδρωδῶς, ad litt. *viriliter*, ut in Vulg.

℣. 32. Καὶ ἀπῆρεν Ἰούδας ἀπὸ τῆς ἄκρας, καὶ παρεκάθιλεν εἰς Βαιθζαχαρία, &c. ut ſup. malè dividit Mſ. Sangerm. *Betbſuram Zaccharias*, ubi unum *Baibzacharia.*

℣. 33. Græc. Καὶ ὤρθρισεν ὁ..... καὶ ἀνῆρε τὴν παρεμβολὴν ἐν ὁρμήματι αὐτῆ κατὰ τὴν ὁδὸν Βαιθζαχαρία, καὶ, &c. ut ſupra.

℣. 34. Græcè pluraliter, καὶ μόρων, & *morerum*; deinde, τῆ παρασῆσαι αὐτὺς εἰς τὸν πόλεμον.

℣. 35. Græcè pariter, εἰς τὰς φάλαγγας, *in legiones*; deinde, καὶ παρέϛησαν ἑκάϛῳ ἐλέφανλι χιλίους ἄνδρας τεθωρακισμένους ἐν ἁλυσιδώλοις, &c. ut ſupra, excepto uno ἑκάϛῳ θηρίῳ, *unicuique beſtiæ*, pro *ſingulis beſtiis.*

℣. 36. Græc. Οὗτοι πρὸ καιρῆ ἦ ἐὰν ἦν τὸ θηρίον, ἦσαν· καὶ ἦ ἐὰν ἐπορεύελο, ἐπορεύελο ἅμα, ὐκ ἀφίϛαλο ἀπ' αὐτῆ.

Digitized by Google

AL. VERSIO VETUS.

Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

37. *Et turres lignea ſuper eos firma, protecta ſuper ſingulas beſtias: præcincti ſuper ea machinis: & ſuper ſingulis viri fortes triginta, qui pugnabant ſuper eos.*

38. *Et reſiduum equitatum hinc & inde ſtatuit in duas partes exercitus commoventes, & conſtipati in legionibus.*

39. *Et effulſit ſol inde in clypea aurea, & area, & refulſerunt montes ab eis, & reſplenduerunt ſicut lampades ignis.*

40. *Et extenſa eſt pars exercitus regis ſuper excelſos montes, & aliqui ſuper humilia: & ibant cautè.*

41. *Et commovebantur omnes inhabitantes terram à voce multitudinis eorum, & itineris turbæ, & conliſionis armorum: erat enim exercitus magnus valde, & fortis.*

42. *Et adpropinquavit Judas, & exercitus ejus in prælium: & ceciderunt de exercitu regis ſexcenti viri.*

43. *Et vidit Eleazarus Avarum unum de beſtiis loricatum loricis regis: & erat ſupereminens cæteris beſtiis: & viſum eſt ei quòd ipſe eſſet rex:*

44. *& dedit ſe ut liberaret populum ſuum, & adquireret ſibi nomen æternum.*

45. *Et occurrit ad eum audaciter in medio legionis, & interficiebat dextera atque ſiniſtra, & dividebant ſe ante eum huc atque illuc.*

46. *Et intravit ſubtus elephantum, & occidit eum: & cecidit ſuper eum in terra, & mortuus eſt illic.*

47. *Et viderunt virtutem regni, & impetum exercitus, & deverterunt ab eis.*

48. *Qui autem de caſtris erant regis, aſcenderunt obviam illis in Jeruſalem, & adplicuit rex in Judæam in montem Sion.*

49. *Et fecit pacem cum his qui erant ex Bethſur: & exierunt de civitate, quia non erant illis ibi alimenta in concluſione eorum.*

50. *Et comprehendit rex Bethſura: & conſtituit illic cuſtodiam ſervare eam.*

51. *Et adplicuit ad ſanctificationem dies multos: & ſtatuit illic baliſtas, & machinas, & ignis jacula, & de quibus lapides jactantur, & ſpicula, & ſcorpios ad mittendas ſagittas, & fundibala.*

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

37. Sed & turres ligneæ ſuper eos fitmæ protegentes ſuper ſingulas beſtias: & ſuper eas machinæ: & ſuper ſingulas viri virtutis triginta duo, qui pugnabant deſuper: & Indus magiſter beſtiæ.

38. Et reſiduum equitatum hinc & inde ſtatuit in duas partes, tubis exercitum commovere, & perurgere conſtipatos in legionibus ejus.

39. Et ut refulſit ſol in clypeos aureos, & æreos, reſplenduerunt montes ab eis, & reſplenduerunt ſicut lampades ignis.

40. Et diſtincta eſt pars exercitus regis per montes excelſos, & alia per loca humilia: & ibant cautè & ordinatè.

41. Et commovebantur omnes inhabitantes terram à voce multitudinis, & inceſſu turbæ, & colliſione armorum: erat enim exercitus magnus valde, & fortis.

42. Et appropiavit Judas, & exercitus ejus in prælium: & ceciderunt de exercitu regis ſexcenti viri.

43. Et vidit Eleazar filius Saura unam de beſtiis loricatam loricis regis: & erat eminens ſuper cæteras beſtias: & viſum eſt ei quòd in ea eſſet rex:

44. & dedit ſe ut liberaret populum ſuum, & acquireret ſibi nomen æternum.

45. Et cucurrit ad eam audacter in medio legionis, interficiens à dextris & à ſiniſtris, & cadebant ab eo huc atque illuc.

46. Et ivit ſub pedes elephantis, & ſuppoſuit ſe ei, & occidit eum: & cecidit in terram ſuper ipſum, & mortuus eſt illic.

47. Et videntes virtutem regis, & impetum exercitus ejus, diverterunt ſe ab eis.

48. Caſtra autem regis aſcenderunt contra eos in Jeruſalem, & applicuerunt caſtra regis ad Judæam, & montem Sion.

49. Et fecit pacem cum his qui erant in Bethſura: & exierunt de civitate, quia non erant eis ibi alimenta concluſis, quia ſabbata erant terræ.

50. Et comprehendit rex Bethſuram: & conſtituit illic cuſtodiam ſervare eam.

51. Et convertit caſtra ad locum ſanctificationis dies multos: & ſtatuit illic baliſtas, & machinas, & ignis jacula, & tormenta ad lapides jactandos, & ſpicula, & ſcorpios ad mittendas ſagittas, & fundibula.

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 37. Græc. Καὶ πύργοι..... ἐκκαλόμμοι ἐφ' ἑκάστου θηρίου· ἐζωσμένοι ἐπ' αὐτοῦ μηχαναῖς· καὶ ἐφ' ἑκάστου ἄνδρες δυνάμεως δύο καὶ τεσσαράκοντα, οἱ πολεμοῦντες ἐπ' αὐτοῖς· καὶ ὁ Ἰνδὸς αὐτῶν.

℣. 38. Græcè tria ſolummodo variant; videlicet, ἔστησαν, *ſtatuerunt*, pro *ſtatuit*; ſubinde, τῆς παρεμβολῆς, *caſtrorum*, loco *exercitûs*; ultimò, φάραγξιν, *vallibus*, pro *legionibus*; Interpres Sangerm. legit φάλαγξι, non φάραγξι.

℣. 39. Græc. Ὡς δὲ ἔσιλπεν ὁ ἥλιος ἐπὶ τὰς χρυσᾶς, καὶ χαλκᾶς ἀσπίδας, ἔσιλπε τὰ, &c. ut ſupra.

℣. 40. Græc. Καὶ ἐξετάθη μέρος τι τῆς παρεμβολῆς τῦ βασιλέως ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ ὄρη, καί τινες ἐπὶ ταπεινά· καὶ ἤρχοντο ἀσφαλῶς καὶ τεταγμένως. Mſ. S. Theod. legit, & *alii per loca humilia*, non *alia*, ut in Vulg.

℣. 41. Græc. Καὶ ἐσαλεύοντο πάντες οἱ ἀκούοντες φωνῆς πλήθους αὐτῶν, καὶ ὁδοιπορίας τῦ πλήθους, καὶ ζυγκρυσμῦ τῶν ὅπλων, &c. i. e. *Et commovebantur omnes audientes vocem multitudinis eorum, & inceſſum turbæ, & colliſionem armorum*, &c. ut ſupra. Mſ. S. Theod. Vulgatæ congruit, niſi quòd delet *terram*, poſt *inhabitantes*; & inf. legit *colliſionis*, non *colliſione*.

℣. 42. Ad verbum è Græco.

℣. 43. Græc. Καὶ εἶδεν Ἐλεάζαρ ὁ Σαυαρὰν (Compl. Ἀναρὰν; Ald. Ἀβαρὰν) ἓν τῶν θηρίων τεθωρακισμένον θώρακι βασιλικῷ (Mſ. Alex. & Compl. θώραξι βασιλικοῖς·) καὶ ἦν ὑπεράγον πάντα τὰ θηρία· καὶ ὤφθη ὅτι ἐν αὐτῷ ἐστιν ὁ βασιλεύς. His alludit Ambroſ. l. 1. offic. col. 53. b. dicens: *Eleazarus, cùm ſupereminentem cæteris elephantum loricâ veſtitum regiâ adverteret, arbitratus quòd in eo eſſet rex.*

℣. 44. Ita in Græco.

℣. 45. Græc. Καὶ ἐπεδράμων αὐτῷ θράσει εἰς μέσον τῆς φάλαγγος, καὶ ἐθανάτου δεξιᾶ καὶ εὐώνυμα, καὶ ἐχίζοντο ἀπ' αὐτοῦ ἔνθα καὶ ἔνθα. Ambroſ. loco cit. ℣. 43. ſubdit: *curſu concitus in medium legionis ſe proripuit, & abjecto clypeo, utraque manu interficiebat, donec*, &c. de ℣. ſeq.

℣. 46. Ambroſ. ubi ſup. ſic pergit: *donec pervenit ad beſtiam, atque intravit ſub eam, & ſubjecto gladio interemit eam: itaque cadens beſtia, oppreſſit Eleazarum; atque ita mortuus eſt.* Græc. Καὶ εἰσέδυ ὑπὸ τὸν ἐλέφαντα, καὶ ὑπέθηκεν αὐτῷ, καὶ ἀνεῖλεν αὐτόν· καὶ ἔπεσεν ἐπὶ τὴν γῆν ἐκατέρωθεν αὐτοῦ, &c. ut ſupra. Mſ. S. Theod. *Et ivit ſub elephantum, & ſuppoſuit ſe ei*, &c. ut in Vulg.

℣. 47. Ita quoque in Græco eſt, excepto uno plur. τῶν δυνάμεων, *exercituum*, loco *exercitus*. Mſ. etiam S. Theod. habet, & *diverterunt ab eis*; Gr. καὶ ἐξέκλιναν ἀπ' αὐτῶν.

℣. 48. Sic iterum in Græco eſt, additâ unâ conjunct. καὶ, poſt *Judæam*. Mſ. S. Theod. habet: & *applicuit caſtra rex ad Judæam*, &c. ut in Vulg.

℣. 49. Græc. Καὶ ἐποίησεν εἰρήνην μετὰ τῶν ἐκ Βαιθσούρων· καὶ..... ὅτι ἦν αὐτοῖς ἐκεῖ διαλεφθὴ τῦ συγκεκλεῖσθαι ἐν αὐτῇ, ὅτι Σάββαλον ἦν τῇ γῇ.

℣. 50. Itidem Græcè, præter unum Βαιθσούραν.

℣. 51. Græc. initio habet: Καὶ παρενέβαλεν ἐπὶ τὸ ἁγίασμα ἡμέρας, &c. quæ ſupra, uno excepto, & *ſpicu-*

Digitized by Google

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

52. Fecerunt autem & ipſi machinas adversùs machinas eorum, & pugnaverunt dies multos.

53. Eſcæ autem non erant in civitate, eò quòd ſeptimus annus eſſet: & qui remanſerant in Judæa de gentibus, conſumpſerant reliquias eorum, quæ repoſitæ fuerant.

54. Et remanſerunt in ſanctis viri pauci, quoniam obtinuerat eos fames: & diſperſi ſunt unuſquiſque in locum ſuum.

55. Et audivit Lyſias quòd Philippus, quem conſtituerat rex Antiochus, cùm adhuc viveret, ut nutriret Antiochum filium ſuum, & regnaret,

56. reverſus eſſet à Perſide, & Media, & exercitus qui abierat cum ipſo, & quia quærebat ſuſcipere regni negotia:

57. feſtinavit ire, & dicere ad regem, & duces exercitus: Deficimus quotidie, & eſca nobis modica eſt, & locus, quem obſidemus, eſt munitus, & incumbit nobis ordinare de regno.

58. Nunc itaque demus dextras hominibus iſtis, & faciamus cum illis pacem, & cum omni gente eorum:

59. & conſtituamus illis ut ambulent in legitimis ſuis ſicut priùs: propter legitima enim ipſorum, quæ deſpeximus, irati ſunt, & fecerunt omnia hæc.

60. Et placuit ſermo in conſpectu regis, & principum: & miſit ad eos pacem facere, & receperunt illam.

61. Et juravit illis rex, & principes: & exierunt de munitione.

62. Et intravit rex montem Sion, & vidit munitionem loci: & rupit citiùs juramentum, quod juravit: & mandavit deſtruere murum in gyro.

63. Et diſceſſit feſtinanter, & reverſus eſt Antiochiam, & invenit Philippum dominantem civitati: & pugnavit adversùs eum, & occupavit civitatem.

AL. VERSIO VETUS.

52. *Et fecerunt & ipſi machinas adversùs machinas eorum, & pugnaverunt dies multos.* Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

53. *Eſcæ autem non erant in vaſis eorum, & quòd ſeptimus annus eſſet: & qui evaſerunt in Judæa de gentibus, conſumpſerunt reliquias repoſitionis*

54. *in ſanctis, quoniam obtinuerat eos fames, & diſperſi erant unuſquiſque ad locum ſuum.*

55. *Et audivit Lyſias quòd Philippus, quem conſtituerat rex Antiochus, cùm adhuc viveret, ut nutriret Antiochum filium ſuum, ut regnaret,*

56. *cùm reverſus eſſet de Perſida, & Media, & exercitus qui abierat cum ipſo, & quia quærit ſuſcipere quæ erant negotiorum:*

57. *& feſtinavit ire, dixitque ad duces exercitus, & viros: Deficimus quotidie, quia eſca nobis modica eſt, & locus, quo adplicuimus, eſt munitus, & incumbunt nobis res regiæ.*

58. *Nunc itaque demus dextras hominibus iſtis, & faciamus cum illis pacem, & cum omni gente eorum:*

59. *& conſtituamus illis ut ambulent in legibus ſuis ſicut & priùs: propter legitima enim ipſorum, quæ diſperſimus, irati ſunt, & fecerunt nobis omnia hæc.*

60. *Et placuit ſermo in conſpectu regis, & principum: & miſit ad eos pacem facere, & receperunt.*

61. *Et juravit illis rex, & principes: in his & exierunt de munitione.*

62. *Et intravit rex in montem Sion, & vidit munitionem loci: & rupit jusjurandum, quod juravit: & juſſit murum deſtrui in gyro.*

63. *Et diſceſſit feſtinanter, & reverſus eſt Antiochiam, & invenit Philippum dominantem civitati: & pugnavit adversùs eum, & occupavit civitatem.*

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

la, quod deeſt inf. Nota pro *de quibus lapides jactantur*, ſcriptum ſimpliciter, καὶ λιθόβολα.

℣. 52. Græcè pariter: Καὶ ἐποίησαν καὶ αὐτοὶ, &c. quæ ſupra.

℣. 53. Iſta quoque reſpondent Græco, ſi tollatur unum *eorum*, poſt *vaſis*; legaturque inf. *Judæam*, non *Judæâ*.

℣. 54. Græc. initio habet cum Vulg. Καὶ ὑπελείφθησαν ὀλίγοι ἐν τοῖς ἁγίοις ἄνδρες, dein ut ſup. ὅτι καθεκράτησεν αὐτῶν ὁ λιμὸς· καὶ ἐκορπίσθησαν ἕκαστος εἰς τὸν, &c. Nota in Mſ. Sang. ultimò ſcribi *de locum ſuum*, pro *in*, vel *ad*, quod correximus.

℣. 55. Similia exſtant Græcè, niſi hoc excipiatur ult. εἰς τὸ βασιλεῦσαι αὐτόν, *ad faciendum illum regnare*, quod vertit Nobil. loco *ut regnaret*.

℣. 56. Mſ. S. Theod. *& reverſus eſſet à Perſide..... & quia quærit ſuſcipere regni negotia.* Græc. ἀνέστρεψεν ἀπὸ τῆς Περσίδος, καὶ Μηδείας, καὶ αἱ δυνάμεις αἱ πορευθεῖσαι τῷ βασιλέως μετ' αὐτῶ, καὶ ὅτι ζητεῖ παραλαβεῖν τὰ πράγματα· Mſ. Alex. τῶν πραγμάτων; Ald. & Compl. μετὰ τῶν πραγμάτων.

℣. 57. Græc. καὶ κατέσπευσεν τοῦ ἀπελθεῖν, καὶ εἰπεῖν πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ τοὺς ἡγεμόνας τῆς δυνάμεως, καὶ τοὺς ἄνδρας· Ἐκλείπομεν καθ' ἡμέραν, καὶ ἡ..... καὶ ὁ τόπος, ὃν παρεμβεβλήμεθα, ἰσχυρός, καὶ ἐπίκειται ἡμῖν τὰ τῆς βασιλείας.

℣. 58. Itidem Græcè, præter unum ſingul. Λαβεῖν, *dextram*, loco *dextras*.

℣. 59. Græc. καὶ σπεισώμεθα αὐτοῖς τοῦ πορεύεσθαι τοῖς νομίμοις αὐτῶν ὡς τοπρότερον, &c. ut ſup. detracto uno *nobis*, poſt *fecerunt*.

℣. 60. Itidem Græcè.

℣. 61. Sic etiam in Græco eſt, detractâ unâ conjunct. &, ante *exierunt*.

℣. 62. Similia prorſus in Græco, niſi quòd hab. ἤθετησε, pro *rupit*; ultimòque, καὶ ἐνετείλατο καθελεῖν τὸ τεῖχος κυκλόθεν· quæ idem valent.

℣. 63. Conſonat Græcum, ſubnexâ voculâ *βίᾳ*, *vi*, poſt ult. *civitatem*. Mſ. etiam S. Theod. extremò leg. *& vi occupavit.*

CAPUT VII.

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

1. ANno centeſimo quinquageſimo primo, exiit Demetrius Seleuci filius ab urbe Roma, & aſcendit cum paucis viris in civitatem maritimam, & regnavit illic.

2. Et factum eſt, ut ingreſſus eſt domum regni patrum ſuorum, comprehendit exercitus Antiochum & Lyſiam, ut adducerent eos ad eum.

AL. VERSIO VETUS.

1. *ANno centeſimo quinquageſimo primo & exiit Demetrius Seleuci à Roma, & aſcendit cum paucis viris civitate manere, & regnavit illic.* Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

2. *Et ut ingreſſi ſunt in domum regni patrum ſuorum, comprehendit exercitus Antiochum & Lyſiam, adducere eos ad illum.*

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 1. Græc. Ἔτους ἑνὸς καὶ πεντηκοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ ἐξῆλθε Δημήτριος ὁ τοῦ Σελεύκου ἐκ Ῥώμης, καὶ ἀνέβη Ζὼν..... εἰς πόλιν παραθαλασσίαν, &c. unde ſuſpicor mendum irrepſiſſe in Mſ. Sangerm. ubi poſitum *civitate manere*, loco *civitatem maritimam*: id genus errata veteribus librariis non inſolita.

℣. 2. Græc. Καὶ ἐγένετο, ὡς εἰσεπορεύετο εἰς οἶκον βασιλείας πατέρων αὐτοῦ, συνέλαβον αἱ δυνάμεις τὸν..... ἄγειν

Digitized by Google

AL. VERSIO VETUS.

Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

3. *Et cùm adducti fuiſſent, dixit Demetrius: Nolite mihi oſtendere facies eorum.*

4. *Et occidit eos exercitus. Et ſedit Demetrius ſuper ſedem regni ſui:*

5. *& venerunt ad eum viri iniqui & impii ex Iſraël: & Alchimus dux eorum, qui volebat fieri ſacerdos.*

6. *Et accuſaverunt populum apud regem, dicentes: Perdidit Judas, & fratres ejus, omnes amicos tuos, & nos diſperſit de terra noſtra.*

7. *Nunc ergo mitte virum, cui credis, eat, & videat exterminium omne, quod fecit nobis, & regioni regis: & puniit eos, & omnes adjutores eorum.*

8. *Et elegit rex Bacchidem de amicis regis, qui dominabatur trans flumen, magnum in regno, & fidelem regi: & miſit eum,*

9. *& Alchimum impium, & conſtituit eis ſacerdotium, & mandavit eis facere ultionem in filiis Iſraël.*

10. *Et ſurrexerunt, & venerunt cum exercitu magno in terra: & miſit nuncios ad Judam, & fratres ejus, verbis pacificis cum dolo.*

11. *Et non intenderunt ſermonibus eorum: viderunt enim quia venerunt cum exercitu magno.*

12. *Et convenerunt ad Alchimum & Bacchidem multitudo ſcribarum requirere juſta:*

13. *& primi Aſidei, qui erant in filiis Iſraël, & exquirebant ab eis pacem.*

14. *Dixerunt enim: Homo de ſemine Aaron ſacerdos venit ad nos.*

15. *Et locutus eſt cum eis verba pacifica: & juravit eis, dicens: Non faciemus vobis malum, neque amicis veſtris.*

16. *Et crediderunt eis. Et comprehendit ex eis ſexaginta viros, & occidit illos in una die, ſecundùm verbum Aſaph prophetæ:*

17. *Poſuerunt mortalia ſervorum tuorum eſca volatilibus cæli, carnes ſanctorum tuorum beſtiis terræ: effuderunt ſanguinem eorum ſicut aqua in circuitu Jeruſalem, & non erat qui ſepeliret.*

18. *Et incubuit timor eorum ſuper omnem populum: & dixerunt: Non eſt in eis veritas & judicium: tranſgreſſi ſunt enim conſtitutionem, & juramentum quod juraverunt.*

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

3. Et res ei innotuit: & ait: Nolite mihi oſtendere faciem eorum.

4. Et occidit eos exercitus. Et ſedit Demetrius ſuper ſedem regni ſui:

5. & venerunt ad eum viri iniqui & impii ex Iſraël: & Alcimus dux eorum, qui volebat fieri ſacerdos.

6. Et accuſaverunt populum apud regem, dicentes: Perdidit Judas, & fratres ejus, omnes amicos tuos, & nos diſperſit de terra noſtra.

7. Nunc ergo mitte virum, cui credis, ut eat, & videat exterminium omne, quod fecit nobis, & regionibus regis: & puniat omnes amicos ejus, & adjutores eorum.

8. Et elegit rex ex amicis ſuis Bacchidem, qui dominabatur trans flumen magnum in regno, & fidelem regi: & miſit eum,

9. ut videret exterminium, quod fecit Judas: ſed & Alcimum impium conſtituit in ſacerdotium, & mandavit ei facere ultionem in filios Iſraël.

10. Et ſurrexerunt, & venerunt cum exercitu magno in terram Juda: & miſerunt nuncios, & locuti ſunt ad Judam, & ad fratres ejus verbis pacificis in dolo.

11. Et non intenderunt ſermonibus eorum: viderunt enim quia venerunt cum exercitu magno.

12. Et convenerunt ad Alcimum & Bacchidem congregatio ſcribarum requirere quæ juſta ſunt:

13. & primi Aſſidæi, qui erant in filiis Iſraël, & exquirebant ab eis pacem.

14. Dixerunt enim: Homo ſacerdos de ſemine Aaron venit, non decipiet nos.

15. Et locutus eſt cum eis verba pacifica: & juravit illis, dicens: Non inferemus vobis malum, neque amicis veſtris.

16. Et crediderunt ei: Et comprehendit ex eis ſexaginta viros, & occidit eos in una die, ſecundùm verbum quod ſcriptum eſt:

17. Carnes ſanctorum tuorum, & ſanguinem ipſorum effuderunt in circuitu Jeruſalem, & non erat qui ſepeliret. *Pſalm. 78. 1. 2. 3.*

18. Et incubuit timor, & tremor in omnem populum: quia dixerunt: Non eſt veritas & judicium in eis: tranſgreſſi ſunt enim conſtitutum, & jusjurandum quod juraverunt.

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

αὐτὺς αὐτῷ. Mſ. S. Theod. extremò legit, *ut adduceret eos ad eum.*

℣. 3. Græc. cum Vulg. Καὶ ἐγνώσθη αὐτῷ τὸ πρᾶγμα· καὶ εἶπε· Μή μοι δείξητε τὰ πρόσωπα αὐτῶν.

℣. 4. Græc. Καὶ ἀφέστειλαν αὐτὺς αἱ δυνάμεις, &c. ut ſupra: adjecimus tamen *ſedem*, è Gr. θρόνῳ; cùm Mſ. codex id unum referat *ſup regni ſui*, lapſu calami.

℣. 5. Græcum ponit πάντες, *omnes*, ante vocem *viri*; & inf. loco *dux eorum*, hab. ἡγεῖτο αὐτῶν, dein, βελόμενος ἱεραλεύειν.

℣. 6. Græc. tollit *omnes*, ante *amicos*; & loco *diſperſit*, hab. pluraliter, ἐσκόρπισαν; Mſ. verò Alex. πάντας τὺς φίλυς ζῶ, καὶ ἡμᾶς ἐσκόρπισεν, &c. Mſ. S. Theod. & *nos diſperdidit.*

℣. 7. Sic etiam in Græco eſt, præter hoc, καὶ πορευθεὶς ἰδέτω, & *profectus videat*, pro *eat*, & *videat*; paulòque poſt, κολασάτω, *puniat*, non *puniit*; ſed in Mſ. Alex. ἐκολάσαλο. Mſ. quoque S. Theod. habet, & *puniit.*

℣. 8. Ita rurſum Græcè, additâ unâ conjunct. καὶ, poſt *flumen.*

℣. 9. Ita quoque in Græco, nec plura; niſi quòd pro duplici *eis*, ſingulariter legitur αὐτῷ, *ei*, nempe poſt *conſtituit*, & poſt *mandavit.* In Mſ. S. Theod. pariter, & *miſit eum*; ſtatimque, & *Alchimum impium conſtituit eis ſacerdotio*, & *mandavit ei*, &c. ut in Vulg.

℣. 10. Græcè pariter: Καὶ ἀφῆραν, καὶ ἦλθον μετὰ δυνάμεως πολλῆς εἰς γῆν Ἰούδα· καὶ ἀπέστειλεν ἀγγέλυς πρὺς Ἰούδαν, καὶ τὺς ἀδελφὺς αὐτοῦ, λόγοις εἰρηνικοῖς μετὰ δόλυ.

℣. 11. Sic iterum Græcè, cum hoc ult. μετὰ δυνάμεως πολλῆς.

℣. 12. Græc..... Συναγωγὴ γραμματέων ἐζητήθησαν δίκαια.

℣. 13. Græc. ipſo initio hab. πρῶτοι οἱ Ἀσιδαῖοι ἦσαν ἐν, &c. ut ſupra.

℣. 14. Græc. addit, ἐν ταῖς δυνάμεσι, *in exercitu*, poſt verbum *venit*; ſtatimque, καὶ οὐκ ἀδικήσει ἡμᾶς, & *non nocebit nobis*; cæt. ut ſupra.

℣. 15. Ita fert Græcum, excepto uno ἐζητήσομεν, *exquiremus*, vel *quaremus*, pro *faciemus.*

℣. 16. Græc. Καὶ ἐπιστεύσαν αὐτῷ..... κατὰ τὸν λόγον ὃν ἔγραψε· in aliquo codice additur ὁ Προφήτης, ſi Nobilio fides.

℣. 17. In Græco ut in Vulg. hæc leguntur ſola: Σάρκας ὁσίων ζῶ, καὶ αἵματα αὐτῶν ἐξέχεαν κύκλῳ Ἱερυσαλήμ, καὶ οὐκ ἦν αὐτοῖς ὁ θάπλων.

℣. 18. Græc. Καὶ ἐπέπεσεν αὐτῶν ὁ φόβος, καὶ ὁ τρόμος ἐπὶ πάντα τὸν λαόν· ὅτι εἶπαν· Οὐκ ἔστιν ἐν αὐτοῖς ἀλήθεια, &c. ut ſupra. Mſ. S. Theod. *Non eſt eis veritas*, &c. ut in Vulg.

Digitized by Google

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

19. Et movit Bacchides caſtra ab Jeruſalem, & applicuit in Bethzecha: & miſit, & comprehendit multos ex eis qui à ſe effugerant, & quoſdam de populo mactavit, & in puteum magnum projecit.

20. Et commiſit regionem Alcimo, & reliquit cum eo auxilium in adjutorium ipſi. Et abiit Bacchides ad regem:

21. & ſatis agebat Alcimus pro principatu ſacerdotii ſui:

22. & convenerunt ad eum omnes, qui perturbabant populum ſuum, & obtinuerunt terram Juda, & fecerunt plagam magnam in Iſraël.

23. Et vidit Judas omnia mala quæ fecit Alcimus, & qui cum eo erant, filiis Iſraël, multò plus quàm gentes:

24. & exiit in omnes fines Judææ in circuitu, & fecit vindictam in viros deſertores, & ceſſaverunt ultra exire in regionem.

25. Vidit autem Alcimus quòd prævaluit Judas, & qui cum eo erant: & cognovit quia non poteſt ſuſtinere eos, & regreſſus eſt ad regem, & accuſavit eos multis criminibus.

2. Mac. 15. 1. 26. Et miſit rex Nicanorem, unum ex principibus ſuis nobilioribus: qui erat inimicitias exercens contra Iſraël: & mandavit ei evertere populum.

27. Et venit Nicanor in Jeruſalem cum exercitu magno, & miſit ad Judam & ad fratres ejus verbis pacificis cum dolo,

28. dicens: Non ſit pugna inter me & vos: veniam cum viris paucis, ut videam facies veſtras cum pace.

29. Et venit ad Judam, & ſalutaverunt ſe invicem pacificè: & hoſtes parati erant rapere Judam.

30. Et innotuit ſermo Judæ, quoniam cum dolo venerat ad eum: & conterritus eſt ab eo, & ampliùs noluit videre faciem ejus.

31. Et cognovit Nicanor quoniam denudatum eſt conſilium ejus: & exivit obviam Judæ in pugnam juxta Capharſalama.

32. Et ceciderunt de Nicanoris exercitu ferè quinque millia viri, & fugerunt in civitatem David.

33. Et poſt hæc verba aſcendit Nicanor in montem Sion: & exierunt de ſacerdotibus populi ſalutare eum in pace, & demonſtrare ei holocautomata, quæ offerebantur pro rege.

34. Et irridens ſprevit eos, & polluit: & locutus eſt ſuperbè,

AL. VERSIO VETUS.

19. *Et movit Bacchides ab Jeruſalem, & adplicuit in Begeth: & miſit, & comprehendit multos ex his qui ad eum deſertores fugiebant, & quoſdam de populo mactavit in puteum magnum.* Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

20. *Et ſtatuit regionem Alchimo, & reliquit cum eo auxilium in adjutorio. Et abiit Bacchides ad regem:*

21. *& contendit Alchimus de principatu ſacerdotii:*

22. *& convenerunt ad eum omnes, qui diſturbabant populum ſuum, & obtinuerunt terram Juda, & fecerunt plagam magnam in Iſraël.*

23. *Et vidit Judas omnem malitiam quam fecit Alchimus, & qui cum eo erant, in filios Iſraël, ampliùs quàm gentes:*

24. *& exiit in omnes fines Judææ in circuitu, & fecit vindictam in filios deſertorum, & ſurrexerunt ut irent in regionem.*

25. *Ut audivit Alchimus quòd prævaluit Judas, & qui cum eo erant: & quia non poteſt ſuſtinere eos, converſus eſt ad eos, & accuſavit eos multis.*

26. *Et miſit rex Nicanorem de principibus ſuis nobilioribus, qui oderat, & inimicitias exercebat contra Iſraël: & mandavit ei ut auferret populum.*

27. *Et venit Nicanor in Jeruſalem cum exercitu multo, miſitque ad Judam & fratres ejus cum dolo verbis pacificis,*

28. *dicens: Non ſit pugna inter me & vos: veniam cum viris paucis, & videam facies veſtras cum pace.*

29. *Et venit ad Judam, & ſalutaverunt invicem pacificè: & hoſtes parati erant rapere Judam.*

30. *Et innotuit ſermo Judæ, quoniam cum dolo venerat ad eum: & conterritus eſt ab eo, & ampliùs noluit videre faciem ejus.*

31. *Et cognovit Nicanor quoniam denudatum eſt conſilium ejus: & exiit obviam Judæ ad pugnam ſecundùm Capharſama.*

32. *Et ceciderunt de Nicanoris ferè quingenti viri, & fugerunt in civitatem David.*

33. *Et poſt hæc aſcendit Nicanor in montem Sion: & exierunt de ſacerdotibus de ſanctis, & de ſenioribus populi ſalutare eum pacatè, & demonſtrare ei holocauſtomata, quæ offerebantur pro rege.*

34. *Et deriſit eos, & aſpernatus eſt, & polluit eos: & locutus eſt ſuperbè,*

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 19. Græc. Καὶ ἀπῆρε Βακχίδης ἀπὸ Ἰερουσαλὴμ, καὶ παρενέβαλεν ἐν Βηζέθ· καὶ ἀπέστειλε, καὶ συνέλαβε πολλοὺς ἀπὸ τῶν ἀπ' αὐτῦ αὐτομολησάντων ἀνδρῶν, καί τινας τῦ λαῦ, καὶ ἔθυσεν αὐτοὺς εἰς τὸ φρέαρ τὸ μέγα.

℣. 20. Græc. Καὶ καθέσησε τὴν χώραν..... καὶ ἀφῆκε μετ' αὐτῦ λύσιμον τῦ βοηθεῖν αὐτῷ. Καὶ, &c. ut ſupra.

℣. 21. Gr. καὶ ἠγωνίσατο Ἄλκιμος περὶ τῆς ἀρχιερωσύνης.

℣. 22. Similiter in Græco.

℣. 23. Græcè pariter: Καὶ εἶδεν Ἰούδας πᾶσαν τὴν κακίαν ἣν ἐποίησεν Ἄλκιμος, καὶ οἱ μετ' αὐτῦ, ἐν υἱοῖς Ἰσραὴλ, ὑπὲρ τὰ ἔθνη. Mſ. S. Theod. extremò hab. *in filios Iſraël, plus multò quàm gentes.*

℣. 24. Similiter in Græco, exceptis his mediis, ἐν τοῖς ἀνδράσι τῆς αὐτομολήσεως, dein, καὶ ἀνεσάλευσαν τῦ πορεύεσθαι, &c.

℣. 25. Græc. Ὡς δὲ εἶδεν Ἄλκιμος ὅτι ἐνίσχυσεν Ἰούδας, καὶ οἱ μετ' αὐτῦ· καὶ ἔγνω ὅτι οὐ δύναται ὑποστῆναι αὐτὸς, καὶ ἀπέστρεψε πρὸς τὸν βασιλέα, καὶ κατηγόρησεν αὐτῶν πονηρά.

℣. 26. Græc. Καὶ ἀπέστειλεν ὁ βασιλεὺς Νικάνορα, ἕνα τῶν..... τῶν ἐνδόξων, καὶ μισοῦντα καὶ ἐχθραίνοντα τῷ Ἰσραήλ· καὶ ἐπέταξε αὐτῷ ἐξᾶραι τὸν λαόν. Obſervandum in Mſ. Sangerm. ſcriptum *quod erat*, & *inimicitias exercebat*, ſed aperto errore, ni fallor, quem abſtulimus, ſubſtituendo *qui oderat*, è Gr. μισοῦντα: hujuſmodi vitia ſæpe occurrunt in hoc Mſ. codice, quæ detrahere non dubitavimus.

℣. 27. Græc. Καὶ ἦλθε Νικάνωρ εἰς Ἰερουσαλὴμ δυνάμει πολλῇ, &c. ut ſupra.

℣. 28. Græc..... ἦξω ἐν ἀνδράσιν ὀλίγοις, ἵνα ὑμῶν ἴδω τὰ, &c.

℣℣. 29. 30. Totidem leguntur Græcè.

℣. 31. Ita rurſum in Græco, præter vocabulum ult. Χαφαρσαλαμά.

℣. 32. Mſ. S. Theod. *Et ceciderunt de Nicanoris ferè quinque millia*, &c. ut in Vulg. Græcè: Καὶ ἔπεσον τῶν παρὰ Νικάνορος ὡσεὶ πενταχιχίλιοι ἄνδρες, &c. at in edd. Ald. & Compl. πενταχόσιοι, non πενταχιχίλιοι.

℣. 33. Græc. Καὶ μετὰ τοὺς λόγους τούτους ἀνέβη Νικάνωρ εἰς τὸ ὄρος Σιών· ἐξῆλθον ἀπὸ τῶν ἱερέων ἐκ τῶν ἁγίων, καὶ ἀπὸ τῶν πρεσβυτέρων τῦ λαῦ ἀσπάσασθαι αὐτὸν εἰρηνικῶς, καὶ δεῖξαι αὐτῷ τὴν ὁλοκάυτωσιν, τὴν προσφερομένην ὑπὲρ τῦ βασιλέως.

℣. 34. Græc. Καὶ ἐμυκτήρισεν αὐτοὺς, καὶ ἐμίανεν αὐτῶν, καὶ ἐμίανεν, &c. quæ ſup.

Digitized by Google

AL. VERSIO VETUS.

Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

35. *& juravit in ira, dicens: Niſi traditus fuerit Judas, & exercitus ejus in manus meas, continuò cùm regreſſus fuero in pace, ſuccendam domum iſtam. Et exiit cum ira magna:*

36. *& intraverunt ſacerdotes, & ſteterunt ad faciem altaris & templi: & fleverunt, dicentes:*

37. *Tu elegiſti domum iſtam ad invocandum nomen tuum in eam, eſſe domum orationis populo tuo:*

38. *fac vindictam in homine iſto, & exercitum ejus, ut cadant in gladio: memento maledictionem eorum, & ne dederis eis manſionem.*

39. *Et exiit Nicanor ab Jeruſalem, & adplicuit ad Bethoron: & occurrit illi exercitus Syria.*

40. *Et Judas adplicuit in Adaſa cum tribus millibus virorum: & oravit Judas, & dixit:*

41. *Eis qui erant à rege, cùm malè locuti ſunt, & exiit angelus, & percuſſit in eis centum octoginta quinque millia:*

42. *ſic contere exercitum iſtum in conſpectu noſtro hodie: & ſciant cæteri quia malè locutus eſt ſuper ſancta tua: & judica illum ſecundùm malitiam ejus.*

43. *Et conmiſerunt exercitus prælium tertiadecima menſis Adar: & contrita ſunt caſtra Nicanoris, & cecidit ipſe priùs in prælium.*

44. *Ut audivit autem exercitus ejus quia cecidit Nicanor, projecerunt arma, & fugerunt:*

45. *& perſecuti ſunt eos viam diei unius, ab Adaſſar donec veniatur in Gaſera, & tubis cecinerunt poſt eos cum ſignificationibus:*

46. *& exierunt de omnibus caſtellis Juda in circuitu, & ventilabant eos, & revertebantur hi ad nos, & ceciderunt omnes gladio, & non eſt relictus ex eis nec unus.*

47. *Et acceperunt ſpolia eorum & prædam: & caput Nicanoris amputaverunt, & ſuſpenderunt ſecus Jeruſalem.*

48. *Et lætatus eſt populus valde in die illa.*

49. *Et conſtituit agere omnibus annis diem iſtam tertiadecima die Adar.*

50. *Et ſiluit terra Juda dies paucos.*

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

35. & juravit cum ira, dicens: Niſi traditus fuerit Judas, & exercitus ejus in manus meas, continuò cùm regreſſus fuero in pace, ſuccendam domum iſtam. Et exiit cum ira magna:

36. & intraverunt ſacerdotes, & ſteterunt ante faciem altaris & templi: & flentes dixerunt:

37. Tu Domine elegiſti domum iſtam ad invocandum nomen tuum in ea, ut eſſet domus orationis & obſecrationis populo tuo:

38. fac vindictam in homine iſto, & exercitu ejus, & cadant in gladio: memento blaſphemias eorum, & ne dederis eis ut permaneant.

30. Et exiit Nicanor ab Jeruſalem, & caſtra applicuit ad Bethoron: & occurrit illi exercitus Syriæ.

40. Et Judas applicuit in Adarſa cum tribus millibus viris: & oravit Judas, & dixit:

41. Qui miſſi erant à rege Sennacherib, Domine, quia blaſphemaverunt te, exiit angelus, & percuſſit ex eis centum octoginta quinque millia: 4. Reg. 19. 35. Tob. 1. 21.

42. ſic contere exercitum iſtum in conſpectu noſtro hodie: & ſciant cæteri quia malè locutus eſt ſuper ſancta tua: & judica illum ſecundùm malitiam illius. Eccli. 48. 24. Iſai. 37. 36. 2. Mac. 8. 19.

43. Et commiſerunt exercitus prælium tertiadecima die menſis Adar: & contrita ſunt caſtra Nicanoris, & cecidit ipſe primus in prælio.

44. Ut autem vidit exercitus ejus quia cecidiſſet Nicanor, projecerunt arma ſua, & fugerunt:

45. & perſecuti ſunt eos viam unius diei, ab Adazer uſquequo veniatur in Gazara, & tubis cecinerunt poſt eos cum ſignificationibus:

46. & exierunt de omnibus caſtellis Judææ in circuitu, & ventilabant eos cornibus, & convertebantur iterum ad eos, & ceciderunt omnes gladio, & non eſt relictus ex eis nec unus.

47. Et acceperunt ſpolia eorum in prædam: & caput Nicanoris amputaverunt, & dexteram ejus, quam extenderat ſuperbè, & attulerunt & ſuſpenderunt contra Jeruſalem.

48. Et lætatus eſt populus valde, & egerunt diem illam in lætitia magna.

49. Et conſtituit agi omnibus annis diem iſtam tertiadecima die menſis Adar.

50. Et ſiluit terra Juda dies paucos.

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 35. Eadem ſunt in Græco, hoc excepto, μετὰ θυμῦ, *cum ira*, pro *in ira*; & poſt pauca, καὶ ἔσαι, & *erit*, addito poſt *continuò*, ſeu τὸ νῦν.

℣. 36. Itidem Græcè, excepto ult. καὶ εἶπον, & *dixerunt*, loco *dicentes*.

℣. 37. Græc. Σὺ Κύριε ἐξελέξω τὸν..... ἐπικληθῆναι τὸ... ἐπ' αὐτῷ, εἶναι οἶκον προσευχῆς καὶ λειτουργίας τῷ, &c.

℣. 38. Græc. ποίησον..... καὶ ὡς τῇ παρεμβολῇ αὐτῦ, ἢ πεσέτωσαν ἐν ῥομφαίᾳ· μνήσθητι τῶν ὀνειδισμῶν αὐτῶν, ἢ μὴ δῷς αὐτοῖς μόνιν.

℣. 39. Similiter in Græco.

℣. 40. Ad verbum è Græco.

℣. 41. Græc. Οἱ παρὰ τῦ βασιλέως Ἀσσυρίων, ὅτε ἐβλασφήμησαν, ἐξῆλθεν ἄγγελός Κυ, Κύριε, καὶ ἐπάταξεν ἐν αὐτοῖς, &c. ut ſup.

℣. 42. Eadem prorſus in Græco, excepto uno plur. ἐλάλησαν, *locuti ſunt*, pro *locutus eſt*; at in Mſ. Alex. ἐλάλησε.

℣. 43. Græc. initio habet: Καὶ ζυνῆψαν αἱ παρεμβολαὶ εἰς πόλεμον· extremòque, καὶ ἔφυσεν αὐτὸς πρῶτος ἐν τῷ πολέμῳ.

℣. 44. Græc. Ὡς δὲ εἶδεν ἡ παρεμβολὴ αὐτῦ ὅτι ἔπεσε Νικάνωρ, ῥίψαντες τὰ ὅπλα αὐτῶν, ἔφυγον.

℣. 45. καὶ καταδίωκον αὐτὺς..... ἀπὸ Ἀδασὰ ἕως τῦ ἐλθεῖν εἰς Γάζηρα, καὶ ἐσάλπισαν ὀπίσω αὐτῶν ταῖς σάλπιγξι τῶν σημασιῶν.

℣. 46. Græc. καὶ ἐξῆλθον ἐκ πασῶν τῶν κωμῶν τῆς Ἰουδαίας κυκλόθεν, ἢ ὑπερεκέρων αὐτὺς, καὶ ἀπέστρεφον ἕτω πρὸς τύτυς, καὶ, &c. ut ſup.

℣. 47. Græc. Vulgatæ reſpondet pene ad verbum; loco tamen *ſpolia eorum in prædam*, legit τὰ σκῦλα καὶ τὴν περιομὴν, *ſpolia & prædam*, quod idem valet; Mſ. S. Theod. *ſpolia eorum & prædam*.

℣. 48. Gr. Καὶ εὐφράνθη ὁ λαὸς σφόδρα, καὶ ἤγαγον τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἡμέραν εὐφροσύνης μεγάλης· i. e. *Et lætatus eſt populus valde, & egerunt diem illam diem lætitiæ magna.*

℣. 49. Græc. Καὶ ἔγνωσαν τῦ ἄγειν καλὰ ἀϊδιον τὴν ἡμέραν ταύτην τὴν τεσσαρασκαιδεκάτην τῦ Ἀδάρ.

℣. 50. Itidem Græcè.

Digitized by Google

CAPUT VIII.

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

1. ET audivit Judas nomen Romanorum, quia sunt potentes viribus, & acquiescunt ad omnia, quæ postulantur ab eis: & quicunque accesserunt ad eos, statuerunt cum eis amicitias, & quia sunt potentes viribus.

2. Et audierunt prælia eorum, & virtutes bonas, quas fecerunt in Galatia, quia obtinuerunt eos, & duxerunt sub tributum:

3. & quanta fecerunt in regione Hispaniæ, & quòd in poreſtatem redegerunt metalla argenti & auri, quæ illic sunt, & possederunt omnem locum consilio suo, & patientiâ:

4. locaque quæ longè erant valde ab eis, & reges qui supervenerant eis ab extremis terræ, contriverunt, & percussérunt eos plagâ magnâ: cæteri autem dant eis tributum omnibus annis:

5. & Philippum & Persen Ceteorum regem, & cæteros qui adversùm eos arma tulerant, contriverunt in bello, & obtinuerunt eos:

6. & Antiochum magnum regem Asiæ, qui eis pugnam intulerat habens centum viginti elephantos, & equitatum, & currus, & exercitum magnum valde, contritum ab eis:

7. & quia ceperunt eum vivum, & statuerunt ei ut daret ipiè, & qui regnarent post ipsum, tributum magnum, & daret obsides, & constitutum,

8. & regionem Indorum, & Medos, & Lydos, de optimis regionibus eorum: & acceptas eas ab eis, dederunt Eumeni regi:

9. & quia qui erant apud Helladam, voluerunt ire, & tollere eos: & innotuit sermo his,

10. & miserunt ad eos ducem unum, & pugnaverunt contra illos, & ceciderunt ex eis multi, & captivas duxerunt uxores eorum, & filios, & diripuerunt eos, & terram eorum possederunt, & destruxerunt muros eorum, & in servitutem illos redegerunt usque in hunc diem:

11. & residua regna, & insulas, quæ aliquando restiterant illis, exterminaverunt, & in potestatem redegerunt.

12. Cum amicis autem suis, & qui in ipsis re-

AL. VERSIO VETUS.

1. *ET audivit Judas nomen Romanorum,* Ex Mſ. S. Germ. n. 15.
quia sunt potentes viribus, & ipsi consentiunt omnibus, quæ postulabantur ab eis: & quicunque accesserunt ad eos, statuerunt eis amicitiam, quia sunt potentes viribus.

2. *Et narraverunt ei prælia eorum, & virtutes, quas faciunt Galaditis, quia obtinuerunt eorum regionem, & adduxerunt eos sub tributum:*

3. *& quanta fecerunt in regione Hispania, quòd in potestate redegerunt metalla argenti & auri, quod illic est, & possederunt omnem locum consilio suo, & sapientiâ:*

4. *& locus longè erat valde ab eis, & reges qui superbierant illis ab extremo terræ, donec conteruerunt eos, & percusserunt eos plagâ magnâ: & cæteri dant eis tributum omnibus annis:*

5. *& Philippum & Persena Cithiorum regem, & cæteros qui contra eos arma tulerunt, contriverunt in bellum, & obtinuerunt eorum regionem:*

6. *& Antiochum regem, magnum regem Asia, qui ad eos in pugnam venerat, habens centum viginti elephantos, & equitatum, & currus, & exercitum magnum valde, & contritus est ab eis:*

7. *& ceperunt eum vivum, & statuerunt dare illis ipsum, & qui regnabant cum eo, tributum magnum, & dare obsides, & constitutum,*

8. *& regionem Indorum, & Medos, & Lydos, & de optimis regionibus eorum: & acceptis illis ab eis, dederunt eos Eumeni regi:*

9. *& qui erant de Hellade, cogitaverunt venire, & tollere eos: & innotuit illis sermo,*

10. *& miserunt ad eum ducem unum, & pugnaverunt contra illos, & ceciderunt ex illis multi, & captivas abduxerunt uxores eorum, & filios, & diripuerunt eos, & obtinuerunt terram, & destruxerunt munitiones eorum, & in servitute redegerunt eos usque in hunc diem:*

11. *& residua regna, qua aliquando restiterunt illis, & exterminaverunt, & in potestatem redegerunt.*

12. *Cum amicis autem suis, & qui in ipsis*

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

¥. 1. Græc..... καὶ αὐτοὶ εὐδοκοῦσιν ἐν πᾶσι τοῖς προτιθεμένοις αὐτοῖς· καὶ ὅσοι ἂν προσέλθωσιν αὐτοῖς, ἰσῶσιν αὐτοῖς φιλίαν, καὶ ὅτι εἰσὶ δυναλοὶ ἰσχύι· i. e. *& ipsi bene sentiunt in omnibus iis qui se ad ipsos applicant: & quicunque*, &c.

¥. 2. Gr. Καὶ διηγήσαντο αὐτῷ τὰς πολέμους αὐτῶν, καὶ τὰς ἀνδρεγαθίας, ἃς ποιοῦσιν ἐν τοῖς Γαλάταις, καὶ ὅτι καλοκράτησαν αὐτῶν, καὶ ἤγαγον αὐτὰς ὑπὸ φόρον.

¥. 3. Græc. loco *quòd in potestate redegerunt*, ponit τῷ κατακρατῆσαι; ultimòque τῇ μακροθυμίᾳ, *patientia*, non *sapientia*; cæt. ad verbum ut supra.

¥. 4. Mendum sapit verbum *superbierant*, vel ut in Mſ. legimus *superbi erant*, quod facilè scribi potuit pro *supervenerant*; Mſs. enim veteres sæpe commutant *v* cum *b*, & *e* cum *i*; omissâ verò litterulâ mediâ *n*, ex *supervenerant*, fieri potuit *superbi erant*: quia tamen verbum *superbierant* illic non omni sensu caret, alterum alteri substituere religio fuit. Græcè ita: καὶ ὁ τόπος ἦν μακρὰν ἀφέστηκὼς ἀπ' αὐτῶν σφόδρα, καὶ τῶν βασιλέων τῶν ἐπελθόντων ἐπ' αὐτὰς ἀπ' ἄκρου τῆς γῆς, ἕως συνετρίψαν αὐτὰς, καὶ ἐπάταξαν αὐτοῖς πληγὴν μεγάλην· καὶ οἱ ἐπίλοιποι διδόασιν αὐτοῖς φόρον κατ' ἐνιαυτόν.

¥. 5. Mſ. S. Theod..... *& Persen Cydorum regem..... contriverunt bello*, &c. ut in Vulg. Græc..... καὶ τὸν Περσέα Κιτίων βασιλέα, καὶ τὸς ἐπορμένους ἐπ' αὐτὸς, συνέτριψαν αὐτὸς ἐν πολέμῳ, καὶ καλοκρατησαν αὐτῶν.

¥. 6. Græc. καὶ Ἀντίοχον τὸν μέγαν βασιλέα..... τὸν προσβεύσαντα ἐπ' αὐτὸς εἰς πόλεμον, ἔχοντα..... καὶ συνετρίβη ἀπ' αὐτῶν.

¥. 7. Græc. καὶ ἔλαβον αὐτὸν ζῶντα, καὶ ἔστησαν αὐτοῖς δοῦναι αὐτόν τε, καὶ τὸς βασιλεύοντας μετ' αὐτὸν, φόρον μέγαν, δοῦναι ὄμηρα, καὶ διαθήκην. Mſ. S. Theod. habet, *& qui regnaverunt post ipsum, tributum*, &c. ut in Vulg.

¥. 8. Græc. καὶ χώραν τὴν Ἰνδικὴν, καὶ Μηδείαν, καὶ Λυδίαν, καὶ ἀπὸ τῶν καλλίστων χωρῶν αὐτῶν· καὶ λαβόντες αὐτὰς παρ' αὐτῶν, ἔδωκαν αὐτὰς Εὐμένει τῷ βασιλεῖ.

¥. 9. Græc. καὶ ὅτι οἱ ἐκ τῆς Ἑλλάδος, ἐβουλεύσαντο ἐλθεῖν, καὶ ἐξᾶραι αὐτὸς, &c. ut sup.

¥. 10. Græc. καὶ ἀπέστειλαν ἐπ' αὐτὸς στρατηγὸν ἕνα, καὶ ἐπολέμησαν πρὸς αὐτὸς, καὶ ἔπεσον ἐξ αὐτῶν τραυματίαι πολλοὶ, καὶ ἠχμαλώτευσαν τὰς γυναῖκας αὐτῶν, καὶ τὰ τέκνα αὐτῶν, καὶ προενόμευσαν αὐτὸς, καὶ καλεκράτησαν τῆς γῆς αὐτῶν, &c. ut in textu Sangermanensi. Nota pro *obtinuerunt terram*, ibidem scriptum *obtulerunt*, seu vet. more, *optulerunt*, sed errore manifesto, quem abstulimus, substituendo *obtinuerunt*, è Gr. καλεκράτησαν, quod Vulgata reddit isto, *possederunt*: porro pro *obtinuerunt*, scribi facilè potuit *obtulerunt*, nisi fortè legendum putes *abstulerunt*, quod unum & idem ibi sonaret cum *obtinuerunt*.

¥. 11. Græc. post *regna*, subdit, καὶ τὰς νήσους, *& insulas*, dein, ὅσοι ποτὲ ἀνέστησαν αὐτοῖς, κατέβειραν, καὶ ἐδούλωσαν αὐτούς.

¥. 12. Græc. Vulgatæ respondet ad verbum, nisi quòd

Digitized by Google

AL. VERSIO VETUS.

Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

requiem habebant, conſervaverunt amicitiam, & obtinuerunt reges promiſcuos: & qui longè erant, audiebant nomen eorum, & timebant:

13. quos autem volunt, amovent: exaltati enim ſunt valde.

14. Et in omnibus iſtis nemo imponebat diadema, nec induebat ſe purpuram, ut magnificaretur in ea.

15. Et curiam fecerunt ſibi, & quotidie conſulebant trecenti & viginti, conſulentes ſemper de multitudine, ut & qui ea gerent:

16. & credunt uni homini magiſtratum ſuum per ſingulos annos dominari univerſa terra ſua, & omnes audiunt unum, & non eſt invidia, neque zelus inter eos.

17. Et elegit Judas Eupholemum, filium Johannis, filii Accbos, & Jazonem, filium Eleazari, & miſit eos Romam conſtituere cum illis amicitiam, & auxiliari ad pugnandum:

18. & ut auferrent ab eis jugum, quia viderant regnum Græcorum, in ſervitute prementes Iſraël.

19. Et abierunt Româ, & intraverunt in curiam, & dixerunt:

20. Judas Macchabæus, & fratres ejus, & populus Judæorum miſerunt nos ad vos ſtatuere vobiſcum auxilia & pacem, ſcribi nos ſocios & amicos veſtros.

21. Et placuit ſermo in conſpectu eorum.

22. Et hoc exemplum ſcriptura, quam ſcripſerunt in tabulis æreis, & miſerunt in Jeruſalem, ut eſſet apud eos ſibi memoriale pacis, & ſocietate.

23. BENE SIT ROMANIS, & genti Judæorum, in mari & in terra in æternum: gladius, & inimicus elongetur ab eis.

24. Quòd ſi inſtiterit bellum Romanis priùs, aut omnibus ſociis eorum in omni dominatione eorum:

25. auxilium ferat gens Judæorum, prout tempus dictaverit, corde pleno:

26. & præliantibus non dabunt, neque ſubminiſtrabunt triticum, arma, argentum, naves, ſicut placuit Romanis: & cuſtodient mandata eorum, nullo accepto.

27. Secundùm hæc autem ſi genti Judæorum priùs acciderit bellum, adjuvabunt Romani ex animo, prout eis tempus permiſerit:

28. & præliantibus non dabitur triticum, arma, argentum, naves, ſicut placuit Romanis

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

quiem habebant, conſervaverunt amicitiam, & obtinuerunt regna, quæ erant proxima, & quæ erant longè: quia quicunque audiebant nomen eorum, timebant eos:

13. quibus verò vellent auxilio eſſe ut regnarent, regnabant: quos autem vellent, regno deturbabant: & exaltati ſunt valde.

14. Et in omnibus iſtis nemo portabat diadema, nec induebatur purpurâ, ut magnificaretur in ea.

15. Et quia curiam fecerunt ſibi, & quotidie conſulebant trecentos viginti, conſilium agentes ſemper de multitudine, ut quæ digna ſunt, gerant:

16. & committunt uni homini magiſtratum ſuum per ſingulos annos dominari univerſæ terræ ſuæ, & omnes obediunt uni, & non eſt invidia, neque zelus inter eos.

17. Et elegit Judas Eupolemum, filium Joannis, filii Jacob, & Jaſonem, filium Eleazari, & miſit eos Romam conſtituere cum illis amicitiam, & ſocietatem:

18. & ut auferrent ab eis jugum Græcorum, quia viderunt quòd in ſervitutem premerent regnum Iſraël.

19. Et abierunt Romam viam multam valde, & introierunt curiam, & dixerunt:

20. Judas Machabæus, & fratres ejus, & populus Judæorum miſerunt nos ad vos ſtatuere vobiſcum ſocietatem & pacem, & conſcribere nos ſocios & amicos veſtros.

21. Et placuit ſermo in conſpectu eorum.

22. Et hoc reſcriptum eſt, quod reſcripſerunt in tabulis æreis, & miſerunt in Jeruſalem, ut eſſet apud eos ibi memoriale pacis & ſocietatis.

23. BENE SIT ROMANIS, & genti Judæorum, in mari & in terra in æternum: gladiuſque & hoſtis procul ſit ab eis.

24. Quòd ſi inſtiterit bellum Romanis priùs, aut omnibus ſociis eorum in omni dominatione eorum:

25. auxilium feret gens Judæorum, prout tempus dictaverit, corde pleno:

26. & præliantibus non dabunt, neque ſubminiſtrabunt triticum, arma, pecuniam, naves, ſicut placuit Romanis: & cuſtodient mandata eorum, nihil ab eis accipientes.

27. Similiter autem & ſi genti Judæorum priùs acciderit bellum, adjuvabunt Romani ex animo, prout eis tempus permiſerit:

28. & adjuvantibus non dabitur triticum, arma, pecunia, naves, ſicut placuit Romanis: &

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

pro *quia quicunque*, hab. καὶ ὅσοι, & *quicunque*.

℣. 13. Græc. ὅσοις δ' ἂν βέλωνται βοηθεῖν καὶ βασιλεύειν, βασιλεύουσιν· ὃς δ' ἂν βέλωνται, μεθιστᾶσι καὶ, &c. ut in Vulg.

℣. 14. Gr. Καὶ ἐν..... οὐκ ἐπέθετο διάδεις αὐτῶν διάδημα, καὶ οὐ περιεβάλοντο πορφύραν, ὥστε ἀδρυνθῆναι ἐν αὐτῇ.

℣. 15. Gr. Καὶ βουλευτήριον ἐποίησαν ἑαυτοῖς, καὶ καθ' ἡμέραν ἐβουλεύοντο τριακόσιοι καὶ εἴκοσι, βουλευόμενοι διαπαντὸς περὶ τοῦ πλήθους τοῦ εὐκοσμεῖν αὐτούς. Nota in Mſ. Sang. ita ſcribi, ccc & xx. pro quibus poſuimus *trecenti*, &c. è Gr. τριακόσιοι; in Vulg. tamen *trecentos*.

℣. 16. Græcè ſimiliter: καὶ πιστεύουσιν ἑνὶ ἀνθρώπῳ τὴν ἀρχὴν αὐτῶν κατ' ἐνιαυτὸν, καὶ κυριεύει.... καὶ πάντες ἀκούουσι τοῦ ἑνὸς, &c. ut ſup.

℣. 17. Eadem leguntur Græcè, cum hoc ult. καὶ Συμμαχίαν, loco & *auxiliari ad pugnandum*.

℣. 18. Gr. καὶ τοῦ ἆραι τὸν ζυγὸν ἀπ' αὐτῶν, ὅτι ἴδον τὴν βασιλείαν τῶν Ἑλλήνων, καταδυναστεύοντα τὸν Ἰσραὴλ δουλείαν.

℣. 19. Gr. καὶ ἐπορεύθησαν εἰς Ῥώμην, καὶ ἡ ὁδὸς πολλὴ σφόδρα, καὶ εἰσῆλθον εἰς τὸ βουλευτήριον, καὶ ἀπεκρίθησαν, καὶ εἶπον.

℣. 20. Similiter in Græco: Ἰούδας..... καὶ τὸ πλῆθος τῶν Ἰουδαίων ἀπέστειλαν ἡμᾶς..... σῶσαι μεθ' ὑμῶν συμμαχίαν καὶ εἰρήνην, καὶ γραφῆναι ἡμᾶς σύμμαχους καὶ φίλους ὑμῶν. Mſ. S. Theod. legit pariter, & *conſcribi nos ſocios*.

℣. 21. Sic eſt in Græco.

℣. 22. Græc. Καὶ τοῦτο τὸ ἀντίγραφον τῆς ἐπιστολῆς, ἧς ἀντέγραψεν ἐπὶ..... εἶναι παρ' αὐτοῖς ἐκεῖ..... καὶ συμμαχίας.

℣. 23. Græc. Καλῶς γένοιτο..... ἐν τῇ θαλάσσῃ καὶ ἐπὶ τῆς ξηρᾶς εἰς τὸν αἰῶνα· καὶ ῥομφαία καὶ ἐχθρὸς μακρυνθείη ἀπ' αὐτῶν.

℣. 24. Mſ. S. Germ. vitiosè habet: *Quòd inſtiterit bellum Romanis priùs ab omnibus ſociis eorum*, &c. correximus *Quòd ſi inſtiterit..... aut omnibus*, è Gr. Ἐὰν δὲ ἐπέλθῃ..... ἐν Ῥώμῃ..... ἢ πᾶσι τοῖς συμμάχοις, &c.

℣. 25. Græcè: Συμμαχήσει τὸ ἔθνος..... ὡς ἂν ὁ καιρὸς ὑπογραφῇ αὐτοῖς, καρδίᾳ πλήρει.

℣℣. 26. 27. Eadem leguntur Græcè. In Mſ. tamen Sangerm. ℣. 27. deeſt *ſi* ante vocem *genti*; extremòque legitur *præmiſerit*, non *permiſerit*; ſed aperto mendo, quod emendavimus è Vulg. Græcè pariter: Κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ ἐὰν ἐθνει..... ὡς ἂν αὐτοῖς ὁ καιρὸς ὑπογραφῇ.

℣. 28. Græc. initio habet, καὶ τοῖς συμμαχοῦσιν, extre-

Digitized by Google

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

custodient mandata eorum absque dolo:

29. secundùm hæc verba constituerunt Romani populo Judæorum.

30. Quòd si post hæc verba hi aut illi addere aut demere ad hæc aliquid voluerint, facient ex proposito suo: & quæcunque addiderint, vel dempserint, rata erunt.

31. Sed & de malis, quæ Demetrius rex fecit in eos, scripsimus ei, dicentes: Quare gravasti jugum tuum super amicos nostros, & socios Judæos?

32. Si ergo iterum adierint nos, adversùm te faciemus illis judicium, & pugnabimus tecum mari terraque.

AL. VERSIO VETUS.

ita se facturos: & custodient mandata hæc, & non cum dolo: Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

29. secundùm hæc verba, ita constituerunt Romani populo Judæorum.

30. Quòd si post hæc verba hi vel illi addere vel demere voluerint, facient ex proposito suo: quodcunque addiderint, vel dempserint, rata erunt.

31. Et de malis, quæ Demetrius rex perfecit, scripsimus ei, dicentes: Quare gravasti jugum tuum super amicos nostros, socios Judæos?

32. Si ergo adjecerint adhuc adversùs te, faciemus illi judicium, & pugnabimus tecum in mari & in terra.

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

mòque, ὡς ἔδοξε Ῥώμῃ· dein καὶ φυλάξονται τὰ φυλάγματα αὐτῶν καὶ ἃ μετὰ λόγου· cæt. similia.

℣. 29. Concinit Græc. ad verbum, detracto tamen *ita*, ante *constituerunt*; sed in Mſ. Alex. est, οὕτως ἔστησαν.

℣. 30. Vitiosus est hic Mſ. codex; ita enim se habet: *Quòd si potest hæc verba hi vel illi addere vel demere, facient ex proposito suo*, &c. quæ sensu carent: hunc restituimus, mutando *potest* in *post*; addendoque *voluerint*, ad *demere*; Græcè enim ita: Ἐὰν δὲ μετὰ τοὺς λόγους τούτους βουλεύσωνται ἢ τοὶ καὶ ἢ τοὶ προσθεῖναι ἢ ἀφελεῖν, ποιήσονται ἐξ αἱρέσεως αὐτῶν· καὶ ὃ ἐὰν, &c. ut supra.

℣. 31. Ita quoque in Græco est, addito uno εἰς αὐτούς, *in eos*, ad verbum *perfecit*, pro quo Συνετελέσατο, *perficit*.

℣. 32. Græc. Ἐὰν οὖν ἔτι ἐπιτύχωσι κατὰ σοῦ, ποιησόμεθα αὐτοῖς τὴν κρίσιν, καὶ πολεμήσομέν σε, &c.

CAPUT IX.

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

1. INterea ut audivit Demetrius, quia cecidit Nicanor, & exercitus ejus in prælio, apposuit Bacchidem & Alcimum rursum mittere in Judæam, & dextrum cornu cum illis.

2. Et abierunt viam, quæ ducit in Galgala, & castra posuerunt in Masaloth, quæ est in Arbellis: & occupaverunt eam, & peremerunt animas hominum multas.

3. In mense primo anni centesimi & quinquagesimi secundi, applicuerunt exercitum ad Jerusalem:

4. & surrexerunt, & abierunt in Beream viginti millia virorum, & duo millia equitum.

5. Et Judas posuerat castra in Laisa, & tria millia viri electi cum eo:

6. & viderunt multitudinem exercitus quia multi sunt, & timuerunt valde: & multi subtraxerunt se de castris, & non remanserunt ex eis nisi octingenti viri.

7. Et vidit Judas quòd defluxit exercitus suus, & bellum perurgebat eum, & confractus est corde, quia non habebat tempus congregandi eos, & dissolutus est.

8. Et dixit his qui residui erant: Surgamus, & eamus ad adversarios nostros, si poterimus pugnare adversùs eos.

9. Et avertebant eum, dicentes: Non poterimus, sed liberemus animas nostras modò, & revertamur ad fratres nostros, & tunc pugnabimus

AL. VERSIO VETUS.

1. *ET audivit Demetrius, quia cecidit Nicanor, & exercitus ejus in prælio, & apposuit Bacchidem & Alchimum rursum mittere in terra Juda, & dextrum cornu cum illis.* Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

2. Et abierunt viam in Galgala, & adplicuerunt ad Messaloth, quæ in Arbelis: & occupaverunt illum, & perdiderunt animas multas.

3. In mense primi anni centesimi quinquagesimi secundi, adplicuerunt ad Jerusalem:

4. & inde abierunt in Berethiim viginti millibus virorum, & duobus millibus equitum.

5. Et Judas adplicuerat in Elesa, & tria millia viri cum eo electi:

6. & viderunt multitudinem exercitus, & timuerunt valde: & multi fugerunt de castris, & non remanserunt ex eis nisi octingenti viri.

7. Et vidit Judas quia fugit exercitus, & bellum comprimebat eum: confractus est corde, quia non habebat spatium congregare eos.

8. Dixitque his qui residui erant: Surgamus, & ascendamus ad adversarios nostros, si poterimus pugnare adversùs eos.

9. Et avertebant eum, dicentes: Non poterimus, sed liberemus animas nostras, & revertamur ad fratres nostros, & tunc pugnabimus cum

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 1. Ad verbum è Græco, corrigendo *in terram*, εἰς γῆν, pro *in terra*.

℣. 2. Græc. Καὶ ἐπορεύθησαν ὁδὸν τὴν εἰς Γάλγαλα, καὶ παρενέβαλον ἐπὶ Μασαλὼθ..... καὶ προκαλεῖσθε αὐτὴν, καὶ ἀπώλεσαν ψυχὰς ἀνθρώπων πολλάς.

℣. 3. Gr. Καὶ τῷ μηνὶ τῷ πρώτῳ ἔτους τοῦ δευτέρου καὶ πεντηκοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ παρενέβαλον ἐπὶ Ἰερουσαλήμ. Mſ. S. Germ. *ab Jerusalem*, vitiosè, pro *ad*, quod substituimus cum Vulg.

℣. 4. Græc. καὶ ἀπῆραν, καὶ ἐπορεύθησαν εἰς Βερέαν ἐν εἴκοσι, &c. ut sup. Vide Ambros. inf. ad ℣. 8.

℣. 5. Græc. Καὶ Ἰούδας ἦν παρεμβεβληκὼς ἐν Ἐλεασᾶ, &c. ut supra.

℣. 6. Gr. καὶ ἴδων τὸ πλῆθος τῶν δυνάμεων ὅτι πολλοί εἰσι, καὶ ἐφοβήθησαν σφόδρα· καὶ ἐξερρύησαν πολλοὶ ἀπὸ τῆς παρεμβολῆς, καὶ καταλείφθησαν, &c. ut supra. Vide Ambros. inf. ad ℣. 8.

℣. 7. Græc. Καὶ εἶδεν Ἰούδας ὅτι ἀπερρύη ἡ παρεμβολὴ αὐτοῦ, καὶ... καὶ συνεπρίζη τῇ καρδίᾳ, ὅτι οὐκ εἶχε καιρὸν συναγαγεῖν αὐτούς.

℣. 8. Eadem sunt in Græco: ultimò tamen sic, ἐὰν ἄρα δυνώμεθα πολεμῆσαι αὐτούς, *si fortè possimus debellare eos*, quod idem sonat. Eò spectant quæ Ambros. narrat, l. 1. offic. c. 41. col. 53. f. 54. a. *Judas Machabæus, post victum Nicanorem, regis Demetrii ducem, securior adversùs viginti millia exercitûs regis, cum nongentis viris bellum adersus, volentibus his cedere, ne multitudine opprimerentur, gloriosam magis mortem, quàm turpem fugam, suasit: ne crimen, inquit, nostræ relinquamus gloriæ. Itaque commisso prælio, cùm à primo ortu diei in vesperam dimicaretur, dextrum cornu, in quo validissimam manum advertit hostium, aggressus facilè advertit*, &c.

℣. 9. Græc. Καὶ ἀπέστρεψαν αὐτὸν..... ἀλλ' ἢ ζωζωμὲν

Digitized by Google

AL. VERSIO VETUS.

Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

eis : nos autem pauci ſumus.

10. *Et ait Judas : Abſit iſtam rem facere ut fugiamus ab eis : & ſi adpropinquavit tempus noſtrum, moriamur propter fratres noſtros, & non relinquamus crimen gloriæ noſtræ.*

11. *Et movit exercitum de caſtris, & ſteterunt illis obviam : & diviſi ſunt equites in duas partes, & fundibulatores & ſagittarii præibant exercitum, & primi certaminis omnes potentes viri in bello.*

12. *Bacchides autem erat in dextro cornu, & proximavit legio ex duabus partibus, & clamabant tubis :*

13. *& tubis exclamaverunt qui ex parte Juda, & commota eſt terra à voce exercitus : & junctum eſt prælium à manè uſque ad veſpera.*

14. *Et vidit Judas, quia Bacchides, & firmior pars exercitûs in dextris, & convenerunt cum ipſo omnes conſtantes corde :*

15. *& contrita eſt dextra pars ab eis, & conſecutus eos uſque ad Zoti montem.*

16. *Et qui in ſiniſtro cornu erant, viderunt quòd adtritum eſt dextrum cornu, & ſecuti ſunt Judam, & eos qui cum ipſo erant, de retro :*

17. *& ingravatum eſt prælium, & ceciderunt vulnerati multi ex his & ex illis.*

18. *Judas cecidit, cæteri fugerunt.*

19. *Et Jonathas & Simon tulerunt Judam fratrem ſuum, & ſepelierunt eum in ſepulcrum patrum ſuorum in Modiim civitate.*

20. *Et planxerunt eum omnis populus Iſraël planctu magno dies multos,*

21. *& dixerunt : Quomodo cecidit potens, qui ſalvum faciebat Iſraël ?*

22. *Et cætera verborum Judæ, & bellorum, & virtutum quas fecit, & magnitudinem ejus, non ſunt deſcripta : multa enim erant valde.*

23. *Et factum eſt : poſt obitum Judæ merſerunt ſe iniqui in omnibus finibus Iſraël, & exorti ſunt omnes qui operabantur iniquitatem.*

24. *Et in diebus illis facta eſt famis valde, & deſervit regio cum ipſis.*

25. *Et elegit Bacchides impios viros, & conſtituit eos dominos regionis :*

26. *& exquirebant, & ſcrutabantur amicos Judæ, & ducebant eos ad Bacchidem, & vindicabant eos.*

27. *Et facta eſt tribulatio magna in Iſraël, qualis non fuit, ex qua die non eſt viſus propheta illis.*

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

adversùs eos : nos autem pauci ſumus.

10. Et ait Judas : Abſit iſtam rem facere ut fugiamus ab eis : & ſi appropiavit tempus noſtrum, moriamur in virtute propter fratres noſtros, & non inferamus crimen gloriæ noſtræ.

11. Et movit exercitus de caſtris, & ſteterunt illis obviam : & diviſi ſunt equites in duas partes, & fundibularii & ſagittarii præibant exercitum, & primi certaminis omnes potentes.

12. Bacchides autem erat in dextro cornu, & proximavit legio ex duabus partibus, & clamabant tubis :

13. exclamaverunt autem & hi, qui erant ex parte Judæ, etiam ipſi, & commota eſt terra à voce exercituum : & commiſſum eſt prælium à manè uſque ad veſperam.

14. Et vidit Judas, quòd firmior eſt pars exercitus Bacchidis in dextris, & convenerunt cum ipſo omnes conſtantes corde :

15. & contrita eſt dextera pars ab eis, & perſecutus eſt eos uſque ad montem Azoti.

16. Et qui in ſiniſtro cornu erant, viderunt quòd contritum eſt dextrum cornu, & ſecuti ſunt poſt Judam, & eos qui cum ipſo erant, à tergo :

17. & ingravatum eſt prælium, & ceciderunt vulnerati multi ex his & ex illis.

18. Et Judas cecidit, & cæteri fugerunt.

19. Et Jonathas & Simon tulerunt Judam fratrem ſuum, & ſepelierunt eum in ſepulcro patrum ſuorum in civitate Modin.

20. Et fleverunt eum omnis populus Iſraël planctu magno, & lugebant dies multos,

21. & dixerunt : Quomodo cecidit potens, qui ſalvum faciebat populum Iſraël !

22. Et cætera verba bellorum Judæ, & virtutum quas fecit, & magnitudinis ejus, non ſunt deſcripta : multa enim erant valde.

23. Et factum eſt : poſt obitum Judæ emerſerunt iniqui in omnibus finibus Iſraël, & exorti ſunt omnes qui operabantur iniquitatem.

24. In diebus illis facta eſt fames magna valde, & tradidit ſe Bacchidi omnis regio eorum cum ipſis.

25. Et elegit Bacchides viros impios, & conſtituit eos dominos regionis :

26. & exquirebant, & perſcrutabantur amicos Judæ, & adducebant eos ad Bacchidem, & vindicabat in illos, & illudebat.

27. Et facta eſt tribulatio magna in Iſraël, qualis non fuit ex die, qua non eſt viſus propheta in Iſraël.

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς· τὸ νῦν, καὶ ἐπιστρέψωμεν μετὰ τῶν ἀδελφῶν ἡμῶν, καὶ πολεμήσωμεν πρὸς αὐτούς, &c.

℣. 10. Similia Græc. legit, hoc excepto medio, καὶ ἀποθάνωμεν ἐν ἀνδρείᾳ, & *moriamur in virtute*, non ſimpliciter *moriamur*. Vide Ambroſ. ſup. ℣. 8.

℣. 11. Græc. initio habet : Καὶ ἀπῆρεν ἡ δύναμις ἀπὸ τῆς παρεμβολῆς· reliqua ut ſupra, hoc tamen detracto ult. *viri in bello*.

℣. 12. Itidem Græcè.

℣. 13. Græc. καὶ ἐσάλπισαν οἱ παρὰ Ἰούδᾳ καὶ αὐτοὶ ταῖς σάλπιγξι, καὶ ἐσαλεύθη ἡ γῆ ἀπὸ τῆς φωνῆς τῶν παρεμβολῶν· καὶ ἐγένετο ὁ πόλεμος συνημμένος ἀπὸ, &c.

℣. 14. Similiter in Græco.

℣. 15. καὶ συνετρίβη τὸ δεξιὸν κέρας ἀπ' αὐτῶν, καὶ ἐδίωκον ὀπίσω αὐτῶν ἕως Ἀζώτου ὄρους· i. e. & *contritum eſt dextrum cornu ab eis, & perſecuti ſunt eos uſque ad montem Azoti*.

℣. 16. Ita Græcum habet, præter iſta, καὶ ἐπέστρεψαν κατὰ πόδας Ἰούδα, καὶ τῶν μετ' αὐτοῦ, &c. & *converterunt ſe ad pedes Judæ, & eorum qui*, &c.

℣. 17. Sic etiam in Græco.

℣. 18. Græc. Καὶ Ἰούδας ἔπεσε, καὶ οἱ, &c. ut ſupra.

℣. 19. Græc. Καὶ ἦραν Ἰωνάθαν καὶ Σίμων Ἰούδαν, &c. ut ſupra, præter hoc, ἐν τῷ τάφῳ, ultimòque, ἐν Μωδεείμ, abſque ſeq. *civitate*.

℣. 20. Græc. Καὶ ἐκλαυσαν αὐτὸν, καὶ ἐκόψαντο αὐτὸν πᾶς Ἰσραὴλ κοπετὸν μέγαν, καὶ ἐπένθησαν ἡμέρας πολλάς· i. e. *Et ploraverunt eum, & fleverunt eum omnis Iſraël planctu magno, & lugebant dies multos*.

℣. 21. Itidem in Mſ. S. Theod. & Græco.

℣. 22. Græc. loco *virtutum*, hab. ἀνδραγαθιῶν, ut & καὶ τῆς μεγαλωσύνης αὐτῶν, loco *magnitudinem ejus* ; cæt. ut ſupra.

℣. 23. Mſ. S. Theod. *emerſerunt ſe iniqui*, &c. Græcè ἐξέκυψαν οἱ ἄνομοι, &c. ut ſupra.

℣. 24. Græc. Ἐν ταῖς..... ἐγενήθη λιμὸς μέγας σφόδρα, καὶ ἠθετήθη ἡ χώρα μετ' αὐτῶν.

℣. 25. Ad verbum è Græco.

℣. 26. Græcè, ultima tantùm ſic variant, καὶ ἐξεδίκει ἐν αὐτοῖς, καὶ ἐνέπαιζεν αὐτοῖς, & *vindicabat in illos, & illudebat eis* ; quæ Vulgatæ reſpondent.

℣. 27. Ita rurſum Græcè, hoc ult. excepto, ἐν αὐτοῖς, *in illis*, vel *inter illos*, pro *illis* ; ſed à Mſ. Alex. & Compl. abeſt præpoſ. ἐν.

Digitized by Google

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

28. Et congregati ſunt omnes amici Judæ, & dixerunt Jonathæ :

29. Ex quo frater tuus Judas defunctus eſt, vir ſimilis ei non eſt, qui exeat contra inimicos noſtros, Bacchidem, & eos qui inimici ſunt gentis noſtræ.

30. Nunc itaque te hodie elegimus eſſe pro eo nobis in principem, & ducem ad bellandum bellum noſtrum.

31. Et ſuſcepit Jonathas tempore illo principatum, & ſurrexit loco Judæ fratris ſui.

32. Et cognovit Bacchides, & quærebat eum occidere.

33. Et cognovit Jonathas, & Simon frater ejus, & omnes qui cum eo erant : & fugerunt in deſertum Thecuæ, & conſederunt ad aquam lacus Aſphar.

34. Et cognovit Bacchides, & die ſabbatorum venit ipſe, & omnis exercitus ejus trans Jordanem.

35. Et Jonathas miſit fratrem ſuum ducem populi, & rogavit Nabuthæos amicos ſuos, ut commodarent illis apparatum ſuum, qui erat copioſus.

36. Et exierunt filii Jambri ex Madaba, & comprehenderunt Joannem, & omnia quæ habebat, & abierunt habentes ea.

37. Poſt hæc verba, renuntiatum eſt Jonathæ, & Simoni fratri ejus, quia filii Jambri faciunt nuptias magnas, & ducunt ſponſam ex Madaba, filiam unius de magnis principibus Chanaan, cum ambitione magna.

38. Et recordati ſunt ſanguinis Joannis fratris ſui : & aſcenderunt, & abſconderunt ſe ſub tegumento montis.

39. Et elevaverunt oculos ſuos, & viderunt : & ecce tumultus, & apparatus multus : & ſponſus proceſſit, & amici ejus, & fratres ejus obviam illis cum tympanis & muſicis, & armis multis.

40. Et ſurrexerunt ad eos ex inſidiis, & occiderunt eos, & ceciderunt vulnerati multi, & reſidui fugerunt in montes : & acceperunt omnia ſpolia eorum :

41. & converſæ ſunt nuptiæ in luctum, & vox muſicorum ipſorum in lamentum.

42. Et vindicaverunt vindictam ſanguinis fratris ſui : & reverſi ſunt ad ripam Jordanis.

43. Et audivit Bacchides, & venit die ſabbatorum uſque ad oram Jordanis in virtute magna.

44. Et dixit ad ſuos Jonathas : Surgamus, & pugnemus contra inimicos noſtros : non eſt enim hodie ſicut heri & nudiuſtertius :

45. ecce enim bellum ex adverſo, aqua verò

AL. VERSIO VETUS

28. *Et congregati ſunt omnes amici Judæ, & dixerunt Jonathæ :* Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

29. *Ex quo frater tuus Judæ defunctus eſt, & vir ſimilis ei non eſt, qui exeat contra inimicos, & Bacchidem.*

30. *Nunc itaque te elegimus hodie eſſe pro eo nobis in principem, & ducem ad bellum.*

31. *Et elegerunt Jonatham in ducatum in loco Judæ fratris ſui.*

32. *Et cognovit Bacchides, & quærebat eum occidere.*

33. *Et cognovit Jonathas, & Simon frater ejus, & omnes qui cum eo erant, & fugerunt in deſertum Thecuæ : & conſedit ad aquam*

34. *Bacchides die ſabbatorum, & omnis exercitus ejus trans Jordanem.*

35. *Et miſit fratrem ſuum ducem populi, & rogavit * Nabutheos amicos commendare illis apparatum ſuum, qui erat copioſus.* * Mſ. vitiosè Nabutheus.

36. *Et exierunt filii Zambri, qui ex Dabas, & comprehenderunt Jonatha omnia quæ habebat, & abierunt.*

37. *Et poſt hæc, renuntiatum eſt Jonathæ, & Simoni fratri ejus, quia filii Zambri faciunt nuptias filii Amamnathat, unius de principibus Chanaan, cum ambitione magna.*

38. *Et recordati ſunt ſanguinem Judæ fratris ſui : & aſcenderunt, & abſconderunt ſe ſub tegimento montis.*

39. *Et levaverunt oculos ſuos, & viderunt : & ecce tumultus, & apparatus multus eſt : ſponſus proceſſit, & amici, & fratres ejus obviam illis cum tympanis & muſicis, & armis multis.*

40. *Et ſurrexerunt ad eos de inſidiis, & occiderunt eos, & ceciderunt vulnerati multi, & reſidui fugerunt in monte : & acceperunt omnia ſpolia eorum :*

41. *& converſæ ſunt nuptiæ in luctum, & vox muſicorum ipſorum in lamentum.*

42. *Et vindicaverunt ſanguinem fratris ſui : & reverſi ſunt ad ripam Jordanis.*

43. *Et audivit Bacchides, & venit die ſabbatorum uſque ad oram Jordanis in virtute multa.*

44. *Dixitque ad ſuos Jonathan : Surgamus, & pugnemus pro animabus noſtris : non eſt enim hodie ſicut heri & nudiuſtertius :*

45. *ecce enim bellum ex adverſo noſtrûm,*

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 28. Itidem Græcè.

℣. 29. Ita in Græco ad verbum, ſubnexis tamen his, καὶ ἐν τοῖς ἐχθαίνουσι τῷ ἔθνει ἡμῶν, & *in eos qui inimici ſunt gentis noſtræ*, ut in Vulg.

℣. 30. Græc. extremò habet cum Vulg. καὶ ἡγούμεθα τοῦ πολεμῆσαι τὸν πόλεμον ἡμῶν· priora verò ut ſupra.

℣. 31. Græc. Καὶ ἐπεδέξαλο Ἰωνάθαν ἐν τῷ καιρῷ ἐκείνῳ τὴν ἡγησιν, καὶ ἀνέστη ἀντὶ Ἰούδα, &c. quæ Vulgatæ congruunt.

℣. 32. Ad verbum è Græco.

℣. 33. Sic iterum Græcè, niſi quòd extremò legitur, καὶ παρεπέζευσεν ἐπὶ τὸ ὕδωρ λάκκυ Ἀσφάρ· ut in Vulg.

℣. 34. Græc. Καὶ ἦγεν βακχίδης τῇ ἡμέρᾳ τῶν Σαββάτων, καὶ ἦλθεν αὐτὸς, καὶ πᾶν, &c. ut ſup.

℣. 35. Mſ. S. Theod. *Et miſit fratrem ſuum..... ut commendaret illis*, &c. ut in Vulg. Græcum : Καὶ ἀπέστειλε Ἰωνάθαν τὸν..... καὶ παρεκάλεσε τοὺς Ναυαταίους φίλους αὐτοῦ παραθέσθαι αὐτοῖς τὴν ἀποχὴν αὐτῶν, τὴν πολλήν.

℣. 36. Græc. Καὶ ἐξῆλθον υἱοὶ Ἰαμβρὶ ἐκ Μηδαβᾶ, &c. ut in Vulg. præter ult. *ea*, quod deeſt.

℣. 37. Nonnulla deſunt in Mſ. Sangerm. circa med. Græcè enim ita : Μετὰ δὲ τοὺς λόγους τούτους ἀπηγγείλαν τῷ Ἰωνάθαν, καὶ..... ὅτι οἱ υἱοὶ Ἰαμβρὶ ποιοῦσι γάμον μέγαν, καὶ ἄγουσι τὴν νύμφην ἀπὸ Ναδαβὰθ, θυγατέρα ἑνὸς τῶν μεγιστάνων μεγάλων τῶν Χαναὰν, &c. quæ Vulgatæ reſpondent.

℣. 38. Græc. Καὶ ἐμνήσθησαν Ἰωάννυ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτῶν, &c. ut ſupra. In aliquo verò codice legitur : Καὶ ἐμνήσθησαν τοῦ αἵματος Ἰωάννυ, &c. teſte Nobilio.

℣. 39. Eadem leguntur Græcè, niſi quòd tollitur *eſt*, poſt *multus* ; præponitur verò καὶ, ſequenti *ſponſus* ; additurque αὐτοῦ, *ejus*, poſt *amici*.

℣. 40. Græc. Καὶ ἐξανέστησαν ἐπ' αὐτοὺς ἀπὸ τοῦ ἀείδρυ οἱ περὶ τὸν Ἰωνάθαν, καὶ ἀπέκλεισαν, &c. ut in Lat. ſupra.

℣. 41. Sic eſt in Græco, verbum pro verbo.

℣. 42. Græc. cum Vulgata : Καὶ ἐξεδίκησαν τὴν ἐκδίκησιν αἵματος ἀδελφοῦ αὐτῶν, &c. ut ſupra. Mſ. S. Theod. & *vindicaverunt vindictâ ſanguinem fratris ſui.*

℣. 43. Similiter in Græco. Mſ. quoque S. Theod. extremò hab. *in virtute multa.*

℣. 44. Græc. Καὶ εἶπεν Ἰωνάθαν τοῖς παρ' αὐτοῦ· Ἀναστῶμεν νῦν, καὶ πολεμήσωμεν ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἡμῶν, &c. ut ſupra. Mſ. Sangerm. ſcribit *pro animas noſtras* ; vitiosè.

℣. 45. Græc. ἰδοὺ γὰρ ὁ πόλεμος ἐξεναντίας ἡμῶν, καὶ ἐξὸ-

Digitized by Google

AL. VERSIO VETUS.

Ex Mſ. S. Germ. n. 15. *aqua verò Jordanis hinc & inde, & ripa, & ſaltus: non eſt locus devertendi.*

46. *Nunc ergo clamate ad cœlum, ut liberemur de manu inimicorum noſtrorum. Et conmiſſum eſt bellum.*

47. *Et extendit Jonatha manum percutere Bacchidem, & devertit ab eo retro:*

48. *& ſiliit Jonatham, & qui cum eo erant in Jordanem, & tranſnataverunt contra, & non tranſierunt Jordanem ad eos:*

49. *ceciderunt à parte Bacchidis die illa mille viri. Et reverſi ſunt in Jeruſalem,*

50. *& adificaverunt civitates munitas in Judæa, & munitionem quæ in Hiericho, & Amau, & Bethoron, & Bethel, & Tamnatha, & Pharathon, & Cepho in muris excelſis, & portis, & ſeris.*

51. *Et poſuit cuſtodiam in eis, ut inimicitias exerceret ad Iſraël:*

52. *& munivit civitatem Bethſura, & Gazara, & arcem: poſuit in eis auxilia, & apparatum eſcarum:*

53. *& accepit filios principum regionis obſides, & poſuit eos in arce in Jeruſalem in cuſtodia.*

54. *Et anno centeſimo quinquageſimo & tertio, menſe ſecundo, præcepit Alchimus deſtrui murum atrii ſanctorum interioris, & deſtitui opera prophetarum: & cœpit deſtruere.*

55. *In tempore illo & percuſſus eſt Alchimus: & impedita ſunt opera ejus, & cluſum eſt os ejus, & diſſolutus eſt, nec ultra poterat loqui, & mandare verbum de domo ſua.*

56. *Et mortuus eſt Alchimus in tempore illo cum tormento magno.*

57. *Et vidit Bacchides quòd mortuus eſt Alchimus: & reverſus eſt ad regem, & ſiluit terra Juda annis duobus.*

58. *Et cogitaverunt omnes iniqui, dicentes: Ecce Jonatha, & qui cum eo ſunt, ſilentio inhabitant confidentes: nunc ergo adducamus Bacchidem, & comprehendet eos in una nocte.*

59. *Et abierunt, & conſilium ei dederunt.*

60. *Et ſurrexit ut veniret cum exercitu multo: & miſit occultè epiſtolas ſociis ſuis in Judæa, ut comprehenderent Jonatham, & eos qui cum eo erant: nec poterant, quia innotuit conſilium eorum.*

61. *Et adprehenderunt de viris regionis, qui principes fuerant malitiæ, & occiderunt eos:*

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

Jordanis hinc & inde, & ripæ, & paludes, & ſaltus: & non eſt locus divertendi.

46. Nunc ergo clamate in cœlum, ut liberemini de manu inimicorum veſtrorum. Et commiſſum eſt bellum. 2. Par. 20. 3.

47. Et extendit Jonathas manum ſuam percutere Bacchidem, & divertit ab eo retro:

48. & diſſiliit Jonathas, & qui cum eo erant in Jordanem, & tranſnataverunt ad eos Jordanem:

49. & ceciderunt de parte Bacchidis die illa mille viri. Et reverſi ſunt in Jeruſalem,

50. & ædificaverunt civitates munitas in Judæa, munitionem, quæ erat in Jericho, & in Ammaum, & in Bethoron, & in Bethel, & Thamnata, & Phara, & Thopo muris excelſis, & portis, & ſeris.

51. Et poſuit cuſtodiam in eis, ut inimicitias exercerent in Iſraël:

52. & munivit civitatem Bethſuram, & Gazaram, & arcem, & poſuit in eis auxilia, & apparatum eſcarum:

53. & accepit filios principum regionis obſides, & poſuit eos in arce in Jeruſalem in cuſtodiam.

54. Et anno centeſimo quinquageſimo tertio, menſe ſecundo, præcepit Alcimus deſtrui muros domus ſanctæ interioris, & deſtrui opera prophetarum: & cœpit deſtruere.

55. In tempore illo percuſſus eſt Alcimus: & impedita ſunt opera illius, & occluſum eſt os ejus, & diſſolutus eſt paralyſi, nec ultra potuit loqui verbum, & mandare de domo ſua.

56. Et mortuus eſt Alcimus in tempore illo cum tormento magno.

57. Et vidit Bacchides quoniam mortuus eſt Alcimus: & reverſus eſt ad regem, & ſiluit terra annis duobus.

58. Et cogitaverunt omnes iniqui, dicentes: Ecce Jonathas, & qui cum eo ſunt, in ſilentio habitant confidenter: nunc ergo adducamus Bacchidem, & comprehendet eos omnes una nocte.

59. Et abierunt, & conſilium ei dederunt.

60. Et ſurrexit ut veniret cum exercitu multo: & miſit occultè epiſtolas ſociis ſuis, qui erant in Judæa, ut comprehenderent Jonathan, & eos qui cum eo erant: ſed non potuerunt, quia innotuit eis conſilium eorum.

61. Et apprehendit de viris regionis, qui principes erant malitiæ, quinquaginta viros, & occîdit eos:

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

πιδεν ἡμῶν, τὸ δὲ ὕδωρ τῦ Ἰορδάνυ ἔνθεν καὶ ἔνθεν, καὶ ἕλος, καὶ δρυμός, &c. *ecce enim bellum ex adverſo nobis, & à tergo nobis, aqua autem Jordanis hinc & inde, & palus, & ſaltus*, &c. ut ſupra.

℣. 46. Sic eſt in Græco, præter hæc med. ὅπως ῥιασωθῶμεν ἐκ χειρὸς ἐχθρῶν ὑμῶν, ut in Vulgata: in Mſ. Alex. ἐχθρῶν ἡμῶν.

℣. 47. Itidem Græcè, addito uno αὐτῦ, ad *manum*, ut in Vulg.

℣. 48. Græcè ſimiliter: καὶ ἀνεπήδησεν Ἰωνάθαν, καὶ οἱ μετ' αὐτῦ εἰς τὸν Ἰορδάνην, καὶ διεκολύμβησαν εἰς τὸ πέραν, καὶ ὐ διέβησαν ἐπ' αὐτοὺς τὸν Ἰορδάνην.

℣. 49. Græc. habet, εἰς χιλίους ἄνδρας, *ferè mille viri*; deinde, καὶ ἐπέστρεψεν, &c. *& reverſus eſt*, &c. Mſ. verò Alex. καὶ ἀπέστρεψαν, ut ſupra.

℣. 50. Græc. καὶ ὠκοδόμησε πόλεις ὀχυρὰς ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, τὸ ὀχύρωμα τὸ ἐν Ἰερειχὼ, καὶ τὴν Ἐμμαὺμ, καὶ τὴν Βαιθωρὼν, καὶ τὴν Βαιθὴλ, καὶ τὴν Θαμναθὰ Φαραθωνὶ, καὶ τὴν Τεφὼν ἐν τείχεσιν ὑψηλοῖς, &c. ut ſupra. Mſ. Alex. Φαραθών.

℣. 51. Ita Græc. habet cum hoc ult. τῦ ἐχθραίνειν τῷ Ἰσραήλ.

℣. 52. Græc. καὶ ὠχύρωσε τὴν πόλιν, τὴν ἐν Βαιθσύρᾳ, καὶ τὴν Γάζαρα, καὶ τὴν ἄκραν, καὶ ἔθετο ἐν αὐταῖς δυνάμεις, καὶ παραθέσεις βρωμάτων.

℣. 53. Itidem Græcè. Mſ. etiam S. Theod. extremò habet *in cuſtodia*, è Gr. ἐν φυλακῇ.

℣. 54. Gr. Καὶ ἐν ἔτει τρίτῳ καὶ πενηκοστῷ καὶ ἑκατοστῷ, μηνὶ τῷ δευτέρῳ, ἐπέταξεν Ἀλκιμος καθαιρεῖν τὸ τεῖχος τῆς αὐλῆς τῶν ἁγίων τῆς ἐσωτέρας· καὶ καθεῖλε τὰ ἔργα τῶν προφητῶν, καὶ ἐνήρξατο τῦ καθαιρεῖν.

℣. 55. Eadem exſtant in Græco, niſi quòd initio tollitur &, ante *percuſſus eſt*; extremòque ponitur *verbum*, poſt *loqui*, non verò poſt *mandare*.

℣℣. 56. 57. Totidem verba in Græco.

℣. 58. Ita Græc. habet, niſi excipias fut. ἄξομεν, pro *adducamus*; addit etiam inf. πάντας, *omnes*, ad *eos*, poſt *comprehendet*. Mſ. S. Theod. pariter legit *confidentes*, non *confidenter*, è Gr. πεποιθότες.

℣. 59. Græc. Καὶ πορευθέντες συνεβουλεύσαντο αὐτῷ.

℣. 60. Similia exſtant Græcè, exceptis his, πᾶσι τοῖς συμμάχοις αὐτῦ, τοῖς ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, *omnibus ſociis ſuis, qui in Judæa*; ultimòque, καὶ ὐκ ἐδύναντο, ὅτι ἐγνώθη αὐτοῖς ἡ, &c. *& non potuerunt, quia innotuit eis*, &c.

℣. 61. Mſ. Sang. *Et adprehenderant*; ſed vitiosè: Græcè enim ita: Καὶ συνελάβοντο ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν τῆς χώρας, τῶν ἀρχηγῶν τῆς κακίας, dein, εἰς πεντήκοντα ἄνδρας, καὶ ἀπέκτειναν αὐτούς· Mſ. Alex. καὶ ἀπέκλεισεν αὐτούς.

Digitized by Google

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

62. & fecesſit Jonathas, & Simon, & qui cum eo erant in Bethbeſſen, quæ eſt in deſerto : & exſtruxit diruta ejus, & firmaverunt eam.

63. Et cognovit Bacchides, & congregavit univerſam multitudinem ſuam : & his, qui de Judæa erant, denunciavit.

64. Et venit, & caſtra poſuit deſuper Bethbeſſen : & oppugnavit eam dies multos, & fecit machinas.

65. Et reliquit Jonathas Simonem fratrem ſuum in civitate, & exiit in regionem, & venit cum numero,

66. & percuſſit Odaren, & fratres ejus, & filios Phaſeron in tabernaculis ipſorum, & cœpit cædere, & creſcere in virtutibus.

67. Simon verò, & qui cum ipſo erant, exierunt de civitate, & ſuccenderunt machinas,

68. & pugnaverunt contra Bacchidem, & contritus eſt ab eis : & afflixerunt eum valde, quoniam conſilium ejus, & congreſſus ejus erat inanis.

69. Et iratus contra viros iniquos, qui ei conſilium dederant ut veniret in regionem ipſorum, multos ex eis occidit : ipſe autem cogitavit cum reliquis abire in regionem ſuam.

70. Et cognovit Jonathas, & miſit ad eum legatos componere pacem cum ipſo, & reddere ei captivitatem.

71. Et libenter accepit, & fecit ſecundùm verba ejus, & juravit ſe nihil facturum ei mali omnibus diebus vitæ ejus.

72. Et reddidit ei captivitatem, quam priùs erat prædatus de terra Juda : & converſus abiit in terram ſuam, & non appoſuit ampliùs venire in fines ejus.

73. Et ceſſavit gladius ex Iſraël : & habitavit Jonathas in Machmas, & cœpit Jonathas ibi judicare populum, & exterminavit impios ex Iſraël.

AL. VERSIO VETUS.

62. *& ſeceſſit Jonathas, & Simon, & qui cum eo erant in Bethbeſſai, quæ eſt in deſerto : & ſtruxit diruta ejus, & firmaverunt ea.* Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

63. *Et congregavit univerſam multitudinem ſuam : in his, qui de Judæa erant, denunciavit.*

64. *Et venit, & adplicuit ad Bethbeſſai : & expugnavit eam dies multos, & fecit machinas.*

65. *Et reliquit Jonathas Simonem fratrem ſuum in civitate, & ipſe exiit in regione, & venit numero,*

66. *& percuſſit Odarem, fratres ejus, & filios Paſtron in tabernaculo ipſorum : & aſcenderunt in virtutibus.*

67. *Et Simon, & qui cum ipſo, exierunt de civitate, & ſuccenderunt machinas,*

68. *& pugnaverunt contra Bacchidem, & contritus eſt ab eis : & adflixerunt eum valde, quoniam erat conſilium ejus, & acceſſus ejus inanis.*

69. *Et irati ſunt animo viris iniquis, qui ei conſilium dederunt venire in regione, & multos ex eis occiderunt : & cogitaverunt abire in regionem ejus.*

70. *Et cogitavit Jonathas, & miſit ad eos legatos facere cum eis pace, & reddere illis captivitatem.*

71. *Et recepit, & fecit ſecundùm verba ejus, & juraverunt non facere ei malum omnibus diebus vitæ ejus.*

72. *Et reddiderunt ei captivitatem, quam priùs abduxerat de terra Juda : & converſus abiit in terram ſuam, & non adpoſuit ampliùs venire in fines ejus.*

73. *Et ceſſavit gladius ex Iſraël : & habitavit Jonathas in Machemas, & cœpit Jonathas judicare populum, & exterminabat impios ex Iſraël.*

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 62. Similiter in Græco, præter nomen Βαιθβασί ; & in fine, ἐστερέωσαν αὐτὴν, *firmaverunt eam*, non *ea*. Mſ. S. Theod. ſcribit *Bethbeſſi*.

℣. 63. Græc. initio habet cum Vulg. Καὶ ἦγεν Βακχίδης, deinde, καὶ συνήγαγε, &c. ut ſupra ; loco tamen *in bis*, ponit καὶ τοῖς, & *bis*, ut in eadem Vulgata.

℣. 64. Gr. Καὶ ἐλθὼν, παρενέβαλεν ἐπὶ Βαιθβασί· &c. ut ſupra. Mſ. S. Theod. legit *deſuper à Bethbeſſe* ; ultimòque addit *ſuas*, ad *machinas*.

℣. 65. Græc. extremò habet : καὶ ἐξῆλθεν εἰς τὴν χώραν, καὶ ἐξῆλθεν ἐν ἀριθμῷ· Mſ. Alex. καὶ ἦλθεν ἀριθμῷ.

℣. 66. Gr. καὶ ἐπάταξεν Ὀδαχρῆν, καὶ τοὺς ἀδελφοὺς αὐτῶν, καὶ τοὺς υἱοὺς Φασιρὼν ἐν τῷ..... καὶ ἐξήρξατο τύπτειν, καὶ ἀναβαίνειν ἐν δυνάμεσι.

℣℣. 67. 68. Similia prorſus in Græco.

℣. 69. Sic iterum Græcè, præter ſingul. ὠργίσθη, *iratus eſt*, pro *irati ſunt* ; extremòque, καὶ ἐβουλεύσατο τοῦ ἀπελθεῖν εἰς τὴν γῆν αὐτοῦ, *ipſe autem cogitavit abire in terram ſuam.*

℣. 70. Græc. Καὶ ἐπέγνω Ἰωνάθαν, καὶ ἀπέστειλε πρὸς αὐτὸν πρέσβεις τοῦ συνθέσθαι πρὸς αὐτὸν εἰρήνην, καὶ ἀποδῦναι αὐτοῖς, &c.

℣. 71. Græc. Καὶ ἀπεδέξατο, καὶ ἐποίησε..... καὶ ὤμοσεν αὐτῷ μὴ ἐκζητῆσαι αὐτῷ κακὸν πάσας τὰς ἡμέρας τῆς ζωῆς αὐτοῦ.

℣. 72. Græc. Καὶ ἀπέδωκεν αὐτῷ τὴν αἰχμαλωσίαν, ἣν ᾐχμαλώτευσε τοπρότερον ἐκ γῆς Ἰούδα, &c. ut ſup. præter ult. αὐτῶν, *eorum*, loco *ejus*.

℣. 73. Itidem Græcè, præter unum præterit. ἠφάνισε, *exterminavit*, pro *exterminabat*.

CAPUT X.

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

1. ET anno centeſimo ſexageſimo aſcendit Alexander Antiochi filius, qui cognominatus eſt Nobilis : & occupavit Ptolemaidam : & receperunt eum, & regnavit illic.

2. Et audivit Demetrius rex, & congregavit exercitum copioſum valde, & exivit obviam illi in prælium.

3. Et miſit Demetrius epiſtolam ad Jonathan verbis pacificis, ut magnificaret eum.

4. Dixit enim : Anticipemus facere pacem cum eo, priuſquam faciat cum Alexandro adverſùm

AL. VERSIO VETUS.

1. *ET anno centeſimo & ſexageſimo aſcendit Alexander Antiochiâ, & occupavit Ptolomaida : & receperunt illum, & regnavit eis.* Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

2. *Et audivit Demetrius rex, & congregavit exercitum valde copioſum, & exiit obviam illi in prælium.*

3. *Et miſit Demetrius ad Jonatham epiſtolam verbis pacificis, ut magnificaret eum.*

4. *Dixit enim : Anticipemus pacem facere cum eo, priuſquam faciat cum Alexandro ad-*

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 1. Græc. Καὶ ἐν ἔτει ἑξηκοστῷ καὶ ἑκατοστῷ ἀνέβη Ἀλέξανδρος ὁ τοῦ Ἀντιόχου ὁ Ἐπιφανὴς, καὶ κατελάβετο..... καὶ ἐβασίλευσεν ἐκεῖ.

℣℣. 2. 3. 4. Ad verbum pene è Græco.

Digitized by Google

AL. VERSIO VETUS.

Ex Mſ. S. Germ. n. 15. *versùs nos :*

5. *recordabitur enim omnium malorum, quæ fecimus in fratres ejus, & in nationibus ejus.*

6. *Et dedit ei poteſtatem congregare exercitum, & fabricare arma, & eſſe ipſum ſocium ejus : & obſides, qui in arce, dixit tradi ei.*

7. *Et venit Jonathas in Jeruſalem, & legit epiſtolam coram omni populo, & qui in arce.*

8. *Et timuerunt timore magno, cùm audiſſent quia dedit ei poteſtatem congregandi exercitum.*

9. *Et tradiderunt Jonathæ, qui erant, obſides, & reddidit eos parentibus ipſorum :*

10. *& habitavit Jonathas in Jeruſalem, & cœpit ædificare & renovare civitatem.*

11. *Et ait ad facientes opera, ut ſtruerent muros, & montem Sion in circuitu lapidibus quadratis in munitione : & ita fecit.*

12. *Et fugerunt alienigenæ, & qui erant in munitionibus, quas ædificaverat Bacchides :*

13. *& reliquit unuſquiſque locum ſuum, & abiit in terram ſuam :*

14. *tantùm in Bethſuris remanſerunt aliqui ex his, qui reliquerant legem & præcepta : erant enim in refugium.*

15. *Et audivit Alexander rex promiſſa, quæ miſit Demetrius Jonathæ : & narraverunt ei prælia, & virtutes, quas fecit, & fratres ejus, & labores, quos habuerunt :*

16. *& ait : Nunquid invenimus virum talem unum ? & nunc faciamus eum amicum, & ſocium noſtrum.*

17. *Et ſcripſit epiſtolam, & miſit ei ſecundùm hæc verba, dicens :*

18. *REX Alexander fratri Jonathæ ſalutem.*

19. *Audivimus de te, quòd vir obtinens viribus, & aptus ut ſis amicus noſter :*

20. *& nunc conſtituimus te hodie ſummum ſacerdotem gentis tuæ, & ut amicus regis voceris, (& miſit ei purpuram, & coronam auream) & ſentire quæ noſtra ſunt, & conſervare amicitias noſtras.*

21. *Et induit ſe Jonathas ſtolam ſanctam ſeptimo menſe, anno centeſimo & ſexageſimo, in die ſolemni ſcenopegiæ : & congregavit exercitum, & fecit arma copioſa.*

22. *Et audivit Demetrius verba iſta, & contriſtatus eſt nimis, & ait :*

23. *Quid hoc fecimus, quòd præoccupavit nos Alexander adprehendere amicitiam Judæorum, & ad firmamentum ?*

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

nos :

5. recordabitur enim omnium malorum, quæ fecimus in eum, & in fratrem ejus, & in gentem ejus.

6. Et dedit ei poteſtatem congregandi exercitum, & fabricare arma, & eſſe ipſum ſocium ejus : & obſides, qui erant in arce, juſſit tradi ei.

7. Et venit Jonathas in Jeruſalem, & legit epiſtolas in auditu omnis populi, & eorum qui in arce erant.

8. Et timuerunt timore magno, quoniam audierunt quòd dedit ei rex poteſtatem congregandi exercitum.

9. Et traditi ſunt Jonathæ obſides, & reddidit eos parentibus ſuis :

10. & habitavit Jonathas in Jeruſalem, & cœpit ædificare & innovare civitatem.

11. Et dixit facientibus opera, ut exſtruerent muros, & montem Sion in circuitu lapidibus quadratis ad munitionem : & ita fecerunt.

12. Et fugerunt alienigenæ, qui erant in munitionibus, quas Bacchides ædificaverat :

13. & reliquit unuſquiſque locum ſuum, & abiit in terram ſuam :

14. tantùm in Bethſura remanſerunt aliqui ex his, qui reliquerant legem & præcepta Dei : erat enim hæc eis ad refugium.

15. Et audivit Alexander rex promiſſa, quæ promiſit Demetrius Jonathæ : & narraverunt ei prælia, & virtutes, quas ipſe fecit, & fratres ejus, & labores, quos laboraverunt :

16. & ait : Nunquid inveniemus aliquem virum talem ? & nunc faciemus eum amicum, & ſocium noſtrum.

17. Et ſcripſit epiſtolam, & miſit ei ſecundùm hæc verba, dicens :

18. REX Alexander fratri Jonathæ ſalutem.

19. Audivimus de te, quòd vir potens ſis viribus, & aptus es ut ſis amicus noſter :

20. & nunc conſtituimus te hodie ſummum ſacerdotem gentis tuæ, & ut amicus voceris regis, (& miſit ei purpuram, & coronam auream) & quæ noſtra ſunt ſentias nobiſcum, & conſerves amicitias ad nos.

21. Et induit ſe Jonathas ſtolâ ſanctâ ſeptimo menſe, anno centeſimo ſexageſimo, in die ſolemni ſcenopegiæ : & congregavit exercitum, & fecit arma copioſa.

22. Et audivit Demetrius verba iſta, & contriſtatus eſt nimis, & ait :

23. Quid hoc fecimus, quòd præoccupavit nos Alexander apprehendere amicitiam Judæorum ad munimen ſui ?

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 5. Græc. μνησθήσεται γὰρ πάντων..... ὧν ζυνεβίλεσαμεν πρὸς αὐτὸν, καὶ εἰς τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, καὶ εἰς τὸ ἔθνος αὐτοῦ.

℣. 6. Itidem Græcè.

℣. 7. Græc..... καὶ ἀγέγνω τὰς ἐπιστολὰς εἰς τὰ ὦτα παντὸς τοῦ λαοῦ, καὶ τῶν ἐκ τῆς ἄκρας.

℣. 8. Sic habetur Græcè, niſi quòd additur ὁ βασιλεὺς, *rex*, poſt *dedit ei*.

℣. 9. Græc. Καὶ παρέδωκαν οἱ ἐκ τῆς ἄκρας, Ἰωνάθαν τὰ ὅμηρα, &c. i. e. *Et tradiderunt qui erant ex arce, Jonatha obſides*, &c. ut ſupra.

℣. 10. Conſonat Græcum ad verbum.

℣. 11. Eadem ſunt in Græco, exceptis his poſtremis, ἐκ λίθων..... εἰς ὀχύρωσιν καὶ ἐπείσαν ἕτως· quæ Vulgatæ favent. Mſ. quoque S. Theod. legit, *ut ſtruerent muros ;* Gr. οἰκοδομεῖν τὰ, &c.

℣. 12. Ita rurſum Græcè, detractâ unâ conjunct. &, poſt *alienigenæ*. Mſ. Sang. leg. infra *adificaverunt*, non *ædificaverat ;* ſed aperto mendo : Gr. ᾠκοδόμησε.

℣. 13. Sic eſt in Græco.

℣. 14. Gr. πλὴν ὧν Βαιθσούρα (Mſ. Alex. Βεθσούρις) ὑπερεφρόνησάν τινες τῶν καταλιπόντων τὸν νόμον, καὶ τὰ προσάγματα· ἦν γὰρ αὐτοῖς φυγαδευτήριον.

℣. 15. Græc. Καὶ ἤκουσεν..... τὰς ἐπαγγελίας, ὅσας ἀπέστειλε..... καὶ διηγήσαντο αὐτῷ τοὺς..... καὶ τὰς ἀνδραγαθίας, ἃς ἐποίησεν αὐτὸς, καὶ οἱ..... καὶ τοὺς κόπους, οὓς ἔσχον.

℣. 16. Conſonat Græcum, niſi quòd habet, *ευρήσομεν... ποιήσομεν, inveniemus... faciemus*, loco *invenimus... faciamus*.

℣. 17. Gr. habet ἐπιστολὰς de more, non *epiſtolam ;* cæt. ut ſupra.

℣. 18. Itidem Græcè.

℣. 19. Græc..... ὅτι ἀνὴρ δυνατὸς ἰσχύι, &c. ut in Vulgata.

℣. 20. Similia Græcum habet, niſi hoc ult. excipias, φιλίαν πρὸς ἡμᾶς, *amicitiam ad nos*, loco *amicitias noſtras*.

℣. 21. Græc. Καὶ ἐνεδύσατο..... τὴν ἁγίαν στολὴν τῷ..... ἔτει ἑξηκοστῷ καὶ ἑκατοστῷ, ἐν ἑορτῇ... καὶ παρεσκεύασεν ὅπλα πολλά.

℣. 22. Mſ. S. Theod. & *contriſtatus eſt*, & *ait*. Sic etiam in Græco, detracto medio *nimis*.

℣. 23. Græc. extremò hab. τῷ φιλίαν καταβῆναι τοῖς Ἰουδαίοις εἰς σύστημα· i. e. *componere amicitiam cum Judæis ad munimen :* at in Mſ. Alex. non καταβῆναι, ſed καταλαβέσθαι.

Digitized by Google

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

24. Scribam & ego illis verba deprecatoria, & dignitates, & dona : ut ſint mecum in adjutorium.

25. Et ſcripſit eis in hæc verba : Rex Demetrius genti Judæorum ſalutem :

26. Quoniam ſervaſtis ad nos pactum, & manſiſtis in amicitia noſtra, & non acceſſiſtis ad inimicos noſtros, audivimus, & gaviſi ſumus.

27. Et nunc perſeverate adhuc conſervare ad nos fidem, & retribuemus vobis bona pro his quæ feciſtis nobiſcum :

28. & remittemus vobis præſtationes multas, & dabimus vobis donationes.

29. Et nunc abſolvo vos, & omnes Judæos à tributis, & pretia ſalis indulgeo, & coronas remitto, & tertias ſeminis :

30. & dimidiam partem fructus ligni, quod eſt portionis meæ, relinquo vobis ex hodierno die, & deinceps, ne accipiatur à terra Juda, & à tribus civitatibus, quæ additæ ſunt illi ex Samaria & Galilæa, ex hodierna die & in totum tempus :

31. & Jeruſalem ſit ſancta, & libera cum finibus ſuis : & decimæ, & tributa ipſius ſint.

32. Remitto etiam poteſtatem arcis, quæ eſt in Jeruſalem : & do eam ſummo ſacerdoti, ut conſtituat in ea viros quoſcunque ipſe elegerit, qui cuſtodiant eam.

33. Et omnem animam Judæorum, quæ captiva eſt à terra Juda in omni regno meo, relinquo liberam gratis, ut omnes à tributis ſolvantur, etiam pecorum ſuorum.

34. Et omnes dies ſolemnes, & ſabbata, & neomeniæ, & dies decreti, & tres dies ante diem ſolemnem, & tres dies poſt diem ſolemnem, ſint omnes immunitatis & remiſſionis omnibus Judæis, qui ſunt in regno meo :

35. & nemo habebit poteſtatem agere aliquid, & movere negotia adversùs aliquem illorum in omni cauſa.

36. Et aſcribantur ex Judæis in exercitu regis ad triginta millia virorum : & dabuntur illis copiæ ut oportet omnibus exercitibus regis, & ex eis ordinabuntur qui ſint in munitionibus regis magni :

37. & ex his conſtituentur ſuper negotia regni, quæ aguntur ex fide, & principes ſint ex eis, & ambulent in legibus ſuis, ſicut præcepit rex in terra Juda.

38. Et tres civitates, quæ additæ ſunt Judææ

AL. VERSIO VETUS.

24. *Scribam & ego illis verba deprecatoria, exaltationis, & donationis : ut ſint mecum in adjutorium.* Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

25. *Et miſit illis ſecundùm hæc verba : Rex Demetrius genti Judæorum ſalutem :*

26. *Quoniam ſervaſtis ad nos pactum, & manſiſtis in amicitias noſtras, & non acceſſiſtis ad inimicos noſtros, audivimus, & gaviſi ſumus.*

27. *Et nunc perſeverate adhuc conſervare ad nos fidem, & retribuemus vobis bona pro his quæ feciſtis nobiſcum :*

28. *& relinquemus vobis remiſſiones multas, & dabimus vobis donationes.*

29. *Et nunc dimitto omnes Judæos ab tributis, & pretio ſalis, à coronis, & à tertiis ſeminis :*

30. *& pro dimidio fructu ligni, quod eſt portioni meæ, remitto vobis ex hodierno, & deinceps ne accipiatur à terra Juda, & à tribus legibus, quæ addita ſunt illis à Samaria & Galilæa, ex hodierna die & in totum tempus :*

31. *& Jeruſalem ſit ſancta,*

32. *in remiſſione, & in poteſtate arcis, quæ eſt in Jeruſalem : do ſummo ſacerdoti, ut conſtituat in ea viros quoſcunque ipſe elegerit, ut cuſtodiant eam.*

33. *Et omnem animam Judæorum, quæ captivata eſt à terra Juda in omni regno meo, remitto liberam gratis, & omnia tributa dimittantur, & pecorum ipſorum.*

34. *Et omnes dies ſolemnes, & ſabbata, & numenia, & dies decreti, & tres dies ante diem ſolemnem, ſint omnes dies immunitatis, & remiſſionis omnibus Judæis, qui ſunt in regno meo :*

35. *& nemo habebit poteſtatem moleſtare aliquem eorum in omni negotio.*

36. *Et ſcribantur ex Judæis in exercitu regis triginta millia viri, & dabuntur illis copia ut oportet omni exercitui regis magni :*

37. *& hi conſtituentur ſupra negotia regni, quæ ſunt in fide, & quæ ſupra ea, & principes ſint ex eis, & ambulent legibus ſuis, ſicut præcepit rex in terra Juda.*

38. *Et tres leges, quæ additæ ſunt Judææ à*

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 24. Græc. Γράψω αὐτοῖς κατὰ λόγους παρακλήσεως, καὶ ὕψους, καὶ δομάτων, &c. ut ſupra. Mſ. S. Theod. habet, *& ego illi verba..... ut ſit* ; ſed vitiosè : Sangerm. *illi verba..... ut ſint* ; correximus *illis verba* è Gr. & Vulgata.

℣. 25. Græc. Καὶ ἀπέστειλεν αὐτοῖς κατὰ, &c. ut ſupra.

℣. 26. Græc. Ἐπεὶ συνετηρήσατε τὰς πρὸς ἡμᾶς συνθήκας, καὶ ἐνεμείνατε τῇ φιλίᾳ ἡμῶν, καὶ, &c. ut ſupra.

℣. 27. Ita Græc. habet, excepto uno ποιεῖτε, *facitis*, pro *feciſtis*.

℣. 28. Græc. καὶ ἀφήσομεν ὑμῖν ἀφέματα, &c. ut ſupra.

℣. 29. Græc. Καὶ νῦν ἀπολύω ὑμᾶς, καὶ ἀφίημι πάντας τοὺς Ἰουδαίους ἀπὸ τῶν φόρων, καὶ τῆς τιμῆς τοῦ ἁλὸς, καὶ ἀπὸ τῶν στεφάνων· καὶ ἀντὶ τοῦ τρίτου τῆς σπορᾶς.

℣. 30. Græc. καὶ ἀντὶ τοῦ ἡμίσους τοῦ καρποῦ τοῦ ξυλίνου, τοῦ ἐπιβάλλοντός μοι λαβεῖν, ἀφίημι ἀπὸ τῆς σήμερον, καὶ ἐπέκεινα τοῦ λαβεῖν ἀπὸ τῆς γῆς Ἰούδα, καὶ ἀπὸ τῶν τριῶν νομῶν, τῶν προστεθεμένων αὐτῇ ἀπὸ τῆς Σαμαρείτιδος καὶ Γαλιλαίας, καὶ ἀπὸ τῆς σήμερον ἡμέρας, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον. In Mſ. Alex. deeſt καὶ, poſt *Galilæa* ; ultimòque legitur, εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον.

℣. 31. Græc. καὶ Ἱερουσαλὴμ ἔστω ἁγία, καὶ ἀφειμένη, καὶ τὰ ὅρια αὐτῆς, αἱ δεκάται, καὶ τὰ τέλη· i. e. *& Jeruſalem ſit ſancta, & libera, & fines ejus, & decimæ, & veſtigalia.*

℣. 32. Nonnulla corrupta in Mſ. Sangerm. unum tantùm mutavimus, nempe *deo*, incautè ſcriptum pro *do*. Græc. Vulgatæ reſpondet : Ἀφίημι καὶ τὴν ἐξουσίαν τῆς ἄκρας, τῆς ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ δίδωμι τῷ ἀρχιερεῖ, &c. ut ſupra.

℣. 33. Ita in Græco, exceptis his, καὶ πάντες ἀφίεσαν τοὺς φόρους, *& omnes à tributis ſolvantur*, loco *& omnia tributa dimittantur*.

℣. 34. Similia Græcum habet, interpoſitis tamen his poſt *diem ſolemnem*, καὶ τρεῖς ἡμέραι μετὰ ἑορτὴν, ut in Vulg. Nota loco *& remiſſionis omnibus Judæis*, in Mſ. S. Germ. ſcriptum, *& remiſſionibus Judæis* ; ſed lapſum calami eſſe nemo non videt.

℣. 35. Gr. καὶ οὐκ ἔξει ἐξουσίαν οὐδεὶς πράσσειν, καὶ παρενοχλεῖν τινα αὐτῶν περὶ παντὸς πράγματος.

℣. 36. Græc. Καὶ περιγεγράφθωσαν τῶν Ἰουδαίων εἰς τὰς δυνάμεις τοῦ βασιλέως εἰς τεσσαράκοντα χιλιάδας ἀνδρῶν, καὶ δοθήσεται αὐτοῖς ξένια ὡς καθήκει πάσαις ταῖς δυνάμεσι τοῦ βασιλέως, καὶ καταχωσθήσεται ἐξ αὐτῶν εἰ τοῖς ὀχυρώμασι τοῦ βασιλέως τοῖς μεγάλοις. Hæc autem ultima abſunt in Mſ. Sang. ſecus in Vulgata.

℣. 37. Græc. καὶ ἐκ τούτων καταχωσθήσεται ἐπὶ χρειῶν τῆς βασιλείας, τῶν ὑσῶν εἰς πίστιν· καὶ οἱ ἐπ' αὐτῶν, καὶ οἱ ἄρχοντες ἔσωσαν ἐξ αὐτῶν, καὶ πορευέσθωσαν τοῖς νόμοις αὐτῶν, καθὰ καὶ, &c. ut ſup.

℣. 38. Græcè : Καὶ τὰς τρεῖς νομὰς, τὰς προστεθέντας τῇ Ἰουδαίᾳ ἀπὸ τῆς χώρας Σαμαρείας, προστεθήτω τῇ Ἰουδαίᾳ πρὸς τὸ λογισθῆναι τοῦ γενέσθαι ὑφ' ἕνα, τοῦ

Digitized by Google

AL. VERSIO VETUS.

Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

regione Samaria, addatur Judæa reputari, ut ſit ſub uno, & non obediat alia poteſtati, niſi ſummo ſacerdoti.

39. *Ptolomaidam, & confinem ejus dedi donum ſanctis, qui ſunt in Jeruſalem, in neceſſario ſumptu ſanctis.*

40. *Et ego do ſingulis annis quindecim millia ſiclorum argenti de theſauris, à locis contingentibus:*

41. *& omne quod abundat, quod non reddiderant qui ſuper negotia erant, ſicut in primis nationibus, ex hoc dabunt in opera domûs.*

42. *Et ſuper hæc quinque millia ſiclos argenti, quanta accipiebant de regionibus ſancti de ratione per ſingulos annos: & hæc, eò quòd ad ſacerdotes pertineant, qui officio funguntur.*

43. *Et quicunque fugerint in templo, quod eſt Jeroſolymis, & in omnibus finibus ejus, debitor regis, & omne negotium, dimittantur, & univerſa, quæ ſunt illis in regno meo.*

44. *Et ad ædificandum, ad renovanda opera ſanctorum, & ſumptus dabitur de ratione regis:*

45. *& ad ſtruendos muros Jeruſalem, & munire in gyro, & ſumptus dabitur de ratione regis, & ad ſtruendos muros in Judæa.*

46. *Ut audivit autem Jonatha, & populus ſermones iſtos, non crediderunt illis, nec receperunt: quia recordati ſunt malitiæ, quam fecerunt in Iſraël, & tribulaverunt eos valde.*

47. *Et placuit eis in Alexandro, quia ipſe fuerat eis princeps ſermonum placatorum, & auxilium ferebant omnibus diebus.*

48. *Et congregavit Alexander rex exercitum magnum, & adplicuit contra Demetrium.*

49. *Et conmiſerunt prælium duo reges, & fugit exercitus Demetrii, & inſecutus eſt eos Alexander, & invaluerunt ſuper eos.*

50. *Et confirmatum eſt prælium magnum, donec occidit ſol: & cecidit Demetrius in illa die.*

51. *Et miſit Alexander ad Ptolomeum regem Ægypti legatos ſecundùm hæc verba, dicens:*

52. *QUONIAM regreſſus ſum in regno meo, & ſedi in ſedem patrum meorum, & obtinui principatum, & contrivi Demetrium, & poſſedi regionem noſtram,*

53. *& ſedimus in ſedem regni ejus:*

54. *& nunc ſtatuamus ad invicem amicitiam: & da mihi filiam tuam in uxorem, & ero gener tuus, & dabo tibi dona, & illi, dignitatem.*

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

ex regione Samariæ, cum Judæa reputentur: ut ſint ſub uno, & non obediant alii poteſtati, niſi ſummi ſacerdotis.

39. Ptolemaida, & confines ejus, quas dedi donum ſanctis, qui ſunt in Jeruſalem, ad neceſſarios ſumptus ſanctorum.

40. Et ego do ſingulis annis quindecim millia ſiclorum argenti de rationibus regis, quæ me contingunt:

41. & omne quod reliquum fuerit, quod non reddiderant qui ſuper negotia erant annis prioribus, ex hoc dabunt in opera domus.

42. Et ſuper hæc quinque millia ſiclorum argenti, quæ accipiebant de ſanctorum ratione per ſingulos annos: & hæc ad ſacerdotes pertineant, qui miniſterio funguntur.

43. Et quicunque confugerint in templum, quod eſt Jeroſolymis, & in omnibus finibus ejus, obnoxii regi in omni negotio dimittantur, & univerſa, quæ ſunt eis in regno meo, libera habeant.

44. Et ad ædificanda vel reſtauranda opera ſanctorum, ſumptus dabuntur de ratione regis:

45. & ad exſtruendos muros Jeruſalem, & communiendos in circuitu, ſumptus dabuntur de ratione regis, & ad conſtruendos muros in Judæa.

46. Ut audivit autem Jonathas, & populus ſermones iſtos, non crediderunt eis, nec receperunt eos: quia recordati ſunt malitiæ magnæ, quam fecerat in Iſraël, & tribulaverat eos valde. *Sup. 7. 12.*

47. Et complacuit eis in Alexandrum, quia ipſe fuerat eis princeps ſermonum pacis, & ipſi auxilium ferebant omnibus diebus.

48. Et congregavit rex Alexander exercitum magnum, & admovit caſtra contra Demetrium.

49. Et commiſerunt prælium duo reges, & fugit exercitus Demetrii, & inſecutus eſt eum Alexander, & incubuit ſuper eos.

50. Et invaluit prælium nimis, donec occidit ſol: & cecidit Demetrius in die illa.

51. Et miſit Alexander ad Ptolemæum regem Ægypti legatos ſecundùm hæc verba, dicens:

52. QUONIAM regreſſus ſum in regnum meum, & ſedi in ſede patrum meorum, & obtinui principatum, & contrivi Demetrium, & poſſedi regionem noſtram,

53. & commiſi pugnam cum eo, & contritus eſt ipſe, & caſtra ejus à nobis, & ſedimus in ſede regni ejus:

54. & nunc ſtatuamus ad invicem amicitiam: & da mihi filiam tuam uxorem, & ego ero gener tuus, & dabo tibi dona, & ipſi, digna te.

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

μὴ ὑπαχθῆναι, &c. ut ſup. Nota νομὸς malè verti *leges* à veteri Interprete; νομος enim, pro diverſa accentûs appoſitione, vel *legem*, vel *regionem* ſignificat; à νέμω, *tribuo, habito, rego.*

℣. 39. Gr. Πτολεμαΐδα, ἢ τὴν προσκυρῶσαν αὐτῇ, δέδωκα δόμα τοῖς ἁγίοις, τοῖς ἐν Ἱερουσαλὴμ, εἰς τὴν προσήκουσαν δαπάνην τοῖς ἁγίοις.

℣. 40. Suffragatur Græcum, præter quàm quòd hab. ἀπὸ τῶν λόγων τῦ βασιλέως, *de rationibus regis*, loco *de theſauris.*

℣. 41. Conſonat Græc. niſi quòd hab. ἔτεσιν, *annis*, pro *nationibus*; ſtatimque, ἀπὸ τῦ νῦν, *ex hoc nunc*, non ſimpliciter *ex hoc*: Interpres legit ſup. ἔθνεσιν, non ἔτεσιν, ſed malè.

℣. 42. Græc. Καὶ ἐπὶ τύτοις πενταχιχιλίους σίκλους ἀργυρίυ, ὡς ἐλάμβανον ἀπὸ τῶν χρειῶν τῦ ἁγίυ ἀπὸ τῦ λόγυ κατ' ἐνιαυτόν· ἢ ταῦτα ἀφίσται διὰ τὸ ἀνήκειν αὐτὰ τοῖς ἱερεῦσι, τοῖς λειτυργῦσι.

℣. 43. Ad verbum è Græco, præter hoc, *debitor regis*, pro quo, ὀφείλοντες βασιλικά, *debentes regalia.* Mſ. S. Theod. *obnoxius regi in omni negotio dimittatur.*

℣. 44. Sic iterum in Græco, poſitâ unâ conjunct. ἢ, poſt *ædificandum.*

℣. 45. Ita rurſum Græcè, præter hoc ult. τὰ τείχη, τὰ ἐν τῇ Ἰυδαίᾳ, *muros, qui in Judæa.*

℣. 46. Græc. addit τῆς μεγάλης, ad *malitia*; dein ſingulariter, ἧς ἐποίησε... ἢ ἐθλιψε· cæt. ad verbum ut ſupra.

℣. 47. Gr. Καὶ εὐδόκησαν ἐν..... ὅτι αὐτὸς ἐγένετο αὐτῶν ἀρχηγὸς λόγων εἰρηνικῶν, ἢ ζυνεμάχυν αὐτῷ, &c.

℣. 48. Sic eſt in Græco. Mſ. S. Theod. legit in fine, *admovit caſtra ad Demetrium*; Græc. παρεπέβαλεν ἐξεναντίας Δημητρίυ.

℣. 49. Græc. extremò hab. ἢ ἐδίωξεν αὐτὸν..... ἢ ἴσχυσεν ἐπ' αὐτύς· cæt. ut ſupra.

℣. 50. Græc. Καὶ ἐτερώσε τὸν πόλεμον σφόδρα, ἕως, &c. ut ſupra.

℣. 51. Sic eſt in Græco, niſi excipias vocem πρέσβεις, loco *legatos.*

℣. 52. Gr. Ἐπεὶ ἀνέστρεψα εἰς γῆν βασιλείας μυ, ἢ ἐκάθισα ἐπὶ θρόνυ, &c. ut ſupra.

℣. 53. Plura hîc antecedunt in Vulgata, quæ pariter leguntur Græcè, ſicut & alia quæ ſubſequuntur ſupra.

℣. 54. Græc. ἢ νῦν σώσωμεν πρὸς ἑαυτὸς φιλίαν, καὶ νῦν δός μοι τὴν..... ἢ ἐπιγαμβρεύσω ζοι, ἢ..... ἢ αὐτῇ ἄξιά

Digitized by Google

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

55. Et reſpondit rex Ptolemæus, dicens : FELIX dies, in qua reverſus es ad terram patrum tuorum, & ſediſti in ſede regni eorum.

56. Et nunc faciam tibi quod ſcripſiſti : ſed occurre mihi Ptolemaidam, ut videamus invicem nos, & ſpondeam tibi ſicut dixiſti.

57. Et exivit Ptolemæus de Ægypto, ipſe, & Cleopatra filia ejus, & venit Ptolemaidam anno centeſimo ſexageſimo ſecundo.

58. Et occurrit ei Alexander rex, & dedit ei Cleopatram filiam ſuam : & fecit nuptias ejus Ptolemaidæ, ſicut reges, in magna gloria.

59. Et ſcripſit rex Alexander Jonathæ, ut veniret obviam ſibi.

60. Et abiit cum gloria Ptolemaidam, & occurrit ibi duobus regibus, & dedit illis argentum multum, & aurum, & dona : & invenit gratiam in conſpectu eorum.

61. Et convenerunt adversùs eum viri peſtilentes ex Iſraël, viri iniqui interpellantes adversùs eum : & non intendit ad eos rex.

62. Et juſſit ſpoliari Jonathan veſtibus ſuis, & indui eum purpura : & ita fecerunt. Et collocavit eum rex ſedere ſecum.

63. Dixitque principibus ſuis : Exite cum eo in medium civitatis, & prædicate, ut nemo adversùs eum interpellet de ullo negotio, nec quiſquam ei moleſtus ſit de ulla ratione.

64. Et factum eſt, ut viderunt qui interpellabant gloriam ejus, quæ prædicabatur, & opertum eum purpura, fugerunt omnes :

65. & magnificavit eum rex, & ſcripſit eum inter primos amicos, & poſuit eum ducem, & participem principatus.

66. Et reverſus eſt Jonathas in Jeruſalem cum pace, & lætitia.

67. In anno centeſimo ſexageſimo quinto venit Demetrius filius Demetrii à Creta in terram patrum ſuorum.

68. Et audivit Alexander rex, & contriſtatus eſt valde, & reverſus eſt Antiochiam.

69. Et conſtituit Demetrius rex Apollonium ducem, qui præerat Cœleſyriæ : & congregavit exercitum magnum, & acceſſit ad Jamniam : & miſit ad Jonathan ſummum ſacerdotem,

70. dicens : Tu ſolus reſiſtis nobis : ego autem factus ſum in deriſum, & in opprobrium, propterea quia tu poteſtatem adversùm nos exerces in montibus.

71. Nunc ergo ſi confidis in virtutibus tuis, deſcende ad nos in campum, & comparemus illic invicem : quia mecum eſt virtus bellorum.

72. Interroga, & diſce quis ſum ego, & cæteri,

AL. VERSIO VETUS.

55. *Et reſpondit Ptolomeus rex, dicens : OPTIMA dies, in qua reverſus es in terra patrum tuorum, & ſediſti in ſedem regni eorum.* Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

56. *Et nunc faciam tibi quæ ſcripſiſti : & occurre mihi Ptolomaide, ut videamus nos invicem, & ſponſabo tibi filiam meam, ſicut dixiſti.*

57. *Et exiit Ptolomeus de Ægypto, & Cleopatra filia ejus, & venit Ptolomaide anno centeſimo ſexageſimo ſecundo.*

58. *Et occurrit ei Alexander : & dedit ei Cleopatram filiam ſuam, & fecit nuptias ejus Ptolomaide, ſicut reges, in magna gloria.*

59. *Et ſcripſit Alexander rex Jonathæ, ut veniret obviam ſibi.*

60. *Et abiit cum gloria Ptolomaide, & occurrit duobus regibus, & dedit illis argentum & aurum, & amicis eorum dona multa : & invenit * gratiam in conſpectu eorum.* * Mſ. virtute gratia.

61. *Et coierunt adversùs eum viri peſtilentia, & ex Iſraël viri iniqui adire adversùs eum : & non intendit in eos rex.*

62. *Et exſpoliaverunt Jonatham veſtimenta ejus, & induerunt eum purpuram. Et fecit eum rex ſedere ſecum.*

63. *Et dixit principibus : Exite cum eo in medio civitatis, & prædicate, ut nemo adversùs eum de ullo audiat negotio, nec quiſquam ei moleſtus ſit de ulla ratione.*

64. *Et audierunt, & viderunt gloriam ejus, ſicut prædicavit, & opertum eum purpuram : fugerunt omnes :*

65. *& magnificavit eum rex, & ſcripſit eum inter primos amicos, & adpoſuit eum ducem, & participem principatus.*

66. *Et reverſus eſt Jonatha in Jeruſalem cum pace, & lætitia.*

67. *In anno centeſimo ſexageſimo quinto venit Demetrius filius Demetrii à Creta in terra patrum ſuorum.*

68. *Et audiit Alexander rex, & contriſtatus eſt valde, & regreſſus eſt Antiochiam.*

69. *Et conſtituit Demetrius Apollonium, qui erat ſuper Cœlen Syriæ : & congregavit exercitum magnum, & acceſſit ad Januam : & miſit ad Jonatham ſummum ſacerdotem,*

70. *dicens : Tu ſolus reſiſtis nobis : ego autem factus ſum in deriſum, & in opprobrium propter te, & quare tu poteſtatem exerces adversùm nos in montibus ?*

71. *Nunc ergo ſi confidis in virtutibus tuis, deſcende ad nos in campum, & comparemur illic in invicem : quia mecum eſt virtus civitatum.*

72. *Interroga, & diſce qui ſim, & cæteri, qui*

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

τὸ. Mſ. S. Theod. & *ipſi*, *dignitatem.*

℣. 55. Similiter in Græco, ubi ἀγαθὴ, loco *optima.*

℣. 56. Græc. Καὶ νῦν ποιήσω..... ἀλλ' ἀπάντησον εἰς Πτολεμαΐδα..... ἵνα ἐπιγαμβρεύσω σοι καθὼς, &c. Mſ. etiam S. Theod. hab. *ſed occurre Ptolemaide.*

℣. 57. Græcè additur αὐτὸς, *ipſe*, poſt *Ægypto ;* paulòque poſt habetur, ἦλθον εἰς Πτολεμαΐδα, & *venerunt in Ptolemaidam ;* cæt. ut ſup. ſed in Mſ. Alex. ἦλθε.

℣. 58. Sic iterum Græcè, niſi quòd habetur Ἀλέξανδρος ὁ βασιλεύς, ut in Vulg.

℣. 59. Conſonat Græcum ad verbum.

℣. 60. Similiter in Græco, poſito uno ἦν, ante *dona ;* ſtatimque, ἦν εὗρε χάριν, &c.

℣. 61. Græc. Καὶ ἐπισυνήχθησαν πρὸς αὐτὸν ἄνδρες λοιμοὶ ἐξ Ἰσραὴλ, ἄνδρες παράνομοι συλλυεῖν κατ' αὐτῦ, &c. ut ſupra.

℣. 62. Græc. Καὶ προσέταξεν ὁ βασιλεὺς, καὶ ἐξέδυσαν Ἰωνάθαν τὰ ἱμάτια αὐτῦ, καὶ ἐνέδυσαν αὐτὸν πορφύραν· καὶ ἐποίησαν ὕτως. Καὶ ἐκάθισεν αὐτὸν ὁ βασιλεὺς μετ' αὐτῦ.

℣. 63. Græc. Καὶ εἶπε τοῖς ἄρχουσιν αὐτῦ..... καὶ κηρύξαι τῦ μηδένα ἐνλυγχάνειν κατ' αὐτῦ περὶ μηδενὸς πράγματος, &c. ut ſupra.

℣. 64. Gr. Καὶ ἐγένετο, ὡς εἶδον οἱ ἐνλυγχάνοντες τὴν δόξαν αὐτῦ, καθὼς ἐκήρυξαν, καὶ περιβεβλημένον αὐτὸν πορφύραν, ἔφυγον πάντες. Mſ. Alex. hab. καθὼς ἐκήρυξε, cum Mſ. Sangerm.

℣. 65. Græc. καὶ ἐδόξασεν αὐτὸν ὁ, &c. ut ſupra.

℣. 66. Ad verbum è Græco.

℣. 67. Καὶ ἐν ἔτει πέμπτῳ καὶ ἑξηκοστῷ καὶ ἑκατοστῷ, &c.

℣. 68. Similiter in Græco.

℣. 69. Mſ. S. Theod. *Et conſtituit Demetrius Apollonium, qui praerat*, &c. ut in Vulgata. Græc. Καὶ καθίσησε Δημήτριος Ἀπολλώνιον, τὸν ὄντα ἐπὶ κοίλης Συρίας· καὶ..... καὶ παρεκάλεσεν ἐν Ἰαμνείᾳ· καὶ, &c. ut ſupra.

℣. 70. Græc. λέγων· Σὺ μονώτατος ἐπαίρῃ ἐφ' ἡμᾶς· &c. ut ſupra.

℣. 71. Græcè pariter..... καὶ συγκεκθῶμεν ἑαυτοῖς ἐκεῖ· ὅτι μετ' ἐμῦ ἐστι δύναμις τῶν πόλεων.

℣. 72. Mſ. S. Theod. *Interroga ergo*, & *diſce*, &c. ut in Vulg. Gr. Ἐρώτησον, καὶ μάθε τίς εἰμι, καὶ οἱ λοιποὶ οἱ βοηθοῦντες

Digitized by Google

AL. VERSIO VETUS.

Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

* Mſ. vitiosè *vobis.*

** Item vitiosè *nobis citatio.*

*adjutorio ſunt * nobis, & dicunt: Non eſt ** vobis ſtatio pedis ante faciem noſtram, quia bis in fugam converſi ſunt patres tui in terram ſuam:*

73. *& nunc quomodo potes ſufferre equitatum, & exercitum tantum, & campum, ubi non eſt lapis, neque locus fugiendi?*

74. *Ut audivit autem Jonatha ſermones Apollonii, motus eſt mente: & elegit decem millia viros, & exiit ab Jeruſalem, & occurrit ei Simon frater ejus in adjutorium:*

75. *& adplicuerunt ad Joppem: & cluſerunt eam qui erant de civitate, quia cuſtodia Apollonii in Joppen erat: & expugnabat eam Jonatha.*

76. *Et timuerunt, & abierunt de civitate, & obtinuit Jonatha Joppen.*

77. *Et audivit Apollonius, & amovit tria millia equitum, & exercitum multum.*

78. *Et abiit Azotum tanquam iter faciens: & ut acceſſit in campum, eò quòd haberet multitudinem equitum, & confideret in eis, & conſecutus eſt poſt eum in Azotum, & commiſerunt in caſtra prælium.*

79. *Et reliquit Apollonius mille equites occultè poſt eos.*

80. *Et cognovit Jonatha quoniam ſunt inſidiæ poſitæ, & circuierunt caſtra ejus, & jacta verunt inſidias in populum à manè uſque ad veſperum.*

81. *Populus autem ſtabat, ſicut præceperat Jonatha: & laboraverunt equi eorum.*

82. *Et ejecit Simon exercitum ſuum: & commiſit contra legionem: equi enim fatigati erant: & contriti ſunt ab eo, & fugerunt.*

83. *Et equi diſperſi ſunt in campum: & fugerunt ad Azotum, & intraverunt in Beddagon idolium ſuum, ut ſe liberarent.*

84. *Et ſuccendit Jonatha Azotum, & civitates, quæ erant in circuitu ejus, & acceperunt ſpolia eorum: templum autem Dagon, & eos, qui confugerant ibi, ſuccendit igni.*

85. *Et fuerunt qui ceciderunt, cum his qui ſuccenſi ſunt, ferè octo millia viri.*

86. *Et elevavit inde Jonatha, & adplicuit ad Aſcalona: & exierunt de civitate in obviam illi in magna gloria.*

87. *Et converſus eſt Jonathas in Jeruſalem cum ſuis, habentes ſpolia multa.*

88. *Et ut audivit Alexander rex ſermones iſtos, addidit adhuc ad gloriam Jonatha.*

89. *Et miſit ei fibulam auream, ſicut eſt conſuetudo dari cognatis regum. Et dedit ei Accaron, & omnes fines ejus in ſortis portionem.*

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

qui auxilio ſunt mihi, qui & dicunt quia non poteſt ſtare pes veſter ante faciem noſtram, quia bis in fugam converſi ſunt patres tui in terra ſua:

73. & nunc quomodo poteris ſuſtinere equitatum & exercitum tantum in campo, ubi non eſt lapis, neque ſaxum, neque locus fugiendi?

74. Ut audivit autem Jonathas ſermones Apollonii, motus eſt animo: & elegit decem millia virorum, & exiit ab Jeruſalem, & occurrit ei Simon frater ejus in adjutorium:

75. & applicuerunt caſtra in Joppen, & excluſit eum à civitate (quia cuſtodia Apollonii Joppe erat) & oppugnavit eam.

76. Et exterriti qui erant in civitate, aperuerunt ei, & obtinuit Jonathas Joppen.

77. Et audivit Apollonius, & admovit tria millia equitum, & exercitum multum.

78. Et abiit Azotum tanquam iter faciens, & ſtatim exiit in campum, eò quòd haberet multitudinem equitum, & confideret in eis. Et inſecutus eſt eum Jonathas in Azotum, & commiſerunt prælium.

79. Et reliquit Apollonius in caſtris mille equites poſt eos occultè.

80. Et cognovit Jonathas quoniam inſidiæ ſunt poſt ſe, & circuierunt caſtra ejus, & jecerunt jacula in populum à manè uſque ad veſperam.

81. Populus autem ſtabat, ſicut præceperat Jonathas: & laboraverunt equi eorum.

82. Et ejecit Simon exercitum ſuum, & commiſit contra legionem: equites enim fatigati erant: & contriti ſunt ab eo, & fugerunt.

83. Et qui diſperſi ſunt per campum, fugerunt in Azotum, & intraverunt in Bethdagon idolum ſuum, ut ibi ſe liberarent.

84. Et ſuccendit Jonathas Azotum, & civitates, quæ erant in circuitu ejus, & accepit ſpolia eorum, & templum Dagon: & omnes, qui fugerunt in illud, ſuccendit igni.

85. Et fuerunt qui ceciderunt gladio, cum his qui ſuccenſi ſunt, ferè octo millia virorum.

86. Et movit inde Jonathas caſtra, & applicuit ea Aſcalonem: & exierunt de civitate obviam illi in magna gloria.

87. Et reverſus eſt Jonathas in Jeruſalem cum ſuis, habentibus ſpolia multa.

88. Et factum eſt: ut audivit Alexander rex ſermones iſtos, addidit adhuc glorificare Jonathan.

89. Et miſit ei fibulam auream, ſicut conſuetudo eſt dari cognatis regum. Et dedit ei Accaron, & omnes fines ejus in poſſeſſionem.

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

ὑμῖν, ἢ λέγουσι· Οὐκ ἔστιν ὑμῖν στάσις ποδὸς κατὰ... ἐν τῇ γῇ αὐτῶν.

℣. 73. Mſ. S. Theod. *& nunc quomodo poteris ſuſtinere equitatum exercitum tantum*, &c. ut in Vulgata. Græc. ἢ νῦν ἡ δυνήσῃ ὑποσῆναι τὸν ἵππον, ἢ δύναμιν τοιαύτην ἐν τῷ πεδίῳ, ὅπου οὐκ ἔστι λίθος, οὐδὲ κόχλαξ, οὐδὲ τόπος τοῦ φυγεῖν.

℣. 74. Totidem verba in Græco, ſubnexo uno αὐτῦ, *ejus*, poſt ult. *in adjutorium.* Mſ. S. Theod. hab. *concurrit*, non *occurrit*; Gr. verò Συνήντησε.

℣. 75. Græc. ἢ παρενέβαλεν ἐπὶ Ἰόππην· ἢ ἀπέκλεισαν αὐτὸν ἐκ τῆς πόλεως, ὅτι φρουρὰ Ἀπολλωνίου ἐν Ἰόππῃ· ἢ ἐπολέμησαν αὐτήν. In Mſ. Alex. αὐτὸν οἱ ἐκ τῆς πόλεως.

℣. 76. Græc. Καὶ φοβηθέντες ἤνοιξαν οἱ ἐκ τῆς πόλεως, ἢ ἐκυρίευσεν Ἰωνάθαν Ἰόππης.

℣. 77. Conſonat Græcum, ubi παρενέβαλε, pro *amovit.*

℣. 78. Græc. Καὶ ἐπορεύθη εἰς Ἄζωτον ὡς ὁδοιδεύων· ἢ ἅμα προῆγεν εἰς τὸ πεδίον, διὰ τὸ..... Καὶ καταδιῶξεν Ἰωνάθαν ὀπίσω αὐτῦ εἰς..... ἢ συνῆψαν αἱ παρεμβολαὶ εἰς πόλεμον.

℣. 79. Itidem Græcè.

℣. 80. Græc. Καὶ ἔγνω Ἰωνάθαν ὅτι ἔστιν ἐνέδρα καθ' ὑπῶν ἐν τῇ πλατείᾳ αὐτῦ..... ἢ ἐκύκλωσαν τὰς πόλεις εἰς τὸν, &c. ut ſup.

℣. 81. Concinit Græc. ad verbum.

℣. 82. Græc. Καὶ ἔβαλεν Σίμων τὴν δύναμιν αὐτῦ, ἢ..... ἡ γὰρ ἵππος ἐξελύθη, &c. ut ſuprà.

℣. 83. Græcè ſimiliter: Καὶ ἡ ἵππος ἐσκορπίσθη ἐν τῷ πεδίῳ· ἢ..... ἢ εἰσῆλθον εἰς Βηθδαγὼν τὸ εἰδωλεῖον αὐτῶν, τῦ σωθῆναι.

℣. 84. Eadem ſunt in Græco, excepto verbo ſingul. ἔλαβε, *accepit*, pro *acceperunt*; paulòque poſt, ἢ τὸ ἱερὸν Δαγὼν, & *templum Dagon.*

℣. 85. Conſonat Græcum, addita voce μαχαίρᾳ, *gladio*, ad *ceciderunt.*

℣. 86. Gr. Καὶ ἀπῆρεν ἐκεῖθεν Ἰωνάθαν, ἢ παρενέβαλεν ἐπὶ..... ἢ ἐξῆλθον οἱ ἐκ τῆς πόλεως, &c. ut ſuprà.

℣. 87. Græc. Καὶ ἐπέστρεψεν..... Σὺν τοῖς παρ' αὐτῦ, ἔχοντες, &c.

℣. 88. Græc. Καὶ ἐγένετο· ὡς ἤκουσεν..... ἢ περιέθετο δοξάσαι τὸν Ἰωνάθαν.

℣. 89. Itidem Græcè, cum hoc ult. εἰς κληρονομίαν.

Digitized by Google

CAPUT XI.

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

1. ET rex Ægypti congregavit exercitum, ſicut arena quæ eſt circa oram maris, & naves multas: & quærebat obtinere regnum Alexandri dolo, & addere illud regno ſuo.

2. Et exiit in Syriam verbis pacificis, & aperiebant ei civitates, & occurrebant ei: quia mandaverat Alexander rex exire ei obviam, eò quòd ſocer ſuus eſſet.

3. Cùm autem introiret civitatem Ptolemæus, ponebat cuſtodias militum in ſingulis civitatibus.

4. Et ut appropiavit Azoto, oſtenderunt ei templum Dagon ſuccenſum igni, & Azotum, & cætera ejus demolita, & corpora projecta, & eorum qui cæſi erant in bello tumulos, quos fecerant ſecus viam.

5. Et narraverunt regi quia hæc fecit Jonathas, ut invidiam facerent ei: & tacuit rex.

6. Et occurrit Jonathas regi in Joppen cum gloria, & invicem ſe ſalutaverunt, & dormierunt illic.

7. Et abiit Jonathas cum rege uſque ad fluvium, qui vocatur Eleutherus: & reverſus eſt in Jeruſalem.

8. Rex autem Ptolemæus obtinuit dominium civitatum uſque Seleuciam maritimam, & cogitabat in Alexandrum conſilia mala.

9. Et miſit legatos ad Demetrium, dicens: VENI, componamus inter nos pactum, & dabo tibi filiam meam, quam habet Alexander, & regnabis in regno patris tui:

10. pœnitet enim me quòd dederim illi filiam meam: quæſivit enim me occidere.

11. Et vituperavit eum, propterea quòd concupierat regnum ejus.

12. Et abſtulit filiam ſuam, & dedit eam Demetrio, & alienavit ſe ab Alexandro, & manifeſtatæ ſunt inimicitiæ ejus.

13. Et intravit Ptolemæus Antiochiam, & impoſuit duo diademata capiti ſuo, Ægypti, & Aſiæ.

14. Alexander autem rex erat in Cilicia illis temporibus: quia rebellabant qui erant in locis illis.

15. Et audivit Alexander, & venit ad eum in bellum: & produxit Ptolemæus rex exercitum, & occurrit ei in manu valida, & fugavit eum.

16. Et fugit Alexander in Arabiam, ut ibi protegeretur: Rex autem Ptolemæus exaltatus eſt.

17. Et abſtulit Zabdiel Arabs caput Alexandri; & miſit Ptolemæo.

AL. VERSIO VETUS.

1. *ET rex Ægypti congregavit exercitum, ſicut arena quæ eſt circa littus maris: & quærebat obtinere regnum Alexandri dolo, & addere illud regno ſuo.* Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

2. *Et venit in Syriam verbis pacatis, & aperiebant ei civitates, & occurrebant ei: quia mandaverat Alexander rex ire ei obviam, eò quòd ſocer ſuus eſſet.*

3. *Cùm introiſſet autem civitatem Ptolomeus, cuſtodiebat cuſtodes in ſingulis civitatibus.*

4. *Et ut adpropinquaverunt Azoto, oſtenderunt ei templum Dagon ſuccenſum, & Azotum, & cætera ejus demolita, & corpora projecta, ſuccenſa, & acervos eorum qui in bello occiſi erant.*

5. *Et narraverunt regi quæ fecit Jonathas, ut vituperarent eum: & tacuit rex.*

6. *Et occurrit Jonathas regi in Joppen cum gloria, & invicem ſalutaverunt, & dormierunt illic.*

7. *Et abiit Jonathas cum rege uſque ad flumen, quod Liberum vocatur: & reverſus eſt in Jeruſalem.*

8. *Rex autem obtinuit dominium civitatum maritimarum uſque ad Seleuciam, & cogitabat de Alexandro conſilia.*

9. *Et miſit legatos ad Demetrium, dicens: VENI, faciamus inter nos pactum, & dabo tibi filiam meam, quam habet Alexander, & regnabis in regno patris tui:*

10. *pœnitet enim me quòd dedi illi filiam meam: nam quæſivit me occidere,*

11. *& regnum meum obtinere.*

12. *Et abſtulit filiam ſuam Cleopatram, & dedit eam Demetrio, & alienavit ſe ab Alexandro, & apparuit inimicitia ejus.*

13. *Et intravit Ptolomeus Antiochiam, & impoſuit duo diademata capiti ſuo, Ægypti, & Aſiæ.*

14. *Alexander autem rex erat in Cilicia illis temporibus: quare fugiebant qui erant de locis illius.*

15. *Et audivit Alexander, & venit ad eum in bello: & produxit Ptolomeus, & occurrit illi in manu valida, & fugavit eum.*

16. *Fugit Alexander in Arabia, ut ibi tutaretur: Rex autem Ptolomeus exaltatus eſt.*

17. *Et abſtulit Zabdiel Arabs caput Alexandri; & miſit * ad Ptolomeum.* * In Mſ. deeſt *ad*.

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 1. Græc. Καὶ ὁ βασιλεὺς Αἰγύπτου ἤθροισε δυνάμεις πολλὰς, ὡς τὴν ἄμμον τὴν περὶ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης, καὶ πλοῖα πολλά· καὶ ἐζήτησε, &c. ut ſupra.

℣. 2. Græc. Καὶ ἐξῆλθεν εἰς Συρίαν..... καὶ ἤνοιγον αὐτῷ οἱ ἀπὸ τῶν πόλεων, καὶ... ὅτι ἐντολὴν ἦν Ἀλεξάνδρῳ τῷ βασιλεῖ, &c. ut ſupra.

℣. 3. Græc. Ὡς δὲ εἰσεπορεύετο εἰς τὰς πόλεις ὁ Πτολεμαῖος, ἀπέταξε τὰς δυνάμεις φρουρὰν ἐν ἑκάστῃ πόλει.

℣. 4. Gr. ipſo initio habet, Ὡς δὲ ἤγγισεν, *Ut autem appropiavit*; ſubinde, τὰ περίπολα, *ſuburbana*, loco *cætera*; paulòque poſt, pro *ſuccenſa*, & *acervos*, &c. ſic, καὶ τοὺς ἐμπυρισμένους, οὓς ἐνεπύρισεν ἐν τῷ πολέμῳ· ἐποίησαν γὰρ θημωνίας αὐτῶν ἐν τῇ ὁδῷ αὐτῶν· i. e. & *combuſtos*, *quos combuſſerat in bello: fecerant enim tumulos eorum in via ejus.*

℣℣. 5. 6. 7. Totidem leguntur Græcè, & verbum pro verbo.

℣. 8. Græc. Ὁ δὲ βασιλεὺς Πτολεμαῖος ἐκυρίευσε τῶν πόλεων τῆς παραλίας ἕως Σελευκείας τῆς παραθαλασσίας, καὶ διελογίζετο περὶ Ἀλεξάνδρου λογισμοὺς πονηρούς.

℣. 9. Græc. Καὶ ἀπέστειλε πρέσβεις πρὸς Δημήτριον τὸν βασιλέα, λέγων· Δεῦρο συνθώμεθα πρὸς ἑαυτοὺς διαθήκην, &c. ut ſupra.

℣. 10. Græc. μεταμεμέλημαι γὰρ ὅτι αὐτῷ τὴν, &c.

℣. 11. Græc. cum Vulg. Καὶ ἐψόγησεν αὐτὸν χάριν τοῦ ἐπιθυμῆσαι αὐτὸν τῆς βασιλείας αὐτοῦ.

℣. 12. Græc. Καὶ ἀφειλόμενος αὐτοῦ τὴν θυγατέρα, ἔδωκεν αὐτὴν τῷ Δημητρίῳ, καὶ ἠλλοιώθη τῷ..... ἡ ἔφανη ἡ ἔχθρα αὐτῶν. Mſ. S. Theod. extremò legit, & *manifeſta falta ſunt inimicitia ejus*, non *eorum*, ut in Græco ſupra.

℣. 13. Sic eſt in Græco.

℣. 14. Similiter in Græco, præter ult. ὅτι ἀπέστησαν οἱ ἀπὸ τῶν τόπων ἐκείνων, loco *quare fugiebant*, &c.

℣. 15. Eadem fert Græcum, præter vocem τὴν δύναμιν, *exercitum*, quam àddit poſt *Ptolemæus*.

℣. 16. Græc. Καὶ ἔφυγεν Ἀλέξανδρος εἰς τὴν..... τοῦ σκεπασθῆναι αὐτὸν ἐκεῖ, &c. ut ſupra.

℣. 17. Concinit Græcum, niſi quòd extremò hab. τῷ

Digitized by Google

AL. VERSIO VETUS.

Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

18. *Et rex Ptolomeus mortuus eſt in die tertia, & qui erant in munitionibus ejus.*

19. *Et regnavit Demetrius anno centeſimo ſeptuageſimo ſeptimo.*

20. *In diebus illis congregavit Jonathas eos qui erant in Judæa, ut expugnarent arcem, quæ in Jeruſalem : & fecerunt machinas multas.*

21. *Et abierunt quidam qui oderant gentem ſuam viri iniqui ad regem, & renuntiaverunt ei quòd Jonathas obſidet arcem.*

22. *Et ut audivit, iratus eſt : ſtatimque junxit, & venit Ptolomaide, & ſcripſit Jonathæ ne obſideret, & ut occurreret ſibi ad conloquium Ptolomaide feſtinanter.*

23. *Ut audivit autem Jonathas, juſſit obſideri : & elegit de ſenioribus Iſraël, de ſacerdotibus, & dedit ſe periculo.*

24. *Et accepit argentum, & aurum, & veſtem, & alia exenia multa, & abiit ad regem Ptolomaide, & invenit gratiam in conſpectu ejus.*

25. *Et adibant adversùs eum quidam iniqui ex gente.*

26. *Et fecit ei rex, ſicut fecerat ei qui ante ipſum : & exaltavit eum in conſpectu omnium inimicorum ejus,*

27. *& ſtatuit ei principatum ſacerdotii, & quæcunque alia habuit priùs pretioſa ; fecit eum principem amicorum.*

28. *Et poſtulavit Jonatha à rege, ut immunem faceret Judæam, & tria loca principalia, & Samaritim : & promiſit ei talenta trecenta.*

29. *Et conſenſit rex : & ſcripſit Jonathæ epiſtolas de his omnibus, in hunc modum :*

30. *REX Demetrius Jonathæ fratri ſalutem, & genti Judæorum.*

31. *Exemplum epiſtolæ, quam ſcripſimus Lartheni cognato noſtro de vobis, ut ſciatis :*

32. *Rex Demetrius Lartheni fratri ſalutem.*

33. *Genti Judæorum, amicis noſtris, & conſervantibus quæ ad nos ſunt jura, judicavimus benefacere, propter benignitatem eorum, quam in nos habent.*

34. *Statuimus illis fines Judææ, & tres leges, Oblationem, & Lydda, & Rathanni (additæ ſunt Judææ à Samaria) & omnia confinia ejus omnibus ſacrificantibus in Jeroſolymis, loco regalium, quæ ab eis rex priùs accipiebat per ſingulos annos ex fructibus terræ & pomorum.*

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

18. Et rex Ptolemæus mortuus eſt in die tertia : & qui erant in munitionibus, perierunt ab his qui erant intra caſtra.

19. Et regnavit Demetrius anno centeſimo ſexageſimo ſeptimo.

20. In diebus illis congregavit Jonathas eos qui erant in Judæa, ut expugnarent arcem, quæ eſt in Jeruſalem : & fecerunt contra eam machinas multas.

21. Et abierunt quidam qui oderant gentem ſuam viri iniqui ad regem Demetrium, & renuntiaverunt ei quòd Jonathas obſideret arcem.

22. Et ut audivit, iratus eſt : & ſtatim venit ad Ptolemaidam, & ſcripſit Jonathæ ne obſideret arcem, ſed occurreret ſibi ad colloquium feſtinatò.

23. Ut audivit autem Jonathas, juſſit obſidere : & elegit de ſenioribus Iſraël, & de ſacerdotibus, & dedit ſe periculo.

24. Et accepit aurum, & argentum, & veſtem, & alia xenia multa, & abiit ad regem Ptolemaidam, & invenit gratiam in conſpectu ejus.

25. Et interpellabant adversùs eum quidam iniqui ex gente ſua.

26. Et fecit ei rex, ſicut fecerant ei qui ante eum fuerant : & exaltavit eum in conſpectu omnium amicorum ſuorum,

27. & ſtatuit ei principatum ſacerdotii, & quæcunque alia habuit priùs pretioſa, & fecit eum principem amicorum.

28. Et poſtulavit Jonathas à rege, ut immunem faceret Judæam, & tres toparchias, & Samariam, & confines ejus : & promiſit ei talenta trecenta.

29. Et conſenſit rex : & ſcripſit Jonathæ epiſtolas de his omnibus, hunc modum continentes :

30. REX Demetrius fratri Jonathæ ſalutem, & genti Judæorum.

31. Exemplum epiſtolæ, quam ſcripſimus Laſtheni parenti noſtro de vobis, miſimus ad vos ut ſciretis :

32. Rex Demetrius Laſtheni parenti ſalutem.

33. Genti Judæorum, amicis noſtris, & conſervantibus quæ juſta ſunt apud nos, decrevimus benefacere, propter benignitatem ipſorum, quam erga nos habent.

34. Statuimus ergo illis omnes fines Judææ, & tres civitates, Lydan, & Ramathan, quæ additæ ſunt Judææ ex Samaria, & omnes confines earum ſequeſtrari omnibus ſacrificantibus in Jeroſolymis, pro his quæ ab eis priùs accipiebat rex per ſingulos annos, & pro fructibus terræ & pomorum.

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

Πτολεμαίῳ.

℣. 18. Græc. loco *& qui erant in munitionibus ejus*, habet, καὶ οἱ ὄντες ἐν τοῖς ὀχυρώμασιν (Mſ. Alex. add. αὐτοῦ) ἀπώλοντο ὑπὸ τῶν ἐν τοῖς ὀχυρώμασι· i. e. *& qui erant in munitionibus (ejus) perierunt ab iis qui in munitionibus.*

℣. 19. Græc. Καὶ ἐβασίλευσε Δημήτριος ἔτους ἑβδόμου καὶ ἑξηκοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ.

℣. 20. Græc. Ἐν ταῖς..... Συνήγαγεν Ἰωνάθαν τοὺς ἐκ τῆς Ἰουδαίας, τοῦ..... καὶ ἐποίησεν ἐπ' αὐτὸν μηχανὰς πολλάς.

℣. 21. Similiter in Græco.

℣. 22. Græc. Καὶ ἀκούσας ὠργίσθη· ὡς δὲ ἤκουσεν, εὐθέως ἀναζεύξας ἦλθεν εἰς Πτολεμαΐδα, καὶ ἔγραψεν Ἰωνάθαν τοῦ μὴ περικαθῆσθαι τὴν ἄκρα, καὶ τοῦ ἀπαντῆσαι αὐτὸν αὐτῷ Συμμίσγειν εἰς Πτολεμαΐδα τὴν ταχίστην.

℣. 23. Itidem Græcè, additâ unâ conjunct. καὶ, poſt *Iſrael*. Mſ. S. Theod. pariter hab. *juſſit obſideri*, non *obſidere* cum Vulg. Gr. περικαθῆσθαι.

℣. 24. Græc. Καὶ λαβὼν ἀργύριον..... καὶ ἕτερα ξένια πολλὰ, ἐπορεύθη, &c. ut ſup.

℣. 25. Græc. Καὶ ἀντέλεγόν τινες κατ' αὐτοῦ τινες ἄνομοι τοῦ ἔθνους.

℣. 26. Græc. Καὶ ἐποίησεν αὐτῷ..... καθὼς ἐποίησαν αὐτῷ οἱ..... καὶ ὕψωσεν αὐτὸν ἑαυτίον..... τῶν φίλων αὐτοῦ.

℣. 27. Gr. καὶ ἔδωκεν αὐτῷ τὴν ἀρχιερωσύνην... καὶ ἐποίησεν αὐτὸν τῶν πρώτων φίλων ἡγεῖσθαι.

℣. 28. Græc. Καὶ ἠξίωσεν Ἰωνάθαν τὸν βασιλέα ποιῆσαι τὴν Ἰουδαίαν ἀφορολόγητον, καὶ τὰς τρεῖς τοπαρχίας, καὶ τὴν Σαμαρεῖτιν· καὶ ἐπηγγείλατο, &c.

℣. 29. Similiter in Græco, præter hoc ult. ἐχούσας τὸν τρόπον τοῦτον, pro *in hunc modum*, quod idem ſonat.

℣. 30. Ad verbum è Græco.

℣. 31. Græc. Τὸ ἀντίγραφον τῆς..... ἧς ἐγράψαμεν Λαθενεῖ τῷ Συγγενεῖ ἡμῶν περὶ ὑμῶν, γεγράφαμεν καὶ πρὸς ὑμᾶς, ὅπως εἰδῆτε.

℣. 32. Græc..... Λαθένει τῷ πατρὶ χαίρειν.

℣. 33. Græc. Τῷ ἔθνει..... καὶ Συνηρῆσαι τὰ πρὸς ἡμᾶς δίκαια ἐκρίναμεν..... χάριν τῆς ἐξ αὐτῶν εὐνοίας πρὸς ἡμᾶς.

℣. 34. Græc. Ἐξάκαμεν δὲ αὐτοῖς τάδε ὅρια τῆς..... καὶ τοὺς τρεῖς νομοὺς, Ἀφαίρεμα, καὶ Λύδδαν, καὶ Ῥαμαθεμ, αἵτινες προσεληθοῦσαν τῇ..... ἀπὸ τῆς Σαμαρείτιδος, καὶ πάντα τὰ συγκυροῦντα αὐτοῖς πᾶσι τοῖς θυσιάζουσιν..... ἀντὶ τῶν βασιλικῶν, ὧν..... τῆς γῆς, καὶ ἀπὸ τῶν ἀκροδρύων.

Digitized by Google

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

35. Et alia quæ ad nos pertinebant decimarum. & tributorum, ex hoc tempore remittimus eis: & areas ſalinarum, & coronas quæ nobis deferebantur,

36. omnia ipſis concedimus: & nihil horum irritum erit ex hoc, & in omne tempus.

37. Nunc ergo curate facere horum exemplum, & detur Jonathæ, & ponatur in monte ſancto, in loco celebri.

38. Et videns Demetrius rex quòd ſiluit terra in conſpectu ſuo, & nihil ei reſiſtit, dimiſit totum exercitum ſuum, unumquemque in locum ſuum, excepto peregrino exercitu, quem contraxit ab inſulis gentium: & inimici erant ei omnes exercitus patrum ejus.

39. Tryphon autem erat quidam partium Alexandri priùs: & vidit quoniam omnis exercitus murmurabat contra Demetrium, & ivit ad Emalchuel Arabem, qui nutriebat Antiochum filium Alexandri:

40. & aſſidebat ei, ut traderet eum ipſi, ut regnaret loco patris ſui: & enunciavit ei quanta fecit Demetrius, & inimicitias exercituum ejus adversùs illum. Et manſit ibi diebus multis.

41. Et miſit Jonathas ad Demetrium regem, ut ejiceret eos, qui in arce erant in Jeruſalem, & qui in præſidiis erant: quia impugnabant Iſraël.

42. Et miſit Demetrius ad Jonathan, dicens: Non hæc tantùm faciam tibi, & genti tuæ, ſed gloriâ illuſtrabo te, & gentem tuam, cùm fuerit opportunum.

43. Nunc ergo rectè feceris, ſi miſeris in auxilium mihi viros: quia diſceſſit omnis exercitus meus.

44. Et miſit ei Jonathas tria millia virorum fortium Antiochiam: & venerunt ad regem, & delectatus eſt rex in adventu eorum.

45. Et convenerunt qui erant de civitate, centum viginti millia virorum, & volebant interficere regem.

46. Et fugit rex in aulam: & occupaverunt qui erant de civitate, itinera civitatis, & cœperunt pugnare.

47. Et vocavit rex Judæos in auxilium, & convenerunt omnes ſimul ad eum, & diſperſi ſunt omnes per civitatem:

48. & occiderunt in illa die centum millia hominum, & ſuccenderunt civitatem, & ceperunt ſpolia multa in die illa, & liberaverunt regem.

49. Et viderunt qui erant de civitate, quòd ob-

AL. VERSIO VETUS.

35. *Et alia quæ ad nos pertinebant ex hoc tempore decimarum & tributorum, quæ ad nos pertinent,* Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

36. *remittimus eis: & nihil horum inritum erit ex hoc, & in omne tempus.*

37. *Nunc ergo curate facere horum exemplum, & detur Jonatha, ut ponatur in monte ſancto, in loco celebri.*

38. *Et vidit Demetrius rex quòd ſiluit terra in conſpectu ſuo, & nemo ei reſiſtet: dimiſit totum exercitum ſuum, unumquemque in locum ſuum, excepto peregrino exercitu, quem adduxit ab inſulis gentium: & inimici erant omnis exercitus patrum ejus.*

39. *Tryphon autem erat, qui pridem partium Alexandri fuerat: & vidit quoniam omnis exercitus murmurat contra Demetrium, abiit ad Malchum Arabem, qui nutrierat Antiochum filium Alexandri:*

40. *& adſedebat eum, ut traderet illum ipſi, & regnaret loco patris ſui: & renuntiavit ei quanta conſtituit Demetrius, & * inimicitias exercitus ejus adversùs illum. Et manſit illic diebus multis.* * Mſ. vide: inimicitia.

41. *Et miſit Jonathas ad Demetrium regem, ut ejiceret qui in arce erant in Jeruſalem, & qui in præſidiis erant, expugnantes Iſraël.*

42. *Et miſit Demetrius ad Jonathan, dicens: Non hæc tantùm faciam tibi, & genti tuæ, ſed gloriâ inluſtrabo te, & gentem tuam, cùm fuerit opportunum.*

43. *Nunc ergo rectè facies, ſi miſeris mihi in auxilium: quia diſceſſit omnis exercitus meus.*

44. *Et miſit Jonatha tria millia viros fortes Antiochiam: & venerunt ad regem, & gaviſus eſt rex in introitu eorum.*

45. *Et convenerunt de civitate qui erant, viri centum viginti millia, & volebant interficere regem.*

46. *Et fugit rex in aulam: & occupaverunt qui erant in civitate, itinera civitatis, & cœperunt pugnare.*

47. *Et vocavit rex Judæos in aulam, & convenerunt omnes ſimul ad eum, & ſparſi ſunt in civitate:*

48. *& occiderunt in illa die centum millia hominum, & ſuccenderunt civitatem, & acceperunt ſpolia multa in illa die, & liberaverunt regem.*

49. *Et viderunt qui erant de civitate..... ſi-*

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 35. Eadem prorſus in Græco, ſubnexis tamen his in fine, καὶ τὰς τῦ ἁλὸς λίμνας, καὶ τὰς ἀνήκουσας ἡμῖν στεφάνας, *& ſalis ſtagna, & pertinentes ad nos coronas.*

℣. 36. Græc. πάντα ἐναρχῶς παρέμεινε αὐτοῖς· καὶ οὐκ ἀθετηθήσεται οὐδὲ ἓν τούτων ἀπὸ τῦ νῦν, καὶ εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον.

℣. 37. Itidem Græcè, excepto uno καὶ τεθήτω, *& ponatur*, loco *ut ponatur.*

℣. 38. Græc. Καὶ εἶδε Δημήτριος..... καὶ ὑδὲν αὐτῷ ἀντιστήκει, καὶ ἀπέλυσε πάσας τὰς δυνάμεις αὐτῦ..... πλὴν τῶν ξένων δυνάμεων, ὧν ἐξενολόγησεν ἀπὸ..... καὶ ἦλθοσαν αὐτῷ πᾶσαι αἱ δυνάμεις τῶν, &c.

℣. 39. Græc. Τρύφων δὲ ἦν τῶν παρὰ Ἀλεξάνδρυ τοπαρόλεων· καὶ εἶδεν ὅτι πᾶσαι αἱ δυνάμεις καταγογγύζουσι τῦ..... ἦ ἐπορεύθη πρὸς Εἰμαλκουὴλ τὸν Ἄραβα, ὃς ἔτρεφε τὸν..... τὸ παιδάριον τὸ τῦ Ἀλεξάνδρυ.

℣. 40. Græc. ἦ παρεκάθευεν αὐτῷ, ὅπως..... ὅπως βασιλεύσῃ ἀντὶ τῦ..... ἦ ἀπήγγειλεν αὐτῷ ὅσα συνέλεσε Δημήτριος, ἦ τὴν ἔχθραν ἣν ἐχθροῦσιν αὐτῷ αἱ δυνάμεις αὐτῦ. Καὶ, &c. ut ſup.

℣. 41. Καὶ ἀπέστειλεν..... ἵνα ἐκβάλῃ τὺς ἐκ τῆς ἄκρας ἐξ Ἱερουσαλὴμ, ἦ τὺς ἐν τοῖς ὀχυρώμασιν· ἦσαν γὰρ πολεμύ-

℣. 42. Ita Græc. habet, præter hoc ult. ἐὰν εὐκαιρίας τύχω, *ſi opportunitatem nactus fuero*, loco *cùm fuerit opportunum.*

℣. 43. Gr. Νῦν ἦν ὀρθῶς ποιήσεις, ἀποστείλας μοι ἄνδρας, οἳ συμμαχήσουσιν· ὅτι ἀπέστησαν πᾶσαι αἱ δυνάμεις μου.

℣. 44. Græc. Καὶ ἀπέστειλεν..... ἄνδρας τετρακισχιλίους δυναλῦς ἰσχυροὺς αὐτῷ εἰς, &c. ut ſup.

℣. 45. Græc. Καὶ ἐπισυνήχθησαν οἱ ἐκ τῆς πόλεως, εἰς μέσον τῆς πόλεως, εἰς ἀνδρῶν δώδεκα μυριάδας, ἦ ἤθελον λῦσαι, &c. i. e. *Et convenerunt qui erant de civitate, in medium civitatis, ad virorum cxx. millia*, & *volebant*, &c. ut ſup.

℣. 46. Conſonat Græcum, niſi quòd hab. ἐκ τῆς πόλεως, *de civitate*, pro *in civitate.*

℣. 47. Græc. Καὶ ἐκάλεσεν ὁ..... ἐπὶ βοήθειαν, ἦ..... ἦ διεσώφησαν ἐν τῇ πόλει πάντες ἅμα.

℣. 48. Græc. ἦ ἀπώκλεισαν ἐν τῇ πόλει ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ εἰς μυριάδας λίτρα, ἦ, &c. ut ſupra.

℣. 49. Librarii incuriâ omiſſum eſt τὸ, *quòd obtinuiſ-*

Digitized by Google

AL. VERSIO VETUS.

Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

cut volebant : & infirmati ſunt mente ſua, & clamaverunt ad regem cum precibus, dicentes :

50. Da nobis dextram, & ceſſent Judæi bellantes nos & civitatem.

51. Et projecerunt arma, & fecerunt pacem, & glorificati ſunt Judæi in conſpectu regis, & in conſpectu omnium qui erant in regno ejus, & adnominati ſunt in regno ejus : & regreſſi ſunt in Jeruſalem habentes ſpolia multa nimis.

52. Et ſedit Demetrius in ſedem regni ſui : & ſiluit terra in conſpectu ejus.

53. Et mentitus eſt omnia quæ dixit, & alienavit ſe ab Jonatham, & non retribuit ei ſecundùm beneficia quæ ei fecerat, & vexabat eum valde.

54. Poſt hæc autem reverſus eſt Tryfon, & Antiochus cum eo puer adoleſcentior, & regnavit ; impoſuit ſibi diadema.

55. Et congregati ſunt ad eum omnes exercitus, quos diſperſerat Demetrius, & pugnaverunt contra eum : & fugit.

56. Et accepit Tryfon beſtias, & obtinuit Antiochiam :

57. & ſcripſit Antiochus adoleſcentior Jonathæ, dicens : Conſtituo tibi ſummum ſacerdotium, & conſtituo te ſuper quatuor leges, ut ſis de amicis regis.

58. Et miſit illi auramenta, & miniſterium, & dedit ei poteſtatem in auro bibendi, & eſſe in purpura, & habere fibulam auream :

59. & Simonem fratrem ejus conſtituit ducem à terminis Tyri uſque ad fines Ægypti.

60. Et exiit Jonatha, & perambulabat trans flumen, & in civitatibus : & congregatus eſt ad eum omnis exercitus Syriæ & in auxilium, & venit Aſcalona, & occurrerunt ei de civitate gloriosè.

61. Et abiit inde Gaza : & cluſerunt qui erant Gazæ : & obſedit, & ſuccendit eam, & quæ in circuitu erant civitatis, & prædatus eſt eam.

62. Et poſtulaverunt Gazenſes Jonatham, & dedit illis dextram : & accepit filios principum & obſides, & miſit illos Jeroſolymis : & perambulavit regionem uſque Damaſco.

63. Et vidit Jonathas quia prævaricati ſunt principes Demetrii in Chades, quæ eſt Galileâ, cum exercitu multo, volentes eum amovere à negotio :

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

tinuiſſent Judæi civitatem ſicut volebant : & infirmati ſunt mente ſua, & clamaverunt ad regem cum precibus, dicentes :

50. Da nobis dextras, & ceſſent Judæi oppugnare nos & civitatem.

51. Et projecerunt arma ſua, & fecerunt pacem, & glorificati ſunt Judæi in conſpectu regis, & in conſpectu omnium qui erant in regno ejus, & nominati ſunt in regno : & regreſſi ſunt in Jeruſalem habentes ſpolia multa.

52. Et ſedit Demetrius rex in ſede regni ſui : & ſiluit terra in conſpectu ejus.

53. Et mentitus eſt omnia quæcunque dixit, & abalienavit ſe à Jonatha, & non retribuit ei ſecundùm beneficia quæ ſibi tribuerat, & vexabat eum valde.

54. Poſt hæc autem reverſus eſt Tryphon, & Antiochus cum eo puer adoleſcens, & regnavit, & impoſuit ſibi diadema.

55. Et congregati ſunt ad eum omnes exercitus, quos diſperſerat Demetrius, & pugnaverunt contra eum : & fugit, & terga vertit.

56. Et accepit Tryphon beſtias, & obtinuit Antiochiam :

57. & ſcripſit Antiochus adoleſcens Jonathæ, dicens : Conſtituo tibi ſacerdotium, & conſtituo te ſuper quatuor civitates, ut ſis de amicis regis.

58. Et miſit illi vaſa aurea in miniſterium, & dedit ei poteſtatem bibendi in auro, & eſſe in purpura, & habere fibulam auream :

59. & Simonem fratrem ejus conſtituit ducem à terminis Tyri uſque ad fines Ægypti.

60. Et exiit Jonathas, & perambulabat trans flumen civitates : & congregatus eſt ad eum omnis exercitus Syriæ in auxilium, & venit Aſcalonem, & occurrerunt ei honorificè de civitate.

61. Et abiit inde Gazam : & concluſerunt ſe qui erant Gazæ : & obſedit eam, & ſuccendit quæ erant in circuitu civitatis, & prædatus eſt ea.

62. Et rogaverunt Gazenſes Jonathan, & dedit illis dexteram : & accepit filios eorum obſides, & miſit illos in Jeruſalem : & perambulavit regionem uſque Damaſcum.

63. Et audivit Jonathas quòd prævaricati ſunt principes Demetrii in Cades, quæ eſt in Galilæa, cum exercitu multo, volentes eum removere à negotio regni :

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

ſent Judæi civitatem ; errorem creavit repetitio vocis *civitas.* Mſ. S. Theod. legit : *Et ut viderunt qui erant de civitate, quòd obtinuiſſent Judæi civit. ſicut volebant, infirmati ſunt,* &c. Græc. Καὶ ἴδον οἱ ἀπὸ τῆς πολεως, ὅτι καλεκράλησαν οἱ Ἰουδαῖοι τῆς πόλεως ὡς ἠθέλησε· καὶ ἠδύνησαν ταῖς διανοίαις αὐτῶν, καὶ ἐκέκραξαν..... μετὰ δεήσεως, &c.

℣. 50. Græcè pariter : Δὸς ἡμῖν δεξιάς, καὶ παυσάλωσαν οἱ Ἰουδαῖοι πολεμοῦντες, &c. Mſ. S. Theod. *Judæi oppugnantes nos,* &c.

℣. 51. A Græco abeſt τὸ, & *adnominati ſunt in regno ejus ;* ſicut vocula ult. *nimis ;* cæt. ad verbum ut ſupra.

℣. 52. Sic eſt in Græco, niſi quòd additur βασιλεὺς, *rex,* ad nomen *Demetrius.*

℣. 53. Græc. Καὶ ἐψεύσαλο πάντα ὅσα εἶπε..... καὶ οὐκ ἀνταπέδωκε καλὰ τὰς εὐνοίας ἃς ἀνταπέδωκεν αὐτῷ, &c. ut ſupra.

℣. 54. Ita Græcum habet, præter hoc ult. καὶ ἐπέθελο διάδημα.

℣. 55. Eadem ſunt in Græco, ſubnexo hoc ult. καὶ ἐτρεψώθη, & *terga vertit,* ut in Vulg.

℣. 56. Conſonat Græcum ad verbum.

℣. 57. Totidem verba in Græco, excepto uno νομῶν, *regiones,* vel *civitates,* loco *leges ;* dein, καὶ εἶναί σε, & *ut ſis,* &c. In errorem induxit ſimilitudo vocum νόμος, & νομὺς, quæ non differunt inter ſe niſi accentu diverſè poſito : νόμος enim cum accentu acuto ſuper ſyllaba penult. *legem* ſignificat ; ſecus ſi accentum gravem præferat ſuper ult. tunc enim *regionem, præfecturam, provinciam, pabulum* deſignat : uterque νομος à νέμω, *tribuo, diſtribuo, colo, habito, paſco, rego, guberno.*

℣. 58. Græcè pariter : Καὶ ἀπέστειλεν αὐτῷ χρυσώμαλα, καὶ διαχονίαν, καὶ ἔδωκεν..... πίνειν ἐν χρυσώμασι, &c.

℣. 59. Ita rurſum Græcè, ubi tamen, pro *à terminis Tyri,* legitur, ἀπὸ τῆς κλίμακος Τύρυ, quod Nobilius interpretatur, *ab aſcenſu Tyri.*

℣. 60. Similia leguntur in Græco, niſi quòd habetur pluraliter, καὶ ἠθροίσθησαν πρὸς αὐτὸν πᾶσαι αἱ δυνάμεις Συρίας, & *congregati ſunt ad eum omnes exercitus Syriæ ;* ultimòque, αὐτῷ οἱ ἐκ τῆς πόλεως ἀδόξως, *ei illi qui de civitate,* &c.

℣. 61. Græc. Καὶ ἀπῆλθεν ἐκεῖθεν εἰς Γάζαν· καὶ ἀπέκλεισαν οἱ ἀπὸ Γάζης· καὶ περιεκάθισε περὶ αὐτὴν, καὶ ἐνεπύρισε τὰ περίχωλια αὐτῆς πυρὶ, καὶ ἐσκύλευσεν αὐτά.

℣. 62. Gr. Καὶ ἠξίωσαν οἱ ἀπὸ Γάζης..... καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς δεξιάς· καὶ ἔλαβε τοὺς υἱοὺς ἀρχόντων αὐτῶν εἰς ὁμηρα, &c. ut ſup.

℣. 63. Græc. Καὶ ἤκουσεν Ἰωνάθαν ὅτι παρῆσαν οἱ ἄρχοντες..... εἰς Κάδης, τὴν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ..... βυλόμενοι μεθᾶσαι αὐτὸν τῆς χρείας.

Digitized by Google

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

64. & occurrit illis: fratrem autem ſuum Simonem reliquit intra provinciam.
65. Et applicuit Simon ad Bethſuram, & expugnabat eam diebus multis, & concluſit eos.
66. Et poſtulaverunt ab eo dextras accipere, & dedit illis: & ejecit eos inde, & cepit civitatem, & poſuit in ea præſidium.
67. Et Jonathas, & caſtra ejus applicuerunt ad aquam Geneſar, & ante lucem vigilaverunt in campo Aſor:
68. & ecce caſtra alienigenarum occurrebant in campo, & tendebant ei inſidias in montibus: ipſe autem occurrit ex adverſo.
69. Inſidiæ verò exſurrexerunt de locis ſuis, & commiſerunt prælium.
70. Et fugerunt qui erant ex parte Jonathæ omnes, & nemo relictus eſt ex eis, niſi Mathathias filius Abſolomi, & Judas filius Calphi, princeps militiæ exercitus.
71. Et ſcidit Jonathas veſtimenta ſua, & poſuit terram in capite ſuo, & oravit.
72. Et reverſus eſt Jonathas ad eos in prælium, & convertit eos in fugam, & pugnaverunt.
73. Et viderunt qui fugiebant partis illius, & reverſi ſunt ad eum, & inſequebantur cum eo omnes uſque Cades ad caſtra ſua, & pervenerunt uſque illuc:
74. & ceciderunt de alienigenis in die illa tria millia virorum: & reverſus eſt Jonathas in Jeruſalem.

AL. VERSIO VETUS.

64. *& occurrit eis: fratrem autem ſuum Simonem reliquit in regionem.* Ex Mſ. S. Germ. n. 15.
65. *Et adplicuit Simon * ad Bethſuram, & expugnabat eam diebus multis, & concluſit eos.* * Mſ. *a*, vitio.
66. *Et poſtulaverunt ab eo dextram accipere, & dedit illis: & ejecit eos inde, & cepit civitatem, & poſuit in eam præſidium.*
67. *Jonatha autem, & caſtra ejus adplicuerunt ad aquam Genneſareth, ante lucem & vigilaverunt in campum Aſor:*
68. *& ecce caſtra alienigenarum occurrebant ei in campum, & ponebant ei inſidias in montibus: ipſe autem occurrit eis ex adverſo.*
69. *Inſidiæ verò exſurrexerunt de locis ſuis, & commiſerunt prælium.*
70. *Et fugerunt partes Jonathæ omnes, & nemo relictus eſt ex eis, niſi Matthias filius Abſolami, & Judas filius Chapſi, princeps militiæ.*
71. *Et conſcidit Jonatha veſtimenta ſua, & poſuit terram in capite ſuo, & oravit.*
72. *Et reverſus eſt ad eos cum prælio, & convertit illos, & fugerunt.*
73. *Et viderunt qui fugiebant partes, & reverſi ſunt ad eum, & inſequebantur cum ipſo uſque ad Chicades, & uſque ad caſtra ipſorum, & adplicuerunt illic:*
74. *& ceciderunt de alienigenis tria millia viri: & regreſſus eſt Jonatha Jeruſalem.*

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 64. Itidem Græcè, excepto ult. ἐν τῇ χώρᾳ.
℣. 65. Græc. Καὶ παρενέβαλε Σίμων ἐπὶ Βαιθσύρᾳ..... καὶ ἐξεκλεισεν αὐτόν.
℣. 66. Græc. Καὶ ἔδωκαν αὐτῷ τὰς δεξιὰς λαβεῖν, &c. ut ſupra.
℣. 67. Græc. Καὶ Ἰωνάθαν, καὶ ἡ παρεμβολὴ..... ἐπὶ τὸ ὕδωρ Γεννησὰρ, καὶ ὤρθρισαν τοπρωὶ εἰς τὸ πεδίον Νασώρ.
℣. 68. Similiter in Græco, duobus exceptis, nempe ἔξέβαλον, *tetenderant*, loco *ponebant*; extremòque pluraliter, αὐτοὶ δὲ ἀσυνήκασιν ἐξεναντίας.
℣. 69. Ad verbum è Græco.
℣. 70. Græc. Καὶ ἔφυγον οἱ παρὰ Ἰωνάθαν πάντες, ὑδὲ εἰς καταλείφθη..... πλὴν Ματταθίας ὁ τοῦ Ἀβεσαλώμου, καὶ Ἰούδας ὁ τοῦ Χαλφὶ, ἄρχοντες τῆς σχολῆς τῶν δυνάμεων.
℣. 71. Græc. Καὶ διέῤῥηξεν, &c. ut ſupra.
℣. 72. Mſ. S. Theod. *Et reverſus eſt ad eos in prælium, & convertit illos, & pugnaverunt.* Græc. Καὶ ὑπέστρεψε πρὸς αὐτὸς πολέμῳ, καὶ ἐτροπώσατο αὐτὸς, καὶ ἔφυγον.
℣. 73. Græc. Καὶ ἴδον οἱ φεύγοντες οἱ παρ' αὐτοῦ... καὶ ἐδίωκον μετ' αὐτοῦ ἕως Κάδης ἕως τῆς παρεμβολῆς αὐτῶν, καὶ παρενέβαλον ἐκεῖ. Mſ. S. Theod. *& ſequebantur cum eo uſque Cades*, &c. ut in Vulg.
℣. 74. Græc. καὶ ἔπεσον ἐκ τῶν..... ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ εἰς ἀνδρες τετρακισχιλίους· καὶ, &c. ut ſupra.

CAPUT XII.

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

1. ET vidit Jonathas quia tempus eum juvat, & elegit viros, & miſit eos Romam ſtatuere, & renovare cum eis amicitiam:
2. & ad Spartiatas, & ad alia loca miſit epiſtolas ſecundùm eandem formam.
3. Et abierunt Romam, & intraverunt curiam, & dixerunt: Jonathas ſummus ſacerdos, & gens Judæorum miſerunt nos, ut renovaremus amicitiam, & ſocietatem ſecundùm priſtinum.
4. Et dederunt illis epiſtolas ad ipſos per loca, ut deducerent eos in terram Juda cum pace.
5. Et hoc eſt exemplum epiſtolarum, quas ſcripſit Jonathas Spartiatis:
6. JONATHAS ſummus ſacerdos, & ſeniores gentis, & ſacerdotes, & reliquus populus Judæorum, Spartiatis fratribus ſalutem.
7. Jam pridem miſſæ erant epiſtolæ ad Oniam

AL. VERSIO VETUS.

1. *ET vidit Jonathas quia tempus eum adjuvat, & elegit viros, & miſit eos Romam ſtatuere, & renovare ad eos amicitiam:* Ex Mſ. S. Germ. n. 15.
2. *& ad Sparthas, & alio loco miſit epiſtolas ſecundùm eadem.*
3. *Et intraverunt in curiam, & dixerunt: Jonathas ſummus ſacerdos, & gens Judæorùm miſerunt nos, ut renovetis amicitiam, & ſocietatem ſecundùm priſtinum.*
4. *Et dederunt epiſtolas ad ipſos per loca, ut deducerent eos in terra Juda cum pace.*
5. *Et hoc eſt exemplum epiſtolarum, quas ſcripſit Jonathas ad Sparthas:*
6. *JONATHAS ſummus ſacerdos, & ſeniores gentis, & ſacerdotes, & reliquus populus Judæus, Spartiatis fratribus ſalutem.*
7. *Jam pridem miſſa erant epiſtola ad Oniam*

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 1. Ita in Græco, præter vocem *eos*, quæ abeſt poſt *miſit*.
℣. 2. Græc. καὶ πρὸς Σπαρτιάτας, καὶ τόπους ἑτέρους..... κατὰ τὰ αὐτά· Mſ. Alex. cum edd. Ald. & Compl. ταῦτα.
℣. 3. Græc. Καὶ ἐπορεύθησαν εἰς Ῥώμην, καὶ εἰσῆλθον εἰς τὸ βουλευτήριον..... ἀπέστειλεν ἡμᾶς ἀνανεώσασθαι τὴν φιλίαν αὐτοῖς, καὶ, &c. ut ſupra. Mſ. S. Theod. *ut renovaretis amicitiam.*
℣. 4. Græc. Καὶ ἔδωκαν ἐπιστολὰς αὐτοῖς πρὸς αὐτὸς κατὰ τόπον, &c. ut ſup.
℣. 5. Itidem Græcè, excepto ult. τοῖς Σπαρτιάταις, loco *ad Sparthas.*
℣. 6. Eadem rurſum in Græco, præter unum τῶν Ἰουδαίων, loco *Judæus.*
℣. 7. Simillima quæ in Græco, præter unum ἀντίγραφον, loco *ſcriptum.* Obſervandum tamen in Mſ. Sangerm.

Digitized by Google

AL. VERSIO VETUS.

Ex Mſ. S. Germ. n. 15. *ſummum ſacerdotem à Dario, qui regnabat in vobis, quoniam eſtis fratres noſtri, ſicut ſcriptum ſubjectum eſt.*

8. *Excepit Onias miſſos cum honore, & accepit epiſtolas, in quibus ſignificabatur de auxilio, & amicitia.*

9. *Nos igitur, nullum horum indigentes, exhortatione habentes libros ſanctos, quos habemus in manibus noſtris,*

10. *tentavimus mittere ad vos renovare amicitiam, & fraternitatem, ne alienemus à vobis: multa enim tempora tranſierunt, ex quo miſiſtis ad nos.*

11. *Nos ergo ſine intermiſſione in diebus ſolemnibus, & in cæteris quibus oportet, memores ſumus veſtri in ſacrificiis quæ offerimus, in obſecrationibus, ſicut fas eſt, & decet meminiſſe fratrum.*

12. *Oblectamur autem in gloria veſtra.*

13. *Nos autem circumdederunt multa, & tribulationes, & multa prælia, & expugnaverunt nos reges, qui ſunt in circuitu noſtro.*

14. *Noluimus ergo moleſti eſſe vobis, & cæteris ſociis, & amicis noſtris in his præliis:*

15. *habemus enim de cœlo auxilium, & liberati ſumus ab inimicis, & humiliati ſunt inimici noſtri.*

16. *Elegimus autem Numinium Antiochi, & Antipatrum Jaſonis, & miſimus ad Romanos renovare ad eos amicitiam, & ſocietatem priſtinam.*

17. *Mandavimus itaque illis ut ad vos quoque eant, & ſalutent vos: & reddant vobis epiſtolas noſtras de remiſſione, & de fraternitate noſtra.*

18. *Et nunc benefacietis conſentientes nobis ad hæc.*

19. *Et hoc reſcriptum epiſtolarum, quas miſerant Onia:*

20. *Rex Spartiatum, Oniæ ſacerdoti magno ſalutem.*

21. *Inventum eſt in ſcriptura de Spartiatis & Judæis, quoniam ſunt fratres, & quia ſunt*

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

ſummum ſacerdotem ab Ario, qui regnabat apud vos, quoniam eſtis fratres noſtri, ſicut reſcriptum continet, quod ſubjectum eſt.

8. Et ſuſcepit Onias virum, qui miſſus fuerat, cum honore: & accepit epiſtolas, in quibus ſignificabatur de ſocietate, & amicitia.

9. Nos, cùm nullo horum indigeremus, habentes ſolatio ſanctos libros, qui ſunt in manibus noſtris,

10. maluimus mittere ad vos renovare fraternitatem, & amicitiam, ne fortè alieni efficiamur à vobis: multa enim tempora tranſierunt, ex quo miſiſtis ad nos.

11. Nos ergo in omni tempore ſine intermiſſione in diebus ſolemnibus, & cæteris quibus oportet, memores ſumus veſtri in ſacrificiis quæ offerimus, & in obſervationibus, ſicut fas eſt, & decet meminiſſe fratrum.

12. Lætamur itaque de gloria veſtra.

13. Nos autem circumdederunt multæ tribulationes, & multa prælia, & impugnaverunt nos reges, qui ſunt in circuitu noſtro.

14. Noluimus ergo vobis moleſti eſſe, neque cæteris ſociis, & amicis noſtris in his præliis:

15. habuimus enim de cœlo auxilium, & liberati ſumus nos, & humiliati ſunt inimici noſtri.

16. Elegimus itaque Numenium Antiochi filium, & Antipatrem Jaſonis filium, & miſimus ad Romanos renovare cum eis amicitiam, & ſocietatem priſtinam.

17. Mandavimus itaque eis ut veniant etiam ad vos, & ſalutent vos: & reddant vobis epiſtolas noſtras de innovatione fraternitatis noſtræ.

18. Et nunc benefacietis reſpondentes nobis ad hæc.

19. Et hoc eſt reſcriptum epiſtolarum, quod miſerat Oniæ:

20. Arius, rex Spartiatarum, Oniæ ſacerdoti magno ſalutem.

21. Inventum eſt in ſcriptura de Spartiatis & Judæis, quoniam ſunt fratres, & quòd ſunt de ge-

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

non ſcriptum *à Dario*, ſed *ad orio*: cùm autem in hoc Mſ. nonnunquam littera *b* cum *d* commutetur, ponaturque v. g. *ad* pro *ab*, inde ſequeretur ut legendum eſſet *ab Orio*: ſed vitioſum illic eſſe Mſ. codicem, genuinamque ipſius lectionem eſſe *à Dario*, duo potiſſimùm confirmant, nempe textûs Græci, & Mſ. Lat. S. Theoderici auctoritas; quorum unus præfert παρὰ Δαρείῳ, alter *à Dario*: præterea utriuſque hujus ſcripturæ, *ad orio*, & *à Dario*, maxima ſimilitudo errorem librario afferre potuit; nec ſanè infrequentia ſunt id genus errata aut vitia cùm in Mſs. veteribus, tum maximè in noſtro Sangermanenſi. Attamen in Vulgata ſervatum eſt *ab Ario*; nec immeritò, ut & inf. ℣. 20. Epiſtola enim quæ ibidem recitatur nomine *Arii* Spartiatarum regis, refertur pariter à Joſepho, l. XII. Antiquit. Jud. c. 5. cum hac inſcriptione: Βασιλεὺς Λακεδαιμονίων Ἀρεῖος Ὀνίᾳ· unde colligimus mendum irrepſiſſe in Græcum contextum, videlicet τὸ Δαρείῳ, loco Ἀρείῳ. Sed cùm Verſio Lat. Mſ. noſtri Sangerm. proximè manavit è textu Græco; ut in hoc ſervatum eſt παρὰ Δαρείῳ, in Latino codice pariter ſervari debuit *à Dario*. Laudandi tamen Correctores Romani qui hunc nævum à Vulgata detraxerunt, præferendo veram lectionem *ab Ario*. Hanc etiam ſervavimus in ejuſdem editione laterali noſtra; ſed Verſionis alterius Mſ. noſtri antiqui Sangerm. lectionem propriam non attendere & aucupari, licet minùs veram, nobis non integrum omnino fuit ac liberum.

℣. 8. Græc. Καὶ ἐπεδέξατο Ὀνίας τὸν ἄνδρα τὸν ἀπεσταλμένον ἐνδόξως, ἐν..... περὶ Συμμαχίας, ἐν φιλίας.

℣. 9. Græc. Καὶ ἡμεῖς οὖν, ἀπροσδεεῖς τύτων ὄντες, παράκλησιν ἔχοντες τὰ βιβλία τὰ ἅγια, τὰ ἐν ταῖς χερσὶν ἡμῶν.

℣. 10. Græcè pariter: ἐπειράθημεν ἀποστεῖλαι τὴν πρὸς ὑμᾶς ἀδελφότητα, ἐν φιλίαν ἀνανεώσασθαι, πρὸς τὸ μὴ ἐξαλλοτριωθῆναι ὑμῶν, &c. ut ſup.

℣. 11. Græc. Ἡμεῖς οὖν ἐν παντὶ καιρῷ ἀδιαλείπτως ἔν τε ταῖς ἑορταῖς, ἐν ταῖς λοιπαῖς καθηκούσαις ἡμέραις, μιμνησκόμεθα ὑμῶν ἐφ' ὧν προσφέρομεν θυσιῶν, ἐν ἐν ταῖς προσευχαῖς, &c. ut ſup.

℣. 12. Itidem Græcè.

℣. 13. Græc. Ἡμᾶς δὲ ἐκύκλωσαν πολλαὶ θλίψεις, &c. ut ſup.

℣. 14. Græc. Καὶ ἐκ ἠβουλήμεθα ἵν προσενοχλεῖν ὑμῖν, &c. ut ſupra. A Mſ. Alex. abeſt 1. Καί.

℣. 15. Græc. ἔχομεν γὰρ τὴν ἐξ ὑψους βοήθειαν βοηθῆσαν ἡμῖν, ἐν ἐρρύσθημεν ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν, ἐν, &c. quæ ſup.

℣. 16. Ad verbum è Græco, niſi primum excipiatur, *elegimus autem*, pro quo ἐπελέξαμεν ἵν, *elegimus itaque*.

℣. 17. Sic iterum Græcè, præter hoc ult. περὶ τῆς ἀνανεώσεως ἐν τῆς ἀδελφότητος ἡμῶν· Nobil. *de innovatione etiam fraternitatis noſtræ*; loco *de remiſſione*, & *de fraternitate noſtra*.

℣. 18. Græcè ἀντιφωνήσαντες, pro *conſentientes*; cæt. ut ſupra.

℣℣. 19. 20. In editione Græca noſtra ſic diſtinguuntur hi duo verſiculi: Καὶ τῦτο τὸ ἀντίγραφον τῶν ἐπιστολῶν, ὃν ἀπέστειλεν Ὀνιάρης· deinde, Βασιλεὺς Σπαρτιατῶν Ὀνίᾳ ἱερεῖ μεγάλῳ χαίρειν. In edit. verò Lamberti Boz ita, ὃν ἀπέστειλεν· dein, Ὀνιάρης βασιλεὺς Σπαρτιατῶν, &c. Sic etiam dividit edit. Compl. ſed pro ſingul. ἀπέστειλεν, ſcribit pluraliter ἀπέστειλαν, cum Mſ. Alex. In Latino S. Theod. ita: *Et hoc reſcriptum epiſtolarum, quod miſerat Onias rex Spartiatarum: Onias Jonathæ ſacerdoti magno ſalutem.* Sed vitioſus hîc eſſe videtur in pluribus Mſ. codex: *Onias rex*, fortaſſe poſitus eſt pro *Oniares rex*, è Gr. Ὀνιάρης βασιλεύς.

℣. 21. Itidem Græcè, hoc ult. excepto, ἐκ γένης Ἀβραάμ, *de genere Abraham*, ut in Vulg.

Digitized by Google

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

nere Abraham.

22. Et nunc ex quo hæc cognovimus, benefacitis ſcribentes nobis de pace veſtra.

23. Sed & nos reſcripſimus vobis: Pecora noſtra, & poſſeſſiones noſtræ, veſtræ ſunt; & veſtræ, noſtræ: mandavimus itaque hæc nunciari vobis.

24. Et audivit Jonathas quoniam regreſſi ſunt principes Demetrii cum exercitu multo ſupra quàm priùs, pugnare adversùs eum:

25. & exiit ab Jeruſalem, & occurrit eis in Amathite regione: non enim dederat eis ſpatium ut ingrederentur regionem ejus.

26. Et miſit ſpeculatores in caſtra eorum: & reverſi renuntiaverunt quòd conſtituunt ſupervenire illis nocte.

27. Cùm occidiſſet autem ſol, præcepit Jonathas ſuis vigilare, & eſſe in armis paratos ad pugnam tota nocte, & poſuit cuſtodes per circuitum caſtrorum.

28. Et audierunt adverſarii quòd paratus eſt Jonathas cum ſuis in bello: & timuerunt, & formidaverunt in corde ſuo: & accenderunt focos in caſtris ſuis.

29. Jonathas autem, & qui cum eo erant, non cognoverunt uſque manè: videbant autem luminaria ardentia:

30. & ſecutus eſt eos Jonathas, & non comprehendit eos: tranſierant enim flumen Eleutherum.

31. Et divertit Jonathas ad Arabas, qui vocantur Zabadæi, & percuſſit eos, & accepit ſpolia eorum.

32. Et junxit, & venit Damaſcum, & perambulabat omnem regionem illam.

33. Simon autem exiit, & venit uſque ad Aſcalonem, & ad proxima præſidia: & declinavit in Joppen, & occupavit eam

34. (audivit enim quòd vellent præſidium tradere partibus Demetrii) & poſuit ibi cuſtodes ut cuſtodirent eam.

35. Et reverſus eſt Jonathas, & convocavit ſeniores populi, & cogitavit cum eis ædificare præſidia in Judæa,

36. & ædificare muros in Jeruſalem, & exaltare altitudinem magnam inter medium arcis & civitatis, ut ſepararet eam à civitate, ut eſſet ipſa ſingulariter, & neque emant, neque vendant.

37. Et convenerunt, ut ædificarent civitatem: & cecidit murus, qui erat ſuper torrentem ab ortu ſolis, & reparavit eum, qui vocatur Caphetetha:

38. & Simon ædificavit Adiada in Sephela, &

AL. VERSIO VETUS.

de Abraham. Ex Mſ. S. Germ.

22. *Et nunc ex quo hæc cognovimus, benefeciſtis ſcribentes nobis de pace veſtra.* n. 15.

23. *Sed & nos reſcripſimus: Pecora, veſtra; & poſſeſſio, veſtra eſt: & quæ veſtra, nobis ſunt: mandavimus itaque ut renuntiemus vobis ſecundùm hæc.*

24. *Et audivit Jonatha quoniam converſi ſunt principes Demetrii cum exercitu multo ſupra quàm primùm, pugnare adversùs eum:*

25. *& abiit ab Jeruſalem, & occurrit eis in Amathim regionem: non enim dederat eis ſpatium ut ingrederentur in regione ejus.*

26. *Et miſit ſpeculatores in caſtra ejus: & reverſi nunciaverunt ei quia conſtituunt ſupervenire illis nocte.*

27. *Et produxit cuſtodes per circuitum caſtrorum.*

28. *Et audierunt adverſarii quia paratus eſt Jonatha, & qui cum eo ſunt, in bello: timuerunt, & formidaverunt valde: & accenderunt ignes in caſtris ſuis.*

29. *Jonatha autem, & qui cum eo erant, non cognoverunt uſque manè: viderunt autem luminaria ardentia:*

30. *& inſecutus eſt eos Jonatha, & comprehendit eos: tranſierunt flumen Liberum.*

31. *Et convertit Jonathas ad Arabas, qui vocantur Zabadai, & percuſſit eos, & accepit ſpolia eorum.*

32. *Et junxit, & venit Damaſcum, & perambulavit omnem regionem.*

33. *Et Simon exiit, & venit uſque in Aſcalonam, & proxima præſidia: & declinavit Joppen, & occupavit eam*

34. *(audivit enim quòd vellent præſidium partibus tradere Demetrii) & poſuit ibi cuſtodes ut cuſtodirent eam.*

35. *Et reverſus eſt Jonathas, & convocavit ſeniores populi, & cogitavit cum eis ædificare præſidia in Judæa,*

36. *& ædificare muros Jeruſalem, & exaltare altitudine magna inter media arcis & civitatis, ut ſepararent eam à civitate, ut eſſet ipſa ſingulariter, neque emant, neque vendant.*

37. *Et convenerunt, ut ædificarent civitatem: & cecidit de muro torrentis, quod eſt ab ſolano, & refecit quod vocatur Caphananta:*

38. *& Simon ædificavit Dida in Saphia, &*

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 22. Sic iterum in Græco, præter unum fut. ποιήσετε, *facietis*, pro *feciſtis*.

℣. 23. Græc. Καὶ ἡμεῖς δὲ ἀντιγράφομεν ὑμῖν· Τὰ κτήνη ὑμῶν, καὶ ἡ ὕπαρξις ὑμῶν, ἡμῖν ἐστι· καὶ τὰ ἡμῶν, ὑμῖν ἔσται· ἐντελόμεθα οὖν ὅπως ἀπαγγείλωσιν ὑμῖν καλὰ ταῦτα. Mſ. S. Theod. *mandamus itaque.*

℣. 24. Similiter in Græco. Mſ. S. Theod. habet, *quoniam egreſſi ſunt*; Gr. ὅτι ἐπέστρεψαν.

℣. 25. Græc. καὶ ἀπῆρεν ἐξ Ἱερουσαλὴμ, καὶ ἀπήντησεν αὐλαῖς εἰς τὴν Ἀμαθῖτιν χώραν· οὐ γὰρ ἔδωκεν..... ἐμβαλεῖσαι εἰς τὴν χώραν αὐτῶν.

℣. 26. Græc. Καὶ ἀπέστειλε..... εἰς τὴν παρεμβολὴν αὐτῶν· καὶ ἀπέστρεψαν, καὶ ἀπήγγειλαν αὐτῷ ὅτι ὕτω τάσσονται, &c. ut ſup.

℣. 27. Græcè, ut in Vulg. antecedunt iſta: Ὡς δὲ ἔδυ ὁ ἥλιος, ἐπέταξεν Ἰωνάθαν τοῖς παρ' αὐτῷ γρηγορεῖν, καὶ εἶναι ἐπὶ τοῖς ὅπλοις, καὶ ἑτοιμάζεσθαι εἰς πόλεμον ὅλης τῆς νυκτὸς, deinde, καὶ ἐξέβαλε περφύλακας, &c. quæ ſup.

℣. 28. Græc. Καὶ ἤκουσαν οἱ..... ὅτι ἡτοίμασαι Ἰωνάθαν, καὶ οἱ παρ' αὐτῷ, εἰς πόλεμον· καὶ ἐφοβήθησαν, καὶ ἐπύκασαν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν, καὶ ἀνέκαυσαν πυρὰς, &c.

℣. 29. Concinit Græcum, niſi quòd habet ἔβλεπον γάρ, *videbant enim*, pro *viderunt autem*; deinde, τὰ φῶτα καιόμενα, *luminaria accenſa*.

℣. 30. In Mſ. noſtro Sangerm. omiſſa haud dubiè eſt ab oſcitante librario negatio *non*, ante *comprehendit*: Græcè enim ita: καὶ κατεδίωξεν Ἰωνάθαν ὀπίσω αὐτῶν, καὶ οὐ κατέλαβεν αὐτοὺς· διέβησαν γὰρ τὸν Ἐλεύθερον ποταμόν.

℣. 31. Gr. Καὶ ἐξέκλινεν Ἰωνάθαν ἐπὶ..... τοὺς καλουμένους Ζαβεδαίους, &c. ut ſup.

℣. 32. Græc. Καὶ ἀναζεύξας, ἦλθεν εἰς..... καὶ διώδευεν ἐν πάσῃ τῇ χώρᾳ. Mſ. quoque S. Theod. habet, & *perambulavit.*

℣. 33. Ita quoque in Græco, poſito uno εἰς, ante *Joppen.*

℣. 34. Eadem rurſum in Græco, præter vocem φρουρὰν, *cuſtodiam*, loco *cuſtodes*. Mſ. S. Theod. initio hab. *audierat enim*, non *audivit.*

℣. 35. Maximè gemina quæ in Græco.

℣. 36. Græc. καὶ περιοῦσθαι τὰ τείχη Ἱερουσαλὴμ, καὶ ὑψῶσαι ὕψος μέγα ἀναμέσον τῆς ἀκρας καὶ..... εἰς τὸ διαχωρίζειν αὐτὴν..... ὅπως μήτε ἀγοράζωσι, &c. ut ſup.

℣. 37. Græc. Καὶ ζυνήχθησαν τοῦ οἰκοδομεῖν τὴν πόλιν· καὶ ἤγγισε (Mſ. Alex. cum ed. Ald. καὶ ἔπεσε) τοῦ τείχους τοῦ χειμάρρου, τοῦ ἐξ ἀνατολῶν, καὶ ἐπισκεύασαν (Mſ. Alex. ἐπεσκεύασεν) τὸ καλούμενον Χαφεναθά.

℣. 38. Græc. καὶ Σίμων ᾠκοδόμησε τὴν Ἀδιὰδ ἐν τῇ Σε-

Digitized by Google

AL. VERSIO VETUS.

Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

munivit eam, & impoſuit oſteas, & ſeras.

39. *Et quæſivit Tryſon regnare Aſiæ, & imponere ſibi diadema, & extendere manum ſuam in Antiochum regem:*

40. *& timuit ne fortè non ſineret eum Jonatha, & ne pugnaret adversùs eum, & volebat comprehendere eum, & perdere. Et ſurgens abiit in Bethſani.*

41. *Et exiit Jonathas obviam ei cum quadraginta millia viris electis in prælium, & venit Bethſan.*

42. *Et vidit Tryſon quia venit Jonathas cum exercitu multo, & extendere manus in eum timuit:*

43. *& excepit eum cum honore, & commendavit eum omnibus amicis ſuis, & dedit ei munera: & præcepit amicis ſuis, & exercitui ſuo ut obedirent ei, ſicut ſibi.*

44. *Dixitque Jonathæ: Ut quid vexaſti univerſum populum, cum bellum nobis non ſit?*

45. *Et nunc remitte eos in domus ſuas: elige autem tibi viros paucos, qui tecum ſint, & veni mecum Ptolomaida, & tradam tibi illam, & reliqua præſidia, & reliquum exercitum, & univerſos præpoſitos negotiis, & converſus abibo: propterea enim veni.*

* Mſ. *Jonathæ.*

46. *Et credidit ei, & fecit * Jonatha Tryſon ſicut dixit: & dimiſit exercitum, & abierunt in terra Juda.*

47. *Reliquit autem ſecum tria millia viros: ex quibus reliquit in Galilæa duo millia, mille autem cum eo venerunt.*

48. *Ut intravit autem Jonathas Ptolomaide, cluſerunt portas Ptolomenſes: & comprehenderunt eum: & omnes, qui cum illo erant, intraverunt in gladio.*

49. *Et miſit Tryſon exercitum & equites in Galilæam, in campum magnum, ut perderet omnes ſocios Jonathæ.*

50. *Et cognoverunt quia comprehenſus eſt Jonathas, & periit, & omnes qui cum eo: & hortati ſunt ſe invicem, & converſi abierunt in prælio.*

51. *Et viderunt qui inſequebantur, quia de anima eſt illis, & converſi ſunt:*

52. *& convenerunt omnes cum pace in terra Juda. Et luxerunt Jonatham, & qui cum eo fuerunt, luctu magno valde.*

53. *Et quæſierunt omnes gentes, quæ erant in circuitu eorum, projicere eos: dixerunt enim:*

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

munivit eam, & impoſuit portas, & ſeras.

39. Et cùm cogitaſſet Tryphon regnare Aſiæ, & aſſumere diadema, & extendere manum in Antiochum regem:

40. timens ne fortè non permitteret eum Jonathas, ſed pugnaret adversùs eum, quærebat comprehendere eum, & occidere. Et exſurgens abiit in Bethſan.

41. Et exivit Jonathas obviam illi cum quadraginta millibus virorum electorum in prælium, & venit Bethſan.

42. Et vidit Tryphon quia venit Jonathas cum exercitu multo ut extenderet in eum manus, timuit:

43. & excepit eum cum honore, & commendavit eum omnibus amicis ſuis, & dedit ei munera: & præcepit exercitibus ſuis ut obedirent ei, ſicut ſibi.

44. Et dixit Jonathæ: Ut quid vexaſti univerſum populum, cùm bellum nobis non ſit?

45. Et nunc remitte eos in domos ſuas: elige autem tibi viros paucos, qui tecum ſint, & veni mecum Ptolemaidam, & tradam eam tibi, & reliqua præſidia, & exercitum, & univerſos præpoſitos negotii, & converſus abibo: propterea enim veni.

46. Et credidit ei, & fecit ſicut dixit: & dimiſit exercitum, & abierunt in terram Juda.

47. Retinuit autem ſecum tria millia virorum: ex quibus remiſit in Galilæam duo millia, mille autem venerunt cum eo.

48. Ut autem intravit Ptolemaidam Jonathas, clauſerunt portas civitatis Ptolemenſes: & comprehenderunt eum: & omnes, qui cum eo intraverant, gladio interfecerunt.

49. Et miſit Tryphon exercitum & equites in Galilæam, & in campum magnum, ut perderent omnes ſocios Jonathæ.

50. At illi cùm cognoviſſent quia comprehenſus eſt Jonathas, & periit, & omnes qui cum eo erant, hortati ſunt ſemetipſos, & exierunt parati in prælium.

51. Et videntes hi, qui inſecuti fuerant, quia pro anima res eſt illis, reverſi ſunt:

52. illi autem venerunt omnes cum pace in terram Juda. Et planxerunt Jonathan, & eos qui cum ipſo fuerant, valde: & luxit Iſraël luctu magno.

53. Et quæſierunt omnes gentes, quæ erant in circuitu eorum, conterere eos: dixerunt enim:

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

φήλαξ, καὶ ὠχύρωσεν θύρας, καὶ μοχλούς.

℣. 39. Similiter in Græco, præter pronom. *ſuam*, quod deeſt poſt *manum*.

℣. 40. Græc. καὶ ἐφοβήθη μήποτε οὐκ ἐάσῃ αὐτὸν Ἰωνάθαν, καὶ μήποτε πολεμήσῃ πρὸς αὐτὸν, καὶ ἐζήτει πόρον τοῦ Συναγαγεῖν τὸν Ἰωνάθαν, τοῦ ἀπολέσαι αὐτόν. Καὶ ἀναβὰς ἦλθεν εἰς Βαιθσάν.

℣. 41. Græc. Καὶ ἐξῆλθεν..... αὐτῷ ἐν τεσσαράκοντα χιλιάσιν ἀνδρῶν ἐπιλελεγμένοις, &c. ut ſupra.

℣. 42. Græcè pariter: Καὶ εἶδε Τρύφων ὅτι πάρεσι Ἰωνάθαν μετὰ δυνάμεως πολλῆς, καὶ ἐκλεῖναι χεῖρας ἐπ' αὐτὸν ἐυλαβήθη. Mſ. verò S. Theod. hab. *quia venit cum..... multo, ut extenderet in eum manus,* & *timuit.*

℣. 43. Eadem rurſum leguntur Græcè, præter hoc, καὶ ἐπέταξε ταῖς δυνάμεσιν αὐτοῦ, & *præcepit exercitibus ſuis*, abſque med. *amicis ſuis* &: at in Mſ. Alex. ſicut in edd. Ald. & Compl. habetur ut ſup. καὶ ἐπέταξε τοῖς φίλοις αὐτοῦ, καὶ ταῖς δυνάμεσι, &c. in Compl. deeſt αὐτοῦ.

℣. 44. Græc. addit τοῦτον, *iſtum*, ad *populum*; cæt. ut in textu. Mſ. Sangerm. *bellum* non habet, ſed *bello*; vitioſè.

℣. 45. Simillima, & maximè gemina quæ ſunt in Græco, niſi hoc plurale excipias, καὶ τὰς δυνάμεις τὰς λοιπάς, loco & *reliquum exercitum.*

℣. 46. Græc. Καὶ ἐπιστεύσας αὐτῷ, ἐποίησε καθὼς εἶπε· καὶ ἐξαπέστειλε τὰς δυνάμεις, &c.

℣. 47. Eadem leguntur Græcè, excepto uno ἀφῆκε, *remiſit*, pro altero ſeu medio *reliquit.*

℣. 48. Græcè poſteriora ſic variant: καὶ πάντας τοὺς εἰσελθόντας μετ' αὐτοῦ ἀπέκλεισαν οἱ ῥομφαίᾳ· quæ Vulgatæ reſpondent.

℣. 49. Sic eſt in Græco, niſi quòd loco *in campum*, habetur καὶ τὸ πεδίον, & *campum*; at in Mſ. Alex. εἰς τὸ πεδίον, abſque præcedenti καὶ, ut ſupra.

℣. 50. Græc. Καὶ ἐπέγνωσαν ὅτι Συνελήφθη Ἰωνάθαν, καὶ ἀπόλωλε, καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ· καὶ παρεκάλεσαν ἑαυτοὺς, καὶ ἐπορεύοντο Συνεσταλμένοι ἕτοιμοι εἰς πόλεμον· i. e. & *hortati ſunt ſemetipſos*, & *exierunt conglobati parati in prælium.*

℣. 51. Itidem Græcè.

℣. 52. Græc. καὶ ἦλθον πάντες..... εἰς γῆν Ἰούδα. Καὶ ἐπένθησαν τὸν..... καὶ τοὺς μετ' αὐτοῦ, καὶ ἐφοβήθησαν σφόδρα· καὶ ἐπένθησε πᾶς Ἰσραὴλ πένθος μέγα· i. e. & *venerunt omnes... in terram Juda. Et planxerunt Jonatham*, & *eos qui cum ipſo erant*, & *timuerunt valde*: & *luxit univerſus Iſraël luctu magno.*

℣. 53. Itidem Græcè, excepto uno ἐκλείψαι, *conterere*, loco *projicere*; Mſ. S. Theod. *proterere.*

Digitized by Google

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

54. Non habent principem, & adjuvantem: nunc ergo expugnemus illos, & tollamus de hominibus memoriam eorum.

AL. VERSIO VETUS.

54. *Non habent principem, & adjuvantem: nunc ergo expugnemus eos, & tollamus ex hominibus memoriam eorum.* Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 54. Ita de Græco ad verbum.

CÀPUT XIII.

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

1. ET audivit Simon quòd congregavit Tryphon exercitum copiosum, ut veniret in terram Juda, & attereret eam.

2. Videns quia in tremore populus est, & in timore, ascendit Jerusalem, & congregavit populum:

3. & adhortans dixit: Vos scitis quanta ego, & fratres mei, & domus patris mei, fecimus pro legibus, & pro sanctis prælia, & angustias quales vidimus:

4. horum gratiâ perierunt fratres mei omnes propter Israël, & relictus sum ego solus.

5. Et nunc non mihi contingat parcere animæ meæ in omni tempore tribulationis: non enim melior sum fratribus meis.

6. Vindicabo itaque gentem meam, & sancta, natos quoque nostros, & uxores: quia congregatæ sunt universæ gentes conterere nos inimicitiæ gratiâ.

7. Et accensus est spiritus populi simul ut audivit sermones istos:

8. & responderunt voce magna dicentes: Tu es dux noster loco Judæ, & Jonathæ fratris tui:

9. pugna prælium nostrum: & omnia, quæcunque dixeris nobis, faciemus.

10. Et congregans omnes viros bellatores, acceleravit consummare universos muros Jerusalem, & munivit eam in gyro.

11. Et misit Jonathan filium Absalomi, & cum eo exercitum novum in Joppen; & ejectis his, qui erant in ea, remansit illic ipse.

12. Et movit Tryphon à Ptolemaida cum exercitu multo, ut veniret in terram Juda, & Jonathas cum eo in custodia.

13. Simon autem applicuit in Addus contra faciem campi.

14. Et ut cognovit Tryphon quia surrexit Simon loco fratris sui Jonathæ: & quia commissurus esset cum eo prælium, misit ad eum legatos,

15. dicens: Pro argento, quod debebat frater tuus Jonathas in ratione regis, propter negotia quæ habuit, detinuimus eum.

16. Et nunc mitte argenti talenta centum, & duos filios ejus obsides, ut non dimissus fugiat à

AL. VERSIO VETUS.

1. *ET audivit Simon quòd congregavit Tryfon exercitum copiosum, ut veniret in terra Juda, & contereret eam.* Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

2. *Et vidit quia in tremore est populus, & timore: ascendit in Jerusalem, & congregavit populum:*

3. *& exhortatus est eos, dicens: Vos scitis quanta ego, & fratres mei, & domus patris mei, fecimus de legibus sanctis, & prælia, & angustias quales vidimus:*

4. *quorum gratiâ perierunt fratres nostri propter Israël, & relictus sum ego solus.*

5. *Et nunc non mihi contingat parcere animæ meæ in omni tempore tribulationis: non enim melior sum fratribus meis.*

6. *Vindicabo itaque gentem meam, & sancta, & natos vestros, & uxores: quia congregata sunt universæ gentes conterere nos.*

7. *Et accensus est spiritus populi ut audierunt verba ista:*

8. *& dixerunt: Tu es dux noster loco Juda, & Jonathæ fratris tui:*

9. *pugna ergo pro nobis: & omnia, quæ dixeris nobis, faciemus.*

10. *Et congregavit omnes viros bellatores, & festinavit ædificare muros Jerusalem, & munivit eam in circuitu.*

11. *Et misit Jonatham filium Absalo, misit cum eo exercitum novum in Joppen; & projecit eos, qui erant in eam, & ipse remansit illic.*

12. *Et movit Tryfon ab Ptolomaide cum exercitu multo, ut veniret in terra Juda, & Jonatha cum eo in custodia.*

13. *Simon autem adplicuit in aditum contra faciem templi.*

14. *Et cognovit Tryfon quia surrexit Simon loco Jonathæ fratris sui, & quia pugnaturus est cum eo: misit ad eum legatos,*

15. *dicens: De argento, quod debebat Jonatha frater tuus de ratione regia, propter negotia quæ habuit, contenuimus eum.*

16. *Et nunc mitte argenti talenta centum, & duos filios ejus obsides, ut non dimissus fugiat*

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 1. Consonat Græcum.

℣. 2. Græc. Καὶ εἶδε τὸν λαὸν ὅτι ἐστὶν ἔντρομος, καὶ ἔμφοβος, καὶ ἀνέβη εἰς Ἱερουσαλήμ, &c. ut sup.

℣. 3. Græc. καὶ παρεκάλεσεν αὐτοὺς, καὶ εἶπεν αὐτοῖς· Αὐτοὶ οἴδατε ὅσα ἐγὼ.... ἐποιησάμην περὶ τῶν νόμων, καὶ τῶν ἁγίων, καὶ τὰς πολέμους, καὶ τὰς συνοχωρίας ἃς εἴδομεν.

℣. 4. Græc. τούτου χάριν ἀπώλοντο οἱ ἀδελφοί μου πάντες χάριν τοῦ, &c. ut sup.

℣. 5. Itidem Græcè.

℣. 6. Græc. Πλὴν ἐκδικήσω περὶ τοῦ ἔθνους μου, καὶ περὶ τῶν ἁγίων, καὶ περὶ τῶν γυναικῶν, καὶ τῶν τέκνων ἡμῶν· ὅτι συνήχθησαν πάντα τὰ ἔθνη ἐκλεῖψαι ἡμᾶς ἕνεκεν χάριν.

℣. 7. Græc. Καὶ ἀνεζωπύρησε τὸ..... ἅμα τῷ ἀκοῦσαι, &c.

℣. 8. Gr. καὶ ἀπεκρίθησαν φωνῇ μεγάλῃ, λέγοντες· Σὺ εἶ, &c. ut sup.

℣. 9. Græc. πολέμησον τὸν πόλεμον ἡμῶν· καὶ πάντα, ὅσα ἐὰν εἴπῃς, &c.

℣. 10. Ad verbum è Græco, præter unum τοῦ τελέσαι, *consummare*, pro *ædificare*.

℣. 11. Græc. Καὶ ἀπέστειλεν Ἰωνάθαν τὸν τοῦ Ἀβεσσαλώμου, καὶ μετ' αὐτοῦ δύναμιν ἱκανὴν εἰς..... καὶ ἐξέβαλε..... καὶ ἔμεινεν ἐκεῖ ἐν αὐτῇ. Lat. Interpres legisse videtur καινὴν, non ἱκανὴν, i. e. *sufficientem*, *qui satis esset*.

℣. 12. Similiter in Græco, præter hoc, εἰς γῆν, *in terram*.

℣. 13. Græc. Σίμων δὲ παρενέβαλεν ἐν Ἀδιδὰ κατὰ πρόσωπον τοῦ πεδίου, quæ Vulgatæ congruunt.

℣. 14. Similia in Græco, nisi quòd hab. ὅτι συνάπτει αὐτῷ μέλλει πόλεμον· καὶ ἀπέστειλε πρὸς αὐτὸν πρέσβεις, loco *quia pugnaturus est*, &c.

℣. 15. Mſ. S. Theod. tollit hoc sub fin. *propter negotia quæ habuit*. Græcè verò ita: λέγων· Περὶ ἀργυρίου, ᾧ ὤφειλεν..... ὁ ἀδελφός σου εἰς τὸ βασιλικὸν, διὰ ἃς εἶχε χρείας, συνέχομεν αὐτόν· edit. Compl. συνέχομεν.

℣. 16. Concinit Græc. nisi quòd hab. δύο τῶν υἱῶν αὐ-

Digitized by Google

AL. VERSIO VETUS.

Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

à nobis, & dimittimus eum.

17. *Et cognovit Simon quia cum dolo loqueretur ſecum: & miſit argentum, & pueros, ne inimicitiam magnam ſumeret ad Iſraël.*

18..... Vide Not.

19. *Et mentitus eſt ei, & non dimiſit Jonatham.*

20. *Et venit Tryſon intrare in regionem, & conterere eam: & gyraverunt viam quæ ducit ad Oriin: & Simon, & caſtra ejus perambulabant in omnem locum quocunque ibant.*

21. *Qui autem in arce erant, miſerunt ad Tryſonem legatos, ut feſtinaret venire ad eos per deſertum, & mitteret illis eſcas.*

22. *Et paravit Tryſon omnem equitatum, ut veniret: & in illa nocte erat nix multa valde, & non venit in Galaditin.*

23. *Et cùm adpropinquaſſet Baſgame, occîdit Jonatham, & ſepultus eſt illic.*

24. *Et convertit Tryſon, & abiit in terram ſuam.*

25. *Et miſit Simon, & accepit oſſa Jonathæ fratris ſui, & ſepelivit eum in Modiim civitatem patrum ejus.*

26. *Et planxerunt eum omnis Iſraël planctu magno, & luxerunt eum dies multos.*

27. *Et adificavit Simon ſuper ſepulcrum patris ſui & fratrum ſuorum, & exaltavit ea viſu, lapide polito retro & ante:*

28. *Statuit ſeptem pyramidas, unam contra unam patri & matri, & quatuor fratribus:*

29. *& his qui fecit, circumpoſitis quatuor columnis magnis: & fecit in columnis armamenta in nomine æterno, & ſecus armamenta naves ſculptas, ad videndum ab hominibus navigantibus mare:*

30. *hoc ſepulcro, quod fecit in Modiin, uſque in hunc diem.*

31. *Tryſon autem iter faciebat cum Antiocho rege adoleſcentiore, dolo occîdit eum.*

32. *Et regnavit loco ejus, & impoſuit ſibi diadema Aſiæ, & fecit plagam magnam in terram:*

33. *Et edificavit Simon præſidia Judææ, & circummuravit turribus excelſis, & muris ma-*

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

nobis, & remittemus eum.

17. Et cognovit Simon quia cum dolo loqueretur ſecum, juſſit tamen dari argentum, & pueros: ne inimicitiam magnam ſumeret ad populum Iſraël, dicentem:

18. Quia non miſit ei argentum, & pueros, propterea periit.

19. Et miſit pueros, & centum talenta: & mentitus eſt, & non dimiſit Jonathan.

20. Et poſt hæc venit Tryphon intra regionem, ut contereret eam: & gyraverunt per viam quæ ducit Ador: & Simon, & caſtra ejus ambulabant in omnem locum quocunque ibant.

21. Qui autem in arce erant, miſerunt ad Tryphonem legatos, ut feſtinaret venire per deſertum, & mitteret illis alimonias.

22. Et paravit Tryphon omnem equitatum, ut veniret illa nocte: erat autem nix multa valde, & non venit in Galaaditim.

23. Et cùm appropinquaſſet Baſcaman, occîdit Jonathan, & filios ejus illic.

24. Et convertit Tryphon, & abiit in terram ſuam.

25. Et miſit Simon, & accepit oſſa Jonathæ fratris ſui, & ſepelivit ea in Modin civitate patrum ejus.

26. Et planxerunt eum omnis Iſraël planctu magno, & luxerunt eum dies multos.

27. Et ædificavit Simon ſuper ſepulcrum patris ſui & fratrum ſuorum ædificium altum viiù, lapide polito retro & ante:

28. Et ſtatuit ſeptem pyramidas, unam contra unam patri & matri, & quatuor fratribus:

29. & his circumpoſuit columnas magnas; & ſuper columnas arma, ad memoriam æternam; & juxta arma naves ſculptas, quæ viderentur ab omnibus navigantibus mare:

30. hoc eſt ſepulcrum, quod fecit in Modin, uſque in hunc diem.

31. Tryphon autem cùm iter faceret cum Antiocho rege adoleſcente, dolo occidit eum.

32. Et regnavit loco ejus, & impoſuit ſibi diadema Aſiæ, & fecit plagam magnam in terra.

33. Et ædificavit Simon præſidia Judææ, muniens ea turribus excelſis, & muris magnis, & por-

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

τῦ, pro *duos filios ejus*, ultimòque, ὅπως μὴ ἀφεθεὶς ἀποσαλίσῃ ἀφ' ἡμῶν, ϗ ἀρήσομαι αὐτόν.

℣. 17. Mſ. Sang. ſcriptum præfert *cum dolo quæretur*, vel *queretur*, pro *dolo loqueretur*; ſed lapſu calami cuivis aperto, orto videlicet ex gemina ſyllaba, *lo*, tum ultimâ hujus antecedentis, *dolo*, tum primâ ſubſequentis *loqueretur*: nævos ſimiles aut maculas delere non dubitamus. Græcè ita: Καὶ ἔγνω Σίμων ὅτι δόλῳ λαλῆσι πρὸς αὐτόν· ϗ πέμψει τὸ ἀργύριον, ϗ τὰ παιδάρια, μήποτε ἐγερθεὶς ἄρῃ μεγάλην πρὸς τὸν λαὸν, λέγων.

℣℣. 18. 19. Rurſum hîc vitioſus videtur eſſe Mſ. codex Sangerm. omittit enim totum ℣. 18. cum prioribus verbis verſiculi ſubſeq. repetitio vel ſeries nonnullarum vocum ſimilium errorem facilè creare potuit. Græc. addit cum Vulg. Ὀλίγα ἀπέστειλα αὐτῷ τὸ ἀργύριον, ϗ τὰ παιδάρια, ϗ ἀπώλετο· dein, Καὶ ἀπέστειλε τὰ παιδάρια, ϗ τὰ ἑκατὸν τάλαντα· ultimòque, ϗ διεψεύσατο, ϗ ὄχι, &c. quæ ſupra, Nota injtio legi ἀπέστειλα, *miſi*, non *miſit*, ut in Vulg.

℣. 20. Gr. Καὶ μετὰ ταῦτα ἦλθε Τρύφων τῦ ἐμβαλεῖσαι εἰς τὴν χώραν, ϗ ἐκλρίψαι αὐτήν· ϗ ἐκύκλωσεν ὁδὸν τὴν εἰς Ἄδωρα· ϗ Σίμων, ϗ ἡ παρεμβολὴ αὐτῦ ἀντιπαρῆγεν αὐτῷ εἰς πάντα τόπον ὃ ἂν ἐπορεύετο. Mſ. quoque S. Theod. habet, *Et poſt hæc venit Tryſon ut intraret regionem, & contereret eam.*

℣. 21. Græc. Οἱ δὲ ἐκ τῆς ἄκρας, ἀπέστειλον πρὸς Τρύφωνα πρεσβευτὰς, καταπεύδοντας αὐτὸν τῦ ἐλθεῖν πρὸς αὐτοὺς διὰ τῆς ἐρήμυ, ϗ ἀποστεῖλαι αὐτοῖς τροφάς.

℣. 22. Gr. addit αὐτῦ, ad *equitatum*, jungitque ἐν τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ, cum præced. *veniret*, detracto medio ϗ; tum addit, ϗ ἦν χιὼν πολλὴ σφόδρα· ſtatimque, ϗ οὐκ ἦλθε διὰ τὴν χιόνα, ϗ ἀπῆρε, ϗ ἦλθεν εἰς τὴν Γαλααδίτιν· i. e. ϗ *non venit propter nivem*, ϗ *movit caſtra*, ϗ *venit in Galaaditim.*

℣. 23. Græcè pariter, Ὡς δὲ ἤγγισε τῇ Βασκαμᾷ, ἀπέκτεινε τὸν Ἰωνάθαν, ϗ ἐτάφη ἐκεῖ.

℣. 24. Sic eſt in Græco.

℣. 25. Græc. hab..... ϗ ἔθαψεν αὐτὰ ἐν Μωδεὶν, &c. ut in Vulg.

℣. 26. Ita fert Græcum.

℣. 27. Eadem ſunt in Græco, excepto hoc medio, ϗ ὕψωσεν αὐτὸν τῇ ὁράσῃ, ϗ *exaltavit illud ad aſpectum*, pro *ea viſu*.

℣. 28. Concordat Græcum, niſi quòd initio hab. Καὶ ἔστησεν ἐπ' αὐτὰ, *Et ſtatuit ſuper ea:* ſed à Mſ. Alex. abeſt ἐπ' αὐτά.

℣. 29. Græc. ϗ ταύταις ἐποίησε μηχανήματα, τεθεὶς σύλας μεγάλας, ϗ ἐποίησεν ἐπὶ τοῖς σύλοις πανοπλίας εἰς ὄνομα αἰώνιον· ϗ παρὰ ταῖς πανοπλίαις πλοῖα ἐσπογλυμμένα, εἰς τὸ θεωρεῖσθαι ὑπὸ πάντων τῶν πλεόντων τὴν θάλασσαν.

℣. 30. Græc. ἕτος ὁ τάφος, ὃν ἐποίησεν ἐν Μωδεὶν, &c.

℣. 31. In Mſ. Sang. deeſt *iter*, ante *faciebat*; ſed aperto mendo. Græcè ita: Ὁ δὲ Τρύφων ἐπορεύετο δόλῳ μετὰ Ἀντιόχυ τῦ βασιλέως τῦ νεωτέρυ, ϗ ἀπέκτεινεν αὐτόν.

℣. 32. Sic eſt in Græco.

℣. 33. Græcè pariter: Καὶ ᾠκοδόμησε Σίμων τὰ..... ϗ στερεοῖσχισε πύργους..... ϗ ἔθετο βρόχους, &c.

Digitized by Google

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

tis, & ſeris: & poſuit alimenta in munitionibus.

34. Et elegit Simon viros, & miſit ad Demetrium regem, ut faceret remiſſionem regioni: quia actus omnes Tryphonis per direptionem fuerant geſti.

35. Et Demetrius rex ad verba iſta reſpondit ei, & ſcripſit epiſtolam talem:

36. REX Demetrius Simoni ſummo ſacerdoti, & amico regum, & ſenioribus, & genti Judæorum, ſalutem.

37. Coronam auream, & bahem, quam miſiſtis, ſuſcepimus: & parati ſumus facere vobiſcum pacem magnam, & ſcribere præpoſitis regis remittere vobis quæ indulſimus.

38. Quæcunque enim conſtituimus, vobis conſtant. Munitiones, quas ædificaſtis, vobis ſint:

39. remittimus quoque ignorantias, & peccata uſque in hodiernum diem, & coronam quam debebatis: & ſi quid aliud erat tributarium in Jeruſalem, jam non ſit tributarium.

40. Et ſi qui ex vobis apti ſunt conſcribi inter noſtros, conſcribantur, & ſit inter nos pax.

41. Anno centeſimo ſeptuageſimo ablatum eſt jugum gentium ab Iſraël.

42. Et cœpit populus Iſraël ſcribere in tabulis, & geſtis publicis, Anno primo ſub Simone ſummo ſacerdote, magno duce, & principe Judæorum.

43. In diebus illis applicuit Simon ad Gazam, & circumdedit eam caſtris, & fecit machinas, & applicuit ad civitatem, & percuſſit turrem unam, & comprehendit eam.

44. Et eruperant qui erant intra machinam in civitatem: & factus eſt motus magnus in civitate.

45. Et aſcenderunt qui erant in civitate, cum uxoribus & filiis ſupra murum, ſciſſis tunicis ſuis, & clamaverunt voce magna, poſtulantes à Simone dextras ſibi dari,

46. & dixerunt: Non nobis reddas ſecundùm malitias noſtras, ſed ſecundùm miſericordias tuas.

47. Et flexus Simon, non debellavit eos: ejecit tamen eos de civitate, & mundavit ædes in quibus fuerant ſimulacra, & tunc intravit in eam cum hymnis benedicens Dominum:

48. & ejecta ab ea omni immunditia, collocavit in ea viros qui legem facerent: & munivit eam, & fecit ſibi habitationem.

49. Qui autem erant in arce Jeruſalem, pro-

AL. VERSIO VETUS.

gnis, & portis, & ſeris: & poſuit eſcas in munitionibus. Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

34. Et elegit Simon viros, & miſit eos ad Demetrium regem, ut faceret remiſſionem regioni: quia omnia acta Tryſonis rapina fuerunt.

35. Et miſit ei Demetrius rex ſecundùm verba iſta, & ſcripſit ei epiſtolam talem:

36. REX Demetrius Simoni ſummo ſacerdoti, & amico regum, & ſenioribus, & genti Judæorum, ſalutem.

37. Coronam auream, & bean, quam miſiſtis, accepimus: & parati ſumus vobiſcum facere pacem magnam, & ſcribere ſuperpoſitis regum remittere vobis.

38. Quæcunque conſtituimus, vobis conſtant: & munitiones, quas edificaſtis, ſunt vobis:

39. remittimus autem ignorantias, & peccata uſque in hodiernum diem, & coronam quam debebatis: & ſi quid aliud in tributarium erat in Jeruſalem, non ſit tributarium.

40. Et ſi qui in vobis apti ſunt conſcribi inter nos, conſcribantur, & ſit inter nos pax.

41. Anno centeſimo & ſeptuageſimo ablatum eſt jugum gentium ab Iſraël.

42. Et cœpit populus ſcribere in conſcriptionibus, Anno primo ſub Simone ſummo ſacerdote magno, & duce, & principe Judæorum.

43. In diebus illis adplicuit ad Gazam, & circumdedit eam caſtris, & fecit eleopolim, & adplicuit ad civitatem, & percuſſit turrem unam, & comprehendit.

*44. Et exſilierunt qui erant in * eleopolim civitatem: & factus eſt motus magnus in civitate.* * Mſ. *eleopolima*

45. Et aſcenderunt qui erant in civitate, cum uxoribus & filiis ſuper murum, conſciſſis tunicis, & clamaverunt voce magna, poſtulantes à Simone dextras ſibi dari,

46. & dixerunt: Non nobis facias ſecundùm malitias noſtras, ſed ſecundùm miſericordiam tuam.

47. Et conſenſit illis Simon, & non debellavit eos: & ejecit eos de civitate, & mundavit domos in quibus fuerant ſimulacra, & tunc intravit in eam cantans & benedicens Deum:

48. & ejecit ex ea univerſam immunditiam, & conlocavit in eam viros qui legem facerent: & munivit eam, & fecit ſibi habitationem.

49. Qui autem erant in arce in Jeruſalem,

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 34. Rurſum Græcè: Καὶ ἐφείλεξε Σίμων ἄνδρας, καὶ ἀπέστειλε πρὸς Δημήτριον..... ὅτι πᾶσαι αἱ πράξεις Τρύφωνος ἦσαν ἁρπαγαί.

℣. 35. Græc. Καὶ ἀπέστειλεν αὐτῷ Δημήτριος ὁ βασιλεὺς κατὰ τοὺς λόγους τούτους, καὶ ἀπεκρίθη αὐτῷ, καὶ ἔγραψεν αὐτῷ, &c. ut ſup.

℣. 36. Ad verbum è Græco.

℣. 37. Græc. Τὸν στέφανον τὸν χρυσοῦν, καὶ τὴν βαΐνην, ἣν..... κεκομίσμεθα· καὶ ἑτοιμοί ἐσμεν τοῦ ποιεῖν ὑμῖν..... καὶ γράφειν τοῖς ἐπὶ τῶν χρειῶν τοῦ ἀφεῖναι ὑμῖν ἀφέματα. Mſ. S. Theod. pro *bean*, leg. *batben*.

℣. 38. Græc. Καὶ ὅσα ἐστήκαμεν πρὸς ὑμᾶς, ἔστηκε· καὶ τὰ..... ὑπαρχέτω ὑμῖν. Mſ. S. Theod. *vobis conſtent..... vobis ſint.*

℣. 39. Eadem ſunt in Græco, detractâ præp. *in*, ante 1. *tributarium*; extremò etiam, *μηκέτι τελωνεισθω*, *non ſit ampliùs tributarium*. Mſ. Sangerm. vitiosè ſcribit *ignorantia*, loco *ignorantias*; Gr. ἀγνοήματα.

℣. 40. Græc. Καὶ εἴ τινες ἐπιλήσθεισι ὑμῶν γεχφῆναι εἰς τοὺς περὶ ἡμᾶς, &c. ut ſup.

℣. 41. Gr. Ἔτους ἑβδομηκοστοῦ καὶ ἑκατοστοῦ, &c. ut ſupra.

℣. 42. Græc. Καὶ ἤρξατο ὁ λαὸς Ἰσραὴλ γράφειν ἐν ταῖς συγγραφαῖς, καὶ συναγωγαῖσιν, Ἔτους πρώτου, &c. ut ſup. interpoſitâ etiam conjunct. καὶ, poſt *magno*.

℣. 43. Græc. Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις παρεβάλε Σίμων ἐπὶ Γάζαν, καὶ ἐκύκλωσεν..... καὶ ἐποίησεν ἐλεπόλεις, καὶ προσήγαγε τῇ πόλει, &c. ut ſup. Vulgata ſola addit *eam* in fine. In Mſ. Alex. deeſt nomen Σίμων, ſicut in Mſ. Sang. De voce autem ἐλεπόλεις, vide Not. ad ℣. ſeq.

℣. 44. Reſtituenda in Mſ. noſtro omiſſa ab oſcitante librario præpoſitio *in*, ante *civitatem*, cujus defectu tollitur prorſus genuinus hujuſce loci ſenſus. *Eleopolis* enim hîc non *civitas*, ſed *aries bellicus* eſt, ſeu quælibet *machina* ad urbem diruendam apta, ut & conſtat ex verſu præced. ἐλεπόλεις ab ἑλεῖν πόλιν, ſeu αἱρεῖν, *capio*. Ambiguum aufert Vulgata; & Græcum, ubi ſic: Καὶ ἐξήλθοσαν οἱ ἐν τῇ ἐλεπόλει εἰς τὴν πόλιν, &c. ut ſupra. Mſ. S. Theod. *Et qui exierunt, erant intra machinam, in civitate*, &c.

℣. 45. Eadem leguntur Græcè, addito uno pronom. αὐτῶν, ad ἱμάτια, ſeu *tunicis*.

℣. 46. Græc. καὶ εἶπον· Μὴ ἡμῖν χρήσῃ κατὰ τὰς..... ἀλλὰ κατὰ τὸ ἔλεός σου.

℣. 47. Græcè ſimiliter: Καὶ συνελίθη Σίμων αὐτοῖς, καὶ οὐκ ἐπολέμησεν αὐτούς· καὶ ἐξέβαλεν αὐτοὺς ἐκ τῆς πόλεως, καὶ ἐκαθάρισε τὰς οἰκίας ἐν αἷς ἦν τὰ εἴδωλα, καὶ ὕτως εἰσῆλθεν εἰς αὐτὴν ὑμνῶν καὶ εὐλογῶν.

℣. 48. Græc. καὶ ἐξέβαλεν ἐξ αὐτῆς πᾶσαν ἀκαθαρσίαν, καὶ καθώκισεν ἐκεῖ ἀνδρας οἵτινες τὸν νόμον ποιοῦσι· καὶ..... καὶ ὠχυρώσεν ἑαυτῷ ἐν αὐτῇ οἴκησιν.

℣. 49. Græc. Οἱ δὲ ἐκ τῆς ἀκρας ἐν Ἱερυς. &c. ut ſupra.

Digitized by Google

AL. VERSIO VETUS.

Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

prohibebantur egredi & ingredi in regione, & emere, & vendere: & eſurierunt valde, & multi ex eis fame perierunt.

50. *Et clamaverunt ad Simonem ut dextras acciperent: & dedit illis: & ejecit eos inde, & mundavit arcem à contaminationibus:*

51. *& intraverunt in ea tertiâ & vicenſimâ ſecundi menſis, anno centeſimo ſeptuageſimo primo, cum laude, & floribus palmarum, in cymbalis, & in hymnis, & canticis, quia contritus eſt inimicus de Iſraël magnus.*

52. *Et conſtituit omnibus annis ut ageretur dies hæc cum lætitia.*

53. *Et munivit montem templi, quod erat ſecus arcem, & habitavit illic ipſe, & qui cum eo erant.*

54. *Et vidit Simon Johannem filium ſuum, quia vir eſt: & propoſuit eum ducem virtutis univerſæ: & habitavit Gazaris.*

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

hibebantur egredi & ingredi regionem, & emere, ac vendere: & eſurierunt valde, & multi ex eis fame perierunt.

50. Et clamaverunt ad Simonem ut dextras acciperent: & dedit illis: & ejecit eos inde, & mundavit arcem à contaminationibus:

51. & intraverunt in eam tertia & vigeſima die ſecundi menſis, anno centeſimo ſeptuageſimo primo, cum laude, & ramis palmarum, & cinyris, & cymbalis, & nablis, & hymnis, & canticis, quia contritus eſt inimicus magnus ex Iſraël.

52. Et conſtituit ut omnibus annis agerentur dies hi cum lætitia.

53. Et munivit montem templi, qui erat ſecus arcem, & habitavit ibi ipſe, & qui cum eo erant.

54. Et vidit Simon Joannem filium ſuum, quòd fortis prælii vir eſſet: & poſuit eum ducem virtutum univerſarum: & habitavit in Gazaris.

NOTÆ AD AL. VERSIONEM VETEREM.

℣. 50. Ad verbum è Græco.

℣. 51. ἐν εἰσῆλθεν εἰς αὐτὴν..... μετὰ αἰνέσεως, ἐν βαΐων, ἐν ἐν κινύρεσις, ἐν ἐν κυμβάλοις, ἐν ἐν κάδλαις, ἐν ἐν ὕμνοις, ἐν ἐν ᾠδαῖς, ὅτι ζυντρίβη, &c.

℣. 52. Græc. Καὶ ἔστησε κατ' ἐνιαυτὸν τῦ ἄγειν τὴν ἡμέραν, &c.

℣. 53. Græc. Καὶ πεφωχύρωσε τὸ ὄρος τῦ ἱερῦ, τὸ παρὰ τὴν, &c.

℣. 54. Græc. Καὶ εἶδε Σίμων τὸν..... ὅτι ἀνὴρ ἐστὶ ἐν ἔθετο αὐτὸν ἡγέμονα τῶν δυνάμεων πασῶν, &c. ut ſupra. Mſ. S. Theod. *Et vidit Simon..... quòd vir eſſet: & poſuit*, &c.

CAPUT XIV.

AL. VERSIO VETUS.

Ex Mſ. S. Germ. n. 15.

* Non plura deſcribere licuit ex veteri codice S. Germani, deficientibus foliis.

1. *ET in anno centeſimo ſeptuageſimo ſecundo congregavit rex Demetrius exer.....* *

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

2. Et audivit Arſaces rex Perſidis & Mediæ, quia intravit Demetrius confines ſuos, & miſit unum de principibus ſuis ut comprehenderet eum vivum, & adduceret eum ad ſe.

3. Et abiit, & percuſſit caſtra Demetrii: & comprehendit eum, & duxit eum ad Arſacen, & poſuit eum in cuſtodiam.

4. Et ſiluit omnis terra Juda omnibus diebus Simonis, & quæſivit bona genti ſuæ: & placuit illis poteſtas ejus, & gloria ejus omnibus diebus.

5. Et cum omni gloria ſua accepit Joppen in portum, & fecit introitum in inſulis maris.

6. Et dilatavit fines gentis ſuæ, & obtinuit regionem.

7. Et congregavit captivitatem multam, & dominatus eſt Gazaræ, & Bethſuræ, & arci: & abſtulit immunditias ex ea, & non erat qui reſiſteret ei.

8. Et unuſquiſque colebat terram ſuam cum pace: & terra Juda dabat fructus ſuos, & ligna camporum fructum ſuum.

9. Seniores in plateis ſedebant omnes, & de bonis terræ tractabant, & juvenes induebant ſe gloriam, & ſtolas belli.

10. Et civitatibus tribuebat alimonias, & conſtituebat eas ut eſſent vaſa munitionis, quoaduſque nominatum eſt nomen gloriæ ejus uſque ad extremum terræ.

11. Fecit pacem ſuper terram, & lætatus eſt Iſraël lætitia magna.

12. Et ſedit unuſquiſque ſub vite ſua, & ſub ficulnea ſua: & non erat qui eos terreret.

VULGATA NOSTRA, QUÆ ET ANTIQUA.

1. ANno centeſimo ſeptuageſimo ſecundo congregavit rex Demetrius exercitum ſuum, & abiit in Mediam ad contrahenda ſibi auxilia, ut expugnaret Tryphonem.

NOTÆ.

℣. 1. Mſ. S. Theod. addit num. plur. *exercitus ſuos*, &c. ut in Vulg. Græc. Καὶ ἐτέτι δευτέρῳ ἐβδομηκοςῷ ἐν ἑκαδοςῷ ζυνήγαγε Δημήτριος ὁ βασιλεὺς τὰς δυνάμεις αὐτῦ, ἐ..... τῦ ἐπισπάσαδαι βοήθειαν αὐτῷ, &c.

℣. 2. Mſ. S. Theod. *Et ut audivit Arſaces..... quia intravit Demetrius confines ſuos, miſit unum de..... ut comprehenderent..... & adduceret*, &c. Græc. Καὶ ἤκουσεν Ἀρσάκης..... ὅτι ἦλθε Δημήτριος εἰς τὰ ὅρια αὐτῦ, ἐ ἀπέστειλεν ἕνα τῶν..... ζυναδεῖν αὐτὸν ζῶντα· ſeqq. & *adduceret eum ad ſe*, deſunt.

℣. 3. Concinit Græc. niſi quòd extremò habet ἐν φυλακῇ, *in cuſtodia*.

℣. 4. Græcè omittitur *omnis*, ante *terra*; cæt. ad verbum ut ſupra.

℣. 5. Sic iterum Græcè, deletâ unâ præp. *in*, ante penult. *inſulis*.

℣. 6. Græc. habet τῷ ἔθνει, *genti*, non *gentis*; cæt. maximè gemina.

℣. 7. Græc. Καὶ ζυνήγαγεν..... ἐ ἐκυρίευσε Γαζαρῶν, ἐ Βαιθσύρων, ἐ τῆς ἄκρας, &c. Mſ. quoque S. Theod. hab. & *arcis*.

℣. 8. Græc. Καὶ ἦσαν γεωργῦντες τὴν γῆν αὐτῶν μετ' εἰρήνης· ἐ ἡ γῆ ἐδίδυ τὰ, &c. i. e. *Et erant colentes terram ſuam cum pace*: & *terra dabat*, &c. In Mſ. etiam S. Theod. & *terra dabat*, abſque medio *Juda*.

℣. 9. Græc. Πρεσβύτεροι ἐ ταῖς πλατείαις ἐκάθηντο, πάντες περὶ ἀγαθῶν ἐκοινολογῦντο, ἐ οἱ νεανίσκοι ἐνεδύσαντο δόξας, &c. i. e. *Seniores in plateis ſedebant, omnes de bonis communiter tractabant*, & *juvenes induebant ſe glorias*, &c. ut ſupra.

℣. 10. Gr. Ταῖς πόλεσιν ἐχορήγησε βρώματα, ἐ ἔταξεν αὐτὰς ἐν σκεύεσιν ὀχυρώσεως, &c. *Civitatibus tribuit alimonias*, & *conſtituit eas in vaſis munitionis*, &c.

℣. 11. Sic eſt in Græco.

℣. 12. Suffragatur Græc. niſi quòd tollit *ſub*, ante *ficulnea*, pro qua ζυκῆν, *ficu*.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

13. Defecit impugnans eos ſuper terram: reges contriti ſunt in diebus illis.

14. Et confirmavit omnes humiles populi ſui, & legem exquiſivit, & abſtulit omnem iniquum & malum:

15. ſancta glorificavit, & multiplicavit vaſa ſanctorum.

16. Et auditum eſt Romæ quia defunctus eſſet Jonathas, & uſque in Spartiatas: & contriſtati ſunt valde.

17. Ut audierunt autem quòd Simon frater ejus factus eſſet ſummus ſacerdos loco ejus, & ipſe obtineret omnem regionem, & civitates in ea;

18. ſcripſerunt ad eum in tabulis æreis, ut renovarent amicitias, & ſocietatem, quam fecerant cum Juda, & cum Jonatha fratribus ejus.

19. Et lectæ ſunt in conſpectu eccleſiæ in Jeruſalem. Et hoc exemplum epiſtolarum, quas Spartiatæ miſerunt:

20. SPARTIANORUM principes, & civitates, Simoni Sacerdoti magno, & ſenioribus, & ſacerdotibus, & reliquo populo Judæorum, fratribus, ſalutem.

21. Legati, qui miſſi ſunt ad populum noſtrum, nunciaverunt nobis de veſtra gloria, & honore, ac lætitia: & gaviſi ſumus in introitu eorum.

22. Et ſcripſimus quæ ab eis erant dicta in conciliis populi, ſic: Numenius Antiochi, & Antipater Jaſonis filius, legati Judæorum, venerunt ad nos, renovantes nobiſcum amicitiam priſtinam.

23. Et placuit populo excipere viros gloriosè, & ponere exemplum ſermonum eorum in ſegregatis populi libris, ut ſit ad memoriam populo Spartiatarum. Exemplum autem horum ſcripſimus Simoni magno ſacerdoti.

24. Poſt hæc autem miſit Simon Numenium Romam, habentem clypeum aureum magnum, pondo mnarum mille, ad ſtatuendam cum eis ſocietatem. Cùm autem audiſſet populus Romanus

25. ſermones iſtos, dixerunt: Quam gratiarum actionem reddemus Simoni, & filiis ejus?

26. Reſtituit enim ipſe fratres ſuos, & expugnavit inimicos Iſraël ab eis: & ſtatuerunt ei libertatem, & deſcripſerunt in tabulis æreis, & poſuerunt in titulis in monte Sion.

27. Et hoc eſt exemplum ſcripturæ: OCTAVA decima die menſis Elul, anno centeſimo ſeptuageſimo ſecundo, anno tertio ſub Simone ſacerdote magno in Aſaramel,

28. in conventu magno ſacerdotum, & populi, & principum gentis, & ſeniorum regionis, nota facta ſunt hæc: Quoniam frequenter facta ſunt prælia in regione noſtra.

29. Simon autem Mathathiæ filius ex filiis Jarib, & fratres ejus dederunt ſe periculo, & reſtiterunt adverſariis gentis ſuæ, ut ſtarent ſancta ipſorum, & lex: & gloriâ magnâ glorificaverunt gentem ſuam.

30. Et congregavit Jonathas gentem ſuam, & factus eſt illis ſacerdos magnus, & appoſitus eſt ad populum ſuum.

31. Et voluerunt inimici eorum calcare, & atterere regionem ipſorum, & extendere manus in ſancta eorum.

32. Tunc reſtitit Simon, & pugnavit pro gente ſua, & erogavit pecunias multas, & armavit viros virtutis gentis ſuæ, & dedit illis ſtipendia:

33. & munivit civitates Judææ, & Bethſuram, quæ erat in finibus Judææ, ubi erant arma hoſtium antea: & poſuit illic præſidium viros Judæos.

34. Et Joppen munivit, quæ erat ad mare; & Gazaram, quæ eſt in finibus Azoti, in qua hoſtes antea habitabant, & collocavit illic Judæos: & quæcunque apta erant ad correptionem eorum, poſuit in eis.

35. Et vidit populus actum Simonis, & gloriam quam cogitabat facere genti ſuæ, & poſuerunt eum ducem ſuum, & principem ſacerdotum, eò quòd ipſe fecerat hæc omnia, & juſtitiam, & fidem, quam conſervavit genti ſuæ, & exquiſivit omni modo exaltare populum ſuum.

36. Et in diebus ejus proſperatum eſt in

NOTÆ.

℣. 13. Gr. ipſo initio ponit, Καὶ ἐξέλιπεν, *Et defecit*; ſicut inf. ὁ δὲ βασιλεὺς, & *reges*; cæt. ut ſupra.

℣. 14. Conſonat Græc. detractâ conjunct. &, ante *legem*.

℣. 15. Ad verbum è Græco.

℣. 16. Græcè, ἕως Σπάρτης, *uſque in Spartam*, pro *in Spartiatas*; cæt. ſimilia.

℣. 17. Græc. delet *omnem*, ante *regionem*; ſubditque, καὶ τῶν πόλεων, τῶν ἐν αὐτῇ, & *civitates*, *quæ in ea*; cæt. paria.

℣. 18. Græc..... τῦ ἀνανεώσασθαι πρὸς αὐτὸν φιλίαν καὶ τὴν Συμμαχίαν, ἣν ἔσησαν πρὸς Ἰούδαν, καὶ Ἰωνάθαν, &c. *ut renovarent cum eo amicitiam & ſocietatem, quam ſtatuerant cum Juda, & Jonatha*, &c. Mſ. S. Theod. initio hab. *tabulis æreis*, abſque præp. *in*, quæ etiam abeſt à Græco.

℣. 19. Similia Græcum habet.

℣. 20. Græc. Σπαρτιατῶν ἄρχοντες, καὶ ἡ πόλις, Σίμωνι, &c. *Spartiatum principes, & civitas, Simoni*, &c. ut in Vulg. Mſ. S. Theod. *Spartianorum princeps*, non *principes*.

℣. 21. Græc. Οἱ πρεσβευταὶ, οἱ ἀποσταλέντες, &c. ut ſupra, excepto uno *ac lætitia*, quod deeſt.

℣. 22. Græcum ultimò habet, ἀνανεύμωμεν τὴν πρὸς ἡμᾶς φιλίαν.

℣. 23. Sic eſt in Græco.

℣. 24. Eadem leguntur Græcè, detractâ conjunctione *autem*, ante *miſit*; cum ultima voce *Romanus*. Mſ. S. Theod. ſcribit *minarum*, non *mnarum*; Græc. verò μνῶν, cum Vulg.

℣. 25. Concinit Græc. ad verbum.

℣. 26. Gr. in principio habet: Ἐσήμανε γὰρ αὐτὸς, καὶ οἱ ἀδελφοὶ αὐτῦ, καὶ ὁ οἶκος τῦ πατρὸς αὐτῦ· καὶ ἐπολέμησαν τὺς ἐχθροὺς Ἰσραὴλ ἀπ' αὐτῶν, καὶ ἔστησαν, &c. i. e. *Firmavit enim ipſe, & fratres ejus, & domus fratris ejus: & expugnaverant inimicos Iſraël à ſe, & ſtatuerunt*, &c. ut ſupra. Mſ. S. Theod. tollit *à ſe*, poſt *Iſraël*.

℣. 27. Eadem ſunt in Græco, præter ſeqq. καὶ τῦτο τρίτον ἔτος, & *hic annus tertius*, pro *anno tertio*; & Σαραμέλ, loco *Aſaramel*: non etiam exprimitur ſup. *die menſis*, ante *Elul*.

℣. 28. Sic iterum Græcè, præter hoc, ἐγνώρισεν ἡμῖν, *innotuit nobis*, loco *nota facta ſunt hæc*; deeſt quoque *noſtra*, in fine.

℣. 29. Græc. Σίμων δὲ ὁ υἱὸς Ματταθίου, ὁ υἱὸς τῶν υἱῶν Ἰαρίβ, &c. ut ſupra. Mſ. S. Theod. ſcribit *Joarib*, non *Jarib*.

℣. 30. Sic eſt in Græco.

℣. 31. Græc. Καὶ ἐβυλήθησαν οἱ ἐχθροὶ αὐτῶν ἐμβαλεῖν εἰς τὴν χώραν αὐτῶν, τῦ ἐκλῖψαι τὴν χώραν αὐτῶν, καὶ ἐκτεῖναι χεῖρας ἐπὶ τὰ ἅγια αὐτῶν· i.e. *Et voluerunt inimici eorum penetrare in regionem ipſorum, ut attererent regionem ipſorum, & extenderent manus in ſancta ipſorum*.

℣. 32. Græc. initio habet, Τότε ἀνέστη Σίμων, *Tunc ſurrexit Simon*; paulòque poſt, ad *pecunias multas*, addit τῶν ἰδίων αὐτῦ, *ex ſuis*; cæt. paria.

℣. 33. Conſonat Græcum. Mſ. S. Theod. habet *quæ erant*, non *erat*, ſed malè; nam in Gr. τὴν ἐπὶ τῶν ὁρίων.

℣. 34. Græc. poſt *Azoti*, ſubdit, ἐν ᾗ ἦκαν οἱ πολέμιοι τοπρότερον ἐκεῖ· ultimòque, καὶ ὅσα ἐπιτηδεία ἦν πρὸς τὴν τούτων ἐπανόρθωσιν, ἔθετο ἐν αὐτοῖς.

℣. 35. Simillima, & maximè gemina quæ in Græco.

℣. 36. Conſonat Græcum, præter quàm quòd pro *in arce*, habet, οἳ ἐποίησαν ἑαυτοῖς ἄκρον, *qui fecerunt ſibi*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

manibus ejus, ut tollerentur gentes de regione ipsorum, & qui in civitate David erant in Jerusalem in arce, de qua procedebant, & contaminabant omnia quæ in circuitu sanctorum sunt, & inferebant plagam magnam castitati:

37. & collocavit in ea viros Judæos ad tutamentum regionis, & civitatis, & exaltavit muros Jerusalem.

38. Et rex Demetrius statuit illi summum sacerdotium.

39. Secundùm hæc fecit eum amicum suum, & glorificavit eum gloria magna.

40. Audivit enim quòd appellati sunt Judæi à Romanis amici, & socii, & fratres, & quia susceperunt legatos Simonis gloriosè:

41. & quia Judæi, & sacerdotes eorum consenserunt eum esse ducem suum, & summum sacerdotem in æternum, donec surgat propheta fidelis:

42. & ut sit super eos dux, & ut cura esset illi pro sanctis, & ut constitueret præpositos super opera eorum, & super regionem, & super arma, & super præsidia:

43. & cura sit illi de sanctis: & ut audiatur ab omnibus, & scribantur in nomine ejus omnes conscriptiones in regione: & ut operiatur purpurâ, & auro:

44. & ne liceat ulli ex populo, & ex sacerdotibus, irritum facere aliquid horum, & contradicere his quæ ab eo dicuntur, aut convocare conventum in regione sine ipso: & vestiri purpurâ, & uti fibulâ aureâ:

45. qui autem fecerit extra hæc, aut irritum fecerit aliquid horum, reus erit.

46. Et complacuit omni populo statuere Simonem, & facere secundùm verba ista.

47. Et suscepit Simon, & placuit ei ut summo sacerdotio fungeretur, & esset dux & princeps gentis Judæorum, & sacerdotum, & præesset omnibus.

48. Et scripturam istam dixerunt ponere in tabulis æreis, & ponere eas in peribolo sanctorum, in loco celebri:

49. exemplum autem eorum ponere in ærario, ut habeat Simon, & filii ejus.

NOTÆ.

arcem; paulòque post, καὶ ἐμίαινον κύκλῳ τῶν ἁγίων, & *contaminabant in circuitu sanctorum*, loco & *contaminabant omnia quæ in circuitu sanctorum sunt*; ultimòque, καὶ ἐποίουν πληγὴν μεγάλην ἐν τῇ ἁγνείᾳ.

℣. 37. Ita Græcum habet, hoc tamen interposito, καὶ ὠχύρωσεν αὐτὴν, & *munivit eam*, post *Judæos*. Mſ. S. Theod. tollit *ad*, ante *tutamentum*.

℣. 38. Itidem Græcè.

℣. 39. Græc. Κατὰ ταῦτα καὶ ἐποίησεν αὐτὸν τῶν φίλων αὐτοῦ, *Secundùm hæc & fecit eum ex amicis suis*, &c. ut supra.

℣. 40. Ita Græcum habet, hoc excepto medio, ἀπήντησαν τοῖς πρεσβευταῖς, *obviam issent legatis*, pro *susceperunt legatos*.

℣. 41. Græc. tollit *eorum*, post *sacerdotes*; loco verò seq. *eum*, ponit Σίμωνα; nec addit *suum*, ad *ducem*. Mſ. S. Theod. legit, *consenserant esse eum ducem*.

℣. 42. Concinit Græc. nisi quòd habeat, καθίσαι ἀνδρὰς ἐπ' αὐτοὺς, *ut constituerent eos*, loco & *ut constitueret præpositos*. Mſ. S. Theod. & *constituere præpositos*.

℣. 43. Græc. initio hab. καὶ ὅπως μέλοι, & *ut cura sit*; rursumque inf. καὶ ὅπως γράφωνται, Mſ. S. Theod. & *ut scribantur*: cæt. quadrant.

℣. 44. Eadem fert Græc. excepto isto ῥηθησομένοις, καὶ, *dicentur*, &, pro *dicuntur*, *aut*.

℣. 45. Itidem Græcè.

℣. 46. Ita rursum Græcè, excepto uno Σίμων, loco *Simonem*.

℣. 47. Mſ. S. Theod. tollit *ei*, post *placuit*; extremòque legit, & *præesse omnibus*, non *præesset*. Græc..... καὶ συνδόκησεν ἀρχιερατεύειν, καὶ εἶναι στρατηγὸς, καὶ ἐθνάρχης τῶν... καὶ τῆ περιπαλῆσαι πάντων.

℣. 48. Ad verbum è Græco.

℣. 49. Græc. Τὰ δὲ ἀντίγραφα αὐτῶν θέσθαι, &c. *exemplaria autem eorum poni*, &c. ut in Vulg.

CAPUT XV.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. ET misit rex Antiochus filius Demetrii epistolas ab insulis maris Simoni sacerdoti, & principi gentis Judæorum, & universæ genti:

2. & erant continentes hunc modum: REX Antiochus Simoni sacerdoti magno, & genti Judæorum, salutem.

3. Quoniam quidem pestilentes obtinuerunt regnum patrum nostrorum, volo autem vendicare regnum, & restituere illud sicut erat antea: & electam feci multitudinem exercitus, & feci naves bellicas.

4. Volo autem procedere per regionem, ut ulciscar in eos, qui corruperunt regionem nostram, & qui desolaverunt civitates multas in regno meo.

5. Nunc ergo statuo tibi omnes oblationes, quas remiserunt tibi ante me omnes reges, & quæcunque alia dona remiserunt tibi:

6. & permitto tibi facere percussuram proprii numismatis in regione tua:

7. Jerusalem autem sanctam esse, & liberam: & omnia arma quæ fabricata sunt, & præsidia quæ construxisti, quæ tenes, maneant tibi.

8. Et omne debitum regis, & quæ futura sunt regi, ex hoc, & in totum tempus remittuntur tibi.

9. Cùm autem obtinuerimus regnum nostrum, glorificabimus te, & gentem tuam, & templum gloriâ magnâ, ita ut manifestetur gloria vestra in universa terra.

10. Anno centesimo septuagesimo quarto exiit Antiochus in terram patrum suorum,

NOTÆ.

℣. 1. Græcè tollitur *rex*, ante *Antiochus*; additur verò τῦ βασιλέως, ad *Demetrii*; cæt. paria.

℣. 2. Consonat Græcum, nisi quòd voci *magno*, subdit καὶ ἐθνάρχῃ, & *principi gentis*; deinde, καὶ ἔθνει, &c.

℣. 3. Gr. ipso initio habet: Ἐπειδὴ ἄνδρες λοιμοὶ subinde loco & *restituere illud*, ὅπως ἀποκαλάσω αὐτὴν, *ut restituam illud*; & pro *feci naves*, καλεσκεύασα πλοῖα, *parari naves*, &c.

℣. 4. Similia Græcum habet, detracto ult. pronomine *meo*.

℣. 5. Græc. Νῦν ἔν ἵστημί σοι πάντα τὰ ἀφαιρέματα, ἃ ἀφῆκάν σοι οἱ πρὸ ἐμοῦ βασιλεῖς, &c. quæ sup.

℣. 6. Græc. καὶ ἐπιτρέψαί σοι ποιῆσαι κόμμα ἴδιον νόμισμα τῆ χώρᾳ σου.

℣. 7. Græc. Ἱερουσαλὴμ δὲ, καὶ τὰ ἅγια εἶναι ἐλεύθερα· καὶ πάντα τὰ ὅπλα ὅσα κατεσκεύασας, &c. i. e. *Jerusalem autem, & sancta esse libera*: & *omnia arma quæ fabricasti*, vel *præparasti*, &c. quæ supra.

℣. 8. Græc. habet βασιλικὸν, *regium*, loco *regis*, uti βασιλικὰ, *regia*, pro *regi*; & pro *remittuntur*, ἀφιέδω, *remittantur*; cæt. similia. Mſ. S. Theod. legit: *Et omne debitum regis*, & *quæ in futuro debebuntur regi*, & *ex hoc*, & *in omne tempus remittuntur tibi*.

℣℣. 9. 10. Simillima & maximè gemina quæ in Græco,

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

& convenerunt ad eum omnes exercitus, ita ut pauci relicti essent cum Tryphone.

11. Et insecutus est eum Antiochus rex, & venit Doram fugiens per maritimam:

12. sciebat enim quòd congregata sunt mala in eum, & reliquit eum exercitus.

13. Et applicuit Antiochus super Doram cum centum viginti millibus virorum belligeratorum, & octo millibus equitum:

14. & circuivit civitatem, & naves à mari accesserunt: & vexabant civitatem à terra & mari, & neminem sinebant ingredi vel egredi.

15. Venit autem Numenius, & qui cum eo fuerant, ab urbe Roma, habentes epistolas regibus & regionibus scriptas, in quibus continebantur hæc:

16. LUCIUS consul Romanorum, Ptolemæo regi salutem.

17. Legati Judæorum venerunt ad nos amici nostri, renovantes pristinam amicitiam & societatem, missi à Simone principe sacerdotum, & populo Judæorum.

18. Attulerunt autem & clypeum aureum mnarum mille.

19. Placuit itaque nobis scribere regibus, & regionibus, ut non inferant illis mala, neque impugnent eos, & civitates eorum, & regiones eorum: & ut non ferant auxilium pugnantibus adversùs eos.

20. Visum autem est nobis accipere ab eis clypeum.

21. Si qui ergo pestilentes refugerunt de regione ipsorum ad vos, tradite eos Simoni principi sacerdotum, ut vindicet in eos secundùm legem suam.

22. Hæc eadem scripta sunt Demetrio regi, & Attalo, & Ariarathi, & Arsaci,

23. & in omnes regiones: & Lampsaco, & Spartiatis, & in Delum, & in Myndum, & in Sicyonem, & in Cariam, & in Samum, & in Pamphyliam, & in Lyciam, & in Alicarnassum, & in Coo, & in Siden, & in Aradon, & in Rhodum, & in Phaselidem, & in Gortynam, & Gnidum, & Cyprum, & Cyrenen.

24. Exemplum autem eorum scripserunt Simoni principi sacerdotum, & populo Judæorum.

25. Antiochus autem rex applicuit castra in Doram secundò, admovens ei semper manus, & machinas faciens: & conclusit Tryphonem, ne procederet:

26. & misit ad eum Simon duo millia virorum electorum in auxilium, & argentum, & aurum, & vasa copiosa:

27. & noluit ea accipere, sed rupit omnia, quæ pactus est cum eo antea, & alienavit se ab eo.

28. Et misit ad eum Athenobium unum de amicis suis, ut tractaret cum ipso, dicens: Vos tenetis Joppen, & Gazaram, & arcem quæ est in Jerusalem, civitates regni mei:

29. fines earum desolastis, & fecistis plagam magnam in terra, & dominati estis per loca multa in regno meo.

30. Nunc ergo tradite civitates, quas occupastis; & tributa locorum, in quibus dominati estis extra fines Judææ:

31. sin autem, date pro illis quingenta talenta argenti, & exterminii, quod exterminastis, & tributorum civitatum alia talenta quingenta: sin autem, veniemus, & expugnabimus vos.

32. Et venit Athenobius amicus regis in Jerusalem, & vidit gloriam Simonis, & claritatem in auro & argento, & apparatum copiosum: & obstupuit: & retulit ei verba regis.

33. Et respondit ei Simon, & dixit ei: Neque alienam terram sumpsimus, neque aliena detinemus: sed hæreditatem patrum nostrorum, quæ injustè ab inimicis nostris aliquo tempore possessa est.

34. Nos verò tempus habentes, vindicamus hæreditatem patrum nostrorum.

35. Nam de Joppe & Gazara quæ expostulas, ipsi faciebant in populo plagam magnam, & in regione nostra: horum damus talenta centum. Et non respondit ei Athenobius verbum.

NOTÆ.

℣. 11. Græc. extremò hab. καὶ ἦλθε φεύγων εἰς Δωρᾶ, τὴν ἐπὶ τῆς θαλάσσης, & *venit fugiens in Doram, quæ ad mare.* Compl. καὶ ἦλθεν εἰς Δωρᾶ φεύγων ἐπὶ τῆς θαλάσσης· Mſ. S. Theod. *per maritima.*

℣. 12. Græcè pluraliter..... καὶ ἀφῆκαν αὐτὸν αἱ δυνάμεις.

℣. 13. Græc..... ἐπὶ Δωρᾶ, καὶ ζὺν αὐτῷ δώδεκα μυριάδες, &c.

℣. 14. Similia Græcum habet, præter singul. duo, ἔθλιβε, & εἴασε, *vexabat*, & *finebat*, loco *vexabant*, & *finebant*; dein, ἐκπορεύεσθαι & εἰσπορεύεσθαι.

℣℣. 15. 16. Græc. Καὶ ἦλθε Νουμήνιος, καὶ οἱ παρ' αὐτοῦ, ἐκ Ῥώμης, ἔχοντες ἐπιστολὰς τοῖς βασιλεῦσι καὶ ταῖς χώραις, ἐν αἷς ἐγέγραπτο τάδε· Λεύκιος ὕπατος, &c. ut sup.

℣. 17. Græc. post *amici nostri*, subdit, καὶ ζύμμαχοι, & *socii*; cæt. simillima.

℣. 18. Sic est in Græco, deletâ mediâ conjunct. &.

℣. 19. Suffragatur Græc. nisi quòd hab. ἐκζητήσωσι, *quærant*, pro *inferant*, & χώρας singulariter, non *regiones*.

℣℣. 20. 21. Itidem Græcè.

℣. 22. Gr. Καὶ τὰ αὐτὰ ἐγραψε Δημητρίῳ, &c. *Hæc eadem scripsit Demetrio*, &c. al. Καὶ ταῦτα ἐγραψε, &c. Mſ. S. Theod. subinde scribit *Arathe*, non *Ariarathi*.

℣. 23. Totidem verba in Græco, præter unum aut alterum nonnihil mutata, nempe Σαμψάμη, vel ut in Mſ. Alex. Σαμψάκη, pro *Lampsaco*; & Κνίδον, *Cnidum*, pro *Gnidum*: *Rhodum* autem, & *Phaselidem*. Gr. ponit inter *Alicarnassum*, & *Coo*. In Mſ. S. Theod. sic variant nomina: & *Samsame*, & *Spartanis*, & *Delo*, & *Mydo*, & *Sicyone*, & *Carie*, & *Sanum*, & *Pamphiliam*, & *Lyciam*, & *Alacarnasum*, & *Rodum*, & *Fuselyda*, & *Choo*, & *Sydon*, & *Arado*, & *Gortinam*, &c.

℣. 24. Itidem Græcè, detracto ult. & *populo Judæorum*.

℣. 25. Sic iterum Græcè, hoc excepto ult. τοῦ μὴ εἰσπορεύεσθαι καὶ ἐκπορεύεσθαι, *ne ingrederetur & egrederetur*, loco *ne procederet*.

℣. 26. Græc. καὶ ἀπέστειλεν αὐτῷ..... Συμμαχῆσαι αὐτῷ, καὶ..... καὶ σκεύη ἱκανά.

℣. 27. καὶ οὐκ ἠθέλησε αὐτὰ..... ἀλλ' ἠθέτησε πάντα..... καὶ ἠλλοτριώθη αὐτῷ. Mſ. S. Theod. *sed irrupit omnia*, &c. ut in Vulg.

℣. 28. Ita de Græco, verbum è verbo.

℣. 29. Consonat Græcum, nisi quòd habet τόπων πολλῶν, *locorum multorum*, loco *per loca multa*.

℣℣. 30. 31. Eadem sunt in Græco.

℣. 32. Ita Græcè, præter media ista, καὶ κυλικεῖον ἐκ τῶν χρυσωμάτων καὶ ἀργυρωμάτων, & *abscum cum vasis auris & argenteis*, pro & *claritatem in auro & argento*; dein, καὶ παράσασιν ἱκανὴν, &c.

℣. 33. Ita fert Græcum, præter seqq. Καὶ ἀποκριθεὶς Σίμων, εἶπεν αὐτῷ· subinde, κεκρατήκαμεν, *detinuimus*, pro *detinemus*; ultimòque, ὑπὸ δὲ ἐχθρῶν ἡμῶν ἐν τινι καιρῷ ἀκρίτως κατεκρατήθη· i. e. *ab inimicis autem nostris injustè aliquo tempore possessa est*, loco *quæ injustè ab inimicis*, &c.

℣. 34. Græc. Ἡμεῖς δὲ..... ἀντιλαμβάνομεθα τῆς, &c.

℣. 35. Gr. Περὶ δὲ Ἰόππης καὶ Γαζάρων ὧν αἰτεῖς, ταῦτα ἐποίουν ἐν τῷ λαῷ πληγὴν μεγάλην κατὰ τὴν χώραν ἡμῶν· τούτων δώσομεν τάλαντα ἑκατόν, &c. i. e. *De Joppe autem & Gaza quæ expostulas, ipsa faciebant in populo plagam magnam per regionem nostram: harum dabimus centum ta-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

36. Reverſus autem cum ira ad regem, renuntiavit ei verba iſta, & gloriam Simonis, & univerſa quæ vidit: & iratus eſt rex irâ magnâ.

37. Tryphon autem fugit navi in Orthoſiada.

38. Et conſtituit rex Cendebæum ducem maritimum, & exercitum peditum & equitum dedit illi.

39. Et mandavit illi movere caſtra contra faciem Judææ: & mandavit ei ædificare Gedorem, & obſtruere portas civitatis, & debellare populum. Rex autem perſequebatur Tryphonem.

40. Et pervenit Cendebæus Jamniam, & cœpit irritare plebem, & conculcare Judæam, & captivare populum, & interficere, & ædificare Gedorem.

41. Et collocavit illic equites, & exercitum: ut egreſſi perambularent viam Judææ, ſicut conſtituit ei rex.

NOTÆ.

lenta, &c. ut ſup. In Mſ. Alex. penult. *Athenobius* deeſt.

℣. 36. Græc. Ἀνέστρεψε δὲ..... ἐν ἀσηγξειλεν, &c.

℣. 37. Gr. Τρύφων δὲ ἐμβὰς εἰς πλοῖον, ἔφυγεν εἰς Ὀρθωσιάδα· *Tryphon autem conſcendens navim, fugit in Orthoſiada.*

℣. 38. Græcè, τῆς παρχλίας, *maritimæ*, loco *maritimum*; dein, ἐν δυνάμεις πεζικὰς, &c.

℣. 39. Similia Græcum habet, exceptis his, οἰκοδομῆσαι τὴν Κεδρὼν, καὶ ἐχυρῶσαι τὰς πύλας, καὶ ὅπως πολεμήσῃ τὸν λαόν· i. e. *ædificare Cedronem, & munire portas, & ut debellet populum*, loco *ædific. Gedorem, & obſtruere portas civitatis, & debellare populum.* Mſ. Alex. loco πύλας, habet πόλεις, *civitates.* Mſ. S. Theod. legit pariter *Cedrenem*, non *Gedorem.*

℣. 40. Eadem rurſum Græcè, præter iſta, ἐμβαλεῖν εἰς τὴν Ἰουδαίαν, *penetrare in Judæam*, pro *conculcare Judæam*; & οἰκοδόμησε τὴν Κεδρὼν, *ædificavit Cedronem*, pro *ædificare Gedorem.* Mſ. S. Theod. *ædificare Cedronem.*

℣. 41. Græcè pluraliter δυνάμεις, *exercitus*, ſicut inf. τὰς ὁδὸς, *vias*, loco *viam*; cæt. ſimilia.

CAPUT XVI.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. ET aſcendit Joannes de Gazaris, & nunciavit Simoni patri ſuo quæ fecit Cendebæus in populo ipſorum.

2. Et vocavit Simon duos filios ſeniores, Judam & Joannem, & ait illis: Ego, & fratres mei, & domus patris mei, expugnavimus hoſtes Iſraël ab adoleſcentia uſque in hunc diem: & proſperatum eſt in manibus noſtris liberare Iſraël aliquoties.

3. Nunc autem ſenui, ſed eſtote loco meo, & fratres mei, & egreſſi pugnate pro gente noſtra: auxilium verò de cœlo vobiſcum ſit.

4. Et elegit de regione viginti millia virorum belligeratorum, & equites; & profecti ſunt ad Cendebæum: & dormierunt in Modin.

5. Et ſurrexerunt manè, & abierunt in campum: & ecce exercitus copioſus in obviam illis peditum, & equitum, & fluvius torrens erat inter medium ipſorum.

6. Et admovit caſtra contra faciem eorum ipſe, & populus ejus, & vidit populum trepidantem ad transfretandum torrentem, & transfretavit primus: & viderunt eum viri, & tranſierunt poſt eum.

7. Et diviſit populum, & equites in medio peditum: erat autem equitatus adverſariorum copioſus nimis.

8. Et exclamaverunt ſacris tubis, & in fugam converſus eſt Cendebæus, & caſtra ejus: & ceciderunt ex eis multi vulnerati: reſidui autem in munitionem fugerunt.

9. Tunc vulneratus eſt Judàs frater Joannis: Joannes autem inſecutus eſt eos, donec venit Cedronem, quam ædificavit:

10. & fugerunt uſque ad turres, quæ erant in agris Azoti, & ſuccendit eas igni. Et ceciderunt ex illis duo millia virorum, & reverſus eſt in Judæam in pace.

11. Et Ptolemæus filius Abobi conſtitutus erat dux in campo Jericho, & habebat argentum, & aurum multum:

12. erat enim gener ſummi ſacerdotis.

13. Et exaltatum eſt cor ejus, & volebat obtinere regionem, & cogitabat dolum adversùs Simonem, & filios ejus, ut tolleret eos.

14. Simon autem, perambulans civitates, quæ erant in regione Judææ, & ſolliciſitudinem gerens earum, deſcendit in Jericho ipſe, & Mathathias filius ejus, & Judas, anno centeſimo ſeptuageſimo ſeptimo, menſe undecimo: hic eſt menſis Sabath.

15. Et ſuſcepit eos filius Abobi in munitiunculam, quæ vocatur Doch, cum dolo, quam ædificavit: & fecit eis convivium magnum, & abſcondit illic viros.

16. Et cùm inebriatus eſſet Simon, & filii ejus, ſurrexit Ptolemæus cum ſuis, & ſumpſerunt arma ſua, & intraverunt in convivium,

NOTÆ.

℣. 1. Græcum extremò habet Συνετέλει Κενδεβαῖος, abſque ſeq. *in populo ipſorum*; quod pariter deeſt in Mſ. S. Theod. In ed. Ald. Συνετέλεσε.

℣. 2. Similia prorſus in Græco, præter unum αὐτῷ, additum ad *filios*; ultimòque, πλειονάκις, *ſæpenumero*, pro *aliquoties.* Mſ. S. Theod. initio hab. *Et vocavit duos filios ſuos ſeniores*; paulòque poſt, *Ego*, & *fratres mei expugnavimus*, abſque hoc med. & *domus patris mei.*

℣. 3. Gr. poſt verbum *ſenui*, addit: καὶ ὑμεῖς δὲ ἐν τῷ ἐλέει ἱκανοί ἐστε ἐν τοῖς ἔτεσι· deinde, γίνεσθε ὡς ἐμοῦ, καὶ τοῦ ἀδελφοῦ μου, &c. i. e. & *vos autem in miſericordia ſufficientes eſtis in annis: eſtote loco meo*, & *fratris mei*; reliqua ut in Vulg.

℣. 4. Ita in Græco ad verbum.

℣. 5. Græcè deeſt ſolùm vox *fluvius.*

℣℣. 6. 7. 8. Totidem verba in Græco.

℣. 9. Ita rurſum in Græco, detracto uno *Joannis*, poſt *frater.*

℣. 10. Gr. καὶ ἔφυγον ἕως εἰς τοὺς πύργους... Ἀζώτου, καὶ ἐνεπύρισεν αὐτὴν ἐν πυρί. Καὶ ἐπεσον ἐξ αὐτῶν εἰς ἀνδρες χιλίοι, καὶ ἀνεστρεψεν εἰς γῆν Ἰούδα μετ' εἰρήνης· i. e. & *fugerunt uſque ad turres, quæ..... Azoti*, & *ſuccendit eam igni. Et ceciderunt ex eis ad duo millia virorum*, & *reverſus eſt in terram Juda cum pace.*

℣. 11. Ita Græcè, niſi excipiatur nomen Ἀβούβου, *Abubi*, loco *Abobi.*

℣℣. 12. 13. Similia in Græco.

℣. 14. Gr. Σίμων δὲ ἦν ἐφοδεύων τὰς πόλεις, τὰς ἐν τῇ χώρᾳ, καὶ φροντίζων τῆς ἐπιμελείας αὐτῶν· καὶ καθέζεται εἰς Ἰεριχὼ αὐτὸς, καὶ Ματταθίας, καὶ Ἰούδας, οἱ υἱοὶ αὐτοῦ, ἔτους, &c. i. e. *Simon autem erat perambulans civitates, quæ in regione*, & *ſollicitudinem gerens de cura earum*: & *deſcendit in Jericho ipſe*, & *Mattathias*, & *Judas*, *filii ejus*, *anno*, &c. quæ ſup.

℣. 15. Eadem ſunt in Græco.

℣. 16. Ita Græcum habet, exceptis his mediis, καὶ ἐπο-

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

& occiderunt eum, & duos filios ejus, & quosdam pueros ejus:

17. & fecit deceptionem magnam in Iſraël, & reddidit mala pro bonis.

18. Et ſcripſit hæc Ptolemæus, & miſit regi, ut mitteret ei exercitum in auxilium, & traderet ei regionem, & civitates eorum, & tributa.

19. Et miſit alios in Gazaram tollere Joannem: & tribunis miſit epiſtolas, ut venirent ad ſe, & daret eis argentum, & aurum, & dona.

20. Et alios miſit occupare Jeruſalem, & montem templi.

21. Et præcurrens quidam, nunciavit Joanni in Gazara, quia periit pater ejus, & fratres ejus, & quia miſit te quoque interfici.

22. Ut audivit autem, vehementer expavit: & comprehendit viros, qui venerant perdere eum, & occidit eos: cognovit enim quia quærebant eum perdere.

23. Et cætera ſermonum Joannis, & bellorum ejus, & bonarum virtutum, quibus fortiter geſſit, & ædificii murorum, quos exſtruxit, & rerum geſtarum ejus:

24. ecce hæc ſcripta ſunt in libro dierum ſacerdotii ejus, ex quo factus eſt princeps ſacerdotum poſt patrem ſuum.

NOTÆ.

Ἐλθοσαν τῷ Σίμωνι εἰς τὸ Συμπόσιον, & *irruerunt in Simonem in convivio*, loco & *intraverunt in convivium.*

¥. 17. Conſonat Græcum, ſublato *τῷ in Iſraël.*

¥. 18. Ita rurſum Græcè, detracto hoc ult. & *tributa.*

¥. 19. Ita conſtanter in Græco, excepto uno *ὅπως δῷ*, *ut daret*, pro & *daret.*

¥. 20. Ad verbum è Græco.

¥. 21. Itidem Græcè, præter ult. *ἀποκτεῖναι*, *interficere*, pro *interfici.*

¥. 22. Græc. Καὶ ἀκούσας, ἐξέστη σφόδρα, &c. ut ſupra.

¥. 23. Græc. Καὶ τὰ λοιπὰ τῶν..... καὶ τῶν..... καὶ τῶν ἀνδραγαθιῶν αὐτοῦ, ὧν ἐπεδραγάθησε, καὶ τῆς οἰκοδομῆς τῶν, &c. ut ſupra. Mſ. S. Theod. legit & *ædificia*, non *ædificii.*

¥. 24. Ita de Græco verbum è verbo.

ROMAN. CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore FRANCISCO LUCA Brugenſi.

LIBER MACHABÆORUM PRIOR.

CAP. I. ¥. 11. Et exiit ex eis radix peccatrix. *Nominativus femininus* peccatrix, *non eſt commutandus cum genitivo neutro* peccati.

¥. 27. Virgines, & juvenes infirmati ſunt. *Non ſunt præponendi juvenes virginibus.*

¥. 38. Et factum eſt hoc ad inſidiat ſanctificationi. *Dativus caſus* ſanctificationi, *non eſt mutandus cum genitivo.*

¥. 51. In omnibus immundis. *Pro adjectivo* immundis, *non ſcribas ſubſtantivum* immunditiis.

¥. 57. Quinto & quadrageſimo & centeſimo anno. *Non omittas* & centeſimo.

CAP. II. ¥. 1. Sacerdos ex filiis Joarib ab Jeruſalem. *Scribendum eſt* Joarib, *ultima littera exiſtente* b *ſecunda alphabeti; non* Joarim, *ultima littera exiſtente* m *ſecunda liquidarum.*

¥. 30. Et ſederunt ibi ipſi, & filii eorum. *Non mutes plurale* eorum *in ſingulare* ejus.

Ibidem. Quoniam inundaverunt ſuper eos mala. *Alii libri ſcribunt* induraverunt, *minùs veriſimiliter.*

¥. 31. Qui erat in Jeruſalem. *Retinendus eſt numerus ſingularis* erat.

¥. 42. Tunc congregata eſt ad eos ſynagoga Aſſidæorum. *Cave reponas nomen generale* Judæorum, *pro particulari* Aſſidæorum, *quod aliàs dicitur* Eſſenorum.

¥. 46. Quotquot invenerunt in finibus Iſraël. *Nomen* Iſraël *non eſt mutandum in pronomen* eorum.

¥. 64. Quia in ipſa glorioſi eritis. *Quod quidam libri adjiciunt poſt conjunctionem* quia, cùm feceritis quæ vobis præcepta ſunt in lege à Domino Deo veſtro, *meritò ut ſuperfluum omiſſum eſt.*

CAP. III. ¥. 8. Et perambulavit civitates Judæ. *Non mutes præteritum perfectum in imperfectum* perambulabat.

CAP. IV. ¥. 20. Et vidit Gorgias quòd in fugam converſi ſunt ſui. *Correctores putarunt non omittendas voces* Gorgias & ſui, *quas multi omittunt.*

Sequitur: Et ſuccenderunt caſtra. *Non mutes* ſuccenderunt *cum* ſuccenſa ſunt.

¥. 31. Et confundantur in exercitu ſuo. *Servandus eſt numerus pluralis* confundantur, *non ſurrogandus ſingularis* confundatur.

CAP. V. ¥. 3. Et eos qui erant in Acrabathane. *Plerique libri vocem* Acrabathane, *malè ſcribunt omiſſâ litterâ* c, *quæ tertia quidem eſt alphabeti, hujus autem dictionis ſecunda.*

¥. 30. Et expugnarent eos. *Alii legunt* expugnabant.

¥. 35. Et ſumpſit ſpolia ejus. *Non ſupponas verbum compoſitum* aſſumpſit, *pro ſimplici* ſumpſit.

¥. 44. Cum omnibus qui erant in ipſo. *Pro maſculino* qui, *multi libri habent neutrum* quæ. *Græcum ambiguum eſt.*

¥. 56. Et Azarias princeps virtutis. *Correctores prætulerunt ſingulare* princeps *plurali* principes.

¥. 60. Et facta eſt fuga magna in populo. *Correctores rectè emendarunt* fuga, *pro eo quod vulgo legitur* plaga, *quod amplius eſt.*

CAP. VI. ¥. 7. Quam ædificaverat ſuper altare. *Retinendum eſt ſingulare* ædificaverat, *non mutandum in plurale* ædificavérant.

¥. 17. Et vocavit nomen ejus Eupator. *Alii, pro nominativo, ſcribunt accuſativum* Eupatorem.

¥. 26. Ad arcem Jeruſalem. *Non interjicias præpoſitionem* in *ante* Jeruſalem.

Ibidem: Et munitionem Bethſuram munierunt. *Neque hîc ante* Bethſuram.

¥. 37. Et Indus magiſter beſtiæ. *Inſignit correctio, quæ nomen* Indus *repoſitum eſt, pro eo quod vulgò ſcribitur adverbio* intus. *Significatur ſuper ſingulos elephantes, præter vivos bellatores, fuiſſe Indum magiſtrum elephantis.*

¥. 57. Feſtinavit ire. *Alii præponunt conjunctionem &.*

CAP. VII. ¥. 6. Et nos diſperſit de terra noſtra. *Pro* diſperſit, *quod eſt, ejecit, non ſcribas* diſperdidit.

¥. 7. Quod fecit nobis, & regionibus regis. *Conjunctio & mutanda non eſt cum præpoſitione* in.

CAP. IX. ¥. 1. Appoſuit Bacchidem. *Non interponas &.*

¥. 57. Et ſiluit terra annis duobus. *Non facilè addas voci* terra *nomen* Juda, *etiamſi Græcè addatur.*

¥. 61. Qui principes erant malitiæ. *Legendum eſt* malitiæ, *quod eſt, inſidiarum, non* militiæ, *quod eſt, exercitus, id eſt, legenda eſt a prima vocalis, non i tertia.*

CAP. X. ¥. 13. Et reliquit unuſquiſque locum ſuum. *Non omittas pronomen* ſuum.

¥. 20. Et ut amicus voceris regis. *Nec hîc omittenda eſt conjunctio &.*

¥. 38. Et non obediant alii poteſtati. *Non commutes* alii *cum* alienæ.

¥. 45. Et ad exſtruendos muros Jeruſalem. *Non præponas nomini* Jeruſalem *præpoſitionem* in.

¥. 53. Et ſedimus in ſede regni ejus. *Non eſt mutandum præteritum* ſedimus *in præſens* ſedemus.

¥. 54. Et dabo tibi dona, & ipſi digna te. *Duæ voces* digna te, *quod eſt decentia te, non ſunt contrahenda in unam, quod vulgò fit*, dignitatem.

CAP. XI. ¥. 7. Qui vocatur Eleutherus. *Non ſurroget imperfectum* vocabatur *in locum præſentis.*

¥. 37. In monte ſancto, in loco celebri. *Non interjicias conjunctionem &.*

¥. 38. Quem contraxit ab inſulis gentium. *Verbum compoſitum* contraxit, *non eſt mutandum in ſimplex* traxit.

¥. 39. Quoniam omnis exercitus murmurabat contra Demetrium. *Præteritum imperfectum non mutetur cum perfecto* murmuravit.

¥. 61. Et prædatus eſt ea. *Neutrum plurale* ea *non eſt*

Digitized by Google

vertendum in feminisnum singulare eam.

Cap. XII. ℣. 1. Et elegit viros. *Non est emittenda conjunctio.*

℣. 7. Ab Ario qui regnabat apud vos. *Patres legendum censuerunt* Ario, *prima littera alphabeti existente prima vocis, non* Dario, *præposita* D, *quarta alphabeti.*

Ibidem. Sicut rescriptum continet quod subjectum est. *Pro nomine compositio* rescriptum, *non est substituendum simplex* scriptum.

℣. 9. Nos cùm nullo horum indigeremus. *Non est addenda conjunctio* enim.

℣. 16. Numenium Antiochi filium, & Antipatrem Jasonis filium. *Non omittas vocem* filium *repetitam.*

℣. 19. Et hoc est rescriptum epistolarum quod miserat Oniæ. *Præteritum plusquam perfectum* miserat, *non est mutandum in perfectum* misit; *multòque minùs dativus* Oniæ *in nominativum* Onias.

Sequitur ℣. 20. Arius rex Spartiatarum Oniæ sacerdoti magno salutem. *Triplex correctio est hic observanda, ne in vetera vitia recidatur. Prima, nomen* Arius, *nec omittendum esse, nec augendum, sive littera una* Darius, *sive syllaba* Oniares. *Altera, nomen* Oniæ *legendum esse casu tertio, non primo* Onias. *Tertia, nullo modo hic addendum esse nomen* Jonathæ.

℣. 31. Ad Arabas, qui vocantur Zabadæi. *Præsens* vocantur, *non est mutandum cum imperfecto* vocabantur.

℣. 36. Et exaltare altitudinem magnam. *Accusativi* altitudinem magnam, *nullo modo vertendi sunt in ablativos.*

℣. 42. Ut extenderet in eum manus timuit. *Non est addenda conjunctio* & *ante* timuit.

℣. 52. Et eos qui cum ipso fuerant. *Retinendum est plusquam perfectum* fuerant, *non substituendum imperfectum* erant.

Cap. XIII. ℣. 6. Natos quoque nostros. *Non scribas pronomen secundæ personæ* vestros, *pro prima* nostros.

℣. 11. Et ejectis his qui erant in ea, remansit illic ipse. *Pronomen* ea *nequaquam commutandum est cum nomine* arce.

℣. 15. Propter negotia quæ habuit. *Non sunt hæc verba è textu auferenda judicio Correctorum.*

℣. 46. Sed secundùm misericordias tuas. *Non subjungas* & serviemus tibi.

℣. 50. Et clamaverunt ad Simonem ut dextras acciperent. *Non mutes pluralem numerum in singularem* acciperet.

℣. 51. Et cinyris & cymbalis. *Scribendum est* cinyris *vel* cinnyris, *vocali media ypsilon, non alpha.*

Cap. XIV. ℣. 2. Et adduceret eum ad se. *Correctores hæc verba ex veteribus manuscriptis addiderunt.*

℣. 27. Et hoc est exemplum scripturæ. *Nequaquam omittenda sunt hæc verba.*

Cap. XV. ℣. 4. Volo autem procedere per regionem. *Non mutes numerum singularem in pluralem* regiones.

℣. 21. Si qui ergo pestilentes refugerunt. *Non commutes verbum compositum* refugerunt *cum simplici* fugerunt.

℣. 22. Et Attalo, & Ariarathi, & Arsaci. *Media vox quinquesyllaba est, aut certè quadrisyllaba*, Ariarathi, *à nominativo Ariarathes: pro qua Græcè legitur trissyllaba* Arathæ; *Latinè à plerisque mendosè* Arabæ.

℣. 23. Et in Delum, & in Myndum, & in Sicyonem, & in Cariam, & in Samum, & in Pamphyliam, & in Lyciam, & in Alicarnassum, & in Coo, & in Siden, & in Aradon, & in Rhodum, & in Phaselidem, & in Gortynam, & Gnidum. *Prima aliquot horum nominum proprietatum, multi Latini libri legunt tertio casu, omissa præpositione:* Et Delo, & Mydo, &c. *Cæterùm* Myndum *scribendum est &* Aradon, *non* Mydum, & Arado *omissâ litterâ* n: *rursus* Gortynam, *non* Cortynam; G *septima, non tertia alphabeti littera* C.

℣. 24. Simoni principi sacerdotum, & populo Judæorum. *Vetera manuscripta addunt illud* & populo Judæorum.

℣. 39. Et mandavit ei ædificare Gedorem. *Pro eo quod Latini ferè libri, Græcis conformiter, legunt* Cedronem, *Romani Patres emendarunt* Gedorem, *tum hoc tum proximo versu* 40.

Variæ Lectiones Vulgatæ, rursum ab eodem Francisco Luca observatæ.

LIBER MACHABÆORUM PRIOR.

Cap. VII. ℣. 9. Et misit eum ut videret exterminium quod fecit Judas; sed & Alcimum. *Alii omittunt hæc verba*, ut videret exterminium quod fecit Judas; sed, *Græco consentaneè: quæ ab omnibus leguntur supra* ℣. 7. *unde & facilè hic subaudiuntur.*

℣. 19. Et comprehendit multos ex eis qui à se effugerant. *Ita est in quibusdam veteribus Mß. in aliis legitur contrarium*, qui ad se refugerant.

Cap. XIII. ℣. 54. Quòd fortis prælii vir esset. *Latinorum librorum quos vidi, quidam illud solum leguni*, quòd vir esset, *consentaneè Græco; quidam addunt*, quòd vir fortis esset; *quidam*, quòd vir prælii esset. *Hic omnia copulantur.*

Cap. XV. ℣. 23. Et Lampsaco, & Spartiatis. *Pro* Lampsaco, *alii Latini libri, Græco conformiter, habent* Samlamæ.

Digitized by Google

CAPITULA LIBRI II. MACHABÆORUM,

Ex Mſ. codice Eccleſiæ B. Mariæ Remenſis, n. B. 2.

I. *UBi occiſus eſt Antiochus rex in templo Nanea à ſacerdotibus, cum his qui ſecum erant.* cap. 1. ℣℣. 13. 14. 15. 16. 17.

II. *De igne ſacrificii, qui fuit abſconditus in puteo.* c. 1. ℣℣. 18. 19. 20. &c.

III. *De oratione Nehemiæ tenendâ; & quòd regi Perſarum manifeſtatum ſit miraculum factum.* c. 1. ℣℣. 23. 24. &c. 33. 34. &c.

IV. *Ubi arca Dei & altare incluſa ſunt ab Hieremia propheta: & de quinque libris, quos Jeſſon ſcripſit, in unum reductis.* c. 2. ℣℣. 4. 5. 24. 25. 26.

V. *Ubi Simon detulit dona templo Dei; & mittitur Heliodorus ad auferendâ ea.* c. 3. ℣℣. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. &c.

VI. *Sacerdotes, & populus orant Dominum ut depoſita cuſtodiantur.* c. 3. ℣℣. 15. 16. 17. 18. &c.

VII. *Quomodo Heliodorus volens ſpoliare templum, correptus eſt.* c. 3. ℣℣. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29.

VIII. *Summus ſacerdos oblato ſacrificio pro Heliodoro, orat ut à plagâ liberetur.* c. 3. ℣℣. 31. 32. 33. &c.

IX. *De inſidiis Simonis proditoris circa Oniam ſacerdotem.* c. 4. ℣℣. 1. 2. 3. &c.

X. *Ubi Jaſon, frater Oniæ, præmio corrupit regem Antiochum pro adipiſcendo ſummo ſacerdotio.* c. 4. ℣℣. 7. 8. 9. 10.

XI. *Ubi Jaſon miſit argentum didragmas ccc. ad ſacrificium Herculis.* c. 4. ℣℣. 19. 20.

XII. *Ubi Jaſon miſit Menelaum ad regem; & idem Menelaus excluſit Jaſonem de ſacerdotio; qui Menelaus poſtea amotus eſt, ſuccedente ei Lyſimaco fratre ſuo.* c. 4. ℣℣. 23. 24. 25. 26. 29.

XIII. *Ubi Onias ſacerdos occiditur ab Andronico, præmio Menelai.* c. 4. ℣℣. 32. 33. 34.

XIV. *Ubi occiditur Andronicus pro Onia ſacerdote occiſo.* c. 4. ℣. 38.

XV. *Ubi à populo Lyſimacus occiſus eſt: & contra Menelaum apud regem agitur, & ejus ſententia à Ptolomeo vertitur.* c. 4. ℣℣. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47.

XVI. *De ſignis cœleſtibus apud Hieroſolymam: & de morte Jaſonis perſecutoris civium.* c. 5. ℣℣. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

XVII. *Ubi Antiochus perſequens Judæam, occiſo populo, etiam templum exſpoliavit duce Menelao.* c. 5. ℣℣. 11. 12. 13. 14. 15. 16. &c.

XVIII. *Ubi Antiochus exſpoliato templo, Antiochiam profectus eſt, relictis perſecutoribus Judæorum, & Apollonio, per quem populum interfecit.* c. 5. ℣℣. 21. 22. 23. 24. 25. 26.

XIX. *Ubi Judas Machabæus in deſerto, ferarum more, vixit.* c. 5. ℣. 27.

XX. *De edicto perſecutionis regis; & de paſſione duarum mulierum, & eorum qui igne exuſti ſunt.* c. 6. ℣℣. 1. 2. 3. &c. 8. 9. 10. 11.

XXI. *De paſſione Eleazari, & VII. fratrum.* c. 6. ℣℣. 18. 19. 20. c. 7. ℣℣. 1. 2. 3. &c.

XXII. *De zelo Judæ: & quomodo Ptolomeus miſit Nicanorem & Gorgiam adversùs Judæos à Philippo.* c. 8. ℣℣. 1. 2. 3. &c. 8. 9. 10. &c.

XXIII. *Ubi Judas Machabæus pro contritione populi vindicat; & perſecutores, & congreſſus vicit Nicanorem.* c. 8. ℣℣. 12. 16. &c.

XXIV. *Ubi duces adverſariorum ſuperavit exercitus Judæ, & fugiens Nicanor Antiochiam venit.* c. 8. ℣℣. 24. 25. &c. 34. 35.

XXV. *Ubi Antiochus rex apud Perſipolim victus, turpiter fugit de Perſide.* c. 9. ℣℣. 1. 2. 3. &c.

XXVI. *Ubi Dominus Antiochum plagâ percuſſit, perſequentem Judæos.* c. 9. ℣℣. 5. 6. 7. &c.

XXVII. *Ubi Antiochus in pœnis poſitus, pœnitentiam agit, & Judæis relaxat, ſcribens eis.* c. 9. ℣℣. 12. 13. 14. &c. 19. 20. ſeqq.

XXVIII. *De morte Antiochi, & de operibus ejus.* c. 9. ℣℣. 28. 29.

XXIX. *Ubi Judas Machabæus Hieruſalem cepit, & ſolemnia celebravit.* c. 10. ℣℣. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.

XXX. *Ubi Antiochi filius regnum paternum obtinuit.* c. 10. ℣℣. 10. 11.

XXXI. *Ubi Gorgias ſuperatur perſecutor Judæorum: & quo Judæi Idumæos ſuperaverint, & proditores interfecerint.* c. 10. ℣℣. 14. 15. 16. &c.

XXXII. *Ubi Timotheus ſuperatus eſt, & fugatus,* c. 10. ℣℣. 24. 25. 26. &c.

XXXIII. *De Timotheo occiſo, & Cerea, & Apollofane.* c. 10. ℣. 37.

XXXIV. *Ubi Lyſias impugnans Judæos, ſuperatur à Juda.* c. 11. ℣℣. 1. 2. 3. &c.

XXXV. *De pactionibus Lyſiæ, & regis Antiochiæ; Romanorum cum Judæis.* c. 11. ℣℣. 13. 14. 15. 16. &c. 22..... 27..... 34. 35. &c.

XXXVI. *Ubi Joppitæ dolo occiderunt cc. Judæorum, & vindicavit de eis Judas, & de Amnitis.* c. 12. ℣℣. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

XXXVII. *De civitatibus, quas ſuccendit Judas, devictis Arabis.* c. 12. ℣℣. 10. 11. 12. 13. 14. &c.

XXXVIII. *Ubi Timotheus à Juda expugnatus eſt, & vivus dimiſſus propter captivorum reſtitutionem.* c. 12. ℣℣. 18. 19. 20..... 24. 25.

XXXIX. *De præliis Judæ Machabæi ad Efron, & ad Scytopolim.* c. 12. ℣℣. 27. 28. 29. &c.

XL. *Ubi cum Gorgia pugnavit Judas, & ipſo per fugam evadente, exercitum ejus fugavit.* c. 12. ℣℣. 32. 33. 34.

XLI. *Ubi occiſi ſunt judicio Dei, qui de idolis furati ſunt.* c. 12. ℣℣. 40. 41.

XLII. *De reſurrectionis ſpe, & oblato ſacrificio pro defunctis.* c. 12. ℣℣. 43. 44. 45. 46.

XLIII. *Ubi Antiochus cum exercitu venit in Judæam, & Menelaum prævaricatorem occîdit.* c. 13. ℣℣. 1. 2. 3. 4. 5. 6. &c.

XLIV. *Ubi in caſtris Antiochi noctu Judas cum ſuis occiderit IV. millia virorum, & maximum numerum elephantorum.* c. 13. ℣℣. 9. 10. 15. 16.

XLV. *Ubi victus Antiochus, reverſus eſt in Graciam cum Judæis; & Ptolomenſes hoc referentes Lyſias alloquitur.* c. 13. ℣℣. 23. 24. 25. 26.

XLVI. *Ubi Demetrius tenuit regnum, & Alchimus apud eum accuſat Judæos.* c. 14. ℣℣. 1. 2. 3. 4. 5. 6. &c.

XLVII. *Ubi Demetrius mittit Nicanorem ad interficiendum Judam.* c. 14. ℣℣. 11. 12. 13. &c.

XLVIII. *Ubi Nicanor pacem jungit cum Juda.* c. 14. ℣℣. 18. 19. 20. &c.

XLIX. *Ubi rurſum, accuſante Alchimo, jubet rex pacem ſolvi, & vinctum ad ſe Judam mitti.* c. 14. ℣℣. 26. 27. 28. &c.

Digitized by Google

L. *Ubi Machabæus fugit manus Nicanoris.* c. 14. ℣. 30.

LI. *Ubi comminatur Nicanor ſacerdotibus, ut Judam traderent.* c. 14. ℣℣. 31. 32. 33. &c.

LII. *De Raxio presbytero.* c. 14. ℣℣. 37. 38. 39. ſeqq.

LIII. *Ubi Nicanor, ſuperbiâ elatus, blaſphemat; & Judas ſuos exhortatur.* c. 15. ℣℣. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. &c.

LIV. *Ubi Juda pugnante, interfectis* XXX. *millibus, cecidit Nicanor.* c. 15. ℣℣. 26. 27. 28.

LV. *Ubi caput, & manum Nicanoris abſcidi Judas præcepit, & Hieruſolymam misti.* c. 15. ℣℣. 30. 31. 32. 33.

Digitized by Google

LIBER SECUNDUS
MACHABÆORUM.

CAPUT PRIMUM.

Versio antiqua, quæ et Vulgata nostra.

1. FRatribus, qui sunt per Ægyptum, Judæis, salutem dicunt fratres, qui sunt in Jerosolymis, Judæi, & qui in regione Judææ, & pacem bonam.

2. Benefaciat vobis Deus, & meminerit testamenti sui, quod locutus est ad Abraham, & Isaac, & Jacob, servorum suorum fidelium:

3. & det vobis cor omnibus, ut colatis eum, & faciatis ejus voluntatem corde magno, & animo volenti.

4. Adaperiat cor vestrum in lege sua, & in præceptis suis, & faciat pacem.

5. Exaudiat orationes vestras, & reconcilietur vobis, nec vos deserat in tempore malo.

6. Et nunc hîc sumus orantes pro vobis.

7. Regnante Demetrio, anno centesimo sexagesimo nono, nos Judæi scripsimus vobis in tribulatione, & impetu, qui supervenit nobis in istis annis, ex quo recessit Jason à sancta terra, & à regno.

8. Portam succenderunt, & effuderunt sanguinem innocentem: & oravimus ad Dominum, & exauditi sumus, & obtulimus sacrificium, & similaginem, & accendimus lucernas, & proposuimus panes.

9. Et nunc frequentate dies scenopegiæ mensis Casleu.

10. Anno centesimo octogesimo octavo, populus, qui est Jerosolymis, & in Judæa, Senatusque, & Judas, Aristobolo magistro Ptolemæi regis, qui est de genere christorum sacerdotum, & his, qui in Ægypto sunt, Judæis, salutem & sanitatem.

11. De magnis periculis à Deo liberati, magnificè gratias agimus ipsi, utpote qui adversùs talem regem dimicavimus.

12. Ipse enim ebullire fecit de Perside eos, qui pugnaverunt contra nos, & sanctam civitatem.

13. Nam cùm in Perside esset dux ipse, & cum ipso immensus exercitus, cecidit in templo Naneæ, consilio deceptus sacerdotum Naneæ:

14. etenim cum ea habitaturus venit ad locum Antiochus, & amici ejus, & ut accipe-

Notæ.

℣. 1. Græcè, punctum ponitur post *salutem*; tollitur verò sequens *dicunt*, sicut inf. conjunctio &, ante *pacem*; cæt. similia.

℣. 2. Græcum initio ipso præfert καί, delet verò, τὸ *locutus est*; cæt. ut in Vulg. In Ms. S. Theod. ita: *quod ad Abraham, Isaac, & Jacob locutus est, servorum suorum fidelium.*

℣. 3. Sic est in Græco, præter unum plur. τὰ θελήματα, loco *voluntatem.*

℣. 4. Græcè, præponitur ϗ, verbo *adaperiat*; deletur autem *suis*, post *præceptis*; cætera quadrant.

℣℣. 5. 6. Itidem Græcè, posito uno ϗ, ante *exaudiat.*

℣. 7. Eadem sunt in Græco, interpositis his, ϗ οἱ μετ' αὐτοῦ, & *qui cum eo*, post *Jason.*

℣. 8. Eadem rursum in Græco, positâ conjunct. ϗ, ante *portam.*

℣. 9. Græc. Καὶ νῦν ἵνα ἄγητε τὰς, &c. *Et nunc ut agatis dies*, &c. ut supra.

℣. 10. Græc. Ἔτους ἑκατοστοῦ ὀγδοηκοστοῦ ϗ ὀγδόου, οἱ ἐν Ἱεροσολύμοις, ϗ οἱ ἐν τῇ Ἰουδαίᾳ, ϗ ἡ γερουσία, ϗ Ἰούδας, &c. i. e. *Anno* 188. *qui sunt in Jerosolymis, & qui in Judaa, senatusque, & Judas*, &c. ut supra.

℣. 11. Gr. delet *talem*, ante *regem*; loco verò *dimicavimus*, ponit παραταστόμενοι, *dimicamus.*

℣. 12. Gr. Αὐτὸς γὰρ ἐξέβρασε τοὺς παραταξαμένους ἐν τῇ ἁγίᾳ πόλει. *Ipse enim ebullire fecit eos, qui pugnaverunt in sancta civitate.*

℣. 13. Gr. Εἰς γὰρ τὴν Περσίδα γενόμενος ὁ ἡγεμὼν, ϗ ἡ περὶ αὐτὸν ἀνυπόστατος δοκοῦσα εἶναι δύναμις, κατεκόπησαν ἐν τῷ τῆς Ναναίας ἱερῷ, παραλογισμῷ χρησαμένων, τῶν περὶ τὴν Ναναίαν, ἱερέων· i. e. *Nam cùm in Perside esset dux ipso, & qui cum ipso exercitus, qui intolerabilis videbatur esse, percussi sunt in templo Nanaæ, fraude utentibus iis, qui circa Nanaam, sacerdotibus.*

℣. 14. Gr. initio habet, ὡς γὰρ, *etenim quasi*, non simpliciter *etenim*; deletque inf. vocem *multas*, cum præcedenti &.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

derant per bellum, quod nobis acciderat, congregavit omnia, & ſunt apud nos.

15. Si ergo deſideratis hæc, mittite qui perferant vobis.

16. Acturi itaque purificationem ſcripſimus vobis: bene ergo facietis, ſi egeritis hos dies.

17. Deus autem, qui liberavit populum ſuum, & reddidit hæreditatem omnibus, & regnum, & ſacerdotium, & ſanctificationem,

Deuter. 30. 3. 5. Sup. 1. 29. 18. ſicut promiſit in lege, ſperamus quòd citò noſtri miſerebitur, & congregabit de ſub cœlo in locum ſanctum.

19. Eripuit enim nos de magnis periculis, & locum purgavit.

20. De Judâ verò Machabæo, & fratribus ejus, & de templi magni purificatione, & de aræ dedicatione;

21. ſed & de præliis, quæ pertinent ad Antiochum Nobilem, & filium ejus Eupatorem;

22. & de illuminationibus quæ de cœlo factæ ſunt ad eos, qui pro Judæis fortiter fecerunt, ita ut univerſam regionem, cùm pauci eſſent, vindicarent, & barbaram multitudinem fugarent,

23. & famoſiſſimum in toto orbe templum recuperarent, & civitatem liberarent, & leges, quæ abolitæ erant, reſtituerentur, Domino cum omni tranquillitate propitio facto illis;

24. itemque ab Jaſone Cyrenæo quinque libris comprehenſa, tentavimus nos uno volumine breviare.

25. Conſiderantes enim multitudinem librorum, & difficultatem volentibus aggredi narrationes hiſtoriarum propter multitudinem rerum,

26. curavimus volentibus quidem legere, ut eſſet animi oblectatio: ſtudioſis verò, ut faciliùs poſſint memoriæ commendare: omnibus autem legentibus utilitas conferatur.

27. Et nobis quidem ipſis, qui hoc opus breviandi causâ ſuſcepimus, non facilem laborem, immo verò negotium plenum vigiliarum & ſudoris aſſumpſimus.

28. Sicut hi qui præparant convivium, & quærunt aliorum voluntati parêre propter multorum gratiam, libenter laborem ſuſtinemus.

29. Veritatem quidem de ſingulis, auctoribus concedentes, ipſi autem ſecundùm datam formam brevitati ſtudentes.

30. Sicut enim novæ domus architecto de univerſa ſtructura curandum eſt: ei verò qui pingere curat, quæ apta ſunt ad ornatum, exquirenda ſunt: ita æſtimandum eſt & in nobis.

31. Etenim intellectum colligere, & ordinare ſermonem, & curioſiùs partes ſingulas quaſque diſquirere, hiſtoriæ congruit auctori:

32. brevitatem verò dictionis ſectari, & executiones rerum vitare, brevianti concedendum eſt.

33. Hinc ergo narrationem incipiemus: de præfatione tantùm dixiſſe ſufficiat: ſtultum etenim eſt ante hiſtoriam effluere, in ipſa autem hiſtoria ſuccingi.

NOTÆ.

κότα.

℣. 15. Græc. Ὧν οὖν ἐὰν χρείαν ἔχητε, τὺς ἀποκομιῦλας ὑμῖν ἀποσάλλελε.

℣. 16. Itidem Græcè.

℣. 17. Græc. Ὁ δὲ Θεὸς ὁ Ζώσας τὸν πάντα λαὸν αὐτοῦ, &c. ut ſup.

℣. 18. Gr. καθὼς ἐπηγγείλαλο διὰ τῦ νόμυ· ἐλπίζομεν γὰρ ἐπὶ τῷ Θεῷ, ὅτι ταχέως..... ἡ ἐπισυνάξει ἐκ τῆς ὑπὸ τὸν ὐρανὸν, &c. i. e. *ſicut promiſit in lege: ſperamus enim in Deo, quòd citò..... & congregabit nos de ea quæ ſub cœlo*, &c. ut ſup.

℣. 19. Conſonat Græcum, niſi quòd habet κακῶν, pro *periculis.*

℣℣. 20. 21. Græc. Τὰ δὲ κατὰ τὸν Ἰύδαν τὸν..... ἡ τὺς, & ſic deinceps.

℣. 22. Eadem ſunt in Græco, exceptis his paucis, τῦ Ἰυδαϊς μῶ, pro *Judæis;* dein, φιλοτίμως ὠδεκραβήσασιν, *abundè fortiter fecerunt;* paulòque poſt, λεηλατῦν, *populaventur*, pro *vindicarent.*

℣. 23. Ita rurſum Græcè, præter hæc media, ἡ τὺς μέλλονλας καλαλύεδαι νόμυς, ἐκαιορθῶσαι, i. e. & *leges, quæ futurum erat ut abolerentur, reſtituerent.* Mſ. S. Theod. & *leges, quæ abolenda erant, reſtituerentur.*

℣. 24. Græc. τὰ ὑπὸ Ἰάσωνος τῦ Κυρηναίυ διεδηλωμένα διὰ πέντε βιβλίων, πειρασόμεθα, &c. quæ ſup.

℣. 25. Græc. Συνορῶντες γὰρ τὸ χύμα τῶν ἀριθμῶν, ἡ τὴν ἄδαν δυχέρειαν τοῖς θέλυσιν εἰσκυκλεῖδαι τοῖς τῆς ἱσ ρας διηγήμασι διὰ τὸ πλῆδος τῆς ὕλης· i. e. *Conſiderantes enim effuſionem numerorum, & difficultatem quæ adeſt volentibus aggredi*, &c.

℣. 26. Vix meliùs è Græco.

℣. 27. Gr. Καὶ ἡμῖν μὲν, τοῖς τὴν κακοπάδειαν ἐπιδεδηγμένοις τῆς ἐπιλομῆς, ὐ ῥᾴδιον, ἰδρῶτος διὰ, ἡ ἀγρυπνίας τὸ πρᾶγμα. *Et nobis quidem, qui laborem breviandi ſuſcepimus, non facilè, ſed ſuderis, & vigiliarum negotium eſt.*

℣. 28. Gr. Καθάπερ τῷ παρασκευάζονλι Συμπόσιον, ἡ ζητῦντι τὴν ἑτέρων ὠφελειαν, ὑκ εὐχερὲς μέν ὅμως διὰ τὴν τῶν πολλῶν εὐχαρισίαν, ἡδέως τὸν κακοπάδειαν ὑποίσομεν. *Sicut ei qui præparat convivium, & quærenti aliorum utilitatem, non facilè quidem eſt: tamen propter multorum gratiam, libenter laborem ſuſtinebimus.*

℣. 29. Græc. Τὸ μὲν διαλεῖν περὶ ἑκάσων τῷ Συγγραφεῖ παρασχωρήσανλες, τὸ δὲ ἐπιπορεύεδαι τοῖς ὑπογεγραμμοῖς τῆς ἐπιλομῆς διαπονῦνλες. *Subtilem quidem & exquiſitam de ſingulis tractationem hiſtoriographo concedentes, perſequi autem delineationes epitomes ſtudentes.* Mſ. S. Theod. pro τῷ Συγγραφεῖ, hab. *auctori.*

℣. 30. Concordat Græcum, præterquam quòd habet ἐγκαλειν ἡ ζωγραφεῖν ἐπιχειρῦντι, i. e. *inurere & pingere aggreditur*, loco *pingere curat;* extremòque, λοκῶ, *æſtimo*, pro *æſtimandum eſt;* Mſ. Alex. λοκων, & ſup. ἐπαναλίζειν, pro ἐγκαλειν. Mſ. S. Theod. *pingere conatur.*

℣. 31. Græc. Τὸ μὲν ἐμβαλεύειν, ἡ περὶ πάντων ποιεῖδαι λόγον, ἡ πολυπραγμονεῖν ἐν τοῖς καλαμέρες, τῷ τῆς, &c. i. e. *Nam penetrare quidem, & de omnibus facere ſermonem, & curioſiùs*, &c. ut in Vulg. Mſ. Alex. & Compl. loco περὶ πάντων, ferunt περίεργον; Mſ. Alex. addit, ποιεῖδαι λόγῳ, ἡ πολυπραγμονεῖ ἐν ταῖς, &c.

℣. 32. Græc. τὸ δὲ Σύνλομον τῆς λέξεως μεταδιώκειν, ἡ τὸ ἐξεργασικὸν τῆς πραγματείας παραιτεῖδαι, τῷ τὴν μεταφρασιν ποιυμένῳ Συγχωρητέον.

℣. 33. Similia leguntur Græcè, exceptis his mediis, τοῖς περειρημένοις τοσῦτον ἐπιζεύξανλες, *prædictis hactenus connectentes*, loco *de præfatione tantùm dixiſſe ſufficiat;* ultimò ſic, τὴν δὲ ἱσορίαν ἐπιλεμεῖν.

Digitized by Google

CAPUT III.

Versio antiqua, quæ et Vulgata nostra.

1. IGitur cùm ſancta civitas habitaretur in omni pace, leges etiam adhuc optimè cuſtodirentur, propter Oniæ pontificis pietatem, & animos odio habentes mala,

2. fiebat ut & ipſi reges & principes locum ſummo honore dignum ducerent, & templum maximis muneribus illuſtrarent:

3. ita ut Seleucus Aſiæ rex de redditibus ſuis præſtaret omnes ſumptus ad miniſterium ſacrificiorum pertinentes.

4. Simon autem de tribu Benjamin præpoſitus templi conſtitutus, contendebat, obſiſtente ſibi principe ſacerdotum, iniquum aliquid in civitate moliri.

5. Sed cùm vincere Oniam non poſſet, venit ad Apollonium Tharſææ filium, qui eo tempore erat dux Cœleſyriæ, & Phœnicis:

6. & nunciavit ei, pecuniis innumerabilibus plenum eſſe ærarium Jeroſolymis, & communes copias immenſas eſſe, quæ non pertinent ad rationem ſacrificiorum: eſſe autem poſſibile ſub poteſtate regis cadere univerſa.

7. Cùmque retuliſſet ad regem Apollonius de pecuniis quæ delatæ erant, ille accitum Heliodorum, qui erat ſuper negotia ejus, miſit cum mandatis, ut prædictam pecuniam tranſportaret.

8. Statimque Heliodorus iter eſt aggreſſus, ſpecie quidem quaſi per Cœleſyriam & Phœnicen civitates eſſet peragraturus, re vera autem regis propoſitum perfecturus.

9. Sed, cùm veniſſet Jeroſolymam, & benignè à ſummo ſacerdote in civitate eſſet exceptus, narravit de dato indicio pecuniarum: & cujus rei gratiâ adeſſet, aperuit: interrogabat autem, ſi verè hæc ita eſſent.

10. Tunc ſummus ſacerdos oſtendit depoſita eſſe hæc, & victualia viduarum & pupillorum:

11. quædam verò eſſe Hircani Tobiæ viri valde eminentis, in his quæ detulerat impius Simon: univerſa autem argenti talenta eſſe quadringenta, & auri ducenta:

12. decipi verò eos, qui credidiſſent loco, & templo, quod per univerſum mundum honoratur, pro ſui veneratione & ſanctitate omnino impoſſibile eſſe.

13. At ille pro his quæ habebat in mandatis à rege, dicebat omni genere regi ea eſſe deferenda.

14. Conſtituta autem die intrabat de his Heliodorus ordinaturus. Non modica verò per univerſam civitatem erat trepidatio.

15. Sacerdotes autem ante altare cum ſtolis ſacerdotalibus jactaverunt ſe, & invocabant de cœlo eum, qui de depoſitis legem poſuit, ut his, qui depoſuerant ea, ſalva cuſtodiret.

16. Jam verò qui videbat ſummi ſacerdotis vultum, mente vulnerabatur: facies enim, & color immutatus declarabat internum animi dolorem:

17. circumfuſa enim erat mœſtitia quædam viro, & horror corporis, per quem manifeſtus aſpicientibus dolor cordis ejus efficiebatur.

18. Alii etiam gregatim de domibus confluebant, publica ſupplicatione obſecrantes, pro eo quòd in contemptum locus eſſet ven-

Notæ.

℣. 1. Ita Græcum habet, præter ult. μισοπονηρίαν, *odium malorum*, loco *animos odio habentes mala*.

℣. 2. Græcè ita: Συνέβαινε δὲ αὐτὸς τὰς βασιλεῖς τιμᾶν τὸν μόσον, δὲ τὸ ἱερὸν ἀποσολαῖς ταῖς κραλίσαις δοξάζειν· i. e. *fiebat ut & ipſi reges honorarent locum, & templum*, &c.

℣. 3. Similiter in Græco, niſi excipias plur. πρὸς τὰς λειτουργίας, *ad miniſteria*.

℣. 4. Gr. initio habet: Σίμων δέ τις, *Simon autem quidam*; extremòque, διηνέχθη τῷ ἀρχιερεῖ περὶ τῆς κατὰ τὴν πόλιν παρανομίας· i. e. *contendebat cum principe ſacerdotum de ea, quæ in civitate fiebat, legum tranſgreſſione*: Mſ. Alex. ἀγορανομίας, *edilitate*, non παρανομίας.

℣. 5. Itidem Græcè, excepto nomine Θερσαῖν, *Tharſæa*, loco *Tharſææ*.

℣. 6. Gr. initio delet *ei*, poſt *nunciavit*; ultimò verò addit ταῦτα, *hæc*, ad *univerſa*; circa medium autem, loco & *communes copias*, &c. habet: ὥστε τὸ πλῆθος τῶν διαφόρων ἀναρίθμητον εἶναι, δὲ μὴ πρόσηκεν αὐτὰ πρὸς τὸν τῶν θυσιῶν λόγον, i. e. *ita ut multitudo communium copiarum eſſet innumerabilis, & ea non pertinere ad rationem ſacrificiorum*. Διαφόρων autem eſt *ſumptus, impenſa pecunia*; διαφόρα, *congeſta ex vectigalibus & tributis*. Nobil.

℣. 7. Gr. Συμμίξας δὲ ὁ Ἀπολλώνιος τῷ βασιλεῖ, περὶ τῶν μηνυθέντων αὐτῷ χρημάτων ἀνεφάνισεν· ὁ δὲ προσκεκλημένος Ἡλιόδωρον, τὸν ἐπὶ τῶν πραγμάτων, &c. *Colloquutus autem Apollonius cum rege, de indicatis ſibi pecuniis aperuit: ille verò eligens Heliodorum, qui erat*, &c.

℣. 8. Vix meliùs è Græco.

℣. 9. Conſonat Græcum, niſi quòd pro *in civitate*, habet τῆς πόλεως, *civitatis*; deletque vocem *pecuniarum*. Ambroſ. l. 2. off. c. 29. col. 105. b. eadem narrat, dicens: *Cùm indicium factum eſſet pecuniarum, quas in templo Jeroſolymis maximas reperiri poſſe Simon neſarius Antiocho regi prodidit, miſſus in rem Heliodorus ad templum venit, & ſummo ſacerdoti aperuit indicii invidiam, & adventûs ſui cauſam.*

℣. 10. Similiter in Græco, præter iſta, *hæc*, & *victualia*, quæ abſunt. Apud Ambroſ. verò l. 2. off. c. 29. p. 105. b. ſic: *Tunc ſacerdos depoſita eſſe dixit viduarum victualia & pupillorum.*

℣. 11. Eadem exſtant Græcè, exceptâ conjunct. δὲ, *etiam*, pro *eſſe*, paulòque poſt, οὐχ ὥσπερ, *non ſicut*, pro *in his quæ*. Apud Ambroſ. l. 2. off. c. 29. col. 105. c. *quædam autem Hircani Tobiæ viri ſanctî, eaque demonſtravit: argenti talenta quadraginta erant, auri verò ducenta.*

℣. 12. Gr. ἀδικηθῆναι δὲ τοὺς πεπιστευκότας τῇ τοῦ τόπου ἁγιωσύνῃ, δὲ τῇ τοῦ τελιμημένου κατὰ τὸν σύμπαντα κόσμον ἱερῷ σεμνότητι, δὲ ἀσυλίᾳ, παντελῶς ἀμήχανον εἶναι· i. e. *fraudari verò eos, qui credidiſſent loci ſanctitati, & honorati per univerſum mundum templi majeſtati, & ſecuritati, omnino impoſſibile eſſe.*

℣. 13. Gr. ὁ δὲ Ἡλιόδωρος διὰ ὃς εἶχε βασιλικὰς ἐντολὰς, πάντως ἔλεγεν εἰς τὸ βασιλικὸν ἀναληπτέα ταῦτα εἶναι. *At Heliodorus pro his quæ habebat in mandatis à rege, omnino dicebat in regium fiſcum referenda hæc eſſe.*

℣. 14. Similia Græcum habet, præter vocem ἐπισκέψιν, *viſitationem*, præpoſitam verbo *ordinaturus*, loco *Heliodorus*.

℣. 15. Græc. habet circa med. ῥίψαντες ἑαυτὸς, ἐπεκαλοῦντο εἰς οὐρανὸν τὸν περὶ παραθήκης νομοθετήσαντα, &c. i. e. *jactantes ſe, invocabant in cœlum eum, qui de depoſito legem poſuit*; cæt. ut in Vulg. Eadem etiam memorat Ambr. l. 2. off. c. 29. col. 105. c. dicens: *Quæ cùm Heliodorus ereptum ire vellet, & regis vindicare commodis, ſacerdotes ante altare jactaverunt ſe, induti ſacerdotales ſtolas, & Deum vivum, qui de depoſitis legem dederat, flentes invocabant, ut cuſtodiret ſe præceptorum præſtaret ſuorum.*

℣. 16. Sic habetur Græcè, niſi hoc ult. excipias, τὴν κατὰ ψυχὴν ἀγωνίαν, *eam quæ in animo agoniam*, loco *internum animi dolorem*. Apud Ambroſ. l. 2. off. c. 29. col. 105. d. *vultus verò, & color ſummi ſacerdotis immutatus declarabat dolorem animi, & mentis intentæ ſollicitudinem.*

℣. 17. Ita rurſum Græcè, hoc excepto, διὰ ὧν, *per quæ*, loco *per quem*; at in Mſ. Alex. διὰ ὃν.

℣. 18. Mſ. S. Theod. *Alii enim congregati de domibus*, &c. ut in Vulgata. Græc. Οἱ δὲ ἐκ τῶν οἰκιῶν ἀγεληδὸν ἐξεκέοντο ἐπὶ πάνδημον ἱκετείαν, διὰ τὸ, &c. *Alii autem de domibus gregatim profiliebant ad publicam ſupplicationem, pro eo quod*, &c. ut ſupra. Apud Ambroſ. l. 2.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

derant per bellum, quod nobis acciderat, congregavit omnia, & sunt apud nos.

15. Si ergo desideratis hæc, mittite qui perferant vobis.

16. Acturi itaque purificationem scripsimus vobis: bene ergo facietis, si egeritis hos dies.

17. Deus autem, qui liberavit populum suum, & reddidit hæreditatem omnibus, & regnum, & sacerdotium, & sanctificationem,

Deuter. 30. 3. 5. Sup. 1. 29. 18. sicut promisit in lege, speramus quòd citò nostri miserebitur, & congregabit de sub cœlo in locum sanctum.

19. Eripuit enim nos de magnis periculis, & locum purgavit.

20. De Judâ verò Machabæo, & fratribus ejus, & de templi magni purificatione, & de aræ dedicatione;

21. sed & de præliis, quæ pertinent ad Antiochum Nobilem, & filium ejus Eupatorem;

22. & de illuminationibus quæ de cœlo factæ sunt ad eos, qui pro Judæis fortiter fecerunt, ita ut universam regionem, cùm pauci essent, vindicarent, & barbaram multitudinem fugarent,

23. & famosissimum in toto orbe templum recuperarent, & civitatem liberarent, & leges, quæ abolitæ erant, restituerentur, Domino cum omni tranquillitate propitio facto illis;

24. itemque ab Jasone Cyrenæo quinque libris comprehensa, tentavimus nos uno volumine breviare.

25. Considerantes enim multitudinem librorum, & difficultatem volentibus aggredi narrationes historiarum propter multitudinem rerum,

26. curavimus volentibus quidem legere, ut esset animi oblectatio: studiosis verò, ut faciliùs possint memoriæ commendare: omnibus autem legentibus utilitas conferatur.

27. Et nobis quidem ipsis, qui hoc opus breviandi causâ susscepimus, non facilem laborem, immo verò negotium plenum vigiliarum & sudoris assumpsimus.

28. Sicut hi qui præparant convivium, & quærunt aliorum voluntati parêre propter multorum gratiam, libenter laborem sustinemus.

29. Veritatem quidem de singulis, auctoribus concedentes, ipsi autem secundùm datam formam brevitati studentes.

30. Sicut enim novæ domus architecto de universa structura curandum est: ei verò qui pingere curat, quæ apta sunt ad ornatum, exquirenda sunt: ita æstimandum est & in nobis.

31. Etenim intellectum colligere, & ordinare sermonem, & curiosiùs partes singulas quasque disquirere, historiæ congruit auctori:

32. brevitatem verò dictionis sectari, & executiones rerum vitare, brevianti concedendum est.

33. Hinc ergo narrationem incipiemus: de præfatione tantùm dixisse sufficiat: stultum etenim est ante historiam effluere, in ipsa autem historia succingi.

NOTÆ.

℣. 15. Græc. Ὡν ἂν ἐὰν χρείαν ἔχητε, τὺς ἀποκομιῦνλας ὑμῖν ἀποσίλαλε.

℣. 16. Itidem Græcè.

℣. 17. Græc. Ὁ δὲ Θεὸς ὁ Σώσας τὸν πάντα λαὸν αὐτοῦ, &c. ut sup.

℣. 18. Gr. καθὼς ἐπηγγείλαλο διὰ τῦ νόμυ· ἐλπίζομεν γὰρ ἐπὶ τῷ Θεῷ, ὅτι ταχέως..... ἡ ἐπισυνάξει ἐκ τῆς ὑπὸ τὸν ὐρανὸν, &c. i. e. *sicut promisit in lege: speramus enim in Deo, quòd citò..... & congregabit nos de ea quæ sub cœlo*, &c. ut sup.

℣. 19. Consonat Græcum, nisi quòd habet κακῶν, pro *periculis*.

℣℣. 20. 21. Græc. Τὰ δὲ κατὰ τὸν Ἰύδαν τὸν..... ἡ τὺς, & sic deinceps.

℣. 22. Eadem sunt in Græco, exceptis his paucis, τῦ Ἰυδαίις μᾶ, pro *Judæis*; dein, φιλοτίμως ἀνδρεχαβύσαλο, *abundè fortiter fecerunt*; paulòque post, λεηλατῦν, *populaventur*, pro *vindicarent*.

℣. 23. Ita rursum Græcè, præter hæc media, ἡ τὺς μέλλονλας καλαλύεδαι νόμυς, ἐκαλορθῶσαι, i. e. & *leges, quæ futurum erat ut abolerentur, restituerent*. Mſ. S. Theod. & *leges, quæ abolendæ erant, restituerentur*.

℣. 24. Græc. τὰ ὑπὸ Ἰάσωνος τῦ Κυρηναίυ λελθημένα διὰ πέντε βιβλίων, πειρασόμεθα, &c. quæ sup.

℣. 25. Græc. Συνορῶντες γὰρ τὸ χῦμα τῶν ἀριθμῶν, ἡ τὴν ὕλην ἀνωχέρειαν τοῖς θέλυσιν εἰσκυκλεῖδαι τοῖς τῆς ἱσ ρας λαμβάνυσι διὰ τὸ πλῆθος τῆς ὕλης· i. e. *Considerantes enim effusionem numerorum, & difficultatem quæ adest volentibus aggredi*, &c.

℣. 26. Vix meliùs è Græco.

℣. 27. Gr. Καὶ ἡμῖν μὲν, τοῖς τὴν κακοπάθειαν ἐπιδεδεγμένοις τῆς ἐπιλομῆς, ὐ ῥᾴδιον, ἱδρῶτος λὲ, ἡ ἀγρυπνίας τὸ πρᾶγμα. *Et nobis quidem, qui laborem breviandi susscepimus, non facilè, sed sudoris, & vigiliarum negotium est.*

℣. 28. Gr. Καθάπερ τῷ παρασκευάζονλι Συμπόσιον, ἡ ζητῦντι τὴν ἑτέρων λυσιτέλειαν, ὐκ εὐχερὲς μέν ὅμως διὰ τὴν τῶν πολλῶν εὐχαρισίαν, ἡδέως τὴν κακοπάθειαν ὑπομένομεν. *Sicut ei qui præparat convivium, & quærenti aliorum utilitatem, non facilè quidem est: tamen propter multorum gratiam, libenter laborem sustinebimus.*

℣. 29. Græc. Τὸ μὲν διακριβῶσαι περὶ ἑκάσων τῷ Συγγραφεῖ παραχωρήσανλες, τὸ δὲ ἐπιπορεύεδαι τοῖς ὑπογεγραμμοῖς τῆς ἐπιλομῆς διαπονῦνλες. *Subtilem quidem & exquisitam de singulis tractationem historiographo concedentes, persequi autem delineationes epitomes studentes.* Mſ. S. Theod. pro τῷ Συγγραφεῖ, hab. *auctori*.

℣. 30. Concordat Græcum, præterquam quòd habet ἐγκαλεῖν ἡ ζωγραφεῖν ἐπιχειρῦντι, i. e. *inurere & pingere aggreditur*, loco *pingere curat*; extremòque, λοκῶ, *æstimo*, pro *æstimandum est*; Mſ. Alex. λοχῶν, & sup. ἀγκαλίζειν, pro ἐγκαλεῖν. Mſ. S. Theod. *pingere conatur*.

℣. 31. Græc. Τὸ μὲν ἐμβαλεύειν, ἡ περὶ πάντων ποιεῖδαι λόγον, ἡ πολυπραγμονεῖν ἐν τοῖς καλαμέρος, τῷ τῆς, &c. i. e. *Nam penetrare quidem, & de omnibus facere sermonem, & curiosiùs*, &c. ut in Vulg. Mſ. Alex. & Compl. loco περὶ πάντων, ferunt περίεργον; Mſ. Alex. addit, ποιεῖδαι λόγυ, ἡ πολυπραγμονεῖ ἐν ταῖς, &c.

℣. 32. Græc. τὸ δὲ Σύνλομον τῆς λέξεως μεταδιόκειν, ἡ τὸ ἐξεργασικὸν τῆς πραγμαλείας παραλείδαι, τῷ τὴν μετάφρασιν ποιυμένῳ Συγχωρηλέον.

℣. 33. Similia leguntur Græcè, exceptis his mediis, τοῖς περιειρημένοις τοσῦτον ἐπιζεύξανλες, *prædictis hactenus connectentes*, loco *de præfatione tantùm dixisse sufficiat*; ultimò sic, τὴν δὲ ἱσορίαν ἐπιλεμεῖν.

Digitized by Google

CAPUT III.

Versio antiqua, quæ et Vulgata nostra.

1. IGitur cùm ſancta civitas habitaretur in omni pace, leges etiam adhuc optimè cuſtodirentur, propter Oniæ pontificis pietatem, & animos odio habentes mala,

2. fiebat ut & ipſi reges & principes locum ſummo honore dignum ducerent, & templum maximis muneribus illuſtrarent:

3. ita ut Seleucus Aſiæ rex de redditibus ſuis præſtaret omnes ſumptus ad miniſterium ſacrificiorum pertinentes.

4. Simon autem de tribu Benjamin præpoſitus templi conſtitutus, contendebat, obſiſtente ſibi principe ſacerdotum, iniquum aliquid in civitate moliri.

5. Sed cùm vincere Oniam non poſſet, venit ad Apollonium Tharſææ filium, qui eo tempore erat dux Cœleſyriæ, & Phœnicis:

6. & nunciavit ei, pecuniis innumerabilibus plenum eſſe ærarium Jeroſolymis, & communes copias immenſas eſſe, quæ non pertinent ad rationem ſacrificiorum: eſſe autem poſſibile ſub poteſtate regis cadere univerſa.

7. Cùmque retuliſſet ad regem Apollonius de pecuniis quæ delatæ erant, ille accitum Heliodorum, qui erat ſuper negotia ejus, miſit cum mandatis, ut prædictam pecuniam tranſportaret.

8. Statimque Heliodorus iter eſt aggreſſus, ſpecie quidem quaſi per Cœleſyriam & Phœnicen civitates eſſet peragraturus, re vera autem regis propoſitum perfecturus.

9. Sed, cùm veniſſet Jeroſolymam, & benignè à ſummo ſacerdote in civitate eſſet exceptus, narravit de dato indicio pecuniarum: & cujus rei gratiâ adeſſet, aperuit: interrogabat autem, ſi verè hæc ita eſſent.

10. Tunc ſummus ſacerdos oſtendit depoſita eſſe hæc, & victualia viduarum & pupillorum:

11. quædam verò eſſe Hircani Tobiæ viri valde eminentis, in his quæ detulerat impius Simon: univerſa autem argenti talenta eſſe quadringenta, & auri ducenta:

12. decipi verò eos, qui credidiſſent loco, & templo, quod per univerſum mundum honoratur, pro ſui veneratione & ſanctitate omnino impoſſibile eſſe.

13. At ille pro his quæ habebat in mandatis à rege, dicebat omni genere regi ea eſſe deferenda.

14. Conſtituta autem die intrabat de his Heliodorus ordinaturus. Non modica verò per univerſam civitatem erat trepidatio.

15. Sacerdotes autem ante altare cum ſtolis ſacerdotalibus jacta verunt ſe, & invocabant de cœlo eum, qui de depoſitis legem poſuit, ut his, qui depoſuerant ea, ſalva cuſtodiret.

16. Jam verò qui videbat ſummi ſacerdotis vultum, mente vulnerabatur: facies enim, & color immutatus declarabat internum animi dolorem:

17. circumfuſa enim erat mœſtitia quædam viro, & horror corporis, per quem manifeſtus aſpicientibus dolor cordis ejus efficiebatur.

18. Alii etiam gregatim de domibus confluebant, publica ſupplicatione obſecrantes, pro eo quòd in contemptum locus eſſet ven-

Notæ.

℣. 1. Ita Græcum habet, præter ult. μισοπονηρίαν, *odium malorum*, loco *animos odio habentes mala*.

℣. 2. Græcè ita: Συνέβαινε καὶ αὐτὸς τὸς βασιλεῖς τιμᾶν τὸν τόπον, καὶ τὸ ἱερὸν ἀποσολαῖς ταῖς κραλίσαις δοξάζειν· i. e. *fiebat ut & ipſi reges honorarent locum, & templum*, &c.

℣. 3. Similiter in Græco, niſi excipias plur. πρὸς τὰς λειτυργίας, *ad miniſteria*.

℣. 4. Gr. initio habet: Σίμων δέ τις, *Simon autem quidam*; extremòque, διηνέχθη τῷ ἀρχιερεῖ περὶ τῆς κατὰ τὴν πόλιν παρανομίας· i. e. *contendebat cum principe ſacerdotum de ea, quæ in civitate fiebat, legum tranſgreſſione*: Mſ. Alex. ἀγορανομίας, *edilitate*, non παρανομίας.

℣. 5. Itidem Græcè, excepto nomine Θερσαίᾳ, *Thraſæa*, loco *Tharſæa*.

℣. 6. Gr. initio delet *ei*, poſt *nunciavit*; ultimò verò addit ταῦτα, *hæc*, ad *univerſa*; circa medium autem, loco & *communes copias*, &c. habet: ὥστε τὸ πλῆθος τῶν διαφόρων ἀναρίθμητον εἶναι, καὶ μὴ προσήκειν αὐτὰ πρὸς τὸν τῶν θυσιῶν λόγον, i. e. *ita ut multitudo communium copiarum eſſet innumerabilis, & ea non pertinere ad rationem ſacrificiorum*. Διαφόρων autem eſt *ſumptus, impenſa pecunia*; διαφόρα, *congeſta ex veſtigalibus & tributis*. Nobil.

℣. 7. Gr. Συμμίξας δὲ ὁ Ἀπολλώνιος τῷ βασιλεῖ, περὶ τῶν μηνυθέντων αὐτῷ χρημάτων ἐπεφάνισεν· ὁ δὲ προχειρισάμενος Ἡλιόδωρον, τὸν ἐπὶ τῶν πραγμάτων, &c. *Colloquutus autem Apollonius cum rege, de indicatis ſibi pecuniis aperuit: ille verò eligens Heliodorum, qui erat*, &c.

℣. 8. Vix meliùs è Græco.

℣. 9. Conſonat Græcum, niſi quòd pro *in civitate*, habet τῆς πόλεως, *civitatis*; deletque vocem *pecuniarum*. Ambroſ. l. 2. off. c. 29. col. 105. b. eadem narrat, dicens: *Cùm indicium factum eſſet pecuniarum, quas in templo Jeroſolymis maximas reperiri poſſe Simon nefarius Antiocho regi prodidit, miſſus in rem Heliodorus ad templum venit, & ſummo ſacerdoti aperuit indicii invidiam, & adventûs ſui cauſam*.

℣. 10. Similiter in Græco, præter iſta, *hæc*, & *victualia*, quæ abſunt. Apud Ambroſ. verò l. 2. off. c. 29. p. 105. b. ſic: *Tunc ſacerdos depoſita eſſe dixit viduarum victualia & pupillorum*.

℣. 11. Eadem exſtant Græcè, exceptâ conjunct. καὶ, *etiam*, pro *eſſe*, paulòque poſt, οὐχ ὥσπερ, *non ſicut*, pro *in his quæ*. Apud Ambroſ. l. 2. off. c. 29. col. 105. c. *quædam autem Hircani Tobiæ viri ſancti, eaque demonſtravit: argenti talenta quadraginta erant, auri verò ducenta*.

℣. 12. Gr. ἀδικηθῆναι δὲ τὸς πεπιστευκότας τῇ τοῦ τόπου ἁγιωσύνῃ, καὶ τῇ τοῦ τελιμμένου κατὰ τὸν ξυμπαντὸς κόσμον ἱερῷ σεμνότητι, καὶ ἁγυιᾳ, παντελῶς ἀμήχανον εἶναι· i. e. *fraudari verò eos, qui credidiſſent loci ſanctitati, & honorati per univerſum mundum templi majeſtati, & ſanctitati, omnino impoſſibile eſſe*.

℣. 13. Gr. ὁ δὲ Ἡλιόδωρος διὰ ἃς εἶχε βασιλικὰς ἐντολὰς, πάντως ἔλεγεν εἰς τὸ βασιλικὸν ἀναληπτέα ταῦτα εἶναι. *At Heliodorus pro his quæ habebat in mandatis à rege, omnino dicebat in regium fiſcum referenda hæc eſſe*.

℣. 14. Similia Græcum habet, præter vocem ἐπισκεψιν, *viſitationem*, præpoſitam verbo *ordinaturus*, loco *Heliodorus*.

℣. 15. Græc. habet circa med. ῥίψαντες ἑαυτὸς, ἐπεκαλοῦντο εἰς ὑρανὸν τὸν περὶ παραθήκης νομοθετήσαντα, &c. i. e. *jactantes ſe, invocabant in cœlum eum, qui de depoſito legem poſuit*; cæt. ut in Vulg. Eadem etiam memorat Ambr. l. 2. off. c. 29. col. 105. c. dicens: *Quæ cùm Heliodorus ereptum ire vellet, & regis vindicare commodis, ſacerdotes ante altare jactaverunt ſe, induti ſacerdotales ſtolas, & Deum cœlum, qui de depoſitis legem dederat, flentes invocabant, ne cuſtodem ſe præceptorum præſtaret ſuorum*.

℣. 16. Sic habetur Græcè, niſi hoc ult. excipias, τὴν κατὰ ψυχὴν ἀγωνίαν, *eam quæ in animo agoniam*, loco *internum animi dolorem*. Apud Ambroſ. l. 2. off. c. 29. col. 105. d. *vultus verò, & color ſummi ſacerdotis immutatus declarabat dolorem animi, & mentis intentæ ſollicitudinem*.

℣. 17. Ita rurſum Græcè, hoc excepto, δι' ὧν, *per quæ*, loco *per quem*; at in Mſ. Alex. δι' ὃν.

℣. 18. Mſ. S. Theod. *Alii enim congregati de domibus*, &c. ut in Vulgata. Græc. Οἱ δὲ ἐκ τῶν οἰκιῶν ἀγελαδὸν ἐξεχύθησαν ἐπὶ πάνδημον ἱκετείαν, διὰ τὸ, &c. *Alii autem de domibus gregatim proſiliebant ad publicam ſupplicationem, pro eo quòd*, &c. ut ſupra. Apud Ambroſ. l. 2.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

turus.

19. Accinctæque mulieres ciliciis pectus, per plateas confluebant: ſed & virgines, quæ concluſæ erant, procurrebant ad Oniam, aliæ autem ad muros, quædam verò per feneſtras aſpiciebant:

20. univerſæ autem protendentes manus in cœlum, deprecabantur:

21. erat enim miſera commiſtæ multitudinis, & magni ſacerdotis in agone conſtituti exſpectatio.

22. Et hi quidem invocabant omnipotentem Deum, ut credita ſibi, his qui crediderant, cum omni integritate conſervarentur.

23. Heliodorus autem, quod decreverat, perficiebat eodem loco ipſe cum ſatellitibus circa ærarium præſens.

24. Sed ſpiritus omnipotentis Dei magnam fecit ſuæ oſtenſionis evidentiam, ita ut omnes, qui auſi fuerant parêre ei, ruentes Dei virtute, in diſſolutionem & formidinem converterentur.

25. Apparuit enim illis quidam equus terribilem habens ſeſſorem, optimis operimentis adornatus: iſque cum impetu Heliodoro priores calces eliſit: qui autem ei ſedebat, videbatur arma habere aurea.

26. Alii etiam apparuerunt duo juvenes virtute decori, optimi gloriâ, ſpecioſique amictu: qui circumſteterunt eum, & ex utraque parte flagellabant, ſine intermiſſione multis plagis verberantes.

27. Subitò autem Heliodorus concidit in terram, eumque multa caligine circumfuſum rapuerunt, atque in ſella geſtatoria poſitum ejecerunt.

28. Et is, qui cum multis curſoribus & ſatellitibus prædictum ingreſſus eſt ærarium, portabatur nullo ſibi auxilium ferente, manifeſta Dei cognita virtute:

29. & ille quidem per divinam virtutem jacebat mutus, atque omni ſpe & ſalute privatus.

30. Hi autem Dominum benedicebant, quia magnificabat locum ſuum: & templum, quod paulò ante timore ac tumultu erat plenum, apparente omnipotente Domino, gaudio & lætitia impletum eſt.

31. Tunc verò ex amicis Heliodori quidam rogabant confeſtim Oniam, ut invocaret Altiſſimum, ut vitam donaret ei, qui in ſupremo ſpiritu erat conſtitutus.

32. Conſiderans autem ſummus ſacerdos, ne fortè rex ſuſpicaretur malitiam aliquam ex Judæis circa Heliodorum conſummatam, obtulit pro ſalute viri hoſtiam ſalutarem.

33. Cùmque ſummus ſacerdos exoraret, iidem juvenes eiſdem veſtibus amicti, aſtan-

NOTÆ.

eff. c. 29. col. 105. d. *Flebant omnes, quòd in contemptum locus venturus foret, ſi nec in Dei templo tuta fidei ſervaretur cuſtodia.*

℣. 19. Eadem ſunt in Græco, præter ſeqq. ὑπὸ τὰς μασὺς, *ſub mammis*, pro *pectus*; dein, κατὰ τὰς ὁδὰς, *per vias*, loco *per plateas*, paulòque poſt, αἱ μὲν ζυνέτρεχον ἐπὶ τὰς πυλῶνας, *aliæ quidem concurrebant ad januas*, loco *procurrebant ad Oniam*. Apud Ambr. l. 2. off. c. 29. col. 105. d. *Accinctæque mulieres pectus, & clauſæ virgines pulſabant januam: ad muros alii currebant, per feneſtras alii proſpectabant.*

℣. 20. Conſonat Græcum, niſi quòd loco ult. verbi *deprecabantur*, hab. ἐποιοῦντο τὴν λιτανείαν. Ambroſ. l. 2. off. c. 29. p. 105. d. *omnes ad cœlum tendebant manus, orantes ut ſuis Dominus adeſſet legibus.*

℣. 21. Gr. ἐλεεῖν δ' ἦν τὴν τῆ πλήθυς παμμιγῆ πρόσωτων, τήν τε τῆ μεγάλως διαγωνιῶντος ἀρχιερέως περιστασίαν· *erat autem miſerabilis commiſtæ multitudinis ruina, & ſummi ſacerdotis in magna agonia conſtituti exſpectatio.*

℣. 22. Ita Græcum habet, præter duo, ζῶα, *ſalva*, loco *ſibi*; & διαφυλάσσειν, *conſervaret*, pro *conſervarentur*.

℣. 23. Gr. poſito puncto poſt verbum *perficiebat*, ſubdit: Αὐτόθι δὲ αὐτῆ ζὺν τοῖς δορυφόροις κατὰ τὸ γαζοφυλάκιον ἤδη παρόντος· i. e. *Ibi autem ipſo cum ſatellitibus ad ærarium jam præſente.* Ambr. l. 2. off. c. 29. col. 105. e. *Heliodorus autem, nec his territus, quod intenderat urgebat, & ſatellitibus ſuis ærarium ſepſerat.*

℣. 24. Gr. addit: ὁ τῶν πατέρων Κύριος, καὶ πάσης ἐξουσίας Δυνάστης ἐπιφάνειαν μεγάλην ἐποίησεν, ὥστε πάντας τοὺς καταλαμβανθέντας ζυνελθεῖν, καταπλαγέντας τὴν τῆ Θεῆ δύναμιν, εἰς ἔκλυσιν καὶ λιπαρίαν τεταπεινωμένους· *patrum Dominus, & omnis poteſtatis Dominator magnam fecit oſtenſionem, ita ut omnes, qui auſi fuerant convenire, obſtupeſcentes Dei virtutem, in diſſolutionem & formidinem converterentur.*

℣. 25. Græcè num. ſingul. καὶ καλλίστη ζαγῆ διαπρεπομένος, & *optimo operimento adornatus*; deinde, φερόμενος δὲ ῥύδην ἐπέπεσε τῶ Ἡλιοδώρω τοὺς ἐμπροσθίους ὁπλάς, *invectus autem cum impetu incuſſit Heliodoro anteriores ungulas*; cæt. ut ſup. Apud Ambroſ. l. 2. off. c. 29. col. 105. e. *Subitò apparuit illi terribilis eques, armis præfulgens aureis: equus autem ejus erat inſigni ornatus opertorio.*

℣. 26. Concinit Græc. præterquam quòd addit αὐτῶ, *ei*, verbo *apparuerunt*; extremòque habet, οἵ καὶ παραστάντες, ἐξ ἑκατέρου μέρους ἐμαστίγουν αὐτὸν ἀδιαλείπτως, πολλὰς ἐπιβριπτοῦντες αὐτῶ πληγάς· *qui etiam circumſtantes, ex utraque parte flagellabant eum ſine intermiſſione, multas inferentes ei plagas.* Ambroſ. l. 2. off. c. 29. col. 105. e. *Alii quoque duo juvenes apparuerunt in virtute inclyta, decore grato, cum ſplendore gloriæ, ſpecioſi amicti: qui circumſteterunt eum, & utraque ex parte flagellabant ſacrilegum, ſine ulla intermiſſione continuato verbere.*

℣. 27. Gr. Ἀφνω δὲ πεσόντα πρὸς τὴν γῆν, καὶ πολλῆ σκότει περιχυθέντα ζυναρπάσαντες, καὶ εἰς φορεῖον τεθέντες, *Subitò autem concidentem in terram, & multa caligine circumfuſum rapientes, & in ſellam geſtatoriam imponentes.* Ambr. l. 2. off. c. 29. col. 106. a. *Circumfuſus caligine in terram concidit.*

℣. 28. Græc. τὸν ἄρτι μετὰ πολλῆς παραδρομῆς, καὶ πάσης λιτουργίας εἰς τὸ προειρημένον εἰσελθόντα γαζοφυλάκιον, ἄφεγγη, ἀξιοθέητον ἑαυτῶ καθεστῶτα, φανερῶς τὴν τῆ Θεῆ δυναστείαν ἐπεγνωκότες· i. e. *eum qui nuper cum multo curſorum comitatu, & omni ſatellitio prædictum ingreſſus erat ærarium, portabant, nullius ſibi ipſi auxilii ferendi compotem, manifeſtò Dei poteſtatem cognoſcentes.*

℣. 29. Ad verbum è Græco. In Mſ. S. Theod. hoc ult. deeſt, *atque omni ſpe & ſalute privatus.* Apud Ambr. verò l. 2. off. c. 29. col. 106. a. ſic: & *evidenti divinæ operationis indicio exanimatus jacebat, nec ulla ſpes in eo reſidebat ſalutis.*

℣. 30. Eadem ſunt in Græco, præter unum τὸν παραδοξάζοντα, *qui magnificabat*, pro *quia magnificabat.* Apud Ambroſ. l. 2. off. c. 29. col. 106. a. *Oborta eſt lætitia metuentibus, metus ſuperbis.*

℣. 31. Gr. ipſo initio ponit ταχὺ, *confeſtim*, loco *tunc*; paulò verò poſt delet *confeſtim*: extremò ſic hab. καὶ τὸ ζῆν χαρίσαιτο τῶ παντελῶς ἐν ἐλάτη πνοῆ κειμένω· i. e. & *vitam donaret ei, qui omnino in ſupremo*, &c. In Mſ. quoque S. Theod. & *vitam donaret.* Apud Ambroſ. l. 2. off. c. 29. col. 106. a. *Dejectique ex amicis Heliodori quidam rogabant Oniam, vitam poſcentes ei, quoniam ſupremum gerebat ſpiritum.*

℣. 32. Ὑποψίας δὲ γενομένης ὁ ἀρχιερεὺς, μήποτε λάληψιν ὁ βασιλεὺς ζῆ κακουργίαν τινὰ περὶ τὸν Ἡλιόδωρον ὑπὸ τῶν Ἰουδαίων ζυντελεσθῆναι, προσήγαγε θυσίαν ὑπὲρ τῆς τῆ ἀνδρὸς ζωτηρίας· i. e. *Suſpicatus autem ſummus ſacerdos, ne forte rex ſuſpicaretur maleficium aliquod circa Heliodorum à Judæis eſſe conſummatum, obtulit hoſtiam pro viri ſalute.*

℣. 33. Græc. in principio habet: Πειθομένου δὲ τῆ ἀρχιερέως τὸν ἱλασμὸν, οἱ αὐτοὶ νεανίαι πάλιν ἐφάνησαν τῶ Ἡλιοδώρω, ἐν ταῖς αὐταῖς ἐσθήσεσιν ἐστολισμένοι, καὶ στάντες εἶπον· Πολλὰς τῶ Ὀνίᾳ τῶ ἀρχιερεῖ χάριτας ἔχε, &c. *Faciente autem ſummo ſacerdote propitiationem, iidem juvenes rurſus apparuerunt Heliodoro, eiſdem veſtibus amicti, & ſtantes dixerunt: Multas Oniæ ſacerd. gratias habe*, &c. quæ ſup. Ambroſ. l. 2. off. c. 29. col. 106. a. *Rogante itaque ſacerdote ſummo, iidem juvenes iterum Heliodoro apparuerunt, iiſdem amicti veſtibus, & dixerunt ad eum: Onia ſummo ſacerdoti gratias age, propter quem tibi vita eſt reddita.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

tes Heliodoro, dixerunt: Oniæ ſacerdoti gratias age: nam propter eum Dominus tibi vitam donavit.

34. Tu autem à Deo flagellatus, nuncia omnibus magnalia Dei, & poteſtatem. Et his dictis, non comparuerunt.

35. Heliodorus autem, hoſtiâ Deo oblatâ, & votis magnis promiſſis ei, qui vivere illi conceſſit, & Oniæ gratias agens, recepto exercitu, repedabat ad regem.

36. Teſtabatur autem omnibus ea quæ ſub oculis ſuis viderat opera magni Dei.

37. Cùm autem rex interrogaſſet Heliodorum, quis eſſet aptus adhuc ſemel Jeroſolymam mitti, ait:

38. Si quem habes hoſtem, aut regni tui inſidiatorem, mitte illuc, & flagellatum eum recipies, ſi tamen evaſerit: eò quòd in loco ſit verè Dei quædam virtus.

39. Nam ipſe, qui habet in cœlis habitationem, viſitator & adjutor eſt loci illius, & venientes ad malefaciendum percutit, ac perdit.

40. Igitur de Heliodoro, & ærarii cuſtodia, ita res ſe habet.

NOTÆ.

℣. 34. Concordat Græcum, præterquam quòd habet ὑπ' αὐτῦ, *ab eo*, pro *à Deo*; paulòque poſt, τὸ μεγαλεῖον τῦ Θεῦ κράτος, *magnam Dei poteſtatem*, loco *magnalia Dei*, & *poteſtatem*. In Mſ. Alex. ac edd. Ald. & Compl. ἐξ οὐρανῦ, *de cœlo*, pro ὑπ' αὐτῦ· ſed in Mſ. S. Theod. *ab eo flagellatus*. Apud Ambroſ. verò l. 2. off. c. 29. col. 106. b. *Tu autem expertus Dei flagella, vade, & nuncia tuis omnibus, quantam cognoveris templi religionem, & Dei poteſtatem. His dictis, non comparuerunt.*

℣. 35. Græc. Ὁ δὲ Ἡλιόδωρος, θυσίαν ἀνενέγκας τῷ Κυρίῳ, καὶ εὐχὰς μεγίσας εὐξάμενος τῷ τὸ ζῆν περιποιήσαντι, καὶ τὸν Ὀνίαν ἀποδεξάμενος, ἀνετεχαλκάσευε πρὸς τὸν βασιλέα· quæ eòdem recidunt. Apud Ambroſ. l. 2. off. c. 29. col. 106. b. *Heliodorus itaque, recepto ſpiritu, hoſtiam Domino obtulit, Oniæ ſacerdoti gratias egit, & cum exercitu ad regem revertitur.*

℣. 36. Sic eſt in Græco, excepto ſuperlat. μεγίσυ, *maximi*, loco *magni*.

℣. 37. Ita rurſum Græcè.

℣. 38. Similia Græcum refert, excepto uno πραγμάτων, *rerum*, loco *regni tui*; ſubinde, πέμψον αὐτὸν ἐκεῖ, *mitte eum illuc*, &c. quæ ſupra. Ambroſ. l. 2. off. c. 29. col. 106. b. ſimiliter: *Si quem habes hoſtem, aut aliquem inſidiatorem rerum tuarum, illuc illum dirige, & flagellatum recipies eum.*

℣. 39. Sic iterum Græcè, præter τὸ, ἐπουράνιον, *ſupercœleſtem*, pro *in cœlis*; at in Mſ. al. ἐν οὐρανοῖς, teſte Nobilio.

℣. 40. Græc. Καὶ τὰ μὲν καθ' Ἡλιόδωρον, καὶ τὴν τῦ..... οὕτως ἐχώρησε.

CAPUT IV.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. SImon autem prædictus pecuniarum & patriæ delator, malè loquebatur de Onia, tanquam ipſe Heliodorum inſtigaſſet ad hæc, & ipſe fuiſſet incentor malorum:

2. proviſoremque civitatis, ac defenſorem gentis ſuæ, & æmulatorem legis Dei, audebat inſidiatorem regni dicere.

3. Sed, cùm inimicitiæ in tantum procederent, ut etiam per quoſdam Simonis neceſſarios homicidia fierent:

4. conſiderans Onias periculum contentionis, & Apollonium inſanire, utpote ducem Cœleſyriæ & Phœnicis, ad augendam malitiam Simonis, ad regem ſe contulit,

5. non ut civium accuſator, ſed communem utilitatem apud ſemetipſum univerſæ multitudinis conſiderans.

6. Videbat enim ſine regali providentia impoſſibile eſſe pacem rebus dari, nec Simonem poſſe ceſſare à ſtultitia ſua.

7. Sed poſt Seleuci vitæ exceſſum, cùm ſuſcepiſſet regnum Antiochus, qui Nobilis appellabatur, ambiebat Jaſon frater Oniæ ſummum ſacerdotium:

8. adito rege, promittens ei argenti talenta trecenta ſexaginta, & ex redditibus aliis talenta octoginta,

9. ſuper hæc promittebat & alia centum quinquaginta, ſi poteſtati ejus concederetur gymnaſium, & ephebiam ſibi conſtituere, & eos, qui in Jeroſolymis erant, Antiochenos ſcribere.

10. Quod cùm rex annuiſſet, & obtinuiſſet principatum, ſtatim ad gentilem ritum contribules ſuos transferre cœpit:

11. & amotis his, quæ humanitatis causâ Judæis à regibus fuerant conſtituta, per Joannem patrem Eupolemi, qui apud Romanos de amicitia & ſocietate functus eſt legatione legitima, civium jura deſtituens, prava inſtituta ſanciebat.

12. Etenim auſus eſt ſub ipſa arce gymnaſium conſtituere, & optimos quoſque ephebo rum in lupanaribus ponere.

NOTÆ.

℣. 1. Græcè additur γεγονὼς, *factus*, voci *delator*; tollitur verò *ad hæc*, poſt *inſtigaſſet*; tum ſequitur, καὶ τῶν κακῶν δημιυργὸς κατεσκεύασε, & *malorum artifex fuiſſet*.

℣. 2. Græc. καὶ τὸν εὐεργέτην τῆς πόλεως, καὶ τὸν κηδεμόνα τῶν ὁμοεθνῶν, καὶ ζηλωτὴν τῶν νόμων, ἐπιβουλον τῶν πραγμάτων ἐτόλμα λέγειν· *benefactoremque civitatis, & proviſorem gentis ſuæ, & æmulatorem legum, audebat inſidiatorem rerum dicere.*

℣. 3. Priora reſpondent Græco; poſteriora ſic habentur ibid. ὥσε καὶ διά τινος τῶν ὑπὸ τῦ Σίμωνος δεδοκιμασμένων, φόνους συνίστασθαι· i. e. *ut etiam per quemdam ex iis, qui à Simone probati erant, homicidia fierent.*

℣. 4. Eadem ſunt in Græco, præter verbum Συναύξησα, *augentem*, loco *ad augendam*.

℣. 5. Gr. in principio habet: ὁ γινόμενος τῶν πολιτῶν κατήγορος, &c. *non factus civium accuſator*; reliqua quadrant.

℣. 6. Concordat Græcum, niſi quòd addit ἔτι, *ulterius*, ad *pacem*; extremòque habet, καὶ τὸν Σίμωνα παῦσαι ἀπὸ ἀνοίας, *nec Simonem ceſſaturum à ſtultitia*.

℣. 7. Græc. Vulgatæ reſpondet.

℣. 8. Concinit Græcum, præterquam quòd habet ſingulariter, καὶ παρά τινος ἄλλης, & *ex reditu quodam alio*, non *ex redditibus aliis*.

℣. 9. Similia Græcum habet, hoc addito, διαγράψαι, *ſe tributurum*, ad *quinquaginta*; poſitoque διὰ τῆς ἐξουσίας, *per poteſtatem*, loco *poteſtati*.

℣. 10. Sic habetur Græcè, deleto pronom. *ſuos*, poſt *contribules*.

℣. 11. Græcè, φιλάνθρωπα βασιλικὰ, *humanitate regia*, pro *humanitatis causâ..... à regibus*; extremò poſita interpunctione poſt *legatione*, ſubditur καὶ τὰς μὲν νομίμους καταλύων πολιτείας, παρανόμες ἐθισμὲς εἰσαίνιζεν· & *legitima quidem civium jura diſſolvens, prava inſtituta innovabat.*

℣. 12. Gr. Ἀσμένως γὰρ ὑπ' αὐτὴν τὴν ἀκρόπολιν γυμνάσιον κατίδρυσε, καὶ τὰς κρατίστες τῶν ἐφήβων ὑποδούσων, ὑπὸ πέταυον ἤγεν· i. e. *Alacriter enim ſub ipſa arce gymnaſium conſtituit, & optimos quoſque ephebo rum ſubjiciens, ſub velum duxit.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

13. Erat autem hoc non initium, ſed incrementum quoddam, & profectus gentilis & alienigenæ converſationis, propter impii & non ſacerdotis Jaſonis neſarium & inauditum ſcelus:

14. ita ut ſacerdotes jam non circa altaris officia dediti eſſent, ſed contempto templo, & ſacrificiis neglectis, feſtinarent participes fieri palæſtræ, & præbitionis ejus injuſtæ, & in exercitiis diſci:

15. & patrios quidem honores nihil habentes, Græcas glorias optimas arbitrabantur:

16. quarum gratiâ periculoſa eos contentio habebat, & eorum inſtituta æmulabantur, ac per omnia his conſimiles eſſe cupiebant, quos hoſtes & peremptores habuerant.

17. In leges enim divinas impiè agere impunè non cedit: ſed hoc tempus ſequens declarabit.

18. Cùm autem quinquennalis agon Tyri celebraretur, & rex præſens eſſet,

19. miſit Jaſon facinoroſus ab Jeroſolymis viros peccatores, portantes argenti didrachmas trecentas in ſacrificium Herculis: quas poſtulaverunt hi qui aſportaverant ne in ſacrificiis erogarentur, quia non oporteret, ſed in alios ſumptus eas deputari.

20. Sed hæ oblatæ ſunt quidem ab eo, qui miſerat, in ſacrificium Herculis: propter præſentes autem datæ ſunt in fabricam navium triremium.

21. Miſſo autem in Ægyptum Apollonio Mneſthei filio propter primates Ptolemæi Philometoris regis, cùm cognoviſſet Antiochus alienum ſe à negotiis regni effectum, propriis utilitatibus conſulens, profectus inde venit Joppen, & inde Jeroſolymam.

22. Et magnificè ab Jaſone & civitate ſuſceptus, cum facularum luminibus, & laudibus ingreſſus eſt: & inde in Phœnicen exercitum convertit.

23. Et poſt triennii tempus miſit Jaſon Menelaum, ſupradicti Simonis fratrem, portantem pecunias regi, & de negotiis neceſſariis reſponſa perlaturum.

24. At ille commendatus regi, cùm magnificaſſet faciem poteſtatis ejus, in ſemetipſum retorſit ſummum ſacerdotium, ſuperponens Jaſoni talenta argenti trecenta.

25. Acceptiſque à rege mandatis, venit, nihil quidem habens dignum ſacerdotio; animos verò crudelis tyranni, & feræ beluæ iram gerens.

26. Et Jaſon quidem, qui proprium fratrem captivaverat, ipſe deceptus profugus in Ammanitem expulſus eſt regionem.

27. Menelaus autem principatum quidem obtinuit: de pecuniis verò regi promiſſis, nihil agebat, cùm exactionem faceret Soſtratus, qui arci erat præpoſitus:

28. (nam ad hunc exactio vectigalium pertinebat) quam ob cauſam utrique ad regem ſunt evocati.

29. Et Menelaus amotus eſt à ſacerdotio, ſuccedente Lyſimacho fratre ſuo: Soſtratus autem prælatus eſt Cypriis.

30. Et cùm hæc agerentur, contigit, Tharſenſes, & Mallotas ſeditionem movere, eò quòd Antiochidi regis concubinæ dono eſſent dati.

31. Feſtinanter itaque rex venit ſedare illos, relicto ſuffecto uno ex comitibus ſuis Andronico.

32. Ratus autem Menelaus accepiſſe ſe tempus opportunum, aurea quædam vaſa è templo furatus donavit Andronico, & alia vendiderat Tyri, & per vicinas civitates.

NOTÆ.

℣. 13. Gr. Ἦν δ' οὕτως ἀκμή τις ἑλληνισμοῦ, καὶ προσβασις ἀλλοφυλισμοῦ, διὰ τὴν τοῦ ἀσεβοῦς καὶ οὐκ ἀρχιερέως Ἰάσωνος ὑπερβάλλουσαν ἀναγνείαν. *Erat autem ſic vigor quidam gentilitatis, & profectus alienigenæ converſationis, propter impii & non ſacerdotis Jaſonis eximium ſcelus.*

℣. 14. Eadem ſunt in Græco, præter poſtrema, ἵνα σπεύδοντες μετέχειν τῆς ἐν παλαίστρᾳ παρανόμου χορηγίας, μετὰ τὴν τοῦ δίσκου πρόκλησιν· i. e. *feſtinarent participes fieri ejus, quæ in palæſtra fiebat, præbitionis iniquæ, poſt diſci provocationem.* Mſ. S. Theod. loco *participes*, ſcribit *principes*; vitioſè.

℣. 15. Conſonat Græcum.

℣. 16. Gr. ὧν χάειν πειρέχειν αὐτὸς χαλεπὴ περίσασις, καὶ ὧν ἐζήλων τὰς ἀγωγὰς, καθάπαξ ἤθελον ἑξομοιοῦσθαι, τύτους πολεμίους καὶ τιμωρὰς ἔχον· *quarum rerum gratiâ occupavit eos grave infortunium, & quorum inſtituta æmulabantur, ac per omnia conſimiles eſſe cupiebant, hos hoſtes & punitores habuerunt.*

℣. 17. Ita in Græco, præter duo, ὐ ῥᾴδιον, *non facile*, pro *impunè non cedit*; & ταῦτα, *hæc*, ante *tempus*; Mſ. etiam S. Theod. habet, *ſed hæc tempus*, &c.

℣. 18. Itidem Græcè. Mſ. S. Theod. hab. *Tyro*, non *Tyri*; Gr. ἐν Τύρῳ.

℣. 19. Gr. loco *viros peccatores*, habet θεωρὺς, Ἀντιοχεῖς ὄντας, *miniſtros*, ſeu *ſpectatores*, *qui erant Antiochenſi*; paulòque poſt, δραχμὰς, loco *didrachmas*; rurſum πρὸς θυσίαν, *in ſacrificium*, pro *in ſacrificiis*; poſtremò, εἰς ἑτέραν δὲ καταὐέδαι διαφάνην, *ſed in alium ſumptum deputarentur.*

℣. 20. Mſ. S. Theod. *Sed hæc oblata ſunt..... data ſunt*, &c. Gr. Ἔφερψεν ὧν ταῦτα, διὰ μὲν τὸν ἀπεσταλκότα, εἰς τὴν τοῦ Ἡρακλέους θυσίαν· ἕνεκεν δὲ τῶν παρακομιζόντων, εἰς τὰς τῶν τριήρων κατασκευάς. *Miſit igitur hæc, quantùm quidem ad ſe qui mittebat, pertinebat, in ſacrificium Herculis: propter eos autem qui portabant, in fabricam triremium.*

℣. 21. Mſ. S. Theod. habet *propter primatus Filometoris*; Gr. διὰ τὰ πρωτοκλίσια Πτολεμαίου τοῦ Φιλομήτορος· infra ponit αὐτῶν, *ipſis*, loco *regni*; poſt paulò, & ultimò: τῆς κατ' αὐτὸν ἀσφαλείας ἐφρόντιζεν· ὅθεν εἰς Ἰόππην παραγενόμενος, κατέλυσεν εἰς Ἱεροσόλυμα· i. e. *propriæ ſecuritati conſuluit: quare Joppen veniens, profectus eſt Jeroſolymam.*

℣. 22. Similia Græcum habet, niſi excipias vocem βοῶν, *acclamationibus*, pro *laudibus.*

℣. 23. Græcum extremò legit, ὑπομνηματισμοὺς τελέσοντα, *commonitiones facturum*, loco *reſponſa perlaturum*; priora ſimilia.

℣. 24. Conſonat Græcum, niſi quòd habet, καὶ λαβόμενος αὐτὸν τῷ πρωσώπῳ τῆς ἐξουσίας, &c. & *magnificans ſe* (al. *eum*) *facie poteſtatis*, loco *cùm magnificaſſet faciem poteſtatis ejus*; ultimòque, ὑπερβαλὼν τὸν Ἰάσωνα τάλαντα ἀργυρίου τριακόσια· quæ Nobil. vertit, *ſuperans Jaſonem talentis*, &c.

℣. 25. Eadem ſunt in Græco, præter hoc ult. καὶ θηρὸς βαρβάρου ὀργὰς ἔχων, & *feræ barbaræ iras gerens.*

℣. 26. Sic habetur Græcè, præter hoc med. ὑποσυεύσας, ὑποσυευθεὶς ὑφ' ἑτέρου, *circumvenerat*, *circumventus ab alio*, pro *captivaverat*, *ipſe deceptus.*

℣. 27. Ita rurſum Græcè, excepto uno εὐτάκτει, *bene diſponebat*, pro *agebat.*

℣. 28. Græcè ſimiliter, præter hoc, ὑπὸ τοῦ βασιλέως, *à rege*, loco *ad regem.*

℣. 29. Græc. Καὶ ὁ μὲν Μενέλαος ἀπέλιπε τῆς ἀρχιερωσύνης διάδοχον Λυσίμαχον τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφόν· Σώστρατος δὲ, Κράτητα τὸν ἐπὶ τῶν Κυπρίων. *Et Menelaus quidem reliquit ſacerdotii ſucceſſorem Lyſimachum fratrem ſuum: Soſtratus autem Cratetem, qui erat præpoſitus Cypriis.*

℣. 30. Gr. in principio habet: Τοιούτων δὲ συνεστώτων, *His autem conſtitutis*, loco & *cùm hæc agerentur*; reliqua ut in Vulg. Mſ. S. Theod. ſcribit *Antiochi*, non *Antiochidi*, ſed malè; Græcè enim Ἀντιοχίδι.

℣. 31. Gr. habet τὰ πράγματα, *res*, loco *illos*; extremòque, τῶν ἐν ἀξιώματι κειμένων, *ex iis qui in dignitate poſiti erant*, pro *uno ex comitibus ſuis.*

℣. 32. Reſpondet Græcum, niſi quòd hab. τῶν τοῦ ἱεροῦ, pro *è templo*; & loco *vicinas*, τὰς κύκλῳ, *circumjacentes.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

33. Quod cùm certissimè cognovisset Onias, arguebat eum, ipse in loco tuto se continens Antiochiæ secus Daphnem.

34. Unde Menelaus accedens ad Andronicum, rogabat ut Oniam interficeret. Qui cùm venisset ad Oniam, & datis dextris cum jurejurando (quamvis esset ei suspectus) suasisset de asylo procedere, statim eum peremit, non veritus justitiam.

35. Ob quam causam non solùm Judæi, sed aliæ quoque nationes indignabantur, & molestè ferebant de nece tanti viri injusta.

36. Sed regressum regem de Ciliciæ locis, adierunt Judæi apud Antiochiam, simul & Græci, conquerentes de iniqua nece Oniæ.

37. Contristatus itaque animo Antiochus propter Oniam, & flexus ad misericordiam, lacrymas fudit, recordatus defuncti sobrietatem, & modestiam:

38. accensisque animis, Andronicum purpurâ exutum, per totam civitatem jubet circumduci: & in eodem loco, in quo in Oniam impietatem commiserat, sacrilegum vitâ privari, Domino illi condignam retribuente pœnam.

39. Multis autem sacrilegiis in templo à Lysimacho commissis Menelai consilio, & divulgatâ famâ, congregata est multitudo adversùm Lysimachum, multo jam auro exportato.

40. Turbis autem insurgentibus, & animis ira repletis, Lysimachus armatis ferè tribus millibus iniquis manibus uti cœpit, duce quodam tyranno, ætate pariter & dementia provecto.

41. Sed, ut intellexerunt conatum Lysimachi, alii lapides, alii fustes validos arripuere: quidam verò cinerem in Lysimachum jecere.

42. Et multi quidem vulnerati, quidam autem & prostrati, omnes verò in fugam conversi sunt: ipsum etiam sacrilegum secus ærarium interfecerunt.

43. De his ergo cœpit judicium adversùs Menelaum agitari.

44. Et cùm veniret rex Tyrum, ad ipsum negotium detulerunt missi tres viri à senioribus.

45. Et cùm superaretur Menelaus, promisit Ptolemæo multas pecunias dare ad suadendum regi.

46. Itaque Ptolemæus in quodam atrio positum quasi refrigerandi gratiâ regem adiit, & deduxit à sententia:

47. & Menelaum quidem universæ malitiæ reum criminibus absolvit: miseros autem, qui, etiamsi apud Scythas causam dixissent, innocentes judicarentur, hos morte damnavit.

48. Citò ergo injustam pœnam dederunt, qui pro civitate, & populo, & sacris vasis, causam prosecuti sunt.

49. Quam ob rem Tyrii quoque indignati, erga sepulturam eorum liberalissimi exstiterunt.

50. Menelaus autem, propter eorum, qui in potentia erant, avaritiam, permanebat in potestate, crescens in malitia ad insidias civium.

NOTÆ.

℣. 33. Gr. ipso initio ponit *ἃ*, *quæ*, non *quod*; paulò verò post delet ista duo, *cum*, *ipse*; postremò pro *Antiochiæ secus Daphnem*, habet ἐπὶ Δάφνης, τῆς πρὸς Ἀντιόχειαν κειμένης, *in Daphne, quæ ad Antiochiam posita est.*

℣. 34. Græcè, λαβὼν ἰδία, *assumens seorsum*, loco *accedens ad*; paulòque post: Ὁ δὲ παραγενόμενος ἐπὶ τὸν Ὀνίαν, ᾗ πειθεὶς ἐπὶ δόλῳ, ᾗ δεξίας μετ' ὅρκων δοὺς, (καίπερ ὑποψίᾳ κείμενος) ἔπεισεν ἐκ τῆς ἀσύλου προελθεῖν· ὃν ᾗ παραχρῆμα παρέλκυσεν, οὐκ αἰδεσθεὶς τὸ δίκαιον· i. e. *Ille autem veniens ad Oniam, & suadens cum dolo, & dexteram dans cum juramento (quamvis esset suspectus) persuasit de asylo procedere: quem etiam statim in carcere peremit, non, &c.*

℣. 35. Eadem sunt in Græco, exceptis his, πολλοὶ δὲ ᾗ τῶν ἄλλων ἐθνῶν, *sed etiam multi ex aliis nationibus*, loco *sed aliæ quoque nationes*; sub finem etiam deest vox *tanti*.

℣. 36. Gr. Τῷ δὲ βασιλέως ἐπανελθόντος ἀπὸ τῶν κατὰ Κιλικίαν τόπων συνέβησαν οἱ κατὰ πόλιν Ἰουδαῖοι συμπεσοῦντων, ᾗ τῶν Ἑλλήνων, ὑπὲρ τοῦ παρὰ λόγον τὸν Ὀνίαν ἀνῃρῆσθαι· i. e. *Sed regressum regem de Cilicia locis, adierunt Judæi, qui per civitatem, ex iis qui simul scelus oderant, & Græci, de eo quòd præter rationem Onias interfectus fuerat*: Mſ. Alex. ἀπεκτόνασιν, Compl. ἀνῃρεῖσθαι.

℣. 37. Gr. delet τὸ *propter Oniam*; paulò verò post habet, ᾗ λακρύσας, διὰ τὴν τοῦ μετριοπαθοῦς ζωφροσύνην, ᾗ πολλὴν εὐταξίαν, & *lacrymas fundens, propter defuncti sobrietatem, & magnam modestiam.* Mſ. S. Theod. *Contristatus itaque ad animam Antiochus*, & *flexus*, &c. ut in Vulg.

℣. 38. Gr. ᾗ πυρωθεὶς τοῖς θυμοῖς, παραχρῆμα τὴν τοῦ Ἀνδρονίκου πορφυρᾶν περιελόμενος, ᾗ τὰς χιτῶνας περιρήξας, περιαγαγὼν καθ' ὅλην τὴν πόλιν, ἐπ' αὐτὸν τὸν τόπον ὅπερ εἰς τὸν Ὀνίαν ἠσέβησεν, ἐκεῖ τὸν μιαιφόνον ἀπεκύρωσε, &c. *accensusque animis, confestim Andronico purpuram auferens, & vestes scindens, circumducens per totam civitatem, in eodem loco, in quo in Oniam impietatem commiserat, ibi homicidam e mundo sustulit, Domino illi*, &c. Mſ. quoque S. Theod. initio legit, *accensusque animis*, non *accensis*.

℣. 39. Vix melius è Græco, præterquam quòd habetur κατὰ τὴν πόλιν, *per civitatem*, pro *in templo*; ultimòque, χρυσωμάτων ἤδη πολλῶν διενηνεγμένων, *multis jam vasis aureis exportatis*, pro *multo jam auro exportato*.

℣. 40. Eadem exstant Græcè, deleta voce *animis*, ante *ira*, pro qua ταῖς ὀργαῖς; postremò etiam, pro *ætate pariter & dementia provecto*, ita, προβεβηκότες τὴν ἡλικίαν, ὄδὲ καὶ ἧττον ᾗ τὴν ἄνοιαν, al. τῇ ἀνοίᾳ.

℣. 41. Mſ. S. Theod. circa med. habet *arripere*, pro *arripuere*; postremòque *jacere*, pro *jecere*. Græc. Συνιέντες δὲ ᾗ τὴν ἐπιβουλὴν τοῦ Λυσιμάχου, ζυναρπάσαντες οἱ μὲν λίθους, οἱ δὲ ξύλων πάχη τινὲς δὲ ἐκ τῆς παρακειμένης σποδοῦ λαβόμενοι, φύρδην ἐπέτειναν εἰς τοὺς περὶ τὸν Λυσίμαχον· i. e. *Intelligentes autem & conatum Lysimachi, alii lapides, alii fustes validos arripuere: quidam verò ex vicino cinere apprehendentes, mistum in eos qui circa Lysimachum jecerunt.*

℣. 42. Gr. Διὰ ᾗν αἰτίαν πολλοὶ μὲν αὐτῶν τραυματίας ἐποίησαν, τινὰς δὲ ᾗ κατέβαλον, πάντας δὲ εἰς φυγὴν ζυνέλασαν· αὐτὸν δὲ τὸν ἱερόσυλον παρὰ τὸ γαζοφυλάκιον ἐχειρώσαντο· *Quam ob causam multos quidem eorum vulneraverunt, quosdam autem & prostraverunt, omnes verò in fugam compulerunt: ipsum verò sacrilegum apud ærarium interfecerunt.*

℣. 43. Gr. Περὶ δὲ τούτων ἐτέθη κρίσις πρὸς τὸν Μενέλαον· *De his autem instabat judicium adversùs Menelaum.*

℣. 44. Suffragatur Græcum, nisi quòd habet λογολογίαν ἐποιήσαντο, *judicium retulerunt*, loco *negotium*.

℣. 45. Græcè ipso initio habetur ἦδη δὲ λελειμμένος exinde nomini *Ptolemæo*, id subjicitur, τῷ Δορυμένης, *Dorymenis filio*; tollitur verò seq. *dare*: deest pariter *dare* in Mſ. S. Theod.

℣. 46. Græc. Ὅθεν ἀπολαβὼν ὁ Πτολεμαῖος εἴς τι περίκυλον ὡς ἀναψύξοντα τὸν βασιλέα, μετέβησε· quæ eòdem recidunt.

℣. 47. Similia Græc. habet, exceptis his, ἀπελύθησαν ἂν ἀναίτιοι, *absolvti essent innocentes judicati*, loco *innocentes judicarentur*.

℣. 48. Ita fert Græc. præter unum plur. λήμοις, *populis*, pro *populo*.

℣. 49. Gr. Διὰ ᾗν αἰτίαν ᾗ Τύριοι μισοπονηρήσαντες, τὰ πρὸς τὴν κηδείαν αὐτῶν μεγαλοφρεπῶς ἐχορήγησαν. *Quamobrem Tyrii quoque in malefactum indignati, quæ ad sepulturam eorum pertinebant, magnificè suppeditaverunt.*

℣. 50. Gr. habet ἐπὶ τῆς ἀρχῆς, *in principatu*, pro *in potestate*; extremòque, loco *ad insidias civium*, ita, μέγας τῶν πολιτῶν ἐπίβουλος καθεστώς, i. e. *magnus civium insidiator constitutus.* Mſ. S. Theod. *crescens in malitia*, & *ad insidias civium.*

Digitized by Google

CAPUT V.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. EOdem tempore Antiochus ſecundam profectionem paravit in Ægyptum.

2. Contigit autem per univerſam Jeroſolymorum civitatem videri diebus quadraginta per aera equites diſcurrentes, auratas ſtolas habentes, & haſtis, quaſi cohortes, armatos,

3. & curſus equorum per ordines digeſtos, & congreſſiones fieri cominus, & ſcutorum motus, & galeatorum multitudinem gladiis diſtrictis, & telorum jactus, & aureorum armorum ſplendorem, omniſque generis loricarum.

4. Quapropter omnes rogabant in bonum monſtra converti.

5. Sed cùm falſus rumor exiſſet, tanquam vitâ exceſſiſſet Antiochus, aſſumptis Jaſon non minùs mille viris, repentè aggreſſus eſt civitatem: & civibus ad murum convolantibus, ad ultimum apprehenſa civitate, Menelaus fugit in arcem:

6. Jaſon verò non parcebat in cæde civibus ſuis, nec cogitabat proſperitatem adversùm cognatos malum eſſe maximum, arbitrans hoſtium & non civium ſe trophæa capturum.

7. Et principatum quidem non obtinuit, finem verò inſidiarum ſuarum confuſionem accepit, & profugus iterum abiit in Ammaniten.

8. Ad ultimum, in exitium ſui concluſus ab Areta Arabum tyranno, fugiens de civitate in civitatem, omnibus odioſus, ut refuga legum & exſecrabilis, ut patriæ & civium hoſtis, in Ægyptum extruſus eſt:

9. & qui multos de patria ſua expulerat, peregre periit, Lacedæmonas profectus, quaſi pro cognatione ibi refugium habiturus:

10. & qui inſepultos multos abjecerat, ipſe & illamentatus, & inſepultus abjicitur, ſepulturâ neque peregrinâ uſus, neque patrio ſepulcro participans.

11. His itaque geſtis, ſuſpicatus eſt rex ſocietatem deſerturos Judæos: & ob hoc profectus ex Ægypto efferatis animis, civitatem quidem armis cepit.

12. Juſſit autem militibus interficere, nec parcere occurſantibus, & per domos aſcendentes trucidare.

13. Fiebant ergo cædes juvenum ac ſeniorum, & mulierum & natorum exterminia, virginumque & parvulorum neces.

14. Erant autem toto triduo octoginta millia interfecti, quadraginta millia vincti, non minùs autem venundati.

15. Sed nec iſta ſufficiunt: auſus eſt etiam intrare templum universâ terrâ ſanctius, Menelao ductore, qui legum & patriæ fuit proditor:

16. & ſceleſtis manibus ſumens ſancta vaſa, quæ ab aliis regibus & civitatibus erant poſita ad ornatum loci, & gloriam, contrectabat indignè, & contaminabat.

17. Ita alienatus mente Antiochus, non conſiderabat, quòd propter peccata habitantium civitatem, modicum Deus fuerat iratus: propter quod & accidit circa locum deſpectio:

18. alioquin niſi contigiſſet eos multis pec-

NOTÆ.

℣. 1. Gr. in principio habet, Περὶ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον, *Circa hoc autem tempus*, pro *Eodem tempore*; ſequentia quadrant.

℣. 2. A Græco abeſt nomen *Jeroſolymorum*; voci autem *diebus*, præponitur χεδόν, *ferè*; cætera paria. Mſ. S. Theod. extremò legit *armatas*, non *armatos*; vitiosè, Græcè enim ἐξωπλισμένης.

℣. 3. Græc. καὶ ἵλας ἵππων διαλελαγμένας, καὶ περιδρομὰς γενομένας, καὶ καθοδρομὰς ἑκατέρων, καὶ ἀσπίδων κινήσεις, καὶ καμάκων πλῆθη, καὶ μαχαιρῶν σωσμούς, καὶ βελῶν βολὰς, καὶ χρυσεῶν κόσμων ἐκλάμψεις, καὶ παντοίας θωρακισμούς· i. e. *& turmas equorum per ordinem digeſtas, & congreſſiones fieri, & incurſiones utrinque, & ſcutorum motus, & ſpiculorum multitudines, & gladiorum diſtrictorum pulſus, & telorum jactus, & aureorum ornamentorum ſplendores, omniſque generis loricas.*

℣. 4. Gr. extremò hab. ἐπ' ἀγαθῷ τὴν ἐπιφάνειαν γενέσθαι.

℣. 5. Suffragatur Græcum, niſi quòd pro *civibus ad murum convolantibus*, ponit, τῶν δὲ ἐπὶ τῷ τείχει ζυνελαθέντων, adjunctâ conjunct. καὶ; i. e. *bis autem ad murum compulſis*, & *ad ultimum*, &c.

℣. 6. Græc. Ὁ δὲ Ἰάσων ἐπεισῆτο σφαγὰς τῶν πολιτῶν τῶν ἰδίων ἀφειδῶς, ὑ ζυνοῶν τὴν εἰς τοὺς..... δυσημερίαν εἶναι τὴν μεγίσην· δοκῶν δὲ πολεμίων..... τρόπαια καταβάλλεσθαι· i. e. *Jaſon verò non parcebat in cæde civibus ſuis, non cogitans proſperitatem adverſùs cognatos calamitatem eſſe maximam: arbitrans autem hoſtium & ... ſe trophæa dejicere*; deinde, τῆς μὲν ἀρχῆς οὐκ ἐκράτησε, &c. de ℣. ſeq.

℣. 7. Græcum tollit pronomen *ſuarum*; & pro *accepit*, hab. λαβὼν, *accipiens*, abſque ſeq. &; cætera ſimilia.

℣. 8. Gr. Πέρας δὲ καιρῆς ἀναγορῆς ἐτύχει ἐγκλειδεὶς πρὸς Ἀρέταν τὸν τῶν Ἀράβων τύραννον, πόλιν ἐκ πόλεως φεύγων, μιωκόμενος ὑπὸ πάντων, καὶ συγκλεισμὸς ὡς τῶν νόμων ἀποστάτης, &c. i. e. *Itaque ad ultimum malus malum reſtitum, eſt incluſus apud Aretam Arabum tyrannum, fugiens de civitate in civit. expulſus ab omnibus, odioſus, & refuga legum*, &c. ut in Vulg. Mſ. quidam initio hab. καθαγορῆς, *exitium*, non ἀναγορῆς, *reditum*.

℣. 9. Eadem ſunt in Græco, præter ſeqq. ἀποξενώσας, *expellendo peregrinos fecerat*, pro *expulerat*; & πρὸς Λακεδαιμονίους ἀναχθεὶς, *ad Lacedæmonas delatus*, loco *Lacedæmonas profectus*.

℣. 10. Gr. καὶ ὁ πολλοὺς ἀταφῶν ἐκρίψας, ἀφανίθητος γενήσῃ, καὶ κηδείας οὐδ' ἡτινοσοῦν, οὔτε παρ' ὧν ταφὴν μετέσχε· i. e. *& qui inſepultos multos abjecerat, illamentatus fuit, neque exſequiis ullis omnino, neque patrio ſepulcro participavit.*

℣. 11. Græc. initio ipſo hab. Περιστειλάντων δὲ τῶν βασιλεῖ, *Cùm innotuiſſent autem regi*; deinde, περὶ τῶν γεγονότων, διέλαβεν ἀποστατεῖν τὴν Ἰουδαίαν· ὅθεν ἀναζεύξας ἐξ Αἰγύπτου, τεθηριωμένος τῇ ψυχῇ, ἕλαβε τὴν μὲν πόλιν πολεμίως· quæ Vulgatæ ſatis reſpondent.

℣. 12. Gr. Καὶ ἐκέλευσε τοῖς στρατιώταις κόπτειν ἀφειδῶς τοὺς ἐμπίπτοντας, &c. *Et juſſit militibus interficere occurſantes, nemini parcendo*, &c. ut ſupra.

℣. 13. Similia Græcum habet, interpoſito iſto, ἀνδρῶν τε, *virorumque*, poſt vocem *ſeniorum*: infra etiam legitur ἀφανισμὸς, *exterminium*, non *exterminia*.

℣. 14. Gr. habet circa med. τέσσαρες μὲν οὖν χειρῶν πομαῖς, *quadraginta quidem millia in ipſo manuum conflictu*, loco *quadrag. millia vincti*; ultimoque verbo *venundati*, hoc præponit, τῶν ἐσφαγμένων, *jugulatis*; cæt. quadrant.

℣. 15. Gr. initio habet: Καὶ οὐκ ἀρκεθεὶς δὲ τούτις, καθετόλμησεν εἰς τὸ πάσης τῆς γῆς ἁγιώτατον ἱερὸν εἰσελθεῖν, ὁδηγὸν ἔχων τὸν Μενέλαον, τὸν δὲ τῶν, &c. *Non contentus autem his, auſus eſt intrare templum universæ terræ ſanctiſſimum*, &c. ut ſupra.

℣. 16. Græcum poſt *vaſa*, ſubdit: καὶ τὰ ὑπ' ἄλλων βασιλέων (al. add. καὶ πόλεων) ἀναθεέντα πρὸς αὔξησιν, καὶ δόξαν τοῦ τόπου, καὶ τιμὴν, ταῖς βεβήλοις χερσὶ ζυσύρων, ἐμιαίνετο· i. e. *etiam quæ ab aliis regibus (& civitatibus) erant poſita ad augmentum, & gloriam loci, & honorem, prophanis manibus contrectans, procedebat*: abeſt autem ἐμιαίνετο à Mſ. Alex. ac ed. Compl.

℣. 17. Græc. Καὶ ἐμελεωρίζετο τὴν διάνοιαν ὁ Ἀντίοχος, ὑ ζυνορῶν, ὅτι, &c. i. e. *Et elevatus eſt mente Antiochus, non conſiderans, quòd*, &c. ut in Vulg. præterquam ὁ Δεσπότης, *Dominus*, loco *Deus*.

℣. 18. Similia leguntur Græcè, præter hoc, ἐπὶ τὴν ἐπίσκεψιν τοῦ γαζοφυλακίου, *ad viſitationem ærarii*, loco *ad exſpoliandum ærarium*: deeſt quoque ſubſeq. *etiam*; ſicut

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

Sup. 3. catis esse involutos, sicut Heliodorus, qui
25. 27. missus est à Seleuco rege ad exspoliandum ærarium, etiam hic statim adveniens flagellatus, & repulsus utique fuisset ab audacia.

19. Verùm non propter locum, gentem; sed propter gentem, locum Deus elegit.

20. Ideoque & ipse locus particeps factus est populi malorum: postea autem fiet socius bonorum: & qui derelictus in ira Dei omnipotentis est, iterum in magni Domini reconciliatione cum summa gloria exaltabitur.

21. Igitur Antiochus mille & octingentis ablatis de templo talentis, velociter Antiochiam regressus est, existimans se præ superbia terram ad navigandum, pelagus verò ad iter agendum deducturum propter mentis elationem.

22. Reliquit autem & præpositos ad affligendam gentem: Jerosolymis quidem Philippum genere Phrygem, moribus crudeliorem eo ipso, à quo constitutus est:

23. in Garizim autem Andronicum & Menelaum, qui gravius quàm cæteri imminebant civibus.

24. Cùmque appositus esset contra Judæos, misit odiosum principem Apollonium cum exercitu viginti & duobus milibus, præcipiens ei omnes perfectæ ætatis interficere, mulieres ac juvenes vendere.

25. Qui cùm venisset Jerosolymam, pacem simulans, quievit usque ad diem sanctum sabbati: & tunc feriatis Judæis, arma capere suis præcepit.

26. Omnesque qui ad spectaculum processerant, trucidavit: & civitatem cum armatis discurrens, ingentem multitudinem peremit.

27. Judas autem Machabæus, qui decimus fuerat, secesserat in desertum locum, ibique inter feras vitam in montibus cum suis agebat: & feni cibo vescentes, demorabantur, ne participes essent coinquinationis.

NOTÆ.

conjunct. & *, ante repulsus, cum seq. utique.*

℣. 19. Sic iterum Græcè, excepta voce Κύριος, loco *Deus.*

℣. 20. Gr. sublato verbo *est*, post *factus*, subdit: τῶν τῷ ἔθνει συμπτωμάτων γενομένων, ὕστερον εὐεργετημάτων ὑπὸ τοῦ Κυρίου ἐκοινώνησε· i. e. *malorum gentis quæ acciderunt, postea beneficiorum à Domino particeps fuit:* subinde tollitur vox *Dei;* ultimòque ponitur ἐπανορθώθη, *exaltatus est*, pro *exaltabitur;* cætera paria.

℣. 21. Eadem leguntur Græcè, nisi posteriora excipias, τὴν μὲν γῆν πλωτὴν, ἐν τὸ πέλαγος πορευτὸν ποιῆσαι διὰ τὸν μετεωρισμὸν τῆς καρδίας, i. e. *terram quidem navigabilem, pelagus verò deambulabile facturum propter cordis elationem.*

℣. 22. Sic iterum Græcè, exceptis his pauculis, τὸ μὲν γένος Φρύγα, τὸν δὲ τρόπον βαρβαρώτερον, i. e. *genere quidem Phrygem, moribus autem magis barbarum eo ipso,* &c.

℣. 23. Græc. habet πρὸς δὲ τούτοις Μενέλαον, *præterea verò Menelaum,* loco & *Menelaum;* extremòque singulariter, ὑπερήρετο, *imminebat;* cæt. ut supra.

℣. 24. Gr. ipso initio habet: Ἐπιχθὲν δὲ πρὸς τὸ πολίτας Ἰουδαίους ἔχων διάθεσιν, ἔπεμψε δὲ, &c. *Inimicè autem erga cives Judæos affectus, misit verò,* &c. ut in Vulg. deleto uno *ei*, post *præcipiens.*

℣. 25. Eadem sunt in Græco, præter seqq. ἐν τὸν εἰρηνικὸν ὑποκριθεὶς, & *pacificum se simulasset*, loco *pacem simulans;* paulòque post, λαβὼν ἀργύριον τὸν Ἰουδαίων, *nactus feriatos Judæos*, pro *tunc feriatis Judæis;* quæ idem sonant.

℣. 26. Similiter in Græco.

℣. 27. Lucif. Cal. l. de non conven. cum hæret. p. 226. a. vix dissimiliter legit: *Judas autem Machabæus, qui decimus fuerat, & secesserat in desertum, ibique cum feris vitam in montibus cum suis agebat: feni cibo vescentes, morabantur, ne essent participes coinquinationis.* Ita quoque in Græco est, hoc excepto, θηρίων τρόπον, *ferarum more*, loco *ibique cum feris;* interponitur etiam ἐν, post *agebat.*

CAPUT VI.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. SEd non post multum temporis misit rex senem quemdam Antiochenum, qui compelleret Judæos, ut se transferrent à patriis & Dei legibus:

2. contaminare etiam quod in Jerosolymis erat templum, & cognominare Jovis Olympii: & in Garizim, prout erant hi, qui locum inhabitabant, Jovis hospitalis.

3. Pessima autem & universis gravis erat malorum incursio:

4. nam templum luxuriâ & comessationibus gentium erat plenum, & scortantium cum meretricibus, sacratisque ædibus mulieres se ultro ingerebant, intro ferentes ea, quæ non licebat.

5. Altare etiam plenum erat illicitis, quæ legibus prohibebantur.

6. Neque autem sabbata custodiebantur, neque dies solemnes patrii servabantur, nec simpliciter Judæum se esse quisquam confitebatur.

7. Ducebantur autem cum amara necessitate in die natalis regis ad sacrificia: &, cùm Liberi sacra celebrarentur, cogebantur hede-

NOTÆ.

℣. 1. Græc. loco *quemdam Antiochenum*, habet Ἀθηναῖον, *Atheniensem;* postremòque, μεταβαίνειν ἐκ τῶν πατρίων νόμων, καὶ τοῖς τοῦ Θεοῦ νόμοις μὴ πολιτεύεσθαι, i. e. *ut se transferrent à patriis legibus, nec se Dei legibus regerent.* Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 241. vel 243. f. *Misit rex senem Antiochenum, qui compelleret Judæos, ut se transferrent à patriis, & Dei legibus ne uterentur.*

℣. 2. Eadem refert Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 241. vel 243. f. nec dissimile quiddam in Græco, præter hoc, τὸν ἐν Γαριζὶν, *quod in Garizin*, pro *in Garizim.*

℣. 3. Lucif. Cal. ubi sup. *Pessima autem & universis gravis malorum erat seditio.* Gr. Χαλεπὴ δὲ καὶ τοῖς ἔχθιστοις ἦν, καὶ δυσχερὴς ἡ ἐπίσκεψις τῆς κακίας· i. e. *Difficilis autem etiam turbis erat, & gravis malorum incursio.*

℣. 4. Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 241. vel 243. f. *nam quia templum comessationibus gentium erat plenum, scortantibus cum meretricibus, & in sanctis tectis mulieribus se appropiantibus, insuper intro inferentes ea, quæ non oportebat.* Græc. τὸ μὲν γὰρ ἱερὸν ἀσωτίας καὶ κώμων ἐπεπλήρωτο, ὑπὸ τῶν ἐθνῶν μαθημένων μεθ' ἑταιρῶν, καὶ ἐν τοῖς ἱεροῖς περιβόλοις γυναιξὶ πλησιαζόντων, ἔτι δὲ τὰ μὴ καθήκοντα ἔνδον φερόντων· i. e. *nam templum luxuriâ & comessationibus erat plenum, à gentibus scortantibus cum sodalibus, & in sacris septis cum mulieribus se miscentibus, præterea verò intro ferentibus ea, quæ non licebant.*

℣. 5. Similiter apud Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 241. f. nec dissimilia quæ in Græco.

℣. 6. Lucif. Cal. ubi sup. *Neque autem sabbata celebantur, neque dies solemnes patricii custodiebantur.* Gr. Ἦν δ' οὔτε σαββατίζειν, οὔτε πατρίους ἑορτὰς διαφυλάττειν, οὔτε ἁπλῶς Ἰουδαῖον ὁμολογεῖν εἶναι· i. e. *Neque autem sabbata custodire erat, neque dies solemnes patrios servare, neque omnino se Judæum confiteri.*

℣. 7. Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 241. vel 243. g. legit: *Ducebantur autem cum amara necessi-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

râ coronati Libero circuire.

8. Decretum autem exiit in proximas gentilium civitates, ſuggerentibus Ptolemæis, ut pari modo & ipſi adversùs Judæos agerent, ut ſacrificarent:

9. eos autem, qui nollent tranſire ad inſtituta gentium, interficerent: erat ergo videre miſeriam.

10. Duæ enim mulieres delatæ ſunt natos ſuos circumcidiſſe: quas, infantibus ad ubera ſuſpenſis, cùm publicè per civitatem circumduxiſſent, per muros præcipitaverunt.

11. Alii verò, ad proximas coeuntes ſpeluncas, & latenter ſabbati diem celebrantes, cùm indicati eſſent Philippo, flammis ſuccenſi ſunt, eò quòd verebantur, propter religionem & obſervantiam, manu ſibimet auxilium ferre.

12. Obſecro autem eos, qui hunc librum lecturi ſunt, ne abhorreſcant propter adverſos caſus, ſed reputent, ea quæ acciderunt, non ad interitum, ſed ad correptionem eſſe generis noſtri.

13. Etenim multo tempore non ſinere peccatoribus ex ſententia agere, ſed ſtatim ultiones adhibere, magni beneficii eſt indicium.

14. Non enim, ſicut in aliis nationibus, Dominus patienter exſpectat, ut eas, cùm judicii dies advenerit, in plenitudine peccatorum puniat:

15. ita & in nobis ſtatuit, ut, peccatis noſtris in finem devolutis, ita demum in nos vindicet.

16. Propter quod nunquam quidem à nobis miſericordiam ſuam amovet: corripiens verò in adverſis, populum ſuum non derelinquit.

17. Sed hæc nobis ad commonitionem legentium dicta ſint paucis. Jam autem veniendum eſt ad narrationem.

18. Igitur Eleazarus unus de primoribus ſcribarum, vir ætate provectus, & vultu decorus, aperto ore hians compellebatur carnem porcinam manducare.

19. At ille glorioſiſſimam mortem magis quàm odibilem vitam complectens, voluntariè præibat ad ſupplicium.

20. Intuens autem, quemadmodum oporteret accedere, patienter ſuſtinens, deſtinavit non admittere illicita propter vitæ amorem.

21. Hi autem qui aſtabant, iniqua miſeratione commoti, propter antiquam viri amicitiam, tollentes eum ſecretò rogabant afferri carnes, quibus veſci ei licebat, ut ſimularetur manducaſſe, ſicut rex imperaverat, de ſacrificii carnibus:

22. ut, hoc facto, à morte liberaretur: & propter veterem viri amicitiam, hanc in eo faciebant humanitatem.

23. At ille cogitare cœpit ætatis ac ſenectutis ſuæ eminentiam dignam, & ingenitæ nobilitatis canitiem, atque à puero optimæ

NOTÆ.

tate per ſingulos menſes in die regis natalis ad ſacrificia, & cùm ſacra Liberi celebrarentur: cogebantur enim hederas habentes Libero circumire. Gr. Ἦγοντο δὲ μετὰ πικρᾶς ἀνάγκης εἰς τὴν καλὰ μῆνα τῦ βασιλέως γενέθλιον ἡμέραν ἐπὶ ἐσταγχνισμόν· γενομένης δὲ Διονυσίων ἑορτῆς, ἠναγκάζοντο οἱ Ἰυδαῖοι κισσὺς ἔχοντες πομπεύειν τῷ Διονύσῳ. *Ducebantur autem cum amara neceſſitate in die qui per menſem natali regis ad viſcerationem: & cùm celebraretur Bacchanalium ſolemnitas, cogebantur Judæi hederas habentes pompam agere Baccho.*

℣. 8. Græc. loco *gentilium*, ponit Ἑλληνίδας, *Græcas*; poſtremòque, τὴν αὐτὴν ἀγωγὴν κατὰ τῶν Ἰυδαίων ἄγειν, ἢ σωλαγχνίζειν· i. e. *eandem rationem contra Judæos adhibere, & ſacrificare*, loco *ut pari modo & ipſi*, &c. Lucif. Cal. loco cit. *Decretum autem exiit in proximas gentilium civitates, ſuggerentibus Ptolomæis, ut id ipſum inſtitutum adversùs Judæos agerent, & ſacrificarent.*

℣. 9. Accinit Lucif. Calarit. loco ſupra cit. niſi quòd habet *Græcorum*, loco *gentium*, & *advenit*, pro *erat*. Gr. τὺς δὲ μὴ προαιρυμένυς μεταβαίνειν ἐπὶ τὰ Ἑλληνικὰ, καταλαφάζειν· παρῆν ἂν ὁρᾶν τὴν ἀνεῤῥωσαν ταλαιπωρίαν.

℣. 10. Eadem leguntur apud Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 243. g. præter extrema: *quarum infantes ad ubera ſuſpenderunt, & cùm publicè per civitatem illas circumduxiſſent, per murum illas præcipitaverunt.* Græc. τύτων δὲ ἐκ τῶν μαζῶν κρεμάσαντες τὰ βρέφη, ἢ δημοσίᾳ περιαγαγόντες ἀυτὰς τὴν πόλιν, κατὰ τῦ τείχυς ἐκρήμνισαν.

℣. 11. Gr. Ἕτεροι δὲ, πλησίον συνδεδραμόντες εἰς τὰ σπήλαια, λελανθότως ἄγειν τὴν ἑβδομάδα, μνυθέντες τῷ Φιλίππῳ, συνεφλογίσθησαν, διὰ τὸ εὐλαβῶς ἔχειν βοηθῆσαι ἑαυτοῖς κατὰ τὴν δόξαν τῆς σεμνοτάτης ἡμέρας. Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 241. vel 243. g. *Alii verò in proximas cucurrerunt ſpeluncas, & latenter ſeptimum diem celebrabant: quod cùm indicatum eſſet, ſufflammati ſunt, eò quod metuerent in die ſolemni glorioſa ferre ſibi auxilia.*

℣. 12. Eadem ſunt in Græco, præter τὰς τιμωρίας, *ſupplicia*, loco *ea quæ acciderunt*. Mſ. S. Theod. extremò hab. *ſed ad correctionem generis eſſe noſtri.* Gr. ἀλλὰ πρὸς παιδείαν, &c.

℣. 13. Græc. Καὶ τὸ μὴ πολὺν χρόνον ἐᾶσθαι τὺς δυσσεβῦντας, ἀλλ' εὐθέως περιαίρεῖν ἐσχάτων εὐεργεσίας σημεῖόν ἐστιν· i. e. *Atqui non multo tempore ſini impiè agere, ſed ſtatim incidere in ſupplicia, magni beneficii eſt indicium.*

℣. 14. Græcè poſteriora ſic variant: μέχρι τῦ καταντῆσαι ἀυτὺς πρὸς ἐκπλήρωσιν ἁμαρτιῶν, κολάσαι· i. e. *donec eos, cùm ad plenitudinem peccatorum devenerint, punisset*, loco *ut eas, cùm judicii dies*, &c.

℣. 15. Græc. ὕτω γὰρ ἐφ' ἡμῶν ἔκρινεν εἶναι, ἵνα μὴ πρὸς τέλος ἀφικομένων ἡμῶν τῶν ἁμαρτιῶν, ὕστερον ἡμᾶς ἐκδικᾷ· *ita & in nobis ſtatuit, ne, peccatis noſtris ad finem pervenientibus, demum in nos vindicet.*

℣. 16. Similiter habetur Græcè, excepto uno, μετὰ συμφορᾶς, *cum calamitate*, pro *in adverſis.*

℣. 17. Græcè ita: Πλὴν ἕως ὑπομνήσεως ταῦθ' ἡμῖν εἰρήσθω· dein, Δι' ὀλίγων δ' ἐλευσέον ἐπὶ τὴν διήγησιν· i. e. *Sed hæc nobis ad commonitionem dicta ſint. Per pauca autem veniendum eſt ad narrationem.*

℣. 18. Concordat Græc. niſi quòd ipſo initio delet *igitur*; ponit verò ἤδη, *jam*, ante vocem *ætate*; & pro *decorus*, habet κάλλιστος τυγχάνων, *decorus maximè*, abſque ſeq. *aperto ore*. Mſ. S. Theod. leg. *de prioribus ſcribarum*, non *de primoribus*; Gr. τῶν πρωτευόντων. De his abundè diſputat Ambroſ. l. de Jacob, c. 10. col. 474. c. & ſeqq. quem vide.

℣. 19. Mſ. S. Theod. *At ille glorioſam mortem magis... amplectens*, &c. Græc. Ὁ δὲ τὸν μετ' εὐκλείας θάνατον μᾶλλον ἢ τὸν μετὰ μύσυς βίον ἀναδεξάμενος, αὐθαιρέτως ἐπὶ τὸ..... προῆγε.

℣. 20. Græc. Προσλύσας δὲ, καθ' ὃν ἔδει τρόπον προσέρχεσθαι τὺς ὑπομένοντας ἀμύνεσθαι, ὧν ὁ θάνατος γένοιτο διὰ τὴν πρὸς τὸ ζῆν φιλοσοργίαν· i. e. *Expuens autem (quemadmodum oportebat accedere eos qui ſuſtinebant puniri) ea quæ non licebat guſtare propter vitæ amorem.* Vide ſis Hilar. in Pſ. 134. col. 479. b.

℣. 21. Græc. Οἱ δὲ πρὸς τῷ παραβόμῳ σωλαγχνισμῷ τεταγμένοι, διὰ τὴν ἐκ τῶν παλαιῶν χρόνων πρὸς τὸν ἄνδρα γνῶσιν, ἀπολαβόντες αὐτὸν καθίδιαν, παρεκάλυν ἐγκαυλα κρέα, οἷς καθῆκον αὐτῷ χρήσασθαι, διὰ αὐτῦ παρασκευασθέντα, ὑποκριθῆναι δὲ, ὡς ἐδίοντα, τὰ ὑπὸ τῦ βασιλέως προστεταγμένα, τῶν ἀπὸ τῆς θυσίας κρεῶν. *Qui autem iniquo ſacrificio aſſiſtebant, propter antiquam viri notitiam, aſſumentes eum ſeorſum, hortabantur afferentem carnes, quibus veſci ei licebat, à ſe paratas, ſimulare tantùm, quaſi manducaret, quæ à rege erant imperata, de ſacrificii carnibus.*

℣. 22. Itidem Græcè, exceptis his, πρὸς αὐτὺς, *erga ipſos*, loco *viri*; ultimòque, τύχῃ φιλανθρωπίας, *conſequeretur humanitatem*, pro *hanc in eo faciebant humanitatem.* Mſ. S. Theod. habet, *propter veterem amicitiam, hanc in eo facerent humanitatem.*

℣. 23. Mſ. S. Theod. tollit *actus*, poſt *converſationis*; cæt. ut in Vulgata. Græcè verò ita ſe habent tota: Ὁ δὲ λογισμὸν ἀσείου ἀναλαβών, ἢ ἄξιον τῆς ἡλικίας, ἢ τῆς τῦ γήρως ὑπεροχῆς, ἢ τῆς ἐσχάτης ἢ ἐπιφανῦς πολιᾶς, ἢ τῆς ἐκ παιδὸς καλλίστης ἀναστροφῆς· μᾶλλον δὲ τῆς ἁγίας ἢ θεοκτίστυ νομοθεσίας, ἀκολύθως ἀποφήνατο ταχέως, λέγων, προ-

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

converſationis actus: & ſecundùm ſanctæ & à Deo conditæ legis conſtituta, reſpondit citò, dicens, præmitti ſe velle in infernum.

24. Non enim ætati noſtræ dignum eſt, inquit, fingere: ut multi adoleſcentium, arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum tranſiſſe ad vitam alienigenarum:

25. & ipſi propter meam ſimulationem, & propter modicum corruptibilis vitæ tempus decipiantur; & per hoc maculam, atque exſecrationem meæ ſenectuti conquiram.

26. Nam, etſi in præſenti tempore ſupplíciis hominum eripiar, ſed manum Omnipotentis nec vivus, nec defunctus effugiam.

27. Quamobrem fortiter vitâ excedendo, ſenectute quidem dignus apparebo:

28. adoleſcentibus autem exemplum forte relinquam, ſi prompto animo, ac fortiter pro gravíſſimis ac ſanctiſſimis legibus honeſta morte perfungar. His dictis, confeſtim ad ſupplicium trahebatur.

29. Hi autem, qui eum ducebant, & paulò ante fuerant mitiores, in iram converſi ſunt propter ſermones ab eo dictos, quos illi per arrogantiam prolatos arbitrabantur.

30. Sed, cùm plagis perimeretur, ingemuit, & dixit: Domine, qui habes ſanctam ſcientiam, manifeſtè tu ſcis, quia, cùm à morte poſſem liberari, duros corporis ſuſtineo dolores: ſecundùm animam verò propter timorem tuum libenter hæc patior.

31. Et iſte quidem hoc modo vitâ deceſſit, non ſolùm juvenibus, ſed & univerſæ genti memoriam mortis ſuæ ad exemplum virtutis & fortitudinis derelinquens.

NOTÆ.

πάμφρων εἰς τὸν ἄξιον. At ille civile conſilium capiens, dignumque ætate, ac ſenectutis eminentiâ, & adjuncta illuſtrique canitie, & optimâ à puero educatione: potiùs autem ſanctâ & à Deo conditâ legum conſtitutione, congruenter reſpondit citò, dicens, præire ſe in infernum. Auct. l. de ſing. cleric. ap. Cypr. p. 524. habet: *Præmitti malo in infernum, quam patrias leges deſerere.*

℣. 24. Sic eſt in Græco. Auctor l. de ſing. cleric. apud Cypr. 524. ita legit, cum Mſ. S. Theod. *Non enim ætatem noſtram dignum eſt fingere: ut multi adoleſcentium, arbitrati Eleazarum*, &c. ut ſup.

℣. 25. Gr. ἵνα αὐτοὶ διὰ τὴν ἐμὴν ὑπόκρισιν, καὶ διὰ τὸ μικρὸν καὶ ἀκαριαῖον ζῆν, πλανηθῶσι δι' ἐμέ· καὶ μιάσος, καὶ κηλίδα τῷ γήρως καταισχύνομαι· i. e. *& ipſi propter meam ſimulationem, & propter modicam & brevem vitam, decipiantur propter me; & exſecrationem, ac maculam ſenectuti conquiram.* Auct. l. de ſing. cleric. *& ipſi propter meam ſimulationem, & propter modicum & corruptibile tempus vitæ, per me ſeducantur; & odium, ac maculam ſenectuti meæ acquiram.*

℣. 26. Eadem ſunt in Græco, præter plur. τὰς χεῖρας, *manus*, loco *manum*. Subinde in Mſ. S. Theoder. *vivens*, non *vivus*; Gr. ζῶν.

℣. 27. Ita rurſum Græcè, hoc addito, μὴν νῦν, *nunc*, poſt adverb. *fortiter*. Auct. l. de ſing. cleric. ubi ſup. legit: *Quamobrem fortiter vitâ excedens, ſenectute dignus apparebo.*

℣. 28. Græc. τοῖς δὲ νέοις ὑπόδειγμα γενναῖον καταλειπὼς, εἰς τὸ προθύμως, καὶ γενναίως ὑπὲρ τῶν σεμνῶν καὶ ἁγίων νόμων ἀσπαζόμενος θανατεῖν. Τοιαῦτα δὲ εἰπὼν, ἐπὶ τὸ τύμπανον εὐθέως ἦλθε· *adoleſcentibus autem exemplum generoſum relinquam, ad prompte, ac generose pro graviſſimis ac ſanctis legibus honeſta morte perfungendum. His autem dictis, confeſtim ad ſupplicium venit.* Auct. l. de ſingul. cleric. ap. Cypr. p. 524. c. *adoleſcentibus quidem exemplum forte relinquam, ut prompto animo, ac fortiter pro gravibus ac ſanctis legibus honeſtæ morti ſuccedant.*

℣. 29. Gr. Τῶν δὲ ἀγόντων, τὴν μικρῷ πρόσθεν εὐμένειαν πρὸς αὐτὸν, εἰς δυσμένειαν μεταβαλόντων, διὰ τὸ τὰς προειρημένας λόγους, ὡς αὐτοὶ διελάμβανον, ἀπόνοιαν εἶναι· Nobil. *Illi autem, qui eum ducebant, eam, quam paulò ante erga ipſum mititatem habebant, in aſperitatem converterant, eò quòd prædicti ſermones, ut ipſi arbitrabantur, arrogantiæ pleni eſſent.*

℣. 30. Græc. Μέλλων δὲ ταῖς πληγαῖς τελευτᾶν, ἀναστενάξας, εἶπε· Τῷ Κυρίῳ, τῷ τὴν ἁγίαν γνῶσιν ἔχοντι, φανερόν ἐστιν, ὅτι, δυνάμενός ἀπολυθῆναι τῷ θανάτῳ, σκληρὰς ὑποφέρω καὶ τὸ σῶμα αἰκισμόδυνας, μαστιγούμενος· καὶ ψυχὴν δὲ ἑκὼν διὰ τὸν αὐτῷ φόβον ταῦτα πάσχω. *Sed, cùm ei ſub plagis moriendum eſſet, ingemuit, & dixit: Domino, qui habet ſanctam ſcientiam, manifeſtum eſt, quia, cùm à morte poſſem liberari, duros corpore ſuſtineo dolores, flagellatus: ſecundùm animam verò propter ipſius timorem libenter hæc patior.* Cypr. epiſt. ad Fortun. p. 271. c. & l. 3. Teſtim. p. 311. a. *Domine, qui ſanctam habes ſcientiam, manifeſtum eſt, quia, cùm poſſim à morte liberari, duriſſimos dolores corporis tolero, flagellis vapulans: animo autem propter tui ipſius metum libenter hæc patior.*

℣. 31. Priora ſimiliter habentur Græcè; poſteriora variant hoc modo: ἀλλὰ καὶ τοῖς πλείοσι τοῦ ἔθνους τὸν ἑαυτοῦ θάνατον ὑπόδειγμα γενναιότητος, καὶ μνημόσυνον ἀρετῆς καταλιπών· i. e. *ſed & plurimis gentis mortem ſuam exemplum fortitudinis, & memoriale virtutis relinquens.* Vide ſis Ambroſ. l. 2. de vita beata, c. 10. col. 474. b. ſeqq.

CAPUT VII.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. CONtigit autem & ſeptem fratres unà cum matre ſua apprehenſos, compelli à rege edere contra fas carnes porcinas, flagris & taureis cruciatos.

2. Unus autem ex illis, qui erat primus, ſic ait: Quid quæris, & quid vis diſcere à nobis? parati ſumus mori, magis quàm patrias Dei leges prævaricari.

3. Iratus itaque rex, juſſit ſartagines & ollas æneas ſuccendi: quibus ſtatim ſuccenſis,

4. juſſit, ei qui prior fuerat locutus, amputari linguam: &, cute capitis abſtracta, ſummas quoque manus & pedes ei præſcindi, cæteris ejus fratribus & matre inſpicientibus.

5. Et, cùm jam per omnia inutilis factus eſſet, juſſit ignem admoveri, & adhuc ſpirantem torreri in ſartagine: in qua cùm diu cruciaretur, cæteri unà cum matre invicem ſe hortabantur mori fortiter,

NOTÆ.

℣. 1. Conſonat Græc. niſi quòd, pro *edere contra fas carnes porcinas*, habet, ἀπὸ τῶν ἀθεμίτων ὑείων κρεῶν ἐφάπτεσθαι, *de illicitis carnibus porcinis tangere.* Vide Ambroſ. l. 2. de vita beata, c. 11. col. 475. c. ſeqq.

℣. 2. Græc. Εἷς δὲ αὐτῶν, γενόμενος πρεσβύτερος, ἔλεγε· Τί μέλλεις ἐρωτᾶν, καὶ μανθάνειν παρ' ἡμῶν; ἕτοιμοι γὰρ, &c. *Unus autem ex illis, factus primus concionator, ſic ait: Quid vis quærere, & diſcere à nobis? parati enim ſumus*, &c. ut ſup. deleta voce *Dei*.

℣. 3. Sic eſt in Græco, præterquamquod adverb. *ſtatim*, poſtponitur verbo *ſuccenſi*, annectiturque ſequenti *juſſit*; loco etiam *ollas aneas*, ſimpliciter, λέβητας.

℣. 4. Similia Græcum habet, exceptis his mediis, καὶ περιεκυλίσαντας, ἀκρωτηριάζειν, i. e. *& excoriato, extremas quoque partes præcidi*, pro *& cute capitis abſtractâ, ſummas quoque manus & pedes ei præſcindi.* Mſ. S. Theoder. *manus ei & pedes præcidi.*

℣. 5. Græc. Ἄχρηστον δὲ αὐτὸν τοῖς ὅλοις γενόμενον, ἐκέλευσε τῇ πυρᾷ προσάγειν ἔμπνουν, καὶ τηγανίζειν· τῆς δὲ ἀλμυδος ἐφ' ἱκανὸν διαλισθούσης τὸ τήγανον, ἀλμυλὺς παρεκάλουν σὺν τῇ μητρὶ γενναίως τελευτᾶν. *Et, cùm jam per omnia inutilis factus eſſet, juſſit pyræ admoveri ſpirantem, & torreri in ſar-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

6. dicentes: Dominus Deus aſpiciet veri-
Deuter. 22. 36. tatem, & conſolabitur in nobis, quemadmodum in proteſtatione cantici declaravit Moyſes: Et in ſervis ſuis conſolabitur.

7. Mortuo itaque illo primo, hoc modo, ſequentem deducebant ad illudendum: &, cute capitis ejus cum capillis abſtracta, interrogabant, ſi manducaret priùs, quàm toto corpore per membra ſingula puniretur.

8. At ille, reſpondens patria voce, dixit: Non faciam. Propter quod & iſte, ſequenti loco, primi tormenta ſuſcepit:

9. & in ultimo ſpiritu conſtitutus, ſic ait: Tu quidem ſceleſtiſſime in præſenti vita nos perdis: ſed Rex mundi defunctos nos pro ſuis legibus in æternæ vitæ reſurrectione ſuſcitabit.

10. Poſt hunc tertius illuditur, & linguam poſtulatus citò protulit, & manus conſtanter extendit:

11. & cum fiducia ait: E cœlo iſta poſſideo, ſed propter Dei leges nunc hæc ipſa deſpicio, quoniam ab ipſo me ea recepturum ſpero:

12. ita ut rex, & qui cum ipſo erant, mirarentur adoleſcentis animum, quòd tanquam nihilum duceret cruciatus.

13. Et hoc ita defuncto, quartum vexabant ſimiliter torquentes.

14. Et, cùm jam eſſet ad mortem, ſic ait: Potius eſt ab hominibus morti datos ſpem exſpectare à Deo, iterum ab ipſo reſuſcitandos: tibi enim reſurrectio ad vitam non erit.

15. Et cùm admoviſſent quintum, vexabant eum. At ille reſpiciens in eum, dixit:

16. Poteſtatem inter homines habens, cùm ſis corruptibilis, facis quod vis: noli autem putare genus noſtrum à Deo eſſe derelictum:

17. tu autem patienter ſuſtine, & videbis magnam poteſtatem ipſius, qualiter te & ſemen tuum torquebit.

18. Poſt hunc ducebant ſextum, & is, mori incipiens, ſic ait: Noli fruſtra errare: nos enim propter noſmetipſos hæc patimur, peccantes in Deum noſtrum, & digna admiratione facta ſunt in nobis:

19. tu autem ne exiſtimes tibi impunè futurum, quòd contra Deum pugnare tentaveris.

20. Supra modum autem mater mirabilis, & bonorum memoriâ digna, quæ pereuntes ſeptem filios ſub unius diei tempore conſpiciens, bono animo ferebat, propter ſpem quam in Deum habebat:

21. ſingulos illorum hortabatur voce patria fortiter, repleta ſapientiâ: &, femineæ cogitationi maſculinum animum inſerens,

22. dixit ad eos: Neſcio qualiter in utero meo apparuiſtis: neque enim ego ſpiritum & animam donavi vobis & vitam, & ſingulorum membra non ego ipſa compegi:

NOTÆ.

ſagine: vapore autem multùm ſe dilatante ex ſartagine, invicem ſe cum matre hortabantur mori fortiter.

℣. 6. Græc. λέγοντες· Εἶτως· Ὁ Κύριος ὁ Θεὸς ἐφορᾷ, ἐν ταῖς ἀληθείαις; ἐν ἡμῖν παρακαλεῖται, καθάπερ διὰ τῆς καλῆς προζωπιν ἀντιμαρτύρους ᾠδῆς διεζάφησε Μωϋσῆς, λέγων, &c. *dicentes ſic: Dominus Deus aſpicit, & verè conſolatur in nobis, quemadmodum per canticum illud, quod in faciem proteſtatur, declaravit Moyſes, dicens*, &c. ut ſupra. Mſ. S. Theod. hab. *quemadmodum per proteſtationem cantici*, &c.

℣. 7. Græcè, pro *ſequentem deducebant ad illudendum*, legitur, τὸν δεύτερον ἦγον ἐπὶ τὸν ἐμπαιγμόν, *ſecundum deducebant ad ludibrium*; extremòque, ἐπηρώτων, Εἰ φάγεζαι πρὸ τῦ τιμωρεῖσθαι τὸ ζῶμα καὶ κατὰ μέλος; i. e. *interrogabant, Si manducabis, priuſquam corpus per ſingula membra crucietur?*

℣. 8. Græcè, Οὐχί ſimpliciter, pro *Non faciam*; deinde, διόπερ καὶ ὅδε τὴν ἐξῆς ἔλαβε βάσανον, ὡς ὁ πρῶτος· i. e. *propter quod & iſte reliquum tormentum ſuſcepit, ſicut primus.*

℣. 9. Græc. Ἐν ἐσχάτῃ δὲ πνοῇ γενόμενος, εἶπε· Σὺ μὲν ἀλάστωρ ἐκ τῦ παρόντος ἡμᾶς ζῆν ἀπολύεις· ὁ δὲ..... εἰς αἰώνιον ἀναβίωσιν ζωῆς ἡμᾶς ἀναστήσει· i. e. *In ultimo autem ſpiritu conſtitutus, ait: Tu quidem ſceleſte à præſenti nos vita abſolvis: ſed Rex*, &c. ut inf. Cypr. epiſt. ad Fortun. p. 270. b. & l. 3. Teſtim. p. 311. a. *Tu quidem impotens ex hac præſenti vita nos perdis: ſed mundi Rex defunctos nos pro ſuis legibus in æternam vitæ reſurrectionem ſuſcitabit.* Hilar. l. cont. Conſtant. col. 1241. c. *Tu quidem iniquus de præſenti vita nos perdis: ſed Rex mundi defunctos nos pro ſuis legibus in æternam vitam in reſurrectione ſuſcitabit.*

℣. 10. Græc. Μετὰ δὲ τῦτον ὁ τρίτος ἐνεπαίζετο, &c. ut ſupra. Mſ. quoque S. Theod. hab. *illudebatur.* Vide ſis Ambroſ. l. 2. de vita beata, c. 11. col. 476. b.

℣. 11. Græc. καὶ γενναίως εἶπεν· Ἐξ οὐρανῦ ταῦτα κέκτημαι, καὶ διὰ τὰς αὐτῦ νόμες ὑπερορῶ ταῦτα, καὶ παρ' αὐτῦ ταῦτα πάλιν ἐλπίζω κομίζαθαι.

℣. 12. Mſ. S. Theod. extremò legit, *quòd tanquam nihili duceret*, &c. Græc. ὡς οὐδενὶ τὰς..... ἐτίθετο· cæt. ut in Vulg.

℣. 13. Similiter in Græco. Vide Ambroſ. l. 2. de vita beata, c. 11. col. 476. f.

℣. 14. Simillima Græcum exhibet, præter hoc, Αἱρετὸν, *Eligibile*, loco *Potius*; & poſt paulò, τὰς ἐκ τῦ Θεῦ προσδοκᾶν ἐλπίδας, *eas, quæ ſunt à Deo, ſpes exſpectare*, loco *ſpem exſpectare à Deo.* Apud Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 235. vel 237. g. *Potius eſt ab hominibus morti datos ſpem exſpectare à Deo, iterum ab ipſo reſuſcitari*; Græc. ἀναστήζεσθαι; deinde, *tibi enim*, &c. quæ ſup. Cypr. epiſt. ad Fortun. p. 270. c. *Potius eſt ab hominibus morti datos exſpectare ſpem à Deo, iterum ab eo ſuſcitandos in vitam æternam: tibi enim reſurrectio ad vitam non erit*: at l. 3. Teſtim. p. 311. a. omittit τὸ *in vitam æternam.*

℣. 15. Gr. ipſo initio habet, Ἐχομένως δὲ, *Deinceps autem*, loco *Et*; reliqua ut in Vulgata. Ambroſius l. 2. de vita beata, c. 11. col. 477. b. ait: *Quintus cùm ſiſteretur, cæſo priùs, eidem juſſit ignes admoveri, ſubjici incendia: manabat è vulneribus cruor*, &c.

℣. 16. Itidem Græcè; ſicut apud Cypr. l. 3. Teſtim. p. 311. a. & epiſt. ad Fortun. p. 270. c. necnon apud Hilar. l. cont. Conſtant. col. 1241. d. & apud Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 235.

℣. 17. Mſ. S. Theod. in principio habet: *patienter ſuſtine*, detracto præced. *tu autem*; deinde, & *videbis, magna poteſtas ipſius qualiter te &..... torquebit.* Græc. σὺ δὲ καρτέρει, καὶ θεάσει τὸ μεγαλεῖον αὐτῦ κράτος, ὡς σὲ καὶ τὸ..... βασανίσει. Cypr. epiſt. ad Fortun. p. 270. c. *ſuſtine*, & *vide magnam poteſtatem ejus, qualiter te & ſemen tuum torquebit*: at l. 3. Teſtim. p. 311. a. *ſuſtine*, & *vide, magna poteſtas ejus qualiter te*, &c. Apud Hilar. l. cont. Conſtant. p. 1241. d. & ap. Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. p. 235. g. *patienter ſuſtine*, & *vide, magna poteſtas ipſius (illius) qualiter te & ſemen tuum torquebit.*

℣. 18. Hæc paria Græco ſunt, niſi quòd extremò, pro & *digna admiratione facta ſunt in nobis*, legitur ſimpliciter, διὸ ἄξια θαυμασμῦ γέγονε, *ideo digna admiratione facta ſunt*, abſque ſeq. *in nobis.* Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 235. h. cum Vulg. concinit. Cypr. verò cùm ep. ad Fortun. p. 271. a. tum l. 3. Teſtim. p. 311. a. poſtrema omittit, & *digna admiratione facta ſunt in nobis.* Vide ſis Ambroſ. l. 2. de vita beata, c. 11. col. 477. d.

℣. 19. Eadem rurſum legit Lucif. Cal. ubi ſup. excepto uno *cùm*, pro *quòd*. Cypr. verò ep. ad Fortun. p. 271. a. & l. 3. Teſtim. p. 311. a. ita: *tu autem ne te exiſtimes impunitum futurum, aggreſſus pugnare cum Deo.* Gr. Σὺ δὲ μὴ νομίσῃς ἀζῶς ἔσεσθαι, θεομαχεῖν ἐπιχειρήζας.

℣. 20. Græcè ſimiliter, excepta voce ἀγαθῆς, *bonâ*, loco *bonorum*; ultimòque num. plur. διὰ τὰς εἰς Κύριον ἐλπίδας, *propter ſpes quas in Domino habebat.*

℣. 21. Ita rurſum Græcè, excepto uno γενναίως, *forti*, ſeu *generosâ*, loco *fortiter*: extremò etiam iſta, *feminea cogitationi maſculinum animum inſerens*, ſic invertuntur in Græco, τὸν θῆλυν λογισμὸν ἄρρενι θυμῷ διεγείραζα· quæ eòdem redeunt. Mſ. S. Theod. legit *inſerens*, non *inſerens.*

℣. 22. Græc. initio hab. λέγουσα πρὸς αὐτές, *dicens ad eos*; paulòque poſt, Οὐδὲ ἐγὼ τὸ πνεῦμα ἢ τὴν ζωὴν ὑμῖν

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

23. ſed enim mundi Creator, qui formavit hominis nativitatem, quique omnium invenit originem, & ſpiritum vobis iterum cum miſericordia reddet & vitam, ſicut nunc vos-metipſos deſpicitis propter leges ejus.

24. Antiochus autem, contemni ſe arbitratus, ſimul & exprobrantis voce deſpecta, cùm adhuc adoleſcentior ſupereſſet, non ſolùm verbis hortabatur, ſed & cum juramento affirmabat, ſe divitem & beatum facturum, & translatum à patriis legibus amicum habiturum, & res neceſſarias ei præbiturum.

25. Sed ad hæc cùm adoleſcens nequaquam inclinaretur, vocavit rex matrem, & ſuadebat ei ut adoleſcenti fieret in ſalutem.

26. Cùm autem multis eam verbis eſſet hortatus, promiſit ſuaſuram ſe filio ſuo.

27. Itaque inclinata ad illum, irridens crudelem tyrannum, ait patria voce: Fili mi, miſerere mei, quæ te in utero novem menſibus portavi, & lac triennio dedi & alui, & in ætatem iſtam perduxi.

28. Peto, nate, ut aſpicias ad cœlum & terram, & ad omnia quæ in eis ſunt: & intelligas, quia ex nihilo fecit illa Deus, & hominum genus:

29. ita fiet, ut non timeas carnificem iſtum; ſed dignus fratribus tuis effectus particeps, ſuſcipe mortem, ut in illa miſeratione cum fratribus tuis te recipiam.

30. Cùm hæc illa adhuc diceret, ait adoleſcens: Quem ſuſtinetis? non obedio præcepto regis, ſed præcepto legis, quæ data eſt nobis per Moyſen.

31. Tu verò, qui inventor omnis malitiæ factus es in Hebræos, non effugies manum Dei.

32. Nos enim pro peccatis noſtris hæc patimur.

33. Et ſi nobis propter increpationem & correptionem Dominus Deus noſter modicum iratus eſt: ſed iterum reconciliabitur ſervis ſuis.

34. Tu autem, ô ſceleſte, & omnium hominum flagitioſiſſime, noli ſruſtra extolli vanis ſpebus in ſervos ejus inflammatus:

35. nondum enim omnipotentis Dei, & omnia inſpicientis judicium effugiſti.

36. Nam fratres mei, modico nunc dolore ſuſtentato, ſub teſtamento æternæ vitæ effecti ſunt: tu verò judicio Dei juſtas ſuperbiæ tuæ pœnas exſolves.

NOTÆ.

ἐχαριζάμην, ἢ τὴν ἐμὴν συγχίσιν ἐκ ἐγὼ διεφθαρμαι. Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 236. vel 238. a. *Neſcis qualiter in utero meo apparuiſtis: neque ego ſpiritum donavi vobis & vitam, & ſingulorum membra non ipſa compegi.* Ambroſ. l. 2. de vita beata, c. 11. col. 477. c. *Neſcio quemadmodum in uterum meum introiſtis: neque ego ſpiritum donavi vobis, neque membra formavi: ſed hæc omnipotentis Dei munera ſunt.*

℣. 23. Eadem leguntur Græcè; ſicut etiam apud Lucif. Cal. ubi ſupra.

℣. 24. Simillima, & maximè gemina quæ ſunt in Græco, deletâ unâ conjunct. & , ante *translatum*. Lucif. Cal. l. de non parc. in De. del. p. 236. vel 238. b. ſic habet: *Antiochus autem, contemni ſe arbitratus, & ejus, quæ increpabat, vocem deſpiciens, cùm adhuc adoleſcentior ſupereſſet, non verbis hortabatur tantùm, ſed etiam cum juramento affirmabat, ſe divitem & beatum facturum, & translatum à patriis legibus, & hoſpitem habiturum, & res neceſſarias creditarum;* Gr. καὶ χρείας ἐμπιπλάναι. ℣. 25. Lucif. Cal. loco cit. *Sed ad iſta cùm adoleſcens non intenderet, vocavit rex*, &c. ut in Vulg. Ita quoque in Græco eſt, ſi tollatur τὸ *ad iſta*, ſubjiciaturque σύμβολον, *conſultrix*, verbo *fieret*.

℣. 26. Concinit Lucif. Cal. ubi ſupra, niſi quòd tollit vocem *verbis*. Sic etiam in Græco eſt, detracto inſuper ultimo pronom. *ſuo*.

℣. 27. Sic iterum legit Lucif. Cal. loco cit. exceptis his pauculis, *deriſit*..... & *ait*..... *Fili, miſerere*. Cypr. ep. ad Fortun. p. 271. b. *Fili, miſerere mei, quæ te in utero menſibus decem portavi*, &c. quæ ſupra. Mſ. etiam S. Theod. hab. *decem menſes*, non *novem*. Græcum Vulgatæ accinit, præterquam quòd præponit ἕως, *ſic*, verbo *ait*; deletque *mi*, poſt *fili*; infra etiam addit σε, his duobus, *dedi*, & *alui*; ſicut poſt ult. *perduxi*, τὸ, καὶ τεθροφόμηκάζαν, & *educavi*.

℣. 28. Ita legit Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 236. vel 238. c. Cyprianus verò ep. ad Fortun. p. 271. b. *Oro, fili, aſpicias in cœlum & terram: & omnibus quæ in eis ſunt aſpectis, intelligas, quia*, &c. ut ſupra. Auguſt. l. de nat. bon. to. 8. 508. b. *Oro te, fili, reſpice ad cœlum & terram, & omnia quæ in eis ſunt: vide, & ſcito, quia non erant ex quibus nos fecit Dominus Deus.* Græc. Ἀξιῶ σε, τέκνον, ἀναβλέψαντα εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς πάντα ἰδόντα, γνῶναι, ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐποίησεν αὐτὰ ὁ Θεὸς, καὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος.

℣. 29. Græc. ipſo initio hab. οὕτως γενέσθαι, *ſic factum eſt*; dein, μὴ φοβηθῇς, *ne timeas*; paulò verò poſt tollit vocem *tuis*, cum ſeq. *particeps*; cæt. ſimilia. In aliquo autem codice Græco ita legitur, ſi Nobilio fides, ἵνα γένῃ μὴ φοβηθῇς τὸν..... ἀλλὰ τῶν ἀδελφῶν ἄξιον γενόμενον ἐπιδέξασθαι τὸν θάνατον. In Mſ. S. Theod. *ita fiat, ut non timeas..... ſed dignus fratribus tuis effectus, ſuſcipe*, &c. Apud Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 236. vel 238. c. *ita fiet, ut non timeas carnificem iſtum; ſed dignus fratribus tuis effectus, ſuſcipias mortem, ut in illa miſericordia cum fratribus tuis te recipiam.* Apud Cypr. verò epiſt. ad Fortun. p. 271. b. *Itaque, fili, ne timeas carnificem iſtum; ſed dignus fratribus effectus, excipias mortem, ut in illa miſeratione cum fratribus tuis te recipiam.* Similiter apud Auguſt. l. de corr. & grat. to. 10. 773. b. *ut in illa miſeratione cum fratribus te recipiam.*

℣. 30. Græc. Ἔτι δὲ τούτου καλαλεγέντος, ὁ νεανίας ἔφη· paulòque poſt, τῷ δὲ προσάγματος ἀκόω τῷ νόμῳ, τῷ δοθέντος τοῖς πατράσιν ἡμῶν διὰ Μωϋσέως· i. e. *ſed præceptum audio legis, quæ data eſt patribus noſtris per Moyſen.* Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 236. vel 238. c. *Cùm hæc illa diciſſet, ait adoleſcens: Quem ſuſtinetis? non obedio regis imperio, ſed præcepto legis obedio, quæ data eſt nobis per Moyſen.*

℣. 31. Accinunt Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 236. vel 238. c. & Hilar. l. cont. Conſtant. col. 1242. a. nec abſimile Græcum eſt, niſi quòd hab. τὰς χεῖρας, *manus*, non *manum*.

℣. 32. Ita legit Lucif. Cal. loco cit. Ita quoque in Græco eſt, detractâ vocalà *hæc*. Apud Hilar. l. cont. Conſtant. col. 1242. totus verſiculus deeſt, quamvis & antecedentia, & ſubſequentia ibid. legantur.

℣. 33. Similiter in Græco, præter hoc, ὁ ζῶν Κύριος, *vivens Dominus*, loco *Dominus Deus*. Apud Lucif. Cal. ubi ſup. ſic: *Et ſi propter increpationem & corrept. Dominus noſter nobis vivis modicè iratus eſt: ſed iterum reconciliabitur ſervis ſuis.* Apud Hilar. l. cont. Conſtant. col. 1242. a. *Si enim nobis vivis propter increpationem & correptionem Dominus modicùm iratus eſt: ſed iterum*, &c. ut ſupra.

℣. 34. Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum del. p. 236. vel 238. d. *Tuque, ô ſceleſte..... noli fruſtra extolli vanis ſpeciebus*, &c. ut in Vulg. at infra: *Tuque, ô ſcelerate..... noli fruſtra extolli vana ſpe*, &c. Græcè: Σὺ δὲ, ὦ ἀνόσιε..... μὴ μάτην μετεωρίζε φρυαττόμενος ἀδήλοις ἐλπίσιν, ἐπὶ τοὺς δούλους αὐτοῦ ἐκπαιρόμενος χεῖρα· i. e. *Tu autem, ô ſceleſte..... noli fruſtra extolli frementis vanis ſpebus, in ſervos ejus elevans manum.*

℣. 35. Lucif. Cal. loco cit. *nondum enim omnip. & omnia conſpicientis Dei judicium effugiſti.* Græc. ὑπὸ γὰρ τὴν τοῦ παντοκράτορος ἐπόψιν Θεοῦ κρίσιν ἐκπέφευγας.

℣. 36. Ita Lucif. Cal. loco cit. niſi quòd ipſo initio habet, *Nam patres noſtri, modico nunc dolore*, &c. nec addit *tuæ*, ad vocem *ſuperbiæ*: at infra: *Quòd enim fratres noſtri, panca perpeſſi, ſub teſtamento æterna vitæ effecti ſunt: tu verò quòd ſis judicio Dei juſtas ſuperbiæ pœnas perſoluturus.* Græc. Οἱ μὲν γὰρ τῶν ἀδελφοὶ, βραχὺν ὑπομείναντες πόνον, αἰωνίᾳ ζωῇ ὑπὸ διαθήκην Θεοῦ πεπλήκασι· σὺ δὲ τῇ τῶν..... τὰ πρόσιμα τῆς ὑπερηφανίας ἀποίσεις. *Nam ſi fratres quidem noſtri, modico nunc dolore ſuſtentato, æternæ vitæ ſub teſtamento Dei ceciderunt: tu verò..... ſuperbiæ pœnas exſolves.* Mſ. S. Theod. *ſuperbiæ pœnas ſolves*,

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

37. Ego autem, ſicut & fratres mei, animam & corpus meum trado pro patriis legibus: invocans Deum maturiùs genti noſtræ propitium fieri, teque cum tormentis & verberibus confiteri quòd ipſe eſt Deus ſolus.

38. In me verò & in fratribus meis deſinet Omnipotentis ira, quæ ſuper omne genus noſtrum juſtè ſuperducta eſt.

39. Tunc rex accenſus irâ, in hunc ſuper omnes crudeliùs deſævit, indignè ferens ſe deriſum.

40. Et hic itaque mundus obiit, per omnia in Domino confidens.

41. Noviſſimè autem poſt filios & mater conſumpta eſt.

42. Igitur de ſacrificiis, & de nimiis crudelitatibus ſatis dictum eſt.

NOTÆ.

℣. 37. Eadem leguntur apud Lucif. Cal. loco ſupra cit. nec diſſimilia Græcum habet, niſi excipias iſta, ἐγὼ δὲ καὶ τὸ σῶμα, ἐγὼ ψυχὴν, & *corpus*, & *animam*, loco *animam & corpus meum*.

℣. 38. Sic habet Lucif. Cal. l. de non parc. in Deum dei. p. 236. vel 238. d. nec abſimile quidquam in Græco, præter ſeqq. σπάσαι τὴν τοῦ Παντοκράτορος ὀργὴν, *deſinere Omnipotentis iram*, loco *deſinet..... ira*.

℣. 39. Ita rurſum in Græco, exceptis his, παρὰ τὰς ἄλλας χεῖρας, *ſuper cæteros crudeliſſimè*, loco *ſuper omnes crudeliùs*.

℣℣. 40. 41. Itidem Græcè. Vide ſis Ambroſ. l. 2. de vita beata, c. 12. col. 478. d. ſeqq.

℣. 42. Græc. Τὰ μὲν οὖν περὶ σφαγιασμῶν, καὶ τὰς ὑπερβαλλούσας ἀπανθρωπίας ἐπὶ τοσοῦτον διεληλύθαμεν· i. e. *Quæ igitur ad ſacrificia, & nimias crudelitates, huc uſque dicta ſint.*

CAPUT VIII.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. JUdas verò Machabæus, & qui cum illo erant, introibant latenter in caſtella: & convocantes cognatos & amicos, & eos, qui permanſerunt in Judaiſmo, aſſumentes, eduxerunt ad ſe ſex millia virorum.

2. Et invocabant Dominum, ut reſpiceret in populum, qui ab omnibus calcabatur: & miſereretur templo, quod contaminabatur ab impiis:

3. miſereretur etiam exterminio civitatis, quæ eſſet illico complananda, & vocem ſanguinis ad ſe clamantis audiret:

4. memoraretur quoque iniquiſſimas mortes parvulorum innocentum, & blaſphemias nomini ſuo illatas, & indignaretur ſuper his.

5. At Machabæus, congregata multitudine, intolerabilis gentibus efficiebatur: ira enim Domini in miſericordiam converſa eſt.

6. Et ſuperveniens caſtellis & civitatibus improviſus, ſuccendebat eas: & opportuna loca occupans, non paucas hoſtium ſtrages dabat:

7. maximè autem noctibus ad hujuſcemodi excurſus ferebatur, & fama virtutis ejus ubique diffundebatur.

8. Videns autem Philippus paulatim virum ad profectum venire, ac frequentius res ei cedere proſperè, ad Ptolemæum ducem Cœleſyriæ & Phœnicis ſcripſit, ut auxilium ferret regis negotiis.

9. At ille velociter miſit Nicanorem Patrocli de primoribus amicum, datis ei de permiſtis gentibus, armatis non minùs viginti millibus, ut univerſum Judæorum genus deleret, adjuncto ei & Gorgia viro militari, & in bellicis rebus experientiſſimo.

10. Conſtituit autem Nicanor, ut regi tributum, quod Romanis erat dandum, duo millia talentorum, de captivitate Judæorum ſuppleret:

11. ſtatimque ad maritimas civitates miſit, convocans ad coemptionem Judaicorum mancipiorum, promittens ſe nonaginta mancipia talento diſtracturum, non reſpiciens ad vindictam, quæ eum ab Omnipotente eſſet conſecutura.

12. Judas autem ubi comperit, indicavit his qui ſecum erant Judæis Nicanoris adventum.

13. Ex quibus quidam formidantes, & non credentes Dei juſtitiæ, in fugam vertebantur:

NOTÆ.

℣. 1. Græc. delet τὸ & *amicos*; & pro *eduxerunt ad ſe ſex millia virorum*, habet, συνήγαγεν εἰς ἑξακισχιλίους, *collegerunt ad ſex millo viros*; cætera quadrant. Mſ. S. Theod. tollit pariter & *amicos*; ſubditque, & *eos, qui permanſerant*; ultimòque, & *duxerunt ad ſe ſex mil. viros*.

℣. 2. Græc. poſtremò hab. εἰσκεῖσθαι δὲ καὶ τὸν ναὸν, τὸν ὑπὸ τῶν ἀσεβῶν ἀνθρώπων βεβηλούμενον· i. e. & *miſereretur etiam templo, quod ab impiis hominibus erat contaminatum*; priora ut in Vulg.

℣. 3. Græc. ἐλεῖσθαι δὲ καὶ τὴν καταφθειρομένην πόλιν, καὶ μέλλουσαν ἰσόπεδον γίνεσθαι, καὶ τῶν καταβοωμένων πρὸς αὐτὸν αἱμάτων εἰσακοῦσαι· i. e. *miſereretur etiam exterminatæ civitati, & quæ eſſet illico complananda, & ſanguines ad ſe clamantes exaudiret.*

℣. 4. Græc. μνησθῆναι δὲ καὶ τῆς τῶν ἀναμαρτήτων νηπίων παρανόμου ἀπωλείας, καὶ..... καὶ μιαιφονηθῆναι· i. e. *memoraretur quoque iniquam mortem parvulorum innocentium*, &... & *ſuper ſceleribus indignaretur.*

℣. 5. Græcè additur ἤδη, *jam*, voci *intolerabilis*; extremòque ſic: τῆς ὀργῆς τοῦ Κυρίου εἰς ἔλεον τραπείσης, *irâ Domini in miſericordiam converſâ.*

℣. 6. Græcum Vulgatæ ſatis reſpondet.

℣. 7. Græc. μάλιστα τὰς νύκτας πρὸς τὰς τοιαύτας ἐπιδρομὰς ζυνεργὸς ἐλάμβανε, καὶ παλαί τις, &c. *maximè autem noctes ad hujuſcemodi incurſiones adjutrices aſſumebat, & fama quædam*, &c. ut ſupra.

℣. 8. Maximè gemina Græcum habet.

℣. 9. Græc. Ὁ δὲ ταχέως προσχειρισάμενος, Νικάνορα τὸν τοῦ Πατρόκλου τῶν πρώτων φίλον, ἀπέστειλεν, ὑποτάξας παμφύλων ἔθνη ἐκ ἑκατὸν τῶν δισμυρίων, τὸ ζύμπαν τῶν Ἰουδαίων ἐξᾶραι γένος· συνέσπευδε δὲ αὐτῷ & Γοργίας ἀνὴρ, &c. i. e. *At ille velociter deligens, Nicanorem Patrocli de primoribus amicorum miſit, ſubdens de permiſtis gentibus non minùs..... adjunxit autem ei & Gorgiam virum*, &c. quæ ſupra. Mſ. S. Theod. *datis & permiſtis gentibus*, &c. ut in Vulg.

℣. 10. Mſ. S. Theod. *Conſtituit autem Nicanor, regi ut tributum, Romanis quod erat dandum, duo millia..... ſuppleret.* Græc. Διεπράσατο δὲ ὁ Νικάνωρ τὸν φόρον τῷ βασιλεῖ, τοῖς Ῥωμαίοις ὄντα, ταλάντων ἀνδρικῶν, ἐκ τῆς τῶν... ἐκπωλήσεων.

℣. 11. Simillima Græcum refert, præter unum παραχωρήσειν, *traditurum*, loco *diſtracturum.*

℣. 12. Græc. Τῶν δὲ Ἰούδα προσέπεσε περὶ τῆς τοῦ Νικάνορος ἐφόδου· & μεταδόντος αὐτοῖς τοῖς ζὺν αὐτῷ τὴν παρουσίαν τοῦ στρατοπέδου· *Judæ autem allatum fuit de Nicanoris adventu: & cùm indicaſſet his qui ſecum erant exercitûs adventum.*

℣. 13. Græc. ſubdit: οἱ δειλανδρήσαντες, & ἀπιστήσαντες τὴν τοῦ Θεοῦ δίκην, διεδίδρασκον, & ἐξέκλιναν ἑαυτούς· i. e. *qui formidabant, & non credebant Dei juſtitiæ, diffugiebant, & ſeſe de loco removebant.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

14. alii verò ſi quid eis ſupererat vendebant, ſimulque Dominum deprecabantur, ut eriperet eos ab impio Nicanore, qui eos, priùs quàm cominus veniret, vendiderat:

15. & ſi non propter eos, propter teſtamentum tamen quod erat ad patres eorum, & propter invocationem ſancti & magnifici nominis ejus ſuper ipſos.

16. Convocatis autem Machabæus ſeptem millibus, qui cum ipſo erant, rogabat ne hoſtibus reconciliarentur, neque metuerent iniquè venientium adversùm ſe hoſtium multitudinem, ſed fortiter contenderent,

17. ante oculos habentes contumeliam, quæ loco ſancto ab his injuſtè eſſet illata, itemque & ludibrio habitæ civitatis injuriam, adhuc etiam veterum inſtituta convulſa.

18. Nam illi quidem armis confidunt, ait, ſimul & audaciâ: nos autem in omnipotente Domino, qui poteſt & venientes adversùm nos, & univerſum mundum uno nutu delere, confidimus.

19. Admonuit autem eos & de auxiliis Dei, quæ facta ſunt erga parentes: & quòd ſub Sennacherib centum octoginta quinque millia perierunt:

20. & de prælio, quod eis adversùs Galatas fuit in Babylonia, ut omnes, ubi ad rem ventum eſt, Macedonibus ſociis hæſitantibus, ipſi ſex millia ſoli peremerunt centum viginti millia, propter auxilium illis datum de cœlo, & beneficia pro his plurima conſecuti ſunt.

21. His verbis conſtantes effecti ſunt, & pro legibus & patria mori parati.

22. Conſtituit itaque fratres ſuos duces utrique ordini, Simonem, & Joſephum, & Jonathan, ſubjectis unicuique millenis & quingentenis.

23. Ad hoc etiam ab Eſdra lecto illis ſancto libro, & dato ſigno adjutorii Dei, in prima acie ipſe dux commiſit cum Nicanore.

24. Et facto ſibi adjutore Omnipotente, interfecerunt ſuper novem millia hominum: majorem autem partem exercitus Nicanoris vulneribus debilem factam fugere compulerunt.

25. Pecuniis verò eorum, qui ad emptionem ipſorum venerant, ſublatis, ipſos uſque quaque perſecuti ſunt,

26. ſed reverſi ſunt horâ concluſi: nam erat ante ſabbatum: quam ob cauſam non perſeveraverunt inſequentes.

27. Arma autem ipſorum & ſpolia congregantes, ſabbatum agebant: benedicentes Dominum, qui liberavit eos in iſto die, miſericordiæ initium ſtillans in eos.

28. Poſt ſabbatum verò, debilibus, & orphanis, & viduis diviſerunt ſpolia: & reſidua ipſi cum ſuis habuere.

29. His itaque geſtis, & communiter ab omnibus facta obſecratione, miſericordem Dominum poſtulabant, ut in finem ſervis ſuis reconciliaretur.

30. Et ex his, qui cum Timotheo & Bacchide erant contra ſe contendentes, ſuper viginti millia interfecerunt, & munitiones excelſas obtinuerunt: & plures prædas diviſerunt, æquam portionem debilibus, pupillis, & viduis, ſed & ſenioribus facientes.

31. Et cùm arma eorum diligenter collegiſſent, omnia compoſuerunt in locis opportunis, reſidua verò ſpolia Jeroſolymam detulerunt:

32. & Philarchen, qui cum Timotheo erat,

4. Reg. 19. 35. Tob. 1. 21. Eccli. 43. 24. Ibid. 37. 35. 1. Mac. 7. 41.

NOTÆ.

¥. 14. Græcè ita, *οἱ δὲ τὰ περιλελειμμένα πάντα ἐπώλουν*, i. e. *alii verò quæ ſupererant omnia vendebant*; ultimòque, ſimpliciter *πεπρακότες*, *venditos*, detracto præced. *qui eos*.

¥. 15. Ad verbum pene è Græco. Mſ. S. Theod. ipſo initio toliit &, ſicut in medio *tamen*.

¥. 16. Græc. Συναγαγὼν δὲ ὁ Μακκαβαῖος τοὺς περὶ αὐτὸν ὄντας, τοὺς ἀριθμὸν ἑξακισχιλίους, παρεκάλει μὴ καταπλαγῆναι τοὺς πολεμίους, μηδὲ εὐλαβεῖσθαι, &c. *Congregatis autem Maccabæus ſex millibus, qui cum ipſo erant, hortabatur ne terrerentur ab hoſtibus, neque meruerent*, &c. ut in Vulg. niſi excipias vocem ἐθνῶν, *gentium*, loco *hoſtium*.

¥. 17. Similia exſtant Græcè, ſi excipiatur membrum ult. ἔτι δὲ τὴν τῆς προγονικῆς πολιτείας καλάλυσιν· *adhuc etiam avita reſpublicæ diſſolutionem*, loco *veterum inſtituta convulſa*. Mſ. S. Theod. pro *loco ſancto*, leg. *in locum ſanctum*, è Græco εἰς τὸν ἅγιον τόπον.

¥. 18. Totidem pene verba in Græco.

¥. 19. Mſ. S. Theod. *Admoniit autem eos & de auxiliis Dei..... & ſub Sennacherib centum..... millia, qui perierunt.* Græc. Περσαναλεξάμενος δὲ αὐτοὺς καὶ τὰς ἐπὶ τῶν προγόνων γενομένας ἀντιλήψεις· καὶ τὴν ἐπὶ Σενναχερεὶμ τῶν ἑκατὸν..... χιλιάδων ὡς ἀπώλοντο· i. e. *Admonens etiam eos & de auxiliis, quæ facta ſunt erga parentes: & de illo, quòd ſub Sennacherim centum..... millia perierunt.*

¥. 20. Græc. καὶ τὴν ἐν τῇ Βαβυλωνίᾳ τὴν πρὸς αὐτοὺς Γαλατῶν παράταξιν γενομένην, ὡς εἰ πάντες ἐπὶ τὴν χρείαν ἦλθον, ὀκτακισχίλιοι σὺν Μακεδόσι τετρακισχιλίοις· τῶν Μακεδόνων ἀποροιμένων, οἱ ἑξακισχίλιοι τὰς δώδεκα μυριάδας ἀπώλεσαν, διὰ τὴν γενομένην αὐτοῖς ἄνωθεν βοήθειαν, καὶ ὠφέλειαν πολὺν ἔλαβον· & *de prælio, quod eis adversùs Galatas fuit in Babylonia, quomodo omnes ad rem venerunt, octo mille cum Macedonibus quatuor millibus: Macedonibus hæſitantibus, ipſi octo mille peremerunt centum viginti millia, propter auxilium illis datum de cœlo, & utilitatem multam acceperunt.*

¥. 21. Græc. Ἐφ' οἷς εὐτάρσεις αὐτοὺς παρασήσας, καὶ εἰδέναι ὑπὲρ τῶν νόμων καὶ τῆς πατρίδος ἀποθνήσκειν, τετραμερές τι τὸ στράτευμα ἐποίησε. *His verbis cum confidentes illos effeciſſet, paratoſque pro legibus & patria mori, quadripertitum exercitum fecit.*

¥. 22. Itidem Græcè, hoc excepto 1. τάξας δὲ, *conſtituens etiam*, pro *conſtituit itaque*.

¥. 23. Græc. Ἔτι δὲ καὶ ἐλεάζαρον παραγνῶναι τὴν ἱερὰν βίβλον, καὶ δοὺς σύνθημα θεοῦ βοηθείας, τῆς πρώτης συνέβαλε τῷ Νικάνορι. *Adhuc etiam cùm juſſiſſet Eleazarum legere ſacrum librum, & dediſſet teſſeram adjutorii Dei, prima aciei ipſe dux commiſit cum Nicanore.*

¥. 24. Græc. loco *hominum*, ponit πολεμίων, *hoſtium*; tum addit: τραυματίας δὲ, καὶ τοῖς μέλεσιν ἀναπήρους, τὸ πλεῖον μέρος τῆς τοῦ Νικάνορος στρατιᾶς ἐποίησαν, πάντας δὲ φυγεῖν ἠνάγκασαν· *vulneratos autem, & membris mutilos, majorem partem exercitus Nicanoris fecerunt, omnes autem fugere compulerunt.*

¥. 25. Græc. Τὰ δὲ χρήματα τῶν παραγενομένων ἐπὶ τὴν ἀγορασμὸν αὐτῶν ἔλαβον· συνδιώξαντες δὲ αὐτοὺς ἐφ' ἱκανόν. *Pecunias verò eorum, qui ad emptionem ipſorum venerant, tulerunt: perſecuti autem eos multùm.*

¥. 26. Græc. initio habet: ἀνέλυσαν ὑπὸ τῆς ὥρας συγκλειόμενοι· ultimòque addit αὐτοὺς, *eos*, ad *inſequentes*.

¥. 27. Græc. Ὁπλολογήσαντες δὲ αὐτοὺς, καὶ τὰ σκῦλα ἐκδύσαντες τῶν πολεμίων, περὶ τὸ Σάββατον ἐπιτελοῦσι περισσῶς εὐλογοῦντες καὶ ἐξομολογούμενοι τῷ Κυρίῳ, τῷ διασώσαντι αὐτοὺς εἰς τὴν ἡμέραν ταύτην, ἀρχὴν ἐλέους τυγχάνοντες αὐτοῖς· i. e. *Arma autem ipſorum congregantes, & ſpolia exuentes hoſtium, ſabbatum agebant: valde benedicentes & confitentes Domino, qui liberavit eos in iſto die, principium miſericordiæ ſtatuendo in eos.*

¥. 28. Græcè poſteriora tantùm ſic variant: μερίσαντες ἀπὸ τῶν σκύλων· τὰ λοιπὰ ὠφέλησαν, καὶ τὰ παιδία ἐμερίσαντο· i. e. *diſtribuerunt de ſpoliis: reſidua ipſi, & pueri partiti ſunt.*

¥. 29. Græc. habet *communi*, pro *communiter*, abſque ſeq. *ab omnibus*; cætera reſpondent Latino.

¥. 30. Græc. Καὶ τῶν περὶ Τιμόθεον καὶ Βακχίδην συνεστηκότων, ὑπὲρ τοὺς διεμυρίους αὐτῶν ἀπέκτειναν, &c. ut ſup.

¥. 31. Eadem exſtant Græcè, translato adverb. *diligenter*, poſt verbum *collegiſſent*, junctoque cum ſeq. *omnia*.

¥. 32. Græc. τὸν δὲ Φυλάρχην τῶν περὶ Τιμόθ..... ἀνοσιώτατον ἄνδρα, καὶ, &c.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

interfecerunt, virum ſceleſtum, qui in multis Judæos afflixerat.

33. Et cùm epinicia agerent Jeroſolymis, eum, qui ſacras januas incenderat, id eſt, Calliſthenem, cùm in quoddam domicilium refugiſſet, incenderunt, digna ei mercede pro impietatibus ſuis reddita.

34. Facinoroſiſſimus autem Nicanor, qui mille negotiantes ad Judæorum venditionem adduxerat,

35. humiliatus auxilio Domini, ab his quos nullos exiſtimaverat, depoſita veſte gloriæ, per mediterranea fugiens, ſolus venit Antiochiam, ſummam infelicitatem de interitu ſui exercitus conſecutus.

36. Et qui promiſerat Romanis ſe tributum reſtituere de captivitate Jeroſolymorum, prædicabat nunc protectorem Deum habere Judæos, & ob ipſum invulnerabiles eſſe, eò quòd ſequerentur leges ab ipſo conſtitutas.

NOTÆ.

℣. 33. Mſ. S. Theod. pluraliter legit, *eos qui ſacras januas incenderant, id eſt*, &c. ut in Vulgata. Græc. Ἐπινίκια δὲ ἄγοντας ἐν τῇ πατρίδι, τοὺς ἐμπρήσαντας τὰς ἱερὰς πυλῶνας, Καλλισθένην, καί τινας ἄλλους ὑπῆρχαν, εἰς ἓν οἰκίδιον καταφυγόντας, οἷς τισὶς ἄξιον τῆς ἀνοσιουργείας ἐκομίσαντο μισθόν· *Et cùm epinicia agerent in patria, eos, qui ſacras januas incenderunt, id eſt, Calliſthenem, & quoſdam alios, cùm in quoddam domicilium refugiſſent, incenderunt, & dignam impietate repertaverunt mercedem;* Nobil. *reportavit*, niſi mendum ſubeſt in edit. an. 1628.

℣. 34. Ad verbum è Græco.

℣. 35. Eadem pene in Gr. præter iſta, δρασμὸν τρέπων, ἔρημον ἑαυτὸν ποιήσας, *fugitivi modo, ſolitarium ſe faciens*, loco *fugiens, ſolus.*

℣. 36. Concinit Græcum, niſi quòd hab. ἀπὸ τῆς τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις αἰχμαλωσίας, *de eorum, qui in Jeroſolymis, captivitate*, pro *de captivitate Jeroſolymorum*; paulòque poſt, διὰ τὸν τρόπον τοῦτον αἴρωλες εἶναι τὲς Ἰεδαίες, *hoc modo invulnerabiles eſſe Judæos*, loco *ob ipſum invulnerabiles eſſe*; deeſt quoque ibid. *nunc*, ante *protectorem.*

CAPUT IX.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. EOdem tempore Antiochus inhoneſtè revertebatur de Perſide.

2. Intraverat enim in eam, quæ dicitur. Perſepolis, & tentavit exſpoliare templum, & civitatem opprimere: ſed multitudine ad arma concurrente, in fugam verſi ſunt: & ita contigit ut Antiochus poſt fugam turpiter rediret.

3. Et cùm veniſſet circa Ecbatanam, recognovit quæ erga Nicanorem & Timotheum geſta ſunt.

4. Elatus autem in ira, arbitrabatur ſe injuriam illorum, qui ſe fugaverant, poſſe in Judæos retorquere: ideoque juſſit agitari currum ſuum, ſine intermiſſione agens iter, cœleſti eum judicio perurgente, eò quòd ita ſuperbè locutus eſt ſe venturum Jeroſolymam, & congeriem ſepulcri Judæorum eam facturum.

2. *Par.* 16. 9. 5. Sed qui univerſa conſpicit Dominus Deus Iſraël, percuſſit eum inſanabili & inviſibili plaga. Ut enim finivit hunc ipſum ſermonem, apprehendit eum dolor dirus viſcerum, & amara internorum tormenta:

6. & quidem ſatis juſtè, quippe qui multis & novis cruciatibus aliorum torſerat viſcera, licet ille nullo modo à ſua malitia ceſſaret.

7. Super hoc autem ſuperbiâ repletus, ignem ſpirans animo in Judæos, & præcipiens accelerari negotium, contigit illum impetu euntem de curru cadere, & gravi corporis colliſione membra vexari.

8. Iſque qui ſibi videbatur etiam fluctibus maris imperare, ſupra humanum modum ſuperbiâ repletus, & montium altitudines in ſtatera appendere, nunc humiliatus ad terram in geſtatorio portabatur, manifeſtam Dei virtutem in ſemetipſo conteſtans:

9. ita ut de corpore impii vermes ſcaturirent, ac viventis in doloribus carnes ejus effluerent, odore etiam illius & fetore exercitus gravaretur:

10. & qui paulò ante ſidera cœli contingere

NOTÆ.

℣. 1. Græc. Περὶ δὲ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἐπέγνωκεν Ἀντίοχος ἀπαλγικῶς ἀκόσμως ἐκ τῶν καλὰ τὴν Περσίδα τόπων, *Circa illud autem tempus Antiochus inhoneſtè revertebatur ex iis, qui circa Perſidem, locis.*

℣. 2. In Mſ. S. Theod. *Perſipolis*, deinde, & *tentavit ſpoliare templa*, & *civitatem*, &c. quæ ſupra. Græcè: Ἐξεκαλύθει γὰρ εἰς τὴν λεγομένην Περσέπολιν, καὶ ἐπεχείρησεν ἱεροσυλεῖν, καὶ τὴν πόλιν συνέχειν· διὸ δὴ τῶν πληθῶν ὁρμησάντων ἐπὶ τὴν τῶν ὅπλων βοήθειαν, ἐτράπησαν· καὶ συνέβη τροπωθέντα τὸν Ἀντίοχον ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων, ἀχήμονα τὴν ἀναζυγὴν ποιήσασθαι· i. e. *Intraverat enim in..... & tentavit exſpoliare templa, &..... ſed multitudine ad armorum auxilium concurrente, in fugam verſi ſunt: & contigit ut fugatus Antiochus à regionis habitatoribus turpiter rediret.*

℣. 3. Græc. Ὄντι δὲ αὐτῷ κατ' Ἐκβάτανα, προσέπεσε τὰ κατὰ Νικάνορα, καὶ τὸς περὶ Τιμόθεον γεγονότα· i. e. *Et cùm eſſet Ecbatanis, allata ſunt quæ erga Nicanorem*, &c. Mſ. S. Theod. ſcribit *Egbatan.*

℣. 4. Priora verba Græco reſpondent, detracto uno *poſſe*, poſt *fugaverant*; ſubinde ſic: διὸ συνέλαξε τὸν ἁρμάλλατον ἀδιαλείπτως ἐλαύνειν καὶ ἀνύειν τὴν πορείαν, τῆς ἐξ οὐρανοῦ δὴ κρίσεως συνούσης αὐτῷ· οὕτω γὰρ ὑπερηφάνως εἶπε· Πολυάνδριον Ἰουδαίων Ἱεροσόλυμα ποιῆσαι, παραγενόμενος ἐκεῖ· i. e. *ideoque juſſit aurigam ſine intermiſſione agitantem expedire iter, cœleſti eum judicio jam perurgente: ſic enim ſuperbè locutus erat: Congeriem ſepulcri Judæorum ſuſcipiam Jeroſolymam, cùm illuc venero.*

℣. 5. Gemina planè quæ in Græco.

℣. 6. Græc. initio habet ſimpliciter, πάνυ δικαίως, *valde juſtè*, pro & *quidem ſatis juſtè*; extremòque, ὁ δ' ὑδαμῶς τῆς ἀγερωχίας ἐλαττον, *ille autem nullo modo ab inſolentia ceſſabat.* Intermedia Vulgatæ ſimilia.

℣. 7. Græc. Ἐλί δὲ ἐπὶ τῆς ὑπερηφανίας ἐπεστομώθη, πῦρ πνέων τοῖς θυμοῖς ἐπὶ τὲς Ἰουδαίους, καὶ κελεύων ἐπισπεύδειν τὴν πορείαν· συνέβη δὲ ἐπειγόμενον αὐτὸν ἀπὸ τοῦ ἁρματος φερομένου ῥοίζῳ, καὶ διὰ παντὸς μέλους πεπιεσμένα πάντα τὰ μέλη τοῦ σώματος ἀνωμαλῶδαι· i. e. *Adhuc autem & ſuperbiâ repletus erat, ignem ſpirans animo in Judæos, & præcipiens accelerari iter: contigit autem & cadere ipſum de curru, qui impetu ferebatur, & gravi ruina decidentem omnibus corporis membris diſtorqueri.*

℣. 8. Eadem leguntur Græcè, immutatis pauculis; ea verba: Ὁ δ' ἀρτι δοκῶν τῆς θαλάσσης κύμασιν ἐπιτάσσειν, διὰ τὴν ὑπὲρ ἄνθρωπον ἀλαζονείαν, καὶ πλάσσων τὰ τῶν..... οἰσμῶν ὕψη σήσειν, καὶ γῆν..... φανερὰν τῇ Θεῷ πᾶσι τὴν δυνάμιν ἐνδεικνύμενος. In Mſ. S. Theod. unum tantùm differt à Vulg. nempe τὸ *in geſtatorio torquebatur*, loco *portabatur*, ſed in Gr. ἐν φορείῳ παρεκομίζετο.

℣. 9. Græc. ὥστε ἐκ τοῦ σώματος..... σκώληκας ἀναζεῖν, καὶ ζῶντος ἐν ὀδύναις καὶ ἀλγηδόσι τὰς σάρκας αὐτοῦ διαπίπτειν, ὑπὸ δὲ τῆς ὀσμῆς αὐτοῦ πᾶν τὸ στρατόπεδον βαρύνεσθαι τῇ σαπρίᾳ· i. e. *ita ut de corpore..... vermes etiam ſcaturirent, & viventis in doloribus & cruciatibus carnes ejus diffluerent, odore etiam illius univerſus exercitus gravaretur ob putredinem.*

℣. 10. Græcè ſimiliter, præter hoc ult. διὰ τὸ τῆς ὀσμῆς ἀφόρητον βάρος, *propter intolerabilem odoris gravitatem*, loco *propter intolerantiam ſeteris.*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

relicto Simone, & Joſepho, itemque Zachæo, eiſque qui cum ipſis erant ſatis multis, ipſe ad eas, quæ ampliùs perurgebant, pugnas converſus eſt.

20. Hi verò qui cum Simone erant, cupiditate ducti, à quibuſdam qui in turribus erant, ſuaſi ſunt pecuniâ: & ſeptuaginta millibus didrachmis acceptis, dimiſerunt quoſdam effugere.

21. Cùm autem Machabæo nunciatum eſſet quod factum eſt, principibus populi congregatis, accuſavit, quòd pecuniâ fratres vendidiſſent, adverſariis eorum dimiſſis.

22. Hos igitur proditores factos interfecit, & confeſtim duas turres occupavit.

23. Armis autem ac manibus omnia proſpere agendo, in duabus munitionibus pluſquam viginti millia peremit.

24. At Timotheus, qui priùs à Judæis fuerat ſuperatus, convocato exercitu peregrinæ multitudinis, & congregato equitatu Aſiano, advenit quaſi armis Judæam capturus.

25. Machabæus autem, & qui cum ipſo erant, appropinquante illo, deprecabantur Dominum, caput terrâ aſpergentes, lumboſque ciliciis præcincti,

26. ad altaris crepidinem provoluti, ut ſibi propitius, inimicis autem eorum eſſet inimicus, & adverſariis adverſaretur, ſicut lex dicit.

27. Et ita poſt orationem, ſumptis armis, longiùs de civitate procedentes, & proximi hoſtibus effecti, reſcederunt.

28. Primo autem ſolis ortu utrique commiſerunt: iſti quidem victoriæ & proſperitatis ſponſorem cum virtute Dominum habentes: illi autem ducem belli animum habebant.

29. Sed, cùm vehemens pugna eſſet, apparuerunt adverſariis de cœlo viri quinque in equis, frenis aureis decori, ducatum Judæis præſtantes:

30. ex quibus duo Machabæum medium habentes, armis ſuis circumſeptum incolumem conſervabant: in adverſarios autem tela & fulmina jaciebant, ex quo & cæcitate confuſi, & repleti perturbatione cadebant.

31. Interfecti ſunt autem viginti millia quingenti, & equites ſexcenti.

32. Timotheus verò confugit in Gazaram præſidium munitum, cui præerat Chæreas.

33. Machabæus autem, & qui cum eo erant, lætantes obſederunt præſidium diebus quatuor.

34. At hi qui intus erant, loci firmitate confiſi, ſupra modum maledicebant, & ſermones nefandos jactabant.

35. Sed cùm dies quinta illuceſceret, viginti juvenes ex his qui cum Machabæo erant, accenſi animis propter blaſphemiam, viriliter acceſſerunt ad murum, & feroci animo incedentes aſcendebant:

36. ſed & alii ſimiliter aſcendentes, turres portaſque ſuccendere aggreſſi ſunt, atque ipſos maledicos vivos concremare.

37. Per continuum autem biduum præſidio vaſtato, Timotheum occultantem ſe, in quodam repertum loco peremerunt: & fratrem illius Chæream, & Apollophanem occiderunt.

38. Quibus geſtis, in hymnis & confeſſionibus benedicebant Dominum, qui magna fecit in Iſraël, & victoriam dedit illis.

NOTÆ.

tamen ſic, ἐν τοῖς σὺν αὐτῷ ἱκανοῖς, πρὸς τὴν τούτων πολιορκίαν, αὐτοῖς ἐχωρίδιν· i. e. *eiſque qui cum ipſo erant ſatis multis, ipſe ad loca, quæ perurgebant, converſus eſt.*

¶. 20. Ad verbum è Græco, niſi excipiatur unum *cupiditate ducti*, pro quo φιλαργυρήσαντες, *argenti cupiditate ducti.*

¶. 21. Sic iterum Græcè, hoc excepto penult. κατ' αὐτῶν, *contra eos*, loco *eorum.*

¶. 22. Totidem verba in Græco.

¶. 23. Græc. initio legit: Τοῖς δὲ ὅπλοις τὰ πάντα ἐν ταῖς χερσὶν εὐοδούμενος, i. e. *Armis autem omnia in manibus proſpere agens*; reliqua ut in Vulg.

¶. 24. Similia Græcum exhibet, addito uno ὐκ ὀλίγους, *non pauco*, ad vocem *Aſiano.* In Mſ. S. Theod. hæc variant ſola: *Et Timotheus..... convocat exercitum peregrina multitud. & congregato exercitu Aſiano.*

¶. 25. Græc. ipſo initio ſimpliciter legit: Οἱ δὲ περὶ τὸν Μακκαβαῖον, deinde, Συνεγλίζοντος αὐτῷ, πρὸς ἱκετείαν τῷ Θεῷ ἐτράπησαν, &c. i. e. *appropinquante illo, ad ſupplicationem Dei ſe verterunt*, caput, &c. ut in Vulg.

¶. 26. Græc. ἐπὶ τὸν ἀπήναλι τῷ θυσιαστηρίῳ κρηπίδα προσπεσόντες, ἱκέτευν, ἵλεων αὐτοῖς γενόμενον ἐχθρεῦσαι τοῖς ἐχθροῖς αὐτῶν, &c. i. e. *ad eam quæ eſt ante altare crepidinem provoluti, rogabant, ut propitius ſibi factus, inimicis ipſorum eſſet inimicus*, &c. quæ ſupra.

¶. 27. Græc. reſpondet, niſi quòd habet, προῆγον, *proceſſerunt*, loco *procedentes.*

¶. 28. Græc. habet ἐπὶ τὸν Κύριον καταφυγήν, *refugium in Dominum*, non ſimpliciter *Dominum*; ultimòque, καθηγεμόνα τῶν ἀγώνων ταξάμενοι τὸν θυμόν, *ducem certaminum ſtatuentes furorem*, loco *ducem belli animum habebant*; cætera conveniunt.

¶¶. 29. 30. Græc. ſub finem ¶. 29. ponit conjunct. καὶ ante *ducatum*, ultimoque hujus verbo *præſtantes*, id ſubnectit, οἱ δύο, tum addit: καὶ τὸν Μακκαβαῖον μέσον καλύπτοντες, καὶ σκεπάζοντες ταῖς ἑαυτῶν πανοπλίαις, ἄτρωτον διεφύλαττον, i. e. *& Maccabæum aſſumentes medium, & armis ſuis tegentes, invulneratum conſervabant*; cæterà planè ſimilia, niſi quòd pro ultimo omnium *cadebant*, ibid. legitur κατεκόπτοντο, *intercidebantur.*

¶. 31. Itidem Græcè.

¶. 32. Græc. Αὐτὸς δὲ ὁ Τιμόθεος συνέφυγεν εἰς Γάζαρα λεγόμενον ὀχύρωμα, εὖ μάλα φρούριον, ἑκατονταέτης ἐκεῖ Χαιρέας.

¶. 33. Concordat Græc. niſi quòd initio habet ſimpliciter, Οἱ δὲ περὶ τὸν Μακκαβαῖον, *Qui autem cum Maccabæo erant*, ut ſup. ¶. 25.

¶. 34. Sic iterum Græcè, niſi excipiatur verbum ἐβλασφήμουν, *blaſphemabant*, pro *maledicebant.* Mſ. S. Theod. in principio habet: *At hi qui in turribus erant*, ſed malè; in Gr. enim Οἱ δὲ ἔνδον.

¶. 35. Græcè paucula tantùm variant ſub fin. nempe ἐν τὰς βλασφημίας num. plur. dein, προσεκαλέσαντο, pro *acceſſerunt*; ultimòque, τὸν ἐμπίπτοντα ἕκαστον, *occurrentem cadebant*, loco *incedentes aſcendebant.* Mſ. S. Theod. ſimpliciter hab. *incedentes*; ſtatimque, *turres portaſque ſuccendere*, &c. de ¶. ſeq. omiſſis intermediis.

¶. 36. Græc. ἕτεροι δὲ ὁμοίως προσαναβάντες ἐν τῷ περιστάσει πρὸς τὰς ἔνδον, ἐνεπίμπρων τοὺς πύργους· καὶ πυρὰς ἀνάψαντες, ζῶντας τοὺς βλασφήμους κατέκαιον· i. e. *ſed & alii ſimiliter aſcendentes in circumſtatione adversùs eos qui intus erant, incendebant turres*; & *pyras incendentes, ipſos blaſphemos vivos concremarunt.* Mſ. S. Theod. ut ſup. ad ¶. 35.

¶. 37. Οἱ δὲ τὰς πύλας διέκοπτον, ἐκδιεξάμενοι δὲ τὴν λοιπὴν τάξιν, προκαθεδράσαντο τὴν πόλιν, καὶ τὸν Τιμόθεον ἀποκεκρυμμένον ἐν λίμνῃ λάκκῳ κατέσφαξαν, καὶ τὸν ἀδελφὸν Χαιρέαν, καὶ τὸν Ἀπολλοφάνην. *Alii autem portas intercidere, & intromittentes reliquam aciem, occupaverunt civitatem, & Timotheum occultantem ſe in quodam lacu peremerunt, & fratrem illius Chæream, & Apollophanem.*

¶. 38. Similiter in Græco, niſi hoc excipias, τῷ μεγάλως εὐεργετῆσαι τὸν Ἰσραήλ, ad litt. *qui magnificè benefaciebat Iſraël*, loco, *qui magna fecit in Iſraël.*

Digitized by Google

CAPUT XI.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. SEd parvo post tempore, Lysias procurator regis, & propinquus, ac negotiorum præpositus, graviter ferens de his quæ acciderant,

2. congregatis octoginta millibus, & equitatu universo, veniebat adversùs Judæos, existimans se civitatem quidem captam gentibus habitaculum facturum,

3. templum verò in pecuniæ quæstum, sicut cætera delubra gentium, habiturum, & per singulos annos venale sacerdotium:

4. nusquam recogitans Dei potestatem, sed mente effrænatus in multitudine peditum, & in millibus equitum, & in octoginta elephantis confidebat.

5. Ingressus autem Judæam, & appropians Bethsuræ, quæ erat in angusto loco, ab Jerosolyma intervallo quinque stadiorum, illud præsidium expugnabat.

6. Ut autem Machabæus, & qui cum eo erant, cognoverunt expugnari præsidia, cum fletu & lacrymis rogabant Dominum, & omnis turba simul, ut bonum angelum mitteret ad salutem Israël.

7. Et ipse primus Machabæus, sumptis armis, cæteros adhortatus est simul secum periculum subire, & ferre auxilium fratribus suis.

8. Cùmque pariter prompto animo procederent, Jerosolymis apparuit præcedens eos eques in veste candida, armis aureis hastam vibrans.

9. Tunc omnes simul benedixerunt misericordem Dominum, & convaluerunt animis: non solùm homines, sed & bestias ferocissimas, & muros ferreos parati penetrare.

10. Ibant igitur prompti, de cœlo habentes adjutorem, & miserantem super eos Dominum.

11. Leonum autem more impetu irruentes in hostes, prostraverunt ex eis undecim millia peditum, & equitum mille sexcentos:

12. universos autem in fugam verterunt, plures autem ex eis vulnerati nudi evaserunt. Sed & ipse Lysias turpiter fugiens evasit.

13. Et quia non insensatus erat, secum ipse reputans, factam erga se diminutionem, & intelligens invictos esse Hebræos, omnipotentis Dei auxilio innitentes, misit ad eos:

14. promisitque se consensurum omnibus quæ justa sunt, & regem compulsurum amicum fieri.

15. Annuit autem Machabæus precibus Lysiæ, in omnibus utilitati consulens: & quæcunque Machabæus scripsit Lysiæ de Judæis, ea rex concessit.

16. Nam erant scriptæ Judæis epistolæ à Lysia quidem hunc modum continentes:

LYSIAS populo Judæorum salutem.

17. Joannes, & Abesalom, qui missi fuerant à vobis, tradentes scripta, postulabant ut ea, quæ per illos significabantur, implerem.

18. Quæcunque igitur regi potuerunt perferri, exposui: & quæ res permittebat, concessit.

19. Si igitur in negotiis fidem conservaveritis, & deinceps bonorum vobis causa esse tentabo.

20. De cæteris autem per singula verbo mandavi, & istis, & his qui à me missi sunt, colloqui vobiscum.

21. Bene valete. Anno centesimo quadragesimo octavo, mensis Dioscori die vigesima & quarta.

22. Regis autem epistola ista continebat: REX Antiochus Lysiæ fratri salutem.

NOTÆ.

℣. 1. Græc. in principio habet: Μετ' ὀλίγον δὲ παντελῶς χρόνον, *Sed parvo prorsus post tempore*; pauciſque interjectis, λίαν βαρέως φέρων, *valde graviter ferens*; cæt. paria. Mſ. S. Theod. legit *ac negotiatorum præpositus*, non *negotiorum*, ſed vitioſè; Græcè enim, ὁ ἐπὶ τῶν πραγμάτων.

℣. 2. Græc. præponit περὶ, *circiter*, numero *octoginta*; extremò verò tollit *captam*; & pro ſeq. *gentibus*, hab. Ἕλλησιν, *Græcis*; cæt. concordant.

℣. 3. Græc. loco *habiturum* & *per ſingulos*, &c. habet: πρατὼν δὲ τὴν ἀρχιερωσύνην κατ' ἔτος ποιήσειν, *venale autem per ſingulos annos ſummum ſacerdotium ſacturum*; cætera ut in Vulg.

℣. 4. Græc. habet ταῖς μυριάσι, pro *in multitudine*; ultimòque tollit verbum *confidebat*. Mſ. S. Theod. legit, & *in octingentis elefantis*, non *octoginta*; at in Gr. ὀγδοήκοντα.

℣. 5. Græc. Εἰσελθὼν δὲ εἰς τὴν Ἰουδαίαν, καὶ ζυνεγγίσας τῷ Βαιθσούρᾳ, ὄντι μὲν ἐρυμνῷ χωρίῳ, ἀπὸ δὲ Ἱεροσολύμων ἀπέχοντι ὡσεὶ σταδίους πέντε, τοῦτο ἐθλίβετο· i. e. *Ingreſſus autem Judæam, & appropians Bæthſuræ, munito quidem loco, diſtanti autem ab Jeroſolyma quaſi ſtadiis quinque, illud vexabat.*

℣. 6. Græc. Ὡς δὲ μετέλαβον οἱ περὶ τὸν Μακκαβαῖον πολιορκοῦντα αὐτὸν τὰ ὀχυρώματα, μετ' ὀδυρμῶν καὶ δακρύων ἱκέτευον σὺν τοῖς ὄχλοις τὸν Κύριον, &c. ut ſupra.

℣. 7. Vix melius è Græco.

℣. 8. Mſ. S. Theod. *Cùmque..... procederent, & adhuc in Jeroſolyma eſſent, apparuit præcedens eos equeſter in veſte*, &c. Græc. Ὁμοῦ δὲ καὶ πρεσβύμους ἐξώρμησαν· αὐτόθι δὲ καὶ πρὸς τοῖς Ἱεροσολύμοις ὄντων, ἐφάνη προηγούμενος αὐτῶν ἔφιππος ἐν λευκῇ ἐσθῆτι, παροπλίαν χρυσῆν κραδαίνων· i. e. *Pariter autem & prompto animo proceſſerunt: ibidem verò, cùm etiam apud Jeroſolymam eſſent, apparuit præcedens eos eques in veſte candida, armaturam auream vibrans.*

℣. 9. Eadem exſtant Græcè, excepto verbo τιτρώσκειν, *ferire*, pro *penetrare*.

℣. 10. Græc. initio delet *igitur*; extremò verò habet, ἐλεήσαντος αὐτοὺς τοῦ Κυρίου, *miſerante ſuper eos Domino*. Mſ. S. Theod. *miſerantem eos Dominum*.

℣. 11. Sic iterum Græcè, detractis duabus vocibus, *impetu*, & *peditum*. Mſ. S. Theod. legit, *irruentes hoſtibus*, non *in hoſtes*; at in Gr. ἐπιπαίξαντες εἰς τοὺς πολεμίους.

℣. 12. Ad verbum pene è Græco.

℣. 13. Conſonat Græcum, niſi quòd pro *erga ſe*, ponit περὶ ἑαυτὸν, *circa ſe*; paulòque poſt, τῇ παντὶ δυναμένῳ Θεῷ ζυμμαχῆναι αὐτοῖς, *omnipotente Deo auxilium eis ferente*, loco *omnipotentis Dei auxilio innitentes*.

℣. 14. Græcum ipſo initio habet ἔπεισε, *perſuaſit*, loco *promiſit*; ultimòque, καὶ διόλου τὸν βασιλέα πείσειν φίλον αὐτοῖς ἀναγκάζειν γενέσθαι· i. e. *ideoque regem etiam compulſurum amicum fieri.*

℣. 15. Suffragatur Græc. præterquamquod habet circa med. ὅσα γὰρ ὁ Μακκαβαῖος ἐπέδωκε τῷ Λυσίᾳ διὰ γραπτῶν, *quæcunque enim Maccabæus tradidit Lyſia per ſcripta*, loco & *quæcunque Maccabæus ſcripſit Lyſiæ*.

℣. 16. Itidem Græcè.

℣. 17. Græc. extremò legit ſimpliciter: ἐπιδόντες τὸν ὑπογεγραμμένον χρηματισμὸν, αἰτεῖν περὶ τῶν δι' αὐτοῦ χρηματιζομένων, *tradentes ſubſcriptum reſponſum, rogabant pro iis, quæ per illud ſignificabantur.*

℣. 18. Similia in Græco, præterquam ἔδει δὲ, *etiam oportebat*, loco *potuerunt*. Mſ. S. Theod. extremò habet, & *quæ res permittebant, conceſſi*, ſed vitioſè, ſaltem *conceſſit*; Græcè enim legitur, ἃ δὲ ἦν ἐνδεχόμενα, ζυνεχώρησε.

℣. 19. Græcum reſpondet Vulgatæ.

℣. 20. Græc. in principio habet: Ὑπὲρ δὲ τῶν καθ' ἕκαστα μέρος ἐντέταλμαι, *De ſingulis autem quibuſque rebus mandavi*, &c. ut in Vulg.

℣. 21. Sic eſt in Græco, præter unum Δεισκορινθίου, *Dioſcorinthii*, loco *menſis Dioſcori*.

℣. 22. Ad litteram pene è Græco.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

23. Patre noſtro inter deos translato, nos volentes eos, qui ſunt in regno noſtro, ſine tumultu agere, & rebus ſuis adhibere diligentiam,

24. audivimus Judæos non conſenſiſſe patri meo ut transferrentur ad ritum Græcorum, ſed tenere velle ſuum inſtitutum, ac propterea poſtulare à nobis concedi ſibi legitima ſua.

25. Volentes igitur hanc quoque gentem quietam eſſe, ſtatuentes judicavimus, templum reſtitui illis, ut agerent ſecundùm ſuorum majorum conſuetudinem.

26. Bene igitur feceris, ſi miſeris ad eos, & dexteram dederis: ut cognita noſtra voluntate, bono animo ſint, & utilitatibus propriis deſerviant.

27. Ad Judæos verò regis epiſtola talis erat:

REX Antiochus ſenatui Judæorum, & cæteris Judæis ſalutem.

28. Si valetis, ſic eſtis ut volumus: ſed & ipſi bene valemus.

29. Adiit nos Menelaus, dicens velle vos deſcendere ad veſtros, qui ſunt apud nos.

30. His igitur, qui commeant uſque ad diem trigeſimum menſis Xanthici, damus dextras ſecuritatis,

31. ut Judæi utantur cibis & legibus ſuis, ſicut & priùs: & nemo eorum ullo modo moleſtiam patiatur de his quæ per ignorantiam geſta ſunt.

32. Miſimus autem & Menelaum, qui vos alloquatur.

33. Valete. Anno centeſimo quadrageſimo octavo, Xanthici menſis quintadecima die.

34. Miſerunt autem etiam Romani epiſtolam, ita ſe habentem:

QUINTUS Memmius, & Titus Manilius, legati Romanorum, populo Judæorum ſalutem.

35. De his, quæ Lyſias cognatus regis conceſſit vobis, & nos conceſſimus.

36. De quibus autem ad regem judicavit referendum, confeſtim aliquem mittite, diligentiùs inter vos conferentes, ut decernamus, ſicut congruit vobis: nos enim Antiochiam accedimus.

37. Ideoque feſtinate reſcribere, ut nos quoque ſciamus cujus eſtis voluntatis.

38. Bene valete. Anno centeſimo quadrageſimo octavo, quintadecima die menſis Xanthici.

NOTÆ.

℣. 23. Accinit Græcum, niſi quòd tollit pronom. *noſtro*, poſt *regno*; paulòque poſt habet ὄντας, *degentes*, pro *agere*, abſque ſequenti &.

℣. 24. Græcè ita: ἀκηκοότες τὺς Ἰουδαίους μὴ ζυνευδοκῆν τῇ τῦ πατρὸς ἐπὶ τὰ Ἑλληνικὰ μεταθέσει, &c. i. e. *cùm audiſſemus Judæos non conſentire ei, quæ à patre juſſa ſunt, ad Græcorum ritum tranſlationi, ſed*, &c. ut in Vulg. detracto uno *à nobis*, ante *concedi*, quod pariter abeſt à Mſ. S. Theod.

℣. 25. Similiter in Græco, exceptis his, κρίνομεν τὸ τε ἱερὸν, *judicamus* & *templum*, loco *ſtatuentes judicavimus templum*; paulòque poſt, καὶ πολιτεύεσθαι, & *ut agant*, loco *ut agerent*.

℣. 26. Satis gemina quæ in Græco, præter nonnulla quæ extremò ſic variant, ἢ ἴδιός διαζιωσθαι πρὸς τὴν τῶν ἰδίων ἀντίληψιν, & *jucundè rebus propriis deſerviant*, pro & *utilitatibus*, &c.

℣. 27. Gr. ipſo initio ſic habet: Πρὸς δὲ τὸ ἔθνος, *Ad gentem verò ipſam*, loco *Ad Judæos verò*; reliqua ut in Vulg.

℣. 28. Itidem Græcè, excepto uno, εἶν ἄν, *ſic eſt*, pro *ſic eſtis*.

℣. 29. Græc. Ἐνεφάνισεν ὑμῖν ὁ Μενέλαος βούλεσθαι καταβάντας ὑμᾶς γίνεσθαι πρὸς τοὺς ἰδίους. *Significavit nobis Menelaus velle vos deſcendere*, & *eſſe cum propriis*.

℣. 30. Ita in Græco, exceptis his, ὑπάρξει δεξιὰ μετὰ τῆς ἀσφαλείας, *erit dextera cum ſecuritate*, loco *damus dextras ſecuritatis*.

℣. 31. Vix meliùs è Græco.

℣. 32. Conſonat Græcum, niſi excipias 1. ſingul. πέμψομεν, *miſi*, pro *miſimus*; ultrimumque παρακαλέσοντα, pro *alloquatur*. In Mſ. etiam S. Theod. *miſi*, non *miſimus*.

℣. 33. Græc. reſpondet Latino.

℣. 34. Græcè additur πρὸς αὐτὺς, *ad eos*, huic voci *Romani*; tollitur verò ſe, ante *habentem*, ſicut &, poſt *Memmius*; loco verò ſeq. *Manilius*, habetur Μάνλιος, *Manlius*; cæt. quadrant.

℣. 35. Concinit Græcum, niſi quòd ultimò habet, ζυνευδοκῦμεν, *conſentimus*, loco *conceſſimus*.

℣. 36. Græc. Ἃ δὲ ἐκείνῳ προσανενεχθῆναι τῷ βασιλεῖ, πέμψατέ τινα παραχρῆμα ἐπισκεψάμενοι περὶ τύτων, ἵνα εἰδῶμεν, &c. quæ ſupra.

℣. 37. Gr. in principio habet: Διὸ ζπεύσαντες, ἢ πέμψατέ τινας, deinde, ὅπως ἢ ὑμεῖς, &c. i. e. *Ideo feſtinate*, & *mittite aliquos*, *ut nos quoque*, &c. ut in Vulg.

℣. 38. Similiter in Græco eſt.

CAPUT XII.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. HIs factis pactionibus, Lyſias pergebat ad regem, Judæi autem agriculturæ operam dabant.

2. Sed hi qui reſederant, Timotheus, & Apollonius Gennæi filius, ſed & Hieronymus, & Demophon ſuper hos, & Nicanor Cypriarches, non ſinebant eos in ſilentio agere, & quiete.

3. Joppitæ verò tale quoddam flagitium perpetrarunt: rogaverunt Judæos, cum quibus habitabant, aſcendere ſcaphas, quas paraverant, cum uxoribus & filiis, quaſi nullis inimicitiis inter eos ſubjacentibus.

4. Secundùm commune itaque decretum civitatis, & ipſis acquieſcentibus, pacisque causâ nihil ſuſpectum habentibus: cùm in altum proceſſiſſent, ſubmerſerunt non minùs ducentos.

5. Quam crudelitatem Judas in ſuæ gentis homines factam ut cognovit, præcepit viris, qui erant cum ipſo: & invocato juſto judice Deo,

NOTÆ.

℣. 1. Sic eſt in Græco.

℣. 2. Gr. ipſo initio habet: Τῶν δὲ κατὰ τόπον ζραγιτῶν, *Ex ducibus autem qui erant per loca*, loco *ſed hi qui reſederant*; (Mſ. S. Theod. *ſed* & *hi qui*, &c.) ſubinde, πρὸς δὲ τύτοις, *præter hos autem*, pro *ſuper hos* & cætera quadrant.

℣. 3. Græcè media tantùm ſic variant: παρακαλέσαντες τὺς ζὺν αὐτοῖς οἰκοῦντας Ἰουδαίους ἐμβῆναι εἰς τὰ παρασκευασθέντα ὑπ' αὐτῶν ζκάφη, i. e. *cùm rogaſſent eos, qui ſecum habitabant, Judæos, aſcendere in paratas ab ipſis ſcaphas*, cum, &c.

℣. 4. Græc. Κατὰ δὲ τὸ κοινὸν..... ἢ τύτων ἐπιδεξαμένων, ὡς ἂν εἰρηνεύειν θελόντων, ἢ μηδὲν ὑποπτον ἐχόντων, ἐπανακθέντας αὐτὺς ἐβύθισαν, ὄντας ὡς ἐλαττον τῶν διακοσίων· i. e. *Secundùm autem commune..... & his acquieſcentibus, tanquam pacificè agere volentibus, nihilque ſuſpectum habentibus, eos, cùm in altum proceſſiſſent, ſubmerſerunt, cùm eſſent non minùs ducentis.*

℣. 5. Simillima ea quæ in Græco, uno tamen excepto παραγγείλας, *præcipiens*, loco *præcepit*.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

6. venit adversùs interfectores fratrum, & portum quidem noctu succendit, scaphas exussit, eos autem, qui ab igne refugerant, gladio peremit.

7. Et cùm hæc ita egisset, discessit quasi iterum reversurus, & universos Joppitas eradicaturus.

8. Sed cùm cognovisset & eos, qui erant Jamniæ, velle pari modo facere habitantibus secum Judæis,

9. Jamnitis quoque nocte supervenit, & portum cum navibus succendit: ita ut lumen ignis appareret Jerosolymis à stadiis ducentis quadraginta.

10. Inde cùm jam abiissent novem stadiis, & iter facerent ad Timotheum, commiserunt cum eo Arabes, quinque millia viri, & equites quingenti.

11. Cùmque pugna valida fieret, & auxilio Dei prospere cessisset, resídui Arabes victi, petebant à Juda dextram sibi dari, promittentes se pascua daturos, & in cæteris profuturos.

12. Judas autem, arbitratus verè in multis eos utiles, promisit pacem: dextrisque acceptis, discessere ad tabernacula sua.

13. Aggressus est autem & civitatem quandam firmam, pontibus murisque circumseptam, quæ à turbis habitabatur gentium promiscuarum, cui nomen Casphin.

14. Hi verò qui intus erant, confidentes in stabilitate murorum, & apparatu alimoniarum, remissiùs agebant, maledictis lacessentes Judam, & blasphemantes, ac loquentes quæ fas non est.

15. Machabæus autem, invocato magno mundi Principe, qui sine arietibus & machi-
Jos. 6. nis temporibus Jesu præcipitavit Jericho, irruit ferociter muris:

16. & capta civitate per Domini voluntatem, innumerabiles cædes fecit, ita ut adjacens stagnum stadiorum duorum latitudinis, sanguine interfectorum fluere videretur.

17. Inde discesserunt stadia septingenta quinquaginta, & venerunt in Characa ad eos, qui dicuntur Tubianæi, Judæos:

18. & Timotheum quidem in illis locis non comprehenderunt, nulloque negotio perfecto regressus est, relicto in quodam loco firmissimo præsidio.

19. Dositheus autem & Sosipater, qui erant duces cum Machabæo, peremerunt à Timotheo relictos in præsidio, decem millia viros.

20. At Machabæus, ordinatis circum se sex millibus, & constitutis per cohortes, adversùs Timotheum processit, habentem secum centum viginti millia peditum, equitumque duo millia quingentos.

21. Cognito autem Judæ adventu, Timotheus præmisit mulieres, & filios, & reliquum apparatum, in præsidium, quod Carnion dicitur: erat enim inexpugnabile, & accessu difficile propter locorum angustias.

22. Cùmque cohors Judæ prima apparuisset, timor hostibus incussus est, ex præsentia Dei, qui universa conspicit, & in fugam versi sunt alius ab alio, ita ut magis à suis dejicerentur, & gladiorum suorum ictibus debilitarentur.

23. Judas autem vehementer instabat puniens profanos, & prostravit ex eis triginta millia virorum.

24. Ipse verò Timotheus incidit in partes Dosithei & Sosipatris: & multis precibus postulabat ut vivus dimitteretur, eò quòd multorum ex Judæis parentes haberet, ac fratres, quos morte ejus decipi eveniret.

NOTÆ.

¥. 6. Græcè pariter, excepto uno ἐκεῖ, *illuc*, pro *ab igne*; detracto seq. *gladio*.

¥. 7. Græc. in principio habet, Τῆ δὲ χωρίᾳ Συγκλειόσῃς, *Ipsa autem regione concluſa*, pro, *Et cùm hæc ita egisset*; extremòque, ἢ τὸ Σύμπαν τῶν Ἰοππιτῶν ἐκριζῶσαι πολίτευμα, *& universam Joppitarum rempublicam eradicaturus*.

¥¥. 8. 9. Maximè gemina quæ in Græco.

¥. 10. Mſ. S. Theod. initio legit: *Inde cùm abessent novem ſtadiis*, &c. Græc. Ἐκεῖθεν δὲ ἀποσπασθέντων σταδίων ἐννέα, ποιεμένων τὴν πορείαν ἐπὶ τὸν, &c. ut ſup. niſi hoc excipias, ὡς ἐλάττους τῶν πεντακισχιλίων, *non pauciores quinque millibus*, pro *quinque millia viri*.

¥. 11. Græc. Γενομένης δὲ καρτερᾶς μάχης, ἢ τῶν περὶ τὸν Ἰούδαν διὰ τὴν παρὰ τῷ Θεῷ βοήθειαν εὐημερησάντων, ἐλαττωθέντες οἱ Νομάδες Ἄραβες, ἠξίουν, &c. i. e. *Cùmque pugna valida facta eſſet, & his qui circa Judam auxilio Dei proſpere ceſſiſſet, victi Nomades Arabes, petebant*, &c. quæ ſup.

¥. 12. Ad verbum è Græco, præterquam iſtud med. *promiſit pacem*, pro quo ἐπεχώρησεν εἰρήνην ἄξειν πρὸς αὐτούς, *conceſſit pacem acturum ſe cum eis*.

¥. 13. Græc. Ἐπέβαλε δὲ ἢ ἐπὶ ἵνα πόλιν γεφυρῶν ὀχυρὰν, ἢ τείχεσι περιεφραγμένην, ἢ παμμιγέσιν ἔθνεσι κατοικουμένην, ὄνομα δὲ Κάσπιν.

¥. 14. Eadem ſunt in Græco, præpoſito uno περσίλι, *præterea*, verbo *blaſphemantes*.

¥. 15. Græc. initio ſic habet: Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἰούδαν, *Qui autem circa Judam erant*, loco *Machabæus autem*; ſubinde pro *machinis*, ita, μηχανῶν ὀργανικῶν; ultimòque pluraliter, ἐνέπεσαν θυμωδῶς τῷ τείχει, *irruerunt ferociter*, &c.

¥. 16. Græc. ſic pergit num. plurali: καταλαβόμενοί τε τὴν πόλιν τῇ τοῦ Θεοῦ θελήσει, ἀμυθήτους ἐποιήσαντο σφαγάς· ultimòque hab. καταῤῥυτον αἵματι πεπληρωμένην φαίνεσθαι· i. e. *repletum ſanguine fluere videretur*, pro *ſanguine interfectorum*, &c.

¥. 17. Græcè vix diſſimiliter: Ἐκεῖθεν δὲ ἀποσπάσαντες σταδίους ἑπτακοσίους πεντήκοντα, διήνυσαν εἰς τὸν Χάρακα πρὸς τοὺς λεγομένους Τουβιανοὺς Ἰουδαίους.

¥. 18. Græc. poſteriori loco ſic habet: ἄπρακτόν τε ἀπὸ τῶν τόπων ἐκλελυκέναι, καταλελοιπέναι δὲ φρουρὰν ἐν τινι τόπῳ ἢ μάλα ὀχυρᾷ· i. e. *nullis rebus geſtis tunc à locis illis regreſſum, relicto autem in quodam loco firmiſſimo præſidio*.

¥. 19. Similia Græc. refert, præter hæc med. τῶν περὶ τὸν Μακκαβαῖον ἡγεμόνων, ἐξουσιασθέντες, *ex iis ducibus qui cum Maccabæo, exeuntes*, loco *qui erant duces cum Machabæo*; extremò etiam, non ſimpliciter *decem millia*, ſed πλείους τῶν μυρίων, *plures quàm decem millia*.

¥. 20. Græc. Ὁ δὲ Μακκαβαῖος, διατάξας τὴν αὐτοῦ φαλαγγα σπειρηδὸν, κατέστησεν αὐτοὺς ἐπὶ τῶν σπειρῶν, ἢ ἐπὶ τὸν Τιμόθεον ὥρμησεν, &c. i. e. *At Maccabæus, ordinato exercitu ſuo per cohortes, conſtituit eos ſuper cohortes, & adversùs Timotheum proceſſit*, &c. ut in Vulgata.

¥. 21. Eadem leguntur Græcè, paucis exceptis; videlicet, loco *in præſidium*, *quod Carnion dicitur*, habetur ſimpliciter, εἰς τὸ λεγόμενον Καρνίον· paulò verò poſt, inter *difficile*, & *propter*, medium inſeritur τὸ χωρίον, *caſtellum*; præponiturque πάντων, *omnium*, ſequenti *locorum*.

¥. 22. Græc. Ἐπιφανείσης δὲ τῆς Ἰούδα σπείρας πρώτης, ἢ γενομένου δέους ἐπὶ τοὺς πολεμίους, φόβον τε ἐκ τῆς τοῦ πάντα ἐφορώσης ἐπιφανείας γενομένου ἐπ' αὐτοὺς, εἰς φυγὴν ὥρμησαν ἄλλος ἄλλοσε μαχῇ φερόμενος, ὥστε πολλάκις ὑπὸ τῶν ἰδίων βλάπτεσθαι, ἢ ταῖς τῶν ξιφῶν ἐκμαῖς ἀναπείρεσθαι· i. e. *Cùmque cohors Judæ prima apparuiſſet, & exorto timore in hoſtibus ac terrore, ex præſentia illius, qui univerſa conſpicit, in fugam verſi ſunt, alius alio delatus, ita ut ſæpe à ſuis læderentur, & gladiorum mucronibus trajicerentur*.

¥. 23. Græcè ſimiliter, præterquam quòd habetur, Συγκεντῶν, *trucidans*, loco *puniens*; & εἰς, *ad*, pro *ex eis*.

¥. 24. Ita rurſum in Græco, exceptis his, διὰ τὸ πλείονων μὲν γονεῖς, ὧν δὲ ἀδελφὰς ἔχειν, *eo quod plurimum quidem parentes, aliorum verò fratres haberet*, loco *eò quòd multorum ex Judæis parentes haberet, ac fratres*; extremò etiam pro *decipi*, ἀλογηθῆναι, ad litt. *contemni*, *pro nihilo haberi*. Mſ. S. Theod. legit ſup. *eò quod multos ex Ju-*

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

25. Et cùm fidem dediſſet reſtituturum ſe eos ſecundùm conſtitutum, illæſum eum dimiſerunt propter fratrum ſalutem.

26. Judas autem egreſſus eſt ad Carnion, interfectis viginti quinque millibus.

27. Poſt horum fugam, & necem, movit exercitum ad Ephron civitatem munitam, in qua multitudo diverſarum gentium habitabat: & robuſti juvenes pro muris conſiſtentes fortiter repugnabant: in hac autem machinæ multæ, & telorum erat apparatus.

28. Sed, cùm Omnipotentem invocaſſent, qui poteſtate ſua vires hoſtium confringit, ceperunt civitatem: & ex eis qui intus erant, viginti quinque millia proſtraverunt.

29. Inde ad civitatem Scytharum abierunt, quæ ab Jeroſolymis ſexcentis ſtadiis aberat.

30. Conteſtantibus autem his, qui apud Scythopolitas erant, Judæis, quòd benignè ab eis haberentur, etiam temporibus infelicitatis quòd modeſtè ſecum egerint:

31. gratias agentes eis, & exhortati etiam de cætero erga genus ſuum benignos eſſe, venerunt Jeroſolymam die ſolemni ſeptimanarum inſtante.

32. Et poſt Pentecoſten abierunt contra Gorgiam præpoſitum Idumææ.

33. Exivit autem cum peditibus tribus millibus, & equitibus quadringentis.

34. Quibus congreſſis, contigit paucos ruere Judæorum.

35. Doſitheus verò quidam de Bacenoris eques, vir fortis, Gorgiam tenebat: &, cùm vellet illum capere vivum, eques quidam de Thracibus irruit in eum, humerumque ejus amputavit: atque ita Gorgias effugit in Mareſa.

36. At illis, qui cum Eſdrin erant, diutius pugnantibus & fatigatis, invocavit Judas Dominum adjutorem & ducem belli fieri:

37. incipiens voce patria, & cum hymnis clamorem extollens, fugam Gorgiæ militibus incuſſit.

38. Judas autem collecto exercitu venit in civitatem Odollam: &, cùm ſeptima dies ſuperveniret, ſecundùm conſuetudinem purificati, in eodem loco ſabbatum egerunt.

39. Et ſequenti die venit cum ſuis Judas, ut corpora proſtratorum tolleret, & cum parentibus poneret in ſepulcris paternis.

40. Invenerunt autem ſub tunicis interfectorum de donariis idolorum, quæ apud Jamniam fuerunt, à quibus lex prohibet Judæos: omnibus ergo manifeſtum factum eſt, ob hanc cauſam eos corruiſſe. *Deuter. 7. 25.*

41. Omnes itaque benedixerunt juſtum judicium Domini, qui occulta fecerat manifeſta.

42. Atque ita ad preces converſi, rogaverunt, ut id quod factum erat delictum oblivioni traderetur. At verò fortiſſimus Judas hortabatur populum conſervare ſe ſine peccato, ſub oculis videntes quæ facta ſunt pro peccatis eorum qui proſtrati ſunt.

43. Et facta collatione, duodecim millia drachmas argenti miſit Jeroſolymam offerri pro peccatis mortuorum ſacrificium, bene & religiosè de reſurrectione cogitans

(44. niſi enim eos, qui ceciderant, reſurrecturos ſperaret, ſuperfluum videretur & va-

NOTÆ.

dæis, non *multorum*.

¶. 25. Græc. Πιστώσαντος δὲ αὐτῷ διὰ πλειόνων τὸν ὁρισμὸν, ἀποκαλασάμενον τίνας ἀπηιτάλους, ἀπέλυσαν αὐτὸν ἕνεκα τῆς τῶν ἀδελφῶν Σωτηρίας. *Cùm autem multis modis firmasset hoc conſtitutum, reſtituturum ſe eos illæſos, dimiſerunt eum propter fratrum ſalutem.* Mſ. S. Theod. habet, *reſtituturum ſe eis ſecundùm*, &c. ut in Vulg.

¶. 26. Græc. Ἐξελθὼν δὲ ἐπὶ τὸ Καρνίον, ἐν τῷ Ἀσταρτατεῖον, κατέσφαξε μυριάδας Σωμάλων δύο ἐν πεντακισχιλίοις. *Egreſſus autem in Carnion, & Atergatæum, interfecit viginti quinque millia corporum.* Mſ. S. Theod. *egreſſus eſt à Carnion, interfectis*, &c.

¶. 27. Nonnulla variant Græcè, nempe ſeqq. Καὶ μετὰ τὸν τόλον ἰσχὺν..... ἐπεστράτευσεν Ἰούδας ἐπὶ Ἔφρων... ἐν ᾗ κατῴκει Λυσίας, ἐν πάμφυλοι πλῆθι..... ἐνῆσαν ὀργάνων ἐν βελῶν ποικίλαι παρασκεύαι ὑπῆρχον. i. e. *Poſt bonam autem fugam..... movit exercitum Judas etiam ſuper Ephron..... in qua habitabat Lyſias, & multitudo diverſarum gentium..... in hac autem machinarum & telorum multus erat apparatus.*

¶. 28. Græc. Ἐπικαλεσάμενοι δὲ τὸν Δυνάστην, τὸν μετὰ κράτους ζυντρίβοντα τὰς..... ἑλαβον τὴν πόλιν ὑπερχείρων, ἐν καθείρησαν τῶν ἐνδον εἰς μυριάδας, &c. Mſ. S. Theod. legit, *qui poteſtate viret hoſtium confregit*, &c. ut in Vulg.

¶. 29. Græc. Ἀναζευξαντες δὲ ἐκεῖθεν, ὥρμησαν ἐπὶ Σκυθῶν πόλιν, &c. i. e. *Inde autem abeuntes, ad civitatem Scytharum proceſſerunt*, &c. quæ ſup.

¶. 30. Eodem recidunt Græca iſta: Ἀπομαρτυρησάντων δὲ τῶν ἐκεῖ καθεικότων Ἰουδαίων, ὧν οἱ Σκυθοπολῖται ἔχον πρὸς αὐτὰς εὔνοιαν, ἐν ὧ τοῖς τῆς ἀλυχίας καιροῖς ἥμερον ἀπαντησιν ἐποιοῦντο.

¶. 31. Concordat Græcum pene ad verbum.

¶. 32. Græc. in principio habet: Μετὰ δὲ τὴν λεγομένην Πεντηκοστὴν, *Poſt eam verò, quæ dicitur Penteceſte*; reliqua ut in Vulg.

¶¶. 33. 34. Totidem in Græco ſunt, niſi excipiatur penult. verbum πεσεῖν, *cadere*, pro *ruere*.

¶. 35. Græc. Δωσίθεος δὲ τις τῶν τῦ Βακήνορος, ἔφιππος ἀνὴρ, ἐν καρτερὸς, εἶχε τῦ Γοργίου· ἐν λαβόμενος τῆς χλαμύδος, ἦγεν αὐτὸν εὐρώστως· ἐν βυλόμενος τὸν καθάπαξ λαβεῖν ζωγρίαν, τῶν Ἱππέων Θρᾳκῶν τις ἐπενεχθεὶς αὐτῷ, ἐν τὸν ὦμον καθελόντος, ἀπέφυγεν, &c. i. e. *Doſitheus vero quidam de iis qui Bacenoris, eques vir, & fortis, Gorgiam tenuit: & apprehendens eum chlamyde, ducebat eum fortiter: &, cùm vellet ſceleratum illum capere vivum*, &c. de Vulg.

¶. 36. Concinit Græc. niſi quòd poſtremò habet: ἐπικαλεσάμενος ὁ Ἰούδας τὸν Κύριον Σύμμαχον φανῆναι ἐν ἡγεμόνα τῦ πολέμυ· i. e. *cùm invocaſſet Judas Dominum ut adjutorem ſe oſtenderet & ducem belli.*

¶. 37. Græcè ita: καλαρξάμενος τῇ πατρίῳ φωνῇ τὸν μετ' ὕμνων κραυγὸν, ἀναβοήσας, ἐν ἐπεσεν ἀπροσδοκήτως τοῖς περὶ τὸν Γοργίαν, τροπὴν αὐτῶν ἐποιήσατο· i. e. *incipiens patria voce cum hymnis clamorem, exclamans, & irruens improvisò in eos qui circa Gorgiam, in fugam eos vertit.*

¶. 38. Simillima & maximè gemina ſunt in Græco.

¶. 39. Græc. ſic habet in principio: Τῇ δὲ ἑχομένῃ ἦλθον οἱ περὶ τὸν Ἰούδαν, deinde, κατ' ὃν τροπὸν τὸ τῆς χρείας ἐπεγένει, i. e. *eo quo oportebat tempore*; demum, τὰ τῶν προπαπλωκότων, &c. ut in Vulg.

¶. 40. Græc. Εὗρον δὲ ἑκάστυ τῶν τεθνηκότων ὑπὸ τοὺς χιτῶνας ἱερώματα τῶν ἀπὸ Ἰαμνείας εἰδώλων, &c. *Invenerunt autem ſub tunicis mortuorum quorumque de ſacris idolorum, quæ de Jamnia*, &c. ut in Vulg.

¶. 41. Græc. initio hab. Πάντες ἓν εὐλογήσαντες, ſtatimque, τὸ δικαιοκρίτην Κυρίν, *juſtum judicem Dominum*, non *juſtum judicium Domini*; demum ποιήσαντα, *qui fecit*, pro *qui fecerat*; Mſ. S. Theod. *fecerit*.

¶. 42. Græc. ſic pergit: εἰς ἱκετείαν ἐτράποντο, dein, ἀξιώσαντες τὸ γεγονὸς ἁμάρτημα τελείως ἐξαλειφθῆναι· i. e. *rog. ut id quod ſalſum erat delictum perfectè deleretur.* Statim, Ὁ δὲ γενναῖος Ἰούδας, &c. ut in Vulg. præterquam διὰ τὴν ἁμαρτίαν, *peccato*, loco *pro peccatis*, ſub finem. Mſ. S. Theod. loco hujus anteced. *ſub oculis videntes*, hab. *ſub ocul. viventis videntes*; Græc. verò ſimpliciter, ὑπ' ὄψιν ἐκραχθέντας, ut ſupra.

¶. 43. Græc. Ποιησάμενός τε κατ' ἀνδρα λογίαν καλασκευάσματα, εἰς ἀργυρίυ δραχμας δισχιλίας ἀποστεῖλαι εἰς Ἱεροσόλυμα προσαγαγεῖν περὶ ἁμαρτίας θυσίαν, πάνυ καλῶς ἐν ἀξίως πράττων, ὑπὲρ ἀναστάσεως διαλογιζόμενος· i. e. *Et facta viritim collatione, ad duo millia drachmas argenti miſit Jeroſolymam offerri pro peccato ſacrificium, valde bene & religioſe faciens, de reſurrectione cogitans.* Mſ. S. Theod. legit pariter *offerri pro peccato ſacrificium*, abſque hoc medio *mortuorum*, quod ſatis intelligitur ex conſequentibus. Mſ. Alex. Gr. initio delet καλασκευάσματα.

¶. 44. Itidem in Græco, præter unum ἦν, *eſſet*, pro *videretur*. Mſ. S. Theod. Vulgatæ congruit.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

num orare pro mortuis)

45. & quia conſiderabat quòd hi, qui cum pietate dormitionem acceperant, optimam haberent repoſitam gratiam.

46. Sancta ergo, & ſalubris eſt cogitatio pro defunctis exorare, ut à peccatis ſolvantur.

NOTÆ.

℣. 45. Græc. εἶτ' ἐμβλέψων τοῖς μετ' εὐσεβείας κοιμωμένοις κάλλιστον ἀποκείμενον χαρισήριον· i. e. *deinde conſiderans his, qui cum pietate dormiunt, optimam eſſe repoſitam gratiam.*

℣. 46. Græc. Ὁσία ϗ εὐσεβὴς ἡ ἐπίνοια· ὅθεν περὶ τῶν τεθνηκότων τὸν ἐξιλασμὸν ἐποιήσατο, τοῦ ἀμαρτίας ἀπολυθῆναι· i. e. *Sancta, & pia conſideratio: quare pro defunctis propitiationem fecit, ut à peccato ſolverentur.*

CAPUT XIII.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. ANno centeſimo quadrageſimo nono, cognovit Judas Antiochum Eupatorem venire cum multitudine adversùs Judæam,

2. & cum eo Lyſiam procuratorem & præpoſitum negotiorum, ſecum habentem peditum centum decem millia, & equitum quinque millia, & elephantos viginti duos, currus cum falcibus trecentos.

3. Commiſcuit autem ſe illis & Menelaus: & cum multa fallacia deprecabatur Antiochum, non pro patriæ ſalute, ſed ſperans ſe conſtitui in principatum.

4. Sed Rex regum ſuſcitavit animos Antiochi in peccatorem: & ſuggerente Lyſia hunc eſſe cauſam omnium malorum, juſſit (ut eis eſt conſuetudo) apprehenſum in eodem loco necari.

5. Erat autem in eodem loco turris quinquaginta cubitorum, aggeſtum undique habens cineris: hæc proſpectum habebat in præceps:

6. inde in cinerem dejici juſſit ſacrilegum, omnibus eum propellentibus ad interitum.

7. Et tali lege prævaricatorem legis contigit mori, nec terræ dari Menelaum.

8. Et quidem ſatis juſtè: nam quia multa erga aram Dei delicta commiſit, cujus ignis, & cinis erat ſanctus; ipſe in cineris morte damnatus eſt.

9. Sed rex mente effrænatus veniebat, nequiorem ſe patre ſuo Judæis oſtenſurus.

10. Quibus Judas cognitis, præcepit populo ut die ac nocte Dominum invocarent, quò, ſicut ſemper, & nunc adjuvaret eos:

11. quippe qui lege, & patria, ſanctoque templo privari vererentur: ac populum, qui nuper paululùm reſpiraſſet, ne ſineret blaſphemis rurſus nationibus ſubdi.

12. Omnibus itaque ſimul id facientibus, & petentibus à Domino miſericordiam cum fletu, & jejuniis, per triduum continuum proſtratis, hortatus eſt eos Judas ut ſe præpararent.

13. Ipſe verò cum ſenioribus cogitavit, priùs quàm rex admoveret exercitum ad Judæam, & obtineret civitatem, exire, & Domini judicio committere exitum rei.

14. Dans itaque poteſtatem omnium Deo mundi creatori, & exhortatus ſuos ut fortiter dimicarent, & uſque ad mortem pro legibus, templo, civitate, patria, & civibus ſtarent, circa Modin exercitum conſtituit.

15. Et dato ſigno ſuis Dei victoriæ, juvenibus fortiſſimis electis, nocte aggreſſus aulam regiam, in caſtris interfecit viros quatuor millia, & maximum elephantorum cum his, qui ſuperpoſiti fuerant;

NOTÆ.

℣. 1. Conſonat Græc. niſi quòd habet, προσέσχεσε τοῖς περὶ τὸν Ἰούδαν, pro *cognovit Judas.*

℣. 2. Græc. loco *ſecum habentem*, ponit ἕκαστον ἔχοντα δύναμιν Ἑλληνικὴν, *unumquemque habentem exercitum Græcum*; paulòque poſt addit τριακοσίους, *trecentos*, ad *quinque millia*; ſicut δὲ, *autem*, poſt *currus*; cætera ut in Vulg.

℣. 3. Eadem leguntur Græcè, exceptis his mediis, ϗ παρεκάλει μετὰ πολλῆς εἰρωνείας, ϗ *hortabatur cum multa ironia*, loco ϗ *cum multa fallacia deprecabatur.*

℣. 4. Extrema tantùm variant Græcè, videlicet, (ὡς ἔθος ἐστὶν ἐν τῷ τόπῳ) προσαγαγόντες, ἀγαγόντας αὐτὸν εἰς Βέροιαν· i. e. (*ut eſt conſuetudo in loco*) *necare, adducentes illum in Beræam.*

℣. 5. Græc. Ἔστι δὲ ἐν τῷ τόπῳ πύργος πεντήκοντα πηχῶν, πλήρης Ϛποδῆς ὢν· ὅλος δὲ ὄργανον εἶχε περιφερὲς, πάντοθεν κυκλόθεν εἰς τὴν Ϛποδὸν· i. e. *Eſt autem in loco turris quinquaginta cubitorum, aggeſtum habens cineris: hæc autem inſtrumentum habebat rotundum, undique præceps in cinerem.*

℣. 6. Græc. ἐνταῦθα τὸν ἱεροσυλίας ἔνοχον ὄντα, ἢ καὶ τινων ἄλλων κακῶν ὑπερέχειν πεποιημένον, ἅπαντες προσώθουν εἰς ὄλεθρον· i. e. *hîc ſacrilegii reum, ϗ quorumdam etiam aliorum malorum ſummitatem factum, omnes propellunt ad interitum.*

℣. 7. A Græco abeſt prima conjunct. ϗ; loco verò *terræ dari*, eſt τῆς γῆς τυχόντα, *terram nactum*; cætera ut ſupra.

℣. 8. Græc. initio hab. ſimpliciter, Πάνυ δικαίως, *valde juſtè*, loco ϗ *quidem ſatis juſtè*; ſubinde tollit vocem *Dei*; ultimòque legit, ἐν Ϛποδῷ τὸν θάνατον ἐκομίσατο, *in cinere mortem reportavit*, pro *ipſe in cineris morte damnatus eſt*; Mſ. S. Theod. *in cineres*, vet. codicum more, qui ſæpe commutant *i* cum *e*.

℣. 9. Græc. Τοῖς δὲ φρονήμασιν ὁ βασιλεὺς βεβαρβαρωμένος ἤρχετο, τὰ χείρισα τῶν ἐπὶ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ γεγονότων, ἐνδείξόμενος τοῖς Ἰουδαίοις· i. e. *Sed rex ſuperbiâ barbarus factus veniebat, peſſima eorum, quæ ſub patre ipſius facta fuerant, Judæis repræſentaturus.* Mſ. S. Theod. extremò hab. ſimpliciter, *nequiorem ſe Judæis oſtenſurum.*

℣. 10. Eadem ſunt in Græco, hoc excepto, ποτὲ ἄμεινε, *ſi quando* ϗ *aliàs*, pro *quò*, *ſicut ſemper.*

℣. 11. Similia Græcum reddit, nili quòd ipſo initio tollit *quippe*; paulòque poſt habet, στερεῖσθαι μέλλοντες, *privandi eſſent*, loco *privari vererentur*; & ſub finem tollit *rurſus*. Mſ. S. Theoderici legit *non ſineret*, loco *ne ſineret.*

℣. 12. Græc. habet, καταξιωσάντων τὸν ἐλεήμονα Κύριον, *obſecrantibus miſericordem Dominum*, pro *petentibus à Domino miſericordiam*; & poſt paulò: ϗ προσπλώσεως ἐφ' ἡμέρας τρεῖς ἀδιαλείπτως, παρακαλέσας αὐτοὺς ὁ Ἰούδας ἐκέλευσε παραγενέσθαι, ϗ *proſtratione per triduum continuum, hortatus eos Judas juſſit venire.*

℣. 13. Græc. Καθ' ἑαυτὸν δὲ ζὺν τοῖς πρεσβυτέροις γενόμενος ἐβουλεύσατο, πρὶν εἰσαγαγεῖν τὸ βασιλέως τὸ στράτευμα εἰς τὴν Ἰουδαίαν, ϗ γενέσθαι τῆς πόλεως ἐγκρατεῖς, ἐξελθόντας κρῖναι τὰ πράγματα τῇ τοῦ Κυρίου βοηθείᾳ· i. e. *Ipſe autem ſeorſum cum ſenioribus conſilium cepit, priuſquam rex admoveret exercitum ad Judæam, ϗ obtinerent civitatem, egreſſos dijudicare res Domini auxilio.*

℣. 14. Græc. Δοὺς δὲ τὴν ἐπιτροφὴν τῷ Κτίσῃ τοῦ κόσμου, παρακαλέσας τοὺς ζὺν αὐτῷ γενναίως ἀγωνίσασθαι μέχρι θανάτου περὶ νόμων, περὶ ἱερῶν, πόλεως, πατρίδος, πολιτείας, ἐποιήσατο περὶ Μωδεὶν τὴν στρατοπεδείαν· i. e. *Dans itaque procurationem Creatori mundi, hortatus ſuos ut fortiter dimicarent uſque ad mortem pro legibus, pro templo, civitate, patriâ, republicâ, circa Modin exercitum conſtituit.*

℣. 15. Concordat Græcum, præterquamquod pro

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

16. ſummoque metu, ac perturbatione hoſtium caſtra replentes, rebus proſpere geſtis, abierunt.

17. Hoc autem factum eſt die illuceſcente, adjuvante eum Domini protectione.

18. Sed rex, accepto guſtu audaciæ Judæorum, arte difficultatem locorum tentabat:

19. & Bethſuræ, quæ erat Judæorum præſidium munitum, caſtra admovebat: ſed fugabatur, impingebat, minorabatur.

20. His autem, qui intus erant, Judas neceſſaria mittebat.

21. Enunciavit autem myſteria hoſtibus Rhodocus quidam de Judaico exercitu, qui requiſitus comprehenſus eſt, & concluſus.

22. Iterum rex ſermonem habuit ad eos, qui erant in Bethſuris: dextram dedit: accepit: abiit:

23. commiſit cum Juda: ſuperatus eſt. Ut autem cognovit rebellaſſe Philippum Antiochiæ, qui relictus erat ſuper negotia, mente conſternatus, Judæos deprecans, ſubdituſque eis, jurat de omnibus quibus juſtum viſum eſt: & reconciliatus obtulit ſacrificium, honoravit templum, & munera poſuit:

24. Machabæum amplexatus eſt, & fecit eum à Ptolemaide uſque ad Gerrenos ducem & principem.

25. Ut autem venit Ptolemaidam, graviter ferebant Ptolemenſes amicitiæ conventionem, indignantes ne fortè fœdus irrumperent.

26. Tunc aſcendit Lyſias tribunal, & expoſuit rationem, & populum ſedavit, regreſſuſque eſt Antiochiam: & hoc modo regis profectio, & reditus proceſſit.

NOTÆ.

ponit *μετὰ*, *cum*, huic voci, *juvenibus*; ut & inf. *εἰς*, *ad*, iſti, *viros*; ultimò etiam legit, *σὺν τῷ κατ' οἰκίαν ὄχλῳ συνέθηκε*, *cum ea qua in domo turba coacervavit*, loco *cum his qui ſuperpoſiti fuerant*.

℣. 16. Græc. *καὶ τὸ τέλος τὴν παρεμβολὴν δέους καὶ ταραχῆς ἐπλήρωσαν, καὶ*, &c. i. e. *ac demum metu ac perturbatione caſtra repleverunt, rebuſque*, &c. ut ſup.

℣. 17. Eòdem redeunt quæ in Græco, præpoſitâ voculâ *ἤδη*, *jam*, verbo *illuceſcente*.

℣. 18. Græc. ſimpliciter habet *τοὺς τόπους*, *loca*, non *difficultatem locorum*; cæt. quadrant. In Mſ. S. Theod. *difficultates locorum*.

℣℣. 19. 20. Totidem pene verba in Græco. Mſ. S. Theod. legit *impingebatur*, *minuebatur*.

℣℣. 21. 22. Sic iterum Græcè, detracta voce *quidam*, poſt nomen *Rhodocus*.

℣. 23. Græcè nonnulla variant, en præcipua: *ἥττων ἐγένετο· μετέλαβεν ἀπονενοῆσθαι τόν..... συνεχύθη, τοὺς Ἰουδαίους παρεκάλεσεν, ὑπετάγη, καὶ ὤμοσεν ἐπὶ πᾶσι τοῖς δικαίοις· συνελύθη, καὶ θυσίαν προσήγαγεν..... καὶ τὸν τόπον ἐφιλανθρώπησε·* i. e. *ſuperatus eſt: cognovit rebellaſſe Philippum..... confuſus eſt, Judæos deprecatus eſt, ſubdituſque eis, juravit de omnibus quæ juſta erant: & reconciliatus*, &c. ultimò, *& in locum humaniter ſe geſſit*, loco *& munera poſuit*.

℣. 24. Græc. *καὶ τὸν Μακκαβαῖον ἀπεδέξατο· κατέλιπε στρατηγὸν ἀπὸ Πτολεμαΐδος ἕως τῶν Γερρηνῶν ἡγεμονίδην·* i. e. *& Maccabæum amplexatus eſt: reliquit à Ptolemaide..... ducem principem*.

℣. 25. Græc. *Ἦλθεν εἰς Πτολεμαΐδα· ἐδυσφόρουν περὶ τῶν συνθηκῶν οἱ Πτολεμαεῖς· ἐδείναζον γὰρ ὑπὲρ ὧν ἠθέλησαν ἀθετεῖν τὰς διαστάσεις. Venit Ptolemaidam: graviter ferebant conventiones Ptolemenſes: indignabantur enim pro quibus voluerant rumpere fœdera*.

℣. 26. Græc. *Προσῆλθεν ἐπὶ τὸ βῆμα Λυσίας, ἀπελογήσατο ἐνδεχομένως, συνέπεισε, κατεπράϋνεν, εὐμενεῖς ἐποίησεν, ἀνέζευξεν εἰς Ἀντιόχειαν· οὕτω τὰ τοῦ βασιλέως*, &c. *Acceſſit Lyſias ad tribunal, expoſuit rationem, quantùm fieri potuit, perſuaſit, ſedavit, tranquillos fecit, regreſſus eſt in Antiochiam: hoc modo regis*, &c. ut ſup. In Mſ. S. Theod. *regi*, non *regis*.

CAPUT XIV.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. SEd poſt triennii tempus, cognovit Judas, & qui cum eo erant, Demetrium Seleuci cum multitudine valida, & navibus, per portum Tripolis aſcendiſſe ad loca opportuna,

2. & tenuiſſe regiones adversùs Antiochum, & ducem ejus Lyſiam.

3. Alcimus autem quidam, qui ſummus ſacerdos fuerat, ſed voluntariè coinquinatus eſt temporibus commiſtionis, conſiderans nullo modo ſibi eſſe ſalutem, neque acceſſum ad altare,

4. venit ad regem Demetrium centeſimo quinquageſimo anno, offerens ei coronam auream, & palmam, ſuper hæc & thallos, qui templi eſſe videbantur. Et ipſa quidem die ſiluit.

5. Tempus autem opportunum dementiæ ſuæ nactus, convocatus à Demetrio ad conſilium, & interrogatus quibus rebus & conſiliis Judæi niterentur,

6. reſpondit: Ipſi qui dicuntur Aſſidæi Judæorum, quibus præeſt Judas Machabæus, bella nutriunt, & ſeditiones movent, nec patiuntur regnum eſſe quietum:

7. nam & ego defraudatus parentum gloriâ (dico autem ſummo ſacerdotio) huc veni:

8. primò quidem utilitatibus regis fidem ſervans, ſecundò autem etiam civibus conſulens: nam illorum pravitate univerſum genus noſtrum non minimè vexatur.

NOTÆ.

℣. 1. Græc. poſt vocem *Seleuci*, ſic habet, *διὰ τοῦ κατὰ Τρίπολιν λιμένος εἰσπλεύσαντα μετὰ πλήθους ἰσχυροῦ καὶ στόλου*, i. e. *per portum, qui ad Tripolim, adnavigantem cum multitudine valida, & claſſe*.

℣. 2. Græc. addit, *κεκρατηκέναι τῆς χώρας, ἐπανελόμενον Ἀντίοχον, καὶ τὸν τούτου ἐπίτροπον Λυσίαν·* i. e. *tenuiſſe regionem, poſtquam occidiſſet Antiochum, & ejus procuratorem Lyſiam*.

℣. 3. Eadem ſunt in Græco, niſi quòd tollitur *eſt*, poſt verbum *coinquinatus*; ultimòque legitur, *οὐδὲ πρὸς ἅγιον θυσιαστήριον ἔτι πρόσοδος, neque acceſſum ultra ad ſanctum altare*.

℣. 4. Similia Græcum habet, addito *πρώτῳ*, *primo*, ad vocem *quinquageſimo*; extremò etiam, *καὶ τὴν ἡμέραν ἐκείνην ἡσυχίαν ἔσχε·* quæ idem ſonant.

℣. 5. Græc. vix diſſimiliter: *Καιρὸν δὲ λαβὼν τῆς ἰδίας ἀνοίας συνεργὸν, προσκληθεὶς εἰς συνέδριον ὑπὸ τοῦ Δημητρίου, καὶ ἐπερωτηθεὶς ἐν τίνι διαθέσει καὶ βουλῇ καθεστήκασιν οἱ Ἰουδαῖοι*.

℣. 6. Græc. ipſo initio habet, *πρὸς ταῦτα ἔφη*, *ad hæc reſpondit*; reliqua quadrant Vulgatæ.

℣. 7. Græc. *ὅθεν ἀφελόμενος τὴν προγονικὴν δόξαν..... δεῦρο νῦν ἐλήλυθα·* i. e. *quare defraudatus majorum gloriâ..... huc nunc veni*.

℣. 8. Græcè, in principio legitur: *πρῶτον μὲν ὑπὲρ τῶν ἀνηκόντων τῷ βασιλεῖ γνησίως φρονῶν*, &c. i. e. *primò quidem de rebus ad regem ſpectantibus legitimè ſentiens*; reliqua ſimilia, niſi quòd *civibus*, præponitur *ἰδίων*, *propriis*; paulòque poſt habetur, *τῶν προειρημένων*, loco *illorum*.

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

9. Sed ôro his ſingulis, ô rex, cognitis, & regioni, & generi ſecundùm humanitatem tuam pervulgatam omnibus, proſpice:

10. nam, quandiu ſupereſt Judas, impoſſibile eſt pacem eſſe negotiis.

11. Talibus autem ab hoc dictis, & cæteri amici, hoſtiliter ſe habentes adversùs Judam, inflammaverunt Demetrium.

12. Qui ſtatim Nicanorem præpoſitum elephantorum ducem miſit in Judæam:

13. datis mandatis, ut ipſum quidem Judam caperet; eos verò, qui cum illo erant, diſpergeret, & conſtitueret Alcimum maximi templi ſummum ſacerdotem.

14. Tunc gentes, quæ de Judæa fugerant Judam, gregatim ſe Nicanori miſcebant; miſerias, & clades Judæorum, proſperitates rerum ſuarum exiſtimantes.

15. Audito itaque Judæi Nicanoris adventu, & conventu nationum, conſperſi terrâ rogabant eum, qui populum ſuum conſtituit, ut in æternum cuſtodiret, quique ſuam portionem ſignis evidentibus protegit.

16. Imperante autem duce, ſtatim inde moverunt, convenerunt que ad caſtellum Deſſau.

17. Simon verò frater Judæ commiſerat cum Nicanore: ſed conterritus eſt repentino adventu adverſariorum.

18. Nicanor tamen, audiens virtutem comitum Judæ, & animi magnitudinem, quam pro patriæ certaminibus habebant, ſanguine judicium facere metuebat.

19. Quam ob rem præmiſit Poſidonium, & Theodotium, & Matthiam, ut darent dextras atque acciperent.

20. Et cùm diu de his conſilium ageretur, & ipſe dux ad multitudinem retuliſſet, omnium una fuit ſententia amicitiis annuere.

21. Itaque diem conſtituerunt, qua ſecretò inter ſe agerent: & ſingulis ſellæ prolatæ ſunt, & poſitæ.

22. Præcepit autem Judas armatos eſſe locis opportunis, ne fortè ab hoſtibus repentè mali aliquid oriretur: & congruum colloquium fecerunt.

23. Morabatur autem Nicanor Jeroſolymis, nihilque iniquè agebat, gregeſque turbarum, quæ congregatæ fuerant, dimiſit.

24. Habebat autem Judam ſemper charum ex animo, & erat viro inclinatus.

25. Rogavitque eum ducere uxorem, filioſque procreare. Nuptias fecit: quietè egit, communiterque vivebant.

26. Alcimus autem, videns charitatem illorum ad invicem, & conventiones, venit ad Demetrium, & dicebat, Nicanorem rebus alienis aſſentire, Judamque regni inſidiatorem ſucceſſorem ſibi deſtinaſſe.

27. Itaque rex exaſperatus, & peſſimis hujus criminationibus irritatus, ſcripſit Nicanori, dicens, graviter quidem ſe ferre de amicitiæ conventione, jubere tamen Machabæum citiùs vinctum mittere Antiochiam.

28. Quibus cognitis, Nicanor conſternabatur, & graviter ferebat, ſi ea, quæ convenerant, irrita faceret, nihil læſus à viro:

29. ſed, quia regi reſiſtere non poterat, opportunitatem obſervabat, qua præceptum perficeret.

30. At Machabæus, videns ſecum auſteriùs agere Nicanorem, & conſuetum occurſum ferociùs exhibentem, intelligens non ex bono eſſe auſteritatem iſtam, paucis ſuorum con-

NOTÆ.

℣. 9. Græc. "Ἐκαστα δὲ τῶν ἐπιγνωκὼς Σὺ, βασιλεῦ, ἐν τῆς χώρας, ἐν τῷ πεπιεσμένῳ γένει ἡμῶν περιόπτευσον, καθ' ἣν ἔχεις πρὸς ἅπαντας εὐκατάληπτον φιλανθρωπίαν. *Sed his ſingulis, ô rex, cognitis, & regioni, & obſeſſo generi noſtro proſpice, pro ea, quam erga omnes habes obviam humanitatem.*

℣. 10. Vix meliùs è Græco.

℣. 11. Ita rurſum in Græco, præter unum πάντων, ſitò, loco conjunct. &, poſt *dictis*. Mſ. S. Theod. habet inſ. *hoſtiliter agentes*, loco *hoſtiliter ſe habentes*; Gr. δυσμενῶς ἐχόντες.

℣. 12. Græc. Παρακαλεσάμενος δὲ εὐθέως Νικάνορα τὸν γενόμενον ἐπαρχιάρχην, ἐν σκηνὴ ἀναδείξας τῆς Ἰουδαίας, ἐξαπέστειλε· i. e. *Advocans autem conſeſtim Nicanorem præpoſitum elephantorum, & ducem declarans Judæa, miſit.*

℣. 13. Eadem leguntur Græcè, præter unum ἐπανελθεῖν, *occideret*, pro *caperet*.

℣. 14. Similia Græcum habet, hoc excepto ult. λογιζόμενοι ἔσεσθαι, *æſtimantes fore*, loco *exiſtimantes*. Mſ. S. Theod. initio hab. *Tunc gentes quæ de ea fugerant*, non *de Judæa*; at in Gr. Τὰ δὲ ἐκ τῆς Ἰουδαίας περυγαδευκότα.

℣. 15. Græcè nonnulla ſic variant: Ἀκούσαντες δὲ τὴν τοῦ..... ἐλιτάνευον τὸν ἄχρι αἰῶνος συνιστάντα τὸν ἑαυτοῦ λαὸν, ἀεὶ δὲ μετ' ἐπιφανείας ἀντιλαμβανόμενον τῆς ἑαυτοῦ μερίδος· i. e. *Audito itaque Nicanoris adv..... rogabant eum, qui populum ſuum conſtituit in æternum, quique ſuam portionem ſignis evidentibus protegit.* Mſ. S. Theod. *qui populum ſuum conſtituit, ut eum in æternum cuſtodiret*, &c. ut in Vulg.

℣. 16. Græc. extremò legit, ἐν συμμίσγουσι αὐτοῖς ἐπὶ τῶμ Δεσσαῦ· i. e. *& commiſcent ſe eis ad caſtellum Deſſau.*

℣. 17. Græc. Σίμων δὲ..... συμβεβληκὼς ἦν τῷ Νικάνορι, βραχέως δὲ διὰ τὴν αἰφνίδιον τῶν ἀντιπάλων ἀφοσίαν ἐπλάκη· *....paululùm verò ob repentinum adverſariorum adventum timore prolapſus.*

℣. 18. Mſ. S. Theod. *Nicanor autem, audiens*, &c. ut in Vulg. Græc. Ὅμως δὲ ἀκούων ὁ Νικάνωρ ἦν εἶχον οἱ περὶ τὸν Ἰούδαν ἀνδραγαθίαν, ἐν ὧν τοῖς ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀγῶσιν εὐψυχίαν, ἐσπουδάκει τὴν κρίσιν δι' αἱμάτων ποιήσασθαι· quæ omnia Vulgatæ ſenſum reddunt.

℣. 19. Mſ. S. Theod. *Quamobrem miſit Poſſidonium*, & *Theodorum*, &c. ut ſupra. Græc. Διόπερ ἔπεμψε Ποσιδώνιον, καὶ Θεόδοτον, καὶ Ματταθίαν, &c.

℣. 20. Græc. extremò ſic habet, καὶ φανείσης ὁμοψύχου γνώμης, ἐσπείσαντο ταῖς συνθήκαις· i. e. *& omnium una appareret ſententia, annuerunt conventionibus;* priora ſimilia.

℣. 21. Poſteriora etiam ſic variant, καὶ προῆλθε, καὶ παρ' ἑκάστου διαφόρους ἔθεσαν δίφρους· & *proceſſit*, & *ab unoquoque diverſas poſuerunt ſellas*; loco, & *ſingulis ſellæ*, &c.

℣. 22. Græc. Διέταξεν Ἰούδας ἑτοίμους εἶναι τοῖς ἐπικαίροις τόποις, μή ποτε ἐκ τῶν πολεμίων αἰφνιδίως κακουργία γένηται· τὴν ἁρμόζουσαν ἐποιήσαντο κοινολογίαν· i. e. *Diſpoſuit autem Judas armatos paratos in opportunis locis, ne fortè*, &c.

℣. 23. Concordat Græcum, niſi quòd hab. ἄτεσιν, *iniqui*, pro *iniquè*.

℣. 24. Græc. Καὶ εἶχε τὸν Ἰούδαν διαπαντὸς ἐν προσώπῳ· ψυχικῶς τῷ ἀνδρὶ προσεκέκλιτο· i. e. *Habebat autem ſemper Judam in conſpectu; ex animo erat viro inclinatus.*

℣. 25. Græc. Παρεκάλεσεν αὐτὸν γῆμαι, καὶ παιδοποιήσασθαι, &c. ut ſup. detracto penult. *que.*

℣. 26. Græc. loco *charitatem*, ponit εὔνοιαν, tum addit: καὶ τὰς γενομένας συνθήκας ἀπαλαβὼν, ἦλθε πρὸς τὸν Δημήτριον, καὶ ἔλεγε, τὸν Νικάνορα ἀλλότρια φρονεῖν τῶν πραγμάτων· Τὸν γὰρ ἐπίβουλον τῆς βασιλείας Ἰούδαν διάδοχον ἀπολέλοιπεν ἑαυτῷ· i. e. *& ſallas conventiones aſſumens, venit ad Demetrium, & dicebat, Nicanorem aliena ſentire à rebus: Judam enim regni inſidiatorem ſucceſſorem ſibi deſignavit.*

℣. 27. Ita fert Græcum niſi quòd habet τῷ παμπονήρῳ, *peſſimi*, pro *peſſimis*; paulòque poſt, τῶν συνθηκῶν, *conventionibus*, pro *conventione*, abſque præced. voce *amicitiæ*; dein, κελεύων δὲ, *jubens autem*, loco *jubere tamen.*

℣. 28. Græc. Προσπεσόντων δὲ τῶν τῷ Νικάνορι, συνεχύθη, καὶ..... εἰ τὰ διεσαλμένα ἀθετήσει; μηδὲν τ' ἀνδρὸς ἠδικηκότος.

℣. 29. Græcè id unum variat, extremò ſcilicet, σκηνήματι τοῦτ' ἐπιτελέσαι, *ut id ſtratagemate perficeret*, loco *qua præceptum*, &c.

℣. 30. Ad verbum è Græco, præter hoc ſub fin. *paucis ſuorum congregatis*, pro quo συρρήξας ὀλίγους τῶν

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

gregatis, occultavit se à Nicanore.

31. Quod cùm ille cognovit fortiter se à viro præventum, venit ad maximum & sanctissimum templum: & sacerdotibus solitas hostias offerentibus, jussit sibi tradi virum:

32. quibus cum juramento dicentibus nescire se ubi esset qui quærebatur, extendens manum ad templum,

33. juravit, dicens: Nisi Judam mihi vinctum tradideritis, istud Dei fanum in planitiem deducam, & altare effodiam, & templum hoc Libero patri consecrabo.

34. Et his dictis, abiit. Sacerdotes autem protendentes manus in cœlum, invocabant eum, qui semper propugnator esset gentis ipsorum, hæc dicentes:

35. Tu Domine universorum, qui nullius indiges, voluisti templum habitationis tuæ fieri in nobis.

36. Et nunc sancte sanctorum omnium Domine, conserva in æternum impollutam domum istam, quæ nuper mundata est.

37. Razias autem quidam de senioribus ab Jerosolymis delatus est Nicanori, vir amator civitatis, & bene audiens: qui pro affectu pater Judæorum appellabatur.

38. Hic multis temporibus continentiæ propositum tenuit in Judaismo, corpusque & animam tradere contentus pro perseverantia.

39. Volens autem Nicanor manifestare odium, quod habebat in Judæos, misit milites quingentos, ut eum comprehenderent:

40. putabat enim, si illum decepisset, se cladem Judæis maximam illaturum.

41. Turbis autem irruere in domum ejus, & januam disrumpere, atque ignem admovere cupientibus, cùm jam comprehenderetur, gladio se petiit;

42. eligens nobiliter mori potiùs, quàm subditus fieri peccatoribus, & contra natales suos indignis injuriis agi.

43. Sed, cùm per festinationem non certo ictu plagam dedisset, & turbæ intra ostia irrumperent, recurrens audacter ad murum, præcipitavit semetipsum viriliter in turbas:

44. quibus velociter locum dantibus casui ejus, venit per mediam cervicem:

45. & cùm adhuc spiraret, accensus animo, surrexit: & cùm sanguis ejus magno fluxu defluueret, & gravissimis vulneribus esset saucius, cursu turbam pertransiit:

46. & stans supra quandam petram præruptam, & jam exsanguis effectus, complexus intestina sua, utrisque manibus projecit super turbas, invocans Dominatorem vitæ ac spiritus, ut hæc illi iterum redderet: atque ita vitâ defunctus est.

NOTÆ.

περὶ ἑαυτόν, *non paucis suorum*, &c.

℣. 31. Mſ. S. Theod. *Quod ut ille cognovit*, &c. ut supra. Græc. Συγχὺς δὲ ὁ ἔλεγχος ὅτι γενναίως ὑπὸ τῦ ἀνδρὸς ἐστρατήγηται, παραγενόμενος εἰσὶ τὸ μέγιστον ἢ ἅγιον ἱερὸν, τῶν ἱερέων τὰς..... ἐκέλευεν παραδιδόναι τὸν ἄνδρα· i. e. *Quod cùm ille cognovit fortiter se à viro astutiâ præventum, venit ad maximum & sanctum templum..... jussit tradere virum.*

℣. 32. Similiter in Græco, nisi excipias λεξιὰν, *dextram*, loco *manum*.

℣. 33. In Mſ. S. Theod. deest *dicens*, post *juravit*. Græcè, ταῦτα ὤμοσε, *hæc juravit*; dein, Ἐὰν μὴ λάβω μόνον μου, &c. quæ sup. præter hoc ult. ἢ ἱερὸν ἐνταῦθα τῷ Διονύσῳ ἐπιφανὲς ἀναστήσω· & *templum hic Libero illustre erigam.*

℣. 34. Græc. loco *propugnator esset gentis ipsorum*, hab. ὑπερμαχον τῆ ἔθνες ἡμῶν, *protector esset gentis nostræ*; cæt. paria.

℣. 35. Mſ. S. Theod. *Tu Domine, qui universitatis nullius indiges, voluisti*, &c. ut supra. Græc. Σὺ Κύριε τῶν ὅλων ἀπροσδεὴς ὑπάρχων, εὐδόκησας, &c.

℣. 36. Totidem verba in Græco, præterquam παντὸς ἁγιασμῦ, *omnis sanctitatis*, loco *sanctorum omnium*.

℣. 37. Simillima Græcum refert, nisi excipias hæc tria, Ῥαζὶς, pro *Razias*; pauciſque interjectis, Εὐδόκει καλῶς ἀκόων, *valde bene audiens*; statimque, ἢ καλὰ τὴν εὔνοιαν, & *qui pro bono affectu*.

℣. 38. Græc. Ἦν γὰρ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις τῆς ἀμιξίας κρίσιν εἰσπεπραγμένος Ἰουδαϊσμῦ, ἢ σῶμα ἢ ψυχὴν ὑπὲρ τῦ Ἰουδαϊσμῦ παραβεβλημένος μετὰ πάσης ἐκτενίας· i. e. *Hic enim superioribus temporibus continentia propositum tenuerat Judaismi, corpusque & animam pro Judaismo tradiderat cùm omni perseverantia.*

℣. 39. Iidem Græcè, posito uno ὑπὲρ, *supra*, ante *quingentos*.

℣. 40. Græcè simpliciter: ἔδοξε γὰρ, ἐκεῖνον ζυμβαλὼν, τύποις ἐργάσασθαι ζυμφορὰν· i. e. *putabat enim, si illum capisset, cladem se istis allaturum.*

℣. 41. Græc. Τῶν δὲ πληθῶν μελλόντων τὸν πύργον καταλαβέσθαι, ἢ τὴν αὐλαίαν θύραν βιαζομένων, ἢ κελευόντων πῦρ προσάγειν ἢ τὰς θύρας ὑφάπτειν, περικαλὴς ἁπλῶς γενόμενος, ὑπεξῆκεν ἑαυτῷ ξίφος· i. e. *Turbis autem jam occupaturis turrim, & aulæ ostio vim facientibus, & ignem admovere jubentibus & portas incendi, undique comprehensus, gladium sibi supposuit.*

℣. 42. Sic est in Græco, exceptis his ult. ἢ τῆς ἰδίας εὐγενείας ἀναξίως ὑβρισθῆναι, & *nobilitate sua indignis injuriis affici*, loco & *contra natales suos*, &c.

℣. 43. Græc. in principio habet, τῆ δὲ πληγῆ μὴ κατευθύνασας διὰ τὴν τῦ ἀγῶνος ζωνλὴν, *sed cùm per contentionis festinationem non recto ictu plagam dedisset*; reliqua similia.

℣. 44. Græc. τῶν δὲ ταχέως ἀναπodισάντων, γενομένου διασήματος, ἦλθε κατὰ μέσον τὸν κενεῶνα· i. e. *quibus velociter locum dantibus, facto spatio, venit per medium ventrem.*

℣. 45. Græc. ἔτι δὲ ἔμπνους ὑπάρχων, ἢ πεπυρωμένος τοῖς θυμοῖς, ἐξανέστη, φερομένων πρηνὴς τῶν αἱμάτων, ἢ δυχερῶν ὄντων τῶν τραυμάτων· δρόμῳ τὰς ὄχλους διελθών· i. e. & *cùm adhuc spiraret, & animo esset accensus, surgens, cùm sanguis instar fontis deflueret, & gravissima essent vulnera; cursu turbas pertransiens*, &c. de ℣. seq.

℣. 46. Græcè nonnulla sic immutantur: ἢ στὰς ἐπὶ..... παντελῶς ἔξαιμος ἤδη γενόμενος, περιελὼν τὰ ἐντόσια, ἢ λαβὼν ἑκατέραις ταῖς χερσὶν, ἐνέσεισε..... ἢ ἐπικαλεσάμενος τὸν..... ταῦτα αὐτῷ..... τόνδε τὸν τρόπον μετήλλαξε· i. e. & *stans supra..... penitus jam exsanguis effectus, proferens intestina, & sumens utrisque manibus, projecit..... & invocans Dominat..... ut hæc ipsi..... ita vitâ defunctus est.*

CAPUT XV.

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

1. Mac. 7. 26. 1. NIcanor autem, ut comperit Judam esse in locis Samariæ, cogitavit cum omni impetu die sabbati committere bellum.

2. Judæis verò, qui illum per necessitatem sequebantur, dicentibus: Ne ita ferociter & barbarè feceris, sed honorem tribue diei sanc-

NOTÆ.

℣. 1. Græc. loco *Judam*, solito more, ponit τὰς περὶ τὸν Ἰούδαν extremò verò ita, ἐβουλεύσατο τῇ τῆς κατασαυσεως ἡμέρᾳ μετὰ πάσης ἀσφαλείας αὐτοῖς ἐπιβαλεῖν· i. e. *cogitavit quietis die cum omni securitate in ipsos irruere.*

℣. 2. Græc. pro *feceris*, habet ἀπωλείας, *disperdas*; deinde sic: δόξαν δὲ ἀπομείσον τῇ προτελιμηνίῃ ὑπὸ τῦ

Digitized by Google

VERSIO ANTIQUA, QUÆ ET VULGATA NOSTRA.

tificationis, & honora eum, qui universa conspicit:

3. ille infelix interrogavit, si est potens in cœlo, qui imperavit agi diem sabbatorum.

4. Et respondentibus illis, Est Dominus vivus ipse in cœlo potens, qui jussit agi septimam diem.

5. At ille ait: Et ego potens sum super terram, qui impero sumi arma, & negotia regis impleri. Tamen non obtinuit ut consilium perficeret.

6. Et Nicanor quidem cum summa superbia erectus, cogitaverat commune trophæum statuere de Juda.

7. Machabæus autem semper confidebat cum omni spe auxilium sibi à Deo affuturum:

8. & hortabatur suos ne formidarent ad adventum nationum, sed in mente haberent adjutoria sibi facta de cœlo, & nunc sperarent ab Omnipotente sibi affuturam victoriam.

9. Et allocutus eos de lege & prophetis, admonens etiam certamina quæ fecerant priùs, promptiores constituit eos:

10. & ita animis eorum erectis, simul ostendebat gentium fallaciam, & juramentorum prævaricationem.

11. Singulos autem illorum armavit, non clypei & hastæ munitione, sed sermonibus optimis, & exhortationibus, exposito digno fide somnio, per quod universos lætificavit.

12. Erat autem hujuscemodi visus: Oniam, qui fuerat summus sacerdos, virum bonum & benignum, verecundum visu, modestum moribus, & eloquio decorum, & qui à puero in virtutibus exercitatus sit, manus protendentem, orare pro omni populo Judæorum:

13. Post hoc apparuisse & alium virum, ætate & gloria mirabilem, & magni decoris habitudine circa illum:

14. Respondentem verò Oniam dixisse: Hic est fratrum amator, & populi Israël: hic est, qui multùm orat pro populo, & universa sancta civitate, Jeremias propheta Dei.

15. Extendisse autem Jeremiam dextram, & dedisse Judæ gladium aureum, dicentem:

16. Accipe sanctum gladium munus à Deo, in quo dejicies adversarios populi mei Israël.

17. Exhortati itaque Judæ sermonibus bonis valde, de quibus extolli posset impetus, & animi juvenum confortari, statuerunt dimicare & confligere fortiter, ut virtus de negotiis judicaret; eò quòd civitas sancta & templum periclitarentur.

18. Erat enim pro uxoribus, & filiis, itemque pro fratribus, & cognatis minor sollicitudo: maximus verò & primus pro sanctitate timor erat templi:

19. sed & eos, qui in civitate erant, non minima sollicitudo habebat pro his, qui congressuri erant.

20. Et, cùm jam omnes sperarent judicium futurum, hostesque adessent, atque exercitus esset ordinatus, bestiæ, equitesque opportuno in loco compositi,

21. considerans Machabæus adventum multitudinis, & apparatum varium armorum, & ferocitatem bestiarum, extendens manus in cœlum, prodigia facientem Dominum invocavit, qui non secundùm armorum poten-

NOTÆ.

πάντα ἐφορῶντος μεθ' ἁγιότητος ἡμέρας. *sed honorem tribue prahonorata cum sanctitate ab eo, qui universa conspicit, diei.*

℣. 3. Græcè, ὁ δὲ τελευταίος, *ille verò ter sceleſtus*, loco *ille infelix*; reliqua ut in Vulg.

℣. 4. Vix melius è Græco.

℣. 5. Græc. ipso initio sic habet: Ὁ δὲ ἕτερος· Κἀγώ φησι, δυνάσης εἶ, &c. extremò verò addit τὸ λοίπον αὐτῷ, *miserum suum*, ad *consilium*.

℣. 6. Itidem Græcè, præterquam de more, τῶν περὶ τὸν Ἰούδαν, *de his qui cum Juda*, loco *de Juda*.

℣. 7. Similiter in Græco.

℣. 8. Gr. καὶ παρεκάλει τὰς ζὺν αὐτῷ μὴ λειπιᾶν τὴν τῶν ἐθνῶν ἔφοδον, ἔχοντας δὲ κατὰ νῦν τὰ προγεγονότα, &c. quæ sup. nisi quòd ultimò addit καὶ βοήθειαν, & *auxilium*, ad *victoriam*; quod tamen abest à nonnullis, si Nobilio fides.

℣. 9. Græc. Καὶ παραμυθάμενος αὐτὰς ἐκ τῶ..... προσυνεμπίσας δὲ αὐτὰς καὶ τὰς ἀγῶνας ὡς ἦσαν ἐκτελεκότες, &c. *Et allocutus eos de lege..... admonens etiam eos de certaminibus quæ confecerant, promptiores*, &c.

℣. 10. Græc. καὶ τοῖς θυμοῖς διεγείρας αὐτὰς, παρήγγειλεν, ἅμα παρεσκεύκεις τὴν τῶν, &c. i. e. & *animis eorum erectis*, *admonebat*, *simul ostendens gentium*, &c. ut supra. In Mſ. etiam S. Theod. *simul ostendens*, sed absque prævio *admonebat*.

℣. 11. Græc. Ἔκαστον δὲ αὐτῶν καθωπλίσας, οὐ τὴν ἀσφάλειαν καὶ λογχῶν ἀσφάλειαν, ὡς τὴν ἐν τοῖς ἀγαθοῖς λόγοις παράκλησιν, καὶ προσεξηγησάμενος ὄνειρον ἀξιόπιστον ὕπαρ τι πάντας εὐφρανεν· i. e. *Singulos autem illorum armans, non tam clypeorum & hastarum munitione, quàm exhortatione per sermones; etiam exposito fide digno somnio, magnopere universos lætificavit.*

℣. 12. Nonnulla sic immutantur Græcè: Ἦν δὲ ἡ τύτη θεωρία τοιάδε· Ὀνίαν..... ἄνδρα καλὸν καὶ ἀγαθὸν, αἰδήμονα μετὰ τὴν ἀπάντησιν..... καὶ ἐκ παιδὸς ἐκμεμελετηκότα πάντα τὰ τῆς ἀρετῆς οἰκεῖα, τέλον τὰς, &c. i. e. *Erat autem hujusmodi visus: Oniam..... virum honestum & bonum, venerandum visu..... & à puero in omnibus virtutis officiis exercitatum, hunc manus*, &c.

℣. 13. Gr. Εἶθ' ὕτως ἐπιφαίνναι ἄνδρα, πολιᾷ καὶ δόξῃ διαφέροντα, θαυμασὸν δέ τινα, καὶ μεγαλοπρεπεσάτην εἶναι τὴν περὶ αὐτὸν ὑπεροχήν· i. e. *Post hoc apparuisse sic virum, canitie & gloria eximium, mirabilem verò quandam, & maximi decoris esse præstantiam circa illum.*

℣. 14. Græcè, tollitur hoc med. & *populi Israël*, cum seq. *hic est*; deest pariter inf. vox *universa*; cætera paria.

℣. 15. Consonat Græcum, nisi quòd loco ult. verbi *dicentem*, habet, διδόντα δὲ προσφωνῆσαι τάδε, & *cùm daret, acclamasse hæc.*

℣. 16. Itidem Græcè, hoc excepto, δι' ἧς θηρεύσεις, *in quo franges*, pro *dejicies*, detracto ult. *populi mei Israël.* Mſ. S. Theod. leg. *quo dejicies*, &c. ut in Vulg.

℣. 17. Græc. post *bonis valde*, hæc addit: καὶ δυναμένοις ἐπ' ἀρετὴν παρορμῆσαι, καὶ ψυχὰς νέων ἐναρθῶσαι, διέγνωσαν μὴ σκηνοπηδεύεσθαι, γενναίως δὲ ἐμφέρεσθαι, καὶ μετὰ πάσης ἀνδρίας ἐμπλακέντες, κρῖναι τὰ πράγματα· διὰ τὸ καὶ τὴν πόλιν, καὶ τὰ ἅγια, καὶ τὸ ἱερὸν κινδυνεύειν· i. e. & *qui possent ad virtutem incitare, & animos juvenum erigere, statuerunt non castrametari, sed generosè invehi, & cum omni virtute confligentes, de negotiis judicare; eò quòd & civitas, & sancta, & templum, periclitarentur.* Mſ. S. Theod. *eò quòd civitas, & sancta, & templum periclitaretur.*

℣. 18. Græcè, loco *minor sollicitudo*, legitur ὁ ἕτερον μέρει κείμενος αὐτοῖς ἀγών, quod idem sonat, addito uno *eis*; ultimò etiam, ὁ περὶ τῦ καθηγιασμένυ ναῦ φόβος, *pro sanctificato templo erat timor*, loco *pro sanctitate*, &c. In quibusdam libb. non ἀγὼν sup. sed κίνδυνος, teste Nobilio; quare, inquit, sic vertendum esset: *Erat enim iisdem..... periculum minoris apud eos ponderis.*

℣. 19. Græc. ἦν δὲ καὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει καταλειλημένοις, ὁ πάρεργος ἀγωνία, ταραχομένοις τῆς ἐν ὑπαίθρῳ προσβολῆς· i. e. *sed & eos qui in civitate remanserant, non minima sollicit. habebat, turbatis ipsis illo, qui sub dio, congressu.*

℣. 20. Græc. initio habet: Καὶ πάντων ἤδη προσδοκώντων, *Et, cùm omnes jam exspectarent*; extremòque: καὶ τῶν θηρίων ἐναίρια ἀφοκαλασθέντων, τῆς τε ἵππου κατὰ κέρας τεταγμένης· i. e. & *bestiæ in opportuna parte constitutæ, & equitatus ad cornua dispositus*; cætera conveniunt. Mſ. S. Theod. in medio leg. singulariter, *hostis sque adesset*, non *hostes*, &c. at in Gr. καὶ ἤδη ζυμμιξάντων τῶν πολεμίων.

℣. 21. Concordat Græc. usquè ad vocem *Dominum*, cui annectit τὸν κατόπτην, *inspectorem*; subindè, loco *qui non secundùm armorum*, &c. sic habet: γινώσκων, ὅτι

Digitized by Google

tiam, ſed prout ipſi placet, dat dignis victoriam.

Supp. 8. 19. 22. Dixit autem invocans hoc modo: Tu Domine, qui miſiſti angelum tuum ſub Ezechia rege Juda, & interfeciſti de caſtris Sennacherib centum octoginta quinque millia:

23. & nunc Dominator cœlorum mitte angelum tuum bonum ante nos in timore, & tremore magnitudinis brachii tui,

24. ut metuant qui cum blaſphemia veniunt adversùs ſanctum populum tuum. Et hic quidem ita peroravit.

25. Nicanor autem, & qui cum ipſo erant, cum tubis & canticis admovebant.

26. Judas verò, & qui cum eo erant, invocato Deo, per orationes congreſſi ſunt:

27. manu quidem pugnantes, ſed Dominum cordibus orantes, proſtraverunt non minùs triginta quinque millia, præſentiâ Dei magnificè delectati.

28. Cùmque ceſſaſſent, & cum gaudio redirent, cognoverunt Nicanorem ruiſſe cum armis ſuis.

29. Facto itaque clamore, & perturbatione excitata, patria voce omnipotentem Dominum benedicebant.

30. Præcepit autem Judas, qui per omnia corpore & animo mori pro civibus paratus erat, caput Nicanoris, & manum cum humero abſciſſam, Jeroſolymam perferri.

31. Quò cùm perveniſſet, convocatis contribulibus, & ſacerdotibus ad altare, accerſiit & eos qui in arce erant.

32. Et oſtenſo capite Nicanoris, & manu nefaria, quam extendens contra domum ſanctam omnipotentis Dei, magnificè gloriatus eſt.

33. Linguam etiam impii Nicanoris præciſam juſſit particulatim avibus dari: manum autem dementis contra templum ſuſpendi.

34. Omnes igitur cœli benedixerunt Dominum, dicentes: Benedictus, qui locum ſuum incontaminatum ſervavit.

35. Suſpendit autem Nicanoris caput in ſumma arce, ut evidens eſſet & manifeſtum ſignum auxilii Dei.

36. Itaque omnes communi conſilio decreverunt nullo modo diem iſtum abſque celebritate præterire:

37. habere autem celebritatem tertia decima die menſis Adar, quod dicitur voce Syriaca, pridie Mardochæi dici.

38. Igitur his erga Nicanorem geſtis, & ex illis temporibus ab Hebræis civitate poſſeſſa, ego quoque in his faciam finem ſermonis.

39. Et ſi quidem bene, & ut hiſtoriæ competit, hoc & ipſe velim: ſin autem minùs dignè, concedendum eſt mihi.

40. Sicut enim vinum ſemper bibere, aut ſemper aquam, contrarium eſt; alternis autem uti, delectabile: ita legentibus, ſi ſemper exactus ſit ſermo, non erit gratus. Hîc ergo erit conſummatus.

NOTÆ.

Ὡς ἔστι δ' ὄπλων ἡ νίκη, καθὼς δὲ ἂν αὐτῷ κριθείη, τοῖς ἀξίοις περιποιεῖται τὴν νίκην· i. e. *ſciens, quia victoria non eſt per arma, ſed prout ab ipſo judicatum fuerit, dat dignis victoriam.*

℣. 22. Græcè paucula tantùm variant, videlicet ipſo initio, ἔλεγε, *dicebat*, pro *dixit*; ſubinde, Σὺ Δέσποτα ἀπέστειλας, *Tu Domine miſiſti*, abſque medio *qui*; poſt paulò, τῆς Ἰουδαίας, *Judææ*, non *Judæ*; demum Σενναχηρεὶμ εἰς ἑκατὸν, *Sennacherim ad centum*; cæt. ad verbum ut ſupra. Mſ. quoque S. Theod. legit: *Tu Domine miſiſti..... ſub Exechia rege Judææ.*

℣℣. 23. 24. Græcè tollitur pronom. *tuum*, poſt *angelum*; paulò verò poſt habetur εἰς δέος καὶ τρόμον, *in timorem & tremorem*; mox, interpoſita diſtinctione, ita ſequitur: Μεγέθει βραχίονός σου καταπλαγείησαν οἱ μετὰ, &c. i. e. *Magnitudine brachii tui exterreantur qui cum blaſphemia*, &c. quæ ſup.

℣℣. 25. 26. Græc. pro more: Οἱ δὲ περὶ τὸν Νικάνορα, μετὰ σαλπίγγων, &c. item infra, Οἱ δὲ περὶ τὸν Ἰούδαν, μετ' ἐπικλήσεως, καὶ εὐχῶν συνέμιξαν τοῖς πολεμίοις· i. e..... *cum invocatione, & orationibus congreſſi ſunt cum hoſtibus.*

℣. 27. Græc. καὶ ταῖς μὲν χερσὶν ἀγωνιζόμενοι, ταῖς δὲ καρδίαις πρὸς τὸν Θεὸν εὐχόμενοι, &c. i. e. *& manibus quidem pugnantes*; Mſ. S. Theod. addit, *ſed & cordibus Dominum orantes*, &c. quæ ſup.

℣. 28. Græc. Γενόμενοι δὲ ἀπὸ τῆς χρείας, καὶ, &c. ut in Vulg.

℣. 29. Græcè ſimpliciter: Γενομένης δὲ κραυγῆς καὶ ταραχῆς, εὐλόγουν τὸν Δυνάσην τῇ πατρίῳ φωνῇ.

℣. 30. Græc. Καὶ προσέταξεν ὁ καθ' ἅπαν σῶμα καὶ ψυχῇ πρωταγωνιστὴς ὑπὲρ τῶν πολιτῶν, ὁ τὴν τῆς ἡλικίας εὔνοιαν εἰς ὁμοεθνεῖς διαφυλάξας, τὴν τοῦ Νικάνορος κεφαλὴν ἀποτεμόντας, καὶ τὴν χεῖρα σὺν τῷ ὤμῳ, φέρειν εἰς Ἱεροσόλυμα. *Præcepit autem ille, qui per omnia animo & corpore primus pugnator pro civibus erat, qui ætatis benevolentiam in eos, qui ejuſdem gentis, conſervabat, caput Nicanoris, & manum cum humero, abſciſſum Jeroſolymam perferri.*

℣. 31. Græc. Παραγενόμενος δὲ ἐκεῖ, καὶ συγκαλέσας τοὺς ὁμοεθνεῖς, καὶ τοὺς ἱερεῖς, πρὸ τοῦ θυσιαστηρίου στάντας, μεταπέμψατο τοὺς ἐκ τῆς ἄκρας· i. e. *Quò cùm perveniſſet, convocatis eis qui ejuſdem gentis, & ſacerdotibus, ante altare ſtans, accerſiit eos*, &c.

℣. 32. Græc. non ſimpliciter hab. *Nicanoris*, ſed τοῦ μιαροῦ Νικάνορος, *ſceleſti Nicanoris*; dein, καὶ τὴν χεῖρα τοῦ δυσφήμου, pro & *manum nefariæ*; cætera ut in Vulg. detracto uno *Dei*, poſt *omnipotentis*. Mſ. S. Theod. in medio legit, *quam extenderat*, non *extendens*; at in Gr. ἣν ἐκτείνας.

℣. 33. Græc. Καὶ τὴν γλῶσσαν τοῦ..... ἐκτεμὼν, ἔφη..... τὰ δὲ ἑαίσχιστα τῆς ἀνοίας καλέναντι, &c. i. e. *Linguâ etiam Nicanoris præciſâ, juſſit..... præmia autem dementiæ contra*, &c.

℣. 34. Græc. Οἱ δὲ πάντες εἰς τὸν οὐρανὸν εὐλόγησαν τὸν ἐπίφανῆ Κύριον, λέγοντες, &c. i. e. *Omnes igitur in cælum benedicebant præſentem Dominum, dicentes*, &c. quæ ſupra.

℣. 35. Græc. Ἐξέδησε δὲ τὴν τοῦ... ἐκ τῆς ἄκρας, ἐπίδηλον πᾶσι, καὶ, &c. *Suſpendit autem Nicanoris caput ex arce, evidens omnibus*, &, &c. ut ſup.

℣. 36. Mſ. S. Theod. ultimò legit *præteriri*, paſſivè, non activè, Gr. ἐᾶσαι, &c. quæ ſup.

℣. 37. Mſ. S. Theod. *haberi autem*, &c. non *habere*. Græc. ἔχειν δὲ ἐπίσημον τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην τοῦ δωδεκάτου μηνὸς Ἀδὰρ λέγεται, &c. *habere autem celebrem tertiam decimam diem menſis duodecimi; Adar dicitur*, &c. ut in Vulg.

℣. 38. Eadem ſunt in Græco, juncto uno οὕτω, *ſic*, cum verbo *geſtis*.

℣. 39. Priora verba Græco conſonant; poſteriora verò ſic habentur ibid. εἰ δὲ εὐτελῶς, καὶ μετρίως, τοῦτο ἐφατὸν ἦν μοι· i. e. *ſi autem exiliter, & modicè, hoc pro viribus meis fuit*, loco, *ſin autem minùs dignè*, &c. Mſ. S. Theod. legit, *ſin autem minùs eſt dignè*, abſque præced. *hoc*.

℣. 40. Mſ. S. Theod. ſub finem legit, *ſi ſemper exactus ſit ſermo*, non *exactus*; cæt. ut in Vulg. Græcè verò ita: Καθάπερ γὰρ οἶνον καταμόνας πίνειν, ὡσαύτως δὲ καὶ ὕδωρ πάλιν, πολέμιον· οὕτω δὲ τρόπον οἵνος ὕδατι συγκερασθεὶς ἡδὺς, καὶ ἐπιτερπῆ τὴν χάριν ἀποτελεῖ· οὕτω καὶ τὸ τῆς κατασκευῆς τοῦ λόγου τέρπει τὰς ἀκοὰς τῶν ἐντυγχανόντων τῇ συντάξει· Ἐνταῦθα δὲ ἔσται ἡ τελευτή· i. e. *Sicut enim vinum ſeorſum bibere, ſimiliter autem rurſus & aquam, contrarium eſt; ſicut autem vinum aqua miſtum ſuave eſt, & jucundam gratiam perficit: ita etiam hujuſmodi ratio ſtructuræ orationis delectat aures legentium hiſtoriam. Hîc ergo erit finis.*

Digitized by Google

ROMAN CORRECTIONUM AD EDIT. VULGATAM DELECTUS,

Auctore Francisco Luca Brugensi.

LIBER MACHABÆORUM POSTERIOR.

Cap. I. ℣. 1. Et qui in regione Judææ. *Non mutes numerum singularem in pluralem* regionibus, *nec genitivum* Judææ *in ablativum* Judæa.

℣. 14. Et ut acciperet pecunias multas. *Alii scribunt plurali numero* acciperent.

℣. 18. Ut & vos quoque agatis diem scenopegiæ. *Non addas* festum.

℣. 32. Sed ex lumine, quod refulsit ab altari, consumpta est. *Non interponas* & *inter* sed & ex.

℣. 35. Atque alia munera &c. *Quatuor harum vocum loco, nequaquam scribas unam vocem* innumera.

Cap. II. ℣. 10. Sic & Salomon oravit, & descendit ignis de cœlo, & consumpsit holocaustum. *Neutiquam omittenda est pericope ista, tametsi multi libri id faciant.*

℣. 11. Eò quòd non sit comestum, quod erat pro peccato, consumptum est. *Pro* comestum, *in libris manuscriptis ferè est* mundatum *aut* mandatum, *sed malè, loco* manducatum. *Jam, quod quædam hic addunt verba Levitici, ad quæ locus iste respicit*, cur non comedistis hostiam pro peccato in loco sancto, *superfluum est. Denique conjunctio* &, *quam præponunt multi libri verbo* consumptum est, *est omittenda.*

℣. 13. Et ut construens bibliothecam congregavit de regionibus libros, & prophetarum, & David. *Pro* ut, *multi libri habent* qualiter, & *pro* construens, constituens; *minùs rectè. Pro* regionibus, *impressi libri, ut est Græcè, ferè legunt* regibus: *sed Patres prætulerunt* regionibus, *quod est in libris manuscriptis. Postremò* & *ante* prophetarum, *multi tollunt: Patres Græco conformiter retinuerunt. Legat Lector Notationes nostras, si placet ipsi.*

℣. 14. Ea quæ deciderant per bellum. *Legendum est* deciderant, *quod est, dilapsa fuerant, non* didicerat, *à disco.*

Cap. III. ℣. 1. Propter Oniæ pontificis pietatem. *Non interponas* dispositionem &, *ante* pietatem.

℣. 7. Quæ delatæ erant. *Non mutes femininum* delatæ *in neutrum* delata.

Cap. IV. ℣. 11. Per Joannem patrem Eupolemi. *Non præponas his verbis conjunctionem* &.

℣. 19. Misit Jason facinorosus ab Jerosolymis viros peccatores. *Nominativus* facinorosus *non est mutandus in accusativum* facinorosos.

Sequitur: Sed in alios sumptus eas deputari. *Retinendum est femininum* eas, *non substituendum masculinum* eos: *quemadmodum & versu proximo, feminina non sunt commutanda cum neutris, ubi sequitur:* Sed hæ ablatæ sunt quidem, &c. propter præsentes autem datæ sunt: *sermo est de drachmis.*

℣. 30. Eò quòd Antiochidi regis concubinæ dono essent dati. *Quod vulgò legitur* Antiochi, *secundo casu generis masculini, Patres rectè emendarunt* Antiochidi, *tertio casu generis feminini.*

℣. 35. Sed aliæ quoque nationes. *Non addas* etiam *vocula* sed.

Cap. V. ℣. 2. Et hastis, quasi cohortes, armatos. *Multi, pro ablativo* hastis, *legunt accusativum* hastas, & *pro masculino* armatos, *femininum* armatas; *sed malè: retinenda est enim Patrum correctio.*

Cap. VII. ℣. 1. Contigit autem & septem fratres. *Non est omittendum* &.

℣. 18. Nos enim propter nosmetipsos hæc patimur. *Non est mutandum plurale* hæc *in singulare.*

℣. 28. Pero, nate. *Non interponas pronomen* te, *nec quidem addita præpositione*, à te.

Cap. VIII. ℣. 1. Cognatos & amicos. *Correctores judicarunt non esse omittendum* & amicos, *tametsi Græcè omittatur.*

℣. 33. Et cùm epinicia agerent Jerosolymis. *Non præponas voci* Jerosolymis *præpositionem* in.

Cap. IX. ℣. 2. Et tentavit exspoliare templum. *Alii scribunt numero plurali* templa.

℣. 9. Ac viventis in doloribus carnes ejus effluerent. *Servandus est genitivus singularis* viventis, *non mutandus in nominativum pluralem* viventes.

Cap. X. ℣. 7. Qui prosperavit mundari locum suum. *Passivum* mundari *non est vertendum in activum* mundare.

℣. 17. Et omnes simul non minùs viginti millibus trucidaverunt. *Non addas* quinque *ad* viginti.

℣. 24. At Timotheus. *Non mutes conjunctionem adversativam* at *in copulativam* &.

Ibidem. Et congregato equitatu Asiano. *Pro* equitatu *non scribas* exercitu.

Cap. XI. ℣. 16. A Lysia quidem. *Vocula* quidem *non est augenda unâ syllabâ, ita ut sit* siquidem.

℣. 18. Et quæ res permittebat, concessit. *Quidam libri legunt pluralem numerum* permittebant; *sed prima persona* concessi, *nullo est modo admittenda.*

℣. 20. Per singula verbo mandavi. *Pro ablativo singulari* verbo, *non est scribendus accusativus pluralis* verba.

℣. 31. Ut Judæi utantur cibis & legibus suis. *Retinendus est nominativus pluralis* Judæi, *non substituendus ablativus* Judaicis.

℣. 36. De quibus autem ad regem judicavit referendum. *Legendum est* judicavit, *secunda vocis littera existente vocali quinta* u, *non tertia liquidarum* n, indicavit.

Cap. XII. ℣. 16. Sanguine interfectorum fluere videretur. *Correctores egregiè emendarunt vocem* infectum, *id est, contaminatum, quæ vulgò legitur, in* interfectorum, *quod est, occisorum.*

℣. 30. Quòd modestè secum egerint. *Cave, pro* modestè, *quod est, humaniter, legas contrarium* molestè.

Cap. XIII. ℣. 3. Non pro patriæ salute. *Genitivus substantivi* patriæ, *non est mutandus in ablativum adjectivi* patria.

℣. 15. Interfecit viros quatuor millia. *Numerus* quatuor *minimè angendus est denario, ita ut sit* quatuordecim.

℣. 23. Mente consternatus, Judæos deprecans. *Nominativus singularis* consternatus, *nequaquam commutandus est cum accusativo plurali* consternatos.

Cap. XIV. ℣. 4. Super hæc & thallos. *Scribendum est* thallos, *thita in principio, & duplici* l *in medio, quod est, ramos; non* talos, *quæ sunt essa.*

℣. 9. Secundùm humanitatem tuam pervulgatam omnibus. *Non mutes* pervulgatam *in* promulgatam, *id est,* v *in* m.

℣. 14. Gregatim se Nicanori miscebant. *Vox* gregatim *non est augenda unâ syllabâ,* congregatim.

℣. 21. Et singulis sellæ prolatæ sunt & positæ. *Non addas præpositionem* à *ante* singulis.

℣. 25. Quietè egit, communiterque vivebant. *Legendum est* communiter, *quod est, in communi, non* comiter, *quod est, blandè.*

Cap. XV. ℣. 32. Quam extendens contra domum sanctam. *Servandum est participium* extendens, *non substituendum verbum* extenderat.

℣. 37. Quod dicitur voce Syriaca. *Non legas femininum* quæ, *pro neutro* quod: *non enim refertur ad* diem, *sed ad* Adar.

Digitized by Google

Variæ Lectiones Vulgatæ, rursum ab eodem Francisco Luca obsservatæ.

LIBER MACHABÆORUM POSTERIOR.

Cap. I. ℣℣. 34. 35. Ut probaret quod factum erat: & cùm probasset. *Hæc verba à multis bonis Mſs. omissi, Græco consentaneè, docent Notationes nostræ.*

Cap. II. ℣. 23. Et leges quæ abolitæ erant restituerentur. *Præteritum* abolitæ, *alii libri mutant in futurum*, abolendæ, *consentaneè Græco.*

Cap. IV. ℣. 19. Viros peccatores. *Pro* peccatores, *quidam conjiciunt legendum esse* spectatores, *quidam* precatores; *quidam denique vertunt*, sacrorum procuratores. *In antiquis Bibliis Mſs. uno Brugensi, altero Audomarensi, dissertè legitur* speculatores. *Græca vox* θεωρὸς, *deducta est à* θεωρῶ, *quæ propriè speculari, contemplari, spectare significat.*

℣. 21. Propter primates Ptolomæi Philometoris regis. *Quædam insignia Mſs. pro* primates, *tertiæ declinationis, legunt* primatus *quartæ declinationis, ut est Græcè* τὰ πρωτολίσια, vel πρωτοκλήσια.

Cap. XII. ℣. 43. Offerri pro peccatis mortuorum sacrificium. *Alii libri scluminedo legunt* pro peccatis; *non addunt* mortuorum, *sed subaudiunt.*

Cap. XIV. ℣. 15. Qui populum suum constituit, ut in æternum custodiret. *Plerique libri omittunt* ut; *sed melius vetera Mſs. quæ omittunt non tantùm conjunctionem* ut, *sed etiam verbum* custodiret, *consentanei Græco.*

FINIS TOMI SECUNDI.

ERRATA.

In hoc 2°. tomo, necnon etiam in 1°. epistolæ nonnullæ Summ. Pontificum passim citatæ sunt, *Concil. to.* 1. lege simpliciter *to.* 1. nempe to. 1. Epist. Summ. Pontif. edit. Custantii nostri.

In Versione antiqua.

Jerem. xxxii. 37. lin. 1. *cogregabo*, l. *congregabo.*

In Vulgata nova.

Jerem. xxii. 23. lin. 3. *paturientis*, l. *parturientis.*
Item xxv. 26. lin. 3. *terra*, l. *terræ.*

In Notis.

Psalm. xcv. 10. lin. 3. *part.* 2. l. *part.* 1.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

3 2000 001 702 523

DO NOT REMOVE
SLIP FROM POCKET

DEMCO

Digitized by Google

Digitized by Google